111 E 3

Digitized by Google

JOHANN. CALVINI,
alias KAHL. Wetterani,

LEXICON JVRIDICVM.

LEXICON IVRIDICVM
IVRIS CÆSAREI
SIMVL, ET CANONICI,

FEVDALIS ITEM, CIVILIS, CRIMINALIS.
Theoretici, ac Practici: & in Schola, & in Foro vſitatarum,
ac tum ex ipſo iuris Vtriuſque CORPORE, tum ex
Doctoribus & Gloſsis, tam veteribus, quàm
recentioribus collectarum.
vocum PENVS:

Simul & Locorum communium, & Dictionarij vicem ſuſtinens.

FEVDALE LEXICON; LEGES AC MAGISTRATVS ROMANOS.
& cætera huic Operi adjecta vide in complemento, poſt finem OPERIS ipſius.

COLLECTVM VERO EST HOC OPVS EX COLLATIS INTER SESE
Iuridicis, quotquot hactenus ferè prodierunt, & antiquioribus & recentioribus Lexicis.

AVCTVM DEINDE, EXPOLITVM ET EMENDATVM, EX
hactenus editis accuratiſſimis lucubrationibus DO. CVIACII, BRISSONII, DONELLI, DVARENI,
GOTHOFREDI, PACII, VVLTEII, GOEDDÆI item CORRASII, FABRI, WESEMBECII, aliorumq;
præſtantiſſimorum Virorum: quorũm Catalogum mox poſt præfationes inuenies;

STVDIO, ET OPERA.

IOHANNIS CALVINI, aliàs *KAHL.* Wetterani,
Iuris Doctoris, & in Academia Heidelbergenſi Profeſſoris.

EDITIO POSTREMA, PRIORIBVS AVCTIOR ET LONGE LIMATIOR;
Cum præfationibus Clariſsimorum & Eminentiſsimorum huius æui Iuriſconſultorum,

DIONISII GOTHOFREDI, & HERMANNI VVLTEII.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO SAC. CÆS. MAIEST.

Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LXIX.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS. Principi, & Domino,

DOMINO OTTONI,

HASSIÆ LANDGRAVIO,

COMITI IN KATZENELENBOGEN,

DIETZ, ZIEGENHAIN, ET NIDDA:
Supremo Principalis Abbatiæ Hirſfeldenſis Præſuli, &c.

Heroi literatiſſimo, Domino ac Patrono meo Clementiſſimo.

VERBORVM in artibus ac diſciplinis, prçſertim arduis, prior eſſe cura debet; REVM poſterior; Quantumvis potior; Princeps Illuſtriſſime ac literatiſſime Domine ac Mœcenas clementiſſime. VERBA quippe ſeu voces, ſunt RERVM notæ ac indices. Vnde & in hiſce notis ac ſignis quicunque vel leuiter aberrauerit, in ipſis quoque rebus vel negotiis deſignatis errorem haud ægre conceperit: idque inprimis in artibus & facultatibus nobilioribus ac ſublimioribus; vbi ſubjecta, quam tractant, materies ac præceptiones; ſeu theoriam ſpectes, ſeu praxin; propriis potius & peculiaribus, quam communibus ac vulgaribus explicantur, & inter homines exercentur VOCABVLIS: ſine quorum idcirco vera & diſtincta cognitione ad perfectam & diſtinctam RERVM ſcientiam penetrare haud licet. Hoc equidem in Iuriſprudentia Romana in propatulo apparet: vt quæ magnam ſui partem in conueniente verborum, formularum, & clauſularum variarum, in pleriſque juris articulis, interpretatione, verique ſenſus enodatione & applicatione, conſumitur. Vnde ſi illius diſciplinæ ac facultatis profeſſores ſolicitam de verbis eorumque proprietate & genuina ſignificatione curam habuere, profecto hi; Fabro quoque teſte; Iuriſconſulti fuere Stoicos, proprietatis ac elegantiæ vocabulorum ſtudioſiſſimos; in eo maxime imitati & æmulati. Cuius etiam rei neceſſitatem ac vtilitatem Iuſtinianus Imperator adeo perpendit, vt peculiarem ac bene longum de ſignificationibus verborum titulum Digeſtis ſuis inſeruerit. Quin &

Digitized by Google

ante Iuſtinianum multos veterum ac præſtantium Iuriſconſultorum videmus ea ipſa de cauſa ſuſceptos in verborum explicatione labores. Ælium certe Gallum, alioſque Clariſſimos priſcis illis temporibus Iuriſperitos, vt & Seruium quantumuis Nobilem Patritiumque virum, de verborum ad ius pertinentium ſignificatione minime puduit olim accurate Romanis ſuis ſcribere. Ac ſuperiori quoque ſeculo, ſed imprimis hoc noſtro ævo, non defuerunt præſtantiſſimi aliquot Iuriſconſulti, qui idem argumentum tractarent; ac non tantum doctiſſimos, de verborum ad Ius pertinentium ſignificatione Commentarios, ſed vtiliſſima quoque Iuris Lexica in lucem ederent: nimirum experientia ipſa probe edocti, quam turpiter iſti, qui huiuſmodi Commentarios & Lexica ſpernunt, ex ſignificationis verborum, formularum & clauſularum Iuridicarum ignorantia ſæpius impingant, ſeque ridendos aliis propinent, non minus quam rudes illi cauſidici, qui, Marcellino teſte, ſi Doctorum in circulo, veteris forte nomen auctoris inciderat, piſcis alicuius aut edulij peregrinum vocabulum arbitrabantur. His vtrique ac ſimilibus facile euenire poteſt lepidum iſtud Auli Gellij libro **XX.** noct. Attic. capite IX. quod de quodam celeberrimi nominis Grammatico ſcribit; qui interrogatus, quid eſſet ex Iure manu conſertum? reſpondit; ſe Grammaticam, non Ius, docere: Atque illuc ire juſſit, vt diſceret, vnde Ennius id didiciſſet prius: nempe ad Iuriſperitos. Atque hoc noſtro ſane ævo, cum Theologi, Medici, Philoſophi, ſeparata ſinguli ac peculiaria Etymologica habeant: non immerito & Iuriſprudentiæ ſtudioſi proprium quoddam ac perfectum ſibi depoſcunt Lexicon. Etſi vero ante hac plura in jure talia prodierint: quæ, ſi omnia conjunganrur, abſolutum quoddam hac in parte opus conficiunt: in ſingulis tamen (cum nemo omnia ſimul tantis, qui requiruntur, ſumptibus ſibi comparare, tantiſque laboribus euoluere cupiat) non deeſt, quod merito deſiderant Iuriſperitiſſimi quique. Qua de re (vt & de meo hac in parte propoſito ac ſtudio) cum in adiectis hoc loco & recuſis primæ huius Lexici editionis præfationibus abunde dictum fuerit, plura nunc in ſpecie referre nil attinet: præſertim cum ea, quæ iſthic attigi, deeſſe, vltro fateantur præſtantiſſimi quique: à quorum nonnullis monitus, ac, ne ab incepto deſiſterem, iterum iterumque exſuſcitatus, quæ in variis variorum de hac materia ſcriptorum tractatibus, paſſim diſperſa erant, vnicum in volumen, quanta licuit dexteritate, coniunxi ac digeſſi. Et cum primæ editionis exemplaria cuncta penitus eſſent diſtracta, eaque proſpero, per DEI benignitatem, ſucceſſu plurimis Iuriſprudentiæ aſſeclis in omnibus fere Germaniæ noſtræ Academiis perquam & grata & vtilia eueniſſe, ſæpius intellexiſſem, ſecundis curis prius edita hactenus, quanta fieri potuit ſedulitate, ac diuinæ gratiæ benedictione, in Iuriſprudentiæ ſtudioſorum commodum ſub incudem reuocare, expolire, augere, ac perficere conatus ſum.

Quem-

Quemadmodum vero editionem primam, Illuſtriſſime ac literatiſſime Princeps, Domine ac Patrone Clementiſſime, Generoſiſſimæ Celſitudinis tuæ, quin & patriæ noſtræ Patri, Mauritio, Principi Sereniſsimo, Heroi fortiſsimo, religioſiſsimo, ac prudentiſsimo Domino ac Mœcenati meo æternum venerando: quem tot diuerſæ diuerſiſsimarum nationum linguæ, tot artes, tot ſcientiæ, tot virtutes ad ſydera vſque extollunt, totique pene orbi admirabilem & amabilem reddunt; humillimamente obtuli ac dedicaui: Ita ſecundam nunc editionem Illuſtriſsimæ Celſitudini tuæ, tanti nimirum Herois filio, tantarumque tanti Patris virtutum ac donorum hęredi atque æmulo ſolertiſsimo; veniam prius demiſſe deprecans; ſupplex offero ac dedico. Serena ergo mente ac fronte ſuſcipe quæſo, Domine ac Patrone Clementiſsime, Heros Generoſiſſime, hoc quicquid eſt operis & operæ: Imprimis vero animum meum Principis ac Patroni ſui amantiſsimum, accipias, meque, meoſque, ac ſtudia mea tibi commendatiſsima habeas, demiſſe & enixe obſecro. Tandem vero IEHOVAM per Chriſtum oro, vt Illuſtriſsimæ ac Generoſiſsimæ Celſit. T. ſimulque omnino Sereniſsimo Principi Mauritio, Patriæ noſtræ Patri Auguſtiſsimo, Domino ac Mœcenati meo benigniſsimo, ſemper ex alto quam cumulatiſſime benedicat, & ſacroſancto Spiritu ſuo quam potentiſsime tueatur ac regat, diutiſſimeque & mente & corpore vtrumq; incolumem ac florentem præſtet ac protegat, & ab omni malo cuſtodiat, Amen. Heidelbergæ ex Muſęo meo.

Illuſtriſſimæ Celſit. V.

Subiectiſsimus & Addictiſs.

IOHAN. CALVIN. aliàs *Kahl*, Wetteranus, Iuris in Academia Heidelb. Profeſſ. ordinarius.

§ 4

Digitized by Google

DIONYSIVS GOTHOFREDVS
IC. IOHANNI CALVINO, aliàs *KALH*, I.V.D. PROFESSORI ACADEMICO collegæ ſuo S. P.

QVOD de Iuris noſtri ſtudio tantopere mereri velis, pleniſſimum noſtris Lexicon Iuris vt offeras, tuum in eo (mi Caluine) votum deſideriúmque maximè commendo. Et ſcis ipſe tu quoque, tuus innoteſcere mihi cœpit vt animus, quantopere factum illud tuum laudauerim: tametſi mihi nec incompertum erat, egregiam in iſtiuſmodi re operam magni nominis viros aliquot nobis non ita pridem præſtitiſſe. Sed apud te more (quod & interdum priores illi fecerunt) flores optimos ex optimis authoribus ſeligere; plenúmque velut opus ex aliis non plenis facere velle deprehendi. Nec te quorundam video deterruit ea parte faſtus aut animus, qui nihil dignum viſu lectuque, niſi quod vel nouum ſit omnino, vel quod ipſimet fecerint, judicant: quique verborum juris Commentarios, Grammaticam profitentis potius hominis, quam Iuriſprudentis opus eſſe cauillantur.

At enim ſciant iſti velim, noſtris vel id morbi vitiique plus quam par ſit ſæpius contingere; juris. Lexicis minus diligenter vt euolutis, ridendos ſe præbeant audientibus: non minus quam rudes illi cauſidici, qui, Marcellino teſte, ſi Doctorum in circulo, veteris forte nomen auctoris inciderat, piſcis alicuius aut eduly peregrinum vocabulum arbitrabantur.

At tu Seruium noſtrum ſequi vel in eo maluiſti, quem, licet nobilem patritiúmque virum, de verborum quæ ad jus pertinent ſignificatione minime puduit olim Romanis ſuis ſcribere: niſi Varronem orbis ſui Romani doctiſſimum, vel Cæſarem Iulium minus ob id iſti cenſuerint, quod hic de Analogia, ille de lingua Latina eiuſque declinationibus, libros aliquot conſcripſerit. Piget equidem prætermittere, quod de Carolo Magno legimus, non tantum menſes & ventos XII. *propriis nominibus appellaſſe, cum antea quatuor tantum Cardines venti nominarentur, ſed & patrio quoque ſermone nempe Theutonico, Grammaticam eum inchoaſſe. Non eſt itaque quod in tam laudabili poſteritatis iuuandæ propoſito, calumnioſa tibi verba poſthac à quoquam metuas: præſertim cum perutilia de tuo plurima huic quoque Lexico contuleris; nec authorum nomina, quibus vſus fuiſti, malo more, ſuppreſſeris. Scribant meliora potiores. Tantum vtique opus quod in te receperis, tot & adeo locis Iuriſprudentiæ noſtræ profueris, bonos opinor nec inuidos ea parte tibi plurimum deuinxeris: nec diffido quin literatus ille Princeps, quem tot linguæ, tot artes temporibus noſtris, tot & ſcientiæ exornant, quemque tui Mæcenatem laboris vel operis facere nunc inſtruiſti, tuis ſtudiis votiſque naturæ ſuæ clementer obſecutus annuat, tuoſque conatus in poſterum bono publico promoueat in melius. Vale.*

HER-

HERMANNVS VULTEIVS IC.

ACADEMIÆ MARPVRGENSIS ANTECESSOR PRIMARIVS, HASSIÆ CONSILIARIVS,

Lectori S.

VETVS eſt illa, & à multis ſeculis, dixerim ferme jam inde ab ipſius incunabulis, de perplexitate & difficultate ejus juris, quo vtimur, vſurpata conqueſtio: Quæ vt vera ſit, minime equidem juſtam eſſe arbitror. Quicquid enim eius eſt, id non tam juris ipſius vicio, quam hominum, qui id tractarunt hactenus, culpa accidit. Nam jus ipſum ſemper idem eſt, apud omnes ſibi vbique ſimile, tum etiam cum maxime videtur eſſe aliud; certe idem non futurum, niſi eſſet aliud: quam rem mirabiliter conciliant perſonæ, loca, tempora, atque ſi quæ eiuſmodi incidunt circumſtantiæ aliæ, quas cum æſtimare non ſit niſi viri prudentiſſimi, & artis Reipubl. recte gubernandæ peritiſſimi, quin etiam exercitatiſſimi, mirum non eſt, in jure conſtituendo à pleriſque quibus ea cura demandatur, impingi incautius. Hic namque labor, hoc opus eſt, vt ait ille. Et vero quotuſquiſque eſt in tanta hominum multitudine, qui artem iſtam probe calleat, & vt eam calleat optimè, ad commodum eius, in qua verſatur, Reipubl. probe accommodare nouerit? Ita enim fere comparatum eſt, vt qui artis ſuæ eſt ſcientiſſimus, idem exercendæ eius ſit imperitiſſimus. Quod ſi vero prouincia etiam iſta obtingat ſcelerato, incredibile eſt, quam ſit res iſta Reipub. periculoſa. Vnde effrenis illa legum figendarum atque refigendarum libido, qua nihil accidere poteſt ad vitam bene beateque in communi ſocietate degendam perniciosius. Et quis non videat, mox perplexum fieri, quod erat expeditum; difficile quod per ſe erat facile? Verumenimvero non tam hic incuſandi ſunt, qui dant jura, quam qui reddunt, in illis enim rarius eſt, vt qui dent cupiditatibus: in his autem eo nihil eſt frequentius. Qua in re non vno modo peccatur, quorum vnus judicum malitiæ, alter eorum, qui cauſis patrocinia præſtant, calumniæ tribuitur, cui vtrique vt plurimum accedit juris imperitia. Huic autem, quod mireris, etiam Iuriſconſultorum ſcholæ nonnunquam occaſionem præbent. Sunt enim in illis diſſenſiones infinitæ: traduntur non neceſſaria plerumque, neceſſaria omittuntur, aut certe neceſſaria tam confunduntur, vt pleraque nihil minus habeant, quam quod ad quæſtionem propoſitam pertineat. Ex quo fit, vt, quid doceant, ipſi plerumque, qui docent, neſciant, diſcipuli non aſſequantur: & fiat mirabilis rerum omnium confuſio, vt multum interſit ad docendum aſſumi artis, quam docere debent, peritos, eiuſdemque docendæ facultatem habentes, qua in re vix credi poteſt, quantum peccetur ambitione vel gratia adſcitis, in quibus eorum, quæ dixi, neutrum eſt, præteritis, quibus vtrumque ſuppetit. Hiſce accedit commentandi & ſcribendi cacoethes, vt vel ſola librorum mole ars juris prægrauata ſit, imo facta infinita. Non igitur mirum, ius, quod per ſe eſt expeditum, eſſe perplexum; quod per ſe eſt facile, eſſe difficile; ſed hoc omne, vt dixi, non juris vicio, ſed hominum culpa accidit, vt non tam de jure, quam de nobis ipſis conqueri debeamus. Animadverterunt hoc jam pridem viri prudentes, atque in hiſce etiam ipſum Reipub. clauum tenentes, idemque etiam num hodie animaduertunt multi. Quæſitum eſt huic malo remedium: an inuentum, affirmare non auſim. Cogitauit de eo C. Iulius Cæſar? ſed patriæ calamitas huius etiam fundi noſtri calamitas fuit: Idem M. Tullium tentaſſe vero ſimile eſt, eiuſque rei in monumentis ipſius extant veſtigia, ſed tam tenuia; vt vix appareant. Id certum eſt, vtrumque de iure in artem redigendo cogitaſſe, quæ via, meo etiam iudicio fuiſſet expeditiſſima. Eſt enim ars ſui ipſius docendæ & diſcendæ methodus certiſſima. Iuſtinianus noſter alia via ingreſſus centones nobis reliquit ex veterum Iuriſconſultorum Commentariis, & Imperatorum reſcriptis conſutos, in quibus nihil eſt artificioſum. Quod ad cetera, plerique ſunt in ea opinione, juris perplexitati & difficultati per eos conſultum. Quam verum id ſit, nunc non diſputo. Equidem ingenue fateor, optare me, ſupereſſe nobis Iuriſconſultorum illorum Commentarios integros. Quam enim ſuerint eruditi, vel ipſi Centones ſatis arguunt. Quæ poſtea inſecuta eſt ætas, commentariis ius Iuſtinianeum illuſtrare conata eſt: quod an aſſecuta ſit, iudicent alij: mihi certe

ſententia eſt alia, tametſi operam rum præſtitam haud improbem. Hodie ſunt, qui diſputationibus hanc rem committant, quos multum aberrare arbitror. Et ſane diſputationum vſus non contemnendus, ipſeque ſum juris ſtudioſis autor, vt in illis ſe diligenter exerceant, ſed non niſi illis, qui in cognitione juris, ſi non omnino bene, at ſaltem mediocriter profecerunt. Nam eorum, qui à diſputationibus ſtudium juris ordiuntur, opera nihil eſt infelicius, qui dum ſe celeriter expedire cupiunt, magis impediunt: qua de re diſſerendi forte nobis erit locus alius. Soli mihi placent, qui ad artem nos reuocant, in qua hoc noſtro ſeculo tentatum & laboratum eſt amplius, quam vllo ante hac alio. Neque adeo infeliciter cecidit alea. Etſi enim quiſque prout à naturæ felicitate, melius etiam à diſciplina elegantiori informatus fuit, ſtudium iſtud hoc vel illo modo inſtituendum cenſuit, multa tamen ſunt, in quibus omnibus belle conuenit, vt non dubitem, quin ſi non hæc, at certe poſterior ætas perfectura ſit propemodum affectum. Cæterum quantum in omni diſciplinarum genere interſit ad ſolidam rerum cognitionem conſequendam, verborum, quibus res illæ ſignificantur habere cognitionem, nemo eſt, qui non intelligat: & ſi vllius artis profeſſores alij ſollicitam de verbis, eorumque proprietate curam habuerunt, certe fuerunt illi Iuriſconſulti noſtri, vt vere dixerit ille, Latinam linguam amiſſam vel ex ſolis Iuriſconſultorum libris reſtaurari poſſe. Neceſſitatem rei iſtius animaduertit Iuſtinianus ipſe, vt verborum ſignificationibus peculiarem titulum in Digeſtis ſuis tribui voluerit. Et vero commentarij interpretum plerorumque ſuperioris ætatis docent, quam viri illi, tametſi quoad cætera, doctiſſimi, ex verborum, eorundemque ſignificationis ignorantia etiam in rebus alioqui non obſcuris impegerint turpiter. Quod fecit, vt qui illis ſucceſſerunt, ſedulo cogitarint de verborum ſignificationibus, ne idem ipſis, quod illis accideret, recte animaduertentes primum omnium verborum notitiam eſſe comparandam, atque ita demum ad res ipſas, quæ verbis denotarentur, diſcendas, progrediendum eſſe. Et ſane ita eſt, vt qui verba callet, dimidium facti habeat. Quam ob cauſam apud veteres de ſtudiis juris optime meritus eſt Albericus de Roſate, qui Dictionarium juris compoſuit. Sed quam imperfectum illud? quam in pleriſque locis erroneum? Multo igitur magis in maximo precio habendi ſunt noſtri ſeculi Iuriſconſulti, qui idem argumentum tractarunt, & non tantum de verborum ſignificatione commentarios doctiſſimos ediderunt, inter quos merito nomino magnum illum Alciatum, Rebuffum, Brechæum, Fornerium, & nuper admodum diligentiſſimum virum, Compatrem & collegam meum honorandum D. Iohannem Goeddæum: ſed etiam Lexica juris prodiderunt, in quibus ſunt Spiegelius. Oldendorpius, Hotomannus, Prateius, Brederodius, Scbardius, & quem omnium maximi in eo genere facio, Barnabas Briſſonius, qui omnes tam accurate ea, quæ ad verborum ac proinde etiam rerum ſignificationem pertinent, tractarunt, vt nihil amplius in eo genere deſiderari poſſe videatur. Atque ita quidem eſt, ſi illos omnes coniungas: at habent interdum ſinguli, quæ cæteri non habeant, & vero ſunt apud nonnullos quædam erronea, vitioſa, heterogenea, interdum ridicula, alia etiam ex jure Ciuili, Canonico, & Feudali, quinetiam ex interpretum Commentariis non ſatis recte diſtincta. Hoc cum à multis jam annis, quibus in hoc ſtudiorum genere verſor, in iſtis Lexicis deſideraſſem, nec ipſe ob negociorum multitudinem quin & valetudinem non admodum firmam, medicinam ei rei afferre poſſem, optaui ſæpe aliquem eſſe, qui publici commodi cauſa hoc, quicquid eſt, laboris in ſeſe ſuſciperet, & Lexica ſuperiora coniungendo, inutilia reſecaret, vtilia relinqueret, & quæ deeſſent aliis, ſuppleret, vt ita perfectum aliquod verborum opus ἀποτέλεσμα tandem aliquando extaret. Dum vero de eo ſum ſolicitus, nunciatur mihi Clariſſ. & præſtantiſſ. virum D. Iohannem Caluinum, I. V. Doctorem, & Academiæ Heidelbergenſis Profeſſorem eximium, in eo eſſe totum, vt eiuſmodi Lexicon juris, cuiuſmodi animo meo conceperam concinnaret. Lætabar virum, quem mihi popularem inde à pueris notum ea facultate probe inſtructum ſcirem, id opus moliri, & ne ab incepto deſiſteret, ſed pergeret & in publicum emitteret, ſedulo hortatus ſum. Id nunc omnibus numeris abſolutum, in commodum tuum, Candide Lector, prodit: quod vt commendem tibi, opus non eſt. Nam & res ipſa eſt eiuſmodi, quæ cum ſeipſam commendet ſatis, commendatione opus non habet, & modus tractandi talis, vt alium deſiderare non poſſis. Quod ſi amplius aliquid requiras, actum ages. Tu vero inſigni hoc theſauro vtere, fruere, & Caluinum de ſtudiis publicis optime eſſe meritum, fatere. Dabit, vt poteſt, plura, ſi operam ſuam tibi gratam eſſe animaduerterit, Vale.

PAVLI MELISSI FRANCI,

COMITIS PALAT. ET EQ. AVR. CIVIS ROMANI

ODA

AD CLARISS. VIRVM IOHAN. CALVINVM. Vetteranum, Juriſconſ.

Cum vulgaretur LEXICON perfectiſſimum ab ipſo conſtructum.

CEV magna paruis flumina fontibus
Naſcuntur, auctis lapſibus amnium,
Si prono iungant hinc & illine
Bracchio, & ora repleta lymphis;
Tandem ipſa vaſtum nauigero mare
Tergo ſubintrant, dulciaque inuicem
Abſorpta ſalſis aſtuantis
Fluctibus Oceani remiſcent:
Sic è minutis craſſa volumina
Collecta legum principiis, magis
Magiſque & incrementa ſumunt.
Et cumulum numeroſe adaugent;
Immenſa donec regna potentium
In orbe regum fartiter occupent.
Laturo tam pronis maliſve,
Quam de bonis licita probiſque
Ius æquitatis. Congeriem prius
IVSTINIANVS *pranimis vberem*
Recidit omnino: ſed ò quam
Multiplicata hodie eſt ſupellex!
Vt omplinutum ſtat pelagus fari
Et grande & ingens! Vix Themis ipſamet
De hinc profundi paſſe longas
Scire vias, liquido fatetur.
Vere beatum dicere ſe queat.
Si vector anceps nauiget in vado,
Portumque tuta lintre tangat,
Poſt nihil ambiguum pericli.
Huic crediturus denique ſe freto
CALVINE *noutis ſuppeditas lubens*
Rates, & inſtrumento, & arma,
Suppetias genus omne, & omne
Genus dolores. LEXICA *plurimis*
Referta rebus, ſunt vice remigum,
Locaque velorum ferentum
Dorſa per & ſcopulas minaces,
Saluâ carinâ, & ſuſpitibus ſaluum
Tranare promptis. Dij, faciles date.
Euras & Auſtros: Dij marini,
Quas penes arbitrium & poteſtas
Eſt tranſvolantum: Diique ſoli iſtius,
In quo moramur, rem ſtudioſius
Hanc principalem promouete.
Tuque adeo generoſe Princeps,
Et docte linguas iuraque, MAVRICI
Sol vne terra Cattidas, approba
Huiuſque nauarchi labores,
Quos tulit aſſidue tot vſque
Vigiti per annos, nec dum animi & ſpei
Fractus: diuruis parro etiam dehinc
Curiſque nocturnis paratus
Ingenij applicuiſſe vires,
Inſeruientes cum patria bono,
Tum vera alumnis & Sophia & Dea,
Cui iuſta lanx & iuſtus enſis
Vindicat imperij tiaram.
Nam quorſus artes diſcimus optimas,
Linguaſque plures, non ſine Pallade:
Si non eaſdem commodamus
In patria decus atque laudem?

Digitized by Google

CATALOGVS AVTHORVM, QVORVM *in hoc Etymologico fit mentio, & ex quibus potiſſimum eſt conſtructum: iſque geminus.*

A.

A. Gellius.
Adrianus Turnebus.
Æmilius Ferretus.
Albericus de Roſate.
Andreas Alciatus.
Andreas Tiraquellus.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Contius.
Antonius Gomezius.
Antonius Goueanus.
Antonius Nebriſſenſis.

B.

Barnabas Briſſonius.
Bartolus de Saxo Ferrato.
Benedictus Curtius.
Benedictus Lampridius.
Bernadinus Maſſæus.
Blondus Flauius.
Brechæus.
Brederodius.

C.

Caius Cotta.
Carellianus Cotta.
Corpus Canon. & Ciuile.
Cuiacius.

D.

Dionyſius Gothofredus.
Donellus.
Duarenus.
Dumbertus.

E.

Eraſmus Roterodamus.

F.

Fabius Cotta.
Forcatulus.
Fornerius.
Franciſcus Balduinus.
Franciſcus Connanus.
Franciſcus Curtius.
Franciſcus Duarenus.
Franciſcus Hotomannus.

G.

Gœddæus.
Gothofredus.
Gulielmus Poſtellus.
Guilielmus Budæus.

H.

Hermannus Vulteius.
Hermippus Callimachus.
Hieronymus Treutlerus.
Hugo Donellus.

I.

Iacobus Cuiacius.
Iacobus Curtius.
Iacobus Ræuardus.
Iacobus Spiegelius.
Ioach. Mynſingerus.
Ioh. Baptiſta Caccialupus.
Ioh. Baptiſta Ferretus.
Ioh. Bellonus.
Ioh. Brechæus.
Ioh. Brodæus.
Ioh. Corraſius.
Ioh. Cotta.
Ioh. Droſæus.
Ioh. Ferrandus.
Ioh. Gœddæus.
Ioh. Oldendorpius.
Ioh. Robertus.
Iulius Pacius.
Iuſtus Lipſius.

L.

Lancinus Curtius.
Lazarus Bayſius.
Lilius Gregor. Giraldus.
Ludouicus Cælius Rhodiginus.

M.

Marius Antonius Maioragius.
Martianus Capella.
Math. Weſembecius.
Muretus.

N.

Nicolaus Bellonus.
Nonius Marcellus.

P

Pacius.
Pardulphus Prateius.
Petrus Aldobrandinus.
Petrus Anchoranus.
Petrus Cornelius Brederodius.
Petrus Crinitus.
Petrus Faber.
Petrus Peckhius.
Petrus Pitheus.
Petrus Rebuffus.

Q.

Quintus Curtius.

R.

Raphaël Fulgoſius.
Raphaël Sailerus ex Com. Duareni.
Rebuffus.

S.

Scaliger.
Sebaſtianus Medici.
Silueſter Aldobrandinus.
Sigonius.
Stephanus Forcatulus.

T.

Treutlerus.
Turnebus.

V.

Victorius.
Viglius Zuichemus.
Vlricus Zaſius
Vulteius.

W.

Weſembecius.

Lexicographi Græci.

Iulius Pollux.
Suidas.
Lexic. Bud. Conſtantini.

Latini.

T. Varro.
Feſtus Pompeius.
N. Marcellus.
Albericus Roſatius.
B. Briſſonius.
F. Hotomanus.
I. Spiegelius.
I. Oldendorpius.

Iuris Auctores Græci.

Solon.
Modeſtinus de excuſat.
Iuſtiniani Nou. & Edicta.
Leonis & Iuſtini Conſtit.
Τὰ βασιλικά.

Latini.

XII. Tabul.
Vlpiani Tituli.
I. Pauli ſententiæ.
Gaij Inſtitutiones.
Voluſius Mætianus.
Q. Septimius Tertullian.
Pandectæ IC.
Codicis. Gregor. Hermo. Theodoſ. & Iuſtiniani Inſtit.

Interpretes Græci.

Baſilici.
Theophilus.
C. Harmenopulus.
Euſtath. C. P. Anteceſſor.

Latini.

Iulianus Patritius.
I. Frontinus.
Agg. Vrbicus.
Hygenus.
Aoianus.
F. Martinus.
Azo.
Accurſius.
I. Beluiſius.
Speculator.
Cynus Dinus.
Bartolus, Baldus.
P. Caſtrenſis.
Ang. Aretinus.
P. Decius.
Iaſon.
F. Ripa.
A. Alciatus.
F. Duarenus.
Io. Corraſius.
I. Cuiacius.
G. Budæus.
L. Bayſius.
A. Auguſtinus.
Simon Schardius ad leges Rhod. nauales & militares.
Petrus Faber.
Berengarius Fernandus.

Ex Iure Pontificio.

Decretales.
Sext. Decret.
Gratiani Decreta.

Interpretes.

Bernardus.
Abb. Panormit.
I. Andreas.
Felinius Sandeus.
Ang. Clauaſius.
G. Benedictus.

Ex Medicis.

Hippocrates.
Galenus.

Ex aliis Claſſicis ſcriptoribus.

Homerus.
Plato.
Xenophon.
Demoſthenes.
Ariſtoteles.
D. Halicarnaſſæus.
Diodorus Siculus.
Dio.
Iulius Firmicus.
Symmachus
Heſychius.
Moſchopulus.
M. Cicero.
C. Tacitus.
T. Liuius.
Suet. Tranquill.
Aſc. Pædianus.
M. Fab. Quintil.
Sidon. Apollin.
Caſſiodorus.
Vegetius.
Iſidorus Etymol.
A. Gellius.
Lib. qui Cæſarum vitæ inſcribitur. Et alios præterea citauimus, quos recenſere infiniti eſſet operis.

LEXI-

LEXICON IVRIS CIVILIS, ET CANONICI, THEORETICI ET PRACTICI:

id eſt

DE VERBORVM, QVÆ AD IVS CIVILE Et Canonicum, Theoreticum & Practicum pertinent, ſignificatione, deque eius formulis;

Commentarius,

Receptâ literarum Alphabeticarum ordine ac mere digeſtus.

A.

A Litera, in Græciam è Phœnicia à Cadmo allata fuit, vt Plinius lib.7.cap.56. hiſtoriarum naturalium, de rerum inuentoribus loquens, teſtatur.

Significatio literæ ac voculæ hujus diuerſiſſima eſt.

Notarius veteres quibus, vt cum Manilio loquar, litera, verbum erat, hujus literæ compendio integras pleraſque voces ſtrinxiſſe ex Valerio Probo, Magnone, & antiquis inſcriptionibus liquet. Briſſon.

A, litera ſalutaris à Cicerone in Epiſtula pro Milone non ſine cauſa nuncupatur: quandoquidem apud veteres Romanos, judices, ſi cauſa ipſis bona videbatur, reum hujus literæ indicio abſoluebant: quippe literam A, notam abſolutionis (ſicut literam C, notam condemnationis, & N L. non liquet, notam dubitationis in cauſa judici perplexa & obſcura) in tabella, quam à Prætore accipiebant, ſinguli abſoluentes ſuo ordine adſcribebant. Hoto. Spieg. Prat.

A, litera, fuit & Nota in ſuffragiis & comitiis legum, qua ſe ciues repudiare rogationem ſignificabant. Nam duæ tabulæ dari ſolebant: in quarum altera V. R. ideſt, vti rogas: in Altera A, id eſt, antiquo, ſeu antiqua ſequor, noua non placent, ſcriptum erat. Eſt enim, vt Feſt. ſcribit lib. 1. Antiquare, in morem antiquum, ſeu priſtinum reducere. Hotom. A, in comitialibus ſuffragiorum tabellis vim Antiquandi, in Iudiciariis vim Abſoluendi obtinuit, ait Briſſon.

A, Auguſtum ſignificat in inſcriptionibus & ſubſcriptionibus conſtitutionum Cod. Theodoſ. & Iuſtinian. & Nouell. Pratei. Erat & litera A, nempe majuſcula (vt aliæ permultæ) prænominis nota, vt ex Valerio Probo, Epigrammatiſque Vrb. Veteris liquido conſtat. Si namque punctus huic literæ poſtponatur, Aulum ſignificat, hoc modo, A. Ofil. Aulus Ofilius, ICtus, l. 2. de Orig. juris Spieg.

A, præpoſitio, variis loquendi formulis inſeruit: interdum congregat, præſertim cauſam efficientem (cujus ſubinde nota eſt) cum cauſato ſeu effectu: interdum ſegregat: idque vel propinquius vel longinquius. Cauſatiue accipitur apud D. Auguſtinum & Iſidorum c. conjuges & c. conjux, cauſ. 27. q. 2. Quandoque cauſas ad aliquid faciendum inſtrumentales ſeu efficientes adminiſtras (hoc eſt miniſtros certos, vel certis officiis & dignitatibus præfectos) deſignat, idque certis quibuſdam nominibus conjuncta: vt, A manu, à ſtudiis, à commentariis, à libellis, à rationibus, à ſecretis: de quibus formulis mox infra. Sueton. in Claud. Super hos Polybium à ſtudiis, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallentem à rationibus. Sumitur etiam pro Ex, apud Caium, leg. adeo 7. § quod ſi non ff. de acq. rer. dom. A re pro. Ex re, Ab his, pro Ex his, Ex horum numero, l. 34. de vſu & vſufr. Ab hoc legato retinere, pro Ex hoc, l. 28. de liber. legat. Briſſon. Pro donec, quandiu, Alciat. lib. 7. Parerg. c. 11. accipi debet apud Terentium Clementem l. ſed ſi hoc 62. §. 2. ff. de cond. & demonſtr. ibi, ſi à liberis non nupſerit: i. donec vel quãdiu filios habuerit, eos uſ deſeruerit. Sonat etiam idẽ quod Pro: quo ſignificatu eleganter vſurpatur cum inter partes diſſidentes indicamus alterutrius propugnatores & amicos: vt, qui à reo, vel ab actore eſſe dicuntur. Cicero in Cluentiana: Non modo dicẽdi à reo, ſed ne ſurgendi poteſtas, & c. i. pro reo. Interdum loci propinquitatẽ denotat, vt à theatro venire: id eſt, à loco, qui eſt juxta theatrum. Aliquando ponitur pro Per, teſte Alberico, vt in l. 1. C. ad leg. Fab. de palg. ibi, A quo, i. per quem. Interdũ ſumitur pro De, vt à Caſtro Nouo. Sic aliquãdo non indoctos locutos fuiſſe ſcribit Thom. Linacer, indicans etiam, pro, Verſos præpoſitione vſurpari. Prat.

A, & Ab dictiones ſunt ſuapte natura excluſiuæ, & ſeparatiuæ, vt notat gl. in l. ratio §. ſi per venditionem, in fine, ff de act. emp. quod confirmat Bart. Bald. & alij. Hinc & qui recte proprieque loquuntur, ij dictionibus A & Ab pro dictione Poſt, quæ & ſeparatiua eſt, ſæpe vtuntur: vt de priore Pomponius l. 2. quod ad magiſtratus, de origine juris: & veluti ſecundum locum à regibus obtinebat: i. vt annotat Zaſius, poſt reges: neque enim is rex erat. Et Suetonius in Cæſare: Plebs ſtatim à funere ad domum Bruti & Caſſij cum facibus tetendit. Et Plinius lib. 25. c. 5. Hoc contingere, ſi à concepta ſuccus continuus bibatur in paſſo. Et paulo poſt. Quarto die à balneo coite eos. A ſententia, i. poſt ſententiam latam. A morte teſtatoris, i à die mortis, l. 87. de leg. 2. Briſſon. De dictione etiam Ab, eſt illud in eundem ſenſum Plauti in Pœnulo: Iam ab re diuina credo apparebunt domi: & Columellæ lib. 11. cap. 15. Poſt hæc quæ diximus ouillum, & ab hoc caprinum eſt.

Quandoq; A præpoſitio habet vim immediati, poſt antecedẽs quiddã, temporis Sic Pompon. d. l. 2. A cęde, pro, continuo poſt eadẽ Paulus A diuortio, in l. pater 10. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adul. Spieg. à legatis ſolutis, l. 76. fin. de leg. 1. Sunt qui inter bujuſmodi dictiones A, & Ab, diſcrimen faciunt, quantum ad vim excludendi, vel includẽdi, vt Alber. in l. 2. § æſtatem, ff. de aqua quotid. Tiraq. in tract. de retract. lignagier, §. 1. ſour gloſ. 11.

A & Ab, quandoque ſignificant terminum A quo, ſicut vox, Vſque terminum Ad quem. Terminus à quo, ſæpius excluſiue ſignificat, de quo Bart. in l. patronus, §. 1. in fin. de leg. 3. Old.

A, pro ſtatim poſt A, pro ſub primum initium, poſt initium. Vt ſi ſtatuto caueatur: à pulſu campanæ veſperi nemo per vicos incedat: interdum incluſiue ſumitur, vt ſi ſtatuto caueatur: à pulſu campanæ circa diluculum cuique domo exire licet. Sic l. 21. C de nupt. à caligato milite (nempe annumerato, incluſo, ſimul comprehenſo) vſque ad protectoris perſonam. Prat.

A, præpoſitio, priuandi quoque vim habet & ſignificationem verbi, cui juncta eſt, immutat: ſed id apud Græcos. vt in dictione ἀπίλλειν id eſt exurrere) qua vtitur Vlpian. in l. 3. §. h

quibus ff. de legat. 3. Interdum ſubauditur à jure hæc præpoſitio; vt in l. milites agrum. in prin. ff. de re judic. & in l. liberto, 31. §. item ff. de negot. geſt. Spieg.

Ab aliquo poſſidere: itinere, actu, ab aliquo vti; ab aliquo aquam ducere; quæ ſæpe in edictis Prætorum, aliiſque librorum noſtrorum locis occurrunt, non hoc ſignificant, quod prima fronte videri cui poſſit; ab aliquo poſſidendi, eundi, agendi, ducendi, jus cauſamque habere, vel etiam ejus voluntate, conceſſione, permiſſu, poſſidere, vti, ducere: Sed potius alicujus (multi aut fraudari) poſſeſſionem tenere, per alicujus fundum ire, agere, ex ejus prædio aquam ducere. Exempla ſunt in l. 1. ff. de itin. & paſſim. Vi ergo à me poſſidet, qui me vi dejecit, mihique poſſeſſionem abſtulit, l. 1. §. ſi à me ff. vti poſſid. Similique modo, clam à me poſſidet, qui meam poſſeſſionem clam & furtive ingreſſus eſt.

Ædificatvm etiam ab aliquo habet (quo genere dicendi Afri. in l. 46. ff de damno infect. vſus eſt) qui in alicujus, licet non conſentientis, ſolo ædificium poſuit. Sic denique ab aliquo fundum pro hærede poſſidere, accipimus in l. 11. ff. de vſucap. Briſſon. in lexico, litt. Ab. vide & infra, A me poſſidet, & infra, Ab illo vtitur.

Ab aliquo poſſidere, pro, poſſeſſionem ab aliquo certo nactum eſſe, alicujus certi hominis poſſeſſionem obtinere. Prætor in l. 1. vti poſſidet, vti ædes iſtas nec vi nec clam alter ab altero poſſidetis. Vi ergo ab aliquo poſſidere, eſt vi poſſeſſionem illi ſoli eripuiſſe eamque vi obtinere Hinc Ab aliquo vti re quapiam dicitur, qui illi præciſe rei ſuæ vſum ademit; eumque quo modo retinet. Prætor in l 1. de itin. actuque priv. Quo itinere actuque nec vi, nec clam, nec precario, ab illo vſus es. Nam hoc eo pertinet, vt nominatim notetur is, à quo vſum actorem non oportuit; neque ſatis eſt, ſi infinite à quovis alio vſus eſſet. Sic ab aliquo aquam ducere eſt, non vndecunque aquam ducere, ſed ex illius, qui præciſe nominatur, fundo, deductam habere. Prætor in l. 1. ff de aq. quot. Vti hoc anno aquam non vi, non clam ab illo duxiſti. Prat.

Ab aliquo ſoluere, vide infrà. A me ſoluere.

A bis ſeptem verbis: Proverbium in eos competens qui à noxia quapiam purgari ſunt: propterea quod antiquitus mos eſſet, homicidio pollutos, veſtes ſuas bis ſeptem inundationibus immerſionibuſque lavare: Eraſm. citans Suidam Spiegel.

A capite arceſſere: Quum res ab eo repetitur, quod eſt in negotio præcipuum à capite arceſſi dicitur Vide Cicer. lib. de Oratore 2. item lib. de legib. 1. & in Topicis Spieg. vel potius: cum res propoſita è primis & originalibus principiis, ſeu cauſis, finibus, ac fundamentis deducitur.

A capite ducere, id eſt ab origine Caput eſt enim, è quo rivuli manant Vlpian. in l. 1. de aqua quot. Nam ſuperiora, inquit, interdicta ad eos pertinent, qui à capite ducunt, vide infra, caput aquæ. Spieg.

A capite periculum propulſare, vide agere de capite.

A capite rationem reddendam vt intelligi debeat, oſtendit Paulus juriſconſ. in l. & qui natura. ff de neg geſt.

A carceribus Latini ſcriptores cum exorſum negotij ſignificare volunt, ab ipſis carceribus, dicunt: cum finem, ad metam vſque. Sumptum à certaminibus equeſtribus, vbi curſus initium eſt à carceribus, id eſt repagulis.

A certo hærede legare: vide mox infra, à filio.

A commentariis, qui præſunt commentariis: i. qui in commentarium cuſtodias referunt, & veluti diariũ cuſtodiarium cõficiunt Hos Aſcon. vt & ICtus, vocat commentarienſes, non à commentario, carceris loco, vt Accurſ. divinare libuit: Spieg.

A Cubiculo, pro eo qui principali cubiculo miniſtet adſcriptus eſt vſurpari video, etiam à non vulgariter eruditis; vt teſtatur epigraphe, quæ extat apud Ciceronianorum Principem, Petrum Bembum lib. Epiſt. 11.

A cunabulis id eſt à pueritia, ſive primis vitæ rudimentis: vide infra cunabula.

A Deo ficti. Qui vehemente ad aliquid natura compoſiti ſunt, hos proverbiali ſermone, ad hos natos, factus, ſculptoſque dicimus Spieg.

A Duum viro: pro imperio vel permiſſu Duum viri. A Duum viro dimitti intelligendus eſt, qui juſſu, permiſſu, mandatu ve Duum viri dimittitur. Vlpian. in l. ſi quis 52. §. 6. ff. de furt.

A filio legare, i. e. ita legare, vt legatum non niſi à filio, ſi quis natus eſſet, accipi poſſit; à ſubſtituto non item: vt ſcil. legatario certæ ſit ſalus filij, cum in ea emolumentum poſitum intelligat. Nam legata non valent, ſi is à quo nominatim teſtamento relicta eſſent, hæres non potuiſſet Spiegel.

A filio, liberto, ſeruo, ſecundo hærede, a ſubſtituto Legare, Relinquere, legata repetere. Teſtator dicitur, qui filium libertum ſeruum, ſubſtitutum, damnat aliquid dare vel præſtare.

A certo hærede legare: certo hæredi, vt legatum aliquod præſtet mandare ſic vt ab illo debeatur ſolo; Cicer. in Topi. Si pater familias vxori ancillarum vſumfructum legavit à filio, neque à ſecundo hærede legavit, mortuo filio mulier vſumfructum non amittet. Idem pro Cluent. Itaque ei teſtamento legat grandem pecuniam à filio, ſi quis natus eſſet: ab ſecundo hærede nil legat. Marc. in l. 6. ff. de aur. & argent. Seia ab hærede P. Mævio ita legavit Hotom. Briſſon.

A fonte ducere, ea figura dixit M. Tul. de leg. 1. qua de Orator. 2. A capite arceſſere. De quo paulo ante. Viſne ergo, inquit, ipſius juris ortum à fonte repetamus? Spieg.

A fronte atque à tergo, pro eo quod eſt, Diligenter inſpicere, & præterita cum præſentibus ac futuris conferre.

A laude abeſſe: pro, laude carere.

A lenone manu aſſerere: pro eo quod eſt, à lenonis poſſeſſione & Dominio, ſermone in compendium redacto: Plaut. in Perſa.

A libellis vocantur, qui Principi in libellorum, h. e. vulgo, ſupplicationum negotio ſubſerviunt, qui libellos agunt.

A liberis, pro quandiu liberos habebit, l. ſed ſi 63. §. 2. de cond. & demonſtr. Si à liberis impuberibus non nupſerit, i. e. quandiu liberi erunt impuberes. Hotom. Alciat. Parerg. c. 21. Briſſon.

A linea incipere dicuntur, qui ab ipſo rei exordio ſumunt initium: Spieg.

A manu ſeruus, & à manibus ſcriba, cujus manu ad literas ſcribendas Principes vti ſolent: Barbari ingroſſiſtas nominant. Tranquillus in Cæſare: Philumenem à manu ſeruum, qui necem ſuam per venenum inimicis promiſerat, non gravius quam ſimplici morte punivit. Idem ſcribas à manu, in Nerone & alibi peculiari verbo vocat Amanuenſes.

A matre recentes liberi, ſunt recens nati & ſanguinolenti: vide Gothoft. ad leg. 1. in prin. C de patrib. qui filios ſuos diſtrax.

A me poſſidet, qui poſſeſſionem meam injuſte nactus eſt, l. 3. pr. ff. vti poſſidetis. Prate. vid. ſup. ab aliquo poſſidere.

A me ſoluere: pro de mea pecunia dare.

A Titio perſoluere. de Titij nummis perſoluere. Cicer. ad Attic. lib. 5. Homines non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe à me ſoluere: quod enim Prætori dare conſueſſent, quod ego non acceperam, ſe à me quodammodo dare: i. e. de mea pecunia. Idem in Planciana in fine. Sinite me quod vobis fretus huic ſæpe promiſi, id à vobis ei perſoluere. Plautus. Da ſudes à te: poſt reddidero tibi. Me. Imo cedo abs te. Hoto. ad de Pratei.

Ab aliquo igitur perſoluere, ſoluere, dare, vel repræſentare, numerare, vel ſuppeditare eſt, pro aliquo, vel nomine alicujus, vel etiam de nummis alicujus, ſoluere, &c. Nizol. Spieg. Interdum ab aliquo ſoluere eſt pecuniam ab eo exactam ſoluere, Epiſt. ad Attic. 7. Is laborat, vt, tibi quod debet ab Egnatio ſoluat, i. pecuniam exactam ab Egnatio debitore ſuo Prate.

A militibus paſſuum circiter duobus: hoc eſt, intervallo duorum millium paſſuum. Spieg.

A parte legatarij h. e. pro legatario, vel in gratiam, & favorem legatarij: quære iuſta ſuggeſtum eſt Spieg.

A punctis, qui præerat reditui aquariorum, Corn. Lancillott. citat Frontin. lib. 2. de aquæduct. Spiegel. Prat.

A quatuor annis: quære, Intra 4. annos.

A rationibus, ratiociniis præfecti: qui vulgo magiſtri computorum dicuntur, quo nomine cenſendos puto, qui nunc apud Principes Rechenræthe Cammerræte, appellantur. Spieg.

A rei condemnatione relaxari, oppon. Ad reſtitutionem rei condemnari, in leg. item ſi cum exceptione § quatenus autem ff. quod metus cauſa.

A Remo ad Tribunal. Dici ſolitum. Roterodamus indicat, vbi quis repente ab infima conditione provehitur ad honeſti muneris adminiſtrationem.

A ſe decipi, vide Paulum in l. nam ſi ff. de rei vend.

A ſecretis ſunt, qui ab ore Principis imperium accipiunt diplomatum ſubſcribendorum, edictorumque, quæ in conſilio ſelecto ſecerni ſolent. Secretarij veluti ſcribarum vice funguntur in reſcriptis ſubſignandis, quæ jure & æquitate nituntur: quæque ex bono & æquo poſtulantibus conceduntur ſive ſcientia Principis Secretarij vocem, qua nunc ſignificatione vtimur ceu nuperam, quidam devitandam putarent. Eam Beroald. neutro genere pro repoſitorio rerum ſecretarum Latinam agnoſcit, & à Latinis ſcriptoribus vſurpatam oſtendit comment. 3. in Sueton. Conſtabit in vtraque etiam ſignificatione ab Eccleſiaſticis frequentatam, ſi quis diligenter actiones evoluerit Calcedonenſis concilij. Sed & ex ejuſdem Synod. actionibus vocabulum, à ſecretis, ab antiquo huc vſque deductum colligitur.

A ſtudiis, cujus opera quis in ſtudiis literarum vtitur, vtpote viri eruditi.

A ſubjecta materia, locus diligentiſſime obſeruandus, velut Princeps inter omnes probandi juris modos. Argumentum autem à ſubjecta materia ſic habet originem in jure civili: verba deſeruiunt rebus, non autem jus verbis. Tantum enim ad hoc verba ſunt inventa, vt res ſignificent in hominum commerciis: quare dici rectiſſime ſolet: verborum quidem prior, rerum tamen potior eſt cognitio. Hinc duci ſolet talis argumentatio, quam à ſubjecta materia vocant. Significatio verborum accommodanda eſt (quoad licet) ad qualitatem ſubjectæ in negotiis materiæ.

A te peto marite, ſi quid liberorum habueris, illis prædia relinquas: vel, ſi non habueris, tuis, ſiue meis propinquis, aut etiam noſtris libertis. Hiſce verbis non datam electionem, ſed ordine ſcripturæ factam ſubſtitutionem, Papinianus reſpondit in fin. l. cum pater filios, ff. de legat. 2. Spieg.

A Tormentis, i. violentia & cruciatu, non eſſe incipiendum, D. Auguſtus conſtituit. Accedit item diui Hadriani epiſtola, cujus meminit Vlpian. in l. 1. de quæſt. Spieg.

A. T. M. D. O. Aio te mihi dare oportere, vt Valer. Prob. teſtatur, quæ perſonalis actionis fuit formula, quia perſona rei nominatim in agendo notabatur: & ſtricti judicij, quia ſimpliciter, ait Cicero, aſpere & directo oportere de certa definitaque ſumma dicebatur. Aio vero, antiqui pro affirmo & contendo dicebant, authore Nonio, vnde aientia Cicero appellat, quæ Græci forenſi & litigioſo verbo κατηγορικά. Hotom.

A B.

Ab, aliquando accipitur, pro contra, citant Alber. & Ordend in l. 14. ff. de publ. & vectig. ſed ibi A o, non Ab, legitur, in P. Flor. & vulgar. vbi Ao pro contra accipit Accurſ. Pratei.

Ab præpoſitio verbis juncta, quæ auferendi vim habent, mirum quantum auget: vt Abjicere, Abhorrere, plus aliquanto ſignificant, quam ea à quibus deſcendunt verba Conua. 4. c. 4. nu. 1.

Ab etiam pro Ob ſumitur, in conſtit. Theodoſ. l. vnic. C. ſi quis Imperatori maledix. Equidem pro Ex, illic accipi debere putem, vt indicio eſt verbum, Proceſſerit, ibidem poſitum. Sic ab aliqua liberos procreare, pro, Ex aliqua, & cum aliqua l. imperialis, l. 23. §. itaque per hanc 8. Cod de nupt. Sic ab his, pro ex his, ſeu ex eorum numero l. 34 de vſu & vſufr. 2. Ab hoc legato retinere, pro ex hoc l. 28. de lib. legat. Briſ. Quandoque Ab ſumitur pro Per: vt in c. ab eo, in princ de appel. lib. 6. Interdum ſeparationem ſignificat Accurſio, leg. ſi ex duobus, in princ ff. de duobus reis. Solet in hanc rem citari lex omnium ex iis. ibi, ab initio, de decur. lib. 10. C. Accurſius tamen ibi pro, Poſt, accipi exiſtimat, Sæpe etiam ſumitur pro Sine in l. ſi quis ſeruo, in fine ibi, ab re C. de furt.

Ab etiam præpoſitio cognationum gradus promouet, de quo mox infra ante Abacti.

Ab particula in compoſitione complet nonnunquam ſignificationem dictionis cum qua componitur, vt abſoluo, abnumero: hoc eſt omnino ſoluo, numero. Notum eſt a, ab, abs, ejuſdem eſſe ſignificationis, quod & Bartol. vult in l. ſi ex duobus, ff. de duobus reis. Differre autem in orationis contextu, de quo vide Linacrum lib cit.

Ab actis (de quibus Nouel. 38.) Actorum ſcriptores. Hinc ab actis fori, l. per hanc. C. de aduoc. diuerſ. judicior. Pratei.

Ab actis, quibuſdam ætatis noſtræ eruditis, ſunt ij qui ad tribunal nomine partium producta vel excipiunt, vel tranſcribunt in acta Spieg adde Pratei.

Ab aliquo perſoluere vide ſupr à me ſoluere.

Ab aliquo peti, pro eo quod aliquis petit, vt Alber. indicat. in l. cum pater, §. ex pactis, ff. de pact. dotal. Item, ab aliquo non exigi, i. ne exigat, l. vlt. § ſi pater, eod. Spieg.

Ab aliquo poſſidere, intercere, actu, ab aliquo vti; vide ſupra in litera A.

Ab aliquo abſolutio voce abſolui explicabitur.

Ab Epiſtolis, qui præeſt Epiſtolis apud magnatem, vel Principem, ſiue vt eas accipiat, ſiue vt ad illas reſpondeat. Spiegel. Idem fere quod Secretarius.

Ab Exactione tributorum, hoc eſt ne exactor tributorum conſtituatur, ait Paul. in l. vlt. de veteran Spieg.

Ab hinc centum annis, vetus locutio, quæ (pace quorundam dixerim) non hoc ſignificat, quod vulgari lingua dicere ſolemus, poſt centum annos, vt, poſt homines natos: ſed centeſimo ab hinc anno: vel annus nunc agitur centeſimus, Cicero Verrin 3. planiſſime hoc demonſtrat: Quæſtor Cn. Papirio conſule fuiſti ab hinc annos 14. Nam à Pompeio & Craſſo Conſul. ad Papirij conſulatum totidem anni numerantur. Idem Verrina 4. oſtendit illum menſem comitialem fuiſſe, comitiis abhinc triginta diebus habitis, i. trigeſimo die. Huc illud Chariſij pertinet, lib. 1. Ante annos abhinc decem natus veteres dixerunt, quod eſt ante annos decem natos. Hotom. De hac dictione vide Tiraq. in tract. de retract, lignagier, §. 1. gl. 11. Prate.

Ab huc, i. poſthac, l. 2. §. ab hoc. ff. de origin. jur Nebr.

Ab illo vtitur, qui alicui rei ſuæ vſum ademit, in edict. Prætoris l. 1. in princ. ff. de itin. actuque priuat de quo ſupra ex Briſſ. in verbo, Ab aliquo poſſidere.

Ab inteſtato. i. ſine teſtamento. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deſ. Spieg Nebr.

Ab ipſa Meſſe, Senecæ hoc verbum in eos conuenit, qui vel commodis vel ſpe commodorum detinentur, quo minus ſemet expliceant à negotiis, quaſi deſerturi agrum, cum inſtat meſſis. Quam multi ſunt, ait Eraſmus, in Principum aulis, quos tædet ejus vitæ, diſcruciantorque libertatis deſiderio. Verum iſtis libertatem aſpirantibus reclamat cupiditas. Tam magnas ſpes relinquam? ab ipſa meſſe diſcedam? Spieg.

Ab omnibus hæredibus qui legaretur, docet Vlpianus in l. ab omnibus 104. in prin. ff. de legat. 1.

Ab omnibus gradib. exhæredare vide l. 1. in pr. C. de lib. præter.

Ab originum (vel, vt alij, Ab Aboriginum) ſeculo dicimus, cum ſignificamus rem ab extrema vſque antiquitate repetitam.

Ab ouo vſque ad mala, pro eo quod eſt, ab initio vſque ad finem. Qui rem altius repetunt quam oportet, notantur illo verſu Horatij.

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. Spieg.

Ab te; vide infra poſt Abpatruus.

Ab reo, pro defenſor & patronus rei, ad Heren. lib. 2. Conſiderandum eſt, ne aliud accuſatoris criminatio contineat, aliud defenſoris ratio porger: quod ſæpe conſulto ab reo faciunt, anguſtiis cauſæ coacti. Hotom.

Coronidis vice eſto, quod Latini præpoſitione Ab gradus generis, ſeu cognationum, & ſurſum & deorſum proferre ac promouere ſoleant. Nam proaui paterni vel materni patrem, matrem, Abauum, Abauiamque appellant: ea voce (quod & Feſt. lib. 1. tradit) demonſtrantes, eos ab auo abeſſe, & illum aui auum, hanc auiam eſſe. Quibus nominibus etiam proauiæ paternæ vel maternæ patrem vel matrem deſignamus, l. 1. §. 4 ff. de gradib. & affin. Theophilus latini ſermonis rationem ſecutus ἀβάπαππον & ἀβάμμην vocat. Similiter abaui paterni, vel materni, fratrem, ſororem, Abpatruum, Abamitam, abauiæ paternæ, maternæve fratrem, ſororem, Abauunculum, Abmaterteram dicimus, l. 3. ff. de gradib. & aff §. 6. Inſtit. de gradib. cognat. Paulus lib. 4. ſent. tit. 10. Quos & patruos auunculoſque Maximos, amitas, materteraſque Maximas appellari traditur in l. vlt. §. auunculus maximus, ff de gradib. Ex eodem fonte deſcendunt etiam Abnepos, Abneptis. Hi ſunt pronepotis, proneptis, filius, filia, nepotis neptiſve nepos, neptis, l. 1. §. 4. l. vlt. §. Abnepos ff. de grad. & affin. Græce ἀπόγονος, ἀπογόνη. Briſſon. lexicon.

Abacti greges, qui aut furto, aut per vim adducti ſunt: & abacti magiſtratu, qui coacti depoſuere magiſtratum, vel imperium Ex Feſt. lib. 1. Spieg. Hoton. Briſſon. abactos magiſtratus dicit.

Abactor vide l 8. §. 2. C. de repud.

Abactores (vide infra Abigei) ſunt pecuariorum animalium fures, quos Vlp. Abigeos vocat: Iulio Paulo vero Abactores ſunt qui vnum equum, duas equas, totidemque boues vel capras decem, porcos quinq. abegerunt. Cætera vide lib. ſent. ejus quinto tit. 20. Spieg. Hotom. Hoc autem genus hominum in Hiſpania maxime inuenitur. Sed à Iuriſconſ. potius Abigei dicuntur, de quibus titulus eſt libri 47 ff. in cujus prima lege Vlpian. Qui pecora ex paſcuis (ait) vel armentis abigunt, hi proprie dicuntur Abigei. Quod ſi quis oues aberrantes aut alias quadrupedes abduxerit, non erit reus crimine abigeatus, ſed potius furti. Eſt enim abigeatus ipſum abigei crimen, quod in Hiſpania grauius quàm alibi gentium debere puniri, Hadrianus Cæſar conſuli reſcripſit Abigei, inquit, cum duriſſime puniuntur, ad gladium damnari ſolent. Puniuntur autem duriſſime non vbique, ſed vbicumque frequentius eſt id genus maleficij. Nebriſſ.

Abactus Aleiat. lib. 4 c. 2. Parerg. & Budæ. in l. quod ſi ſeruus, §. ſed ſi ff. de in rem verſo, tabula calculatorum, ſiue legiſtarum eſt, & coquorum: quod & Iulius Pollux indicat lib. 10. cap. 24. & lib. 6 cap. 13. Eſt etiam Scrinij genus ſuper quo vaſa argentea reponi ſolebant: de hoc ſenſiſſe mihi videtur Varro lib. 8. de lingua latina: Porro non abaces, vt falſo autumant Accurſ. Nebricenſ. & Spieg. in lexico juris ciuil. (quamvis vulgati codices ita habeant) ſed βάσεις vt in P. Flor. legendum, res ipſa docet, apud Iauolenum, l. hæres meus, 100. §. fin. ff. de leg. 3. Prat. apud Vitruuium tectoria abacorum leguntur. Sunt autem qui illic abacos ſeſſiones vel ſcabella ad ſeſſum habilia, aut podia eſſe cenſent: ſed horum expoſitionem explodit Hadrianus Turneb. lib. 2. Aduerſar. c. 3.

Abalienare proprie eſt alienum facere quod noſtrum eſt. Abalienat etiam, qui alienam rem vendit. Paulo ICto. Spieg.

Abalienare vetus verbum eſt ciuilis juris hoc eſt ciuium Romanorum proprium, peregrinis hominibus non commune: quo perfecta rei alicujus alienatio ſignificabatur. Itaque Vlpian. l. abalienatum, 67. de verb. ſign. Abalienatum, inquit, non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen recte dicitur Hotom. Prat. vid. Alienare.

Abalienatio eſt, ejus rei quæ mancipi eſt aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter quos ea jure ciuili fieri poſſunt, vt ſcripſit Cic. in Top. Quo ex loco tria notanda: primum cum ſex ſint acquirendarum rerum modi, quos Vlpian. in inſtitutionalis enumerat, emancipatio, traditio, vſucapio, in jure ceſſio, adjudicatio, lex: duos tantum ſolos eſſe, quibus res à dominio noſtro in alienum traducantur, mancipationem ſcilicet, & in jure ceſſionem. Quo tamen Paulus, homo Græcus, litigioſus, natura controuerſus, & hoſtis antiquis Iuriſconſultis additos, ſuo more cauillatur, in l. abalienationis, 28. ff. de verb. ſign. Abalienationis verbum, inquit, etiam

uſucapionem continet: vix eſt enim, vt non videatur alienare qui patitur vſucapi. Quaſi varo quis ſciens prudens rem ſuam vſucapi patiatur: aut, ſi forte quis eo animo ſit, res ex majore parte judicandæ non ſint: aut, ſi judicandæ non ſint, qui patitur vſucapi, non pro derelicto rem ſuam habeat, ac proinde alienare non dicatur, quia verbum hoc certam & alienantis, & ejus in quem alienatio fit, perſonam complectatur, l. in omnibus, 55. ff. de oblig & action. tametſi vſucapionem tertium eſſe modum, quo res perfecte abalienantur, conſtet ex eodem Vlpian. cap. 1. & 19. Secundo ex hac definitione intelligitur, abalienationem earum tantum rerum dici, quæ mancipi ſunt: non etiam earum, quæ ſunt nec mancipi. Sed cum Vlpian. in inſtitutiunculis traditionem dicat propriam eſſe rerum nec mancipi, quid eſt, quod Cicero, ait, Abalienationem traditione fieri? Subdifficilis hic nodus videtur, quem tamen explicare conabimur. Nam Cicero non ſimpliciter traditionem dixit, ſed traditionem nexu: quo verbo mancipationem ſignificari Boëtius, non aperte ille quidem, ac nominatim, ſed tamen ita ſignificat, vt ſatis intelligatur. Cum enim nexus formulam ritumque ex Caio Iuriſconſulto deſcribit, indicat nexum ad mancipationem pertinere. Ex quo intelligimus abalienationem mancipatione & in jure ceſſione fieri; traditione autem nuda, hoc eſt, ſine nexu & libra fieri non potuiſſe. Poſtremo ex eo loco conſtat, Abalienationem propriam civium Romanorum fuiſſe, non etiam peregrinorum. Hot. Prat. Vſucapio ficta traditio videtur Prateio: qui enim capere vſu patitur, tradere intelligitur, ex l. fin. de ſeruit. Adjudicatio & abalienatio lege, traditionis verbo continentur: Pratei.

ABALIENATIO (ait Spieg.) eſt tranſlatio rei in alium, vt dominij, poſſeſſionis: & ſicut res duplices, corporales & incorporales: ſic ſpecies abalienationis ſunt etiam duplices, quæ explicantur à Boetio in Top. Cic. Spieg.
Abalienationis verbo vſucapionem contineri, ait Paulus: vt ſupra Briſſ. vide alienatio.

ABALIENATUS dicitur quem quis à ſe remouit. Alienatus, qui alienus eſt factus, Feſtus lib. 1. Hotom.

ABAMITA, inquit Caius, eſt abaui ſoror, l. 3. ff. de grad. Inſt. de grad. cognat. §. 6. ab aliis autem fere Amita maxima dicitur. Hotom.

ABANNATIO, ἀπενιαυτισμὸς Græcis, annuum exilium ſignificat propter voluntariam cædem admiſſam, G. Budæo in annot. l. aut facta, 16 §. euentus, ff de pœn. Prat.

ABARSATORAS (vt Holoand. legit. alij Burſatoras, vel Barſotoras) nominatur in l. 8. C. de fidejuſſ.

ABASUI, paſtores latrociniis dediti, vide N. 142. cap. 2. & Gothofr. ibid. & ad l. Si quis 11. verb. paſtorum, C. de accuſ.

ABAVUNCULUS, eſt abauiæ frater ſecundum Iſidorum, vide l. 3. in prin. ff de grad. § 6. Inſt. eod. Hot. Prat.

ABAVUS eſt pater proaui, vel proauiæ: Sicut proauus eſt pater aui vel auiæ. Sic Abauia eſt mater proaui vel proauiæ: ſicut proauia mater eſt aui vel auiæ: Prat.

ABBA, vox Syra, patrem ſignificat ætate, honore, cura, vt Græcis πάππας, vide Alciat. l. 1. Cod. de in jus vocand.

ABBAS etiam ἀρχιμανδρίτης dicitur in Nouell. Iuſtini. ſæpe, & l. reddentes, C. de ſumm. trinit. Monachis & cœnobiis præeſt: vnde & cœnobiarcha merito appellatur, Alciat in d. l. 1. Porro Abbatis officium explicatur in can. nullam, cauſ. 18. qu. 2 & in Nou. Iuſtinian. Conſt. 5. à Budæo Hetæriarchus dictus eſt in forenſibus: Prat. Lexic.

ABBAS (aliis Archimonachus) continetur appellatione Monachorum, c. vlt. extr. de Simo.

ABBAS feudum conferre poſſe dicitur, lib. feud 1. tit. 1. & non conferre, 2. feud. tit. 6. in princ. Poſterioribus ſeculis Abbates etiam dicti ſunt proceres, ſeu primores, aut Barones ſeculares, quibus Abbatiarum prouentus fruendos Rex ad tempus conceſſerat. Guid Paradin ſcriptor. annal. Burgun. lib. 2. ſub anno 1103. teſtatur ſe monumenta vidiſſe complura perantiqua, in quibus proceres Galliæ his nominibus vtebantur: Dux & Abbas Comes & Abbas. Alibi Abbates & Comites: Abbatiæ & comitatus. Prat. in quo plura vide: adde Hotom. Lexicon. feud.
De forma ABBATIS eligendi, vide lib. 1. C tit. 3. l. 47. in princ. De forma ejus confirmandi, vide l. 47. §. 1. & in princ. ibid. vide l. 40. in princ & §. 1 eod tit. Nou. 5. c. 9. Nou. 123 c. 44.

ABBATIÆ conferendæ ſunt non pro ætate, ſed merito, d. l. 47. in princ.

ABBATISSA dicitur aſceteriarum, monacharum, ſiue monialium antiſtita, quæ à Iuſtin. in Nou. 131. ἡγουμένη appellatur. Præfici autem non debet niſi ſit ſexagenaria & virgo, cap. iuuenculas 20. q. 1. Prat. in quo plura vide. Feudorum conferendorum jus habet, 1. feud. 1. §. 1.

ABBATISSÆ vocabulum diuus Hieronymus vſurpat, non minus hanc ſibi licentiam permittens, quam Virgilius cum ſecundum regulas, Phœniſſam Didonem dixit. Alciat. lib. 2. Parerg. Iuſtinianum defendit à Grammaticorum accuſatione, quod Diaconiſſam dixerit. Hanc Bald. æquiparat Abbati in bonorum adminiſtratione, cap. 1. qui feud. dar. poſſ. Spieg.

ABBATISSÆ eligendæ forma, lib. 1. Cod. tit. 3. l. 47. §. 2. Nou. 123. 133.

ABBREVIATURA (ſic enim legendum apud Bart.) inſtrumentum eſt Notarij non extenſum in l. chirographis, in princ. in verbo ſecundo nota, ff. de adminiſtr. tutor. Tametſi à verbo ducatur hæc vox, cujus exemplum apud idoneum autorem reperiri negant. Spieg.

ABDERITIUM imperium, vbi quis formam tenuem, ſed cum libertate conjunctam, anteponit amplis opibus, ſed obnoxiis ſeruituti, vt exiſtimat Vadianus. Spieg.

ABDICARE, inquit Nonius, eſt familia abjicere; itidem & Feſt. quaſi non dicere, i. negare filium: quomodo eſt apud Pacuuium, conſanguineam abdicant, i. negant & l 9. Cod. de patri. poteſt negare filium pro abdicare. Sumptum autem à Græcis videtur, qui patrem ἀποκηρύττειν, filium autem ἀποκήρυκτον dicebant. Itaque Quintilianus lib. 3. c. 6.

ABDICATUM interpretatur, quia à familia patris abalienatus eſt Græca quidem locutio per præconem id pronuntiari ſolitum indicat. Et Plato lib. de leg. 11. perſpicue id oſtendit.

ABDICATIO: de qua Imp. in l 6. C. de patr. poteſt. Abdicatio, ait, quæ Græco more ad alienandos liberos vſurpatur, & ἀποκήρυξις dicebatur. Romanis legibus non comprobatur, vide l. 2. §. & cum placuiſſet, ff. de orig. jur. Fabius lib. 7. cap. 4. Prat.

ABDICANDI filij cauſæ erant: Si filius patri obedire nollet, ſed ejus voluntati contumax repugnaret: ſi cum injuria afficeret: ſi noctu foris cubaret, ſi comeſſaretur, ſi lenones pulſaſſet, ſi libidini incumberet: adde cauſas exhæredationum in Nouel. 115. vide C. lib. 8. tit. 47. l. 6 & Gotho. in not. ad d. l. 6. vbi oſtendit abdicationem multum differre ab exhæredatione: præſertim cum abdicatio fiat inter viuos; exhæredatio, mortis cauſa.

ABDICATIONUM formæ duæ ſunt: altera criminis perfecti, vt ſi abdicetur raptor, adulter, altera imperfecti, velut pendentis & adhuc in conditione poſiti: quales ſunt, in quibus abdicatur filius, qui non pareat patri. Videtur autem hæc abdicatio in jure apud magiſtratum fieri ſolita, qua parentes teſtificabantur, ſe iis de cauſis, quas proferebant, ſuos liberos, à ſua familia remouere, neque deinceps in liberorum loco numerare velle. Atque abdicatum filium pater educare non tenebatur; imo egenum veſtib. ſpoliatum, familiáque ejectum, dimittebat, qui & defuncto patri in hæreditatem non ſuccedebat. Totaque hæc ratio Græcorum fuit: nam Romani emancipatione vtebantur. Suetonius de Octauio ſcribens, Agrippam ob ingenium ſordidum abdicante, verbo Abdicandi pro emancipare & ablegare vſus eſt: quod Plin. lib. 7. cap. 45. oſtendit, cum Agrippæ nominat modo ablegationem, modo abdicationem. Valer. lib. 5 cap. 7. Abdicationem pro exhæredatione poſuit: Sicut Cicero exhæredationem pro emancipatione, in Orat. pro domo ſua: vide Prat confer Connan. 2. comment. jur. ciuil. cap. 13. de patria poteſt. num. 5. Et Tiraq. in tract. de retract lignagier, §. 1 ou lignagier, gl. 9.

ABDICATIO opponitur adoptioni, ſicut in ea re teſtis eſt Plinius lib 7. cap 45. de Agrippa poſthumo loquens. Abdicationi contraria eſt dedicatio ſiue dicatio. Dicat, qui alteri proprium aliquid facit: Abdicat, qui alienat. Prat.
Non tantum naturales liberi, ſed adoptiui quoque abdicari poterant, vt patet ex Suet. Auguſto, cap. 65. & Plinio lib. 7. cap. 45. Briſſon.

ABDICAMUS filios viui, h. e. priuamus omni jure filij: exhæredamus, h. e ſubmouemus tantum ab hæreditate poſt mortem. Itaque quiſquis abdicatus eſt, idem eſt & exhæredatus, non contra: Abdicamus ſine lege, exhæredamus lege: Prat. Differt ergo abdicatio ab exhæredatione, quod illa in vita fieri ſolebat, nimirum cum quis familia ejiciebatur, Alciat. lib. 1. Diſpunct. cap. 28. hæc vero in teſtamento, vimque ſuam poſt mortem habere ſolebat.

ABDICATIO ſcite à quodam extremum patriæ poteſtatis fulmen appellatur, Briſſ. De hac infra quoq; in voce ἀποκήρυξις.
De abdicatione fratrum minorum, not. 1. Clem. exiui de Paradiſo exit. de verb. ſign.

ABDICATUS qui abdicatum recepiſſet, reus læſæ Reip. fiebat. A parentibus autem recipi poterant abdicati: ac poſtea ſi male ſa gererent, rurſus abdicari Fiebat enim quandoque ad tempus abdicatio, teſte Seneca. Vicisſim autem & abdicatio quædam ad alienandos parentes, Græcis in vſu fuiſſe videtur, vide Ariſtot. 8. Ethic. 14. Hæc Gothofr. in not. ad d. l. 6. C. de patr. poteſt.

ABDICATIO autem ad alia quoque transfertur: ſic generum abdicat, qui ſponſum repudiat Abdicatio hæreditatis in l 6. circa finem C. de repud. pro repudiatione illius ponitur

ABDICARE (ait Nonius de vocabulo improprio) non ſolum de patrio facto poteſt dici, quod eſt familia abjicere, ſed rem quamlibet negare.

ABDICARE dicitur Præſes, l. pen. de offic. præſid. qui ante diem munus ſuum depoſuit. Briſſ.

ABDICARE ſe magiſtratu, eſt ante tempus magiſtratum deponere, Pomp. in l. 2. §. 13. de orig. juris. Et cum placuiſſet leges quoque ferri, latum eſt ad populum, vt omnes magiſtratu ſe abdicarent. Dicitur & abdicare ſe Papinian. in l. pen. ff. de offic. præſid. Mos etiam erat, vt quibus imperium certa de cauſa abrogandum erat, hi dignitati & exiſtimationi ſuæ conſulentes, per ſe & quaſi ſua ſponte magiſtratum deponerent, ſeſeque priuatos redderent: quod in P. Lentulo Prætore factum videmus in tertia Catilinaria, de quo Senatus cenſuit, vt cum ſe Prætura abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur. Sed deponere magiſtratum dicebantur, qui eum confecto tempore populo Romano reddebant. Abrogare autem ſuo loco explicabitur. Prat.

ABDICARE conſulatu, deponere conſulatum: Cicero de nat. Deorum 2. Augures rem ad Senatum: Senatus vt abdicarent, conſules abdicauerunt: Et paulo poſt: conſules ſummum imperium ſtatim deponere, quam id tenere punctum temporis contra religionem.

ABDICARE ſe tutela Cicero ad Atticum Epiſt. 1. lib. 6. Itaque tutela me abdicare cogito. Quod Vlpian. in Epit. inſtit. tit. 11. interpretatur, Eſt, dicere ſe nolle eſſe tutorem: Prat. Briſſ. Abdicat ſe ſtatu ſuo homo liber, qui ſe ipſum vendit, l. 21. de ſtat. hom. Briſſ.

ABDICERE vindicias in l. 2. §. cum placuiſſet 24. verſ. initio Dig. de orig. jur. abjudicare ſignificat, Briſſ. Vel decreto recuſare, ac denegare, Hot. enim ibidem opponitur, dicere vindicias, ſeu vt Liuius lib. 1. ab vrbe condit. loquitur, Dare vindicias: Briſſ. (pro abdixiſſe tamen in d. §. 24. in veter. lib. Abjudicaſſe legitur, quam lectionem probat Zaſ.

Cum igitur olim tribus verbis in decretis ſuis vterentur, Do, Dico, Abdico: ſicubi ſecundum aliquem vindiciæ dicerentur, ab altero abdici dicebantur. Sicut dicere, dare, decernere vindicias ſecundum aliquem, à Pomponio & Liuio dicitur magiſtratus, qui cuipiam litis vindiciarum victoriam decernit: ſic abdicere vindicias ab aliquo Pomponius dixit, pro abnegare & recuſare: quod ipſum Abdicare quoque ſignificat, de quo paulo ante Hotom.

ABDICERE amores ſuos. Ouid. 1. Metamor. Briſſ. vlt. editio. Cæterum huic verbo etiam in augurali ſcientia locus erat. Abdixiſſe enim aues in auguriis dicebant, quæ triſtis, & ſiniſtri euentus ſignificationem aliquam dederant: vt ex contrario Addixiſſe, vel Admiſiſſe, quæ lætum & proſperum aliquid portenderant. Quæ verba in Cicerone & Iulio Obſequente aliquoties, in Liuio crebrius inueniuntur. Ex quo admiſſiuæ aues apud Feſtum lib. 1. Briſſ. Cicero 1. de diuinat. Cumque in quatuor, ait, partes vineam diuiſiſſet, treſque partes aues abdixiſſent, quartam partem, quæ erat reliqua, in regiones diſtribuit. Sic igitur aues in auguriis abdicere regionem dicuntur, quam improbant, ac ſequi, tenerique vetant Hotom.

ABDITAMENTUM, detractionem ac deductionem precij ſignificat: cujus contrarium eſt additamentum, ab addere, & abdere i. e demere: nõ autem abdicare ſeu abducere, vt Spieg. & Schard. cum Beroald. male.

ABDITUS, i. abſconditus In alienis terrulis opes abditas perſcrutari l. 1. ante fin. C. de theſaur. lib. 10. Abditus locus. Briſſ. ex l. 1. ff. ad exhib.

ABDUCERE eſt à loco ducere, Paul. in leg. Imperator, ff. qui ſine manum. ad libert. peru. Prateí.

ABDUCERE, ita de hominibus dicimus, quemadmodum de pecoribus abigere. Paul. in l Imperator ff. qui ſine manum. ad libert. Nihil, inquit, intereſt, ipſe abducas & proſtituas, an patiaris proſtitutam eſſe precio accepto, cum poſſis eximere. Spieg.

ABDUCERE comitem mulieri Labeo ſic interpretatur, non modo manu à mulieris comitatu detrahere, & remouere, verum quoquo modo efficere, vt eam deſerat. Abduxiſſe videtur, vt Labeo ait, non qui abducere comitem cœpit, ſed qui perfecit, vt comes cum eo non eſſet. Abduxiſſe autem non tantum is videtur, qui per vim abduxit, verum is quoque qui perſuaſit comiti, vt eam deſereret Injuria autem in comite abducendo duplex eſt, primum quia pudicitia attentatur: deinde quia abduci tantum res dicuntur à ſtultis & ſtupidis: vt in Eunuchum Donatus annotauit: Multæ ſunt cauſæ, quamobrem cupio abducere. Etiam hoc verbo, inquit, gratificatur Phœdriæ, cum dicit, Abducere à Thraſone tanquam à ſtulto & mentis experte. Hotom.

ABDUCERE & auferre ſecernuntur, l. 67. de fidejuſ. vt & abduci ac auferri, l. 57. de euict. Briſſ.

ABDUCERE puellam dicitur Raptor, l. 1. de rap. virg. in C. Theo. Abducimus enim inuitos, & id quod alienum eſt: ducimus autem volentes Briſſ. & aliquando per vim abducimus, aliquando ſine vi; plerunque autem res animatas; quandoque & inanimatas, vt aquam: l. 26. ff. de damn. infect. Abducere pignora. Paul. 2. ſent. t. 14. Briſſ.

ABDUCERE ancillam dicitur venditor ab emptore. Exactor tributorum à Domino: Abducere Dominus ſeruum à poſſeſſore Abductus ex fundo ſeruus, Abducere captam, equos, veruecem Briſſ. ex ll. D. & C.

ABDUCI mulier dicitur à marito, cum diuortium fit. Donatus in illud Teren. Hecy. & filiam abduxit ſuam. Abduxit, inquit, proprie. Acceſſi enim dicitur ad maritum: Abduci à marito ad diuortium.

ABDUCERE furtu; item plagio: vide lib. 6. C. tit. 2. l. 10.

ABENA eſt corrigia freni l. 1. §. impuberi 35. de SCto Sillan. ex antiquo vocabulario. Rectius in dict. §. impuberi, legunt habena.

ABERRAT bos, l. 1. §. 1 de abig. pec. l. 3. §. Ner. de acq poſ.

ABESSE verbum multifariam in jure accipi. Aleiat. in l. mulieris, de verb ſign. indicat: & proinde pro re nata, hoc eſt ex ſubjecta materia, prudens judex, quæ interpretatio capienda ſit, dijudicare debebit. Spieg Briſſ. Cuja. 7. obſ. 35.

ABESSE res dicitur, non modo quæ in rerum natura non eſt, cujuſve precium domino abeſt, ſed etiam ea cujus corpus manet, forma mutata eſt, ait Vlpian. leg. mulieris 13. ABESSE res videtur, inquit Paul. ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita eſt. Item ſi eam dominus rem, quæ ſibi ſurrepta abeſſet, ignorans emerit, &c. Spieg. vide infra Abſens. Paul. ff. de verb. ſign. Et ideo, inquit, ſi correptæ, redditæ ſunt, vel transfiguratæ, videri abeſſe: quoniam plerunque plus eſt in manus precio, quam in re. Quo in loco non dubito, quin quanquam, pro quoniam, legendum ſit: hoc ſenſu, quanvis ita rei forma mutata ſit, vt recens forma pluris ſit, quam vel ipſius rei corpus, tamen res abeſt, leg vlt ff. de vſu & habit. Veluti ſi ex patera ſcyphum affabre ac ſingulari artificio confecerim, vt jam multo pluris ſit quam aurea: res tamen abeſſe judicatur. Patera enim, vt ſpecies omnis, ex forma denominatur. Falſum autem alioqui dixiſſet, cum ait, plerunque plus eſſe in manus precio, quam in re. Nam etſi interdum id vſu veniat, vt in tabula picta, de qua Paulus diſputat: non tamen id plerunque, ſed perraro accidit Hotom.

ABESSE, abſens, abſentia, varie pro re ſubjecta accipiuntur, vide infra Abſens Abſentia. Abeſt, qui non eſt intra vrbis continentia: item & is, qui in loco vel vrbe eſt, ſed latitat, ſiue occultat. Io. Gœddæ. in illuſtri ad tit. de verb. ſign. comment. ad §. 1. l. 173. & ad l 199 eod. Cujac. 7. obſeru. 35. Abſentia vel ad perſonam refertur, vel ad rem. Quo ad perſonam; vel animum ejus intuemur, vel corpus, vel vtrumque ſimul. Interdum Abſens cenſetur qui freto interjecto, vel pariete, aut alio modo, ſeparatur, ita vt non videat, vel non audiat, vel neutrum queat, vide Gœdd. dd. loc. & ad l. 13. §. fin. eod. & ad l. 14. n. 5. 6. ac ſeq n. 15. 16 eod.

ABEST, qui non eſt eo loco, in quo petitur, dummodo extra continentia vrbis ſit. Vſque ad continentia, enim abeſſe non videtur niſi latitet, l. 17. in fin. l. 199. de verb. ſig. Ideo præſens habetur, qui in continentib. ædificiis, hortiſque vrbi junctis eſt, l. 5. l. 6 ff. de procur. neque etiam trans mare abſentem deſideramus, ſed extra vrbis continentia. In illis plana edicti de damno infect. verbis, Dum ei qui abierit, prius domum denunciari jubeam: Vlpianus videri eum abeſſe interpretatur, qui in vrbe non eſt, l. 4. §. prætor ait, ff de damn. infect. vel qui domi non eſt. Similiter in SCto Damaſiano. Abeſſe is intelligitur qui à tribunali abeſt, l. 51. §. SCto, ff. de fideicom. libert. At in contractibus & cum de ſtipulatione contrahenda agitur, præſentes accipiuntur, qui exaudire ſe poſſunt, l 1. §. 1. de verb. oblig. & contra abſentes, non qui extra continentia vrbis ſunt, ſed qui inter ſe præſentes non ſunt, ita vt ſe inuicem loquentes exaudire poſſint. Cũ vero de vſucapione in qua alia inter præſentes, alia inter abſentes tempora ſeruantur, abſens eſt, qui in eodem territorio ſeu prouincia non eſt præſens contra, qui in eadem prouincia habitat, l. vlt. C. de præſcript. long. temp. Inſt. de vſucap. in prin. (vid. Clariſſ vult in Comment. Inſt. de vſucap. nu. 14.) In teſtamentis abſens cenſetur, qui vel non audit, vel non videt teſtantem in judiciis ac denunciationibus abſens eſt, qui in judicio non eſt, vel domi non eſt; aut domi quidem vel in foro, vel in hortis eſt, ſed latitat. In dando procuratore abſentia cenſetur ea, ſi dominus procuratorem conſtituens, ſit extra continentia: nam ſi fuerit domi, in foro, in hortis, & intra continentia vrbis, præſentis procurator dicetur, l. 1 §. fin. l. 2. 5. 6. 7. de procur. Gœdd. ad d. l. 199. §. 5. Abſenti autem in ſingula viginti millia paſſuum ſinguli dantur dies, Cujac. ad Paul. ſent. tit. 6 lib. 4 §. teſtamentum Gœdd. ad l. 9. § 3. & ſeq. & ad l. 154. §. 2. de verb. ſign. Porro abſens etiam interdum habetur is, qui adeſt, & contra. Sic miles, qui Romæ militat. Reipub. cauſa pro abſente numeratur. leg. milites, ex quibus cauſ major. Sic abſens habetur, qui etſi corpore præſens ſit, animo tamen abeſt. Poteſt enim quis corpore adeſſe, vt tamen mente abſit, l. 25 ff. de capt. Itaque furioſus abſentis loco eſt, l. 2. § pen. ff. de jus. codicil. leg. 124. ff. de diuerſ. reg. jur. l 17. §. filioſam. ff. de minor. Nec tamen ab eo conſtitutus procurator, quaſi ab abſente datus intelligetur, cum intellectu careat, l. 2. ff. de procur. Pupillus etiam

præſens, ſi tutorem non habet, quod ad poſſeſſionem bonorum attinet, pro abſente habetur, l. 10. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Sed nec tutor præſens fuiſſe videtur pupillo contrahente, ſi ſomno aut morbo occupatus tacuerit, aut quid agatur, non attenderit, l. 1. in fin. ff. de auct. tutor. Hot. Prat. Briſſ.

ABESSE non videtur, qui ab hoſtib. captus eſt, ſed qui à latronibus detinetur, l. 199. in fin. de verb. ſig. vbi omnino vide Gœd. n. 3. & ideo in edicto, ex quibus cauſ. maior. ab abſente ſeparatur, licet eodem loco habeatur in ſpecie l. 6. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. ea. l. vlt. ff. de reb. aut. jud. Hot. Briſſ.

ABESSE Reip. cauſa in l. 6 & 7. ſi quis caut. item in l. Iulia & Papia, & in edicto, Ex quib. cauſ. mai. in integrum reſtituantur, accipimus eos, qui non ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt, l. 36. ff. ex quib. cauſ. maior. quique publici alicuius muneris, vel officij cui præſunt, cauſa ab vrbe profecti, vt puta proconſules, præſides, procuratores Cæſaris, præfecti, legati, & eorum comites, in ærarium vel commentarium Principis relati, l. 32. 35. & 38. §. 1. ex quib. cauſ. maior. l. 41. §. 1. de excuſat. tutor. Miſſi item, vt milites ducant vel reducant, vel malos homines compeſcant: milites quoque dum in caſtra eunt vel redeunt, & qui extra patriam ſuam publicæ vtilitatis cauſa proficiſcuntur, vel militum medici, & hi quoque qui in vrbe militant, Reip. cauſa abeſſe intelliguntur. l. 7. 35. ff. ex quibus cauſ. maior. Aliter atque de magiſtratibus, qui Rom. Reipub. operam dant, ſtatuendum, vt d. l. 7. & Conſt. lib. 1. Epit. t. 3. docent. Enimvero in c. 7. l. Iul. de adult. quo eorum demum Abſentia excuſatur, qui in alia prouincia Reipub. cauſa abſunt, quam in ea, in qua deferuntur, Vrbani milites, licet alias vtce abſentium habeantur, abeſſe tamen Reipub. cauſa non intelliguntur, & deferri, vt præſentes, poſſunt, l. 15. §. 1. ff. de adult. vt vt ſit, tum demum milites Reip. cauſa abeſſe intelliguntur, cum in expeditione verſantur. Non item, ſi in commeatu agunt. l. 1. ff. de re milit. Sed nec qui pro ciuitate legatione funguntur, Reip. cauſa abeſſe dicuntur, l. 26. §. vlt. ff. ex quibus cauſ. maior. Publici enim appellatio ad Popul. Rom. in pleriſque cauſis proprie pertinet: nauicularij vero, item negociatores, dum annonæ vrbis ſeruiunt. Reip. cauſa abeſſe non male dicuntur, l. 5. §. negociatores. ff. de iur. immunit. At qui libera legatione abeſt, non videtur Reip. cauſa abeſſe, cum non publici, ſed ſui commodi cauſa abſit, l. 14. ff. de legat. Legationis cauſa abſens, Reip. cauſa abeſſe dicitur, l. 30. de acq. vel omit. Briſſon. Serui item Reip. cauſa abeſſe non poſſunt l. vlt. de reg. jur. Sed nec qui appellationis perſequendæ cauſa peregrinantur, Reip. cauſa abſunt, l. 1. 2. D. cum qui appel. Omnino enim Reip. cauſa abeſſe hi demum intelliguntur, qui ob publicam cauſam abſunt, non qui in priuatum compendium peregrinantur, vt apparet ex l. pen. de excuſ. Plenius in SCtis circa fideicommiſſarias libertates facta, ex juſta cauſa abeſſe definimus eos, qui non habent inutilem cauſam abſentiæ: cum ſufficiat, quod non in fraudem libertatis abſint, quo magis videantur ex juſta cauſa abeſſe, Vlpian. in l. ſi cum ſeruum, de fideicom. libert. cæterum non eſt neceſſe, vt Reip. cauſa abſint, l. 1. l. 19. 20. 28. §. vlt. l. 29. 30. 36. ff. de fideicomm. libert. Quinetiam alias, qui probabili quacumque ex cauſa ſtudiorum puta, abſunt, juſta ex cauſa abeſſe intelliguntur, l. 7. §. vlt. de minor. l. 28. ex quibus cauſ. maior. Sunt & aliæ abſentiarum differentiæ, ſeu mauis, adjuncta: vt abeſſe bona fide, l. 30. de noxal. l. 19. de damn. infect. 1. ſine dolo malo & fraude, l. 1. 4. ex quib. cauſ. maior. l. 4. C. de teſt. mil. cui opponitur Dolo malo, vel fraudis cauſa, vel data opera, abeſſe, l. 34. de reb. auth. jud. l. 5. ex quib. cauſ. maior. abeſſe trans mare, per contumaciam, longinque, Briſſ. Prat. ex ff. & C.

HÆC de perſonis: nunc de rebus videamus. Res trifariam alicui abeſt: primo quo ad formæ mutationem, corporiſve corruptionem: Secundo quoad poſſeſſionem, vel ſurreptionem aut amotam poſſeſſionem rei, quæ vi furtove nobis ablata ſuit, &c. tertio quoad rei ipſius interitum, ſeu deperditionem. Formæ mutatione res abeſt, vel deterioratione vel ſpecificatione. Deterioratione mutatur per corruptionem, aut per diminutionem. Corruptione, ſi ſcindendo, frangendo, rumpendo, atripiendo, conuellendo, atterendo, colliſdendo, contundendo, confricando, radendo, eruendo, diſtrahendo, manente etiam corpore, forma, quæ dat eſſe rei, figura & diſpoſitio dilaceratur, vt exemplo veſtimenta ſciſſi & ſcyphi colliſi, & tabulæ pictura raſæ, jubetur. Nam ſi quis togam ſcindat, vel proſcindat mediam, aut ejus partem, vel pileo detrahat cacumen, rumpatve: & togæ & pilei formam prope ſuſtuliſſe, & ne toga ſit, ne pileus ſit, feciſſe videtur: Idem eſt, ſi quis ſcyphos apud ſe depoſitos, vel commodato acceptos, aut venditos reddat exhibeatve vel totaliter, vel aliqua parte colliſos, hoc eſt attritos, contuſos, & collidendo ac confricando fractos, raſoſque, text. bic & l. 3. §. 5. ff. commod. Eſt enim colliſio duorum plurimve corporum mutua confricatio, & concuſſio. Diminutione fit formæ mutatio, quando extra corruptionem aliquid detrahitur rei, vt ſi cauſa integra non reſtituatur: ſi ſolutio, aut numeratio non fiat ea, qua debuit, forma. Quod & in ſeruo vulnerato & eluſcato verum eſt. Item ſi ex noxali cauſa in eadem cauſa ſiſti promiſſum ſit, & ſiſtatur liber, aliquid formæ ejus, qui ſiſtitur deceſſiſſe videtur, vt in eadem formæ cauſa qua debuit, ſiſti non dicatur, vt propterea ſtipulatio committatur. Sicut ergo ſeruus ex noxali cauſa ſiſti promiſſus, in eadem cauſa ſiſti non dicitur, ſi liber, vel ſtatu liber ſiſtatur, ita etiam res ea reddita non videtur, quæ aut corrupta, aut deteriorata aut colliſa, aut diminuta redditur. Specificatione mutatur forma, quando ex aliena materia, vel ſpecie, arte & induſtria humana aliud opus ſeu ſpecies conficitur, priore forma mutata, vel ſublata, vt ita artificis opera pereat, deſtruatur, vel deformetur. Eaque duplex eſt, vna principalis, altera acceſſoria. Principalis ſpecificatio planè nouam fingens formam, nouam producit ſpeciem, vt ſi ex auri vel argenti maſſa fiat vas, vel annulus, aut contra ex poculo vel aureo annulo fiat maſſa: ex vino vel melle mulſum, & c. §. cum ex aliena, inſtit. de res. diuiſ.

Acceſſoria eſt, quando quid alterius rei augendæ & ornandæ cauſa ita adjectum eſt, vt prioris ſpeciei formam amittat, & ejus, cui acceſſit, pars formalis vel tota forma eſſe incipiat: vt ſi purpura aliena intexta ſit chlamydi alterius, vel tabula aliena, meis colorib. picta, amittit hæc purpura, hic color priorem ſuam rudem formam, & ita jungitur, vt excludi non poſſit; neque ſimpliciter jungitur, ſed ita jungitur, vt purpura pars chlamydis formalis, & color totius tabulæ vera forma nunc exiſtat. Per poſſeſſionem res nobis abeſt duplici modo, aut per ipſius rei detentionem, aut rei æſtimationem. Per rei detentionem abeſt, ſi aut à nobis ſine effectu recuperata ſit, aut ab alio detineatur, vel poſſideatur, licet nobis reſtitui debeat rei poſſeſſio. Nam & poſſeſſionis ac detentionis commodum noſtrum auget patrimonium inque noſtris bonis eſt, vt ſi eo commodo excludamur, aliquid habere non videamur, quia res noſtra diminuta ſit. Itaque ſi alius rem noſtram detineat, vel poſſideat, niſi reſtituat, ex noſtro quid detraxiſſe, & quod noſtrum eſt habere, atque ita nobis abeſſe dicetur, in tantum, vt & vindicationi & interdicto, aut alia quauis actione, nobis reſtituere compelli debeat. Si à nobis recuperata ſit, tum adhuc abeſt; ſi aut à nobis ex ea, qua recuperauimus, cauſa, rurſus jure (factum. n. nō curamus) auocari poſſit: aut numerato pretio à nobis ignorantib. ſit recepta: Illo caſu propterea abeſt, quia non poteſt perueniſſe ad nos videri, quod ſine effectu ad nos peruenit. Neq; reſtitutum cenſetur, quod non cum omni cauſa reſtitutum eſt. Quoad æſtimationē propterea nobis abeſt quia æſtimatio, quæ patrimonium noſtrum minuit, eſt apud alium. Nec vero ſuæ rei emptio ſubſiſtit, vt nec commodatum, depoſitum, locatio, permutatio, precarium, niſi poſſeſſionis alicujusve commodum, emamus, precario accipiamus, depoſitum habeamus. Denique, per rei deperditionem res abeſt dupliciter, aut per amiſſionem actionis l. 14. in fi. hic, aut per rei interitum tam naturalem, quam quemlibet alium, ſiue eo nomine competat adhuc actio, ſiue non, l. 13. in fin. hic vtroque enim caſu patrimonium noſtrum diminutum eſt.

Res ergo quæ periit, ſi animata fuit, mortua eſt, & per mortem abeſt: ſi inanimata, ita obiit caſu, vt nuſquam extet, quia incendio, naufragio, &c. conſumpta eſt. Sed de his ſingulis plenius Gœdd ad l. 13. §. 1. n. a. 7. & ad l. 14. §. 5 ac ſeq. de verb. ſign. Abeſſe ergo res videntur etiam hæ quarum corpus manet, forma mutata eſt. Et ideo ſi corruptæ redditæ ſunt, vel transfiguratæ, videntur abeſſe, quoniam plerumq; pluris eſt manupretium & ars, quam materia, l. 13. §. 1. l. 14. ff. de verb. ſig. Abeſt & ea res, quæ in humanis rebus non eſt, d. l. 13. in fi. & res quæ caſu adfuit, abeſſe videtur, l. quæſitum in fin. de legat. 3. Abeſt procul dubio ſeruus, qui in fuga eſt; quamquam in l. Fab. de plag. aliud ſit abeſſe, aliud in fuga eſſe, l. 2. ad l. Fab. Abeſſe furto res dicuntur, quæ nobis ſubreptæ & ſubtractæ ſunt, l. 14. ff. de verb. ſign. l. 47. ff. de furto Martial. Epigram. l. b. 6.

Sed lucet mihi de tribus capellis:
Vicini queror has abeſſe furto.

Sæpe legitur in id quod abeſt. actionem dari: quod qualem intellectum habeat, explicandum eſt. Abeſſe certe nobis videtur, non tantum quod expendimus, ſed & id, ad quod obligati ſumus, l. 28. de negot. geſt. Hoc ita ſi præſens ſit, non etiam ſub conditione concepta obligatio, l. 29. ſolut. Abeſſe intelligitur pecunia fidejuſſori, etiam ſi debitor ab eo creditori delegatus ſit, licet is ſoluendo non fuerit, l. 26. §. abeſſe, mandat. Item ſi fidejuſſori marito ab vxore creditrice dotis data ſit pecunia, quam ex cauſa fidejuſſionis debebat, abeſſe ei ea intelligitur eo quod onera matrimonij ſuſtineat, l. 47. ff. mandat. Non abeſt ex diuerſo ei, qui nihil de ſuo impēdit deminuitve, l. 55. ff. de admin. tut. l. 14. quod met. cauſ. l. 4. §. ſiue autem ff. de manumiſſ. Prat. Briſſ.

Neceſſaria ABSENTIA, ſeu cauſa abſentiæ, l. fin. vbi pup. educ. l. 10. C. quom. & quand. Iud.

ABESSE ex negotio geſto, l. 31. de reb. cred. l. 24. §. ſeruum de act. empt. & abeſſe ex ſtipulatione, l. 49. famil. hercicund. Briſſ.

ABESSE dicitur cum factus eſt propterea pauperior etiam ſi nihil

Digitized by Google

nihil emolumenti acceſſerit hæreditati; ſatis eſt enim hæreditatis cauſa detrimentum aliquod cepiſſe in rebus ſuis. Velut ſi quid publici vectigalis nomine præſtiterit venditor hæreditatis, inquit Vlpian. Conſequens erit dicere, agnoſcere emptorem eius hoc debere. Connan. 7. conſ. 8 n. 9.

ABESSE videri poteſt, qui exaudiri nequit, Vlp. in l. 1. de verb. ſig.

ABESSE mihi res hactenus videtur, quatenus ſum præſtaturus, apud Vlpian. plane 34 §. quod ſi rem, ff. de legat. 1.

ABESSE deſinit res, cum ſic redit in poteſtatem, vt amitti eius poſſeſſio non poſſit, l. mulieris 15. de verb. ſig. Prat.

ABESSE pecunia dicitur quæ ſoluta eſt, vel ſoluta fingitur, l. inter cauſas, ff. mand. Spieg.

ABESSE cum proprie dicimus, qui ignoretur vbi ſit, & an ſit, Paul. in l. ſi ait pater, de rit. nupt. Vlp. in l. ſciendum, ff. ad l. Iul. pecul. aliud eſt abeſſe, aliud in fuga eſſe: Spieg.

ABESSE ac fugiſſe quomodo diſtent, vid. l. 1. ad leg. Fab. de plag. Spieg.

AB exactione tributorum: vide ſupra in voctula AB.

AB exactione ad aurum veſtimenta recreare, eleganter dixit Haloan. in l. pen. §. procrearent inſuper, ff. de via publ. Spieg.

ABFVISSE ſuperuacuo timore perterritum, apud Calliſtr. in l. 2. ff. ex quib. cauſ. maior. Spieg.

ABFVTVRVM, verbum pleniſſimum eſt, & ad omne tempus refertur. Vrouleus in l. nouiſſ. ff. de præt. ſtip. Schard.

ABGREGARE eſt à grege ducere, authore Feſto.

AB HEREDIS debitore peti hæreditas non poteſt, l. quod ſi in diem, ff. de petit. hæred.

ABHORRERE, pro alienum eſſe, apud Vlp. in l. ſi tibi rem. 13. §. Iulian. 1. ff. de præſcript. verb. Spieg.

ABIETARIVS negotiator, pro negotiatore materiario, Sipõtin.

ABIGEATVS, à nomine abigeus, ipſa abigendi actus ſiue crimẽ, de quo Macer in l. 2. de abig. l. 5. §. qui deſertionis, ff de re milit. Abigeatus crimen publici iudicij non eſt, quia furtum magis eſt, *ein Viehdiebſtal*, d. l. 2. Spie. Hoc crimine olim nobilitatos liberos fuiſſe, Seruius in 3. Georgicon ſcribit. Placet autem ex d. 3. §. de abigeis, lenius (ſic enim rectius legi videtur: alij plenius, Gothofr. ad d. §. 1. l. 3.) coerceri, qui ex ſtabulo abigunt pecus domitum, quam qui ex ſylua aut grege. Lenius enim puniendi, quibus non ita patet furandi copia, durius contra, quibus maior patet. Iuſtinus de Scythis loquens: nullum ſcelus apud eos furto grauius eſt; quippe ſine tecto munimentiſque pecora & armenta habentibus, vbi quia ſaluum eſſet ſi furari liceret: Prat. ex Cuiac. 6. obſer. 8. adde Iul. Clar. 5. ſent. §. vlt. q 60. verſ 13.

ABIGEI, qui [ratius Abigeatores Briſſ. ediz. vlt.] & Abactores à Paulo lib. 5. ſent. tit. 10. & ab Impp. in l. 8. C. de repud. & à Firmico li. 6. Mathe. c. 31. à Græcis verò ἀπελάται appellantur, proprie hi habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis, vel ſtabulis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, abigẽdique ſtudium, quaſi artem exercent, equos de gregib. vel boues de armentis abducentes, l. 1. §. de abig. Iuſti Nou. 22. Abigeos autem à furibus quantitate ſeu numero diſcerni traditum eſt. Nam qui ouem vnam, ſuem vnum ſurripuerit, vt fur coerceatur: qui gregem, vt abigeus, l. 16. §. quantitas, de pœn. Idcirco Calliſt. oues, ait, pro numero abactorum aut furem, aut abigeum facere. Nam qui 10. oues vel capras, vel porcos 5. aut 4. equum vnum, duas equas, totidemque boues abegerit, abigeus eſt, d. l. vlt. ff. de abig. Non tamen ſola quantitate, ſed ex animo etiam atque ſtudio & arte abigendi, hoc diſcernitur, vt Cuiac. 1. obſ. 20 oſtendit. Nam qui ſtudioſe vnum equũ aut bouem abduxerit, abigeus eſt, qui caſu, fur, l. 2. de abig. Gœd. ad l. 235. loco etiam eos diſcernit: qui non ex paſcuo, ſed ſtabulo, vel alio loco, non ex armento, abigit, fur eſt. non abigeus, l. 1. §. 1. de abig. vbi Gœd. adit. de V. ſig. Cæterum vt fures teneantur actione ciuili in duplum, vel quadruplum quo caſu ſine inſcriptione agitur: ſic abactores, ceſſante actione ciuili extra ordinem accuſantur: quo caſu neceſſario eſt inſcriptio. Cuiac. Briſſ. Prat. Spieg. Hot.

ABIGEVS accuſari poteſt cum inſcriptione vel ſine ea, C. lib. 9. tit. 37. l. 1. Abigeus tenetur pecorum mortuorum nomine, C. l. 4. tit. 7. l. 7.

ABIGERE eſt à ſe expellere, vel crimen abigeatus exercere. Neb. Abigere pecus, i. e. expellere ex agro, l. 39. ad l. Aquil. Abiguntur greges, armenta, quæ furto aut latrocinio auertuntur, l. vlt. C. de condict. ob turp. ſic Abactus boues, Ouid. Abactas furto ſues: Plin. lib. 8. c. 51. Briſſ.

ABIGERE etiam partum venenis & medicamentis expellere & enecare ſignificat. Sic accipitur in l. 4 de extraordin. crim. l. 8. ad l. Corn. de ſicar. l. 39. de pœn. & apud Cic. in Cluent. & Tranquil. in Domitiano cap. pen.

ABIGERE etiam ſimpliciter pro partum abigere à Marcian. d. l. 4. vſurpatur, eam quæ data opera abegit, à præſide in exilium dandam: Hotom.

ABACTVM ventrem dixit Pau. lib. 4. ſent. tit. 9. fœtum venenis & medicamentis eiectum: Abactos partus, Optatus Afer. Nec longe ab hac ſignificatione eſt quod Imp. ventris viſcera hominis extinguere appellat in l. 3. C. de quæſt. Cuiuſmodi criminis à Iuuenale Sat. 6. & Minutio Felice (cuius liber pro octauo Arnobij hodie circumfertur) ſit mẽtio. Briſſ. Hot. Prat.

ABIGERE & arcere differunt. Abigimus quæ vbi acceſſerint, expedimus: Arcemus, quæ prohibemus ne accedant: Spieg.

ABACTI magiſtratus: vide ſupra Abacti.

ABIICERE eſt ſpernere, vt in auth. quib. mod. nat. effic. legit. §. ſi igitur. Hinc

ABIECTA perſona, pro cõtẽpta, humili, & vili, l. ſed etſi vni⁹, §. interdũ, v. reputa ſi patris perſona vilis abiectaq; ſit, ff. de iniur.

ABIECTÆ inter fœminas perſonæ ſunt, ancilla eiuſq; filia, liberta eiuſq; filia (id abrogatum Non. 86.) Scenica eiuſq; filia, tabernaria tabernarij, lenonis aut arenarij filia, & ea quæ mercimoniis publice præfuit; l. humilẽ 7. C. de inceſt. nupt. ad d. l. 2. C. de natu. liber. Non autẽ ideo quis humilis aut abiectus, quia pauper d. l. 7. in prin. & ibi Gothof, adde Nou. 74. c. 6.

ABIICERE quodammodo contrarium verbo adiicere, aſt adiectionem non recipere, l. Sabinus 9. ff. de in diem adiec. Cuia. ad Afric. tract. 3. fol. 34. Goth. ad rubr. ff. d. t. de in diem adiect. adde l. 1. C. de vend. reb. ciuit. l. pen C. de om. agr. deſert. l. 2. C. de locat. præd. ciuil. Significat & proiicere, & repellere, l. qui leuandæ, ad leg. Rhod. de iact. vbi primo dicit. Proiicit. poſtea Abiicit, Rebuff. Hinc

ABIECTA dicuntur quæ incendij cauſa ſub dium emittuntur, vide l. falſus, §. qui alienum, ff. de furt.

ABIICERE haſtam dicitur, qui cauſæ diffiſus animum abiicit, ac deſinit contra conari: Spieg.

ABIICERE rem videtur, qui exiguo pretio vendere cogitur, l. ita vt omnes ſummas 56. §. 1. & ibi Goth. ff. mand. Spieg. Prat. adde l. 50 ff. de euict.

ABIICITVR vxor, cum mittitur renunciatio: conditione tua non vtar. Dimittere vxorem, an dicatur latine, vide Rhodic. 26. l. 1. 28. Spieg.

ABIICIENS partum, necare videtur, l. 4. de agnoſc liber. Prat.

ABIECTIO in Iure intelligenda eſt, cum conteſtamur, abiectis omnibus, quæ aduerſarius dixit, vni rationi nos reſponſuros, teſte Zaſio. Spieg.

AB incunabilis, vide ſuprà à cunabulis.

ABIRE, diſcedere, vel recedere eſt, Rebuff. Hinc

ABIRE ab emptione. i. e. ab emptione diſcedere, l. iuris gentium, §. adeo, de pact. vel mutare emptionem, & ab ea recedere, d. l. iuris gent. vbi prius dicit, Abiri ab emptione: poſtea mutari & recedere in l. 1. ff. quand. lic. ab empt. diſced. dicitur Abeatur ab emptione. Rebuff. Spieg.

ABIRE à ſocietate, eſt diſcedere, & ſocietati renunciare, l. ſi conuenerit, ff. pro ſoc. vbi prius ponit verbum Abeatur, poſtea renuncietur: Rebuff.

ABIRE in creditum, non omnino idem eſt, quod credere, ſed tãtum eas res credere, quæ accipientis fiunt: h. e. quæ functionẽ non in ſpecie, ſed in genere recipiunt: veluti pecuniam, frumentum, vinum, & alias res, quarum non corpus redditur ſed quantitas. Vlp. in l. 5 §. 18. ff. de trib. act. Hot. Itaq; Abire in creditum interdum generaliter accipitur pro mutuum cõtrahere, interdum ſpecialiter vt l. 3 §. is autem de Senatuſc. Maced. Prat. Abit in creditum, qui fidem alienam ſequitur, ait Briſſ.

ABIRE dominium à nobis, in l. non ideo: Non ideo minus recte quid noſtrum eſſe vindicamus, quod abire à nobis dominium ſperatur, ſi cõditio libertatis vel legati extiterit, ff de rei vẽd. pro recedere & auferri, Spieg Rebuff. Sic res à nobis abit, à domino abit, l. 205 de reg. iur l. 1. de in diem addic. Briſſ.

ABIRE magiſtratu eodem ſenſu dicitur, quod abdicare ſe magiſtratu, deponere, dimittere magiſtratum, vel adminiſtrationem, l. nec magiſtratibus ibi: expectandum eſt, quod magiſtratu abeat ff. de iniur. Prat. Rebuff. Oldend. Abire prouincia, tutela, cura. Briſſ. ex ff. legibus.

ABIRE in deſuetudinem, aboleſcere eſt. Abit lex in deſuetudinem, quando eſt abolita per contrarium vſum vel conſuetudinem, ICtus in l. 1. §. 1. de interr. act.

ABIRE à rem longe, pro eo quod eſt, infinitatem reſpicere, pulchro loquendi modo à ICto vſurpatum, in l. à diuo 15. §. ſed ſi emptor 7. de re iud. id quod Zaſius monuit. Spieg. Prat. Rebuff. Abit dies actionis, pro exit: Briſſ. ex ff.

ABIISSE, pro obiiſſe, veteres dixiſſe ſcribit Feſtus lib. 1.

ABITIO mors antiquis dicebatur Feſtus lib. Prat.

ABIVDICARE rem, eſt per iudiciũ auferre & alienare ea forma, qua dicimus abiurare, Bud. in l. poſtr. de orig. iur. Abiudicare & adiudicare differũt. Nã abiudicare eſt iudicio auferre, Cic. Ver. 2. Liu. lib. 4. idẽ quod remouere & abdicare, vt not. Neb. Abiudicare, *Zuſprechen durchs gericht*, idem quod applicare, facit text. & ibi not. in c. venerabilis, in verſ quia vero ibi: eidẽ Epiſcopo adiudicauimus de excep & in c. audiuis, in verſ adiudicantes, de præſcr. Olden. Specul. Prat. Nebr. Hot. Abiudicatur hæreditas, l. 50. § ſi quis ante. de leg. 1 Briſſ.

ABIVRARE verbum iudiciarium eſt, &, vt Seruius in 8 Æn. ſcribit rẽ creditam periurio negare ſignificat. Cic. 1. Epiſt. ad Att. Me ſponſorẽ appellat. Mihi tamen abiurare ſatius eſt, quam

præſens, ſi tutorem non habet, quod ad poſſeſſionem bonorum attinet, pro abſente habebit, l. 10. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Sed nec tutor præſens fuiſſe videtur pupillo contrahente, ſi ſomno aut morbo occupatus tacuerit, aut quid agatur, non attenderit, l. 1. in fin. ff. de auct. tutor. Hot. Prat. Briſſ.

Abesse non videtur, qui ab hoſtib. captus eſt, ſed qui à latronibus detinetur, l. 199. in fin. de verb. ſig. vbi omnino vide Gœd. n. 3. & ideo in edicto, ex quibus cauſ. maior. ab abſente ſeparatur, licet eodem loco habeatur in ſpecie l. 6. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. ea. l. vlt. ff. de reb. aut. jud. Hot. Briſſ.

Abesse Reip. cauſa in l. 6 & 7. ſi quis aut. item in l. Iulia & Papia, & in edicto: Ex quib. cauſ. mai. in integrum reſtituantur, accipimus eos, qui non ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt, l. 36. ff. ex quib. cauſ. maior. quique publici alicuius muneris, vel officij cui præſunt, cauſa ab vrbe profecti, vt puta proconſules, præſides, procuratores Cæſaris, præfecti, legati, & eorum comites, in ærarium vel commentarium Principis relati, l. 32. 35. & 38. §. 1. ex quib. cauſ. maior. l. 41. §. 1. de excuſat. tutor. Miſſi item, vt milites ducant vel reducant, vel malos homines compeſcant: milites quoque, dum in caſtra eunt vel redeunt, & qui extra patriam ſuam publicæ vtilitatis cauſa proficiſcuntur, vel militum medici: & hi quoque qui in vrbe militant, Reip. cauſa abeſſe intelliguntur. l. 7. 35. ff. ex quibus cauſ. maior. Aliter atque de magiſtratibus, qui Rom. Reipub. operam dant, ſtatuendum, vt d. l. 7. & Conſt. lib. 1. Epit. 1. 3. docent. Enimvero in c. 7. l. Iul. de adult. quo eorum demum Abſentia excuſatur, qui in alia prouincia Reipub. cauſa abſunt, quam in ea, in qua deferuntur, Vrbani milites, licet alias vice abſentium habeantur, abeſſe tamen Reipub. cauſa non intelliguntur, & deferri, vt præſentes, poſſunt, l. 15. §. 1. ff. de adult. vt vt ſit, tum demum milites Reip. cauſa abeſſe intelliguntur, cum in expeditione verſantur. Non item, ſi in commeatu agunt. l. 1. ff. de re milit. Sed nec qui pro ciuitate legatione funguntur, Reip. cauſa abeſſe dicuntur, l. 26 §. vlt. ff. ex quibus cauſ. maior. Publici enim appellatio ad Popul. Rom. in pleriſque cauſis proprie pertinet: nauicularij vero, item negociatores, dum annonæ vrbis ſeruiunt, Reip. cauſa abeſſe non male dicuntur, l. 5. §. negociatores ff. de iur. immunit. At qui libera legatione abeſt, non videtur Reip. cauſa abeſſe, cum non publici, ſed ſui commodi cauſa abſit, l. 14. ff. de legat. Legationis cauſa abſens, Reip. cauſa abeſſe dicitur, l. 30. de acq. vel omit. Briſſon. Serui item Reip. cauſa abeſſe non poſſunt l. vlt. de reg. jur. Sed nec qui appellationis perſequendæ cauſa peregrinantur, Reip. cauſa abſunt, l. 1. 2. D. cum qui appel. Omnino enim Reip. cauſa abeſſe hi demum intelliguntur, qui ob publicam cauſam abſunt, non qui in priuatum compendium peregrinantur, vt apparet ex l. pen. de excuſ. Plenius in SCtis circa fideicommiſſarias libertates factis, ex juſta cauſa abeſſe definimus eos, qui non habent iniuſtam cauſam abſentiæ: cum ſufficiat, quod non in fraudem libertatis abſint, quo magis videantur ex juſta cauſa abeſſe, Vlpian. in l. ſi eum ſeruum, de fideicom. libert. cæterum non eſt neceſſe, vt Reip. cauſa abſint, l. t. l. 19. 20. 28. §. vlt. l. 29 30. 36 ff. de fideicomm. libert. Qui etiam alias, qui probabili quacumque ex cauſa ſtudiorum puta, abſunt, juſta ex cauſa abeſſe intelliguntur, l. 7. § vlt. de minor. l. 28. ex quibus cauſ. maior. Sunt & aliæ abſentiarum differentiæ, ſeu varia, adjuncta: vt abeſſe bona fide, l. 30 de noxal. l. 19. de damn. infect. 1. ſine dolo malo & fraude, l. 1 4. ex quib. cauſ. maior. l. 4. C. de teſt. mil. cui opponitur Dolo malo, vel fraudis cauſa, vel data opera, abeſſe, l. 34. de reb. auth. jud. l. 5. ex quib. cauſ. maior. abeſſe trans mare, per contumaciam, longinque, Briſſ. Prat. ex ff. & C.

Hæc de perſonis: nunc de rebus videamus. Res trifariam alicui abeſt: primo quo ad formæ mutationem, corporiſve corruptionem: Secundo quoad poſſeſſionem, vel ſurreptionem aut amotam poſſeſſionem rei, quæ vi fortove nobis ablata fuit, &c. tertio quoad rei ipſius interitum, ſeu deperitionem. Formæ mutatione res abeſt, vel deteriotatione vel ſpecificatione. Deteriotatione mutatur per corruptionem, aut per diminutionem. Corruptione, ſi ſcindendo, frangendo, rumpendo, arripiendo, conuellendo, atterendo, collidendo, contundendo, conſricando, radendo, eruendo, diſtrahendo, manente etiam corpore, forma, quæ dat eſſe rei, figura & diſpoſitio dilaceratur, vt exemplo veſtimenti ſciſſi & ſcyphi colliſi, & tabulæ picturæ raſæ, judicatur. Nam ſi quis togam ſcindat, vel proſcindat mediam, aut ejus partem, vel pileo detrahat cacumen, rumpatve: & togæ & pilei formam prope ſuſtuliſſe, & ne toga ſit, ne pileus ſit, feciſſe videtur: Idem eſt, ſi quis ſcyphos apud ſe depoſitos, vel commodato acceptos, aut venditor reddat exhibeatve vel totaliter, vel aliqua parte colliſos, hoc eſt attritos, contuſos, & collidendo ac conſricando fractos, raſoſque, text. hic & l. 3 § 1 ff. commod. Eſt enim colliſio duorum pluriumve corporum mutua confricatio, & concuſſio. Diminutione fit formæ mutatio, quando citra corruptionem aliquid detrahitur rei, vt ſi cauſa integra non reſtituatur: ſi ſolutio, aut numeratio non fiat ea, qua debuit, ſumma. Quod & in ſeruo vulnerato & eluſcato verum eſt. Item ſi ex noxali cauſa in eadem cauſa ſiſti promiſſum ſit, & ſiſtatur liber, aliquid formæ ejus, qui ſiſtitur deceſſiſſe videtur, vt in eadem formæ cauſa qua debuit, ſiſti non dicatur, vt propterea ſtipulatio committatur. Sicut ergo ſeruus ex noxali cauſa ſiſti promiſſus, in eadem cauſa ſiſti non dicitur, ſi liber, vel ſtatu liber ſiſtatur; ita etiam res ea reddita non videtur, quæ aut corrupta, aut deteriorata aut colliſa, aut diminuta redditur. Specificatione mutatur forma, quando ex aliena materia, vel ſpecie, arte & induſtria humana aliud opus ſeu ſpecies conficitur, priore forma mutata, vel ſublata, vt ita artificis opera pereat, deſtruatur, vel deformetur. Eaque duplex eſt, vna principalis, altera acceſſoria. Principalis ſpecificatio planè nouam fingens formam, nouam producit ſpeciem, vt, ſi ex auri vel argenti maſſa fiat vas, vel annulus; aut contra ex poculo vel aureo annulo fiat maſſa: ex vino vel melle mulſum, & c. §. cum ex aliena, inſtit. de rer. diuiſ.

Acceſſoria eſt, quando quid alterius rei augendæ & ornandæ cauſa ita adjectum eſt, vt priora ſpeciei formam amittat, & ejus, cui acceſſit, pars formalis vel tota forma eſſe incipiat: vt ſi purpura aliena intexta ſit chlamydi alterius, vel tabula aliena, meis colorib. picta, amittit hæc purpura, hic color priorem ſuam eandem formam, & ita jungitur, vt excludi non poſſit, neque ſimpliciter jungitur, ſed ita jungitur, vt purpura pars chlamydis formalis, & color totius tabulæ vera forma nunc exiſtat. Per poſſeſſionem res nobis abeſt duplici modo, aut per ipſius rei detentionem, aut rei æſtimationem. Per rei detentionem abeſt, ſi aut à nobis ſine effectu recuperata ſit, aut ab alio detineatur, vel poſſideatur, licet nobis reſtitui debeat rei poſſeſſio. Nam & poſſeſſionis ac detentionis commodum noſtrum auget patrimonium inque noſtris bonis eſt, vt ſi eo commodo excludamur, aliquid habere non videamur, quia res noſtra diminuta ſit. Itaque ſi alius rem noſtram detineat, vel poſſideat, niſi reſtituat, ex noſtro quid detraxiſſe, & quod noſtrum eſt habere, atque ita nobis abeſſe dicetur, in tantum, vt & vindicationi & interdicto, aut alia quauis actione, nobis reſtituere compelli debeat. Si à nobis recuperata ſit, tum adhuc abeſt, ſi aut à nobis ex ea, qua recuperauimus, cauſa, rurſus jure (factum. n. nō curamus) auocari poſſit: aut numerato pretio à nobis ignorantib. ſit recepta: Illo caſu propterea abeſt, quia non poteſt peruenisſe ad nos videri, quod ſine effectu ad nos peruenit. Neq; reſtitutum cenſetur, quod non cum omni cauſa reſtitutum eſt. Quoad æſtimationē propterea nobis abeſt quia æſtimatio, quæ patrimonium noſtrum minuit, eſt apud alium. Nec vero ſuæ rei emptio ſubſiſtit, vt nec commodatum, depoſitum, locatio, permutatio, precarium, niſi poſſeſſionis aliudve commodum, emamus, precario accipiamus, depoſitum habeamus. Denique per rei deperitionem res abeſt dupliciter, aut per amiſſionem actionis l. 14. in fi. hic, aut per rei interitum tam naturalem, quam quemlibet alium, ſiue eo nomine competat adhuc actio, ſiue non, l. 13. in fin. hic vtroque enim caſu patrimonium noſtrum diminutum eſt.

Res ergo, quæ perit, ſi animata fuit, mortua eſt, & per mortem abeſt: ſi inanimata, ita obiit caſu, vt nuſquam extet, quia incendio, naufragio, &c. conſumpta eſt. Sed de his ſingulis plenius Gœdd ad l. 13. §. 1. n. 2. 7 & ad l. 14. §. 5 ac ſeq. de verb. ſign. Abeſſe ergo res videntur etiam hæ quarum corpus manet, forma mutata eſt. Et ideo ſi corruptæ redditæ ſunt, vel transfiguratæ, videntur abeſſe, quoniam plerunq; pluries eſt manupretium & ars, quam materia, l. 13. § 1 l. 14. ff. de verb. ſig. Abeſt & ea res, quæ in humanis rebus non eſt, d. l. 13. in fi. & res quæ caſu adfuit, abeſſe videtur, l. quæſitum in fin. de legat. 3. Abeſt procul dubio ſeruus, qui in fuga eſt, quanquam in l. 1 ab. de plag. aliud ſit abeſſe, aliud in fuga eſſe, l. 2. ad l. Fab. Abeſſe furto res dicuntur, quæ nobis ſubreptæ & ſubtractæ ſunt, l. 14. ff. de verb. ſign. l. 47. ff. de furto Martial. Epigram. lib. 6.

Sed lis eſt mihi de tribus capellis:
Vicini queror has abeſſe furto.

Sæpe legitur in id quod abeſt actionem dari: quod qualem intellectum habeat, explicandum eſt. Abeſſe certe nobis videtur, non tantum quod expendimus, ſed & id, ad quod obligati ſumus, l. 18. de negot. geſt. Hoc ita ſi præſens ſit, non etiam ſub conditione concepta obligatio, l. 29. ſolut. Abeſſe intelligitur pecunia fidejuſſori, etiam ſi debitor ab eo creditori delegatus ſit, licet is ſoluendo non fuerit, l. 26. §. abeſſe, mandat. Item ſi fidejuſſori mariti ab vxore creditrice doti data ſit pecunia, quam ex cauſa fidejuſſionis debebat, abeſſe ei ea intelligitur eo quod onera matrimonij ſuſtineat, l. 47. ff. mandat. Non abeſt ex diuerſo ei, qui nihil de ſuo impēdit deminuitve, l. 25. ff. de admin. tut. l. 14. quod met. cauſ. l. 4. §. ſiue autem ff. de manumiſſ. Prat. Briſſ.

Neceſſaria Absentia, ſeu cauſa abſentiæ, l. fin. vbi pup. educ. l. 10. C. quom. & quand. Iud.

Abesse ex negotio geſto, l. 31. de reb. cred. l. 24. §. ſeruum de act. empt. & abeſſe ex ſtipulatione, l. 49. famil. herciſcund. Briſſ.

Abesse dicitur cum factus eſt propterea pauperior etiam ſi nihil

nihil emolumenti acceſſerit hæreditarijs, ſatis eſt enim hæreditaris cauſa detrimentum aliquod cepiſſe in rebus ſuis. Velut ſi quid publici vectigalis nomine præſtiterit venditus hæreditatis, inquit Vlpian. Conſequens erit dicere, agnoſcere emptorem eius hoc debere. Connan. 7. conſ. 8. o. 9.

ABESSE videri poteſt, qui exaudiri nequit, Vlp. in l. de verb. ſig.

ABESSE mihi res haƈtenus videtur, quatenus ſum præſtaturus, apud Vlpian. plane 34. §. quod ſi rem, ff. de legat. 1.

ABESSE deſinit res, cum ſic redit in poteſtatem, vt amitti eius poſſeſſio non poſſit, l. mulieris 15. de verb. ſig. Prat.

ABESSE pecunia dicitur quæ ſoluta eſt, vel ſoluta fingitur, l. inter confes, ff. mand. Spieg.

ABESSE eum proprie dicimus, qui ignoretur vbi ſit, & an ſit, Pomp. in l. ſi ait paren. de rit. nupt. Vlp. in l. ſciendum, ff. ad l. Iul. peccul. aliud eſt abeſſe, aliud in fuga eſſe: Spieg.

ABESSE ac fugaſſe quomodo diſtent, vid. l. 2. ad leg. Fab. de plag. Spieg.

AB exactione tributorum, vide ſupra in voƈula AB.

Ab exaƈtione ad aurum veſtimenta recreare, eleganter dixit Haloan. in l. pen. §. procreatent inſuper, ff. de via publ. Spieg.

ABFUISSE ſuperuacuo timore perterritum, apud Calliſtr. in l. 2. ff. ex quib. cauſ. maior. Spieg.

ABFUTURUM, verbum pleniſſimum eſt, & ad omne tempus refertur. Venuleius in l. nouiſſ. ff. de præt. ſtip. Sebard.

ABGREGARE eſt à grege ducere, authore Feſto.

AB HÆREDIS debitore peti hæreditas non poteſt, l. quod ſi in diem, ff. de petit. hæred.

ABHORRERE, pro alienum eſſe, apud Vlp. in l. ſi tibi rem 19. §. Iulian. 2. ff. de præſcript. verb. Spieg.

ABIETARIUS negotiator, pro negotiatore materiario, Sipont.

ABIGEATUS, à nomine abigeus, ipſe abigendi aƈtus ſiue crimē, de quo Marcian in l. 2. de abig. l. 5. §. qui deſertionis, ff de re militar. Abigeatus crimen publici iudicij non eſt, quia furtum magis eſt, ein Viehdiebſtal, d. l. 2. Spie. Hoc crimine olim nobilitatos libros fuiſſe, Seruius 10 3. Georgicon ſcribit. Placet autem ex l. 1. §. de abigeis, lenius (ſic enim reƈtius legi videtur alij plenius, Gothofr. ad d. §. 1. l. 3.) coerceri, qui ex ſtabulo abigunt pecus domitum, quam qui ex ſylua aut grege. Lenius enim puniendi, quibus non ita patet furandi copia, durius contra, quibus maior patet. Iuſtinus de Scythis loquens: nullum ſcelus apud eos furto grauius eſt; quippe ſine teƈto munimentiſque pecora & armenta habentibus, vbi quis ſaluum eſſet ſi furari liceret: Prat. ex Cuiac. 6. obſer. 8. adde Iul. Clar. 5. ſent. §. vlt. q. 60. verſ. 13.

ABIGEI, qui [rarius Abigeatores Briſſ. edit. vlt.] & Abaƈtores à Paulo lib. 5. ſent. tit. 10. & ab Impp. in l. 8. C. de repud. & à Firmico li. 6. Mathe. c. 31. à Græcis verò ἀπελάται appellantur, proprie hi habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis, vel ſtabulis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, abigēdique ſtudium, quaſi artem exercent, equos de gregib. vel boues de armentis abducentes, l. 1. §. de abig. Iuſti Nou. 22. Abigeos autem à furibus quantitate ſeu numero diſcerni traditum eſt. Nam qui ouem vnam, ſiuem vnum ſurripuerit, vt fur coerceatur: qui gregem, vt abigeus, l. 16. §. quantitas, de pœn. Ideirco Calliſt. oues, ait, pro numero abaƈtorum aut furem, aut abigeum facere. Nam qui 10. oues vel captas, vel porcos 5. aut 4. equum vnum, duas equas, totidemque boues abegerit, abigeus eſt, d. l. vlt. ff. de abig. Non tamen ſola quantitate, ſed ex animo etiam atque ſtudio & arte abigendi, hoc diſcernitur, vt Cuiac. 1. obſ. 20 oſtendit. Nam qui ſtudioſe vnum equū aut bouem abduxerit, abigeus eſt, qui caſu, fur, l. 1. de abig. Gœd. ad l. 235. loco etiam eos diſcernit: qui non ex paſcuo, ſed ſtabulo, vel alio loco, non ex armento, abigit, fur eſt. non abigeus, l. 1. §. 1. de abig. vbi Gœd. adit. de V. ſig. Cæterum vt fures tenentur aƈtione ciuili in duplum, vel quadruplum quo caſu ſine inſcriptione agitur: ſic abaƈtores, ceſſante aƈtione ciuili extra ordinem accuſantur: quo caſu neceſſario eſt inſcriptio. Cuiac. Briſſ. Prat. Spieg. Hot.

ABIGEUS accuſari poteſt cum inſcriptione vel ſine ea, C. lib. 9. tit. 37. l. 1. Abigeus tenetur pecorum mortuorum nomine, C. l. 4. tit. 7. l. 7.

ABIGERE eſt à ſe expellere, vel crimen abigeatus exercere. Neb. Abigere pecus, i. e. expellere agro, l. 39. ad l. Aquil. Abiguntur greges, armenta, quæ furto aut latrocinio auertuntur, l. vlt. C de condiƈt. ob turp. ſic Abaƈtos boues, Ouid. Abaƈtas furto ſues: Plin. lib. 8. c. 51. Briſſ.

ABIGERE etiam partum venenis & medicamentis expellere & enecare ſignificat. Sic accipitur in l. 4. de extraordin. crim. l. 8. ad l. Corn. de ſicar. l. 39. de pœn. & apud Cic. in Cluent. & Tranquil. in Domitiano cap. pen.

ABIGERE etiam ſimpliciter pro partum abigere à Marcian. d. l. 4. vſurpatur, eam quæ data opera abegit, à præſide in exilium dandam: Horom.

ABACTUM ventrem dixit Pau. lib. 4. ſent. tit. 9. fœtum venenis & medicamentis eieƈtum: Abaƈtos partus, Optatus Afer. Nec longe ab hac ſignificatione eſt quòd Imp. venenis viſcera hominis exinguere appellat in l. 5. C. de quæſt. Cuiuſmodi criminis à Iuuenale Sat. 6. & Minutio Felice (cuius liber pro oƈtauo Arnobij hodie circumfertur) fit mētio. Briſſ. Hot. Prat.

ABIGERE & arcere differunt. Abigimus quæ vbi acceſſerint, expedimus: Arcemus, quæ prohibemus ne accedant: Spieg.

ABIECTI magiſtratus: vide ſupra Abaƈti.

ABIICERE eſt ſpernere, vt in auth. quib. mod. nat. effic. legit. §. ſit igitur. Hinc

ABIECTA perſona, pro cōtēpta, humili, & vili, l. ſed etſi vni, §. in tendū, v. reputa ſi patris perſona vilis abieƈtaq; ſit, ff. de iniur.

ABIECTÆ inter fœminas perſonæ ſunt, ancilla eiuſq; filia, liberta eiuſq; filia (id abrogatum Nou. 86.) Scenica eiuſq; filia, tabernaria tabernarij, lenonis aut arenarij filia, & ea quæ mercimonijs publice præfuit, l. humilē 7. C. de inceſt. nupt. ad d. l. 2. C. de natu. liber. Non autē ideo quis humilis aut abieƈtus, quia pauper d. l. 7. in prin. & ibi Gothof, adde Nou. 74. c. 6.

ABIICERE quodammodo contrarium verbo adiicere, eſt adieƈtionem non recipere, l. Sabinus 9. ff. de in diem adiec. Cuia. ad Afric. traƈt. 3. fol. 34. Goth. ad rubr. ff. d. t. de in diem adieƈt. adde l. 1. C. de vend. reb. ciuit. l. pen. C. de om. agr. deſert. l. 2. C. de locat. præd. ciuil. Significat & proiicere, & repellere, l. qui leuandæ, ad leg. Rhod. de iaƈt. vbi primo dicit Proiicit, poſtea Abiicit, Rebuff. Hinc

ABIECTA dicuntur quæ incendij cauſa ſub dium eiiciuntur, vide l. ſi ſtillis; §. qui alienum, ff. de furt.

ABIECISSE haſtam dicitur, qui cauſæ diffiſus animum abiicit, ac deſinit contra conari: Spieg.

ABIICERE rem videtur, qui exiguo pretio vendere cogitur, l. ita vt omnes ſummas 56. §. 1. & ibi Goth. ff. mand. Spieg. Prat. adde l. 50 ff. de euiƈt.

ABIICITUR vxor, cum mittitur renunciatio: conditione tua non vtar. Dimittere vxorem, an dicatur latine, vide Rhodic. 56. li. 18. Spieg.

ABIICERE partum, necare videtur, l. 4. de agnoſc. liber. Prat.

ABIECTIO in iure intelligenda eſt, cum conteſtamur, abieƈtis omnibus quæ aduerſarius dixit, vni rationi nos reſponſuros, teſte Zaſio, Spieg.

Ab incunabilis, vide ſuprà à cunabulis.

ABIRE, diſcedere, vel recedere eſt, Rebuff. Hinc

ABIRE ab emptione, i. e. ab emptione diſcedere, l. iuris gentium, §. adeo, de paƈt. vel mutare emptionem, & ab ea recedere, d. l. iuris gent. vbi prius dicit, Abiri ab emptione: poſtea mutari & recedere: in l. 1. ff. quand. lic. ab empt. diſced. dicitur Abeatur ab emptione. Rebuff. Spieg.

ABIRE à ſocietate, eſt diſcedere, & ſocietati renunciare, l. ſi conuenerit, ff. pro ſoc. vbi prius ponit verbum Abeatur, poſtea renuncietur: Rebuff.

ABIRE in creditum, non omnino idem eſt, quod credere, ſed tātum eas res credere, quæ accipientis fiunt: h. e. quæ funƈtione non in ſpecie, ſed in genere recipiunt: veluti pecuniam, frumentum, vinum, & alias res, quarum non corpus redditur ſed quantitas. Vlp. in l. 5. § 18. ff. de trib. aƈt. Hot. Itaq. Ab re in creditum interdum generaliter accipitur pro mutuum cōtrahere, interdum ſpecialiter vt l. 3. §. is autem de Senatuſc. Maced. Prat. Abis in creditum, qui fidem alienam ſequitur, ait Briſſ.

ABIRE dominium à nobis, in l. non ideo: Non ideo minus reƈte quid noſtrum eſſe vindicamus, quod abire à nobis dominium ſperatur, ſi cōditio libertatis vel legati extiterit, ff. de rei vēd. pro recedere & auferri, Spieg. Rebuff. Sic res à nobis abit, à domino abit, l. 205 de reg. iur. l. 1. de in diem addic. Briſſ.

ABIRE magiſtratu eodem ſenſu dicitur, quod abdicare ſe magiſtratu, deponere, dimittere magiſtratum, vel adminiſtrationem, l. nec magiſtratibus ibi: expeƈtandum eſt, quod magiſtratu abeat ff. de iniur. Prat. Rebuff. Oldend. Abire prouincia, tutela, cura. Briſſ. ex ff. legibus.

ABIRE in deſuetudinem, aboleſcere eſt. Abit lex in deſuetudinem, quando eſt abolita per contrarium vſum vel conſuetudinem, ICtus in l. 1. §. 1. de interr. aƈt.

ABIRE rem longe, pro eo quod eſt, infinitatem reſpicere, pulchro loquendi modo à ICto vſurpatum, in l. à diuo 15. §. ſed ſi emptor 7. de re iud. id quod Zaſius monuit. Spieg. Prat. Rebuff. Abit dies aƈtionis, pro exit: Briſſ. ex ff.

ABISSE, pro obiiſſe, veteres dixiſſe ſcribit Feſtus lib. 1.

ABITIO mors antiquis dicebatur Feſtus lib. Prat.

ABIUDICARE rem, eſt per iudiciū auferre & alienare ea forma, qua dicimus abiurare, Bud. in l. poſt. de orig. iur. Abiudicare & adiudicare differūt. Nā abiudicare eſt iudicio auferre, Cic. Ver. 2. L. in. lib. 4. idē quod remouere & abdicare, vt not. Neb. Abiudicare, Zuſprechen durchs gericht, idem quod applicare, facit text. & ibi not. in c. venerabilis, in verſ quia vero ibidē Epiſcopo adiudicauimus de excep & in c. auditis, in verſ adiudicantes, de præſcr. Oldend. Specul. Prat. Nebr. Hot. Abiudicatur hæreditas, l. 50. § ſi quis autē. de leg. 1 Briſſ.

ABIURARE verbum iudiciarium eſt, &, vt Seruius in 8 Æn. ſcribit rē creditam periurio negare ſignificat. Cic 1. Epiſt. ad Att. Me ſponſorē appellat. Mihi tamen abiurare ſatius eſt, quam

dependere, quo loco abiurare Cic. dixit, pro, ſponſionem factam iureiurando abnegare. Inde Abiuratio, rei creditæ abnegatio, interprete Iſid. lib. 5. Ety. c. 26 Briſ. Hot. Prat. Spieg.

ABIVRARE creditum, depoſitum: Briſſ.

ABIVRARE etiam eſt iuramento renunciare, cap. audita, de reſt. ſpol. in antiq.

ABIVRARE hæreſin quid ſit, diſces ex cap. ad abolend. de hære.

ABIVRATVM pretium, in conſt. 4. C. de veſt. holoſer. & aurat. lib. 11. id eſt (inquit Accurſ. ad eandem) pretium, quod pro ea re dederat, amittit, licet inter ſe dediſſe: Accurſij ſententiam probat ibidem Odofr. Prat.

ABLATIVVS caſus aliquando reſoluitur in Accuſatiuum, & præpoſitionem propter: vt mandato, i. e. propter mandatum, l. ſi mandato, ff. mandat. l. eotem ferro, §. cam rem, de publ. Aliquando in Accuſatiuum & præpoſitionem In, vt quiete, id eſt, in quietem, l. 1. C. de primicer. lib. 12. Nebriſſ.

ABLATIVI abſoluti varie ex rebus ipſis, proque materia ſubiecta accipiuntur, Alciat. l. 240. de verb. ſig. Sæpius in conditionem reſoluuntur.

ABLATIVIS, ſoluto matrimonio, & mortis & diuortij caſum comprehendi Paul. ſcribit d. l. 240. Prat.

ABLATIVI abſoluti ea plerunque natura eſt, vt conditionem inducat. Not. Dd. & præſertim Alcia. in l. cum quærebatur 240. ff. de verb. ſig. in quo articulo ſciendũ eſt: ablatiuus quandoq; in vim ſeptimi caſus, vt Dio. & Ser. docuerũt, enũtiari: tuncq; dubium non eſt, ad conditionẽ non referri. Inducitur autem huius caſus vis ſimpliciter in nominibus: vt cum dicimus, te autore didici, arbitratu Seij ædificaui, ſaluo conſenſu domini alienaui, & ſi quæ ſimilia. Quandoq; per participiũ proferuntur, & tunc naturã adiuncti Participij debemus inſpicere, præſentis, præteriti an futuri ſit temporis. Quod præſentis eſt tẽporis, conditionem non inducit: vt ſi dixerim, Rato manente pacto, pœna ſoluatur hẽ, Filio præcedente, patri permittitur quẽlibet in locũ nepotis adoptare, hic. n. non videtur ſubeſſe conditio. Quod tamen non procedit, cum participium ipſum, licet præſentis temporis, futuros tamen caſus reſpicit: vt ſi conſtitutum ſit, ſtantibus maſculis fœminas à ſucceſſione excludi. Illa. n. verba, ſtãtibus maſculis, quoniã ab eo prolata cenſentur, qui ius de ea re ſtatuendi habet, & conditionem inducunt & diſpoſitionem: quia non ſolum fœminas ſub cõditione includũt, ſed ipſos maſculos admittunt, Bart. in l. 2. §. ſi. ff. ad Tertull. Cum participium præteriti eſt tẽporis, obſcurior eſt quæſtio: quoniã ex adiectione verbi ad omnia tẽpora poterit referri, l. verbum erit & ibi Alc. de verb. ſig. Vnde hæc verba, ſoluto matrimonio, generaliter accipi ex materia ſubiecta poterũt, ſiue retro ſolutũ ſit, ſiue in futurũ ſoluetur: reſpectu futuri conditio eſt, non autem reſpectu præſentis præteritive. Nam & cum ſermo Latinus præſens ẽ paſſiuo verbo nullũ habeat, ſoliti ſunt veteres in eum ſenſum præterito vti: vt apud Verg. Vimque addere victis, i. qui vincebantur, & in Georgic. Quam quibus in patriam ventoſa per æquora vectis, i. qui vehãtur. Sic in l. 2. §. deinde, ff. de incen. rui. dum in eum, qui rate naue expugnata, quid rapuiſſe dicetur, actio conceditur: illa verba, Naue expugnata, exponuntur, i. dum expugnatur, & præſens quoq; tempus reſpiciunt. Sumuntur quandoque & huiuſmodi participia in vim nominis, vt cum dicimus, Velo leuato iudicaui: reſeruato domini conſenſu alienauit: penũ excepto vino legauit: quo caſu dubium non eſt, diſpoſitionem inferri, non conditionem. Cum futuri tẽporis participium eſt, tempus potius, quam conditio inducitur, vt in illo Lucani: Venturo Cæſare Romam, ignauæ liquere manus, i. cum eſſet venturus. Vnde licet Bar. in l. 1. q. 7. de cond. & demon. eas conditiones, quæ ab ablatiuis abſolutis inducuntur, expreſſas appellet: tamen videtur huiuſmodi ablatiuos principalius ad tempus, quam ad conditionem referre Nam & illud in confeſſo eſt, magis diſpoſitioni eos accedere, quã conditio expreſſa faciat, ſecundum Iaſ. in rubr. ff ſol. matr. Alciat. in l. cum quærebatur 240. ff. de verb. ſign. & plura de natura horum ablatiuorum in l. 1. C. de iur. emphyt. l. ab empt. 58. ff de pact. in l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. quando liceat ab empt.

ABLATIVI abſoluti quandoque nihil important peculiare, ſed perfectum ſenſum continent, vt in l. omnes 33. §. executorib. 5. C. de epiſc. & cler. Brederot. in repertor.

ABLEGARE, pro longe mittere: Spieg.

ABLOCARE, i. e. denuo locare fundum tertio locatum, Zaſ. in §. item Seruiana. Inſt. de act. Spieg. Prat.

ABMATERTERA, eſt abauiæ ſoror, l. ſexto gradu, ff de grad. Spi.

ABNEGAMVS, *Abſchlagen*, quod à nobis aut dono aut commodato petitur. Item *verneinen*, quod nobis creditum eſt vt depoſitum Sed & quod promiſimus, *entfallen*. Spieg. Abnegare, recuſare, aut inficiari: Briſſ.

ABNEPOS, Abneptis, hi ſunt, ait Paul. pronepotis, proneptis, filius, filia, l. 10. §. 15. ff. de grad. Hor. Prat.

ABNOCTARE, foris pernoctare, integrã noctẽ abeſſe, Marcia. l. 15. de off. præſ. Ne qui prouinciã regis, fines eius excedat, niſi voti ſoluendi cauſa: dum tamen abnoctare ei nõ liceat: Hor.

ABNOCTARE ſcite vſus eſt Martian. pro extra prouinciã eſſe in l. illud obſeruandum, de off. præſi. Sic & in l. 12. tab. reinoctio abnoctaſſe vſurpatur. Pompo. ſimiliter pernoctare, extra vrbem eſſe interpretatur, l. vrbana 166. §. 1. de verb. ſign. Spieg.

ABNVTARE ſæpe abnuere Feſtus l. 2. Abnuit autem, qui ſigno capitis aliquid negat, quive recuſat, aut prohibet, apud claſſicos autores Hinc

ABNVTIVVM, pro negatiuo & inficiali in l. 83. in pr. verſ. & qui ſpondet, ff. de verb. obl. Qui ſpondet inquit Paul. dolum malum abeſſe, abfuturumve eſſe, nõ ſimplex abnutiuum ſpõdet: ſed curaturum ſe, vt dolus malus abſit. Quod verbũ inuenio rarum eſt: vſum eo Caprum in lib. de orthogra reperio. Confeſſiua vox. ait, fit ex duplici voce abnutiua, vt, Non nolo (oſtendo. n. me non velle) & non neſcio, quæ tibi vita ſit, & nonnunquam prandeo, & Necnon eſt res libera mihi Sane lex 12. tab. quæ prohibuit litigioſam rem dedicari, l. 3. de litig. forſitã permiſit, mortuum in eam inferri, his verbis: Nec non mortuum inferunto. Quo loco Seru. annotauit duob. illis verbis negatiuis, quaſi permiſiſſe legem magis, quam prohibuiſſe, l. 137. de verb. ſig. cui congruit Philoſophorum definitio: (duæ negationes vel priuationes vnam affirmationem efficiunt.) Interdum duo abnutiua magis negant, & ponuntur (vt Demet. ait in Sophoc. οὐκ ἀρνουν μείζονα ad maiorẽ negationem) Vlp. in l. ſtum. 24. in pr. verſ. quis enim dubitat, ff. de damn. infect. Nemine nihil faciente, vt Lucil. Nil neminem habere, & Cato, Lapideo ſunt corde multi, quos non miſeret neminis, Cuia. 10. obſ. 26. Gotho. not. in l. 1. circ. fin. C. com. diuid. Feſt. etiam abnutionis vocem vſurpat lib. 9. In, non ſemper abnutiuum ſignificat, ſed interdum etiam pro additamento ponitur Sic. n. hæc poſtrema verba lego, quibus ſignificat vocẽ, In, plerunque incrementũ addere verbis, quibus præponitur, vt ex his, quæ illic affert, exemplis, patet, Briſſ. Prat Hor.

AB officio iudicis proficiſci, hoc eſt impetrare & exercere apud iudicem, vt de cautionum formulis ac prætoriis ſtipulationibus dicitur: Spieg.

ABOLERE, eſt in deſuetudinem abire, Iſid. in c. fuerunt, §. paulatim 7. diſtinct. vel potius

ABOLERE, eſt tollere & infirmare, & delere in conſt. Iuſtin. in l. 1. in pr. C. comm. de legat Prat.

ABOLERI accuſatio, Aboleri item nomen Rei dicitur, cũ accuſatio inepta crimenq; perimitur, Reiq; nomen de Reis eximitur, l. 3. ff. de accuſ. l. hi tamen 11. §. eo l. 1. §. accuſationem ad SCtum Turp ſic aboleri nomen ſuum petere, idem quod ſe à iudicio abſolui petere, l. 3. §. vlt. de accuſ. Suet. in Aug. c. 32. Diuturnorum reorum, & ex quorũ ſordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit: conditione propoſita, vt quẽ quis repetere vellet, par periculũ ſubiret Bri. aboletur accuſatio, i. perimitur, extinguitur. d. §. accuſationẽ.

ABOLERE delicta prioris matrimonij, abolere teſtamentum, decretum, memoriam, effigiem, Briſſ ex ll. ff Suet. & Tacit.

ABOLETVR actio iniuriarum diſſimulatione: condemnatio per indulgentiam Nomen rei: Reorum crimina, indulgentia: aboletur iniuria, turpitudo. Briſſ ex ll. C. & ex Plin. Sueton.

ABOLETVR accuſatio, cum accuſationis inſtitutæ perſequendæ neceſſitas accuſatori remittitur. Aboletur nomen Rei, cum is de Reis eximitur, abolitione publica vel priuata interueniente, l. 11. §. vlt. de accuſ Briſſ. edit. vlt.

ABOLITIO, criminis extinctio, accuſationis inſtitutæ extinctio: qua reorũ numero reus eximitur, & accuſationis inſcriptioniſq; memoria aboletur: quæ abolitio & rei delatoribus vel accuſationẽ inſtituentibus olim dabatur, l. 14. §. 1. ad Turp. l. 14 §. 1. ff. de ritu nupt. vel vt Olend. tradit; Abolitio eſt accuſationis inſtitutæ peremptio, vel abſolutio; cum quis nomen alicuius accuſauit, & accuſatio, omni inſcriptione iam facta, in totum aboletur, remiſſa neceſſitate accuſandi. Et debet impetrari à principe, vel iudice, ab illo ſc. qui aliquam accuſationem inſtituerat, & in ea ſe inſcripſerat: talis enim citra infamiam deſiſtere non poteſt, niſi abolitionẽ impetrauerit. Sed quando talis impetrat, vt deſiſtat, & vt illud, quod per accuſationem inchoatum erat, deleatur, tunc fit Ea fit triplici modo: Primo publice (hanc etiam generalem vocant abolitionẽ: in tit. de general. abol. C.) ob diem inſignem, aut ob publicam gratulationem, vel ob rem proſpere geſtam, vel ob lætitiam aliquam, vel honorem domus diuinæ, l. 7. 8 9. 12. ad Senatuſc. Turp l. 4 §. 1. de bon. lib. quam Conſt. lib. 1. ἐγκλημάτων δημοσίων ἀμνηστίαν, publicam criminum abolitionem appellat. Eaq; vel SCto, vel à principe dabatur, l. 12. ad SCtum Turp. l. 2. C. de gener. abolit. quemadmodũ à Conſtantino ob natiuitatem filij Criſpini, factum legitur. Et hoc caſu durantibus feriis, accuſationes omnium criminum, paucis exceptis, de quibus in l. antepen. & pen ff. ad SCtum Turpill. aboleantur, ne quiſquam tempore lætitiæ in ſordibus ſit & luctu. Sed feriis finitis, vltra triginta dies vtiles accuſatio repeti poteſt, l. 1. l. aut priuatim 10. l. 12, & l. 15. §. fin ff. ad Senatuſconſultum Turpil. Paul. ſentent. lib. 5. tit. 17. Secundo fit abolitio lege, mortuo ſcil. reo. vel accuſatore, vel iuſta cauſa, morbo ſcil. impedito,

quo minus

quo minus accuſare poſſet, d.l.10. & 15. §. ſi propter, l.1. in fi. ff. de accuſat. Tertio fit priuatim, actore vel reo poſtulante, d.l.10. & s.C. de abol. accuſatore poſtulante (ait Briſſ. ex eo quod per errorē, temeritatē, calorem facilitatemve ætatis ad accuſationem proſilierit. Eſt autē poſtulāda ab ipſiſmet præſidibus: & quidem pro tribunali, non de plano, ſed cauſa cognita concedi debet, d.l.1.§. abolitio. ad Turp. in cauſæ autem cognitione verſatur, an reus aſſentiatur abolitioni, an non calumnioſe inſtituta ſit actio: nam neque aduerſario inuito, neque calumniantibus, hoc eſt indulgendum, l. fin. ff. ad SC. Turp. vbi Weſemb. Paratit. l.2.3.C. de abolit. Porro impetrata abolitione is qui deſiſtit, accuſare amplius nequit, niſi ex indulgentia principis, l.1.2.3.C. eo Cuia. ad Iul. Pau. ſent. lib.5. t.17. duplicem facit tantum abolitionem, publicā & priuatam: publica fit nullo poſtulante, autore principe vel ſenatu, ob lætitiam aliquam. Priuata fit aut poſtulante reo ex certis cauſis, aut poſtulante accuſatore. Briſſ. Hor. Spieg. Prat. Nebr.

Abolitio diſtat ab Amneſtia, ſiue obliuionis lege: quod poſt *amneſtiam* accuſatio inſtitui vel repeti non poteſt. Poſt abolit. publicā intra diē 30. etiā ab eod. repeti poteſt, l.1.C. de genera. abolit. l. aut priuatim. ff. ad SC. Turp. Poſt priuatā vero abolitionē ab alio repeti poteſt reus, ab eodem non poteſt, l.38 de accuſ. l.5.C. de abolit. vide Cuia. ad 5. Paul. ſent. 17. in princ.

Abolitio accuſationis non datur fallaciter accuſatoribus, aut calumniatoribus, l.1. in pr. C. de abolit. l.9. ff. de calum.

Abolitio ex iuſtis cauſis fieri debet: ideoque corruptione rei accuſati obtēta, nulla eſt, l.2. in med. C. de abol. adde l.8.9.10. 12.14. & ſeq. & Goth. not. ad ſingulas illas ll ad SC. Turp.

Abolitio generalis proceſſus præſentes concernit, non futuros, l.1.C. de gen. abol. Eaque reos liberat quidem, ſed notat tamen, h.e. pœnæ gratiam facit, infamiam criminis non tollit, l.3. & ibi Goth. de gener. abol. 7.C. de ſent. paſſ. l. 17. ad Turp. Contrarium apparet l.1.§.10. in fi. de poſtul. Goth.

Abolescere, pro euaneſcere, & in deſuetudinem abire. Spieg.

Abominari, vſurpatur generaliter pro deteſtari. teſte Rotero.

Abominari, eſt omen auerſari, veteribus fauſtum aliquid & mali ominis deprecantib. atque auerſantibus hæc locutio in vſu fuit. Hinc apud ICtos:

Quod **Abominor** dictum videmus, pro eo quod Cic. crebro ſic extulit: Quod Deus omen auertat, deteſtemur, obruat. Sequ. in l. Lucius 85. de hær. inſt. Si mihi Tit. hæres eſſe noluerit, aut quod abominor, prius moriatur, &c. Terent. in eandem ſententiam dixit: Quod dij prohibeant. Hot. Briſ. Prat.

Abominatio à D. Hier. in Hom. appellatur ſeruitus idolorū. Largius tamen ſumitur in cōmuni vſu loquendi, pro qualibet re turpi & abominabili. Vnde dicitur, Abominatione populi e tuanos extr. de cler. agro. Alibi abominatio dicitur eleemoſina Deo facta de rapina, ſimonia, vel vſura, c. non eſt putanda, 1.q.1.c. ſcriptum eſt. 14.q.5. Olden. ¶ **Abominatus** dicitur, quis ſacris interdictus excommunicatuſve eſt, Alc. in l. pecuniam 36. ff. ſi cert. pet. l. Bud. in forenſi dicitur abdicatus à magna matre, iol. reddēres, C. de ſum. Trin. Ab Eccleſia extorris. Et hoc ſenſu abominationem recte dicemus excommunicationem. Spieg. Olden. Prat. ¶ **Ab** omnibus hæredibus legatum ita erat: Quiſquis mihi hæres erit damnas eſto Titio dare centum: interpretatur ab Vlp. in l.4 §. fin. & l.104. in pr. ff. de legat. 1. Spieg.

Ab orbita Varro dixit, quòd non alienum eſt à via & inſtituto, ſed ex conſuetudine & via Adrian. Turn. lib. aduerſ. 12. c.16.

Ab, Ab originum ſeculo. vide ſup. Ab.

Abortus & abortus diſtinguūtur à Non. Mar. vt ſit aborſus qui eſt in primis menſib. cū conceptio facta eſt; Abortus, prope tēpus pariendi, tunc. n. moritur, quod naſcitur. Porro procurare aborſum, homicidij ſpecies eſt: de quo Dd. præſertim Alber. in l. qui in vtero ff de ſtat. ho. Spieg. adde cā. cōſuluiſti, cauſ. 2. q. 3. & c. quod vero non. cum e ſeqq. cauſ. 32. q.22. & c. ſicut. ibi.

Abortus venter (qui & abactus) Paul. lib.4. ſent. tit.9.§.6. partum facere non videtur, l 2 & ibi Goth. C. de poſthu. hæred. Et ideo vt ad d. loc. Pauli anoot. Cuja. abortu facto finitur miſſio in poſſeſſionem, l.1. in fio. ff de ven. in poſſ. mitt. Prat.

Abortio (in Nouell. Leon. 31.) pro immaturū fœtū edo, vſurpat Var. lib.4. Columellæ vero abortio pro eodem eſt, vt & abortior deponens Spieg §. abortus, vel abortū, vel abortio, eadē ſunt: & his omnib. generib. hoc nomē ſubſtantiuum variatur, l.30.§. quòd dicitur. ff de acq hæred. l 38.§. qui abortionis, ff. de pœn. dicitur autem fieri, cum mulier ante tempus partū edit, vi ventri allata, apud Vl. in l.1.§. toties, verſ. Idem erit 4. de vent. in poſſ. mitt. Briſſ. Prat. abortum tamē grauidæ mulieris etiā dici, quòd non ſit tēpeſtiue ortum, Sext. Pomp. autor eſt. Spieg. vid. omnino Gœd. com. de V.S. ad l. 1. nu. 32.

Abortivus eſt puer, vel alter fœtus, ante præfinitum tempus natus: & ideo ſic dicitur, quòd non oriatur, ſed aboriatur & excidatur, ſecundum Iſid. lib. 10. Ety. Old. Hinc abortiui, qui aborſu nati ſunt. Spieg.

Abortiva oſcitatio, quæ abortira facit: Plin. Oſcitatio quidē in enixu lethalis eſt, ſicut ſternutare à coitu, abortiuū. Cenſetur autem abortiuus partus, ſi quis naſcatur quinto aut ſeptimo menſe: cū genuina juſta, & legitima nō ſit recepta, niſi ſeptimo menſe, & deinceps, l. ſeptimo menſe ff. de ſtat. ho. Spieg.

Abortionis poculum dare, lege poculum, vid. Gœd d.n.32.

Abortionis voluntariæ pœnam vid. in Nou. Leon. 31. adde l. 8. de ſicar. l.39. de pœn. Nou. Inſt. 22.16.§.1 & Nou. 117.

Abortus vxoris non corrumpit mariti teſtamentum, l.2. & ibi Goth. plur. alleg. C. de poſthu. hæred. inſt. ¶ **Ab** ouo, vid. ſuprà in vocula, Ab ¶ **Abpatruus** idē qui patruus maximus, h.e. abaui, abauiæ frater l.3. ff. de grad. §. ſex. grad. inſt. de grad. Hot. Prat. ¶ **Ab** re, abs re, modo ſine cauſa fruſtra modo ſignificat præter, ſiue cōtra vtilitatē, aut ſine vtilitate, l. ſi quis ſeruū alieno, ſub ſi. C. de furt. l. conſentaneum, C. quom. & quādo jud. Hujus contrarium eſt, E re, i. ad vtilitatem. Spieg. Old.

Abrepta res vi: abreptum mancipium: abrepti parentibus liberi, Briſſ. ex ff. & C.

Abrogare eſt deſtruere, vel delere in totū & infirmare, Feſt. l.1.

Abrogare etiā publicare & auferre ſonat in Cōſtant. conſtit. l. ſi quis ad ſe. C. ad l. Iul. de vi publ. Abrogare interdum eſt addere aliquid: Prat. ¶ **Abrogare** legi & legem dicimus, ſed vſitatius accuſatiuo jungitur. Modeſt. de verb. ſign. Spieg.

Abrogare legem idem eſt quod tollere, ſiue antiquare, quia à magiſtratu, qui eā poteſtatē habet, populo interrogato, an velit, jubeatq; eā legē tolli, illo annuēte, antiquatur tolliturque quēadmodū eod. populo interrogato fuerat promulgata: vnde & lex plerunq; dicitur rogatio: vt ſit abrogare legē, ſic populū rogare, vt ne aliqua lex valeat, & omnino tollatur. Neq; n. cū lex abrogatur, aliud agitur, quā quod rogatur, quomodo eā abrogari oporteat: vt Balduin. in ſuæ Carec. 1. part. ſub ſi. oſtēdit. Ci. lib. 2. de ll. Eas, inquit, tu leges rogabis, quæ nunquā abrogētur. Liu. lib. 22. Plebiſcitū primus ego antiquo abrogoq. Eſt itaq; abrogare legē idē prope quod derogare, IC. tamē de V.S. inter vtrūq; verbū cōnihil diſtare facit. Derogatur, inquit, legi, cū pars detrahitur, abrogatur, cū prorſus tollitur. Adde ru abrogari, cū, vt dum prioris legis infirmādæ cauſa promulgatur altera Sermonis Latini ignari, vulgari voce decepti, pro eo quod eſſe debet abrogare, ſiue derogare legē, ipſi reuocare dicūt, cum ſit reuocare, vt autor eſt Var. de ling. Latin. rurſus in eor vocare, h.e. reuocare. Iuuenalis de Domitiano, qui legem Iuliam jam obliteratam dormientemq; excitaueꝛat, ſic inquit:

Qui tunc leges reuocaret amaras
Omnibus, atque ipſis Veneri Martique timendas.

Virg. 1. Æneid.

Reuocato à ſanguine Teucri.

id eſt, renouato, quippe qui jam propemodum extinctus erat. Nebr. adde Ræuard. ad leg. 12. tab c. 1.

Abrogare, Derogare, Exrogare, obrogare, diuerſam habēt ſignificationē, ſeparatamq; in antiquorū autorū libris. Ci. li. 3. ep. 1. ad Att. Octo noſtri Trib. pl. caput poſuerūt hoc: Si quid in hac ratione ſcriptum eſt, quod per leges plebiſve ſcita, h.e. quod per leg. Clodiā promulgare, abrogare, derogare, obrogare, ſine fraude ſua non liceat. Abrogatur vero legi interp. Modeſt. in l. derogetur 102. de verb. ſig. cū lex prorſus tollitur. Derogatur ei, cū pars detrahitur. Vlp. in Inſt t.1 Lex aut rogatur, i. fertur, aut abrogatur, i. prior lex tollitur; aut derogatur, i. pars primæ tollitur; aut ſubrogatur, i. adjicitur aliquid primæ legi, aut abrogatur, i. mutatur aliquid ex prima lege. Feſtus autē derogare ait eſſe detrahere. Exrogare, ex lege vetere aliquid eximere per legē nouā. Obrogare, legis prioris infirmādæ cauſa legē nouā ferre. Quemadmodū apud Suet. Claudius capiti Papiæ Popææ legis obrogaſſe edicto dicitur. Quint. declam. 264. Quoties de jure populi agitur, apud populum, cui mutare, cui obrogare, cui ferre, quas velit, rogationes licet Briſ. Derogatur autem legi, vel abrogatur, tum expreſſe, tum tacite, morib. vid. ſeu conſuetudine: non ſolum ſuffragio legiſlatoris, ſed & tacito conſenſu omnium per deſuetudinem. l. 32 de leg. Briſſ. & Gœdd. ad l. 102. nu 2.3. de verb. ſign.

Abrogationis variæ ſunt cauſæ, 1. Conſuetudo cōtraria, in l. de quib ff. de l. c. in iſtis §. leges 4. li. 2. Conſtitutio contraria, exēpla reperies in multis Inſt Nou. 3. Cauſæ ceſſatio, c. Neophyt. & ibi gl. in verb. cauſa 61. d. l. adigere, §. quanti, ff. de jur. patron. 4. Loci varietas, c. ſi. 31. diſt. 5. Tempus, c. non debet, de conſan. & affin. 6 Rigor. gl. in c fraternitatis 34. diſt 7. In ſpecie, c. legi, 16 q. 1. 8 Majus malum inde ſequens, c. verum hoc. 14. diſt. Prat. Et fuſius de cauſis Rebuf ad l. derogatur 102. de verb. ſig. Item enumerantur in c. vl. §. hæc etſi legib. 4. diſt.

Abrogatas leges cōſtitutionesve recitari, aut oſtēdi, aut citari vetuit Iuſt. in l 2. C. de vet. jur. enucl. Earū tamē neceſſaria videtur notitia Iſid. in c fuerunt c. diſt. Prat. ¶ **Abrogato** jure in judicio vtens falſi reus eſt, Conſt. ad Sen. Mag. § 19 col. 2.

Abrogare nōnūquā ad magiſtratū, imperiū & alia refertur capitur ſiquid adimere, abdicare, abolere irritū facere, extinguere, l. nec mādato §. 1. ff. de tu. & cur. dat. vbi dicit, quod furor nō abroget magiſtratū. Sic abrogare magiſtratū alicui dicitur qui legē fert ad populū vt vis magiſtratu ſuo ſpolietur. Cic. in Cor. Nec vehemētius eſt oſtēdere ſe laturū inuito collegę quā

Digitized by Google

ipſi collegæ magiſtratũ abrogare, in l. ſi quis fundum, in fi. dicitur: bonis omnib. abrogatis, C. ad l. Iul. de vi publ. Hot. Reb.

ABROGARE per Saturam forma eſt loquendi in ſanctionib. LL. uſcribi ſolita, autore Feſt. hoc modo: Neue per Saturam abrogato aut derogato, i. vt Cuia. 14. obſ. 7. explicat, ne commiſtis rebus plurimis abrogato, ne confuſe, ſed ſpecialiter, explicare, diſerte Cui.

ABRUMPERE iura, l. 32. §. vlt. ff. de hæred. inſtir. Briſſ.

ABRUPTUM lucrum, cuius meminit Vlp. in l. 3. §. 3. ff. quar. rer. act. nõ dat. interpretatur Accurſ. ibi Subreptũ: cuius ſententiã probaſſe videntur Alberic. & Olden. in Lexic. explicantes abruptum, i. turpiter acquiſitum. Sunt qui interpretentur præceps & præter ſpem obiectum. Tu vide Græcos interpretes in eum Vlp. locum: Bud. tamen abſciſſum & præciſum, ἐ ἀπότομον, videtur interpretari, l. 4. § 8. ff. de re milit, Prat.

ABRUPTA, dura, præciſa, abſciſſa can. de vito 13. q. 2. Prat.

ABS.

ABS, Præpoſitio ablatiua, idẽ quod à vel ab, à Græco ducitur ἀπὸ Significat autem retractionẽ in partem poſteriorem. Feſt. lib. 1. Eadem M. Cic. temporib. in accepti tantum tabulis vſurpatur, cum eius nomen præſcribebatur, vnde accepta pecunia in Codic. referebatur, hoc modo Abs T. Pomp. accept H. S. decem Cal. Maij, Qu. Hort. Qu. Metell. Coſſ. Cic. in Orat. vna præpoſitio eſt ABS, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet: nec his quidem omnium: in reliquo ſermone mutata eſt. Pompon. tamen in facti ſtipulatione vſus ea eſt in l. ſi ita ſtipulatus 14. ff. de verb. obl. & in nominis emptione, Sal. Iul. l. multum 19. ff. de hær. vel act. vend Prat. Hot. Spieg.

ABSCEDERE eſt recedere, in l. vnica, de colon. Palæſt. lib. 11 C.

ABSPULSUS, ab aliquo pulſus, repulſus, retropulſus Coru. Frõt.

ABSQUE & ſine habent ſimilem ſignificationem, quæ eſt negatiua, vt abſque iniuria, l. omni nouat. Cod. de ſacroſ. eccleſ. Eſt vbi pro præter, & excluſiue ponitur.

ABSQUE proœmiis & affectibus eſt nulla verboſa vti præloqutione, itemque vt eſt, ſimpliciter proponere, vt imprimis exiguot Tribunalia. Quin & Athenis interdicebat Præco dict. in concione, ne vel præfatione, vel affectibus vterentur, rem modo exponerent ἄνευ φροιμίων καὶ παθῶν Spieg.

ABSQUE priuatiuum eſt, vt in l minus C. de acq. poſſ. Quandoque excluſiue, quandoque incluſiue ponitur, vt notat Arch. de procur. c. qui generaliter in 6. Interdum præter ſig. hæc dictio, vt in c. clericis, de immu. eccl. in 6. Interdum vero negat, & maxime in poſitionibus & articulis, Bart. in l. inter ſtip. de verb. obl l. omni nou. Cod. de ſacroſ. eccl. ex vocab. antiq vide ſupra poſt (vocabul. ABS.

ABS RE, vide ſupra.

ABSCEDENTEM vſumfructũ, h. e. κεχωρισμένον, i. e. ſeiunctũ, detractum, interpretatur Theoph. §. ne autem. Inſt. de vſufr. Prat.

ABSCISSA ſpes, id eſt, adempta, l 35 de euict. Briſſ.

ABSCISE, vel abſciſſe. pro eo quod eſt, fixe & determinate, in l. ſemper 5. §. 2. ff. de iur. immun. Demonſtratur varie, inquit Calliſtr. nec Abſciſſe, numerum liberorum ad excuſationem municipalium munerum prodeſſe, ex reſcriptis D. Ælij Per. i. e. non præciſe & fixe: quia non eſt numerus ſtatus, qui immunitatem præbeat, vid. Bud. in l. qui cum uno, §. non omnis, ff. de re mil. Idem valet quod Græcum ἀποτόμως. Igitur non abſciſſe, i. e. non exacte, præciſe, imperfecte, non plene, nõ certa & conſtanti definitione, nec ad vnguem. Vſurpat hoc verbum ſæpiſſime Val. Max. pro ſeuere & rigide: metaph. à rupib. & aliis locis præfractis ducta. Spieg. Briſſ. Prat. Hot. Old.

ABSECTA & coniuncta contraria ſunt: l. eis quidem, qui. mil. non poſſ. lib. 12. C.

ABSENS (vide ſupra abeſſe) is dicitur, qui non eſt in eo loco, in quo petitur, l. abſentem 199. de verb. ſig. diciturq; quis, pro diuerſitate ſubiectæ materiæ & tractationis, variis modis abſens, ſecundum Accurſ. in l præſens, ff. de procur vt in iudiciis.

ABSENS dicitur, qui in iure non eſt, l. 4. § Prætor ff. de damn. infect. & qui à tribunali abeſt, l non tantum, §. abeſſe, ff de fideicom. lib. Item qui extra territorium ius dicentis, l. hæres abſens, & ibi gl. de iud. vide ſuprà abeſſe.

ABSENS eſt, qui extra prouinciam, l. ſi §. vlt. C. de bon. auth. iud. Similiter qui non eſt in eadem prouincia, abſens dicendus, vt in l ſi. C. de long. temp. præſcript.

ABSENS etiam is eſt in legum diſpoſitione, qui longe abeſt, Alciat. in l. mulieris § abeſt. de verb. ſign.

ABSENS dicitur, qui eſt extra vrbis continentia, etiam ſi non ſit trans mare, dummodo ſit extra ciuitatem, l. colleg. 173. § 2. & l. abſent, 199 de verb. ſign.

ABSENS etiam quibuſdam dicitur, qui non facilè poteſt inueniri, quemadmodum præſens, qui facile poteſt inueniri, citatur aut præſente. C. de fideiuſſ.

ABSENS quoque dicitur, qui non eſt in domo, l. de pup. §. ſi quis ff. de nou oper nun. Sic epiſcopus dicitur abſens, qui non eſt in domo epiſcopali, cui forte deſideramus quippiam inſinuare, vt alios actus penes illũ tanquã Epiſcopum exercere. Et alius quilibet beneficiatius, quando non debitã præſtat reſidẽtiam in ſuo beneficio, dicitur abſens, gl. in c. reſid. c. abſens. de coll.

ABSENS in diſtributionibus quotidianis habendus dicitur, qui non eſt in eo loco, in quo dantur, licet alibi forſan in Eccleſia eſſet, c. 1. & per tot. de cler. non reſid. in 6.

ABSENS is quoque habendus eſt, qui in vigiliis caſtriſve vrbanis militat, l. ſi maritus, ff. de adult.

ABSENS in materia præſcriptionum is dicitur, qui non eſt in eadem prouincia, ſeu territorio, §. 1. Inſt. de vſucap. l. fin. Cod. de long. temp. præſcript.

ABSENTES in ſtipulationibus dicuntur, qui ſe inuicem exaudire nequeunt, §. item verborum Inſt. de inut. ſtip.

ABSENTES dicuntur, furioſus, demens, pupillus, adoleſcens, quanquam corpore præſentes. Iuris etiam interpretatione ſententia coram illis ferri non cenſetur, l. diem proferre, §. coram, ff. de recept. arb. Furioſus tamen modo abſentis loco eſt, modo non eſt, l. 2. de procur. Secus l. 2. §. 3. de iur. eod. Conciliationem vide apud Oldend. in ſua copia. Sed de his omnibus vide Goth. not. ad l. 173. & 119. de verb. ſig. & Cuiac. 17. obſ. 34. adde l. 15. §. 1 ff. eod. l. 3. & 6 ff. de procur.

ABSENS eſſe videtur, qui declinatoriam fori habet, l. necnon 28. §. 4. ex quib. cauſ. mai. Item qui non conſentit, vel ignorat, aut non intelligit, quod agitur, licet præſens ſit, d. l. 2. §. 3. vbi Goth. de iur. Cod. l. 14 l. 1. §. 1. ff. de auth. & conſenſ. tut.

ABSENS reus cauſas abſentiæ per procuratorem reddere poteſt, l. abſens de procur.

ABSENS defendi non videtur, ſi actor vltro interpellat, nec quiſquã ſe defenſioni afferat, l. ergo ſciendũ ff. ex quib. cau. mai.

ABSENTEM eſſe aliud eſt, quam haberi pro abſente. Bart. in l. ſi maritus 2. §. 1. ff. de adult. & quæ abſentia prodeſt, Bart. ibid. & quæ abſentia iuuet abſentem aduerſus geſta contra eum, Bar. in l. abſentem 5. de pœn.

ABSENS Reip. cauſa tandiu abſens habetur, donec finitum ſit Reip. officium. & donec commode redirẽ poſſit, præfixo illo tempore redeundi Zaſ. in §. tutſus, Inſt. de act. Spieg.

ABSENS vel ob neceſſariam cauſam, vel lucri ſui gratia, quatenus ſit reſtituendus, leges eleganter diſtinguunt, l. vlt. ff. de in integr. reſtit. l 1. C. ex quib. cauſ. maior. l. quia C. de procur. l. necnon & l. ſed & ſi, §. 1. ex quib. cauſ. maior.

ABSENS contumax pro præſente habetur, Nou. 19. c. 9. Ideoque appellare non poteſt, nec ſententiam eiuſque effectus retractare, tametſi fideiuſſores offerat, C. lib. 7. tit. 65. l. 1. & C. lib. 3. tit. 1. l. 13. §. 5. in fin.

ABSENS per contumaciam, ſi bonam cauſam habuerit, nihilominus vincet, l. 73 ff. de iud.

ABSENTIS cauſa quandoq; potior eſt quam præſentis, d. l. 13. §. 2 & ibi Goth. in verb. & præſentẽ reũ abſenti actori, C. de iud.

ABSENTIARUM genera quinq; cõſtituit Accurſ. l. vlt. ff. de in integr. reſtit. Prima eſt probabilis & neceſſaria, vt in milite, qui Reip. cauſa abeſt. Secunda eſt probabilis tantum, vt ſtudioſi. Tertia neceſſaria tantum, vt in relegato. Quarta voluntaria, ſine contumacia. Quinta per contumaciam. Bud. tamen tria tantum genera referre videtur in forenſ. Iuſtam & cauſariam, probabilem & liberam, Prat.

ABSIDES ſunt lances rotundæ eſcariæ: quandoque & tabulæ ſunt, l. cum aurum 19. 6. & ibi Goth. ff. de aur. arg. &c. leg.

ABSIMILIS, pro diſſimilis, C. lib. 6. tit. 57. l. 12.

ABSISTERE, Bud. in forenſ. eſt ſuperſedere, quo ſignificatu videtur etiam T. Liui. lib. 8. ab vrb. cond. accepiſſe: Prat.

ABSOLVERE forenſe verbum ſignificat iudicio ſe liberare, apud Iul. l. ſi ex duob. 14. §. 1. ff. iud. ſolu & Paul. in l ſi in re. in ſi. pr. ff. de nox. act. Prat. Abſoluere eſt innocentem iudicare, vel pronuntiare: Briſſ.

ABSOLVERE iudicio, & abſoluere ſe iudicio ab aliquo, pro liberare, non vexari moleſtia iudiciali. Sic abſolui ab aliquo, liberati ab ea controuerſia, quam ab aliquo patiebatur, l. 14 ff. iud. ſolui. Iauolen. in l. fullo 90. ff. de furt. l. ſi in re 19. de nox. act. Cic. pro Comœd. Iudici hic denuntiauit, abſolutus eſt. Cur de fundo decidit, & iudicio non abſoluitur? Cur tam imperite facit, vt nec Roſcium ſtipulatione alliges, neque à Fannio iudicio ſe abſoluat? Abſolui tutores, i. liberari. Abſolui tutelæ, l. 3. de rec. arb. Abſolui actione, iudicio, pœna Br. ex ff. ll.

ABSOLVERE reum non licet, abſentibus & non citatis accuſatoribus: ſecus ſi per contumaciam abſentes ſint, l. 4 & ibi Gothof. C. de accuſ. vide Cuiac. 20. obſ. 11.

ABSOLUTUS iterum accuſari non poteſt de eodem crimine, niſi ſuo dolo abſolutus ſit (cum eum prima actione conueniri poteſt) l. 25. ff. de dol. mal. vel niſi probetur, priorem accuſatorem præuaricatum fuiſſe, l. 11. C. de accuſ.

Deinde ABSOLVERE aliquem, eſt reddito illi pretio dimittere. Verum quod ligati ſint, quibus debetur aliquid, vt putat Donatus an quod appellandi, flagitandique negotio ac moleſtia creditores liberentur? Sic

ABSOLVERE creditorẽ pro ſatisfacere ei, cũ pecunia ſoluta dimittere, eleganter dixit Iuriſconſultus in l. & in contraria 37. ff. de vſuris, & in contraria, inquit negotiorũ geſtorũ actione vſuræ veniunt, ſi mutuatus ſum pecuniam, vt creditorem

tuum

tuam abſoluam: vulgo expedire dicunt. Eodem ſenſu vſus eſt quoque Terent. in Adelph. act. 2. Scen. 4. Æſch. Ego ad forum ibo, vt hunc abſoluam. Sumptum è Græcorum conſuetudine videtur, qui ἀπαλλάττειν dicunt. Itaque abſolui dicitur creditor, cum ſibi æs creditum ſoluitur ære. Hot. Prat. Spieg. Old. Hinc abſolutio pro liberatione debiti, lib. 1. de accept. Briſſ.

ABSOLVERE pro abſolutum oſtendere & declarare, exponit gl. in c. ex diligenti. de Simon. c. 2. de iureiur. c. audiuimus, 24. q. 1. Prat. Oldend.

ABSOLVERE pignus apud Paul. 2. recept. ſent. tit. 5. accipitur pro eo, quod eſt luere pignus. Creditor, inquit, ſi ſimpliciter ſibi pignus depoſitum diſtrahere velit, ter antè debitori ſuo denuntiare debet, vt pignus abſoluat ne à ſe diſtrahatur. Sunt tamen, qui ibidem Luat legant Hot. Prat.

ABSOLVERE pro reconciliare ſumitur in cap. ad menſam, §. pen. 11. q. 3 Old.

ABSOLVERE id, de quo quæritur, eſt ſatisfacere quæſtioni propoſitæ, l. 19 §. 1. de manum. teſt. Briſſo.

ABSOLVTA certa & ambigua opponitur, l 3. §. cauſa. D. de Carbo edict. Abſoluta donatio, quæ ita proficiſcitur, vt nullo caſu reuocetur, l. 3 §. 1. D. de mort. cauſ. don. Briſſ.

ABSOLVTI iuris eſt, l. 12 C. de collat. & Abſolutiſſimi, l 6. C. de bon. præſcript. l. 1. ex delict. def unct. & Abſolutiſſimum eſt, l. 1. §. inter. ff. vti poſſider. Abſolute reſpondere, l. 13. §. vlt. Cod. de ann. leg. Briſſo.

ABSOLVTA, completa, ad finem perducta ſic poſt abſolutum, dimiſſumque iudicium, l. 3. in fin. C. de fruct. Briſſ.

ABSOLVTA etiam dicuntur lecta, & à partibus approbata: vel abſoluta, ſubſcripta: ſic exponitur Inſtit. de empt. Aſtipulatur Imp. Iuſt. in l. contractus, C. de fid. inſtr. Spieg. Sacris paternis abſolutus, manu paterna liberatus, l. 1 § 2. C. de anna. except.

ABSOLVTE accipitur pro eo, quod eſt in vniuerſum, in totum, vt in c. beneficium, extr. de reg. iur. in 6. Item abſolute, id eſt, præciſe, c. contra Chriſtianos, extr. de hæret. in 6. Aliquando exponitur Abſolute, id eſt, libere, vt in Auth. de mand. princ. §. ſed neque. Prat. Old. Spieg.

ABSOLVTIO ad cautelam, trita eſt in foro eccleſiaſtico: de qua plene ſcribit Hoſt. in ſumma, tit. de ſent. excom. & vide hic plene Alberic. in ſuo Dictionario in dictione Abſolutio. Verum abſolutus dolo ſuo actione prima conueniri poteſt, l. cum à te. ff. de dol. mal. Spieg.

ABSOLVTIO ad crimen relata pro liberatione à crimine.

ABSOLVTORIA eſſe omnia iudicia Iuſt. ſcribit. §. ſi Inſt. de perpet. & tempor. act.

ABSONANS à iuris ratione non eſt codicillorum vſus, Inſt. de codic. l in prin.

ABSTINERE ſe adminiſtratione: ab omni ſorte: abſtinere cauſa: cõmodo: ornamẽtis: fideicõmiſſo: legato: diuinatione: geſtu tutelæ: honorib. petitione honoris: prouincia: vrbe: locis interdictis, interrogatione: re: conſ: negociatione: vẽditione: ordine: matrimonio: nuptijs: à priuigna & nouerca. Briſſ. ex A. & C.

ABSTINERE ſe dicunt filios: ſed abſtinere pupillus, abſolute. Item. Abſtineri pupillus ab hæreditate patris, ſeu paterna, vel Abſtinere ſe hæreditate patris: & tutores pupillum pupillamve abſtinere bonis patris. Briſſ. ex ll. ff. & C.

ABSTINETE voce noſtra memoria Riccius Neapo. qui regum aliquot vitas per epitomen collegit. & ante eum D. Cypr. pro excommunicato vſurparunt. Prat. ICti Vlp. & Afric. vſi ſunt pro eo, qui ſe bonis paternis ſeu hæreditate abſtinuit Vlp. in l. fi. ſi quis caut. Et interea, inquit, pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abſtentus ſit hæreditate Afric. in l. tutor pupilli ad Vellei. Et cum paterna hæreditate abſtinere vellet, mandato vxoris defuncti, quæ mater pupilli eſſet, abſtento pupillo, ſolam ſe hæreditati immiſcuiſſet: Spieg.

ABSTENTIO, vide Aditio.

ABSTENTVS, qui tutoris authoritate ab adeunda hæreditate reuocatus eſt Scæuola in l. pen. ff. de aut. tut. An ſecundum hæc acta adoleſcens à bonis patris abſtentus ſit: reſpondit, proponi abſtentum. Vlp. in l. 1. in fin. ff. vt in poſſ. leg. Si certum ſit repudiatum, vel omiſſum hæreditatem, vel abſtentos neceſſarios hæredes: Hotum.

ABSTINENS, ſuo contentus, qui non rapit aliena continens vero dicitur (vt Ariſt. vult, teſte Io. Petro Valla) in eſca potuque ac libidine, nec non ita. Spieg.

ABSTINENTIA opponitur rapacitati. Abſtinemus n. ab alienis. cum nulli vim inferimus, nil cuipiam eripimus. Eſt igitur abſtinentia in viro innocente: continentia in temperante. Notum Ouidij carmen: *Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis* Spieg. Scal. lib. 3. poetic. Abſtinentiam bis ponit pro continentia à Venere & libidine.

ABSTINERE generaliter dicitur, quando aliquis ſe ab aliqua re cohibet, quaſi ſe tenens ab illa re, l. de pupillo §. qui nuntiat. ff. de noui op. nun. ibi, interim abſtinendum eſt. Sic patronus, qui ſibi in teſtamento liberti legatum adſcripſit, abſtinere iuſſus eſt, l. ſi quis legatum, §. ſi patronus, de falſ. Sic relegati ſiue in inſulam deportati, locis interdictis abſtinere debent, l. relegati, ff. de pœn. Alijs quoque perſonis adaptari poteſt: vt ſi negotiatione quis abſtinere iubeatur, l. moris, §. ſunt autem, ff. de pœ. Et conſtitutum eſt, eum cui patria interdictum, etiam ab vrbe abſtinere debere, l. relegatorum, §. conſtitutum, ff. de interd. & rele. Item & is qui honoribus ſecundum ſententiam vti prohibitus eſt, ſi appellauerit, abſtinere interim à petitione debet, l. reus, in fin. ff. de munet. l. 2. in fin. ff. de reg. iur. Ad alia quoque pertinet hæc vox, vt exempla ſunt in l. vnic. ff. nihil innouand. app. interpoſ. Sic abſtinere vſu inſtrumenti, l. 8. in med. C. ad l. Corn. de falſ. lib. 9.

ABSTINERE à honoribus in l. 1. de his qui non imp. ſtip. lib. 10. quemadmodum abſtinere alieno, pro abſtinere ſe ab alieno. Spieg Sic abſtinere hæreditate, & ab hæreditate abſtinere.

ABSTINERE dicuntur ſui vel neceſſarij hæredes, Vlp. in l. 3. §. Scio, ff. de minor. l. 38. de acqu. hær. l 6. C. de leg. hær. Abſtinere etiam dicitur emancipatus eidem, l 2. § 6. ad Tertyl. Sed extraneus, puta vxor. l. Lucius, 14. ff. de fideic. lib. Dicuntur tutores abſtinere pupillum, h. e. ſi eis authoribus pupillus ſe abſtineat hæreditate Pap. l. cum tutor, 18. ff. de tut. & rat. diſt. Scæuola l. pen. ff. de auct. tut & l. 44. ff. de re iud. Hot. Prat.

ABSTINERE ſe hæreditate, & retinere hæreditatem, contraria ſunt: in iiſque ſolis ponuntur, qui ſui & domeſtici hæredes appellantur: vti Iuſtin. docet ſub tit. de hæred. qual. & differ. lib. inſt. 2. at extranei vel adire, vel repudiare dicuntur, vnde tit. lib. 6 Cod de repud. vel abſtin. hæred. Quomodo enim qui in familia ſunt, quæ antiqua conſuetudine hæreditatem ſignificat adire, ac non potius retinere dicerentur? Quare Vlp. in l. ſi patronus 12. ſub fi. ff. de bo. lib. Adire dixit eum, qui cum aliã in familiam, tanquam in coloniam, demigraſſet, nunc ad priſtinã familiã reuocatur: retinere vero, qui in ea familia ſemper manſit: qui, ſi nihil attingat, & ab omnib. reb. tẽperet, abſtinere ſe dicitur: repudiare vero quomodo, eum velit nolit, hæres ſit, qua de cauſa neceſſarius appellatur, vt eo loco Iuſt. docet: cũ etiã viuo teſtatore, quãuis nihil minus cogitaret tamen hæres eſſet, vt l. in ſuis 2. de li. & poſt. Hinc illud Pomp. l. impub. 2. ff. de acq. vel omit. hær. Impuberib. liberis, inquit, omnimodo abſtinẽdi poteſtas fit: puberib. autẽ ita, ſi ſe nõ immiſcuerint. Abſtinere igitur in ſuo, eſt, quod repudiare in extraneo (quæ tamen differentia interdum cõfunditur. Briſſ. ex ll. ff.) rurſus retinere vel immiſcere, quod adire in extraneo: quæ omnia generaliter his continentur verbis, acquirere vel omittere, vt ex tit. ff de acquir. vel omit. hære. lib. 26. Hotom.

ABSTRAHERE in ſeruitutem, quod & abripere in ſeruitutem dicitur: Spieg.

ABSTVLISSE dicitur etiam, qui aliquid iudice autore recepit, l. venditor ex hæred. ff. de hæred. vel act. vend. Spieg.

ABSVMERE, ſubtrahere, cõſumere, ſumptus in aliquid erogare. Quidam ex cohæred. b. res aliquas abſumpſerunt, i. e. ſubtraxerunt. l. 19 & ibi Bald. C. famil. erciſc. l. 14 fi. Cod. de excuſ. tut. quod eã in rẽ abſumptum fuerit (h. e. inſumptum) reddere cogetur, l. 4. in fi. C. de vſucap. pro hæred. domini intentio, in iſtis nullo temporis longi ſpatio abſumitur. Abſumere fructus: ſpecies: Abſumuntur arbores igne. Non abſumitur, quod in corpore patrimonij retinetur. Abſumptum non videtur, quod in corpus patrimonij verſum eſt. Briſſ. ex ll. ff. & C.

ABSVMPTIO pro conſumptione ſumitur ab Vlp. Videndum eſt, inquit, finito vſufructu, an pecunia quæ data ſit, vel cæteræ res, quæ in abſumptione ſunt, condici poſſint, l. hoc Senatuſconſ. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſ.

ABSVRDVM quod omnium mentes aſpernentur ac reſpuant: Græcè ἄτοπον & ἄλογον, l. nam abſurdũ ff de bo. lib. Spieg. Prat.

ABSVRDVM eſt plus iuris habere eos, qui poſſeſſionem duntaxat vſusfruct⁹ nõ etiã dominiũ ſunt adepti Iul. ait, l. 3. ff. ſi vſusfr. pet. Abſurde quid conſtitui, dici, & abſurdius dici: Briſſ. ex l ff.

ABSVRDVM in iure non eſt relinquendum, l. 3. poſt pr. C. de vſur. rei iud. l. 13. §. 1. C. de ſecr. paſſ. l 2. in princip. ante fin. Cod. de conſt. pecun. vide Briſſ. lexic. edit. vlt.

ABVNDAT flumen, poma, olera, flores, ligna: Briſſ. ex ll. ff.

ABVNDANS cautela non nocet, l. 17. C. de teſt. Superflua nõ nocent, ibid. niſi ſc. contra naturam actus adhibeantur, vel dolus ſubeſſe præſumatur vid. Goth. ad d. l. 17. adde l 28. in pr. ibi, ea, quæ ſuperflua ſunt, minimè debent intercedere C. de teſta.

ABVNDARE ad ea pertinet, quæ fruſtra adiecta ſunt, aut ſuperflua l 94 de reg. iur. Quæ abundant, non ſolent vitiare ſcripturas. Goth. ad d. l. 94. & d. l. 17. ibi eum ſuperflua, C. de teſta.

EX ABVNDANTI pro fruſtra & ſuperuacuo, Papiniano familiaris & propria locutio: l. 9 ff. de ſupell. l. 20. de manumiſſ. l. 12. § ſi quis fundum, ff de inſtr. & inſtrum Briſſ.

ABVNDE patrimonium relinquere, apud Scæuol. in l. vlt. §. qui diuiſam ff de legat. 2.

ABVNDAT non quod eſt ſuperfluum, ſed quod eſt copioſum & cumulatum: Redondat quod ſuperuacaneum, vide Redundaret Spieg. Peculiare eſt illud: Abundat mandati quantitatem, pro. Excedit, l. 35. in med. ff. mand. Briſſ. Pareg

AB VNGVIBVS incipere, eſt ordiri à leuiſſimis minimeque ad

rē pertinentib. Vnde prudentes iudices admonere ſolent cauſidicos, vt omiſſis parergis ac ſtiuulis agatur de cauſa. Spieg.

ABVSIVE exponit I.C. i. e. per abuſionem, impropriè, minus propriè, in l. fideiuſſor obligari, §. fideiuſſor. ibi, nam licet minus propriè debere dicātur naturales debitores, &c. ff. de fideiuſſ. Græcè καταχρηστικῶς dicitur abuſiuè, & κατάχρησις abuſio, & καταχρηστικός abuſiuum, facit l. 2. §. teſtamētum autem propriè illud dicitur, quod iure perfectum eſt: ſed abuſiue quoque ea teſtamenta appellamus, quæ falſa ſunt, vel iniuſta, vel irrita, vel rupta. ff. quemad. teſt. aper. l. non aliter, in fin. de leg. 3. Ad id pertinet l. nec ſeruus ff. de pecul. l. item prætor. ibi: non propriè, ſed per abuſionem, de ſuis & legit. hæred. Abuſiue ergo & propriè opponuntur. Briſſon.

ABVSIONIS nomen à pleriſque, vt atteſtatur Inſulan. in dubiū vocatum eſt, nunquid rectè ſignificet corruptelam morum. Quantum autem ad obſeruationem Latini ſermonis attinet, ſatis conſtat, eam vocem minime eſſe refutandam: cum Cic. lib. 4. Rhet. veterum Abuſionem verborum Græcis κατάχρησιν dictam, poſuerit inter exornationes verborum. Apud I.C. per abuſum verba regulariter nō accipiuntur, niſi aliter actus vel periret, vel eluſorius redderetur, l. cum filio de legat. 3. Nec vero abuſionis vocabulum ſignificatione vulgari ita nuper vſurpatum primo fuiſſe, patet ex his verbis Aug. lib. 1. de doct. Chriſt. c. 4. Nam vſus illicitus, non vſus, ſed abuſus, vel abuſio eſt dicenda. Rectè tamen monuiſſe videtur Inſul. pro corruptela aut licentia morum, non dicendum ſimpliciter Abuſionem, ſed adiuncto aliquo verbo: vti abuſio morum, abuſio legum, abuſio alienæ bonitatis, & ſic de ſimilibus. Spieg. Reſpublica Eccleſiaſtici nominis abuſione non eſt lædenda, l. 8. in fi. Cod. de ſacroſ. eccleſ.

ABVSIVA. Imaginaria venditio abuſiua dicitur, & ficta, l. imaginaria, ff. de reg. iur.

ABVTI veteres dicebant pro eo quod eſt, vtendo cōſumere, cōficere, extinguere. Cato de re ruſt. Linito vſque adeo, donec omnem caſeum cum melle abuſus erit. Cic. Ver. 3. Niſi omni tempore, quod mihi lege conceſſum eſt, abuſus ero, querere. Loquitur de legitimis horis accuſatori ad dicendum præſtitutis, quibus cum Hortenſius non tantum vti, ſed etiam abuti volebat: i. e. vſque ad extremum vti. Idem lib. de Inuent. 6. Poſtremo quas ad defenſionē rationes reo dabimus, iis accuſatur ad alios ex culpa eximēdos abutetur. Hinc apud IC cæ res in abuſu non vſu conſiſtere dicuntur, quarum vſus, niſi pereant, nullus eſt: ſiue quæ vtendo cōſumuntur Vlp. in l. 5. §. 1. de vſuf. rer. quæ vt, Si pecuniæ ſit vſusfruct. legatus, vel aliarum rerū, quæ in vſufructu conſiſtunt, videndum an cæteræ res, quæ in abſumptione ſunt, condici poſſint. Item: Quę in vſufructu pecuniæ diximus, vel cæterarum rerum, quæ ſunt in abuſu, ea & in vſu dicenda ſunt: ſic abuti operam Ter. dixit, pro conſumere, vt obſeruauit Turn. 1. aduerſ. c. 8. & lib. 22. c. 5. Græcis eſt. καταχρῆσθαι. Hinc illud Cic. in Top. Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfr. legauit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Vſus enim nō abuſus relictus eſt. Vbi Boet. Vtimur iis, quæ nobis vtentibus permanent: iis autem abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt. Vlp. in l. plenum 12. §. 1. de vſu & hab. Vſuarius horto, pomis, oleribus & floribus, & aqua vtetur, non vſque ad compendium (i. e lucrum) ſed ad vſum: ſc. non vſque ad abuſum. Horom. Adrian. Turneb. 12. aduerſ. c. 5. Conna. 4. comment. c. 4. Briſſ.

ABVTI propriè eſt ad alium vſum re vti, quam in quem ea comparata eſt l. 19. & 34. §. 1. de vſufr. Non. Marc.

ABVSA, ait, dicuntur vtendo conſumpta. Plaut. vbi iſthæc, quæ dedi ante? Abuſa ſunt. Et inde

ABVSVS conſumptionē, ſeu abſumptionem per vſum, ſignificat, l. 2. §. item ſi iutaucto ff de inreiur. Qua de cauſa ab vſu ſeparari ſolet, qui earū rerū eſt, a quarū ſubſtantia poſt vſum ſalua manet: cum abuſus contra in iis ponatur, quæ vtendo abſumuntur, ac pereūt. Itaque quæ res in cōſumptione ſunt, vſuq; tolluntur vel minuuntur, eæ in abuſo cōſiſtere ab Vlp. dicūtur in l. 1. & 5. §. 2. & vlt. & de vſufr. ear. rer. Quo in numero ſunt vinū, oleum frumētum, veſtimenta, Pecunia etiam numerata, quæ ipſo vſu aſſidua permutatione quodāmodo extinguitur, § conſtituitur. Inſt. de vſuf. Plane in l. 12 §. de vſu & hab. Vſus & Abuſus opponuntur alia ratione, quod vſus ad neceſſitatem referatur; Abuſus largiorem licentiam contineat. Abutitur enim qui perdit & dilapidat, l. 25. §. conſuluit. ff. de petit. hær. Briſſ. Vnde Abuti Prat. etiam perdere ac dilapidare ſignificat.

ABVTI eſt, re aliqua malè vti, propriéque de rebus corporeis dicitur. Vlp. Mancipior. quoque vſufructu legato, nō debet abuti, ſed ſecundum conditionem eorum vti, l ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeruiſſimo, ibi: ſed abutitur dotem. ff. ſol. matr. Rebuf. Spieg. Vbi nota: Abuti dotem; pro dote: vt abuti operam, in prologo Andriæ Terent. Briſſ. in lib. parerg. Abuti verbo, eſt impropriè loqui, l. nec ſeruus de pecul.

ABVSVM nonnunquam ſumi in bonam partem, affirmat Archid. in c. priuilegium, 11. qu. 3. quem gloſſ. ſequitur in extrauag. ad conditorem, in verb. vel abuſum, de verb. ſign. in extrauag. Io. 22. Ideo ius Canon. adiicit aliquid, non ſimpliciter dicens abuti: vt abuti nequiret, in c. ſedes, de reſcrip. Perniciosus abuſus, c. perniciosus, de celebr. miſſat. vel deteſtabilis abuſus, c. ſi canonici, in fine de offic. ordin. in 6. Simpliciter tamen prolatum regulariter ſumitur in malā partē P. Rebuff. Propter Abuſum, quē vulgus fecit, neceſſariū vocis, propria & artificioſa vocis ſignificatio negligenda non eſt Gœd. ad l. 9. fin. de verb. ſign.

ABVTI vſufructu contumelioſe, iniurioſève, apud Vlpian. in l. ſi pendentes, ff. de vſufr. Spieg.

ABVTI fructibus, in l. vbi adhuc 29. ante finem, C. de iur. dot. eſt iis vti frui.

A C.

AC copulatiuè accipitur pro Atque, &, Vlpian. in l. ſi quis 4. de cuſtode reor. l. nullus, Cod. de ſum. trinit. Aliquando ponitur pro Id eſt, l. decernimus, in prin. C. de ſacroſ. eccl. Aliquando ponitur pro ſicut, §. itaque, verſ. ex hoc. inſt. quibus non eſt permiſ. fac. ibi, quanquam iure ciuili omnium, qui in poteſtate parentum ſunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac peculia ſeruorum in bonis dominorum numerantur. Ponitur ergo hic ſimilitudinarie, vt inquit Alberic. quemadmodum etiam ponitur in l. qua ratione, §. literæ, in prin. de acq. rer. domin. & in clem. 1. de iudic. l. quæro 45. locat. ibi. ac ſi ita fideiuſſiſſet, in fin. prin. Aliquando adiicitur dictionibus tantum, & pro nihilo ponitur, vt in §. tutores autem Inſtit. de tutel. ibi: eam vim ac poteſtatem, poteſt tamen ibidem pro, id eſt, ſumi. Alber. Prat. Oldend.

ACACIVS, Patriarcha Conſtantinopolitanus, in l. 16. poſt princ. C. de ſacroſ. eccl. Acacium Amideoum Epiſcopum Socrates in hiſt. Eccleſ. refert conflaſſe omnia vaſa aurea & argentea, propterea quod Deus nec edat, nec bibat. Goth. ad l. 22. ante fin. C. eod.

ACADEMIA, Suidæ locus eſt nemoroſus (vbi Plato natus, docebat magna laude) mille ab Athenis paſſibus diſtans. Aliud quoque gymnaſium erat non ita procul ab illo, in quo Ariſtotelici diſputabant, Lyceum dictum. Inde etiam nunc appellamus Academias, Gymnaſia, ſeu ſcholas inſigniores, in quibus maiorum diſciplinarum ſtudia exercentur. Auth. habita quidem. C. ne fil. pro patr. Academiam etiam pro philoſophorum ſchola poni, ſcribit Bud. in prior. Prat.

ACADEMIARVM authoritatem ab Imperatoribus conceſſam, vt profeſſores hodie cum ſolennitate declarentur, quos vocabulo recentiore Doctores appellant à docendo, hinc emanaſſe colligunt, quod olim Iuriſc. publice reſpondendi veniam à Principibus peterent, & ex authoritate illorum reſponderent, l. 2. §. primus D. Auguſtinus de orig. iur. Academias authoritate Imperatoria vel inſtitutas, vel confirmatas, recte nuncupauimus legum nutrices. Oldend. Prat.

ACADEMIÆ autem inſtitutionem docent Impp. in l. vnic. C de ſtud. lib. vrb. Ro. lib. 11. & l. 1. C. Theod. eod. tit. quales & qui diligendi ſint profeſſores, Iulianus Imp. l. magiſtros 7. Cod. de profeſſ. & medic. lib. 11. Prat.

de ACADEMIARVM in iuris ſcientia priuilegio, vid. conſtit. ad Anteceſſ. § 7. in fin. col 9.

ACAMATVS. vid. l. emptionem, 7. C. de rer. permut.

ACAPNA ligna dicuntur, quæ ſunt in furno, aut ad ſolem exſiccata, ita vt, cum focis admouentur, non fumigent: dicta à particula priuata A & capnos, quod interpretatur fumus, quaſi ſine fumo, apud Martialem in diſtichis: lemna, i. ligna acapna: & Strab. lib. 9. Mellis quoddam genus acapniſton appellatur quod ita purgatum ſit, vt non ſapiat fumum. Vlp. in l. ligni de legat. 3. Sed & titiones, inquit Iuriſconſ. & alia ligna cocta, ne fumum faciant; acapna volens ſignificare, Nebriſſ.

ACARON vel ACCARON. vid. Gothof. in l. 2. §. 7. de cenſib. & in Nou. iur in præfat. in fin.

ACCESSIO dicitur, quicquid alij adiungitur & applicatur. Ita corporibus accedunt ſeruitutes. Fundo accedit pars per alluuionem: res ex licitatione: fructus & vſuræ ex mora: incremento fœtus: vſusfructus proprietati. Accedere obligationi dicitur fideiuſſor. Briſſ. ex ll. ff.

ACCESSIO in venditione dicitur, quod venditioni adiicitur præter id, quod principaliter venit: Accedere quoque pictura legimus. Accedit poſſeſſio, quæ alij adiicitur vel iungitur. Simili modo accedere tempora dicuntur. Briſſon. ex ll. ff.

ACCEDERE ad adminiſtrationem, eductionem, emptionem, contractum, hæreditatem, rem gerendam, vectigal conducendum, Briſſ. ex ll. ff.

ACCEDERE eſt proximum fieri. Accedere dicitur quod proximum & finitimum eſt: ſic furtum monetæ publicæ ad crimen peculatus accedit: lata negligentia prope fraudem accedit, i. dolo proxima eſt, dolo comparatur. Sic accedere proxime ad ætatem Briſſ. ex ll. ff.

ACCEDERE ſignificat adire: ſic in l. ſi frat. 3. C. de iur. delib. dicitur accedere ſucceſſionem. Inde acceſſus, aditus: & increſcere, ſiue augeri atq; adiungi, vt in §. pe. tit. vlt. li. 3. inſt. Inde acceſſio, pro incremēto. Item pro cōſentire, ponitur cum dicimus, accedere ad pactionem, vel conductionem pro conſentire,

Vertrag.

Vertag vnd te ding ſtuck annemē vnd verv villigen. Spieg. ſip.

ACCEDO tibi, eadem tecū ſentio. Accedo te: venio ad te. Flor. So.

ACCEDERE & Decedere opponuntur, vt acceſſio & deceſſio. Briſſ. ex ll. ff.

ACCEDERE rei emptæ videtur id ſine quo res empta ſuret inutilis l. fiſtulas de contrah. empt. Alber. Spieg.

ACCESSERAT, pro acceſſerat, ad hæreditatem patris, ait Pomp. in l. vlt. ff. de acquir. hæred. vid. Briſſ. in parerg.

ACCELERATIO paſſim in Decreto juris canonici in negotiis pluribus reprobatur. Vid. c. Deus, cauſ. 2. q. 1.

ACCENSI dicebantur, qui in locum mortuorum militum ſurrogabantur, & ad cenſum legionum eſſent adſcripti. Feſto lib. 1. At Varro miniſtratores magiſtratuum ait, ab acciendo dictos, id eſt, vocando. Nam accenſus inſtar Præconis acciebat juſſu Conſulis, Quirites ad concionem: quod munus nemini, niſi libertis deferebatur, teſtis Cic. ad Quint. Fr. vid. Bud. in l. fi. ff. de jur. immunit. Spieg. Prat.

ACCENSVS & Præco in hoc conveniunt, quod ambo conſulis alteriuſve magiſtratus dicto, ad imperium vtrumque præſto eſſent: at ille, vt ad cōcionem: hic vt ad comitia. Quirites aduocaret. Alexand ab Alex. Gen. diet. lib. 5. c. 27. Prat. Spieg.

ACCENSI officium docet Cic. ad Quintum fratrem. Prat.

ACCENDERE ſtimulis ſuis, dicitur in l. cum alii 6. in fin. C. de curat. furioſ. Et accenſus affectione in l. 1. §. ſimilique modo C. de Latin libert. Eademque ſignificatione dicitur accenſus ſtudio veræ laudis, in l. quiſquis 5. §. ſane ſi quis 7. C. ad l. Iul. Majeſt. Accendere lucernam monumento, l. 44. de manum. teſt. Briſſ.

ACCEPTA ſententia dicitur, quæ rata habita eſt. Spieg.

ACCEPTA & data non poſſunt alias apparere, niſi dies & conſul fuerit editus, l. 1. §. editiones 2. ff. de edendo.

ACCEPTARE apud Papin. in l. 40. §. 1. ff. de pact. eſt per acceptilationem liberare: eoque pependere ejuſdem reſpōſum putem. Acceptare apud eundem dicitur, qui frequenter accipit, qui accipere ſolet, l. Seio, tu. §. 1. in fin. de ann. legat. Prat.

ACCEPTILATIO eadem forma dicitur qua expenſitatio apud Gell. lib. 14. c. 2. Briſſ. diviſim autem Accepti quoque latio repetitur in ll. quibuſd. Briſſ.

ACCEPTILATIO, eſt ſolutio civilis, i. imaginaria ſolutio, §. 1. Inſt. quib. mod. toll. fit enim per interrogationem & reſpōſionem: vt, Habeſne acceptum, quod per ſtipulationem tibi promiſi vel debui? Et tu reſpondeas, Habeo, acceptum fero. Vlp. in l. plurib. de acceptilat. vel ſic Græce, ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών, §. item per Inſt. quib. mod. toll. oblig. Iam acceptilatio facta eſt, ac ſi dixiſſes, Perinde habeo, ac ſi accepiſſem abs te, per veram ſolutionem. Itaque non minus per acceptilationem, quam per veram ſolutionem, tollitur obligatio. Acceptilatio eſt verborum conceptio, qua creditor debitori acceptum fert. Vult. comm. Inſt. quib mod. oblig. toll. §. 1. nu. 4 vid. Cujac. parat. de acceptil. in fin. & 5. obſ. cap. 36. Hotom. 3. obſ. 18. Per acceptilationem nulla alia tollitur obligatio per ſeſe, quam quæ fit per ſtipulationem. Vult. d. §. 1. nu. 5.

ACCEPTILATIO generali nomine ſignificat in tabulas acceptæ pecuniæ relationem: Speciali vero & proprio à Juriſcons. bifariam intelligitur: aut enim vulgaris eſt, aut Aquiliana: Vulgaris eſt, quæ vna ſtipulatione conſtat, cum is qui verbis obligatus eſt a ſuo creditore ſtipulatur ſic: Quod tibi debeo, habeſne acceptum? l. an inutilis, 8. §. 2. de accepti. Cum enim creditor & illius nomen expunxiſſet, & æs acceptum ei retuliſſet, reſpondebat, Habeo, acceptumque tuli, neque ad aliam, quam verborum obligationem adhiberi hæc ſtipulatio poterat: quam ineptum eſt ab Aquilio proditam exiſtimare. Aquiliana enim acceptilatio mutua & reciproca ſtipulatione conſtat, & ad omnes omnium generum obligationes extinguendas excogitata eſt, eaque ſola definitur, à Modeſtino in l. 1. ff. eo. Liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio: quod ex formula ipſius planius intelligitur apud Flor. in l. & vno 18. ff. eod. Hotom. & Conan. com. jur. civ. 4. cap. 1. Cæterum hac definitione nexi liberationem: & ſtipulationis diſſolutionem, atque ipſam quoque Aquilianam formulam ſimul complecti exiſtimat Ræuardus l. nihil tam naturale 35. de reg. jur. Cum enim Modeſtinus ait, Acceptilationem eſſe liberationem, certe & illud quoque dicere videtur, verbor. oblig. cui acceptilatio directo contraria eſt, ipſo jure per acceptilationem eo modo tolli, quo per acceptilationem ipſo jure obligatio tollitur, d. §. 2. & cum addit, per mutuam interrogationem vtriuſque contingere abſolutionem, Aquilianam ſtipulationem etiam acceptilationis verbo contineri, evidenter indicat? & denique his verbis, Ab eodem nexu, quis eſt quæſo mortalium, qui non dicat, ad nexi liberationem per æs & libram, & acceptilationem quoque à Modeſt. referri?

ACCEPTILATIO jure civili introducta eſt: quia nihil aliud, quā ficta ſolutio. Vide Alciat. in l. 1. C. de tranſact. Eam Vlpian. jurisgentium affirmat in l. an inutilis. de acceptilat. non quia jurisgentiū fuerit approbata, ſed propter pactum, quod in ſe habet; id enim eſt jurisgentium introductum, l. 1. ff. de pact. Spieg.

ACCEPTILATIO (ait acutiſſ. Vult.) natura & origine ſua juris civilis eſt. Ergo non vere, & ex ſui natura, ſed ex vſu hominum frequenti, hodie jurisgentium eſt, quia præſertim pleræque omnes gentes ea hodie vtuntur. Vult. d. loc. n. 1. 2. & ad tit. de verb. oblig. ad pr. n. 9. Duaren. ad rubr. ff. de verb. oblig.

ACCEPTILATIO valet vt pactum, Iulianus Iuriſ. Acceptilatio, inquit, non ſua natura, ſed poteſtate conventionis valet, Scæ.

ACCEPTILATIO & Apocha hoc differunt, quod Acceptilatione, omnimodo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit, (ideoque acceptilationi non poterit opponi exceptio pecuniæ non numeratæ Goth. ad l. 19. §. 1. de accept.) Apocha nō alias, quam ſi pecunia ſoluta ſit. Vlp in l. ſi accepto. 19. ff. de accept. Differt à ſolutione acceptilatio, quod illa ſit naturalis datio, hæc autem civilis. Gothofr. ad l. 1. de accept. Vult. d. lo.

ACCEPTILATIO per procuratorem fieri non poteſt, l. 13. §. 10. de accept. vid. Hot 32. illuſt. quæſt. fol. 180. Cujac. ibi in pr. Sed certis verbis fiebat, l. 18. d. tit. de accept ſine die & conditione, l. 4. & 5. eod. & merito: quia acceptilatio obligationi præſentem interitum affert Goth. ad l. actus legitimi, 77. verb. accep. de reg jur.

ACCEPTILATIO quarum rerum fieri poſſit, & quarum non: vid. Bred. in repert. ſent. verb accept.

ACCEPTILATIO inutilis, an vtile habeat pactum, vid. l. an inutilis, 8. in pr. & ibi Goth. ff. de accept. vid. omnino Gœd. com. ad l. 177. nu. 1. & 2. de verb. ſig.

ACCEPTILATIO inutilis eſt, quæ à natura ſua deficit: Deficit, inquam, cum id, quod non verbo, ſed re, vel conſenſu contractum eſt, verbis acceptum fert. Vtilis, cum in ſua natura perſtat. Ad hoc enim inventa eſt acceptilatio, vt quæ verbis contracta eſſet obligatio, verbis tolleretur: l. 8 §. 3. de accept. Goth. ad eandem l. 8. in pr.

ACCEPTILATIO dolo facta actionem primam extinguit, ſed aliam de dolo parit, l. actione 4 C. de tranſact.

ACCEPTILATIO donationis cauſa omnem viam agendi perimit, l. ſi donationis, 5. C. de accept.

ACCEPTVM abſolute dicitur, quicquid ab aliis accipimus, ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quovis modo. Spieg.

ACCEPTO liberare; liberari: referre: rogare: item liberare accepto: Briſſ.

ACCEPTVM, vel accepto facere, hoc eſt, confiteri, quod à me aliquid acceperis, vel habes; acceptum habere, Vlpian. l. 7. de accept. Accepto facere, liberare, l 9. §. 7. quod met. cauſ. Prat.

ACCEPTVM vel accepto ferre, acceptum habere, quod nobis ex ſtipulatione promiſſum eſt, ſive, vt vulgo loquimur, habere pro recepto, etiamſi nulla ſolutio intercesſerit, & l. ſi accepto latum de accept. Spieg.

ACCEPTVM, ſeu accepto, fert aut facit, creditor debitori, fidejuſſori, emptor venditori. Accepto fit aut fertur debitori ſtipulatio ſumptus, &c. Accepto fertur ſorti & vſuris, id eſt, imputatur. Acceptum latum, & Acceptum factum, pro eodem ſunt. l. vlt. ff quæ in fraud. cred. Accepto lata clauſula pecunia, pœna, ſtipulatio, actus. Briſſ. ex l. ff.

Habere ACCEPTVM, vel à ſe acceptū: habere acceptos nummos: Stichum & Pamph. Habere accepta viginti. Briſſ. ex Inſt. & ff.

ACCEPTVM ferre, emancipare, hæreditatem adire, & ſimilia præſcriptis actus verba ſignificativa ſunt, quibus tempus vel conditio adverſatur, l. actus, de reg. jur. Spieg.

ACCEPTVM ferre (metaphora à rationibus tracta) eſt ſcribere ſe ab aliquo accepiſſe: ad hoc eſt pulchre text. in l. tutor. 56. de admi. tut. in verb. (preciū idem rationibus pupilli accepto tulit) quaſi dicat intulit in rationes precium. Idem, quod ſibi ab emptoribus ſolvendum erat, ac ſi accepiſſet: ſcripſit & cōtulit in rationes, ac ſi accepiſſet, quod non acceperat, ſed de ſuo intulerat. Ita verba illa obſcura explicāda ibi ſunt. Scæv. l. 89. ff. de ſol. Titius Mævius dico me accepiſſe, & habere, & accepto tuliſſe à Caio. Titio reliquum omne &c. Alfen l. 6. de manum. Sed interea dum eum manumitteret, acceptum rationi retuliſſet; Julian. in l. 48 §. 1. ff. de jur. dot. Hanc pecuniam generum petere debere: exactam, acceptam legatis referri. Florent. l. 35. de pign. act. Primum vſuris, quas jam tunc deberi cōſtat, deinde ſi quid ſupereſt, ſorti accepto ferendum eſt. Patet igitur, tribus de cauſis accepto ferri ſolitum. Primum, ſi pecunia ſic accepta eſſet, vt ei à quo accepta eſſet, deberetur. Cic. Verrina 3. Propter quod minus Dolabella Verri acceptū retulit, quam Verres illi expenſum tulit. Deinde ſi non deberetur pecunia, ſed tantū qua de cauſa accepta eſſet, referretur: vt eū ex legato, venduo, locato, accepta ferebatur. Poſtremo, cum id, quod debitum erat, recipiebatur, vt eum à creditore, vel vſura, vel pars ſortis receptæ, accepto ferebatur. Locus enim Florentini, aliique complures, id oſtendunt. Ex quo intelligi debet, morem fuiſſe in tabulis, vt qui ſuum reciperent, primum debitoris nomen eius expenſum tulerant, expungerent, deinde in alteram paginam acceptum ferrent. Hotom. Plaut. Caſtel.

Nunc quod reliquum reſtat, volo perſolvere,
Vt expungatur nomen, ne quid debeam.

ACCEPTVM ferre, habere, facere dicitur creditor, & accepto

Digitized by Google

liberare debitorem ſeu Reum: Reus vero ſeu debitor, acceptum, ſeu acceptor rogare, & accepto liberari, l. 15. §. pen. l. 9. de præſcr. ver. l. 2. §. non tantum de hæred. l. 9. ſed quod Prætor. ff. quod met. cauſ.

ACCEPTO ſive acceptum rogare dicitur, qui ſtipulatur, an id quod promiſit creditor acceptum habeat, vt patet ex l. 6. & l. 8. §. 1. & 3. & alibi perſæpe, ff. de accept. Hoc.

ACCEPTO liberare eſt accepti rogatione liberare: cum ei qui ſtipulatur, an id quod promiſit acceptum creditor habeat, reſpondetur habere, l. 8. §. 1. & 3. & alibi frequenter, ff. de accept. Adde Vlp. in l. metum autem præſentem, §. fin. ff. quod met. cauſ. Hotom.

ACCEPTO liberari, eſt ſic liberari, vt creditor confiteatur, ſe à debitore accepiſſe.

ACCEPTUM facere debitum: obligationem: pecuniam: ſtipulationem: Accepta facere decem: referre in tabulas, idem acceptum facere, aut ferre accepto facere, aut ferre dotem: iter vel actum, vſumfruct. viam, totum vel partem: Stichum. Accepto ferre rationibus, & in ſortem, & in vſuras. Briſſ. ex ll. ff. & C. Dicebatur & olim in acceptum referri opus publicum, cum magiſtratus opus quod locatum erat, tanquam ex lege dicta factum probare ſe teſtabatur, l. 7. §. illud quoque ad leg. Iul. repetund. Cic. 5. Ver. Poſteaquam reus factus eſt, primo negabat opus in acceptum referri poſſe. Briſſ.

ACCEPTO ferri, i. approbari, l. ſecuritatis, C. de ſuſcept. & arcar. lib. 10. & l. quæ operib. 2. C. de operib. pub.

ACCEPTO ferre, compenſare eſt, l. quod plerunque, 2. C. de alim. pupill. præſtand.

ACCEPTO ferre, in l. ſumptus in pupillo, 3. Cod. de adminiſt. tut. idem eſt, quod in computationem deducere. Accepto ferre in ſortem, dicitur in l. 3. C. de vſur.

ACCEPTO, pro Acceptilatione, in l. 18. §. vlt. ff. de accept. Briſſ.

ACCEPTORES rerum, id eſt, poſſeſſores, in Auth. contra, C. ad S. C. Trebell.

ACCERSIT, qui vocat: Arceſſit, qui accuſat. ACCERSI in diſcrimen capitis dicitur in l. accuſationis, 27. in pr. C. de accuſ.

ACCERSITIS amicis, id eſt, conuocatis, l. 39. §. propoſitum 1. de leg. 3. licet alij codices arceſſitis habeant. Sic euocandis & accerſendis colonis abſtinere oportet, l. 7. in fin. C. vbi cauſ. fiſc. vid. Briſſ. lib. pareg. ſig. qui ait, Arceſſere ſæpius reperi pro Accerſere, euocare, vocare.

ACCESSIO, adjectionem ſeu adjunctionem ſignificat, Inſt. in §. fidejuſſores. Inſtit. de fidejuſſ. Nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quam in principali re. Sic l. 1. med. C. de præſcr. long. temp. Poſterior poſſeſſor acceſſione prioris domini non vtitur.

ACCESSIO dicitur, quod rei ſiue perſonæ adjungitur, l. 1. §. 4. depoſ. Perſonæ, cum mihi decem, aut Titio hominem. Paulus in l. obligationum fere 44. §. acceſſio. 4. ff. de oblig. & action. Acceſſionem diſtinguimus in naturalem, quæ à natura proficiſcitur, vt alluuio, & in artificialem ſeu ciuilem, vt vſuræ. Spieg. vid. Vul. com. inſtit. de rerum diuiſ. §. 13. num. 1. 2. 3.

ACCESSIO dicitur aliquid adjacens alteri, vel omne id, quod eſt acceſſorium & neceſſarium principali, vt capiſtrum equo, vel veſtis ſeruo. l. 1. §. quæ depoſ. ff. depoſ. Si enim ſeruum emeris, veſtem in qua traditur, acquiris, etſi de ea mentio non ſit facta. Et acceſſiones ciuiles, vt vſuræ, non veniunt in contractum ſtricti juris, etiam poſt litem conteſtatam, gloſſ. in l. 1. C. de condict. indeb. gloſſ. in l. mora verſic. difficilius. ff. de vſur. & in cap. cum venerabilis, de except.

ACCESSIONUM nomine intelliguntur ea generaliter omnia, quæ tam ex se, qua de agitur, orta ſunt, veluti fructus, partus, vſura (ſic in l. 12. Cod. de vſur. frumenti vel hordei mutuo dati acceſſio, id eſt, vſura) tum extrinſecus ei acceſſerunt, veluti id, quod per alluuionem accreuit; vſusfructus, qui per conſolidationem, proprietati adjungitur. Vnde tit. l. 22. ff. de vſur. & fruct. & cauſa, & omnibus acceſſionibus. Proprie autem ea demum continentur, quæ extrinſecus accedunt, cum cauſæ appellatione generaliter hæc omnia comprehendantur, l. præterea de rei vendic. Hotom. Sic acceſſio pecuniæ, quam vſuram nominamus, eſt pecuniæ fructus. Vnde & à Græcis vſura à pariendo τόκος nominatur. Donel. de vſur.

ACCESSIONES igitur etiam appellantur, fructus, partus, & omnis cauſa rei, & quæcunque ex re procedunt l. 4. de in diem addict. l. 50. ff. ad Trebell. l. 81. §. his etiam, de furt. rubr. ff. de vſur. & fruct. & cauſ. & omnib. acceſſ. Proinde Acceſſionum vocabul. pag. 521. §. 5. In Ædilium vero edicto acceſſiones accipimus, quæcunque emptioni accedunt, & præter precium ab emptore erogantur: l. 25. §. vl. l. 27. ff. de ædil. edict. l. 35. §. ſed nec redhibitoriæ, ff. de negot. geſt. Poſſeſſionum etiam acceſſiones dicuntur, quando auctorum, & eorum in quos ab his jus tranſit, poſſeſſiones conjunguntur, leg. pen. ff. de diuerſ. & temp. l. 2. §. ſi à furioſo, ff. pro empto.

ACCESSIO denique dicitur poſſeſſio, quæ alij adjicitur, l. 13. §. 1. cum §§. ſeqq. & l. 14. de acq. poſſeſſ. l. 10. & l. 16. ff. de vſucap. Briſſ.

ACCESSIONIBUS poſſeſſionum (de quib. in rubr. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. & acceſſ.) opponuntur interruptiones. Acceſſionibus præſcriptionum quæritur, an tuum tempus meo accedat. Gothofr. jam dict. rubr. & ad l. 14. in princ. eod. Acceſſiones temporum, ait, ſunt conjunctiones temporum, quibus duo aut plures ſeparatim eandem rem poſſident: quod fit præſcriptionibus longi temporis acquirendi cauſa.

ACCESSIO in obligatione, eſt quoties perſona, aut res adjungitur, l. 44. §. pen. ff. de oblig. act. Ex quo fidejuſſores, adpromiſſores, ſponſores, & omnes qui alienæ obligationi accedunt, Acceſſiones appellantur, l. 91. §. nunc videamus, ff. de verb. oblig. l. 41. ff. de ſolut. l. 32. & 71. ff. de fidejuſſ. Briſſ. Hotom. & Gothofr. ad d. §. 4. Acceſſiones ſunt hic perſonæ, ait Gothofr. quæ obligationi accedunt, vt adpromiſſores, mandatores pecuniæ conſtitutæ rei Nou. 4. παρεπόμενοι vocat. 5. Valer. 7. Nec acceſſio glutinſæ illius Pompæ, ſed autor ſpectatus eſt.

ACCESSIONIS locum dare, eſt dare, qui fidejubeat, vt acceſſionis loco promittere, pro alio fidejubere, ſeu fidem ſuam obligare, l. 1. & 54. de fidejuſſ. vnde acceſſionis cauſa, pro fidejuſſoria in l. 5. eod. tit. At acceſſionis locum obtinere res ſiue acceſſionis loco ſeu vice, cedere, cum Iuriſcon. dicunt, ſignificant non principaliter eas per ſe conſiſtere, ſed alias ſequi, aliis adplicari, adjungi, & accedere, l. 4. in princip. de penu. legat. l. 19. §. perueniamus, de aur. & argent. legat. Acceſſionem itaque bipartito conſiderare ſolemus, vt diſcreta ſit aut concreta, gloſ. in §. item ea quæ. Inſtit. de rer. diuiſ. Diſcreta ea eſt, qua id quod noſtræ rei adjungitur, ſeorſim conſideramus. Vbi vero noſtræ rei aliquid ita cohæret, vt etiam vna eademque res eſſe videatur, contra acceſſione rei noſtræ adjungitur. Bud. §. item ea quæ. Inſt. de rer. diuiſ. Itaque ſecundum hanc diſtinctionem agnus & pullus ſunt acceſſio diſcreta ouis & gallinæ: terra per alluuionem adjecta, concreta acceſſio. Briſſ.

ACCESSIO interdum dicitur obligatio ipſa, quæ principali adjuncta eſt: vt, cum fidejuſſerant, adpromiſſor datus eſt. Paul. in l. 51. §. 3. de verb. oblig. Vtique autem principalis debitor perpetuat obligationem: Acceſſiones an perpetuent, dubium eſt. Pomponio perpetuare placet, quare enim facto ſuo fidejuſſor ſuam obligationem tollat; Item. Acceſſionibus quoque ſuis, id eſt, fidejuſſoribus perpetuant obligationem. Hotom. Interdum autem pro diſiunctione, quæ in obligatione adiuncta eſt, vſurpatur vt apud eundem, in d. l. oblig. 44. §. pen. de oblig. & Act. Adeoque Acceſſio in obligatione aut perſonæ aut rei fit &c.

ACCESSIO acceſſionis non eſt: proinde nec vſura vſus, aut fructuum, nec vſuræ vſurarum, l. 28. in prin. & ibi Gothofr. plur. alleg. C. de vſur.

ACCESSORIUM idem eſt quod acceſſio, & ſequitur naturam ſui principalis. Et in acceſſoriis præſtãda ſunt, quæ in principali. Gothofr. ad l. 32. verb. præterea in hiis cauſis ff. de ædilit. edict.

ACCESSORIUM committitur, commiſſo principali, & non tenet ſine principali c. præterea, 5. in fin. & c. prudentia 21. extra de offic. iud. deleg.

ACCESSORIUM non ſequitur ſuum principale, vbi in acceſſorio non eſt eadem ratio. Gothofr. ad l. 9. verb. rebus propriis, C. de præd. & aliis rebus minor. Acceſſorium cedit principali l. 19. §. perueniamus de aur. arg. Briſſ.

ACCESSORIUM ſi venit officio judicis mercenario, tunc ſublato principali tollitur & acceſſorium, l. 4. C. depoſ. Secus, ſi acceſſorium venit officio judicis nobili, l. fin. §. Lucius, in gloſſ. ff. de cond. indeb. Alias regulariter non tenet acceſſorium, vbi non tenet principale, cum ſaltem non accedat principali, vt in c. ſi diligenti, de for. compet. Fallit tamen interdum, vt in c. debito de jurejur. vbi acceſſorium ſc. juramentum de ſoluendis vſuris factum tenet: principale tamen non: ſc. obligatione debitoris ad vſuras ſublata; quia ad vſuras ſoluendas nulla eſt obligatio de jure canonico & ciuili: & tamen juramentum factum de his ſoluendis eſt ſeruandum. Sed regulare contrarium intelligitur, quando acceſſorium & principale regulantur eadem ratione, eodem tempore, non mutato reſpectu perſonæ. Sed illa non ſeruantur in promiſſione & juramēto: quia promiſſio fit parti, ſed juramentum Deo & dixit Ludou. Rom. ſe conſuluiſſe, quod acceſſorium etiam pretioſius principali, ipſi tamen accedit, l. etſi non ſunt §. perueniamus, & l. cum aurum, §. fin. de aur. & arg. legat. Et facit ad quæſtionem: Si lego mulieri veſtes, quas ipſi feci, quod etiam in legato veniunt ornamenta aurea, vel argentea veſtium. Old.

ACCESSORIO cum principali confuſo acceſſoriū extinguitur, vid. l. 5. de fidejuſſ. Gothofr. ad l. debitor. 3. in pr. ff. de ſeparat.

ACCIDENS nihil eſt aliud quam circumſtantia. Iuriſconſ. in l. aut facta pœn. enumerat. 7. Spieg.

ACCIDENS appellatur, quod adeſſe & abeſſe poteſt præter ſubjecti corruptionem, vt homini adeſt & ineſt albedo, & nigredo. Dos matrimonij poteſt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, id eſt, matrimonij, l. cum multæ, C. de don. ante nupt. Lucrum & damnum ſunt accidentia ſocietatis. Euictionis obligatio poteſt adeſſe & abeſſe emptioni & venditioni, contractu remanente integro, l. pacta cōuenta, de contr. empt.

Legat,

Legata, donationes, hæreditates, diuitiæ, ſunt accidentia. Deficiente ſubſtantia, deficit accidens, l. 6 C de condict. ob cauſ.

ACCIDENTALI præualet naturale, l. 4 ff de tutel.

ACCIDENTIA quędam naturalia & intrinſeca; vt feritas in leone, bonitas in homine, voracitas in lupo: de quibus loquitur Iuriſconſ. in l. 1 §. ad beſtias de poſtul. §. patronum, de rer. diuiſ. Quædam extrinſeca & aduentitia; quædam inſeparabilia, vt pretium ab emptione; lucrum & damnum à ſocietate, facultas reuocandi à precario; quædam ſeparabilia, vt à fundo poteſt ſeparari fertilitas & ſterilitas: ab homine poteſt abeſſe & ſeparari quod ſit actor, judex, aduocatus, diues, procurator. Doctrina, ſapientia, experientia, inſignia, & dignitates, poſſunt adeſſe & abeſſe homini citra detrimentum & interitum hominis. Taboetius in top. milit. for. & leg. diſcipl.

ACCIDERE pro euenire, duntaxat in tertiis perſonis, ſed propriè de malis dicitur, ſicut contingere ſæpius de bonis.

ACCIDERE præciſe veteres omnis cauſa dicebant, cum mortem nominare nollent Cic. lib. de inuent 2. Cujus hæres non illo in teſtamento quiſque ſcriptus erat, ſi quid pupillo accidiſſet. Idem in Ant. ſi quid mihi humanitus accidiſſet: multa autem impendere videbantur præter naturam, præterque fatum. Idem in Pompeiana. Qui cum ex vobis quæreret, ſi in vno Pompeio omnia poneretis, ſi quid eo factum eſſet, in quo ſpem eſſetis habituri? Græci dicunt ἄν τι πάθῃ. Hotom. vid. omnino Gœd. ad §. t. l. 162. de verb. ſignific.

ACCIDERE humanitus, eſt mori Alciat. de verb. ſig Spieg vnde:

ACCIDERE in materia ſubſtitutionum his verbis, ſi quid filio meo acciderit; hoc ſignificatur, ſi filius deceſſerit, vt in 9 præcedent. Vellei. Patercol. lib. 2. M Marcellus ſororis Auguſti Octauiæ fil us, quem homines ita, ſi quid accidiſſet Cæſari, ſucceſſorem potentiæ ejus arbitrabantur. Tiraq. in Auguſt. c. vlt. Iulius filiam neptemque, ſi quid his accidiſſet vetuit ſepulchro ſuo inferri. Senec. lib. 2. controuerſ. vir & vxor jurauerunt, vt ſi quid alteri accidiſſet, alter moreretur. Eadem eſt vis verborum, ſi quid contigerit, l. 39. §. Scium, de leg. 3. vel: ſi quid humanum humanitoſve acciderit, vel contigerit, l. 26 ff. depoſ. l. 30 § Seia liberta. & § vlt. ff. de adimen. legat. §. mortis cauſa, de don. Capitolin. in Clod. Alb. Marius dicit hunc animum Seuero primum fuiſſe: vt ſi quid ei contingeret, Peſcennium Nigrum & Clodium Albinum ſibi ſubſtitueret. Spart. in Hadria. Moli ad ſenatum eum voluiſſe orationem mittere petiturum, vt, ſi quid ei eueniſſet, principem Rom Reip. ſenatus daret. Briſſ & ante eum Alciat in l. in vulgari, § ſi quis, de verb. ſign. Et ratio verbi eſſe poteſt, quod vltimus, qui homini euenire poſſit caſus, ſit mors.

ACCIDERE interdum eſt ad genua alicujus ſe demittere, & ſupplicem fieri, vt poſt Manutium annotauit doctiſſ. Turn. lib. 8. adu. c. vlt.

ACCINCTOS, ſuccinctos, cinctóſque pro hominibus armatis & militiæ ſtudioſis dicimus, atque adeo pro omnibus qui ſunt alicujus virtutis & induſtriæ: quod milites, niſi accingantur, geſtandi enſis habeant opportunitatem nullam: Contra qui ſunt molles, ignaui, & militiæ inhabiles, diſcincti nominantur. Perſius: Non poſſet ad morem diſcincti viuere Naceæ, ex Conna. comm. lib 9. de teſt. mil. num. 8. Erat autem iſtud cingulum ex corio, & bullatum, & inde baltheus dictus Varroni: ex hoc cingulo pendebat enſis.

ACCINCTI artibus magicis, i. inſtructi, l. 4. in pr. C. de malef. & maleficiat.

ACCIPERE & capere propriè differunt. Nam capere eſt cum effectu accipere: Accipere etiam eſt, ſi quis non accepit, vt habeat: ideoque non videtur quis capere quod erat reſtituturus, l. 71. de verb ſig. Capimus nobis: Accipimus etiam alteri. Gothof ad d. l. 71. Interdum tamen etiam alij capimus l. cepiſſe 140 de verb. ſign. Accipimus, ait Alciat. in d l 71 de manu aliena: noſtra vero autoritate capimus. Et accipimus quandoque rem ſine dominio rei, vel ſine dominij ad nos tranſlatione, vt recte Phil. Decius in l. non videtur 51 de reg. jur. Prat.

ACCEPISSE teſtamento & eos Vlp in l. 1 §. dolo, ſi quis om cauſ. teſt. dicit, qui tamen his quæ ſibi relicta ſunt, careant Sic in l. 25. ff. de his quæ vt indign. acceptum codicillis Papio. dicit, cujus tamen actio denegatur, l. 42 de bon libert. accepiſſe hæreditatem dicitur, qui tamen omiſit Briſſ.

ACCIPERE geo" eſt capere ſpecies, vid. Gœd. ad l. 71. de verb. ſig.

ACCIPERE generalius verbum eſt, ait, quam capere, quia quocunque modo nobis quid datur traditurve, etiamſi cuſtodiæ tantum cauſa, vel vt conductum habeamus, aut detineamus, datum, traditumve ſit, accepiſſe dicemur. Capere vero ſolummodo eſt, ita accipere, vt ſtatim accipiens, dominus fiat, aut quaſi dominus, aut quaſi fiat, vel certe ita ne res ſibi inuito auocari poſſit, h. e. vt ſuo jure habeat.

ACCIPERE igitur, aut capere eſt, aut tantum recipere ac ſuſcipere: illud juris, hoc meri facti eſt. Sicuti etiam habere duobus dicitur modis, nempe jure dominij poſſidere, aut tenere ſaltem illud, cum effectu habere dicimur, hoc tantum habere ſeu detinere. Gœd. ad d. l. 71. §. 3 4 Forn. ad eand. leg.

ACCIPERE per ſe videtur, qui alium accipit, l. hæc ratio, in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Spieg.

ACCIPITUR aliquid honeſte, quod honeſte peti non poteſt. l. 1. § 5. in fin. de extraord. cognit.

ACCIPERE vxorem filiusfamilias potius dicitur, à parte nimirum quam vxorem ducere: quippe cum patri committatur puella potius in hujuſmodi conditionibus, quam marito. Hęc Donatus in Phorm. Terent. Hot.

ACCEPISSE etiam fideicommiſſum in ſecundis tabulis & ab altero ex hæredibus in l. 11. §. 1. & l. 52. §. vlt. ad Trebell. dicitur, cui fideicommiſſum in pupillaribus tabulis datur, & ab altero ex hæred. per fideicommiſſum hæreditas relicta eſt Briſſ.

ACCEPISSE quoq; libertatē ſeruus dicitur, cui libertas in diem teſtamento adſcripta eſt l. 67. vlt. de leg 2. Ac ita accipere legatum libertatemque interpretandum eſt. in l. 13. de cond. inſt. l. vlt. de vulg. & pupil. l. pen §. pater de caſtr. pec. Pecuniam accepiſſe dicitur etiam, qui aliquid pro pecunia acceperit, vel obligatione qua liberatus ſit, vel cui gratuita pecunia vtenda data ſit, aut minoris locata res venditáve, l. 1. §. vlt. l. 2. de calumn. Quo referenda, vt ex inſcriptione apparet, eſt l. 125, de reg. jur. in qua hoc præterea additur, non poſſe videre accepiſſe eum, qui ſtipulatus poſſit exceptione ſubmoueri. Briſſ.

ACCIPIENS apud Mar. in l. vnic. ff. de lib. demiſſo. ſumitur pro accipere & recipere volens. Prat.

ACCIPERE quandoque eſt admittere & agnoſcere: Sic accipere bonorum poſſeſſionem; Inteſtati poſſeſſionem; Accipere pro ſuſtinere, ferre, ſuſcipere vt puta injuriam, moram, ſententiam, ſucceſſorem ante tempus, fidejuſſorem, reos debendi. Accipere rationes expenſi, pro audire eas redditas. Accipere excuſationem alicujus, pro admittere. Accipit legem venditio: Teſtamentum autoritatem. i. acquirit, ſumit, habet. Accipere ſæpius pro intelligere. Igni & aqua accipere aliquem, Iure accipere, pro tractare: Accepta & data, vel expenſa. Accepti & expenſi ratio. Briſſ ex variis, ff & C. ll.

ACCIPERE pignori, l. 1. in pr. C. de pignor.

ACCIPERE mutuo interdum ſignificat. Spieg.

ACCIPERE injuriam, i. lædi: cui opponitur, accipere beneficium. Spieg.

ACCIPIT autem beneficium, qui nihil prius contulit ei: recipit, qui jam contulerat. vid Senec. de beneſ. Spieg.

ACCIPE, auſer, tolle, verba hæc non abhorrent à donatione, maxime aliquo ſigno id ſuadente, veluti ex diuitiis dantis, & indigentia accipientis, c & ſi quæſtio, de ſimon. Non enim veriſimile eſt, donum modicum potius factum non eſſe, l. ſed & ſi ſuſceperit, §. 1. de jud. cum munificentia in diuite laudabilis ſit, ejuſque honorem augeat, l. nemini, in fin de conſ. 12. Spieg.

ACCIPERE & recipere diſtant in ſpecie apud Vlp. relata in l. 1. §. mulier. ff de dote præl. Nam recipere eo loco pro excipere ſumitur. Prat. vid. infra recipere.

ACCIPERE etiam actionem, pro excipere, vel ſuſcipere, in l. vlt. ff. ſi vſuſr. petat. Briſſ. (ll. ff. & C.

ACCIPI quoque dicitur judex, arbiter, judex inter duos Briſſ. ex

ACCIPERE judiciū, eſt pati à prætore dari in eam rem judices, de qua mouetur controuerſia. Paul. in l. 2. §. 1. ff. ex nox. cauſ. compellendum putat. Vindiue vel judicio eum ſiſti permittere: vel judicium accipere. Vlpian ex edict. Prætor. l. 8. §. 3. ff. de procur. Procuratorem ad litem ſuſcipiendam datum pro quo conſentiente dominus judicatum ſolui expoſuit judicium accipere cogam. Paul. in l 35 § 2. ff. de jurejur. Et Vlp. in l. 1. in pr. ff. ſi ex noxal. cauſ. vbi tamen Accurſ. Iudicium pro ſententia poſitum interpretatur. Obſeruandum igitur moris fuiſſe, vt actor, qui judicem à Prætore peteret, formulam ipſam, in quam judicium peteret, certis conceptiſque verbis proferret: veluti C. Aquilius judex eſto. Si pareret Septimium Octauio centum debere, tum Septimius damnetur. Hotom.

ACCIPERE judicium Paulo & Vlp. jam dd. ll. & alibi ſæpiſſime, eſt litem conteſtari Briſſ. Alias judicium accipere & actiue & paſſiue ſumi, h. e. ad eum qui agit, & eum qui conuenitur, referri, placuit Vlp. in l. redhibere 21. §. idem Pompon. de ædilit. edict. Prat.

ACCIPI nomen alicujus, apud Liuium eſt in albo deſcribi, & in actis inſeri ac recipi, l. 1. de conſul. l. 4. §. qui poteſt de re mil. vbi nomē dare eſt inſcribi & recipi. Forca: & Necyo. dial. 98. n. 5.

ACCIRE. Si ex longinquo quis Acciendus eſt, id eſt, aduocandus, l 8. in pr C. de exhib. & tranſmit. reis. Sic magicis artibus vſi, &c. manibus Acciris audent ventilare, &c. l 6. C. de malef. & mathem.

ACCISÆ res, h. e. amputatæ, exhauſtæ, debilitatæ: ex luculentiſſ. Rhen. annot. ad Liu. Spieg.

ACCLAMATIO. Qui quæſturæ honore viguerunt, acclamatione ſolita excipiantur, l 1 C de quæſtor. & magiſtr. officior. Similiter juſtiſſimos & vigilantiſſimos judices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus poteſtatem, l. 3. in pr. C. de offic. Rector. prouinc.

ACCLAMARE licuit Rectoribus prouinciarum prodeuntibus, Gothoſt. ad jam d. l. 3. verb. profectamus proceſſos.

Accola non eſt, vt exiſtimauit Accurſ. qui aliquo in loco domicilium conſtituit, ſed qui prope aliquem locum ſimpliciter habitat. Alciat. l. 239. de verb. ſign. & proprie juxta flumina ſunt accolæ Verg. in 7. Æneid.

——amniſque vadoſi

Accola Vulturni.

Hi & Accolentes Vlp. in l. 1. §. ſunt qui putent. ff. ne quid in flum. publ. vbi Accurſ. legit Accolarum in Pandect. Floren. accolentium Prat. Spieg. Accolentes, circumcolentes. Briſſ.

Accommodans dicitur, quod proprie ac vere non competit. Goth. ad l. 1. Cod. de inoff. teſtam. vel, Accommodari dicitur, quod ab eo cui proprie conuenit, cujuſq; gratia comparatum eſt, ad aliud transfertur, vt puta, quod benigne ex æquo & bono contra ſummi juris regulas conceditur: adeoque quod ex ſententia & mente legis per interpretationem benigne aptatur & tribuitur, l. 48. ff. de ritu nupt. l. 30. §. in fin. de fideicom. libert. Sic accommodari actiones vel exceptiones dicuntur, quæ ex bono & æquo dantur, l. 2. §. ſi quis tamen, in fin. ff. ſi quis caut. l. vlt. de tranſact. l. 2. vt legat. ſeu fideicom. § rurſus, in fin. & §. item ſi quis jurauerit. Inſt. de act. Et vt plurimum ad actiones vtiles & in factum caſque, quas Prætor ſupplendatum legitimarũ actionum cauſa dat, hoc verbum pertinet, l. 24. de pignor. actio. l. 22. de aq. & aq. plu. l. 55. in fin. de don. int. vir. l. 11. de præſcr. verb. l. 31. § ſi quid ita, de ædil. edi. l. 3. C. de don quæ ſub mod. l. 7. C. de pact. conuent. l. 1. C. de inoffic. teſtam. Accommodare etiam ſignificat, interponere & adhibere, vt in conſt. Gord. Imp. in l. ſi qua 7. C. fam. herciſc. veluti Nomen ſuum accommodare, l. 4. §. ſiue autem ff. de manomiſ. l. 5. C. ſi quis alteri vel ſibi. Es fidem ſuam accommodare, in l. pen. ff. ſi quid in fraud. patron. Et operam ſuam accommodare, l. 3. ff. de obſ. à parentib. In fraudem itaque fiſci vel legis fidem ſuam accommodare dicitur, qui tacite in fidem ſuam recipit, clamque & tacite promittit, ſe non capienti reſtituturum hæreditatem, l. 19 de his, quæ vt indign. l. 3. & l. pen. l. 40. in fin. de jur. fiſc. Briſſ. Sic Iuſtinianus in proœm. Inſt. Robur accommodare dixit, pro dare, tribuere, impartiri. Aldob. ibid.

Accommodo eſt etiam oratam meam verſo, & ad tempus rego, quod aulici dicunt temporizare. Spieg.

Accommodare nomen, eſt nomen alterius, ſui loco apponere & velut nomen commodato acceptum contractu inſerere, in conſt. Impp. l cum propria, 5. C. ſi quis alter. vel ſibi. Prat.

Accommodare notionem. Rector prouinciæ ſuam vocis accommodabit notionem, l. 3. C. de liber. exhibend.

Accommodare dicit Prætor, actiones, interdicta, exceptiones, quas ex æquo bono dat, de quo ſupra. Sic accommodatur ſtipulatio l. 30. de damn. infect. Accommodare conſenſum & voluntatem, audientiam: cognitionem, miniſterium: operam ſuam, partes, patientiam, præſcriptionem, conditionem Briſſ. ex inſt. ff. & C.

Accommodare ſuas partes ad aliquid expediendum, l. 7. C. famil. erciſc. Sic: Abſurdum, leges, ſuas, partes, legatariis accommodare, &c. i. ſubuenire, l. ſcimus jam 22. §. ſin vero creditores, 5. in fin. C. de jure delibet.

Accommode, i. valde commode, c. vbi periculum, de elect. in 6. Nebr.

Accreſcere dicitur portio, quæ vel alteri perſonæ, vel alteri parti accedit: Briſſ. Accreſcit vſusfructus proprietati, dominium, portiones, Briſſ. ex ff. & C.

Accreſcere dicitur alicui res, cum ei qui jam partem habet accedit, atque adjungitur: veluti cum inſula fundo accreſcere dicitur, in l. inſula 56. & leg ergo 30. de acquit. rer. domin. aut cum ei, qui ſolus hæres, ſed ex parte tantum inſtitutus eſt, reliqua pars accedit, l. interdum 13 §. 2. de hæred. inſtit. § hæreditas inſt. eod. Hinc jus accreſcendi apud Iuriſconſ. celebratur, quo portio deficiens, alteri, qui partem adgnouit, acquiritur, l. 1. in fin. l. 3. l. 8. l. pen. de vſufr. accreſcendo. Hotom. Briſſ. vid. infra jus accreſcendi.

Accreſcendi jus eſt, quo pars vacans cedit & accreſcit parti ſub vno toto quaſi ſociæ jam occupatæ. (Hic n. opponuntur pars vacans & occupata.) Perſonæ autem in toto illo (de cujus acquiſitione agitur) pro ratis partibus acquirendis conjunctæ, partes faciunt, conjunctionis iſtius intuitu. Conjunctio ea vel ſimplex eſt, vel mixta: quippe fit primo, aut verbis tantum, 2. aut re tantum, 3. aut verbis & re ſimul. Verbis tantum conjunguntur, cum ſingulis ſua portio eſt attributa; non intellectu ſolum, ſed etiam corpore: vt Titio & Seio ex æquis partibus hunc fundum do, lego. Re tantum conjuncti ſunt, cum duobus vna eademque res ſingulis ſeparatim legatur: vt Titio hunc fundum do, lego; Seio hunc fundum do, lego. Mixta conjunctio eſt, quando & re & verbis perſonæ conjunguntur, iiſque & intellectu & corpore partes attribuuntur: vt Titio & Seio hunc fundum do, lego: In conjunctione verbali jus accreſcendi locum habet, excepto vſufructu. Eo enim relicto pars vſufr. vacans, vel repudiata non accreſcit alteri, ſed ad proprietarem redit, fitque proprietatis & partis illius repudiatæ conſolidatio. In conjunctione mixta, jus accreſcendi locum habet indiſtincte in cauſis omnibus. In conjunctione reali locum non habet. Ius enim accreſcendi conſiſtit in partibus, & quidem vacante aliqua earum, vel aliquibus, cæteris vero occupatis. Si partes nullæ ſunt, vel etiam ſi partes vacantes nullæ ſunt, jus accreſcendi nullum eſt. At in conjunctione reali nullæ partes factæ ſunt à teſtatore: nullæ etiam fiunt à conjunctis vacantes. Aut enim concurſum eſt, aut non. Si concurſum: pars eſt occupata; & jus accreſcendi locum habere non poteſt: quia non pars occupata occupatæ, ſed vacans occupatæ accreſcit. Si non eſt concurſum, jam nullæ ſunt factæ partes: quia in conjunctione reali partes non fiunt, niſi ſolo concurſu, & partis occupatione (à teſtatore. n. nulli pars aliqua rei relinquitur, ſed cuique res tota & ſolida relicta videtur: ſinguli ab initio totum habent, concurſo partes faciunt) adeoque quot perſonæ concurrerint, tot erunt partes hæreditatis. Ergo ſi non concurrunt perſonæ, non etiam conjunctæ ſiunt, adeoque nullam faciunt partem: proinde nec vacantem partem poſtea relinquere poſſunt. Et ſi non concurrunt, cuilibet res data, legata, &c. in ſolidum data videtur: Si vero concurrunt; partem ſuam occupant: proinde non vacantem, quæ occupari poſſit, relinquunt: adeoque jus accreſcendi tunc locum nullum habet: Sed potius jus Non decreſcẽdi. Aliquibus enim jus accreſcendi duplex eſt: proprie dictum, de quo ſupra, & improprie dictum, quoad Re conjunctos; quod jus non decreſcendi vocant. Gœd. ad l. 141. n. 50. de verb. ſign. qui inter alia quoque inter legatum vindicationis & damnationis diſtinguit. Quid ſi plores conjuncti, de jure accreſcendi inter ſe diſceptent? Reſpond. Si omnes conjuncti, vnius ſunt generis, pars deficiens ſeu vacans accreſcit omnibus: Si non vnius generis; tum re & verbis ſimul conjuncti, præferuntur conjunctis ſimpliciter. Inter conjunctos ſimpliciter, conjuncti verbis præferuntur conjunctis re. Quid, ſi repudians partem ſuam, habeat ſubſtitutum? Reſp. Subſtitutus, tanquam ſcriptus hæres ſemper præfertur legitimo, qualis eſt is qui jure accreſcendi cupit vti: Huic itaque tunc non eſt locus. Valet autem jus accreſcendi non in contractibus aliiſque negociis inter viuos: ſed inter hæredes teſtamentarios, itemque legitimos bonorum poſſeſſores eos, qui agunt querela inofficioſi teſtamenti; inter legatarios plures: ac dominos, quorum Seruo vſusfr. legatur, teſte Ant. Gouea. lib. ſingulari de jure accreſcendi. Hæc acutiſſ. Vult. ad §. fin. comment. inſt. de don. & ad t. de SCto Orphit. in fin. vbi plura vid. De orig. iuris accreſcendi, de expreſſa teſtatoris voluntate, & tacitis conditionibus, coniunctionibus, disiunctionibus, in iſto iure, deque aliis vid. inſignem comment. Gœd. ad t de verb. ſign. ad l. 142. & 143. n. 3. & ad l. 15. circ. fin. adde Donel 8 comment. 21. & 7. cap. 12. 13. Gouea, Fornet. Bolog. Ant. Fabr. 6. coniect. 5. Duaren. de iure accreſcendi Cuiac. 21. obſ. 13.

Accreſcendi ius in emptorem hæreditatis vel rei legatæ non tranſit. Cuiac. 21. obſ. 13.

Proprie autem **Adcreſcere** dicimus, quod per alluuionem accedit l. inſula l. ergo, ff. de acquir. rer. dom. Itaque alluuioni comparatur ius adcreſcendi l. ſi Titio. de vſufr. Neque id abs re: nam vt alluuio tacitum latenſque eſt argumentum, ita adcreſcendi iure, portio deficientis alteri ipſo iure adcreſcit, d. l. vnic §. in his itaque, l. 1. in fin. l. 3. l. 8. l. 11. ff. de vſufr. adcreſ. Hic quando locus ſit, diſces ex lege, re coniuncti, ff de legat. 3. & l. triplic., ff. de verb. ſign. & vtrobique Alb. Bartol. Iaſ. Alciat. d. l. re coniuncti. Azo. in ſum. C de teſtam. milit. & vide F. Ripam in d. l re coniuncti. Prat.

Accreſcere pro diminui, in iure accipi interdum Alber. indicat. Spieg.

Accumbere aliud eſt quam ſedere, nam qui accumbit, neque ſtat, neque ſedet, neque ambulat, ſed medium quiddam facit, l. 114. de verb. ſign. Itaque merito Cic. lib. 1. de nat. deor. accubationem & ſeſſionem ſeparat: ingreſſus, ait, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio, comprehenſio. Veteres autem incumbentes cœnabant mulieribus exceptis, quas ſedere ſolitas accepimus. Val. Max. lib. 2. c. 1. fœminæ cum viris cubantibus cœnitabant. Iſid. lib. 20. Etym. cap. 2. Apud veteres Romanos vſus non erat accumbendi: vnde & conſidere dicebantur. Poſtea, vt Varro ait, de vita pop. Rom. viri diſcumbere cœperunt, mulieres ſedere, quia turpis viſus eſt in muliere accubitus. Briſſ. vid. & Cœlium Rhodig. lib antiq lect. 14. c. 58. Forcat. in pen. c. 26.

Accumbere pro iacere l. hæc verba, §. diſiunctiuorum, de verb. ſign. Nebriſſ. Spieg. Prat.

Accumulatio, eſt plurimarum actionum judicialis adjunctio: vt ſi ex vna cauſa plures actiones naſcantur contra diuerſos, vel ex pluribus actionibus ex diuerſa cauſa contra eundem, vid. Alciat. in l. edita. C de edend.

Accuſare non à cudo & cuſo. vt Priſc putat, ſed à cauſa deductum, coniugata verba oſtendunt: Recuſo, Excuſo, incuſo, ſictum enim eſt inſtar Græci αἰτιάομαι. Hot Prat.

Accuſare, deferre, poſtulare, reum facere, ferme idem, Briſſ.

Accuſare, proprie eſt apud judicem, vel alium, & aliquando apud illum quem accuſas, oſtendere quempiam peccaſſe.

Incuſare

Digitized by Google

Incuſare vero dicitur, qui de moribus quæritur, expoſtulatve. Cæterum, quod Servio authore Accuſare & Incuſare eo differant: quod Incuſare proprie ſit ſuperiorem arguere: Accuſare, parem vel inferiorem: vel quod major accuſet minorem: minor incuſet majorem: non eſt perpetuo verum. Interdum alterum pro altero ponitur; niſi quod in judiciis forenſibus nemo dicitur incuſari, Vid. Alciat. in l. judicaſſe reum, de verbor. ſignific. vbi declarat, accuſare proprie quando dicebatur: & infra in dictione Cuſa. Dicimus autem, Accuſo te illi, vel apud illum, vel coram illo, magni ſceleris, vel de magno ſcelere. Spieg. Hotom.

ACCVSARE, etſi generaliter ſignificat aliquem ad cauſam dicendam vrgere, cap. forus §. accuſator, de verb. ſign. Alciat. in l. qui accuſare, Cod. de edend. Vnde accuſationis nomine, & civilis actio perſecutioque venit, l. judiciorum, in fin. ff. de accuſ. & inſcript. l. vero ff. ſolut. matrim. ſicuti cōtra actio pro accuſatione ponitur, l. 1. ff. de crim. ſtell. tot. tit. C. quando civil. actio præjud. crim. tamen obtinuit, vt proprie accuſare, & accuſatio ad criminationes & delationes delictorum referantur: quemadmodū in t. ff. & C. de Accuſ. & inſcr. ſumūtur. Vveſen. Hinc

ACCVSARE eſt agere in criminalibus cauſis, l. 4 Cod. de autorit. præſt. Criminari, l. 19. C. de his qui accuſ. non poſſ. Criminis accuſationem perferre & inſtituere, l. 15. C. eod. Crimen exercere, l. 7. C. ad l. Iul. de adult. Crimen inſtituere, l. 13. C. de his qui accuſ. non poſſ. Crimen intendere, l. 7. C. eod. accuſationem, vel criminis publici accuſationem intendere, l. 4. C. de noxal. act. In crimen vocare, l. 26. C. ad l. Iul. de adult. Briſſon. Brederod. in lexic. in accuſationem deducere: querimoniam deferre: item procedere, l. 4. C. pro quib. cauſ. ſervi.

ACCVSARE eſt judiciis criminalibus publicis, vel extraordinariis experiri, crimenque deferre. Briſſ. vel reum criminis per libellum deferre, ad vindictam & pœnam: Gœd. ad l. 197. nu. 4. de verb. ſign. eſt jus accuſationis, & cauſam criminis in judicium deduere, cognitioni judicis ſubjicere, vt pro crimine digna imponatur pœna reo.

Aliud eſt ACCVSARE majores, ſeu eos quibus reverentia debetur, aliud vero expoſtulare, ac vereeunde exponere ſævitiam eorum intolerabilem. Vlp. in l. 1 §. quod autem dictum eſt, C. de offic. præf. vrb. Spieg.

ACCVSARE jure mariti eſt, in accuſando habere certa ſpecialia, de quibus tractatur in l. jure mariti: & l. quamvis, C. ad l. Iul. de adult. Spieg. Prat.

ACCVSARE falſum; aut innfficioſum teſtamentum, inofficioſam patris voluntatem Briſſ. ex ll ff.

ACCVSARE etiam intelligendus eſt, qui nomen detulit, l. eum patronum, 10. § 1. de jur. patron. Prat.

ACCVSARE ex Vlp. in l qui cum §. accuſaſſe, ff de bon. libert. eſt crimen legitime objicere, & accuſatio legitima criminis objectio, ex eod. Vlp Quia

ACCVSARE eum dicimus, qui crimina objecit, & cauſam perorari vſque ad ſententiam effecit. Cæterum ſi ante ſententiam quievit, vel appellatione interpoſita deſiit, vel advocationem tantum accuſatori præſtitit, Accuſaſſe non videtur. Vlp. in d. l. cui cum §. accuſaſſe, ff. de bon. libert. Prat. Briſſon.

ACCVSATIO eſt maleficij alicujus apud judicem delatio ad vindictam publicam ſolemniter facta. Duaren. 1. diſp. anniverſ. c. 38 vel, vt Hot.

ACCVSATIO eſt criminis ejus, cujus qui reus legitime factus eſt, apud judicem, cujus de ea re notio eſt, expoſitio. dixi, criminis, non delicti, quod illo nomine fraudes, ex quibus Reſpub. læditur intelliguntur: delicto vero privatæ noxiæ. Dixi, legitime. Quod & Paul. ſcribit, l 3. §. 1. ff. de accuſ. ſi libelli inſcriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & Vlp. l. 7. Ante accuſationem ſubſcriptionem eſſe neceſſariam. Itemque vt perſonas, quibus reum facere non licet, exciperemus, vt l. 1. & 2. eod. Dixi, cujus notio eſt, vt ordinem judiciorum notaremur, de quo ſcribit Vlp. l. 7. §. vlt. & Papinian. l. vlt. ff. eod. Dixi expoſitio non delatio quod deferendi verbum ad id tempus pertineat, cum reus fit, & libellus inſcriptionis datur, vt Paul. ſignificat d. l. 3. de accuſ. Hoc enim, inquit, lege Iulia Publicorum cavetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui reum aliquem deferunt. Hotom.

ACCVSATIO tunc dicebatur inſitiata, autore Aſconio, cum interrogatus Reus negaverat ſe crimen admiſiſſe, & delato ſubſcripſerat Briſſ.

ACCVSATIO differt ab Actione, illa enim proprie eſt, ex qua imponitur pœna mortis, vel corporis coercitio, vel pœna pecuniaria fiſco applicanda: hæc autem eſt jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur. Angel. in rubr. Inſt. de publ. jud. Bart. in l. 3. de ſepul. viol. Prat.

ACCVSATIO à maledicentia quid differat, oſtendit Cicero in ea pro Cœlio his verbis: Aliud eſt, inquit, maledicere, aliud accuſare. Accuſatio crimen deſiderat, hominem vt notet, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet, propoſiti, præter contumeliam: quæ ſi petulantius jactatur convitium, ſi facetius, vrbanitas nominatur. Hotom. Adde Fran. Bald. Catecheſin. de jur. civil. cap. 4. circa finem.

ACCVSATIO legitima, hoc eſt, juſta & jure probata, l. miles §. quæ propter ff. de adult.

ACCVSATIO deſerta, vid. l. 4. C. ad Senatuſconſ. Turpill.

ACCVSATIO in l. 3. C. quib. res judicat non noc. idem eſt quod cauſa criminalis, l. 9 C. de accuſ. Gothofr. ad l. 3.

ACCVSATIO capitis, vel capitalis: quæ fit crimine, cujus pœna, mors aut exilium eſt, vel potius cujus pœna mors eſt, ſeu naturalis, ſeu civilis: cum vita, libertas, vel civitas adimitur. Gœd. l. 103. n. 2. 3. de verb. ſign.

ACCVSATIO Internecini quid ſit. explicat Cujac. obſ. 1. c. 2. Internecini, inquit, judicium in eum dabatur, qui falſum teſtamentum fecerat. & ob id hominem occiderat, & accuſatorem ejus bonorum poſſeſſio ſequebatur Cujac.

ACCVSATIONEM inſtituere, vid. inſtituere accuſationē Ad accuſationem admitti; & cōtra ab ea excludi, Repelli. Briſſ. ex ff.

ACCVSATIONIS formam, vid in l. vlt C. de accuſ.

ACCVSATIONVM ſolennia, de quib. in l. 18. de accuſ. & l. 2. §. quidam ff. de adult. fit mentio, ponuntur, in l. 3. de accuſ Briſſ.

ACCVSATIVVS demonſtrat loquentem, & intelligitur in infinito ex parte ejus l. inde Ner. §. fin. ff. ad l. Aquil. quia extranea perſona nunquam ſubintelligitur, l. ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. oblig. quod facit ad formam juramenti, de qua loquitur cap. vt circa de electione lib. 6. Alber.

ACCVSATIVVS quandoque caret regimine, l. filius familias §. divide leg. 1. ibi: eos, i. eorum.

ACCVSATIVVS inducit obligationem, ablativus non, per textum, & notata in l. 1. §. de pactis.

ACCVSATOR Is dicitur, qui aliquem coram judice accuſat, & criminalem ei quæſtionem movet. Huic interdum præmium debetur, vt ſi Famoſi libelli autorem indicaverit, l. lex Cornelia in fin. de jur. taumve impietatis, h. e. hæreſeos arguerit, ſecundum Alb. in l. 1. C. ex quibus cauſ. ſeru. pro præ. lib. accip. Spieg Oldend.

ACCVSATORIS nomen & ad ſpeciem, & ad genus trahi ſolet. Nam genere quodam omnes, qui ſceleris alicujus apud magiſtratus aliquem inſimulant, accuſatores appellantur. Quo ſenſu accuſator accipiendus, cum neminem dicimus ſine accuſatore damnandum eſſe cap. 7. § 2. de munere & honor. Eoque pertinet, quod in Actis Apoſtolorum legimus, Romanis morem non eſſe, hominem vllum ad necem condemnare priuſquam reus præſentes habuiſſet accuſatores, & locum ſui contra criminationes defendendi obtinuiſſet. Adde illud Ambroſij ad Syuagrium. Si leges publicas interrogemus, accuſatorem exigunt. Idque etiam in quadam de Audio Caſſio, divini Marci Epiſtola expreſſum invenimus, apud Vulcat. Gallican. Adde, inquit Divus Marcus, quod non poſſumus reum facere, quem nullus accuſat. Alio modo accuſator appellatur, qui proprio nomine ſubſcripto accuſationem libello delatam ſuſtinet. Et de hujuſmodi quidem accuſatore accipienda ſunt hæc Conſtantini verba: ſive accuſator exiſtat. Ræuar. lib. 4. var. cap. 11.

ACCVSATOR & delator differunt, vid. l. 3. in fin. C. de maleſi. & mathemat.

ACCVSATOR, i. inſimulans, in l. 5. C. de exhib. & tranſmit. reis.

ACCVSATORVM temeritas triplex, tribus modis detegitur, ac tribus quoque pœnis ſubjicitur: aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiverſantur. Calumniari, eſt falſe crimina intendere: prævaricari, eſt vera crimina abſcondere: tergiverſari eſt in vniverſum ab accuſatione deſiſtere. Hæc Martianus ad SCtum Turpill. Maffeus.

ACEDIA, Græcis ἀκηδία, qua deſidia, pigritia, incuria ſignificatur: vt annot. Tiraq. in commen. l. connub. l. 9. num. 25. Albet. corrupte vocat accidiam & perperam exponit, tædium honeſti laboris, contraria eſt induſtriæ, quæ Græcis Philoponia dicitur, teſte Roterod.

ACEO, acorem ſapio, Inde acor, & acidus, atque aceſco. Hujus præterito vſus eſt Vlp. de peric. & commod. rei vend. in princ. cum ait: ſi vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitij ſuſtinuerit, i. factum fuerit acidum, acorem contraxerit. Spieg.

ACEPHALI (vt in Nou. 109. in præfat. & in Auth. idem eſt, C. de hæret. & Manich.) vel, vt alij. Acephalitæ, ita dicti fuerunt, quod qui factionis eorum autor fuerit ignoretur; Maria, vel quod Præfector Eccleſiaſticos non admitterent, vid. Ruſticum Diaconum adverſus Acephalos. Gothofr. ad d. Nou. 109. in præfat.

ACEPHALITÆ quoque Severitæ & Iulianiſtæ, (à Iuliano) & Contobabditæ & Angelitæ, vt ait Damaſcenus, vocati ſunt. Acephali quoque dicti ſunt, quod nullos haberent Epiſcopos, nullos presbyteros, nullos conventus, 18. Niceph lib. 45. 49. & lib. 17 cap. 7 8. vid. Gothofr. ad dictam Authent.

ACEPHALITÆ capita aliquot concilij Chalcedonenſis impugnabant duarum in Chriſto ſubſtentiarum proprietatem negantes. Iſid. Etym. 8. c. 5. quem refert Gratianus, c. quidam autem, 24. qu. 3. Prat.

ACERATVM, lutū paleis miſtū, vt lateratiis vſus eſt. Lucill. li. 10.

ACERBÆ nuptiæ, in Auth. quæ intra luctus tempus factæ ſubjacent pœnæ. Sic Plaut. venuſte acerbam amationem dicit, pro duta & toleratu difficili. Spieg. Acerbus exactor l. 33. de vſur. Briſſ. Acerbus etiam eſt immaturus.

ACERBITAS catenarum, l. 1. C de cuſtod. reor. Acerbitas conuitij, l. 1. C. de ingrat. liber. Acerbitas morbi, l. 29. in pr. C. de teſt.

ACERBOSVS panis factus ex farre minus purgato, nec ſordib. à candido ſeparato. Lucil. lib. 25.

ACERRA Feſto eſt ara, quæ ante mortuum poni ſolebat in qua odores incendebantur.

ACERRIMA condemnatio, pro grauiſſima, C. de his qui latro. vel ad crimin. reos occulr. l. 2. circa med. Spieg.

Acerrima indago, i. diligentiſſima, l. vbi C. de falſ. Spieg.

ACERTO hærede legare: certo hæredi, vt legatum aliquod præſtet, mandare, ſic vt ab aliquo debeatur ſolo, vid. ſupra in vocula A, fuſe.

ACERVVS propriè minutarum rerum congeries eſt, vt frumenti, leguminis, ſalis, Caius: Qui ædes, inquit, aceruum, vt frumenti combuſſerit, vinctus, verberatus, igni necari jubetur: ſi modo ſciens, prudenſque commiſerit. Aceruus lignorum, ſtercoris, pecuniæ. Briſſ. ex ll. ff. Venuleius volt, Aceruum appellatione ſoli non contineri, l. qui aceruus, ff. quod vi, aut clam. Aceruus ſolo non cohæret, ſed terra ſuſt. netur. Briſſ.

ACESCO vid. ACVR.

ACETABVLVM Græce ὀξυβάφιον Alciat in tit. de pond. & menſ. menſuræ genus, eſtque pars quarta heminæ. Alias idem quod Paropſis vid. infra Paropſis Pro acetabula in l. 19 § 9. ff. de aur. argent. legat. Vulgo male legunt tabulas: quæ ſcriptura confirmatur, etiam falſo Horatij quodam loco. Epiſt. lib. 1. Epiſt. 1c. vbi omnes hactenus legerant, Patinas omaſi, non tabulas, vid. Cujac. 10. obſeru. 27. pag. vlt. Prat.

ACETI appellatione non continetur Acetum, quod vini numero paterfamilias habuerit. l. 1. & l. 9. §. ſi acetum, ff. de tritico, vino. Embamma plane Aceti nomine continetur, d. §. ſi acetum. Acetum autem procul dubio legato cedet, ſiue eſui potuique ſit, ſiue extinguendi incendij cauſa paratum ſit. Cujus cauſa id olim in ædibus haberi ſolitum indicant, l. 12. §. acetum, ff. de inſtruct vel inſtrum. & l. 7 §. penult. ff de pen. l. Macrob. lib. Saturn. 7. Quid aceto frigidius, inquit Macrob. quod culpatum vinum eſt? Solum enim hoc ex omnibus humoribus creſcentem flammam violenter extinguit, dum per frigus ſuum, calorem vincit elementi. Hot. Briſſ.

ACETI & vini eadem prope ſubſtantia eſt, ſi modo vinum acuit, l 9. §. vlt. de contrah. empt. Briſſ.

Cæterum & ACETI nomine contineri interdum mel illud, quod ex ortu nobilis ſyderis, aut incumbente cœleſti arcu, non ſecutis imbribus, gignitur dono quodam cœli, tradit Tur. lib. aduerſ. 10. cap. 5.

ACHAIA regio Græciæ ampliſſima, Siconiæ & Elidis media: duodecim olim vrbibus habitabatur, quas Polybius commemorat. Fuit autem proconſulatis prouincia, arg l. meminiſſe, ff de offic. proconſ. Quæ & Peloponneſus dicitur. nunc vulgo Morea. Spieg.

ΑΧΑΙΟ'Σ, id eſt Achiuus vid. Homer. ἰλιάδ. α. ver. 48. & l 1 § 1. ff. de contrah. empt.

ACHILLEÆ, quarum mentio fit in l. 6. med. Cod. de aquæduct quid ſint, vide Cedrin. & Alciat. in ead. l. 6.

ACICVLA vid. infra Acucula.

ACIES Vegetio autore lib. 3 cap 14 exercitus eſt inſtructus, aliquando tamen accipitur pro prælio ipſo & dimicatione, vt Inſt de excuſ. tut. §. filij qui in acie amittuntur, i. prælio Sic & in 2. Tuſc. quæſt. Non ſentiunt, inquit, viri fortes in acie vulnera, & ita accepit I. C. in l. belli amiſſi, ff. eod. tit. idque clarius conſtat ex verbis Theoph. d. §. filij, qui addit, ipſoque in conflictu ceciderint. In acie cadere, aut fugam facere. In acie amiſſi, interempti, filij. Briſſ. ex ff.

ACILIVS Glabrio vid. l. 28 §. 1. ff. de minorib.

ACINATICIVM (Hotom. mauult legendum Acinacium, aut acinaticum) in l 9. in pr. ff. de tritico, vino, ol. leg. vini genus, quod ex vuarum folliculis, atque acinis, expreſſo muſto, additaque aqua maceratis conficitur: Græce δευτέριον, i. ſecundarium. Latini loram, vel loream appellant. Vlpian. de vin trit. leg. l ſi quis. Vinum, inquit, acinaticium, plane vino continebitur. Accurſ acinaticium, pro acinatio legit, interpretaturque eſſe vinum ad vſum comparatum. Quid vero per tale vinum ipſe intelligat, non video. Nam ſi vinum, quod eſt ad vſum comparatum, vinum eſt, quid ineptius dici poteſt, quam appellatione vini vinum contineri. Atqui Iuriſconſultus aliud proſpiciebat, quod poterat in dubitationem venire, An ſcil. lora, ſiue lorea, h. e. vinum illud ſecundarium, quod ex vuarum acinis expreſſo muſto, atq; addita aqua maceratis conficitur, appellatione vini contineatur: cum præſertim major pars aquæ ſit in eo permixta. Nebriſſ. vide & Fortaculum in penu Iuris ciuilis cap. 8. circa finem. Alciat. prædulce eſſe ait, lib. 1. præterm. Caſſiod li 12. Varia. epiſt. explicat, quomodo vinum iſtud ex acinis conficiatur, Briſſo. in prætermiſſ. Mercurialis 5. var. 1. ex Caſſiodor. 12. var. probat, Acinaticium protropæ, ſeu prodromi genus eſſe, à Galeno ſæpius in vſu medicamentorum nominatum. Gothofr. add l. 9 in princ.

ACINVM M. Cato neutro genere vſurpat, pro vuæ grano, quem alij acinum maſc. genere protulerunt, vid. Vall cap 58.

ACCITANI, teſte Macrobio 1. Saturn. Hiſpana gens. Separat autem Plinius Accitanos à Lacetanis, quos alij confundunt cum his perperam apud eundem Plinium Acitania legendum eſt, non Accitana. Cujac. lib. 10. obſ. cap. 35. in fin. Gothofr. tamen in l. 8 in princ. ff. de cenſibus Iaccetani legendum putat.

ΑΚΜΗ, id eſt, ætas 35. annor. ſic dicta, quod ſit creſcendi finis. Goth. ad l. 77. §. curatoris, 1 4. ibi: cũ ad ſtatũ ſuum, ff. de leg. 2.

ACOLYTHI, ſeu ἀκόλουθοι, qui & juuenes, l. 10. C. Theod. de Epiſ. & cleric corrupte in l. 6. C. eo. l. junguntur clericis, è quorum numero non ſunt, l. 54. C. Theo. eod. ibi: cereos & funalia deferebant. Vetantur ceratium exigere ab hæredibus defunctorum, Nou. 59. c. 5. Goth. ad d. l. 6. vid. Duar. 1. de ſacr. 14. vnde ACOLYTHI dicuntur ceroferarij, vel latine accendentes, à deportandis cereis, ſi legendum eſt euangelium, aut ſacrificium offerendum, ait textus cap. cleros, ad fin. 21. diſt. Nebr.

ACONITVM, eſt veneni genus celebratiſſimum, (vel vt Plin. lib. 27. c. 3 herba venenata ac peſtifera) dictum ab ἀκόνη, quod eſt Cos, quoniam, vt inquit Ouid. 7. Metamorph. ex cautib. colligitur, ait enim:

Quæ quia naſcuntur dura vinacia caute,
Agreſtes aconita vocant.—

Meminit etiam idem Metamorph. l. 1. Sunt tamen qui aliter deducant, Cotta in memorat. A Græcis παρδαλιάγχες vocatur, i. pardi animalis ſtrangulator. Sed quia fere ignoratur, quæ ſit ea herba, aconitum vulgo pro quocunque veneno accipitur. Marcellus in l. ejuſdem 3. §. alio Senatuſconſulto 3 ad l. Corn. de Sicar. Si quis, inquit, temere cicutam, & Salamandram, & aconitum, pityocampas, & bupreſtim dederit. Nebr. de Aconito, vid. & Æginetam, 16 cap. 38.

ACOR & mucor ſunt vitia panis & vini, quum aceſcit & muceſcit. Vlp in l 4. ff. de peric & commod. rei vend. periculum acoris & mucoris ad venditorem pertinebit. Proprium autem eſt inter reliquos liquores vino muceſcere, aut in acetum verti, vt ait Plinius lib. 10. c. 20 Spieg.

ACQVIESCERE idem eſt, quod conſentire: vt acquieſcere ſententiæ, in l 5. C. de re jud & acquieſcere rebus judicatis, l. 6. C. de excuſ. tutor Adquieſco Celſo: diſtinguentibus &c. id eſt, ſententiæ eorum acquieſco, vel accedo Briſſ. ex ll ff.

ACQVIRERE, vel adquirere generalius verbum eſt, comprehendens cretionem, aditionem, immiſtionem, geſtionem pro hærede, exiſtentiam, quæ Græcis αὐθαίρεσις & animi deſtinationem ſolam Gothofr. ad rubr. C. de jur. deliber.

ACQVIRERE in plenum, l 6 med C. de bon. quæ liber.

ACQVIRERE pleno jure, l 5 C. ad Senatuſconſ. Tertul.

ACQVIRENS, non ſemper fit locupletior. vid. Gœd. ad princ. l. 58. num. 14 de verb. ſign.

ACQVISITVM id proprie dicitur, cujus dominium tranſlatum eſt.

ACQVIRERE, h e. dominium rerum nanciſci poteſt homo, donec vult, l. ſi creditores, in fin. ff. de ſeparat. l. fin. in princ. ff. de eo per quem factum erit.

ACQVIRERE rerum dominium aut poſſeſſionem dicimur, cum illa jure aliquo ciuili, h e. ea ratione, quæ jure ciuili ad dominij, poſſeſſioniſve tranſlationem inſtituta eſt, nanciſcimur. Dominij namque acquirendi ſex modi ſunt: mancipatio, traditio, vſucapio, in jure ceſſio, adjudicatio, lex. Poſſeſſionis autem ſeptem: pro emptore, pro hærede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro ſuo. Plus ergo eſt acquirere, quam aut adipiſci, aut nanciſci: nam qui rem inuenit, aut cui pignori data aut commodata, aut apud quem depoſita res aliqua eſt, aut ſi ex permutatione alicui res tradita eſt, cum ipſe non ſatisfaciat. pactus, adeptuſve rem aut poſſeſſionem recte dicitur: acquiſiſſe vero nequaquam. Hotom.

ACQVISITA res dicitur Hoſtienſi, vel empta, vel quouis titulo lucratiuo habita Spieg.

ACQVIRI dicitur ei, ad quem commodum pertinet, leg ſi extraneus, in fin. ff de jur. dot.

ACQVIRIMVS ſibi actionem: perſecutionem, exceptionem. Acquiritur actio, poſſeſſio, dos mulieri, hæreditas, legatum, obligatio, præſcriptio, ſeruitus. Briſſ. ex ll ff. & C.

ACQVIRERE & amittere poſſeſſionem opponuntur, ſicut acquirere & amittere hæreditatem. Briſſ ex ll. ff.

ACQVIRENDI ſpecies eſt liberare quem obligatione, Paulo in l. ſpecies 12. ff. de acceptil.

ACQVIRENS & eum cenſuit Accurſ. qui acquirere nitatur, aut velit, l. 1. ff. de autor. tutor.

ΑΚΡΙΒΟΔΙΚΑΙΟΙ dicebantur Ariſtot lib. 5. Ethic. qui jus ad literarum anguſtias reuocabant, ſummo jure utentes. Bud. l 1. ff. de juſt. & jur. Hoc vero qui faciunt & tanquam machina aliqua ſcriptum legis contorquent ad ſeueritatem & duritiam, merito ἀκριβοδίκαιοι appellãtur, id eſt, acerbi & maligni juris

Digitized by Google

Iuris interpretes, quod omnis callida & malitioſa iuris interpretatione vtantur, vt ait Tullius Coro. cap. 51. de æquit. lib. 1

ΑΚΡΙΒΟΔΙΚΑΙΟΝ. ius ſummum exactius & durius, Ariſtu. ibidem: Prat. Generaliter autem ἀκριβὲς iuſtum vocamus, quod eſt numeris omnibus abſolutum ex Bald. ad tit. de nupt. in pr.

ACRIMONIA eſt propriè acerbitas: ſed ſecundum legiſtas eſt pœna quæ infligitur ſacrilegis, ſicut incarceratio, exilium, vel relegatio l. placet §. C. de ſacr. eccl. quæ eſt canoniſata 16. q. 1. c. placet, §. ſub nouarum, vbi de hac dicitur. Oldend.

ACRISSIMVS error quidam legunt in l. 4. C. de inceſt. & inutil. nupt. pro acertimus, quam lectionem probauit Alb. vt not. Goth. ad d. l. 4

ACRITER læſus l. 35. in fin. C de locat.

ACRIVA remedium, l. 3. C. de patr poteſt.

ΑΚΡΟ'ΔΡΥΑ Gaius in l. qui venenum 239. ff de verb. ſign. ſcribit apud Græcos omnes arborum ſpecies continere: quo tamen loco haud ſcio an non BACCARVM potius aut FRVCTVVM legendum ſit, cum inter omnes conſtet ἀκρόδρυα dici (vt Suidas teſtatur πάντας τοὺς τῶν δένδρων καρπούς. Hoto. Ant. Aug. lib. 4 emend. cap. 4.

ΑΚΡΟΤΑΤΗ. Ætas 18. annor. ab Arriano in Indicis vocatur ἀκμαιοτάτη ὥρα: ab aliis prima lanugo. Goth. ad l. 57. ibi: decem & octo annis, ff. de re iud.

ACTVM vid. & infra Actus, & Actum, poſt Actuariæ naues.

ACTVM, factum, geſtum, & contractum, in iure ſæpius idem ſignificant, licet quandoque ſtrictius ſumantur, ac ſubtilia quædam alias interea ſit differentia. Dom. Gœdd ad l. 19. nu. 3. de verb ſig. Omne ergo negotium, quod fit, vel fieri intenditur, modo coniunctim & actum & geſtum & contractum, modo ſcorſim non niſi actum, vel geſtum, vel contractum dicitur, ita quidem, vt à potiori fere ſemper denominatio fiat: ait idem ibid. num. 7 Strictè ergo, quædam aguntur, quædam geruntur, quædam contrahuntur, ibid. nu. 5. Actum generatim, commune verbum eſt, quodlibet factum deſignans, ſeu re, ſeu verbis quid agitur: ſeu fiat corpore, ſeu animo & voluntate: ſeu committendo, ſeu omittendo, ſeu conſentiendo, ſeu diſſentiendo: vt in ſtipulatione.

ACTVM, non formam ſtipulationis, vel ſolennitatem, non negotium ipſum, ſed factum interrogandi & reſpondendi, animum voluntatemque agentium ſignificat ibi. num. 5. Propriè vero Actum non eſt ipſa res, non ipſa verba quibus quid geritur & contrahitur, ſed hoc ipſum factum, quo res & negotia fiunt, quo verba proferuntur, quo conſentiunt, vel diſſentiunt contrahentes. Geſtum vero non tam factum eſt, quàm totius rei compendium, quod expeditur, i. totius rei, vel negotij modus & tractatus, ſiue perficiatur, ſiue quid imperfectè agatur. Contractum vero neque ipſum factum eſt, neque totus rei tractatus, ſed ipſum quod, quoad formam ſpeciemve, agitur geriturve negotium. Sic in emptione, venditione actū eſt id, quod partes agitabant, & inuicem faciebant. Geſtum eſt quod conuenit: contractum eſt, quia de re ac pretio conuenit. h. e. negotium empti venditi inde extitit. Idem in depoſitu: actum eſt id, quia res tradebatur, quia aliquid placebat: Geſtum eſt, quod toto hoc tractatu aliquid expediebatur: Contractum eſt, quia hinc inde negotium factum eſt, nempe vt res cuſtodiæ cauſa eſſet tradita. Atque in eo potiſſimum differt geſtum ab acto, eoque reſpectu actum latius eſt, quam geſtum: quoniam geſtum ad ea tantum acta refertur, quæ aliquam rei, vel negotij adminiſtrationem habent, ſiue ea adminiſtratio publica ſit, ſiue priuata. Vbi itaque agendo, nihil adminiſtratur, nihil etiam geſtum eſſe dicetur. Geſtum non tam negotium & actum, quam modum agendi, & id totum, quod agendo contrahendoque expeditur, deſignat, ibi. num. 10 12. 5. Denique cum certum ſit, actum contractum, geſtum, in idem negotium coincidere & vna concurrere poſſe; inde fit, vt ſæpe vnum pro altero accipiatur, non quidem propriè, ſed καταχρηστικῶς, aut per metonymiam, aut per ſynecdochen: interdum etiam vtroque tropo concurrente l. licet 59. infrà hoc tit Sic in l. more ff. de fer. & dilat.

ACTVM accipitur tam pro geſto & contracto, quam quolibet alio facto: Sic in l. 5. ff. de capit. minut. Actum pro geſto ſynecdochice dictum reperitur, & alias quoque actus pro geſtis legimus. Eraſmo teſte. Sic in l omnem ff. de iudic. & in l. contraxiſſe, ff. de act. & oblig. contractum vſurpatum pro omni acto, geſto & contracto, omniq; facto, quo obligatio conſtitui poteſt Sic geſtum ſæpe pro contractu & acto accipitur, veluti in l. 1 ff. de pecul. tot tit. ff. C. Inſtitut. Quod cum eo, qui in alterius poteſt. ibid. nom. 43. & ad l 20 num. 5. & 8. de verb. ſign. Laurent Valla inter acta & geſta hoc differentiæ aſſignat, quod geſta ſint, in adminiſtratione magiſtratus & in rebus maioribus, & ad rem publicam vel ad plurimos ſpectantibus, vt geſta Alex. geſta Cæſar & ſimilia: Acta vero rerum priuatarum. Sed hæc differentia confunditur à Iurecon. meritoque Vallam refutant Alciat. ad l. 19. & ad l. licet 58. de verb. ſign. & Ioh. Brechæ. ad l 19. nu. 78. eod. tit. vtrumque ſane tam actum ſc. quam geſtum, tum de priuatis, tum de publicis negotiis apud Cic. & alios dicitur. Gœd. vbi ſupra num. 8. Geſta & Acta aliud fere ſignificat apud ICTOS, aliud apud hiſtoricos & Grammaticos Gœd. ad Rub. num 14 de verb. ſign.

ACTA honeſte ſuperiat ætas, id eſt in reb. honeſtis tranſacta. Inter ACTA & Geſta licet videatur eſſe quædam ſubtilis differentia: attamen καταχρηστικῶς nihil inter Actum & Geſtum intereſt. Caius in l. 58 de verb. ſign. de quo conciliare Gœd. ad l. 59. num. 4. 7 9 & ſeqq. item num. 43.

ACTA municipum l. 59. in prin. C. de teſtam.

ACTA ſimulata, veritatis ſubſtantiam mutare non poſſunt l. 2. C. plus valere quod agitur, quam quod, &c.

ACTA diurna, quæ per ſingulos dies fiunt & ſcribuntur. Old.

ACTA Publica ſunt, ait Goth. ad l. 2. C. de edendo. quæ cōfecta ſunt apud publicas perſonas: vt ſunt ipſi judices, actuarij, notarij.

ACTA publica ſunt quæ ad fiſcum, vel ad commentaria Principis, vel ad grammatophylacium pertinent. Sed & Acta publica pro libris ac tabulis continentibus publica ciuitatia acta, id eſt, negocia, quæ & pro legibus, (ſtatuta vulgus appellat) plerunque intelliguntur: id quod apud Pilotium Iuniorem Catanæus aduotauit Spieg Old. Hinc Acta κατ' ἐξοχὴν ſæpe, (non tamen ſemper nec vbique) Acta publica, & commentaria magiſtratuum denotant. Gœd. ad d. l. 59. n. 8 Sic

ACTA ſtrictè propriéque dicuntur geſta ab eo, qui rogatus in Repub. cum poteſtate imperioque verſatus eſt. Sic Cicero Philipp. 1 Acta Cæſaris, & Acta Gracchi, vel etiam Acta dicuntur, quæ per magiſtratum geſta, in literas publicas relata ſunt. Hoc Acta, res quæ in commentariis principalibus relata eſſet, Cic. Phil. 5. & Plin. 5 Epiſt. ad Valerianum. Hæc δημόσια γράμματα Æſchines vocat. Acta igitur libri, ſeu tabulæ erant, in quibus ſcribebantur res geſtæ principis, aut populi, nec etiam leges, idque ex Cicer. 1. & 5. Philipp. & Plin. lib. 5. Epiſt. diſces, & l. 2 de. Lat. lib. 10 C. Prat.

Poſtea conſuetudine ſermonis factum eſt, vt literæ omnes de quorumlibet Iudicum ſententiis perſcriptæ, Actorum nomine cenſerentur. Item quodcunq; apud jus dicentem ad cauſam ſiue publicam, ſiue priuatam pertinens geſtum, ejuſq; authoritate literis mandatum eſſet. Imp. l. 2. Cod. de eden. Is apud quem res agitur, acta publica tam criminalia, quam ciuilia, exhiberi inſpicienda ad inueſtigandam veritatis fidem jubebit. Hinc ſeruum actis interuenientibus nominatu ſuum filium, apud Imp. §. vlt. de adopt. Et donationes actia interuenientibus inſinuari, §. 5. de donat. i. cujus rei memoria in literas publicas relata ſit: Hotom.

ACTA Iuriſconſ. & Imperatorib. libri erant forenſium, ſiue Iudicialium ſcribarum, in quibus Iudicum pronunciata ſcribebantur, apud Paulum l acta 45. ff. de re jud. & alibi ſæpiſſime; Hæc ὑπομνήματα H. Modeſt. l. 13. §. εἰδὼ ὑπομνήματα ff. de excuſ. Galli regeſta vocant, quaſi re geſta; male & inepte efflant regiſtres, etiam ipſi pragmatici & fori tabulæ, Pratei.

ACTORVM genera duo cōſtituiſſe videtur M. Cic. Philip. 5. publica & priuata. Publicis leges & ſimilia, quę à principe gerebātur, cōtinebātur: priuatis teſtamēta, aliave priuatorū geſta. Prate.

ACTA Iudicis ſemel promulgata perpetuam fidem faciunt, etiam mortuo, vel remoto judice, qui de cauſa cognouit. l. 6. & ibi Gothoſ. C. de re jud.

ACTA circumducere, i. antiquare & delere, Paul. de re judi. Acta apud ſe habita, ſi partes conſentiant, judex poteſt ea die jubere circumduci, niſi vel negotium, vel lis terminata ſit. Old.

ACTA & actitata formularij appellant ſua ſcriptorum volumina: quæ ſi perlegas, intelliges nihil aliud in his eſſe, quam barbaram vocum agglutinem. Sicut enim in judiciis hodie conſpurcatis, ea quæ ſemel acta ſunt inani moleſtia, ſæpe repetunt, actum, (vt dici ſolet) agentes: ita bis verbis talem veſaniam & judicandi abuſum, propria confeſſione imprudentes oſtendunt. Quid enim aliud eſt dicere Acta & actitata quam indicare actorum frequentiam & repetitionem? De his eſt textus in clem ſæpe §. ſententiam, de verbor. ſignific. Old.

ACTA aſſertoria dicuntur, quæ allegant, ſed non probant. Zaſ. in §. curare Inſt. de actio.

ACTIONIS ſignificatio latiſſime patet; (vide ſupra Actū & Acta) cōprehendens generaliter omnem viuentis operationem, quę paſſioni opponitur (adeo vt ipſā quoq; vitā agere dicamus) & omnino quicquid agi ſolet: Ergo hiſtrionū quoq; & oratorum & fabrorum actionem dicere ſolemus Prat. vnde illud:

ACTIONES humanæ infinitis rerum circumſtantiis variantur, Qua ſignificatione frequenter vtuntur ICti, teſte Oldend.

ACTIO etiam dicitur totum illud, quod agebatur vna die in ſynodo vel conſilio, c. prima actione, 16 qu 3.

ACTIO pia, id eſt, pius actus, Auth. hoc jus porrectum C. de ſacroſ. Eccleſ. Alb.

ACTIO pro Actu, Vlp l 35 vlt. ff. de donat inter vir. Nam celeritate conjungendarum inter ſe actionum vnam actionem occultari. Prat: Vſus verbi agere) proinde actionis) varius eſt, interque multa ſignificat & Tractare: Cicero, cum mecum ageres. Hinc Curtius actionem dictam putat lib 1. ἀγωνῶν, cap. 15. Namque & agere cum reo dicimus, non agere

reum.l. age cum Geminiano C.de tranſact.

ACTIO in c.1.de maiorit.& obed.& ibi notat. itemque in l. 1. ſi pars hæred.pet. idem eſt quod tractatus, vel aſſenſus.

ACTIO varia quidem denotat: ſed in iure ac ICtorum ſcriptis ſignificatio eius ad eas actiones (vel actus) contrahitur, quæ ad ius pertinent, h.e. ad eos ritus, qui à ICtis excogitati ſunt: veluti nexum, emancipationem, manumiſſionem per vindictã, ceſſionem in iure, teſtamentum per æs & libram: & ſi qui ſunt generis eiuſdem. Porro cum illa omnia certa verborum conceptione fierent, tandem conſuetudine loquendi res eo perducta eſt, vt actio vulgo pro formula & conceptione verborum diceretur. Et cum ea præcipua videretur, qualis aduerſus reum intenditur, inde factum eſt, vt Actio pleruͤque pro querela in iudicio aduerſus aliquem propoſita vſurpetur. Tum enim ab agere, quod queri ſignificat, deducitur: niſi forte queri aliquando plus ſit, quam agere, vt in Orat. pro Cœlio: A quo quæram, ſi prodierit, primum cur ſtatim nihil egerit: deinde ſi id queri, quam agere maluerit, cur productus à vobis potius, quam ipſe per ſe; Agere autem pro queri, aut poſtulare, Cicero multis locis vſurpat, vt pro Cæcina: Si te hodie domum tuam redeuntem armati homines aditu prohibuerint, quæro quid acturus ſis? Item: Quid ergo eſt, impune feci, nam quid agas mecum, ex iure ciuili ac prætorio non habes. Item Quid negligentius maioribus noſtris, qui tantæ rei prætermiſerint actionem? Prat. Hotom. Crebro Actionis ſignificatio reſtringitur ad vſum forenſem. Quas enim Græci δίκας vocabant, eas Romani latine Actiones, cauſas, ſeu iudicia dixerunt. vid. Oldend. in pr loc.com. Actionum iur.ciu. vete inſignium, & Bud. in annot. priorib. & infra Dice. Cæterũ Actionis cognitio in his verſatus, videlicet: Quo autore ſit introducta. Ex qua cauſa; cui detur: & aduerſus quem: An porrigatur ad hæredes; Quid in ea veniat, Quandiu concedatur; Quis ſit exitus; Quid ſpectandum ſit iudici, quid litigatoribus, Anne ſint abſimia remedia, quibus vti poſſimus? Hæc qui ignorat, non feliciter acturus eſt cauſam. Scire autem nemo poteſt, niſi qui ſingulatiter actionum circumſtantias recte tenet, quoniam per omnes actiones variantur. Conſequitur ergo, ſtupidiſſimum eſſe actorem ſeu cauſidicum, qui ſine certa actionis cognitione cauſam perducit ad iudicem, tametſi ſuffaſſis apparatus non deſit verborum, adeoque multarum legum allegatio: quę tamen non magis ad rem accedunt, quam cupreſſus ad naufragium, apud Horatium. Quod tam vere, quam eleganter dictum eſt ab Old.Spieg.

ACTIO debet accipi per emphaſin, teſte Oldend. non pro qualibet externa actione. *Ein vvirchung*: ſicut dicimus, eum qui contra ius aliquid facit, nihil agere. Inſt. quib.ex cauſ. manu. non liceat, ſed pro legitima perſecutione, *ein rechtmeſſige klad oder ferderung*.

ACTIONEM in iure nonnunquam naturaliter accipimus pro eo quod facimus, l. hæredes palam, §. fin. ff. de teſt. Vno contextu actionis (inquit Vlp.) teſtari oportet.

ACTIONIS verbo in vſu forenſi, generaliſſime ſumpto, continetur exceptio, l. 1. de excep. Goth. ad l. 1. C. de pœ.iud. qui mal. iud. Licet ſecus, ſi ſpecialiter actio ſumatur, vt l. 8. §. 1. de verb. ſign. vid. Gœd. ad l. 8. circa fin. n. 2. ac ſeqq. de verb. ſign.

ACTIONIS quoq; verbo cõtinetur & perſecutio, l. 34. vbi Goth. de verb.ſig. l. 57. in fin. eo adde l. 25. de oblig vid. Gœd. d. loc. ad l. 34. n. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. vbi ſcite tradit, quod perſecutio ſit & genus & ſpecies Actionis, nn. 2. 3. Itaque Actio & genus & ſpecies eſt: imo quandoque generaliſſime, quandoq; generatim, interdum ſpeciatim, interdum ſpecialiſſime ſumitur, vt ex modo dictis ac dicendis patet. Actionis nomen ad forenſia relatum trifariam potiſſimum ſumitur: ſicut & verbum Actum & agere l. Labeo 19. de verb. ſig. Primo in genere generaliore omnem ſub ſe perſequutionem continet, qua quid ſeu in iure, ſeu in iudicio poſtulatur, petiturve. l. pecuniæ 178. §. actionis 2. l. 10. tam d. tit. Deinde ſpecialius cõſideratur vt ſpecies perſecutionis, ac definitur ius perſequendi, non in iure, ſed in iudicio, id quod ſibi debetur, §. 5. Inſt. de act. & cum diuiditur in realem ac perſonalem: Illa petitio, hæc actio in ſtrictiſſima ſignificatione (quæ tertia eſt) dicitur l. actionũ 25. l. 28. 37. ff. de act. & obl. §. ſic itaque. vbi Zaſ Donel. & Iaſ. inſt. de act. Hæc Gœd. ad l. actionis 34 nu. 2. de verb. ſig. Imo Actio quandoque & iudicium; interdũ & exceptionẽ ſignificat ſeu cõtinet. alias exceptioni plerunque opponitur: nonnunquam & Accuſationem criminalẽ deſignat: Cur alioquin opponitur Conſ. Gœd. ad l. 8. §. actionis de verb. ſignif. & omnino Vult. in Iuriſprud. Rom. lib. 2. in tract. de action. & in commen. inſt. ad tit. de act.

ACTIONIS verbum, inquit Vlp. in l. 178. §. 2. de verb. ſig. & Imp. in l. 9. C. de hæred. vel act. vend. generale eſt & ſpeciale. Nam omnis Actio dicitur, ſiue in perſonam, ſiue in rem ſit petitio. Itaque cum actio tam varia ſignificet pro re ſubiecta, eiuſque natura, Actionem interpretari conuenit.

ACTIO ſpecialius ſumpta ſignificat Actionem in perſonam, perſonalem perſecutionem ſeu condictionem: Actio vero in Rem ſpeciatim petitio nuncupatur: Ab vtraque hac actionis ſpecie ſegregantur perſecutiones, vtpote omnes extraordinariæ petitiones l. actio, 18. de act. & obl. Gœd. ad §. 2. l. 178 de verb. ſig. Sic actio, petitio, perſecutio, diſtinguuntur in Aquilianæ acceptilationis formula, l. 18. §. 1. de accepti. Hoto. Actio & Perſecutio qui conueniant & differant vid. Gœd. ad l. 34. n. 2. 3. ſeq. de verb. ſign. Et ſi Actio proprie eſt ea perſecutio, (ait ibid. num. 7.) quæ iudicio peragitur: cum tamen multæ perſecutiones ſe inſtar actionis habeant, ſit vt perſecutiones extraordinariæ etiam Actiones καταχρηστικῶς appellentur. Actiones ſæpe vocantur iudicia Gœd. ad d. l. 34. n. 3 vbi vid.

ACTIO pro accuſatione. Pap. l. 1. de crim. ſtellio. Actio ſtellionatus neque publicis iudiciis, neque priuatis actionibus continetur, h.e. hæc accuſatio non è legibus publicorum iudiciorũ eſt, ſed extraordinaria. vid. l. 1. 9. pen. ſupra verb. actionem de Epiſc. & cler. l. presbyteri. ff. de ſepulchro viol l. 1. §. poſthumus, & quæ ibi not. ff. de inoffi. teſt. Alb. Similiter titulus eſt lib. C. 9 Quando actio ciuilis criminali præiudicet: Hot.

ACTIO porro, quatenus eſt perſecutio iudicialis, eſt ius perſequendi (h.e. legitima facultas, vel autoritas permittens perſequi) in iudicio id quod ſibi debetur, hanc actionis definitionem explicat Forcatulus in Necyomantia dialogo 96. n. 5. & Gœd. ad §. 3. l. 178 & ad l. 8. num. 3. 4. de verb. ſign. Sed verbum deberi (id quod ſibi debetur) in iſta Actionis definitione generatim accipiendum (vt ſui ea & in rem actiones comprehendantur) ſecundum §. 3. d. l. 178. vbi dicitur, verbum debuit, omnem omnino actionem comprehendere: qualiſcunque etiam perſecutio ſit, nempe ſeu realis, ſeu perſonalis, &c.

ACTIO Calumnioſa in l. 12. C. de inoffic. teſt. ideſt iniuſta.

ACTIO agi dicitur in l. 23. ff. de præſcrip. verb. Briſ. in Parerg.

ACTIO viuere dicitur Goth. ad l. 3. ibi: viuendi vlterius, Cod. de præſcr. 30 vel 40. ann. & ad l. 3. ibi vltra ſtatuti temporis viuendi ſpacia Cod. de temp. appell. per tit. Inſtit. de perpet. & temp. act. l. 5 C. de annal. excep. & Cuiac. 18. obſ. 37.

ACTIONVM naturalia priuilegia ſunt earum formæ & effectus eis à lege attributi. Gotbofr. ad l. 1. in prin. ibi: ſuis tamen naturalibus priuilegiis C. de conſt. pecun.

ACTIONVM neceſſitas l. 23. C. de excuſ. tutor.

ACTIONIS caſus, Aut. in iſto §. 5. C. de iureiur. propter cal. ſub actione conſtitui, in l. 21 cir me. C. de furt eſt actione teneri.

ACTIO petit pœnam, habet perſecutionem pœnæ l. ſi pro furto. §. furti actio & 9. conditio. ff. de condict. furt.

ACTIONEM dare, eſt actorem ad intendendam actionem admittere, vid. Dare actionem, & Bud. in l. 2. de orig. iur. Spieg. Corraſ. lib. Miſcel. 3. cap 18.

ACTIONEM intendere, actionem inſtruere, actionem dictare, vel formulam actionum inſtituere, ad partes refertur, Schard.

ACTIONEM remittere eſt querelam intermittere. In ciuili tamẽ quandoq; remiſſa actione, obligatio manet ſalua. in criminali autem ſecus eſt, cenſetur enim accuſatione remiſſa, etiam obligatio, & tota remitti l. 5. §. vſque adeo ff. de iniur. & ibi Bart Aliud eſt ergo remitti actionem ciuilem aliud criminalem Quod non contemnendum monet Old. Spieg.

ACTIONEM hæredi alicuius concedi, & hæreditariam eſſe, differunt. Actio enim reuocatoria, quæ patrono datur, non eſt hæreditaria, id eſt, ex bonis libertis, ſed propria patroni l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quid in fraud. patron.

ACTIONIS fruſtrandæ cauſa latitare. vid. l. 3. ff. de iud. & vbi quis agere. Spieg.

ACTIONIS ratio vid Factum: idem noſtris quod caſus ſpecies.

ACTIO & interdictum differunt: in hoc poſſeſſio; in illa proprietas, ſeu dominium vertitur: ſiue in hoc de facto ſeu poſſeſſione; in illa de iure quæ principaliter. Goth ad l. 2. § 3. ff. ſi ſeru. vin. & ad l. 14. §. 3. de exec. rei iud. per l. 3. in fi. ff. vti poſ.

ACTIO non venit appellatione immobilium vel mobilium, l. 1. C. de prætor. pign. vid Tiraq. de retract. lign. §. 1 gl 6. 7. & §. 32.

ACTIO, Celſo l. 51. de obli. & act. eſt poteſtas a Prætore data cauſam ſuam apud Iudicem agẽdi: vt ex vtrinque oratione, quid æquitas ratioque iuris poſtulet, ſtatuat: vnde actionem vel iudicium poſtulare, pro, Iudicem poſtulare & facultatem apud eum cauſam noſtram agendi. Hot. quæ definitio formulas actionum prætorias, olim vſitatiſſimas ſpectare videtur. Nam

ACTIO etiam eſt formula vel conceptio verborum, quibus iudicium à Prætore certa de cauſa poſtulatur, vel ſic:

ACTIO eſt formula iuris ſui recuperatorio iudicio perſequendi, ab eo, qui legis actionem habet, data. Prat.

ACTIO apud veteres nihil aliud, quam formulam ſignificabat: quaſi quis dicat, rerum priuatim agendarum modus & forma ICtorum & pragmaticorum ingeniis excogitata, itaq; vulgo legis actiones vocabantur: quoniam earum rerum, de quibus lex XII. ſcripta erat, agendarũ formam ritumq; præſcribebãt. Pompon. l. 2. de orig. Ex his, inquit, legibus eodem tempore fere actiones compoſitæ ſunt, quibus homines inter ſe diſceptarẽt: quas actiones ne populus prout vellet inſtitueret, certas ſolenneſq; eſſe voluerũt. & appellatur hæc pars iuris, Legis actiones. Quibus ex verbis apparet, Legis actiones olim id fuiſſe, quod nũc vulgus Formulã practicæ appellat. Hot. Prat.

ACTIONIS formula, eſt apta, accommodaq; facti apud iudicem propoſito ſiue expoſitio. Olden. haud abs re carpere videtur cauſidicos, qui neglecta actionis formula, in forũ cauſam deducunt, quã nec ſemel cũ ſuis circũſtantiis recte perpẽderint: errori cauſa prætexta, quod in tit. C. de formul. & imper. legerint, ſublatas eſſe actionum ſolennitates antiquas: putantes propterea incauti, nihil referre, quomodo proponatur factũ, nec vlla opus eſſe actionis inueſtigatione ſpeciali. Multo vero rectius Iaſ. Inſt. de actio poſt Bart. in l. edita C. de eden. docuit. hodie etiam actionum dici, & eſſe formulam, ſicut olim fuit tantumq; eſſe ſublatas verborum aucupationes, nec l. ſi ſeruus nauem, ff. de furt. eſſe correctam. Nã actionis cognitio & formula in primis inueſtiganda cauſidicis. Si enim cauſam exponas iudici, nonne aliquid tãlem petendum eſt, atq; concludendum? Nemo ſanæ mentis negabit. Cæterum petitio vel concluſio libelli, non poteſt recte produci, præterquam ex natura & forma actionum. Ergo neceſſarium eſt, primo loco diligenter inueſtigare & cognoſcere in ſpecie formulã actionis, qua vti volueris. Non dico, vt ſummo iure tantum, verum etiam vt ex æquitatis cenſura eam inueſtiges. In quibus autem actionis cognitio & inueſtigatio verſetur, paulo ante dictum eſt. Oldend. Actio & formula actionum differunt. Illa ad agendi ſubſtantiam: hæc ad formam & quidem verbalem, refertur, Gothof. ad l. 1. de formul. & imper. act.

ACTIO an à cauſa diſcrepet, ſæpe quæri ſolet: gloſ. in verb. actio. item ibi nota. Inſtit. de act. Et Placent. nihil omnino differre exiſtimauit. tit. de def. act. circa fin. Neque enim, vt ipſe inquit, quæcunque petitio vel intentio actio eſt, ſed ratio quæ ſubiicitur petitioni fundandæ intentionis cauſa: vt ſi quis dicat, vendico domum, quia dominus ſum. Hæc ratio ſubiecta, eſt actio. Sed ab hac ſententia communiter fere receſſum eſt, Dd. de rubr. de act. inualuitque Azonis opinio, exiſtimantis cauſam omnino ab actione ſecernendam eſſe glo. in d. verſ. item nota. Cuius rei rationes multæ ab Accurſio recenſentur. Vtraque tamen opinio ſic conciliari poteſt ſi Placentini pronunciatum ad ipſius actionis exercitium referamus. At ſi efficientem actionis cauſam reſpicias, tunc Azonis ſententiæ omnes ſuffragantur Platcan. de rub. de act.

ACTIONES, orationes apud populũ iudiceſve habitæ. Cic. li. de arte Rhet. 2. Quod ſi nunc id agant, velle ſe ſcire, qui lator ſit, qui ſint accepturi, ſe actiones videre & diſſuadere velle. Aſconius in Cornel. argu. Cicero ipſe ſignificat, quatriduo Cornelium defendiſſe, quas actiones contuliſſe eum in duas orationes apparet. Sic Verrinæ actiones fortaſſe non incõmode numerari ſeptẽ poſſent, pro Orationes ad Verris cauſã pertinẽtes. Sed ne actionũ ſignificat, o dubitetur, quæ duæ tãtũ fuerunt: nunquã, quod ſciam, ab antiquis ita nominatæ ſunt. Hot.

ACTIONIS acerbitas interdum verbis temperanda eſt propter reuerentiam perſonarum, quanquam res eadem maneat. Vlp. in l. non debet. ff. de dol. malo.

ACTIO, libellus item eſt, ſcriptura, ſeu formula quæ reo porrigitur, ſiue ſolenni intentione, ſiue qualiquali petitione concepta ſit. Alciat. in l. edita. C. de eden.

ACTIO eſt item executio obligationis, vt probat Vlp. in l. in executio. ff. de verb. oblig. Spieg.

ACTIONUM, inquit Vlp. genera ſunt duo: in rẽ, quæ dicitur vindicatio: & in perſonã, quæ cõdictio appellatur. In rẽ actio eſt, per quam rẽ noſtrã, quæ ab alio poſſidetur, petimus: & ſemper aduerſus eum eſt, qui rẽ poſſidet. In perſonã actio eſt, qua cum eo agimus, qui obligatus eſt nobis ad faciendum aliquid vel dandum: & ſemper aduerſus eundem locum habet, l. 25. ff. de obli. & act. Hoto. Prat. Adde hic ex eodem Vlpiani loco, quod quædam actiones ex contractu, quædam ex facto, quædam in factũ ſunt. Ex contractu actio eſt, quoties quis ſui lucri cauſa cum aliquo contrahit, veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, & cæteris ſimilibus. Ex facto actio eſt, quoties ex eo teneri quis incipit, quod ipſe admiſit: veluti ſi furtũ vel iniuriam cõmiſit, vel damnum dedit. In factum actio dicitur, qualis eſt, exempli gr. quæ datur patrono aduerſus libertum à quo contra edictum prætoris in ius vocatus eſt. Omnes autem actiones, aut ciuiles dicuntur, aut honorariæ, &c. Maffæus.

ACTIONEM diuidit Vlp. in l. pecuniæ verbum, de verb. ſig. in petitionem, & actionem in ſpecie: vt ſit petitio in rem, actio in perſonam. Appellus vir doctiſſ. Actionem, inquit, partimur in medium concludendi, narrationem, & petitionem: ſiue in propoſitionem minorem, & concluſionem. Diuidimus vero in realem & perſonalem.

ACTIONUM ſpecies quæ propter immenſam negotiorũ diuerſitatem variantur, commodis diuiſionibus, ex quatuor rerum cauſis, videlicet efficiente, materiali, formali & finali productis, ſummatim explicantur Inſtit. de actio. per totum.

varias ACTIONUM diuiſiones ac ſpecies vid. in Epito. Pacij diſp. 17. theſ. 5. & in iuriſprud. Romana Vulteij, l. 5. in tract. de actionib. & in comment. Inſt. ad tit. de actio.

ACTIO ad exhibendum eſt actio in perſonam, per quam qui in rem qualicunque actione acturus eſt, eius rei ſibi in publico poteſtatem vt experiatur, fieri poſtulat. l. 2. & 3. ff. ad exhib. Hot. Etſi vero ſunt, qui eam in rem ſcriptam eſſe exiſtiment, tamen hi falluntur, cum eius actionis verba in rem concepta non legamus: quia eam mere perſonalem aduerſus ſcriptores omnes ex Vlp. dicimus: l. 3. §. eſt autem perſonalis ff. ad exhib. non quod ex quaſi contractu, vt Accurſius & reliqui crediderunt naſcatur, ſed potius quia ex quaſi delicto. Cum enim ad exhibendum actio non detur, niſi ei cuius intereſt exhiberi, l. 3. §. ſciendum, & l. ſi liber homo, ff. ad exhib. doloſe feciſſe videtur, qui admonitus rem noluit ei, cuius intereſt, exhibere: de quo dolo coercendo cum agatur, ea actione merito quicunque ad quem commodum peruenerit, conuenietur l. 3. §. fio. ff. ad exhib. Cottaſ. lib. 1. Miſcell. cap. 22.

ACTIONES adiectitiæ vulgo vocantur, quib. non vno certoque agendi modo, ſed variis ex cauſis experiri poſſumus: quales ſunt actio de peculio, de in rem verſo, & quod iuſſu: ſic dictæ, quod ſint adiectiones ceu clauſulæ agendi ex quibuslibet negociis geſtis, cum iis qui ſunt in poteſtate alterius. Neque enim credendum eſt, actionem de peculio, ſpeciem eſſe actionis à cæteris diſtinctam: ſed adiectiuam duntaxat qualitatem aliarum actionum. Ideoque Vlp. mandati depoſitique nomine Patrem vel dominum de peculio tantum conueniri dixit, l. 5. §. cui congruit. l. depoſiti, in pr. ff. de pecul. Nam alioqui non permitteretur creditori perſecutio. l. pen. C. quod cũ eo: cum neque pater, neque dominus ex contractu filij vel ſerui teneantur, l. 1. C. ne filius pro patre: niſi quatenus eſt in peculio, l. 1. ff. de pecul. Cottaſ. §. actiones autem, inſt. de act.

ACTIO ad ſupplementum vulgo dicitur, qua liberi id quod minus legitima ipſis in teſtamento relictum erat, perſequuntur, vt id legis repletione ſuppleatur, l. omnimodo C. de inoff. teſt. introducta à Iuſtiniano, indignum exiſtimante parentum iudicia per querelam inofficioſ. facile reſcindi. Auth. nouiſſima C. eod. eaque actio non minore quam 30. annorum ſpatio tollitur, neque à teſtatore vllo pacto prohiberi poteſt, l. ſi quando. §. vlt. C. inoff. teſt. Item & non præparata tranſmittitur. d. §. vlt. neque propterea expirat, quod aliquis agnouerit quod ſibi teſtamento relictum eſt d. §. vlt.

ACTIO ædilitia competit multis modis, & primo, ſi res vendita, ſit redhibita propter vitium, ſiue morbum, nec tamen à venditore reſtituitur pretium emptori cum actionibus, & aliis quæ ædiles iubent, & in hoc caſu eſt perpetua. Secundo competit, quando conuenit, vt, ſi res vendita non placet, intra præfinitum tempus redhibeatur, ea conuentio rata habetur: ſi de tẽpore nihil cõuenerit, in factum actio intra 60. dies accommodatur emptori. Tertio competit, ſi venditor non vult tradere ſeruum, vel mancipium vel iumentum cum ornamento, cum non oſtenderat tempore venditionis pro ipſo ornamento: vel vt fiat redhibitio rei principalis propter acceſſoria, & tunc competit etiam vſque ad 60. dies, ff. eod. tit. l. ædiles, in pr. & §. vendendi. Quarto vero competit, quando eo loco, qualiter eſt vulgo, habet quis canem, lupum, vrſum, aprum, vulpem, pantheram, leonem, &c. vel animal aliquod quod nocere poſſet, ſiue ſit ligatum, ſiue ſolutum. ff. eod. tit. l. item in & l. ſeq. & ſi homo liber ab illis damnum patiatur, ſeu perierit, ſolidi ducenti præſtabuntur. Actionum ædilitiarum tres in iure ciuili ſpecies ponit Hut. Redhibitoriam, quanto minoris: & in factum Conſ. Vult. l. 2. Iuriſp. Rom. d. loc.

ACTIO æſtimatoria, ſiue de æſtimato, eſt actio in perſonam, per quam qui rem aliquam vendendam recepit, vel ipſam incorruptam reddere cogitur, vel ipſius æſtimationem, l. 1. ff. de æſtim. Hot. De hac olim vehementer dubitatum fuit, an ad nominatos, vel ad innominatos contractus redigi deberet: vtrum ex vendito actio eſſet propter æſtimationem: an ex locato; quia rem vendendam locaſſe videretur: an ex conducto, quaſi vendentis operas dominus rei conduxiſſet: an mandati. Melius itaque viſum eſt, ex hoc contractu, de cuius nomine ambigebatur quidem, conueniebat tamen aliquam actionem dari, æſtimatoriam dandam præſcriptis verbis actionem, l. 1. ff. de æſtim. Old. cum autem negotium ciuile hic bona fide geratur, omnia quæ de bonæ fidei iudiciis dicuntur, in hac præſcriptis verbis æſtimatoria locum habere Vlp. ſcribit, l. 1. §. fi. ff. de æſtim. act. &c. vid. infrà Æſtimatoria.

ACTIO albi prætorij, datur in eum, eoſve, qui album vi corruperunt, aut ſuſtulerunt, ſicut autem olim edicta proponebantur in albo prætoris, ita hodie affiguntur. Schedæ citationis publicæ, quæ & edicta nominamus: & alia quæ proſcribi, id eſt procul ſcribi debent, pro foribus Eccleſiæ, vel collegij, vel curiæ ſenatoriæ. Zaſ. in §. pœnales. Inſt. de act. vid. Epit. Pacij diſp. 18 theſ. 15. 16. 17 & Vult. d. lib. 2.

ACTIO de albo corrupto (ait Hot.) eſt, qua quiuis de populo agere aduerſus eum, qui Prætoris edictum corrupit, poteſt, vt quinquaginta aureorum pœna mulctetur, l. 7. de iuriſd.

ACTIO ambulatoria, vid. Ambulatoria voluntas.

ACTIONES arbitrariæ erant, in quibus non reſtricte certum quid poſtulatur, ſed ita tantum, quod æquius melius iudici videbitur, qui propterea verius arbiter diceretur; quippe qui

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

totius rei arbitrium ac poteſtatem habeat. Earum ſpecies duę: vna, in qua duplex quodammodo ſententia pronunciatur, & prior quidem his ferè verbis, Arbitror debere aduerſario hac ratione ſatisfacere: ante ſecundam porro in litem iuratur. Altera, in qua & vna ſententia profertur, nec in litem iuratur. §. præterea 27. inſt. de act. Prat. vid. Pac. d. diſp. 17. theſ. 2. n. 5.

Actio arbitraria eſt, in qua officium iudicis exercetur mercenarium, actioni inſeruiens, propter aliquod extrinſecum præter naturam actionis, vt enim iudex arbiter, procedit contra reum contumacem. Cæterum eorum ſententia iampridem exploſa eſt à recentioribus: vt Duar. de in lit. iur. n. 42. Corraſ. lib. Miſcel. 4. c. 14 & aliis in d. §. præterea. Nam arbitrariam actionem Iuſtin. dici putat, quæ ex arbitrario & poteſtate iudicantis pendet, d. §. præterea: vt ſi iudex æſtimauerit ſemel ſuo arbitrio (quod ſcite Placen. in ſumm. tit. de act. interlocutoriū appellauit) rem reſtituendam, aut alio modo ſatisfaciẽdum actori, obtẽpereтque reus, abſoluatur: ſin contra minime pareat, damnetur; veluti in actione quod met. cauſ. In actione de dolo l. arbitrio, ff. de dolo: In actione ad exhibendum. In actione rerum amotarum; In actione in factum de publicanis. In rei vendicatione: In confeſſoria, & negatoria: In Publiciana, Seruiana, quaſi Seruiana, & cæteris omnibus quæ cum his ſimilitudinẽ habent d. §. præterea, in quibus priuſquam iudex negotium diffiniat, benigne ante arbitratur interloquendo cui arbitrio ſi paritum non ſit, pronunciat diffiniendo. In aliis namq; actionibus, bonæ fidei præſertim, nullum ante diſfinitiuam interponitur arbitrium, ſed mox cum de cauſa liquet, fert definitiuam iudex Accurſ. Bart. & cæteri in l. 1. ff. de act. empt. Itaque vt verus ſit omnium & planus ſenſus. Actionum quædam bonæ fidei ſunt, in quibus permittitur iudici ex bono & æquo æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri debeat §. in bonæ fidei de actio. Quædam ſtricti iuris ſunt, in quibus videlicet iudex eam libertatem non habet, & quædã arbitrariæ, in quibus quemadmodum actori ſatisfieri oporteat, non ex ſola actionis natura pẽdet, ſed ex iudicis arbitrio. nec tamen libero, qualis eſt illa in bonæ fidei iudiciis, libera poteſtas; ſed quaſi conditione quadam coarctato: niſi is, cum quo agitur, ad iuſſum, & iudicis interlocutionem, actori ſatisfaciat: veluti, rem reſtituat, exhibeat, ſoluat, vel ex noxali cauſa ſeruum dedat. d. § præterea, de act. in Inſtit. Ex quib. iam duo colligere licet: primo errare commẽtatores, qui in rem actiones & alias eiuſdem generis ideo arbitrarias dici volunt, quod iuriſiurandi delatio, ac taxatio quantitatis ex iudicis arbitrio pendeat. Nam arbitrium de quo in d. §. præterea, eſt interlocutio, quam Theophilus μεσίτευσιν appellat, non illa libera deferendi aut non deferendi facultas. quæ in ipſa condemnatione iudici conceditur: neque enim ab ea iuriſiurandi delatione, arbitrariæ actiones denominantur. Secundo pateт ex his, quantum arbitraria iudicia à ſtrictis & bonæ fidei differant. Nam in ſtrictis, cum iudicis poteſtas formulis adſtricta, & tanquam incluſa ſit, liberum ei non eſt ante ſententiam quicquam clementius arbitrari, quam formula ipſa præſcribat. In his vero quæ bonæ fidei ſunt, quia latiſſima iudicis poteſtas eſt, & minime formulis alligata, poteſt, & neglecto arbitrio, ſi ita viſum ei fuerit, protinus ſententiã ferre. Duare de in lit. iurand. n. 48.

Actiones arbitrariæ ſunt (ait Hoto.) in quibus qui iudex datus eſt, non ad certam formulam & ſummam, vt in ſtrictis iudiciis, adſtringitur: ſed ei permittitur ex bono & æquo ſecundũ cuiuſque rei, de qua agitur, naturam æſtimare, quomodo actori ſatisfieri oporteat, §. 30. de actio. Qui ergo in iis diſceptatores dantur, arbitri potius, quam iudices dicuntur: vnde & ipſę nomen inuenerunt. Arbitratum enim Feſto eſt, cum adhuc res apud arbitrum geritur. Huius arbitrariæ actionis iudex (ait Vlp. 2. §. ſi b. r.) non quantitati contractus debet ſeruire, ſed vel excedere vel minuere quantitatem poteſt. Et tanta iudicis huius poteſtas eſt, vt etiam Reum. abſoluere poſſit. ibi l. 4. Differt ergo hæc actio à bonæ fidei actione, quod in illa non nominatur ſumma pecuniæ, ſed tantum quod ex fide bona dari oportet, petitur: in hac nominatur quidem, ſed tamen arbitrio prudentiæque iudicis committitur. Vt ita arbitrij nomen generale ſit, bonæ fidei actiones complectens: ſed diſtinguendi cauſa, vt alias ſępius commune nomen proprium factum eſt, Hotom.

Actio atrox, l. 22. §. 4. in prin. C. de furt.

Actiones beneficiarias ſeſe appellat Old. quas Dd. vocant condictiones, ex l. non ſcripta, vel ex moribus: maxime autem clientelarias conſuetudines: cui adſtipulatur Bartol. reſtis, & quidem ſtrenuus, in l. 1. ff. de condict. ex l. Spieg.

Actiones bonæ fidei cõciſa locutione dicuntur in quarũ formulis Prætor adiiciebat Ex Bona Fide Cic. in Top. in omnibus igitur iudiciis, ex quibus Ex Fide Bona eſt additum, primus earum vſus eſt. Item lib. de offic. 3. & Scæuola ſummã vim eſſe dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur Ex Fide Bona ib. Quid ſibi dare facere oporteat ex fide bona. Nam in quibus hoc additum non erat, iudici dato formulam & ſummam ſibi à prætore præſcriptam, ac definitam egredi non licebat. At in bonæ fidei iudiciis (ait Imp. §. 29. de actio.) libera poteſtas permitti videtur iudici ex bono & ęquo æſtimandi, quantum actori reſtitui oporteat. Hot. Prat. Ac quidam iuris autores certa tantum iudicia bonæ fidei eſſe voluerunt: non quidem, quod Fab. §. actionum de act. putant, ob eorum frequentiam & vtilitatem. ſed neceſſitatem. Siquidem eorum contractuum adeo neceſſarius eſt vſus, vt ſine his humana ſocietas conſiſtere non poſſit, ad cuius conſeruationem referenda ſunt omnia, quæcunque tot ſanctiſque iuris voluminibus continentur. Duar. de in lit. iur. n. 14.

Actiones ſtricti iudicij ſeu iuris (de biſce præter alios, vid. Corraſ. lib. 2. Miſcell. c. 8.) dicuntur, in quibus præfracte iudiciũ à prætore definitur, & quaſi ad viuum reſecatur, vt iudici à verbis formulæ ne tantillum quidẽ recedere liceat. Cicero de iis loquẽ in orat. pro Q. Roſc. Quid eſt in iudicio, directũ, aſperũ ſimplex. Si Paret Et Tantam Pecuniam Dari Oportere. Hic niſi planũ facit, tantam pecuniam ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit. Iudices enim (quippe priuati homines) poteſtatem iudicandi nullam, niſi quam à magiſtratu & qua de re acceperant, habebant: veluti, L. Caſſius iudex eſto. Si apparet aureos xx. Næuio dare oportere Sempronium, eum tantæ pecuniæ condemnato. Poterat L. Caſſius de aureis xx. iudicium ſtatuere: de vno minus aut amplius, nõ poterat. non accepta ſcil. à prætore poteſtate. Nã poteſtates & imperia ſunt penes magiſtratus: iudices autem priuati (vt diximus) homines erant. Itaque ſi maxime vndeuiginti deberentur, quia tamen viginti petita ſunt, petitorem iudex damnabit. Vnde illud vulgatum, vt quis plus peteret, cauſa caderet. Officium ergo iudicis eſt, conſtituere ſimpliciter, debeãtur ne xx. aurei an non debeantur: non autem de aureorum numero arbitrari. Tranquillus Claudio: Nam & iis qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones. De ſtrictis iudiciis loquitur, in quibus ſi petitor aſſe vno plus poſtulaſſet, condemnabatur. Hos vid. Pac. de diſp. 17. theſ. 2. nu. 5.

Actio κακώσεως apud Athenienſes erat, quæ dabatur parentib. aduerſus contumaces filios & ingratos. Vt ex Phil. 4. Demoſt. colligitur: quæ doctiſſ. viro Franc. Connano videtur Latine appellari poſſe malæ tractationis, de qua infrà. Κάκωσις enim afflictionem & vexationem ſignificat. Connan. lib. 8 cap. 12.

Actio Caluiſiana, eſt actio in perſonam, qua patroni vtũtur ad ea reuocanda, quæ in ipſorũ fraudem liberti alienarunt. Hot. Cum hac eadem fere eſt, quæ Fauiana appellatur, patrono etiam competens ad reuocanda, quæ in fraudẽ eius à liberto geſta ſunt l. 1. ſi quid in fraud. par. l. videamus §. in Fauiana. ff. de vſur. Aduertendum vero & ad hoc, quod doctores omnes concludunt in §. item ſi quis in fraudem, inſt. de act. dari aliam ſpeciem Caluiſianæ, quæ dicitur vtilis quæ competit filio arrogato contra recipientem à patre alienante in fraudem ſuæ partis debitæ à iure, vt in l. ſi. ff. ſi quid in fraud. patron. Gome. d. §. item ſi quis in fraudem, n. 45. vide infra actio reuocatoria & Pac. d. diſp. 17. theſ. 29. & Vult. lib. 2. Iuriſp. Rom. d. loc.

Actio calumniæ, quam vſus vel certe abuſus, Olden. teſte ficus pleraque alia præclara legum ſancita ſuſtulit, occurrebat actoris malitiæ. Nouel. de litigiot. §. ad excludendas, quoniam neque decernebatur citatio, neque ad executionem perducebatur, niſi cautione ab actore data, quod intra duos menſes litem conteſtaturus, vel omne damnum ei qui conueniretur, reſtituturus eſſet in duplũ. cautione tamen non tranſcendente xxxvi. aureos. Probatur l. 1. Cod. de lit. conteſt. Nouell. ne execut. §. 2. Et hæc quidem cautio initium litis reſpiciebat. Hodie vix longo tempore peruenitur ad conteſtationem litis, adeo in præparationibus calumniamur omnes. Spieg. Hac actione, litem alteri calumnioſe intendens, ſi damnatus eſſes, decimam partem eius quod petieras, aduerſario ſoluere cogebaris. Hot.

Actio cautionis iudicio ſiſti condictitia competit ei qui ſtipulatus eſt iudicio ſiſti aduerſus reum ipſum, vel fideiuſſorem eius, qui promiſit. l. 2. qui ſatiſd. cog. Hæc alias pœnam perſequitur, ſi eſt in promiſſione: alias rem ipſam, h. e. id quod intereſt. l. 2. §. vlt. & l. ſeq. qui ſatiſd. cog. Actio vero cautionis iudicio ſiſti, in factum prætoria, ſemper eſt pœnæ perſecutoria, vid. Oldend. Claſſ. 5. actio 6. Spieg. Cæterum ſi quis non eſt admiſſus ad cauendum, ſicuti iure tenebatur, ideoque tractus in cuſtodiam; huic actio in factum conceditur, aduerſus eum qui recuſauit accipere legitimam cautionem.

Actio cautionis vſufructuariæ tam multa habet ſingularia, vt non ſufficiat actorem remittere ad ordinem ſtipulationum communem: nec eſt ſuperflua, ſicut Dd. in obſcuram diſputationem torquent: imo eſt valde neceſſaria, teſte Olden. & obſtat futuræ ſeuitati vſufructuariorum, Spieg. Coguntur enim domino proprietatis cauere, ſe boni viri arbitratu vſuros, & reſtituturos ſe, quicquid fructum extabit finito vſufructu, & ſi forte hanc cautionem recuſauerint, non traditur eis res, neque conceditur actio priuſquam ſatiſdederint l. ſi cuius rei, in prin. ff. de vſufr.

Digitized by Google

ACTIO centumuiralis. Quære centumuirale iudicium.

ACTIO certi eſt, quæ ex certa & nominata contractus forma nata non ſecundum verba contrahentium, ſed ſecundum iuris ordinationem intenditur, vt apparet ex l. cum mora C. de tranſact. Pract.

ACTIO chirographaria ſecundum Olden. proprie promiſsio eſt, debitoris manu vel ſcripta, vel ſubſcripta. l. chirographis, ff. de admin. tut. vid. eundem Act. xxx. Claſſ. iv. Spieg.

ACTIONES circularis, ſiue circuli, quem Saltabellum vocant formularij, in l. 1. §. cum prædium pignori ff. de pigno. & in l. vſucapio. C. eo. tit. falſa eſt imaginatio, ſicut Bart. quoq; animaduertit in iam citata l. vſucapio. teſte Old. in copia ſua. Spieg.

ACTIO ciuilis eſt, quando quis ciuiliter & non ad pœnam & vindictam agit. Criminalis vero, quando quis de crimine ad pœnam & vindictam in iudicio experitur. Sic pro iniuria & ciuiliter & criminaliter agere licet. Ciuiliter quidem, quando iniuriæ æſtimatio habetur, quam is, qui iniuriã accepit irrogari ſibi poſtulat. §. pœna Inſt. de iniur. Criminaliter vero, quia extraordinaria pœna imponi petitur, eaque vel ad mortem vſque protendi poterit, vt plerique omnes voluerũt. Illud vero in vniuerſum ſciendum eſt, ciuilem actionem, in qua de re familiari agitur, non conſumere criminalem actionem, nec è contra l. vnica C. quando ciuilis actio crim. Vnde qui in factum actione, propter ſuppreſſum teſtamentum, cum ſua intereſſet, egit, poterit poſtea, imo & quiuis alius, cũ publicũ ſit iudicium, de falſo, criminaliter accuſare. Nec intereſt, vtrum ciuilis actio, an accuſatio prius proponatur, d. l. vnica, ſed vtraque eodem iudicio proponi non poteſt: & vbi criminale iudicium publicum eſt, præiudicium ei fit per priuatum, vt ſcilicet prius cognoſcatur de priuata ciuilique actione: ſic accipiendum eſt quod reſpondit Paulus l. interdum de pub. iud. interdum euenire vt præiudicium publico iudicio fiat, ſicut in actione legis Aquiliæ, & furti, & vi bonorum raptorum, & interdicto vnde vi, & de tabulis teſtamenti exhibendis: nam in his de re familiari agitur. Bald. ad tit. de l. Aquil.

ACTIO cõmodati eſt perſonalis actio, qua id, quod gratis alicui vtendum dedimus, reddi nobis poſtulamus, vt docet Imp. §. 2. quib. mod. re contrahatur. Hotom. Hæc actio (ait Schar.) eſt triplex: directa, vtilis & contraria. Directa competit ei, qui rem aliquam commodauit, contra commodatarium, ad repetendum ipſam rem, vt ei res & eius acceſſiones reſtituantur, facto & expleto vſu, propter quem commodata eſt, ff. commod. l. 1. l. 17. § ſicut. Actio commodati contraria ei competit qui commodatum accepit, in eum qui commodauit, & impenſas in rem commodatam factas repetit, idque ſecundum diſtinctionem Goil. in rebus 18 § polluit. §. commod. Quod autem contraria competat, Paulus docet l. in commodato 17. § 1. ff. eod.

ACTIO commodati vtilis competit, vbi non eſt vere commodatum, ſed interpretatiue. Aut ſi is commodauit, qui commodare aut commodato accipere non poteſt. Exempla patent apud Vlp. & Paul. vid. epitom. Pacij diſp. 18. theſ. 26. 27. 28 & Vult. lib. 2. Iuriſp. Rom. d. loc.

ACTIO communi diuidundo dicitur, quæ datur iis, qui res quas vel voluntate, vel fortuna inter ſe communes habent, per arbitrum diuidi, & ſiquid alter alteri debeat, præſtari poſtulant. Paul. l. 1. ff. commun. diuid. Hoc iudicium ideo neceſſarium fuit, quod actio pro ſocio magis ad perſonales inuicem præſtationes pertineat, quam ad communium rerum diuiſionem. Hot. Conf. Pac. d. loc. diſp. 19 theſ. 16 ac ſeq. & Vult. lib. 2. Iuriſp Rom. d. loc. Hæc actio de communi diuidundo, vt & familiæ herciſcundæ, in ſtam cauſam habet, quod realium exemplo ratione dominij intendatur l. per hoc iudicium, ff. commun. diuid. quod pro parte apud vnum eſt, & ſequatur quemlibet rei poſſeſſorem, licet titulo ſingulari poſſidentem l. 1. C. com. diuid. Cum actionibus vero in perſonam participat: quod ex quaſi contractu naſcatur hæc obligatio. §. item ſi inter. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi cont. & quod perſonales habeat præſtationes. Ratione quippe fructuum perceptorum, & neceſſariarum impenſarum hæc actio cõpetit. l. 3 ff. commun. diuid. Differt autem ab actione famil. herciſc. quod hæc pro vniuerſal. pati ſolet. Communi vero diuidundo, pro ſingularibus rebus d. §. item ſi inter aliquos. Deinde familiæ herciſcundæ datur inter plures cohæredes, quod inter eos res hæreditariæ diſtribuantur, l. 1. ff. famil. herc. Communi diuidundo non ſolum inter cohæredes, ſed & alios: vt ſi duobus eadem res donata eſt, l. 2. C. comm. diuid. vel ſi inter quos ſocietas coita eſt: nam ſi ea interuenerit, hoc quoque iudicium, nedum pro ſocio datur.

ACTIO competens l. 3. C. de aleatoribus, l. 12. C. acquir. poſſ. l. 3. C. de interdict.

ACTIO condictitia, actio perſonalis, in qua condicimus Imper. § 1. quib. mod. re contr. Daturque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. nam perinde ei cõdici poteſt, SI APPARET eũ dare oportere, ac ſi mutuum accepiſſet. Vlp. l. ſiquis 24. ff. ſi cert pet. Sed illa cõdictitia actione id petitur, qui debet, per quam certũ petitur. Hot. vid. infrà condictitia lex.

ACTIO conducti, ſiue ex conducto, eſt actio in perſonam, per quam is qui vel rem vtendam, vel opus faciendum conduxit ſiue recepit, vt vel re ſarta tecta vtatur, vel operis perfecti mercedem conſequatur, poſtulat. Hot. competit autem ipſi conductori ex his cauſis fere, vt puta ſi re quam conduxit frui ei non liceat, forte qui poſſeſſio ei aut totius agri, aut partis non præſtatur, aut villa non reficitur, vel ſtabulum, vel vbi greges eius ſtare oporteat; vel ſi quod in lege conductionis conuenit, ſi hoc non præſtatur, ex conducto agetur. Hoc tamen intelligendum eſt ita, vt ſi culpa locatoris id accidat, quanti intereſt conductoris, ſoluat: ſin caſu, cui non poteſt reſiſtere, mercedem pro impedimenti ratione remittat. Connan. lib. 7. c. 11. n. 16. & 17. Conf. Pact. Epit. diſp. 18. theſ. vlt. & Vult. lib. 2. Iuriſp. Rom. d. loc.

ACTIO confeſſoria eſt, cum actor aſſerit ſibi vel prædio ſuo ſeruitutem deberi. Sic viciſſim. Negatoria, quando actor aſſerit, & contendit prædium; vel domum ſuam, eſſe liberam ab aduerſario, & petit aduerſarium moleſtantem compelli, & condemnari vt deſiſtat: & declarari, quod ei nulla ſeruitus ad fũdum meum debeatur. Zaſius in §. æque. Inſtit. de act. Itaque actionem confeſſoriam intendens, ſibi ſeruitutem deberi: Negatoriam proponens, ſibi libertatem aſſerit. Et hæc actio confeſſoria duplex eſt: directa, illis competens, qui directum habent dominium earum rerum quibus debetur ſeruitus, aduerſus illos, qui pariter eius rei, quæ ſeruitutem ſuſtinet, directo domini ſunt: & vtilis illi prodita, qui in prædio dominante vtile dominium habet, aut ſaltẽ ius aliquod in re; verbi gratia; creditori, qui rem pignoris iure poſſidet, l. creditor. ff. de noui oper. nunt. Fructuario. l. 1. ff. ſi vſusfruct. petat. Superficiario. l. 1. §. fi. ff. de ſuperficieb. Eademque ratione emphyteutæ, vaſallo, & aliis id genus. Confeſſoriam autem actionem Vlp. aliter accipit in l. proinde. §. 1. ff. ad leg. Aquil. pro ipſa ſc. legis Aquil. perſecutione, vel, vt Balduin. tradit ad §. æque. Inſtit. de act. pro actione, quæ interrogatoria vocari ſolet, nempe quæ ex eius, qui interrogatus eſt, reſponſione, ſiue confeſſione dabatur, l. 23. §. vlt. & l. 25. §. 1. ad l. Aquil. vlt. de interrog. act. Porro notant Dd. exempla, in quibus confeſſoria intentatur verbis negatiuis, & negatoria verbis affirmatiuis, in c. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſ. & propr. vbi bona gl. de his extr. de iud. in c. examinata. & in d. l. 2. ff. ſi ſerui. vend. Actio confeſſoria (ait Hot.) eſt, per quam rem noſtram ab alterius poſſeſſione in dominium noſtrum vendicamus. Imper. §. 2. Inſt. de act. vide Pac. diſp. 17. th. 10 & Vult. d. lib. 2.

ACTIO conſtitutoria, ſiue de conſtituta pecunia, ſeu de conſtituto eſt, qua cum eo agitur, qui vel pro ſe, vel pro alio ſoluturum ſe, ſine vlla ſtipulatione conſtituerit, vt docet Imp. §. 8. & 9 de actio, itemque toto tit. de conſtit. pecu. ff. Hot. Conf. Epitom. Pac. diſp. 18. th. 1. ac ſeq. & Vult. d. loc. Eſt autem aliquanto fortior, quam nudum pactum, & aliquanto fragilior ſtipulatione. Spieg.

ACTIO damni iniuria, aduerſus eum competit, qui damnum iniuria dederit, vt quanti plurimi res, vel anno proximo, vel 30. diebus proximis fuerit, tanti damnetur pro caſibus, qui ex lege Aquilia cognoſcuntur: tit. de leg. Aquil. in Inſtit. & Pand. Dicitur autem actio damni iniuria, præciſe: pro damni iniuria dati. Itaque apud Cic. legimus in orat. pro Qu. Roſc. cum in libris noſtris frequenter INIVRIÆ in ſecundo caſu legatur. Hot. vid & infra. Actio. leg. Aquil.

ACTIO datiua, actio natiua. Differentia hæc datiuæ natiuæque actionis, teſte Alciato, nuſquam in iure noſtro legitur, ſed promiſcue ISCti dari naſciue actionem dicunt; ex qua forma loquendi hæc differẽtia communiter à ff tradita originem ſumpſit, quam explicare operæ pretium eſt. Datiuæ ſunt, inquit Bart. in l. 1. ff. de actionib. quæ immediate à lege conceduntur ſine matre, vel. iuris gentium, ff. de pact. Natiuæ ſunt, quæ matrem habent obligationem, l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. vt ecce, inquit, Adam fuit homo datiuus ſine patre & matre à Deo datus, cæteri natiui ſunt. Profecto hæc differentia, ſiue Bartoli primum fuerit, ſiue cuiuſquam, datiua eſt, h. e. nullo ICto autore edita, ſed ab ipſo excogitata, vel potius ex ipſius capite nata, vt Pallas ex Iouis capite. Siquidem nullum eſt diſcrimen datiuæ & natiuæ actionis, ſed omnes dantur & naſcuntur promiſcue, vid. Forcatul. in Necyom dial. 97.

ACTIO natiua, teſte Zaſio in princ. Inſt. de act. num. 8. 9. 10. eſt, quæ præiacentem habet materiam, eamque ſufficientem & efficacem, vt inde actio deriuetur, ſicut ſunt contractus & conuentiones legitimæ.

ACTIO datiua eſt, quæ materiam quidem præexiſtentem habet, ſed non idoneam ad producendam actionem profectam, niſi nominatim adiuuetur lege, prætore, conſuetudine, Zaſ. de partibus dicto loco. & lib. 2. ſingular. reſponſ. c. 5.

ACTIO de arboribus ſucciſis (vide infrà Actio furtim cæſarum) 12. tabul eſt actio in perſonam, per quam qui alienas arbores exciderit, æris 25. damnatur: hanc enim conſtitutam pœnam fuiſſe, Plin. lib. 17. c. 1. teſtatur. Hinc tit. Arborum furtim cæ-

ſarum, lib. Pand. 46. & actio arborum furtim cæſarum, quam quidem pecuniariam eſſe ex l. 12. tabul. Prat. & ſimiliter affirmat Cujac. obſeru. lib. 9. c. 12. in princ. ſed addit (vt Gaius ad eam legem annotauit) quod coerceantur etiam tanquam latrones, qui arbores, & maxime vites, cæciderint, quod & Seruius confirmat in illum Virgilij locum: Atque mala vites incidere falce nouellas. Fuerat, inquit, capitale ſupplicium alienas arbores incidere. Actio legitima eſt in eos, qui cædunt, ſcindunt, ſecant. His enim tribus verbis lex vſa eſt. Cujac. ſupra alleg. loc. Et appellatione arborum etiam vitem, ederam, arundines, ſalicta & ſtirpes contineri, Vlp. ſcribit in l. 3. ff. eod. Porro ſi furtim arbores cæſæ ſint, & ex l. Aquil. & ex l. 12. Tabul. dandam actionem Labeo putat: ſed Trebat. ita vtramque dandam ait, vt Iudex in poſteriorem deducat id, quod ex prima conſecutus ſit, & ex reliquo reum condemnet, l. 1. ff. eod. Cujac. Hot. Vveſemb. Prat.

Actio dementiæ nihil aliud eſt, quam petitio curatoris dandi furioſo patri, aut mente capto. Cujac. obſ. 9. c. 13. quo loco etiam iudicat alia in ſcholis, alia in foro actionibus nomina dari, vt inſcripti maleficij in ſchola, ſtellionatus eſt in foro: malæ tractationis in ſchola, rei noxiæ, vel de moribus in foro: talionis in ſchola, injuriarum in foro: abdicationis in ſchola, exhæredationis in foro, &c. Cuja. d. loc.

Actio de dote, eſt actio in perſonam, quæ diuortio facto mulieri ad dotem exigendam aduerſus maritum datur, & maritum in id tantum, quod facere poteſt, damnat, l. maritum, 12. 13. 14. ff. ſol. matr. Prat.

Actio de dolo, majoribus hoc præſtat quod minoribus reſtitutio in integrũ. Et plerunque datur, vbi ex dicto vel facto alia nõ naſcitur actio. Vlp. in l. quod venditor. ff de dol. mal. Spieg.

Actio de dolo competit mihi, quando damnum dolo malo à quouis eſt mihi datum: vel ſi quis aduerſus me verſetur doloſe conſulendo, vel malitioſe negotia mea adminiſtrando, nec ſupereſt aliqua ciuilis actio, qua poſſim experiri: tam directa quam vtilis, ſeu in factum actio: nulla item directa prætoria. Conna. lib. 7. c. 15. nu. 15. Sed non datur, niſi duos aureos excedat. Hæc autem non datur liberis contra parentes. Ratio: quia odioſa eſt, & in ea condemnatus, infamis efficitur. Nec datur liberis contra patronos, nec humili aduerſus eum qui dignitate excellit, nec plebeio aduerſus conſularem receptæ authoritatis, nec luxurioſo aduerſus hominem vitæ emendatioris. Datur tamen hæc actio in factum contra prædictos, vt fiat mentio bonæ fidei: & verbis ſit temperatis, in conditione libelli, in qua nulla eſt facienda mentio doli. Hæc probantur ff. de dolo. l. ſi oleum. 5. fin. cum l. ſeq. Old. Prat. Conſ. Epitom. Pac. diſp. 20. theſ. 6 & Vult. d. loc.

Actio de dolo & furto eorum, qui ſunt in miniſterio cauponum, ſtabulariorum, vel nauem exercent, datur aduerſus caupones, ſtabularios, & nautas, in duplum, obligatione ex quaſi maleficio deſcendente, illa ſcilicet ratione, quod in culpa ſint, qui huiuſmodi ſeruorum colluuiem, in ſuum contubernium aſciuerint, juxta notata Alciati in l. ſeruus C de pact. Si quod tamen ejus rei nomine præſtiterint, ab eo qui quaſi deliquit, recuperandi facultatem habent, argumento l. ſi vero. §. cum autem ff. de his qui deiec. vel effud. Eſt & alia in factum actio, quæ ex iuriſdict. prætoris deſcendit contra eoſdem prodita, & de Recepto nuncupari conſueuit, l. 1. ff. naut. caupo. ſtabul. ob id ſcilicet, quod res ſuſceperint vel receperint, ſiue ipſi, ſiue eius familiares, aut alius quantumlibet extraneus rem ſurripuerit, aut alias quoquo modo læſerit, d. l. 1 §. vlt. & ll. ſeq. eaque & rationem habet, ne id genus hominibus cum furibus coeundi anſa præbeatur, d. l. 1. poſt princip.

Actio de iureiurando eſt, per quam is, qui aduerſarij poſtulatu deberi ſibi pecuniam iurauit, ita eum damnari poſtulat, ſi planum faciat ſe illius poſtulatu iuraſſe: vt docet Imper. 11. de action. Hoto. Hanc & iudicati actionem appellant. l. miles §. iudicatum, ff. de re iudic. ſiue, vt vulgus Doctorum voluit, in factum actionem ex iudicato deſcendentem: DD. in l. actum. C. eod. In eum autem datur actio ex iuramento deſcẽdẽs, qui juſiurandum detulit, ejuſque hæredẽ; ſiue quis vtili perſonali experiatur, ſiue reali, quando ab eo, qui dominus erat, per ſuũ ſacramentum auocauerit, l. ſed etſi poſſeſſori, ff. eod. &c.

Actio de moribus vid. Iudicium de moribus.

Actio de paſtu pecoris ex leg. 12. Tabul. inſtituta eſt, cum in meo fundo pecus tuum depaſtum eſt. Nec enim de pauperie noxalis actio ſufficiebat: quia paſtus pecoris, nec pauperies, nec damnum eſt. Hoto. Conceditur autem ei cujus glans depaſcitur ab alieno pecore immiſſo, ſiue id fiat in proprio fundo. ſiue alieno, aduerſus eum, qui pecus ſuum immiſit ad depaſcendum. Nam hæc eſt prima ratio hujus actionis introducendæ, quod ſæpe immitti ſoleat pecus in alienum fundum non ſine damno. Cumque nihil corruptum ſit, ceſſat directa Aquiliæ, & quia factum immittentis interuenit, non habet locum actio de pauperie. Hæc ergo introducta fuit perſecutio. Vnde conſequitur; primum, quod, tametſi in alieno ſolo nihil corrumpatur, neque contra vſum ſolitum glans conſumpta ſit à pecore, quando tamen damnum adfertur, & nullo iure ſit, vtilis actio Aquiliæ cum hac concurrit. Deinde, quod ſi pecus ſuo motu vel laſciuia fundum alienum ingrediens, glandem comederit, aut ſepes aliudve quid corruperit, ſine vllo immittentis facto, & ſine culpa paſtoris, tunc exercenda eſt actio de pauperie, l. vltima. C. ad l. Aquil. Old.

Actio de patre patronove in ius vocato, eſt, per quam filius emancipatus aut libertus, qui patrem patronumve ſine prætoris venia in ius vocauit, pœna 50. aureorum damnatur, l. pen. ff de ius voc. Hot. Prat.

Actio de peculio eſt, per quam is, qui cum filiofamilias ſeruove contraxit, contra patrem, dominumve ita agit, vt quoad profectitium peculium ferre poſſit, ſoluere damnetur: vti docet Imper. §. 10. de action. & tot. tit. de pecul. ff. Eſt vero actio perpetua in patrem vel dominum, ſed mortuo vel manumiſſo, alienatove filio vel ſeruo, incipit eſſe annalis: quod merito factum eſſe ait Vlp. l. 1. §. 2. quando de peculio actio annalis eſt. Nam cum morte vel alienatione extinguitur peculium, ſufficiebat vſque ad annum produci obligationem. Sciendum eſt autem, non certam quandam actionis ſpeciem hanc eſſe, quæ per ſe conſtet: ſed adiectionem, qua principalis actio deſignatur. Nam ſi depoſiti, commodati, mandati, filius familias obligatus ſit, datur aduerſus patrem actio depoſiti ex peculio, commodati ex peculio, mandati ex peculio, l. 5. §. cui cõgruit, ff de pecul. l. depoſiti eod. l. 1. C quod cum eo, &c. Hoto. Prat.

Actio depoſiti datur contra depoſitarium, i. eum, apud quem res eſt depoſita, vt rem reſtituat in die. Contraria depoſiti actio competit depoſitario ſimul & hæredi eius, in eum, qui depoſuit, nomine impendiorum in rem depoſitam factorum.

Actio depoſiti ad duplum, datur ei, qui in quatuor caſibus aliquid depoſuit, ex imminente periculo: vt tumultus, ruinæ, naufragij, incendij, Zaſ. eod. §. ſeq.

Actio depoſiti eſt duplex ſcil. directa & contraria. Actio depoſiti directa competit deponenti ad repetendum depoſitum & acceſſiones eius, & competit in ſimplum, niſi forte res ſint incendio, ruina, naufragio depoſitæ. Hoc enim caſu, qui depoſitum ſic receperit, ſi inficietur, & de hoc conuincatur, in duplum condemnabitur. Sed actio depoſiti contraria competit ei, penes quem res depoſita eſt, ad petendum impenſas, ſi quas circa rem impenderit, & illas repetit, vel damnum datum per ſeruum depoſitum, ſecundum Placent. Eſt & Actio depoſiti ſequeſtraria in ſequeſtrum data, l. ſi in Aſia 12. § 2. ff. eod. Conſ. Pac. epit. diſp. 18. theſ. 19. & Vlt. lib. 2. Iuriſp. Rom.

Actio de ſuperficie quaſi in rem competit ei, qui ſuperficiem habet in alieno ſolo nomine conducti, ad repetendum ſuperficiem, ſi poſſederat. Superficiem autem, vel ſuperficiarias ædes appellamus, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas, vel directum dominium & ciuili & naturali jure eius eſt, cuius & ſolum, vtile vero ſuperficiarij, l. vltima ff de ſuperfic. Porro hæc extraordinaria eſt, quia interdictum appellatur d. §. qui ſuperficiem, iuncta rubr. Prat.

Actio de tigno iuncto dicitur, qua vtitur dominus tigni, quod iniunctum eſt prædiis vrbanis vel ruſticis, aduerſus eum, qui ipſius tignum ædibus vineiſve ſuis adiunxit: per quam non ipſum tignum, ſed duplum conſequitur, vt docet Vlp. l. 1. ff. de tigno, iunct. Hoto. Nõ autem ſolum datur aduerſus eum, qui iniunxit, ſed & qui iniunctum habet, vt notat gl. in l. in rem actio § tignum ff. de rei & vind & l. 1 §. vlt. ff. de ſlum.

Actio directa (quum actioni contrariæ opponitur) ea formula eſt, quæ quum certam ob cauſam inuenta atque inſtituta ſit, ad eandem ipſam cauſam accommodatur: veluti lex 12. Tab. pro ſocio actionis inſtituit, aut ea ex lege ſcil. inſtituta eſt. Quoniam vtriuſque ſocij cauſa inſtituta eſt hæc actio, Directa vtrinq; nominatur. At in tutela, mandato, & depoſito inuenta primum eſt actio, tantum pupillo in tutorem, mandatori in mandatarium, & deponenti in depoſitarium. Quare quæ his in cauſis dantur actiones, quia illæ ipſæ ſunt maxime, quæ primum inſtitutæ ſunt, directæ nominantur. Et quoniam vſu rerum poſtulante intellectum eſt, viciſſim quoque dandas eſſe tutori in pupillum, mandatario in mandatorem, depoſitario in deponentem; certis de cauſis actiones conceſſæ quoque ſunt, eædem ipſæ antiquitus inſtitutæ conceptæque formulæ, quas Directas, cũ ad ſua negotia referuntur, nominamus: ſed quia non ad ſuam cauſam propriè accommodantur, contrariæ nominantur: quaſi dicas, eædem ipſæ actiones, ſed ad contrariam partem accommodatæ. Hot. Ceterum breuiore certioreq; doctrina à contrariis directas actiones diſcerni putat Coraſ. lib. 4. Miſcell. c. 6. hoc modo: Directas his dari, qui domini ſũt, aut quorũ principaliter intereſſe poteſt, contractus origine, & prima ipſius radice ſpectata. Contraria vero his, quorum per accidens tantùm intereſt, quæ ideo non ex ipſo contractu rectè dantur, ſed ex quadam æquitate per legis extenſionem. Vnde directæ actiones ipſius ſententia, reſpectu contrarium appellatæ, quod rectè & immediate ex ipſo contractu veniant. Contrariæ vero, quia contra primam contractus naturam concedantur, quæ propterea ex nullo

ex nullo proprie contractu naſci Iuſtinianus dixit, §. igitur & §. tutores, de obligationibus quæ ex quaſi contractu. Et hanc ſententiam veram eſſe non dubitat, ſi omnes ad vnum actiones contrarias ſingulatim percurras, quas ex numero tradiderunt nobis Iuriſconſulti, jamjam à nobis memoratas: commodati, mandati, depoſiti, tutelæ, negotij geſti, & pignoratitiam. Quibus alias adjicere neceſſe non eſt; neque enim ſunt aliquæ contrariæ, præter expreſſas à lege. Bald. in cap. 1. in fin. quid præced. deb. inueſtit. in feud. Coraſ. lib. 6. Miſcellan. c. 6. actio directa eſt (ait Hotom.) cum ejus ipſius, contra quem agitur, non autem alterius nomine intenditur: vt Actio noxalis: quia contra dominum non ſuo, ſed ſerui nomine intenditur, directa non eſt.

ACTIO directa interdum opponitur vtili. Et nunc directę actiones dicontur, tam quæ ex verbis, quam quæ ex ſententia juris ciuilis vel prætorij per interpretationẽ conſtitutæ ſunt. Vtiles autem ſeu indirectæ cenſentur, quæ non ex verbis legum proficiſcuntur, neq. ex manifeſta ſententia, ſed additiria quadam interpretatione propter ſimilem rationem receptę ſunt in forum. Iuſtus ergo & directus ſummi juris ſenſus ex lege facit actiones cenſeri directas. Additirius autem, & per æquitatem, mediante interpretatione, h. e. per conſequentias receptus, efficit vtiles: ſiue ad cauſam efficientem reſpicias, vt dictum eſt, ſiue ad cauſam materialem ſpectes. Olden. Diſcrepant tamen hæ duæ in pleriſque. Directa nobilior eſt vtili; & illa præſente, hæc muſſitat, nec audet ſeſe exhibere, l. ſi hæres inſtitutus, ff. ad Treb. Item minore probatione cõtenta eſt directa, quam vtilis: in illa probamus. Titium nobis obligatum, in hac Titium obligatum Seio qui nobis ceſſit. Hoc vult Bart. in l. a. de actio. Et facit l. ſi ſolutum, C. de actio. Sed debuit diſtinguere inter directam, mandatam, & eam, quæ mandata non eſt: nam mandata totidem requirit probationes, quot vtilis ceſſa, l. qui ſtipendia, C de procuratoribus, Item, inquit idem Bart. directa infamat, non vtilis: quod ipſe non teſpuo: cum interpretatione odia & pœna anguſtanda ſint, l. pen. ff. de pœn. Item, directa morte mandantis extinguitur, non vtilis, l. 1. C. de actio. In eo autem conueniunt directa & vtilis, quod morte mandatarij neutra permittitur, l. illam, C. de donat. & alicubi eundem habent effectum: vt l. fin. ff. de magiſtrat. conuen. & l 1. Cod. eod. Forcatulus in ſua Necyom. in dialog. 65. nu. 2. vid Hot. Inſt. de act. §. 1. & rurſus §. actionum autem Inſt. eod. vbi tradit vtilem actionem dici, nimirum quoniã vtilitatis cauſa introducere ſus, quemadmodum ICtus ſcribit in l. quia actionum, ff. de præſcr. verb. quo caſu obliq. agi ſignificare videtur Theophil. § ſi quis vna. Inſt. de fidei. hæred. Idq; verum eſſe apparet ex §. Cæterum de l. Aquil. Inſt. Adde Cur. [illegible] lib. 2. c. 10. in to. 1.

ACTIO emphyteutica, Ioan. Old. de actione emphyteotica tractaturus. Aperti juris eſt, inquit, emphyteuſim cenſeri formulam proprij nominati cõtractus, quicquid tixentur otioſi homines. Vnde propriam habet actionem, quam quid vetat emphyteuticam dici, ſicut ex aliis contractibus actionem empti, locati, commodati? teſte Batt. in leg. 1. de condict. ex leg. Eſt autem cõtractus plane colonarius, & (vt craſſe dicam) ruſticus; ideoq; frequentior, quam ipſi perpendunt, & Iuriſperiti, qui multe de illo ſcribunt, vide Colonarius contractus. Spieg.

ACTIO empti, ſiue ex empto, eſt actio in perſonam, per quam qui rem quampiam emit, venditorem, & quę lingua nuncupata ſunt, præſtare, & ſi nominatim nihil conuenit, rem tradere, eamque vel emptoris facere, vel euictionis nomine obligari cogi: vti docet Vlpianus l. 11. ff. de actio. empt. Hot. Alex. Imper. in l. ex conuent. C. de pactis, & Dioſc. & Max. in l. vnic. C. ſi ſeruus extero ſe em. mand. actionem empti vocant eam, quæ datus venditori ad conſequendum pretium. Frequentius tamen totus contractus emptio nuncupatur, quia ſi diligenter attendemus, vtriuſque contrahentis voluntas in eo eſt, vt emet, id eſt acquirat & accipiat, hic rem, ille pretium, non vt alienet: nec enim rem ſuam quiſquam alienat: ex quo verius fuit totius negotij appellationem deſumere. Connan. lib. 7. c. 6 nu. 1. Conf. Pac. epit diſput. 18. theſ. 57. & Vult. lib. 2. Iuriſp. Rom. in tract. de actio. ſuo loco.

ACTIO ex conſtituto dicitur ea, cum quis ſine ſtipulatione debitum ſe ſoluturum conſtituit pro ſe, vel pro alio. Et eſt aliquando fortior, quam nudum pactum, & aliquando fragilior ſtipulatione. Hanc conuentionem frequentiſſimam videmus inter mercatores, vbi quotidie mittuntur epiſtolæ, nuntij, chirographa quæ in fidem fundantur, & nihil aliud ſunt, quam conſtitutum. Vide Conſtituere eſt.

ACTIONES ex contractu naſcuntur ex pacto cõuentioneve, ſiue obligatio ex re naſcatur, vt condictio certi, de numerata pecunia, cõdictio ob cauſam dati, actio commodati. depoſiti, pignoratitia: de quibus omnibus ſuo loco dicemus: ſiue etiam oriatur obligatio ex verbis, ſicut in actione ex ſtipulatu, quando res certa in ſtipulationem deducta eſt: ſiue etiam oriatur obligatio ex literis, de quibus condictio odio deſidiæ datur in eum, qui cum ſpe futuræ numerationis ſcribit ſe debere, quod ei non eſt numeratum, numeratione autem non ſecuta, poſt biennium non repetit chirographum, l. in contract. C. de non numerat. pecunia, ſiue etiam oriatur obligatio ex conſenſu, veluti, empti, venditi, locati, conducti, pro ſocio mandati, præſcriptis verbis, & actio conſtitutæ pecuniæ, nec non actio in factum de jurejurando. Et de his actionibus in propriis locis ſecundum ordinem patebit. Et iſtæ ſunt ſpecies actionum in perſonam quæ oriuntur ex contractu, ſiue re, verbis, literis, aut conſenſu obligatio oriatur.

ACTIO exempta, Vlpian. ſic erit, inquit, accipienda, ſi deſiit agere poſſe, *der nimmer zuuer her kommen mag*. Quibus id modis eueniat, idem explanat in l. ſed etſi per prætorem, ex quibus cauſis major. vide eximere. Spiegel. ex Oldendorp.

ACTIO exercitatoria dicitur, quando dominus nauis, quem patronum nominant, præponit ſeruum, vel filium, vel alium quempiam naui vehendæ: quicquid à vectoribus, id eſt, qui vehuntur, contrahitur cum præpoſito nauis, ejus rei datur actio exercitoria in dominum, qui nominatur exercitor. Zaſius in §. actiones. Inſtit. de actionibus. Exercitorem autem, inquit Vlpianus, eum dicimus, ad quem obuentiones, & reditus omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino nauem per auerſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum: & parui refert, qui exercet maſculus ſit, an mulier, paterfamilias, an ſeruus. Sed ſi pupillus nauem exerceat, exigimus tutoris authoritatem, l. prima, § exercitorem, ff de exercitor. action. Differt autem exercitorie ab ea, quod juſſu, quia, vt pleriqne exiſtimant, in exercitoria tacita, In ea vero, quod juſſu, expreſſa voluntas requiritur.

ACTIO exercitoria (ait Hoto.) eſt actio in perſonam, qua exercitor nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli dolum aut furtum, quod in naui, caupona, ſtabulo, non per ipſum, ſed eorum aliquem, quorum opere vtitur, factum erit, præſtare cogitur: vt patet ex toto titol. de exercitor. in ff. Hot. Conf. epit. Pac. diſp. 21. th. 11. & Vult. lib. 2. Iuriſp. Rom. dict. loc.

ACTIO ex lege condictitia ei competit, qui damnum paſſus eſt ex grauamine ſportularum, aduerſus actorem, qui per fraudem plus complexus fuit in libello, in triplum & aduerſus executores, qui exigunt aliquid vltra debitas ſportulas, in quadruplum: § triplic. Inſt. de action.

ACTIO ex ſponſo apud antiquos intendebatur Interdum contra improbe aliquid negantes, ſicque aut ſuſcipere ſponſionem, aut fateri cogebantur; vt antiquitus, ſi quis vxorem ſibi ſpopondiſſet, & pater forte ſponſo nuntium remiſiſſet, ſponſalibus diſſolutis, jure veteri Latinorum dabatur hac de cauſa ex ſponſo actio: quod poſtea lege ciuili Romanorum eſt abrogatum, vt libera eſſent matrimonia: quod Gellius docet ex Sulpicio. Connan. lib 8. cap. 1. nu 4. Fiebat autem ſponſio plerunque interdictis; qua de re vide Quintil. lib. 7. Extat formula ſponſionis apud Cic. in orat. pro P. Quintio, & exempla etiam apud eundem: & Liuium quoque. Eſt & alterius generis ſponſio: cujus meminit ICtus in l. rebus, de aleæ luſu, & ego inſta. in ſua claſſe. Spieg.

ACTIO ex ſtipulatu, eſt actio, quæ ei competit, qui ſibi aliquid incerti dari ſtipulatus eſt: veluti, quicquid vini hoc anno ex vineis tuis colligitur: vt patet ex tit. Inſt. de verb. oblig. in princ. Hot.

ACTIO ex ſtipulatu doti exigendæ, eſt actio in perſonã, per quã vxor dotem ſuam ſoluto matrimonio à marito condicit. Hot. Hæc olim annue, bima, trima die dabatur, hodie vero Iuſtiniani conſtitutione ad immobilia ſtatim, ad mobilia vero non niſi poſt annum dari ſolet, dict. l. vni. §. cum autem verſic. exactio. Vide Epit. Pac. diſp. 20. th. 35. & Vult. lib. 2. Iuriſp. Rom.

ACTIO ex teſtamento competit ei, cui aliquid relictum eſt in teſtamento per legatum, vel per fideicommiſſum aduerſus eum, à quo legatum vel fideicommiſſum eſt, id eſt, qui dare debet juſſu teſtatoris, ſiue hæres, ſiue legatarius, ſiue fideicommiſſarius. Nam & illos, nedum hęredes, grauere poteſt teſtator in vltima voluntate, vt alij dent, vel reſtituant. Hæc autem actio ex quaſi contractu oritur. Hæres enim adeundo hæreditatem quaſi contrahere videtur. Et licet magno neceſſitudinis vinculo cum bonæ fidei actionibus conjuncta ſit, tamen ſtricti juris eſt: Iaſ. in §. actio. a. notabili. Coraſ. lib. Miſcell. 2. cap. 7. num. 6. Duar. de in litem jurando, num. 55.

ACTIO extraordinaria, rubric. ff. de interdict & extraordin. act.

ACTIO Fauiana, quæ & Fabiana: de qua ſupra in Caluiſiana, datur patrono ad reuocandum alienata per libertum. In hac veniunt fructus tam ante, quam poſt litem conteſtatam percepti l. videamus, §. in Fabiana, ff. de vſuris. Illud autem plurimum referre, vtrum inter viuos, an donatione cauſa mortis alienauerit libertus in fraudem patroni. Nam priore caſu non præſumitur dolus, niſi probetur, puta, ſi vendiderit, locauerit; poſteriore vero, non requirimus (ait Vlp.) vtrum dolo malo facta ſit, an non ſit, ſcilicet alienatio. Sufficit enim docere mortis cauſa factã, nec immerito. Mortis enim cauſa donationes cõparantur legatis: & ſicut in legatis nõ quærimus, dolo malo factum ſit, an non ſit, ita nec in mortis cauſa donationibus. Old. Porro Cujacius tractat. 1. ad Africanum, dicit actionem

Fabianam patronu competere, liberto teſtato, Calviſianam liberto inteſtato. Et addit, quod vtraq; detur patrono adverſus eos, quibus libertus bona ſua alienavit dolo malo in necem patroni, etiamſi fraudis conſcij non ſint, vel adverſus eos, quibus mortis cauſa donavit libertus, aut legavit ſupra ſemiſſem bonorum, etiamſi non hoc dolo fecerit malo libertus: nam vt legata ac donationes etiam cauſa mortis ex conſtitutione Severi nō poſſunt hæredē inſtitutū fraudare Falcidia, ita nec patronū debita portione. Cuja. ſuprà d. loco, vide inſt. Actio revocatoria Cōf. epit. Pac. diſp. 17. theſ. 59. & Vul. li. 2 Iuriſp. Rō.

Actio familiæ herciſcundæ dicitur, quæ datur cohæredibus poſtulantibus, vt & hæreditas dividatur, & ſi quid alter alteri debeat, præſtetur. Nam herciſcere familiam, hæreditatem dividere ſignificat, familiæ quippe verbo ad res relato ſignificatur hæreditas, l. pronunciatio §. 1 ff de verborum ſignific. Herciſcere autem priſco loquendi modo, idem quod dividere ſignificat, l. 1. ff. famil. herciſcund. ejus autem formula in rem eſt: vis & natura qualis eſt actionis in perſonam. Vlpian. l. 25. §. 3. ff. familiæ herciſcundæ. Hoc judicium ex duobus conſtat, rebus & præſtationibus. Hot. vid. epit. Pac. diſp. 19 th. 11. Quare mixta dicitur actio. § quædam Inſt. de act. Etenim cum hæredes dominium pro parte hæreditatis habeant, in rem agere videntur, l. actionum genera, ff de act. & obl. qui hanc actionem proponit, vt qui rem ſuam petat, quod ipſius vendicationis proprium eſt. l. in rem. ff. de rei vind. At perſonalis eſt, cum ex quaſi contractu deſcendat. Nam ad eum modo hæreditatem videntur hæredes contrahere, l. apud Iul. §. vlt. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Præterea habet præſtationes, quæ (inquit Labeo) perſonales actiones ſunt, leg. item Labeo ff. fam. hereiſc. Etenim ſi ſumptus (verbi gratia) bona fide fecerit cohæres, hac actione cum vſuris ex die moræ poteſt eos à cohæredibus petere, l. his conſequenter, §. ſumptuum, ff. h. tit. Et ſi ſolus hæreditarij fundi fructus perceperit, aut rem hæreditariam corruperit conſumpſeritve, eo nomine condemnabitur §. ſi familiæ, de off. jud. Coraſ. d. § quædam, num 3.

Actio famoſa, l. 1. C. de obſeq. patr. præſtand.

Actio finium regundorum competit finibus ad diſtinguēdum, vel ad judicandum, ff. eod. tit. l. 2. §. jud. & leg ſeq & inter eos agitatur, qui agros confines habent, vel prædia Inſtit. de act §. item finium regund. vbi verba textus bene ponderanda ſunt. Nam ratio illic regere idem eſt quod diſcernere, diſterminare, & quaſi in rectitudinem & modum agere: vt ſic intelligamus ad diſcernendos, conſtituendos agrorum fines, quoties de illis inter confines controverſia eſſet, hanc actionem bono publico proditam: l. 2. fin. regund. Deinde hac actione inter eos agi dicit, qui confines agros habent: non vicinos; quare hæc actio habet locum in ruſticis prædiis tantum ff. eod tit l. 2. & non in vrbanis, quia vrbana prædia non ſunt confinia, ſed vicina, quia parietibus diſtingui conſuevere, ſed cōfinia dicimus, quæ adeo ſunt proxima, vt nullus paries in medio interponatur, ff. eod. titul. l. ſed & loci, §. in judicio, cum ibi notat. vrbana prædia dicuntur omnia prædia, quæ habent ædificia, etiamſi ſint in villa. Ruſtica autem prædia vocantur agri non habētes ædificia. Et ſi inter te & me, contra quem ago finium regundorum, via publica vel publicum intervenit, non habet locum hæc actio: quia confinium non intelligitur. Secus, ſi rivus privatus intervenerit, quia finium regundorū agi poteſt contra dominum rivi. ff. eod. tit. l. ſed & loci, §. fi. cum l. ſeq. & ibi notat. Eſt autem hæc actio duplex, ſive vtrinque directa: quia in ea vterque eſt actor, & vterque reus. Item eſt mixta, quia eſt in rem & in perſonam, Inſtit. de action. §. quædam actiones, & § item finium regundorū. Nam in perſonam cum primis eſt, l. 1. ff. finium regund. cum ex tuo plerunque meum fiat: hoc eſt quod tuum erat, mihi adjudicetur, l. 3. ff. illo tit. & perſonales habeat præſtationes, l ſed & loci, § 1. illo tit. ex eo, quod forte impendit in partem agri, vel in agrimenſorē, quem adhibuit, quaſi ex contractu, aut ſi mavis ex maleficio oriatur §. item ſi inter de oblig. quæ ex qu. delict. Cum actionibus autem in rem id habet commune, quia ex dominio actoris proficiſcitur hæc actio. leg. ſed & loci, §. 1. per quam recipit quod ſuum eſt. l. ſi interruptione, in pr. ff. fin. regund. vnde & proprietatis controverſiæ eā cohærere Cōſtantin. reſcripſit in l. 3. C. illo tit. iſtē perpetua eſt, vt C. eod. l. vlt. & ff. eod. l. 3. judicium communi divid. & Inſtit. de actionib. §. quædam Quod tamen non ſic intelligitur, vt ſi vicinus meus ampliores fines ei, cui vendiderat, oſtenderit, non poſſit ille, qui emit, longo tempore præſcribere. Hoc enim falſum eſt, vt ff. pro empt. l. ſecunda, §. ſed etſi fundum, & l. qui fundum, §. ſi fundum. Sed ſic oportet intelligi, ſecundum Azonem, vt etiam poſt decem vel viginti annos locum habeat hæc actio pro finibus terminandis, quamvis de meis finib. aliquid præſcripſeris. Nam etſi ab initio ſine aliqua præſcriptione hoc conſtaret eſſe tuum, agere poſſem, vt commodius termini imponantur agris, vt ita rixarum perimatur occaſio, &c. Si quæras, quando incipiat currere præſcriptio huic actioni; reſpondetur: Ab eo tempore, quo incipit, poteſt hæc actio intentari. Et incipit, poſſe intentari, cum fines cœperūt turbari, & ex eo naſcitur hæc actio ſecundum Azon. in ſum. C eod. tit. Oldend. Actio fin. reg. (ait Hot.) confinibus cōceditur, poſtulantibus, vt quid cujuſq; proprium ſit, ab arbitro definiatur: & ſi quid ab alterutro commiſſum, reſarciatur. Ejus formula eadem eſt quæ vindicationis: vis autem & natura eadem quæ condictionis, l. 1. ff. fin. reg. Conf. Epit. Pac. diſp. 10. th. 20. & Vult. in Iuriſp Rom. lib. 2 d. loco.

Actiones forenſes dictæ ab eo, quod inſolentes ac temerarios debitores ad judicia agamus, quoniam ſine cauſa recuſent ſolutionem aut ſatisfactionem. Obſervandū autem, quod actiones non niſi coram judicibus & arbitris inſtitui ſolent, nō autem coram arbitratorib. Zaſ. in §. omnium Inſt. de act. Spieg.

Actio funeraria, qua perſequimur, vt ſolvantur ſumptus funeris, hoc eſt, quicquid corporis cauſa, antequam ſepeliretur, conſumptum eſt, l. funeris, in princ. ff. de ſumpt. funer. Et eſt privilegiata, quoniam omnibus creditoribus præfertur, negotium defuncti vel hæredis gerens, impenſam faciendo eo animo, vt reciperet: vt puta, ſi quid impenſum eſt in illatione mortui, vel in locum, in quem infertur, parandum, vel in corpus cuſtodiendum. Quia funus aliquanto generalius eſt, quam exequiæ. Nam funus tota pompa eſt ſepeliendi: exequiæ tantum viarum eſt ſollennitas, dum funus procedit. Recte ergo actio iſta funeraria dicitur, quoniam totam ſepulturæ rationem complectitur, non exequiarum duntaxat. Old Hæc actio funeraria dicitur, l. 30. ff. eod. eſtque in perſonam: cum is, qui pro officio ſuo velut delectus à teſtatore, vel hæres ſcriptus, vel cognatus defuncti funerandi cauſa ſumptus fecit, eos ab eo, ad quem ea res pertinet, condicit ac recuperat. Hot.

Actio furti jure ſcripto eſt pecuniaria, duplo aut quadruplo, juxta differētias furti compēſanda. Idem in §. ex malefic. eod.

Actio furti concepti dicitur, quæ in eum intenditur, apud quem teſtibus præſentibus furtiva res quæſita & inventa eſt: quamvis ipſe fur non ſit: apud Imp. §. 4. de oblig. quæ ex delicto Paul. lib. 2. ſent. tit. 31.

Actio furti manifeſti ſecundum Azo. locum habet, quādo furtū tenēs, viſus vel deprehēſus fuerit, ſive in publico, ſive in privato vel à domino, vel alio, antequam perveniat ad locū, quo perferre rē deſtinavit. Si talis deprehēdatur, vel cum re videatur, & ad eum deprehendendū occurriſti ei, licet abjecto furto aufugerit, furti manifeſti tenetur l. ſi quis, ſ. § ſed Celſus ff. de furtis, niſi ſurripiētis mutetur ſtatus; vt, ſi mihi ſurripuiſti in ſervitute, manumiſſus in furto deprehenderis cum re furtiva: vel, ſi tu pertuleris, quo deſtinabas, teneris furti nō manifeſti. Cum enim deprehenderis cum re furtiva, priuſquam eo loci pertuleris, quo deſtinaveras illo die manere cum furto, tunc fur es manifeſtus. Hæc omnia dicuntur ff. de furt. & de pœna t. c. vulgaris. Verum qui partem acervi frumenti furatur, toties acervi furtum faciat: & datur actio furti manifeſti in quadruplum, Inſt. de obl. quæ ex delict §. pœna manifeſt. Old.

Actio furti non manifeſti competit, quandocunque prædictis modis furtum non manifeſtum probatur: ff. eodem tit. l. manifeſtum, & Inſtit. de obli. quæ ex delict. naſcuntur, §. nec manifeſtum. Et etiamſi vidiſti furtum fieri, te tamen abſcondiſti, cum furtum faceret, ne te occideret, non eſt manifeſtum, ff. eod. tit. l. ſi quis in ſervitute §. cæterum Et datur hæc actio in duplum: Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. §. pœna præalleg. Olden. Dicitur autem nec manifeſtum ad imitationem legis 12. Tabul. olim enim Nec pro Non dicebant. Et quod manifeſtum non eſt, hoc ſcilicet nec manifeſtum eſt, autore Caio in l. manifeſtum ff. eod. tit. Conf epit. Pac. diſp. 19. theſ 1. & ſeqq. & Vult. lib. 1. Iuriſpr. Rom. d. loc.

Actio furtim cæſarum arborum habet condemnationem adverſum eum, qui arbores furtim cædit, inſcio & invito domino. Et competit contra ipſum damnum dantem, ad duplum damni dati. In quo caſu etiam competit huic actio legis Aquiliæ. ita tamen, vt deducere poſſit in cōdemnatione quod actor conſecutus eſt altera actione: vt ff arborum furtim cæſar. l. 1. Et appellatione arborum etiam vites continentur, ff. de arbor. cædend. l. 3. §. arboris. Item continetur hedera, quæ improprie dicitur arbor ex interpretatione, & plerunque arboribus hæret, ff arborum furtim cæſarum, l. vitem. & in gl. Etiam & arundo non male dicetur arbor, & idem de ſalicto quando jam radices immiſit; vt eadem leg vitem. juncta gl. Old. Quod autem nondum concepit radices, arbor non eſt: at bene arbor manet, cujus etiam radices vivere deſierunt, modo adhuc terra contineatur. Sed & ea adhuc arbor dicitur, quæ ſubverſa radicitus etiam nunc reponi poteſt Sunt & ſtipes oleæ, arbores: Inſt. in l. ruſticis, vide ſupra Actio de arboribus ſuccisis.

Actio furti non exhibiti adverſus eum datur, qui furtivam rem apud ſe quæſitam & inventam non exhibuit, ait Imp. §. 4. de oblig quæ ex delict. Old. Hot.

Actio furti oblati competit ei, cui res furtiva oblata eſt, vt apud eum potius, quam eum, qui obtulit, conciperetur; ait Imp. §. 4. de oblig. quæ ex delict. Old Hot.

Actio furti prohibiti adverſus eū eſt, qui furtū quærere teſtibus præſentibus volentem prohibuerit, §. 4. de oblig. quæ ex delicto

delicto. Old. Verum omnes iſtæ actionum ſpecies in deſuetudinem abierunt, cum & prædurum, & magna ſurripendi occaſio eſſet, hujuſmodi requiſitio rei furtivæ in aliena domo, ideoque prohibita: niſi cum matura cauſæ cognitione, ſi forte per famam conſtaret, rem furtivam apud aliquem eſſe, §. conceptum. Inſtit. eodem titul. Tunc enim permittendum eſt ex cauſa, præſertim ſi periculum eſſet rem furtivam apud poſſeſſorem perituram, aut ſuſpectum de fuga: l. prima, §. hoc autem, ff. de ſervis fugitiv. l. ſecunda, C eodem tit.

ACTIO furti ope conſilioque facti adverſus eum datur, cujus ope conſilioq; furtum factum eſt: ait Imperat §. 9. de obligat. quæ ex delict. Ejus formulam Cicero lib. de natur. 3. hanc fuiſſe ſcribit. Ope conſilioq; tuo furtum aio factum eſſe. Hot.

ACTIONES generales, vid Generales actiones.

ACTIONES hæreditariæ vocantur, quæ ad hæredes, vel contra hæredes propagantur & intentantur, item quæ ab hæredibus, vel contra hæredes initium ſumunt.

ACTIO honoraria à Modeſtino l. 25. ff. ad Senatusconſultū Velleianum, prætoria actio appellatur. Connan. lib. 6. c. 8 Hic vero ſciendum, quod quædam actiones conceduntur hæredib. & in hæredes: quædam vero hæredibus, ſed non in hæredes: quædam [illegible] ne neq; hæredibus, neque in hæredes conceduntur, §. [illegible] omnes Inſtitu. de perpet. & tempor. action. Et coll[illegible] paſſim ex libris Pandectarum hæc diviſio. Hæredibus [illegible] hæredes competunt actiones ex contractibus, vel quaſi contractibus, civiles & prætoriæ, in rem & in perſonam; Modo tamen ſciamus, hæredem teneri in rem actione, non tā quod hæres, ſed quod poſſeſſor rei litigioſæ. Paul. ſi in rem. ff. de [illegible] Si in rem (inquit) actum ſit, quamvis hæres poſſeſſionis, ſi non poſſideat, abſolvatur: tamen ſi quid ex perſona defuncti commiſſum ſit, omnimodo in condemnationem veniet. Id quod eſt valde notandum propter formam libelli & poſitionum, ſicut appellamus. Nā qui ab hærede peteret rem, nec faceret mentionē poſſeſſionis ejus, nō recte videretur petere. Hæredibus, & non adverſus hæredes conceduntur actiones, ex maleficiis, vel quaſi maleficiis, privatis, aut publicis: Item ex contractibus, in quibus teſtator doloſe verſatus eſt, cum inde nihil ad hæredem pervenerit, dict. § non autem omnes. Eſt enim (inquit) certiſſima juris regula, ex maleficiis pœnales actiones in hæredem rei non competere. Exempli gratia; furtum paſſus, habet actionem furti adverſus furem, quam hæres ejus in eundem furem recte poteſt aut exercere, aut cœptam proſequi. Sed mortuo fure hæredem illius neque dominus rei furtivæ, neque ſucceſſor convenire poteſt, niſi aliquid ex furto perceperit, vel dolo malo fecerit quo minus perciperet. Nam eſt conſtitutum (inquit Vulp.) turpia lucra ab hæredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguātur, l. in hæredem, in princ. ff de calumniat. Hæredis autem appellatio non ad proximum duntaxat, ſed etiam ad ulteriores hæredes, omneſque ſucceſſores pertinet. Vlp. leg. hæred. Paul. l. ſciendum, ff. de verb. ſign Old. Actiones honorariæ intra certum tempus prætore promittuntur, l. 32. §. 1. ad leg. Aquil.

ACTIO hypothecaria, quæ & quaſi Serviana, & utilis Serviana, interdum Serviana, & Pignoratitia vocatur, eſt actio in rem, per quam creditores, quibus res aliqua ſive mobilis, ſive immobilis oppignerata eſt, rem illam, ſi forte in alterius poſſeſſionem inciderit, ſibi vindicant: uti docet Imp. §. 7. de actio. Hot Prat. Cæterum cum creditor poſſeſſori permittit, ut vendat, extinguitur illa actio: quia intendere eam non poteſt contra poſſeſſorem, cui remiſit; obſtaret enim exceptio; nec contra debitorem, cum rem non poſſideat. Non videtur autem conſenſiſſe, inquit Marcellus, l 8. §. 10. quibus mod. pign. vel hypoth. creditor, ſi ſciente eo debitor vendiderit, cum ideo paſſus eſt venire, quod ſciebat ubique pignus ſibi durare. Sed ſi ſubſcripſerit in tabulis emptionis, conſenſiſſe videbitur, niſi manifeſte appareat eum deceptum eſſe, quod obſervari oportet. Si tamen admonitus non contradicat, aliud dicendum eſt, l. 6. C. de remiſſ. pign. Connan. lib 4. Conf. epit. Pac. diſp. 17. th 33. ac ſeqq & Vult. lib. 1. Iuriſp. Rom.

ACTIONEM impertinentem proponere dicuntur, qui ſine certa facti & juris ſeu actionis inveſtigatione, illotis (quod dicitur) manibus ad tractandas cauſas proſiliunt. Cauſam tā perniciosi erroris Oldendorpius diſertè indicat, ſicut ex communi voto tenentur omnes juxta l. eum qui nocentem, ff. de injur. Spieg.

ACTIONES inanes ſunt, quæ vel inopia, vel exceptione debitoris excluduntur. Gothoft. ad l. 24. ff. mandat.

ACTIO incerta, l. 3. C. de inutil. ſtip.

ACTIO incolumis, l. 1. C. de comm. rer. alienat.

ACTIO inefficax, l. 1. C. ſi adverſus credit. præſc. l. 2. C. de novat.

ACTIO in calumniatores datur contra eos, qui ut aliis falſo in judiciis negotium faciant, vel ſi aliquod eſt, id non faciant; pecunia vel alia re induci non verentur. Fere. in tit. de act.

ACTIO incerti in jure dicitur, non quod ipſa in ſeſe complectatur incertos terminos, ſed propter disjunctivam petitionem, & incerti facti perſecutionem, videlicet ut reus aut præſter promiſſa, aut condemnetur in id quod intereſt, l. ob eam cauſam, ff. de præſcript. verb. l. fin. C. de rerum permut. Prat.

ACTIO in factum dicitur, qua ſimpliciter ſpectatur, id, quod quilibet fecit, ſine certa negotij forma. Unde & plures æque tenet. Hæc actio nihil medij habet concludendi, quam ipſum factum: ut, quia hoc factum eſt, quia tu hoc feciſti, &c. Hanc actionem in factum Forcatulus dialog. 97 num. 4. in Necyom. dictam putat, quod ſecundum factum propoſitum concederetur, eamque generaliorem eſſe, quam actionem præſcriptis verbis, quæ ſolum pro conventionibus competat, gloſſ. rubr. ff. de præſcriptis verbis. Actio in factum ex variis figuris cauſſatum oritur, l. ſancimus, Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, & pro maleficiis datur, l. quia de præſcriptis verbis, §. final. Inſtit. ad leg. Aquiliam. Speculator in tit. de actio & petit. triplicem dicit eſſe actionem in factum, generaliſſimam, generalem & ſpecialem. At Iaſ. in l. certi condictio. ff. ſi cert. pet. tenet, quod ſit quadruplex. Conf. Vult lib. 1.

ACTIO in factum ex juramento datur, ubi informiter juratum eſt. Zaſ. in tit. Inſt. de act.

ACTIO ingrati, id eſt, ejus, qui contemnit eum, à quo beneficiis adfectus eſt, teſte Old. civili, atque ſummo omnium legiſlatorum conſenſu propoſita eſt, cujus fit mentio in l. pen. C. de lib. & eor. lib. Naſcitur autem ex delicto ingrati bifariam tamen. Aut enim conceditur ob revocādum liberalitatis beneficium. Et tunc quoniam in perſonæ ſtatum reſpicit, velut præjudicialis, cenſetur in rem actio. Aut datur ad revocandas res donatas, quibus ſe accipiens indignum fecit: tunc eſt in perſonam condictio ex lege, ſicut tractatur in tit. de revoc. don. Spieg.

ACTIO ingrati, excepta Macedonum gente, nuſquam data eſt: ut ait Seneca lib. 3. de benefic. Hæc quidem Hotom. ſed in liberos homines, apud Perſas ingrati actionem datam vult Xenophon, nec diſſentit Seneca loco præallegato. Connan. lib. 2. comment. cap. 7. circa fin. meminit hujus actionis ingrati Fabius lib. 7. c. 5 Luc. in abdicato.

ACTIO injuriarum non jus poſſeſſionis aſſequitur, ſed dolorem imminutæ libertatis judicio pœnaque mitigat: author Cic. pro A. Cæcin. *Spieg.*

ACTIO inofficioſi teſtamenti, quæ interdum etiam Accuſatio, interdum Querela nominatur, dicitur ea, quæ liberis (vel parentibus, aut fratribus inique præteritis, vel heredicatis. Prat.) datur, ut teſtamenta parentum reſcindant, & à judicibus poſtulent, ut, ſi violatum officium cognoſcant, reſciſſo teſtamento hæreditatem iis quibus naturæ jure debetur, adjudicent, l. 1. & paſſ. ff. de inoff. teſtam.

ACTIO in rem, quam vindicationem dicimus, eſt, per quam rem noſtrā, quæ ab alio poſſidetur, petimus l. prima ff. de rei vind. Et ſemper adverſus eum eſt, qui rem poſſidet, §. 1. Inſt. de act. Et harum actionum alia eſt directa in rem actio, ut rei vindicatio, actio confeſſoria & negatoria: alia eſt actio in rem utilis, quæ ſunt actiones de dominio non directæ, ſed utiles, quæ ex æquitate dantur quandoq; non dominis, ut ſunt Publicianæ quæ ex diverſis cauſis competunt, d. § ſed iſtæ & actio, per quam quæritur, an actor juravit: & actio in rem de ſuperficie: & actio Fabiana, & Pauliana & Calviſiana: & actio in rem, quę competit inter dominum tabulæ, & pictorem. Sunt & aliæ in rem actiones, in quibus non de dominio, ſed de pignore agitur, ſicut Serviana, & quaſi Serviana, de quibus vide loco ſuo. Cæterum in rem actio, ſicut legiſlator utrobique explicat, eſt per quam rem noſtram petimus, quæ ab alio poſſidetur: debet quippe dominus eſſe, qui hac actione experitur, l. in rem. ff. de rei vendicat. ſaltem utilis, velut emphyteuta, vaſſallus, aut ſuperficiarius, leg. prima, ff. ſi ager. vectigal. Cum autem adfinia ſint dominij. Quaſi dominium (quod bona fidei poſſeſſor habet: quodque Bartol. placuit inter ſpecies dominij collocare, in l. minut. §. fin. ff. de auction.) & jus in re ſpecificum (quod creditor habet, cui res pignoris nomine obligata eſt: aut is cujus prædio debetur ſervitus) bonæ fidei quoque poſſeſſori, & creditori jus in re habenti, datur in rem actio. Debet item eſſe poſſeſſor, is contra quem agitur (d. l. actionum, l. 1. Codic. de alien judic. mut. cauſ. fac. cap. examinata, de judic.) Aut dolo deſiiſſe poſſidere, leg. ſin autem, §. ſed & is, & leg. is qui dolo ff. de rei vend. Habetur namque dolus pro poſſeſſione, leg. qui dolo, ff. de reg. jur. Quod probatur, quem videlicet dolo deſiiſſe poſſidere, eo ipſo, quod poſt oblatum libellum non poſſidet, aut poſt denunciationem litis factæ alienavit, Bartol. in leg. qui petitorio, ff de rei vend. Poſſeſſorique verbum non coarctamus, ſed extenſe accipimus, ut non tantum naturalem aut civilem poſſeſſorem, verum etiam eum, qui detinet, colonum puta, commodatarium, conductorem, & ſi qui ſimiles ſunt, comprehendat, leg. officium, ff de rei vend. Et hæc ſunt duo actionis in rem extrema, dominium videlicet ex parte agentis, & poſſeſſio ex perſona rei conventi. Habet quoque, ut dici ſolet, hæc actio duas cauſas: propinquam, ut dominium vel quaſi, aut jus in re: & remotam, hoc eſt titulum dominij: veluti ſi dicat actor, ſum dominus, quia emi, quia res mihi donata, teſtamento relicta, aut in dotem data eſt. Actio vero in perſonam eſt, qua cum eo agimus

qui obligatus eſt nobis ad faciendum aliquid, vel dandum, obligati perſonam non egrediens, d. l. actionum, & dict. §. omnium. Deſcenditq; ex contractu vel quaſi, maleficio, vel quaſi l. 1. ff. de act. & oblig. Nam ex contractu fluit obligatio, leg. ex placito, C. de rer. permut. ex qua immediate naſcitur actio, l. licet, §. ea obligatio. ff. de proc. Dicitur autem in perſonam, quia obligati perſonam perpetuo ſequitur, à cujus oſſibus euelli nunquam aut ſeparari poteſt. Hincque patet, actionem in perſonam duas quoque cauſas habere, propinquam & remotam. Propinqua eſt obligatio, quæ mox, vt diximus, parit actionem, d. §. ex obligat. Remota eſt contractus, ſiue maleficium, ex quibus licet actio deſcendat, l. 1. ff. de act. & oblig. non tamen, vt vocant, immediate, ſed alio mediante, nempe obligatione. Has autem cauſas, propinquas & remotiores, Accurſ. & cæteri belliſſime tractant in l. 1. ff. de eden. & in l. & an eandem, ff. de except. rei jud. Coraſ. lib. Miſcell. 6. c. 5.

Actio in perſonam (ait Hotom.) eſt, quæ contra eum intenditur, qui ex contractu vel delicto obligatus eſt, vt aliquid dare, facere, damnetur, §. 1. de action. inſtit. vide Actio perſonalis.

Actiones in rem ſcriptæ dicuntur, quæ vi ipſa in perſonam quidem ſunt, ſimpliciter tamen & abſolute ſine vllius perſonę notatione ſcriptæ & conceptæ ſunt. Veluti in actione, Quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habebo. Sic omnia inter dicta, præter, Vnde vi, in rem ſcripta dicimus, cum dixerit, Vlp. leg. prima, § fin. ff de interdict. Interdicta omnia, licet in rem concepta videantur, vi tamen perſonalia ſunt. Excepit autem Iuriſconſultus, Vnde vi, interdictum, quod ejus verba ſcripta aut concepta in rem non ſint: ſed ad perſonam ſpectent & referantur. Nam dixit Prætor. l. 1. ff. de vi & vi armat. Vnde vi tu eum dejeciſti, aut familia tua dejecit, de eo quod tunc ille ibi habuit, tantummodo intra annum, poſt annum vero de eo, quod ad illum, qui vi dejecit, peruenerit, judicium dabo. Neque abſimile eſt, quod Vlpianus dixit leg. juris gentium, §. pactorum, ff. de pactis, pactorum quædam in rem, quędam in perſonam eſſe. In rem ſunt, quoties generaliter paciſcor, ne rem petam, In perſonam, quoties ne à perſona veluti ne à Lucio Titio petam. Sed deſit authoritas, deſint ciuiles rationes: ſatis ipſum hoc veriſſimum eſſe, vel ex verbis ipſis eruitur, &c. Coraſ. lib. 1. Miſcell. c. 22. Nam in rem vetus locutio eſt, quæ vt ſuo loco docebimus, nihil aliud ſignificat, quam generaliter, infinite, & ſine certæ alicujus perſonæ deſignatione. Itaque perſonales actiones ſemper aduerſus eundem, hoc eſt, eum qui in iis nominatus eſt, dantur: at hæ aduerſus quemvis, vide In rem.

Actio inſtitoria dicitur, qua dominus inſtitorem conuenit, vel per inſtitorem conuenitur. Eadem item competit, cum dominus filium, vel ſeruum, vel alium liberum hominem præponit certæ negotiationi quæſtuariæ, puta emendis & vendendis libris: quia iſte, qui præponitur, nominatur inſtitor: atque ideo quod contrahitur ſecum, datur actio inſtitoria. Zaſ. in §. act. Inſt. de act. Ideo autem inſtitoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, inſtitores vocat, §. eadem ratione. Inſt. quod cum eo &c. Præpoſitus autem certæ rei gratia durat, donec remoueatur, etiam poſt mortem ejus qui præpoſuit. Quinimo ſi pupillus hæres ei extiterit, qui præpoſuerat, obligabitur, quandiu præpoſitus manet. Remouendus enim fuit à tutoribus, ſi nollent opera ejus vti, l. ſed & ſi pupillus, de inſt. act. & hoc eſſe receptum propter vtilitatem promiſcui vſus, teſtatur Paul. l. ſi quis mancipiis, §. ſi impuber, ff. illo tit. Adde Taboer. in topico militiæ ſor. & legal. diſcipl.

Actio inſtitoria in perſonam eſt, qua qui inſtitoris opera vtitur, ex contractibus cum eo factis tenetur, l. prima & toto tit. de inſtit. actio. Inſtitor eſt, qui negotiationi quæſtuariæ præfectus eſt. Hot. Ergo cum quis tabernæ furſitan, aut cuilibet negotiationi ſeruum ſuum præpoſuit; tum ſi quid cum eo, qui præpoſitus eſt, iſtius rei gratia contractum fuerit, dominus in ſolidum actione inſtitoria tenebitur, §. 1. quod cum eo, &c. Hoto ex Theop. Conſ. epito. Pac. diſp. 11. th. 14.

Actio integra, l. 3. §. 5. C de jur. domin. impetr. l. 18. fin. C. de fidejuſſoribus.

Actiones interrogatoriæ olim introductæ erant, quibus alter ab altero ad reſpondendi neceſſitatem compelleretur. Sed hodie ad hoc officium judicis viſum eſt ſufficere, l. vbicunque, ff. de interrog. act. Spieg.

Actio judicij mutandi cauſa facta continet damnũ, quod propter duriorem cauſam ſuppoſiti aduerſarij paſſi ſumus. Spieg.

Actio judicati. Quære Iudicati actio.

Actio juriſiurandi eſt, qua actor petit reum ad præſtandum illud condemnari, quod delato per eum ſacramento, & per judicem comprobato, ſibi deberi innuit.

Actio legis tum proprie dicebatur, cũ executio facienda erat, quæ in inuitos juſſu legis fiebat: ſiquidem vſq, ad ſententiam non tam legis juſſu agi videbantur, quam ipſorum litigãtium ſponte. Porro legis actionẽ apud eum dici Alciatus exiſtimat, qui merum & mixtum imperium habet, ſeu jus exequendi. Si quidem lege agere, apud idoneos autores, quos idem citat, eſt capitalem ſententiam exequi. Cap. 2. lib. 3. Parerg. Quære, Lege agere.

Actiones legis, id eſt, legitimæ actiones, appellatæ, quod in certas formas redactæ, quibus homines inter ſe diſceptarent. Vid. item, Legis actio. Spieg. ad eum dicitur eſſe legis actio cui lex nominatim tribuit ejus rei cognitionem. Veluti ſi ita lex loquatur, Apud conſulem. proconſulem, præſidem, adoptare liceat: id etiam iſti poterant facerę in aliena prouincia, & in cauſa ſua. Conn. lib. 2. c. 15.

Actio legis Aquiliæ, alias damni, injurię dicta. Nam de damnis tractat culpa datis etiam ab eo, qui nocere voluit, vt injuriam accipiamus, non quemadmodum circa injuriarum actionem, contumeliam quandam, ſed quod non jure factum eſt, hoc eſt, contra jus: puta ſi culpa quis occiderit, vel aliud damnum dederit. Porro dicta Aquilia ab Aquilio Trib. plebis, qui eam à plebe rogauit, l. 1. ff. ad l. Aquil. Eſtque directa & vtilis: directa, quæ datur domino, aduerſus eum, qui corpore ſuo immediate, &, vt Vlp. dicit, ſuis manibus damnum dedit, vt ſi quis hominem vel pecus quovis telo læſerit aut occiderit, aduerſus eum, qui præcipue damnum dedit. Vtilis vero in eum, qui aliquo medio cauſam damni præſtitit: vt ſi quis aut impulit corrumpentem, aut pecus fame necauit, aut exagitauit in puteum pernicioſum: l. item ſi obſtetrix. ff. ad l. Aqu. Inſt. §. vlt. eod. tit. Quod ſi tam remota fuerit damni dati cauſa vt quis ſuo corpore non videatur nocuiſſe, tunc, quia de tali ſpecie non tractat lex Aquilia, datur actio in factum, quam ea ratione ſubſidiariam vocant, Oldend. Conſ. epit. Pac. diſp. 19. th. 9. & Vult. lib. 2. Iuriſp. Rom.

Actio legis Agrariæ in eum datur, qui terminum ejecerit, locove mouerit, ad pœnam quinquaginta aureorum, ex lege Agraria quam Caius Cæſar tulit, ff. de terræ mot. licet olim Numa pœnam capitalem conſtituerit in eum, qui lapides finibus mouiſſet: impune enim occidi poterat: quare ſacros, i. e. inuiolabiles eſſe voluit Mynſing. § quædam. Inſt de act.

Actio liberalis inter præjudiciales numeratur, SCto introducta, cujus meminit Vlp. in l cognitio. ff. de liber. cauſ. tametſi Prætor tam multa adjecit, vt propemodum diſputabile videatur, vtrum Senatui, an vero Prætori tribuenda ſit hæc actio. Quare Iuſtinianus in §. præjudiciales. Inſtit. de actio. Ex quibus (inquit) ſeſe vna illarum legitimam cauſam habeat, per quam quæritur, an aliquis liber ſit. Cæteræ vero ex ipſius Prętoris juriſdictione ſubſtantiam capiunt. Quod Accurſ. non percipiens, rem planam, vt attellatur Old. inuoluit. Spieg.

Actio locati, ſiue ex locato, eſt actio in perſonam, per quã qui quempiam vel in prædio colendo, vel in opere faciendo locauit, ea quæ in contrahendo conuenerunt, illum ex æquo & bono præſtare cogit, l. 2. & 17. C. locat. l. ſi merces, 25. ff. eod. Hot.

Actio male judicati. Hac, teſte Old. merito judicantium temeritas reprimenda fuit, quomodo nullum in republica genus hominum pernicioſius nocere poteſt, quam judices, ſi cõcredita ſibi poteſtate abutãtur. Itaq, fuit introducta hæc actio in factum. Competit autem non ſolum aduerſus judices, qui male judicarunt: ſed & aduerſus arbitros, & arbitratores: quoniam in iis eſt eadem ratio, ſiue frequentiam arbitrorum ſpectes, ſiue functionem judicandi reſpicias, in qua non minus illos, quam ordinarios magiſtratus, ſancte ac diligenter verſari oportet.

Actio malæ tractationis, aduerſus maritum facto diuortio dabatur vxori, diuortij culpam in illum transferenti. Fab. libro 7. capite 4. Non diſſimiles autem abdicationũ actionibus ſunt malæ tractationis actiones: nam & ipſæ habent eãdem in accuſationibus moderationem. Idem libro quarto, capite 2. Sed in ſcholaſticis quoque nonunquam euenit, vt pro narratione ſit propoſitio; nam quid exponet, quæ Zelotypum malæ tractationis accuſat, cum totum tamen vno verbo in qualibet actionis parte poſitu ſatis judicetur. Ejuſq; judicij exemplum extat apud eundem declam. 8. & 18. Hot ex Conn. com. lib. 8. cap. 15. nu. 4. Non poterat tamen vxor de parricidio virum accuſare, cui ſolum actio de moribus permittebatur: in quam non videtur includi poſſe parricidij crimen. Fab. ib. Hodie autem contra ſtultos maritos & iratos & in eius nequam in vxoret obſequentes & honeſtas crudeliter ſæuientes datur conditio ex lege Nouel. de diuerſ. cap. & ſolut. matrimon. conſtit. 117. Nam licet maritis ad exemplum propinquorum jus emendandæ vxoris concedatur, non tamen adeo eſt extendendum, vt domeſticam correctionem excedat, & in atrocitatem vertatur, l. 1. C. de emen propinq. Old. claſſ. 7. act. 12.

Actio male geſtæ procurationis in foro, nominatur à Fabio lib 7. c. 4. Hot.

Actio mandati directa in perſonam eſt, qua qui mandatum alteri dedit quanti ſua intereſt, ob id quod alter vel non confecit, vel non tempeſtiue renunciauit, ab ipſo poſtulat. l. 22. §. 11. l. 27. § 2. mand. Hotom. vide Epitom. diſ. Pac. 18. theſ. 34. 35. & Vult. dict. lib. 2. competit mandatori & ejus hæredi, qui alicui mandatum dedit: & contra mandatarium, vel procurantem poſt mandatum ſuſceptum: ff. eod. leg. ſi vero non

remu-

remunerandi, §. 1. Et in quantum intereſt id factum eſſe, quod mandavi: puta, mandavi, vt fundum emeres, ſi mea intererat emi, teneberis poſt mandatum ſuſceptum: tamen ſi eundem fundum ego ipſe emo, vel alius mihi (neque intereſt aliud) ceſſabit hæc actio ſecundum Azonem, ff. eod. titul. l. ſi procuratorem, §. mandati actio. Oldend. Et ita quidem actio mandati nulla eſſe poteſt, niſi noſtra intereſt aliquid factū eſſe, aut non eſſe. Cur enim fruſtra litigem cum eo, qui mihi nullum damnum attulit? quanta autem omnino litis æſtimatio iniri contra eum poterit, qui nihil nocuit: Connan. lib. 7. c. 14.

ACTIO mandati contraria in perſonam eſt, qua qui alterius mādatum ſuſcepit, quod in eo conficiendo de ſuo impendit, ab altero poſtulat. Hot. Conſ. Pac. d. loc. theſ. 14. & Vult. dict. loc. competit mandatario, vel procuratori ad expenſas adverſus mandatorem, quatenus fines non egreſſus: Si vero aliquid erogaverit vtiliter, in eo non habet mandati judiciū, ſed tantum negotiorum geſtorum, ſecundum Marc. Licet Ioan. & Accurſ. contra: ſi vero mandaverim tibi, vt fundum mihi emeres, etiam ſi nondum pretium ſolveris, ages mecum mandati, vt ſuſcipiam obligationem, qua teneris venditori. Nam & ego agere poſſum, vt cedas mihi actionem empti, ff. eod. tit. leg. ſi mandato meo, 45. Competit ergo breviter actio mandati directa contra illum, qui mandatum ſuſcepit adimplendū, cum primo cogi non poſſet, vt ſuſciperet mandatum, in quantum intereſſuit mandatoris, factum fuiſſe, quod mandatur. Et rurſus ipſi mandatario, qui mandatum ſuſcepit, competit actio mandati cōtraria ad impēſas, ſi quas fecit ratione mādati ſuſcepti, ſi fines mandati non exceſſit. Sed ſi mandatū exceſſiſſet in expenſis factis, non repeteret ipſas per hujuſmodi actionem. Old.

ACTIONES mixtæ ſunt, quæ duplicis generis naturam induunt, idque duplici reſpectu fit. Nam quædam miſtæ ſunt, quibus rem ſimul & pœnam ex quibuſdam maleficiis perſequimur: vt in actione vi bonorum raptorum, Aquiliæ legis, & quæ datur contra eos qui relicta ſacroſanctis Eccleſiis legati vel fideicommiſſi nomine, dare diſtulerint, §. ea maleficiis. Inſti. de action. Quædam vero miſtæ dicuntur, quod in ſe & actionis in rem & actionis perſonalis naturam habeant, ac in iis vterq; & actor & reus ſit, l. actionis verbo § vlt. ff de obl. & act. tales ſunt actio familiæ herciſcundæ, cōmuni dividundo, & finium regundorum: quæ etiam duplicia judicia dicuntur: quia vterque in his judiciis duplex jus habet, tam actoris quam rei. Eſt & petitio hæreditatis mixta, vt Accurſ. voluit: ſed ea potius realis eſt, l. ſin autem, §. ſed & is, ff. de rei vend. l. ſed etſi lege, §. petitio. ff. de petit. hær. licet propter perſonales præſtationes mixtarū actionum naturā quodammodo obtineat. Bart. in d. §. petitio. Sed id tamen intereſt inter petitionem hæreditatis & alia judicia: quia ria hæc judicia duplicia ſunt, id eſt, vterque in iis eſt actor & reus. Petitio hæreditatis eſt ſimplex: id eſt vnus eſt qui agit, alter quicum agitur, leg. regulariter, ff de petit. hæredit. Sunt & aliquot aliæ actiones, quas pleriſque mixtas crediderunt, aut anomalas, vt quæ ſine certa lege ferrentur. Sed verius eſt eas perſonales eſſe, in rem tamen ſcriptas, quod ex illarum actionum natura ſatis apparere poteſt.

ACTIO de moribus, vid. Actio malæ tractationis.

ACTIO Nativa, vid. ſupra Actio Dativa.

ACTIONES naturalis debitores, licet minus proprie debere dicantur: per abuſionem tamen intelligi poſſunt debitores, & qui ab his pecuniam recipiunt, debitum ſibi recepiſſe, autor Vlp. in l. fidejuſſ. §. fidejuſſor accipi poteſt. ff. de fidejuſ. Spieg.

ACTIO negatoria, quæ & contraria eleganter vocatur ab Vlp. in l. ſicuti in prin. ff. ſi ſervit. vind. Iuſtin. tractat eam in §. contra quoque Inſtit. de act. vid. ſupra Actio Confeſſoria.

ACTIO negotiorum geſtorum locum habet, quando quis negocia aliena geſſit ſua ſponte, citra mandatum ejus, cujus negocia ſunt. Et hic quicquid eo nomine geſtori, vel abeſt vel abfuturum eſt, id à Domino repetit: ac viciſſim geſtor actus ſui rationem domino probare. Et ſi quid, quod vel non oportuit, geſſerit, vel ex his negociis retinet, præſtare cogitur, l. 2. h. t. Hot. vid. Vult. d. lib. 2.

ACTIO negotiorum geſtorum datur ex quaſi contractu: vt ſi tu geſſiſti negotia mea ſine mandato meo, cum eſſem abſens; coluiſti forte vineam meam: jam nullus interceſſit contractus inter te & me, nihilominus teneor tibi actione neg. geſt. ſi aliquid expendiſti, ſumptus feciſti. Et dicitur quaſi cōtractus. Zaſ. in §. omnium de actio. Hoc itaque facile patet, quomodo mandati actio ab actione negotiorum geſtorū diſcernatur: quia actio mandati competit ei qui juſſu alicujus negotia adminiſtravit: negotiorum vero geſtorum ei qui non juſſus eadem adminiſtravit bona fide l. 58. in pr. ff. mandati. Duplex vero eſt negotiorum geſtorū actio, Directa ſcil. & contraria. Directa hic deſcripta eſt: cōtraria vero datur negotiorum geſtori adverſus dominum, ſi res vtiliter geſta ſit, vt præſtetur id, quod impēdit neceſſario vel vtiliter, nō etiā voluptatis cauſa item vt liberetur ab obligatione pro domino negotiorum ſuſcepta, & generaliter vt præſtetur ei indēnitas rerū geſtarū, l. ſi mādatū, ff. de neg. geſt. l. 2. C. de ſent. quæ ſine cert. quār. prof.

ACTIO noxalis, eſt actio in perſonam per quam is cujus ſervus noxam aliquam commiſit, aut litis æſtimationem ſufferre, aut ipſum hominem noxæ dedere cogitur vti docet Imp. tit. de nox. act. in prin Hot.

ACTIO noxalis de pauperie, eſt actio in perſonam, per quam is, cujus quadrupes, quæ cicurum num[illegible] ſit, alicui damnum dederit, aut litis æſtimationē præſtare, aut ipſam quadrupedem noxæ dedere cogitur, l. 1. ff ſi quadrupes, vbi obſcurius Vlp. eſt locutus, quum ait, hanc actionem locum habere, quum feritate commota nocuit quadrupes: & paulo poſt. Quin cōtra naturam fera mota, pauperiem dedit. Significat autem eas, vt dixi, quæ cicures ſunt, vt equum, bovem, mulum, quæ nonnunquam feritate commota, id eſt laſcivia quadam ferociunt, vt, ſi mulam equus olfecerit: & tamen contra naturam, id eſt, præter naturalem manſuetudinem. Cicures enim natura ſunt manſuetæ. Verum aliud eſt in iis quæ cicures non ſunt, ſed Baptiſtæ appellantur eodē loco ab Vlp. veluti vrſi, leones, pantheræ, in his enim ceſſat hæc actio. Hot. Conf Vult. d. loc. Pac. diſp. 21 theſ. 29. Notanda itaque hic eſt differentia inter leg. Aquiliam, noxalem, & de pauperie. Nam ſi damnum à nobis ipſis detur, locum habet lex Aquilia: ſi à noſtris ſervis: noxalis: ſi à noſtris quadrupedibus, prodita eſt l. 12. Tabul. actio pauperiei: Cujus ſimile judicium apud Iſraelitas olim fuiſſe palam eſt, Ex. c. 21. Et apud Athenienſ. nota fuit illa ex lege Solonis βλάβης δίκη τῶν τετραπόδων, quam Vlpian. l. 2. §. 1. ff. ſi quad. paup. fec. dic. eſſe deſinit, damnū ſine injuria facientis datum: Illud etiam porro hic ſciendum eſt, pauperiei proprie competere, cum quadrupes contra naturam damnum dedit: alioquī enim, ſi ex conſuetudine naturali (vt ſi forte bos depaſcatur obvia gramina, vel porcus glandes) nulla prodita eſt actio, niſi ſit, quod ipſi jure domino imputes: tum enim ipſe merito ſuo facto teneretur. Et ſi quidem in tuo tuæ quadrupedes mihi damnum dederint, vt quia glandes ex arbore mea in tuum fundum deciderant, & tu ante triduum, quod mihi datur ad glandem colligendam (l. 1. ff. de gland. leg.) dolo immiſiſti tuas quadrupedes, vt glandem meam depaſcerentur, teneberis mihi veris lege Aquilia. l vlt. C ad leg. Aquil. Aut ſi aliter immiſſæ id fecerint, in factum competit actio, quatenus tu ex eo paſtu locupletior es, l qui ſervandarum, § fin. ff de præſcript. verb. Quod ſi in meo damnum mihi dederint tuæ quadrupedes vel tua, vel tui paſtoris culpa immiſſæ, prodita eſt actio de paſtu pecoris, in qua locus non eſt deditioni noxæ: quia magis ex delicto domini, quam ipſius quadrupedis agitur.

ACTIO oneris averſi in perſonam erat, & contra naturam intendebatur, in cujus nave onus (id eſt ſarcina aliqua) interverſum ac ſurreptum eſſet. Nam advertere pro furari veteribus tritum erat. Alciat. Averſi oneris actionem vocat cum vector rem alienam non advertit & curavit vt debuit, 6. parerg. 28 quod ineptum eſt. Hot.

ACTIO oneris averſi. Abolita eſt oneris averſi nomenclatura, re tamen ipſa manente: videlicet vt quicquid de caſibus fortuitis conveniſſet, id per actionem ex locato & conducto exigeretur, vid. infra Averſione, vel per averſionem emere. Spieg. Cæterum dicitur onus averſum, quod ad ſe advertit, aut à domino avertit cōductor ejus vendendi: qua ex cauſa modo furti datur, modo oneris averſi actio, vtraque ad eundem finem, & vt Connanus arbitratur, ejuſdem pœnæ, vt ſatis futura eſſet actio furti, niſi juris ſubtilitas refragaretur, quo nemo in re ſua furtum committere poteſt. Itaque in hac conductionis ſpecie, novo & alieno nomine oneris averſi introducta eſt actio, ejuſdem, cujus actio furti, poteſtatis. Conn. lib. 7. c. 21.

ACTIO ordinaria, l. 5. C. ſi aliena res pignor. dat.

ACTIO oratoris dicitur pronunciatio cum geſtuum ac vocis moderatione: vnde hiſtriones fabularum actores dicuntur, non geſtores, teſte Roterod Spieg.

ACTIO Pauliana à prætore Paulo inſtituta eſt, qua creditores, quorum in fraudem bona ſua debitor alienavit bonorum poſſeſſione à Prætore impetrata, ea bona perinde ac ſi nunquam à debitore tradita fuiſſent, vindicare poſſunt. Nam præter id agit, vt perinde ſint omnia, atque ſi nihil alienatum eſſet. Cum itaque ex maleficio ſit, quod per fraudationem admittitur, non eſt dubitandum, quin exemplo actionis Fabianæ in perſonam ſit. Et quod Imperator in §. item ſi quis. Inſt. de act. in rem actiones enumerans, hanc tractat, non ideo id fecit, quod eam in rem eſſe duxit: ſed quia, cum de reſciſſoriis perſecutionibus incidiſſet tractatio, noluit hanc præterire, quod magis omnium hujuſmodi remediorum catalogum in vno loco haberemus. Oldend. vid. inf. Actio Revocatoria.

ACTIO permiſſa, l. 17. C. de actio. empt.

ACTIONES perpetuæ dicuntur, quæ olim nullo temporis ſpacio terminabantur: ejuſmodi erant omnes civiles actiones, id eſt, quæ ex leg. SC. aut conſtitution. naſcuntur, nunc autem in rem actiones, decem aut viginti terminantur annis, perſonales vero triginta, §. 1. de perpet. & temp. act. l. 3. C. de præſcript. 30. ann. Hot Prat.

ACTIO per quam quæritur, an actor juraverit, ſecundum quoſ-

dam datur ei qui, cum peteret rem ſuam, delato ſibi jurejurando ab aduerſario, eam ſuam eſſe jurauit. Ab eo enim ſem ſuam petit actione in factum, qui jurauit ſuam eſſe, ff. de jurejur. l. nam poſtea §. 1. & §. ſi. Si vero rem ſuam traditam poſtea amiſit, & ille qui detulit juramentum eam nactus ſit, aduerſus eum Publiciana competit actio. ff. de Publiciana actio. l. eum qui §. ſi peteret. Vbi dicitur: ſi mihi peteuti rem juramentum detuleris, juraueroque rem meam eſſe; competit mihi Publiciana aduerſus te. Tamen quoquo modo hoc debeat intelligi, ibi notatur plene, & ſolet juſiurādū referri ei qui detulit, C. de ſe cred. l. generaliter, §. omne igitur, & §. ſed juramento. Old.

Actio perſonalis (vid. ſupra act. in rem) competit ad dandum, h. e. ad transferendum dominium, Zaſ. in §. ſic itaque differentis. Inſt. de act. Eſtque proprie, qua in perſonam agimus, vt quis nobis det, faciat, reſtituatve aliquid. ſic appellata, quod obligati perſonam ſemper ſpectet, nec aduerſus alium locum habeat, l. actionum verſ. in perſon. ff. de act. & obl. ſed obligatæ perſonæ viſceribus perpetuo adhæreat, l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Treb. l. vlt. de contrah. empt.

Actio pignoratitia, eſt actio ad pignus perſequendum inſtituta. Vſurpatur autem propriè de ea, quæ debitori aduerſus creditorem, cui ſua pecunia ſoluta eſt, recipiendi pignoris cauſa conceditur: & ita ſumitur hoc ipſo ff. titulo. Improprie vero pro hypothecaria vſurpatur, l. Titius quib. mod. pign. & l. rem. 41 de act. Hot. Conſ. Vult. d. loc. & Pac. diſp. 20. th. 21.

Actio pignoratitia contraria datur creditori cōtra debitorem, & datur ad multa. Si enim decipiatur à debitore, vel ipſa re, vel ejus propoſito, quia obligauit ei rem alienam, vel alij pignoratam, tenebitur ei debitor pignoratitia contraria ff. de pign. action. l. tutor. §. contrariam, juncta l. ſi quis in pignore, §. fin. & ſi debitor malitioſe verſatus ſit obligando æs, vel ſtannum pro auro vel argento, ff. eod. tit. l. 1. §. ſi quis in pign. 2. reſponſo, vt ſi obligauit ſeruum, per quem damnum datum eſt, puta furtum, vel aliud hujuſmodi, & hoc ſi ſciuit, tenetur in ſolidum, id eſt, in totum. Secus, ſi ignorauit: quia tunc liberabitur noxæ deditione, ſcil. dando ſeruum pro noxa. In his competit hæc actio ſecundum Azonem & alios. Hæc probantur, ff. eod. tit. l. ſi ſeruus pignori. Item ſi creditor in pignore vel hypotheca fecerit impenſas neceſſarias, hoc eſt, ſine quibus res aut omnino peritura, aut deterior futura erat. Sed & retentione pignoris vti poteſt. l. ſi neceſſarias, ff. de pign. actio. Hinc ſecundum Azonem agit creditor actione pignoratitia, ſi ſeruos pignoratos artificiis inſtruxit: Si cœperant imbui, antequam ſibi pignorarentur, vel debitoris voluntate creditor eos inſtruxit. Sed nihil horum interceſſit, ſi quidem artificiis neceſſariis eos inſtruxit, ſecundum Azonem erit actio contraria, ff. eod. tit. l ſi ſeruus. Quinetiam ſi debitor precario rogauerit, aut conduxerit vſum pignoris à creditore, tunc conceditur hæc contraria actio creditori aduerſus debitorem, vt æque bonum pignus reſtituat, vel det id quod intereſt creditoris ſine corruptione fuiſſe reſtitutum. Old.

Actio pignoratitia directa competit debitori poſt ſolutionem totius debiti contra creditorē, qua poſtulat ſibi reddi pignus, vel cōtra ejus tutorem, vel curatorem, ſi pignora acceperunt, ff. eod. tit. l. ſolutum, §. fin. & habet locum non modo ſoluto debito, ſed & aliter ſatisfacto, quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutū: vt ſi pignora alia data ſunt creditori, vt à primis recedat, vel fidejuſſores, ſiue res aliæ, vel pretium, vel etiam nuda conuentio ſine precio vel pacto. Quoties enim vult creditor recedere à pignore, videtur ſatisfactum, ſi vt ipſe velit, vel voluit, cautum eſt, licet in hoc deceptus ſit ſui facilitate, ſecundum Azonem. Neque vero ſolum competit aduerſus creditorem ſine legitima cauſa pignus retinentem, ſed & aduerſus eum, qui accepto pignore, non numerauit pecuniam, & eum qui dolo vel culpa quacunque damnum dedit in pignore vtcunque reſtituto, l. ſi cum venderet, §. vlt. ff de pign. act. Item aduerſus creditorem, qui pluris vendidit pignus, quam debitum eſt. Old. Porro vero hinc facile colligere eſt differentiam inter pignoratitiam & hypothecariam. Nam primo pignoratitia propriè datur debitori, vt ſoluto debito pignus recipiat. At hypothecaria creditor pignus contra quemcunque poſſeſſorem perſequitur, vt id videlicet teneat, donec ei ſit ſatisfactum, leg. fundus, §. in vendicatione, ff. de pignot. 2. Pignoratitia in perſonam eſt, l. vlt. de diſtract. pign. Hypothecaria vero in rem, l. ſi cum venditor. ff. de euict. l. pig. ff. de pign. Atque ita perpetuo rem comitatus etiamſi per mille manus obambulet. Nec poſſit debitor rem obligatam niſi cum ſua cauſa in alium transferre, l. ſi conuenerit, 2. §. ſi fundus, ff. de pign. act. Habet tamen poſſeſſor contra quem agitur hypothecaria jus retinendi rem, oblata pecunia creditori, l. Paul. §. fin. quibus mod. pig. ſol. 3. Pignoratitia eſt bonæ fidei. §. actionum, inſtit. de actio. Hypothecaria eſt ſtricti juris, dict. §. actionum 4. Pignoratitia durat triginta annis, l. ſicut. Cod. de præſcript. 30. annor. Hypothecaria non adeo certum & definitum tempus habet. Quandoquidem tertius poſſeſſor bonæ fidei titulo ſubnixus, ei decem annis præſcribit, l. 1. C. ſi aduerſ. credit. & ſi vel titulo careat, vel bona fide, triginta, l. cum notiſſimi in princ. Cod. de præſcript. 30. annor. Debitor vero, & ejus hæres, non niſi 40. annorum ſpacio d. l. cum notiſſimi, §. Porro refert plurimum, an agatur Hypothecaria contra debitorem poſſidentem, vel ejus hæredem, an aduerſus alium rei obligatæ poſſeſſorem. Illo quippe caſu, ſatis eſt probare rem nomine pignoris obligatam. Neque enim poteſt debitor objicere, ſe dominum non fuiſſe, leg. rem alienam, ff. de pign. act. Hoc vero, cum aduerſus tertium poſſidentem creditor experitur, rem præterea probare debet, tempore contracti, temporis, in bonis debitoris fuiſſe. l. ſi ſuperatus, l. & quæ nondum, §. 1. ff. de pignor.

Actio autem pignoratitia vtilis ſecundum Plat. datur ei, qui impignorauit rem alienam ſine conſenſu domini, & poſtea dominus pignoris eſt, & tam directa, quam illa dantur principali & ſuis hæredibus, & contra hæredes creditoris. Old.

Actiones pœnæ perſequendæ gratia introductæ ſunt ex maleficiis vel quaſi maleficiis, cum præter id quod nobis adeſt, exigimus aliquid, vindictæ vel affectionis cauſa. Nam quicquid ex bonis noſtris non eſt, pœna ſit oportet. Pap. l. ſeruus ff. de ſeru. expor Old.

Actiones pœnariæ dicuntur à Fabio, quæ à noſtris vulgo pœnales, quibus pœnam commiſſam perſequimur: vt furti, rapinæ, legis Aquiliæ. Fabr. lib. 7. cap. 4. Sed etiam in formulis, cum pœnariæ ſunt actiones, nos ita cauſam partimur, an commiſſa ſit pœna, an exigi debeat. Hot. Prat.

Actiones populares dicimus, quæ ſuum jus populo tuentur: inquit Paul. in l. 1. ff. de pop. actio. Inter Priuatas autem, Publicas, & Populares hoc intereſt quod priuatæ actiones ſunt, quæ rei priuatæ ſunt, & ei ſoli, cujus intereſt, conceduntur. Populares vero, non quod priuatim alicujus, ſed quod publice intereſt perſequuntur, ac proinde cuiuis de populo conceduntur, veluti de albo prætoris corrupto, de ſepulchro violato. Publicæ vero accuſationes ſunt, quæ lege aliqua certa publicorum judiciorum conſtitutæ ſunt: vt ejus criminis de quo lex lata eſt, à certo prætore quæſtio exerceatur. Illæ à Prætore vrbano, hæ à Quæſitore certo exercebantur, l. non diſtinguemus. 32. § de liberali, ff. de recept. arbitr. vbi Paulus ait, populares actiones, majores judices habere debere. Illæ pecuniariam, hæ capitis pœnam imponebant: illæ infamiam non pariunt, hæ pariunt omnino Conſ Pac. diſputat. 28. theſ. 7. ac ſeqq & Vult. d. loc. Popularium autem aliæ rem publicam directo, proprie, ac per ſe: aliæ conjunctim ſpectant, proprie, vt actio de albo corrupto l. ſi quis id quod 7. ff de jurid. itaque ſi plures petant, prætor magis idoneum deliget, l. ſi plures 2. de pop. act. proinde nemo eam in bonis ſuis habere dicitur. Conjunctim, vt ſepulchri violati, in quibus, is cujus maximè intereſt, præfertur, ac præterea conſtituere procuratorem poteſt, l. 3. de ſepulc. viol. Hot Prat.

Actiones poſſeſſoriæ, quæ ex bonorum poſſeſſione conceſſa proficiſcuntur: ſicut dicimus hæreditarias actiones, l. pen. §. nunquid. ff. de bon. libert. Spieg.

Actiones præjudiciales dicuntur, quæ veniunt ex præjudicato, id eſt, ante judicato: ſic dictæ, quod majores & digniores cauſæ faciunt ſilere, & præeunt, id eſt, præjudicant minoribus. His agit pater erga filium, dominus contra ſeruum, patronus contra libertum, & è diuerſo ſuper dominio aut libertate, Zaſ. in §. præjudiciales. Præjudicium, vt docet Fabius lib. 5. cap. 2. aliquando ſignificat defenſionem, non modo ex ſententia prius data, ſed & in futurum danda: vt eum petentem patris hæreditatem, nego eſſe filium. Sicque præjudicia accipi poſſe pro cauſis, de quibus prius judicandum eſt, cenſet Balduinus in § præjudiciales, inſtit. de action. quod earum definitio vel finem allatura ſit negotio, vel certam datura formam. Alij præjudiciales dictas exiſtimant, vel quod in iis magnum præjudicium vertatur, vel quod aliis aptæ ſint præjudicare cauſis, vel quod per illas impediri videatur, ne præjudicium feratur. Verum illorum ſomniis exploſis, Ræuardus cap. 32. de præjudiciis, Præjudiciales inde potius dictas putat, quod prius ad quas pertinent cauſis per judicem datum expediantur, vide eum dicto loco, & infra in verbo præjudicium. Hotom. Conſ. Vult. dicto loc. & Paci. diſputat. 18. theſ. 20. ac ſeqq.

Actiones poſſeſſionis jus exequuntur regulariter ex interdictis, quibus aut adipiſci volumus poſſeſſionem antea non habitam, aut retinere, quam aduerſarius impugnat: aut recuperare, quam contra jus amiſſam intendimus, §. ſequens. Inſt. de interdic. Old.

Actio præſcriptis verbis, quæ ex conuentionibus innominatis datur, tum videlicet, cum cauſa ſubeſt, (nam ex ſimplici nudaque conuentione actionem non naſci conſtat, l. juris gentium, in princip. & § 1. ff. de pact. l. ſolent, ff. de præſcript. verb.) præſcriptis verbis, & nonnunquam in factum, dicitur. Etenim prætor, à quo olim actiones impetrabantur, vt Cicer. pro Cæcinna, certas actionum formulas, ad quas priuatæ lites accommodarentur, de iis tantum cauſis expreſſerat, quæ ad

tuendam

Digitized by Google

rue.idam communis vitæ ſocietatem præ cæteris neceſſariæ videbantur. Cicero pro Roſcio Comœdo. de reliquis certam agendi formulam non conſcripſerat, nec ſane de omnibus poterat, ob variam emergentem quotidie de nouo negotiorum multitudinem, l. 4. l. quia actio. ff. de præſcript. verb. Vnde (cum de contractus nomine ambigeretur, actionem tamen dari ex geſto negotio, æquum erat) generalem actionem ex præſcriptis verbis, & negotio geſto, lex ciuilis instituit. l. 1. ff. de æſtimato. actio. l. 1. 2. 3. & 4. & l. quoties ff. de præſcript. verbis, extra ordinem ſit contrahentibus vtilitatis cauſa ſubueniens, quam ideo præſcriptis verbis vocauit, & in factum, quod demonſtraret per ſimplicem rei geſtæ narrationẽ facto, perinde vtiliter ageretur, ac ſi proprium & ſpeciale actionis nomen propoſitum fuiſſet. Quoniam vero à iure ciuili inſtituta fuit, ciuilis paſſim appellatur. Vbi tamen nouus aliquis caſus emergit, quo nullam actionem, nec quidem incertam: ciuilis lex prodidit, & tamen actionem dari æquum eſt, Prætor (qui ius ciuile vt Pap. ait ſubſequitur, l. ſcio. ff. de teſt.) ſupplens in eo quod legi deeſt, actionem in factum vtilẽ tribuit. l. quia actionum, & l. quoties, ff. de præſcript. verbis, eademq; æquitate prodita fuit in factum exceptio, quoties videlicet alia deficeret, & nihilominus æquum eſſet, actionẽ ab actore propoſitam impugnari. Præſcriptis autem verbis actio, nunc incerti, nunc incerta vocatur, ideo, quod nec certum habeat nomen, nec ex certa definitaque conuentione deſcendat, nec item certa ſit ei à prætore data formula, ſed narratiue tantum proponatur, d. §. 1. de except. Sane & hæc exceptio à Prætore accommodatur, vbi ciuilis in factum deficit, ſicuti de actione iam diximus, d. l. quoties. Contraſ. §. actionum. Inſtitut. de actio. vt tamen actionem præſcriptis verbis & in factum minime confundas, ſcire oportet, quod actiones in factum generaliſſima appellatione ſumantur pro perſecutione ex quantomlibet variis cauſarum tam ciuilium, quam criminalium figuris. Actiones vero præſcriptis verbis aliquanto arctius referuntur ad varias duntaxat negociorum ciuilium figuras, quæ cum innominatæ ſint, habent tamen nonnihil cognationis & ſimilitudinis cum nominatis contractibus. Vbicunque ergo in delictis, vel quaſi delictis, dubitatur, quænam competat actio, ibi ſemper in factum agitur, non præſcriptis verbis: vbi vero de alicuius contractus actione ambigitur, & æquitas ſuadet actionem dari, tum vel præſcriptis verbis, vel in factum agi poteſt. Sunt ergo actiones præſcriptis verbis ex contractibus innominatis perſecutiones, vt is, cum quo contraximus, fidem ſuam liberet, ſicut verba quibus conuentio inita eſt, exigunt. Præſcribere enim hoc loco ſignificat ſtatuere, ordinare variis pactionibus quod fieri placuerit contrahentibus, cum non eſt alia huiuſmodi conuentionum forma ac exitus, niſi vt ſeruentur ſecundum tenorem & præſcriptum verborum: Mynſing §. actionum Inſtit. de act. Conf. Pac. diſp. 50. th. 17. & Vult. d. loc.

ACTIO præteritarum operarum eſt quæ datur patrono vel heredi extraneo exigenti æſtimationem operarum ſeu fabrilium, ſeu officialium operarum, l. 4 ff. de oper. lib. Cæterum non habetur præteriti temporis vlla ratio, niſi poſt moram liberti. Mora vero deprehenditur, ſi interpellatus à patrono recuſet. l. 55. ff. eod. tit. vid. Connan. lib. 2. cap. 8. n. 12.

ACTIONES prætorias, qui dici putant omnes quas prætor daret, lapſi ſunt. Prætor enim, cuius autoritas, quantum ad conſtituenda iudicia attinebat, ad ſummum perducta eſt faſtigium, ſcil. ante ſuſceptam Imperatorum monarchiam, & ciuiles, & ſuas actiones dabat, vel negabat. vide infra Iudicia ordinaria, & prætoriæ actiones. Spieg.

ACTIO prima, actio ſecunda, recte dicitur pro inſtantia prima, inſtantia ſecunda. vid. Old. in copia.

ACTIONES priuatas, reliquas omnes intelligimus, exceptis popularibus & publicis. Olden.

ACTIO protutelæ introducta eſt à Prætore in fauorẽ adulti, qui ſub tutela quidem non fuit, eſſe tamen potuiſſet quo tempore adminiſtrarentur negotia eius à protutore, aduerſus eum, qui ſubiit negotium tutoris, falſo putans ſe tutorem, cũ non eſſet, aut contra, ignorans ſe tutorem, cum reuera eſſet, d. l. 1. §. quæſito. Pro tutore autem negotia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putet tutorem, ſiue ſciat non eſſe, fingat tamen, l. 1. in princ. & §. 1. ff. de eo qui pro tutor. vel curat. neg. geſſ. Hæc vero duplex eſt: directa, de qua iam dictum eſt: & contraria, quæ perſecutio eſt, de impenſis in rem pupilli vel adoleſcentis vtiliter & ex officio boni viri factis, l. 1. ff. de contrar. tutel. & vtili actio. de qua infrà in actione tutelæ. Adde Taboetium in topico militiæ tog. & leg. diſcip.

ACTIONES proprietatis cauſam continent, quæcunque ad rem familiarem exigendam ſeu vendicandam iure dominij accommodantur, ſiue in rem, ſiue in perſonam. Item, quæ propter reſpublicas inſtitui ſolent. Oldend.

ACTIONES quaſi proprietatis cauſam complectuntur, quæ de rebus ſacris vel religioſis proponuntur, ſcil. gratia prohibendi aut reſtituendi. Harum enim proprietas nullius eſt, §. nullius Inſtit. de rerum diuiſio. l. 6. §. quædam ff. eod. tit. Old.

ACTIO pro ſocio in perſonam eſt: & ea qui non fortuna, ſed voluntate res communes habent, dirempta communione: quod ex dolo culpave inter ſe debent, poſtulare poſſunt. l. 31. 32. pro ſocio. Hotom. Hæc ex vtraque parte directa eſt. Competit ab vſufructu, quem ſolus alter ſociorum percipit, vel ſi dolum commiſit in rebus communibus. Nam locum habet, quando duo ineunt contractum ſocietatis, ita vt tam lucrum, quam damnum inter eos commune ſit. Et ſi aliquis ſociorum male & doloſe verſetur, tunc alteri contra eum datur hæc actio. vid. Vult. dd. loc. Pac. diſp. 28. th. 38.

ACTIO publiciana, vt ſingulariter monuit Olden. duritiem & ſummum ius vendicationis attemperat: adeoque, vt abſque huius beneficio illa inutilis ſit. Proinde non mediocriter errant, qui Publicianam longo interuallo ſeparant à rei vendicatione. Spieg. Eſt autem actio Publiciana dicta à Publicio prætore, qui primus eam introduxit §. ſed iſte quidem. Inſtit. de actio. Eſtque duplex, & altera alteri ex aduerſo reſpondet: Prior ei conceditur, qui cum rem alienam iuſta ex cauſa, bonaque fide aliquandiu poſſediſſet, poſtea illam caſu amiſit. nam ſi is qui nunc poſſidet dominus non eſt, Prætor æquius eſſe cẽſet, eum, qui iuſta ex cauſa illam acquiſiuit, quam eum qui caſu eam nactus eſt, obtinere. Itaque permittit ei rem illam ita petere, quaſi iam vſu cepiſſet, ſeu cœptam vſucapionem compleuiſſet. Etenim dicet Actor, Aio hanc rem ex iure Quiritium meam eſſe, quaſi à me vſucaptam. Nam ſi de tempore poſſeſſor opponat, iuuabitur actor, qui ex iuſta cauſa rem à nõ domino bona fide accepit. l. cum qui. § ſi ff. de publ. Vt non minus bona fides quam verum dominium actori quodammodo præſtare credatur. l. bona fides, ff. de regul. iur. Poſterior autem aduerſo caſu datur, cum quis aut Reipub. cauſa abſens, aut apud hoſtes, per ſubiectas ſibi perſonas rem alienam vſucepit: & is cuius res vſucapta eſt, neminem in ciuitate nancisci potuit abſentis defenſorem, aduerſus quem agendo vſucapionem interrumperet. nam prætor ei permittit, ita rem ſuam petere, quaſi vſucapta non fuiſſet. Hotom. Prat. Et hæc quidem in rem, vulgo Reſciſſoria dicitur: qua abſens reuerſus, vſucapione prætoris adiri auxilio reſciſſa, rem vendicabit tanquam ſuam, & perinde ac ſi nunquam vſucapta fuiſſet. Hæc etiam vtilis dicitur, l. 3. C. de reſtit. mil. l. vltim. Cod. quib. ex cauſ. maior. Nam reuera res amiſſa eſt per vſucapionem, & ideo directa non competit quæ ſolis dominis datur. Cæterum beneficio prætoris, hi in quorum abſentia res vſucapta eſt, pro dominis habentur. Si quidem nemo videtur re excluſus, quem prætor in integrum reſtituturum ſe pollicetur. l. nemo videtur, ff. de reſtit. in integr. Conf. Epit. Pac. diſp. 27. th. 15. & Vult. d. lib. 2.

ACTIO Quanto minoris eſt, qua emptor petit, vt venditor ſoluat id, quanto minoris res valuerit, cum emeret eam l. 2. C. de ædil. act. Eius interpretes duas ſpecies fecere: alteram quanto minoris res eſſet empta, ciuilẽ; alteram detractione vltimæ dictionis quanti minoris eſſet, prætoriam appellantes, earũque quatuor differentias conſtituentes. Sed Cynus d. l. 2. & Fulgoſ. d. l. Iulianus, aliique numero quidem pauciores, rationibus non tamen inferiores, recte exiſtimarunt, hoc diſcrimen duplicis generis actionum Quanto minoris, non eſſe recipiendum, non enim putant hæc re ipſa differre, Quanti res eſt, & quanto minoris emptor is quis eſſet. Nemo enim pluris emit quam reuera valere exiſtimat: quia non præſumitur quiſquam ſuum iactare. l. cum de indebito. de probat. Et inter hæc verba, Quanti ea res erit, & quanto minoris eam rem eſſe apparet; nihil intereſt, ſed in vtraque clauſula æſtimationem rei veram fieri placuit. l. inter hæc verba. de verb. & rer. ſign. & æſtimatoria hæc actio paſſim vocatur, & multam vrget aduerſus diſtinctionem illam duplicis generis, quod ipſi Iuriſconſulti his verbis, Quanti res eſt, & quanti venierit, promiſcue aliquando vno loco & in vna facti ſpecie vtantur, de qua re latius Budæus d. l. Iulianus in princ. vbi validiſſime ab ipſo diſtinctio illa duplicis generis Actionum Quanto minoris expugnatur. Adde Tab. in ſuo topico mil. tog. & legal. diſcip. Schard.

ACTIO querelæ inofficioſi, de qua voce pluribus infrà in ſuo ordine, locum habet duntaxat, cum nullum aliud fuerit remedium, quo liberi ad bona defuncti parentis venire poſſint. §. iam autem. Inſtit. de inoff. teſtam. vnde vocatur vltimum adiutorium, l. maximum vitium. Cod. de liber. præter. & vulgo querelam ſubſidiariam dicunt, in l. Pap. §. quis impubes, ff. de inoff. teſtam. Conf. Vult. d. loc. Recte autem diffinitur, iudicium eſſe reſciſſorium, quia reſcindit obſtaculum (vt Olden. ait) exercendæ petitionis hæreditatis. Spieg. vide ſupra Actio inofficioſi teſtamenti.

ACTIO quod iuſſu dicitur, quæ aduerſus eum datur, cuius ſeruus, ipſius iuſſu cum aliquo contraxit, vt ipſo in ſolidum quanti ea res eſt damnetur, nam qui cum ſeruo iuſſu domini contrahit, non ſerui, ſed ipſius domini fidem ſequi videtur l. 1. & paſſim, ff. quod iuſſu, ideoque cum ipſo domino actionem

habebit. Hotom. Prat. Iuſſus ergo longe alia ratio eſt quam mandati: nec enim is, niſi in ſeruum cadit. Sic non ſeruus à creditore mandato, domini ſed ipſe dominus per ſeruum accipere exiſtimatur: ſecus eſt in mandato, quod eorum fit cauſa, qui non ſunt in noſtra poteſtate. Conna. lib. 6. cap. 8. ad Senatuſconſ. Vell. vid. Vult. d. loc.

Actio quod metus cauſa, in perſonam eſt: qua is à quo per vim vel metum res extorta eſt; quadruplum ab eo, qui rem extorſam poſſidet, conſequitur. Ergo datur ei, qui probabili vel iuſto metu coactus rem ſuam vendidit, tradidit, vel promiſit, aduerſus eum qui metum intulit, & in eum ad quem res peruenit: ſed intra annum erit quadrupli propter contumaciam nolentis rem reſtituere iuſſu iudicis ante litem conteſt. poſt annum vero ſimpli. Eius natura tacite continetur, vt qui iudicis iuſſu ipſam rem reſtituat actori, abſoluatur. Imper. Inſti. de act. §. item actio. Prat. Oportet autem metum iuſtum fuiſſe, l. 1. ff. quod met. cauſ. vt qui minime vanus ſit, ſed qui vel conſtantiſſimum hominem percellere poteſt, eum vel mortis vel corporis cruciatum contineat, l. interpoſitas. C. de tranſact. Et ideo præceptum principis, vel iudicis, qui alioqui ſæuire ſolitus eſt, iuſtum metum inducit, l. 2. C. de his qui per met. iud. non appell. Facta autem per metũ, actionis iure reſcinduntur. Nonnunquã metus officio iudicis retractari ſolet: quod contingit, quando vxor mariti, vel filius patris ſui minas metuẽs, aliquid præter ſuam voluntatem fecerit. Neque enim ſola patris vel mariti præſentia ſufficit, ſed minas acceſſiſſe neceſſarium eſt. Iaſon in §. quadrupli, nu. 61. de act. vide Vult. d. loc.

Actio rationibus diſtrahendis competit pupillo vel adoleſcẽti, aduerſus quondã tutorem, qui ex bonis pupilli aliquid abſtulit dolo, vel etiam ſine dolo, nec id retulit in rationes. Nec enim ſufficere arbitrati ſunt legumlatores, introductam eſſe actionem tutelæ, vt à tutorib. redderetur ratio, ni quoque liceret adulto impugnare rationem editam, & repetere res ablatas. Diſtrahere namque rationes in hoc iudicio dicitur pro eo, quod eſt accuſare fraudem vel culpam tutoris, qui rem ex bonis pupilli abſtulit, nec proinde retulit in rationes, Vlp. diſpunctionem vocat ipſam rationis cancellaturam, in l. cum plures, ff. de bon. auth. iudic. poſſ. Meminit huius iudicij Quint. lib. 7. c. 4.

Actio realis eſt ex dominio, quaſi dominio, vel iure in re ſpecifico: perſonalis ex obligatione. Spieg. vid. ſuprà. Actio in rem & actiones in rem, infra Actiones rei perſecutoriæ.

Actio receptitia, eleganti quadam loquendi forma dicta eſt à recipiendo, h. e. accipiendo: qua olim tenebantur argentarij, aut alij quiuis debitores, qui ſe pecuniam, licet non ante debitam, ſoluturos conſtituerant, l. 2. C. de conſtit. pec. ſic dicta, quod omnem omnino obligationem in ſe reus ſic conſtituens reciperet. Cortaſ. §. in perſonam Inſt. de act. in eam actionem (quod ampla fuit, & late patuit) venerat, quicquid promittebatur deliberatius & citra ſtipulationem rerum ſiue fungibilium, ſiue non fungibilium Zaſ. in §. in perſonam. Inſtitut. de actio. Hæc actio & rei vxoriæ, omnino ſunt ſublatæ. vid. l. 1. C. de recept. act. & l. vnica in princ. C. de rei vxo. act. Spieg. Cæterum cum hæc actio alio modo conſtringeretur, h. e. tantum in iis rebus, quarum numeratio eſſe poteſt, locum haberet, & plerunque anno vno finiretur: & dubitaretur, an, quod in diem vel ſub conditione debetur, recte conſtitueretur: Iuſtinianus ſtatuit, conſtitutum ad exemplum ſtipulationis, & in omni rerum genere locum habere poſſe, & perpetuam actionem patere: & omnino pure conſtitui poſſe, quod in diem, vel ſub conditione debitum eſt. Bald.

Actio redhibitoria, Lege. Redhibitoria actio. Hæc ſemeſtris eſt, quod mancipiorũ vitia, ſi quæ ſint, tãto tempore cognoſci poſſunt, & in curia emptorum augeri, vt poſtea nequeãt ſine magna venditoris fraude redhiberi. Connan. lib. 3. c. 11. n. 8.

Actiones rei perſecutoriæ ſunt, quibus id petimus quod ex patrimonio nobis abeſt. Paul. l. in honorariis ff. de act. & obli. §. ſequens. Inſtit. de actio. Prat.

Actio rei vxoriæ, erat olim actio in rem, per quam vxor dotẽ ſuam ſoluto matrimonio repetebat. Dos enim (vt ſcribit Boetius) licet matrimonio conſtante in bonis viri ſit, eſt tamen in vxoris iure, & poſt diuortium velut res vxoria peti poteſt. Et Imp. l. pen. C. de iur. dot. Dos & ab initio vxoris fuit, & naturaliter in eius permanet dominio. Non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas delata vel confuſa eſt: hæc ille. Dabatur autem hæc rei vxoriæ actio non ſolum vxori, ſed & marito, ad exactionem dotis quam ſemel præſtari placuit, qualiacunque verba fuerint, ſiue ſcripta, ſiue non, etiamſi in pollicitatione rerum dotalium ſtipulatio minime fuerit ſubſecuta. Dotis n. promiſſio ſpeciem eius contractus gerit, qui dicitur Do vt facias, do dotem vt contrahas matrimonium: igitur ſubſecuto matrimonio poteſt ad dotẽ maritus agere, etiam nudo pacto promiſſam, quandoquidem ex parte ſua cauſam implerit pactionis. Et hæc actio dicebatur rei vxoriæ. Sed poſtea Iuſtin. ſanciuit, vt in huiuſmodi dotis conſtitutione intelligeretur ſtipulatio adiecta, ſiue ea interueniſſet, ſiue nulla, aut inutilis, vt patet ex l. vnica C. de rei vxor. act. Credo, vt etiam ante matrimonium contractum non eſſet pœnitentiæ locus, neq; reuocari aut imminui poſſet ſemel dicta dos; vt ſi promiſiſſem tibi decem pro dote Caiæ, non liceat mihi diſcedere à conuentis, ſi modo eam duxeris in vxorem. Cona. lib. 5. c. 5. n. 1.

Actio rerum amotarum propter honorem matrimonij introducta eſt, quum lex atrocem & turpem actionem furti concedi nollet l. 1 & 2. ff. de actio. rer. amot. & l. vlt. §. vlt. Cod. eod. Conf. Vult. d. loc. vid. infrà. Amouere.

Actio reſciſſoria, eſt in rem actio, quam Prætor ei cuius rem aduerſarius, dum ex iuſta cauſa abeſſet, vſu cepit, reſciſſa pro imperio & pro nihilo habita vſucapione, concedit: vt eam rẽ nihilominus, quam ſi vſucapta non eſſet, vindicet, vt docet Imp. §. 5. de actio. vnde intelligitur, finẽ huic actioni non hũc eſſe propoſitum, vt vſucapionem reſcindat: ipſum enim Prætorem id pro imperio cauſa cognita facere: ſed vt res à poſſeſſore vindicetur, vt patet ex l. 21. & l. 22. ff. ex quib. cauſ. maior. Hotom. Adde Taboet. in topico ſuo militiæ for. & legal. diſcip. vid. ſuprà. Actio publiciana, circa fin.

Actio reſtitutoria dicitur, quæ in veterem debitorem, pro quo mulier intercesserat, ea muliere liberata reſtituitur l. quamuis, 8. §. 6 & 7. ff. ad Velleian. l. 8. C. eod. Hotom. Non enim creditorum odio, ſed mulierum gratia introductum eſt SC. Velleian. l. 14. ad SC. Velleian. Et cum mulieris perſona ſubtrahatur creditori propter Senatuſconſ. integra cauſa priſtina reſtituenda eſt, l. aliquando l. quamuis, ff. h ne tit. de quo latius Connan. lib. 6. cap. 8. n. 19.

Actio reuocandæ donationis dicitur, qua vtitur is, qui rem quampiam donauit, aduerſus eum cui donauit, ſi eum ingratum probauerit. Rem enim donatam per hanc actionem recuperat. l. vlt. C. de reuoc. donat. & §. 2. de donat. Hoto. Fit autem ingrati actionis mentio l. penult. C. de libert. & eorum libert. Condictio autem tractatur in l. vlt. C de reuoc. donat.

Actio reuocatoria contra eos competit, in quos res & bona debitoris alienata ſunt titulo oneroſo, ſi iſti poſſeſſores fraudem debitoris ſciuerunt, i. participes fraudis fuerunt. Zaſ. in §. item ſi quis Inſt. de act. Sunt autem tres actiones Reuocatoriæ, tribus autoribus introductæ. Pauliana, quã nõnulli rectius Paulinam dici putant: Fauiana, quam malunt Fabianam appellari, & Caluiſiana. Errãt enim qui actionem in factum addunt pro quarta ſpecie rerum incorporalium: quandoquidem iſtæ actiones tam corporales, quam incorporales res complectuntur. Verum quia propriæ ex facto alienantia in fraudem dici non poſſunt, cum propter hoc factum etiam dentur aduerſus alios, iuxta l. actionum genera §. actionum autem, ff. de oblig. & actio. igitur recte generali iſta appellatione actiones in factum vocantur ſæpe a Iuriſconſult. Old. Vt autem Reuocatoria competat, tria concurrere neceſſe eſt: primo vt res aliena ſit; ſecundo vt in fraudem creditorum, tertio, vt bonis à creditoribus poſſeſſis res alienatæ ſint. l. Fulcinius, ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ.

Actio ſequeſtraria à ſequeſtro vocatur apud Pom. in l. ſi in Aſia § cum in ſequeſtro. ff. depoſit. item Vlp. in l. ſi quis adfirmauerit. §. Labeo. ff. de dolo malo. Spieg. Eſtque ſpecies Actionis depoſiti, quæ ſcil. contra ſequeſtrum datur, & cum ſequeſtro recte agetur depoſiti ſequeſtraria actione. Hotom.

Actionem Seruianam plerique à ſeruando dictam putant, inter quos & Zaſ. eſt, § item Seruiana Inſt. de act. Aſt non à ſeruando, alioqui ſeruatoria diceretur: ſed à Seruio prætore, qui primum eam edicto ſuo propoſuit, alij rectius appellatã exiſtimant Cortaſ. d. §. item Seruiana, & datur pro reb. coloni vel inquilini tacite obligatis, ei qui ædes, vel horreum, vel diuerſorium, vel aream, in ciuitate, aut prædium ruſticum extra ciuitatem locauerit. Porro inter Seruianam & Saluianum interdictum hoc intereſt, quia iudicium Seruianæ actionis in rem eſt, & ita petitorium, l ſi cum venditor. ff. de euict. vtpote quod aduerſus poſſeſſores rerum inuectarum competat. l. 1. Cod. de prec. & Sal. interd. Licet enim creditor nudam poſſeſſionem auueet, d. l. ſi cum venditor. quæſtio tamen proprietatis etiam vertitur, ſiquidem oporteat, illum non modo rem ſibi obligatam probare, ſed præterea eam in bonis debitoris fuiſſe tempore obligationis contractæ l. & quæ nondũ § 1. ff. de pigno. Interdictum vero Saluianum poſſeſſorium eſt, adipiſcendæ (§. ſequens, in fin. de interd.) videlicet poſſeſſionis rerum coloni dominis rei locatæ tacite obligarũ l. 1. & 2. ff. de Sal. interd. Cum ſcilicet inter creditorem & debitorem de pignoris poſſeſſione certatur, l. 1. C. de precario, quum tamen Seruiana aduerſus alios quoque poſſeſſores. Quaſi Seruiana, quæ datur creditoribus ad pignorum perſecutionem, d. §. item Seruiana hæc eadem eſt cum hypothecaria, & in nihilo differt ab illa, vt declarat Bart. in l. ſi ff. de Sal. interd. recte dicens ibi gloſſam eſſe corruptam, in quantum dicit, quod aliud eſt in Hypothecaria, & aliud in quaſi Seruiana, non enim debebat dicere in quaſi Seruiana, ſed in Seruiana. Quaſi autem Seruiana dicta eſt, primum ad differentiam Ser-

uianæ

uianæ. Deinde quia hypothecaria actio propter expreſſam conuentionem & conſenſum, inter debitorem & creditorem, magis ex jure ciuili conſtare videtur, quam ex autoritate prætoris. Verum tamen, quia Seruius ei formam dedit, & primus edicto ſuo in ſurum produxit: ideo illi nuncupata fuit hoc temperamento Quaſi Seruiana. Old. Nonnunquam tamen & Iuriſconſulti Seruianam appellant hypothecariam, l. 3. §. 3. ff. de exhib. l. ſi debitor. ff. de pign. act. l. 5. §. cum prædium, l. ſi ſuperatus, l. ſi ab eo ff. de pign.

ACTIO Seruiana (ait Hot.) eſt, qua dominus prædij ejus rei quam ei colonus pro mercedibus oppignauerit, poſſeſſionem ab eo qui ipſam tenet, vindicat. Hoto. vide Vult. d. loc. Pac. diſput. 17. th. 22. ac ſeqq.

ACTIO Serui corrupti, competit domino in duplum ſuper damno illi facto, ſiue rerum ablatarum, ſiue contumaciæ in dominum, ſiue diminutione exiſtimationis, qua minoris exiſtimatur dominus propter ſeruum nequam. Zaſ. in §. omnes. Inſtit. de actio. refertur autem hæc actio ad tempus ſerui corrupti, vel recepti, non ad præſens: venitque in hoc judicium æſtimatio rerum quas ſecum abſtulit, quia omnino damnum multiplicatur, l. in hoc judicium, ff. de ſeru. corrupto. Competit in eum cujus conſilio ſeruus alienus fugit aut contumax contra dominum factus eſt, aut luxurioſe viuere cœpit, aut quolibet modo deterior euaſit. In qua actione etiam rerum quas fugiendo ſeruus abſtulit æſtimatio deducitur, §. 23 de actio. Hotom. Differt autem ab actione legis Aquiliæ, quia etiam hæc aduerſus confitentem in duplo eſt, Aquilia autem inficiantem duntaxat coercet. Conſ. Vult. d. loc.

ACTIO ſeruitutis confeſſoria & negatoria, vid. Actio confeſſoria.

ACTIONES ſtricti juris ſic appellatæ ſunt, quia in iis nihil venit, nec quicquam judex poteſt, niſi quatenus nominatim à partibus conuentum eſt, tametſi id judex forte æquum ſtatuit. Quodcunque enim palam verbis expreſſum non eſt, omiſſum intelligi debet, leg. quicquid adſtringendæ, l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verb. oblig. Hoc enim jus perquam durum, exactum ac ſtrictum eſt, vt vocibus tantum ac literis ſuperſtitioſe ſpectatis, maxime ab æquitate diſcedatur. Cotiaſ. lib. Miſcell. 2. cap. 8 nu. 13.

ACTIO ſubſidiaria dicitur ea, quæ contra magiſtratus inſtituta eſt, qui aut omnino à tutoribus vel curatoribus ſatiſdari non curauerunt, aut non idonee paſſi ſunt caueri. Continet itaque hæc actio vltimum præſidium: quia tunc demum exercetur, vbi non eſt indemnitati pupilli ſatisfactum excuſſis bonis tutoris, itemque fidejuſſoris ejus, nec non collegarum, qui etiam periculum propter conſortium adminiſtrationis ſubeunt. Nomen autem ex eo reperit. Nam quemadmodum Subſidiarij proprie dicebantur Triarij, qui dum primus & ſecundus ordo pugnabant, vt ait Feſtus, ſubſidebant: eodem modo primo loco tutores, tum eorum fidejuſſores, poſtremo quaſi res ad Triarios pupillo redierit, magiſtratus conueniuntur. Hotom. Adde quod ſubſidiaria non ſaltem dicitur ea, quæ pupillis contra magiſtratus datur, ſed & his qui nulla actione ordinaria cum aduerſario in judicio experiri poſſunt. Ita ergo propriiſſime in factum actio ſubſidiaria dicitur, quæ aliis exactionibus deficientibus, tanquam poſtremus comes aliis ſuccedens per leges ſurrogatur. Peckius l. 3 § ex hoc edicto, n. 5. naut. caup. ſtab. Actio enim ſubſidiaria à ſubſidio nomen habet, quod ſcilicet his qui nulla actione ordinaria experiri cum aduerſario in judicio poſſunt, ſubueniat: Sicque etiam actio de dolo ſubſidiaria dicitur, quia tum demum competit, vbi nullum aliud auxilium ſupereſt.

ACTIO tributoria, eſt actio in perſonam, qua is cujus ſeruus in merce peculiari, ſciente domino, negociatus, contraxit, in tributum vocatur, id eſt, vt merces æqualiter creditoribus diſtribuat. Ergo in dominum datur quo ſciente vna cum ſeruo in merce peculiari contractum eſt, niſi res æquabiliter inter creditores partitus ſit, nimirum vt alia tributio fiat, l. 1. & poſt ff. de tribut. actio. Hotom. Cæterum duo neceſſaria eſſe videntur ad actionem tributoriam: primum mercem eſſe, vt ſit negotiatio; nam non niſi ejus peculij ſit contributio, in quo ſeruus eſt negociatus. Et oportet quidem mercem eſſe peculiarem: nam ſi propria domini eſſet, magis competeret inſtitoria l. 1. ff. de tribut. act.

ACTIO tutelæ. In tutelæ judicio (ait Fabius lib. 7. cap. 4.) ſolet quæri, an alia de re, quã de calculis, cognoſci oporteat: an fides præſtari debeat tantum, non etiam conſilium & euentus Hotom. Conſ. Pac. Epit. diſp. 20. theſ. 15. ac ſeqq. & Vult. d. loco.

ACTIO tutelæ directa eſt, quæ competit adulto, qui ſub adminiſtratione tutoris impuberem ætatem tranſegit aduerſus quondam tutorem cujuſlibet generis, l. 3 §. 1. ff. de adminiſt. & peric. tutor. vt adminiſtrationis ſuæ, omniumque rerum geſtarum rationem reddat ex eo die, quo per denunciationem, vel quomodocunque cognouerit ſe tutorem eſſe, l. quidam decedens. §. vlt. & l. ſeq. ff. de admin. tut.

ACTIO tutelæ contraria eſt, quæ non ſolum tutori, verum etiam ei, qui pro tutore negotia geſſit, competit, aduerſus quondam pupillum, nunc adultum vel adoleſcentem legitimæ ætatis factum, cujus tutelam vel curam adminiſtrauit, etiamſi ipſi, quorum tutela eſt adminiſtrata, noluerint tutores vel curatores conuenire, puta cum nihil eis abſit. Hæc vero actio contra pupillos ideo introducta eſt. Nam ſi nullam haberent tutores de adminiſtratione actionem contra pupillum, eſſent ad tutelam cogendi homines pignoribus aut vinculis: & ideo vt facilius ad adminiſtrationẽ earum accedant, & promptius aliquid de ſuo pupillis impendant, dum ſciunt ſe id omne ſuis actionibus recepturos, datur illis iudicium tutelæ contrarium, de quo tractatus extat, de contraria tutelæ & vtili actione. Vtilis autem hæc appellatur, quia vt Imperator inquit, vtilitatis cauſa huiuſmodi actiones inuentæ ſunt.

ACTIO vectigalis, eſt actio in rem, qua vtitur is qui vectigalem fundum conduxit, aduerſus poſſeſſorem, & eos à quibus eum fundum cõduxit l. 1. ff. ſi ager vectigal. Vlp. l. 15. § 13. ff. de dam. infect. Si de vectigalibus ædibus non caueatur, decernendum eſt, vt eodem iure eſſet, quo foret is, qui non caueat, poſt quod decretum vectigali actione vti poterit Hotom.

ACTIO venditi, ſiue ex vendito, eſt actio in perſonam, per quam qui rẽ vendidit, precium eiuſque poſt rei traditionem, quamuis precariam, vſuras, itemque ſumptus in rem factos, & quod inter contrahendum factum ſit, poſtulat: vt docet Vlp. l. 13. §. 17. ff. de empt. Hoto. Veniunt ergo in hoc iudicium cum primis quatuor: precium nimirum quanti res vænit, vſuræ quoque tardius illati pretij, l. Iulian §. ex vendito ff. de act. empt. pœna conuenta, ſi ad idem pecunia ſoluta non eſſet, d. l. Iulian. §. idem Papinian. vel non ſit factum, quod ab emptore venditori fieri conuenit, l. prædia ff eod. tit. ac denique ſumptus, qui à venditore in re diſtracta facti ſunt dict. l. Iulian. §. præterea. ff. eod.

ACTIO viæ receptæ dicitur, cum vicinus ſub prætextu refectionis, vel ſine ædificatione, temere ac citra vllam neceſſitatem efficit, vt per agrum vicini eundum & iumentis agendum ſit publice contra morem & vſum veterem, tantum fundi ſui dilatandi gratia. Receptæ enim hic eſt *vmbvverffen*, vt cum dirigitur via in alterius agrum. Old.

ACTIO vi bonorũ raptorũ eſt, per quam ab eo qui rem eripuit, quadruplum intra annum exigitur, in quo ſimplum ineſt: poſt annum ſimplum duntaxat: ait Imperator, ſub tit. vi bon. rapt. in princ Hoto. vid. Pac. diſp. 19. theſ. 7. & Volt. d. loc.

ACTIO vtilis dicitur, quæ non incipit currere creditoribus, niſi quando eis eſt experiundi poteſtas: h. e. niſi poſtquam bona debitoris non alienata, vendita ſunt, & debitores nec dum ſoluti Vid. Ferr. in §. item quis, eod. tit.

ACTIO vtilis ex contractu, datur iuratori: in qua medium concludendi eſt contractor. Zaſ. in §. item ſi quis poſt eod. tit. Sciendum item quod Actio vtilis, quæ opponitur directæ actioni, dicitur ea, quæ nec ex verbis legis nec ex mente legis competit, imo legislator non cogitauit de eis, ſed poſteriores Iureconſulti moti æquitate & rationis pietate, extendunt etiam ad cauſas non nominatas in lege. Idem in §. præiudiciales eo. Eſt tamen, vbi vtilis tollit directam actionem: vt in L. in cauſa, in fi. ff. de procur. Spieg.

ACTOR varie accipitur quandoque pro eo qui cauſas in iudicio agit; & pro aduocato. Actores in theatris, qui fabulas agunt. Cicero in Bruto. Et actori, ſummo cauſarum magiſtro, quandoque pro eo qui pecuniis exigendis præeſt, l. pure. § actoris, ff. de dol. mal. quandoque pro ſeruo diſpenſatore, l. Sticho 40. §. 3 ff de ſtatulib. Prate.

ACTOR & is eſt, ſecundum cuius intentionem data & concepta erat actio. Gothof. ad l. 6. ff. ſi ingen. eſſe dicetur: vel is, qui primus ad iudicium prouocat. Volt. ad pr. tit. de actio. Inſtit. & ad §. 2. n. vlt. ibid. vbi & aliud Actorem eſſe docet, aliud Actoris partes obtinere, contra Cuiacium.

ACTOR fugitiuus in l. 13. §. 2. C. de iudic. id eſt, contumax. Gothof. ibid.

ACTOREM fruſtrando efficere, hoc eſt, litem calumnioſe deferre. Afric. in l. fi. ff. de procur.

ACTOR in cauſis forenſibus, generali vocabulo, is eſt qui agit, & vocat alium in ius (*der Klager*) quippiam ab ipſo petens in iudicio. Hinc Actio, officium ipſum ius perſequendi. Dicitur & fabularum actoribus & Actio fabulæ, h. e. ipſa per geſtus repræſentatio. Actor item pro eo, quem vulgus vocat Directorem, ſiue ſuperintendentem, apud Paul. in l. vlt. de offic. præfid. Vlp. ad fi. l. 1. ff. de ſeru. corrup. Actorem quoque appellant Iuriſconſ. petitorem: Reum vero poſſeſſorem, vt in l. Carbonianum, §. ibidem Iulia. ff. de carb. edict.

ACTOR ſeruum dicitur, idem qui diſpenſator nimirum qui pecuniæ domini tum exigendæ, tum diſpenſandæ præeſt. Hinc apud Vlp Actor pro ſeruo præſtantiſſimo & optimo, in l. legato 37. ff. de legat. & ſi leitem, vid. diſpenſator. Plautus Atrienſes appellat. Hoto. Hi actores nunc à faciendo factores nuncupantur.

ACTOR publicus ſeruum publicum ſignificat C. tacito lib. 4. Mancipari ſingulos Actori publico iubet. Hoto.

Digitized by Google

Actor dicitur, qui & Syndicus. Hinc qui à municipiis, collegiis aliiſque corporibus, actionum inſtituendarum cauſa conſtituebantur, Actores à noſtris appellantur.

Actor municipij, corporis aut collegij is eſt, qui agit facitve quod communiter agi fierive oportet; quique municipium defendit, is actor, ſyndicus & defenſor appellatur. Prat.

Actor dicitur is, quem tutor, vel curator ad agendum quaſi procuratorem auctore Prætore conſtituit. Ergo curator ad patrimonij totius: Actor ad litium tantum adminiſtrationem inſtituitur. Ille à Magiſtratu deligitur: hic à tutore, vel curatore proditur, à Magiſtratu confirmatur. Tutor curatoris adjuncti ſibi periculum non præſtat, actoris vero præſtat. §. vlt. de curat. vbi copioſius Hoto. Sunt qui dicant, actorem ad litium pupillarium adminiſtrationem tantum inſtitui: cum tamen, vbi diffuſa ſunt negotia, aut vbi tutoris ætas, dignitas, poſtulat, actor etiam conſtitui poſſit; atque ideo ad extrajudicialia. d. l. vnic. Eſt & Actor qui à procuratore ſiue in rẽ ſuã, ſiue non, conſtitutus eſt, l. ſi actor. & l. ſeq. ff. de procul. Prat.

Actor in tribus iſtis iudiciis, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, intelligitur is, qui ad iudicium prouocat. Sin vterque prouocent, ſorte res diſcerni debet. l. 13. & 14 ff. de iud. l. 2. § 3. l. 44. §. 3. famil. herciſc. l. 11. in fin. de Iuriſd. l. 10. finium reg. l. 37. in fi. de oblig. & act.

Actrix, l. 41. C. de liberal. cauſ.

Actuariolum erat, quod decem remis agebatur, Ciceroni lib. 16 ad Attic. Prat.

Actuarii, aut notarij, nudis verbis credendum non eſt, l. 40. de teſtam. mil Gothof. ad l. 2. C. de eden.

Actuarius pro ſeruo publico, Tranquillus in Iulio: Quam orationem non immerito Auguſtus exiſtimat magis ab actuariis exceptam, male ſubſequentibus verba dicentis, quam ab ipſo editam. Hot.

Actuarius, de quo meminere Impp. in l. actuarij, & l. pe. C. de erog. in l. annon. & l. actuarios C. de num. & actuar. & Nov. 108. & alibi. Græcis ὑπομνηματοφύλαξ, ὑπομνηματογράφος est actorum ſcriptor ſiue cuſtos, quiq; ratiocinia pertractat. Horum quidam ærarij comitum, l. 3. C. de diuerſ. offic. alij palatinorum numerorum rationes tractant. d. l. actuarij. Alij præfecti prætorio: alij ſcholæ, de quibus d. Nouell. 108 Prat.

Actuarius dicitur, qui acta actionesque calamo præpropere deſcribit, & deſcripta recitat. Itaque actuarius tanquam notarius eſt. Quinimo Old. (vt refert Spieg.) actuarius ſcribas eſſe ait, quos notarios contractuum dicimus. Hi vero erant ſerui publici, quibus ea de cauſa ſcribarum & notariorum munus mandabatur, non quod exiſtimarent illud libero homine indignum eſſe, ſed quod Romanorum iure non licuit per liberas perſonas acquirere, ſed per eos tantum qui ſunt in noſtra poteſtate, ſic tamen, vt nec filijfamilias aliis quam patribus nec ſerui niſi dominis ſuis poſſent acquirere: ex Connani comment. lib. 2. c. 2. Dicuntur autem actuarij, vt actores, ab actis, quibus ſcribendis dabant operam. Cæterum hoc munere ſeruis interdixit Arcadius, l. generali. C. de tab. lib. 10.

Actuarii limites de quibus Hygin. lib. 1. de limit. conſtit. Actuarius, inquit, limes, qui primus actus eſt ab eo quintus quiſque, quem ſi numeres, à primo erit ſextus: quoniam quæque centurias ſex limites cludunt: & paulo poſt: Actuarij extra maximos latitudinem habent pedum duodecim, Prat.

Actuariæ naues, i. quæ remis aguntur, non modo velis.

Actum, vide ſupra Acta.

Actum eſt. Donatus in Andr. in ſumma rerum deſperatione ponitur, Actum eſt, Ilicet. Hæc res ſecundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur, ne quis rem actam apud iudices repetat. Sic ipſe in Phormione, Actum, aiunt, ne agas. Idem in Adelph. Actum eſt, dicitur in ea re, de qua iam lata ſit ſententia. Hoto.

Actum adminiſtrare dixit Vlp. in l. 1 §. ſi ſeruus, ff. ſi is qui teſt. lib. Prat.

Actum agere, id eſt rem adminiſtrare, quod & actum gerere dixit Vlp. Prat.

Actum, eſt mens contrahentium ac voluntas, Goth. ad leg. 34. de reg. iur. per l. 219 de verb. ſign. l. vlt. C. quæ res pign.

Actum opponitur dicto, Goth. ad d. l. 34.

Actum: pura pura Latina ſunt iſthæc, Nihil acti erit, l. 137 §. 1. de verb. obl. Quid acti ſit, l. 21. & 26 de reb. dub. l. 41 de verb. obl. Quod acti ſit, l. 57. ff. obligat. & actio. Briſſ. in parerg.

Actus, generale verbũ eſt, ait Vlp. ſiue verbis, ſiue re quid agatur: vt in ſtipulatione, vel numeratione. Geſtus rem ſignificat ſine verbis factam, l. 19. de verb. ſign. Hoto. Et actus generaliter intelligitur pro omni eo quod agitur: ſiue verbis agatur, vt ſtipulatio, §. 1. Inſtit. de verb. oblig. l. 1. ff. eod. (vnde in ſtipulationibus, cum quæritur quid actum ſit, verba ſtipulationis ſpectanda ſunt, quæ ſi obſcura vel ambigua ſint, contra ſtipulatorem ſunt interpretanda. l. ſtipulatio iſta § in ſtipulationibus, juncta l. eum qui calendis, & l. ſequitur, in fi. de verb. oblig.) ſiue ſecundo agatur, vt in numeratione, §. 1. Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig. Et generaliter etiam ſæpe de quocunque actu accipimus actum; vt cum dicitur, quod Actus negotium non operentur vltra illorum intentionem, leg. non omnis, ff. de reb. cred.

Actus interdum pro facto accipitur, vt l. Paulus, ff. rem ratam haberi. Paulus reſpondit, non tantum verbis ratam haberi poſſe, ſed etiam acto.

Actus omnes in genera duo diſtribuere Impp. l. actus C. de feriis, in publicos & priuatos Prat.

Actus conditionales, ad effectum neceſſarius, eſſe definitur, qui aliter quam conditionaliter geri nequit: id eſt, niſi ſub tali conditione geratur, ad præſtitutum effectum peruenire non poteſt. Ex Salomonio Spieg.

Actus extranei non pertinentes ad id quod jam vno contextu peragitur.

Actus forenſis, qui in judicio verſari conſueuit.

Actus legitimi dicuntur omnes, quacunque juris ſcripti parte inuenti, & de hac materia vide Dyn. in l. actus, de reg. jur. in 6. Nebriſſ.

Actus legitimi ait l. 77. de reg. jur. qui recipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis vel conditionis adjectionem: nonnunquam tamen actus ſupra ſcripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehenſa vitium afferunt, &c.

Actus mentalis, vid. Gothoft. ad l. 16. C. de teſtib.

Actus plures reſpicientes vnum finem, dicuntur vnum negotium: vt arare, ſerere, & ſi quæ ſimilia l. ſi pupilli, §. fi. ff. de neg. geſt. Spieg.

Actus voluntarius dicitur, qui diuerſimode geri poteſt: & ex contrario, qui non niſi vno modo geri poteſt, dicitur neceſſarius, ex Bari. doctrina. Spieg.

Actus neceſſarij, ſunt victus neceſſarij vel potionis obligatio, vel medicaminis datio, vel impoſitio, quibus relictis ipſa ſanitas teſtatoris periclitetur, l. 28. in pr. & ibi Gotho. C. de teſtam.

Actus neceſſarius teſtamento alienus, vſurpatus, teſtamenti conſequentiam non vitiat. Gothoſr. ibid.

Actus in ſeruitutum materia ab agendo dictus, eſt jus agendi jumentum vel vehiculum. Inſtit. de ſeruit. præd. vel eſt ſeruitus prædialis, quæ jus, armentum gregemve per prædium alienum agendi, complectitur. A via autem & itinere hoc differt, quod iter eſt proprium hominum, actus pecudum, via vehiculorum, vnde ſequitur, vt itinere actus, actu via latior atque amplior ſit: homo enim tranſire per anguſtiorem aditum, quam grex aut armentum, poteſt: & rurſus grex per ſpacium anguſtius, quam vehiculum. Quare qui actum habet, habet & iter: qui viam, actum & iter, at hoc non reciprocatur: tametſi quandoq; is qui vehiculũ ducit, jumentum agit. Vide l. 1. in princ. & ibi Gothoſt. de ſeruitut. ruſticor. prædior. Frequenter agendi verbo via quoque continetur, veluti ſi quis eundi agendi ſeruitutem promittat. hæc enim formula & pecoris conjuncti vehicularis actum complectitur. Itaque illud Seruij in quartum Æneidos, intelligendum eſt: via, inquit, eſt actus dimidius, qua poteſt ire vehiculum. Nam actus duo carpenta capit propter euntium & redeuntium occurſum. Atqui Varro in libris de ling. lat. viam octo pedes latam eſſe dicit, Actum vero quatuor dumtaxat, quod Caius confirmat, in l. 8. de ſeruit. ruſtic. Præterea Iuſtinianus ſub tit. de ſeruit. ruſtic. præd. Et iter, inquit, & actum in ſe via continet. Vſum ergo & loquendi conſuetudinem, Seruius reſpexit: ſed in definitionibus ac differentiis proprietas verborum explicanda eſt. Hotom. & Iacobus Rævardus ad l. 12. tab. 14. Duar. lib. 1. anniverſ. diſp. cap 31.

Actus, iter, & via, non tantum forma ſua inter ſe differunt, ſed etiam ſpacio, in quo exercentur. Spacium autem cujuſlibet, vel eſt definitum, vel non eſt definitum. Si non eſt definitum, jam tantum ſpacium in iſto ſundo itineri determinandum eſt, in quo commode quis ire poſſit, tantum actui, quo quis commode poſſit agere jumentum; tantum viæ, in quo commode poſſit vehiculum vehi. Vult. comment. Inſtit. ad princ. tit. de ſeruitut. nu. 21. 22. vbi vide.

Actus etiam adminiſtrationem, ſeu diſpenſationem pecuniæ ſonat Scæuolæ l. 40. §. 3. ff. de ſtatulib. Stichus ſeruus meus actor, ſi rationem omnem actus ſui hæredi meo reddiderit, liber eſto. Prat. Hot.

Actus in Geometria, minor pars jugeri. Feſt lib. 1.

Actus in agris ſpatium eſt Senecæ lib. 5. Epiſt. 38. Horum quidam ſunt minimi, alij duplicati, alij quadrati, autore Boetio lib. 1. Geomat. Actus minimus quatuor pedibus latitudine & 120. longitudine protenditur. Boet. Epiſt. 38. Varroni lib. 4. ling lat. vid. Anton. Augu. lib. 1. Emendat. c. vlt. Prat.

Actus maſc. gen. reperitur quidem, ſed in carmine vt apud Lucian. Licet ingẽtes abruperit actus. Cæterum actus, qui à præſenti executione nomen habent, & legis fictione vel interpretatione inducti ſunt, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris, neque diem, neque conditionem accipiunt: quoniam dies vel conditio nomini ipſius actus executionique repugnat, vid. l. actus de reg. jur. Spieg.

ACUCULA

Digitized by Google

ACICVLA (aliis Acicula) capitis, ideſt acus crinalis, 1. & 2. C. Theodoſ. de repud. Gothof. ad l. 8. §. 4. C. de repud.

ACOR. ACVI, præteritum ab aceſco, Acuiſſe vinum dicitur, & coacuiſſe, quod in acetum verſum eſt, acoremque contraxit. Vlp. 10 l. in venditionibus 9. ff. de contrah. empt. Si vinum, inquit Vlp. acuerit: i. factum fuerit acidum, acorem contraxit. Hinc vitium illud Acor dicitur. Vlp. in l. ſi quis 4. §. pen. ff. de peric. & comm. rei vend. & ſæpe apud Columel. Briſſ. Prat.

ACVLEOS tranſlate pro ſeueritate pœnæ ſumi, in conſtitutionibus ab Alberic. indicatur: & habetur l. 1. C. de ſumm. trin. ibi aculeos noſtræ indignationis. Aliquando Aculeos, i. motus primos c. ſi Paulus 35. qu. in princ. Spieg. Alber.

ACVMITENSE monaſterium in l. 8 §. 6. C. de ſumm. trin. quidam legunt pro Cumitenſe. vide Cuiac. 12. obſ. 26. & Gotofr. ad d. l. 8. §. 6.

ACVS Feſto lib. 1. varia ſignificat Vlpia. in l. argumento 25 §. ornamentorum, ff. de aur. & arg. eſt inſtrumentum, quo etines diſtinguuntur ornatus gratia; atque ideo inter muliebria ornamenta receoſet. Sic Iſidorus lib. 19. Etymol. c. 30. ex Hierony. in c. 3. Eſaiæ, acus eſſe ait, quibus in fœminis ornandorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, & ſparſi diſſipentur capilli. Ea quo Acus crinalis appellatur ab Apuleio lib. 8. de Aſino aureo. Briſſ. De hac dictione Acus, vide latius Tiraquell. in l. conoub. 3. gloſſ. 1. par. 3. n. 27.

ACVS, eris, paleæ ſtumenti, Acus, aci, piſcis genus.

A. D. apud Priſcos notæ erant, ante diem ſignificantes. Quod imperiti ſcriptores cum ignorarent, pro a. d. ſcripſerunt ad. Recte igitur illud eſſe animaduertendum, monuit Paul. Manut. quod, vbi apud Cic. in expreſſis libris legitur, ad 4. Kalend. Ad 6. Id. Ad 3. Non. & ſimilia, in vetuſtioribus libris legi, A D Prat.

AD præpoſitio compoſita cum dictionibus à conſonante incipientibus, mutat d. in conſonantem eam, quæ mox ſequitur: id quod omnes, qui de orthographia ſcribunt, annotauere: vt accurro, quod ex ad & curro componitur; affligo, ad & fligo. In Pandectis tamen, quas Florentini ex præda Piſana in archiuo adſeruant, ſemper reperiuntur præpoſitiones integræ: quod & antiquos obſeruaſſe, ex numiſmatis & monumentis literarum marmoribus incuſis, etiam hodie videmus. Itaque in codicibus illis archetypis non legitur ex orthographorum ratione, accreſco, affero, affinis, agnatus, appono, arrogo, aſcribo, aſſentio, aſſiduus, aſtringo, & huiuſmodi, ſed adcreſco, adfero, adfinis, adnatus, adpono, adrogo, adſcribo, adſideo, adſiduus, adſtringo, h. e, à propoſitione integra. Hæc namque omnia & ſimilia tametſi non mutant ſenſum, retinenda eſt tamen antiquorum librorum maieſtas, in libris maxime legum: qui quo ſunt vetuſtiores, eo habentur maioris autoritatis. Multis grammaticis hoc intereſt inter AD, & IN, vt in theatrum ire, ſit theatrum intrare: ad theatrum vero ire, in locum theatro proximum ire Ad præpoſitio locum & perſonam ſonat Feſto lib. 1. Eandem & intentionis notam eſſe ex Cæcilio docet Gellius noct. Attic. lib. 7. cap. 7. Proximitatem quandoque ſonat Proculo l. quidam Hyberus 13. ff. de ſeruit. Ad parietem, i. iuxta parietem. Interdum pro aduerſus, vel contra accipitur l. commiſſa. ff. de publ. & vectig. ibi, ad hæredem. Auth. de non alienan. §. vt autem. Interdum ſignificat Poſt. Tullius ad Attic. lib 12. Neſcio, vtrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. Item, Ad annos 600. ea maiora viderentur, quam noſtra. Sic apud Paul. in l. militis, ff de teſtam. militari. Vbi Accurſ. id annotat, licet Bartolus ibidem ſumi pro Iuxta cenſuerit, niſi dicat ibi ſorte pro Ante ſumi, vt ſæpe apud M. Cic. Briſſon. Conditionis quoque nota eſt, l. quibus diebus § fi. ff. de condit. & demon. Bart. tamen & Bald. ibidem modum ſignificare aiunt, & ex recentioribus quidam vid. Alberic. ibid. Nonnunquam includit, l. fi. ff. de ſenat. l. fi. ff de aduoc. diuerſ. iudic Nonnunquam Ad excludit, l. sem. ff. de action. emp. §. per venditionem. Auth. quamuis. C. de procur. Interdum ponitur pro, Ob vel propter l. quam vtiliter. & ibi gloſſ. in verb. ad honores, ff. de neg. geſt l. 1. C. de ſuperind. lib. 10. ibi, ad ſolas literas, i. propter ſolas literas. Aliquando pro A a, vt ad hæredes pro ab hæredibus, ſecundum vnam lecturā, in auth. de defenſ. ciuit §. 1 Ponitur etiam pro Præter, cap cupientes, §. adhæc, de elect. lib. 6 & ibi Archid. Aliquando pro ſuper poſitus, can habet. 2 q. 5. Interdum etiam ſonat Pro, vt Iauoleno in l. cum hi 12. ff. de muner. & honor. & Scæuolæ l. 3. ff. de vacat. & excuſat. mun. & Ciceroni Verr. 5. Qui, inquit, ad ſtatuam pecuniam contulerunt, & in proœmio decretalium, §. ſane. ibi, ad commuoem vtilitatem, id eſt, pro communi vtilitate. Interdum pro Apud ſumi liquet in lib. ff in l. ſed ſi hoc §. 1. ibi. ad eum ſubſideret, ff. de cond. & demonſt l. vxorem, §. ſuron ibi. ad hæredes, ff. de legat. 3. l. vnic. in fi §. apud eum, à quo Cicero Epiſt. ad Brutum: Meſſalam laudem, præſertim ad Brutum? Idem lib. 10. ad Atticum: Cum, inquit, ad me bene mane Dionyſius fuit. Liuius lib. 10. Cæterum non plus annorum ad hoſtes erat. Et Plin. lib. 7. Epiſt cum ait: Ego quoque ad me habeo decretum prouinciæ, Briſſ. in pareg. Aliquando pro vſque ſumitur, l. mariti §. quinquennium, ... adult. ad eum diem, i. vſque ad eum diem. Ad, item impletionis & ... lutionis nota eſt apud Marcellum l. non putabam, & ibi Bart. ff. de cond. & dem. Aliquando deſignat animum, l. fratris, alias ſitmo, alias Pitmio ff. quan. dies leg. ced. Denotat & nonnunquam adhærentiam l. memini ſe, ff. de offic. Proc. & leg. ibi, vſque ad euentum ſucceſſoris. Prat. Alb. Ad diem dare, i. dic dicta Briſſ.

AD delectum non reſpondere, i. detrectare munus militiæ: de qua phraſi eleganter Duar. lib. 1. diſp. c. 4. Ad aliquid, pro Aliquatenus, non omnino ſeu plene Briſſ. ex aliquot. ff. ll.

AD manum, pro In promptu. Africanus l. curor. 19. §. cum haberes, D. ad Velleian Prat.

AD modum exilij, pro ad finem exilij, dixit Iuriſconſ. in l. cui neceſſitas, de liberali cauſa. Duar. lib. 1. diſp. c. 12.

AD vrbem magiſtratus dicebantur, qui cum poteſtate prouinciali aut nuper è prouincia reuertiſſent, aut denuo in prouinciam profecti eſſent, ſed extra vrbem manerent. Franc. Hotom. in 3. Verrinam.

AD agnatos & gentiles, prouerbium eſt è iure ſumptum, cum aliquem mente captum eſſe ſignificamus, propter leg. 12. tab. Si furioſus exiſtet, agnatorum gentiliumque in eo, pecuniaque eius, poteſtas eſto. Varro lib. 1. de re ruſt. de viribus loquens: quorum ſi alterutrum deeſt, & nihilominus vult colere, mente eſt captus atque ad agnatos & gentiles eſt deducendus. Colum. lib. 1. Portius quidem Cato cenſebat in emendo agro inſpiciendoque præcipue duo eſſe conſideranda, ſalubritatem cœli, & vbertatem loci: quorum ſi alterutrum deeſſet, & nihilominus vellet incolere, mente eſſe captum, atque ad agnatos & gentiles deducendum. Hoto. in Lexic.

AD beſtias dari, bifariam vſurpamus: primum de damnatis, qui lacerandi beſtiis obijciuntur, l. quod ad ſtatum 12. de pœn. leg. 1. ff de veter. l 8. ff. de falſis. Itaque ad beſtias damnati crebro dicitur. Tum præterea de iis qui operas ſuas, vt cum beſtiis pugnent, locare conſueuerant: quos Cic. in Sextiana Beſtiarios appellat. Sic accipienda lex. 1. ff. de ædil. edict. lex 3. §. lege Iul. ff. de teſt. l. 4. ff. de accuſ. lex. 1. §. qui operas. ff. ad Tert.

AD Sabinum, ad Ferocem, ad Scæuolam ſubintellige notas vel commentarios.

AD venandum canes, pro venaticis canibus, dixit Ter. Ad lecticam homines, pro lecticariis. C. tullus Lygdamus ad cyathos, pro pincerna, Propert. doctiſſ. Turneb. lib. aduer. 23. c. 6.

AD ferrum damnati dicebantur, qui gladio plecti, quique capite truncari debebant, l. eius 8. ff. de teſtam. Ferrum pro gladio ſæpe dixere M. Cic. & Virgilius, idque tranſlatitie, vt ait D. Fab. lib. 8 c. 6 Sic ad gladium dixit Paul. lib. 5. ſent. tit. 18. Prat.

AD ſummam rem publicam dixit Vlp. in l. 1. §. ſi is qui nauem, ff. de exercitor. pro reipub. vtilitate. Prat.

AD arma & rixam procedere pati prætor non debet quos poteſt in ſua iuriſdictione compeſcere, l. ſi cuius, §. ſed ſi inter. al eſt l. æquiſſimum, ff. de vſuf. Spieg.

AD Calend. Ianu. atque itam de cæteris qui eiuſmodi loquendi figura exiſtimant ſemper tempus reddi incertum, eos errare iudicat Eraſ. in de conſcrib. Epiſtol. Spieg.

AD conſtitutum diem venire, ſignificat quod vulgus diceret, venire ad præfixum diem, ſiue terminum. Spieg.

ADACTVM iuſiurandum dicebatur id, quod non vernaculum eſſet, ſed peregrinum, & aliunde adſcitum, vt ſi quis Chriſtianus Iudaico more iuret, vel quod non ſpontaneum, ſed coactum ſit: vel quod ſponte ſuſceptum, nemine cogente, ſi Suidæ credimus, & Etymologico. Prat.

ADÆQVATIO eſt æquabilis diuiſio hæreditatis inter fratres, ante quam diuiſionem leges vetabant, quicquam alienari, niſi poſt annos 40. & ei qui ſe læſum contendebat, ſuccurrebatur. Lombard. lib. 2. tit. 29. Sic tamen vt omni tempore ſortes ſtare debeant, & adæquatio percurrat. Item l Longobardorum tit. 48. de quadragint. annis poſſ. frat. & Aleman. tit. 89. vlt. frat. poſt mort. par. hinc libro feud. 2. tit. 58. §. 3. Scilicet vt æquatio percurrat vſque ad 40. annos: Prat. ex Hot. feud. Lex.

ADÆRARE ab ære deductum eſt; quare ſine aſpiratione ſcribi debet. in l. ſeptem 13. C. de erog. mil. an lit. 12. vt legitur in edit. Haloand. Eſt autem adærare ære æſtimare: Ac. vt Tantel. de mil. ex caſu exponit, ad pretium ſpecies ac annonas militares redigere, *An gelts vverdt anſchlagen.* Eſt autem huius legis ſenſus, exponente Budæo, ſpecies, quæ militibus Stellaturæ cauſa penduntur à prouincialibus, ſi pecunia permutentur æſtimari tanti debere, quantum eſt fori precium. Accurſ. hic adæratas ſpecies perperam intelligit, quique ſequuntur eum, ad ærarium delatas, pro æra æſtimatas. Simili modo in l. vnic. D. de cullat. donat. lib. 10. adærationem interpretatur æris præſtationem. Olden. Adæratio, æſtimatio ſpecierum in ære. Briſſ.

ADÆRATA prædia ab eo dicta ſunt, quod à frumentaria, aut vinaria, ſpeciariaque præſtatione, adærationem redacta ſunt. Sic & adæratas poſſeſſiones, & adærationem legimus apud Cæſares: & ærarias annonas ab ære, vt ærarios milites dictos

Digitized by Google

Taurell. [illegible] adærata, ad æris precium redacta, l. vnic. C. de ſenat. donat. ait Briſſ.

ADAGOSRATIO, id eſt [illegible] Gotho. ad l. 7. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.

ADAM Hebræorum lingua hominem ſonat, vt Pſalm. 94.

ADAM nouiſſimus interpretatur Chriſtus, Clement. vnic. de ſumm. Trinit. & fid. ex Paul. Apoſtol. Rom. c. 5.

ADAMAS ſpecies eſt ad vectigal pertinens. Marc. in l. interdum 16 § ſpecies 7. ff. de publican.

ADAMANTIVS præfect. vrbi: quidam legunt Amantius: vide epigraph. l. 12. & text. in l. 13. C. de ædif. pt.

ADAQVARE, pro irrigare, vt & apud Palladium, verbum eſt, Rhodigino teſte, vulgo non frequens.

ADAVCTÆ ſi ſunt facultates, priuilegium paupertatis ceſſat, l. 17. §. 2. de excuſat.

ADAVVA, adauia in quinto gradu ſunt. §. 5. inſt. de grad.

AD beſtias damnari, vid. ſupra in voce Ad.

ADCRESCERE vid. ACCRESCERE.

ADDICARE eſt aliquid alicui adiudicare. Briſſ. item auctionem facere, h. e. bona ſua proſcribere, & licitantib. obiicere & rem venalem ei, qui plures cæteris obtulerit, tradere. Quod [illegible] Græce dicitur. Plinius, Tabulas inde omnes ex publico propter æs alienũ ciuitatis addictas, Scauri ædilitas Romã tranſtulit addictas, h. e. publice venditas. Item Quintilianus, omnes facultates in precia collegi, rus, ſeruulos, & omnia viliora properanti feſtinatione parenti addixi.

ADDICERE, pro dicere, ac dicendo approbare, vel dare.

Addici iudex dicitur, pro dari à Prætore, & certæ controuerſiæ diſceptandæ attribui, apud Papin. l. cum furioſus 39. Paul. in l. iudex 46 & Pomp. l. ſi in iudiciis, 80 ff. de iudic. Itaque legitur in Florentinis libris: cum in aliis, Aditus pro Addictus legatur. Item vt apud Paul. l. debitor 59. in fin. ff. ad Treb. & l. 4. in fi. ff. de eo quod certo loc. Hot. Addicitur & Arbiter. Briſ.

Addicere, & adiudicare pignus quid differant, vid. Gothof. ad l. à Diuo. §. 3. de re iudic.

Addicere ait Gothof. ad l. 16 de verb ſign. nil aliud eſt, quam vel ſecundum præſentem iudicare, vel ei poteſtatem facere actionis mouendæ 16. Gell. 2.

Addicere litem in 12. tab. pro, ſecundum aliquem iudicare. 17. Gell. 2. poſt meridiem præſenti litem addicito.

Addicere etiam pro deſtinare vel deuouere ponitur. Virgilius:

——huic me quæcunque fuiſſet,—Addixi.—

Addicere ſe libidini, auaritiæ, intemperantiæ, dicuntur ij, qui virtuti extremum valedixerunt, & his ſe vitiis certo quodam meditatoque propoſito ſemel dediderunt, nulla vnquam reſipiſcendi ſpe & voluntate. Hoto.

Addicere etiam dãnare eſt, addicere pœnæ aut ſeruituti. Feſtus.

Addicere ſupplicio, id eſt damnare, l. 29 C de appell.

Addicere metallo. l. 2. C. de ſepulchr. violat.

Vnde addictus morti, h. e. deſtinatus, deuotus, obnoxius, & condemnatus. Cicero de duobus Pythagoricis loquens, cum is (inquit) qui morti addictus eſſet, paucos dies commendandorum ſuorum gratia poſtulaſſet.

Addicti etiam vocati ſunt homines obærati ac nexi, vid. mox Infrà addicti.

ADDICERE verbum eſt ſummum è tribus Prætoriis: hoc eſt ex illis tribus, quibus vniuerſum Prætorii imperium ac poteſtas continebatur: Do, DICO, Addico. primum dandi iudicis ſignificat poteſtatem, ſecundum iuris dicendi, & ferendæ ſententiæ, tertium iudicati faciendi & exequendi: nam addicendo ius faciebat: veluti cum in ceſſionibus addicebat, cum in vindiciis, cum in bonorum poſſeſſionibus: item cum aliquem ſuis creditoribus in ſeruitutem addicebat, aut furioſum atque amentem cauſſa cognita decernebat. Hott.

ADDICERE in bonorum ceſſionibus, vid. ceſſio, Hot.

ADDICERE bona Prætor tum dicitur, cum aut ſecundo decreto bonorum poſſeſſionem largitur, h. e. poſſidere iubet: aut cum eius bona, qui iudicatum facere non poteſt, petitori attribuit.

ADDICERE dementem & inſanum rationibus neceſſariis. Cicero in Paradoxis tranſlate dixit, conſuetudinem Prætoris exprimens, qui legis 12. tabul. imperio furioſos & dementes, eorumque familiam, i. fortunas omnes, agnatis gentilibuſque addicebat. Ego vero (inquit, de Clodio amico ſuo ſentiens) te non ſtultum, vt ſæpe, non improbum, vt ſemper, ſed dementem & inſanum rationibus addicam neceſſariis.

ADDICERE, proprium quidem erat Prætoris, rem alicui, vt eius fiat pro poteſtate attribuentis. Sed poſtea traductum eſt hoc verbum in magiſtros auctionum (vid. Auth. Aug lib. 2 emend. c. 3.) à quibus in eos, qui rem, niſi precium intra diem certum augeatur emptori attribuunt, poſtea deriuatum eſt. Hinc tit. lib. Pand. XVIII. De in diem addictione: quum venditor ea conditione rem emptori addicit, ſi intra certum tempus nulla ad precium fiat adiectio: vt enim in auctionibus publicis primo emptori venditor quidem res, deinde ſi nullus ſuperuenerit, qui precium augeat, addicitur, aut ſecundo, ſi non acceſſerit tertius: ſic nulla allata conditione meliore, res eſt primi emptoris cui addicta eſt.

ADDICERE ergo eſt, auctione conſtituta rem penes eum collocare, qui pluris licitatus fuerit. Gothofr. ff. de in diem addict. vel, auctionem facere: h. e. bona ſua proſcribere, & licitantibus obiicere, & rem venalem ei, qui plus cæteris obtulerit tradere, de quo ſupra plenius.

ADDICERE in diem eſt rem penes emptorem collocare, hac lege, niſi quis intra certum diem meliorem conditionem attulerit. Cuiac. ad l. 18. ff. de in diem addict. Gothofr.

ADDICERE in publicum, pro Publicare. Addicere opus aliquod pro, locare faciendum.

ADDICERE ſententiam, pro Vendere.

ADDICERE nummo, prouerbiale eſt, pro eo quod eſt minimo vendere, ſeu quod vulgo dicunt, fragmento panis vendere, quod donationis eſt inſtar, cum obtentu venditionis rem donantes, inuidiam donationis vitamus: aut pudori accipientis conſulimus, vt Budæus atteſtatur. Eſt autem fucus, quo legibus impunitur, prohibentibus donationes, l. ſi quis conduxerit ff. locati. l. ſi quis autem conduxit, ad fin. de acquir. poſſeſſ. Spieg.

ADDICI bona libertatis cauſa in iure legimus multis locis: vt l. vlt. C. de teſtam. manum. l. 2. & 4. ff. de fideicomm. lib. & apud Imp. De eo cui libert. Huc autem ſic intelligendum eſt, vt cui hæres non extat, eius bona cuiuis, qui ſe æs alienum ſoluturum caueat, libertatum conſeruandarum cauſa attribuantur: vt etiam ſeruorum manumittendorum, ſi conſentiant patronus efficiatur: Quod ſi Fiſcus vacantem hæreditatem occupet, libertates præſtet, quod ius à D. Marco inſtitutum traditur l. 6 & vlt. C. de teſt. manu. Hotom. in prætermiſ.

ADDICI Iudex pro dari à prætore, & certæ controuerſiæ diſceptandæ attribui, apud Papinianum, l. cum furioſus 39. Paulus in l. Iudex 46. & Pompon. l. ſi in iudiciis 80 ff. de iudic. Itaque legitur in Florentinis libris, cum in aliis Additus, pro Addictus legatur. Item vt apud Paulum, l. debitor 59. in fin. ff. ad Trebell. & l. 4. in fin ff. de eo quod certo loco. Hot. Addicitur & arbiter Briſſ.

ADDICTI dicebantur apud veteres, qui pecuniæ damnati, quod iudicatum facere non poſſent, nexi in ſeruitutem creditoribus addicebantur. Vtiſſe Veturius, de quo ſcribit Val. Max. lib. 6. cap. 1. Quint. lib. 5. aliud eſt ſeruum eſſe, aliud ſeruire, qualis eſſe in addictis quæſtio ſolet. Qui ſeruus eſt, ſi manumittatur, fit libertinus: non item addictus. Et lib. 7. Seruus cum manumittitur fit libertinus: addictus recepta libertate, eſt ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non conſequetur: addictus ſoluendo citra domini voluntatem conſequetur. Ad ſeruum nulla lex pertinet: addictus legem habet. Propria liberi, quæ nemo habet niſi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc addictus. Cicero pro Flacco: Iſte cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt, Hotom.

ADDICTI etiam vocati ſunt homines obærati & nexi, qui lege 12. tab. ob æs alienum creditoribus in temporariam ſeruitutem addicebantur. Hos autem [illegible] Græci dixerunt; eoſque creditori ducere domum, & in eos & vitæ & necis habere poteſtatem, cum ſoluendo non eſſent, à Prætore permittebatur, cuius quidem hæc erant verba, do, dico, addico. Verum cum tandem addictorum lex ipſa duriſſima videretur, eam mos publicus repudiauit & à Diocletiano ſublata eſt poſtea condita ſanctione, vt teſtatur l. ob æs alienum, in C. Iuſtinian. ſub tit. de actio. & oblig.

ADDICTI quoque dicuntur vltimo ſupplicio damnati, l. addict. 12, C. de epiſc. audient. vid. ſuprà. Addicere etiã damnare eſt.

ADDICTIO dominij, ſubſidium emptionis eſt, l. 3. §. 2. de iur. dominij, Gothof. ad l. 3. C. ſi in cauſ. iudicat pignus, &c.

ADDICTIO in diem. Lex ipſa venditionis, in diem addictio vocatur, t. tit. de in diem addict. quam ita concipi ſolitam conſtat: Ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi ſi quis intra Calend. Iul. proximas meliorem conditionem fecerit, quo res à domino abeat. l. 1. ff. de in diem addict. l. 3. ff. quib. mod. pign. Briſſ.

ADDICTIONES [illegible] adiectiones [illegible] Græci vocant, hæ ad precium, illæ ad rem referuntur. Gothofr. ad rub. ff de in diem addict.

ADDICTIONIS nomine apud M. Cicer. 2. Verr. poſſeſſio ſignificatur. Prat.

ADDICTIO item eſt modus acquirendi dominij Iure Ciuili, quo dominium bonorum defuncti, qui ſoluendo non erat transfertur in eum, qui cauet ſe debita defuncti exſoluturum eſſe in ſolidum, Conſtitutione Diui Marci introductus, potiſſimum ad libertates à defuncto datas conſeruandas: per conſequens tamen etiam propter defunctum, ne ſcil. eum ipſius dedecore bona poſt mortem vendantur, nec ipſius nomine diſtrahantur, ſed eius, cui bona addicta ſunt Vult. comment. Inſt. §. 5. n. 6. & 4. de ea. cui libert. cauſ. bona addict. vide ſupra vide Addici bona.

ADDISCERE cupiebat Pompon. ætatis anno 78. l. 20. de fideicommiſſ. hæred.

ADDITAMENTUM eſt, quod priſtinis bonis poſtea acceſſit, leg. quoties, §. conſtat. ff. de adm. tut. Sic additamenta vſurarum, l. 23. C. de vſur. Eſt & lucrum nuptiale, leg. inter §. cum de pactis dot. Canoniſtæ dotalitium vocant, c. ex parte, de for. compet. Tholoſates Agenſamentum vocant, Coraſ. 3. Miſcel. c. 1. n. 5.

ADDITIO, pro adiectione, non facit perpetuo rem novam: ſicut nec detractio.

ADDITIONALES vulgo vocant novos articulos prioribus addendos, vid. Specul. de depoſ. §. 4.

ADDITUS judex, i. datus actioni & appropriatus: ſicque legendum eſt ex Pand. Floren. in l. cum furioſus l. iudex, l. ſi in iudiciis, ff. de judic. l. quod ſi Epheſi ff. de eo quod cert. loc. l. ſi qua. l. filij C. famil. hereiſc. l. debitor, §. fin. ad Trebell. §. 1. Inſtit. de off. jud. non aditus vel additur. Addebatur autem actioni judex hoc modo: L. Titius iudex eſto. Si paret primum ſecundo 100. ex teſtamento dare oportere, tum primus damnetur, idque ex Cic. intelligi poteſt in 4. Act. in Verren. Prat. vid. ſupra. Addici iudex.

ADDUCERE, i. manus iniicere, l. Imperator. ff. quæ ſine lib. manu.

ADDUCERE ad effectum, l. 8. C. de execut. rei jud.

ADDUCI, i. moueri. l. quidam §. fin. de fideicomm. libert.

ADDUCI declaratur interdum per verbum venire: vt res in crimen adducta eſt, h. e. in crimen ſiue criminationem venit. Interdum per verbum redigere: vt, In anguſtiam res adducta eſt.

ADDUCI in judicium, apud Cic. pro Cluentio. Spieg.

ADEMPTIO legatorum dicitur cum teſtator ea legata, quæ alicui attribuerat, adimit: vel his verbis, non do, non lego: vel aliis, mutatam teſtatoris voluntatem ſignificantibus, leg. 1. & paſſ. de adim. & tranſ. leg. Hoto.

ADEMPTIO legatorum firma eſt, ſiue eodem teſtamento, ſiue codicillis fiat: & ſiue verbis contrariis ſiue non contrariis, ſed aliis quibuſcunque. Inſtit. de adempt. legat. in princ.

ADEMPTIO legatorum an & quatenus vitiet legata, vide l. 10. ff. de reb. dub.

ADEMPTA hæreditas filio eſſe dicitur, quando non inſtituitur, l. ſicut certi. C. de teſtam. milit. Spieg.

ADEMPTIO ciuitatis eſt, cum quis ſua ciuitate expulſus, in exilium agitur.

ADEO Feſto lib. 1. duas habet ſignificationes, nam cum prima acuta effertur, idem ſignificat quod accedo: & in hoc ſignificatu varius eius verbi vſus eſt, vide inferius paulo, Adire. Cum autem tertia acuitur, idem eſt, quod vſque eo, Feſto lib. 1. quo ſignificatu accipitur apud Vlp. leg. juriſgentium, §. adeo, ff. de pact. l. adeo ff. de iuriſd. Accipitur & pro, non ſolum, vt leg. nedum, §. ſi Titius Inſt. de rer. diuiſ. Prat.

ADEPTUS poſſeſſionem non videtur is, qui ita nactus eſt, vt eam reddere non poſſit. Iabolen. l. 72. de acquir. poſſeſſ.

ADESPOTA & hermæa dicuntur omnia iſta, quæ dominum, aſſertoremque nullum habent, ſed eius domini ſunt, in cuius territorio inuenta fuere. Gothofr. ad §. nullius 7. inſtit. de rer. diuiſ. Galli communiter eſpauas vocant, ex Conneu. 3. cap. 4.

ADESSE ea non videri, quæ caſu adſunt, recte ex Pauli ſententia colligit Bart. l. quæſitum 78. § fin de legat. 3. Prat. vid. Abeſſe.

ADESSE dicitur, quod cuſtodiæ cauſa abeſt, l. 20. §. 8. de inſtr. & inſtrum. leg. Bredérod.

ADESSE, i. autoritatem interponere. Gothofr. ad l 4. C. de autor. præſtand.

ADESSE cauſæ ſuæ, vel etiam alienæ: judicio: ad judicium: die cognitionis in locum inhoneſtum: auditorio: cauſæ agendæ, & ad agendam cauſam. Briſſon. ex ll. ff. & C.

ADESSE, pro præeſſe, quidam accipi exiſtimant in l. 2. C. de ſtat. & imag. Prat.

ADESSE nolle, S. C. verba, non vtique exigunt vt latitet, ſed & ſi contemnat venire: hoc eſt, non ſolum latitans, ſed & venire contemnens, adeſſe nolle dicitur, l. ſi eum 28 §. 1. de fideic. lib. Prat.

ADESSE trifariam accipitur. Adeſt, qui præſens eſt, qui contrarium Abeſſe. Secundo adeſt qui auxilio eſt, fauetque: ſic adſunt proprie aduocati, patroni & amici, teſte Donato in Phor. Tertio ſignificat aduenire. Huc ades ô formoſe puer: i. huc veni, Spieg.

ADESSE pro aduocationem præbere, cauſam alicuius patrocinio ſuo defendere, leg. 6. ff. de poſtulando, leg. 1 §. aduocatos, ff. de var. & extraordinariis. Dicuntur etiam aſſiſtere, qui aduocationem præbent. l. 54. ff. de rei vind.

ADFATUS diuin., leg. 6. circ. fi. C. de natur. liber. vid. Affatus.

ADFECTARE eſt pronum animum ad faciendum habere, Feſto lib. 1. Prat.

ADFECTATAS tutelas eas dici putat Ant. Aug. lib. ſing. ad Modeſtin. quæ in numerum earum, propter quas quis excuſatur, non veniunt. C. qui mun. tutel. l. & qui non ſunt. de tutor. & curat. dat. &c. Affectare nuptias vide Affectare, Affectatio.

ADFECTIO domeſtica, vide l. 1. C. de negot. geſt.

ADFECTIO non delinquendi, l. 4 C. de acquir. & retin. poſſeſſ.

ADFECTIONE maritali nulla major eſt, Gothofr. ad d. l. 13. C. de negot. geſt. vid Affectio.

ADFECTIONE patris diligere aliquem, l. 8. C. de oblig. & act.

ADFECTIONE accendi, l. 1. §. 10 C. de Latin. libert. tollend.

ADFECTUS, cogitatio, conſilium non punitur, niſi ſequatur effectus, l. 1. §. 2. in fin. ff. quod quiſque jur. leg. 53. ff. de furt. l. 1. & § 8. ff. de pœn. l. 53. in fin. & leg. 225. in fin. de verb. ſig fallit tamen in l. 66. de furt. l. 1. ff. de extraord. crim. vid. Affectus.

ADFARRUM damnari, vid. ſupra in voce Ad.

ADFESTARI, vid. Eccleſia.

ADFINE, quod cum reipſa aliquam habet ſimilitudinem, aliquam adfinitatem: plura exempla ex iure noſtro collegit diligenter Apellus cap. 7. method. Spieg.

ADFINIS appellatione, vxor quoq; venit, l. 5. C. de hæred. inſtit.

ADFINITAS, appellatione familiæ venit, aliis deficientibus, l. 5. C. de verb. ſign.

ADFINITAS dicitur durare diſſoluto quoque matrimonio. Nam gener & nurus dicuntur diſſoluto matrimonio. Gothofr. ad d. l. 5. C. de verb. ſign.

ADFINITAS eſt ciuile vinculum, ex nuptiis ſponſalibuſve deſcendens. Ciuile recte adiectum eſt. Legitime enim contrahi non poteſt, inter legibus vetitos §. adfinitatis. Inſtit. de nupt. vinculum apte dicimus adfines enim jungi ſcribit Paul. leg. aut affinitate ff. de prorut. Ex ſponſalibus optima ratione additur. Nam & inter ſponſos adfinitatem eſſe Neratio placuit leg. quod Seruius, ff. de condit. cauſ. dat. Quod ciuile vinculum adpellamus, Azo in ſum. C. de nupt. regularitatem. Ang. Claſiſius in ſum. in verb Matrimonium 15. imped. proximitatem vocarunt. Adfinitas ἀγχιστεία in leg. quod Seruius, ff. de cond. cauſ. dat. ſumitur pro quadam neceſſitudine, & leg. non ideo ff de hæred. inſtit. Prat. vid. Affinitas.

ADFINES in agris ſunt vicini, qui confines agros poſſident, leg. pen. ff fin. regund. Quod Feſt. lib. 1. not. Adfines etiam ſunt viro, vxoris cognati: & vxori, cognati viri: dicti ab eo, quod duæ cognationes quæ diuerſæ ſunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: quorum nomina fere hæc ſunt, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Nouerca, Priuignus & alij vlteriores, quibus, pro, præpoſitio ſolet accedere leg. 4. §. adfines, ff. d. grad.

ADFINITATIS itaque contrahendæ cauſa fit ex nuptiis: quanquam & ſponſalibus contrahatur, leg. 8 ff. de condict. cauſ. dat. Quinimo & ex ſeruilibus contuberniis contingit. l. 14. §. 1. in fin ff de ritu nupt. Briſſon.

ADFIRMATORES appellantur, qui idoneos eſſe tutores in jure adfirmant: quos fideiuſſorum vicem ſuſtinere ait, l. 4. in fin. ff. de fideiuſſor. tutor. His ſimiles ſunt, quos vulgo certificatores vocamus. Briſſ.

ADGNASCI, eſt agnatum fieri, leg. qui in adoptionem, de adopt. Proprie de filiis & ſuis hæredibus dicitur. Adgnaſci dicuntur filij, qui poſt teſtamentum naſcuntur, & in poteſtatem noſtram ſubiguntur, l. 3. l. 6. §. primo ff. de iniuſt. rupt. leg. ſi filiusfamil. de teſtamen. milit. Adgnaſci & ſuccedere, differre conſtat ex leg. ſi quis, §. 1. de iniuſt rupt. teſtam. Briſſon. Adgnaſcitur ſuus hæres, quinque modis. vid. Vult. com. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm. ad §. 1. num. 5. ac ſeqq. Hodie vnica adgnatio, ſeu vnicus adgnaſcendi modus, qui ſcilicet fit per adoptionem, vſitatus eſt, ibid. num. 6.

ADGNATI autore Caio ſunt, qui per virilis ſexus perſonas cognatione juncti ſunt, quaſi à patre cognati: velut frater eodem patre natus: fratris filius, nepoſve ex eo: item patruus, patrui filius, nepoſve ex eo. l. 7. ff. de legit. tutor. Quæ lex etſi ex Caij lib. 1. Inſt. tranſcripta, inſcriptione id ipſum teſtante, dicatur: in eo tamen Inſt. Caij. lib. qui hodie circumfertur, ſub tit. de inteſtator. hæreditatibus paulo aliis verbis Adgnati definiuntur eſſe per virilem ſexum defuncto propinquitate coniuncti: quales eſſe ibidem ait conſanguineos fratres, ſiue ex eadem matre, ſiue ex diuerſis geniti: Item patruum: i. fratrem patris: & fratres patrueles, id eſt, de ſingulis germanis natos: inter fœminas vero ſolam ſororem conſanguineam adgnatam, & germano ſuo defuncto ab inteſtato ei adgnationis jure ſuccedere: reliquas vero fœminas, hoc eſt, amitam patris ſororem, vel fratris filiam, maſculis propinquis adgnationis jure non ſuccedere. Paulus Adgnatus definit, cognatos per patrem ex eadem familia: & inter agnatos, & cognatos hoc intereſſe tradit, quod inter genus & ſpeciem. Cognatio, cognatus ſunt genus: agnatio, agnatus, ſpecies. Nam qui eſt adgnatus, & cognatus eſt: non vtique autem omnis qui cognatus eſt, & adgnatus eſt: alterum enim ciuile, alterum naturale nomen eſt. Hodie tamen, adgnatorum & cognatorum differentia ſublata eſt, Auth. poſt fratres, Cod. de legit. hæred. A proximis autem quid differant agnati, vid. l. 5. Cod. eod. Vlpian. porro in leg. 2 ff. de ſuis & legit. adgnatos definit, cognatos virilis ſexus ab eodem ortos. Idem, in Inſtit. fragmentis, tit. 11. adgnatos ait eſſe à patre cognatos, virilis ſexus, per virilem ſexū deſcendentes, eiuſdem familiæ. Briſſ. Alcia. l. 3. parerg. c. pen. agnatos putat dici quaſi adnatos, & ſic juxta nos natos

Sicut Plin. adnotata membra dixit, quæ prope alia ſuboriuntur, vt in digitis videmus. Filius igitur patri ſuo non adnatus, ſed natus eſt: quòd ſi filiorum, non contemplatione patris, ſed inter ſe ratio eſt, tunc adnati ſunt: quia omnes juxta ac prope eodemque gradu geniti ſunt: vnde lex ait: proximiores ex agnatis ſui dicuntur, leg. Iuriſconſ. §. 1. ff. de grad. Agnati vero Ræuardo lib. Vari. 5. cap. 1. inde nomen habere videntur, quòd jure ciuili non in domo nati ſint patrisfamilias (in ea enim liberi, qui ſunt in poteſtate, duntaxat naſcuntur) ſed quod familiæ adnaſcantur. Et eſt quidem agnationis nomen ciuile, vt familiæ, gentis, & generis: cognationis autem ſanguinis nomen eſt, & naturale, quod interdum in nomen agnationis tranſit. Cognati dicuntur, quaſi ſimul nati, quaſi ex vno nati, quaſi commune naſcendi initium habentes, l. 1. 10 princip. vnde cognat. Et idcirco agnati, inquit Modeſtin. & cognati in hoc differunt, vt in cognatis etiam agnati contineantur, in agnatis non vtique & cognati. v. gr. patris frater, id eſt patruus, agnatus, & cognatus: matris frater, id eſt auunculus, cognatus eſt, agnatus non eſt, l. 5. vnde legit. Ideo patruus cognatus eſt & agnatus: quia non ſanguinis ſolum, ſed etiam generis ratione inter fratris ſui, h. e. mei patris, familiarem mecum numeratur. Auunculus autem non agnatus eſt, ſed cognatus duntaxat: quia mihi non generis, ſed ſanguinis tantum ratione conjunctus eſt. Et hoc inde potiſſimum; quod fœminæ, conſideratione quadam generis gentiſque ciuili, propriam nullam ducant familiam. Per in manus enim conuentionem vna cum marito familia, vna domo concluduntur.

Adgnatorum appellatione continentur & fratres conſanguinei, Gothoft. ad rubr. Cod. de legit. hæred. Agnati dicuntur, vel natiuitate, vel adoptione. Nam quia adoptabatur iiſdem fiebat agnatus, quibus pater ejus adoptiuus fuerat & legitimam eorum hæreditatem habebat, vel ipſi ejus, l. 2. §. 1. de ſuis & legi. Natiuitate vero agnati fiunt duobus modis: vno, qui per virilis ſexus cognationem viuo patri familias conjunguntur: altero, qui patre mortuo nati ſunt, quos appellant communi nomine poſthumos ſuos. Filius, qui viuo patre natus eſt, agnatus dici non poteſt, in recta enim linea verſatur, cum agnati ex latere domum duntaxat attingant, l. 7. ſi tab. teſtam. Ideoque agnatus vel filius dicebatur, non agnatus. At poſthumus ſuus, filius dici non poteſt, nullus enim eſt filius ſine patre, vt nec pater ſine filio. Quia tamen patrefamilias mortuo, ejus familia omnino non extinguitur, ideo qui filius eſſe non poterat, agnatus efficitur, leg. 3. de injuſt. rupt. & patri (hoc eſt paternę familiæ) agnaſci dicitur. Illud igitur quæſitum eſt, an hic agnatus, appellati proximus, & cum ſuis hæredibus numerari, poſſit. Et poſſe quidem reſpondit Pompon. his verbis: Filius patri agnatus, proximus eſt l. 12. de ſuis & legit. Et hoc nimirum illud eſt, quod hunc in modum Cicer. ſcribit de Oratore lib. 1. Num quis eo teſtamento, quod paterfamilias antefecit, quam ei filius natus eſt, hæreditatem petit? Nemo, quia conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum. Recentiores quidam, cum hæc non conſiderarent, addere huic Pomponij reſponſo negationem contra omnium exemplarium fidem: non dubitarunt. Non recte, vult enim Pompon. filium patri agnatum, hoc eſt, poſt patris mortem natum, teſtamentum rumpere, & hæredem patris proximum eſſe. Nec alio ſenſu proximiores ex agnatis ſui dicuntur, leg. 10. ff. de gradibus, ſui hæredes agnaſcuntur, leg. 3. §. fin. de liberis agnoſc. Siquidem ex agnatis omnibus nulli ſuot iis agnatis proximiores, qui patri agnaſci dicuntur, h. e. poſthumis ſuis. Nec eſt, quod quis objiciat, quam vt liberi repudiant bonorum poſſeſſionem ſui hæredes, eandem illos quaſi legitimos habere incipere, & per conſequens recte inter agnatos, etiam ſuos hæredes poſſe numerari, idque Vlp. ſibi voluiſſe leg. 2. in princ. vnde legit. Illius enim reſponſi ſententia eſt, liberos duplici jure ad parentum inteſtatorum hæreditates admitti, nimirum vel ſuo & legitimo jure ſimul, vel legitimo ſolo. Proinde ſi à ſuo jure receſſerint, quod fieri repudiando ſolet, ſupereſt illis jus legitimum: quo jure præferri rurſus cæteris legitimis, hoc eſt agnatis, in repudiata ſucceſſione conſueuerunt, non ſuo quidem, hoc eſt proprio, ſiue innato jure, ſed jure legitimo leg. vlt. in prin. de bon. dam. liberi igitur, ſui hæredes ſunt, & legitimi ſimul, non agnati: agnati autem legitimi ſunt, non ſui, iis exceptis, qui patri agnaſci dicuntur. Sui enim aut naſcuntur, aut agnaſcuntur: adde infra verbum Agnata.

ADGNATI, cum de furioſis agitur, curatorum loco multotiens ponuntur Briſſ.

AGNATA, Agnati, inf. ſuo loco.

ADGNATIO eſt cognatio ciuilis, quæ per mares contingit, l. 4. §. cognationis de gradib. vel ipſa per mares conſanguinitas, conjunctio vt ſup. Accipitur & pro ipſa natiuitate. Prat.

ADGNATIO eſt ſuorum, l. 1. l. 8. poſthumorum, ff. de injuſt. rupt. teſt. Agnata etiam dicuntur ea, quæ ex mancipiis vel pecoribus naſcuntur ac vel gregi vel ſeruitio accedũt, l. Paulus, §. 1. ff. de pig. l. vxorem. §. ſoror. l. ff. de leg. 3. l. aũ qui §. non ſolum, ff. de furt. Hinc agnum, pecori nullo agnatum dictum putat Varro lib. 4. de ling. lat. vid. Briſſon. vlt. edit.

ADGNOSCERE (vid. inſt. Agnoſcere) præter vulgarem ſignificatum, eſt admittere, recipere, teneri, præſtare. Hinc

ADGNOSCERE periculum, ſumptus, onus, onera, noſtris ſignificat, de periculo, ſumptuque teneri, periculum præſtare, onus ſubire, de oneribus teneri, eaque præſtare.

ADGNOSCERE vſurarum onus Paulus dixit, l. quæro, ff. locat. pro, vſuras in ſe recipere, & earum nomine teneri. Sic vectigal agnoſcere Vlp. dixit l. 2. § ſequitur ff. de hæred. vel actio. vend. hoc eſt, in ſe recipere, & præſtare.

ADGNOSCERE legatum Modeſtino: l. nihil. 12. ff. eodem, aſt illud accipere, probando defuncti judicium. Prat.

ADGNOSCERE hæreditatem, bonorum poſſeſſionem, pro admittere, & acceptare, & conſtituere ad ſe pertinere, crebro in Pandect. legitur. Et agnoſcere bona, eodem ſenſu. Sic agnoſcere liberos dicimus, quos vt filios noſtros admittimus, l. 2. & toto tit. de agnoſc. lib. Sueton. in Auguſt. cap. 85. Ex nepte Iulia, ait, poſt damnationem editum infantem adgnoſci alique vetuit. Briſſon. Adgnoſcere patrem: filium: nepotem, Briſſon.

ADGNOSCERE judicium defuncti, eſt amplecti & comprobare voluntatem l. 8. §. ſi conditione, & l. 12. ff. de inoffic. teſt. adgnoſcere autem vt à querela inofficioſi repellatur, videtur, qui quale quale judicium defuncti comprobanit leg. vltim. ff. de inof. Itaque non tantum, qui in teſtamento adſcripſerit poſt mortem patris conſentire ſe: ſed & qui alias voluntatem probauerit: veluti ſi ex teſtamento legatum petenti aduocationem præbuerit, procurationemve ſuſceperit, vel quod ſibi ex teſtamento conditionis implendæ cauſa ab hærede, vel legatario datum fuerit; ſciens ceperit, legatumve ex teſtamento ſibi non adſcriptum petierit, agnouiſſe erit æſtimandus, l. 3. §. ſi conditioni l. 15. l. pen. & l. vlt. §. eod. in fine. Sed etſi hæreditatem ab hæredibus ſcripti reuicerit, vel res ſingulas, ſciens eos hæredes eſſe, aut conduxerit prædia: aliudve quid ſimile fecerit, vel ſoluerit hæredi, quod teſtator debebat, vel ab alio ſibi legatam rem, quam ille ex teſtamento conſecutus erat, acceperit, videbitur adgnouiſſe leg. 23. §. pen. leg. pen. §. vlt. ff. eod. Adgnouiſſe etiam debitor, ancillam ſuam pignori obligatam manumittere rogatus, defuncti creditoris voluntatem videtur, ſi ab hærede conuentus, vſus eſt exceptione, vel alias voluntatem ſuam oſtendit, l. 45. ff. de fideic. liber. Briſſ. vid. inſt. Agnouiſſe.

ADGNOSCERE tutelam dicitur, qui adminiſtrationem ſuſcipit, pupillique negocia gerit, ſiue etiam conſenſit ſine attigit, non etiam ſi monuit ſolum, l. ſi filiusfamilias ff. de tutel. Adgnoſcere videtur, & qui conuentus excipit, vel alias voluntatem ſuam oſtendit leg. 45. ff. de fideicom. lib. Prat.

AGNITI natales in S. C. intelliguntur de ingenuis, l. 3. ff. ſi ingen. eſſe dic. Prat.

ADGNOSCERE ſententiã, eſt acquieſcere ſentẽtiæ, Briſſ. ex ll. ff.

ADGNOSCERE ſeruum: ſigna, id eſt, recognoſcere. Briſſ. ex ll. ff.

ADGNOSCERE bonam fidem Vlp. leg. quoties, 9 §. deinque, ff. de admi. tuto. pro, bona fide, & juſtam litem inſtituere, & in ea bona fide verſari Prat.

ADGREDI, prouocare, in leg. 2 §. arietes, ſi quadru. pauper. Briſſ. vid. inf. Aggredi.

ADGRASSORES dicuntur Prædones Vlpiano, l. quo naufragium §. non tantum, ff. de inceo. ruin. Prat.

ADGRASSURA eſt prædonum latronumve impetus. Alex. Imp. qui eam caſibus fortuitis cõnumerat, l. quæ fortuitis, C. de pig.

ADGRASSUS, prædonum, impetus, inſultus, rapina, & prædatio. adgreſſura, eidem, leg. ex facto, 17. §. ſi quis autem, ff. ad S. C. Trebell. Prat. Briſſ.

ADHÆC, pro Præter hæc cap. verum, § adhæc, 36 diſt. c. cupientes, § adhæc de elect. lib. 6. Aliquando exponitur pro circa hæc: vt per Archidiaconum, c. vno circ. finem, de relig. domib. lib 6. Aliquando aduerbialiter & continuatiue ponitur, l. 1. §. adhæc, Cod. de annal. except. §. adhæc, de pace juramen. firm. in feud. Alb.

ADHÆRENS alicui, vnus ſpiritus eſt cum eo, cap. damnamus, de ſum. trin. Alb.

ADHÆRENTES qui dicantur, vide ornatiſſime per Felinum in rub. de treug. & pac. 10 5. col. verſ. 5. declaratio. & an adhærens vtatur eodem jure, quo ſuus principalis, vide pulchre per do. And. Barbat. conſilio, 38. per totum: maximè in col. pen. in fin. in 1. volum. & Adhærens an veniat cum adhærentibus, vid. eundem Barb. in conſil. 11. in 11. & 16. col. in 2. volum. Alb.

ADHÆRENS, connexum, contignum, & acceſſorium, quomodo differant, explicat Alber. in l. quæ religioſis ff. de rei vendic.

ADHÆRENS cauſæ pro ſuo intereſſe, non cenſetur noua perſona, ſed eſt adminiculum ad eandem cauſam: ita ait Ioan. Bapt. Ferreius conſil. 385. n. 8. lib. 2. Ioan. Fr. Decian.

ADHIBERE, h. e. præſtare, dare, apponere, adjungere facit, l. qui venenum, ibi: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, ejus cui adhibitum eſſet, naturam mutet. de verb. ſign. Sic Adhibere diligentiam, Adhibere morem. l. illud, ff. de per. & comm. Adhibere procuratorem debet minor, ſi conueniat

debitorem

debitorem vt ei ſoluatur pecunia: i. afferre, adducere, adjungere, l. ait, prætor § 1. ff. de minoribus. Rebuff.

ADHIBERE pro accipere, admittere, l. fin. § hac actione, ff. naut. caupon. ſtabular. ibi: culpæ ſcilicet ſuæ imputaturus, qui tale adhibuerit. Rebuff.

ADHIBERE etiam teſtes dicitur, qui adſumit, admittitve apud Arcad. l. 2. § 1. de teſtib. Prat.

ADHIBERE hæredem fratri, id eſt, adjicere l. 85. Inſt. Briſſ.

ADHIBERE poſtulantem eſt Aduocatum cauſæ ſuæ præficere, Vlpiano, l. obſeruare. 9. § 4. de offic. Proconſ.

ADHIBERE metum; inferre, incutere metum.

ADHIBERE vim, eſt vim afferre, ſiue cogere, Adhibere dolum, l. 6. com. vtriuſque judic. Adhibere fraudem, calumniam, eſt vti in negotiis agendis dolo, fraude, calumnia: ſiquidem hujus verbi ſignificatio fere per verbū vtor declarari poteſt. Spieg.

ADHIBERE ad ſatiſdandum, eſt fidejuſſorem dare, Paul. l. de die § 1. ff. qui ſatiſd. cog. Prat.

ADHIBERE qui ſtipuletur, i. cujus nomen ſtipulationi inferatur vel adjiciatur. Briſſ. ex ll. ff.

ADHIBERE, pro conuocare, citareve. Vlpia. l. nam ita, de adopt. Adhibuis etiam qui contradicerent, id eſt, qui læderentur confirmatione adoptionis. Spieg.

ADHIBERE ad actum aliquem, ſiue in jus vocare, Vlp. l. nam ita diuus, ff. de adopt. quo ſenſu vtitur ſæpe M. Cicero. Prat.

ADHIBERE, teiterate interpretatus eſt Damaſus pontifex c. per illicitam, 1. q. 7. atque ita accipi debet in c. ventum 1. q. 1. Prat. Ad honorem Prætoris venire: Vide in l. jus autem ciuile, de juſt. & jur. item Old. In teſtaut. polit. Spieg.

ADHVC, i. vſque in præſentem diem, vel huc vſque, l. poſt rem, de tranſact. ibi: quia adhuc lis ſubeſſe poſſit, tranſactio fieri poteſt.

ADHVC nondum, pro nondum, Briſſ. in pareg.

ADJACENTES, i. confines, in Auth. de ſanct. epiſc. § ſi autem.

ADJACENTIA poſſeſſionum quæ ſint, vide not. l. 1. Cod. de bon. vacant. lib. 10. l. libertinorum, § chartis, de leg. 3. Interdum in ſingulari adhærentiam ſignificat, vt atteſtatur Alber.

ADJACENTIA, quæ alicui rei mobili, puta domui fundove, cohærent, Sic adjacens prædium, quaſi juxta jacens & adhærens, leg. 1. § ex incendio, ibi, proinde ſi ex adjacentibus prædiis, ff. de incend. ruin. naufr. l. ſi finita, § ſed etſi plures, ff. de damn. infect.

ADJECTAMENTVM, l. 242. ff. de verb. ſig. Briſſ. in pareg.

ADJECISSE pro vendidiſſe interpretantur apud Paul. in leg. 2. § tue or. ff. pro emptore. Spieg.

ADJECTIO pretij additamentum, l. cum quis rei venditæ intra præſtitutam diem precium, vel pecunia, vel quia alia ratione, adauget, l. 10. & 11 § fin. de in diem addict. l 41. de rei vin. quo vſurpatur non ſolum in priuatis venditionibus, ſed & publicis, quæ fiunt ſub haſta, aliiſque ſolennibus adhibitis. Hanc Galli appellant Enchere, i. precij rei ſub haſta vendendæ adjiciendæ augmentum. Hinc tit. Cod. lib. 10. de fide & jure haſtæ fiſcalis, & de adjectionibus: Sic enim eo loco legendum Vet. lib. confirmant. Græci adjectiones ὑπερπράσεις vocant, Prat. vid. infra, Adjicere interdum.

ADJECTIO dominij, acquiſitio ejus eſt, quæ ſola legis autoritate deſcendit.

ADJECTIO bonorum, vbi proprie non eſt hæreditas, ſed ſola principis autoritate quis pro hærede habetur, § 1. & in rubr. de eo cui liber. cauſa bona addic. Sic

ADJECTIO pignorum in cauſam judicati captorum, cum domini conſenſu, non expectato judicis præcepto, venduntur l. à diuo Pio, § ſi pignora, ff. de re jud. Corraſ. l. ſeruitutes. 4. nu. 26. ff de ſeruit.

ADJECTIONES familiarum, cujus meminit Tacitus lib. 17. facultatem accipi conceſſam extraneis, vt ſe in familias Romanorum inſererent, & adjicerent, hoc eſt, vt iis qui vellent, concederetur ciuitas Romana, dum in alicujus ciuis nomen gentemque tranſirent, tradit Connan. lib. 1. cap. 7.

ADJECTIONES Iuſtin. Inſt. § fin. de ſucceſſ. liber. accipere videtur pro modis Rom. ciuitatis, familiarumque Romanarum jus aſſequendi, ſi Alciato credimus: qui tamen non negat, eo in loco Accurſij interpretationem probabilem eſſe, vid. c. 17. lib. 1. Prat. Spieg.

ADJECTVS vide mox infra.

ADJICIALES cœnæ: Lege ſeptemviri.

ADJECTVS Alteri ſtipulari non poſſum, ita vt alteri illi ex ſtipulatione mea acquiratur obligatio, ſed vt alteri illi ſoluatur, hoc ſtipulari poſſum. Is vero in cujus perſonam ſolutio confertur, vulgo Adjectus dicitur: Et huic ſolui debet non hæredi ipſius: quia Adjectio illa eſt perſonaliſſima, vid. Vult. commen. Inſt. de inutil. ſtip. § 3. nu. 2. 3. 4. & ſeqq. Itaque Adjicitur hoc ſignificatu is cujus perſona non acquirendæ obligationis, ſed ſolutionis tantum gratia, ſtipulatione comprehenditur. Briſſ.

Adjectus fundus intelligitur quando melior allata eſt conditio, l. quod autem, de in diem addictio.

ADJICERE, vid. mox infra.

ADJICERE in diem eſt rem penes emptorem collocare, hac lege, niſi quis intra diem certam meliorem conditionem attulerit, Cujac. d. tract. 3. ad African. fol. eod.

ADJICERE eſt paciſci de adminiculis & acceſſionibus, & vt Iuſtinianus loquitur, pediſſequis emptionis, ſalua & integra emptionis ſubſtantia, Cujac. 14. obſeru. 18. Gothofr. ad l. 72. in pr. de in diem addict.

ADJICERE pro conſentire, notat Spieg.

ADJICERE eſt quaſi juxta addere: verbum enim adjicio idem eſt quod adjungo, addo. Sic adjici dicitur, qui alicui cohæres adjungitur, l. 7. ff. famil. erciſc. l. 89. ff. de hæred. inſtit. vnde adjectus hæres, pro cohærede, in eundemque ſenſum adjungendi & adhibendi verbis IC. vtuntur, l. 6. l. 15. & l. 14. in fin. ff. de jur. Codic. Briſſ. Adde Cujac. tract. 3. ad Afric. fol. 34.

ADJICERE interdum valet meliorem conditionem adferre, auctarium adjicere, & omnino addere aliquid ad pretium, pluriſque licitari, l. 7. ff. de in diem addictio. Inde Adjectiones pro incremētis & additamentis pretij, licitationibuſq; quibus aliquid ad prius pretium adjicitur, l. 4. l. 10. l. 11. § pen. l. 9. l. 15. ff. de in diem addictio. Sic adjectiones admittere in l. 21. in fin. ff ad municip. quas vulgo dicimus Encheras recipere: notauit Ant. Auguſt. lib. 2. Emend. c. 3. Adjectus dicitur qui obligationi ſolutionis gratia adjicitur l. 59. ff. de ſolut. veluti ſi ſibi aut Titio dari quis ſtipuletur. Nam Titij perſona in hoc tantum cōprehēditur, vt ei recte ſoluatur, l. 56. § qui ſibi, ff. de verb. obl.

ADIISSE videtur tacite, qui petit tempus ad deliberandum: niſi repudiet: olim ſecus fuit, l. 19 C. de jur. deliberand. l. 69. de acquir. hæredit. Gothofr. ad l. 3 § 14. ibi: ſi non recuſauerit, C. de jure deliber. vide ADEO, ADIRE.

Adikia injuſtitia, Inſtit. de injur. in prin.

ADIMENDI verba, qualitatem, & modos vide in tit. de adimend. legat. Quando lex adimit libertatem, pro non ſcripta habenda eſt, Terentio Clementi leg. voic. ff. de adempt. libert. vide PERTINERE.

ADIMI nihil poteſt, quod non antea datum eſt, vide Alciat. 3. præſumpt. 43. Gothofr. ad l. 3. C. de codicil.

ADIMPLERE verbum rariſſimum, quod Imp. vſus eſt Inſtit. de contrah. empt. § ita tamen & in l. 8. § 1. C. de codic. Idem quod impleo. Spieg.

ADIMPLERE creditorem eſt ſoluere creditori, vid. l. 4. C de conuen. fiſc. debitor. lib. 10. Gothofr. ad l. 43. § 1. ibi, curatorem adimplere, ff. de adminiſtr. & peric. tut.

AD INSTANTIAM iſtæ actiones ſonant, quaſi diceretur, ad petitionem, ſeu preces alicujus: & hoc facit maxime pro inſtrumentis & actis judicij, in quibus dicitur, ad inſtantiam talis promiſſ. vid. Fel. in c. cum M. Ferra. col. 2. v. no. 2. de conſt.

AD INSTAR etiam apud Iuriſconſultos legimus. Alb. Seruius dici negat ad inſtar. Beroaldus item apud Apuleium monuit nos ſimpliciter dicere Inſtar. Vlp. ait, Publiciana ad inſtar proprietatis, non ad inſtar poſſeſſionis reſpicit, leg. ſed & ſi res ff de public. in rem act. vide inſtar Spieg.

ADIPISCI judicium, ſiue ius, eſt ius obtinere. Prat.

ADIPISCI dominium, l. 8. C. de bon. autorit. iud. poſſid.

ADIRE iudicem, arbitrum, magiſtratum vel pro tribunali, vel per libellum: i. accedere. Briſſ. Prætorem, vel ad prætorem in jus adire, Briſſ. ex Cic. & l. 6. de feri. Hinc aditio prætoris. Briſſ.

ADIRE hæreditatem, eſt amplecti & agnoſcere ſeu admittere hæreditatem, accedere ad hæreditatem, & vt Græci dicunt ἀντιλαβεῖν τῆς κληρονομίας.

ADIRE bona, idem fere l. 1. C. de teſta. mil. Recta via; ſolenniter; adire hæreditatem, i. ad ſucceſſionem accedere l. 3 C. de jur. deliberan. & alibi Etiam ſubire hæreditatem dicit Paulus, l. 181. de reg. iur. Briſſ. Adire hæreditatis inſtitutionem, nomē, teſtamentum, vid. Cuia. 7. obſ. 18. & Gothofr. ad l. 1. C. de teſt. milit.

ADIRE autem hæreditatem cenſetur, qui declarat ſe hæredem fore quod fit aut verbis & nuda conteſtatione, aut re ipſa, & facto aliquo, quo ſe bona mortui apprehendere teſtatur: nempe ſi filiusfam. ſe immiſceat bonis paternis: vel extraneus in defuncti bonis, ſe tanquam dominum gerat, i. ea faciat, quæ dominus quiſque in rebus ſuis facere ſolet, l. pro hærede, l. gerit: l. aditio, l. per procuratorem de acquirend. hæred. Gœd. de verb. ſig & Briſſ. Lex

ADIRE videtur, qui aduerſus teſtamentum patris mouet querelam falſi l. 14 ff. de bonor. poſſeſſ. Gothofr. ad l. 3. C. de repud. vel abſtinend. hæred. vid. ſupr. Adiiſſe.

ADIRE pro immiſcere l. 1. C. ſi tut. vel cura.

ADIRE hæreditatē ac pro hærede (id eſt) pro domino ſe gerere, fere idem. Aditionem tamen à geſtione pro hærede, à parte diſtinguit I.C. in l. ſi qui mihi § ſed quid ff. de acquir. hæred. & in l. cum qui ff. eod. titul. vt annotat Goueanus lib. 1. var. lect. c. 15. Proprie autem adire & cernere hæreditatem, item pro hærede gerere dicuntur alieni ſeu extranei hæredes, qui aliis hæredes non ſunt: at ſui & neceſſarij dicuntur ſe immiſcere. Ideoque hæc ſeparantur, l. 3. fin. l. 4. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. 7. § reſtitutus, de min. Extraneus enim alio ad alienam familiam adibat: At filiusfam. non alio ibat, ſed permanebat,

neque aliud quippiam noui cœptabat, niſi quod, quas res antea non omnes attigerat, earum ſe liberæ adminiſtrationi immiſcebat. Hot. vid. infrà Aditio.

ADIRE hæreditatem & bonorum poſſeſſionem petere, Paul. æquiparat, l. is qui de leg. præſtan. tametſi Aditio hæreditatis; quia illi è ciuili jure origo, perpetua eſt, l. licet, C. de jur. delib. Bonorum vero poſſeſſio, quia à prætore cauſam habet; temporaria eſt. Nam prætoria officium anguſtiore clauditur tempore. Hinc filius ſine patris juſſu poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem: adire autem hæreditatem non poteſt, niſi ſeruata patris voluntate, cum facile peti poſſit, non excluſa ſpatio temporis. Hæc eſt germana ratio diuerſitatis inter aditionem hæreditatis, & bonorum poſſeſſionem. Prat.

ADITIO, mox infra.

AD irritum reuocare, l. 7. C. de reſtit.

ADITES vocitantur atrici à I. C. atque liminarchæ fœminis excubantes, fœminæ dicuntur atricæ. Plautus ſimiliter tum atries clementer non fota eſt, inquit, munere occupauit. De his atricis hæc Maro: Armiger ante fuit fiduſque ad limina cuſtos. Seruius 9. Æneid. interpretatur. Ædituus fuit, ingenti honore, illic enim & epulabantur, & Deos colebant: cenſus autem omnis illic ſeruabatur: quod & Plautus docet in Aſina, in qua indocet Saoream ſeruum Atrienſem in tota familia plurimum poſſe. Hi principis limen curabant: ad limina, quemadmodum ad pedes: à memoria, à libellis, à pugione, vocitantur à Luciano lib. 2. de Aſino aureo. Ioh. Baptiſt. in comment. epiſt. Sidon. Apollin ad Agric. lib. 1.

ADITIO hæreditatis, eſt ſpecies q. obligationis, l. 5. C. de her. act.

ADITIO quandoq; ſimpliciter ponitur pro aditione hæreditatis. Briſſ. ex ll. ff. Theophilo hæreditatem acquirere, in extraneo dicitur aditio in neceſſariis immiſtio. Et hæreditatē non admittere in extraneo dicitur repudiatio: in neceſſario, abſtentio. Hujus aditionis, ſeu adeundæ hæreditatis via duplex in jure eſt: vna antiquior, vt ſcilicet inſtitutus ſecum deliberet, an hæres eſſe velit, idq; certo temporis ſpatio: & interim dicebantur cernere, nempe an expediat hæreditatē adire, nec ne: quæ via tantum patebat extraneis. Altera recentior & amplior, omniumque hæredum, ſeu extranei ſint ſeu neceſſarij, communis, vt videlicet inſtituti, deliberatione omiſſa, ſtatim ſine periculo adeant hæreditatem, inuentario ſcilicet legitimè facto. Volt. in comment. Inſtit. de hæred. qual §. 6. n. 5. 6.

ADITIONIS dies qui dicantur, vid. Gothofr. not. ad l. 1. ibi: ſpatium centum dierum, C. qui admitti ad bonorum poſſeſſ.

ADITUS domus, eſt anterior pars, ſiue introitus, l. ſi cujus, §. ſed ſi. ff. de vſuſr.

ADITUM alicui præſtare, & redimere, i. acceſſum, transeundi jus. Aditur ad ſepulchra, i. eorum adeundorum jus. Ergo Aditus ab itinere, & via ſeparatur. Briſſ. ex ll. ff.

ADITUS judicialis, l. 15. C. de judic.

ADITUS judex, vt aditus præſes prouinciæ, non male legitur in l. 7. & 16. C famil. erciſc. Hot. in prætermiſſ.

ADITUS per obreptionem, leg. 5. C. quomod. & quand jud.

ADJUDICARE eſt rei dominium judicio attribuere (id quod in actionibus mixtam cauſam habentibus Iudici permittitur) ſeu judicio peracto, rem controuerſam actori addicere, notat Alciat. de verb. ſignificat. *Zuerkennen, zuſprechen*: cui contrarium eſt abjudicare, ***aberkennen, abſprechen***. Sic rem huic adjudicare & ab illo abjudicare. Hot. Prat. Adjudicare bona fiſco, l. 59 de jur. fiſc. Briſſ. Porro adjudicare pignus, addicere, & in ſolutum, dare, quo diſtent, ex veritate textuum excotit acute, &, vt ſolet, fideliter Zaſ. in l à diuo, ff. de re jud. Spieg. l. 22. de tanu. leg. præſes prouinciæ adjudicat ea Reip i. judicio attribuit, aſſignat, propria eſſe decernit. Hot.

ADJUDICARE cauſam alicui, eſt ſecundū aliquem judicare Ho.

ADJUDICATIO eſt modus acquirendi dominij, earum rerum, quas defunctus habuit, & quæ adjudicatæ ſunt: ac proprie habet locum in judiciis diuiſoriis. Vlpian. l. 2. ff. fin. reg. Iudici, inquit, fin. regund permittitur, vt vbi non poſſit dirimere fines, adjudicatione controuerſiam dirimat. Spiegel. Vult. ad fin. §. de ſucceſſ. ſublat. & ad §. quædam actiones, 18. num. 17. de actio. comment. Inſt.

ADJUDICATIO neceſſaria, emptio voluntaria. Paul. in leg. ſi pignori. ff famil. herciſc. Adjudicationem prætor tuetur, l. inter, §. ſi famil. erciſc. ibid.

ADJUDICATIO, i. condemnatio, l. licet, ſi plures, vbi gloſ. ff de procur. action Ioan Fr Dec.

ADJUNGERE ſe conſortiis ancillarum, l. 8. C. de ſeru. fugit. adjungere tutores curatoribus: Adjunctiones fundo applicare. Briſſ. ex C. & ll. Paul.

ADJUNCTUM cedit ſubjecto, tanquam digniori, aut continenti, ſine quo conſiſtere nequit. Secus eſt ergo, ſi ſubjectum vtile ſit, Adjunctum vero pretioſum. Ita tabula vilis cedit picturæ pretioſæ, charta vilis ſcripturæ. Vult. commeat. Inſtit. ad §. 25. & omnino 29. de rer. diuiſ.

ADJUTOR idem eſt quod Actor. §. fin. Inſtit. de curat. l. ſolet, ff. de tutelis.

ADJUTOR tutelæ dicitur, quem (vt ſcribit Pompon.) ſolet Prætor permittere tutoribus conſtituere iis, qui non poſſunt ſufficere adminiſtrationi tutelæ: ita tamen, vt eum periculo ſuo eum conſtituant, leg. ſolet, 13. ff. de tutelis. Prat. Briſſ.

ADJUTOR pro ſcriniario ponitur, l. nulli. C. de no. & act. lib. 12.

ADJUTOR Cornulariorum (alij Corniculariorum) vacationem munerum grauium habet, l. vlt. ff de jure immunit. Cornularij qui ſint, vid. infra ſuo loc. erāt & adjutores Quæſtoris.

ADJUTORES Quæſtoris [illegible], de quibus N. 26. miniſtri quæſtoris, quos ſibi ex ſcriniis memoriæ, libellorum & epiſtolarum, eligit propoſitis ſacroſanctis Euangeliis. Officium quæſtoris dicuntur Nou. 20. vid. Nou. integram de adjutoribus. Prat.

ADJUTORES Notitia Romani Imperij numerat inter officia Præfecti vrbi, l. per banc. C. de aduoc. diuerſ. jud.

ADJUTORES olim officiis, leuandi laboris cauſa, dabantur, qui his vel ægritudine præpeditis, vel multitudine negotiorum obrutis, opem ferrent, l. 10 C. de numerat. lib. 12. l. 3. C. de diuerſ. offic. lib. 12. & in Notitia Imperij Romani perſæpe Adjutores ſacræ memoriæ, l. 13. l. 14. eod. tit. Adjutores magiſtri officiorum, l. 3. Cod. de princip. agen. in reb. lib. 12. Adjutor vrbani officij apud Symmach. lib. 1. epiſt. 25. & Adjutor primicerij tribunorum notariorum in Notitia, quæ ſubjecta eſt Nouellæ 8 Briſſ. in prætermiſſ.

ADJUTORES Ducum, l. decimaoctaua, §. 5. C. de re milit. lib. 12.

ADJUTORIUM diuinum, flebile, vltimum, ex ll. C. Adjutorium quis præſtare dicatur, Canoniſtæ indicant, in c. vlt. extr. de homicid. Spieg.

ADJUTRIX legio prima. Adjutrix cognomentum legionis Romanæ. Spieg. Ejus meminerunt Impp. in l. vltima, C. de apparitoribus præfect. præt. & l. vlt. C. de caſtr. pecul. lib. 12. in qua, Adjutrice noſtræ Reipubl. pro Adjutrice noſtra, vulgo perperam legitur Briſſ. in prætermiſſ.

ADJUVÆ qui erant, diſces ea notitia Imperij Rom.

ADJUVARE auxilio: exceptione: replicatione reſcripto. Lex adjuuanda interpretatione. Adjuta negotia. Briſſon. ex ll. & C.

ADJUVARE, pro adminiculari, apud Paul. in legitima, ff. de pac. in vſib. feud denotat opem ferre, & auxiliari. Eſt autem adjuuare, vt Nonius inquit, cum voluptate intueri; delectari, accendi, & de rebus nouis, magnis, inſolitis, & inuſitatis dicitur. Droſæus in methodo jur.

ADJUVAVERIT pro adjuuerit, in l. 15. §. 1. ff. de manumiſſ. teſt. Briſſ. in parerg.

AD libertatem vindicta manumittendo, perdocere, l. filius, ff. de dolo malo. Spieg.

ADLECTOS etiam dici putat Varro lib. 5. de ling. Lat. qui in collegarum loco ſuppoſiti ſunt. Prat. vid. infr. Allecti.

AD limina ſeruus, pro Atrienſi. Bud.

AD manus nummos non habere, venuſte dixit Africanus in leg. tutor. ff. ad SC. Velleia. pro eo quod & non minus elegans eſt, pecuniam ad manum non eſſe, vulgo aiunt, in promptu non eſſe. Spieg.

AD manum ſeruus, is dicitur, cujus manu ad literas ſcribendas princeps aut quivis alios vtitur: eſtque idem qui & à manu, & Amanuenſis dicitur. Spieg. At hæc duo differre doctiſſimus Turnebus annotauit lib. aduerſ 5. cap. 11. vbi amanuenſes ſerui ſunt à manu, qui excipiunt & ſcribunt. At ſerui ad manum alij ſunt, vt apud Cic. lib. 3. de orat. & apud Liui. Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum. Nam ad manum ſignificat, quod præſto eſt, quod in promptu, quod paratum eſt.

ADMENSUM vinum ridicule interpretantur pro vino ad menſam vendito: tametſi Holoand. annotat alias deeſſe hæc verba, in l. ſi per emptionem, ff. de peric. & commod. rei vend. Eſt autem admenſum vinum idem quod ſimplex menſum.

ADMENSUM opus admetiri oleum metretis: vinum amphoris: triticum modiis. admetiendi dies. Briſſ. ex ll. ff.

ADMETIRI, verbum paſſiua ſignificatione ponitur in l. 35. §. per ff de contrah. empr. & l. 36. ff. locat. Briſſ. in Parerg.

ADMINICULUM, adjumentum. Proprie dicitur ſuſtentaculum ſiue fulcimentum rei alicujus, vel ſine quo res non ſubſiſtit, l. inſtrumenta, C. de prob. Spieg. Prat.

ADMINICULUM æquitatis, adminiculum alienum, appellationis, prouocationis, ex ll C.

ADMINICULA, vid. d. l. inſtrumenta, & l. 2. §. 1. de conſt. pec. l. 1. ſi vſusfructus. per.

ADMINISTER, i. magnus & præcipuus miniſter, vox Cic. familiaris. Ad enim habet vim intendendi.

ADMINISTRARE, idem eſt quod gubernare, gubernationem habere vel gerere, tutelæ vel curæ officium ſuſtinere, l. 22. C. ſi ex plurib. tut vel cur. Ste

ADMINISTRARE tutelam, l. 10. Cod. de arbitr. tutel. Et adminiſtrare coram, l. 2. 4 C. de hæred. tut. vel cur. l 24 C. de adminiſtrat. tutor.

ADMINISTRANDI ſui patrimonij liberam poteſtatem habere, vid. l. 2. C. de his quib. vt indig.

ADMINISTRATIO libera quæ ſit, vid. in l. filiusfam. ff. de dona.

adminiſtrationem rerum liberam, qualem dominus habet, procuratori commiſſam, barbari altam & baſſam vocant. Ex Old. Spieg.

ADMINISTRARE actum, actiones, annonam, argentariam, bona paterna, res pupilli. Briſſ. ex ff.

ADMINISTRARE alteri, pro diſtribuere & impartiri: ſic hæres fideicommiſſum adminiſtrat. Briſſ. ex ll. ff. & C.

ADMINISTRARE dicitur, qui quid alij reſtituit, l. ſi par. in ff. de inoff. teſt. l. 3. ff. ad l. Falc. Prat.

ADMINISTRARE tacitum fideicommiſſum, eſt incapaci accõmodare tacite fidem de reſtituendo. Gotho. ad l. 3. C. ad l. Falc.

ADMINISTRATORIS appellatione apud Canoniſt. continentur tantum eccleſiaſtica officia, nimirum, exemplo tutoris, qui adminiſtrator in jure noſtro appellatur, diciturque habere officium, l. alienam, C. de procur. Spieg.

ADMINISTRATIO eſt gubernatio rerum tutela vel cura, l. 5. C. de magiſtr. conuen. l. 11. C. arbitr. tut.

ADMINISTRATIONEM transferre ad curatorem.

ADMINISTRATIONEM peragere.

in ADMINISTRATIONE tenere aliq.

ADMINISTRATIONIS periculo conueniri, l. 3. Cod. de in lit. dand. tutor. & alibi.

ADMINISTRATIONIS periculo non ſubjicitur curator in litem. Gothofr. ad d. l. 3.

ADMINISTRATOR id eſt, qui rerum publicarum, ſeu temporalium curam gerit: ac magiſtratus, qui juriſdictionem exercet, Azo. C. de adminiſtr. reip. lib. 10. in rubr.

ADMINISTRATOR piarũ actionum, l. 46 §. 3. C. de epiſc. & cler.

ADMINISTRATORES in jure noſtro dicuntur majores magiſtratus: quod illi ſolam meri imperij adminiſtrationem habeant, quæ vox eum comprehendit, qui alieno nomine, non proprio agit, vt atteſtatur Accorſius in rubric. de adminiſtratore reipubl. li. 12. C. Quod & juramenti formula probatur, qua jurant magiſtratus, occaſione traditæ adminiſtrationis fidem ſe Cæſari ſeruaturos, in auth. Iuriſiu. quod præſt. Spieg.

ADMINISTRATORES ciuitatis, curatores dicuntur, l. præſes, C. de tranſact. per l. 3. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. Hi ſunt, qui ciuitatis negotia gerunt & adminiſtrant, quorũ officium explicatur ff. de admin. rer. ad ciuitat. & C. eod. tit. lib. 11. Prat.

ADMISSIO pro permiſſu: quemadmodum admittere, pro fieri ſinere, nonnunquam vſurpatur. Spieg.

ADMISSIONUM officium in l. 2. Cod. de priuileg. eorum qui in ſacr. pal. lib. 12. C. quod ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum ponitur in Notitia Imperij Rom. Admiſſionales dicebantur, qui principem adoraturos admittebant, in l. vlt. C. de diuerſ. offic. lib. 12. Lamprid. in Alex. Salutabatur vero quaſi vnus de ſenatoribus patente velo, admiſſionalibus remotis, aut ſolis his, qui miniſtri ad forea fuerant: cum antea ſalutare principem non liceret, hodie Camerarij vocantur. Admiſſionum etiam magiſtrum legimus apud Vopiſcum in Aureliano. Briſſ. in præter miſſ.

ADMISSIO bonorum poſſeſſionis, l vlt. C. vnde legit.

ADMISSARII equi apud Colum. lib. 6. c. 27. & Plin. lib 28. c. 13. ſunt ad initium electi. Et

ADMISSURA apud eundem Columel. eod. c. & Plinius lib 10 c. 12. Nec, inquit Columella, admiſſuræ tempora ſeruantur. Briſſ Prat.

ADMITTERE bona, id eſt, agnoſcere. Admittere ingredi volentem, pro ſuſcipere, recipere. Admittere ſocium, id eſt, aſſumere. Admittere excuſationem, i. probare, accipere. Admittere cuſtodem, querelam, i. ferre, tolerare. Admittitur accuſator, vel accuſatio, ſententia, i. recipitur. Admittere etiam dicitur, qui facit, vt quis admittatur: ſic ſcriptus hæres hæreditatem omittendo, exhæredatum in poſſeſſionem admittit. Delicta admittunt actiones: actio vſuras: conditio pœnam: hoc admittit ratio, & hanc opinionem animus. Verba ita admittuntur, id eſt, conceduntur, requirunt. Briſſ. ex ll. ff. & C. Admittenda ſententia, i. approbanda Briſſ.

ADMITTERE bonorum poſſeſſionem, pro agnoſcere & accipere, in l. ſeptima, Cod. de jur. deliber. l. 4. C. vnde legit. Sic admittere hæreditatem, d. l. 4 & l. 14 § 1. C. de legit. hæred.

ADMITTERE, eſt & miſſum in poſſeſſionem recipere, l. 17. de damn. infect. l. 3. pr. ne vis fiat, l. 15 eni. 5. §. miſſus, vt in poſſ. leg. Briſſ.

ADMITTERE diemos ſola animi deſtinatione, l. 6. C. de jur. de lib. Gothofr. ad l. 4. C. vnde legit.

ADMITTERE eſt & marem fœminæ, aut mari fœminam admouere ad initum. Spieg. Prat.

ADMITTERE in equas aſinũ dixit Vlp. in l 53. §. ſi quis aſinum, de furt. vt & Varro apud Non. in verbo, Æquimelium. Briſſ.

ADMITTERE equum, pro cõſcendere accipiunt, vt apud Cic. in ſecundo de finib. Num etiam cum P. Decius ſe deuoueret, & equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irrueret, &c. vt Budæ. interpretatur. Sed Majoragius lib. 31. cap. 7. eum lapſum exiſtimat: eo namque loco equum admiſſum, non pro conſcenſo, ſed pro concitato & celeri accipi debere, ſatis demonſtrat Val. Max. ſic vocem interpretatus, l. 5. c. 6. de eo P. Decio ſcribens: Caput, inquit, ſuum pro Reip. ſalute deuouit, ac protinus concitato equo in hoſtium agmen patriæ ſalutem, ſibi mortem quærens, irrupit. Concitato equo, vt vides, dixit pro eo, quod Cic. habet, Admiſſo. Quin ipſemet Cic. rem totam aperit, dum lib. 3. de Nat Deor. loquitur in hæc verba: Rebantur enim ſuæ, vt exercitus Imperatorem equo incitato ſe in hoſtem immittentem perſequeretur, id quod euenit, &c. Ouid. 1. Metamorph.

—atque manebat

Ipſe amor, admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.

ADMISSUM paſſum pro celeri, quaſi ſeipſum Apollo ad curſum acrius concitaſſet, dictum eſſe perſpicis.

ADMITTERE ſcelus dicitur, qui id perpetrat & cõmittit, l. diuus, ff. de offic. præſid. M. Cic. pro Rabir. Rabirius inquit, fraudem capitalem admiſit. Vlp. in l. 1. in princ. ff. de off. præf. vrb. Prat.

ADMITTERE homicidium. Admittere etiam ſimpliciter pro delinquere, l. ſpurij in princ. de decur Spieg.

ADMISSUM pro delicto, crimine Admiſſor, & admittens pro delinquente. Sic pro modo, menſura, qualitate admiſſi. Duplex admiſſum. In admiſſo deprehenſus. Briſſon. ex ll. ff. & C.

ADMITTERE vim, pro facere vim, vim inferre. Admitti vim alicui, pro pati vim. Vlp. in l. item ſi cum ff. quod met. cauſa. Spie.

ADMODUM, i. valde, pen. correpta. Aliquando profertur accentu acuto, & tunc exponitur ad modum, i. neceſſitatem, l. item ſi ſinodum, in fin. ff. de vſufruct. Alber.

ADMONERE, in memoriam adducere, l. qui venenum, ff de verb. ſignificat. Interdum Admonere eſt monere, commonefacere, Admoneſter. Vnde merito admonentur magiſtratus diligenter cuſtodire fugitiuos, ne euadant, l. 1. §. pen. ff. de ſeru. fugit.

ADMONEMUS proprie de re, quæ nondum in mentem venit ei, qui admonetur. Vnde apparet, interpretes non admodum recte pro corrigere, exponere apud Paul. in §. ſciendum eſt autem de off. præfect. vigil. tum alibi. Spieg.

ADMONITUS periculi, l. 1. C. vt cauſ. poſt pubert.

ADMONERE plerunq; caſtigare, & corripere, & percutere ſonat. Corripere quidem ſignificat in Imp. Commodi conſtitutione apud Modeſt. l. aliment. §. 1. ff de agnoſc. lib. juncta l. 1. ff. de jure patro. Telo admonere, Verg. lib. 10. & flagello, Colum. lib. 6. c. 2. dixere: quod & Nonius adnotauit. Hinc ita Græci exprimunt [illegible], vt apud Plat. in l. [illegible]. Hinc

ADMONITIO fuſtium pro caſtigatione & coercitione Calliſtrato l. veluti, ff. de pœnis, Græcis [illegible]. Tu vide, quæ de hoc ſcripta reliquerit I. Pollux. lib. 9 Onomaſt. Prat. Briſſon.

ADMONITIO protelatur, §. fin. l. 2. vbi, quis ager. Spieg.

ADMONITIO in l. 4 §. 2. C. de in jus voc. idem eſt quod citatio.

ADMOVERE probationi apud Vlp. in l. 1. in prin. ff. de quæſt. eſt reum argumentis compellere Prat.

ADMOTA id eſt, adhibita, l. damni infecti ff. de damn. infect. Alb.

ADNASCI, vide ſupr. Adgnaſci

ADNEPOS, Adneptis, Græci [illegible] dicunt. Hi ſunt abnepotis vel abneptis filius filia. pronepotis vel proneptis nepos, neptis, §. 5 Inſt. de gradib l. 1. § quoto & l. vlt. § adnepos, ff. de gradib. & adfin. Sic in inſcriptione antiqua, leg. Aurelius Verus Antoninus Neruæ adnepos appellatur. A Nerua enim Traianum, à Traiano Hadrianum, ab Hadriano Antoninum Pium à Pio Verum adoptatum, ex hiſtoriis notum eſt Briſſ.

AD NOMEN reſpondere, eſt comparere, ac præſto eſſe, cum nomen recitatur. Liuius lib. 7. ab vrbe condita: Acerbitas in delectu non damno modo ciuium, ſed etiam laceratione corporum lata, prima virgis cæſis, qui ad nomina non reſpondiſſent, partim in vincula ductis inuiſa erat. Prat.

AD NOS pertinere intelligitur, quod competit nobis jure vel dominij, vel poſſeſſionis, vel curæ, ſiue adminiſtrationis, argo. l. primæ §. quod ait, de officio præfect. vrb. Spieg.

ADNOTARI dicitur qui abſens in reos refertur: nam in grauioribus criminibus Magiſtratus, qui abſentem in reos recipiebat, edicta proponebat, quibus illi denuntiabat, fore, vt, niſi intra annum adeſſet, ejus bona confiſcarentur: vt Martia. docet l 1. & 2 de requir. vel abſent. Hoto Hinc

ADNOTARE quoque eſt, cum præſes notat, qua quemque damnatum pœna dignum cenſeat, idque ad Imperatorem reſeribit, l. 1. ff. quando appell. l. 6. §. præſides, ff. de interdict. & releg. l. 1. §. 1. ff. nihil innouand. Plinius lib. epiſt. 10. Fuerunt ſimilis amentiæ, quia Romani ciues erant, adnotaui in vrbem remittendos Prat. Hot. vide infr. annotare.

ADNOTARE aliquando accipitur pro reprehendere, vt apud Paulum l. debitor. 81. §. ſecun ff. de legat. ſecundo. Aliquando ponitur, pro notare, l. cum mater. ff. de inoffic. teſtament. Prat. Nebriſſ.

ADNOTATIO, illa in reos relatio, l. 4. ff. de requir. vel abſent. Aliquando Adnotatio eſt ſcriptura facta propria manu principis, l. 1. C. de precib. Imper. offer. Briſſ. Spieg. alber. vel adnotatio eſt reſcriptum principis paucis adhibitis factum, leg. jubemus, C. de ſacroſ. eccleſ.

ADNOTATIO, principis ad preces reſcriptum, idque ex Valent. Imperat. Nouella edocemur tit. de homicid. caſu fact. verſic. merito ergo. Adnotationis hoc ſenſu frequens mentio eſt in C.Iuſtin. in l.non aliter, 9.C. de palat.ſacr.larg.lib.12.l.5.C.de emendat.propinq.Prat.vide ANNOTATIO.

ADNOTATIO fit ad libellum breuiter adnotato nomine principis, Gothofr.ad l.6.C.ſi contra jus vel vtil.publ.

ADNOTATIO quandoque eſt actus, qui ſine teſtibus expeditur, l.inſtrumenta, & ibi gl.C.de probat.Briſſ.Spieg.vide infra Annotatio.

ANNOTATVS cenſibus, in l.quiſquis, 16.C.de epiſc.& cler.idem qui Adſcriptitius.Nam in l.ſi quis, 20.eod.cenſibus adſcriptus appellatur.Hot.

ADNVMERARE, vide Adnumerare.

ADNVTIVVM vet.gl. κατανευστικόν, pro affirmatione ſumitur.Cui opponitur Abnutiuum, de quo ſuo loco.

ADOLESCO Feſto lib.1. eſt ætate progredi, & creſcere Nonio, quo ſenſu vſus eſt Vlp.l.3.§.ſi duo impuberes, de Carbonian edict.ff.Prat.

ADOLESCENS dicitur, qui pubertatem egreſſus; l.Aurelio,§.1. ff.de liber.leg.1. Adulescens ſæpe legitur in Pandect. Florent.

ADOLESCENTES ſunt puberes tutela liberati.Briſſ.

ADOLESCENS & pupillus æquiparantur furioſo, quia non recte intelligunt, l.diem proferre, §.coram, ff.de recept.Spieg.

ADOLESCENS à noſtris dicitur, qui inter annum decimumquartum & viceſimumquintum ætatem agit. Nam ante decimumquartum pupillus appellatur. Hinc titulus rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore, lib.ff 46. vid.ætatis grad.Hotom.

ADOLESCENS & juuenis Caio idē, l.patri.ff.de minorib.Spieg.

ADOLESCENS, i.adultus, l.1.C.qui muner.tutel.l.2.de excuſ.tut. l.1.C.quando ex fact.tutor.l.1 C.de admin.tut.

ADOLESCENS, qui moribus & ſolertia præditi ſunt, tametſi legitimam ætatem nondum expleuerint, anno tamen vigeſimo poſſunt impetrare veniam adminiſtrandarum rerum, l.2. in prin.C.de his qui ven.ætat.impetr. Alioqui prætor opem pollicetur eis, ceu minoribus annis 25. Et ideo in hanc vſque ætatem adoleſcentes curatorum auxilio reguntur:nec ante rei ſuæ adminiſtratio eis committi debebit, quanquam bene rem ſuam gubernantibus, teſte Vlp.l.1.de minorib.

ADOLESCENTIAM, quæ pubertas eſt, Iuriſconſulto placuit à 14. anno ſumere initium vigeſimoquinto perfici, l.non aliter §1.ff.de leg.3.cum ſimil.Prat.

ADOPTARE eſt quem in filium adſciſcere.Sed & ad alios pertinet, qui adſciſcuntur:vnde adoptare adminiſtros, dixit Varro lib.4.de ling.lat.Prat.

ADOPTIO, vide infra Adrogatio & Arrogatio.

ADOPTIO generatim definita, eſt legitima alicujus in locum filij electio. Vult.comment.Inſt ad pr.t.de adopt. & ad t. de acquiſ.per arrogat.n 3.

ADOPTIO (ait Theoph.) eſt actus legitimus, naturam imitans, ad eorum, qui liberos non habent, ſolatium inuentus §.5. Inſt. de adopt. Recte ait, Naturam imitans. Adoptio enim in his perſonis locum habet, in quib. natura locum habere poteſt, l. 56.de adopt. poteſt ergo quis filium habere, adoptando ſe. quem non generauit:qui tamen omnino generare nequit, is & adoptare nequit.

ADOPTIONIS origo antiquiſſima eſt Non ſolum enim apud veteres Romanos in vſu erat, vt ex A. Gell.lib.5.cap.19 liquido conſtat, ſed & apud Græcos, vt ex Plutarcho in Theſeu liquet. Quo loco Theſeum ab Ægeo in filium acceptum refert. Quam rem, inquit, Athenienſes θέσιν appellabant apud Iudæos eam fuiſſe proditū eſt. Adoptionis cauſam eſſe tradunt Impp. in l.5.Cod.de adopt. liberorum orbitatem, id eſt, (inquiunt) quod liberos quis non haberet.Prat.Vigl.in §.adoptiui liberi. Inſt.de exhæred.lib Quo ad modum adoptandi & effecta.

ADOPTIO (ait Hot.) eſt actus legitimus, per quem extraneus in alienam familiam juſq; filiifam.ſuſcipitur.Dixi, Actus legitimus, Papinian.imitatus in l.77.ff. de reg. jur. quia non moribus, ſed lege XII. Tabularum inſtitutus eſt.Dixi, Extraneus, eum ſignificans, qui ſuus non eſt: ſiue plane ſit extraneus, ſiue etiam agnatus. Dixi, in jus filiifamilias, quia nullius alterius cognationis jus quæri per adoptionem poteſt. Eſt ergo adoptare idem, quod optione facta deligere, atq; in familiā ſuam aſciſcere. Olim enim adoptiui omnes tranſibant in familiam, vt pluribus nominibus adoptatorū cognoſcitur. Morib.eum hoc inductum fuiſſe apud Romanos, teſtatur Appian. Dion autem lege, & de T. Pomponio Attico legimus in Epiſtolis Cic.qui poſt adoptionem vocatus eſt Q.Cecilius, Q. F. Pomponian.Attic.Moris enim erat, vt is, qui adoptaretur, prænomen, & nomen,& cognomen ſumeret familiæ adoptātis, proprium nomen in (anus) plerunque deriuans, vnde Octauius poſt adoptionē Octauianus dictus eſt:& P.Corn.Scipio Æmilian. vt Dion. autor eſt. Sunt etiam, qui putent, à Marcellis Marcellinos hac ratione dictos fuiſſe, à Iuliis Iulianos, à Domitiis Domitianos, à Seruilio Seruilianos, autore Macrobio. Id quod latius explicat accuratiſſimus Paul.Manut. in vltim. epiſtol.lib.8. famil. epiſt. Cic.Hinc adoptare, pro nominare, non inſcite Horatius vſurpauit.

ADOPTIO (ait Gothofr.ad l.1.C.de adopt.) eſt legis actio.Conſtabat ſolennitate, l.4 C. de adopt.l.5.C. de ſuis & legit.inde à Theophil. νόμιμος πρᾶξις: non tamen refertur inter actus legitimos, l.77 de reg.jur.Gothofr.

ADOPTIO (Gothis Adfiliatio) fiebat olim per æs & libram, venditione imaginaria, Gœd. ad l.159. num. 8. de verb.ſignif. adde Cujac.7.obſ.33.

ADOPTATI à parente, in cujus poteſtate ſunt, tertia mancipatione in jure cedebantur, & ab adoptante vindicabantur apud eum, penes quem legis actio eſt. Arrogati, cum ſui juris ſint, in alienam ſeſe poteſtatem tradebant; ejuſque rei ipſimet autores fiebant.Hot.

ADOPTIONIS ſolennitas (de qua in l.4.C.de adoptionib. l.'ſſ. C.de probat.) hodie apud nos abolita eſt. Nec quenquam mouere debet, quod imaginem quandam adoptionis obſeruamus in iis, quos loco filiorū alimus, atque etiam affecto quodam proſequimur, & filios appellamus. Nam Romani quoque idem faciebant, non tamen ea reputabatur ſolennis adoptio, vt apparet ex l.quidam cum filium ff.de verb.obl.Prat.

ADOPTATI ex tribus manibus. Sic enim legendum, vt recte cenſet Alciatus, in l. penultima, §. quæ autem de aliis, Cod.de adoptionibus, quod de patris naturalis manu in fiduciarij manum traderentur:qui deinde in manum & poteſtatem adoptiui parentis dabat. Vnde in l.ſequen. per tres mancipationes adoptionem fieri legimus, quas Imperator Iuſtinianus antiquauit.Spiegel.Cæterum Alciat.ſententiam refellit omnium codicum fides, & veterem lectionem retinendam eſſe, legendumque ex tribus maribus, cenſet Connan. lib.8.cap.15.n. 13. licet qui ex tribus maribus adoptati dicantur, certi nihil adferri poſſit. Schar. Porro differentia quædam adoptatorum hoc loco notanda. Adoptantur ſæpius, qui natura prius filij non fuerunt, & tranſlati dicuntur: interdum qui fuerunt, ſed exierunt, & tunc Redditi appellantur. Ita diſtinguitur in leg. filio.ſio. de lib.& poſth. quæ differentia varios habet effectus juris, vt in ſuis locis videre eſt.Sch.

ADOPTIONIS ſpecies duæ ſunt: fit enim aut per prætorem, ſeu magiſtratus authoritate, aut per populum, ſeu rogatione lata. Illa adoptio dicitur (ſeu adoptio ſpecialis) hæc arrogatio. Idem ergo nomen hic & genus eſt, ſpecie ſui ipſius, l.1.& 2.de adopt. Adoptio eorum eſt, qui in aliena poteſtate ſunt, & à patris naturalis in adoptiui familiam transferuntur Eaque apud Prætorem vel Proconſulem vel quemlibet aliū magiſtratum, apud quem legis actio eſſet, fiebat, parente naturali filiū mancipante, eo, quo Iuſti.in l.vlt.C.de adopt.perſtringit, ritu. Adrogatio vero eſt, cum aliquis patrem non habens, in poteſtatem ſe adoptiui patris dabat. Et inde Adrogatio (ſecundū Caij opinionem, quæ in l.2.ff.de adopt. & li.1.Inſt.tit.5.conſcripta eſt) quod & ille qui adoptabat, rogaretur, vtrum eum, quem adoptaturus erat, juſtum ſibi filium eſſe vellet, & ille qui adoptabatur, rogaretur, vtrum id fieri pateretur Gell. vero inde dictam Adrogationem lib. 5. Noct. Att. c. 19. tradit, quod non niſi rogatione ad populum lata fieret, in hæc verba; Velitis jubeatis Quirites, vti Valerius L. Titio tam jure legeque filius ſiet, quam ſi ex eo patre matreque familias ejus natus eſſet, &c. Conſtat plane apud populum Adrogationes olim factas non Gellij modo, ſed & Vulp.teſtimonio in Inſtit.tit.18.Ratio vero adhibendi populi, quantum ex Cic. colligo, illa fuit, quod jure à majoribus prodito libertatem nemo ciuis amittere ſine populi autoritate poterat. Verum tranſlato populi iu principem imperio, principali exinde autoritate Adrogationes fieri cœpere, l.2 ff.de adopt. l.6. C.eod §.1.Inſt.eod.Briſſ.

ADOPTIVI a liberis opponuntur naturales ac veri. Adoptiua ſoror, mater, familia, cognatio. Filius eſt in adoptione, habetur in adoptionem Adoptare autem & in filij & in nepotis locum licet : & in nepotis quidem locum, etſi filium non habeat adoptans. Vult. comment. Inſt. ad §.3 nu.22.de adopt.Briſſ.ex Inſt.& ff.

ADOPTATIO idem quod adoptio, ſed in vſu rariſſimum.Spieg.

ADOPTATIVVS ex filio adoptato natus. Feſto lib.1.Hot.de tota adoptionis doctrina accurate Vult.comment.Inſt.tit. de adoption. Adoptione ex vna parte acquiritur, & ex altera diſſoluitur patria poteſtas, ait Vultaius d.loco ad §.1.nu.1 & ad §.3. n.1. & ad tit.quib mod.jus patr.pot.ſol §.6.nu.1. quod tamen diſtinctione limitatur, dict §.1.& 6.Et cum adoptio ſit modus acquirendæ poteſtatis patriæ : hinc ij, qui in poteſtate liberos habere non poſſunt, adoptare non poſſunt: vt peregrini, fœminæ, qui ipſimet ſunt in poteſtate, vt ſerui, item furioſi: tutor vel curator fidei ſuæ commiſſos. Deinde cum adoptio naturam imitetur: hic qui per naturam filium habere nequit, adoptare nequit, vt infans, impubes; caſtratus, ſi ſcilicet à natura talis ſit, vt generare nequeat. Idem ibid.d.§.3.nu.2.3. nu.8.3. & ſeqq. Adoptans annis minimum 10. major ſit eo, quem adoptat. ibi.num.10. Seruus ſi adoptatur, libertatem conſequitur, non jus aut nomen filij, ibid.num.14.

Adoptione, i. arrogatione inprimis, teſtamentum irritatur, vid. Vult. d. loc. ad ti. quib. mod. teſt. infir. §. 4 nu. 5. Adoptiui ex effectu habentur pro conſanguineis: vnde & adoptiui quandoque dicuntur conſanguinei, ibid. ad tit. de legit. agnat. ſucceſſ. §. t. u. 2.

Adorare principem, eiuſve purpuram, eſt venerari, ſalutare, ad principis genua accidere, genua ſtectere, i. manu labris adiuncta, & tacta deinde purpura principis, vel genu complexo, &c. l. vnic. de Comit. & Trib. ſcol. lib. 12. C. Sic Ammian. Marcell. lib. 21. Verum cum primitus viſus, ait, adorandæ purpuræ datam ſibi copiam aduertiſſet. Sic adorare principis æternitatem, l. 2. de fabric. lib. 11. C. Apud Herodot. Spartiatæ negant legitimum eſſe apud ſeſe adorare hominem, id eſt, ſeſe abiicere ad pedes.

Adorare, iuxta Albet. impropriè dicitur adorari princeps. C. de Fabric. lib. 11. & cum ſalutatur, l. ſancimus, C. de Conſulib. lib. 12. Sed ex verbis Laur. Val. c. 11. lib. Elegant. 5. ſatis colligimus, Adorare id eſſe proprie, quod humiliare ſe, & reuerentiam facere, vulgo dicimus; h. e. vel flectendo genua, vel procumbendo ſeu proſternendo corpus, venerari, *zu fuſs fallen, oder ehren mit zu fuſs fallen*, quemadmodum reges, principes, & præſtantes viros debito honore proſequentes, vel genua flectendo, vel corpus proſternendo veneramur. Sic Iacob fratrem ſuum Eſau ſepties adorabat in terra, hoc eſt, ſepties proſternendo ſe coram illo in terram. Monuit doctiſſimus quidam Adorare, cum pro Dei cultu accipitur, expreſſius reddi poſſe à noſtris per, *ein Gottes dienſt thun, oder Gott verehren* quam per *anbetten*. Plus enim tum ſignificat adorare, quam in formam precantis procidere, quod *anbetten* videtur proprie ſignificare. Olden.

Adorationis vetus hic eſt non apud Rom. modo ſed & apud alias pleraſque gentes ritus fuit, vt dextra manu labris admota, & ad oſculum relata, capite ſubmiſſa, corpus dextro verſum circum agerent. Quod in adoratione ciuili (ſic enim vocare liceat) neſcio quomodo nuper tandem à nobis ſimiolis receptum eſt. Plinius lib. 28. cap. 1. In adorando dextram ad oſculum referimus, totum corpus circum agimus: quod in læuum feciſſe Galli religioſius credunt. Priſcus venerationis apud Iſraelitas geſtus erat in faciem procidere. Sic Dauid in faciem procidebat. & ter adorabat Ionathanem. Arrian. lib. 4. hanc venerationem à Cyro inſtitutam ſcribit, vt teſtatur Ioach. Camerat. in Lex.

Adoratio pro proſternatione corporis exhibita reuerentia ponitur interdum, vti regibus & ſummis principibus in Orientalibus regionibus ſolet fieri; noſtris enim tantum genua flectuntur. Hier. Apol. 1. in Ruff. Qui adorant, ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere: quod Iobus elementis ſe feciſſe negat: Hebræi deoſculationem pro veneratione ponunt. Adoraturi autem pleruoque ad ſolis exortum faciem conuertere ſolebant. Antiqui interdum adorare poſuerunt pro agere vt Feſtus teſtatur lib. 1 Ita ergo hanc legis 12. tabul. apud eundem particulam reſtituas: Si adorat furtum, quod nec manifeſtum eſt, duplionem luito. Vnde & legati Adoratores dicuntur: quia mandata populi agebant. Feſt. Prat. Vſus in eadem ſignificatione verbo Adorare videtur in Octauio Minutius Felix. At enim, inquit, nos exequias adoramus eadem tranquillitate, qua viuimus, h. e. exequias facimus, celebramus Rænard. ad ll. 12. tab. c. 26.

Adoratos imbres Seneca dixit, populo optatos & ſalutatos, vt annotat Turneb. 3. aduerſ. cap. 8 Pet. Pithæus aduerſ. ſubſ. lib. 1. cap. 7.

Adplumbatum appellatur, quod plumbo vinctum, & alij iunctum connexumque eſt, l. 23. §. item quæcunque ff. de rei vind. l. 17. §. caſtella. ff. de act. empt. l. 2. ff. de ſepul. viol. Contrarium huic verbum, Replumbatum, legitur in l. 19 & l. 32. §. 1 ff. de aur. argent. Briſſ.

Adplumbatura & Ferruminatio ſic differunt, quod hæc per eandem materiam facit confuſionem: illa non idem efficit, ſed coniungit & connectit tantum: ait Paul. in l. in rem. 23 § 4. ff. de rei vend. Hut. Prat.

Adpoſcere, i. adſtipulari, vt apud Terent. Talenta dotis adpoſcunt duo. Connan. lib. 6. c. 6.

Adprobare ſæpe pro Probare. Briſſ. vide Apprub.

Adprobatus fideiuſſor apud Caium in l. ſi vero. ff. qui ſatiſd. cog. Spieg.

Adpromiſſor eſt, qui pro alio fidem ſuam obſtringit, ſeque obligat. 3. §. ſatis de verbo. obli. quaſi inſuper ac præter alium promittẽs. Briſſ. Differt fideiuſſor, & adpromiſſor, ſeu indẽnitatis promiſſor, qui ſc. idem promittit, quod alter iam promiſerat, non tamen eo animo, vt correus fiat, ſed ſponſor ſit. 1. Adpromiſſor eſt fideiuſſor quidam ſpecialis, peculiaria quædam habens, quæ in alios fideiuſſores cadunt. Poteſt enim ſine mandato rei principalis à ſtipulatore aſſumi: quod in aliis ſecus. 2. Adpromiſſor conditionalis potius creditor eſt, quam pure obligatus: tenetur enim ſi nihil, aut non totum à reo acceptum ſit, & olim vti potuit beneficio ordinis ex natura conuentionis. 3. Adpromiſſor indemnitatem in ſe recipiens, ab aliis fideiuſſoribus eo differt, quod alij abſolute alieno nomine obligantur: hic vero quaſi permixtim, quia etſi alienam obligationem ſuſcipit, eique accedit, ſuo tamen ac proprio nomine obligatur conditione eueniente. 4. Per litis conteſtationem fideiuſſoris, reus principalis non liberatur: Adpromiſſor vero indemnitatis cum ſuo nomine obſtrictus ſit, litis conteſtatione reum etiam inuitum, quaſi per delegationem & nouationem liberat in ea parte, qua conditio tunc extitit, vel lis ſuſcepta fuit. Hæc. Gœd. ad l. 150. nu. 2. 3. 4. 5. de verb. ſig. alios alleg Diſſentire videtur Vult. in comm. Inſt. de fideiuſſ. ad pr. nu. 4. 5. cui adpromiſſor & fideiuſſor idem ſunt: expromiſſor vero ab vtroque diuerſus, adde Duaren. & Forn. ad l. 116. de verb. oblig.

Adpromiſſor Hot. quoque l. ſi vero. ſol. matr. idem eſt quod fideiuſſor. Duar. l. 5. § ſatis acceptatio. de varb. obl. non dubiſſe eſſe ait, quin adpromiſſor pro fideiuſſore accipiatur: ſed & Cic. eum, qui pro alio ſe obligat, nuſquam fideiuſſorem, ſed ſponſorem potius, aut adpromiſſorem vocat, vt in orat. pro Roſcio Amer. Notandum autem, adpromiſſorem ſeu fideiuſſorem verbis tantum & ſtipulatione obligari, l. blanditus, C. de fideiuſſor. Nam inter abſentes per epiſtolam aut nuntium ea obligatio non recte contrahitur, l. 1. de verborum obligat. Prat.

Adpulserit, vide l. 1. §. Trebat. de aq. quotid. Briſſ. in parerg. pro appulerit.

Adquirere, vide acquirere.

Ad Refectionem, l. 58 §. 1. ff locat.

Ad Rem Facere, l. 4. C. de arbitr. tutel.

Adresponſus, ἀδρεσπόνσος, reſponſa dans vice magiſtri militum Nou. 25. c. 1. in fi. Gothof. ad Nou. 14. c. 4.

Ad Reſponſum apud Impp. in l. ſcriniis, in notit. de palat. ſac. larg. lib. 12. C & in No Iuſt. Imp. ad §. ... & in edict. 13. c. 2. eiuſdem dicitur, qui deputatus eſt à magiſtro militum, vt quod opus ſit à competenti iudice in milites fieri reſponſum, i. miniſterium ei exhibeat: & ſolet iſte deputari à magiſtro militum, eo, ſub quo pronuncia illa eſt, autore innominato interprete ad Iulian. Patricium, conſt. 17. c. 61. Prat.

Adriana conſtitutio de interdicta conductione alienarum rerum curialibus, l. 30. & ibi Gothof. C. de locat.

Adrogatio & Adoptatio differunt, vt ſpecies & genus: vel vt ſpecies duæ ſibi oppoſitæ Adoptio enim modo genus eſt, modo ſpecies. Vide infr. Arrogatio, & ſupr. Adoptio. & Cuiac. 9. obſeru. 37.

Adrogandum ſe dare, præbere Briſſ. ex ff.

Adſciſcere, ait Paul. & Feſtus, eſt Adiungere, vel adſumere: ſic Adſciſcere ſibi ſuum hæredem. Adſciſcitur ſocius, id eſt. aſſumitur. Briſſ. ex ll. ff.

Adſciſcere mortem quaſi dicat, attrahere, l. 2. C. qui teſtam. fac poſſ. vide infra Aſciſcere.

Adſcribere etiam eſt adiungere: vt elegantes lib. 3. de natur. Deor. Cic. hinc ciues & coloni adſcriptitij, Spieg.

Adſcribi in ciuitatem, eſt fieri ciuem, ap. Cicer. pro Arch. Poet.

Adſcribere aliquid codicillis vel teſtamentis, Adſcribere legatum: legata teſtamento: quantitates fundis legatis: ſe tutorem: tutorem filio: Adſcribere teſtamentis conditiones. Briſſ. ex ll. ff. & C.

Adſcribere ſibi in teſtamento dicuntur, qui alieno in teſtamento ſibi aliquid quaſi à teſtatore attributum vel ſua, vel eorum, quos in ſua poteſtate aut patre habent, manu aſcribunt. Vnde tit. de his qui ſibi in teſt. adſcr. l. 15 ff. ad l. Corn. de ſalſ. Hot. Briſſ.

Adſcribi, id eſt, imputari. Sic Adſcribi damnum: periculum collegæ. Briſſ. ll. ff. ex & C.

Adſcriptus ſeruus coloniæ, Adſcriptus libertati. Briſſon. ex ll. ff.

Adſcriptum ſeruum pro adſignato dixit Paul. in l. 54. §. vlt. ff. locat. iuncta l. 31. ff. de pig Adſcripti etiam, Feſto autore, dicebantur, qui nomina in colonias dediſſent, vt eſſent coloni, quomodo adſcriptos colonos interpretor apud Liu. lib. 4. Et ad eorum ſimilitudinem ab Impp. Adſcriptitij appellantur colonis addicti atque aſſignati, ſic vt inde ſe mouere non poſſint, & poſſeſſionibus ipſis accedant, omniaque bona dominis prædiorum acquirant, l. 6. l. 10. l. 22. l. vltim. C. de agr. & cenſ. quorum conditio adſcriptitia dicitur, l. vl. C. de tranſaction. l. 11. C. com. vtr. iud. Iuſtin. adſcriptitium ἐναπόγραφον vocat. Nou. Conſtan. ar Briſſ.

Adſcriptitij ſunt quaſi ſerui, dominum habent, ad quem eorum peculium pertinet: cui etiam reddi ſolent: Inſpecto fiſco aliis, & liberi bonorum poſſeſſores, vid. Cuiac. ad tit. C. de agric. Gothof. ad l. 24. C. de apiſc. audient.

Adſcriptitij glebæ, ICtis appellantur, qui cum agro vna ſeruiebant domino, & cum fundis mancipabantur alienabanturque, vt tradit poſt alios Turne. aduerſ. 15. cap. 15. Connan. lib. 2. cap. 10.

D 4

ADSCRIPTITII veluti quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus adſcribebantur: hos & adcenſos dicebant, quod ad legionum cenſum eſſent adſcripti, autore Feſto lib. 1. varia adſcriptitiorum genera recenſente.

ADSECTARI dicitur, qui tacitus frequenter ſequitur: Vlp. in Litem apud 15. §. aliud 22. ff. de iniur. Adſectari verbum ad iniuriam referri poteſt: quod accipiendum eſt, ſi contra bonos mores hoc fiat, d. l. 15. §. 23. Vnde non inepte Feſtus dicit: Adſectata fœmina, vel in bonā partem dicitur, velut honorata: vel in malam, quaſi ad extremum periculū adducta. Prat. vid. Aſſectari.

ADSECTARI differt ab appellare. Appellat enim, qui ſermone pudicitiam attentat: adſectatur, qui tacitus frequenter ſequitur, d. §. 22.

ADSECLÆ qui, vid. Gothof. ad l. 46. §. 3. C. de epiſc. & cler.

ADSENSVS, l. 20. C. de nupt. i. conſenſus Adſenſus commodatus. Adſenſum nubendi commodare, l. 15. § 1. C. de op. libert. vide Aſſenſus.

ADSEQVI donatū l. 16. C. de iur. delib. pro cōſequi. vid. Aſſequi.

ADSERERE arbores, in l. 7. §. vlt. de vſufr. Græcis eſt ἐμφυτεύειν, i. forare medullam arboris ſterilis, & in eam fœcundæ calamū immittere, inferiorūs ſpecies pro genere. Qua forma adſerere prolem. Papin. dixit, pro adoptare, ſicut ſcilicet in ſatione ſurculum truncus adoptat. Cuiac. obſer. lib. 11. c. 36. in fin.

ADSERERE ſe in libertatem, pro vindicare, liberum ſe proclamare: & libertatem velut prehendere manu & vindicare. Vlp. l. non ſolum § ſi. ff. de iniur. Adſerere ingenuitati, vel, ſe in ingenuitatem potius, l. 2. ff. ſi ingen. eſſe dicet. His contrarium eſt, in ſeruitutem adſerere, i. pro ſeruo ex libertate in ſeruitutem vindicare. Commune enim hoc nomen fuiſſe, tam à ſeruitute in libertatem, quam à libertate in ſeruitutem trahentium Priſcia lib. vlt notat. Adſerere in ſeruitutem, Liu. lib 3. & Tranq in Tiber. c. 2. dixere. Et Liui. Adſertorem vocat eum, qui alium in ſeruitutem petebat. Briſſ. vid. infrà. Aſſerere. Veteres in liberali cauſa manu adſerere dicebant, eum in libertatem iniuſta ſeruitute oppreſſos vindicabant: quæ Comicis familiaris eſt locutio: ſed vnde ducta non ſatis liquet. Varro lib. 5. de ling. latin. Manum in libertatem adſerere, exponit. Manum prehendere, vel manu prehendere. Feſt. lib. 1. Adſerere manum, eſt Admouere.

ADSERTOR, libertatis (præſertim alienæ Briſſ.) vindex, Paul. lib. 5. ſent. 1. & 33. in fin. & Donato in Terent. Prat.

ADSERTOR ideo admittebatur, quia is, cuius ſtatus vocabatur in dubium, videbatur ea de re per ſe agere non poſſe, ſed per adſertorem tantum: ne alioqui videretur ſeruus egiſſe in dominum vide l. 1. 2. 3. 4. C. Theodo. de liberal. cauſ. Paul. 5. ſent. 1. §. vlt. Mart. 2. adde Quint. 5. c. 2. & 48. eclo. 20. περὶ ἀνδραποδισμοῦ. Et Suet. in Domit. Gotho d. loc. vid inf. Aſſertor, Aſſerere

ADSERTOR in hoc differt à procuratore, quod aſſertor ſuo periculo cauſam agit, & ſatis præſtat iudicio ſiſti, & res ſaluas fore, quas tenet is, qui ſeruus dicitur, l. 1. & 2 C. Th. de liberal. cauſ. Et ſi defecerit in cauſa (quod non debet. l. 2. C. de adſer. toll.) teneatur pœnali actione. Iſta omnia ceſſant in procuratore. Gothof ad l. 1. in pr. C. de adſert. toll.

ADSERTOR hodie in cauſa libertatis non eſt neceſſarius. Nam ipſe aut per ſe cauſam agit, cui ſit ſtatus controuerſia, aut per procuratorem, ſi ex libertate in ſeruitutem petatur: non ſi ſe è ſeruitute in libertatē, l. C. de adſer. toll. quia ſeruus eſſe præſumitur, qui eſt in poſſeſſione ſeruitutis, & ſeruus habere ad litem procuratorem non poteſt. Goth. ad l. 1. C. de adſert. toll.

ADSERTIO eſt defenſio eius, qui ſtatus controuerſiam patitur. Goth ad rubr. Cod eod.

ADSERTIO, liberalis cauſę iudicium, & adſertoriæ lites, quibus in libertatem quis ex ſeruitute ab alio vocabatur, l. 1. C. eod. & apud M Fab. lib. 5. c. 2 de ſecunda adſertione verba facientem. Prat. Briſſ.

ADSERTIONES profuſitiæ ſunt eæ, quæ dicis cauſa, nō ſtrenua opera inſtituuntur. Goth. ad l. 1. in pr C. de adſer. toll.

ADSESSORES ſunt, qui à magiſtratib. præſidibuſve in conſilium adhibebantur, ab eo dicti, quod iuridicundo adſiderent; vel quibus hi mandauerunt ſuam iuriſdictionem, delati ad ærarium, vel in commentarium principis inter eos, qui ſalaria ferunt de publico, l. 1. & penul. ff. de offic adſeſſor. iidem Comites dici cœpti ſunt, l. diem functo. ff. eod. & Conſiliarij l. pen. ff. eod. & l. 3. & d. l. in Conſiliariis. Adſeſſores dicti ſunt, ſublatis ordinariis iudiciis Iuriſperiti, qui tum in publicis; tum in priuatis iudiciis, coloniis, municipiis non modo Romæ, verum etiam in prouinciis ab his, qui iudicium exercerent, in conſilium publico conſtituto ſalario adhibebantur. Hoto. in prætermiſſ. Omne adſeſſorum officium in his fere cauſis conſiſtere Paul. ſcribit l. 1. ff. eod. in cognitionibus, poſtulationib. libellis, edictis, decretis, epiſtolis. Adſeſſorem συγκάθεδρον adpellat. Modeſt. l. ἐν μόνοις, ff de excuſ. Olden. & Prat. Forcatul. dial. 61. Necyom. n. 2. Et notandum Adſeſſores, non iudices, ſed iudicium, h. e. præſidium conſiliarios fuiſſe l. 1 & l. velut. C. de aſſeſſ. l. conſiliariis, de off. aſſeſſ. De aſſeſſorib. Limp. in Alex. & late Goueanus lib. 2. de iuriſd. Græce πάρεδρον, vocant.

ADSESSORIA, libri erant de iis rebus ſcripti, quas agi viderant Iuriſconſulti, cum Adſeſſores eſſent: hi à Puteolano ſcripti, l. nam & nocere. 11. ff. de pact. eodem ſenſu accipitur Adſeſſorium in l. lex. § hac lege. ff. iniur. Prat. Briſſ.

ADSESSVRA, Adſeſſoris munus & functio. l. fin. ff. de proxenet. Prat. Briſſ.

ADSESSTRIX dicitur ab Africano eadem ratione, qua ab Ammiano 29. ambeſtrix. Gothof. ad l. 16. C. de euict.

ADSEVERATIO falſa, l. 9. C. de acqui. vel amitt. poſſ.

ADSIDERE, officio aſſeſſoris fungi. Briſſ. ex ff.

ADSIDVVS, Seuerus, l. 5. in pr. ff. de pœn.

ADSIGNARE inſtrumento, & ſigna in tabulis inſtrumentiſve apponere, i. ſubſignare, Paul. in l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus 2. ibique. Goth. de verb. oblig. l. inter 20. ff. de autorit. tut. Hinc Cornut apud Perſium: Adſigna Marce tabellas. Adſignare, eſt obſignare tabulas & cum alio ſuſcribere, ait Briſſ.

ADSIGNATÆ res dicūtur annulo ſignatæ. Briſſ. quibus ſigna ſigillave adpoſita ſunt, Vlp. in l. 1. §. ſi. ff. naut. caup. ſtabul. Prat.

ADSIGNATA pecunia, Varrō. li. 4. de ling. lat. attributa dicitur.

ADSIGNATVS ager dicebatur, qui coloniæ militibuſve datur, adſcriptuſve erat, l. item ſi verberatum, ff. de rei vend. l. Lucius de euict. Hygen. de limit. conſtit. & vid. Aggen. Vrbicum de limit. agitur.

ADSIGNARE ingenuitatem: parentes certam partem vnicuiq; cohæredum: generaliter vel ſpecialiter alicui aſſignare vncias: prædia Adſignari fortunæ curiali. Briſſ. ex ll. ff. & C.

ADSIGNARE libertum nihil aliud eſt, quam ius patronatus ad plures pertinens, vni proprie ac peculiariter attribuere, in eumque ſolum conuertere. Hotom.

ADSIGNARE libertum h. e. teſtificari, cuius ex liberis libertum eum eſſe velit. l. adſignare 107. de verb. ſignif. Briſſ. Ex SCto Ruffino Claudianis temporibus facto, patronus inter plures liberos, poteſtati ipſius ſubiectos (hodie etiam emancipatos, iuxta Vult.) poteſt libertos quaſi diuidere, & vni liberorum plures, vel omnes, vel pauciores, quam cæteris adſignare. l. 1. de aſſig. liber. Qua aſſignatione declarabatur ſimul etiam, quiſnam ex liberis, patronus liberti, vel libertorum eſſe deberet, l. 107. de verb. ſig. vbi & bona liberti non directo quidem, ſed in conſequentiam vna cum liberto ad eum, cui is adſignatus erat, tranſibant. Patronus autem non adſignabat libertos, niſi liberis ſuis, & his nonniſi in poteſtate ipſius patroni conſtitutis (hodie etiam emancipatis) & non niſi ex iuſtis nuptiis procreatis, aut certe inde naſcituris: non etiam adoptiuis. Aſſignatio iſta fiebat quocunq; modo, vt nulla ſolennitate verborum aut voluntatis declarandæ opus eſſet. Sed & quocunque actu alio, quam teſtamentario fieri poterat: ergo & ſine teſtamento inter viuos, & in teſtamento, aliiſque vltimis voluntatibus: ſæpius tamen in teſtamento vel codicillis, rarius inter viuos per epiſtolam, vel nuncium. Adſignatio vero iſta peculiari iure fit, vt ita nec legatum proprie, nec fideicōmiſſum, nec donatio, nec commodatum, ſed peculiaris quædam exercendæ libertatis paternæ ratio videri poſſit, l. 1. 3. 6. 7. 8. 10. & vlt. de aſſig. liber. Hæc Vult. in comment. Inſt. de aſſig. liber. §. 1. & 2. & Gœd. in accurat. cōm. ad tit. de verb. ſig. in l. 107.

ADSIGNATOR, ff. lib. 38 tit. 4. l. 3.

AD SIMILITVDINEM abſentis haberi, l. qui mittuntur, in fin. ff ex quib cauſ. maior.

ADSIMVLARE pro adſimilare dixiſſe antiquos, Diomedes tradit: Ciceroniſque & Virgilij teſtimoniis confirmat Briſſ. Sic in l. 13 § 2. C. mandat. legitur adſimulare donationem: & in l. 24. C. de neg. geſt. doloſa adſimulatio.

ADSISTERE, eſt præſentem & iuxta eſſe patrocinari & cōmunicari tanquam aduocatus inter patronos cauſarum, & in eorum ordine cenſeri, l. vlt. C. de aduoc. diuerſ. iud. Idem quod Ciceroni, adeſſe. Vlp. in l. 54. ff. de rei vid. Nec propterea quis ſi poſtea cognouerit rem ad ſe pertinere, quod alij eam vindicārit ſuam eſſe, adſiſtebat, dominium amiſit. Hot. Sic adſiſtere defenſioni cauſarum pupillarium, in l. 1. C. vt cauſ. poſt pubert. adſit tutor. Adſiſtere reo, cauſæ, negotiis. Adſiſtit veritas allegationi, precib. Briſſ. ex ll. ff. & C.

VT ADSOLET fieri, l 5. in prin. C. de ſecun. nup. vel ſimpliciter: vt adſolet Briſſ. ex ff. Adſolet, pro conſuetum eſt. Liu. 1. vib eond.

ADSPERSVS ſeruili macula. vid. infra Aſperſo resl. 9. C. de li cauſ.

ADSPIRARE ad honores, magiſtratum, iudicium, hæreditatem, legitimam, ſucceſſionem, tutelam, curam Briſſ. ex ll ff & C.

ADSPIRARE ad ſecundas nuptias, l. 6. C. in quibus cauſis pign.

ADSPIRATIONEM in vocib. natura adſpiratis ſæpe omiſerunt veteres, teſte Fabio 1. orat. Inſtit. 9. Ita poſtumus, pro poſthumus, paſſim: ominis, pro hominis, l. 70. de contra empt. Vmanis pro humanis, l. 10. §. 2. de vulg. & pup. ſubſtit. Abeo, pro habeo, l. 7. §. 1. de contra. empt. Ero pro hero l. 11. §. legis. Ad l. Aquil. Erum, pro herum, apud Cuiac. 11. obſ. 21. Vult. comment. Inſt. de exhered. lib. ad §. 1. n. 2.

ADSTIPVLARI dicitur ſtipulanti ſtipulari, vt ſi petenti ſibi decem à Mæuio, ego eadem ſtipulor tibi dari: in quo quia meus eſt vtriuſque noſtrum eadem, & idem quod tu, tibi cupio & volo,

volo, ideo factum eſſe arbitror, vt adſtipulari pro adſentire dicamus. Cicero in Academ. Falſum eſſe dicunt Stoici, & eorum adſtipulatur Antiochus. Sic enim eum locũ Feſtus Pompei. interpretatur. Sed videtur aliquid ſub hoc verbo latere ſignificationis, quod plus valeat, quam adſentiendi verbo contineatur: vt non qui adſentit ſolum, ſed qui conſenſus aliorum & voluntates ſtipulatur alicui, & quaſi ſuffragia corrogat, adſtipulari dicatur: quod faciebat Antiochus, qui non ſolum Stoicorum ſectam ſectabatur & probabat: Sed multis rationibus & argumentis alios omnes conabatur in eandem adducere ſententiam, &c. Eſt itaque adſtipulator non qui accedit ſtipulatori, ſed qui ei adſtipulatur, & adpoſcit aliquid Conn. lib. 6. c. 6. quo verbo Terent. vtitur. Connan. d. loc. n. 3.

ADSTIPVLATOR, qui ſtipulatori accedit, & idẽ ſtipulator eodem modo quo adpromiſſor, vt pacta & conuenta ſint firmiora, magiſque cauta & rata. Erant vero in foro Romano circum argentarias homines, qui adſtipulandi quæſtum exercebant, præſtoque erant ſtipulatoribus & paciſcentibus. Adſtipulator in antiquo Lexico [Greek] exponitur, i. qui præter ſtipulatorem interrogat atque ſtipulatur. Torn. 26. aduerſ. c. 8. Prat. Adſtipulator, i. conſentiens, aſſecla, §. præced.

ADSTRINGERE ſe ſolennibus inſcriptionibus, l. 10. C. de his qui accuſ. non poſſ. Actionibus: muneribus: Adſtringere neceſſitate fidem. Adſtringi fideicommiſſo: muneribus: precibus: periculo. Periculum re non adſtringit. Adſtringi etiam pro compelli. Briſſ. ex ll. ff. & C. vide infrà Aſtringere.

ADSTRVERE veritatem, l. 24. C. de prob.

ADSTRVERE, i. adfirmare, l. 14. C. de teſtam.

AD SVBSELLIA, i. apud Iudices.

AD SVMMAM rempublicam, interpretantur ſummam reipublicæ vtilitatem, in l. ſi is qui nauem, ff. de exercit. action. Spieg.

ADSVMPTA ad vitam, id eſt, vtilia victus cauſa. Varr. lib. 7. de ling. lat.

ADSVMERE arbitrum, ſocium, i. adſciſcere. Aſſumitur miles, curator, tutor, obſtetrices. Adſumi in collegium, conſilium. Adſumptio, pro demõſtratione addita nomini. Briſſ. ex ll. ff. & C.

ADSVMPTIO eſt profeſſio, & adſeueratio, & conteſtatio quædam, l. adſumptio. 6. ad municipal. vt ſit ſenſus: is qui conteſtatur ſe eſſe ciuem, cum reuera non ſit. Olden. Prat.

AD TEMPVS duobus modis ſumitur. Vno modo ad conditionem temporis, neceſſitatem & opportunitatem. Altero ad ſpatium temporis. Spieg.

ADTENTARE annonam, eſt vexare, & quid in eam moliri, quale ſolent Dardanarij. Vlp. l. annon 6. de extraord. crimin. Plat. vid. infrà Attentare.

ADTENTARE imperium, adgredi, & quid aduerſus id moliri. Varro lib. 4. de ling. lat.

ADTENTARE pudicitiam, eſt id facere, vt quæ pudica eſt, impudica fiat. Paulus in L. attentari. 10. ff. iniuriis.

ADTENTARE ſententia dicitur, à qua appellatur. Vlpian. Prat.

ADTESTATIONES Pontificiis ſunt teſtium depoſitiones, & dicta c. ex tenore. ff. de teſtib. in antiq. Porro qui concipiantur, diſces ex c. cum cauſam eod. vide infrà Atteſtationes.

ADTINGERE hæreditatem, eſt adire. Vlp. l. ſed & ſi §. ſi quis. ff. de petit. hæred. & eidem, attingere bona, l. 1. §. fi. ff. de ſeparat. vid. ſuprà Attingere.

ADTRITA veſtis: Adtriti negotiationibus, Briſſ.

ADVENA, aliunde adueniens: qui in aliena ciuitate moratur: qui alicubi temporaneam moram agit: vt Aduena mercator. l. 1. §. 19. l. hæres abſens, de iudic. l. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ. Spieg. Prat. Aduenæ (ait Goed. ad §. 4. l. 239. de verbor. ſign.) eſt colonus vel inquilinus oppidi vel agri aduenticius, qui domicilium ſedemque eo loco ſibi non conſtituit. Græcis [Greek] q. qui ſine lare domicilioque in eo loco ſit Seruio omnes terræ habitatores, aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ, ſunt inde geniti: Aduenæ de vno loco venientes: conuenæ de diuerſis. Quod quidam exiſtimant aduenam eundem eſſe, qui & incola dicitur, non ſubſiſtit. Spieg.

ADVENTITIVM, alibi natum. Varro lib. 9.

ADVENTITIVS [Greek] Scæuola. ff. lib. 40. tit. 9. l. 6.

ADVENTITIA dicuntur, quæ fortuito & aliunde, quam ex vſitata conſuetudine, manarunt. Hotto.

ADVENTITIA bona ſunt, quæ filiofamil. nõ per patrem, ſed extrinſecus obueniunt, quæ non ex recta ſucceſſione, puta patris & aui paterni, ſed ex legatis, aut aliter caſu aliquo adueniunt: vt puta non iure agnationis, ſed ab extraneis, vel inſperato: vel quæ non ex ſubſtantia eius, in cuius poteſtate filius eſt, acquiruntur, ſed ex liberalitate fortunæ, vel propriis filij laboribus, &c. In his pater vſumfructum & liberalem adminiſtrationem habet Spieg.

ADVENTITIVM peculium: ab extraneis cognatiſve profectum: vt ſunt maternæ materniva generis hæreditates, amicorum legata, lucra nuptialia, l. 6. & 8. C. de bon. quæ liber. Briſſ. vide infrà Peculium.

ADVENTITIO iure in l. 36. in princ. fin. C. de inoffi. teſtam. id eſt, aliunde quam ex paternis bonis. Gothofr. ibid.

ADVENTITIA dos dicitur, quæ à quouis alio, quam à parente, qui in poteſtate ſponſam habet, data eſt. Briſſ.

ADVENTITIA probatio l. 32. in med. C. de prob.

ADVENTITIA neceſſitas intelligitur, vbicunque repente aduenit aliquid peragẽdum, quod ad publicam vtilitatem ſpectat. vid. Alciat. enarrantem l. placet. C. de ſacroſ. eccleſ. Spieg.

ADVENTITIA pecunia petitur ab eo, cui ſua non redditur. Hot.

ADVERSA, Aduerſarius, Aduerſaria mox infra.

ADVERSVS, participium præteritum, ab Aduertor, de quo infra.

ADVERSVS vel aduerſum præpoſitio, plerunque idem quod cõtra: ſæpius etiam idem quod erga: quandoque idem quod ſecundum.

ADVERSVS edictum, vel legem feciſſe proprie dicitur, qui vetante lege vel edicto prætoris, &c. facit, l. 102. ff. de diuerſ. reg. iur. l. vlt. ff. ne quid in loco pub. Qui item non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ non facit, l. 121. ff. de regulis iuris. Et ita aduerſus ſententiam arbitri fit, ab eo, à quo arbiter peti vetuit. vel à fideiuſſore eius, petat, l. 32. ff. de recept. arb. & aduerſus dictum promiſſumve facere videntur, qui quod adſeuerant, non præſtant. l. 17. §. vlt. ff. de ædil. edict.

ADVERSVS pro ſecundum Vlp. t. 20. Qui in dedititiorum numero eſt, nec quaſi peregrinus teſtari poteſt, quoniam nullius certæ ciuitatis ſit, vt aduerſus leges ciuitatis ſuæ teſtetur. Itẽ tit. 28. Bonorum poſſeſſio datur, aut contra tabulas teſtamenti, aut aduerſus tabulas inteſtati, quod paulo poſt interpretatur ſecundum tabulas, & Caius l. 5. ff. de vſurpat. & vſucap. Naturaliter interrumpitur poſſeſſio, quum quis de poſſeſſione vi deiicitur vel alicui res eripitur: quo caſu non aduerſus eum tantum, qui eripit, interrumpitur poſſeſſio: ſed aduerſus omnes, i. ipſius commodo, ſed omnium Hoto. Briſſ. & Cuiac. tit. 20. fragmentorum Vlpiani, quorum exinde ſententiam comprobauit Gilbert. Regius cap. 20. lib. 2. Enantiophanon. Prat. in ſuo. Lex. Sed id gloſſ. Ioanni Roberto lib. 2. receptarum lectionum iuris ciuilis, c. 25. omnino abſonum videtur, minimeque illis, quos citant, locis conueniens: cum hanc particulam, Aduerſus, conſtet propria etiam vſitataque ſignificatione idem ſignificare quod Erga. Vt ita in d. l. 5. Aduerſus eum, & aduerſus omnes ſignificet, Erga eum, vt illi proſit, & erga omnes, cum omnibus æque proficiat.

ADVERSVS pro Erga Terentius in Andria: Id aduerſum te gratum fuiſſe habeo gratiam Cicer. 3. de Natur. Deor. pietas aduerſus Deos, i. erga Deos, lib. 12. Epiſt. Attic. blandus aduerſus eum, 1. offic. Officia aduerſus eos ſeruanda, Erga eos.

ADVERSVS hoſtem, q. ex oppoſito, ex altera parte oppoſita, contra hoſtem. Vuda

ADVERSA in Dialecticis, quæ è regione & immediate contraria ſunt.

ADVERSVS, a, um, i. contrarius, a, um, aliquando fere idem quod contrarius ſimul & perniciosus.

ADVERSA pars, eſt noſter aduerſarius, ſeu aduerſaria, aut etiam multi in eadem cauſa nobis aduerſarij, authent. in iſta §. 2. C. de iureiur. l. 1. C. ſi aduerſ. dot. Spieg.

ADVERSA voluntas, i. contraria. Aduerſa vtilitati, l. 22. pr. C. de adminiſt. tut. id eſt, contraria.

ADVERSA fortuna, tempeſtas, neceſſitas: Aduerſus caſus, euentus. medicamentum, Briſſ. ex ll. ff & C.

ADVERSARVM rerum nomine continetur morbus, damnum, carcer, exilium, & ſimilia Spieg.

ADVERSA valetudo: cui contrarium, bona, ſecunda: proſpera, Aduerſa valetudo, l. 9. Cod. qui teſtam. fac. poſſ. ſumitur pro furore.

ADVERSA vulnera, quæ in pectore fronteque accepta ſunt; & laudi dantur. Auerſa, quæ in tergo; & probro dantur: ex Valla. Spieg.

ADVERSABILE quod aduerſum eſt, & contrariũ homini. Auerſabile vero, quod auerſari debemus, & hoſtiliter cauere. Spi.

ADVERSARIA dici poteſt mulier, quæ aduerſus nos iudicio contendit. Spieg. l. 14. C. de procur. Briſſ. ex Cicer.

ADVERSARIA valetudo, i. aduerſa. l. 23. mandat. Briſſ.

ADVERSARIA dicuntur tabulæ ad quotidianum vſum paratæ, in quibus curſim & negligenter ea ſcribimus, quæ poſt accuratius in certas & perpetuo manſuras tabulas ordine ac diſpoſite perſcribimus: deductaque ex eo appellatio videtur, quod ibi ſtatui ſoleant, vbi nobis aſſidue obuerſentur: quaſi aduerſus nos poſita. Cic. pro Q. Roſ. Non. habere ſe hoc nomẽ in codicem accepti & expenſi relatum confitetur, ſed in aduerſariis parere contendit. Hoto. Demoſthenes videtur appellare [Greek], quaſi memorialia, ne ſcilicet res aliqua excidat: vt doctiſſ. Turneb. annotauit lib. 2. aduerſ. c. 13. Duar. lib. 1. diſp. c. 13 Budæus in l. talis ſocer. ff. de iur. dot. Alciat. lib. 2. diſpunct. cap. 19.

ADVERSARIVS proprie dicitur, qui aduerſus nos ſtat vel litigat in iudicio: alio nomine dicitur pars diuerſa vel aduerſa: ſed hoc eſt generalius, quia & de fœmina, & de multis ſimul, dici poteſt. Spieg. vide ſuprà Aduerſa pars.

ADVERSARIVM producere quid ſit apud Vlp. l. 1. ff. de aduen. ex.

Digitized by Google

plices Alc. lib. 2. diſpunct. & rurſus lib. 8. cap. 7. patet. ſed Duaren. lib. 1. diſputat. cap. 13. eius ſententia refutata, oſtendit aduerſarium intelligi eum, vnde petitur, id eſt, reum.

ADVERSATIVA particula, ſeruans naturam ſuam, aduerſatur in iure, & in facto. l. hoc amplius. §. de his. ff. de damn. infect. Spiegel.

ADVERTERE pro animaduertere, animum aduertere: in iure ſignificat recipere, & retinere. Cic. in Verrem: cum piratarum nauem cepit, omnem prædam ad ſe aduertit, id eſt, inquit Aſconius, apud ſe retinuit, ita vt aduertere ſit aduerſum ſe attrahere & adducere. Atque inde aduerſione emere dicitur ex Connani ſententia, qui rem, qualis qualis eſt, emit: & bonitatem eius ſibi ſuoque periculo recipit. l. 1. §. vlt. de contrah. empt. de quo latius per eum lib. 7. c. 10.

ADVIVERE, l. 30. in princ. ff. de adimend. leg.

ADVLANDI ſtudium, l. 1. & 2. C. de ſtat. & imag. Adulamur ſeruiliter, Valla inquit, etiam geſtu, quod nobiſcum commune eſt canibus. Aſſentari vero ad gratiam loqui eſt: eaque aſſentatio non tribuitur mutis animantibus. Spieg.

ADVLATIONIS cauſa dicta verba (quæ interpretes Curialia vocant, vt teſtatur Alciat. cap. 14. lib. 2. parerg. quod ſcilicet ſoleant aulici, & qui in principum comitatu ſunt, aliud ſentire, aliud loqui) nullam obligationem inducere traditum eſt: idem & de verbis iactatoriis dicunt. l. diuus de mili. teſt. Spieg. Adulatio enim in ficto ac ſimulato vultu geſtuque corporis conſiſtit. Fr. Phil. lib. 2.

ADVLATIONES fictæ, l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor.

ADVLESCENS, vide ſupra adoleſcens. Aduleſcere pro Adoleſc. Briſſ. pareg.

ADVLTA ætas l. 15. C. de excuſation. tutor. l. 6. C. ad leg. Cornel. de ſicar.

ADVLTERARE, omne omnino quod ſincerum eſt, corrumpere ſignificat. Itaque non tantum mulierem adulterare, ſed & rationes & monetam adulterare in iure legimus. Inde adulteratores monetæ. l. 16. §. vlt. ff. de pœn. Adulterinæ ſtateræ. l. 6. §. vlt. ff. de extraiudicialibus criminibus. Sic adulterina doctrina in proœ. ff. incip. omnem §. 7. vide infra adulterium.

ADVLTERARE nouercam. Adulterata vxor viri lenocinio. Briſſ. ex ll. ff.

ADVLTERARE rationes, Vlpiano eſt conturbari, vel falſo deſcribi, l. 1. in fin. de ſeru. corrupt. Sic adulterare iudicium, pro corrumpere dixit Cic. Prat.

ADVLTER ſolidorum, id eſt monetarius falſus, l. 2. Cod. de falſ. monet.

ADVLTER eſt ſacrilegus nuptiarum, l. 30. §. 1. Cod. ad legem Iul. de adult.

ADVLTER dicitur, non qui vxori fidem ſemel aut ſecundo fallit Nou. 117. cap. 9. ſed qui cum alterius vxore rem habet. Goth. ad d. Nou. 117. cap 8.

ADVLTERA & Adulter quomodo differant, vide Cuiac. 10. obſeruat.

ADVLTER & Adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferunt. Feſtus lib. 1. Adulterum defini. l. fugitiuus. 224. de ver. ſignif. eum qui alienam matremfamilias corrumpit; quod non ſola animi propoſitione, ſed cum aliquo actu fit. Prat.

ADVLTER manifeſtus dicitur is qui inter amplexus repertus eſt, vt definit alicubi Bart. allegatus à Bud. in §. furtorum autem Inſt. de obl. quæ ex delict. naſc.

ADVLTERIVM (crimen publicum) eſt acceſſus ad alterius thorum: Dictum ergo adulterium, quaſi ad alterius thorum, vel potius quaſi adulterium: quod ille ad Alteram (quæ ſua vxor non eſt) vel hæc ad Alterum (non ſuum maritum) ſe conferat: vel quaſi adulterinum, propter partum ex altero conceptum; quod alienus partus ſubſtituatur: quod ex adulterio conceptus ab vno ad alterius hæreditatem naſcatur. Conf. Gœd. ad princ. l. 101. n. 8. de verb. ſign.

ADVLTERIVM (Gœdd. ibid. num. 1. & 10. princ.) eſt ſtuprum in nuptam commiſſum, vel alterius matrisfamilias (id eſt, vxori honeſte viuenti) illatum; per ibid. allegata.

ADVLTERIVM ergo eſt ſpecies ſtupri, generatim videlicet accepti: vt Gœd. ibid. num. 2. 3. 9. probat: aliquando tamen ponitur pro ſtupro, vt & viciſſim. Lex enim Iulia de adulterio ſtuprum & adulterium promiſcue vſurpabat, verbaque iſta confundebat. ibid. num. 13. Vult. comment. Inſtit. ad princ. tit. de nupt. num. 18. & ad § 4. num. 4. de publ. iudic. Forma tamen & effectu adulterium omnino differt à ſtupro. 1. Adulterium proprie in nuptam (maritatam aut ſponſam) committitur: committens ſit maritus (vxoratus) ſiue ſolutus (non vxoratus) dummodo illa ſit vel vxor vel ſponſa. Vult. d. ou. 4. Gœd. d. loc. num. 1. & ſparſim. In nuptam, aiu: eam ſcilicet, quæ honeſta ſit, non autem in meretricem; etiamſi nupta ſit meretrix: quippe ſtuprum eſt priuatio honeſtatis ac pudicitiæ: ergo vbi pudicitia non eſt integra, ibi ſtuprum non committitur: priuatio enim præſuppoint habitum. Gœdd. ibid. num. 9. Cuiac. 3. obſeru. 18. Secus eſt in meretrice nupta, quæ caſte iamdiu viuit cum marito. Gœd. §. 1. numer. 5. l. 46. de ver. ſign. Cuiac. dict. obſeru. 18. Stuprum vero in virginem aut viduam committitur: imo & in puerum. Vult. dict. §. 4. num. 5. Gœdd. num. 1. l. inter ſtuprum, 101. de verb. ſign. Secunda differentia: adulterium fœdius & turpius eſt ſtupro in ſolutam) non ſanguine iunctam) commiſſo. Adulterium fœdiſſima nequitia dicitur l. 20. Cod. ad legem Iul. de adult. In adulterio non modo turpitudo ſtupri eſt, ſed & violatio thori, qui quaſi iureiurando confirmatus eſt, quin & ſcelerata ſeminis commixtio ac improba partus ſubſtitutio, denique ſocietatis alioqui ſanctæ & indiſſolubilis diſſolutio. Gœdd. numer. 48. Hinc multæ & extremæ contra adulteras maledictiones apud Moſen. Numer. 5. Tertia exinde differentia eſt in pœna: Adulterium natura probroſum ac turpe, & apud omnes humaniores gentes deteſtabile eſt, grauique ſemper apud omnes pœna affectum: quippe pugnans cum ipſa natura matrimonij. Gœdd. d. loc. num 8. & ad leg 42. numer. 2. 6. de verb. ſignif. Tiraquell. in l. 13. connubiali. Adulteri ergo pœna ex legibus ordinaria, Romæ ſemper fuit capitis & ſanguinis, etiam ex lege Iulia; ſed ex moribus prauis & extra ordinem quandoque pœna relegationis vel deportationis: proinde Iuriſconſultorum in ff. reſponſa magis errores & morum conſuetudinem, quam ipſas leges & conſtitutiones ſapiunt. Gœdd. d. l. 101. num. 4. Tiraq. d. l. 13. numer. 20. 21. Conf. aliquatenus diſſentient. Vult. d. §. 4. num. 6. Cuiac 6. obſeru. 11. & 19. obſeru 39. Guthofr. ad l. 3. C. de accuſ. Damhud. prax. crimin. cap. 86. Anton. Fabr. 2. coniectur. cap. 10. Nou. 134 cap. 10. Auth. ſed hodie. Cod. ad legem Iul de adul. fœminas pœnam capitis remiſit, fuſtigationem & in monaſterium detruſionem induxit: Quæ hodie non ſeruantur, præter capitis pœnam: vir qui adulterium commiſit, ſi vxorem habuerit, amittit dotem & donationem propter nuptias, vel quartam debitam indotatis vxoribus: cætera bona liberis & parentibus eius ſeruantur vſque ad tertium gradum, poſt tertium gradum fiſco vindicantur. Mitius punitur mulier, quaſi infirmior, quæ adulterium commiſit: quanquam inter ſe coniuges exæquentur in pœnis ob cauſam iniuſti repudij, Nou. 127. cap vlt. coercentur etiam. Nou. 134. grauiſſime adulter & adultera, ſi forte gratia iudicis, vel qua alia ratione euaſerint pœnam capitalem, & poſtea inter ſe nuptias contraxerint. Hoc enim eſt palam facere adulterium, & l. Iulia etiam comprehenſum fuit. l. miles, §. licet, ff. de adult. & l. commiſſum, C. eod. Schard. Stupri vero pœna ex l. Iulia eſt ademptio tertiæ partis bonorum. Gœdd. d. l. 101. n. 5. pr.

ADVLTERIVM porro iure ciuili ex fœmina æſtimatur non ex mare. Mas ſolutus cum alterius vxore rem habens, adulter eſt: & contra mas vxoratus cum fœmina ſoluta rem habens, adulterium non committit, nec vt adulter punitur: ille vero punitur. Ratio, quia is qui cum alterius vxore conſueſcit, liberos in alienam familiam propagat, eamque contaminat; qui vero cum ſoluta rem habet, alienam familiam non commaculat. Vult. d. §. 4. num. 5. fin. Theologis ex Matth. 5. verſ. 27. & 19. verſ. 9. Sicut Canoniſtis mas vxoratus etiam cum ſoluta fœmina rem habens adulterium committit, quia & hic coniugalis fides & vnitas duorum in carne vna per fide violatur: quæ adulterii ſubſtantialia ipſis videntur & ſufficientia. vide Gœdd. d. n. 10. l. 101.

ADVLTERIVM ſpurium etiam virginis ac viduæ corruptio dicitur, vide can. 1. cmo. 32. q 4. Schard.

ADVLTERIVM metaphorice ad alia quoque transfertur: vt cum dicimus adulteria naturæ, pro operibus non vere naturalibus: adulteria mercis pro fraude: adulteria arborum, pro inſitionibus. Schard.

ADVLTERINI liberi ab omni ſucceſſione & paterna & materna excluduntur, adeo vt ne alimentis quidem digni cenſeantur. Nou. 89. §. fin. Canones tamen Dd. alimenta ipſis præſtari volunt. Vult. comment. Inſtit. ad princ. de hæredit. ab inteſt. n. 27. 28. 29.

ADVLTERINA res dicitur, quæ non eſt legitima, ſed ſuppoſititia; vnde filij adulterini dicti, ex adulterio concepti. Hinc adulterinæ literæ apud Apul. lib. 4. de aſino aureo: & adulterina clauis apud Saluſtium: & adulterina ſigna vocat Feſtus Pomp. quæ ſunt alienis annulis facta. Ipſe quoque annulus, quo ſigna exprimuntur, adulterinus dici poteſt, vt lib. 48 ff. tit. ad leg. Corne. de falſis legibus l. Cornelia, vbi Modeſtinus ait, Qui ſignum adulterinum fecerit, vel exculpſerit. Aphricanus quoque in eod. tit. l. ſi quis. Quod ſi teſtamentum, inquit, adulterinum non eſſet. In eodem quoque 48. lib. tit. ad legem peculatus, l. ſacrileg. j Vlp. ait. Non videntur adulterinam monetam exercuiſſe. Nebriſſ.

ADVLTERINI nummi, Gothof. vid. ſupr. Adulterare.

ADVOCARE, generaliter ſignificat conuocare. Aduocare concionem, Varr. lib. 5. de ling. latin. aliquoties, proprie autem ad ius pertinet: & ſignificat homines vel patrocinij, vel conſilij, vel teſtimonij cauſa conuocare: vt infra in vocibus, Aduocatus, Aduocatio patebit.

ADVOCAT apud Pompon, l. ſi procurator. 13. ff. rem rat. hab.

Accurſ.

Accur. exponit, Aduocatis miniſtrat: alij, Aduocatos iuriſperitos conſulit: alij pro teſte de vi moribus facienda deducendo accipi putant, Accurſ. ibi Auocar legi poſſe cenſet, ſcilicet à ſuis negotiis. Vtraque lectio ac ſenſus ferri poteſt. Pandectæ tamen Florentinæ, & vulgati codices habent aduocat: quod de conuocatione aduocatorum, teſtium, & ſimilium, victoriæ cauſa, intelligendum puto. Prat.

ADVOCATIA, & ADVOCATIO, mox infra.

ADVOCATI olim dicebantur, quicunque amico præſentiam ſuam commodabant. Briſſ. Aſcon. Verr. 1. aduocatum in iudicio dicit eum eſſe, cui vel ius ſuggerit, vel præſentiam ſuam amico commodat, etenim moris erat in iudiciis tum priuatis, tum publicis, amicos omnes aduocare, quorum auctoritate moueri poſſe iudices putabantur: vt in ea pro Quint. Hinc Vlp. in l. 1. §. aduocatus, ff. de extraord. crimin. aduocatos ſcribis accipiendos omnes omnino qui agendis cauſis quoquo ſtudio operantur.

ADVOCATI vel patrocinij, vel conſilij, vel teſtimonij cauſa, conuocabantur. Teſtimonij cauſa conuocatos, vulgo Aduocatos dici, patet ex oration. pro Cæcinna, vbi Aduocati dicuntur ij, qui in rem præſentem deducebantur, vt de vi moribus facienda teſtes eſſent. Plautus in Pœnulo certis aduocatis præſentibus (id eſt, teſtibus) deprehendit pecuniam apud lenonem. Aduocati tamen erant iuris non imperiti, teſtes vero quilibet. Hot.

ADVOCATVS generatim acceptus patronum quoque ſignificat Vnde aduocati, patroni, cauſidici, oratores, item Rhetores & togati, hodie ſæpe pro eodem ſunt: eorumque munus cauſidicina Ammiano dicitur. Gothof. ad rubr. C. de aduoc. diuerſ. iud. Propriè tamen Aduocatus à patrono differt: hic cauſam agit: ille in conſilium aduocatur Gothofr. d. loc. Aſconius d. loc. patronum definit eum, qui orator eſt, ac verba facit. Procurator cauſæ idem & aduocatus eſſe poteſt: interea differunt tamen. Aduocati ſuſcipiunt perſonas: procuratores negocia. Aduocati ſunt iuris periti, qui conſilio ſuo adſunt actori vel reo: procuratores ſæpe iuris parum gnati. Illi quaſi tutores ſunt, hi curatores: proinde aduocato meo ſum ſuſceptus aut clicus; procuratori ſum mandator vel dominus. Ideoque munus aduocatorum peragitur extra locum iudicij: procuratorum non niſi in iudicio: Illi cauſam inſtruunt; hi perorant: Illi magis agunt calamo; hi ore. Illud igitur difficilius eſt; hoc facilius: illud munus eſt honorabile: hoc vtile. Vult. comment. Inſtit. ad princ. tit. de actio n. 28. 30.

ADVOCATVS in foro inutilis, vulgo cauſidicus dicebatur, ex Quintil. Spieg.

ADVOCATORVM militia in quibus conſiſtat. l. 14. Cod. de ad diuer. iudic. vide infra Militare aduocatos.

ADVOCATVS malus formulariis, eſt pernicioſus: qui patiatur intra 10. annos litem conteſtari cum tutore aut curatore, vt eſt apud Speculatorem abominabile exemplum de Vberto in tit. except. §. viſo, quando exceptiones, verſ. item nota ſecundum Vbert. Spieg.

DE ADVOCATORVM honorariis, vide l. 1. §. 15. ff. de extraordin. cognition.

ADVOCATI Cæſarienſes in iure noſtro ſunt celebres: nam ad eos Iuſtinian. conſultos multas ſcripſit conſtitutiones, inter quas eſt illa, quæ ſtatuit ſobolem ex muliere quinquagenaria ſuſceptam nihilominus haberi legitimam. l. ſi maior. C. de legit. hæred. Item illa qua reprobauit pactum de hæreditate viuentis inituum ſine eius conſenſu, de cuius ſucceſſione agebatur, l. vlt. C. de pact. Poſtremo & illa, qua cauit ſcripturas, quæ teſtantur in ſtipulationibus aliquos fuiſſe præſentes, omnino ſequendas, niſi aliunde conſtet fuiſſe abſentes toto illo die, quo inſtrumentum eſt confectum. §. item verborum Inſtit. de inutil. ſtipul. Fuit autem Cæſarea Metropolis Cappadociæ, vt infra in Cæſarea.

DE ADVOCATIS diuerſorum iudiciorum, h. e. de priuilegiis, munere, mercede aduocatorum, qui in diuerſis iudiciis ſuis operam ſuam hominibus nauant, tit. C. vid. per totum.

ADVOCATI munus nemo ſubibit prius, quam, per ſtatuta quinquennij tempora legum cognitioni noſcatur inhæſiſſe. Anch.

ADVOCATVS fiſci interuenit pro fiſco in aula apud comitem theſaurorum ſacrarum largitionum: in prouinciis apud procuratorem Cæſaris: & in vrbe apud Præfectum ærarij, vide Cuiac & Gothoſt ad l. 4. C. de aduoc. fiſci.

ADVOCATVS fiſci dictus eſt, qui ab Imperatore delectus, pro eo poſtulaturus eſt, quotieſcunq; de fiſci intereſſe agetur. Quæ autem ſint eius officia, ac quibus potiatur priuilegiis, ſub titulo C. de aduocato fiſci. demonſtratur. Dumbert.

ADVOCATI fiſci ſunt patroni ærarij, l. penult. C. de aduoc. diuerſ. iudicum.

ADVOCATVS, in feudis, idem quod Commiſſarius apud Practicos: cui præfectura & munus aliquod, ac præſertim cauſarum diſceptãdarum publice mandatum eſt. Prat. ex Hot. lex. feud.

ADVOCATIA eſt negocij alicuius publici procuratio, à ſuperiore mandata, vt lib. feud. 2. tit. 27. §. 15. Quicunque aduocatiam ſuam, vel aliquod aliud beneficium inordinate tractauerit. Aduocatia etiam dicitur tutela & defenſio ſacerdotalis alicuius collegij, veluti Abbatiæ & Monachorum: quibus prædia & vectigalia quædam attributa ſunt, quorum potentem aliquem, vel Comitem, vel alium Nobilem, ſibi defenſorem ac patronum cooptabant. Prat. ex Hot. Lex. feud. vbi plura vide.

ADVOCATIO eſt ipſa aduocati actio, poſtulatio ac patrocinium Prat.

ADVOCATIONEM præbere, præſtare, ſuſcipere, cauſam agere, poſtulare, allegare, fere idem ſonant. Prat.

ADVOCATIO paſſim in iure pro ipſis aduocatis accipitur. l. 1. de quæſtione tali. 30. de tranſact & alibi. Plerunque pro ordine ipſo aduocatorum, l. cum aduocatio. & l. iubemus. C. de aduoc. diuerſ. iud. & alibi paſſim.

ADVOCATIONES poſtulare, eſt aduocatos à prætore petere, l. ait prætor. 23 ff ex quib. cauſ. maior. Prætor enim aduocatos dare ſolebat. l. 1. ff. de poſtul. Prat.

ADVOCATIONES litem inſtruere apud Hermogenia l. falſi. 20. ff. de falſ. & l. 1. ff. eod. eſt falſam litem intendere, ad hoc inſtructos aduocatos inſtituere. Prat.

ADVOCATIONES infidæ, quæ litis clientiſve ſecreta pandunt: l. aut facta. 16 ff. de pœn. Prat.

ADVOCATIONIBVS ac foro interdicere, prohibere eſt ab officio aduocandi: quod genus pœnæ eſt. Foro tamen plus eſt, quam aduocationibus interdicere. Si quidem huic omnino forenſibus negotiis accommodare ſe, non permittitur. Vlp. in l. moris. de pœn. Papinian. auctor eſt, Imperatorem Titum Antonium reſcripſiſſe, eum cui aduocationibus in quinquennium interdictum eſſet, poſt quinquennium pro omnibus poſtulare non prohiberi, l. Imperator. ff. de poſtul. Prat.

ADYTA, penetralia; quæ raro adiri ac penetrari ſolent.

Æ.

Æ ſyllabam antiqui Græca conſuetudine per AI ſcribebant, vt aulai, muſai, Feſt. lib. 1. quale ſæpe viſitur in decretis antiqui veter. verb. Prat.

ÆDARE vide infra Edere.

ÆDES ab aditu dictas putat Varro lib. 4. ling. lat. quod plano pede adibant. Feſtus vero dici exiſtimat, quia ſint vnius aditus, ſiue quia in eis æuum degatur: definitque, domicilium eſſe in aditu poſitum. Alij autem ædes dictas putant, quod edito loco ponerentur.

ÆDES ſignificat quicquid habitabile eſt: vnde deorum ædem vocarunt, quam dij quaſi inhabitant. Et eadem ratione ædes ſunt hominum.

ÆDES (quæ & vrbana prædia ſæpius dicuntur) ex fundamento, pariete, tecto, ceu partibus integralibus conſtat: vel ſaltem, ſolo & ſuperficie. Eſt autem ſuperficies, omne quod ſupra terram eſt: quapropter in prædiis vrbanis parietes & tecta, in ruſticis arbores, herbæ, frutices, ſuperficiei adſcribuntur. Alcia. Vnde ſuperficiarias ædes appellamus, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt: quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius & ſolum. Cæterum, ædium quam domus latiorem appellationem pleriqne ſenſerunt. l. 1. § deinde. ff. de don.

ÆDES enim pro omni ſpecie artificij capi, etiamſi nulla adſiue tecta, at domum non dici, quæ adhuc contecta non ſit: Sed Alciat lege citata, promiſcue hæc accipi magis ſentit. Spieg.

ÆDIVM, itemque ÆDIFICII, appellatio, tam ad ruſticas, quam ad vrbanas habitationes pertinet, l. 180. de verb. ſign. l. 41. §. ſed ſi quis de leg. 1. Et inde in eo 12. tab. cap. quo de incendiariis agitur, & interdicto de cloacis, Ædium appellatione omnes ſpecies Ædificij cõtineri traduntur l. 14 ff. de incen. rui. l. 1. in princ. §. deinde an. ff. de cloacis. Sed & in interdicto, vti poſſidetis, verba prætoris, vti eas ædes, ad omnes res ſoli, quæ poſſideri poſſunt, interpretatione trahuntur l. 1. in princ & §. vlt. ff. vti poſſidetis. In vſu tamen vrbana ædificia Ædes, ruſtica villæ appellantur, l. 211. ff de verb. ſign. Quamquam & in cẽſu villas omnes ædes appellari Varro lib 4. ling. lat. ſcribit. Ædes autem duobus conſtant, area ſeu ſolo & ſuperficie. l. 53. ff. de vſucap. l. 49. ff. de rei vindic. l. 39. ff. de legat. 1. Vnde qui fundum excepto ædificio legat, non de ſuperficie tantum, ſed & de ſolo cogitaſſe intelligitur, ſine quo ædificium ſtare non poteſt. l. 81 § qui fundum ff. de legat. 1.

ÆDIVM ſunt, quæ perpetui vſus cauſa ſunt, vel parata ſunt, licet quandoque tollantur. Stratura itaque loci alicuius ex tabulis facta, quæ æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſt, l. 241 § 1. ff de verb. ſign. Prothyrum quoque quod in ædibus fieri ſolet, ædium eſt l. pen. ff de verb. ſign. & vt plumbum quod pro tegulis ponitur, aliter atque de eo dicendum ſit, quod hypethri tegendi cauſa ponatur, vel ornatus ædium cauſa paratum ſit, non quo ædes perficiantur, d. l. 245.

ÆDIBVS diſtractis vel legatis ea eſſe ædium ſolemus dicere, quę quaſi pars ædium vel propter ædes habentur, perpetuique vſus cauſa in ædificiis ſunt: qualia ſunt quæ enumerantur in l. 55. § vlt. l. 24 l. 15. l. 17. in princ. & §. quæ tabulæ & §. Labeo. cum ſeq. & l. 18. ff. de actio.

ÆDIVM quoque pars habentur, ea omnia, quæ iis connexa

iuncta, vincta, fixaque ſunt, l. 41. §. penult. ff. de leg. 2. l. 52. §. ſed ſi bibliothecam, ff. de leg 3. l. 59 ff. de rei vind. Briſſ.

ÆDIVM genera duo facit Varro lib. 4. de ling. lat. ſacras & publicas. Prat.

ÆDICVLA non eſt paruus domus, vt vulgo accipiunt: ſed modo cellulam in ædibus ſignificat, modo ſacellum, i. ædis ſacræ appendicem, *ein neben Capell*, vel templum paruum, quod ex Liuio Budæus demonſtrat. Nam ædes, is, in numero ſingulari ſemper accipitur pro templo: vnde ſemper adiungitur illi, cui tanquam Deo ſacrata eſt atque dedicata: vt ædes Iouis, ædes Caſtoris, ædes Concordiæ. Dicitur quoque ædes ſacra. Ædes, dium, in numero multitudinis ſignificat domum priuatam, caretque numero ſingulari. Ant. Nebriſſ.

ÆDIFICARE, pro ædificare, l. 60. & mandaui. ff. locat. 10. §. vlt. ſol. matr. Briſſ. in pareg.

ÆDIFICARE verbum, eſt proprie ædes facere: veruntamen ponitur, & refertur interdum ad quoduis aliud genus conſtructionis, veluti nauem ædificare, dicit I. C. in l. aufertur § quod à præſide ff. de iur. fiſc. Ad hæc inſulam, i. domum ædificare in l. ſin autem, §. pen. ff. de rei vind. l. ſi ego. in fin. ff. de pub.

ÆDIFICARE, in edicto de mortuo inferendo, intelligitur non ſolum qui nouum opus molitur: verum is quoque, qui vult reficere. Ædificare autem videtur prohibere, & qui prohibet eam materiam conuehi, quæ ædificationi neceſſaria ſit, l. 1. §. ædificare, 9. ff de mor. infer. Briſſ. Alb.

ÆDIFICARE prohibitus, videtur prohibitus poſſidere, l. permiſceri. §. cum qui. ff. de adquir. poſſeſſ. Alb.

ÆDIFICARE, in genere, naturalis eſt libertatis (hinc iure naturali licet cuique in infinitum ædificare vel tollere) ſed modus ædificandi recte per ſeruitutem iure ciuili, quandoque conſtringitur, quandoque ampliatur. Vult. in comment. Inſtit. ad §. 2. num. 29 & 37. tit. de actio Corraſ. ad l. de ſeruit. & 3. miſcell. 24. Cuiac. tract. 9. ad Afric. in l. ſi priuſquam de oper. noui nunciat.

ÆDIFICARE in mari cuiq; liberum eſt (ſic tamen ne vſus maris impediatur; nec alius damnum inde ſentiat.) Aſt in ripa fluminis ædificare, non eſt cuique liberum. Vult. d. comment. § 1. num. 4. 5. de rer. diuiſ.

ÆDIFICANS in ſolo alieno, non fit dominus ædificij, ſed is cuius eſt ſolum. Vult. iam d. tit. ad princ. n. 16.

ÆDIFICATIO, i. opus ædificatum, l. omnes, C. de ope pub. Alb.

ÆDIFICATIONEM depropetare, l. 1. C. de nou. oper. nunciat.

ÆDIFICII appellatio aut ſuperficiem ſignificat, aut ſolum, cui ædificium ſuperpoſitum eſt, Iul. l. ſi fundum, §. qui fundum de leg. 2. Prat. vide ſupra ædes.

ÆDIFICIVM deformatum, l. 22, verſ ſed & C. de admin. tut.

ÆDIFICIA ſubruere, l. 17. C de oper. pub.

ÆDIFICII perfectio formam perfectam, quæ vna cum fine exiſtat, requirit. Ædificium ergo perfectum eſt, quod iam vere in vſu eſſe poteſt, licet actu ipſo nondum ſit. Gœd. ad §. 1. l. 139. & ad § 1. num. 10. l. 5. de verb. ſign.

ÆDILES duo primitus ex plebe creabantur à Patribus, qui ædibus præeſſent, (vnde & nomen eos habuiſſe apparet) & incendiis arcendis interuenirent, l. 1. de offi. præf. Vigil. Liu. lib. 3. ab vrb. cond. His deinde duo alij ex Patrum numero (vt hi ſcilicet [patres] aliquando pluris haberentur) additi: & Ædiles Curules (pro Currules, Briſſ pareg.) dicti ſunt. Tandem vero Iulius Cæſar duos inſuper alios adiecit, qui frumento præeſſent: qui à Cerere Cereales nuncupati ſunt Pompon. l. 2. §. deinde de orig. iur. Feneſtel. c. 13. Dion. lib. 43. fin. Ita ſex tandem in vrbe ædiles iuxta Dionem & Pomponium fuere: duo Patritij, quatuor plebij, Briſſ. Erant vero & Ædiles in municipiis, l. qui inſulam, §. 1. ff. loca. Briſſ. 3. ſelect. antiquit. Hi merum imperium habebant, ita vt flagris cæderent, l. 12. ff. de decur. Atque hi interdum quinquennales fuiſſe videntur, quibus nempe luſtralis is honos eſſet. Nam vt colonis agros ſuos in luſtrum locabant, ſic & interdum in luſtrum continuabant magiſtratum. Sed & alimentarij fuiſſe videntur ædiles in municipiis, qui alimenta prouidebant (vt ſuſpicatur Tur. ad lib. 21. c. 10.) alimentariis pueris: vt in hoc titul. Ædil. Q. alim. Communiter ergo tandem duo Ædilium genera (Plut. in vita Marij) Romæ fuere. Curulium & Cerealium. Curulium, regis inſignibus vtentium & purpura ornatorum, officium erat ſacras priuataſque ædes procurare, totam vrbem, & inter alia imprimis vias publicas tueri, incendiis arcendis interuenire, curam habere, vt cloacæ & aquæductus, & quæque publica ædificia munda & integra eſſent, ludos publicos exhibere, loca in theatro aſſignare (vt de Serrano & Scribonia legitur) & reliqua multa. vet. omnino. l. penult. ff. de via publ. & Cicero Verrin. 7. Aldobrand. §. prætorum, in verbis proponebant. Inſtit. de iur. natural. gent. Cerealium vero. Ædilium officium erat frumento annonæque præeſſe: procurare copiam annonæ forenſis, cibariorum; menſurarum, & ſimilium, curam habere, ne qua fraus fiat.

ÆDILIS à curatore rei frumentariæ differt: hic ſi ex curationis cauſa condemnetur, compenſatione vti non poteſt, l. 20. de compenſationibus. Ædilis vero, quam curator annonam redegerit, in ea præbenda ipſe operam nauat, & ſi annonam fraudauit, compenſatione aduerſus fiſcum vti poteſt, l. 53. de Iud. Præterea curatori pecunia datur, ædili annona, non pecunia, vid. Cuiat. 2. obſ. 23. in fin. Gothof. ad l. 17. de compenſ.

ÆDILES Papinianus in l. 3. de via publ. ἀστυνόμους: Dio vero vbique ἀγορανόμους vocat.

ÆDILES vero inter minimos magiſtratus habebantur. Quare adoleſcentibus fere ad hoc officium deſignatis, primus erat gradus ad maiores honores, teſte Cic de legib. lib. 2. Ideoque non numeratur inter magiſtratus in l. 2. ff. de in ius vocan: Impune enim vocabantur in ius, l. lectos. Et l. ſeq. ff. de peric. & com. rei vend. Old.

ÆDILES Curules eo dicti videntur, quod ſellis curulibus (curuos pedes habentibus) ex Liu. lib. 7. patet & ex 7. Verrin. Cic. Feneſt. l. c. 23. vel ſellis conſularibus (ſolio eburneo altius elato, quaſi curru ſedentes, vt nonnulli) vterentur, ius dicturi. Ædiles enim de paucis quibuſdam & priuatis ſingulorum cauſis iura dixerunt. Vult. comment. Inſtit. ad §. 8. n. 5. de iur. natur. vbi vid. Cuiac. 8. obſ. 38 Gœd. ad l. 17. §. 18. de verb. ſign.

ÆDILES ergo Curules edicta proponebant, d. §. prætorum. Inſt. de iur. natur. Hinc.

ÆDILITIVM edictum, quo emptori ſuccurrebatur aduerſus eum qui ſeruum aut animal, ſeu iumentum vitioſum vel morboſum pro integro ſanoque vendidiſſet. Liu. & Cicer. 3. offic. Gell. 4. c. 2. (Hoc edictum non pertinebat ad venditiones fiſcales, nec ad res ærarij populi Rom. Gœd. d. loc.) Hinc

ÆDILITIÆ actiones quæ ex eo ædilium edicto oriuntur: quales ſunt Redhibitoria, & Æſtimatoria, quanti minoris, & actio quod aduerſus dictum promiſſumve ſit. tit. de ædilitia Gell. 4 c. 2. (Hoc actionibus, C. l. 23. §. hæ actiones, l. 44 §. & §. vlt. l. 47. ff. de ædilitio edicto.

ÆDILITIVM edictum dicitur quod ædilibus curulibus curæ fuit, vt venditionibus omnes fraudes amouerentur ex triplici cauſa. Ex reticentia:) ſi venditor vitium ignotum emptori reticuerit) ex dicto promiſſove (vt ſi dixerit abeſſe aliquid, quod non abeſt; vel adeſſe, quod non adeſt, l. 37. de dol.) quod non caueatur emptori, id eſt, non repromittantur emptori ea quæ in rebus venalitiis edictum ædilium curulium repromitti iubet: veluti, fugitiuum non eſſe, recte ſanum eſſe, hodie eſſe, recte bibere poſſe, habere, licere, duplæ ſtipulationes. Cuiac. & Goth. ad rubr. ff. ædil. edict. adde 19. eclog. c. 1.

ÆDILITIVM edictum datur in vnum è multis, cuius maior pars in venditione fuit, aut nulla parte minor, l. 44. §. 1. de ædil. edict. Datur item in ignorantem: qui ſcire debuit, l. 1. §. 5. eod. Goth. ad rubr. ff. de ædilit. edict.

ÆDILITIÆ ſtipulationes dicuntur, quæ ab ædilibus ex ipſorum officio aut iuriſdictione decernuntur iis in rebus, quarum ipſi iuriſdictionem habent. l. ſtipulationum, 5. ff. de verb. oblig. & l. ſi venditor, ff. de ædil. edict Hot. ex Duar. d. l. 5.

ÆDILITAS, officium ac dignitas ædilium, vide ædulitas,

ÆDILITAS, curiæ dignitas dici ac definiri videtur à Conſtantino. Imp. l. 2. ſi ſer. aut lib. ad decur. adſpira lib. 10. C.

ÆDITIMVS, ædis intimus, Feſt. lib. 1. vide Gell. li. 12. c. 10. Pli. lib. 32. cap. 5. Feſti etymologiam damnat Cic. in Topic is dum agit de poſtliminio.

ÆDITVI ſunt, qui ædes tuentur, qui ædes ſacras curant. cuſtodiunt, & obſeruant: Hanc definitionem probat Theophilus. § tutor. Inſt. de tutel. Vlpia. in l. 3. 9. ſi tabulæ. ff. de tab. exhib. ibi; tabularum cuſtodiam æditiuus ſuſcepit. Nam in æde ſacra res controuerſiæ deponi ſolebant. l. 1. §. ſi pecunia. & §. ſeq. ff. depoſ. Hodie obſignatio & depoſitio fit apud acta, & cauſarum tabularios; quos Galli Greſarios vocant, idque per d. §. ſi tabulæ. Hi autem iidem ſunt, quos Hierophylaces, quaſi ſacrorum cuſtodes, appellat Scæuola in l. annua. ff. de ann. legat. Hierophylaci enim eo loci legendum eſt, vt alibi aduertit etiam Zaſ. Aldobr d. §. tutores. Inſtit. de tutel.

ÆDVLITAS in l. 17. ff. de compenſ. ſumitur pro ædulitate: promiſcue enim ſic veteres ſcripſiſſe inueniuntur. Tertul. in Apol. Philoſophi tyrannidem affectant: Chriſtiani vero nec ædulitatem. Sic enim habent libri veteres. Cuiac. in obſeruat. lib. 14. Prat.

ÆGER animus: ægrotum corpus. Donat. ægrotus animus apud Terent. aliquoties.

ÆGRA mulier, pro triſti, difficili, irata in l. vlt. ſi quis aliq. teſt. prob. Sed vt fieri aſſolet offenſam ægræ mulieris, maritali ſermone placauerat. Spieg.

ÆGRE ferre, vitioſe ſcribitur coniunctim, cum ſint duæ dictiones, pro eo quod eſt moleſte ferre Spieg.

ÆGRITVDO corporis, l. 5. C. qui teſtam. fac. poſſ. alias ægritudo magis animi eſſe videtur ſecundum quoſdam.

ÆGRITVDO occaſio mortalis, l. 5. §. 1. de tempor. & repar. app.

ÆGROTVS, ægrotatio. vide æger, & miſerabilium perſonarum.

ÆGYPTVS (quæ Mizraim ſacris ſcripturis: & Chus, Ariæ Montano) duplex eſt: ſuperior, olim Thebais: hodie Sahid. Iohanni Leoni: inferior, quæ & Delta antiquitus, poſtea Auguſtannica,

ſtannica, vel [illegible] dicta eſt: vide Herod. 2. & Goth. ad edic. Iuſt. 13. c. propterea, t. in fin. pr. verb. duab. Ægyptiis.

ÆLIANVM jus. Sextus Ælius alias actiones compoſuit, & librum populo dedit, qui appellatur jus Ælianum. Pompon. leg. Neceſſarium. §. augeſcente, ff. de orig. jur. Old. Prat.

Ælia Sentia, vid. inf. Lex. Ælia

ÆNAVTÆ, ἀειναῦται, quaſi dicat ſemper nautæ: Magiſtratus quidem apud Mileſios, inquit Heſychius. Plutarch in qq Græcanicis, ait apud Mileſios ita vocatos fuiſſe quoſdam ex potentioribus, qui conſcenſis nauibus conſilia de maximis rebus agitabant procul à terra: deinde cum ratam habuiſſent aliquam ſententiam, reuertebantur.

AINIΓMA apud Imp. Iuſtin. Conſt. nou. 95. § [illegible] ad fin. interpretatur Accurſ. Speculum. Alciatus ex Gellio pro quæſtione obſcura, & inſoluta accipi putat lib. 4. parerg. 19. quod & verum eſt. Prat. Spieg.

ÆNVM, vas quod ſupra focum pendet, in quo aqua ad potandum calefit, l. 18. §. aſinam, ff. de inſtr. vel inſtr. idem miliarium dicitur Vlp. in leg. cum aurum. §. ſicut ff. de aur. & argen. leg. Æuum lateribus circumſtructum in l. 38. §. vlt. ff. de act. o. emp. craterem ſignificat, quo aqua ex fiſtulis ducta excipitur. Vide Athenæum lib. 3. c. 10. & Iulium Pollucem, de vaſculis calefactoriis, lib. 10. cap. 29. Briſſ. Prat. vid. inſr. Aheuum.

ÆQVA lance, & æquis paſſibus, dici prouerbiali figura de his, quæ ſimilia ſunt, in quibus par ratio & æquitas: Alc. monuit: Cum vltro citroque ſic obſeruatur proportio, vt alteri nihil adſit cum diſpendio alterius.

ÆQVA lance ad hæreditatem venire, l. 4. circ. fin. C. de verborum, ſign. Æqua lance in ſucceſſionibus vocari, l. 4 circ. fin. Cod. de lib. præter. Æqua lance diuidere hæreditatem, l. 25. circa fin. C. de leg. l. 7. §. 1. C. ad SC. Tertull.

ÆQVA lance ſeruari, leg. non tantum, 50. ff. de re jud. prouerbiali loquendi genere, pro pariter æquabiliterque, vt apud Græcos ἰσῳ σταθμῷ: Marciuſ, inquit, in quantum facere poteſt condemnandus eſt: quod & in perſona mulieris æqua lance ſeruari æquitatis ſuggerit ratio. Sic Imper. in leg. cum quis, 10. in fin. C. de natur. lib. Quapropter, inquit, ſancimus, in hujuſmodi caſibus omnes liberos ſiue ante dotalia inſtrumenta editi ſint ſiue poſtea, vna eademque lance trutinari. Hot.

ÆQVABILE jus apud Cic. 2. offic. accipiendum, non quod æquet omnes; ſic cum non poſſent alij aliis eſſe potentiores, aut ditiores: ſed quod juſtitiam inter homines, & æqualitatem quandam proportionabilem, æquitatemque conſeruet: hoc eſt, quod pari ſtudio defendat tenues & potentes ſummos, & infimos, & neutris patiatur ab alteris iniuria fieri. Ariſtoteles [illegible] appellat. Spieg. Prat.

ÆQVALE idem eſt quod par. 2. idem quod æquum, 3. idem quod conueniens & aptum locis, temporibus, perſonis. Old. Sic æquale jus in leg. 2. C. de pig.

ÆQVALIS, ſubſtantiuum, pro pari. Vlp. vt ſi quis major vel æqualis ſubjiciat ſe juriſdictioni alterius. Spieg. Old.

ÆQVALIS conuerſatio pro pari conſuetudine victus. Spieg.

ÆQVALITER, ad juris cenſuram non autem ad facti paritatem referre oportet. Æqualiter ad nos pertinere, apud Caium l. vlt. de vſufr. Spieg. Æqualiter habere, l. 1. §. 6. Cod. de com. ſeru. manum.

ÆQVILIBRITAS, Æquilibrium, id eſt, ἰσονομία. Cic. in lib. de natura deor. cum de atomis illis Democriti agit, Confugis, inquis, id æquilibritatem: tametſi in quibuſdam vulgatis codicibus æqualitatem perperam ſcriptum ſit. Vnde & Sex. Cæcilius pœnam talionis ad æquilibrium factam expoſuit, id eſt, [illegible], habita injuriarum ratione, vt ipſam videlicet talionem quaſi ad amuſſim & libellam æquiparent atque expendant. Crinit. lib. 4. de hon. diſc. c. 9 Prat.

ÆQVIS penſionibus, item iniquis penſionibus, i. e. inæqualibus in leg. 3. ff. de an. leg. Spied. vid. inſr. Æquum.

ÆQVITAS & ÆQVVM modo genus eſt, juris ſcilicet, & æquitatis juri oppoſitæ: modo ſpecies æqui generatim ſumpti, nempe ſpecies [illegible] oppoſita juri ſeueriori ac ſtricto, vid. Vult. Iectiſſ. comment. Inſtit. de Iuſt & jus. § 1. & 3. n. 2.

ÆQVITAS generatim ſumpta, eſt moderatrix & norma juris & æquitatis ſpeciatim acceptæ: pendet enim à principiis practicis, à prudentia practica & conſcientiæ dictamine: quæ tum rigorem, tum lenitatem moderantur, pro rerum, factorum, circumſtantiarum qualitate, Conſ. Vult. d. tit. de juſt. & jur.

ÆQVITAS eſt rationabilis modus, continens in ſe conuenientiam & rigorem. Differt ergo à jure: quia jus eſt deciſio, quæ fit ſecundum juris regulas: æquitas vero eſt quædam conuenientia: quoddam temperamentum recedens ex cauſa a communibus regulis juris. Bart. l. 1. ff. de legib. Abb. in cap. ex parte, de tranſl. in cap. de re jud. vbi æquitas (ait) eſt ordinata juſtitia, temperata dulcedine miſericordiæ cap. vt conſtituerunt, 50. diſt. Ioh. Bapt. Caſt. alb.

ÆQVITAS (proprie ſumpta, juri rigido oppoſita (alias æquum & bonum nuncupatur, alias æquum & juſtum, alias æquum bonum, ſine copula ET. Hæc alias quoque variis appellationibus in jure nominatur. I. Æquitas aliquando ſignificantius dicitur [illegible], hoc eſt, conuenientia: & [illegible], conueniens, Quoniam in ſocietate humana proportionem ſuppeditat aptã perſonis, rebus, locis, tempori. II. Bona fides accipitur pro æquitate: cui opponuntur apices Iuris, leg. ſi fidejuſſor. §. quædam tamen ff. mandat. De bona enim fide agitur (inquit Vlpianus) cui non congruit de apicibus Iuris diſputare III. Naturalis juſtitia, jus naturæ, nihil aliud eſt quam æquitas. IV. Verum jus, germana juſtitia, pro æquitate, opponitur commentitio juri ſeu imaginario. Cicero: ſed nos (ait) veri juris, germanæque juſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. Vmbra & imagine vtimur Eas ipſas vtinam ſequeremur. V. Religio, pro æquitate, l. quæſitum. ff. de teſtibus. VI. æquitatẽ ſignificant Iuriſconſulti, cũ ſcribunt ἐν ἐπιεικείᾳ hoc eſt, ſolutius aliquid, & vltra præſcriptum accipi oportere. VII. Simplicitas pro æquitate: opponitur perplexitati, & ſcrupuloſæ ſubtilitati. VIII. Arbitratus boni viri nihil eſt aliud quam cenſura ſeu ars, bonis & æqui à juſtitia deſcẽdens, l. 1. ff. de vſufructuarius quemad caue. IX. æqua lance (ex æquitate, ſine [illegible]) ſeruare cuiq; jus ſuum, pro exercere ar. ẽ boni & æqui. Id autem tunc fit, cum vltro citroq; ſic obſeruatur proportio, vt alteri nihil accedat cum diſpendio alterius, l. non tantum de re jud. X Humanitas, humanitatis ratio, benignitas, pro æquitate. Spieg. Old. Prat. XI. Anguſti juris remiſſio: humanior & benignior juris interpretatio. Prat. Æquitas ex jure multum remittit. Exempla ſunt prætorum edicta. Quid enim aliud eſt reſtituere in integrum (vt ex multis vnum videamus) quam laxare ſcripti juris rigorem?

ÆQVITAS Ariſtoteli definitur mitigatio legis ſcriptæ ob aliquam circumſtantiam vt pote rerum, perſonarum, locorum ac temporum, nihil aliud eſt, quam voluntas ſyncera, ſeu arbitratus viri boni, minimẽque verſipellis, ſic tribuens vnicuique ſuum; vt interim nemo lædatur, ſicut eſt locus omnium elegantiſſimus, in l. bona fides, §. Incurrit ff. depoſ. Old. Prat.

ÆQVITATIS cauſa efficiens eſt Deus, qui naturam humani generis ſic condidit, vt omnia quidem de futuris negotiis certo natura perſcribere nõ poſſet vllo modo, tamen notitiã quandã nobis inſculpſit, vt poſſimus certas aliquas honeſtatis formulas præſcribere generaliter, ad quas omnes factorum ſpecies, quandocunq; incidẽtes, exigãtur arte quadã boni & æqui, hoc eſt, perpenſis atque collatis certa ratione circumſtantiis.

ÆQVITATIS cauſa materialis eſt jus naturæ, jus ciuile, boni mores. Nam ex his fit pulchra quædam ac Reip. ſalutaris mixtura, per judicium animi incorrupti. Materia vero, circa quã exercenda eſt æquitas, ſunt infinita hominum negotia, ſcil. cum incidunt. Tunc enim pro re nata jus recte applicabitur ſecundum circumſtantias, quæ ad cauſam pertinent. Old.

ÆQVITATIS cauſa formalis eſt, vt conferantur diligenter facta jam incidentia cum circumſtantiis ſuis (pertinentibus, inquam ad formulas juris) non aliter, quam ædificia probari ſolent, adhibita principalioribus eorum partibus norma.

ÆQVITATIS cauſa finalis, ſeu effectus eſt, vt ſeruetur æqualitas humanarum rerum, quæ maxime inter ſe ſunt diſſimiles: vtque conſeruetur Reipubl. ſalus, quæ in rectis judiciis vt plurimum conſiſtit: & ſic transfigatur iſtud ærumnoſum hujus vitæ momentum ad gloriam Chriſti. Old. Prat.

ÆQVITATIS genera duo ſunt. Quædam enim eſt naturalis, quæ ex naturali ratione mentis hominum infixa eſt: vt Deum colere, neminem lædere, ſuum cuique tribuere, fidem alteri datam ſeruare. Ciuilis altera, cujus comme minit Vlpian. l. 5. in princ. ff. ſi is qui teſta li. de vtroque genere loquens: eſtq; probabilis quædam ratio, non omnibus hominibus naturaliter cognita, ſed paucis tantum qui prudentia, vſu, doctrina, præditi judicentur, quæ ad ſocietatis humanæ conſeruationem ſunt neceſſaria. De priori genere loquitur M. Cic. lib. 1. de leg. de legis orig. loquens. Prat. Briſſ. Vult. d. loc. n. 42. vbi vide.

ÆQVITAS ciuilis & naturalis interdum colliduntur: ac ciuilis naturalis prædominatur: vt in vſucapionibus Vult. comment. Inſt. de vſucap nu. 2.

ÆQVITAS pleriſque duplex eſt, ſcripta & non ſcripta. Poteſt enim æquitas, tum in ſcholis, tum in foro duplici modo exerceri. Altero, vt diligenter conſideremus, quo ordine Iuriſconſulti, & Imperatores Romani obſeruarint æquitatem in deſcribendis, ponendiſque legibus & præjudiciis humanorum negotiorum: & ſi quando caſus eueniat, qui per omnia ſit ſimilis, nec habeat vllas differentes circumſtantias, quæ mutationem juris deſiderent: vt tunc ſecundum illas judicemus, certi, quod æquitatis cenſura dudum ſit adhibita. Altero modo exercetur æquitas in his facti ſpeciebus, quæ nunc eueniunt, nec habent præjudicium in legibus ſcriptis ex omni parte reſpondens, vt nos ſecundum circumſtantias earum applicatis axiomatibus ſummi juris, judicemus, quid diffiniri oporteat. Eum vero hic proprie eſt vſus æquitatis omnium maxime neceſſarius Reipubl. Quamobrem merito non ſcriptam æquitatem vocare poſſumus, non quaſi liceat ſine ſcripti juris obſeruatione illam æſtimare, ſed quod aliquando longius

à ſcriptis theſibus recedit: ſicut jus ciuile à jure naturali diſtinguitur in leg. jus ciuile eſt, de juſt. & jud. Old. Prat.

Diuiſionem ÆQVITATIS in ſcriptam & non ſcriptam improbat Vult. in com. Inſt. de juſt & jur. ad §. 3. & 3. n. 3. Scripta non æquitatis in jus tranſit; Ius ſcriptum verba habet, quæ ſcribi poſſunt: æquitas mentem ac ſenſum verborum, qui ſcribi non poteſt ibid.

ÆQVITAS & clementia differunt, æquitas enim ſemper eſt legis voluntati conjunctiſſima, ſequitur eam quocunq; tendat, ſiue ad humanitatem, ſiue ad acerbitatem: Clementia vero ſolius principis eſt, aut eorum magiſtratuum qui parem habent cum principe in judicando poteſtatem: Connan. lib. 1. c. 11. nu. 9.

ÆQVITAS à conſuetudine differt in hoc: quod illa ſit jus natum & naturale: hæc jus conſtitutum & receptum Prat.

ÆQVITATI opponitur ſummum jus. De quo ſuo loco. Æquitas non tantum ſummo juri, ſed juri quoque opponitur: ſicut & æquum juſto quandoque opponitur Vult. com. Inſt. de juſt. & jur § 3. 1. Jus ſtrictum, generale theticum in theſi, in genere verba legis, & apices verborum, ſectatur (ex verbis legis κατὰ τὸ ῥητὸν ſumptis inducitur) æquitas, mentem, ſententiam, διάνοιαν, ſenſum, medullam, rationem, animam & ſpiritum legis ſeu juris ſcripti, nempe ad qualitatem ac circumſtantias rerum caſuum, factorum, perſonarum, temporum, locorum, &c. collati, & accommodati, ſectatur. Conf. Vult. ibid. Aliud autem eſt mens legis, aliud affectio priuata hominis, aliud ratio, aliud affectus: aliud ſententia & interpretatio benigna ex ratione deprompta: aliud eadem ex effectu profecta. Æquitas priuatæ vel vtilitatis vel affectionis in publicum profeſſi & extendi non debet. Æquitas vera non ficta, & imaginaria eſto. Alias enim æquitatis prætextu ſæpius in jure erratur. Quod ſedulo cauendum. Gœdd. ad §. 3. n. 1. 3. 3. l. 6 de verborum ſign. Porro Ius finitum eſt: æquitas ob factorum, caſuum, circumſtantiarum mire variantium infinitatem, infinita eſt, certiſq; ideo regulis definiri nequit: Sed viri boni ac magiſtratus finceri arbitrio, (quod etiam infinitum) permittenda eſt. Vult. de com. ad tit. de actio. §. 7. num. 6. Æquitas legis jure potior eſt: ideoque illam judex ſemper ante oculos habere debet.

ÆQVITATEM ita ante oculos habere debet judex, teſte Vlp. in leg. quod ſi 4 ff. de eo quod certo loco, vt ipſa exigente, à ſolennibus verbiſque nudis & apicibus juris rigidioris, recedere poſſit, l. pen. ff. de in integrum reſtit. Prat.

ÆQVITAS Iuris & morum norma. Sicut enim per normam judicantur ſtructuræ ædium & aliarum rerum vitia: ſic æquitas de jure ſcripto & omnibus humanis functionibus ac motibus recte dijudicat. Itaque Magiſtratus attemperabit cognitiones ſuas bono & æquo, h. e conſcientiæ ſinceræ præſcripto, & omnino diuinis ac naturalibus legibus: Contra quas quicquid judicatus, non poteſt non iniquum eſſe, Old. Prat.

ÆQVVM, vide ſupra ÆQVITAS § 1 2 3. 4.

ÆQVVM dicitur, quod vſquequaque par & ſimile eſt. proprieque in eo magiſtratu dicitur, qui non varie jus dicit: vt potentibus aliter, tenuibus vero & infimæ ſortis hominibus aliter: ſed pariter æquabiliterque omnibus. Æquum bonum, pro Ius benignum quaſi prouerbij figura dictum puto, nam bonum, benignum eſſe, & Iouem optimum dici, quaſi beneficentiſſimum, nemo neſcit. Hinc illa formula Æquum bonum, & æquius melius, in arbitrio rei vxoriæ, vt ipſe in offic. ſcribit. Sic in Bruto: Deinde æquum bonum, teſtamentum, ſententias voluntateſq; tutatus eſt. Cic. in Brut. Craſſus multa contra ſcriptum pro æquo & bono dixit & pro Cæcin. Ex æquo & bono, non ex callido verſutoque jure rem judicari oportet. Hot.

ÆQVVM vero ſupra, æquitas §. 1. 2. 3 4.

ÆQVVM bonum impetrare, Cic. Philip. 2. Id eſt, Ius ſuum obtinere, rem ſuam recipere.

ÆQVINOCTIVM autumnale, l. 1 § 8. ff. ne quid in flum. publ.

ÆQVIPARO, l. 104. de reg. jur. Briſſ. in pareig.

ÆQVIVOCATIO, hoc eſt, vocis ipſius ſinitio, quæque ad eandem pertinet: cujus certe neglectus peperit nobis in jure ciuili commentarios, vt recte monuit Apellus. Spieg.

AER communis eſt, §. 1 Inſt. de rer. diuiſ.

AER liber, l. 11. C. de ædific. priuat.

AER & vſus aëris, eſt publica res juregentium, hoc eſt, omnium omnino hominum communis, ac liber. Aër natura cuilibet patet. Vult. in comment. Inſt. ad prin. tit. de ser. diuiſ. nu. 33. 34. l. 11. C. de ædific. priuat.

ÆRAMEN ſpecies quædam ex ære confecta, l. 12. C. de oper. pub. Sic enim legendum, & codex Theodoſianus, & res ipſa docet, non ornamenta, quæ lex extat lib. 15 tit. 1. l. 37. C. Th. Prat.

ÆRARIA ratio, vt doctiſſimus Torneb. lib 8. aduerſariorum c. 14. arbitratur, eſt cum in aſſium numerum ſumma redigitur, vt verbi gratia ſi centum millia æris deberi dicant: eam ſummam ſibi in ære numerari nolebant, in argento optabant, nemo enim eſt qui non magnam ſummam in argento, quam in minuto ære habere malit.

ÆRARII, vt ex M. Fabio li. 4. c. vlt. liquet, ſunt monetæ excuſores. At ærarij nomine Græcis ἄτιμοι & ἰσοτελεῖς, qui & in ærarios relati dicebantur, vt Athenis ἐγγεγραμμένοι, ab ἐγγράφω. Prat. (Budæ. in priorib.

ÆRARII Tribuni à tribuendo ære appellati ſunt. Feſt. lib 3. vid.

ÆRARII Quæſtores, mulctarum receptores dici ex Tacito lib. 13. conſtat. Cenſuit, inquit, Piſo deſignatus conſul, ne mulctam à tribunis dictam Quæſtores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent.

ÆRARII milites ab ære dicti ſunt, quod ſtipendia facerent. Varroni lib. 4. ling. Lat.

ÆRARIVM populus Romanus in æde Saturni habebat. Feſto lib. 1. ærarium locus erat, vbi publicæ, id eſt, publicæ pecuniæ reponebantur. Marciano Iuriſconſ. pro principis fiſco accipitur, vt ex ipſius verbis conjicere licet, l. 1. §. ex illa, ff. ad leg. Cornel. de falſ. & l. edicto ff. de jure fiſc. Prat. Cæterum proprie ærarium eſt populi & Reip. Fiſcus vero principis. Id ex verbis Plinij ad Traian. facile cognoſcitur. At fortaſſe (inquit) non eadem ſeueritate fiſcum qua ærarium cohibes.

ÆRARIVM & fiſcus pro eodem Marcian. l. 1. de falſ. Hot.

ÆRARIVM duplex principes habuiſſe liquet ex leg. vnic. de Quæſt. & mag. off lib. 12. C. & Nou. Valent. de 30. an. præſc. l. vnic. §. eandem. Ærarium priuatarum ſcilicet rerum priuatarum principis, curæ erat comiti rerum priuatarum, vt ex 6. Baſilic. & Theodoſ. li. 3. c. 12. de quib. l. fi. C. de palat. ſac larg. lib. 12. Eſt & ærarium ſacrum ſiue ſacrarum largitionum, id eſt, theſaurorum d. l. vnic. C. de quæſtor. Prat.

ÆRARIVM ſanctius antiquis dicebatur prorſus intactum, vnde pecunia promi non liceret Cic. lib. 7. ad Attic. Epiſt. 19. Adtulit mandata ad conſules, vt Romam venirent, & pecuniam de ſanctiore ærario proferrent, & Liuio lib. 7 belli Punici. Prat.

ÆRATA porta Varroni eo dicta, quod ære tecta fuiſſet, lib. 4. ling. lat. Prat.

ÆRARIVM etiam dic obæratum, ære alieno obrutum, vt eſt apud M. Cic. lib. 1. Epiſt. 3. ad Attic. Epiſt. incip. Quæris. Tribuni, inquit, non tam ærarij, vt appellantur, quam ærati. Prat.

SVBÆRATA: quæ aurea & argentea videntur, ſed æris in ſe plurimum habent. Sic ærosum lapidem. Plin. 34. c. 1. & aurum ærosum lib. 33 c. 3 dixit, cui ineſſet æris vena. Male igitur Alciat. ad d. l. creditus, pro ærosa, ἐρασίαν repoſuit lib. 2. Diſpunc. c. 3 3. Vnde Cyprum inſulam æroſam adpellaſſe veteres. Feſtus li. 1. ſcribit quod in ea plurimum æris naſcatur. Prat. Adde Goth. lib. 1. Miſcel. c. 9. nu. 4. Foreatul. in Necyon. dial 6. eraſam legendum cenſet. Id eſt, juſſu præſidis ſublatam, id eſt, quæ alioqui quidem bona erat, & qua reſpublica communiter vtebatur, ſed eraſa erat, id eſt, non juſti ponderis. ideo quod raſa eſſet in circulo, ita in l. quicunque ff. ad leg. Cornel. de fic.

ÆREA tabula. Briſſ. ex ff.

ÆRE diruti milites appellati ſunt, quibus propter ignorantiam ſtipendium ſubtrahebatur, vt tradit Pet. Crinitus de honeſta diſcipl. lib. 18. c. 6. Varr. in lib. de vit. patr. ſtipendium, inquit, appellatum eſt, quod æs militi ſemeſtre, aut annuum dabatur: cui vero datum non ſit, is propter ignominiam ære dirutus erat: quod & Nonius Marcell. in lib. de doctor. indagine notauit.

ÆRIS alieni loco in ineundæ legis Falcidiæ ratione quænam habeantur, ex l. 36. & 39 ad leg. Falcid. petendum eſt Briſſ.

ÆRE alieno parere, in l. 5. non paſſim, in fin. de reb. eor. eſt æs alienum exſoluere Briſſ. in pareig.

ÆROSA pecunia, dicitur ære mixta, l. creditor. 39. de ſolut.

ÆRVGO Homini ſordes auaritiæ, ſtudiumque pecuniæ & æris, ſignificat. Eam enim ſic vocat, quaſi animi hominum rubiginem, & æruginem ducant ex auiditate nummorum & ſordibus auaritiæ, vt loculi reddi ſolent æruginoſi, Torneb. lib. 19. adverſ. cap. 9. (lib. 1.

ÆRVSCARE eſt æra (pecuniam) vndiq; colligere Spieg. ex Feſt.

AES genus eſt metalli, & præſertim coloris rubri, diſtincti tamen ab auro, argento, plumbo, ferro, ac reliquis metallis. Plerunq; tamen pro auro capimus: Item pro argento. h. e argentea moneta; quod primitus ultimo omnis pecunia fuerit ærea: vnde & æs pro pecunia ſumitur: quia prius Æs tantum in vſu fuit. Iſid. 16 origin 17. Cujac 33. obſ 7 Domin. Gœd. l. 159 num. 2. 3. de verb. ſign. Cato Fundum æribus ſuis emptum poſſidebat. Seruius Tull. VI Romanorum rex, primus poſt vrbem conditam æs ſignare cœpit (vt Plinius tradit) reperta vetere ſignandi conſuetudine, ab Iano gemino, rege primo Italiæ introducta, qui vna nummi parte ſui capitis effigiem, altera nauim, qua aduectus in Italiam Saturnus fuerat, exprimi voluit. Signatum eſt etiam æs nota pecudis (vnde pecunia dicta eſt) nec non ſuis, aut bouis ſigno (vt Plutarchus ſcribit) eo quod, cum nummorum vſus apud Rom. frequens non eſſet, pecudibus & jumentis ſontes plecterentur. Anch.

AES tandem omne nummorum, pecuniæque genus, ſignificare cœpit. [Quod hinc manaſſe ex Plinio, lib. 18 c. 3. & lib. 36. c. 3. didicimus, quod veteres æreis nummis ouium, boumque effigie à Seruio Tullio ſignatis vterentur.] Prat. Inde.

AES alienum habere (vt Seneca lib. 5. de benefic. 14. ſcribit) dicitur, & qui aureos debet, & qui corium forma publica percuſſum, quale apud Lacedæmonios fuit, vel aliud quidlibet,

quod

Digitized by Google

quod vſum numeratæ pecuniæ præſtet. Briſſ.

Æs circumforaneum, Oldend. inquit, eſt pecunia ad vſuras accepta: id eſt æs fœneratitium, vide Cic. ad Attic.

Æs alienum quoduis debitum, quod alijs debemus: æs ſuum, quod alij nobis debent, l. 213. § æs alienum, de verb. ſignific. l. ſubſignatum, §. bona, eod. Prat.

Æs alienum meum, hoc eſt, quod ego contraxi, opponi. Æs alienum diſſoluere, vel exonerare

Æs noſtrum, quod nobis debetur. In ære noſtro eſſe, pro in bonis noſtris eſſe. Cicero etiam de amicis dixit. In ære nullo eſſe, pro nihil debere ex Oldend. Spieg.

Æs pro aſſibus accipi ab antiquis, ait Varro li. 8 ling. lat. vnde & mille æria legaſſe, dicebant, quo ſenſu accipiendum verbum æs patet in lege Aquil. & Vlp. l. ſi ſeruus, §. hujus legis, ff. eod. aut pro pecunia, aut nummis. Aſſes qui ſint, vid. infrà. As.

Æra etiam nummos aureos, Vlp. cenſet. l. etiam, 159. & ibi Gœdd. ff. de verb. ſig. Prat. Æs inauratum dicitur argento viuo, inductis ad id bracteis auri, eo autem in primis ceniato, accenſoque ſale, aceto, & alumine reſtincto. deinde exarenato, vt ſplendore deprehendatur, an ſatis recoctum ſit, vt autor eſt Plin. lib. 33. c. 3. in fi. quem allegat Corraſ. l. ſi id quod 22. ff. de verb. obl.

Æs cum auro ſemel miſtũ deduci non poſſe, noſtra putauit ætas, l. idem Pomp. §. ſed ſi plumbum ff. de rei vindicat. & ideo communicabatur, vt ibi ſcribitur. Hodie autem cum aurifices aqua, quam Aleiatus Chryſulcam vocat, æs ab auro ſeparant, non communicaretur, ſed diduceretur, & ſuum cuique redderetur, vt plumbum cum argento miſtum, dict. §. ſed ſi plumbum, vel æs cum argẽto, l. ſecus, § ſi ex ære, ff. de acq. rer. dom. vbi Accurſ. putauit, d. § ſed ſi plumbum, refragari non intelligens olim aurum ab ære fuiſſe inſeparabile, non argentum ab ære, nec plumbum etiam. Forcat. in Necyom. dial. 38. nu. 3.

Æstas, nunc ſecunda eſt ex 4 anni partibus, olim tamen erat anni pars dimidia. Tũc enim annus in duas tantũ partes diuidebatur, teſte Vlp. in l. 1. §. hoc autẽ interdictũ, ff. de aq. quotid. Æſtatem incipere petitiores tradidere ab æquinoctio vernali, & finiri æquinoctio autumnali: & ita ſenis menſibus æſtas diuiditur atq. hyems, adde & l. 1. §. 8. ff. ne quid in flum. pub. Spie.

Æstas prius in prætoris edicto, autore eodem, ex comparatione duorum æſtatum accipitur. Prat.

Æstatum pro æſtatum l. 1. §. æſtatem de aq quot.

Æstimare eſt ære taxare, & adpretiare: vnde & vendere quandoque ſonat, vt liquet ex l. plerunque, ff. de jur. dot. & ex Varr. lib. 5. Vnde æſtimare litem (vulgo taxare expenſas) eſt tanti reum damnare quanti intereſt, leg. ſi inter, §. ſi res, ff. de pignor. & apud Cicero, in Cluent. Prat.

Æstimare litem capitis, id eſt, criminaliter intendere actionem, non rei perſecutoriam, &, vt vulgus loquitur, concluſiones capitales concipere, teſte Budæo.

Æstimare quandoque pro exiſtimare ponitur, Cicer in paradoxis, Quæ ſeruitus eſt, ſi hæc libertas æſtimari poteſt? Ea ratione libertas dicitur inæſtimabilis, quia magna quædam res eſt, & difficilis ad judicandum, quis libertate dignus ſit. Æſtimata pœna antiquis dicta fuit ab ære, qui eam æſtimauerunt, ouem decuſſis, bouem centuſſis, hoc eſt, decem vel centum aſſibus. Feſto lib. 1. Hot.

Æstimatio emptionis locum obtinet, l. 5 & 10. Cod. eod.

Æstimatio, quaſi emptio eſt, Goth. ad l. 1 §. 9 C. de rei vxor. act. æſtimatio venditioni ſimilis eſt, leg. 7. §. 1. Digeſt. de pub. Imo emptio eſt, l. 12. §. 5. Digeſt. de jur. dot. Gothofr. ad l. 6. ibi, maritus in æſtimatione, Cod. ſolut. matrimon. Æſtimatione res quaſi venditur. Vult. com. Inſt. 1. ad §. 16. tit. de actio. nu. 75.

Æstimatio, id eſt judicatio d. l. 6. Æſtimationis diſpendium, id eſt infamia, l. 5. C. de pœn jud. qui mal.

Æstimatio conſideratio eſt, & perpenſio: Exiſtimatio, judicium arbitratus. Exiſtimatio ab æſtimatione proficiſcitur. Rebus enim æſtimatis, id eſt perpenſis & excuſſis, poſtea judicamus & arbitramur Bud. in l. paulo poſt de Teſtibus vid. Ratus eſt. Spieg. Æſtimatio vel arithmetica vel geometrica, vid. Gœdd. ad prin. l. 131. nu. 12. ac ſeqq.

Æſtimas, æſtimationes dixere antiqui Prat.

Æstimatoria actio duplicem habet intellectum. Interdum enim hoc nomine ea actio ſignificatur, quæ de æſtimato proponitur, idque dubitationis tollendæ cauſa, veluti cum res æſtimata vendenda datur. Interdum æſtimatoria accipitur quanto minoris, vt explicant Gaius l. ſi quid 18. Et penul. l. bouem. §. aliquando, ff. de ædil. edict. Pret vid. Actio æſtimatoria.

Æstiva ſupellex à Propertio dicitur de poculis: Vtrique æſtiua ſupellex, Et Methymnæi grata ſaliua meri. Nominatur & æſtiua cœna à Tertul. ſed alio modo & ſenſu, cum de Empedocle loquitur in lib. de anima. Torneb. lib. aduerſ. 18. c. 15.

Ætas generale nomen eſt, non ſolum ad perſonas, ſed ad res, temporaque pertinens, vt ex ſubjectis apparebit.

Ætas enim in perſonis ea eſt, quæ infantiam, pueritiam, pubertatem, juuentutẽ ſenectutem continet. Ætas etiam ſignificat amplitudinem, l. domus, 58 ff. de leg. 1. vbi falſo in vulgatis C. legitur quantitatibus, Sic ætas pro longo tempore accipitur

annuo.

in leg. ſi quando, Cod. de oper. pub.

Ætas quoque ſyluarum & arborum apud Aggenum Vrbicum in comment. ad L. Front. in capit. de controuerſ.

Ætas etiam vinorum apud Plinium & alios reperitur.

Ætatem etiam temporis dixit Vlp. l. ſi non ſortem 26. §. libertus, ff. de condic. indeb. pro opportunitate, quæ Gallis dicitur ſaiſon du temps. Prat. Briſſ.

Ætatis gradus, quod ad perſonas attinet, vsrij varios conſtituerunt. Seruius Tull. popul. Rom. Rex, vt refert Gellius li. 10. c. 28. ætatem in tres gradus diuiſit: pueritiam, juuentutem, & ſenectutem. Pueros minores annis 17. exiſtimauit, atque inde anno 17. quos idoneos jam eſſe reipubl. arbitraretur, militiæ adſcripſit, eoſq. ad annum 46. juniores ſupra eum annũ ſeniores appellauit. Serv. Tull. diuiſionem ſequitur Vlpian. noſter, l. cum ij 8. §. modus, ff. de tranſact. Prat. Alias ex ICtorũ reſponſis, & Impp. cõſtitutionibus. Infantis igitur ætas in ſeptimum vſq; annũ porrigitur. Inde pupillaris ætas in 12. annum in fœminis, in 14. in marib. producitur. Finita ætate pupillari, incipit pubes. In puberẽ ætatẽ incurrit prætextati ætas, cujus commeminit Vlpian. l. deinde, §. fi. ff de lib. exhib. & Gellius lib. 1. c. 23. in fin. Nam vſq; ad annum 17. pueri ingenui prætexta induebantur, poſt quod tempus illam togam virili mutabant. Puberem ætatem excipit juſta ætas, quæ 25. anno inchoatur, l. 2. in princ. ff. de vac muner. & hæc modo appellatur juſta d. l. 2. (tametſi ſciam juſtam ætatem plerumq; pro pubere accipi in ſpecie apud Neratium ex Seruio relata l. quod Seruius, ff. de condi. cauſ. da.) modo legitima, modo perfecta, è diuerſo ætas minor dicitur imperfecta, l. fi. C. in quibus cauſ. in integr. reſtitut. modo robuſta, l. ſi maritus, 15. §. lex. ff. de adult. ex contrario infirma, quæ puerorum, ſenumq; eſt, l. ciuitatibus, 122. ff. de leg. 1. Anno 25. virilem vigorem impleri Vlpian. tradit, l. 1. ff. de minoribus. Scio Iulium Pollucem lib. 2. Onomaſtic. ſeptem ætates ex Hippocrate commemoraſſe. Prat. Briſſ.

Ætas apud Roman. duplex erat: Seniorum & Iuniorum. Seniores erant poſt annum ætatis 45. Iuniores poſt ætatem militarem vſque ad 45. annum. Hoc ex Dion. Halic. lib. 4. Hot.

Ætatem in gradus quinq; putat Varro eſſe diuiſam, & horum vnumquemque rurſus præter extremum, in annos quindecim. Itaque primo gradu vſque ad annum 14 pueros dictos, quod ſint puri, id eſt impuberes. Secundo ad 30. annum adoleſcentes, ab adoleſcendo ſic nominatos. In tertio gradu, qui erat vſque ad 45. annum, juuenes appellatos, quod Rempubl. in re militari poſſent juuare. In quarto vſque ad 60. annum ſeniores vocitatos, quod tunc primum ſeneſcere corpus inciperet. Inde vſque ad finem vitæ vniuſcujuſque quintum gradum factum, in quo qui eſſet ſenex appellatur, quod ea ætate corpus ſenio laboret. Hæc Cenſorinus lib. de die nat. cap. 14. Iuriſconſulti autem gradus quidem ætatis totidem fecerunt, ſed ita, vt mentis potius & judicij, quam corporis, incrementique rationem ducerent: mihique Hippocratis potius, quam Varronis ſecuti diuiſionem videntur. Nam is, vt eodem loco Cenſ. ſcribit, primum gradum anno ſeptimo terminat, quod eodem modo Iuriſconſulti faciunt, qui ætatem illam omnem infantium appellant. leg. ſi infanti, 18 de jur. delib. ex qua interpretanda eſt lex ſi infantis 35. ff. de vſufruct. ſecundum autem ad annum decimum quartum producunt: quo anno pueritia terminatur à Iuriſconſultis, & pubertas incipit, l. vlt. C. quan. tut. eſſe deſin. l. 2. C. arbit. tut. l. 3 C. de teſt. tut. l. 1. C. de Carbon. tertium autem ad duodetrigeſimum extendunt, vt bis ſeptem anni huic ætati attribuantur: & adoleſcẽtia totum id tempus appellatur, quo exacto media ſiue conſtans ætas eſſe incipiat. Iuriſconſulti vero, qui, vt modo diximus, non tam corporis quam animi ingeniiq; incrementum conſiderant, hos 14. annos in tres diuidunt partes, nam quatuor primos, ad vſq; decimum octauum i. e. vſq; ad plenam pubertatem perducunt. §. vlt. quibus manum, liret, l. arrogato 40. ff. de adoption. Cicero ineuntem adoleſcentiam appellat in Catone: eo namq; anno cauſas agere licebat, l. 1. ff. de poſtul. quippe cum anno ante prætexta depoſita virilem togam ſumere ſolerent, & in forum ad cauſas audiendas deſcendere. Anno vero 18. ſeptem continuos, nimirum ad vſq; 25. adoleſcentiæ, non tam vt dixi, corporis quam ingenij & judicij attribuunt, nam adoleſcẽtes per illud tempus Forum & judicia frequentabant, rerumq; maximarum ſpectatores erant: cum interea ætas illa nõ ſatis matura & conſtans videretur. l. 1. ff. de minoribus. Reliquũ tempus ætati conſtanti tribuunt, quia tunc virilis vigor completur: vt ait Vlp. in d. l. 1. de minoribus. Itaque ætas illa modo Robuſta, modo Iuſta, modo legitima nominatur, l. 15. §. lex Iulia ff. de adul. l. 2. §. 1. ff. de vacat. mun. l. vlt. C. de his qui ven. ætat. Marcellus autem in l. non aliter, 69. ff. de legat. tertio, Iuuentum illam appellat: Exiſtimari, inquit, poſſit Iuuenis, is, qui adoleſcentis exceſſit ætatem, quoad incipiat inter Seniores numerari Itaque conſtantem ætatem Romani ad annum ætatis 50. quod ſenectutis initium eſt, prodiderunt. Hoc enim anno ſenectutis initium eſſe, ab antiquis factum Cic. in Catone teſtatur. In libro vero de Amicitia ita loquitur, vt ſimiliter adoleſcẽtia

E ii

ab anno fere decimooctauo incipiat: pueritiæ vero non modo aonos quatuordecim attribuat, verum reliquos vſque fere ad adoleſcentiam, quam ætatem ineuntem adoleſcentiam ſuperius appellauit. Xenophoo autem ætatem quatuor in partes diſtribuit: alios enim appellat παῖδας, alios, ἐφήβους, alios τελείους ἄνδρας, alios τοὺς ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονότας. Pueritiam autem vſq; ad annum decimum ſextũ perducit. Adoleſcentiam vero decennem facit, h. e. vſq; ad annum vigeſimum ſeptimum: vnde virilem ætatem exorditur, quam per viginti quinque annos producit: h.e. vſque ad anoum 52. à quo ſenectutem incipit. Hot. Adde vero hic Brechæum in l. pueri. ff. de verb. ſig. vbi eleganter ætates diſtinguit ex Galeni ſententia.

ÆTATVM vero mutationes καθ' ἑβδομάδα fieri Solonis elegiæ apud Clementem Alex. Στρωματέων λόγῳ ſexto declarant.

ÆTATIBVS juuentus connumeratur, ea incipit ab adoleſcentia finita, duratque ad ſenium l non alter, 69. ff. de l. j. porro adoleſcentia durat ad 25 an. l. de ætate, ff. de mi. (Prat.

ÆTATEM ſeoectutis ab anno 48. inchoare docet Ci. in Catone.

ÆTAS naturalis, vide NATVRALIS ætas.

ÆTAS primo, i. e. infantia, l. 8 §. 1. C. de bon. quæ liber quæ & impubertas, ibi. Ætas ſecunda; quæ ſequitur infantiam. Goth. ad d. §. 3. Ætas legitima, i. e. virilis l. 1. C. ſi quis ignorans rem minoris vid. legitima ætas. ÆTAS adultorum legitima, eſt 25. annus Gothofr. ad l. C. quando tut. vel curat. eſſe.

ÆTAS perfecta: juſta, matura, varie accipitur, vt res ipſe, de qua agitur, fert l. cum filio. §. vltim. ff. de cond. & dem. l. ex his, C. quando dies leg. ced l. vlt. Cod. de his qui ven. ætat. impet. Aldobr. de fiduc. tor. inſt. §. vlt.

ÆTAS perfecta, in dubio intelligitur ætas 25. annorũ, naturaliter impleta, nõ beneficio Principis aut fictione adulta, l 50. in fi. de l. 3. l. vlt. de cõd. & demõſt. Goth. ad l. 4. C. de his qui vẽ. ætat.

Ætas perfecta, i. e. major. l. 5. in pr. C. ſi major factus alienatioo.

ÆTATIS ſuæ fieri intelligimus eos, qui 25. aooum attigeront, ſi non cootraria teſtatoris voluntas arguetur, l. 57. de oeg. geſt. l. 50 de leg. 1. Briſſ.

ÆTAS militaris, pro robuſta & apta ad militiam ex theſauro Rhenani. Spieg.

ÆTATIS flexu dicitur, cum ætas vergere iucepit & inclinari.

ÆTATIS lubrico captus, l. verum § ſi locupleti, de minor. Spie.

ÆTATIS venia impetrata dicitur, cũ à principe ætatis gratia fit adoleſcenti ad coofequendã rerum ſuarum adminiſtrationẽ, l. 10. C. de appell. & tut. tit. C. de iis, qui ven. æt. imp. Prat. Briſſ.

ÆTATIS igitur veniam impetrare, eſt jus curatore depellendi, & res ſuas adminiſtrandi poteſtatem obtinere. Prat. Solus autem princeps, poſt legem Regiam, & poſt populum, veniam ætatis coofert: magiſtratus vero cauſam tantum examinant morom, ætatis, ac veniæ petitæ, eamque ad Principem referunt. Ipſa autem veniæ coooceſſio nec imperij nec juriſdict. eſt Gœdd ad l. 5r. n. 19. 20. de verb. ſig.

ÆTERNA autoritas. verba legis Atinię à Gellio cõmemoratum: Quod ſubreptum erit, ejus rei æterna autoritas eſto, id eſt, Alciato expooeote, æternum tempus ad vſucapiendum. Spieg.

ÆTERNA deportatio, l. 6. §. 1. C. vnde vi. ÆTERNA rei memoria, l. 29 circ. med. C. de teſtam.

ÆTERNA lex Bud. in l. 2. de leg. annot. quod Theologi Legem naturæ vocant, Cicero. & Summam legem, & alibi æternam legem vocare. Spieg.

Æternus paries. Cum io leg. Ædium, Paulus inquit, ita ſcriptum eſſet. Paries oneri ferendo, vel nũc eſt, ita ſit: ſatis apertè ſignificari, in perpetuum parietem eſſe debere: Non autem his verbis in perpetuũ, hoc dicitur, vt idẽ paries æternus eſſet (quod ne fieri quidem poſſet) ſed vti ejuſdẽ modi paries in perpetuũ eſſet, qui onus ſuſtineret, l. eum debere ff de ſeruit. vrb. prę d. Fr. Philelphus: reſpondit cuidam Cremeoſi Iuriſconſulto, quod inter æternum, ſempiternũ, ac perpetuũ oullã omnino priſci perdoctiq; Latini differentiã eſſe voluerunt. Aliis contra perpetuum eſt, cui & principium datur & finis. Sempiternum vero, quod ex ſemper & æternum componatur, id volunt intelligi, quod principium quidem habet, at finem nequaquam habiturum ſit, l. mercatores, C. de commerc. & mercat. Sed æternum, nihil aliud eſſe, quam Deum, cujus nec principium fuerit, nec item finis futurus ſit. Æternum cujus nullus omnioo finis: perpetuum, cujus finis eſſe poteſt, nimirum ipſi deſtinatus. Vult. comment. de ſocieta. §. 4. n. 3. (Miro.

ÆTERNVM. 8. Æneidos pro magno atq; adeo immenſo poſuit

Tum pater æterno fatur devinctus amore.

Et Curtius lib. 4. ferè eodem modo: Abiit corpus illuuie æternisq; ſordibus ſqualidum. Turneb. aduerſariorum lib. 13. c. 8.

ÆTERNIS tenebris, vinculiſque maodare, Ciceroni. vulgo ad perpetuos carceres damnare. Spieg. (poſſit.

AETIA, ratio, cauſa, crimen, ob quod quis merito in jus vocari

ÆVITAS in XII. Tab ſenium ſonat Gell. interprete, lib. 20. c. 1. verba legis XII. hæc ſunt: Si in jus vocat, ſi morbus æuitaſve, vitium eſcit, qui in jus vocabit, jumentum dato: ſi nollet, arceam ne ſternito. Hanc autem legem explicauit lib. 4. veteris Iuriſprud. 50. Prat. Æuiternus id eſt, æternus.

ÆVVM vero more Græcorum poëtarum, ſubinde vita appellatur. Nam & apud Homer. & Sophoclem αἰὼν ita vſurpatur Et eorum imitatione Lucretius: Perdit enim quod non proprium fuit ejus in æuo: Multaque præterea perdit cum expellitur æuo: Torneb. lib. 20. aduerſ. cap. 25.

A. F.

AFFATVS, principum decreta, adloquendo cognoſcendoque conceſſa, l. nos reddentes, C. de Summ. Trin & l. ſacri 6, Cod. de diuerſ. reſcri & l. 3. C. de epiſcop. aud. Non poſſunt autem ita appellari aut definiri tarde conceſſa reſcripta, vt quidam autumant, nec hoc probat dict. lex. 3. ibi, tardiores. Nam ejus cõſtitutionis is ſenſus, vt non expectata principis juſſione, aut reſcripto, nõ cũcletur judex in Inſtãtius perſequẽdis raptorib. virginum, ſacrilegis, homicidis, non expectatis affatibus quæ fortaſſis tardius adferuntur, & interea illi effugerent non ſine magno reip. incõmodo. Alioquin definitũ eſſet generalius definitione. Nã & in d. l. nos reddẽtes, plenos affatus legimus. Pra.

AFFATVS diuinos, ſacros, Auguſtos, vocant ſua reſcripta Impp. Briſſ. vid. Adfatus.

AFFECTA proprie ea dicuntur quæ non ad finem ipſum, ſed proxime finem progreſſa deductave ſunt. Affectam fidem, pro læſa apud Tacit. Spieg.

AFFECTARE, vitium ſonat, quod extra modum verborum vel cultum, vel nouitatem quærit. Hoc ſuffricatur Tubero, qui alioqui vir habitus eſt juris publ. & priuat. doctiſſimus, atque ideo teſte Pomp. l. 2. de orig. jur. parum ejus libri grati habentur. Spieg. vid. Adfectare.

AFFECTATIO eſt æmulatio ſiue appetentia rei in malum ſonans, quam Græci κακοζηλίαν appellant. Braſ.

AFFECTIO eſt nimius animi motus, & opponitur rationi. Ejus interdũ ratio habetur l. cum ſeruus ff. Mãdati. Leniores animi ſeu corporis affectiones, quidã διαθέσεις appellãt: infixa avixque mobilea ἕξεις, habitus. Vt ita affectio eſt, Iracũdia habitus, vid. Philipp. in Epit. Philoſ. moral. & infrà Motus animi. Spie.

AFFECTIONEM debet maritus rebus vxoriæ ſuæ, leg. 2. C. qui dar. tutor. vel curat. poſſ. vide ſupra Adfectio.

AFFECTIONIS paterna aliquem habere, l. 34. C. de inoff. teſtam.

AFFECTATVS error, l. 4. C. de inceſt. & inutil lib. oopt.

AFFECTVM beneficium appellant Pontificij id ad quod ex præſentatione jus habemus: gloſſ. in verb. Affectum. in cap. ſi capitolo de conceſſ. præbend. libro ſexto, Prat.

AFFECTVS pro liberis, in l. 26. de decurio, li. 12. C. Th. Capitol. io Gordianis: Affectus vnice dilexit: filiũ & nepotẽ vltra mortẽ filiã & nepotẽ religioſo: Vulcat. Galli. in Auid. Caſſ. Nec tamẽ Antoni' grauiter eſt iratus, nec in ej' liberos aut effect' ſæuiit. Eodẽ modo io Clod. Alb Ne aut ad ipſum Albinũ, aut ad ejus affectus perueniret Rofinus in tranſlat. Ioſephi li. 1. antiq. Iud. c. 15. Ipſe autẽ matre cum aliis, quos ex Maſſaide liberauerat, affectibus ſuis in Samariam tranſlata. Ex quibus locis apparet Affectus dici de liberis, vxoribus, parentibus. Donatus in 5. Æneid. de ſponſa hoc verbum vſurpauit. Briſſ vid. Adfectus.

AFFIDATI nõ propriè vaſalli sũt, ſed quaſi vaſalli Sic. n. dicũtur qui in alicujus fidẽ & tutelã recepti ſunt. Neap. cõſt l. 3. tit. 7. Vt in terris inquit, domanij noſtri nulli omnino liceat affidatos, vel recõmẽdatos habere. Itẽ. Quod ſi affidatos ſuſceperit, vel etiam commendatos, bona ſua omnia publicentur. Prat.

AFFINES Modeſtino, l. 4. de grad. dicti ſont ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſuot, per nuptias copulantur, & altera ad alterius finẽ accedit, 1. vtriuſq; cognationis fines in vnum locum quaſi cõferontur, vid. Cujacij notas poſteriores Ioſtit. tit. de nupt. num. 7. commend. cod. ou. 50. princ.

AFFINES ſunt, & qui aliorum cognatã habent in matrimonio, & quorum propinquam alter vxorem duxit: vt affinitatem pingui quadam Minerua dicere poſſimus, alterã Accedentem, hoc eſt eorum qui aliorum cognatam duxerunt: alteram ſtantem, hoc eſt, eorum qui alterius conjugis cognati ſunt Hot.

AFFINIS culpæ, conſors & conſcius delicti. Spieg. Saluſtius Affines vocat qui finitimos & conjunctos poſſident agros: prout aonotauit doctiſſ. Turneb. lib. aduerſariorum, 3. c. 15.

AFFINIA, confinia Paul. l. 12. ff. fin. reg. Non enim termini, qui ſingulos fundos ſeparabant, obſeruari debent, ſed demonſtratio adfinium nouos fines inter fundos conſtituere. Hot.

AFFINITAS (vid. ſuprà adfinitas) eſt neceſſitudo ex nuptiis cõtracta. Hæc inter maritũ dũtaxat eſt & cognatos vxoris, item inter vxorẽ & cognatos mariti, nõ etiã inter cognatos mariti & vxoris. Hæc Vult. cõment Inſtit. de nupt. n. 50. 52. Vxor non eſt affinis, ſed cauſa affinitatis. Interdum tamẽ. Alberico teſte, vxor affinis dicitur: vt ita impropriè quoque & abuſiue inter ſpõſos & inter cõjuges affinitas ſit, i. neceſſitudo, propinquitas, cõmunio Nerat. l. quod Seruius 8. de cõdict. cauſa dat. Nõ magis id reperi poſſit, quàm quod ſpõſa ſponſo dotis nomine dederit, donec maneat inter eos affinitas: i. propinquitas illa, vel potius ſpes proximæ communionis. Nam ſponſa ſponſo propinquauit, ad ejuſq; fines eo animo acceſſit, vt primo quoque tempore in familiã ſe ſui ſponſi penitus immergat. Verũ hoc planius intelligitur ex l. non ideo, 3. C. de hæred. inſtit. vbi de teſtamen-

teſtamento quæritur, in quo quæ vxor erat, affinis appellatur Gordianus enim impropriè poſuit affinis verbum ſignificat Non idem, minus, inquit, vxoratus jure hæres videtur inſtituta, quod non vxor, ſed Affinis teſtamento nominata eſt. Hot.

Affinitas fit matrimonio: neceſſitudo propriè officiis, conſanguinitas & cognatio ex ſanguine, ſtirpe, & genere eodem Gentilitas ex familiis hominum ingenuorum ejuſdem nominis.

Affinitatis cognatione ve defunctum contingere, apud Vlp. in leg ſi vero, §. hæc autem, de his qui dejecer. Nomina adfinitatis quære apud Rhodiginum. Spieg.

Affinitatis gradus, Herennius Modeſtinus negat eſſe leg. non facile, §. affines de grad. videsi tamẽ non ineleganter poſſunt, alij ſupra, veluti ſocer, vitricus, ſocrus, nouerca. Itẽ proſocer. & apud Iulium Capit. in vita Gordianorũ abſocer [nec impedit quicquã, quo minus & adſocer & triſocer dicas] Alij infra: vt gener, priuignus, nurus, priuigna Itẽ progener & pronurus, & ſi quid aliud tale. Quidã ex latere: Nam fratris vxor, me leuirum, ſororem meam, glorem: noſ illam, Fratriã vocamus. Sororis virum Iuſtinus è Trogo generum dixit: plerique ſororium appellant, Sophocles in Oedipo, vxoris fratrẽ vocauit generũ, ſic congener, connurus, conſocer apud Suet. in vita Claudij, & apud Vlp. in tractat. donationum inter cõjuges, l. enim hic. § pen. Cæterum appellationes hæ juris ciuilis ſunt, ſicut & ipſum affinitatis nomen: & ideo, ex ſtupro non ſolent contingere niſi συγγενικῶς. Sed reuerẽtia quadam naturę illud inductum eſt, vt non minus à propinquis ejus, quam ſtupro quis cognouiſſet, abſtineret, quam ejus quæ jure in matrimonium conuenisset, Iacob. Cutius conjectur. lib. 3. c. 7.

Affinitatis autem cauſa ceſſante, ipſa quoque ceſſat affinitas. Vnde licet quis non poſſit eſſe teſtis vxoris fratris viuentis, tamẽ ſecus, ſi vidua eſt: quia affinitas eſt ſoluta. Spieg. Quo ad matrimonium contrahendum, affinitas, quantumvis alias morte diſſoluta, non intelligitur ſoluta. Vult. d. num. 51. & ad § 9. ac ſeqq. eod. tit.

Affinitas non tribuit jus ſuccedendi, juribus vulgatis.

Affinitati pro affinitate in l. 59. de injur. Briſſ. pareg.

Affirmatores, vide Adfirmatores.

Affixa, dicuntur Paul l. 18. §. fin. & Pomponio l. 21. de fundo inſtructo quæcunque tuſixa ædibus inædificataque ſunt, quæ l. 26. illigata ædibus dixit Iauolenus. De his meminit & Vlp. l. fundi, de actio empt.

Afficere damno, pro afficere, l. 2. C. ad l. Abuil.

Affligere virgis aut loris, l. 1. C. de emen. ſeru. Affligi diſpendio, valetudine, infamia, verberib. tormẽtis. Briſſ. ex ll. ff. & C.

Afflictus, id eſt oppreſſus aduerſis rebus. Nihil tritius hoc verbo, Afflictio non eſt addenda afflictio. vid. gloſ. in l. diuus, ff. de offic præſid. Spieg.

Affluere in exercitium, in Impp. conſtitutione l. 1. Cod. de metall. & meta. lib. 11. eſt inſerere corpori metallariorum, quod res ipſa docet, & verb. confluxerint. Prat.

ΑΦΗΛΙΞ cujus meminit Modeſtinus l. ἀφῆλιξ. 2. ff. de exec. Eſt pubes, minor tamen 25. annorum. Prat.

ΑΦΙΗΣΙΝ ſiue ἄφεσιν, vocationem vertit Antonius Auguſt. ad l. ἄφεσιν, ff. de excuſ. Prat.

ΑΦΟΠΛΙΣΜΟΣ in Græca conſtit. leg. μηδεὶς de metat. & Epide. lib. 12. C. examinatio, ſiue armorum detractio, vetatur ea conſtitutione præſes prouinciæ occaſione prætextuq; ἀφοπλισμοῦ aurum exigere. Prat.

ΑΦΟΠΛΙΣΤΑΙ in nouella Iuſtiniani conſtit. 8. ſunt, interprete Iuliano patritio, qui priuatis hominibus arma habere non concedunt. Prat.

ΑΦΟΣΙΩΣΕΩΣ χάριν, dicis cauſa, perfunctoriè Modeſtin. l. 13. Dig. de excuſ. tutor. Alij tamen aliter, cum locum arbitratu ſuo conuerterunt. Hot. (tor. aſiic.

Africa vrbs quæ ſit, vid. Gothof. ad l. 2. §. 2. C. de offic. præf. præ-

Africa à Iuſtiniano deuicta, cum antea ſub Vandalis 95. annis captiua fuiſſet, l. 1. in prin. C. jam d. t.

De Africæ diœceſeos ſtatu, idem tit. C.

Africanæ res leg. 3. quamvis, de adminiſtrat. tutor. Briſſ.

Africum frumentum apud Celſum, l. ſi is qui §. 1. ff. manda. pro optimo accipi quidam putant. Equidem pro cariore, quam deberetur, ſumi exiſtimem, idque vecturæ ratione, cujus rei cauſa mandati illic agit fidejuſſor.

A G.

Agalta paſcua nuncupârunt Veteres medici, lacti minus accommoda: nam herbis, lactis aliquomodo naturam immutari traditum eſt. Adi Cælium c. 8. l. 28 Spieg.

Agapes pauperum conuiuia, Gratiano in cap. ſi quis deſpicit, 42. diſtinct. qua voce etiam Chriſtianorum cõuiuia ſignificari apud Tertul & Cyp. refert Alciat. lib. 1. Prætermiſſ. ἀπὸ τοῦ ἀγαπᾶν, quod libentiſſime recipere ſignificat apud Plutarchum in Numa, & Æſchinem, & nutrice apud Ariſtotelem lib. 2. Oecon. hinc ἀγάπη, charitas. conuiuia quæ pauperibus dari ſolebant: quo ſignificatu vſus eſt in eũ ſenſum Iudas Apoſtolus in Epiſt. ſua: οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν: in libris ſacror. concil. τὰς ἀγάπας ποιεῖν, id eſt, conuiuia facere. Vnde illum Canonem decerpſit Gratianus, vbi forte ἀγάπιε neutro genere legit malim tamen illic legi ἀγάπας, vt Apoſtolus Iudas indicat. Prat.

ΑΓΑΠΗ Græca vox, charitatem ſeu dilectionem ſignificat: item Eleemoſynam, eo quod ex charitate proficiſcerentur, vt explicauit Rhenanus, indicans, priſcos Chriſtianos vocaſſe conuiuiola ſua communia Agapas Spieg.

Agaso, qui jumenta enat, ducit: ab agendo, i. e. ducendo equos, vel mulos l. cum quæreretur, §. 1 & vlt ſi quadr. paup fec. dic.

ΑΓΕΛΑΙΟΙ, equi majores Goth. ad l. vlt. § 21. ff. de vacat. & excuſ. mun.

Agatur fiat. ſiue copula, cujus in l. 1 §. 1 ff. Quod cujuſque vniuerſ. nom Per quem (inquit) tanquam in rempub., quod commune cõuenit agi fieri oporteat, agatur fiat. Spieg. vid. inf. Agere.

Agendi ſecum poteſtatem non facere: h. e. id efficere, ne ſuum agatur, forte dum judicem corrũpit, vel alia verſutia. Pandect. l ſed etſi per Prætorẽ, ff. ex quib. cauſ. major Sed & ad eos [inquit] pertinet, qui cõuẽti fruſtrãtur: & qualibet tergiuerſatione & ſolertia efficiũt, ne cũ ipſis agi poſſit Spie. vid. infrà, agere.

Agens ſetum Paul. l. ſi de offic. Præſid. ſi actos rerum gentis, inquit, corruptus eſſe dicetur; veluti qui nunc vulgo dicitur eſſe diſpenſator. Spieg.

Agens pro actore l. ante omnia, ff. de probat. vid. Actor.

Agentes in rebus de quibus extat tit. l. 12. C [vt explicat Turneb tom. 1 Adu. lib. 21. c 20.] erant in militia palatina & velut armata, in reb & actu reipub. quod per prouincias ſpeciebus annonariis, quæ fiſco aut vrbibus præſtabantur ex canone aut indictione. conuehendis imponendiſq; præeſſent, vt canoni Rom canoni Alex. frumento militari, atq; eorũ etiã officiorũ annonis, quæ in palatino erãt comitatu. Itaq; Hieronymus eos interpretatur κατασκόπους, frumentarios & veredarios. Etſi autem erant in Palatinis officiis (vt indicat Ambroſius, in epiſt. ad Marcel. his verbis. Palatina omnia officia, hoc eſt, memoriales, agentes in rebus, apparitores diuerſorum comitum) tamen munus eorum etiã in prouinciis erat, cum & Imperatoris aula frumentationib & annonis præeſſent, & in prouincia eandem rem curarent. Quin & a Palatinis in Th C diſtinguũtur his verbis: Quicunq; igitur inter agentes in reb vel inter Palatinos militiæ ſacramenta ſortiti ſunt. Qui de his plura cognoſcere cupit, legat. Cujac. cõmentarium in C. tit. de agent. in rebus. In peruetuſti Lexico agentes in rebus legunt exponi μαγιστριανοὺς: recte, quia ſc. magiſtro officiorum attribuebãtur executores ex ſchola agentium in rebus, vt teſtatur Marianus Scotus μαγιστριανοὺς: hoc vocabulũ Suidas explicat καστρησίους, i. e. caſtrẽſes Agentiũ in rebus genera hæc ſiue gradus ſub illa rub. memorantur, vt alij ſint tribuni ſcholarum, alij primicerij, ſenatores, ducenarij, biarchi, circitores, equites, & tyrones, &c. Atq; hi poſt continuæ militiæ tempus velut pro præmio laboribus exactis, fiunt principes agentium in rebus, de quib. extat tit. l. 12. C. Caſſiodorus lib. 11. Cos agentiũ, inquit, in reb. militis offic. ſ, poſt tot laboris incerta aliquid patiatur ambiguum, qui crebris actionib. excubando. ideo principis nomen habere promeruit, quia militiæ ſacramẽtis cęteros antecellit.

Agens libellos non pro magiſtro libellorum ſupplicum, ſed pro præfecto prætorio, accipiendum putem in l. reſcriptum in pr. de diſtract pign. Nam temporibus Alex. Seueri, de quo d lex, reſcriptum loquitur. Papinian. erat Præfectus Prætorio. auctor eſt Spartianus in Alex Prat.

Agentamentum vid. Additamentum.

Agere, verbum latiſſime patet.

Eſt enim agere quodlibet humanum factum expedire, ſiue id fiat operando, ſiue conſilio, & facto ipſo, ſiue volutando, ſiue impellendo, ſiue conſentiendo, & quolibet alio mod. Gred ad l. 19. n 8 de verb. ſign. Agere tritiſſima ſignificatione eſt facere & gerere: inter hæc tamen ſubtilis quædam eſt differentia. Actũ enim generaliter dici ut ſiue verbis vt ſtipulationes ſiue re, vt numeratione: geſtum vero ſiue verbis factam ſignificat Vlp. ex Labeone, l. Labeo, 19 ff. de verb. ſign. Prat. Briſſ poteſt quis facere (ait Hot. ex Varro.) & nõ agere: vt poëta facit fabulam, & non agit: contra actor agit, & non facit: & ſic à poëta fabula fit, & non agitur: ab actore agitur & non fit: cõtra Imperator, qui dicitur res gerere: in eo neque agit, neq; facit, ſed gerit, i. e. ſuſtinet: trãſlatũ ab his qui onera gerũt, ac ſuſtinent.

Agere cauſam dicimur, nõ gerere *die ſach oder den rechshandel fuhren*. Interdum tamen hæc tria in eadem oratione ponuntur, vt apud eundem Vlpianum, l. 2 ff de curat. bon. dan. l. 1. ff. de off procu. Caſ. Prat Briſ. vid. ſup. Actum, Acta, Actio.

Agere actum, l. 41 § ab hæredib. de fideic. libert quod & gerere actum in l. 99. in fin. de verb. ſig. l. vlt. ff. de publ. l. vlt. ne quis libert. inuit. lib. 11. C. Briſſ.

Agere curam reprimendæ improbitatis, id eſt, curam gerere: apud Vlp. l. 3. ff. naut. caup. ſtab.

Agere cum populo, eſt rogare quid populum, quod ſuffragio ſuo vel jubeat, vel vetet. Vnde rogatio, pro lege, Agere cum populo hoc eſt, populum ad conſilium, vel comitia vocare: comitia habere. Feſtus. Agere vero cum patribus, eſt ad Senatum referre. Bud. in annot. ad l. Iuliam de amb.

Digitized by Google

Agere ad populum, h.e. concionem habere.

Agere ſuum negotium dicitur, qui ſic in propriis rebus eſt occupatus, vt nihil curet aliena.

Agere pœnitentiam dicitur quem facti pœnitet. Paul. in l. ſi in l. §. colonus, ff. locati.

Agere etiam eſt ducere Vlp. l. 1. §. 1. ff. de riuis, vnde ait, primum aqua ex flumine agi poſſit, & eodem ſenſu, Agere ratem edixit prætor in leg. vnic. ff. vt in flu. pub. nau. lic. & agere jumenta, id eſt abitum cogere, l. 7. ff. de ſerui. ruſt. l. 235. & ibi Gœdd. ad prin. de verb. ſign. Prat.

Agere animam, agere diem extremum vitæ, h.e. morti jam operam dare, ad exitū huius vitæ agonem inire, ſeu certamē: oppoſita: agere in humanis rebus, agere vitam; agere ætatem, agere annū decimum l. 1. C. de inoff. teſt. ex Old. Copia. Spie.

Agere ferias, id eſt feriari. Agere diem feſtum, pro celebrare, obſeruare, vel, vt vulgus loquitur, facere feſtum.

Agere quoque dicitur, qui alicubi degit aut moratur.

Agere in adulta ætate, id eſt pubeſcere l. 15. C. de excuſ. tutor.

Agere menſuram, apud l. Frontin. & Vlp. eſt ad menſuram redigere. Prat.

Agere etiam tractare eſt, l. non intelligitur, §. 1. verſ. quando autem l. 1. §. 1. ibi agunt, ff. de pact. id eſt, tractant. Prat.

Agere item pro adminiſtrare, vt agere Rempub. l. 35. §. 3. En quibus cauſ. Hor. ſic in leg. ſi plures. De cur. bon. dan. & in leg. pro biennio. de proxim. ſacr. ſcrin. libro 12. C Prat. Sic agere tutelam. i.e. adminiſtrare, auth. ad hæc C. quando mulier tutel. officio fungi. (nam gerere.

Agere conſulam, eſt, conſulatum adminiſtrare, conſulis perſu-

Agere l. 2. de officio judicis. Alex. accipitur pro eſſe.

Agere etiam jurgari eſt (ait Feſtus) vel jure experiri, idq; aliquando extra judicium, plerumque vero in judicio. Sic agere, vel experiri, intra parietes, i. inter amicos diſceptandā rē permittere citra judicium & extra cancellos forenſes, ſicut prudentes viri ſolent optare: contra. ſtolidi ad judiciariā properant moleſtiā. Old. Tandē vero hæc vox plane tranſlata eſt in forum ac judicia, vbi ſignificat litigare, judicio cōtendere, judicio experiri vel perſequi. Eſtq; Agere commune Actoris & Rei. Actor agendo, Reus excipiēdo cauſam agit Ferret. proinde ſic agere etiam is videtur qui excipit ſeu exceptione vtitur; Nam reus in exceptione actor eſt, l. 1. de exc. & Actionis appellatione continetur etiā exceptio. l. 1. §. ait prætor. de dolo. vid. Gœdd. ad §. 1. n. 1. s. 3. l. 8. de verb. ſign. vid. & ſup. Actio.

Agit autem quis (ſiue ſit actor, ſiue reus) vel ipſe per ſe, vel alium: ſeu extra judicium, ſeu in judicio, Vult. comment. Inſt. per quos agere poſ. oum. 2.

Agere actionem, l. 5. §. 1. de rei vind. & alibi ſæpe, eſt in judicio proponere. Prat. Agere hypothecariam actionem, pro hypothecaria, in l. 57. de legat 1. Briſſ. in pareg.

Agere cauſam dicuntur oratores (& litigatores ipſi quorū res eſt) apud Varron. lib. 5. de ling. lat. id eſt judicio contendere.

Agere eadem de re videtur, vt Vlp. ait l. eadem, de rei vindic. & is qui non eadem actione agit, qua ab initio agebat, ſed etiam ſi alia experiatur, de eadem tamen re: vt puta ſi quis mandati acturus cum ei aduerſarios ſiſtendi cauſa promiſiſſet propter eandem rem agat negot. geſt. vel condicat; de eadem re agit.

Agere forum, eſt jura reddere, & cauſas audire.

Agere lege, eſt jus quod lege aliqua proditum, conſtitutumve eſt, perſequi Sic Vlp. in l. Barbarius, de offic. Præt. Nemo, ait, alieno nomine lege agere poteſt, h.e. merū imperiū, & gladij poteſtatē exercere, teſte Old. in copia. Vid. & infrà Lege agere.

Agere ſummo Iure, eſt præfracto ſtrictoque jure, in judicio contendere. Prat.

Agere ſuo jure eſt rigorem poteſtatis ſequi ad vnguem. Opponitur: Iure ſuo cedere: Quod virorum eſt bonorum, vbi cauſa deſiderat. Oldend.

Agere ſurdis teſtimoniis. Quære, Surda teſtimonia.

Agere tabellis obſignatis, eſt quempiam refutare teſtimonio ſuarum literarum, ſcriptorumve: quod refutandi genus, vt cui via contradici poſſit, videtur eſſe potiſſimum. Spieg.

Agere in ſimplum dicitur, cum rem noſtrā, vel nobis debitam, vel denique pœnam aliquam, ſine vlla re, abſolute perſequimur. In duplum vero, triplum aut quadruplum tunc experimur, cum præter rem debitā exigimus aliquid vltra, quod æſtimationē ejus rei duplo, triplo, aut quadruplo excedat. vid. Inſti. in § in duplum §. tripli. & §. quadrupli. Inſt. de act. Spieg.

Agere ex ſponſu apud Cic. pro Quintio, in interdicto de vi, ex illa ſponſione, quæ apud Iudices fiebat, litem lam intendere. Agere enim ex ſpōſu dicitur is, qui vicit, de re aliqua pignore certans: quod in genere actionem præſcriptis verbis dari, Vlp. in l. ſi gratuitā, §. ſi quis de præſcr. verb. ſcribit. Iodi tamē cauſa ſponſionē facere licere, Martiano placuit, l. pen. de aleat. ergo eo nomine ex ſpōſo agi poſſe cōſtat. Plane ſi quid jorādi cauſa dictum ſit, ex ſponſu agi non poſſe, Varro lib. 5 ſcripſit Prat.

Agere videtur, qui damni infecti, vel legatorum ſibi ſatiſdari deſiderat, l. an. Digeſt rem ratam haber. Briſſ.

Agere crimē, i. accuſare: alus exequi, l. 3. Digeſt. expil. hæredit.

Agere reum, id eſt accuſare & poſtulare apud Valer. lib. 6. c. 3. & lib. 8. cap. 1. Briſſ. Peragere reum, id eſt, condemnare.

Agere quid euitandi criminis, l. 15. de adult. Briſſ. in pareg.

Agere furti, hoc eſt, actionem furti intendere, quod eſt de furto apud Iudicē accuſare. Sic agere falſi (& de falſo l. 30. ff de inoff. teſt) In his & ſimilib. ſubauditur ablat. crimine vel actione.

Agi de capite: in capitis diſcrimen venire. Agi de bonis: vel bona alicujus aguntur. Prat.

Agitare infr. ſuo loco.

Ager ICtis eſt prædiū ruſticum, quod ſine ædificio eſt: cum ędificium accedit, Fūdus dicitur, Alber. Spieg. Locus ſine ędificio, In vrbe area, rure autem ager dicitur; & ager cum ædificio fundus dicitur, l. fundi de verb ſig. Prat. Ager (ait Gœdd. ad l. 27. n. 6. 8. 12. de verb. ſig.) pleriſq. linguæ latinæ autorib. (ICtis tam) generatim ſumitur: contineiq. & aruū, arbuſtū, vinetū, plantarium, pomaria, oliueta, ſalicta loca venatoria, aucupatoria, piſcinam, villam, vinaria, aluearia. Valla 6. elegantiar. c. 41. imo (nō vnū aliquē agrū,) ſed vniuerſum territoriū (χώραν, vrbi circumjectum (ſub quo & flumina, lacus, ſaltus, nemora, montes, ac ſimilia) adeoq; omne quod circa quālibet vrbem, ciuitatem, oppidum, coloniam, municipiū eſt, ſiue horti ſint, ſiue ædificia, ſiue prata, ſiue pagi, ſiue viæ publicę & ſi quę ſunt alia: vulgo territoriū, ſeu comitatū, quidam diſtrictum vocāt. Et hoc ſenſu apud Liuium ſæpe legitur. Bredęo ex Plinio ager has cōtinet ſpecies, villam, pratū, ſyluam, vineā, campum, oliuetumq; ciuium fundos &c. Similiter Conn. lib. 4. c. 5. ager olim latius fuit quilibet ruſticus locus, in quo ſeri, plātari, aut ędificari poteſt, vbi poſtquam aliquid actum eſt nomen mutat, & aliud ſibi propriū accipit à re cui deſtinatur: vt ager proſciſſus ad ſerendas ſegetes, aruum dicitur, plantatus autem & conſitus, plantis, vitibus, arboribus, plantariō, arbuſtū, vinetum nominatur, ædificatus vero villa. Hoc ſignificatu ager, teſte Spie. plur. num. caret (ICtis autem vocem proprie ſtricteq; ſumentibus ager definitur locus ruri ſine ædificio, ſine vlla. Briſſ. vel omnis locus ad culturā aptus, modo ſit ſine villa, i. ædificio ruſtico (Gœdd. ibi. n. 10. 12.) Si villa ſit in fundo, prædiū erit: villa eſt pars fundi, non pars agri: fundus habens ędificiū ſeu villā, ager amplius dici non poteſt. [ibi. n. 8.] Locus ergo in iſta ICtorū definitione, eſt genus agri: ipſe vero locus pars fundi: Fundus, ſicut & prædiū, conſtat interdū ædificio ſimul, & prato, & agris: nec obſtat, quod ager interdū pro arbitrio ſcilicet ac deſtinatione ipſius domini ita diuidentis, in plures fundos partiales diuiditur: quia ager interdū ſynecdochice pro toto, fundus pro parte ejus, ſumitur; cum alias ager ſit pars vel ſpecies fundi: non obſtat, inquam: quia ager quandoq; totū etiam tractū ſeu territoriū ſignificat, vt ſupra, & quia ſingulæ vineę, ſingula arua & arbuſta, &c. per ſe ac ſeorſim cōſiderata vel diſtincta ſinguli agri, vel etiā ſinguli fundi, eſſe poſſunt, at domini deſtinatione ac voluntate hi omnes agri ac fundi ſimul, vnū fundū cōficiēt, nec amplius tūc ſinguli & ita multi, niq; integri dicētur, ſed partes ſimul junctæ, pro indiuiſo erūt, h.e. ſinguli iſti loci ſinguliq; agri, antea ſeorſim ita conſiderati, jā cōjuncti erunt, vnius fundi vel prædij, tāquā vnius integri: cū antea ſinguli agri eſſent ſingula integra, de quo vid. Gœd. ibi. n. 12.)

Ager (ait Varro lib. 4. ling. lat.) ab agendo nomē accepit: quaſi in quam terram homines quid agebant, & vnde viciſſim quid agebant fructus cauſa. Quint. l. b. 1. Inſtit. orat. cap. 6. hanc etymologiam carpit: atque, agrum. ex voce græca duci. Ergo ſaltem von Græca ἀγρὸς eſt ab ἄγειν, ab agendo, arando, vertendo: quia ſemper aliquid in agro fructus capiendi cauſa fit & agitur, vel certe agi poteſt. Gœd. d. loc. num. 7. & ad l. 115. num. 8 de verb. ſign. ex Iſidori orig. lib. 15. cap. 13. Ager igitur eſt locus in rure, qui agitatur & colitur; ſiue compaſcuus ſit, ſiue artus, ſiue floridus conſitus. Conſitus habet arbores, Aruum aratro proſcinditur, compaſcuus habet gramina, Floridus ſeruatur apibus & voluptati. Spieg.

Ager fundus, prædiū, poſſeſſio, differunt, vt ſcite Gœdd. ad l. 115. de verb. ſig. Fundus [ait] id omne ſignificat, quicquid ſolo, ſeu terra, tenetur: ſeu ager, ſeu villa, ſeu prædiū, ſeu ædificium, ſeu ſtabulū, ſeu area ſeu inſula ſit. Ager eſt ſpecies vniuerſi fundi, tanquam totius integri, quatenus ſcil. ad vſum hominis comparatur, h.e. quatenus eo fine fundus habetur, vt homo arando ac ſerendo eo vtatur, fruatur, Vtq; ex eo fruges, & quæ humano vſui neceſſaria & vtilia, capiat, ac rurſus ferat. Ager itaq; ſemper ad vſum hominis comparatur: fundus autem nō ſemper ad vſum hominis. Ager colitur & fructuū cauſa habetur, Fundus autē eſt quælibet ſoli ſpecies, etiā inculta & nulli vſui deſtinata, in qua aliquid fundari poteſt. Fūdus villā & agrū cōtinet: ager vero neutiquā. Liuius in fin. li. 10 decad. 3. Poſſeſſiones ſimiliter nō hominis tantū ſed & armētorū, jumētorū, pecoris cauſa cōparamus, ſicut & fundū Poſſeſſio hic eſt ſpecies fundi ac prædij, & ita ipſum rei corpus ſignificat, non autē jus corporis, vel poſſeſſoris, vt alias. Poſſeſſio [ait ICtus.] ab agro diſtat proprietate juris. Poſſeſſio eſt fundus, in quo dominium poſſeſſionis [jus & vſum poſſeſſionis] non autē dominiū proprietatis habemus, ager eſt fundus in quo dominiū proprietatis ha-

Digitized by Google

ſis habemus. Quicquid rerũ immobiliũ apprehendimus, (ait ICtus) cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec pertinere poteſt, hoc poſſeſſionem appellamus. Poſſeſſio eſt uſus loci: ager proprietas loci, h.e. ager dominiũ proprietatis eius loci deſignat. Prædium eſt totum, quod pro arbitrio poſſidentium pluribus quandoq; conſtat fundis: nam fundus in prædio eſt, ſicuti locus in fundo. Hinc interdum vnicus fundus, prædium eſt, ſi ſcil. dominus partes ſibi in prędio nõ diſcernat vt ſupra de fundo & agro dictũ. Hęc. Gœdd ad d.l. 115. vid. infra Fũdus.

AGER appellatione recti venit, l. 12. C. de his quib. vt indign.

AGER aſſignatus dicebatur, qui inter veteranos certis limitibus diuidebatur, qui etiam Cimitati nomen ſumpſit, l. in agris de acquir. rer. domin. vid. Alciat. in prætermiſſis. Spieg.

AGER Adrianus, qui limitibus maritimis Gallicis finitur.

AGER Alluuius quem paulatim fluuius in agrum reddit.

AGER Arcifinius Frontino in lib. de agror. qual. ab arcendis hoſtibus appellatus. Alij dictum putant, quod certis linearum menſuris non contineatur, ſed arceantur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum. vide infra Ager occupatorius.

AGER Aſculanus variis limitibus intercifiuis adſignatus.

AGER Auximalis limitibus Gracchanis per centurias adſignatus; Anconitanus eadem lege continetur. Albenſis idem vt Aſculanus. Reliqua Agrorum nomina & ſignificatus petenda cenſeo ex libro de agrorum conditionibus variorum auctorum. Quædam etiam recenſet Varro lib. 4. de ling. lat. Prat.

AGER Colonus videtur is proprie dici, qui ad arandum accommodatus eſt, alio nomine Aruum vocatur, Spieg.

AGER deletus vi fluminis, l. 23. §. vlt. ff. de aq. & aq. pluu. arcend.

AGER incultus. l. 7. C. de bon. poſſ. Ager ſitiens. l. 6. C. de ſeru.

AGER farrarius, qui fruges producit. Nam far apud veteres de omnibus frugib. dicebatur. l. defuncta. §. pen. ff. de vſufr. Spieg.

AGER limitatus à limitibus dicitur. Limites in agris limitatis ſunt qui populo iter præbent ex l. Sempronia, Cornelia, & Iulia; & ideo in modum agri non cedunt, l. 1. de pericul.

AGER limitatus eſt per extremitates menſura comprehenſus, qui ciuitati totus aſſignatus eſt per vniuerſitatem, vid. Goth. ad l. 16. de acquit. rer. domin. vid. infra Ager limitrophi.

AGER limitatus ſuos ſtatutos terminos habet: ideoque incrementum ex alluuione, aut inſula non habet. l. 1. §. 6. de flum.

AGER limitatus Feſto, lib. 20. in centurias dimenſus. Is enim decumanis & cardinibus dabatur, vt ait Frontinus libell. de agrorum qual. & ita accipiendus eſt apud Florent. l. in agris 16. ff. de acquir. rer domin & Vlpian. l. 1. §. ſimili. 4. ff. de fluminib. Prat. Adde hic Alciat. lib. 1. prætermiſſ. & Parergon. 1. c. 38. vid. ſupra Ager Aſſignatus & infra Ager ſubſeciuus.

AGER metatus Horatio dicitur diuiſus & aſſignatus. Nam in agrorum diuiſione & aſſignatione modum metiebantur, quod eſt materia; ſed & metis & limitibus ſolebant centurias & agrorum formas includere, vnde & metationem hac in re his verbis nominat Siculus Flaccus: Et quamuis vna res ſit forma, alij dicunt porticam, alij centurationem, alij metationem, alij limitationem, alij cancellationem, alij typon, quod vt ſupra diximus vna res forma. Et Maro in dictis:

Perticaque veſtros metata eſt impia agellos.

Hæc Doctiſſimus Turneb. lib. aduerſ. 13. c. 1. Tres autem fuere ſpecies agrorum. vt docet Iulius Fron in libell. de qual agror. vna agri diuiſi & aſſignati, altera eius qui vna menſura totus comprehenditur, tertia Arcifinij, qui nulla menſura continetur aut deſignatur, Ager ergo, inquit, diuiſus & aſſignatus eſt: coloniarum hic habet conditiones duas, vnam qua plerumque limitibus continetur, alteram qua per proximos poſſeſſionum rigores aſſignatus eſt, ſicut in Campana Sueſſæ. Ager eſt menſura comprehenſus, cuius modus vniuerſis ciuitatis eſt aſſignatus, ſicut in Luſitania Salmaticenſibus: Tributarius ſolus per vniuerſitatem populus eſt definitus, &c.

AGER occupatorius Siculo Flacco dicitur, qui & arcifinalis, ſeu arcifinius, ſic dictus, quod in tempore occupatus ſit à victore populo, territis inde fugatiſq; hoſtibus, quia non ſolum tantũ occupabat vnuſquiſque, quantum colere præſenti tempore poterat, ſed quantum in ſpe colendi habuerat, ambiebat. Prat.

AGER Quæſtorius dictus eſt, qui eſt hoſtibus captus per Quæſtores pop. Rom. limitibus actis diuiſus, eſt venditus. Flaccus.

AGER Quæſtorius dicitur, quem Populus Roman. deuictis pulſiſque hoſtibus poſſedit, mandauitque Quæſtoribus, vt eum venundarent. Hygenus. Hot.

AGER purus opponitur monumento, l. 9. C. de relig. & ſump. fun. vt in veteri inſcriptione monomenti vrb. Rom. Eſt autẽ ager purus, qui neq; ſacer neq; ſanctus neque religioſus eſt: ſed ab omnibus huiuſmodi nominib. vacare videtur, l. 2. § 8. ff. eod. tit. Huic monumento tutelæ nomine cedunt agri puri iugera 30. & taberna quæ proxime eum locũ eſt, Cuiac. obſ l 10. c. 37.

AGER redditibilis qui reſtituitur, ac reſeritur quotquot annis, Varroni lib. 4. de ling lat. Prat.

AGER ſubſeciuus dicitur, qui aſſignari propter incõmoditatem non poterat, Spieg. Cæterum Forcatul. Dial. 18 Necyom. ex Iul. Fron. in lib. de limitibus explorations ſcribit, agrum, qui manu captus eſſe majorum, tripertitum fuiſſe, aut enim, inquit, aſſignabatur, aut veniebat, aut in publicum remanebat: Aſſignatus ager eſt ager diuiſus veteranis militibus, & emeritis, in præmium laboris bellici, vt aliquando poſſent quieſcere, vt leg. ſi captiuus §. expulſis, de captiuis, ff. vbi oſtenditur, quod ager captus manu ab hoſtibus publicabatur, & mox diuidebatur per centurias, h.e. cuilibet militum centuriæ certa jugera aſſignabantur, & hoc eſt quod Feſt. abſolute dixit, ager limitatus eſt, in centurias dimenſus, Talis ager aſſignatus, non ſubiiciebatur preſcriptioni, leg. agros, de fundis limitrop. 11. Cod. nec etiam alluuioni, l. 1. § ſi inſula & §. ſeq. ff. de flum. quippe cum agri limitati forma nequaquam mutari poſſit. Ager væniba. h.e. ſub haſta publice vendebatur plus licitantibus, d.l. in agris in fi. Poſtremo, in publicum. inquit remanebat: & hic erat ager qui ſubſeciuus appellabatur, nam quoties expletis centuriis militum, agri portio ſupererat, quæ per menſuram commode diuidi non poterat, væniba in publicum. Quod autem idem videtur d.l. in agris, poſuiſſe quartum genus agrorum manu captorum, cum dixit: Trebatius agrum qui hoſtibus deuictis, ea conditione conceſſus eſt, vt in ciuitatem veniret ab eodem Frontino explanatur: Eſt, inquit, ager ſimilis ſubſeciuo, nec aſſignatus, ſed extraclusſus dictus, qui Reipub. pop. Rom. aut ipſius Coloniæ, cujus finibus circumdatur, aut locis ſacris, aut religioſis, atque ad popul. Rom. pertinentibus jure ſubſeciuorum, in ejus qui aſſignare potuit, remanet poteſtate. Subſeciua autem loca ab relictis & extraclusſis in hoc diſtant, quod illa ſint loca non aſſignata, quæ centuriæ modum explere nequiuerunt, hæc vacuæ centuriæ, quæ in adſignationem non ceciderunt, quæ omnia Domitianum veteribus poſſeſſoribus conceſſiſſe, Siculus Vrbicus & Suetonius ſcribunt. Cujac. obſ. lib. 19. cap. 2. circa fin.

AGER tutelatus, vnde ligna in reparationem publicorum, vel mænium, vel balneorum diſtrahebantur. Vide Aggenium Vrbicum de Limitibus agrorum Spieg.

AGRI vectigales hac occaſione & origine cœperunt. Romani quondam agros populi alicujus bello ab ipſis ſubacti, in ſuum patrimonium ſeu ærarium redigebant; ac pro certo vectigali poſſeſſoribus locabant. qui haberent jus poſſeſſionis, h e. perpetuum vtendi fruendi jus: quod recte dominium poſſeſſiuus dicimus, vulgo vtile dominium. Vnde tales agri poſſeſſiones vocantur; ac poſſeſſiones iſtæ agris, h. e. proprietati, opponuntur: Suntque (agri iſti) res Nec mancipi. Quibuſdam tamen vrbibus, prouinciis, jus Italicum dabatur, h. e. ea gratia fiebat, vt Prædia ſeu agros haberent Mancipi, ſeu à vectigali libera. Gœdd ad l. 27. n. 1. 2. de verb. ſig. Agar autem vectigalis poſtea ſtipendiarius quoq; & tributarius [quia ſtipendium ac tributum daret, primo quidem ſpontaneum tandem vero neceſſarium] dictus fuit. Gœd. ibi. n 9. adde ibi n. 13. 14. 15. de ſtipendij ac tributi ſignificatione origine, differentia. Agri vero municipiorum tandem & ipſi imitatione Romana vectigales eſſe dici cœperũt: ibid. n 17. vectigales agri ante Zenonem nõ fuerunt emphyteuſes, ſeu emphyteuticarij ibid. n. 19. vid. infra vectigales agri.

AGER, Agrum, vid. infra ſuo ordine ac loco.

AGRIMENSORES mox infra ſuo loco.

AGGERES conſecrat l. 1. ſepulchra. Goth. ad l. 5 C. de ſepulc. viol.

AGGERES, ſunt lapidũ terræq; congeſtiones, fixis palis, vndis cohibendis oppoſita, in l. pen de extraord. cri. l. 1. in fi. ff de aq. & aq. pluu. Hi valla appellabãtur ab Honor. & Theodoſ. Impp. in l. vnic. C. de Nili agger nõ rump. Significare etiã aggerẽ viã lapidib ſtratã, Iſidorus ſcribit l. 15 Etym. c vlt. Seruius autẽ lib. 12 Æneid. putat pro moenia accipi Equidẽ in eo Vergilij loco pro munimẽtis murorũ ſumi putem. Vergilij verba hæc ſunt:

Quin intra portas, atque ipſis prælia miſcent
Aggeribus murorum.

Nec mouet quod ait Varro, moris eſſe contineri. Nam quæ cohærent, eodem jure cenſenda ſunt, l. quæ religioſis, ff de rei vendic. Prat, Briſſ.

AGGERES, per periphraſim Cic. vocat moles oppoſitas fluctibus l. 1. Cod. de Nili agger. non rump. vid. Bart. C. de immun. mun. conced. lib. 10. vbi docet quorum impenſis fieri debeant.

AGGREDIMVR è longinquo: adorimur ex inſidiis & è proximo, (Donat:

AGGRESSVRA, vid. Adgreſſura.

AGI vid. ſupra Agere.

AGILEM actio facit: Strenuum Metus: Fortem animus: Robuſtum corpus: Corne. Front.

AGITARE eſt incitare ad currendum, l. 1. C de curſu public. lib. 12. ſic & accipiendum putem in l. eat qui de ſpectac. lib. 11. C. ſiue currum equis adhibitis ducere.

AGITARE etiam quærere ſignificat l. 1. § veteres de acquir. poſſ. l quod pariter, de reb. dub. Prat.

AGITARE pro agere, litigare. Paul. 73. ff. de fidejuſſ.

AGITARE tractare, l idque 45. ff de actio. empt. Prat.

AGITARE fœnus, id eſt exercere, l. 2. C. ſi cert. petat. Agitare rem jure appellationis l 1. C. de relationibus,

AGITARE facile, belliſſima locutione dicuntur diuites, quibus

facile nulloque negotio omnia ad vitam degendam ſuppeditant ſic dij quibus nihil deeſt ῥεῖα ζώοντες à poetis Græcis.id eſt facile viuentes, dicuntur Turneb.lib.aduerſ.20.c.25.

Agitatores ſunt curruum in ſacris certaminibus rectores Vlp.in l.4.ff.de his qui not.infa.vel ſunt aurigæ,qui Ludis Circenſibus,curuli certamine ſeſe exercebant,quorũ ſpecies quatuor,Ruſſati.Abbati,Praſſini.Veneti. Et circus quidem locus erat vbi ludicra celebrabantur certamina. vide Bart. Marlianum in Topograph.antiq.Rom.& Corra.4.Miſcel.24.nu.17.

Agmen vt notos ſignificatus prætermittam, ſignificat numerum præfinitum in Iuſtin.(niſi nos fallat inſcriptio) conſtitutione l.pen.C.de aduocat.diuerſ.iudicum.Prat.

Agmen iudiciale l.6.C.de recept.arbitr.

Agminales dicuntur,quod agmen exercitus ſequantur, contrahant impedimenta Goth ad l.18.§.11.ff.de vacat. & excuſ. muo. Explſtum agmen.Briſſ.ex C.

Agmina militaria dicuntur numeri & ſocietates militum.

Agmen aquæ, in Claudij Imp. conſtitutione, pro multitudine aquæ,l.præſes C.de ſer.& aqua.Prat.

Agna ruſticia Beticæ prouinciæ menſuræ genus, aliis actum Autores ſunt Theodoſius & Neuerius: & hunc duplicatum putem ex Columell.lib 9.c.16.Prat.

Agnata dicuntur,non quæ aliunde nata ſunt: ea enim Enata dicuntur:ſed quæ ad alia.i.contra ſiue iuxta alia quædam,nata ſunt. Itaque filius patri naſci dicitur, quum ad patrem cogitatio refertur: agnoſci vero quum ad agnatos & propinquos Naſci filius dicitur viuo patri:agnaſci mortuo,quia cogitatio poſthumi non ad patrem, ſed ad propinquos refertur. Vlp.l.3. ff de iniuſt.rapt. Poſthumi per virilem ſexum deſcendentes à ſimilitudinem filiorum nominatim exheredãdi ſunt:ne teſtamentum agnaſcendo rumpant.Et in ſin. Licet autem poſthumus præteritus agnaſcendo rumpat.Itaque Papinia.l.7.ſi tab. teſt. null. nepotem auo ſine dubio non eſſe agnatum affirmat. Hor.Adde quod ſolemus iuxta nata adnata non agnata vocare.Plin.lib.16.c.44. Viſcum autem in quercu, robore, ilice, pyro ſylueſtri,nec aliis arboribus agnaſci.Idem lib.57.cap.11. Caule longo, hirſuto adnatis multis cubitalibus. Aul. Gell. dentes quoque & in ſeptem primis menſibus, & ſeptenos vtraque parte gigni,& geminos adnaſci annis fere bis ſeptenis.

Agnati,Agnatio,Agnaſci. vide ſupra Adgnaſci,Adgnati.

Agnati,quo ad ſucceſſionem,ſunt vel ſui agnati,vel agnati tãtum.Sui agnati,ſunt agnati deſcendentes,i.qui defuncto ſunt in linea deſcendẽti,atque olim in ipſius poteſtate, & quidem gradu proximo. Ita nemo ſuus eſt hæres quin ſit agnatus:non viciſſim;ſiquidem multi agnati ſunt, qui tamen ſui non ſunt Agnati tantum,ſunt tranſuerſi ſeu collaterales:ſed poſtea per legem Voconiam agnatorũ ordo cœpit eſſe duplex, ita vt alij eſſent conſanguinei, alij agnati tantum;& vt, cum olim poſt ſuos vocarentur ad ſucceſſionem agnati, poſt legẽ Voconiam vocarentur poſt ſuos agnati illi,quorum hæc erat qualitas,vt dicerentur conſanguinei, atque ſi hi non eſſent, tum demum vocarentur agnati cæteri,quiſque tamen ſuo ordine l.1. poſt ſuos & l.2.de ſuis & legit. Hinc conſanguinitas, dicitur eſſe ſpecies agnationis.in §.vulgo infra de ſucceſſ.cognator. Omnes cõſanguinei ex lege Voconia ſunt agnati,non etiã omnes agnati ſunt conſanguinei. Conſanguinitas duntaxat eſt inter fratres & ſorores;agnatio etiã eſt inter vlteriores. Iure igitur conſanguinitatis ſuccedunt mares & fœminæ, hoc eſt fratres & ſorores, at iure agnationis ſuccedunt duntaxat mares,non etiam fœminę.Diſtinguendum eſt inter agnatum eſſe,& inter habere ius agnationis,quemadmodum titulo ſuperiori diſtinctum eſt inter eum qui eſt ſuus,& eum, qui ius ſuitatis habet. Hæc Vult.comment.Inſtit.ad princ.tit.de legit.agnat.ſucceſſ. n.6.7.8.9.Differunt etiam & opponuntur ſibi,Agnationis iure ad ſucceſſionem venire, & proximitatis iure venire. Vult ibid.ad §.vlt.fin.de ſucceſſ.cognator. Agnatus intra longiſſimum, hoc eſt decimum gradum proximus, remotiorem excludit.Vult.ibid.ad § 2.n.1.2.3.de legit.agn.ſucceſſ.

Agnati eorumq; diſtinctio,ordo, ſucceſſio; vid.omnino Vult. comment.Inſt.tit.de nupt.ad prin. n.42.37.& ad tit. de legit. agnat.ſucceſſ.& tit.de ſucceſſ.cognat.tit.de grad.cogn.

Agnatio & gens differunt. Gens latius patet quã agnatio:primo,quia agnatio proprie eſt eorum,qui in eiuſdẽ patrisfamilias familia ſunt, vel in ſuam poteſtatẽ ſula morte patris peruenerunt,non etiam eorum,qui emancipati:at gens nihilominus eorũ manet & gentiles vocãtur, quamuis emancipati ſint Deinde quia agnatio patrem, auum, proauum,at auũ proprij non excedit:gens eorum omnium eſt, qui ab vno principe familiarum deſcendunt,quamuis ſit atauus,tritauus,tritaui tritauus,&c. Connan.lib 2.c.15.Baldum.ad l.12.tab.c. 30. Tertio agnatio proprie eſt ſingolarum familiarum,l.pronunciatio.§. 1.infra h.t.§.1.3.Inſtit.de leg.agnat.tut.Gens pluriũ familiarũ ab eodem principio prouenientium collectio:Et autore Carolo Sigon.in lib 4.Liuij, Gens ad nomen, familia ad cognomen refertur.Gœd. ad l.53.n.4.circ.med.de verb.ſign.

Agnaticon ius vide epigraph.Nouell. 128. quæ inſcripta eſt de æqualitate agnatici iuris.

Agnomen cognominis genus eſt, quod ob inſignẽ rem aliquã nomini additur. Vox agnomen legitur apud Cic.lib.de inuẽc. Itemque in § 20.inſtit.de legat.alibi legi negat.Antonius Auguſtinus 3.emendat.8 legitur quoq.in l.4. vbi Goth. C. de teſt.

ΑΓΝΩΜΕΝΩΣ. indeuote, Goth.ad Nou.1.in præfat.§ 1.

Agnorum appellatione continentur, qui minores agniculis ſunt l.60.de legat.3.

Agnorum quandiu loco ſint, ex vſu cuiuſque loci accipiendum putat Marcian. l. legatis eod. Nam in quibuſdam locis ouium numero videntur, cum ad tonſuram venerint: & hoc ſignificatu Græcis dicitur ἄγνος Briſſ.Prat.

ΑΓΝΟΣ Græcis purum caſtumq; ſonat Feſto; ſed & agnum, ouis fœtum,eo quod ſit hoſtia pura, immolationi apta. Vnde & Chriſtus ſaluator noſter recte agnus dictus eſt in variis noui teſtamenti locis.Prat. Varro tamẽ de ling.lat.agnum putat ab eo dictũ,quod ſit pecori agnatus.Hinc pelles agninæ l. veſtis. de aur.& arg.legat.Pelles,inquit,caprinæ & agninæ. Nebriſſ.

ΑΓΝΟΣ fruticis genus apibus gratiſſimum,à Gaza redditur Vitex,apud Ariſtot.lib.5.anim. Hinc ἀγνοφόρος apud Modeſtin. in l.34.§.1.de l.2.ferens agnos: ſic enim legendum dudum admonui ad d.§.1.in Pand.Rouill. & lib.3.c.4.Iuriſpr.Med.non ἀγνοφόρος vt in vulg.C.nec ἀγνοφόρος, vt in P.Flor.Prat.

Agnitio.Agnoſcere plus eſt,quam cognoſcere: illud ſpecialius, hoc generalius eſt.

Agnitio Dei plus eſt,quã cognitio Dei:Hæc plurium:illa pauciorum.Pater agnoſcit filium, cum eum ad ſe adſciſcit & pro ſuo habet:Quę libertorum Agnitio iure conſulto eſt τῆς παιδὸς ἀνάληψις.Hinc intelligitur,quid ſit agnoſcere aliquẽ diſcipulum ſuum, *einen darfur halten* Agnoſcere errorum ſuum eſt confiteri, *auff ſich nehmen*. Homines in denſis tenebris, quas peccatũ induxit, verſantes aliquo modo Deum cognouerunt. ſed non agnouerunt, id eſt non coluerunt, nec gloria affecerunt.Præſtantiſſimus Gochlenius in obſeruat.Latinæ ling.

Agnoviſſe videtur teſtamentum, qui qualequale Iudicium defuncti comprobauit, l.32.ff.de inoff.teſta.vid. Agnoſcere.

ΑΓΟΓΙΚΑ in Græca conſti.l.4 de diſcuſſ.lib.10.C. ſiue ἀγωγαὶ in Nou.128.dicebantur quæ agebantur,deducebantur ad principem, cui ſignificationi iudicium eſt verbum διαπέμπεσθαι vtrobique poſitum, quo tranſmiſſibilia ſignificantur.Prat.

ΑΓΩΝΟΘΕΤÆ dicuntur, qui certamẽ cõſtituunt & deſignãt, certaminibuſq; præſident Iul.Poll.lib.3.c. 30. ſunt ἀγώνων ἀθλοθέται l.vlt.§.maſtigophori.ff.de muner. & honor.l.vlt. de expenſ.ludor.in C Th.Tertullia.in lib. ad martyr. Bonum agonem ſubituræ eſtis, in quo Agonothetes Deus viuus eſt. Solebant enim veteres aliquem ſibi conſtituere,qui certaminibus, ludiſq; ſiue ſcenicis ſiue gladiatoriis præſideret.Idq; ad Principem in vrbe, aut eo recuſante, ad magiſtratus delatum, ex Suet.in Auguſt.c.45.& in Caligula,c.18.intelleximus. Verum vt Suidas tradit ἀγωνοθέτης propriè eſt ὁ τῶν σκηνικῶν, ὁ δὲ γυμνικῶν ἀθλοθέτης, & vt Nicand.apud Heſych. ſcotit. ἀθλοθέτης ὁ μόνων γυμνικῶν, ἀγωνοθέτης δὲ ὁ τῶν μουσικῶν ἀγωνισμάτων διαθέτης, vnde ἀγωνοθεσία ipſũ cõſtruendi deſignandiq; certaminis munus appellatur,l.50 §.Netarius.ff.famil.erciſc.l.106.de decur.in C.Th.Briſſ.Sed & Agonothetę dicebantur,qui ſacris certaminibus præerant: eranque Decemuiri, vt Iul. Pollux. ſcribit. Et præmia quæ his iam emeritis diſtribuebantur, dicebantur Agonothetica, ſiue ea quæ ipſi agonothetæ athletis adiudicabant. Alciat. in l.iubemus C. de fund. patrimon. lib. 11.Pyrrhus de mil offic.Spieg.

ΑΓΩΝΟΘΕΤΕΙΝ certaminibus ludiſq, præeſſe, ea conſtituere & deſignare,apud Modeſt.in l.Scepticia.10.ff.de pollic. Prat.

ΑΓΩΝΟΘΕΤΙCI fundi mentio fit in l.ſi,C.de fund.patrim.lib. 11.qui ſumptibus certaminum deputati erant, vt l.pen. C. de diuer.præp Prat. Alberti.Agonophuri alibi dicuntur, Cuiac.l. vlt.C.de fund.patrim.

ΑΓΩΝΟΘΕΤΙCVM ius l.14.C.de fund.patrim.

ΑΓΟΡΑΙΑ dicuntur forenſia & publica inſtrumenta Nouell.49. 52.73.117.142. diuerſa ab ἰδιοχείροις, quorum fit mentio l. 11. C. qui potior in pig.Gothof.ad l.20. C.de fid.inſtrum.

ΑΓΟΡΑΝΟΜΙΑΣ,Anton. Auguſt.lib. ad Modeſtin.ſingulari,interpretatur ædilitias curas, eus ſecutus, qui forum rerum venalium ædilibus ſubiiciunt.

ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙ differunt ab σιτωνικοῖς.Vlp. in trat contra Timocr.ὁ μὲν γὰρ ἀγορανόμος ὁ ἐπὶ τῶν ὠνίων τῆς ἀγορᾶς, σιτώνης δὲ ὁ ἐπὶ τοῦ καθιστάναι τὴν πόλιν ἀγοράζειν. vid. Cuiac. ad l 1. de excuſat. Gothof.ad l.1.in princ.ff.de via publica.

ΑΓΡΑΜΜΑΤΟΙ,literarum imperiti.l.6.in fin.de excuſ.tut.quibus opponuntur γράμματα εἰδότες,35.Eclog.3.c.10.Gothof.ad l.51.in princ.C.de teſtam.

ΑΓΡΑΦΟΝ non ſcriptum, §.inſtit.de iur.natur.

Agrarium,quod ad agros pertinet,vt lex Agraria, & Agrarij homines, id eſt fautores legis Agrariæ, ſic.

Agraria facultas, item Agraria res, apud Cic.Spieg.

Agraria lex,vid.lex Agraria,Agrariæ viæ,quæ id agris ſunt, in agros ducunt.Briſſ.

AGRESTES homines dicuntur, quicunque ciuilioris vitæ ignari ſunt, nec melioribus inuentis volunt acquieſcere. Conan. lib. 9. cap. 5. Agreſtia loca. l. 4. C. de malef. & mathemat.

AGRI limittophi dicebantur, quorum videl. poſſeſſores annonam inde prouenientē ad caſtra militum ducerent, qui in Imperij limitibus excubabant aduerſus barbaros, à limitaneis videlicet limitib. τρέφω, nutrio, ſic dicti Droſæus in meth. & iur.

AGRI plagam quæ eſt in regione illa. vid. Scæuolam in l. , vxorem, de legat. 3. Spieg. vid. ſup. Ager.

AGRICOLÆ, qui & agricultores & agriculatores dicuntur, quaſi agros colentes. Eſt autem nomen generale ad omnes agricolas. Specialia vere nomina ſunt illa; quod Agricolarum quidam ſunt adſcriptitij, quidam cenſiti, alij perpetui, alij coloni conditionales, alij inquilini, alij originarij, alij ſimpliciter coloni nuncupantur, de quibus omnibus ſuo loco. Old.

AGRIMENSORES qui fines regūt, limites dirigunt, vt liquet ex conſtitutione Theodoſ. & Valen. Impp. l. præcipimus, de ſepulc. & apud Impp. Conſtant. l. 3. C. fin. regun. Hi menſores Vlpiano dicuntur, l. ſi irruptione. ff. eod. Hi etiam agrorum modum præſtituunt. Prat. Front. (vt negotium de controuerſiis agrorum quę per menſores dirimuntur, intelligatur) aliam cōtrouerſiam facit de fine, aliam de loco, aliam de Modo. De fine controuerſia eſt intra quinque pedes: de loco vltra quinque pedes: cum locus quidam in confinio vel in medio agris quam ad partem pertineat, quęritur. Finis vſucapi non poteſt: locus vſucapi poteſt, vtraque controuerſia eſt de latitudine l. vlt. ff. de pign. act. & dirimitur arte menſoris. De modo quæſtiones naſcuntur fere, vt Vrbicus ait, in agris diuiſis, & adſignatis, quod in ære ſiue forma agrorum modus cuique militi adſignatos comprehenſus eſt quæ forma obligat vicinos inter ſe, quia publica eſt. Quas poſſeſſionum ſuarum formas priuatim quidē faciunt, eas nec ipſos vicinos, nec ipſis vicinos obligare. Siculus ait, non magis ſcilicet, quam ratione priuatas, quia res eſt voluntaria. Et de eo ære l. qui tabulam ff. ad l. Iulia. pecul. Longe alia eſt conditio agrorum, qui occupatorij & Arcifinij dicuntur. Nam horum (vt Siculus ait) nullum eſt æs, nulla forma; quæ publicæ fidei poſſeſſoribus teſtimonium reddat: quod non ex menſuris actis miles modum accepit, ſed quod aut excoluit, aut ſpe colendi occupauit. At ſignatorum eſt certus modus qui ære continetur: nec is tamen æqualis ſemper: qua non omnibus æqualiter (vt Siculus ait) ſed ſecundum militiam, i. ſecundum merita militiæ, datus eſt modus. Hygenus: Erat præmium terra & pro emerito habebatur. Et adſignabantur agri omnes territorij vnius, i. agrorum vnius populi vniuerſitas, & inde Modeſt. ait in l. 7. ff. fin. regun. De modo agrorum Arbitros cognoſcere: Agrorum adſignatorum ſcilicet, quorum certus modus formis & ære continetur, Et is, inquit, qui maiorem locum in territorio habere dicitur, i. qui plus poſſidet quam ære continetur, cæteris, qui locum minorem poſſident, integrum locum deſignare compellitur: controuerſia ſcil. modi reuocata ad æs ſiue publicam formam, quæ vicinos obligat inter ſe. Compellitur autem per arbitrum ſine Menſorem. Alias memorat Frontinus controuerſias. De poſitione terminorum, De rigore. De proprietate, De poſſeſſione, De alluuione, De iure territorij, De ſubſecutia, De locis publicis, De locis relictis & extraclus. De locis ſacris & religio. De aqua pluuia. De itineribus. De poſitione terminorum, vt quum terminus quidā male poſitus dicitur, vel quod cæteros terminos recta non ſpectet; vel quod ſorte terminus comportionalis non conueniat rationi maximorum limitum. Et de terminorum poſitione, reſtitutione, redintegratione, declaratione, etiam arbitri dantur vel eliguntur. l. 8. ff. fin. reg. l. inter. ff de recep. qui arb. recep. Cætera vid. in Cuiac. 10. obſer. 2.

ΑΓΡΙΟΡΝΙΘΕΣ feræ gallinæ: Αγριοχηνάγια, feri anſeres. Goth. ad l. 5. § de acquit. rer. domin.

AGRIPPA. Scæuola in l. pater de l. 3. Iulius Agrippa primipilaris, teſtamento ſuo cauit. Quorum in naſcendo non caput, ſed pedes primi extiterant, qui partus difficillimus, ægriſſimuſque habetur, eos Agrippas appellari, ab ægritudine & pedibus, autor eſt Gellius noct. Attic. lib. 16. cap. 16. Spieg.

AGRIPPINENSIS colonia, ciuitas eſt Germaniæ inferioris, ſiue Galliæ Belgicæ, autor Ptolomæus. Celſus in l. fi. de cenſibus In Germania inquit, inferiori Agrippinenſes iuris Italici ſunt. Tacitus tradit, eos puduiſſe Germanicæ originis, patriamque eiurasse, non Vbios, ſed Agrippinenſes ſeſe vocantes. Eius rei cauſam indicat Rhenanus lib. Germen. rer. primo. vid. Imperatoris nomen, & colonia Germaniæ. Spieg.

ΑΓΡΩΣΤΙΣ, id eſt, verbena, Goth. ad l. 27. §. 14. ad leg. Aquil.

AGRVM non præſcindere pati, l. ſi cuius §. denique, de vſufr.

AGRVM ambedit flumen. l. 38. de acq. rer. domin. Briſſ. in parerg.

A H.

AHENVM, Paul. in l. cum de lanionis, §. aſinam ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat. molitum refert, ait, inter cacabos, & ahenum, quod ſupra focum pendet. His aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur, quod ſi ahenum inſtrumento continetur, vrceoli quoque, quibus aqua in ahenum funditur. Adiectiuum pro æreo, poeticum eſt apud Ouid. 1. metam.

Tertia poſt illum ſucceſſit ahenea proles.

Gellius lib. 2. c. 3. Ahenum dicimus, per h. interpoſitam inter a. & e, non aeneum, vt ſonus ſit viridior, vegetiorque. Spieg. v. Æneum, ſupra.

A I.

AIO & Nego contraria ſunt. Nam aio proprie fateri ſignificat. Donatus in And. indicat. Aiunt, de ea re dici, quam nolumus eſſe falſam. Quod locum non habet apud Iuriſconſ. in l. 1. de ædil. edict. & l. ædiles aiunt. Spieg.

AIAT, apud. Vlp. §. cum vero de legat. Quia inquam eſſe aiat id ſeparari à ſe. Spieg.

AIO verbum, veteris iuris erat, quo actiones perſonales intendebantur, ſignificat dedico, adfirmo, Nonio. Hinc nata illa forenſis formula. A T. M. D. O. id eſt, Aio te mihi dare oportere, vt Valerius Probus ſcribit. Prat.

AITIA accuſatio, criminatio, apud Claſſicos rerum Græcarum ſcriptores: ἐν αἰτίᾳ γίνεσθαι dixit Plut. in Camillo, quod & Iul. Pollux lib. 8. oſtendit ex Platone, aitque eſſe verbum iudiciale ſiue forenſe. Prat.

Αἰτήματα Geometris ſunt petitiones, in lib. de generibus lineamentorum Bud. in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. Prat.

Αἱμοῤῥαγία τῶν ὀνύχων, i. immodica purgatio de qua vid. Actuarium 1. medicæ 55. Gothof. ad l. 15. ff de ædil. edict.

Αἰσχρολογία calumnia. Goth. in Epigr. Nou. 77.

Αἰσυμνήτης, adiutor Suidæ, Goth. ad l. 13. §. 1. ff. de tutel.

Αἵρεσις, conditio Goth. ad l. 6. §. 2. ff. de excuſ. & ad rub. C. de falſ cauſ. adiect.

A K.

AKAKIA ſimplicitas Goth. ad l. 1. C. ſi quis imperat. maledix.

Ἀκρόδρυα apud Græcos omnes arborum ſpecies appellari ſcribitur, in l. 236. in fi. de verb. ſign. quod & Moſchopulus in libell. cui titulus eſt συναγωγὴ Ἀττικῶν ὀνομάτων, ſcribit & Suidas quoque Ἀκρόδρυα πάντας τῶν δένδρων καρποὺς dici tradit. Briſſ.

Ἀκρογένειον Ætas 18 ann. ab Arriano in Indice vocatur ἀκρογένειον. Ab aliis prima lanugo. Goth. ad l. 57. ff de iudic.

A L.

ALÆ præter notiſſimos ſignificatus ſunt exercitus militum aut equitum ordines Gellio lib. 16 c. 4. Sic quoq; accipiendæ ſunt in l. 2. de iis qui not. infa. Alarum præfectus apud Paul. 5. ſent. 39 & Sueto in Tiberio c. 30. Alas, vt Gellius d. loc. ſcribit, equitum ordines inde appellarunt, quod circum legiones dextra ſiniſtraq; tanquam alæ in noſtris corporibus locarentur. Sed & vt Veget lib. 2. cap. 1. Equitum alæ ait, dicuntur ab eo, quod ad ſimilitudinem alarum ab vtraque parte protegant acies. Alas etiam funditorum dixit Valerius lib. 2. cap. 2. Briſſ.

ALABA atramentum Phauorino.

ALABARCHAS, magiſter eſt ſcripturæ, quæ fiebat paſcendi pecoris cauſa. Cuiac. 8. obſ. 36. Goth. ad l. 9. C. de vectig.

ALABARCHIA, Cuiacio, iam d. loc. interprete, eſt vectigal. quod pro tranſductione pecorum inferebatur: cui interpretationi mirum ad modum fauet l. 9. C. de vectigal. Idem Cuiac. adiicit, arabarchiæ vocabulum pro Alabarchia vſurpari, vt ἀρζάλιον, ἀλζάλιον, φεγγάλιον, φλαγγάλιον.

ALABASTER vas vnguentarium, Baſſo l. argumēto. 25. §. ornamenta 10. de aur. arg. mund. vbi ſic legendum putat, pro quo in Pand. Flo. eſt Lauatio, viſcus, vt & ipſemet refert.

ALABASTRVS, in d. l. argumento, §. 10. ſecundum veram lectionem eſt genus marmoris perlucidi & coloribus diſtincti, ex quo fiebant vaſa vnguentaria. Dicitur autem Alabaſtrus & Alabaſtrum in neutro genere, teſte Martial. Et Alabaſter, Cic. Acad. 2. Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putreſcere videtur. Gotta tu memor.

ALACER, præſente animo eſt, ac ſenſibus non turbatis, non refragantibus. Aliud ergo eſt lætus, aliud alacer.

Ἄλλαγαι manſiones Goth. ad l. 18. §. 10. de vacat. muner.

ALANICVS dictus eſt Iuſtinian. ab Alanis populis deuictis. Hos Ptolomæus in parte Scythiæ collocare videtur, Capitolinus in parte Daciæ, Ioſephus inter Tanaim & Mæotidem, Plin. & Marcellinus in Sarmatia Europæa. Hi cum Vandalis iuncti erant, nec minus efferæ naturæ. Lucanus lib. 8. vocat duros æterni Martis Alanos; ex Balduino ad inſt. proœm. Schard.

ALBA ficus, vide Gothofr. ad l. 105. de verb. ſign. Varias fici ſpecies enarrantem.

ALBARIVM, calx liquefacta, qua muri exalbantur Alciato ad l. 1. C. de excuſ. artif. ex Plinio.

ALBERIVM opus, apud Vitruuium id eſt, tectorium, quod ex calce pura fit.

ALBEI, pro aluei, apud Caſſiod. Briſſ. pareg.

ALBENA, genus quoddam vuarum Goth. ad d. l. 105.

ALBERGARIÆ: canoniſtis cenſus ſunt ſeu pactiones, quæ debentur pro comeſtionib. de hoc gl. in c. præter de iur. patr. Spieg.

ALBI Corrupti edictum ejuſq; formulæ, vid. l. 7. in pr. de iuriſd.

ALBINA mulier l. 21. §. ad SC. Tertull.

ALBINI, quos Græci ... vocant in Conſtantini Imp. ad Maximum conſtitutione l. 1. Cod. de excuſ. artif. lib. 10. ſunt

Albarij, qui albario muros illinunt. Hot. Prat.

ALAVISEVS, genus vuarum. Goth. ad l.205. ff. de verb ſign.

ALBVLA ſicut Gothoſ. ibid.

ALBVM natura tale eſt, Candidum ſtudio, Albos capillos dicimus, candidum ingenium, pectus, id eſt ſincerum.

ALBVM, alba tabula, in qua atramento inſcribebant, quod ex Ciceronis 1. de orat. liquet, nempe non literas (vt Theophil. in §. pœnales. Inſt. de actio. perperam ſcribit) ſed tabulas ipſas albas fuiſſe, quod etiam ſuſpicari libet ex Plaut. Perſa, vbi Paraſitum de quadruplatoribus ſic loquentem facit: Si id fiat, ne iſti faxim nuſquam appareant. Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona.

ALBVM, parietem fuiſſe dealbatum, Accurſ. exiſtimat: ſed eius ſententiam plerique improbandam putarunt: cum actione de albo corrupto, is quoque teneatur, qui album ſuſtulit. l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. om. iud. murum autem vel parietem, tolli non poſſe, conſtat. Accurſio videtur ſuffragari citatus Plauti locus: Suidas expreſſe ſcribit λεύκωμα, h. e. album parietem, fuiſſe gypſo iunctum ad inſcriptionem ciuiliũ rerum aptũ, ſed id ad ea potius, quæ prout res incideret ad tempus, quam ad ea quæ iuriſdictionis perpetuæ cauſa, in albo proponebantur, videtur referendum. Rœuardus pro tribunal. lib. ſing. c. 4.

ALBVM igitur erat matricula prætoris: vel tabula dealbata (non albis literis notata vt Theophil. vult.) in qua prætores publice indicabant quo edicto eſſent acturi, Duar. 2. diſp. 13. Cuiac. 8. obſ. 15. Goth. ad l. 1. §. de Edendo. Vt enim Pontifices (velut mox infra) res geſtas, ſic prætores edicta ſua, actioneſque & interdicta, in album referebant (ſicut Græci leges ſuas in λευκώμασι) tabulamq; iſtam ex ligno, charta, vel quacunque materia factã in publico proponebant, vt omnib. innoteſceret, quemadmodum unoquoque ſuo dicturus eſſet. Moris autem erat, vt album iſtud (in quo prætor propoſitas perſcriptaſque habebat actiones ſuas) penderet, ſic tamen vt de plano legi poſſet. Hot. Vult. ad §. 11. n. 3. ac ſeqq. comm. Inſtit. de act. Vt autem edicta quædã perpetua erant, i. annua, quædã pauciorum dierũ, propoſita prout res incidebat: Sic album vel erat perpetuæ iuriſd. cauſa propoſitũ, vel propoſitũ prout res incidebat. Vult. ibid.

AN ALBVM producere, in l. 1. ff. de edend. non ſignificat tumultuarie rationes confectas in mundum redigere, vt Accurſ. putauit, ſed digito demonſtrare ex albo Prætorio, qua actione quis vſurus ſit. Goth. ad l. 1. de edend.

ALBI appellatio ad alia quoque transfertur. Nam illa quoq; tabula, in qua Decurionum nomina ſecundum cuiuſq; ordinem ſcribuntur, Album appellatur, hinc tit. lib. 50. ff. de albo Decurionum ſcribendo, nempe quo ordine Decuriones ſcribi debeant: quod & curiæ albũ dicitur in l. 45. C. eod. tit. & in Nou. conſt. 19 Cuiacio matricula decurionum. Eodemq; modo album Apoſtolorum Tertul. li. 5 contra Marcio. album ſenatorũ dixit Taci. li. 4 quod Dio. l. 55. λεύκωμα τῶν βουλευτῶν. Et albũ iudicum Tranq. in Claudio c. 16. & in Domitiano c. 8. & Seneca lib. 3. de benefic. cap. 7. pro tabellis in quib. illorum nomina deſcripta, qui earum erant decuriarum, quæ vno quoq; tempore iudicabant. Et album Citharœdorum Tranquil. in Nero. c. 20. Cic. quoque lib. 1. de orato. Pontificem maximum res omnes ſingulorum annorum mandaſſe literis, extuliſſe in album, propoſuiſſeq; tabulam domi. De quo etiam Liu. lib. 1. ab vrbe condita. Omnia, quæ ad ſacra, ceremoniaſq; deorum pertinerent ex commentariis Regis in album relata in publico proponere a Numa iuſſum ſcribit. Idem etiam lib. 9. Cneum Flauium faſtos in albo circa forum propoſuiſſe refert. Briſſ. Adde hic Corraſ. lib. 4. Miſcel. c. 6. Ita ſtudioſi hodie libro Rectoris, ſeu matriculæ vniuerſitatis inſcripti, recte dicuntur in album vniuerſitatis relati. Vult. d. lo. n. 6. Sic λεύκωμα τῶν ποιητῶν Pollux lib. 8. Cæterum Quintilianus album pro prætorio iure vſurpauit, cum dixit: ad album & rubricas ſe tranſtulerunt, vt annotauit doctiſſ. Turneb. lib. 4. aduerſ. c. 5.

ALBVM corrumpere, eſt quouis modo turbare, mutare, radere, tollere Briſſ. Vult. Albo adſcribi contra, Ab albo eximi Briſſ. ex ll. ff. & C.

ALBAS ſententias Aſinius Pollio apud Senecam, Albutij ſententias vocat, quæ apertæ erant, faciles, non obſcuræ, non tenebricoſæ: quod, quæ alba ſunt, nihil atrum, nihil caliginoſum habeant. Turneb. lib. 6. aduerſ. c. 4.

ALABELVCIA, eſt ſpecies quædam ad vectigal pertinens. l. 16. §. 7. ff. de public.

ALBERICVS ICtus in Italia Ius ciuile profeſſus eſt circiter 1290. eius plerunque Accurſ. in gloſſis mentionem appoſuit. Hot.

ALDVS, Alc. enarrans l. lecta de reb. credit obiter, monuit in l. Longobardica ſeruum ſignificare, & inde Caſtaldum ſeruum, cui caſæ ſeu domus cura eſt demandata: ſicque generaliter omnes œconomos dici. l. pen. ff. de teſt. & l. cum vnus in princ. ff. de alim. legat. Spieg.

ALEA taxillus quo fortunæ periculo ludimus, ſic enim accipitur in edicto prætoris. l. 1. in princ. ff. de aleato. & pro ludo accipitur in l. fin. §. 1. quar. rer. actio. non.

ALEAM ludere pro ludere taxillis, vel alio fortunæ ludo dixit Paulus l. 26. ff. de inſtitiis. Prat.

ALEÆ lu ſus legib. vetitus fuit, quod & Horat. docet li. 3. Carm.

ALEÆ nomen, ait Goth. ad rubr. C. de aleator. omnem fortunæ luſum complectitur non ſolum talorum aut teſſerarum ex pyxide. id eſt fritillo vel phimo. quam pyxidem appellari opinor illo verſu Iuuenalis 13. Partos gladio vel pixide nummos. vid. Cuiac. ad rub. C. Hinc fit, vt alea pro fortuna, & periculi cuiuſuis dubitatione ſumatur, vt iacere aleam dicitur is, qui ſe fortunæ periculoque committit. Vnde Titus Liuius, In dubiam imperij, ſeruitijque aleam imus. Item emere aleam, qui incertæ rei futuræ ſpẽ emit: velut captum piſcium vel auium.

ALEÆ emptio dicitur à noſtris, cum incertus euentus emitur: veluti cum piſcator iactum retis vendit, vel auceps pantheram. Pompo in l. nec emtio 8. ff. de contr. emp. Aliquando & ſine re venditio, intelligitur: veluti cum quaſi alea emitur: quod fit, cum captum piſcium, vel auium, vel miſſilium emitur, quia ſpei emptio eſt. Vlp. in l. nam hoc 2. ff. de hæred. vel act. vend. Incertum rei venire dicit. Hotom.

ALEATORES ſunt, qui ludum aleæ q. artem quandam exercent, vel qui ſeſe quocunque ludendi genere varietati fortunæ committunt, & pecunias, & tempus, aliquando etiam vitam, amittentes. Hoc recte coerceri vult lex in repub. quia nulla eſt maior occaſio depranandi animi, quã ludus paſſim immodicus ad perniciem omnium rerum l. fi. C. de religioſ. Prat.

ALEATORVM nomen infame eſt. Goth. ad l. 1. C. de aleato.

ALEATORES, differunt à teſſerariis, quantum fures à latronibus, Gothoſ. ibi. De aleatoribus edicti formulam vid. in l. 1. in prin. ff. de aleato.

ALEATOR, quanto in arte eſt melior, tanto eſt nequior. Senec. Gothof. ad l. 2. C. de aleat.

ALEMANNIA In extrauagantibus ciuilibus de Pace Conſtãtiæ fit mentio Alemanniæ dictionis. Alemannorum agri nomen vetus, ſupra Brigantium & Lacum Acronium. *Algow* vernacula lingua pro eo quod integrius antea *Das Almangow*, h. e. Alemannorum ager, ſiue conuallis, compoſito nomine, teſte etiam Vladiſlan: ex ſcholiis Vadiani in commẽt. ad P. Melan.

ALERE, eſt proprie victu temporali vitam ſuſtentare. Sic mater tenetur naturali iure alere filium triennio, vt abinde cura alimentorum ad patrem magis ſpectare videatur, l. nec filium negare. C. de patr. pot. Spieg. adde tit. C de alẽd. liber. ac patr.

ALERE, id eſt, neceſſitatibus ſuccurrere. l. 1. C. eod.

ALEXANDER Tartagnus ICtus Imolenſis fuit; Patauij, Ferrariæ, & Bononiæ, annos prope per triginta ius ciuile interpretatus eſt: relictiſque libris compluribus, homo quinquagenarius anno 1475. mortem obiit. Hot.

ALEXANDRIA vrbs Ægypti clariſſima, fertiliſſima ac ſplendidiſſima, non longe à Nili oſtio: Alexandro Macedone condita, cuius meminit Strabo, Pompon. Mela, Iuſtinus Egeſippus, Diodorus, Plinius, Ioſephus, Imp. Leo & Athen. Anch.

ALEXANDRIA ſedes fuit Præfecti Auguſtalis. Goth. ad rub. C. de offic. præfect. Auguſt.

ALEXANDRIAM vocat Ammianus 22. verticem omnium ciuitatum. Inter cætera Alexandrinus aẽr laudatur ab eodem: Nullo, inquit, pene die incolentes hanc ciuitatem, ſolem ſerenum non vident. adde 5. Plin. 10. Goth. ad edict. Iuſtin. 13. c. 13.

ALEXANDRINI Principales l. 56. C. de decur. qui & ſummates Alexandriæ l. 57. eod. Gothoſ. ad l. 41. C. de liberal. cauſ.

ALGIDVM oppidum erat trans montes Tuſculanos. 15000. paſſuum ab vrbe Roma, cuius vrbis tantum veſtigia extant.

ALIAS aduerbium, varie pro re accipi apud ICtos ſolet. Plerunque tamen ſignificat alio, vel potius in alium locum. l. adeo §. quod ſi ff. de acq rer. domin. Sumitur & pro aliquando. l. 19 §. vnde videndum de aibit. Item pro alioquin apud Scæuolam in l. diuortio, in pr. de neg geſt. Alias exceptionis notam eſſe, liquet ex l. qui teſtamẽto 10 §. mulier. de teſt. nam ibi alias, id eſt in aliis actibus Sumitur & pro aliter, & extra hos caſus l. alias de iureiur. Sonat etiam modo, ſi geminetur, aut tripliciter aut quadrupliciter efferatur aut ſcribatur, quale eſt apud Calliſtratum in l. 3 § eiuſdem teſtibus. Cic. in Verrem: Alias reuocabat, alias decernebat. Eſt vbi geminetur, tripleturve, accipitur tamen pro aliter, l. cum hi. §. modus, de tranſact. Alias temporis, puta præteriti, ſignificatiua eſt, vel ſignificat aliquando, vel antea. l. pen. §. fi. ff. de inoffic. teſtam l. diuus. 6. de cuſtod. reor. vide Bart. in l. 1. ver. quinto quæro de dictione ff. de condit & demonſtr. qui oque ſignificationum huius aduerbij genera colligentem Prat.

ALIBI, alio in loco: inibi, in eo loco: necubi, ne quo in loco: ſicubi, ſi quo in loco: nuncubi, num quo in loco: vtrobi, vtro in loco, ex Alciat. Spieg.

ALIBI, & alio in loco, & in re alia, ſignificat.

ALICVLA recenſetur ab Vlp. inter puériles veſtes, in l. 23. §. 2. ff. de aur. & arg quidam tamen ibi legendum putant, Caligulæ, Hoto. legendum putat.

ALLICVLÆ, vt manicatæ tunicæ intelligãtur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honeſtæ apud Romanos erant, vt patet ex Gel. li. 7. c. 12. nam, vt ait Heſych. ἄλλιξ χιτὼν χειριδωτός:

ὄνος: Aliæ, inquit, tunica chirodota, l. manicata, Hæc enim verbo Scipio Africanus apud Gellium vtitur. Hoc. Cuiac. Aliculas togas breues interpretatur, & has pueriles, ex Martial.

ALIENO, & ad locum, & ad rem, & ad hominem refertur.

ALIENARE (vid. & Abalienare) eſt alienum facere, ex nomine alienus deductum. Quod enim alienum non ſit, alienari non dicitur: vt negatiue ab Etymologia vocabuli arguamus l. 2. §. mutui datio, ff ſi cert. pet. Eſtque verbum mediæ nouæque iuriſprudentiæ.

ALIENARE generatim nihil aliud eſt, quam rem, vel ius quoddam, aut poſſeſſionem eius, è ſuo patrimonio ſeu bonis dimittere, Gœdd. ad l. 27. n. 3. de verb. ſignif.

ALIENATIO igitur generatim eſt tranſlatio eius, quod cuiuſq; eſt, ita vt ſibi abſit, alteri vero adſit: fitque nõ ſolum per traditionem verã aut fictam: ſed etiam per quemlibet alium actũ, quo ius vel res nobis abit & alteri accedit; vt puta ſi pro derelicto res habeatur, vel in publicum deferẽdi cauſa proiiciatur. Quod adeo verum, vt hæredis quoque inſtitutio, quam aditio ſequi ſolet, alienatio ſit. Gœd. d. loc. n. 45. Nonnullis alienatio definitur iuris dominiique à nobis tranſlatio Senecæ 5. de benef. cap. 10. rei ſuæ, iuriſq; ſui in alium tranſlatio. Prat. Briſſ.

ALIENANDI & ALIENATIONIS verbum in genere latiſſimã ſignificationem habet primo alienatio cõtinet vſucapionem, Gœd. d. loc. nu. 5. prin. num. 9. 10. Vſucapio (ait) proprie ac ſine tropo eſt modus ſeu ſpecies alienationis cõtra quam alij ſentiunt. Vnde ſtatutum vel lex prohibens alienationem, locum habet in vſucapione. (pupillus pati non poteſt vſucapi. Gœd. d. lo. n. 18.) Aliud vero eſt omittere poſſeſſionẽ, & aliud pati vſucapi: prius eſt eius, qui non habuit illam poſterius eius, qui in bonis habet d. n. 10. Secundo Alienat & is, qui non vtendo pariter vſumfr. vel quamlibet aliam ſeruitutem, extinguit: vel qui amittit ſeruitutem: aliquid enim rerum ſuarum, vel eius quod in bonis erat, amittit. Nam & ſeruitutes patrimonium noſtrum augent, & in dominio ſunt. d. n. 3. & n. 11. Aliud vero eſt aliquid amittere & à ſe tranſferre, & aliquid omittere, nihilque de ſuo in alium transferre: qui occaſione acquirendi aliquid, non vtitur, cum poſſit, non intelligitur alienare: vt mox infra Gœdd. ibid. n. 1. Quin etiam hæredis inſtitutio, eſt alienatio vt paulo ante. Gœd. ibid. n. 5. vbi plura vide: item legare & fideicommittere eſt alienare: (alienationis voce venit & legatum & fideic.) ſimiliter vſus alienus, & vſusfructus, vel cuiuslibet alterius ſeruitutis conſtitutio alienatio eſt, ibid. n. 6. Proinde Emphyteuſeos ac feudi conſtitutio, eſt ſpecies alienationis, cum vſusfructus illarum rerum & ius poſſeſſionis in accipientem eiuſq; hæredes transferatur: ibid. n. 7. Hypothecæ conſtitutio ac pignoris datio, alienationis nomine continetur: cum ibi ius in re alteri conſtituatur, & pignoris datio poſſeſſionem transferat in creditorem nu. 8. tertio prohibitus alienare rem, tranſigere non potuit ſuper ea: quia tranſactio, alienationis appellatione venit l. 1. §. & ſi tranſigi. ff. ſi quid in fraud pat. & ita expreſſe Bald. in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact. quod tamen verum eſt ſecundum Bartol. ſi res tradatur; ſecus ſi per tranſactionem retineatur. Prat. Quarto, qui rem alienare prohibetur, eam alteri promittere non poteſt l. fin. C. de Eunuch. quia ſoluere & promittere, quoad hoc æquiparantur, in l. fin. C. ad Falcid. Et prohibita alienatione prohibetur omne illud, per quod peruenitur ad eam, l. oratio, ff. de ſponſ. ſed per promiſſionem ad alienationem peruenitur, ideo prohibita cenſetur, nam promiſſa ſeruanda ſunt, l. vnica Cod. de ſuffrag. Hodie tamen promiſſio non continet alienationem. Prat. Quinto, Prohibitus alienare rem, eam obligare non poteſt, nec ſpecialiter, c. nulli de rebus Eccleſiæ nõ alienan. nec etiam generaliter. Barbat. conſil 36. col. 10. in 2. vol. De quo tamen vid. Neguz. in tract. ſuo de pign. in 3. memb. 2. part. princ. nu. 73. cum ſeq. Sexto, verbo alienationis etiam venditio continetur, ſiue alienatio prohibita fuerit à lege, ſiue à teſtatore Septimo, Alienatione prohibita, prohibetur & locatio ad longum tempus ſeu in perpetuum. Et quod de locatione perpetua dicitur, idem etiam de emphyteuſi dicendum, nam prohibitus alienare prohibetur dare in emphyteuſim d. l. fi. C. de iur. emphyt. Octauo, Ceſſio eſt vtilis dominij tranſlatio. Bal. in c. 1. per quos fiat inueſtitura. Nec agere poteſt, qui prohibetur alienare. Abſurdum enim putat Iureconſult. ei cui alienatio interdicitur permitti actiones exercere in l. ait. Prætor §. 1. ff. de iure delib. vbi vid. gloſſ. & DD. limitantes, quia agendo poſſet per ſententiam rem amittere l. Iulianus ff. de cond. indeb. Nono, alienationis nomine venit diuiſio. Quia diuiſio emptionis vicem obtinet. l. 1. commun. vtri. iud. ac eaque dominium transfertur. x. Repudiatio alienatio eſt l. pupillorum, & ibi Bald. C. de repud. hæred. Qui iam quæſitum repudiat, alienat. l. 5. §. 4. de reb. cor. qui ſub. tut. Ideo non poteſt reſignare officium in fraudem fiſci is, qui deliquit, quia alienare videtur. Barbat. conſ. 11. verſ. capio primum. in 1. vol. x. Habens rem pro derelicto dicitur alienare Bart. in l. 1. ff. ſi ex nox. cau. agat. quod intellige quando cum fraude ſit, alias contra Alex. ibidem & præſumitur fraus ex connexitate & proximitate actus habendi pro derelicto & occupandi per alium. arg. l. ſi ventri. ff de priu. cred. c. officij, de elect. Et ſi coniunctus vel amicus occupat. arg. l. data. C. de donat. Prat. XII. Permutatio dici poteſt alienatio. d. c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. & Inſt. quibus alie. lic. vel non. in princ. Bald. in auth res quæ C. com. de l. col. vlt. cum regulariter nomine alienationis veniat omnis tractatus per quem dominium transfertur, aut transferri poteſt. l. fin. & ibi Bart. & alij C. de rebus alien. non alien. niſi ceſſaret ratio: vel appareret de contraria mente. l. fin. de præd. curial. lib. 10. C. gloſſ. & ff. §. 1. de prohib. feud. alien. per Fed. XIII. Nomine alienationis comprehenditur vltima voluntas, adeoque, omnis actus, per quem dominium transfertur l. 1. Cod. de fund. dot. l. ſi quis. §. certum, Cod. de ſecond. nupt. XIV. Qui non poteſt alienare, non poteſt alienationi conſentire l. fin. ff. de iur. dot. quando nimirum per illum conſenſum completetur & perficeretur alienatio. l. ſicut. §. alienationis ff. quib. mod. pig. Ex his ergo apparet, quod

ALIENATIO generali ſignificatione omnem prorſus tranſlationem rerum, vt manumiſſionem, (alienat qui manumittit, Gothof. ad l. 9. C. de vſuſ. & habit.) vſusfructus donationem, hypothecam pignoris nexum, ſeruitutis impoſitionem, emphyteuſis contractam, continet, ex Iuſtinian conſtit. l. fin. C. de reb. alien. non alien. His addit idem Imp. Nou. 7. venditionem, donationem & permutationem. Illis quoque adiici poteſt tranſactio, ex ſententia Impp. in l. non ſolum. C. de præd. minor. prat. Et in ſumma id omne alienationem vocamus, quo quid ex vnius patrimonio ita in alterius transfertur, vt illud minuatur, hoc augeatur; ſiue res ſit, ſiue poſſeſſio, ſiue ius. Gœd. d. loc. num 8. proprie tamen alienatio eſt ſecundum pleroſque, cum transfertur dominium, ſeu directum imprimis, ſeu vtile: improprie & large, cum non dominium transfertur, ſed aliud quod ius rei, vel poſſeſſio ſola. Rebuff. Prat.

ALIENATIO ſeu Tranſlatio dominij per traditionem potiſſimum fit, vnde qui rem vendit, is antequam eam tradat, nullum ius dominij transfert, nec alienaſſe videtur. Etenim alienatum non videtur, quod adhuc in dominio ſeu bonis venditoris manet, venditum tamen recte dicitur l 67. ff. de verb. ſig. Itaque Emphyteuta, aut vaſallus vendens rem emphyteuticam, aut feudalem, ſine conſenſu domini, non tamen eam tradens, ea non priuatur, quia non dicitur aliena, licet vendita dicatur: nec debetur ex illa venditione laudemium, l. fi. C. de iur. emphyt Briſſ. Prat. Rebuff Spieg.

ALIENANDI facultas non ex voluntate & arbitrio hominis pendet, ſed ex voluntate legis & ex diſpoſitione iuris (quod arbitrium hominis moderatur) æſtimanda eſt. Hinc dominus rei quandoque alienandi poteſtatem non habet: & contra non dominus eam habet: de quo eleganter Vult. comment. Inſtit. ad princ. tit. quib. alien. lic. n. 2. 3. 4. Hinc

ALIENATIO quibuſdam diſtinguitur aut Voluntaria ſeu ſpontanea, quæ conuentione partium fit, aut neceſſaria, quam ius infert. Prat. Vulteiu d. loc. ad §. 24. n. 3. de legat. Spontanea eſt, quam quis ſpõte ſuſcipit: Neceſſaria, quã neceſſitate coactus.

ALIENATIO item alia expreſſa, vt venditio, donatio, emphyteuſis perpetua: alia tacita, vt vſucapio. Rebuff.

ALIENARE: alieno iuri applicare. l. 3. §. 1. C. communia de legat. Item minuere, amittere, l. 1. §. quid ſi ff. quid in fraud. patr. puto hunc diminuiſſe de patr. Sic minuere pro alienare. Vlp. in l. ſi ff. de legat. Prat.

ALIENARE licet res ſacras propter redemptionem captiuorum. Nam animæ hominum præferendæ ſunt inanimatis. Nouell. de non alien. aut permut. §. iiſdem pœnis. conſtit. 6. ex Haloandri verſione. Prat.

ALIENARE intelligitur, qui alienam rem vendidit. l. 8 § 1. de alienat. iud. mutan. cauſ.

ALIENANDI verbo proprie venditionem ſignificari ait Cuiac. inſt. de loca. vbi pro venditione Zenonem alienationem dixiſſe ſcribit. Prat.

ALIENATIO intelligitur, ſi extraneo hærede inſtituto, teſtator deceſſerit, l 69. §. fratre. ff. de legat. 2. vel ſi extraneo fundus legetur, l. 114. §. pen. de legat. 1. Briſſ.

ALIVD autem reuera eſt Alienatio ipſa (ſequitur enim obligationem, vt effectus) aliud obligatio, ſeu titulus & cauſa Alienationis: eiuſmodi eſt emptio vẽditio, permutatio, do vt des, do vt facias, &c. Nam etſi alicui quid emptionis venditioniſve cauſa, vel ex quolibet alio contractu debetur, id tamen ante traditionem, vel antequam ea fiant, quæ rite fieri oportet, non cenſetur in emptorem alienatum; quia nondum cœpit debitori abeſſe, & creditori adeſſe. Neque enim nocet vel quidquam transfert traditio; quæ ſaltem modus alienandi eſt; niſi ea adſit qualitas, quæ eam rite factam approbet. Alienatio ſeu traditio ſequi debet contractum, tanquam obligationis effectus Gœdd. ad l. 67 n. 1. 2. 3. de verb. ſign.

Non ALIENAT, qui nihil acquirit: vel qui poſſeſſionem tantum omittit. Non alienat, quo ad fraudandos creditores, qui occaſione acquirendi non vtitur.

ALIENATIO non dicitur, ſi non acquiras id, quod acquirere po-

tuiſti, ſed noluiſti: quamuis enim alius id ipſum poſtea occupet vel acquirat, tu tamen id non alienaſti, quia nunquam habuiſti. Nec obſtat, quod ob factum tuum (ob tuam repudiationem) alius id acquiſiuit. Nam ſi id quod alterius patrimonio propter factum noſtrum accedit, nihil ex noſtris bonis detrahit, nec patrimonium noſtrum ſeu poſſeſſiones noſtras minuit, quia ſcilicet nunquam in bonis habuimus, alienatum non dicetur, neque actus ille inter alienationis ſpecies numerabitur. Vnde qui occaſione acquirendi quidpiam, cum poteſt, non vtitur, non intelligitur alienare. Aliud enim eſt aliquid amittere, & à ſe transferre: aliud vero quid omittere: illud eſt iuris vel rei, vel poſſeſſionis acquiſitæ; hoc eius, quod nunquam noſtrum fuit. Qui itaque omittit ius, vel rem, vel poſſeſſionem ſibi delatã, quam acquirere potuiſſet: h. e. acquirẽdi occaſione nõ vtitur, alienaſſe non dicetur, cũ nihil de ſuo in alium transferat. Sic qui occaſione fœnerandi non vtitur, qui non fœnerarit cum poſſit, non cenſetur hoc lucrum alienaſſe: vt nec qui legatum vel donationem oblatam aut legatam repudiat, nec qui aliquid cuſtodiæ cauſa deponit. Depoſitum non eſt alienatio, cum omnino nihil, quod noſtrum ſit, & noſtrum patrimonium augeat, transferatur, ſiquidem neque poſſeſſio neque vſus tranſit; tantum res, vt recte cuſtodiatur, & nobis ſalua maneat, agitur. Idem de mandato ſimilibuſque negotiis dicere licet. Et nemo propter alterius intereſſe, commodum vel damnum, tenetur acquirere, vel lucrum oblatum acceptare. Non ergo quælibet translatio rei, vel iuris, aut poſſeſſionis, eſt alienatio, ſed qua quid eius quod cuiuſque eſt, h. e. quod acquiſitum & in bonis habetur, ita ad alium tranſit, vt huic abſit, illi adſit, & plerunque illius cui decedit, patrimonium minuat, huius cui accedit, augeat: non tamen ſemper. Non enim opus eſt, vt ſemper acquirens locupletior fiat: alioqui ademptio, venditio, & ſi quis alius onerosus contractus, alienatio non eſſet, ſiquidem ob pretij, maxime iuſtam æſtimationem excedentis abſentiam patrimonium emptoris per rem emptam locupletius non eſſet factum: quod abſurdum eſt per l. 2. C. de reſcind. vend. d. l. fi. §. venditæ. Inſt. de rer. diuiſ. Gœd. ibid. n. 15. ac ſeqq. n. 19. 21.

ALIENATIONIS prohibitione, ſeu prohibita rei alienatione, prohibitus omnis cenſetur actus, quo res illa à nobis ad alium tranſire poſſit, niſi prohibitionis cauſa, & diſponentium intentio ſeu mens reſque ſubiecta aliud ſuadeat. Mynſ. conſ. 28. n. 27. Gœd. ibid. n. 15. 16. 17. vbi vid.

ALIENATIONIS interdicta voluntaria tantum interdicta intelligitur, non etiam ea, quæ cauſam iuris habet neceſſariam, l. 1. ff. de fund. dotal. Briſſ.

ALIENARE non videtur qui retinet apud ſe, per ſe, vel per interpoſitam perſonam, l. 10. C. de diſtract. pignor.

ALIENATIO ſæpe manet in pendenti, poſt futuris committenda fortunæ caſibus, Nou. de his qui nup. iter. §. quoniam vero alienationes, conſti. 22. eod. interprete. Prat.

ALIENATVS Feſto lib. 1. dicitur, qui alienus factus eſt.

ALIENA negotia dicuntur, quorum exitus commodum aut incommodum aliis affert. Connan. 7. comment. 10 n. 4.

ALIENA malignitas, aliena temeritas: alieni iuris ager: alienum damnum: alienius tempus: alienus à vi: alienus à Romanis legibus: in ff. & C. ſparſim leguntur.

ALIENVM eſt, quod commune eſt Inſtit. vi bon. rapt. in princip. Alieno facto nemo onerandus, l. in cauſæ: de procur. Alienis nominibus accuſationem præſumere. l. 8 C. de calumn.

ALIENI appellantur, qui amici, affines aut propinqui non ſunt: Extraneos vulgus vocat. Spieg.

ALIENI facti promiſſor dicitur, qui temere antequã rem compertam & exploratam haberet, promiſit. Spieg.

ALIENVM eſt, ſcil. ab vſu forẽſi & vtilitate humanæ ſocietatis. Opponitur clauſulæ in legib. frequẽtiſſimæ: Hoc intra vtemur.

ALIENVS, id eſt ſuppoſititius, l. 4. C. de hæred. Inſtit.

ALIENIGENI Barbari l. 2. C. quæ res exportari non debeant.

ALIENIGENAM, cũ pro in alieno territorio nato, cum pro alterius iuriſdictioni ſubiecto recipiũt interpretes, l. 1. C. de eman. lib. Valer. Max. alienigena exempla, pro externis dixit. Spieg.

ALIENO nomine litem vel inferentes, vel ſuſcipientes, ſunt tutor, curator, procurator, defenſor, excuſator, actor, quem & Syndicum dicimus Spieg.

ALIENO nomine poſſidere dicitur, qui ab alio cauſam habet, l. eſt ſpecies, & ibi gloſſ ff pro ſuo. ex Alber. Spieg.

ALIENVM æs, non loci eſt, ſed vniuerſorũ facultatũ, vt ait Vlp. l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum eſt ff. vbi quis ager. Spieg.

ALIENVS poſthumus, qui non ſit teſtatori futurus ſuus hæres, Inſtit. de leg. §. poſthumo. Quare poſthumi. Spieg.

ALII indefinite, ſignificat aliquos eiuſdem generis, de quo agitur, non autem omnes.

ALII vlli, l. argentarius, ff. de ed. Neque alios vllos, ait, abſimiles rationes edere cogit. Spieg.

ALII, pro alius. Briſſ in pareng.

ALIMENTORVM appellatione cibaria, & veſtiarium, & habitatio continetur: quia ſine his ali corpus non poteſt: cætera quæ ad diſciplinam pertinent, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur, non continentur, l. 6. & l. 7. l. 17. l. vlt. ff. de alimen. legat. l. 8. § qui tranſigit. ff. de tranſact. Anguſtior vero eſt diariorum vel cibariorum appellatio: his enim legatis neque habitatio, neque veſtiarium, neque calcearium debetur, quoniam de cibo tantum teſtator ſenſerit. l. 21. ff. de alim. leg. (cibaria non ſunt genus, ſed vna quædam ſpecies Alimenti.) Nec diaria aliud quam diuina cibaria ſonent. Briſſ.

ALIMENTA ſi fuerint legata, dici poteſt etiam aquam legatam eſſe, ſi in ea regione fuerint legata, vbi venundari aqua ſolet, vt Vlp. de aliment. & cibar. legat. ait Maſſeus.

ALIMENTORVM appellatione veniunt expenſæ educationis, myſteriorum & ſtudiorum, l. 1. C. de alim. pupil. præſtand.

ALIMENTA ſunt cauſæ neceſſariæ, l. 5. C. de oper. libert.

ALIMENTA ſubſidium vitæ. l. 5. C. de patr. poteſt.

ALIMENTA alio nomine exhibitiones quandoque dicuntur: Ita enim & exhibere interdum ſignificat alere, ſic Mancipiorum exhibitio Familiam, vxorem propriis ſumptibus exhibuit. vid Gœdd. ad l. 22. n. 10. de verb. ſign.

ALIMENTVM & victus plane idem ſignificant. Vterumque ergo diſtribui poteſt in Nutrimentum & corporis cultum. Si quis de alimentis tranſigat, nec de veſtimentis, nec de habitatione tranſegiſſe videtur. Generalis de victu ſeu alimentis tranſactio (ait Gœdd. ad l. 44. num 7. de verbo. ſign.) non porrigitur ad habitationem & veſtiaria. Poſito enim genere ſimpliciter, & indefinite, non quælibet ponitur ſpecies, ſed ea præcipue de qua principaliter ibi agitur, vel pro qua generis nomen facilius & crebrius ponitur: vt alimenti nomen pro cibariis, plura, Gœdd. ibidem.

ALIMENTA proprie à cibariis differunt (vt genus ac ſpecies) Illorũ nomine ea omnia cõtinẽtur, ſine quib. corpus ali nequit: horum vero tantum ea, quæ ad cibum pertinent. Hor. Prat.

ALIMENTARII dicuntur vt legatarij & donatarij, quibus alimenta relicta ſunt, l. 8 §. eadem de tranſact. l pe. § 1. ad legem Falcid. vt alimentariæ puellæ apud Capitolium in Ant. Pio, quibus alimenta de publico præſtabantur.

ALIMONE, pro alius modi, Feſto lib. 1.

ALIMONIA, alimonie. Et alimonia, alimoniorum in l 37. de iur. dot. l. 4. de liber agnoſ. & apud Varr. lib. 1. de re ruſt. c. 8 in partu & alimonio, & lib. 3. c. 16 mellis alimonio. Briſſ. in pareng.

ALIO iure eſſe, l. 4. C. de in lit. iur.

ALIORSVM aduerbio vſus eſt Cato apud Feſtum: ſignificat autem verſus alium locum, Apud Terent. in Eunuch. act. 1. ſcen. 2. Aliorum ſumitur pro, in aliam partem Prat.

ALIOQVI coniunctio pro, quod ſi non, vel præter hoc conditionaliter efficit diſpoſitionem, non autem orationem, l. ſi finita §. ex hoc. de damn infect. cum ſimil. apud Alb. vid. Bart. in l. 1. C de condit. & demonſt. Spieg.

ALIOQVIN non raro pro, in aliis, vſurpatur. Spieg.

ALIPTA apud Cic. dicuntur, quorũ officium ex vnctore & medico conflatum & commixtum erat, vel potius, qui medicorum vnctores erant, qui iatraliptæ dicebantur, vt Caſſ. vocat. De his Torn. 16. aduerſ. c. 15.

ALIQVALIS & aliqualiter non Latine dicuntur, ſed aliquantus, aliquantum, vide Vall.

ALIQVANTVLVM ſilentium. l 6. C. ad SCtum Turpill.

ALIQVANTVM ad modum refertur aliquot, ſiue aliquam multi, ad numerum, aliquantiſper ad tempus, ſed cum ſignificatione breuitatis, quemadmodum & tantiſper. vide Vallam.

AD ALIQVAM ſolutionem facere, id eſt ſoluere aliquid. l. 35. C. de admin. tut. vel curat.

ALIQVID ius, l. 19. de damn. infect. l. 30. de noxal. Aliquid mancipium, l. 56. de bon. libert. Aliquid impendium, l. 63. §. ſi ſub. ad Trebell. Aliquid emolumentum, l. 12. §. funus de religioſ. Briſſ. in pareng. pro, Aliquod.

ALIQVIS incertam perſonam ſignificat, habetq; vim pluralem, quamuis ſingulariter proferatur, non enim eſt aliquis, niſi de multis. l. ſi vero plures: §. ait Prætor. de his deiec. l. ſi ſeruitus, de ſeruitut. vrb. præd.

ALIQVO loci, l. 1. de ſeru. export. Briſſ pareng.

ALIQVO ſequius, vel aliquo ſecius apud Vlp. in lib. de offic. proconſ. veteres gloſſæ exponunt ποσῶς ὑστερώτερον, aliquantum, tardiuſcule. Prat.

ALIQVORVM res dicitur, etiamſi non ſint communes, ſed alia vnius, alia alterius. § fin. ff de verb. ſign.

ALITVS pro alibi ponitur, in l. 64. de cond. & demonſt. l. 2. de cadau. punit. Quo ſignificatu eadem voce vtuntur Varro lib. 1. de re ruſtic. c. 44. & Tertull. in lib. de ſpectat. Briſſ. in pareng.

ALIVD pro alio petere § 35 inſt. de action.

ALIVS excluſionis nota l ſi fundum 85, §. ſi libertus. ff. de leg. 1. Alciat. reſponſ. 566 Aliquando pro quidam accipitur, l. aliis in princ. C. de epiſc. & cler. Quandoque ſumitur pro diuerſo à ſuperioribus vt in l. vnic. C. vt actio & ab hæred. & cõtra hæred. & ſic excludit. Eſt & caſus vbi includere videtur, nempe in decreto Pontificum, in c. 1. de præb. in 6. Adde quod alius, alia, aliud, dictiones ſunt ſimilium repetitiuæ, l. quidam relegatus

gatus. ff. de reb. dub. Corraſius ad l. ſi diuortio. ff. de verb. oblig. Prat. Alia cauſa, id eſt, diuerſa. In alium locum, id eſt, alterius. Briſſ. ex l. 156. de reg. jur.

ALITER atque, ſæpe pro contra quam. Briſſon.

ALIUTA (Feſtus lib. 1.) antiqui dicebant pro aliter, ex Græco ἄλλως, vel ἄλλῳ transferentes. Hinc illud in l. Numæ Pomp. Si quis aliuta faxit, ipſus Ioui ſacer eſto. Prat.

ALLAUDIUM Fundus proprius ad poſſeſſorem pleno jure pertinens à nemine niſi à ſolo Deo recognoſcendus, cujus nomine nullum laudatiuum (vulgo laudemium vocãt) præſtandum eſt. Alciat. lib. 1. parerg. c. 45. Equidem vnico l. ſcribendum potem, vt verbum compoſitum ex a, priuatiua particula, & laudium, ſiue laudatione, vt ſit id prædium cujus nullus autor eſt, niſi Deus. Eſt enim laudare (vel Nonio teſte) nominare, quod & Budæus docuit ad Modeſtinum l. Herennius, 63. de hæred. inſtit. In vſib. Feudorum au in o immutatum eſt, (Nam & Galli o pro au ſæpiſſime pronunciant) & allodium pro allaudium) ll. duplici dixerunt, qui feudorum libros compoſuerunt, c. 1. de Allodiis: in vſibus feud. vbi Allodium illud appellat I. Beluiſius jus proprium à nemine niſi à ſolo Deo recognitum. Prat. vide infra Allodium & Alode.

ALLECTI dicebantur, qui propter inopiam, ex equeſtri ordine in ſenatorum numerum ſunt aſſumpti. Bud. in annotat. ad leg. vlt. de Senator. Vlp. in tract. de Decurionibus ſcribit ſpurios poſſe in ordinem allegi, h. e. numero addi. Quid ſit allectio in l. ciues, ff. de incolis. Accurſius non intellexit. Spieg. Antiquus Gloſſematum ſcriptor Allectos interpretatos eſſe logographos, eos ſignificans qui ſuſcipiendis tributis fiſcalibus allegerentur. De allectis vide l. 1. C. de præpoſ. labor. & l. 3. C. ſeq. ſit. Inde l. 11. eod. allegationis officium. Cujac. obſ. lib. 11. c. 27. in fin. vide ſupra Adlecti.

ALLEGARE eſt, citare librum §. fin. Inſtit. per quos ager. poſſ.

ALLEGARE eſt poſtulare, & jus ſuum apud Iudicem exponere, l. 1. § remnuet, de poſtul. Prat.

ALLEGARE ſe ex ſeruitute in ingenuitatem, pro aſſerere, & adfirmare ſe ingenuum eſſe, l. 18. §. 1. de lib. cauſ. Hotom. Prat.

ALLEGATIO in l. 20. de rit. nupt. ſumitur pro excuſatione, quæſita quidpiam citando, aut allegando. Prat.

ALLEGATIONES non competentes, id eſt, falſæ, leg. 1. C. ſi tutor. vel curat. falſ. alleg.

ALLEGATIONEM ſumi, pro allegatione juris, productione jurium Albericus exemplis demonſtrat. Minor omiſſam allegationem, per integrum reſtitutionis auxilium repetere poteſt: Paul. in l. minor 4. ff. de minor. Spieg.

ALLEGO, as, ex ad. & lego. as, penultima producta, eſt ad aliquẽ locum mitto. Vnde Iuriſconſulti conſueuerũt allegare leges; i. citare teſtes ad id de quo diſputant, comprobandum. Nebr.

ALLEGO, gis, penult. breui, pro eo quod eſt coopto. h. e. in ordinem vel collegium adſciſco: compoſitum ex ad, & lego, gis. Vlp. de Decurion. leg. generaliter. Allegi, inquit, id eſt, per electionem in ordinem aſſumi.

ALLEGI in curiam, in collegium, in ordinem, Briſſ. ex ll. ff.

ALLEGORIA (inuerſio Fabio 8. c 6. à pleriſq; annumerata tropis) eſt, quum aliud loquimur, aliud intelligi volumus: quam non temere apud Iureconſultos reperies: cum enim perpetua & remota ſit trãſlatio, apud eos in vſu eſſe nequit, qui ex verbis mentem ſenſuum conjiciunt, l. Labeo. §. ſi de ſup. leg. Spie.

ALLIGARE pecuniam dicitur qui ſtipulatur & reſtipulatur. Varro lib. 4. de ling. lat. vel potius qui obligat. Hinc alligatus ſponſu, qui ſtipulatione obſtrictus eſt, idque ttantlarıtıe. Nam alligare eſt ad aliquid ligare. Vlpian. l. 1. §. 1. ſi machinam, ff. de mort. inferend. Prat.

ALLIGATI etiam dicuntur crimini obnoxij, criminis affines, vt apud Terentium alligari ſe ſatti, & Cic. ad Q. fratrem. Sed idem Nerius judex edidit alligatos Cn. Lentulum Vaciam, & C. Cornelium. Alligatos etiam Iſidorus explicat ita: Teſtes ſunt à quibus quæritur veritas in judicio, quos quiſque ante judicium ſibi placitos alligat, ne cui poſtea ſit liberum aut diſſimulare, aut ſubtrahere ſe, & alligati appellantur. Turneb. aduerſ. lib. 20. c. 5.

ALLIGARE ſe hæreditati, l. 78. de acquir. hæred. Briſſ.

ἀλληλέγγυοι, duo ſunt rei, qui vice mutua fide juſſerint. Hinc Baſilius Porphyrogennetus, cum prohibit, qui lapſi eſſent facultatibus, tributorum nomine locuples conuenire juſſiſſet, nouam illam exactionem ἀλληλέγγυον vocauit, autore Zonara & Cedreno. Prat.

ἀλληλοκληρονομία Græcis eſt pactum mutuæ ſucceſſionis inter conjuges, vel, vt Gothofr. ad l. 19. C. de pact. eſt conuentio inter duos facta de mutua ſucceſſione: quod Gallis eſt entr' adneritiſſement ex Balduino tit. de bon. poſſeſſ.

ALLODIUM & feudum contraria verba ſunt, à Gothis deriuata, quibus Orteoſius in libris de feudis frequenter vtitur. Allodium enim vulgo appellant, quod ab omni clientela liberum ac ſolutum eſt, vel cujus cauſa poſſeſſor nemini fidem atque obſequium debet, & (vt noſtri loquuntur) quod ita alicujus proprium eſt, vt à nemine alio niſi à Deo recognoſcatur. Hotom. vide ſupra Allaudium, & infra Alode.

ALLUERE eſt juxta fluere, ita vt aſpergantur fluctu aquæ, ea, quæ alluuntur. Cic. de leg. Fluuius diuiſus aterа inſulę alluit. & in Oratore: ita jactantur fluctibus, vt nunquam alluantur. Inſula vero, quæ vndique alluitur flumine, circumlui dicitur. Vnde alluuionem & circumluuionum jura apud eundem Ciceronem, &c. Conna. lib. 4. c. 5. n. 2. & vid. infra Eluere, &c.

ALLUSIO ſolam verbi vocem, non etiam rei veritatem reſpicit. Alciat. l. tabernæ, de verb. ſig. Igitur probabilem potius, quam neceſſariam probationem parturire poteſt: veluti poſſeſſio, à ſedibus quaſi poſitio, l. 1. de acquir. poſſeſſ. bona ex eo, quod beant h. e. proſunt. l. bonorum appellatio. de verb. ſign. ſtipendium à ſtipe. l. ager. eod. tit. Tugurium, à tegendo, quaſi tegulatium, l. tugurij, de verb. ſign. pignus à pugno l. plebs, ibidem. Teſtamentum quaſi teſtatio mentis. Inſtit. de teſt am. in prin. quædam item nomina habent variam alluſionem, vt de furto in l. 1. ff. de furt. Prat. Confundunt interpretes noſtri, & pro eodem fere omnes ponunt Etymologiam & alluſionem: cum tamen inter ſe longe lateque differunt. Alluſio ad ſubſtantiam & veritatem rei, propriumque ejus ſignificatum (id quod etymologia facit) nullo modo reſpicit, ſed ad vocis tantum ſimilitudinem refertur. Quanquam ſi preſſius Latinæ linguæ proprietatem inſpectare velimus, contrarium ſignificet alluſio. Nam proprie & ſignificanter alludere dicimus, cum vnum proloquimur, alio latenter ſententiam referentes, vt cum Æneæ ludos narrans Virg. luſit ad Auguſti victoriam, qua contra Antonium potitus erat, inquiens;

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Quando autem ab alluſione argumentum ducere liceat, ſæpe deputatum eſt, tandemque concluſum, argumentationem bonam eſſe, cum & ea frequenter vtantur Iuriſconſul. vt cum dixerunt, mortuum appellari, quaſi de meo ſuum, l. 1. § appellata, ff. de re cred. Ioan. Coraſ Miſcell. lib. 3. c. 21.

ALLUVIO (acceſſionis naturalis ſpecies. Vult. comment. Inſt. de rer. diuiſ. §. 13. n. 53.) eſt appulſus fluminis ad ripam, quo paulatim alicujus fundo aliquid accedit latenter, id eſt, vt acceſſiſſe aliquid, animaduerti nequeat: id quod Iuſtinian. dicit, eſſe incrementum latens; quod tamen effectus potius eſt alluuionis, quam vt ſit alluuio ipſa. Quod per alluuionem agro tuo flumen adjecit, ait ICtus, id jure gentiũ tibi acquiritur. Quod ſi vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, & meo prædio adjecerit, hoc incrementũ cum non ſit latens, ſed protinus in ipſos oculos incurrens, palam eſſe ait Caius, eam partem tuam manere. Vult. ibi. ad §. 14. n. 18. Aliud enim inundatio eſt; qua ager vno impetu euidenter (non latenter) occupatur; & aliud alluuio Latens incrementum, eſt ita occulto ac lente progrediens, vt nemo intelligere poſſit, quoniam quoque temporis momento adjiciatur, §. præterea. Inſt. de rer. diuiſ. Alluuio quandoque etiam vocauit receſſus ſubſidentis fluminis, l. ergo, § alluuio. de acquir. rer. domin. Hoto.

ALLUVIONEM ac Circumluuionem Cicero 1. de Orat. ſeparat. De quo verbo nihil me aliud quicquam legere memini, præterquam apud Feſtum Pomp. lib. 3. qui circumluuionem jus eſſe prædiorum ſcribit. Briſſ. Hinc alluuius ager, quem paulatim fluuius in agrum reddit: id eſt, qui ex alluuione factus eſt: vt eſt in libro veriorum auct. de limitibus. Hotom

ALLUVIONE fit incerta poſſeſſio. Nam quod adjectum eſt, quandoque ad priorem dominum redit, vt ſcribit I. Frontinus lib. de limitibus agror. ex Impp. conſtitutione. Prat.

ALLUVIONI accedere, accreſcere, alluuionum acceſſio, alluuionis jus. Briſſ. ex ll. ff.

ALLUVIONES ſunt vel fluminum, vel maris, vel pluuiæ, aut diminutiones, aut tranſlationes locorum. Eluuiones ſunt foſſæ pluuia factæ, vide Per alluuionem. Spieg.

ALMA Feſto libro primo Sancta, ſiue pulchra, vel alens, ab alendo ſcilicet, pro pulchra aut clara & inclyta accipi putem in l. vnica, negot. ne milit. lib. 12. C. vt apud Vergil. Ser. teſte, Almus dies. Ecl. 8. Spieg.

ALODE, vel Alodum per vnum l. vel per geminum, item Alodium, vel Allodium dicitur proprium cujuſq; liberi hominis patrimonium: quod Romano more dicebant, Prædium cenſui cenſendo: vel prædium mancipi: vel quod jure Quiritium, aut quod mancipio & nexu tenebatur. Cicero de aruſp. reſponſ. Multæ ſunt domus in hac vrbe, atq; haud ſcio an pene cũctæ, jure optimo, ſed tamẽ jure priuato, jure hæreditario, jure autoritatis, jure mãcipij, nexi jure. Feudiſta li. 2. tit. 26. §. 2. Agnatis feudum, filia vero allodium eſſe aſſerentibus, 2. feud. 17. de paterno allodio: ſic in noſtro ſolo & allodio In lege Salica eſt tit. de allodiis. In lege Baioar. propriã allodem vendere: Aliqui alodem relinquere. In leg. Anglorum eſt titulus de alodibus. In Chron. Adonis, alodo roborata fidei firmitas. Rerum igitur duo genera barbarici Scriptores conſtituerunt: Allodia, quæ pleno patrimonij jure ſic tenebantur, vt eo nomine nulla neque gratia, neque merces, neque opera deberetur, & feuda, quæ beneficio alterius ſic tenebantur, vt eorum nomine, gratia & opera quædam deberetur. Galli (contrarium

F

Germani) Allodia vel Allodes eos demum fundos vocãt, pro quibus cenſus, ſiue penſitancula ſoluitur. Vnde fundi liberi allodij fieds de franc alleud, quorum nemo donator agnoſcitur: pro quib. nemini gratia debetur, & qui eo nomine immunes ſunt: quos more Romano dicebant, Optimo jure poſſideri.

ALAVDIVM Budæo à laudando: aliis ab *a* priuatiuo, & lodes, quaſi ſine lode, i. vaſallu, ſicut amens, quaſi ſine mente. Vtrumque rejicit Hoto. in lexic. feud. in voce Alode: vbi vide.

ALOGISTAS, vide Elogij munus. Spieg.

ALTER, ad vtrumque ſexum refertur, l. 3. §. alterius, de neg. geſt. in princ. Proprie tamen de duobus intelligitur, l. qui duos ff. de reb. dub. & ſimilibus locis. Vnde adnotarunt latius ſumi, in l. a. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. ſi reus, de duob. reis. Spieg.

ALTERA die, id eſt, poſtridie, Alterum diem, id eſt, biduum, vel ſecundum diem. Briſſ. ex ff.

ALTERA pars, pro contraria, 2. q. 3. §. aptandum, vid. Albericum.

ALTERI, pro alterius, ſicut vni, pro vnius. Briſſ. parerg.

ALTERSVA, pro alterius jus Briſſ. parerg.

ALTERCATIO, jurgatio, Feſt. lib. 1. quæ non ſolum inter reſpondentes erat, cum de re aliqua controuerterent. vt eſt in l. eum quidam. C. de neceſſ. ſeru. ſed etiam, inter cauſidicos, & aduocatos, de quibus Quintil. lib. 6. cap. 5. Prat.

ALTERCATIO igitur verbum juris eſt, & ſignificat M. Fabio diſputationes quæ in foro fiunt à cauſidicis. Prat.

ALTERNANS teſtis, qui ſubinde variat, & nunc vnum, nunc aliud dicit; qui & vacillans, h. e. parum ſibi conſentiens, dicitur. Ex Bud. Spieg.

ALTERNATIO proprie eſt per vices ſucceſſio: vt Feſtus ſcribit. ICti autem pro disjunctione vſurpant: cum dicitur illud aut illud l. 7. §. quod autem, ff. de injur. l. 2. §. 2. ff. quod cert. loc. vbi Vlp. loquitur de rerum alternatione, locorum alternationi admixta. Vſurpatur etiam improprie pro complexione, & ambarum rerum conjunctione Vlp. l. 9. de ſeru. corrupt. Qui cum extraneo agit, ſiue receperit, ſiue corruperit, agere poteſt: qui cum ſocio, ſine alternatione. Hoc eſt, Extraneus vtroque caſu tenetur: ſocius, hoc vno duntaxat, ſi corrupit. Horom.

ALTERNATIVA ſeu disjunctiua promiſſio eſt, cum duo vel plura ſub disjunctione promittuntur, cuius natura hæc eſt, vt vtrumque ſit in obligatione, quamvis ſolutione vnius à debitore facta, tollatur tota obligatio. Eſt autem diſtinguendum, an alternatiua promiſſio ſit de loco vbi ſoluendum eſt, an de re, quæ ſoluenda eſt: in Alternatiua promiſſione electionem eſſe promiſſoris, tritum quidem axioma, ſed non ſemper verum, non eſt verum de omni. Verum illud eſt in re ſoluenda, ſed in loco quo ſoluendum, falſum; quia ſi in debitoris arbitrium ſolutio quoad locum conferretur, iam ſemper alium eligeret locum, atque ita in poteſtate ipſius eſſet, debere vel non debere: quod eſt abſurdum.

ALTERNATIVA, ſeu disjunctiuæ orationis veritas, vno contenta eſt: ad eius veritatem ſufficit vnam eius partem eſſe veram. Si plura alternatiue ſeu disjunctim adſcripta ſint, vnum impleri ſufficit, vt conuentioni ſatisfactum videatur, Gœd. ad §. 1. n. 6. l. 28. & ad l. 53. n. 2. & 9. de verb. ſign. vbi limitationes vide.

ALTERNI dies. Alternis diebus, in l. 1. de aqua coti. & aliis in locis. Eſt autem elegantius quam Alternatis. Sic Alternis vicibus, quam alternatis vicibus, citius dicendum. Alternis abſolute, ac ſeorſum poſitum eſt poëticum. Spieg.

ALTERNIS diebus vſusfructus legatus, leg. vnica, ff. quan. dies vſusfruct. leg. Spieg.

ALTERNIS annis vti frui. vid. Julian. l. quoties. ff. de vſufr. Spieg.

ALTERNIS annis duobus ſimul legetur, an ſingulis alternis annis, multum refert, judicante Papiniano ad fin. l. 2. ff. quib. mod. vſusfruct. amit. Spieg.

ALTERNVM amicitiæ fœdus, eſt mutuum fœdus, & ita inter cætera ſignificata alternum accipi obſeruauit Turneb. lib. aduerſ. cap. 13. ſic poëta dixit.

Vix hoſtem alterni ſi congrediamur habemus:

id eſt, ſecundus quiſque.

ALTERVM tantum, id eſt, aliud tantumdem, tantumdẽ amplius. Julianus l. 13. ff. de lib. & poſthu. Ita enim ſecundum voluntatem teſtantis filius altero tanto amplius habebit, quam vxor: item vxor altero tanto amplius, quam filia. Paul. l. 9. §. 5. ff. de pub. Quod illicite publice priuatimque exactum eſt, cũ altero tanto paſſis injuriam exoluitur. Plautus etiam Tribus tantis dixit, in Trinummo: Tantum aliud, eod. ſenſu, l. 7. de jur. fiſc.

De ALTERVTRO edictum, cujus fit mentio in l. vlt. C. Theod. de teſtam. vide Edictum, de alterutro.

ALTIVS & verius ad rem reſpicere l. 21. poſt princ. Cod. de furt. Altum, & quod ſurſum, & quod deorſum.

ALTIVS tollere, ſeruitus eſt prædiis inhærens, §. prædiorum. Inſtit. de ſeruit. quæ tam vrbanorum quam ruſticorum prædiorum eſt, Prat.

ALTIVS tollendi jus duplici ratione competere poteſt, jure ſcilicet naturali, & jure ſeruitutis. Iure naturali licet vnicuique ædificare, tollereque etiam in infinitum, l. altius, C. de ſeruit. & aq. leg. cujus, ff. de ſeru. vrb. præd. modo tamen forma & ſtatus antiquorum ædificiorũ cuſtodiatur, l. qui luminibus, de ſeru. vrb. præd. & legitimum ſpatium à vicina inſula intermittatur, l. ſi. fin. regun. l. Impp. de ſeru. vrban. Iſto modo actio, de jure altius tollendi non erit confeſſoria, ſed negatoria. Sed interdum licet altius tollere jure ſeruitutis, id tunc euenit cum certa forma ædificiorum præſtituta, ſupra quam altius tollere non licet. Si jam vicinus mihi conceſſerit jus altius tollendi, ſeruitus erit: nam vicinus cogitur pati, Et iſto caſu actio erit confeſſoria, per quam mihi ſeruitutem deberi intendo, & altius tollere poſſe, ſupra veterem formam, & non habita ratione definiti à lege ſpatij, non quidem jure libertatis, ſed impoſitæ ſeruitutis, l. 1. de ſeru. vrb. præd. l. qui luminibus, ff. eod. de hoc latius Cortaſ. lib. 3. Miſcell. c. 24. & l. 1. ff. de ſeru. Conn. lib. 4. c. 10 n. 20 Vide & omnino Old. Claſſ. 3. action. 4. & Vulr. comment. Inſt. de action. ad §. æque. 2. nu. 29. ac ſeqq. Cæterum altius non tollere, & proſpectui non officere, differunt, l. ædificia de ſeruit. vrban. altius. Cod. de ſeruit. Cortaſ. ad rubr. de ſeru. nu. 27. in verb. ne luminibus officiatur.

ALVAROTVS ICtus, Patauij natus, leges ibidem publice interpretatus eſt, nonnullisq; commentariis relictis, prope ſeptuagenarius circiter annum 1453. vita exceſſit. Hot. in prætermiſſ.

ALVEVS fluminis, eſt vallis, ſiue foſſa, ſeu conceptaculum, & locus, per quem fluuius labitur dum intra ripas notas currit. Nam cum euagatur alueum tranſcendit ff. de acquir. rer. domin. l. adeo. Alias alueus eſt apum receptaculum, in quo mellificant; vt in eod. tit. leg. naturalem & § apium, 14 inſtit. de rer. diuiſion Antea quam apes, inquit, in alueo à nobis concludantur. Nebr. Eſt & alueus tabula in qua teſſeris ſiue taxillis luditur, vt apud Plin. tranſtulit alueum cum teſſeris luſorium, quo ſenſu Alueolum pro tabula luſoria dixit Feſtus lib. 1. Prat. Vſurpatur etiam pro nauigio rudi & quocunque modo confecto, vt apud Liuium lib. 5. vt docet Gyraldus de nauigiis: quorum ſententia confirmatur autoritate Propertij dicentis,

Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina?
Portabat ſanctos alueus iſte viros.

Alueoli autem Iuuenali ſunt lances & paropſides, cum inquit,

Cuius & alueolos & lanam pignerat Atreus.

de quo Turneb. lib. aduerſ. 14. c. 4.

ALVEO priore derelicto, ſi fluuius alium ſibi facit; ager, quem circumit, prioris domini manet. l. 1. C. de alluuion.

ALVMNVS, & alumna, dicuntur, qui, quæve ab aliquo alitur, leg. codicillis §. qui Semproniam. de vſu & vſufru. leg. & cad. l. Inſt. quib. ex cauſ. man. non licet. l. 1. C. de pact. conuent. & l. 1. Cod. quæ res pign. oblig. vbi Accurſio non conſtat ſatis, quo ſenſu accipi illud debeat, an de eo, qui alitur eſt, aut de eo qui alit (quo etiam ſignificatu accipi putat Nonius à L. Valla reprehenſus) aut de filio concubinæ. Sane per tranſlationem eos accipimus, quos victu, diſciplina aut moribus alumus. Exempla lectoribus ſæpius ſunt obuia. Prat. vſque adeo autem antiquitas alumnis tribuit, vt alumnos pro filiis vſurparet, vt Nonius Marcellus declarat, & lib. 6. Æneidos; quod & indicat lex, ſiquis alumnum. C. de inceſt. nupt. ibi: loco filiæ.

ALYTARCHA, vel Alytarches, vt ait Etymolog. [illegible] Cujac. 5. obſeru. 13. ex Phauorino oſtendit, Alytarcham ſacerdotem in Syria fuiſſe, ſic dictum, quod ludis qui fiunt, in honorem deorum τοῖς ἀλύταις, id eſt, maſtigophoris præſit.

ALYTARCHIA, ſacerdotium ipſum: munus ad editionem ludorum pertinens in Syria, l. 1. C. de offic. com. orient. quam Cujac. d. loco belle emendauit.

A M.

AM Feſto lib. 1. loquelaris præpoſitio, ſignificat circum.

AMANDARE Ciceroni eſt id quod generaliter dicitur reparare aut ſummouere, vid in l. 3. C. de apoſtat.

AMANVENSES ſerui ſunt à manu, qui excipiunt & ſcribunt, Prat. vid. ſupra A manu.

AMARE plus eſt quam diligere, Ciceroni ad Brutum, de Amicitia, & ad Dolabellam. Tantum ad priſtinum acceſſit amorem, vt mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe.

AMARVM quid in creditoribus conſequi, l. 2. C. de præt. pignor.

AMASIA, eſt metropolis Helenoponti, Gothofr. ad Nou. 28. cap. 5. Hinc

AMASINI populi, Gothofr. ad leg. 11. C. de agric. & cenſit.

AMATA dicitur omnis virgo, quæ à Pontifice Maximo capitur, vt Veſtalis fiat: quoniam quæ primum capta eſt, hoc fuiſſe nomine refert Gellius lib. 1. cap. 12 Hot. Prat.

AMATOR, qui meretricibus ſe deuouit, venereoſque amplexus amat, qui adulteriis, ſtupriſque gaudet: Sic accipitur in leg. 2. §. is quoque de ſeru. corrupt. Hinc Cicero lib. 4 Tuſcul. aliud eſt inquit, amatorem eſſe, aliud amicum. Prat. Amator aſtempus: amicus perpetuo amat: amator fingere poteſt: amans & amicus vere amat Donat.

AMATORIVM poculum, eſt venenũ pharmacumve ad adjiciendum amorem accommodatum, Tranquillus amatorium medicamentum appellat in Calig. cap. 1. Amatorium nullo alio adjuncto vocant. Quintil. lib. 7 inſtit. c. 3. & 8. & declamat. 385. & Plin.

& Plin.lib.25.cap.vlt. & lib.27.cap.8.Plutarch.in ſalubr. præcept. φίλτρα καὶ γοητείας vocat, vt & Conſtantinus lib.vlt. Epit. Horatius in Epodis modo amoris, modo deſiderij poculum vocat. Cui contraria odij potio fingitur à Quintiliano declamatio.14.Briſſ.

Ἀμφιδέος, vel earucharius, l.13.in princ.ff.locat.

AMBACTVS ſeruus,i.circumactus: ἀμφίφορος, qui huc & illuc diſcurſat.vt operas locet, Gothofr. ad l.38.de acquir. rer. domin. vocatur & mercenarius. Ambacti vero, de quibus Cæſar com 6.erant apud Gallos, qui ſe nobilibus in ſeruiturem dicarent, quod circum illos acti eſſent. Turneb. aduerſ.lib.14.cap. 12.teſtatur inueniri in lexico quodam Græco, Ambactus, δοῦλος μισθωτὸς ἐλεύθερος. Connan.lib.2.c.9 num.6.

AMBAGES ablatiuum à verbo Ambio profectum, Varroni lib. 6. de ling. lat. Plinius abſque veterum exemplo, pro multiplici errore & ambiguitate vſurpat. Nam apud veteres has duas voces tantum legi, ambages & ambagibus, ſunt qui annotauerunt, Spieg. Ambages, verba fruſtratoria.

AMBAGES ea voce vſus eſt Iuſtin.in l. fi. §. tales itaque, C. de furt. l.14.§.1.C.de compenſat.l.4.§.6.C.de recept.arbitr.

AMBAGERE veteribus erat, id eſt, miſſo veteri ordine. Got.ad l.4.C.de interdict.

AMBARVALES hoſtiæ, quæ pro arvis à duobus fratribus ſacrificabantur.

AMBARVALIS hoſtia, quæ circum arua ducitur, Goth.ad l.38.§. 1.de acquir. rer.domin.

AMBVRBIALES hoſtiæ, quæ circum terminos vrbis, Romæ ducebantur.Pomp.

AMBASIATORES pro Legatis vulgo dicuntur, & barbare. Bald. in l.ſi cui.verſ.plane,l.non vel.ff.quib.ex cau.major.25 exiſtimat hos priuatam ſuam vtilitatem procurare poſſe in legatione.Spieg. (ad d.§.1.

AMBEDO eſt circumedo.Plaut. vxoris ſuæ dotem ambedit.Goth.

AMBESTRIX Ammian 29.

AMBIGERE, inter alia & litigare ſeu conuertere eſt. Terent. Heaut.Vicini noſtri hic ambigunt de finibus.Cicer.Verrin.4. Illius hæreditatis de qua ambigebatur Spieg. Porro verbum ambigo à circum agendo dictum videtur. Id enim ſyllaba, Am, apud veteres ſignificabat, vt apud Catonem (vt ferunt) Am terminum. Vnde amplector, & ambio. Id enim verius puto, quam vt ab eo deductum credas quod ambas in partes agatur: vt Feſtus putat. Ambigi non poteſt, id eſt, quæri, dubitari. Briſſ. Recte ac diſtincte loquentibus, is dubitat, qui neſcit & animo hæret, incertus, quid dicat, ſentiat, aut faciat. Ambigit autem, qui dubium vult videri, & controuerſiam facit. Vel ambiguum eſt, vbi opinionum conflictus, & jura videntur varia, c.1 de judic. Vnde Terent in ἑαυτὸν τιμωρ.: Simus & Crito vicini noſtri hic ambigunt de finibus, me cœpere arbitrum. Denique is diſputat, qui prope deſperatis ambigit, qui bona cum ſpe contendit. Certum eſt tamen, hanc differentiam ſæpe confundi. Curtius lib.3 conjectural.c. 22. At Fortunatianus, inter Ambiguum & obſcurum illud intereſſe docet: quod in ambiguo plura apparent, ac ſe oſtendunt, quorum quid potius accipiendum ſit, ignoratur: in obſcuro autem, aut nihil, aut parum, quid attendamus, apparet. Sed vbi parum eſt, quod apparet, obſcurum eſt ambiguo ſimile, veluti ſi quis excipiatur aliquo triuio, vbi denſitate nebulæ, nihil viarum quod eſt, eluceſcat. Ergo à pergendo prima obſcuritate tenetur. At vbi aliquantulum rareſcere nebulæ cœperint, videtur aliquid, quod vtrum via ſit, incertum eſt; & hoc eſt obſcurum, ambiguo ſimile. Diluceſcente autem cœlo quantum ſatis eſt, jam omnium viarum deductio clara eſt: ſed qua ſit pergendum, non obſcuritate, ſed ambiguitate dubitatur. Quare obſcurum, Spied. vide etiam Gellium lib. 12.c.12. Alciat. in l.Nepos Proculo.de verb.ſign.

AMBIGVA res quæ ſit, notatur extr.c.petitio. de procur. Alber.

AMBIGVITAS (quæ Fabio 3.Inſt. Orat. ἀμφιβολία dicitur) eſt res dubia & incerta: Quando dubitamus, vtrum hoc vel illo ſenſu accipi debeat; vt colligitur ex l.21.de reb dub.Prat.

AMBIGVA teſtatoris voluntas. Ambigui juris: Ambiguitatem antiqui juris decidere. Ambiguum chirographum. Ambiguum pactum. In Ambiguum venire. Ambiguitates ridiculoſæ: Spatſim in ff. & C.leguntur. Ambiguitates & ambages interdum in ff.& C.conjunguntur.

AMBIGVITAS nonnullis diſtinguitur eſſe aut Nominis) quæ minus docte Æquiuocatio dicitur) aut Rei. Aliis diſtinguitur eſſe, aut juris, aut facti aut perſonæ, not.53.diſtinct.c.ſi. ſecundum Ioan Andr.in proœmio Clement. ſuper verbo, Ambiguitatis: Nebriſſ.Old.Reboff.Alber. Fabius 7.c.10. innumerat pene Ambiguitatis ſpecies recenſet. At juxta Fortunatian. quinque illa modis fit. Primo per diſcretum & indiſcretum, vt Meretrices ſi ancillas habuerint, publicæ ſunt. Meretrices habent ancillas. Quæſtio eſt, quæ debeant publicari? meretrices, an ancillæ earum, an vtræque? Secundo per homonymiam, vt, Legauit teſtamento illicum ſuo amico, hæres affert vas vitreum, ille petit argenteum. Tertio per diſtinctionem, vt, Quidam duos amicos habebat, alterū nomine Mileſium, alterum Leſium: teſtamento ita cauit: Amicus meus hæres eſto Mileſi. Contendunt de hæreditate Leſius & Mileſius. Quarto per abundantiam; vt, Meretrix aurata veſte ne vtatur: ſi vſa fuerit, publicetur. Meretrix aurea veſte vſa eſt. Quæſtio eſt, quæ debeat publicari: ipſa, an veſtis ejus? Tolle ne vtatur, legemque ita pone: Meretrix aurata veſte ſi vſa fuerit, publicetur, incipiet publicatio ad meretrices pertinere. Quinto per deficientiam: vt teſtamento ita cauit. Ab hærede meo dari volo amico meo decem vaſa argentea quæ elegerit. Quæſtio eſt, quis debeat eligere. Ex Fortunatiano Spieg Schard.

AMBIGVVM, ſiue obſcurū quib.modis perſpicuum fiat, ex Rhet. Cicer.docet Salom.in l.omnes populi, ff de juſt.& jur. Spieg.

In AMBIGVO ſermone non vtrumque dicimus, ſed id duntaxat, quod volumus. Vnde colligitur, qui ambiguum loquitur, vnum dicere, & id ſolum, quod ſentit: quamvis ambiguum plura ſignificet. Vnde regula eſt. Quod in ambiguis, ejus quā ſcripſit, ſententiam ſpectemus.

AMBIGVA intentione, vel oratione ſi quis vſus ſit, id quod vtilius ei eſt, accipiendū eſt: Vlp.au, l.ſi quis intētione, ff.de judi Spie.

AMBIGVA oratio in actionibus, exceptionibus, &c. ita accipē debet, quo res de qua agitur, magis valeat, quam pereat, l.quoties, 2. ff.de rebus dubiis. (teſt, Prat.

AMBIGVVM dicitur Feſto lib. 1. quod in ambas agi partes po-

In AMBIGVI ſermonis interpretatione non ſolis inhærendū eſt verbis, & ei quod diſerte dictum, ſed illi etiam quod actū eſt, vel moribus ejus regionis obſeruatur. Secundo ſi neq; ex his, quæ dicta, neq; ex iis, quæ acta geſtaq; ſunt, atque adeo etiam nec ex morib. regionis appareat, quid is cujus verba ſunt ambigua voluerit, tandem ad conjecturam jure inuentā & roboratam deueniendum, & id quod minus incommodum & iniquum, h.e. minus contra honeſtatem, pietatem, rationem, verecundiam, dignitatem & exiſtimationem, vtilitatem & æquitatem publicam & priuatam eſſe deprehenditur, admittendum Hæc Gœdd.ad l.125.n.1.de verb ſign. Alias obſcuritas & ambiguitas promiſſionis, nocere debet illi, qui re integra apertius dicere potuiſſet: Sic tamen, vt in obſcuris ſemper quod minimum (minus damnoſum, difficile, probroſum, iniquum) eſt, ſequamur, vide ibidem totam num. 1.2.3.

AMBIGVITAS impersonalis verbi in ſtipulatione per præcedentem interrogationem declaratur: vt promittendi reus videatur αἰτοῦντι, id eſt, ad rogatum, reſpondiſſe. Vnde Alciato valet hæc ſtipulatio. Promittis mihi centum? Promittuntur: tametſi frequentius traditum eſt, non valere. Lege cap. 18. ſecundi parerg. Alciat Spieg.

AMBITIO eſt ipſa ambientis actio, Feſto lib.1. Eſt autem ambire, vt notam ſignificationem prætereuolitem, honores, & magiſtratum quærere: qui enim reos Romæ quærebant populum ambire. id eſt, circumire ſolebant candidati, vt Varro lib.4. de ling.lat.ſcribit.

AMBITIO in magiſtratu, eſt vitioſa emerendi fauoris aut vanæ laudis cupiditas ſine largitione pecuniaria.Old.

AMBITIO, ait Hotom. plerumque ſtudium conciliandæ gratiæ ſignificat.

AMBITIO in l.vtdu.C. de exerc.rei.jud.vt & Verr. 2. & epiſt.1. Cic.ad Q.frat.gratiā, fauorē, ἀξιγνώμονα ſignificat Prat. Hot.

AMBITIOSA, ſunt ad gratiam compoſita, κολακικά. Gothofr. ad Nou.13.cap.2.

AMBITIOSA decreta Iuriſconſultis per gratiam fauoremque expreſſa, elicita & conceſſa l.ambitioſa, 4. de decr. ab ord. faciend.3.de minor.l.ſeruo,§.cum Prætor.ad Trebell.Prat.

AMBITIOSA diligentia, pro nimis anxia & inuſitata & in vſu remiſſa. Vlp.l.ſi bene collocatæ, de vſuris.Prat. Non ambitioſa diligentia (ait Briſſ.) quæ nil fuci & oſtentationis habet.

AMBITIOSÆ amicitiæ, quæ plurimum oſtentationis, nihil aut parum rei habent, eujuſmodi nunc ſunt inter aulicos.Spieg.

AMBITIOSE jubere, remittere. Briſſ. Gothofr. id eſt gratioſe & fauorabiliter: & eodem ſenſu ambitioſe factam tranſactionem dixere. Impp.Prat.

AMBITVS, iter quod circumeundo teritur, nam Ambitus eſt circuitus, ab eo duodecim tabularum interpretes ambitum parietis circuitum eſſe deſcribunt. Hæc Varro lib 4. Feſtus autem ſic: Ambitus proprie dicitur circuitus ædificiorum, patens in latitudinem pedes duos & ſemiſſem: in longitudinem idem quod ædificium: vt ita Ambitus ex Feſto proprie ſit inter vicinorum ædificia locus duorum pedum ac ſemipedis, ad circumeundi facultatem relictus. Quod & Cicero in Topicis ſenſiſſe videtur. Hinc

AMBITVS honoris dici cœptus eſt (inquit Feſtus) à circumeundo ſupplicandoque. Eſt igitur ambire, ſupplicare. Ambibant autem Romani aut captatores populi ſuffragia, aut judicum implorantes miſericordiam: Indeque tam hi qui fauorem & gratiam judicum, quam illi qui magiſtratum captabant, appellari ſolent ambitioſi. Rauardus lib.5.var.c.6.

AMBITVS ab ambitione diſtat, quod ambitus in actu eſt, ambitio vero in animo, Ambitione peccat, qui præter modū cupit

honores : & dicitur Ambitioſus. Ambitum vero committit, qui largitionibus magiſtratum conſequitur.

AMBITVS In jure eſt crimen adfectati honoris. Quomodo accipitur ff. & C. Sæpius. n. qui vera virtutis via ad honorẽ aſpirare non poteſt, ambitione cõtendit, quę multos mortales falſos fieri coëgit, quã ob cauſam & quia ambitione peccat, qui præter modum cupit honores, merito latæ ſunt leges ad ambitum puniendum: qualis eſt lex Iulia de ambitu à Iulio Cæſare lata, & lex Calphurnia, à C. Calphurnio Piſone ſuo conſulatu lata, quib. præter alias pœnas pecuniaria etiã pœna adjecta eſt. Vnde qui in municipio contra hanc legem magiſtratũ, aut ſacerdotium petebat, cum infamia in 100. aureis per SC. puniebatur. Et per legem Iuliam judiciariam, aureos 100. reus, vel accuſator domum judicis ingreſſus, fiſco inferre jubebatur, quia & in legem ambitus committebat. Sed quod Accurſius ſcrupulum injicit, quaſi lex ambitus vetuerit honores & magiſtratus peti, falſum id eſſe dignoſci poteſt: cum legem ambitus eos tantum tenuiſſe conſtet, qui per pecuniã aut malis artibus inuadere magiſtratus, & ad pop. Rom. honores obrepere conati eſſent, vt docet Alexander ab Alexandro, apparetque ex lib. Q. Ciceг. ad M. fratrem, qui inſcribitur de petitione conſulatus. Prehenſationes vero & blandam petitionũ rationem minime vnquam lex illa ſubſtulit. Hodie etiam hoc ſenſu accipi debet c. 1. ad l. Iul. de ambitu. Nam in municipiis & ciuitatibus cæteris, excepta vrbe Roma, ſententia ejus legis etiam nunc viget, & vtilis interpretatio eſſe poteſt, quod & docte annotauit Ant. Vacca. Lex Iulia de ambitu a Cæſare Auguſto appellata eſt, tametſi ex Ciceronis pro Muræna, & Plutar. in vita Catonis ſatis conſtet eam legem ante Auguſti tempora in vſu fuiſſe; ſed ab Auguſto repetita, nomen ipſius adſumpſit. Eſt autem ambitus ſuffragiorum pecunia data corruptio. Ambire vero eſt honores & magiſtratus quærere; quod per ſe erat licitum. ſed non is modus quærendi, qui fiebat per pecuniam, corrumpendo priuatim ſuffragia probabatur. Hic modus lege Iulia de ambitu coercetur, qui Ambitũ ponit in vitio. Ideoque ea lege tenebantur, qui pop. Rom. ſuffragia in magiſtratu dando coëmebant. Primitus enim à populo magiſtratus ſolenni more petebantur, ac tribuum ſuffragiis mandabantur. Sed cum ad curam Principis magiſtratuum creatio nunc pertineat, non ad fauorem populi: quippe omni belli & pacis jure à populo in Principem, i. Imperatorem tranſlato; recte ſcripſit Modeſt. hanc legem hodie in vrbe ceſſare, leg. vnica, in pr. ff. eod. Ad exemplum tamen legis Iuliæ SC. quoddam factum eſt, vt ambitus crimen in municipiis illis, in quibus duumviri & Sacerdotes Prouinciarum creantur decreto populi vel Curiæ, item Epiſcopi, & Preſbyteri, committi intelligatur, l. 1. §. 1. ff. eo. itemque vt is ambitum committat, qui nouum vectigal inſtituerit, d. l. 1. § 3. & ſimiliter, ſi quis reus vel accuſator domum judicis cognoſcentis de criminali cauſa, ingrediatur, aucupandæ vel colligẽdæ gratiæ cauſa, d. l. 1. in fi. quemadmodum & quarto illo caſu, de quo eſt conſtitutio Arcadij & Honorij in l. vnica, C. eod. Committitne hoc crimen ab adminiſtratorib. officiorum, qui antequam rationes adminiſtrationis ſuæ reddiderint, eadem officia repetunt & continuant, quos caſus expreſſit Cujac. in para. C. eod. & 6. obſeru. 34. quibus ex jure Canonico accedit tertius, qui peculiari nomine Simonia dicitur à Simone Mago, cui Petrus maledixit, quod ab apoſtolis Spiritus S. gratiam pecunia emere voluiſſet, cap. quidam 24. quæſt. 3. quod ſicut ambitus ciuile, ita ipſum eſt crimen Eccleſiaſticum. Pœna ambitus eſt deportatio, l. ſi quis 38. in fi. ff. de pœn. interdum pecuniaria aureorum centum, leg. vnica, ff. eod. grauior etiam, ſi publica vis acceſſiſſet. Vult. comment. Inſtit. de pub. judi. §. fin. nu. 53. ac ſeqq.

AMBOS feciſſe dicimus, ſi duo ſimul & conjunctim aliquid fecerint, vt, ambo ſibi ſepulchrum conſtituerunt: h. e. vnum ſepulchrum commune, vide infrà vterque. Spieg.

AMBRECAS regulæ, ſiue (vt quidam legunt) regulæ ſunt quæ tranſuerſæ, aſſeribus, & tegulis ſuperponuntur. Cæterũ doctiſſ. Turneb. lib. 24. aduerſ. c. 12. Regulas legendum cenſet non tegulas, idq; Francorum lingua comprobat, quæ articulo addito tabellas quibus lacunaria texuntur, aut ædes obducuntur, lambrices vocat, quod cũ ſit, lambricari pro ambricari dicit.

AMBVBAIÆ, Ioſephus Scaliger in Copam notat, vocem eſſe Syriacam, qua αὐλητρὶς & Syriſca intelligitur. Ambubaiæ vox non ſignificat eos qui circum Baiasſunt, vide Gothofr. ad l. 38. ff. de acquir. rer. domin.

AMBVLACRA Feſto ſunt ambulationes. Prat.

AMBVLARE aliud eſt quam ire. Briſſ. Ambulare incipiunt infantes, inambulant ætate pleni. Corn. Fronto.

AMBVLARE dicitur is, qui ſpacia facit, & in ſua veſtigia reflectit. It, qui porro & vlterius pergit. Quo fit vt in definitione Itineris hæc ſeparentur, l. 1. de ſeruit. ruſt. prædio. Briſſ.

AMBVLARE cum telo. Ambulare per leguminum tramitem. Sparſim in C. Ambulare æquis paſſibus, id eſt, ejuſdem juris eſſe. l. 20. verſ. ſimplices, C. de donat. ante nupt.

AMBVLARE ſæpe à ICtis ad ipſas res ἐξ ὑπομνημάτων transfertur. Curtius lib. 3. conjectur. c. 18. Transfertur enim ad ea, quæ jure conſiſtunt, & incorporalia ſunt. Nam ambulat bonorum poſſeſſio. l. 1. §. fin. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. id eſt, comes eſt: & ambulare dicuntur actiones, leg. tutelas ff. de cap. minu. & poſſeſſio ambulare dicitur, l. 18. §. perinde, ff. de hæred. pet. id eſt, tranſire in aliquos. Prat. Ambulare dicitur obligatio cum cap. l. 7. de cap. minut. Briſſ. Hotom.

AMBVLARE quoque dicitur ſtipulatio, l. ſed & ſi, §. operas, ff. de vſufruct. & Ambulat emptio, i. tranſit, l. ſed vbi 15. ff. de mino.

AMBVLARE igitur à corporis progreſſu ad animum porrigitur, accipiturque pro, non in vno ſtatu permanere, & mutari. Vnde dici ſolet ambulatoria teſtatoris voluntas, quæ ſubinde in varias progreditur ſententias, & mutatur vſq; ad mortem, l. 4. ff. de adim. legat. Prat. Sic ambulat, quod per multos tranſit, eunt & Briſſ.

AMBVLATORIA actio, h. e. variabilis à perſona in perſonã. Iuſtinia. in l. fi. in priuc. Ambulatoria furti actio. l. vlt. C. de furt.

AMBVLATORIA poteſtas. Erit ergo poteſtas legis ambulatoria, h. e. mutabilis ad permittendam alienationem. Paul. l. eſſe ergo. de fund. dotal. Prat.

AMBVLATORIA res Iuriſconſultis dicitur ea, quę non ſubſiſtit in vno aliquo, ſed longius profertur. Bald. in comment. ſuper tit. de condit.

AMBVLATORIAS conditionem Papin. in l. ſeruus, 34. de ſtat. liber. appellat eam quæ non in vnius tantum, ſed etiam in plurium hæredum perſona recte impleri poteſt. Prat. Hot.

AMBVLARIS curſus in l. 22. C. de curſ. public. lib. 2. quidam legunt Clabularis, vide Cujac. ad l. 22.

AMBVSTVM, id eſt, circumuſtum, Feſto lib. 27. Gothofr. ad l. 38. de acquir. rer. domin.

AMANTAS inſignitæ proceritatis homines cenſeri, adeo vulgatum eſt, vt Eraſmus in diuerbium abiiſſe referat, Amens qui longus. Philomdes certe Melitenſis prægrandi corpore, inſulſus & indoctus eſt habitus. Coraſ. 3. Miſcell. c. 18. nu. 14.

Ἀμέσως, protinus. Gothofr. ad l. 7. C. de teſtam. tutel.

Ἀμεταμέλητα, dona Dei. Gothofr. ad Nou. 81. c. 2.

AMATHYSTI in l. cum aurum, 19. § gemmæ, 17. de aur. argent. Gemmæ ſunt purpureæ, permixto violaceo colore, leniter quaſdam flammulas fundentes. Cauſa autem nominis hujus eſt, quod ſit in purpura illius quiddam non ex toto igneum, ſed vini coloris habens, vt Plin. lib. 37. cap. 9. & Iſidor. lib. 16. Etymol. c. 9. ſcribunt. Briſſ. in prætermiſſ.

AMFITAPA: vide infra Amphitapa.

AMFRACTVM, autore Varron. lib. 6. ling. lat. ab origine flexum duplici; dictum ab ambitu & frangendo, ab eo leges jubent in directo pedum octo eſſe, in amfracto, id eſt, flexu, ſedecim. vide infrà. Amfractus. (poſit.

AMICA miſericordiæ voluntas eſt Goth. ad l. 2. C. de infant. ex-

AMICA, concubina, pellex, idem ſignificant Maſſurio apud Paul. l. 144 de verb. ſign. ſignificant autem eam, quæ cum vxor non ſit, cum aliquo viuit. Hanc Græci ἑταίραν appellant. Prat.

AMICA nomen generale eſt, omnem fœminam amantem comprehendens, ſeu lege ac moribus approbantibus, ſeu improbantibus, amet. Itaque amicæ nomen etiam in bonam partem ſumitur. Et in genere, Amica genus eſt ſponſæ, conjugis, concubinæ, pellicis, focariæ, meretricis. Gœd. ad l. 144. num. 3. de verb. ſign.

AMICABILIS affectio, compoſitio, conuentio, tranſactio: Sparſim in C. & ff. (præpoſita.

AMICALES affectio, l. 10. § ſi quis mandat. & in epiſt. pandect.

AMICVS animi eſt: Amator corporis. Donat.

AMICVS verus non eſt ex leui notitia vel ſodalitio compotationis, confabulationis, ſcortationis, furti, fœnoris. Sed mutua virtute ac fide conciliatus: cui tantundem credis quantum tibi, ait Senec. lib. 1. Epiſt. 3. Amici veri, inter quos arctiſſima pietas & charitas: ſumma familiaritatis honeſtæ notitia: cum alter alterum pietatis prope amore & affectione complectitur, vide l. 223 §. amicos, & ibi Gœd. de verb. ſign. Inter leues ergo ac ſceleratos homines non eſt amicitia: quia pietate caret, & quia fide: Inter turpes, & in re turpi, fruſtra fidam quærimus; fruſtra conſtantem æquitatem & juſtitiam inter iniquos & injuſtos. Amicus autem & conſanguineus pari fere jure cenſentur, vid. Gœd. d. loc. Generalius accipi videtur amicus in l. tutor. C. de neg. geſt. Prat.

AMICVM ferentarium. Varro interpretatur, qui inania, & ſine fructu ſit. Plautus tamen eum dixiſſe videtur, qui auxilio & ſubſidio futurus ſit, vt annotauit Turneb. lib. 23 aduerſ. cap. 16. Hoc obiter nota, Iuriſconſultos ab Imperatore vocari amicos, quomodo & Rex Francorum omnes ſuos conſiliarios appellat fideles & amicos Connan. 1. cap. 16. n. 7.

AMICTVM, id eſt, circumjectum, vide Cujac. 10. obſeru. 17. Goth. ad l. 25. §. 2. de aur. argent. mundo.

AMINAVM vinum, idem quod Falernum (id eſt, optimum) nam Aminei fuerant, vbi nunc Falernum eſt: inquit Macrob. lib. Satur. 3. c. vlt. Ejus mentio ſit in vlt. § ff. de tritic. vin. & ol. vbi tamen Alciat. ἀμμαῖον reponit: à quo vehementer diſſentio.

AMINEVS autem ſine diphthongo legendum eſſe, ex Auſonij verſu Beroaldus in Columellam demonſtrat: Solus qui Chium miſcet & Amineum, Hor. Seruius autem in illud Georgic. II. *Sunt etiam Amineæ vites firmiſſima vina.*

Amineum vinum dictum eſt, quaſi ſine minio: nam album eſt. Quod vero Amineum, Cæcubum & Falernum ſynonyma ſint, teſtatur Galenus in 6. Demaridon, in lib. de vinis: lib. de Euchymia. Nebriſſ.

AMISISSE rem videtur, qui aduerſus nullum ejus perſequendæ actionem habet, l. 14. in fin. de verb. ſign. Amittere rem non videntur, quibus ea propria non fuit l. 83. de diuerſ. regul. Non eo tamen minus periculo eorũ amitti poteſt: in damnis autem ex leg. Aquilia æſtimandis amiſiſſe dicimur, quod aut conſequi non potuimus, aut erogare cogimur, l. 33 ff. ad leg. Aquil. In edicto vero vi bonorum raptorum. Amiſſa dicuntur & ea quæ corrupta alicui relinquuntur, ſciſſa forte vel fracta, l. 4. §. loquitur, ff. vi bonor. rapt. Alibi traditur, amiſſum non intelligi quod alteri ablatum non ſit. l. 20. ff. ex quib. cauſ. major. Briſſ.

AMISSVM, id eſt, non quæſitum l. vbi Gothofr. Cod. de adminiſtr. tut. l. 7. C. arbitr. tutel.

AMISSIO, quia in ſe ſe eſt priuatio, non admittit probationem, niſi per quod contigerit aliquod factum, oſtendatur, vide Oldend. Action. 8. Claſſ. 1. Spieg.

AMISSIO animæ, ordinis, dignitatis. Briſſ. ex ff. & C.

AMISSIONE ciuitatis, fit capitis deminutio, vt in aquæ & ignis interdictione, l. amiſſione de capite minutis. Prat.

AMISSVS vir in l. 2. C. quando mulier, tutel. id eſt, mortuus.

AMITTERE mox. infr.

AMITA patris ſoror appellatur. Caius lib. 2. Inſtit. tit. 8. Amita magna eſt aui paterni ſoror, l. 1. §. 4. tit. vlt. §. 5. ff. de gradib. Amita major eſt proaui ſoror; patris vel matris Amita magna: & ut Feſtus lib. 12. ſcribit, aut & auiæ amita, quæ & proamita appellatur, l. 1. §. vlt. l. vlt. §. 7. ff. de gradib. Amita maxima, abaui ſoror patris vel matris amita major. dict. l. vlt § 6. quæ abamita dicitur in l. 3. & in l. vlt. §. 7. eod. tit. Atauis vero ſoror proprio nomine caret. d. §. 7.

AMITINI, Amitinæ, qui quæve ex fratre aut ſorore propagantur, l. 1. §. 4. & l. vlt. §. eodem gradu ff. de gradib. l. 5. C. commun. de ſucceſſ. & vt Nonius Marcell. definit, fratrum maris & fœminæ filij, vel vt Paul. lib 4 Sent. tit. 11. Amitæ filius, filia. Poſſunt tamen & hi confuſis appellationibus inter ſe conſobrini appellari. Igitur non male Dona. in Terent. cum inquit, de fratre natus eſt alter, & alter ex ſorore, conſobrini; cum ex fratribus patrueles dicuntur. Prat. Briſſ.

Ἄμεγοι dicuntur innuptæ & connubij expertes, vt teſtatur Tiraqu. comment. in 5. leg. connub. gloſſ. 1. part. 5.

AMITTERE rem non videntur, quibus propria non fuit, leg. non videntur, 83. ff de diuerſ. reg. jur. Prat. vide Gœddl. ad l. 4. num. 26. de verb ſign.

AMITTO, generaliter ſignificat jacturam quamlibet facio, perdo aliquid: vnde poſſeſſionẽ amittere dicimus, & res quomodolibet corruptas Vlp. in l. 4 §. loquitur, ff. vi bonor. rapt. Old.

AMITTIMVS nolentes & inuiti: dimittimus ac perdimus volentes: ſed id plerunque, non ſemper: amittere enim aliquoties pro dimittere in Cic. inuenias, ait doctiſſ. Goclen. in obſeru. lat. ling. Imo amittere tam in volentem, quam in nolentem cadit. Nam & id admitti dicitur, quod aucupillando remittitur item quod vſu capitur. Quin & non vtendo quid amittimus ait Gœdd. ad l. 14. in fin. de verb. ſign.

AMITTERE differt ab omittere, vt genus à ſpecie, Goth. ad leg. vnic. C. quando non petent.

AMITTERE à furto, l. 1. Cod. de re judic. Amittere actionem cauſam, ciuitatem, dignitatem, factum, cuſtodiam, filium, virum, parentem, jus, litem, vtilitatem, rem. Briſſ. ex ff. & C.

AMIRALDVS pro littorum curatore, ſiue maris præfecto, neſcio cujus linguæ verbum eſt, inquit Eraſmus. Spieg.

AMNESTIA, obliuio injuriorum eſt, quaſi lex obliuionis: vbi cauetur, ne de injuriis, damniſque vltro citroque illatis, jus ciuiliter, vel criminaliter reddatur, ab Athenienſibus inducta. Alciat. in l. qui in poteſtate C. de in jus voc. Spieg.

AMNIS rapidus, l. 1. C. de alluuion.

AMOENITAS loci, l. 7. Cod. de bon. proſcriptor. Aliis Amenitas per e. Briſſ. parerg. Amœnæ deambulationes. Briſſ. ex ff.

AMOMVM in leg. vlt. §. ſpecies, ff. de publican. Genus eſt fruticis odorati in Syria & Arabia naſcentis, flore albo veluti violæ, foliis ſimilibus Bryoniæ. vide Dioſc. lib 1. c. 14 Plinium lib. 12. 12. Iſidor. lib. 17. Etymol. c. 8. Briſſ. in prætermiſſ.

AMOR eſt, qui debetur fratribus, conjugibus, liberis, familiaribus. Charitas Deo, patriæ, parentibus. Cicero in partitio. Oratio. Apud eundem tamen eſt, Frater chariſſimus & amantiſſimus. Eidemque chari ſunt etiam propinqui, familiares, liberi, in offic. Goclenius.

AMOR eſt furor vehemens, quem retinere philoſophiæ eſt perfecta monentis, & inſilentem atque inhærentem cõcupiſcentiam reſtrænantis, §. nouimus, in auth. quib. mod. natur. l. col. 6.

AMOVERE aliud eſt quam rapere. Nam amoueri aliquid etiam ſine vi poteſt: Rapi autem ſine vi non poteſt l. 3. 9. non ſolum, ff. de incend. ruin. Ceterum amouere, contrectare, ſubtrahere, ſubripere (& quandoque furto ſubtrahere) eſt l. 2. ff. ad l. Corn. de falſ. l. 3. §. ſi quis dolo malo, de tab. exhib. l. 27. & l. 53. ff. de furt. Et tamen lenius ac mitius eſt amouendi quam furandi verbum, vt colligitur ex l. & ideo, §. ſi familia, ff. de rer. amot. Itaque ICti quib. in perſonis notare furti infamiam noluerunt, in iis hoc verbum vſurparũt, triſtitiam rei lenitate verbi mitigantes: velut in ſuis hæredibus, quaſi non ex familia rem auferant l. ſi ſeruum 71 §. prætor. ff. de acqu. hæred. & in ſeruis domini teſtamento manumiſſis, l. Titia 59. §. 1. ff. de man. teſt. Hor. Igitur quod ſui hæredes, ſerui, vxores, amici (viri honorati) intercipiandi animo celauerint, interuerterint, conſumpſerint, ejus rei non furtum feciſſe eos, ſed amouiſſe dicimus, lenitate vocabuli rei turpitudinem mitigantes, l. 71. § Prætor ait. cum ſeqq. ff. de acquir. hæred. Hinc amotarum rerum actio inter conjuges, prodita earum rerum nomine, quas diuortij conſilio alteruter ſurripuerit, tot. tit. rer. amot. l. 35. ff. de re judicata, l. 9. in fin. ff de jure dot. Hæc autem actio condictionis furtiuæ vicem ſuſtinet, turpitudine & atrocitate facti, verbi lenitate temperata: Briſſ. vel Actio rerum amot.

AMOVERE, inquit Donatus, proprie eſt ſaxum de loco mouere: denique eſt non auferre, ſed remouere.

AMOVERE non videtur, qui non callido nec maligno animo rem repoſuit, ne is quidem qui in re errauit, dum putat rem non eſſe hæreditariam, d. l. ſi ſeruum 71. §. 5. de acquir. hæred.

AMOTAS res dicimus, nõ ſolum eas, quas mulier amouit, cũ diuortij conſilium iniſſet, ſed etiã eas, quas mulier nupta amouit, ſi eas, cum diſcederet, celauerit l. ſi concubina, § 1. ff. rer. amot.

AMPHIBOLOGIA, nota figura, de qua Dd. ſub rub. de reb. dubiis plerique attigere. Si verbi amphibologia incideret inter actorem & reum, tunc vtroque aut altero eorum poſtulante, vel etiam ſi judex animaduertat veritatem non ſatis conſtare, nullo pacto interim procedet ſub incerto, propter quod merito totus entruit proceſſus, cap. 2. de libell. oblat. vide Bart. in l. ſi rem. ff. de rei vindic. Spieg.

AMPHIDOMAS, l. 16 §. 8 ff de pœn.

Ἀμφίππος de ſultor, qui duos equos abſque ephippiis agitans, ex altero in alterum mira pernicitate deſiliebat. Goth. ad l. 20. ff. de præſcript. verb.

Ἀμφιθαλεῖς conſanguinei. Cujac. 6. obſ. 7 Gothofr. ad l. 1. ibi: fratrem, ſororem, ff. de l. Pompeia. de parricid.

AMPHITAPA, veſtis villoſa: in l. veſtis §. veſtimenta, de aur. & arg. leg. eſt genus veſtis vtrinque villos habens. Nonius tit. de genet. veſtim. & Baifius in lib. de re veſt. c. 14. Iſidorus tapetia ex vtraque parte villoſa interpretatur, lib. 19. cap. 26. idquo etiam ſentit. l. Pollux. lib. 10 c 9. Onomaſt. quia ea ἀμφιτάπητας, & ἀμφιτάπητα vocat Briſſ. Varro in Manio: Alterum bene acceptum dormire ſub amphitapa bene molli. Lucil. in 5. Satyr. pſilæ atque amphitapæ villis ingentibus molles, & ſi aliud quid deliciarum. Et iſta caſtigandum eſt in Pandectis impreſſis, in quibus mendoſe legitur, Amphitapha, vt etiam docet Marcell. Cotta in Memoralib.

AMPHORA Græcis, Latinis Quadrantal. Feſto lib. 15. eſt vas cujuſvis materiæ duarum vrnarum capax, figura cubi, rei cuiuis continẽdę, ex l. 206. de verb. ſig. Aliis tantum eſt vas vinarium. Quantum autem capiat vini, docet his verbis Voluſius Mœcianus, juris auctor. Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet vrnas duas, modios tres, ſemodios ſex, congios 8. ſextarios 48. heminas 96. quartarios 192. Cyathos 570. In eo quod ait vrnas duas, conuenit cum Columella lib. 10. c. 18. in eo, quod ſcribit ſextarios 48. conſentit cum Feſto, Prat. lib. 2. emendat. Auguſt c. 12. Cæterum quæ in Capitolio aſſeruabatur, majoris capacitatis erat; ac proinde hiſtoriarum ſcriptores Maximini incomparabilem bibendi, edendique vim expreſſuri, amphoram vini Capitolini vno die illum perſiccaſſe, carnis vero libras 40. & nonnunquam 60. deuoraſſe memorant: Corraſ. l. ſtipulationum quædam 75. de verb. oblig.

AMPHORARIVM vinum (quod in amphoras diffuſum eſt, ſic dictum ad differentiam doliaris vini Briſſ.) apud Proculum, l. fin. ff. de tritico & vin. leg.

AMPHOTEROPLON, fœnus nauticum eſt, cum fœnerator & commeatus & remeatus periculum ſuſcepit: hujus meminit l. 2. ff de nautic. fœn. Heteroplon vero, cum commeatus tantum. Budæ. in annot. ad l. nihil intereſt, de naut. fœnor. Spieg. Hoc etiam annotauit idem Budæus lib. 1 de aſſe eo loco, vbi docet ex Demoſthene, ἀπὸ φορτίων vſuram nauticam non fuiſſe menſtruam, ſed vna in omne tempus nauigationis & negociationis conſtitutione taxatam. Goth. ad l. 122. §. 1. ibi & quas Berytho empturus eſſet. de verb. oblig.

AMPLECTI hæreditatem l. 9. qui admitt. l. 3. Cod. de impuber. & aliis ſubſtit. eſt agnoſcere, comprobare, acceptare Briſſ.

AMPLECTI bonam fidem, l. 1. C. ſi major factus alienation. Amplecti jus ſucceſſionis ab inteſtato, l. 2. Cod. ſi omiſſa ſit cauſa teſtam.

AMPLIARE verbum forenſe, ſignificat interloqui, cum de re

Digitized by Google

aliquid non liquet: cujus quidē ſententiæ nota hæc erat, N.L. i. nō liquet, formulæ Non liquet, reliquiæ extāt apud Vlp. l. 13. §. arbiter. in fi. de recept. arb. & apud Gell. lib. 14. c. 5. Noct. Attic.

AMPLIARE ætatem l. 16. ff. de don. inter vir. & vxor. Ampliare modum patrimonij. Amplianda eſt Reſpub. in C.

AMPLIARE hominem & primos actus, pro ampliare cauſam Auctor Rhet. ad Herenn. lib. 4. Aut iſtum nefarium hominem ampliaueritis.

AMPLIATI rei ſunt quorum damnatio differtur: aut quia coram ſiſtendi teſtes ſunt, & cum illis committendi: aut quia nondum plane liquet de crimine, aut de pœnæ modo. Bud. in annot. Spieg. Prat.

AMPLIATIO, ſententia illa interlocutoria. Ea in hoc à comperendinatione differt: quod Ampliatio certum numerū actionum non habebat: Comperēdinatio vero, iteratam actionem in tertiū diem, hoc eſt, perendinum, quod Græci μεταύριον dicunt, quaſi poſt craſtinum. Bud. ibid. Spieg. Vel in hoc differt quod illa libera eſt, & in judicū poteſtate poſita, hæc neceſſaria, & legis vi atq; imperio inſtituta: illa ſæpius fieri poterat, hæc ſemel tantum: illa in id tempus quod Iudicibus placebat, alterā actionem differebat, hæc in perendinū diem duntaxat. Prima differentia patet ex Verrina 3. vbi Cic. ait, Antea vel judicari primo poterat, vel amplius pronunciari. Item, Etiamſi lex ampliandi poteſtatem faciat, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo judicare. Item, cum hæc omnia tanta contentione, tantis copiis agerentur, tamen tanta vis iſtius injuriæ, tanta in iſto improbitas putabatur, vt de Philodamo Amplius pronunciaretur. Neceſſariam autem comperendinationem fuiſſe, illud ejuſdem declarat. Glaucia primus tulit, vt comperēdinaretur reus, antea vel judicari primo poterat, vel Amplius pronunciari. Secunda differentia cognoſcitur ex eo, quod Valer. lib. 6. cauſam. C. Cottæ repetundarum accuſati ſepties ampliatam ſcribit. Et Cic. in lib. de claris Orator. cauſam quorundam publicanorum tribus ampliationibus prolatam. In comperendinatione autem numerum duarum actionum præſtitutum fuiſſe, locus quem ex Verrina tertia protuli, aperte oſtendit. Tertiam differētiam partim verbi notatio, quam Pedianus etiā declarat, partim locus Ciceronis in Bruto demonſtrat: Vnum, inquit, quaſi comperendinatus medium diem fuiſſe. Ex quo intelligitur plures in ampliatione interponi potuiſſe: in comperendinatione nequaquam. Hot. Sunt tamen quibus hac in re Aſconij expoſitio non ſatisfaciat, & hac labuntur, vt putent, ampliationem fuiſſe in judiciis, cum parum judicibus liquebat: comperendinationem lege Seruilia in judicium repetundarum introductam, vt etiam ſi prima actione judici liqueret reum damnandum eſſe, tamen ei condemnare non liceret, vide Turn. Aduerſ. lib. 1. c. 5.

AMPLIOR, ſumma id eſt, major. Inſt. & C.

AMPLISSIMVS ordo, Senatorius intelligitur vtpote omnium ſummus atque digniſſimus, l. 3. §. 1. l. ſi decipiendi, ff. ad Senatuſconſultum Velleian.

AMPLISSIMI ordinis decreta conſultaque vocantur SCta. l. 2. de his quæ vt indign. l. 15. ex quib. cauſ. infam. l. 2. C. ad Macedonia. Ex hoc Ampliſſimorum titulo Conſules honorantur, l. 50. ff. de condit. & demonſtr. l. 1. §. pen. ff. de appellat. Briſſ.

AMPLISSIMAM etiam poteſtatem, & ampliſſimos judices, in conſtitutionibus legimus, l. 29. Cod. de appell. l. 3. C. quando prouoc. non eſt nec quo elogio præfecti prætorio ornentur in l. vlt. §. penult. C. de temporib. appellat. Briſſ.

AMPLIVS pronuntiabant prætores quæſitoreſve, cum eis quod ſibi de cauſa nō liqueret, judiciū proferebant. Donat. ad illud Terent. in Eunuch. Liquet mihi deierare, liquet, ait, verbū eſt juris, quo vtebantur judices, cum Amplius pronuntiabāt, grauitate cauſæ commoti. Inde ampliatam cauſam in Cicerone, Valerio, Liuio, Senec. aliiſque autoribus crebro legimus. Briſſ.

AMPLIVS quandoque pro plus: vel pluſquam; quandoque pro hoc plus, hoc amplius. Briſſ. vlt. ed. Sic. Amplius quam mihi debes, decem dare ſpondes? ſeruus, de leg. 1. Sic Iulius Cæſ. ex hominum millibus amplius triginta. Amplius horis 6. pugnatum. Sic amplius obſidum velle ait. Vno die amplius viginti vrbes incenduntur. Gœd. ad l. 92. nu. 2. de verb. ſign.

VOX, AMPLIVS, amplificat, extendit, addit & includit quiddam vlterius: id quod in ſtipulationem deductum auget. Gœdd. ibid. Vis voculæ Amplius extenſiua in ſtipulationem eum quoque caſum producit, vt quod per ſe non eſt in conuentionis lege, pro eo habeatur, ac ſi eſſet: idque propter vtilitatem, ac majorem ſecuritatem, Gœd. ibid.

AMPLIVS non peti, cautio veteribus ſic dicta, pro Non petitum iri: ſic dati, fieri, pro datū & factum iri, &c. Plene autē in cautio illa concipitur, nō petitum iri eum, cujus de ea re actio, petitio, perſecutio eſſet; & ratum habituros omnes ad quos ea res pertineret, leg. procurator. 23. ff. rem rat. hab. Cic. eleganter in Bruto ea eſt vſus: At vero ego tibi Brute nō ſoluam, niſi prius cauero amplius eo nomine, neminē cujus petitio ſit, petiturū.

AMPLIVS etiam ſumitur pro expreſſius, in SCto Macedoniano, l. 1. ff. de Senatuſc. Maced. Eſt etiam temporis nota, & ſignificat longiori tempore, in leg. ſi quando, Cod. de teſtib. Prat.

AMPLIVS verbum ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur; ſicuti ex contrario minus ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſſet exactum, Paul. l. verbum, 82. de verb. ſign.

AMPLIVS verbum inſinuare ſolet digreſſionem ac ſimiles negotiorum circumſtantias, l. qui balneum, §. 1. ff. qui pot. in pig. hab. Prat.

AMPLIVS ſui debiti, in l. 61. in fin. de cond. indeb. & Amplius legi conceſſæ portionis, in l. 62. §. 1. de condit. & demonſtr. Briſſ. in parerg: Amplius obſidum C. Cæſ. 6. de bell. Gall.

AMPLIVS & minus comparatiua quamvis ſint, tamen ex ſubjecto argumento vim comparatiuam quandoque amittunt: ponitur amplius pro toto minus pro nihilo. Exempla producit Alciat. in comment. de verb. ſign. Spieg.

AMPVLLARIVS, ampullarū artifex. Eſt autem ampulla vas olearium, quo in balneis ad vnctiones vti ſolebant, vt & ſtrigilibus ibi ſe defricabant, deſtringebantque Turn. lib. aduerſ. 4. c. 2.

AMVRCA ſanies ſiue ſuccus eſt ille aqueus, atq; niger, qui ex oliua ſimul cū oleo exprimitur, atq; ſubſidit. Iam oliua ex quinque ſubſtantiis conſtat, oſſe, nucleo, ſanſa, oleo, amurca. Virg. 1. Geor. Profuit interdū nigra profundere amurca: quā Seruius interpretatur olei ſordes, ſed non exponit eas, cum ſint duplices. Nam, vt dixi, quod ſubdit oleo ex oliuarum expreſſione, dicitur amurca. Quod vero poſt oleum in dolia conditum, quaſi ſecundum purgamentum, Fæces appellantur. Vlp. in leg. qui penum. de penu. legat. Ariſt. ait, etiam quæ eſui potuique non ſunt, contineri legato, oleum, garum, amurca, legendum forte muria, pro amurca, quæ non eſitatur. Nebriſſ.

AMPVTATVM jus proprietatis, l. 13. C. de pœn. Briſſ.

A N.

AN, pro Vel Briſſ. ex ll. ff.

AN, particula duplicem interrogationem denotat etiam ſemel poſita ſecunda, ſubaudita cum negatione, §. enim ex aliena Inſtit. de rer. diuiſ. §. fert. Inſtit. quib. mod. teſt. infirm. l. an vſusfructus, ff. de vſufruct. & ſimil. nec paucis.

AN, ſæpius abundat in periodo, vel bis ponitur, ut ſemel redundat. Briſſ. in parerg plura profert exempla.

ANABAPTISMA, piaculare crimen, l. 2. C. ne ſanct. baptiſm. iter.

Ἀναβρυτὰ ὕδατα, aquæ ſalientes, Goth. ad l. 79. §. 2. de verb. ſig. & ad l. 15. ff. de act. empt.

Ἀναγαμήλια, munera ſunt, quæ ſponſi & ſponſæ amicæ inuicem contribuunt Goth. ad l. 9. §. 1. de jur. dot. & ad tub. Cod. de ſponſal. & arrhis ſponſal.

Ἀνάληψις propriè eſt renouatio, id eſt, redēptio, & reſtauratio feudi, pro qua eo anno, quo ſe hæres vaſalli in fidem & clientelam domini commendauit, reditum integrum dominos fert, vel certa ei pecunia numeratur. Cujac. in præf lib. 1. feud. Prat. Ea vero, quæ illic præſtantur, εἰσδοτικὰ (ſuſceptiua) à Leone in Nouellis dicuntur, quod quaſi præſtentur ſuſcipiendi & admittendi noui poſſeſſoris cauſa, vid. εἰσδοτικά.

Πορφυρογέννητος, Conſtantinus, Leonis Imperatoris filius, cognomento, Porphyrogennetus, libros Baſilicon repurgauit, fuitque autor ἀνακαθάρσεως, id eſt, Baſilicon repetitæ prælectionis. Gothofr. ad procem. Nouell. Leon. in princ.

ANACEPHALÆOSIS, rerum præcipuarum ſummaria repetitio, vulgo recapitulatio, vel, vt vertit M. Fabius lib. 6. c. 1. enumeratio. Hac vtuntur cauſarum actores, & aduocati in perorationibus. Prat.

Ἀναχωρηταὶ qui ſint, docet Inſtin. Nouel. conſtit. 5. § ἐπειδήπερ. in contemplatione & perfectione degentes vitam, remotum habentes hoſpitium. Hi ſunt, qui in ſolitudinem ſecedunt, quos hodie Eremitas vocamus. Sunt autem diuerſi à Monachis anachoretæ, ſeu heſychaſtæ in d. Nou. 5. obiter fit mentio, & inde Cedrenus ἡσυχαστήριον diuerſa à monaſteriis. Cujac. in expoſit. Nou. Iuſtin. 5. de Monachis, circa med.

Ἀνάκρισις, l. diuus, 6. ff. de cuſt. reor. & in Actis Apoſt. c. 25. in fin. eſt veritatis indagatio, teſtium interrogatio, & quæſtio de aliquo facto habita, id eſt, facta informatio, præſertim ſi tormentis quæratur. Apud Iuſtin. Nou. 142. πρὸ τῆς δ᾽ ἐρωτήσεως. verſ. εἶναι μηδὲ ἀνάκρισιν, inquirendi ſtatus cognitio eſt, interprete Haloan. cujus verſionem videntur probare Agylæus & Alc. lib. 1. parerg. c. 9. vid. Bud. in d. l. diuus. Prat.

Ἀνακρίνειν id prorſus eſt, quod Latini quærere, & quæſtionem habere, quod etiam inquirere dicunt, Prat.

Ἀνάκλασις, reuerberatio, repercuſſio. Vlpian. Qui deprimit ædificium, poteſt luminibus officere, ſi forte κατ᾽ ἀνάκλασιν lumen in eas ædes deuoluatur, l. ſi arborem, de ſeruit. vrb. præd.

ANADEMATA recenſentur inter capitum ornamenta muliebria à Paul. l. quamvis 26. de aur. argent. mund. Alci. lib. 2. præterm. legit. ἀναδήματα. Pandectarum. Florent. text. confirmant Heſych. & Iul. Pollux, lib. 5. c. 6 vnde puto, ἀναδήματα aurea capitis ornamenta fuiſſe. Prat. Phauorin. ἀναδήματα idem quod στεφανώματα vſurpat. & Lucret. lib. 4.

Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ.

Ferrad. lib. 2. explicat. c. 31. idem ἀνάδημα, quod apud nos redimiculum: nam id valet ἀναδεῖν, quod redimo.

Ἀνάδεσμοι,

Digitized by Google

A'ναδενδρὰς autore Polluce de loc. corona ſiue redimiculum eſt, ἀπὸ τοῦ ἀναδενδράδειν quod religare ſonat. Prat.

A'ναγραφαὶ titulos antiquitus vocabant; de quibus Varro lib. 6. de ling. lat. & Sextus Pompeius. Prat.

ANAGRAPHA, deſcriptio, vt Cic. vel vt vulgus, inuentarium repertorium, in l. 45. in prin. de bon. author. iud. poſſ. Spieg. & Ant. Auguſt. lib. 4. emend. c. 5.

ANALECTÆ ſerui dicebantur: qui reliquias cœnæ, aut ea, quæ ceciderant de menſa, colligere ſolebant, quæ analecta dicebantur. Turneb. lib. aduerſ. 24. c. 33.

ANALOGIA eſt ſimilium ſimilis declinatio, quam quidam Latina proportionem vocant, vt annotauit Gell. lib. 2. c. 25.

ANALOGISTÆ tutores ſunt, qui non tenentur reddere rationem tutelæ adminiſtratæ: ab ἀνὰ & λόγος ratio, vt ἀνὰ tollat rationem, l. quidam decedens de admi. tut. Nebr. Sunt qui ἀνεκλόγιστοι legunt hoc loco, vt indicat Alciat. tametſi magis probat, vt ἀνεκλόγιστοι legamus. Spieg. vid. infra Anecologiſtue.

ANALOGOA, vide Elogij munus.

A'νάλυσις, Latine reſolutio eſt, quæ capita rerum ordine conſpicuo diſcutit, & inueniendis diſciplinis accommodatur, ſuas napiens theſin à catholicis, vniuerſalibus, & perpetuis axiomatibus. Taboet. in ſuo topico leg. & ciu. tom. 2.

Ανάφασις, exiſtentia, Gothofredus ad rubr. C. de iure. deliberādi.

Αναφοραὶ ἀναφορὰς, id eſt, ſupplicatio Principi oblata à ſententia præfecti prætor. Gothofr. ad l. 1. C. de ſent. præſ. prætor.

Αναρχία maius malum quam tyrannis. Quid autem ſit ἀναρχία declarat Cicero in oratione poſt reditum ad Quirites: Ego, in qua ciuitate nihil valeret Senatus, omnis eſſet impunitas, nulla iudicia, vis & ferrum in foro verſaretur, cū priuati ſe parietū præſidio, non legum tuerentur & Remp. nullū eſſe putaui.

Αναργυρία, inquit Harmenop. eſt exceptio non numeratæ pecuniæ, cum quis ſua manuſcripſit, ac confeſſus eſt accepiſſe argentum vel pecunias: & aut omnino non accepit, quæ accepiſſe ſcriptura confeſſus eſt: aut partem quidem accepit, ſed non tantum pecuniæ, quantum ſuis literis ſe accepiſſe agnouit. de except. non numer. pecu.

A'ναρθρὸς φωνὴ inarticulata vox l. 7. §. ſecūdo. de ſuppellect. leg.

ANASTASIANA tempora, l. 23 §. 5 C. mand. it.

ANASTASIVS author præſcriptionis quadraginta annorum, l. 1. 2. 4. 5. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Gothof. ad tit. C. eod.

ANASTASIA vide, precor, optime lector, quam etymologiam de hac dictione Albericus afferat, quoniam ſimillimas alii, quibus abundat volumen eius, intactas relinquam. Spieg.

ANATHEMATA pars dicti ſunt homines ſacri, quorum capita diis inferis dicata ſunt: quemadmodum etiam Latini veteres, Sacrum in malum ſenſum vſurpabant. Vnde Anathematizare, id eſt, execrari ſeipſum, ac Diis manibus, vt Ethnici loquuntur, deuouere. D. Eraſmus in Lucam annotans, indicat dici etiam Anathemata, ea dona, quæ dicata Diis ſuſpenduntur in parietib. & colūnis tēpli, cuiuſmodi nunc viſuntur potiſſimū iuxta monumenta diuorū, ſtatuæ argenteæ, equi aurei, pocula gemmata. D. Hieron. admonet, Anathema verbum eſſe proprium Iudæis quo extremam deteſtationem ſignificare ſoleāt. At ex vſu ſcripturæ & eccleſiaſtico, Anathema eſt præciſio à Chriſti corpore: vel ſeparatio à Deo. Et, fieri anathema, præſcindi ab eod. Quæ autoritas eccleſiæ hoc eſt, ſummis eius hierarchis, rectorib. & paſtorib. in contumaces, & ſuis iuſſionib. ac moderationib. rebelles competit. Auth. de eccl. tit. in prin.

ANATHEMATIZO pro anathemate percello; deteſtor, à Deo ſeparo, in Cōſt. Nouel. tit. de interdict. colleg. hæred. § 2. Spie.

ANATOCISMVS, ſingulorum annorum fœnoris renouatio, vt vſuræ vſurarum debeātur, quod Iuſtinus vetuit l. fi. C. de vſur. & l. fin. C. de vſur. rei iudic. Ant. Auguſ. lib. 2. Emend. c. 18 Budæum ſecutus in l. nihil de naut. fœnor. Pra. Cæterum Hotomannus lib. 1. c. 3 de vſuris exiſtimat, non vſuras & acceſſionis acceſſionem, edicto tranſlatitio Cic. prim. licuiſſe exigere, ſed vſuras in ſortem repunere, quaſiq; vt coaleſcerent, facere: id quod licitum fuiſſe oſtendit lex tutor qui repertorium, §. ſi quas vſuras, lex, qui negotiationem §. ex duobus, & §. quæſitum. ff. de adminiſtr. tut. l. & idemque. § 1. ff. mandati.

ANATOCISMVS (ait Gothoſt. ad leg. 3. C. de vſur. rei iudic.) eſt cum vſuræ in ſortem vel ſtipulatione, vel ſententia rediguntur.

ANCEPS periculum. Vlp. elegantet dixit, pro incerto & periculoſo, in l. 4. de in lit. iur. Prat.

ANCHORA, Græcis ἀπὸ τοῦ ἀγκύλου, [illegible] dicta potiſſimum nauis præſidium eſt. Vnde nautæ maximam & validiſſimam anchoram, ſacram vocant, quam nō mittunt, niſi cum extremo periculo laborant. Vnde natum eſt prouerbiū, Sacram ſoluere anchoram, pro eo, quod eſt ad vltimum confugere præſidium. Falſo autem in vulg. codicibus in l. 1. §. primo, ff. ex re. legitur Anchora, cum in Pandect. Flor. legatur cura, recte. Prat. Eſt & altera Anchora, qua etiam ſereno cœlo, & vbi ob receſſum maris fluctuumque demiſſo velo quieſcendum eſt, vtuntur.

ANCILLA, mulier ſerua. Modeſt. de leg. 3. Seruis legatis, etiā ancillas quidam deberi recte putant: quaſi communi nomen vtrumque ſexum contineat. Ancillis vero legatis, maſculos non deberi nemo dubitat. Spieg. Briſſ.

ANCILLA deuirginata, ſeruus ſtupratus, apud Paul. in l. fin. de offic. præſid.

ANCILLÆ non ideo comparabantur olim vt parerent, ſed vt opera earum vterentur, l. Ancillarum, de petit. hæred.

ANCILLARVM diuiſio ab officio in ſarcinatricem, & textricem, l. 27. in princ. ff de peculio. Erant & ornatrices, laniſicæ, focariæ, villicæ, Briſſonius. Ancilla priuata, dotalis: ſubtracta, id eſt furtiua, in C. vrbana ancilla.

ANCILLAS comprimere, l. 25. C. ad l. Iul. de adult.

ANCONES vaſa ſunt cubitalia. Paul. in l. tabernæ, de fun. inſtr. ἀγκὼν Græcè, cubitus eſt Latine. Nebr. Rhenanus Anconem familiare telum priſcorum Francorum, *ein Franckiſcher hack* eleganter deſcribit lib. 2. Rerum Germanicarum. Spieg.

ANCONES etiam dicuntur, vt ſcribunt Vitr. Strabo & reliqui, non ſolum in promontoriis, ſed etiam in parietibus, & in hominib. quædam cubito conflexa, aut in humeros, vt etiā docet Plin. natur. hiſt. lib. 2. c. 46. Licet mendoſi codices pro cubito legāt ſubito: vt etiā animaduertit Hermol. Et Anchus dicitur, qui aduncū brachiū habet, vt exporrigi nō poſſit: & propterea vaſa facta ad hanc ſimilitudinem, Iureconſ. Ancones appellauit. Cotta in Memor. Adde Turneb. adu. lib. 2. c. 22. & rurſum lib. 18. c. 23. vbi ancones calices ſunt non rotundi, ſed in cubitum flexi & angulū habētes: vnde & illis nomen tributū. Briſ.

ANDROGINVS (oſtenti ſpecies quædam) alias Hermaphroditus, vtriuſque ſexus homo. Qui niſi in vtroque æquipolleat, eius ſexus æſtimatur, in quo præualet. Gœdd. ad l. 57. n. 9. de verb. ſig. vide infr. Hermaphroditus.

Ανδροφονία homicidium. Cuiac. 6. obſ. 21.

Ανδροληψία in lege Draconis recitata à Demoſt. [illegible] eſt hominis homicidæ prehenſio. & ἀνδρολήψιον, iue prehendendi apud I. Pollucem. lib 8. c. [illegible], quod iure etiam creditori conceſſum putant Prat.

A'νδρομανεῖς Euripides mulieres Laconicas appellat, quod impudica corporum ſuorum nuditate, multos ad fauorem turpis amoris & libidinis adigerent.

A'νδρογυνία, ſtuprum. Nouel. 141. Gothof ad tit ff. de adult.

Ανεπίδικτος legit Haloander in l. octaua. circa finem C. de nouar, ἀνεπίδικτος. Cuiac. ἀνεπίδικτος, Cont. vid. Goth. d. l. 8.

ANECLOGISTVS ἀνεκλόγιστος rationibus reddendis liber ac ſolutus. Vlp. l. 5. § 5. ff. de admin. tut. Quidam decedens filiis ſuis dederat tutores: & adiecerat, eoſque anecologiſtus eſſe volo. Et ait Iulian. tutores niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterint, damnari debere: quamuis teſtamento comprehenſum ſit, vt anecologiſti eſſent. Iidem plerunque dicuntur ἀνεύθυνοι. Hotom. Vide ſupra Analogiſtæ.

Ανεύθυνος, rationibus reddendis ſiue ſubducendis ſolutus. l. 21. §. ſecundo. ff. de peculio legato. Alibi autem ἀνεκλόγιστοι appellantur, & ab aliis ἀνεύθυνοι. vide § præceden. Hotoman.

Ανεψιὸς, A'νεψιοὶ plerique conſobrinū interpretantur, perperā. ſi locum ſpectas, cui adhibetur ea interpretatio. Nā & procōſobrino veteres dixerunt. Aliàs verò ἀνεψιὸς refertur ad patruū, auunculum, amitam, materteram, ἐξανεψιὸς, ad patruum magnum & cæteros, [illegible] ἀνεψιὸς, ad propatruum, proauunculum, proamitam, promaterteram. E'ξανεψιὸν nomine vſus eſt Menander, ſed alio ſenſu, pro his ſcilicet, qui poſtea dicti ſūt ἐξάδελφοι. Cuiac. lib. 6. obſeruat. c. 6. ſub tit. quam male plerique vtuntur libris Græcorum iuris auctorum.

ANFRACTVS flexum viæ ſignificat, verbumque erat XII. tabul. leg. 8 de ſeruit. ruſtic. leg. 6. 10 fin. quemad. ſeruit. amitt. Varro. lib. 6. de ling. Lat. Anfractum eſt ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu & frangendo. Ab eo iubent leges viam in directo pedum octo eſſe, in Anfracto 16 id eſt, in flexu Briſſ. & Rauard. ad l. XII. Tab. c. 14 vide ſup. Aufractum.

ANGARIARE, ἀγγαρεύειν, id eſt, cogere. Matt. 27. Luc. 15. angariauerunt Simonem Cyrenæum, vt tolleret crucem Domini. Vlp. de priuil. Veteran. naues eorum angariari poſſe. Eſt autem angariare (vt & angarus) verbum Perſicum, Suida & Heſychio teſte. Hinc

ANGARIA, ἀγγαρεία, pen. producta, proprie eſt ſeruitus coacta: velut ſi quis cogitur plus ſoluere publicanis, quam liceat, angaria eſt. Sunt autem angariæ Alciato munera, quæ in operis perſonarum verſantur: ſicut parangariæ, in quibus etiam aliquid impenſæ fit. Itaque (vt idem ait) omnia munera, quæ à militibus fiunt, etiam non viſa, ſecundum Vegetium, vt ſunt vigiliæ, ſtationes, & geſtationes in vſum belli, & ſimilia, dici poſſunt angariæ, ſeu parangariæ, eo, quod neceſſitate vrgente hæc munera ſubeuntur. Angarias vocant prouincialibus, militibuſq; impoſitam oneriis vehendoris baiulandorumve neceſſitatē. ait Bri. Plures angariæ deſcriptiones vide paulo poſt.

ANGARVS ἄγγαρος, vox eſt Perſica, ait Accurſius, ſignificatque nuntium; vnde Græci tranſlata voce ad quoſuis alios, angaros appellabant baiulos, & onera ſubeuntes. Et ita nōnulli hodie ruſticos etiā langaros vocant, Alciato teſte, Angarus ergo eſt operarius, baiulus. Significat vero & eos, qui regias epiſtolas, alteri ſuccedendo, ferant. Hos vulgus Gallorum poſtas, quaſi

poſitas curſorum ſtationes appellat, Budæo teſte, quæ certis nimirum locis diſpoſitæ ſunt. Hinc.

ANGARIA, operæ publicæ ob cgarium aliquod obortũ, cui celeriter prouidendũ eſt, impoſitæ. Sic l.11. C.de ſacroſ.eccl. neminem ab angarijs, vel parangarijs, vel plauſtris, vel quolibet munere excuſari præcipimus. Hot. Ant. Auguſtino Nouell. li.ſing. ad Modeſt. Angariæ ſunt equorum præſtationes ad curſum publicum. Quo ſenſu accipitur l. 2. de quib. mu. vel præſtat. lib.10.C. Suidas definit ἀγγαρεία ... Vera quidem eſt Suidæ definitio, ſed generalior. Ait ἀνάγκην rectè; nam munera exhibere compellimur niſi vacationis. Cuiac. in l. Nullus fabricenſium, C. de fabric. lib.11. inquit, Angariæ ſunt iumentorum vel plauſtrorum præſtationes. Separatur aliquando à nauibus, quanquam & naues ipſæ angariari dicantur, quæ onerum vehendorum neceſſitate aſtringuntur, Briſſ. Separantur & quandoque ab operis, licet & has angariarum appellatio contineat. Separantur & plauſtra in l. 2. C. de quib. mun. quæ tamẽ non eſt dubium angariarũ appellatione cõtineri, vt in formula ceſſionis in oratorium collatæ apud Marculphum: Nullas functiones, vel actiones, neq; caballorum partus aut paraueredos, aut exterarum angarias. Differentiã autem inter angarias & parangarias vide apud eundem Cuiac. in proœm. tit. C. de curſ. publ. angarijs & parangarijs li.12. Et definit, ibi, quod ſit angaria, qua curſus eſt publicus, parangaria (in obliquum) i.e. aliunde ſumi; & dicit vtrumque onus a prouincialibus exigi in tranſactione armorum, vt ibi latius per eum. Prat.

ANGARIARVM & parangariarum præſtatio inter vectigalia quæ regalia dicuntur, recenſentur, lib. feud. 2. tit. 56. quod ea Regis aut Imperatoris iura propria ſint: cum olim eo nomine ſignificarentur munera, onerum vehendorum prouincialibus impoſita. Vnde Angarij etiã naues dicebantur, quibus onerum tranſmittendorum neceſſitas iniungebatur, l. penul. de priuil. veteran. Hotom. Lex. c. feud. (Prat.

ANGARIARVM præſtatio, nempe equorum ſeu iumentorum, aut

ANGARIOS & Parangarios (ait Bud.) Galli poſtas vocant, quaſi poſitos collocatoſq; certis in locis, & ſemper in procinctu excubantes. Erat enim apud Perſas ἀγγαρήιον δρόμημα, curſus perniciſſimus equitum, vt ſcribit Herodot. Anch.

ANGELI mentes ſunt incorporeæ, quæ ſi quo modo apparent, aſſumptitiam ſpeciem exhibent oculis. Dicuntur viri, non quod ullus ſexus ſit in angelis, ſed quod ea ſpecie ſeſe oſtẽdũt.

ANGELVS Vbaldus Iuriſconſultus, Peruſij natus, Baldi frater, Patauij ius ciuile docuit, magnaque de eo volumina ſcripſit. Floruit circiter annum 1400 Hotom. in prætermiſſ.

ANGIPORTVS, vel angiportum Terentio, Feſto & Nonio) eſt legitimum ſpatium, duorum ſc. pedum cum ſemipede; relictum inter inſulas ſeu portus, ac reliquæ domus contiguas, vt per id merces importentur & exportentur (ſpatium illud quoq; ambitus dicitur, quia ambit totã inſulam) quod ſpatiũ ſeruitutis iure relinquitur, vt iter in portum præbeat, non etiam Actum. Gœd. ad l. 59 n. 6. de verb. ſig. vide Cuiac. 1. obſ. 4. Feſto li. 1. angiportus eſt iter cõpendiariũ in oppido: eo quod ſit anguſtus portus, id eſt, aditus in portũ hoc eſt in inſulam. Idẽ pene probat Varro 5. ling. Lat. Perperam ergo gloſſa, angiportum eſſe paruam & anguſtam, ciuitatis portam aut certe paruũ portũ. Gœd. d. loc. Aliis Angiportus arctã ſeu anguſtã viã ſignificat.

ANGVES aquarum ſunt, ſerpentes terrarum, iuxta nonnullos.

ANGVILLARIVS lacus, apud Proculum, pro anguillarũ alumno, in l. Rutilia Polla. de contrah. emp. Tradũt anguillas lacuſtres inſuauiores eſſe marinis, & pluris alimẽti. Anguillę tamẽ omnes fluuiatiles ſunt; ſed in mare etiã deſcendũt: quas ad tricenos quoq; pedes longas in Gãge amne reperiri Plinius & Solinus ſcribunt; quod & à Mariano Fo. obſeruandum eſt. Spieg.

ANGVLARIVS, pro angularis, in l. Rutil. 69. de contrah. emp. & alibi quoq; Briſ. in pareig. Accurſius interpretatur, qui multos habet angulos. Sunt qui quadratũ, vel triangulũ ſignificari eo putẽt. Reiicienda eſt alia lectio, Anguillarũ habens, vel autore Accurſio. Equidem angularium locũ dici eũ, qui ex lapidibus quadratis circumdatur, putem. Lapides autem quadrati ſunt, quos equos vulgo vocamus, & ad normam reſpondentes. Prat.

ANGVSTARE aditum l. 29. ff. locat. Briſſ.

ANGVSTE ſcribere, eſt verbis proximis, & quaſi conſtrictis compreſſiſque ſcribere. Spieg.

ANGVSTIÆ pluraliter tantum dicuntur loca ſeu viæ, quæ vix tranſiri queant, l. 2. ſi quis caut. Spieg. Briſſ. Anguſtiæ verborum, Anguſtiæ fatales, in C.

ANGVSTICLAVIVM, dictum eſt, vt & laticlauium, quod eſſet tunica anguſti claui, de qua Ouid. li 4. Triſt. Se enim in equeſtri ordine ſubſtitiſſe dicit Oui. & Suet. patrem ſuum nondum adeptum fuiſſe latum clauum ſignificat. Doct. Turneb. lib. 1. aduerſ. c. 2. Equeſtris autem ordinis clauus erat anguſtus, vt latus clauus Senatorij, prout idem annotat. lib. 12. aduerſ. c. 6.

ANGVSTVS locus, Põponio in l. ſi tam anguſti de ſeruit. iter magis quam viam recipit apud eundem in l. pen. de vſu & habit. legimus anguſtũ legatariũ, pro eo, qui eſt re tenui atq; modica: vel cui non totius rei, ſed arctus vſus relictus eſt. Spie. Briſ.

ANIMA, pro vita, apud Iuſtin. §. ſunt præterea, Inſtit. de publ. l. 22. C. de epiſc. & cler. Spieg.

ANIMADVERSIO grauior, itẽ maior, pro punitione & caſtigatione infamiæ, vt ex Vlp. verbis patet, in §. 1. l. 1. de off. præf. vrb. & Venuleij in l. ſi quod de off. proconſ. Spieg. Extraordinaria animaduerſio, id eſt, pœna tit. de furt. ff.

ANIMADVERSIONEM ſeueriſſimam in l. nemo, Cod. de ſumm. Trin. vltimum ſupplicium interpretantur. Spieg.

ANIMADVERSIO, pro iure gladij: quæ & animaduerſio capitis Briſſ. ex ll. ff.

ANIMADVERSIO prætoris; prout quæque res erit, animaduertam, ſic intelligendũ eſt, vt plenior ſit prætoris animaduerſio; id eſt, vt quicquid eũ mouerit, vel in perſona eius qui agit iniuriarum actione, vel eius, aduerſus quem agitur, vel etiam in re ipſa, id eſt, qualitate iniuriæ: non audiat eũ, qui agit. Vlp. in l. item apud Labeonem, §. quod ait prętor. ff. de iniur. Spieg.

ANIMADVERSIO etiam ſumitur pro cenſura eccleſiaſtica, Archid. in c. fin. de except. in 6. Prat.

ANIMADVERTERE, pro conſiderare, colligere, in l. 1. de his qui ſui vel alien. Quamuis proprie intelligimus aliquid argumentis, animaduertimus ſenſibus præſenti animo vtentib. Id Aſc. monuit. Significat & animum in eo exercere, punire, l. 14. C. de teſtib. Vlp. de iniur. l. item apud. Hinc Animaduerſio ſæpe pro pœna, vel pro punitione. ff. de furt. l. meminiſſe. Extraordinaria, inquit, animaduerſione coercendum. Obſeruanda tamen differẽtia; quod punire, eſt quorumcũq; ſiue iure ſiue iniuria: animaduertere eius eſt, qui in alterum habet poteſtatem ordine aerite puniendi, l. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. Spie. ex Old. Prat.

ANIMADVERTERE in aliquẽ, in caput alicuius. Animaduerti, etiã abſolute, vltimo ſupplicio affici capite plecti. Briſ. ex ff.

ANIMADVERSVS, apud Paulũ, pro eo, qui ſupplicio affectus eſt. Corpora animaduerſorum quibuslibet petentibus ad ſepulturam danda. Sunt tamen, qui annotarunt id videri dictum licenter, in l. fin. de cadaueribus punitorum. Spieg. Prat.

ANIMÆQVVS, eſt moderatus & tolerans, & minime querulus in aduerſis. Bud. in annot. priorib.

ANIMALES res mobiles, & contra, res mouentes, non animales. Animales res & anima carẽtes opponũtur, l. 1. de rei vind. Briſ.

ANIMAL eſt, quod ſe mouet, Celſo l. mouentium, 93. ff. de verborum ſignificationibus. Vnde optima ratione quærebat Galenus, εἰ ζῷον τὸ ἐν γαστρί, id eſt an animal ſit, quod in vtero eſt: quod legibus Solonis & Lycurgi comprobat Gœd. ad l. 153. de verb. ſign. Nondum animal eſt (ait, ſcilicet re ipſa, actu ipſo, ſed ſpe & potentia) qui in vtero eſt. Ergo ſi in lucem edatur (ſi naſcatur) viuus partus, tum demum re ipſa & actu ipſo animal eſt. Et tamen, qui in vtero eſt quoties de commodo ejus agitur pro jam natu habetur, licet nondum ſit actu animal. Si naſcatur, medio interim tempore, antequam naſcatur, omnia ſunt in præcedenti, &c. Gœd. d. l. ibi.

ANIMALIA gregalia ſunt, quæ gregatim paſcuntur, & Græcis ἀγελαῖα dicuntur: de his Ariſtoteles l. 8. & 9. de hiſtoria animalium, vide Maioragium 1. Miſcellan. 3.

ANIMICIDA, l. 5. §. 2. l. 6 §. 4. C. de ſum. Trin.

ANIMVS. Sapimus animo, fruimur & viuimus anima, ſine animo anima eſt debilis Non. Martell. Animus cupit & appetit; mens cogitat & comminiſcitur.

ANIMVS, pro affectu, voluntate, propoſito, ſententia. Animus vtrinſque conſentit, id eſt, affectus, voluntates: aut finis, ſeu ſcopus, vel propoſitum. Hoc animo, id eſt, hac mente, ſententia voluntate. Briſſ.

ANIMVS item affectum, voluntatem, mentem, cogitationem poſſidendi ſignificat l. 1. §. ſed furioſus, l. 3. §. Neratius de acquirend. poſſeſſ. Animo itaque poſſidet, qui affectum poſſidendi habet, quique ea mente & cognitione eſt, vt poſſidere velit. d. l. 3. in pr. §. Neratius Animo poſſidere definit, qui affectionem, & voluntatem poſſidendi dimittit d. l. 3. §. in admittenda: Veluti ſi quis poſſeſſione excluſus, timore conterritus, accedere nolit, quod vim maiorem vereatur, quodque ſuſpicetur ſe repelli poſſe ab eo, qui in poſſeſſione eſt, d. l. 3. § ſi quis nunciet, & l. 7. & l. 25. §. vlt. de acquir. poſſ. Itaque poſſeſſio & facti & animi eſſe dicitur, l. 1. ff. ſi quis teſta. liber. quia ſcilicet factum naturale deſiderat & animum poſſeſſoris. Neceſſe eſt enim ad acquirendam poſſeſſionem, eam animo & opinione domini adprehendi. Animum reuertendi deſiiſſe habere animalia, quæ ex conſuetudine abire & redire ſolent, intelliguntur, cum conſuetudinem reuertendi dimiſerint, l. 5. §. in ius autem, de acquir. rer. dom. l. 8 §. pen. famil. erciſc. Briſſ.

ANIMO domini poſſidere Gothofr. ad leg. 21. med. C. de furtis.

ANIMVS, id eſt, quod in animo eſt, nec adparet, declaratur variis modis: Conſuetudine teſtatoris & regionis, ex præmiſſis & ſequentibus: tum exquirenda eſt dignitas legatarij, charitas, ſiue dilectio, neceſſitudo. Hęc collegi ex l. ſi ſeruus plurium § fi. ff. de leg. 1. quib. addit ibid. Accurſius ſcripturæ vicinitatem. Pra.

ANIMVS occidendi an ex genere armorũ prǽſumatur, vid. Gœd. ad l. 41. n. 13. 14. de verb. ſig. vbi id arbitrio iudicis cõmittitur.

ANIMS

Animi defectus, eſt defectus judicij, vel ob ætatem vel caſum aliquem ſeu naturalem, ſeu fortuitum. Eo defectu laborant infantes impuberes ob ætatem, furioſi, prodigi, ob caſum aliquem. vide Vulſ. com. Inſt. ad §. 1. 2. 3. 4. 5. Quibus non eſt permiſſ. facer. teſtam.

Animosior emptor, in l. ita vt, 36. §. 1. ff. mandat. qui cupiditate rei habendæ plus pretij offert, quam res ſit. Praceius, Briſſ.

Annales, memoria publica, monumenta vetuſtatis. Spieg. Sic autem olim dicebantur libri, in quibus vnius anni geſta atq; acta conſcripta erant; ſicuti ſemeſtres dicti ſunt, in quibus ſex menſium reſcripta, vel conſtitutiones deſcriptæ fuerunt, quo verbo vtitur Tripho. in l. pactum, ff. de pact. Scbard. ex Aldobrandino, ſub tit. de excuſat. tutor § filij, in verb. in ſemeſtrib.

Annales actiones quod plerunque intra annum exerceri poſſunt, vide Inſt. de perpet. & temporal. action. Spieg. Sic Annale decretum, legatum, annalis reſciſſio, in C.

Annalis exceptio. Varro ait, tempora duorum temporum eſſe: vnum annale, quod ſol circuitu ſuo finit, alterum menſtruum, quod luna circumiens comprehendit. Imo annus non is ſolus eſt quem nunc communis omnium vſus appellat, ſed ſingulorum, ſeu luminum, ſeu ſtellarum, emenſo omni cœli circuitu, à certo loco in eundē locum reditus, annus ſuus eſt. Sic menſis lunæ annus eſt, intra quem luna cœli ambitum luſtrat, duodecim vero menſes annus ſolis, quos luſtrando Zodiacum efficit diebus trecentis ſexaginta quatuor, & quadrante, ſeu ſex horis. Secundùm autem hujuſmodi annum, annalis exceptio Italici contractus, ex priuilegio quodam Italiæ orta eſt. Sicut apparet ex circumſtanciis ejus conſtitutionis, quam nos de ea habemus, hoc videmus olim Italiæ conceſſum, vt qui cum quopiam in Italia contraxiſſet, illum intra annum non poſſet conuenire, aut cogere ad præſtandum id de quo inter illum conuenerat. Sed prætes quod iſtud priuilegium pleriſque graue erat, etiam calumnia quadam id reddebant iniquius, cum interpretarentur annum in eo priuilegio computandum, excluſiv diebus feriatis, vtpote quibus conuenire aliquem non licebat, quare ſublata eſt ea exceptio.

Annariæ Leges, Feſto interprete, dicebantur ab antiquis, ex quibus præfiniebantur anni magiſtratuum capiendorum. Eas Cicero Philipp. 5. Annales vocat, ac perſpicue Feſti interpretationem comprobat. Meminit & Cic. lib. 2. de orat. Briſſ.

Anni centum, meta temporis humanæ vitæ, teſte Caio in fine, leg. an vſufr. ff. de vſufr. Spieg. vide inf. Annus.

Anni plurimi ſunt triginta vel quadraginta, ff. de diuerſ. temp. præſcript. l. ſi quiſquam. Spieg.

Anniculus fit aliquis die incepta, non exacta: idque ciuili, non naturali (quam prætor ſequitur) computatione. Ciuiliter annum non computamus, à momento in momentum, ſed à die ad diem. Ciuiliter ac populariter poſtremus anni dies inceptus, habetur pro completo. Naturaliter vero numeramus non à die ad diem, ſed à momento in momentum. Naturaliter ergo dies inceptus non habetur pro completo: quia poſtremum hic etiam, idque exactum, ſequitur momentum. Gœddæus ad prin. l. 111. de verb. ſignif.

Anniculus quis dicitur, ſtatim ac illuxit vltimus anni dies, etiamſi nondum eſt completus: Ruſus toto illo die anniculus eſt, vſque ad primum ſequentis diei momentum, quo incipiente, demum & ipſe incipit eſſe major anniculo, non ante, etiamſi aliquot horis anni naturalis curſum excedit. Vt natus hora ſexta diei Calend. Ianuar. anno elapſo, cum primum vidit pridie earundem Calendarum ſextam noctis horam, hoc eſt, ipſas naſcentes Calendas, dicitur eſſe anniculus, & toto die Calendarum vſque ad ſextam noctis ſequentis, ſimiliter anniculus appellatur: quamvis poſt meridiem illius diei incipiat major eſſe, ſi velimus ad naturalis curſus rationem iſta perpendere. At communis conſuetudo loquendi aliud vſurpat, quæ toto illo die anniculum eum appellat, quia ætates hominum non horis, ſed diebus, & menſibus, anniſve definit, &c. Connanus lib. 3. cap. 12 nu. 3. Paulus de verbor. ſignif. l. anniculus. Anniculus, ait, amittitur, qui extremo die anni moritur. Et infra: Anniculus, inquit, non ſtatim vt natus eſt, ſed trecenteſima quinta die incipiente, plane non exacta dicitur.

Anniculus dicitur tam de animatis, quam de inanimatis, quæ ſunt vnius anni; vt anniculus puer, anniculus agnus, anniculum vinum.

Anniversaria conditio percipiendi reditus, id eſt, annua, vnoquoque anno vertente l. 12. §. 6. de annu. leg. Hoto. Prat.

Annona ab anno: quaſi annua alimonia: denotat enim id, quod in annum prouiſum eſt ad alimoniam: ſeu eſt prouentus vnius anni, non frumenti ſolum, ſed etiam aliarum rerum, id quod lectio bonorum authorum probat. Ita Cicero & Suetonius annonam macelli (& in macello) cariorem, dixerunt: Turnebus 22. aduerſ. trigeſimoſecundo. Annonæ nomine res omnes, quæ ad victum pertinent, complectimur. Briſ. Annonæ ſunt, quibus vitam noſtram toleramus, ait Gothoft. ad rubric. C. de annon.

Annona proprie rei frumentariæ eſt: ſed interdum promiſcuè pro quouis alimentorum genere ſumitur: vt patet ex l. 3. de leg. Iul. de annon.

Annonæ quoque dicebantur, quas prædiorum prouincialium domini, conductoréſque, tuendi exercitus cauſa quotannis præbebant: vti patet ex titul. C. de anno. & tribut. Vnde intelligitur, annonas in ſpeciebus conſtitiſſe, hoc eſt, oleo, ſale, pane, carne, frumento, vino, fœno, palea, &c. Tributa verò in corporibus, h. e. equis, iumentis, veſtib. pecunia, vid. Cuiac. d. t.

Annonæ in C. ſunt *cibaria*, quæ militaribus palatiniſque officiis ex eorum, qui poſſeſſiones tenebant, collatione, erogabantur, l. 1. & toto tit. de annon. & tribut & titul. de annon. & capit. admini. Briſſ. Et ita annonas ciuiles paſſim in C. accipimus, quæ & panes ciuiles dicuntur, in l. fin. § præterea, Cod. de iure dotium, & Nouel 88 Briſſ. (Annonæ autem ciuiles comparantur rebus immobilibus. Gothof. ad leg. 6 § 1 Cod. de ſecundis nuptiis.) Quia annona potiſſimum frumenti eſt: hinc interdum panis capitur pro annona, & viciſſim contra. Anceboranus. Vegetius annonarias expenſas vocat eas frugum pabuliq; ſpecies, quas prouinciales militib. expendunt. Spieg.

Annona arctior, l. 17 de compen victus ſtrictus: qualis eſt tempore caritatis: cum ſcilicet eſt incendium annonæ, vt Fabius loquitur, id eſt, cum ingraueſcit caritas. Annonam arctiorem præbet qui de ea frumenti quantitate ſubducit, quam viritim populo præberi oportet. Rob. 3. ſent. 13. Gothoft. ad l. 17. ff. de compenſat.

Annonam incendere dixit M. Varro, & annonam macelli excandefacere, vſitato Romanis more loquendi, cum magnam caritatem annonæ eloqui ſtuderent. Prat.

Annonæ conſiliarium: præfecti prætorio: in ſcrinio libellorum: annonæ in ſcholis exceptorum, paſſim in C.

Annonæ præfectus, ſeu curator, eſt rei frumentariæ præpoſitus: qui ob annonæ caritatem à magiſtratibus extra ordinem frumento ſeu frumentationi præficiebatur. Briſſ. Rævard. Is & Sitocomus dictus eſt, & comes horreorum. Olim is fuiſſe videtur, qui & Ædilis Cerealis dicebatur. Briſſ. eius officiū, prouidere, vt annona iuſto vendatur pretio. vide ſup. Ædiles.

Annonarius, a, um, quod ad annonam pertinet, vt annonaria prouiſio, & lex annonaria, quam Clodius, ſumme popularis: tulit: nimirum vt frumentum, quod antea ſenis æris ac triēnibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur. Item annonariæ expenſæ, de quibus ſupra. Annonaria collatio, id eſt, annonæ præſtatio, l. 1 C de præſcript. 30. annor. Prat.

Annonaria præfectura, l. 1. de offic. præfect. vrb. quæ & annonaria poteſtas dicitur, l. 22. C Th. de piſtorib. Briſſ. Annonarius titulus, Annonarium officium, in C.

Annonarii, qui à ruſticis eſculenta emunt, vt deinde vendant, nomine vænalitiorum comprehenduntur, teſte Alciat. in l. mercis, de verb. ſign.

Annotare (vide Adnotare ſupra) eſt notare requirendum reum. Hoc autem edictis propoſitis fiebat, quibus reus adeſſe iubebatur, vel literis à magiſtratu loci, in quo conſiſtebat reus, miſſis, vt ei innoteſcere poſſet, ſe eſſe requirendum, annotatum, l. 1 §. 1. & l. 4 de requi. vel abſent. Interim vero bona obſignabantur, quæ intra annum recipiebat: poſt annum, ſi neque reſponderet, neque haberet, qui ſe defenderet, tunc in fiſcum bona cogebantur, l. vlt. ff eod. Briſſ. Duar. 1 diſput. c. 8. Id autem genus loquendi non à iuris authoribus tantum, ſed ab aliis quoque vſurpatur, vt Plin lib. 10. epiſt.

Annotat Præſes requirendum reum, cum in acta refert eum, cuius abſentis nomen defertur, requirendum, vt adſit, & ſui copiā faciat, vt ne inaudita cauſa damnetur, l. 1. § 1. de requir. & ita Adnotati dicūtur Requirendi, l. 4. §. reus, c. de re mil. Br.

Annotare alio ſenſu, in l. 1. ff quando appellandum ſit. Præſes dicitur, qui notat in tabulis ſibi videri quem deportandum, idque Imperatori ſcribit. Et ſic adnotatus in l. 1. §. 1. ff. nihil innou. appell. pend. dicitur is, quem deportandum Præſes adnotauit, vel de quo deportando principi ſcripſit. Briſſon. vide Adnotare.

Annotare Inſulas, in l. 1 §. hi quib. ff. de legat. lib. 3. pro adſignare Briſſ. & Duar. lib. 1. diſp. c. 8.

Annotatio quandoque reſcriptum Principis ſignificat, propria eius manu ſubſcriptum. Et ita à reſcripto pragmaticaque iuſſione annotatio ſeparatur, l. vnica, C. de monopol. Briſſon.

Annotatio alias breuem ſeu priuatam ſcripturam ſine teſtib. factam ſignificat, qua quis ſibi debitorem adſcribit, l. 5. & l. 7. C. de probat. l. vlt. C. de conuen. fiſci debitor. lib. 10. Briſſ. vide ſupra in voce Adnotare plura.

Annotinum, & quod ad annonā pertinet (vt annotinæ naues, quibus annona comportatur) & quod eſt vnius anni, dicitur.

Annua bina præſtare, eſt annuatim duplex quid præſtare: vel ſingulis annis duo redituum nomine, l. cum quis 37. de leg. 3.

Annua, bima, trima die, debere, vel promittere: h. e. tempore vnius, duorum, trium ann. l. ſi legatum, de annu. legat. Si legatum, inquit Iuriſconſult. ſit relictum annua, bima, trima die: triginta forte, dena per ſingulos debentur annos, licet non

fuerit adiectum, æquis penſionibus. Et probat ibi Vlpia. idem ius eſſe, ſi teſtator decem, trima die legauerit. Non ſolum autem annua, bima, trima die, dicere ſolebant veteres, ſed etiam annuo, biennio, triennio. Sic olim dos dicebatur præſtanda annua, bima, trima die, id eſt, tribus penſionibus.

Annva die, i.e. in annum, vel ab illinc anno, l. talis. 30. de leg. 1. l. 1. de dot. præleg. Prat.

Annva ſtipulatio, num vera ſit, Bart. diſſerit in l. ſi ſeruus communis, §. cum ſeruum, ff. de ſtipulat. ſeru. Annuæ vero penſionis materiam Guid. Pap. non inutiliter tractat in quæſtionib. Spieg.

Annva exceptio, in l. 1. in fin. ff. quand. de pecu. act. qua dominus de peculio conuentus, poſt annum quam ſeruus alienatus manumiſſusve eſt, defenditur. Briſſ.

Annvi reditus, pecunia parentis empti, quorum commoda & alienare & hæredibus tranſmittere poſſunt filij, reputantur eis in legitimã, l. omnimodo §. imputari. C. de inoffic. teſt. Spieg.

Annvvm dicitur, quod alimentorum cauſa in ſingulos annos præſtatur: vel ſalarium certum in annos ſingulos alimentorum cauſa, l. 21. de pact. dotal. 15. & 29. §. penult. l. fin. de donation. inter virum & vxorem l. 1. C. quand. dies legat. ced. & toto tit. de annuis legatis. Sueto. in Tiber. Peculio, inquit, conceſſo à patre: præbitiſque annuis fraudauit. Iuuen. ſatyr. 5. Tortorib. annua præſtant. Connan. lib. 8. c. 11. nu. 6. Annua ergo ſunt annua cibaria. Hot.

Anvli (pleriſque Annuli) circuli parui ſunt. Anuli vero quidam ſignandi cauſa habebantur, qui & ſignatorij appellantur. Alij ornatus cauſa habebantur, l. 25 § ornamenta. & l. penult. ff. de bon. damnat. Cæterum Anulos aureos ſolis ingenuis ferre licuit: quemadmodum Iſidor. lib. 10. Etymologiar. ſcribit. Proinde liberti, vt ingenuitatis munia, ſaluo patronorum iure, conſequerentur, ius aureorum anulorum à principe impetrare ſolebant. Anulis autem aureis donati in Equeſtrem ordinẽ transſcribebantur, teſte Suetonio & Aſinio Pollione. Briſſon. Græci veteres anulum gerebant in digito manus ſiniſtræ, qui minimo proximus eſt. Gell. lib. 10. c. 10.

Anvli leues, in l. diuus. 6. de bon. dam. qui non excedunt centum quinque aureorum.

Anvlos argenteos & aureos ſerui non geſtabant, ſed ferreos: teſtamenta quoque & tabulas anulis ſignatorijs non obſignabant: ſed literas negotiationis: & merces, vinum, ciſtas, lagenas, penum, obſonia, &c. ne à conſeruis raperentur. Gœdd. ad l. 74. n. 1. fin. Anuli ſignatorij, ſeu ſeruorum, ſeu ingenuorum, non habentur numero ornamentorum. ibid. n. 2. 3.

Annvs dicitur tempus à bruma ad brumam, dum ſol redit. Feſtus putat à Græco annum venire quem illi ἔνος dicunt, vnde & τρίενος triennium vocant. Varro lib. 5. de lingua Latin. ab anulo dici vult. Veteribus enim vnico N. ſcribebatur: deinde Anus circuitum ſignificat: vnde Anulus diminutiuum. Prateius. Quidam auſpicatur eum à Natali Chriſti, quidam à Kalendis Ianuar. quidam à die Paſchæ, quidam à feſto Annunciationis. Atque ex hac ra ſæpe numero captio naſcitur parum utentis, quam varietatem expediret tolli è reb. mortalium, vt recte ſentit Eraſmus. Lege Alciatum in l. biſſextus, de verborum ſignificationibus. Spieg. Priſcis olim temporibus non vnus omnib. annus fuit; nam vt Plin. 7. Naturalis hiſt. c. 48. ait, Annum alij æſtate vnum determinabant, & alterum hyeme: alij quadripartitis tẽporibus ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuere. Quidam Lunæ ſenio, vt Ægyptij. Itaque apud eos aliqui & ſingula millia annorũ vixiſſe produntur. Id quod & poſt eum recenſuit D. Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei decimoquinto, capite duodecimo, & ante vtrunque Diodorus libro primo Bibliothecæs. Xenophon quoq; ſi is fuit, in libris, qui eius titulo de æquiuocis circumferuntur: Ægyptij, ait, vtuntur anno quandoq; menſtruo, ſæpe bimeſtri, non raro trimeſtri, nonnunquam ſolari: quæ varietas etiam ex noſtris, qui ab eis literas habuerunt: ſapientes facit aberrare. Iberis annus quadrimeſtris vt plurimum eſt, rariſſime ſolaris. Contra Chaldæi, cum in antiquitate diſciplinarũ ſuarũ vtantur menſtruo, in exteris ſemper ſolarem ſe intelligere fatentur. Plutarchus in Numa Pompilio. Quidam, inquit, ex Barbaris trium, ex Græcis autem Arcades quatuor, Acarnanes ſex menſium anno vſi ſunt. Ægyptiis menſtruus annus fuit, deinde menſium quatuor, vt aiunt: quare qui vel nuperrime eam regionem incoluerint, vetuſtiſſimi videntur eſſe; annorumque incredibili multitudine in familiarum deductionibus differunt: quippe qui menſes in numerum annorum colligunt. Romanis quoque ab initio annum fuiſſe decem menſium multis conjectuſis probat, duoſque à Numa fuiſſe additos, ſcilicet Ianuarium & Februarium.

Annvs apud Romanos vagiè obſeruabatur, vſque ad tempora Caij Iulij Cæſaris, qui omnem ratiõnẽ temporum vagam adhuc atque incertam ordine definiuit, Suetonio & Plinio autoribus. Nam annum in trecentos ſexaginta quinq; dies extendit. Iulianus in l. ſi ita vulneratus § primo. ff. ad legẽ Aquiliam. Reſpexit autem Cæſar ad curſum Solis, qui totidem diebus & quadrante curſum ſuum conficit. Et ne huic dierum numero ad annum conſtituendum quadrans deeſſet voluit vt quarto ſemper anno Sacerdotes, ſeu Pontifices, qui menſibus ac diebus faſtis & nefaſtis præerant, vnum intercalarent ſeu interponerent diem, videlicet eodem tempore, quo antea totus menſis intercalari ſolebat, hoc eſt, ante quinque vltimos dies menſis Februarij, idque biſſextum appellari iuſſit. Conf. Gœd. ad l. 98. n. 2. 3. ac ſeqq.

Annvs vel naturalis eſt, vel ciuilis, ſeu legalis: alius naturaliter, alius ciuiliter numeratur. Naturaliter, cum à momẽto ad momentum computamus, l. anniculus, 132. de verborũ ſignificationibus: Et hic in nuptiis exigitur. Nou. 74 & 100. In pupillis & minoribus, l. vlt. C. quando tut. deſin. l. 3. §. minorem de minor. In præſcriptionibus temporalium actionum, l. 6. de oblig. & act. In Carboniana poſſeſſione, l. 1. C. de Carb. edict. Ciuiliter vero, cum à die ad diem cõputatio fit: ſic vt qui ad extremum anni diem peruenerit annum abſoluiſſe videatur, l. 134. de verb. ſig. atq; hic exigitur in munerib. & honoribus: ſi damnum iniuria datum ſit: teſtamenti factione, l. 5. de teſt. In manumiſſione ex l. Ælia Sentia l. 1. de manu. In vſucapione. l. 5. & 7. de vſucp. in l. Papia, l. anniculus 134. de verb. ſig. Prat. vide omnino ſupra: Anniculus fit aliquis. In his & ſimilibus dies inceptus pro completo habetur. Secus eſt in iis, quæ facti ac naturæ ſolius ſunt, in quibus à momento in momentum ætas vel tempus computatur: in his enim vltimum etiam diei momentum præteriiſſe oportet. Gœdd. ad l. 98. n. 8. de verb. ſig. & ad pr. l. 217. n. 3. eod. vide mox infra annus biſſextilis.

Annvs deinde vel cõtinuus, vel vtilis in iure diſtinguitur. Continuus, qui vulgo & naturalis annus appellatur; vel qui conſtat ex trecentis ſexaginta quinque diebus continuis. In eo dies ad momentũ reputantur, nullis agendi obſtaculis interim exceptis: vt in vſucapione, l. namque. §. 1. de vſuc. Spieg. Annũ vero vtilem dicimus, qui conſtat ex 365. dieb. vtilibus: & ita in annalibus actionibus, quæ annua præſcriptione excluduntur, ſemper annum accipimus: Cuiac. de diuerſ. temp. præſcr. c. 10.

Annvs vtilis trifariam dicitur: primo ſi actor habet experiũdi poteſtatem: item, ſi reus præſtet ſui conueniendi facultatem: & tertio, ſi iudicis copia adſit, l. 1. de diuerſ. tempor. præſcript. Spie. Annum vero in iure vtilem ſere accipimus, i.e. ex iis diebus conſtatũ quibus experiundi poteſtas fuerit. Quod & Goueanus notat lib. 1. variar. lectio. Briſſ. Sicut legerint, cum 14. annorum erit, is capiet, cum 14 annos erit (erit, pro impleuerit.) 49. de legat. 2. Hoc ſermone, poſt annũ, biennium, ſignificatur, l. 17. in fin. de manum. teſt. Si cui his verbis libertas relicta ſit; Duodecimo anno liber eſto, is in principio anni duodecimi liber erit. Duodecimus. n. annus eſt, cum quantumlibet ex duodecimo anno venerit, aut præterierit, & qui duodecimo anno liber eſſe iubetur, omnibus duodecim anni partib. liber eſſe iubetur, l. 41. de man. teſt Briſſ.

Annvm inchoatum ſeu cœptum ſæpius pro completo ſeu pleno accipimus: niſi verborum conceptio, aut loquentis voluntas aliud ſuadeat. Briſ. Etenim fauoris ratio ſupplet tempus, quod alioquin natura nondum completum eſt. vide paulo ante §. Annus vel naturalis, & Gœdd. ad l 98. num 8. & ad l. 217. n. 4. de verb. ſign. Annus cœptus pro completo non habetur, l. non putabam. ff. de condit. & demonſt. l. 3 § minorem de minoribus l. 6. C. quand. di. leg. ced. Spieg.

Annvs extremus, extrema pars anni, quæ apud nos eſt Decembri menſe, cum duodecimus apud antiquos eſſet Februarius. Ideo eo menſe Terminalia feſta celebrabantur, quod is dies extremus eſſet anni: Vide Ouid. lib. Faſtor. 2.

Annvs litium Seruius in illud Æneid. 2. Si omnes vno ordine habetis Achiuos. Idque audire ſat eſt: iam dudum ſumite pœnas. Vno ordine, inquit, id eſt, vno reatu. Dicebantur autem in ordinem cauſæ, propter multitudinem, vel tumultum feſtinantium, cum erat annus litium. Iuuenalis:

Exſpectandus erit qui lites incohet annus.

Hotoman.

Annvs biſſextilis, nunc quartus quiſq; annus dicitur: quia duobus continuis dieb. bis dicimus, ſexto Kalendas Martias, duos dies pro vno computantes: vt ſit biſſextum, quaſi bis ſextum. Spieg. Biſſextilis alio nomine Intercalaris, quia vnus dies intercalatur, ſeu interſeritur. Et hic quoque annus, vt alius quiuis, modo ciuiliter conſideratur (in rebus ſeu cauſis ciuilib. in quibus non à momento in momẽtum, ſed ciuiliter, & ἐν ὁλοκλήροις tempus computamus) modo naturaliter, à momento in momẽtum. Biſſextus (in quo biduum pro vno die reputatur) inceptus, ciuiliter pro completo habetur: & ita poſteriore biſſextonatus, priore biſſexto Calendarũ, ciuiliter annum complet: at in naturali computatione anni, poſterior quoque biſſextus completus eſſe debet, cum ſit pars prioris: nec ſextus Calendarum (qui biſſextus ſeu geminus eſt in anno biſſextili) præteriiſſe cenſetur, antequam totum illud biduum præterierit. Gœd. ad d. l. 98. nu. 9. adde ibid. nu. 2. 3. vid. infra Biſſextus, & ſupra. Annus vel naturalis eſt.

Anni quibuſdam diſtinguuntur vſuales, vel ceremoniales vel legitimi,

Digitized by Google

legitimi. Tiraq.in tract du retract.lignager.§.1.gloſſ.10.

Annus quinquageſimus olim apud Hebræos ex lege Moſaica, vocabatur Iubilæus: quo tempore vnuſquiſq; ad poſſeſſiones, & libertatem familiamque ſuam, quam ob neceſſitatem alienaſſet, nec poſſet ſoluere, gratis admittebatur. Num.25.Old.

Anni pars maior, quæ ſextũ ſeptimumque menſem egreditur. Secus eſt in interdicto. Vtrubi: vbi maior anni pars non ad numerum dierum menſiumve, quibus ipſe annus conſtat, ſed ad longius tempus poſſeſſionis refertur: qui maiore, quam aduerſarius, anni parte poſſederit, vincit: qui minore, vincitur. Gœd.ad l.156.nu.2.3.de verb.ſign.

Annum in fuga fecerat, pro conſumpſerat, l.14.§.fin.de ſtatu lib. Briſſ.in parerg.

Annuere, quo ſæpius Iuriſconſulti vtitur, vt in l.1.§.ſi quis ita: de verb.oblig.eſt cum nutu h.e. capitis ſigno, aliquid affirmamus; vnde & annuere pro concedere vſurpatum. Sic annuere votis, l.5.Cod.de adopt. Virgil.lib.10. Annuit his Iuno, & mentem lætata retorſit. Cortaſ.d.§.ſi quis ita.

Annutivum, vide ſupra. Adnut.

Annumerare aliis, inter alios, id eſt, in numerum referre. Id adnumerauit culpæ, imperitiæ, i. adſcribitur, imputatur. Briſſ.

Anomalam h. e. irregularem & innominatam exceptionem, interpretes appellant, quæ nec peremptoria, nec dilatoria ſit. Quanquam hanc non eſſe verum Zaſius, ſtudioſe obſeruans proprietatem ſermonis veterum Iuriſconſultorum, alicubi tradidit: quia non inuenitur eiuſmodi exceptio. Spieg.

Ἀνοβατίνως. in l.fin.C de nouat.i.ſine nouatione. Cuiac.Inſtit. quib.mod.toll.obligat.10 ſi.& 19 obſer 36.in ſi. Contius legit. *ἀνατατίνως*, Goth.in d.l.fin. *ἀνὰ ἀνανεώσεως*. Hal. *ἀνατατίνως*.

Anquerere, veteris iuris verbum quærere, & informationem facere ſignificat. Liu. 4. Belli Punic. ſeu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret. Prat.

Anquirere, Feſtu eſt circumquærere.

Anquirere pecunia & capite, veteres dicebant, pro mulctam irrogare, vel ad populum ferre de mulcta vel capite alicuius, vt eam populus aut iubeat, aut antiquet. Liuius lib. 8. Capite anquiſitum ob rem bello male geſtam, &c. idem lib. 26. Cum Tribun.pleb.bis pecunia anquiſiſſet, tertio capitis ſe anquirere diceret. Idem lib.6. Sunt qui Duumuirus, qui de perduellione anquirerent, creatos. Hotom.

Anquisitiones intelligimus, cum diligenti peruestigatione aliquid circumquærimus, quod & Ver. Flaccus probauit. Hinc etiam annus deductus eſt ab ipſo temporis circuitu, vt ex Capitone Atteio refert Macrobius: quoniã An.pro Circum, veteres poſuerunt: vnde Anterminos, circumterminos; & Anſanctum, & Ambire, pro circumire: quæ Grammaticorum commentariis peruulgata atque detrita ſunt, vt annotauit Pet. Crinitus lib.1.c.14.de honeſt. diſcipl.

Ansa eſt, qua quippiam prenditur ac tenetur Paulus in l.in rem actio.§.2.de rei vendic. Veluti, inquit, ſi quis ſtatitæ ſuæ brachium, aut pedem alienum adiecerit, aut ſcypho anſam, vel fundum. Hæc vox per metaphoram varias adagiorum formas præbuit, Plaut. in Perſa: An non vides hanc anſam quærere? i. e. captare occaſionem reſcindendæ irritandæque pactionis. Cic. in Lælio: Quo plures det ſibi tanquam anſas ad reprehendendum. Anſis vaſa tenentur. Et Aræ primo anſæ dictæ ſunt, quod teneantur à ſacrificantibus. Varro author. Epictetus in Enchiridio ſuo ſcripſit, Vnicuique rei binas eſſe anſas; alteram, qua teneri poſſit; alteram, qua non poſſit. Cætera apud Chiliad. Eraſ.

Ansarum alij feri, alij non. § 26. Inſtit.de rer.diuiſ.

Ansitaria, expurge peregrinam dictionem, & repone, Amphitapa, in l.veſtis de auro & arg.leg.intelligeq; veſtes vtrinque villoſas. Sic enim corrigit, Alciato teſte, Marinus Brixienſis. Quod ait Vlp.anſitaria quid velit, ingenue fateor me plane neſcire. Bayſius inquit, in d.R. veſtiar.putatque, vt Marinus repoſuit legendum, Amphitapa. Sed quid ſi ſtragulam inſtitoriam legamus, quod in parerg Alciat. annotauit, quibus in officinis inſtitores ſe induunt. Spieg.

Ansulæ vocantur ligulæ coriaceæ, quibus adfibulatur ipſe calceus, ne ſolea eat indecenter. Auth. Ioan. Bapt. in com.Epiſt. Sidon Apollin.ad Lamprid.lib.8.

Antapocha, ait Gothof.ad l.1.de fid.Inſtr.creditori vtilis eſt ad probandas annuas & menſtruas præſtationes, & impediendas inſidias præſcriptionis: de qua vide l.19.C.de fide inſtr. vel

Antapocha eſt inſtrumentum ſolutionis, cenſuale probans debitum in futurum. Molin.de vſur. q 20.n.208. Vel ſic, eſt profeſſio pecuniæ ſolutæ, quæ datur creditori à debitore. Antapochæ vicem ſuſtinet, exemplar apochæ ſubſcriptæ datum creditori. Gothoſ.ad d.l 19.

Antapocha, *ἀντίγραφον* ſeu antapocha, proprie chirographus, quo debitor fatetur debitum creditori, aut quo quis ſe obligat. Quandoque etiam antapocha ſignificat confeſſionem, quam debitor creditori facit in præſtationibus annuis oppido neceſſariam propter præſcriptionem.

Antapocha. Apocha eſt profeſſio ſolutę pecuniæ, Antapocha eſt exemplum apochæ ſubſcriptum à debitore creditori datum, & hanc eſſe veram definitionem antapochæ, probat l. plures de fid.inſtr.ſi modo, vt autores ſunt libel ſcripti, deleãtur hæc verba (vel antapocham ſuſcipere) quàm Iacob.& Fulgoſ.ſequuntur notat Ant.Cont. ad d.l.plures. Apocha debitor probat ſe ſoluiſſe, vt creditoris actionem excludat. Antapocha creditor probat ſibi reditus, pẽſiones, vſuras, ſolutas fuiſſe, vt præſcriptionem temporis ſummoueat, vel vt repellat colonum ſeſe in libertatem aſſerentem. Apocha ſecuritas etiam dicitur, & *ἀμεριμνία*, & *ἀπόδειξις* ſæpiſſime in Nouellis & in libris *βασιλικῶν*. Petronius Arbiter in Satyrico: Redde mihi apodixim deſultoriam. i.e. remiſſionẽ ſenilis ætatis. Caſſiod. xi. Merito teſtimonium ſolutionis ſecuritas dicitur, de quo nõ ſolum animus, ſed ſubſtantia communitur. Dicitur & Recauta in Nou.150. vbi Græci vertunt *ἀντιγραφὴν*, non minus male quã delegatores, *μᾶλλον* Auguſtin. de cura pro mortuis, vbi eſſet, recautum, quo illa cautio vacuata fuerat, indicauit. Poſteriores dixere. Euacuatoriam in formulis Marculphi ab euacuanda obligatione, vt quandoque Græci *ἀκυρωτικόν*.

Antapochæ formula eſſe hæc poteſt: Ego Lucius Tit. fateor C.Seio, aut illi die illa me ſoluiſſe annui reditus nomine, quẽ ei debeo ob fundum vel poſſeſſionem illam: vel tot vſurarum nomine ob creditam mihi pecuniam. Cuiac. & Gothoſ.ad d. l.19.C.de fid.inſtrum.

Ἀντάλλαγμα accipiatur pro permutatione. Significat etiam rem quæ more veterum in permutationem datur. Alc.l.Labeo.19. ff. de verb. ſig. Prat.

Ἀντιπαράλαμψις apud Vlp.l.ſi arborem.17 de ſer. vrb.præd ff. refractio luminis. A. Auguſt.lib 4.Emen.c 16. ſignificat reuerberationem. Prat. & apud Cic.lib.2.epiſt ad Attic.

Ante idem ſignificat, quod præ, & in conſpectu eſſe, vt quod dicimus ante pedes, ante oculos poſitum, vt ſua natura non quidquid præcedit, quantumuis longo interuallo, ſed quod proxime præcedit, dicatur ante eſſe. Cic. ad Attic. Cicero, eum, quem ante me diligo, video, i.e. nullum alium plus me quam illum diligo. Connan.lib 6.c.3.

Ante diem apud veteres idem ſignificabat, quod ipſo die: quaſi dicerent, ante diei exitum: nam in die præſtituenda tota dies continetur. Cæſar.lib.1. de bel. ciu. Pollicetur ſe in prouinciam iturum, neque ante quem diem iturus ſit, definire, id eſt, quo die, vel ante cuius diei exitum. Prat.

Ante factum teſtamentum, l.21.§.3 C.de teſtam.

Ante ſecula, l.6.§.1.C.de ſum. Trin.

Ante particulam ad initium referri, ſcribit Alciat. l. anniculus, 135.§.ante ff.de verb.ſign.

Ante etiam excluſiue ſignificat; l.qui ante. 13.ff. de verborum obligat.

Ante, incluſionis nota eſt Vlpian. d. l. qui ante l. cum ſtipulatus, 113.ff.de verb.oblig. Prat.

Ante diem decimum Kalendarum, formula, decimus dies ſignificatur Antonio Auguſtin.lib.4.Emend c.6. Iacobo Cuiatio, acutiſſimi ingenij viro, in l.qui ante 53 ff. de verbor.obl. Prat.

Ante iudicium acceptum eſt, ante litem conteſtatam ex verbis & ſententia Pauli: l.amplius.15.ff.rem rat.hab. eodem & ſenſu accipitur apud Labeonem, in l.qui concubinam, 59. §. 3. ff. de legat.3. idque per Conſtantini conſtitutionem l. 2. ibi ſtatim. C. vbi in rem actio. non igitur ante iudicium acceptum in d. § 3.incip.ſi hæres, ſumitur pro ſententia, vt autumat Accurſ. ibid. & ante ſententiam vt credidit Alberic. Nec moueor Põponij reſponſo l.ſi rem quam § fin.ff. de euict. Nam hic quocunque tempore, vt cauſæ adſit denunciari poteſt illic vt iudicium in ſe ſuſciperet. Vel apud Labeonem res euicta erat, apud Pomponium nondum. Scio Bartol. in d. §. ſi hæres hanc *ἀντινομίαν* diluiſſe, vt apud Pomponium ſit titulus oneroſus puta emptionis, apud Labeonem titulus lucratiuus. Tu rem expende. Prat.

Ante Kalendas ſtipulatus ſimilis ei eſt qui Kalendis ſtipulatur l.qui 13.ff.de verbor.oblig Bart.& Alc. in l. 2. creditum, ff. ſi cert. petat. multa & varia de hac voce, ante dixere, quorum verba huc non tranſcribo. ab iis pete. Pratei.

Ante omnia, id eſt ante, quam ad alia procedatur l ante 53.ff. de prob. & l.pen. ff. de alim. & cibar. leg. Azo in Sum. C.quand. ciuil.act.crim.præiud.Prat.

Ante: Poſt, Mox, & cętera id genus certam fere temporis formam non recipiunt, teſte Oldend. Spieg. Adde præterea quod hę dictiones ante & poſt, ſunt earundem virium & naturæ, ſeque mutuo reſpiciunt, vt late docuit Tiraq. in rep.l.ſi vnquam, in verbo & poſtea, n.14.nam & quamuis C.de reuoc.don.

Ante calendas, & poſt calendas, idem poſſe ſignificare. Alciatus demonſtrat. in Comm ad l.anniculus, de verb.ſign. Spieg.

Ante decimum diem Calend. ſignificat vndecimam ſi de futuro loquat: poſt decimum diem ſignificat vndecimam, ſi de præterito agatur, autor Alciat.in d.l anniculus Spieg.

Ante diem 3. Non. annotante Manutio, veteres dicebant, id eſt die tertio ante Nonas. Nam cum dicitur. 3. Non. conciſa locutio eſt; quæ integra eſſet, ſi diceres, 3. die ante Non. qua non-

admodum vtebantur antiqui, ſed eius loco, Ante diem 3. Non. Spieg.

ANTE diem tertium pro nudiuſtertius accipi videtur compendioſa locutione, quaſi dicas ante diem tertium finitum. Hinc Gellius Ciceronem natum eſſe ait ante diem tertium Nonas Ianuarij lib. 15. c. 28. qui vt ipſe de ſe ſcribit natus fuit tertio Nonas Ianuarij Duaren. l. qui ante Kalend. 13. ff. de verb. obli.

ANTE id tempus ſignificare, quod præcedit actum, poſt verò id tempus, quod ſubſequitur, Doctores concludunt. Quæ ſententia in actu momentaneo expeditum intellectum habet. Sed & in actu tractum habente, idem eſt: vt cum dico rem factam ante bellum, intelligitur cœptum. Vide Alciat. in l. 2. ff. ſi cert. pet. Spieg.

ANTE cœnam: in cœnarum conuiuiis lautiſſimis primi ferculorum miſſus ante cœnam dicebantur, qui & iterabantur in tesdum: ſecunda fercula, ipſumque velut ſolidum cœnæ, cœna. Turneb. lib. 17. aduer. c. 10.

ANTÆ populi Iſtri fluminis accolæ, congeneres Sclauinis, quos in Romanas prouincias incurrentes Iuſtinianus per Chilidibium ducem repulit, & poſt aliquot annos duce Germano ſororis ſuæ filio, ad internecionem fere deleuit, vt merito ab eis nomen Antici vendicauerit. Quapropter Haloander noſter (quem fata ante diem nobis præripuere, non ſine, vt candide fatetur Alc. inſigni ſtudioſorum iactura) recte in tit. Iuſtiniani, pro Attico Anticus reſtituit: in quo bis erratum vulgo eſſe idem Alciat. oſtendit c. 3. lib. Paretg. 5. Flauij cognomentum, de quo infra in litera I. Haloander non agnoſcit. Spieg.

ANTE Alias ante cauſam cœptam, l. 3. §. iudicio tutelæ ff. de contrar. tut. Alias ante cauſam finitam, l. in inſulam. §. fructus ff. ſol. matr. l. 2. in fin. & ibi Bart. ff. ſi cert. pet. c. cum tu. de teſtib.

ANTE aditam hæreditatem, ſic accipere debemus: antequam vel ab vno adeatur hæreditas. Nam vbi vel vnus adit, competit libertas Paul. l. cum hæres. ff. de ſtatulib. Oldeo.

ANTECEDENS inſtrumentum l. 23 Cod. de donat. Antecedētes creditores in ordine pignorum l. 7. C. de act. & oblig. Antecedentis temporis, l. 58 §. Teſtamento ff. de admin. tut.

ANTECESSORES ſunt iuris Doctores, magiſtri, & profeſſores: quod & Heſych. bis verbis docet: [illegible] ὁ τοὺς νόμους [illegible], vbi tamen corrupte Anticenſores vocat. Horum fit mentio in conſt. omnem, procem. Pandect. & l. 2. §. quæ omnia, de vet. iur. enucl. Hoc titulo cohoneſtari fuere Theophilus Inſtitutionum Iuſtiniani paraphraſtes, & Iulianus patritius Nouellarum Græcarum eiuſdem principis fidus interpres.

ANTECESSORES etiam Tranquillo in Vitellio dicuntur præcurſores, Gallis *Auantcoureurs*, vt & apud Mauricium: Horum eſſe dicit ante agmen ire, loca caſtris metandis idonea deligere, & vias, quib. duci cōmode exercitus poſſit, videre. Vide & apud A. Hirtiū in lib. de bell. Afric Prat. Alciat. li. 3. diſpunct. c. 12. de interpretatione huius verbi dubitat, ſed eā veriſſimā eſſe neutiquam ambigendum, vt ij ſcilicet antecesſores dicantur, qui publice iura profitentur, id quod manifeſte probatur, ex inſcriptione procemij ff. in quo Imperator præcipit formam, modum & methodū docendi. Nam ſcribitur epiſt. illa Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Iſidoro, Anatolio, Thalilæo, & Cratino antecesſoribus. Sed omnem dubitationem ſubmouent verba eius epiſtolæ, paulo poſt principium, ibi, Sed cum vos, & omnes poſtea profeſſores legitima ſcientia conſtitutos etiam hoc oportuerat ſcire, quid & in quibus temporibus tradi ſtudioſis neceſſarium credamus, vt ex hoc optimi atque eruditiſſimi efficiantur, ideoque præſentem diuinam orationem ad vos præcipue faciendam exiſtimauimus, quatenus tā prudentia veſtra, quam cæteri antecesſores, qui eandē in omne æuum exercere maluerint, nullis regulis obſeruatis inclytam viam eruditionis legitimæ poſſint ambulare. Idem etiam deprehendi poteſt ex verbis Iuſtiniani in l. 1. Cod. de vet. iur. enucl. ibid. Et Dorotheum virum illuſtrem & facundiſſimum antecesſorem, quem in Berytienſium ſplendidiſſima ciuitate leges diſcipulis tradentem, propter eius optimam opinionem & gloriam ad nos deduximus, participemque huius operis fecimus. Et paulo poſt. Nec non & Cratinum virum illuſtrem & Comitem ſacrarum largitionum, & optimum antecesſorem huius almæ vrbis conſtitutum. Nam in vrbe Conſtātinopolitana, & in oppido prædicto Berytienſium iura publice docebātur, vt legitur in §. hæc autem tria, in proœ. ff. nec diſſentio ab accuratiſſimo Haloandro, eos dictos eſſe a præeundo diſcipulos, & quaſi porrecta manu in penetralia iuris deducendo. Id enim ſignificare verbum Græcum, à quo deducitur illa dictio Græca paredri clariſſimum eſt. Eſt ergo tranſlatiue formarum. & per Metaphoram à præeundo, in quo ſignificatu diximus paulo ante magiſtrum accipi eum, quem vt exemplum ſequimur in re aliqua. Cæterum vir doctiſſimus Hadr. Turneb. lib. 8. diuerſ. c. 19. antecesſores homines legum peritos & iuris diei exiſtimat, etiamſi non ſint profeſſores ab honore, quo aliis qui ius non didicere antecedant, ſic Apoſtolorum principes, Tertul. Antecesſores vocat, vt lib. 5. aduerſus Marcionem, quam Paulus ſciret ſe non in vacuum cucurriſſe, cum dexteras ei darent antecesſores, & lib. 1. tunc primum cum antecesſoribus Apoſtolorum conferebat. Balduinus in proœm. Inſtitut. exiſtimat hanc vocem effictam imitatione Græcorum apud quos [illegible] per metaphoram ſignificat, præeundo & docendo deducere diſcipulum in alicuius artis penetralia, quaſi dicas [illegible], &c.

ANTECESSOR prior magiſtratus, cui alter ſuccedit: qui alibi Deceſſor dicitur. Ciceroni ſemper Prior. Paulus l. 55. ff. de iud. Edictum quod ab antecesſore datum eſt, in numero trium edictorum connumerari debet plane, licet omnis ab antecesſore numerus finitus ſit, ſolet ſucceſſor vnum edictum dare. Hotom.

ANTEFERRIS clauſulæ cuius mentio fit in ca. quodam de præb. in 6. & c. autoritate. de conceſſ. præb. eodem lib. vim explicat Felin in c. cauſam, &c. e. de reſcript. in antiq. Prat.

ANTEPILANI Liuio dicti haſtati & principes in legione, quod eſſent ante triarios, qui Pilani vocabantur, Vt Varro de ling. Lat. docet: quem refert & ſequitur doctiſſ. Turn. lib. 21. aduerſ. cap. 27.

ANTESTARI quid ſit, demonſtrat Acron his verbis in Serm. Horat. lib. 1. Sat. 9. Denunciantes litem anteſtatos habebant, quib. præſentibus conueniebat, vt aurem illis tertio vellerent: Solebant enim teſtium aures tetere, & ita dicere: Memento quod tu mihi in illa cauſa teſtis eris, quod eſt Anteſtari. Aliter, olim qui anteſtabantur, auriculam contingebant. Ideoque poeta ait,

Libenter auriculam obtuli.

Aliter: Anteſtari, id eſt, teſte vti, quod iudicij cauſa volo manum inijcere, nam hæc erat conſuetudo, ſi quis vadato non paruiſſet, ei aduerſarius aliquem de præſentibus anteſtabatur, id eſt, tangebat eius aurem, & dicebat, licetne anteſtari; ſi reſpondiſſet ille, licet: tunc iniiciebat vadatus manum in eum qui non paruiſſet, & ducebat in iudicium: aliter ſi inieciſſet manum, iniuriarum poterat accuſari Hæc Acron, & Porphyrio fere in eandem ſententiam. Horat. eo loco:

Et quo tu turpiſſime? magna
Exclamat voce & licet anteſtari? ego vero
Oppono auriculam, rapit in ius.

Plautus in Curcul.

Licet anteſtari? M. non licet.

Ph. Iupiter te male diſperdat miles, inteſtatus viuito: Hot. in prætermiſſ. Et ſic quidem aliud mihi in effectu ſignificare videtur anteſtari, quam teſtibus vti, vel, vt Plautus, ait teſtes facere, quando actor in reum manus iniicere volebat. Plaut. in Curcul.

Ne facias teſtes, neque equidem tibi debeo quicquam

Quin & Caius cum de iis ageret, qui neque ſequuntur, neq; ducuntur, in reum manus iniici ſolere, reum manibus teneri ſcribens, indicare viſus eſt: Solutum, inquit non intelligimus eum, qui licet vinculis liberatus ſit, manibus tamen tenetur, c. 48. de verb. ſign. Quod ſi anteſtatus non eſſet actor, & manum inieciſſet, iniuriarum, vt exiſtimat Acron, reus conſtitui poterat. Hinc illud Plauti in Curcel.

Heccine paſſo indemnatum, atque inteſtatum me arripi?

Nec immerito, qui enim non reluctantem trahit, aut rapit, inferre videtur. Proinde ne ſine iuſta cauſa ſic in aduerſarios ſæuirent actores, lege conſtitutum fuit Decemuirali, vt qui ſine atteſtatione in reum manus inieciſſet, iniuriarum poſſet conueniri. Nec vero huius atteſtationis ſolennitas in totum ab aliorum teſtimoniorum iure diſcedebat, quin vt à teſtimoniis reliquis, ſic ab anteſtatione ſerui repellerentur, Plaut. in Curcul.

Seruon' anteſtati?

Ph. Vid. C. Hem, vt ſcias me liberum eſſe.

Porro vt quis in ius raperetur, non ſemper opus anteſtatione fuit: nam ſi reus improbus eſſet, & inteſtabilis, vt ſunt, lenones, fures, & id genus alij, ſine anteſtatione ad prætorem rapiebatur: id quod doctiſſimus præceptor meus Hopperus in eruditiſſimo ſuo de iuris arte lib. 2. annotauit. Vetitus ſiquidem erat, plagiarios, & fures priuata manu, eorumque cōcurſu ad prætorem ſine anteſtatione rapi, quam ſub prætextu ſecuritatis tranquillitatiſque publicæ, tergiuerſatione, rapinis, plagiis, aut furtis indulgere. Quod cum ita ſit mirum nemini profecto videri debet, in improbos huiuſmodi homines manus etiam ſine anteſtatione iniici conſueuiſſe. Sic Lyconidem adoleſcentem aulæ quadrilibris furem ſuſpicans Euclio, in ius rapere viſus eſt voluiſſe. apud Plaut. in Aulul. Niſi referes. L. Quid tibi ego referam? E. quod ſurripuiſti meum. Iam equidem ad prætorem hercle te rapiam, & tibi ſcribam dicam. Nam quod nullam hic ſuperſtitionem optauerit præſentiam Euclio, quod nullum viatoris implorauerit auxilium, hinc poteſt probabiliter argui communi iure, in eum quem furem eſſe non dubitabat adoleſcentem manus iniicere Euclionem potuiſſe. Similiter in Perſa, cum in Dorpalum lenonem manus iniicere Saturio Paraſitus, interrogatus à Lenone, anne anteſtaretur, reſpondit:

Tuane

Digitized by Google

Tuane ego cauſa carnifex
Cuiquam mortali libero aures atteram,
Qui hic commetcaris ciues homines liberos?

Rurſus in Rudente, cum Labrax leno à Pleuſidippo in Jus vocaretur, ſic eum interrogabat Pleuſidipp.

Rapiet hinc obtorto collo manus, an trahi?
Vtrumvis opta dum licet.

Cumque ſe nocturum velle leno reſpondiſſet, ſubjecit ſtatim Pleuſidippus.

Abi ſane ad litus curriculo Trachallo,
Iube illos vrbem ire obuiam ad portum mihi.
Quos mecum duxi qui hunc ad carnificem trahant,
Ego hunc ſceleſtum in jus rapiam exulem.
Age ambul in jus L. quid ego deliqui?
Et paulo poſt: Obſecro ſubueni mi Charmides,
Rapior obtorto collo. Ch. quis me nominat?
L. Viden' me vt rapior? Ch. Video, & inſpecto lubens.
L. Non ſubuenire mihi audes? Ch. Quis homo te rapit?
C. Adoleſcens Pleuſidippus.

Cæterum ſi honeſtior eſſet perſona quam vt eam rapi conueniret (erant enim qui in jus vocati, duci, aut rapi, ne medio quidem anteſtationis poterant, vt ex Epigraph. l. 48 de verb. ſignif. colligimus) diem ei dicebat, eumque promiſſa pœna, quam multam Plautus appellat, dariſve, ni prædia poſſideret, vadibus, vel pignore dimittebat. Plaut. in Capt.

His diem dicam, irrogabo multam.

Nam quod lege cautum fuiſſe diximus, in jus vocati, vt irent, prætor illud edicto ſic interpretatus:

In jus vocati vt eant aut ſatis vel cautum dent,

Quod enim certos præſeſſionum haberet dies, quibus poſtulationibus, quibus etiam cognitionibus vacaret, lib. 1. Variorum demonſtrabimus. Manus in aduerſarium injiciendi opportunitate actores fraudare diutius prætori iniquum videbatur. Proinde conceſſit agere volentib. aduerſarios ſuos vadari h. e. in jus vocare, vt in pœnam ſtipulantibus actoribus promitterent, aut ſatis vel cautum aliquo modo darent, prædiáve poſſiderent, manus injectionem paterentur, & medio anteſtationis, vel ad prætorem, ſi is poſtulationibus operam daret, ducerentur: vel ſi aliis negotiis occupatus eſſet Prætor, in carcere proxima poſtulationum die in jure ſiſtendi cauſa adſeruarentur. Plaut. in Perſa: Vadatur hic me. P. Vtinam vades Deſint, in carcere vt ſis. Quod etiam de his, qui neque ſequuntur, neque duennotur, Caius annotaſſe viſus eſt, d. l. 48 de verb. ſign. Ac ne eum, inquit, intelligemus ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſeruatur. Per publicum enim carcerem ſiue cuſtodiam intelligi, Illud Plauti in Amphyt. liquido demonſtrat. Ita peregre adueniens hoſpitio publicitus accipiar. Ræuard. cap. 3. ad leg. XII. Tab. & ante eum Iac. Cujac. lib. 7. Obſeru. cap 16.

ANTESTATVS is erat, qui teſtato, id eſt teſtibus adhibitis conuertebatur: ſicut denunciatus dicitur, cui fit denunciatio, leg. venditor. de re judic. Eadem ratione apud Caium lib. 1. Inſt. 1. tit. 6. pater fiduciarius Anteſtatus dictus eſt olim. Nec vero Anteſtati dicuntur ſuperſtites, ſiue teſtes, & Anteſtatorum non attrectatur auris, ſed teſtium Lex Baiouaria: Teſtis, inquit, per aurem trahi debet. Prat.

ANTESTATO opponitur inteſtatus, i. teſtato non conuentus, apud Plau. in Curcul. 15. Hoccine pacto indemnatũ atq; inteſtatum me arripi? Prat. Vid. Cuja. 7. obſ. 6. Goth. ad l 64. de verb. ſign.

ANTEVSATANA ſupplicium, leg 2. C. qui teſtam. fac. poſt.

Ἀντεξετάζοντες τὰ γράμματα, comparatores literarum, Gothofr. ad nouel. 4. cap. 2. verb. juſiurandum præbere.

ANTHEMIVS Mathematicus, cujus meminit Goth. ad l. 12. §. 1. C. de ædific. priuat.

Ἀντίτιμος Reſpublica æſtimator [illegible] 7. Plin. 48. Goth. ad l. 56. de vſufr.

ANTIADES & pariſthmia Græcis dicuntur, quæ ſunt Latinis tonſillæ, & ſunt inflammationes circa eas partes, quæ mela, i. e. poma, à recentioribus vero amygdalæ appellantur. Celſus lib. 7. c. 12. Tonſillas, quæ poſt inflammationem induruerunt, Græci ἀντιάδας appellant. Idem lib. 1. c. Tonſillas, & lib. 2. c. 1. Glandulas vocat Galenus lib. 6. Decametidon. Hortulanum, inquit, à vulua, & antiadibus, & pariſthmiis ſuffocationem patientem. Idem vero lib. 10. de medic. ſimplici; pariſthmiis, ſiue faucib. vulgo, & antiadib. Vlp. l. quærit. 14. §. ſi quis 8. de ædil. ed. Et ſi quis habeat antiades, & ſi antiadea ſunt, quas exiſtimo, i. induceratas, & quæ jam diſcuti non poſſunt, vtrobique mendũ eſt: Antiachæ pro Antiades. Accurſius faucium tumores exponit, non tamen dicit, quos tumores: quod vero ſubdit, vt ſcrofulæ, omnino falſum eſt, cum ſcrofulæ ſint apud Iuniores medicos quæ ab antiquis dicuntur Chœrades Græce, Latinis Strumæ. Nebriſſ. vide & Rhodig. lib. 4. c. 5. & Paul. Æginetam li. 6. c. 50.

ANTIAS nomen eſt, tam morbo quam particulæ accommodatum: vnde Plin. Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ ab Ariſtot. in 2. de hiſt. anim. παρίσθμια vocantur. Prat.

Ἀντιβιβλίον, libellus reſponſionis, Goth. ad Nou. 5. c. 33. §. 2. verb. qui appellatur reſponſionis.

Ἀντιβίδηγος, nauigij genus, vide Gothofr. ad Edict. Iuſt. 13. cap. 55. poſt princ.

ANTICIPAX à ſupremũ judiciũ cõſiliis, l. 8. in pr. C. de inof. don.

ANTICIPATA res lite, id eſt, conteſtata, l. 2. de vect. Anticipatã tractandi, Suet. in Claud. cap. 21.

ANTICVS cur Iuſtinianus dictus, vide Antæ populi.

ANTICATEGORIA, recriminatio dicitur, ſiue mutua accuſatio. Et fit, aut cum litigatores idem crimen inuicem tentant, aut aliud atque aliud. Badæ.

Ἀντίχρησις quid ſit, docuit Alciat. lib. 2. diſpunct. cap. 3. & ex eo Spieg. poſt vtrumque Cujac. lib. 3. obſ. 33. Appellant autem Iuriſconſulti ἀντίχρησιν, cum cõuenit, vt pecunia debitor ſtatur, fruatur & creditor loco vſurarum percipiat fructus pignoris, eoque interea ſimiliter vtatur fruatur. Papin. leg 1. §. pacto, de pignor. meminit ejuſdam pacti, quo placuit, vt creditor fructus hypothecarũ vſurus cõpẽſaret fini legitimæ vſuræ, taleq; conuẽtionem vtilem eſſe ait, Modeſtinus quoq; mentionẽ facit ſimilis cõuentionis, vt creditor pignus in pecuniæ ſuę cõpenſat, onem certo tẽpore poſſideat, & fructum capiat, leg. 39. de pignorat. act. Deniq; Paulus meminit pignoris, quod in vſu creditoris eſt, voluntate debitoris l 9. §. vlt. de ſupel. leg. Sed & in reſcriptis principum legimus, interdum poſſeſſionem ea lege creditori obligari, vt fructus in vicem vſurarum conſequatur. Item pecuniã ea pactione mutuo dari, vt vice vſuraſũ creditor domũ debitoris inhabitaret, l. ſi ea lege, l. ſi ea pactione: C. de vſur. Marcianus ſcribens de formula hypothecaria, duobus locis hanc pignoris conuentionẽ appellat ἀντίχρησιν, l. 11. §. 1. de pign. leg ſi pecuniam, de pig. act. & pignus nihilominus dici poſſe ait, & hypothecariam actionẽ competere, & ſoluto debito pigneratitiam actionem: videturque ἀντίχρησιν, etiam deſcribere, cũ ait ita dici, vbi creditor retinet poſſeſſionẽ, donec illi pecunia ſoluatur, & in vſuras interea fructus percipit. Nõ eſt abſurdũ, vt vſura alterius rei ſit & generis, quã ſors ipſa. Sed multo erit juſtior ratio ἀντιχρήσεως, ſi admodum & (vt Papinian. loquitur) ſinẽ legitimæ vſurę tenneretur. Quid enim aliuqui ſi cum centum aureos mihi mutuo dederis, fundum pignori acceperis, qui quotãnis ſolebat fructũ viginti aureorũ reddere? Certe injuſta eſſet ἀντίχρησις, & in fraudẽ legitimæ vſuræ cõtracta videri poſſet. Quanquã propter incertũ fructũ leges patiantur, vt ſi forte fructus excedant modũ vſurarum, nihilominus creditor eos habeat, tanquã periculi preciũ, cum etſi minus fructuũ naſceretur, eo tamen contentus eſſe deberet, l. ſi ea lege, C. de vſur. Illud etiam notandum ex Nouel. 32. 33. & 34. ſi oblata res ſit cum agricola poſſeſſionum ejus, aut ouiũ, aut mancipiorũ ἀντίχρησιν facere non licere. Etiam illud Iuſtinianus adjungit, ſolũ. 8 duntaxat partem modij in ſingulos modios & in ſingulos vnã ſiliquam quotannis ab agricolis vſurarũ nomine accipere licere. Bald. in tract. de pig. & hypot. cap. 16. Differt autẽ ἀντίχρησις ab vſuris hoc modo: Pacto conſtituitur ἀντίχρησις, vſuræ ſtipulatione. Item Antichreſis perimitur nuda oblatione ſortis, vſuræ non item, Lex prædiis, C. de vſuris. Ἀντίχρησιν ſimiliter ab agricola paciſci non licet, vſuras ſtipulari licet: Cujac. in expoſ. Iuſt. de Nou. 32. poſt pr. Adde Balduinum commen tit. de pig. & hypoth. c. de antichreſi. 56.

ANTIDORVM, doni redditio eſt, ab ἀντὶ re, & δῶρον, donum. Vlp. de pet. hæred. l. ſed & ſi. Plane ſi antidora acceperunt, dicendum eſt, eatenus locupletiores factos quatenus acceperunt. Obſeruandum autem, ab ἀντὶ Græca voce, quod eſt contra, vicereſſi, pleraq; produci, vt antidotũ, anticategoria, antichreſis, antipelargia, antiſerna, antipeponthos, antipocha, antigraphe. Eleganter autem diffinit genus quoddam eſſe permutationis. Et remunerandi obligationem eſſet naturalem. Spieg.

Ἀντιδιαλαμβάνειν Græci dicunt, quod nos replicare, ſicut & ἀντιπαραγραφὴν, quam Latini Replicam.

ANTIDOTVM, medicamentũ eſt, quo nos contra venenum præmunimus. Paul. lib. de penu. leg. l. non omne. Quæ, inquit, in numero antidotorum non eſt. Item de contrah. empt. l. quod ſæpe. Antidota inquit, & alia quædam ſalubria medicamina.

ANTIPHERNA, bona ſunt, quæ à marito viciſſim loco dotis adferuntur in matrimonium, nam φερνὴ dotem ſignificat: vnde & Parapherna vocãtur bona, quæ mulier vltra dotem ſibi habet: Spieg. His autem proxima ſunt ὑπόβολα & [illegible], de quibus Conſtantinus Harmenop. ſcribit, vnde & Hypobolica inſtrumenta apud Sid. Apoll. lib. 7. Epiſt. quanquam ſunt qui legant Hyperbolica: alij quidam paraphernica, omnino male. Cujac. not. ad tit. Vlp. de dotib. tit. 6. Et in lib. 5. obſeru. & emend. c. 4. idem Cuja. inquit, his verbis: Donatio propter nuptias eſt dos mariti, atq; ideo quæ donantur propter nuptias, ἀντίφερνα, i. e. tanquam ex altera parte doti reſpondentia vocantur, l. ſlt. C. de don. ante nupt. vel pro nupt. Ea in dotem à muliere plerumque redigebantur, l. generaliter § hoc obſeruari, C. de ſec. nup.

ANTIGRAPHEOS Bud. vocat; quos Galli Contrarotulatores dicunt. Hoc vocabulum Caſ. Maximilianus, & pleraque alia quæ miniſtros Principis indicant, è Gallico in Germanicum tranſtulit *Contralier, Grafier, Quartier, Forier, Mantzier, Trapetzier, Guardier*, atque iis ſimilia, Spieg.

Digitized by Google

ANTINOMIA, legum contrarietas ab ἀντὶ contra, & νόμος, lex, C. de vet. jure enucl. l. Deo auctore: nulla, inquit Inſtin. in omnibus prædicti codicis membris antinomia. Et paulo poſt, per ſuum vitium antinomias induxerunt. Nebr. Zaſius, in diſſoluendis antinomiis apud Iuriſcoſſ. per Budæum haud temere obſeruatis, multum operæ impendit. Sed veritas eſt, multas leges ſcriptas, ſibi implacabiliter eſſe inuicem contrarias, teſte Oldendor. qui recte tradit, tunc poſtremam ſequi nos oportere, memores ſemper mutationum quas circumſtantiarum diuerſitas exigit. Exemplo ſunt nouiſſimi juris conſtitutiones.

ANTINOMIAM veteres magis appellabant conflictum duarum legum, quæ non natura, ſed caſu aliquo pugnabat propter aliquam circumſtantiam: vt cum duæ theſes in vna Hypotheſi confligunt. Tales Antinomiæ non poſſunt non ſæpe incidere. Sed Iuſtinianus Antinomiam vocat leges natura ſua pugnantes, & omnino contrarias: quæ certe ferri nullo modo debent. Ergo eas tolli jubet. Balduin.

ANTIOCHENI, l. 2. C. de paſcuis publ & priua.

ANTIOCHIA reſtaurata à Iuſtiniano Theopolis nomen aſſumpſit. Vide Cedrenū 2. anno Imperij Iuſtiniani. Cujac. 8. obſ. 21. & ad Nouel. 7 in fin. Gothofr. ad l. 6. § 4. C. de ſumma Trinit.

ANTIOCHIA metropolis eſt Syriæ, l. 57. ff. de reb. auct. jud. Gothofr. ad l 1. C. de offic com. orient.

Ἀντιφωνητὴς quid ſit, vide Goth. ad rub. ff. de reb. credit.

ANTIPEGMATA ſunt valuarū ornamenta affixa antis. Torneb 8. aduerſ. 9. Gothofr ad l. 25. §. 15. de inſtruct. vel inſtrum. leg.

Ἀντιπελαργία, dicitur, quaſi Ciconiaria lex, qua liberi parentes alere jubentur, πελαργὸς enim Græce Ciconia dicitur. Hæ enim parentes ſuos ſenio cōfectos alunt, ac volatu imbecilles, alis ſuis ſubuehūt. Hinc verbū ἀντιπελαργεῖν, quod eſt promeritis gratiā in tēpore referre. Bud. in anno. ad l. 1. de juſt. & jur.

Ἀντιπεπονθὸς, talio dicitur, quod genus juris (de quo infra latine) Ariſtoteles improbat, nec legitimo juri, nec ei, quod in ciuilitate verſatur, conuenire ait. Bud. in l. jus, ciuil. cod. tit. Spieg.

Ἀντίφερνα, ſunt, quæ dantur vxori dotis nomine propter dotem: l. vlt. Cod. de do. inter vir. Goth. ad l 9. § de jur. dot. Vide ſupra Antiferna.

Ἀντιφωνήσεις, Reſponſio: Ἀντιφωνητὴς, conſtitutum, Gothofr. ad Nou. 4 c. 1. verb. mandatoribus & ſponſoribus.

ANTIPOCHA vide Apocha.

ANTIQVA Emphyteuſis eſt, quæ habet originem ab aliquo aſcendente. Gothofr. ad rubr. C. de jur. emphyt. & ad l. 3. C. eod.

ANTIQVA actio, ex lege XII. Tab. deſcendens, l. 23. §. tignum, ff. de rei vindicat.

ANTIQVA obligatio, i. e. priſtina l. 21. § ſi metu. ff quod met. cau.

ANTIQVARE, Feſto eſt morē priſtinum reducere. Antiquare legem, eſt ipſam abrogare, improbare, tollere Cicero in 3. de legibus. Vos item, vt audio, legem antiquaſtis, ſiue tabellas. Liuius lib. 5. Profecturus tempus ferendæ legis, quam, ſi ſubjecta inuidiæ eſſet, antiquari apparebat. & l. 15. C de ſacroſ. eccl. & l. fin. Cod. de edict diu. Hadr. toll. Moris enim erat Romæ, cum rogatam legem improbarent, & repudiabant, in tabula ſcribere A literam, qua notula ſignificabatur Antiquo, Prat. Cæterum populus Romanus proprie antiquabat legem, quæ non perferebatur. Quo ſenſu antiquatam fuiſſe Tribunitiam rogationem de Veios commigrando, ſcripſit lib. 5. Liuius. Quæ autem ſemel perlata iterum tollebantur, illa abrogari dicebantur. Lex inquit. Vlp. aut rogatur, i. e. fertur, aut abrogatur, i. e. prior lex tollitur, Schar ex Rævardo ad ll. XII. Tab. c. 1. &c.

ANTIQVARIA ars apud D. Hieronymum, Epiſt. ad Florentium Vet. Gloſſarium Antiquarium γραμματεὺς interpretatur.

ANTIQVATVR autem lex, non ſolum quæ nimia vetuſtate conſeneſcit, ſed & quæ recens & nuper nata, non non obſeruatur, aut ſane non ad longum tempus. Velut lex feratur vt omnes nomina ſua quotannis deferant apud magiſtratum, id ſemel atque iterum & tertio, aut etiam ſæpius factum, ſi poſt omittatur, deſuetudine lex illa antiquabitur & voluntate omnium obſoleſcet, atque tempus ipſum tandem afferet, vt impunitum ſit ei non parere. Connan. lib. 1. cap. 10. nu 9.

ANTIQVARIVS qui verbis ab vſu remotis vtitur, quive vetuſtiſſimos auctores ſequitur. Suet. in Aug c. 68 Iuuen. Satyr. 6.

Ignoſceſq; mihi tenet antiquaria verſus. Prat.

ANTIQVARII etiam erant qui bibliothecæ codices componebant, vel pro vetuſtate reparabant, vt docent Impp. Conſtit. l. 2. in prin. C Theod. de ſtud. lib. vrb. Rom. l. 14. C. T. quo etiam ſenſu accipiuntur in l. hac parte, 10. C. de prox ſacr. ſcrin. Prat. Cujac. autem inquit, Antiquarij ſunt librarij ſiue ſcriptores librorum, l. 2. C. Theod de ſtud. lib. vrb. Ro. Sidon. Apollinaris, epiſt. 16. lib. 9. licet antiquarium moraretur inſiccabilis gelu pagina. Auſon. in Epiſt. ad Probum P. F. P. oblata per antiquarios mora. Cujac in l. hac parte, C. de prox. ſacr. ſcrin. & c. lib. 25. vide autem & Torneb. lib. aduerſ. 28. cap. 28. Auguſtin. de verb. Dom. Serm 44. Quemadmodum qui videt literas in codice optime ſcripto, & non nouit legere, laudat quidem antiquarij manum, admiratur apicum pulchritudinem.

ANTIQVIOR dicitur charros, & potius Paulo leg. poſtliminium, 19. §. transfugæ, in fin. ff. de capt. & poſtli. quo etiam ſenſu ſæpiſſime inueniuntur apud claſſicos rerum ſcriptores. Cic. Antiquiorem (inquit) Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam, quam regnum & poſſeſſiones ſuas, Prateí. Hotom.

ANTIQVVM jus apud juris auctores vari accipi, ſpectatique liquet ex ſubjectis. Nam interdum pro jure gētium, quod cum humano genere natura prodidit Gaio l. 1. ff. de acq. rer. do. §. ſingulorum Inſt. de rer. diuiſ. Antiquum jus etiam dicitur, quod ex legib. XII. Tab. deſcendit l. in rem. 24. §. tignum, ff. de rei vind. quæ antiquæ leges adpellantur, ſiue antiqua lex Vlpiano l. 5. § 1. ff. de noxa. & D. Antonino Imp. l. 1. C. de except. Dicitur & antiqua prudentia, l. pen. in fin. C de conſt. pec. At in l. Gallus, 29. §. ſi ejus, ff. de lib. & poſth. antiquum jus accipitur pro eo, quod legem Velleiam præceſſit: Briſſ. id quod de jure à Gallo inducto accipit Accurſius ad Gallum, quod & Bart. & Bald. & Iuſ. probant. Idem videtur ſenſiſſe Alciat. ibidem, & res ipſa docet. Apud Vlp. vero in l. 1. §. ſi nemo & l. 2. §. ſi mater. ff. ad S. C. Tertyll. accipitur pro eo jure, quod Senatuſconſulta Tertyllianum & Orphitianum præceſſit. Sed an hoc de XII. Tabul. intelligendum eſt, an de poſterioribus & de XII. Tabulis accipiendum putem cum Accurſio ad d. § ſi nemo. Apud Celſum in l. pater 19. in fin. ff. de leg. 2. Sunt qui putent accipiendum pro eo jure quod eſt ante Legem Iuliam & Papiam: quo etiam modo ſumendum aiunt in Ep. t. Vlpiani tit. 17. & 18. In Papiniani reſponſo l. Seia, § fin. ff de don. cauſ. mort. ſignificat id jus quod Seueri conſtitutionem præceſſit. Accurſ. jus alimentorum interpretatur. Prat. Briſſon.

ANTIQVVM jus in l. liberos, C. de collat. quod antecesſit conſtitutionem Anaſtaſij. Antiquum jus in l. vnic C. vnd. vir. & vxor. intelligitur Accurſio interprete d. l. vnic. ff. eod. Equidem de lege Romuli accipiendum putem. Hic enim ita lege canit: Filia, vti patri ita defuncto viro, hæres eſto. Halyc. lib. 2. Prat.

ANTIQVITAS vltra hominū memoriā cōparator ſeruituti conſtitutæ, l. 1. C. de ſeruit. Poſt tēpus, quod memoriā excedit, non eſt opus allegare tit. c. 1. de præſc. in 6. vbi gl. in verb. nihil. Prat.

ANTIQVVM jus querelā inofficioſi ſignificat; l. 1. in fin. ff. quis à par. man. ſit. Cuja jus antiquū intelligendū putat reſpectu cōſtitutionis nouæ, de qua in l vlt. C. Theod. de legit. hæred. Briſ.

ANTIQVITATIS nihil ignorādum eſt. Inſt. de teſta. §. 1. cum hoc purgans, quod ait Imperator, veteris juris prolixitatē ſcire, nō eſt neceſſarium l. vnica, §. & hoc locū C. de caduc. tollend. Cōcitatio: vt quod vel tollitur, vel reformatur, non ſit incognitum, oportet ea in parte antiquitatem noſſe, dict. l. vnic. §. & cum triplici. Ad declarationem vel confirmationem juris antiquitas vtiliter inueſtigatur, l. ideo quia & l. ſequ. ff. de legi. alioquin ad definitionem cauſarum, antiquitas juris abrogati, nullo modo eſt allegandā, l. vnic. in pr. C. de lat. li. tol. Prat.

EX ANTIQVITATE temporis, cujus initium non appareret, introducitur conſuetudo, quæ habet vim legis, & conſtituti, l. 1. §. fin & l. 2. in princ ff. de aqu. plu. arcen leg. hoc jure, §. ductus ff de aqu. quotid. & æſtiu. Talis antiquitas nō minorem habet vim in ſuo genere, quā juſſus Imperatoris, vt ait Andr. de Iſernia tit. quæ ſint regal. in vlib. ſeu Prætei. Antoninus & Seuerus quoties in libris legitur, mendum eſt inſigne, pro eo quod eſſe debuit: Antoninus & Verus, tum ex codicibus illis vetuſtis Florentinorum, tum etiam ex ipſa temporum hiſtoria.

ANTIQVITAS Romanorum intelligenda eſt de tempore, quod Conſtantinum principem antecesſit. Enimverò quæ in nouiſſimis libris C. leguntur, nihil fere antiquitatis redolent. A recentioribus namque Græcorum moribus ſumpta ſunt: & ob id magna ex parte non intelliguntur Old.

ANTIQVITATEM accipere oportet, ab introductione XII. Tab. ad tempora vſque Iuriſconſultorum, qui vniuerſum jus quotidie in melius reformarunt, l 2 §. deinde ex his legib. & §. poſt originem ff. de orig. jur. Nouel. de his qui nupt. iter. §. utque hoc primum. Conſt. 21. Old.

ANTISTES à Iuſtiniano in §. nos autem, Inſtit. de Attiliano tutore, dicitur Epiſcopus, quod primus illius diœceſis ſacerdos ſit. Sunt enim apud antiquos Antiſtites primarij cujuſque templi ſacerdotes, & ita accipiendi ſunt in l. ſi quenquam, & in l. decernimus, C. de Epiſc. & cleric. Alibi autem ſacræ legis antiſtitem appellarunt Arcadius & Honorius Impp. ſacræ legis primarium doctorem, ſicut Diocletianus liberalium ſtudiorum antiſtites appellauit in l. 1. Cod de decret. decur. lib. 10. ex Aldobrand. d. § nos autem: Adde Gellium lib. 13. cap. 19. Antiſtes Sapientiæ apud Plin. lib 7 c. 1.

ANTISTIVS Labeo, inſtitutus à Trebatio, de quo vide l. 2. § poſt hoc, ff de orig. jur. fit ejus mentio apud Suet. in Auguſt. c. 54. Agell l. 13. c. 10. & 12. Ejus libri, qui poſt mortem editi ſunt, Poſteriorum nomen induerunt, idem Agellius ſcribit. Commētarius quoq; in leges XII. Tab. ſcripſit, vt idem teſtatur Agel. lib. 1. c. 12. Citatur & à Plutarch. ἐν ῥωμαϊκοῖς, vbi tamen Ἀντίστιος Λαβεὼν, perperam, pro Ἀντίστιος Λαβεὼν, vulgo ſcribitur Labeo etiam li. 1. Prætoris vrbani citatur in leg. 19. D. de V. S. Hūc ob præfractā in ſententiis in Senatu dicēdis libertatē, qua ne Auguſto quidem ipſi cedebat, inſanum nota Horatius, Imperatori

ſuo

Digitized by Google

ſuo blandiens, aſpergit Satyr. 3. lib 1. Serm. quem ad locum vetus interpres, Mateus ait: Autiſtius Labeo, juriſperitus memoratæ libertatis, multa libere contra Cæſarem dixiſſe & feciſſe dicitur, ab eo latas leges contumaciter reprehendens: Quare in gratiam Auguſti eum ſic carpit, & Iuſanum nominat: quia in re quàm fuerit Atteio Capitoni ſuo diſpar, Tacit. lib. 3. docet. Briſſ.

ANTONINVS à ſenatu Pius eſt cognominatus, inquit Iulius Capitolinus, vel quod ſocerum feſſa jam ætate manu præſente ſenatu leuauerit, vel quod eos quos per malam valetudinem Hadrianus occidi juſſerat, reſeruauit. Hic quum annos 24. imperaſſet morbo perijt, anno ætatis ſuæ 70. & quaſi adoleſcens deſideratus eſt Ejuſque ſingulari virtute & incredibili quadam pietate factum eſt, vt ad quamplurimos imperij ſucceſſores, nullo licet ſanguinis vinculo junctos, nomen Antonini velut hæreditarium tranſiret. Quo nomine etiam Imperatores quoſdam prænominis cognominiſque loco vſos eſſe ex diuerſis antiquitatum monumentis conſtat, Siquidem poſt obitum Antonini Pij fuiſſe nomen Antoninorum tam amabile, teſtis eſt Ælius Lampridius, vt qui eo nomine non vteretur, mereri non videretur Imperium. Vnde etiam nonnulli & Seuerum, & Pertinacem, & Iulianum Antoninorum prænominib. honorandos putant. Vnde poſtea duos Gordianos patrem & filium Antoninos etiam cognominatos falſo traditum eſt. Non enim Antonini, ſed Antonij, vt ex numiſmatib. conſtat, dicebantur Gordiani. Sed aliud eſt, inquis Lampridius, cum prænomen adſciſcitur, aliud cum ipſum nomen imponitur. Nam Pius verum nomen Antonini habuit, cognomen Pij. Marcus verum nomen Veriſſimi habuit, ſed hoc ſublato atque abolito, non prænomen Antonini, ſed nomen accepit. Commodum autem Marcus Antoninum appellauit, atque ita publicum edidit diem natalis ſui. Iam Caracalla Baſſianum, Antoninum appellatum ſatis conſtat, vel ſomnij cauſa, quod Seuerus viderat, cum ſibi Antoninum ſucceſſorem prædictum ſenſiſſet. Anno demum 13. Antoninum dixit, quando ei Imperatoriam dicitur addidiſſe poteſtatem. Hæc Lampridius: adjiciens inſuper, Geram & Diadumenianum Antoninos etiam appellatos fuiſſe. Reuard, lib. 3. c. 10. variorum.

Ἀντιφώνησις, Nou 4. Iuſtiniani dicitur, quem nos conſtitutæ pecuniæ reum nominamus.

Ἀντωμοσία proprie dicebatur juſiurandum rei, ſicuti actoris διωμοσία licetrates tamen περὶ τῶν ζεύγους etiam de actore dixit ἀντώμοσε, & Iſæus orator de actore & reo viciſſim jurantib. ait, μελλόντων ἐκατέρων ἀντωμοσίας. Bald. ad tit. de pœn. temer. litig.

ANTRVM, dixit Hieronymus caueam baſternarum, Gothofr. ad l. 11. §. 4. C. de ædif priuat.

ANVLI, vid. ſupra Annum ſiue vt κατ' ἐτυμολογίαν ſcribit Varro, annuli, circuli ſunt parui, quorum quidam ſignandi cauſa habebantur, l. 74. de verb. ſign. l. argumento §. ornamenta de aur. & ar. l. De his intelligitur l. ad teſtium, §. ſi ab ipſo, & §. ſignum, de teſta. l. ſi vnus, C. eod. & alibi. Hinc & Trogus Pompeius li. 43. apud Iuſtin. patrem ſuum ſcribit ſub C. Cæſare anuli curam habuiſſe, & Horat. lib. 2. ſerm. Sat. 2 Mecœnatem ſub Auguſto. Nam principes habebant annulum, quo epiſtolæ ſeſcriptaque eorum obſignabantur. Alij, ornatus gratia, dict. §. ornamenta, & alibi ſæpe. Prat.

ANVLS leues Vlpiano dicti ſunt, qui non excedunt rem quinque aureorum, l. diuus, 6. de bon. damnat.

ANVLOS aureos ferre ſolis ingenuis licuiſſe ſcribit Iſidorus lib. 20. Etymologiarum. Proinde liberti jus anulorum aureorum impetrabant à principe, vt ingenuitatis munia conſequerentur, l. ſed ſi 10. §. patronum, ff. de in jus voc. leg. cum ex oratione 44. de excuſat. leg. 1. & tit. ff. de jur. aur. an. l. 1. & 2. C. eod. Hoc jus Modeſtin. lib. 14. de excuſ. δίκαιον χρυσῶν δακτυλίων appellauit. Vid. Bud. l. fin. de ſenat. Porro Veteres Græcos anulum habuiſſe in digito manus ſiniſtræ, qui minimo proximus eſt, Gell. lib. 10. c. 10. ſcriptum reliquit. Prat. Briſſ.

Ἀνυπεύθυνος & ἀνεύθυνος, magiſtratus dictus, qui dicendæ cauſæ aut immunis eſt, aut quovis modo eximitur, Bud. l. vlt. de ſen.

A P.

Ἀπαραίτητος, inexcuſabilis. Gothofr. ad Nouel. 8. c. 10. §. 2.

APAMEA, Apameæ Bithyniæ colonia fuit Romanorum, de qua in l. 1. §. 10. de cenſib. l. vlt. C. de diu. præd. Plin. l. 5. c. vlt. inquit: In hiſce Bithynia Colonia Apamea. Cujac. 1. obſeru. 18.

Ἀπαργυρισμὸς idem quod adæratio, quæ eſt taxatio precij, Cujac. in l. lege repetita. C. de erogat. militar. annon. lib. 12.

οὐ Ἀπαργυρισμῷ λαμβάνειν, non eſt ſimpliciter per concuſſionem exigere pecuniam, ſed precium pro annonis, l. 7. C. de exact. milit. annon. Gothofr. ad Nou 130. c. 4.

Ἀπαρρησίαστος κτῆσις, ſecura poſſeſſio. Gothofr. ad l. 17. §. 1. in fin. C. de ſacroſ. eccleſ (Prat.

APE, apud antiquos dicebatur, prohibe, compeſce, Feſto lib. 1.

Ἀπενιαυτισμὸς annuum exilium, pœna erat cædis inuoluntariæ apud Græcos, cum interim ab aliquo locuplete homine, cædis perpetratæ expiamentum quæreret, qui eam commiſerat. Quod ſi quem ex conſanguineis ejus qui interemptus erat, exorare & placare ſemel potuiſſet, nulla erat cædis inuoluntariæ pœna, vt ſcribit Demoſthenes κατὰ Ναυσιμάχου. Eaque venia & miſericordia proprie dicebatur αἴδεσις, quam etiam humaniores quique facile tribuebant, ex Baldu. ad Inſt. de leg. Aquil. §. vt vim.

APER, porcus ſylueſtris, animal propter conuiuia natum, juxta Satyrogr. Triphon. vſufructuarium, inquit, venari, in ſaltibus, vel montibus poſſeſſionis, probe dicitur: nec aprum aut ceruum, quem ceperit, proprium Domini capit, ſed fructus aut jure ciuili aut gentium ſuos facit l. 62, de vſufruct. Spieg.

APERIRE viam eſt ad veterem altitudinem, latitudinemque reſtituere, Vlp. l. 1. in prin. ff. de via publ. & itin. public. Briſſ.

APERIRE parietem dicitur, qui feneſtram, vel januam in eo facit Paulo & Scæuolæ, l. pen. & vlt §. ſi. ff. de ſeruit. vrb. præd. Sic aperire partem cœnaculi eodem ſenſu dixit Alfenus l. habitatores, ff. loc. Prat. Briſſ.

APERIRE refugia in l. ſi cujus, 13. §. ſed ſi ædium, ff. de vſufr. Aperire puteum l. fluminum, 24. §. fin, ff. de damn. infect. eſt fodere puteum. Prat. Briſſ.

APERIRE feudum alicui dicitur, cum ei lege defertur: velut domino; cui id ob vaſalli mortem aut culpam committitur, i. e. ad eum reuertitur, lib 2. tit. 18. §. 2. l. 2. tit. 15. & tit. 26. §. 6.

APERIRI etiam agnato feudum dicitur, cum ob vaſalli crimen in non dominum commiſſum agnato lege defertur, lib. 2. tit. 31. Pratei.

APERIRE, in publicum proferre, l. 5. C. quemadm. teſtam. aper.

APERIRE, id eſt, publicare, inſinuare. Gothofr. ad l. 23. princ. C. de teſtam.

APERIRE ſulcum l. qui duo 29. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.

APERIRE Nonio eſt erigere, & oſtendere. Prat.

APERIRE ſcelus, furtum, conjurationem, adulterium: pro detegere, patefacere. Spieg.

APERIRE tabulas ille videtur, qui naturaliter aperit, ſiue ſignatæ ſint, ſiue non ſint ligatæ, ſed tantum naturaliter clauſæ: Et ita in edicto quo Prætor aperiri teſtamenti tabulas vetat ante quæſtionem de familia habitam, hoc verbum accipimus, l. 3 §. quod ad cauſam, cum ſequentibus §§. ff. de Senatuſconſ. Sillania. Si in duobus exemplaribus ſcriptum ſit teſtamentum alterutro patefacto apertæ ſunt tabulæ: ſed & ſi ſua natura patefactæ ſint, apertæ videbuntur leg. 10. ff. quemadmodum teſt. aperiant. Quod ſi quis teſtamentum fecerit & exemplum, exemplo aperto nondum apertum eſt teſtamentum. Aliter atque ſi authenticum patefactum ſit, l. vlt. ff. eodem. Sic apertura tabularum in l. 31. §. 2. ff. de excuſationibus, l. 3. §. vlt. ff. de hæredibus inſtituendis l. vlt. ff. de mortis cauſa donationibus, l. 2. d. 31. ff. de conditio. & dem. l. 58. §. teſtamento, de adminiſt. tut. Et apertura codicillorum in l. 86. §. 1. ff. de legat. lib. 1. l. vlt. §. vlt. de legat. lib. 2. Briſſ.

APERIRE in rubr. C. quemad. teſtam. aper. non tantum eſt tabulas teſtamenti patefacere naturaliter, vt in Senatuſcon. Silaniano: ſed etiam ciuiliter, i. e. ſecundum leges & mores ciuitatis in qua ſit apertura teſtamenti. Gothofr. ad leg 2. C. eod.

APERTVRAM, pro apertione, vel ipſo aperiendi actu, vſurpauit Iuriſconſ. in l. 3. ad Silan. quum inquit, Omnis enim apertura prohibita eſt. Apud Vitruuium quaſi os quoddam in ædificiis intelligitur. Spieg.

APERTVM jus Cicerone & Quintiliano autoribus, i. e. quod clarum & indubitatum eſt. Varium autem quod in opinione Iureconſultorum vagatur, quod & controuerſiam appellant: à contrarietate opinionum. Veluti à varietate varium; & interpretes dubium, licet ineptius dicunt, de quo latius Salomon in § reſponſa prudentum i. Inſtitut. de jur. nat Spieg.

Ἀφανής extorris, Gothofr ad l. 66. §. 1. de donat int. vir. & vxor.

Ἀφῆλιξ quo Modeſtinus vtitur in l. Spadonem ff. de excuſat. tut. puberem ſignificat ſed minorem 25. annis, cui non tutor ſed curator datus, vt Suidas & Phauorinus docent: quod etiam tradit Conſtant. Harmen. lib. 1. tit. περὶ παίδων τῶν ἀφηλίκων.

Ἀφοπλίζειν exarmare, Gothofr. ad Nou. 128. c. 21. De Aphopliſtis vide Nou. 8. c. 13.

Ἀφοσιούμενος vel ὁσίας ἕνεκα ποιοῦντα, hoc eſt, ad verbum, pietatis & ſanctitatis cauſa facere aliquid. Latine perfunctorie, aut defunctorie, & leui brachio dicunt non vere, neque ex animo, vt ex Budæo annotat Connanus lib. 7. cap. 3. num. 3. Vſus eſt his verbis Modeſtinus lib. 2. qui petant tutores, & in leg. ſcire oportet.

APHTHÆ, medicis ſunt oris vlcera, quibus præcipue infeſtantur infantes. Vnde Aphtiphum volunt dici, qui ejuſmodi vexetur affectione: & ob id apud Vlp. in l. item Offilius de Æd. edict. hanc vocem eſſe reponendam, qua Iuriſc. linguæ locutioniſq; prauitatem attigerit. Atypum autem Budæus legit, quod magis probandum, ſuffragante Noric. textu, & non ſatis expedito plectro linguæ vtentem, ab etymologia vocaboli intelligit. Scholiolum vero, præpoſtere loquentem exponit. Porro Rhodiginus, ſi diuinare permittitur, inquit, malim Athyrophanam, vel Athyrotum ſubſtituere, quibus feſtinata nimis in loquendo celeritas ſignificatur. Spieg.

Apices juris, hoc eſt, ſubtilitates, ſummum jus, ſtricta juris ratio, quæ bona fide agenti non conueniunt: vt eximius æquitatis cultor Vlp. dixit, in §. quædam, l. ſi fidejuſſor. Mandati. Hinc dubio procul emanauit vulgatum illud, Diſputantem in re liquida non eſſe audiendum, de quo latius diſſerit Bart. in leg. confeſſus ff. de cuſtod. reor. Spieg. Prat.

Apices Auguſt. l. 6. §. 4. C. de aduoc. diuerſ. judicum.

Apices ſacri, l. 3. poſt princ. C. vbi ſenator. vel clariſſ. l. 5. Cod. de emanc. liber.

Ἀπήνη ἀργυρᾶ, carruca argentata, Gothofr. N. 25. cap. 5. §. 1.

Ἀπιστία, qua voce Iuſtinianus vtitur in Nouella 97. moroſitas eſt quædam, qua quis contumaciter reſiſtit rogantibus, & ſibi perſuaderi non permittit: vitium credulitati contrarium de quo l. cap. 8 lib. 4. Parerg. Alciat. Spieg. Adde Gellium lib. 19. cap. 12.

Apisci, pro adipiſci. Vlpian. l. 40. ff. de donat. int. vir. Quod adipiſcendæ dignitatis gratia ab vxore in maritum collatum eſt, &c. Vlp. l. 25. §. 5. ff. de hæred. petit. Quod ſi ab initio quidem juſtam cauſam habuit adipiſcendæ poſſeſſionis Paulus l. 1. §. 2. ff. de acqu. & amitt. poſſeſſ. Apiſcimur autem poſſeſſionem non ſolum per noſmetipſos, vt l. 3. Verumetiam per alios, veluti per procuratorem ſecundum D. Seueri conſtitutionem §. Ex his itaque pen. Inſtit. Per quas perſonas cuique acquiritur. Et apiſcimur poſſeſſionem corpore & animo. Hermogenianus l. 15. ff. de Carb. edict. Hæc bonorum poſſeſſio, ſi ſatiſdatum ſit, non tantum ad poſſeſſionem adipiſcendam, ſed ad res etiam perſequendas prodeſt. Hotom.

Apium natura fera eſt, §. 14. Inſtit. de rer. diuiſ.

Applicationis jus Turnebus Aduerſariorum lib. 24. cap. 32. ab Athenienſibus ortum eſſe arbitratur, apud quos peregrini ſe alicui opulento ciui in clientelam dabant, dicabantque, quod in Palliata Comœdia imitatus eſt Terentius, cum in Eunucho ſcripſit, Vna eſt domus, Thais patri ſe commendauit in clientelam & fidem: Nobis dedit ſe: id Athenienſes appellabant νέμειν προστάτην, qui autem ad Patronum ſe non applicaret, in judicium vocabatur, quod dicebatur ἀπροστασίου δίκη. Apud Romanos autem patronos habebant clientes, liberti, municipia, coloniæ, prouinciæ: etiam qui ciuitate ab aliquo donati fuerant, eum à quo donati fuerant, patronum habebant. & ejus nomen gerebant. Succedebant ab inteſtato patroni libertis, ſi ſuos hæredes non haberent: ſed etſi teſtamento facto deceſſiſſet libertus, nihilque patrono reliquiſſet, aut minus quam dimidiam partem bonorum reliquiſſet, contra tabulas teſtamenti, vt ait Vlpianus, dimidiæ partis bonorum poſſeſſionem ei prætor dabat. Idem etiam jus valere volebant in iis patronis, ad quos ſe peregrini applicabant, qui tamen proprie patroni non erant, ſed tanquam patroni. Idem in iis, qui ciuitate aliquos donauerant. Cic. in Verrem: Caius Sulpitius Olympus fuit: Is mortuus eſt C. Sacerdote prætore, neſcio an antequam Verres præturam petere cœperit. Fecit hæredem M. Octauium Ligurem, Ligur hæreditatem adiit: poſſedit Sacerdote prætore ſine vlla controuerſia. Poſtea quam Verres Magiſtratum iniit, ex edicto iſtius, quod edictum Sacerdos non habuerat, Sulpitij patroni filio ſextam partem hæreditatis ab Ligure petere cœpit. Apud Vlpianum dimidiæ partis bonorum petitio datur patrono: apud Ciceronem ſextæ. Quo ex Ciceronis loco ſatis apparet, non item vt in bonis libertorum, ſic in eorum, qui ab aliquo ciuitate donati fuerant, de ſucceſſione confeſſum & receptum jus fuiſſe: quod idem de jure applicationis exiſtimandum arbitratur: Meminit & idem Cicero lib. 1. de oratore: Quid, quod idem in Centumvirali judicio certatum eſſe accipimus: qui Romam in exilium veniſſet, cui Romæ exulare jus eſſet, ſi ſe ad aliquem quaſi patronum applicuiſſet, inteſtatoque eſſet mortuus, nonne in ea cauſa jus applicationis, obſcurum ſane & ignotum, patefactum in judicio, atque illuſtratum eſt à patrono: Applicationis etiam meminiſſe videtur Terentius in ſua Andria, cum ait, Tum ille egens forte applicat primum ad Chryſidis patrem ſe. Vide infra jus Applicationis.

Ἀποκήρυξις, abdicatio Imp. leg. 6. Cod. de patr. pot. Abdicatio, quæ Græco more ad abdicandos liberos vſurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur Romanis legibus non comprobatur. Hinc ἀποκήρυκτος, ὁ ἐπὶ ἁμαρτήμασι ἐκβαλλόμενος τῆς οἰκίας: id eſt, qui ob peccata è patris familia ejectus eſt. Vide Abdicatio, Hot. Formam ejus deſcribit Quintilianus lib. 7. de hac latius, vide Connanum. lib. 2. cap. 13.

Apocha Ἀποχή vel apoca, ſchedula eſt, qua fatemur nobis de pecunia ſatisfactum. Vulgo quitantiam vocant Germanice eine Quittung, inter acceptilationem autem & apocham hoc intereſt, quod acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit: per apocham non alias, quam ſi pecunia ſoluta ſit. Nolo itaque juuenes latere ἀποχὴν Græce, receptionem eſſe Latine, & chirographum ſignificare, & confeſſionem, quam debitor, qui fidem ſuam pe receptis exoluit, à creditore accipit. Vulgo ſchedula dicitur, quam creditor dat debitori, cum ab illo pecunias numeratas, aut rem, quam illi debebat, recepit. Anch. Apochæ enim vocantur ἀποδείξεις τῶν χρεῶν, vt Nouella 46. 49. Haloander interpretatur male, probationes Sed tamen paulo poſt recte, ἄλλας ἀποδείξεις alias probationes. At Imper. Iuſtinian. in Nouella 71. proprie ἀποδείξεις vocat profeſſiones ſolutæ pecuniæ, quod & vetus interpres intellexit, qui interpretatur: De ſuſcepta. Sic enim ſolet appellare apochas. Cuja. ad d. Nou. Iuſtin. 72. de tutoribus. Sunt autem apochæ duplices, aliæ particulares, aliæ plenariæ. Plenariæ ſunt totius debiti apochæ generales. Eodem ſenſu forſitan plenaria dicitur in edicto de Alex. Georgius plenariam munitionem dixit epiſt. 4. Idem Cujac. in expoſit. Nou. Iuſt. 128. de exactio. pub. tribut.

Apochryphum Alberic. profligatæ barbariei ſecutus autores, Apocriſum dici putauit, ab ἀπὸ id eſt de, & κρύπτω, ſecretum: vnde liber apochryphus, ſecretus, occultus, quia ejus autor ignoratur. Melius interpretantur Eraſm. in Scholiis epiſt. ad Hieronymi ad Lætam de Inſtit. filiæ, & Viues in cap. 23. D. Auguſtin. de Ciuitat. Dei lib. 15. vbi ait, Sicut multa ſub nominib. aliorum Prophetarum, & recentiora ſub nominibus Apoſtolorum ab hæreticis proferuntur, quæ omnia ſub nomine Apochryphorum authoritate Canonica diligenti examinatione remota ſunt.

Apocrisiarii, non Apochryſiarij, nec apochryſiarij, quamvis periode barbarum, vt hæc eſſe videantur: attamen illud rectius ab ἀποκρίνομαι quod reſpondeo ſignificat, dicitur. Eſt autem Apocriſiarius, vt quidam putat, Reſponſalis & legatus Epiſcopi, inde dictus, quod aliquando pro Epiſcopo reſpondere cogatur. Vſi ſunt hac voce pontifices, Item Iuſtin. loca indicat Alberic. Canonum interpretes Papæ nuncios intelligunt Apocriſiariorum nomine, vt & apud mediæ ætatis annales reperitur. Melius Oldendorp. qui ait: Apocriſiarij dicebantur velut locum tenentes Epiſcoporum, vt res Eccleſiæ gubernarent, negotia ſingulorum audirent, referrentque ad Epiſcopos, vt Nouel. Quom. oport. Epiſc. §. ſi vero non Metropolitanus, & §. propterea ſancimus. Spieg.

Ἀποκρισιάριος, ad reſponſum interpretatur Iuſtinian. Nouel. 25.

Apodectæ dicebantur Athenis, qui collationibus & vectigalibus præerant, quorum judicio, quicquid controuerſiæ erat, in publicis collationibus decernebatur, Alex. Neap. Gen. dier. lib. 3. cap. 13.

Ἀπόδειξις in Nouell. & Baſilien. eſt apocha, cujus commeminit Euſtathius περὶ χρονικῶν διαστημάτων, titul. περὶ λημμάτων. M. Fabius lib. 5. cap. 10. ἀπόδειξιν definit euidentem probationem. Pratei.

Ἀποδέκται Epiphanio libr. 2. Panar pars baloei, vbi conſtituebantur Capſarij. Cujac. lib. 5. obſ. c. 8.

Apogoni, vide Epogoni.

Apographa eſt annotatio bonorum, indexque eorum quæ reperta ſunt, & inuentarium vocant & repertorium, vt in comment. ling. Græce Budæus teſtatur. Spieg. Prat.

Apographum dicitur exemplum libri, vel tabulæ: Latine deſcriptum vel exſcriptum.

Ἄποικος, domo profugus, colonus aduenticus, l. 239. §. 4. de verb. ſignific.

Ἀποκαθισταμένη μοῖρα differt à διαζευγνυμένῃ, Gothofr. ad l. 53. in princ. ff. eod.

Ἀποκαταστατική & reſtitutoria actio quæ dicatur, vide Gothofr. ad l. 8. §. 14. ad S. C. Vellei.

Ἀπὸ θαλάσσης, terreſtre creditum, Gothofr. ad l. 22. §. 1. ibi pecuniam nauticam, de verb. oblig.

Ἀποκήρυξις, vide paulo ante.

Ἀποκρισιάριος, vide ſupra Apocriſiarij.

Apolecti, id eſt, delecti, eximij, ſelecti, hoc eſt, ſanctiores concilium, quod ex delectis conſtat viris, der heymlichſten Raths.

Apolides ita inſularij dicuntur à Iuriſc. viles ſerui, ac peſſimi, ſine ciuitate & in inſulas deportati, & in publicum opus aut in metallum dati Canonica decreta, ſeruos colendis agris deſtinatos, nuncupantium Originarios, tum Adſcriptitios. Sed Originarij dicuntur proprie, qui ex Adſcriptitiis nati ſunt in ipſo ſolo ſiue fundo, vt C. de Agr. & cenſ. l. colonos, lib. 11. & ejuſmodi ſine gleba, quam coluerunt, vendi nequeunt, Adſcriptitij vero ſunt, qui per 30. annos fuerunt in ſolo. Spieg.

Apolis, extorris, ſine exul, ab ἄπολις, deperdo ſiue ab a priuatiua particula, & πόλις ciuitas. Marc. de Pœn. Quidam, inquit, apolides ſunt, id eſt, ſine ciuitate Vlp. quoque de leg. 3. in l. 1. Nec teſtamenti ait, faciendi jus habent, cum ſint apolides. Nebr. Deportatos intelligens, quia deperdant omnia ciuitatis Romanæ jura, hoc eſt, ea omnia, quæ juris ciuilis ſunt, quanquam retineant ea quæ ſunt iurisgentium. Schar. Videetiam Duarenum lib. 1. diſp. c. 9.

Ἀπόφασις, ſententia, dictum, reſponſio. Vlp. l. 1. §. 1. de appell. ἐπιτρέπεται τοῖς βουλομένοις ἐκκαλεῖσθαι κατὰ τῆς ἀποφάσεως, liceat iis, qui volunt, aduerſus reſponſum appellare. Loquitur de reſcripto principis, qui ab judice quopiam de aliquo negotio conſultus, reſponderat. Apud Dialecticos autem plerunque pro Negatione ponitur. Hor.

Ἄπορον, id eſt, perplexum, Gellius lib. 9. c. 15. vertit inexplicabile: & alibi ἀνεπίφορον hujuſmodi argumenta vocabit. Fabius li. 3. cap. 8. dubium, & de quo non liquet. Eſt igitur controverſia parum conſiſtens. Hujus exemplum extat apud Marcianum, l. ſi ita, 19. ff. de condit. inſtit. l. qui quadringenta, ad leg. Falcid. apud Africanum, vbi hoc verbo vtitur: Dixi τῶν ἀπόρων hanc quæſtionem eſſe, qui tractatus apud Dialecticos τοῦ ψευδομένου dicatur, vide A. Auguſt. lib. 4. Emend. c. 16. Prat.

Ἀποσφραγίσματα, Græcis dicuntur annuli ſignatorij, quod ſigna cujuſque in eis ſculpta erant, l. ad teſtium, §. ſignum, ff. de teſta. Connan. lib. 9. c. 2. nu. 4.

Ἀποστασία à fide religioneque defectio, fidei ſanctæ proditio, vt ex Imperat. conſtitutione elicitur, l. hi qui. 3. Cod. de apoſtat. Prat.

Ἀποστάσιον repudium interpretatur Euſtathius in eo, qui περὶ χρημάτων διαφορᾶς inſcribitur libro, titulo ἀποστασίου. Prateius.

APOSTATÆ nomen eſt deteſtabile, & Græce neſcientibus atrocius, quam Latine deſertor, transfuga, & rebellis. Is autem propriè Apoſtata dicitur, qui cum fidem Catholicam ſemel amplexus eſt, poſtea ab ea recedit, verbique Dei Doctrinam vt ſtultam deridet, inſectaturque, ſicut Iulianus Imperator feciſſe perhibetur, vnde & hoc nomen ſibi ſortitus eſt. Sicut & Adrianus Imperator, qui cum Chriſto templa condere inchoaſſet, (vt Lampridius teſtis eſt) præfecti ſacrorum ſuaſione ab incæpto deſtitit, ne hoc medio omnes futuri eſſent aliquando Chriſtiani, & ideo cætera etiam templa desererentur. Itaque mutato animi propoſito acerrime tandem Hadrianus Chriſtianorum veritatem inſectatus eſt. Veteres Chriſtiani eos infami vocabulo Apoſtatas vocabant, qui ad Paganiſmum vel Iudaiſmum defeciſſent. Nec minus vere Apoſtatæ ſunt, quorum tota vita pugnat cum Chriſto, ac toti mundo ſeruit, & à baptiſmi profeſſione diſcrepat. Itaque per tranſlationem eos apoſtatas vocamus, qui abſcedunt ab eo quod tuendum ſuſceperant: vt militem apoſtatam, qui ab imperatore ſuo defecit ad hoſtem: & diſcipulum apoſtatam, qui recedit à placitis ſui Doctoris, vt not. Bart. Quæ ſit autem eorum pœna ponitur in l. 1. 2. 3. leg. Apoſtatarum, Cod. de apoſtat. in c. pen. & fin. extr. eod. tit. Cum autem infames ſint apoſtatæ, ad omnia quæcunque beneficia redduntur inhabiles: neque accuſare, aut teſtimonium ferre poſſunt, leg. apoſtatarum, Cod. de apoſtat.

Ἀπόστασις Græcis dicitur vxor, quæ diuortium cum marito fecit, vide Eraſmum Roterod. in de Ratione concionandi libro 3. Spieg.

APOSTOLI, legati, cum mandatis miſſi, cujuſmodi XII. Dominus noſter miſit ad prædicandum Euangelium regni, cum poteſtate ſanandi morbos, ejiciendique dæmonia. Iuſtin. ſecundum horum canones (quos Haloander adjunxit Nouell. conſtitut. & quidem vt ipſe indicat, non temere) ſubinde profitetur ſe leges condidiſſe; prohibens ne quis à communione arceatur præter Apoſtolicorum Canonum tenorem, quorum cognitio neceſſaria eſt juris ſtudioſo. Spieg.

APOSTOLI, dimiſſoriæ ſunt literæ, ab ἀποστέλλω, quod eſt remitto, vnde Apoſtole, es, remiſſio. T. Liuius: Apoſtolos fregit in ſenatu. Tit. Iuris eſt, de Dimiſſoriis, qui dicuntur Apoſtoli. Modeſt. quoque de verb. ſig. Dimiſſoriæ, inquit, literæ dicuntur, quæ vulgo Apoſtoli, quod acta cauſæ à primo judice ad ſecundum dimittantur vt de cauſa inſtrui poſſit. Et hoc in Appellationibus; vbi ſi appellationi defertur, Apoſtoli dimiſſorij dicuntur: ſi non Refutatorij. Quod ſi dubitetur, an deferendum ſit, nihilominus dari debent: quod obſequij teſtimonium præſtent aduerſus ſuperiorem judicem: ideo à quibuſdam Reuerentiales appellantur. Alc. de verb. ſign. itaque Apoſtoli, literæ ſunt teſtimoniales teſtificantes ſc. de facta appellatione. Et hi ſunt varij: Conuentionales ſcil. quando pars admittit appellationem: Dimiſſorij, per quos apparet, quod judex detulit appellationi: Refutatorij, per quos apparet, quod judex non defert appellationi: Reuerentiales, ſeu reuerendi, ſcilicet quando ob reuerentiam ſuperioris defertur appellationi. Teſtimoniales, de quibus jam dictum. Solent etiam Acta judiciaria nonnunquam loco Apoſtolorum deſignari. Nam ſatis eſt appellanti, quod teſtimonium habeat qualecunque, videlicet prouocationem interpoſitam, & judici inſinuatam fuiſſe. Vnde Notarius quoque (ſi vtcunque judex tamen voluerit) poteſt Apoſtolos teſtimoniales dare.

APOSTOLICAM Eccleſiam vere illam dicimus, quæ non ſolum ſucceſſionem continuatam ab Apoſtolis habet, ſed & doctrinæ conſanguinitatem continet eamque, quam Apoſtoli tradiderunt, doctrinam retinet. Tertul. de præſcript.

APOSTOLI, ait Briſſon libelli ſunt dimiſſorij, ſeu literæ, quæ ab eo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, dantur, teſtandæ appellationis cauſa: qui & dimiſſoriæ literæ dicuntur, quod per eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur, leg. 106. de verb. ſignif. l. 1. de libell. dimiſſ. l. 9. de jur. fiſc. Paul. 5. ſentent. 34. Dicuntur & libelli appellatorij, l. 1. fin. l. 5. §. vltim. de appell. & à Caſſiod. 4. hiſt. tripar. 34. de quib. & l. 3. 7. & 13. de app. accipiendæ ſunt. Ita porro concipiebantur, vt haberent ſcriptum, & à quo dati eſſent, & cui, id eſt, qui appellaret, & aduerſus quem, & à qua ſententia. Briſſonius.

APOTELESMATA, mathematicorum reſponſa dicuntur: quo titulo Ptolemæi liber quadripertitus ἀποτελεσματικὸς inſignitus eſt. Alc. de verb. ſign.

APOTHECA repoſitorium, reconditorium, id eſt, locus rebus quibuſvis ad tempus condendis idoneus, quæ & librorum erat, l. 2. §. 17. de fund. inſtr. & χειμερινὸς ἢ ταμιεῖον Iulio Polluci lib. 10. cap. 1. Onomaſt. & cella vinaria, leg. videamus, §. qui vinum locat. l. 21. §. certè, eod. l. 1. C. de verb. ſign. Plin. lib. 14. c. 14. A qua tamen in hoc differre videtur: vt ſit Apotheca majus quoddam repoſitorium, Cella vero minus, ad vſum ſcilicet quotidianum. Olei quoque erat apotheca. Columell. libro 1. cap. 6. rei ruſtic. l. 1. Cod. de verbor. ſignificat. Prat. Briſſonius.

APOTHECARII inter inhonoratas perſonas cenſentur, l. ſi cohortalis, C. de cohortal. lib. 12. Spieg.

APPANAGIVM, Franciſcum vocabulum. Sumi ſolet pro ea bonorum parte, quæ Regis Franciæ liberis natu minoribus ſolet concedi, poſtquam natu maximus mortuo patre regnum adeptus eſt. Ejus autem jus & conditio hæc eſt, vt directum dominium Rex ea in parte retineat, & ſi poſteri virilis ſexus deficiant, ad Regem redeant. Dictum autem eſt quaſi Abbannagium B. in P. mutato, quaſi quia partem excluſoriam dicat: non à pane quotidiano, vt volunt pragmatici. Prat.

APPARERE, Probatum eſſe & liquere probationibus ſonat, §. ſi itaque diſcreveris, Inſtit. de actio. Si apparet eum dare oportere, quem locum ita vertit Theophilus, εἰ φαίνεται τὸν ἐναγόμενον τὸ χρέος χρεωστεῖν. Apparet igitur non pro intendere ibidem accipi, vt male Old. explicuit. Prat.

APPARERE à Budæo in Forenſibus officij, & obſequij exhibendi gratia præſto eſſe, quod & ante docuit ad Virgil. verſ. lib. 12. Æneid. Seruius,

Hæ Iouis ad ſolium, ſæuique in limine Regis
Apparent, acuuntque metum mortalibus ægris.

Cicero pro Cluent. Quid ſibi autem illi ſcribæ, quid lictores, quid cæteri quos apparere video, volunt? Feſtus libro 12. Naualis, inquit, ſcriba, qui in naue apparebat. Prateius. Hinc

APPARITIO, officium, actus apparendi quandoque ſumitur pro ipſis apparitoribus, Vlp. l. fin §. ſi. ff. quod met. cauſ. quo etiam ſenſu accipitur in l. 1. C. de locat. præd. ciu. lib. 11. vbi ſubaudiendum, interueniente, ex dict. § fin. ff. quod met. cauſa: idque etiam recte ſenſit Odofr. addict. l. 1. qui eam optime omnium explicat. Apparitio igitur ibi pro apparitoribus ſumitur non pro judice, vt Accurſius & Ioan. de Platea ibidem: aut pro diſcuſſione, vt Oldendorpius falſo putarunt. Apparitio etiam ſumitur pro officio, ſiue ordine, l. 2. Cod. de apparit. proconſ. Prateius.

APPARITOR magiſteriæ poteſtatis, l. 33. C. de appell.

APPARITOR cohortalis l. 12. pr. C. de cohortal.

APPARITOR vrbanæ ſedis, l. 2. C. de appar. præf. vrb.

APPARITOR vrbanæ præfecturæ, leg. 1. Cod. de appar. præf. Annon.

APPARITORES ſunt Magiſtratuum miniſtri, qui eorum juſſa exequuntur, vt colliges ex l. 1. ad inſcriptionem & ſubſcriptionem relata de exec. & exac. l. 12. C. Apparitorum numero ſcribas, viatores, lictores & præcones contineri ex eo, quem ex M. Ciceronis Cluentiana ſuperius adduximus loco edocemur. Porro eos varios fuiſſe conſtat ex lib. 12. Cod. tit. 52. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 60. Prat.

APPARITORES ex eo nomen inueniſſe videntur, quod magiſtratui appareant. Hor.

APPARITORES dicuntur, qui apparent, & præſto ſunt, obſequunturque Magiſtratib. Virg. 9. Æneid.

Quam ipſi cupiant regi apparere Latino.

Gell. lib. 2. Poſteaquam lictor, qui illi apparebat, intellexit. Cic. lib. 3. de legib. Leges, inquit, ſunt quas apparitores noſtri volunt. Hier. ad Saluinam: Nihil nocuit militanti paludamentum, & baltheos & apparitorum caterua. Vlp. lib. 22. tit. de coict. leg. Si pignora, inquit, veniant per apparitores. Nebriſſ.

APPARITVRA autem, ipſum miniſterium, & officium, vt Tranquillus ſcribit in lib. de Grammaticis. Vid. Old. in claſſe 3. act. 4. in princ. Prat.

APPARO media correpta, pro intendo vſurpatur. Vnde apparitores dictos quidam putant. Frequens eſt in jure noſtro, vt nomen Actionis, vel Exceptionis, per conjunctiuam hujus verbi, & particulam, Si, denotetur: vt apud Iuſtin. in §. ſic itaque Inſt. de actio. & Pomponium in l. penult. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Spieg.

Appellare dicitur inferior ſuperiorem, vel par parem, quum ad eum, vt alloquatur accedit. Vlp. ex præt. edicto in l. 1. ff. ex quib. cauſ. major. Quum vt Magiſtratus de ea re appellatus eſſet. Et Aſconius in illum Verrinæ 3. locum, vbi Verres hæredem quendam hominem priuatum appellaſſe dicitur: Appellat, inquit, injurioſum verbum in perſona Prætoris: Appellatio enim eſt inferioris ad priorem. Hot. Hinc

Appellare, verbum juris, cum is qui à magiſtrato aliquo injuriam paſſus eſt, vel parem vel ſuperiorem magiſtratum adit, & vt illud decretum reſcindat, petit: veluti cum Prætor contra Prætoris, aut Conſul contra Conſulis, aut Cenſor contra Cenſoris, aut Tribuni pl. contra cuiuſvis magiſtratus decretum appellantur. Hinc Appellare, ab inferioris judicis ſententia ad ſuperiorem prouocare. Vlpian. l. 1. ff. de appell. Appellandi vſus quam ſit frequens, quamque neceſſarius, nemo eſt qui neſciat: quippe cum iniquitatem judicantium, vel imperitiam recorrigat, licet nonnunquam bene latas ſententias, &c. Hot.

Appellare, id eſt, prouocare, l. 5. 6. C. de excuſ. tut. l. 1. 2. C. de appell. Prouocationem interponere, l. 1. C. ſen. reſcind. leg. 15. C. de excuſ. tut.

Appellare generale verbum eſt: Appellare Magiſtratum, eſt ipſum adire agendi cauſa in edicto Prætoris, l. 1. ff. ex quibus cauſ. major. Hoc, inquit Accurſius, non fuit expoſitum ab Vlpiano, quod tamen ab eo factum putem, ſed à Triboniano amiſſum, vt & alia multa. Appellare item ab inferiore judice ad ſuperiorem prouocare, l. 1. ff. de appell & tot. tit. C. & ff. eo. Appellare etiam eſt judicio conuenire, l. qui appellat. 29. ff. de jud. & l. fidejuſſ. 16. §. fin. ff. de fidejuſſ. Prat.

Appellare, ſignificat nominare. Cicero, P. Scipionem qui primus Africanus appellatus eſt. Prat.

Appellare, id eſt, querelam deferre, l. 3 C. quom. & quand. jud. ſent. Prouocationis auxilium flagitare, l. 15. Cod. de excuſ. tut. Appellationem interponere, l. 3. C. de appell.

Appellare, pro alloqui & verba cum aliquo facere, vt debitor antea, quam vocetur ad judicem, appellandus eſt, vt ſoluat. Cicero pro Cluentio: appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandiſſime poteſt. Hoc ſenſu recte dices: appellatus debitor, bona conſcientia vrgetur apud judicem ad ſolutionem. Eſt autem appellare debitorem denunciare in judicio vel extra judicium vt ſoluat. Senec. l. 5. de beneficiis. Fœnerator quoſdam debitores non appellat, quos ſcit decoxiſſe: Martial. lib. 7. ad Baccharam.

Appellat rigida triſtis me voce Secundus.
Audis, ſed neſcis Bacchara, quid ſit opus.

Cicero in Epiſt. ad Attic. Tulliola tibi diem dat, ſponſorem appellat, id eſt, te conuenit ex promiſſione, & me vt fidejuſſorem in jus vocat. Itaque debitorem appellans non tenetur injuriarum, niſi, vt Vlp. ait, injuriæ faciendæ cauſa fecerit, vt ſi cum Titius ſtatim à Seio pecuniam mutuam eſſet accepturus eum conueniam, tanquam mihi debeat mille, ita vt terream Seium, tunc vtrique teneor. Hac ſignificatione verbi appello, vtitur, qui ait, qui prior appellat, prior agat, leg. qui prio. ff. de jud. id eſt, ſi duo ſe inuicem creditores dicant, ille qui prior in jus vocauit, & litem inſtituit, prior auditur agendo: ſi modo actiones æque principales ſunt. Authen. & conſequenter. C. de ſentent. Foreat. in Necyomant. Dial. 58 n 5.

Appellare eſt auxilij gratia quempiam implorare Cic. Vos, vos appello fortiſſimi viri. Prat. Sic Tribuni appellantur more, & inſtituto, & exemplo, cum eorum interceſſio poſtulatur, ſi quid iniquè à prætore, verbi gratia, decidatur, aut cum auxilij cauſa appellantur, id vero non ſit more in cauſis, quia qui id facit, de ſua cauſa cognoſci non vult, qui autem auxilij cauſa tribunos appellat in litibus, is ſe æquo judicio certare non poſſe clamabat. Turneb. lib 28. aduerſ. cap. 22. Prat.

Appellare debitorem, eleganter & proprie pro eo quod crebrius dicitur interpellare, id eſt, ab eo id quod debet repoſcere. Iulianus in l. 56. in fin. de fideic. & Col. lib. 1. c. 7. Prat. Hot.

Appellare aliud eſt quam adſectari: Appellat enim qui ſermone pudicitiam attentat: adſectatur, qui tacitus frequenter ſequitur: adſidua enim frequentia quaſi præbet nonnullam infamiam, l. 15. §. 17. de injur. Hot.

Appellare ex aduerſo, hoc eſt nomina per antiphraſin imponere, vt bellum, quod minime bellum, vel bonum ſit. Prat.

Appellare item eſt blanda oratione alterius pudicitiam, attentare. Hoc enim non eſt conuicium facere, ſed aduerſus bonos mores attentare. Vlp. in l. item apud Labeonem 15. §. appellare, ff. de injur. Prat.

Appellatio eſt triplex, videlicet, quædam à ſententia definitiua, de qua tractatur ff. & C. de appell. quædam ab interlocutoria ſententia: quam require in l. 2. ff. de appell. recip. vel non. Quædam denique ab actibus extrajudicialibus, cujus fit mentio in l. 1. §. ſolent ff quan. appellan. ſit. Sunt qui duo tantum genera conſtituunt, judicialem puta, & extrajudicialem, quibus accedo. Sunt etiam qui eam in duo genera diſtribuant: in expreſſam, & tacitam. Expreſſa eſt, quæ voce aut ſcriptis fit l. 1. & 2. ff. de appel. Tacita, quæ neque voce, neque ſcriptis fit, ſed facto: cujus meminit text. in c. dilecti filij, de appel. in antiq. Eſt & alia diuiſio. Nam quædam appellatur generalis, & hæc rejicitur c. 2. extr. eo. & ſpecialis, gloſ. in d. c. 2. Prat.

Appellatio, definitore Hermogeniano leg. præfecti, 17. ff. de minor. eſt iniquitatis ſententiæ querela. Hæc definitio, vt breuis, ita vera eſt. Bartolus ita definit in l. 1. ff. de appellat. vt ſit jus quo interim prima ſententia extinguitur, & interim cauſæ cognitio ad ſuperiorem judicem deuoluitur. Hanc rectius quam Bart. definiſſe viſus pleriſque fuit Iulius Pontifex in c. placuit, 1. 2. q. 6. vt ſit à minore judice ad ſuperiorem prouocatio. Hermogeniani & Iulij definitione vt rectæ aptæque ſunt, ita omnibus probatæ. Prat.

Appellationum formolæ explicatæ cum ex iure ciuili, tum Pontificio.

Appellationem recipere & admittere quæ duo idem ſonant. leg. ei, cujus 5. ff. de appel. l. ſi quis 6. §. hi autem 6. ff. de injuſt. ſignificant autem pontificia appellationi deferri, c. an ſit. de app. in antiq. Huic contrarium eſt repudiare, l. appellatione 5. Cod. eod. Prat.

Appellationum cauſas reddere & agere l. 1. & 2. ff. an per alium cauſ. l. 1. ff. ſi pen. adpel. & alibi ſæpe in tit. ff. de adpel. eſt, placitare cauſas adpellationis. Proſequi appellationem, & prouocationem exercere pro eodem dicuntur l. 2. §. legatis, ff. de judic. l. 3. ff. de adpel. rec. Ex appellatione cognoſci, & pronunciari dicitur, quando appellationis cauſa cognoſcitur & pronunciatur l. non ob. 25 ff. pro ſoc. l. creditor. 101. §. 2. ff. de ſolu. l. licet, C. loc. Sic ex appellatione ſententiam dicere leg. minor. 18. §. idem Imp. de min. Et ad appellationem judicare, leg non putabam, ff. de cond. & dem. Prat. ex Briſſ.

Appellationes injuſtæ pronunciantur, cum dicitur male & temere appellatum, l. negotiorum, ff. de appell Porro ſuperiori judici ſatis eſt pronunciare juſtam vel injuſtam ex Dioc. & Max. Conſt. l. eor. in fin. princ. C. de appell. Old. Prat.

Appellationum librum, qui in ordine quadrageſimus nonus eſt, Iuſtinianus Imperator totum ſibi, quaſi à ſe excogitatum adſcribit, in confirmatione Digeſtorum §. ſeptimus autem 8.

Appellationum tempora quatuor eſſe, à quodam antecesſore Tuloſæ accepi, Primum intra quod appellare oporteat; Et intra decem dies appellandum Iuſtinianus conſtituit. Nou. 23 § 1 Idque à recitatione Sententiæ. Secundum tempus intra quod petendi ſunt Apoſtoli, de quo leg. judicibus, Cod. appell. Tertium eſt tempus inducendæ, & vt pragmatici Galli loquuntur, releuandæ appellationis. cujus meminit l. 2. & 5. C. de temp. & repar. appel. Quartum tempus terminandæ, §. ſancimus, de appel. conſlit 93. Prat.

Appellationum tempora, l. qui ſuſpectum, 20. de appel. cum ſimilibus, ſunt, quæ ad appellationem interponendam, exercendam & explicandam legibus moribuſve conſtituta ſunt. Prat.

Appellationem non oportet ad compares judices referri, ſed à minori judicio in maius tribunal aſcendere. Nou. de appell. §. illo videlicet obſeruando, conſt. 23. cujus epitome tantum in Græca editione Scrimgeri extat. Prat.

Appellatio & retractio differunt, leg. 35. C. de appellat.

Appellatio importuna, l. 6. C. quor. appell. non recip. Callida. l. vlt. C. eod. Moratoria, l. 1. Cod. Theo. eod. Superſtitioſa, l. 41. Cod. Theod. de appel. leg. 6. Cod. quando prouoca. non eſt neceſſ. Gothofr. ad l. 6. Cod. quor. appell. non recip.

Appellationis interpoſitæ ſolennia, l. 13. C. de appel. l. 3. C. de ſent. ex breuic. recit.

Appellationis beneficium, l. vlt. C. quor appel. non recip.

Appellatio fuit inuenta ad præſidium innocentiæ: non autem vt defenderetur malitia appellantis. c. ſuggeſtium, & c. ad noſtram, de appel. Valde enim neceſſarium erat, multis remedijs ſubuenire ſubditis, aduerſus iniquam ſententiam Magiſtratuum, ne premeretur innocentia, & tandem grauaminibus ad intolerabilem injuriam productis, accidere paſſim contemptus & rerum omnium confuſio. Et propterea, ſi perpendas totius Iuris diuini & humani ſanctiones, ſemper obſeruatur æqualis quædam inter magiſtratus & ſubditos relatio. Omnes ſubditi obtemperare debent magiſtratibus. Et ex diuerſo, Magiſtratus honeſta ſemper debent præcipere. Sicut enim magiſtratuum eſt, recte imperare: ita ſubditorum eſt, humiliter obſequi. Itaque vi huius relationis, cum multa ſint introducta aduerſus contumaciam ſubditorum coercendi remedia; viciſſim certe oportebat ſubditos tueri aduerſus inſolentiam Magiſtratuum. Nullum quippe hominum genus eſt, quod non egeat competente medela: quoniam omnis homo mendax. Primum igitur aduerſus iniquam ſententiam judicis remedium eſt appellatio. Old.

Appellatio nonnunquam à Iureconſultis dicitur prouocatio. Nam aduerſus iniquitatem vel imperitiam inferiorum judicum appellamus & prouocamus ſuperiores Magiſtratus, l. 1. in princ. ff de appel. juncto §. ſi quis. Old.

Appellationum auditoria, l 39. in princ. C. de appel.

Appel-

Appellatorium iuuamen, l.5.§.4.in fi.C.de tempor.& repar. appel.

Appellatoria libellus, l.6.§.6.de appell.

Appellatiuum nomen, naturaliter commune eſt multorum, Priſcian.docet lib 1. Hoc quàm proprium, magis attendi videtur alicui, vt colligunt Doctores, l. Thais.§. Stichus ſeruus ff.de fideicomm. liberi.ex Alberico.Spieg.

Appellatus Modeſtino eſt, quem iudicem ad quem vulgo vocant. Perinde labuntur, qui litigatorem alterum vocant appellantem, alterum appellatum: quia iudex ſuperior eſt appellatus, non aduerſarius. Imo contra eum prouocatur, vt in d.l.1. Spieg.

Appellere propriè nauigia dicuntur ad litus, ripam, portum, l.riparum 5. ff de rer. diuiſ. Sed & pecora ad aquam appellere. l.vnic.§ fin ff.vt in flu public l.1 § Trebatius. ff. de aqu. quotid.& æſti.l.1. ff. de riuis. Ex quo pecoris ad aquam appulſus. Prat.ex Briſſ.

Appendere mutuo, pro dare mutuo.

Appendices inſtitutionis, ſunt ſubſtitutionis tabulæ, l. 35. de acquir.hered.Prat.

Appendicius, a, um, quod ab alio pendet. Hieronym. ad Furiam: pudicitia fine comitibus & appendiciis ſuis continentia & parcitate. Vlp.de acquir. hæred. l.ſi quis. Sunt, ait, appendicia præcedentis inſtitutionis. Nebriſſ.

Appendix, propriè ædificium quod alteri adiungitur, & quaſi appenditur.

Appia via Hæc ſic nominata fuit ab Appio qui eam muniuit, vt autor eſt Liuius in 9 1. Decad. Eſtque præcipua viarum ducens Brundiſium, in qua erant conditoria ſepulchraque Romanorum, vide Pompon. in l.2.de orig.iuris. §. fuit autem in primis.

Appius Claudius, non ille decem vir, ſed centum amplius annis poſterior, omnia omnium actionum tempora, & omnes obſeruationum ſolennitates propoſuit, & in vnum librum per ordinem redegit. vid. Old. in §. poſtea cum Appius, in poſter. l. ff. de orig. iur. Spieg.

Appius Claudius vindicias filiæ ſuæ abdixit, l.1 §.24. eodem.

Applicitum, pro iuncto, apud Scæuolam, cum ait, Domum meam cum horto applicito. l. vxorem, §. 1. de leg. 1. vt apud Plin. lib. 2. Epiſt. Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum. Spieg. Prat.

Applicari ad munera, l.2. ff de iur immun.

Applicitus morbo, l.7. ad Trebell. Briſſ. in pareg.

Applicationis ius fuiſſe videtur, vt qui peregrinus ſeſe in ciuis alicuius Romani quaſi patroni fidem & clientelam ita dedidiſſet, ſi is inteſtato mortuus eſſet, eius hæreditatem patronus obtineret. Cic. lib. de Orator. 1. Quid, quod item in Centumuirali iudicio certatum eſſe accepimus? qui Romam in exilium veniſſet, cui Romæ exulare ius eſſet, ſi ſe ad aliquem quaſi patronum applicuiſſet, inteſtatoque eſſet mortuus, nonne in ea cauſa ius applicationis, obſcurum ſane & ignotum, patefactum in iudicio, atque illuſtratum eſt à patrono? Vide infra in verb. ius applicationis. Hoto. vide ſupra poſt dictionem Apium natum.

Applumbare argentum, eſt plumbo addito curare, vt argentum argento, vel maſſa maſſæ cohæreat, cuius fit mentio in l. in rem actio. de rei vind. Spieg vid. Adplumb.

Apponere autoritatem pro interponere & adcommodare, l.189. de diuerſ.reg.iur. Briſſ.

Apponere ſibi præuaricatorem, eſt curare per tertium ſe adornandum, vt colluderet ſcilicet. Bud. in annot princ.

Ἀπρόσκλητος δίκη apud Græcos dicebatur quæ intendebatur in eum qui in ius vocatus non erat; quod iudicium nullius momenti fuiſſe conſtat. Quare Plato quoque lib 8. de leg. admonet non eſſe negligendas leges de in ius vocando.

Apprehendere, pro capere perſonam apud Vlp. ad leg. Aquil. l.3. Sin autem, ait, cum poſſet apprehendere, maluit occidere: magis eſt vt iniuria feciſſe videatur. Spieg. Prat.

Apprehensio, id eſt, captura perſonæ, non eſt paſſim concedenda propter magnam iacturam nominis & famæ, iuxta l.3. §. tutores. ff. de ſuſpect. tut. Spieg. Prat.

Apprehensio aſſimilatur traditioni, l. pen. de vſucapio. pro legato. l. qua ratione. §. hoc autem amplius de acquir. rer. dom. cum ſimil. per Apellum indicatis 3 Met. Spieg.

Approbare dicitur, qui non improbat Prat.

Approbatum ſemel, reprobari non poteſt, l.13. §. 10. ad leg. Iul. de adult.

Approbare opus, ſiue probare, eſt, vt vulgus loquitur, rectè & probe conſummatum præbere. Id autem redemptoris eſt, non locatoris. Paulus de locat. Si in lege locationis comprehenſum eſt, vt arbitratu domini opus approbetur, proinde habetur, ac ſi viri boni arbitratu comprehenſum eſt. Ex Budæo. Porro approbare, & non contradicere, idem ſunt. Bart. in l. ne in arbitris. C. de arbitr.

Appromissor eſt, qui quod ſuo nomine promiſit, idem pro altero quoque promittit. Feſtus. vid. Adpromiſſor.

Appulsus pecoris inter ſeruitutes, ius ad aquam appellendi, l. 5. de ſeru. ruſt. præd.

Aprarius adiectiuum aper, vt retia apraria, Paul. lib. 23. tit. 5. l. 11. ff Prat.

Apronianum S.C. l.16. ad S.C. Tertull. l.1. liber. municip. Briſſ.

Aprilis olim anni initium, Gothof. ad l.7. §.4. C. de aduoc. diuerſ. iudic.

Ἀπόθετος quaſi neglectus, ſ. Harme. vlt. Goth. ad rubr. C. de infant. expoſ.

Apsides lances ſunt rotundæ, quæ & parapſides etiam dicuntur: ſunt & tabulæ in lancium genere magis latæ & planæ. Va apud Horatium.

—tabulas cœnabat omaſi,

Vilis & agnina.—

ſed & in Iuriſconſulto parapſidas tabulas, trullas aliqui legunt, alij acetabula.

Apta perſona, pro conueniente alicui rei, & idonea. l.1. ad fin. de conſtit. Spieg.

Apud Iulianum Marcellum ſcribere vel notare cum legis, notas ſignificari accipe, quas is ad Iulianum ſcripſit. Cuius rei exempla, quia frequentia ſunt, non adſcribo. At cum apud Alfenum, vel Melam Seruium ſcribere legis, referri Serui ſententiam ſcito. l.66. §. item ſcriptū ff pro ſoc. l.37. in fi. ff. de verb. ſign. l.3. §. Seruius ff. de penu. leg. Nam plurima Seruij Sulpitij auditores quæ ab eo auditione acceperant, in ſcriptis ſuis retulere. l.12. in princ. & § ſed an inſtrumenti ff de inſtr vel inſt. l.22. ff. de neg. geſt. l.15. de teſtam. l.2. §. ſed & apud ff. de aq. & aq. plu. l.7. ff. de dote releg. Apud & penes differunt. Apud aliquem eſt, quod ab eo qualitercunque tenetur: Penes eum eſt, quod quodammodo ab eo poſſidetur, l.63. de verb. ſign. Sed hæc differentia vt plurimum confunditur, l.1. & 3. §. ſi penes, de tabul. exhib. l.15. §. pen. de precar. l.23. fin. vſucap Briſſ.

Apud aliquem obligari, id eſt, alicui. l.16. de fidei Hot.

Apud, mutuam loci & perſonæ coniunctionem ſignificat, vt cum dicimus: Cœno apud amicum. Apud & Penes in hoc differunt: alterum perſonam cum loco ſignificat, alterum perſonam & dominium ac poteſtatē: quo proximè accedit quod Vlpianus l. penes 63. de verb. ſignific. dicit, penes amplius eſſe quam apud. Ridicula eſt ergo L. Vallæ reprehenſio. Prat.

Apud patriam reſtitui, l. vnic. C. vbi petant tutor.

Apud ærarium pendere. Qui apud veteres fiſci debitores erant, interim dum eorum bona venirent cognoſcereturque, quantum ex eorum bonis redigi poſſet, apud ærarium pendere dicebantur. Alciat. in pareig. c. 23. Spieg.

Apulensis Colonia, l.1. §.9. ff. de cenſib.

A Q

Aqua, inquit Feſtus, à qua iuuamur.

Aquam Iſidorus 13. orig. 12. ſcribit cæteris elementis imperare, vt quæ cœlum temperet, terram fœcundet, aërem incorporet: ea piſces nutriti, fruges, arbores, & herbas: Eam potum cuique animanti tribuere. Idem ſcribit Auguſtin. lib. 5. de geneſi ad literam. Hinc Thales dicebat, aquam eſſe, à qua nata ſunt omnia. Lactantius 1. Inſt. 6. & Fulgent. 1. meteorolog. refert, Neptunum, Deum maris cum tridente pingi vt intelligamus aquam cœlo, aëri, cum nubibus & terræ mixtam eſſe. Et Tertull. lib. de baptiſmo, aquam commendat, vt antiquam ſubſtantiam, & Dei ſedem, ceu vectaculum: quin aquis primum præceptum fuiſſe refert, vt animas proferrent, vid. eundem ibidem de aquæ laudibus, & Senecam 3. nat. q. 3. cap. 19. & ſeq. Gothofr. ad l.4. ff. de riuis.

Aqua vbi venundari ſolet, alimentorum appellatione continetur, l.1. ff. de alim. leg. Spieg.

Aqua Claudia, cuius Pomponius meminit l.2. de orig. iur. vide Claudia aqua.

Aquam caducam vocabant ex lacubus abundantem. Sic ferunt Neruam edixiſſe: Caducam neminem volo ducere, niſi qui meo beneficio, aut priorum principum habent. Porro qui aquam à principe impetrarat debet epiſtolam adferre ad curatores aquarum, deinde ad Cæſaris procuratorem, qui calicem eius moduli, qui fuerat impetratus, adhibitis libratorib. ſignabat, ad locumque aliorum collocabat, deinde animaduertebat, ne alij caſtello, quam epiſtola principis iuberetur, fiſtula ſubijceretur: Caſtellum autem Vlpianus ſcribit vocari receptaculum, quod publicam aquam ſuſcipiebat. Bald. ad Inſt. de ſeruit. cui ſubſcribere videtur Maioragius Miſcel. lib. 3. c. 8. ex Frontino de aquæductibus.

Aqua quotidiana (vt Vlp. in l.1. §.2. & 3. de aqua quotidiana & æſtiua ait:) non eſt illa, quæ quotidie ducitur, ſed ea, qua quis quotidie poſſit vti, ſi vellet: quanquam quotidianam interdum hyeme ducere non expediat, & ſi poſſet duci. Duo autem ſunt genera aquarum: eſt quotidiana & æſtiua. Quotidiana ab æſtiua differt vſu non iure. Quotidiana aqua eſt, quæ duci quotidie ſolet, vel æſtiuo tempore, vel hyberno etiamſi aliquando ducta non eſt. Ea quoque dicitur quotidiana, cuius ſeruitus intermiſſione temporis diuiſa eſt. Æſtiua aa eſt, qua æſtate ſola vti expedit: ſicut dicimus veſtimenta

æſtiua,ſaltus æſtiuos, caſtra æſtiua,quibus interdum etiã hyeme, plerunque autem æſtate vtamur. Ego probandum puto ex propoſitu vtentis, & ex natura locorum aquam æſtiuam ab aqua quotidiana diſcerni. Nam ſi ſit ea aqua,quæ perpetuo duci poſſit, ego tamen æſtate ſola ea vtar,dicendum eſt, hanc aquam eſſe æſtiuam: rurſus ſi ea ſit aqua, quæ non niſi æſtate duci poſſit, æſtiua dicetur: & ſi ea ſint loca, quæ natura non adimant aquam, niſi æſtate, dicendum erit, recte æſtiuam dici. Hæc Vlp. in d.§.2 & 3. Fit præterea in iure ciuili mentio Aquæ Pluuiæ, Diurnæ, Nocturnæ, &c.

AQVA pluuia eſt, quæ de cœlo cadit & imbre exereſcit, ſiue per ſe hæc aqua cœleſtis noceat, vt Tubero ait, ſiue cum alia mixta ſit.l.1.§.1.& toto tit.ff.de aq.& aq.plu.arc. Cic.in Topic.aquam imbri collectam definit quæ manu noceat. Imbribus autem conceptæ viua aqua opponitur in l. 1. §. hoc interdictum.ff.de fonte.l.21.ff. quod vi aut clam. Aqua pluuia nocet vel opere facto, vel natura l.1.§ 2.de aq. & aq.pluu.arc. Nam vt ait in Topicis Cicero, genus eſt aqua pluuia nocens: Eius generis formæ duæ, Loci vitio,& manu nocens. Diurna aqua eſt quæ interdiu ducitur: nocturna quæ noctu tantum, l. 10. ff.quemadmodum ſeru.amit.l.17.ff.de aq & aq.plu.Briſſ.

AQVAM coercere, eſt continere ſic, ne defluat vel dilabatur: dummodo non permittatur cui nouas venas quærere vel aperire: hic enim innouat aliquid præterquam præcedenti anno vſus eſt,l.1.§.coercere, ff.de fonte.

AQVAM vicini alio deriuare non licet,l.1.vbi Goth.C.de leg.Aquil.adde l.27.§.32.ff eod.

AQVÆ controuerſia pro impetu aquæ, l.24.§. ſed & ſi de damn. infect.Briſſ.

AQVÆ caput, illud eſt, vnde aqua naſcitur. Si ex fonte naſcatur, ipſe fons. Si ex flumine, vel lacu: prima incilia, vel principia foſſarum, quibus aquæ ex flumine, vel ex lacu in primum riuum compelli ſolent. Plane ſi aqua ſudoribus manando in aliquem primum locum effluere, atque ibi apparere incipit, eius hoc caput dicemus, vbi primum emergit.l.1.§.caput aquæ, ff. de aqua quotidiana & æſtiua.

SVNT & frigidæ & calidæ aquæ.l.1.§.Idem Labeo ſcribit.ff.de aqua quotidiana, l.3.§.1.ff. de aq. & aq. plu.l.3.§.hoc interdictum, ff.de riuis, vbi aquæ calidæ riuos. Hierapoli ciuitate Phrygiæ eſſe traditur: quod & Vitruu.l.8 c.3 teſtatur. Ad eundem modum, ait, Hierapoli efferuet aquæ calidæ multitudo, ex qua circum hortos & vineas foſſis ductis immittitur. Hanc vt puto ciuitatem Xiphilin in Traiano intelligit, cum Hierapoleos in Aſia mentionem facit. Briſ.

SVNT & aquæ perennes quæ perpetuo fluunt, & ab illis ſeparantur quæ areſcunt,l.1.§.loquitur.ff de aqua quotidiana. Aquæ ſalientes quæ ex tubulis & fiſtulis erumpunt.l.79. in fi ff. de verb.ſign.l.12. §. fiſtulæ. ff. de inſtruct. vel inſtrum.legat.l.2.ff de ſupel.leg. Et apud Sueton.in Auguſto. Et ita ſalientes accipe in l.15.ff.de action.empt. Saliebant vero aquæ, vel cantharis, vel roſtris perſonarum, vt apparet ex l.41.§. item hoc prohibetur,ff.de legat.1.l 17 § caſtella.ff de act.empt.Briſſ.

AQVÆ ductus ſeruitus Ruſticorum prædiorum, ius eſt aquam ducendi per fundum alienum l. 1. ff. de ſeruit. ruſtic. l. 10.ff ſi ſeruit.vindic.l.vnic §.hoc interdictum, ff. de riuis. § 1. Inſtit. de ſeruit. prædior. Ducitur vero aqua fiſtulis, riuo, tubulis, item per lapidem ſtratum, vt l.17.ff. de ſeruit. vrban.l.78.ff de contrah.empt.l.11.§.vlt.ff. comm. præd. l.38.§.vlt. de action. empt.l.17.§.1.ff de aq. pluu. vt Vitruu. lib 8.c.7. & Pallad.lib. 9.c.11 ſcribunt. Vulgo autem fiſtulis aqua ducebatur: lapide vero ſtrato ita demum, ſi conuenerat. Tollebatur vero & trahebatur aqua nonnunquam per rotas, l.40 in fi.de contrah. empt.l.2 ff.commun.præd. Diuidebatur aqua menſuris: digitis videlicet, vnciis & modulis.l.5 ff.de aqua quotid.l.1 & l.3. de aquæduct. C. Theod. & apud Frontin. in lib. de aquæ duct. Aquarij ſulci in agris aquæ è litis educendæ cauſa fiebant, qui ὁλκοὶ Græce appellantur,l.1.§.ſed & ſi quis arare,& l.24.ff. de aq. & aq plu. Columel lib.2 c.8.& Feſt.Pompon.lib.5.Briſſ.

AQVAGIVM in l.§ pen ff de aqua quotid.l.9.ff. quemadm.ſeru. amit.l.15.ff.de ſeruitut ruſtic. quaſi aquæ agiuum, id eſt, ductus aquæ. vt Feſt lib.1.interpretatur; alias aquæ iter vocatur. l.11.ff.de ſeru ruſt l.19 § iter. ff. comm.diuid l.vlt.ff.de aqua quotid.l 40 § in lege.ff. de contrah.empt.Briſſ.

AQVÆ agmen, l 6.C.de ſeruit & aqua.

AQVÆ mola, l 10 med.C. de aquæduct.

AQVÆ hauſtus ſeruitus ruſticorum prædiorum, § inter ruſticorum 3 Inſt.de ſeruit præd l.1 § 1 ff.de ſeruit.præd.ruſti.eſt ius hauriendi aquam, & portandi per agrum fundum alterius, ratione ſeruitutis. Differtque ab aquæductu, qui fit in fiſtulis & meatibus ſubterraneis Sed aquæ hauſtus fit per animalia portando. Vt l. ſi prius, §.1. & 2 ff. aq plu.arcend. Vbi dicitur quod non debet ille, cui debetur ſeruitus aquæductus lapidibus ſeu fiſtulis ordinare, quia vſus domini plus incommodatur, ff.de contrah.empt l.ff aquæduct Hot.

AQVÆ ductus (vide t.tit.C.de aquæduct lib.11.) vel aquæ hauſtus ex fonte cuniſtetur puteſt: Ex puteo aquæ hauſtus: non aquæductus, nec omnis habet aquam viuam, omnis autem fons habet aquam viuam. Et qui puteus aquam viuam habet, eleganter iugis puteus à Cicerone dicitur, & aqua, quam continet, ſimiliter iugis. Iugis autem, quæ perennis, viua, naturalis eſt, opponitur à Saluſtio pluuiæ in Iugurthino. Senec. 3. Nat. Quæſt. Non cœleſtem eſſe nec collectitium humorem, ſed quod dici ſolet, viuam aquam, & dicitur viua eodem ſenſu, quo Virgilio viuum ſaxum, viuum flumen, viuus lacus. & viua terra.i. naturalis Hac vero aqua ſola vſos veteres in ſacrificiis quidam putant qui refelluntur à Feſto, dum muries definitur ea eſſe, quæ fit ex ſale ſordido in pilo pinſato & in ollam fictilem coniecto, & cætera cur virgines veſtales aquam iugem, vel quamlibet, præterquam quæ per fiſtulas venit, addant Ex quo locu emendandus eſt alter Varronis locus apud Nonium Marcellum hoc ſane modo: Commentaria (inquit Varro) veteris Fabij pictoris legi, Muries fit ex ſale, quod ſal ſordidum tunſum & in ollam rudem fictilem coniectum eſt. Cuiac.obſer.lib.11.c.3. in fin.

AQVÆ & ignis interdictio grauiſſima apud veteres Romanos pœna erat, quæ adimebat neceſſarium duorum Elementorum vſum, cum ciuitate, nihilque præter libertatem relinquebat §.1.Inſt.de cap.dimin. In cuius locum poſtea ſucceſſit deportatio ſeu exilium. Conſtat itaque, veterem fuiſſe conſuetudinem, vt qui exilio mulctandus eſſet, ei nulla exilij mentione facta, aqua, & igni interdicerent. Cum enim vſus earum rerum eriperetur ei, quibus carere vita non poteſt, re & veritate irrogabatur ei exilium: verbo non irrogabatur. Hot. Apud Athenienſes aqua & igni interdici appellabatur, εἴργεσθαι τῶν νομίμων. Hinc

AQVA & igni interdicti in libris noſtris accipiendi ſunt deportati.l.1 §.ſi quibus ff.de leg.3 l.vlt.ff.de legat.l.2.ff de pœn.l. 3 ff.ad leg.Iul.pecul.l.5.ff.de cap min.l.59.§.ſi hæres.ff de hæred.inſt.l.10.in fin.ff.ad leg. Iul. de vi publ. l.13.de bon. poſſ.l. 59.§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſth. l. 24. C. de don.inter vir.l.1. C. de repud. Briſſ. Cæterum olim aquæ & ignis ſacramento etiam matrimonij fœdera ſanciebantur. Cauſa enim naſcendi duplex eſt, ignis & aqua: Mas ignis, quod ibi ſemen: Fœmina aqua, quod fœtus ab eius humore fit. Goth. ad l. 66. §.1.de don.inter vir. Et ſic materiam corporis in humore, animæ in calore eſſe, ac vtroque fœtus animantium omnium corporari atque animari ad vitam, author eſt Lactantius. Alterum enim quaſi maſculinum elementum eſt: alterum quaſi fœmininum. Alterum agens, alterum patibile: meminit huius Scæuola in l.pen.ff.de donat.inter vir.& vxor. Plutarc.in problem. Conan.lib.8.c.3. Forcat.in l.pen.c.14 & rurſus in dialogo qui inſcribitur Cupido Iuriſperitus cap 10 num.8 Idem etiam approbat Cuiac.obſeru.lib.11.c.2.dum dicit, quod in d. l.pen. recte ſcriptum ſit: priuſquam vxor aqua & igni acciperetur. Sic Nonius apud Nonium Sequere me, puriter volo faciat, igni atque aqua volo hanc accipere Sic Varro apud Seruium, Mariti aqua & igni vxores accipiebant. Et eodem reſpicit verſus ille Valerij Flacci 8.

—— ignem Pollux vndamque iugalem

Pratulit.——

Accipere autem & ducere vxorem idem eſt, vt Seruius lib. de dot.declarat. Promittit ſe daturum pater in ſponſalibus contrahendis, ſe accepturum ducturumve ſponſus. Cuiac. ſupra alleg.loco.

AQVA profluens ſeparatur à fluminibus, §. & quidem de rer. diuiſ. Videturque tantum à flumine differre, quantum pars à toto. Flumen enim eſt, quod integrum fluminis vſum præbet, velut nauigandi, piſcandi, lauandi. Aqua profluens eſt pars eius quantumvis tenuis quæ non integrum fluminis vſum præſtat, ſed potandi & abluendi tantum. Ex quibus intelligi debet, aquam profluentem nihil aliud eſſe, quam aquam fluminis. Cic.de offic. 1. Ex quo ſunt illa communia, Non prohibere aquam profluentem: pati ignem ab igne accipere: vbi tamen aqua profluente legendum videtur. Hot. Prat.

AQVALICVLVS, *ὑπογάστριον* eſt, ab aqualus, quod alueum ſignificat. Perſius. Sat. 1. Nugaris cum tibi Calue, Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extat.

AQVARII appellantur aquarum cuſtodes; quos Græci *ὑδροφύλακας* vocant, l.pen.de aquæduct lib.11.C. Et apud Frontin. in l.de aquæduct. Ita poſſunt Aquarij ſerui accipi in l.12.§. idem reſpondit. ff de inſtruct. vel inſtrum.& apud Firmicum lib. 4. Matheſ.cap.6. Briſſ. Sunt & aquarij impudicarum mulierum ſordidi aſſeclæ: quam ſignificationem vir doctiſſimus Turnebus inde promanaſſe putat, lib. 14. aduer. c. 21. quod aquarij dicebantur, qui aquam in ædes portabant, qua plurima egent ad balneum ſeque eluendas mulieres, & hac occaſione amorum internuncij ſolebant eis eſſe, hinc Iuuenalis. Veniat conductus Aquarius, &c. Prat.

AQVATIONEM pro irrigatione Palladius vſurpat. annotauit & Rhodiginus.

AQVÆLICIVM dicitur, cum aqua pluuia remediis quibuſdam elicitur, Feſto lib.1.& Tertul.lib.3.aduerſ. Prat.

AQVI-

AQVILEX, qui ſcientiam deducendæ aquæ habet: vel qui, Marcello autore, aquam colligit. Apud Iuriſconſ. l. ſi de iure immun. Aquilices inter eos, qui immunes habentur, numerat: tametſi fuerint, qui vel errasse Iuriſconſultos affirmarint vel aquilegem ſcribendum. Sed nihil obſtat. Alciat. ait, ab eo qui aquilex nominandi caſu dicitur, & aquilicem, & aquilegem deduci. Sicut & maior vbicunque videri debet Columellæ, Iuriſconſultique autoritas, Nonij Marcelli teſtimonio: qui ignoraſſe videtur, qui ſint Elices. Huius dictionis explicationem infra pete. Spieg.

AQVILIA lex plebiſcitum eſt de damno iniuria dato, l. 1. & tot. tit. ff. ad leg. Aqui. & inſt. de leg. Aquil. Briſſ.

AQVILIÆ legis & ſerui corrupti actionis differentia, l. 5 §. 2. ff. de ſeru. corrupt.

AQVILIÆ legis & noxalis actionis differentia l. 1. in prin. de noxal. act.

AQVILIANA ſtipulatio, quia à Gallo Aquilio introducta eſt: qua omnes in vniuerſum obligationes, quibus vltro citroque obſtringimur, in ſtipulationem, & verborum obligationem perducuntur, vt ſic acceptilatione ſopiri queant. l. & vno. §. eius vi. ff. de accept. l. ſi donationis. C. eodem. §. eſt autem. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. Spieg.

AQVILIANA ſtipulatio, vt Vlp. de tranſactionibus ait omnimodo omnes præcedentes obligationes nouat, & perimit: ipſa perimitur per acceptilationem: & hoc iure vtimur, idemque etiam legata ſub conditione relicta in ſtipulationem Aquilianam deducuntur Maſſæus.

AQVILIVS Gallus IC. Ciceroni familiaris, à quo formula inuecta eſt inſtituendorum poſthumorum nepotum, quæ in l. 29. de lib. & poſth. exponitur. Ab eo Aquiliana ſtipulatio, vt ſupra, Cuius verba referuntur in l. 18 §. 1. de acceptil. §. præterea Inſtit. quib. mod toll. obl Meminit l. 3 4. 15. 32. & 46. de tranſact. l. 2. 4. 5. & 9. §. qui per fallaciam, l. 8. ff. eod. tit. l. 39. ff. de dol. Briſ.

AQVILINVS ſerui nomen, l. 29. §. vlt. ff de fideicomm. libert. Briſ.

AQVIMINALE Paulus aperte pro vaſe aquario vſurpat in l. 1. in prin. ff. de ſupel. Et paulo poſt: Nam & pelues argenteas, & aquiminalia argentea & menſas, &c. Hot. Cuiac. tamen obſer. lib. 10. c. 13 non aquiminale, ſed aquimanile ſcribendum cenſet. Græci χέρνιϐον vocant, eo quod vel ex eis aqua manet, vel affundatur in pelues, vel quod aquam poſcere ſolerent ante cibum his verbis: Aquam manibus. Plautus truculentu, Date aquam manibus, apponite menſam. Fabius pictor apud Nonium, Aquam manibus pedibuſque dato, polubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vaſum cum aqua. Capet Grammaticus, Veteres manibus pedibuſque aquam dixerunt. Ariſtophanes Grammaticus, [illegible Greek] Et inde veteres gloſſæ quæ χέρνιϐον aquimanile vocant Aquamanus Cuiac. ſupra alleg. loc.

AQVIMINARIVM, ſiue (vt malumus) aquimanarium. Pompon. in l. 21. ff. de aur. arg. leg. in argento eſcario ponit. Vt ecolum in potorio, quum & hic aquæmanalis dicatur apud Nonium. Sed ratio diſcriminis eſt, quod hoc potaturo, illo manibus cœnaturo aqua miniſtretur, & hoc idem de aquiminario prodiſſe eſt l. 19. §. ſicut eſcarium, in quo §. adnotari dignum, verba illa adulterina eſſe, ad eſum & potum (nam quæ ad potū, ſane eſcario non cedunt) aut ſane legendum: Item ad eſum & potum, ex l. 32 §. quidam eod. tit. Sed mirum aquiminaria ſimul & pelues & trullas argenteas argento adnumerari, d. l. 19. quę ſupellectili in l. 3. ff. de ſupel. leg & rurſus culcitras & ceruicalia veſti l. 25. quæ etiam ſupellectili d. l. 3. Nam imperia ſiue impelia reſtiualia ſunt, & ſimiliter tegmina ſubſelliorum & tapeta, quæ inſterni aut inijci ſolent veſti d. l. 25. quæ ſuppellectili, l. 5. ff. de ſupellect. leg. Hæc certe pugnant inuicem, niſi aquiminaria in hoc tit. vaſa eſcaria ſunt, & trullæ, potoria, vt conſtat ex l. 36. & pelues item, eſcaria. Nam etſi fictilia aut vitrea quæ ſunt, ſupellectili adnumerentur, non tamen argentea propter ſeculi ſeueritatem, nondum admittentis in ſupellectilem eſcaria aut potoria argentea vaſa. Et trulla quoque ſimpliciter dicitur eſſe in ſupellectili d. l. 3. non trulla argentea, pelues autem & aquiminalia argentea, quæ dicuntur eſſe in ſuppellectili d. l. 3. vaſa ſunt aquaria, quæ eſui & potui non ſeruiunt, quæ ſeuerior illa ætas non reſpuebat, Cuiac. obſ. lib. 10. c. 17. circa med. (& origin.

AQVITANIA, l. 13. ff. de cuſtod. & exhib. reor. l. 2. C. de municip.

A R.

ARA ſalutis, l. in princ. C. de his qui ad eccleſ. confug.

ARABARCHAS, erat Alexādriæ magiſtratus, qui Iudæis præerat Alexandrinis, quem & quidam Alabarchen vocant: vnde in Epig. 2. ſcribitur ἐξ ἀλαϐαρχίας χρηματικοῦ γέγονε. De hoc meminit Ioſeph. li. 22. c. 5. belli Iudaici, his verbis: Primi inter Alexandrinos Iudæos, tam opibus quam genere, & tum Alabarchiæ magiſtratum gerentis. Alio loco, videl. lib. 19. c. 4. Ethnarcham appellat. Ergo eiuſdem gentis princeps fuit Alabarches, & Ethnarcha, & credibile eſt Alexandrinorum quodam idiomate, r literam in l emollitam. Vide Turneb. aduerſ. lib. 27. c. 25. Prat.

ARABARCHAS præfectus officio publicanorū, vide Alciat. lib. 2. prætermiſſ. Arabarchiæ vocabulum extat in conſtit. C. de vectig. commiſ. quæ ſic habet: Vſurpationem totius licentiæ ſubmouemus circa vectigal Arabarchiæ per Ægyptum atque Auguſtaneam conſtitutum, nihilque ſuper tranſactione animalium vendicari permittimus. Quæ verba indicant, Arabarchem, præfectum fuiſſe exigendo vectigali de pecuariis, quæ ex Arabia in Ægyptum deuehebantur: vt ſit illud officij publicanorum. Sunt qui ſimpliciter moſlem accipiunt, ſed reclamante Alciato, qui eos dominandos exiſtimat Spieg. Anton. Auguſt. lib. ſingulari ad Modeſt. dubitat, an ea conſtitutio ad Arabiæ ſacerdotem pertinere dicenda ſit. Schard.

ARABIA prouincia, lib. 9. de extraord. crim. l. 10 § 1. in fin. C. de diuerſ. offic. & apparitor. iudic.

ARABICVS onyx. l. 16. §. 7. circ. fin. ff. de donat.

ARABICVM gummi, Gothofr. ad eund. §. 7.

ARÆ gramineæ Maroni lib. 12. ſunt ceſpiticiæ, quales in caſtris excitabantur, vt & tribunalia, quanquam & è ceſpite ſubitas ſibi etiam alias aggerabant aras, & ceſpitem pro ara habebant. Turneb. lib. 11. aduerſ. c. 8.

ARATORES dicebantur, à quibus aliquis ager decumanus, qui proprius non erat, ſed publicus Romani populi cenſebatur, ac decumarum conditione & penſitatione agricolis erat attributus, coleretur, agrique quos colebant arationes nuncupabantur: Sed & omnis ager vectigalis & decumanus, qui arabatur, frumentariuſque erat, ſic vocabatur. Cicero in Verrem: Pulſos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos. Et in Rullum: Illi Capuam receptaculum aratorum eſſe volunt. Nam ager Campanus, cum publicus populi Romani eſſet, qui Capuæ eum colebant, & decumas penſitabant, aratores erant. Turneb. aduerſ. l. 1. c. 6.

ARATORES ſerui, aratorij boues, aratorium inſtrumentum, puta vomeres & aratra à creditoribus, executoribus ſententiarum, aut exactoribus tributorum capi non poſſunt, idque propter vtilitatem agriculturæ, l. 8. C. quæ res pignor. Auth. agricultores, C. eod. Gothofr. ad l. 7. C. eod. tit.

ARATRVM inducere moris fuit Romanis, cum vrbem aliquam euertiſſent, vt eam funditus delerent. Hinc probare & colligere ſolent Iuriſconſulti, tum vrbem aliquam eſſe deſiiſſe, ac interiiſſe, cum in ea aratrum circumductum eſt. Modeſt. in l. 21 ff. quib. mod. vſusfruct. Si vſusfructus, inquit, ciuitati legetur, & aratrum in ea inducatur, ciuitas eſſe deſinit: vt paſſa eſt Carthago: ideoque quaſi morte deſinit habere vſumfructum. Horat. lib. 1. car.

(Ira)

——altis vrbibus vltimæ
Stetere cauſa cur perirent
Funditus imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Et Cicero Phil. 2. Vt vexillum videres & aratrum circumduceres. Hot. Prat.

ARATRVM pati ciuitatem, id eſt, excidium: ſed & eſt amittere jus ciuitatis, illudque ob delictum quaſi morte deſinere habere; vt paſſa eſt Mediolanum Inſubriæ anno ſalutis 1162. Proprie pœna eſt conjurationis atque inobedientiæ. Spieg.

ARBITER vetuſte dicebatur, pro teſte. Vnde illud, Remotis Arbitris, id eſt, ſine teſte & in ſolitudine. Prat.

ARBITER judicem datum addictumque à prætore plerunque ſignificat. l. 14. ff. depoſ. conjuncta cum l. 7. ff. de neg. geſt. l. 1. ff. de pact. dot. l. 6 de reb. cred. l. 2. C. de ſent. & interloc. l. 5. C. de diſtr. pign. A judice tamen ſeparatur in l. 7. ff. ad leg. Iul. repet. l. 15. ff. de re jud. §. omnium. Inſtit. de act. Et apud Gell. lib. 20. c. 1. Quin hoc controuerſum fuiſſe apud veteres Conſultos Cic. in Murena ſcribit, judicem an arbitrum dici oporteret: Quorum verborum illa ex eodem Cicer. pro Roſc. Comœdo differentia colligi poteſt, quod qui bonæ fidei judicia vel arbitrariis dabatur, Arbiter: qui ſtrictis, judex dicebatur. Quod Feſti interpretatio comprobat, qui arbitrum inde dici ait, quod totius rei habeat facultatem & arbitrium. Nam in arbitrariis cum & hoc actionum natura clauſulæ. Ex bona fide, vel Quantum æquius melius ſit dari, verba indulgerent, ſolutius æquitatem ſequi permittebatur: contra quam in ſtrictis judicijs, quibus addictus judex in anguſtiſſimam formulam, à qua diſcedere vel latum vnguem non poterat, concludebatur. Nam judex à prætore datus facti tantum, non autem juris notionem habebat, ſed eo ſibi à prætore dato conſtringebatur: nec plus vel minus adjudicare poterat. De arbitro autem longe aliter ſcribit Paulus in l. qualem ff. de arbitr. qualem ait ſententiam dicat arbiter, ad prætorem non pertinere Labeo ait, dummodo dicat quod ipſe videtur, & ideo ſi ſic fuit in arbitrum compromiſſum, vt certam ſententiam dicat nullum eſſe arbitrium, cum tamen Vlpian. l. ſi conuenerit, ff. de re jud. ſi conuenerit, ait, inter litigatores, quid pronunciaretur, non abs re erit, judicem ejuſmodi ſententiam proferre. Hoc diſcrimen Seneca lib. 5. de benef. c. 7. perſpicue declarat: Quæcunque, ait, in cognitionem cadunt, comprehendi poſſunt, & non dare infinitam licentiam Iudici, Ideo melior vi-

Digitized by Google

detur conditio cauſæ, ſi ad iudicem quam ad arbitrum mittatur: quia illum formula includit, & certos quos non excedit, terminos ponit: hunc libera & nullis adſtricta vinculis religio: & detrahere aliquid poteſt, & adiicere, & ſententiam ſuam, non prout lex & iuſtitia ſuadet; ſed prout humanitas & miſericordia impulit regere: hæc ille. Inde obſeruare poſſumus, Arbitros in his potiſſimum iudiciis nominari, quæ ex bona fide deſcendunt. Veluti, Arbiter familiæ erciſcundæ, l. 1. ff. de collat. dot. l. 20. l. 44. §. vſumfructum. l. 47. l. 52. § arbiter. ff. fam. erciſc. l. 5. l. 15. l. 17. C. eod. tit. l. 2. C. de inoffic. don. & apud Cic. pro Cæcinna. Qui & Arbiter diuidendæ hæreditatis appellatur in l. 18. C. famil. erciſc. l. 78. ff. de hæredib. inſt. l. 12. & l. vlt. ff. de diſtract. pign. l. 15. C. de probat. Et arbiter diuidendis bonis datus. l. 3. C. commun. diuid. Et arbiter diuiſionis in l. 26. §. 1. ff. de pact. dot. l. 77. §. patet plurib. ff. de leg. 2. lib. 2. & l. 8. C. de collat. Quo alludens auctor; Queroli expromere, ait, theſaurum: diuiſio celebretur, quoniam præſto eſt arbiter. Briſſ. ex Hoto. §. ſic itaque diſcret. Inſtit. de act.

ARBITER, id eſt, calculator, l. 5. C. de diſtract. pignor.

ARBITER ſilentioſus quis dicatur, vide Goth. ad rubr. C. de offic. præfect. vigil.

ARBITER action. quod metus cauſa, l. 14. § hoc autem ff. quod met. cauſ. Datur & in his cauſis Arbiter, quæ arbitratu viri boni æſtimandæ ac definiendæ ſunt. l. 12. ff. de leg. lib. 3. Veluti ad determinandam viam latitudinemque actus, vel itineris ſtatuendam. l. 13. §. ſi totus. & §. latitudo. ff. de ſeruit. ruſtic. Item ſi inter vicinos de altitudine ædificiorum ſit controuerſia. l. 11. in fi. ff. de ſeruit. vrban. Ad fideiuſſores item probandos, l. 9. ff qui ſatiſd. cog. l. vlt. ff. à quib. appel. non lic. l. 7. §. non ſolum. ff. de minorib. quos fideiuſſorum vices æſtumare Imp. ait in l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Briſſ.

ARBITER & de alimentis patroni datur arbitraturus, quantum ſit in facultatibus, l. 5. §. vlt. ff. de lib. adgn. Nec non inter fructuarium & dominum de refectione ædium, & vt facta tecta habeantur, Arbiter datur. l. 7. §. quoniam ig. cur. ff. de vſufr. Arbitrum dat Prætor, cuius interuentu tribuuntur merces l. 7. ff. de tributor. Sed & cum magiſtratus in poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi ventriſve cauſa miſerunt, Arbitrum dant, ad definiendum quantum deminui oporteat, diſtrahendaque ea quæ mora deteriora futura ſunt l. 1. § pen. ff. de vent. in poſſeſſ. l. 27. ff. de reb. auct. iudi. Præterea ad executionem iudicati, Arbiter datur, l. 15. §. ſi ſuper, cum aliis §§. ff. de re iud. l. vlt. ff. de iudic. vt & ad reſtituendum fideicommiſſum. l. pen. ff. de confeſſ. Quin etiam in reuocatoria actione arbiter interuenit l. 8. ff. quæ in frau. cred. Poſtremo & in controuerſia finium de modo agrorum Arbiter, vel ex conſenſuque litigatorum, vel Prætoris datione ſumebatur. l. 7. ff. fin. regund. l. 48. ff. de recept. qui arbitr. Terent. Heaut. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus? Me cepere arbitrum. Cicer. lib. 1. Offic. nec noſter quidem probandus, ſi verum eſt Q. Fabium Labeonem, ſeu quem alium (nihil enim præter auditum habeo) Arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus à Senatu datum. Idem lib. 1. de legib. Nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex his, tres arbitri fines regemus, & in Topic. Si in vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines agrorum magis eſſe videntur quam vrbis, finibus regendis arbitrum adigere non poſſis. Vbi Boet. Arbitros finium regundorum ait eſſe qui finalia litigia diſcernunt, vt cum eſt orta de finibus contentio eorum dirimatur arbitrio. Suet. etiam in Otho. c. 4. Curdam, ait, de parte finium cum vicino litiganti adhibitus Arbiter totum agrum redemit. Inde eleganter Tertull. in lib. de Pallio. amnem finium Arbitrum dixit, qui agros diſterminat, Briſſ.

ARBITER aquæ pluuiæ arcendæ. l. 24. ff. de aq. & aq. pluu. Et apud Cic. Topic. in loco à coniugatis. Briſſ.

ARBITER non cogetur ſententiam dicere de liberali cauſa l. non diſtinguemus, § de liberali. ff. de arbitr. nec ſacerdotio obueniente, ibid. §. ſacerdotio. neque de cauſis publicis: cuius rei argumento erit, quod de iis quæ ad ſolutionem pecuniæ, & operarum præbitionem pertinent, ſententiam dicere debet, Iauoleno l. non ex omnibus, ff. eod. quod & Solon lege cauerat apud Demoſth. [illegible]. Prat.

ARBITER non cogetur ſententiam dicere, ſi pœna commiſſa ſit, l. non diſtinguemus. §. 1. de arbitr. ſi dies fuerint, quibus iudex non cogetur ſententiam dicere: ſi inter ſibi de cauſa nondum liquere, l. Pomponius. §. fin. eod. ſi inimicitiæ capitales inter arbitrum & litigatores interceſſerint: ſi ætas aut valetudo contingant; ſi occupatio negociorum propriorum, vel profectio vrgens, aut munus aliquod Reipub. cauſa, vel alia incommoditas incidat: ſi iudicij ſui nomine, quod publicum vel priuatum habet, impediatur, l. licet & l. ſeq. de recept. arbit. ſi vnus ex litigatoribus bonis ſuis cedat l. item ſi eod. Denique ſi de negocio tranſactum eſt, d. l. non diſtinguemus, §. item non eſt, eod. Prat.

ARBITER à magiſtratu non cogitur, vt hanc vel illã dicat ſententiam, ſed ſtatuet libere, ac dicet quod ſibi videbitur, l. quam, in pr. eod. Arbitrium enim non valet, in quo libera pronunciandi facultas futura non eſt l. item ſi vnus. §. inde Pomponius. 5. ff. eod.

ARBITER tum maxime dabatur, cum non niſi re litigioſa oculis ſubiecta, lis explicari poſſet, l. certo generi. in fi. de ſeru. ruſt. præd. Prat.

ARBITER ex eadem cauſa facit litem ſuam, quin iudex l. ſi quis Cod. de pact.

ARBITER, cuius ſordes aut turpitudo manifeſta eſt, poteſt recuſari, l. ſed in ſeruum, §. fin. ff. eod tit.

ARBITER excuſatur à cognitione, ſi eũ infamarunt litigatores: vel ſi ad aliũ arbitrum iudiciumve ierint, d. §. ſi & l. ſeq. Prat.

ARBITER ſententiam interlocutoriã poteſt mutare: definitiuã vero non poteſt, l. qualem §. vnde videndum, & l. ſeq. de arbit.

ARBITER communi diuidundo, l. is qui 31. ff. comm. diuid. l. 32. ff. de vſufr. leg. l. 4. ff. de ſeru. leg. l. 6 §. ſi fundus, l. 26 ff. comm. diuid. l. 3. §. 1. ff. de oper. non. nunc. Et apud Paul. lib. 1. ſent. tit. 18. & Iſidor. lib. 5. Etymol. c. 25. Briſſ.

ARBITER dotis recuperandæ, l. 48. ff. de ſolut. & arbiter qui de dote cognoſcit. l. 1. ff. de pact. dot. Quo referenda ſunt hæc Tertulliani verba lib. 2. ad vxor. Suſtinent quarum dotem obiectione nominis mercedem ſilentij faciant, ſcilicet apud arbitrum ſpeculatorem litigaturi. Nam olim rei vxoriæ actio bonæ fidei iudiciis adnumerabatur. §. fuerat. Inſt. de act. l. 8. ff. de cap. min. Cic. 3. offic. Briſſ.

ARBITER pro ſocio l. 38. ff. pro ſocio & apud Cic. pro Quintio & pro Roſ. Comœd. Arbiter tutelę l. vlt. §. vlt. ff. de appel. l. vlt. ff. rem pupilli ſal. fore. Cod. arbitrium tutelæ: ex quo titulo ſatis perſpicuum eſt, arbitrium in bonæ fidei contractib. & iudicium perinde dici ſolere, vt & ex Ciceronis loco & illud ſatis conſtat, quod in pro ſocio actione iudex, qui ſedeat, ſedeat & arbiter: idemque ſit iudicium & arbitrium. Id quod tamen in iudicandi tantum officio accipiendum, non etiam in aliis rebus quas ſupra inter iudicem & arbitrum intereſſe oſtendimus. Hot. § actionum autem. Iuſt. de act.

ARBITER à Prætore de rationibus excutiendis inter hæredem & ſeruum datur, l. ſi quis, 5. de manum. Nihil autẽ aliud ſignificat, quam virum bonum à prætore delectum, cuius arbitrio rationes computentur, l. 47. §. Sticho. de fideic. libert. quæ ſignificatio ad omnia arbitrorum genera producitur. Prat.

ARBITER & in his cauſis datur, quæ arbitratu boni viri æſtimandæ definiendæque ſunt l. 12. de leg. 3. Veluti ad determinandam viam, latitudinemque actus, vel itineris ſtatuendam, l. certo. de ſeruit. ruſt. Item ſi inter vicinos de altitudine ædificiorum ſit controuerſia. l. qui luminibus de ſeru. vrb. Ad fideiuſſores probandos, l. arbitro, qui ſatiſd. cog. Prat.

ARBITER quoque Falcidiæ, ad ineundam bonorũ quantitatem, cum legi Falcidiæ locus eſſe dicebatur l. 1. a ff. ad leg. Falc. l. 1. §. cum lex. ff. ſi cui plus quam per l. Fal. l. 2. C de vſur. legat. Arbiter & à prætore de rationib. excutiendis inter hæredẽ, & ſeruum redditur computationis ineundæ, rationumque examinandarum & diſpungendarum cauſa, l. 5. in fi. ff. de manum. l. 18. ff. de fideic. lib. 3 § ſi ſeruus, ff ſi quis reſt. lib. l. 53. ff. de iud. l. pen. ff. de lib. cauſ. l. 50 ff. de cond. & dem. nihil aliud autem ſignificat, quam virum bonum à prætore electum, cuius arbitrio rationes computentur, l. 47. § ſi Sticho. ff. de fideic. libert. Briſſ. Compromiſſo igitur litigatorum prętor arbitros periode atque iudices dare ſolebat: cogere tamen nullum poterat arbitrium recipere, cæterum vbi quis ſemel recepiſſet cogi poterat. l. 3. § 1. ff. de recept. arbit. In hoc itaque verũ eſt quod dicitur l. 1. ff. de arbit. Compromiſſum ad ſimilitudinem iudiciorum regi ſicut & in aliis quibuſdam: Nam ſicuti iudex datus acceptuſq; intra certum tempus litem controuerſiamq; dirimere iubebatur, l. 2. & l. ſi iudex, ff. de iudic. & poſtquam ſemel ſententiam dixiſſet iudex eſſe deſinebat, l. iudex ff. de re iud. eiuſque ſententiam, is qui eum dederat exequi tenebatur l. à diuo Pio. ff. de re iud. Sic & in arbitris idem conſtitutum eſſe conſtat. Nam ſi arbiter, vt diximus, arbitrium recepiſſet, ſententia finem imponere controuerſiæ iubebatur, l. Pomponius ait. §. 1. ff. de arbitr. & dicta ſententia arbiter eſſe deſinebat. d. l. qualem in fi. ff. de arbit. eiuſque ſententiam æque prætores exequebantur, d. l. à diuo Pio: Et hinc, nimirum ob tantam ſimilitudinem iudicis & arbitri, arbiter iudex interdum appellari ſolet, vt l. 5 §. ſi ſortem. ff. de verb obl. l. ſi minor. §. 1. ff. de min. Arbitrorum autem duo eſſe genera ſcribit Proculus in l ſocietatem, §. 1. ff pro ſoc. Sunt enim proprie arbitri, quorum arbitrio ſiue illud æquum ſiue iniquum fuerit parere debemus, nimirum ſi ex compromiſſo ad arbitriũ itum eſt. Alij autem non proprie arbitri dicuntur, ad quos ſine vllo compromiſſo adigimur, quorum arbitratum non quaſi iudicis, ſed quaſi viri boni opinionem exiſtimationemque poſtulamus ab arbitrando, i. exiſtimando dicti. Cæterum recentiores iuris commentatores arbitros in tres ſpecies diſtinxere, quas quia hodie frequentes ſunt, obiter exponam quoque. Sunt igitur alij arbitri iuris, alij compromiſſarij, alij arbitratores. Arbitri iuris ſunt illi, qui ſunt electi, quando euenit vt

para dr-

pars dicat ſuſpectum iudicem, cui cauſa commiſſa eſt: quia tunc arbitri eliguntur, qui de hac ſuſpitione cognoſcant, vt not. in l. ſi. C. de iudiciis, vbi Bart. ſubdit, quod ab iſtis arbitris datur appellatio, & plus ſubdit, quòd arbitri, qui ex forma ſtatuti eliguntur, cum ſapiant naturam delegatorum, ab eorum ſententia datur appellatio. Contrarium tamen tenuit Bart. r. conſtitut. Vide Can. in c. ſuſpicionis, extra de off. & poteſt. iudic. de leg. & quod iſti arbitri iuris dicantur delegati habetur in c. ab arbit. de off. deleg. li. 6. Et tradit Cornæus conſ. 54. incip. Videtur prima facie dicendum. 1. vol. & habetur in l. ſi. & ibi declarat Iaſ. C. de iudic. & prius Feli. in c. ſi. de ſent. & re iudic. Secunda arbitrorum ſpecies eſt illorum, qui è partibus eliguntur, ac coram eis nõ ſeruato ordine iudiciali proceditur, cum aſſumantur de iure & de facto, & de his loquitur lex, ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſoc. Alibi Bald. appellat, quaſi negotiorum geſtores partium. Bal. in l. ſi. in 3. q. C. de contrah. empt. Itẽ alibi Bal. vt in l. ſi. ff. de var. & extraor. cog. appellat quaſi proxenatas: & iſti propriè arbitratores appellantur: licet alij eos quoque tranſactores dicant. Tertia ſpecies arbitrorum eſt, qui compromiſſarij appellantur, in quos fit à partibus compromiſſum, & iſti tenentur ordinem iudiciorum ſeruare, l. 1. ff. de recept. arb. Et coram iis ſunt proponẽdæ actiones ad inſtar iudiciũ, & de his loquitur text. in §. omnium Inſt. de act. de quorũ conformitate & differentia, vid. per Ang. d. §. omnium.

ARBITERIVM ſcribitur ſæpe in P. Flor. tit. de recept. licet veteres Grammatici contendant arbiterium eſſe dicendum non arbitrium, & ſic in ſcriptione Romana, M. Larcius L. F. Pomptina arbiterio Larciæ Fortunatæ vxoris.

ARBITRALIS ſententia, l. 4. §. 5. C. de recep. arbit.

ARBITRARIA actio quæ ſit, vide ſupra actio arbitraria: quibus tamen hoc adijce, quod cum arbiter iudex ſit, qui totius rei arbitrium & facultatem habet, ſicut & Donatus & Feſtus ſcribunt, conſentaneum eſt, vt arbitrariæ actiones dicantur in quibus non reſtrictè certum quiddam poſtulatur, ſed id tantum quod æquius & melius arbitro videbitur. Itaque certum & arbitrarium tanquam aduerſa opponi, apud Plautum videmus cum in Pœnulo ſic ſcribit. Nunc pol, ego perij certo haud arbitrario. Conſulto hoc factum eſt, mihi vt inſidiæ fierent. Quo in loco alluſiſſe Poetam ad actiones arbitrarias, facile ſane crediderim. Cicero autem in ea pro Quinto Roſcio rem apertè omnem his exponit verbis. Pecunia tibi debebatur certa, quæ nunc petitur per iudicem, in qua legitimæ partis ſponſio facta eſt. Hic tu ſi amplius H. S nummo petiſti, quam tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti, propterea quod aliud eſt iudicium, aliud eſt arbitrium. Iudicium eſt pecuniæ certæ. Arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus: Ad Arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum poſtulauimus, conſequamur. Eius rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt. Quid eſt in iudicio? directum, aſperum, ſimplex. Si paret H. S. 2000. dari op. hoc, niſi planum facit H. S. 2000. ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit. Quid eſt in arbitrio? mite, moderatum, QVANTVM æquius & melius ſit dari. Ille tamen confitetur plus ſe petere, quam debeatur: ſed ſatis ſuperque habere dicit, quod ſibi ab arbitro tribuatur. Itaque alter cauſæ confidit, alter diffidit. Quæ cum ita ſint quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipſis H. S. 2000. de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrumve ſumpſeris. Quantum æquius & melius ſit dari, repromittive, ſi pareret? Hæc Cicero, quæ tamen à me longe aliter, quam vt vulgo leguntur, commemorata ſunt. Verum vtrocunque modo legantur, perſpicue demonſtrant actionem omnem, qua non certum quid, ſed quantum ex æquo & bono iudici videbitur, poſtulatur arbitrarium eſſe. Quapropter arbitrarium Feſtus definit, id quod apud Arbitrum agitur. Cum autem in bonæ fidei actionibus & Arbitros pro Iudicibus dicamus, & ſummam exactionis ipſorum poteſtati permittamus, ſequitur etiam, vt iſtæ actiones verè & propriè Arbitrariæ dici poſſint. Quoniam tamen ſuum iam ac proprium nomen ex formula iudicij adeptæ ſunt, docendi cauſa, & vt ſuo quoque ea nomine appelletur, generale hoc nomen ad alteram ſpeciem accommodauimus. Hotom. Inſtit. de act.

ARBITRARIARVM actionũ diuiſionem vid. in §. 31. Inſt. de act.

ARBITRARIA autem ex ſtipulatu actio ſit cum alio, quam in quem ſibi dari quis ſtipulatus fuerat loco agitur, l. 2. l. 4. §. 1. l. 7. & l. vlt. ff. quod certo loco. Tum enim arbitrio iudicis tanti lis æſtimatur, quanti vel actoris, vel rei intereſſit eam pecuniam loco conſtituto ſolui: pleniſſimumque hic eſt officium iudicis, quod quantitati contractus non ſubſeruit, ſed vel augere, vel minuere condemnationem, propter loci vtilitatem poteſt, cum eius æſtimationis tota ratio arbitrio eius committatur, l. 1. §. vlt. l. 8. ff. quod cert. loc. Sic & actio quod met. cauſ. Arbitraria appellatur, l. 14. §. hæc autem, ff. quod met. cauſ. d. §. præterea, quod arbitrio iudicis, qui ex ea actione cognoſcit reſtitutio comprehenditur. Is enim rei reſtituendæ facultatem vſque ad ſententiam reo tribuit. Quod niſi reſtitutio fiat in quadruplum, condemnatio ſequitur. Et generaliter quæcunque alia ſtricta iudicia redduntur, vt rei reſtitutio, deductio, exhibitio, officio iudicis committantur, ea arbitraria dicuntur, l. 9. ff de dol. d. §. præterea. & ibi Theoph. Adigere arbitrium veteres dicebant, pro agere ad arbitrium i. cogere ad arbitrum ſumendum Cic. 3. Offi. Arbitrum illum adegit, quidquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona. Idem Topic. finibus regundis arbitrum adigere dixit. Et pro Roſc. Comœdo, arbitrũ pro ſocio adigere. Arbitri etiam dicuntur, qui ex compromiſſo adeuntur, l. 76. ff. pro ſoc. quorum arbitrio metu pœnæ ſtatui, t. t. de recept. & qui arbiter recep. ff. & tit. de arb. C. compromiſſarij iudices appellantur in l. pen. ff de iudic. & à Paulo lib. 5. ſent. t. 5. Græci hos αἱρετοὺς δικαστὰς, dicunt conſtant. lib. 1. tit. 5. [illegible] Briſſ.

ARBITRARIVM porro dicere ſolemus, quod neque lege, neque conſtitutione vlla definitum, alterius arbitrio relictum eſt, l. ſi. C. de contrah. empt. quaſi ex alterius arbitrio dependens l. 1. ff. de iure delib. Coraſ. Miſcell. lib. 4. c. 12. num. 6. ad quem ſenſum dicimus.

ARBITRARIVM, ait Feſtus, eſt, cum res adhuc apud arbitrum geritur.

ARBITRARIAM conditionem, (quam commentatores parum apte poteſtatiuam dicunt) quæ non ex fortuna pendet, ſed ex mera alicuius voluntate, gl. in l. 1. & ibi doctores, ff. de cond. & dem. Coraſ. præal. loc. & § præterea, nu. 3. Inſt. de act.

ARBITRARIA pœna dicitur, quæ non lege ſtatuta eſt, ſed iudicis arbitrio relicta. l. aliud eſt fraus, l. ſi qua pœn. ff. de verbor. ſign. Coraſ.

ARBITRARI, ſtatuere, iudicare: veluti arbitrari Inſcitum, pronunciare inſcitum, atque imperitum. Plaut. Merc. Annos natus 60. qui erit, ſi quem ſcibimus, ſiu maritum, ſiue hercle adeo cœlibem ſcortarier, cum eo nos hac lege agemus: inſcitum arbitrabimur Hot.

ARBITRARI in patiendi ſignificatione pro æſtimari, Vlp. l. 12. §. 3. de relig. ſumptus funeris arbitrantur, pro facultatibus, vel dignitate defuncti, id eſt, arbitrio boni viri definiuntur & æſtimantur. Eodem modo vſurpatur in l. 27. §. ſi quis litigatorum, ff. de recept. qui arbit. Hot Briſſ in parerg.

ARBITRALIS forma, l. 5. in princ. C. de recept. arbit.

ARBITRATORIS nomen apud idoneos autores Latinitatis negant reperiri, nec eſſe neceſſe conſtitui differentiam aliquam inter arbitrum, & arbitratorem, quod hic appellari queat ſequeſter pacis, aut arbiter honorarius. Cæterum ita tamen arbiter ab arbitratore vulgo diſtinguitur. Quia arbiter eſt, qui quaſi vir bonus inter aliquos ſub pœna eligitur vt finem ſua ſententia controuerſiis imponat l. 3. §. 1. & l. Pomponius ait, §. recepiſſe autem & l. litigatorum §. arbitrum, ff. de recep. arb. Arbitrator eſt qui ſine pœna, ad hoc eligitur, vt totis animi viribus exploret ius controuertentium & æqua compoſitione definiat, l. ſocietatem mecum, ff. pro ſoc. Old. De differentia arbitri & arbitratoris vide. & Goth. ad l. 76. in fi. ff pro ſocio.

ARBITRATV boni viri vſurum ſeruiturum ſe fructuarius, vt adſolet, cauens hoc ſignificat non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturum: cæteraque facturum, quæ in re ſua faceret. Denique ita vſurum quemadmodum bonus paterfam. vti debet. l. 1. § recte ff. vſufruct. quemadm. cau. l. 6. in fi. ff. de vſu & hab. l. 16 d. tit. vſuſr. quemadm. caueat. Briſſ.

ARBITRATV rem terminare, ſententiam dicere, vel ferre, arbitratum eſſe; iudicare item arbiter dicitur. Scæuola in l. inter Statilianum, & l. de his rebus, ff. de recept.

ARBITRATVS proprius l. 13. C. de operib. public.

ARBITRATVS boni viri, nihil aliud, quam æquitatem ſignificat. vt oſtendit Old. in tract. quem de iur. & æquit. edidit, ex Vlp. verbis, l. 1. ff. vſuſr. quemadm. caueat. Spieg. Arbitri qui à iudicibus flagitantur aut ſponte eliguntur, l. 7. C. de feriis.

ARBITRI veteribus IC. dicuntur & recepti ab eo quod arbitrium recipiant, tit. de recept. arb. ff. vel vt Iuſtinian. ait, quia ex recepto, h. e. ex compromiſſo cauſas dirimendas ſuſcipiant, l. 12. C. de iudiciis. Sunt & arbitri electi, qui ex iudicis iuſſu, executore negotij imminente à litigatoribus eliguntur, l. pen. C. de pact. l. pen. & l. vlt. C. de arb. l. vlt. §. vlt. C. apud quem in integ. reſt. Eſt etiam arbitrorum aliud genus, in quorum arbitratum quid confertur, l. 76. & 77. ff pro ſoc. Briſſ.

ARBITRI ſententiæ ſtare, nihil aliud eſſe Proculus ait, quam id agere (quantum in ipſo ſit) vt arbitrij ſententiæ pareatur, l. 23. § 2. ff. de arbit. Spieg.

ARBITRI eſſe non poſſunt, pupillus, furioſus, ſurdus, aut mutus, l ſed ſi in ſeruum, in pr. ff. de recept. arb. Nec iudex poteſt arbitrium recipere eius rei, de qua iudex eſt, d. l. ſed ſi in ſeruum, §. ſi quis iudex, ff. eod.

ARBITRI appellatione nõ continetur cuiuslibet prauus adfectus, ſed arbitratus boni viri, l. in propoſita autem, ff. pro ſoc. l. hæc venditio, ff. de contrab. empt. Eſt autem incorruptum animi iudicium, quod arbitrium boni viri dicitur. Siquidem hæc vox, Arbitrio, vel arbitratu boni viri, ſemper denotat

debere abeſſe calumniam, & agi rem ſincere ex æquo & bono. Old. in Copia. Spieg.

ARBITRII voce etiam libera voluntas denotatur, vt l. ſi ſeruus, ff. de noxal. act. vbi prætor actori permittit arbitrium, vtrum iureiurando rem decidere velit: i. liberam voluntatem & delectum. Hot. §. præterea Inſt. de act. Cæterum in d. §. præterea arbitrium aliud eſt, videlicet iuſſus, interlocutio & quaſi admonitio iudicis, in actionibus arbitrariis, in quibus quamuis cauſa probata & liquida eſſet, non tamen prius ſententia definitiua ferebatur, quam iuſſus reus non pareret, vt docet Hot. præd. loc. Corraſ. ibid. & in Miſcell. lib 4. c. 12. & ante hos eleganter Franc. Duar. de in lit. iurand. n. 42. & ſeq.

ARBITRIVM duplex eſt, ſtrictum & boni viri, l. 73. & ll. ſeqq. ff. pro ſocio.

ARBITRIVM, non ipſa eſt ſententia, h. e. iudicium arbitri, vt magni nominis interpretes volunt, ſed ſententiæ dicendæ facultas, vnde ſic Rubricam conceptam habemus, de Receptis arbitris, & qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant. Vnde quidam recte finit his verbis: Arbitrium eſt facultas dicendæ inter controuertentes ſententiæ, priuato conſenſu, non autem publica autoritate tributa. Arbitrium item pro ipſa ſententia, & toto cognitionis exercitio promiſcue ponitur, vt in l. Pomponius ait, & in l. qualem autem, iam citata Rubrica. Nec laudum, tametſi id quoque magno errore receptum eſt dici poteſt. Spieg. Vt autem arbitri & iudices differunt, ita & iudicia & arbitria, vt Cic. pro Roſc. Comœdo exponit. Arbitraria enim ea iudicia dicuntur, quę in bonum & æquum concipi, & ex bona fide reddi ſolebant: quare hue repetas, quæ ſupra de iudicum & arbitrorum differentia dicta ſunt.

ARBITRIVM tutelæ, id eſt, de actione tutelæ, Goth. ad rubr. C. arbitrium tutelæ.

ARBITRIVM iudiciale, l. 7. C. vnde vi.

ARBITRIVM aquæ pluuiæ arcend. l. 23. §. vlt. ff de aq. & aq. plu. Arbitrium rei vxoriæ apud Cic 3. offic. Sic & in l. 8. C. de vſur. legat. Arbitrij verbum accipitur Briſſ.

ARBITRIVM communi diuidundo, l. 11. §. 1. de aq & aq. pluu. Vitruu. lib. 2. c. 8. Itaque cum arbitria communium parietum ſumuntur, non æſtimant eos quanti facti ſunt. Briſſ.

ARBITRIVM familiæ herciſcundæ, l. 47. ff. famil. hercif. l. 17. C. eod. tit.

ARBITRIVM pro ſocio. Cicero pro Quintio. Qua in re ita diligens erat, quaſi in magna fide ſocietatem gererent. Arbitrio pro ſocio condemnati ſolerent. Idem pro Roſc. Com. Quæ cum ita ſint, cur non ad arbitrium pro ſocio adegerit Q. Roſcium quæro. Briſſ.

ARBITRII formularia verba, l 4 §. 6 C. de recept arbitr.

ARBITRIO voluntatis ſuæ abeſſe, l. 10. C. quom & quand. iudic. ſentent.

ARBITRIVM ſuum dictare, l. 21. in princ. C. de teſtam.

ARBITRIVM iudicis, arbitrium boni viri, religio iudicantis, Papin. in l. quæſitum, ff. de teſtib. Omnia enim iſta ex conſtante illa & perpetua voluntate boni & æqui velut ex vno procedunt, & eodem tendunt, ſcilicet ad dirimendas celeriter controuerſias litigantium. Ex Copia Old. Spieg.

ARBITRIVM etiam officiũ arbitri circa ea quæ in iudicio verſantur formulaque minime continentur, ſignificat l. 13. §. culpam. ff. de ædil. ed. l. 24. §. pen. vlt. ff. ſol. matr. l. 80. in fi. ff. de furt. l. 3. & l. 8. & l. vlt. ff. quod cert. loc. l. 1. ff. de vſur. l. 38. §. 1. ff. de act. empr. l. 14. § quatenus, ff. quod met. cauſ. l. 9 ff. de dolo. Sic in l. 3. §. ibid. ff. ad exhib. per arbitriũ, ait Vlp. ſibi hac actione commiſſum iudex exceptiones æſtimat. Hinc arbitrariæ actiones l. 3. §. in ſi, de vſur. l. 2. C. vbi conueniat qui cert. loc. i. vt Iuſtin. interpretatur, ex arbitrio pendentes, §. præterea. Inſtit. de act. & vt Gaius, quæ in arbitrium iudicis referuntur, l. 3. ff. quod cert. loc. In his enim arbitrio iudicis committitur, quemadmodum actori res, vel reſtituatur vel ſoluatur, vel exhibeatur. Idque fiebat propter formulæ verba, neque ea res arbitrio iudicis reſtituatur, dedatur, exhibeatur, quibus arbitrium iudici commiſſum intelligebatur. Briſſ.

ARBITRIVM ſoluitur morte alterius litigatoris, vel etiam arbitri ſcilicet quantum ad inſtantiam pertinet, etiamſi concluſum fuerit in cauſa, Ni heredum vel ſucceſſorum in compromiſſo vtrinque ſit facta mentio, l. diem. §. 1. l. ſed & interpellarit, §. fin. de recept. arb. Prat.

ARBITRIVM præter communem ſignificationem videtur vſurpari ſolitum in funeribus pro mercede libitinariorum, veſpillonum pollinctorum, eorum denique omnium, qui funera curabant. Prat.

ARBITRIVM recipere, l. 3. §. 1. & § ait Prætor. l. 9. § ſi quis iudex, & alias paſſim in tit. ff. de recept. & qui arbi. recep. quod & ſuſcipere arbitrium dicunt, l. 4. & l. 13. § pen. ff. eod. tit. & compromiſſi arbitrium recipere, in l. 21. §. Papinianus, eod. tit. Recepiſſe autem arbitrium videtur qui iudicis partes ſuſcepit, finemque ſe ſua ſententia controuerſiis impoſiturum pollicitus eſt, l. 13. § pen. eod. tit. Briſſ.

ARBITRATVM etiam arbitratum ſignificat. Sed enim arbitrium aliud eſt liberum & ſolutum, quod in mera voluntate poſitum eſt, & arbitrium plenum voluntatis dicitur l. 7. §. 1. ff. de reb. l. 2. §. quanquam, ff. de legat. lib. 28. ff. de adoptio. & hoc ſignificatur his verbis, Si volueris, ſi libuerit. Aliud eſt arbitrium viri boni, quod his verbis exprimi intelligitur, Si arbitratus fueris, ſi iuſtum putaueris, ſi comprobaueris, ſi tibi videbitur, ἐὰν δοκιμάσῃς l. 75. ff. de leg. lib. 3. l. 41. §. ſoror. & l. 46. ff. de fideic. libert. 3. l. 3. ff de ann. leg. Briſſ.

ARBITRIVM & iudiciũ duabus potiſſimum rebus eſſentialiter diſtant: prior eſt, quia arbitrium incipit à conſenſu partium, & dat notionem quandam, l. diem proferre, §. ſtari autem l. non diſtinguemus, §. de officio. ff. de recep. l. inter. §. ſi Stichum, de verb. oblig. Altera, qua diſcernas arbitrium à iudicio, eſt, quia arbitrium exigit pœnam, l. litigatores, §. arbitrium, & §. ſi. de arbitr. l. 1. Cod. eod. Iudicium autem non æquè, quoniam habet iuris dicendi autoritatem ordinariam, vel mandatum cum poteſtate coercendi, l. 1. 2. 3. de iuriſd. Prat.

ARBITRIVM ſeruus olim recipere nõ poterat, neque ſolus, neque cum alio, l. Pedius de recept. plane ſi liber factus ſententiam dicat, valet partibus conſentientibus, l. ſed ſi. 9. ff. eod.

VBICVNQVE autem in arbitrium ſiue iudicis, ſiue alterius quid confertur, pro arbitrio viri boni hoc habendum, & quaſi viro bono commiſſum accipiendum eſt, l 17 § Prætor ait. ff. de iniur. l. 30 ff. de oper. li. l. 6. pro ſoc. l. 3. ff. de leg. li. 2. l. 43. de leg. lib. 3. l. 69 §. gener. ff. de iur. dot. l. 5. C. de dot. promiſſ. (debet tamen Iudex ſiue arbiter arbitrium ſuum iuxta leges regulare. Ceph conſ 164. num. 12. Crau. conſil. 190. num. 1.) Idque in conditionibus bonæ fidei iudiciis adſcriptis maxime locum habet, l. 22. §. vlt. ff. de diuerſ. reg. iur. l. 77. & l. 78. ff. pro ſoc. Ita quod operum faciendarum lege cõprehendi ſolebat, vt arbitrio alicuius opus fieret approbareturve, ad boni viri arbitratum referebatur, l. 24. ff loca. Eadem eſt vis verbi arbitratur l. 51. ff. ſol. matr. l. 16. §. ait prætor. ff. de procur. Verba autem hæc, Arbitratu illius fieri (quæ plerunque conuentionibus adiiciebantur l. 43. ff. de ver. oblig. l. vlt. C. de contrah. empt.) ius ſignificant & in ſeruum non cadunt, l. 68. ff. de verb. ſign. Briſ. Et ratio eſt quare non cadant: quoniam ſeruus iudicantis perſonam obire non poteſt. l. Pedius §. 1. ff. de recept. arbitr. Ac quod ad ius ciuile attinet, ſerui pro nullis habentur l. quod attinet. de reg. iur. Vel quod lex in iudicio adeſſe ſeruos prohibet. l. ſeruus, C. de iud. & ibid. gl l vix ff. eo. Sed an Monachi, qui cum ſeruorum conditione ſoleant conferri, arbitrium ferre, aut iudices eſſe poſſent; Innocen. in c cum olim. ext. de priuil. negat poſſe. Eſt pulchra gloſſ. in d. l. Pedius, §. 1. de arbitr. Multa quidem præclare & ſubtiliter de arbitris & arbitriis ſcripſit Vld. Zaſius in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Bræcheus in l. illa verba ff. de verb. & rer. ſign.

ARBOR generale nomen eſt, & eius appellatione continentur vites, l. 1. §. 3. ff. de arbor. cæden. l. 3. §. 1. ff. arbor. furtim cæſar. Hederæ item, arundines, & ſalictum. d l 3. §. 1. & 2.

ARBOR quoque recte dicitur, quæ ſubuerſa à radicibus, etiam nunc reponi poteſt: aut quæ ita tranſlata eſt, vt reponi poſſit d. l. 3. §. 6 Stirps quoque oleæ arbor recte dicitur, ibi. § 7.

ARBORIS numero non habetur, quod adeo tenerum eſt, vt herbæ loco ſit, l. 4. ff. eod.

ARBOR cædua dicitur, quæ exciſa repullulat, ſiue ab eodem ſtipite, ſiue ex ſtirpibus: vt ſalix, arundo, cornus, fraxinus, æſculus, quercus, laurus, alnus, betula, ſambucus, populus, multæque id genus ſpecies. Alciat. de verb. ſign.

ARBORES cæduæ (ait Goth. ad l. 7. §. 12. ſol. matr.) id eſt, ad hoc deſtinatæ, vt excidantur, l. 9 & 10 §. de vſufr.

ARBOR pro malo naui, in l. 4. & l. 9 ff. de leg. Rhod. & apud Paul. lib. 2. ſentit. tit. 7. quæ ſignificatio & in Lexico B. Germani his verbis annotata eſt: Arbor nauis ἱστὸς νηός. Iſidorus lib. 19. Etymol. c. 2. Malus eſt arbor nauis qua vela ſuſtinentur. Briſſ.

ARBOR vento deiecta, non iam arboris nomen, ſed ligni magis obtinet l. ligni de leg. 3. Arborem partimur in radicem, truncum & ramos, diuidimus vero laurum, cedrum, quercum, &c. Spieg Prat.

ARBOR nulla proprie dicitur, quæ radicem non conceperit, l. 3. §. 1 ff Arbor. furt. cæſ. Briſſ.

ARBORES cremiales ad cremandum deſeruientes, *holtz zu verbrennen* Inde cremium dicitur *angebrennte speiſſ*. Ad differentiam arborum, quæ ſtructuris ædificiorum aptæ maioris ſunt æſtimationis, l. fructus 7. §. ſi fundum vino, ff. ſol. mat. Old. At alij non cremiales, ſed gremiales arbores legendum cenſent, idque haud dubie melius Nam gremiales dicuntur quæ ſucciſæ à radice vel ſtirpe tenue germen emittere incipiunt, l. diuortio. §. ſi fundum, ff. ſol. mat. Quidam legunt gemmales arbores, vt interpres can. nunquam, de conſec. diſt. 5. quia gemma eſt in arbore oculus qui ſe primo vere trudit, ex qua germen efficitur, ſumpta ſimilitudine à gemma annulli. Forcat. c. 19. in Cupidine Iuriſper n. 7. vide Ant. Aug. lib. 3. c. 7.

ARBORES gremiales, ait Goth ad d §. ſi fundum vino 12. dicuntur, quod ruſtici gremio ad comburendum eas deferunt: Græci id lignum φρύγανα: ligna gremia, i. tenuia, 12. Columel.

19. Alij

Digitized by Google

19. Alij germinales vocant, vt ſuprà quas Plin. congerminantes vocat, quæ ad hoc ſunt deputatæ, vt ex eis germina vel ſurculi colligantur: aut pedamenta ad ſuſtinendas vites: quæ etiam genere ſunt ſalicta, arundineta, populi, & id genus aliæ.

ARBORVM furtim cæſarum actionis, & legis Aquiliæ actionis collatio, l. 5. §. 1. ff. arbor. furtim cæſar.

ARBORIS occaſio vicino nocere non debet, l. 1. C. de interdict.

ARBORES furtim cæſæ videntur, quæ ignorante domino, celandique ejus cauſa cæduntur, licet earum arborum furtum non fiat, l. 9. ff. de arb. furt. cæſ. Prat.

ARBORES euulſæ, vel vi ventorum dejectæ, leg. arboribus, ff. de vſufruct. Spieg.

ARBORES radicitus erutæ, l. 26. de acq. rer. dom. Briſſ.

ARBORES frugiferæ, in l. 13. §. fructuarius, ff. de vſufr. & fructiferæ apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 20. Sunt enim & non frugiferæ, veluti cupreſſi, l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam. Arbores pomiferæ, l. 45. §. pen. ff. de jur. fiſci. Arbores terminales apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 22. quæ pro terminis & finibus obſeruantur, quales olim habebantur. Arbores antemiſſæ & peregrinæ, quæ & finales appellantur, vide Sicul. Flacc. Hygen. & alios auctores de limitibus. Briſſ. De his arboribus Terminalibus latius Majoragius lib. 4. Miſcell. c. 7. quem vide.

ARBORES fœlices Cato dixit, quę fructum ferunt, Infœlices quę non ferunt, de qua re Cælius lib. 10. cap. 7. lect. antiquar. Brod. lib. 4. Miſcel. c. 6. Torneb. lib. 4. c. 3. per infœlicem arborem intelligit ſtipitem & furcam, de qua ſontes ſuſpenduntur, neque enim vlla arbor, aut vllum ſignum infœlicius eſt, & ita iſtud Liuianum intelligendum, I lictor, colliga manus, infœlici arbori ſuſpendito.

ARBORVM grandium appellatione, quæ intelligendæ ſint, pete ex Alciat. comment. ad l. ſylua cædua, de verb. ſign.

ARBVSTVM, locus eſt, quo certo ordine arbores vitium cauſa plantantur, quæ ſunt populus, vlmus, atrinia, cornus. Hoc & arboretum aliqui vocant, vt tradit Aulus Gellius, & apud nos Felin. in cap. Rodulphus, 17. col. de reſcript. Cotta in memoral. Hinc

ARBVSTARE verbum, id eſt, agrum arboribus vitiferis conſerere. Arbuſtorum autem rationem videbis apud Plinium lib. 17. c. 21. Columell. lib. de arbor. c. 16.

ARCA, pro monumento, vel loculo in quo mortui conduntur in terra, in l. 12 qui intulit. ff. de relig. Item eodem ſignificatu Arcula, in l. diui fratres eod. tit. Sed Arculam ipſam, ſi res exigat, in locum commodiorem licere transferre, non eſt denegandum, autor M. Spieg. Adde quod arcam habere dicebatur qui bene nummatus erat: cui nihil nummorum erat, is arcam non habere dicebatur, ſed multo ille pecunioſior, cui arcæ plures, hinc Catullus de paupere, cui neque ſeruulus neque arca, & Cicero quodam loco, conſilio arcæ noſtræ, doctiſſimus Torneb. lib. 6. aduerſ. 1.

ARCA camerata, i. arcuata & confirmata. Vlpia. in l. ſed addes, §. inquilinus, 2. ff. locati. Vid. in hunc locum Bud. quam inde dictam ait Varro lib. 4. ling. lat. quod arceantur fures ab ea clauſa, quod & Feſtus probat lib. 1. Arcæ etiam mentio fit in l. ſecuritates, C. de ſuſcept. præpoſ. & arca. Prat.

ARCA lapidea, Cajus in l. 12 qui intulit, aduerſus eum, inquit, qui in alterius arcam lapideam, in qua adhuc mortuus non erit conditus, mortuum intulit, vtilem actionem in factum proconſul dat: qui non propria vel in ſepulchrum, vel in locum alterius intuliſſe dici poteſt. Sed & Plinius de Viris illuſtribus pro loculo lapideo vſurpauit, Abſumptus eſt, inquiens, poſitus apud Libyſſam in arca lapidea. Spieg.

ARCALIA, pro fiſci quodam jure particulari. Reliqua (inquit Theodoſius) tam arcalium quam vtriuſque ærarij, vſque ad Incipientem primam inductionem jubemus ad indulgentiam pertinere, id eſt, remitti. Spieg.

ARCA in qua nummi conduntur & reponuntur. Sic in arca depoſuiſſe pecuniam ſeruum proponit l. 52. §. pisne, ff. de pecul. Pecunia quæ in arca eſt l. 30. ff. de leg. 1. Sic Virgil.

Ludite ſecuri quibus eſt æs ſemper in arca.

Et Mart. Epig. 43. lib. 5.

Callidus effracta nummos fur auferet arca.

ARCA communis, l. 1. C. de etim. capil. hæred.

ARCA eminentiſſimæ præfecturæ, l. 6. C de exactor. tribut.

ARCÆ ratiocinia. l. 13. C. de ſuſceptor. præpoſ. & arcar.

ARCA ærata in d. §. ſi inquilinus, l. ſed addes, ff. loca.

ARCA fiſcalis in l. 4. de numerat. lib. 11. In quam tributa inferebantur, vt Iuſtin. in Nouel. [illegible] non procul ab initio ſignificat. Eſt autem corruptum & depravatum hoc verbum in l. 11. C. de ſuſceptor. lib. 10. in qua, mercedis diſcuſſionem, pro arcæ diſcuſſionem vitioſe legi, cum ex ſcriptis codicibus, tum vero ex l. 26. eod. tit. in C. Th. patat. Briſſ. in prætermiſſis.

ARCAS argenteas primus habuiſſe fertur Heliogabalus, ſi quid Lampridio credimus.

ARCA frumentaria, & olearia, l. 1. ff. de mu. & honor. l. 2. de curat. Kalend. lib. 12. C. Th. Prat.

ARCA vinaria in l. ſecuritates, C. de ſuſcept. præpoſ. & arc. lib. & apud Symmach. lib. epiſt. 1. epiſt. 28. & 33. Prat.

ARCA quæſtaria apud eundem Epiſt. lib. 1. epiſt. 19. Prat.

ARCARIVS. Arcarij ſunt præpoſiti his ſuſcipiendis, quæ in arcam præfecti prætorio inferuntur. Goth. ad l. 1. §. 8. verſ. in ſcrinio arcæ, C. de offic. præfect. prætor. Afric. & ad Nou. 147. cap. 2. pr. Siue qui præſunt arcæ rerum publicarum: ſiue arcarij ſunt, qui pecuniam publicam adſeruant. Quomodo accipitur Cod. in tit. de ſuſceptorib. præpoſitis, & arcarijs, & l. Thais in fin. ff. de fideicomm. libert. Vbi Scæuola, Stichum (inquit) rationib. redditis manumitti volo. Stichus Arcarius probante domino nomina fecit, & rationes à domino ſcriptas exhibuit, &c. Archarius etiam, media cum aſpirationis nota, præfectus & moderator dicitur. Vnde D. Paulus, Salutat vos Eraſtus archarius ciuitatis. Anchor.

ARCARII, & Arriarij, à Iureconſultis inter ſeruorum ſpecies numerantur, d. l. Thais, 41. §. Stichum, 17. Eum autem Arcarium ſeruum dicimus, cui arcæ, in qua domini pecunia condita eſt, procuratio commiſſa eſt. Item qui actor aut diſpenſator. Hotom. Seruorum autem ſpecies refert Alex. Neapol. c. 25. tertio. Genial. dier. & Pyrr. lib. 2. de Quæſt. magiſt. Spieg.

ARCARIOS Iuſtinianus in Nou. 147. eos vocat, qui indulgentiis tributorum exigendis recipiendiſque præpoſiti ſunt, quæ in arcam præfec. prætorio (quæ eadem & menſa dicitur) inferuntur, vt in tit. de ſuſce & arcar. Alias arcarij ſunt diſpenſatores ſerui vel œconomi, vt ſuprà dictum, l. Thais, §. vlt. ff. de fid. lib. Et perire vetus interpres epiſtolæ ad Romanos, œconomum, arcarium. Vide Goth. ad d. Nou. 147. n. 8. in pr. Macarius homil. 16. [illegible] retinuit latinam vocem. Cujac. in expoſitio. dict. Nou. Iuſtin. 147. de indulg. reliq. tribut.

ARCANVS homo, qui quæ audit, tacet & continet optime. Subſtantiue arcanum dicitur ſecretum, cujus occultatio juris naturalis eſt, quod nulla ciuili conſtitutione tolli poteſt. Alciat. citat B. Thomam in enarratione l. bona fides, ff. depoſit. Spieg.

ARCAE Lege, Bratchl.

ARCERA in XII. Tabulis apud Gellium lib. 20. c. 1. eſt Plauſtrum vndique tectum, & munitum quaſi arca quædam magna veſtimentis inſtrata, qua nimis ægri, aut ſenes cubantes portari ſolebant: quam definitionem probat N. Marcellus, hanc ex tabulis factam ſcribit T. Varro lib. 4. ling. lat. verba legis ſunt ſupra in verb. Æuitas. Prat. Adde. Corraſ. lib. 3. Miſcell cap. 10. num. 3. & Rævardum ad ll. XII. Tab. c. 5. & Fr. Balduin. in comment. ſuper. l. 12. c. 41.

ARCERE aquam, eſt curare, ne influat. l. 2. §. Idem Labeo. ff. de aq. & aq. pl. Feſt. lib. 1. Arcere, ait, eſt continere. Vnde arcus in ædificiis dictus qui ſeipſum continet. Cic. Topic. Si in vrbe fines non reguntur, nec in vrbe aqua arceatur. Cujus interpres Boeth. Arcet, ait, aquam, qui eam per ſua ſpacia meare non patitur. Idem Cicero in Murena: Ille tenet & ſcit, vt hoſtium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Coercere vero aquam Vlpian. ad edictum Prætoris interpretatur continere, ſi ne diffluat, neve dilabatur, l. vnic. §. pen. ff de fonte. Briſſ. Aliam hujus verbi notionem adducit Torn. lib. 10. aduerſ. c. 15.

ARCERE ab exactione, l. 10. C. de jur. delib. à profeſſione, l. 5. C. de poſtulando Honore l. 8. ff. de interd. & releg. Itinere. l. 1. ff. de mortuo inferendo. Omni commodo, l. 4. ff. ad SC. Trebell. Poſſeſſione l. 1. §. ſi quis, ff. ne vis fiat, &c. Briſſ.

ARCESCERE pro Arceſſere veteres ſæpiſſime vſurparunt. Nam Arceſſiris amicis Florentinæ ſcribitur in l. 39. § propoſitum, ff. de leg. 3. Vbi alij codices Acceſſiris habent. Atque ita, quantum memoria repeto in manuſcriptis veterum auctorum codicibus quos quidem mihi videre antehac contigit, Arceſſere pro euocare ſcriptum, vbicunque id occurrit, reperi: licet Grammaticorum diſtinctioni hanc ſcripturam repugnare, non ignorem, qui Acceſſere in ea ſignificatione dicendum contendunt. Vnde in l. 7. C. vbi cauſ. fiſca. quo loci typis impreſſi libri, Acceſſendis vetares mei Arceſſendis ſcriptum habent. Icidemque apud Cicer. pro A. Cluentio primi qui ex Venetorum officina prodiere codices. Arceſſit ſine cauſa puerum, vt recentiores Acceſſit ediderunt. Briſſ. lib. ſing. parerg.

ARCESSERE ſignificat ad vocandum ire vel vocare, apud Vlpian. l. 2. §. legatis, ff. vbi qui ager. Interdum accuſare ſignificat & ablatiuo jungitur cum genitiuo. Cicer. pro Cælio: Ipſe alterum iterum ambitus crimine arceſſerit. Spieg. Aliquem capitis arceſſere. Cic.

ARCHANTICVS, l. 7. C. de jur. & facti ignor.

ARCHEGETES, Græce ἀρχηγέτης, princeps, Goth. ad Nou. 30. c. 5. Vide infrà. archigerontes.

ARCHIOTÆ, l. 18. §. 10. ff. de vacat. & excuſ. mun. ſunt archiorum cuſtodes.

ARCHEION proprie domus Principis. Prat.

ARCHIA ſunt tabularia publica, & vt Suidas exponit, [illegible] In his publica inſtrumenta deponuntur & adſeruantur l. 9. nonnunquam, ff. de pœn. vt & Iuſtinian. Nouell. Conſt. 15. ſignificat his verbis,

Et

[illegible] ἀρχείων. Inde archeotæ cuſtodes archiorum, l. vlt. §. hi quoque, ff. de muner. & honor. Admonet autem hic locus, vt Vopiſci verba emendemus, quæ ſunt apud eum auctorem in Taciti vita. Sic vulgo ſcripta ſunt, Librum per annos ſingulos decies ſcribi publicitus in Ciuicis archiis, vbi Ciuicis archiis legendum credo, vt ciuitatum tabularia ſignificentur. Briſſ.

ARCHIATER. Ἀρχίατρος, h. e. Latine archiater, vel archiatrus, dicitur medicorum princeps, ἀρχὸς enim principem, ἰατρὸς, medicum ſignificat. Itaque, Æſculapius dictus eſt archiater, tanquam præſes dauſque medicorum eſſet. Et per tranſlationem D. Hieronymo dictus eſt archiater Saluator noſter, qui languentium animarum præſentiſſimus eſſet opitulator. Quem igitur vulgo protomedicum legis regis appellamus, is archiater dicitur, h. e. medicus principis. Quo ſenſu accipitur Cod. de comitibus & archiat. Vbi legimus priuilegiis Imperatoriis archiatros decorari, ideo fortaſſe, quod (vt Caſſianus ait) ſint ſalutis magiſtri. Anchor.

ARCHICAPPELLANVS. Lege capellā.

ARCHIGVBERNVS, id eſt, claſſis præfectus, omnium gubernatorum primus, Goth. ad l. 64. in pr. ad SC. Trebell.

ARCHIDIACONVS. Dicitur archidiaconus, quaſi princeps, vel primus diaconorum. Archidiaconus enim dignitatem habere dicitur, cum teneat vicem Epiſcopi, & habeat iure communi iuriſdictionem. Quod licet immutarit conſuetudo (quia nulla forte in Eccleſia veatur iuriſdictione Archidiaconus) ſi tamen prærogatiuis in choro & capitulo fungatur, in dignitate nihilominus dicitur eſſe Archidiaconus. De ejus autem officio tractatur Decret. in tit. de offic. Arch. Item 25. diſtinct. perlectis, 94. diſt. c. ſi quis. De ejus officio vide & Gothofr. ad Nou. 123. cap. 3. circ. fin.

ARCHIDVCIS appellationem primum Bruno frater Ottonis Imp. ejus nominis primus, inſolenter aſſumpſit, teſte Æmilio Veronen. lib. Fran. hiſt. 3. Id poſtea Carinthianorum principes vſurparunt: quibus extinctis, ad Auſtriacos ſimul cum ditione tranſiit, quod & hodie obtinent. Spieg.

ARCHIEPISCOPI nomen in Apoſtolicis literis non extat, quemadmodum nec hypodiaconi, nec archidiaconi. Extant autem in Pontificum & eccleſiaſticorum libris, nec non apud Impp. in l. jubemus, in pr. C. de ſacroſ. eccl. l. 25 §. 2. C. de epiſc. & cler. l. 13 C. de epiſc. audient. Auth. ſi vero Cod. de judic. & Nou. de Eccl. diuerſ. cap. 5. jubemus igitur, tum alibi Archiepiſcoporum appellatione contineri & Patriarchas, Alberic. annotat. Spieg. Immo Cujac. in expoſit. Nu. Iuſtin. 11. prope fin. dicit, Archiepiſcopum & Patriarcham idem eſſe.

Ἀρχιερεῖς, vel ἱερεῖς primarij Goth. ad Nou. Leno. 85.

ARCHIMANDRITA l. 125. de Decurionibus: l. 31. de erog. milit. ann. in C. Theod. Briſſ.

ARCHISVNVCHVS, id eſt, cubiculariorum Regis Princeps.

ARCHIGERONTES in l. 3. C. de epiſc. aud. Alciatus interpretatur qui procurant negotia aulæ principalis, legemque ita reſtituit. Archigerontes diætetæque ἐργαστικῶν ματρωνῶν non niſi Chriſtiani dirigantur: i. qui quæ ad victum principis palatinorumque pertinent, coemunt. Hæc ille, nunquam autem ἀρχιγέροντας pro ea re vſurpari audiui. Suſpicarer igitur leuiſſima mutatione adhibita locum ſic corrigendum, Archigerontes & diæcetæ ergaſticorum non niſi Chriſtiani, &c. Eſt autem ἀρχιγέρων ab ἀρχιγερνεῖν deducto verbo, qui principatum tenet laborantium: vt in opificiis publicis & regiis, qui & Ἀρχιτέκτων appellatur. Nam Ergaſticos meo judicio nominat operas, quæ in publicis operibus conductæ ab aliquo quaſi principe & magiſtro gubernantur, ἀρχιγέροντας vero ſeniorum principes declarat: quod verbum ad hujuſce legis ſententiam quemadmodum accommodari debeat non diſpicio, Hot.

ARCHIGVBERNVS, ex ἀρχὸς & κυβερνήτης juncto nomine princeps gubernator, omnium gubernatorum primus. Iauolenus l. 46. ff. ad SC. Trebell. Seius Saturninus archigubernus, teſtamento reliquit hæredem Valerium Maximum trierarchum Hot. Nomen hoc compoſitum ex Græco & Latino, quod perquam rarum eſt: aliquando fieri ſolet, vt Quintil. lib. 1. oſtendit. Iabolenus lib. 36. ad SC. Trebell. l. ejus Saturninus, inquit, archigubernus ex claſſe Britannica, &c.

ARCHIMAGIRVS dicitur princeps coquorum, poeta Satyrus, vt palam eſt, vtitur hac voce. Lampridius in Heliogabalo magirum cocum vocat. Cæterum ſimilitudinarie probe vaſatum & inuia ventris bene præparatum, & quod præfato honeſtarum aurium honore dictum ſit, diuiſorem, h. e. emaſculatorem, qui vt Plautinis verbis vtar & Ciceronianis, Heliom diuideret & ſubagitaret. Lampridius ſic inquit: Nupſit & coiit vt & pronubum haberet, clamaretque præcide magire, &c. Ioan. Bapt. in comment. epiſt. Sidon. Apollin. ad Domnicum, lib. 2.

ARCHIMANDRITA, agminis, ſiue gregis princeps, μάνδρα apud Græcos ſpelunca ſeu cubile eſt: multaque alia ſignificat. At Iuſtin. lib. 1. C. pro Pontifice accipit. Reuerendiſſimi inquit, Archimandritæ. Idem coll. 1. de Monach. Deo ait, amabiles epiſcopi & Archimandritæ. Vtrobique pro paſtore Nebriſ. Sunt itaque Archimandritæ, Abbates, quod μάνδρα Græce, vt diximus, ſpeluncam ſignificat Latine, vel gregem. Nam monachi olim in eremis, ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt, ſpeluncis, & cauis montium habitabant. Vel à grege paſcendo ſic dicti. Alciatus in l. vlt. C. de ſum. trin. & fid. cath. Spieg. Cæterum Accurſij ſententiam contra Alciatum ſequitur Ferrandus Adduenſis lib. 2. explicationum cap. 36. nimirum quod hac dictione intelligantur ouium principes: l. vlt. C. de ſum. trin.

ARCHIMADORVS Goth. Artemidorus. Hal. l. 23. C. de tranſact.

ARCHIMIMVS, mimorum princeps. Sunt autem mimi, qui in ſcena geſtus actuſque eorum quos irridere volunt, ſoli imitantur: tum etiam mores, qui Ethologi nominantur, & Ethopœi: vnde & Ethopœia, apud Quint. poemata item laſciuientia in turpitudinem, à μιμεῖσθαι, quod eſt imitor. Iulian. de Operis libert. l. patronus, §. 1. Nam ſi quis, inquit, archimimū, vel pantomimum. Pantomimi, rerum omnium ſunt imitatores: Archimimi præcipui, & ceu mimorum principes. Spieg.

Ἀρχιφερεκίται vox eſt hybrida, Græca, partim Hebræa: eorum munus erat legere & interpretari illas legis ſeu prophetarum ſectiones, quas Hebræi *Parſioth* & *Perakim* appellant, & ad eas accommodare ſubdiſtinctiones tractatuum majorum Talmodis, quas iidem Iudæi *Perakim* vocant. Nam quod noſtris libri 50 Pandectarum, hoc Talmudicis 60. tractatus majores, quod tituli hoc Perakim. Igitur Ἀρχιφερεκίται, quaſi paratitularij, quibuſque ad vnguem nott Talmudis tituli. Vide Goth ad Nou. 146. c. 2. §. 1. circ. fin.

ARCHISYNAGOGVS Iudæorum Goth. ad l. 8. C. de Iudæis & cæ.

ARCHITECTVS eſt ſtructorum princeps, qui ædificiorum rationem comminiſci & inſtruere didicit, ac graphice, h. e. lineamentorum ductu, & vmbratili pictura eas formas deſcribere. l. ſi. ff. de jur. immun. In omni enim opere magnifico tres perſonæ conſiderantur: dominus, qui liberaliter impendit: ſtructor ſeu officinator, qui fabrili ſubtilitate conſarcinauit: architectus, qui venuſtam proportionem inuenit. Architecturam fit mentio in l. 7. §. 3. ff. ſi menſor falſ. mod. l. 11. §. 2. C. de prox. ſacr. ſcrin. Prat.

ARCHIVA, grammatophylacia, ſiue chartophylacia, quæ Latine tabularia, ac tablina dicuntur. Vlpian. de pœnis, l. moris. Quo loco, inquit, publice inſtrumenta deponantur, archiuo forte, vel grammatophylacio. Roſtra, forum erat ante curiam Hoſtiliam Romæ, à roſtris nauium appellatum: vbi pulpitum erat concionatorium, his roſtris ornatum, ibique legum tabulæ affigebantur, omnibus conſpicuæ: autor Salomon in comment. ad 1. tit. de orig. iuris. Bud. ait, Archiuum ex Græco factum eſt. Archiuum autem etiam magiſtratuum ædes ſignificat, & regiam, & palatium, & judiciale forum, ex quo factum vt Archium, & interpoſita u, vt Archiuum, ſignificat chartophylacium. Spieg. Adde Rebuard. in comment. de reg. jur. leg. Scæuola. 93.

ARCHONTES, ἄρχοντες annui magiſtratus apud Athenienſes: quorum ex nominibus, item vt Romæ ex Conſulum, anni numerabantur. Cicer. lib. de Fato Græcum nomen retinuit: Moritur Epicurus, quum duo & ſeptuaginta annos vixerit, archonte Pytharato. Plinius tamen magiſtratum Latine dixit lib. 33. Nonaginta annis ante Praxibolum Athenienſium magiſtratum. Hadrianus autem pro quouis magiſtratu poſuit in l. 48. ff. de jud. τοὺς ἄρχοντας [illegible] Magiſtratus qui anno magiſtratum gerunt, neque propriam agere cauſam, ſiue agendo, ſiue defendendo, &c. Ergo τοὺς ἄρχοντας dixit pro [illegible]. Hotom. proprie ἄρχων ducem belli ſignificat, vt ait Heſychius & Iulius Pollux, qui lib. 1 ἄρχοντας totius exercitus Imperatores eſſe ſcribit: Id quod & Thucydides oſtendit his verbis, [illegible] Vide Ferrandum Adduenſem lib. 2. explicat. cap. 40.

ARCHON autem [illegible] apud Athenienſes dicebatur, qui incumbebat cura dandorum pupillis tutorum, quos propter appellabant [illegible] vt differrent à viduarum defenſoribus Schard. ex Bald. ad tit. de Inſtit. de tutelis.

ARCHOSNOCHVS, pincernarum, ſiue vt Diuus Hier. ſub finem Quæſt. in Geneſ. interpretatur, vinariorum princeps. Spieg.

ARCIFINIVS ager dicitur qui nulla menſura continetur, finitus ſecundum antiquam obſeruationem fluminibus, foſſis, montibus, viis, arboribus, ante miſſis aquarum diuergiis, & ſi qua loca quæ ante à poſſeſſore poterunt obtineri. Nam ager Arcifinius, vt ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt appellatus. Quare & occupatorius ager dicitur, eo quod in tempore occupatus eſt à victore populo, territis exinde fugatiſque hoſtibus. Quod & Sic. Flacc. tradit qui occupatorios Arcifinales vocat, & arcendo vicinos hanc appellationem finxiſſe quemque tradit, dum non tantum terræ occuparet, quantum colere poſſet, ſed quantum ſpe colendi reſeruaret.

Iſidorus

Iſidorus vero aliam hujus verbi notationem profert, lib. 16. Etymol. cap. 13. Briſſ.

ARCTARI tempore, id eſt, ſeruando ſeruari non poſſe, l. 5. C. de tutor. vel curat. qui ſatis non dedit.

ARCVARII in l. 6. in medio. ff. de jur. immun. ſunt arcuum opifices. Goth. ad d. l. 6.

ARCVLA in Pauli reſponſo Largen. 53. ff. de leg. 3. diminutiuum Arcæ Feſt. & Varroni, de qua ſupra. Porro arculas argenteas primus fertur habuiſſe Heliogabalus, ſi quid Lampridio credimus. Prat. Diuos fratres edicto admonuiſſe Martianus ait, ne ſepulturæ traditum, h. e. terra conditum corpus inquietetur: videri que terra conditum, etſi in arcula conditum hoc animo ſit, vt non alibi transferatur, c. 19. de relig. & ſum. fun. Quo in loco per arculam intellexit Accurſius caſam, in qua vltra menſes magni homines imponuntur ſub terra. Ridiculum. Addidit enim Martianus, arculam in commodiorem locum transferri poſſe. Vnde etiam in epitaphio An. Crellinę ſic legimus. NEQVIS NOS INQVIETAT EX ARCA NOSTRA. NEQVE AR ANTE ALIAM PONAT, AVT COMMVTET. Certe Martiani temporibus eam ſepeliendi rationem in vſu fuiſſe ſuſpicor, cujus Caſſiodorus Variarum lib. 3. meminit. Tunc enim non terra ſolum condi ſolebat, ſed etiam in arca lapidea ſupra terram poſita corpus perpetuæ ſepulturæ tradendum, plerumque recondebatur. Eoque ſenſu accepiſſe arcam lapideam viſus eſt etiam Caius, cum ita ſcriberet: Aduerſus eos, qui in alterius arcam lapideam, in qua adhuc mortuus non erat conditus, mortuum intulit, vtilem actionem in factum proconſ. dat. l. is qui 7. in fin. de relig. & ſumpt. fun. Et Seneca Epiſt. lib. 13. In ipſa, inquit, Scipionis Africani villa jacens hæc tibi ſcribo, adoratis manibus ejus, & arca, quam ſepulchrum eſſe tanti viri ſuſpicor. Deque ejuſmodi arcis illud Frontini etiam accipiendum videtur, de diuerſis menſuris agrorum lib. 1. in campis vero ſtatuerunt terminos quadratos curſorios. & interjectis locis arcas & monumenta, vel alia teſtimonia. Et hæc de arcis Plinius etiam ſcribit Nat. hiſt. lib. 7. c. 54. ſepultum intelligi quoquo modo conditum, humatum vero, humo contectum. Reuar. lib. 2. cap. 4.

ARCVS, Nonio Marcel. interprete, omnis ſuſpenſus fornix dicitur. Arcus autem ducendæ aquæ cauſa olim fiebant, vt oſtendit l. ſuper iter. 23. in pr. ff. de aq. & aq. pluuia. Plin. lib. 10. Epiſt. Ipſe perueni ad fontem puriſſimum, ex quo videtur aqua deberc perduci, ſicut initio tentatum erat, arcuato opere, ne tantum ad plana ciuitatis, & humilia perueniat. Manent adhuc pauciſſimi arcus. Frontinus quoque lib. 1. de aquæ ductibus vrbis Romæ, aquas per multa paſſuum millia arcuato opere duci tradit. Briſſ.

AREA dicitur domus l. 40. §. 1. ff. de cond. indeb. Et ree. Paul. lib 5. ſent. tit. 6 Briſſ.

AREA, locus in vrbe ſine ædificio Florentino l. fundi 2 18. §. locus ff. de verb. ſign. Feſto locus vacuus quaſi exaruerit, & non poſſit quidquam generare. Varro autem aream vocat vbi frumenta ſecta terantur, & areſcant. Græcis ἅλωνια Gallis *place* dicitur. Præter. Alciatus in l. fundi, ff. de verborum ſignificationibus adhærens etymo tradit aream ruſticam eſſe, & ψιμμυθι... tantum in vrbe dici, at hunc redarguit Forcat. dial. 26. Necyomantiæ, cum Iuriſconſulti toties pro vrbano loco, in quo domus ædificetur poſuerint, leg. ſi in area, ff. de condict. indeb. Horatius:

Penuraque domo quærenda eſt area primum.

AREA etiam Iuriſconſ. ſignificat ſolum, cui ædificium imponitur. Sic in aliena area ædificare, l. 27. §. idem eſt & l. 37. ff. de rei vind. l. 10. ff. de doli mali except. Et quod, depoſitis ædibus, manet, vnde ædificij pars eſt Paulo l. ſeruitutes 20. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. vrb. & l. qui res, 98. §. aream ff. de ſolut. l. domo. ff. de pign. act. l. 44 §. ſi areæ, de leg. 1. l. 34 §. vlt. l. 71. ff. de vſufruct. l. 79. §. vlt. de leg 3. Briſſ. Prat.

AREAM quoque adpellabant, in quam collecta omni ex tecto pluuia deſcendebat: quo etiam modo accipitur in l. 2. & l ſeruitutes, §. ſi ſeruitus & § qui in area, ff. de ſeruit. vrb. In ruſticis vero prædiis locus erat terendis frugibus, leguminibus aptus, l. Mela. §. fin. ff. de alim. leg. l. fin §. ſi. Cod. de ſeruit. & aq. quo etiam ſenſu accipitur apud Varronem loco ſuperius adducto. Prat. ex Briſſ.

ARELATA vrbs eſt, Strabo lib. 31. In quam pater Tiberii Cæſaris colonias deduxit, teſte Suetonio in Tiberio. In eadem Conſtantinus magnus Synodum conuocauit, Euſeb. 10. hiſt. Eccl. 5 Goth ad l. 13. in princ. ff. de inſtitor. act. Hinc

ARELATENSIS, Plin. lib. 33. Pompeius Paulini equitis Arelatenſis filius, Scæuola Leodicilli. ff. de vſu & vſufr. Ad Rempublicam, inquit, Arelatenſem pertinere. Nebriſſ.

ARENA, pro loco vbi certamina præbebantur, quia ſpargi arena ſolebat. Vlp. l. 4 ff. de accuſat. Sed & calumnia notatis jus accuſandi ademptum eſt: item his qui cum beſtiis depugnandi cauſa in arenam intromiſſi ſunt. Trypho. l. vlt. ff. de fugit. Si in arenam fugitiuus ſeruus ſe dederit, ne iſto quidem periculo diſcriminis vitæ tantum ſibi irrogato. Hotom. Vetranius lib. ſingulari de jure liberorum cap. 11. interpretatur amphitheatri caueam. Hinc

ARENARIVS, qui in aream pugnandi cauſa deſcendit, ibique publice pugnauit, l. hæc demum, ff. de oper. libert. & l. ob carmen §. ſi ea. ff. de teſtibus. Ij etiam cum feris beſtiis pugnabant, vnde & beſtiarij quibuſdam dicti ſunt. l. 2. ff. de ædil. edic. Prat. Adde Corraſium lib. 4. Miſcell cap. 24. nu. 9.

ARENGA eſt concors verborum ſententia, quæ ponitur poſt ſalutationem in priuilegiis arduorum negotiorum. Old.

ARESCVSA in editione Pand. Flor. Ancillæ nomen, l. Areſcuſa, ff. de ſtat. homi. l. Titius & l. idque 45 § vlt. ff. de act. empt. Artamen alibi in eadem editione.

ARETHVSA ſcribitur, l. vbi 75 §. illud. ff. de verb oblig. l. 3. §. pen. de ſtatulib. l. t. de oper. ſeruor. l. 55. §. vlti. ff. quando dies legator. Briſſ. Prat.

ARETALOGVS non tam videtur à virtute dici, quæ ἀρετὴ vocatur, quam ab ἀρεστὸς, id eſt gratus & placens, qui narrationes & fabellas, acroamataque auribus auditorum gratia loquitur: proinde & nugatores eo etiam nomine & garruli cenſentur. Turneb. lib. 10. aduerſ. cap. 18.

ARESVSA nomen celebre eſt fœminarum in libris digeſto. In libris recentioribus mendoſe legitur Arethuſa. Neque ignoro Arethuſam Nympham eſſe, & fontem ejuſdem nominis in Sicilia: de vtraque Virgil. in Bucolicis, & in 4. Georgic. libro Sed quod ad juris rationem attinet, nihil refert, Areſcuſam dicas an Arethuſam, nos puritatem lectionis defendimus, quod grammatici proprium eſt officium. Briſſ.

ARESTA, vox Græca, ἀρεστὰ à Gallico ſenatu vſurpata, qua ſententiæ curiæ ſupremæ ſignificantur. Bud. l. ſi. ff. de ſenator.

ARGENTARII, ciues Romani, qui tum Romę tum in prouinciis rei nummariæ negotiationem exercebant: vnde & Nummularij, & Menſarij nominantur. Erant autem in foro ſtantes, ibique tabernas ac menſas ſuas poſitas habentes, apud quos etiam fœnebres pecuniæ deponebantur, quas per partes erogabant & collocabant: quarum probatio ſcripturis, probationibusq; continebatur, l. 4. pr in l. quædam l. argentarius, de edend. &c. Porro ad eos duabus de cauſis pecuniæ deferebantur, quemadmodum, ex Vlpiano intelligimus in l. 24. §. 2. ff. de reb. auct. jud. ant enim deponebantur ſine fœnore, propter fidem publicam duntaxat: i. vt tutiore loco quam priuata in ædibus aſſeruarentur, nam in æde Caſtoris recondebantur. Plautus in Curcul. Sub veteribus ibi ſunt, qui dant, quique accipiunt fœnore. Pone ædem Caſtoris ibi ſunt, quibus credas male. Iuuenalis Quanto capitis diſcrimine conſtant incrementa domus, ærata multus in arca Nummus, & ad vigilem ponendi Caſtora nummi. Aut ſub vſuris ipſis pecuniæ credebantur, quas deinde fœnori collocabant. Hinc argentariorum rationem Donatus Terentij interpres ſignificans: Tunc, inquit, in foro & de menſæ ſcriptura, magis quam ex arca domoque, vel ciſta pecunia numerabatur. De qua conſuetudine quum Syngrapham interpretabimur, dicendi erit locus. Prat. Hinc conſtat quamobrem Vlp l. 10 ff. de edend. ſcribat, Argentariorum officium atque miniſterium publicam habere cauſam: & hanc principalem eorum operam eſſe, vt actus ſui rationes diligenter conficiant, & l. 4. Argentarios ſingulorum rationes conficere. Vnde Circumforaneum æs Cicero appellat epiſt. 1. lib. ad Attic. 1 t. Liuius lib. 26. Annibal, inquit, vocato præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc eſſent, juſſit vænire, id eſt, eas quæ tum erant: nam aliæ poſtea ſunt additæ. Has à Tarquin. rege in foro poſitas Dionyſ. Halic. lib. 3. docet his verbis: ἐν ᾧ τὴν ἀγορὰν ἐν ᾗ καὶ δικάζουσι, καὶ ἐκκλησιάζουσι, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιτελοῦσι πολιτικὰς πράξεις, οὗτος ἐκόσμησε, τοῖς ἐργαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις κόσμοις περιλαβών, id eſt, Forum in quo jus dicitur, & conciones fiunt, aliaque ad Rempub. pertinentia tranſiguntur, ille taberni & aliis ornamentis circumdatum exornauit. De his tabernis Vlp. loquens in l. 32. ff. de cont. empt. Qui tabernas, inquit, argentarias, vel cæteras quæ in ſolo publico ſunt, vendit, non ſolum, ſed jus vendit: quum iſtæ tabernæ publicæ ſint, quarum vſus ad priuatos pertinet. Ad eas autem tabernas, auctiones fieri ſolitas patet ex l. 18. ff. de hæred. petit. l. 88. ff. de ſolution. & iis quæ in Orat. pro Cæcina explicauimus. Hotom.

ARGENTARIVS, non tam argẽti opifex eſt, quã is qui pecunias publicas exigit, aut pecunias ſub fide publica permutat. Cicero in ea quam ad Auguſtum Cæſ. ſcripſit epiſtola, indicat illi ipſi auum fuiſſe argentarium. Atque hi vulgo Campſores appellantur Marcellus de Statu liber. l. Stichus. Aut argentariæ, inquit. Menſę exercitores. Item ff. de eden. leg. prætor. Nebriſ. Sciendum tamen, quod argentarij, nummularij, menſarij, campſores, trapezitæ, collybiſtæ, fere idẽ ſignificant: niſi quod argentarij majores negociatores erant, qui non in permutando tantum, vt cæteri, tabernam exercebant, ſed qui etiam nummos fœnori collocabant, non ſuos tantum, ſed etiam aliorum. Vnde argentariam facere, vel exercere dicebantur, l. Argentarius, §. 1. ff de eden. & ll. jam à Nebriſſ. citatis. Hi quoque præerant auctionibus, hoc eſt, venditionibus,

quæ in publico ſolenniter fiebant rerum non ad eſum, ſed ſupellectilem, vel alios vſus pertinentium. Contractus quoque apud eos celebrati, eorum calendariis inſcribebantur, quos idcirco edere poſtulatoribus cogebantur, l. 4. l. 6. 9. §. 1. & l. 10. ff. de edendo. Quod enim argentariorum olim fuerat, hoc hodie notariorum eſt officium publicum in contractibus deſcribendis extra judicium. Dicti alias Collectarij, in l. quiſquis, Cod. ſi cert. pet. Alciat. lib. 4 Diſpunct. cap. 22. Spieg.

ARGENTARIVS Coactor, in l. 40. §. vlt. ff. de ſtatu lib. & Argentariæ coactiones apud Tranquillum in Veſpaſiano cap. 1. Argentariæ officium l. pen. ff. de eden. Argentariæ ſocietatis, l. 52. §. cum duo ff. pro ſocio. Inde argentariam facere, exercere, adminiſtrare, l. 4. ff. de eden. l. 19. §. 1. ff. de jud. Plin. in lib. de viris illuſtribus, Idem primo dubitauit honores peteret, an argentariam faceret. Briſſ.

ARGENTARIORVM NOMINA.

ARGENTARIIS varia indita fuere nomina, vocabantur enim à Iuſtin. Nou. 136. & Edi. 9 [illegible] à Suida [illegible] & Collectarij ab eodem in l. quiſquis, C. ſi cert. petat. & Argenti diſtractores, l. Iuſtiniano, l. fin. C. de pign. & l. penult. in fin. C. de conſtit. pecun. & Iuliano Patritio ad Nou. 4 §. fin autem, & Argenti venditores à Theodoſio & Valenti. l. ſi cohortalis, 12. de cohort. lib. 12. C. & ab eiſdem Trapezitæ vocantur ibidem, & argentariæ menſæ exercitores in edicto Prætoris, l. 4 ff eod. Appellantur & menſarij, & menſularij, l. emptor. § Lucius, ff. de pact. & [illegible], à Iolio Polluce lib. 7. cap. 5. alibi & cermatiſtæ: & coactores à Scæuola l. Sticho. 40 §. fin. ff. de ſtat. lib. Ab eodem numularij, dict. l. emptor §. Lucius, ff. de act. empt. Briſſ. Vocantur etiam ἀργυρογνώμονες, quod pecuniam ſpectent an proba ſit, an legitima & locabilis, & cujus pretij, quos Iuſtinianus diſtractorum argenti nomine intellexit. Diſtrahere enim vendere eſt, & hi quaſi vendunt pecuniam, cum pro ejus ſpectatione & permutatione aliquid lucelli accipiant. Conn. lib. 4. cap. 15. num. 5.

ARGENTARIVM, eſt argenteæ ſupellectilis inſtrumentum ἀργυρωθήκη, l. 19. ff. de aur. argent. leg.

ARGENTI aurive appellatione tam factum quam infectum continetur. l. 78 §. illud. ff de lega. lib. 3. Proinde cum aurum, vel argentũ legatur, & vaſa aurea argenteave & omne omnino ſiue factũ ſiue infectum argentum, non tamen ſignatã pecuniam legato contineri placet, l. 19. in princ. & §. vlt. l. 27. §. 1. ff. de auro argent. Nec enim illa Ciceronis in Topic. ratiocinatio probanda eſt, qua argento omni legato non poſſe pecuniam numeratam quæ argenti nomen retinet, non contineri concludit. Factum porro argentum Q. Mutius definiebat. Vas argenteum videri eſſe. Vlpian. ſecus ita definiri poſſe ait, quod neque in maſſa, neque in lamina, neque in ſignato, neque in ſupellectili, neque in mundo, neque in ornamentis ſit. l. 27. in princ. & §. vlt. ff. de aur. arg. Itaque à ſignato factum ſeparatur. Seneca lib. 1. de benefic. cap. 11. Libentius donabo argentum factum quam ſignatum. Argentum autem factum Iſid. lib. 16. cap. 17. definit, quod eſt in vaſis & ſignis Proinde argento auroque facto & gemmas aureis annulis incluſas & cymbia argentea cruſtis aureis illigata & aurea emblemata, quæ in lapidibus apſidibuſque argenteis ſint, & replumbari poſſint, adnumerari, ſi ea argenti numero teſtator habuit, Paul. ſcribit in l. 32. ff. de aug. arg. facto. Denique auro vel argento id continetur, ex quo auro vel argento aliquid effectum eſt, ſiue id ſuæ, ſiue alterius viſionis cauſa paratum eſt, dict. l. 27 §. cui legatum, & quod non in ſupellectilis nomen cadat. l. 9. §. argento. Facti autem auri complures ſunt ſpecies, prout & varijs vſibus ſubſeruit. Eſt argentum eſcarium, potorium, viatorium, balneare. Eſcario argento legato, quod & Eſcale appellatur in l. 8. ff. de ſupel leg. id deberi, quod ad epulandum teſtator in miniſterio habuit, id eſt, ad eſum & potum. d. l. 19 §. ſi cui eſcarium. Omnia itaque vaſa propter eſcam parata, quæ non cocinatorij inſtrumenti ſint, legato cedunt: ſed & ea in quibus & potabat & edebat teſtator, continebuntur, leg 32. §. quidam, eod. tit. In argento potorio non id tantum eſt in quo bibi poſſit, ſed & quod ad præparationem bibendi comparatum eſt, l. 21. ff. de aur. arg. Viatorium vero argentum & balneare dicimus, quo in itinere & in balneo quis vti conſueuit. l. vlt. in princ. & §. 1. eod. tit. Briſſ.

ARGENTI FORMA, l. 1. ff. quod cujuſque vniuerſit. l. 5 §. vlt. ff. de reb. corp. l. 13. §. proinde, ff. de vſuf. l. diuortio. §. ſi quis in fundu, ff. ſolut. matr. Briſſ.

ARGENTO facto contineri vaſa argentea, veluti partaſides, tabulas, trullas, pelues & his ſimilia, ſcriptum legitur apud Pomp. in l. etſi non ſint, §. 1. tit. de aur. & arg. leg. Sed hic locus etiam cæcis mendoſus poteſt videri, licet Maſcius Vegius, vir alioquin eruditus, in libello ſuo de verb. ſign. non animaduerterit. Puto legendum paropſides, matulas, trullas, & reliqua. Paropſis Græca dictio, à παρὰ & ὄψον, id eſt, ad cibum: eſt enim propter Juris genus autores Pollux & Euſtathius. Sed pro obſoniorum lance ac vaſe ponitur à juriſconſulto, vt etiam apud Iuuenal. Satyr. 3. Quam multa magnaque paropſide cœnat.

Et ideo legimus in lugubri Euangelio: Qui mecum mentum in paropſide intingit, is me traditurus eſt. Mat. 25. Sed Marc. 15. catinus vocatur. Martial. Quæ portat gaudens ancilla paropſide rubra. Idem, Sic implet gabaras paropſideſque. Tranquil. refert Galbam ordinario diſpenſatori breuiarium rationum offerenti, paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe. Matulas autem non tabulas legi debere conijcio: qua præterquam quod de tabulis intelligere eſſet abſurdum, nec conueniret præced. Hoc etiam apparet ex illo Varronis de Vita Patrum: Dum, inquit, poſtularet trulleum, matellionem, peluim. Quid autem ſit matula, ſcripſit infra in dictione Matula. Cotta in Memoral.

Infecti ARGENTI appellatio, ait Vlpian. rudem materiam continet, id eſt, non factam, l. 19. §. infecti. eo. infectum enim argentum eſt rude & in opera nulla conjectum argentum, quemadmodum Arnub. lib. 6. aduerſ. gent. loquitur, & in maſſa argentea conſtitutum, vt in l. vlt. C. depoſ. & l. 19. ff. de furt. Hoc & greue alias appellatur, vt Seru. in 6. Æneid. & Iſid. lib. 16. c. 17. ſcribunt. Cæterum & factum argentum ſi fractum vel colliſum ſit, infecto continetur. Nam factum argentum id videtur, quo commode vti poſſumus, l. 27. §. cui aurum. ff. eod. tit. Eſt & aliud argenti genus quod ſignatum appellatur: quod ſcilicet aliqua forma eſt expreſſum, veluti filippi & numiſmata, l. 27. § cui legatum, ff. de auro arg. Quæ tria genera Liuius lib. 34. ita perſpicue cumulat. Secundo dic, ait, aurum argentumque factum infectumque & ſignatum. Infecti argenti fuit pondo decem & octo millia: Facti vaſa multa omnis generis: Signati argenti 84000 fuere Atticorum. Argenti plane appellatione ſupellex argentea non venit, niſi argenti numero à teſtatore habita eſt, l. 19 §. Idem Celſus: & §. argento, eo. Itaque argentum accipimus id omne quod ita ex argento eſt, vt neque ſupellectilia inſtrumento cedat, neque proprio alicui & ſpeciali generi adſcribi poſſit: quod vulgo *Buffetum* appellamus. Sic in l. 4. ff. de leg. lib. 1 l. 2. ff. de leg. lib. 2. l. 22. ff. de manumiſſ. teſt. l. 1. l. 3. §. 1. & §. vlt. de ſupellect. leg. Argentum menſale vocat Vopiſcus in Claudio. Briſſ.

ARGENTVM purum putum quid eſſet in fœdere inter P. R. & Carthaginenſ. facto, vbi ſcriptum inuenitur, vt Carthaginen. quotannis P. R. darent certum pondus argenti puri puti, quæſitum fuit ab Alpheno I. C. Serui Sulpitij diſcipulo, rerumque antiquitatum non incurioſo, is in 34. vol. Digeſtorum, Conjectaneorum autem 2. vt refert Aul. Gellius, reſpondit, purum putum, valde purum, ſicut nouum nouitium dicimus, & proprium propritimm: augere atque intendere volentes, noui atque proprij ſignificationem Hoc vbi legimus mirabamur, inquit Gellius, eandem affinitatem viſam eſſe Alpheno, puri & puti, quæ ſit noui & nouitij. Nam ſi eſſet puritium, tum ſane videretur dici quaſi nouitium. His ergo aſſentimus, qui putum eſſe dicunt à putando dictum: & ob eam cauſam primā ſyllaba breui pronunciant, non longa, vti exiſtimaſſe Alphenus videtur, qui à puto id eſſe factum ſcripſit. Putare autem veteres dixerunt, vacantia ex quaque re, ac non neceſſaria, aut etiam obſtantia & aliena auferre & excidere, & quod eſſe vtile, & ſine vitio videtur relinquere. Sic namque arbores & vites: & ſic etiam rationes putari dictæ. Verbum autem ipſum puto, quod declarandæ ſententię noſtræ cauſa dicimus, non ſignat profecto aliud, quam id agere nos in re dubia obſcuraque vt deciſis amputatiſque falſis opinionibus quod videatur eſſe verum & integrum, & incorruptum retineamus. Argentum ergo in Carthad. fœdere putum eſſe dictum, quaſi exputatum, excoctumque omnique aliena materia carens, omnibuſque ex eo vitiis detractis emaculatum & candefactum. Proinde ſcribit Liuius per initia lib. 2. de bello Macedonico. Carthagin. eo anno argẽtum in ſtipendium impoſitum, primum Romam aduexiſſe: id quia probum non eſſet, quæſtores renunciauerant, experientibuſque pars quarta decocta erat. Pecunia Romæ mutua ſumpta, intertrimentum argenti ſuppleuerunt. De hoc Carthaginen. fœdere cum Romanis, lege Liuium ad fin. 2. belli Punici. Vbi refert pacem datam cum hoc, vt præſtarent decem millia talentum argenti, deſcripta penſionibus æquis, in annos 50. ſoluerent. Scriptum eſt autem purum putum non in Carthaginenſium ſolum fœdere, ſed cum in multis aliis veterum libris, tum etiam in Qu. Ennij Tragœdia, quæ inſcribitur Alexan. & in Sat. M. Varronis, quæ inſcripta eſt, δὶς παῖδες οἱ γέροντες, id eſt, bis pueri ſenes. & apud Plaut. in Pſeud Purus, inquit, putus eſt ipſus. Et Iuuenal. ſecundum veram lectionem: pauca licet portes argenti vaſcula puti: licet nonnulli purum legendum contendant, ſecuti Gellium, qui in puto primam corripit, vt ſuperius retuli. M. etiam Varro de lingua Latina, Diſputatio, inquit, & computatio à putando dictæ, quod valet purum facere: ideo antiqui purum putum appellarunt. Et putator, qui arbores putas facit. Refert & Feſtus Pomp. quod antiqui putum pro puro dicebant: Vnde putatæ vites, quod deciſis impedimentis remanerent: & putum autum putum dici ſolet, id eſt, repurgatum, de qua quoque Non. Marcel. in libr. de propr. ſerm. Pu-

ferm. Putus, inquit, à putando dictus, hinc putari arbores dicuntur. Colum. lib. 4. Neque arent, neque vitem aut arborem putent. Autoritatem vero hanc Alpheni, quam refert Gell. equidem auſim affirmare hodie in Pandectis noſtris non reperiri, ab illis forte reſecatam, qui Digeſtorum libros in breuiarium redegerunt. Tamen ſi cōjecturæ locus eſt in hac re, puto Alphenum de hoc ſenſiſſe in tractatu ſuo, quem nunc habemus in tit. locati, in l. in naue Saufbei, cujus l. poſteaquam mentio facta eſt, obiter mendam corrigamus: Veluti cum argentum, inquit, puſillatum (ſunt qui paſtillatū) vt informe argentum, & in maſſam aurifici datum fuiſſe intelligamus. Nam vt ſcripſit Pomp. Paſtilli maſſæ ſunt cujuſlibet materiæ. Vnde paſtilli medicinales. Iac. Ser. s. paſtillos Ruffinus olet. Quidam etiam puſtulatum argentum hic legi debere contendunt, pro purgatiſſimo excoctoque, de quo Suet. in Neronis vita. Exegitque ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum, argentum Puſtulatum. Et dum ſubdit, Aut aurum anuli, vt loquutio ſit præcedenti ſimilis, interpretanda eſt dictio, vt, aut aurum vt anuli. Et paulo poſt, Quod ſi ſeparatis tabulis, erronibus, aut in alia culpa clauſum caſtigādum. Corta in memor.

Argentvm puſulatum in l. 31. ff. loca. vt in P. Florent. ſcriptum eſt. Nam apud Tranq. in Nero. & Martial. lib. 7. Epigr. puſtulatum ſcribitur. Briſ. Budæus etiam in d. l. 31. legit puſtulatum, & accipit pro purgatiſſimo. Sic Suet. in Nero. Exegit ingenti faſtidio, & acerbitate, nummum aſperum, & argentum puſtulatum, aurum Obryzum. Aleiat. lib parerg. cap. 4. Poſtulatum legit. in dict. l. 31. & apud Martial. lib. 7. Quamvis non ignoret vulgatem lectionem poſtulati eſſe: Quam & veriorem putat Forcat. dial. 6. Necyom. nom. 7. Exiſtimans argentum puſtulatum, quod artifices in modum puſtularum & acinorum efformauerunt & cælauerunt. Forcatulus, dicto loco.

Argentvm mulicbre, l. 32. §. vlt. ff. de inſtruct. vel inſtru. Briſſ.

Argentvm ſublimatum, nuſquam apud Antiquos reperiri, traditum eſt. Plane venenum eſt, quod ſemihora & minori ſpacio exedendo interficit. Nam omnia inteſtina, & præſertim præcordia, velut ignis vrit, vt atteſtatur Ant. Muſa. Ferrar. Spiegel.

Ἀργυρολόγοι argenti ſunt exactores. Hegend. in tit. C. de ſuſcept. Spiegel.

Argentvm viuum, cuius vim naturæ conſulti maximam eſſe perhibent, atque ejus genera quatuor. Græci ὑδράργυρον, quaſi aquosum argentum vocant: à Romanis ex more viuum argentum. Hermo. Barb. hoc minerale & naturale exiſtimat. Hydrargyrum artefactum: tamen apud autores tam Græcos quam Latinos nomina confundi intuebuntur. Spieg.

Argvere, accuſare reum, poſtulare, indicare, conuincere ſignificat. l. 197. ff. de verb. ſign. l. 37. ff. ad l. Iul. de adult. l. 3. ſi ex ſtipulatu, ff de S.C. Sillan l. 14. §. vlt. de lib cauſ. l. 8. ff. de præſc. ver. l. 2. ff de leg Iul. repet. inde locus Plautio in Pſeudolo, Ecquid argutus eſt. c. H. malorum facinorum ſæpiſſime. Luditur in verbo argutus, quod & acutum hominem & conuictum facinorum, vt Priſcianus lib. 10. interpretatur, ſignificare poteſt. Sic & arguere teſtamentum de inofficioſo, l pen §. ſi hæres ff. de inoffic. teſt. & arguere teſtamentum falſum, l. 18. ff. de accuſat. accuſare eſt. Briſſ.

Argvere à fraudem tutoris, l. 4 C. de ſuſpect. tutor.

Argvere à ſolito more, l. 3. C. ſi ex falſ. inſtrum.

Argvere à præuaricationis, l. 11. C. de accuſat.

Argvere reum, eſt ipſum primo judici deferre: deinde probationes in eum inducere: tum receptis teſtimoniis, & facto (vt vocant) proceſſu, eum accuſare, id eſt, ad cauſam dicendam cogere, introductis aduocatis. Alciat. in leg. qui accuſare. Cod. de eden.

Argvamvs, id eſt, argumentis probemus, in l. licet, §. poſſumus, ff. naut. caup. ſtab. Alberic.

Argvi, id eſt accuſati & poſtulati, l. 2 ff. de leg. Iul. repetund. Sic argui crimine, l. 43. §. vlt. ff. ad leg. Corn. de ſicariis. Briſſ.

Argvimvs autem, hoc eſt probabiliter colligimus & demonſtramus in jure noſtro trifariam, lege, ratione, & exemplo. Methodum arguendi Bart. tradidit ſingulari tractatu: clariſſ. item vir Cl. Cantiuncula Iuriſconſ. eloquentiſſ. in explanatione legalium Topicorum tyrunculorum Iuris diſciplinæ ſtudium plurimum adiuuit. Spieg.

Argvmentatio ab argumentis differt: quod argumenta ea ſunt, quibus cauſa probatur: argumentatio vero elocutio qua argumenta ipſa verbis explicantur: autor Fortunat. Spieg.

Argvmentvm dictum eſt quaſi arguto ac ſubtili quodam artificio elicitum, vt probat text. in cap. totus, de verb. ſign. Gloſſæ ſunt in l. de tutela. C. de in integr. reſtit. in l. deſiderium, Cod. depoſit. in l. ſi voluntate, C. de reſc. vend. Spieg.

Argvmentvm definit M. Cicero in Partitio. Orat. probabile inuentum ad faciendum fidem: in Topicis vero, rationem, quæ dubiæ rei facit fidem: quam definitionem probat & explicat M. Fabius lib. 5 c. 10. his verbis: Ergo cum ſit argumentum ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod eſt dubium, per id, quod dubium non eſt, confirmat, quo ſenſu accipitur apud Paulum, l. qui filium, 74. in fin. ff. ad SCtum Trebel. l. fin. ff. de Publician. Ciceronis definitionem in partitio. confirmat Iſid. lib. Etymol. in cap. forus de verb. ſign. exiſtimans duci ab arguere & inuentum Bald. in leg. conuenticula. C. de epiſc. & cler. Prat.

Argvmentvm in proœm. Inſtit § cumque, vertit Theophilus ἔλεγχον, id eſt, euidentem demonſtrationem, & euidentiam.

Argvmentvm pro indicio accipitur apud Vlpianum, l. 1. §. item Cornelio. ff. de quæſtion. Prat

Argvmentvm pro probabili vel non neceſſaria præſumptione, aut ſuſpicione, vt apud Africanum in leg. non omnes §. à barbaris de re milit. Quo loco elegans eſt, Oldendorpio teſte, exemplum comparandæ præteritæ vitæ ad præſentem: & contra. Spieg.

Argvmentvm præſtitiſſe, l. 11. §. mulier. ff. ad leg Iul. de adult.

Argvmenta proferre, l. 74 §. vlt ff. ad S.C. Trebel.

Argvmenta rei de qua agitur, dicere, id eſt, indicia, ſigna, notar, l. 3. ff. ad exhibend. Briſ.

Argvmenta indiciave exquiſita eſſe non debent. Marciano l. diuus, 6. ad fi ff. de cuſt. & exhib. reo. ex variis cauſis colliguntur. Bald. in l. conuenticula. C. de ſacroſ. eccl. Prat.

Argvmenta liquida, id eſt, probationes, l. 2. C. de in lit. jur.

Argvmenta rerum apertiſſima, l. 3. §. 4. ff. de ſuſpect.

Argvmentis conuinci, l. 2. C. quor. appellat. non recip.

Argvs & Arga, l. 1. Lang. de contritis, ignauum & inertem ſignificat, à Græco ἀργὸς. Paul. Diacon. 6. cap. 8. Memineris vt me inertem & inutilem dixeris, & vulgari verbo Arga vocaueris. Didymus de Demoſthene αἰνιττόμενος ἐπὶ ἐκεῖ ἐπὶ συνουσίαις ἐλέγχει ἀργός. Sic apud Lucian. ἀργὸς εἰς ἅπαντα, nulli rei vacans. Et apud Plat. in epiſt. ἀργὸν ἐᾶν, otioſum relinquere. Ἀργὸν tamen nonnunquam velocem & auidum ſignificat. Hinc ἀργοὶ κύνες à Poëtis dicuntur, non tam alibi, quam acres aut veloces: ſicque videtur hic Epimenidis verſiculus intelligendus:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

vt γαστέρες ἀργαὶ ſit dictum pro γαστέρες μάργαι, id eſt ventres auidi & veloces: vel etiam, cum lex carminis hoc μάργαι non pateretur, illud ſubſtituerit, quod idem ſonare vellet: nec enim quid in ventris pigritia magnopere reprehendendum ſit video. Prat.

Ἀργίας actios. Vide Lenitudo.

Argvto pectine dixit Theodoſius Imp. in l. temperent. Cod. de veſt. hol. lib. 11. imitatione Vergilij, qui ita dixit, li. 1. Georg.

Arguto coniunx percurrit pectine telas.

Et Apuleius lib. 2. Aſin. aur. Et pectinis arguti dente tenui diſcriminantur. Briſſ. Prat.

Ἀργυραμοιβοὶ, vide ſupra Argentariis varia: & infra Diſtractores argenti.

Ἀργυρῖται, qui pro coronis præmiove argenteo vicerant, l. commodis, ff. de re jud. & apud Plutarch. Vnde ἀργυρίτης ἀγὼν ille enocertailo. Apud Suidam tamen ἀργυρῖται ſunt, οἱ ἀργυρίῳ εὐπορούμενοι, id eſt, quibus abunde eſt pecunia.

Ariani ab Ario, l. 6. in princ. C. de hæret. & manich. De Arianis vide Epiphanium, 2. tom. 2 hæreſ. 69.

Aricia. Si Ariciæ non nupſerit, l. 64. ff. de cond. & demon. ſt.

Aridi fructus l. vlt. ff de jure fiſci. Nou, Iuſtin. 52. §. ξηρίζοντες, qui & ξηροὶ dicuntur, ſunt velut frumentum & hordeum Accurſio, Auth. ad hæc. C. de vſur.

Arioli, quorum mentio fit in l. 5 7. C. de malefic. & mathem. ſimiles ſunt impoſtoribus, qui mathematicorum liberali nomine adumbrantes ſuas ineptias profitentur ſe fata cujuſque noſſe, & natalitias ſyderum obſeruationes. Gothofr. ad l. 10. in princ. D de epiſc. audien.

Aristo, l. 21. C. de ſolutionib.

Aristocratia eſt paucorum optimatum principatus, qui adminiſtrat omnia ad vtilitatem publicam, qualis fuit Romæ, cum ſenatus ſumma autoritate ciuitatis ſtatum gubernabat, nihilque præter populi dignitatem, aut domi, aut foris, ſpectabat. Quo tempore factę fuerunt leges & Senatuſconſulta. Hęc quando corrumpitur, relicta ſcilicet adminiſtratione ad vtilitatem potentium, contemptis tenuioribus, tunc fit oligarchia: qualis fuit tempore Syllæ. Quære Democratici Spieg.

Ἀργυραμοιβὸς, id eſt argentarius, numerator pecuniæ Goth. ad Nou. 73. c. 7. §. 1. in verb. quod ſi etiam adnumeratorem habuerit.

Arma, quod ad interdictum de vi attinet, ſunt omnia tela, hoc eſt fuſtes & lapides, & non ſolum gladij, haſtæ, frameæ, id eſt, romphææ. Vlpian. l. 3. §. armis, ff. de vi & armat. His addit Gaius in l. armorum, 41 ff. de verb. ſign. ſcuta & galeas. Adjicit & Paulus in l. qui commeatus §. arma. ff. de verb. ſign. loricam. M. Cicero pro Cecinna glebas. Armis etiam connumerat Feſtus lib. s. pugionem & ſicam. Prat. Hinc recte Alciat. explodit Angeli ſententiam, improprie arma dici exiſtimantis, quæ ſolum defenſionis cauſa parantur: quod id procul à Caij Iuriſconſulti mente abſit. Denotat item ſcripta, ſeu inſtrumenta, atque quæcunque alia documenta, leg qui vulgare illud: Non ſunt ſumenda arma ex domo aduerſarij, l. qui accuſare, & leg. vlt. C. de edend. Spieg.

ARMORVM appellatione quid contineatur in Nouel. Iuſt. 85. ἀπὸ τῶ ὅπλων, ipſe explicat his verbis καλοῦμεν γὰρ τὰς ἰδιώτας ἐργαζομένας καὶ [illegible] τόξα, ἢ βέλη, σπάθας τε καὶ ξίφη (ἅπερ [illegible]) καὶ διὰ λεγομένας [illegible], ἤτοι [illegible] καὶ [illegible] καὶ διὰ λόγχας, καὶ [illegible], καὶ [illegible], ἤτοι [illegible] καὶ [illegible], ἤτοι [illegible]. Vide Goth. in eadem Nou. 85. Prat.

ARMA ab arcendis hoſtibus dici putat Varro: Feſtus vero ab armis, id eſt, humeris dependentia. Vtrunque etymon recipi poteſt, illud ab effectu, hoc à voce. Sed etymon Varronis latius eſt. Nam lapides arma ſunt, & tamen ab humeris non pendent, arcent tamen hoſtes. Prat. Colligere arma jubet validisq; incumbere remis, imitatione Græcorum à Marone dictum eſt, qui armamenta velaque ὅπλα etiam vocant. Schard. ex Turneb. adverſ. lib. 19 c. 29.

ARMA poſtliminio reverti negantur, quod turpiter amittantur, l. 2. de captiu. & poſtlim. reu. Etenim ſemper apud veteres infame fuit arma amittere. Spieg.

ARMAMENTA dicuntur teſte Sipontino, quæ ad inſtruendum aliquid pertinent. Vlp. l. 3. de rei vind. Armamenta nauis, ait, ſingula erunt vindicanda. In nauibus autem armamenta ſunt non ſolum arma, ſed remi, vela, antennæ, rudentes, claus, & alia ejuſmodi. Spieg. adde Peckium, l. 1. ad edictum, §. magiſtrum nauis, num. 5. tit. de exerc. actio.

ARMORVM cuſtos is erat, qui militibus arma committebat, l. qui commeatus, §. fin. de verb. ſign. Habebat autem vacationem munerum grauium, l. fin. in fin. ff. de jur. immun.

ARMARE nauis dicitur, quæ armamentis neceſſariis inſtruitur, l. 34. de reb. aut. jud. poſſ. & l. 5. qui potior. in pignor. Cui contrarium eſt exarmare, armamentis ſpoliare, l. 5. §. 1. ad legem Rhod. de jact. ibique Budæus. Prat.

ARMARE dicuntur leges & jura, quæ gladio vltore facinoroſos puniri jubent, l. 31. C. de adult. & in proœm. Inſt. in princ. Sed ea figura dictum accipe, qua quod vni rei proprium eſt, alteri tribuimus, cujus vſus maximus eſt apud Latinos. Poeta lib. 6. Æneid.

Vngere tela manu ferrumque armare veneno Prat.

ARMARIVM, & armamentarium, ab eadem origine eſſe, id eſt ab armis, Varro autor eſt. Valla ſcribit, armarium eſſe, vbi reponuntur libri, cæteraque hujuſmodi, armamentarium vbi reponuntur armamenta & arma. Eſt igitur armamentarium, quod vulgo *Zeughauſs* vocamus vbi machinæ bellicæ, tela, ſagittæ, aliaque ejuſmodi generis arma reponuntur. Eſtque armamentarium priuatum, eſt etiam publicum. Spieg.

ARMARIVM Adrianus Turnebus lib. aduerſ. 7. cap. 23. interpretatur Promptuarium, è quo promitur cibus. Plaut. in captiuis: Cellas refregit omnes intus, recluſitque armarium. Armarij mentionẽ facit lex. 3. §. 2. de ſupel. lega. & §. 55. Inſt. de rer. diuiſ.

ARMARIVM Pompon. eorum numero adſcribis quæ ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat l. 30. ff. de vſucap. Briſſ.

ARMATOS accipere debemus non tantum eos qui tela habuerunt: Sed etiam aliud quid quod nocere poteſt. Paul. l. armatos, 9. ff. de vi public. Armatos eos appellat Cicero pro A. Cecinna, ſcutis, telis, glebis, ſaxis & fuſtibus paratos orna tuſva. Briſſ. Prat.

ARMATOS milites, lex Caligatos appellat: forte nunc *Küriſſir* in Auth. quib. mod. nat. efficit. legit. l. à caligato, C. de nupt. vide infrà, Miles caligatus. Imperium vulgus armigerum appellat: ſed hoc vocabulum denotat eum, qui in prælio gerit tela domini ſui, vt ſcutum, arcum, lanceam, & cætera hujuſmodi. Valla. Spieg. Prat.

ARMATAM legibus, h. e. vt eleganter Connanus explanat, judiciorum atque legum præſidio velut armatam & inſtructam eſſe majeſtatem Imperatoriam, ſapienter cenſuit Iuſtinianus in proœm. Inſtitutionum Old. cum grauiter dictum ab eo recipit alicubi: tametſi quidam, ſi diis placet, Accurſianorum patronus adferat, quod nemo adhuc conjicere potuerit, quid ſit legibus armare, quid armis decorare.

ARMATA militia, l. 4 C. qui dare tutor. vel curat. poſ.

ARMATÆ militiæ miles curator eſſe non poteſt, Goth. ad d. l. 4. per §. 14. Inſtit. de excuſ. l. 8. de excuſ. tutor. procurator, l. 31. C. de locat. l. 13. C. de legat.

ARMATÆ militiæ ſacramẽta habere, l. 3. C. de agric. & mancip.

Ἀρμομάχος, vide Goth. ad l. 3. C. qui manumit. non poſ.

ARMA magis quam jura militas ſcita exiſtimantor, l. 2. in pr. C. de jur. deliber.

ARMENIA duplex eſt, prima & ſeconda, l. 5. C. de offic. magiſtr. Prima vocatur minor: Leuco Syria Græcis: Ararat Hebræis: hodie Anaduole, ſi credimus Gyrauæ: Pegiau, ſi fides adhibenda Caſtaldo. Secunda vocatur major: Hebræis Aram, teſte Aria Montano: hodie Turcomania dicitur Mercatori & Gyrauæ. Vide Goth. ad d. l. 5.

ARMENTA, Varro ab arando dicta tradit, quod principalis eorum is vſus eſſet, arg. l. ſeruis. de leg 3. Spieg.

ARMENTVM quaſi aramentum: ad quod boues maxime parabantur, vt inde eligerent ad arandum, Pomp. de verb. ſign. l. boues. Boues, inquit, armentorum magis quam jumentorum nomine appellantur. Nebr. Alij id genus pecoris intelligunt quod eſt idoneum ad vſus armorum, hoc eſt, quorumvis inſtrumentorum. Et eo reſpexiſſe videtur Virg. Æn. 3.

Bello armantur equi, bello hæc armenta minantur,

ARMENTO legato etiam boues contineri conuenit, non etiam greges ouium & caprarum, ait Modeſtin. in l. 81 § 3 ff. de leg. 3. Armenta enim dicuntur proprie majorum animalium, veluti boum, non etiam minutum, quæ gregis appellatione veniant, l. 12. §. ſed ſi boum. ff. De vſu & habitat. Inter armentum & gregem quid interſit, late explicat Valla. lib. eleg. 4 Spieg.

ARMENTORVM greges, l. 7. C. de bon proſcriptor.

ARMILLAS, Feſtus ait lib. 1. ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerunt, dictas exiſtimat, quod antiqui humeros cum brachiis, armos vocabant. Apud Vlpian. vero in l. argu. 25. §. ornamenta, ff. de auro, & arg. leg. pro eo ornamento accipi puto quo brachia ornantur, Galli appellant, *manchetrent & bracelets.* Ornamentis igitur legatis armillæ debentur. Prat. de his meminit Plin. natur. hiſtor. lib. 33. cap. 3. & Diuus Hieronymus in Eſaia: Illa, inquiens, auferet dominus, ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas. Cotta in Memor in verbo Viriulæ.

ARMILVSTRVM, circus maximus erat. Armiluſtrium armorum luſtratio. Turn. lib. 52. aduerſ. c. 16.

ARMIS dejicere, & cum armis dejicere differunt: Nam cum armis dejicit, qui arma habet, etiam ſi is forte vſus non ſit, ſicuti Vlpianus reſpondit l. 3 §. qui armati ff. de vi & vi arm. qui armati venerint, etiamſi non armis vſi ſunt ad dejiciendum: ſi dejecerint, armata vis facta videtur. Sufficit enim terror armorum vt videantur armis dejeciſſe. Armis vero dejicere, id eſt, dejicere armis adhibitis, eorumque vſu interueniente, ex Balduin. ad tit. de interd.

ARNOLOISTÆ, auth. Gazarus, C. de hæret. & manich.

AROMA Indicum ſpecies eſt ad vectigal. pertinens, l. 16. §. 7. ff. de publican.

AROMATA in plurali (nam aroma non dicitur) quarundam herbarum fructus, odoris & ſaporis admodum grati, quibus vtimur vel ad excalfaciendum ventriculum, vel ad appetentiam prouocandam. vt ſunt zinziber, piper, ſaccharum, & hujuſcemodi, quas vulgus ſpecies vocat. Vlpian l. pen. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu conſum. Si lanæ, inquit, alicui legatus ſit vſusfructus vel odorum. vel aromatum. Spieg.

ARRAGONES, l. 18. §. 21. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.

ARRA dicitur quod emptionis nomine datur, vt euidentius probari poſſit conuentio ſſa de precio. l. 35. ff. de contrah. empt. l. 6. & leg. vlt. de leg. commiſſ. l. 5. §. is qui vina. ff. de act. empt. leg. 5. §. item ſi inſtitor. ff. de inſtitor. l. 16. Cod. de fid. inſtrum. Inſtit. de empt. & vendit. in princ. Arræ inſtitutæ videntur in auctionibus, cum æris aliquantulum daretur, quod plauſtra grauis æris eo vehi incommodum fuiſſet. Dicitur autem Arra auctore Iſid. lib. 10. Etym. cap. vltim. à re pro qua datur, vel, quod aliis magis placet, à Græco verbo ἀῤῥαβών, quod firmum ſignificat. Veteres Arabonem dicebant, vt Varro lib. 4. de ling. lat. notat. & Plauti Terentiique teſtimoniis comprobari poteſt Nec vero in argomentum contractæ modo emptionis, ſed & ſponſalitium Arræ dantur, quæ ſponſalitiæ appellabantur, l. 38 ff. de ritu nupt. l. 16 C. de epiſc. aud. l. vlt Cod. de epiſc. & cleric. l. 1. C ſi nup. ex reſcr. pet l. 3. C. de ſponſalib. Dictæ autem ſunt arræ ſponſalitiæ munuſcula, quæ ſponſis quaſi contemptionis futuræ prærogatiua dabantur, quæ tum reſtituebantur, cum ſine culpa ejus qui dediſſet, nuptiæ impediebantur. Is enim qui dederat, ſi nolebat matrimonium contrahere, amittebat, qui acceperat, duplum: atque ideo, ſi tantum in ſtipulationem deductum eſſet quadruplum reddere cogebatur. Prat. Porro dantur à ſponſo ſponſæ, non contra: quanquam in ea re Accurſ. hæret. Heſych. [illegible] Ἀῤῥαβῶνα. Animaduertendum autem arrhas à veteribus dici annulos, aut res hujuſmodi aliæ modicæ quantitatis, quæ in hoc dantur, vt veluti argumentum ſint matrimonij contracti. Nam ſi quis ampliſſimas poſſeſſiones, aut magnam pecuniæ vim donet ſponſæ, & quadruplum ſtipuletur, credendum non eſt hanc ſtipulationem valere. Duar. l. Titia in princ. ff. de verb. oblig. Arræ nomine Annulum plerunque datum fuiſſe oſtendunt, d. l. 2. §. is qui vina. & l. 5 § item ſi inſtitor. ff de inſtitor. Plin. lib. 33. c. 1. Argumento eſt conſuetudo vulgi ad ſponſiones etiam anulo exiliente: tracta ab eo tempore quo nondum erat arra velocior. Briſſ. Hoc

ARRÆ Proxeneticæ dicuntur, quæ à Proxenetis dantur, ſponſæ deferendæ, & quas Proxenetæ ipſi Sponſarum nomine accipiunt. Sic Arræ ſponſalitiæ dicuntur Iuſtiniano, quæ ſponſis ipſis dantur. Proxeneticæ, quas pro eis proxenetæ, id eſt, pater, mater, tutor, aut alij amici, qui in re fidem ſuam interponunt, &c. Conuan. lib. 8. c. 2. num. 1. &c.

ARRA, ſimpliciter pignus eſt apud idoneos autores, nec enim ſolum datur in argumentum contractæ emptionis, vel matrimonij, ſed pro qualibet promiſſa re datur, vt compleatur.

D. Hie-

D. Hieronymus inter pignus, quod Græci ὑποθήκην vocant, & arrhabonem hoc intereſſe vult, vt illud ſit in mutuo, hæc in contractu emptionis & venditionis, quo firma ſit obligatio. Apud Iuriſconſ. arra vel arrabo, proprie illud eſt, quod datur, pro emptionib. confirmandis. Nam quemadmodum Vlp. ait, ſine precio venditio nulla eſt, neque pretij numeratio, ſed conuentio facit emptionem. Nebriſſ.

Arrabo, pro obſide veteribus accipiebatur, vt ex M. Catonis verbis conſtat apud A. Gellium lib. 17. c. 2. Sic & apud Teren. in Heaut. act. 5. ſcen. 3. reliquit filiam adoleſcentulam. Ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento. Prat.

Ἀῤῥαβὼν ἐστὶν vt tradunt Græci Grammatici, ἐπὶ ταῖς ὠναῖς ὑπὲρ τῆς ... ἀσφαλείας, i. e. ea precij pars quæ ab emptorib. firmandi contractus gratia repræſentatur. Connan. lib. 8 c. 2. Sed cur in ſponſalibus contrahendis ab ſponſo arræ dentur ſponſæ, vndeq; ea res habeat originem pauci nouerunt. Conſuetudo fuit apud maiores noſtros, vt ſponſus & ſponſa inituri fœdus matrimonij, ſe inuicem coemerent: facta igitur precij conuentione, & ſponſa emebat ſponſum dotis precio. Id quod Plautus expreſſit, dicens: Impeſium accepi, dote libertatem vendidi. & Iuuen. Veniant in dote ſagittæ, Libertas emitur. Econtrario ſponſus emebat ſponſam. Vnde eſt illud Virgilianum ex 1. Georg. Teque ſibi generum Thetys emat omnibus vndis. Sed quia vtrumque pretium futurum erat in poteſtate viri, accipit ille dotem quia emptor eſt ab ſponſa: illa vero tantum accipit arras, quod eſt quaſi quoddam emptionis ſignum, &c. Nebriſſ.

Arrales ſeu arrabonicum pactum eſt, quod datione arrarum ſumpſit effectum, leg. 3. & ibi Gothof. C. de act. vendit. & emp.

Arresti varia appellatio ſupremorum enim tribunalium ſententiæ, vulgo arreſta appellantur, forte à Græco verbo ἄῤῥηκτον, quod ſignificat incorruptam inuiolatumque, quod in illis ſupremis curiis, ſententiæ incorruptæ & iuſtiſſimæ exeant, aut certe exire deberent, quæ inuiolatæ manent, nullaque prouocatione ſeu appellatione infringi, aut ſuſpendi poſſunt, l. 1. ff. à quibus appel. non licet. Credit enim princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide ac grauitate ad huius officij magnitudinem aſſumuntur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia & luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus, l. 1. C. de offic. præf. præt. ideoque arreſtum einſmodi, prætextu iniquitatis damnari non poteſt, l. ſi quis, vbi id not. Cyn. & Salyc. C. de precib. Imp. offer. Budæus vero ad l. fin ff. de Senat. & Budæum ſecutus Franc. Conn. lib. 1. comment. Iuris ciuilis, c. vlt. nam ἀρεστὸν Græce, Latine placitum & decretum dici exiſtimat, ſicut in Regiis diplomatibus poſt declaratas breuiter rationes, quibus adductus eſt princeps, vt quid iubeat, vetet, aut permittat, poſtrema hæc tanquam rationum omnium clauſula ſubijcitur: Et quia tale eſt noſtrum placitum. Quibus verbis voluntatem pro iuſto imperio & ratione habendam eſſe, non cenſet Princeps, ſed vult intelligi rem illam ſe de ſuorum procerum conſilio ſtatuiſſe. Quamobrem placere principi putauit Vlp. quod ratione & conſilio ab eo factum eſſet. Nam ciuilibus legibus, & vt ait Dion. ſcri. pro iure ſolutus eſt: cæterum naturali lege tam eſt adſtrictus, quam quiuis noſtrum, aut etiam multo magis. Prior explicatio magis placet multis. Nam vt Rebuffus in Conſtitutiones Regias Tom. 2. tit. vt contract. ſeſt. ſent. & alij omnes ac galli. concip. verb. gloſſ. 2. ait, Placitum non magis conuenit Parlamentis ſupremiſque curiis, quam inferioribus, quia etiam ſententiæ inferiorum iudicum Arreſts, id eſt, placita, dici poſſent, niſi per Antonomaſiam dicas. Sed ita (inquit) de omnib. rebus dici poſſet, quod citatio, litis conteſtatio, & omnia, quæ Parlamentis & curiis conueniunt, per Antonomaſiam de Parlamentis intelligerentur. Alio modo arreſtum, prout nec Græca, nec Latina, ſed mere Gallica vox eſt, ſignificat impedimentum, ſiue interdictum, ne res aut perſona loco aut ſtatu ſuo moueatur. Eſtque arreſtatio, iniectio manuum, cum alicui à Magiſtratu interdicitur, ne excedat ex eo loco, in quo inuentus eſt, niſi rebus cum eo compoſitis, qui de illo apud iudicem queſtus eſt. Pyrrhus ad conſuet. Aurel. Rubr. de execut. inſtr. cap. 12. Lagus in ſua methodo cap. de execut. rei iud. vel etiam cum res alicuius, quacunque ex cauſa pro ſecuritate noſtra, authoritate publica detinetur, ita, vt nobis inuitis ex loco illo negotio nondum ſopito auferri non poſſit. Qua ratione ſunt, qui arreſtare idem eſſe dixerunt, quod gradum ſiſtere: quia poſtquam arreſtum factum eſt, ibi ſiſtendum eſt. Idem Pyrrhus d. loc. tit. de execut. ex locato, c. 7. verſ. habes caſum. Porro autem, Cardinalis ad Clement. 1. de hæret. exiſtimat arreſtationem abſque manuum iniectione fieri: prehenſionem vero ſine manuum iniectione fieri non poſſe, quod etiam verum eſſe aſſerit Molynæus ad conſuet. Pariſien. tit. 2. gloſſ. 1. ad verbum *arreſter*, num. 3. verſic. & dicendum: quia ſicut plus eſt rem aliquam prehendere, quam impedire, ita plus eſt perſonam capere, quam impedire, vel interdicere, ſeu vt vulgo dicunt arreſtare. Eodem etiam loco, num. 11. & ſequent. latius explicat quid arreſtum cum ſequeſtratione, & miſſione in poſſeſſionem bonorum commune habeat, & quatenus ab vtraque diſtinguantur, quod & Paulum Pariſium quoque conſilio 107. num. 71. lib. 3. feciſſe video, quæ omnia nos hoc vno loco referre, non exiſtimamus eſſe neceſſarium. Peckius de iure ſiſtendi lib. 1. cap. 1.

Arrianus Seuerus præfectus ærarij, l. 42. in prin. ff. de iur. fiſc.

Arripara, vide plumbum in ripa.

Arripar a decurionarum, l. 1. C. ad leg. Viſelliam.

Arrius Menander libros quatuor militarium ſeu de re militari ſcripſerat, ex quib. aliquot in Pandectis capita ſumpta ſunt: Citatur ia ab Æmilio Macro in l. 1. D. de veter. & milit. & l. 14. ff. de pœnis & à Marciano l. 55. § eius C. de re milit. Briſſon.

Arrius Honoratus, l. 37. § 1. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.

Arrogantia pro temeritate violatæ legis apud Zenonem Imp. in l. vnic. C. de priuat. car. vide infra iniuſtitia. Spieg.

Arrogantia nefandiſſimorum hominum omnibus modis eſt compeſcenda, l. 1. C. iam d. 1.

Arrogare, & arrogatio, vide ſupra adoptare, adrogare, adoptio, adrogatio.

Arrogare ad vicẽ naturalis ſobolis, l. 2. in princ. C. de adopt.

Arrogare alias eſt adſcribere ſibi, & vindicare. Vnde dicitur arrogans, quaſi omnia ſibi aſcribens. Inde arrogantia i. e. temeritas & impudentia, ſuperbia, de qua 46. diſt. in princ. Differunt tamen, qui ſuperbia eſt inanis gloria de eo, quod quis habet, vt ſunt Philoſophi, Legiſtæ, & alij ſufficientes in arte ſua. Sed adrogantia eſt inanis gloria de eo, quod quis non habet, vt cum quis credit ea ſe ſcire, quæ tamen neſcit. Arrogantiam opprimi iubet Zeno. Imp. l. vnica. C. de priu. car. Prat.

Arrogatio & adoptio differunt, quod arrogato patrefam. liberi qui in eius poteſtate erant, nepotes apud arrogatorem efficiuntur, ſimulque cum patre ſuo in eiuſdem recidunt poteſtatem, vt ait Modeſt. Quod non ſimiliter, inquit, in adoptione contingit. Nam nepotes ex eo in aui naturalis retinentur poteſtate: Connan. lib. 2. c. 15. num. 12.

Arrogationis formam, & differentiã inter eam & adoptionem, tractat Caius in l. 2. tit. de adoptio. quæ quoniam ſcite & Aul. Gell. Noctium Atticarum lib. 5. exponit ſubijciam. Quum in alienam familiam, inquit, inque liberorum locum extranei ſumuntur, id aut per prætorem fit, aut per populum: quod per prætorem fit, adoptio dicitur, quod per populum arrogatio. Adoptantur autem cum à parente, in cuius poteſtate ſunt, tertia mancipatione in iure ceduntur: atque ab eo qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio eſt, vindicantur. Arrogantur hi, qui quum ſui iuris ſint, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, eiuſque rei ipſi autores fiunt. Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur: nam comitia arbitris Pontificibus præbent, quæ curiata appellantur. Ætas quoque eius, qui arrogare vult, an liberis potius gignandis idonea ſit, bonaque eius qui arrogatur, ne inſidioſe appetita ſint, conſiderantur, iuſque iurandum à Qu. Mutio Pontifice maximo conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non poteſt, niſi iam veſticeps. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam tranſitus, per populi arrogationem fit: eius rogationis verba ſunt hæc: Velitis, iubeatis, vti L. Valerius L. Titio tam iure legeque filius ſibi ſiat, quam ſi ex eo patre matreque familias eius natus eſſet, vtique ei vitæ neciſq; in eum poteſtas ſiet, vti patiendo filio eſt. Hæc ita vti dixi, ita vos Quirites rogo. Præterea hoc etiam adſcribendum putaui, pupillos arrogari non poſſe, niſi reſcripto principis, l. generalis, ff. de adopt. & inſtit. eod. in prin. cauſaque cognita & ſeruata forma tradita per Iureconſ. in l. ſi paterfact. § vlt. & in l. nec ei permittitur, & l. ſequentibus, ff. de adopt. & præſertim ratione ſecundum Gell. quoniam tutoribus in eos tantum eſſe autoritatem poteſtatemque fas non erat, vt caput liberum fidei ſuæ commiſſum, alienæ ditioni ſubijciant, Cotta in Memoralibus: vide Adoptio ſupra.

Ἀῤῥωστία apud Paulum l. quantum, ff. de ædil. edict. vitium eſt aduerſam valetudinem ſignificans, & ægrotationem. Prat.

Ars à Græcis τέχνη, à Latinis recta ratio faciendi, ſciendi, intelligendi, & retinendi aliquid, arctis conſtans quibuſdam præceptis. Ars eſt quidam dolus bonus & malus, aſtutia quædam, & experientia, quæ nos impedit falli, ſed magis alios fallere docet, vt ars militaris, de qua Virgil. 2. Æneid.

Dolis inſtructus & arte Pelaſga.

Artem eſſe earum rerum, quæ ſciuntur, ait M. Fabius lib. 2. cap. 17. aliam ex Cleante definitionem ſubijciens, vt ſit poteſtas viam & ordinem efficiens. Prat.

Ars liberalis, apud Vlp. in l. 4 ff. de decret. ab ord. fac. eſt, quæ ſolius ingenij, non manuum miniſterio peragitur. Liberalia ſtudia quæ accipiantur, docet Vlp. l. 1. ff. de extraord. cognit. Prat.

Artibus liberalibus olim ſolitum fuit & mulieres inſtituere, l. qui filium, in pr. vbi pupill. educar. deb.

Ars Geometriæ publice vtilis eſt. Ars autem mathematica damnabilis eſt & interdicta omnino l. 2. Cod. de maleſic. & mathemat.

ARS forenſis, ars nautica ſiue naualis, ars fabrilis, hiſtrionica & mimice. Taboetius in topico militiæ for. & legal. diſcip.

ARS, inquit Seruius, τῶν μέσων eſt: vnde ſine epitheto male ponitur: vt bonas artes, malaſque artes dicamus. Exempla in malam partem vocis acceptæ, habes in l. 1. C. de his qui ad ſtatu. confug. l. omnes de præſcript. trigin. ann. Spieg.

ARTES ludicras Seneca lib. 13. Epiſt. interpretatur, quæ ad voluptatem oculorum aut aurium tendunt. Artem itaque ludicram ſaltatores, geſticulatores, mimi, pantomimi, hiſtriones, & alij id genus, non item athletæ deſignatoreſque facere intelliguntur, l. 1. 3. & 4. ff. de his qui not. infa. l. 14. ff. de pœn. l. 43. l. 44. ff. de ritu nupt. l. 4. ff. de accuſatio. Prat. Val. lib. 8. c. 10. conſtat Æſopum Roſciumque ludicræ artis peritiſſimos, id eſt, geſticulatoriæ artis, & cap. 7. eiuſdem libri, Quapropter non Ludicra ars Roſcium, ſed Roſcius ludicram artem commendauit. Plaut. Aulular. Continuo meum cor artem cœpit facere ludicram, id eſt, exilire & palpitare ac moueri cœpit. Quin. lib. 5. cap. 6. Qui artem ludicram exercuerit in 14. primis ordinibus ne ſedeat. Briſſon.

ARS quinque deſignat. Primo virtutem: ideo videtur deduci à Graica voce ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, i. e. à virtute. Secundo habitum operatiuum. Tertiò rectam rationem. Quarto ordinem rerum. Quinto diſciplinam vſu, traditione, & ratione ſtabilitam. Taboetius in topico militiæ for. & legal. diſcip. Macer. artem ludicram, id eſt, artem ludionum, ac comœdorum vocat, l. quædam, ff. de pœnis Hoto.

ARTA mulier, l. 14. §. 7. ff. de ædil. edict.

ARTARE & prorogare tempus, opponuntur, l. 2. D. de re iudicata. Briſſon.

ARTAXATA prouincia, cuius fit mentio in l. 4. C. de commerc. & mercator.

Ἀρταβῶν meminit Iuſt. Edicto 13. ἵνα ait, ὡς ἐκ τῶν ἀρταβῶν, ... ἀπαιτήσεως ... λοιπὸν τῆς ἐμβολῆς. Exiſtimo autem de Ægyptia Artaba ea verba accipienda. fuit enim menſura hoc nomine apud Ægyptios modios quinque capiens auctore B. Hieronymo lib. 2. Comment. in Eſai c. 5. Quod & Ariſtophanis interpres in Acharnenſibus teſtatur. Ἀρτάβη, inquiens, μέτρον ἐστὶ ... ὥσπερ ὁ μέδιμνος παρ' Αἰγυπτίοις. Fuit & menſuræ Perſicæ medimnum Atticum & præterea tres chœnicas capientis idem nomen, vt Herodot. lib. 1. & Pollux lib. 4. Onomaſt. cap. 23. & Suidas in verbo ἀρτάβη tradunt. Briſſ. in prætermiſſ.

ARTIS fabricæ peritum ſeruum dixit Paul. in l. 19. in fi. ff. de inſtr. vel inſtr. pro fabricandi perito. Briſſ.

ARTEM operamve pollicitus apud Vlp. l. cum duobus, 52. §. ſi in coeunda, ff. pro ſocio.

ARTEM interdum pro dolo accipi annotauit Forcat. dialog. 28. Necyom. vt apud Verg. Multa premit arte Camillam circum: &, arte pelaſga. & l. 1. C. de ſuffrag. Schard.

ARTEMIDORVS legit. Hal. in l. 13. C. de tranſact. alij Archimed.

ARTEMIDORA, vid. l. 4. C. vt in poſſeſſ. legator.

ARTEMON, trochleæ genus tractorium eſt, quod ἐπάγων Græci vocant: quo fune ductorio, per orbiculos traiecto, & acto in gyrum facili ductu importantur onera vel exportantur. Alexan. de Alex. Gen. dier. lib. 1. c. 25. Eſt & Artemon, velum additiuum, dirigendæ nauis cauſa ad auræ flatum, ab ἀρτᾶν deductum, quod ſuſpendere ſignificat, & aſſuere. Vnde & ἀρτήματα item pro loro paruo accipitur, cui crumena aſſuitur. Eſt & hac ſimilitudine trochlea, Græce ἐπάγων, qua ingentis oneris lapides tolluntur. Nomen quoque machinarij fabri. Alc. de verb. ſign. vide & Maioragium Miſcel. lib. 2 c. 10.

ARTEMO ὁ ἀρτέμων, (ait Prat.) magis adiectamentum quam pars nauis eſt. Iauoleno, l. malum 242. de verb. ſignif. quem Alciatus explicans, ait, artemonem velum eſſe adiectitium, quo nauis dirigitur, eoque ſenſu in actis Apoſt. à B. Luca acceptum refert 27. ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν. Baifius in lib. de re nau. maius velum interpretatur: atque ἀκάτιον, minus velum appellari.

ARTERIA & vena inter ſe differunt. Eſt enim arteria conceptaculum ſpiritus naturalis miſti confuſique cum ſanguine, in quo plus ſpiritus ineſt, minus ſanguinis. Vena vero eſt conceptaculum ſanguinis, quod & φλέβιον, medici vocant, miſti confuſique cum ſanguine, in quo plus ſanguinis eſt, minus ſpiritus. Gellius lib. 18. c. 10.

ARTICVLEIANI Senatuſconſulti ſententia exponitur in l. 51. §. ſed & Articuleiano, ff. de fideicommiſſ. libert. Puto id Articuleio Pæto conſule factum, qui vna cum Traiano conſulatum geſſit. Briſſon.

ARTICVLATA vox l. 10. circ. med. C. qui teſtam. fac. poſſ. vel nõ.

ARTICVLATE loqui, l. 29. pr. C. de teſtam.

ARTICVLATVS libellus, cuius formulam antiquitas ignorauit, idem qui Poſitionalis. Nam articulus communi loquendi more appellatur, quaſi membrum alicuius facti ſeu caſus diminutiſſimum, videlicet, cum ſingulæ orationis ſententiæ, interuallis quibuſdam diſtinguuntur. Poſitio autem, quæ Græcis theſis dicitur, eſt alicuius particularis rei ad cauſam pertinentis aſſertio, autore Bartolo l. 2. §. quod obſeruari C. de iureiuran. propt. cal. dand. Proinde ſi vno orationis contextu, factum iudici ex ſcripto proponas, libellus eſt: Sin autem ſingulas partes, & circunſtantias breuiſſimis pronunciatis complectaris, fit libellus poſitionalis, (vt dicunt) articulatus. Oldend.

ARTICVLORVM & poſitionum vſus eſt, vt his breuiter & diſtincte prolatis ab actore ſub iureiurando, reſpondeat eodem quoque modo reus ad ſingula. Quod ſi non facit reus: articuli in contumaciam pro confeſſatis accipiuntur per text. in c. 2. de confeſſis in 6. & ibid. gl. fin. Gail. 1. obſ. 80. nu. 1. pr. Confitetur enim is qui contumax eſt interpretatiue, vt tradit gl. in c. nullus in verbo confitetur ext. de præſumptionibus.

ARTICVLI ſolum ea continere debent, quæ ad inſtitutam actionem neceſſario requiruntur & quibus probatis conſtet, intentionem actoris iure locum habere, ac reum conuentum eſſe damnandum. Hoc autem quo pacto fieri oporteat, non aliter intelligi poteſt, quam ſi naturam cuiuſque actionis compertam habemus. Prat.

ARTICVLVS eſt ſigillata locutio, vel per membra diſtincta oratio, & ab artu dicitur. id eſt, membro, cap. accuſatus, de hæret. lib. 6. hæc Baldus. Artus autem, inquit Sypontinus, partes ſunt corporis inter iuncturas connexæ, dictæ quod inter ſe arctentur, vnde minores partes per diminutionem articulos vocamus, quales ſunt digitorum.

ARTICVLI calumnioſi ſunt, cum ſub diuerſo loquendi ſchemate habent aliquid, ad quod ſi in ſpeciem reſpondeas, aut negaturus ſis quod prius confeſſus es: aut contra confeſſurus, quod paulo ante negaſti, non ſine diſcrimine periurij. Quomodo id fiat, oſtendit Oldendor. de Formula. libel. Spieg.

ARTICVLVS in l. 5. C. quor. appel. non recip. id eſt, interlocutio. Goth. ad d. l. 5.

ARTICVLVS iuris probabilis, l. 22. §. 13. C. de iur. deliber.

ARTICVLORVM quidam ſunt impertinentes qui nihil ad rem faciunt, probari non relevant gl. c. fin. de confeſſ. lib. 6. Alij ſunt captioſi quos ſiue neges, ſiue confitearis tuum detegent periurium, atque ita te decipiunt & captant. l. in duobus, 38. §. ſin. & l. qui iuraſſe, §. ſi pater, ff. de iureiur. Alij ſunt multiplices, alij ſunt iuris, alij impoſſibiles, alij ſuper crimine: Quibus omnibus reſpondere reum cogendum non eſſe, gloſſ. in d. cap. fi. ſcribit per illum text. & alios quos citat Prat.

ARTICVLVM interpretatur Accurſ. l. ab executione, C. quor. appell. non recip. ſententiam definitiuam: cuius interpretationem probat Alber. Bart. accipit pro interlocutoria. Equidem illic pro capite & membro ſententiæ ſumi adfirmare auſim. Nam ab vno ſententiæ articulo & capite appellari poteſt. Bart. & Alber. in l. appellanti, ff. de appel. per illum text. Guid. Pap. deciſ. 436. q. 66.

ARTICVLVS non tantum pro particula, id eſt, præpoſitione, coniunctione ve ponitur, ſed & pro verbo quolibet. Sic verbum *Eſt* articulus vocatur in l. ſcribit, §. item ſcribit. de aur. arg. legat. & Quiſquis, l. hoc articulo, de hæred. inſt. & Tunc, l. 4. de condit. & demonſtrat. Quin etiam pro clauſula, & oratione ſumitur in l. ita tamen, §. qui ſuſpectam, ff. ad Trebel. Prateī. ex Briſſon.

ARTICVLVS etiam ſumitur in Arcadij & Honorij conſtitut. fin. C. comit. rer. priuat (alius eſt ſub tit. comi. ſacri pal.) pro ſtatim in ipſo temporis momento, vt recte ibidem interpretatus eſt Accurſius Sic etiam accipitur apud Terentium in Adelph. vide vt in ipſo articulo compreſſit eam. Prat.

ARTICVLVS quoq; ſumitur pro themate facti; ſpecie propoſita (caſum vulgo appellant) in l. non poſſunt, 12 ff. de legit. Prat.

ARTICVLVS pro eo quod vulgo dicimus, punctum, in l. 22. §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrimon. in l. 5. § 1. ff. de præſcript. ver. l. 9. ff. de ſtatu homi. Equidem non pro puncto, ſed pro particula & membro Periodi, totius alicuius propoſiti, in illis legibus accipiendum putem, vt in l. 9. §. ſub hac. Cod de bon. quæ lib. quo ſenſu etiam eam vocem accipiunt Pragmatici Galli, dum probanda legibus, moribus, inſtrumentis in articulos digerunt: & hoc ſenſu accipitur in c. præſentiam, § teſtes de teſtib. in 6. & cap. veniens, 2. eod. tit. in antiq. & vtrubique gl. pro membro illo probando accipit. Prat.

ARTIFICES Feſto lib. 1. dicti, quod per artis ſcientiam ſuam exercent, ſiue quod apte operæ inter ſe arctent: qua ex cauſa etiam artes appellatæ ſunt. Prat.

ARTIFICES ſunt, qui rem à ſe in aliam formam elaboratam vẽdunt: quales ſunt cerdones, fabri, pelliones, ſutores, textores, farcinatores, fullones, bractearij. Vide Alc. in l. 207. de ver. ſig.

ARTIFICIVM in ſeruis ab officio ſeparatur, l. ſi ex legatis §. de legat. 3. & alibi. Sic operæ quæ in artificio ſunt, ab iis quæ in officio, diſtant, l. ſi non ſortem, § libertus, de condict. indebit. Prat. Briſſ.

ARTIFICIVM quidam in l. textoribus, & l. legatis, ff. de legat. 3. accipi putant pro ſcientia cuiuſque artis. Equidem pro artis exercitio accipiendum putem. Prat.

ARTIFICES, l. 12. §. 8. in princ. C. de ædific. priuat.

Artifex artium, ait Imper. Conſtant. in l. 1. C. de excuſat. artifi. ab vniverſis muneribus vacare præcipimus.

Artifices ſerui, qui aliquod artificium callent, & in aliquo artificio verſantur, l. vlt. ff. de oper ſer. l. 35. & l. 33. ff. de rei vind. l. 53. ff. de pignor. act. l. 3. §. 1. C. commun. de legat. l. vnic. §. eunuchi. C. de comm. ſer. man. l. 25. §. idem reſpondit, ff. de instru. vel inſtrum. Opponuntur his Mediaſtini in d. l. vlt. qui nullam certam artem exercent, ſed in mediis ædibus præſto & ad obſequia quæque parati ſtant. Briſſ.

Artificiales Operæ. Lege, Operarum duplex eſt ſpecies.

Artificiis inſtruere ſeruos, l. 25. ff. de pignoratitia actione. l. 3. C. comm. de lega. l. vnic §. Eunuchi, C. de ſeruo comm. manu. l. 12. §. idem reſpondit, ff. Inſtr. vel inſtrum.

Artificis nomine videtur contineri ludi literarij magiſter, ex his Pauli verbis: Duo ſocietatem coierunt, vt Grammaticam docerent & quod ex eo artificio quæſtus feciſſent, commune eorum eſſet, l. duo 71. ff. pro ſocio. Spieg.

Artificium pro commento, frauda & machinatione L. 15. §. vlt. ff. de excuſ. leg. vlt. ff de ſuſpectis, tutor. Briſſ.

Artitus, bonis artibus inſtructus. Feſto lib. 1. à vetere cretico explanatur, vt ſcribit Turn. aduer. lib. 24. cap. 31. πολύτεχνος, διδάκτος. Prat.

Artopta vas quoddam fuiſſe videtur quo panis torrebatur, tria enim erant panis genera, ex coquendi ratione: Furnaceus, qui in furno coquebatur, Clibanites, vel teſtuaceus, qui in teſtu aut clibano, Artopticius qui in artopta aſſabatur: Et hunc à teſtuaceo & furnaceo differre author etiam eſt Athenæus. Turneb. adu. lib. 14 cap. 5.

Artus rubeſcentes atro ſanguine, l. 1. C. de emend. ſeruor.

Aruspices intelligendi ſunt, qui à victimis in ara inſpiciendis, vt futura prædicerent, nuncupabantur. Potiſſimum tamen iecoris, vnde à Græcis ἡπατοσκόποι & σπλαγχνοσκόποι vocantur. Conſiderabant tamen etiam cor, ſed omnium maxime vt dixi iecur. Dicuntur etiam Latine Arioli. Turneb. aduerſ. lib. 19. c. 20. Horum pœna, mors, igne, aut gladio l. 4. & l. nemo, C. de malef. & mathem. Sunt enim diuinatores. Sunt, qui eum b. ſcribendum putent.

Aruales fratres, dicti ſacerdotes, quos Romulus primos inſtituit; ſeque inter illos duodecim, fratrem appellauit, vt arua fruges ferrent. Quorum inſigne erat, inſula alba, & corona ſpicea. Dicti ab aruo. Eſt autem aruum ager aratus, nondum ſatus, vt ait Feſtus. Spieg. Dicuntur etiam Aruales ſodales, οἱ περὶ ὅρων διαγινώσκοντες ἀγροί, vt gloſſæ interpretantur ex libris de officio proconſulis. Sacri enim erant termini, ideirco ſecte terminorum finiumque jurgiis finiendis ſacerdotes interueniunt fratres aruales. Cujac. obſeru. lib. 15. c. 34 prope finem. Adde Gellium lib. 6 c. 7.

Arvnoinsa ficus, vide Goth ad l. 105. de verb. ſign.

Αρύταινα, matula, vide Cujac. 10. obſ. 17 pag. vlt.

A S.

As, Varro lib. 1. de lingua Latina aſſem ab ære dictum eſſe putat. As enim, & libra, & pondo, idem ſignificant, Sumitur tamen etiam pro integra quacunque re. Veteres enim volentes aliquid diuidere in partes æquales, vt hæreditatem, & quiduis ſimile, id aſſem appellauerunt, & partes vncias. Ex aſſe hæres dicitur, qui ſolus eſt hæres. Spieg.

As pro ſolido accipitur, cum de diuiſione hæreditatis fundive agitur: cum de pondere, etiam ſolidum ſignificat, i. e. libram & pondo: cum de pecunia numerata, æris nummus eſt. Prat.

As in duodecim vncias diuiditur, l. 13. §. vlt. ff. de hæredibus inſti. § hæreditas. Inſt. eod. Habent autem & hæ partes propria nomina, ab vncia vſque ad aſſem, puta hæc, Sextans, Quadrans, Triens, Quincunx, Semis, Septunx, Bes. Dodrans, Dextans, Deunx. As l. 50. §. vlt. ff. de hæredib. inſtit. Vncia etiam in ſemunciam, & hæc in ſicilicum ſubdiuiditur, l. 8. ſi quis impuberi, ff. de inoff. teſt. l. 25. § filium, ff de annu. leg. Et apud Plin. li. 13. c. 15. Inde autem Sicilicum, vt Feſt. in lib. 17. ſcribit, quod ſemunciam ſecet. Obiter autem hic admonebo emendandus Frontini de Aquæ duct. bus codices, in quibus perperam ſemiuncia pro ſemuncia ſcriptum eſt. Vncia & ſemis ſeſcuncia appellatur, l. 8 §. ſi quis impuberi, ff. de inoffic. teſt. l. 41. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & l. vlt. ff. de conjung. cum emancip. lib. l. 5 ff de leg. præſtand l. vlt. C. de liber. præterit. Briſſon.

As principium & vnum ſonat Varroni lib. 8. vnde recte ait aſſem ſimplicem eſſe. Prat.

As & Aſſarius idem Chariſio & Clem. Alex. in 5. ζεῦγος καὶ ἀσσάριον, Varro lib. 7. ling. Latin. Prat.

Assaria pro obolis poſita legimus, nã & aſſem pro re minima vſurparunt priores, teſtimonio Ciceronis & Plauti. Vnde ad aſſem reddere, apud Plinium Cecilium etiamſi aliter doctiſſimo interpreti eſt viſum. Spieg. Auſo. de aſſe ita alicubi ſcribit:

Bis ſenas partes quas continet æquiparet as.
Tertia defuerit ſi portio, quid reliquum bes.

Assem, libram, & pondo, idem ſignificare, Accurſius recte admonuit: ſed tamen aſſis appellatio ſæpius pro hæreditate accipitur, aliquando & nummum ſignificat apud Latinos. Voluſius Metianus (cujus nuper prodiit libellus, de aſſis diſtributione, notis, & vocabulis) dicit aſſem in duodecim partes duodecimas diuidi, eaſque ſingulas vncias vocari. De etymologiis autem horum vocabulorum, ſcribit M. Varro de lingua Latina 4. Alexander Neapolit. lib 2. Gen. dier. Budæus omnium exactiſſime, opere pulcherrimo, vt ea tractationi peculiariter dicato, Quanquam à priſtinis vocabulis nunc propedeſueuimus, partis vocabulo vtentes: vna cum numerali nomine, veluti. Inſtituto Titio in duabus tertijs, Caium in tertia tertiæ: quod eſt perinde, ac ſi vnum in beſſe, alium in triente inſtituam. Ex Comment. Virgilianis ad tit. de hæred. inſtit. lib. 1. Spieg. Ad aſſem vendere, qua formula Modeſtinus vſus eſt l. 9. quibus modis pign. vel hypothec. ſol. quidam interpretantur eſſe in ſolutum dare: ſed magis placet Connano lib 4. c. vlt. iſtis duobus creditoribus datum in aſſem fundum, i. e. pro quanta cujuſque debiti, ſed ita vt non ſolidum cuique, ſed pars tantum aliqua ſolueretur reducto ad æſtimationem aſſis debito. Porro quid in aſſem vendere ſit, dubitatum eſt apud Alciatum Parerg. lib. 2. cap. 33. & putat non idem eſſe, quod in ſolidum vendere, alioquin battologiæ vitio Iuriſc. laboraret, cum infra dicat in ſolidum ſingulis Quare ſecũdum eum in aſſem venditionem appellare conuenit, in ſolutum dationem factam per æs & libram. Verum Forcatulus in Necyomantia dialog. 13. oſtendit idem eſſe, in aſſem & in ſolidum, neque battologiam eſſe, cum alium ſit in ſolidum vendere duobus ſimul, aliud ſingulis in ſolidum dediſſe pignori. plura apud eundem. Ex aſſe ſcriptus hæres, i. e ex toto, &c.

Assis autem appellatione ſolida hæreditas venit: cujus rei exempla crebriora ſunt tritioraque, quam vt adſcribi debeant. Martial. nobis verſus ſufficeret ex lib. 7. Epigr.

Hæredem Fabius Labienum ex aſſe relinquit.

Nec hæreditatem modo, & patrimonium, ſed & omne quodlibet ſolidum & integrum aſſis nomine ejuſque partibus notabant, l. 76 ff. pro ſoc. Hinc pietij beſſem dixit Vlp. in l. 12. §. contrario, ff. mandati. In aſſem ſatisfacere, i. e. in ſolidum, l. 1. ff de ſeparatio. Ex aſſe poſſidere, aut pro parte, in l. penul. ff. qui ſatiſd. cog. ex aſſe vel ex parte legatum debere l. 1. §. ſi eui, ff. vt Legatorum. In aſſem ſatiſdare l. 5 §. ſi ex duobus, ff. vt in poſſ. leg. In aſſem vindicare, l. 40. in fin. ff. de leg. lib. 3. In aſſem vendere, l. 9. ff. quib. mod. pign. ſol. Ex aſſe debere, l. 2. §. ſi quis legatum. ff vt legat. nom. cauſ. In aſſem impendium reddere, Plin. Epiſt. 55. lib. 2. Sic & in aſſem dari inſtituique actio dicitur, l. vlt. ff. de donatio. l. 21. §. 1. ff. de interrogatio. jus. fac. Ex aſſe etiam auferri hæreditas dicitur, quæ tota auferatur, l. 2. C. de his quæ vt indign. Fundum denique aſſis partibus veteres diuidebant, vt apparet l. 59. §. ſi à me beſſem, ff. de euict. l. 8. ff. de rei vindic. Vſuras etiam per aſſis partes diſtinguebant, vt aliis docebimus. Briſſ. Hinc ea vſura quæ ſumma eſſet, nimirum quum ex centum denariis ſingulis menſibus ſinguli denarij ſoluuntur, As appellata, propterea que quaſi ad aſſis rationem illius partes, id eſt, alias vſuræ minores appellationem ſumpſere. Hot. lib. 1. de vſur. c. 7.

Ἀσαφῶς, apud Vlp. in l mutuum, ff. de ædil. edict. id eſt, obtuſe, obſcure, incerte & dubie. Prat.

Ascendentes I. C. vocant parentes maioreſq; noſtros à quibus geniti & procreati ſumus: vt contra deſcendentes eos, qui ex nobis prognati ſunt, l. vlt ff. de ritu nupt. l. vlt. §. ſunt ex lateribus, ff de gradib. & ad fin. Conſtan. lib. 4. Epiſt. c. 6. Briſſ.

Ascetria puellæ Deo dicatæ, vt in Nou. 123 περὶ ἀσκ. ſunt qui dicant Aſcetrias pſallere. Prat. Aſcetriæ ſeparantur à Canonicis, vt aſcetria, à monaſteriis. Canonicæ ſunt monachæ, vt conſtat ex s. Nicenæ c. 20. & Epiſt. Baſilij, αἱ ἐν τῷ κανόνι καταλεγόμεναι. Cujac. in Expo. Nou. Iuſt 59. de ſumpt. fun.

Ascia ne polito, &c. verba leg. XII. Tabul quæ explicat Old. in Scholiis. Spieg. Erat autem Aſcia inſtrumenti genus, non ſolum poliendis lignis, ſed etiam conſtruendis connectendiſque apium, quo in calcis maceratione veteres etiam vſos eſſe teſtatur Vitruuius de architect. lib. 7. c. 21. ex Ræuardo ad ll. 12. tabul c. 15.

Asciscere. vide ſupra. Adſciſcere pro approbare, decernere, vt in l. XII Tab. eum Senatus populuſque aſciuerit lege cap 6. & illud Oldend.

Ἀσκητήριον locus eſt meditationis & ſolitarium, in quo Theologiæ ſtudioſi animo vacuo ac libero olim ſe exercebant, Baſilio in leg. omnia, 33. Cod. de epiſc. & cler. accipitur pro cœnobio. Prat. Spiegelio eſt locus, in quo moniales ſeruantur, & ac pietatis ſtudia exercentur, ἀσκεῖν, Græcis exercere: & τηρεῖν, ſeruo, cuſtodio ſignificat. Hinc Aſceteria, pro Nonna, apud Iuſtinianum in conſtit. vlt. de ſanctiſſ. epiſc. tum alibi, pro qua voce ſuppoſuerunt, qui eam non intellexerunt, Aſſiſtria, commenti ab aſſiſtendo ægrotis ſic dictam: vt & in tit. C. de epiſc. & cler. Aſſiſteriis pro Aſceteriis legendum putarunt. Spieg. vide fuſius apud Hotom.

Asclepiades, l. 14. D. de jur fiſc. l. 2. C ſi cert. petat.

Ascodrogitæ in l. 20 & l. 21. C. de hæretic. Sic enim illic legendum cenſeo. Hæretici fuere, qui vtrem inflatum in ſua Eccle-

ſia poſitum ac coopertum veneratione proſequebantur, & circa eum laſciuiores more bacchantiũ diſcurrebant, auctore Philaſtrio Brixienſi Epiſcopo in hæreſeon Catalogo, Briſſ.

ASIA prouincia quæ proconſulari Imperio regebatur, l. 6. ff. de cuſtod. & exhibit. reorum, l. vlt. ff. de cenſib. l. 8. §. ab his ff. de origine iuris. Conſtabat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Hinc ASIANI, l. 4. §. quædam ff. de off. proconſulis & apud Quint. lib. 8. cap. 5. & lib. 12. cap. 5. pro Aſiaticis, Briſſon.

Ἄσημον, eſt argentum non ſignatũ. Moſchopulus περὶ χαλκοῦ, ἄσημον ἀργύριον, τὸ μὴ κεχαραγμένον. Sed & veteres gloſſæ, argẽtum interpretantur ἄσημον. Cuiac. obſeru. lib 9 cap. 1. poſt princ.

Ἀσήμως in leg. mutum, ff. de ædil. edict. id eſt, ſine ſignificatione.

Ἀσέλγεια conſenſu apud Græcos accipitur quo laſciuia apud Vlp. l. lege. 4. § 1. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. pro quadam proteruitate iudicata, aut iocnlari. Prat.

ASIANA diœceſis, l. 5. 10 pr. C. de temp. appell. l. 5. C. de metallar. l. vnic. C. vt nemo ad ſuum patrocin. l. 6. de fund. patrim.

ASIARCHES, Ἀσιάρχης, Aſiæ ſacerdos & præſes: de ſacerdote iuris accipiẽdus eſt. Vide de hoc, & aliis Sacerdotiis immunitatem à tutelis præſtantibus. Ant. Aug. lib. ſing. ad Modeſtinum.

ASIARCHIAM apud Modeſtinum l. ἔθνους ἀσ. ff. de excuſ. interpretatur. Ant. Aug. lib. ad eundẽ ſing. de Aſiæ ſacerdotio, quod & videtur dicere ibidẽ Modeſtinus. De hoc ſacerdotio Aſiæ loquitur & Papin. l. in honorib. ff. de vaca. & excuſ. mun. Prat.

ASINARII Chriſtiani ſunt vocati, vt & Iudæi, quod hi falſo dicerentur aureum aſini caput in templi ſacrario adorare: quoniam Moſe duce, aſinorum beneficio aquas Iudæi inuenifſent. Crinitus de honeſta diſciplin c. 9. lib. 1.

ASINASTRA ficus, vide Goth. ad l. 205 de verb. ſignif.

ASINI machinarij, quia machinis frumentariis & molis, quibus frumenta pinſebantur, adhiberi ſolebant l. 17. §. 1. de inſtruct. & inſt. leg. & l. 12. §. & molas, ff eod. tit. Vetran. lib. ſing de iure libertor. cap. 19 Forcat. in penu. iur. ciuil. cap. 6.

ASINIANVS, l. 2. §. 3 ff. de iud.

ASINVSCA vua, vide Gothof. ad l. 205. de verb. ſignif.

Ἄσωτος Theophilo §. furioſi Inſtitut. de curat. & §. item prodigus Inſt. quibus non eſt permiſſ. fac. teſta. eſt prodigus. Hinc Ἀσώτως ζῆν, luxurioſe viuere, non male vertiſſe eundem in §. in duplum. Inſtit. de act. ſcribit Ant. Aug. lib. 3. cap. 11. Prat.

Ἀσφάλεια in l. ſancimus, C. de verb. ſign. nudam promiſſionem ſignificat, vt & cautio, Imperator in d. l. ſancimus: idque per translationem. Ἀσφάλειαν in proprio ſignificatu genera recenſet Iul. Pollux lib. 1. c. 8. ſignificat & ſecuritatem Prat.

ASPARGO apud Calliſtr. in l. 4. §. cum autem, ff. de leg. Rhod. de iact. ſignificat vitium ex pluuia vndave contractum: Græcis ἀσπάραγος. Si vicenum, ait, merces duorum fuerunt, & alterius aſpargine decem eſſe cœperunt. Et paulo poſt: Adhuc non aſpargine quid & ſi aſpargine propter iactum res deteriores factæ ſunt. Alij libri Aſpergine. In vetuſtis autem pleriſque Conſpargo & Aſpargo legitur. Hot. Prat.

Ἀσπασμὸς, ſalutatoria, Gothofr. ad Nou. 30. cap. 3.

ASPECTVS lucis l 23. C. de pœn.

ASPECTVS publicus, l. 2. C de ædific. priuat.

ASPERGERE exiſtimationis maculam, l. 57. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.

ASPERGILLVM, nouum quidem, ſed non inelegans vocabulum videtur: ſignificat inſtrumentum quo nos lactis aquis ſolemus aſpergere, quarum antiquiſſimum vſum Alber. Campenſis c. 6. lib. 1. Eccl. Hierat. aſtruit.

ASPERGO, vide paulo ante Aſpargo.

ASPERNANTER habere, l. 6. § 3. C. de poſtul.

ASPERNARI, pro non agnoſcere, recuſare, apud Vlp. in princ l. 1. Quod quiſque iuris. Spieg.

ASPERSORES aquæ qui ſunt in l. athletas, De iis qui not. infam. nonnihil dubitationis habet. Et diuinaci quadam coniectura vera tamen Accurſ. eos eſſe interpretatur qui multitudini depoſiti, quo celerius & acrius in equeſtri certamine reſoſcillati equi currerent, velociuſque metam attingerent, equis frigidam aquam ſuffundebant & aſpergebant: cui interpretationi conſentit Eraſm. in expoſitione eius Parœmiæ, Frigidam aquam ſuffundere. Ante quem in eam Alexan. Neap. lib Genial. dier. 4. conceſſerat. Huic etiam ego album calculum adiicio. Viues Aſperſores aquæ eos confirmat, qui in cauea, vbi feræ incluſæ erant, priuſquam in theatrum prodirent, feris aquam multis ex cauſis ſpargebant, vt ne inuicem pugnarent, ſeſe excuterent, politæ in ſpectaculum prodirent, nitidæque emergerent. Nam hæc interpretatio q. l. Athletas, repognat: Quæ non feris, ſed equis aquam in certaminibus ſacris veteres, aſperſiſſe refert Coraſ. Miſcell. l 4. c. 24. Vide ſup. Adſperſus.

ASPIRARE, vide ſupra Adſpirare

ASPIS duo ſignificat iuxta etymologicon. Primum animal ex genere reptilium, propterea quod circulos corpore ſuo efficiat, & non celeriter ſeſe extendat in longitudinem. Secundum hanc ſimilitudinem & ſcutum ſignificat. Sic enim illud vibrat & contorquet miles, qui præliatur. Hoc autem nomen deriuatur ἀπὸ τοῦ πείνειν ἢ τείνειν, quæ verba extendere & producere ſignificant. A quo verbo τείνω reiectione ι, fit τεῖν longum, quod trahatur & extendatur. Hinc præpoſito α priuatiuo fit ἀσπὶς, quod abſit longitudo, & adſit figura circularis. Id vero primũ non magnopere compertum, inquit Cœlius Rhodiginus, qui aſpidis ictu percuſſus euaſerit. Quo argumento, vt ſignificaretur principatus quædam inuicta vis, Ægypti Regum mos fuit peruetus, diademata ſerpentis eius imagine diſtincta geſtare. Droſæus in methodo iuris.

ASSASINI homicidæ, qui pecuniæ nomine homines iugulant & occant, c. 1. de homicid lib. 6. Prat.

ASSCRIBERE, vide Adſcribere.

ASSCRIBI in ciuitatem, eſt recipi in ciuem.

ASSCRIBI vero numinibus, eſt canonizari.

ASSCRIPTITII genere agricolarũ adfines originariis, de quibus ſuo loco: dicti, quod per ſcripturam ſe terræ ſeu agriculationi adſtringebant, promittentes ibi ſtare, colere, & non diſcedere: & recens admittebantur cum cæteris agricolis, vt vna eſſent eiuſdem conditionis. Et (niſi fallor) nos adſcriptitios ruſticos, ſiue colonos, *Mayer* vocamus, & villam, *ein Meyerhoff*. Spieg.

ASSCRIPTITII ciues nuncupantur extraordinarij, & haud ita pridem in ius ciuitatis admiſſi. Cicero pro Archia, Venit (inquit) Heracliam, quæ cum eſſet ciuitas æquiſſimo iure ac fœdere, adſcribi in eam ciuitatem voluit, hoc eſt, ciuis fieri voluit, *Burger vverden*. vide copioſius Adſcribere.

ASSCRIPTOR, idem ſignificat quod Subſcriptor. Eſt autem ſubſcriptor, vt ait Pedianus, e anſidiens, qui cauſam adiuuare poterat. Spieg. (deducit.

ASSECLA (vid. Adſecla) dicitur ab aſſectando, qui officij cauſa

ASSECTARI prætextatum, aut prætextatam, eſt pudori pueri ingenui, aut puellæ ſugillare. Iuſtinian. in Inſtit. de iniur. §. 1. Siue quis, ait, matremfamilias, aut prætextatum, prætextatamve aſſectatus fuerit. Adi Vlp. in l. item apud Labeonem. §. appellare, de iniuriis. Cætera apud Budæicas Annot. Spiegel. At Oldendorpius id rectius explicare videtur. Aſſectari (inquiens) eſſe comitatum præſtare, non tantum foris, ſed & domi, per vrbem, quaſi aliquem præcontẽ ſectari, vel officio, vel amicitiæ, vel alicuius commodi gratia, vel puer herum filius patrem, cliens patronum, amator puellam. Aſſectatio vero in re amatoria principium eſſe ſolet ad ſtuprum: ita Oldend. ad de Ferier in lib. 4. Inſtitut. tit. 22. vid. Aſſectari.

ASSENTARI, vt lib. 2. Conui. apud Phileph. ait Muzanus, in verbis eſt: ſed blandiri in verbis & rebus, cum aut dicimus aut facimus quidquam præter ſententiam, placendi ſtudio, id quod fraude carere non poteſt.

ASSENSV probari, l. 5. C. de relation.

ASSEQVI, adipiſci, & quod vulgus lucrari appellat, *Erkoferen, Erlangen, Eroberen*. Impp. C. de iure delib. Nec emere, nec donatum aſſequi, nec damnoſam quiſque hæreditatem adire compellitur, Spieg. vid. Adſequi.

ASSERERE in ſeruitutem, ex libero ſeruum facere. Spieg.

ASSERERE manu ſunt iuris verba. A quibus etiam Aſſertores dicuntur, vindices alienæ libertatis. Nam & cauſa ipſa liberalis dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis, vide Donatum ſuper illud Comici, Nam ego illam liberali aſſeru cauſa manu Spieg. vid. adſerere.

ASSERERE, i. e. probare, l. 1 C. vt cauſ. poſt pubertat. adſit tut.

ASSERTOR. Non licebat olim ſeruo de libertate agere, niſi per aſſertorem, qui vindex erat alienæ libertatis. Primo autem aſſertore aut victo, aut cauſam deſerente, liberum erat alteri cauſam agere liberalem, ſicuti & Paulus lib. 5. ſententiar. ſignificat. Vnde & ſecunda Aſſertio apud Quintilianum, Iuſtinianus non putauit eſſe neceſſarium talem alienæ libertatis ſiue vindicem, ſiue procuratorem. Sane Inſtit. lib 4. Tit. 10. ſcribit, non licuiſſe olim pro alio agere, niſi pro populo pro libertate, pro tutela. Sed vt pro libertate ageretur, non niſi per alium agi poterat. Iam vero minime hoc eſt neceſſe. Balduinus vid. Aſſertor.

ASSERERE manum, eſt admouere: quod ea quoque, quæ in terram immittuntur, ſeri dicuntur. Vnde etiam Seræ appellantur, quia foribus admotæ opponuntur, defixæ poſtibus, quemadmodum ea, quæ terræ inſeruntur. Feſtus lib. 5. Significat autem eam conſuetudinem, qua veteres vtebantur, cum rem quampiam vindicabant, & manu prehendebant. Plaut. Rudent. de piſcibus loquens, Siquidem cepi, mei ſunt: habeo pro meis: Nec manu aſſeruatur, neque illinc partem quiſquam poſtulat Hotom.

ASSERES dicti, quod parieti lapidibusve aſſideãt, Feſt. lib. 5. Pra.

ASSESSORES, vid. ſupra Adſeſſores: dicti ſunt, ſublatis ordinariis iudiciis, Iuriſperiti, qui tum in publicis, tum in priuatis iudiciis, coloniis, municipiis, non modo Romæ, verum etiam in prouinciis ab iis, qui iudicium exercerent, in conſilium publico conſtituto ſalario adhibebantur: Eorumque officium in his fere cauſis conſtabat: cognitionum, poſtulationum, libellorum, edictorum, decretorum, epiſtolarum, leg. 1 & paſſim, de offic. aſſeſſ. Eos Paul. in l. pen. Conſiliarios appellat. Lampridius in Alex. Seuero, Aſſeſſoribus ſalaria conſtituit: quamuis

Digitized by Google

quamuis ſæpe dixerit, eos eſſe promouendos, qui per ſe rempublicam gerere poſſent, non per aſſeſſores: addens militares habere ſuas adminiſtrationes, habere literatos, & ideo vnumquemque id agere debere, quod noſſet. Hoto. in prætermiſſ. vide ſupra in verb. Adſeſſores.

Assassinæ verbo vſus eſt Vlp. in l.3. de proxen. Spieg.

Asseverare quomodo differt à Profiteri, eide in l. non nudis. C. de probat.

Asseveratio confeſſus, l.1. C. de colluſ. de teg.

Assovæ additiones, l.11. in princ. C. qui pot. in pign.

Assiduæ mulierum adulationes, pro blandimentis continuis apud Iuſtin. in l. aſſiduis, C qui pot. in pign. hab.

Assidvi fideiuſſores dicebantur locupletes: quam teſte Budæo, Galli Burgeſiacam cautionem nunc appellant. Spieg.

Assidves pro locuplete & facile munus faciente accipitur, dictus ab aſſibus, i.e. ære dando, cum tempora Reipublicæ exigerent, aut aſſiduitate muneris publici. eide Adſiduus. Hot. Prat. Adde Franc. Balduin. comment. in leg. 12. Tabul. c. 44.

Assidvvs quidam per d. ſcribunt, quaſi ſit à ſedendo figuratum, ſed errant. Nam cum à Seruio Tullio populus in quinque claſſes eſſet diuiſus, vt tributum, prout quiſque poſſideret, inferret: ditiores, qui aſſes dabant, Aſſidui dicti ſunt: & quoniam ſoli negotiis publicis frequentes aderant: eos, qui frequentes aſſunt, aſſiduos ab aſſiduis dixerunt. Chariſ. lib. 1. & Rævardus ad leges 12. Tabul. c. 9. Prat. Hotom.

Assignare nihil aliud eſt, quam ius patronatus ad plures pertinens, vni proprie ac peculiariter attribuere, in eumque ſolum contrahere. Hotom.

Assilire pro vim afferre, adoriri oppugnare, lib. feud. 2. tit. 5. §. 1. & eod. lib. tit. 27. Si ſcienter ſeniores aſſilierint. Prat.

Assimvlo, pro comparo, non aſſimilo dicimus: quod pauci animaduertunt. Nam aſſimilare, teſte Inſulano, tollitur è claſſe Latinarum vocum, non impediente quicquam ſpurio illo ſophiſtarum loquendi more, quo dicere ſolent, Iſtud aſſimilatur illi. Spieg.

Assisi dicuntur beneficiarij, qui tamen canonici non ſunt, ſeruiuntque Eccleſiæ, cap. penult. de cler. non reſid. in antiqu. Sic autem dicuntur quaſi Aſſidui. Eoſdem & manſionarios vocari adnotat ibidem Bernardus.

Assistere, pro præſentem & iuxta eſſe, vid. Adſiſtere.

Assolet, pro conſuetum eſt, vid. Adſolet.

Assvmere, vid. Adſumere.

Astanda, Regum in Perſide nuntios Angaros nuncupatos à doctis obſeruatum eſt, atque illarum gentium eſſe vocabulum Herodoto videtur. Sicuti aſtandæ fere nuntiis eiuſdem, hoc eſt, grammatophori, ſiue tabellarij qui certis itinerum ſpatiis permutarentur Plutarchus in libro de Alexandri fortuna ſcribit, Darium Perſarum Regem fuiſſe quandoque regis aſtandam. Spieg.

Astalivm, ab aſtu, idem quod felonia. Hinc Aſtalium facere, i.e. fruſtrari & decipere, in l. 6. Lang. de inceſt. & pub. crim.

Astipvlator, vide Adſtipulator. (Prat.

Ἀστράγαλοι, ſunt tali ſeu taxilli ex oſſiculis carne nudatis, diuerſi à teſſeris, quæ κύβοι. Gothofred. ad l.16 §.8. ff. de pœn. Plura de Aſtragalis vide apud Cælium Rhodigin. 20. antiquit. 17.

Astringere fidem pro alio, l.1. C. de fideiuſſor, vide ſupr. Adſtringere.

Astrvere, vide Adſtruere.

Astrologvs, in l.15. §. ſi quis D. de iniur.

Astv apud Poetas. Feſt. lib. 1. aſtutiam ſignificat: cuius origo ex Græco ab oppido ἄστυ ducitur, in quo qui conuerſant aſſidue ſunt, cauti atque acuti eſſe videbantur. Eodem verbo in eundem ſenſum vſus eſt verus interpres in auth. de teſtib. §. ſi vero aſtu. vbi Accurſius interpretatur dolum, vel malitiam, pro quo in Græcis eſt ἐξεπιτηδές. Adiectiue vſurpauit Plautus in Pœnulo: Mea ſoror iſta ſtupida eſt ſine animo aſto, id eſt, doloſo & callido. itaque vſurpatur, l. 4. de furt. l. 15. qual. quis feder. deb. l. 3. de hom. lib. ho. l. 1. de damn. iniur. Prat. Hinc

Astvtia, l. 3. C. de tempor. appel. Et (ſe.

Astvte, in reſcripto Imp. l. 5. C. de legib. i.e. doloſe & malitio-

Astvtvs in Iuſtiniani Conſtitutione, l. fin. in fin. C. mandat. pro doloſo, callido, cauto accipitur.

Astis ab ἄστυ vrbe ductus, ciuem ſignificat apud Solonē in elegiis:

Αὐτοὶ δὲ φθείρειν μεγάλην πόλιν ἀφραδίῃσιν
Ἀστοὶ βούλονται χρήμασι πειθόμενοι. Prat.

Cæterum Athenas aſtu appellatas quoque conſtat. Hinc Aſtici ludi, qui & Attici, vt annotat Turnebus lib. aduerſ. 14 c. 17.

Ἀστυνόμος, curator ciuitatis. Vlp. in Demoſt. Ἀστυνόμος ὁ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς πόλεως ἀναδεξάμενος ἄρχων ἀπὸ τῆς τάξεως. Cuiac. 12. obſ. 30. ſ.

Ἀστυνόμοι Ædiles, apud Papinianum l.1. ff. de via pub. Differunt autem ab ἀγορανόμοις, Gothof. ibid. in princ. Quod ſit eorum officium, explicatur, in d. l. 1.

Assvltvs, ob quem quis feudo priuatur (c. vnic. §. ſimiliter. quib. mod. feud. amit. in vſib. feud. eſt impetus in perſonam, vel locum, ſiue hoc pedibus fiat, vel equo aut machinis, vel alia quacunque re aſſiliatus. Vide Baronem à Tautenberg. in tit. 5. lib. 2. feudor. Spieg. Prat.

Assvmptio, vide ſupra, Adſumptio.

Assvra aſſiduitas eſt & diligentia in nutriendo, curando, habendo. Nam Aſſæ, nutrices dicuntur, quod fere ſemper aſſunt iis, quos nutriunt, ex Turneb. aduerſ. lib. 24. cap. 22.

Assvrgere, pro honorem præbere, fere adiungitur datiuo, de quo vide Vall. lib. 5. Trebatius Iuriſconſultus fretus Cæſaris beneuolentia, adeunte quondam Cæſarem cum plurimis honorificentiſſimiſque decretis ſenatus, ſedentem eum pro æde Veneris genitricis admonuit, vt P.C. aſſurgeret: quod ille ita ægre tulit, vt ſubirato vultu Trebatium reſpexerit. Quam tamen deſpecti ſenatus contumeliam autores inter præcipuas Cæſarianæ necis cauſas commemorant. Spieg.

Assyrivs ſermo, pro aſſyrius, l. 5. §. vlt. de verb. oblig.

Asylia, ab aſylo dicta, dicitur pro eo iure libertatis & veniæ, quod quis apud aras conſequitur: quam immunitatem Eccleſiæ vocant. Vide Bud. in annotat. prior. Spieg.

Asylvm, ἀπὸ τοῦ α καὶ σύλαω, quod eſt trahere, quaſi aſyrum, miſericordiæ templum, vnde neminem per vim extrahi fas erat. Ferr. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. qui ad ædem. Meminit Vlpianus in l quid ſit §. apud Labeonem, ff. de ædil. ed. Virg. lib 8. Æneid. Halicarnaſſ. lib. 2. Cadmum dum Thebas conderet, primum ferunt Aſylum inſtituiſſe: quod perfugientes, ſiue ſerui, ſiue liberi, ab omni pœna tuti eſſent, indeque per vim extrahi non poſſent. Alij tamen prognatos Herculis, primos Aſylum Athenis aperuiſſe dicunt: cum enim Hercules è terris commigraſſet, nepotes eius, eos forte timentes, quos auus vexauerat, Athenis Aſylum collocarunt. Vnde neminem per vim extrahi fas eſſet, vt Seruius in 2. & 8. Æn. tradidit, cum Statij locum citans 2. Theb. lib. Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes. Sic ſacrauis loca commune animantibus ægris Confugium. Horum exemplo Romulus, & alij multi Aſylum aperuere. Romulus, vt quam ocyſſime vrbem conditam ciuibus repleret ampliaretque, ſacrum quendam locum inter collem & Capitolium aperuit, ad quem quiſquis quamlibet ſceleſtus, confugiens, non tantum ab omni pœna tutus eſſet, verum etiam ciuitate donaretur. Authores ſunt huius rei locupletiſſimi Liuius in 1. ab vrb. cond. Diony. Halicarnaſ. 2. Antiquit. Roman. Plutar. in Romulo, & Strabo lib. Geographic. 5. commeminitque Virg. in 8. Æneid. inquiens; Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Aſylum Rettulit, & gelida monſtrat ſub rupe lupercal. Et Ouid. 4. Faſtor. Romulus vt ſaxo lucum circumdedit alto, Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris. Cum vero hæ Aſylorum impunitates malefaciendi anſam iniquis hominibus præſtarent: Tyberium Cæſarem, ne impunita eſſent crimina, eas abrogaſſe legimus: quem tamen Iunoni Samiæ & Æſculapij delubro, veterem immunitatis morem reſtituiſſe, prodit Hiſtoria, Iuſta certe Aſylorum authoritas ea quondam fuit vt magis affectis iniuria, & potentiorum formidine oppreſſis, quam ſceleratis hominibus ſeruiret. Nam & Theſei ſepulchri apud Athenienſes quemadmodum Plutarchus in Theſeo ſcribit, ſeruis, atque humilioribus fortuna hominibus, & potentiorum opes formidantibus, Aſylum conſtitutum eſt: nec delictis voluntariis, veteres refugium eſſe ratas putauerunt. Coraſ. Miſcel. lib. 5. c. 23. Ferrandus Adduenſis lib. 2. explicat. c. 4. circa fin.

Asyli etiam dicuntur à Græcis, homines à violentia tuti, vt ſunt ſacroſancti, quos attingere ſine periculo non licet, nec prehendere: quales erant Tribuni plebis apud Romanos, & Caduceatores, vt atteſtatur Plutarch in problematis & Iulius Pollux. Aſili (inquiens) erant caduceatores, & licebat eis ire, quo vellent, &c.

Ἀσυνάπτως aduerbium, quo quid disiunctum ſignificamus, falſo repoſuit Alciat. lib 9. Parerg. c. 18. in Scæuola reſponſo, l. ſi ſic 131 de verb. oblig. Derideteque ridiculus Doctores, qui pro illo verbo Græco legunt ibidem. Si actum eſt, quibus commemoretur Accurſius, cum tamen in Fluſentina editione, eaque fideliore, rectiore, atque receptiore ita legatur, quod & Ant. Aug. lib 1. cap. vlt. Emend. probat. ait igitur Scæuola: Aut ſi ſic volumus factam eſſe ſtipulationem. Neque per te, neque per hæredem tuum fieri, vt ad vnam vim primam tentat: ſi vim fecerit amplius exhæredis committi non poterit: ergo ſi auctum ſit, &c. Ita legunt ibidem Bart. Iacob. Butrig. Alber. Iacob. de Arena, & alij recte Alciatus in ſuum errorem traxit Oldend. & Spieg. Prat.

Ἀσύστατος Alciat. lib. 2. Parerg. c. 8. dicitur ſtatus non conſiſtens: aitque, pleroſque ita legere in Africani reſponſo, l. qui quadraginta. 88. ff. ad l. Falc. alios vero τοῦ ψευδωνύμου Subiicit vtranque lectionem poſſe defendi. Equidem à Florentina lectione diſcedere non auſim, quæ τοῦ ψευδωνύμου habet. Florentinam ſequitur & probat Ant. Auguſt. lib. 4. emend. cap. 16. Prat.

A T.

At, Feſto differentiam rerum ſignificat, vt cum dicimus, Scipio eſt bellator, at M. Cato orator: & eodem etiam ſenſu accipi-

tur in §.manet, Inſtit. de ſociet. & l.1. de adpar. proconſ. & legat. lib.12. Cod. licet quidam ibi putent pro, poſtquam, accipi, quum potius ſit ibi aduerſandi nota. Prat.

Ateivs Capito, maximæ authoritatis ICtus, qui & Conſul fuit, l.2.§ poſt hoc quoque, ff. de orig. Iur. Eius conſulatus fit mentio in l.29. D de ritu nupt. Vide plura apud Briſſ.

Atavia, abbaui, vel abauiæ mater, l. Iuriſconſultos, §. quinto gradu, ff. de gradib.

Atavvs, eſt abaui, vel abauiæ pater, proaui vel proauiæ auus, aui auiæque proauus, matris vel patris abauus, l.vlt.§.quinto gradu, ff. de grad. & adfin. Atnepos, atneptis, vel vt in D. Flor. varie, Adnepos, adneptis, hi ſunt abnepotis vel abneptis filius, filia, pronepotis vel proneptis nepos, neptis, nepotis vel neptis pronepos proneptis, filij vel filiæ Abnepos, abneptis, l.vlt. ff. de grad. & adfin. Briſſ.

Ἀτελὴς, immunis, à quo nihil exigitur, vt docet Pollux lib.9. ἀτελεῖς τῶν λειτουργιῶν μεγάλων. Id & de nominibus & de potu dicitur, autore eodem. Exempla extant tit. de vaca. muner. ff. & Cod. lib.10. Prat.

Ἀτέλεια ſiue Ἀτελεία, tributorum immunitas, vacatio munerum.

Ater ſanguis, l.1. C. de emend. ſeruor.

Athanasivs in Apologiis ſynodicis, & apud Epiphanium Papa appellatur, Gothofr. ad l.7. in pr. C. de ſum. Trin.

Athenæ, l.13. fin. regund.

Athanocles, l.27. C. de euict.

Athleta interpretatur pugil ſiue certator, quia ἄθλος, eſt certamen, & ἆθλον ipſum certaminis præmium. Res quidem honorifica: non quemadmodum eorum, qui artem ludicram exercent, infamis, Iuuenal. Leuibus athletis & vaſa nouiſſima donat. Nebr.

Atilia lex iubebat mulieribus pupilliſve non habentibus tutores dari à Prætore, & maiore parte Tribunorum plebis, quos tutores Atilianos appellabant. Vlp. Inſtit. tit.11. Iuſtin. Inſt. de Atilian. tut. Briſſ.

Atinia lege cauebatur, vt ne res furtiua vſucaperetur, niſi in poteſtatem eius, cui ſubrepta eſſet, reuerſa fuiſſet, l.4.§. quod autem. l.33. de vſucap. l.215 de verb. ſignif. Plebiſcitum autem fuit, Gellio auctore, lib.18. c.7. Briſſ.

Athletæ, qui virtutis gratia palæſtra exercentur, l.4. ff. de his qui not. infa. l.6 §. Vlp. ff. de excuſ. tut. l. vlt. §. ſi fœnerator, ff. quod met. cauſ. l.5. C. quæ res pign. & d §. Vlp. l.12. ff. de re iud. l.5. ff. de naut. fœnor. Briſſ.

Athletæ, ait Modeſt. in d §. Vlpianus, qui ſacris certaminibus coronati ſunt, habent tutelæ excuſationem.

Athletarvm nomine Gymnicus omnis intelligitur. Hi autem ſunt παλαισταί id eſt, luctatores: δρομεῖς curſores: πύκται, pugiles, δισκοβόλοι, qui diſcum in ſublime iaculantur. Athletæ quibus ludis exercerentur, docet Paul. l.2. ff. de aleator. cuius rei comminit & Simonides, cuius verba vertit Alc.

Iſthmia Philonis, Diophon & Pythia vicit,
Et curſu & iaculo, ſaltibus, orbe, palo. Prat.

Coronati autem dicebantur Athletæ, quia in iſtis certaminibus præmium erat ſola corona, quemadmodum tradit Iul. Pollux lib.3. Plin. lib.16. c.4. Herodot. in Vrania, Gell. l.3. c.11. Ferrand. Adrienſis lib 2. explicationum, c.16.

Atnepos & atneptis, vide Adnepos & Adneptis.

Atornati dicuntur procuratores apud acta conſtituti, in c. vnic. de ſtat. regul. lib.6 §. porro, vbi gl. Prat.

Atqve ſimilitudinis nota eſt apud Tryphonium leg. ſi pater, 76. ff de iur. dot. quo ſignificatu ſuband. vox, perinde: & alibi ſæpe, vt l.4. ff. de Pact. Prat.

Atqve ſiue, vt in P F adquin & atquin, accipitur pro, ſed, ſed enim, in l.7.§ ſeruus, de dol. mal. Item pro ſed certe, l. Barbarius, de offic. prætor, & alibi ſæpe.

Atqve ita, formula, ſignificat, quod alias dicitur per conſequens, l.26. de negot. geſt. Prat.

Atqve etiam pro deinde, ſubinde accipitur, in leg. filia, 20. C. de inoſ. teſtam, niſi malis, pro ſtatim, ibidem prout, vt apud Virg.

Atque illum prono rapit alueus amni.

Explicandi quoque notam eſſe apud Vlp. l.1. ff. de admin. tut. in princ. quidam autumant: Quod Accurſ. & Alberic. docent. Illic Auxeſim quandam potius ſignificare putem, quale ſæpe apud Ciceronem viſitur, cum verbo leniori grauius, expreſſius & ſignificantius addimus, Prat.

Atqve ſumitur pro quam apud Pomponium, l. qui re. 76. de fur. vt apud Perſium: Qui in impunitior eris, atque hic, & Suetonius in Iulio Ceſare: velut, inquit, grauius atque ipſe ſenſiſſet. Prat.

Atramento ſutorio abſolutum, dixit Cicero, vt exiſtimat Turneb. lib. aduerſ. 6. cap. 1. Qui fœdiſſimis ſordibus & maculis iudicum, qui ignominioſo iudicio, & turpi eum liberaſſent, quem grauiſſimis ſententiis condemnare debuerant. Nam ſutorium atramentum quo ligulæ ſolearum & corium calceorum denigratur, nigerrimas ducit maculas. Itaque Atramentum ſutorium, maculoſum & infame iudicium vocatur. Schard.

Atra ficus, vide Gothofr. ad l.205. de verb. ſign.

Ἀτραπὸς Latini ſemitam vocant, vnde puto Gallos attrapare deduxiſſe, quod ſignificat fugientem capere & aſſequi, quia fugitiui ſoleant non recta neque regia, ſed obliquis & latentib. ſemitis euadere. Connan lib.4. cap.11. n.1.

Atridæ, Agamemnon & Menelaus Atrei filij, qui Græcorum principes fuerunt in expeditione Troiana. Vlp. in l. ſi vxor. 13. §.1. ff. ad l. Iul. de adult. indicat ecu volgo iactatum, auctore Sext. Cæcil. illud Homer. ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι; id eſt, interprete Eraſmo: Num ſolis hominum Atridis effectus amorque vxorum eſt? Hinc & Maro Homerum ſecutus li. Æn.9. Coniuge prærepta, nec ſolos tangit Atridas iſte dolor. Vide Bud. in poſter. annot. citato titulo. Alc lib.2. prætermiſſ. eod. & Roterod. in Parœm. Atridæ non ſoli amant vxores. Spieg.

Atriensis erat is, cui cura credebatur atrij, quæ quidem pars prima domus eſt mediam aream continens, in quam ex omni tecto collecta pluuia deſcendit, & in qua priſci (vt refert Cato) oſtio aperto epulabantur: vbi etiam pecunias, & cætera pretioſiora ſeruabant, Seruoſque, quibus tanquam honorarioribus, earum rerum cuſtodiam committebant: Atrienſes, & Atrianos appellabant. De quibus meminit & Alph. in l. in lege cenſoria. de verb. ſign. & Vlp. 11. l.1. de exercito. ff. naut. caup. ſtab. & in l. ſed & ſi quid, in prin. ff. de vſufr. vbi Accurſ. exponit Atrienſem, id eſt, vt ianuam Atria. Dicus tamen Hier. Atria, inquit, non ſunt quidem domus, ſed aliqua habent fundamenta: & de atriis intramus domum, tradit Vitruu. vol.6. atria proxima ianuis in vrbem debere collocari: & ideo dixit Papin. Syluar.1.

——Hic mecum dum feruent agmine poſtes
Atriaque——

Dictum autem Varro de Lat. ling. lib. atrium putat, ab Atriatibus populis Etruriæ, qui primi id genus ædificij inſtituiſſe traduntur: vel quia à terra oriatur, quaſi aterium: vel quod atrum ex fumo eſſet propter culinam, quia ex fumo culinæ nigreſceret: in atrio enim tria erant habitacula: Veſtibulum, locus ſportularum (qui & ipſe ſportula dicebatur, vbi ponebantur, quæ dono mittenda eo die conſtituerant) & culina. T. Cotta. Torn. lib.18. aduerſ. c.18. ſe in antiquo libro inueniſſe exponi Atrienſem διατρίβων, διακονῶν: ſed & atrium eſſe περιαύλιον, αὐλαῖον.

Atrienses autem domini negotia procurabant, res venales diſtrahebant, debita exigebant, & in alios ſeruos non parum iuris vſurpabant. Ab atrio dicti, in quo ſportulæ, cibariave diſtribuebantur. Alc. de verb. ſig. Spieg.

Atrilicivm, eam atrij partem ſignificat, in qua olim licia etiam texebantur, author eſt Aſcon. Pedian. Spieg.

Atrivm quid ſit, & vnde dicatur, Feſt. indicat. Tu autem vide, quæ in d. Seruorum ſpecies, infra relata ſunt.

Ἀτροφῆσαι, i.e. reſici, redigi Gothof. ad l.88. de verb. ſig.

Atrocia facinora dicuntur, homicidia, adulteria, & omnia capitalia crimina, per gl ſingularẽ in l. ad ea. ff. de reg. ius. Spieg.

Atrocem iniuriam, quaſi contumelioſiorem & maiorem accipimus. Vlp. ait, de iniur. Idem in l. 8. in fin. aut vt aſpecto inquit, atrox iniuria æſtimetur. Quot modis illa fiat, à Iuſtiniano petendum eſt, §. atrox iniur. Inſt. eod. æſtimatur enim à facto loco, & perſona, d.§. atrox itemque à tempore, l præter. de iniur. Spieg. De atroci iniuria vide latius Ræuard. lib. 1 Var c.9.

Atrocitatem facinoris habere, dicuntur flagitia maiora, cuiuſmodi ſunt, quæ ad publicorum iudiciorum vindictam pertinent. Spieg.

Atrociva conſilium, l 9. C. de malef. & mathem.

Atrocioras fures, quoniam noctu furtum committunt vi priuata adiunctum: metu enim relicto pallio diffugiunt viatores, tametſi veriſimile ſit expoliatores à Iureconſ. eos potius eſſe dictos, teſte Alciato. Spieg.

Atrocitas verberandi ius habere. Venul. de off. proconſ. l. ſi quid erit.

Ἀτροφία eſt morbus, cum corpus non alitur, eamque ob cauſam ſumma in eo macies exoritur. Gothof. ad l.1.§.7. de ædil. edict.

Atrox contrarium miti: vt ſententia atrox, tametſi iuſte dicta ſit. Vide gloſſ. ſuper verb. atrocitate, in §. maxima capitis, Inſtit. de capit. dimin. Spieg.

Atrox perſona, quę vel maiora flagitia habet, *die es vmmer mehrs auff der Hauben hat*, iuxta vulgarũ dictum: vel quæ ſæuitiam præ ſe fert, apud Paulum in l.3. ff. de off præf. vigil. Spieg.

Atrox ſententia, non quia iniuſta ſit, aut crudelis, ſed quia ſeorſum, conſiderato tantum effectu atrox videtur Inſtit. de capit. diminut. §.1. Et hoc modo intelligendus eſt Iuſtinian. in l. 2. §. ſeptimus, C. de veter. iur. enucle. Schard. ex Aldobrandino, d.§.1. Sic eodem modo Imperator dixit atrocitatem verborum, l. manumiſſ. Cod. de obſequ. patron. præſt. & atrociter verberat. I.C. in l. ſi quid erit, ff. de offic. proconſ. & legat.

Atrox vis dicitur, qua quis de fundo vi eiicitur, Vlpiano in l. 1.§.1. verſ. ad ſolam, ff. de vi & vi arm.

Digitized by Google

ATROX actio, l.22.§.4.Cod.de furt.

ATROX injuria, l.5.& 3.ff.de ſeruit, l.7.& vlt.ff.de injur. l. 4. C. ad le Decur. Ea fit aut perſona, aut tempore, aut re ipſa, d. l. 7. §. vlt.& l 8.& l.9.ff.de injur.§ atrox.Inſt.eod.Briſſ.

ATRUSCA ficus, vide Gothofr.ad l.205.de verb.oblig.

ATQUI particula, aduerſatur & facto & juri, c. concertationi extra de appell.

ATTALARICI conſtitutio apud Caſſiodor.lib.9. conuenit cum l.2.C.de ſpons.Gothofr.ad eandem l.2.

ATTALICA ficus, vide Gothofr.ad l.205. de verb.ſign.varias fici ſpecies enarrantem.

ATTAMAN, vna dictio, notæ ſignificationis, in l.2.de offic.aſſeſſ.

ATTÆ appellantur, vt Feſtus atteſtatur, qui propter vitium cruſtum aut pedum plantis inſiſtunt, & attingunt magis terram, quam ambulant. Nos *ſchurpffer oder lurtſcher* appellamus. Spieg. Prat.

ATTEIUS Capito, vide ſupra Ateius.

ATTELLANUS, na, num, ab Attella vrbe Campaniæ, de qua Silius lib. 11.Punicorum: Iamque Attella ſuas, jamque & Galatia adegit. Inde Attellani ludi, & Attellanæ comœdiæ. Iuuenalis: Vrbicus exodio riſum mouet Attellanæ Geſtibus autonoes. Scæuol.tit.de legat.3.l.patronus. Fundum, inquit, in regione Attellana legauit.

ATTENDERE, verbum eſt, non plenum, ſed nudum; animum enim ſubaudiendum eſt, ſignificatque aduertere. Arcadius leg. final.de teſtib. Mandatis cauetur, vt præſides attendant, ne patroni in cauſa, cui patrocinium præſtiterunt, teſtimonium dicant. Spiegel.

ATTENTARI pudicitia dicitur, cum id agitur, vt ex pudico impudicus fiat, l. attentari, ff. de injur. Obſeruandum autem, aliud eſſe attentare, aliud adſectari. Appellat enim, qui ſermone pudicitiam attentat: Adſectatur, qui tacitus frequenter ſequitur. Aſſidua enim frequentia quaſi præbet nonnullam infamiam. Vlp. in l. item apud Labeonem, ff. de injur. Spieg. vid. ſupra Adtentare.

ATTENTARE verbum, communi inſpecto & vſu loquendi, duas habet ſignificationes: Primo, quod attentare ſignificat inchoare delictum, & non perficere: & ita accipitur in l. ſi quis non dicam. Cod.de epiſc. & cle. Quo ſignificatu delictum eſſe ſentit Veſtrius in pract.lib 6.c vlt.nu.5 Secundo attentare, eſt lite & appellatione pendente innouare l. vnica, ff. in l.nouari, & tot tit. vt lite pend. in antiq. Sexto & Clement. Franc. Hercul. in tr. de Attentatis, cap. 1.nu.12.

ATTENTATA, interpretum non autem Iureconſultorum eſt vocabulum.

ATTENTIUS moneas, & inducas, quid hæc ſibi velint verba in Principis reſcripto, late explicat Areb. in c. ſi pauper clericus, de præbend. lib 6. Spieg.

ATTESTARI, proprie eſt, abſenti denunciare. Cui autem magis abſenti, quam præſenti denuntiamus, recte Alc. exponit in l. ſubſignatum, de verb.ſign. vbi ſupr. Adteſtationes.

ATTESTATIONES dicta teſtium ſunt, vel teſtimonia, ordine juris ſcripto deducta.

ATTESTATIO in l 3.§.1.C.de jur.domi.impetr. eſt denũtiatio.

ATTIA, l.17.in pr.l.20.§.3.ff.de annu.legat.& paſſim. Hinc

ATTIENUS l.35.ff.de vulg.& pupill.

ATTILIANUS tutor dicebatur, qui impuberi nullum tutorem vel patris teſtamento, vel lege acceperit: Atilia lege ab eo prætore, qui in vrbe jus diceret, dari ſolebat l.2.ff. de ori.jur.

ATIMOI apud Græcos dicebantur, qui apud Latinos improbi inteſtabileſque.

ATTINERE, procurare, barbarum eſt, vt alicubi Accurſ. interpretatur. Impersonaliter vero legitur pro pertinet, decet, conuenit, l.quod attinet ff.de reg.jur. Spieg.

ATTINGERE, id eſt, contrectare, l 11.circa fin.Cod.vnde vi. vide ſupra. Adtingere.

ATTINGI vinculis patriæ poteſtatis l.4.C.de pact.conn. Briſſ.

ATTINGI ſuſpicione aut conſcientia, l. 1. §. ſi quis ff. de SCto. Silan. Briſſ.

ATTINGERE bona hæres dicitur, qui iis ſe immiſcet, & ea adprehendit. l.1.§.vlt.ff de ſeparationibus.

ATTINGERE rem quis dicatur, vide de petit.hæredit.l. ſed etſi, §. ſi quis rem ſua. Spieg. Dupliciter autem accipi videtur; Nam & attingi hæreditatem, qui hæreditarium quid conſumit, aut expendit, & attingit hæreditatem, qui animo agnoſcit ſucceſſionem, leg. gerit, de acquirend. hæredit. Attinguntur autem proprie corpora, allegato vero §. ſi quis ſe minus proprie ſumi videtur. Mattheſius in notis ad Iuriſconſ.reſponſ.d.l.ſed etſi.

ATTRITA, vide ſupra. Adtrita.

ATTRIBUTÆ pecuniæ, vel, vt alij ſcribunt, adtributæ, veteribus dicebantur adſignatæ. Varro lib. 4. de lingu. Latina quas nunc aſſignationes dicimus. Et tributum à tribubus dictum: quod ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim è ſingulis proportione cenſus exigebatur. Ab ea attributa, quæ aſſignata erat, dicta eſt. Spieg

ATYPUS eſt, qui in lingua explanatam vocum impreſſionem non habet: vt qui lingua ſunt paulo craſſiore: nam τύπος formam ſignificat, quæ imprimitur: vt ἄτυπος dicatur, cum ea forma male alicui rei imprimitur Hotom. Vlp. tam vitii linguæ expreſſit in l. Oſilius, de ædilit. edicto & aliud præterea quod Atypi nomine vocauit: quod quid ſit Bud. ſe nondum inueniſſe ingenue fatetur. Exiſtimat tamen ab etymologia vocabuli, eos eſſe Atypos dictos, qui non ſatis expoſito plectro linguæ vterentur, quaſi artem non ſcientes: vel quaſi non ſatis verba exprimentes, conformantesve Hot, ni fallor, *gaxer* vulgo, vocant noſtri Germani. Bapt.Egnat.cap 9 Racemat. in fin. Aphthipum legendum exiſtimat, vocemque interpretatur, qui aphthis, hoc eſt vlceribus oris laborarent. Sunt autem Aphthæ ex ſententia Celſi medici maligna vlcera ſerpentia, ignea præſertim in ore pueris naſcentia. Spieg.

A V.

AVARITIA, ex ære nomen eſt ſortita. Interpretes exiſtimant, eam proprie eſſe in retinendo, vt cupiditatem in acquirendo: ſed falluntur. Nam incitata ſemel vanis indiciis auaritia, ad alia acquirenda ſe accingit ſubinde: quod nondum ſit conſecuta tantum, quantum ſatis ſit, vt voti fiat compos, vt ait Viuea lib. 3. de anima. Porro ne quis auaritiam exerceret in ſacroſanctis Iudiciis, vbi latiſſima eſt. Oldend recte extorquendæ pecuniæ occaſio, prætextu ſportularum conſtituta eſt actio condictitia de ſportulis. Cujus meminit Inſt. in §. tripli & quadrupli. Inſt. de action.

AVARITIA præceps, l.3.C.de naut.fœnor.

AVARITIÆ cupido, leg.3 §.2.C.communia de legat.

AVARUS appellatur cœcus, & ambitioſus, cap. quorundam, de elect, lib.6. quia excœcat eius animus, vt agenda non videat, & à prohibitis non declinet, cap. virum & cap. ſicut hi. diſt. 7. & differentia inter auarum, largum, & prodigum habetur de conſuet ex par. Spieg. Quod ſi lucri ſui cauſa ſtuprum inferat quis: alter cupiditate incenſus, hic intemperans, ille auarus potius nominabitur. Connan lib. 1.c.2.nu 9.

AVARUM his verbis definit Horat. lib 1. ſerm. Satyr. 3.

——quid auarus?

Stultus & inſanus.

AVARITIAM *πάσης κακίας μητέρα* [illegible], docet Imp. Iuſtinian. Nou 8.§. [illegible] & Apoſt. 1. ad Tim. 6 *πάντων τῶν κακῶν ῥίζαν* adpellat. Prat.

AVARUS, quaſi æris auidus; junctumque eſſe vocabulum Gel. lib. 10.c.5. refert. Prat.

AUC. apud Valerium Probum, notam eſſe auctoris, auctoritatiſve ſcribit A. Alciat. lib.5.c.9. Parerg.

AUCTA Feſto lib. 1 ſæpe aucta Prat.

AUCTIO ab augendi adjiciendique negotio adpellatur. Aug. lib.5. Emen. c. 3. eſt pretij in ſubhaſtationibus adjectio, quam Galli *encbere* vocant: ſic accipitur in l. ſi tempora 4. & l. ſeq. de fid. & jur. hast. fiſc. lib. 10. C. Prat. Cuti conjecturalium lib. 2. c. 9. Auctio autem publica & ſectio Varroni dicitur: ratio vero ejus non ita omnibus obuia. Nam quod Grammatici aiunt atque etiam ipſe Aſconius, ſectionem atque ſectorem inde dici, quod ſpem lucri ſecerentur, qui ex his emunt, non probatur quibuslibet. Nam ſi hoc eſſet ſectationem non ſectionem dici oportuiſſet. Anton. Contius lib. 1. diſput. ciuilem admonet veterem debitorum in partes ſectionem, ſeu quis malit deterius verbum, ſecationem in bonorum venditionem mutatam: idque ex Tertull. probat. Sane & Varro & Liuius ei teſtimonium prohibent. Nam Liuius anno vrbis 459. L. Papyrio & C. Pœtelio Viſolo Coſſ. refert primum ligari nexos deſiiſſe, Conſuleſque ob inſignem cujuſdam fœneratoris crudelitatem tuliſſe ad populum, ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur, pecuniæ creditæ, bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet, ita nexos fuiſſe ſolutos, cautumque impoſterum ne necterentur, &c. Vt ergo veteri illa ſectione, diuerſi creditores membra debitoris & nexi lacerabant & ſecabant, ita hac bonorum ejus venditione, bonorum emptores vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas & diſtrahendas conueniebant, vt ait Cic. pro Quint. Sed hanc bonorum ſectionem ſeu venditionem, quam etiam Iuſtin. ad acquirendi per vniuerſitatem modos retulit, ſublatam recto olim fuiſſe vna cum ordinariis judiciis, ait idem Iuſt. Inſtit. de ſucceſſ. ſublat. quæ fiebant per bonorum venditiones.

AUCTIONIS forma apud veteres ea fuit, vt à minima quantitate ad majorem plures licitantes peruenirent, l.35. de min. Gothofr. ad Nou. 120. cap. 6 §.2. ibi, vt qui plus præbet.

AUCTIONIS diem obire, eſt ad auctionis diem adeſſe, Cic. pro Roſc. Amer. & l. 10. 13. epiſt fam. Secundum autem Galliæ conſuetudinem, vt annotat Bud in fut. quarto trinundino auctionem futuram inclamatam oportet, & in juſtos dies proſcriptam, antequam vltima licitatio committatur, quã protinus ſequitur addictio. Singulis auctionum diebus apparitor debiti quantitatem, ob quam pignora capta ſunt, palam ſignificat & denuntiat omneſque commonet, vt ea licitentur, pretium ab vnoquoque oblatum deſcribit: poſtremo vbi jam nul-

lum pluris licitari cernit promulgat eam primam auctionem eſſe: ſecundam in octauum ab hinc diem vel moribus laxiorem rejicit, niſi diuini cultus feriæ id prohibeant, atque tunc proximo profeſto die ſequens auctio celebratur.

Avctionariæ tabulæ, quibus ſignificabantur alicujus fortunas haſta poſita diſtrahi, vocique ſubjici præconis, auctionis die conſtituto. Harum meminit Cicero 2. in Catilin. & de lege Agraria; idem ad Qu. fratrem: & ad Atticum lib. 12. Harum vero tabularum proferendarum non vna fuit ratio. Iuſtinianus Nouella 120. Ære alieno oppreſſæ (inquit) venerabilis domus diſpenſatores per 20. dies ſcriptum aliquod in publico ciuitatis loco proponunto, & eo modo rem immobilem emere volentes prouocanto, vt qui plus præbiturus eſt cæteris præferatur. Altera via hujus programmatis Impp. Dioclet. & Max. lege ſancita eſt, l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pign. ex Rabirio Iunio.

Avctionem conſtituere Cicero dixit decernere auctione, haſtaque poſita res diſtrahi & vendi. ex Rabirio Iunio de haſtarum origine.

Avctionalia apud Vlp. l. 1. §. officio, ff. de tut. & rat. diſt. tabulæ, & inſtrumenta ſunt auctionis, vt ex M. Cicerone in Catilinam liqueat. Prat. Auctionalia, Baſilica interpretantur [illegible]. Quod vero ita beneficio argentarij gerebatur, id ſolebat juſſu contrahentium, eorumve, ad quos res ea pertinebat, iis præſcribere diligenter, vt Gaius ait in l. argentarius, ff. de edend. Cujacius obſeruat. lib. 10. cap. 14. fol. 138.

Avctionis formulas varias recitat G. Budæus in forenſibus, puta has: Auctio bonorum proſcripta, id eſt, ſubhaſtatio. Auctionis clauſula, i. e. decreto adjudicatio. Auctionis inſtitor, ſubhaſtationum perſecutor. Auctionis diem denuntiare dici putat Budæus ad diem decreti citare: addictioni decretali diem præſtituere dicendum verius & proprie magis putem, l. ſi tempora. & l. ſequent. C. de fide inſtrum. lib. 10. Prat.

Avctionatos interceſſores opponentes ſe ſubhaſtationi dici idem putat. Tu rem expende. Prat.

Avctor is dicitur, à quo quis auctoritatem, id eſt, jus dominij in rem quampiam accepit. Cicero Verrin. 7. Tum illi intellexerunt, ſe id, quaſi à malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe: id eſt, ab eo, qui vendendi auctoritatem nullam habebat. Item pro Cæcinna: P. Ceſennius auctor fundi. Plaut. Curcul. Nec nobis auctor vllus eſt, nec voſmet eſtis vlli. Declinatum autem videtur verbum ab auctionibus, in quibus ei, qui plurimum auget, res addicitur: & ex ea auctione atque adjectione ſua auctoritatem ſibi in rem emptam comparat: nam ab augendo deductum Grammatici veteres teſtantur: & nota illa oſtendit, quæ eſt apud Valerium Probum, qua veteres vtebantur Avc. quæ auctor ſignificat: vt in antiquis monimentis ſic ſcriptum eſſe pleríque teſtantur. Quum ergo auctor is proprie diceretur, cui propter ſummam auctionem & licitationem res addicta eſſet, & Auctoritas jus ex ea auctione quæſitum: translatum poſtea fuiſſe vocabulum putamus ad eos, qui rem quoquo modo abalienarent: vt quum quæreretur ex eo, qui rem acceperat, vnde ſibi jus in eam comparaſſet, ſuum illum quaſi auctorem nominaret, qui ſibi ſuam auctoritatem tradidiſſet: vnde ſenſim in eos quoque, quorum ſententiam & conſilium ſequimur, quaſi jus quoddam ita ſentiendi certum & conſtitutum haberent, conſuetudine ſermonis translatum eſt: nam (verbi gratia) quum inſtitutum eſt, vt legum, quæ comitiis centuriatis ferrantur, ante initium ſuffragium patres auctores fierent, id eſt, vt Senatuſconſ. prius aliquid decerneretur, poſtea illud idem à populo juberetur, ea lex hanc vim habebat, vt quaſi in euictionibus, poſſeſſionumque controuerſiis poſſeſſor ſuum auctorem, à quo jus ſuum adeptus eſt, laudet, ita populus conſilij ſui auctorem ac ſuaſorem ſenatum laudare poſſet. Quod ſi quis vel [illegible], vel [illegible], vocabula nobis objiciat, inde qui propter literarum ſimilitudinem auctoritatem dictam putet, is Dionis verba audiat, qui libro LV. ſic ſcribit: [illegible], id eſt, Conſultabant autem Senatores (abſente Cæſare ſcilicet) & eorum ſententia ſcribebatur; non tamen quaſi rata effectum habebat: ſed erat auctoritas, vt eorum ſententia nota eſſet. Tale enim quiddã vis hujus verbi declarat: quod vno verbo Græce exprimi nõ poteſt. Paulus l. ſi fundo, 53. de euictionibus. Si cum poſſit emptor auctori denuntiare, non denuntiaſſet, ideoque victus fuiſſet. Modeſtinus leg. Herennius 63. eodem. Seia fundum à Titio emerat, & quæſtione mota fiſci nomine auctorem laudauerat. Hottomannus in commentar. jur. Quod attinet ad Orthographiam & originem vocis, Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt. Balduinus ad tit. de auctor. tut. à Budæo ſe audiuiſſe ſcribit proficiſci à Græco verbo [illegible], quo veteres ratam alicujus poteſtatẽ ſignificabant, cui nemo poſſit refragari. Sic Liu. ſcribit, mortuo Romulo, plebi quidem ſummam fuiſſe à patribus conceſſam auctoritatem, penes patres tamen [illegible] ſe auctoritatem: vt ſit verbum confirmationis, qua [illegible]mus, quod actum geſtumve eſt: Sic Conſtantinus Imperator [illegible] 9. de diuerſis officiis, auctoritates appellat eas literas, quas ipſi magiſtratus dant iis, quos militiæ ſuæ aſſignant; quaſi ipſi magiſtratus auctores ſint ſoli, nec principem ratum probatumque habere neceſſe ſit: auctoritas enim dicitur opinio & judicium ejus, qui ſupremam habet in aliqua re poteſtatem: Sic Cœlius in epiſtola ad Ciceronem, Auctoritates perſcriptas Senatus vocat, quæ Senatus auctoritate facta fuerant & probata: & Leo Imperator vltima conſtitutione de fabrienſibus auctoritates ampliſſimas ſedis vocat literas præfecti prætorio. Connanus lib. 4. cap. 3. num. 3.

Avctor ſecundus, l. 4. ff. de euict. Illud quæritur, an is qui mancipium vendidit, debeat fidejuſſorem ob euictionem dare quem vulgo auctorem ſecundum vocant. Hot.

Avctor ſeditionis, in l. 3. §. item qui ſeditionis, ff. ad l. Corn. de ſicar. l. 38. §. auctores, ff de pœnis, dicitur, qui ſeditionem primus ciet, inducit & perſuadet. Prat. ex Briſſ.

Avctor dicitur fieri tutor, cum probat, quod actum eſt, leg. etiam fin. 3. ff. de auct. tut. Hinc auctor in rem ſuam, § ſi inter. Inſtit. de auct. tut. Prat.

Avctor legis dicebatur, qui cum ea dignitate præditus eſſet, vt ejus oratione commoueri populus poſſet ab iis, qui leges ferebant, deligebatur, qui eas ſuaderet. Ita Pompeius ejus legis, quam tulit Lentulus de Cicerone reuocando frequenter à Cicerone auctor appellatur, in ea, quam poſt reditum habuit, oratione Prat. ex Hot.

Avctor, id eſt, venditor, Gothofr. ad l. 3. C. de peric. rei vend. per l. 2. in fin. l. 5. l. 16. in fin. ff. eodem, l. 37. de actio. empt. l. 4. §. 27. & 31. de doli mali except. § 3. verſ. quidquam Inſt. de empt.

Avctoramentvm ſumitur pro obligatione nexuque ac veluti ſtipendio, prædiove ejus, qui ſit auctoratus, id eſt, obligatus. Sic apud Paterculum. In ea jugulati ciuis Rep. conſtitueretur auctoramentum, id eſt, conſtitueretur merces & præmium ei, qui proſcriptum trucidaret. Iterum auctoramentoque funebri ad conſeruatoris quondam Reip. tantique Coſ. irritande necem. Hic auctoramentum funebre propoſitum præmium funeſtum ſignificat, qui Ciceronem jugularet. Merces igitur in ipſis mercenariis eſt auctoramentum ſeruitutis. Quoniam mercenarij ad tempus ſeruiunt. Vt auctoramentum, id eſt, mercedem ſeruitutis præmium conſequantur. Hinc auctoratus auctoramento obligatus, & mercede conductus dicitur. Spieg.

Avctoramentvm non ſignificat ipſam exauctorationem, actumve auctorandi, ſed ipſam obligationem, Cic. 1. off. Illiberales autem & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Eſt enim in illis ipſa merces, auctoramentum ſeruitutis. Eodem ſenſu accipitur apud Suet. in Tiber. c. 7. Auctoramentum centenum millium, pro mercede dici conſtat Prat.

Avctorari obligare eſt, vel, vt Turneb. tradit lib. aduerſ. 5. c. 20. Præmium mercedemque ſibi quærere. Vt Paterculus de Perpenna Sertorij interfectore. Sibi turpiſſimam mortem peſſimo auctorauit facinore, id eſt, mortem veluti mercedem ſibi quæſiuit & acceſſiuit et debitam. Huic contrarium exauctorare, de quo infra ſuo loco. Prat.

Avctorari, auctorem fieri, auctoritatemque accommodare & interponere ſignificat, l. 4 ff. de auctor. tut. l. 9 ff. quod falſ. tut. Auctorem autem fieri, hoc eſt, dicere, probare ſe id, quod agitur, l. 3. ff. de auct. tut. Nec enim præſentia corporis ſufficit ad auctoritatem, ſi tutor vel ſumno, vel morbo oppreſſus taceat, vel inuitus retineatur, l. 1. §. vlt. eod. tit. nec multum intereſt, abfuerit tutor, cum negotium contraheretur, an præſens ignorauerit, quale eſſet, quod contraheretur, l. 14. eod. tit. atque ita prætorum tutorumque auctoritatem accipimus tit. de auct. tut. ff. & l. 8 ff. de tranſact. Briſſ.

Avctoratvs dicitur proprie gladiator, qui mercedem accipit, vt depugnet in ludo, & vt vratur flammis, virgis ſecetur, & ferro necatur, vt ait Acron Satyr. 7. lib. 2. Sermon. Horatij: Quid refert vri virgis? ferroque necari? Auctoratus eas. Præterea. Itaque in Lexico Latinogræco, ædis B. Germani Auctoratus definitur [illegible]. Sic apud Quintilianum declam. 302. quæ inſcribitur, Auctoratus ad ſepeliendum patrem. Quidam, ait, vt patrem ſepeliret, auctorauit ſe. Liu. l. 7. Eo vero pignore veluti auctoratum ſibi proditorem ratus eſt: & inde auctoramentum gladiatorum à Suet. dicitur in Tib. & Quint. declam. q Briſſ.

Avctorem laudare, id eſt, nominare, & vt Galli dicunt, *garendum* appellare, l. 6. §. ſi tibi iter. ff. de action. empt l. 1. C. de io lit. dan. tut. l. 62. §. 1. ff. de euictio, l. 7. Cod eod. tit. Cic. de Orator. Gellius l. 2. c. 6. Feſtus lib. 10. Ex quib. hoc verbum in formulis & actionib. ciuilib. vſitatũ conſtat. Dicunt noſtri ſæpius auctori denuntiare. Auctor ipſe defugere dicitur, vel auctoritatem defugere, cum defenſionem cauſæ ſuſcipere recuſat. quod vulgo dicimus, *defailler de garend.* l. 139. ff. de verb. oblig.

l. 19. in

l.39. in fin. ff. de euict. Terent. Eunuch. Nunquam defugiam auctoritatem. Plaut. Pœn. Si auctoritatem poſtea defugeris, diſſolutus in fies, ego pendeam. Briſſon.

AVCTOR liberalitatis, l.3. C. de donat. quæ ſub modo.

AVCTOR ſtationis iniquus, l.20. C. de furt.

AVCTOR juris ſcientiæ ſummus eſt Saluius Iulianus, teſte Imper. Iuſtiniano in l.15 C. de vſufr. & habit.

AVCTOREM rerum Tacitus hiſtoriæ ſcriptorem vocauit, dum ita ſcribit matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna actorũ ſcripturæ reperio, vllo inſigni officio functam. At Salustio eſt rerum adminiſtrator geſtorque, vt Imperator, qui bella gerit: dum ita ſcribit. Tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & auctorem rerum. Nam Imperatorum majorem eſſe gloriam intelligit, quam hiſtoriæ ſcriptorum. Annotauit id doctiſſimus Turneb. lib. aduerſ. cap. 25.

AVCTORES dicuntur, à quibus jus in nos tranſiit, l.139. in fin. ff. de diuerſ. reg. ab augendo quod nos re auxerint. Itaque auctores plerunque venditores appellantur, l.4 §. vltim. 52. §. vltim. ff. de actio. empt. l.58. l.64. ff. de euictionibus, & l.3. ff. de diuerſ. tempor. l.15. ff de minorib. l.4. §.1. de appell. l.198. penul. ff. de diuerſ. reg. jur. l. in fin. ff. de flumin. l.21. ff. de liber. cauſ. l. vlt. ff. de adminiſtr. Sicut autem vendendi verbum in 12. tabul. ad omnem alienationem pertinet, vt ſcribit Pomponius in l.29. de ſtat. lib. Ita & auctor dicitur omnis, à quo jus in nos tranſit, leg. ex viribus, ff. de diuerſ. temp. præſcrip. Et hi ſunt primi auctores. Secundi vero auctores dicebantur, qui pro euictione fidejubebant, l.4. ff. de euict. qui βεβαιωταὶ à Iuſtiniano vocantur. Nou. 8. & venditionis confirmatores à Iuliano Patritio. Vide Antonium Auguſtin. lib. 3. c. 6.

AVCTORES etiam pro prudentibus & conſultis, Iuriſque ciuilis præceptoribus ponuntur, l.4. §. Labeo, ff. de doli excep. leg. ſecunda, §. poſt originem, ff. de origin. juris, l.8. §. vltimo, ff. de vſufruct. accreſc. 13. C. de vſufruct. Cicero lib. 1. de orat. Atque illum cum diſſerendo par eſſe non poſſet, ad auctores confugiſſe, & id quod ipſe diceret, & in P. Mutij fratris ſui libris, & in Sexti Ælij Commentariis ſcriptum protuliſſe. Briſſ.

AVCTORES quoque fuiſſe ſenatui aliquid cenſendi, dicebantur Impp. cum in eorum ſententiam, quam oratione in ſenatu habita & recitata, expreſſerant, aliquid decernebatur. Sic Antoninus, oratione in ſenatu habita, auctor fuiſſe ſenatui cenſendi l.32. ff de don. int. vir. & vxor. dicitur. Briſſ.

AVCTORES juris dicebantur Iuriſconſulti, quibus permiſſum erat, vt ait Imperator, jura condere. Vlpianus ex diuorum fratrum reſcripto in l.17. de jure patronatus. Et Proculum ſane non leuem juris auctorem in hac opinione fuiſſe. Et paulo poſt: Plurium etiam juris auctorum. Martianus ex reſcripto diui Pij: An mora facta intelligatur, neque conſtitutione vlla, neque juris auctorum quæſtione decidi poſſe. Hotom.

DICVNTVR & Iuris auctores in l.39. ff. de actio. empt. l.52. ff. de vſur. l.1. C. de verborum ſignificationibus, l.3. C. de repud. l.15. C. de vſufruct. Sic Gellius lib. 2. cap. 10. Seruius Sulpitius juris ciuilis auctor. Et Agge. Vrbic. comment. Frontin. Caſſius Longinus juris auctor. Inde prudentibus auctoritas tribuitur, l.24. ff. de hæred. inſtit. l.7. ff. de juſtit. & jur. l.2. §. his legibus, & §. ita in ciuitate, ff. de orig. jur. & apud Cic. Top. Briſſ.

AVCTORES etiam dicebantur, qui mulieribus propter ſexus infirmitatem dabantur, ſine quibus nec vllam quidem rem priuatam agere poterant, vt ait Liui. lib. 4. n.

AVCTORITAS, Titulus, id eſt, quo quid poſſidemus. Itaque Scæuola in leg. vlt. de pignor. act. quod principio inſtrumentorum emptionis appellauit, paulo poſt inſtrumentum auctoritatis nominat. Hot.

AVCTORITAS, ab auctore deducitur: cujus dictionis in jure quinque ſignificationes, & quidem nondum in vulgus proditas, Alciatus ſcribit reperiſſe ſe. Et prima eſt, vt jus rei ſuæ vendicandæ qualibet vſucapione rejecta ſignificet. Vnde in l. Atinia dicebatur: Quod ſurreptum erit, ejus rei perpetua auctoritas eſto, & in lege 12. Tab. Aduerſus hoſtem perpetua auctoritas: & ſi quæ ſimilia ab eodem declarata. Alia ſignificatio eſt, vt actionem pro re euicta ſignificet, vt apud Venul. l. fin. de euict. Tertia, cum pro jure accipitur, quod quis ab auctore i. e. venditore conſecutus eſt, §. fin. de pign. act. Quarta pro judicis edicto reperitur, l.1. C. ſi cert. pet. ibi auctoritatemq; poſtib. debitoris affigere, & in l.9 C. de aquæduct. Quinta pro mandato & juſſu judicis ponitur in Nou. Val. tit. de indul. reliq. quo ſenſu accipiunt auctor apud Paulum l. juſte, ff. de acquir. poſſeſſ. Iuſte poſſidet qui auctore prætore poſſidet, i. e. vt Accurſ. interpretatur, decreto rite interpoſito. Spieg. Prat.

AVCTORITATES magiſtratuum, pro literis & edictis, quæ publicis locis proponuntur, aliquid imperantes, vetantesve, l.1. ſi cert. pet. Chir. in C. Th. l. vlt. C. de fabric. l.11. l.10. de aquæduct. lib. 11. l. vlt. de cenſ. ciu. non adſcrib. in C. Th. Nou. Valen. de indulg. deb. Sed & in Caſſiodoro aliquoties, & in Beatorum paſſionib. vt vocant, hoc verbum accipitur. Briſſ.

AVCTORITAS pro jure dominij in 12. tab. Auctoritatem actionem pro euictione Venuleius interpretatur; in leg. vlt. ff. de euict. vt paulo ante: quam Græci βεβαίωσιν δίκην vocant, vt Pollux. lib. 8. ſcribit. Plaut. in Trinu. act. 1. Scen. vlt. Sic exquiratur vſque ab ſtirpe auctoritas. Sic apud Paul. lib. 2. ſent. tit. 17. Venditor, ſi ejus rei, quam vendiderit, dominus non ſit auctoritatis, manet obnoxius & eod. tit. Res empta mancipatione, & venditione perfecta, ſi euincatur, auctoritatis venditor duplo tenus obligatur. Senec. lib 4 natur. quæſt. Ergo ſi mihi parum credis, Poſſidonius tibi auctoritatem promittet. Hinc inſtrumenta auctoritatis, quibus origo rerum, & probatio juris noſtri continetur, quę vulgo titulos adquiſitionum appellamus. vlt. ff. de pign. actio. Et apud Senec. lib. 4. controu. 22. controuerſ. quæ emptionis tabulæ primum, eædem poſt auctoritatis tabellæ appellantur. Inſtrumenta ad probationem originis prædiorum appellat, l.24. de fideicom. Tertul. in lib. de præſcript. aduerſ. hæret. Habeo origines firmas ex ipſis auctoribus, quorum res fuit. Briſſ.

AVCTORITAS, probatio, voluntatis interpoſitio, & accommodatio, actus adprobatio, t. t. ff. & Cod. de auct. tut. & Inſt. eo. quam Theophilus αὐθεντίαν appellat, & αὐθεντεῖν auctorare. In cujus præſtatione præſentiam non ſufficere, ſed liberum animum eſſe oportet. Vlp. l. 2. §. fin. ff. eod. ſcribit, & nullam eſſe differentiam, eam interuenire, aut perperam fuiſſe adhibitam, idem tradit, l.2. ff eod. Prat.

AVCTORITAS ait Hot. firmamentum, robur, firmitas, &, vt ita loquar, validitas. Scæuol. l. vlt. de aq. & aq. plu.

AVCTORITAS juris apud Vlpianum l.4 §.1. de in lit. jur. & Modeſt. in l.20. ff. qui & à quibus, & Papinianum l. 16. de ſtatulib. eſt vis & poteſtas legum, & præeminentia, & pondus, ſicut eo ſenſu ſæpiſſime accipitur Cicero & Liuius. Prat.

AVCTORITAS ſenatus quid ſit, docet Dio lib. 55. αὐτόν, inquit, ἀναντιρρήτως ἰσχυρόν εἶναι φανερῷ τῇ βουλῇ αὐτῇ. Puto βουλευμάτων perſcribi ſolitum, M Cic. lib. 3. de orat. ad Qu. fratrem docet. Et eundem, inquit, (id quod in auctoritatibus præſcriptis extat) ſcribendo adfuiſſe. Sic accipitur apud eundem Tullium auctoritas ordinis, lib. 3. de orat. in pr. Prat.

AVCTORITAS in 12. Tab. & in lege Atinia accipitur pro vſucapione: quo ſignificatu vſus eſt & Scæuola l. vltima, ff. de aq. & aq. plu. qua in re fallitur Bart. ad dict. §. vltim. qui auctoritatem juriſdictionem interpretari videtur. Verba legis XII. Tabul. hæc ſunt: Vſus & Auctoritas fundi biennium eſto; ex M. Cicer. in Topic. & pro A. Cæcin. Item alio capite: Aduerſus hoſtem æterna auctoritas eſto: ex Cic. lib. 10. offic. Et alio cap. Rei furtiuæ æterna auctoritas eſto: ex §. furtiuę Inſtit. de vſur. Atiniæ legis verba refert Gell. l.17. c.7. In lege vtraque Iuſt. d. §. furtiuæ, auctoritatem vſucapionem interpretatur. Accipienda igitur non eſt eorum interpretatio, qui in Scæuolæ reſponſo auctoritatem, firmamentum, robur, firmitatem, validitatem interpretantur. Alij verò interpretationi ſignificationive propius accedunt, auctoritatem apud Scæuolam pro jure dominij accipientes, cum tamen junctis legum capitulis, apta l.1. § fin. l. fin ff de aq & aq. plu. auctoritas pro vſucapione accipiatur: quod & Bud. recte annotauit ad leg. Herennius, de euict. ex M. Cicerone de Haruſp. reſponſ. Prat.

AVCTORITAS legis pro ipſius beneficio accipitur apud Vlp. in l. fin. §. ait lex, in fin. de diuort. vt patet ex §. ſeq. ibid. Prat.

AVCTORITAS etiam præſcribi dicebatur in Senatuſconſultis, cum ob id, quod Senatuſconſulto quis interceſſiſſet, eorum, qui ſcribendo adfuerant, nomina conſcribebantur, vt ex Cœlij epiſtolis, & ex ipſo Cicerone in principio lib. 3. de orat. & epiſtolis ad Lentulum apparet. Vide Dionem lib. 55. Briſſ.

AVCTORITATE ſua diſtrahere bona, l 6. § qui judicati, ff. de re jud. Diuidere, l. 4. C. qui bon. ced. poſſ. &c. Briſſ.

AVCVPATIO (vt notiſſimam ſignificationẽ prætermittam) in reſcripto Conſtantini in l.1. C. de formul. & impet. eſt verborum juxta literæ rigorem (vt vulgo loquuntur) expoſitio. Vnde & Cicero verborum aucupium recte dixit. Sic Varro li. 4. lingu. lat. Scientia ad opinionem aucupari dixit, quale noſtris temporibus vidimus. Prat.

AVCVPIORVM & venationum reditus. Vide Vlp. l. ſi fundi, ff. de vſufruct. Spieg.

AVDACIAM ab auide, id eſt, cupide agendo dictam ait Feſt. lib. 1. qua quis facinus nullo periculi aut pudoris metu perterritus molitur, c. 2. de cenſ. Prat.

AVDACTAM pro audacibus, in l. pen. C. de ſepulc.

AVDACIA, pro fidentia, proteruitate. Vlp. de public. & vectig. Quantæ audaciæ, quantæque temeritatis ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat. Albericus indicat in bonam accipi partem Audere verbum. Volunt nomen Audax, quod non tantum ad hominem, ſed ad factum refertur, pro forti & ſtrenuo accipi. Vide Eraſm. in Chiliad. Fortes fortuna adjuuat. Spieg.

AVDACIA furoris, l.7. Cod. vnde vi. l.3. de aquæd. in C. Theod. Optat. Afer. lib. 5. O rabidam furoris audaciam. Vigilius lib. 1. contr. Eutych. Illud etiam ſolita furoris audacia reprehendere ſolet. Briſſ.

AVDACIOREM ſpe fieri, hoc eſt, confidentiorem, proteruiorem, apud IC. in l.1. in princ. Si is qui teſt. liber eſſe juſſ. fuer. Spieg.

AVDACISSIMVS quiſque. Vlp. l. 1. §. ſed etſi, ff. de Carbo. ed. Nam ſi aliter obſeruetur, inuenta erit ratio, quemadmodum audacíſſimus quiſque, eo majore injuria impuberem adficiat, &c.

AVDACES objicere manus, l. 2. poſt prin. C. de his qui latro. vel alia.

AVDACTER, id eſt, confidenter, in malam partem: quod mali plærumque faciunt, & tamen à multis juſtam cauſam tueri creduntur. Spieg.

AVDANTER, apud Vlp. in fi. l. 1. ſi pars hæred. pet. pro temere, impudenter, & liberius quam par eſt. Prat.

AVDIANI hæretici, l. 5. pr. C. de hæret.

AVDIANA dicto, Alphenus in l. arbiter ex compromiſſo, de arbit. Alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerat, hoc eſt, non obtemperauerat. Spieg.

AVDIANTIA, etſi eſt nomen Latinum (Cicero namque de ſenect. audiantiam ſibi facere dixit) tamen Canoniſtæ, vt pleraque alia, inepte loquuntur, audientia cauſarum, audientia literarum. Spieg.

AVDIANTIA Epiſcopalis, eſt Epiſcopi forum & judicium, l. 9. & a. t. C. de epiſc. aud Accurſ. Cod. eod. interpretatur juriſdictionē Epiſcopi: cujus ſententiam probat Azo. in ſum. C. eod. Prat.

AVDIENTIA. Audire verbum, varij vſus eſt, & elegantis. Frequenter autem accipitur pro eo quod aſt, Paren præcipienti. Diſcrimen autem inter audio & auſculto exprimitur in verſu Pacuuij aut Nonij expoſito lib. 1. da diuin. Magis audiendum quam auſcultandum cenſeo. Audientiæ vocabulo Plautus eſt vſus in Pœn. & Cic. de ſenect. Vulgo inepte vtuntur hac voce, cum hominem multæ autoritatis, ac gratiæ, aut celebris exiſtimationis, dicunt eſſe magnæ audientiæ. Nec ignoro, noſtros vſurpaſſe d. tit. audientiam, pro juriſdictione, ſed vt rudes temporum. Spieg.

AVDIENTIA epiſcopalis, ait Gothofr. ad rubr. C. de epiſc. audien. non eſt juriſdictio, vt vult Accurſius: non eſt diœceſis vt vult Haloand. quia vt foro, ita & apparitione ac executione carent Epiſcopi. Audientia, judicium eſt atque notio, quæ epiſcopo in clericos & monachos competit.

AVDIENTIAM direptorum negotiorum præbere, l. 7. C. da ordin cognit.

AVDIENTIA prima legum, l. prima, C. de nod. jur. Quir. toll.

AVDIENTIAM impertiri debet judex, l. 1. C. ne liceat potē. crim.

AVDIRE, Iudex, Præfectus vrbi, Præſes, dicitur qui cognoſcit. Sic

AVDIRE cauſam, id eſt, noſſe, l. 1. vbi Gothofr. C. de lit. conteſt. l. 6. §. 3. C. de appell. l. 26. ff. eod.

AVDIRE cauſam ex integro, l. 5. C. ſi ex falſ. inſtrum.

AVDITOR contradictarum hodie inſigni officio clarus, quod verſatur circa reſcripta, conſtituendoſq; judices extra Romanam curiam: vt & quos auditores nunc vocant Sacri Palatij, quibus Pontifex Maximus cauſarum cognitionem demādat.

AVDITOR in variis Ciuilis & Pontificij juris articulis ſumitur varie. Quandoque pro diſcipulis, qui jus ciuile diſcunt, & præceptores audiunt, l. 2. §. poſt hunc verſum, ſed plurimum à ſuis, ff. de orig. jur. Prat.

AVDITOREM pro lectore accipi, apud M. Ter. Varronem lib. 5. ling. lat. ipſo ſtatim initio recte quidam putant. Dicitur item is, cui articulus cauſæ committitur, cap. ſuper quæſtionum, §. porro, ad fin. de offic. deleg. Sed & is, cui cauſæ terminus committitur, & deciſio delegatur, clem. auditor. de reſcr. Prat.

AVDITOREM veteres pro eo ſolum accipiebant, qui auretenus adeſſet, donec tandem etiam pro quolibet diſcipulo vſurparunt, l. 2. §. pen. de orig. jur. l. cum ſcriptum, de dot. rel. Vnde

AVDITORES in curia Romana vocantur auditores Sacri Palatij. Auditores Sacri Palatij referunt inter ſe & pronuntiant. Innocent. c. quoniam de probat. in Auth. Cardinales vero auditores Papæ referunt: niſi eis commiſſa fuerit definitio, Prat. Porro hi auditores Magiſtri quoque appellantur, quaſi ad eam legum peritiam deducti, vt magiſterio fungi poſſint, ſeu magis, quia doctoratus inſignia aſſecuti ſunt. Galli enim pleroſq; doctores magiſtros appellant, & appellationem hanc Curia Romana ſeruauit, dum Gallia Romam reuerſa eſſet. Aldobrandinus in proœm. Inſtit. in verbo Magiſtro.

AVDITORIVM appellatur locus, vbi cauſæ audiuntur, aguntur, cognoſcuntur & finiuntur, l. 1. ff. an per alium cauſ. l. 4. fin. de lib. cauſ. l. 5. fin. oe de ſtat. deſ. Atque etiam de Scholis publicis intelligi poteſt, vt in l. penult. de offic. aſſeſſor. & l. contra, §. is, qui, de re jud. Porro auditorium proprie ad Imperatores, Conſiſtorium ad Romanum Pontificem interpretes pertinere exiſtimant; licet noſtro jure conſtet, id haud perpetuum eſſe. Pro ludo literario quoque dici cœpit, l. 1. Cod. de ſtud. liber. lib. 11. Authent. habita. in fin. C. ne filios pro patre. Vide, Secretarium.

AVDITORIVM locus eſt, vbi artium miniſtræ Philoſophia legeſque docentur, l. vnic. C. de ſtud. lib. vrb. Rom. lib. 11. quidam vocant ludum literarium. Curtius Conjecturalium lib. 2. cap. 4. Prat.

AVDITORIVM principis vocatur, vbi princeps quid cognoſcit, definit, decernit, edicit, l. 19. §. 1. & §. ſeq. ff. de minorib. l. 2. ſ. ff. ad Trebell. Hoc factum conſiſtorium in recentiorib. Imperatorum conſtitutionibus, l. vlt. §. in his, C. da temp. appellat. l. 35. C. de appellat. Et auditorium ſacrum, l. 2. ff. de pactis & tranſact. in C. Th. & alibi appellatur, Briſſ.

AVDITORIVM præfecti prætorio, l. 40. ff. ſi cert. petat. Auditorium magiſtratuum, l. penult. ff. de offic. adſeſ. l. 78. §. penult. ff. de jur. dot. Auditorium recipere, l. 41. in fin. ff. de recept. qui arbitr. Briſſ.

AVDITORIVM commune, l. 37. C. da appell.

AVDITORIVM appellationum, l. 39. C. eod.

AVE, ſiue Haue, vel Habe (b pro v, vt ſæpe in P. Flor. vt aſt literarum motua ἐναλλαγή, val Fabio auctore) K. N. B. id eſt, aue chariſſime nobis, ſalutandi formula, qua vtebantur Imperatores ἐν ταῖς ὑπογραφαῖς, & inſcriptionibus ſuarum conſtitutionum, qualem videmus in inſcriptione l. falſæ, 8. C. Th. de falſ. mon. & alibi ſæpe, & in C. Iuſtinianeo ejuſmodi ſalutares inſcriptiones viſuntur: quæ quidam deprauarunt, & corruperunt. Prat.

AVENA apud Vlp. in leg. ſi ſeruus ſeruum, §. inquit lex, ff. ad leg. Aqui. frumenti vitium eſt, quod ſole maximo, cœlique humore accidit. Aliquando etiam ſeminis imbecillitate, cum diutius terra retentum eſt, priuſquam erumpat, de qua Plin. multa, & Virgil.

Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

Et de his verbis ſimilibus intellexit Vlp in l. ex conducto, §. 1. ff. locati, qui locus aliter male declaratur. Nebriſſ. Expectata ſeges vanis eluſit auenis, id eſt, vanis eluſit culmis & ſtipulis frugem non habentibus. Diuus enim Ambroſius ita exponit in lib. de pœnitentia, quem citat Turnebus lib. aduerſa. 19. c. 29. Sed ſunt certa quædam vitioſæ auenæ genera, vt bromos & ægylops, de quibus Herm. Barbarus in Plinianis caſtigationib. lib. 18. c. 17. Budæ in l. ex conducto, § ſi vis, ff. locati.

AVERSA charta, id eſt, opiſthographos, l. chartæ, ff. de bon. poſſ. ſecundum tabul. Eſt enim ὀπισθόγραφος à tergo ſcriptus. Plin. lib. 3. epiſt. 5. Theod. Hermopolites ad Iuntionem, ff. de verb. ſignific. ὀπισθόγραφον λόγον appellat apocham à tergo ſcriptam. Cujac. lib. 8. obſeruat. cap. 15. Prat.

AVERSARIA ſunt ſcriptitiæ ſine ordine confectæ, tametſi ea aduerſaria adpellet Alc. l. 1. C. de edend. nu. 14. in fin. Cujac. loco præalleg. Vide ſup. Aduerſaria.

AVERSIONE, vel per auerſionem emere, conducere, vel locare, locutio eſt à ſolis Iuriſconſultis vſurpari ſolita, cæteris autem omnibus Latinæ linguæ authoribus inuſitata, vt vir doctiſſimus Franciſcus Connanus lib. 7. commentar. juris ciuilis, cap. 10. num. 6. tradit. Quid vero ſit vel per auerſionem conducere, vel emere, à pleriſque quæſitum & hæſitatum eſt. Accurſius, quem & poſteriores nonnulli ſequuntur, auerſionem eſſe periculi à ſe repulſionem, & in locatorem rejectionem arbitrator. Sed cum antiqui Codices fere omnes Aduerſione ſcriptum habeant, alia interpretatio aliis melius quærenda viſa eſt. Alciatus igitur parergon juris lib. 6. capit. 28. & lib. 7. cap. 11. per auerſionem nauem conduci exiſtimat, aliud nihil eſſe, quam ſi aduerti conductor voluerit, quot amphorarum nauis capax eſſet: Antonius autem Goueanus lib. 1. variar. lect. juris ciuilis, cap. 24. putat auerſione id fieri, quod negligenter, neque ſatis conſiderate quis facit, quaſi oculos auertens ab eo, quod agit: cujus ſententiam reprobat Iacob. Rævard. lib. 2. var. cap. 7. ſubſcribens Antonij Auguſt. aliorumque, eruditorum ſententiæ: quorum ille lib. 3. emendat. cap. 6. ex ſententia Lælij Taurelli tradit, auerſione vendi aut locari rem, cum numerus, menſura, aut pondus dictum non eſt, aut quid aliud his ſimile, l. vltim. in fi. ff. ad l. Rhod. de iact. leg. opus 36. ff. locati, cum ſimilib. Cæterum Franciſc. Connan. loco præalleg. tunc aduerſione rem emi putat, cum vt vt eſt emitur, ſtatimque perficitur emptio, cum emptor nec deliberandi tempus, nec probandi poſtulauerit: neque ipſi venditor vitia rei præſtare cogitur: quia bonitatem ejus, aut vitioſitatem ſuo periculo ſuſcepit emptor, & ad ſe aduertit, id eſt, vt ipſe interpretatur, aduerſum ſe attraxit, & bonitatem ejus in ſe recepit. Igitur ſi res empta pereat, emptoris incommodo eſt, quoniam abſoluta ſuit emptio. Verumtamen ſi dolus venditoris acceſſerit, & vel mortis cauſam dederit, vel detrimenti, æquum eſt ipſum præſtare. Sic ejuſdem ſententia nauis conducta dicitur, ſi conducentis periculo conducta ſit. Igitur ſi nihil omnino portatum ſit, vel quia noluit conductor, vel quia aut tempeſtate, aut naufragio, aut vetuſtate non potuit, locatori nihilominus ob ſuſceptum omne periculum, niſi ſi quid ſpecialiter exemptum ſit, integram mercedem exoluere cogitur. Cujus ſententiam ſequitur Petrus Peckius exercitatio. l. 1. §. per auerſionem, & leg. vlt. §. vlt. ff. ad leg. Rhod. de jacto.

AVERSIONE vænire dicitur Briſſ. quod confuſe & vniuerſaliter, ſiue pretio in ſemel dicto non in ſingulas res conſtituto vænit, vt Gaius loquitur in l. 35. §. in his, cum §. ſeq. ff. de contrahend. empt. vulgo id *en gros & en bloc*. Sic in l. 4. §. 1. ff. de pericul. & commod. rei vend. auerſione vinum væniſſe accipit,

pli, cum omne, quantumcunque fuit, vno pretio vænijt non in ſingulas amphoras, vel metretas, certo pretio conſtituto. Sic & in l.62. in fin. ff. de contrah. empt. Auerſione locatum opus, id eſt, vno pretio non in ſingulas operas, vt Iauolen. loquitur, l. 51. §. vlt. ff. locat. Vnde in l. 36. ff. eodem titulo. Auerſione locatum opus ei opponitur, quod ita conductum eſt, vt in pedes menſuraſque præſtetur. Auerſione locata inſula, l. 35. ff. locat. id eſt, vno pretio tota, vt in leg. 58. eod. titul. Hæc etiam aduerſa facit Paulus in leg. vltim. §. vltim. ff. de leg. Rhod. auerſione nauem conductam, & pro numero impoſitarum amphorarum mercedem conſtitutam. Eodem modo accipis & in l. 1. §. exercitorem, ff. de inſtitor. Briſſon. eandem ſententiam amplectitur Hot. auerſione rem vænire tradens, quum res multæ ſimul atque aceruatim vno pretio venduntur: multas autem intelligit, ſiue illæ plurium ſint generum, ſiue vnius: ſed numero, aut pondere, aut menſura diuidantur. Aſconius hac in re vocem SEMEL vſurpat; Sectores, inquit, ſpem lucri ſui ſequuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur: ac poſtea ſingulas quaſque res populo venditabant. Putatque Hotoman. non ab Auertendo deductum vocabulum, ſed ab Auerrendo: quaſi quum omnia ſimul vno tempore tanquam per euerriculum auerruntur: vnde Vniuerſa dicuntur proprie, quæ vnum in locum ſunt conuerſa. Exemplum ejuſmodi emptionis perſpicuum eſt in auctionibus, de quibus dixit: quum res non ſingulatim & ordine diuenduntur: ſed vniuerſæ vno pretio ſimul atque aceruatim auferuntur. Vlpianus l. 4. §. 1. ff. de pericul. & commod. Si auerſione vinum vænit, cuſtodia tantum præſtanda eſt. Et §. ſequ. Vino autem per auerſionem vendito, finis cuſtodiæ eſt euehendi tempus: id eſt, non ad menſuram: vt ipſe idem locutus eſt in l. 1. §. 1. eodem titulo. Modeſtin. l. 62. §. 2. ff. de contrah. empt. Res in auerſione empta ſi non dolo venditoris factum ſit, ad periculum emptoris pertinebit. Vlpianus l. 1. §. 7. de exercitor. action. Exercitorem eum dicimus, ad quem obuentiones reditus omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino nauem per auerſionem conduxit, id eſt, non in certam partem, vt certum onerum numerum imponeret, ſed vniuerſe, quod apertiſſime Paulus docet in l. vltim in fin. ff. de leg. Rhod. Si conduxiſti nauem amphorarum duo millium, & ibi amphoras portaſti, pro duobus millibus amphorarum pretium debes. Paulus, Imo ſi auerſione nauis conducta eſt, pro duobus millibus debetur merces; ſi pro numero impoſitarum amphorarum merces conſtituta eſt, contra ſe habet: nam pro tot amphoris pretium debes, quot portaſti. Perſpicue Paulus eum, qui per auerſionem conduxerit, ei, qui ad certum onerum numerum conduxit, oppoſuit Florentinus in l. 36. ff. locati. Opus, quod auerſione locatum eſt, donec approbetur, conductoris periculo eſt (ſic putat legendum Hotomannus, non PERICVLVM.) quod vero ita conductum ſit, vt in pedes menſuraſque præſtetur, eatenus conductoris periculo eſt, quatenus admenſum non ſit. Hæc cum ita ſint, haud ſcit, an ADVERSIONE potius, quam AVERSIONE legendum ſit, quomodo in Florentinis libris vbique legitur, & AFVISSE, pro adfuiſſe, aut abfuiſſe, nam & Fab. lib. 12. veterum pleroſque Auerſa pro Abuerſa dixiſſe teſtatur: & quamvis quæ ad nos aduertimus, ab alio auertamur, vt non magni intereſſe videatur: emptor tamen & conductor aduerſione rem accipere dicentur: non auerſione: vt non incommode dici poſſe videatur, quum de venditore aut locatore loquimur, auerſione: quum de emptore & conductore, aduerſione ſcribendum, & pronunciandum eſſe. Hæc Hotomanus. Nec admodum ab his diſſentire videtur Iacobus Cujacius in notis ad inſtitut. lib. 3. de emptione & venditione: ea tamen ſententiæ ſuæ ratione reddita, quæ Goueani opinioni congruit: exiſtimans auerſione vænire: quod vno pretio vænit, quod ſcilicet quaſi auerſi quodammodo, negotium ita contrahamus, re omni (pondus, numerum, menſuram intellige) neque perſpecta, neque explorata bene. Idem libro obſeruat. 3. cap. 2. Auerſioni numerum opponit: & rurſus libro obſeruation. 8. capite 15. ex libro 53. Βασιλικῶν, per auerſionem Græcos interpretari tradit ἐν ὁμάδι, id eſt, in vniuerſo, & in l. 4. §. ſi auerſione, ff. de pericul. & commod. rei venditæ, [illegible], id eſt, alea; ratione nominis reddita: quæ prius aſſignata eſt.

AVERSIONE vendere, Pomponius confuſe vendere dixit in l. 56. ff. de ædil. edict. Hot.

AVERSIONIS actio: de qua vide ſupr. Actio oneris auerſi.

AVERSVM & Aduerſum differunt: Nam aduerſum nuncupatur, quod ad nos verſum eſt, auerſum quod nobis eſt retro. Vnde aduerſa vulnera, quæ à fronte: auerſa quæ à tergo. Ex quo factum eſſe, vt aduerſus nos & aduerſus, idem ſit quod penes & apud nos. Terent. Id mihi gratum fuiſſe, aduerſum te habeo gratiam. Et Cic. Eſt enim pietas juſtitia aduerſus Deos, id eſt, erga Deos. Contra quod alienum eſt, & quaſi abeſt à nobis, auerſum appellatur: & auertere à ſe abjicere, abalienare, aduertere, recipere & retinere. Cic. in Verr. Cum piratarum nauem cepit, omnem prædam ad ſe aduertit, id eſt, (inquit Aſcon.) apud ſe retinuit, &c. Conn. lib. 7. c. 10. n. 6.

AVERTERE mercem, in l. 7. §. penultim. de trib. act. & Auertere peculium, l. 21. de pecul.

AVERTA, in l. quoniam, de curſ. pub. lib. 12. C. quid ſit ex Græco interprete Budæus in l. eos, ff. de falſ. docet: [illegible] Auerta ex eo quod aduerſa ſit: [illegible], i. e. (vt ait Bud.) lora latiora quæ per terga equi jugalis excurrunt, ſub alis ſuccincta. Spieg. ex Bud. Prat.

AVERTERE, ſurripere, l. 7. §. pen. de trib. Item amouere, intercipere, alio transferre, l. 11. §. præterea, ſi is qui teſtam. lib. 3. §. ſed etſi de crim. ſtell. Prat. Sic

AVERTERE onus, Tertull. lib. 5. aduerſus Marcion. Si nullum omnino onus auertiſti, vel adulteraſti. Vnde oneris auerſi actio, in l. 31. ff. locati. Briſſ.

AVERTERE hæreditatem, pro auferre, ſeu eripere, capitur. Cic. lib. 13. epiſt. fam. epiſt. 29. & alibi.

AVES allectatrices, quæ alias ſui generis alliciunt, & ſimulando ducunt incautas in retia: de his Ariſtotel. lib. 9. de hiſtoria animalium.

AVIBVS legatis, & anſeres, & gallinæ, & phaſiani, & auiaria debentur, l. 66. de legat. 3. Briſſ.

AVFERRE, tot. tit. ff. & C. de iis quæ vt indign. & in l. aufertur, ff. de jure fiſci, eſt vendicare, idq; per l. portiones, 21. ff. de iis, quæ vt indign. aufer. Auferendi cauſas pete ex dictis tractatibus: latiſſimam enim tractationem exigunt. Prat. & auferre, ſummouere, ac id ſine vi fieri poſſe Vlpianus ſcribit l. quo naufragium, non ſolum autem, ff. de incend. ruin. naufrag.

AVFERRE eſt quid amouere, ſed ſine vi. Auferre item pro è manibus rapere, & pro furari accipitur. Vide l. 3. & ibi not. ff. de incend. ruin. naufr. §. non ſolum autem. Sic auferre furto rem, l. 3. C. de furt. Et ita auferre clam rem commodatam, l. 59. ff. d. tit. Spieg. Briſſ.

AVFERRE dies, eſt dierum dilationem impetrare.

AVFERRE rem furto, l. 3. C. de furt.

AVFERRE ſucceſſionem, l. 4. C. de hæred. inſtit.

AVFERRE, & abducere differunt. Auferri namque dicuntur res mobiles, quæ anima carent. Abduci animales, l. 67. D. de fidejuſſ. l. 27. ff. de euict. Auferre tamen aprum dixit Proculus in l. 55. ff. de acquir. rer. dom.

AVGERE dignitatem, l. 8. C. de oper. libert.

AVGERE ſpectat ad quantitatem, ampliare ad pretium, C. de ſacroſ. eccleſ. l. jubemus nulli, de jure fiſci, l. non intelligitur, §. diui. Augere hæreditatem, gregem, & pecorum partus, in fin. l. ſed etſi, ff de petit. hæred. l. ancillarum, ff. eodem. Prat.

AVGMENTA dicuntur, quæ rei accedunt, leg. item veniunt, §. non ſolum, ff de hæred. petit. Prat.

AVGMENTVM pro acceſſione, *anfall*, opponitur, deminutioni, *abgang*, juxta vulgatum illud: Hæreditas & augmentum recipit & deminutionem. Primum ex fructibus, deinde ex pretiis rerum hæreditariarum exactis, vel quæ exigi potuerunt, leg. item veniunt. §. item non ſolum, & §. fructus, l. ſi quo tempore, ff. de petit. hæred. Spieg.

AVGMENTVM facere, l. 4. C. de fid. & jur. haſt. adde l. 3. 4. 5. C. de locat. præd. ciuil.

AVGMEN, Lucret. l. 5. pro mole & magnitudine dixit hoc verſu:

——Et tamen ex his

Omnibus eſt vnum perfectum corporis augmen.

Torneb. lib. 20. aduerſ. c. 13.

Porro vero AVGMENTVM eſt alicujus præexiſtentis ſuperuenientis acceſſio, vt ſit pars ejus, ſecundum Alb. Brun. in tract. de augmento & diminut.

AVGVRES, ab auium garritu dicti ſunt. Porro trifariam augurari auibus ac futura prædicere ſolebant. Primum volatu, deinde cantu, tertio guſtatu obſeruato. Nam cum pulli gallinacei ex cauea deprompti, porrectam eſcam non guſtarent, pernicies portendebatur. A ſacerdotib. autem augures conſtituebantur, viri illuſtres, vt fuerunt Marcellus, Cicero, & alij ſimiles. Dicti autem ſunt augures ab auib. & gerendo. Feſto lib. 1. Prat.

AVGVRES ſimiles ſunt impoſtoribus, qui Mathematicorum liberali nomine adumbrantes ſuas ineptias, profitentur ſe fata cujuſque noſſe, & natalitias ſyderum obſeruationes. Gothofr. ad l. 10. C de epiſc. audient.

AVGVRARI pro diuinari vſurpamus. Cic. de diuin. lib. 1. Chalchas (ait) ex paſſerum numero, belli Troiani annos auguratus eſt. Item, inaugurari, pro cooptari atque conſecrari in aliquem ordinem, à quo rurſus contrario modo ſecludi, recte nuncupamus exaugurari. Adi Gellium lib 3. cap 3. Prat.

AVGVRES, maleficorum appellatione contineri ſanxit Conſtantius, eos conſuli prohibens, l. nemo, 3. C. de malef. & mathem. idque ſublata Romuli lege, jubenti. Ne quid inaugurato fieret. Prat.

AVGVRIA interpretatiua quæ, & quæ oblatiua, vide apud Turneb. aduerſ. lib. 5. c. 7.

AVGVSTVS, Feſto lib. 1. locus ſanctus ab auium geſtu, id eſt, quia ab àuibus ſignificatus eſt, ſic dictus: ſiue ab auium guſtatu: quia aues paſtæ id ratum fecere. Prat.

AVGVSTI cognomentum vnde deſcenderit, quave de cauſa Cæſari inditum fuerit, ex Dione lib. 43. diſces: cujus verba ex G. Xylandri verſione hæc ſunt. Sed poſteaquam ea, quæ pollicitus fuit, reipſa perfecit, ibi demum Auguſtus à Senatu populoque appellatus eſt. Etenim cum ſtatuiſſent peculiari quodam cognomento inſignire, ac alij alia referrent, ac probarent: Cæſar quamvis Romuli nomen vehementer adpetebat, tamen cum ſentiret, hinc ſe ſuſpectum adfectati regni fieri, eo omiſſo, Auguſtus quaſi humanis natura amplior ipſe cognominatus eſt. Auguſta enim ea, quæ honore digniſſima ac ſanctiſſima ſunt, dicuntur: ideoque σεβαστὸν Græci Auguſtum interpretati ſunt, quaſi venerandum dicas. Prat. Idem teſtatur Tranquil. in Auguſto: poſtea C. Cæſaris, inquit, & deinde Auguſti nomen aſſumpſit: alterum teſtamento majoris auunculi, alterum Munatij Planc. ſententia, cum quibuſdam cenſentibus Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem vrbis, præualuiſſet vt Auguſtus potius vocaretur, non tantum nouo, ſed etiam ampliore cognomine, quod loca quæque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, Auguſta dicantur. Vnde & Cicero de Natura Deorum, ſimulachra Deorum majeſtatis plena, & ſimilitudinem diuinitatis habentia, Auguſta vocat. Cum Deorum, inquit, auguſta & ſancta ſimulachra veneremur. Sunt & qui ab Auguriis Auguſti nomen Octauio prius impoſitum dicant, cum Auguſtum, quod augurio conſecratum eſt, dicatur. Vnde templa auguſta, hoc eſt, augurio condita, dixit Ouid. lib. 1. Faſt. Sancta vocant Auguſta patres: Auguſta vocantur Templa ſacerdotum rite dicata manu. Et Auguſta mœnia, dixit Virgil. 7. Æneid. pro augurio conſecratis: Centum oratores Auguſta ad mœnia Regis ire jubet. Et quoniam non niſi in Auguſto loco Senatus haberi poterat, templum Veſtæ non fuit augurio conſecratum, ne illuc conueniret Senatus, vbi erant virgines. Priori tamen alluſioni adſtipulari videtur Egeſippus V. belli Iudaici, Auguſti apud Romanos nomen Imperij eſſe ſcribens, quod augeat ſuos, non quod alienos opprimat. Cotraſius Miſcellaneorum lib 3. cap. 22. Et qui primus apud nos interpretatus eſt Auguſtum, *ein Mehrer*, quod vulgo receptum eſt, putauit deductum vocem ab augendo, Spiegel. Et eidem interpretationi ſubſcribere videtur Ouid. libr. 1. Faſtorum, cum inquit:

Augeat imperium noſtri ducis, augeat annos.

AVGVSTALES, vt Vegetius lib. 2. rei milit. ſcribit, erant, qui primos ordines in bello ducebant, quod ab Auguſto ad id munus eſſent adjuncti, l. quinque ſummates de Decurion. Verius tamen hac lege dignitas eſt, quæ inter magiſtratus municipales erat. Alciatus. Cod. de Dec. l. præallegata, lib. 10. Strabo auctor eſt, deuicta Cleopatra, in certam adminiſtrationem Ægyptum redactam, & ad eam mitti ſolitus moderatione & prudentia inſignes viros ſub præfecti titulo Is eſt præfectus Auguſtalis, qui vicem regis obtinet, teſte Alc. Vide l. vnic. de offic. præfect. Auguſtal.

AVGVSTALIS varie accipi conſtat. Nam quidam erat præfectus Auguſtalis, qui Ægypti præfectus erat, cui præfectura & imperium ad ſimilitudinem proconſulis conceſſum erat, l. 1. de offic. præfect. Auguſt. Quando & à quo ſit conſtitutus, Strabo lib. 7. quave de cauſa, Tacit. lib. 2. annal. docent. Hujus meminit Anthemius l. 3. C. de canon. larg. tit. Prat.

AVGVSTALES item ſunt omnes Cæſarei miniſtri ad palatium principis. Auguſtale namque eſt ipſum principis prætorium: & Auguſtales prætoriani, cuſtodes Palatini ſunt, qui & Comitatenſes dicti: & Cæſariani, & Curiales, id eſt, aulici, quos Curtiſanos vulgus appellat. Ex Pyrr. Spieg.

AVGVSTALIA Auguſti feriæ ſunt. Prat.

AVGVSTALIS majeſtas, l. 3. C. vbi & apud quem cogn. in integr.

AVGVSTALIS vicarius, l. 2. C. de his qui per met jud.

AVGVSTALIS flamen, cui ſacerdotes auguſtales ſubjecti erant. Sacerdotium enim auguſtalium ſodalium inſtitutum refert Tacitus. & notat doctiſſimus Torneb. lib. 3. aduerſ. c. 3. Latius id tamen explicat, & melius Vertranius de jure liberorum. c. 37. vbi Sacerdotes Auguſtales vocatos tradit, qui ad vrbis ſimilitudinem in ciuitatibus erant. Imperatoribus indigitatis decreti per decuriones, ſicut Fauſtus inter primos Auguſtales decurionum decreto cooptatus ſit Mediolani. Hos in prouinciis principes ſacerdotum ſacri interpretes dixerunt, & Protoflamines Gratianus diſtinct. 21. appellatos refert.

AVGVSTI Imp. lib. ab ipſo de vita ſua conſcriptus, citatur ab Vlp. l. 2. ff. de cadau. punit. Hot.

AVGVSTI dicuntur, qui nunc regnant, & à ſenatu Imperatoris nomine honeſtati ſunt: At Cæſares, qui ab ipſo Auguſto electi ſunt ad regendam prouinciam aliquam, cum Cæſaris honore tantum, donec Auguſtus vixerit, poſt ejus mortem ſucceſſuri in imperio. Alciatus in l. 2. C. de excuſ. artif. lib. 10. Quare Imperatores appellatur Auguſti. Vide etiam l. & ſi excepta, C. de maleſic. & mathem. Aliis proprie eſt Auguſtus cui ſumma in rebus gerendis auctoritas obtigit: Cæſar vero, qui jam quidem adminiſtrat, ſed ad Auguſti nutum, teſte Alex. Neapolitano, nemo ambigit, qui à Diuo Iulio & Octauio, reliqui Imperatores, Cæſares Auguſti dicti, cognominatique ſint: partim, quod deſiderio illorum poſt funera tenerentur, partim, quod ipſi quoque ad præclara facinora obeunda inuitarentur. Sed & mulieres Auguſtas dictas, præter hiſtoriam Vlp. indicat, quum in l. princeps, ff. de legib. ait: Auguſta licet legibus ſoluta non eſt. Spieg.

AVGVSTVM priuilegium, l. vnic. §. 14. C. de caduc. toll.

AVGVSTVM remedium, l. 27. C. de donat. inter vir. & vxor.

AVGVSTI apices, l. 6. §. 4 C. de aduoc. diuerſ. judic.

AVGVSTI duo quando primum regnarint, docet Iulius Capitolinus in Marco Antonino philoſopho. Marcum ſcilicet philoſophum & Verum Commodum fratrem. Tres etiam poſtea ſimul regnaſſe ſcribit Ammianus Marcellinus. In hoc tamen, inquit, negotio Valentinianus morem antiquitus inſtitutum ſupergreſſus, non Cæſares, ſed Auguſtos, Germanum nuncupauit, & filium beneuole ſatis. Prat.

AVGVSTA, auguſti vxor, l. princeps, 31. ff. de legib. l. ſi Auguſtæ, ff. de leg. 2. l. fiſcus, in fin ff. de jure fiſci, l. 6. §. vlt. ff. de pœn. l. 3. C. vbi Senator. l. vlt. C. de quadr. præſcript. l. cum hæredes, C. qui teſtam. fac. poſſ. & alibi ſæpiſſime. Auguſta etiam Auguſti ſoror, l. fin. C. Th. de Inſtr. collat. Briſſ. Prat.

AVGVSTA domus, domus eſt principis priuata, ad ejus rem priuatam pertinens, vt conjicere eſt ex inſcript. & tit. de priuileg. dom. Auguſt. lib. 12. C. eadem diuina dicitur in l. abſit. C. eod. Prat.

AVGVSTAM fortunam. Auguſtum ipſum interpretari poſſumus, l. vlt. in princ. C. de judic. Prat.

AVGVSTALIS etiam ſextumvir, judex municipalis erat, à Decurionibus factus, vt ex l. quinque, 57. & leg. ſi quos 59. de Decur. lib. 10. C. junctis epitaphiis, quæ Mediolani extant, FAVSTVS VI. VIR AVGVSTALIS, QVI INTER PRIMOS AVGVSTALES A DECVRIONIBVS AVGVSTALIS FACTVS EST. Prat.

AVGVSTANA colonia in l. 1. §. 1. ff. de cenſib. vbi Haloand. legit Auguſtiana.

AVIA mater eſt parentum. Sicut auus pater parentum. Deduciturque à Græco vocabulo, quod apud eos παππος (quibuſdam literis immutatis) vel quod (vt alij volunt, ab alia Græca voce) αὖος magnum ſignificat, quaſi auus ſit magnus pater. Sunt etiam qui putant auum dictum eſſe, quia ad duos attineat, quaſi ad duum, vel quia ad patrem ſit additus. Et pater aui noſtri proauus dicitur, & proaui abauus, abaui atauus, atani tritauus. Et hi omnes ſunt in linea aſcendenti. In linea vero deſcendentium numerantur filius, nepos, pronepos, abnepos atnepos, trinepos. Cæteri vero velut patruus, auunculus, frater, ſoror, &c. in linea collaterali. Anchoran.

AVIA negotia nepotis adminiſtrat, leg. Neſennius, ff. de neg geſt.

AVIA mea, ſocrus magna vxoris meæ eſt. Modeſt. l. non facile, §. gradus, de grad. & adfin. ff.

AVIARIA apud Paul leg. auibus, ff. de leg. 3. caueæ quibus aues concludimus. Prat.

AVIARIA autem primus inſtituit M Lælius Strabo Brundoſij eques, carcereſque fecit auibus, quibus natura cœlum aſſignauerat, vt autem ea ſalubria ſint, ſuffiri debent odoribus ex Virgilij præcepto, qui fieri admonet, his verbis:

Hic iam galbaneos ſuadebo intendere odores.

AVIATICVS, nepos, lib feud. 3. tit. v. §. 1 ſi vero filios non habuerit & auiaticum ex filio maſculo reliquerit. Fictum nomen ab auia, vel auus, quo nomine ſæpius in legibus barbaricis pro auus vtuntur. Prat.

AVIARIA legatis, anſeres, phaſiani, gallinæ, & auiaria debebantur? An autem phaſianarij, & paſtores anſerum, voluntatis quæſtio eſt Hæc Iul. Paulus lib. 3. ſentent. tit. de legat. vnde exſcripta eſt d. l. auibus, à Triboniano immutata. Prat. Vide autem Forcatulum in ſuo auiario juris ciuilis, cap. 1. vbi vult aues eſſe volucres pennis præditas, nec apes auium nomine cenſeri. Eſt autem auium ſumma diuiſio hæc, quod quædam ſunt feræ, penitus, vt aquila, grus, turdus, graculus, quædam feræ ſed manſuefactæ, vt paui, columbæ: tertio quædam natura domeſticæ, vt anſeres, gallinæ. Hæc diuiſio notatur ab Accurſio velut integra in §. ceruos Inſt. de rer. diuiſ. l. 5. §. fin. ff. de acquir. rerum domin. Forcatul. in d. Auiario c. 1.

AVEOI à non videndo nominati ſunt, propter nimiam cupiditatem: vt Verrius Flaccus exiſtimauit, quod A litera priuandi vim obtineat, ſicuti amentes dicimus, qui mentem non habent. Crinitus de honeſta diſciplin. lib. 2. c. 16.

AVIDITAS conductorum, l. 4. C. vectig. noua inſtit. non poſſ.

AVIDIVS Caſſius l. 60. ff. de pact.

AVITA tenerentia, l. 10. in fin. pr. C. de adopt.

AVLA appellatione tecti venit, l. 12. Cod. de his quibus vt indignis.

AVLÆVM, Vlp. leg. ſed & ſi quid. de vſufructu, velut aulæi, inquit, vel alterius apparatus. Sed & apud Ciceronem pro Cœlio,

in au-

in ſingulari legitur. Nam vſitatius in plurali & neutro genere Aulæa legitur: tapeta ſunt, quibus parietes & aulæ ornatus cauſa teguntur. Seruius vero ſtragula verſicoloria eſſe putat, explicans hunc Virgilij locum:

—Aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda.

Sic dicta, quod in Attali Regis aula primo inuenta ſint. Nonius vero genus veſtis peregrinæ eſſe cenſuit, eſſeque ait tanquam paludamentum habitus militaris. Prat.

AVLÆVM ſcenicum Maro appellat ludos ſcenicos & theatrales, quod in ludis ſcenicis aulæum tendi ſolebat. Cicer. pro Cælio: Deinde ſcabella cõcrepãt, aulæũ tollitur, Turn. 5. aduer. 24. c. 4.

AVLICVS, qui aulæ ſectatos eſt aſſiduus.

AVLAZANVS, l. 1. C. de condition. inſert.

AVLVS Caſſelius, T. Quinti Mutij Voluſij auditor: Qui quæſtoria dignitate contentus, conſulatum aſpernatus eſt, cum ei ab Auguſto offerretur. Is librum vnum Benedictorum ſcripſit. Auctor eſt Pomp. in l. 2. §. pen. ff. de orig. iur. Briſſ.

AVOCARE concionem, inquit Turn. aduerſ. lib. 26. c. 22. eſt concionem à magiſtratu, qui eam aduocauit, abducere: quod, vt apud Gellium eſt, ius erat aliquibus magiſtratibus facere. A Tribuno auocare concionem, Liuius ſcribit nefas fuiſſe. Prat.

AVOCARE, pro auertere, retrahere, apud Calliſtr. § fin. de teſtib. Teſtes, inquit, non temere euocandi ſunt per longum iter, & multo minus militer auocandi ſunt à ſignis vel muneribus, perhibendi teſtimonij cauſa. Spieg.

AVOCARI alicui, pro ab aliquo Vlp. l. 36. de noxal. act. Nec oberit, quod Seruiana poteſt ei homo auocari. Hot. ſic auocatur ſcriptis hæreditas, pro à ſcriptis hæredibus, l. fin. de his quæ in teſt. delent. Prat.

AVOLARE & Reuolare, l. 6. § Pauonum, ff. de acquis. rer. domin. §. Pauonum. Inſt. de diuiſ. rerum.

AVRA communis, l. 23 C. de pœn.

AVREA pecunia in l. tres fratres, ff. de pact.

AVREA barba: apud Perſium doctiſſ. Turneb. lib. 1. aduerſ. c. 20. putat ſignificari Iouis ac Neptuni inſignia & ornamenta. Meminit eius & Suetonius in Caligula. Horatio autem mediocritas aurea eſt, quod ea hominibus chariſſima, optatiſſima, & pretioſiſſima eſſe debeat, & tanti æſtimanda, quanti aurum, idem Turneb. lib. 9 aduerſ. c. 17.

AVREÆ veſtis IC. in vulgatiſſima l. veſtis, de aur. & arg. leg. nullam facit mentionem: nec eſt quod mireris. Nam ad ea potius debet adaptari ius, quæ frequenter, quam quæ perraro eueniunt. Neque enim tam frequens erat vſus panni aurei temporibus illis, quam eſt hodie, quo hippotoxotæ noſtrates, nec niſi proſciſſis vtuntur, ait Baytius. Spieg.

AVRELIA lex. vide infra, Lex.

AVRES propitiæ opponuntur hebetibus quas habere dicuntur, qui non curant quæ audienda ſunt, audire. Vlpia. in l. ſi extraneus, de iur. dot. Nequaquam enim iudex propitiis auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem, &c. Spieg.

AVRES apertæ, l. 10. fin. C. qui teſtam. fac. poſſ.

AVRES acutæ Calphurnio dicuntur pro actibus & iudicij intelligentis: ſicut contra obeſæ iu licij nullius, aut obruſi & hebetis. Turneb. lib. aduerſ. 28. c. 3.

AVREM tangens, totum corpus tetigiſſe videtur, l. vulgatis, de furt. Prat.

AVRES perforatæ exprobratio fuere barbariæ: Sic Xenop. ἀναβ. γ. narrat quidem ſe vidiſſe aures Apollonidis, quæ ambæ eſſent, quales Lydorum, perforatæ, & Cic. dixit in epiſt. ad Qu. frat. in auribus omnium gentium ac nationum poſitam virtutem. Ioachim. Camer. Erat & auris perforata ſignum perpetuæ ſeruituris, vt apparet ex 21. cap. Exod. in Moſe, vbi ſic legitur; Quod ſi ſeruo dominus vxorem dederat, finito ſexẽnio manumittebatur quidem, ſed vxor eius, & ex ea nati liberi erant domini: Quod ſi amore captus vxoris & liberorum ſuorum, nolebat à domino diſcedere, offerebat eum dominus diis, id eſt, iudicibus: eique ad poſtem applicato, ſubula autem perforabat, vt ei perpetuo ſeruiret, &c. Conn. li. 2. c. 1. n. 7. &c.

AVREORVM anulorum ius. Vide ſuprà Anulus.

AVREORVM genera duo conſtituit Bud. lib. 5. de aſſ. & Alciat. lib. 2. diſpunct. c. 9.

AVREOS quadringentos Pamphilæ dari volo, ita vt infra ſcriptum eſt à Iulio actore, aureos tot & in caſtris quos habeo tot, & in numerato quos habeo tot. Exponit Vlp. in princ. l. quidam teſtam. ff. de leg. 1. Spieg.

AVRELIVS Antonius Imper. qui ad appellationem ex Germania iudicauit, vt memoriæ tradidit Paulus in l. non putabam de cond. & demonſtr. is eſt, qui virtute & eruditione inſignis, Philoſophi cognomentum tulit. Bella geſſit in Germania contra Marcomannos: quorum loca hodie tenent Morani & Sileſij. Spieg.

AVRELIVS Arcadius Chariſius, magiſter libellorum, librum ſingularem de off. præfect. prætor. ſcripſerat. Item lib. ſingularem de muner. & honor. Item lib. ſing. de teſtib. è quibus aliquot in Pandectas capita tranſlata ſunt. IS. Heren. Modeſt. citat in leg. vltim. §. mixta. ff. de honor.

AVRAT nummi etiam æs dicuntur. l. 159. de verb. ſign.

AVRI S quinis valet argenti libra, l. vnic. de argent. pret. lib. 10. C. Prat.

AVREVS antiquus centenos nummos ſeu ſeſtertios valuit. Tacit. lib. 17. de Othone: vt per ſpeciem conuiuij, quoties Galba apud Othonem epularetur, Cohorti excubias agenti viritim centenos nummos diuideret. At Suetonius de eodem: Quoties cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat, quod Plutarc. dixit χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων: Ita ſeſtertiis decẽ aureus æſtimabatur, h. e. mille ſeſtertiis nũmis. At Iuſtin. mille ſeſtertiis vnicum aureum tribuit & eum ſui temporis, qui tertia parte ponderis ab antiquo receſſerat. Valuit enim aureus veterum duos noſtros Coronatos, & vnum dimidiatum, id eſt, quinque libras æris noſtri, ſimilis fere Anglico nobili. Atqui Iuſtiniani temporibus fuit aureus, ſubſe ſcuplus fuit ad antiquum, & tertia parte minor, qui in Codice Iuſtiniani ſolidus vocatur par fere Angeleto Anglorũ. Itaque in lege Papia Centenarius appellabatur, qui mille aureis antiquis cenſebatur, id eſt, aureis Iuſtiniani mille trecentis triginta tribus, & aurei antiqui triente, noſtratibus autem coronatis bis mille & quingentis. Conn lib. 2. c. 9. n. 2.

AVREVS centum continet ſeſtertios, vt ex Dionis verbis intelligitur ex lib. 55. quæ ſic conuertimus: Quum Auguſti domus in palatio conflagraſſet, multique multa illi conferrent, nihil accepit niſi tantũ à populis aureum, à priuatis verò drachmã. Aureum enim ego quoque nummum, qui drachmas 25. valet, more noſtro appello Et Græcorum quidam, quorum libros, quod Attico dicendi genere ſcripti ſunt, legimus, ſic ipſum vocarunt. Hæc Dio. Cum igitur drachma denario Romano apertiſſime à Plut in Camilli vita æſtimetur, apparet Dionem aureum pro 100. ſeſtertiis vſurpaſſe: cum ſcilicet in 25. denariis tot ſint ſeſtertij: quod ex Taciti & Tranquilli duobus collatis inter ſe locis facile intellectu eſt. Nam quod hic Othonem ſcribit excubanti cohorti diuidere ſolitum, quoties cœna principem acciperet, viritim vnum aureum: Tacitus idem commemorans centenos ſeſtertios nominat. Adrianus Turn. lib. 5. aduerſ. cap. 1. Quæ quum ita ſint, crederem equidem locum illum apud Imp. §. 3. de ſucceſſ. lib. qui & me & alios cõplures exercuit, leui commutatione ſic ſanari poſſe, vt hæ duæ voces, CENTVM & MILLE locũ inter ſe commutarent: id eſt, altera in alterius locum ſuccederet. Nam ſi hoc modo legantur, vt mox ſubijciam, omnia quadrabunt: Siquidem libertus & liberta minores centenariis ſint, id eſt, minus mille aureis habeant ſubſtantiam (ſic enim legis Papiæ ſummam interpretati ſumus, vt pro 100. ſeſtertiis vnus aureus computetur) nullum locum habeat, patronus, &c. Quum enim 100. ſeſtertij aureum efficiant: centum quoque ſeſtertiorum millia, mille aureos conficiant neceſſe eſt. Atque huic errato ſimile aliud eſt in l. 8. ſi ager vectigal. in vocibus Tamdiu, & Quamdiu: quod tamen Haloander emendauit. Huc præterea probatur ex eo, quod ſcribit Vlp. in l. 1. §. 5 ff. de var. & extraor. cognit. aduocatorum honorarium pro ſingulis cauſis vſque ad 100. aureus fuiſſe. Nam Corn. Tacitus lib. 11. ſcribens de Claud. Cæſare, qui pecuniis pro aduocationibus capiendis modum impoſuit, ait eum ſtatuiſſe modum vſque ad dena ſeſtertium, quæ egreſſi repetundarum tenerentur. Sic enim lego in ſecundo caſu, vt ſubaudiatur millia: ſicut in omnibus antiquis auctoribus. Quapropter cum audimus libertum qui patronum ſine venia in ius vocarit, 50. aureis mulctari, l. 15 & l. 24. & l. 25. ff. de in ius voc. perinde accipiendum eſt, ac ſi dictum eſſet. H.S. quinque millibus, vt etiam is, qui edictum corruperit, quingentis aureis mulctari dicitur apud Vlp. l. 7 ff. de iuriſd. continuo intelligimus, H. S. quinquaginta millia: quæ ſane ſumma permagna eſt: continet enim ſcutatos Gallicanæ pecuniæ 1250. vt mihi Haloand. lectio probabilior eſſe videatur, qui nõ QVINGENTORVM, ſed QVINQVAGINTA poſuit: præſertim quum huius quoque varietatis nos optimus Accurſius admoneat. Quinquaginta enim ſcutatos Gallicos centenos vicenos quinos efficiunt. Huc accedit, quod idem Vlp. eadem in lege ſcribit, eos qui inopia laborant corporalem pœnam ſubire: Hermogen. autem in l. 10. de accuſat. eos eſſe pauperes conſtituit, qui minus 50. in bonis habent. Verum vt ad rem redeamus: eum ſcribit Caius in l. 25. ff. de Senatuſconſ. Silania præmium accuſatori ſeruorum conſtitutum eſſe in ſingulos ſeruos quinos aureos, & qui manumiſſi erant, denos. ſimiliter intelligendum eſt, illi quidem, quingentos ſeſtertios, id eſt, ſcutatos duodecim & ſemiſſem: huic vero mille, id eſt, ſcutatos vicenos quinos & apud Venuleium in l. 6. § 2. de repetund. ſancitum eſſe, ne magiſtratus plus doni muneris in anno accipiant, quam quod ſit aureorum centum: ſic accipiendum eſt, ac ſi ſcriptum eſſet. H. S. decem millium: id eſt, ſcutatorum 250. Hotom.

AVRVM & ſolidum (ait Briſſ.) idem valere intelligimus ex collatione l. 5. §. prætor ait. ff. de his qui deiecer. §. item is. Inſtit. de obl. quæ ex quaſi delict. l. 47. de manum. teſtam. l. 8. fin. l.

da inoff.teſtam.l.32.de minor.l.2.C.de fideicomm. liber.l.fin. de in ius voc.§.fin.Inſtit.de pœn.temer.litigant.

AVREVS, qui in iure ſolidus dicitur, eſt ſeptuageſimaſecunda pars libræ ſeu marcæ auri, continens quatuor ſcrupulos auri: practicis in iure noſtro eius quantitatis ac bonitatis, cuius eſt aureus Vngaricus. Vult.comment. Inſtit. de Attil. tutor.ad pr. n.9.Gœdd.ad l.232.de verb.ſign.Gail.2.obſ.39.n.2.

AVRICHALCVM inquit Sext. Pompon. quidam putant compoſitum ex ære & auro, ſiue quod colorem habeat aureum. Orichalcum ſane dicitur, quod in montoſis locis inuenitur: mons etenim Græcè ὄρος appellatur Marcian.l.4 ff.de contr. empt. Quemadmodum ſi vas aurichalcum pro auro vendidiſſet ignorans, tenetur, vt aurum, quod vendidit, præſtet. Seru. Æneid. 12. Apud maiores orichalcum pretioſius metallis omnibus fuit. Namque ſicut Lucretius ait, Cum primum homines ſyluas incendiſſent, nullarum adhuc rerum periti, terra caſu fertilis omnium ex incendij calore deſudauit metalla: inter quæ orichalcum pretioſius viſum eſt, quod & ſplendorem auri, & æris duritiem poſſideret. Nam primum de auro ſecuris facta diſplicuit cauſa mollitiei. ſimili ratione & argẽti contemptus eſt vſus: mox orichalcum placuit, donec veniretur ad ferrum: vnde etiam ſecula ita dicuntur fuiſſe diuiſa. Orichalcum autem fuiſſe pretioſum etiam Plautus docet, qui ait in Milite glorioſo: Ego iſtos mores orichalco contra cumparem. Hot. Orichalcum aliquibus quaſi æs auri. Briſſ.

Αὔριον craſtinum & poſterum diem ſignificat: hinc Theſaurus quaſi θεὶς εἰς αὔριον, id eſt, poſitus in craſtinum aut futurum: Et θησαυριστικὰ τῆς τροφῆς animalia quæ naturæ inſtinctu prouident ſibi alimenta in futurum, vt vulpes & formicæ, &c. Conan lib 5 cap.4.n.3.

Αὐτεξούσιος καὶ αὐτογνώμων, id eſt, ſuæ ſpontis, vt dicit Celſus, &c. Conan lib.10 c.1 o 4.

AVREVS funis apud Lucretium nominatus, aurea catena Homerica eſſe videtur: Plato autem in Theæteto aureum apud Homerum funem interpretatur ſolem eſſe. Turneb lib. aduerſ 5 cap.15.

AVRIFODINA apud Caium l.1.ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. locus vbi aurum foditur, ſicut Argentifodina, vbi argentum. Pratains.

AVRVM Feſto lib. 1. dictum, quia præcipue cuſtoditur. Græce enim αὔειν cuſtodire dicitur. Vnde & Theſaurus, Hippocrat. medicus de nomine inuentoris id dictum putat, quem vocitatum ait Aurum, ſiue, vt alij legunt, Aurium. Quidam à ſimilitudine auroræ coloris nomen traxiſſe exiſtimant. Nonnulli, quia mentes hominum auertat: alij à Sabinis tranſlatum putant, quod illi Auſum dicebant. Prat.

AVRI facti infectique appellatione quid contineatur, vide legem Quintus, l.Pediculi, & l.cum aurum, de aur.arg.leg.

AVRI ſacram famem imitatione Virgilij dixere Leo & Anthemius Imperatores, l.29.C.de epiſc.& cler. pro execranda. Sic enim lib.3 Æneid.

——Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Prateius.

AVRVM Tholoſanum, prouerbium Gellio lib.3.c.9 de hominibus calamitoſis. Hinc dictum, quod cum Qu. Cepio Coſ. oppidum Tholoſanum diripuiſſet, multumque auri in eius oppidi templis fuiſſet, quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero exectabilique exitu periit. Prat.

AVRVM coronarium, definitore Gellio lib.5.c.6. coronæ Aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Bapt. vero Egnatius in adnot. ad Capitol. eſſe, quod ciuitates & oppida nouis Imperatoribus offerebant ſub coronarum ſpecie. Equidem ab Imperatorum definitione diſcedere non auſim. Aiunt igitur, aurum coronarium eſſe id, quod offertur à curiarum ordinibus, vel amore proprio, vel indulgentiarum lætitia, vel rebus proſpere geſtis. l. quæ diuerſarum. C. Theo. de aur. coron. Hoc autem non niſi ab admonitis, & ex conſuetudine præſtabatur, d.l. quæ diuerſarum, & l.ſeq. C.Theod.eod. Hanc ſolam Iuſtinianus in Codicem ſui nominis tranſcribi iuſſit, quæ extat lib.10 C.eod. tit. Aurum coronarium voluntatis, munus voluntarium diuus Iulianus reſcripſit. Huius etiam meminit lex penult. C.de Iudæis, & ibi vide Græcos interpretes Prat. Vide & Vetranium de iure liberorum, cap.10. Fortunatulum in Cupidine Iuriſperito, c.10.n.1.

AVRVM coronarium quid, docet Seru. in illum Æneid.8. locum: Ipſe ſedens niuei candentis limine Phœbi, Dona recognoſcit populorum, aptatq; ſuperbis poſtibus. Aurum, inquit, coronarium dicitur, quod hodie à victis gentibus datur. Imponebant autem hoc Imperatores propter conceſſam vitam. Ideo dixit Dona, nam ſi hoc non eſſet, ſpolia diceret. Hæc Seruius. Cic. in Piſon. mitto aurum coronarium, quod lex & decerni & accipi vetat, niſi decreto triumpho. Et in Rullum: Quod ad quenque peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Patet autem ex C. Theod. lib 12. tit.13. poſtremis temporibus muris fuiſſe, vt ex vniuerſi imperij curiis, & Satrapiis, vel ſponte, vel indulgentiarum lætitia, vel ob res proſpere geſtas aurum coronarium mitteretur Imperatori. Hotom.

AVRVM comicum, Plauto, lupinos eſſe putat Antonius Muretus, quibus maceratis paſcuntur boues: eumque ſequitur doctiſſ. Turn.lib.1.aduerſ.c.19.

AVRVM glebale, quod pro poſſeſſionibus penditur: huius fit mentio in l.1.C.de prætor.& hon.præt.lib.12.C. vide infrà in verb.Glebalis præſtatio.

AVRVM luſtrale, quod quarto quoque anno pendebatur, vt ait Zonaras: idem nuus negotiatorum, & mercatorum erat: ob idque aurum negotiatorium adpellabatur à Lampridio in Alexand. Huius fit mentio C. de luſtralis auri conlatione. vbi ſunt duæ tantum leges Græcæ, à quibus χρυσάργυρον appellatur: ſit etiam in variis legibus. Cod. Theod. de luſtra. conlat. appellatur quoque functio auraria in l. ſinguli. Cod. Theod. eod. à negotiatoribus (vt iam dixi) pendebatur, vt ait l. à negotiatoribus, C. Theod. eod. & l. ſeq. Prat.

AVRVM oblatitium, quod non canonis, vel indictionis, ſed oblationis genere quodam à ſenatoribus pendebatur, vt ex Symmachi & Syneſij epiſtolis didici. Prat.

AVRVM publicum quod ærario publico infertur. Huius commeminere Honorius & Theodoſius Impp. in l. vnic. de aur. publ proſecut. lib.10.C. Prat.

AVRI ſui appellatione non contineri, quod in credito eſt, argumento eſt, quod Vlp. ſcribit in l. Quintus, §. argento. de aur. arg leg. Prat.

AVRI maſſam 72. ſolidis ſiue aureis æſtimat l. quotieſcunque, C.de ſuſc. præp. & arc. lib. 10. αὕτη (inquit Zonar.) ἡ τοῦ χρυσοῦ λίτρα ἑβδομήκοντα δύο νομίσματα, &c. Prat.

AVRVM puſulatum, vide ſupra Argentum puſulatum.

AVRVM negotiatorium, dictum à negotiatoribus, quod illi Principibus penderent. Spieg.

AVRVM obryzum, id eſt, defæcatiſſimum, ac multoties excoctũ. Quanto enim magis igni excoquitur, tanto magis niteſcit: huius fit mentio in l. fin. C.de veter. numiſmat. poteſt. lib.11. l. vnica. de obligat. vot. lib. dicitur, inquit Budæus, Græcis τὸ πεπυρωμένον ἄπεφθον, h.e. multipliciter excoctum: Forcat. dial. 6. Necyom. n.5. Obryzũ vero & nunc non habetur propter principum (vt quidam Italorum traditiſſ. ait) ignauiam, & innatam quandam auaritiam. Idem queritur, Venetos etiam, quorum moneta probatiſſima erat, Scutos (ita enim appellatur impuri auri moneta) cudere cœpiſſe: & omnes Italiæ principes ſequutos eſſe. Obryzi vſum in re medica rariſſimum fuiſſe, monuit feſtiue, innuens, melancholicos donatos pelui aurearum monetarum, melancholicum humora potius priuari, quam auri puluere deglutito: demirans item de quibuſdam medicis, qui, vt vires animales ægris augeant, & cor (vt dicunt) conforrent, & exhilarent, aureas monetas inter capones decoqui iubent, ex quibus nihil aliud abſumitur, quam multarum manuum ſudor, quæ ipſos tractarunt, inhærens: itaque arbitratur potius, aurum pernicioſum naturam habere, vt cætera metalla. Quia nihil aliud eſt aurum, quam argentum viuum, purum, condenſatum, puriſſimam ſulphuris puri partem actu recipiens. Quam ob rem aurum in honore habetur: quia gaudemus poſſidentes, adeo ſtolidi effecti, vt rubram terram exiſtimemus, & albam. Nam argentum & aurum nihil aliud ſunt, quam terra rubra & alba. Argentum enim, eſt viuum argentum purum, condenſatum, ſulphur potentia mixtum habens, quod ex hoc deprehenditur, quia ſi tractetur, ſulphuris odorem ſpirat: non eſt autem actu, alioqui auri colorem habuiſſet. Optandum eſt magis, quam ſperandum, vt noſtrorum fert temporum conditio, vt monetæ in puram metallorum perfectionem reuertantur: vt ſub diuerſis Imperatoribus factum eſſe, Annales teſtantur. Aurum à Gallis *Or*, ab Hiſpanis *Oro*, à nobis *Gold* nuncupatur: Argentum Galli *Argent*, Hiſpani *Plata*, nos *Silber* vocamus. Quia vero & frequens eſt in iure noſtro & auri & argenti mentio, præter ſingularem titulum, hæc non omnino inutiliter, vt puto, noſtram farraginem retexendo, acceſſerunt. Spieg. Hinc

AVRVM illicitum eſt, quod Alchymiſtæ faciunt ex ære, vel argentum illicitum dici poteſt, cum fixum reddunt Mercuriũ, vt eorum ungis habetur, h. e. argentum viuum, l. ſacrilegij pœnam, §. fi. ff. ad leg. Iul. pecul. ex dial. 6. Necyom. Forcat.

AVRVM largitionale, l. 13. C. de ſuſcept. præpoſ.

AVRVM in maſſa conſtitutum, l.15. C.depoſit.

AVRARIVS ſuſceptor, in l.1.C. de apochis publ. qui aurum collatum ſuſcipit, vide infra. Suſceptor. Briſſ.

AVRARIVM Canonem in l. priuatæ, C. de excuſ. mun. lib.10. interpretatur Accurſ. ſuſceptorem aurarium: cum pro penſitatione & functione in auro facta accipi oportere contextus ipſe conſtitutionis doceat. Briſſ. Prat.

AVRARIA penſitatio, idem, de qua in l.2. defun. patri. lib.12.C. his verbis: Præſtatio fuit à mercatoribus & negotiatoribus conferri ſolita, quæ & auraria penſitatio vocatur. Briſſ.

AVRARIA præſtatio, in l. vnic. Cod. Theod. qui à præbit. tiron. & equi. excuſ. Briſſ.

AVRARIA

AVRARIA functio, l.figuli, & l.omnes, C.Theod. de laſtra.conlat. Briſſ.

AVRARIA penſio, apud Caſſiod.lib. 11 Epiph. Varia. ad Fauſtum. Briſſ.

AVRARIVS ſuſceptor, qui aurum collatum ſuſcipit, l.1.Cod.de Apoch. publ.

AVRIFEX, qui ex auro quid facit, l.ſcribit. ff. de aur & arg leg & l.1.C.Theod.de excuſ.artif. & apud Iul. Firmic. lib. 3. Matheſ. c.4. Briſſ. Hinc

AVRIFICAS ſpecierum, & ſolidorum, in l.ſcriniis, Cod de palat. ſacr. largit. lib. 12. in breui, ſiue (ſi malis) in notitia. Prat.

AVRIGA, l.9. C.de maleſ. & mathemat. l.5. Cod. de ſpectacul. lib. 11. Cod.

AVRILEGVLI, l.5. de metallar. & metallis.

AVSPICIA cognitionum in l. fin. C. de incertum. non inter augurium, & euentum litis, vt quidam putat, ſed initia cognitionis cauſæ, vel potius litis (quod & Accurſius ibidem probat) interpretanda ſunt. Prat.

AVSPICIA pro auctoritate, iuſſu & mandato in forenſibus accipit G.Bud. Prat.

AVSPICIA maiora, maiores honores & magiſtratus ſignificant. Nullus enim magiſtratus inauſpicato creabatur.

AVSPICIA iuris, l.8.C.de codicill.

AVSPICIVM appellatum eſt ab auium volantium ſpectatione, quaſi auis ſpecium, ſicut Augurium à garritu auium, tam in bonam, quam in malam partem. Prat.

Auſſ bewueglichen. urſachen. Hanc clauſulam, qua nunc fere iudices vti ſolent, quod ſub eius prætexto nihil non excuſari poſſet, Old. ſumma ratione admonet expungendam.

AVTVS proteruus, l.14. §. de ſacroſ. eccleſ.

AVSVAIEMETARIVS, Auth. agricultores, C. quæ res pig.

AVT, vide paulo poſt.

AVTHENTICON, Græca vox eſt, pro authorato. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod multorum authoritate comprobatum eſt. Cur vero authentici nomine conſtitutionum Iuſtiniani volumen citetur, cum tamen nuſquam appareat, hunc titulum ab ipſo legiſlatore præfixum eſſe, declarat eleganter Alciatus c.46. lib. 2. pareg. Haloander acerrimi iudicij vir authenticos, h.e. vt ait, breues illas ſententias ex Nouellis Iuſtiniani conſtitutionibus exceptas, in recognoſcendo Codice loco mouit ſumma ratione, vt eſt legere apud eum. Alciatus obſeruauit authentici vocabulum, pro re certæ fidei poni, non ſolum apud Iulianum, Paulumque Iuriſconſultor, ſed etiam apud Ciceronem Epiſt. ad Att. lib. 9. & 10. Tametſi Gaza libello de Menſibus, hanc vocem apud veteres hoc ſenſu non reperiri ſcribat. Spieg.

AVTHENTICÆ rationes plerumque ſunt neceſſariæ actori ad inſtruenda ea, quæ poſtea emergunt ad notitiam eius ſpectantia: & neceſſarium eſt, cautionem ab eo ſuper hoc cohæredibus præſtari, autor Vlp. l.Pomponius ſcribit. ff. famil. erciſc. Spieg.

AVTHENTICÆ tabulæ ſunt primariæ, vnde tanquam ex fonte exemplaria deſcripta ſunt. Vlpian. in fin. leg. 4. ff. famil. erciſcund. Heredem enim, ait, exemplum debere dare: tabulas vero authenticas ipſum tenere, aut in ædem deponere, Spiegelius.

AVTHENTICA habitatio eſt cœnatio, in qua paterfamilias habitare ſolet. Iulian. ad Nouell. 130. c. 9. n. 541. pars principalis ædium, l.2. C. de metat, primaria habitatio l.6 §.5. de offi. præſi. add. Nou. 134. cap.1. Nou. 17. cap. 20. Gothofr. ad Nouel. 110. cap. 9

AVTHENTICVM, αὐθεντικὸν eſt, quod vulgo originale dicimus, Paul. lib. 5 ſentir, tit. 12. quæ in Pandect. lib. 22. tit 4. l.2. de fide inſtrum. à iuris ciuilis compoſitoribus relata fuit. Eodem ſenſu accipitur apud Vlpianum l. fin. ff de teſtam. quemadm. aper. λόγω ἐξ αὐθεντικοῦ. Exemplum teſtamenti ab Authentico, diſtinguitur: nam quod inde deſcribitur, dicitur exemplum, dict. l.2. & dict. l.final. Pragmatici Copiam adpellant. Prat. Briſſ.

AVTHENTICA vulgus interpretum, & pragmaticorum, vocat, quæ αἱ ΝΕΑΡΑΙ, & Nouellas conſtitutiones, & ipſe Iuſtinianus eiuſque interpres Iulianus Patritius, & interpretes Græci veteres appellant. Vnde autem eam appellationem traxerint, docere nititur Alciatus libro 2. pareg. capite 46. Prat.

AVCTORATOR, id eſt, Imperator. Dion. li. 53. plurib. verbis explicat, quomodo Iulio tributa ſit appellatio αὐτοκράτωρ, quæ & ad ſucceſſores pertinet, ſicuti & Cæſaris nomen.

Αὐτεξούσιος ἢ αὐτογνώμων, i. ſui iuris, & ſuæ ſpontis ac poteſtatis: vt ſuus hæres, id eſt, voluntarius & ſuæ poteſtatis. Cannan. lib. 10. cap. 2.

AVT non ſolum diſiunctiuæ, ſed & ſubdiſiunctiuæ orationis eſt, l.hæc verba, 124. ff. de verb. ſign. Huius ea vis eſt, vt alterum fieri ſatis ſit, l.ſi is qui 11 §. verum, ff. de reb. dub. Sæpe etiam diſiunctam, aut pro coniuncta accipi Paulus ſcribit, l. ſæpe 53. ff. de verb. ſign. cum dico, Quod dedi, aut donaui, quod & Iuſtinian probat, l.penult. C. eod. tit. vt interdicto, Quod vi aut clam. Hinc qui ſibi aut filio, aut cuilibet extraneo ſtipulatur, manifeſte filij extraneive perſonam complectitur, vt Iulianus ait, l.eum qui, 56. §. qui ſibi de verb. oblig. Ita comprehenſum, adiectum interpretantur Bart. Bald. Alex. Alciat. ad d. §. qui ſibi, & recte Prat.

AVT, etiam ponitur pro ſiue, in forma Diui Pij apud Calliſtrat. l.debitoribus, 31. ff. de re iudic. & tametſi Accur. & eum ſequutus Albericus, pro ſicut, ibi accipiendum exiſtiment: eodem ſenſu accipi poteſt, ſcilicet pro ſiue, in l.penul §.fin. ff. de act. empt non pro, id eſt, vt credit Albericus, & in Pand. Florent. vitium eſt interpunctionis: nam interpungi debet, poſt verbum, Habitatoribus, & minuſculis literis ſcribendum, hoc modo, & ſi receperis, habitatoribus AVT QVAMQVIS Q. &c. vt ex initio illius §. liquido conſtat. Eodem quoque ſenſu accipitur, idque diſiunctim, in l. quia abſente. C. de procurat. & tum plerunque geminare reperitur, l. exigendi. C. eod. tit. de procur. & in l.ſi cum venderet. ff. de pign. act. Prat.

AVT pro & accipitur in interdicto, Quod vi aut clam. vide l.4. C. de verb. ſign.

AVT particula, in l.1 §.ibi: mihi, aut poſt mortem meam Titio dari ſpondes. ff. de pact. dotal. ſubdiſiunctio eſt, non diſiunctiu. Goth. in ead. l.

AVT non ſolum diſiunctiuam orationem, ſeu enunciationem facit, nempe contrariorum immediatorum, ex vna tantum parte diſiunctionis neceſſario veram, (ita vt vno poſito alterum ſeu reliquum tollatur, ac vice verſa) ſed etiam ſubdiſiunctiuam enunciationem, nempe ex pluribus mediis ſeu membris diſiunctionis: cuius enunciationis diſiunctio tantum contingenter vel hypothetice vera eſt. Subdiſiunctiui autem enunciati duo genera ſeu modi ſunt: Vnum, cum ex propoſitis finibus (h.e. extremis diſiunctionis partibus) ita non poteſt vterq; eſſe, vt neuter eſſe poſſit, nempe ob inſufficientem partium ſeu membrorum ſiue mediorum diſiunctorum enumerationem: vt aut ſedet aut currit: hic nemo poteſt vtrumque ſimul, & aliquis poteſt neutrum. Alterum genus, cum ex propoſitis finibus ſeu terminis ita non poteſt neuter eſſe (ſed alter minimum) vt poſſit vterque eſſe: quia diſiunctio ſumitur ac pendet à diuerſa ſubiecti vel adiuncti attributione & reſpectu: Vt omne animal aut facit aut patitur: nullum eſt enim quod nec faciat nec patiatur: aliquod tamen vtrumque præſtat diuerſo reſpectu: Aſinus portans onus, patitur, quia coactus ſuſtinet, & portando tamen agit. Gœd. ad l. 124. n. 4. de verb. ſig.

AVT, negandi vim habet etiam geminate in l. dies feſtos Cod. de feriis, ibi, aut Circenſe certamen, &c. Prat.

Αὐτάδελφοι, fratres patrueles ex eodem patre, Goth. ad l.1. ff. de l.Pompeia. de parricid.

AVTEM, præter notiſſimam ſignificationem, ponitur pro enim in l.intra. § quadriennium, verſ. quatenus autem. ff. de diuerſ. & temp. præſcr. Aliquando ponitur pro igitur l. legatis, §. pecoribus, verſ. & ſues autem, ff de ſuis, & legit. hæred. Prat. Vide Vallam lib. 2. Eleg. Eſt vero coniunctio diſcretiua, licet aliquando accipiatur pro ſed.

AVTEM quoque ſonat etiam (& ſic iungit) l.2. §. hoc etiam, verſ. Item autem vlterius. Cod. de iuretiur. prop. cal. dan. vt in illo Plauti, Abite, tu domum, & tu autem domum.

AVTEM particula ſubiecta, & elegantiam, & ornatum habet l. cogi. 16. §. generaliter autem, ff. ad SC. Trebell. & l.ſi quis. 5. §. tutelæ, verſ & hoc autem, ff. de obligat. & actio. Prat.

Αὐτόματα dicuntur, quæ per ſe mouentur, quæve fortuito eueniunt, vt horologia. Prat.

Αὐτόματα etiam ſunt opera, quæ ita fabricant mechanici, vt ſua ſponte quidquam efficere videantur. Hinc

AVTOMATARIA fictum verbum apud Vlp. l. cætera. 41. §. pen. ff. de leg 1. quæ Alciat. lib. 1 παρέργ. cap. 10. interpretatur mechanica opera, quę ſponte ſua mouentur ſine cuiuſquã impulſione, qualia ſunt horologia. Hieron. in pneumaticis aquam ait in ſublime automaton, id eſt, ſpontaleam ex ſphæra concaua. Tranquillus in Claud. Si automaton, inquit, aut pegma vel tale aliud ceſſiſſet. Briſſ. Prat.

Αὐτοφυὲς apud Vlpia. l.ſi cui, 70 ff. de leg. 3. Ant. Aug. lib. 4. cap. 16. ſcribit nihil aliud eſſe, quam id quod per ſe excreſcit: vel quod ita per ſe natum eſt, vt nulla arte fucatum ſit, cuiuſmodi Vergilius finit:

Nec varios diſcet mentiri lana colores
Ipſe, ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos. Prat.

Ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ, in ipſo furto, l.3. in pr. ff. de furt.

AVTOGRAPHVM, lege, Opiſthographum.

AVTOR eſt, & ſic dicam factor, ait Valla Nam factor in vſu non eſt, niſi in quibuſdam à Græco translatis. Spieg.

AVTOR eſt is, à quo quis ius in re cõparauit, aut alias quæſiuit: h.e. qui debet præſtare, vt emptor cum tali iure poſſideat venditam rem, quali ipſam eſſe in venditione affirmauit. Budæus citat locum è Ciceronis vlt. actione in Verrem. Spieg.

AVTOR, ſæpe pro duce negocij. Exempla peto ex Rhenani theſauro, in Tacitum. Sunt qui autorem, cum eum qui opus facit ſignificat, vel qui primus inuentor perſuaſorque eſt, per th. ſcribendum putent: vt à græco veniat, qui αὐθέντην, αὐθεντικὸν, αὐθέντας dicunt. Sed Alciat. in Parergis ſcribit, ſe ſemper in plurimis veterum monumentis auctorẽ legiſſe, atque Vall. Probum, libello de Præſcriptis notis, AVC id eſt, auctorem interpretari: atque ideo arbitror ab augendo deduci. auget enim, confirmatque alios exemplo ſui, qui auctor alicui rei eſt. Spieg. Vide ſupra Auctor is dicitur, &c.

AVTORES pupillorum vocantur, in quorum adminiſtratione infirma ætas reſque eorum ſunt. Ideoque filios Regum pupillos ſub autoribus fuiſſe legimus. Vnde Paulus: Etiam ſi non interrogatus tutor, autor fuit, valet autoritas eius cum ſe probare dicit id, quod agitur: hoc eſt enim autorem fieri. Et Pomponius de aut. tut. leg 4. Et ſi pluribus datis tutoribus, vnius autoritas ſufficiat: tamen ſi tutor autor erit, &c. Spieg.

AVTORITAS tutoris, non eſt exiſtimatio aut dignitas eius, ſed conſilium & interuentus ipſius, in negotiis ad pupillum ſpectantibus. Nec autoritas proprie idem eſt quod conſenſus, vel ratihabitio. Differunt enim hæc. Conſenſus proprie tum eſt, ſi ad negotium ſeu actum nondum ſit peruentum, ſed agatur de negotio ſuſcipiendo: Autoritas in ipſo negotio ſeu actu interponitur: ideoque præſentiam & corporis & animi requiſit. Animi, inquam, non tantum conſentientis, ſed etiam intelligentis id quod agitur. Ratihabitio autem eſt conſenſus, qui negotium peractum ſubſequitur. Ergo autorem eſſe hic non eſt ſimpliciter conſentire, ſed ſimul etiam corpore animoque præſentem, conſilio, interuentu & autoritate ſua, legibus peculiariter conceſſa, probare id quod agitur. Secus eſt de Curatore, qui non ſemper in negotiis minorum gerendis præſens interuenire, & autoritatem ſuam interponere tenetur. Vide omnino Vuls. comment. Inſtit. de autorit. tut. ad princ. n. 1. & ſeqq & ad §. fin.

AVTOR iniuriæ publicæ, qui vindicat iniuriam publicam Spieg.

AVTORARE aliquem eſt, illum ſibi obnoxium facere, atque obligare: quoniam autores dicuntur, qui habent poteſtatem aliquid faciendi, & ſine quorum autoritate non poteſt aliquid fieri. Vnde tit. eſt apud Iuriſconſ. de leg. vel Autorando milite. Hinc & autoramentum, ipſa obligatio. Vlp. de autor. & contut. leg. & ſi plurib. Si tutor, inquit, autoretur, cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non ſit: pro, obligetur. Inde exautorare, pro eo quod eſt obligatione ſoluere. Nebriſſ.

AVTORARE militem, Lege, Exautorare.

AVTOREM & teſtem producere dicimus, quum eum cuius ſuaſu authoritateve aliquid factum eſt, aut vnde rumor ortus eſt, indicamus. Vide Rhenanum in ludum Senecæ. Spieg.

AVTORITAS, pro veneratione ac dignitate quædam, cui credendum ſit. Pompon. l. 2. Et vt obiter ſciamus ff. de orig. iur. Primus, ait, diuus Auguſtus, vt maior iuris autoritas haberetur, l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homin.

AVTORITAS, pro decreto, permiſſu. Ibid. Pomp. vt ex autoritate eius, inquit, reſponderent, l. iuſte poſſidet. ff. de adquir. poſſ.

AVTORITAS, eſt nomen vnum ex his, quæ dominium rerum perficiunt, inquit Budæus. Illud Ciceronis, Iure autoritatis, ſignificat iure vſucapionis, quam præſcriptionem vocant, quæſito ab autore, cuius cauſam ſequitur, qui ab eo rem quouis modo legitimo & ciuili poſſidet. Spieg.

AVTORITAS eſt duplex: Neceſſaria & probabilis. Neceſſaria eius eſt qui habet ſtatuendi poteſtatem vel generalem, vt Cæſaris: vel ſpecialem, ſicut alterius magiſtratus. Probabilis autoritas eſt eorum, qui ſtudiorum aſſiduitate meruerunt profeſſoris titulo inſigniri, iuxta l. 1. Cod. de profeſſ. qui in vrbe Conſtant. Hæc nullam fidem mereri debet, niſi quatenus lege aut ratione comprobata fuerit. Tunc enim admittetur, inquit Oldend. non quia Doctoris, ſed quia iuris ſit ſententia. de quo latius in vocabulo, Opinio. Spieg.

AVTORITAS doctiſſimorum virorum extra profeſſionem ſuam non recipitur in iure, l. in tantum, §. fin. & l. ſeq. ff de diuiſ. rer. Oldend. Iuriſconſultorum autem tanta eſt autoritas, quanta Imperatorum iuris ratione, ff. Conſtit. 1. cumque hæc materia. Idem. Spieg.

AVTORITATES ſummorum philoſophorum, in ſua profeſſione fidem merentur, ideoque poſſunt allegari, l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu hominum, l. proponebatur, in fi. ff. de iudiciis. Inſt. de empt. & vend. §. item pretium.

AVTORITAS, fama, & fides ex virtute quæſita. Pomponius, nullam, inquit, obligationem ex ſcriptura recipit, ſed ad authoritatem meam conſeruandam poteris (ſi velis) facere. Item, ad autoritatem ſcribentis hoc quoque pertinet. & infra: Sed ad autoritatem defuncti conſeruandam pertinet, vt vbi iuſſerit, ibi ſint, leg. Qu. Mutius, ff. de annot. legat. Spieg.

AVTORITAS æterna. Vide ſupra. Æterna autoritas.

AVTORITATEM interponere, apud Ciceronem pro approbare, & confirmare: vt decretum interponere, apud Liuium: Ius eo die ſe non dictuum neque decretum interpoſiturum.

AVTORITAS teſtatoris Pomponio teſte, ff. de annot. legat. neque omnino ſpernenda, neque omnimodo obſeruanda eſt, Spieg.

AVTORITATEM præſtare eſt, cum quis dicat ſe approbare id quod agitur, h. e. autorem fieri. Præſtare autoritatem poteſt quilibet tutor in rebus minoris, ad quem ſpectat periculum adminiſtrationis. Et ſic autoritas videtur idem quod conſenſus legitimorum tutorum & curatorum. Et differentiam inter autoritatem & poteſtatem, vide per Hoſtien. in ſumm. de ſac. vnct. §. refert autem. Item de autoritate doctorum ſanctorum habetur dict. 13. vlt. & gl. in c. Sicut veterum, diſt 9. vbi dicitur quod inter iſtos tres, Auguſtinum, Hieronymum & Gregorium, Auguſtino magis credendum eſt in diſputationibus, Hieronymo in hiſtoriis & tranſlationibus, & Gregorio in moralibus. Quia non omnes in omnibus, ſed certi per certa, &c. C. de veter. iu. enucl. l. 1. verſ. Quia non. Olden.

AVTOPHOROS Græci vocant non ſolum fures manifeſtos, ſed etiam omnes qui in aliquo crimine deprehenduntur, non ἀπὸ τῆ φώρας, vt plerique cenſent, ſed à verbo φωρᾶ quod deprehendo ſignificat, vt Phauorinus & Budæus notant. Quod etiam Cœlius Rhodiginus lib. 10. c. 6. ſentire videtur. Quare Thucyd. lib. 7. αὐτοφώρους adpellauit eos, qui manifeſto deprehenderentur ad tyrannidem aſpirare. Horum fit mentio l. 3. de furt. Inſtit. de obl. quæ ex delicta naſc. §. Furtorum: Ferrandus Adduenſis lib. 1. Explicationum c. 43.

AVTVMNVS, l. 7. C. de feriis.

AVVNCVLVS matris meæ frater eſt, vt ait Paulus l. Iuriſconſ. §. tertio gradu. ff. de gradib. quod & Modeſtin l. inter 5. ff. vnde legit. & Feſtus lib. 1. probant. Traxit autem appellationem ab eo, quod æque tertius à me, vt auus eſt, ſed non eiuſdem iuris: ideoque vocabuli facta eſt deminutio: ſiue auunculus appellatur, quod aui locum obtineat, & proximitate tueatur ſororis filium. Hot. Prat. Alij dictum putant quaſi minorem auum. Curtius lib. 2. Conc. c. 47.

AVVNCVLVS maximus, is eſt abauiæ frater, patris vel matris auunculus maior. Auunculus maior, is eſt proauiæ frater, patris vel matris auunculus magnus. Auunculus magnus, hic eſt auiæ frater. Paul. l. Iuriſconſultus 9. ff. de grad. adfin. Prat.

AVVS patris, vel matris pater, l. fin. §. ſecundo gradu, ff. de gradib. dictus à Græca voce πάππος mutatis aliquot literis. Alij auum dictum putant, quia ad duos adtineat quaſi ad duum Prat.

AVVS meus, vxoris meæ ſocer magnus eſt, illa illi pronurus. Modeſtin. l. non facile, ff. eod. tit.

AVXARIA ſecreta nemoris dicta ſunt eo, quod ibi frequentant aues, ſecundum Iſidor. 17. etymol. c. 6. Inde venit impenſatio auxaria. C. de ſun patri. l. 1. lib. 11. Prat.

AVXANON l. 23 C. de ſolut. & liberat.

AVXILIVM ferimus armis, manu, clamoribus, obiecta corporis, plorando. Vlp. auctor eſt l. 1. de S. C Sill. §. hoc autem Senatuſconſultum. Notum eſt, auxilio nouo indigere, quæ de nouo emergunt, l. de ætate. §. ex cauſ. ff. de interrog. actio. Prat.

AVXILIVM iuris, eſt ſuffragium, & beneficium iuris, prout dicitur, contra hæc prodita ſunt iuris auxilia, vid. de hoc, ff. ad Sill. l. cum dominus. Fruſtra auxilium legis inuocat, qui commiſerit in legem, ff. de minu. l. auxilium, de vſucap. quia fruſtra. l. filio. ff. de rit. nupt. Prat.

AVXILIA appellabantur ex fœderatis, amiciſque populis in exercitu conſcriptæ cohortes leg. 2. § exercitum, ff. de iis qui not. infam. Sueton. in Tiber. cap. 16. Per 15. legiones, ait, totidemque auxiliorum copiam: Et Tacitus lib. 5. Legatur cum quatuor millibus legionariorum & delectis auxiliis miſſus. Prat. ex Briſſ.

AVXILIO reſtitutionis iuuari, l. 39 §. ab eo, ff. de admin. & peric. l. 6. C. quibus non obiicit, l. 1. C. de fideiuſſorib. Briſſ.

AVXILIVM appellationis, l. 16. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. In integrum reſtitutionis, l. 3. C. de tutor. vel cur. qui ſatis non dedit, l. 8. C. de bon. quę liber. Exceptionis, l. 3. C. de bon. autor. iud. poſſid.

AVXILIVM repudij neceſſitatis eſt, l. 8. §. 2. C. de repudio.

AVXILIVM ferre, præbere. l. 12. C. de his quibus vt indign.

AVXILIVM fert prætor. Briſſ.

AVXILIARES dicuntur in bello ſocij Romanorum, exterarum nationum: dicti ex Græco vocabulo αὔξειν, quod nos dicimus rerum creſcentium auctionem. Feſtus lib. 1. Prat. Briſſ.

AVXILLA, olla paruula Feſto.

AVXIMALIS ager, limitibus Gracchanis per centurias eſt aſſignatus, tit. de limitibus. Varro auctor poſt Hygenum. Prat.

A X.

AXAMENTA carmina erãt, quæ à Saliis componebantur in honorem ſingulorum Deorum, vt Iouialia verſus, Iunonij, Mineruij. Vetus Lexicon interpretatur verſus in honorem Herculis, qui in eius ſacris canebantur Torne lib. 22. aduerſ. c. 24.

AXARE veteribus nominare ſonat, Feſto lib. 1.

AXES adglomerati, vniuerſi ſtantes, id eſt, (vt ait Tornebus) cohortibus aut legionibus. Prat.

AXILIOSI factioſi olim dicebantur, cum plures vna quid agerent, facerentque. Prat.

Ἀξίωμα. Budæus ait, dicitur maieſtas & dignitas magiſtratus. Dicitur etiam pronunciatum, ſententia, Donato auctore, Connanus lib. 1. cap. 16.

Axiomata vocat communi decreto ratas ac confirmatas opiniones & regulas. Plinius placita vocaſſe videtur. Vtitur etiam hoc vocabulo Ariſtoteles, tum frequenter in Topicis, tum frequentiſſime in poſterioribus reſolutoriis, pro ea propoſitione maxime, quæ ſua euidentia nititur: id quod & ratio vocabuli Græci indicat: ἄξιος enim dignum ſignificat: vnde ἀξίωμα deriuatur.

Axis quem Græci ἄξονα dicunt, plures habet ſignificationes. Nam & pars cœli ſeptentrionalis eſt. Proclus tamen in ſphæra ita, Linacro interprete, axis, inquit, mundi vocatur dimetiens ipſius, circa quem voluitur. Item, vt ait Tuſanus in Procli Sphæram, mundi. Linea dimetiens, apud Ariſtotelem de mundo. Eſt & auctore Feſto, ſtipes teres, circa quem rota vertitur. Significat & tabulam ſectilem, & tabulam ligneam, in qua leges ſcribebantur, tabulas illas ἄξονας appellauit. Solon apud Plutarch. De iis atque adeo de Solone intelligendus eſt Horatius in arte Poet.

——leges incidere ligno.

Paulo ante, Solonem ſapientiam appellauerat.

—fuit hæc ſapientia quondam,
Publica priuatis ſecernere, &c. Prat.

Axit pro egerit, vt faxit pro fecerit, veteres dixiſſe, Feſtus autor eſt: vnde axites mulieres, ſiue dij, dicebantur, vna agentes. Prat.

Axylon, regio, lignis ac ſpinis carens, fimo bubulo pro lignis vtens. Liuius lib. 38.

A Z.

Azo Iuriſconſultus, Bononiæ, vbi primum interpretari publice ius ciuile cœpit, natus: cum propter æmulorum inuidiam ad Montiſpeſſulani ſcholam inde profectus eſſet, ibique aliquandiu magna cum laude docuiſſet, tandem in patriam reuocatus, magnam & dicendo & ſcribendo homini ſuo gloriam famamque conciliauit. Scripſit Codicis ſummam, quæ totius iuris ciuilis epitomen quandam complectitur: itemq. magnos apparatus ſuper digeſto veteri. Obiit ibidem anno a Chriſto nato 1200. Eius & in ſcholis & foro maxima eſt autoritas Hotom. in prætermiſſ.

Azonis opinio maxima habetur: quia ipſa fuit vas electionis, id eſt fons legum, ſi credimus Baldo enarranti l. contractus, C. de fid. inſtrum.

B A.

B Litera Græcorum Latinorumque ſecunda. Huius neque vocem neque ſonum eſſe, Plato in Theæteto ſcribit. M. Fabius lib. 1 Inſt. Orat. c. 4. in aliarum locum datam: hinc ex duellu bellum factum ait. B. & V. mutua eſt enallage in Pand. Flor. vt Fauius pro Fabius, & in aliis vocibus. Prat.

Babylonicum in Lexico Latino Græco B. Germani Pariſienſis vertitur ψιλὴ ποικίλματος. Nam vt Plin. lib. 8 c. 48. docet, colores diuerſos picturæ inſerere Babylon inſtituit. Briſſ.

Babylonicæ pelles apud Martianum in l. interdum, vlt. §. ſpecies 7. de publican. ſunt quæ è Babylone aduehuntur, aut illic parantur. Plaut. in Sticho. cum Babylonica periſtromata conſutaque tapetia aduexit. Prat. Briſſ.

Babylonicarum veſtium meminit Vlp. in l. argumēto ſunt 25 § 3. de aur. & arg. legat. ſecundum veram lectionem. Item Martian. d. loc. Sentit autem Vlpianus tametſi veſtes Babylonicæ veſtimentorum appellatione contineantur: tamen ſtragulæ Babylonicæ, quæ equis inſterni ſolent, non venire appellatione veſtis, quandoquidem in alium vſum paratæ videntur. Colores diuerſos picturæ intexere, Babylon maxime celebrauit, & inde nomen Babylonicis impoſuit. Plin. lib. 8. c. 48. Bayſius in libro de Vaſculis. Spieg. Sed & ex Atticorum conſuetudine Babylonicos interdum Barbaros appellatos, id eſt, Medos & Perſas, adnotauit Turneb. lib. aduerſ. 20. c. 31. Vide & ea, quæ infra de barbaricariis notata ſunt.

Bacalarii, teſte Rhenano à Bacillo nominati ſunt, quia primi ſtudij authoritatem, quæ per exhibitionem baculi concedebatur, iam conſecuti fuiſſent: vt fuerit vel quoddam mancipationis ſignum in huiuſmodi aliquod ſtudium, baculi traditio. Vulgus Bacalarios, eruditi baccalaureos vocant. Sunt qui putant, quos hodie iuris ciuilis Baccalaureos nuncupamus à Iuſtiniano Græco vocabulo λύτας appellatos, in proœmio Pand. §. ſed quia ſolitum eſt. Spieg.

Bacchanō à Baccho deducitur, ſed primogenium eſt, & ſignificat modo fructus arborum minutiores, modo gemmas & lapillos. Proprie tamen fructus ſunt minutiores diuerſarum arborum, vt lauri, oliuæ, myrti, & ſimilium. Vide Ruellium c. a. lib. 1. de natur. ſtirp. Spieg. Prat.

Baccar vas vinarium ſimile Baccioni. Feſt. lib. 2. Prat.

Baccalaurens magiſtrorum nomine contineri ait Alciatus l. cul præcipua. 57. ff. de verb. ſign. ex ſententia Iuriſconſ. Pauli qui illius legis autor eſt, à Bacca Laurea nomen ſumpſiſſe videntur. Prat.

Bacchari idem quod furere: ſic Vlpianus circa ſana ſeruum Bacchari dixit, quaſi Bacchi numine afflatum, & Bacchatum more Lymphatice vaticinantem, l. 1. §. idem Viuianus ff. de ædil. edict. ἀπὸ τοῦ βακχεῖν quod in Bacchanalibus clamores ab ebriis tollebantur, quaſi Bacchi ſpiritu afflatis. Cicero de clar. orat. Quod eos quorum altior oratio, actioque eſſet ardentior, furere & bacchari arbitraretur. Hot.

Bacchæ vero appellatæ, quæ per furorem ſacra Liberi patris celebrarent. Ideo Mænades quoque dictæ, & Bacchus ipſe Mænoles, quaſi totus furens, vt ſcribit Clemens, Euſebio citante c. 5. lib. de præpar. Euang. Vnde Baccham mulier ſeruilis amore, pro vehementius impotentiuſque agitata, corrupta & plane furenti ſimilis apud Iuſtin. §. fin. Iuſt. de ſucceſſ. ſublat. Spieg. Sic virginibus Bacchata Laconis Taygeta, canit Maro, de quo Turneb. lib. adu. 28. c. 10.

Baccha etiam aliquando pro furioſa & inſana plane vſurpatur, Sic Plaut. in Amphit. Bacchæ bacchanti ſi velis aduerſarier, ex inſana inſaniorem facies.

Badaios. Vide Goth. not. ad l. Lyſitania. 8. in pr. ff. de cenſib.

Bæbius Marcellus, & Bœbius Maryllos, vid. l. 30. ff. de pact. dot.

Bætica, vide in l. 1. in princ. & ibi Gothofr. de abigeis.

Bagoi vocantur à Perſis, qui Latinis Spadones dicuntur, vt teſtis eſt Plin. lib. 13. natur. hiſt. cap. 4. quibus vinculo quodam ſtrictiore, ἀπορρῆμα ſeu meatus penis ita contortus conuellitur, vt ſemen extra ferri nequeat. vnde ἀπὸ τοῦ σπάειν, h. e. à conuellendo ſpado dictus. Brechæus in l. 133. ff. de verb. & rer. ſign.

Baios equos vocamus eos fere, qui Palmati ſunt, quoniam ſpadices, h. e. cum fructu ſuo ramuſculos, Græci βαΐα vocant, ferunt. Sic dicti à colore, vide infra Palmati equi.

Baiulare, vt ait Nonius, eſt ferre: ſed id ſuo corpore accipiendum eſt, vt ex Plauti aſinaria didici: Ego baiulabo, tu, vt decet dominum, ante ito inanis. Prat. Eodem ſenſu accipit Caius in l. ferri. de verb. oblig. ferri proprie dicimus, ait, quæ quis ſuo corpore baiulat. A baiulis tractum eſt verbum. Spieg.

Baiuli (quos Græci βαστάζοντας vocant) appellantur, qui onera mercedis gratia, propriis humeris portant, à Balis oppido Campaniæ fertiliſſ. & amœniſſimo, in quo propter confluentium aduenarum multitudinem, ob aquas calidas in eius agro exiſtentes, & ad voluptatem & ad curandos varios morbos commodiſſ. magna erat huiuſmodi hominum gerulorum copia. Spieg. Adde Gellium lib 5. c. 3.

Balaam ariolus, de eius aſina loquente vide cap. nos ſi competenter. cauſ. 2. q. 7.

Balabithenæ, ſiue Belabitenæ, videl. cum propitia, vlt. C. de offic. magiſtr. milit. & Nou. 31. c. 1. §. 3. & vtrobique Goth. not.

Βαλανεῖον Græci, quos nos balneū, appellant, ἀπὸ τοῦ βαλανεύειν, id eſt, à ſuccidendis balanis. Sic etiam Latini balineum vocant. Plin. lib 10. Epiſt. in Epiſtola ad Traianum de theatro Nicæno: Claudiopolitani quoque (inquit) in depreſſo loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis, quam ædificant. Balineum igitur dicebant balneum, imitatione Græci vocabuli βαλανεῖον, ab ipſis balanis. Brechæus, l. Carbonum, 167 ff. de verb. & rer. ſign.

Βαλανεῖα σκεύη Iul. Pollucis l. 10. c. 27. ἀντίπατρος, πύελος, κρουνὸς, ...ρυτήρια, ...ὠνίσκος, id eſt, balnearia vaſa, peluis labrūve, vrna, fons manu fact', cyathus, ſitula, aſpergillū. Briſſ.

Βαλανεῖος & βαλανεὺς vide inf.

Βαλαντιοτόμοι, id eſt, cingulorum incifores. Nouel. 31. c. 4. in prin. & ibi Gothofr.

Balantium pondus eſt: vide infra. Phollis.

Balanus genus eſt glandis, de quo ſecundum aliquos Martialis intellexit illo carmine: Hoc ex vnguento conſtat & ex balano: & Vlpian. Iureconſul. in l. carbonum appellatione. ff. de verb. ſign. licet apud eum mendoſi codices pro balanis legant ballaria. Βάλανος (ait Goth. ad l. 55. §. 1. de leg. 3.) generale nomen eſt, omnia continens, quæ apud nos glandia vocabulo comprehenduntur, de quib. vide Dioſcor. c. 154. Acron vero ſcribit, Balanum eſſe herbam vnguentariam, & ab Horatio pro vnguento myrobalano poſitam. Balanus etiam vocatur, id genus alui ſubducendæ, quod clyſteris loco ſubducitur, à ſpecie glandis, vt ait Pollux: ex adipe & nitro conficiebatur parte plurima. Item Balanus nomen eſt vrbis in Epiro. Vt refert Strabo: hinc fit balanatus adiectiuum, quo vſus eſt Perſius. Tum cum maxillis balanatum gauſape pectis. Sunt tamen qui balauſtia legendum aſſerant in illo loco Iureconſult. quæ Celſus lib. 5. capitula Punici mali vocat, & dureſcunt in ligneam duritiem, de quib. etiam meminit Plinius. Sed prior lectio gratior eſt, & ſecundum prædicta corrigenda ſunt verba eiuſdem Iureconſ in l. ligni appellat, in pr. tit. de leg. 3. Cotta in memoralibus. Cæterum vt Plin. lib. 13. c 4. ait, Balanus palmarum fructus eſt qui dactylus dicitur. Nam hic populari ſermone à nobis Balanus dicitur. Hotom. & Alciat. in commentariis ad l. carbonum, ff. de verb. ſign. vide etiam Tiraq. in l. 1. connub. gl. 1. parte 1.

Balani de quibus in l. 55. §. 1. in fin. ff. de leg. 1. & l 167. de verb ſign. Sunt palmarum nuclei, authore Suida. Briſſ.

BALANVS omnem glandem ſignificat: præcipue autem hoc nomine dactyli appellantur, & ſi quæ ſunt alia, quæ nucleos intus habent; vnde etiam nucem muſcatam plerique balanum μυρεψικὴν vocant, Gœdd. ad l. 167. n. 1. de verb. ſign.

PALMÆ fœminæ fructus, βάλανοι dicuntur, Iulio Polluc. lib. 1. c. 12. ex Xenophonte & Herodoto. Hi non veniunt appellatione lignorum, d. l. carbonum. Latiſſimam eſſe τῆς βαλάνου ſignificationem, quidam aiunt. Marcello longiores fructus ſignificant: fructum quercus: Epigrammatis: Plinio pomum, Theophraſto lib. 1. hiſtoriæ plantar. c. 8. arbuſculam. Prat.

BALBAC, alias Gad Palæſtinorum, vel Pyrgos. Goth. ad §. 7. l. 8. de cenſib.

BALTITANÆ populi, vide ſupra Balabitbenæ.

BALBVS, de quo in l. 10. in fin. vbi Goth. de ædil. edict. qui literas aut ſyllabas pronunciando exterit, eximit, aut prætermittit, vt ex Ariſtotele Budæus ad Vlpianum in d. l. 10. Eam quoque, qui obſcure loquitur, eo nomine contineri putem, ex Nouel. Marcell. qui balbe interpretatur obſcure. Prat.

BALBVS, ait Spieg. eſt qui lingua hæſitat: cuius lingua inhæret, ita, vt ægre loqui poſſit.

BALBVS Lucilius, antiquus Iuriſconſultus, frater Balbi, qui in libris de natur. diſput. l. 2. §. 42 & ibi Goth. ff. de origine iuris.

BALBVTIANS lingua, l. 15. ante fin. C. de teſtament.

BALDVS Iuriſconſultus, patre nobili ac medico, Peruſii natus: vir acerrimi & promptiſſimi ingenij: Angeli Peruſini frater, Bartoli diſcipulus, iuris diſciplinam tam auide arripuit, vt anno ætatis 17. publice de ea diſputare cœperit. Poſtea Bononiam, vbi Bart. docebat, ad ius interpretandum euocatus, magnam ſibi gloriam & docendo & ſcribendo conciliauit. Memorabile eſt quod quidam tradunt, tantam aliquando inter vtrunque altercationem publice exortam eſſe, propter varietatem lectionis § vltimi. l. ſi creditor ff. de diſtract. p. g. vt Piſas communi conſilio miſerint, qui exemplar librorum, qui tunc Florentini nominantur, inſpicerent: vtrum Nullam venditionem, vt Bartolus: an Vllam vt Baldus contendebat, ſcriptum haberent. Inuitatus poſt Baldus Papiam à Iohanne Galea, Mediolani duce, ius ciuile iſthic profitebatur: poſt magnos in ea diſciplina illuſtranda labores ſuſceptos tandem Papiæ (vel Ticini) relictis duobus filiis ſua arte eruditis, anno 1040. vel vt alij, 1412. deceſſit. Hoto. Demorſus in labio inferiori à rabidia catula, quam habebat in deliciis, vt quidam referunt Prat.

BALINARVM, ait Varro lib. 4. ling. lat. veterib. locus, vbi venæ poni ſolebant. Prat.

BALINEVM veteribus, (hodie balneum) & balineæ ſic differunt, quod illud priuatum, hæ publicæ. Varro de lingua. 8 Item reprehendunt analogias, quod dicantur multitudinis nomine publicæ balineæ, non Balinea: Contra quod priuati dicunt vnum balineum, quod plura balineas dicant: quibus reſponderi poteſt, non eſſe reprehendenda, quod ita in vſum venerunt. Itaque video vſurpari balineum in l. ſi cuius, 13. in fi. ff. de vſufr. l. vltima, §. de aur. & arg legat.

BALINEAS autem in l. patronus 35 §. 3. & l. prædiis, 91 §. 4. ff. de legat. 3. Hotom.

BALIA, ſeu baliuatus, pro prouincia, vocabula ſunt omnino peregrina. Vnde vides in quam vocum ſpurcitiem degenerarint interpp. paulatim recedentes à puritate Latini ſermonis veterum Iuriſconſultorum. Spieg.

BALIVI, vt ait gloſſema ad cap. 1. §. poteſtas vero de pœn. in clem. vulgare prouincialiū, c. dilecto, de ſentent. excōm. 10 6. in Francia dicuntur præpoſiti. Hi de cauſis capitalibus & ciuilibus cognoſcunt, vt apud Gallos notiſſimum eſt. Albericus ſcribit, vulgare eſſe Gallorum, hocque nomine iuſticiarios & locorum rectores, iudices temporales & ſeculares contineri: quod optime probat c. quoniam de immu. Eccleſ. lib 6. Prat. Connan. lib. 4. c. 15. circa finem præſides prouinciarum vocat Balliuos. Nos *Lande voegte* appellamus, ait Spieg.

BALLISTA nomen proprium viri, l. 32. in princ. ad SC. Trebell.

BALLISTA, alias balliſtra, à βάλλω, id eſt, iacio, machina eſt, quæ ſiue ſaxa iacit, ſiue ſagittas: quæ ſaxa, maior Balliſta appellari poteſt, quæ vero ſagittas, minor. Plaut. in Amph. Manus eſt balliſta mihi, cubitus catapulta mihi eſt.

BALISTA genus tormenti bellici. 2. Veget. 10. cuius deſcriptionem vide apud Ammianum paulo poſt princ. & 10. Vitruu. Goth. ad l. 7. de iur. immun.

BALLISTARIVM, locus, vnde mittebantur balliſtæ, vel vbi ſitæ erant. Torneb. lib. aduerſ. 13. c. 6. & balliſtarii, de quibus in l. 6. de iur. immun. qui balliſta vtuntur. De his, maxime ſagittas torquentibus, mentio fit in iure pontificio. ex Prat.

BALLISTARII Græco more apud Tarruntenum Paternum in l. vlt. ff. de iure immunit. pro balliſtarum artificibus. In quodam enim Lexico ædis B. Germani Pariſ. legitur Balliſtra, & verti. tur σφενδονισμὸς ſtrophos. In Nouell. tamen 85. §. μετὰ τὸ ..., legitur βαλλιστραρίων ἔργων, id eſt balliſtariorum ordines: ſicque reddit Iulianus Patritius. Briſſ. Hoto. Prat.

BALLISTRÆ vocabulo pro σφενδόνη, Leo Imper. in lib. de bellico apparatu, non ſemel vtitur. Briſſ. in lib. parerg.

Βαλλάντιον Syneſ. in Epiſt. Euthalium quendam βαλλαντιοτόμον vocat, id eſt, ſaccularium: qui eum in mulcta ſoluenda vnum ſacculum oſtentaſſet, in quo erant aurei nummi, & huic ſimillimum alium occultaret, in quo erant ærei, numerata & appenſa pecunia aurea, & ſuo reddita ſacculo, mox clam alterum pro altero ſuppoſuit & tradidit. Cujac. 10. obſ. 27. pag. 1. in fin.

Βαλλάντιον gloſſis eſt ſacculus, vel ſacellus, Cujac. ibid.

Βάλκα Scapha, vulgo βάλκα & χρυσελαίς dicitur. Harmenop. 2. tit. 11. Goth. ad l. 4. in princ. in verb. Scapham, ff. de leg. Rhod.

BALLVCA aurum eſt nondum purgatum, neque adhuc in maſſam redactum. Græce Chryſammos dictum, quaſi ab eo quod ſit aurum imperfectum. Neque eſt verbum Latinum, quod Accurſius putauit, ſed Hiſpanum: ſcribit Plin. lib. 33. natur. hiſtor. Hiſpani, inquit, aurum quod minutum eſt, balucam vocant. Iuſtin. lib. 11. C. in tit. qui eſt de metallariis. Octonos, inquit, ſcrupulos in baluca. Et l. ob metallum, d. tit. Cujus legis ſenſus hic eſt: Quod ſi metallarij conduxerunt à principe aurifodinam aliquot auri libris, puta centum, id debere eſſe purgatum quod ſoluendum eſt. Quod ſi voluerint ſoluere in baluca, debere pendere pro ſingulis libris quatuor deuas vncias, h. e. pro intertrimento & ſpurcitia duas vltra duodecim. Eſt operæ precium audire ſomniantem Accurſium: Baluca, inquit, vas lucens, quaſi in eo vaſe aurei illi vectigales, principi deferrentur. Sed quia hæc interpretatio illi non placebat, adjecit aliam non minus ridiculam: vel baluca, inquit, quaſi baiulans lucem, hoc eſt, auri ſplendorem, &c. Nebriſſ.

BALLVCA eſt χρυσάμμος, vt Tribonianus expoſuit, quæ nuper effoſſa eſt à terra. Sic & ad 2. Græci. 56. βασιλικῶν tit. 11. ἡ συντέλεια τῆς χρυσάμμου διδόσθω. Pollux τὴν χρυσοῦ ψάμμον vocat. Cujac l. 1. C. de metallar. & metallis, lib. 11.

BALNEARII fures, qui ex balneo quid ſurripiunt & furantur, maxime eorū qui in balneis lauant, l. 1 ff. de furib balneat. &

BALNEARIVM furtum, l. fin. ff. eod. & apud Tertull. lib. de idololat. Balnearij autem fures cur acerbius cæteris puniantur, explicat Ariſt. in problem. c. 29. Spieg. Adde Alciat. lib. 2. parerg c. 38. Forcat. in Necyom. dial. 28. num. 5.

BALNEARIVM ſeu Balneatorium inſtrumentum, quo etiam Balneatorem contineri Marcianus ſcribit l. item pictoris, 17. § inſtrumentum, ff. de inſtruct. inſtrumentoque legat. Spieg.

BALNEARE argentum, quo mulier in Balneo vti conſueuit, l. 32 & l. vlt. de aur. arg. Briſſ.

BALNEARVM inſtrumenta Iulio Polluci lib. 10 c. 17. ſunt balnei vaſa, peluis, labrumve, vrna, fons manu factus, cynthus, ſitula, aſpergillum. Prat.

BALNEAS, legatæ domus eſſe portionem, ſi per domum intrinſecus adhibeantur, vide Paulum l. prædiis de legat. 3. Spieg.

BALNEATOR, qui balnea præbet, balneatum præfectus l. 4 §. ait prætor. ff. de iis qui not. infam. Spieg. l. 50. §. ædilis, ff. locati. Balneator etiam ſeruus qui balnei vſibus deſeruit, l. 17. in fi. ff. de inſtru. vel inſtr. l. 15. §. 1. ff. de vſuſruct. Briſſ.

DE BALNEATORVM artificio & pactionibus prohibitis, vid tit. 59. C. lib 4.

BALNEATORVM, quod balneis vſui eſt & accommodatum. Marcianus l. item pictoris, l. 17. ff. de inſtr. vel inſt.

BALNEVM quidam balineum, quod non abhorret à ratione, cum Græci βαλανεῖον vocent. Enimvero in monumentis antiquis. Balineum potius, quam Balneum reperitur Prat.

BALNEA & balneas, vt cæteri Latini auctores, ita & Iuriſconſulti promiſcue dicunt, l 50. ff. ad leg. Aquil. l. 35. § vlt. & l. 91. §. pen. ff de leg. 3. l. 17. in fin. ff. de inſtr. vel inſtrum. legat. l 30. §. ædilis, ff. locat. Paulus lib 5. ſentent. tit. 3. Aliorum auctorum exempla Nonius ſuppeditat In Pand Florent. fere ſemper balineum ſcribitur. l. 3. in fin. ff. de offic præfect vigil. l. 13. in fin. ff. de vſufru. l. 14. ff de impenſ. in reb. dot. l. 58. in fin. ff. locat. l. vlt. § 1. ff. de auro argent. l 55. quib. mod. vſufruct. amit. l. 5. §. vlt. ff. commod. Dixi Fere, propter l. 9. ff. qui potio. in pign. & l. 55 § lignis, de leg. 3. A Græcis Thermæ appellantur, l. 2 §. 1. de mun. & honor. l. 5. & 6. C. de aquæduct. lib. 11. Dicuntur & balnearia l. 13. in prin. ff. de ſeruit. vrban. & apud Senecam lib. 3. natur. quæſt Item in lib. de Tranq. vitæ. Iam inter balnearia, inquit, & thermas Bibliotheca quoque vt neceſſarium domus ornamentum, expolitur. Briſſ.

BALNEA concamerata, vide l. 1. C. de ædific. priuatis.

BALNEA quædam publica erant. Vlpian. l. 2. §. ſi quis in mari, ff. ne quid in loco publ. & l. injuriarum, §. ſi quis, ff de injur. & vocabantur à veteribus balineæ. Erant & priuata, l. ſi cujus, 13. in fin, ff. de vſufr. Dicebanturque ſingulari nomine Balineum, vide paulo ſup. Balineum. Quæ tamen interdum à priuatis hominibus publice præbebantur, leg. patronus, 35 leg 3. Old. Briſſ.

BALNEORVM partes formamque Vitruu. lib. 5. c. 10. ita deſcribit: Aena ſupra hypocauſtum tria ſunt componenda, vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium, & ita collocanda, vt ex tepidario in caldarium, quantum aquæ calidæ exierit, influat: de frigidario & tepidario ad eundem modum

modum. Idem ſubiicit, Laconicum ſudationesque tepidario coniungendæ. Plinius apertius ſingula lib. 5. Epiſt ad Apollinar. exponit. Cuius rei & ex libris noſtris probatio peti poteſt Tepidarij quidē certe meminit l. 19. ff. de ſeru. vrb. Hypocauſti vero & Sphæriſterij, quod balneis adiungi ſolitum, Plinius quoque epiſtola jam allegata indicat: meminit l. 16. ff. mādat. & diætetum hypocauſtarum lex 55. §. lignis, ff. de leg. 3. & fornacis ac fiſtularum l. 58. §. vlt. ff. locat. & tubulorum l. 13 ff. de ſeruit. vrb. Ex hypocauſto autem per tubulos cuniculosq; & furnacis vapor trahebatur: inde balnearij vapores l. 3. §. hoc interdictum, ff. de riuis. & in l. 8 §. vlt. ff ſi ſeru. vindic. De tubulis & fornacibus balnearum, mentio habetur in l. 13. ff. de ſeruit. vrb. & l. 58. in fin. ff. locat. Briſſ.

Balsamvs, vid. cauſ. 1. q. 1. cap. dictum eſt, &c. quibuſdam, &c. placuit, &c. ſtatuimus.

Baltheve, (aliis Balteus) Varroni dicitur cingulum è corio bullatum, quo equites accingebantur, quod erat equeſtris ordinis inſigne, nec ante acceptum cingulum milites habebantur. Iſtud etiam cingulum tum præſtari ſolitum erat, cum cui ius equeſtris aut militaris dignitatis tribueretur: quod planū fit ex Dione in Traiano: Quum Suræ traderet tribunorum militiæ parazonium, quo pro militiæ dignitate accingendus erat, nudum porrexit, ac talem, inquit, enſem, accipe, quem pro me ita ſtrinxeris, ſi juſte imperauero; quod ſi perperam per me fieri cognoris, in perniciem meam vtaris velim, &c. Connan. lib. 9. c. 5. nu. 8.

Baltheus, Baltheus & Baltheum in ſingulari, in plurali neutrum tantum, militare cingulum, vel zona bullis ornata dicitur. Dictum quaſi bullatum cingulum, quod Græci ζωστῆρα appellant. Varro Baltheum inter arma adſcripſit. Qui gladiatores (inquit) baltheum cingulum è corio habebant. Hæc ſere omnia ex Bayfio, quæ minus recte aſſecutus eſt Accurſius lib. 11. C. tit. nulli licere in ſellis, &c.

Bambalio pater Antonij vxoris, propter hæſitantiam linguæ per ſummam contumeliam dicitur, à βαμβαλίζειν, quod eſt tremere, dentibus crepitare, & labiis balbutire. Turneb. lib. aduerſ. 17. c. 19.

Bamma ferme idem quod embamma, eſt acetum factitium, vide l. 9. in fin. de contrahend. emps. Cujac. 2. obſeru. 4 & 15. obſeru. 7. in fin. adde Goth. not. ad §. 1. l. ff. de tritic. vino vel oleo legato.

Bamma Prateio eſt tinctura, vt & embāma: ἐμβάπτειν intingere.

Βαναυσία apud Pollucem lib. 1. c. 5. eſt quæſtuarium opificium.

Banna bannorum, ſeu proclamationes ſponſi & ſponſæ in Eccleſiis fieri ſolitæ, c. 27. in princ. extr. de ſponſal. c. vlt. in princ. qui matrimon. accuſar. cap. vlt. de clan. deſt. deſponſat. Vide Gothofr. ad Nou. Leon. 89. in med. ibi: ſacræ benedictionis teſtimonio.

Bannalis mola, noua & barbara ſeruitutis ſpecies eſt, qua hodie paſſim ruſtici coguntur vna mola, quam bannalem vocamus, vnoq; furno vti ad quæſtum domini, qui forraſſis præeſt juriſdictioni eius pagi. Baldoinus ad tit. de ſeruit. Inſtit. ſimiliter &

Bannalia flumina, quæ jure eruditi præſcripta vocant, ſunt, quæ dominis beneficiariis conſiniũ prædiorum, aut permiſſione principis, aut longi temporis præſcriptione, aut conſuetudine, aut alio juſto titulo quæſita ſunt: cuiuſmodi hodie pæne omnia flumina eſſe cenſentur, factaque priuata, quæ natura publica erant. Nam Martiani (vt videtur) reſponſa iniquitati potentiores, cum pluribus annis in flumine ſoli piſcati ſunt. cæteros eodem jure vti prohibent. l. ſi quiſquam ff. de diuerſis & temporalibus præſcriptionibus. Quanquam, vt loquit Papin. præſcriptio longæ poſſeſſionis, ad loca juris gentium publica obtinenda, concedi non ſoleat. l. præſcriptio, ff. de vſucap. & vſurpat. Putat Vlpianus, ſi quis prohibeatur ante ædes meas, vel prætorium meum piſcari, iniuriarum agi poſſe. l. iniuriarum, §. fin. ff. de iniuriis & famoſis libellis. Si quis tamen ſe obſtrinxerit, vt certo loco piſcationem exerceat, lex pactionis ſeruanda eſt. Cæterum flumina bannalia potentiores ita tuentur, vt ſi quis eos interturbet, interdicto Vti poſſidetis (quod Galli querimoniam *Saiſine* & nouitatis appellant) agant & experiantur.

B̄annvm exilij ſpecies, quæ ab antiquis dicebatur proſcriptio. Hinc banniti dicebantur, qui carebant jure togæ, quibus aqua & igni interdictum erat. Nebsiſſ. Spieg.

Bannvm, Neotericum & nuper inuentum vocabulum eſt, inquit Old. ſed res antiquiſſima. Eſt autem Bannum, eodem ſigniente, quo omnia humanitatis jura, viciſſitudineſque officiorum, & commercia interdicuntur rebellibus. Ideoque ſoli Cæſari, qui generalem vbique juriſdictionem habet, jure bannum interdicere licet. Cæteri Magiſtratus non banno, ſed relegationibus aliiſq; pœnis vtuntur. Sumptus eſt autem banni vſus juxta ipſum ab inſtituto Romanorum. Romani enim Draconis Athenienſis duriſſimam legem imitati ſunt, ſimilitudine quadam: quia igni & aqua interdicere ſolebant, quod ei nihil eſſet reliquum, cui hæc elementa denegantur. Spieg. Sic C. de epiſc. & cleric. in conſtitutione Friderici II Imperat. Banno ſubjaceat imperiali: intelligens proſcriptionem, quæ exilij ſpecies eſt, & æquiparatur deportationi: & rurſus excommunicatio habet ſimilitudinem cum banno, gl. in §. relegati, Inſt. quib. mod. jus pat. poteſt. ſolu. Doctores in l. 1. de hæred. inſtit. Sublata autem deportatione, cum prouinciarum numerus ſub Imperio Romano in anguſtum redigeretur, peruentum eſt ad proſcriptionem, quam dicimus bānum, ſeu excommunicationem Imperialem, cuius meminit Fridericus II. in conſtitutio de ſtatut. & conſuetu. §. item nulla poteſtas. Et cum primum hæc nouiſſima proſcriptionis pœna introduceretur, obſeruata fuit, vt idem nunc tradit Olden'. differentia inter cenſuram & bannum, hoc modo: Cenſura Imperialis, *die Keyſerliche acht*, intra annum habebat hanc appellationem: quia Imperium cenſet, vtrum in eam ſit declinandus, an non. noſtra enim lingua *achten*, ſignificat judicare, exiſtimere, reputare. Adimebat autē ſecuritatem & pacem publicatis perſonis & rebus. Bannum verò *der Bann*, id efficiebat, vt ſic bannitus apprehendi quidem poſſet in quolibet judicio, ſed non paſſim occidi, poſt annum vero iſta cenſura & proſcriptio iterabetur, confirmata grauioribus pœnis, inde dicta eſt, *die Oberacht*, quaſi aggrauatio excommunicationis & cenſuræ Imperialis. Cæterum bannum in legibus Longobardorum ſolidorum 60. vel totidem ictuum pœnam ſignificat: & id quidem conſtanter, niſi ſi legis ipſius verbis aliter definitur. Bannum autem, & ab eo Bannire verbum, eadem omnino ſignificatione, qua à Francis hodie vſurpatur, in eis quoque legibus accipi indicant c. 1. tit. 67. legis Ripuarior. tit. 17. legis Friſion. tit. 40. lib. 4. leg Franc. Quibus in locis cum ad bellum à principe vocati banniti dicantur, & Heribannum vectigal pœnæ cauſſa, quod ab eo exigitur, qui Heribanno, id eſt, domini, vt tum quidem loquebantur, ſiue principis vocationi parere contempſerint (cap. 7. 72. lib. 4. leg. Franc. & lib. 3. Longobard. tit. de Heribanno) non temere quis dixerit, voceſque quippe Francicas *Ban & Arriereban* ab eis deductae. verū cum banni banitique verbum commune & generale ſit (nam quos propria quadam appellatione bannitos dicimus, illi Forbannitos vocant.) hæc autem Francice *ban & arriereban*, ita conjunctim de illa tantum ad bellum vocatione vſurpare ſoleant, tentari ex aduerſo non incōmode poteſt, videri potius à Bando deducta, in Bannum vulgarem magis vocem deſciuiſſe. Bandum autem ſignum eſt ipſius ducis & Imperatoris, à quo Bandophoros dictos, Procopius ſcribit lib. 4. Belli Wādalici. Paul. Monachus lib. 1. hiſtor. Longobard. cap. 13. Tato Rodulphi (is erat Herulorum rex) vexillum, quod Bandum appellant ejuſque galeam, quam in bello geſtare conſuerat, abſtulit. Suidas: Βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον ἐν τῷ πολέμῳ. Quæ interpretatio rectior & verior videtur illa, quam Stephanus περὶ πόλεων tradit, vbi de Albanda loquitur, Romanos ſcilicet, βάνδαν victoriam dicere. Sed facilis eſt exterorum hominum in aliena lingua vel exprimenda, aurium, linguæ, animi denique lapſus. Quanquam ſane vtrumque ſimul fieri poteſt. Bandi etiam verbo pro ſigno militari vſus eſt pluries, quiſquis auctor eſt eius libri, qui περὶ στρατηγικῆς κατασκευῆς καὶ ἐπιτηδεύσεως, Iuſtiniani Imperat. nomine editus eſt. Verum ne cui nouum & inſolens videatur, quod diximus, quaſi banni verbo ſiue Francico, ſiue Longobardico, veriſimilius multo ſit noſtros, quam Græco aut Latino vſos, profecto *Bandes & Bandieres* à bando potius dici, nemo opinor ſanus negauerit. Eſt & de Heribanno Francorum, Gregorij locus, libro 15. hiſtor. cap. 26. Chilpericus (inquit) rex de pauperibus & junioribus Eccleſiæ vel Baſilicæ Bannos juſſit exigi, pro eo quod in exercitum non ambulaſſent. Non enim erat conſuetudo, vt hi exoluerent vllam publicam functionem. *Ban & Arriereban* vtrumque Heribannum eſt, Pithæus aduerſariorum libro 2. cap. 10. noſtri tradunt Banni ſententiam non excedere bannientis territorium. Et hoc vſque adeo verum eſt Zaſio adſtipulante, vt etiam de moribus Germaniæ Præſes prouinciæ non audeat capere aliquem in ciuitate ſuæ prouinciæ. Obſeruandum autem Italos habere communi ſermone quædam vocabula, quæ licet Latina non ſint, videtur tamen originem ab antiqua & recondita hiſtoria ſumpſiſſe: vt cum eum qui in exilium miſſus eſt, Bannitum vocant. Si quidem apud Græcos, qui homicidium non ſponte commiſiſſet, is amiſſis bonis, patria per annum exulabat, donec à tali crimine expiatus, deinde reuerteretur: id exilium ἀπενιαυτισμός quaſi Abannatio dicitur, cuius exemplum profert ex Homero Alciatus in Parergis, qui annotauit ibidem, ab hac abannatione videri poſſe Bannitos dictos. Spieg.

Bannvm componere jure Longobardico, eſt ſuper mulcta paciſci. Vide Albericum in l. hodie, ff. de pœn. Spieg.

Bannvs ſiue bannum duo ſignificat: edictum, qua die vaſalli equis armiſque inſtructi, ad comitatum adeſſe debeant: & ſanctione, hoc eſt, mulctam edicto non parentis. Capit. Carol. Si hoc non impleuerit, beneficium perdat. & qui be-

Digitized by Google

neficium non habuerit, bannum ſoluat. Et alibi: Qui hoc fecerit, tantas vices bannum ſoluat, quanta mancipia vendit: & ſi non habet pretium, ſemetipſum donet, vſque dum ipſos bannos ſoluat. Prat.

Vnde HERIBANNVM duo quoque ſignificat. Generaliter mulctam omnem quæ domino debetur, quaſi ab Her & Bannus: Specialiter eam quę pro militiæ deſertione penditur, quaſi ab Hære, quod exercitum ſignificat, Legis Franc. lib. 4. cap. 71. Quicunque liber homo in hoſtem bannitus fuerit, & venire contempſerit, plenum heribannum, id eſt, ſolidos 60. perſoluat: aut ſi nõ habuerit, vnde illam ſummam perſoluat, ſemetipſum pro vuadio in ſeruitium principis tradat; donec per tempora bannus ſit perſolutus. Et qui propter heribannum ſe in ſeruitium tradidit, ſi moriatur, hæredes eius de ipſo banno obnoxij non fiant. Prat. Hinc

BANNITVS interdum euocatus, leg. Fran 3. cap. 64. Quicunque noſtros habens honores, in hoſtem bannitus fuerit, & ad condictum placitum non venerit, &c. Legis Franc lib. 4 cap. 72. vt non per aliquam occaſionem, neque pro Vuadia, nec de ſacra, nec de vuarda, nec pro Heribérigare, nec pro alio banno heribannum apponet ei ſuam terriam. Item: Ipſe heribannus non exactetur, neque in terris, neque in mancipiis, ſed in auro atque argẽto, &c. Vnde nonnulli Francogallicum verbum corruptum putant ARRIERBAN. Vſurpatur etiam pro pœna reſpondentis ad exercitum ab HOERA vel HAARA quod exercitum ſignificat, & bãnus, multa. Vnde HARISLITIVM pœna deſertæ ſiue detrectatæ militiæ. Leg. Fran. lib. 4. c. 72. de quo infra ſuo loco. Prat.

BANNITVS, quod excommunicatum Alciat. lib. de ſing. certã. cap. 32. vocari ſcribit, quaſi abannitus, qui in annuum exilium actus eſt. Hic æquiparatur, vt Accurſius in §. relegati, Inſtit. quib. mod. jus patr. pot. ait, derelicto, relegato, deportatove. De hoc Bart quæſt. 1 incip. Lucana, perorgat: huius ſententiã videtur probare Angelus in d. §. relegati. Tu vtcunque conſule, Bannitus ex crimine & delicto intelligi, Alciatus reſpondit reſponſ. 454. nu. 1. ex ſententia Bart. in l. omne delictum, ff. de re milit. Bannitus à rege excommunicatus dicitur cap. 1. in fin. princ. hic finit lex dein. de conſue. in vſib. feud. Prat. Cujac. lib. 1. Miſcelli c. 24. proſcriptos vocat.

BANNITORVM receptatores non puniuntur, quando propter timorem, & non ſponte bannitos recipiunt hoſpitio. Bald. in l. in delictis, ff. de nox ſequitur Ang. in malef in verb. dicto maleficio ſemper aſtitit, ad fin. Socin conſil. 262. in cauſa magn. col. vlt. lib. 2. Hippolytus conſ 25. vlti a ea. col. 5. Et hęc adde ad l. 1 & 2. ff. de recept. & ad ea quæ late tradit Florianus in diſput. ſua, inquiſitus. in 2. dub. Cotta in Memor. Clarus 3. ſentent. §. teſtamentum q. 19. differentiam facit inter bannitos ſimpliciter, & bannitos ſimul ac damnatos ad mortem, eorumque bona.

BAPHEVS, tinctor: & Baphe, tinctura, vtrumq; à βάπτω ductum quod eſt tingo, colore inficio: Iuſtin. lib. 11. Cod. tit. de muril. Baphei (alij Baphij) inquit, per quos & priuata noſtra ſubſtantia tenuatur, & ſpecies gynecij confectæ corrumpuntur. Idem in tit de veſt. olob. purpur. Ad Baphia, ait Phœnices. Spieg. Βαφεῖς autem tingendæ porpuræ imperatorum præerant. Porro de procuratore Baphij meminit Euſeb. lib. 6. c. 32.

BAPHIA, taberna eſt tinctoria Βαφεῖον. Hinc Lamp. in Alex. Purpura Alexandrina, vulgo Probiana dicitur, idcirco, quod Aurel. Probus præpoſitus baphiis, id genus muricis repeteriſſet. Apud Phœnices autem tingebatur pretioſiſſima pupura quorum tincturam Suidas appellauit oxon. [illegible] Hinc Oxybapta in l. C. quæ res alieo. non poſſ. Corrupte ergo ibi dipapta legitur, Alc. C de veſt. olob. l. vlt. lib 11. Spieg.

BAPHIA, (ait Briſſ.) ſunt officinæ infectorum, qui veſtibus purpura & cocco tingendis operam dabant. l. 2. & leg. pen. Cod. de murileg. lib. 11. l. vlt. C. de veſtib. olob. lib. 11. quæ excerpta eſt ex l. vl. C. Theod de murileg. Huiuſmodi multa Baphia & in Orientis & Occidentis partibus Imperatores habebant, quæ ſub diſpoſitione comitum, ſacrarum largitionum in Notitia Imperij Romani ponuntur. Præponebantur autem Baphiis procuratores, vt eadem notitia oſtendit. Lamprid. in Alex. Ita vt Alexandrina purpura hodie dicatur, quæ vulgo Probiana dicitur, eo quod Aurelius Probus Baphiis propoſitus, id genus Muricis repeteriſſet. Briſſ.

Βαφή infectora, tinctura: de qua Iul. Pullux, li. 1. c. 4. & lib. 7. c. 30.

BAPTÆ vide infrà. Ser cõbaptæ.

BAPTISMA vel Baptiſmus, Βαπτισμὸς Græce: Latine Immerſio ſeu lotio. Baptiſmus quidem per aquam confertur, vt res inuiſibilis per viſibile illud elementum operatione Spiritus ſancti conſeratur. Sicut enim aqua corpus viſibiliter purgat exterius, ita quoque baptiſmus ſpiritualia latenter animam. Vnde D. Auguſtin. ait, ita tanta virtus aquæ vt corpus tangat & cor abluat, niſi faciente verbo: non quia dicitur ſed quia creditur. Pagani ſiue gentiles circa fontes templa ſua fecere ſolebant, vel ſaltem ibi ſemper aquam habebant, per cujus aſperſionem purificari credebant, ſic quodammodo figuraliter ad baptiſmum tendentes. Non tamen ab eodem ſumpſimus conſuetudinem baptiſmi, imo à tribus, quę in vetere teſtamento fuerunt, ſcilicet à cataclyſmo (id eſt, diluuio) à mari rubro, & à Iordane quæ baptiſmi figura fuerunt. Baptiſmum igitur Dominus inſtituit. Et ipſe Dominus baptizatus eſt tum in Iordane à Iohanne, Matth. 3. tum in ſua paſſione. Vnde inquit, baptiſmo habeo baptizari, quo coarctor, vſq; dum perficiatur. Luc. 12. Illud ſciendum baptiſmum reiterari nefas eſſe: vnde & titulus eſt Codicis: ne Sanctum baptiſma iteretur. Anchor. Secundus baptiſmus, non purificatio, ſed inceſtus eſt, l. 1. & ibi Goth. iam d. tit.

BAPTISTARIVM dicitur lauacrũ, quod ex ſpoliario ingrediebatur contrauerſim, & è regione frigidarij baptiſterium erat: Plin. Cæcil. cujus in contrariis parietibus duo baptiſteria, veluti ejecta ſinuantur abunde capacia. Vitru. Cęterum BAPTO verbum Græcum, tingo ſignificat. Baphia loca, vbi lanæ tingũtur, Seruius appellat, Dibaphum purpura bis tincta, & conſequenter prætexta, nobilior Ciceroni Seruioque. Iohan. Bapt. commeot. in Epiſt. Sidon. Apollin. ad Gomitium lib. 11.

BAPTIZARE è Græcorum verborum numero eſt, quæ modica inflexione facta olim ſunt conuerſa in Latinitatem, l. C. ne ſanct. bapt. iter Vtuntur Impp. vocabulo rebaptizare. Spieg.

BARATRVM, carcer apud Athenienſes.

BARBAM expilare, in Placit. Feud. de pac. tenen. §. ſi quis alium cœperit. Plena barba. Goth. ad l. 18. princ. C. de teſt milit.

BARBARÆ nationes, quæ alio jure vtuntur, quam Romanorum principum conſtitutionibus, l. nulli. Cod. de epiſc. & cleric. §. quod ſi teſtator Spieg.

BARBARVS primo dictus eſt Græcis, omnis qui non Græca, ſed quacunque aliena loqueretur lingua: quod ipſis grauiter loqui videtur. Tandem viſi ſunt & Latinis Barbari, qui aliena vterentur lingua, vel ipſa non intellecta vel inconcinne duriterque prolata. Nunc quiſquis loquitur peregrina, & nobis incognita lingua, aut moribus eſt inconditis & horridis, is eſt nobis barbarus: ita quibus tantum cognita eſt lingua Germanica, iis omnes aliæ linguæ ſunt barbaræ, quod ipſi vocant *vvelſch* Et hi iam diu ſatis, non tamen fruſtra ab Italis vocati ſunt Barbari: quod Latinam linguam grauiter & inconcinne loquerentur. Dei tamen dono, & clarorum diligentia virorum, nunc barbariem exuerunt, & vtraque lingua cum Italia certare poſſunt. Sed quorum linguæ barbariem ademerunt, tantumeandem moribus adjecerunt, per mercatores & milites peregre allatam. Inde eſt luxus in veſtiendo, & veſcendo, CHRISTI contemptus in maledicendo, & inſania in potando: quod Volzius Exabbas queritur in ſuis Obſeru. Adde Gellium lib. 5 c. 20.

BARBARÆ gentes, initio omnes præter Græcos dicebantur, (Paul. Apoſt. Rom. 1. Græcis, & barbaris) etiam Romani ipſi iam domini: poſt Latini, & Itali ea ſunt nota exempti, donatis prouinciis omnibus ciuitate, & in ſenatum ex illis compluribus etiam adſcriptis, qui fuerunt ſenatores, vt atteſtatur Lud. Viues, tametſi Romam nunquam veniſſent, vt ciues alij qui Romam nunquam viderunt. Cæterum Barbarici nomine illi ſoli ſunt notati, qui ſub Romano imperio eſſent, eique parebant, l. 26. C. de epiſc. & cleric. l. 2. C. quæ res vendi nõ poſſunt, l. 6. §. vlt. ff. de bon. dam Sic Rhenus noſter duas dicebatur habere ripas, hanc citeriorem, illam vlteriorem, Barbaram: cujus meminit Iure conſult. in l Lucius. de Euict. & Claudian. O quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat, Quod te non geminis frueretur judice ripis. Spieg.

BARBARICARII vel Brambaricarij vocabantur, qui argento vel auro, vel ære, caſſidas & bucculas tegebant, & deaurabant, vt apparet ex l. 1. de fabri. in C. Theod. l. 7. fi. Cod. de palat. ſacr. lar. Sic accipe in l. 2. de excuſ. artif. lib. 10. C & in Notit. Quo loco de Comite ſacr. largit. in partib. occidentis agit: Eſt hoc vocabulum corruptum in l. de præpoſit. argent. in reb. lib. 12. C. & in l. 1. de priuilegiis ſcholar. eod. lib. vt & in Notitia. Briſſ. Donato Æn. 11. Barbaricarij dicuntur, qui ex auro coloratis filis exprimunt hominum formas, & animalium, & aliarum ſpecierum imitatam ſubtilitate veritatem. Palæmon in gloſſis: Barbarica ornamenta ex auro. Cujac. in l. 1. C. de excuſ. artific. lib. 10. Hi ipſi dicuntur & Phrygiones: quod Phryges acupingere primi inſtituerint, vt annotat Torneb. lib. aduerſ. 5. 25. Nec nouũ eſt Phrygas dici barbaros, vt apud Horatiũ, Græcia barbarię lento colliſa duello, id eſt Phrygiæ, & apud eundem, Sonante mixtum tibiis carmen lyra, hac Lydium, illis barbarum, id eſt, Phrygium: & apud Maronem, Barbarico poſtes auro ſpoliiſque ſuperbi, id eſt Phrygio. Phryges enim opibus & auro abundabant, opinioque Græcorum erat, eos opulentos fuiſſe, vt & Perſas. Itaque vt barbarus ætate Demoſthenis dicebatur Perſarum rex: ſic barbaros, qui de bello Troiano ſcripſere, aut tragœdias illius argumenti attigerunt, Phryges intellexerunt: quanquam latius barbari nomen pateat. Torneb. lib. 9. aduerſ. c. 18.

BARBARICVM Feſto lib. 2. appellatur clamor exercitus videlicet, quod eo genere barbari vterentur. Imperatores vero in l. 2. C. de

l.1.Cod.de commerc.& mercat barbaricum ſumunt pro barbarorum ſolo,loco & terra. Sic & apud Ammianum Marcellinum lib.18. viſus in barbarico miles per Hortarij regna tranſibat intacta. Eutrop.lib.9.de Deciis,patre & filio. Vterq; ait, in barbarico,id eſt barbarorum ſolo,interfecti ſunt. Idem lib. 7.Albis in Barbarico longe vltra Rhenum eſt.Prat. Baiſſ. Alc. ad l.ſeruiit. De palatio.ſacr.largit.

Barbarica lex appellatur Romana Alciato lib.6.parerg.cap. 12.ex Plauto.

Barbarica feritas l.20.pr. C.de poſtlim.reuerſis.

Barbaricus ritus in menſis, pro Romano, & frugali, cur à Plauto dictus, oſtendit elegantes Alciat.lib.parerg.6. cap.16. Spieg. Vide & Maioragium lib.3. Miſcell.cap.12.vbi explicat quid ſit Barbaricum.

Barbaros in Impp. Conſtitutionibus accipimus, quicunque Rom.Imperio non parebant.l.26. C.de epiſc. & cler.Sic & in l.pen.in fin.ff.de bon.damnat.

Barbati,apud Romanos ioco prouerbiali,dicti homines priſcis ac ſimplicibus moribus ruſticanæque veritatis: quod illis ſero receptum ſit,radere barbam. Eo ſpectat illud Iuuenalis, Facile eſt barbato imponere Regi.Quod de veterum horrida, non pexa barba accipiendum eſt. Hæc eeu molliter curata, per deminutionem Barbula, & hi qui eam gerunt, Barbatoli appellati ſunt.Cic.in Orat.pro M.Cœlio. Spieg.

Barcam Iſid.lib 19. appellat,quam quidam ab oneribus gerendis dictam putant. βαλλία vocari ſcribit Harmenopulus lib.2. tit.11. ... à Paulo lib.2.ſent tit.7.§.leuandæ, Scapha nominatur. Prat.vide etiam Cujac.lib.2.recep.ſent.Iulij Paulli,tit.7.§ leuandæ,& Goth.ad l.4.princ. de l.Rhod.

Bardus Nonio,vi propria,& ingenio tardus. Nam,inquit,Græci bardos, tardus dicebant. Hom. Iliad.ψ,

—— ἀλλά γε ἵπποι

βάρδιστοι θείειν

Feſto ſtultus, à tarditate ingenij dicitur. Huic opponit Zaſ.in Epitom Feud.tit.de feud.ſucceſſ ſtrenuum,vtrumque bellicoſum. Prat.

Baro priſcis Latinis pro bardo & ſtupido,τὸ βάρος pondus,moles, grauitas. Alias Barones ſunt, qui inter nobiles opibus ac potentia antecellunt: idem qui Perſis Satrapæ. Optimates,in appendice Aymonij lib.5.c.51.52.53. Otto Friſing. lib.7.c 25. equites Capitanei, Vaſalli regij. Sigebert. Chronic. At.1160. Flau,Blond.lib.5 decade 2.Lombard.lib.1.tit.14. Hector Boethi hiſtor. Scot. lib.11. Sub vaſallis autem regiis Capitanei ac Proceres omnes,Duces,Comites,Marchiones, continentur in feudis.Vnde apud Othonem Friſing.lib. Frid.2.cap.12. & 16. Marchio in Baronum numerum refertur.Gallis in lege Salica Baro paſſim pro mare ſeu viro, vt & Lombard.lib.1.tit.9. Iure Gallico jam Baro eſt,qui in ſuo territorio ſummæ, mediæ, & infimæ coercitionis,item nundinarum jus habet:vt de portandi, decollandi, ſuſpendendi, cremandi, &c. Io. Botilerius in ſumma rurali. Prat.

Baro ἀπὸ τοῦ βαρέος, dictum putant Albet.& And.Alci.l.ll.de ſing. certamine cap.31.βαρύτης enim grauitatem ſignificat.Baronis vulgare nomen eſſe, proque generoſo,inſignique homine accipi ſcribit idem lib.5.parerg.c.16. Hunc ita definit Bald.in c. innotuit.de elect.vt ſi quiſquis merum,miſtumque imperium in aliquo caſtro oppidove conceſſione principis habet.

Baros,inquit Eraſm.Græca nonnunquam faſtum ſignificat, &, Latine graues viros dicimus eximios magnæque autoritatis, vnde ſuſpicor & vulgo nunc dici Barones, qui generis ac virtutum autoritate cæteris præeminent. Spieg

Barrones,quam probam eſſe putauit dictionem apud Cic. de Finib. 2. interpres doctiſſ. inquit, quaſi naſci quoſdam homines, & ſola corporis mole graues, vt ſunt barri,id eſt, alephantes: quorum vox Barritus dicitur. Qui elenchum illius commen.addidit, Barones,ait, per ſimplex r, dicuntur potentes & principes:citatque Cic.ad Attic.li.5.Epiſt. Sed forte non minus fallitur, quam ij qui putant, & Ciceronem in eodem opere Francorum meminiſſe. Id errati primus omnium Rhenanus reſtituit Nam & hic lectio corrupta videtur,pro Barrones enim reponendum Varrones.haud vulgariter eruditi quidam monuerunt. Inſulanus tamen, ceu probum Baronis verbum, agnoſcit apud Cic. receptum, & ait, eminentem atque maiorem aliquam poteſtatem ſignificare: Italoſque nomen Baroncelli inde, ſuo more, tanquam minorem Baronem finxiſſe. Alciatus Verones inquit, ſeu imitatione Dorica Barones, accepi populos Hiſpaniæ eſſe:ſic à fluuio, cuius Mart. quoque meminit, dictos: qui ſolebant principibus apparere, & excubias facere: quos & veriſimile eſt eligi ſolitos prægrandi corpore,quamvis mente ſtolida eſſent: quod hujus militiæ proprium eſt. Hæc ille. Sed an recte Baronis vnce ſignificetur, qui Germanice *Freyherr* dicitur, adhuc quærendum eſſe puto. Conſtat autem conſenſu interpretum Pontificij juris, Barones Comitibus præponendos, in Epigrapha c.grandi. de ſupp negl.præl.lib. 6. Cæterum in Placitis Feudalib. Barones numerantur, inter Valuaſores,& Vaſallos, vocabula illota,vt ait prætor noſter Zaſ.Sed teſte Barone à Tautenbergo. noſtris, h.e. Germaniæ motib. Comiti Baro prorſus æquiparatur, nullumque eſt inter eos vel dignitatis, vel præeminentiæ diſcrimen: niſi quod de Comitatu non ſit inueſtitus Baro: qui tamen in omnibus rebus ſuſcipiendis,honoribuſque adminiſtrandis, haudquaquam Comite cenſetur inferior. Baro item mulier fuit philoſophiæ dedita, vt ſcribit Suidas: quem P.Manutius allegat. Ex eo philoſophos,qui ſtolidiores eſſent, non philoſophos, quod eo nomine viderentur indigni,ſed Barones vocabant: vt quaſi mulierculæ per contemptum appellarentur.Cic.vlt.Epiſt lib.9.Fam. Ille Baro te putabat quæſiturum, num vnum cœlum eſſet, an innumerabilia.Sic enim ille hunc locum emendauit.Quamvi. Eraſ.inter eas voces Baronem commemorat, quæ videmus vna cum barbarico imperio inuaſiſſe.Spieg.

Barsellt *feymer* vulgo, apud Sicambros ſeu Vveſtulos, vmbram præ ſe ferunt Quæſtorum, Triumviralium parricidij capitalium.Zaſ.in l.2.de orig.jur. Bald in vſib. Feud.in tit. de prob.feud.alien. §. præterea 2. bariſellos nominat ſingulares judices, ſine certo tribunali judicantes.Spieg.

Bases quarum meminit Iabol.in l.hæres meus, 100 §. pen. ff. de leg.3.dicuntur orbiculi illi,quibus vaſa in menſis collocantur, ne toralia polluantur.Quamuis apud Iureconſult.verba mendoſe circumferantur.Sunt & alij majores, vt ſeſſiones ſtatuarum, columnarum, ſiue fabricarum,quæ à ſuodo conſurgunt, & ſuppoſitæ ſabricæ ſuſtinent pondus. Et de his intellexis Pomp.in l.penul. ff.de verb. ſign.Cotta in Memorabilibus Spieg.Sunt & ſuſtentacula ſeu fulcra cujoſque rei imæ partes. Alciat.lib.4. parerg.cap.2.pedamenta,Prat.Tranſlate ad viros præcellentes referuntur.

Basilica ἀπὸ τοῦ βασιλέως dici putat Feſtus lib.2.Sunt autem locus publicus in quo judicia exercebantur, Fabio lib. 12. venaliaque proponuntur Alciat.lib.1.prætermiſſ ex Vitruv & l.pediculis,§.3 ff.de aur & arg leg. & vero, quia ab Rege ducantur,domum regiam, palatium que ſignificant eidem in rubric. C. de ſacroſ.eccleſ. quam ſignificationem templis conuenire ibidem ſcribit: quia eſt Regis æterni palatium. Archidiac.cap. non oportet, 2.42.diſtinct. Venalitiarios tabernas in Baſilicis habuiſſe patet ex l.12 § 3. de auro & arg. librorum etiam tabernæ in iis erant, teſte Aſconio Hot.

Basilica etiam libri ſunt quibus continentur leges ab Imperatoribus promulgatæ, vel compoſitæ. qui libri hodie extant Græce ſcripti, quibus lux magna juri noſtro ciuili affertur. Prat. Hi libri ad illuſtrandum & interpretandum valde conducunt: non ad emendandum & interpolandum jura noſtra; non ad decidendum: quia autoritate publica,quæ ſola jus facit, in hunc Occidentali Imperio,carent. Virgil. Zuich.in præfat.ad Theoph. Gœdd.ad rubr.de V.Sig.n.31.

Basilica Vlpiano & aliud deſignat: Sacram rem, vel religioſam, inquit Vlpian.vel vſibus publicis in perpetuum relictam, vt forum, aut Baſilicam,vt hominem liberum, inutiliter ſtipulor, quamvis res ſacra, prophana fieri,aut vſibus publicis relicta, in priuatos vſus reuerti, & ex libero, ſeruus fieri poſſit, l.inter ſtipulantem,§.ſacram.ff.de verb.oblig.In cujus interpretatione admonui, Baſilicam apud Vlpianum non ſignificare locum ipſum, in quem Chriſtiani conueniunt. Deinde etiam (quamuis in ea ſignificatione dictio huiuſmodi apud Hieronymum, & alios Eccleſiaſticos ſcriptores,nonnunquam legatur. c., perlectis, §. ad Epiſcopum 25. diſtinct. à quibus, & illud ſcriptum inuenio. quod cum Gothi vrbem Romam irrupiſſent, illos in primis ſecuros, inuiolatoſque finebant,qui in Apoſtolorum Baſilicas confugiſſent.) Etenim fuit Vlpia.vt alibi ſcripſi, religionis Chriſtianæ inſectator crudeliſſimus, vt veriſimile non ſit, dicata Chriſto, ciuſque diſcipulis templa, tantæ apud eum dignitatis fuiſſe. Scio itaque Baſilicam proprie ſignificare locum in quo negotiationes priuatæ, conſilia & judicia exercebantur: dicta à baſilica, quaſi Regia. Græci enim βασιλικὴν, regiam appellant. Debet quippe (vt Vitruuius Architectus in quinto tradit) Baſilicæ adjunctæ eſſe foro. Et quam calidiſſimis partibus,vt per hyemem,ſine moleſtia tempeſtatum, poſſent ſe in eas negotiatores conferre. Iudicia autem peragi ſolita in Baſilicis, indicat Quintilianus 12. Trachali oratoris vocem, cum in Baſilica Julia diceret audiiam laudatamque fuiſſe, ex quatuor tribunalibus Et Plinius in Epiſtolis. Deſcenderam, inquit, in baſilicam Iuliam auditurus, quibus proxima comperendinatione, reſpondere debeam, Sane Baſilicam principio locum fuiſſe conſtat, quo ſub tectum, & ante veſtibulum ædium principes ad jus dicendum conueniebant, quo ſignificatius gratia, tribunal poſtea additum eſt, tanquam plus ineſſet authoritatis quod judicia publica ante domos darentur. Ac deinde, quo baſilica laxior eſſet, primariis tectis non ſufficientibus, porticus intrinſecus hinc atque hinc additæ ſunt. Quatuor porro baſilicas Romę fuiſſe legimus. Primam baſilicam Romę Cato Cenſorinus magna mole conſtruxit, vt Plin. de viris illuſt. cap.47.teſtatus, quæ Porcia appellata eſt. Secunda dicta eſt

Digitized by Google

Opimia(iu qua cœnaculum erat) quod in ea ſeniores uſſiderent. Hujus meminit Varro lib. 4. de lingua latina. Tertia fuit Pauli, quæ 1000. & 500. talentis taxata, mox Fuluiæ conſecratu fuit, quam columnis è Phrygibus mirabilem inter magnifica loca Plinius lib. natur. hiſtor. 36. c. 15. Papiniuſque ad nomen allodens eleganter Regiam dixit, cum in 1. Saluar. ait:

Illinc belligeri ſublimis Regia Pauli.

Alium denique Iuliam, Centumuiralibus cauſis dicatam, Iulius Cæſar conſtruxit, cui conſtruendæ tradit in quinto Vitruuius, ſe præfuiſſe. Vide Plin. lib. 5. epiſt. Suet. in Caligul. Varro 4. ling. lat. & Victorem. Briſſ. Baſilicas vias noſtrates interpretantur, prætorias, & conſulares, hoc eſt, publicus magnaſque, l. 2. §. viarũ ff. ne quid in loc. publ. Num quod magnum eſt, baſilicum dicitur Et Græci Βασιλικῶς, pro magnifice, prouerbiali figura dicunt. Grandioremque & excellentiorem brachij venam, Phyſici Baſilicam dicunt: tres eſſe venas in brachiis tradentes: Baſilicam, cephalicam, & nigram, ſeu, quod in medio harum ſit, mediam, communemve, quæ in furore & delirio findi ſolet. Ioan. Corraſius lib 6. Miſcellaneorum, cap. 18. Fuere & aliæ Romæ Baſilicæ, vt Baſilica Pauli Æmilij. Vlpia. alias Traiani, Semproniu, Argentaria, Thermarum, vt ex Victore, Onufrio, aliiſque conſtat. De quibus Plin. lib. de vir. illuſtr. & lib. 5. Epiſt Suet. Victor Varro lib. 4. ling. lat. Prat.

Βασιλικῶν. Βασιλικῶν libros vulgo ἑξηκοντάβιβλον nuncuparunt, quod ſint 60. diuiſi in τεύχη, ſex, non quatuor, vt pleriq; putant. Auctor eorum eſt Leo philoſophus; vt Harmenopolus ſcribit, & Theodorus Balſamo in verſib. Heroicis aperte teſtatur. Sed adjungit Leoni Phocium, quod eodem tempore hic canonibus, ille legibus digerendis operam impenderet. Baſilius Macedo cum filiis Conſtantino & Leone philoſopho ediderat jam ante πρόχειρον diſtinctum titulis ſexaginta. Eum conſequutus Leo filium promulgauit Βασιλικῶν libro 60. eodemque tempore Phocius patriarcha Conſtantinopolitanus Νομοκανόνα (quo titulo & alij quidam libri ante eum fuerant) diſtinctum titulis 14 quem & πρόχειρον appellatum reor, quia præponatur is Phocij liber Canonibus, quod Balſamo in præfatione ad Phocium ſignificat iis verbis: τοῖς πρόχειρον συγκεφαλαιωθέντα, qui multo poſt Phocium in eum, & in Canones omnes commentaria ſcripſit juſſu Manuelis Imperatoris, vir Iuris & legum peritiſſimus, vt Nicetas ſcribit in Iſaacio Angelo. Cujac obſeru. lib. 6 c. 9.

Βασιλεία ſenſu dicitur, quo Auguſta, quæ Regiu, Imperatoriſve vxorem ſignificat.

Basilinda Iulio Pollu lib. 9. Onomaſt luſus, quo per ſortem fit rex & miniſter, & ille huic laborioſum quid imperat. Vide l. ſi C. de Alea. lib. 2. parerg. in verb Luſum aleæ, Alcia. Prat.

Basilicus Feſto lib. 2. ſerpentis genus, vel quod in capite album habeat inſtar diadematis, vel quod reliquu ſerpentum genera vim ejus fugiant. Prat.

Basiliscus etiã tyrannus fuit ſub Imperatore Zenone: de quo accipiendum putant l. decernimus 16. C. de ſacroſ eccleſ. Hujus meminit Suidus: & vide de eo Nicephorum, Procopium, & Zonaram Prat. Meminit & baſiliſci hujus Cujac. obſeru. lib. 3. c. 19. V. omnino Gothofr. nota ad d. l. 16. pr. & med.

Bastaga, munus ferendi res neceſſarias ad exercitum. Goth. ad d. l. C. de cohort. vel munus ſiue onus fiſcaliſi rerum jumentis portandarum in Valenti. & Valentis ad Feſtum conſtit. l. 3. de cohortalib. lib. 12. C. & in Leonis Imp. lib. de bellico adpar. baſtagam autem priuatam ſub diſpoſitione Comitis largitionum priuatarum diuinæ domus: Præpoſitos vero baſtagarum ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum Notitia collocut corruptum verbum quibuſdam videtur: Nam βάσταγμα Græcis dicitur ἀπὸ τοῦ βαστάζειν Hot. a tiſſ.

Bastagarii, quibus id oneris incumbit l. 4. & 8. de murileg lib. 11. C. Hi vecturæ rerum ad ærariũ pertinentium ſeruiunt, quam jumentis faciunt. Spieg a tiſſ.

Bastagarii ou etiam dici putat Alciat. rubr. de murileg. lib. 11. C. qui neceſſaria militibus portabant. Opinatur idem fuiſſe eos qui veſtes ad tinctuream ferebant, referebantque. Vide & Conn. lib. 4. cap. 15. n. 3.

Bastardi ex ſtupro matris ne virginis vel viduæ honeſtę alias viuentis, nati. Vult comm. Inſt. de patr pot. ad princ. n. 10.

Bastardi vulgo à Germanico *Boes art*, id eſt, degeneri ingenij. Et ideo pater nõ omnino certus eſt, quaſi tamen quodammodo certus eſt; qua de cauſa ei etiam omnino ab inteſtato non ſucceditur, & ex teſtamento ejus liberi non ſemper ſolidum accipiunt. Cujac. in expoſit. Nou. Iuſt. 18. fol. 44. fere in princ.

Basternæ, tranſennæ, porrecta in ædibus ſpaciandi gratia: Item vehicula, rhedę, lecticę. Cujac. 13. obſer. 30. Gothofr. ad l. 12. §. 4 med. C. de ędific. priuat. vbi baſterna leguntur.

Batiola, vaſis genus Nonio: qua voce vſum Plautum ſcribit: ex quo didici eam auream fuiſſe.

Batillum è ferro ducitur, quo prunas, & cinerem è foco tollere ſolemus, vt aliò transferamus Horat.

——*Prunæque batilum.*

Battologia iterationis vitium eſt, nomen habens à poëta Batto, cujus meminit Fauorinus apud Gell lib. 13. cap. 18. qui, dum ſimulacra & ſtatuas verſibus & hymnis celebraret, eandem ſępius cantilenam recinere ſolebat: Inde verbum βαττολογεῖν, id eſt, multa, & ea quidem inania loquor, eademque ſępius repeto: quod quidem verbum adeo fuit vulgo vſurparum vt D. Matthæus eo ſit vſus, c. 6. vbi Chriſtus ita loquitur. Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί: Orantes autem ne battologizetis, ſicut Ethnici. Et huc alludens Ouid. lib. 2. Metam. Battum quempiam eadem facit iterantem:

——*Sub illis*

Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis.

Cujus βαττολογίαν ridicule imitatus Mercurius,

——*Et me mihi perfide prodis,*

Me mihi prodis, ait: ——

Quin & ipſum Ouidium eodem vitio laboraſſe contendit, probatque Seneca apud Senecam controuerſiar. lib. 5. in 28. controuerſ. Quo etiam loco ſcribit Seneca ipſe, Montanum Votienum declamatorem egregium, hoc vitium habuiſſe, vt ſententias ſuas repetendo corrumperet, dum non eſſet contentus, vnam rem ſemel bene dicere, vt de eo teſtatur Tiraq. in 9. l. connub. gl. 1. parte 9. n. 56.

Baucalium Aleiato lib. 1. prætermiſſ. vas vinarium.

Baucalis eſt, quo vtimur ęſtate refrigerandis in aqua cyathis, Alciat. lib. pręterniſſ. 1. Nicarchus in Epigram.

Μὴ κρίνατε, μὴ φύσα. ψύχειν δ' ἐπινοεῖν ἰχώρ.

Εἰς τὸ θέρος χαλκοῦ βαυκάλιον ἔχομεν.

Baucismus, inquit Pollux à ſaltatore Bauco, commeſſatoria ſaltatio nomen ſortita, mollicula illa quidem, & delicatos membrorum flexus habens. Camerar.

Baxa calceus philoſophicus, philoſophica crepida. Turneb. lib. 7. aduerſ. cap. 20.

B E.

Beare Vlp. ait, eſt prodeſſe. l. bonorum appellatio §. naturaliter de verb. ſign. Spieg. & beatum facere. Prat.

Beate viuere, & honeſte, interpretatur Cicero, cum virtute viuere. Spieg.

Beati dicuntur diuites: qui cæteris prodeſſe poſſunt, & debent. dicuntur item ſimili ratione fœlices. Alc. de verb. ſig Etenim beatum volunt eum, qui extra aleam ſit fortunæ quique ſortem ſuam nolit commutatam. Quod recte dubitat Ioſulaoicuu Huttenus, an cuiquam mortalium contigerit vnquam: imo nec illi L. Syllæ, qui proprio cognomento dictus eſt Felix. Vera beatitudo eſt æterna & cœleſtis illa, propter quam manifeſtandam, verbum caro factum eſt. Spieg.

Beatus, inquit Varro lib. 4. is quis multa bona poſſidet, & is opulentus ab ope, cui eæ opimæ. Hinc Vlpianus bona dicta ſcribit, quod beent, id eſt, beatos faciant. Hot.

Beatissimus Patriarchas & epiſcopos in Conſtit. ſubinde compellat Iuſtinian. Nec caret mos ita compellandi exemplo vetuſto, vel D. Hieron teſtimonio.

Bebius Marcellinus Intelligitur Bæbius Marcellus, de quo in l. Bæbius ff. de pact. dot. eſſe ille, quem Dio ſcribit ſub Seuero capite damnatum. Cujac. obſeru. lib. 7. cap. 8.

Beghardi & beguinæ, viri & mulieres infideles quæ cam nulli promittant obedientiam, neque propriis renuncient, neque profitentur aliquam regulam approbatum, religioſæ nequaquam exiſtunt: quanquam habitum, qui beguinarum dicitur, deferant, & adhæreant religioſis aliquibus, ad quos ſpecialiter trahitur affectio earundem. de quibus habetur in clem. 1. de religioſ. domibus, & in clem. ad noſtram de hæret. Io. Bello. Etymolog.

Bellaria G. Budæo in Forenſib quæ vulgo Species dicuntur, Gallis *eſpices*. Græcis ἀηματικά ex Ariſtot. πολιτικ. 6. Eſt & alia bellariorum notiſſima ſignificatio, tuniique cibi melle, ſaccharo conditi, quæ menſæ ſecundæ appellantur Aleiato quod & ante Gellius docuerat lib. 13. c 11. Prat.

Belisario duce Iuſtiniani Africa fuit à Vandalis recuperata. l. 2. §. 13. vbi Gothofr. C. de offic præf. prætor.

Belle dubitare, apud Terentium Clementem in l. cum ab vno. de leg. 2. Spieg. vide infra. Belle.

Belle quæri poteſt, l. 2 §. vlt. ff. de ſuis & legit. l. 4 §. vlt. quibus modis pignus.

Belle tractari poteſt, l. 2. tractari, ff ad S. C. Tertyll. Briſſ.

Bellu definit l. 5. § & belle, ff. de oper. nou nunc. Briſſ.

Bellu dictum l. 3. § Ariſto. ff. de Riuis. Briſſ.

Bellissime putabant l. 20. ff de fideic. libert.

Bellissime quæritur, l. 1. §. belliſſime, ff. vt legat. no. cau. l. 7. §. belliſſime, ff. quod vi aut clam. Briſſ.

Bellissime ſcribere, apud Vlp. l. 1. quod leg.

Bellissima repletio. l. 15. §. 4. C. de teſtam. manum.

Bellica captiuitas. Olim in bello capti per hoc ſeruabantur, fiebantque capientium ſerui. §. ſerui autem. Inſt. de jure perſ.

Bellum bifariam accipitur, & pro pugna ipſa, vt apud Saluſtiũ. in eo bello trecenti milites deſiderati. Hermog. leg. ex hoc

jure

iure in princ. ff. de iuſtitia & iure. Vlp. in l. bello amiſſi. & l. vlt. de excluſ. mun. Et pro eo tempore, quo in militia ſumus. ita accipitur Inſtit. de excuſ. tut. §. filij autem l. 1. §. 1. ff. de incend. ruin. nauf. & l. in bello, ff. de captiu. & poſtlim. reuer. Aldobr. d. §. filij autem. Inſtit. Bellum vero ita recte definiecimus, vt ſit legitima defenſio aduerſus offenſionem imminentem, vel præcedentem, ex publica vel priuata cauſa, vbi enim nulla eſt læſio iniuſta, ibi nulla poteſt cenſeri defenſio quæ bellum iuſtificet. Oldeod. Porro etiam bellum dicitur, quæ ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulſandorum hoſtium cauſa, c. iuſtum 23. quæſt. 2.

BELLVM iuſtum habetur, quod denunciatum ante & indictum eſt. Verius autem eſt ſolum indicendi belli arbitrium eſſe apud principem, id eſt, Chriſtianorum Imperatorem, aut Regem, ſi abſoluta illa poteſtate cuncta metiamur, modo ea in commodum reipub. vtatur. Qua de re eleganter tractat ſacri imperij baronum per Germaniam doctiſſ. perilluſtreque ornamentum Fridericus à Tautemberg. tit. 6. lib. 3 feud. Quamuis & maximè iuſtum bellum habeat ſuas calamitates: quarum meminit Auguſtinus de Ciuitate Dei, & Eraſm. in Chil. Spieg.

BELLVM iuſtum eſt, quod ex edicto geritur de rebus ſuis repetundis, aut hoſtium propulſandorum cauſa. Prat. vel iuſtum, quod propter defenſionem ſuam vel ſuorum, quatenus exigit hoſtium temeritas, ſuſcipitur, l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. At dices: ea eſt definitio defenſionis, non belli Certe ſi defenſionem à bello ſeparabis, ſeditionem efficies, non bellum. Etiam cum Imperator indicit; Etiamſi totus orbis in vnum conflatus indicat, Nam Imperator non magis poteſt bello lędere, quam alieni rem ſuam vel vitã ſine cauſa eripere. Rixentur ergo de bello commentatores in ſempiternum, non iuſtificabunt vnquam, niſi ex defenſione legitima. Hotom.

BELLORVM ſeptem genera. Primum bellum Romanorum contra infideles. De hæret. c. excommunicamus 2. Secundum eſt judiciale, quod fit autoritate judicis habentis merum imperium De ſententia excom. c. dilecto: lib. 6. ff. de rei vend. l qui reſtituere. Tertium eſt præſumptuoſum, quod faciunt inobediente judic. de pœn. diſt. 6. ad fin. Quartum eſt licitum, quod fit autoritate juris, quo ad illum, cui cõceditur. de reſt. ſpol. cap. olim. de ſent excom. cap. ſi vero. Cod. vnde vi, l. 1. Quintũ temerarium contra illos, qui ſe juſte defendunt. Sextum voluntarium, quo moderni principes vtuntur. c. noli. 24. qu. 1. Septimum eſt juſtum & neceſſarium, quod fit ſe & ſua defendendo. Et in juſto bello morientes ſalui fiunt, cæteris paribus. 23. q. 5. omnium veſtrum, & c. ſi homicidium, & ea cauſ. q. 8. omni timore. Quique pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur §. 1. fin Inſt. de excuſ. tut. vel curat. Sed qui ſine juſſu Principis bellum ducit, tenetur lege Iul. majeſt. ff. ad l. Iul. majeſt. l. 3 & in Auth. de armis. col. 6 & in Auth. de mandatis Princ. col. 6. 3. Neceſſitate tamen imminente ſufficit licentia magiſtri officiorum, ſecundum Hoſt. C. de Fab. l. fin. lib. 11. De Bello vide Archi. in Roſario 23. q. 2. cap. juſtum vbi ponit hæc ſeptem genera. Spieg.

BELLVM juſtum ideo videri non debet, quod triduo prius indictum ſit, aut etiam, ſi placet, decennio, niſi ſincera conſcientia ſuſcipiatur pro tuendis bonis aduerſus malos, ac legitima & neceſſaria ratione ab iis, quibus Deus cõmiſit gladium. Old. Doctores argute magis, quam vtiliter diſputant de bello, in l. vt vim. de juſtit & jur. ac aliis locis. Spieg.

BELLVM autẽ injuſtum dicitur quinque modis, primo ratione rei, vt ſi non eſt de repetendis rebus, vel pro defenſione patriæ, cap. 1. 23. q. 2. Secundo ratione cauſæ, vt ſi voluntarie, nõ neceſſario inferatur. Tertio ex animo quando ſcilicet fieret ad vindictam. Quarto ſi non fit authoritate Principis. Quinto ratione perſonæ, puta in perſona eccleſiaſtica, cui non licet ſanguinem effundere vide Iaſ. l. ex hoc jur. ff. de juſt. & jure. & Dec. l. vt vim. ff. de juſt. & jur. Hoſtienſ. & al. in rub. de treug. & pac & 23. q 1 & 2. per totum.

BELLVM etiam hoc tempus dicitur, quo ceſſatur à prœliis, aut interceduor inducię. Sola pax finit bellum: Induciæ dirimunt congreſſus. Prœlium autem eſt conflictus bellicus. Induciarum tempore bellum manet, licet pugna ceſſet, Gell. lib. 1. cap. 25. Verum tempore bellorũ, præſcriptiones ceſſant, donec finiatur tumultus, leg ab hoſt. Cod. quibus non obij. long. temp. præſcript. Idem ſentiunt Iuriſperiti de magna peſte. Bart. in l. naturaliter ff. de vſucap. per l. vlt. Cod. de fund. limitroph. lib 11. Spieg.

BELLVM recuperatorium, quod ſcilicet ob recuperationem rerum ablatarum infertur, quo res ab hoſtibus occupatas repetimus: Defenſorium vero, quod videl. neceſſariæ defenſionis gratia, nõ interuallo, ſed ex continenti ſuſcipitur, quo nos, & noſtra tuemur. Verum hoc non proprie belli nomen meretur, ſed potius defenſionis cenſetur facultas, cuilibet omni jure ipſoque rationis ductu permiſſa: quandoquidem vim atque injuriam propulſare, jus gentium permittit, l. vt vim. ff de juſt. & iur. cum ſimil. notatis per dictum baronem loco allegato. Bellum offenſiuum, bellum defenſiuum, vt vulgo loquuntur, in Barbarorum ſchola nata ſunt vocabula. Spieg.

BELLA, id eſt, eleganter & prudenter Nonio ex Plauto. & M. Cicerone. ſic in variis Digeſtorum locis legendum cenſet Auguſtin. lib. emend. 1. c. 9. Locos eos referam. Primus eſt apud Vlpianum in l. ſi debitor, 4. §. fin. ibi, belle quæritur, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu Secundus eſt apud eundem in l. cæterum, in princ. ibi, non belle inquilinum ff. de vſu, & habit. Tertius eſt apud eundemmet in l. de pupillo. §. 9. in ipſo ſtatim. initio, ff. de oper. nou. nunc. Quartus in l. 2. §. vnde, ff. de ſuis & leg. ibi, vnde belle. Quintus in l. 2. §. tractari, in ipſo principio ff. ad Senatuſconſ. Tertul. In quibus locis falſo legitur in vulgatis Codicibus pro belle, velle: cum in illis Florentiæ legatur belle. Prat.

BELLVM à duello factũ. Varro lib. 6. ling. lat. exiſtimat: quod & Alberico probatur. A beluis duci Feſtus lib. 2. putat. quod perpetua ſit diſſenſio beluarum, vtrumque etymum verum eſſe poteſt. Bellum definire videtur. N. Marcellus, vt ſit pugna: hocque differre ait à prælio: quod prælia ſunt partes; bellum vero ipſa congreſſio & pugna. Alij à Græcis deductum volunt, qui βέλος telum vocant, quaſi quod telis geratur, Connan. lib. 9 c. 5. nu. 1.

BELLVM adfectum Ciceroni in Oratione, quam habuit de prouinc. conſulat. id eſt, pene confectum. Bellum, inquit, adfectum videmus, & vere (vt ita dicam) pene confectum, quod A. Gellius lib. 15. cap. 5. Noct. Attic. probat. Prat.

BELLICÆ captiuitatis ea vis fuit, vt ſeruitutẽ induceret, quod Florentinus, & Marcianus aiunt. l. 4. & 5. ff. de ſtat. hom. & Iuſtin. probat Inſtit. de jure perſ. §. ſerui. Bellicæ huius captiuitatis ſuperſunt reliquiæ quædam. Nam bello captus, capientis homo eſt: eo jure hodie vtimur, quod exactiſſime obſeruant tempeſtatis noſtræ milites. Cujus rei tractationem in aliud tempus rejicimus. Prat.

BELLVM ciuile, factio, rebellio, captiuum & ſeruum non facit. Goth. ad leg 4. C. de ingenuis manumiſſ.

BELLICARVM coronarum genera hæc ſunt Gellio & Plinio auctoribus: oualis, nauales, muralis, obſidionalis, caſtrenſis, ciuilis, triumphalis, de quibus infrà, Corona.

BELLONARIOS gloſſæ interpretantur θεοφορουμένους Martialis vocat Bellonæ turbam antheatam lib. 12. & de eiſdem lib. 11. Alba nimis ſæuis lacerantur brachia cultris, Quum furit ad Phrygios enthea turba modos. Eoſdem etiam Bellonarios appellauit Acro in 2. Satyr. Horatij. Bellonarij, inquit, lacertos humeroſque concidunt. Cuiac. obſeru. lib. 11. c. 34. circa finem Erat ſecta quædam religionis. Prat.

BĒλος Eo nomine, inquit Caius, vulgo quidem id ſignificatur, quod ab arcu mittitur; ſed nõ minus omne ſignificatur, quod mittitur manu, καὶ τὸ βάλλεσθαι admonet nos Xenophõ: nã ita ſcribit, καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Et tela ſimul ferebãtur, haſtæ, ſagittæ, fundę, tũ plurimi lapides. Hęc in l. ſi eluitur, 233. ff. de ver. ſig. Hot.

BELVA, ſiue, ſi mauis bellua, immanis fera. Hinc dictam quidam putant, quod ſine lumine, id eſt, mente feratur. Equidem à bellando duci putem, quod perpetuo feræ inter ſeſe pugnent. quod κυνοφαγεῖν accipiunt de eo, qui ſciens falſum jurat apud Auguſtin. c. homines, 22. q. 2. Spieg.

BENA in l. 1. ff. ſi cert. petat. accipi putat Albet. pro decens eſt, ita habent vulgati Codices: in Pand. tamen Florent. aptius legitur ẽre. Prat.

BENE collocare pecuniam, id eſt, tuto, ſeu bonis nominibus, l. 1. ff. de admin. & peric. tut.

BENE eſt, pro commodum eſt ſeu bona ratione, Vlp. vſurpat exemplo Ciceronis l. 1. de reb. cred.

BENE beate, l fin. ff de nundinis. Briſſ. parerg.

BENE emere apud Ciceronem eſt care emere: Sic & Martialis Adęo bene emit, inquit, imo non ſoluit, Turneb. lib. 3. aduerſ. cap. 12.

BENE ferre ętatem Cicero dixit quod nondum maturuit, neque vetuſtatem ſentit Turneb lib 9. aduerſ. c. 4

BENE agere rationes, eſt ita recte, vt nulli querelæ poſtea locus relictus ſit, ita ſe explicat Scæuola in leg. teſtamento, 18. ff. de fideic libert Prat.

BENE credere l. 15. §. hoc amplius, ff. mandati, id eſt, abſque vllo periculo & damni metu. Huic contrarium eſt male credere, apud Plaut. Pœnul. Act 3. ſcen. 2. Briſſ.

BENE mane. Cic.

BENE proſpexit apud Iuſtinianum, § conſtitutio. Inſtit. de vſucap id eſt, recte prudenterque Prat.

BENE fit, quod bona fide fit, Accurſio l. eum, qui jurauit, §. in popularib. ff de iureiur. Spieg.

BENE natum apud veterẽ Nouellar. interpretem in conſtit. interpretatur Accurſ. ingenuum, eum qui ſecus nõ eſt, in auth. ſed hodie. C. de don. inter vir. & vxor. in conſt. Nou. 22. §. quod autem prius, & recte pro in Græco eſt εὐγενῶς, Prat.

BENE agier inter bonos, vetere Iuriſconſultorum formula M. Ciceroni frequentiſſima, ſignificari quidam aiunt bonos ex

fidæ præſtare quę aperte lingua nuncupata non ſunt, quo propendet Pauli reſponſum, l. quia tantundem. ff. de neg. geſt. Pr.

Bona ſit, communia vox, qua in teſtamentis præfabantur: vid. Eraſm. interpretantem ἀγαθῇ τύχῃ. Spieg.

Benedicere eſt laudare, & gratias agere, bene precari, quod in dandi accuſandique caſu effertur ἐν τῇ ἀρχαιρεσίᾳ. ſignificat enim in ordinem cooptare & probare, & conſecrare, & ordinare, cap. 1. de ſupplen. neg. prælat. Hujus benedictionis effectum tradit Panorm. in d. cap. 1. verſ. quęro an alium, & verſ. præced. Accipitur etiam pro conſecratione, & confirmatione nuptiarum, de qua in cap. feriatim. 32. diſt. Qua in re ita canit Leo Imp. Nou. τοῖς γὰρ καὶ τὰ συνοικέσια τῇ ἱερωσύνῃ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας ἐρρῶσθαι κελεύομεν. Spieg.

Benedictionis quoque appellatione heredis inſtitutio continebatur Veteri Teſtamento, cujus rei exemplum eſt in cap. 27. Geneſis, & in Iacobi benedictione. quod & adnotauit Bald. in proœm. Decretalium. Prat.

Beneficium, id eſt, benefactum, officium benigne præſtitum. Interdum non meritum & benefactum denotat, ſed factum, occaſionē, medium, cauſam: imo & delictum. Sic ea res abeſt beneficio furis, in l. 46. de furt. Damnum illius beneficio contigit. l. 40. §. 1. de damn. infect.

Beneficio illius ea pars acceſſit, l. 7. fin. commun. diuid. id eſt, propter alteram acceſſit, vel occaſione illius. Briſſ. vel culpa illius. Hot.

Beneficentia Victorio in M. Ciceronem eſt animi virtus, & quędam bonitas naturæ qua opibus ſuis, alios juuare, & beneficia in homines conferre delectamur. Alij eam definiunt, vt ſit exterior charitatis, ſiue amicitiæ actus. Quidā hoc modo. Eſt liberalitas, ceu cognatio juſtitiæ, quę communicat res nō debitas jure præſertim ciuili, quas tamen aliquo modo jure naturæ communicare debemus. Hæ omnes definitiones eodem pertinent poſtrema tamen cæteris explicatior; ad quam referenda volgatiſſima juris regula, Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, benigne præſtandum eſt, l. 2. in princ. ff. ſol. matrim quæ tamen cum Bartoli ad dict. l. 2. diſtinctione recipienda eſt: & vide ibid. Iaſ. 4. notab. qui αὐτοπροσώπως diluit. Eandem regulam caſibus interpretatur Andr. Alciatus ad dict. l. 2. verſ. niſi hoc ei &c. Spieg.

Beneficiarii Feſto ſunt milites, qui vacationē habent munerum grauiorum (munifices contra, qui non vacant, ſed munus Reip faciunt. Feſtus lib. 5.) vt menſores, veterinarij, fabri, & alij, qui enumerantur l. vlt. ff. de jur. im. Sed in Nou. Iuſtin. 13. puterem ſignificari exploratores & indices, quos pro hujus miniſterij premio habeat Pretor plebis immunes. Tertullian. de fuga in perſecutione. In matricibus, inquit, beneficiariorum & curioſorum, inter tabernarios & lanios & fures balnearum & aleones continentur: vbi ſane beneficiarios & curioſos nō accipiam pro his, qui curam habent curſus publici, vt docui in l. 3. de can. largit. tit. & tit. de curioſis: ſed vt hoc loco pro delatoribus, à quibus & delatoria curioſitas dicitur l. 6. ff. de jur. & fact. ignor. Cæſari. Plinio, Agathio aliter beneficiarij ſunt corporis cuſtodes ſiue protectores & bucellarij. Cujac. in expoſ. Nou. Iuſtin. 13. in fin.

Beneficiariæ actiones ſunt, quas condictiones ex lege interpretes appellant, de quibus latiſſime Bart. in l. 1. ff. de condict. ex leg. Prat.

Beneficii verbo plura ſignificātur. Accipitur enim pro priuilegio à principe alicui indulto l. 3. ff. de conſt. prin. l. ex facto. 43. ff. de vulg. & pup. & l. ſi cui. 38. ff. ex quib. cauſ. maior. & latiſſimè interpretandū ait Iauolenus dict. l. 3. & ipſemet princeps interpretari debet. Hujus concedendi cauſæ & rationes multæ ſunt: Ætas, ſexus, cauſæ juſtæ, vt reipubl. cauſa abſentibus, certa conditio: de quib. paulo inferius diſſeremus.

Beneficium ergo eſt jus præcipuū, quod certæ perſonæ ratione ætatis, ſexus, cōditionis, peculiariter attributum eſt Prat. Sumitur etiā pro largitione aliqua, quæ ciuibus tantū Rom. concedi ſolebat ob res præclare geſtas, vt ex orat. pro Archia poeta M. Ciceronis liquido conſtat. Et in beneficiis, inquit, ad ærarium delatus eſt. Hot. Ea largitio fere ex ærario fiebat ei, quem dux militiæ tribunuſve commendaſſet. Hotom.

Beneficio alicuius pro opera alicuius Vlp. l. ex damni, 40. §. 1. ff. de damn. infect. leg. communi 7. §. 8. ff. comm. diuid. l. inter omnes 46. ff. de furtis. Hotom.

Beneficium etiam accipitur quandoque pro officio ac liberalitate gratuita. pro gratia exhibita, & merito, benefactoq; in aliū collato. Papinianus Nec videntur hæc (ait) inter ſe contraria eſſe, cum beneficio affici hominem, intereſſe hominis. Iabolenus. Beneficium (inquit) quod à diuina principis indulgētia proficiſcitur, quā pleniſſime interpretari debemus. Bonifacius, Decet conceſſum (ſit) à principe beneficium, eſſe manſurum, adeo vt non ceſſet, licet quædam cauſæ concedendi priuilegij ceſſent: vt l. 2. §. fi. l. 3. de donat. l. vnius, §. ſeruus, de quæſt. l. vlt. de decur. l. 2. 3. rerum amor. Secus, ſi cauſa finalis ceſſauerit, leg. qui cum, de oblig. & act l. Papinia. §. ſed nec, de inoff. teſt. Et mox: indultum à jure beneficium, nemini eſt auferendum, nempe ſine legitima cauſa & cognitione. Pariter Paulus. IC. & Gregor. pontif. Adjuuari nos, nō decipi beneficio oportet. Pleni ſunt profecto huius generis exemplorum libri. At vero licet tot poſſint eſſe beneficij appellationes, quot ſunt munera, & gratiæ à legiſlatoribus exhibitæ, tamen contracta eſt huius vocabuli ſignificatio Nam in profanis beneficiū pro feodo plerunque vſurparunt, in ſacris vero, & ſpiritualibus, pro ſacerdotio. Idque frequentius vſitatiuſque, adeo quidem, vt jam vulgus noſtrum per antonomaſiam quandam, beneficij nomine ſacerdotia tantummodo intelligat Cujuſmodi beneficium ſic videtur poſſe nō male definiri, vt jus ſit percipiendi fructus, ex bonis Deo dicatis prouenientes, clerico, propter diuinum officium, competens Hęc fere omnia ex paraphraſi D. Io. Coraſij in vniuerſam ſacerdotiorum materiam, accepimus, cujus ſecundum caput videre profuerit, ad exponendam beneficij definitionem.

Beneficium ſæpe commodū & emolumentum ſignificat. Sic, beneficium bonorum poſſeſſionis, quod & commodum dicitur in l. 5. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. Briſſ.

Beneficium. Seneca definiente, eſt beneuola actio (vel potius datio) tribuens gaudium capientibus, capienſque tribuendo, in id quod facit prona & ſponte, ſua parata, c. 6. lib 1. de beneficiis. Extat hæc definitio in cap. Obertus. in vſib. feud. tit. in quib. cauſ. feud. amit. Eſt autem duplex beneficium, publicum & priuatum. Longe præſtantiſſimum eſt publicum, videlicet eorum qui aut conſtituunt, aut defendunt, aut retinent reſpub. Priuatum, cum videlicet priuatim operæ aut facultates cōmunicantur. Vide elegantem §. ſicut, in l. in commodato, ff. commodati. & poſt Iouian. Pontanum noſtrum Philippum de Beneficentia lib. 2. Philoſoph. Moralis. Sunt autem eodem tradente cap. 18 lib. 3. qui ita diſtinguant, quædam beneficia eſſe, quædam officia, quædam miniſteria Beneficiū eſſe, quod alienus det. alienus eſt, qui potuit ſine reprehenſione ceſſare, Officium eſſe, filij, vxoris, & earum perſonarum, quas neceſſitudo ſuſcitat, & ferre opem jubet. Miniſterium eſſe ſerui, quem conditio ſua eo loco poſuit, vt nihil eorum, quæ præſtat, imputet ſuperiori. Spieg.

Beneficium & hęreditas quandoque opponuntur, vt feudum & allodium. Prat.

Beneficium militare, l. 3 & l. 10. ff. de teſt. milit. Briſſ.

Beneficium militare vulgo Feudum à fidelitate nuncupant, Vide infra. Feudum. Prat.

Beneficium, id eſt, reſtitutio in integrum, l. 2. C. de præſidiis & alter. min.

Beneficialis cauſa dicitur, ſiue agatur de dignitate vel perſonatu, officio, præbenda, vel beneficio. Arch. in c. ſi gratioſe. &c. ſi propter, de electio. lib. 6. Beneficium hic accipe ſpirituale. Prat.

Beneficiarius fundus, & beneficiarium prædium dicuntur Budæo in forenſibus eodem ſenſu.

Beneficiarios ex eo dictos cenſuit Vegetius lib. 2. quod Tribunorum beneficio promouerentur.

Beneficiarius, qui beneficium accipit, Vnde & à veteribus beneficiarij dicti ſunt illi, quos Imperator ſuo beneficio promouiſſet in militia, Cæſar Com. lib. 1. Petreius vero non deſerit ſeſe, armat familiam, cum hac, & Prætoria cohorte, certamen init, barbariſque equitibus paucis beneficiariis ſuis. Pra.

Beneficiarii olim opponebantur municipibus. Nā municipes dicebantur, auctore Feſto, lib. 5. qui non vacabant, ſed munus Reipub. faciebant. Contra beneficiarij appellabantur, qui vacabant muneris officio Quales ſunt qui enumerantur in l. vlt. ff. de jure immun. Cum autem liberalitate quadam concedi cœpiſſent bona, quæ feuda dicimus, tranſlatum fuit hoc vocabulum ad hujuſmodi conceſſiones aliquanto commodius, quam barbara vox Feudatarius, aut Vaſallus. Vaſſus.

Beneficiare pro infeudare, feudum alicui tribuere. Sigober. in Chron. anni 1007. Hinc beneficiatus, id eſt, beneficiarius. feudi beneficio affectus, 2. feud. 55. § 1 Otto Friſin lib Frib. 2. c. 18. beneficiatos habet, Cæſar. 1 & 3. bell. ciu. beneficiarios.

Beneficium Eccleſiaſticum, id eſt. canonicatus vel prębenda. c. ex multis. §. conſtitutus, 1. qu. 3. & alibi ſæpiſſime. Beneficij quoque appellatione dignitates contineri ſcribit Io Andr. c. ſi propter tua. de reſcript. lib. 6. per illum text. Hęc autem Beneficia feuda non ſunt. V. Cuiac. tit. 1. lib. 3. feud.

Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licite ſine inſtitutione Canonica obtineri, cap. 1. de reg jur. lib. 6. ext. cap. ſi quis deinceps, 16. q. 7. vide Dinum ad c. 1. Prat.

Beneficium ſeu priuilegium perſonale perſonā ſequitur, & extinguitur cum perſona, cap. priuilegium. vbi gl. Din. & Alb. de reg. jur. lib. 6. l. priuilegia quędam, & leg. in omnibus cauſis 68. ff. eod. tit. Prat.

Beneficia perſonalia ſine die & conſule non valent, l. ſi quis. de diu. rer. Cujac. in l. 1. de decurionib. lib. 10.

Beneficii ceſſionis bonorum ea vis eſt. vt qui bonis ceſſerit, iudicatus in carcerem non trahatur. atque ita Alexand. Imp. reſcripſit, l. 1. Cod. qui bon. ced. poſſunt. Habet aliud beneficium: quia

cium: quia in id quod facere poteſt tantum, condamnandus eſt. §. fi. Inſt. de act. vbi vide Fabrum, & Ang. & eſt textus in l. 4 ff. de ceſſio. bonorum. Prat.

BENEFICIO Nouel. 4. De fideiuſſorib. prius conueniendus eſt debitor, ſiue reus principalis, quàm fideiuſſor: idque Iuſtin. conceſſit Nouell. conſtit. 4. §. 1. Vetere enim iure poteſtatem fuiſſe creditori, reo relicto, eligendi fideiuſſores, Anton. Imp. reſcripſit l. iure noſtro, 5. C. de fideiuſſ. Eſt & aliud

BENEFICIVM Nouellæ Iuſtin. 99. περὶ ἀλληλεγγύων inductum: quo qui rei promittendi fuerint, vt alter pro altero inuicem fideiubeat, ſiquidem additum non fuerit, vt vnuſquiſq; ex his in ſolidum teneatur, pro portione ſua tantum obligatus eſt, atque pro ea tantum excutiendus. Sed an hoc vere beneficium, eon priuilegium dici poſſit alibi dicemus. Prat.

BENEFICIVM hypothecarum mulierib. conceſſum primum do tib. inſunt hypothecæ, beneficio l. vnicæ §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. Secundo dotis nomine creditoribus, etiam anterioribus, præfertur mulier l. fi. C. qui pot. in pign. hab. Prat.

BENEFICIO legis præfertur poſterior creditor, cuius pecunia prædium comparatum eſt, l. licet. 7. C. eo.

BENEFICIVM S. C. Macedoniani actionem denegat ei, qui filio familias mutuam pecuniam dediſſet, parentibus vel inuitis vel inſciis, etiam poſt mortem patris, l. 1. ff. ad Senatuſconſ. Maced. Spieg. V. inf. rurſus.

BENEFICIVM conſtitutionum principalium l. 18. ff. de ſtipul. ſeruorum l. 2. C. de donat. cauſa mort. Briſſ.

BENEFICIVM S. C. Velleiani negat actiones in mulieres, qui pro aliis interceſſerint, l. 1. ff. ad S. C. Velleian. V. Cuiac. tract. 4. ad Afric. §. cum haberes, V. S. C. Velleia.

BENEFICIVM reſtitutionis, in duo capita quidam diſtribuunt, quorum primum explicatur ex capite minoris ætatis, D. & C. de minor. 25. anno alterum ex abſentia, de quo tit. ff. ex quib. cauſ. maio. His poteſt addi metus cauſa, cuius rei nomine reuocatoriam competere, Accurſ. recte ſcripſit ad Vlp. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non dat. cuius ſententiam probat ibidem Bartolus noſter. Spieg.

BENEFICIO ob liberorum numerum excuſatur quis à tutela curave, apud Modeſtin. l. 2. § 1. ff. de excuſ. & reſcripto Seuer. & Antonini l. 1. C. qui nu. lib. A muneribus ciuilibus excuſationem præſtat Vlpian. l. 2. § 1. ff. de vac. mun. & Conſtantinus in eandem rem conſtituit, l. fin. C. de iis qui nu. lib. 10. Iis quoque, qui multos liberos procreaſſent, à Cæſare præmia multa propoſita fuiſſe ſcribit Dio lib. 43. Prat.

BENEFICIVM cedendarum actionum eſt, per quod poſtulare poſſunt fideiuſſores, & alij, qui obligati ſunt in vna obligatione, ſibi cedi, in alia contra fideiuſſores, & alios, quibus ſunt obligati: alioquin niſi cedatur eis, poſſunt recuſare ſolutiones, ff. de ſolut. l. Stichum aut Pamphilum. §. pen. vbi Bart. hoc notat. De hoc vide in Spec. tit. de remu. §. finitis, ver. poſtremo dicendum. De beneficiis & aliis require, ibid. §. parum autem ver. & nota. Cedendarum autem actionum beneficio, de quo in l. fideiuſſorib. vbi Paul. Caſtr. ff. de fideiuſſor. petimus, vt creditor ſuas nobis cedat actiones: eoque cogendus eſt. Prat.

BENEFICIVM epiſtolæ diui Adriani (de quo fit mentio in §. ſi plures Inſti. de fideiuſ. etiam in l. inter fideiuſſores, ff. eod. tit.) eſt, ſi vnus è multis fideiuſſorib. de toto debito conueniatur, recte excipiet pro rata parte duntaxat ſoluenda, quod accipiendum eſt, ſi cæteri litis conteſtatæ tempore ſoluendo ſint, dict. §. ſi plures non igitur fit debiti diuiſio ipſo iure, ſed epiſtolæ diuini Hadriani beneficio, d. l. inter. Prat.

BENEFICIVM quadrimeſtre iis competit qui in actione perſonali ad ſolutionem condemnati ſunt, vt ad ipſam ſolutionem quatuor menſium habeant dilationem, etiamſi à iudice breuius tempus ſtatutum eſſet, l. 4. §. ſi quis condemnatus, ff. de re iudic. Spieg.

BENEFICIVM reſtitutionis in integrum duplex eſt. Alterum minorib. 25. annis. alterum maioribus ex clauſula, [Si qua iuſta mihi cauſa videbitur] competit. Spieg.

BENEMERITA, quando ſint ſpecifice exprimenda in inſtrumento conceſſionis remuneratoriæ, petendum eſt ab interpretibus vſuum feud.

BENEVOLVS. Eraſmus alicubi ſcribit, ſicut beneuolentia nihil aliud ſonat Latinis, quàm amor: beneuolus nihil aliud eſt, quàm amicus: & bene velle, nihil quàm amare: ita maleuolentia ſonat odium, maleuolus inimicum, malle velle, odiſſe. Iuſtin. tit. de nuptiis C. lib. 5. Imperialis beneuolentiæ proprium hoc eſſe iudicat, vt Dei beneuolentiam imitetur, qui quotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiam ſuſcipere noſtram, & ad meliorem eam ſtatum deducere. Spieg.

BENEVOLENTIA, dicitur ſtudium, fauor, amor, humanitas, benignitas: ſic accipitur in conſtitutione Iuſtiniani leg. Imper. in princ. C. de impet. & §. ſciendum Inſt. de here. qual. & diff. Prat. Briſſ.

BENIGNITAS, vt vtiſſimam ſignificationem omittam, æquitatis Epitheton inhumanitatis rigori contrarium eſt Modeſtino l nulla 25. ff. de legib. Prat.

BENIGNAM interpretationem I C. vocant, quod non interclusa ſit verborum anguſtiis & angulis literarum, nec reſtricte ducta, ſed, vt noſtri dicunt, largo modo: Cicero laxamentum legis vocat pro Cluentio, vid. l. 5. §. 1. C. de neceſſariis ſeruis, & §. 3. ibid. l. 16. C. de poſtlim. reuerſ. Sic æquitas dicitur benigna & liberalis, quod plus præſtet ipſa, quàm legis verba concedant. Conan. lib. 1. cap. 11. n. 3.

BENIGNVM æquum bonum ſignificat apud Vlpianum l. ſi fuerit, 5. ff. de leg. 3. quod & Accurſ. adnotauit ibid.

BENIGNE apud Clementem V. pontiſ. accipitur pro humane. c. Romani §. & quod Eccleſia, de iureiur. in Clem. Apud Horatium aduerbium eſt blande recuſantis, perinde ac ſi diceret, excuſatum me habeas. Turneb. lib aduerſ. 5. cap. 13.

BENIGNIOR ſententia, æquior, mitior, humanior, moderatior.

BENIGNITAS, æquitas, humanitas, ἐπιείκεια.

BENIGNITAS æquitatis, l. 25. de ll.

BENIGNITATIS temperamentum, l. 11. de pœn. Briſſ.

BERGINÆ vel Bergenæ, ſunt Veſpillones, foſſar j. vide Gothof. ad l. 4 princ. Cod. de ſacroſ. eccleſ. Barbari funerum elatores. Gloſſæ veteres Berginna. Cuiac. in Nou. 43. Prat. quære inf. in voce Veſpilliones.

BERONES Budæo in l. in naue. 31. ff. loca prioribus adoot. dicuntur ſacci, quaſi perones, à pera dicti. Sic putat legendum apud Alfenum dict. l. in naue, cum in Pandectis Florentinis legatur *berones* recte. Forcatulus in aniario iuris ciuilis c. 13. nu. 3. berones in d. l. in naue cuppas eſſe, non ſaccos, tradit, re ecta Budæi ſententia. Idque videtur velle dictio altius l. 5. C. de ſer. fugit. De bernnibus loquitur Plin. lib. 36. c. 14. vbi Hermolaus Peronibus ab re legendum putat. vid. inſt. Ern, Erones, & Gothofr. ad d. l. 31. ff. loca circ. med.

BERVS βῆρος, al. male berrus, honeſtiorum & palatinorum veſtis Sericea fuit. ac βήρους Zonaras & Balſamon vertunt [illegible] (Euagrio βίῤῥους) in Cōſilio Gangrenſi. Huius veſtium generis meminit Vopiſcus in Carino beri Canuſini, ait. Hinc veſtes holoberæ, holoſericæ. Prat. Cuiac. ad l. 4 C. de veſt. holober.

BERYLLVS ſiue (vt in editione Flor. eſt, vbi V. pro B more veterum ſæpe ponitur) Veryllus, gemma eſt in India naſcens, quæ à gentis ſuæ lingua nomē habet, viriditate ſimilis ſmaragdo, ſed cum pallore, cuius meminit Marcianus l. interdum 16. §. ſpecies ff. de publica. De hac Plin. lib. 37. c. 5. Iſidor. lib 16. Etymolog. cap. 7. Briſſ Solin Polyhiſt. c 54.

BERYTVS Βηρυτὸς, Berytus, vrbs eſt Syriæ Phœnicis, poſt Sidonem, & haud procul ab Lyci amnis oſtiis, omnium eius litoris nundinario mercimonio clariſſima (vt teſtatur Vadianus) & Iuſtiniani temporibus legum ſtudiis celeberrima. Vnde Impp. Theodoſius & Valent. AA. eam vrbem Metropolitano nomine, ac dignitate exornarunt. Briſ. Hodie vulgo Baruth vocant. Huius autem meminit Euſtachius, qui (vt à Volaterrano citatur) etymi rationem hanc aſſignat, quod verum ex authoritate Helladi linguæ Phœnicum robur ſignificat, quaſi vrbs in loco inexpugnabili, ac robuſto ſita. Item Dionyſius.

Καὶ τύρον ὠγυγίην Βηρυτοῦ τ' ἀγχιαλοῖο,
Βύβλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν,
Ναιομένην χαρίεντος ἐφ' ὕδασι Βωστρηνοῖο,
Καὶ τρίπολιν λιπαρήν ἐριβώλακα ναιετάουσαν
Λαοδίκην θ' ἣ κεῖται ἐπ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης.

Auch. vid. Gotth. ad l. 8. §. 3. de cenſib.

BERYTIENSES colonia Auguſti beneficiis gratioſa, & (vt diuus Hadrianus in quadam oratione ait) Auguſtiana Colonia dicta, autor Vlp. l. 1. de cenſib. Spieg.

BERYTII, l. 1. C. de municip. l. 1. C. qui ætate.

Βήσαλος (Theoph. tit. de rerum diuiſ. tigni appellatione continetur) Beſalium apud Chariſium, teſtam, ſeu laterem notat, l. 1. de tig. iunc. in gloſſis laterculum. Cuiac. 9. obſer. 26. aliis peſſulum male. In Baſilicis ad leg. 19. §. de ſeru. vrb. præd. ex figlino opere, ἀπὸ βησάλου eſt Græce. Prat. vid. inſr. poſt Biremes.

BES, veteribus des, Varroni lib. 5. Ling. dempto triente. Feſto lib. 2. quod bis triens ſit Beſſis vnciæ octo ſunt. Aſſis partem eſſe Voluſius Mæcianus libro diſtributi aſſis docet, notam eius indicans. Prat.

BESSEM precij, pro octaua precij parte, dixit Vlpianus l. ſi vero 12. §. contrario, ff. mandat. Veteres enim Romani omne totum in vncias 12. diuidebant. Hinc & ex

BESSE ſocium eleganter dixit Proculus l. ſocietatem, 76. ff. pro ſocio. Prat.

BESSIVM vſurarum mentio fit in l eos 26. §. ſuper vſurarum. C. de vſuris. Sunt autem vſuræ beſſes, cum acceptis centum, poſt annum octo præſtantur, aut menſtrui denarij ſinguli, ſi ſors 150. ſit vt recte ſcribit Anton Auguſt lib. 2. cap 10. Emēdationum Prat. Adde Brechæum l vſura ff. de verb. & rer. ſignif. & Gothof. ad d. l 26. §. 1. ſin. 9. & 8. & ad l. 1. C. de vſur. pupill.

BESTIÆ dicuntur, quæ naturæ feræ ſunt. Vlpia l. 1. §. in beſtiis ff. ſi quadrup. paup. fec. dic. veluti vrſi, leones, Pantheræ, Gamo

l.2.ff.ad legem Aquiliam. Beſtias, inquit Vlp.l.1.§.beſtias, ff.de poſtul. accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere. Beſtiarum numero Elephantos, & camelos contineri, ideoque nec mancipi eſſe. idem ait in Epitom.tit.19. in prin. Ac certe natura eorum fera eſt. Quia tamen collo dorſove domantur, & iumentorum operam præſtant, ideò in l. Aquil. quadrupedum appellatione continentur, d.l.2. Briſſon. Quadrupedes pecudum numero ſunt: canes, ac beſtiæ imprimis, pecudes non ſunt, l.2. Μισοφεγκὼς beſtia dicitur homo, qui non facit, quæ hominem rationalem creaturam, decent, vt adnotat Accurſius ad Nouel. 2. περὶ μονογαμίας, ex Boetio in lib. de Conſolat. Spieg Prat.

Bestiarvm aliæ marinæ, aliæ terreſtres. l.44.ff.de adquit. poſſ. per Bestias Cicero θηρία, id eſt, venenata animalia videtur magis notare, Prat.

Bestiarii dicebantur qui ludis publicis in amphitheatro cum beſtiis pugnabant, Ciceroni pro Sextio & in Vatinium. & Senecæ lib.2.de benef.cap.19 & Epiſtol.7.lib.10.& Tertulliano in Apologet.cap 42. Spieg. vide infr. ad beſtias dari.

Bestiis dari, l. vnica, ad l.Fab.in C.Th.

Bestiis obiici apud Modeſtinum l.pen. ff. ad leg. Pompeij de parricid. durius, ſeueriuſque eſt. Qui vero beſtiis obiiciebantur, ad ſtipitem adligabantur, vt ex Fl. Vopiſco in Aureliano & ex paſſionibus martyrum, liquido conſtat. Mneſteus (inquit) poſtea ſurrectus ad ſtipitem, beſtiis objectus eſt. Briſſ.

Bestiis ſubiici dixit Marcianus l.3 §.pen.ff.ad leg. Corn.de ſicar. eodem fere ſenſu. Hæc legis Corn. de ſicar. & veneficiis erat, auctore eodem. Et ita Beſtiarum damnationem accipe in l.6.ff.ad l. Iul. pec. Hoc autem ſupplicio plerunque Chriſtianos ſub impiis Imperatoribus affectos hiſtoriæ loquuntur, vt Euſeb.lib.8.hiſtor. Eccleſ.

ad Bestias datum pœnæ ſeruum fieri cenſuit Macer. leg. quod ad ſtatum 12. ff.de pœn. hac pœna puniebatur qui nummos aureos euſerat. Vlp.l. quicunque ff.de fal. De hoc pœnæ genere Gellius lib.5.c.14. Dio ita damnatos τὸν τοῖς θηρίοις ἐν κυνηγίοις διδόμενον dicit lib.58.

ad Bestias damnati dicebantur, qui in hoc damnabantur, vt beſtiis ſubiicerentur, l.6.ff.ad leg. Iul. pecul l 8. in fin.ff.de teſtam.l.25.§.ſi quis plane, ff.de adquit. hæred.l.11.ff. de pœn.§ pœnæ. Inſtit. quib. mod. ius pat. pot.& apud Tertul. libr.1.ad Scapul. B. Hieronym. in lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Ignatius, commouente perſecutionem Traiano, Damnatus ad Beſtias, Romæ vinctus mittitur, quod Sophronius vertit θηριομαχῆσαι κατεδικάσθη Vide & Gellium lib.5.cap.14. Hoc autem ſupplicium Prudentius ſic explicat:

Sanguinis humani ſpectacula publicus edit
Conceſſus, legeſque, iubent, venale parari
Supplicium, quo membra hominum diſcerpta cruentis
Morſibus oblectent hilarem de funere plebem:

Inde ad beſtias dari in l 15.ff.de pœn. l.8 ff. ad leg. Corn.de falſ & l.1.ff.de veter. Dio ita damnatos τοὺς τοῖς θηρίοις ἐν κυνηγίοις διδομένους, dicit, lib.58. Et ad beſtias pronunciati apud Tertul in lib de reſurrectio. carn. Briſſ.

ad Bestias etiam dari dicebantur, qui citra damnationem cum beſtiis depugnandi cauſa in arenam intromittebantur. l.11, §.1.& vlt ff.de leg. Corn. de ſicar. l.4 ff de accuſ.l.1.ff. de ædil.edict.l.3.§.lege Iulian ff.de teſtib. & hos beſtiarios Latini appellant: quo verbo Seneca vtitur lib.2.de benefic.cap.19 & Epiſt.7.lib.10.& Tertul. in Apologet. c. 41. Erant etiam qui operas ſuas, vt cum beſtiis pugnarent locabant, l.2 §.qui operas, ff.ad Tertyl. Briſſ. vide omnino Gothof. ad l.4.med.C.de accuſ.

Biarchi in Leonis Imp. conſtitutiones l.3.C de agent. in rebus & l.vlt. Cod.de off. præfect. præt. Afric. officiales quidam ex ſchola agentium in rebus Briſſ officiales victui præfecti, qui in rebus militant. Horum meminit Hieron. ad Pammachium aduerſ. Io. Hieroſol. Erant ex ſchola agentium in rebus. vide Alciatum in d.leg.3 & ſupr. Agentes in rebus.

Biarchvs autem dicitur is, qui præeſt vitæ curáq; aut victui. Deducitur à vocabulo βίος quod vitam & victum ſignificat: appellatur communiter viuendarius: Droſæus in Methodo iuris.

Biarchia, eorum munus, in Conſtantini Imp. reſcripto, l.1.C. de offic. mag. offic. Briſſ.

Bibliothecæ adpellatione tria denotari, nempe & armaria & loca, quibus libri collocati ſunt, & ipſos libros ſignificat, Nerua apud Vlpianum ſcribit l. librorum 52. § ſed ſi bibliothecam, ff.de legat.3. idque pro rei conceptione accipiendum idem Nerua ait. Eius ſententiam probat Feſtus lib 2. adiiciens id & Græcis & Latinis receptum Ex Neruæ ſententiæ bibliothecam pro libris eorumve numero apud Labeonem, leg. Labeo 50.D.de contrahend. empt. accipiendam putem. Apud Vlpianum vero leg. quæſitum, § inſtructo, ff. ſolit. inſtrum. leg. armaria ſignificat. Prat.

Bibliothecarivs dicitur, qui librorum curam gerit, quique bibliothecæ præeſt: ſic accipiendum exiſtimem in ca. Adrianus.63. diſtinct. tamet ſi gloſſema ibidem & Alb. Archidiaconum ſequutus. Cancellarium interpretentur. Prat.

Bibletvs a, um, à Biblo oppido quoque Phœnices, de quo Strabo, Plinius, Mela. Eſt & in eadem prouincia, Palæbiblos, id eſt, antiqua biblos. Bibliotum meminit Iezechiel propheta c. 26.& 27. Iuſtin. lib.10.C.tit. qui eſt de municipibus & originariis. Cum te Biblium origine, incolam autem Berytium eſſe proponas. Vtraque enim Syriæ Phœnices, eſt ciuitas, & altera alteri finitima. Nebr.

Βιβλος liber, ἀπὸ τοῦ βίου ἐκ βάλλεσθαι, quod in ipſum hominum vitæ reiiciantur, Aut ἀπὸ τοῦ βιῶ, viuo, quod libris homines immortales efficiantur.

Bicessis à duobus decuſſibus dicitur Varroni li.4. Linguę. lat.

Bicipitem, quod incomparatum eſt, poſſe dici Varro apud Nonium aperuit, in ſpem (inquit) adducebat non plus ſoluturos, quam vellem iniquius equeſtri ordini iudicia tradidit, ac bicipitem ciuitatem fecit diſcordiarum ciuilium fontem. Pr.

Biclinivm, locus vbi duo lecti erant Plaut. in Bacchidibus:

Animaduertite Mneſiloche, & tu Piſtoclere iam facite,
In Biclinio cum amica ſua vterque accubitum eatis.

Verbum iunctum eſſe ſcribit Fab. lib.1.cap.5.

Bibelli, Alciat lib.7. parerg.c.22. ſunt gymnaſiorum cuſtodes ex Lucillio. Prat.

Bidens apud Vlpianum.l. inſtrumento ff. de inſtruct. inſtrum. l. inſtrumentum ſuſſorium ruſticum. Græcis σμινύη. Polluci lib.1. Onomaſt.c.12. περὶ ἐργαλείων γεωργικῶν ὀνομάτων. Bidentes oues, ait Higinus apud Gellium lib.16.c.6. vt alias ἐτυμολογίας omittam, hinc dictas putat, quod duos dentes altiores habeant Prat. Bidentes, vaſa vtilia culturæ, in l.8. ff.de inſtruc. vel inſtr. Solum vineæ bidente paſtinari, frangere, verſare, Briſſ.

Bidental Feſto lib 2. dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus hoſtiis ſacrificaretur.

Biduum, & alterum diem, pro eodem l.1.quan. appellan. ſit Briſ.

Biduum quandoque pro die vno, quandoque pro duobus interpretari ſolent: pro vno die computatur l.3.§.minorem, de minor & ideo ei, qui natus eſt biſſexto, priore vel poſteriore die nil refert: nam id biduum pro vno habetur, V. inf biſſextum (Supputatur autem biduum in dinumeratione annorum & menſium) pro duobus vero in enumeratione dierum. Brechæus l. cum biſſextus, ff. de verb. & rer. ſignif. V. Cuiac. de diuerſ. temp. præſcript. c 4.

Bidvum hac formula, *illud facito in dieb.* Intelligi Iauolenus ſcribit l. inter 217.§.1. ff. de verb. ſignif. Ex quo textu collegi, dies numero multitudinis non adiecto, biduum ſignificare. Reliqua de biduo pete ab Euſtathio lib. περὶ χρονικῶν διαστημάτων, tit. περὶ δύο ἡμερῶν. Prat.

Biennales metæ, l.17.C.de admin. tutor.

Bifvrcivm terminum adpellant, Sarmatæ, qui tres petras circa ſe habens trifinium demonſtrat, in lib. de limit. auct. variorum Illius nota eſt B. Prat.

Bigamvs dicitur, qui diuerſis temporibus, & ſucceſſiue duas legitimas habuit vxores, Hoſtien. cap. aperiat. per illum text. 31. quæſt. 1. cap. ſi quis, &c. cognoſcamus, 34. diſt. interpretatione, qui corruptam, vel viduam duxit: can. ſeriatim. 32. diſtinct vel qui pollicitam virginitatem violauit, c. quotquot 36. quæſt.1. vbi etiam proprius & primus ſignificatus aperte declaratur. De Bigamis extat titulus lib.1. Decretalium tit. 21. vbi vide Panorm & Fel. & alios Pontificios. V. Goth. ad rub. C. de ſecund. nupt. & ad c.1.N.15

Bigamia, dicitur irregularitas ex defectu proueniens Sacramenti. Canoniſt.

Bigamia, varie contrahitur. Primo quando quis duas habuit vxores quas cognouit. Secundo quando diuerſis temporibus habuit duas, vel plures, vnam de facto, aliam de iure. Tertio quando plures habet eodem tempore, & eas cognouit. Quarto quando contrahit cum vidua ab alio viro cognita: ſecus ſi virgo manſiſſet. Quinto quando contrahit cum corrupta à quocunque ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, & eam cognoſcit: Sexto quando cognouit vxorem ſcienter vel ignoranter, poſtquam ab alio corrupta eſt. Septimo quando quis in ſacro ordine conſtitutus, vel poſt factam profeſſionem religionis de facto contrahit cum corrupta. Prat. De hoc vide etiam quid annotarit Tiraqu. in l.3. connub gl 1. part.1.n.45.

Bigatos nummos à notis bigarum dictos putat Zaſ. in catal. leg antiq. V. Plin. lib.3.c.33.

Bigenera animalia dicuntur, ex diuerſo genere nata, vt leopardus, ex leone & panthera: cicurſus, ex apro & ſcropha domeſtica: mulus, ex equa & aſino: hinnus, ex equo & aſina. Spieg. Feſt. lib.2.

Bilamnæ apud Vitalem de liminib. agrorum.

Bilingvem beſtiam Plautus ſerpentem dicit. Et natas verbum Latinum Fallaciloquentiam Virgil. Tyrioſque bilingues. Cam.

Bilis. V. Gothof. ad l.2. de ædil. edict.

Bima die, id eſt, duobus annis Vlpiano l.3. ff de ann. leg. ſic eodem ſenſu.

Bimam æſtimationem, id eſt, in biennium ſiue pro biennio, Pomp dixit leg ſi vſusfructus.6. ff de vſufr.legat.

Bimus dicitur, qui annorum duorum ætatem habet. Hinc nuces bimas Cato cap.17. Rei ruſtic.dixit. Hinc

Bimatus ætas annorum duorum, pro quo Græcis διετία dicitur, καὶ διετής.annos duos natus: vt in Euang Matt.de Herode pueros bimulos necari iubēte c.2. ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. Prat.

Bini, idem ſignificat quod duo. Sic in prætoris verbis apud Iul. in fin.l.1.de his qui not.infam. Quive ſuo nomine, non iuſſu eius in cuius poteſtate eſt, eiuſve nomine, quem, quamve in poteſtate habet, bina ſponſalia, binaſque nuptias eodem tempore conſtitutas habuerit. Spieg.

Bina ſponſalia conſtituere, eſt vnam duobus ſpondere, vt vtriuſque ſit vxor & ſic quod vulgo dici ſolet, vna filia duos generos facere. §. ſi quis alien. nam.l. quid ergo ſi non, ff. de his qui not.infam vbi Bal.monuit, vt leges, quæ de binis ſponſalibus loquuntur, diligenter notemus. Nam ex his argumentum ſumit, quod non poſſit quis eligi ad multas Eccleſias. Ætiologiam addit: nam electum fieri ſponſum eccleſiæ. Nunc ô Balde, vnius humeris imponuntur tres aut quatuor epiſcopatus, cum aliquot abbatiis annexis. Id quo colore excuſes, quamuis acutiſſimi ingenij cognomen tuleris, haud ſcio ſi quem vnquam inueneris. Spieg.

Biniones apud Hegeſippum lib. 5. auri maioris formæ dupliciſque æſtimationis, vt formas binarias in Alexandro dixit Lampridius. Turneb.lib.18.cap.30.aduerſar.

Binoctium Tacit.3.Gothofr.ad leg.166 §.1.de verb.ſign. Vltra binoctium, id eſt, vltra duas noctes.

Binomius Feſto lib.2.cui geminum eſt nomen, vt Numa Pompilius.

Benuba, Gothoſt.ad c 13.fin.N.123.

Benubum recte appellat vetus interpres §. quia vero hactenus, de nuptiis, in Nouell qui ad ſecundas nuptias cōuolauit. Nam in Græco ita eſt: τῷ δὲ πλάνῃ τῷ δευτερογαμοῦντι γονεῖ, &c. V.Goth.ad c.41.N.22. & c.28.ibid.

Biremes naues à Romanis dictas ait L. Baiſius in libell. de re nauali, quæ binis remis agebantur, vel vt alij, binis remorum ordinibus.

Βήσαλον appellatione tigni contineri ait Theophilus in tit. de rer.diuiſ.id peſſulum interpretantur, male, Eſt enim idē prorſus quod teſta, (l.1.ff.de tig.iunc) ſiue later.vt in Baſilicis ad l. fiſtulam ff.de ſeruit. vrban. præd. ex figlino opere λίθ βησσάλου & in gloſſis laterculum, βήσαλον καὶ σπόνα: & apud Chariſium, beſalia Cuiacius Obſeruat.lib.9.c.36. fere ſub fin. Vid. ſupr.poſt Betvrienſis.

Bis de duobus actibus dicitur l ſeruus. C.ad l.Iul.de vi. idque in legibus, teſtamentis, pactis, & ſtipulationibus, ſic eodem ſenſu ponitur apud Paulum l.velut in fi.ff de eden.& Vlp.l.cum plures, in fin.ff.de reb. auct.iud.poſſid.Prat Bis duorū actuum eſt proprie non plurium, ſicut vox iterum. Interdum tamen Bis factum etiam frequenter, multum, ac ſæpe factum accipitur. Vide Zaſ.in leg.ſæpe.ff.de re iud.Spieg.

Bis actio eadem ne ſit.

Hoc inquit Fabius lib.7.c.7. ex iure obſcuro eſt, quæri enim ſolet, an hoc Bis ad actorem, an ad actionem referatur. Ad hanc legem pertinet vulgatiſſima antiqui iuris regula, cuius meminit Gaius l.57.ff.de diuerſ.reg.iuris antiq. Bona fides non patitur, vt bis idē exigatur. Bis edita ratio l.6.§. vlt.de edeo. Briſſ.

Bis credere quid ſit, explicat Martianus leg.creditor 12. ff. qui pot.in pignor.bis verb Si idem bis, id eſt, ante ſecundum, & poſt eum crediderit, in priore pecunia potior eſt ſecundo, in poſteriore tertius eſt. Prat.

Bispellio, idem, opinor, qui verſipellis, id eſt, veterator. planus, πολύτροπος. Marcel.l.72 §.5. vbi omnino V Goth.oo ff. de ſolutionis. Num ergo & ſi biſpellionem, aut alias turpem dederit hominem, idem ſit? Vlpianus l 31.ff.de euict. Si ita quis ſtipulanti ſpondeat, ſanum eſſe, furem non eſſe, biſpellionem non eſſe, & cætera, inutilis ſtipulatio quibuſdam videtur, vbi tamē Vispellionem errore in Florentinis libris peruulgato legitur. Item vt apud Metianum in l.7.ff ad Senatuſc.Trebell. Quid enim ſi morbo adplicetur, Alexandriam iuſſus fuit adire? vel nomē Viſpellionis teſtatoris ferre? Bispellionis enim legendum vtrobique arbitrantur: quo nomine hominem duarum pellium ſignificari conſtat. Eius autem appellationis origo in Arcadum fabula poſita eſt, quam Plin. lib.8 c. 22.exponit. Interios homines ſtagnum quoddam tranſmiſſos in lupos transfigurari tradunt, & poſt annos nouem eo in habitu confectos, idem ſtagnum remeantes, priſtinum habitum recipere, vnde Verſipelles dicti, & apud Fabium, Eandem recipere veſtem. Ad hanc fabulam alluſit ſine dubio Perſius Satyra 5.his verſibus,

Sen in quum fueris noſtra paulo ante farine,
Pelliculam veterem retinet, & fronte politus,
Aſtutam rapido ſeruas ſub pectore vulpem:
Quæ dederas ſupra repeto, funemque reduco,

Biſpellionem igitur ſeruum eundem dici puto, qui & Verſipellis id eſt, perfidioſum, fallacem.fraudulentum. Alij tamen Vaspillonem, alij Vaspartilionam: alio etiam alij modo legendum putant: quorum omnium conjecturis, ſi Bipellio legeretur, ſcripturam Florentini codicis anteponeremus. Nam quod quidem ad Veſpillionis nomen attinet, cum & Libitinarios, & Veſpillones, & Pollinctores, liberos homines fuiſſe conſtet, aut certe ſeruos publicos: difficile eſt eorum ſequi ſententiam, qui in iſtis omnibus Pandectarum locis vocem illam reponendam exiſtimauerunt. Hotom.

Bissextum, (alias biſſextum) in leg.cum biſextum.ff.de verb.ſig. & leg.3.§.minor.vbi Bart.ff.de minoribus, idem ſignificat qui quarto quoque anno intercalatur, Biſextus, inquit Iſidor. lib. 6 cap.17.eſt poſt 4.annos vnus dies adiectus. Creſcit enim per ſingulos menſes quarta pars aſſis, id eſt, duodecim horarum. At vbi quarto anno aſſem compleuerit, biſſextilem annum facit Briſſ. Id biduum pro vno haberi, poſterioremque diem Kalendarum intercalari Vlpianus ſcribit d.§.minorem: quod & Pontifex probat c. quæſiuit, §.2.de verb.ſignif. vide Alc. ad d.leg.cum biſextum, quo in genere quæ ſubſequuntur non inepte ex Oldend.adieci.

Besextus (al.biſſextus) quaſi bis ſextus dicitur, vel quia bis ſexies ductus, Aſſem facit: quod eſt vnus dies. a ci. vel quia duobus continuis diebus bis dicimus 6.Cal. Mart. duos dies pro vno computantes, d. §. minorem. Romani enim ex diſtributione Numæ Pompilij, ad Lunæ curſum, ſicut Græci, annum computabant: intercalantes totum menſem more Græcorum teſte Macrobio lib.1.Saturnal. cap. 13. Hinc Cato & Quint. Mutius IC. recte appellarunt addititium menſem d. leg. cum biſextum, quoniam intercalabant eum, hoc eſt, vocato populo Pontifices interponebant, vt annus ad curſum Lunæ quadraret. Deinde vero, confuſius intercalationibus vitio Pontificum, qui alias ſuperſtitione, alias gratia, quo magis proferrent, vel imminuerent publicanis annorum dies, adeo turbabantur tempora, vt neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno competerent. Tranquillus in Iulio Cæſare cap.40. Quapropter, Iulius Cæſar conuerſus ad ordinandum Reipublicæ ſtatum, non iam ea curſu Lunæ, quæ paulo minus menſe in Zodiaci circuitione conſumit: ſed ad rationem ſolis, qui 365. diebus & quadrante curſum ſuum conficiens, ad ſignum, à quo digreſſus fuit, reuertitur; totidem diebus annum conſtare voluit. Vide Dionem lib. 44. de hoc diſſerentem. Et ne quadrans deficiens errorem ſupputandi temporis ingereret, ſtatuit, vt quarto quoque anno pontifices vnum diem intercalarent eodem tempore, quo antea menſis intercalari ſolebat, hoc eſt, ante quinque vltimos dies Februarij: idque biſextum appellauit, quia intercalato die, bis ſexto Kalendas Martij dicitur. Hæc Oldend ex G. Budæo ad d.leg. cum biſextum, 98. quem conſule. Prat. V.ſupr. Annus biſſextil. V.Gothofr.nota. ad leg 2. princip. de diuerſ. temp. præſcript. Alias vulgi ſermone tritum eſt de infauſto biſſexti nomine prouerbium, à Paganis, quorum animos ſuperſtitio occupat, facile ortum: vt videre eſt apud Ammianum Marcellium, qui lib.26. Valentiniano ad Imperij culmen euecto loquens. Nec videri, ait, de ſecundo, nec prodire in medium voluit, biſſextum vitans Februarij Menſis tunc illuceſcens, quod aliquoties rei Romanæ fuiſſe cognorat infauſtum. Briſſ.

Bisellium, vbi duo ſedent, appellat F. Marius. Prat.

Bessus, lini ſpecies in India naſcens; iam vero & Ægypto ex arbore laniſicium quoddam fit, ex quo veſtem factam lineam magis dixeris: quam laneam Sola enim craſſitudine à linea differre autor eſt Pollux. Abyſſo tenuiſſimo, & precioſo lino byſſina veſtis, vt à Croco crocatula dicta, pene vt aurum fulgens. Spieg. V.inf. byſſinum.

Βιθυνιαρχία apud Modeſtinum l. ἐπὶ δύο §. ἔθνους ff. de excuſ. Bithyniæ ſacerdotium, ſiue præfectura dicitur Ant. Auguſti. interprete lib.ſing.ad eundem. Eſt autem Bithynia prouincia Aſiæ minoris, Solino, & Seruio. Hanc memorant Honorius, & Theodoſ. l.2.C.de immu.ne.conced.lib.10.Cod.

Βιοκωλύται apud Iuſtinianum N.8. τῷ ᾗ ἐν τοῖς, & N.145.dicuntur Iuliano Patritio in epito.interprete, Officiales quidam, qui vim ac deprædationes arcent, qui violentias prohibent, Prat. Briſſ. Fuit quondam ſpecialis quidam dux Βιοκωλύτης, qui imperium habuit in Phrygia vtraq. & Piſidia & Lycaonia & Lydia, quæ prouinciæ erant Aſianæ diœceſeos. Cujac. in expoſitio N.Iuſtin.8 ſub fin.

Biviræ à Hieronymo vocitantur, quę bis nubunt, alij multinubas vocant.

B L

Blachernæ, nouum palatium Conſtantinopolitanum. l. 18. C.de ſacroſ.eccleſ.N.159.præfat. poſt pr. Hinc blachernenſe ſuburbium.

Blanum Accurſio in l.triticum.94.ff.de verb.obli. generale nomen eſt ad omne quod in area teritur.cuius ſententiam probat Bar.in l.1.§ de eo opere. ff. de aq. pluu. arcend. Hac voce vſus eſt Romanus Pōtifex in cap.ex multiplici, de decimis, in

antiq.legumina hac voce non contineri liquido conſtat. Vnde ſi lege municipali vetantur blada prouincia exportari, legumina exportans non multabitur, neque tenetur, Sane in eo genere regionis conſuetudo loquendi inſpicienda eſt, & ſtatuentium mens. Prat.

BLADA pro frumentis, inter ea vocabula, quæ vſu quodam, ſed nimium quam corrupto, ex Italica lingua ſunt deſumpta, habenturque vulgo pro Latinis, vt Allodium, cuius verbi mentio fit in c.1.de allodiis, in vſibus feud. vide ſupra Alaudium: appreciari, pro æſtimare: Mediare, pro componere aut pacificare: Appropriare, pro vindicare: Campus, pro exercitu: Liga, pro fœdere: Treuga, pro induciis: Manutenere, pro tueri ac ſuſtentare: Saiſare, vel Sachiſare, pro extorquere, aut per vim auferre: Importat, pro intereſt, ſeu refert: Fortalitium, pro arce, ſeu munitionib. Succurſus pro ſuppetiis, aut ſupplemento: Contentare, pro eo quod ſit contentum reddere: Aſſecurare, & conſtutare, pro eo quod ſit ſibi tuto ac diligenter prouidere, ſiue munire: Baſſe pro humiliter, ſummiſſe, aut in imo: Partialitas, pro factione, aut ſtudio partium. quorum aliquot crebro apud interpretes occurrunt, pure loquuturo omnino vitanda. Monuit id eruditiſſimus Inſulanus. Spieg. & Old.

BLÆSVS. vide infra Bleſus. Bleſius I.C. leg. 31 de vſu & vſuf. Briſ.

BLANDIRI pro decipi, falli. poſuit Vlp. l.3 §. ſi parens in fin. ff. de adminiſt. tut. Eodem & ſenſu Alexander l. blanditus, 12. C. de fideiuſſ. Dicimur & blandiri vitiis noſtris, dum ea excuſamus aut attenuamus, Phileph. lib. 2. conuiua. ſerm. Spiegel. blandiuntur ſibi, decipiunt ſed l.3 §. 2. fin. Blandiri ſibi dicuntur, qui in ſua cauſa ſibi aliquid vani perſuadent, l.5. §.1. in fin. ff. de adminiſt & peric. l. 12. C de fideiuſſorib.

BLANDITIAS potentum & poteſtatem æquiparat Accurſius l. vnic. C. ſi rector prouinc. in gl. in verb. pignora. Spieg.

BLASPHEMARE, βλασφημεῖν eſt conuitiis inceſſere, obtrectare, impie de Deo loqui, & creaturæ adſcribere quod Deo conuenit, vel ab eo remouere quod illi conuenit, vt Ambroſius ait. Verbum eſt Demoſtheni & Platoni familiare. Vnde βλασφημοῦν dicuntur qui per caput Dei aliave membra iurant N Conſtit. … &c. ſi quis per capillum. 22. qu. 1. vbi de pœna blaſphemiæ.

BLASPHEMATVR verbum Domini, vel cum contemnitur Dei prima ſententia, & pro nihilo ducitur, vel cum Chriſti infamatur Euangelium. Hieron. in Epiſt. Pauli ad Titum, & cap. cum cap. 32. q.5. Blaſphemare ad homines quoque referri poſſe exiſtimat Bart. in leg. item apud, §. ait Prætor. ff. de iniur. quo ſignificari ait, optare malum in futurum. Prat.

Βλασφημία, eiuſmodi infamatio. Porro quę blaſphemia deuitanda ſit, docet his verbis Tertullianus Iuriſconſ. in lib. de idololatria. Si quis noſtrum ad iuſtam blaſphemiam ethnicum deducat, aut fraude, aut iniuria, aut contumelia, aliave materia digna querelæ, in qua nomen merito percutitur, vt merito iraſcatur & Dominus.

BLATERARE Feſto lib. 2. eſt ſtulte, & præcipide loqui: quod à Græco βλὰξ originem ducit, qua voce fatui, & ſtolidi ſignificantur. Sed & camelos cum voces edunt, blaterare dicimus. Briſſ. Blaterones Gellio loculelei, linguaces.

BLATERARE etiam Nonio eſt per mendacia confingere, ex Afranio in Augure. Quid eſt iſtuc te blaterare, atq; obloqui?

BLATIRE apud Tertullianum Iuriſcons. in lib. de pallio. vetus verbum quo inaniter, & inconditre loqui ſignificatur, quod & Marcellus docuit. Prat.

BLATTA purpuræ genus, quæ in lana eſt l 1. C. quæ res ven. non poſſunt: & apud Caſſiodor. lib. 1. Variarum Epiſt. Cum blatta quam ſingulis annis noſtro cubiculo dare conſueuiſti venire feſtina. Lamprid. in Heliogab. Parauerat (inquit) igitur funes, blatta & ſerico & cocco intortos. Quo loco Baptiſta Egnatius adnotat blattam eſſe purpuram ex Indico conchylio factam. Sic, quod Eutropius dicit in Nerone, retibus aureis piſcabatur, quæ Blatteis funibus extrahebat. Suetonius ita piſcatus eſt reti aurato, purpura coccoque funibus nexis. Conn. lib. 7. cap. 7. Spieg. Hotom.

BLATTEA tunica Gre. Turon. 2. hiſt c. 38. Briſſ.

BLATTASERICA in conſtitutione Theodoſij, & Valentiniani l. vlt. C. Th. de murilegul quo loco veſtem intelligas. Nam & Vopiſcus in Aureliano Pallium blattoſericum dixit, al Sericoblatta in d. l. vlt. Briſſ.

BLATTEARIS, l. 2. C. Theo. de excuſat. artif.

BLATVM, triticum, Gallis. Gothoft. ad leg. 77. ibi, frumentum, de verb. ſign. Cuiac. ad leg 96. de verb. Old. Blatea ſcolor, ib. βλαστὸν, apud Platonem in lib. περὶ νόμων, eſt incrementum & fœtus. ἀπὸ τοῦ βλαστεῖν. Prat. (Prat.

Βλαστοὶ Theophraſto in lib. de cauſ. plantarum, germen, ramulus.

BLENNOS, ſtultos eſſe Plautus indicat apud Feſtum lib. 1. qui ait, Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, Prat.

Cæterum Turneb. lib. aduerſ. 3. cap. 10. Blennos vncari, ait, vt mucoſos, id eſt, βλεννώδεις & ante eum Camerar. idem ſenſit.

BLÆSVS apud Vlpianum l. idem O filius §. fin. ff. de ædil. edict. Blæſi ſunt, qui aliquam literam exprimere non poſſunt; quales ſuos qui Lamdaciſmum patientes literam l. pronunciare nequeunt. Græcis τραυλοὶ dicitur. Spieg.

BLITVM N. Marcello olus leue, à ſaporis ſtupore adpellatum putat Feſtus lib. 2. Prat.

B O.

BOA, vel, vt quibuſdam placet boua, ſerpens eſt aquatilis quem Græci ὕδρον vocant, à quo icti obturgeſcunt. Crurum quoque tumor viæ labore collectus Boa, ſiue Boua adpellatur.

BOARIVM forũ Romæ, quod ibi boues venderentur. Feſto lib. 2.

BOBIANVS, Magone, & Vegoia auctoribus, oppidum. iter populo debetur pedibus 10. lege Iulia eſt deductum: termini rotondi ſunt adpoſiti. Finitur teſtimonio arcarum, ſiparum, ſepulturarum congeriarum, carbunculorum, riuorum, ſuperciliorum, & limitum.

BODONES, ſeu botones, apud I. Paulum. lib. 5. Sent. tit. 22. vicem præſtant terminorum, aut ipſi termini ſunt: quos qui conuulſerit, ſi quidem ſeruus eſt, in metallum damnatur, humiliores in opus publicum, honeſtiores in inſulam relegantur. Prat. Vid. Gotæ. ad tit. ff. de term. mot.

BODONES ſiue Botones. Vox eſt menſorum, vel eorum, qui de agrorum & limitum conditionibus ſcripſerunt. Cuiac. lib. 5. Recepta. Sent. Iul. Paul. tit. 22.

BODVM apud Hygenum flomen eſt, quod ex veterum finib. eſt.

BOETHI in leg Boethos, 4. C. de iab. lib. 10. dicuntur adiutores, Iuliano Patritio Anteceſſore interprete in Nou. 35. quam Latinam eſſe aiunt quidam. Dicuntur autem ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν. Suntque qui officialibus morbo vel nimiis occupationibus impeditis additi, labores eorum ſubleuabant. Horum varia genera eſſe conſtat. Quidam enim erant adiutores Logiſtarum, de leg. Boethos in princip. & in Baſilicis lib. 54. Alij erant adiutores Quæſtoris, de quibus ediſſeritur in dict. Nou. 54. Erant & officiorum, & Palatinorum leg. 3. C. de diuerſ. offic. lib. 12. Quidam erant adiutores Numerariorum in Zenonis conſtitutione. leg. nulli. 10. C. de oo lib. 11. Vide. Got. ad §.1. leg. 23. de rur.

BOIÆ Feſto lib. 2. genus vinculorum, tam ligneæ, quam ferreæ dicuntur. Prat.

BOIEVS ager eodem auctore, qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem eſt in Gallia citra Alpes, quæ Togata dicitur, in qua ſunt Mediolanenſes. Boij ſunt quos Borbonios vocamus, Mediolanenſes Gallis *Molins en Bourbonois*.

BOLETARIVM apud Martialem, vaſis nomen, quod & aliis obſoniis quam boletis ſeruiebat. Turneb. lib. 15. ad c. 20.

BOMBILARE apum eſt Græcis βομβεῖν.

BOMBICINA veſtis meminere Paulus lib. 3. Senten. tit. 6. & Vlp. leg. veſtis 23. §1. ff. de aur. arg. mond. Bombycinas veſtes dictas à Bombyce vermiculo conſtat. Is enim longiſſima fila ſeu telas aranearum more ex ſe generat, quorum textura bombycinum dicitur. Bombycum telam primam retorquere, rurſuſque retexere inuenit, in Coo mulier Pamphila. Seruius in lib. 2. Geor. Virgilij ad illum verſum.

Velleraque vt foliis delectant tenuia feres.

Apud Indos, ait, & Seres, ſunt quidam in arboribus vermes, qui Bombyces appellantur, qui in araneарum morem fila tenuiſſima deducunt. Briſſ. Adde Nebriſſ. & ea quæ annotauit Bayſius, c. 5. de re veſtiaria hac ſcientia. Spieg. vid. Plin. lib. 11. c. 22. Iſidor. lib. 19. c. 22.

BOMBYX, Tertulliano in libro de Pallio, vermiculi genus eſt, quæ per aërem aliquando aranearum more ſcapis idoneus diſtendit, dehinc deuorat, mox æque reddere, perinde acſi occaoeris animata iam ſtamine aluo. De bombycibus, ita I. Pollux lib. 7. c. 17. τὰ δὲ (inquit) ἐκ βομβύκων … De Bombyce Coa vide Plinium lib. 11. c. 23. Briſ. His adde etiam Tiraq. in 3. l. connub. gloſſ. 1. part. 3.

BONARII. Theop. Inſt. de libert. §. libertinorum, qui naturali iure domini ſunt: Quiritarij, qui iure Quiritium. Prat. Briſſ. vid. inf. In bonis autem habere.

BONA dicuntur quod beent, id eſt beatos, ſeu fortunatos aut locupletes faciant, leg. 49. de verb. ſign. Et ſic bona proprie non ſunt, quæ plus incommodi quam commodi habent. l. 83. ff. eod. Briſſ.

BONA intelliguntur cuiuſque, quæ deducto ære alieno ſuperſunt, vt ait Paul. in leg. ſubſignatum de verb. ſign. Idque ex ſermonis proprietate. nam ex mente diſponentis, aliter quandoque accipitur, cum alias aliquid abſurdum induceretur, lege ſi quis ſeruum. §. fin de leg. 2. Afric. bonorum appellatio, inquit, ſicut hæreditatis, vniuerſitatem quandam, ac ius ſucceſſionis, & non ſingulas res demonſtrat. eod. tit. Vide inf. in verbo Bonorum. Hotom.

BONA. Feſto lib. 2. id eſt. Subſtantia rerum, dicta ſunt, quod bonis, digna ſunt: quod & Græcorum Senario probari videtur. … Prat. Varias ſignificationes Bonorum tradit Gœddæ. ad leg. 39 §. 1. & ad leg 49. nu. 2. 3. 11. & leg. 165. n. 5. & d. l. 49 n. 6. 12. 13. 14. 15. 17. de verb. ſign.

BONA ἀκληρονόμητα, quorũ nullus hæres eſt legitimus in leg. 1. C. de bon. vac. lib. 10. & fiſci rationibus vindicantur d. l. 1. idque

Digitized by Google

ex lege Iulia l.quidam.96.§.quoties ff.de legat.1.Cuiac.l.penult.de præpol. ſac.cubic.lib.12. & idem in l.quamuis, ff. de vſurpat.

Bona adeſpota Græco verbo dici putat Budæus in Forenſibus vacantia,& quæ Galli appellant *Eſpaux*.Prat.

Bona aduentitia dicuntur,quæ alia ex re cauſſave quam patris filiusfamilias quæruntur, vt rectè colligit Accurſius in l.cum oportet.in princ.C.de bon.quæ lib.per illum tex.Strictus igitur accepit Alciat.ad leg quod dicitur 130.ff.de verb.ſignific. exiſtimans illud aduenticium dici,quod filius propter merita ſua acquiſiuit. Ea ineptiſſime ita definiebat quidam, quæ acceſſione quadam, & præter ſpem nobis contingunt : quæ definitio etiam profectitiis cungruit.vid.inf.Peculium.Prat.

Bona caduca in iure dicuntur,quæ deficiente eo,cui iure ciuili debebantur, in alium ceciderunt: veluti cum lex ei dotem adimit,qui contra eius interdictum vxorem in prouincia ſua duxit, eamque fiſco attribuit. Caduca dos dicitur à Paulo leg.ſi quis 38.ff.de rit.nupt.Quemadmodum Caduca glans,in lege XII.Tabul dicebatur,quæ deficiente eo,qui legat,ex arbore decidit leg.ſilua.30.de verb.ſignific.Hinc ille Craſſi locus in lib.de orat.3.Noſtra eſt inquam,omnis iſta prudentiæ, doctrinæ que poſſeſſio,in quam homines quaſi caducam atq; vacuam , abundantes otio , nobis occupatis inuolauerunt. Hinc ille alter Ciceronis in C. Antonium Philipp. x. Quem niſi in via Caducæ hæreditates retardaſſent, voluiſſe eum,non iter feciſſe diceres.Caducas hæreditates facete dixit pro jacentes , quæ ipſi abſenti relictæ,nec dum ab eo aditæ atque acquiſitæ fuerant. Facete inquam locutus eſt, non vere aut proprie Nam caducum autore Vlpian.propriè dicitur, quod quis ſibi teſtamento relictum, ita vt iure ciuili capere poſſit, aliqua ex cauſa non ceperit,quaſi ab eo ceciderit: veluti,ſi legatarius poſt mortem teſtatoris ante tabulas apertas deceſſerit.Hæc ille cap.inſt.c.17. Iuſtinianus autem l 1 C. de caduc. tollend.tribus modis ea quæ teſtamento relicta ſunt deficere demonſtrat: Si quid pro non ſcripto habeatur,ſi in cauſa caduci : aut ſi quid caducum ſit.Pro non ſcripto dicitur, quod ab initio defecit. Vt cum mortuo legatum hæreditaſve defertur In cauſa caduci eſt , quod poſt teſtamentum ante teſtatoris mortẽ deficit: veluti ſi legatarius teſtatore viuo moriatur:caducum eſt quod mortuo teſtatore ante tabulas apertas deficit: veluti ſi tum legatarius moriatur. Atque hæc quidem ſubtiliter à Iuriſconſultis ita diſputantur. Cum alioqui caduca omnia dicantur,quæ illis excidunt,quibus iure ciuili debebantur. Veluti cum lex Papia Poppæa iubet , vt quæ ad orbos ex teſtamentis peruenirent,earum pars decima fiſco attribueretur, pars illa caduca dicitur. Vnde illud Iuuenal. de vxore, quæ marito liberos ex adulterio pariebat.

Iura parentibus habes ,propter me ſcriberis heres,
Legatum omne capis,nec non & dulce caducum.

Hot. vid.inf.cadere in caſum,& caducum nomen.

Bona ciuitatis abuſiue publica dicta fuiſſe ſcribit Vlp.leg bona 15 & leg.ſequ.ff.de verb.ſign.Prat.

Bona commiſſa eſſe Reip.aut in commiſſum cadere ob Vectigalia non ſoluta l.commiſſa. ff.de public.ſicuti dicimus pœnam commiſſam , hoc eſt in pœnam partem incidiſſe l. 4. §. Cato,l.5.§.vlt.ff.de verb oblig.

Bona ciuium publicare, eſt illa in publicum à priuata poſſeſſione redigere. Spieg.

Bona de Eccleſiæ menſa tunc facta dicuntur,quando per officiales ad hoc poteſtatem habentes ſunt deſcripta,in l. 1. aliarum poſſeſſionum de menſa.vel ſunt declarata eſſe de menſa. ita Bart.l fin.D.de bon. vacant.lib.10 Cuius ſententiam probant Ioannes de Platea & Aug. ad l.fin.Sed & de menſa ſunt quæ Archiepiſcopus,vel alius prælatus,ad manus ſuas seruit, & in proprium vſum excepit, vel expendit nec aliis infeudauit, idque Pontifex Celeſtinus decreuit cap. vt ſuper,de reb. eccleſ.al.Prat.

Bona deficere dici quidam autumant , non ſolum cum nulla extant : Sed etiam ſi aliqua extarent, quæ in remotis eſſent collocata. Prat.

Bona fide,hoc eſt, citra vllum figmentum facere dicebant antiqui,cum fieri aliquid non perfunctorie translatiue, i. e. vulgariter, ſed accurate & enixe & toto opere intelligi volebant. Ex Bud.in Annotat.ad leg.emptorẽ,de act. emp.. Spie.

Itaque **Bona** fide poſſidere dicitur,qui ignorat rem alienam eſſe,leg 3.ff.ad leg. Fab.de plagio & è contrario mala fide poſſidet, qui conſcius ad ſe non pertinere poſſidet. Quod & Conſtantin.li.1. Epit.ti..3 oſtendit: καὶ πρὸς,αἰτ,κατὰ τοῦτο τὸν εἰδότα ὅτι αὐτὸν οὐ προσήκει ἀλλ᾽ ἀγνοοῦντα νομίζειν δικαίως κατέχειν αὐτὸ,ἢ κακῇ πίστει ἢ ἀγνοεῖν ἢ ἀγνωμονῶν ἢ πρὸς ἀγνοίας.

Generaliter autem , qui à quolibet rem emit , quam putat ipſius eſſe,bona fide emit:At qui ſine tutoris auctoritate à pupillo emit: vel eo auctore, quem ſcit tutorem non eſſe,non videtur bona fide emere,l.27.ff.de contrah.empt.Aliter atque ſi deceptus falſo inioſe auctore emerit.l.13.§.qui à pupillo.ff. de publicia.Bona.fide plane emere non videtur qui ſciens ab eo emit, quem Prætor vt ſuſpectum hæredem deminuere vetuit,leg.7.§.qui ſciens, ff.pro emptore.At qui à procuratore licet minoris diſtrahente,quam res vendi potuiſſet,emit,mala fide emere nõ videtur,niſi fraudem participauerit. d.l.7.§. penult.Qui contra denunciationem a domino factam emit, bona fide non emit.leg.17.C.de rei vendic.In Senatuſc.de petis.hæred.bonæ fidei poſſeſſor accipitur,qui ſe hæredem exiſtimans hæreditatem poſſedit ; Malæ vero fidei poſſeſſor is, qui ſciens ad ſe non pertinere poſſedit. Ex quo autem ſciuit quis,à ſe hæreditatem peti, ex eo tempore incepit malæ fidei poſſeſſor eſſe, ſiue ei denunciatum eſt,ſiue ſine denunciatione reſciuit.l 22.§ petitam.ff.de petit.hæred.Itaque ſtatim poſt motam hæreditatis controuerſiam in mala fide poſſeſſor conſtituitur. Enimuero bona fide poſſidet, qui auctore prætore vel iudice comparauit,leg.180.ff.de diuerſ.reg. l. 11.de acq. poſſeſſ.Et,vt paucis complectar,bonæ fidei emptor eſſe videtur,qui aut ignorauit eam rem alienam eſſe,aut eum,qui vẽdidit , ius putauit vendendi habere , puta procuratorem aut tutorem eſſe,l.110.ff de verbor.ſign. Cæterum bona fide non poſſidet,qui exiſtimat non licere ſibi per leges vſucapere , l. 35.§.1.ff.de vſucapionibus.Sed nec bonæ fidei poſſeſſor videtur,qui tacitum fideicommiſſum in fraudem legis ſuſcepit,l. 58.ff.de his quæ vt indig.no.Ac ne ille quidem vel ante illatam controuerſiam bonæ fidei poſſeſſor habetur, qui multam defuncti necem omiſerit,leg.1.Cod de his quæ vt indigo.niſi ſi deceptus ignorantia facti fuerit.l.17 ff eo.tit Malæfidei item poſſeſſor eſt,qui ab hærede poſt motam controuerſiam quæſtionis illatæ non ignarus comparauit.l.2. C.de pet.hær.Bonæ fidei certe poſſeſſor eſſe quis definit, ex quo rẽ ignouit rem alienam eſſe.l 48 ff de acquiren.rer. dom. Omnes poſſeſſores poſt litem conteſtatam malæ fidei eſſe intelliguntur l.28.§.eorum ff de pet.hæred.l.45. ff.de rei vind.Eodem autem ſenſu quo poſſideri & emi res bona fide interpretati ſumus, etiam bona fide ſeruire nobis ſerui vel liberi homines dicũtur,quos alienos vel liberos ignoramus,l.19.l.23.ff.de acquir.rer dom. l.19.ff.de pact.& alias ſæpe.Dicimus porro & bonæ fidei emptorem,& bona fide emptorẽ,vt in l.7.in fin. ff. de publicia.l. 8.ff.pro empto.l 13.vlt.ff.de minorib. l.1.§. cum prædium ff. de pignoribus l 4.§.auctoris,ff.de doli except.Vt & bona fide poſſeſſorem,l.9.§.ſed non vti.ff.de acqu rer.dom.l.1.C.ſi maior.fact.alien.l 18.ff.de petit.hæred.l.11.l. 12.13.ff.de noxalib. & bona fide dominum in l.12. in fin.ff.de liber.cauſ.Briſſ.

Bona fides,eſt ſincera conſcientia,vnumquemque certo excuſans de ignorantia rei alienæ,quam vel tradit alij,vel accipit ab alio.Nemo ſane conſcientiam ſuam,velut mille teſtes,fallere poteſt vtcunque aduerſario,vel iudici imponat Eadem ratione mala fides , eſt læſa conſcientia, quæ accuſat & conuincit aliquem , non ignorare rem alienam eſſe , quam per fraudem vel tradit , vel accipit.Quare bona fides dolo fraudique aduerſatur,l 3.in fin.ff pro ſocio.& contractus bonæ fidei dict §.Actionum autem.Inſtit de action l conſenſum. ff. de action & oblig.Spieg.Corraſius.lib 4.Miſcel.c.20.14.

Bona fides, pro æquitate accipitur in l.ſi fideiuſſor.§.quædam ff mandati & in d l.conſenſum.& ſimilib.Spieg.

Bona fides & integra fides dicitur l.1.C.de ſuffrag.& ſincera l. 2.§ ſi prop pub.penſ.& inde l.10 C.de diſt.pig.bona fide, ſinceriter.Hæc in contractibus bonæ fidei maxime exigitur l.5. C.de reſcind.vend.Exigitur & in ſtrictis,ſed in iis maximè. Cuiac.obſer.lib.8.c.10.

Bona fides alias contraria eſt fraudi, dolo,aſtutiis,malitiæ,l.3. in fin.ff pro ſoc.l.58 ff de diuerſ.reg.Itaque bona fide,eſt citra fraudem, ſine dolo,ſine captione cuiuſquam. Eaq; vt plurimum opponuntur inter ſe, Bona fide: & Dolo malo,vel per fraudem,l.15.ff.loca.22.ff.de manu.teſt.l.a ff de ſeparatio.l. 12 §.1.de liber.cauſa.l.9.ff.quæ in fraud.cred.l.27.ff. ad Velleian Vnde in l 68.ff. de contrah. empt. Proculus bonam fidem præſtare,interpretatur, vt dolus malus abſit.Bona fide, & non in fraudem alicuius,l.34.ff.de procuratorib.Bona fide id eſt ſincere,candide, aperte. Hotom vel extra calumniam, & nõ tergiuerſandi animo l.7.§.plane ff de pet.hered. Ex bona fide rationes reddere,ſine fallaci aliqua diſſimulatione, l. 45.§.procurator ff.de procuratoribus Modeſt.in 6.§.vlt.ff.de excuſ.tut. μὴ συγκρύπτειν, ἀλλ᾽ ἐκ καλῆς πίστεως.

Bona fides alias æquum & bonum ſignificat.l 3.§.1. ff de act. empt.l.45.§.1.ff.loca.Hinc bonæ fidei iudicia ſeu cõtractus: l.5 ff.de in.lit.iur.ff quod cert.loc.l.3.§.10 hac ff.de commod. l.36.ff de pecul.l.3.§.in his quoque,l.31.§.in bonæ ff de vſur. l.57.ff.de obligat.&act.o.l.22.D.de donatio.l.6.D.quod cum eo.l.3.§.quia aſſidua.D.de ædil.edict.l.84.§ qui ſeruum.& l. 108.cum quid de leg.1 Et iudicia bonæ fidei l vlt.Dig.de fideiuſſoribus tut.quæ ſcilicet ex bona fide oriuntur atque deſcendunt.l 57.D.de contrah.empt.l.2.D.de procurat.Paul.lib. 2.Sentent.tit.17.l.7.§ ſed & ſi non ignoramus.C.de rei vxor. actio quæ in æquum & bonum concepta ſunt l.8. D. de cap. min.In his enim iudiciis alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bona fide , id eſt, ex æquo & bono præſtare

oportet. l. 2. & l. 5. ff. de oblig. & actio. liberaque poteſtas permittitur judici ex bono & æquo æſtimandi quantum actor præſtetur: cuius tantumdem in illis iudiciis officium valet, quantum in ſtipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. §. in bonæ. Inſtit. de act. l. 7. ff. de negot. geſt. Hanc poteſtatem nanciſcebatur iudex, cum in formula à Prætore additū erat EX FIDE BONA VEL QVANTVM ÆQVIVS MELIVS, quod inſeri ſolitum formulis Cicer. lib. 3. Officior declarat, cum ſine lege vindicari dolum ait judiciis, quibus ex fide bona agitur, reliquorum autem iudiciorum hæc verba maxime excellere, in arbitrio Rei vxoriæ, MELIVS ÆQVIVS, in fiducia, VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET. Quorum poſtremorum verborum lib. 7. Epiſtolarum ad Treb. meminit. Plenius vero eodē loco illa refert, VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, ET SINE FRAVDATIONE. Idē in Orat. pro Roſc. Com. Arbitrum ita ſumi ſolitum in bonæ fidei iudiciis oſtendit, QVANTVM ÆQVIVS ET MELIVS SIT DARI. Et in 3. Officior. QVOD DARI FACERE OPORTERET EX FIDE BONA, vt & Valer. lib. 8. tit. 2. indicat. Hac ratione bonæ fidei adiectione temperandū actionem dixit Vlpianus in l. 12. ff. de dolo. Sic verbum ex bona fide in l. 54. ff. loca. & leg. 51. ff. de ædilit. edict. l. 31. in fin. ff. depoſ. l. 1. ff de æſtimat. accipiendum eſt. Sic & illud eiuſdem Cicer. lib. 6. Epiſt. ad Atticum accipiendum eſt. Ego tamen habeo *ἰσοδυναμοῦσαν* ex Qu. Mucij P. R. edicto Aſiatico exceptionem, extra quam ſi ita negotium geſtum eſt, vt eo ſtari non oporteat ex fide bona. Proinde abeſſe à bonæ fidei judiciis quam maxime dolus malitiaque omnino debet, etiam ſi conuenerit ne dolus præſtetur. Nam huiuſmodi conuentio bonæ fidei contraria eſt l. 24. ff de diuerſ. reg. ior. Doli quoque exceptio præſtatioque & bona fides his judiciis ineſt l. 21. ff ſolut. matrim. l. 84. §. qui ſeruum, ff. de leg. lib. 1 l. 152. in fi. ff de diuerſ. reg. Sed & pacti exceptio his ineſt, l. 3. ff. de reſcind. vend. In his judiciis ſemper ad æquum & bonum interpretatio redigitur. Non recipiunt itaq. eam præſtationem, quæ contra bonos mores deſideratur l. 5. ff. de vſur. Sed nec conuentionem aliquam iniquam admittunt. l. 11. § vlt. ff de actio empt. Bonæ fidei ratione fructos in his judiciis præſtantur, l. 21. ff de hæred. vend. Quæ moris ſunt & conſuetudinis in his judiciis veniunt, l. 3 §. quia aſſidua, ff. de ædil edict. Conſenſu maxime hæc judicia ſuſtinentur, l. 17. de diuerſ. reg iur Briſſ.

BONA fides legem contractus ſeruari expoſcit, leg. 13. ff. comm. præd. l. 2 in fin. ff. de admin. rer. ad ciuit. Bona fides exigit, vt quod conuenit fiat. l. 21. D. locat. nec quicquam magis bonæ fidei congruit, quam id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt l. 11 D. de action empt. Ex bona fide eſt eum, cum quo negotium geritur, non decipi, l. 31. Digeſt. de ædil. edict. Contra bonam fidem eſt vſuras deſiderare temporis ante motam ab eo qui beneficium in re uliroa ſuſcipienda præſtitit, l. 24. in fi. ff. depoſ. Bona fides exigit, vt arbitrium tale præſtetur quale viro bono conueniat, l. 24 D. loca. Fides bona non patitur, vt qui ſuum negotium quaſi meum geſſit, me obliget. l. 6. §. ſed ſi quis ita, D. de neg. geſt. Briſſ. vid. infra Bonæ fidei. & Bonam fidem.

BONA gratia diſſoluere matrimonium, M. Marcus Vertanius Maurus de iure liberorum lib. ſingular. cap. 5. Capta, inquit, vxore maritus degens in ciuitate, poſt tempus legitimum licentiam habuit ad alias migrare nuptias, ait Iulianus, ita tamen vt diſſolutum matrimonium bona gratia, id eſt, communi conſenſu tam viri, quam mulieris, & vnanimi voluntate videatur, dum ſibi vnuſquiſque ius ſuum habeat imminutum. Briſſ.

BONA gratia diſſolui olim matrimonium dicebatur, quod nullius ex coniugibus culpa, & ſine animi ſui ira & offenſa, ſed vel conſenſo mutuo, vel juſta aliqua & rationali ex cauſa ſoluebatur, l. 38 §. ſi diuortium, D de don. inter virum. l. 14. D. qui & à quibus: vt cuēniebat, cum propter ſacerdotium, vel ſterilitatem, vel ſenectutem, aut valetudinem, aut militiam ſatis commode retineri matrimonium non poterat: vel cū marito capto ab hoſtibus, & quinquennio à tempore captiuitatis elapſo, mulier ad alias nuptias migrabat. His enim cauſis matrimonium bona ſine diſſolui intelligebatur. l. 60. & l. 61. & l. 62. D. de donat. int. vir l. 6. D. de diuor. Iuſtinian. Nouell. Conſtit. 22. *διαλύονται δὲ ἐν ζωῇ συμβαλλόντων γάμοι, οἱ μὲν κατ' ἀμφοτέρων βουλήσει, οἱ δὲ καὶ* bona gratia *καλοῦνται*, Idem Nouell. 127. *Κατὰ* Bona gratia *διαλυθῆναι συμβαίνει τὸν γάμον*. Iuſtinus ſimiliter Nouell. 2. Briſſ.

BONA gratia, Appellatio eſt certæ ſpeciei ſolutionis matrimonij, cuius Iuſtin. meminit in nobili illa Conſtitutione, cui verior titulus. De his qui nuptias iterant. Vulgo de nuptiis allegatur. Plauto locutio familiaris eſt. Bonam gratiam habere pro eo quod nos dicimus, *Zugem danck annemen*. Spieg.

BONA hæreditaria partimur, non diuidimus. Spieg.

BONA in ipſis poſſeſſionibus, Fortunas in fructibus eorum, vocamus Pedianus.

BONA lex, à mala, nulla alia, niſi naturæ norma diuidi poteſt. Ariſt. lib. Politicorum. 3. Qui legem, ait, ciuitati dominari volunt, hi videntur Deum ac leges dominari velle. Qui vero hominem volunt dominari, hi beluam præficiunt. Legem accipi vult, pro naturali ratione diuinitus indita, ex qua ducatur certa viuendi forma. Per hominem intelligit ſolam authoritatem humanam, qua ſic placeat, ſic receptum ſit. Spieg.

BONA memoria, Vide, Memoria.

BONA nomina, nonnunquam mala fieri, ſi nunquam interpelles, ait Alphius fœnerator apud Colum. Ille nomina, Iureconſultorum more, debitores vocat: & interpellare, ſubinde creditum repoſcere. Spieg.

BONA noſtra dicere nondum poſſumus, quæ nondum competunt. Vt ſcribit Paulus l. ſubſtitutio, C. de acq rer. dom. Prat.

BONA pars, pro magna parte: quod tamen non eſt perpetuum. Nam interdum pro ea, quæ alioquin non videtur contemnenda, accipitur. Id ante monuit Inſulanus. Spieg.

BONA paterna, quæ à patre profecta ſunt, & communia inter fratres præſumuntur, leg. ſiue poſſidetis, C. de probat arg. leg. ſi neceſſarias, §. pen. de pign. act. Spieg.

BONA prædia vno nomine dicuntur, bona ſatiſdationibus obnoxia Pediano. Prat.

BONA rapta ſic accipiemus, etiam ſi vna res ex bonis rapta ſit, Vlp. l. Prætor. 2. §. bona rapta. & §. vel cuius. vi bono. rapt. & deturba. Prat.

BONA ſequeſtrata, hoc eſt conſenſu partium vel judicis decreto apud ſequeſtrem depoſita, nec ab actore, nec à reo poſſidentur. l. libertus D. de ſtat. hom. Spieg.

BONA vacantia dicuntur, eadem quæ & caduca, nimirum quæ illius fuerunt, cuius hæres nullus eſt leg. 1. C de bon. vacant. hæc autem olim quidem publicabantur, aut fiſco caducis legibus deferebantur. Cuiac. in fragm Vlp. cap. Inſtit. 18. ſignificat nunc vero confiſcantur, & quadriennij tempus iis nunciandis præſcribitur, leg. intra quatuor. 10. D. de diuerſ. temp. & l quamuis, 18. D. de vſuc. Vacantia autem dici quæ & Caduca, patet ex l. vlt. C. Theod. de bon. vacant & l. 2. cum aliis complur. tit. ſeq Hot.

BONÆ fidei verbum varie ſumitur. Interdum enim bonam fidem in animi ſcientia ponimus, cum videlicet qui rem eam, quam poſſidet, ſuam eſſe exiſtimat. Sic in l. 136. D. de diuerſ. reg. ior l. 24. D. de vſucapionibus & aliis innumerabilibus locis. Briſſ. Cæterum bona fides quæ requiritur in eo, qui vſucapturus eſt, debet iuſta opinione niti, vt bona cauſa fuerit cur putarit rem ſuam eſſe, nec putaret modo, ſed etiam crederet. Ideoque non ſatis eſt bona opinione eſſe, niſi fides adſit, hoc eſt rei tanquam exploratæ & comprobatæ fiducia. Quare qui fundum meum me abſente occupat, exiſtimans vacantem & relictum, quia ſcit alienum, id eſt, ſuum non eſſe, dicitur in mala fide eſſe, etiamſi non mala mente, malove animo id faciat, quamobrem non capiet vſu, quantumuis longo, Connanus lib. 3. cap. 13. Varias autem ſignificationes huius verbi erudite expoſuit Duarenus ad tit. illum de in litem iurando, in verbis. Et in bonæ fidei judiciis vid. ſup. Bona fidei alias, & notandum eſt, vt plurimum Bonæ, nomen, Fidei anteponi, interdum tamen etiam fidem bonam, ICt. conuerſo ordine ſcripturæ dicunt, vt l. 6. §. ſi quis ita. D. de negot. geſt. l. 3 §. nonnunquam. D. de vſur. l. 31. D. depoſit l. 6. D. de cuſt. & exhib. l. 2. §. vlt. D. de admin. rer. Sic contra fidem bonam vendere l. 5. D. de ext. cognit.

BONÆ fidei non conuenit abnegare id, quod acceperis l. 11. D. depoſit. Vt nec eo pacto ſtari, quod alteri captioſum ſit l. 7. D. de reſcind. vend. Aduerſus bonam fidem mandatum eſt, ſi meretrici pecuniam credi mandes, l. 12. §. ſi adoleſcens. Dig. manda. Bona denique fides quæ in his contractibus exigitur, æquitatem ſummam deſiderat, l. 31. D. depoſ. Briſſ.

BONÆ fidei actiones, non quod vlla ſit actio malæ fidei, quoniam in omnibus negotiis exigitur bona fides C. de act. & oblig ſed ideo dictæ ſunt quod iudex in cognitione poteſt habere rationem earum quoque rerum, quarum inter contrahentes nulla mentio facta eſt, §. in bonæ fidei. Inſtit. de act. Iulia in l. conſenſu, in fin. D. de act. & oblig. Spieg.

BONÆ fidei contractus. Vide Contractus bonæ fidei.

BONÆ fidei contraria eſt mala fides. l. 1. C. de reſcin. vend. Idem valet quod dolus malus, l. 1. C. de longi temp præſcr. Hoc ſenſu bona fides in omnibus contractibus deſideratur. l. 7. C. de oblig. & act. Abeſſe enim ab omnibus contractibus fraus & dolus debet. Mala autem fide ſignificat aſtute, callido conſilio, malitioſe, doloſe. Sic in leg. 5. § vlt. Dig. de auct. tut. non mala fide, ſed ſimpliciter: quo loci etiam non bona fide emere tutorem Vlp. ſcribit, qui rem pupilli per interpoſitam perſonam emit. Bonam fidem adgnoſcere in l. 9 § ſicut, Dig. de adm. tut. bonam fidem præſtare, l. 18 D. de neg. geſt. Briſſ.

BONÆ fidei emptor Modeſtino l. bonæ fidei. 109. Dig. de verb. ſignif. eſſe videtur, qui ignorauit eam rem alienam eſſe, aut putauit eum qui vendidit ius vendendi habere, puta Procuratorem aut tutorem eſſe. Prat. Briſ. Hot.

BONÆ fidei emptor definitur in l. bonæ fidei, de verb. ſignif. l. qui

qui à quolibet, de contrah. empt. l. vlt. pro emptore, Ergo is malæ fidei emptor eſt, qui ſcit rem alienam eſſe, aut eum, qui vendit, ius vendendi non habere & vt breue id faciam, quiſquis contra legum interdicta mercatur. Si quis igitur à luxurioſo & diſſoluto adoleſcente, & protinus meretrici daturo ſciens emerit, malæ fidei emptor eſt. Nec enim ab ea emere debuit, & in ſocietate quodammodo facti turpis verſari. Nam turpis eſt venditionis cauſa, & quaſi tacito iure alienatio ea interdicta eſt. Cuiac. in leg. ſi quis cum ſciret. ff. pro emptore, Coraſ. lib. 2. Miſcellan. cap. 8. n. 7.

BONÆ fidei homo, cui res tutò creditur, vel qui rem ſibi creditam fideliter ſeruat: vel qui promiſſis ſtat. Hot.

BONÆ fidei, homo, qui non habet in ſe ſolam. l. 3. C. de peric. & com. rei vend.

BONÆ fidei autem judicia à Iuſtin. enumerantur in §. actiones. Inſt. de act. l. 2. C. de rer. permut. l. vlt. C. de petit. hær. quibus aduerſantur ſtricta judicia, vel ſtricti juris actione, Brit.

BONÆ fidei poſſeſſor eſſe videtur, qui rem poſſidet non ſuam, quam tamen ſuam eſſe putat; & eum qui vendidit, jus vendendi habuiſſe, puta procuratorem, ac tutorem fuiſſe. Contra vero, malæ fidei poſſeſſorem eſſe dicimus, qui nec rem ſuam poſſidet, & eam ſcit ſuam non eſſe. Itaque bonæ fidei poſſeſſor vſucapit, malæ non item.

BONÆ literæ ſunt, quarum finis ad quæſtum non pertinet; & quæ viam ad philoſophiam muniunt. Nam ſine eis juris ciuilis cognitio, tanquam firmiſſimo præſidio deſtituta, conſiſtere nequit. His certe debemus veteres Iuriſconſ. de quibus extat Laurentij Vallæ judicium. & Budæi Spieg.

BONAM fidem agnoſcere, eleganter dictum à I. C. in l. quoties tutor. § ſicut autem. de adm. tut.

BONAM fidem præſtare, nihil eſt aliud, quam ſine dolo & fraude verſari. Bona fides enim, vt ſuo relatum eſt loco, contraria dolo & fraudi eſt l. 4. in fin. ff. pro ſocio. Inde dicitur, homo bonæ fidei, qui nihil dolo facit, l. 3. junct. gl. C. de peric. & commod. rei vend. Spieg.

BONI cenſentur ij. Viues inquit, lib. de anima 13. qui pie ſunt officio ſuo perfuncti, erga Deum, patriam parentes, principem, herum, amicos, liberos, neceſſarios, propinquos, familiares, ſocios, ciues, peregrinos: quæ officiorum ratio in humano genere patet latiſſime: quando, vt recte eſt à M. Tullio ſcriptum, nulla vitæ pars ſeu publica, ſeu priuata, carere poteſt officio. Habentur pro viris bonis, qui quam plurimis profuerunt, proſunt, prodeerunt. nam qui nobis, aut iis quos habemus beneuolentia coniunctos, profuit, eum rite fungi ſuo officio ducimus, & bonum eſſe virum. Spieg.

BONI conſulere cum genitiuo. Vlpian. in leg. generaliter, de Decurionibus. Vt qui clementiorem ſententiam paſſus eſt, ob id quod ad tempus relegatur: boni conſulere debeat humanitatis ſententiæ, nec Decurionatum accipiat Per genitiuum, quaſi Græco more dixit: id eſt, exiſtimare, clementer ſecum à judicibus actum eſſe in animaduerſione criminis, Vide Bud. in Annotat. poſterior. Boni ducere, apud Tertul. ſubinde reperire eſt. Vide Annot. Rhenani in lib. 5. aduerſus Marcio. Spieg.

BONI æqui notitia Iuriſconſultum ſignificat verum & vtilem. l. 1. in prin. de juſt. & jur. ff. Prat.

BONI & æqui ars, eſt collectio politicorum præceptorum, ad dijudicandas incidentium negotiorum circumſtantias, vt juſtum in his ab injuſto recte diſcernatur leg. 1. in prin. ff. de iuſt. & jure. Horum autem præceptorum capita ſunt hæc: Honeſte viuere: alterum non lædere: jus ſuum cuique tribuere. Vlp. juſtitia §. ff. eod. tit.

BONI magiſtratus patrum nomine cenſentur. Et hoc veriſſimum eſt, inquit Old. de Magiſtrat. patriæ ac natalis ſoli, cujus filij quoque videmur. Vide Vlp. l. 1. §. & generaliter, ff. de vent. in poſſeſſ. mit. Qui enim, inquit, non tantum parenti, cujus eſſe dicitur, verum etiam reipub. naſcitur. Et Pomponius inter juriſgentium exempla refert, vt parentibus & patriæ pareamus, in l. veluti, ff. de juſt. & jur. Spieg.

BONI rhetoris quæ partes ſint in caſu in integr. reſtit. indicat Marcellus in fin. l. pen. ff. eod. tit. Spieg.

BONI VIRI appellatio in jure noſtro emphaſin habet. Nam is bonus vir dicitur, qui nullius fraudis eſt conſcius, verum honeſtatis judicium in qualibet re ſequitur. Vnde Iudex breuius definiri non poteſt quam vt bonum virum eſſe dicas. Prat.

BONI VIRI appellatione judicem contineri ex Venuleio liquet, leg. continuus. §. cum ita, ff. de verb. oblig. ex eodem l. vir, bonus ff. iudic. ſol. & l. 58. § 1. ff. locat. Spieg. V. inf. bonus vir.

BONI viri arbitratu alimenta relicta pro modo legatæ dotis intelligi, ſcribit Pap. l. cum viuis fin. ff. de alim. & cib. leg. Prat.

BONI viri arbitratu eſt recto animi judicio abſque prauis affectibus ex bono & æquo aliquid decernere, obſeruata ratione ne quis lædatur, l. ſi libertus ita juraueit, ff. de oper. liber. leg. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obl. l. non cogendum in princ. ff. de procurator.

BONI viri arbitratu veteres dicebant cum neutrius eorum, quorum res agebatur, ſed eius cujus nihil in ea re intererat probatio erat. Prat. Vide infrà in §. Bonus vir non tantum.

BONI viri arbitratu frui. l. ſi fundi. in prin. ff. de vſufructu.

BONI viri arbitrio legatum accipi, quod in alterius arbitrium collocatum eſt Vlp. ſcribit leg. 1. ff. de leg. 2. Prat.

BONI VIRI arbitratum pro poſitione patrimonij accipiendum art. l. 5 de ann. leg.

BONI igitur viri arbitratum ad æquitatem reducendum, & ex æquo & bono regulandum conſtat. d. l. ſi libertus juraueit, & ita accipi debet in leg. vnic. ff. de rip. muni. V. infra Bonus vir.

BONI viri officium eſt, exemplo Sexti Ælij, in publicum edere, quod publice profuturum crediderit. § augeſcente ciuitate, l. 2. de Orig. jur. Spieg.

BONIS cedere. Bonis cedere verbum juris eſt, & ſignificat bona ſua creditoribus, improbe æs alienum a nobis contendentibus permittere. Galli autem vocant *faire banqueroute*. Id autem plerunque euenit in fraudem creditorum. Improbi enim debitores decipiendo plerunq; contrahunt debita, tandemque cum vident ſe à creditoribus in vincula dejiciendos, dicere ſolent ſe non habere vnde ſoluant, & ſua (quæ clam & dolo transtulerunt, occultaruntque) illis permittere. Ita debita creditoribus perſoluentes, poſtmodum multo ditiores quam antea vnquam efficiuntur. Aſt cum graue ſit fallere fidem (quæ juſtitiæ fundamentum eſt, vt ait Cicero) & actum fuerit de humano commercio, ſi nulla fidei habeatur ratio, & ſi non ſit aliquid, quod pertimeſcant improbi debitores lex 12. TABVL. capitis pœnam in debitores pecuniarios vel ex confeſſione ſua, vel aliis legitimis probationibus conuictos per actorem, & condemnatos per judicem, qui intra tempus ad ſoluendum non ſatisfeciſſent, conſtituit. Quæ pœna (vt ait Sextus Cæcilius juriconſultus) eo conſilio denunciata eſt, ne vnquam ad eam perueniretur. Vinct. itaque plures fuerunt, quia vinculorum pœnam mali homines contemnunt, Nemo autem fuiſſe diſſectus legitur, eo quod hæc pœnæ ſæuitia contemni impune non potuit: vt quoque ſcribit Riualius. Anchora.

BONIS cedebatur non jure tantum, ſed etiam extra jus per nuncium & per Epiſtolam, cap. vlt. de ceſſ. bonor. Erat enim moris, vt rei qui ſoluendo non eſſent, Legis Iuliæ de bonis cedendis beneficium implorarent, eoq; impetrato omnibus ſuis bonis æs alienum iure profeſſi creditoribus cederent bonorum, ſiue (vt eſt apud Varronem) bonam copiam ejurantes, l. 4. C. qui bon. cedere poſſ. Eoq; pertinet illud Senecæ de benef. lib. 6. Si quis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor, aut candidatus aut reus Et tum quidem obſeruari etiam ſolebat, vt creditores ſolo venditionis remedio indemnitati ſuæ conſulerent. Siquidem bona diuidere non poterant propria auctoritate, nec etiam jure dominij detinere, d. cap. 4. Extra jus bonis ad eum modum cedebatur, quem ſic Apolog. 2. deſcripſit Apuleius: Pater eius pluribus creditoribus defæneratus maluit retinere pecuniam quam pudorem. Nam cum vndique verſum tabulis flagitaretur, & quaſi inſanus ab hominibus obuiis teneretur, Hax, inquit, negat ſe poſſe diſſoluere anulos aureos, & omnia dignitatis inſignia abjicit, cum creditoribus depaciſcitur. Hęc Apuleius, ſatis indicans in omni bonorum ceſſione, verbum, hoc eſt nudam voluntatis profeſſionem ſufficere, &c. Ræuardus leg. cujus effectus ff. de reg. jur. &c.

BONIS conditionibus ſeruum venditum, vt accipiendum ſit, oſtendit Iuriſconſultus in leg. conditiont. de ædil. edict.

BONIS interdicere quid ſit, vide infrà bonorũ interdictio. Spieg.

BONIS publicatis non veniunt jura & actiones. & ſic nomina debitorum, quando ſtatutum vtitur verbo poſſeſſiuo, puta bona ſua, qui jura perſonalia non poſſidentur, ita ſing. Bald. in l. circa princ. de ſtatu hominum. & pro ſing. notat. Ang. Aret. in maleficiis in verb. & eius bona publicamus. in 3. colum verſ. quæro quis judicium poſſit, &c. Et in pulchro caſu ſequitur D. Alex. conſ. 31. viſo titulo. quæſtio. col. penult verſ. confirmo per ea lib. 1. & conſ. 45. habita ſuper his. col. 3. verſic. primo enim conſidero. eod. lib. Quid autem in donatione omnium bonorum præſentium & futurorum, an veniant nomina debitorum, Bald ſing. conſuluit quod non in conſ. 52. ſuper infraſcriptis dubiis in 2. dub in 2. lib. quod alibi ſe non legiſſe teſtatur, & approbat Iaſ. in l ſtipulatio hoc modo concepta. in vlt. verbis ff de verb. oblig vbi refert ſe per hoc conſuluiſſe, quod in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium, vbicunque exiſtentium, non veniant nomina debitorum, de quo infra latius in verbo Nomina. Et viceris dicit in propoſito Bald. in c. 1. §. ſciendum eſt, verſic. extra quęrit in tit. de feudi cogn. quod ea quæ non ſunt corporalia, ſed incorporalia, non dicuntur proprie mobilia, nec immobilia, quod dictum late reaſſumit D. Alex. conſ. 25. viſo themate & ſtatutis. col. vlt. verſ. & quod ea lib. 1. Corta in memoral.

BONIS viris præſentibus l. ſi pater §. quædam. ff. de fideic. libert.

In BONIS eſſe, aliud eſt quam ex bonis. Nam in bonis id eſſe dicitur, quod dominij noſtri vel quaſi dominij eſt: Ex bonis

Digitized by Google

vero, quicquid ex ſubſtantia noſtra, vel in poſſeſſione noſtra. (vt inſ. §. ſeq.) eſt, etiam ſi commodatum tantum, vel depoſitum, vel pignoratum ſit l. 2. §. in hac. ff. vi bonor. raptor. Briſſ.

In Bonis autem habere olim dicebantur, qui pleno jure, id eſt, ex jure Quiritium domini facti non erant; puta quibus neque mancipata res, neque in jure ceſſa, nec ſtatuto ad vſucapionem tempore ab his poſſeſſa erat, vt Vlp. in Inſtit. tit. 1. & tit. 19. & tit. 25. explicat: & Theoph. in Inſtit. tit. ex quibus cauſ. manumitt. lic. qui eleganter ficto vocabulo hos Bonitarios dominos appellat. Latius autem & generalius dicimus, In bonis noſtris eſſe, quod in patrimonio noſtro aliqua ratione eſt. leg. 1. ff. de rer. diuiſio. l. 23. § non ſolum. ff. quæ in fraudem credit. Ita res per vim alienata in bonis eſſe dicitur eius, qui vim paſſus eſt. leg. 9 §. licet. ff. quod met. cauſ. & ſeruus domino non defendente ductus, in bonis eius eſſe qui duxit l. 1. §. vlt. ff. ſi ex nox. cauſa. In bonis etiam venditoris res vendita eſt, antequam ab eo emptori tradita ſit, l. 8 §. ſi debitor. quibus mod. pign. §. cum autem Inſtit. de empt. & vend. In bonis autem noſtris computantur non ſolum quæ dominij noſtri ſunt, ſed & quæ bona fide à nobis poſſidentur, vel ſuperficiariæ ſunt. Æquè ſi quid in actionibus, perſecutionibus, petitionibuſque eſt, bonis adnumeratur. l. 49 ff. de verb. ſignific. l. vlt. ff. de vſufruct. leg. Princeps itaque bona concedendo, videtur obligationes concedere. l. 51. ff. de verb. ſign. Et actiones quidem ſiue legitimæ; ſiue honorariæ, ſiue ciuiles, ſiue pœnales, in bonis ponuntur: exceptis popularibus & injuriarum actionibus, quæ, niſi demum lite conteſtata, in bonis eſſe non creduntur. l. 31. ff. ad leg. Falcid. leg. 28. ff. de injur. leg. 12. ff. de verb. ſignific. leg. penult. ff. de popularibus actio. Lite plane conteſtata eum & ad hæredes tranſmittuntur, & proprie ejus fiant qui inſtituit, bonis adgregantur. Dos etiam in bonis mariti eſſe dicitur conſtante matrimonio leg. 21. §. Idem reſpondit. ff. ad municipal. leg. 7. §. ſi res & l. 75. ff. de jure dot. Denique iam in bonis noſtris habere intelligimur, quotiens poſſidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam actionem habemus l. 52. & ib. Gothof notat. ff de acquirend. rer. domin. Subſtitutio quæ nondum competit, hæreditas item non adita, extra bona ſunt. l 42 ff. de acquiren. rer. dom. leg. 63. ff. ad leg. Falcid. In bonis etiam noſtris non eſt, quod euincitur. leg. 151. ff de diuerſ reg. jur. Seruitutes nec in bonis ſunt, nec extra bona, leg. 1. ff. de vſufruct. leg. Briſſ. & Coraſius lib. 5. Miſcell. cap. 14. num. 8. V. §. ſeq. 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 15.

In Bonis etiam eſſe dicitur, qui in eorum poſſeſſionem miſſus eſt. l. pen. ff vt leg. nom. Sic & apud Cic. lib. 13. Epiſt ad Attic. Ejus frater Calinæ nuper mortuus eſt: nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuerſiam eum habiturum. Et eſt hodie in bonis, id eſt, bona tenet ac poſſidet. Briſſ.

In Bonis vim paſſi dicitur eſſe res, quæ vi alienata fuit, leg. metum, 9. §. licet ff. quod met. cauſ. Prat.

In Bonis eius qui ducit, ſeruus non defendente domino ductus l. 2. § fin. ff. ſi ex nox. cauſ. ag. Prat. Æs denique alienum in bonis non eſt. V. § ſequ. 7. 8. Quod & ſignificat Quintil. in Declamatio. 273. Bona, inquiens, ſunt, vt opinor, ea quæ detractis alienis deprehenſa ſunt. Finge alium creditorem fuiſſe ejus, quem deprehendiſti. Non dubium eſt, quin quamvis ad te bona pertinerent adulteri, receptutus tamen ſuum creditor fuerit. Concludamus ergo naturaliter id bonorum cujuſq; eſſe intelligi, quod æri alieno ſupereſt. l. 11. ff. de jure fiſci. Ciuiliter bona vniuerſitatem ſucceſſionis ſignificant, quia in jus demortui ſuccedimus, ſuſcipiturque ejus rei commodum & incommodum. l. 3. ff de bon. poſſeſſ. 14. §. vlt. ff. ad Trebell. Vt eum bonorum poſſeſſionem dicimus, idem hic valet bonorum appellatio, quod & hæreditatis, juſque ſucceſſionis, & vniuerſitatem, rerum, non etiam ſingulas res demonſtrat, l. 208 ff. de verb. ſign. Eſt enim juris magis, quam corporis poſſeſſio. l. 3 §. 2. de bono. poſſeſſ. Eaque de cauſa bonorum poſſeſſio juris nomen dicitur, ſicut & hæreditatis. l. 119. ff. de verb. ſignif. Briſſo. V § ſeq. 7 8.

Bonitas, vt docet Alc. in l 3. de reb. cred. quædam qualitas eſt, quæ rem ipſam non immutat: vnde à ſubſtantia non parum differt. l. vbi autem ff. de verb. obl. Spieg. Eſtque vel intrinſeca, vel extrinſeca. Prat.

Bono genere natus, id eſt, bona familia, vel vt vulgus dicit, bona domo. Spieg.

Bonorum appellatio hæ res comprehenſæ videntur, quarum proprietas ad hæredem pertinet. Vlp. Lis cui. l. 3. §. bonorum. ff. vt in poſſ. leg. vel fid.

Bonorum appellatione nomina continentur. l. bonorum 49. Hoc tamen cum Bartoli diſtinctione recipiendum puto in l. Princeps. ff. de verb. ſign. Vbi vide Alber. & Alc. Prat. V. ſupr. Bonis publicatis.

Bonorum appellatione venit emphyteuſis, ita ſing. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. in pen. ebar verſ. 156, quæritur vtrum filius & in ſing q. conſuluit Bald. conſ. 284. præmiſſis verbis cuiuſdam ſtatuti, in 1. lib. item veniunt bona feudalia, ſecundum Andr. de Iſer. ſing. in c. 1. ad fi. de capitaneo, qui cur. vend ſcripſi de vtroque infra in verbo. Emphyteuſis. Cotta in memoral.

Bonorum appellatio valde generalis eſt: attamen fructus non continet Paulo, l. ſi quis bonorum 23. ff. de leg. 1. Niſi mora interceſſerit. Prat.

Bonorum appellatione & prædia, & mancipia & ſuppellex. & Kalendarium continentur. l. 37. ff. de vſufr. leg. non filij, aut liberi homines, l 6. Cod. quæ res pignori. Bonorum appellatio aut naturalis eſt, aut ciuilis. Naturaliter ex eo bona dicuntur, quod beent, id eſt, beatos faciant, l. 49 ff. de verbor. ſignif. Vnde & beatos latini appellant diuites atque locupletes. Plau. in Pœnulo, Bonam ego quam beatam eſſe primo dici mauolo. Seneca lib. 3. controuerſiar. Inſolens malum eſt beata vxor, cum immenſũ pondus auri vrba attulerit, cum pecunia arcas noſtras onerauerit, quid aliud quam beatæ ſeruiemus? Idem lib. 3. Epiſt. de Sabino diuite homine: Nunquam, ait, vidi hominem beatum indecentius. Secundum hæc bona proprie dici non poſſunt, quę plus incommodi, quam commodi habent l. 38 ff. de verbor. ſignif. Proinde bona intelliguntur cujuſque, quæ ſubducto ære alieno ſuperſunt, l. 39. §. 1. ff. de verbor. ſignif. l. 71. ff. de jure dot. l. 2. § 1. ff. de collatio. bon. V. ſup §. 7. 8. Eaque ratione bona ab hæreditate ſeparantur. l. 51. ff. de leg. 3. l. 16. §. 1. ad Treb. Multumque intereſt, hæreditatis, an bonorum vſusfructus legetur. Vſufructu enim bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendum eſt, l. 69. ff. ad l. Falcid. l. vlt. ff. de vſuf. leg. V. Gothofr. not. ad l. 8 §. 4. pr. Cod de bonis quę lib. & ad l. 39. §. 1. de verb. ſign. At hęreditatis appellatio etiam onera continet. Bonorum etiam parte legata funeris impenſa manumiſſorumque precium, aliter atque ſi hæreditatis pars legata ſit, ex medio deducitur, l. 8. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de leg. lib. 2. l. 104. §. vlt. ff. de leg. lib. 1. Briſſ.

Adde quod hac naturali bonorum ſignificatione factum eſt, vt tria eorum genera ponerentur, quibus comprehenditur, quicquid commoditatem aliquam affert hominibus. Sunt enim quędam bona animi, iis propoſita philoſophis, quorum eſt de moribus diſputatio: alia ſunt, corporis, quę medicos ſpectant & phyſicos: alia fortunæ, in quibus tanquam in ſua materia, quam tractet, verſatur iſta juris ciuilis cognitio, propterea quod in his præcipuum juſtitiæ munus conſtitutum eſt. ſuntque ciuiliter bona, quas etiam fortunas nominamus, quandoque fortunam numero ſingulari, quaſi in vnius fortunæ poſita arbitrio. Scæuola de ſtatulibetis. leg. Sticho, ad finem. Cum pene totam fortunam in nominibus haberet. l. & Liuius tertia decade, Caſtra plena omnis fortunæ publicæ priuatæque reliquit. Græcis οὐσία dicitur, Vnde Latini ſubſtantiam verterunt. Vlpian de injuriis, l. lex Cornel. pro modo ſubſtantiæ accuſatę perſonę, ęſtimatione judicis pretium conſtituitur. Quo verbo Quintilianus vſus eſt: Tull. facultates dixiſſet. Atque hæc eſt bonorum ciuilis appellatio, ex qua Iuuenalis dicit Verulæ veſtra beatę, id eſt, diuitis. Connanus lib. 3, cap. 5. num. 9. In edicto, quo in bonorum poſſeſſionem legatarios Prætor mittit, bonorum appellatione non eæ tantum res, quarum proprietas ad hęredes pertinet, continentur, ſed & agri vectigales, & quæ pignori data ſunt, & quæ bona fide poſſidentur, l. 3. §. bonorum, ff. vt in poſſ. leg. Plane in his verbis prætoris, Si dolo malo ejus qui liber eſſe juſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hæreditatem in bonis, quę ejus fuerunt, qui eum liberum eſſe juſſerit, factum eſſe dicetur, quo minus ex his bonis ad hæredem perueniet, plenius bonorum cauſam pro vtilitate omni accipimus, vt & pignoratę res & commodatę & alienę bona fide poſſeſſæ comprehendantur. l. 1. in pr & § hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. Briſſ.

Bonorum emptor olim dicebatur, qui cum debitoris damnati bona auctione vendenda eſſent, ſolus omnia bona per auerſionem coemebat: vt, ſi facultas ferret, in ſolidum omnibus ſatisfaceret: dein ſi quid reliqui eſſet, ſibi haberet: quod ſi diffidebat ne paria facere poſſet, tum antequam emeret, cum creditoribus decidebat: itaque ad emptionem accedebat. §. 1. de ſucceſſ. ſubla. l. imperatores. 60. D. de pact. l. 4. Cod. de bon. auct. judic. l. Aufidius, 39. D. quib. ex cauſ. in poſ. Hotom. in eum omnes debitores damnati actiones. pro hoc & contra hunc, competentes, transferebantur. Ergo ceu honorarius ſucceſſor erat. Theoph. d. t. de ſucc. ſublat. Briſſ.

Bonorum interdictio per prętorem fit moribus, aliqua lege fieri dicitur, ſed cœpit à moribus primum, deinde translata eſt in 12. tab. l. 1. D. de cur. fur. M. Tullius in Cato. Majore, Vt quemadmodum, inquit, noſtro more rem male gerentibus patriis bonis interdici ſolet. Fit autem his verbis. Quando tua bona paterna auitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re, commercioque interdico. Citatur Paul. autor. lib. ſent. ſine Factorum 3. Antea legebatur, habita quæ pro auitaque. Sic in lege priuilegi . C. de decurio. Vbi pro aſſuetus, veteres libri habent, o decurio, eſt, auitus, rectiſſime. Hic enim eſt legis ſenſus. An habitus, id ne, patre milite, vel patre decurione, auo milite, natum, curiam

Digitized by Google

curſum vtrobique ſequi potius, quam militiam. Sic Cic. de Senect. Arbitror te audire, Scipio hoſpes tuus habitus Maſſiniſſa. Scriptum eſt enim antiquo more, habitus, pro auitus: quod nec Gaza, qui [Greek] vertit, nec cæteri interpretes, intellexerunt. Sic Valerius lib. 6 c. libere dicta, aut facta, de eodem Scipione loquens, recens, inquit, ipſius victoria Numantina, & patris Macedonica, deuictæ Carthaginis ſpolia habita, ac duorum regum Syphacis & Perſei ante triomphales currus catenæ, ceruices totius tunc fori clauſerunt. Sic Tullij eſt inſcripta oratio pro Cluentio, Habito, id eſt, Auito, vt Floreor. eſt ſcriptum in l. Cicero. ff. de pœnis Habitus enim, ſi penult. corripias, nomen Romanum non eſt. Cujac. recept. ſent. Iul. Paul. lib. 3. tit. 4. § morbos per prætnrem.

Bonorum poſſeſſio: & Poſſeſſio bonorum longe lateque diſtant. Nam illa ſonat ſignificatque jus: vt ex definitione ipſius liquido conſtat, quam inferius paulo ſubjiciam Hæc vero facti eſt. Ita Bald. & Angel Inſtit. de bon. poſſeſſ. in princ. addu cunt pro hac l. 1. § adipiſcimur, & § ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ Eſt & alia differentia, quod illa ad bonorum vniuerſitatem, id eſt, vniuerſi Iuris ſucceſſionem pertinet, atque in perpetuum decernitur, vt infra patet. Hęc cauſa rei ſeruandæ: atque ita ad tempus cõſtituitur, vt apparet ex verbis Calliſtrati l. quamvis, 13. ff. vt in poſſeſſ. l. Vid. Gothofr. not. ad l. 1. a. 3. de bonor. poſſeſſ. Conuerſo tamen ordine poſſeſſionem bonorum (quę juris eſt) dixit Macer. l. 4. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt jurisd. Ac ſubtilem hunc verborum ordinem & ſtructuram non obſeruauit Paulus leg. in honorariis, 35. ff. de oblig. actio. Illæ, inquit, rei perſecutionem continent, quibus perſequimur, quod ex patrimonio nobis abeſt: vt cum agimus cum bonorum poſſeſſore debitoris noſtri. Bonorum autem poſſeſſio, quę C. Harmenopulo [Greek] dicitur à Iuriſconſultis ſimpliciter nunquam Poſſeſſio appellatur, leg. ſcriptus. ff. de Carbon. edict. & leg. cum pater, § Titio. ff. de leg. 2. In Marci tamen reſponſo, d. l. 4. de offic. ejus cui mandat. de ea quæ facti eſt. accipiendum putem. Nam eam facto ipſo decernit judex, vt eam accipiat hæres. Scio Alciatum differentiam hujus ordinis improbare, l. 1. in fin. C. qui admittit. Prat.

Bonorum poſſeſſio, pro jure ipſo hæreditatio accipitur, quod cum prætoris, decreto acquiritur: vt tametſi res ipſas hæreditarias poſſideamus, bonorum tamen poſſeſſionem, id eſt, jus ipſum, à judice impetrare nobis neceſſarium ſit, nihilque ab ea hæreditas differt, niſi quod ſolo animo hæreditas aditur bonorum poſſeſſio vt acquiſita videatur, jus dicentis officium requirit Vide Gothofr. ad leg. 118. de verb. ſignif. Nec eſt duntaxat, jus perſequendi, retinendique patrimonij, ſed & rei cujuſque, cum is moritur, cujus fuit, l. 1. de bonor. poſſeſſ. Vide Alciatum lib. 4. Paradox & ſupra. Aditio hæreditatis. Spieg. A quo magiſtratu detur bonorum poſſeſſio, vide Cujac. obſeruat. lib 4. & 15.

Bonorum poſſeſſionem definit Vlp. l. 3. § bonorum, ff. de bonorum poſſeſſ. jus proſequendi retinendique patrimonij, ſiue rei, quæ cujuſque cum moritur fuerit, eaque in re ſimilis eſt hæreditati: quia vtraque & commoda & incommoda complectitur: eademque vis eſt vtriuſque. Hotom. Alciatus hanc definitionem explicat in rubr. C. qui admit. à C. Harmenop. lib. 1. tit 3. [Greek] appellatur. Prat.

Bonorum poſſeſſio hoc tempore appellari poteſt Ceremonia illa, quam ex ſtatutis adhibent ſuccedentes ab inteſtato, vel ex teſtamento, dum teſtamenta poſt mortem recitantur publice apud magiſtratum, dum bona immobilia adſignantur hæredi, & deſcribuntur in publicis monumentis. Vide Bart. l. 2. C. de teſtam. Ad bonorum poſſeſſionem item pertinent ordinationes ſtatutariæ, ſcilicet, ne quis hæres admittatur, niſi probatione prius, ſaltem per duos teſtes audita, de gradu cognationis proximo, & ſi quæ ſunt ſimiles, Prat. De hac materia vide omnino Herm. Vultei. comment. Inſtit. ad tit. de bonorum poſſeſſ. & de ſucceſſ. cogn. ad princ. num. 1. & de hæred. quæ ab inteſtat. ad princ. nu. 9. & de hæred. qualitate ad princ. num. 4 Adde Dn. Ioh. Gœdd. ad l. 14. num. 14. 15. 16. de verbor. ſignific.

Bonorum poſſeſſionis introducendæ cauſa fuit, vt jus ciuile percipiendarum hæreditatum anguſtiſſimis finibus per legem XII. Tabularum conſtitutum, Prætor ex æquo, & bono dilataret, ſcilicet hoc agens, ne quis ſine ſucceſſore moreretur, qui ſaltem hæredis loco eſſet bonorum poſſeſſor § adhuc autem. Inſtit. de bonorum poſſeſ. § 1. Inſtitut. quibus ex cauſ. manu. non licet, l & quia D. de interrog. in ius. faciend, quæ ratio dilatandæ ſucceſſionis tantum apud veteres valuit, vt Prætor non ſolum emendandi, ac ſupplendi, verum etiam confirmandi ſeu adjuuandi juris ciuilis gratia, concederet bonorum poſſeſſionem etiam illis, qui vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, legitime ſuccedere poterant, cœpitque paulatim decretum ſucceſſionis apud judicem à quibuſlibet hæred. peti, ſicut & hodie in multis locis obſeruari videmus. Inſtitut. de bon. poſſeſſ. in princ. leg. vlt. C. qui admitti ad bono. poſſeſſ. vbi vide Alcias.

Bonorum poſſeſſiones etiam hodie in multis caſibus proſunt vt tradit gloſſ. magiſtr. in leg. certum eſt, Cod. vnde legit. inter quos nota, quod licet quis ſit excluſus à jure adeundi ſpacio 30. annorum, quod ignoranti currit, quia eſt continuum, vt leg. 3. in fin. Cod. de præſcript. 30. annorum: tamen ſi à die ſcientiæ dantur centum dies, ſi eſt de tranſuerſalibus, vel ſi eſt de liberis, habet annum de jure prætorio, ad petendum bonorum poſſeſſionem, leg. 1. § largius, ff. de ſucceſſ. edict. & l. 2. & leg. penult. § vltim. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeru. ita ſingul. declarat. Bald. in rubr. C. qui adm. in 6. qo. qui in hac materia melius & ſingularius loquutus eſt, quam aliquis alius, ſecundum Paul. de Caſtr. in l. vlt. in vlt. colum. in princ. C. vnde leg. & in l. quandiu, C. qui adm. vbi etiam reputa ſing. & perpetua memoria dignum & hac caut. inſtruit agnatos, qui per ignorantiam excluſi ſunt. Bar. Cæpol. caut. 243. nota auream. Corta in memor.

Bonorum poſſeſſio etiã elapſo termino peti poteſt, & talis petitio producit effectum, vt quis videatur gerere ſe pro hærede, & efficiatur hæres de jure ciuili, quod perpetuum eſt, ita ſing. Bald. in l. pubertem. circa fin. Cod. de jur. del. & pro ſing. caut. commendat. Baſt. Veronenſ. pro eo qui eſſet excluſus de jure prætorio, caut 159. quæ incip. Bald. ſingulariter, junctis his quę in ſimili ſcripſi inſr. in verb. Iuris adeundi. Corta.

Bonorum poſſeſſio, & hæreditas adeo affinia ſunt, vt ſæpe confundatur appellationis diſcrimen, l. 3 § 1. de bonorum poſſeſſ. leg. hæreditas, de verbos ſignif. leg. vlt. Cod. qui admitti. Cæterum vbi agitur de acquirend. hæred & ratione ſuccedendi, non parum intereſſe videtur inter hæredem. & bonorum poſſeſſorem: Primum nemo inuitus fit bonorum poſſeſſor d. l. 3. § ſiu ro, quia videlicet ſuorum & neceſſariorum nomina ſiue qualitates non niſi ad hæredes pertinent. Rurſus bonorum poſſeſſionem poteſt filius agnoſcere, etiam inſcio patre, l 1. C. qui admitti. At hæreditatem adire nequit, niſi eo prius jubente l. ſi quis mihi bona, § juſſum. de acquir. hæred. Præterea hęreditas ſolo animo aditur l. pro hærede. ff de acq. hæred. At bonorum poſſeſſiones, ſaltem hoc jure à prætore peti debebant. Nam vt prætoris edictum proximo deferat bonorum poſſeſſionem, non tamen omnino acquirit. Ad hæc per procuratorem peti poteſt bonorum poſſeſſio l. 2. § acquirere. ff. de bonorum poſſeſſ. At non hæreditas adiri. l. Paulus. ff. de acquir hæred. poſtremo hæreditatis adeundæ tempus eſt 30. annorum, & id quidem continuum, quod etiam ignoranti currit, l. licet. C de jure deliberan. Agnoſcendæ vero bonorũ poſſeſſionis tempus eſt vtile, liberis quidem vnius anni, cognatis vero centum dierum nec currit ignoranti Bald. Inſtit. de bonorum poſſeſſ. Dare bonorum poſſeſſionem eſt iuriſdictionis ſiue imperij mixti, l. imperium ff. de juriſdic. omnium judic Dat eam prætor In vrbe, præſes in prouincia, non duum viri. l. ea quæ. ff. ad municipalem. A præfecto vrbi bonorum poſſeſſionis datæ exemplum eſt apud Valerium lib. 7. cap. de teſtamentis, quæ reſciſſa ſunt. Refert enim exhæredato patri à filio in adoptionem dato G. Calpurnium præfect. vrbis. reſciſſo filij teſtamento ab inteſtato bonorum poſſeſſionem dediſſe, quod certe non ea quidem apud me nouum eſt, quia ob exhęredationem patris reſciſſum fuerit teſtamentum filij in adoptionem dati; quandoquidem & is filius viciſſim. ſi exhæredatus fuiſſet de inofficioſo teſtamento patris jure experiri potuiſſet: ſed quia præfectum vrbi ait bonorum poſſeſſionem dediſſe. Hoc enim juris auctoritate caret. Cujac. obſ. li. 4. cap. 19. Porro varię ſunt diuiſiones poſſeſſionis bonorum, quas obiter ſubjiciemus, Nam initio alia eſt contra tabulas, alia ſecundum tabulas.

Bonorum vero poſſeſſio contra tabulas appellatur, quæ contra teſtamentum, contra ſignum, contra voluntatem defuncti competit: qualis eſt quæ filio emancipato patronoque prætexita datur. leg. 6. § 1. ff. de bonor. poſſ. l. 19 ff de contr. tab. Hæc à Gręcis Iureconſultis [Greek] dicitur, tam in Baſilicis, quam in vetuſtis gloſſariis. Briſſ. Alia ſecundum tabulas, & ſecundum voluntatem, quam Prætor omnibus jure ſcriptis hæredibus pollicetur. § ſunt autem. Inſtit de bonorum poſſeſſ ff. leg. 6. § 1. Et hæ facto in ſcriptis teſtamento competunt: Aut ſi ſine ſcriptis teſtamentum conditum eſt, ſecundum nuncupationem, vel contra nuncupationem bonorum poſſeſſio datur l vlt. Cod. de bonorum poſſeſſ. ſec. tab. l. 1. C de bonorum poſſeſſ. contra tabul. liberti. l. vlt Cod. de codic. Aliæ etiam ab inteſtato jus habentibus legitimum, vel etiam non habentibus propter capitis deminutionem dantur: quæ numerantur in § 1. cum ſequ. § Inſt. de bonor. poſſeſſ. & lib. 38. Pandect. Briſſon.

Bonorum poſſeſſio contra tabul. quamvis reducat rem funditus ad cauſam inteſtati in ſuo, tamen in emancipato hoc indiſtincte non procederet. Iſtam differentiam conſiderat ſing. ſuſus Bald. in l. vltim. in penult. col. verſicul. juxta hoc quæritur Cod vnde leg & pro ſing & commẽdat eam Iaſon in l. 1. col. 13. verſ. redeo ad primam C. de contra tab & eſt memoria dignum, pro declaratione jurium quæ dicitur, quod bonorum

poſſeſſio contra tabulas competens filio præterito non impedit hæreditatem adiri de iure ciuili. nam intelliguntur procedere in emancipato tantum: ſecus in ſuo, per prædicta: quod bene nota.

Bonorvm poſſeſſio ſecundum tabulas eſt ordinaria ex teſtamento. Et dicitur eſſe ex teſtamento ſecundum Azon. non quia juuatur ex voluntate defuncti, ſed quia non habet locum, niſi exiſtente teſtamento, & datur ſcriptis hæredibus, & eis deficientibus vocantur ſubſtituti. Et in de ſubſtitutis deficientibus vocantur ſubſtituti eis. Petuntur autem ex originalibus tabulis tantum, non ex exemplo. Item ſi fiat quæſtio de tabulis, debet probari cujuſcunque intentio per ſeptem teſtes, & non per duos tantum, ſecundum Azon licet quidam dixerint contrarium Si autem teſtator non facit teſtamentum in ſcriptis, ſed in verbis, vel nuncupatione rerum vel hominum. datur bonorum poſſeſſio ſecundum nuncupationem teſtamenti. Old.

Bonorvm poſſeſſio contra tabulas, quam Prætor libetis pollicetur ſecundum Spec. in tractatu de libell. tit. de teſtam. §. ſequitur videre. vbi dicit: Eſt & alia bonorum poſſeſſio contra tabulas, quæ datur filio vel nepoti præterito contra teſtamentum patris vel aui, qui filium vel nepotem in teſtamento ſuo, vel vita præterit, & talium in tabulis, ſi filio vel nepoti legauit, ipſe tamen legatum non agnouit, & ſecundum Azonem in ſumm. eod. tit. Defertur liberis naturalibus & legitimis tantum, puta adoptiuis. Item natis & naſcituris. Item emancipatis præcipue, & his qui erant in poteſtate defuncti, & datur ex illis, ex quibus potuit aut hæreditas, aut bonorum poſſeſſio peti de jure communi. Datur autem à patre naturali, & in adoptione non habet locum hæc bonorum poſſeſſio, niſi inſtituantur ab eo hæredes, & alius eis committat edictum. Item, alia eſt bonorum poſſeſſio contra tabulas ſecundum Spec. ibidem, quæ datur patri vel matri, auo vel patruo, ſi ſunt præteriti ex teſtamento filij vel nepotis emancipati gratis & ſine pecunia, cum quo non eſt factum pactum, ne pater vel auus inquietaret ſua judicia, nec receptum eſt ab eo, quantum ſatis eſt, qui etiam nec miles, nec in militia decedit. Vide latius cum ibi: Oldend.

Secundo bonorum poſſeſſio eſt ordinaria, aut extraordinaria.

Bonorvm poſſeſſiones extraordinariæ ſunt duæ ex teſtamento ſcilicet, ſecundum tabulas, & contra tabulas. Et quatuor ab inteſtato, ſcilic. bonorum poſſeſſio vnde liberi; bonorum poſſeſſio vnde cognati: bonorum poſſeſſio vnde agnati: & bonorum poſſeſſio vnde vir & vxor, quarum deſcriptiones ſubjicientur. Olden. Et hanc intellige in l. 3. §. vlt. de Carb. edicto.

Bonorvm poſſeſſio extraordinaria dicitur duobus modis, vel quia non eſt ſtabilita certa parte edicti, ſc. ex teſtamento tantum, vel ab inteſtato tantum. ſed vt vaga, quandoq; ex teſtamento, quandoque ab inteſtato defertur, & competit tantum his, qui vocantur ex nouis legibus. Vt ecce mater aliis in teſtamento inſtitutis poſtea in puerperio deceſſit, & filium, quem geſtabat in vtero, præterit. Præſumitur enim filius hic inſtitutus, & habet bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, & ſeptimam partem extraordinariam. Cujus bonum eſt exemplum ſecundum legem Corneliam, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, quæ fingit eum, qui moritur in captiuitate, deceſſiſſe ipſa hora captiuitatis. Et ideo quilibet poteſt ei noua lege Cornelia ex teſtamento, & ab inteſtato ſuccedere. Vt Inſtit. de bonor poſſeſſio. §. Sunt etiam. Dicitur autem extraordinaria poſſeſſio. quia jus non tribuit, vt Carboniano, & quæ datur ventri, & quæ datur gratia litis agnoſcendæ. Vnde & extraordinaria datur ſine cauſæ cognitione, quæ in ordinariis, quia omne jus tribuit quantum eſt.

Tertia bonorum poſſeſſionis diuiſio eſt, quia.

Bonorvm poſſeſſio quædam edictalis, l. 30. §. ff. de aliqui. hæredit l. 1. §. 1. ff. ſi tabulæ teſt. null. ext. quæ edicto defertur. Quædam vero eſt quæ decreto petitur, quæ cognitionem pro tribunali, decretumque deſiderat & expoſcit l. 2. §. dies cum ſequentib. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſio. l. 2. §. ſi quis ex liberis. ff. ad Tertullian quæ decretalis dicitur. l. 1. §. decretalis. ff. de ſucceſſ. edict. Edictalis bonorum poſſeſſio quocunque die peti & de plano dari poteſt. Decretalis non niſi de tribunali, ac diebus iis quibus prætor pro tribunali ſedet. Decreta enim tribunal exigunt. Edictalis ordinaria eſt: Decretalis non item. leg. filium §. ſi quis contra. ff. de leg. præſt. l. 3. §. vlt. ff. de Carbon. edict. Gothofr. ad §. 8. leg. 5. de bonorum poſſeſſione. Hotoman. Cujac. Not. ad librum 3. Inſtit. de bonorum poſſeſſionibus, ſuper verbo, dies vtiles. Forcatulus tamen in ſua Necyomantia dialogo 11. cum aliis exiſtimat, vnam eſſe bonorum poſſeſſionem quæ ſemel edictalis ſit, cum prætor eam ex edicto ſuo deferat. leg. 1. §. ſed etſi. ff. ſi tabul. teſtament. null. extab. leg. cum quidam §. idemque, ff. de acquirend. hæredit. Eadem vero bonorum poſſeſſio decretalis mox vocetur. cum prætor decretum interpoſuit, vt l. fin. C. qui admit. l. 1. §. decretalis, de ſucceſſ. edict. plura apud eundem.

Quarta bonorum poſſeſſionis diuiſio eſſe poteſt, quia.

Bonorvm poſſeſſio aut cum re datur, aut ſine re. Vlp. d. tit. 28. Cum re, inquit, Si is, qui accepit, cum effectu, bona retineat. Sine re cum alius jure Ciuili euincere hæreditatem poſſit, velut ſi ſuus hæres inteſtato ſit. Briſſon. Eſt etiam aliud bonorum poſſeſſionis genus quod inteſtati bonorum poſſeſſio Vlpiano nominatur. d. tit. 28. quam per ſeptem gradus dat: ibidem ſcribit, quos recenſet. Primus eſt Vnde Liberi: & hanc ordinationem vocat Vlp. d. 6. miſtum. Hęc bonorum poſſeſſio quibus competat, quæve ſit ejus poteſtas, explicatur ff. ſi tab. teſt nullæ extab. Cod. vnde liberi, & §. Sunt autem Inſtit. de bonorum poſſeſſionibus. Secundus gradus Vnde Legitimi de quo ff. & Cod. Vnde legitimi. & Tertius Vnde Cognati. Reliquos vide in dict. §. ſunt autem. libro 38. ff. & Cod. Briſſon. Viſis ergo bonorum poſſeſſionis diuiſionibus nonnulla ejus ſpecies obiter explicabimus: inter quas prima eſt Carboniana bonorum poſſeſſio, qua impubes bonorum corporalium poſſeſſionem adipiſcitur, non ſecus ac ei nulla controuerſia ſtatus mota eſſet, toto tit. de Carbonia. edict. &c. Puberi non datur bonorum poſſeſſio Carboniana leg. 3. §. puberi, ff. de Carboniano. edict. At ſi duobus impuberibus fiat controuerſia, & vnus pubuerit, alter non pubuerit, propter impuberem puberis controuerſia differtur, dicta lege tertia, §. ibidem Iulianus. Quod hæc ſententia non ita obſeruari oſtendit, cum ab initio puberi ſimul & impuberi ſit controuerſia: nec enim propter impuberem puberis controuerſia differtur. Igitur duobus impuberibus datur Carboniana, & quandiu vel vnus impubes eſt, in alterius perſona Carboniana pubertate non nititur. At ſi puberi & impuberi controuerſia fiat, impuberi Carboniana datur, non etiam puberi, propter impuberis fratris perſonam. Cujac. recept. ſentent. Iul. Paul. lib. 3. tit. 1.

Bonorvm poſſeſſio Carboniana, & quæ datur ventris nomine, an habeat locum in bonis feudalibus, deſiit dubitari: quia Bald. ſingulariter tenuit quod ſic. in cap. 1. col. 4. verſic. quæro nunquid an agnatus vel filius, & ideo mortuo patre, ſi infanti moueatur quæſtio de ſtatu, debet talis quæſtio differri & interim mitti in poſſeſſionem feudorum, per Carbonianum edictum: & eodem modo mulier ventris nomine, & hoc dictum Baldi ſequitur Alex. in l. 1. ad fin. C. de Carbon edict. vbi etiam Dec. in 1. col. & pro ſing. Iaſ in præludiis feudorum, colum. 14. verſic. an autem vaſallus. & in rubr. C. de Carbon edict. in vlt. verſic. & eſt memoria dignum pro extenſione illorum titulorum. ſcil. ff. & C. de Carbon. edict. & de ventre in poſſeſſionem mittendo. & ſequitur Curtius in tractatu feudali, in tertia parte, in 7. q. vbi Aluarot. citat & tractat etiam Felinus in d. c. 1. in vlt. cap. verſ. item quæro Bald. Cotta.

Bonorvm poſſeſſio ex edicto D. Adriani tollendo, datur alicui volenti ſuccedere in bonis alicujus ex teſtamento, in quo inſtitutus, vel inſcriptus eſt, ex eo quod oſtendit teſtamentum, non cancellatum, nec abolitum, nec in aliqua parte ſui abraſum. leg. fin Cod. de edict. D Adrian. tollend. Et datur volenti ſuccedere ab inteſtato ſecundum Roſ. quod probat ſecunda pars rubr. quę dicit, quemadmodum ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, ſed ratio Roſ. dicit contrar. in ſum. Hoc tamen notandum ſecundum Specu. de bonorum poſſeſſione, quod bonorum poſſeſſiones olim fuerunt vtiles, ſed hodie ſunt inutiles, præterquam in quinque caſibus. Primus, quando viuo teſtatore poſthumus pręteritus deceſſit, quaſi videatur teſtamentum ruptum juris ſcrupuloſitate nimiaque ſubtilitate, cum nihilominus hæres ſcriptus ex iſto teſtamento petit bonorum poſſeſſionem, vt in leg. poſthumus ff de injuſt rupto & irrit. teſtam. ſecundus eſt in leg. filios, eo tit. tertius. Inſtit. quib. modis. teſta. infir. §. 5. quartus in lege vt ſcriptus hęres ff. de bon poſſeſſ. ſecund. tab. quintus in leg. Æquiſſimum. §. 2. eod tit. & leg filiis. ff. de inoff. teſtam. Prat.

Bonorvm poſſeſſio ex ſucceſſorio edicto his datur, qui hęredes quidem non ſunt, ſed hęredis loco conſtituuntur Prætoris beneficio Vlp. dict. tit. 28. §. hi quibus: Et vide C. & ff. de ſucceſſ. edict in Succeſſorio edicto ceſſante aut deficiente primo gradu, ſequens admittitur l. 1. C. eodem. Prat.

Bonorvm poſſeſſio litis ordinandę gratia dicitur, quę in hoc accipitur, vt inſtrui & ordinari judicium poſſit, leg. Papin. 8. in princ. ff. de inoffic. teſtam. Contrarium tamen ſentit Gouea-nus Variar. lect. lib 2. cap. 6. vbi exiſtimat, eam bonorum poſſeſſionem emancipatis liberis neceſſariam fuiſſe, qui à parentibus exhęredes ſcripti erant.

Bonorvm poſſeſſio nomine ventris datur mulieri prægnāti in bonis mariti, in quibus ſecundum dignitatem ſuā ſibi & familiæ ſuæ alimenta conſtituuntur, l. 1. ff. de vent. in poſſ. mit. Pra.

Bonorvm poſſeſſionis ordinem explicat Modeſtinus l. 1. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru. Prat.

Bonorvm poſſeſſio ſeptima, ex pluribus bonorum poſſeſſionibus, quæ alias erant in vſu, redacta eſt ad ſex ordinarias §. 10. Inſtitut. de bonorum poſſeſſio. eſt tamen addita ſeptima, quam Iuſtinianus hic appellat Extraordinariam, quæ ita appellatur, non ea ratione, qua Carboniana bonorū poſſeſſio: vel

ventris

ventris nomine, quod ſcilicet non tribuat ius: nam imo ius tribuit vt reliquæ ordinariæ: ſed quia eſt vaga, & non ſtabilita certa parte edicti, vt notat hic gloſ. ſuper verbo & extraord. & glo. in l. fin. C. vnde legit. Doctiſſ. Iuriſ. Nic. Bell. cap. 15. lib. 1. Supputat. vnde excerpſi hæc: Iuuenes inquit cum difficultate percipiunt, quænam ſit hæc bonorum poſſeſſio, & quomodo, & quando competat Spieg. De bonorum poſſeſſione vnde decem perſonæ. Corraſius lib. 6. Miſcell. c. 9.

Bonorum poſſeſſor, licet proprie hæres non eſt, tamen cum omnino hæredi ſurrogatus ſit, quælibet diſpoſitio de hærede verba faciens, eum quoque comprehendet. leg. in conditionibus, § ſi patronus de cond. & demonſtr. Spieg.

Bonorum poſſeſſores hæredis loco ſunt. l. 117. ff. de diuerſ. reg. & in omnibus vice hæredum habentur, l. 2. ff. de bon. poſſeſſ. eoſque Prætor hæredum loco conſtituit, l. ff. de contr. tab. cui aſtipulatur Vlp. lib. de bon. poſſ. Vetus gloſſarium, bonorum poſſeſſores ſunt, qui alteri ſuccedunt iure prætorio.

Bonorum poſſeſſori etiam aſſimilatur is, cui libertatis conſeruandæ cauſa bona addicũtur, l. 4. §. is autem, ff de fideic. libert.

Bonorum poſſeſſor, cui ad exemplum hæredis bona defuncti iure prætorio deceruntur: aliud poſſeſſor bonorum qui rem aliquam poſſidet, arg. l. 1. C. quor. bon. ex Apello. Quamvis Alciatus monuit alicubi, vulgatem hanc Doctorum differentiam à veritate abeſſe. Spieg. Quemadmodum iure ciuili hæredes: ſic iure prætorio bonorum poſſeſſores appellabantur poſſeſſores hæreditatis, l. 3. §. 1. de bon. poſſeſ. Reuardus l. Prætor bonorum, ff. de reg. iur.

Bonum in ſacris literis tripliciter intelligitur. Primum pro eo quod eſt conditum & ordinatum à Deo. Huiuſmodi ſunt omnia quæ vocantur bona naturæ. Nam omnes creaturæ deſtinatæ ſunt ad aliquem vſum & cõſeruationem naturæ. Secundo bonum ſignificat ἀδιάφορον, id eſt, conceſſum lege Dei. Ita bonum intelligitur cum inquit Apoſt. bonum eſt homini non comedere carnem. Hic bonum opponitur prohibito. Tertio bonum ſignificat actiones virtutis, quas Deus præcipit, ſeu veros cultus Dei, & quidem præceptos à Deo, vt apud Prophetam: Hoc eſt bonum ambulare coram Deo, & timere Deum. Hæc quod multum lucis inferant paſſim ante dictis partim & dicendis, in hac editione lubuit adſcribere Spieg.

Bonum in philoſophia generaliter ſignificat, quod eſt conueniens naturæ. Et eſt duplex, Bonũ naturale, & bonum morale. Naturale, eſt res conueniens ad conſeruationem naturæ, ſeu nata ad bonũ vſum, vt cibus, potus, bona valetudo, opes, imperia. Sic appellatio boni continet res dubias. Morale, quod eſt in actionibus conueniens naturæ, iudicio mentis. Hoc modo appellatio boni intellecta, tantum ſignificat honeſtum, tale bonum ſola virtus eſt: cui opponitur vitium ſeu turpitudo, quæ, teſte Philippo vocatur malum in genere morum, ſeu malum culpæ. Deinde bonum vtile eſt res naturæ conueniens ad corporis conſeruationem, quæ eſt expetenda propter aliud, ſcilicet vſus cauſa: vt bona valetudo, vita, opes, &c. Bonum ſuaue eſt cognatum vtili: ſignificat enim id quod ideo expetitur, quia affert ſenſui aut animo iucundos motus. Hæc duo, ſcilicet vtile & ſuaue, vocantur ἀδιάφορα, quod attinet ad genus morum. Quamquam igitur non ſunt bona moraliter, tamen ſunt natura res bonæ ad vſus aliquos expetendos natæ. Oppoſitum eſt malum pœnæ, vt vulgo loquuntur. Spieg.

Bonum accepiſſe videtur Accurſius eam æquitatem, quę ex animi hinc atque inde inclinantis animi motu præualet, & ſcriptis mandari poteſt, qualis eſt vſucapionis materia: & apud Ciceronem Ius, quod Iupiter ſanxit, vt omnia quę reipublicę ſalutaria eſſent, legitima & iuſta haberentur. Vt.

Bonum etiam id ſignificet, quod in quacunque ciuitate vtile eſt tametſi non ſemper cum æquitate concordet: videturque Grecè ἀγαθὸν dictum, vt Grammatici atteſtantur, ἀπὸ τοῦ διάγειν, quod ex duabus partibus ſecernat, quid præualere debeat. ex Alciat. Spieg.

Bonum item, eſt iuris ipſius temperatio, atque emendatio: quæ fit ex prudentia Iudicis accõmodantis ſe actione cauſæ, & flectentis legem ad cauſam, non cauſam ad legem. Hoc bonum ſolet etiam bonum & æquum nominari: vt oſtendit exemplis Lud. Viues, vir immortalitate dignus, in ſuis diuinis Commentariis quibus illuſtrauit Ciuitatem Dei, apud D. Auguſt. Cicero æquum bonum, in Bruto ſine copula dixit. Spieg.

Bonum pro commodo, iuxta illud Caſſij Iureconſulti dictum. apud Ciceronem, Cui bono fuerit, eum feciſſe credendum. Declarat hoc eleganter Alciat. cap. 16. ſecundi Pareig. Spieg.

Bonum & ęquum Ariſt. lib. 5. Ethicorum tanquam differentia ponit. Sic Accurſ. aliud bonum eſſe cẽſet, aliud æquum, natiãs Iuriſcõſulti hęc verba in l. 1. de iuſt. & iur. nec ſatis explicat, Budæo teſte, qui ea de re late diſſerit, traditque: cum æquum & bonum dicimus, abſolute bonitatem ęquitatemque ſignificari, & iuris medullam germanamque iuſtitiam, quam cenſendo aſſequi, non cuiuſuis ſit iuriſperiti. Spieg. Plane æquum & bonum, ſeu æquum bonum (interdum enim ſine copula legitur) exactam quandam probitatem ſignificat, ſecundum quam locis, perſonis, rebus & temporibus conuenienter aptatam nulloque ſcripto perpenſo arbitramur, & ſtatuimus l. ſi & me. D. de reb. cred. leg. ſi quid vẽditor D. de ædil. edict. l. in iis. ff. de cond. & demonſt. l. conſenſu. ff de act. & oblig. Huic opponitur ſtrictum ius, h. e. callida & ſuperſtitioſa verborum & præſcripti legis interpretatio quam ſi neglecto bono & æquo, ſequeremur, ex ſummo illo iure, ſummam crucem & iniuriam faceremus. Tumq; potiſſimum ad bonum & æquum recurrimus, cum ſcripti & voluntatis eſt quæſtio: frequentiſſima ſane inter Iuriſc. vt inde non minima iuris pars pendere videatur quemadmodum. Quintil. lib. 7. Orat. Inſtit. ſcriptum reliquit. Corraſius lib. 2. Miſcell. cap 18. Idem in §. in bonæ fidei, in verbis ex bono & ęquo Inſtit. de actio.

Bonum ac ęquum impetrare, eſt Budæo exponente, ius ſuum obtinere, rem ſuam recipere: idque exemplis demonſtrat in Annot. prior Spieg.

Bonum ſignificat vtile: vnde bonum publicum pro vtilitate publica in l. 1. ff. de vſucapionibus. Proinde ſollemnem illam veterum prefationem quod bonum fauſtum, felixque ſit. Ouid. lib. 1. Faſt hoc modo concipit, vtile ſit, fauſtumq; precor. Briſſ. Bonum autem & æquum in libris noſtris coniungi ſolent l. 1. & l. pen. de iuſt & iure, l. 13. ff. de oblig. & action. l. 65. §. quod ob rem & l. 66. ff. de cõdict. indeb. l. 2. §. ſi quis tamen in fin. ff. ſi quis cautionibus, l. 13. §. 1. D. de minoribus l. 32. D. ſi certum petat. & alias ſæpe. Sic, nec melius, nec æquis, in l. pen. §. vlt. ff. ſolut. matrim. l. 82. in fin. D. de ſolutionibus. Ridiculi autem ſunt, qui bonum ab æquo ſeparant. Hęc enim indiuulſa in iure ciuili hærent, in quo quidquid vtile eſt, idem æquum habetur, propterea quod ad ciuium vtilitatem omne ius referendum eſt, vt & ipſa, iuris ciuilis à Cic. in Top. tradita definitio docet & in Philip. 11. Iouem ipſum ius hoc ſanxiſſe, ait, vt omnia quę reipub. ſalutaria eſſent, legitima & iuſta haberentur: quin imo æquitatem ab vtilitate poſſe ſeiungi expreſſe negat: li. 3. de fin. Itaq; Hor. vtilitatẽ iuſti & ęqui matrẽ ſeire appellauit: vſq; adeo autem amice conſpirant, vt in ea qua iunctem connecti ſolent, copula, modo hoc, modo illud nomen ſine iuſta alterius indignatione & querela principatum orationis teneat. Briſſ. Vide tamen & Corraſium l. b. 2. Micel. c. 18. nu. 2.

Quo Bonum eſt, pro quę vtilitas eſt, Iureconſ. propria locutio l. 11. in fin. ff. ad Vellei. l. 13. §. denique ff. de vſufr. leg. 3. §. ſi quis ex libertis & l. 10. §. liberi, ff. de cont. tab. l. 93. ff. de ſolutionib. Sic & Caſſianum illud triciſſimum, Cui bono. Priſcian. lib. vlt. interpretatur cuius gratia, cuius commodũ, ad quod bonum, Refertur. in Orat. pro Milo & in oratio, pro Roſc. Amer. & 2. in Anton. oratio.

Bonum nomen debitum, facile, idoneum, quod exigi non difficulter poſſit. Hot.

Bonum nomen, facere, h. e. idoneum, & ſoluendo reputare eum, quem quis admiſit ſibi debitorem delegari. leg. inter cauſas, §. abeſſe, 2. & ibi Gothoft. notat. ff. mandat. Spieg.

Bonum & frugi ſeruum intelligunt Iuriſcos. apud quos frequens eſt hæc locutio, vtilem & neceſſarium Beroal.

Bonus vir, iudex & definitur & appellatur, vid. l. 58. §. 1. locat: 18. iudicat. ſol. atque eo ſenſu accipi debet d. l. vir bonus. cum aliis legibus ſupra citatis.

Bonus vir non tantum iudex, ſed & quiuis alius vir iuſtus, æquus, innocẽs & prudens conſideratuſque paterfam. accipiendus l. 3. §. tametſi ff. de arbitr. l. penult. ff. de vſufr. quemadmod. cau. l. 16. in fin. ff. de vſu & habit. l. 47. §. ſi Sticho, de fideicom. libert. l. 58 §. 1. D. locat. l. vlt. Cod de aliment. pup præſt. l. 45. ff. de procuratoribus. l. 5. §. 1. ff. vt leg. ſeu fideicomiſſ. Horat. li. 1. Epiſt.

——— Vir bonus eſt quis.
Qui conſulta patrum, qui leges iuraque ſeruat:
Quo multæ, magnæque ſecantur iudice cauſæ,
Quo reſponſore, & quo cauſa teſte tenentur.

Quilibet itaq; minime aſtutus & fallax, ſed integræ vitæ & exiſtimationis, idoneuſque & diligens paterfamil. vir bonus appellatur, pro eodemque, virum bonum & bonum patrem famil. noſtri auctores dicunt l. 9. §. ſed ſi lapidicinas. l. 17. §. vlt. & leg. 19. §. ſed & ſi veſtimentorum, ff. de vſufruct. leg. 20, §. 1. ff. de oper. libert. l. 13. ff. de ann. legat. iudicemque viri boni & innocentis officio fungi debere dicunt leg. 4. ff. famil. erciſcund. Vnde ad iudicem, id eſt, ad virum bonum in leg. 137. §. cum ita, ff. de verb. obligat. Et ita arbitratus viri boni in libris noſtris intelligendus eſt, qui omnibus fere ſtipulationibus comprehendi ſolebat. leg. 17. & leg. 12. ff. iudic. ſolui. leg. 21. §. ſiue autem. ff. de oper. nou. nunciat l. 51. ff. ſolut. matrimon. & leg. 12. §. & cuius ff. de damno infecto. & leg. 4. Cod. de reſtitut. milit. & alias vbicunque hoc verbum occurrit. Briſſ.

Bonum etiam virum interpretamur eum, qui alteri facit, quod ſibi fieri vellet, ex ſententia Vlp. leg. 1. in med. ff. de ſolu. quod & lex diuina iubet Matt. 7. πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. Spic.

lib.10.conſtituit. Alias vero breuitas Chirographi non minuit fidem, l.ſi aliquem C.de donat.Cuiac.l.inter chartulas. C.de conuen.fiſci debit.lib. 10.Briſſ.

Breves, quadrimeſtria in l.1.C.de apoc.public.lib.10.& l.pen. C.de cano.larg tit.eo.lib.qui de ſingulis penſionibus à Chartulariis conficiebantur.Caſſiod. ad Epiſt.lib. 12. Expenſarum fidelem notitiam quaternis menſibus comprehenſam ad ſcrinia noſtra dirigere maturabis, vt totius erroris caligine deterſa, rationibus publicis veritas eluceſcat.Prat.

Breves quadrimenſtrui ſunt, qui de ſingulis panſionibus conficiuntur à Chartulariis, & ad officium Palatinũ aut præfect. prætorio tranſmittuntur, l.1.C.de apochis publicis & deſcrip. curial.lib.10. Conſtat enim tribus penſionibus anni cuiuſque indictiones ſolui, l.vlt.C.de anno & tribut. lib.eod.l.15.& 16. eod.tit. Caſſiodor.ſæpe: vt trina, inquit, illatione deuotus poſſeſſor ſuam compleat functionem. Et inde ſingulatum penſionum breues quadrimenſtrui ſunt. Idem Caſſiod Epiſt. lib. 12. Expenſarum fidelem notitiam quaternis menſibus comprehenſam, ad ſcrinia noſtra dirigere maturabis, vt totius erroris caligine deterſa, rationibus publicis veritas eluceſcat. quæ Caſſiodori verba Accurſius vſurpauit in l t. Maiorianus Nouell de iud. rei. Quadrimenſtruis illationibus annuæ functionis celebretur exactio, Cuiac.in proœmio d.tit.de apoch. publ.& deſcr.curial.lib.10.vid.l.vlt §.2.C.de offic.mag.offic.

Breves Nominatorii ſiue Notarii l.3. de indulg. deb. in C. Th. Briſſ.

Breviatæ rationes apud Scæuolam, l. vlt.ff. de pecul.l. vbi Goth. not.dicuntur in epitomen & compendium contractæ. Sueton in Galba,c.12.breuiarum rationum dixit.Briſſ.

Breviarium, opus conciſum, Græce fœminino genere [illegible]: tum etiam libellum eum non ineleganter accipimus, quem ærarii Principis ſtatum generalem adpellant, quo Princeps ſtatuit, quam ſummam miniſterio omni aulico expenſam ferri placeat.Prat.Breuiarium rationum & imperii.a riſ.ex Suet.

Breviatores in Nouell. [illegible] §. [illegible] dicuntur breuium ſcriptores. Aldricus apud Accurſium ibidem interpretatur recte, qui breuiatores ſcribunt.vid.Nou.105.c.2. §.4.vbi Gothofr.not.

Breviatores etiam ſunt officiales in curia Romana, qui reſcripta eiuſdem curiæ & ſcribunt & dictant. Prat.

Breviloqua ſubſtitutio, vide Subſtitutio Breuiloqua.

Brevi manu dixit Vlpia.l.licet 43.§.quoties.ff.de iur.dot quod ita interpretantur quidam, per compendium circuitu vitato, Circuitu vitato, aiunt, recte. Breui manu acceptionis exemplum ponit Vlp.l.ſingularia.ff.ſi cert.pet.& l.3.§ ſi ff.de dona. int vir.& vxo. Diuerſum duxiſſe videtur Iauolen.l. pecuniam 36.ff.de ſolut. dum ait manu.longa poſſeſſionem traditam.

Breves tabellæ exiguæ appellantur, in quibus & nomina debitorum & priuata quæque negotia adnotantur. l. vlt. de conuen.fiſc.debit.lib.10 C. l 1.de excuſ. artific. eod.lib. C. l.1 de actio.tribut.eod.l.1 de apoch.public.eo.l.pen.in ſi C.de cano. largir.tit.eod.Lamprid.10 Alex.Notarium, qui falſum cauſæ breuem in conſilio Imperatorio retuliſſet, &c Briſſ.

Breves cauſæ Baldo in auth.niſi breues.C.de ſentent.ex breuic. recit.dicuntur, quæ inter homines paruæ conditionis agitari ſolent.Prat.

Brevis, numero vnius, dixit vetus interpres in Nou.de nupt.§. ſecundum occaſionem, pro libello; vt recte interpretatur Aldricus ibidem apud Accurſ. pro quo in Nouella Græca eſt *βραχεῖα*.Prat.

Breviculum, quaſi paruum breue, breuem ſcripturam interpretatur Albert.quod verbum à breui ductum putat Alciat. 1.diſpun.c.21. Qua voce motus Bud.in l. vlt. ff. de Senato. legendum autumat.lib.7. C.Iuſtin.tit.44. de ſententiis ex breuiculo recitandis. Cum ex C.Theod.lib.4.tit.15.ex tit.& l.1. C.Theod.eo periculo legendum facile credat Alciat. vbi ſuprà Cæterum Alciatum redarguit Ferrandus Adduenſis lib.2.explicationum c.13.atque oſtendit breuiculum legendum, non periculũ, cum ſub toto iſto titulo nihil aliud tractetur, quam de ſententiis ex libello recitandis: vt breuiculum ſit nomen diminutum à breui, vt recte Alb.putat, quæ dictio pro libello accipitur, l.vlt.de conuen.fiſc.debit.lib.10.vide Goth.ad rubr. C.de ſent.ex breuic.

Breviarii loculi, repoſitoria, in quibus moniales magnum patrimonium æquantia ſeruantur, annotauit Rhenan.in lib. Tertull.de habitu muliebri.Spirg.

Britanniciæ præſer.l.2.§ petiur.ff.de vulg.& pupill.ſubſtit.

Britannica claſſis l.46.ff.ad SC.Trebell.Briſſ.

Brocardicum, vocabulum eſt barbarum, in noſtro eleganti Interciulli: relinquendum igitur barbaris.

Brocardica materia dicitur, quæ eſt contrariarum opinionum rationibus inuoluta l.quicquid.de verb.oblig.

Broncitatam dentium Latini ſtridorẽ dixerunt, annotante Camerario. Quibuſdam tamen brocitatem hanc eſſe placet.

Bruchus, *βροῦχος* genus vermis è locuſtarum genere, herbas, & arborum frondes erodens. Huius meminit. Hieronymus in Malac.c.3 &c.reuertimini 16 q.1.

Brutiani dicebantur, qui coacti erant ſeruitia exhibere pro eo, quod bello ſecundo Punico poſt cladem Cannenſem ad Hannibalem deſeciſſent. Alex.ab Alex Genial.dier.lib.2.c.27. Feſt lib.2.Gellius lib.10.c.3. Et præter hos Crinitus de honeſta diſcipl.c.7.lib.2.

Brutum dicitur, quod longiſſime à ſenſu abſit. quo ſenſu paſſim in iure ciuili & pontificio reperitur. Brutum obtuſum & hebes ſignificat.Marcello.

Brutum etiam grauem antiqui dixere Feſto.lib.2.Prat.

Brutus Iuris auctor.l.2.§.poſt hos.ff de orig.iur. & apud Cic. lib.7.epiſt.famil.citatur in l.68 ff de vſufr l 13 ff de in diem addict.l.4.ff.de capit.l.3.§ Neratius.ff.de acquir.poſſeſſ. Briſſ.

B V.

Bu, quamuis per ſe nihil ſignificat, magnis tamen & amplis rebus præponi ſolebat Feſto lib.2.

Bua & pappa Varroni puerorum potus & cibus.

Bubacina pro Babylonica falſo ab Oldend.& Spieg.legitur in l.argumento ſunt 25.ff.de aur.& arg.leg. Babylonica Florentiæ legitur: quam lectionem confirmat ibidem Bayſius) Babylonicarum pellium meminit Marcian.l.fin.§.ſpecies. ff. de publican & vectig Prat.

Bubinare Feſto lib 2 eſt menſtruo mulierum inquinari, ex Lucillo. Prat.

Bubleum ſiue Bubleum, Feſto eod.lib vini quoddam genus eſt.

Bubile locus vbi boues ſtabulantur, ſicuti equile, vbi equi, Col.lib.1.rei ruſt.c.6.

Buprestis, bubroſtis, vide infrà.Dupreſtia.

Bubulcus Varroni lib.4.Ling.eſt quaſi temo inter boues. Bubulcum accipi poſſe recte ſcribit Paulus, l.cum de lanionis 18. § de bubulco.ff.de inſtr.inſtru. lega & eum qui bobus arat, & qui boues aratores paſcit. Prat. Briſſ.

Buum, pro boum.l.55.§ 6.de leg.3.Briſſ.pareig.

Bucellarii, in conſtitutione Leonis & Anthemii Impp, l. 6. C.ad leg.Iul.de pub; Suidæ ſunt [illegible] Gallogræcitis etiam [illegible] eſſe eit. Erant & Alciato lib.2.diſpunct.cap.2.equites in exercitu Romano, quibus magiſter militum per Orientem præerat: aliique iuniores, alii ſeniores erãt. Exiſtimerique poſſe ſcribit eos milites, poſtquam miſſionem accepiſſent. latrocinari & rapto viuere. Sed fortaſſe gentis vitium hoc fuit: Vnde eos latrones interpretãtur Albericus. Sed tu hic adde quæ Turneb.lib. 24. aduerſ.c. 16.ex Meuritii neſcio cuius macrocolis tradit: ſcribentis bucellarios eſſe armatos Zabit (ſic ille armaturam lori carum propetalarium appellat) & manicis ferreis, contatos quoſdam & ſagittarios: & hos in magno honore fuiſſe, quod in agmine ante Imperatorem exercitus equitarent, & poſt ſequerentur. Ac fuiſſe equites illos Gallogræcos locus Suidæ hic allegatus innuere videtur. vide Cujac 2.feud.7.8. & omnino Gothof not ad l.10. princ. C. ad leg.Iul. de vi pub. Cuiac.& Gothoſt.ad §.3.princ.l.46.C.de epiſc.& cler.

Buccellas dicit dixit Tertullian. Iuriſconſ. lib.de monogamia, pro panibus quos miniſtri Eccleſiæ mulieribus dabant domum perferendos. Hinc

Buccellatum, genus panis bis cocti, in l.1.vbi Gothofr. C.de erog.milit.ann. l.12. Ammian. Marcell.lib. 18 frumentum ad vſus diuturnitatem excoctum id appellari ſcribit, quo milites paſci in caſtris ſolebant. Spartianus in Peſcennio. Idem piſtores ſequi expeditionem prohibuit, buccellato iubens milites, & omnes contentos eſſe Paulinus & Theraſ. in Epiſt. Augu. 36. De bucellato Chriſtianæ expeditionis, in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi miſimus. Vnde non inepte Buccellarum expeditionalem annonam interpretantur, à Græcis [illegible], & [illegible] & [illegible] dicitur. Briſſ.

Buccetæ interdum idem quod boum bucculorumque grex, interdum autem bucceta pro paſcua, vbi boues multi verſantur, & pro armento bucceta capitur. Io. Bapt. comment in Epiſt. Sidon. Apoll.ad Domitium lib.2.

Buccina Feſto lib.2 quam nos adpellamus Græci buchianum à ſimilitudine ſoni dicitur: eſt cornu recuruum, quod more tubæ inflatur: Ouid

——caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum. Hinc

Buccinator apud Tarruntenum Paternum l.fin.ff.de iur. immun.qui buccina canit in exercitu, aut præconiis publicis, aut cum in militem animaduertitur, vt ex Veſetio lib.2.c.22. liquet.Briſſ.

Buccinum, in Pand.Flor, Fucinum, genus conchyliorum eſt, quibus purpureus color inducitur Vlp.de leg.tert.l.ſi cui. Purpuræ adpellatione omnis generis Purpuram contineri puto, ſed coccum non continebitur, Buccinum autem & Ianthinum continebitur. Nebriſſ. vide omnino Gothofr.ad d. leg. 3. §.ſi cui.70.de legat.1.

Bucconæ homines ſunt tardi. alii interpretãtur eſſe [illegible], Turneb.lib.17.aduerſ.c.21. hos Cam erat vt & bucculentas, à bucca id eſt, ore dictos putat: ſicut à labiis Labiones.

BVCARVM pecus de bubus dici Feſtus ſcribit.

BVCCVLÆ apud Tarruntinum Paternum, l. fi. ff. de iur. immun. & in Valentio. & Val. & Gratian. conſtitut. l. 1. C. Theodoſ. de Fabric. quid ſint nondum plane conſtat: buccarum tegumentum interpretantur quidam. Alij inſtrumentum eſſe, in quo ſaccula inditur, catapultis exercendis parata autumant. Hot. in lexico fidis beati Germani buccula vertitur ἀσπιδίσκος. Bucculam Turneb. lib. 9. aduerſ. c. 16. per diminutionem à bucca dictam putat. Atque inde buccularios dictos, qui galeas faciunt, & ex ea galearum parte, quæ buccula dicitur impoſito nomine, Bucculatum ſtructores, in Pand. Flor. l. fi. de iur. immun. Briſſ.

BVFO, rana terreſtris venenata, Virgil. 1. Georg.

Inuentuſque cauis bufo, & quæ plurima terræ.
Monſtra ferunt.

BVFONES in c. vnico de vita & honeſt. cler. interpretatur Ioannes Andreæ hiſtriones, vulgareque Tuſcorum eſſe ait. Prat.

BVLEVTAS in ciuitatibus Græciæ & Aſiæ, Senatores, & decuriones Spieg. fuiſſe exiſtimat, confuſa vtriuſque dictionis proprietate: Rectius autem Anton. Auguſt. lib. ſing. ad Modeſtin. Decuriones βουλευτὰς eſſe tradit. Sic enim Iuſtinian. cum duas conſtitutiones de eadem re Græce & Latine ſcripſiſſet, altera decuriones, altera βουλευτὰς appellat: l. 2. §. cætera. Cod. de vet. iur. enucl. & Plin. ad Traianũ de buleutis Bithyniæ ſcribit, cui Traianus de decurionibus reſcribit: Senatores vero à Modeſtino συγκλητικοὶ dicuntur, c. 15. de excuſat. leg. Spadonem de excuſat. Subſcribit ſententiæ Auguſtini Cuiac. l. 1. ff. de excuſ. differentiam inter decuriones & ſenatores eruens ex l. 15. ff. cod. tit. & l. καὶ οἱ μὲν βουλευταὶ de tutor. & curat. datis, coniuncto §. 1. d. l. 15. Non tamen Antonius inficiandum arbitratur curiam & Senatorum & decurionum fuiſſe. Cum enim decuriones, vt Pomponius ait, l. pupillus, §. decuriones, de verb. ſign. ex eo dicti ſint, quod initio cum coloniæ deducerentur: decima pars colonorum conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit, & nihil decuriones in coloniis aut municipiis à Senatoribus Romanis differrent, Nouell. 38. mirandum non eſt, ſi in ſimili re ſimilibus nominibus vterentur. Sed & eadem ratione ſunt ex Græcis, qui βουλευτὰς Senatores adpellent & τὴν βουλὴν Senatum Auguſtin. præallegato loco.

BVLGA, nota etiamnum aulicis vox: quam Feſtus indicat fuiſſe Gallorum, qui folliculos aut crumenas, aut ſacculos ſcorteos, hoc eſt, è pellibus factos, olim appellabant Bulgas Spiegel.

BVLGARVS, Italiæ Iuriſconſ. circa annum 1190.

BVLLA. Quas vulgus bullas, ſemidocti ſupplicationes, docti ſupplices libellos vocant, quæ & breues dicuntur, forſan recte appellare poſſemus diplomata; quamquam nec illud omiſerim, literas apoſtolicas plumbeo ſigno munitas, in quibus Romanorum pontificum decreta continentur, non mente bullas appellari, quando βουλὴ, id eſt, bule, Græcis dicitur & cõſilium, & locus in quo conſultatur. Sed nos more noſtro mutata e in u, bulla dicimus: vt fit à muſice muſica, ac vocabulum per duplex ll perperam ſcribentes minus elegans reddimus. Bulla enim gemino ll. eſt proprie tumor ille inanis, qui viſitur in aquis, momento temporis enaſcens ſimul & euaneſcens. Ex quo prouerbialiter apud Varr. dicitur homo bulla. Ancb.

BVLLA aurea Feſto, inſigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis à pectore, vt ſignificaret eam ætatem alterius conſilio regendam. dicta autem à Græco ſermone βουλὴ quod conſilium dicitur Latine: vel quia eam corporis partem contingat, id eſt, pectus; in quo naturale manet conſilium. Hæc ille, quod autem eſſet inſigne puerorum, Plutarchi teſtimonio in Romulo probatur. φορεῖν δὲ, inquit, τοὺς παῖδας αὐτῶν τὴν καλουμένην βοῦλλαν ἀπὸ τοῦ σχήματος. Bullæ aureæ meminere alio ſenſu Pontifices clemen. vnic. in fi. de iureiurand. & cap. præſentium, §. teſt. de teſtib. lib. 6. Prat. vide inſt. Prætexta toga.

BVLLARE, verbum barbarum, quo tamen Accurſiani vtuntur, pro eo quod Imp. Conſtantinus in l. ſi quis in metallum. Cod. de pœnis, tranſtate, nec omnino ineleganter dixit, in facie ſcribere, in fronte pœnæ genus imprimere. Prat. Bulla item pro diplomate, vox eſt barbara.

BVNAS iudicat, prouerbio dicitur, vbi lis in longum profertur, nec vnquam explicatur: qui mos nunc eſt, teſte Eraſmo, perditiſſimis aduocatis noſtri temporis: vt ſubinde nouam reperiant cauſam producendæ litis, quo plus nummorum extorqueant à litigatoribus. Spieg.

BVPRESTIS, ſiue, vt in Pand. Flor. eſt bubreſtis, aliis Bubroſtis apud Marcianum, leg. 3. §. alio SC. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. animal venenatum, rarum in Italia, ſcarabeo longipedi ſimillimum bouem inter herbas fallit maxime, vnde & nomen habet, ἀπὸ τοῦ πρήθειν τοὺς βοῦς. Deuoratumque tacto felle, ita inflammat vt rumpat. Paulus Ægineta lib. 5. ex Dioſcoride lib. 2. Plinius lib. 3. cap. 4. Cotta in Memoral.

BVRA Varroni quia ſit, ex eius verbis diſces. lib. 4. Ling. Lat.

BVRA, quaſi βοὸς οὐρὰ a bubus, alij à curuo curuum vocant. Eſt autem temo ille longus aratri, qui inter boues protenſus eſt: à Marone vocatur buris: Turneb. lib. aduerſ. 5. cap. 29.

BVRDO, partus eſt ex equo & aſina: ſicut è diuerſo mulus, ex aſino & equa. Vlpianus de lega. 3. in l. item legatis in princip. vbi ait: item iumenta, vel lectica, vel ſella, vel bardones: item mancipia alia, &c. Nebriſſ. Spieg. Hinc Cuiacius obſeru. libr. 11. c. 16. approbat verſionem eorum, qui in dict. leg. item legato, Burdones interpretentur mulos: eodem namque ſenſu ad leg. qui duos, eod. tit. ita Græci ſcribunt: τοὺς λεγομένους βουρδώνους ἤγουν τοὺς μύλους ἀνέχοντας. Et Hieronymus in tranſlatione ſecundi Regum vt tollam onus duorũ burdonum. Et eoſdem eſſe mannos opinor, cum vulgo & gloſſæ antiquæ, & Acro & Porphyrio mannos, burdos, & buricos appellari dicant. Paulinus ad Senecam, Macro & viliore aſellis burico ſedentem. Hieronymus ad Pammachium de obitu Paulinæ, vtrunque nomen copulauit his verbis: Feruẽtes buricos mãnos. Et idem in Eccleſiaſten cap. 10. Dignitate (inquit) perſtati vias publicas mannibus terant, quas vulgo buricos appellant. Imitatus eſt Horatianum illum, Appiam mannis terit, ſed mannibus dixit, pro mannis, eadem licentia, qua Lucanus faſtibus pro faſtis. Cæterum lõgè aliter hodie legitur illo Hieronymi loco, nempe hoc modo, Dignitate per flagitia publica ſublimentur, quos vulgo lubricos appellant, quibus verbis nihil eſt deprauatius. Cuiac ſup. d. loco Goth. ad leg. 49. princ. de leg. 3.

BVRGI, quorum mentio in conſtit. Paul. Oroſius lib. 7. Crebra, inquit, per limitem habitacula conſtituta, Burgos vulgo vocant. Hinc in tit. C. de fund. rei priuatæ. Eum qui collegio, vel curiæ, vel burgis, cæteriſque corporibus ſeruierit Andr. Alth. à Græco pyrgo vocabulum deductum putat. Colligitq; haud abſurde ab hac voce, eos qui in caſtellis, munitionibus & turritis mœnibus habitant, *Burger*, quod ciues ſignificat, quaſi dicas Pyrgios: & *Burggrof*, appellatum præfectum atque Comitem arcis & caſtri. conſtans autem eſt opinio, à Burgis, Burgundiones Germaniæ populos eſſe dictos. At Rhenanus noſter vetuſtius nomen arbitratur, quam quod primum Cæſaris, Tyberiique ætate natum ſit à Burgis, h. e. caſtellis limitum. Quam opinionem ſecutus Oroſius, innumeros qui ſubicribrent, reperit. Horum veteres ſedes priuſquam per Germaniam in Sequanos commigrarent, quicquid de illis cum proditu dignum, tum circa ſtatum eorum, pleroſque etiam magni nominis viros latuiſſe, res ipſa manifeſtat primus omnium idem Raynanus Herculeo plane labore monſtrauit, aperuitque ſimul viam ſtudioſis, rerum indagandæ, patefaciendæque vetuſtatis, cuius inter primos, quos eruditio ſumma commendat, noſtra ætate celebris viri memoria poſteris præcipue celebranda ſacroſanctaque habenda eſt. Spieg. Sed non eſt illud omittendum, quæ dicuntur caſtra, in l. 4. C. de offi. iud. milit. & l. curæ. de offic. mag. offic. burgos appellari in §. in Sardin. 2. C. de offic. præf. præt. Afr. Vegetius libr. 4. Caſtellum paruum burgum vocant Paulus in Valentin. Crebra per limitem habitacula conſtituta burgos vulgo vocant, leg. penult. C. de fund. rei priuat. Sunt igitur & burgi ſiue caſtra, & cluſuræ in limitib. Cuiac. obſeru. lib. 3. c. 14. in fin. Pith. lib. aduer. 1. c. 14. Gothofr. ad l. 2. §. 4. circ. med. C. de offic. præf. præt. Afric. & ad l. 4. C. de offic. magiſt. offic. Hinc.

BVRGARII de quibus lib. 7. C. Th. nõdum typis excuſo à burgis.

BVRGANDIONES, quod Burgis expulſi à Romanis adpellati ſunt. Prat. vide Burgi.

BVRICI. vide ſupra Burdo.

BVRRHVS, homo dicitur, qui pranſus cibo & potione rubet. Spie. Camerarius autẽ annotat, quoſdã burrhos dici voluiſſe, quibus buccæ ruberent. deducta vero vox videtur à Græca πυρρὸς & πυῤῥιάω, quarum vtraque ruſum ſignificat. vide inf. Byrrhi.

BVSTA facientem, pro combuſtore defunctorum corporum, ſed perperam, Albericus intellexit. Nec enim IC. eo loco quem citat, buſta, ſed iuſta facientem dixit Vide Seruium Æn. 11. & Old. explicantem hæc verba, l. 11. ſab. Rogum buſtumve nouum. Spieg.

BVSTORVM Religio. l. 5. de ſepulch. viol. in C. Theod. vide apud Feſtum Buſti explicationem. Briſſ.

BVSTVM in XII. tabul. Græcis τάφος, monumentum & ſepulchrum videtur interpretari Cic. lib. 2. de legibus: cui videtur conſentire Feſtus Pompeius lib. 2. Buſtum, ait, proprie dicitur locus, in quo mortuus eſt combuſtus & ſepultus. diciturque buſtum quaſi bene vſtum; vbi vero combuſtus quis tantummodo, alibi vero eſt ſepultus, is locus ab vrendo, vſtrina vocatur, ſed modo buſtum, eo quod ſepeliunt, ſepulcrum vocamus. Hęc Feſtus. verba legis XII. tabul hæc ſunt: HEMINEM BVSTVMVE NE VSVCAPITO. hanc ex Solonis legibus accepiſſe Decemuiros conſtat ex M. Cicero. lib. 2. de legib. Lex Solonis hæc eſt: Ἡρῷον, ὁ τύμβος μὴ χρόνῳ λαμβανέσθω. vtramque legem explicat lib. 2. & 4. Veteris Iuriſprudentiæ. Porro autem Græcam vocem τύμβος vſu retinuere Galli. Nam & ſepulchri operculum Tumbam *Tombe* vocant: ſepulchrum ipſum *Tombeau*. Eo ſenſu quod apud M. Ciceronem 2. de legibus, ſumit Imp. Iulianus: l. pergit. 5. C. de ſepul. viol. Quidam etiam legunt in l. 2. in fin. ff. de in ius vocan. In Pandectis tamen Florentinis eſt iuſta rectius.

BVSTVARIÆ

Buſtvariæ mœchæ apud Martialem dicuntur vulgaria & diobolaria ſcortilla, inter buſta atque monumenta pene in propatulo proſtantia. Tornèb.lib.aduerſ.13.c.19.

Bvttæ, butticellæ.vide Goth.not.ad l.206.princ.de verb.ſign. Cuiac.9.obſ.26

Βύτῖνς interpretantur Baſilica, ſetias noſtro vocabulo, quo etiam Hetruſci hodie vtuntur. Nicetas dixit *βουτζίον*, & interpretatur *οἴνου δοχεῖον*. Veteres etiam gloſſæ dogas exponunt *βύτῖδες*, quod quidem dogarum nomen à Græcis raptum videtur, quibus *δοχεῖς* vel *δοχεῖα* ſunt, quæ capacitati alicui parata ſunt, & capacitates ipſæ vel menſuræ, vt in Aureliano Voſpici: Facta eſt ratio dogæ cuparum, nauium. doga non vas, ſed capacitatem ſignificat. Cupas autem *βύτῖνς μεγάλας* exponunt veterea gloſſæ, eaſdemq; vocari à quibuſdam gaulos. Idem buttarum & buticellarum nomen in veteri inſtrumento apochæ ſiue plenariæ ſecuritatis legi, quod ligni membrana ſcriptum extat in bibliotheca Regis Scriptum fuit Rauennæ Imp. Dn. Iuſtiniano. PP. Aug. anno 38. P.C. Baſilij, anno 23. Id Iul. Indict. 12 & eo Germanus V.S. ſubdiaconus, tutor Stephani H.P. profitetur ſe à Germana Cl.F. accepiſſe, quod pro tertia portione hæreditatis ex teſtamento, quod collicti ei competebat in rebus mobilibus & immobilibus, quatum notitia profeſſioni ſubiicitur, & inter cætera mobilia numerantur buttæ & buticellæ granatiæ. Cuiac. obſeru.lib.9.c.26. in princ. Goth. ad d.l.206.

B Y.

Byrrhi in l.1 ad finem.C.Th.de habi.quo vti opor.int.vrb. & apud Vopiſcum Carino, tegmen capitis ſenatorum erat ex d.l.1. Imperatorum conſtitutio omnibus, præterquam militum ſeruis, Byrris vti permittit & cucullis. Cuius exceptionis hanc ego rationem vltro refero, quod milites quoque domini Byrris paſſim vterentur. Nam Burius, ſeu Byrros, fuiſſe arbitror veſtis genus aliquantum vilitatis & pilis hirſutæ, qualem etiam Endromidem Martialis deſcribit. Paulus monachus Cyprianum byrro indutum fuiſſe refert, cum ad ſupplicium duceretur: Pontius Cypriani ipſius Diaconus, qui eius agonem ſane quam eleganter deſcripſit, in actis lacernam byrrum appellat. Sic memini veterem Perſij Flacci interpretem lacernam byrrum interpretari, & adiicere, pallium eſſe fimbriatum, quo ſoli quondam milites vterentur. Auſonius Drepan.o.

At nos illepidum, rudem libellum,
Burras, quiſquilias, ineptiaſque.

In verſibus quoque nondum (quod ſciam) editis, qui in veteri libro Eucertæ tribuuntur ita ſcriptum reperi,

Nobilis horribili iungatur purpura burra,
Nectatur plumbo fulgida gemma graui.

Burtæ appellationem nos hodieque aliqua ex parte retinere videmur. Bureau. Birri honeſtiorum & Palatinorum veſtes erant, ſericeæ, vt à viris doctiſſimis notandum eſt. Vnde ego Beros Atrrebaticos & Canuſinos à Capitolino dictos arbitror in Carino non Byrros: vt & a Valerio Martiale lib.1.epigrammatum, dum ait:

Nec deſunt tibi Beta Glaniana.
Pithœus in ſubſeciuis.

Bysacium, Africæ campus, Byſacenuacampus apud Plin.lib. 18 cap.15.

Bysscum opus apud Martin.l.fin.§.ſpecies.ff.de publican.pro aliquo ex byſſo confecto. Prat.

Byssum lini genus apud Indos candidiſſimi, & molliſſimi. Iſid. tit.19.Etymol.c.27.& Iulius Pollux lib.7.c.17.ſcribunt. Huius verba ſubiiciam, *καὶ ἐκεῖ τοῖ βύσσινα ἐξ ἡ βύσσος λίνα τι εἶδος παρ' Ἰνδοῖς*. Byſſum plerique interpretantur linum tenue, ruſum, coloremque auri imitans, & ſplendorem atq; fulgorem: reperitur & in pinna marina molliſſimæ lanuginis tenuiſſimæque & delicatiſſimæ. Tornèb.lib.19.aduerſ.c.25 Prat. Aretas in Apocal. Ioan. interpretatur corticem arboris Indicæ in linum redactum, Briſſ.vlt.edit.

Byssinam veſtem cuius meminit Apuleius lib.11.de Aſino aureo. Iudæis ſacerdotibus familiarem fuiſſe Ioſeph. lib.6. Belli Iudaici oſtendit. Prat.

Byssinvm opus in l.vltim.§.ſpecies. ff.de publican. Cæterum byſſum lini genus eſſe apud Indos candidiſſimi & molliſſimi, Pollux lib.3.& Onumaſt.c.17.& Iſidor.lib.19. Etymol.cap.27. ſcribunt in Ægypto quoque byſſum quam maxime natum ex c.27.Ezechielis, Hieronymique commentariis intelligimus. Plin.lib.19.c.5.etiam circa Elim in Achaia genitum ſignificat his verbis: Ergo huic lino principatus toto in orbe. Proximus byſſino, mulierum maxime deliciis circa Elim in Achaia genito. Quaternis denariis ſcrupula eius permutata quondam, vt noui, reperio. Briſſ. vide a.Biſſus.

Bvthrus apud Perſas, erant qui cum adorare voluerunt, ſummamontium conſcendere ſoliti, & ſine templis Iouem Papam ſalutare. Brechæus in l.tabernæ.ff.de verb.& rer.ſign.

Byzacena prouincia l.2.ff.de offic.Præt.Afric.l.12. C.Theod. de diuerſ.offic.& appa.vt ex l. 33. de ſuſceptoribus propoſ. in eod.Cod.Briſſ.

C.

C Litera condemnationis nota erat, quæ in publicis iudiciis dabatur à prætore in tabella ſcripta, idque Aſconius in 3. Verrin. ſignificat: Et Quintil.lib 1.c.7.ait, C.litera Gaius notatur, id eſt Gaius condemnatur, ideoque recte triſtem eam appellauit M.Cicero pro Milone: Quod niſi vidiſſet, poſſe abſolui eum qui fateretur, neque quæri vnquam iuſſiſſet, nec nobis tam ſalutarem hanc in iudicando literam, quam illam triſtem dediſſet. Hut.Prat.

C nota erat prænominum, vt C. Caſſij, C. Caligulæ.

C litera inuerſa apud Voluſium Mætianum in libell. de aſſ. diſtribut. nota eſt Sicilici.

C ſcripta, G pronunciatur interdum, vt in Cneo videmus. Sic

C in G mutarunt, Fabio teſte lib.1.cap.19.& Præteio in conſuet. Marchiæ, tit. *des donations & dotz* §.10. Marchiani enim dicunt *legres*, quod vetus interpres Nouell. adpellat lucra nuptialia. Nam C & G mutua eſt *ἀντιμάχη*, & O pro V ſæpe veteres pronunciaſſe conſtat. C in G mutari ſignificauit Varro lib.4.in verbo Gladius, qui à clado ducitur Prat.

C pro Q.in antiquis libris ſcribi cæptum, refert Petrus Victorius in primam epiſt.ad Atticum: docetque earum literarum vſum ſæpe confundi. Vnde ex ſterculino ſterquilinum factum eſt: Veterem tamen orthographiam Pand. Florentinæ retiuuerunt, in l.ſi quãdo 17.§.fi.ff.ſi ſeruit.vindic.& l.fundi §.fundo, ff.de act.empt., quo ſcribendi genere vſos fuiſſe M. Catonem, & Terentium, Petrus Victorius admonuit.

Cccıↄↄↄ ∞ centum millium notam eſſe, idem docet.Prat.

C litera, Gaius idemq; Caius, notatur: quę inuerſam mulierem declarat quia tam Caias eſſe vocitatas, quam Caios, etiam ex nuptialibus ſacris apparet. Fab.lib.1.c.7. Hot.

Cauala, diuinæ legis interpretatio, quam Moſes ab ipſo Deo accepit, idem eſt apud Hebræos, quod apud nos ſcientia ſecretior; ob eam ſcilicet rationem, quod illam doctrinam non per literarum monumenta, ſed ordinariis reuelationum ſucceſſionibus alter ab altero quaſi hæreditario iure ſuſciperet. Crinit.de honeſta diſciplina lib.25.c.3.

Caballos pro equis dixit Pomponius l.ſi ita.35.In princ. ff.de inſtruct.& inſtru. leg. quo etiam ſenſu vſus eſt & Lucilius lib. 2.apud N.Marcellum:

Succuſſatori tetri, tardique caballi.

Cavallvs in eo ab equo diſtat, quod caballus fere nunquam ſine deriſione dicitur, equus vero ſemper de apto & probato. Pomponius in d.l.ſi ita: Caballos, ait, qui in piſtrinia eſſent: tanquam dicat, malos Nebriſſ. Hinc

Caballatio in conſtitutionibus, munus alendi equos publicos, à caballis dicta. Feſtum autorem habet Alciat. Vnde apparet, & exemplaria in hoc variare. Adi Rhodiginum cap.24. lib.11.Spieg vide & l.14.C.de erogat.milit.annon. in C.Th.

Caballarii, Iulio Firmico authore dicuntur, qui ſub equi cœleſtis ſydere naſcuntur, Prat.

Cabo Figaro, Traiectus, Septa dictus, qui eſt contra Hiſpaniam, hodie nuncupari Cabo Figaro refert Pinetus. Vide Gothofr. l.2 §.C.de præfect.vrb.

Cabvs frumentaria menſura. Hinc

Cabæsi, dicuntur, qui expleri nequeunt. Prat. Spieg.

Cacabvs, olla grandior, ſiue illa ſit ex argilla, ſtanno, argento, vel alia quacunq; re metallica. Pomp.de aur.& arg.legat l.& ſi Certe ait. ſi cacabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum.i.vas ad coquendum milium. Nebr. cacabos & patinas inter culinaria vaſa adſcribit. Paul in l.cum de lanionis ff. de fund.inſtru.l.Pollux.lib.10.c.14. Onom. Sunt & alia eiuſ generis vaſa apud Latinos, aula, ſiue olla, ad pultem & olera coquenda, vel quod prouerbio manifeſtum fit, celebrata. Catullo, iſta olera olla legit. Annumerantur & iſta, lebes, ahenum tripus, patella, frixorium, craticula, mortarium, & paſtillum.

Cacabva, vas in quo pulmentarium coquitur, vt Paulus definit l.cum de lanionis §. aſinam. ff. de inſtru. inſtrum. legat. quo etiam ſignificatu vſus eſt eiuſdem collega Vlpian.l. cum aurum.19.§ ſi cui eſcarium.ff.de aur.argent.legat. Varro lib. 4.ling. dicit, cacabum vas fuiſſe. in quo cibus coquebatur, quem à cibo ductum ait. Pauli definitio vt ſpecialior, ita verior ſemper mihi viſa fuit. Prat. Hot.

Κακία, In l.5.ff.qui pet.tut.vitium, non malitiam ſignificat. Ci. lib.3.de fin.& 4.Tuſcul.quæſt Prat.

Cacvla Feſto lib.3. ſeruus militia, ex Plauto, dictum ait à Græco *κᾶλον*, quod fuſtibus clauiſque ligneis ad tutelam dominorum armari ſoliti eſſent: Plaut. Video caculam militarem me futurum. Hinc

Cacvlatvm, id eſt ſeruitium. Prat.

Κακοήθεια, apud Paul. in l.& quantum, ff.de ædil.edict.vitium in malignitatem, & malam conſuetudinem ſignificans. Vlcera mammutom Dioſcoridi lib.3.cap.16.& ad animum transferri poteſt. Prat.

Cadaver, eſt corpus nondum ſepultum quod careat honore ſepulturæ. Seru.in 8.Æn. Briſſ.vel corpus quodcunque mortuum. Seruus Sulpicius tranſlate cadauer oppidorum dixit. Sp.

Digitized by Google

CADAVER à cadendo ductum recte putat Tertullianus lib. de reſurrect. carnis. De cadaueribus extat tit. lib. 48 ff. de cadau. punitorum quæ ab Vlpiano, Marciano, & Paulo iuriſconſ. appellantur corpora. ff. eod. l. 1. 2. & 3.

CADAVER ventilare dicitur, in l. 1. §. ſed & qui. 5. C. de Latina libert. tollend. Cadauer proſequi l. 2. ff de in ius voc. Cadauera ſpoliare dicitur in l. 3. §. aduerſus. ff. de ſepulch. viol.

CADAVERVM præſegmina ad exitiales hominum fortunas ſæpius petuntur, vide Goth. ad rubr. C. de ſepulch. viol.

CADAVER inferens in poſſeſſionem vacuam, vel lapidem inuito vel ignorante domino, non facit locum religioſum: ſecus ſi voluntate. Vide l. ſi nec dum 10. C. de religioſ. & ſumpt. funer. §. Religioſum locum. Inſtit. de rer. diuiſ.

CADERE verbum varie μεταφορικῶς accipitur. Dicimus namq; cadere pro Republica, h. e. occidi (præſertim in acie. Briſ.) mori. §. filij autem Inſtit. de excuſ. tut. Cadere commode, pro contingere, euenire. Cadere in ſuſpicionem, in deliberationem pro incidere, venire, Cic. Old. Sic quoque dicimus cadere corpus in terram poſt mortem vid. l. 3. ibi: poſtquam in terram cecidit. C. de poſthum. hæred. inſtit. Tertull. lib. 5. aduerſus Marcionem: Sic

CADERE in commiſſum dicuntur ea, quæ fiſco committuntur, Briſſ. Sic in commiſſum cadere, apud Martianum l. fi. in princ. ff. de public. dicitur is, cuius dominium fiſco acquiritur ob crimen l. commiſſa. ff. eod. Porro quando de crimine accipere debeas, diſces ex d. l. fi. & l. cotem ff. eod. Prat. Sic

CADERE cauſa, antiquis dicebatur pro eo, quod nunc dicimus, cauſam litemque perdere, apud Papin. l. Stichum 95. §. penult. ff. de ſolut. & l. Titio centum §. fi. ff. de condit. & dem. & Paulum l. in fraudem 45. §. neque inſtrumenta. ff. de iur. fiſc. Ita explicat Iuſtin. Imper. in §. ſi quis agens. Inſtit. de act. Si quis agens (inquit) intentione ſua plus complexus fuerit, quam ad eum pertinebat, cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat. Si maritus, inquit Papin. in d. § ſi viuo ſuo cauſa ceciderit, nec ſoluendo ſit, &c. Et Paulus in d. §. neque inſtrumenta. De quo cauere compellitur, vt ſi vſus is contra interdictum fuerit, cauſa cadat. Sic Cicero lib. de Orat. 1 Hypſæus maxima voce a Prætore contendebat, vt ei, quem defenderet, cauſa cadere liceret. Hoto. Porro modos quibus cauſa cadimus, recenſet & declarat idem Imperator d. §. ſi quis verſ. plus autem. (Sunt autem, hi, res, tempus, locus, cauſa.) Et Paulus lib. 1. ſent. recept. tit. 10. vbi pro re, ſummam: pro cauſa qualitatem dixit: vbi Auianus, cauſa cadere ait, eſt cauſam perdere Sic eodem ſenſu, diuerſo tamen ab iſtis modo, Autor quoque ad Herennium lib. 1. ſcribit, eum cauſa cadere, qui non, quemadmodum oportet, egerit. Teſtatur etiam Quintil. lib. 7. c. 4. Si ab actore vno verbo erratum ſit, tota cum cauſa cecidiſſe videri. Sic

CADERE dominio, eadem forma dictum eſt, qua cadere cauſa, & cadere actione. Ferrer. tit. de vi bon. rapt. Similiter

CADERE formula, dixere veteres: quod eueniebat, cum quis non, vt oportuerat, actionem inſtituiſſet. In omnibus fere cauſis (ait Fabius) in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hę ſunt quæſtiones: an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore agere liceat. Sueton. in Claudio: Nec ſemper præſcripta legum ſecutus, duritiem lenitatemque multarum ex æquo & bono moderatus eſt. Nam & iis qui apud priuatos iudices formula excidiſſent, reſtituit actiones. Sic Quintil. declamat. 150. & Seneca Epiſt. 4 v. Quid aliud agitis, cum eum quem interrogatis, ſcientes in fraudem impellitis, quam vt formula cecidiſſe videatur? Briſſ. Quo ex loco patet, cadere formula, in ſtricti tantum judicij actionibus vſurpari ſolitum: cauſa vero cadere, in omnibus. Porro tametſi totas formulas amputari iuſſerit Conſtantinus Imperator, l. vnic. C. de formul. & impetr. ſubl. quotidianus tamen forenſis vſus in exceptionibus reuocaſſe videtur, non formulas quidem, ſed hæc excipiendi genera, an huic aut apud hunc, & dicuntur Fines non recipiendi, à practicis. Prat.

CADAT, verbum, in legibus, conſtitutionibus, edictis, ſententiis intelligitur non ipſo iure, ita recte explicat Accurſ. in l. 2. §. quod ſi actor. C. de iureiur. prop. calum. dand. quod probat Nou. μεθ. §. ... ἐκπίπτειν τῆς ... αὐτῆς ὁ ... ἐναγων ... τῆς ἀγωγῆς. ὁ δὲ ἐναγόμενος ... Accurſij etiam ſententiam probat Bern. c. fi. §. pœna. ext. de iura. calum. vide tamen Felin. in c. ex tenore. ext. de reſcript. Prat. Sic

CADERE à poſſeſſione dicitur in l. 2. C. de prætor. pign. Et cadere poſſeſſionibus in l. vnic. poſt princ. C. de vſucap. transform.

CADERE in caſum in Conſtantini Imp. conſtitutione l. pen. C. de delator. lib. 10 dicuntur bona alicuius ob delictum, quando quis ſine hærede deceſſit.

Hoc cadit in alienam ſpeciem: in ſpeciem donationis: aleę: in cauſam pignoris: in legatum: ſeruitutem: quæſtionem: Fidei commiſſ. in rationem legis Falcid. Non cadit in infantes, in ſeruum obligatio. Verba in eum cadunt. Briſſ. ex ll. ff.

CADERE in poteſtatem pro redigi. § 1. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluat. Oldend.

CADERE in edictum, h. e. in pœnam edict. l. 10. ff. de lib. cauſa

CADERE animos, vultus, verba: pro frangi, perire, debilitari. Old. Prat.

CADENS de cœlo aqua, pluuia appellatur. Vlp. l. 1. §. 1. ff. de aq. & aqu. plu. Prat.

Κάδισκος, ſiue καδίσκος, ſuffragiorum vrna, ſeu amphora. Fuerunt autem duo apud veteres cadiſci, in quos calculos mittebant judices: alterum θανάτου, ſiue καταδικαζόμενος, & hunc adpellabant κύριον, in quem condemnationis; alterum ἄκυρον, in quem abſolutionis calculos proiiciebant. Hæc καδίσκος ἐλέου, id eſt miſericordiæ vocabatur, in quem οἱ σώζοντες mittebantur: altera θανάτου, hoc eſt, mortis erat, priore loco ſita. Vide I. Poll. lib. 8 Onomaſt. περὶ ψήφου δίκης, & Budæ. in commen. linguæ Græcæ. Oldend.

CADVCVM dicitur, non quod cecidit, ſed quod facile caſurum eſt, ruinamque minatur. Vnde & paries caducus, & glans caduca. Alciat. de verb. ſign. Briſſonio tamen caduca glans, quæ ex arbore cecidit, vide infra, glans caduca.

CADVCA auſpicia Feſto lib. 3. dicebant veteres, cum aliquid in templo excidit, veluti virga in manu.

CADVCVM aperta voce adpellari conſtituit Iuſtin. l. vnic. §. & cum triplici. C. de cad. toll. quod relictum erat, mortuo teſtatore deficiebat. Adde Forcat. obſeru. in dial. 87. in Necy m.

CADVCA aqua l. Frontino lib. 2. de aquæduct. quæ vel ex lacu abundat, aut ex caſtellis effluit, aut ex manationibus fiſtularum Varro. 3. de re ruſt. c. 5. Prat. Briſſ.

CADVCA oliua apud Columellam lib. 12. c. 49.

CADVCAS hæreditates Cicero dixit 10. in Anton. Philippicar: Caduca, ait, Iſidor. 5. Etymol. c. 25. Inde dicuntur, quia eis hæredes ceciderunt.

CADVCA dos dicebatur, quę illico matrimonio contracto in fiſcum cogebatur. l. 38. §. pen. & l. 61. de ritu nupt. l. manifeſtum. 9. C. de nupt. Briſſ.

CADVCVM. Nomen certe hoc jampridem in libris veterum legum, & ore Iuriſconſ. peculiari quadam ſignificatione fuit: vt cum glandem caducam, vel aquam caducam vocabant. Et apud Cic. lib 3. de orat. Craſſus vocat poſſeſſionem caducam, & vacuam. Sed in lege Papia, propria quædam & ſingularis huius verbi vis atque notio eſt, quam quidem Vlpia. noſter in fragm. tit. 7. ita deſcribit, vt alius interpres nunc quærendus non ſit. Quod quis (inquit) ſibi teſtamento relictum, ita vt jure ciuili capere poſſit, aliqua ex cauſa deinde non ceperit, caducum adpellatur, veluti ceciderit ab eo: v. g. Si cęlibi vel Latino Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel cęlebs legi paruerit, vel Latinus ius Quiritium conſecutus fuerit: aut ſi ex parte hæres ſcriptus vel legatarius ante apertas tabulas deceſſerit, vel peregrinus factus ſit. His verbis Vlpian. totam hanc de caducis legem Papiam breuiter perſtringit, Iuſtinia. vero leg. vna. de caduc. tollend. antiquæ locutionis ſignificationem & proprietatem diligentius exponit. Ait, veteres ea quæ teſtamento relicta ab initio non conſiſtebant, veluti quæ legabantur ei, qui jam tum in rebus humanis non erat, dixiſſe pro non ſcriptis haberi. Quę poſt teſtamentum factum, viuo adhuc teſtatore deficerent, veluti quia legatarius, vel hæres interea moreretur: ea in cauſa caduci eſſe. Caduca vero ſpecialiter appellata eſſe, quæ jam mortuo teſtatore primum deficiebant, veluti ſi poſt eius mortem legatarius vel hęres moreretur ante aditam hæreditatem, ſed quæ in cauſa caduci alioquin eſſe dicebantur, poterant etiam dici caduca, & æque ad hanc legem Papiam pertinent, non tamen ea quæ pro non ſcriptis habentur. Certe in hac lege proprie caducum appellatur, quod quis communi quidem jure ciuili capere potuiſſet, ſed ex aliqua ſingulari cauſa per legem Papiam capere prohibetur: & eo veluti excidit, quod recidit ad fiſcum: Eſt & alia generalior in hoc argumēto ſignificatio hujus verbi; quum omnia bona vacantia, quæ in fiſcum recidunt, appellantur caduca leg. de iis quę in teſtamen. delent. leg. 9. ad SCtū Silaui. leg. 20. de petit. hęredi. Vnde in lexico Latino Græco ædis B. Germani Pariſienſis, caducum definitur ... χωρῶν ... φίσκον. Certe & lege Iulia bona vacantia ad fiſcum pertinere & legibus caducariis (ſic enim etiam appellantur) bona ad fiſcum deferri, legimus in Pand. l. 96. §. 1 de leg. 1. l. 4. de fideicom. libert. Apud Caſſiodorum rex Theodoricus, qui in Italia imperabat paulo ante tempora noſtri Iuſtiniani: Caduca (inquit) bona fiſco noſtro competere, legum cauta decreuerunt. Caduca ille etiam vocat bona vacantia, cum qui mortuus eſſet ſine hęredibus, vel teſtamentariis, vel legitimis. In Codice Iuſtiniani & Theodoſij ſępe etiam legimus vacantia pro caducis, & caduca pro vacantibus Balduin.

CADVCARIA lex, apud Vlpianum tit. 28 Epitom. vide infra, lex.

CADVCA hęreditas, eadem ratione dicitur, qua caducum legatum, quod ad fiſcum defertur vel ad ſubſtitutum. Quoniam vero jucundum erat ſubſtituto, legatum caducum accipere, quaſi rem minime ſperatam: ideo Iuuenalis Dulce dixit legatum, quaſi ſcilicet lucrum abruptum. Oldend.

CADVCVM ex lege Papia legatum erat relictum ſub conditione, qua deficiente, vel viuo, vel mortuo teſtatore, cadebat, &

redibat

redibat, vel ad teſtatorem viuum, vel ad ſubſtitutum eo mortuo. Vnde titulus eſt in C. Iuſtin. de tollend. cad. Old.

Cadvca olim legata erant, quæ poſt mortem teſtatoris ante apertas Teſtamenti tabulas mortuo legatario deficiebant: quaſi caduca vero aut in cauſa caduci erant ea, quæ viuis teſtatorib. deficiebât, vel quod legatarij præmorerentur, vel quod côditio ſub qua relicta eſſent viuo adhuc teſtatore deficeret, l. vn. C. de caduc. tol. §. Quinctius epiſt. de confirm. ff. Briſſ. vid. omnino Cuiac. paratit. C. de caduc. toll. & Herm. Vult. commento. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. ad § 4. nu. 9. ſuccincte ac diſtincte.

Cadvcvm generalius etiam appellabatur, quod quis ab initio capere non poterat ex teſtamento. Baldo i. tit. de ademptione legatorum. Sic caducum legatum dicitur quod à legatario cadit in fiſcum, id eſt quod legatarios capere non poteſt. Gothoſ. ad rub. C. de caduc. tollend.

Cadvcarii: Caduceariorum librarij in caſtris, l. vlt. de iur. immun. qui rationes conſcribunt eorum, quæ per mortem militum in legionem cadunt. Goth. ad l. 2. verb. inſinuare debebis. C. de hæred. decution.

Cadvceatores Feſt. lib. 3. dicuntor legati pacem petentes, à caduceo, quem manu geſtabant: vtuntur hodie ſpintere, quæ armilla dicitur Budæo. l. ſanctum. ff. de rer. diuiſ.

Cadvcevs Græci Cerycia dicunt apud Martia. l. Sanctum 8. de rer. diuiſ. in fi. Eſt autem κηρύκειον, vt Pollux auctor eſt lib. 8. ἀπὸ κηρύκων, οἱ ἐρήμῳ τῷ κηρυκίῳ.

Cadvcevm & haſtam ſimul mittere, eſt permittere. vt pro arbitrio quis vel bellum ineat, vel pacem amplexetur. Caduceum vero eſſe pacis inſigne caduceatorum nomen demonſtrat. Spieg. Adde Gell. lib. 10 c. 17.

Cadvs apud Vlpianum l. ſed ſi, 15. §. proprietatis, 6. ff. de vſuf. vas vinarium (alias metretes genus vaſis decem congiorum capax, ait Hot.) Polluci lib. 10. c. 20. vrnas tres capit. Palæmon apud Ant. Auguſt. lib. 2. Emend. c. 11. amphoram Atticam appellari ſcribit Alc. lib. 4. diſp. cap. 21. dicit cadum congiorum decem capacem ex Dioſcoride lib. 5. In cuppis (ait Vlp. in d §. proprietas, 6) in cadis ac amphoris.

Cadvs vocabulum Græcum eſt, ἀπὸ τοῦ χάδειν, quod capacem eſſe ſignificat: quamuis Plinius eo vtatur, ſed non niſi, vt aptè doctiſſimus Georgius Agricola monuit, vbi vel Græca transfert, vel de Græcis vinis loquitur. Extat & apud Proculum l. pen. de vino leg. illud verum eſſe puto, cui vinum cum vaſi legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus vina diffuſa ſeruamus, legatos eſſe. Spieg. {Nonium.

Cæca veſtigia pro inſidioſo, latenti & occulto malo. Verg. apud
Cæca regens filo veſtigia, &c. Oldend.

Cæcam diem, & cæca teſtimonia vocant IC quæ ſcripto perhibentur abſentis. Cuius rei exempla pete ex l. ad perſonas, ff. de iureiur. & alibi. Nam cæca ſunt, non tantum quæ non vident, ſed & quæ non videntur, & abſunt. Vide Eraſmum, exponentem parœmiam, Cæca dies.

Cæcvm definire videtur Vlpianus l. 1. §. ſecundo loco, verſ. caſum. ff de poſtul. vtrîſque luminibus orbatum. adde l. vnic. C. qui morib. Briſſ.

Cæcvm etiam pro improuido dixiſſe veteres, Nonius ait.

Cæcvs μεταφορικῶς eſt, qui ſupernæ contemplationis lucem ignorat, qui præſentis vitæ tenebris præſens, dum lucem venturam nequaquam diligendo conſpicit, quo greſſus operis dirigat, neſcit, c. hinc etenim. 49. diſtinct.

Cæcvs tametſi à poſtulando repellatur. d. verſ. caſum. iudicandi tamen officio fungi eum idem Vlpianus credit, l. 6. de iud. Sed hoc accipiendum putat Bart. ſi, poſtquam iudex iam aliquandiu erat, cæcitas ſuperuenerit. Teſtamentum tamen facere non poteſt. §. cæcus autem. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. niſi per obſeruationem Diui Iuſtini quæ extat in l. hac conſultiſſima 8. C. Qui teſtamenta facere poſſint vel non. d. §. cæcus. Inſtit. ibid.

Cæcus paries, qui feneſtras non habet, cuius meminit Paulus in l. eos, 4. ff. de ſeruit. ſi lectionem C. Harmenopuli ſequamur, qui pro pariete communi, vt eſt in Pandect. Fl. legit τοῖχον τυφλόν. Sed Florentinam probo: quod & ipſa res docet. Non tamen eo inficias, parietem, qui feneſtras non habet, cæcum dici, quo ſenſu ita ſcribit Virgil. lib. Æneid.

Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta,
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuiſſe dolum. Sic

Cæcvm cubiculum, quod feneſtram non habet, dixit Varro lib. 8. ling. lat. Prat.

Cæcvltare Feſto lib. 3. eſt cæcos imitari.

Cæcvm vallum Feſto lib. eod. dicitur, in quo præacuti pali terræ adfixi, herbis vel frondibus occuluntur: qua analogia cæca teſtimonia, id eſt, occulta dici putem.

Cæcitas, morbus eſt partis corporis. Vlpia. l. 1. §. ſed ſciendum. ff. de ædil. edict.

Cæcvm animal appellat Hieronymus in Malach. c. vlt. 49. diſt. indoctum, recte. Nam & huc ad animum tranſtulit M. Cicer. pro Sext. Roſ. Prat.

Cæcvs fluctus Græcis κῦμα κωφόν, apud Siſennam in Nonio ſubito, inquit, mare inhorreſcere, cæcoſque fluctus in ſe prouoluere cœpit.) Eſt autem cæcus fluctus, occulte malus & latens, & cuius non ſentitur nec apparet cauſa: vt cum venti quieſcunt; quod plerunque fit ante ventos exortos. Hinc Virgilius in Prognoſtico:

Continuo ventis ſurgentibus, aut freta Ponti
Incipiunt agitata tumeſcere, &c.

Cæcilivs legit Hal. in l. 1. in prin. C. de commun. ſeru. manum. alij Ælius. vide Cuiac. 7. obſeru. 23. vbi de variis ICtorum appellationibus tractat. Goth. ad d. l. 1.

Cæcilivs dicitur in l. 26. §. 2. ff. de fideicomm. libert. Cæcilius Iuuentianus, l. de minore. 10. in princ. ff. de quæſt. Cæcilius Proculus, l. 1. ff. de option. vel elect. legat. Cæcilius Petinus, l. 3. in prin. ff de ſuſpect. tut.

Cædere à cædendo dictum putat Feſt. lib. 3. Prat. Cædere arbores ex fundo: arundinetum: carbonem: lapidem: Syluam. Cæduntur ſalicta: marmor. Briſſ. ex ll. ff.

Cædere virgis: loris: fuſtibus: pugnis. Cædi flagellis à magiſtratu. Briſſ. ex ll. ff. & C.

Cædere ſecundum Paulum in l. cædere, in pr. ff. arbor. furt. cæſarum, eſt non ſolum ſuccidere, ſed etiam ferire cædêdi cauſa, & vulnerare aut ferire ex parte l. 5. & 7. §. etiamſi ff. d. tit. arb. furt. cæſ. non etiam ſecare. Ictibus enim (teſte Cuiac. obſeru. lib. 9. c. 22. circa med.) cædimus, ferris ſecamus, non cædimus.

Cædere pignora ait Hot. in comm. verbor. iur. pro vendere & auctione diſtrahere Cic. in procœm. lib. 3. de Orat. An tu cum omnem authoritatem vniuerſi ordinis pro pignore putaris, eamque in conſpectu pop. Rom. conciderís, me his pignorib. exiſtimas poſſe terreri? non tibi illa ſunt cædenda, ſi Craſſum vis coercere: hæc tibi eſt excidenda lingua; qua vel euulſa, ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Idem Cædere pro conſumere, à veteribus vſurpatum, ibidem docet. Cædere autem frondem apud Catonem explicat Adrianus Turneb. lib. 23. aduerſ. c. 2. eam colligere: quod eum faciebant, eam ſtringebant, & ferramento plerunque velut detrahebant. Hinc Plautus, quia fronte ſaginabatur pecus, per tranſlationem dixit: Eſte, Effercite vos, ſaginam cædite. Prat.

Cædem, ait Feſtus lib. 3. putant ex Græco dici, quod apud illos κτείνειν interficere ſignificat.

Cædem mandare, vide l. minorib. 6. C. de his quibus vt indign.

Cædes crimen graue eſt. l. 1. C. de his qui accuſ. non poſſ.

Cædis autores, l. 7. C. de his quib. vt indig. hæredit. &c.

Cædis autori vis inferendæ imputatur. l. 6. & ibi Gothoſ. C. ad leg. Iul. de vi publ.

Cæditiæ tabernæ in via Appia, à domini nomine vocari cœptæ ſunt. Prat.

Cædva ſylua, vt inquit Caius, l. ſylua de verb. ſign. eſt, quæ in hoc habetur vt cædatur: vel quod illius arbores licitum eſt ſcindere, ſiue lignorum, ſiue materiæ cauſa. Nam ſylua nunquam dicitur niſi de arboribus Prin. Cæcil. in epiſt. Cæduæ, inquit ſyluæ cum monte ipſo deſcendunt, &c. Nebr. Seru. eam eſſe quæ ſucciſa, rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur. Si diffinitionem Seruij ex ſcripto accipias, nulla erit ſylua nô cædua, niſi quæ nunquam cæſa eſt: ſi ex ſententia, aliud videtur velle, ſyluam ſucciſam, dum renaſcitur, cæduam appellari. Dicitur autem naſci, quouſque ad perfectam ſuam magnitudinem peruenerit, quam fere 30 annis conſequitur. Sed quandiu ſylua ex opinione Seruij dici poſſit cædua, dubitari poteſt. Nam videtur eo vſque naſcentem videri ſyluam, dum ad ſummum ſuæ altitudinis peruenerit, in quo regionis tamen mos obſeruandus eſt: nam apud nos, quæ 30. ſunt ann. nemora, pro non cæduis habentur. Connan. lib. 4 c. 1. n. 5. & 6.

Cædvæ arbores in l. fructus, §. ſi fundum. ff. ſol. mat. eodem ſenſu accipiuntur. Prat.

Cædva arundo. Briſſ. ex ff.

Cælare, vel vt in Flor Pand. celare ſine diphthongo, ſignificat inſculpere l. cum aurum 19. §. infecti, 4. de aur. & arg. leg. Prat.

Cælata vaſa l. 6. de rei vind.

Cælati verbo contineri, quod cœlari cœpit, d. §. infecti. quod ad multa produci poſſe, variis iuris ciuilis articulis conſtat, Pr.

Cælatvra, ſculptura, ſculpturæ opificium, Paulo l. ex argêto. ff. de condict. furt. Prat. ſine diphthongo tamen ſcribendum.

Cælatvra poculorum. l. 15 ff. de condict. furtiua. Briſſ.

Cælebs Feſto lib. 3. dictus quod dignam cœlo vitam agat. Cui conuenit Iſidori etymon: Cælebs, inquit hic, quaſi cœlo beatus, quod & Diuus Hieronymus probat. Cælebs eſt, qui vxorem non habet, quæve non virum. Dicitur autem cælebs tam qui caruit ſemper vxore, quam qui nunc caret. Not. rubr. D. de infirm. pœn. cælibatus. Hinc

Cælibatvs, vita ſine viro, aut vxore, ἀγαμία. Huius pœnæ legibus Papia & Popea inductæ infirmantur ab Impp. l. 1. & 2. C. de infirm. pœn. cœlib. Prat.

Cælibes, quaſi cælites, quod onere grauiſſimo vacent, Fabio lib. 1. c. 6. Prat.

Cælvm (alij rectius cœlum, κοῖλον) varie accipi conſtat. Quam

doque ſignificat Dei domicilium. N. Marcello ex Virgilio: & ita definiſſe videtur Chriſtus ſeruator noſter apud Euangeliſtam Matth. cap. 5. his verbis: μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ. Prat.

CÆLOS igitur loca ſupera merito appellat Varro lib. 4. Analog. Cælum dictum putat Æl. Gallus, quod eſt cælatum, Varro autem à Chao. Hinc cauum & hinc cælum. Prat.

CÆLVM duobus modis dici Varro ibidem ſcribit: proprie tamen eſt pars eius ſumma, vbi ſtellæ, & id quod Pacuuius demonſtrat, cum dicit: Hoc vide circum, ſupraque, quod complexu terram continet. Prat.

CÆLVM etiam pro aëre dixerunt veteres, N. Marcellus, & Iuriſconſulti l. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. fin. §. penult. ff. quod vi aut clam. l. ſi apes. ff. de furt. l. 1. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. ſi cuius, 13. §. ſi tamen, ff. de vſufruct. Eodem ſenſu accipe apud Ciceronem lib. 2. de Nat. Deor. vbi de cœlo craſſo loquitur. Sic apud Virgil. lib. 1. Georgic.

——varium cœli prædicere morem.

CÆLI, inquit Seruius, id eſt, ſtellis.

CÆLVM pro aëre etiam poſuit Vlp. l. 1. §. 1. ff. de cloacis. Prat.

CÆLVM proprie, vt definit Iuſtinus Philoſophus Martyr in lib. expoſit. fidei, quæſt. 5. eſt ſumma pars totius mundi, & in qu. agent. q. 63.

CÆLI in diuina ſcriptura aut ſunt, qui per ſe & eſſentia cœli ſunt, velut primum cœlum; aut aëris ſpatia. Hinc

CÆLESTIA auguria vocabant antiqui Feſto tit. 3. cum fulminat aut tonat. Sic

CÆLESTIA mandata præcepta Decalogi recte adpellabimus: Ante enim quam Dominus eloqueretur, tonauit Exodi 19. ἐγένετο δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γενηθέντος πρὸς ὄρθρον, ἐγίνοντο φωναὶ, ἀστραπαὶ καὶ νεφέλαι γνοφώδεις ἐπ' ὄρους Σινᾶ.

CÆLESTE oraculum in l. iubemus nullam 19. C. de ſacroſanct. eccl. Sumitur pro indulgentia principis viua voce conceſſa, Alciato ibidem. Ideo autem cœleſte dixere Impp. quaſi è cœlo dimanent Principis mandata, vt innuit Iuſtin. in Nouellis ſæpiſſime. Prat.

CÆLESTIS aqua, pluuia dicitur. l. 1. §. 1. ff. de aq. & aq. pluu. l. 18. ff. de ſeruit. vrb. præd. & apud Columel. lib. 11. c. 16. & Pallad. lib. 1. tit. 16. cadit enim de cœlo. Prat. Briſſ.

CÆLICOLÆ dici cœpti ſunt, qui cœlum quaſi Deum colunt Azout in ſum. C. de Iudæis. De his l. 5. & l. cœlicolarum, C. eod. & l. 75. C. Theod. Prat.

CÆLITVS impertare, in l. 1. C. de Caſtrenſ. & miniſt. lib. 12. id eſt, à principe, vt recte interpretatur Accurſius: cuius ſententiam probat Ioan. Platæus, & nouiſſime I. Cuiac. ibid. Prat.

CÆLESTIS Deæ meminit Ammianus Marcellinus lib. 22.

CÆLESTVS Salinenſis in Aſrica ſummo honore cultus: cuius meminit Vlp. in inſtit. tit. 22. Capitolin. in Pertinace. Deinde proconſul Africæ factus eſt, in quo proconſulatu multas ſeditiones perpeſſus dicitur, vaticinationibus earum, quæ de templo cœleſti emergunt. Idem in Marcino: Vates Cœleſtis apud Carthaginem, quæ repleta Deo ſolebat vera canere ſub Anton. Pio. &c. Saluia. Maſſil. lib 6. de vero Dei iudicio. Habent quippe intra muros patrios inceſtionum ſcelus. Cœleſtem illum ſcilicet Aſrorum dæmonium. Ex quibus duobus poſtremis locis adductus crediderim Cœleſtem potius, quam Cœleſtum eum appellatum, eumque Saturni patrem ſignificari, qui Cœlus à Macrobio lib. 1. c. 8. vocatur. Brisſ.

CÆLIVS Sabinus, ICtus Caſſio Longino ſucceſſit, plurimumque temporibus Veſpaſiani potuit. l. 2. §. vlt. ff. de orig. iur. Eius librum quem de edicto Ædilium Curulium compoſuerat, citat Agellius lib. 4. c. 2. Briſſ.

CÆMENTA, vel vt in Pand. Flor. Cementa, apud Vlp. l. redemptores. ff. de rei vind. ſunt lapides rudes & informes, quibus vtuntur ad fartuas operum Budæo l. ſicut §. competit. ff. de ſeru. vind. & l. qui domum. ff. locati. vide Vitruu. lib. 2. c. 8. Hinc

CÆMENTITIA fundamenta dixit Iauolenus l. qui domum. ff. loca, quæ cæmentis inſeruiunt, &

CÆMENTITIVS riuus apud Vlpianum ex Seruio & Labeone, l. 3. § Seruius, ff. de riuis. Prat.

CÆMENTVM dicitur à cædendo, nec eſt, quod vulgus putat, ædificij fundamentum, ſed ſunt lapides, vt ait Nonius, quibus ædificia conſurgunt, citatque Siſennam in 4. hiſtor. Formidine, inquit, oppreſſis, quod humilem cæmentis iuſtum oppidi murum ſciebat. Vitruu. lib. 1. Saxa quadrata, ſiue ſilex, ſiue cæmentum, ſiue coctus later. Vlp. tit. de riuis. l. Seruius. Si riuum cæmentitium velit facere, audiendum eſſe, hic pro lapidibus quadratis poſuit. Nebriſſ.

CÆMENTARIVS, qui cæmento conſtruit ædificium. Spieg.

CÆNVM, ſicut cœlum, per œ alicubi in Pandectis. Briſſ. in lib. *πιθανῶν.*

CÆRA prima teſtamenti eſt inſtitutio. Alc. lib. 4. parerg. c. 6. vel Horatij teſtimonio Sat. lib. 2.

Sic tamen vt limis rapias, quid prima ſecundo
Cæra notet verſu.

Nam veteribus inſtitutio caput & fundamentum teſtamenti erat § ante hæredis Inſt. de legat. ſed hoc emendaſſe ſe Iuſtin. ait d. §. ante hæredis. vide Cera.

CÆREMONIÆ ſunt externi in ſacris ritus moreſque. c. non eſt, §. his itaque, & ibi gl. 6. & diſtinct. 16. quæſt. 7. can. in nous. & Exod. 12. c. 45. diſtinct. c. qui ſyncera & vide liturgiam Iacobi fratris Domini, & Dionyſ. Cœleſt. Hierarch. c. 7. Auguſtinus epiſt. 59. ad Paulinum. Cæremoniarum cauſa vnde dicta ſit, docet Feſtus lib. 3.

CÆREVM, adiectiuum ex cæra aliquando factum: vt Cærea candela ad differentiam eius quæ fit ex ſeuo ſeu alio pingui, vt cærea mella, apud Sedulium,

Cærea gemmatis flaueſcunt mella caniſtris.

CÆREVS vero ſubſtantiuum, funale ſignificat, à funiculis cæreis, quos in Saturnalibus ſolebant humiliores potentioribus præferre, cum candelis pauperes, locupletes cæreis vterentur. Martial. Hic tibi nocturnos præſtabit cæreus ignes, nam aras Saturnias priſci excolebant accenſis luminibus: inde mos per Saturnalia miſſitandis cæreis cœpit. Quidam cæreos non ob aliud inter Saturnalia munera mitti putant, niſi quod ſub Saturno à tenebroſa vita quaſi ad lucem, & bonarum artium ſcientiam ſumus euocati. Propterea lege Publicia cautum fuit, vt ſolis ditioribus cærei miſſitarentur. Veteres autem (vt etiam ætate noſtra nobiliores conſueuerunt) reponebant ad domus vſum in penore, quæ ad medicamenta erant neceſſaria, vt laſer, & ſimilia, item cerea: & de his potuit ſentire IC. quod etiam penoris nomine veniant. Cotta.

CÆRITES tabulæ, quæ eſſent, ex ſubiectis Gellij verbis lib. 16. c. 13. diſces: Primos autem municipes ſine ſuffragij iure Cærites eſſe factos accepimus, conceſſumque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem caperent, ſed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis cuſtoditiſque. Hinc

CÆRITES tabulæ adpellatæ vice verſa, in quas Cenſores referri iubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis priuabant. Pedianus in diuinat. Qui plebeius erat, in Cæritum tabulas referebatur, & ærarius fiebat, ac per hoc non erat in albo centuriæ ſuæ ſcilicet ad hoc vt ciuis eſſet, ſed tantummodo vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderat. Prat. ex Hotom.

Καιριαῖοι horæ, id eſt temporales ac vulgares, Alc. l. 2. §. cuiuſque de verb. ſign. Prat.

CÆSA ſunt arbores cæſæ, carbones, & ſimilia ait l. fundi 17. §. 6. de actio. empti & l. in rutis 241. vbi Guth. de verb ſign. In rutis cæſis ait l. ea ſunt quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili tectoriove non continentur. Ruta cæſa ea ſunt, quæ neque ædium, neque fundi ſunt, ait l. in vendendo 66. in fin. de contr. emp. adde l. Celſus 5 §. 2. vbi Goth. ff. ad exhib.

CÆSVM eſt, quod à terra ſciſſum ac ſeparatum: vt arbores, arundines, carbones, titiones, &c. Hæc quamdiu ædibus iuncta non ſunt, nec terræ infixa nec confecta, iden vt ædibus habitationique perpetuo ſeruiant, vendita non cenſentur ædibus venditis. Terræ infixa, inſtructa, intecta, iniecta, membra ædium videntur. Hinc ſtructile opus ac tectorium ædibus cedunt, ſeu accedunt. Gœd. d. ad d. l. in rutis.

CÆSALIS lapis finalis erat, & Tiburtinus dicebatur, vt aiebat Dolabella lib. de limitib. Prat. Schard.

CÆSAR, inquit Feſtus lib. 3. quod eſt Iuliorum cognomen, à cæſarie dictus eſt, quod ſcilicet cum cæſarie natus eſt Prat.

CÆSARIS nomen Imperatoribus Roma. inductum. à cæſo matris vtero, dixit Accurſ. in præfat. Inſtit. indictione Imperator. & in hoc à quibuſdam ſciolis damnatur, cum tamen ante gloſſatorē hoc ſcripſerit Seruius, interpres Virgilij, & magni nominis Grammaticus. & quamvis ignorauerit Accurſ. Cæſaris nomen ante Imperatores primum inditum Scipioni Africano, ab elephanto in prælio occiſo, qui lingua Maurorum cæſa dicitur: vel quia mortua matre, cæſo ventre ſit natus: vel cum magnis crinibus ſit vtero matris effuſus: vel quod oculos cæſios habuerit, vt ſcribunt Plin. Solin. & alij: non tamen tantopere redarguendus fuit, cum inter ipſos Grammaticos ſuper hoc ſit controuerſia. Neque etiam verum eſt, quod ipſi ſcribunt, Iulium Cæſarem dictatorem primum ita appellatum à cæſo elephanto: quia hoc falſum eſſe appaiet ex his quæ ex Plinio & Solino ſuperius retuli, & alias ſcripſit Phil. Beroald. eorum præceptor in ſuis contra Seruium Annotat. Cotta.

CÆSARES, ait Viues, conſueuit Romanus ſermo cognominare eos, qui vel cæſo matris vtero, vel cum cæſarie naſcerentur, vel oculis eſſent cæſiis. Addunt quidam ab Elephanto in Africa cæſo, quam indigenæ Cæſarem vocant cognomen hoc primum auo Dictatoris contigiſſe. Sed qui hæc tradunt ignorare videntur, quod non ſola illorum progenies ex Iuliis hoc cognomen habuit, ſed & alij, & ante eum multi, & eum eo gentiles ipſius pleriquē. Spieg. Briſſ. in lex. L. Ælium Verum, primum eo nomine appellatum tradit, motus authoritate Spartiani, qui in vita eius ſic ſcribit: Huic naturalis pater fuit L. Ælius Verus, qui ab Hadriano adoptatus, primus Cæſar eſt dictus.

CÆSARES omnes in vniuerſum Imperatores adpellati ſunt. Hoc tamen nomen Imperatoribus deſignatis & futuris Imperij ſucceſſoribus tribui ſolebat. Vnde ab auguſto Cæſar

interdum

Digitized by Google

interdum ſeparatur, vt in l. & ſi excepta ibi: in comitatu meo vel Cæſaris. C. de maleſic. & mathemat. & apud Spartianum, Capitol. & Lampridium, & ſæpe in inſcriptionibus conſtit. C. Sic poteſt accipi in l. fiſcus §. fin. ff. de iure fiſci. Briſſ.

CÆSARES ideo diuos appellatos credidit antiquitas, quod poſt mortem inter diuos referrentur. Alciatus vero in l. ad inſtructiones. C. de ſacroſ. eccleſ. diuos ideo dici, quod imperium à Deo ſit conſtitutum: cuius ſententia verior eſt. οὐ γὰρ (ait Apoſtolus Rom. 13.) ἔστιν ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ τοῦ θεοῦ: quod & Iuſt. fatetur in Nouell. 6. in prin. μέγιστα ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ δῶρα θεοῦ παρὰ τῆς ἄνωθεν δεδομένα φιλανθρωπίας, ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία.

CÆSARIANI, & Cæſarienſes dicuntur officiales procuratoris Cæſaris, qui & Catholicani dicuntur, l. prohibitum. & leg. defenſionis. C. de iur. fiſc. lib. 10. & l. penu. §. fin. C. de bonis proſcr. Goth. ad Nouell. 1. cap. 4. § 2. verb. Imperiali. Cæſarianos in actu duntaxat conſtitutos Conſtantinus Imper. reſcripſit. l. 1. Cod. Theod. de Cæſarianis lib. 10. Vnde eos, executores, nuncios, fiſcales interpretatur Alcia. l. fin. C. de pact.

CÆSARIANA prædia, ad Cæſarem pertinentia, l. vlt. ff. de offic. procur. Cæſar.

CÆSARIANA metalla. l. 6. §. vlt. ff. ad legem Iul. pecul. Briſſ.

CÆSARIENSIS aduocatio, in d. l. ſi & Cæſariana aduocatio, l. 22. in princ. C. de legit. hæred.

Aduocati CÆSARIENSES ſunt ipſius Cæſaris, Accurſio interprete: Alcia. vero ibidem aduocatos Cæſareæ ciuitatis quæ Cappadociæ metropolis eſt, interpretatur, recte. Prat.

CÆSO CÆSONES, vel Cæſi, appellantur exſecti ex matris vtero, Feſto lib. 3. & huiuſmodi matrem filium habere ſcribit Vlp. l. etiam ea, 141. ff. de verb. ſign. Vide tamen ibidem Alciatum. Prateius. Confer. Gœdd. ad §. 1. l. 132. jam d. tit.

CÆSAREA, vel Cæſaria, vel Cæſarienſia ciuitas, vt nuncupatur in l. 2. §. ſancimus itaque 1. in fin. C. de offic. præfect. vrbi, erat metropolis Palæſtinæ prima Colonia Veſpaſiani Nouel. 103. in præfat. l. vlt. C. de cenſibus à qua Cæſarienſia aduocatio: ad d. l. penult. C. de fideiuſſ. Procopium lib. 6. de ædific. Iuſtinian. & Gothofr. add. §. vbi plura iſtius vrbis nomina hodie iſtis locis recepta.

CÆSARIENSES quondam ſupra decem Iudæorum apud ſe habitantium vna die trucidarunt, 1. Ioſeph. 19. Gothofr. ad præfat. d. Nou. 103.

CÆSARIENSIS colonia in Palæſtina. l. 1. de cenſibus Frat. & Cæſarea Cappadociæ, caput gentis: & Cæſarienſis ciuitas Mauritaniæ prouinciæ, l. 2. §. 1. C. de offic. præf. præt. Afr. Briſſon. vlt. edit.

CÆSIDIA Longina, vide l. 17. in princ. ff. de jur. patron.

CÆSVS aeritee vide leg. ne cui liceat. 32. in fin. locat. Sic iure cæſus quis eſſe dicitur in l. ſi vt allegas. l. 4. C. ad l. Corn. de ſica.

CÆTERA, cæterum: alias cetera, ceterum. Briſſonius in pareg. Cætera cognitionis, in l. 40. de minoribus Cætera venditionis in l. 5. §. ſi pupillus, in fin. ff. de rebus eorum. Briſſ. lib. pareg.

CÆTERA abſolute, pro quantum ad cætera ponitur.

CÆTERORVM & reliquorum appellatione etiam omnia continentur, leg. cæterorum ff. de verborum ſignificationibus. Dictio, Et, cætera, inducit repetitionem omnium dictorum in præcedenti, vt in l. Gallus. §. idem credendum: Vbi eſt doctrina Bar. ff. de lib. & poſth. & in c. miſericordes, de reg. jur. in 6.

CÆTERA. Verbum à cætera in iure & apud Notarios includit ea quæ ſunt de natura contractus & diſpoſitionis. vide l. 5. §. 7. ff. de reb. eorum. Gothofr. ad l. ſi duo patroni. 13. §. ſi quis juràuerit 3. de jure jur. & eundem Gothofr. ad l. magis puto. 5. §. eadem ratione. 7. de rebus eorum quę ſunt ſub.

CÆTERO-QVIN pro cętero - qui, vid. in l. 35. §. rerum. ff. de hęred. inſtit. l. 29. ff. de jur. fiſc. Briſſ. pareg.

CAIA. Seia, vide l. 15. in prin. ff. de pact. & paſſim.

CAIN fratricidæ & patriarchæ impiorũ, fit mentio in 9. conſti. N. juſiurand. quod præſtari ſolet. Quidam ſignum illud, quod illi Dominus impoſuit Geneſ. 4. tremorem intelligunt, quos conſtit. ſequitur. Tu, ſi placet, vide B. Chryſoſto. homil. 19. in Geneſ. & Ambroſ. in c. vlt. lib. 2. de Cain, & Abel.

CAINI hæretici Cain & Iudam honorabant: author. D. Auguſt. Iudæ quoque meminit hæc conſtit. in fin quum ait: Habeboque partem cum Iuda, & lepram Giezi, & tremorem Cain. Sp.

CAINANOS hæreticos dictos putat Iſidorus lib. 8 c. 5. Etymolog. quod Cain fratricidam adoraſſent. & c. quidam 23. q. 3. quod & ante dixerat Tertullianus Iuriſconſ. in lib. de præſcr. aduerſus hæreticos. Magnificant enim, ait, Cain quaſi ex quadam potenti virtute conceptum, quę in ipſo operata ſit. Pratei.

CAIVS. Seius pronepos meus hęres mihi eſto ex ſemiſſe bonorũ meorum, excepta domo mea & paterna, in quibus habito, cum omnibus quę ibi ſunt: quę omnia ſcias ad portionem hęreditatis quam tibi dedi, non pertinere Vide Paul. de leg. 2. l. Caius Seius Spieg. vid. l. Lucius Titius cum duos. de legat. 2.

CAIVS, Gaia, nomina in matrimoniis, quę per coemptionẽ fierent, vſitata: vbi tu Caius, & ego Caia. quibus verbis, vt Plutarchus ſcribit, quaſi paciſcitur ſibi commune cum viro dominiũ & par imperium domi: ac ſi diceret, vbi tu es familiæ princeps ac Dominus, ecce ego adſum, familiæ princeps ac domina. Quod Cicero facete exagitans in Murœniana: Quia, inquit, alicujus libris exempli cauſa id nomen inuenerunt, putarant omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari. Hotman. Valerius Max. cęterum, inquit, Caia vir ſuper omnea celebrata eſt: fertur enim Caiam Cęciliam, Tarquinij Priſci Regis vxorem, optimam lanificam fuiſſe: & ideo inſtitutum fuit, vt nouę nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quęnam vocarentur, Caiam eſſe ſe dicerent. Hotoman. & Coraſius lib. Miſcellaneor. 5. c. 14. n. 4 Prat.

CAIVS, Plutarchus in problematis Romanis quęrit, cur ſponſam ad ſponſum deducentes, juberent illam hæc verba profari, vbi tu Caius, ego Caia. Forma ſermonis, vt mouet Eraſmus, ſumpta videtur à ICtis, qui pro cujuſvis nominibus ponunt C. Seium & L. Titium: quemadmodum Philoſophi Dionem ac Theonem. vide Viglium in §. nominatim. Inſt. de exhęred. libero. Spieg.

CALAMISTRI Varroni 4. ling. quod his calefactis in cinere capillus ornatur: pertinere poteſt ad ea, quę recenſet Vlpian. l. argumento §. ornamentorum ff. de aur. & argent. mund. Prat.

CALAMITAS, grando, quod calamos comminuat hoc eſt culmos ac ſegetes, Donato interprete in Eunuch. Terent. Act. 1. Scen. 1. Budęus leg. ex conducto §. 1. ff. locat. Connanus lib. 7. c. 11. num. 13. Accurſius à cadendo dictam putat. Tranſlato vocabulo miſeriam & ęrumnam ſignificare certum eſt, ſiue improbitatem, ſi ad culpam alicuius referas. ſic Terentius Noſtri fundi calamitas, inquit. Sic Cic. lib. 3. in Verr. Et ager hujuſmodi calamitatibus obnoxius.

CALAMITOSA tempeſtas apud. Vlp. d. l. ex conducto. §. 2. eodem ſenſu Prat.

CALAMITAS etiam damnum ſignificat ἀτύχημα apud Pompon. l. fin. ff. de adminiſt. tut. & Paulum l. ſi arbitro. ff. qui ſatiſd. cogant. (Prat.

CALAMITOSAM fortuitam dixit Vlpia l. 2. § pen. ff. ſi quis caut.

CALAMITAS, etiam ſtatus mutatio, § e contrario. Inſtit. de ingenuis.

CALAMITAS eſt infelicitas vel miſeria, quę euacuatur omni bono: vel eſt pœna, & labor immenſus.

CALAMITAS, id eſt mors, in l. ex liberis. 17. in fi. c. de vſufr. & habit. generaliter vero pro quolibet aduerſo caſu & detrimento, pro qualibet clade & jactura, calamitatis nomen vſurpatur. l. vlt. c. de vſufr. Hinc in l. 10. ff. qui ſatiſd. cog. Si medio tempore fideiuſſoribus calamitas inſignis accedit. Et in l. 2. §. cum tamen ff. ſi quis aut. ſi aliqua fortuita calamitas locum euertit.

CALAMITAS belli quod introducit, lenitas pacis ſopire debet, l. & nomen 1. in princ. de caduc. toll.

CALAMITAS matris non debet nocere ei qui in ventre eſt. Inſtit. de ingenuis, in princ. l. & ſeruorum, 5 §. ingenui. 2. ff. de ſtatu hom.

CALAMITAS matris non nocet filio ante concepto, licet poſtea nato. l. ſi ante 4. c. de pœn.

CALAMITOSI apud Calliſtratũ l. obſeruandũ ff. de offic. pręſid. rei delati, ęrũnoſi, malis calamitatib. pręgrauati. Nonio. Prat.

CALAMVS apud Marcianum in l. vlt §. ſpecies. ff de publica quid ſignificet, dubitari conſueuit, & ideo ſunt qui putant, callais poſſe reponi, qui inter lapides pretioſos à Plinio enumeratur, ſapphiro ſimilis. quę lectio ſatis placet, quia conuenit aliis rebus ibi per IC. enumeratis. Si tamen nihil velles immutare, calamus etiam accipi poteſt, hoc loco pro arbore aromatica (quę etiam in vſu erat ad murrhina conficiẽda: à calami enim ſimilitudine, quo vtimur ad ſcribendam) ſimulans guſtu caſſiam, de qua etiam in eodem loco meminit Iuriſconſultus. De calamo D. Hieronymus in Exod. Sume tibi aromata calami ducentos quinquaginta ſiclos, caſſię quingentos ſiclos, pondere ſanctuarij. Naſcitur in India, vt ſcribit Plinius. Refert etiam idem Plinius in pen. lib. calamum lapidem pretioſum eſſe, vnum ex generibus acetis. Hocque magis videtur conuenire verbis Iureconſ. Hic multę alię mendę poſſent caſtigari, in d. leg. vltim. quas ideo omitto, quia de his late Philip. Beroal. in commen. Tranquill Gotta in memoral.

CALAMVM (ſit Briſſ.) in d. l. vlt. de publican. odoratum & aromaticum accipe, qui in India, Arabia, Syria, gignitur multis modis geniculatus fuluus. fragans, ſpiritus ſuauitate, qui cum frangitur, in multas partes fit fiſſilis. Plin. lib. 12. c. 22. Briſſ.

CALANTICA (alias calautica) idem quod mitra, eſt tegmen muliebre, quod capiti innectitur. M. Tull. in Clodium. Tunc cum vincirentur pedes faſciis, quum calanticam capiti accommodares. ex Nonio Vlpia. in l. 25 § 10. ff. de aur. arg Ornamentorum hæc, vittæ, mitræ, ſemimitrę, calantica: Florentini tamen calantica Hor. calautica eſt verbum Latinum, Græce autem κρήδεμνον appellatur. Homer. in 5. Odyſſ. canit. Inouem, ſiue Leucotheam deam credemnon Vlyſſi naufrago accommodaſſe, ad euadendum maris periculum. Auſonius Poeta in Periocha, Homerica, quod ille credemnon dixit, calanticam interpretatur. Verba Auſonij ſunt hæc: Ino calanticam capiti ſuo demptam natanti accomodat, cujus ille ſuſtentatu ad

Phæatum littus euaſit. Coita in Memorabilibus. Lexicô quod extat in æde Beati Germani referente Prateio, definit. ἀνθοζώνην. Briſſ. De calauticis Seruius Honoratus ſic inquit. Mitræ fœminarum ſunt, quas calauticas dicunt. Inde decalauticare Lucillio, id eſt calauticam detrahere apud Nonium in verbo depeculaſſere. Cuiac. obſ. lib. 10. c. 17. circa finem.

CALARI Gellio lib. 15. c. 27. eſt conuocari ἀπὸ τοῦ καλεῖν. Prat.

CALASSIS Feſto lib. 3. tunicæ genus, quod Græci καλάσιριν vocant. Alij dicunt nodum eſſe tunicæ muliebris, quæ conuexa circa ceruicem tunicæ ſubmittitur.

CALATA comitia L. Feneſtellæ lib. 2. c. 7. dicta, quod per lictorem curiatim calari, id eſt, vocari ſolerent.

CALATA comitia apud antiquos eſſe ait Labeo apud Gellium lib. 15. c. 27. quæ pro collegio Pontificum, aut regis ſacrorum aut flaminum inaugurandorum cauſa fierent. Ea tamē in duo genera diuidebantur, curiata videlicet & centuriata. Curiata per lictorem curiatim calari (conuocari) ſolebant Centuriata per cornicinem. Briſſ. de quibus Dionyſius Halic. & Liuius in primo ab vrb. cond. ſcripſerunt, &c. Nebriſſ. Calata comitia dicebantur, cum in comitium populus vocaretur, id eſt, in eū locum, in quo ſolebat conuenire, quod Gellius in hunc modum exponit: His, inquit, comitiis, quæ calata appellari diximus, in concione populi & ſacrorum deteſtatio, & teſtamenta fieri ſolebant. Connan. lib. 9. cap. 1. num. 4. Erat & olim teſtamenti genus, quod Calatis comitiis adpellabatur Iuſtiniano Imperatori, Inſtit. de teſt. ordin. princ. Hoc qui fieret, docet Græcus interpres Theophilus: cuius verba ſtudioſiſſimo cuique obuia ſunt. Καλεῖν autem verbum Græcum eſſe conſtat, quod conuocare ſonat Gellio d. c. 27.

CALATIO Varroni lib. 4. de Curia Calabra loquenti.

CALATORES, Feſto lib. 3. quod ſemper vocari poſſent ob neceſſitatem ſeruituris. Prat.

Κάλαθοι Græcum eſſe verbum, Feſtus lib. 3. & Seruius ecloga 3. Vergilij annotāt; pro quo Latini qualos & quaſillos dixerunt. Qualos inſtrumentum fundi cogendi cauſa paratum Vlpianus ſcribit, l. in inſtrumento, 8. §. cogendi. ff. de inſtruct. & inſtrum vbi eos eſſe vindemiatores ait. Vas vimineum Porphyrioni. quod & Ouid. lib. 4. Feſtorum probat.

Hac implet calathos lento de vimine nexos. Prat.

CALATHI Gynæcei vaſis connumerat. Iulius Pollux lib. 10. cap. 29. Si quis horum formam videre velit, Marcellinum conſulat. Prat.

CALBEOS, armillas dicebant antiqui, quib. triumphantes vtebantur, & quibus ob virtutum milites donabantur. Feſt. lib. 3. Prat.

CALCARIA, æ, locus, in quo calx coquitur: calcarius, qui coquit Cato de re ruſtic. c. 16. Calcaria fornax, 17. Plin. 9. In calcariam vel ſulphurarium olim nocentes quandoque ſolebant damnari, l. 8 § 10. vbi Gothofr. de pœn.

CALCARIA, ait Nebriſſ. eſt fornax, vbi calx ex coctis lapidibus conficitur. Vnde Plin. in hiſt. nat. ſcribit: Oliuas cinere ex calcariis lætari. Imperator in tit. de pœn. l. aut damnum, pro fodina poſuit lapidum, ex quibus igni reſoluti calx ipſa conficitur: nam de damnatis ad metallum loquitur: ſunt autem in genere metalli. Nam quod Accurſius dicit calcariam eſſe opus calcandi terram, etiam pueri intelligunt eſſe perinane. Neb.

CALCARE vuam l. 15. de act. empt. id eſt, pede premere. Sic calcatas vuas, Varro, dixit & Ouid. lib 2. metamorphoſ. Stabat & autumnus, calcatis ſordibus vuis. Briſſ.

CALCEARIVM, vel (vt in Pand Flor. eſt) calciarium, l 8 §. 14. de tranſact. leg. diariis 21. de alim. legat. non calceum vnum, ſed quantum calceorum vſui ſatis erat, ſignificat: id quod pro perſonæ conditione accipi debet: quod & Vlpiani verba vtrobique indicant. Sic etiam debet accipi apud Suetonium in Veſpaſiano cap. 8. Calcearios vero, qui ab Oſtia & Puteolis Romam pedibus per vicos commeant, petentes conſtitui ſibi aliquid Calciarij nomine, quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, juſſit poſt hæc excalceatos curſitare. Hoto. Briſſ. Prat.

CALCIARIVM (ſicut veſtiarium) pro eo quod ad pedum tegumenta ſubminiſtranda, ſeu ad calceatum, alicui relictum eſt, Briſſ vlt editio.

CALCARIBVS deauratis clerici vti non debent. c. clerici officia. ext. de vit. & honeſt. cleric.

CALCEATVS, vel calciatus, apud Paulum in l 3. §. ſciendum. ff. de offi. præfect. vigil. quo ſenſu accipi debeat, non liquet Prateio. Hoc à Græcis interpretibus petendum cenſet, cum hujus interpretatio ab Accurſio, Bartolo, Baldo, & reliquis ejuſmodi interpretibus prætermiſſa ſit. Cæterum ſciendum eſt, varia fuiſſe calceorum genera: de quibus Pollux & Volaterranus in Philologia lib. 27. Erant enim lintei calcei quos pedula adpellatos eſſe docet Cornelius Fronto: ſimiliter quoque calcei lunati, quos patriciis in vſu apud Romanos fuiſſe Plutarchus refert problemate 75. Erant & calcei mullei alutati, de quibus M. Cato lib. 7. Originum: Qui magiſtratum cepiſſent, calceos mulleos alutatos, cæteri perones: De quibus latius Majoragius lib. 5. Miſcellan. cap. 3. Proinde quod ait Paulus, calceatum debere præfectum vigilum obertare, l. 3. §. 3. de offic. præfect. vig. illud ad perones, non autem ad mulleolos trahendum videtur: tum quod magiſtratus iſte cutulis non ſic qui cutulis magiſtratus ſolus inter magiſtratus reliquos vti mulleis ſolet, vt ex Catone probatum eſt tum etiam quod intempeſta nocte per niues, per glaciem & imbres præfectus vigilum coerraret: ſiquidem mulleoli ex alutis, hoc eſt melioribus pellibus facti lunulatique, præfecto vigilum coerranti nulla ratione conueniebant. Quamvis interim dubium non ſit, quin inter magiſtratuum & ciuium priuatorum perones fuerit nonnihil diſcriminis Rauardus lib. Varro. 1. c. 8.

Pro CALCEATO ſeu calciato in d. § ſciendum. Hoto. legi putat Falciatum: id eſt, falcibus muralibus (de quibus Cæſar & alij, meminere) qui diruendis ædibus inflammatis parantur, inſtructum. Tacit. lib. 19. Paulum inde moræ, dum è proximis agris ligones, dolabras, & alij falces, ſcalaſque conuectant.

CALCEDONE, ſiue Chalcedone, nomen vrbis eſt, vide l. nemini 24. C. de epiſcop. audient.

CALCEM pro fine terminoque alicuius officij dixere. Honor. & Theodoſ. palatinos. C. de palat. ſacr. largit. lib. 2. Prat.

CALCEM coquere, l. 12. de vſufr. Ex quo lapidum genere calx optima coquatur, docet Plin. lib. 36 c. 23. Briſſ.

CALCIS coctores, coctio, excoctio. Briſſ. ex ff. & C.

CALCES ejicere apud Alfenum in l. 5. ff. ſi quadrup. paup. idem quod Silio calces elidere, λακτίζειν calcitrare vt equi calcitroſi ſolent. Agaſo, inquit, cum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit, mula calcem rejecit, & crus Agaſoni fregit.

CALCES Feſto lib. 3. ampullæ plumbeæ.

CALCE petere vel percutere equus l. 1. §. 1. & l. 2. §. & generaliter. ff. ſi quadrupes.

CALCIS coquendæ jus computatur inter ruſticorum prædiorum ſeruitutes. §. inter ruſticorum. 2. Inſtit. de ſeruit. prædior.

CALCIS ictu aliquem interficiens an liberetur. vide l. cum qui. 5. C. ad leg. Cornel. de ſicar.

CALCITRO. ait Gellius lib. 4. cap. 2. ex Labeone, dicitur vitioſus equus, qui calce percutit, aut petit, Vlp. interprete in l. 1. §. 1. & 8. ff. ſi quadr. paup. feciſſ. dic.

CALCITROSVS, calce petere aut percutere ſolitus, eodem ſenſu dixit Vlpian. d. l. 1. §. 1. Conſtantin. eum vertit, λακτιστής, poſt. Theoph. Inſt. ſi quadrup. in princ. Briſſ.

CALCVLARE, h. e. ad calculum vocare, vel rationem facere cum aliquo. Quod ad calculum ponere dicimus. Old.

CALCVLATORES à calculis, id eſt, minutis lapillis dictos, putat Iſidorus, qui rationibus conficiendis adhiberentur. Ant. Aug. l. ᾠδεῖον, ff. de excuſ. quo ſenſu accipitur in l. vt juriſiurandi, §. dabitur. ff. de oper. liber & l. oratione. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. à Græcis ψηφοθέται, d. l. ᾠδεῖον. Prat.

CALCVLONES, id eſt calculatores, apud Auguſt. Hi numerandi quoque & computandi artem docebant. Briſſ.

CALCVLATOR dicitur & tabularius, Goth. ad l. 7. §. 4. ff. ſi menſor falſ. mod. dix. per l. 16. ff. de variis & extraord. cogn. Modeſtino ψηφιστής Briſſ.

CALCVLATORES ea qui ſuas operas in rationibus ſubducendis locabant. Vlp. l. 7. §. 1. ff de oper. lib. Nam hujus quoque eſt miniſterij, ſi forte vel librarius, vel nomēclator vel calculator ſit. Modeſt. l. Spadonem, 15. §. neque librarios, ff. de excuſ. μηδὲ λιβραρίους, μηδὲ ψηφιστάς, ... id eſt, Neque librarios, neque calculatores, quos Diapſephiſtas vocamus, habere immunitatem. Item in l. 4. de prof. & med. lib. 10. C. & l. 1. §. 2. de var. & extraord cog. Hoto.

CALCVLVS variè pro re accipi in jure noſtro ſolet, quandoque pro calculis, & computatione, l. vnic. Cod. de erro. calcul. leg. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus, in fin. de don. inter vir. & vxor. & l. quod priuilegium. ff. Depoſiti a explicat. & Macer. l. 1. §. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. Azo. in ſumm. C. de error. calcul. quandoque pro cauſæ cognitione & enumeratione, l. rem non nouam Cod. de judic. quandoque pro prima ſententia diffinitiua, leg. ſi actor. C. de appellat. Gothofr. ad d. l. rem non nouam, in princ. verb. judicialem calculum, adde c. ſi inter. 3. cauſ. 6. qu. 5. quandoque pro tabella judicis ſeu pro ſententia & ſuffragio, quod per lapillos ſignificatur. Spieg. Iudicialem calculum accipere: deteriorem calculum reportare. Briſſ. ex ll. ff & C.

CALCVLOS publicos, publicas ratioēs, & fiſcum interpretamur in Zenonis conſtit. l. vnic. C. vt omnes jud. tam ciuil. Calculum pro re pecuniaria ac numaria accipi quidam (vt Briſſ.) putant in §. Sabinus. ff. de dolo. Eundem pro computatione accipiendum, putem, cujus rei nomine defunctus calculator tenebatur, quia doloſe computaſſet: vt lex titulo ſuo congruat. Pr.

CALCVLVS tranſlatitie pro tabella judicis & ſententia accipitur l. ſi actor. C. de appell. l. 4. C. de auct. præſ. l. rem non nouam, in pr. C. de judic. & c. per tuas, extr. de appel. ψῆφος eodem ſenſu Græcis dicitur, l. ... ff. de excuſ. Azo in ſum. de error. calc. Cod. dicit accipi in dict. l. rem non pro cognitione cauſæ, quod plerique probant: equidem pro ſententia accipiendum putem cum Anton. Auguſt. Hinc calculos æquare, dixit Bud. pro diſtribuere ſententias in numerum parem.

CALCV-

CALCVLVM pro puncto poſuit G. Budæus in Forenſibus. Hinc ponere calculum, id eſt ad punctum aduertere, quo ſignificatu accipitur leg. furti, in ſi ff. de iis qui not. infam, vt res ipſa docet, non autem computationem ibi ſignificant, vt Accurſ. autumat. Prat.

CALCVLVM etiam pro expenſarum articulo G. Budæus in Forenſibus dixit.

CALCVLIS ſeu lapillis ferebant antiquitus judices ſententias, albis ſcilicet abſoluentes, nigris condemnantes. Inde dictum eſt: Calculum addere *Loben, mit ſtimmen*. Oldend.

CALCVLVM reducere, hoc eſt, mutare ſententiam: *Eins anderen Zu rath werden*. Oldend.

CALCVLVM proponere, ſeu porrigere, h. e. cenſendi poteſtatem facere, & in conſilium mittere, cum proceſſus in eo ſtatu eſt, vt judicari poſſit. Bud. in l. 2. ff. de orig. jur. *Den richtern zu laſſen, Vrtheyl zu ſprechen*, id eſt quod vulgo dicimus, *Zu rechte ſetzen*. Id in judicio fit per litis conteſtationem. Oldend.

CALCVLI error poteſt retractari poſt decennium vel vicennium l. calculi. ff. de adminiſt. rer. ad ciuitat.

CALDA pro calida, in l. 19. §. illud nobis, ff. locati. Briſſ. Brederod. Lexic.

CALDARIA cella Vitruuio lib. 5. c. 10. locus eſt ſub hypocauſto. Bud. l. ſi quis mihi, ff. mandat. &

CALDARIVM ahenum, ex quo aqua calida hauriatur eiſdem autoribus Prat.

CALDARIÆ fici meminit Goth. in l. qui fundum 205. verb. nuces & ficus, ff. de verb. ſign.

CALEFACTIONES thermarum; l. 1. ff. de mun. & honorib. balnei publici l. vlt. §. 1. ff. eod. Briſſ.

CALENDARIORVM & Iduariorũ corpora dicta arbitror in veteri inſcriptione, quæ ab Appiano inter cæteras relata eſt. Habebant enim ciuitates, & vt priuati, Calendaria ſua ex quibus qui fœnori collocabant, Kalendarij & curatores Kalendarij: qui relegebant, Iduarij, vt opinor, dicebantur. Interdum autem etiam in lege ſolebat adjici, vt Idibus demum ſolueretur. Exemplum eſt apud Catonem, in lege oleæ pendentis. Ponderibus modiiſque domini datum iri (ſic legendum) primæ cotulas duas, dies argento ex Kal. Nouemb. Menſ. 10. Oleæ legendæ faciundæque, quæ locata eſt. Et ſi emptor locarit, Idibus ſoluito. Cujus rei æquitas manifeſta eſt. Proferam & aliud exemplum non ſatis vulgo notum vectigalia P. R. menſe Martio Redemptoribus & Publicanis locari ſolita. Macrob. lib. 1. Saturnal. tradit, & verum eſt, ſolebant & eodem menſe priuati agros ſuos colonis locare: ſed non fuit idem omnino ſolutioni præſtitutus dies. Nam horum ſera penſiones Kalen. Martiis inferri à colonis debebant. At vectigalium locationes in Idus Martias ita conferebant, vt exinde redemptor frui inciperet & proximis quibuſq; Idibus Martiis conductionis precium ſolueret. Itaque Cæſar, cum inſulæ Cretæ cotorias locaret, legem ita dixerat: NE QVIS PRÆTER REDEMPTOREM POST IDVS MARTIAS COTEM EX INSVLA CRETA FODITO, NEVE EXIMITO, NEVE AVEHITO. Sic enim apud Alfenum Varum (qui Cæſaris Dictatoris & Auguſti temporibus vixiſſe videtur) auehendi verbum reponendum reſtituendumque arbitror, ne quo tota propoſitæ quæſtionis dubitatio pendeat. Quod bona noſtrorum venia *majiſque* dixiſſe liceat. Pithœus lib. aduer. 2. c. 4. vide omnino Cujac. ad Affric. tract. 8. fol. 150. & 151 Goth. ad l. 41. In princ. de reb. cred.

CALENDARIVM liber erat fœneb ris pecuniæ creditæ, hoc eſt liber rationum, non quarumcunque, ſed earum quæ ad fœnus pertinebant, & in quo debitorum nomina ſcribebantur. Dictum quod primo cujuſque menſis die hoc eſt Calendis, pecuniæ dabantur fœnori & exigebantur cum vſura. Nebriſſ. & Alciatus lib. 1. pareg. c. 25 l. lecta, l. pen. ff. ſi cert. pet. Scæuola de fun. inſtru. leg. nepoti. Legauerat, ait, prædia, vt ſtructa ſunt cum vino, grano, calendario. Item Aphr. de leg. 3. l. qui filium: Certa prædia nepoti per fideicommiſſum dederat excepto calendario Adde leg. nomen eod. tit. Nebriſſ. Accedit Bud. Calendaria, inquiens, dicebantur tabulæ ab obſeruatione ſingulorum menſium: vt Diaria à ſingulorum dierum ratione obſcrinata, cujus exempla ſunt tam apud IC. quam apud alios. Quoniam vero fœneratores diligentius faciebant hujuſmodi tabulas, ideo factum eſt, vt Calendarium in jure pro negotiatione nominum faciendorum accipiatur. Hinc Calendarij, Curatio. Arcad. leg. vlt. §. 2. de muneribus. Calendarij quoque curatio, ait, & quæſtura in aliqua ciuitate, inter honores non habetur, ſed perſonale munus eſt. Vide omnino Goth. not. ad §. 2. l. 18. de muner. Africanus 2. Itaque ipſæ pecuniæ ſi adhuc Calendario, id eſt, nominibus faciendis deſtinatæ eſſent, fideicommiſſo cedere ſolent. Spieg. Paulo ſecus Hotom. Calendarium eſt, qui antiquis codex accepti & expenſi vocabatur, quod veteribus moris erat pecuniam Calendis credere, & vſuras exigere. Horat. Epod. 2.

Omnem relegit idibus pecuniam.

Quærit Calendis ponere.

Idem 1. Serm. Sat. 3.

Odiſti & fugis, vt Druſonem debitor æris,

Qui, niſi cum triſtes miſero venere Calendæ,

Mercedem aut nummos vnde vnde extricat.

Affric. l. pen. ff. de reb cred. Ejus qui in prouincia Stichum ſeruum Calendario præpoſuerat, vbi omnino vide de Calendario Cujac. & Gothofr. dd. locis. Hotom.

CALENDAS, intra Calendas, ante Calendas ſtipulari, idem eſſe venuſte demonſtrat Alciat. 2. pareg. cap. 43. quod eſt aduerſus Gellium, quia intra Calendas, non in Calendis, vt ille docuit ſed in Calendas ſignificat. Nec eſt dubium, præpoſitionem In accuſatiuo caſui appoſitam, vſque ſignificare. Qui ergo In calendas promittit, vſque ad Calendas, & conſequenter etiam ante Calendas promiſiſſe videtur. Exempla habes in l. qui ante. l. præced. de verb. oblig. Spieg.

CALENDÆ Ianuariæ, Apriles, Maiæ, Septembres, Nouembres. Briſſ. ex ll. ff. & C. Calendæ Iuniæ & Martiæ olim ſoluendis penſionibus ſolemnes. Vlt. enoment. Inſt. de locat. cond. ad princ. nu. 27.

CALENDÆ primæ, ſecundæ, tertiæ, quintæ, dici putantur à Iureconſultis pro vno, duobus, tribus, & quinque menſibus. Celſus l. liber 59. §. ſi ita. de hæred. Inſtit. Titius, ſi intra tertias Calendas nauis ex Aſia venerit, hæres eſto. Vlpian in l. 1. §. ſi qui de verb. oblig. Hotom. Si quis ita interrogatus. Intra Calendas quintas dabis; reſpondit, Dabo Idibus: non obligabitur: non enim ſic reſpondit, vt interrogatus eſt. verba hæc, Alciatus inquit, maiores noſtri hactenus de quinque diebus ante calendas ejus menſis, de quo ageretur, interpretati ſunt: exiſtimantes, opinor, idem eſſe prom ttis intra quintas calendas, vel quinto calendarum: cui ſententiæ ratio Latini ſermonis repugnat. Quapropter ea appellatione potius de quinq; menſibus eſt accipiendum. Qui modus loquendi ex fœneratorum conſuetudine natus videri poteſt l. g. lecta, ff. ſi cert. pet. qui ſolebant in ſingulas calendas mutuum dare. Spieg. Video tamen Catonem in re ruſtica primas calend. dicere, pro primo die cuiuſque menſis, ait Hotom. Qui ante calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei qui calendis ſtipulatur. l. 23. de verb. oblig. Briſſ.

CALENDARVM Martiarum, ex quibus olim vt plurimum locationes fundorum ac prædiorum incipiebant, penſioneſque inferebantur. fit mentio in l. 58. ff. de vſufruct. l. 29. de exactionibus, lo C. Th conſtat autem, eum diem feſtum mulieribus fuiſſe: eoque munera iis mitti ſolita, vt ex l. 31. §. ſi vir vxori ff. de donat. inter vir. & vxor. colligitur, quod & Budæus notauit cui addo Martial lib. 5. Epigramm. carmen, quo Martias Kalend. Saturnalia fœminarum appellat. Idem & Acron in Odam 8. lib. 3. Od. Hora. & Solinus c. 2. ſignificant (vide ſupra. calendariorum) Briſſ. Senec. lib. 13. Epiſt. Diuitem illum putas, quia in omnibus prouinciis arant, quia magnus ei Kalendarij liber voluitur. Hoc autem nomen ex eo deſcendit, quod in Kalendas veteres fœnerari ſolerent. Et ideo Kalendarium nomine libris ſuis præpoſito, quæ deinde nomina feciſſent, ſubſcribere ſolebant. Vnde Martial. lib. 8. Epigr.

Superba denſis arca palleat nummis,

Centum explicentur paginæ Kalendarum.

Ouid. lib. 1. de Remed. amor.

Qui puteal Ianumque timent, celereſque Kalendas,

Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.

Vbi celeres Kalendas vocat, quod voto & deſiderio debitorum celerius redeant, & vſurarum incrementum adferant. Briſſ. Hinc.

CALENDARIVM exercere, i. eius generis negotiationem exercere, id eſt pecunias collocare, ac fœnerare vſuris in ſingulas calendas, i. in ſingulos menſes ad exactionem conſtitutos, Donell. de vſuris l. 33. §. 1. & l. 39. §. legauerat. ff. de legat. 3. In calendarium conuerſa pecunia dicitur, quæ nominibus & fœnora occupata eſt, l. 39. §. negligentiæ ff. de adm. tut. Kalendario deſtinatæ pecuniæ, i. nominibus faciendis, l. 62 ff de leg. 3 Briſſ.

Cæterum cum quis Kalendarium alicui præſtari vult, non nomina duntaxat debitorum, ſed & pecuniam, ſi qua ab his exacta eidem Kalendario deſtinata fuerit d. l. 61. Briſſ.

CALENVS, diſpenſator l. 51. in princ. ff. de ſtat. liber.

CALERE iudicia, eſt judicia exerceri idque magna diligentia, apud M. Ciceronem. Prat.

CALETANVS homo, l. Lucius 78. §. hæredum, 11. ad SC. Treb.

CALICATA ædificia, calce polita, Feſto lib. 3.

CALIDA aqua l. 3. §. hoc interdictum. ff. de riuis l. 1. §. Idem Labeo. ff. de aq. quotid. l. 3. §. 2. ff. de aq. & aq. pluu.

CALIENDRVM operimentum capitis ſignificat, à Græco, κάλλυντρον duci videtur. Vſurpatur & ab Arnobio, faſciculæ, claues, caliendra, fomites, talaria: & à Flacco, altum Saganæ caliendrum, apud quem ſunt qui appoſititiam comam interpretentur, vt annotauit Adrianus Turneb. lib. 7. aduerſ. c. 20.

CALIGA, militare calciamentum, ex qua C. Cæſar, Germanici filius, cognomen puer induit, vt Tacitus lib. 1. & Sueton. ſcribunt. & vide Sabell. ad Sueton. in caligula. Erat autem gregariorum militum calciamentum. Anto. Auguſt. liber. ſing.

ad Modeſtinum. [illegible] in princ. de excuſ. Cornel. Tac. d. lib. 1. Iam infamis in caſtris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam appellabant: quia plerunque ad concilianda vulgi ſtudia eo tegmine pedum (caligis manipulari habitu) induebatur. Hoto. Briſſo.

CALIGATA militia, in d. l. [illegible] Et.

CALIGATI milites viliores & obſcuriores ſignificantur: quod & ex ſerie contextus Vlpian. leg. 2. in prin. ff. de iis qui not. infam. & leg. à caligato. C. de nupt. liquido conſtat, vid. Briſſ. lib. 2. ſelect. Antiquitat. Porro in d. leg. à caligato. pro prætectoriis, legendum affirmare auſim præfecti cohortis, per ſeriem d. l. 2. Caligatos, viliores & obſcuriores interpretatur Nouella, quibus mod. nat. effic. leg. §. quiſquis. (quæ Græce non extat) ex verſione interpretis veteris. Sic accipi poteſt in leg. omne. 6. §. exploratores. ff. de re milit. & leg. de militibus §. 9. ff. de cuſtod. & exhib. re. Prat.

CALIGATVS dicitur à caliga, hoc eſt tibiali ſiue ocrea, quod erat crurum armatura, vnde Caius Cæſar Caligula, cognominatus eſt, quod manipulari habitu inter milites educatus eſſet, vt Suetonius in eius vita cap. 9. refert. De milite igitur caligato, hoc eſt gregario, manipulari, ſiue infimæ conditionis, dixit Iuuenalis, cum duo crura habeas, offendere tot caligatos. Quintil. in declamationibus: Patere caligatum tribuno lex iubet. Et paulo poſt: Commendem tibi ordinem caligati militis. Vlp. 10. tit. de iis qui not. infam. &c. item de cuſtodia & exhib. reo. l. de militibus, & de re milit. l. omne delictum. Nebriſſ. Caligatus quoque qui metu hoſtium languorem ſimulauit, in pari cauſa cis eſt. Venuleius. l. 9. ff. de cuſtod. & exhib. Is autem qui exercitum accipit, etiam jus animaduertendi in milites caligatos habet. Hotom.

CALIGÆ, in materia odioſa. veſtis appellatione non comprehenduntur, ſecundum deciſionem Tholoſanæ Capellæ: Proinde ſi alia veſtimenta clerici capti congruant ordini clericali, nihil oberunt ei caligæ bipartitæ, aut diuerſorum colorum, quominus ad judicem eccleſiaſticum remittatur. Spieg.

CALIGATVM pro caliga, h. e. tegumento tibiarum militari indutum, ſimpliciter Iuriſconſultus accipit in l. 3. de offic. præfect. vid. Apud priſcos Romanos caligæ clauis ferreis ſubfigebantur. cujuſmodi hodie Græci milites *die ſtradioten*, (vt ipſe in Veneta expeditione vidi) geſtant, & alij de Turcis quoque tradunt. Spieg.

CALIM Feſto lib. 3. antiqui dicebant pro clam vt nis, pro nobis, ſam pro ſuam, im pro eum. Hæc Feſtus. Sed & am pro eam legimus in Pand. Flor.

CALIPTRA, auctore eodem, veſtimenti genus, quo capita operiebant veteres Prat. al. Calyptra, ἀ [illegible]. rectius.

CALIX diatretus apud Vlpian. l. ſi ſeruus 27. §. ſi calicem. ff. ad legem Aquil. non eſt fractus, vt alij male exponunt, ſed perforatus ac perulſus (ait. Briſſ.) tornatilis, torno factus. Budæo vas eſt, quo bibimus: quod & Iulij Pollucis teſtimonio probatur lib. 6. c. 6. & Varronis lib. 4. ling. Hujus hæc verba ſunt, Calix à Caldo, quod in eo calida puls adponebatur, & calidum in eo bibebant, quod & Feſtus probat lib. 3. Calicem non tantum pro vaſe, ſed & pro ea tantum vaſis parte, quæ humoris capax eſt, probatiſſimos auctores dixiſſe refert L. Baifius in libello de vaſculis. Prat.

CALIX etiam Pratejo pro vino in eo contento Synecdochice. ac porro [illegible], pro potu ſacroſanctiſſimi ſanguinis Chriſti, Seruatoris noſtri, accipitur.

CALLAINVS pro lapide pretioſo apud Marcianum l. interdũ, §. ſpecies. ff. de publican. in Pand. Flor. Tu. [illegible] conſule. Nam ibi quidam Callinum legunt Prat.

CALLIDA appellatio: callidæ artes: vide l. vlt. C. quor. appellat. non recip.

CALLIDA machinatio, l. vlt. §. & hæc quidem. C. de jur. delibet.

CALLIDITATE, vel per calliditatem condemnari, dicitur in leg. 3. C. ſi in cauſa judicati.

CALLIDITATE & dolo circumuenire. l. 2. ff. de Proxenet. Briſſ.

CALLIDITAS contrahentium odioſa, amputanda eſt. l. 3. in prin. C. de plus pet.

CALLIDITAS, in l. 1. §. dolum ff. de dol mal fallacia & machinatio, dolus malus, fraus: quam juſtitiæ contrariam M. Cic. ſcribit lib. 1. offic. Aſtutiam excogitatam videtur adpellare Zeno l. vnic. C. vt omn. jud. tam ciuil. quam criminal. Eodem ſenſu videtur accepiſſe Vlpia. l. 1. in prin. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtam. Eam tacendo fieri ſcribit Accurſ. in d. §. dolum. Equidem etiã facto verba ſubſecuto committi putem l. 1. & l. 6. & l. fin. ff. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. Prat.

CALLIDITAS tacendo, fallacia dicendo admittitur, l. 1. Auth. de teſtib & infra Fallacia. Spieg.

CALLIDVM commentum callido commento videri accuſationis inſtigatorem fuiſſe. ait. Papin. in l. ob. hæc verba 20. ff. de his, qui not. infam. Callidum commentum tutoris dicitur eius qui ſubiecto nomine alterius, rem pupilli, fraude ac dolo ſibi comparauit. l. 9. de reb eor. Briſſ.

CALLIDVM conſilium. Vlp. in l. ſed & alias l. cum qui. ff. de publ. in rem act. ſic Cicero ad Atticum, callidius inire conſilium.

CALLIDVS machinator in l. cum antiquitas, 28. in fin. Cod. de teſtam. dicitur, cuius vſu animus concaluit. M. Ciceroni vafer aſtutus. Callidos, Cic. 2. de Nat. Deor. ſe vocare ait quorum, tanquam Manus opere, ſic animus vſu concalluit. Dona. in Adelph. Terent. act. 3. ſc. 3. callidum eum dici ait, qui callum ſibi, vſu artis, induxerit.

CALLIDVS rerum judex pro prudenti & intelligenti rerum æſtimatore. Spieg.

CALLIMACHVS nomen viri, cujus ſæpe in jure fit mentio, vt in l. cum quis decedens, 37. §. Titia honeſtiſſima, 3. de leger. 1. l. 122. in princip. de verb. obligat. leg. emptionem, 7. Cod. de rer. permutat.

CALLINICVM, vide l. mercatores 4. poſt. princ. C. de commerc. & mercator.

CALLIS eſt iter anguſtum feratum inter montes, callo pecudum perduratum, ait. Goth. ad l. paries eſt 157. §. 1. de verb. ſign. vid. mox Gallium.

CALLISTRATVS Iuriſconſultus, conſiliarius Alexandri Imp. Lampridio teſte. Ejus fit mentio in l. ſi cum pater, 27. ad SC. Vellei. & vbique Scripſit multos libros: inter alios tres lib. Inſtitutionum, Duos libros Quæſtionum. & de jure fiſci & populi, lib Quatuor, &c.

CALLISTVS libertus: vide l. alimenta, 16. §. Baſilicæ, 2. ff. de aur argent.

CALLITAS (ſiue vt Hal. legit, Caſtitas per l. 233. in prin. de verb ſign.) vide l. ſi fide iuſſor, 29. in omnib. 5. in fin. mandat.

CALLIVM nomine ſaltus intelliguntur, vbi pecora paſcere ſolent. Nam in ſaltibus ſunt calles, à callo pedis pecudum appellati: Turneb. aduerſ. lib. 3. cap. 9. & cap. 22. vide & paulo ante dictionem Callis.

CALO, cuius meminit Vlp. in leg. ſed & ſi quid 25. in pr. ff. de vſufr. ſignificat lignum, quo etiam nomine ſerui militum caſtra ſequentes appellati ſunt, quia militib. ligna ſubminiſtrẽt, vel quia clauas ligneas gerunt: vel vt innuit Porphyr. à calendis, quia eo die cibaria accipiebant; vel ſecundum Acronem, à calendo, id eſt, vocando, quia ad miniſteria vocentur. Hora.

Hunc perminxerunt calones atque caballi.

De his ſæpe Cæſar in 2. li. belli Gallici, & in 3. li. belli ciuilis & Liui. vbique. Hinc etiam calones dicti ſunt calcei ex ligno, quibus humiliores etiam hodie vtuntur. Ex his apparet an recte in huius vocabuli interpretatione ſenſerit Accurſ. in d. l. ſed & ſi quid, in princ. ſuprà allegata. Licet in Codicibus impreſſis Catum legatur. Niſi forte in illo Iuriſconſulti loco Callum legere malimus (qualem habet editio Contij Pariſienſis Anno 1562.) de cujus ſignificatione ſcripſi inferius in d. vinito In illa etiam l dum fit mentio de librario, ſunt qui intelligunt de ſeruo qui in partiendis penſis præficitur, de quo meminit Cato. Mihi tamen magis placet, vt intelligamus de illo, qui libros tranſcribit, de quo ſæpe Cicero. Horum enim artificium dignius erat & iden apud Vlpian. in prædicto loco videtur abuti proprietate, & hoc magis conuenit exemplis Iureconſulti, &c. Cotta in Memorial.

CALOPODIVM vide l. chartularij. 25. §. ſiunt autem, 3. Cod. de ſacroſanct eccleſ.

CALOR & iraſi animi impotum, & quemlibet efferueſcentem motum, inconſultamque mentis commotionem ſignificat apud Paulum l. 3. ff de diuort. l quicquid, ff. de diuerſ. reg. jur. antiq. Marcianum l. 1 §. quæri, ff. ad Turpill. leg. l. 6. fin ff. ad leg. Iul. rep. l 2. C. de abolit. & alibi ſæpiſſime. l. 9. ff de publican. l. 3. & ibi Gothofr. in verb. Quodam calore fuerit peccatum. C. de reb. cred. l. 4. C. de auct. præſt l. vlt. §. filius C. de bonis maternis. l. 5. ibique Gothofr. C. de injur. l. 19. C. de inoffic. teſtam. l. 22. in fin. ff. ad leg. Iul. de adult. Briſſ. Prat.

CALOR coercendus, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos diſperſum expectet patrimonium, leg. cum non ſolum. 8 §. 5. in fin. C. de bon. quæ lib. &c.

CALOR in conſultus calumniæ vitio caret, ait Marcian. in l. 1. §. quæri poſſit 5. ff. ad SC. Turpill. Sic.

CALOR Iracundiæ excuſat ab accuſatione inſtituta. l. abolitio, 2. C. de abolition.

CALPAR, verbum, antiquum, dolium ſignificat N. Marcello. Varro, Quia, inquit, ante, quam nomen dolij prolatum, cum etiam id genus vaſorum calpar dicerent, vnde calpar adpellatur. Calpar vinum nouum. quod ex dolio demitur ſacrificij cauſa, antequam guſtetur Feſto lib 3. qui ſubjicit, calpar fictilis vaſis genus eſſe. Prat.

CALPHVRNIÆ, ceu improbiſſimæ fœminæ, fit mentio in l. 1. de poſtul. tametſi, vt Alciatus indicat, antiquorum codicum lectio in ejus nomine vacillat: vnde ipſe arbitratur de C. Affrania intelligendum. cap 37. lib. 1. Parerg. Spieg.

CALPHVRNIANVM fiſci meminit Gothofr in l. qui fundum 205. verb. ficos. ff. de verb. ſign

CALPVRNIVS dicitur in l qui pœnæ, 8. §. 2. ff. de manumiſſ. l. ſi mandatu, 59. in princip. mandati ſic Calpurnius Celerinus, l 1. §. diuus Hadrianus, 28. ff. de quæſtio. Calpurnius Criſ-

ſo, l. quæ-

Digitized by Google

to.l.quæſitum 15.in prin.ff.qui & à quib.manum.Calpurnius Flaccus, l.in integrum, 12.ff de minor.l.8.de vent. in poſſeſſ. mittend.l.14.§.2.de fideicomm.liber.Calpurnius Longinus,l.3.ante fin.ff de his quæ in teſtam.delent.Calpurnius Ruſus,l.meminiſſe.10 §.1.ff.de offic.proconſ.

CALVISIANA actio adpellatur,quę patrono datur ad reuocanda ea quæ in fraudem ejus libertus alienauit,l.16.§.idem ſcribit.ff.de petit. hæred l.1.§.ſi pluribus l.2. & l.3.§. ſi inteſtatus & l.vlt.ff.ſi quid in fraudem patron.l.2. ff.ſi à parent.quis manum.l 16.§ 1 ff.de jur.patron.Briſſ.

CALVITAS,calliditas,deceptio, fraus, in l.28.§. in omnibus.ff.mand.Gœdd.ad l.233.num.1.de verb.ſign.

CALVITIANO SCto impar matrimonium improbabatur jubebaturque non proficere ad capiendas hæreditates. Vlpian.tit.17.Regul.Briſſ.

CALVITIANVM Senatuſconſultum,vide Goth.l.3.verb.SCtum C.de indict.viduitat.

CALVITVM, inquit Marcellus, eſt fruſtratur:tractum à caluis mimis, quod ſunt omnibus fruſtrati. Plaut.in Caſina: Nam vbi domi ſola ſum, ſopor manus caluitur. Pacuuius in Hæd. Sentio pater te vocis calui ſimilitudine, ſed quid conſpicio? nam lactans caluitur ætas Complura Nouius exempla protulit, ex quib. Caij reſponſum facile intelligatur in l.233. de verb.ſign.ſi caluitur. & moretur, & fruſtretur: vt ſi caluitur, verba ſunt legis 12.tab.quam interpretatur:cætera ſua, id eſt gloſſæ & interpretationes.Hotom.

CALVMNIA eſt malitioſa & mendax infamatio Nonio: eaque eſt Marciani ſententia l.1.§.1. ff.ad SC. Turpill. Eſt & callida & malitioſa juris interpretatio, auctore M.Cic. li.1. officiorum,cujuſmodi interpretes pleroſque noſtra tempeſtate vidimus. Calumnia eſt etiam, cum quis ex certa ſcientia, & dolo injuſte agit aut excipit,Azo in ſumma. C.de juramen.prop.calumn.dand ſic accipitur in l.2 §.per calumniam ff.ſi mulier vent.nomin in poſſeſſ calum & l.2.pr.C.de jure jur. prop.calum. dand.Iurare enim ea conſtitutione jubentur & actor & reus,ne calumniandi animo litē aut intendant,aut excipiant. Vtinam eo jure vteremur. Sed ea conſtitutio & cauſarum patrones, & reliquos pragmaticos tenet, cujuſmodi permultos noſtra tulit ætas ſignificat & calumnia calliditatem apud M. Tull.lib 2.de Republ. vt Marcellus refert: Vt Carneadi reſpōdeatis, qui ſæpe optimas cauſas ingenij calumnia ludificari ſolet. Calumnia etiā pro accuſatione accipi videtur in Arcadij & Honorij cōſtitutione,l.ſancimus,C de pœn.ſed quæ calumnioſe inſtituta eſſet vt ibid. Accurſ.docuit. Nam præſumitur calumnioſe quis propinquum accuſare, qui cum dicit in propinquū deliquiſſe, l.l ſancimus,ex verbis & ſentent.ſic accipiendam calumniam putem in l.2. Cod.de cenſibus lib. 11. quamuis quidam autument, pro pœna ibid.accipi ex Prat.

CALVMNIA quoque pro delicto accipitur, hoc eſt pro eo actu quem calumniandi cauſa quis facit,l.auxilium,ff.de mino. & c.calumniam.ext.de pœnis, vt Albericus exiſtimat Ego vero pro injuſte inſtituta actione,vel objecta exceptione accipiendam ibi calumniam putem: quod verba temere litigantium, ibidem poſita indicant Sine calumnia l.37.de minor id eſt citra calumniæ periculum ſeu metum.Briſſ.

CALVMNIA ſubmonere,l.21.C.de pœn.id eſt calumnioſa accuſatione liberare.Briſſ.

CALVMNIA non in criminalibus tantum,ſed in ciuilibus quoque cauſis interuenit Briſſ.

CALVMNIÆ crimen, l.vlt de calumniat. In hoc incidit, qui calumniatur. Calumniari eſt actione experiri, vel exceptione vti temere, ſcienter ac doloſe,aduerſus innocentem, ideo vt eum vexes, vel aliquid extorqueas. Idque ſeu ciuilis ſeu criminalis actio & cauſa ſit. Quo vtroque caſu pœnas contra calumniatorem jura noſtra poſuerunt multas, quas refert Menoc.lib.2.de arb.jud.quæſt 103.caſu 312.& Vveſemb.in par.de calum nu.1.Hæc Vult.in comment.Inſt.de actio.ad §.19.n.12.26.Calumniatorem, cauillatorem eſſe,calumniari, & ipſa calumnia, fit pluribus modis: vt falſa crimina intendendo, vexandi hominis gratia actionem,petitionemque inferendo: ſolutionem indebiti,decipiendi ergo admittendo: jus callide ac peruerſe interpretando; bis idem exigendo: latebras & effugia inijciendi moram quærendo, latitando,fugiendo, remorando,Caluitur ergo qui iſtorum quid facit. Eum,qui iterum petit,quod iam ſolutum eſt,calumniam committere,cauillari,fruſtrari, conſtat ex l.28. §.in omnibus, ff.mandati. Hæc Gœdd.ad princ.l.ſi caluitur l.13.n.2.30

CALVMNIÆ ſpecies tradit elegantur Marcellus in l.1.in princ ad SC.Turpill.Oldend.

CALVMNIAN ferre apud Cicer.in Epiſt.ad Cæli.eſt calumnioſum quid & aſtutum doloſumque excogitare & afferre: item & abſtinere fortaſſis,vt annotat Torneb.lib.aduerſ.5 c.vlt Calumniam tulit accuſator,qui judicio publico victus,ac per calumniam accuſationem inſtituiſſe judicatus erat.Briſſ.

Per CALVMNIAM in poſſeſſionem ventris nomine miſſa videtur, quæ ſciens prudenſque ſe prægnantem non eſſe, vel ex alio concepiſſe,in poſſeſſionem venire voluit.l.1.§.per calumniam.ff.ſi mulier vent.nom.l.15.& 16.de his qui not. ipſa l.3.§.vnde Marcellus, de jure jur. l.12.de mort.cauſ. donat.l.3.§ vlt.ne vis fiat ei qui in poſſeſſ.miſſ.Briſſ.

Per CALVMNIAM petere dicitur, qui vexandi alicujus gratia petit,leg.poſtquam.43.ff.de hæred.petit.l.29.§ pen.de liberal cauſ Briſſ.

Per CALVMNIAM vel calumnioſe ſatis petere, vel per calumniam deſiderare,vt cautio interponatur,dicitur qui nullo jure,ſed vexandi aduerſarij cauſa cautionem poſtulat.l.3.§.1.ff.vt in poſſ. leg. l.1.§.fin.& leg. Paulus 8.ff.de prætor. ſtipulat. Prat.ex Briſſ.

CALVMNIÆ actio olim abſolutis reis aduerſus improbos litigatores, eoſque qui temere petierant, dabatur, euſque decima parte litis mulctabat. Briſſ.ex §.hæc autem, vbi Theophil. Græcus interpres Inſtit.de pœn.temere litigant. Sed hæc in deſuetudinem abijt.

CALVMNIÆ cauſa facere, id eſt,per calumniam.Briſſ.ex ff

CALVMNIARVM redemptor.l.1.C.de his qui potentior.Briſſ.

CALVMNIAS commouere,l 3.C.de Aduoc.fiſc.

De CALVMNIA jurare, eſt jure jurando promittere ſe non vexandi animo aliquid facere.l.qui bona, 13.§ qui damni.ff.de damn.infect.l.3.C quemadm. teſtam aper.l.cum plures.ff.de reb. auct judic.poſ.& alibi ſæpe, & C.de jurejur. propt. calumn.dand.Prat.

CALVMNIÆ pœnam & aduerſus calumniatores procedendi modos explicat Bart. l.1.C.de calumniat. & l.1.ad SC. Turpill.Olim autem calumniatorum & delatorum fronti ſtigmata inuſta & inſcripta fuiſſe, ex Plinij panegyrico notum eſt, cujus verba ſunt: Neque vt antea exanguem illam & ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant, ſpectent paria damno præmia. vide Torneb.lib. aduerſ.8.c.12. vide ſuprà.Calumniæ crimen.

CALVMNIARI verbum generale eſt omnem ingenij militiam complectens. Cicer de repub.2. Vt Carneadi reſpondeatis,qui ſępe optimas cauſas ingenij calumnia ludificari ſolet. Propriè autem ad fraudes reorum contrahitur, h.e. tam actorum quam defenſorum,& tam publicorum quam priuatorum judiciorum. Vnde juramentum calumniæ, quod litigatores, cum judicium acciperent,interponebant. Hotom.

CALVMNIARI eſt per moras & fruſtrationes negotium differre,vel per fraudem alios litibus vexare. Quod & cauillari dicitur: vtrumque ab antiquo verbo Caluo, h.e.decipio quo vſi poſt Plautum Gellius & Caius in l.ſi caluitur.de verb.ſign.licet vulgo legatur,calumnietur. Tracta eſt autem à caluis metaphora, qui eos fruſtrantur, à quibus per capillos prehendi videntur.ex Spieg.

CALVMNIARI quoque eſt falſa crimina intendere l.1. §.calumniari.ff ad SC.Turpill. à verbo antiquo Caluor, quo vſi ſunt Decemuiri in l.12.tabul.cujus verba hæc ſunt: ſi caluitur pedemque ſtruit, manum endo iacito,quam legem Caius explicat l.ſi caluitur,ff.de verb.ſign.& Feſtus lib.18.Alciatus interpretatur ibid. id eſt fruſtratur metaphora à caluis ducta: quod & Nonius probat. Vnde Gajus ind.l.ſi caluitur, ductos exiſtimat Prat.Briſſ.

CALVMNIATOR non eſt, qui de re dubia litigat,l.5.§.1.Cod.de fruſt.

CALVMNIATOR, falſi criminis accuſator,à caluendo, id eſt fruſtrando & decipiendo dictus.Briſſ.

CALVMNIATORES,qui per fraudem & fruſtrationem alios vexarent,litibus præſertim,l.233.de verbor.ſignificat.qui & calumnioſi in l.3.ad Turpill. Calumniator etiam eſt,qui non debitum petit,l penult.ff.ne quis eum,qui in jus voc. & qui temere alicui controuerſiam mouet, l,cui neceſſitas. 39.§.1.de lib.cauſ.ſic calumnia in cap.calumniam,de pœnis accipienda eſt.Briſſ.

CALVMNIANTES interdum accipiendi ſunt lata illa ſignificatione, quam docet Caius vt non eos modo intelligamus qui falſa crimina intendunt, ſed omnes qui alijs improbe faceſſunt negotium. Theophilus vertit Sycophantas. Balduin. in prœm.Inſt. & in gl.l.1.verbo Calumniari.ff. ad Turpill.

CALVMNIATOR ita demum notatur, ſi fuerit calumniæ cauſa damnatus. Neque enim ſufficit calumniatum, Vlp.in l.Athletas.ff de his qui not.infam.

CALVMNIATRIX l.1.§. ſed & ſi de ventr.in poſſ.mitt.Briſſ.

CALVMNIOSVS eſt,qui ſciens prudenſque negotium alicui per fraudem comparat. Paulus lib.1.recept.ſent.tit.5.is pro qualitate admiſſi puniendus eſt Paulo ibid. Prat. ex Hotom. & Briſſon

CALVMNIOSA crimina quæ falſo delata ſunt, & data opera, Vlp. in l.illicitas.de offic.præſid. Neue,ait, defenſores eorum calumnioſis criminibus inſectentur innocentes.

CALVMNIOSA accuſatio l.14.§ ſi patris.ff. de bon.libert.aduocatio l 81.ff.de legat.Briſſ.

CALVMNIOSA poteſtas aduerſarij apud Caium in l.ſi idem §.2. de juriſdict. omn. jud. intelligenda. puum reconueni. quem

aduerſarius, qui per moras & fruſtrationes (*mit vmbzie hen vnde verlengeren*) negotium differt, reconueniendo, vel per fraudem primum actorem litibus vexare. nam calumniari in jure Ciuili eſt fere rem morari, fruſtrari, teſte Hegendorp.

Calvmniosissimvm caput, l.8.C.de calumniat.

Calvmniose id eſt per calumniam l.8 ff de ſtipul.prær.l.3.C. ad SC. Turpil.Briſſ.

Calvvm Moris erat ſeruis, ſimul atq; manumiſſi eſſent, demere capillos, & capiti caluo pileum imponere, vt eo quaſi ſymbolo tempeſtatem ſeruitutis viderentur effugiſſe, vt naufragio liberati ſolent. Nouius. Plautus in Amphitryone: vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum, Goth. ad l.1.§.ſed & qui domini 5.C.de Latio.libert.tollend.

Calx. Vox hæc veterum teſtimonio, ſiue cæmentum ſignificet, ſiue pedis partem extremam, fœminini generis eſt: vt quorundam Grammaticorum juniorum diſtinctio locum non habeat. Calcarius, qui calcem coquit: & calcatorium, locus vbi calx coquitur: qui calcaria quoque dicitur: teſte, Vlpiano in l ait dominum.§. in calcariam. ff.de pœn. Calx vero pro extrema pedis parte à calcando. Vnde calcaneum & calcar, & calceus, qui è corio fit animantis & calcearium, quo pes tegitur, apud Vlpian.l.diarijs.de alimenr.leg. Calx pro fine per metaphoram, in l.palatinos.C. de pal.ſacr.larg.lib.12.vt apud Ciceronem de ſenectute. Spieg.

Camala Nigro nomen vrbis. Goth. ad leg. in Lyſitania.8.§.6. ff.de cenſib.

Camara, & camari boues, à curuatione ex Græco [Greek], camara dicitur fornix, arcus, teſtudo Budæo l.ſed addes.ff.locat. Camaræ quoque, nauium ſunt nomina apud Arrianum & Strabonem. Prat.

Cambio elegās & antiquum verbum, quod Alciatus annotauit li.1.[Greek].c.45. idē fere ſignificat quod permuto. Vnde Cāſor Latine dictus. Noſtri vero vocem Cambij inde deducunt, quod eodem admonente, Latina non eſt. Id autem ea voce intelligunt, quod & [Greek] Græci, id eſt, vt Pollux lib.7.Onomaſt.c.40.ait [Greek]. Vnde Lagium alij dicunt, deductionem videlicet quandam, quam ſibi Trapezitæ retinent, vel ob mercedem ſuam, vel quia ſua tantum intereſt, pecuniam, quam permutationis vice exhibent, potius retinere ob monetæ varietatem Spieg. Hoc eodem ſignificatu.

Cambivm & cambij literæ, pro quibus ita præſumitur, vt executio concedi poſſit. Alciat. reſponſ.333 Harum vſus frequens eſt inter Lugdunenſes negotiatores. Oldend.

Cambivm etiā aliud permutationis genus eſt, ſcil. rei ad rem, vt c.ſi quis fecerit.quo temp.mil.inueſt.in vſib.feud. verbum Iuriſconſ. veteribus incognitum, ſed interpretum & vulgi vſu receptiſſimū, & vide P.Rebuffum in tractatu de chirograph. recognitione. Prat. Chariſius apud Priſcianū lib.10.c.1. eoq; vlt. cambio [Greek] quod permuto eſt, poſuit, & eius præteritum campſi, quod [Greek], Græco eſſe videtur. Vnde & campſo quoque apud Ennium lib.10. Leucaten campſant, i. permutant, Vnde item campſores vulgo collybiſtas atque trapezitas ſiue menſarios, aut etiam numularios vocamus. De quibus apud Alc.lib.1 parerg c.46. Hoc autem cambij verbo, pro permutatione vſæ ſunt conſuetudines feudorum in c.1 §.ſi quis dominus.tit.quo temp.mil.& in cap.1.§. cum autem, tit de cont.inueſt. quo in loco Bald col 1.dicit, hoc tantū inte eſſe inter cambium & permutationem, quod hæc proprie eſt ſpeciei ad ſpeciem: illud autē ſpeciei quoque ad genus, puta frumentum & nunc (inquit) eſt contractus innominatus. Tiraq in tract.de retract.lignagier.§.30.gl 1.

Camela apud Ouid.in Faſtis quoddam poculum eſt, quo in ſacris vti ſolebant.

Dum licet, appoſita veluti cratere camela.
Lac mundum potes, purpureamq; ſapam.

Camelarii. l vlt.§.camelaſia, ff.de munerib.& honorib. Quibus camelorum curatio mandatur.

Camelasia, camelorum curatio & præfectura: niſi forte Camelaria legendum ſit, à camelarijs, vt argentaria, ſagaria, ab argentarijs & ſagarijs. Camelarij namque, qui camelorum curam habent, dicuntur; quorum duo ſunt genera: alterum Bactrianum, quod vnum tantum habet tuber: alterum Arabicum, quod duo tubera in dorſo habet: eoſdem & dromedarios ob velocitatem curſus vocant. Nebr. Arcad.l. vlt §.1. ff de mun.& hon Camelaſia quoque ſimiliter perſonale munus eſt (camelorum publice alendorum) nam ratione habita & alimentorum & camelorum, certa pecunia camelarijs dari debet vt ſolo corporis miniſterio obligentur. Briſſon Budæus tamen Camelaſia, [Greek] legendum putat Hoto Adde Cujac.obſeru.lib.9.c.9 in princ. Goth. ad d l.1 §.2.de muner.

Cameli inter pecudes ac beſtias quaſi mixti ſunt. Nam & jumentorum operam præſtant, & natura eorum fera eſt. l.2.§ 1. ff ad leg. Aquil. Eos, vt ait Plin lib.8. cap.18. inter armenta paſcit oriens, omneſque jumentorum in ija terris dorſo funguntur Briſſ.

Cameli, de quibus multa Plinius, jumentorum operam præſtant, l.2.§.1.ad leg. Aquil. Camelum vſurpant quidam literis nil mutatis, genere tantum diuerſo, pro anchorario fune, Vt illud Euangelicum, camelum facilius eſt per foramen acus intrare, quam diuitem in regna cœlorum. Sed doctiſſim. Grammatici malunt ſcribere Gamilos, Spieg.

Camera pia, cujus meminit Paul. in l.24.de juripatron.

Camaltæ, virgines ſunt apud Feſt. mutatione 3 in c. [Greek] Turn.lib.aduerſ.3.c.11.

Camara feudiſtis eſt locus, in quem theſaurus recolligitur: Canena vero, in qua frumentum, vinum, oleum, & huiuſmodi cætera, reſeruantur. Zaſ quæ res in feud. dar poſſ. Albericus tamen vtrumque pro eodem poni ſcribit cap.1.de notis feudor. quod videtur probari d.c.1 Old.

Camara, etiam principis ærarium, in quod mulctæ inferuntur, ſignificat, cap.1.§.ſi quis vero de pace ten.& jur.in vſib. feudor. Scrinium videtur interpretari Accurſius in ſubr. de proxim.ſacr.ſcrin.lib.12.C.

Camara etiā vulgaro Gallorū vſu pars ædiū, in qua priuate agimus, quo ſignificatu accipitur in c.qua frōte.extr.de appel.

Camera, fornix, ſiue arcus ædificium ſuſtinens, tectumque deuexum & incuruatum. Prat.

Camera pro conclaui, in quo pecunia ſeruatur. Vnde Feudum de Camera lib.1.tit.1.§.2.& tit.2.§.1. pro ſtipendio quod vaſſallo datur à domino. Sic in teſtamento Caroli Magni apud Eguinarthum: Incipit deſcriptio ac diuiſio, quam perfecit de theſauris ſuis, atque pecunia quæ illa die in Camera ejus inuenta eſt. Anton. Florent. parte hiſt.2. in extremo anno.1204. Petr. Arragonienſis Rex obtulit regnum ſuum Innocentio Papæ: illudque ſibi ac ſucceſſorib.ſuis conſtituit cenſuale, vt annuatim de Camera ipſius Reges, 250. Maſſemutinæ Apoſtolicę ſedi redderentur. Feudum de Camera & ſoldatam eſſe arbitror ex lib.feud.2.tit.10. in fi. Petr. de Vineis lib.epiſt.2. c.38. Nec non feudorum noſtrorum & de Cameris feudatariorum in ipſa collecta ſubſidijs computatis. Prat.

Camerariva, d.§ eo tamen prouiſo, de elect. vid. Card. Zab.

Camerata area, arcuata & conformicata, vehiculum contectum: *ein Senfte oder ein hangenat Vvagelein*, qualia ſunt hodie corio tecta Budæo, quibus matronæ geſtari ſolent & valetudinarij. Vlp. in l.ſed addes.§.ſi inquilinos, 5.ff.locat. Pand. tamen Flor pro camerata habent aratam; quod rectius putem, & menti Vlp. conſentaneum.

Camillvs Feſto lib.3. proprie appellatur puer ingenuus. Sed Turneb.aduerſ.lib.11.cap.20.fuiſſe ſeruiſſe ſacerdotum miniſtros. Camillæ nomen vnde ſit deductum, vid.apud Turneb. lib.24.cap.13.Prat.

Camino Græco vocabulo vſus IC. In l.ſi arborem. de ſeruit. vrb.præd. Notum autem, fornacem nobis ſignificare. Spieg. vide & infrà. Heliocaminus.

Campagvs Regius, caliga fuit & ex rubricatis pellib. purpureis, ſub poſterioribus Impp. vt Luit prā. ſcribit lib.3. de rebus per Europam geſt.c.9. Quod & ex Zonaræ & Nicetæ pluribus locis probari poteſt. Seu, vt vult Capitolin. & Pollio, calceamētū regium. In veteribus ſane notis ad Iuliani Patricij Nouellas campacos ſcriptū eſt, non campagos. Vt autem Impp. ſoli purpureis, ita cōſules aureis, patricij ſericeis caligis in publico vtebantur. Id ego duobus Caſſiodori locis breuiter conficiam, qui in excuſſis exemplaribus valde corrupti ſunt; ſed emēdatiores hic adſcribam. Sic igitur lib.16. in formula conſulatus ſcripſit: Pinge vaſtos humeros vario colore palmatæ, validam manum victoriali ſcipione nobilita, lares proprios etiā calceis auratis egredere, ſellam curulem pro ſua magnitudine multis gradibus eniſus aſcende. Apud eundem lib.7. in codicillis patriciatus ad Tolum, Athlaricus de auo ſuo Theodorico ab Imp. Conſtantinopolitano patricio facto ita loquitur Hunc illa diues Græcia, quæ multum glorioſiſſimo domino auo noſtro debuit, gratificata perſoluit, velauit bis & erat fortes chlamydum veſtis, pinxit ſuras ſericia calceus iſte Romanus, & dignanter viſus eſt accipere, quod ſe cognoſcebat accipere per honorem. Ita plane habet verus liber. Pithœus adu.lib.1.c.16. vide & Cujac.& Goth. in Nou. 156. in præfat.

Campana, notum inſtrumentum.

Campani, qui Campaniam Italiæ regionem habitant, ſic dictam quod campeſtris ſit. Vlpian. in leg.metum autem 9.§. ſed quod prætor 3.ver. ſed ex facto ff.quod met. cauſ. Cum Campani, ait, metu cuidam illato, extorſiſſent cautionem pollicitationis, &c. de his idem Vlp.l.1.ff.ad munic. qui Campaniam non regionem, ſed ciuitatem appellaſſe videtur, de qua Plin. lib.3.c.5. Et Campani vini meminit idem l.vbi, 75.ff. de verb. oblig. & Campanus ager, qui circa Capuam eſt Hygeno lib.de limit.conſtit.Prat.

Campanvs nobilis ICtus, citatur in l.47. de oper.libert.& l. 34.ff.de fideicom.libert. Briſſ.

Campe ſignificat brucum, ſiue erucam: à flexura, quæ Græcis dicitur [Greek]. Quæ vero ſint Pityocampæ, docet Plin. in 23.lib. Vſus ſæpe contra cantharidas, bupreſtim, pinorum erucas, quas Pityocampas vocant, ſalamandras, & contra venenata morden-

Digitized by Google

mordentis. Item lib. 29. de canthatidibus ſcribens inquit, vis earum adurere corpus, cruſtas obducere, eadem pytiocampis piceæ naſcentibus. Hæc admonent nos, mendoſa eſſe verba Marcelli in l. 3. §. adiectio tit. ad l. Corn. de ſicar. vt etiam animaduertit Philip. Beroaldus, licet quidam alij ſubtraxerint. proinde caſtiga pityocampas, vbi inuenies pityocampas, Columell. lib. 12. Beſtiolas ait, quæ à nobis appellantur erucæ, Græcis campæ nominantur. Idem 10 lib. de hortorum cultu refert, has beſtiolas occidere homines, & ſi mulier quæ in menſtruis eſt ſolutis crinibus & nudo pede ter circum areolas horti ducatur, moriuntur. Carmen Columel. eſt hoc:

Voluuntur ad terram diſtorto corpore campæ.

De his vermiculis meminit & Pallad. in lib. 1. rei ruſt. Campes (inquiens) nonnulli ficulneo cinere proſequuntur.

Campi Martij (qui priuſquam Marti conſecraretur, Tyberinus autore Gell. dicebatur: ſicut Tyberis Martius, vt teſtis eſt Papinius lib. 2 ſylu.) meminit ICtus in l. ſed & Celſus, de contrah. empt. l. non ſolum autem 4. Inſtit. de legat. l. cum ſeruus, 39. § item 9 de legat. 1.

Campio in lib. feud. certator pro alio datus in duello, à campo dictus, qui circus erat decertantibus definitus, vt docet Hot. diſp. vlt. Sic lege Langob. tit. 112. Nullus campio præſumat, quum ad pugnandum contra alium vadit, herbas, quæ ad maleficium pertinent, ſuper ſe habere. Prat.

Campus eſt ampla planities, ſiue in vrbe, ſiue extra vrbem, & regio campeſtris quæ montes non habet. Campus iaculatorius: l. 9. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. Briſſ.

Campsor, argentarius (collectarius, vt loquitur Cic. lib. de Orator. & l. eiuſquis. 16 C. ſi cert. pet.) vide Alciat. 4. diſpunct. 22. Cuiac. 10 obſer. 14. ex Donato & Acrone numularios, coactores, collectarios, facit minores argentarijs, & maiores miniſtris ac mercenarijs: per eos nanque pecunias cogebant: & quas acceptant, per partes occupabant fœnori, vel qua alia ratione erogabant. Gothof. ad d. l. 16. verb. collectarius.

Canpiones & Bancharij, ſane barbara à Iuriſperitis vſurpata nomina, quæ Iure conſulti noſtri agnoſcunt. Spieg.

Camum, de quo meminit Vlp. in l. ſi quis vinum tit. de vino, tritico: ulceq. leg. Camum potio eſt, quæ fit ex hordeo & alijs frugibus, ſecundum Dioſcoridem vocatur fucca: Arabes vero foca. & eſt cereuiſiæ ſpecies, vt etiam ſcribit Simon Genuenſis. Chamus in alia ſignificatu pro freni genere etiam accipitur, ita dictus, quia breuis ſit. χαμὸς enim breuis dicitur de quo D. Hiero Dauid. Pſal. 31. In chamo & freno maxillas eorum conſtringe. Niſi potius fuerint ſeptuaginta duo interpretes, quorum Pſalterium per horas cantatur, vt quidam contendunt Et de Camo in hac ſignificatione pro ſpecie cereuiſiæ, non memini legere apud Latinos, præterquam in hoc loco Vlp. proinde obſeruatione dignum. Cotta in Memor. Cuiac. obſeru. lib. 11. c. 30. Camum lotam eſſe dicit. Namque Cælius Apicius ita videtur ſcribi lib. 3. Camum vel deſiuſum imitatur, quod Romani lotam vocant: Et id forſitan quod Dioſc. Curmi. Zytho enim proxime iungitur. Hieron. Mercul. 3. var. 1. putat camum eſſe potionis genus ex varijs rebus commixtæ, perinde ac cereuiſiæ, non abſimilis Sabaiæ potioni, quæ in Illyrico ex hordeo & frumento fiebat. Ammian: 6 ... prætermiſit Gothofr. ad l. 9. verb. Nec Camum in princ. C. de ... vin. leg.

Cana Feſto lib. 3 Græcis idem eſt quod Latinis Caniſtra. Quid ſit, vide ſupra, Calathi. Canum Feſto κάνεον, Cuiac. 11. obſ. 26 Gothof. ad princ. l. 15. de vſufr.

Canabis herba eſt. Plin. lib. 19 c. 9. ex cuius cortice funes torquentur. quo etiam ſenſu capitur apud Vlp. l. 1. §. non autem, verſ. igitur ff. de exercitor. act. In Pandect. Florent. appellatur Cannaba. Gellius cannabum dixit lib. 17. c. 3. Prat.

Canabis tam pro ipſa herba quam pro ſemine ſumitur. Spieg. Plin. d. loc. Vtiliſſima, inquit, funibus canabis, ſeritur à Fauonio. & paulo poſt: ipſa canabis vellitur poſt vindemiam, ac decorticata purgatur. Differt à lino, candore & tenuitate. Perſius ſatyr. 5.

Tum mare tranſilias, tibi torto canabe fulto.

Palladius canabum dixit: Hoc, inquit, tempore canabum ſeris. Hinc canabinus adiectiuum, quod ex canabe conficitur. Col. lib. 7. Canabiniſq. funibus cornua iuuencorum ligato.

Canabula apud Hyginum in lib. de limitibus conſtit. termini genus eſt, cuius formam eleganter expreſſit.

Canalis apud Vlp. l. funes 15. ff. de act. emp. eſt lignum cauatum ad canæ, vnde ducitur, n. dempta, ſimilitudinem, quo aqua conflatur in vſus. Ein Kanel oder Rön. Old. Prat.

Canalicolæ forenſes homines pauperes, dicti quod circa canales fori conſiſterent. Feſt. auctar. eſt lib. 3.

Canales inſtrumento contineri, & ad aquas fallentes neceſſarios Vlp. ſcribit l. quæſitum §. canales, & §. fiſtula, ff. de fun. inſtrum. leg. Prat.

Cancellare, eſt ſcripta tranſuerſis veluti cancellis, ſeu lineis cancellatim ductis expungere, illinire, delere. Vlp. de his quæ in teſtam. delen. l. cancellauerat quis teſtamentum vel induxerat, & ibid. l. proxima: Si omnem ſcripturam cancellaſſet. Item de probationibus: ſi chirographum cancellatum fuerit. Cancellatæ tabulæ: cautiones: chirographum teſtamentum, &c. l. 81. §. vlt. ff. de furtis, l. 1. §. ſi hæres, ff. ſi tab. teſt. l. 24. ff. de probat. l. vlt. C. de edict. D. Had. Briſſ. Porro quid diſtent cancellare, inducere, ac circumducere, docet Accurſ. in l. ſi quis libertatem, ff. de hæreditat. petit. quam differentiam probat Bart. l. 3. §. 1. ff. de his quæ in teſtam. del. Hinc.

Cancellarius: cujus officium eſt reſcripta vel reſponſa Imperatoris, & mandata inſpicere, & male ſcripta cancellare: bene vero ſcripta ſignaculo ſuo obſigillare. Quamuis quidam Cancellarij nomen non putant reperiri apud probatos autores: niſi quod Flor. Vopiſcus ſcribit, à Carino Imperatore factum eſſe præfectum vrbis, vnum ex Cancellarijs ſuis. At Oldendorpio hæc vox adeo probatur, vt ad Cancellarium Heſſiæ in epiſtola de ea ſic ſcripſerit:

Cancellarii nomen non ſatis videri feſtiuum, ad deſignandam tanti muneris defunctionem, multi noſtro ſeculo, & quidem non indocti præceptores tradiderunt: quippe quod cancellandi opera, quæ haud dubie iſtam appellationem genuit, vulgaris propemodum exiſtimari ſoleat. Proinde cenſent, rectius appellandum eſſe nomophylacem, ſeu legis præſidium, iuris aſylum: motum iuſtitiarum atque ... : æqui boni columen: oculum principis emiſſitium: aut alio id genus ſublimiore verbo. Equidem libenter fatebor, non iſta ſolum, ſed & clariora deberi huic excelſo muneri encomia, ex quo non minima publicæ ſalutis ratio dependet: quod item id authoritatis eſſe oportet, cui omnes magiſtratus honorum ſuorum faſces ſubmittere non indignentur. Veruntamen id mihi viciſſim omnes donabunt boni viri, hoc tempore nullam omnino reperiri vocem & ne quidem inter eas, quas recenſui, qua ſignificantius exprimi poſſit magiſtratus iſte ſalutaris, quam vt cancellariatus appelletur, ab expungendi functione. Id autem quacunque ratione initio acciderit, nihil moror: cum ſit appoſitiſſima ſignificatio, vtpote per quam hac poteſtate omnes omnium principum Cancellarij ſuarum partium admoneantur maxime. Siquidem in Repub. noſtra ſi quis diligentes rationem ineat nullo magis opus eſt munere, quam cancellarij, ſcil. qui verſo ſtylo multa cancellet ex ijs, quæ parum prudenter introducta ſunt, & ita quidem recepta, vt non à quolibet humiliore ſine piaculo mutari poſſe videantur. in eo potiſſ. genere diſcerni poteſt ſublime cancellarij munus, ab alijs vulgaribus vtique non contemnendis bonorum virorum conſilijs. Old.

Cancellarius in l. 3. & l. nemo. C. de aſſeſſor & domeſt. actuarius eſt ſeu ſcriba, inde ducto nomine, quod ejus officium, id eſt cellula, in qua ſcribere conſueuit, cancellis munita ſit. Cum enim officium ipſius libellis ſiue chartulis ſit refertum, ac frequentes habeat interuentores, cancellis munitus à chartarum amittendarum periculo abeſt: id quod ex inſcriptione marmori inſculpta, quæ Romæ extat, T. Aproniani V. C. vrbi præfecti, conijcere quoque licet. Hot. Eum Notarium recte interpretatus eſt Accurſ. in d. l. 3. C. de aſſeſſ. Erant enim cancellarij tunc temporis, qui preces ſupplicesque libellus, omniaque ſcripta, quibus princeps ſubſcribere nolebat, cancellabant, id eſt, ductis cancellatim lineis vitiabant & inducebant fortaſſe è notariorum numero Turn. lib 11. aduerſ. c. 25. à Vopiſco Secus Hot. in Lexic. In Gallia autem eo celſitudinis ac dignitatis euectum tranſlatum ve eſſe conſtat, vt præfecti prætorio inſtar ſit, & Nomophylax cenſeatur, vt ſcribit Bud. in prior. lib. ad Pand. aduocat. altius ejus dignitatis originem repetens. Tu illum conſulito.

Cancellarii partes hæ ſunt, & munus: videat (inquit Bud.) vt nulla principis conſtitutio, nulla ſanctio, nullum diploma, nullum reſcriptum, nulli codicilli regij, non è Rep. atque etiam è dignitate Reip. principiſque exeant, cujus cenſuræ aut ſtylo acta ſua eximi nunquam voluit principum maieſtas. In principis præſentis vicarium, & eo peregre profecto, Interrex quodammodo cenſendus eſt. Hunc igitur rerum omnium cognitione: omni doctrinarum virtutumque genere inſtructiſſimum & ornatiſſimum: & vt vno verbo dicam: ἐγκυκλοπαιδείαν abſoluiſſe, ingenioque ad omnia verſatili, omnia in numerato habere eſſe oportere, neceſſario fatendum eſt. quid? quod res ipſa docet, id Reſp. exigit. Licet autem & Olden & Bud ſpecioſe de officio cancellarij dicant, à vero tamen ipſorum ſententia abeſſe videtur. cancellarios à cancellando, i. e. actis cancellatim lineis perducendo, dictos exiſtimantium. Nam vt à cancellis potius dicantur, vel hæc vna maxime ratio ſuadere poteſt, quod eorum fere temporum ſcriptores à cancellis, & cancellos agere dicunt, cancellarium ſignificantes Caſſiod. lib. 1. Inſt. Diuinarum & humanarum ſcript. de Marcellino Illyriciano. cuius hodieque deflorata extant: Is (inquit) adhuc patricij Iuſtiniani fertur egiſſe cancellos. Sed meliore conditione deuotus à tempore Theodoſij principis vſque ad fores Imperij triumphalis Auguſt. Iuſtiniani opus ſuum, Domino iuuante, perduxit. Idem & lib. 11. var. for. Sic

enim proprie noſtros cancellos agitis, ſi læſorum impia clauſtra ſoluatis. Eſsicus monach. lib. 6 de vita Germani:

Volusianus erat præcelſo nomine quidam,
Vrbis patricio toti dilectus & vrbi.
Atque à cancellis priſco de more miniſter.

Cancellarij ergo erant (ait Briſſ. vlt. edit.) qui cancellis principis agebant. A cancellis enim nomen traxerunt, vt ex Caſſiod. liquet. Briſſon. Sed rem totam belle & accurate conficiet Caſſiodori PP. locus ex lib. 11. var. in cancellariatus codicillis: Hoc igitur (inquit) laudabile præjudicium, ſententiam gratioſam, militiam domeſticam à 12. indictione, cancellorum tibi decus attribuit, vt conſiſtorij noſtri ſecreta fideli integritate cuſtodias. Per te præſentandus accedat: per te noſtris auribus deſiderium ſupplicis innoteſcat: juſſa noſtra ſine ſtudio venalitatis expedias: omniaque ſic geras, vt noſtram poſſis cōmendare juſtitiam. Actus enim tui judicis opinio eſt: Et ſicut penetrale domus, de foribus poteſt congruenter intelligi: ſic mens præſulis, de te probatur agnoſci. Nec injuria. Quia talem vnuſquiſque ad reſponſa ſua videtur eligere, qualem ſe cunctis decreuit æſtimari. Et paulo poſt. Reſpice quo nomine nuncuperis, latere non poteſt, quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas januas. Et quamuis ſtudioſe claudas, neceſſe eſt, vt te cunctis aperias. Nam ſi foris ſteteris, meis emendaris obtutibus. Si intus egrediaris, obſeruantium non potes declinare conſpectus. Adſcripſi locum latius, cum quod cancellariorum, de quibus agimur, conditionem plene contineat, tum quod in vulgatis libris ad finem corruptus ſit. Pitheus aduerſ. lib. 11. c. 2. Adde Adrian. Turneb aduerſ. lib. 11. c. 25. Ex Caſſiod. patet (ait Briſſ. vlt. edit. Lexic.) Cancellarium intra cancellos vndiq; conſpicuum ſtetiſſe. Vnde munus dignitaſque ejus cancellorum officium vocatur à Caſſiod. epiſt. 27. lib. 12. Cancellarium princeps ad reſponſa ſua eligebat: ejus fidei ſecreta conſiſtorij commiſſa: per eum ad principis aures ſupplicum deſideria perlata: per eũ accedebat: qui principi præſentandus erat: ille juſſa principis expediebat. Briſſ. ex Caſſiod.

CANCELLARII. Cancellarij in l. 5. §. 2. C. de temp. appellat. viri epiſtolares nuncupantur. Gothoſ. ad d. §. 2. adde l. 1. § 8. C. de offic. præfect. prætor. Afric. & Gothoſ. ad l. nullus 8. C. de aſſeſſor. Cancellarij, ait, à ſecretis judicum, dabant operam ſcribendis & expediendis epiſtolis, juſſionibus, edictis, relationibus, reſponſis ac ſententijs, in loco quidam, vt conſiſtorio proximo reticulis ſiue cancellis clauſo, vt hodie quoq; fit in curijs. Per eoſdem fiebat ad judices admiſſio: erantque judicibus quod principibus tribuni ac notarij. & alias viri quoque epiſtolares dicebantur, d. l. 5. §. 2. adde l. a 12. 12. & rubr. Cod. de aſſeſſor. Cancellarij judicum, conſiliarijs domeſticiſque adjunguntur, l. 3. c. 8. C. de aſſeſſor. l. 1. §. pro annonis. C. de offic. præf. præt. Afric. Briſſ.

CANCELLARIVS (ait Hot. in comment. verb. Jur.) idem eſt qui ſeruus publicus, ſiue tabellio & actuarius: is enim commune omnium actuariorum nomen fecit ſuum.

CANCELLARIA quid ſit, pluribus docet Bud. in Forenſib. officinam & conuentum appellans, & juris æquitatiſq; promptuarium, & oraculum, juſtitiam ipſam, ſummi juris emendatricem. Porro à Cancello ducitur.

CANCELLATIO, quam diuidendi & adſignandi agri formam eſſe Siculus Flaccus ſcribit libro de condit. agrorum. Prat.

CANCELLVS ædium, num. ſing. apud Vlp. in l. nam & ſi 9. §. 1. ff. quod vi aut clam. Petronius etiam arbiter eodem numero ea voce vſus eſt, exiſtimans cancellum murum eſſe cœnaculorum ſeu quorumlibet ædificiorum ora ab injuria lapſus ibi incidentis defendentem. Prat. Cancelli ſepta ſunt ex rectis, obliquis, tranſuerſia lignis contexta & compacta; plagulis ſeu foraminibus inuicem diſtincta. Feneſtratas januas vocat Caſſiodorus epiſt. 6. lib. 11 Briſſ.

CANCELLI per diminutionem dicti, olim cancri dicebantur. Feſt. lib. 3 Prat.

CANCELLI, ligna ſunt inter ſe modicis interuallis in tranſuerſum connexa, quibus tribunalia, ſcenæ, & feneſtræ muniri conſueuerunt. Cic. in Verr. Circumdari cancellis videtur in ſua prouincia. Idem 1. de Orat. forenſibus cancellis circumſcripſam ſententiam. Vtrumque per tranſlationem. Sed proprie Sidonius lib. 1. de turba ſatellitum Theodorici regis: Excluſa, inquit, velis, incluſa cancellis. Cant. c. 2. Hieron. interprete: Reſpiciens, inquit, per cancellos, id eſt, per foramina cancellorum. Nebriſſ. Hujuſmodi quoque feneſtræ Clatratæ dicuntur. Vlp. de leg. 3. l. cætera. 41. §. item hoc. itam de fund. inſtr. l. quæſitum. Cancellos quoque inſtrumento contineri puto. Oldend.

CANCELLI in ædibus, ſepta ſunt ex rectis, obliquis, tranſuerſis lignis, contexta & compacta: plagulis ſeu foraminibus inuicem diſtincta. l. 41. §. item hoc. ff. de leg. 1. l. 12. §. fiſtulæ, ff. de inſtru. vel inſtrum. Feneſtratas januas Caſſiod. epiſt. 2. lib. 12. appellat. Briſſ.

CANCELLVS per tranſlationem appellat G. Budæus in forenſib. locum vbi aduocati ſtantes cauſas agunt. Galli vocant *le barreau*. Stantes dixi. Nam dum cauſas agunt, ſtare debent, judex vero ſedere. Idque Valentinianus & Valens conſtituerunt, l. quiſquis. 6. in fin. C. de poſtul. Prat.

CANDELA accenſa vtuntur in auctionibus, vt tamdiu liceri, pretiumque augere poſſis, quamdiu durat, & donec vna cum lumine conſumpta fuerit, & tunc meliorem conditionem adferenti addicatur res: argumento ab electione petito cujus formæ & ſolennitatis commeminit pontifex in decretali epiſtola. c. cum vereri, de electione, in antiq. Prat.

CANDELABRA ſupellectili adnumerantur; ideoque ea ſupellectili legata, debent Paul. ſcribit l. 3. in princ. ff. de ſupel. leg. Dicta autem ſunt Feſto lib. 3. quod in eis candelæ figantur. Prat. Briſſon.

CANDELABRO ſigillum incluſum vindicari non poſſe, ſed vt excludatur, ad exhibendum agi. idem Paul. ait, l. gemma, ff. ad exhib. Sed &c.

CANDELABRO vendito, ſigillum ei incluſum ſeruandum non eſſe, putem ex ſententia Solonianæ legis, quam explicui lib. 2. Juriſpr. veteris. Legis verba hæc ſunt apud Diogenem Laertium: [Greek, illegible] Hoc ad candelabrum produci poſſe, argumento, eſt, quod Paulus idem jus conſtituat in vtroque, nempe anulo & candelabro, d. l. gemma. Prat.

CANDIDATA ſunt, qui nondum ſunt aſſecuti honorem, ſed ambiunt, & ſpes eſt eos aſſecuturos eſſe. Spieg.

CANDIDATI Romæ dicebantur, qui conſulatum, vt ait L. Feneſtella lib. 2. c. 7. vel alium magiſtratum, vt aliis placet, petebant: dicti, quod veſtibus candidis induti eſſent, & tranſlatione aliarum rerum petitores dici cœpti ſunt. Hinc candidatos reſtitutionis dixit Tertul. lib. 2. aduerſus Marcion. Prat.

CANDIDATOS principis appellat. Vlp. l. vni. ff. de offic. Quæſtoris, qui libris ſolis principalibus in Senatu legendis vacabant, tamen L. Feneſtel. epiſtolis legendis vacaſſe in eandem rem ſcribit lib. 2. c. 3. Vnde lib. Juriſprud. Media 1. cap. 3. literis pro libris legendum admonui. Nam & à claſſicis rerum ſcriptoribus didici Impp. cum extra vrbem in expeditione eſſent, ſoliſos fuiſſe ad Senatum literas mittere. Sed Florentinam lectionem confirmat, quod iis verbis in Auguſto. Suet. Tranquillus, Etiam, inquit, totos libros in Senatu recitauit. Pra. & Aldobran. in prœm. Inſt. in verbo Exquæſtori per candidatos orationes principum in Senatu recitabantur. Briſſ.

CANDIDATI quæſtores. Lamp. in Alex. Quæſtores candidatos ex ſua pecunia juſſit munera populo dare, ſed vt poſt Quæſturam præturas acciperent, & inde prouincias regerent. Quibus ex verbis candidatos ſuſpicatus dictos Hot. ea re, quod hic ingreſſus erat, & quaſi primordium gerendorum honorum & ſententiæ in ſenatu dicendæ: vt & Vlp. eod. loco ſcribis. Dio lib. 54. [Greek, illegible] Prat.

CANDIDATI. vide l. his quidem. 5. fin. C. qui milit. poſſ. vel non.

CANDIDVS eſt in l. ea lege 8. C. de rer. permut.

CANELLA herbæ nomen. Gothoſt. ad l. interdum. 16. §. ſpecica 7. in prin. verb. cinamomum, ff. de publicanis.

CANI, pluraliter tantum, capilli albi in capitibus ſenum. Hos interdum venire ante tempus, Alber. citans vulgatum Boethij verſiculum indicat.

Intempeſtiui funduntur vertice cani.

CANITIES, pro ipſa ſenectute in § ſi vero aliqui. Auth. de quæſtore Hac cenſuit Impp. caniciei deferendum, nimirum quod gloria ſenum habeatur, vide Alber. Spieg.

CANITIES frondium, vide Gothoſt. ad l. 2. Cod quę res venire non poſſunt.

CANIS pecudum numero non continetur. Gaio. l. 2. §. 2. ff. ad l. Aquil. ſed nec inter feras beſtias, vt ex Gaio colligere potes. Canis impudicus dicitur epiſcopus, qui nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen correxit, vt dicit Aug. c qui nec regimin. 2. q. 7. Prat.

CANIS apud Feſtum pro collari ſeu vinculo ſine tormenti genere hodie frequenti, quod collo reorum injicitur ignominiæ aut pœnæ cauſa, vt ſignificatur l. leg. Jul. 7. ibi: aut quid in collum injeceris, vt torqueatur: ibique Gothoſt. ad leg. Jul. de vi publ. Et huc alluſiſſe videri poteſt Plautus in Caſina: Deos quæſo tu, vt quidem hodie canem & furcam feras. Prat.

CANEM non licet retinere qua vulgo iter fit. l. hi enim. §. deinde adjunt ædiles. Alber. Spieg. Siquis igitur canem irritauit & effecit, vt aliquem morderet, quamuis eum non tenuit, Proculus reſpondit Aquiliæ actionem eſſe, vide l. item Mela. 11. §. 5. ad l. Aq.

CANINAM facundiam apud Saluſt. & Hiero. de grege moratorum (non oratorum, vt deprauate legitur apud Cic. actio. 1. in Verr.) ſeu tabularum intelligi quidam annotarunt. Hinc Prudentius:

Inde canina foro latrat facundia toto. Prat.

CANNABVM, 3. Pall. 5. [Greek], alij canabum, Iſidor. 16. orig. 7. alij

alij canaba, vt in l. 2. § igitur præpoſitio. 12. & ibi Gothofr. D. de exercitor. act. vide & ſup. in voce canabia.

CANON Græce, Regula Latine, c. canon. diſt. 3. canonibus ſoluere, legibus ſoluere, gratiam canonis facere, gratiam legis facere, pro diſpenſare, *vom Geſatz ledigen*. Bud. in l. princeps ff. de il. Oldend.

CANON etiam dicitur omnis Eccleſiaſtica conſtitutio. Panurmit. & alij Pontificij in c. 1. de conſtit. in antiqu. Sic accipi debet in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccleſ. & ibi vide Bart. & Bald. diſputantes, legibus, an canonibus ſtandum. Vide Schard. in dict. Bart. Prat.

CANON publicus in conſtitutionibus Imperatorijs anniuerſariam penſitationem, functionem, collationem & præſtationem ſignificat, quæ à prouincialibus quotannis populo vel Romano, vel Conſtantinopolitano, vel Alexandrino gratis, ac ſine pretio vllo mittebatur: qui ſpeciebus his conſtabat, frumento, vino, carne, oleo, &c. vide l. fin. C. de collat. fund. patrimon. lib. 11. l. 2. C. de præd. Tamiæ. eod. lib. l. fin. C. de diuerſ. præd. eod. lib. l. 1. C. de indict. lib. 10. text. qui canonem definit. l. vnic. C. de collat. donat. eod. lib. l. 3. Cod. quæ res vend. non poſſ. Briſſ. Prat.

CANON varij generis eſt, idque ex ſubiectis liquido conſtabit. Erat igitur.

CANON aurarius, l. priuatæ, 10. C. de excuſ. mun. lib. 10. Et

CANON delegationis, d. l. priuatæ, & l. 13. de extraord. ſiue ſord. mun. in C. Th.

CANON emphyteuticus, l. fin. § neceſſitatem. C. de jur. emphyt. Auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccl.

CANON frumentarius vrbis Romæ, tub. C. de can. fru. vrb. Rom. lib. 11. Lampr. in Heliog. Juſſerat, inquit, & canonem populi Romani vnius anni meretricibus, lenonibus, & exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promiſſo, cum eo tempore juxta prouiſionem Seueri, & Traiani ſeptem annorum canon frumentarius Romæ eſſet. Spartianus in Seuero: rei frumentariæ, quam minimam repererat, ita conſuluit, vt excedens ipſe vita ſeptem annorum canonem relinqueret. Briſſ.

CANON anniuerſarius, vide l. 17. C. de Iudæis & cœlicolis.

CANON ciuilis l. ſi qui. 5. med. C. de diuerſ. præd. vrb.

CANON telonei, quod ratione menſæ publicanorum penditur: cujus meminit Caſſiod. li. 5. var. ad Ampelium. Telonei quinetiam canonem nulla faciatis vſurpatione confundi. Prat.

CANON glebæ apud S. donium Apollin. lib. 6. epiſt. ad Papam Cenſorium, qui ratione glebæ præſtatur. Quem ſi domeſticis fidei deputata humanitate foueatis, i. e. vt debitum glebæ canonem non petatis, tantum lucelli præſtitum ſibi, &c. Prat.

CANON largitionalium titulorum 4. rubr. C. de canone largit. tit. lib. 10. eſt qui ex more inferetur theſauris, vel ærario priuato. l. 1. C eod.

CANON ſacratiſſimæ vrbis l. 35. C de nauicul. in C. Theod. l. 5. de canon frument. in C. Theod. Briſſ.

CANON metallicus, l. 2. C. de metal. lib. 11.

CANON veſtium, l. 1. C. de milit. veſte, lib. 12.

CANON vrbanus. l. nauiculario. C. Theo. de nauicul. eſt & vrbicarius, l. 1. Cod. de can. frum. vrb. Rom. lib. 11. Eſt & alius in edicto 13. Iuſtin. Prat. Briſſ.

CANON fundorum: priuatorum vel emphyteuticorum: nauli. titulorum omnium ſuarius: ſenatorius. Briſſ. ex C. & Nou.

CANON patrimonialis, quicunque, 7. princ. C. de omni agro deſert.

CANON rei priuatæ, l. ſciant, l. 3. C. de his quæ ex publica collatione illata ſunt lib. 10.

CANON etiam ſumitur pro pacto, ſicut & contra, vt in l. 3. C. de obſeq. patrono præſtand. & in Nou. 120.

CANON. Aſconius Pædianus tributorum genera facit tria: canonem, vt in portorijs & vectigalibus: oblationem, vt in vini diſtractione: indictionem, quæ vulgo dicitur talea, Latine item collatio ſeu collecta, vt apud Ciceronem. Is vero tria hæc penſitationum genera his verbis complexus eſt: Sic enim, inquit, de Sicilia loquens, quando illa frumentum, quod deberet ad diem non dedit: ecce canonem. Quando id, quod opus eſſe putaret, non vltro pollicita eſt: ecce oblationem. Quando id, quod imperaretur, recuſauit: ecce indictionem. Hæc ille. Ceterum taleam numerariam ſunt qui ex Tito Liuij lib. 8. clarigationem appellari putent. Hujuſmodi autem tributis quum Childericus quartus Francorum rex, libidinoſus, & omnis generis luxui addictus, populum aliquandiu vexaſſet, quo faſtum & pellices maxime foueret, tandem ob inſolentiam expellitur, anno à Chriſto 461. regni vero ſui 3. pretium ſtultitiæ ferens. Erant & canones ethnulci, in quib. temporum ratio tractabatur. Apud Spar. ita legimus: Rei frumentariæ, quam minimam repererat, ita conſuluit, vt excedens ipſe vita 7. annorum canonem relinqueret. In Heliog. canon dicitur fructuarius, pro alimentis in tot annos paratis. Omnino videtur canon id frumentum, quod in vſum cedit annuum, vel quodannis conficitur ſingulis. Hæc fere omnia Cel. Rhodig. & Bud.

CANONES qui exigebant, canonicarij appellantur in Nouel. *περὶ κανονικαρίων...*, & in Nou. *περὶ τῶν ...*, apud Caſſiod. lib. 11. & lib. 12. var. Briſſ. in præterm.

CANONIA, vt Panorm. definit, c. cum M. Ferrarienſ. extra de conſtit. in antiq. eſt jus ſpirituale, proueniens eo ipſo, quod aliquis recipitur in canonicum. & ibi quid differt à præbenda, vide infra. Præbenda. Canonia eſt nomen tituli & juris. vide Innoc. in d. c. cum M. Ferrarienſ. Prat.

CANONICA indictio, l. 1. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.

CANONICA inſtitutio in c. beneficium, de reg. jur. lib. 6. eſt legitima collatio beneficij, ſecundum eccleſiaſticorum decretorum regulam, vt ex gl. Dino & Alberico liquet. Eodem ſenſu.

CANONICA præſcriptio & canonice procedere dicimur paſſim in jure Pontificio. Prat.

CANONICA monitio, quando citatio interuenit cum tribus monitionibus, vel vna pro omnibus peremtoria. c. conſtitutionem. de ſent. excom. lib. 6.

CANONICA portio, eſt quæ à canone deputatos eccleſiæ parochiali de relictis à parochiano. vide text. & Doctores in c. noſtra. ext. de ſepult. Prat.

CANONICA penſitatio. in l. 2. C. de luc. aduocat. lib. 12. Canonica indictio, veſtis præbitio. Briſſ. ex C. & Nou.

CANONICA illatio, cujus meminere Impp. Honor. & Theod. in l. placet, C. de ſacroſ. eccleſ. eſt ordinaria functio, ordinarium munus, quod habet certam præſtationem lege impoſitam; ad cujus ſolutionem eccleſia tenetur.

CANONICA veſtis, l. 2. de diſtr. pign. quæ ſub cauſ. ten. Briſſ.

CANONICARII ſunt horum annuorum canonum exactores, in Nou. Iuſtin. 30. & Nou. 163. Nou. maior. de indulg. reliq. & apud Caſſiod. epiſt. 22. lib. 10. var.

CANONICÆ. Nou. 59. ſunt Monachæ. vt conſtat ex 2. Nicenæ, c. 20. & epiſt. Baſilij *περὶ ...*. Gothofr. ad d. Nou. 59 c. 2.

CANONICÆ epiſtolæ diuiduntur in *...* & *...*: Gothofr. ad Nou. 6. c. 1. verb. Probabilia.

CANONICATVS appellatur titulus regularis ſacerdotij in eccleſia: vnde Canonici dicuntur. Et differt à præbenda, quæ reditus habet annuos ex tali titulo. Itaque, qui vtrumque habet, is canonicus præbendarius dicitur 7. diſt. c. ſanct. canonum. Spiegel.

CANONICARII etiam ſunt palatini, qui mittuntur in prouincias ex ſcrinio canonum ad exigendos ſolemnes titulos fiſcales, & mittuntur vel à comite domorum, aut propoſito ſacri cubiculi, Nou. 30. vel à comite priuatarum, vt eſt in formula comitiuæ priuatarum Caſſiodori, canonicarios dirigis. Scrinitrij dicuntur Nou. 134. 147 De his Nou. Maiorani de indul. rel. Cuiac. in expoſ. Nou. Iuſtinian. 28. c. 6. & Iul. ibidem numer. 147.

CANONICARII autoritate terribiles ſunt, & in prouincialium viſcera & damna ſæuiunt. Gothofr. ad d Nou. 128. c 6.

CANONICARIORVM venalis improbitas.

CANONICARII quomodo differant à vindicibus, vide Gothof. ad Nou. 134. c. 2.

CANONICI tituli: canonicæ ſpecies. Briſſ. ex C. Th.

CANONICI equi, l. 3. C. Theod. de equorum collat. diſcere qui ſint l. 1. 2. & 3. eod. tit. C. Th. Prat.

CANONICI & rituales libri, ſunt Decreta priſcorum ſacerdotum, quibus doctrina juris Pontificij conſtare debet. Tuſanus. vide & Feſt. in verbo Rituales. Spieg.

CANONICVS. Sacerdotes, qui in templis præſertim cathedralibus anni tempore ſacris operam darent, hos Græce *κανονικοὺς*, hoc eſt, regulares vocant, vt qui rite inſtituti cæteris viuendi normam præberent. Hi vere canonicatum adepti, ſuffragium ſeu, vt dicunt, vocem non habent in capitulo, niſi poſt decimum ſeptimum annum. Author.

CANONIS ademptio, vide l. vlt. C. de fund. patrim.

CANONIZARE, ad regulam examinare. *Κανὼν* enim Latine regula dicitur. Vnde canonibus ſoluere, pro diſpenſare. quod &, vt docet Budæus, Gratiam canonis legiſque facere, dici poteſt. Spieg.

CANOPVS, vrbis nomen, vid. Gothofr. ad edict. Imperat. Iuſtin. 13. c. 1. verb. excepto oppido Menelaita.

CANTERIA, vel, vt alij, cauteria, ad pictoris inſtrumentum pertinet, l. 17. de inſt. Gothofr. ad l. 6. 16. ant colore. C. de diuerſ. reſcript. Bred. in Lexic.

CANTABRARII, l. 2. C. Th. de collegiat. à cantabris vox ex illorum genere cujus Tertullianus in apologetico meminit his verbis. ſyparа vexillorum & cantabrorum, ſic enim legunt libri veter. vide Turneb. aduerſ. lib. 15. c. 16.

CANTHARI apud Vlp. l. cetera 41. §. item hoc. ff de legat. 1. ſunt ludicræ quædam effigies & figuræ variæ ad arbitrium effictæ, per quas ex roſtris aquæ ſaliunt. Auſonius in epiſt. Edilij 17. Harum verticularum varijs coagmentis ſimulantur, ſpecies mille formarum, elephantus bellua, aut aper beſtia, aut anſer volans, & mirmilo in armis ſubſides, venator & latrans canis. Quin & turres, & cantharus, & alia hujuſmodi innumerabi-

lium ſigurarum, quæ alij alio, ſcientius variegant. Hinc optima ratione cantharos, perſonas, ex quarum roſtris aqua ſalire ſolet appellat idem Vlp. fundi §.caſtella. ff de act. emp. Iulius vero Pollux lib.6.onomaſt. c.16. poculi ſpeciem, κάνθαρον eſſe ſcribit. In libello quoque ſupplicij quatuor Martyrum coronatorum hæc verba leguntur: Tunc Sempronianus, Claudius, Caſtorius, & Nicoſtratus cœperunt in nomine CHRISTI cauere conchas & pegas, & lectos cum ſigillis & cantharis, cum magna ſubtilitate artis. Briſſ. prætermiſſ. Prat.

CANTHARIDES inter venenata animalia enumerantur à Marciano l.3.§. alio SC.ff. ad l.Cornel. Quibus & Magnetem à Nereide peremptum poetæ fabulantur. Ouid.in Ibin.

Cantharidum ſuccos, dante parente, bibas.

Vnde & cantharidis venena dixit Tertullianus IC. in lib. adverſ. Marcionem. Vtriuſque ſententiam probat Plin. lib.29.c.4.ad fi. his verbis: Cantharidas diximus. Sed & in his magna quæſtio: quoniam ipſæ venena ſunt, potæ veſicæ cum cruciatu præcipua. Sunt autem cantharides vermes terreni virides, auri colore ſuperlucentes, in ſummitate ramorum fraxini aut oleæ naſcentes. Translatitie pro venenata potione ex cantharidibus confecta ſumitur in d.§. alio SC. & à M.Cicer. ad Portium lib.9 epiſt. Cajus Carbo, accuſante L.Craſſo, cantharidas ſumpſiſſe dicitur Briſſ. Prat. V. Æginetam 5. de remediis. 30. Gothofr. not. ad d.§.alio.3.

CANTHARIA, ſcarabæi quidam ſpecies oblongioris, maculas rubras tranſverſarias habens. Hiſpani in Bœtica mea cubiculas vocant, alijs in locis Abadeios: in quo falluntur tempeſtatis noſtræ medici, pro cantharidibus utentes quibuſdam vermiculis ad muſcarum ſimilitudinem. Plin. lib.18. Eſt, inquit, cantharis dictus ſcarabæus parvus Galenus præterea de medecina ſimplici: Cantharidum, inquit, ſiue ſcarabeorum. Nam cantharus eſt ſcarabeus, cantharis vero ſcarabei habens effigiem. Marcell. ad l.Cor. de ſic & venef. l. ejuſdem. 3.§.alio. 3. vt quod quis, ait, luſtramenti cauſa dederit cantharidas. Nebriſſ. Cantharides ſunt vermiculi minutorum ſcarabeorum forma: ex quo & nomen traxere: quorum noxiam & maleficam vim Dioſcor. lib.2.& 6. Plin. lib.21.c.36.& lib.29.cap.4. explicant. Briſſ. vlt. edit.

CANTHARVS non figlini modo nomen eſt à figulo ductum artifice, ſed & navigij ſpecies. Quin apud Antiphanem, κοσμάριον, id eſt, ornamentulum muliebre cantharus dicitur.

CANTHARVS etiam vas erat, quo vtebatur in ſacris Liberi patris, habens anſas, atque, vt ait Acron, poculum erat, Virgil.

Et gravis attrita pendebat cantharus anſa. (in Buco.

Plin. lib.33. Cantharus potaſſe exemplo Liberi patris tradiunt. Eſt præterea cantharus illud aquæ conceptaculum, vnde ſalientes aquæ erumpunt. Vlpian. de leg. 1. l. cetera §. item hoc canthari, ait, per quos aquæ ſaliunt. Nebriſſ. ant. text. & Alc. hanc dictionem in ſyllaba aſpiratione privant. Et Alciato dubium eſt, quid hoc loco ſibi velint canthari, niſi accipias pro vaſis aquarum, quibus epiſtomia adduntur, vnde aqua exit: ideoq; ſalientes dicti Latinis authoribus. Idem indicat, Græce legi poſſe κάνθαρον, vt generaliter intelligatur omne inſtrumentum, vnde aqua defluit. Spieg. Alc. lib.1. parerg. c.10.

CANTHERIVS Feſto lib.3. equus, cui teſticuli amputati ſunt.

CANTANDVM eſt in eccleſia devotione ordine neque theatrales cantus ſunt exercendi, c. cantantes. diſt. 92. c. non mediocriter. diſtin.5. c. ſedulo diſtin. 38. c. quiſcunq. 12. q. 1. c. vnic. de vit. & honeſt. cleric.

CANTOR dictus eſt, quia vocem modulatur in cantu. Hujus duo genera dicuntur in arte Muſica: præcentor, & ſuccentor. Præcantor eſt, qui vocem præmittit in cantu: Succentor, qui voce ſubſequenter canendo reſpondet. Concentor autē dicitur qui conſonat, & concinit c. clericos. 21. diſtinct. Io. Bellu.

CANTABRVM, pro labarum vexilli appellatio, vt Minutius Felix. Signa ipſa, & cantabra, & vexilla caſtrorum, & inde ſigniferi & cantabrarij, l.1. C.Th. de Collegiatis. Quibus adjunguntur Vituriarij, & Nemeſiaci, & Collegiati. Et collegiati forſitan eo loco, qui Tertulliani libro de ſpectaculis agonum collegiatij miniſtri. At lib.11. C. tit.2. unl. lic. io ſrc. equeſtr. ſel. Cujac. obſerv. lib.12. c.20. poſt princ.

CAPENIANVS fundus, vide l. quæſitum eſt 78.§. pero.3. ff. de legat.3.

CAPANNA. Ruſtici Capannam vocant, quod vnum tantum capiat. Gothofr. ad l. tugurij 180. verb. à tecto. ff. de vet. ſig.

CAPACITAS De ſolidi capacitate vide Vlp. tit.16. Capacitas legatarij, ad capiendum quid ex teſtamento. Capacitatis privilegium. Capacitas, alicui potata vaſa Briſſ. ff. & C.

CAPAX, vt notam vulgo ſignificationem prætervolitem, habilē ſignificat, vt aperte colligitur ex Vlpiano l.1.§. non autem. in fin. ff de exercitor. Hujus verba hęc ſunt: Vt ecce ſunt naves, quæ Brundeſiū à Caſſiope, vel à Dyrrachio vectores trajiciſit, ad onera inhabiles. Adjicit: item quædam fluvij capaces, ad mare non ſufficientes. Sed ea ſignificatio ad factum refertur. Sed & inhabilitas illa ad jus pertinet. Nam capax dicitur ille, cui relinqui jure poteſt, quicunque teſtamenti factio (vt loquuntur interpretes) paſſiva eſt, qui ue ex teſtamento capere quid poteſt. inde capacitas legatarij l.55.§.1. ff. de leg.3. & ſolidi capacitas, rub. apud Vlp. tit. 17. Regul. Prat. Briſſ.

CAPAX, id eſt, ſuſceptibilis alicujus rei. Capax conſilij, doli, culpæ, obligationis, ſolutionis, furandi, injuriæ faciendæ. Capaces auditus. Naves fluvij capaces. Briſſ. ex ff.

CAPEDO, vas vſuarium L. Baſio ad l. cum aurum. 19.§. argento. ff. de aur. & argen. legat. Vide apud eundem Baſium, qui Plutarchum citat. Prat.

CAPELLA. Ioh. Camers ſcribit in commentario in Tabulam Cebetis, quod qui noſtro ſeculo capellam pro ædicula ſacellove vſurpant, nedum non inepte, ſed ne frivole quidem loqui exiſtimandi ſunt, quod ea voce præter cæteras Clemens ſecundus vſus fuerit, cujus verba referuntur in c. non ſuic. extra de jur. patron. De capellis tota ferme cauſa 16. decretorum ſcripta eſt, tit. item 37. lib.3. decret. de capellis monachorum & aliorum religioſorum inſcriptus extat. Teſtatur itidem, veterum plures capellæ nomen in hac ſignificatione vſurpaſſe. Noſter autem Rhenanus nunc tradit, & quidem belle, Capellę vocem Francis veteribus deberi, qui in Gallijs regnum conſtituerunt, & Germanica lingua ſunt vſi. Occaſionem novæ vocis ex annotatione codicis cujuſdam pervetuſti hanc fuiſſe narrat: Divus Martinus Ludouico regi, illi (barbara pronunciatione Clodoucus nominatus) qui fidem Chriſtianam ex Francis primus ſuſcepit, à Remigio tinctus, adeo obſervatus fuit, vt pleraque bella ope ejus divi ex voto confecerit, quorum minimum non eſt illud adverſum Viſigothos geſtum &c. Vnde factum eſt, vt quibuſuis poſtea ſacellis id nomen tribueretur. In actis conſilij Tiburienſis recentius habiti, citante Gratiano, legimus: ſicubi à Normannis & Sclavis, ab Vngaris & malis Chriſtianis, ſeu qualicunque modo Eccleſię fuerint incenſę & combuſtę, in capellis cum tabula conſecrata miſſas celebrari (de conſecr. diſt. 1. c. concedimus.) ubi interpres. Forte capellæ non erant, inquit, olim Eccleſiæ, cum antiquitus dicerentur capellæ tuguria caprarum pellibus tecta, audis perbellam etymologiam. Ab illa ſua capella reges Francorum ſacrificium privatum, cum is nunc militiæ, quod frequenter admodum eveniebat, nunc peregre verſantibus, tunc ob ardua ſubinde negotia non liceret ſemper intereſſe publicis Miſſis, Capellanum nominabant, & Archicapellanum, vel quod principis eſſet Capellanus, vel quod cæteris præeſſet, nihil Grammaticorum præceptionem curantes, quę Græca cum Latinis componi prohibent, ne dicam eum barbaris. Archicapellanorum officium fuit etiam, tabulas atque Imperiales annotationes recognoſcere, quas omnes Latine perſcribi mos erat: & eſt penes Rhenanum exemplum literarum Ludouici regis, qui Caroli magni pronepos fuit, ſic ſubſcriptum: Ernuſtus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovit. Et alterum Othonis primi Auguſti cum hac ſubſcriptione: Vvilligiſus Cancellarius vice Roberti Archicapellani notavi. Dignitas enim eſſe cœperat. Et hunc titulum ſub poſterioribus Cæſaribus diu Archiepiſcopi Electores retinuerunt, donec ab officio in Archicancellarium mutatus eſt. Et habet nunc hunc titulum Abbas Puldenſis, vt ſit Archicapellanus Auguſtæ.

CAPELLA Bernhardo juris Pontificij gloſſulario, cap. concedimus de conſecr. diſt. dicuntur Oratoria non conſecrata. Papias dictam putat capellam quaſi capiens λαὸν, id eſt, populum, vel laudem. De capellis vide d.c. concedimus, & 16. q.2. per totum. & c. pervenit. & ſeq. ead. cauſ. quæſt.1. & ext. de capell. monach. & ibi Doct. Prat.

CAPENATI piſcatores, vide l.4. ff de divi ſ. rer.

CAPERE aliud eſt quam accipere. Capere cum effectu accipitur, nempe de eo, qui ſic accepit, vt habeat: accipere, ſi quis non accepit, vt habeat, & ſic accipere poteſt illud quod non ſuum ſit accipiendo. Ideoque non videtur quis capere, quod eſt reſtituturus l.71 de verb ſig. l.52. de reg. jur. Sed huic reclamat Iauolenus in l. cum ei ſt de legat 2. Cum ei, ais, qui patrem capiebat, legatum eſſet, vt alij reſtitueret, placuit ſolidum capere poſſe. Accurſius in l. cum ei hanc ἀντινομίαν diluens, ſcribit, in d.l. cum ei. improprie accipi. Nam qui tantum erogat, quantum accipit, capere quid non videtur Paulo, l. ex imitatib. 122. in fi. de leg.1. παραχρῆμα etiam accipitur apud Pomponium, l.1 §. de fidejuſſ. tutor. vbi Accurſ. interpretatur, accipit vel auſert: cujus interpretationem probat Alciatus d.l. aliud. Ibi forte legi poteſt, rapit; nam IC. ſtatim ſubjicit, Non quidem crimine caret. Prat.

CAPERE eſt ita accipere, vt accipiens ſtatim dominus, aut quaſi dominus fiat, vel certe, ita, vt ne res ipſi invito avocari poſſit. Gœdd. ad pr. l.71. n.3. de verb. ſign.

CAPERE etiam accipitur pro capi facere: & jubere, in c. cum epiſcopus de offic. ord. lib. 6. & ita explicat ibi Io. And. Nam, vt idem ait, epiſcopus ipſe non debet aliquem tenere, aut prehendere. Sunt qui dicant capere, poni, pro ſua auctoritate propria capere: quorum ſententiam probat And. Alc. ad d.l. aliud. Prat.

Digitized by Google

CAPERE plane videtur quis quamuis alij acquirat. l. cepiſſe. 140. de verb. ſign. Sic

CAPERE ex teſtamento, vel capere legatum, hæreditatem, fidei-commiſſum, eſt ſibi acquirere. l. 23. §. fi. de ædil. edict. l. vlt. de leg. 1. l. in fraudem. 10. de his quæ vt indign. l. in tempus 62. de hæred. inſt. l. 11. ff. de vulga. l. ſi Titio. 7. de leg. 2. Briſſ.

CAPERE ex teſtamento nihil videtur, qui tantum erogat, quantum accepit. l. 122. in fi. de leg. 1. Briſſ.

CAPERE ex teſtamento non poſſe apud Vlp. d. l. cum autem 23. §. fi. ff. de ædil. edict. is dicitur, cui teſtamenti factio paſſiua (vt Dd. loquuntur) non eſt, & cui aliquid relinqui non poteſt vt ſibi quærat. Eodem ſenſu accipitur d. l. fi. de leg. 1. & d. l. in fraudem. 10. ff. de ijs quæ vt indig. & d. l. in tempus. ff. de hæred. inſt. & d. l. ſi Titio ff. de leg. 2. Capere, id eſt, capacem & habilem eſſe ad quærendum. l. ſi is qui. 11. ff. de vulg. l. qui non militabat. §. fin. ff. de hæred. inſt. l. 3. ff. de jus. fiſc. Prat.

CAPERE etiam vſu, acquirere ac ſuum facere ſignificat, l. 48. §. 1. ff. de adqu. rer. dom. l. 23. l. 25. ff. de vſucap. l. 2. §. cum Stichum ff. pro empto. l. 22. ff. de dam. infect. Ita dominium capere in l. 15. §. Julianus. Et in ſuũ dominiũ capere. l. 5. ff. eod. tit. Ita tẽpore capere, & poſſeſſione capere, IC. dicunt, l. 10. §. 2. l. 15. §. 1. ff. de vſuc. l. 3. in fi. ff. de adq. poſſ. Hinc dominij capio in l. 18. ff. de damn. infect. & vſucapio, id eſt, dominij acquiſitio per vſum ſeu poſſeſſionem. Et mortis cauſa capio, quo nomine ea liberalitas, quę morte alicujus obuenit, nec proprium nomen habet, ſignificatur, tit. de mort. cauſ. donat. & capio. Quidquid enim propter mortem alicujus capitur, mortis cauſa capi dicitur, exceptis his capiendi figuris, quę proprio nomine appellantur. l. 8. & 18. & l. 21. & l. 31. de mortis cauſ. don. l. 54. de cond. & dem. vſucapere ergo nihil eſt aliud, quam vſu adquirere, & vſu ſuum facere. l. 82. §. 1. ff. de leg. lib. 1. Dicitur & pignoris capio, ſed alio atque vſucapio ſenſu. l. 15. §. ſuper ff. de re jud. l. 8. 2. de exec. rei jud. l. 11. C. de pig. & hypothec. l. vlt. de diſtrah. pign. in C. Th. Briſſ. Capere ſimpliciter pro vſucapere Gœdd. ad princ. l. 71. n. 8. de verb. ſig. ex aliquot ll. ff.

CAPERE ſolidum non poſſe dicuntur, qui totius quæ relinquitur hæreditatis inhabiles ſunt ac incapaces, l. 72. & l. 78. ff. de hæred. inſt. l. 6. ff. de vulg. & pup. Briſſ. Prat.

CAPERE ad certum modum dicit C. Scæuola in l. qui teſtamentum. 27. de probat. Briſſ.

CAPERE verbum ad effectum adquiſitionis, magis refertur, quam accipere Nam plerumque accepiſſe dicitur, qui tamen adhuc non acquiſiuit, l. naturalis §. 1. de præſc. verb. Quamuis etiam capere dicimus eum qui rapit vel ſimpliciter aufert, l. 1. de fidejuſſ. tutor. Spieg.

CAPERE ex tero jure, vide l. à patre. 10. C. de collat.

CAPERE teſtimonia, l. 19. ante fin. C. de teſtib.

CAPERE ex teſtamento hæreditatem, legatum, libertatem, ſolidum, pignus, fructus, fideicommiſſum, dolum, conditionem, honorem, dignitatem, dominium, poſſeſſionem, aquam, intellectum, &c. Briſſ. ex ff. & C. & Nou.

CAPERLATA poſſeſſio, cujoſdam fundi poſſeſſionis nomen eſſe, Accurſius interpretatur, in l. Aurelio 20. in pr. de li. le. quod & A. Auguſt. lib. 3. emend. c. 7 probat. adde Cuia. 7. obſeru. 16. Alc. lib. 6. cap. 25. pareng. cum prolatis repoſuit (Prolatorum autem nomine intelligit res, quas paterfam. ex vrbe rus aduehit) alij caprelatum, alij capellatum. Sed Accurſ. lectio eſt veriſſima. Prat. adde Gothofr. ad l. Aurelio. 20. in princ.

CAPESSERE honorem l. 1. C. ſi ſeru. vel liber ad dign. aſpir. li. 12. pro ire ad capiendum, vel adſpirare ad honorem, Plautus dixit in Bacchid & alibi ſæpe Virgil. pro perferre accipit. Plautus pro immittere, & recipere. Prat.

CAPESSENAE conditio fit omnibus æqua, quod quiſque meretur, ait l. 1. C. de infirmand. pœn. Cœlibat.

CAPI interdum ſignificat fraudari & decipi. l. 21. ff. ex quib. cau. maior. l. 2. §. ergo, l. 12. §. ex facto & § ſciendum ff. de minorib. Inde verba illa edicti Prætorij: ET SI QVIS DOLO MALO CAPTVS FRAVDATVSQVE EST, l. 36. ff. de pecul. l. 1. §. filiusfam. ff. depoſ. Cic. 3. offic. Nam quanti verba illa, VTINAM PROPTER TE FIDEMVE TVAM CAPTVS FRAVDATVSVE SIM. Non capitur, qui jus publicũ ſequitur, l. 116. §. 1. ff. de diuerſ. reg. jur. Non capitur minor emẽdo rẽ ſibi perneceſſariã, licet mortalem l. 11. §. ſciendum. ff. de minor. Inde captio. pro fraudatione, deceptione, dãno, & fallacia accipitur l. 1. ff. de in integ. reſt. l. 44. ff. ad l. Aq. l. 1. de minor. l. pẽ. in fi. de vacat. mu. l. 3. ff. de coll. bon. l. 12. §. ſi cur ff. mãd. l. 14. in fin. ff. de probat. l. 200. ff. de diuerſ. reg. jur. l. 66. §. 1. ff. ad Trebell. Et captio ſum, fallax atque damnoſũ, l. 45. ff. de vſucap. l. 84. §. aliquando, ff. quod met. cauſ. vnde captioſa & lucroſa contrarie referuntur in l. 6. §. ſi quid cũ pupillo ff. quæ in fraud. cred. Briſſ. Captioſa liberalitas: captioſum pactum, 10 ff. vide Captio, captioſa.

CAPI dicuntur virgines Veſtales, Flamines, Diales, Pontifices, Augures, cum in Sacerdotium legebantur. Vlp. Inſt. tit. 10. Ambroſ. lib. 5. epiſt. Vix ſeptem Veſtales capiuntur puellæ. Capi autem virgo propterea dici videtur, quia Pontificis manu prehenſa ab eo parente, in cujus poteſtate eſt, veluti bello capta abducitur, Gell. lib. 1. c. 12. Hot.

CAPI quoque dicebatur arbiter, qui à litigatoribus ſumebatur, Plautus Truculento: Ibo domum ego: te cum bellator arbitrum æquom ceperim. Terent. Heaut. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus. Me cepere arbitrum. Briſſ. Generum, arbitrum, capere, id eſt, eligere. Arbiter, judex captus, id eſt, ſumptus. Briſſ.

CEPISSE non videtur qui per exceptionem à petitione remouetur. l. 13 ff. de diuerſ. reg. jur. In edicto de calumniatoribus & alias quoque pecuniam cepiſſe videtur, qui obligatione liberatus eſt. l. 2. ff. de calumniatorib. Quo referẽda eſt l. 184. ff. de diuerſ. reg. jur. vt ex inſcriptione apparet. Eodem modo Paulus in l. 22. §. vlt. ff. ad l. Falc. eum qui liberatio legata eſt, quatenus ſoluendo non eſſet, capere videri ait, eo quod liberetur. Quin etiã, ſi donaturus mihi mortis cauſa debitorem ſuũ creditori meo delegauerit, tantã pecuniã capere videbor, quãta à creditore fuero liberatus, l. 18. §. 1. ff. de donat. cauſ. mor. Briſſ.

CAPERE feras piſces, volucres, id eſt, prehendere Animalia cœlo, terra, mari capta. Vnde captus piſcium, auium, nempe captarum. Briſſ. ex ff.

CAPI ab hoſtibus l. 22. ff. vnde legit. Et à piratis l. 19. §. à piratis, ff. de capt.

CAPTA ex hoſtibus dicuntur, quæ eripiuntur hoſtibus, Briſſ. Capta ab hoſtibus loca, id eſt, erepta, occupata. Captus luminibus, i. e. orbatus, priuatus. Mente captus, qui mentis compos non eſt. Capere pignus: Ita res pignori capiuntur. capere fructus & alimenta ex prædijs, id eſt, percipere: Sic captos fructus, id eſt perceptos, l. 2. & 4. de vſur. capere conditiones, i. e. recipere, admittere. Ita hoc capit illam interpretationem: non capit reſtitutionem, id eſt, admittit. Capit dolum, qui capax eſt doli. Captu carere id eſt intellectu. capere dignitatem honoris, id eſt, ſuſtinere, Capit æſtimari, dici, intelligi, id eſt, contingit. Briſſ. ex ll. ff. & C.

CAPERE, ſpecies eſt, Accipere, genus. Quomodocunque aliquid nobis datum, traditumue ſit, ſeu cuſtodiæ tantum cauſa, vel vt conductum habeamus, aut detineamus, accepiſſe dicimus: capere vero ſic, vt mox domini, vel quaſi domini fiamus. Gœd. d. loc.

CAPIENDI jus in l. 27. ff. de probat. l. 3 ff. de jur. fiſc. l. 12. §. 11 & diui fratres, ff. eod. & apud Iuuenal. ſat. 1. Si capiendi jus nullum vxori. id eſt, teſtamento conſequendi. Non capienti reddere, id eſt, ei qui jus capiendi non habet l 41. de jur. fiſc. Briſſ.

CAPILLES Indici, vid. l. interdum 16. §. ſpecies. 7. in fin. ff. de publica.

CAPILLOS demere, Moris erat ſeruis, ſimulatque manumiſſi eſſent, capillos demere, & capiti caluo pileum imponere, &c. Gothof. ad l. vnic. §. 5. in pr. ibi: pileati antecedunt. C. de latin. libert. toll.

CAPIO eſt acquiſitio eum eo ſcilicet effectu, vt capione fias dominus rei, nec eam captam reſtituere tenearis, Vult. commen. Inſt. de vſucap. n. 3.

CAPIO, pro captio, ſæpe dicitur, vt in rubr. ff. de mort. cauſ. donat. & captionibus. Hal. legit capionibus. Sic dominij capio; longa poſſeſſione capio, & capio ſimpliciter; quæ ſingola idem ſunt quod vſucapio, Sic pignoris capio, Gell. lib. 7. cap. 10. Hot. Briſſ. ex ff.

CAPIO mortis eſt, quicquid mortis alicujus occaſione percipitur l. 8. 12. 18. l. 21. l. 38. ff. de mort. cauſ. donat. Capio mortis cauſa eſt acquiſitio, & differt à mortis cauſa donatione. Gothofr. ad rub. ff. de mort. cauſ. donat. & capt.

CAPITA, perſonę. Vlp. in l. 195. ff. de verb. ſign. Et cum paterfam. moritur, quotquot ei capita ſubiecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere. Hot. vide infra caput.

CAPITA officij in l. 12. C. de proxim. ſac. ſcrin. lib. 12. Sic appellabantur primates officij, & qui in officio primos gradus tenebant. Quemadmodum in ordine caſtrenſi milites quidam capita ſcholarum vocabantur, vt ex Ammia. Marcellino lib. 25. liquet. Et Vegetius etiam denis militibus præpoſitos, caput contubernij vocatos ſcribit lib. 2. c. 8. & c. 13. Briſſ.

CAPITA etiam, gregis, armenti, pecorum, boum, caprarum; pro ſingulis corporibus, l. 1. §. vlt. l. 2. l. 3. ff. de rei vindic. l. 76. & l. 77. de vſufr. l. 19. ff. de pign. l. 10. §. ſi ſerui. de jur. dot. Briſſ.

CAPITA deminuta, capiuntur pro capitatione, pro tributo videlicet, quod pro ſingulis capitib. exigebatur. Pacatus in panegyr. Quid menſorem capita deminuta, & vitam ære taxantem? Alc. in l. vni. C. de colon. Thracenſib. Prat. vid. capitatio.

CAPITA nundinatitia appellat Tertul. in lib. de velandis virginibus petulantiam, impudentiam oſtentatiriam virginitatis. Vtinam talibus careent vrbes pleraque, vbi [illegible] ſe proſtituunt, vt ait Ariſtophan. in nubibus. Prat.

CAPITA pro fœno, paleis, & jumentorum pabulis poni ſolebant, l. quæ Græca eſt. C. de annon. & tribut. lib. 10. & in tit. de annon. & capitu. & alibi ſæpe. Vbi annonæ ſunt, ea quæ Rectoribus pro victu ſuo: Capita vero ea quæ iiſdem pro pabulo jumentorum præſtabantur [illegible] in N. Iuſt. n. [illegible] vid. infra capitum functionem. Marcel. lib.

Digitized by Google

22. Pabula, inquit, jumentorum, quæ vulgo dictitant capita Caſſiod. lib. 7. epiſt. var. Ad equos capitum definitum. Capui autem in d. tit. cum efferetur, quidam mendoſum exiſtimant & capitibus, alij vero capitatione reponunt: nec animaduerſione ea forma dictum, qua ſignificatu, quarta nominum declinatione, & Scribatu. l. 1. de muner. & honor. tametſi capitibus ſuſtineri poteſt. Prat. Briſſ. vlt. edit.

In CAPITA diuidere, id eſt, in viriles, & vt Iuſtinianus Nou. 118. interpretatur, κατὰ τὸν τῶν προσώπων ἀριθμὸν, viritim, pro numero ſingulorum, ſic videlicet, vt æquales partes quiſque ferat, & tot fiant partes, quot perſonæ ſunt §. pen. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. § hoc etiam Inſt. legit. agnat. ſucceſſ. l. 2 § 1. ff. de ſuis & legit. Seu vt Vlp. tit. 27. reg. Adgnatorum hæreditates diuiduntur in capita: veluti ſi fratris filius, & alterius fratris duo pluresve liberi: quotquot ſunt ab vtraque parte perſonæ tot fiunt portiones, vt ſinguli ſingulas capiant. Cui opponitur in ſtirpes diuidere, l. pen. C de legit. hæred. & apud Gaium lib. 2. Inſtit. tit. 8 & Paul. lib. 3. ſent. tit. 5. pro ſtirpibus, non pro virilibus portionibus, vt in l. 2. C. de ſuis & legit. Briſſ.

CAPITA etiam erant ipſi ordines ſuccedendi. Sic primum caput erat vnde liberi: ſecundum, vnde agnati: tertium, vnde cognati, &c. Bald. in tit. de legit. agnator. ſucceſſ.

CAPITAL à capite ducitur, vt ait Varro lib. 4. de ling. Lat. eſtque ſecundum ipſum, texta faſciola, qua capitulum in capite colligarent, quod ſacerdotale in capite etiam nunc ſolent habere. At Feſtus lib. 3. linteum fuiſſe quoddam, quo in ſacrificijs vterentur, tradit.

CAPITAL alia ſignificatione facinus capitale, & capitis pœna luendum ſignificat, autore Feſt. Sic Capital admittere, l. 6. §. ſi quis, & §. qui ſit. ff. de re milit. Plaut. in Menæch. Nunquam edepol fugiet, tametſi capital fecerit. & in Mercatore: Mulier alienata eſt abs te. Ch. Eutyche capital facis. Eu. Qui? Ch. quia æqualem & ſodalem ciuem liberum enecas. Eu. Ne dij ſirint. Ch. demiſiſti gladium in gulam, iam cadam. Quibus addi poterit illud Lucilij apud Non. Facile deridemur, ſcimus capital eſſe iraſcier. Eadem forma puto veteres dixiſſe, virginal, fœminal, puteal, & ſic deinceps. Sic enim alibi ſcribit Pruden. Intactum ab omni crimine virginal. Et Apuleius in apolog. 1. Sic enim, inquit, fœmina nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea ſcripta confugit. Et idcirco ijs aſſentiri nequeo qui pro capitale dictum per apocopen. Capital exiſtimant. Ræuard. lib. var. 3. c. 19. Sic Atius in l 6. §. 4. D. de re milit. Si quis commilitonem vulnerauit, ſi quidem lapide, militia reijcitur, ſi gladio, capital admittit. Calliſtrat. l. vlt D. de term. mot. Alia quoque lege Agr. quam diuus Nerua tulit, cauetur, vt ſi ſeruus ſerua ve inſciente domino dolo malo fecerit, ei capital (id eſt, capitale) eſſet. Cic. de leg. lib. 2. Qui que non paruerit, capital eſto. Hor.

CAPITALE crimen Bart. in l. 2. de publ. jud. interprete, dicitur ſiue ſit mors naturalis, ſiue ciuilis. Quærit deinde, vtrum in dubio crimen capitale ſit, ſi pro crimine duæ imponantur pœnæ alternatiuæ? Reſpondet capitale. Prat. Capitali crimine damnati, poſtulati. Capitalium criminum, maleficiorum, rei, Capitalis judicij rei Briſſ. ex ll. ff. & C.

CAPITALE periculum, leg. 1. §. hoc etiam, 7. C. de offic. præfect. prætor Afr. Briſſ.

CAPITALE ſupplicium. l. 4. C. quæ res venir. non poſſunt.

CAPITALEM diem dicere ten. Schard.

CAPITALES homines dicimus quoque flagitioſos & facinoroſos, ac qui in necem ac perniciem bonorum grauiter incumbunt: vel qui facinora capite vindicanda admiſerunt, l. 2. de publi. jud. quique ob admiſſa delicta mortis pœna digni ſint, Cicero Philipp. 5. Idem in C. Verrem. act. 4. hoc erat etiã capitalior, quod idem pecuniam his qui ab iſto aliquid mercabantur, fœnori dabat Hinc & capitale odium, quod caput & vitam alterius petit Sic capitalis morbus & capitale virium. Quod Lauren. Valla lib 4. eleganter adnotauit. Spieg. Prat.

CAPITALES inimicitiæ ſunt, cum quis odio capitali ab aliquo diſſidet. l. 1 4. D de procuratorib § inimicitiæ. Ingit. de excuſ. tut. Briſſ Moris autem erat apud Romanos, vt ſi quæ graues inter eos inciderent ſimultates, amicitias ſolenni modo renunciarent, & inimicitias teſtibus præſentibus profiterentur. Quæ inimicitiæ ſic denunciatæ capitales dicebantur eo quod ſanguinem ſpirarent ex profeſſo, juxta Arnobij illud aduerſus gentes, lib. 2. Aſſumerent ex corporibus cauſas, quibus feræ fierent: & immanes ſimultates atque inimicitias gererent. De hoc more luculenter Ræuardus lib. 5. variorum cap. 15 Quæ vero ſint capitales inimicitiæ cenſendæ, judicis diſcretioni relinquitur. Sunt enim aliquæ caſus expreſſi à legibus & à doctoribus communi conſenſu comprobati. At erunt quamplurimi, in quibus pro conditione perſonarum, locorum, & facti æſtimabit æquus judex capitales, vel non: Aldobrand. § item ſi propterea de excuſ. tut.

CAPITALES minæ l. 7. de his quæ vt ind. Briſſ.

CAPITALES Triumuiri Romæ erant, ad quos capitalium cauſarum animaduerſio ſpectabat carcerisque cuſtodia: vt cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. autor Pomp. in l. 2 § deinde cum eſſet, de orig. jur. Quæ vero ratio fuerit olim in facinoroſos animaduertẽdi. Bud. refert in prior. adnot.

CAPITALIA judicia dicuntur, ex quibus pœna mors aut exilium eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio: per has enim pœnas caput de ciuitate eximitur. ita definit Paulus in l. 2. de public. jud. De ijſdem loquitur Vlpin. l. ſeruum. 35. §. public. de proc. Non capitalia autem ſunt, in quibus aut in corpus aliqua coercitio, aut pœna pecuniaria, pœna eſt, d. l. 2. Prat. Briſſ.

CAPITALIS accuſatio, l. 2. §. incidit. Ad SC. Turpill. Briſſ. Rei capitalis accuſare, rerum capitalium condemnari. Briſſon ex Cicero & ff.

CAPITALIS aduerſarius & hoſtis eſt, qui vel mortem, vel exiſtimationem alterius petit. Aldobrand. & item ſi propter. de excuſat. tut.

CAPITALIS animaduerſio, l. 5. C. de juriſdict. l. 1. C. de crim. pecul. Briſſon.

CAPITALIS cauſa l. 6. §. 3 C. de appel. l. 2. §. 1. ff. de jure fiſc l. 13. D. de ſtatu hominum Paul. lib. 5. ſent. tit. 5. Briſſ.

CAPITALIS pœna quæ ſit, diſces ex Calliſtrato pœnarum capitalium gradus diſtribuente, l. capitalium, D de pœn. Prima eſt mors, cui varie addicuntur rei. d. leg. capitalium: ſecundus metalli coercitio: tertius deportatio, d. l. capitalium: Vide Albet. Roſa. & Felin. in cap. qualiter & quando lo. 2. extr. de accuſ. Prat.

CAPITALIS pœna appellatur, ait Briſſ. per quam è ciuitate caput eximitur vel morte, vel deportatione. Capitalis enim pœna eſt, quæ mortem vel amiſſionem ciuitatis continet, l. 103. D. de verb. ſign. Capitalia judicia ex quibus pœna mors, aut exilium eſt, h. e. aquę & ignis interdictio. Et ſic in edicto prætoris, quo rei capitalis damnatis bonorum poſſeſſio denegatur Rei capitalis damnatus Africano interprete, intelligitur is, cui pœna mors vel aquę & ignis interdictio ſit, vel, vt Vlp. ait, ex qua cauſa damnato vel mors vel etiam exilium, aut ciuitatis amiſſio, vel ſeruitus contingit, leg. 13. D. de bon. poſſ. l. 2. D. de pœn. ſic & in l. 4. D. ſi quis cautio. & in ea parte edicti, qua à bonorum poſſeſſione liberti patronus repellitur, qui eum capitis accuſauerit. Capitis accuſaſſe exiſtimatur is, qui tali judicio appetit, cujus pœna aut vltimum ſupplicium habet, aut auxilium, quod ſit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur, leg. 14. §. is demum Dig. de bon. liber. l. 10. D. de jur. patro. Et ita in §. 33. §. pen. de fideicom liber. l. 10. §. ſi liberta, D. de in jus vo. l. 5. §. ſi quis à liberti, D. de lib. adgn. & l. 22. de his quę vt indign. l. vlt. D. de bon. lib. hæc verba interpretanda ſunt. capitis ergo pœna eſt beſtijs obijci, vel alias ſimilea pœnas pati, vel animaduerti. l. 11 §. vlt. Dig de pœn. Capitalem quoque fraudem admiſiſſe in edicto Ædilium Curulium accipimus eum, qui tale aliquid admiſerit, propter quod capite puniendus ſit, l. 1. & l. 23 §. excipitur. ff. de ædil. edict. Eodemque modo capitalem ſententiam in l. 32. §. 1. ff. de leg. lib. 3. interpretor. & l. 16. C. de pœn. Et ita judicia capitis & famæ Cic. lib. 9. Epiſt. ad Prat. ſeparantur. Latine tamen loquentibus omnis cauſa exiſtimationis capitalis dicitur, l. 103. D. de verb. ſign. vt ex oratio. Cicer. pro Quintio apparet. Et ita capitali crimine damnatum accipere poſſumus in l. 1. §. remouet, D. de poſtul. qui eo crimine damnatus ſit, cujus pœna exiſtimationem minuit. Briſſ. & Corruſius Miſcell. lib. 3. c. 17. nu. 13. Conf omnino Gœddæ. ad l. 103. n 4. de verb. ſign.

CAPITALIS quæſtio l. 6. C. de quæſt.

CAPITALIS fraus l. 3 §. in cauſa, D. de quæſt. l. 23. §. excipitur. ff. de Ædil. edict. (Briſſ.

CAPITALIS ſentẽtia. l. 22. §. 1. D. de legat. 3. l. 16. Cod. de pœnis.

CAPITALES actiones, leg. 5. ſi ex noxal. Briſſon. vid. infr. Capite, Capitis, Caput.

CAPITANEVS adquirere ſolet ex ſpolijs hoſtium, vel in ipſa bellorum occupatione. l. 36. §. 1. C. de donationibus.

CAPITATIO, tributum, quod in ſingula venalium quadrupedũ capita pendebatur, l. ſacroſ. 8. C. de ſacroſ. eccleſ. l. quiſquis 15. C. de epiſc. & cler. Hoc. vide infra Capitis tributum, & ſupra. Capita dem inuta Capitiscenſus, Capitatio nuncupatur, Briſ.

CAPITATIO (ait Briſſ.) eſt ſpecies tributi, cujus meminere l. vlt. §. pen. D. de munc. & hono l 8. C. de ſacroſ. eccl. l. 11. & l. 16. C. de epiſc. & cler. l. vlt. de annõ. & tribut. lib. 10. C. l. 2. de immunit. conced. in C. Theo. leg. 1. de colon. fugitiu. eod. Hoc autem verbum dupliciter accipi animaduerti. Interdum enim capitis tributum ſignificat, vt in l. vnic. de capitatio. ciu. lib. 11. C. l. vnde colon. Thracenſib. l. 1. ne ruſticani ad vllum obſeq. eo. lib. Quo etiam ſenſu capita pro tributo capitum dicta inuenio in Panegyrico Flauienſium Conſtantino Imp. dicto, in quo ita eſt: Septem millia capitum remiſiſti, quartam amplius partem noſtrorum cenſuum. Sequitur paulo poſt: Certe & tum liberi parentes ſuos cariores habent, & mariti conjuges non grauitate tuentur, & parentes adultarum non pœnitet filiorum, quorum onera ſibi remiſſa lætantur. Quę verba perſpicue probant, collatum pro ſingulis perſonarum Capitibus id tributum fuiſſe, de cujus remiſſione Conſtantino

gratias

gratias agunt. Quanquam ſi quis jugorum vel capitum reuelationem illic intelligi magis probet, non valde refragabor. Eodem enim ſenſu capita releuata Impp. dicunt in l. 6. de collat. donat. in c. Theo. in qua illam, de qua egimus, capitationem, humanam vocant. Briſſ.

CAPITATIO alia humana eſt, alia animalium l. vlt. c. de conlat. donat. in C. Theod. Illam capitationem ſola ruſticana plebs extra muros poſita penſitabat, leg. 1. c. vt ruſticani ad nul. obſeq. lib. 11. plebs vero vrbana minime in cenſib. pro capitatione ſua cenſebatur, ſed ab ea immunis habebatur l. 1. c. de capitatio. ciu. eximen. lib. 11. Et in hac ruſticanorum capitatione, cum ante per ſingulos viros, per binas vero mulieres capitis norma cenſeretur, Impp. voluerunt, vt binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis, vnius pendendi capitis munus, injungeretur l. 10. c. de agric. & cenſ. Hinc capitatio plebeia. l. 16. de decur. l. 2. c. de Protoſtaſia. capitatio prædit. l. 9. c. de act. empt. Capitationis onus & ſarcina. l. 35. de Epiſc. Eccleſiæ & cler. Briſſo.

CAPITATIO annonariam pro menſura agrorum functionem indictamque poſſeſſionibus pro jugorum & capitum, quibus coluntur, & arantur, numero, collationem deſignat. leg. 9. cod. de act. empt. leg. 1. de impon. lucrat. deſcriptio. in C. Theo. l. 4. de indulg. debit. in eod. c. leg. vlt. ſine cenſu, vel reliqui. eod. l. 15. de annon. & tribut. in eod. c. l. vlt. de patrocin. Vicor. eo. Saluianus Maſſil. lib. 5. de præſente Dei judic. Vt cum poſſeſſio ab his abſceſſerit Capitatio non diſcedat: Hujus vero appellationis ratio ea mihi reddi poſſe videtur, quod jumenta Capita vocarentur, apud Ammian. Marcell. quorum jugo vno quantum arari terræ poterat, id ſub jugationis appellatione in deſcriptionem veniebat, tributariæque functioni ſubjiciebatur. Inde Capita, & Iuga, Capitationem & jugationem in eadem oratione, tanquam parem vim habeant, poni videas, l. 9. de agric. & cenſit. lib. 10. c. l. 6 de extraord. muner. in c. Theod. l. 16. de exactio. l. 6. de conlatio. don. l. 1. & 2. de protoſtaſ. in cod. c. ſæpius tamen ſub disjunctione ſociantur Iuga aut capita, Iugorum ſeu capitum. Imo dicitur & junctim jugorum capitatio in l. 1. de immun. conceſſ. in C. Th. & ζευγοκέφαλον à Iuſtin. Nou. 17. [illegible] quod Iulianus Patritius vertit jugera, vel, vt alij legunt, juga. Eam certe collationem pro numero jugorum, vel capitum, quæ quiſque poſſidebat, factam dilucide oſtendit l. vlt. c. de immun. nem. conce. lib. 10 Briſſ.

CAPITATIO perſonalis erat, & capiti ſiue perſonæ magis, quam rebus aut facultatibus imponebatur, & ab iis etiam, qui nullum cenſum haberent, nulla prædia poſſiderent, exigebantur; ſicut olim Romæ capite cenſi fuerant. Prat.

CAPITATIO, major minorve, l. 9. c. de act. empt. Pro Capitationibus in rub. c. de annon. & cap. Hal. legit capitum.

CAPITE deminutus dicitur, qui ciuitate motus eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui liber alteri mancipio datus eſt: & qui in hoſtium poteſtatem venit: & cui aqua & igni interdictum eſt. Feſtus lib. 4. Hot. Briſſ.

CAPITE minutus dicitur, qui vel libertatis vel ciuitatis vel familiæ jure priuatus eſt, l. 1. de cap. minut.

CAPVT ergo ſtatum ſignificat. Briſſ. Et hinc

CAPITE minui dicuntur, qui ſtatum mutant, non qui honorem aut dignitatem. In §. Quibus autem. Inſtit. de cap. diminut. Proinde ſeruus cum manumittitur, capite non minuitur, quia ſeruus nullum jus ſtatumque habet. l. 1. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de cap. minut. Briſſ. De Capite deminutis edicti formulam vide in l. 2. §. 1. ff. de cap. diminut.

CAPITE & fortunis cauere eſt, quod vulgus forenſium obligare ſe, ſua bona, & corpus, dicit. Brechæ. in l. licet, de verb. ſignif.

Pro CAPITE data ſeruus dicitur, quum pro libertate dat, l. 5. §. vlt ff. de pecul. 10. ff. pro empto. conjuncta l. 4. §. de illo ff. de vſucap. vel vt alias dicitur ob pactionem, & in pactionem, libert. l. 9. ff pro emptio. Sic Plautus complures loquitur, vt in Perſa. act. 1. ſcen. 1. Vt des mihi nummos ſexcentos, quos pro capite pendam. Idem Pſeudolo act. 1. ſcen. 2. Tu autem qui pro capite argentum mihi jam jamque ſæpe numeras: Eaque paciſci modo ſcis: ſed quæ pacta es, nō ſcis ſoluere. Idem Pœnulo act. 3. ſcen. 1. Cum argentum pro capite debemus, noſtrum dedimus non tuum, liberos nos eſſe oportet. Et in Rudente act. 5. ſcen. 2. Docte atque aſtute ego illi pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, vt ſim liber ac me emittat manu. Seneca Epiſt. lib. 8. tit. 11. Eripe te hac ſeruitute, quam extremæ quoque conditionis mancipia, & in his ſordibus nata exuere conantur: peculium ſuum, quod comparauerant capite fraudato, pro capite numerant. Briſſ. Ergo pro capite datur, quod domino datur, vt ſeruum manumittat. Seruus ancillam, quam ſubripuerat, dat domino pro capite ſuo, id eſt, pro libertate ſua. l. 10. pro emptor Sed & pro capite datur, quod nutrici ad educendum, vel ad ſeruos à prædonibus redimendos datur, leg. 28. §. 1. de don. int. vir. Cic. 3. offic. Si prædonibus pactum pro capite precium non attuleris. Senec. 5. de beneſi. Pecuniam pro capite dependam, id eſt, pro redemptionis precio. Sic & Tertul. in li. de fuga in perſecut. Sanguine empti, ſanguine numerati, nullum nummum pro capite debemus, quia caput noſtrum Chriſtus eſt. Briſſ.

CAPITIA in l. 27. ff. de aur. & argent. legat. muliebria ornamenta. Nonius Marcellus, Capitia, ait, capitum tegmina: Nonium Iſid. lib. 19 Etymol. c. 30. §. ſequitur. Briſſ. in vlt. edit. Lexic. negat eſſe capitis ornamenta. Varro enim 4. ling. lat. Capitium, ait ab eo quod capit, ſeu induit comprehendit pectus, (vid. infrà Capitium) Varro de vita populi Romani: Nec ad ornitam matrumfam. inſtituti, quod ex pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant. Hæc & capitula appellari ibidem traditur.

CAPITIS minutio triplex eſt. Aut enim eſt maxima aut media, aut minima. Maxima, quæ & ſumma & extrema eſt, quæ ſtatus omnes, puta & libertatem, & ciuitatem, & familiam adimit. Media eſt, quæ duos tantum poſtremos, ciuitatem puta & familiam, non autem libertatem adimit. Minima quæ familiæ jus tantum non autem libertatem nec ciuitatem adimit. l. fi. ff. de cap. minut. Toto tit. Inſt. eod. Hot. Iureconſulti autem magna capitis deminutione plerunque etiam mediam comprehendunt, l. 2. §. ſi filius. ff. de ſuis & legit. l. 1. §. capitis. ff. de Teſtull. l. 12 de vſufr. legat. Itaque & Boethio Deportatio maxima capitis deminutio eſt. l. 5. ff. de extraor. cogn. quæ alias media eſt §. minor. ſiue media. Inſtitut. de cap. diminut. Quin etiam Vlpianus in d. l. 1. §. ſi filius, duas tantum capitis minutiones ponit, magnam ſcilicet & minorem Briſſ.

CAPITIS accuſationem Cujac. in tractatu quinto ad Africanum poſt princ. definit, eſſe eam, cujus pœna eſt mors, vel magna capitis deminutio, l. cum patronum, de jur. patron. Hoto. plura vide ſuprà in capitalis pœna Coaſ. omnino Gœddæ. ad l. 103. nu. 1. ſ. de verb. ſign.

CAPITIS accuſare: capitis crimine damnatis & capite damnari, luere, plecti, puniri. Capitis pœna affici, plecti, vindicari. Capitis reus, poſtulatus, punitus, reus factus. Capitis accuſatio, judicium, periculum Briſſ. ex Cicero. ff. & C.

CAPITIS tributum quod in ſingulas perſonas confertur l. 3. & vlt. de cenſib. 10. c. de agric. Aliqui cenſum capitum vocant. Et hic Cenſus ſolo Capitum nomine interdum etiam deſignatur. Ita trium capitum remedium ſeu releuatio, apud Sidoni. Apollinar. Briſſon. vid. ſupra Capitatio.

CAPITIVM, de quo Vlpia. meminit in l. veſtis §. muliebria. ff. de aur. & arg. leg. eſt tegmen capitis, à capite nominatum: vel ſecundum aliquos à capio, quod capiat, id eſt, comprehendat pectus. vid. ſuprà Capitia. Varro de vita patr. Tunicas, nec capitia, nec ſtrophia. Cut.

CAPITOLIVM ex eo dictum ait. D. Halycarnaſſæus, quod caput illic inuentum eſt, ideoque caput Italiæ eſt. Ibi varia fuiſſe auditoria conſtituta docentium conſtat. l. vnic C. de ſtudi. liber. vrb. Rom. lib. 11. Templum erat Iouis in cliuo Tarpeio aſcenſu (vt puta) difficile. Hinc conditiones conceptæ quæ in faciendo conſiſtunt, vel non faciendo, l. ſi jam. 11. & l. Mutianæ. 7. ff. de conditione & demonſtratione. Antea tempore legum Decemuiraliū Arx Tarpeia adpellabatur ait. l. QVI FALSVM TESTIMONIVM DIXERIT SAXO TARPEIO DEIICITOR. Quod pœnæ genus jure optimo abrogatum eſt, imo & vetitum l. ſi diutino. § fin. de pœn. Prat.

CAPITOLII etiam fit mentio in l. 6. pr. ff. de hæred. inſti. & l. 12. §. 6. in prin. c. de ædific. priuat.

CAPITV, verbum qui accipi debeat in rubric. cod. de annat & capitul & l. 1. ff. eodem tit. quam lectionem mendoſam quidam autumant, & capitibus, alij capitatione reponunt, non animaduertentes, Capitu, eadem ratione qua ſignificatu quarta nominum declinatione, & ſcribatu. l. 1. ff. de muneribus & honoribus, efferri. Non tamen nego, quin & capitibus legi poſſit & ſignificat jumentorum pabula, vt ſupra docui in verbo, capita. Prat. dubitat.

CAPITVLARIAM & Temonariam functionem conjungunt Impp. in l. 14. C. Th. de extraord. mun. vt & capituli & temonis neceſſitatem, l. 23. c. Iuſtin. cod. tit. in qua tamen paſſim capitalis atque temonis neceſſitatem perperam ſcribitur. Briſſon. Capitulum & capitularium, pro temonaria functione, qua in ſordidis muneribus ponitur Briſſ.

CAPITVLARII, capitum exactores, Symmacho. 12. Epiſt. qui & Cephalæotæ dici capti ſunt. l fin. c. Th. de patroc. vicor. qui & Iiturgi, d. l. fi. & de capitulariis l. 2. Cod. de priuil. eo. qui in ſac. pala. milit. Prat. ſunt & capitularij ſeu capitulares Magiſtratus publici, qui in ciuitate capitulata leges ſtatuunt, aut emendant, & de capitalibus cauſis cum iudice regio pari iure quærunt. l. Naturius. ff. de verb. & rer ſignific. Brechæus. vid. inf. Capituli functionem.

CAPITVLARES libri ſtatutorum capitula eorum continentes gl. in auth. caſſa. c. de ſacroſ. Eccleſ.

CAPITVLENSES apud Paulum l. fin. ff. de cenſibus, populi ſunt Italiæ à Capitulo oppido cuius commeminit Plin. lib. 3. cap. 5. Illis tributum capitis remiſſum fuit. d. l. fin. Prat.

CAPITVLVM in l. 28. § 5. c. de adminiſt. tut. id eſt lex.

Capitulum non ſolū paruum caput ſonat, vt eſt apud Terentium, quod notat Panorm. in cap. capitulum, extra de reſer. ſed & ponitur vt diſtinguat vnam materiam ab alia, & ſic dicūtur capitula Decretalium. Nam quælibet Decretalis per ſe capitulum dicitur, quo ſenſu accipitur in cap. quod indubiis. &c. inter alia de ſenteut. excomm. Quandoq; ponitur pro loco vbi Canonici congregantur, qua ſignificatione accipit ait Panorm. in cap. in cauſis. de electionib. Sed verius eſt & rei magis congruum, vt accipiatur pro ipſo canonicorum collegio, pro ipſis canonicis congregatis. ſic accipitur in dict. c. capitulum. Prat. Adde Brechæum l. Neratius, ff. de verb. & rer. ſign.

Capitulum Feſto lib. 3. veſtimenti genus, quo caput tegebatur. Prateı.

Capitulum interdum ſignificat temonariam functionem l. 15. & l. 18. c. Theod. de extraord. ſiue ſordid. mun. Sic accipi & legi debet in l. maximarum 12. c. de excuſatione mun. Eadem functio Capitularia appellatur l. 14. c. Theod. de extraordinariis, ſiue ſordid. muner.

Ita Capituli functionē accipe in l. 15. & l. 18. eod. tit. in C. Th. In Lexico quoque B. Germani tributum capitulare inuenitur, & Græce redditur [illegible] Atq; inde Capitularij qui & Temonarij in l. 2. c. de priuil. cor. qui in ſacr. pal. lib. 12. Et Capitularij horreorum ac tabernariorum apud Caſſiod. lib 10. Variar. Epiſt. ad Senatores & populum. Ex quibus perſpicuum ſit emendandum eſſe Symmachum, apud quem lib. 2. Epiſtol. 102. Capitulani pro Capitularij ſcribit. Briſſ. Illud videndum, quæ ſit vis ac poteſtas eorum verborum quæ in quibuſdam impreſſis libris ſubjeiuntur fini l. 1. c. de offic. præſ. præt. Aſt. in hunc modum. Pro annonis & capitu Præfecti prætorio per totam Africam auri libras centum, & quæ ſequuntur. quæ quia huic loco non conueniunt, & prolixiora ſunt quam vt huc adſcribi debeant, à me omittentur. Videndum item quis ſit ſenſus Rubricæ De annonis & capitu adminiſtrantium lib. 1. c. & l. vn. eod. tit. cujus verba in veteribus codicib. ita vt retuli ſcripta ſunt. Equidem diu multumq; hæſitaui (fatendum eſt enim) quis eſſet hujus verbi intellectus. Quod cum mendoſum eſſe ſemper ſuſpicatus eſſem, ad extremum id ita eſſe cum ex l. 6. de erogatin. milit. anno. li. 12. c. in qua annonas & capita milites ex horreis conſequi Impp. conſtituunt, tum ex Nouel. Iuſtinianeis intellexi: In quibus non ſemel [illegible] ſcriptū offendi: in Nouell. 8. Nouel. 24. & Nouell. 25 & edicto 13. ex quibus, rectoribus prouinciarum in annonas & capita certam ſummam præſtitam apparet. Quo fit, vt in ſuperioribus locis credam legendum eſſe, Pro annonis & capitib. Præfecti prætorio, &c. & De annonis & capitibus adminiſtrantium: vt Annonarum nomine ea ſignificentur, quæ ipſis rectoribus pro victu ſuo, Capitum vero ea quæ pro pabulo jumentorum eis præſtabantur. Conſtat enim fœnum & paleam, & quæ ad pabula neceſſaria erant, adminiſtrantibus præbita fuiſſe: Idq; Trebellius Pollio in Claudio, & Vopiſcus in Aureliano indicant. Adiuuat noſtram ſententiam Marcellinus, qui lib. 22. ita ſcribit: Interrogatus ex arte quid haberet compēdij, reſpōdit viginti annonas, totidem que pabula jumentorum quæ vocantur capita. Vnde Impp. in l. 8. de erog. milit. anno. li. 12. C. fœnū militibus iuſtis capitibus præſtandum ſtatuunt. Sic mihi videor obſcuriſſimorum verborum ſignificationem in denſiſſimis tenebris, quibus nemo dum lucem aliquam prætulit, diuino beneficio adſecutus. Bi.

Cappadocia duplex eſt, l. 20. c. de ædif. priuat. Eius & mentio fit in l. 3. de palat. ſacrar. largit. l. 6. §. 14. ff. de excuſ. & alibi.

Capsa, vrbis nomen l. 2. § 1. c. de offic. præf. præt. Afric.

Capsa, cujus mencionem facit Paulus in l. 3. ff. de ſupel. leg. Ciſta, quod in res repoſitas, reconditaſve capiat. Hinc

Capsarii, qui mercede, ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt, ita definit Paul. l. 3. §. fin. ff. de offic. præfect. vig. quam definitionem probat. Epiph. lib. 2. in hæc verba: [illegible] Prat.

Capsarii etiam dicuntur Vlpiano, qui pueris in ſcholam euntibus libros portant l. ſi collactaneus. 13. ff. de manumiſſ. vind. quo ſenſu accipitur apud Sueton. in Nerone cap. 36. Conſtat, ait, quoſdam cum pædagogis, & capſariis, vno prandio pariter necatos. Eodem pertinet quod ait Iuuen. Sat. 10.

Quiſquis adhuc vno partam colit aſſe Mineruam,
Quem ſequitur cuſtos anguſta vernula capſa, Nebr. Pr.

Capsarii etiam in quam ſignificationem ſerri debeāt apud Tarruntinum Paternum l. fin. ff. de jure immun. nondum mihi plane conſtat: ſuperioribus duabus nō continentur. neque enim in his tributa cenſenda eſt munerum grauiorum vacatio: neque pro capſarum artificibus accipi eadem poteſt, vt quidam Lexicographi autumant. Nam illic nō ſubjeciſſet IC. & artificibus. Tu conſule [illegible] in eum Paterni locum. Prat. Briſ. Capſarios in d. l. fin. putat eſſe capſarum opifices.

Capsellæ ſunt, in quibus fructus componuntur, l. 12. §. 2. ff. de inſtruct. & inſtrum. legat. Briſſ.

Caproidum Saliceto, & Alciato l. priuilegia c. de ſacroſ. eccl. quod de ſolido, id eſt, integro carpatur Collybus: [illegible] rectius appellatus, detrimentumque pecuniæ ſignificat. Ariſtophanis interpres, [illegible] eſſe ait. alij dicunt pecuniam eſſe, quę Nummulario datur pro pecunia commutanda Prat.

Captare à capio ductum conſtat. Eſt autem venari & aucupari lucrum, Gothofr. ad l. captatoriæ. 64. de leg. 1.

Captare quæſtum ex alieno damno.

Captare impunitatem. Briſſ. ex ll. ff. & C.

Captare proprie dicitur, qui dolis & illectamentis quibuſdam, lucrum alterius gratia aucupatur. Vnde Martialis Ruffum captatorem inceſſens, ait:

Dum me captares, mittebas munera nobis,
Poſtquam cepiſti, das mihi Ruſe nihil.

Corraſius. Miſcell. lib. 5. cap. 13. Hinc

Captare aliquem à veterib. dicebantur, qui ſimulato obſequio munuſculiſve eius ſuprema judicis aucupabantur. Plin. lib. 2. Epiſt. Regulus, qui ſperaret aliquid ex nouis tabulis, quia nuper captare eum ceperat, medicos hortari, rogare quoque modo ſpiritum homini. Idem lib. 4. Epiſt. Mancipatum (ita vulgo ex moribus hominis loquebātur) fœda & inſolita parentibus indulgentiæ ſimulatione captabat. Martial. lib. 6. Epigramm.

Seu te captavi: ſeu hunc, qui captat, auarum:
Et ſeu quid captet, quid, Mariane, velit:
Tu tamen hunc tabulis heredem, ſtulte, ſupremis
Scribis: & eſſe tuo vis, furioſe, loco.
Munera magna quidem miſit: ſed miſit in hamo.
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?

Eodemque ſenſu Captare teſtamentum Latini auctores dicunt, Sen. lib. 6. de beneſic. An vt Arruntium & Aterium & cęteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas habere eadem, quæ deſignatores, & libitinarios vota? Quint. Declam. vlt. Neque enim captare ejus teſtamentum fas putauit, cui deſtinauerat ſuum. Plin. lib. 20. c. 14. Et paulo ante Iulium Vindicē adſertorem illum à Nerone libertatis captatione teſtamenti ſic lenocinatum. Erant vero Romæ qui ſenes orbos ac locupletes obſequiis demereri ſtudebant, vt ex eorum teſtamentis aliquid ferrent, quique etiam palam conſignatis tabulis eos hæredes faciebant, quod ad eandem liberalitatē jamjam morituros prouocarent. Cujuſmodi captatoria officia ridet Lucianus in Dialogis mortuorum his verbis: [illegible] Briſſ.

Captare emolumenta negociationibus, vide l. 1. c. de commer. & mercator.

Captare etiam hæreditatem vel legatum noſtri dicunt. l. 1. ff. ſi quis aliquem teſt. prohi. l. 25. Cod. de tranſactionibus pro eo, quod eſt artificioſe niti, & ſtructis technis, vt eam etiam præter defuncti voluntatem comparemus, d. l. 1. Briſſ.

Captare verba dicuntur apud Paulum in l. pen. ff. ad exhibendum, cum torquentur in aliam ſignificationem, quam intellexerit, is qui ea pronunciauit, vt ait Auguſt. lib. 4. emendat. cap. 5. Prat.

Captandæ mortis votum, in jure noſtro dicitur, ardens illud deſiderium, quo flagrant iniqui homines, ex alterius morte lucrum ſperantes, vel illius vitæ inſidias parent. l. de fideicommiſſo. c. de tranſact. Coraſ. 5. Miſcell. cap. 13. nu. 5.

Captatoriæ nō ſunt ex ſcripturæ, quę affectionibus mutuis expreſſæ elicitæque ſunt, l. 71. de hæred. inſtitur. Vnde in Nou. Valent. tit. 4. de Leonio & conjuge, qui ſe teſtamento in eodem codice ſcripto viciſſim hæredes inſtituerant, ſic aiunt: Quoniam nec captatorium dici poteſt, cum duorum fuerit ſimilis affectus & ſimplex religio teſtamenta condentiū. Briſſ.

Captatoriæ inſtitutiones, ait Alciat. lib. 2. parerg. c. 31. ſunt, quæ ex hac cauſa fiunt, vt ab aliquo inſtituatur quis vel legatum aut lucrum conſequatur: vel cum, vt ait Paulus in leg. captatorias, de hæred. inſtitut. conditio confertur ad Secretum alienæ voluntatis, id eſt, quæ ſub ea conditione fiunt, quæ ex alterius teſtamento pendet. Alciati ſententiam probat Anton. Aug. lib. 4. emend. cap. 15. Captatoriæ autem inſtitutiones improbatæ ſunt per SCtum Libonianum, illaſque nullius eſſe momenti D. Philippus ſcripſit, leg. captatorias 11. C. de teſtament. milit. quod & in captinſis ſcripturis Gaius reſpondit, l. captatoriæ. 64. de leg. 1. Quę & ad eas inſtitutiones, legata, & hujuſmodi cæteras liberalitates ſubdoloſorum blanditiis expreſſas, eadem æquitatis ratione produci poteſt. Plane quę ex mutuis affectionibus dimanarent judicia, non improbauit Senatus, dict. l. captatorias, & leg. ſequ. & leg. Clemens, de hæred. inſtit. & Nou. Valent. tit. 4. de Leonio. Sed & in piis cauſis captatoriæ inſtitutioni locum eſſe, Bartolus in leg. captatorias, ff. de hær. inſtit. tradit, per c. cum tibi. ex tit. de teſt. Qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem contulerit, non videtur diſcedere inteſtatus: vbi de captatoria nullum verbum, ſed de voluntate in alterius diſpoſitione commiſſa: quod

legiti-

legitimo modo intelligendum eſt. Tu vide ibi Bernar. gloſſularium & alios interpretes. Conſt. Harmenop. li. 5. cap. 8 hanc captatoriā inſtitutionem γράφειν ἀμοιβαίαν vocat. Prat. Briſſ. definit, eam quæ alienæ liberalitatis exprimendæ elíciendæque cauſa fit. Vnde Captatores, qui id faciunt. Generatim hæreditatem & is captare dicitur, qui de ea ſibi conſeruanda ſollicite laborat, eamque affectat. Briſſ. vlt. edit.

CAPTATORIA inſtitutio interdum & ea dicitur, quæ mutuæ inſtitutionis captandæ, & quaſi aucupandæ cauſa facta eſt. cujuſmodi eſt hæc in l. 20. in fin ff. de condit. inſtit. Titius ſi me hæredem inſtituet, hæres eſto: aut hęc, Qua ex parte me Titius hæredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit, ex ea parte hęres eſto l. 1. ff. de his quæ pro non ſcript. Quare ſi de inſtitutione iam facta teſtator loquatur, non erit captatoria: veluti ſi dicat, Qua ex parte Titius me hæredem inſtituit, ex ea parte Mæuius hęres eſto: Illa inſtitutio captatoria non eſt, quia in præteritum, non in futurum inſtitutio collata eſt, ait Paulus in l. 71. & 29. ff. de hæred. inſtit. Papin. in l. 70 eod. Captatorias inſtitutiones, inquit, non eas Senatus improbauit, quæ mutuis affectionibus judicia prouocauerunt: ſed quarum conditio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis. Hot. Adde Connanum lib. 10. cap. 6. nu. 5. Corraſ. lib. Miſcell. 5. c. 13. Adde Forcatolum in cupid Iuriſperit. c. 6. nu. 5. Alciat 2. pareg. 31. Anton. Auguſt. 4. emendat. 13. Cujac. 16. obſer. 11. Myнſ. 8. obſeru. 8. Gothofr. ad l. 11. & 15. c. de teſtam. militis.

CAPTIO apud Vlp. in l. ſi vero plures ff. de his qui dejecer. Interdum tamen, quo ſine captione actoris fiat, oportebit prætorem, &c. Hinc captioſus, pro fraudulento & fallaci: à captione Hac voce Cic. vtitur, Sed & captioſa ab aliis vſurpari. Alc. refert. Spieg.

CAPTIO pignorum in l. c. c. de capien. pignor. alij legunt Capio. vid. ſupr. Capio.

CAPTIO, id eſt, deceptio, leg ſi fundo. ff. de actio. empt. Hanc in contractibus, inſidias vero extra eos fieri receptum eſt. l. 1. ff. de minoribus Captio item pro captatione honorum, l. magiſtratus, ff. de mun. & honor. cum ſimil. Sed & pro capiura vſurpatur, Alberico iudicante.

CAPTIOSA ignorantia, quæ damnum infert: contraria eſt lucroſa, l. quod autem. 6. § ſi quid, ff. quæ in fraud. cred. Prat.

CAPTIOSI articuli dicuntur, qui ita concepti ſunt, ſiue confitearis, ſiue neges, tempes tibi incommodo ceſſurum ſit, exemplo l. qui juraſſe § ſi pater ff. de jurejur. His autem articulis reus conuentus, non tenetur reſpondere, quoniam nemini laqueus eſt injiciendus, 27 q. 1. de viduis, 2. Spieg. Imo tenetur reſpondere de jure hodierno in Cam. Imp. recepto, atteſtante And. Gail. 1. obſ. 82. nu. 11.

CAPTIOSA conditio dicitur, cum ſub ea pignus in ſolutum dederit. Marcianus l. 16. §. vlt. de pignorib.

CAPTIOSAM liberalitatē interpretatio prudentium fregit, per SCtum Libonianum. l. cum Aquiliana ff de tranſact. l. captatorias. 1. c. de teſtam. milit. vid. ſup. captatoriæ Inſtitutiones.

CAPTIOSVM, damnoſum, l. ſi rem. 41. ff. de vſuc. Eundem ſenſum dicitur captioſus metus, l. item ſi. 14. §. aliquando. ff. quod metus cauſ. Prat.

CAPTIVITAS bellica, olim in bello capti per hoc ſeruabantur, fiebantq; capientium ſerui. § ſerui autem. eo. Inſti. de jur. perſ. Et quanquam hodie ſit abolita ſeruitus talis, qualis olim apud gentes fuit, tamē aliquam ejus imaginē etiam nunc in bellica captiuitate obſeruant tenaciſſime: videlicet vt captus cenſeatur ſub diſcrimine honoris & famę, quaſi proprios homo victoris: nec niſi manumiſſus redit ad libertatem, Old. Spieg.

CAPTIVITAS falſa l. 1. c. de colluſ. deteg.

CAPTIVITATIS caſu amittere quem l. 12. c. de poſtlim. reuerſ.

CAPTIVVS a capio dictus, ſignificat eum, qui bello captus eſt. l. 4. juncta l. 5. §. captiuus ff de captiuis & poſtliminio reuerſ. §. ſerui. Inſtitut. de jure perſonarum, quo ſenſu accipitur apud Gell. lib. 7. cap 18. Vergil. lib. 19. Æneid.

Præterea bis ſex genitor lectiſſima matrum
Corpora, captiuoſq; dabit, ſuaque omnibus arma.

Sic quoque ſumitur in diuorum Seueri & Antonini reſcripto, l. 1. C. de poſtliminio reuerſ. Hinc in eundem ſenſum Captiuitas l. ſi. c. eod & d. §. ſerui. Prat. Captiuum intellige ciuem Romanum ab hoſtibus captum, qui beneficio legis Corneliæ fingitur aut nunquam fuiſſe captus, ſi redeat: aut ſi apud hoſtes moriatur, eodem quo captus eſt momento deceſſiſſe. §. ſi ab hoſtib. captus 6. Inſtit. Quibus modis Ius pat. poteſt. ſolu. Connan. lib. 9. c. 4. n. 7.

CAPTVS luminibus, in l. vnic. c. qui morbo, dicitur oculo vtroque orbatus, Prat Briſſ.

CAPTVM piſcium, auium, miſſiliū emere l. 8. de contr. empt. Briſ.

CAPTVS Feſto lib. 3. dicitur locus ad legitime ſacrificandū cōſtitutus: ve ſupra de Veſtali lecta, in verbo, Capi, diximus. Prat.

CAPTVS mente, in aduerſa corporis valetudine in l. 17. ff. Qui teſtam fac. poſſ. l. 2. c. de cur. furio. i. e. Qui compos mentis non eſt. Briſſ.

CAPVA, vrbs Campaniæ, olim nobilis, quæ Hannibalem fatigatum victoriis, luxu atque otio perdidit. Cicero eam ſuperborum quondam domum fuiſſe. Ejus in exemplis mentio fit à Iuriſconſ. Nihil fere hodie præter vmbram nominis retinet, Falco nominata. Spieg.

CAPVT proprie dicitur, quodcunque in recenſione numerum efficit: quod dialectici indiuiduum ſiue ſpeciem infimam appellant: id eſt, quod ab aliis ejuſdem ſpeciei numero tantum diſcrepat. Hinc quæ in codicibus accepti & expenſi nomina dicuntur, capita etiam appellantur: Et in armentis ac gregibus quod beſtiæ ſunt, tot capita numerantur. l. 1. §. vlt. & l. 3. ff. de rei vindic l. 13. ff. de pignoribus. Vnde in locum demortuorum alia ſubſtituere, apud Vlp. l. 8. & l. 70. ff de vſufruct. quo eodem modo Vlpian in l. pronunciatum 193. ff. de verbo. ſignif. ita ſcripſit. Et cum paterfam l. moritur, quotquot capita ei ſubjecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere. Hinc Tributum capitis dicitur à noſtris, quod in ſingulas perſonas imperatur, l. 3. & vlt. ff de cenſibus. Hinc cenſa dicuntur ciuium capita, quum à Cenſoribus in luſtris condendis, eorum nomina in tabulas publicas relata ſunt. Hinc apud Papinianum l. 11. § 2. ff. de bonorum poſſeſſ. qui ſeſe arrogandum dat, cum capite fortunas quoque ſuas in aliam domum ac familiam transferre dicitur, id eſt, cum ſua perſona, vt vulgus loquitur. Hinc diuiſio in capita, id eſt, in viriles l. 2. §. 1. de ſuis & leg. §. noſtra. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. quod Iuſtin. εἰς τὰ ἴσα, ἐπὶ τὸ ἴσον interpretatur, ſcilic. vt æquales partes quiſque ferat: cui opponitur ea quæ in ſtirpes dicitur, de qua ſub In explicabimus. Hinc quum ordinis alicujus quoddam jus eſt proprium, ac præcipuum, ſi quis ex illo ordine moueatur, in quo caput, ſiue numerum obtinebat, capite minutus dicetur: i. e. jure illo quod illius ordinis erat proprium, priuatus ac deminutus: quomodo fortunis diminutus Latine dicitur, qui iis priuatus ac ſpoliatus eſt. Hinc capitis deminutio apud Iuriſconſultos. Nam in eo tractatu Caput, ſine dubio jus ſignificat, ex eo alicui quæſitum, quod caput ſiue locum in ordine aliquo, cujus erat illud jus, obtinet. Qua de cauſa Paulus in l. 3. in fin. ff. de cap. minut. ſeruum capite minui negat: quia nullum, inquit, jus habet. Exempli cauſa, libertis hominibus qui nondum tamen ... obtinent, facultas eſt (quæ & libertas appellatur) quidlibet faciendi, quare qui in eum ordinem (ſic enim Cicero loquitur) cooptatur, caput jam habere dicitur. vnde ſeruus qui pro libertate precium perſoluit, precium pro capite ſoluere dicitur apud Plautum & IC. frequentiſſime, id eſt, vt liceat illi caput in ordinem libertorum habere, qui ſi poſtea libertate mulctetur, capite, i. e. jure libertorum minutus dicetur. l. vlt. ff. de cap. min. Eadem eſt ratio in ciuib. quorum eſt jus multiplex, proprium ac ſingulare, vt uxorum hæreditatum, vſucapionum. Nam ſi quis ciuitate priuetur, veluti per aquæ & ignis interdictionem, capite, i. e. jure ciuitatis diminutus dicetur, d. l. vlt. & apud Iuſtin. §. de c. diminio. Eadem præterea eorum eſt in qui in aliqua familia caput obtinent. Familiam autem duobus modis intelligimus: primum vniuerſam aliquam agnationem vt Tulliorum: deinde, cujuſque patriſ. domum, vt M. Tullij ex l. 195. §. 2. ff. de verb. ſig. Nam iis quidem qui eiuſdem gentis ſiue agnationis ſunt, vt omnibus Tulliis, jura certa competunt: veluti legitimarum hæreditatum, tutelarum &c. item vt iis qui filiifam. ſunt, veluti jura ſui. Quod ſi vel paterfam. aliquis, vt Clodius, arrogandum ſe dederit: vel filiusfam. emanciperetur capite, i. e. eo jure quod ille in gente & agnatione Clodiorum, hic in patris familia obtinebat, minuetur, eoq; neque Clodius Gentilis dicetur, vt ait Cicero in Top. neque tutelas habebit legitimas, quæ agnatis debentur. leg. 6. ff. de cap. minu. & apud Iuſtin §. vltim. de legit. agnat. tut. neque emancipatus ſui hæredis jus obtinebit: vt ait idem in §. 4. de exhær. lib. vt dubium nemini eſſe poſſit, quin ſi conſuetudo tuliſſet, etiam Senatores qui Senatu mouentur, & Equites quibus equus publicus adimitur, & vero etiam ſeruuli, qui manumiſſione vel alienatione de familia tolluntur, capite minuti recte dicerentur: jus enim in ordine ſuo eorum vnuſquiſque quamvis exiguum obtinebat Itaque Paulus d. l. 3. Seruile caput appellat, id eſt, partem vnam ſeruilis familiæ: quomodo bouem, aut ouem, vnum in grege caput, id eſt partem vnam gregis dicimus. Verum vt aliis in rebus innumeris, communis appellatio ad certas ſpecies reſtringitur, ac retinetur: ſic in hoc tractatu capitis appellatio ad eos tres ordines hominum, ſcilicet liberorum, ciuium, & familiarum contracta eſt Hot.

CAPVT liberum pro homine libero veteres dicebant. Hinc illa definitio ſerui in l. 1 ff de tut. Tutela eſt vis ac poteſtas in capite libero: & apud Gellium lib 5 c. 19. Tutoribus in pupillos tantam eſſe autoritatem fas non eſt, vt caput liberum fidei ſuæ commiſſum, alienæ ditioni ſubjiciant. Hinc caput liberum facere, pro manumittere, apud Plautum in Mercat Liberum caput tibi faciam paucos menſes. Prat. Caput in aliis quoque locutionibus pro perſona ponitur. Sic obligationes cum capite ambulant, l. 7. §. 1 Dig de cap. diminut. l. 2. ff. de publ. jud. Caput de ciuitate eximere, Noxa caput ſequitur

Fortunas ſuas capite in alienam familiam transferre. l.11. §.vlt.ff.de bon.ſec.tab.Briſſ.

CAPVT ex Græco ductū Feſtus lib.3.ſcriptum reliquit: quod illi interdum Κάρα dicunt, idque per apocopen pro κάρηνον. Sophocles πᾶσι κάρα ... Varia, & multiplex eſt hujus verbi acceptio. Primum quidem caput, quia principale hominis membrum, & rationis ſedes eſt, à Platone in Timæo diuiniſſimum appellatur, ideoque ... pro toto homine ponitur & ſic pro perſona apud Paulum l.2. ff.de publ.jud.l.3.ff. de cap.minu.l.7.verſ.ex omnis, in fin.ff.eod.& Papinianum l. penult.§.teſtam ff.de bonor.poſſeſſ ſecundum tabulas. Eodem ſenſu κεφάλαιον ὅτι ... id eſt, quodnam caput ex inferis deduxiſti; Sic etiam accipitur in eo quod vulgo traditur, Noxam caput ſequi l 2. ff. ſi ex noxali cauſa aga.l.rem mihi ff.commodati.l.1.in fin.ff.de priuat. delict.quod explicat Paulus l.quod dicitur ff.de furt.idque etiam expreſſit Pindarus Olymp. Ode 1.

——ἀνέρδειν λίθον ...

θανάτου κεφαλάν. Prat.

CAPVT anni pro initio accipi adnotat Accur.l.1.C quando dies legat.ced. Bartulus tractat.de inſula §. quod frequenter.'nu.5. per dictam l.1.vbi falſo citatur l.1.cod.de adimend.legat. pro quando dies legat. cedat.Prat.

CAPVT montis appellat Bartulus vbi ſupra partem ſuperiorem eleuatum eſt.Caput rei etiam vocat, per quam in illam rem ingredimur.Prat.

CAPVT prouinciæ dicitur ciuitas honorabilior. Bart.dict.§.quod frequenter accidit per l.inter claras.in prin.c.de ſumma Trinit.Prat.Caput gentis,populi,regionis,vrbium.Caput Achaiæ, Mediæ.Briſſ.ex variis autor.

CAPVT contubernij apud Vegetium lib.2.cap.8.denis militibus præpoſitus ſignificat.

In CAPVT alicujus interrogari. Arcadius l.de minore,§. poteſt, de quæſtionib. dixit, pro in perſonam. Eodem modo in caput alicujus torqueri, & teſtimonium dicere, quæſtionem habere, Cic.& Vlp.l.1.§.ſeruum; ff.eodem, & leg.qui cum 14.§ is demum, ff.de bon.lib.pro in perſonam Prat.Briſſ.

CAPVT pro liberatione, redemptione ac ſeruitute prædonum Cicero lib.de offic.3.vt ſi prædonibus pactum pro capite precium non attuleris, nulla fraus eſt, ne ſi juratus quidem id non feceris. Hot.

CAPVT teſtamenti; vulgo articulus. Hinc generale caput.l.31.de vſu & vſufr. quo cauebatur, vt legata & libertates ab hæredib. præſtarentur. Sic proprio capite l.40.de ſtatulib. Caput codicillorum,leg.33.§.vlt.de vſu & vſufr.leg.Briſſ.vlt.edit.

CAPITA legum.Caput primum, quintum, ſeptimum, trigeſimum,legis Aquiliæ,Iuliæ,Corneliæ S.c & capitulum legis,eodem ſenſu, Vlp.& Paul.Caput edicti.Capita edictorum.Caput mandatorum, & ex mandatis. Reſcriptis,&c.Caput ſententiæ Briſſ.ex ff.Cicero.& aliis autoribus.

CAPVT initium ſeu originem ac ſummam cujuſque rei ſæpius ſignificat, vt in ea formula, à capite rationem reddere, id eſt, ab ipſo actus geſti initio leg.atquin.19.§.1. ff. de negot. geſtis. Originem aquæ primam ſonat leg.aquam.16.ff.quemadmod. ſeruit.amitt.l ſeruitus 9.ff.de ſeruit. ruſtic. quod & Vlpianus his verbis l.1.§.caput.ff.de aqua quotidiana & æſtiu. explicat; Caput aquæ illud eſt, vnde aqua naſcitur. Caput fluuiorum, pro ortu. Virgil.4.Georg Briſſon. Connanus lib.4.cap.9.num. 7.Vitruuius lib.7.cap 1. Tum deprimendus eſt puteus in eo loco, & ſi erit caput aquæ inuentum, plures ſunt circa fodiendi. Siculus Flaccus libro de conditione agror. Quidam, ait, enim riui ab origine, id eſt, à capite, donec in mare defluant, fines poſſeſſionibus præſtant. Et in inſcriptione Roman. Tito Veſpaſiano poſita: Aquas à diuo Veſpaſiano patre ſuo vrbi reſtitutas cum à capite aquarum à ſolo vetuſtate dilapſæ eſſent, noua forma reducendas ſua impenſa curauit. Vide & Plin. lib. 10. Epiſt. ad Traian. Sæpiſſime hoc verbo in eundem ſenſum vtitur l.Frontinus lib.1.de aquæductib.Prat.Briſſ.

CAPVT rationum cam rationum partem, quæ ad inſtruendum aliquem pertinet, ſignificat, velut ſumma, l.argentarius.§.1.ff. de edendo Accurſius ibi, à capite, id eſt, cum die & conſule, quę ſunt in capite, interpretatur. quod ineptum eſt. Bart.adpellat particulam illam ſejunctam, quæ ad rem pertinet, & qua de agitur, quod & veriſſimum eſt, vulgo capitulum vocant. quo ſenſu ſæpe κεφάλαιον apud Græcos reperias. Sic eodem ſenſu Caput mandatorum dixit Marcianus l.diuus, 6.ff.de cuſtodia reorum, & caput Edicti Varro lib.5.Linguæ.Prat.

CAPVT, vſuris oppoſitum, ſortem principalem ſignificat, leg.vn.ad fin.C.Theo.de vſur.rei jud.& apud Liuium lib 6.ab V.C. Ambroſ.cap 5.de Tobia; Offertur pecunia creditori. Vix inquit exoluis vſuram: caput debes: Et cap. 17. Nummus datur, & fœnus appellatur; Sors dicitur: Caput vocatur. Briſſonius.

CAPVT etiam pro perſona ſæpiſſime poſuit Plautus primum quidem in Perſa, vt des mihi nummus ſexcentos, quos pro capite pendam. Idem in Pſeudolo, Actu 1. Tu autem, qui pro capite argentum mihi jam jamque ſæpe numeras. Seneca Epiſtul.8.lib.11. Eripe te hac ſeruitute, quam extremæ quoque conditionis mancipia, & in his ſordibus nata exuere conantur, peculium ſuum, quod comparauerunt capite fraudato, pro capite numerant.

CARBASSA, ſpecies eſt ad vectigal pertinens, l.16.§.7.ff.de publican.& vectig.

CARBO, non tantum pruna extincta, ſed dicitur etiam cum eſt ignitus, l.ſeruitutes ff.ſeruit.leg.fundum. de act.empt. Quæ carbonum appellatione veniant, docent Iuriſconſ. in l.carbonum.ff.de verb.ſigni.in l.ligni.& l.pali.de leg.3. Carbone notare, id eſt damnare: cui contrarium eſt, creta notare. De quo Eraſm. in Chiliad. carbonariam ſubſtantiue, eſt negotium carbonarium exercere. Spieg.

CARBONVM appellatione ligna ad cibos coquendos, conficiendoſque non contineri. Vlp.ait, l ligni. 55.§. ſi lignum ff.de legat.3.repetita in l.carbonum 167.ff.de verb.ſignif. Sed nec titiones, nec alia ligna cocta, ne fumum faciant, quæ veteres ἄκαπνα vocabant, carboni annumeranda ibidem ſcribit idem, Quid igitur eſt Carbo? tum dicitur, cum pruna extincta eſt. Græcis ἄνθραξ. Hujus meminere Papin. l. 4. §. modum, ff.de ſeruitut. & Vlp. l.fundi.17.§ ſi ruta.ff.de act. empt. Briſſ. Prat. vide Gœddæ.ad l 167.de verb.ſign.

CARBONIS præbitio olim in ſordidis muneribus numerabatur, l.15.& l.18.de extraor. muner.in C.Th.ex quibus emendanda eſt l.13.de excuſ mun.lib.10.clauſula in hunc modum. carboni quoque (niſi eum quem moneta ſolenniter vel fabricatio ſecundum veterem morem poſcit armorum) ab hujuſmodi viris præbitio deſiſtat, l 167.de verb.ſig. quæ excerpta eſt ex l. 53.in fin.ff.de leg.3.Briſſ.

CARBONIBVS olim defoſſis veteres quidam populi agrorum fines diſtinguebant, propterea quod res nulla durabilior, magiſque perpetua ſit, quam Carbones ſub terra defoſſi. Bald.tit. de officio judicis, &c.

Ex edicto CARBONIANO datur carboniana bonorum poſſeſſio decretalis contra tabulas, vel inteſtato, & nonnunquam ſecundum tabulas, impuberibus liberi, & quibus fit controuerſia ſtatus, id eſt, qui negantur eſſe liberi, & quibus etiam fit controuerſia bonorum paternorum. Datur interim iis bonorum poſſeſſio iſta perinde, ac ſi nulla eis controuerſia fieret, dilata vtraque controuerſia in tempus pubertatis, Pubertate finitur, & ideo à Græcis dicitur ... Et vis carbonianæ poſſeſſionis hæc eſt, vt ſolus poſſideat, niſi aduerſarius etiam ex liberis ſit, vt alatur interim, vt exerceat actiones, vt res perſequatur à poſſeſſoribus aliis qui hæreditatis vel ſtatus controuerſiam non faciunt, vt ei conſectarium, videlicet ſi aduerſario ſatis dederit. Cujac.tractat.4.ad Afric. tul. 64. circa med.

CARBONIANA bonorū poſſeſſio datur, ſi pupillo fiat quæſtio de hæreditate paterna, & de ſtatu. Si de alterutro tantum quæratur, carbonianę non eſt, ſed quæſtio ſtatus differtur in tempus pubertatis ex conſtitutionibus, non ex edicto: Quæſtio autem hæreditatis ſtatim explicanda eſt, l.1.§ ſi quis filium, l.3.§. quamvis, de carb edict Cujac.d.tract. 4.ad Afric.ful. 65. poſt princ. Carbonianum edictum datur filio nato, & non naſcituro: in quo differt ab edicto de ventre in poſſeſſionem mittendo, quod ſubuenit naſcituro. Prat.

CARBONIANVM. Titulus eſt de carboniano edicto, cujus ipſius edicti auctor (quantum aſſequor) fuit Cneus Carbo, homo ſumma authoritate in republica, & partes Marianas ſecutus. Hoc autem ad ſtum inuenit, vt conſuleretur impuberi, ſiue maſculo, ſiue fœminæ, dummodo ex virili ſexu deſcendat, cui de ſtatu moueretur quæſtio. Et is ex edicto ſeu decreto bonorum corporalium poſſeſſionem adipiſcitur, non ſecus ac ſi eâ nulla ſtatus controuerſia mota eſſet. Veluti an filius, hujus vel iſtius ſit, vt quando negatur, bona, quæ petit, patris fuiſſe. Illud ſciendum iis demum generaliter carbonianum competere, quibus contra tabulas bonorum poſſeſſio competit, iis vero non competere, qui repelluntur à contra tabulas bonorum poſſeſſione. Auch. Hinc carbonianus bonorum poſſeſſor, l.3.§ iuſſum, ff.de carbon. Edict. Briſſ.

CARCER, ait Seruius lib.1.& 5. Æneidos, eſt vndecunque exire prohibemur: ſic dictus Varroni quaſi à coercendo, vel quaſi arcer, ab arcendo, quod Vlpianus probat l. aut damnum. 8.§. ſolēt ff.de pœn.carcer, ait, ad continēdos homines haberi debet, carcerem etiam pro palæſtra interpretatur Tertul lib ad Martyres, Bartolus tam in tractat.de carceribus.carcer, ait, eſt locus ſeruatur, & horribilis, repertus non ad pœnam, ſed ad delinquentium vel debitorum cuſtodiam. Prat. Briſſ.

CARCER, biſariam intelligitur: publicus & priuatus. Publicus carcer eſt, quem magiſtratus habet ad continendos homines non ad puniendos, & in hunc ſenſum accipitur in l. 1. & tot tit. C.de cuſtodia reo.& leg carceri ff.eod.priuatus carcer eſt, quem habent nulla poteſtate legitima præditi, vim illicitam exercētes priuatis. Et talis, ſub pœna vltimi ſupplicij interdictus eſt omnibus, in l.vni c.de priu.carcerib.& l. ſuccurritur. ff.ex qui-

Digitized by Google

ff.ex quib.cauſis.maior. tam in vrbe, quam in vicia.l.ſ3.c.de epiſc.audient.Porro qui videantur indicere in l.voi.c. de priuat.carcere.docet eleganti diſtinctione Bart.l.cap.5.ff.de adul. quem omnino vide. verum eſſe eum, qui in carcere clauſus eſt, non videri neque victum, neque in vinculis eſſe, niſi corpori eius vincula ſint adhibita, dicit Vlp. in l. verum eſt. ff. de verbor ſignific Oldend. Prat.Adde Brechæum l. verum eſt, in titul.de verb.& rerum ſignificat. vbi carcere clauſus non dicitur eſſe in vinculis neque vinctus.

CARCARIA quoque alia diuiſio eſt.Nam alius eſt ad cuſtodiam, alius ad pœnam De primo C.tot.tit de cuſtod.reor. & l.8.D. eodem. & dicto §. ſolent. De ſecundo quidam textum eſſe aiunt in l.2.c.de exactione tributorum l.10 Equidem de loco cuſtodiæ cauſa facto accipiendum putem, qnod & docemur eadem leg.ſecunda, ibi, & in vſu hominum inſtituta cuſtodia. Nec moueor eo textu dicente, Carcer pœnalium. Carcer eſt hominum noxiorum, ad eos, ſcilicet cuſtodiendos.Pontificiis tamen Carcerem pœnæ eſſe liquet, cap.quamvis.de pœnis lib. 6.& clementina t.§. doro de hæreticis.Prat.

CARCER. Carcer,ceris, locus,in quo ſeruantur noxij, vel vndecunque quia exire prohibetur, quaſi coarcer,à coercendo, vt docet Varro: quod vincti in eo cuſtodiri prohibentur exire. Atque hoc ſenſu in ſingulari accipitur Carceres vero numero plurali, ſunt currentium equorum repagula, vel ſunes, qui equis ad metam currere volentibus. opponuntur. Cicero tamen vtrunque indifferenter poſuit. Hine autem μεταφορικῶς carceres pro principio, metam pro fine ponimus. Carceris autem genera veteribus tria fuiſſe inuenio: vnum quo immodeſti, parumque exculti compellerentur, vt noctu à doctis condocefierent, bonarumque artium profeſſoribus quæ ad bonos mores,& vitæ modum pertinerent.Alterum, quo alieno ære impliciti, & qui carceris tædio ab intra vitæ peculantia abſterrendi ſuoi, detinerentur Tertium, quo immanibus præſignes flagitiis, cœlo & hominum cœtu indigni, vitiis nec non vitæ turpitudine defamatiſſimi, ac propediem plectendi, tenebriſque & pædor addicendi, intruduntur. Itaque Cicero merito carcerem ſcribit in Lucium Catilinam, vindicem nefariorum, ac manifeſtorum ſcelerum majores noſtros eſſe voluiſſe. Et Titius Liuius lib.1. Ancum Marcium refert. ingenti incremento rebus auctis (quum in tanta multitudine hominum, diſcrimine recte an perperam facti, confuſo, clandeſtina facinora fierent) carcerem ad terrorem increſcentis audaciæ, media vrbe imminentem foro ædificaſſe. Verum carcer jure ciuili pœnæ loco non eſt, ſed cuſtodiæ.Eſt tamen jure Pontificio duplex: alter cuſtodiæ, alter pœnæ An. chora. Hodie in praxi tres ſpecies carceris ponuntur: prima in qua delinquentes arcte cuſtodiuntur, ſecunda eſt, quando apparitoribus conceduntur domi cuſtodiendi, quæ cuſtodia honeſtioribus & nobilibus diuitibus concedi ſolet, tertia quando ciuitas pro carcere datur,vel *la ſuite du conſeil.* Apud Meſſenios Carcer, Theſaurus nomine, locus ſub terra fuit quadrato ſaxo. tam immanis ac læuus,vt neque ventum neq; auram acciperet: quales hodie multi ſunt: Romani barathrum dixere quod non minus quoſdam torquere ſoleat quam infernus gl.in ſeruo, ff.de pœnis, Appius decemvir carcerem, quem conſtituit, domicilium plebis nuncupauit, quod plebs ibi cuſtodiri ſoleat: nobiles autem & diuites, vt dixi apud apparitores: & liberas cuſtodias appellabant, cum viri magnæ æſtimationis non in vincula conjecti eſſent, ſed domi apud ciues cuſtodiebantur Cælius Rhodigin.lib. 9. cap. 34. text. in leg.miles agrum, §.eiua fugam, ff. de re milit. vbi ait: ejus fugam qui cum ſub cuſtodia vel in carcere eſſet, diſceſſit, in numero deſertorum non computandam Et hic carcer dicitur interdum cuſtodia militaris,leg.ſed etſi quis §.illud.ff. ſi quis cautionibus. Rebuff. vide infra in verbo Cuſtodia, & verbo. Vincula, & verbo Commentarienſis. vbi plura de hac re.

CARCARALIA clauſtra, l.24.c.de pœn.

CARCERALIS cuſtodia l.19.C.de teſtib.

In CARCAREM detrahi, l.1.c.qui bonis ceder. poſſ.

CARCARVM ſepta,l.1.c.de cuſtod.reor.

In CARCARA conjici, detrudi,impingi, impactus, recipi. Briſſ. exill.ff.

In CARCERE contineri,l.8.§. ſolent, ff. de pœnis.Eſſe,l.6.ff. de ſolutd.& trlegatis Briſſ.

CARCARALICVM in comment.ad tit.de verbor.ſignific.Alciatus accipit pro illa mercede, quæ datur carceris cuſtodibus: vel quam militibus, qui cuſtodiæ carcerum præſunt,humanitaris cauſa magiſtratus largiuntur. Verum Haloandri noſtri editio id verbi haud agnoſcit in §. particularia l. diuus. ff.de bonis damnat: ſed genuinum, nempe Chariſticon, quod ob gratiam alicui datur. Eſt enim dictum à charitibus, i. e.Gratiis.Vtramque lectionem rejicit Pand.Floren.editio, & pro eo legit chartiaticum, idque rectiſſime. Vide infra chartiaticum.

Suidas,vt Alciatus refert χαρίσιον,ſeu χαριστικὸν interpretatur, munuſculum,quod illi rependimus, à quo majora nos accepimus. Vide chariſticon.Spieg.

Κορδὰξ, ſaltatio obſcœna,& comica.Bud.in l.athletas,de his qui not.infam.Spieg.

CARDAMOMVM apud Marcianum l,fin.§.ſpecies, ff.de public. & vectigal.fructicis genus amomo ſimile, ſemine oblongo, quod in Arabia Comagena & Armenia naſcitur:vide Plin.lib. 12.cap.14.qui hujus genera recenſet, & Iſidor. lib.17.cap.9.& Dioſcor.lib.1.Briſſ.

CARDINALES in Pontificio jure dictos opinatur Alciat exemplo ciuilium magiſtratuum In libr. Officiorum Theodoſij cardinales appellantur Præfecti prætorio Aſianæ diœceſios, & præfectus Aphricæ, quod majores cæteris eſſent. Nam, teſte Siponto, Cardinalis, & cardineus, præcipuum ſignificat.

CARDINALES exiſtimat Duarenus t.ſacr.13.olim fuiſſe presbyteros,non quoſvis,ſed qui in maiore Eccleſia,quam cathedralem dicimus rem diuinam cum epiſcopo ſuo facerent. Vide Guthoſt.ad l.8.c.de epiſc.& cler.

CARDINALES à cardine dicti ſunt, quia ſicut cardine regitur oſtium, ita eccleſia bono eorum conſilio, not. in cap. ſacroſancta ad fin.22. diſtinctio & Archidiac.in capit. vbi periculum §.hoc ſacro. de elect.lib.6. vbi explicat eorum officium. Cardinalem pro epiſcopo interpretatur gloſſ. in cap. relatio. a.qu.1.Majorem autem dignitatem non habent,quam epiſcopus, Bartol.l.1. ſi quis.verſicul. ſimile videmus, ff. de appell. Prat.

CARDINATVS quo jure inductus, & de eorum præſtantia. A. Barbatius tractatu de cardinalium præſtantia docet.cardinales etiam olim conſiliarij appellabantur Romano in ſermone poſt conſilia. capitul. Eccleſiaſticis 12. quæſtione a. Pratei.

CARDINEM vocat Hyginus lib.de limitibus conſtit. limitem à meridiano ad Septentrionem.Prat.

CARDO rei in eo vertitur, pro eo quod eſt, ex hoc tota res pendet Cardo cauſæ, perinde eſt ac ſi dicas,Ius, per hoc,vel illud pono: ac ſi ex dilemmate arguatur, ut fateatur vel neget para aduerſa: Atque hic litium cardo, aut ſummam totius litis conſtituere, eſt Budæo in leg. 2.de origine juris Spiegelius.

CARENT viribus, formula, vim latæ ſententiæ habet capit.penult.de deſponſ.impub.capit. ad hæc. de reſcript.in antiquit. Vide Felinum capit. ex tenore, &c. Rudulphum, eodem tit. Prat.

CARENA alias Carentena dicitur,à carentia hominum vel cibariorum. Nam per quadraginta dies ieiunant in pane, & aqua, & includuntur in aliquo ſecreto loco juxta Eccleſiam, vbi non habent conſortium hominum vt not Bernard. in cap. accepiſti de ſponſa duor. & eſt vulgare Italicorum adde cap. accuſaſti. de accuſat. & ſimile not.gloſſ in cap. 2. de deſponſ. Oldend.

CARERE ædibus,laribus fundo ac mancipiis:operis;re ſua,debito, crimine falſi, impetratis.Briſſ.ex ff.

CARENDVM habere.l.38.ff.de rei vindic.

CARERE crimine,i.e.vacare ſcelere: immunem ab eo eſſe.l.vn. c.vt Tutor.Prat.Briſſ.

CARENDI nomen, triſte Cicero appellat,1.Tuſcul.quo loco declarat etiam quid ſignificet.

CARERE fraude, culpa pro eo quod eſt, non deliquiſſe.l.36.ff de fideicomm.libert Spieg Briſſ.

CARERE lanam,apud Varronem pro purgare,ac ita deducere,vt careat ſpurcitia.Prat.

CAREVM, vid.voc.inſr.

CARICÆ apud Proculum inter dulcia numerantur,leg.fin.§.cui dulcia ff.de trit.vin.& oleo leg ficus ſiccas ſignificant ex Plin. Harum ſingularum ouetibus, 20.folia Rutæ, granis aliquot juniperi, aceto, & grano ſolis miſtarum ea vis, vt peſtem auertant.Prat.Briſſ.vlt.edi.Lexic.e.5. negat caricas eſſe ficus ſiccas,ſed arborem ex ficuum genere in Syria Sunt etiam Caricæ ſiue Cariotæ palmarum fructus prædulces, qui in clientum officio & feudorum conſuetudine,non paruum vſum antiquitus præſtitere: nam fructum palmæ cliens patrono offerebat, in recognitionem annuam, quam faciebat ipſo anni limine,i.e.Calendis Ianuariis,quibus & magiſtratus inire moris erat. leg.Publius.ff. de conditio.& demonſtrat. Martialis in Xeniis.

Aurea porrigitur Iani cariota Calendis.
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

Et idem alibi de phiale Ruffi loquens, quam tam tenuem eſſe dicit, quam erat Bractea, qua cliens cariotam inaurabat.

Hæc linitur ſputo Iani cariota Calendis,
Quam fert cum paruo ſordidus aſſe cliens.

Forcat.in penu Iuris ciuil.cap.17.

Caravm in l.5.ff.de penu. legat.ſemen accipio, ait Briſſ. cujus radix cocta paſtinacæ modo eſui erat: vt Dioſcorides lib. 3.c. 66.tradit. Aliter.Hot.Careum, inquit, frutex peregrinus,gentis ſuæ nomine appellatus, culinis principalis: laudatiſſimus ex ſua gente,id eſt, Caria,vt Plin.l.b.19.c.8.teſtatur.Ergo non Carreum à Carris, vt Alciatus putat, neque Cæreum, neque Carium legendum Hot.vid.infra.Carreum.

Caravm eſt genus aromatis myropolis cognitum, nobis vero incognitum, quippe quod peregrinum ſit,&c.Vide Galenum ad Paternianum, cap.de careo.Vtitur eo quoque Apitius de re coquinaria. Paulus lib.33.ff.tit. de penu. leg.l. non omne.Sed quod quidam negauerunt piper liguſticum careum, & laſer, euiuſmodi in penu non eſſe imputabatur iſt.Nebr.

Carina in leg.Miniscius, ff.de rei vind.pars cauanis eſt quam alnum aut ventrem apellant.Connan.li.3.c.6.n.2. Eſt infima pars nauis Briſſ.ex Feſto.

Carina, infima trabs,qua nauis fundatur, Pompon.in fin.leg. quod in rerum natura, de leg 1.Etſi nauem legauerit, & ſpecialiter eam adſcripſerit, eamque per partes totam refecerit, carina eadem manente, nihilominus recte à legatario vindicabitur.Spieg.

Carinarios Turneb.aduerſar.lib.24.cap.5.eos eſſe putat, qui cerino colore pannum inficiunt. Nam cera Dorice ϰαϱὶ dicitur quæ aliis Græcorum linguis ϰηϱὸς vocatur. Hæc Turne. loco præalleg.

Carinantes, Feſto lib.3.probra objectantes, à carina dicti, quæ infima pars nauis eſt, ſic illi ſuetis infimæ.Prat.

Caritas pro amicitia, l.19.ff.de caſtr. pecul. l. 10. ff. de rebus dub. Briſſ.

Carivarivs. De Cariuario & Coribantum ſaltatione in viduæ nuptiis ad contumeliam ſecundarum nuptiarum,vide P. Gregor.38 ſyntagm.c.4.

Cargiliani hæredes, vide l.9.§. 5. in princ. ff. de jur. & facti ignorant.

Carmina magica,l.7.C.de maleſic.& mathem.

Carnalis pubertas, cum animali pubertatem conuenit. vide Guthofr.ad l.3.C.quando tut.eſſe deſ.

Carnificis loco habebatur, auctore eodem, qui ſe, vt moreretur, vulneraſſet.Prat.

Carnificis, hoc eſt, eius, qui in reos animaduertit, & eius item,qui reos in carcere cuſtodit,officium vitandum eſſe dicit Ariſtot.lib.6.quod huiuſmodi homines improbi eſſe ſoleant. Cenſoria lege cauebatur, vt nemo carnifex ciuis Romanus eſſet.Spieg

Carnificum officium probroſum & turpe eſt: ideoque tale officium gerentes ciuiliter famoſos & ignominia notatos eſſe, ait Gœd.in l.42.n.10.de ver.& ret.ſignif.

Carnifex eſt manus legum Gothofr.ad Nou 69.c.3. in princ.

Carnifex populi Rom.non modo ciuilis Rom.non erat,ſed ne in vrbe quidem domicilium habebat. Cic. pro C. Rabir. perduell.Sed moreretur prius acerbiſſima morte miſer Gracchus, quam in ejus concione carnifex conſiſteret, quem non modo foro, ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu cenſoriæ leges, ac vrbis domicilio carere voluerunt. Prat. Hotoman. ex Plauti pſeudulo colligit eum extra portam Metiam domicilium habuiſſe.

Carotivm dictio eſt barbara, ſignificat currum illum, in quo conſtituebatur vexillum publicum, cum in aciem eundum erat: & hoc expreſſit apud nos Accurſ.in l.omnis definitio, ff.de reg.jur dum inquit: Sed ſtet firmus regulæ velut Bononienſis carrotio, licet aliqui caplantur de ejus cuſtodibus. Et hæc gl.in hoc ſing.eſt ſecundum D.Alexan. conſ.75. incip. Inſpecto diligenter, col.4.verſ.& iſtam opinionem, in 8.lib. Et Andre.Sicul.in tractat.de præſt.Cardin.in 4.quæſt.primæ partis,in 5.colum.verſic.optimum. Hocque currus genus poſt Gothos deletos potiſſimum reipub. Mediol.in vſu fuit,vt in noſtris annalibus in multis locis relatum eſt Puroque à carro dictum, de quo Cæſar: Inter carros impedimentaque prælium commiſerunt.Et Aul Hirtius:Pompeius,inquit,ea die per viarum anguſtias, carra complura, multoſque laniſtas retraxit. Cotta in memut

Carpasvm.apud Martianum l.fin.§.ſpecies.ff.de public.planta eſt,ex qua ſuccus medicamentis vtilis exprimitur,cujus commeminit Galen.lib.1.de compoſ.& ϰατὰ τόπους. Dioſc.lib.6. c.14.vocat Paulus Æginetà Carpeſiam.l'tar.

Carpentarii,in l.6.ff de iur.immun. & l.vnic.C.de excuſ.artiſ.in Baſil.συγϰϱοτηταὶ, in legionibus habebantur Briſſ.Carpentarios immunitate donatos, non carpentarium ſtructores eſſe putat, præterquam in l.31.de curſ.public.in C.Theo. Sed eos,qui σαγματα, id eſt,ſtrata,centunculos, ſellas clitellas camelorum & jumentorum,conficiunt.Carpentis inuehi ſolitos cuſtodes, vel proſecutores ſpecierum, quæ tranſmittebantur, docet.l.18.eod.tit.Briſſ.

Carpentarivs ſpeciale nomen eſſe Iſidor.ſcribit l.19.cap.19. Hotomanus carpentarium carpentorum artificem dici tradit.Vtitur & hoc verbo Vopiſc.in Aureliano.& Iul Firmic.lib 2 cap.10.

Carpentvm carri genus eſt, in quo mulieres primum apud Romanos geſtebantur poſtea tamen factum, vt ex Liuio lib. 1. ab vrbe: & in 2.de bello Macedonico dicimus, vt bello etiam carpentorum vſus eſſet. Carpentum non à carro, vt quidam putant, deductum eſt, ſed à Carmente Euandri matre, quaſi carmentum Vnde in 1 Faſt.Ouid.

> *Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant.*
>
> *Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.*

Cotaſ.lib.Miſcel.3.c.10 num. 19.Carpenti quoque fit mentio Nou.70.c.1.quod Gothofr.ibid.vertit ἀμάξιον.

Καϱπορροὶ, apud Clement. Alexand. lib.5. [illegible], id eſt manuum porrectiones. ϰαϱπὸς enim cauum manuum, & volam ſignificat eidem, & Ariſtot.lib.1.de animal.c.juncturam [illegible]. Prat.

Καϱπισμὸς, adſertor, & ϰαϱπισμὸς adſertio vocatur,vt teſtatur Turneb aduerſ.lib.13.c.27.Prat.

Carpocratiani,l.Arrianis,C.de hæret.hæretici dicti à Carpocrate, qui dixit Chriſtum hominem fuiſſe tantum, & de vtroque ſexu, atque ita & ex Ioſephi ſemine carnaliter inſtar reliquorum hominum progenitum, c. quidam autem 24. q. 3. vide Philaſtrium Brixienſem Epiſcopum in hæreſeon catalogo & Iſidor.lib.8.Etymol.c.5.Prat.

Carpuscusum, ſiue, vt alij legunt,Carpiſculum, deſinitore Fl. Vopiſco in Aureliano, calciamenti genus eſt. Hanc etiam vocem reperi in Epigrammate lapidi antiquiſſimo inſculpto, quod Viennæ Allobr.ad diui Mauritij ædem extat,ait Prat.

Carrevm & claſſer, quid ſignificent apud Paul. in l.non omne, ff.de pen. legat. reuocatur in dubium inter quoſdam Claſſee apud Latinos equidem non memini me legiſſe.ſed laſſee ſuccus eſt laſſerpitij, magnificus in vſu & medicamentis, de quo Plin.& ita legendum eſſe in d.l.non omne. aliqui putant. Alij vero legi poſſe caryinon, quod quidem oleum eſt è nucibus juglandibus confectum, alopeciis vtile, tarditatique aurium inſulſum, cæterum ſapore graui. Vnde noſtris eſculentis non ita admiſcetur, ſed in lucernis funiculum nutrit ardentem: ſicut & illud, quod ex lini ſemine exprimitur, ad alendum tamen in vſu apud aliquos etiam hodie eſt, non ſolum in medicamentis: hujus meminit Plin lib.23. cap. 5. ſiue mauis caryinum, vt aliqui contendunt Plin.in 6.cap. lib. 19. Ab his, inquit,proximum dicetur auctoritate clariſſimum laſſerpicium, quod Græci σίλφιον vocant, in cyrenaica prouincia repertum, cujus ſuccus vocatur Laſſer. Magnificum in vſu medicamentiſque, & ad pondus argentei denarij penſum,multis jam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani, qui paſcua conducunt maius ita lucrum ſentientes, depopulantur pecorum pabulo. Vnus omnino caulis noſtra repertus memoria, Neroni principi miſſus eſt. In reliquis de natura & genere laſſerpitij, lege Plin. quæ omnia de verbo ad verbum ſibi adſcribit Sipontinus Pontifex in ſuis in Martial. commentariis ad ſi.56.Epig Laſſer itaque,vt dixi,a Græcis Silphion dicitur, Hæc inter herbas primam obtinet gloriam Vnde Ampelotæ quæ Aphricæ gens eſt. Delphis ſilphij caulem ſacratum ſuſpenderunt: auctor Alexan. Hujus herbæ meminit pluribus verbis Ariſtoph. interpres in Pluto, vbi poëta ſic: Τὸν πλοῦτον τὸν αὐτὸν ϰαὶ τὸ Βάττου σίλφιον, ipſumque Plutum, ipſumque Batti ſilphion. Negat ſycuphanta ſe quieturũ,etiamſi Plutus ipſe qui diuitiarũ Deus ipſe eſt, vel laſſerpitium, quod pretioſiſſimum eſt, ſibi detur. Hinc nata parœmia apud Græcos Βάττου σίλφιον, vt per Roterodã.chil.2 adag.14 Hujus etiam vocabuli,Laſſee meminit Martial.in l.vlt §.ſpecies, ff.de publ.& Catul. Laſſee piciferis jacet cyrenis. Aliqui codices cæreum habent,in d.l. non omne. quod quidem adiectiuum eſt, ex cæra aliquando factum: vt cærea candela, ad differentiam eius,quæ fit ex loro, ſeu alio pingui: vt cærea mella, apud Sedulium: cærea gemmatis flaueſcunt mella caniſtris. Cæterum vero ſubſtantiuum, funale ſignificat,à funiculis cæteris quem in Saturnalib. ſolebant humiliorib.potentiores præferre, cum candelis pauperes, locupletes cæreis vterentur. Martia. Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes. Nam aras Saturnias priſci ex colebant accenſis luminibus: inde mos per Saturnalia miſſitandis cœpit. Quidam cæreos non ob aliud inter Saturnalia munera mitti putant, niſi quod ſub Saturno à tenebroſa vita quaſi ad lucem, & bonarum artium ſcientiam ſumus euocati. Propterea lege Publicia cautũ fuit, vt ſolis ditioribus cęrei miſſitarentur. Veteres autem (vt etiam ætate noſtra nobiliores cõſueuerunt) reponebant ad domus vſum in penore,quæ ad medicamenta erant neceſſaria, vt laſſer & ſimilia: item cærea: & de his potuit ſentire IC.quo etiam à penoris nomine veniant. Vel ſi nihil placet mutare, poſſumus dicere (vt etiam placet Alciato noſtro) carreum dictum à carris, vnde aduehitur: quo in loco fieri nundinas, ſcribit.Plin.in 12. lib.cap. 18.quib. commercia odoratarum arborum exercebantur, quæ nundinæ poſtea agi cœperunt apud characem. Careæ autem de quibus hic Plin. loquitur, non hæ ſunt, quæ in Meſopotamia

Craſſi

Digitized by Google

Craſſi clade nobiles dicuntur, ſed oppidum in ipſo rubri æquoris litture, vt Mela Pompo. & Stephanus ſcribit. ſicuti nec per Characem quidam oppidum illud intelligunt, quod in Perſia eſt inter Tigrum & Eulæum fluuios: ſed potius illud quod itidem in Parthia eſt, cujus quodam in loco Ptolomæus meminerit. Igitur Carreum potuit Iureconſultus appellaſſe, odoris illud genus, quod à Carris veniebat. Quod ſi tibi gratum non eſt, potes eliſa copula legere, Aut liguſtrum carreum, aut carreum aſſer. Quamuis ſint, qui aſſarum, cujus prędicti l.c. 53. Pl. meminit, legant, non laſſer: quod non reprobo, ſed nec addito. Cares etiam populi ſunt inſulani, quos Strab. Mela, Plin. Ptolomæus. Aſiæ contribuunt: eos Minos nauali prælio vicit, de quibus Virg. Hinc Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos. Meminit & Valerius Max. in 1. Quid autem ſit Lyguſticum, in hoc loco IC. haud facile reperies, & ideo arbitror dictionem eradendam eſſe, & ejus locu liguſtrum repunendum. Quid id ſi, oſtendit Plin. 12. lib. cap 35. hujuſmodi verbis: Cyprus in Ægypto eſt arbor, ziphi foliis, ſemine coriandri, flore candido, odorato, coquitur hoc in oleo, premiturque poſtea, quod Cyprus vocatur, pretium ei in libras quinque: optimum habetur è Canopia, in ripis Nili nata: ſecundum Aſcalonæ Judææ: tertium Cypro inſula odoris ſuauitate. Quidam hanc eſſe dicunt arborem quæ in Italia Liguſtrum vocatur. Hęc Plin. cui non diſſidet Dioſcorides, qui vbi de odoribus mentionem facit, inter eos illud numerat. Sunt tamen, qui è linguſtro literam elidant. Cotta in memor vid. ſupra Careum.

CARRVCA. Briſ. (carrucha) paruum carrum ſignificat, quatuor rotas habentem. Habuerunt autem veteres carrucas in delitijs, vnde diſputat Scæuola, an ſub mundi muliebris, & omnis ornamenti legato, carruca dormitoria cum mulis, qua vxor ſemper ſit vſa, contineatur, l. vxori. 2. ff. de aur. & arg. leg. Spartianus Alex. Seuerum Imperatorem Senatoribus omnibus Romæ permiſiſſe refert, vt carrucas argenteas haberent, dignitatis Romanæ intereſſe exiſtimans, vt iis tantæ vrbis Senatores vectarentur. Neronem præterea Cæſarem legimus, nunquam minus mille carrucis iter feciſſe, longo ſemper agmine impedimentorum præcedente Cotraſ. libr. Miſcell. 3. c. 20. Cotta in memor. Carrucæ mentio etiam fit, l. ſi cujus, in fi. ff. de vſufr. l. commodatu, §. pen. ff. com. l. 28. §. ſi ex decem. ff. de don. int. vir. & vx. & apud Paulum lib. 3. ſent. tit. 6. §. pen. Plin. lib. 33. c. 1.

CARRVCIS ſtabulum vacans, in fin. l. ſi cujus. de vſufr. Spieg.

CARRVCARIÆ mulæ, in l. 38 §. quæſitum. ff. de ædil. edict. ſunt, quæ ideo habentur, vt jungantur ad carrucam vel rhedam. Gothofr ad d. §. quæſitum 8.

CARRVCHA, in l. 13. §. vlt. ff. de vſufructu. Carrucha aurea, dormitoria. vnde.

CARRVCHARIVS in l. item quæritur, in prin. ff. loca qui & ciſiatius dicitur, qui carrucham agit. Briſſ.

CARRVLI. l. cum duobus, 52. §. ſi quis ex ſocijs. ff. pro ſocio, qui quid vehunt, vt ex eo textu liquet. Prat. Briſſ.

CARRVM. ſiue carrus & carruca, plauſtra ſunt oneraria, hoc eſt, comparata ad ferendum tantum onera. Cæſar in primo commen. Iumentorum, inquit, & carrorum quam maximum numerum coemere. In comment. quoque Hiſpan. per viarum anguſtias carra complura. Martial.

O iucunda Couinę ſolitudo,
Carruca magis eſſedaque gratum.

Conſultus lib. 39. tit. de donat. l. ſi id. Vel grex, ait, vel carrum, vel carruca. Nebriſſ.

CARTHAGO, IC. Modeſt. in l. 21. ff. quib. mod. vſusfr. amitti. Si vſusfructus, ait, ciuitati legetur, & aratrum in ea ducatur, vt paſſa eſt Carthago: ciuitas eſſe deſinit, ideoq; quaſi morte deſinit habere vſumfructum. Mirum autem poſteris ſeculis refloreſcere eam principum Romanorum beneficentia potuiſſe, quæ ſic diruta, ſic diſiecta vaſtataque fuit, vt omnis muralis lapis in puluerem comminutus ſit Spieg.

CARTHAGO, vt ſcribit Sextus Ruffus prima fuit proconſularis prouincia: & cum ſimpliciter proconſularis prouincia dicitur, hæc intelligitur. Gothofred. ad Nouell, 30. cap. 5. in princ. Dicitur etiam ſedes prætorianæ præfecturæ per Affricam à Iuſtiniano conſtitutæ, in l. prima, ff. de offic. præfect. prætor. Affr. Cujus egregium elogium extat apud Saluianum Epiſcopum lib. 7. de Gubernatione Dei. Vide Briſſ.

Κάρφος Plutarc. de ſera numinis vindict. adpellat, quod feſtucam fœnum aridum, & lignum quoduis tenue & ſiccum ſignificat, buchetam lingua noſtra vel brindellam vocamus. Conan. lib. 2. c. 4. n. 5.

CASA vocem, à cauatione ductam putat Feſtus lib. 3. quæ lectum paſtorale Statio appellatur. Vergil. in Alexide:

Atque humiles habitare caſas, & figere ceruos.

& apud Scæuol. vxorem. 41. §. feliciſſimo. ff. de leg. pro domuncula videntur poſuiſſe Iuſtinian. §. littorum Inſtit. de rer. diuiſ. & Pompon. l. pen. ff. de vſufr. Prat.

CASA nomen paulo generalius tugurio. Tugurium ſpecies caſæ. Tugurium ruſtica tantum caſa eſt: Caſa etiam vrbana eſſe poteſt. Tugurium non eſt clauſum parietibus ſolidis, ac tegulis lateritiis ordine diſpoſitis: nec à furibus, ſed à pluuiis, æſtu ac frigore tuetur, Caſa parietibus ac tegulis clauſa eſſe poteſt Gœdd. ad l. 180. de verb. ſign.

CASÆ literarum, quæ fuerint ex lib. varior. auctor. de limitibus diſces, & quid caſale, & caſales, quorum verba, huc transcribere nimis longum eſſet.

CASAM ædificare in area cuſtodiæ cauſa, earum rerum quæ in area ſunt: in littore ponere qua ſe recipiant. Briſſ.

CASARIA Feſto quæ caſam cuſtodit Prat.

CASCVM Feſto lib. 3. id eſt, antiquum, quod Varro probat lib. 6. Ling ex Ennio Manilius:

Quam primum Caſci populi genuere Latini

Caſcum duxiſſe caſeam non mirabile eſt, quoniam cauorat conficiebant nuptias. Prat.

CASEARIAM tabernam ſiue (vt in Pand Flor eſt) Caſcariam, dixit. Ariſto. apud Vlp. l. ſicut, §. Ariſto. ff ſi ſerui. vendic. in qua Caſei fumigari ſolent, vt d. §. Ariſto lectio indicat Moris enim fuit in pleriſque Italiæ locis coluctandi ſiccandique carei gratia fumum aut ex culmis, aut malignis viridibuſq; lignis facere. Vide Columellam lib. 7. c. 8. & Plin. lib. 11. c. 42. vbi de caſeorum diuerſitate loquitur. Falſo igitur Hsloander tatuſiam vtcubique repoſuit in d. §. Ariſtot. Non tamen reiicienda eſt Accurſij interpretatio, Caſeariam, in qua fiunt caſei, adpellantis: tametſi ad Ariſtonis locum minime pertineat. Sed & Caſeariam tabernam, locum, vbi caſei væneunt, recte quis appellat. Prat. vid. Briſſ. 3. elect. antiq.

CASELLÆ, ſunt granaria in quibus fructus componuntur, ff. de iudic. l. 1. Sic accipi poteſt. in c. capſellas, 12. q. 2. Dicitur quaſi cellula granorum. Olend.

CASITO, vel Caſſito frequentatiuum à Caſo, frequentatiuo verbi Cado Paul. de ſeruit. vrb. præd. l. ſeruitutes, §. ſi ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino ſeruientis areæ ibi ædificare, vbi caſſitare cœpit ſtillicidium. Feſto Caſabundus, crebro cadens eſt. Oldend. Prat.

CASSITO, guttatim & ſæpius cado. Briſſ.

CASSARE dicitur ſententia, quæ tenet gl. in c. accedens, 2. §. cum igitur, in verb. caſſauimus, extr. vt lit non conteſt. Caſſamus, verbum etiam eſt caſſatum denuntiamus: quo ſenſu accipi, ais Bernardus gloſſularius in d. c. accedens, 2. ſed inepte, alioquin fruſtra ibidem ſtatim ſubieciſſet Pontifex, imo caſſas denuntiauimus. Non tamen nego, quia & Caſſare caſſum denuntiare ſignificet, in c. cum dilectus, ad fin. & ibi gl. extr. de elect. & ele. poteſt. Quod autem ea, quæ ipſo iure nulla ſunt, infirmari debeant, & caſſari liquido conſtat ex Nouell. 7. §. ἐπειδὴ ſ. ibi, ἀκυρα ... &c. & aduocat Accurſ. in l. eleganter. in ver. ſi in hoc ipſo, ff. de dolo. Prat.

CASSADRSUSII populi. l. 8. §. 8. ff de cenſib.

CASSATA lex, l. 14. C. de contrah. empt.

CASSATIO aliquando ad factionem refertur, gl. in c. propoſuit, extr. de conceſſ. præb. & an ad actum nullum. Fel. c. ex parte, de teſtib. Prat.

CASSIANI, Sabiani. Proculiani dicti ſunt. qui Caſſi, Sabiani, & Proculi ſectam inſtitutionemque ſecuti ſunt: de quibus quæ Pomponius ſcribit in l. 2. ff de orig. iur. ad ſummam hęc ſunt: Fuit. Qu. Tubero publici priuatique iuris doctiſſimus: eius duo fuere diſcipuli. Ateius Capito, & Antiſtius Labeo: quorum alter magiſtri præceptis adhæreſcens alter ingenij fiducia pleraque innouans, diſſidium quoddam in iuris ciuilis diſciplinam inuexerunt: nam cum Atteio Maſurius Sabinus, Labeoni Nerua pater ſucceſſiſſet, acceptam à magiſtris diſcordiam vehemēter auxerunt: quam poſtea eorum diſcipuli, Sabini quidem Caſſius, Neruæ autem Proculus eo produxerunt, vt duæ iam familiæ contrariæ ex eorum nominibus appellarę ac propagatæ ſint: nam qui Caſſium ſequebantur, Caſſiani: qui Proculum, Proculiani dici cœpere, poſt ſecuti ſunt Caſſium quidem Cœlius Sabinus, Proculum vero Pegaſus: vnde Sabinianorum & Pegaſianorum nomina. Quorum diſſenſionibus ac præceptionibus contrarij, imbuti poſtea IC. Iauolenus, Neratius, Iulianus, & cæteri, quorum ex ſcriptis compoſiti ſunt ij quibus nunc vtimur, Pandectarum libri mirificas concertationes, vt Iuſtin. teſtatur, in hanc legum diſciplinam importarunt Hot. Vide A. Auguſt. lib. 1. Emend. c. 3. & lib. 3. c. 4.

CASSIANVS furor, l. vltima. Cod. ad legem Iul. maieſt. Motus in lege Dei titulo, 15. Concitatus ab Auidio Caſſio, qui auidus Imperij, duorum fratrum temporibus res nouas in Oriente molitus eſt, vt in eius vita Vulcat. Gallican. & Capitolin. in M. Antonio narrant. Briſſon

CASSIANVS fundus, l. vigeſima ſeptima, §. vltimo, ff. de inſtruct. & inſtrument. legat. ſicut & Caſſianus furor. l. 7. C. ad leg. Iul. maieſt.

CASSIA Turiana, alias Tymiana, ſpecies ad vectigal pertinens, in l. 16. §. 7. ff. de publican.

CASSIA via à Caſſio ſtrata, Feſto libr. 3. & vide infra Via. Prat.

CASSIOPA ciuitas & promontorium eſt Epiri, Strabone, Prolo-

mæo, Plinio atque alijs auctoribus. Vlpian. de exercit. act. l. 1. Sont inquit, naues, quæ à Brunduſio, vel à Caſſiopa, vel à Dyrrachio vectores traijciunt. Nebr.

CASSITARE, cujus mentio fit in l. 16. §. 4. de ſeru. vrb. præd. vide paulo ante in verbo Caſito.

CASTALDIA, gubernatio dicitur, qua domini res gubernantur Caſtaldi, gubernatores, vel vicedomini. Zaſ. de feud. degenerant. Itaque erat Caſtaldio non abſimilis procuratori, & actori poſſeſſionum domini, cujus fit mentio in l. vlt. C. quod cum eo qui in aliena poteſt. ſecundum Aluarot. & gloſ. erat velut œconomos quidam, cui res dominica gubernanda committebatur, inſtar œconomi eccleſiaſtici. arg. l. jubemus nulli, C. de ſacroſ. Eccl. Old. Prat.

CASTALDUM, in l. Lomb. l. 1. de acq. acto. te. gl. in c. vnic. §. ſi vero, de feud. guar. in vſib. feud. interpretatur eum, cui res domini committuntur: quam interpretationem probat Iacob. Beluiſ. ibid. Eo etiam nomine procuratores contineri liquet, judicante Alberico. Eodem ſenſu ſumitur Caſtaldio, Beluiſio d. §. ſi vero. Prat.

CASTALDIA feudum, quod datur caſtaldo caſtri, vt in c. 1. de feud. guard. & caſta. in vſib. feud. & ibi gl. in verb. caſtaldi. Io. Bello. Etymol.

CASTE viuere dicitur mulier, quæ legitime nubit. Nou. 6. §. ὑπονοίας, quod & Bart. noſter recte docuit l. fin. verſ. ſed quia, C. de indi. vid. tol. ait Imp. d. §. ὑπονοίας, ὥστε δίκην τῆς σωφροσύνης γάμοις τε καὶ δικαίοις συνοικεσίοις. Hoc ad eum tractatum pertinet, quo diſſeritur; An legatum mulieri, ſi caſte vixerit, præſtari debeat: quod Bart. placet d. l. fin. Paulo Caſtrenſi diſplicuit. Tu expende §. ὑπονοίας. Prat.

CASTELLANI Andreæ Iſern. dicuntur hodie, qui antea dicebantur Caſtaldi, idque ex conſuetudine vtentium, & vſu loquentium. Porro in Gallia Caſtellanos appellamus caſtrorum ſiue caſtellorum præfectos, & judices: ſed & ſubalternos & inferiores judices, vt ſubindicat Budæus in forenſibus. Caſtellanus etiam dicitur caſtri dominus, ſiue poſſeſſor. Albet ex Hoſtienſ. c. ad audientiam, de præſcript. & vide paulo inferius de hac voce. Prat.

CASTELLUM, vt notiſſimam ſignificationem prætermittam, accipere debemus aquæ receptaculum, quod aquam publicam ſuſcipit; Vlpiano l. 1. §. ait prætor. ff. de aqua quotid. & æſt. & Labeoni l. fiſtulas, 78. ff. de contrahenda emptione. Id veteribus diuidiculum appellabatur, Feſto lib. 4. Quod nunc, inquit, caſtellum eſt, ex quo à riuo communi aquam quiſque ducit. Heſych. κάστελλος, ait, ὄνομα τόπου..., καὶ τόπος δεχόμενος, καὶ μερίζοντες τὸ ὕδωρ. Sic accipi debet apud Paulum l. fiſtulam, 19. ff. de ſeruit. vrbanor. prædior. & Vlpianum l. 2. ff. commun. præd. & l. cætera. § item hoc prohibetur, ff. de leg. 1. & l. 2. de aquæductu. libr. 11. C. de caſtellis, hæc I. Frontinus de aquæ ductu. Eſt fere nunc in vſu, ait, cum plures quinariæ impetratæ, ne in vilis ſæpius conuulneretur vna fiſtula, excipiatur in caſtellum: ex quo ſinguli ſuum modum recipiant. Ex caſtello fiſtulis quiſque aquam in ſuum fundum diuiſam ducebat. Briſſ. & Vitru. lib. 8. c. 7. Agrippa, ait Plin. lib. 36. c. 15. ad fin. caſtella 130. fecit. Porro caſtella vt plurimum plumbea erant, vt ex l. ſi venditor, 38. §. ſiſmus, & l. fundi. §. caſtella. ff. de action. empt. Hæc conceptacula appellant Impp. in l. 2. C. Th. de aquæductu. Scio G. Budæum in prioribus adnotat. ad d. §. caſtella. permulta ex claſſicis rerum ſcriptoribus prodidiſſe: cujus verba huc non transfero, vtpote quæ cuiuis ſtudioſo ſint obuia. Prat.

CASTELLUM etiã inuenitur in alio ſignificatu magis noto, locumque denotat mœnibus clauſum, munitumque. Sueton. Scæua, inquit, excuſſo oculo, transfixus femore, & humero centum & viginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam commiſſi caſtelli obtinuit. Coraſius Miſcellaneor. l. 6. c. 10 Hinc.

CASTELLANI appellantur hujus loci incolæ; quemadmodum ab oppido oppidani nomen ſortiti ſunt, & à vico vicini, Caſtellani milites, l. 2. de fund. limitor. lib. 10. C. Hodie autem quædam praua conſuetudo inoleuit apud nonnullos, appellantes arcium præfectos & cuſtodes, caſtellanos, quod tamen nunquam apud idoneos auctores memini me legiſſe, licet interpretes noſtri hanc conſuetudinem amplectantur, & in pulchra quæſtione conſuluit Cot. conſil. 206. viſo in 6. col. in 3. lib. & de his nominibus plura D. Felin. in c. Rodulph. col. 15. verſ. cæterum, de reſcript. Cotta. vide & Prat. in Lexic. Caſtellanos arcium præfectos interpretantem. Briſſonio quoque caſtellani erant, qui præerant caſtello.

CASTELLENSE municipium quid ſit, Feſtus & Valerius in l. de limitibus docuerant, ſed id injuria temporum perijt Prat.

CASTIGARE eſt non ſolum fuſtibus punire & emendare, l. 3. infra. 1. ff. de officio præſ. vig. & l. ſi duo. §. fin. ff. de jurejur. ſed & flagellis, per l. ſed ſicut. ff. de vſufruct. Sed & ad alia pœnarum genera pertinet, vt diſces ex cap. quia plerique. de off. ordin. lib. 6. & cap. ſi clericos. ad ſent. excom. eod. lib. & vtrobique gl. & Dd. Prat. Briſſ.

CASTIGARE etiam eſt vindicare, punire, coercere. Vt caſtigare delicta. Ipſe autem magiſtratus caſtigabat: vt præſes, præfectus vrbi & vigilum, proconſul. Briſſ. ex ff.

CASTIGATIO leuis quomodo accipienda ſit apud Vlp. l. ſed & ſi quemcunque. §. fin. ff. ad leg. Aquil. repetita in l. item quæritur. §. item Iulianus ff. loc. Bald. docere nititur, ad d. § fina. appellatque moderatam: quod late explicat Prat.

CASTIGATIONE competenti corrigere, vide l. 1. C. de SC. Claudian. tollend.

CASTIGATIO verborum, fuſtium, flagellorum. Briſſ. ex ff.

CASTIGATIONEM modicam apud Vlpianum. in l. magiſtratibus. ff. de juriſdict. varij varie interpretantur. Accurſius ibidem appellat coërcitionem, ſine qua juriſdictio eſſe non poteſt, quod Bart. improbat, dicitq; eam expediri officio judicis nobili, eſſeque meri imperij. Baldus autem ſcribit ibidem eam habere locum in leuibus delictis, quæ corpus non tangant. Alciatus in l. imperium. num. 144. ff. de juriſdict. Modica, inquit, caſtigatio debet intelligi de ea, quæ venit acceſſorie ad juriſdictionem, & quæ juriſdictionis eſt, vel ait. debet intelligi de aliqua coërcitione, quæ corpus non lædat, & hæc Baldo conſentit Prat.

CASTIGATIO modica, l. 12. ff. de juriſd. l. 23. §. quoniam. ff. de vſufruct. & ejuſmodi caſtigatio Docenti, item Fructuarijs, conceſſa illis locis dicitur. Briſſ.

CASTITAS violata, l. vn. C. ſi quis eam cujus tutor fuer.

CASTRA dicta ſunt quaſi caſta: vel quod illic caſtraretur libido. Nam nunquam bis intererat mulier. Briſſ.

CASTRA orbis Romani, l. 31. C. de teſtam. vid caſtrum.

CASTRARE apud Martian. l. 3. §. item qui auctor. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. eſt virilia ſeu genitalia amputare, & excindere, l. lege Cornelia. in fin. ff. ad leg. Iul. de vi priu. & l. ſeruus ſeruum. ff. ad leg. Aquil. Plin. lib. 18 c. 32. & lib. 6. c. 26. Aldobran. Inſt. de adopt. §. ſed & illud.

CASTRARE, id eſt, virilitatem excidere, Spadonemque ſeu Eunuchum facere, l. prima. C. de Eunuch. Sic caſtrare homines libidinis vel promercij cauſa: caſtrare puerum, ſeruum. Briſſ. ex ff.

CASTRATI dicuntur, quib. virilia exciſa ſunt, & vt ait Theophilus §. ſed & illud. Inſtit. de adopt. οἱ ἐκ γενετῆς ... γεννητικῶν μορίων, Horum meminit Vlpianus l. ſed eſt quæſitum ff. de liber. & poſthum. l. ſi ſerua. 39. §. fin. ff. de jure dot. Atque hi vel ſunt Ectomiæ, qui exſecti: vel Thlibiæ, qui colliſi, vel Thlaſiæ, qui attriti. d. l. ſpadonum, & l. 4. de ſicar. vide infra verbum Spado. Solebant enim olim mangones pueros caſtrare, quo pretioſiores facerent. l. ſi ſeruus. 27. §. & ſi puerum. ff. ad l. Aquil. quod & ex M. Fabio lib. 5. c. 12. Inſt. Orat. apertiſſime indicat his verbis: Mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate exciſa, lenocinantur, & poſt paulo. Libidinem juuet ipſum effœminati ſexus mendacium: nunquam tamen hoc continget malis moribus regnum, vt ſi qua pretioſiora fecit, fecerit & bona. Porro homines caſtrari Senatuſconſulti & diui Hadriani edicto vetitum eſt, l. lege 4. §. vlt. & l. is qui ſeruum, ff. ad l. Corn. de ſicar. Briſſ. Prat. Eadem quoque pœna tenetur medicus caſtrans & chirurgus, etiam ipſe caſtratus ſi conſenſerit. Imo conſentientem eadem pœna plecti vult, l. leg. Cornelia. ff. eod. vbi etiam bona caſtrati vult publicari fiſco: etiamſi pretioſiorem eum reddiderit, nihilominus injuriarum tenetur caſtrans. l. ſi ſeruus ſeruum §. ſed etſi puerum. ff. ad leg. Aquil. gl. in c. legentes. 23. quæſtione 5. quia hi caſtrati virilitatem amittunt. l. lege Cornelia. §. plane. ff. de ſicar. Publice autem intereſt integros habere homines, qui ciuitatem liberis hominibus legitime replean. l. 1. ff. ſol. mat. Rebuff.

CASTRATI ſerui cæteris pretioſiores habebantur. Briſſ.

CASTRATI proprie dicuntur, quibus penis ipſe cum teſticulis eſt exciſus. Vnde videtur caſtratio tranſlata ad arbores, eum interradũtur & diſtradũtur; Columell. in 4. Hoc poteſt interradi, & diſtradi: quod opus ruſtici caſtrationem vocant Ph. deputationem, Cato interputationem appellat. Conna. lib. 2. c. 15. nu. 9. Caſtrare quoque ad animum refertur Et per tranſlationem caſtratam Remp. dixit Cicero lib 3. de Oratore.

CASTRATI à nuptijs arcentur, nec adoptare poſſunt: ſecus eſt in ſpadonibus. Gœddæ. in l. 128. num. 2. 3. 4. 5. de verb. & rer. ſignif.

CASTRATUS poſthumum inſtituere non poteſt, l. ſed eſt quæſitum ff. de hæred. inſtit. qui certum eſt, hunc generare non poſſe, cum facto hominis prorſus impotens factus ſit: & in certis amplius locus non eſt conjecturis: l. continuus. § cum ita ff. de verb. oblig.

CASTRENSE (ait Gothofr. ad l. 12. C. qui teſt. fac. poſ.) quod Græci, ἰδιόκτητον, eſt, quod in caſtris acquiritur, vel proficiſcenti ad militiam datur. vide l. 4. C. famil. l. 4. & 11. ff. d. de caſtren. pecul. Paul. 3. ſent. 4. §. 3. Quinam eo priuilegio vtantur. vide d. l. 12. C. qui teſtam. fac. poſſ.

CASTRENSE & paganicum opponuntur, l. 1. C. de teſt milit.

CASTRENSES miniſtri appellantur, vt ex Lampridio in Alex. colliges. De quibus Tertull. in hæc verba ſcribit. Eſt & alia militia te-

litia regiarum familiarum. Nam & Caſtrenſes adpellantur, &c.

CASTRENSIS ordo in veteribus erat, vt miles Centurionis, Centurio Tribuni, Tribunus Legati, Legatus Conſulis, Magiſter equitum Dictatoris pareret imperio. Bud. d.l.2. de ori. jur. ex T. Liuio lib. 8. Oldend. Prat.

CASTRENSIANI ſunt miniſteriani aulici, vel miniſtri palatij, vt colligitur ex rubric. de caſtrenſ. & miniſter. libro 12. C. qui ſacro Imperat miniſterio deputati ſunt, l. 4. Cod. eodem. Prat. Briſſ.

CASTRENSIANI & miniſteriani (vt D. VVeſemb. in œconomia juris oſtendit) pars regiæ familiæ eſt, ſeruitijs & miniſterijs principis interioribus, in aula & caſtris deuota, vt prægustatores, pincernæ, & menſæ cubitoque principis inſeruientes, VVeſemb.

CASTRENSE jugerum quadratum habet perticas 288. pedes autem quadratus 28800. id eſt, per latus vnum perticas 18. quæ in quatuor iterata faciunt perticas 72. ex Feſto & Valerio lib. de limitib. Briſſ. Prat.

CASTRENSIS peculij, caſtrenſiumque bonorum eſſe intelligitur, quidquid in militia quæſitum, vel occaſione militiæ obuenit. Caſtrenſe peculium, vt Macer definit, l. Caſtrenſe 11. ff. de caſtrenſ. pecul. quod à parentibus, vel cognatis in militia agenti donatum eſt, vel quod ipſe filius familias in militia adquiſiuit, quod, niſi militaret, acquiſiturus non fuiſſet. Macri ſententiam probat Paulus lib. 3. ſentent. tit. 4. niſi quod pro agenti Paulus poſuit, proficiſcenti: quod tamen ſecundum Alex. Imp. diſtinctionem accipiendum eſt, l. 4. C. fam. erciſc. & vide Bart. l. 1. §. nec caſtrenſe ff. de collat. Caſtrenſis quoque peculij eſſe dicitur, quod à palatinis conſcio principe & in ejus prope conſpectu quæritur, vt diuus Conſtantinus reſcripſit, l. vnica. C. de caſtrenſ. om. palat. pecul. Prat. Briſſ.

CASTRENSE æs alienum, in caſtris contractum: ex quo & caſtrenſes creditores, l. 1. §. ſi filijfamilias. ff. de ſeparat. & vide infra, Peculium. Briſſ.

CASTRENSIA bona, in caſtris acquiſita. Briſſ. ex ff. l

CASTRENSIS ſacri palatij ſub diſpoſitione ſua habebat pædagogia, miniſteriales quoque dominicos, & curam palatinorum, appellabanturque ſpectabilis vir. Briſſ. Hujus meminere Honorius, & Theod. l. vnic. qui à præbit. tiro exc. C. Theo. & l. 38. C. Th. de decur. Briſſ. Prat.

CASTRENSI corona donabantur, qui primus hoſtium caſtra propugnando inruiſſet, cui inſigne erat ex auro vallum. Feſtus lib. 3. & Gel. 5. c. 6. Prat.

CASTRORUM præpoſitio. Eorum fit mentio in l. 7. C. vbi cauſæ fiſc. vel diuin. Et caſtrorum præpoſituræ. l. 1. C. de offic. quæſtor.

CASTRUM nomen vnius, notiſſimæ eſt ſignificationis. Caſtra vero numero multitudinis locum ſignificant, vbi milites tentoria figunt: à caſtri ſimilitudine, quod foſſa valloque quaſi muro circumdari ſolet: quo ſenſu accipitur apud Modeſtin. l. 3. §. emanſor. ff. de re milit. Porro horum generum multa erant: quædam erant prætoria, de quibus Tacit. lib. 4. Annal. de Tyberio loquens: Diſperſus per vrbem cohortes in vna caſtra conduxit Tyberius. Alia erant vrbana. l. ſi maritus 15. §. legis. ff. ad legem Iuli. de adult. Alia vigilum ſiue vigilum. d. §. legis. Prat.

CASTRUM à villa diſcernit Bar. in l. 1. §. ſiue autem. ff. de ope. noui nunt.

CASTUM & periurum, Cicero contraria eſſe notat pro Quin. Roſcio Comœd. Spieg.

CASULÆ, vide l. 92. pr. de legat. 3.

CASUS, ait Feſtus, dicimus ea, quæ fortuito hominibus accidunt. Sic caſum aduerſamque fortunam hominis liberi ſpectare, neque ciuile, neque naturale eſt l. 38. §. ſacram. ff. de ver. ſig. Briſſ.

CASUS à Iuriſconſultis dici conſueuit, pro controuerſia, quæ nata eſt, quaſi quæ acciderit, & caſu contigerit. Cicero vero cauſam appellat, vt Verrin. 3. Tantum quod hominem non nominat: cauſam quidem totam perſcribit. Item, nuſquam animſ. ribis, neque tu aliud quicquam edicto amplecteris, niſi eam cauſam, pro qua pecuniam acceperas. Hinc Seneca in prologo declamat. Declamat autem Cicero, non quales controuerſias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur: quas Theſeis vocabant, Controuerſias nos dicimus. Cicero Cauſas vocabat. Hot. Caſus pro ijs, quæ ex facto contingunt. Caſus omnes qui quandoque inciderint. In ijs caſibus deficit lex. Caſus omiſſus SCto. Caſus etiam pro quolibet euentu. In primum vel ſecundum caſum ſubſtituere, in caſum diuortij, mortis. Nullo caſu reuocari. Briſſon. ex ll. ff. & C.

CASUM in jure varie accipi conſtat. Quandoque facti ſpecies propoſita, quodque in diſputationem incidit, ſic accipitur apud Iulianum, l. neque leges. ff. de legibus, quodve caſu accidit. Caſum, id eſt, negligentiam explicoit Gaius l. qui ædes. ff. de incen. ruin. & naufr. Caſus quod inopinato euenit, aut contingit. §. theſauros. Inſt. de rer. diuiſ. vbi Accurſius ita definit: caſus, inquit, eſt inopinatus rei euentus ex diuerſis cauſis proueniens ob aliud. Prat. Briſſ.

CASUM fortuitum diffiniſſe videtur Vlp. quem nullum conſilium humanum præuidere poteſt. l. 2. §. ſi eo tempore ff de adm. u. rer. ad ciu. perti. Cui humana infirmitate reſiſti non poteſt l. 1. § is quoque, ff. de oblig. & act. quod diuorum principum reſcripto iuuatur, l. in judicio 38. C. loca. Cui reſiſti & aduerſus quem caueri non poteſt. l. 18. ff. com. l. 4. C. de peric. tut. Fatum plerunque juriſconſulti appellant, & damnum fatale, vt in l. 1. §. ſi magiſtratus, ff. de magiſtr. conuen. Suntque ejus generis mors, latronum hoſtiumve incurſus, piratarum inſidiæ, naufragium, incendium, fugæ ſeruorum. Gaius l. in rebus, 18. ff. commod. rem explicans His adijcit vim aquarum, inſolitam ventorum vehementiam, ruinam, labem, effracturam, rapinam, tumultus, l. contractus, 24. ff. de diuerſ. reg. jur. antiq. & alibi ſæpe, & hi adpellantur caſus maiores Adpellatur & huiuſmodi caſus vis maior: vide infra, Vis maior, Exempla ſæpius in jure ciuili reperies. Caſum & fortunam pro ijſdem adpellat Vlpianus l. 1. § ſi magiſtratus, ff. de magiſtratibus conueniendis. Vnde recte caſum dixit Feſtus lib. 3. quod fortuito hominibus accidit. Diuerſa eſt caſus acceptio apud Marcellũ, l. quia in eum, 16. ff. ad legẽ Aquil. quia in eum (ait,) caſum res deuenit, à quo incipere non poteſt & apud Scæuol. l. Gallus, §. ille caſus, ff de liber. & poſth. Prat. & Briſſ.

CASUM pro amiſſione dixit vetus interpres Nou. 25. §. initio. ſis: quæ etenim amittuntur, cadere dicuntur, pro quo Iuſtin. ipſe [illegible] dixerat. Prat.

CASUS militiæ Nouel. 35. & 53. eſt id, quod mortuo milite, qui in aliqua ſchola inter ſtatutos relatus eſt, heredes ejus, vel liberi, aut vxor, ex cõmuni ſcholæ placito à principe capiunt, vt indicat l. vlt. C. de pignor. Vbi & ſcholæ placitum dicitur, & l. omnimodo, §. vlt de inofficioſ. teſtamen. ibi, vel mortuo militante certa pecunia ad heredes ejus perueniat. Nec enim ad heredes militia tranſit, quæ perſonæ cohæret, ſed caſus militiæ. Igitur & in Nou. 97. caſus militiæ fieri dicitur mortuo milite: vide Iulian. Anteceſſorem ſub tit. de caſu militis. Fruſtra ergo diſputat Lælius Taurellus, quæ ſint militiæ ex caſu, ex dicta Nou. 53. cum nullæ vnquam militiæ talem appellationem habuerint. & Iuſtinia. in ea Nouella non dicat, [illegible], ſed [illegible]. Plura vide apud Cuiac. dictam Nou. exponentem. Prat.

CASUS humani ſunt mors, in l. 5. C. de commer. & mercator.

CASUS incerti ſunt, qui certam quantitatem, certamve rem non habent. Gotho, ad l. vnic. ibi: retenta inducitur damnum. C. de ſeot. quæ pro eo quod intereſt profer.

CASUS fortuitus intelligitur inopinatus, non ex conſuetudine eueniens, Gothofr. ad l. 78. §. 3. ff. de contrah. empt. Hic euenire poteſt etiam diligentiſſimo patrifamilias, l. 11. §. ſi locupleti. 1. ff. de minorib. Ideoque à nemine præſtatur. d §. ſi locupleti. l. 12 §. damna quæ imprudentib. ff. pro ſocio. l. 1. §. 11. ff. de magiſtra conuen. l. 1. §. ſi eo tempore, ff. de adminiſtr. rer. ad ciuitat. Niſi tamen aliter conuenerit, l. 39. ff. mandat. & l. 78 § 3. ff. de contrah. empt.

CASUS pro quolibet euentu. Sic in primum vel ſecundum caſum ſubſtituiſſe. l. 8. C. de Iuſt. Nonnullos caſus exiſtere. Briſ.

CASUS pro ijs etiam, quæ ex facto contingunt, dicuntur. Sic caſus omnes, qui quandoque acciderint. Talis caſus terminatus eſt Briſſ. ex ff.

CASUS patris à ſenatu remoti. Caſus gregis animalium. Sed & ager caſum pati dicitur, l. 12. de vſur. caſus captiuitatis, ſeditionis incendij Briſſ. ex ff. & C. Huc refer fugas ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent: & ſi latrones capras ſine fraude cuſtodis abegerint mortes animalium. Tales caſus nullo bonæ fidei judicio præſtantur: nec tutoribus aut curatoribus imputantur. Briſſ. ſi ſcilicet ſint vere fortuiti.

CASUS fatalitatis parentibus non nocet, l. 135. de verbor. ſignif. Gœdd. ad §. 2. l. 135. eod. ſupremus mortalibus caſus eſt mors, quæ omnia conſumit. Gœd. ad §. 1. n. 3. l. 162. de verb. ſign.

CASUS ſupremus eſt mors: hac enim omnes humani caſus reliqui, & contingentia fati finiuntur, & quaſi in faſcem recolliguntur. Gœd. ad §. 1. n. 3. l. 162. de verb. ſignif.

CASUALIS conditio, quæ ab incerto euentu pendet, Briſſon. ex ll. C.

CASUS maiores hos eſſe dicimus, quibus reſiſti non poſſit, vt Paulus inquit, Baldum tit. quib mod. re contrahitur &c.

CASUS repentinos eſſe aiunt, ſi mulier eniteus iam moriatur. l. ſi mater c. de inoff. teſt.

CASUS fortuitus in ſolo mutuo ex natura contractus præſtatur: in alijs non ex natura contractus, ſed alia de cauſa. vide omnino Vult. commen. Inſtit. de action. §. 16. n. 75.

CASUM pro caſu, hoc eſt, vocabulorum forma, qua in aliam cadunt effigiem, etiam in jure noſtro poni, demonſtrat Albericus: quam recte, ipſe viderit. Conſtat autem, I.C. ſignare vti compoſito pro ſimplici. l. verbum reddendi. de verb. ſignifi. & contra ſimplici pro cõpoſito: gl. fin. rubr. ſolut. matr. vbi Bart.

& Inſ. Quod & atteſtatur Appellus. Tempus, item pro tempore, l. verbum erit. Numero plurali pro ſingulari, l. non eſt ſine libertis: & è contra ſingulari pro plurali, l. in vſu juris. de verb. ſign. Spieg.

CASV meiore, cum negligentia perdere, in l. velut. ff. de eden.

CASVRVM interdum pro euenturum.

CATABOLENSES in rubr. C. Th. de Piſto. & Catabol. l. 14. tit. 4. & eod. titul. l. 9. quo ſenſu accipi debeat, nondum plane ſatis conſtat; niſi dicamus eos fuiſſe, qui panes exercitui præſtarēt, ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν vel καταβάλλειν; id eſt, ſoluere. Bud. in poſter. adnot. Catabolēſes alio ſēſu accepiſſe Caſſiodorū ſubiectæ ejus verba lib. 3. variar. epiſt. ad Feſt. V. I. Patritium declarant. Atque ideo magnitudini tuæ præſenti admonitione declaramus, vt marmora, quæ de domo Pinciana conſtat eſſe depoſita, ad Rauennatem vrbem per Catabolenſes veſtra ordinatione dirigentur. Eodem ſenſu accipiendi ſunt apud eundem lib. 4. Variar. ad Godiſcalcum Saionem, vbi pro Catabulneoſis, legendum Catabolenſis, recte cenſuit B. Briſ. Prat.

Καταβολὴ, conſtitutio & ſolutio & præſtatio, verbum juris eſt. Hinc καταβολαὶ τῶν προσόδων, redituum præſtationes dicuntur Ariſtot. 2 œconom. & ſæpe in Nou. Iuſtin. 128. §. ἐπειδὴ & alijs §§. Prat.

CATACHRESIS: vulgo eam peculiarem tropum faciunt, & definiunt figuram, qua proprio nomine omiſſo aliud vicinum aſſumitur, vt ita à Metaphora differat, quod ea ſit, quoties nomine proprio deficiente, aliud vicinum ſubſtituitur. Alciat. li. 4. de verb. Vſus tamen & experientia docuit κατάχρησιν omnium troporum eſſe communem affectionem. Goed in l. 58. n. 2. de verb. ſign.

CATACLITA apud Tertull. ſunt accubita, quibus ad accumbendum vtebantur, ea molli plumæ implebantur, vt ex Heliogebali vita notum. Turneb. lib. 7 aduerſ. c. 20.

CATACLYSMVS, diluuium apud Tertul. lib. 4. contra Marcionem.

Reddidit ergo Deus gratis peccata paterna,
In cataclyſmo enecans pariter cum prole parentes, &c.

CATADROMVS apud Labeonem in l. ſi ſeruus. 54. ff. de act. emp. quibuſdam ſignificat deſcenſum ex grue machinæ. Hotomanno eſt colluuiarium, i. e. decliuis locus per quem ſordes defluunt: quaſi dicas decurſorium. Verior ſemper mihi viſa explicatio eorum, qui funem extentum ex edito loco in inferiorem demiſſum exiſtimant, quod & Labeonis verba ſignificant, & d. l. ſi ſeruus. 54. Veriſſima igitur eſt huius loci lectio vel inuito G. Budæo ad Labeonem, tametſi non ſimneſcius, locum ſignificare, in quo decurri ſoleat. Suet. in Nerone c. 11. Prat. ex Briſ.

CATADROMVS, interpretatur decurſus, ait Nebriſſ. Nam καταδρομὴ, eſt decurſio. Decurſio autem per catadromum non ſine periculo erat: quod & IC. ſignificat, de act. empt. l. ſi ſeruus tuus. Eum, inquit, fuiſſe ſeruum, qui per catadromum deſcendere, aut in cloacam demitti ſolitus eſſet. Alexandro Neapolitano eſt & catadromus, in quo agitabantur equites præcipiti curſu ἀπὸ τοῦ δρόμου, per quem ſeruus currendo, vel in cloacam ſe dimittendo nimirum vitæ periculum adibat, Ge. dier. libr. 3. capite 13. Alciato probabile videtur, catadromum nomen ſumpſiſſe γεράνιον, id eſt, gruum machinam qua architecti ſaxa ingentia ſubleuent: de qua apud Vitruuium. Attamen catadromi vocabulum, de quo miranda cecinit, id eſt, vaticinatus eſt Accurſius, Latine decurſorium ad Verbum transferri, poteſt, Budæo teſte in Annotat. priorib. Spiegelius. Dromos enim curſum ſignificat. Tranquill. in Nerone; Nobiliſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens, per catadromum decucurrit, id eſt, per ſtadium, in quo equites decurrere ſolebant imaginario prælio, vt ſæpe fit. Huiuſmodi autem homines qui per catadromum decurrebant, etiam funambulos Latini Græci Schœnobatas appellant. Briſ.

CATALOGI vox ridicule apud Albericum exponitur. Hac ſignificatur nobis oratio, ſiue ſermo, alicuius rei ordinem ac diſpoſitionem continens.

CATAMODIARI ſignificat omnibus deridendos exponi, à verb. Græco μωκᾶν, quod ridere ſignificat. Connan. l. 9 cap. 4. n. 11.

CATAMITI pueri meritorij ſunt. Catamitum pro Ganymede dictum fuiſſe etiam Feſt. teſtatur. Hoc nomine eum nominat Arnobius κατ' ἀντονομασίαν. Prudentius de Ioue, Compreſſo immundo miſerum afficiens catamitum. Id poëta optimè nominat, ſcilicet Rapti Ganymedis honores. Hic eſt ille ſenſus peruerſus, hæc illi cupiditas ignominioſa, hoc illud deſiderium impurū, de quo Romanis loquitur D. Apoſtolus, ἡ ἀπομειδιάσεως τῶν πλανῶν. Nomen etiam ipſum ἀπὸ τοῦ μειδιᾶν, per eblationem literæ factum videtur. Nam Latine Concubinus dicitur: Georg. Fabricio comment. ad poëtas Chriſtianos. copioſe Maiotagius. lib. 2. Miſcell. c. 3.

CATAPHRYGES apud Iſidor 8. Etymol. hæreticorum genus, quibus nomen à Phrygia prouincia inditum ait. Hi aſſerebant, aduentum Spiritus ſancti non in Apoſtolos, ſed in ſe traditum. Prat.

Κατάπλους, ſeu ἐπιδημίας, Græci vocant, qua parte primo appellere in Prouinciam Proconſſ. moris erat.

Κατάπλους, portus ad quem plurimum appelli ſolet. Vlp. l. 4. §. 4. ff. de off. proconſ. Ingreſſum etiam hoc eum obſeruare oportet, vt per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris eſt: & quas Græci ἐπιδημίας appellat, ſiue κατάπλουν obſeruare, in quam primum ciuitatem veniat, vel applicet: magni enim faciunt prouinciales, ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam, & huiuſmodi prærogatiuas Hot. Sic apud Martialem cataplus eſt nauigatio & appulſus. Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus, Turneb. lib. aduerſ. 10. c. 25.

Κατὰ πόδας, iiſdem veſtigijs ſubſequendis, quaſi dicas, ad pedes, eorumque veſtigia Vide Alciat. 1. parerg. c. 6. Iuſtin. de compoſ. ff. §. 17. Niſi tantum ſi velit eas in Græcam vocem transformare ſub eodem ordine, eaque conſequentia, ſub qua & voces Romanæ poſitæ ſunt: hoc quod Græci κατὰ πόδα dicunt, hæc ille. Cicero autem ad verbum hoc appellat. Xenoph. de Venatione, θηρευτέος ὁ κατὰ πόδας, ὥσπερ ὁ λαγώς: venandus, non iiſdem veſtigijs inſequendus, vt lepus. Plato lib. de legib. 11. καὶ δὴ καὶ τὸ μετὰ τὴν ἐπιτήδευσιν τῆς καπηλείας ἐπιτηδεύσεως: hoc eſt, Poſt præcepta de adulteratione, proxime ſequitur, vt de cauponatione præcipiamus. Hotom.

CATARACTA eſt vehemēs aquę decurſus, qualis Anienis, Rheni, & quorundam torrentium conſpicitur, cum de alijs montibus in planum fluuij præcipitantur. Proſper contra ingratos: Candida ſunt, & ſcripta manent, quæ de cataractis Æterni fontis fluxere vndante meatu. Aquæ vbi è cataractis; aut è cheradris colliguntur, is locus μισγάγκεια dicuntur, De huiuſmodi cataractis meminit Plin. l. 6. c. 9. de Nilo flumine.

CATARACTA item dicuntur portę ex funibus aut catenis pendentes, quę attolli & demitti poſſunt, cuiuſmodi in portis vrbium videmus, ad hoſtium irruptionem accommodatas: harum Liuius in poſteriorib. libris aliquoties meminit: Germanice vulgo dicuntur *Schoßgatter*, alibi autem *Schoßporten*. Sunt & in ædibus cataractæ, quibus apertis, quæ in ſuperiore loco ſunt, dejicimus, aut effundimus deorſum, quæ Germanice dicuntur *Kandel*: Ad harum cataractarum ſimilitudinem in cœlo cataractę dicuntur in ſacris vt ibi, Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt, hoc eſt, feneſtræ aërij cœli, ſicut interpretatur Rhodig. 22. c. 24. Sic & Eſai. c. 54. cataractæ de excelſo nominatur: In bonam vero partem Malach. 3. de ſalutari & larga pluuia: & 2. Reg. 2. c. 7. Quacunque vero ſignificatione cataractæ accipientur, dictæ ſunt à verbo Græco καταῤῥήγνυμι, quod inter cætera ſignificat cum impetu decido.

CATASTA, locus vbi ſerui venales exponebantur. ἀπὸ τοῦ καθιστάναι. Erat & cataſta machina lignea longa, & magnæ compediforma, qua ſerui vincti tenebantur. Plin lib. nat. hiſt. 35. c. 18. Interdum etiam tortorum inſtrumentum.

CATASTRVM videtur appellare Bartol in l. forma §. ſi cum ego ff. de cenſib. librum, quo tributa & cenſus æſtimari ſolent, in §. ſi cum veniam. d. l. forma. ipſam æſtimationem Alcia reg. 1. præſumpt. 10. & l. in ſuis. ff. de lib. & poſt æſtimum (alij extimum) vocat. Vlp. d. §. ſi cum ego profeſſionem in §. ſi cum veniam cauſam addictam. Prat.

Καθαίρεσις genus eſt pœnarum eccleſiaſticarum. Duo enim ſunt genera pœnarum eccleſiaſticarum, nempe ἀφορισμὸς, qua puniuntur plebei & monachi, & καθαίρεσις, i. regradatio, ſiue de ordine motio, quæ epiſcoporum & clericorum eſt propria, & ita Nou. 42. regradantur epiſcopi quidam hæretici, qui negabant, in Ieſu Chriſto Domino & Seruatore noſtro duas naturas diſtinctè confitendas eſſe: diuinam enim humanam abſorbuiſſe: & fit iſtius Nouellæ mentio ab hiſtoricis multis & in actis quintæ ſynodi Conſtantinopolitanæ, quæ eoſdem epiſcopos reprobauit & condemnauit. Cui. in expoſ. de Nou. Iuſt. 42.

CATECHISMVS, ſiue catecheſis, inſtitutio, à verb. κατηχέω tum ſacris literis, tum & in primitiuæ eccleſiæ valde vſitato. Vtitur enim eo ſcriptura Luc. 1. Act 18. & 2. Rom. 2. 1. Cor. 14. Gal. 6. Et in decreto aliquoties inuenitur: c. ante baptiſmum. c. catechiſmi de conſec. diſt. 4. vbi decernitur à ſacerdotibus vniuſcuiuſque eccleſia fieri poſſe catechiſmos. Significat autem aliquando ſimplicem narrationem, ſed tamen crebrius inculcatam vt Actorum 21. vt ſciant, nihil eorum eſſe verum, quæ de te κατήχηνται audiuerunt. Aliquando autem pleniorem inſtitutionem præſertim in elementis religionis Chriſtianæ, & quidem talem, quæ fiat viua voce, atque adeo ſubinde repoſcente præceptore, aut doctore ab auditore ea, quæ antea illi tradiderat. Venit autem à κατὰ & ἠχεῖν, quaſi dicas perſonare, aut circumſonare quod talem inſtitutionem neceſſe ſit, ſumma fide & aſſiduitate tradere. Cicero id pulchre Latina voce initio officiorum expreſſiſſe videtur, cum ait: vtile eſſet tuas aures talibus vocibus vndique circumſonare. Cælius Rhod. lib. 10. c. 1. κατηχεῖν interpretatur imbuere, & ἠχεῖν ſonare. Et hinc libri, qui elementa Chriſtianiſmi continent. Catechiſmi plerunque appellari conſueuere; Nam ſic in Clemente

Alexan-

Alexandrini pædagog. lib. 2. pulcherrimæ ſapientiæ, quæ ex prouerbijs Salomonis diſcitur, principia doctrinæ vocantur κατήχησις, i. talis inſtitutio, quæ per auditum iuuentuti inculcatur. Talis etiam fuit libellus Ioannis Hieroſolymitani epiſcopi, quem Xiſtus Betuleius in comment. ſuis ad præfationem Lactantij in Bibliotheca Auguſtana repoſitum ſeruari ſcribit. Eſt igitur Catechiſmus elementaris inſtitutio Chriſtianæ religionis, viua voce tradita, ita vt ſubinde concionator repoſcat dictata ab auditore: catechizare verbo Latine vtitur Tertull. lib. de corona militis. Idque vetus verſio ſemel tantum expreſſit, Gal. 5. κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Qui catechizatur verbo, communicet catechizanti in omnibus bonis. Hinc

CATECHISTÆ, qui mox baptizandis fidei arcana, myſteriaque voce viua reſeratent, eoſque docerent. Cælius Rhodig. li. 10. c. 1. lect. antiq. Siquidem olim (vt annotauit Eraſmus in præfatione diui Lucæ) qui baptiſmatis erant candidati, ijs tradebantur fidei Chriſtianæ myſteria, ſed viua voce, ſine ſcripto, quemadmodum priſcis illis Theologis mos erat, apud Ægyptios, & apud Gallos Druidibus. Id autem erat initiati myſterijs. Spieg. Sic

Κατηχούμενοι, qui eo modo religionis initijs & elementis imbuebantur. Venantius Fortunatus lib. 10. de diuo Martino:

Denique cum extincto catechumenus ore iaceret,
Se ſuper extendens, effugat arma necis.

Et rurſus de Tetradio,

Tetradius pariter catechumenus eſſe meretur.

Hi κατηχούμενοι vocabãtur & ἀκροαταί, ipſe vero Clemens γαλακτοφάγους Homeri vocabulo, νηπίους πίστει Paulina phraſi appellat reſpiciens ad illud 1. Cor. c. 3. vbi σαρκικοὺς καὶ νηπίους infantes fidei, cæterum προκόπτοντας πλέον appellat eos, qui progreſſiones notabiles in ſapientia Chriſti fecerunt: horũ cibum βρῶμα, illorum γάλα nominant. Catechumeni autem dicebantur, Budæo autore, non tantum quod adhuc religionis elementis imbuerentur, ſed & quod nondum ad ſacra ſpectanda introducerentur, verum myſterijs viua voce percipiendis occuparentur. vid. Connan. lib. 8. comment. iuris ciuilis, c. 5. Catechumenos in Nouel. 37. interpretatur Gothofr. leuiter initiatos Chriſto. In l. 2. autem C. de Chriſtian. mancip. interpretatur, auditores baptiſmo deſignatos. Lucas in principio hiſtoriæ ſuæ ait, decreui rem totam ab ipſius quaſi incunabulis tibi diligenter explicare, ô Theophile, vt perfecte pleneque erudiri poſſis in ijs, περὶ ὧν κατηχήθης. Docebantur autem primum catechumeni ea Apoſtolorum placita, quorum primum eſt, Credo in Deum Patrem omnipotentẽ, &c. Deierabant magno iureiurando in nomẽ Chriſti, qui ἐξορκισμὸς vocatur, cap. 2. de conſecrat. diſt. 4. Idque vt rectius intelligatur, ſciendum eſt, quatuor olim ordines in eccleſia primitiua fuiſſe, primum catechumenorum, ſecundum energumenorum, tertium deſertorum, & poſtremum pœnitentium, quibus quidem in Eccleſia ſacris precibus, cantionibus, & concionibus adeſſe licebat, ſed cum ijs finitis Sacerdos conſecrationis myſterium ordiretur, tunc Diaconus ter (vt Rhenanus ad Volzium Exabbatem ſcribit) exerta voce clamabat, Ite catechumeni, Miſſa eſt. Idque apud Latinos imitatione Græcorum à quibus myſteria religionis accepta ſunt, obſeruatum: qui abeundi verbo vtebantur, vbi Latini Miſſam, pro dimiſſione vſurpabant. Qua de re fuſius inferius, in dictione Miſſæ vocabulum. Porro hunc clamandi morem recte declarat Germanus Archiepiſcopus ille Conſtantinopolitanus in hiſtoria Eccleſiaſtica, ſiue myſtica theoria, cuius verba Rhena. in alia quadam ad eundem Volzium epiſt. ſcripta, ſic vertit Latine: Catechumeni egrediuntur tanquam non initiati ſacro baptiſmate & myſterijs Chriſti. Leo Tuſcus interpres Liturgiæ Chryſoſtomicæ, vtpote in Græcia olim verſatus, rectius Eraſmo (cui, vt arbitror, Leonina verſio incognita fuit) percepit dimiſſionem catechumenorũ per verba diaconi eos abire iubentis, μή τις τῶν κατηχουμένων, hoc eſt, nullus catechumenorum (ſubauditur) remaneat. Et ita iam exclamationem, ὅσοι πιστοὶ, ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. id eſt, Quotquot eſtis fideles, etiam atque etiam in pace Dominum rogemus. Nam catechumeni iam exierant, & preces pro illis etiam ab illis ipſis erant antea factæ. Spieg.

CATENA, vinculum ferreum, in conſtitut. Gratiani & Val. & Theo. l. fi. C. de abol. l. 1. C. de cuſtod. reor. & l. 13. C. de pœn. ad incorporea tamen referri conſtat: vnde Legum catenas dixit M. Cic. in Sextiana: in d. tamen l. ad omne vinculorum genus, catenæ verbum pertinere eorundem Impp. ſententia ſignificatur. Notandum tamen obiter, catenas ſingularias apud Plautum in Truculento vocari, quæ ſunt ſingularum librarum. Catenæ, quibus noxij, vel alij vinciri & alligari ſolebant. Sane eos quoque, qui militari cuſtodia attinebantur, catenis alligatos fuiſſe, docet Senec. Epiſt. 5. Briſſ. ex Prat.

CATHEDRA notioris ſignificationis eſt, quã vt huc referri debeat. Quia verò iudices & Doctores ſolent in cathedra ſedentes docere ac iudicare, idque adeo receptum eſt, vt lege ſi ante iſtitæ ſententiæ à non ſedente iudice latæ: ideo etiam in ſacris mentio fit cathedræ in figurata quadam ſignificatione, vt Pſalm. 1. Beatus vir, qui in cathedra peſtilentiæ non ſedit, &c. Sedere namque prouerbio dicebatur, qui malam docebat doctrinam, quæ velut morbus quidam per hominum pectora peruadit: vt tradit Polid. Virgil. adagior. ſacror. 533. Idque recte: nam & Chriſtus ipſe Matth. 23. Scribas & Phariſæos audiendos eſſe ſcribit, cum ſedent in cathedra Moſis, id eſt, doctrinam eius tradunt ac legunt, non cum ſedent in cathedra peſtilentiæ aut deriſorum: Et ſic hanc vocem accipiendam eſſe tradit Hilar. Pſal. 138. inquiens: Cum igitur doctrina Phariſæorum ob id probabilis eſſe docetur, quia ipſi in Moſis cathedra ſederunt, doctrina neceſſario ſignificatur in cathedra. Ex hoc more eſt, quod epiſcopis poſtea in eccleſia cathedræ ſunt attributæ, & quorum tempus functionis, ſeſſionis ſpatium eſt dictum, vt, Hic aut ille epiſcopus ſedit tot annis, &c. Adde Brechæum l. Notatur. ff. de verbor. & rer. ſignif. num. 21.

CATHEDRALIS Eccleſia, alia dicitur maior. Gothofr. ad l. 8. C. de epiſc. & cler.

CATHEDRAM collocare, in c. luminoſo 18. q. 2. eſt iudicia exercere, vt ibi explicare videtur gloſſa, vel (vt ait Albericus Roſatius) iuriſdictionem exercere, & explicare, quod ibi ſignificare viſus eſt pontifex, ſi vel particula explicationis nota ſit. Prat.

CATHEDRATICI appellatione in c. conquerente, de offic. ord. in antiq. continetur, quod clerici epiſcopo ſuo annuatim cathedralis honoris cauſa pendunt; quod & ſynodaticum quibuſdam appellatur. Eius autem nomine duos ſolidos pendi, eadem decretali expreſſum eſt, d. c. conquerente: quod & decretum fuiſſe Gratianus refert, c. placuit. 10. q. 3. Eſtque ſubiectionis, vel obedientiæ ſymbolum: verti autem debent in templi reſtitutionem, vel (vt cum alijs loquar) in eccleſiæ reparationem, d. c. placuit. Prat.

CATERVAM, extra militiam rectius noſtri pro turba, ſeu conuentu hominum, quam ſocietatem interpretarentur. Spiegel.

CATHETUS apud Zenon. Imper. in l. 12. §. 5. Cod. de ædific. priuil. Gaium, & Theod. in l. de limitib. Græcum verbum, quo normalis linea Cenſorino apud Bud. in prioribus ſignificatur. Prat.

Κατηγορίαν Theoph. criminationem, ſiue iudicium, & accuſationem interpretatur. Et apud Latinos frequens eſt in hac ſignificatione verbum criminis, vt apud Cic. Quærat non ſolum, quemadmodum noſtro crimini, verum etiam quo pacto ſuæ confeſſioni poſſit mederi. Sic Vlp. ait: Accuſationem cauere debere, perſeueraturos ſe in crimine vſque ad ſententiam. Balduin. tit. de ſuſpect. tutor. vel curat. &c.

CATILLUS Paulo l. cum de lanionis. 18 §. cum de villico. ff. de fund. inſtruct. dicitur ſuperior pars molæ. F. Darius Grapaldus inferiorem eſſe autumat, auctorem nullum aut rationem adducens: à Paulo igitur, cui nec quiſquam alius diſſentit, facile non diſcedas. Old. Prat. Adde Forcat. in penu iuris ciuilis, cap. 6.

CATINUM à capiendo dictum, vaſa, vbi pultem, vel iurulenti quid ponebant, appellari ſolita. Varro lib. 4. ling. Lat. ſcribit, Siculoſque dixiſſe κάτινον, vbi aſſa ponebant, Prat.

CATHOLICA Eccleſia, id eſt vniuerſalis.

Extra huius Eccleſiæ contubernium nullam eſſe ſalutem, Scriptura pronunciat. In formula iuramenti Magiſtratuum Nouel. iuſiuran. quod præſt. ſol. extat hæc clauſula: Et quod cum ſanctiſſima Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia cõmunionẽ habeo. Et ita dici Catholicã Eccleſiã teſtatur Irenæus l. 1. contra Valent. c. 3. cum inquit: Eccleſia in vniuerſum mũdum diſſeminata, fidem ab Apoſtolis acceptam diligenter cuſtodit, quaſi vnam domum inhabitans, & ſimiliter credit, videlicet quaſi vnam animam habens, & vnum cor, & conſonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quaſi vnum poſſidens os. Nam etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus additionis vna atque eadem eſt. Ibidem paulo poſt. Et neque hæ, quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ, quæ in Celtis ſunt, neque hæ, quæ in Oriente, neque hæ, quæ in Ægypto, neque hæ, quæ in Libya, neque hæ, quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ. Sed ſicut ſol creatura Dei in vniuerſo mundo vnus & idem eſt: ſic & lumen prædicatio veritatis vbique lucet, & illuminat omnes homines. Cuius verba, quaſi de verbo ad verbum repetit Epiphanius contra hæreſes lib. 1. tom. 2. Quid vero Catholicum ſit habendum, & quis Catholici nomine cenſendus, Vincentius Lyrinenſis tradit, In ipſa (inquit) catholica Eccleſia magnopere curandum eſt, vt id teneamus, quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt. Hoc enim vero & proprie catholicum eſt. Hoc ita demum fit, ſi vniuerſalitatem, antiquitatem & conſenſionem ſequamur. Si tale quid emergat, vbi iſtorum nihil reperitur, hoc repudiat, ſcilicet Eccleſia; &c. Hinc & ſic poſtea definit catholicum,

Digitized by Google

Qui ſtabilis in fide permanet, & quidquid vniuerſaliter antiquitus Catholicam Eccleſiam tenuiſſe cognouerit, id ſolum tenendum credendumque decernit. Quid vero in illo conſenſu ſit quoque ſpectandum, docet etiam idem auctor, dicens: Eorum dumtaxat Patrum ſententiæ conferendæ ſunt, qui in fide & communione catholica ſancte, ſapienter, conſtanter viuentes, docentes & permanentes, vel mori in Chriſto fideliter, vel occidi propter Chriſtum feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum eſt, vt quidquid vel omnes, vel plures vno eodemque ſenſu manifeſte, frequenter, perſeueranter, velut quodam conſentiente ſibi Magiſtrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo, ratoque habeatur, &c. Schard.

CATHOLICA fides, in rub. C. de ſum. Trin. eſt, quæ ſemper vbique apud omnes, tempore, loco, multitudine, antiquitate, vniuerſitate, & conſenſu, nouitati, parti, & paucorum errantium diſſenſioni antiſtat. vide Liſinenſem aduerſus profan. nouat. Gothofr. ad d. rubr. C. de ſum. Trin.

CATHOLICVM aliqui exiſtimant eſſe idem quod Chriſtianum ſeu pium, dicentes, Ille eſt homo catholicus. Cæterum Catholicus idem eſt quod vniuerſalis, communis. Inſulanus id recte monuit. Sic enim in prima Rubr. C. catholica fides, pro vniuerſali accipitur: vel quia hæretici ſingularibus opinionibus innitantur, vel quia fides Chriſti ab Apoſtolis per vniuerſum orbem fuit diuulgata. Iuxta illud, In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. Spieg.

CATHOLICANO adocet Alciat. dictos apparitores præfect. prætor. Orientis: quoniam is propter ampliſſimam juriſdictionẽ, catholicus, i. vniuerſalis diceretur: quem titulum etiam Antiochenos epiſcopos vſurpaſſe, auctores aliqui prodiderũt.

CATHOLICA fides, quære fides Catholica.

CATHOLICANI in conſtit. Arcad. & Honor. l. penult. §. fi. C. de bon. proſcript. qui & Cæſariani dicebantur, officiales catholici, & ταξεῶται ratiociniorum: Iudicio eſt d. §. vlt. & procuratores Cæſaris, in l. prohibitum. 5. de jur. fiſc. lib. 10. C. Palatini. rius. l. 4. C. de epiſc. & cler. Prat.

CATHOLICVM appellabant Cæſaris procuratorem, quod totius prouinciæ fiſcalem procurationem gerebat, vt ex multis Baſilic. lib. liquido conſtat. & ad l. prohibitum. οἱ δὲ καὶ οἱ ἐρρωμένοι τὸ καθολικοῦ ἐγχειρίσαντι ἀπηλλάχθαι τῷ νόμῳ & ad l. 1. C. de jure fiſci. οἱ μὲν καθολικοὺς αὐτοὺς ὀνομάζειν idem & λογοθέτας dici cœpit C. Harmenopulo. Prat.

CATO Iuriſconſultus multos reliquit libros, l. 2. §. 38 de orig. juris, & quidem de juris diſciplina egregios 13. Gell. 18. commentariorum juris ciuilis à Catone compoſitorum, meminit Feſtus in dictione Mundus. Ab eo Catone forte regula Catoniana dicitur. Gothofr. ad l. 4. §. 1. ff. de verborum obligat. & Briſſ.

Κατοχὴν Græcis, Latinis poſſeſſionem dictam ait Paulus l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. quæ quid ſit, vide infra, Poſſeſſio. Cur autem ita Græcis appellata ſit, docet A. Alciat. lib. 11. cap. 1. Parerg. Ductum verbum illud putat ad Paulum d. l. 1. ἀπὸ τοῦ κατέχειν, id eſt, detinere, & tenere. Prat.

CATONIANA regula definitur apud Celſ. l. 1. ff. de regul. Caton. Hanc Catonis regulam in quibuſdam falſam idem ait d. l. 1. velut in ſpecie apud eum relata. Ad quæ autem pertineat, aut non, Catonis regula, explicatur eod. tit. & tractatu. & l. cetera. 41. §. 2. ff. de legat. 1. & l. ſi optio 13. ff. de opt. leg. & alibi ſæpe. Eadem Catoniana ſententia appellatur Meciano l. Iulianus. §. 1. de cond. & demonſt. Cætera interpretibus diſcutienda relinquamus: neque enim ad inſtitutum noſtrum pertinent. Prat. & Briſſ.

CATONIANA regula eſt M. Catonis ſententia ſiue axioma ex plurimarum legum mente notatum atque obſeruatum: Quod legatum ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile foret: id legatum quandocunque poſtea is deceſſerit, non valere, l. 1. & paſſim de regul. Caton. cujus hæc ratio atque æquitas videtur eſſe: quia cum teſtatoris certam mentem atque voluntatem eſſe oporteat, cum præſentis temporis conditionem ſpectaſſe, deque ea ſtatuiſſe judicamus: non autem incerto futuri temporis euentui rem commiſiſſe: quippe cum alioqui teſtamenta non ex teſtatorum mente, quæ in iis dominari debet, ſed ex fortuna & caſu penderent. Hotom. obſer. lib. 11. c. 3.

CATVLLVS Iulianus. Ejus fit mentio in l. 8. §. 8. ff. mandat.

CAVDECÆ, vel Caudeæ Feſto lib. 4. dicebantur ciſtellæ ex junco, ad ſimilitudinem caudæ equinæ factæ. Prat.

CAVDEX antiquis dici ſolebat (vt ait A. Senec. lib. de breuitate vitæ) plurium tabularum contextus. Hinc codices, vide infra Codex. Prat.

CAVDICÆ eidem Senecæ ibidem, vel caudicariæ Feſto l. 3. naues erant ex tabulis craſſioribus factæ: harum etiam commeminit Aulus Gellius libro 10. capite 15. Noct. Attic. Prateius.

CAVDICARII in l. 2. C. Theod. de piſtor. & catabol. & l. 1. C. Th. de canon. frument. vrb. Rom. & l. 9. C. de ſuſc. pecun. & ſuſcept. frumentariorum vrbis Romæ genus erat: quorum ea functio erat, vt piſtoribus frumentum vendendum adaquare cogerentur, vt Valerius & Valens Imperatores conſtituerunt, d. l. 1. Hi corpus habebant, d. l. 2. & patronos, d. l. 1. De iis etiam accipiendum putem l. 1. in fin. de condit. in pub. horr. l. 10. C. Briſſ. Prat.

CAVDICARII Briſſon. in vlt. edit. ſunt Annonici nauicularii, appellati à nauibus Tiberinis, ſeu iis, quæ in fluuiis vſui erant, quas caudicarias, vel codicarias nominabant. Senec. de breuitat. vitæ: plurium tabularum contextus caudex antiquis dicebatur: Vnde publicæ tabulæ codices dicuntur: Et naues, quæ ex antiqua conſuetudine per Tiberim commeatus ſubuehunt, caudicariæ vocantur. Briſſ.

CAVEA l. 13. §. ſi quis me, ff. de injur. theatrum denotat, in quo ſpectatores ſedebant. Seruio ad lib. 4. Æneid. Vt conſeſſum populi denotat. Briſſ.

CAVEA Varroni à cauo ducta apud Vlpian. in l. injuriarum. 13. §. ſi quis me. ff. de injur. ſignificat aream in medio theatri, in qua equitum ſubſellia conſtituta erant, dicta, quod velis tecta caueæ ſimilitudinem haberet: quo ſenſu accipitur in Amphitryone. Vt conquiſitores: ait, ſinguli in ſubſellia eant per totam caueam: ſpectatoribus merito Græcis θεωρητήριον. Ea publica erat adeo, vt ſi quis me in ea ſedere prohibeat, injuriarum in eum agere poſſim, prout ſcribit Vlp. in d. § ſi quis me. Prat.

CAVENA, vel (vt eſt apud Ardizonem) cauena, pro cella: vnde feudum de cauena in lib. 2. tit. 1. §. 2. & titul. 2. § 5. erogatio annua vini, frumenti, alteriuſve annonæ, quæ militi tribuitur. Itaque veriſimilius eſt pro cella ſiue cellario dictam lib. 1. feudor. 2. titul. 10 in fin. Feudum ſoldatæ ſignificaret eſſe feudum de camera vel cauena: quia plerunque, inquit, in ſolidorum donatione conſiſtit: quandoque autem in vino & annona. Dd. duce Aluarotio, definiunt, cauenam eſſe locum, in quo frumentum, vinum, oleum, & huiuſmodi cætera ſeruantur. Prat.

CAVERE, juris ciuilis verbum eſt præcipuum ac proprium: idque generale: in varias enim & multiplices acceptiones fertur, & formulas: ſingula excutiemus. Primo proſpicere ſibi & conſulere ſonat apud Scæuolam l. 3. ff. de tranſactionibus, & Labeonem l. ſi mercedem in fin. ff. de action. empti. Sic cauere ſibi cenſetur creditor, qui curat ſibi pignus dari, apud Paulum l. ſi conuenerit 18. §. ſi quis. ff. de pign. Generaliter definitum eſt, nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quenquam alteri cauere, id eſt, proſpicere & promittere poſſe, Qu. Mutius ait l. quo tutela. 73. ff. de diuerſ. reg. jur. Prat. Brechęus autem l. cautum. ff. de verb. ſig. affirmat, cauere idem eſſe, quod ſtipulari, ſatiſdationem: quod Græci ἀσφαλίζεσθαι dicunt: & cautionem ſeu ſtipulationem ἀσφάλειαν. Dicimus enim, cauere alicui, id eſt, ſatiſdare.

CAVERE ſolennem veterum pronunciationem fuiſſe. Feſtus ſcribit: vt parum cauiſſe dicerent, quos capitis condemnabant. Briſſ.

CAVERE intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus, l. 2. § ſi damni, ff. commun. diuid. Briſſ.

CAVET etiam, qui conſilium dat, quo ſenſu accipitur apud M. Ciceron. in Topicis cujus hęc verba ſunt: Etenim cum tu mihi meiſque multa ſæpe cauiſſes, &c. atque ita accipi debere indicio ſunt, quæ ibidem præcedunt. Hinc ICti cauere dicuntur, cum clientibus ſuis, & his, à quibus conſuluntur, conſilium dant, & remedium monſtrant, ne in aliquos captionum laqueos incidant. Ouidius lib. 1. Amor. in eodémque verbo ſcite ludit:

Ille ſæpe loco capitur, conſultus amore,
Quique alios cauit, non cauet ille ſibi.

In eo autem genere recte eum cauere Plautus exiſtimat in Epidico, qui jura & leges tenet. Cicero lib. 7. epiſt. 6. ad Trebatium: Tu qui cæteris cauere didiciſti in Britannia, nec ab eſſedario decipiaris caueto. Hinc Iuriſconſultus cautor formularum. Cic. de 1. Orat. Hanc tamen cauendi formam ſibi præripiunt atro circulo notati, exleges, & auritæ beluæ. Sibi igitur proſpiciant, qui reſponſa conquirunt: at hodie vtrique concurrunt.

CAVERE eam pro diſponere, ordinareve aliquoties accipitur. l. epiſtola. ff. de pact. Epiſtola (inquit IC.) qua quis cohæredem ſibi aliquem cauit. Reperitur in hoc ſignificatu apud Plinium ſæpe: Aldobrand. de legit. patron. tutel. ibi de hac tutela caueatur.

CAVERE, id eſt, paciſci. l. 9 C. de pact.

CAVERE boni viri arbitratu perceptum iri vſumfructum, hoc eſt, non deteriorem cauſam vſusfructus promittere facere, & non aliter vtiquam bonus vir arbitrabitur, l. 1. Vſufructuarius quemadmodum caueat. ff. §. cauere. Oldendorp. Prat.

CAVERE à capite, eſt capitis periculo ſe obſtringere, & alium ſibi eodem vinculo obligare. Budæus in poſter. adnot. d. l. ſi ſciente ex Plin. lib. 34. c. 7. Capiteque tutelarios cauere pro eo, inſtituti publici fuit. Prat.

CAVERE cautionem dixit Hermogenian. l. tutores. 6. ff. rem ſal. haber.

habet.pro quo Terent.Varro; Cauere cautione, lib.ling 4.atque ita apud.Hermog.d.l.6.legi poſſet:ſed cauere cautionem figurate dixit.nam hoc loco cauere,promittere per ſtipulationem ſonat.Prat. {Old.Prat.

CAVERE dotem pro promittere.Leg.tit.de dote cauta.Cod.li.5.

CAVERE duplam, in leg. quod ſi nolit.§.quia aſſidua.ff. de ædil. actioo. vide infrà Dupla.Prat. Briſſ.

CAVERE idonee dicimur, ſatiſdato, aut pignoribus captis, ſed etſi promittendi fides nobis habeatur ſine ſatiſdatione: ita explicat.Vlp.noſter.l.4.§.addici ff.de fideicommiſſ.liber. Goth. ad l.3.c.de verb.ſign.pro quo Modeſtio. in l.Septitia.10. ff. de pollic. ἀσφαλιζομένη ἀξιοχρέως, dixit in eundem ſenſum: ἀσφαλίζεσθαι enim cauere & tutum facere ſonat. Sic accipi (vt ſupra) debet in l.ſed & hæ.§.defendere.ff.de procu. & l.fideicommiſſa.§.ſi hæres.ff.de legat.3.Prat.

CAVERE multimoda obſeruatione.l.2.§.1.c.de epiſc.& cler.

CAVERE lege apud Papin.l.ſi venditor.6.§.ſi quid emptor. ff. de ſeruis export.eſt pacto nominatim aliquid exprimere & promittere Prat.

CAVERE obſidibus, apud Cæſar.lib.7.de bello Gallico,non procul ab initio. Et quoniam (inquit) in præſentia obſidibus cauere,&c.qua formola obſides dare & exigere ſignificari, ſed ſub diuerſa ſignificatione Gulielmus Budæus exiſtimat, d.l. ſi ſciente eod.tit.Sic.

CAVERE prædibus & prædiis quaſi perſonis & rebus, formula vetere dixit Vlp.in l.ſi quis putans. 6. §. ſi damni c.comm. diuidund.pro cauere fideiuſſoribus & pignoribus. Briſſ.Cauebatur, prædibus & prædiis populo, vt Titi Liuij teſtimonio liquet: Si quibus (ait) argentum in præſentia deeſſet, dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibuſque ac prædiis cauendum populo cenſerent. Hæc Liuius lib. 22. Prat. Vide infrà Cautio pro tabulis fin.

CAVERE perpetuo edicto.l.1.c.de collat.

CAVERE ſatiſdato apud Pompon.l.is cui, 31. ff. ad leg Falcid. id eſt,cum ſatiſdatione, vt explicare videtur diuus Antoninus l.2. c.de vſur.legat. & Vlpian.l.niſi, 11.ff.de rei vindic.Prat.

CAVERE eſt etiam cautionem extorquere. in l.cum poſtulaſſem. §.44 fin.ff de damn. infect. Sic apud Ciceronem in Bruto in hæc verba: At vero, inquam,tibi ego, Brute, non ſoluam,niſi prius à te cauero,&c.Prat.

CAVERE etiam dicitur, qui fidejubet, vt ex Pauli verbis liquet, cum pro quo.ff.de in ius voc.& l.Lucius, 46 §. Paulus. 4. ff.de admin.tut.& apud Terent Varronem lib.ling.lat.5.Prat.

CAVERE ſibi ſtipulatione. Briſſ.ex ff.

CAVERE dicimur per ſtipulationem,ſi inter præſentes actum eſt Paulo.l. Titia. 114. §.pen.ff. de verb.oblig.& l.1.c.de contrah. ſtip.quo ſenſu accipi debet apud Celſum l. tres fratres, ff. de pact.quo loco Accurſius interpretatur, cauerunt, h.e.promiſerunt:quod per ſtipulationem intelligendum eſt d.§.penult. Cauet igitur,qui interrogatus promittit,d.l.1.& d.§.pen.Prat.

CAVERE creditor dicitur, qui apocha emiſſa debitorem ſe liberare profitetur l.89.ff de ſolut.Briſſ.

CAVET & debitor, qui ſe chirographo obligat.Briſſ.ex ff.& creditor, qui de pignore ſibi proſpicit Briſſ.

CAVERE tamen nude promittere ſignificare, non autem fidejuſſionis dationem eo verbo contineri, Iuſtinianus conſtituit l.3.c.de verb.ſign.Sane ſi lex vel teſtator, contrahenſve ſatiſdationem aut fideiuſſionem adjecerit, tum aut dandum ſatis aut fideiuſſores adhibendos liquet. Cauere igitur nuda promiſſione accipi debere ait Mela apud Vlpian l.2 §. ſed ſi dubitetur.ff.de judic.Prat.

CAVET quoque qui confitetur, Accurſio leg. maritus, 52.ff. ſoluto matr.cujus explicationem probat Albericus. Quod ſi ſecundum tractat.c.de dot.caut.non nume.(vt par eſt) accipias, eſt ſcripto non acceptam dotem promittere.l.1.c.eod.Prat.

CAVERE & ſatiſdare ſic diſtinguunt ICti,vt,qui datis fideiuſſoribus ac ſponſoribus, promittit, ſatiſdare dicatur: qui vero ſine fideiuſſoribus, cauere.Vlp.l.1.§.6.ff.de jud.Prat.ex Hotom.

CAVERE etiam eſt ſibi proſpicere,& ſe contra fraudis ac perfidiæ periculum munire Prat.Iuriſconſulti cauent clientibus ſuis,& iis, a quibus conſuluntur, cum ipſis conſilium dant, & remedium monſtrant, ne in aliquos captionum laqueos incidant Briſſ.

CAVERE chirographo, literis ſuis, inſtrumento, ſe quid facturum Briſſ ex ff.

CAVERE Interdum repromittere eſt, vt cauere ſtipulatione: ſic cautum intelligitur ſola repromiſſione, ſine ſatiſdatione, vel pignoribus. Cautum & ſatiſdatum, cautio & ſatiſdatio ſeparantur. Briſſ.ex ff.& C.

CAVERE de dolo & culpa,de indemnitate, de euictione,de rato, de pariete reficiendo Briſſ.ex ff.

CAVERE ſimpli, quanti ea res ſit cauere duplam. Briſſ.ex ff.

CAVET lex,cauit prætor, cauetur lege,conſtitutione,vel epiſtola,oratione,vel reſcripto principis, cauetur edicto, Senatuſconſulto, capite legis, mandatis principalibus, ſententiis auctorum; cauere codicillis. Briſſ. ex ff.& C.

CAVERE ſupremis judiciis,l.2.de collat.1. vltima voluntate.

CAVERE eſt nominatim exprimere, vel expreſſim quid ſtatuere, vt apud Paul.l.1.ff.de leg.Rhod.de jact. & alibi ſæpe. Sunt qui putent verbum

CAVERE apud Vlpian.leg.ſi vt certo.§.quinimo. ff. commod. & Paulum l.in commodato 17.§.3.ff. commod. ſignificat chirographo ſe obligare. Quod verum affirmare auſim: cum literis obligemur, vt Inſt.de liter. oblig.& alibi Hinc natæ veteribus juris auctoribus formulæ:

CAVERE ab aliquo apud Vlp l.ſi ſciente.ff.ad leg Pomp.de parric. A ſeſe cauere, apud M.Cic.in 3 Verrin. Epicratem conuenitur, demonſtrant id quod ſciebat &c. ab ſeſe caueat, quemadmodum velit (h.e.Budæo ad d.l. ſciente, interprete) arbitrio ſuo ab ſe cautionem exigat. Prat.

CAVERE teſtamento, pro prouidere, ne quid præter voluntatem fiat. Oldend.

CAVERE ſolet creditori,vel perſonis,vel rebus,vel vtriſque. Perſonæ, quibus cauetur, dicuntur fideiuſſores: Res, quibus cauetur, dicuntur pignora. Vult. in comment. Inſtit. Quib. alienar. licet vel non §.1.n.3.

CAVILLARI variè accipi, ex ſubjectis liquet. Tertull.in lib. de corona milit. pro cauere, à quo ducitur. Aut (inquit) omnibus modis cauillandū, ne quid aduerſus Deum cōmittatur. Cauillari etiam (vt Vlpian.ex Iuliano refert l.natura, 177. ff de verbor. ſignific.) eſt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputationem ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducere. Alios hujus verbi ſignificatus recenſet Andreas Alciat. in d.l. natura, quandoque enim ſignificat calumnioſe agere Cauillari eſt irridere, vt ex Feſto lib.3.conſtat. Cauillari etiam dicitur, qui falſa, vt ſuam ſententiam tueatur, prodit ſciens: Cauillari Alciato l.ſi caluitur. ff.de verb.ſign ſonat decipere. Pra. Adde Brechæum l.natura. ff. de verb. ſign. in prin vide ſuprà Caluitur, calumnia, calumniari.

CAVILLARI, ac ſophiſtice interpretari legem in l.11. §. 3. c.de ædific.priuat.eſt σοφίζεσθαι τὸν νόμον Gothofr ad d §.3.

CAVILLATIO l. 1. ff. de regul. Catunia. ſumitur pro ſcienter falſum dicere, ita Accurſ. in d. l.1.

CAVILLARI etiam fraudare & fruſtrari ſonat, l.ſi caluitur. D.de verb. ſign. accipi debet in l.8. §. tractare. D. ad Senatuſconſ. Tertyll. Hinc

CAVILLATIO, inquit Valla.lib.6.c.4.eſt tecta & inſidioſa, multiſque ac longis frequenter ambagib vtens, & quæ vix ab acertis deprehenditur Goed.l.177.n.4 de verb ſign.

CAVILLATIO, fruſtratio, decepilo Hanc ex Iuliano diffinit Vlp.in dict l natura his verbis: Natura cauillationis, quam Græci [illegible] appellant,hæc eſt vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt perducatur.Reperitur in l.ea eſt natur. D. de diuerſ. reg jur. antiq.vnde autem dicta ſit cauillatio, ex Gaio diſces dict. l. ſi caluitur, 231. D.de verb.ſign.cujus hæc verba ſunt: Si caluitur, & moretur, & fruſtretur: inde & calumniatores appellati ſunt quia per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus: inde & cauillatio dicta eſt. Sic accipi poteſt in l.Titia, 85. ff. de cond.& demonſt.Prat. Vide ſuprà Calumnia.

CAVILLATIO. Briſſon.in pareg. eſt captioſa ratiocinatio, l.65. D.de regul.jur.l.85.de condit. & demonſtr. vel eſt argumentum ſophiſticum, σόφισμα, Briſſ.

CAVILLATIO in decretali Pontificis Honorij epiſt.c.penult.de judic.in antiq.ſignificat fraudem, & fruſtrationem,& id,quod Galli vocant *Surprinſe*, qua ſæpiſſime vtuntur pragmatici vafri, & impoſtores Prat.

CAVILLATIO, iocoſa calumniatio Feſto lib.3.& cauillari, iocari eſt. Vlpian.de verb.ſign.l.natura cauillationis. Item de regul jur. Ea, inquit, eſt natura cauillationis, quam Græci σωρείτην vocant. Nebriſſ.

CAVLA, teſte Seruio (vt refert Baptiſta in comment. epiſtolæ Sidonij Apollin. ad Eutrupium) eſt munimentum & ſeptum ouium. Græcum eſt nomen: addita c, illi enim αὐλαί vocant animalium receptacula. Secus Pompon. autumat, ita ſcribens: Caulæ à cauo dictæ: antiquitus enim ante vſum tectorum oues in antris ducebant. Lucius ſimiliter Apollinaris poſuit caulam patrio calo pro caprili, & ouili Inquit autem; Inſurgit ſpeluncæ, qua marginea montanæ deſinunt, turris ardua, caula firma, ſolidis craſibus, ouili ſtabulatione commoda; turrim nuncupauit. Apuleius firmam caulæ, h. e. firmamentis atque munimentis, quibus vtimur ad caulam obarmandam & fulciendam, ſtabilitam fuiſſe h. e. crateis longuriis, fiſtucato, acerato, & id genus reliquis ruſticanis inſtrumentis. Poſſes intelligere quoque firmam caulæ nuncupari munitam colle, naturali ſitus editi facie, Seruio ſubſcribente in lib. Georgicōn ſecundo, In ejuſce carminis interpretamento: Quin & caudicibus ſectis: Antiquos caulem dixiſſe, pro eo quod Neoterici dicunt collem, quemadmodum aulam pro olla aurum pro orum, aurichalcum pro orichalcum, plauſtrum pro ploſtrum, id genus plurima, palam eſt. Et poſſes intelligere firmam caulæ fultam pedibus arborum durioribus

O

& ducabilioribus, ſiue caule. h.e. robore, ſarmento ſirpaceo ad ouile inſtrumentum dearertimo.

CAVMA, καῦμα calor ſiue incendium. Vlp. de leg. 1. l. cum res: Si fundus, ait, caumate perierit. Atque alibi: Prædia, ait, quę caumate perierunt. Atque adhuc alibi: Si caumate aliove caſu pars fundi perierit: quibus in locis caſma pro caumate legitur. Chaſma namque per ch aſpiratum aliud ſignificat: h.e. cœli hiatum ſiue receſſum. Autores ſunt, Ariſtoteles in Meteorol. Plin. in l. nat. hiſt. Seneca in 1. natur. quæſt. Seruius li. 9. Æneid. Briſſ.

CAVPO is accipiendus eſt apud Vlp. l. 1. § caupones ff. naut. caup. ſtab. qui cauponam exercet. Græcis κάπηλος, eduliorum & vini venditor: Sed & eius inſtitorem ea adpellatione contineri idem Vlp. ait. d. §. caupones Hoc ſpeciali ſignificatu arripuiſſe viſus eſt Martialis hoc pentametro:

Non potes, vt cuperes, vendere caupo merum. Prat.

CAVPO, à verbo cauponor, dicitur, tabernarius, h.e. eſculentorum, poculentorumque etiam venditor, ſed proprie, qui vinum vendit: ſic caupona mulier vendens vinum, & locus in quo vinum venditur. Hinc Vlpia. in l. 1. § qui ſint igitur naut. caupon. ſtab. ff. caupones (inquit) & ſtabularios æque eos accipimus, qui cauponam vel ſtabulum exercent, inſtitoresve eorum. Caius in l. nauta. eod. tit. ff caupo, ait, mercedem accipit, vt viatores in caupona manere patiatur. Cauponationis autem nomen latius patere apud Græcos ex Platone deprehendi poteſt, vbi, de legibus tractans, docet cauponationem omnem in ciuitate non nocendi gratia, ſed contra omnino naturaliter adinuentam eſſe libro ſiue dialogo 11. Ancho.

CAVPONA, locus vbi vinum & edulia venduntur, vulgo taberna: ſic accipitur in l. nauta, 5. ſuprà citata. Eam veteribus copona à copis dictam Feſtus lib. 3. putat. Quædam exemplaria habent à cupis: quæ lectio verior videtur. Cupæ enim vaſa vinaria ſunt Vlpiano, l. 3. ff. de trit. vino. Prat. Adde Peckium comment. l. ait prætor. § caupones in tit. naut. caup. ſtab. vel à copiis quod illic & ad victum neceſſaria patentur, & diſtrahantur. Briſſ. ex Feſt lib. 3.

CAVPONIA taberna apud Paulum l. 13 ff. de inſtru. vel inſtrum. legat. vide infrà. Taberna. Cauponiæ artes Briſſ. ex Iuſtino.

CAVPONÆ negationis nomen eſſe idem ait, d. l. 13.

CAVPONIVM inſtrumentum, lenocinium. Briſſ. ex ff.

CAVSA (ſic enim non cauſſa, ſcribendum cenſet Marcus Fabius lib. 1. c. 7. adjiciens Marc. Cicer. & Vergil. ita ſcripſiſſe) verbum πολύσημον eſt. Primum enim ſignificat negotium, contractum & obligationem, l. certi con lictio. 9. in prin. ff. ſi cert. petat. l. obligati. §. pupillus ff de auctoritat. tutor. l. vno. 18. ff. de acceptilat. & l. v § 1. ff. de tribut. pro contractu ſumitur in § vnde in iis cauſis Inſtit. de auctoritat. tutor. Nec ad contractus tantum, ſed & ad omnes obligationes etiam ex delicto deſcendentes pertinent. (Ergo contractu latius patet) Sic accipitur apud Gaium l creditorum. ff. de verbor. ſignifi. ergo & ad quæ ſi contractus, vt ibidem notat Andreas Alciatus. Prat. ex Briſſonio. Id autem diſcriminis inter cauſam & negotium credit eſſe Quintil. lib. 3. quod cauſam αἰτίαν negotium πρᾶγμα intelligamus, i. Thema ſeu propoſitum & circunſtantias.

CAVSÆ etiam verbo lis ſignificatur Paulo lib 1. ſentent. tit. eo quod & Iuſtin. In §. ſi quis agens Inſtit. de action expreſſit, explicans cauſa cadere, litem perdere, rem amittere. Sic ſumitur in leg. prima. Cod. de rebus credit. quam tamen Græcam eſſe quidam referunt, eodem verbo in eandem ſignificationem vtuntur pragmatici Galli. Hanc appellant Græci δίκην quo verbo in eum ſignificatum vtitur ſæpiſſime Marcus Cicero & Seneca in prolog. 30 declamat. Prat.

CAVSA omnis ad acquirendum, conſeruandum, & amittendum pertinet. Gœdd. l. 23. n. 3. de verb. ſign.

CAVSAM agere, litem perſequi: cauſas orare: cauſam conficere apud aliquem Hinc cauſæ conjectio in l. 1. de reg. jur. Briſſ.

CAVSAM à lite ſeparaſſe, diſtinxiſſeve videntur Imperatores in l. cauſas, 16. C. de tranſact. & Pōtifices in c. ſorua extr. de verb ſign. antiq. de quo Albericus in d. l. cauſas. Cauſam à lite etiam ſeparat Arcadius l 1 §. adhiberi. ff. de teſt. ex quo putem cauſam à lite ita diſtingui, vt illa generale verbum ſit, quo & capitalia & ciuilia contineantur: litis vero appellatione ciuilea tantum actiones comprehendantur: cui rei etiam judicio eſt l. litis ff. de verb. ſign. Hinc diſputatur, an cauſa & actio eadem ſint, ab Accurſio in § 1. Inſtit. de action. & ibidem ab Ang. & Iaſone & aliis. Cauſam generale verbum eſſe tradit Bartol. d. l. cauſas. Cauſa tamen in d. l. cauſas, ſumitur pro hypotheſi vel negotio, ex quo lis nata eſt. Prat.

CAVSAM pro re ponit Vlpian. in leg juris gentium. §. ſed & ſi in alium. & §. ſed cum nulla ff de pactis, quod autem dicimus rem, accipi dandam, tradendam faciendamve per d §. ſed & ſi in alium. Sic accipitur ob rem datam, id eſt, ob cauſam, in tit. ff. de condict. cauſ. dat. & C. eod. & tit. de condict. ob turp. cauſ. & tit. de condict. ſine cauſa Prat. Briſſ.

CAVSA etiam ſumi ſolet pro titulo debiti, actionis, dominij poſſeſſionis, l. priuilegia, 16. ff. de priuileg. cred. l. 3. §. ex pluribus. ff. de adqu. poſſ. Hinc cauſas onerosas & lucratiuas dicimus. Prat. Briſſ.

CAVSA ſignificat jus & conditionem rei, vt luti ne vſucapta ſit, item fœtum & partum, & partus partum & fœtus fœtum, omnem denique rei vtilitatem. Itaque intelligendus eſt titulus, de fructibus & omni cauſa. Vnde illud Pauli in l. cum fundus, 31. ff. ſi cert. petat. Cum fundus petitus eſt, poſt judicium acceptum cauſa omnia reſtituenda eſt: id eſt, omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtandæ tempore ſolutus fuiſſet. Item in l. præterea, 20. ff. de rei vind. Nec enim ſufficit corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſt vt & cauſa rei reſtituatur; i. vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, ſi eo tēpore, quo judicium accipiebatur, reſtitutus illi homo fuiſſet. Sic accipitur in l. Iulianus, 9. §. quantum, ff. ad exhib §. 4. de off. jud. l. 2. l. 3. l. 8 ff. de vſur. l. 4. §. vnde, 6. l. 1. §. hāc actionem, ff. depoſ. l 7. C. ad exhib. Quare cum dicimus ſeruitutes omnes cauſas habere perpetuas, l. foramen, 28. ff. de ſeruit. vrb. ſic intelligendum eſt, earum jus atque conditionem hanc eſſe oportere, vt iis perpetuo aſſidueque vti liceat. Hot. Briſſ.

CAVSAM pro conditione poſuit M. Cicero de lege Agrar. Soluta, ait, in meliore cauſa ſunt, quam obligata. Cauſa quoque pro qualitate & conditione vſurpatur in l. 1. ff. ſi ex noxal. cauſ. & in l. 35. ff. de verb. oblig.

CAVSA, id eſt, proprietas. African. l. 34. in fi. ff. de præſcript. verb.

CAVSA bonorum, emolumentum omne, quod ex re aliqua in re percipitur. Vlpian l. 1. §. 5. ff. ſi is qui teſtam. lib & in l. 52. §. 1. de verb. oblig. Hotom.

CAVSARVM nomine in rub. ff. de vſur. & fruct. intellige tum ipſas cauſas, ex quibus ipſæ acceſſiones debentur, tum modum ipſarum acceſſionum Quod is, qui ex adminiſtratione rerum ciuilium conuenitur, vſuras debeat, cauſa eſt, l. 17 §. 7. de vſur. & fruct. Goth. ad rubr ff eod.

CAVSA ſæpe vacat elegantiæ gratia, vt cauſa facti pro facto ipſo, cauſa pignoris pro pignore, cauſa ordinis, juris ac voluntatis teſtatoris, poſſeſſionis, teſtamenti, dotis, pecuniæ, proprietatis, bonorum, vſusfructus, obligationum, conditionis, nouationis, legati, edicti, pro ipſo edicto, legato. Briſſ. ex ll. ff. & C.

CAVSA, forma, modus, ratio. Paulus l. 44. ff de obligat. & action. Obligationum fere quatuor cauſæ ſunt: aut enim dies in his eſt, aut conditio & cætera, id eſt, Obligationum concipiendarum forma eſt quadruplex. Idem l. 85 de verb. oblig. In executione obligationis ſciendum eſt, quatuor cauſas eſſe: id eſt, executionis formam ac rationem eſſe quadruplicem. Hot.

CAVSA, in l. 1. ff. de oblig & act. quaſi pro negotio vſurpatur: vbi Caius ſcribit, obligationes naſci aut ex contractu, aut ex maleficio, aut ex variis cauſarum figuris: quod ſic intelligo: Ex jure quodam à puro contractu, puroque maleficio ſecreto, per ſeque ac proprie conſtante: ex variis cauſis, quæ neque contractus, neque maleficia ſunt, ſed illorum affines. Hot.

CAVSA eſt ratio legandi, præteritum aliquod præſuppoenens, l. 72. in fin. de cond. & dem Differt ic à conditione, demonſtratione, modo. Goth. ad rubr. C. de falſ. cauſ. adject.

CAVSÆ fauorabiles ſunt quatuor: ſcilicet de libertate, matrimonio, dote, & teſtamento. cap. duob. de re jud. & de cauſa notat Panorm. in clem. dudum. de ſepult. ſuper verb. cauſis. & Ioannes Andr. in c. cum dilecti. de accuſ. Old Prat.

CAVSÆ omnium rerum ſunt quatuor: Efficiens, à quo fit: Materia, ex qua fit: Forma, per quam eſt: Finis, propter quem fit: Briſſ. Prat.

CAVSÆ verbum plerunque per eclipſin ſupprimi ſcribit Anton. Aug lib. 2. emen c. 3. apud Alfenum l. cum quæreretur. § vlt. ff. de legat. 3. vt ſopiatium enim. Exempla reliqua ſæpius ſicut obuia, quam vt dici ſcribique debeant. Briſſ. Prat.

CAVSÆ appellatione comprehenditur omne commodum, omnisque vtilitas, quæ ex re percipi poteſt: ita videtur explicare Vlpian. in l. Iulianus, 9. §. penult. & fin. ff. ad exhib & l 5. ff. ſi vſusfruct. petat. eo itaque verbo partum contineri ait. Sic accipitur in tit. ff. de vſur. & fructib. & cauſis, Caius igitur recte exponit cauſam, id omne quod habiturus eſſet actor, ſi quo tempore judiciū accipiebatur, res reſtituta fuiſſet, l. præterea. 20. ff. de rei vindic. Quaſi dicas, id omne, quod in cauſam venit vt ſit cauſa pro eo quod judicio continetur, leg. cum fundus, D. ſi cert. petat. l. 2. D. de vſur. quam expoſitionem probat Paolus ad condictionem producens. in leg cum fundus, 31. D. ſi cert. pet. Recte quoque fœtum & partum cauſam appellat Papinian. in l. equis D. de vſur. Cauſa igitur a fructibus ſeparatur à Iuſtiniano §. 8. ſi ad exhibendum. Inſt. de off. jud. & ante ab Vlp. Iulianus, 17. §. idem Iulianus, D. de rei vind. ſed & ab vſuris ſeparatur. Briſſ. Prat.

CAVSÆ appellatione apud Paulum leg. obligationem. 44. D. de obligation. & action. formam quandam, & ſpeciem contineri aiunt quidam in l. in executione 85. D. de verb. oblig. vt obligatione diem ſub conditione, modo & acceſſione. Briſſ. Prat.

CAVSA etiam, vt M. Cicero lib. de Fato diffinit, eſt, quæ id efficit, cujus eſt cauſa, vt vulnus mortis, cruditas morbi, &c. Sic

accipienda

accipienda eſt apud Vlpian.l.1.in princ.ff.depoſit. Incendium, tumultus, ruina, naufragium, cauſæ ſunt deponendi, dict.leg.1. Hinc cauſa efficiens, formalis & finalis: de quibus infr. Vnde non immerito. Donat. 2. Æneid. cauſam eſſe dicit, propter quam quid fit. Sic accipi debet in l.cum antiquitas.18.Cod. de teſt. [illegible] pro dilatione ſumi poteſt. Nam cauſæ ibi enumeratæ dilationem patiunt. Briſſ.

CAVSAM pro ratione ſumi interpretatur Albericus & Decius apud Paul.l.5. ff.de diverſ. regul.jur. legentes ibi, conjunctionem: cum Pand. Florent. habeant conjectionem. Conjectionem cauſæ, controverſiæ argumentum, & ſummam interpretari videtur F.Duaren.li.diſput.c.46. Conjicere enim eſt ſummatim exponere, quod placet Briſſ.Prat.

CAVSAM pro querela poni apud Iuſtinian. l. ſi quis filium 34. C.de inoff.teſtam.quidam aiunt, quod & Accurſius ibidem putat. Cauſam tamen à querela ſeparare videtur Imperator. Sed de hoc alibi Briſſ.Prat.

CAVSA plus petere, & plus repetere, eo nomine differunt, quod qui plus repetit, petat aliquod omnino indebitum. Sed qui nititur obligatione generis, vel diſiunctiva, ſicut quælibet ſpecies obligationæ generis, hic petit plus cauſa. Neque enim quod ſimpliciter petit, ſimpliciter debetur. Sed poteſt debitor aliam rem eligere, quam præſtet. Balduin.ad tit.de action.

CAVSAM dicere idem eſt, quod Græci tum [illegible] tum [illegible] dicunt, h.e. judicium ſubire, & culpam, fraudeſque judiciorum ſuorum, aliorumque præſtare, Bud.in l.vlt.ff.de Senator.

CAVSA efficiens eſt eius, ex quo res ipſa finitur: ut jus civile, tutelæ teſtator, teſtamentariæ: lex legitimæ: & magiſtratus, dativæ: jus gentium emptionis, locationis, mutui, commodati, depoſiti, &c. Ius civile, ſtipulationis, contractus emphyteutici, &c. Ex Apello Spieg.

CAVSA extraordinaria. Quære, Extraordinarius reus.

CAVSA & factum interdum pro eodem uſurpantur, l.plurimum. ff de jur. & fact.ignor.l.ſi ex plagis.§.in clivo.ad leg. Aquil.

CAVSA jus reſpicit, Occaſio factum. Cauſa dominij, quæ proxima ſit, item quæ remota glo.explicat in l.poſſidere.§.veteres. ff.de acquir.poſſ.

CAVSA magna. Quære, Magna cauſa.

CAVSA mediante, Novum enim non eſt, quod cum aliquid abſolute non liceat, mediante tamen cauſa recte fieri poſſit. Sic libera perſona, quod alias abſurdum fuerit, vendicatur, l.1.§.1. ff.de rei vendic. Lege Vendicare liberam perſonam. Spieg.

CAVSÆ ſolvendi matrimonij bona gratia, quattuor ſunt videlicet, Debilitas, monachiſmus, ſervitus & captivitas. Cujac. in expoſit.Novell.Iuſtin.22.fol.49.circa med.

CAVSA obligationis, contractus, delictum, & quaſi Spieg.

CAVSAM obtinere, eſt cauſam vincere.

CAVSA propria. Quære, Propria cauſa.

CAVSAM publicam ſuſtinere, eſt in oculis conſpectuque omnium exponere. Spieg.

CAVSAM recipere, eſt eam ſuſcipere defendendam. Spieg.

CAVSAM Rhetores eſſe maximam propoſitionem definiunt, à qua argumentum deducitur: ſic à Paulo accipi in l.1. de regul jur.cenſet Alciat.c.1.lib 5.parerg.Spieg.

CAVSA ſontica. Vide Sonticus morbus.

CAVSA ſuperior, quæ jure communi fundata eſt vel jus apparentius: cujus contrarium eſt cauſa inferior. Vide Bud.in l.poſterior. de orig jur.

CAVSA verbum generale eſt, quod comprehendit principium negotij, cum proponitur, & cum quis deliberat, & proponit ut litiget. Cum vero diſceptatur, judicium eſt: quod accipitur nō ſolum cum ipſum factum diſcutitur, ſed etiam tractantur ea, quę præparatoria dicimus ipſius diſcuſſionis. At ubi judicatum fuerit, dicitur facta juſtitia: quia tum jus unicuique eſt redditū. Alciat.lib.2.diſpunct.cap.54. Vlpiano, cauſa factum eſt, unde obligatio oritur, quod Rhetores [illegible] vocant. Idem leg.9.ff.ſi cert.pet. Verùm tranſlatitie, dicitur omnis actio, quam in ſenatu, vel in foro habemus Et cauſidici, patroni, qui in cauſis judiciiſque verſantur, ubi lites & controverſiæ, id eſt, cauſæ judiciales aguntur. Præterea cauſa dicitur id, ex quo vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit: differtque hoc à ratione, quod cauſa eſt impulſus ipſe ad aliquid agendū: ratio vero, ordo gerendorum ex cauſa venientium. Vide Lis. Spieg.

CAVSARVM tria genera eſſe, notum eſt: Demonſtrativum, Deliberativum (quod & concionale appellatur) & Iudiciale. Ex iis tamen Propriè cauſa dicitur, quæ judicialis eſt. Vnde cauſam pro lite & controverſia ponimus. Quamvis ita nonnulli diſtinguunt, ut controverſiam, ſeu litem dici velint, poſtquam conteſtatum eſt: cauſam autem & ante & poſt conteſtat.

CAVSÆ definitionem, quam refert gl.in rubr.ff.de cond. & dem. Bart.improbat: qui ait, cauſam eſſe quid prætcritum, vel inſtans, quo quis impellitur ad aliquid diſponendum. Spieg.

CAVSA in tit de condict cauſ.dat. cauſ.non ſecuta (Sic enim legendum, teſte Old.ut infra in voce, Datum exponemus) pro ratione futura ibi accipitur, propter quam datum eſt. Facit huc, quod in verbo, Ob rem datur, relatum eſt. Spieg

CAVSA, ſpeciali ſignificatione pro ea ratione finali accipitur quæ movet aliquem ad faciendum, aut etiam non faciendum. Omnia etenim denominanda ſunt à fine, ob quem fiunt: ſic accipitur in l.aut facta.§. cauſa. ff de pœn. Cauſa eſt ratio quædam ſecundum juſtitiam commutativam efficax, ut obligationem pariat: ſcilicet quia ab uno ad alium transfertur aliquid. Eo modo accipitur cauſa in l.juris gentium, ff de pact. & in tit. ff.de condict.cauſ.dat.non ſecut.

CAVSA cognita à prætore quid eſt; Reſpondeo, ut juſtitiam earum, quæ proponuntur, examinet. Quid eſt juſtitia cauſarum propoſitarum? An veræ ſint? in facto & in jure, quorum nomine petentibus ſubveniebatur. Modeſtin.in l.3.ff.de in integr. reſt. Old.

CAVSA cognita, pro examinata juſtitiam cauſæ hoc eſt, an veritas ſubſit. Old.

CAVSÆ cognitio, eſt deliberatio judicis, ex aſſertione actoris & contradictione adverſarij ſolenniter facta: ad inveſtigandam veritatem cauſarum; in quibus jus eſt depoſitum d.l.3.ff. de in integr.reſt. juncta l.ſi plagis.§.in clivo. ff.ad leg. Aqui. Valde notè non allucinatus eſt Bart. in d.l 3.diſtinguens juſtitiam à veritate cauſarum: motus verbis Modeſtini, ſcilicet inquientis, ut juſtitiam earum cauſarum examinet an veræ ſint. Nam juſtitiæ & æquitatis cognitio nihil aliud eſt, quam noſſe veritatem facti & circumſtantiarum d.§.in clivo. Itaque hæc verba Modeſtini, AN VERÆ SINT, declarant præcedentia, adeoque definiunt. Old. vide infra. Cognitio. Cognoſcere.

CAVSAM inauditam Plin.Iunior.lib.6.epiſt.6.ad Arrian.ait ſpecioſam eſſe, & quæ longiorem habeat tractatum, quam quæ cum patientia judicis dicta eſt. Apuleius lib.10.ut inquit, rite & more majorum judicio reddito, & utriuſque ſecus allegationibus examinatis, civiliter ſententia promeretur ne ad noſtræ barbaricæ feritatis & tyrannicæ potentiæ damnaretur aliquis inauditus. Ex magna verò urgentéque ratione damnatur inauditus. ſi concurrant ea, quæ habentur in l.ſi quis filio.§.bi autem. ff.de injuſt.teſtam. Primo; ſi crimen ſit atrox & notorium. Secundo, ſi moram res commodè non patiatur, quia timetur ne eripiatur reus, dum amplius inquiritur. Tertio ſi judex ſummum habeat imperium, qui ſuperiorem præter principem nullum agnoſcat, ut præſes, proconſul. Quarto, ſi reo non aliam ob cauſam infenſus ſit, quam deteſtatione facinoris nec ſub prætextu facinoris privatas inimicitias vindicet pœnam feſtinando. d.§. bi autem. & l. fi. C. de maleſic. Deque puolto reo, præſes certiorem principem faciat, ut ibi dicitur: adeo ſuſpecta eſt cauſa inaudita. Forc.dial.81.Necyo.

CAVSAM inauditam Titus Livius, Tullius & alij, indictam vocant. Vnde indicta cauſa damnari, i. per contumaciam, ut nunc loquimur, ita Bud.in l.2.ff.de orig.jur. bonus certe Grammaticus, ſed qui nimium aliquando ſibi placuit accommodando antiqua verba moribus præſentibus: nam cauſa indicta ſive inaudita nunquam quis jure damnatur, l.1.ff.de requ.reis. per contumaciam autem aliquis juſtiſſime condemnatur. l.abſentem.§.1. ff. de pœ. Præterea & qui præſens in judicio erit, indicta cauſa damnabitur, ſi allegationes ejus prætor nō audiat, ut dixit Forcat. in exemplo Apulei, & eſt text.in l.minor autem.§.10. ff. de minor. 25. ano. ubi ſi princeps ſententiam dixerit in minorem, ſolet, ſed raro, reſtituere, ſi minor cauſam non dictam alleget, vel ab advocatis ſe proditum queratur. Forcat.ibi.n.3. vide mox infra Cauſa indicta & cauſa inaudita.

CAVSÆ appellationis quæſtionē continere putant quidam apud Marcell.l.pen.§.Priſcianus.ff.de his qui in teſtam delent. Nec forte inepte. Nam ibi dubitabatur num inductis hæredum nominibus, libertates & legata deberentur: hac de re quærebatur, & controverſum erat inter quoſdam advocatos apud Imperatorem. Prat.

CAVSAM apud Marcellum in l. ratum 30.in fin. ff. de uſurpa. & uſucap. Bartol.qualitatem, alij naturam interpretantur, conditionem dicerem, quæ omnia eodem pertinent. Prat.

CAVSAM pro gratia & favore dixiſſe videtur Martian. l.qui exceptionem 40.ff.de cond.indeb. quod verba ibidem ſubjecta oſtendunt. Prat.

CAVSAM id eſt, hæreditatem explicat Imperator in §.igitur in pupillari. Inſt.de pupill.ſubſtit.Prat.

CAVSAM in libris decretorum accipit gratiam, pro eo, quod [illegible] Græci, Latini argumentum, ex quo eliciuntur quæſtiones, unde de rebus diſputatur: [illegible] quam cauſam vocant. prætexit hinc quæſtiones diſcutiendas eliciens, ut colligi poteſt ex diſtinct. tua. in princ primę cauſæ, q.1. Prat.

CAVSA bona in l.petitor. in fin. ff.de lib legat qua litigando adverſarium juſte & legitime vincimus. Hinc contraria eſt mala cauſa d l.petitor. Prat.

CAVSAM bonorum, utilitatem interpretaint Vlpian.in l.5.§ hęc actio.verſ.plenius.ff.quis teſta.ll. & ſic accipitur apud eundem Vlp in l.in conventionalibus. 5.§ fi.ff.de verb.obl.Prat.

CAVSA caduci apud Iuſtin.in l.unic.C.de cad. toll. dicitur, cum quod ſub conditione relictum erat, deficiebat, vel is, cui, relictum erat, vivo teſtatore moriebatur, vide ſuprà Caducū. Prat.

Digitized by Google

CAVSA capitis apud Ciceron. dicitur ea.quæ priuata eſt, ſed infamiæ periculum habet. Vt cum pro Quintio orat. ait ſe caput eius famam fortunaſque defendere, pro Qu. Roſcio tamen, priuata demum judicia ſummæ exiſtimationis, dicit prope eſſe capitis. Et apud ICtos Modeſtin.leg.licet de verb.ſign.ait: Licet capitalis, Latine loquentibus omnis cauſa exiſtimationis videatur: tamen appellatio capitalis mortis vel amiſſionis ciuitatis intelligenda eſt. Fr. Baldui.in catecheſi jur.ciuil.c.5.

CAVSA condictionis apud Papin.l.pupilli,96 §.fin.ff.de ſolut. eſt ipſum indebitum, ob quod condictioni, id eſt repetitioni locus foret. Prat.

CAVSA conuentionis conſiſtit vel in dando, vel in faciendo, vel in vtroque ſimul. Vult.in comment Inſtit.de oblig.n.35.

CAVSAM dotis apud Pompon. l.1. ff. ſolut. matrim. varie interpretatur Accurſius, nempe actionem, dotem, conditionem habitudinamve, titulum contractumve judicium, vel inſtantiam, & matrimonium, ſingulas acceptiones probat Bart. Alciat. exponit cauſam, hoc eſt, ſubiectam, & materiam, quaſdam expoſitiones Accurſij ſequi viſus, & ante eum Bald. Briſ. ſecundam explicationem ſequitur. Equidem ſingulas poſſe ferri ego putem. Idem dicas in l.1.ff.de jur.dot.Prat.

CAVSAM edicti, id eſt, edictum ipſum, apud Vlp.leg.ſi pater 5.ff. vnde libet. Equidem cauſam ibidem accipiendum putem id, quod impulit prætorem ad ita edicendum Prat.

CAVSA facti, in l.tutor, 10.ff.de tutor.& curat.dat.ab iis, non factum ipſum ſignificat, vt quidam autumant, ſed id cujus cauſa quid fit. Cauſa dati tutoris in locum alterius erat abſentia: factum ipſum datio tutoris in ſpecie, d.l.tutor.Prat.Briſſ. cauſa facti illic eſt factum ipſum.

CAVSA fideicommiſſi in Papiniani reſponſis, l.3.§.nonnunquam. ff.de vſur. ſignificat. quibuſdam (vt Briſſonio) fideicōmiſſum. Equidem pro conditione, & jure fideicommiſſi accipi debere putem Tibi hoc ipſum cogitandum relinquo. Prat.

CAVSÆ fiſcales ſunt, in quibus agitur de bonis, pœnis aut juribus fiſco delatis Gothofredus ad rubric.C.vbi cauſ.fiſcal.

CAVSA fiſcalis, vel diuinę domus. Cauſa fiſcalis, id eſt, cauſa ærarij Cæſaris, vel diuinæ domus, hoc eſt patrimonij Imperatoris: fiſcus enim aliquando ponitur pro ſacculo, in quo pecuniæ publicæ reponuntur: vnde fiſcum aliquando pro ærario, maxime tamen Imperatoris, accipimus: à quo fiſcalis. Sic intelligi debet trigeſimus ſextus titulus libri tertij Codicis: Per hæc alioquin clarius atque explicatius ſatis Anchoran.

CAVSAM vſusfructus apud Paulum in l ſi ſerui. 10. ff. vſufruct. quemadmodum caue. Briſ. exponit ipſum vſumfruct. equidem pro lite, quæ hujus nomine mota eſt, accipi putem, quod & ſubjecta ibi verba oſtendunt. Prat.

CAVSA minima Accurſio in §.illud etiam in gl.in verb.minimis. in Auth.de appell.& int.quæ tem. dicitur, quæ minor eſt 10. librarum auri. Dicerem, quæ non excedit decem aureos. Cauſa etiam minima appellatur duorum, quinquaginta, centum aureorum. Accurſ.in §.ſi ſibi de mandat. prin.in Auth. Prat.

CAVSÆ modicæ, Gothof.ad l.2.Cod.ſi ex plurib.tutor.vel curat. ſunt, quæ non excedunt centum aureos.

CAVSÆ majores, In c.1.de tranſlat epiſc. dicuntur, quæ reſeruatæ ſunt ſedi Apoſtolicæ, ſuntque meri imperij. Panorm.in d c.1. not.4.Prat.

CAVSA momentaria, i.poſſeſſionis. Goth.ad l.10.C. de judic.

CAVSARVM quædam eſt cauſa cauſans, quædam cauſa cauſata, Bald.in l.1.C.per quas perſon. Tu eum videto. Item quædam eſt remota, quædam propinqua, vide gl.in l.poſſidere.§.veteres ff.dę adqui. poſſ. Item quædam eſt impulſiua. quædam finalis. Bart.in extrauag ad reprimendum. Item quędam ciuilis, quædam criminalis, quædam mixta, c.tuas extr.de procur. Prat.

CAVSARVM, inquit M.Tull.ex Chryſipp.in li.de Fato.alię ſunt perfectæ & principales: aliæ adjuuantes, & proximæ. Prat.

CAVSA perpetua apud Paulum in l.foramen, 28. ff.de ſeruit. vrban.in ſeruitutibus dicitur, quod continetur his vti poſſes, vt aqua quæ cœlo decidit: quod accipe non de vſu actuali, qui perpetuus eſſe nequit, & intermiſſionem neceſſario flagitat, ſed de jure & aptitudine, per l.1 §.quod autem.ff de aq. quot. & æſtiu Cauſa perpetua naturalis etiam dicitur, in d.l. foramen. Prat.Briſſ.

CAVSA pignoris, pro pignore, in l.18 §.6 fundus de pign.l.4.ff. de ſepar.l.6r.de euict.Briſſ.

CAVSARVM quædam publica, quædam priuata: ita diſtribuit Hom.Odyſſ.2.quod ad ius noſtrum pertinet.

Πρῆξις δ' ἥδ' ἰδίη, οὐ δήμιος, &c.

CAVSARIA miſſio, quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſoluit, l.3.§.ſi miſſionem ff.de his qui not. infam. vel, vt Macer definit; Cauſaria miſſio eſt, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renunciatur. l.13.§.miſſionum.ff. de re milit.l.26.ff.de milit.teſt.l.1.C.de excuſ.veter. Vnde cauſarij milites apud Liu.li.7.& apud Spartia.in Hadrian. valetudinis ſcilicet cauſa miſſi Veteres ſic loquebantur, Quibus morbus cauſa eſt, vt apud Cicer lib.2.Rhet.ad Heren. & apud Liuium ſæpe. Briſſ.

CAVSARII dicuntur, qui propter valetudinem aut ſenectam miſſi. Cauſa enim Latinis vitium eſt, Græcis αἰτία. Sic cauſariæ animi partes, id eſt, vitioſæ. Prat.

CAVSIDICI ſordidi, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores aduocati recrearentur. Vide Pedian. Spieg.

CAVSIFICARI, eſt jura allegare, & in jure diſceptare. Vide Bud. Spiegel.

CAVSIDICI in conſt. Valentiani & Valentis. l. quiſquis, 6. C. de poſtul. ſunt aduocati, cauſarum patroni, qui & togati dicuntur, qui in foro cauſas dicunt. Sic & in l.C.Th.de decurion.

CAVSIDICINA, cauſidicorum munus, apud Ammianum lib.30. vt refert. Iacob. Cuiac.lib.4.obſeruat.c.40.

CAVSA cadere in duodecim tabulis, eſt rem amittere, Iuſtino in d.§.ſi quis agens. Inſtitution. de actionibus. Cauſa cadere à debitore creditor dicitur, qui aduerſus eum expertus succubuit, l.95.§ pen.ff.ſolut. Briſſon. Cadendi autem cauſa modos recenſet, & explicat Paulus lib.1.ſenten.tit.10. Rei autem appellatione apud Iuſtinianum lis ſignificatur: vide infr. Res. Hujus formulæ commemint Marcus Cicero lib. 1.de Oratore. Verba Tullij frequentius ſient obuia, quam quod referri debeant. Pratei. Apud Veteres tamen, vt obſeruauit Torneb. cauſa cadere plus petere erat: vt qui apud Ciceronem plus petit, quam lex in 12.tab.permittebat. Cicero, cum Hipſeus maxima voce pluribus verbis à Marco Craſſo prætore contenderet, vel ei quem defendebat, cauſa cadere liceret, id eſt, vt plus ei liceret petere, quam in 12. tab. lege permiſſum erat: Rurſum: Cn. autem Octauius homo conſularis non minus longa occaſione recuſaret, ne aduerſarius caderet, id eſt, ne aduerſario plus petere liceret, quam quod eſſet in actione. Hæc Torneb. aduerſ.lib.21.c.34.

In CAVSA impoſitum dixit Alfenus in l. ſi ex plagiş.52 §.in cliuo, ff. ad leg. Aquil. pro eo quod vulgus factum ipſum interpretatur. Accurſius ibid. Ius, ait, in cauſa poſitū, hoc eſt, vt is teneatur, qui cauſam mortis præbuit, Prat.

CAVSAM dicere, eſt litigare. Cauſam agere dicitur orator & aduocatus. Varr.lib.4.ling.

OB CAVSAM dari dicitur, quod datum ob aliquem finem eſt, qui propter donationem illam ſequatur. Vult. in comment. Inſtitut.de actionib.§.16.n.27.

CAVSAM in vinculis dicere, apud Papin.l.1.ff de cuſtod.reor. ſignificat, vt carceratus ſuas defenſiones proponat, dum criminis quæſtio peragitur. Prat ex Bud. Spieg.

In eadem CAVSA eſſe, formula frequens ICtis, qua ſignificatur idem juris eſſe in vtraque ſpecie, vtriuſque eandem eſſe conditionem. Prat.

CAVSARVM figuræ in l.1. in princ. ff.de oblig.& actio. varie explicantur ab Accurſio in d.l.1, Bart. obligationes ex quaſi contractu interpretatur, cujus ſententiam, quidam ex nouiſſimis Lexicographis probare videtur, Tacit. auctore. Alij pro negotio quovis accipiunt. Prat.

CAVSA juris apud Papin.l.cum pater 77.§ fidei ſuæ, ff.de leg.2, vt quibuſdam (Briſſonio quoque) placet, ſignificat diſpoſitionem & voluntatem juris, & teſtatoris. Equidem cauſam à voluntate ſeparari putem, & cauſam ibidem ſumi pro occaſione ad ita fideicommittendum. Prat.

CAVSA legati apud Iulianum in leg.quæſitum, 9 §.duobus, ff.de leg.1.jus ipſum legati ſignificat. Briſſonio legatum ipſum.

CAVSA nouationis in l.4.in fin.de vſur. ſignificat jus, conditionem, & naturam nouationis. Prat Briſſonio nouationem.

CAVSA obligationum in l quamvis, 40. ff. ad SCtum Treb. Accurſio ſignificat ipſas obligationes, vt & Briſſonio. Ego conuentionem & contractum obligationum cauſam eſſe putem. Sic accipitur in l.ex prætorio, ff de diuerſ.regul. jur.Prat.

CAVSA ordinis in l l.ex conſenſu, § fin.ff.de appel. pro ipſomet ordine ponitur, vt Briſſonio placet. Prat.

CAVSA pecuniæ, in leg Publia.§.fin ff.depoſiti. pro pecunia ipſa, vel pro obligatione ipſa. quibuſdam accipi videtur. Prat.

CAVSA perpetua. Vide infra, Cauſam perpetuam habere.

CAVSA juſta ſæpiſſime jure ciuili & pontificio, quæ juris auctores judiceſve mouet, vel quæ jus tribuit, quave dominium acquiritur. Ad primum referuntur bellum, litigium, peregrinatio, paupertas, temporis qualitas. Ad alterum emptio, permutatio, donatio: vtrumque ſignificatum negotia, & res aperient: pro ſecundo eſt text.l.nunquam nuda, ff.de acquit. rer. domin. Prat.

CAVSA principalis, id eſt, proprietatis, l.1.C.Th.vnde vi quæ & negotium principale, l.7.in fin.C.ad legem Iul.de vi. Caſſiod. 4.var. Si in cauſa momentaria, vel principali juſtitiam adeſſe cognoſcet. Vide Cuiac.5.obſeru.29. in fin. Gothofr. ad l.10.C. de judic.

CAVSAM poſſeſſionis in l.1. C.per quas perſonas nobis acquir. in varias ſignificationes tulere varij. Accurſius ibidem ſignificare ait dominium, vel vſucapiendi conditionem. Quod & Baldus refert. Bart. ad d.l.1. pro poſſeſſione ipſa accepiſſe viſus eſt: quæ acceptio juuari videtur Pauli reſponſo l.1.§.per procuratorem. ff. de acquirenda poſſeſſione. Hanc expoſitionem

nem probant quidem ex recentioribus, vt Briſſonius. Baldus tamen reiicit, ſubiiciens Nicolaum Matarellium pro reipſa quæ poſſideri poteſt, ſumere. Bartoli ſententia iuuatur etiam ex diui Seueri conſtitutione, l. 1. C. de acquirenda poſſeſſione: quæ explicatur à Iuſtiniano in §. ex his itaque Inſtit. per quas perſonas. Prat.

CAVSAM tamen poſſeſſionis emptionem eſſe didici ex Iuliano l. non ſolum. 33. §. quod vulgo. ff. de vſurp. & vſucap. Titulus itaque (vt ſic loquar) eſt poſſeſſionis cauſa. vide infra poſſeſſionis cauſa. Poſſeſſionis igitur cauſam pro re & negotio interpretabimur.

CAVSA poſſeſſionis in c. 1. & tot. tit. extr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & ipſa lis, quæ de poſſeſſione ventilatur coram iudice: eodem ſenſu accipitur ibidem Cauſa proprietatis. Prat.

CAVSAM propriam eam eſſe Vlpian. ait in l. 1. §. in propria. 8. ff. quand. appell. ſit. cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. Hotom.

CAVSA proprietatis, in l. etiam ſi, 6. C. de donat. inter vir. & vxo. id eſt, dominium.

CAVSAM teſtamenti codicillus adpellare videtur Vlp. l. prima, .hoc interdictum. de tabul. exhibend. Apud Papin. in l. cum. ſes, 19. §. hæres. ff. de adminiſt. tut. pro iure, conditione, & ſpecie teſtamenti accipiendum id verbum putem. Sic accipiendum crediderim in l. 1. princ. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, licet ibi accipi poſſet, de his, quæ teſtamento cauta ſunt: & ibidem paulo poſt: Cauſa pro conditione accipi debet, Prat.

CAVSA lucratiua eſt, ex qua accipienti nihil abeſt, veluti in legato & donato, l. 5. ff. de vſucap. Onerosa propter quam quid accipienti abeſt, vt in empto, vendito, locato, conducto, permutato & ſimilibus.

CAVSA indicta damnati (vide ſupra cauſam inauditam) dicuntur, qui cauſa non cognita condemnati ſunt, Budæo in l. 2. ff. de cuſt. reor. vt eſt apud Curtium lib. 8. eo quoque ſenſu dixit Marcianus l. 1. in pr. ff. de requir. reis. Prat.

CAVSA inaudita damnari, quod & æquitas & Senatus apud Tacit. lib. 18. & pontifex maximus cap. 8. extr de cauſ. poſſeſſ. & propiet. vetant. Vide quæ hac de re ſcripſi ad leges Draconis. lib. 1. Veter. Iuriſprudentiæ. Prat. Vide ſupra cauſam inaudità.

CAVSAM ſubſcribere, in M. Ciceronis Cluentiana ſignificat ſententiæ cauſam adſignare. Budæus ad l. fin. ff. de priuat delict. interpretatur. Video (ait) igitur iudices, animaduertiſſe cenſores in iudices quoſdam, illius conſilij Iuliani, cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent. Prat.

CAVSAM mortis præſtare, in l. Aquil. nihil aliud eſt, quam occidere, ait. Vlp. in l. 9. & 48. ff. ad leg. Aquil. Hotom.

Cum CAVSA ſua res transferri dicitur, id eſt cum ſuo onere, vel quo iure, quaque conditione eſt, l. 67. ff. de contrah. empt. l. 15. C. de diſtract. pign. l. vnic. C. rem alien. gerent. Cum ſua cauſa ſuiſque vitiis, in l. 15. §. 1. ff. de acq. poſſ. l. 1. §. qui autem ff. de vi & vi armat.

CAVSAM, conditionem, demonſtrationem, ipſe verborum conceptio diſtinguit, l. 12. 17. de condit. & demonſtr. & l. 75. §. 1. de legat. 1. l. 2. §. fin. de donat. Briſſ.

In CAVSAM deſcendere apud M. Cicer. lib. 1. epiſt. ad Attic. c. 1. eſt Budæo interprete liti ſe adiungere. Prat.

CAVSÆ formulas varias Budæum conflaſſe, ac congeſſiſſe in forenſibus ſcio, quas prudens prætereo. Vtpote quæ de ſuo maiore ex parte excogitatæ confictæve eſſent. Prat.

CAVSARI, eſt rei geſtæ cauſam ſiue excuſationem afferre. Quintil. Ne cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur. Virgil. in Bucol.

Cauſando noſtros in longum ducis amores.

CAVSARI. N. Marcello eſt dicere & defendere ſe. Cauſari tempeſtatem dixit Vlp. noſter, pro eo, quod dicimus, excuſationem ob tempeſtatis obicem adferre, l. 2. ff. ſi quis caution. Eodem ſenſu accipitur l. generaliter, 24. §. plane ſi forte ff. de fideicommiſſ. Prat.

CAVTELA, à cautus, hæc vox omnino barbara non eſt, vt quidã exiſtimauerunt: vtitur ea Ammian. Marcell. lib. 14. tametſi elegantius captionem dicamus, teſte Alciato. Cautelas iuris ſumma ratione improbat. Budæus. Illis namque imputandum eſt, quod ſanctiſſimum olim iuris ſtudium videmus ab antiquo illo vtroque degeneraſſe. Spieg. Prat.

CAVTELA pro cautione legitur in l. 15. §. vlt. de procuratorib. 14. ff. depoſ. l. 21. ff. de iudic. l. 6. de pign. act. Quod tamen verbum Triboniani magis quam Iuriſconſultorum phraſim ſapit & vereor, ne ab illo ſecundum ius poteſtatis ſuæ, ea quibus id verbum comprehenditur clauſulæ ſint inſertæ. Sic enim ille loquitur, vt apparet ex §. ſi vero aliqua. Inſtit. de ſatiſdationibus. Briſſ.

CAVTELA, id eſt, tacita hypotheca, Authent. ſacramentum. C. quan. muli. tutel. offic.

CAVTELA eſt creditorum vt in omnem euentum fideiuſſores accipiant. Vult. in comment. Inſtit. de fideiuſſor. §. 5. o. 5.

CAVTELA litis, i. cautio iudicio ſiſti, l. 28. §. 3. C. de admin. tut.

CAVTELA, id eſt, obligatio, l. 8. C. de nouat.

CAVTERIA inſtrumenta ſunt inuſtoria, quibus bituminationes, & ferruminationes quæque cõglutinationes concoquuntur, & de his intellexit Iureconſ. in l. pictores. ff. de fund. inſtruc. quamvis apud eum cautoria mendoſe legatur. Cauteriis etiam vtuntur in remediis medici, quibus morbi alioquin inſanabiles inuruntur. Hinc illud notum diui Hieron. Prouerbium. Putridæ carnes ferro curantur & cauterio. Inde cauteriata conſcientia à Paulo Apoſtolo, in Epiſt. ad Timoth. 4. c. dicitur, quaſi cauterio notata: qualem in his cernimus, quos hypocritas nominamus. Cauteres etiam à Palladio nominantur, eoſque habendos eſſe in inſtrumento ruſtico præcipit. Cauteriis igitur vtuntur pictores, ad inurendam picturam: quæ encauſtice appellatur. καυσὸς enim Græci vſtum nuncupant. Plin. lib. natur. hiſtor. 35. c. 11. vbi etiam quærit, quis primus pingere ac picturam inurere excogitauerit, &c. 35. & de hac pictura intellexit Ouid. illo hemiſtichio, Tabulaſque coloribus vris. Opus quoque ita pictum, encauſtum dicitur. Martial Epigr. & Epigr. 117.

Encauſtus Phaeton tabula tibi pictus in hac eſt.

Plin. Figulinum opus encauſto pinxit. Hoc autem genus picturæ primus Nicia in vſu habuit, hinc vulgus, atramentum librarium hodie encauſtum appellat.

CAVTERIA apud Marcianum l. item pictoris, 17. ff. de inſtru. inſtrument. legat. dicta ſunt pictoris inſtrumenta, quibus bituminationes & ferruminationes quæque conglutinationes concoquuntur, maxime in ea pictura quæ ἐγκαυστικὴ adpellatur. ἐγκαυστικὴ enim pingendi ratio eſt, quæ inuſtaria dicitur. Prateius. Turneb. lib aduerſ. 8 c. 9. Cauteria eſſe ſcribit, quibus pictores olim ceris pingentes picturam tabularum inurerent: vel quibus Encauſtica pictura ad colores ceris inurendos vtebantur. Briſſ.

CAVTI dicuntur, qui vident ne à recto dilabantur, neve ab aliis decipiantur. Itaque duplex dolus habetur: & bonus qui cautorum eſt, quo fraudem malaſque artes repellant: & malus, per quem ad iniqua, captioſaque, qui peruerſo ſunt ingenio, impelluntur. Prior prudentiæ comes, ſequitur iuſtitiam: poſterior ſubdolorum eſt, atque fallacium, fraudis fabriles, ad ſuas tantum vtilitates omnia referens, id eſt, omnem ciuilis ſocietatis conſeruandæ rationem euertens. Ex Pontano. Spieg. Vide infra Cautus, Cauta.

CAVTIONIS appellatione nuda repromiſſio ſignificatur. l. 5. C. de verb. ſign. l. 49. ff. ſol. matrim. l. 5. §. ſi codicem. ff. commod. l. 134. §. idem reſpondit. ff. de verb. oblig. Hoc, niſi adiunctum verbum vel rei conditio ac qualitas aliud poſtulet. Nam cum dicitur cauendum idonee vel recte, vel ſatiſdato, vel cum ſatiſdatione fideiuſſoribus vel pignoribus cauendum eſt. l. 1. §. cauere. & §. iubet. ff. de coll. bon. l. 35. §. deſiderare. ff. de procurator. l. 12. § ſi hæres rogatus. ff de legat. lib. 3. l. 31. ff. ad legem Falcid l. 8. C de vſuf. legat. l. 21. ff. de rei vindic. l. 8. & l. 5. C. de magiſtr. conuent. Itaque in conſtitutione diui Marci, qua libertorum bona addici iubentur ei, qui idonee creditoribus cauerit de ſolido cuique ſoluendo. l. 2. ff. de fideic. liber. Inſt. de eo cui liber. cauſa bona add. in pr. Idonee ait Vlt. eſt vtique ſatiſdatio vel pignoribus datis. Sed etſi ei promittenti fides habita ſit ſine ſatiſdatione, idonee cautum videbitur. l. 4. §. addici. ff. de fideic. lib. Briſſ. Duo igitur cautionum ſunt genera, quia pro eo, quod debemus creditoribus noſtris, idonee caueri ſolet. Nam aut reis cauetur, id eſt, fideiuſſoribus, aut pignorib. l. 1. §. iubet. de collat. bon. l. 4. §. addici, de fideic. libert. interdum vtriuſque ſimul. Vult. cõment. Inſt. de fideiuſſ. ad princ. num. 1. & ad tit. quib. alien. lic. §. 1. num 5. Fideiuſſores appellamus appromiſſores, qui pro eo, qui aliquid debet, ideo promittunt, & fide ſua eſſe iubent verbis, eoque modo pro aliena obligatione ſe reos faciunt. Inſt. de fideiuſſ. Pignus autem res omnis eſt pro debito obligata. §. item Seruiana. Inſtit. de act. Don. de pign & hypothec.

Atque ita idoneam cautionem interpretabimur in l. 50. ff. de men. teſt. vt & in l. 4. §. 1. ff. de adm. rer. ad ciuit. & l. 1. § penult. ff. quor. leg. proinde ſi mandatum adiectum ſit, vt idonea cautio à debitore exigatur, non videbitur conditioni paritum ſi neque fideiuſſor, neque pignora accepta ſint. l. 59 §. vlt. ff. mandat. Briſſ.

CAVTIONIS nomine, vel ἀσφαλείας non eſſe fideiuſſoris dationem interpretandam, ſancit Iuſtinian. in l. 3. C. de verb. ſign. niſi ſpecialiter, vel in Græcis, vel in Latinis verbis ſcriptum fuerit, niſi enim vel generaliter de ſatiſdatione vel fideiuſſione ſpecialiter ſit nominatum, cautione vel ἀσφαλείας minime fideiuſſionem, ſed nudam promiſſionem ſignificari. Hæc Iuſtinianus d. l. ſancimus, 3. C. de verb. ſign. cui addas, niſi aliud retulerit, exegeritve: quod & Baldus Peruſinus rectiſſime animaduertit d. l. quem videas. Prat.

CAVTIONIS tamen verbo promiſſionem contineri putat Alcia. l. qui pecunia. n. 14. ff. ſi cert. petat. Eo etiam verbo ſimplicem confeſſionem ſignificari idem ibidem ſcribit, quod & Albericus docet citans l. Lucius. ff. de manum. teſt. Equidem putem pro promiſſione rem pupilli ſaluam fore accipi. Prat.

Cautionis vocabulo in l. 3. C. de non nume. pecun. quidam intelligunt inſtrumentum privatum vel publicũ, in quo fit mentio receptæ pecuniæ, non tamen numeratæ. Goth. ad d. l. 3.

Cautio, in l. 19. C. ad l. Falcid. id eſt ὁμολογία, confeſſio, vide Gothofr. not. ad l. 25. de probat. & ad l. 19. adde Nou. 2.

Cautio in l. 11. C. de teſtib. id eſt, conſideratio.

Non debitores tantum, ſed & creditores Cavere dicuntur, debere ſibi vel ſe accepiſſe, l. 5 §. vltim. l. 89. & 94 de ſolut. Vnde & Cautio eam denotat ſcripturam, quæ ſolutionis probandæ cauſa debitori à creditore datur. Sic cautiones ſoluti vectigalis. Cautio exoluti fideicommiſſi data ab hærede fideicommiſſariis, l. 25. de probat. quam ibidem Emiſſam manum vocat Briſſ. vide §. ſeq. circa fin.

Cautio in l. ita autem §. Iulianus. (alias eſt lex, in vulg. cod. in l. quidam decedens) de admin. tutor. ſignificat formulam & verborum conceptionem, G. Budæo interprete in l. ſciente. ad l. Pompeiam de parricid. vel juſſum teſtatoris. Prat.

Cautio, quæ Græcis ἀσφάλεια dicitur, vulgo ſecuritas, quo ſenſu accipimus apud Pomponium leg. plus cautionis. 25. ff. de diverſis regul. jur. antiq. Plus ait cautionis eſt in re, quam in perſona. vbi Accurſius & P. Decius interpretantur cautionem, ſecuritatem. Hanc Iuſtinianus Nouell. conſtit. 17. §. ἔτι δὲ adpellat ἀσφάλειαν, vetus Interpres vertit cautelam. hoc verbo vſi ſunt Vlp. l. ſi defunctus. 25. in fin. ff. de procurator. & l. ſi debitori. ff. de Iudic. Gaius l. ſi plures, 14. ff. depoſiti. & Pomponius l. quamuis 6. de pignor. actio. verum cautelam pro cautione à Triboniano, & collegis repoſitam quidam exiſtimant (ita Briſſ. in Lexico) quod & mihi veriſimile ſemper viſum eſt. Veterum enim iuris auctorum ſcripta immutaſſe, & truncaſſe eo conſtat, vt docui in libris Mediæ Iuriſprudentiæ. Prat.

Cautio generaliter omnis ſcriptura appellatur, qua cui perſpicitur, ſiue obligationis, ſiue liberationis probandæ cauſa emittatur pro chirographo, l. 40. ſi cert. pet. l. pen. §. vlt. ad l. Falcid. l. 27. depoſ. l. 15 §. quod dicitur & l. 20 ff. de pign. l. 47. de pact. l. 10. §. vlt. de edend. Briſſ.

Cautio, ſcriptura qua ſe debitor creditori debere cavet. l. 40. de reb. cred. Briſſ.

Cautio, pro tabulis in quibus contractum negotium perſcriptum eſt. Paulus in l. lecta, 40. ff. ſi cert. pet. Lecta eſt in auditorio Papiniani cautio huiuſmodi: Lucius Titius, &c. Cicero Verrina III. Etenim qua ſtultitia fuiſſem, ſi quam diem qui iſtum excipiendum redemerunt, in cautione viderunt, cum ita caveret, ſi poſt kal. Ianuar. in conſilium iretur: in eam diem ego, cum potuiſſem vitare, incidiſſem. Item pro Domo. Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum, &c. Seneca libro de Benef. vii. Video iſthic diplomata & ſyngraphas & cautiones, vana habendi ſimulachra. Hinc Vlp. in l. 5. §. 6. ff. commod. Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographum debitorem tuum cavere juſſeris, &c. Et in l. in commod. 17. §. 3. ff. eod. l. 4. ff. quæ res pign. oblig. poſſ. l. 3. ff. famil. erciſc. l. 2. C. de non numer. pecun. l. pen. §. vlt. ff. ad l. Falc. Cavetur ergo creditoribus illo modo: cavetur præterea pignoribus, vt l. vlt. §. ſi legatarius. ff. quor. legat. l. 18. §. pen. ff. de pign. act. Cavetur etiam prædibus & prædiis, i. fideiuſſoribus & hypothecis, vt apud Ciceronem Verrina III. Prædibus & prædiis populo cautum eſt. Et apud Liuium libro XXII. Animaduertendum eſt autem, eum cui fideiuſſores dantur, dici proprie cavere. Vnde illud Ciceronis in Bruto, At vero tibi ego Brute non ſoluam, niſi prius à te cavero, amplius eo nomine neminem petiturum. Vlpianus l. ſi rem. 9. §. 3. ff. de pign. act. Satisfactum autem accipimus, quemadmodum voluit creditor: ſiue aliis pignoribus ſibi cavere voluit, &c. Sic Caius l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Satiſdare dicimur aduerſario noſtro, qui pro eo qui à nobis petiit, ita cavit, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus. Atque hæc quidem propria ſignificatio eſt.

Cautiones verbo Inſtrumenta, tabulas, ſyngraphas, & chirographa contineri ſubiecta legum capita demunſtrant, l. ſi quæ ſunt. 5. ff. fam. erciſc. l. lecta. 40. ff. ſi cert. pet. l. pen. §. fin. ff. ad l. Falc. l. Lucius. 27. ff. depoſ. l. cum conuenit. 10. ff. de pignor. & alibi ſæpiſſime, vt in l. emptor. 47. §. Lucius de pact. Sic χείρογραφον, Lucæ 16. Chartulam liberationis, ineptis Quietantiam ſonat. Eraſmus vertit cautionem. Prat.

Cautionem emittere, l. 7. C. de præd. & aliis reb. minor.

Cautionem cavere. l. 6. ff. cui ratum haber.

Cautionem exponere, pro chirographum conſcribere, chirographo cavere l. 25. §. vlt. ff. de probat. l. 8. C. de non numer. pec. & cautionem Interponere l. 2. c. eo. tit. Briſſ.

Cautionem exigere, deſiderare, offerre, dare, interponere, præſtare, remittere. Briſſ.

In Cautionem per errorẽ deducere. l. 15. C. de fidejuſſ. & mand.

Cautionas, id eſt, inſtrumenta cautionum, l. 28. §. 4. C. de adminiſtr. tut. vel curat. Briſſ.

Cautionis appellatione Inſtrumentum ſignificari apud Scævolam in d. l. emptor. in prin. cenſuit ibidem Accurſius. Equidem pro nuda permiſſione accipiendum putem, vt late docui lib. 2. Enucleationum, [illegible] c. 1. Prat.

Cautionem apud Marcellum, l. Titius, 24. ff. de pecun. conſtit. Epiſtolam, ſignificare liquet. Briſſ.

Cautionem actionem intelligi quidã putant in l. 1. §. ſi quis purganti. ff. de cloacis. Tu verumne ſit quod dicunt expende. Prat.

Cautionem pro dilatione accipit Accurſius in §. ſi vero cauſam in auth. de litig. conſt. 112. ſed inepte. Inciderat Accurſius in deprauata exemplaria & *cautione* pro *vocatione* legerat. nam in ea conſtitutione Græcè a Iuſtinian. ſcripta ita eſt, *μετὰ ἐγγύης κλήσεως*, &c. Prat.

Cautio in Conſtitutione Honorij, & Arcadij in l. quoniam 13. C. Th. de fide teſt. tranſcripta in leg. quoniam liber. 10. C. de teſtibus, accipitur pro prouidentia, vel prouiſione, vt interpretatur ibidem Accurſius, & id recte. Prat.

Cautionem exponere, vel cautelam, l. 41. § vlt. de adm. tut. l. vlt. §. 1. C eod tit. l 2. C. de conueo. fiſc. debit. §. ſin autem. Inſtit. ſatiſdat. l. vlt. c. de leg. Briſſon.

Cautionem extorquere apud Vlp. l. idem ſi cum exceptione. §. pro eo autem. ff. quod met. cauſ. eſt compelli à judice, vt caveatur ſatiſdatione, aut pignorib. vide ibi interpp. Prat.

Cautio arrogatorum, qui arrogator ſtipulatur ſeruo publico quod reſtituat arrogati, quæ ab eo habuit, vel eis ad quos peruentura ſint, & quod dabit ei quartam partem de bonis ſuis, ſi eum ſine cauſa mancipauerit ſeu exhæredauerit. Oldend.

Cautio qua cavetur ei, cui reſtitutio fieri debet, per hanc rogatus reſtituere bona alicujus, ſi ſine liberis deceſſerit, quidquid poſt mortem de hæreditate extabit, cogitur cavere illi, cui debet fieri reſtitutio, quod ſeruabit ei quartam partem. Oldend. Adde Brechæum l. cautum. ff. de verb. ſign.

Cautio Burgenſis, vt Galli dicunt, id eſt ſufficiens, competens, l. 21. ff. de judic. Gothof ad l. 3. c. de verb. ſignif.

Cautio creditæ pecuniæ dicitur nonnunquam, planioris intelligentiæ cauſa, l. 14. ff. de minor. l. 29. ff. de oblig. & act. Briſſ.

Cautio de damno infecto eſt, quæ præſtatur, cum tua domus ruinoſa ruinam minatur domui meæ: vel etiam præſtatur ſecundum quoſdam, cum timeo, vt ne aliquis mihi inſidietur, quia poſſum agere vt mihi præſtet cautionem, ne me offendat. Oldendorpius.

Cautio debita in l. 1. c. de tut. illuſtr. perſon. Prat.

Cautio de dolo, qua dolus abeſſe promittitur. Hujus cautionis meminit Pomponius l. 5. in prin. ff. de verbor. oblig. & leg. nouiſſima. ff. judic. ſolui Dinus Ambroſ. lib. 3. cap. 10. diu. officior. honeſtatis formulam vocat. Prat.

Cautio de dolo erat (vt opinor) Aquiliana illa formula tantopere à Cicerone celebrata: quam euerriculum malitiarum omnium appellat: nam actionis nomine formulam Cicero ſignificat. Locum autem habebat, cum petita judicio res eſſet, verereturque petitor, ne quid dolo malo poſſeſſor interea committeret: itaque apud Iudicem poſtulabat ab eo vt ſibi repromitteret, ſe nihil in ea re dolo malo facturum: hoc modo, Spondes ab ea re qua de agitur, dolum malum abeſſe, abfuturum eſſe? Hot.

Cautio dotalis, l. vlt. §. filiæ de legat. lib. 2. Et cautio pollicitationis l. 9. §. ſed ex facto, ff. quod met. cauſ. & Cautio de ſoluendo interpoſita l. 11. ff. de exceptio. Cautio depoſitionis, l. vlt. §. 1. ff. vt legat. ſeu fideic. ſed & Cautio ſolutæ pecuniæ in l. 2. C. qui accuſ. poſſ. pro apochis. Et cautiones ſoluti vectigalis. l. 31. §. 1. ff. de adminiſt. tut. Briſſ.

Cautio de euictione dicitur, quando ſecuritas ſeruanda vel præſtita emptori à venditore fit ea conditione, vt ſi ab eo euincatur, venditor ei reſtituat æſtimationem rei in duplum vel in ſimplum, prout inter eos prius conuentum eſt. Old.

Cautio fœneratitia apud Iuſtinianum in l. ſancimus. 23. C. de adminiſtr. qua fœnus aliquod promittitur. Textum illum expende. Prat.

Cautio quæ propter leg. Falcidiam interponitur, fideiuſſorum habet præſtationem l 3. §. 1. ff ſi cui plus quam per leg. Falc. Prætoriæ quoque cautionales ſtipulationes, perſonas deſiderant pro ſe interuenientium, l. 7. ff. de prætor. ſtipulat. Briſſ. Exprimitur etiam nonnunquam cautionis genus. Sic Cavere per fidejuſſores in l. 25. §. vlt. ff. de recept. qui arbitr. Cavere pignoribus. vlt. §. ſi legatarius, ff. quor. leg. Alioquin cautum intelligitur ſola repromiſſione abſque ſatiſdatione vel pignoribus. Sic cautum & ſatiſdatum, cautio & ſatiſdatio ſæpiſſimo ſeparantur. l. 1. ff. de ripa mun. l. 5. & l. penult. ff. de pet. her. l. 57. ff. de rei vindic. Nuda cautio aduerſa fit ſatiſdationi in l. 2. §. ſed verum ff de judic. & Cautionem nudam promiſſionem interpretatur l. 61. §. id quod facere, ff. pro ſoc. Cui ſi juriſiurandi religio acceſſerit, Iuratoria cautio appellatur, l. vnic. cod. vt omnes jud. l. penult. de dignitatibus, lib. 12. c. l. vlt. de princip. ag. in rebus cod. l. penult. cod. de teſtib. l. 12. de proxim. ſac. ſcrin. lib. 12. l. 1. § ſuper peculio. c. de adſert. toll. Græcè *ἐξωμοσία* & *ὁμολογία* in Nou. 53. Conſtant. lib. 1. epit. tit. 5. *τὴν μεθ' ὅρκου ἀσφάλειαν* vocat Briſſ. Quando ſufficiat repromiſſio, quando pignus, aut fidejuſſio, patet ex l. liberationis & l. ſatiſdationis de verb. ſign. vide omnino Goedd. ad has ll.

Cautio fidejuſſoria eſt, quando interuenit fidejuſſor principali obliga-

obligationi,& dicitur ſatiſdatio, & hæ numero ſunt multę,vt de lite proſequenda, judicio ſiſti, judicatum ſolui, & de rato.

Cavtio fidei propriæ interuentu dicitur, quæ fit per fidem præſtitam ſine ſolennitate juramenti. Old.

cavtio qua hæres cauet ipſi legatario,cum hæres dat fideiuſſores legatario de legato præſtando. Old.

cavtio idonea requirit fideiuſſores, vel pignora.l. ſi mandato Titij.§.vlt vbi eſt caſus,ff de mandati.& in ſing.quæſtione conſuluit Bald.conſ.162.caſus ſuper quo.in 3.col.in 2.lib. Fallit tamen,vbi eſſemus in aliqua materia,in qua non requireretur alia cautio:quia licet dictum ſit idonea cautio,non tamen requiruntur fideiuſſores, ratione ſubiectæ materiæ. ita ſing. D.Ant. de Butr. in c.vlt. de reſt.ſpol.refert, & ſimpliciter ſequitur D.Alex. conſil. 33.viſo proceſſu col.4. verſic.circa etiam lib.4.& Dec.in c.qua fronte. in vlt.ver. de appell. & eſt mirabilis limitatio, ſecundum Dom. Iaſ. in l.3,in 2.col. verſ. 1.mirabiliter,C.de verb.ſignif.vbi tamen dicit,quod ſibi non placeat: & eam reprobat Io Sadol.in l.1.ff.qui ſatiſd.cog. Et licet ipſi non dicant eam reprobat D.Alex. in l.diuortio.§. pen.in 2.col.in 5.fal.ff.ſol.matr.vbi dicit quod D.Ant.in hoc loquutus eſt ſine lege.Cotta.

cavtio indemnitatis, quæ pro indemnitate præſtatur apud Papin.l.liberto.31.§.1.ff.de negot geſt.& alibi.Prat.Briſſ.

cavtio judicialis,quæ à mero judicis officio proficiſcitur,ita diffinit Pomponius,l.5.§.de verb.oblig. Alciatus ibidem videtur aliter diffiniſſe. vt ſit, quæ coram magiſtratibus interponitur, Prat. Adde Ferretum de diuiſione ſtipulationum. Vide infra Cautiones judiciales.

cavtio judiciaria à Prætore fuit introducta, hac forma: Qui non poſſideret immobilia bona, is cogebatur ſatiſdare, hoc eſt fideiuſſoribus idoneis cauere, ſe permanſurum in judicio vſque in finem litis. Quæ cautio, judicio ſiſti, vocatur. Old.

cavtionis judiciariæ cauſa materialis (obiectiua) eſt malitia ſeu leuitas hominum, qui ſæpe ludere ſolent, ac perpetam deſerere ſacroſanctam judicij cenſuram,ſimul etiam aduerſarium fruſtrari.Itaque ex delicto proficiſcitur.Nam ſuadebat publica vtilitas, vt aliquo cautionis veluti repagulo conſtricti, adeſſent rei conuenti. Old.

cavtionem judicatum ſolui petit actor à reo conuento, nec hodie poteſt exigi, quam ab eo qui alieno nomine cauſam defendit: nam olim qui conueniebatur ſuo vel alieno nomine, Is ex legitima cauſa ſuſpicionis cauebat judicatum ſolui. l,qui proprio nomine in princ. & §.in alium. C.de Proc. Inſtit.de ſatiſd.l.ſi vero, & l.1.C.eod.tit.Spieg.

cavtiones judiciales ideo dici putant Dd.ſed falſo,quaſi jure ciuili eſſent introductæ: Prætorias vero,quod à prætore traxiſſent originem. Quo, teſte Oldend. nihil abſurdius. Nam judiciales recenſentur velut Species prætoriarum in l.1.in pr.ff.de præt.ſtip. Erroris cauſam ipſe demonſtrat Spieg.

cavtio judicio ſiſti, vocatur, ſi quis non poſſideat immobilia bona, vt is cogatur ſatiſdare, hoc eſt, fidejuſſoribus idoneis cauere, ſe permanſurum in judicio vſque in finem litis. Vide Siſtere Spieg.

cavtio judicio ſiſti, pro perſonarum qualitate aliter atque aliter vſurpari ſolet: ad ipſam perſonam refertur conuentam, quod judicium non ſit ſubterfugitura, ſed in eo permanſura, donec ſententia judicis finem acceperit,vel lis alias terminata fuerit. Vult.in comment.Inſtit.de ſatiſd.num 16.

cavtionem juratoriam alias adjuratoriam (cujus forenſis vſus frequentiſſimus eſt) diffinit Iuſtinianus § ſed hodie Inſtit.de ſatiſdat.promiſſionem ſine fideiuſſoribus ſolo interpoſito jureiurando,fore,vt reus in judicio vſque ad litis exitum permaneat.Græcis appellatur ἐξωμοσία vt refert Theophilus, vel(vt ex Iuſtiniano liquet Nou.53.εἰ δὲ καί τινες) διωμοσία,air. n.εἰ δὲ καί τινες διωμόσαντο. &c.quod ita vertit Iulianus Patritius, Si qui jurati promiſerint. Judicialia hæc eſſe nomina ſcribit Iulius Pollux lib. 8. Onomaſt.c.2. περὶ δικαστικῶν ὀνομάτων.in hæc verba,διωμοσία δὲ ὁ παρ' ἑκατέρων ὅρκος,ἐξωμοσία δὲ οἷον τις ἢ πρεσβεύειν αἱρεθῇ ἐπ' ἄλλην τινὰ δημοσίαν ὑπηρεσίαν ἀρρωστεῖν ἢ ἀδυνατεῖν φάσκων ἐξομνύηται αὐτὸς ἢ δι' ἑτέρου. Iuratoriæ cautionis meminit Leo Imp.l.vnic.C.vt omnes iudic & l.12. C.de prox.ſacr.& Zeno l.pen.de dignit.lib.12.C.qua quis ſuę fidei committitur,vt idem ait,qui in l.fin.C.de princ.agen.in rebus lib.12. Adjuratoriam cautionem adpellat De cautione juratoria accipienda eſt l.penult.C.de teſt. jubens ſacramento committi Prat.

cavtionis Iuratoriæ tria ſunt capita Primum eſt quod quis jure, ſe fidejuſſores habere non poſſe. Secundum, quod arbitrio viri boni re vſuſructuaria ſit vſurus Et tertium, quod, finito vſufructu,rem vſufructuariam ſit reſtituturus.argumento gloſſæ in l.1. in verbo fidejuſſorib. ff.qui ſatiſdare cogantur,& in l.1.§. ſuper penult C. de aſſertione tollenda. Vult. in Comment.Inſtit.de vſuſr.§.2.n 7.

cavtio judicatũ ſolui eſt, quæ datur pro litis æſtimatione in caſum, quo ea res judicetur, vel non defendatur, cujus eſſe ſolennes ſtipulationes,ait Iuſtinian. Iuſtitut. de Satiſdationibus.Huius autem cautionis clauſulæ ſunt tres, atque ita quaſi tres ſtipulationes: Vna de judicato ſoluendo: Altera de re defendenda: Tertia de dolo malo l.iudicatum 6. ff.Iudicat. ſolui.Quæ tres clauſulæ vna illa appellatione, iudicatum ſolui, continentur. Clauſula enim de judicato ſoluendo inter eas eſt præcipua, adeo, vt ea ſublata euaneſcant etiam cæteræ:vt propter quam cæteræ Interponantur, nempe vt res iudicari poſſit, vt oſtendit Cuiac.lib 10.c. 20.per l ſi acceptum 29. ff. de accepti.& l.cum quærebatur,13.§.pen.ff. Iudic. ſol. in quo c.cautionis formulam ex legibus addidit,eamque refert. Vult. in Comment.Inſt.de Satiſdat.n 18

Cavtio qua legatarius cauet hæredi, eſt illa, qua legatarius ſatiſdat hæredi, vt ſi Falcidia locum habeat, quod amplius nomine legati receperit, quam ratio legis Falcidiæ patitur,id hæredi reſtituat.Old.

cavtio minor, in l.8.C.de nouat. in quibuſdam manuſcriptis Codicibus legitur iunior, quam lectionem probat Cuiac 19. obſerua,39.confirmatque ex lege 56.ff. de adminiſtr. tut. vide Gothofr.ad.l.8. C.de nouat.

cavtio Mutiana eſt, qua legatarius, cui quid ſub conditione non faciendi legatum eſt, id ſe nunquam facturum promittit, à Q.Mutio Iuriſconſult. inſtituta Cum enim de illius conditionis euentu nunquam ante legatarij mortem conſtare poſſet: ac propterea ipſe teſtatoris beneficio per totum vitæ ſuæ tempus carere cogeretur: neceſſario Q Mutius eam cautionem in vſum induxit. Quo verbo quamvis nuda promiſſio vulgo contineatur.l.1.ff. qui ſatiſdat. cog. videtur tamen etiam ſatiſdatio in hoc genere intelligenda eſſe: partim quia in l.hoc genus.106. & leg.cum ſub hac, 67.ff.de condit.& demonſtr. ſatiſdatio diſerte appellatur: partim quia in legatis grauioribus, probabile eſt fideiuſſionem interpoſitam fuiſſe. Itaque Iuſtinianus Nouell. XXII. vbi copioſe de hac Mutiana cautione loquitur, interdum etiam iuſiurandum & hypothecam exquirit. Illius autem ea vis eſt, vt ſtipulatione commiſſa qui contra fecerit, vel rem cum fructibus, vel quanti ea res eſt, reſtituat.l.cum ſub hac, 67.l.hæres, 79.§.2 ff.eod.Etſi autem de legatis à Mutio concepta ſit, ad hæreditates tamen transferri poteſt.Itaque Vlpianus, in l.7.ff.eod. Mutianæ, inquit, cautionis vtilitas conſiſtit in conditionibus, quæ in non faciendo ſunt conceptę:vt puta,ſi in Capitolium non aſcenderit: Si Stichum non manumiſerit: nec ſolum in legatis placuit, verum in hæreditatibus quoque idem remedium admiſſum eſt Hot. Huic cautioni quando locus non ſit, docet Papinianus l.ania.77.§.1.ff.eod. De hac Iuſtin. in nou. 22.§. τὸ δὲ ἐφεξῆς,& alibi ſæpe. vide de hac cautione Bart. & alios in leg. Mutianæ, ff. de condit.& demonſtr.

cavtionem moratoriam apud Papinianum Leum poſſeſſor.§. fin.ff.de cenſibus, eo ſenſu accipiendam puto, quo moratoria præſcriptio apud Diocletianum, & Maxim.in l. 2. C. de precibus Imp.offerend Galli literas quinquennales vocant, aut anni dilationem,quas in tributis & cenſibus admitti vetat d.§.fin De his quinquennalibus vide Cinum,Baldum & alios in d.l.2 incip.quoties.Guid.Papam in quæſt.97.& 109.Prat.

cavtio non numeratæ pecuniæ dicitur chirographum debitoris,quo ſibi creditam pecuniam ſcribit, quæ tamen oumerata non fuit l.2.de caut.& non numerat. pecun. C. Greg.& l. 3.3.4.8.C.de non nu.pec. Huc pertinet titulus C.de dot.caut. & non nu pecun.Prat.

cavtionem nudam accipere debemus in l. 2. §.ſed ſi dubitetur, ff.de iudic.ſimplicem promiſſionem per l. ſancimus.C.de verbor.ſignif.quæve ſine ſatiſdatione fit.de §.ſed ſi dubitetur. Quando autem huic locus ſit,gloſſa in l.pen. ff. de hæreditat. pet.& Aleiat.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum in fi.ff.de verbor.oblig.docent.Prat.

cavtio nuda & idonea inter ſe differunt, vide Gothofr. ad l.3. C.de verb.ſignif.

cavtio nudo pacto, cum quis tantum fidei de me habet, vt nuda promiſſione ſit contentus.Prat.

cavtio de opere moliendo, quam præſtat ille quandoque cui nunciatur opus nouum, ſcilicet, quod ipſum opus demolitatur, ſi conſtiterit eum iniuſte ædificaſſe.Old.

cavtio pignoris in duobus conſiſtit,Vno vt creditori eam rem liceat tenere donec pecunia ſoluatur:ſic enim fiet, vt dum habebit, quod pro eo retineat, & cui incumbat certus ſit ſibi creditum perire non poſſe.Altero vt etiam ad extremum pignus diſtrahere liceat,vnde ei ſatisfiat, neque enim rem in ſolutum retinere poteſt, alioquin non daretur pignoris loco ſed ſolutionis.Vult.in comment.Inſtit.de act.§.6.n.22.

cavtiones prætoriæ. Omnes cautiones quoniam aliquam formam à Prætore acceperunt, vno nomine appellantur Prætoriæ.Old.Vnde Vlpianus in l.in Conuentionalibus, in prin. ff.de verb.oblig enimuero, inquit, Prætorię ſtipulationes legem accipiunt ex mente Pretoris, qui eas propoſuit.Et generaliter quicquid in iudiciis tractabatur,Pretorium dictum eſt. Vide Pretoris cognitio.Spieg.

cavtio de rato,eſt cum defenſor alterius promittit dominum

ratum habiturum id quod ſuo nomine egerit: ne ſi forte judicio vinceretur, reverſus dominus rem qua de actum eſt, ſuam eſſe peteret. l. ſeruum, 33. in fin. ff. de procurat. Hot.

CAVTIO rati danda eſt, cum de mandato dubitatur. C. de proc. l. 1. & dicitur illa ſecuritas, quæ requiritur à procuratore actoris pro domino, cujus nomine agit, quod ratum habebit omne illud, quod in judicio per illum factum fuerit. Unde cavere de rato, vel ſatiſdare eſt procuratorem actoris promittere, velle perſeverare vſque ad finem litis. Old.

CAVTIONEM rem ratam haberi, petunt mutuo à ſeſe actor à defenſore rei, & reus à poſtulatore actoris, ſcilicet cum non ſatis conſtat de mandato. Nam hoc caſu qui alieno nomine infert alicui litem, vel ſuſcepit, is debet cavere dominum rem ratam habiturum, hoc eſt comprobaturum ea quæ procurator fecerit: nec reclamaturum expreſſe, vel tacite. §. ſin autem per procuratorem. Inſtit. de Satiſdat. l. Paulus reſpondit. Rem rat. habere. Spieg.

CAVTIO rē ratam haberi, vel de rato eſt ea, qua de procuratore actoris ſtipulatur reus ante litem conteſtatam, itemque actor vel procurator ejus nonnunquam de defenſore rei, quod is, cujus nomine actionem ſuſcipit, & de cujus mandato non conſtat, ratam habiturus ſit litem, & omne quod per eum geſtum fuerit, cujus ſtipulationis forma fuit ejuſmodi. Quod nomine Lucij Titij à me fundus illu petitur, amplius eo nomine neminem petiturum, cujus actio, petitio, perſecutio ſit, & ratum Titium Lucium habiturum, hæredemque ejus, aut eum, ad quem ea res, de qua agitur, pertinebit, quodcunque mecum agetur, aut quanti ea res erit, tantam pecuniam dare ſpondes? Quam formulam prodidit Cujacius in parat. ff. rem ratam haberi. Vult. in Comment. Inſt. de ſatiſdat. num. 17.

CAVTIO ſalvo pudore. Lege, Pudor.

CAVTIO ſubrepta aut corrupta. ad fin. l. Argentarius, ff. de Eden. Cautio extorta, intercepta, Briſſ. ex ff.

CAVTIO ſolita apud Vlp. l. divus Pius 5. ff. de pet. hęred. eſt cum petita hæreditate, aut ſatiſdare debet poſſeſſor de ea re conſervanda: aut eo non ſatiſdante, in petitorem ſatiſdantem transfertur poſſeſſio, vt alteri probandi onus incumbat: neutro ſatiſdante, potior eſt poſſeſſor: quod optime confirmat lex de bonit. §. vlt. ff. de carbon. edict. Prat.

CAVTIO de ſolvendo interpoſita: l. 11. de except. Sic.

CAVTIONES ſoluti vectigalis, l. 32. §. 1. ff. de adminiſtr. & pericl.

CAVTIONES ſolutæ pecuniæ, in l. 5. C. de his qui accuſ. poſſ. pro Apocha. Briſſ.

CAVTIONEM pignori dare l. 10. de pign.

CAVTIONIS onus, vinculum. Briſſ. ex ff.

CAVTIO vſufructuaria fit datis fidejuſſoribus vel pignoribus l. 4 ubi gloſſ. C. h. t. Prout vero vſusfructus duplex eſt, verus nimirum, & quaſi, ita cautio vſufructuaria duplex eſt. Prior eſt ex edicto Prætoris, & pertinet ad vſumfructum verum. Hujus cautionis duo ſunt capita. Unum eſt de vtendo fruendo re, boni viri arbitratu. Alterum eſt de eadem re, quæ in vſumfructum data erat, in ſpecie reſtituenda, & quidem ſi non meliore, ſaltem non deteriore, l. 1. §. cautio & §. habet. ff. vſufructuarius quemadmodum caveat. Poſterior eſt ex Senatuſconſulto, quæ pertinet ad vſumfructum quaſi. Vult. in Comment. Inſtit. de vſufruct. § 5. n. 4.

CAVTIO de vſufructu, in qua de duobus cavetur, ſcilicet, quod vſufructuarius re non male vtatur, & quod etiam vſufructu finito reſtituat, quod ex reipſa ſuperextat. Old.

CAVTIONIS vſufructuariæ, vel de vſufructu, formam, vide in l. 1. in pr. & §. 3. de vſufr. quemadm. caveat.

CAVTIONVM genera recenſet Speculator varijs in locis, quos in indice reperies in verbo, Cautio. eu huc transferre vaniſſimi eſſet operis, ſtudioſiſſimo enim cuique obvia ſunt. Prat.

CAVTVM, vt refert Paulus l. 188. de verb. ſignif. intelligitur, ſive perſonis, ſive rebus cautum ſit, hoc eſt, fidejuſſoribus vel pignoribus datis. Sed hoc reſponſum pugnare videtur cum l. ſancimus. C. eod. Hanc *ἀντινομίαν* non ſatis conciliat A. Alciat. in d. l. habere. §. cautum. Tu rem exactius perſpice. Prat.

CAVTVM intelligitur ſola repromiſſione abſque ſatiſdatione pignoribus. Cautum & ſatiſdatum, cautio & ſatiſdatio ſepiſſime ſeparantur l. 1. ff. de ripa mun. l. 5. & l. pen. ff. de perit. hæred. l. 56. ff. de rei vind. Briſſ. Gœddæ. in comment. de verb. ſignif. ad l. 188. §. 1.

CAVTVM eſſe. Cautum habere, poſtulare, promitti. Briſſ. ex ff.

CAVTIONALES ſtipulationes inſtar actionum habere dixit Vlp. l. 1. ff. de præt. ſtipul. intercedunt autem, vt ſit nova actio. Hujus generis ſunt damni infecti ſtipulatio, rem pupilli ſalvam fore, ac nonnunquam de rato ſtipulatio, dicunturque cautionales, quod tantum cautionales ſint, non etiam judiciales. Duarenus l. 5. §. 1. ff. de verb oblig.

CAVTOR formularum vocatur Jureconſultus ab Anton. lib. Cicer. 1. de orato. Briſſ.

CAVTVS dicitur is qui ſibi & alijs cavere conſulereq; poteſt, ne quid in Civitatis leges moreſque peccetur. At vero Vlp. cautum eſſe dicit tum, cum ſive rebus, id eſt, pignoribus, ſive perſonis, id eſt legitimis atque idoneis fidejuſſoribus, cautum eſt. Brech. l. cautum, ff. de verb. & rer. ſignif. n. 7.

CAVTA quantitas, Dos cauta. Cautum honorarium, cauta chirographa, cauti nummi ſub chirographo dati. Briſſ. ex ff. & C.

C E.

CECTERIA, Theodoſio & Neuterio auctoribus, dicitur fovea rotunda. Prat.

CECTORIA lacunam eſſe ex ſubiectis eorundem verbis ex lib. de limitibus. V. Caſa, quæ per V. nomen habet, fines grandes habens, ſuper ſe finem mittit, vt in calle cum meridiano requiras, qui terminos conſtitutus: & ipſa pedatura pergens per limitem orientalem, qui venit in ſextaneum & pertranſit, ibidem facit quadrifinium, quem locum ſubter ſignificabimus: ab auſtro lapides nativos, quod eſt exſoluri cectoriales in Epirecticum adſignavimus, & in ipſo lapide decisa eſt, & flumen tranſit, & lacunam, quæ eſt ſubter viam, & per lacunam limes excurrens finalis, qui ex ipſo loco mittit vſque ad terminum & in longitudine LXX. hoc eſt, Cectoriu eccleſiæ ejus ſimiliter pedatura accepit templum eorum vivos, hæc fecerunt: aquam proximam invenies in fundo ſupra ſcripto, Hactenus Theodoſius, & Neuterius, quos diligentiſſime conſideres velim. Prat.

CECTORIALES lapides qui ſint, ex ſuperioribus facile poteris diſcere. Prat.

CEDENS cenſetur extranei loco, l. ſi cum emptore, in princip. ff. de Pact. l. 8. §. cum quis debitori, ff. de hæred. vel actionibus vendit. Spieg. Prat.

CEDERE, verbi, latiſſima ſignificatio eſt. Cedere, abire è loco. Hinc cedere foro, & cedere vrbi, apud Juriſconſ. & M. Ciceronem. Prat.

CEDERE Nonio Marcello, ſecundum conſuetudinem ſignificat abire ſuperatum & victori locum dare. Briſſ. Ita cedere & contendere opponuntur l. 1. de edeod.

CEDERE, ſuccedere vel obtingere ſonat, vt apud Virgilium lib. 12. Æneidos:

Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno.

CESSERIT: id eſt, pro voto & optato evenerit.

CEDERE, etiam obſequi Nonio ſignificat. Prat.

CEDERE pro ſolvere Vlpianum dixiſſe putant quidam in l. non ſolum 33. §. ſi mihi. ff. de vſurp. & vſuc. equidem pro jus poſſeſſionis transferre apud eundem accipi crediderim. Prat.

CEDERE etiam eſt conſtituere apud Paulum l. fin. ff. commun. præd. in princ. de ſervitute loquentem. Prat.

CEDERE quoque renunciare ſignificat in clem. vnic. de renunt. quod verum videri poteſt, ſi vera ſit regula vulgo prodita, Leges debent intelligi ſecundum titulos, ſub quibus poſitæ collocatæve ſunt: quæ regula colligitur ex l. Imperator. in fi. ff. de in diem addict. Eodem etiam ſenſu ſumitur cedere in c. quam periculoſum. 7. quæſtio 1. niſi dicas ibi pro jus ſuum transferre accipi. Cedere autem ſive pro conſtituere; ſive renunciare accipias, *μεταφορικῶς* intelligat oportet qui enim ſervitutem conſtituunt, rebuſve ſuis renunciant, eaſve abdicant, jure ſuo abire creduntur. Prat. Sic ergo Cedere, eſt jure ſuo abire, jus ſuum in alium transferre, vt mox infra.

CEDERE verbi ſignificatus reliquos ex ſubiectis formulis accipe. Prat.

CEDERE actionibus, pro præſtare dixere Gaius l. patri. 27. §. 1. ff. de minoribus. Paulus. vt tantum, 14. §. penult. ff. de ſervit. Vlp. in l. quod ſi 3. §. idem Labeo. in fin. ff. de in rem verſ. & paſſim alibi: in quibus locis pro actionibus vulgata exemplaria habent actiones. Sed lectio Florentina vt rei aptior. ita venuſtior ſemper viſa fuit. Prutei. Cedere actionibus, interdicto, eſt mandare & præſtare actionem. Briſſ. ex ff.

Inter CEDERE actiones & mandare, differentiam quandam ſubeſſe refert Accurſius l. 1. C. de oblig. & actio. Bartolus ibidem exiſtimavit (quod ad cedentem, vel mandantem attinet) nullam eſſe; ſed reſpectu ejus, cui ceditur, eſſe. Equidem hoc diſcriminis ſubeſſe putem: ceſſione actiones transferri, (idque Juſtinianus conſtituit l. fin. in princ. C. de jur. dot.) mandato non item, l. 3. C. de novat. Prat.

CEDERE actum, aquæ ductum, viam, jus eundi, agendi. Ceſſa aquæ ſervitus, ceſſæ actiones, ceſſo jure vti. ceſſus in iure ſervus. Hinc ceſſio aquæ, itineris, actionum, nominum. Briſſon. ex ll. ff.

CEDERE bonis eſt profiteri voluntate ſe deferre bona ſua creditoribus. hoc colligitur, l. in omni 6. & l. 1 & tot. tit. C. qui bonis cedere poſſunt. Profeſſionem definitioni Azonis in ſumma C. eod. tit. addidi. eam enim ſolam ſufficere Theodoſius dixit d. l. in omni. Hoc autem beneficium conceſſit lex Julia. quod tit. 18. lib. 4. C. The. edocemur, & Diocletiani & Maximiani conſtitutione l. 4. C. qui bonis ced. poſſunt. Prat.

CEDIT bonis & in jure & extra jus poteſt l. ſi. de ceſſio. bon. cedere bonis ſuis cognato donationis cauſa. l. 42. de mort. cauſ. don. Briſſon.

CEDERE commodo l. 17. C. de legat. 2.

CEDERE diem, ſignificat deberi pecuniam, licet nondum exigi

poſſit. Herm. Vultel.comment. Inſt.de oblig.& §.fin.num.25. & de verb. oblig. ad §. 2.num. 4. Dies cedere dicitur, ait, cum obligatio contracta eſt, & ex ea debetur, quod in obligationem deductum. Venire diem, eſt aliquid amplius, nempe eum veniſſe diem, quo quod non tantum debetur, ſed & cum effectu peti & exigi poteſt. Cedere obligationem, debitum: venire, petitionem & exactionem, reſpicit. & Gœdd. ad l.2.3. prin.nu.1.& 2.& Cedere diem (ait) eſt adeſſe diem, ſcil.obligationis, ſeu juris: adeſſe diem, quo incipit obligatio, vel quo jus ad aliquem pertinet (imo iam incepiſſe & labi ſpacium quo quid debetur) natam eſſe obligationem & actionem. Venire diem, eſt eum diem adeſſe & iam extitiſſe, quo pecunia ſolui debeat, & ſi non ſoluatur, peti poſſit, & quo ex ea obligatione, vel de jure iſto, actionem inſtituere, & judicium ſuſcipere liceat. Non enim ſatis eſt, ceſſiſſe, i.e. incepiſſe obligationem, niſi & venerit dies, i.e. actionis exercitium & judicium de illa ſuſcipi queat. Briſſ.vlt. edit. Lexic. Venit dies (ait) cum peti poteſt Ceſſit, cum obligatio nata eſt, licet exactio in diem, qui nondum venit, differatur. Sic cedit dies fideiuſſoribus vſurarum: ſoluendæ pecuniæ Briſſ.ex ll.ff.

Cedit dies legatorum, ex quo ea debentur, & ad hæredem tranſmittuntur. Cedere ſemel, ſeu ſimul, vel per tempora vt ſoſructus Hinc ceſſio diei, Briſſ.vlt edit.ex ll.ff.

Cedere diem Iuriſconſulti dicunt, cum certi temporis pars effluxit veluti cum quis Kal. Ianuar. die ſtipulatus eſt, ſibi proximis Kalend. dari: vel cũ in locatione dies operis faciundo præſtitutum eſt Kalend. Sebe triduo quatriduóve exacto recte tria quatuorve dies ceſſiſſe dicetur, qua de cauſa Vlp. in l.213. de verb. ſign. Cedere diem, inquit, ſignificat incipere deberi pecuniam. Similiter ſi quis ita ſi hæres inſtitutus, Cernito in diebus centum, quibus ſcierit poteritque: quot dies effluxerint, ex quo ſcierit atque poterit, tot illi dies cedere recte dicentur: at quibus neſcierit, non dicentur: neque enim illi computantur. Sic in libris noſtris dies legatorum cedere dicuntur, cum pars aliqua legitimi temporis, quo illa legatarijs quæſita ſunt, effluxit: ſub tit. Quando dies legat.ced. Poſitum igitur illud ſit, quod ex ſuperioribus conſtat, diem tuum dicedere, cum præſtituti alicuius temporis pars effluxit, Vbi vero præſtitutum tempus nullum eſt, diei nullo modo poſſe. Quod cum ita ſit, vehementer equidem mirari me fateor, tantopore vſq; adhuc celebratam illam ſubtilitatem fuiſſe, quam in d.l. cedere, ſub Vlpiani nomine legimus: quæ mihi ſane frigida atque inſulſa videtur: neque ex Vlpiani ingenio, ſed ex Triboniani potius audacia, emanaſſe: Vbi pure quis ſtipulatus fuerit, inquit, & ceſſit & venit dies. Quod ſi pro cessit, legerimus venit, nihil obtuſius dici poſſet: cum tamen eadem vtriuſque vis ac ſignificatio ſit. Quod autem ſequitur vbi in diem quis ſtipulatus eſt, ceſſit dies, ſed nondum venit: quam acutum hoc videtur? & tamen pro cesset legendum potius eſſet, cedit. Neque enim omnes adhuc ceſſerunt: ſed quotidie abeunt. Illud autem poſtremum, vbi ſub conditione, neque ceſſit, neque venit dies, equonam, queſo argumento dictum eſt? cum abire dies non poſſit, vbi nulla eſt. nam in puris & conditionalibus, quę poteſt ratio abeuntium dierum ſubduci, cum dies nulla ſit? (an non hoc eſſet, ſine numeris Arithmeticam facere?) at in ſtipulationibus in diem, dierum numerus computatur: & recte dicitur: Vnus & alter, item: Tertius aut quartus dies abijt, quanquam etiam in his ipſis diem quæ venit, cum ea quæ cedit comparare, & in ea re argutum videri velle, nunquam mihi Vlpiani eruditione dignum viſum eſt. (Diſſentit & negat hoc Gœdd. in illuſtri comment. ad tit. de verb ſign. ad leg. cedere, 211 prin.n.2. circ. princ.) Quare vt iſtas Triboniani ineptias omittamus, & ad penſum noſtrum revertamur: cedere operæ eadem ſignificatione dicuntur, qua cedere legata, præciſa enim vtrobique locutio eſt: quæ plena ſic effertur. Cedere dies, quibus operæ aut legata debebantur. Vnde illud Vlpiani l.ſi quis, 13. ff. de oper. lib. Iudicium de operis tunc locum habet, cum operæ præterierint. Præterire autem non poſſunt, antequam incipiant cedere: & incipiunt, poſtquam fuerint indictæ. Et l.quoties, 24. ff. eod. Operæ in ſtipulationem deductæ, ex die ſtipulationis cedunt: at eæ quas patronus à liberto poſtulat, confeſtim non cedunt, ſed poſtquam indictæ ſunt, id eſt, quia ſtipulationes operarum tacite ac vi ipſa præſtitutum tempus habent, atque in diem conceptæ ſunt, diebus tribus quatuorve ſine præſtatione operarum elapſis recte dicemus, tot dies adverſus libertum à ſtipulatione facta ceſſiſſe. Quæ vero operæ ſine ſtipulatione debentur, earum dies non ante indictionem cedunt, quippe cum tempus earum præſtandarum non ante indictionem præſtitutum fuerit. Hotom. Vide inſra Cedere incipiunt.

Cedere dies legatorum dicitur, cum pars aliqua legitimi temporis, quo illa legatarijs quęſita ſunt, effluxit l.3 & tot. tit. ff. quã. di. leg. ced. Sic accipitur in l. penult. & fin. C. eod. tit. quod ita explicat Theophilus in §. peculium. Inſt. de legat. [illegible] [illegible] , [illegible] , [illegible] [illegible], à morte teſtatoris [illegible] [illegible]. Sic etiam cedere dies bonorum poſſeſsionis dicitur cũ præſcriptione ejus tẽporis excludimur à cõmodo & petitione bonorũ poſſeſſionis, l.2. ff. quis ordo in poſſeſſ. ſer. Briſ. Prat.

Cedere foro apud Vlpianum l. ſi hominem. 7. §. quoties ff. depoſ. dicebantur argentarij, vt ibidem refert Budæus in prioribus, cum Tabernis, id eſt, menſis ſuis cedentes: quæ in foro Romano erant, alio habitatum migrabant. Vulgus id vocat facere Banquam ruptam. Id autem eleganter expreſſit Iuuenalis Satyra 11.

Hi plerumque gradus, conducta pecunia Romæ,
Et coram dominis conſumitur, inde vbi paulum
Neſcio quid ſupereſt: & pallet fœnoris auctor,
Qui vertere ſolum, Baias, & ad Oſtia currunt:
Cedere namque foro iam non eſt deterius, quam
Æſquilias à feruenti migrare Saburra.

Cedere foro debitores dicuntur qui ſolum vertunt, qui judicio prouocati latitant, qui ne per procuratorem quidem, ad jus fori reſpondent Ræuardus l. cujus effectus. ff. de reg. jur.

Cessionem fori ad alios debitores Iulianus in l.ſi. ff. de curat. bon. dand. produxiſſe videtur. Prat. Adde Turneb. lib. aduerſ. 16 cap. 5.

Cedere hauſtum & cedere iter dixit Vlp. l.3. ff. de ſeruit. ruſtic. pro conſtituere & transferre jus aquæ hauriendæ & eundi, vt l. per fundum in prin. eod. & ſeruitutem cedere eodem ſenſu dixit Paulus l. nemo. 39. ff. de ſeruit. vrb. & ſæpius, l. fin. ff. comm. præd. Prat.

Cedere hæreditatem pro competere, vel debitam aut quæſitam eſſe, dici putauit Seruius in illud 3. Æneid.

Ex patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito. Prat.

Cedere ſe fructum in modum agri, in numerum Briſſ. ex ff.

Cedere in jure dicebantur, qui dominium rei ſuæ in alium transferebant, à quo ipſi abibant: ex epit. Vlp. tit. 19. cujus hęc ſunt verba: In jure ceſſio fit per tres perſonas, in jure cedentis, vindicantis, & addicentis. In jure cedit Dominus, vindicat is cui ceditur, addicit Prætor. Hoc inter acquirendi modos recenſuit idem Vlp. cujus rei formam explicat Boetius in Topic. Ciceronis, his verbis. Apud magiſtratum is cui res in jure cedebatur, eam tenens ita vindicabat: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe aio. Deinde, poſtquam hic vindicarat, prætor interrogabat eum qui cedebat, an contra vindicaret: negante eo, aut tacente, tunc ei qui vindicaverat, rem addicebat. Hæc ille. Hotom. opinatur, ſumptum hoc fuiſſe ex vindiciarum conſuetudine, in quibus alter virgula quaſi haſta pellebat, alter vero cedebat. Hinc cedere etiam dicimus in rebus corporalibus, cum earũ jus in alium transferimus: veluti cũ actiones aut ſeruitutes cedi paſſim in jure noſtro legimus. Sic vſusfructus & hæreditas, & tutela legitima, & libertas &c vt ſcribit Vlp. ſupra dicto loco. Prat.

Cedere hypotheca, i.e. decedere. l.5. C. de pact. pign. Briſſ.

Cedere incipiunt operæ, poſtquam fuerunt indictæ, h.e. deberi, l.ſi quis. 23 §. judicium. ff. de oper. lib. Sic accipitur in l. hę operę. 23. ſ vbi dies operarum cedere dicuntur, quod de operis libertorum accipe) & l. interdum 34. ff eo. Diverſum eſt in operis in ſtipulationem deductis. l. quoties. ff. eod. Briſſ vide paulo ante §. Cedere diem, circ. fin. Operæ, quas quis ſtipulatus eſt, ex die interpoſitæ ſtipulationis cedunt. Briſſ.

Cedere interceſſioni, eſt cedere prouocationi, id eſt, non procedere vltra, & admittere oppoſitionem. Et ſublata interceſſione dicimus, quod nunc, non obſtante oppoſitione, vocant. Budæus in l. 2. de origine juris Spieg. Prat. Old.

Cedere inſtrumento, pro contineri. Cedere penoi, contineri penu. Cedere legato, tapeta, veſt. Cedere in fructum, in modum agri, in numerum Briſſ. ex ff. Id cedit pacto, pro petitione, ſolutione, loco prædæ, loco ſolutionis, & in locum ſolutionis, Cedere commodo, lucro, vſuris, & in vicem vſurarum. Briſſ. ex ff & C. Cedit ſolo ædificium, & quidquid ſolo inædificatur, & inſeritur: item frumenta ſata, & ſuperficies, Literæ chartis & membranis cedunt, at tabula picturæ. Briſſ. ex ff & C. Ceduntur ergo ſeruitutes & iura, l. 18. de ſeru. vrb. l. 3. 10. 11. l. 14. de ſeru ruſt. l. 2. §. vlt. de aq. & aq. plu. l. 29. de liber. cauſ. l. 63. de vſuſruct. l. 35. comm. præd. l. 10. de euict. l. 46. de iur. dot. Briſſ.

Cedere legibus apud M. Ciceronem in Miloniana, eſt parere condamnationi, pœnæ ſecundum leges latæ. Verba Ciceronis hęc ſunt: Sine Milo morte patriam liberare voluiſſet, non dubitaturum fortem virum, qui ſuo periculo ſalutem reipublicæ attuliſſet, cederet æquo animo legibus. Id quod ad cauſas ciuiles produxit, & iudicatum facere interpretatus eſt Old. Prat.

Cedere loco Prædæ, loco ſolutionis: in locum ſolutionis Briſſ. ex ff.

Cedere nomina, eſt debita transferre, ex l. Iulianus, ff. de petit. hæred. vide infra. Ceſſio nominum. Prat.

Cedere operę incipiunt poſtquam fuerint indictę, l.23. §. judi-

cium & l.21.ff.de oper. libert. Sic cedere dies operarum leg. 19.§.vlt.ff.eod.tit. Quod de operis Libertorum accipiendum eſt. Aliæ enim cauſa eſt operarum quas quis ſtipulatus eſt; quæ ex die interpoſitæ ſtipulationis cedunt.l.24.ff.eod.tit. Bt.

CEDERE poſſeſſionem vel vſumfructum, vel jus, eſt alteri poſſeſſionem, vel vſum vel jus tradere, transferre, idem in tit. de leg.2.l.& ſimiliter. Si vſumfructum, inquit, mortis cauſa ceſſero, & in tit.de acquir poſſeſſ.ſæpe. Nebriſſ Briſſ.

CEDERE ſolo ædificium l.21.C de rei vindic. l.5. C de ædif.priuat. Omne quod inædificatur, l.7.§.cum in ſuo ff.de acquiren. rer.dom.§.quod in ſuo. Inſtit.de rerum diuiſ. Solo cedere ſolent ea quæ inædificantur aut inſeruntur, §.literæ. Inſtit.eod.tit. Frumenta quæ ſata ſunt, ſolo cedere intelliguntur. l.9.ff. de acquir rer.dom.§.adeo autem Inſt.de diuiſion.rer. Semper ſuperficies ſolo cedit, l.3.§ Labeo.ff.vti poſſidet. Literæ chartis, membraniſque cedunt, at tabula Picturæ cedit d.l.9.§.2.& §.ſed non, vt §.literæ, Inſtit de diuiſ.rer. Briſſ.

CEDERE tempora dicuntur apud Paulum.l.1.ff de jur. & fact. ignor. & Gaium in l.annus, 6.ff de calum. & Vlpianum l.4.ff. de adulterijs quæ currant. & computantur. Prat. Tempus poſt mortem ceſſit, leg.1.de oper.pub. id eſt computatur, currit. Briſſ. Cedere annus & numerari dicitur, pro eodem. Sic ceſſit dies vocationis: repetendi rei: quinquaginta dies tutorib. Briſſ.ex ll.ff.

CEDERE tutela in Inſtit. Vlp.tit.11.abire à tutela, & ipſam deponere apud acta, & in aliam ejus adminiſtrationem transferre. Porro illud legitimis licere, teſtamento datis tutoribus non item, idem Vlp. eit. Hinc

CEDERE teſtibus, eſt teſtibus conuinci.

CEDERE vita, vltro ad mortem accedere, ſibi mortem conſciſcere. Cedere legibus, vltro exilium acceptare, ne leges violare videatur, ſi in vrbe poſt commiſſum facinus manſerit. Sic cedere fortunæ eſt ſuccumbere. Bud. in l.ſi hominum.§.quoties ff.depoſiti. Spieg.

CEDERE vſufructu id eſt, derelinquere vſumfru. Briſſ.ex ff.quod vulgo deguerpire dicimus.

Cedi pro pacto, Petitione, Solutione, Briſſ.ex ff.

Κειμήλια. Theophil.in §.ſacras, Inſtit. de rer diuiſ.interpretatur res ſacras & donaria rite ad miniſterium Dei dedicata: cujuſmodi ſunt vaſa, veſtes & ſimilia pretio magno habita, vt eſt in l Sancimus, C.de ſacroſ.eccleſ. Sunt qui putent, κειμήλιον numero vnius munus, multitudinis vero, mobilia pretioſa ſignificare. Prat.

CEIMELIARCHÆ, vel κειμηλιάρχαι, in l.fin. C.de bon.aut. jud. poſſ. qui Ceimelijs curandis præſunt.

CEIMELIARCHION ædem ſacram interpretatur Inſt. l.litibus C.de agric. vel potius locũ in Eccleſia, vbi κειμήλια reponuntur, per d.l.fin. Hujus meminit Alciat. lib.9.parerg.c.7. Prat.

CELARE, pro reticere. Celare veritatem, conditionem, Briſſ. ex ff ſeruus ſe à domino celat, occultat. Briſſ.

CELARE, pro abſcondere notæ ſignificationis eſt, falſi ſpeciem eſſe, & ad legem Corneliam de falſis, pertinere Paulus ait l. qui teſtamentum 2.ff.de falſ & l inſtrumentorum.§ Paulus ff. eo. vbi Bartolus hoc adnotat. Prat.

CELARE dicitur etiam is, qui res amouit, vt colligitur ex leg.ſi concubina, §.res amotas, ff.rer.amor. Prat.

CÆLARE per æ diphthongum. vide ſupra Cælare. Prat.

CELARE fugitiuum in leg.1.ff de fugit. vt diffinit Accurſius, eſt quod velis ignorare eum, ad quem pertinet alienias commodi ſui cauſa. Sed addes dolo malo per l.de... in princ.ff.de ſeruo corrupto.

CELARE venditorem, ſic accipiendum recte putat Vlp.l. 1.§.1. ff de ſeru. corrup. non ſolum ſi non admonuit, ſed & ſi negauit ſeruitutem deberi. Prat.

CELATUM pro occulte & abſcondite poſuit Siſenna in hiſtorijs referente Gellio l.b.12.c.15.

Κελαιγαι, inter vaſa, quæ dulcedines & confectiones, & ſapores ad comedendum continent, poſuit I.Pollux lib.6. Onomaſt. cap.18 Prat.

CELEBERRIMUS argentarius apud Hermogenianum l.ſi res pupillaris 50.ff.de admin. tut. dicitur populi judicio & teſtimonio diuitijs clariſſimus, & famigeratiſſimus. Prat.

CELEBRARE collegium, feſtos dies, memoriam. Briſſ.ex ff.Cicero.Liuio.

CELEBRARE ceſſationem tutorum l.28.§.2. C.de adminiſt.tut.

CELEBRARE diuiſionem in l.vnic.de iis, qui ſe def.lib.10.C. eſt in populi frequentia rem diuidere. Prat.

CELEBRARE donationes.leg.3.C.ſi maior factus alienat.

CELEBRARE ſpectacula, certamina, ludos, contractus, venditionem, ſolutionem, nuptias i.e. edere, debito ritu, ſolemnitate, vel actu peragere, edere, perficere, Briſſ.ex ff.& Cod. Tac. Claudiano.

CELEBRARE venditionem, eſt vendere l.1.C.de comm.rerum alienat.

CELEBRIS ciuitatis appellatione apud Vlpianum in l.ſi in aliam.(ſic incipit in Pandect. Florent.in vulg.ſi in aliquam.) ff.de offic. Procunſ. continetur ea, quæ ab hominibus frequentatur. Prat.

CELEBRITAS nuptiarum, l.22.C.de nupt.

CELEBS dicitur, qui non vult contrahere matrimonium. Et hic ſecundum Azonem forte orbus dicebatur, quia ſine matrimonio & ſine liberis erat. Et illi olim non poterãt cauſa mortis donare, quod hodie per leges corrigitur, vt patet C.de infirmandis pœnis celibatus, & orbitatis. Dicitur autem cœlebs, quaſi cœlo beatus, quia talis eſt ſecundum Iſidor. qualia ſunt numina in cœlo, quæ abſque connubijs ſunt. Old.

CELERES ſub Romulo & regibus erant equites. Plin.33. cap.2. Briſſon.

CELERES, quorum commeminit Pomponius l.2.§. quod ad Magiſtratus, & §.populo. D.de orig.jur. dicebantur equites veteribus d.§.quod ad Magiſtratus, quod & Feſtus lib.3.& L. Feneſtella lib.2.cap.2. probant. Eos Romuli comites videtur appellaſſe Plutarchus in eo. Delecti enim erant ad ejus corporis cuſtodiam, vt idem & D.Halycarnaſſæus referunt, à celeritate & velocitate dicti, vt ijdem & Feneſtella ſcripſerunt: in quorum ſententiam pedibus juit Zaſius in d.§. quod ad Magiſtratus. Tametſi à Celere Remi interfectore dictos putet Feſtus lib.3. quod & Ouidium confirmaſſe in li.Feſtorum ſcribit Feneſtella. Trecentos eos fuiſſe Halicarnaſſæus, & Feſtus prodiderunt. Vnde Galli Celeres vocare poſſunt, quos adpellant, *Le Corps de garde du Roy* Græcis Σωματοφύλακας dicti. Veteribus Græcis etiam λειτουργοὶ dicebantur, δημοσίους ὑπηρέτας. Prat. Erant Celeres in exercitu propugnatores protectoreſque, ac multa in certaminibus corrigebant, primi pugnam capeſſentes, vltimi prælio excedentes, vbi campus eſſet equeſtri pugnæ idoneus, equites, & vbi aſper inuiuſque equis locus eſſet, pedites: Corraſius lib.1.Miſcell cap.10.

CELERIS momenti eſt reformatio, l.14.C.de agris. Gotboſt.ad l.vnic.C.ſi de momentan.poſſeſſ.

CELERISSIMUS pro celerrimus dicitur à Caio Mario apud Priſcianum, & ab Ennio apud Chariſium. vide Cuiac.15. obſeru.13.in fin.

CELERITAS, id eſt velocitas actionum, id eſt, actorum apud Vlp.l.3.§.ſed ſi debitorem. D.de donatio.inter virum & vxorem. in eum ſenſum, vt vnum ſtatim ſequatur aliud. Prat.

CELERITATEM tamen deſiderare apud eundem in l.1. D.de dam.infect. ſignificat negocium diebus omnibus, etiam feſtis abſque vlla dilatione exequi. Eſt igitur celeritas dilationi contraria d.l.1. Hinc

CELERITER pro ſtatim, illico, & ſine vlla dilatione in l.ne quis. D.de cuſtod.reo. Et eodem ſenſu.

CELERITER reſtituere, in l.6.C.arbitr.tut.

CELERUM Tribunus, equitibus præerat, quaſi ſecundus à rege. Briſſon.

CELERRIME in Iuſtiniani conſtitutione leg. ſi quis C. depoſit. Quod tamen dicunt leges celeriter arbitrio judicis relinqui, inque ejus eſſe poteſtate, ſententia Vlpiani exprimitur l.1.in fin. D.de jure delib. Ex verbo celerrime colligit Bartolus depoſiti cauſam ſummariam eſſe in d.l.ſi quis Prat.

CELERRIMUS finis, hoc eſt non moratorius, & abſque vlla dilatione in l.1 fin.C de veter jur.enucl. quæ conſtitutio ad confirmationem Digeſtorum pertinet, vt docet ejus ἐπιγραφή. Prat.

Κελευστής, qui ſocijs naualibus imperat. I Polluce interprete, qui à Plauto hortator dicitur. Hinc Κέλευσμα, hortamentum, exhortatio nautica, Bud.in l.1 §.qui ſunt, ff.naut.caup.ſtab. Prat.

CELLA etiam, & Cellarium à reponendis, celandiſque rebus eſculentis & poculentis dicitur, eo quod ibi celemus quæ occulta eſſe volumus, & ſignificat locum vbi quid conditur, repoſitorium, Græcis ἀποθήκη, in qua res eſculentæ, & poculentæ reponi ſolent Ex varijs epithetis adjectis varias ſignificationes ſumit. Cella mellaria & penaria, Cic. de ſenect Cella olei & vini.l.4.§.1.de pen.leg. olearia & vinaria, leg 10.in fin. de vſu & hab. Adde Forcat.in pen.jur.ciu.c.24.de Cella.

CELLA olei & vini: illa olearia, hæc vinaria. Briſſ.

CELLA in Inſulis & horreis. In ea cella libertas habitabit, &c. Briſſ ex ll.Digeſt. cella proma, & promptuaria, in Tertull. & Plaut. Briſſ.

CELLAM penuariam dixit Vlpianus.in l.3.D. de penu. leg. At contra C.per, cella (inquit) penaria non penuaria dicenda, Et veteres gloſſæ penaria cella, & promptuariũ, ταμεῖον. Cuiac. obſ.lib.10.c.26 poſt.prin. ſignificat autem repoſitorium eſculentorum ac poculentorum: & cella, in qua frumenta legumina habentur l.3 § ſunt autem.de penu.leg. Briſſ.

CELLARIUS, qui cellæ penuariæ præpoſitus eſt. ſic accipi debet in leg. nominatim, 24.D.de manumiſſ.teſt. Sic forte accipitur in leg. hac ſanctione.12.de diuerſ. offic. lib.12. C. Ab his præberi ſolebat cibus, & potio. Prat.

CELLARIA numero multitudinis aliter ſumi videntur in l.fin. C.Theodoſ. de offic. omn.jud. quo loco annonis comparantur & adjunguntur. eodem ſenſu ſumitur, apud Sulpitium Seuer.lib.2.hiſtor.ſacræ. Quadringenti (inquit) & aliquanto amplius

umpliſus Occidentales Epiſcopi Ariminum conuenere: quibus omnibus annonas, & Cellaria dare Imperator præcepit. Vnde &

Cellarienſes ſpecies in l.penult.C.Theodoſ.de indulg. debito.Briſſ.Prat.

Cellarita apud Caſſiod.in lib.variar.epiſtol.

Cellarius in c.dilecto.de præb.in antiq.(tametſi Alber. Cellararium legi malit)adminiſtrator quidam rerũ eccleſiaſticarum. Cælius tamen Rhodiginus exiſtimat eam vocem barbaram,& poni pro Cellario:idque lib.14 cap.8.tradit Prat.

Cellarius(alijs Cellararius) ab Vlpiano in l quæſitum. 12.ſi in aliqua, ff.de inſtruct & inſtrum.interpretatur ſeruus ideo præpoſitus, vt rationes ſaluæ ſint. Qua de re nuſquam me legiſſe memini: & cum in antiquis libris Cellararius legatur, haud ſcio an ita rectius eo loco reponeretur:is ſeruus intelligatur,de quo Plautus & Columella mentionem faciunt,quiq; præpoſitus erat,vt cellæ rationes ſaluæ eſſent. de quo etiam legitur apud Caium in l.nominatim,24.ff.de manum.teſtam. & l.vxorem.41 §.1 ff.de leg.3. Hot. Cellarios Paulus 3.ſent. tit.vlt.in vrbanis miniſterijs numerat, ait.Briſſ.vlt.ed.

Cellarii dicti, qui penui aſſeruando præeſſent. In C.Theod. Cellarium neutro genere,pro collatione prouincialium accipitur: cum eo nomine, vt atteſtatur Alciatus, Comites vel præſides prouinciæ, vt cellam ſuam inſtruant, annonamque ſuam augeant, aliquid extorquent: eadem ratione vox deducta, qua Cerarium apud Cic.in Verr. cum prætextu ceræ,vel ſigilli aliquid corraditur. Spieg.

Cellarium, locus à ſeponendis, celandiſque eſculentis, poculentiſque,dictus Iuriſconſ.d.l.3.l.41.§.1.Cellarium,ait junctum eidem diætæ. Spieg.

Cellæ promæ pro ſepulchris ponuntur à Tertulliano in lib de reſurrectione carnis. Nam, ait, cum legimus,Populus meus introite in cellas promas,quantulum, donec ira mea prætereat: Sepulchra erunt cellæ promæ, in quibus pauliſper requieſcere habebunt: qui in finibus ſeculi ſub vltima ira per Antichriſti vim exceſſerint.Prat.

Cella etiam interprete Pontifice, in c.priuilegium de verb. ſignif. 6 dicuntur loca ſecreta, & ſolitaria, quæ ab hominum commercio ſeparata ſunt, ad contemplandum, & Deo vacandum De his accipi debere c.qui vere. 16. qu.1. recte putat gl. in d.c.priuilegium.Prat. Hinc

Cellulas in c.cellulas, & c.ſeq 18.q.2.l.vnic. in princ. C.de ſtudijs liberal.vrbis Romæ.

Cellulari aliqui legunt in leg.12. de inſtruct. Cuiac. in leg fin C.de diuerſ.offi & 3.ſent. Paul. tit.6 Cellararium omnino probat,& eundem eſſe cum cellario affirmat.Prat.

Celsi duo Iureconſulti recitantur à Pomponio in l.2 § fi. ff. de orig. Iur Celſo patri ſuo ceſſit Celſus filius in juris ciuilis Profeſſione, d §.fi. De altero Spartianus in Adriano ita ſcribit. Cum judicaret, in conſilio habuit, non amicos ſuos, aut comites ſolum, ſed jureconſultos, & præcipue Iulium Celſum, Saluium Iulianum, &c. Celſum aiunt filium conſulem fuiſſe,Pomponius d.l.2.§.fin.& Vlp.l.20 ff.de pet.hered.Celſi patris reſponſum extat l.pater.29 ff.de leg.2.Celſi filij in l.ff de reſcin.vend.Extant & alia vtriuſque reſponſa paſſim in ff. Pratel.

Celsiores. Doctores legum dicti ſunt in l 1.Cod. de offic.diuerſ.jud vt ibi interpretatur Accurſius;alibi honoratos appellat conſtitutio l.3.C.eod. Eorum enim iudicio judices prouehuntur,d l.1. Iuris igitur peritorum judicio & examine judices futuri probandi ſunt. Illi merito patres appellantur, cum à judicibus fratres vocari vetentur, d.l.1.Prat.

Celsus, vt ait Feſtus, ex Græco κέλης deducitur: quo vocabulo denotatur, qui ſingulari equo vehitur Celſos etiam judices dixit Marcellinus lib.28. Et judicibus celſis, itidemque minoribus. Hinc illud:

Celſi prætereunt auſtera poemata Rhamnes.

Sic dicti quod alijs fuerint ditiores & potentiores. Significat autem [illegible] ſublimem,excellentemve.Prat.

Cœlibes vocati ſunt quaſi cœlites, quod dignam cœlo vitam ducant. Cœlibatus,quo verbo Hieronymus vtitur,appellatur ſtatũs hominis abſque copula vxoria vitam agentis. Adde quod dicimus thorum cœlibem & vitam cœlibem, actam in cœlibatu. Ioan.Bapt.comment.in Epiſt.Sidon.Appolli.ad Deſiderat.lib.2.vide ſupra Celebs dicitur.

Cæmenta, & alia cæmenta in ff.ſcribit: Vnde Cementitia fundamenta in l.57.ff. locat. & Cementisius riuus, l.3 §.1.ff. de riuis. Briſſ.

Cœna,Cenaculum, in Pand.Florent.

Cœnacula loca ſunt altiora domus, ad quæ ſcalis aut cochleis aſcenditur. Hęc autem incolebant tenuiores & inquilini Inde Cœnacularius Vlpiano in leg. ſolitum. ff.de pignor. act. Videtur,inquit, tacite & cum domino ædium hoc conueniſſe, vt non pactio cœnacularij proficiat domino, ſed ſua propria. Cœnaculariam item facere dicebantur, qui domos totas conductas, per ſingula cœnacula inquilinis locabant, vt inde quæſtum facerent pluris in ſummam locando, quomodo Budæo teſte accipitur in l.ſi verb. ff.de his qui deice. Ita enim cœnaculariam facere, vt argentariam & furnariam: apud Vlp.exercere cœnaculariam legimus Spieg.

Cœnacularius, qui cœnaculum conduxit Cenaculariam, facit,qui cœnacula locare ſolet. Briſſ.plura in cœnacula.

Cenotaphion, Κενοτάφιον, vt Florent.diſſiorſ l.monumentum,42.ff.de relig eſt monumentum memoriæ cauſa factum, in quod neque corpus, neque reliquiæ illatæ ſunt,quam diffinitionem probat Suidas his verbis Κενοτάφιον inquit,[illegible] adeo, vt tumulum inanem ſecte adpellauerit lib.3. Æneid.Vergilius.

——maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem,
Et geminas, cauſam lachrymis, ſacrauerat aras.

Suetonius in Claudio cap.1 honorarium tumulum vocauit. Differentiam ſubeſſe inter ſepulchrum,& cenotaphium idem Florentinus ſcribit d.l.monumentum. In ſepulchrum corpus, aut reliquiæ illatæ ſunt, in cenotaphium non item: quod & Lampridius in Alexandro ſignificauit, Cenotaphium,inquit, in Gallia, Romæ ſepulchrum ampliſſimum meruit. Prat & Briſſ.

Cenotaphium religioſum eſſe Virgilij teſtimonio Marciano placuit l.in tantum § fin.ff.de rer. diu. Virgilij locum ſupra retulimus. Sed diuos fratres contra reſcripſiſſe Vlpianus refert l.ſed contra,ff.de rer.diuiſ Dein Vlp de religioſis, & d.l. vel quæ. Si cenotaphium, inquit, ſit, verius dicendum eſt, & infra in l.monumentum, monumentum, inquit memoriæ cauſa factum,quod Græce cenotaphium dicitur: & tunc ſcribitur, per e ſimplex Nam per e ſimplex vacuum ſepulchrum denotat, per æ diphthongum nouum ſepulchrum, quale fuit illud,in quo Saluator noſter fuit ſepultus,de quo in Euangelio.Sed per œ diphthongum cœnotaphium ſignificat commune multorum ſepulchrum, quod Græce Polyandron quoque dicitur. Taphos namque ſepulchrum interpretatur. Cenos autem ſine diphthongo,vacuus Cœnum per œ diphthongum ſignificat commune Nebr. Alciat.lib Parerg. 10 c.12. Cenotaphium ob geminas aras ſacrum fuiſſe conjectat, quia & aræ ſacræ dicuntur à poeta, non tumulus: cum nemo priuatus ſacrum facere poſſit l.in tantum.§ ſacræ.ff. de res.diuiſ.Enreat. dialo.1. Necromantia Cenotaphij quoque meminit Flauius Vopiſc.in Floriano: Horum ſtatuæ fuerunt interamnæ duæ pedum tricenum ex marmore, quod illic eorum cenotaphia conſtituta ſunt. Xenoph. lib. 6. [illegible] Briſſ.

Censeri Budæus in l.1.aute fin. de juſt.& jur.pro æſtimari, in precio eſſe, laudari interpretatur. Sicque intelligendum putat I.C.cum dicit, feras beſtias iſtius juris peritia cenſeri,i.e. admirationi nobis eſſe. Nam & Cicero pro Archia poeta (vt eum Budæus vir doctiſſ.allegat) dicendi facultatem ex poetarum lectione cenſeri dicebat. Et hæc quidem ſententia Budæi Spiegelio placuit: ſed & ſi verbum cenſeri capiatur in ea ſignificatione quomodo iſti loco congruet? Abſurdum enim videtur dicere cætera animalia à juriſperitia, vel propter juriſperitiam precium ac æſtimationem mereri ac laudari: at ea fere ſignificatione vſus eſt hoc verbo Claudianus loquens de Serena regina:

Nec laude virorum
Cenſeri contenta fuit, niſi moribus æque
Vinceret.

Quod tamẽ verbum hic potius ad judicium quam ad laudem referendum videtur. Quare aptius Theophilus, qui locum iſtum ita vertit: [illegible] Quaſi dictum ſit,nõ homines,ſed cætera quoque animalia aſcribi,& referri, ſiue recenſere inter ea quæ hanc legem obſeruant, eiuſque motu impelluntur. Nam apud latinos per tranſlationem cenſeri dicuntur,quæ in aliquem ordinem & numerum rediguntur: in eum quaſi cenſum aſcribuntur. Balduin.ibid.Ferrand.Adduenſ,explic. lib.1.c.3. rejecta Budæi interpretatione exiſtimat cenſeri exponendum pro regi,gubernari. Nam huic expoſitioni conueniunt Inſtit. Theoph.& pulchre hac elocutione vſus eſt Modeſt.in l.liberi, ſi quid in fraudẽ patr. Liberi patroni, quanquam & ipſi in pleriſque cauſis manumiſſoris jure cenſentur,tamen libertum paternum literis ſuis aſſignare non poterunt & Alex.3. in c.recolentes, de ſtatu monach. Si enim relictis originalibus ordinis inſtitutis ad communia volueritis aliorum monaſteriorum jura diuertere, oportebit vos communi jure cenſeri, quia dignum eſt, vt qui ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiunt,ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. Et Cœleſtin.3. in c.cum in tua de deci. Et non debeat vna eademque Eccleſia diuerſo iure cenſeri. Quod genus dicendi paſſim reperias in iure Pontif talem etiam elocutionem continet c.vnic. de feu non hab. prop. natu.feu.licet propriam feudi naturam non habeat, iure tamen feudi cenſebitur, vt ex his cauſis ipſum amittat, quibus & verum

ſeudum. Porro cenſeri, pro adſcribi, numerari, vt ſuperius ex Balduino notauimus, vſurpari nouum non eſt: Sic Iuuen. Satyr. 8.

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo.
Sanguine cenſeri——

Eiuſque locutionis multa quoque exempla reperiuntur in jure Pontificio, vt exempli gratia, in c. in quibuſdam de Decimis. In quibuſdam regionibus quædam permiſtæ ſunt gentes, quæ ſecundum ſuos ritus decimas de more non ſoluunt, quamuis cenſeantur nomine Chriſtiano, & in c. præterea quoniam. de iur. patron. ſeu quocunque alio nomine cenſeantur. Vſus eſt & Liuius lib. 7. Plebs contra fremit, quid ſe viuere, quid in parte ciuium, cenſeri. ſi quod duorum hominum virtute L. Sextij ac C. Licinij virtute partum ſit, id obtinere vniuerſi non poſſint. Vide etiam Forcat. in Auiario c. 2. nu. 1. Vbi cenſeri accipit pro eo, quod eſt, in eodem numero eſſe, & ſimiliter vti ductu iuris naturalis bruta ipſa, atque duci ſolent homines, l. liberi, ff. de aſſig. liber.

Habet autem CENSENDI verbum multas & varias ſignificationes, vt proditum eſt à Latinæ linguæ architectis. Quippe Cenſere nonnunquam iubere eſt Cic. lib. 1. Offic. Semper cum Græcis Latina coniunxi, neque id in philoſophia ſolum, ſed in dicendi exercitatione: idem tibi (inquit) cenſeo faciendum, id eſt, iubeo. Eſt etiam cenſere, deliberare, & ſententiam ſuam dicere. Vnde dicebant, Senatus cenſuit, populus decreuit, &c. Bud. in annot. ad leg. poſter. de orig. iur. ſcripſit, Cenſere id eſſe quod nunc opinari dicunt, ἐπιψηφίζειν ψῆφον, & φέρειν τὴν ψῆφον, cenſendi poteſtatem facere & calculum proponere apud Demoſth. Cenſere præterea idem eſt quod ſuccenſere apud Marcellum & Varronem in captiuo prælio. Ne vobis, inquit, cenſeam, ſi ad me retuleritis. Cenſere item eſt τιμᾶν καὶ τιμᾶσθαι, mulctare, corrigere, & nota afficere, Brechæus l. cenſere. ff. de verb. & rer. ſign.

CENSERE Iaboleno in l. cenſere, de verb. ſig. eſt conſtituere, & præcipere. Vnde etiam dicere ſolemus, Cenſeo vt hoc facias, & Senatum aliquid cenſuiſſe. Vnde Cenſoris nomen videtur eſſe tractum. Pro arbitrari quoque ponitur. Vnde Cenſores dicti, ad quorum cenſionem, id eſt, arbitrium cenſeretur populus. Hinc & Cenſiti, quorum res eſt deſtinata certa quadam ſententia, & per eam in claſſem ſuam redacti. Qui etiam Opicenſi, id eſt, opibus cenſiti dicebantur: & Capitecenſi, qui nullo aut paruo ære cenſebantur. In C. Iuſtin. lib. 11. tit. eſt de agric. & cenſit. Et infra in quib. cauſ. colon. cap. cenſ. dom. accuſ. poſſ. Pomp. de acq. rer. dom. l. ergo. Cenſitorum, inquit, vice funguntur. Sed & operari ſignificat, quod vulgo vocant, hoc eſt, ſententiam ſuam, explicata ratione approbare audientibus, teſte Bud. in l. vl. de Senator. Propriè tamen eſt, ſententiam ſuam exponere, vel decernere, ſtatuere & conſtituere, quod eſt præcipere. Nam Senatus quod juſſu populi cenſuerat, omnino obſeruandum erat, annotauit Alc. de verb. ſign. Et cenſui prædia dicuntur, quæ cenſum præbent. Eſt & cenſeri, in cenſum conſcribi, vt C. in quib. cauſ. pig. tacit. contrah. l. 1. Spieg. & cenſebãtur, qui cenſum profitebantur. Briſſ.

CENSERE territorium, pro imperare cenſum territorio. l. 1. C. in quib. cauſ. jus pig. & l. omne territorium. de cenſ. lib. 11. Spieg.

Verbum CENSERE, etſi in varias fertur ſignificationes, vt Feſtus lib. 3. ſcribit quandoque (inquit) ſignificat putare (quod & Nonius probat, idque exemplis. Caſſius hiſtor. lib. 6. Cenſuit ſeſe Regem Porſennam occidere.) Nunc ait idem Feſtus, ſuadere: Nunc decernere. Sæpius tamen decernere, conſtituere, præcipere, jubere ſignificat: quę tamen parum inuicem differunt. Nam qui decernit, is & conſtituit & jubet, qui jubet, & præcipit, vtique etiam decernit. Cum nihil niſi animo & voluntate decretum ſtatuamus & præcipiamus. Gœdd. in l. 111. n. 2. de verb. ſignif. Cenſere etiam pro conſulere in S. C. quod Imperatoris Hadriani eſt. l. item 20. §. pridie. ff. de petit. hæred. poſitum ait, interpretaturque Vlp. l. ſed & ſi §. conſuluit. ff. eod. Cenſeri etiam pro in pretio haberi, & auctoritate valere dixit Papin. l. vlt. ff. de ſuis & legit. (Briſſon) vel (vt expreſſius loquar) eandem vim habere. Prat.

CENSERI eſt conſtituere & præcipere: alij legunt cenſere, ſed eodem res redit: cum id quod à me cenſeri dico, me conſtituere jubere, judicare, deliberando decernere affirmem. Gœdd. in l. 111. n. 2. de verb. ſign.

CENSERI priuilegio dixit Vlp. l. 1. §. qui ex duobus. ff. ad municip. pro munerum functione eximi non inepte tamen interpretabens priuilegio dignari, & decorari. Aldobr. Inſt. de jure natur. gent. & ciuili. §. 1. Cenſeatur priuilegio, pro ornatur, aut fulciatur, Vlpianum dixiſſe exiſtimat. Aliter hoc verbo vſus eſt Papin. in l. vlt. ff. de ſuis & legit. Priuatorum enim cautiones legum autoritate non cenſeri, id eſt, autoritatem non aſſequi, vt & Cicero pro Archia. Quod ex his ſtudijs hęc quoque cenſetur ratio & facultas, &c. Prat.

CENSERE etiam apud Vlpianum l. ætatem. 3. ff. de cenſibus, eſt capita (id eſt perſonas) & jogera & bona deſcribere, quo ſenſu accipi debet in l. omne territorium de cenſib. lib. 11. C. quę explicatio ex Luca Euangeliographo c. 2. ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Qua in re diligenter perſonæ, & inſpiciendæ ſunt, ne prægrauentur, per l. 11. C. de cenſitoribus in C. Theod. Cenſendi hoc ſenſu formam expreſſit d. l. omne territorium. Prat.

CENSI, Alciat. lib. 1. Parerg. c. 14. dicuntur, qui ſpeciali priuilegio in fœderatis, vel Latinę conditionis populis ciues Romani erant. Prat.

CENSIO, inquit Feſtus lib. 3. æſtimatio, ſiue (malis) deſcriptio æſtimatoris. Prat.

CENSIONEM bubulam Plaut. feſtiue vocauit verbera loro bubulo, cuius cenſura in ſeruos animaduertitur: vt de eo teſtatur Turneb. adu. lib. 24. c. 23.

CENSIO haſtaria, auctore eodem, dicebatur, cum militi multę nomine ob delictum militare indicebatur, vt haſtas daret. Pr.

CENSIONEM facere dicebatur Cenſor, cum multam equiti irrogabat. Prat.

CENSIONEM pro cenſu dixit Ælius Spartianus in Peſcennio Nigro. Vos, ait, terras veſtras leuari cenſitione vultis, ego vero etiam aerem veſtrum cenſere vellem. Vbi cenſere pro cenſum ex aere exigere, & aeri imponere accipi putem, Prat.

CENSITI, Agricolæ & coloni, reuera & jure ipſo ijdem ſunt. Sed origine & conſtituendi modo differunt, vnde diuerſa ſibi nomina inuenerunt. Agricolæ dicuntur ea ratione, qua agrum colunt, & in eam rem adſcripti glebæ atque addicti ſunt: Vnde adſcriptitij nominantur. Qua vero ratione penſionem pendunt annuam coloni appellantur, propriè tamen ij qui parte fructuum aliquota colunt agros, ſimiles partiarijs colonis. Sin id precio, & pecuniæ penſione faciunt, aut parte fructuum certa & conſtituta, cenſiti nuncupantur, ſimiles conductoribus alienarum ædium aut villarum, qui mercede habitant in alieno. Hinc eſt quod inquilini quandoque vocentur. Sunt enim inquilini, non, vt vult Feſtus, qui eundem colunt locum & focum, ſed qui in priuato & conducto habitant, ſiue in vrbe, ſiue in agro, vt ſcribit Valla, Suet. in Nerone, Connan. lib. 3. c. 10. nu. 3.

CENSITI Agricolæ, ait Prate. ſub rubric. C. de agric. & cenſ. dicti ſunt, qui agrorum quos colebant dominis ſic addicti erant, vt ne ſuum quidem peculium in poteſtate haberent, capitis cenſum dominis penſitarent, actionem cum ijs nullam, niſi ex ſuperexactionis cauſa, haberent: vendi denique cum ipſis agris poſſent. Qua de cauſa, etſi non omnino ſerui, certe quaſi ſerui numerabantur, dicebanturque Adſcriptitij, quaſi agris illis adſcripti & obnoxij Prat.

CENSITI dicuntur cenſibus adſcripti, adnotati, obnoxij, à quibus cenſus exigitur, ſic accipitur in tit. de agric. & cenſit. lib. 11. C. Idem tributarij dicuntur, in l. ſeruos, 6. C. eod. & l. 2. C. ſi vag. mancip. per. Dicuntur & capite cenſiti à Iuliano Patritio in Nou. Prat.

CENSITI etiam, qui in ſuis conſcripti locis, libris cenſualibus detinentur. l. 4. C. de agric. Briſſ.

CENSITORVM nomen deprauatum eſt in l. 6. de cenſuum adſcr. in C. Th. in qua cenſorum & peręquatorum officia pro, cenſitorum cum vitio ſcriptum eſt. Quod mendum etiam ſequentis rubric. inſcriptio prodit, quę de cenſitoribus & perequatoribus inſcribitur. Briſſ.

CENSITOR eſt qui cenſum agit, & percipit præſtationem tributorum coloni, & pignoris jure vendit prędium, ſi cenſus non ſoluitur, vt ff. de cenſ. l. forma, § illa, & l. eum poſſeſſor. §. eum pro pecunia, ff. eod. Sic accipitur in rubr. C. de cenſib. & cenſit. li. 11. Hinc illud in l. ergo, §. alluuio. de acquir. rer. dom. Flumina cenſitorum vice funguntur, vt ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum. Prat Oldend.

CENSITOR. Cenſitores in tit. de cenſib. & cenſit. lib. 11. C. dicuntur cenſuum impoſitores. In tit. vero de cenſib. ff. cenſitores intelliguntur ij, qui recipiunt pręſentationem collectorum coloni l. forma, §. illam ęquitatem & l. eum poſſeſſor. §. pro pecunia, ff. eod. tit. Anch.

CENSITVS. In tit. de agricolis & cenſitis. lib. 11. C. cenſiti dicuntur, quorum agris cenſus impoſitus eſt, vt interpretatur Hegendorphinus in exegeſi. Et de ijs nonnihil ſingulariter (licet de colonis quidem omnibus) tractatur eod. tit. Ne Reſpub. ſua penſitatione defraudetur. Anch.

CENSORES, à cenſendo dicti, quod vitam, moreſque noſtros examinant, & de ijs inquirunt: cenſus item rationem ducunt, profeſſionem curant, & pro meritis hos de albo eximunt, illos deligunt. Hinc & præfecti dicti morum, magiſtri veteris diſciplinę, & ſeueritatis, Horum veſtigia noſtris temporib. ęmulantur, quos vulgo Heroldos vocamus, ſi tamen vere vtantur ſuo munere: qui & fœcialium officio funguntur, dum bella ſolennibus verbis indicunt, vide Alciat. de magiſt. & Zaſium in l. 2. ff. de orig. jur. Pręterea ſunt cenſores, à cenſu ęris, hoc eſt, pecunię, dicti, quia cenſum tollunt. Sunt & judices: Nam cenſura judicium eſt. Spieg.

CENSORES, Feſto lib. 3. dicuntur, quod quiſque rem ſuam tanti ęſtimare

æſtimare ſolitos ſit, quantum illi cenſuerint. Hos cenſus agendi gratia conſtitutos Pomponius ſcribit l. 2. §. poſt deinde ff. de orig. jur. quod & L. Feneſtella probat. c. 17. vbi forte pro habendo legendum eſt agendo Eos rerum, & bonorum æſtimatores prout quiſque ciuis profiteretur, interpretatur Zaſius ad d. l. 2. §. poſt deinde. Ij non tantum rerum ſed & morum æſtimatores erant, & diſciplinæ magiſtri, vt ex M Ciceronis Orat. pro Cluent. liquet. Hos regendis moribus ciuitatis quinto quoque anno creari ſolitos ſcribit Aſconius in Ciceronis diuinat. Senatu etiam motis notat adſcribendi, & mouendi jus fuiſſe ait T. Liuius decad. 4. lib. 9. Cenſorum officia, numerum, tempus ponit Cic. lib. 3. de leg. Prat.

CENSORIÆ animaduerſiones apud M. Tull. in Cluen. & cenſoriæ notæ, paſſim, & cenſoria ſeueritas apud Gell. lib. 4. c. 20. & cenſoria ſubſcriptio apud Cic. in Cluent. & cenſoria iudicia paſſim apud M. Cic. Cenſoria virgula apud M. Fab. l. 1. c. 2. Pr.

CENSORES, vt vult Var. lib. de ling. Lat. 4. dicuntur ad quorum cenſionem id eſt, arbitrium cenſeretur populus: A Liuio. lib. 4. dicti quod cenſui præeſſent Atq; duo primum creati ſunt, Papirius & Sempronius, anno 310. vt ſcribit Liu. lib. 10. & 55. Hæc de iis refert Cic. lib. 3. de legib. Cenſores populi ciuitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento: vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor: populique partes in tribus diſtribuunto: ex in pecunias, ciuitates, ordines partiuntor: Equitum peditumq; prolem deſcribunto: Cœlibes eſſe prohibento: Mores populi regunto: bini ſunto: magiſtratum quinquennalem habento: eaque poteſtas ſemper eſto. Zonaras lib. 2 creatos propterea vult cenſores, quia conſules rebus omnibus propter earum multitudinem ſufficere non poterant. Conſules enim omnem illam, quæ tum cenſoribus attributa eſt, præfecturam ad illud vſque tempus geſſerant. Eorum autem officium erat, vt ſcribit Liu. lib. 40. legere Senatum, recenſere equites, agere cenſum, luſtrum condere. In omnibus precationibus hæc verba nuncupabant, Vt ea res mihi collegæq; meo bene & feliciter eueniat. Cenſori autem defuncto nunquam aliquis ſufficitur, auctor idem Liu. li. 4. 5. 6. 9. & Plutarch. in vitis. Liu. item lib. 29. curam publicarum tabularum Cenſorum propriam fuiſſe ſcribit, & jus ſartorum tectorum exigendorum: quod idem Pedianus in verſ. 3. confirmat. Cenſores etiam apud Liuium lib. 39. pro iis ſumuntur qui per prouincias à Cenſoribus dimiſſi ciuium Romanorum in exercitibus, quantus vbique eſſet, referrent numerum. Prat.

CENSORES bis literis ſcribi ſolitos ex Gell. conſtat, Cenſ. Prat.

CENSORES autem quanquam initio bonorum eſſent æſtimatores: poſteriore tamen tempore cœperunt etiam magiſtri morum eſſe, multo majore fructu, quam cum pecunias corraderent. Plutarchus in Æmilio, Cenſura, inquit, maximæ omnium magiſtratuum reuerentiæ eſt, plurimæque poteſtatis, cum aliis rebus, tum ad morum emendationem. Nam ſenatores à ſenatu remouere poteſt: equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia, cenſum agere, luſtrum condere. Erant autem duo cenſores, qui quinto quoque anno creabantur. Hoc tempore nullus in Repub. magiſtratus magis deſiderari videtur, quam cenſoris, cujus tamen ne vmbra quidem extat. Old.

CENSORIÆ tabulæ. Harum fuſiſſime meminit Varro lib. 5. de ling. Lat. Prat.

CENSORIA lex l. 203. de verb. ſign. lex in publicorum locationibus dicta. Briſſ.

CENSORVM potiſſimum erat notare eos, qui cœlibatui, & orbitati ſtuderent, ſæpe mulctam indicebant his, qui inutiles nuptias contra legum vetita contraxiſſent. Camillum & Poſthumium cenſores æra pœnæ nomine eos, qui ad ſenectutem cœlibes peruenerant, in ærarium deferre juſſi, iterumque puniri dignos judicaſſe, ſi quo modo de tam juſta conſtitutione queri ſint auſi, ſcribit Valer. Max. ll. 2. c. 4. eamq; pœnam hos cenſores appellaſſe ſtipẽ teſtatur ite inquiunt, & odoſam exolute ſtipem, vtilem poſteritati numeroſæ Gœd. l. 231. n. 2. de ver. ſig.

CENSORVM, præter id officium quoque fuit tributorum rationem habere, eaque locare, Gœd. d. l. 203. n. 1. de verb. ſign.

CENSVALIS dicitur is qui cenſoribus aſſiſtit, præſto eſt famulatur, inſeruit.

CENSVRA. Cenſoris munus & dignitas, Gell. d. c. 20. ſic accipitur apud Plin. lib. 16. cap. 4 Catonum, ait, ille primus triumpho, & cenſura ſuper cætera inſignis, &c. Liu. lib. 4. V. C. alios magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem cenſuram grauem eſſe Sumitur pro ſeueritate, correctione, decreto & lege. Plin. in panegyr. Nam vita principis, cenſura eſt, eaque perpetua ad eam dirigimur, ad hanc conuertimur. Pro decreto accipitur in decret. Pontificis epiſt. c. 1. in fin. extra qui cler. vel vouentes, & in d. c. de cætero, de teſti. in antiq. Prat.

CENSVRA Senatuſconſulti, l. 13 §. 1. c. ad legem Iuliam, de adul.

CENSVRÆ rigor. l. 3. c. de offic. rector. prouin.

CENSVRÆ appellatione continetur excommunicatio, cap. 2. de exceptionib. lib 6. ſed & interdictum, & ſuſpenſio, vt explicat Pontifex, cap. quærenti, extra de verb. ſignif. cujus rei cauſam gloſſemata tius ibidem adnotat, Cenſuram generale nomen eſſe, vbi explicatur quid ſit Cenſura eccleſiaſtica. Prat.

CENSVRAM primo quinquennem fuiſſe, ſcribit Liu. li. 4. & 9. deinde Man. Æmilium dictatorem legem tuliſſe, vt cenſura, quæ antea quinquennalis fuerat, annua & ſemeſtris eſſet. Pra.

CENSVS. Cenſus, us, vt in literis humanioribus, ita quoque in jure noſtro non vna in ſignificatione accipitur. Nomine cenſus quicquid fortunarum quis habet, continetur. Vnde Iuuenalis ſatyr. 3.

Protinus ad cenſum; de moribus vltima fiet
Quæſtio. ——

Sumi etiam ſolet pro toto cujuſque patrimonio, vt cenſus equeſtris vel Senatorius, & pro ipſa deſcriptione patrimonij, quod denumeramentũ vulgo appallant Galli, *Denombrement*, vt cum quis in cẽſum referre vel deferre bona ſua dicitur. Igitur Latium antiquum primum donatum fuit jure ciuitatis Romanæ, deinde Italia jure Latino, vbi ciuitates liberæ erant, nõ tributariæ. Inde deductæ ſunt Coloniæ in prouincias quaſdam vel remunerandorum veteranorũ gratia expulſis ingratis colonis, vel ob frequentiam locorum, quæ ciuitates legibus Romanis vtebantur, vt municipia contra ſuis legibus & moribus. Deinde cœperunt quædam prouinciæ deuinctæ eſſe jure Coloniarum, cenſeri honoris tantum cauſa. Aliæ etiam jure Italico donatæ ſunt i. e. factæ immunes à tributis, ſicut ipſa Italia. Seiler. ex lectutis Duar. nõdum impreſſis tit. 15. lib. 50. Pand. de cenſib. Olim quidem cenſus erat recognitio ciuium per capita, & quantum quiſq; haber in bonis, quod quinto quoq; anno fiebat à Cenſoribus, teſte Pompon. Lær. de magiſtrat. Rom. c. 21. Itaq; cenſus id quoque dici cœpit, quod numerata pecunia principi per capita ſoluitur, ſiue per focos. Cenſus etiam eſt id, quo agri cenſuales eſſe declarantur, Gallice dicimus, *cenſcy fernis*. Hujuſmodi cenſus perſecutio inhæret in toto, & in qualibet parte fundi cenſualis. Item, cenſus eſt præſtatio tributi, annuave penſio, quæ de rerum immobilium prouentis datur, quomodo accipitur C. in tit. ſine cenſu & reliq. fund. comparati non poſſe, & not. 1. q. 3. quæſitum. Et hæc in quo differat à tributo ponit Bart. in l. 1. de publ. & vect. & Io. And. In quo autem à pẽſione, notat gl. in Clem. 1. de ſupp. neglig. præl. in verb. Penſionet. Cenſum autem primus omniũ Seruius Tull. rex inſtituit, rem (veluti Liuius ait) ſalubertimã toto futuro imperio, ex quo belli, paciſq; munia non viritim, vt ante, ſed pro poſſeſſione pecuniarum, ciues obirent. Auchor.

CENSVS, in rubr. C. ſine cenſu vel reliq. fundum eſt tributum, vectigal, publica penſatio, onus agrorum, non perſonarum, Gothofr. ad d. rubr. per l. 3. cod. de annon. & tribut. l. 7. ff. de public. Briſſ.

CENSVS eſt, perſonarum, rerumque deſcriptio, ſic ſumitur apud Pompon. l. 2. §. poſt deinde. ff de orig. jur. Perſonarum quidem cum ciues ſinguli ſua tribu, claſſe, centuria, nomina ſua, vxorum, liberorum, libertorum, ſeruorumque ſuorum, item cujuſque ætatem & quam vrbis regionem habitarent, profiterentur Bonorum vero cum iidem patresfamillias prædia ſua cum vrbana, tum ruſtica, ſeruorum, pecudumque numerum, fundorum inſtrumenta, ſuppellectilem, pecuniæ denique numerum profitebantur, quod & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 4. & T. Liuius lib. 1. 7. & 19 ſcribunt. Prat.

CENSVS quoque dictus eſt tributum, quod prædiis prouincialibus imponebatur, & fiſco pendebatur. l. 2. c. ſine cenſ. vel reliqu. Qui comparat, cenſum rei comparatæ agnoſcat, neque liceat alicui rem ſine cenſu vel comparare, vel vendere. Prat.

CENSVS quoque nomine, ſubſtantia, bona, fortunæque comprehenduntur, Cic in orat. pro Q. Roſcio. Quem tu, ait, ſi ex cenſu ſpectas, ciuis Romanus eſt: Vlp. l. cogi 6. in prin. ff ad S. C. Treb. Iuſtiniano l. de creationib. c. de epiſcop audient. Prat. Cenſus l. 7. §. 6. de curat. furioſ. pro bonis accipitur.

CENSVM pro pecunia diſtracta accipit gl. in c 1. de in inte. reſt. pro penſione tamen, quæ prouentibus ſoluitur accipi ibidem verius putem, quod & Angelus Clauaſius in ſumma, in verbo Cenſus, ait: ſicque accipi debere ſcribit in c. quæſitum. 1. qu. 3. ſic ſumi ſolet tot. tit. extra de cenſibus, vnde nec immerito, ſed [illegible] reditum: ſiue prouentum appellant interpretes cenſum, tametſi a Do male vſurpatum puter Old. Prat.

CENSVM ita definit Theophilus in §. fin. Inſt. de libertinis [illegible] Eſt igitur cenſus tabula, ſiue charta, in qua Romani ſcribebãt ſuas facultates, vt belli tẽpore pro modo patrimonij ſui vnuſquiſq; conferret: quo ſenſu accipitur apud Q. M. Scæuolam, l. quæ quiſque, 64. ff. de acq. rer. dom. Marcellum l. cenſus. 10. ff. de probationib. & alibi ſæpe, & Caſſiod. l. 1. 3. var. epiſt. pe. cujus hæc verba ſunt: Auguſti ſiquidem temporibus orbis Romanus agris diuiſus, cenſuque deſcriptus eſt. Prat

CENSVS exiguus in l. 21 §. 14. vbi Gothoſt. c. de jur. delibat. id eſt exigua æſtimatio.

CENSVS crimen apud Hermogenian. in l. vix certis, ff. de judi. accipere debemus fraudati cenſus crimen per l. 2. c. de quæ-

ſtionibus atque ita explicat Accurſ. in d.l. vix certis. Prat. Briſ.

CENSVS nouus dici poteſt, qui in fundatione ipſius eccleſiæ impoſitus non eſt gl. in cap. ſignificauit de cenſ. in antiq. Cenſus noui fit mentio in l. 3. C. ne rei domin. vel templor. Prat.

CENSVS paſſiuus apud Tertull. in lib. de Monogamia, ſignificat infinitum, vagum, & liberum cenſum, vt apud eum interpretatur B. Rhenanus. Prat.

CENSVS luſtralis ab Vlpiano in Inſtitut. dicitur à luſtri ſpatio, vt ſi quinquennalis cenſus diceretur, quo luſtrabantur ciues quinto quoque anno: ſic appellatur ad diſcrimen cenſus equeſtris, Senatorij aut eius cenſus qui in prouinciis agebatur. Torn. lib. aduerſ. 7. c. 21.

CENSVS cenſendo legem dicere, apud Liu. explicat Torneb. aduerſ. lib. 26. c. 11. pro cenſu agendo æſtimandiſq; ciuium fortunis & facultatibus: Legem cenſui cenſendo dicturos eſſe, vt præter commune omnium ciuium iuſiurandum hæc adiurarent: id eſt, hæc iurarent, aut præterea iurarent. Prat.

CENSVI cenſendo agri proprie adpellantur, qui & emi, & venire iure ciuili poſſunt Feſto lib. 3. cujus rei exemplum extat apud M. Cic. in orat. pro L. Flac. Illud, ait, quæro, ſint ne iſta prædia cenſui cenſendo? habeant jus ciuile? ſint, nec ne ſint mancipi? ſubſignari apud ærarium, apud cenſorem poſſunt? in qua tribu denique iſta prædia cenſuiſti? Et apud eundem in ead. Cenſum 30. millia pecuniæ numeratæ, & Cenſum mancipia legimus. Prat. ex Hot.

CENSVM agere, peculiare verbũ eſt hiſtoricis pro recenſere vel capita vel patrimonia profiteri, vt adnotat Zaſ. l. 2. §. poſt deinde. ff. de orig. jur. T. Liu. lib. 4. ſcribit Papyrium & Sempron. cenſui agendo à populo præfector. Old Gell. lib. 4. c. 22.

CENSVM adminiſtrare, l. 23. C. de teſtam.

In CENSV ſuo habere, l. 7. C. qui bon. cedere poſſ.

CENSVM profiteri: hinc profeſſiones cenſuum.

In CENSVM deducere, deferre, referre. Briſſ. ex ll. ff. Cic. Gellio.

CENSV manumitti olim dicebantur, qui luſtrali cenſu Romæ juſſu dominorum inter ciues Romanos cenſum profitebãtur, vt auctor eſt Vlp. noſter in epit. tit. 1. Sic etiam legendum adfirmare auſim apud Ga ũ li. 1. Inſt tit. 1. cujus hæc verba ſunt: Ciues Romani ſunt, qui his tribus modis, id eſt, teſtamento aut cenſu, aut ante Conſulem, fuerint manumiſſi. vbi pro Cenſu legitur in quibuſdam exemplaribus in Eccleſia. Prat.

A CENSV ducuntur Cenſuarij in l. ſi quis intra 7. Cod. de bonis proſcr. qui cenſum pendere debent, qui cenſib. obnoxij ſunt: pro qua voce Cenſuarij in C. Th. eod. tit. legitur Caſarij, vnde in quibuſdam exemplaribus manuſcriptis C. Iuſtin. legitur: ſed Caſarij verior omnib. lectio eſt. Prat. Cenſuarij in Gallia vocantur, qui in ſingula jugera eius agri quem colunt cenſum annuum nobis pendunt. Connan. lib. 2. c. 10. n. 3.

CENSVALES, qui dicuntur Tabelliones & ſcribæ, & librarij cenſualis miniſterij, ſunt, qui operam ſuam accommodant magiſtro cenſus in vrbe, & acta Senatus conficiunt: ſic accipi debent, in l. 3. & 4. c. de priu. ag. in reb. lib. 12. & in rub. de Tab. ſcribis, logographis & cenſualib. lib. 11. C. Sic & apud Capitolinum in Gordianis. S. Cum tacitum, inquit, fieret, ita vt non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent: & apud Symmachum in epiſt. Argenti, ait, publici ratio, quod cenſualibus editores munerum contulerunt, & in Nou. 17. Cenſualis adparitio, pro magiſtri cenſus adparitoribus, qui elogia intimant, ſic ſumitur in Iuſtiniani conſtitutione l. conſulta, A de teſtam. Briſſ. Prat.

CENSVALES in Nouel. 17. cap. 8. § 1. Græci vocant τῶν δημοσίων λογογράφων φύλακας Gothofr. ad d. §. 1. quibus cenſuale negotium mandatur. Briſſ.

CENSVALIS contractus eſt, cum quis jus quod in re habet ſiue directum, ſiue vtile dominium, alienat prorſus in alium, pro certa pecunia, puta pro centum & præterea conſtituto annuo cenſu Sed per emphyteuticarium contractum non transfertur omne ius in emphyteutam. l. 1. cod. de jure emphyt. vbi vide Oldend. Prat. Vultei. in Comment. Inſtit. de locat. & conduct. c. 1. n. 12.

Legati ad CENSVS accipiendos, apud Hermogenianum l. 1. ff. de muneribus & honoribus, (vbi in editione Florentina lege ſcribatus pro ſcribitus) pro cenſualibus, de quibus ſupra in N. 17 §. οἱ δὲ ἀεὶ vbi ... eos appellat Iuſtinianus, Iulianus & vetus interpres veterum Cenſuales: vide Accurſium, in §. coges, in Authen. de man prin. Prat.

CENSVALES qui in l. comperimus 19. c. de curſu public. lib. 12. ſed verius eſt, vt ibidem legas Curſualium, h. e. curſui deſtinatorum, vt docet ἐπιγραφὴ & rubr. illius tractus, cui rei etiam indicio eſt, quod his verbis ſcribit Caſſiod. lib 5. Variar. epiſt. ad Mannillam Qui ſupra, inquit, euectionum numerum Curſuales equos vſurpare præſumunt. vide eundem Caſſiod. lib. 4. variar epiſt. ad Gndiſcalcum Prat. Briſſ.

CENSVALIS forma quæ ſit, adparet ex l. 4. ff. de cenſibus vt agri nomen, ciuitatis & pagi, referantur in cenſum.

CENSVALIA munera, l. 2. cod. de priuil. eorum qui in ſacr. palat. milit. lib. 12. Prat.

CENSVALE officium in l. teſtamenta. 18. c. de teſtam. exponit Alex. Imol. ibid. Cenſuum magiſtrum: cujus expoſitio juuatur noua Iuſtiniani conſtitutione. 44. § ... Prat.

CENSVALE miniſterium, l. 1. C. de tabul. ſcrib. lib. 10.

CENSVALIS adparitio: vid. ſuprà Cenſuales qui dicuntur.

CENSVALIS profeſſio in l. cenſualis. 7. c. de donat. & l. omnes 3. ſine cenſ. vel reliq. C. Th. Briſſ.

CENSVALES paginæ l. fin. c. Theod. ſine cenſ. vel reliqu. Briſſ.

CENSVALES libri, l. 4. de agric. & cenſit. lib. 11. c. qui ſint, ex eo loco diſce aperte. Prat.

CENSVRA eſt pars conſularis poteſtatis, & à Conſulibus ad Cenſores tranſiit. Cujac. ad l. 2. de orig. jur.

CENTENA, ordo eſt, & dignitas, & gradus promotionis in ſchola agentium in rebus, & eorum qui in ſacro palatio militabant: Centenæ dignitas Briſſ. vide l. 1. de Cæſarianis. C. Th. & l. 1. C. Th. de murileg. l. 5. C. Th. de decurionib. & alibi paſſim in eo C. Hinc

CENTENARII dicebantur, qui eum dignitatis gradum in ſchola tenebant l. 1. c. de lucris aduoc. lib. 12. l. eod. de ag. in reb. eo. lib. & l. 1. de exact. trib. lib. 10. c. & alibi paſſim. Porro qui centuriones veteribus dicebantur, eos ſuis temporib. Centenarios, dici ſolitos refert. Veget. lib. 2. c. 13. Briſſ. Prat.

CENTENARIA in l. 1. c. de offic. magiſtr. offic.

CENTENARIÆ cœnæ Feſto lib. 3. dicebantur in quibus lege Licinia non plus centuſſibus, præter terra nata, impendebantur, id eſt, centum aſſibus qui erant breues nummi ex ære. Prat.

CENTENARIÆ cœnæ dictæ, à centenis ſeſtertiis. Tertullianus in Apologia contra gentiles, qui parciores erant: de qua re latius Crinitus de honeſta diſciplina lib. 14. c. 6.

CENTENA pondo, inquit idem, dicebantur antiqui referentes ad libras. Prat.

CENTENARII dicuntur à noſtris, qui centum millia H. S. in bonis habent, vt ſcribit Imperator §. 2. de ſucceſſ. lib. qui, vt ait Aſconius, more veterum cenſi dicebantur. Vult. in inſtit. de ſucceſſione libertorum in prin. n. 5. De centenariis Vlp. frequenter in l 16. ff. de jur. patro. & ſub tit. ad legem Falcid. qua de cauſa Suidas, κεντηνάριον, inquit, ... Quod autem apud Imperatorem §. ſequ legitur Centum millia H. S. centenis aureis comprehendi, falſum eſt non enim centeni, ſed milleni aurei ſiue ſolidi centum ſeſtertium millia conficiunt. quapropter aut hallucinatum eſſe Tribonianum, aut locum corruptum in Inſtit. Comment. docuimus. Vide Anteus. Hot Centenarij Liu. lib. 1. in claſſium conſtitutione, dicuntur, qui centum millibus æris cenſi, erant, Centenariis auri. l. 12. c. de curſ. publ Briſſ.

CENTENARIVS eſt, qui olim cenſus dicebatur, vnde centenarium eſt, C mille ſeſtertiorum, vel ex definitione Iuſtiniani centum aureorum quantitas. Cujac. in Notis ad lib. 3. Inſt. de ſucceſſ libertorum.

CENTENARII procuratores à numero pecuniarum eis commiſſarum dicti ſunt: horum munus erat, exigere fiſcales pecunias, non tamen niſi ex breui debitorum à tabulario confecto. Cujac. ad l. 1 de act. Tribut. C.

CENTESIMA, Centeſima vſura ideo ſic dicta eſt, quod quolibet menſe centeſimum nummum mereat, id eſt, duodenos aſſes annuos, in qua eſt opinione Bud. in annot. ad Pand. Alij vero credunt, ideo dici centeſimam, quod centeſimo menſe ſortem æquaret (Briſſ. cujus menſtrua quantitas centeſima ſortis principalis pars eſt Briſſ.) Quæ opinio fuit Accurſij, & quorundam qui hunc ſecuti ſunt Eaque opinio recidit in eandem cum priore Vtputa in centum aureos in ſingulos mẽſes, vnus aureus, id eſt, centeſima pars, vſura centeſima eſt. Eadem centeſimo menſe æquat ſortem: Cum enim centum menſibus vnoquoque menſe vnus aureus præſtitus fuerit, efficietur ad extremum ſumma centum aureorum, quæ principalis ſors fuerat, vide Briſſ. 4. lect. antiq. Quod autem dicimus centeſimam eſſe partem ſortis in ſingulos menſes, ac non in ſingulos annos, referri debet ad morem, & rationem veterum in fœnerandis pecuniis, & promittendis conſtituendiſque vſuris, ſicut à Bud. annotatum eſt in annot. ad Pand. Vſuras enim in ſingulos menſes ſtipulari ſolebant, non in ſingulos annos, vt indicat l. lecta, ſi cert pet. Horat. lib. 1. ſerm. ſat. 3.

——Paulum deliquit amicus
Odiſti & fugis, vt Druſonem debitor æris,
Qui, niſi cum triſtes miſero venere Calendæ, &c.

Ex quo Calendarium dictum eſt liber rationum à Calendis &c. Centeſimæ autem duorum generum erant. Aliquæ enim perpetuo fœnore ducebantur, & duodenos quotannis nummos merebant. Alteræ centeſimæ cum renouatione fœnoris anniverſaria ducebantur, quas vſuras vſurarum appellant. Vtrarumq; meminit Cic & harũ maxime in quadam ad Attic. epiſt. lib. 5. ſub verbo Græco anatociſmo. Interim (inquit) cum in edicto tranſlatitio centeſimas me obſeruaturum haberem cum anatociſmo anniuerſario, ille ex ſyngrapha poſtulat ſibi jus dici. Illarum vero meminit Plin. ad Traianum, his verbis, pecuniæ publicæ vereor ne otioſe jaceant, nam & prædiorum com-

compatandorum aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt: nec inueniuntur, qui velint debere reipublicæ, præſertim duobus aſſibus, quanti à priuatis mutuantur. Duodenos nummos appellat duodenos aſſes. Eſt ergo ex fœneratorũ conſuetudine is loquendi modus IC. centeſimis Calendis dare ſpondes? Item, dictio, Calendaria, qua ſolet IC. vti cum fœneratorum rationes deſcribit, & qua etiam vtimur appellantes libros rationum, calendaria. Et eo modo loquendi, centeſimis calendis dare ſpondes? ea ratione ſtipulationes concipiebantur, quod calendis fœnora exigebantur. Centeſimæ autem calendæ, octo annos, & menſes quatuor complectuntur, vt Alciatus ſingulariter monuit, c.23. pareg. Non tamen hinc id genus vſuræ appellatum centeſima, dictum eſt quod centeſimo menſe expleret ſortem (tametſi id quoque verum eſſet) ſed quod pro centum librarum ſorte ſingulis menſibus libram vnam vſuram pareret, hoc eſt, duodecim libras ſingulis annis, iudicent interim viri docti de iis, quibus non omnes vna conuenere, & adſtipulati ſunt. Anchor.

CENTESIMA apud Catonem in capite de oleæ pendentis, lege centeſimæ eſt acceſſio: quam in redigenda pecunia coactores exigunt. Hæc ſunt verba Catonis. Qui oleam emerit amplius, quam quanti emerit, omnis pecuniæ centeſima accedit. Cic. pro Rabirio: Vtrum acceſſionem decimæ, vt facere noſtri coactores ſolent centeſima, an deceſſionem de ſumma fecerit. Prat.

CENTESIMVS lapis pro centeſimo miliario accipitur in l. propter litem, 12. §. licet, ff. de excuſ. §. qui autem excuſare. Inſt. eod. tit. atque ita videtur explicare Vlp. l. 1. ff. de offic. præf. vrb. & Theoph. ad §. qui autem excuſare. Prat.

CENTESIMÆ Kalendæ apud Paulum in l. centeſimis 46. ff. de verb. oblig. dicuntur centeſimus menſis And. Alciat. & Iacob. Curacio interpretibus in d. l. centeſimis, quidam centum annis interpretabantur, quos reprehendit idem Alciat. lib. 2. parerg. cap. 23. Prat.

CENTESIMARE apud Iulium Capitolinum in Opil. Macrinum, militare verbum eſſe ait Egnatius ad illum Milites enim vbi quid grauius admiſiſſent, ſæpe decimus quiſque, interdum centeſimus extremo ſupplicio afficiebatur. Verbum hoc centeſimare Macrini proprium ſcribit Capitolinus, cum ſe clementem diceret, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decimatione, aut viceſimatione. Prat.

CENTGRAVII in antiquis Germanorum legibus centenarij dicuntur. Cujac. lib. 1. tit. 1. de Feudis.

CENTIES aureorum, præciſa locutione pro centies centena millia aureorum. Celſus l. 88 de verb. ſignif. Tantum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici poteſt. ſic dicimus centies aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæteriſque ſimilibus rebus habet. Paul. l. 97. ff. de legat. & fid. li. 35. Pone, inquit, in condita centies aureorum eſſe, quæ in vſum ſumi ſolerent. Sic decies ſeſtertium pro decies centena millia H.S. vt in Verrinas demonſtrauimus. Hot.

CENTIES centena millia ſignificat, vt millies in l. 4. §. 1. de ſtatulib. Millies centena millia, quemadmodum Ant. Aug. lib. 1. emend. c. 6. notauit. Sic quod Martial. lib. 3. epig. ait, de Apicio, cum bis tricenties ventri dediſſet, ſupereſſetque ſibi centies duntaxat cogitaret, venenum bibiſſe, hoc idem Dio lib. 57. referens ait, ... et ſuperfuiſſe. Nam 25. myriades valent decies: quas ſi 10. multiplicaris, habebis 250. myriades, pro eo quod Latini centies vocant. Briſſ.

CENTIENS pro centies in Pand. Florent. ſæpe reperimus: quo in genere ſcire oportere admonuit Ang. lib. 2. c. 6. Emend. veteres inter E. & S. poſuiſſe N. vt mollius proferret. Hinc ſæpe in P. Florentina, & viceſimum, &c. legimus Prat.

CENTISIMVM milliariũ pro centeſimũ legitur in l. 42. ff. de exc.

CENTONARII, de quibus in l. 1. & 2. C. Theod. de centonariis, & dendrophoris. Prat. Briſſ.

CENTONES, vela ſunt ex pilis caprarum, ſiue panni craſſiores ex lana diuerſorum colorum conſuta. Meminit eorum Vlp. l. quæſitum, 12. §. ſi domus, ff. de fund. inſtr. Alex. Neap. lib. genial dierum. Dixere autem, inquit, centones ex villis groſſioribus ſagula intexta viliori bus pannis, quibus domorum tecta tabulata, aut ligneæ machinæ militares, aduerſus incendia, ſi ignis major vis ingruat, muniuntur. Vnde in Chiliad. Eraſmicis, Farcire centones Old. Prat.

CENTONES, ſecundum Hot. faſciculi ſunt ex pannis aut linteis ſordidis compacti, quibus ædium inſtrumenta deterguntur. Apud Vlp. in d. §. ſi domus, poſitum videtur pro iis, qui perticis impoſiti aceto immerguntur ad incendium extinguendum.

CENTONES inſtrumento domus contineri, ſcribit Vlp. in l. quæſitum eſt. 9 ſi domus, ff. de fund. inſtruct. cuius verba ita caſtiganda ſunt: dicunturque ſtragula quædam groſſiora villis paſſim pendentibus, quibus lecti viliſſimarum perſonarum ſternuntur. Conficiuntur ex pannis diuerſorum colorum in vnum conſutis, cœmentatiſque, ex his tabernacula, omniſq; caſtrenſis ſupellex pluuioſo tempore velatur, à villorum multitudine nomen aſſumpſit. Cato l. 1. de re ruſt. centonem poſuit pro inſtrumento ruſtico: hoc eſt, pro interiore veſtimento, quod ſuper ſubucula induendum ſolet, bombyce inſerta, Tres, inquit, centones pueris, ſex culcitras, nouem ſtragula. In hoc ſignificatu etiam legimus apud Macrob. Saturnal. lib. 1. c. 6. cujus facetiſſimam fabulam ſubſcripſi. Tremellius Scropha cognominatus eſt euentu tali. Tremellius cum familia atque libertis in villa erat. Serui eius, cum de vicino ſcropha erraret, ſurreptam conficiunt: vicinus aduocatis cuſtodibus, omnia circumvenit, ne qua hæc efferri poſſet: iſque ad dominum appellat, reſtitui ſibi pecudem. Tremellius, qui ex villico rem compeeriſſet, ſcrophæ cadauer ſub centonibus collocat, ſuper quos vxor cubabat: quæſtionem vicino permittit, cum ventum eſt ad cubiculum, verba jurationis concipit: nullam eſſe in villa ſua ſcropham, niſi illa, inquit, quæ in centonibus jacet, lectulum monſtrat. Ea facetiſſima juratio Tremellio Scrophæ nomẽ dedit. Centones docet Cato fieri ex veſtimentis familiæ veteribus, cum ait: Quotieſcunque tunicam aut ſaga familiæ dabis, prius veterem accipito, vnde centones fiant. Eodem modo Cento apud Iuuenal. accipitur pro veſtitu famulari, craſſo & ſordido, ſic ſcribentem:

Intrauit calidum veteri centone lupanar.

CENTO etiam ſecundum aliquos accipitur pro velo laneo, quod lana aut tomento conſertum ſit, vt ictus nullos patiatur: cujus vſus in re militari apud veteres fuit frequentiſſimus, ad incendium quoque arcendum. Hinc præcipit Veget. lib. 4. Turres & vineas, quæ machinæ ſunt militares, centonibus etiam aut crudis coriis extrinſecus operiendas communiendaſve, ne immiſſo igne concrementur. Cæſar quoque commen. belli ciu. Pompil. 2. refert in oppugnatione Maſſiliæ turrim latericiam à ſuis ſtructam fuiſſe, cui centones inſuper injecerunt, ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perſtringerent, aut ſaxa ex catapultis latericium diſcuterent. Idem Cæſar paulo poſt, in muſculi ſtructura, quæ & ipſa machina oppugnatoria eſt, ait: Coria inducta fuiſſe, eaque centonibus contecta, ne igni aut lapidibus corrumperentur. Idem belli Pompeiani lib. 3. refert, omnes fere milites aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas aut tegmenta feciſſe, quibus tela vitarent. Cento præterea opuſculum eſt, ſtructum ex variis diuerſiſque carminibus, cujus ſtructura ita ſolidatur, vt docet Auſonius poëta, videl. vt coeant aut cæſi duo verſus, aut vnus & ſequens cum medio. nam duos junctim locare ineptum eſt: ita ipſe centonem formauit nuptialem, conſutum ex filis Maronianis poëmatis, vnde Homerocentones, & Vergilincentones: quales fecit Proba Falconia, tales feciſſe ſeſe refert D. Hieron. in prologo veteris Teſtamenti, ſignare volens opuſcula contexta ex Homeri Vergiliique carminibus, tranſducta & accommodataque ad ſenſum conditoris. Venit autem à ... verbo Græco, id ... quod inſerere eſt, deducitur e literæ abiectione. hac ratione etiam Digeſtorum libros Cẽtones appellamus. Propterea damnandus eſt Sipontinus, qui in ſuis Commentariis à centum deduci centonem exiſtimauerit. Cõ.

CENTVM anni, finis vitæ longæui hominis l. an vſusfructus, ff. de vſufr. Vide infra, Vita. Ræuard. l. ſemper, ff. de reg. jur. Feſtus auctor eſt.

CENTVM, quæ in arca habeo apud Vlp. l. 1. § aden, ff. de dot. prælegata, ad rei veritatem pertinent, eamque ſpectant, atque ideo ſi nihil ſit, nihil debebitur. Prat.

CENTVMVIRI, judices quidam erant, Ouid. teſte lib. 3. de Pont.

Vtque fui ſolitus, ſediſſem forſitan vnus
De centum iudex in tua verba viris.

Non autem magiſtratus, quos commemorat Paulus in leg. qui repudiantis, 17. ff. de inoff. teſta. & Iuſtin. l. fin. C. de lib. preter. nec ex turba ſelectorum vt refert ex Seneca Cujac. obſer. lib. 21. c. 31. de quibus autem rebus ij cognoſcerent, ex proximis ſequentibus videre eſt.

CENTVMVIRALE IVDICIVM.

Erant olim dies conuentus, quibus haſtam centumviralem ſic videntur coegiſſe decemviri, vt ius haberent centum viros conuocandi. Idq; auctor ad Piſ. expreſſit eleganter his verſib.

Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice cauſam.

Et hoc nimirum illud etiam eſt, quod ſcripſit Plin. epiſt. lib. 6. conſiliis quatuor colligi ſolere Centum viros. Plinij verba ſunt hæc: Fœmina ſplendide nata, nupta prætorio viro exhæredata ab octuagenario patre, intra vndecim dies, quam ille nouercam ei captus amore induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant judices centum & octoginta (tot enim quatuor conſiliis conſcribuntur) ingens vtrinque aduocatorum, & numeroſa ſubſellia præſtantium corona, latiſſimum judicium, multiplici circulo ambibat. Ex quo loco probari liquido poteſt, centum viros ſic à decem viris olim cogi ſolitos, vt ab iis conſcriberentur quatuor conſiliis, conſcriptique & ſimul congregati, in conſilia 4. diſtribuerentur. De quibus conſiliis ſentire viſus eſt Suetonius, ſic in Domitiano ſcribens: Ambitioſas centum virorum ſententias reſcidit: recuperatiores, ne ſe perſuaſoriis aſſertionibus accom-

modarent, identidem admonuit, nummarios, judices cum ſuo quemque conſilio notauit. Haud dubie per judices nummarios centum viros intelligens, deq; centum virorum conſiliis quatuor plane ſentiens, Poſtquam autem centumviri in quatuor conſilia diſtributi eſſent, tunc eos in Baſilica Iulia vna cũ decem viris quatuor adſcendiſſe diuerſa tribunalia, ex Quintiliano conſtat, qui ſic lib. 12. Inſtit. orat. c. 5. ſcribit: Certe cum in Baſilica Iulia diceret pro tribunali, quatuor autem judicia, vt moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum, & intellectum, & quod agentibus cæteris contumelioſum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. Ex quo loco probari etiam poteſt, hæc quatuor judicia in vno eodemq; loco ſic olim exerceri conſueuiſſe, vt qui in primo tribunali diceret, facile à reliquis exaudiretur. De vna enim eademque cauſa, quatuor hæc centum virorum tribunalia, ſimul vno tempore cognoſcebant, & judicabant in vno loco. Idque ex Valer. Max. tam eſt perſpicuum, vt nullis amplioribus opus habeat argumentis. Sic enim de milite quodã li. 7. c. 7. ſcribit. Cum improbiſſimis enim hæredibus de paternis bonis apud centum viros contendit, omnibusq; non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit, idque etiam illud eſt, quod de diuiſis tribunalibus variiſque judicum ſententiis Papinianus ſcribit, l. 76 de leg. Nec alio referri poteſt, quod ſic apud Cottam ſcripſit Ouid. lib. 3. de Ponto. Vtque fui ſolitus, ſediſſem forſitan vnus De centum judex in tua verba viris. Hinc etiam eſt, quod centumvirale judicium fuerit olim appellatum judicium quadruplex. Plin epiſt. lib. 4. Proxime cum apud centum viros in quadruplici judicio dixiſſem, ſubit recordatio egiſſe me juuenem æque in quadruplici. Ecce non ait in quatuor judiciis ſe Plinius dixiſſe, ſed in judicio quadruplici, hoc eſt, in eo judicio quod ex quatuor conſiliis, ex quatuor diuerſis tribunalibus conſtabat. Erat enim prætor qui centumviralibus præſidebat, cujus meminit idem Plinius epiſt. lib. 5. ſic Rufo ſuo ſcribens: Hoc facto Nepotis commotus prætor, qui centumviralibus præſidebat, deliberaturus, an ſequeretur exemplum inopinatum, nobis otium debit. Hunc prætorem fuiſſe prætorem vrbanum, ex eo eſt euidentiſſimum, quod vrbanus prætor apud centum viros faceret poſtulantibus litigandi poteſtatem, vt ex Valerio dilucide probatum eſt ſuo loco. Non eſt veriſimile alium prætorem feciſſe poſtulantibus huiuſmodi poteſtatem, quam eum qui judiciis centumviralibus præſidebat. Cæterum in præſidendo, illud etiam obſeruaſſe viſus eſt prætor, vt medius ſederet inter judicum conſilia quatuor. Sic, ni fallor, vt à dextra parte duo poſita eſſent diuerſa tribunalia, & totidem à parte ſiniſtra. Eoque non dubium eſt, quin reſpexerit Quinctilianus, cum partes centum virales in duas haſtas diuiſas eſſe ſcriberet Inſt. orat. lib. 5. c. 2. Illud enim ſic eſſe videtur intelligendum, vt haſtæ in omnibus judiciis centum viralibus, duæ, h. e. vna centum viralis, & altera prætoria ſiue decemviralis, ponerentur. Huc etiam viſus eſt Marcellus reſpexiſſe, cum ita ſcriberet: Si pars judicantium, de inofficioſo teſtamento, contra teſtamentum, pars ſecundum id ſententiam dederit, quod interdum fieri ſolet, humanius erit ſequi eius partis ſententiam quæ ſecundum teſtamentum pronunciauit, leg. 10. de inoffic. teſtamento. Sic enim hic Marcelli locus accipiendus eſt: Si pars vna centumviralium (h. e. duo conſilia) contra teſtamentum, & altera pars (h. e. duo alia conſilia) ſecundum teſtamentum pronunciauerint, quia pares ſententiæ ſunt, quid faciendum eſſet, dubitabatur, & tandem fuiſſe videtur definitum ſequendam eſſe ejus partis ſententiam, quæ ſecundum teſtamentum pronunciauit. Certe quia ſic epiſt. lib. 11. Seneca ſcribit: Reus ſententiis paribus abſoluitur, & ſemper quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius. Porro hæc duo conſilia centumviralis, quibus ſecundum teſtamentum pronunciatur, viſus eſt conſilia duplicia Quinctil. appellaſſe. Sic enim lib. 11. c. 1. ſcribit: Succurret etiam ſi apud alios judices agetur, vt in ſecunda aſſertione, aut in centumviralibus judiciis duplicibus parte victa. Per duplicia enim judicia duo illa centum virorum conſilia intelligit Fabius, quibus altera pars victa eſt, nondum re controuerſa, ad alia duo conſilia tranſlata. Ea profecto ratione, qua ſic Æneid. lib. 1. ſcripſit Virgil.

—Et duplices tendens ad ſidera palmas
Talia voce refert.—

Admonet enim Seruius Duplices pro duas, in hoc loco ſecundum morem antiquum poſitum eſſe. Et hinc etiam intelligimus, quo ſenſu ad præiudicia partes traxerit centumviralium idem Quinctilianus in d. cap. 2. Quandoquidem enim tertio modo præjudicium dicatur, cum de eadem cauſa pronunciatum eſt, certe abſurdum non eſt, ad hanc præjudicij ſpeciem cauſas trahere centumvirales, de iis enim quatuor judiciis diuerſis ſolet pronunciari. Cæterum ſi formam judiciorum centumviralium conſideres, magis eam ad publicorum, quam ad priuatorum judiciorum ordinem intelliges inclinare. Eaq; ratione à priuatis judiciis cauſas centumvirales viſus eſt Plin. diſtinxiſſe epiſt. lib. 6. Interuenit, inquit, acribus illis, & erectis frequens neceſſitas computandi, ac pene calculos tabulamque poſcendi, vt repente in priuati judicij formam, centũvirale vertatur, & Quinctil. lib. 5. cap. 10. proprium eſt, inquit illud cauſæ, quod Amphictyones judicant, vt alia apud centum viros, alia apud judicem priuatum in iiſdem quæſtionib. ratio ſit. Nec id etiam ignoraſſe viſus eſt Iuſtinianus, cum ita ſcribit Magnitudo & auctoritas centumviralis judicij non patiebatur per alios tramites viam hæreditatis petitionis infringi. c. fin. C. de petit. hæred. per magnitudinem haud dubie magnificam intelligens centumviralis judicij formam: Ad quam formam referri etiam debet, quod ſic Cic. pro Cecinna ſcribit: Ornate & copioſe L. Craſſus eloquentiſſimus, paulo ante quam nos in forum venimus, judicio centum virali hanc ſententiam defendit: & facile, cum contra eum prudentiſſimus homo, Q. Mucius diceret. Nec alio referendum eſt, quod ad hunc modum Quinctil. ſcribit li. 4. c. 1. Quibuſdam in judiciis maximeq; capitalibus, vt apud centum viros, ipſi judices exigunt ſolicitas & accuratas actiones, contemniq; ſe, niſi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt, nec doceri tantum, ſed etiam delectari volunt. De quibus autem rebus centumviri judicauerint, optime explicat Cic. de orat. lib. 1. Nam volitare, inquit, in foro, hærere in jure, ac prætorum in tribunalibus judicia priuata magnarum rerum obire, in quibus ſæpe non de facto, ſed de æquitate & jure certetur, jactare ſe in cauſis centumviralibus, in quibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum aut ratorum, cæterarumq; rerum innumerabilium jura verſentur, cum omnino quid ſuum, quid alienum, quare denique ciuis an peregrinus, ſeruus an liber quiſpiam ſit, ignoret, inſignis eſt impudentiæ. Hactenus Cic. De inoffic. teſtamento, deque aliis hæreditariis controuerſiis centum viros cognouiſſe, præter Ciceron. & Inſt. teſtatur etiam expreſſe Scæuol. l. 13. & 17. de inoffic. teſtam. Eoq; non dubium eſt, quin reſpexerit D. Hieron. cũ ſic ſcriberet epiſt. lib. 2. Liberatus & mundus à periculo & hæreditariæ vel centum virales cauſæ de Barathro erutæ, quod hic forum negligens ſe ad eccleſiam tranſtulit. Hunc enim locum ſic arbitror intelligendum eſſe, quaſi ſic ſcripſiſſet Hieron. Hæreditariæ vel aliæ centumvirales cauſæ. Certe quia ſic ſcriptum apud Iulium Paulum reperi ſentent. lib. 5. tit. 16. Index tutelaris, itemque centumviri, ſi aliter de rebus hæreditariis, vel de fideicommiſſis inſtrui non poſſunt, poterunt de ſeruis hæreditariis habere quæſtionem. Accedit huc etiam quod ſic lib. 7. c. 5. Quintilianus ſcribit: Sed nonnunquam etiam reus hic totius ſummam conſtituet, ſi exhæredatum à ſe filium pater teſtatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amauerit. Nam omnis hæc quæſtio, an huic delicto pater debuerit ignoſcere, & centum viri tribuere debeant veniam. Idẽ Quinctilianus ſic etiam lib. 5. cap. 11. ſcribit: Vt cum apud centumviros, poſt alia quæritur vter dignior hæreditate ſit. Et hæc quidem hactenus de judiciis centum viralibus. Nihil aliud nunc reliquum eſt, quam vt de veteri ſententiarum pronunciatione pauca dicamus. Rævar. pro tribun. lib. ſing. cap. 20. His modo dictis conſentit etiam Cuiac. obſ. lib. 10. cap. 20. circ. med dum inquit: Querela inofficioſi teſtamenti ſiue (quod idem eſt) petitio hæreditatis de inofficioſo, centumvirale judicium dicitur in libris noſtris, & haſtæ judicium. Valer. Max. duob. locis & quadruplex vel duplex judicium Plin. & Quintiliano. Nam (vt iidem declarant) diuidebantur centum viri in conſilia & tribunalia modo duo, modo quatuor. Et hoc eſt, quod proponitur in l. quum filius, ff. de legat. 2. diuiſis tribunalibus actum querela inofficioſi teſtamenti. Quo genere interdum eueniebat, vt duobus conſiliis (conſtabat vnumquodque pari judicum numero) vinceret actor, & totidem vinceretur, & vero ita ſententiis paribus eius partis ſi duplex judicium centumvirale fuerit, vel earum partium ſi quadruplex, ſententia præualet, quæ tuetur defuncti voluntatem. Hoc enim humanius eſſe ait, l. ſi pars, ff. de inofficioſo teſtamento, quæ partem judicantium dicit, vt partes centumviralium, Quintil. lib. 5. Hæc Cuiac. in ſuprà allegato loco.

CENTUMVIRALE judicium pro inoffic. teſtam. querela & petitione hæreditatis accipitur in l. Titia 13. de inoffic. teſtam. & in l. prætor. 30. de lib. leg. & l. fin. C. de petit. hæredit. Vſucapiones quoque, tutelę, gentilitates, agnationes, alluuiones, circumluuiones, nexus, mancipia, parietes, lumina ſtillicidiaque ad centum viralia judicia pertinere ex M. Cic. lib. 1. de orat. liquet. Centum viros autem, haſta in foro poſita, judicaſſe conſtat: qua de cauſa haſtę præfuiſſe dicuntur. Centumviralia igitur judicia Feſto lib. 3. quę centum viri judicabant, à quibus ita dici ſcribit Prat. & Briſſon.

CENTUMVIRALE judicium centum quinq; virorum erat, l. Titium. §. 1 ff de inoffic. teſtam. His haſta erigebatur, vt ſcirent judicandi tempus. Sicuti noſtro ſeculo Scultetus vulgo, ſolenni baculo, veluti haſtula, manibus pretento, judicij autoritatem aſſerere ſolet. Zaſius in l. 2. de orig. jur. dictum eſt à cen-

centumviris) non autem à Senatoribus, qui Romæ centum erant rempublicamque curabant, non dantes operam judicãdis controuerſiis priuatorum. Nam cum eſſent Romæ 35. tribus quæ & curiæ ſunt vocatæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad judicandum, qui centumviri appellati ſunt. Et licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumviri dicti ſunt Bud. Sic ſeptuaginta interpretes dicti ſunt, quum tamen duo & ſeptuaginta eſſent teſte D. Auguſt. lib. de ciuit. Dei 18. cap. 43. Vid. Bud. in l. 2. ff. de orig. jur. Feſt. lib. 3. & Old. Claſſ. 5. act. 5. Spieg.

CENTVRIA, inquit Feſtus d. lib. 3. in agris ſignificat ducenta jugera, de qua ita Varro lib. 4. lin. Lat. Centuria primo à centum jugeribus dicta, poſt duplicata idem nomen retinuit, vt tribus multiplicatæ idem nomen tenent. Hujus etiam idem, in lib. de re ruſt. meminit: & Siculus Flaccus in libro de condit. agr. Centuriis, ait, quarum mentionem nunc facimus, vocabulum datum eſt ex eo, cum antiqui Romanorum agrum ex hoſte captum victori populo per bina jugera partiti ſunt, centenis hominibus ducenta jugera dederunt, & ex hoc facto centuria juſta adpellata eſt. Sic ſumitur in l. omnes 10. C. Th. de anno & tributis, & in Nouella Iuſtiniani 128. in princ. In hoc ſignificatu centuriarum modum docet Hygenus lib. 3. de limit. conſtit. earundem inſcriptiones Siculus Flaccus lib. de cond. agror. Hinc ex eodem ſenſu

CENTVRIATIM apud Siculum Flaccum diuiſionis forma.

CENTVRIA vero in re militari, auctore Feſto lib. 3. centum homines ſignificat: Sicut in agris ducenta jugera. Prat. Briſſ.

CENTVRIO apud Marcum l. milites agrum §. irreuerentes, ff. de re milit. & in rub. C. Theo. de centur. qui centum hominibus, ac præſertim militibus præerat, idq; ex Euangelio Matthæi manifeſtiſſimum à quo ἑκατόνταρχος dicitur ἔχων ὑπ᾽ ἐμαυτὸν στρατιώτας Prat. l. 6. §. fin. de re milit. præfect⁹ centuriæ dicitur. Briſ.

CENTVRIONES primorum ordinum, ſunt centurio primipili, primus princeps, primus haſtatus, quorum maior erat dignitas in legione. Turneb. lib. 3. aduerſar. cap. 3.

CENTVRIONIS nomen dicitur Tac. quaſi cedo alteram, ſæpius frangenti & poſcenti alteram. Vite cum cædebatur miles à Centurione, & vitem qui tenebat Centurioni ſe caſtigare volenti, militiam mutabat. Cujac. Obſer lib. 21. c. 30.

CENTVRIONVM inſigne erat vitis, quam manu geſtabant, vt ex Plinio didici lib. 14. c. 1. in fin. cujus rei & commeminit Alex. ab Alex. Genialium dier. lib. 6. c. 8. & Maced. §. interuenientes ibi, qui vitem tenuit, id eſt, centurionis munere functus. habeant & corpus, quod deſerere non licebat, l. vnic. C. Theo. de Centur. Prat. Hinc

CENTVRIATA Comitia Feſto lib. 3. quia Pop. Rom. per centum turmas (quidam pro turmis Centurias legunt) diuiſus erat. Aſcon. Centuriata comitia dicuntur, cum ab omni ſexu & ætate ferunt ſuffragium: quod per centenas turmas diuiſus erat populus Romanus. Prat.

CENTVRIATA lex, vide infra Lex Prat.

CENTVRIATVS ager in ducenta jugera definitus. Feſtu lib. 3. quia Romulus centenis ciuibus ducenta jugera tribuit. Briſſ.

CENTVRIATVM etiam exercitũ dixit Varro l. 5. ling. Lat. Prat.

CENTVRIO primipili dicitur, qui & primipilarius Ant. Auguſt. ad Modeſt. de excuſ. tut. Prat.

CENTVRSPINE ſunt homines maxime mediterranei. Cujac. ad l. 9. de annon. & trib. C. ex Cicerone.

CENTYRIONAM pro centurione poſuit editio Florentina, in leg. inter ſocerum, §. conuenit, ff. de pact. dot. & leg. centyrio. ff. de vulgar. idque more veterum, qui & y pro u, vſi ſunt. Sed & ὑψιλὸν hac figura u, videmus ſæpe in Diogene Laertio in lib. decret. quæ eſt forma u Latinorum. Nam & veteres Syllam & Sullam dixerunt. Prat.

CENTVSSIS ais Varro lib. 4. ling. Lat. quo majus æris vocabulum non eſt. Bud. in Forenſ. hoc verbo aſſes centum aſſes ſignificari ſcribit. Prat.

CERA notiſſimo ſignificatu (ſignificat enim, quod melle ex fauis expreſſo ſupereſt) ſumitur in c. vnic. de offic. cuſtod. in antiq. Prat.

CERA etiam pro epiſtolis & pugillaribus ſæpiſſime veteribus accipitur. Iuuenalis.

Nonne libet medio ceras implere capaces?

Hinc profectæ formulæ, cera prima, ſecunda, ima. Sueton. in Cæſare: Q. Pædium (inquit) ex quadrante hæredem inſtituit, reliquos in ima cera, hoc eſt, in extrema parte teſtamenti. Hinc cera prima eſt teſtamenti inſtitutio, vt ſcribit Alc. lib. 4. parerg. c. 6. veteribus enim inſtitutio hæredis caput & fundamentum teſtamenti erat. Sed hoc emendaſſe ſe Iuſtinianus ait § an hæredis. Hinc

CERATÆ tabulæ pro codicillis & pugillaribus ponuntur, vt adnotat Viglius in §. nihil autem. Inſt. de teſtam. ordin. Veteres enim ceratis tabulis vſos ſcribit Ant. Auguſt. lib. ſing. ad Modeſt. l. ſi duas, § ſi vero, ff. de excuſ. Prat. Hinc &

CERÆ, pictoris inſtrumento adnumerantur l. 17. de inſtruct. Vnde ceræ pictorum, apud Varr. Vitru. Sen. Plin. Pollux. Briſſ.

CERÆ pro tabulis ceratis: in quibus teſtamenta conſcribi ſolebant. vnde ceras pro tabulas teſtamenti vſurpauit Iuuenalis. Vltimas ceras pro ſupremis tabulis dixit Martialis. Codicis extrema cera, Cic. 3. Verr. Cerati codicilli, l. 52. de legat. 3. Cerata tabella, Cic. 1. Verrin. Briſſ. vlt. edit Lexici.

CERÆ tabellæ, vt ait Alexand. ab Alexand. lib. 2. cap. 30. Gen. dier. ceris illitæ, in quibus monumenta literis nonnunquam mandabantur, aliquando duplices, plerunque triplices, aut quintuplices colore diuerſæ, & paulo poſt: In triplicibus epiſtolas, in quintuplicibus honores & magiſtratus, in duplicibus ſi quid eſſet arcanum & ſubticendum, interioreſque animi notas magis adnotabant. Prat.

CERAMIVM, amphora Attica. Ant. Aug. lib. 2. cap. 11. capit autem vrnas tres. Prat.

CERATAS in ponderibus oboli pars media eſt, habens ſiliquam & ſemis, ſicut in ea re teſtis eſt Iſidor. lib. 16. c. 24. etym. Prat.

Κεράτιον, nummi genus, quod ſex obolos, ſeu folles valebat, cujus mentio fit in Nouell. Iuſtiniani conſtitutio. 59. §. διδάξ. Iulianus Patritius vertit ſiliquis. & Leonis Nouell. 83. in fin. Harmenop. in legi. agrariis: ... In ponderibus cerates oboli pars media eſt, habens ſiliquam & ſemis, auctore Iſid. lib. 16. c. 24. Briſſ.

Κερατισμὸν adpellant Græci, quod Caſſiod. ſiliquaticum. Eſt autem id quod in nundinis exigitur ob venditionem proponandam. Prat.

CERAVNIVM in l. ſi. §. ſpecies, ff. de publ. & vect. gemmæ genus, ab eo nomen habens, quod non alibi quam in loco ictus fulminis proximo inueniatur. Fœminino genere dixit Plin. l. 37. cap. 9. idque candidum eſſe ait Lampr. in Heliog. Parauerat (inquit) in ceraunciis, & hyacinthis & in Smaragdis venena, quibus ſe interimeret, ſi quid grauius immineret. Ceraunia coruſcare dixit Tertull. lib. de habitu mulieb. non procul ab initio: habet enim intus ſtellam coruſcantem, vt ait Zenon. Hujus vocabuli meminit & Iſid. l. 18. etym. c. 13 Prat.

CERCINA, inſula in mari Africo, l. 2 de orig. jur. Briſſ.

CERCVRI Naues ſunt grandes in Aſia & celeres, quibus merces vehuntur. Gell. lib. 10. c. 25.

CERDO ſerui nomen, l. 48. de oper. lib. Briſſ. credo, qui & Luctio dicitur: Eſt artifex ſordidus, qui artes illiberales quæſtus gratia exercet, quales ſunt veteramentarij (vt Suet. appellat) conſutores. Old. Prat.

CEREALES à Cerere dicti, conſtituti ædiles duo, qui frumento præeſſent, quorum creandorum auctor fuit Ca. Iul. Cæſar, vt Pomp. de orig. jur. Maffeus, vid. ſuprà in verb. Ædiles. Briſſ.

CEREBROSI bouet, contumaces, vt homines, à peruerſo cerebro qui toti ſuo conſilio hærent, & iracundiæ obtemperans, & à nemine perſuaderi poſſunt. Colum. lib. 2. Old. Prat.

CERELLIVS Vitalis: ejus meminit l. 8. §. 5. in princip. ff. ſi ſerui vindic.

CEREVISIA conficitur ex hordeo & aliis rebus calidis: apud Germanos notiſſimum potionis genus. Itali ea non vtuntur, quin eam capitali odio ſic proſequuntur, vt è doliis è cellis vinariis graui indicta pœna proſcripſerint. Non continetur vini nomine. Menoch. præſumpt. lib. 4 præſumption. 152. num. 10.

CERIX eſt conchyliorum genus. Cujac. ad leg. 9. de murileg. C.

CERNERE à creando dictum putat Var. lib. 5. ling. Lat. ab eo quod cum quid creatum eſt, tunc denique videri ait Cernere in varios ferri ſignificatus ſcribit Non. pro videre accipitur apud Publ. Virgil. lib. 3. Æneid.

Cernimus adſtantes nec quicquam lumine terno.

Sic ſumitur in c. niſi cum, verſ. nec putes. extr. de renuntiat. in antiq. Prat.

CERNERE, iterum diſponere. Lucillius ſat. lib. 5.

Poſtquam præſidium caſtris educere creuit.

CERNERE, dimittere, vnde vitam cernere dixit Var. in didaſc. Prat.

CERNERE eſt judicare, Pacuuius in armorum judicio. Et æquum inquit, & rectum eſt quod poſtulas, jurati cernant. Prat.

CERNERE a ſono etiam eodem auctore, audire. Prat.

CERNERE etiam Var. lib. 6. ling. Lat. ſignificat conſtituere. Vnde dicebant veteres cernere hæreditatem, i. e. ſe hæredem conſtituere: & cernito in teſtamento, i. facito videant te eſſe hæredem, vt Var. interpretatur Prat. adde Forcat. obſ. in dial. 87. Necyom.

CERNERE, & pro hærede ſe gerere, hoc differunt, quod qui cernit, verba cretionis pronunciat, quæ retulit Vlp. c. Inſt. 22. cum me Mæuius hæredem inſtituerit, eam hæreditatem adeo cernoque. Qui ſe pro hærede gerit, re tantum ipſa hæredem ſe eſſe declarat: vt ſi auctionem faciat, ſeruis cibaria mandet. Itaque Paul. in l. 9. de acq. hæred. Pupillus, inquit, ſi fari poſſit, cum tutoris authoritate hæreditatem poteſt acquirere. Si fari poſſit, id eſt, ſi verba cretionis pronunciare poſſit. Cernere autem hæreditatem Græcis dicitur ... vt in Lexic. quod eſt in æde B. Germani ad Lutetiam Pariſiorum. Prat.

CERNERE hæreditatem, in l.1. Cod. Gregor. de patr. poteſt. frequens Cic. & aliis bonis autoribus locutio. Varr. lib. 7. de ling. Lat. illud Plauti interpretans: Hanc mihi amicam eſſe creui, id eſt, conſtitui. Itaque hæredes apud veteres cum conſtituit ſe hæredem eſſe, dicitur cernere, & cum hoc fecerit, creuiſſe. At idem auctor. lib. 5. de ling. Lat. Verbum Cernito, quod in teſtamentis adſcribi ſolebat, ſic interpretatur, Facito videant te hæredem eſſe. Itaque, ait, in Cretione jubent adhibere teſtes. Cretio autem, vt Vlpia. eo quo dixi loco definit, erat certorum dierum ſpatium quod dabatur hæredi inſtituto ad deliberandum, verum expediret ei hæreditatem adire necne. Iſid. lib. 5. etym. c. 24. Cretio, ait, eſt certus numerus dierum, in quo inſtitutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum eſt illi vltra capiendæ hæreditatis jus. Cretio appellatur quaſi decretio: cernere enim decernere & conſtituere ſignificat. Nam ita dicitur: Ille hæres mihi eſto, cernitoque intra dies tot. ſic accepito cretionem in l. 17. c. de jur. delib. & in tit. decretio, lib. 4. C. Th & in l. 1. & 2. de bonis maternis, in eod. C. Briſſ. Adde Franc. Bald. Catecheſ. jur. ciuil. c. 3. de rebus.

CERNERE in l. fin. in fin. c. de Iudæis, ponitur pro intelligere & ſcire μεταφορικῶς, quorum verborum frequens eſt vſus in eandem rem in pœnis ſcilicet irrogandis. Prat.

CERNERE eſt verba cretionis dicere, ad hunc modum: CVM ME MAVIVS HÆREDEM INSTITVERIT, EAM HÆREDITATEM ADEO CERNOQ. Cujac. in Not. ad Tit. Vlp. tit. 22.

CERNVVS dicitur Curuus, procumbens, in ſtuam procidinus & pronus, quaſi quod terram cernat. Virg. lib. 10. Æneid.

——Eiectoque incumbit cernuus armo.

Luſilius, modo ſurſum, modo deorſum tanquam collum cernui. Cernuum ceſpitatorem, equum Maro vocat, ſi Seruio credimus, qui alio nomine ſuffoſus appellatur. Io. Bapt. comment. in epiſt. Sidon. Apollin. ad Eutropium lib. 1. Torn. autem adu. lib. 37. cap. 21. affirmat, quod cernuus calceamenti genus ſit apud Feſt. addit tamen, quod in eo vix pellucear hujus vocis veſtigium: ita vt de eo fortaſſe contra Grammatic. ſententiam verſum illum Lucilij accipere liceat, Cernuus extemplo plantas conueſtit honeſtas: nonnulli cernuum ſoccum interpretantur, ſine ſolo ligularum. Cernuare erat labente veſtigio in pronum ire, & ſæpe etiam labi: quo genere luſus cenſualibus vti ſolebant per pelles vnctas currentes, in Lexico antiquo cernuus & cernulus exponitur petauriſta, & cernere, κυβιστᾶν. Torn. loco ſup. alleg.

CEROFERARII ſunt Græcis Acolyti, c. cleros, non procul à fine 21. diſt. & c. ſi quid poſt, § deſeruientes, 93. diſt. vtrobique eorum officium explicatur.

CERTA die, vide, Dies certa.

CERTA inquiſitio, qua ſpecialiter expreſſa ſolemnia continentur, l. libellorum, vbi Bart. de accuſ. Spieg.

CERTA inſtitutio hæredis dicitur, cum teſtator nominatim, vel indubitato ſigno eum expreſſit, l. jubemus, c. de teſta. l. quoties. § ſi quis nomen, de hæred. Inſtit. Et exhæredatio certa quæ nominatim facta eſt, l. a. de lib. & poſth. Spieg.

CERTA pecunia dicitur, cujus qualitas cum quantitate expreſſa eſt, velut H.S. decem millia, aut pecunia, quæ in illa arca eſt. Idem enim valet, ac ſi diceret, qualis quantaque in illa arca eſt, l. 7 §. pen. & leg. vlt. de contr. empt. Incerta vero cujus nec qualitas nec quantitas expreſſa eſt: veluti, aureos dare ſpondes? vel, nummorum decem millia dabis? Prat.

CERTA mulier de mariti morte dicitur, quæ certo nuncio intellexit eum periiſſe. Auth. hodie. c. de repudiis, c. in præſentia, de ſponſ. Spieg.

CERTAM legem in rem afferre quod vulgus dicit, Allegare legem in propriis terminis. Ad Heren. lib. 1. Hic certa lex in rem nulla affertur, & tamen multæ afferuntur, è quibus ratiocinatio naſcitur. Hotom.

CERTA pars, ſcilicet, quæ pro diuiſo poſſidetur. Opponitur enim ei, quæ pro indiuiſo eſt l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti poſſid. Alciatus autem in l. locus, ff. de acquir. poſſ. ait ex Bartolo, Oldrado, Iacobo Rain. & Alber, certam partem pro indiuiſo poſſideri, cum tertiam puta partem hujus fundi habeo, etſi neſciam, quantus ſit totius fundi modus. Verius tamen eſt. partem quæ pro indiuiſo poſſidetur incertam eſſe: cum magis intellectu quam corpore partes habeat, nec oculis demonſtrari poſſit, leg. ſeruus communis. ff. de commod. Alias certam & incertam partem accipimus in eo, quod dicimus, partem incertam poſſideri non poſſe, l. 3. §. incertam. ff. de acqui. poſſ. ſed id ſubtilitate mera dictum eſt, l. ſi fur. §. fin. ff. de acquir. poſ. Prat. vid. inſr. Certum autem eſt id.

CERTA pecunia, certi nummi, ſunt qui in arca ſunt, vel quos in arca habet quis. Briſſ.

CERTA ſtipulatio dicitur, cum ex ipſa pronunciatione apparet quid, quale, quantum ſit, quod ſtipulamur: incerta vbi hæc tria nõ concurrunt. Certæ exẽpla ſunt, Aurei 10. fundus Tuſc. homo Stichus: Nam cum quis Stichum ſtipulatur aut fundum Tuſculanum, ſatis perſpicuum eſt ex pronunciatione, qualis quantaque res ſit, tametſi nec qualitas rei, nec quantitas aliter exprimatur, leg. vbi autem non apparet, ff. de verb. obl.

CERTA & arbitraria inter ſe opponuntur. Plaut. Amphitr. Hoc quidem profecto certum eſt, non arbitratium. Et Pœnulo, Nunc pol, ego quidem perij certo, aut arbitrario. Cujac. ad Africa. tract. 3. fol. 28. circ. med.

CERTÆ & ſolennes actiones, certis formulis comprehenſæ, adſtrictæque l. 2. §. deinde ex his, ff. de orig. jur.

CERTA onera dicuntur alimenta aliquo certo loco præſtanda, vel tributa, l. ſi fideicommiſſum, ff. de judic. Prat.

CERTA verba in §. procur. Inſt. de iis per quos agere poſſ. id eſt, præſcripta, concepta, & ſolemnia: & vt Theophil. ibidem vertit ῥητά, hoc eſt, ſolennia; & certa forma concepta. Certa verba dixit M. Cic. lib. 2. de natur. Deor. pro ſolitis, & ſolennibus. Prat. Briſſ.

CERTARE in l. quod certatum c. de poſthum. hæredib. inſtit. & l. cum quidam c. de legat. eſt inter ſe contendere & controuertere, & inuicem de ſe aliqua diſputare. Sic ſumitur apud Virg.

Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas. (Ecloga 5. Prat. Certabatur, id eſt controuertebatur. Briſſ.

CERTARE cum vſuris fructibus prædiorum, dicuntur, quorum vectigalia vix vſuris ſoluendis paria eſſe poſſunt. Cic. in ora. 2. in L. Catilinam. Neque enim iſti, qui poſſeſſiones habent, alia ratione vlla ſalui eſſe poſſunt. quod ſi maturius facere voluiſſent, neque (id, quod eſt ſtultiſſimum) certare cum vſuris fructibus prædiorum. Conſueuerant enim cum fœneratoribus, vt eorum prædiorum, quæ pignori pro ſorte & vſuris acceperant, fructus pro vſuris colligerent. Prat. Hot. Cujuſmodi pacti mentio fit in l. 1. §. pac. ff. de pig. & leg. Caius Seius, ff. de pign. act. Eueniebat autem, vt quoniam vſuræ, ſiue ſimplices, ſiue in ſortem redactæ longe majores eſſent, quam vt eas prædiorum fructus æquare poſſent, Catilinarij ſemper in annum elapſum debitores manerent: Ob eamque cauſam ex ſequentis anni fructibus ſumendum eſſet, vnde fructus vſuris pares eſſe poſſent, quaſique cum iis comparari atque contendere. Quod ideo ſtultiſſimum affirmat, quoniam ad extremum omnes ſequentium annorum fructus prioribus annis debebantur, Itaque proprietas ipſa ære alieno onuſta creditoribus addicebatur. Vendi igitur prædia & poſſeſſiones oportebat, vt in ſpecie illa nobili, de qua Vlpianus ſcribit in l. magis puto, de reb. cor. &c. Vbi vſurarum modus, carendum eſſe ære alieno ſuadet, ideoque vendere, quam obligare ſatius erat. Quod tamen Catilinarij, quoniam amore poſſeſſionum tenebantur, facere nolebant. Hot. de vſuris lib. 1. c. 8. circa finem.

CERTAMEN (de quo infra) in l. liberto, § Lucius, ff. de annu. legat. ſignificat ludos & ſpectacula & conflictus. Sic ſumitur in l. 3. c. de ſpectat. lib. 11. Prat.

CERTAMEN etiam μεταφορικῶς ſumitur pro judicio contradicto, in quo confligunt litigatores in §. ſi vero altera in auth. de nupt. conſtit. 22. ita vertit ibi vetus interpres, pro quo Iuſtinianus dixerat τὸ ἀγῶνα Prat. Et hinc Certamina judiciaria, in l. 9. in prin. c. de præſcr. 30. vel 40. Certamina cognitionalia, l. 8. §. 3. eod. tit. & l. 37. c. de appell. Hinc quoque certamen prouocationis, l. 6. c. de his quib. vt indig.

CERTAMEN, pro ludo, in quo eſt contentio: vbi etiam victori ab Agonotheta præmium proponitur. Scæuola de annu. leg. l. liberto. Certamina, inquit, ſub nomine ipſius celebrarentur, i. ludi. Nebriſſ. Sic eod. tit. l. pen. apud Marcellum alentem, cum erat pecunia certa reipublicæ Sardianorum relicta per quadriennium certaminis Chryſantiani. Quære, Sard. Spieg.

CERTAMEN Chryſantianum, ab aureo flore, præmio victoriis nuncupatum: ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, i. e. ab auro, & ἄνθους flore. Hujus ludi meminit Iuriſc. in leg. penul. ff. de ann. leg. Bud. certaminum, ludorum, & agonum antiquorum quædam nomina explicat, non modo lucem inferentia ad l. athletas. ff. de his qui. not. infra. ſed & alia multa & Pandectarum &c. Iuſtin. Alex. item Neap. c. 8. lib. 3. Quibus adde Valturium c. 12. lib. 12. de re militari, & Rhodig c. 40. lib. 13. Spieg.

CERTAMINA SACRA. l. 4. ff. de his qui not. infa. Briſſ.

CERTAMINVM genera quatuor fuiſſe apud Græcos, quib ἀγῶνες dicebantur, ſcribit Bud. in prioribus adnot. in Pande. Nemea, Pythia, Iſthmia, Olympia, quę & ſacra certamina appellantur eod auctore. Hæc explicat Alex. ab Alex. lib. 5. c. 8. ad cognitionem multarum legum ff. & C. Dehis, Cæl. Rhod. lib. 23. cap. 30. De ſacris certaminibus loquitur Pollux lib. 3. cap. 30. Prat.

CERTAMEN publicum apud Vlp. l. qua actione, §. ſi quis in colluctatione, ff. ad leg. Aqui. dicitur, Accur. interprete, quod publicæ lætitiæ gratia fieret, vel quod populo exhiberetur. Prat.

CERTAMEN Circenſe in l. eos qui, de ſpectat. lib. 11. c. accipiunt Gręci interpretes pro equeſtri conflictu. vid. infrà in verb. Circenſe, Chryſanth. l. 24. ff. de annuis legatis, Prat. Briſſ.

CERTATIONEM pro cognitione extrema accipi putant quidam in legibus quas refert. M. Cic. lib. 3. de legib. Multæ pœnæ certatio eſto. Prat.

CERTÆ & ſolemnes actiones, certis formulis comprehenſæ & adſtrictæ, l. 2. §. deinde, ff. de origine Iuris. Briſſ.

CER-

CERTIORARE pro certiorem facere, non ſemel dixit Vlpia. l. ſi fideiuſſor. 29. ff. mandati l. 3. §. 8. ff. de minorib. l. 1. §. quid ergo. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. l. 22. §. peritum, ff. de petit. hæred. l. 21. §. teſtamentis ff qui teſtam. fac. poſſ. l. 3. §. is qui neſcit. ff. de liber. homin. exhib. l. 5. § ſi ſeruum, de condict. cauſ. dat. l. 4. ff. de interrogat. in jur. fac. l. 34. ff. de jurejurand. & l. 1. ff. de actio. empt. l. 1. in fin. ff. de eo, qui pro tutor. ſed id verbum à Triboniano pro venuſtiori alio repoſitum putem. Prat.

CERTIFICO. Pro hoc verbo, ceu reprobato, plerique ponunt, certum aut certiorem facere, ſeu reddere: licet etiã eum certiorem facere dicimus, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit: atque ſic obtineat frequentior vſus ſcribendi, tamen aliter à Cicer. poſitum, lib. 9. epiſt. fam. Inſulanus obſeruauit. Spieg.

CERTIORO, as, verbo hoc Iuriſcoſſ. vtuntur: quod apud eos qui pure loquuntur, in vſu non eſt. Vlpian. de eo qui pro tut. l. 1. Sed neceſſarios, inquit, pupilli non certiorauit. Idem quoque lib. 7. tit. mandati, l. ſi fideiuſſor. Cum certiorare, ait, non fecit. Certioratus, l. 3. de homi. liber. l. 1. §. 1. ſi quis omiſſ. cauſ. certiorati l. 21. § in teſtamentis, ff qui teſtam. fac. poſſ. Certifico vero, & certificatio nuſquam quod meminerim, legitur, niſi in tit. de excuſ. Honores, inquit, & Immunitates certificauit ſcribens. Item de pign. & hypoth. l. cum tabernam, quæ eſt Scæuolæ lib. 20. ff. non certificationem inquit, ſed ſuppoſitionem à me accipere. Nebr. Verum Alciato videtur verbum certiorare, pro eo quod eſt, certiorem facere, eadem ratione deductum, qua & veteres meliorare dixerunt. vnde L. Columel. melioraſcere, Spieg.

CERTIS annis præſtitum, non modo pluribus longoque tempore dicitur, ſed etiam quod triennio præſtitum eſt. Cætera huc pertinentia, vide apud Alciat. in l. ſi certis annis. C. de pact. Sp.

CERTIS oneribus deſtinatum patrimonium, apud Vlp. l. ſi fideicommiſſum. § quid tamen, ff. de judicijs. Spieg.

CERTI limites eum finibus adiectum eſt, qui duo vicini proximi ſunt. l. forma, de cenſib. Spieg.

CERTI anni in conſtitutione Impp. l. ſi certis annis. C. de pactis, dicuntur Accurſio ibidem pauciores tribus. Bart. & Bald. longum tempus interpretantur. Alciatus in Bartoli & Baldi ſententiam pedibus it, tametſi alioquin pro triennio accipi credat. Accurſij ſententia juuari videtur l. 1. C. de fideicomm. & cap. 1. de præſcript. in antiq. Ni dicas vtrobique jure ſpeciali triennium præſtitutum, quod magis eſt. Nam in l. 1. C. de fideicomm. alimentorum. in d. c. 1. de præſcript. fidei. Chriſtianæ fauor verſatur. Prat.

CERTI ſtatus eſſe l. 2. §. ſi quis, ff. vnde legitimi.

CERTIOREM confeſſionem falſæ videtur oppoſuiſſe Vlpian. l. 1. §. ſi quis vltro, ff. de quæſtionib. licet quidam putent ibidem pro veriſimili accipiendam: verſus tamen eſt, vt pro veris argumentis confirmata ſumatur. Prat.

CERTO fini tradere, i. tollere; l. 7. circa med. C. de dot. promiſſ.

CERTO certius, pro veriſſimo, prouerbiali voce Iuriſcoſſ. vſurpant. in l. teſtamento, 2. de teſta. l. ait prætor. §. ſi non mulier. quæ in frau. cred ſtipulatio. § ſunt autem de verb. obli. Spie.

CERTUM quid ſit, Sex. Pedius docet l. 3. ſi cert. petat. Videtur autem à cernendo dictum. Ab eo deinde & certate factum, quo magis nunc vtimur, vt lactare, ſpectare, & multis alijs. Nam veteres cernendi verbum, non raro vſurpant: quale eſt illud Ennij, quod refert Cicero, Ferro non auro certamus. Curt. lib. 1. [illegible] c. 12. Vide Iaſ. in l. certum, ff. ſi cert. pet. & Fel. in c. 1. de ſumm. trinit.

CERTUM varie apud Iuriſcoſſ. accipi pro re, apud Alciatum in rerum ſummis obſeruaui, aientem eam vocem, nunc latius, nunc anguſtius ſecundum ſubiectam materiam declarari, id refert in l. certum, ff. ſi cert. pet. Prat.

CERTUM eſt, cujus certitudo reperiri poteſt, vel ex libello conuentionis, vel inſtrumento obligationis, vel parte aliqua actorum. l. 5. in fi. l. 59. ff. de re jud. Goth. ad l. 3. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. profert.

CERTUM quoque eſt, non modo quod nominatim expreſſum eſt, ſed & quod aliunde per certi relationem poteſt colligi, Goth. ad l. 1. C. eod. tit.

IN ſtipulationum tractatu, Certum accipitur quod ex ipſa pronunciatione, quid quale, quantumque ſit, apparet: veluti aurei decem, fundus Tuſculanus l. 74 ff. de verb. ſign. Itaque hæ ſtipulationes, in quas huiuſmodi res deductæ ſunt, Certæ appellantur, contra, vbi non apparet quale quantumque eſt in ſtipulatione, incerta eſt ſtipulatio. l. 75. eod. tit. Denique certa eſt ſtipulatio, in quam certa quantitas deducitur, ſiue principaliter, ſiue pœnæ nomine. At vbi in ſtipulationem id quod intereſt venit, incerta. Proinde ſi pœnam ſtipulatus fuero, Si mihi pecuniam non credidiſſes, certa eſt ſtipulatio. Si ita ſtipulatus fuero; pecuniam te mihi crediturum ſpondes? Incerta eſt ſtipulatio quia id venit in ſtipulationem, quod mea intereſt, l. 68 de verb. oblig. Si decem mihi aut Titio, verum ego velim, ſtipulatus ſum, ex eo quod mihi dandum eſt. Certi ſtipulatio eſt, ex eo quod illi ſoluendum eſt, Incerti. At vero Certum, in actione ſi certum petetur, pro certa pecunia numerata accipimus, de quo latius Ræuar. l. quatenus cuiuſque intereſt. ff de reg. jur. De ea enim hæc actio comparata eſt, l. 1. ff. de cõdict. tritic. l. 1. ff. de interrogat. in jur. fac. Inde actio certæ pecuniæ apud Senec. lib. 3. de benefic. c. 7. & certa pecunia credita. Quintil. lib 4 c. 2. Satis eſt dixiſſe. Certam pecuniam creditam peto ex ſtipulatione. Et alio eiuſdem capitis loco. Nam quid in pleriſque judicijs priuatis de re certa credita, locato & conducto, interdictis habere loci poteſt? Et lib. 8. c. 3. Te non pudeat certam creditam pecuniam periodis poſtulare. Cicero pro Roſc. Com. Adnumeraſſe ſeſe negat, expenſum tuliſſe non dicit, quum tabulas non recitat: Reliquum eſt, vt ſtipulatum ſe dicat Præterea enim quemadmodum certam pecuniam petere poſſit, non reperio & in l. vlt. § Lucius, ff. de condict. indeb. & l. 7 §. vlt. de contrah. empt. Briſſ.

CERTUM Alciato in l. certum, ff ſi cert. pet. propria ſignificatione id ſonat, quod liquido apparet & oculato ſenſu deprehenditur, à cernendo ducto verbo. Prat.

CERTUM autem eſt id demum, quod in oculos cadit, & demonſtrari cernique poteſt. Sic certus locus, qui pro diuiſo poſſidetur, in l. 1. de euict. l. 6. ff. de ſeruit. l. 4 ff. pro empto. l. 8 ff. de rei vind. Et ita certa pars, & pro indiuiſo opponuntur. d. l. 1. & l. 25. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. & l. 1 § hoc interdictum, ff. vti poſſid. l. 35. ff. de ſeruit vrb. Pars enim pro indiuiſo incerta eſt, cum oculis demonſtrari non poſſit, nec certis regionibus deſcripta ſit, intellectuque & animo non diuiſione corporum ſecernatur, l. 5. de ſtipul. ſeru. l. 66. §. 5. ff. de legat. lib. 2. l. 5. §. ſi duobus, ff. commod. Briſſ. Incerta pars eſt, quæ quanta ſit, ignoratur, v. g. Quicquid Titius poſſidet. Itaque & pro indiuiſo pars, certa dicetur, ſi de modo ejus conſtet. l. 26. de acquir. poſſ. l. 76. §. 1. de rei vind. l. 11. §. ſi cum eſſet de interrog. in jur. faci. Hæc idem Briſſon. Numerata pecunia, & res quæ pondere, numero, menſura, conſtant incerta ſunt corpora, niſi certo loci ambitu concludantur. Nam ſi quis vinum ſimpliciter, vel pondus argenti, nummoſve generaliter legauerit, incertam rem legat: quia in nullo certo corpore, ſed in quantitate hæc conſiſtunt, quæ nullis certis finibus circumſcribitur. At ſi quis vinum quod in hac apotheca eſt, decem quæ in hac arca ſunt, leget vel promittat: tunc certum corpus intelligitur legatum vel promiſſum. Briſſ.

CERTUM per naturam dupliciter aliquid dicitur ex cauſa ſcilicet, & re ipſa. Ex cauſa puta, ſi mater vterum gerat: quoniam non concepti, naſci non poſſunt. Ea notitia, quæ ex cauſſa naſcitur, ſi vnus tantum conceptus, certum eſt per rerum naturam vnum eſſe naſciturum atque hæc notitia de futuris eſt. l. ſed & ſi reſtituatur in fin. ff. de judic. l. antiqui, ff. ſi pars hære. petat. Re ipſa vero certum eſt, quid nunc agat rex: licet mihi ignotum ſit. Ferret. tit. de verb. oblig.

CERTUM etiam illud dicitur, quod tempore ſtipulationis in aliquo certo loco eſt, veluti vinum, oleum, triticum quod in horreo eſt, dare ſpondes? incertum ergo eſt quod nondum natum eſt, l. vbi autem, 75. § illud dubitationem, ff. de verbor. oblig. Prat.

CERTUM etiam dicitur, quod clarum manifeſtumque eſt, Alcia. in dict. l. certum. Sic accipitur in cap. de capitulis 10. diſtinct. Quandoque accipitur pro eo, quod dicimus verum conſtare. l. ſi filius, ff. de ritu nupt. Sunt tamen qui certum ibidem pro veriſimili accipiant. Prat. Adde Forcat. obſeru. in 42. dialog. Necyomantiæ.

CERTUM eſt (quod ad certi conditionem attinet) cujus ſpecies vel quantitas, quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quæ nominis vice fungatur, qualis, quantaque ſit, citra omnem ambiguitatem oſtenditur. l. 6. & 9. ff. de reb. credit. Briſſ. Nam & Pedius lib. 1. de ſtipulationibus, nihil referre ait, proprio nomine res adpelletur, an digito oſtendatur, an vocabulis quibuſdam demonſtretur, quatenus mutua vice res fungantur, quæ tantundem præſtant. l. certum. ff ſi cert. petat. & cer. cond. Old.

CERTUM quoque dicitur, quod licet incertum nunc eſt, tamen dubium non eſt, poſſe certificari. arg. l. quidam relegatus de reb. dub. Vnde Bartolus docet, & certum dici poſſe, quod licet incertum appareat, ſigno tamen indubitabili poteſt eſſe certum. Signum autem indubitabile illud intelligendum, quando fallere non poteſt Spieg.

CERTUM corpus in l. ſed & ſi. 10. ff. de acceptilat. & alibi, paulo generalius ſumptum eſt, quod ſpecie certa continetur. Briſſ. Certũ corpus tamen proprie ICoſſ. appellant, quod dialectici indiuiduum: Incertum vero, quod illi genus, qua de cauſa inter ſe opponuntur, in l. 1. §. non ſolum. ff. ad leg. Falcid. Hor.

CERTUS homo, veluti Stichus, Dama, Pamphilus, dicitur ad differentiam hominis in genere promiſſi legatiue, l. 63. § quod vero ff. de furt. l. 13. l. 47. §. vlt. de leg. 1. l. Neratius, ff. de condict. indeb. Huic opponitur homo incertus l. hæredes, 25. §. ſi incerto, ff fami. erciſc. Prat Briſſ.

CERTUM jus in conſtitutione Alex. Imp l. 1. C de ſolut. ſumitur pro claro & aperto. Certum jus, hoc eſt, expreſſa & aperta, l. cautum. Prat.

CERTVM jus vero apud Pomponium l.2. in princ. de orig. jur. dicitur ſcriptum, vt colligitur ex §. ex actis. d. l. 2. Prat.

CERTVM jus ac finitum, quod deſcriptum eſt & legib. continetur, ait Briſſ. item quod longo vſu in mores perductum. Briſſ.

CERTVS locus in l. locus, ff. de acquir. poſſ. & l. 4. §. pro empto. dicitur qui pro diniſo poſſidetur, quæ interpretatio comprobatur, l. 1. ff. de euict. & l. Pōponius 8 ff. de rei vin. Alciatus ad d. l. locus certum locum ita diffinit, qui certis finibus ſit comprehenſus, quæ diffinitio lauatur d. l. Pomponius 8. Incertus autem, cuius qualitas aut quantitas non apparet, l. cum poſt, 69. §. gener. ff. de jur. dot. veluti, qui pro indiuiſo dicitur. Prat.

CERTVS pater Cic. pro Sext. Roſc. Amer. ſi tibi fortuna non dedit, vt certo patre naſceceris. Certa mater l. 5. ff. de in jus vocando, vbi mater ſemper certa eſſe dicitur. Briſſ. Certus accuſationi l. 14. de bon. poſſ. Briſſ. ex Cic. & ll. ff.

CERTVM vel incertum contractum Accurſius fere intelligit de certo vel incerto, quod in contractum, vel obligationem deductum. quemadmodum & alibi certa, vel incerta ſtipulatio (l. ſtipulationum quædam de verb. oblig.) dicitur. vel ſtipulatio certi incertive. l. ſi pœnam. l. liber homo, §. vlt. de verb. oblig. l. 4. de vſuris. Cum certi contractus (meo judicio) potius illi dici poſſint, qui nominati appellantur, ſcilicet quod certum ac proprium nomen contractus habeant. l. jurisgentium. de pactis. Incerti autem qui vulgo innominati dicuntur, eo quod proprio non appellentur nomine. Non enim illis locis, de eo quod in obligationem deductum eſt, ſed de ipſa cauſſa, contractu vel obligatione Iuriſconſulti loqui videntur. Sed & actio præſcriptis verbis, vel in factum, incertum judicium, vel incerti ciuilis actio vel condictio dicitur. l. ſi conuenit. comm. diu. l. pen. depoſiti. l. 6. 16. de præſcript. verb. l. 19. in fin. de precario. l. 9. 25. in fin. C. de donat. b. e. (vt ego arbitror) incerti contractus, vel negotij actio, judicium vel condictio, tunc enim locum habent, cum incertum eſt, quo nomine contractum negotium proprie appellandum ſit. Idem in conditione incerti. Nam & illa tunc datur, cum nominatæ illæ, & ſpecialiter introductæ condictiones, proprie locum non habent: ſed negotium ſubiectum ad ſimilitudinem illarum ita accedit, vt condictionem dari æquum ſit. l. 22. in fi. l. 40. 5. de condict. indeb. l. 11. in fi. de cond. fur. l. 5. & 8. de act. empti § incertam. Dicitur tamen quandoque & incerti agi, cum ob quantitatem non expreſſam ad intereſſe tantum datur actio, ſed de eo illis legibus non agitur. l. vlt. ſi quis in jus voc. non ierit. l. 68. de verb. oblig. l. 2. de præt. ſtip. Langebecius in annot. nouiſſ. aliquot legum c. 16.

CERTVS dicitur is, qui ab integræ fidei aliquo admonitus eſt, l. ſi quis ita, 16. ff. de teſtam. tutel.

CERTVS libertus l. 28. ff. de alimentis vel cibar. Percuſſor. l. 6. de Senatuſconſulto Syll. modus, l. 3. C. de poſtulando: Procurator. l. 2. ff. de procur. &c. Briſſ.

CERTVS hæres, vt adire poſſit, dicitur, qui probabiliter vehementi quadam opinione, credit ſibi delatam hæreditatem, l. Pannonius Auitus. §. 1. de acquir. hæred. exitusque oſtendit eum recte ſenſiſſe. gl. l. ſi quis extraneus. in fin. eod. tit. Spieg.

CERTVS homo dicitur, cuius qualitas definita eſt: nam de quantitate non laboratur: qualitas autem aut nomine oſtenditur; aut demonſtratione, aut natione. nomine, vt Pamphilus, Dauus; demonſtratione, vt ſi digito notemus: veluti cum dicimus, Hunc hominem meum eſſe aio. vel natione: vt Syrus, aut Phryx, aut Lydus: vel loco, vt frumentum, quod in illo horreo eſt: veſtis, quæ in illa area eſt: aut alia quadam nota, vt filius Areſcuſæ. l. Quintus, 10. ff. de aur. arg. l. plane, 34. §. 2. l. cum res, 47. § 1. l. ſed ſi, 51. l. ſi ſeruus, 108. §. qui quinque. ff. de leg. 1. Contra vero incertus homo dicitur, cuius qualitas definita non eſt: veluti cum in genere teſtator ſcripſit, Hominem illi do, lego. l. vbi autem, 75. ff. de verb. oblig. & l. cum incertus 13. ff. de leg. 1. l. hæredes, 25. §. ſi incerto. ff. famil. erciſc. neque enim qualis ſignificatur, intelligitur.

CERTVM tēporis Vlp. dixit in l. 8. §. vnde ſi quis. ff. de inoff. teſt.

CERTVM vinum aut frumentum dicitur, cuius & qualitas & quantitas apparet: Interdum, cum aut neutra, aut alterutra tantum definita eſt: veluti ſi quis dicat, vini amphoras centum. vel etiam vini Campani amphoras centum: Incertum dicit, propterea quod quantitatem tantum exprimit, qualitatem prætermittit. Cāpani enim vini multa genera ſunt. Quod ſi adjiciat, Optimi: rum qualitatem expreſſerit, ſed ſi Boni diceret, nequaquam. bono enim aliud eſt melius. Quin etiam

CERTVM dicit, qui vinum quod in apotheca eſt, & triticum quod in horreo eſt dicit. hoc enim idem eſt ac ſi diceret, quale quantumque in illa apotheca, aut illo horreo eſt: quę omnia traduntur in l. ſtipulationum, 74. & l. ſeq. triticum, 94. ff. de verb. oblig.

CERTVM facere, id eſt nominare, denunciare, l. 17. vbi Goth. de euiction.

CERVASIA vel ceruiſia vini appellatione non continetur, niſi forte paterfam. aliud ſenſerit, & vini numero ciuſmodi potum habuerit, l. 9. ff. de trit. vino. Briſſ.

CERVI præter notam ſignificationem apud veteres dicuntur crui & fugitiui, à celeritate, vt ex Sexto Pompeio docet Petrus Crinitus de honeſta diſcipl. lib. 19. c. 8. Sunt & furcæ lignave cornuta ad ſimilitudinem ceruorum cornuum apud Liu. lib. 44. & Cæſarem lib. 6. de bello Gallico: cum inquit, poſt eas aggerem & vallum 12. pedum extruxit, huic loricam pinnaſque adiecit grandibus ceruis.

CERVICES numero tantum plurali veteres dixiſſe, ait Varro 7. & 9. ling. lat. Seruius in 2. Æneid. Ceruix ait, numero ſingulari Collum ſignificat: numero plurali ſuperbiam: quod diſcrimen non ſeruatur. Briſſ.

CERVICAL, velnti Ceruicis ſuſtentaculum quod Galli vulgo *aureiller & couſſinet*. Eius meminit Plin. lib. 20. c. item 20. & lib. 28. c. 4. Iuuenalis Sat. 6. & Martialis lib. 14. Epigram. 146. & quiſquis is eſt, qui Ezechielem traduxit, cap. 13. vbi inquit, his qui faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ętatis ad capiendas animas. Et iterum non multo poſt: Diſrumpam ceruicalia veſtra ſuper quæ vos colligitis animas. Græci id vocant προσκεφάλαιον, qua voce vſus eſt D. Marcus c. 5. vbi interpres vertit, Ceruical. Idem autem eſſe Ceruical, & Puluinum, ex eo patet, quod dicemus infra in puluillo, & ex d. c. 3. Ezechielis. De hoc autem eſt illud Martialis Apophor. lib. 14. Epigr. 146.

Tinge caput nardi folio: ceruical olebit:
Perdidit vnguentum cum coma, pluma tenet.

Vt annotauit Tiraquell. in leg conaub. 5. gloſſa 1. parte 5.

CERVICALIA, veſtis nomine contineri Vlpianus ſcribit in l. 25. §. 1. ff. de auro argent. quod ſi ad muliebrem mundum ea pertineut, ſignificari putarem eo nomine quæ Græci [illegible] nominant, quæ Iul. Pollux in mundo muliebri recenſet. ſin virilia ſunt, ea dici putarem quæ frigoris vitandi cauſa ceruici circumdantur. Hot. Adde quę ſupra dicuntur in dictione Aquiminarium.

CERVICEM erigere aduerſus aliquem, eſt Imp. Conſtantio, in eum cui gratitudo debetur, irreuerentem eſſe. Sic ceruicem aduerſus patronum erigere, dicitur inoſficioſus, & irreuerens libertus. l. 2. C. de libert. & liber. eor. Notum, duræ ceruicis hominem dici, quaſi indomabilem, more ferocium boum, quique ceruice erecta & rigida contumaciam quandam præ ſe ferat, tanquam nemini ceruicem inclinare volens, *hartenachig*, cap. niſi cum pridem. §. propter militiam. de renunciat. Spieg. Prat.

CERVICOSVS ponitur pro duro & inexorabili.

CERVISA, ceruiſia, vel ceruiſium, potio eſt ex hordeo, ſiue tritico, ſiue ex pane concinnata, & eſt fere quam ſacræ literæ ex Hebræo ſermone interpretantur ſiceram, & idem quod Zithum. ſicera vero, Hieronym. ait, eſt omnis potio, quæ poteſt inebriare, præter vinum Vlpian. lib. 33. ff. de tritico & vino legato. l. ſi quis: nec camum, inquit, nec ceruiſa continebitur. Et paulo ante: certe Zithum, quod in quibuſdam prouincijs ex tritico vel ex hordeo, vel ex pane conficitur. Strabo lib. 17. in deſcriptione Ægypti ſcribit, commune illis populis eſſe poculum, & fieri modis varijs. Appellatur autem à Græcis Zithum, ab interpretere Ceruiſium. Nebriſſ. Vlpiā. de trit. & vin. l. ſi quis. Certe Ceruiſium, quod ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, Græce ζῦθον Plinius: ex ijſdem ſiunt & potus zythum in Ægypto. Celia & ceria in Hiſpania, ceruiſia & plura genera in Gallia. Quo loco melius, quidam Cereuiſiam legunt, teſte Steph. Rober. Eſt locus in c. 25. lib. 22. porro idem Vlpian. citata l. ſimili modo, inquit, nec curmi, nec ceruiſia continebitur: ſubaudi, vini appellatione. Spieg.

CERYCIA ſunt inſignia quæ legati Græcorum ferre ſolebant, ne quis eos violaret. Sic ſumitur in l. ſanctum, ff. de rer. diuiſ. quod & I. Pollux lib. 8. Onomaſtic. his verbis docet: κηρύκειον φέρουσιν ἐπὶ τῷ ἀσυλίῳ. Non igitur ornamento tantum erant, vt putat Alexander Genial. dierum lib. 4 ſed & tuitioni d. l. ſanctum. Prat. Hicque obiter admonendi ſumus ſinceriorem eſſe hanc ejus loci lectionem, quam ſit illa Alexandri Neapolitani, qui legendum putat [illegible], intelligens opinor, ramum oleæ lana inuolutum: ſed eum non conueniſſe niſi ſupplici vel deprecatrici legationi, oſtendit ipſius vocis ſignificatio, &c. Baldui. § ſanctę quoque res Inſtitut. de rer. diuiſ.

CESPITEM vellere de buſtis l. 6. de ſepul. viol. in C. Theo. Tumulis enim terræ ceſpes aggerebatur, Tacit. lib. 1. Ceſpes eſt terra cum propria herba euulſa. Serui. in 1. Eclog. Virg. Vel, vt Feſtus, terra cum herba in modum lateris cæſa. Briſſ.

CESSA aquæ ſeruitus. Vide ſuprà Cedere actum.

CESSARE proprie eſt moram facere, vel deſinere, deſiſtere, aliquando negligentem eſſe, tardum eſſe.

CESSAT tutor, qui tutelam non gerit, neque adminiſtrat, l. 1. §. 1. & l. 17. ff. de dam. & peric. l. 4. §. 1. ff rem pupilli ſalu.

CESSANTE patre, id eſt, non agente. l. 7. de injur.

CESSANTE emptore, id eſt, non appellante. l. 4. §. 3. de adpellat.

CESSANTE procuratore, id eſt, non reſpondente. l. 5. vt in poſſ. leg. Briſſ.

CESSAT ſtipulatio, cujus effectus aliquo interuallo differtur & intermittitur, l. 1. vti legator. Briſſ.

Cessara,

Digitized by Google

CESSARE, pro fruſtrari & moram facere ſolutioni, l. antepenult. ff. de legib. lib. 1. l. 41. § 1. ff. de vſur. l. 15. ff. de alim. leg. l. 38. ff. de minor. Vlpia. ad interpretationem reſcripti Imper. Anton. quo in propria quoque hæredis bona legatarij mitti jubentur, ſi poſt ſex menſes, quam prætor aditus eſt, in ſolutione ceſſatum fuerit. Ceſſatum non videri ait, ſi pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furioſus, vel adoleſcens, cum fruſtratio his perſonis indefenſis nocere non debeat l. 5. §. Imperator, & ceſſatum, ff. vt in poſſ. leg. Briſſ.

CESSARE partem dixit Iauolenus l. Mæuio, 41. ff. de leg. 2. pro deficere, & ceſſantium, id eſt deficientium partes eodem ſenſu Paulus l. dinus 7. ff. ſi cui plus, quam per leg. Falcid. Sic Romanus Pont.

CESSANTE cauſa, ceſſat effectus, id eſt, deficiente, & ſublata cauſa ceſſante, extra de adpell. & vide A. Tiraqu. tract. ceſſante cauſa. Prat.

CESSAT pars, quæ caduca eſt, quæ deficit. Ceſſat pecunia, quæ otioſa eſt & pupillo vacat. Briſſ. ex ff.

CESSARE & Locum habere, ſeu Locus eſſe, opponuntur, l. 5. §. 1. ff. ſi quadru. l. 10. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. l. 3. ff. de donat. &c.

CESSARE eſt locum non habere, vel deficere.

CESSAT actio, cautio, collatio, commiſſum, crimen, dolus, voluntas, mens Senatuſconſulti, ratio, quæſtio, querela, judicium, lex, jus legis Falcid. jus accreſcendi. Briſſ. ex ll. ff. & C.

CESSANTEM quoque demonſtrationem apud Papinianum accipere debemus, pro deficiente probatione, l. cum ex pluribus 97. ff. de ſolut. Prat.

CESSARE edictum dixit Vlpianus l. quod ſi 3. ff. ne quis eum, qui in jus voc. pro eo, quod eſt locum non habere, & ad eum caſum non pertinere. Prat.

CESSARE libertatem. Et

CESSARE addictionem apud Vlp. l. ergo. 4. §. ſi in fraudem. & §. ſi bona. ff. de fideicomm. libert. accipi oportet, h. e. non valere, & ei actui locum non eſſe. Prat. Hic ceſſant partes judicum, prætoris. Briſſ. ex ff.

CESSARE, pro otioſum & inutile eſſe, ſæpius occurrit etiam apud ICtos noſtros. Quod interpretes barbare exponũt, modo pro nullum eſſe, modo pro non competere. Scæuola eleganter dixit in l. diuortio facto. neg. geſt. Præterire denique aliquid temporis debebit, quo ceſſaſſe videatur. Item ceſſare dicuntur, quæ non ſunt extincta, & quæ redire poſſunt. Sic dicimus, ceſſare obligationem, ſed non eſſe extinctam. Vide Zaſium in tract. ſubſtit. c. 3. & gl. ſi l. propter. ff. ſolut. matr. Spieg.

CESSARE improprie pro nunquam fuiſſe. Papin. l. 97. ff. de ſolut. quum ex pluribus cauſis debitor pecuniam ſoluit, vtriuſque demonſtratione ceſſante, i. ſine vlla demonſtratione. Hoto.

CESSARE ſuo periculo, non negligentem eſſe, l. 8. de admin. tut.

CESSATIO, id eſt, mora, intermiſſio, l. 17. ff. de vſuris, l. 1. ff. de ope. publ. Ceſſationum ſolitæ vices. Briſſ. ex ff. & C.

CESSATIO, interdum contumaciæ imputatur. l. is cui. §. ceſſatum, ff. vt in poſſeſſ. leg. Alber.

CESSATIO ab adminiſtratione, ceſſatio aliena, collationum, curatorum, legati, officij, tributorum, tutorum, &c. Briſſon. ex ff. & C.

CESSICIA tutela, quæ in jure ceſſa eſt, & translata: Vt & ceſſicia libertas, quæ vindicta datur.

CESSITIVS tutor, cui in jure tutela ceſſa eſt Vlp. in Epitome, à verbo cedere ducitur. Prat. Briſſ.

CESSIM ire in l. ſi ex plagis §. In cliuo. ff. ad leg. Aquil. eſt retro ire ſeu redire, ex interpretatione Alpheni ejus legis auctoris quod & Accurſ. recte intellexit. Eo dicendi genere vſus eſt Iuſtin. lib. 2. Aut ſi hoc parum tritum extat, vos, commiſſo prælio, ite ceſſim, inhibete remos, & à bello diſcedite. Prat. Briſſ.

CESSIM, pro locum dare regrediendo, & retrocedendo Inciſe. ad l. Aquil. loterim ſuperius plauſtrum ceſſim ire cœpit. Spie.

CESSIO in jure communis alienatio eſt & mancipi rerum, & nec mancipi: quæ fit per tres perſonas, in jure cedentis, vindicantis, addicentis. Vlp. tit. 19. Hot. Briſſ.

CESSIO, inquit Theoph. eſt legatorum, quæ nondum percepta ſunt, ad hæredes tranſmiſſio, §. 20. Inſtit. de legat. Hotom.

CESSIO proprie & juris actionis tranſlatio: nam per ceſſionem jura & actiones in eum cui ceſſit transferuntur, quia ſicut in venditione, vel quolibet titulo alienationis rei corporalis neceſſaria eſt traditio, quantum ad dominij tranſlationem: ita ad tranſlationem rei incorporalis, ſcilicet juris, & actionis vtimur ceſſione, quæ reputatur pro traditione. Nebriſſ.

CESSIO ſecundum Iſidor. lib. 6. Etymol. eſt rei conceſſio, ſicut & illud Ruth. 4. cedo juri propinquitatis. Nam cedere dicimus quaſi concedere, vt potuea quæ propria ſunt. nam aliena non concedimus, ſed reſtituimus Nebr.

CEDERE etiam dicitur qui contra veritatem alteri conſenſit: vt apud Cicer. Ceſſit auctoritati viri, id eſt, potius paruit. Nebr.

CESSIO eſt vtilis dominij tranſlatio, & ſic conſequenter alienatio, Bal. in c. 1. per quos fiat inueſt. Rebuff.

CESSIO non eſt exactio: vnde ſi vxor relicta ſit vſufructuaria, donec dotem exegerit, ſi vxor ceſſerit actionem ſuper dote, non perdit legatum vſusfructus, quia non videtur exegiſſe. ſum, vt dixi, ceſſio non ſit actio. Bart. in auth. hoc locum. in fi. C. ſi ſecundo nupſ. mul. ſecus vbi ceſſionarius exegerit. Alexander in l. amplius, in fi. ff. rem rat. hab. Rebuff.

CESSIO, in judicio tali forma contingebat. Accipiens rem, adito magiſtratu, Hanc ego rem, inquiebat, ex jure Quiritum meam eſſe aio. Deinde judex eum hujuſmodi vindicatione interrogabat cedentem: an contra vindicaret? Quo negante, aut tacente, rem vindicanti addixit, eaque vocabatur legis actio. Boer.

CESSIONIS bonorum beneficium introduxit lex Iulia. Beneficium eſt, quia etiamſi qui cedunt bonis, bonorum venditionem patiantur. l. debitores. C. ex quibus cauſis inf. irrog. l. 5. & l. 5. ff. de ceſſ. bon. l. 2. & 4. qui bon. ced. poſſ. tamen infames ex ea cauſa non fiunt: quia non inuitis illis venditio fit: Non tamẽ caret hæc res ſuggillatione aliqua Nou. 4. propterea quod decoquunt creditoribus, cujus generis homines Adrianus in amphitheatro catamidiari jubebat, vt pleriſq; locis hodie fit in foro: & Bœotijs fuiſſe eandem legem Nicolaus apud Stobæum auctor eſt c. 42. Lex Roſcia cum cauiſſet, vt equites in 14. ordinibus ſederent, exceperat decoctores Et hanc omnem contumeliam pati, cedendo bonis decoctores cogebantur metu carceris & vinculorum & verberum: quę ſupplicia propoſita erant ijs qui creditoribus ſuis ſatis non facerent. l. 1. & vlt. C. qui bon. ced. poſſ. l. 1. C. Theod. eod. tit. Verum eos qui non ſuo, ſed fortunæ vitio decoxerunt Nou. 135. Iuſtin. liberat tam ſupplicijs quam ceſſionis neceſſitate, dummodo jurent ſe pares non eſſe ſoluendo, id eſt, ſi ejurent bonam copiam. Quod congruit antiquo juri. Quum enim ex 12. tab. olim debitores creditoribus necterentur & addicerentur, id antiqua lege ſublatum fuit relata à M. Varrone, & liberati ſunt qui bonam copiam ejuraſſent, ne eſſent nexi, ſicut d. Nou. 135. qui ejurant bonam copiam, id eſt, ſe non eſſe ſoluendo, liberantur carcere cruciatuque omni corporis, immo & ceſſionis ignominia. Sed creditoribus pro extremo ſubſidio datur jus quantum potuerint bonorum debitoris conquirendi & vindicandi, & conueniendi etiam debitores debitoris Cuiac. in expoſitio d. Nou. Iuſt. 135. Vide VVeſem. in parat. tit. de ceſſione bonorum. Vide & ſuprà. Bonorum ceſſio.

CESSIO bonorum miſerabile auxilium, l. 8. Cod. qui bonis ced. poſſunt.

CESSIO flebile adjutorium, l. 7. C. eod.

CESSIONARIVS dicitur ille, in quem transfuſa eſt obligatio: vel nomen. & debet certiorare debitorem, quod nomen ejus in ipſum tranſfuſum ſit, ipſum notificando, vel oſtendendo inſtrumentum, & legendo, & copiam, ſi velit habere, dando, vt l. nomen, quæ res pign. oblig. poſſ. C alias alteri ſoluere poſſet debitum, non credens ſe obligatum ceſſionario. C. de obl. & act. per Bart. Prat.

CESSIONARIVM cui ex juſta cauſa ceſsio fit, poſſe vocari creditorem Dd. aſſerunt in l. 1. ff. ſi cert. pet. & plenu Reb. in ſchol. priuil. 177. Reb.

CESSIONIS bonorum effectus hic eſt maximus, quod vi voluerit cedere bonis, is non poſſit detrudi in carcerem, aut ſi ductus fuerit, debeat dimitti. l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.

CESSIONIS bonorum & dationis bonorum in ſolutum differentia ponitur in l. 4. C. qui bon. ced. poſſ. facta enim ceſsione bonorum, non poſſunt creditores bona propria auctoritate tenere jure dominij: ſecus ſi data fuerint bona in ſolutum. Eſt & illa differentia, quod ceſsio bonorum quodammodo eſt injurioſa Nouell. 3. 4. & 135. licet ipſo quidem jure nullam irroget infamiam l. 11. Cod. ex quib. cauſ. inf. irrog. l. vlt. C. qui bon. ced. poſſ. datio bonorum in ſolutum, injurioſa non eſt, ſed benignior, at per eam perinde ac ceſsione bonorum vitabitur carcer. Cuiac. ad Nouell. 4.

CESSVM dare in l. 42. ff. de ædil. edict. interpretatur Gothof. ibidem, calces percutere.

CESSVS, a, um. Vide cedere actum.

CESVRATIM, i. ſuccincte, breuiter per Ceſuræ commata, partus, & interordinia libelli. Ceſuratum vas appellatur ceſsim orificiatum Ioa. Bapt. comment in Epiſt. Sidon. Apollin. ad Claudianum lib. 4.

Κεστὸς significat ſponſæ zonam nuptialem. Old.

CETEROQVIN, alioquin Vlpian. l. 29. ff. de jure fiſc. Sed enim hæc pœna magis eſt, vt aduerſus ipſum locum habeat, qui delatorem redemit; ceteroquin aduerſus hæredem ejus tranſire non debet. Idem l. 35. §. 3. ff. de hæred. inſt. intelligendum erit rerum Italicarum ſignificatione eas contineri, quas perpetuo quis ibi habuerit, atque ita diſpoſuit, vt perpetuo haberet. ceteroquin ſi tempore, quo tranſtulit in alium locum, &c. Hotom.

CETERORVM, & reliquorum appellatione omnes continentur: veluti ſi cui optio ſerui legata ſit, cæteri Sempronio: illo non optante, omnes ad Sempronium pertinent: Briſſ. M. Terent. Clemens in l. vnam opt. cap. 19. ff. de opt. leg. & Marcellus apud Vlpianum l. ceterorum ff. de verb. ſignif. Ideoque incluſionis notam eſſe conſtat. Excludit etiam plerunque, veluti apud Vlpianum l. non ſolum. §. quæritur. ff. de procurator. Singulari

quoque numero apud eundem l.2.ff.de ijs quæ in teſt. delen. excludit. compendioſe in Tabellionum tabulis inſtrumentiſve interiecta his notis, &c. hæc vox comprehendit omnia, quæ ſunt de natura contractus, vel rei, ſuper qua adponitur, Bart. in l. Gallus, §. idem credendum. ff. de lib. & poſth. Huius locutionis vim latiſſime explicant Iaſon, & Alciatus ibidem, quos conſulas velim. Prat.

Inter Cæteros (*λογίσων*) & Nominatim exhæredari, opponuntur apud Vlp. tit. 25 Regul. & l.4.§ 2.C.de liber. præter. & Inſtit. de exhæred. liber. Briſſ.

Cætera cognitionis dixit Scæuola l. intra veile. 39. ff. de minorib. pro omnibus, quæ ad cauſæ reſtitutionis in integrum cognitionem pertinerent. Sic eodem ſenſu dixit idem, Cetera negotij. Sic.

Cætera venditionis dixit Vlpian. l. magis puto, 5. §. ſi pupillus, ff. de rebus eorum, pro omnibus, quę venditorem facere præſtare oportet, & omnia judicij, l. in cauſæ. ff. de procurat. Prat.

Cæterum aduerſandi nota eſt, & accipitur pro ſed, in conſtit. Alex. Imp. l. 1. C. ſi aduerſ. rem jud. Prat.

De Cætero, in l. 8 C. de aduoc. diu. judicum, id eſt, in poſterum, Goth. in d. l 8. Briſſ.

De Cætero pecore, l. 58. §. jumentorum, ff. de ędilit. edicto. In cætero jure. De cætera parte, l. 34 ff. de bon. libert. Briſſ.

Vox Cæterum plerunque abſurdi nota eſt, & ſignificat Alioquin, in l. 8 §. 1. de minorib. l. 5. §. 1. ff. de alienat. jud. mut. l. 15. §. poſteaquam, ff. de damn. infect. l. 12. § 8. in fi. de pact dot. l. 15. §. 1 ff. quod vi aut clam. l. 15. § ſed ſi empt. ff. de re jud. l. 17. §. ſi juſſu, ff. de injur. l. 63. §. hęc ita, ff. de furtis, l. 2. §. idem Nerua. ff. ne quid in loco publico, l. 4 §. hoc autem, ff. de liber. exhib. l. 5. §. maxime, ff. de carb. edict. l. 32, in fin. ff de recept. qui arbitr. l. 49. ff. famil. erciſc. l 5 §. meminiſſe ff. de oper. nou. nunt. Sic & apud Tertull. in lib. 2. aduerſ. Marcio. illo loco Cæterum non eſſet anima nec ſpiritus. Et lib. 2. ad vxor. Sanctificatur enim infidelis vir à fideli vxore, & infidelis vxor à fideli viro. Cæterum immundi eſſent filij veſtri. Hoc, ne leue videatur, Accurſium valde turſit in interpretatione, 5 ff. de judic. ſol. quæ huius vocis vi percepta non obſcurum ſenſum habet. Contra etiam Alioquin pro cæterum ponitur, in l. 91. ff. de legat. 3. l. 1. C. de pact. conuent. l. 42. de acquir. hæred. Notauit Goueanus lib. 1. var. lect. c. 1. Briſſ.

C H

Chalara verbum à Græco *χαλᾶν* deducitur, atque hoc verbum hodie nautis familiare eſt, qui chalare velum dicunt. Chalare enim laxare & dimittere eſt. Hinc etiam chalatorij funes ſunt, quibus antenna & attollitur & demittitur. Vt annotauit Turneb. aduerſ. lib. 24. c. 15.

Chalcedo vrbs. Ejus fit mentio in l. 5. in fin. C. de temp. appel. l. 11. in fi. C. comm. de ſucc. l 17. C. de quæſt. & alibi paſſim.

Χαλκεῖς excuſores, Goth. ad l 8. ff. de jur. immun.

Chaldæi. Aſſyriorum magi ex gentis vocabulo dicuntur, qui diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam ſe putant effeciſſe, vt prædici poſſet, quod cui euenturum, & ex quo quiſque fato natus eſſet: quorum profeſſio ab Imperatoribus damnatur, quum aiunt: Chaldæi ac magi, & cæteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curioſitas, quam vltore gladio vindicandam conſtituerunt: vt liquet ex l. nemo, C. de malefic. & mathem. Spieg. Secundum interpretationem Beati Hieron. in c. 2. Dan. dicuntur *γενεθλιάλογοι*, qui futura ex natiuitatib. prædicunt, quo ſenſu accipi debet apud Spartianum, cuius hæc verba ſunt, vel vates, vel Chaldæos conſuluiſſet, quod & Plutarchus in Galba adnotauit. Prat. Hi & Arioli & planetarij dicebantur, vt annotauit Petrus Crinitus de honeſta diſciplina lib. 8. cap. 9.

Χαμαιδιδάσκαλοι, quaſi pedanei magiſtri, qui primas literas docēt de plano, nec cathedrā habēt. Goth. ad l. 11. §. in. de excu.

Χαμόθεν apud H. Modeſtin l. *ἰδίως* §. *χρὴ δὲ* *μία*, ff de excuſ. Ant. Auguſt. lib. ſingulari ad Modeſt. ſuppliciter, Iacob. Cuiac. de plano, vertit. A. Auguſtini ſententia potius viſa eſt. Nec moueor Græcorū interpretatione, qui interpretantur *χαμόθεν* *ἐξ ἐδάφους*, h. e. de plano, qua de re fuſius diſputo lib. 1. Enucleat. Prat. Non tamen eo inficias, quin

Χαμαιδικασταί pedaneos judices ſignificent. Qui nulli tribunali præerant, nec pro tribunali ſedentes, de plano cognoſcebant ac judicabant. Horum commeminit Iuſtin. conſtit. 60 §. *κα-λῶς*, & vide Alciat. lib. 2. parerg. c. 41. Prat. Briſſ.

Chariarta, pro annona graui, ſeu difficili, male ſumitur. Eſt enim in hac ſignificatione Italici verius, quam Latini ſermonis: *χαριτία* quidem Græcis ſonat gratiam, ſeu decentiam, nobis *Anmuth* Sic gratioſus dicitur, *ein anmuhtiger Menſch*. Nec gratioſus princeps, vt Bartolis in ore eſt, beneficum, hoc eſt, *ein gnedigen Furſt* ſignificat. Fateor hoc Grammaticiæ eſſe relinquendum: ſed huc impegerunt, vt in ſexcentis eiuſmodi magni vtriuſque Iuris Interpretes, quos huius ergo nullis contumelijs inſectandos, Alciat. alicubi rectiſsime cenſuit. Spieg.

Charisticon, pro remuneratione apud Calliſtratum in l. diuus adrian. de bon. damn. Sed debent ad ea ſeruari, quæ jure præſidum ſolent erogari: vt puta Chariſticon quibuſdam officialibus, &c.

Character, figura, vel ſignum, vel forma expreſſa, literarum præcipue. Vlp. de teſtam. l. ad teſtium. Dum tamen, inquit, habuerit *χαρακτῆρα*. Cic. ad Brut. in oratore: In omni re difficillimum eſt formam, quæ character Græce dicitur, exponere. Characterem habet anulus, qui formam aliquam gemmę inſculptam habet. Briſſ. Sed & ſtyli genus character ab auctoribus dicitur. Nebriſſ.

Χαρχηδών vrbs, Tharſis Hebręis, vide Goth. ad l. 8. § 11. ff. de cenſ.

Charidemus, ejus fit mentio in l. 5. ff. de pollicitat.

Χαρωνῖται dicitur libertus Orcinus, à Charonte inferorum portitore. Balduin. tit. de ſing. reb. per fideicomm.

Charuca Vide ſuprà Carruca.

Chartæ à membranis ſeparantur, l. 7. § 1. de acquir. rer. dom. §. literæ, Inſt. de rer. diuiſ. Inſcite ergo aliqui chartis membranas cedere confundunt, & chartarum appellatione membranas comprehenſas aiunt. Nam longe alia chartarum, quam membranarum materia fuit. Membranæ ex pellibus coriove animalium, Pergami primum paratæ, hodieque originis ſuæ nomen tenent. At chartæ, quarum vſu olim maxime humanitas vitæ conſtabat & memoria, ex papyro (fruticis id in Ægypto genus) confectas fuiſſe docet Vlp. in l. 52. §. chartis. Et apertius Plin. lib. 13. cap. 11. Qui & confecturam chartarum, & confecturæ rationem ibid. c. 12. exponit.

Chartæ autem vel puræ erant vel ſcriptæ, d. l. 52. §. quod autem, & l. 76. de legat. 3. Hinc chartacei codices, l. 42. de leg. 2. Et chartea ſuppellex vatum, apud Auſon. Briſſ.

Chartulæ confiſcatę, l. 5. C. de conuen. fiſc. debit. lib. 10. Briſſ. vlt. edit.

Charta, eſt pagina ſcriptioni apta, ex quacunque materia illa ſit, ſiue ex plumbo, ſiue ex cortice, ſiue ex linteis, ſiue ex papyro, ſiue ex corio, ſiue ex cera, ſiue ex lapidibus, quæ dicitur Membrana. Vlpian. d. l. 3. librorum Librorum, inquit, appellatione omnia volumina continentur, ſiue in charta, ſiue in membrana ſint, ſiue in quauis materia. Neque enim membrana excluditur à chartæ appellatione, cum charta membrana appellatur. Idem quoque ibi: Si quis, inquit, chartas legauerit puras, membranæ non continebuntur, quaſi dicat, niſi addatur charta membrana. Spieg.

Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur & ad deletitiam, l. 4. ff. de bon. poſſeſſ. ſecun. tab. Chartis autem legatis neque libellam facti, neque cœpti ſcribi, neque membranæ, neque cæteræ ad ſcribendum materiæ debentur, l. 52. §. quod tamen, & l. 76. ff. de ll lib. 3. Briſſ.

Charta differt à papyro. Papyrus enim eſt materia, vnde chartæ parantur: vbi vero expolita eſt, chartæ nomen accipit. Vigl. in §. nihil autem Inſtit. de teſtam. ordin. Prat.

Chartas epiſtolares penoris eſſe ait Seruius apud Vlpian. l. 3. §. pen. ff. de pen. legat. & his continentur chartæ ad ratiunculam paratæ, d. §. pen. Prat.

Chartarum genera, & quo fierēt modo, explicat Plin. lib. 13. c. 12. Sed Adr. Ian. Turneb. tom. 1. lib. aduerſ. 7. c. 2. hunc Plinij locum erudite emēdat. Quo melius ergo quilibet hanc Turnebi emendationem cognoſcere poſſet, totum ejus caput de chartis ſcriptum, de verbo ad verbum hic inſerendum eſſe putaui, cuius tenor talis eſt. De Charta, quæ è papyro fiebant differens Plinius, primam dicit olim fuiſſe hieraticam, è qua religioſi tantum ſacrique libri ſcriberentur, eamque ab adulatione auguſti nomen accepiſſe: ſecundam Liuiam, ab ejus coniuge, vt in tertium locum deſcenderit hieratice, quæ olim prima erat. Hic neſcio, quid inquinatum eſt, libidine emendatorum in bonos ſcriptores ſemper graſſante, fideliuſque exiſtimo, quod in antiquis exemplaribus reperi, quę ablutione auguſti nomen acceperit. auguſta enim & regia charta, candidior erat, quam hieratica, & vt Liuiana. Nam hieratica ſubcolorata erat, vt ſcribit Iſid. abluendo igitur cādorem chartæ acquirebant. Erat & amphitheatrica & Memphitica, cuius Lucanus meminit, Conficitur bibula Memphitis charta papyro: erat & Saitica ab oppido Sai & Teneotirica à loco quodam alexandriæ: & Fanniana, ab interpolatore nomen habens: ſed & Corneliana, à Cornelio Gallo, qui Ægypto præfuerat, nomen adepta eſt. Erat & Emporeutica (ſic enim in Plinio emendandū arbitror) ea mercatorum vſui ſeruiebat, & inuolucris & integumentis mercium dicabatur, ſcripturæ inutilis. Texuntur, inquit, Plin. omnes tabulæ madentes Nili aqua (putarem tamen hic emendandum pro voce madentes, madente) Quis huic emendationi auctor? non ſolum libri veteres, ſed etiam Romana editio, nam in tabula chartæ ponebantur, in qua turbida Nili aqua glutinabantur: hodieque quę è concerpto comminutoq; linteo chartę conficiuntur, earum plagulę ope glutini cohæreſcunt, proinde mox etiam lego, cum primo ſupina tabulæ ſcheda allinitur, & reſegminibus vtrinq. amputatis: cuius emendationis, quammulto

multos veteres libros taſtes laudare poſſumus: qui etiam vno conſcuſu, tranſuerſa, deinde crates peragit, oſtendunt. Illud etiam ſic emendo, lituræ metum afferebat ex auerſis, & alias indecoro viſu per translucida, pellucebat enim ob tenuitatem illa charta, ſi quid in auerſa ſcriptum fuiſſet, metus erat lituræ. Nihilo ſecius quod mox ſequitur, in priſtinam reſtitui integritatem poſſe reor, igitur ſecondo corio ſtatumina facta ſunt, è primo ſubtemina. Chartam, inquit Claudius, duplicauit, & tanquam bilicem fecit, eiuſque tanquam ſtamen fecit è ſecundo papyri libro, è primo corio ſubtemen. Lego etiam infra, ſed omnia ſecunda, lentiginoſæ autem maculæ oculis in charta, deprehenduntur, fungoſæ tenuæ litera fundente ſe: ſed pro fundo in veteribus libris iunco lego, nam & ante, extremum papyri ſcirpo ſimile dixit, id eſt, iunco. Hæc ille. Adde Iſidorum lib. 6. c. 10.

CHARTAM deleticiam, cuius meminit d. l. 4. Græci vocant παλίμψηστον, Cic. lib. 7. Epiſt. epiſt. 18. Nam, quod in palimpſeſto, laudo equidem parſimoniam, ſed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc ſcribere. Huius & comminit Martialis:

Eſſe puta ceras, quamuis membrana vocetur,
Delebis, quoties ſcripta nouare voles. Prat.

Χαρτοφυλάκιον in c. 1. extra de probat. dicitur ſcrinium, vbi chartæ reponuntur. Vide Suidam, Corraſ. lib. 1. Miſcell. cap. 18. vide ſupra Archiua.

Χαρτοπρᾶται, Chartopratę in tit. de Colleg. & Chartoprat. & Numul. lib. 15. Cod. ſunt chartarum, quæ ex prouincijs in vrbem tranſmittuntur, ſuſceptores & venditores. In baſilicis eod. tit. περὶ συστημάτων καὶ χαρτοπρατῶν, repono χαρτοπρατῶν. Corraſ. prę allegato loco. Prat.

Χαρτοπρατεία, chartarum venditio, l. vnica, C. de colleg. & chartoprat. lib. 11. Prat.

CHARTARUM ſpecies. Chartæ epiſtolares, chartæ ad ratiunculam vel ad logiarium paratę l. 5. §. vlt. de penu. leg. Alias chartarum differentias Plin. lib. 13. c. 12 exequitur, & Iſidor. lib. 6. Etym. c. 10. Et poſt hos eleganter Turneb. lib. aduerſ. 7. cap. 2. Hinc chartularij: quorum variæ ſpecies in Impp. conſtitutionibus, prout ea officia erant, quibus adiungebantur ac deſeruiebant. Quidam Numerarijs operam præbebant, l. 10. C. de numer. act. Chartularij etiam magiſtri equitum ac peditum memorantur in l. 4. de diuerſ. offic. & appar. in C. Theod. Sed imprimis quoſdam de cohortalibus officijs largitionales titulos, retractaſſe ais, l. 3. de cano. largitio. lib. 10. C. Iuſt. denique Nou. 8 chartularios tres τῶν θείων κοιτώνων τοῖς συμβιβάζουσι ...ποιεῖ ponit. Briſ. vlt. cit. plures ſpecies V. § ſeq. 2. 3. 4. 5.

CHARTACEI Codices, l. 42. ff. de legat. 2. & chartacea ſuppellex vatum, apud Auſon.

CHARTA opiſthographa, ab ὄπισθεν, i. retro, & γράφω, quod eſt ſcriptura. Charta itaque quæ etiam in tergo ſcripta fuiſſet, opiſthographa fuit appellata, & quidem à facie, quam à tergo exarabant, in opiſthographo ſcripſiſſe dicebantur, & libelli qui vtraque pagina, & aduerſa, & auerſa ſcripti ſunt minutia literis, & lituris pleni, opiſthographi dicuntur. Aon. Alcia. diſpunct. lib. 2. c. vlt. opiſthographos aduerſaria, ſeu tabulas tumultuariè confectas dici putat, ſed male. Corr. lib. Miſc. c. 18.

CHARTULARII in rubr. de num. oct. chartul. lib. 12. C. & l. nulli, 30. in fi C. eod. & l. 3. de cano. largit. tit. lib. 10. C. dicuntur, qui de cohortalibus officijs vniuſcuiuſque prouinciæ largitionales titulos retractabant, i. qui chartas & codices earum expenſarum tractabant, quę priuato Principis ærario illatæ, magna ex parte in largitiones inſumebantur. De iis accipi debet l. 1. §. illi quoque, de præpoſ. ag. in ſeb. lib. 12. C. Hos Commentarienſes dictos ſcribit auctor Etymologici. Chartulariorum frequens mentio fit in notitia nouellæ 8. Porro Zonaras poſterioribus temporibus chartularium τοῦ τῆς βασιλικῆς ἱπποστασίου adpellatum tom. 3. Annal. in Leone Iſauro ſcribit. At eum, qui huic muneri præficiebatur, ... vocatum ſcribit, Briſſ. Prat.

CHARTULARIUS eſt, ait Gothofr. ad l. 10. C. vbi cauſ. fiſcal. qui chartis inſeruit, eaſque tractat.

CHARTULARIOS & tractatores pro iiſdem dici notat Cuiac. ad l. 3. C. de can. larg. t. tit. Munus eorum dicitur chartularorum miniſterium. Briſſ. ex C. Theod.

CHARTULARIUS cubiculi, quem Græci τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος vocabant conſtitutiones ſubſcribebat, vt vlt. conſtit. Manuelis. cuius commeminit l. Cuiac. l. 2. C. de pet. bon. ſub. lib. 10. Prat.

CHARTIATICUM in l. diuos, ff. de bonis damn. quod pro chartis officialibus præſtabatur. Miniſtri enim Magiſtratuum chartas præbitas fuiſſe ex Frontini lib. 2. de aquæduct. patet. Briſſ. Chartiaticum legitur in Pandect. Flor. Sic & emendati vulgati codices veteres in quibuſdam veterum earciaticum: quod, addita aſpiratione & repoſito elementulo, t, pro e, faciliime emendaſſet A. Alciat. lib. 1. parerg. c. 40. ſi mentem Calliſtrati intellexiſſet: qua ignorata, varias lectiones excogitauit, & modo carceraticum, modo χαρτιατικόν legit. Florentinam lectionem confirmant Zonaræ verba ſubiecta: ἀπαιτεῖσθαι ... τὸν χαρτιατικὸν ἐκ τῶν τοῦ κατακρίτου διαχειμάτων. Prat. Vide & Gothofr. ad d. l. diuus, 6. de bonis damnat.

CHASMA Χάσμα, quo verbo terræ hiatum ſignificamus: eo vſus eſt Vlp. l. cum tes, 47. §. fi. ff. de legat. 2. l. 4. § 1. de cenſib. l. 10. ff. de peric. & comm. l. 25. §. ſi locupleti, ff. de minoribus, & alij Iuriſcoſ. in Pandect. Sæpe χασματίας adpellat Ariſtot. li. 2. de mundo; τῶν δὲ σεισμῶν οἱ μὲν ... καλοῦνται χασματίαι λέγονται. De hoc terræ hiatu loquitur Plin lib. 2. c. 81. Seneca lib. 2. nat. quæſt. Chaſma vocat, cum aliquod cœli ſpatium deſedit, & flammam dehiſcens, velut in abdito oſtentat. Seru. in 9. Æneid. Chaſma interpretatur diruptionem & cœli receſſum. Prat. De cœli hiatu Plin. lib. 2. c. 26. De terræ hiatu Seneca 6. natur. quæſt. Chaſma vaſtum hiatum ſignificat, qui terra dehiſcente contingit. Cuiuſmodi caſu agri interdum abſorbentur. Terræ motus quoque ariſt. c. 2. de mondo χασματίαι dicuntur. Chaſ. ou ſubita aeris diſruptio ac receſſus, Seruio ad 9. Æneid. Briſſ.

Χειρέμβολον Vlp. in l. 1. ff. naut. cap. Stab. Quamquam ipſe vel nauicularius, vel magiſter id facit, quod Græci χειρέμβολον appellant. Significat hæc vox manus immiſſionem, vt Alciat. in pareg. refert, qui arbitratur χειρέμβολον à Iuriſconſultis hic dici ſignum, quod magiſter in prora ſedens dat, cum nautis imperat, vt aliquid faciant, ſeu aliquem recipiant, vel non recipiant. Verum cum hæc vox ab ipſo nuſquam lecta ſit, admonet amplius quærendum. Spieg.

Χειροτονηταί, nominatores, Goth. ad l. 5. C. de hæred. decur.

CHELONIA in l. fi. §. ſpecies, ff. de publican. gemmam eſſe Indicæ teſtudinis oculo ſimilem putem, ex Plin. lib. 37. cap. 10. Prat. Briſſ. Chelonia.

Χέρνιβες quid ſit, vide Goth. ad l. 66 §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ad l. 3 in princ. ff. de ſupell. legat.

Χέρσος, terra ſqualida, inculta, Goth. ad Nouell 64. c. 2.

Χειρύδρα propriè terræ rima, ſiue fiſſura, quam aqua pluuia, torrens, aut terræ motus efficit. Spieg.

CHIA ficos, vide Goth. ad l. 205. de verb. ſign.

Χιλίαρχοι mille militum ducem Vlp. in l. 1. §. 1. ff. de teſt. milit. rectè appellat, Prat. Chiliarchæ, Millenarij, qui millis pręſunt militibus. Iſidor. 9. c. 3. chiliarchę, & centenarij, plebis diſtributionem ſibi vſurpabant, l. 20. de pagan. & ſacrif. in C. Th. Briſſ.

CHILONES, & Cylones, ac Cillones, qui dicantur, & quo pacto inter ſe differant, Sextus Pompeius ex Verrianis commentarijs ſic refert: Chilones enim, inquit, eiuſmodi homines appellari, qui maioribus labris ſunt: hoc eſt qui Labeones aut Labieni à noſtris dici poſſunt. T. autem Lucretius labroſos nominat. Vnde illud,

Simula, Sylena Satyr aſt Labroſa philema.

CILONES vero ſine vlla aſpiratione, idem Pompeius eos appellat, qui fronte prominentiori ſunt, & quaſi extantem. Iam Cillones duplici ll. aliud omnino ſignificat: etſi ridicule quidam in hoc aberrare videantur. Cum enim Criſpum Salluſtium, Cicero in gregem Cillonum, ſacrilegorum atque impudicorum connumeret, nihil aliud intellexit quam cinædum hominem ac turpiter ceueutem. Quoniam cillere apud veteres motitare, atque agitare eſt: quod & Seruius atque Higinus teſtantur: vnde Cillones dicti, qui pudore vendito cernentea ſe effœminant. Nam & Lenæus Pompij libertus, cum Satyras contra eundem Salluſt. ſcriberet, non modo illum Popinonem ac Lurconem ſatyrice appellauit, ſed etiam λαικάστριαν, quaſi meretriculam & ſcortum, vt annotauit Petr. Crinit. lib. 7. c. 9.

CHIROGRAPHUM, priuata ſcriptura, ſeu cautio, manu alicuius ſubſcripta vel ſubnotata. Briſſ. Artemid. 1. de ſomnijs, cap. 44. χειρόγραφα ait χεῖρας dici. Domeſtica cautione & chirographo obligare ſe ad præſtandum quid. Chirographum inductum, id eſt, cancellatum. Briſſ. ex ff. & C.

CHIROGRAPHARII creditores, ad differentiam Hypothecariorum, de quibus in l. 1. § ſciendum, ff. de ſeparat. ſic dicti, ſunt, qui ſolo chirographo debitoris nituntur. Chirographarius debitor ſolo chirographo obligatus. Chirographarium debitum. Briſſ. ex ll. & C.

CHIROGRAPHUM, χειρόγραφον, priuata cautio manu alicuius vel ſcripta, vel ſubſcripta. Itaq; generale nomen eſt, ad omnes eiuſmodi cautiones pertinens, l penult. ff. de teſtam. & ſæpe apud Cic. & alios veteres. Fecit autem conſuetudo, vt chirographũ propriè appellemus συμβόλαιον χειρόγραφον, vt ait Heſych. id eſt, cautio ad contractus pertinens: & propriè libellus quo quis pecuniam ſe debere ſcripſit. Itaq; Aſconius in Verrinam 3. Inter ſyngraphas & cętera chirographa hoc intereſt. quod in cæteris tantum, quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent: in ſyngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolent, more inſtitutoque Græcorum. & cæteræ tabulæ ab vna parte ſeruari ſolent. ſyngraphę, ſignatæ vtriuſque manu, vtrique parti ſeruandæ traduntur. Hæc ille, & vide Reuar. l. quatenus, ff. de reg. iur. Hinc

CHIROGRAPHUM inane, inane factum per ſolutionem, ſolutione: quum id quod debitum, perſolutum. Vlpia. l. ff. de ſolut.

by Google

Solutione chirographo inani ſacto, & pignoribus liberatis nihilominus creditor, vt inſtrumenta ad eum contractum pertinentia ab alio quam debitore exhibeantur, agere poteſt Idem l.41.ff.ad leg. Aquil. Veruntamen in hærede vel legatario diuerſum: quibus teſtamenta, pene chirographa ſunt: id eſt, cautiones debitarum pecuniarum, loquitus de eo, qui teſtamentum deleuerit. Idem l.5.§.6.ff. commod. Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographum debitorem tuum cauere feceris, &c. vbi tamen CHIROGRAPHO legendum potius arbitrarer. Hot.

CHIROGRAPHVM inane etiam dici poteſt, quod ſine cauſa factum eſt. Prat.

CHIROGRAPHVM ἰδιόχειρον vocat Leo, l.ſcripturas, 11. C.qui pot.in pign.pro ſigno ipſo teſtis accipitur, l.pen.ff.de teſtam. Prat.

CHIROGRAPHARIVS creditor dicitur, qui ſibi chirographo cauit. Paulus l.38.§.1. ff.de priuil. cred. Reſpublica creditrix omnibus chirographarijs creditoribus præfertur. Opponuntur autem ijs, qui hypothecarij dicuntur, l.cum tibi 10.C.qui pot.in pign. & l.4.& 6.C.de priuil.credit. Hinc

CHIROGRAPHARIVS debitor, qui ſua manu cautionē creditori dedit, in l.vnic.Co.etiā ob Chirogr.pec.l.pē. C.de nouat. Et

CHIROGRAPHARIA pecunia, quæ ſine pignore per chirographum ſolum debetur, tit.C.etiam ob Chirograph.petun. Hotom Adde Franc.Baldum.catecheſin.jur.ciuil.c.4.

CHIROGRAPHO legata, venditove, non ſolum corpus, ſeu ipſas tabulas, ſed & debitum, & nomen actioneſque, quarum probatio tabulis continetur, legata, venditave intelligi, recte ſcribit Vlpianus l ſeruum filij §.eum, qui chirographum ff. de leg.1.Prat.Briſſ.

CHIROGRAPHARIA inſtrumenta, l.ſi.C.ſi cert. petat. tabulæ quibus continentur huiuſmodi cautiones. Prat.

CHIROGRAPHARIA actio dicitur, quæ ex chirographo naſcitur. Prat.

CHIROGRAPHARIÆ vſuræ dicuntur, cum pignus contractum eſt in ſortem duntaxat, Goth ad l.4.C de vſuris.

CHIRONOMI mimi, qui taciti veluti præſcriptis moribus & nutibus cum manuum geſticulatione ſaltabant: vnde &

CHIRONOMIA, ſaltatio geſticulatrix dicta Cortaſ. Miſcell.lib. 4.c.24.n.14.

CHIRVRGVS, medicus vulnerarius, à manuum operatione ita vocatus: quē non raro medicum abſolute Iuriſcoſſ. appellant.

CHIRVRGIA ipſa ars, quæ à Græcis chirurgice dicta eſt, clericis interdicta, c.ſententiam, extr. Ne cleric. vel mon. Spieg.

Χλαῖνα Latinis læna, militaris veſtis genus, Baiſio ex Plutarcho in Numa: ἣν ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς χλαῖναν. Prat.

CHLAMYS, inter puerilia veſtimenta recenſetur ab Vlpiano, in vulgatiſſima l.veſtis de aur. & arg leg. Et ſic Varro de liberis educandis apud Nonium: vt puellæ, inquit, habeant potius in veſtitu chlamydas: Suidas autor eſt, Numam primum Romanorum regem chlamyde vſum eſſe, cum legationem Iſaurorum excepiſſet, rationemque eorum habitus percepiſſet. Vide Baiſium in d l.veſtis, late diſputantem. Old. Prat.

CHLAMYS etiam militaris eſt habitus. Briſſ.

CHOENIX, quæ & maior libra apud Athenienſes vocabatur, fuit menſura tritici, quantum quiſque vno die comederet, ſextarium Gaza vertit; pendebat eorum drachmas 150. h.e. 7.& 20.vncias Græcas, noſtra autem menſura ſeſquilibram. Ejus Chœnicis dimidium, drachmarum 75.libra, ſeu libella dicebatur, cuius fit mentio in l.judices Cod. de epiſc.aud.qua jubent Impp. Honorius & Theodoſius duas libellas, id eſt, Chœnicem victualis ſubſtantiæ, cuſtoditis præſtari, quod etiam olim fieri ſolitum, oſtendit Pythagoræ ſymbolum, Chœnici ne inſideat. Cujus explicationem pete ex Chil. Eraſmi, & c.17.lib.1. parerg. Alciat. Hac voce Libra, ſeu libella Paulus vtitur in l.ſeruis vrbanis, de leg.3.cum ait, quod maxime ex libellis, familiæ item cibarijs deprehendi poterit. Accurſius pro albis panibus inſcite exponit. Old. Prat.

Χόαι, anniuerſaria ſacrificia. Vide Goth.ad l 1.C.de religioſ.

Χωρικοὶ, ruſtici. Vide Duar.1. de benefic 6.Goth. ad l.42. §.9.C. de epiſc.& cler.

CHOMATA, χώματα, quid ſint, interpretatur Vlpianus extra crimin.l.ſecularij. Chomata, inquit, ſunt aggeres, qui ſolent aquam Niliacam continere. χῶμα autem Græce dicitur agger, terra adgeſta, cumulus terræ, vel lapidum Oldend. Eſt autem agger (vt loquitur Seruius illud Virg. 10. Æneid. Atque ipſis prælia miſces aggeribus) terra illa, quæ facto vallo propius ponitur. Vnde tit. eſt apud Iuriſconſultos de aggeribus Nili non rumpendis. Illi aggeres proprie dicuntur χώματα Græce. Nebriſſ.infra. Commata.

CHOMATVM Logographi, lib. de patrocin, Vicor. in C.Theod. Briſſonius.

CHORAGROS Græcum eſt verbum, Theodoſio & Neuterio auctoribus in lib.de limitib. quo villa ſignificatur, ἀπὸ τ̃ χώρας, & ἀγροῦ. Prat.

CHORAVLAS dicitur, qui tripudij fiſtulatus modulos ſaltica-lorum moderationibus effert. Ptolemæus vltimus auletes Choraules. Fuit Choraulistria fœmina Propertio. Dictio fuſanea à choro veniens & αὐλῇ, hoc eſt, tibia: tibijs idoneum clamum & tibialem vocant auleticon Ioan. Bapt. comment: in epiſt Sidon. Apollin. ad Agricolam, lib.1.

Χωρεπίσκοπος in Græca conſtit. C.de epiſc. & cleric. &c. Chorepiſcopi 78.diſt.dicitur, qui ab vrbis epiſcopo certo vico, vel pago præficitur. vnde à Papia regionarius vocatur. Fuere huiuſmodi multi, eccleſia naſcente; poſtea ſublati, idque Damaſus pontifex ſignificauit in epiſtolis d.c. Chorepiſcopi. ſic enim ibidem ſcribendum, non Correpiſcopi. Prat.

Χωρὶς τ̃ οἰκονομοῦ ψήφου, ſine quoquo ſuffragio. Vide Gothoſt. ad rubr. Nou 8.

CHORTALIS, à chorte, quod in chorte nutritum.

CHORVS, pro congregatione Id & Alciat. adnotauit. Celſus: Si chorus, inquit, aut familia legatur, perinde eſt, quaſi ſinguli homines legati ſint, l.ſi chorus de legat.11. Si videre libet, Accurſium ſuper hac voce videas, quæ eſt ei muſicum inſtrumentum. Spieg. Chorus pluribus eiuſdem generis ſeruis conſtabat. Seruius 1. Georg. proprie eſt canentium cantus ac ſaltatio. Senec. Epiſt. 84. Multorum vocibus chorus conſtat. Briſſ.

CHORVM apud Africanum, l.cum eiuſdem, 34 ff.de ædil.edict. & Celſum d.l.ſi chorus.79. & in comœdijs Ariſtophanis, maxime in Pluto, accipere debemus Cœtum, ſiue multitudinem canentium. Nam multorum vocibus & concentu conſtat. Sic eodem ſenſu.

CHORVM clericorum pſallentium dicimus Chorus μεταφορικῶς locum ſignificat, qui pſallentes continet, in Decretalib Pontificum Epiſtolis, cap.dilectus, extra de præbend. & dignit. in antiq. Prat.

Χρήματα διαποντικὰ, traiectitiæ pecuniæ, ſunt quæ trans mare vehuntur, non quæ in eo loco conſumuntur, 7.Eccl ex lib.53. tit.5.c.2.Goth.ad l.23.de obl.& act.

Χρήματα, appellatione Iuriſconſultis tam mobilia, ſeque mouentia, quam immobilia continentur, pro rebus hæreditarijs accepiſſe viſus eſt Solon apud Demoſth. in ea quæ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν eſt, oratione, κρατεῖν τῶν χρημάτων. Huius quidem verbi ſignificatio ita eſt latiſſima, vt pecuniæ Latinis, vt docent paſſim Iuriſcoſſ. potiſſimum, ff.de verb ſignific. l.158. & l.222. περὶ τῶν χρημάτων. I. Pollux.lib.3.c.10.& li.9 Ariſt.li.4. Ethi.ait. χρήματα λέγω [illegible], & Socrat. apud Xenophon.1.Occon coniungit χρήματα καὶ κτήματα. Significans ea omnia, quæ ad vitam tuendam conducunt, & quibus probe vti poſſumus. Nam & id χρῆσθαι ſignificat. Bald.tit.de action.§.item Seruiana. Prat. Vide Connan.lib.4.c.3.nu 12. χρήματα, autem ſunt [illegible], cenſus deniq. & facultates, opes bona, & fortunæ, id eſt, [illegible], vt docet Xenoph. in princ. Occon. Ceterum pecuniæ vocabulo, exactiore quidem & proprio ſignificato continentur ea omnia, quæ pondere, numero, menſurave conſtant, vt ex Paulo Iureconſ. docemur in l.2.§.1.ff.de reb. cred.ſi cert. petat.l.talis, ff.de legat.1. cum ſtipulamur, de verb.ſignif l.quiſquis, de leg.3.l.in illa ſtipulatione perte, §.item in ſtipulatione, ff.de verb oblig. Brechæus l.pecuniæ, n tit.de verb.& rer.ſignif.

Χρηματιστηρίου prænomen interpretatur Theophilus in §.ſi quis in nomine Iuſtit. de legat. qua de re conſule Anton. Auguſt.lib. 3.Emendat.c.8. Alias χρηματιστήριον, pro reſponſo judicum jus reddentium Athen. de Dionyſ. [illegible]. Poſtulationibus adeundum reſpondebat, area intermedia. Prat.

Χρῖσμα vnctionem ſignificat, quod conficitur ex oleo & Balſamo, c.vnica, §.ad exhibendum autem, extra.de ſacra vnctio. quo verbo vſus eſt B.Ioannes Epiſt.1.c.2. καὶ ὑμεῖς χρῖσμα ἔχετε, & c, Prat.

Χρῆσις, id eſt, vſus. Vlpian, ſed ſi χρῆσις, ait, ſit relicta, an vſus ſit, videndum, l.habitatio, §.1.ff de vſu & habitat. Significat tamen & vtilitatem, vt etiam vſus Latinis, ex quo vtile & vtilitas dicuntur. Et apud illos χρήστης tam creditor quam debitor appellatur, præſertim fœneratitius: vt ego quidem conijcio. Propterea quod à creditore vtilitatem ex mutuo capit debitor, & à debitore ex vſuris creditor. Connan.lib.4.c.5.n.5.

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Hoc carmine Homeri lib.6.Iliad παροιμιακῶς vſus eſt Iuſtinian. in procem. Digeſt. incip. omnem, in fine pro permutatione inæqualem ſignificat, quod & M.Cic.lib.6.epiſt.ad Attic.epiſt.1.indicat his verbis: Habes ad omnia, non vt poſtulaſti, χρύσεα χαλκείων, ſed paria paribus reſpondemus, & Gellius lib.2.c.23.ſatis aperte oſtendit, diſparitatem notans. Prat.

CHRYSAMOS Græce dicitur, quam, vt ait Plinius, Hiſpani balucam appellant, de qua ſatis multa ſcripſimus in verbo baluca, dicta à chryſos ſiue chryſion. quod eſt aurum. Iuſtiniani codicis lib.11.tit.de metallarijs, Octonos, inquit, ſcrupulos in baluca, quæ Græce chryſamos dicitur. Accurſius non minus in chryſami delirat interpretatione, quam ſupra fecerat in baluca: chryſamos, inquit, Græce, Latine vtiluas, vt ſit chryſamos, id

ſamos, id eſt, in vtilitate publica: cum tantum diſtet chryſamos à chreſmus, quod interpretatur vtilitas, quantum Thais ab Hermione. Illud namque y, hoc per eta ſcribitur. Nebr.

CHRYSANTIANVM certamen, vide ſuprà certamen chryſantianum.

Χρυσιον pecunia numerata, Goth. ad Nou. 22. c. 44. circa med. ibi ſi vero aurum fuerit.

CHRYSOGONVS legunt quidam in l. 126. §. 2. in prin. ff. de verb. oblig. quidam autem Chruſogonus: Eſt autem ſerui nomen. Briſſon.

Χρυσόνημον dicitur id, quod auro intertextum eſt, in Nou. 59. c. 6. vbi Gothofr.

CHRISTIANORVM appellatione Epiſcopos contineri in l. Chriſtianos, C. de Epiſc. aud. & l. fin. C. de poſtli. reuerſ. Azo & Accurſius in d. l. chriſtianos ſcripſere. Niſi dicas pro cœtu Chriſti fidelium accipi, quibus pro captiuorum redemptione hoc officium pietatis incumbit. Prior tamen interpretatio potior viſa eſt, iuuatur Nouella Iuſtiniani conſtit. 131. §. εἰ ῃ ὑμῖ &c. Prat.

CHRISTIANORVM duo ſunt genera: eſt autem vnum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit: vt ſunt clerici, id eſt, ſorte electi: cleros enim Græce Latine ſors. Aliud vero eſt genus Chriſtianorum, vt ſunt laici: laos enim Græce eſt, populus Latine, c. duo ſunt genera 12. quæſt. 1. Ioan. Bello Etymol.

CHRISTIANVS recte vtitur ad perſequendum ius ſuum ſcriptis legibus, quia lex eſt creatura & ordinatio Dei, id eſt conſeruatio ciuilis iuſtitiæ. Nam politicus ſtatus eſt Dei opus, etiam ſi perſonæ ſint impiæ, & abutantur tali ordinatione, Paul. Rom. 13. Non eſt poteſtas, niſi à Deo. Et Pſalm. 81. Ego dixi dij eſtis, h. e. gerentes officia diuina, quæ ſunt, conſeruare iuſtitiam, & iudicia, defendere innocentes, punire delicta, militiam legitimam exercere ad defendendum bonos. Chriſtiani autem dicuntur à CHRISTO, l. 1. C. de ſumma Trinit. Old. Prat.

CHRISTVM & Chriſtianos, non Chriſtum aut Chriſtianos, veteres gentiles, veri nominis ignoratione dixiſſe non dubito. Id me vnus Tertulliani locus in Apologetico docuit. Si nominis (inquit) odium eſt, quis nominis reatus? quæ accuſatio vocabulorum? niſi ſit aut barbarum ſonat, aliqua vox nominis, aut infauſtum, aut maledicum, aut impudicum. Sed & cum perperam Chriſtianus (ſic ex ſequentibus ſcribendum arbitror, vt & apud Tacit. lib. 15.) pronunciatur à vobis (nam nec nominis certa eſt notitia apud vos) de ſuauitate vel benignitate compoſitum eſt. Oditur itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. Hactenus Tertulliani verba, ex quibus ſane, quod propoſui, confectum credo: χρηστὸς enim ſuauem, facilem & benignum ſignificat. Pith. lib. aduerſ. c. 3.

CHRISTIANVS actiones ſibi competentes, velut inſtrumenta exigendi debiti, exercere poteſt ſecundum iuris præſcriptum, modo ſemper ambiat concordiam bona fide. Old. Prat.

CHRISTVS, nomen, inquit Auguſtinus, à chriſmate dictum eſt. χρίσμα autem Græce, Latine vnctio nuncupatur. Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra Diabolum fecit. Tract. 33. in Io.

CHRONICA, orum, dicuntur ea, quæ de temporibus ſcribuntur. Porro Chronicis libris & ſua fides adhibenda eſt, qua de re extat commendata Felini commentatio in c. 2. de reſcript.

Χρυσουργὸς quid ſit, vide Goth. ad l. 28. ff. ad leg. Cornel. de falſis.

CHRYSOLITHI in l. 21. §. pen. ff. de aur. arg. Auro ſimili gemma eſt, cum marino colore affinitatem quandam habens, quam Æthiopia gignit. Auctores ſunt Plin. lib. vlt. c. 9. Iſidorus lib. 16. c. 14. Briſſ.

CHRYSOCOLLA, auri ferruminatio, Gothofr. ad l. 27. in prin. ff. de acquir. rer. dom.

CHRYSOMA, vas in quo aurum infundebatur, vnde & nomen ſumpſit, ἀπὸ τ̃ χρυσοῦ, id eſt, ab auro, Alias Ballucea vocant. Plautus in Bacchid. Opus eſt chryſochryſale. Alciatus in leg. ballucea, C. de metallariis, lib. 11. Spieg.

CHRYSVLCA aqua, vulgo, Aqua fortis, cuius vi aurum, à quocunque metallo deduci ſcribit Alciat. lib. 3. parerg. c. 11. cuiuſmodi aqua Vlpiani temporibus inuenta non erat, vt ex eiuſdem reſponſo colligit idem Alciat. quod extat leg. idem Pompon. 5. §. 1. verſ. ſed ſi deduci, ff. de rei vindic. Prat.

C I.

CIBARIORVM appellatione neq; habitationem neque calceatium, neque veſtiarium contineri Vlp. recte ſcribit. l. diariis, 21. ff. de alim. & ci. ideoque de cibo tantum accipienda putat, & vide infra cibus. Eam quoque ſignificationem videtur indicaſſe Varro lib. 4. ling. lat. Prat. Itaque cibaria & veſtiaria ſeparantur, l. 4. in prin. & §. vlt. l. 9. §. vlt. l. 12. 13. 15 §. vlt. l. 18. §. ab hæredibus, & §. fin. ff. de alim. vel cibar. Briſſ.

CIBARIA ſunt ſpecies victus ſeu alimenti. Victus ſpecies ſunt Nutrimentum, & cultus corporis. Sub nutrimento, cibaria ſunt: ſub cultu, amictus, & quæ corpus ambiunt, ac foris tuentur. Goedd. ad l. 44. n. 5. 6. 7. & ad l. 43. de verb. ſign.

CIBARIA mandare quid ſit, non facile dixeris, niſi obſeruaueris ſerui actoris ſiue diſpenſatoris officium fuiſſe reliquis ſeruis inuſitata quædam per canonem certum ſtipendia, certoſque frumenti modios in ſingulos menſes præſtare: eumq; morem ex Saluiano, Terentio, Donato & Plauto euidentiſſime demonſtrauimus variorum lib. 5. Rævard. non vult hæres eſſe, ff. de reg. iur.

CIBARIVS panis, qualis eſt paſtorum & ruſticorum. Cibaria namque minus delicata eſſe arbitrantur quidam, quamvis cibus etiam delicatis, autore Donato, præbeatur. Cibi vero appellatione, potum quoque contineri, dubium non eſt. Adi Archid. c. in quibuſdam, de conſecr. diſt. 2. Spieg.

Animalium etiam pabula, CIBARIA vocantur. Cibaria iumentorum, pecudum. Briſſ. ex ff.

CIBARIVM, Cibarium ſubſtantiue, non ſignificat locum, vbi reponuntur cibi, ſed ipſum cibum, vt, cibaria præſtet eis. Itaque pro alimento accipiendum eſt apud Afranium, in l. mortuo, ff. de ſtatu lib. Adiectiue autem cibarium dicitur, quod ad cibum pertinet. Hinc cibarius panis, id eſt, panis nigrior, à quo furfur excretum non eſt: ſicut ſiligineus albicantiſſimus, qui ex ſolo flore conſtat. Cicero lib. 5. Tuſcul. Cum eum (inquit) peregrinant in Ægyptum, comitibus non ſecretis cibarius in capſa panis datus eſſet, nihil viſum illo pane iucundius. Item, cibarium vinum, hoc eſt, vinum ignobile: potus meus vinum cibarium. Sic translatiue cibarius homo dicitur ſordidus, & plebeius, id quod frequens bonorum authorum docebit lectio. Anchora.

CIBARIA familiæ, mancipiorum, nautarum, iumentorum, pecudum. Briſſ. ex ff.

CIBILLAM à cibo duci recte cenſet Varro lib. 4. ling. lat. eamq; eſcariam dici: prius erat quadrata, poſtea rotunda facta, quo fit, vt apud Feſtum cibillinæ non cillibinæ legendum affirmare auſim, quæ omnia confirmant Vlpiani interpretationem d. l. diariis, vt non immerito cibaria à veſtiariis ſeparârint Scævola, l. Gaio, 13. ff. de alim. & cibar. leg. & Paulus l. Lucius, 22. ff. eodem. In alimentis diuerſum Modeſtino placuit, l. 4. ff. eod. Prat.

CIBILLA, eſt menſa eſcaria, à cibo dicta. Cylibantum vero, menſa vinaria à poculo cylice, calice dicta, M. Varr. auctore. Spieg.

CIBORIA, in poculorum nomenclatura refertur. Quæ & Scythia nuncupari poſſe, nonnulli putarunt, quod anguſtiora in imo ſint. Spieg.

CIBVM à victu ſic ſeparat Donatus, vt cibus ſit, qui etiam delicatis præbetur. Victus vero in paruis aridiſque alimoniis ſit conſtitutus. Conſtat Gen. 1. quod nullum cibi genus permiſſum eſt præter fruges terræ, & arborum fœtus. Atque hic paſtus erat homini cum cæteris animantibus communis, nec interim de vino vlla mentio. Spieg.

CICATRICAM in noxæ appellatione contineri ait. Vlp. l. 1. §. fin. ff de fugit. quod & videtur obſeruaſſe Bald. (cuius loco Bartolum citant Lexicographi) in l. ſi quis metallum, Cod. de pœn. eam igitur euidentem recte appellat idem Vlp. l. quæritur, §. fin. ff. de ædil. edict. remanet enim vulnere ſanato. Prat.

CICATRICVM aut deformitatum nulla fit æſtimatio, l. vlt. ff. de his, qui deiecer. vel effuder. Briſſ.

CICVTA: hæc herba eſt venenoſa, quæ creſcit vſque ad duo cubita, ſemine tantum & foliis in vſu eſt, ad refrigerandum: ſecundum Plin. In alio tamen ſignificatu vſus eſt Vergil. Bucol. 2. in carmine.

Et mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula——

Volens deſcribere ſpatium inter cannarum nodos: vt Seruius interpretatur.

CICVTÆ mentio fit in l. 3. §. 3. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Vide Æginetam, 5. de re medica. c. 41. Cotta.

CICATRIX, h. e ſignum, quod ex vulnere remanet, ad agnoſcendum hominem fidem facit. Vide Bart. in l. ſi quis metallum, C. de pœnis, & de Fabricenſ. lib. 11. Spieg.

CIDARIS, Perſis, & Armeniis Regibus inſigne erat, cærulea ſcil. faſcia, albo diſtincta; vel tiara, amictuſque purpureus, quadrangulari figura. Interdum Cadys. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. 1. cap. 28. Spieg.

CIDONIVM malum, idem eſt quod cotoneum. Hinc vinum cidonium, ex eius mali ſucco confectum. Vlpian. de vin. & trit. leg. l. ſi quis, cidonia, inquit, ſi qua alia ſunt vina, quæ non ex vinea fiunt. Nabriſſ. Spieg.

CIERE dicitur, qui nominat. Prat.

CINTAMALLVA, ſiliqua ſiluatica dicitur Theodoſio & Nenterio auctoribus in lib. de Limitib. Prat.

CILICIA veli inſtrumenta eſſe Caſſius apud Vlpianum, l. quæſitum, 13. §. ſi domus, ff. de fund. inſtruct. texta de pilis in caſtrorum, nautarumque vſum, ſcribit Aſconius, ſic & accipienda ſunt in l. fundi, §. quæ tabulæ, ff de act. empt. Sic dicta quod in Cilicia (ſic autem legendum, vt & Flor. l. 1. in fin. ff. de cenſib.) eorum vſus ortus eſſet. De his accipiendum Vergilij verſum lib. 3. Georg. Seruius admonuit.

Q

Nec minus interea barbas incanaque menta,
Cinyphy tondens hirci ſetaſque comantis
Vſum in caſtrorum & miſeris velamina nautis. Prat.

CILICIÆ prouinciæ duæ, l.5.in princ.c. de tempor. & reparat. appell Vide Goth.ad rubr c.de offic.comitum Orient.

CILICIA termini à Cilicio Saturnion Centurione legionis 27. dicti in lib. de limitib. variorum. Prat.

CILICIVM veſtimentum è pilis hircorum & caprarum textum, cap. fui ſanctus, de pœnit. diſtinct. 1.de pœn.diſtinct. 3.c. Ahab. Rex, qui pœnitentium erat dd.ce, Sic autem vertit B. Hieronymus, vt refert Gratianus. Idem B. Hieronymus in Eſaiam: Cilicina tunica habitus fuit prophetantis populi delicta plangentis, pro quo 70. interpretes σάκκον ex Hebræo dixere. Prat.

CILICIVM proprie dicitur textum ex lana caprina, ad vſum maxime tentoriorum ſiue caſtrorum. Vnde Cilicina ſaga fiebant ad pluuias arcendas. Ex c.26. Facies, inquit, & ſaga cilicina vndecim ad operiendum tectum tabernaculi. Vegetius quoque lib.4. de re militari, ſaga cilicina prætendi præcipit, ad excludendus impetus ſagittarum. Vlpian. de fundo inſtructo, l. inſtrumenta. Vela, inquit, cilicina inſtrumenta eſſe Caſſius ait, quæ ideo parantur, ne ædificia vento laborent. Nebriſſ.

CILO Græcis eſt προχείλος, Latinis chilo eſt labeo. Caper. Cilo eſt anguſto capite, cui hoc contigit in parta: Chilo dicitur modum labiorum excedens. In pleriſque ſubſcriptionibus Conſtitutionum Codicis ſcribitur, conſul. Fabius Chilo, male, & in l.1.ff. de off. præfect. vrb. leg. vlt. ff. de offic. pr. vig. rectius Fabius Cilo, vt in veteri inſcriptione Α. φάβιον κιλῶνα τὸν λαμπρότατον ἔπαρχον Ῥώμης, & aliis pleriſq; Cuiac. obſ. lib.10.c.26.

Κειμήλια. Theophilus in § ſacras Inſtit. de rer. diuiſ. interpretatur, res ſacras, & donaria ſiue ad miniſterium Dei dedicata. Cujuſmodi vaſa & veſtes ſunt, & ſimilia pretio magno habita, vt eſt in l. ſancimus, Cod. de ſacroſanct. eccleſ. Sunt qui putent κειμήλιον numero vnius munus, multitudinis vero mobilia pretioſa ſignificare.

CEIMELIARCHA vel κειμηλιάρχης in l.fin. C. de bon. auct. jud. poſ. qui Ceimeliis tuandis præſunt.

CEIMELIARCHION ædem ſacram interpretatur Iuſtin. l.liti-bus, C. de agricol. & cenſit. lib.11. vel potius locum in eccleſia, vbi κειμήλια reponuntur, per d.l.fin. Huius meminit Alciat. lib. parerg. c.7.

CINCIA lex de donis & muneribus à M. Cincio lata, vt Cic. 1. de orator. ſcribit, ſuadente Fabio Maximo, quemadmodum Cato teſtatur apud eundem Cicer. in libro ſui nominis. Ea cauebatur, ne quis ob cauſam orandam donum munuſve acciperet: vnde & muneralis lex appellata eſt, authore Feſto li.11. Ad eam Paul. librum ſingularem ſcripſerat, vt iudex Piſanus teſtatur, ex eoque ſumpta eſt lex.28. ff. de legib. Meminit eius Tacitus, lib.14. & 15. Arnob. lib.2. aduerſus gent. Briſſ.

CINGERE arborem, vetuſte pro deglabrare, ſiue delibrare: vt ait Paulus in l. cædere, ff. arb. furt. cæſ. qua ſignificatione vſurpat hoc verbum Vlp. in l furtim, 7. §.2. cod. vt enim ſtringere (teſte Cuiac. obſeru. li.9.c.12. poſt prin.) pro diſtringere, ita cingere pro diſcingere, Ζωννύναι καὶ τὸ διαζωννύειν, accipimus: quod arbores necare, ſi fiat in orbem Plinius ſcribit 17.c.24. Idque eſt proprie cingere in orbem decorticare. Siue autem quia ſuis manibus cingit, ſiue dum imperat ſeruo arbores cingi, ſubſecari, cædi, idem eſt, Alfenus in l.29. ff. locat. Redemptor ſyluam ne cædito, neve cingito, neve deurito. Hotom.

CINGERE præterea multiplicis ſignificationis eſt, & à quo ſignificatu ducitur participiale nomen Cinctus. Cinctus in alta militia, l.38 §.1. de teſtam. mil. Cingi juſſus miles, l.43. eodem. Et omnes, ait Seruius, in lib.8. Æneid. qui militant, cincti ſunt. Vide Briſſ Select. Antiquit. Vnde cingulum militiæ, l. 18. de Palatin. ſacrar. largit. & l. vlt. de poſtulan. in C. Theod. Briſſ.

CINCTVS, a, um, quo vſus eſt Marcellus in l. Titius, 25. ff. de milit. teſtam. quod de eo milite accipiendum putem, qui tribunatui, aut muneri alicui præficitur, dict. l. 25. in prin. Sed & ad alios, qui alicui alij adminiſtrationi præſunt, veluti in conſtitutione Theodoſij & Valentiniani Impp. l.2. C. vt dignit. ord. ſeru. lib.12. quo loco pro cunctis, legendum cinctis, vt & res ipſa docet, & vetera exemplaria admonent. Quia vero milites nullam geſtandi enſis habent opportunitatem, niſi accingantur, ideo accinctos ſuccinctos cinctoſque pro hominib. armatis & militiæ ſtudioſis dicimus, atque ideo pro omnibus, qui ſunt alicuius virtutis & induſtriæ. Connan. li. 9. c. num.8. Motis fuit antiquis, vt togati ciues Romani eſſent in militia: ſed prælium inituri, præcingerentur. Inde Teſtamenta in procinctu, quemadmodum Plutarch. in Coriol. teſtatur: ſed eo more ſublato, cingulum manſit perpetuo. Vnde qui ab Imperatore ignominia afficiebantur, plerunque diſcingebantur, qua pœna vſum Marcellum Liuius lib.7. teſtatur: Auguſtum vero, Sueton. Hotom.

CINCTVM limum appellari ait Hygenus lib. de limit. agror. purpuram tranſuerſam. Prat.

CINCTI Senatores in l.3. circà med. ff. ſi pars hæred. pet. Cuiac. tamen teſte ibidem Gothofr. Cincios legendum contendit: a quibus Cincia, locus Romæ dicitur, vbi Cinciorum monumentum fuit, teſte Feſto.

CINCTVTI, pro viris militaribus & quaſi ad militiam accinctis dicuntur. Contra diſcincti ad pugnam imbecilles atque imparati accipiuntur. Spieg. Torneb. lib. aduerſ. 9.c.31. per cinctutos Cethegos intelligit veteres. Nam veteres cinctu vti loco tunicæ ſolebant, qui ætate Horatij exoleuerat, eratque veſtis infra pectus corpus comprehendens ſimilis ſubligaculo Græce Ζῶσμα & Ζώσμα. vt autem cinctus erat virorum, ſic cincticulus puerorum.

CINGVLVM tranſlatitie ſumi pro adminiſtratione in jure ne quiſquam omnium addubitat, quin & pro dignitate ipſa, l. 1. c. vt dignit. ord. ſer. lib.12. & l. omnes, c. de Meta. Epide. eo. lib. Sed & pro dignitatis titulo accipi ſolet, l.fin. c. de præpoſ. ſac. cubic. lib.12. Prat.

CINGVLI honor, l.14. de priuil. cor. in C. Th. Sacramenta, l. 1. Quid probare deb. in cod. c. Briſſ.

CINGVLVM inſignia armatæ & Palatinæ militię, vide plura in Lexic. Briſſ.

CINGVLVM depoſitum adminiſtrationem poſitam & finitam interpretari oportet, in l.2. c. vbi de ratiocin. agi oportet. Prat.

CINGVLI præſcriptionem, exceptionem fori declinatoriam ob priuilegium, accipere debemus, l.fin. de adpa. mag. militi. lib. 12. C. Prat.

CINGVLO priuare, pœna quædam eſt argum. Auth. ad hęc. cod. de judic. Et ſignificat priuare dignitate & adminiſtratione. Cingulum enim pro adminiſtratione ſumitur, vt paulo ante, l.2. c. vt dignit. ord. Goth. ad Non. 8 c.6. in princ.

CINGVLO exuti, l.1. c. ne rei dominicæ vel temp. Spoliandus l.3. c. de domeſt. & protect. Briſſ.

CINGVLORVM inciſores, Græci βαλαντιοτόμοι in Nou. 13. c.4. vbi Gothofr. in princ.

CINGVLVM Nemo eſt in politioribus literis verſatus, qui, quid ſignificet cingulum, ignoret. Cingulum hominis cinctorium dicitur, Græcis ζώνη. Alias cinctura, à cingendo dicta: vnde & vulgare nomen prodiit, *vne ceincture*. Cingulum vero mulierum erat (inquit Varro) *vne trouſſoire*, Vergilius de Penthesilea:

Aurea ſubnectens exerta cingula mammæ.

Latiore ſignificatione ponitur cingulum, pro eo quod dicimus, *vn collier de leurier*. Vnde Varro, de re ruſtica, cap. 9. l.2. Cingulum circa collum ex corio firmo cum clauiculis capitatis. Item, pro eo, quod appellamus *vne cengle de cheual* pro qua ſignificatione legatur cingula æ, qua cinguntur jumenta, de remed. am. Ouid.

Et noua velocem cingula lædat equum.

CINGVLVM etiam pro annulo quandoque ponitur, quod digitum circuit. Quo fit, vt cingulum titulum dignitatis interpretentur, vt in nouel. vt omnes obed. judic. prouin. §. arripiat. & c. de præpoſit. ſac. cub. l. vlt. cod. lib. nec non etiam adminiſtrationem, vt in Nou. vt liceat matri & auiæ, §. quia vero quidam & c. vt dignitat. ordo ſeruet. l.2. lib.12. leg. omnes, de Met. & Epid. anchora.

CINIFLONES ſunt quibus mulieres comas ſibi exornant. vide Gothofr. ad l.49. in princ. & l.65. §.3. ff. de leg. 3.

CINNA: ICtus ex Seruij Sulpitij auditoribus vnus, eius fit menſio in l.6. ff. de ritu nupt. l.2. §. his enim, ff. de orig. juris, l.4. ff. de condit. & demonſtr.

CINNAMOMVM in leg. vlt. §. ſpecies, ff. de publican. Naſcitur in Indiæ & Æthiopiæ regionibus, frutice breui, duorum tantum cubitorum, colore ſubnigro vel cinereo, tenuiſſimis virgulis, cortice in modum cannæ rotundo & gracili: vt Dioſcor. lib.2. & Plin. lib.12. c.19. & Iſidor. lib.17. cap.7. ſcribunt. Rariſſimum ſuo tempore fuiſſe hoc fruticis genus ſcribit Galenus, nec alibi conditum, quam in ſcriniis Imperatorum. Sunt tamen qui exiſtiment, nihil aliud eſſe, quam quod Galli *fine canelle* vocant. Vide Garciam ab Orto. Prat. Briſſ.

CIPPVS columna dicitur, quæ cum inſcriptione ad conſeruandam alicujus rei memoriam erigi ſolet, Grę cis στήλη: cujuſmodi etiam in defunctorum monumentis erigi conſueuere, de quo accipiendus eſt Horatius lib.1. Sermon. Satyra 8.

Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum
Hic dabat: heredes monumentum ne ſequerentur.

Pontificia vero truncum ſignificat, aut lignum inornatum perforatum in modum capſæ: in quo pecuniæ oblatæ, donatæ ve eccleſiis reponebantur, Clemen. exiui, 6. quocirca quæſtus, de verb. ſign. vbi gloſſ. Prat.

CIRCA plerunque locum denotat: Et ſignificat circumcirca vel juxta, ſecundum, prope. Circa lacum pedes decem l. 69. de contrah. empt. Circa latus principis agere. Circa patrem eſſe, l.14. §. ſi patris, ff. de bonis libert. Familia circa patremfamilias eſt, l.3. in princ. §. circa, ff. de penu. leg. Briſſon Dictor. circa, & locis, & perſonis, & rebus eleganter aptatur. Circa portam & muros diſpoſiti. Circa coronam, i. Circa tempus cœnæ. Sæpe ſignificat In, vel Quoad. Circa adjudicationes res expediri non poteſt, l.42. de procur. Circa aduocatos patientem eſſe

tem eſſe oportet, circa cauſam diſſentire, circa commodatum aliud dicendum, circa compromiſſum datus judex. Sæpe etiam ſignificat De, vel Quoad. circa filium tractata quæſtio. circa inſcriptionem errare. circa legem Falcidiam notandum, id eſt in ratione legis Falcidiæ. circa nepotes electio data. circa omne negotium ſuum probe ſe gerere. circa pupillum reſcripſit, id eſt, De, vel Quoad pupillum, circa vxorem probare quid, id eſt, in vxore. Sic nouo circa Principem exemplo. Sueton. in Claud. Hæc Briſſ. ex ll. ff. & C. circa, id eſt, contra, l. 2. C. de liber. & cor. liber. in prin. circa aliquem negligenter vel doloſe verſari, l. 12. C. de acquir. poſſeſſ.

CIRCEIENSIS, e, nomen poſſeſſiuum gentile. Circeij, orũ, oppidum Italiæ in Latio veteri, atque promontorium ejuſdem nominis, quondam inſula, vt inquit Plin. auctoritate Homeri. vaſto mari circumdata. Hic Circe venefica illa decantatiſſima regnaſſe dicitur, quo tempore Vlyſſes orbem pererrabat. Hinc Plin. de Oſtreis, candidiora inquit Circeienſibus. Liuius: Circeienſium quidam cogniti & coloniſ à Velitris. Paul. de jur. & fact. ign. leg. regula eſt. Ad opus, inquit, aquæ ductus Reipub. Circeienſium Nebr. Vide etiam Ræuard. Vario. lib. 3. c. 13.

CIRCENSE certamen, l. 3. C. de ſpect. & Scenic. accipiunt Græci interpretes pro equeſtri conflictu: vide ſuprà Certamen Circenſe.

CIRCENSES quaſi circuenſes dictos putat Caſſiod. lib. 3. variar. ad Fauſtum, propterea quod apud antiquitatem rudem, quæ necdum ſpectacula in ornatum deduxerat fabricarum, inter enſes & flumina locis virentibus agerentur. Certaminis Curulis genus erat, quod commemorat Alexander Neapol. lib. 5. Genial. dier. c. 8. de horum ſolennijs Cellius lib. 3. c. 10. Hinc

CIRCENSES equi apud Hermogen. l. 1. ff. de muner. & honor. & Circenſes ludi in l. ciuitatibus, ff. de legat. 1. Prat.

CIRCITER ad tempus ſolum pertinere, Priſc. exiſtimauit, contra à Valla (quod verius eſt, nec latuit etiam interpretes noſtros) ad numerum frequentius refertur. Adi Card. de Offic. ord. 6. & Specul. de diſput. & alleg. §. 4. Spieg.

CIRCITES apud Feſtum, circuli ex ære facti, & circites anni apud Varronem, à bruma ad brumam. Hot.

CIRCITORES circuitores antiqui, Vlpiano in l. quicunque, §. in prin. de inſtito. dicuntur quibus lintearij, vel veſtiarij dant veſtem circumferendam & diſtrahendam, in re vero militari appellantur Vegerio lib. 1. cap. 8 de re milit. qui vigilias circuibant & ſi qua emerſiſſet culpa, renunciabant. Tribuni, inquit, eligunt, qui vigilias circumeunt, vt renuntient, ſi qua emerſerit culpa, quos circitores appellant: nunc militiæ factus eſt gradus, Briſſ.

CIRCITORES à Triumviris, aut à præfecto vigilum conſtituti vrbem noctu circumibant, ad extinguenda incendia, & arcendos fures. Hos Veget. circuitores appellat. Sed & varie apud Vlp. in l. cuicunque, de inſtitor. act. & Modeſtinum in l. ſi duos de excuſ. tut. capiuntur. Horum meminit & Pyrrhus de milit. off. Spieg.

CIRCITORES etiam ex ſchola agentium in reb. fuere. Hinc circitoria dignitas, in l. 2. de filiis militum appar. in C. Theo. Briſſ.

CIRCVLATORES Paulo l. vlt. de extraord. crimin. qui ſerpentes proponunt, & circumferunt. Hoc verbo vtuntur M. Cic. in Epiſtol. & Seneca lib. benef. 6. cap. 2. & Aſin. Pollio in Epiſt. ad Cicer. lib. 10. Epiſt. illos Græci vocant [illegible] Prat.

CIRCVLATORES, circumforanei ſunt, qui publice offucias quaſdam & præſtigias faciunt, vt videamus deuorata gladios, araneos, & ſerpentes. Nebr.

CIRCVM ſe habere ſeruos cultus ſui cauſa, l. 60. §. 1. de leg. 3.

CIRCVMAMBVLARE, l. 3. de acquir. poſſeſſ. Briſſ.

CIRCVMCELLIONES, l. 52. de hæret. in C. Theod. genus hominum (vt Auguſt. lib. de hæreſ. c. 69. ait) agreſte fuit & famoſiſſimæ audaciæ, non ſolum in alios immania facinora perpetrando, ſed nec ſibi eadem inſania & feritate parcendo. Nam per mortes varias, maxime præcipitiorum, & aquarum, & ignium, ſe ipſos necare conſueuerunt: & in ipſum furorem alios ſeducunt, vt ſe ipſos occidant: quod ſi facere alij contemnunt mortem illis minantur, dicentes, hoc modo illos Martyres fieri. Conſent. Iſidor. lib. 8. Origin. Hos Philaſtrius circuitores vocat in catalogo hæreſeon. Briſſ.

CIRCVMCIDERE eſt præputium excidere & exſecare. Circumſectum pro circumciſo dixit Suet. in Domitia. Non ſolos autem Iudæos, ſed & Ægyptios, Æthiopes, Arabes, Phœnices, circumciſione erga ſuos fuiſſe vſos, teſtatur D. Ambroſ. Epiſt. 77. & lib. 2 de Abrahamo c. 11. Briſſ.

CIRCVMCIDVNTVR rami, i. circumputantur: item arbores, Plinio Circumcidere corticem. Colum. lib. 3. Briſſ.

CIRCVMCIDERE apud Modeſtin. d. l. circumcidere, ff. ad legem Corn. de ſicar. & apud Paul. lib. 5. ſent. t. 22. ſignificat circumcidere vel per circuitum, per circulum incidere & amputare, quod & ſummus Nomotheta Deus æternus juſſerat. Geneſ. c. 17. formam ibidem docens, [illegible]. Quam rem Paulus Apoſtolus Galat. 5. Lucas Actor. 15. Tertul. lib. aduerſ. Iudæos, & lib. 5 aduerſus Marcionem explicans, & extra de Bapteiſm. & eius effect. cap. 1. Prat.

CIRCVMCIRCA, non id quod Accurſius exiſtimauit, ſed omni ex parte ſignificat. Spieg.

CIRCVMCISORES monetæ ſunt, qui forficulis nummos circumcidunt. Goth. ad rubr. C. de falſ. monet.

CIRCVMCOLENTES, id eſt, accolæ, l. 1. de flum. public. Briſſ.

CIRCVMDVCERE per tranſlationem pro delere & abrogare. Budæus exempla Iuriſconſ. producit. Eſt autem decipere, doliſque petere, vt in l. cum prælatus, ff. de iud. Spieg.

CIRCVMDVCERE inducere, delere. Hinc circumduci cauſa dicitur in l. ſi præſes, C. quom. & quand. jud. cum ob id, quia deſerta eſt, cuius nomen ex cauſarum albo eximitur. Circumduci, eſt cancellari, obliterari; abolari. Sic circumducitur cauſa, Edictum, Acta. Alias circumduci eſt circumveniri, quo ſenſu circumductam religionem dixit Paul. 5. ſent. 5. Briſſ.

CIRCVMDVCERE eſt fraude obrepere, & obtegere Tertulliano lib. de pœnitent. in med. Prat.

CIRCVMDVCERE edictum, eſt inducere, tollere, ad nihilum ponere. l. & poſt edictum, ff. de judic. & l. acta, ff. de re jud. Sic in l. 27. § de liber. cauſ. l. 6. C. quom. & quando jud. Prat.

CIRCVMDVCI cognitionem apud Vlp. l. diui fratres, 27. §. 1. ff. de liber. cauſ. cancellari interpretatur Accurſius recte. Galli pragmatici dicunt *mettre au neant* Prat. Sic eodem ſenſu

CIRCVMFERRE pro circuire apud Plautum eſt purgari & luſtrari, propterea quod qui luſtrant, eum quem luſtrant, ſæpe aliquid circumferentes circumeunt. Vnde & luſtrare circuire eſt. Torn. lib. aduerſ. 4. cap. 25.

CIRCVMFLVENS amnis inſulam facit, l. ergo, ff. de acq. rer. dom. Prat. Circumfluit amnis agrum. Briſſ.

CIRCVMFORANEOS medicos, qui ad fata properarent, vertit Ant. Aug. l. ſing. ad H. Modeſtinum, l. [illegible], ibi [illegible] ff. de excuſ. M. Ciceronem in Cluentiana imitatus. Pharmacopola, ait, circumforaneus, qui properaret, cui pharmaca multa reſtarent, &c. [illegible] circuitores verterat interpres vetus, cuius ſententiam probat I. Cujac. ad d. l. [illegible], atque circumforaneorum appellatione vtilitatem ſignificari. Equidem A. Auguſtinum recte vertiſſe putem, quod & citato M. Ciceronis exemplo comprobatur. Circumforaneos dictos putat Iſidorus quod in modum rotæ circumferantur. Prat.

CIRCVMIRE ædes ſacras. Opera publica, l. 7. § 1. ff. de offic. procon. Vigilias l. 12. § vlt. ff. de re milit. Briſſ.

CIRCVMLVVIVM ſiue Circumluuium jus prædiorum, inquit Feſtus Hot. Circumluuiones dixit Cic. lib. 8. de orat.

CIRCVMLVVIO, inquit Feſtus, eſt jus quoddam prædiorum: vbi fortaſſe, Prædiatorium legi debet. Eſt autem circumluuio, cum parte aliqua diuiſum flumen, agrum alicuius ita ambit, vt inferius vnitum illum in inſulæ formam redigat, l. adeo, 7. §. quod ſi, de acquir. rer. dom. Hot.

CIRCVMSCRIBERE plerumque fallere ſignificat, vt apud Græcos [illegible]. Paulus l. exceptiones, 7. §. 1. de except. Si quis fideiuſſerit pro minore 25. annis circumſcripto. Plerunque autem in minoribus hoc verbum vſurpatur. Cicero lib. 3. offic. 5. Circumſcriptio adoleſcentum lege Lætoria vindicata eſt. Pro Cluent. Cum omnis ab his fraus omnes inſidiæ, circumſcriptioneſque adoleſcentium naſcerentur. Sic in l. 10. §. 1. & l. 17. ff. de minorib. l. 17 ff. de dolo. Hoto. Circumſcribere vectigalia. i. fraudare, Briſſ. ex Quintilia. Circumſcriptus judex, cujus religio circumuenta eſt. l. 33. de re jud. Circumſcripta mater, Circumſcriptus ponderibus minoribus. Circumſcriptores, qui aliquid abſtulerunt, ait Seneca controuerſ. 5. lib. 6. & ibid. Circumſcriptio ſemper crimen ſub ſpecie legis inuoluit. Quod apparet in illa, legitimum eſt: quod latet inſidioſum: Semper circumſcriptio per jus ad injuriam venit. Briſſ.

CIRCVMSCRIBERE, eſt cauſam fraudibus cauillationibuſque in judicio extrahere, vt obtineas & vincas aduerſarium. Ambroſius in Luc. ca. 4. vtitur diabolus teſtimoniis ſcripturarum, non vt doceat, ſed vt circumſcribat & fallat. Idem ad Conſtantinum: nec quiſquam aut viduam ſpernat, aut circumſcribat pupillum & ibidem. Quid circumſcribitur frater? fraudatur mercenarius? Inde circumſcriptio. Idem Ambroſ. ad Irenæum: Omnia plena fraudis, plena circumſcriptionis: Et circumſcriptor, ortis Iuuenalis: Pupillum in jura vocantem, circumſcriptorem. Nebriſſ. Spieg.

CIRCVMSCRIBERE Senatum dixit Tullius, pro priuare auctoritate, vt eleganter adnotauit Beat. Rhenanus ad Tertul. in lib. de patientia. Prat.

CIRCVMSCRIBERE etiam abrogare, & obliterare, frequens hoc ſignificatu verbum Iuriſconſ. & claſſicis auctoribus. Cicero in [illegible]. Circumſcriptis igitur iis ſententiis, quas modo poſui, &c. Prat.

CIRCVMSCRIPTIO, Græcis [illegible], eſt, cum quis ſcripto quidem legis paret & ſatisfacit, ſed non etiam menti ſecius duo exempla ponit Cujac. 13. obſ. 24.

CIRCVMSCRIPTOREM colubrum, h. e. deceptorem appellat Tertullianus, Prat.

CIRCVMSCRIPTVS dicitur, qui dolo alterius, vel ætatis infir-

mitare decipitur, l. item exigit, 16. ff. de dol. mal. l. ſi ex cauſa 9. §. 1. ff. de minor. l. 9. §. eſt & caſus, ff. de procur, l. 7. §. 1. ff. de except. Sic circumſcriptus Iudex, minor pupillus, Actor. Briſſ. ex ff. Porro autem is circumſcriptus non videtur, qui jure communi eſt vſus: idque Zeno Imperator conſtituit, l. fin. c. de in integr. reſtit. Prat.

CIRCVMSPECTIO Circumſpectius. Briſſ. ex ff.

CIRCVMSTANTIA alicujus loci intelligitur per 30. pedes, vt dixit Bart. in l. item apud Labeonem, §. conuitium, ff. de injur. Old. Prat.

CIRCVMSTANTIÆ, quæ in jure variant omnia, vt æquitas inde colligatur, ſeptem ſunt: Cauſa, quare aliquid factum ſit. Perſona, quis, & cum quo fecerit. Locus, vbi factum ſit. Tempus quando factum ſit. Quantitas, magnum ne, an exile ſit. Qualitas, quomodo factum ſit. Euentus, an metu, vi, errore, dolo, culpa, caſu fortuito factum ſit. Claudius Saturn. in l. aut facta, ff. de pœn. Secundum iſtas enim circumſtantiarum ſpecies æquitas jubet jus ſummum vel intendi vel remitti. Old. Prat.

CIRCVMSTANTIÆ ſæpius profuſum ſermonem reſtringunt. Goeddæ.

CIRCVMSTANTIAS dictas quidam putant, quæ in vnaquaque controuerſia quæri ſolent: & quaſi quæſtionem circumſtant. Has diligenter attendendas ſuadet I. Chryſoſt. Homil. 10. in Matt. & 23 qu. 8. c. occidit, Circumſtantiam videtur definire Angelus Clauaſius in dictione Circumſtantia, quæ circumſtat actum, quaſi extrinſecus extra actus ſubſtantiam conſideratum. Prat. Old. vero ſic definit.

CIRCVMSTANTIÆ ſunt notæ rerum & perſonarum communes & externæ, ex quibus æſtimatur juris definitio, non ſolum in pœnis delictorum, verum etiam in omnibus contractibus & humanarum functionum negotiis. Old. Prat.

CIRCVMVENIRE legem & interpretationem legis, eſt in earum fraudem aliquid facere Circumvenire ſententiam legis. Circumvenitur oratio; voluntas defuncti. Circumventus à latronibus. Circumventi minores. Circum in hoc venta eſt mulier (ſoror, mater) l. 25. § mulier, de jure dot. Briſſ. ll. ff. &

CIRCVMVENTIO naturalis non habet pœnam fraudis: vt ſi fiat à patre, præceptore, magiſtratu, ob emendationem: niſi fiat exceſſus, Goedd. ad princip l. 131. n. 3. de verb. ſign.

CIRCVMVENIRE eodem ſenſu quo circumſcribere, h. e. decipere, accipitur, l. in cauſa 16. §. pen. ff de minor. idq; l. 1. §. dolum, ff. de dolo malo. Sunt enim qui putent, circumvenire quem poſſe ſine dolo. Prat. vnde illi proprie circumventi dicuntur, quos graſſatores quaſi ex inſidiis adoriuntur. Cæſar in commentario Hiſpanienſi: cum vndique ſe circumveniri animaduertiſſet. Ambroſ. in illud Euang. Reddite quæ ſunt Dei, Deo. Nec intereſt, apud Deum, vtrum vi aut circumventione res alienas occupet.

CIRCVMVENTVS, à latronibus, magna crudelitate, non ſine calliditate, &c. Briſſ. ex ff. & C.

CIRCVS propie ſignificat omnem in gyrum ambitum, à circumeundo, vt vult Seruius. Apud Macrum, l. 3. ff. de operibus publ. locus erat muris ſeptus, in quo curialia munera celebrabantur. Vergil. lib. 5. Æneid.

—— Mediaq; in valle theatri
Circus erat, &c.

Hinc in inſcriptione quadam (Cujacio atteſtante obſ. ll. 10. c. 35. ſub fin.) dicitur Traianus commoda tribuum etiam locorũ adjectione amplificaſſe, quod proprie ad l. patronus, ff. de leg. 2. pertinere videtur. Et de illa locorum adjectione Plinius in Panegyrico; populo inquit locorum 5000. adjeciſti. Intelligis autem circi loca. Hæc Cujac. d. lib. obſer. 10. Fuerunt tres circi Romæ: circus maximus, inter Palatium & Auentinum: circus Flaminius, qui & Apollinaris: & circus Neronis, in Vaticano. Circus, [illegible], locus curriculis equorum conſtitutus. Vnde circenſes equi, ludi, certamina. Circenſes etiam abſolute, id eſt, ludi Circenſes, Briſſ. ex ff. & C. Dici autem circum à circuitu putas Caſſiod. lib. 1. Epiſt. ad Fauſtum. A Circe dictum putas Tertull lib. de ſpectacul. Prat.

CIRTENSIVM Reſpubl. l. 9. §. ſi quis jus ignorans, ff. de juris & fact. ignor. Cirtenſes autem dicti à CIRTA, oppido Numidiæ, quæ poſterioribus temporibus Conſtantina denominata eſt, Aurel. Victore teſte. Briſſon.

CIS pro INTRA nonnunquã vſurpatur, vt videre eſt apud Plautum in moſtel. vbi Cis paucas tempeſtates, pro intra breue tempus poſitum eſt: Vt & in Trucul. cis paucos dies. Sed & cis pellam in Amphytr. dixit, pro repellam, quod qui repellitur, citra regredi cogitur, nõ vltra progredi permittitur. Simile eſt illud Neuij, ſed quaſi amnis cis ripis. Turn. aduerſ. lib. 19. c. 23.

CISIARIVS, à ciſio, quod vehiculi genus eſt, cujuſmodi nunc Hongari vtuntur, tenugi dictus, eſt ipſius ciſij auriga & moderator. Vlpian. l. item quæritur, 13. ff. locat. Sic ciſiarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit. Sic à Beroal. citatur hic locus in C. Philip. Cicero & Haloander conſentit. Itaque Gloſſæ nomine, id eſt, Carrucarius in contextum irrepſit, Spieg. Ciſij meminit & Cic. pro Sexto Roſcio: Decem horis nocturnis ait ſex & quinquaginta millia paſſuum Ciſiis peruolauit. Ciſium, genus vehiculi biroti. Ciſiarius, id eſt, carrucarius. vel paluſtrarius. Briſſ.

CISTA h. e. capſa, Græcis Κίστη vaſis genus ad veſtes reponendas, idque Vlp. expreſſit l. 1. §. ſi ciſta, ff. depoſiti, quod & Iulij Pollucis teſtimonio comprobatur lib. 7. c. 19. [illegible]. Ciſtam etiam commemorat idem lib. 10. c. 6. Notandum autem obiter, ciſtas apud Cic. in illa phraſi, ciſtas diſjicere, ſumi pro vaſis, in quæ populus per pontes tranſiens, tabellas ſui ſuffragij mittebat. Prat.

CISTERNA inde dicitur Feſto lib. 3. quod ſit cis, i. infra terram. Nam ciſterna non habet perpetuam cauſam, nec viuam aquã, ſed locus eſt ad colligendum aquam pluuiam aptus, imbribuſque concipitur, l. 1. §. hoc interdictum, ff. de fon. Old. Prat.

CISTERNAM quoque aquæ, & vini dixit Vlpian. l. vulgaris, 33. §. ſed ſi de naui. ff. de furtis, pro loco effoſſo ad vini aquæve cuſtodiam Prat. Briſſ.

CISTOPHORI ſunt numiſmatum ſpecies, de quibus meminit Liu. lib. 7. belli Macedonici, & Cic. ad Attic. lib. 11. his verbis: Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertiorum bis & vicies, & reliqua, & Feſtus Pomp. dum inquit: Euboicum talentum numero Græco ſeptem millium & quingentorum ciſtophororum eſt, noſtro 4000. denariorum. Forte ita appellati, quia in eis imprimeretur imago alicujus ciſtam ferentis: veluti & nos Ambroſinos vocamus id nummi genus, in quo D. Ambroſius impreſſus eſt. Et de his ſecundum aliquos intellexit Papin. IC in leg. Publia. §. Titius, ff. depoſiti, licet eius verba in pleriſque libris mendoſa circumferantur. Sed hæc lectio Alciato diſplicet diſpun. 1. cap. 18. aſſerenti, quos Thropbimati, legendum eſſe. Proinde gloſſator noſter ibi ingenue faſſus eſt, ſe non intelligere. Legitur etiam apud Suidam ciſtophorus pro ciſtiphero, & ciſtarum baiulo. Ciſtas præterea in ſacris Cereſis, teſte Macrob. habuerunt antiqui, quas portabant ſacerdotes, nominatæ à Græcis [illegible], quaſi dicas ciſtipheras ſiue ciſtilatrices, Græci enim dicũt [illegible], quæ nos cauiſtra: & per diminutionẽ caniſtella. Et de his ſacrificalib. ciſtis inquit Catul.

Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis,
Orgia quæ fruſtra cupiunt audire prophani. & Tib.
Et leues occultos conſcia ciſta ſacros.

Meminit & Plin. in 36. lib. cap. 5. vbi etiam Hermol. Barbarus. Propterea non eſſet forte malum referre ad nummos, in quib. ſignata erat figura ſacerdotis Cereris cum ciſta, & inde ciſtophores appellatos. Ego tamen magis probarem in loco illo Iureconſ. ciſtophororum, vt ſit genitiuus pluralis; quia in ſingulari non multum conuenit cum præcedentibus: vel ciſtophoros. Et ideo nõ abſurde I. Pollux in expoſitione Homerici carminis, quod aquod nos retulit Paul. in l. 1. ff. de contra. empt. putauit, boues apud Poetam ibi intelligi poſſe pro nummis, in quibus bouis effigies impreſſa conſpiciebatur: quæ tamen expoſitio, judicio meo, non poteſt conuenire carm. ibi per Sabinum primo loco relatis. Et vltra Pollucem hoc etiam colligi poteſt ex his, quæ in Publicola ſcribit Plut. & in 36. naturalis hiſt. Plin. quos opportune retuli infrà in d. Peculium. Cotta.

CISTOPHORI. Sunt qui in l. Pub. §. Titius, ff. depoſiti, ciſtophoros putent reponendos, vbi mendoſe legantur modo Coſtrophinati. Ciſtophorum fuiſſe legimus quatuor millium & quingentorum denarium, ſicut & Rhodium talentum dici opinantur ciſtophorum ab inſigni ferentis ciſtam ſicut coronati modo vocantur nummi, à corona imagine. Ex c. 2. lib. 10. Lect. antiq. Rhodigini. Spieg. Adrianus Turnebus lib. 3. adu. c. 5 Feſtus tradit parum abfuiſſe, quin denarius Romanus duplo ſuperaret æſtimationem ciſtophori Aſianorum nummi, ſic appellari, quod in eo ciſtiferi eſſent ſculpti, qui ſacrorum myſticorum ciſtis incluſorum arcana, vt in Cybelæ myſteriis, Bacchi orgiis, Cereris initiis. Quatuor enim denarij ſeptem ciſtophoros cum ſemiſſe valebant.

CISTIGEROS Martialis eos homines appellat, qui & pro contemptiſſimis & deſpicatiſſimis habebantur, his verbis: Dum non vis niſi lato Gellia clauo nubere, nupſiſti Gellia ciſtigero.

CITA hæreditas in libris Legum Romanarum dicebatur diuiſa. vt ex Feſto lib. 5. & Seruio Grammatico liquet, & vide infra Erctum. Prat.

CITARE, vt quidam bene admonuere, eſt per præconem ſeu voce Præconis vocare, l. 7. ff de in integ. reſt. l. 73 ff de judic l. 10. ff. de public. judic. l. 20. ff. de teſtib. Liuius lib. 1. Patres in curiam per præconem ad Tarquinium citari juſſit. Valer. Max. lib. 5. cap. 4. Præco lecto nomine Salinatoris, citandum id ſibi eſſet, necne, hæſitauit. Quintil lib. 6. c. 5. In publicis certe judiciis vox illa præconis præter patronos, ipſum, qui egerit, citat. Sueton. in Tiber. cap. 2. Citatum pro tribunali voce præconis conuiciatorem rapi juſſit. Comprobatur & ex Plutarcho, qui quod Latini citare, hoc [illegible], dixit in Gracchi vita. Sed tamen & edicto citatus quis dicitur, l. 23. §. diuus, ff. de jure fiſci, l. 1. §. ſcientes, C. de adſert. toll.

CITARE edicto. Citare in teſtimonium, Briſſ.

CITARE

CITARE libellum apud Plaut. in Gurgulio. Briſſ. Vide Duaren. lib. 1. diſput. anniuerſ. c. 7.

CITARE pæana, & minurizāt, vt legis apud Cic. in lib. de orat. Torn. lib. 1. c. 5. Græcis ſunt τερετίζειν & μινυρίζειν, vt illud ſit contentionis vocis, hoc remiſſionis. Prat.

CITARE teſtes. Cic. Reus lege citari dicitur apud Cic. Ter citatus reus, l. 10. de publ. judic. à Cio fit Cito, id eſt, frequenter voco, vnde dicimus aliquos voce præconis citatos, id eſt, frequenter vocatos. Briſſ.

CITATIO in jus vocatio, vel inuitatio. Eſt autem Iuris naturalis, & neceſſaria ad proceſſum judicij, vt ſi præſens forte fortuna in judicio aduerſarios, ad commotionem judicis volens ſuſcipiat judicium, & reſpondeat. Si vero allegat, ſe non eſſe citatum, tunc non poteſt cogi, vt reſpondeat inuitus, ſed eſt vocandus ſolemniter in aliud tempus. Ita docet Bart. in l. 2. ff. de in jus voc. probatus ab aliis. Old. teſte. Spieg.

CITATIONVM genera duo excogitarunt interpretes: quædam enim verbalis eſt, qua præco vel voce, vel edicto quem vocat in jus. Realis, quæ fit, cum perſona prehenditur, & in jus ducitur, trahiturve, & in carceres conjicitur, quæ perſonæ prehenſio & captio, ἀνδραγαθεῖον, appellarunt. Pollux lib. 8. c. περὶ ἀνδραπόδων ἀγωγίμων. Vtriuſque generis commeminere Accurſius & Bartolus & alij in l. conſentaneum. C. quom. & quand. judex. Sane ſpecies quaſdam commemorat Bartolus in tract. quibus caſibus citatio non valet. Prat.

CITATIONVM alia genera conſtituit Io. Imbertus in lib. forenſium Inſtitutionum. Vnum priuatum, quod perſonæ, domicilio va fieri ſolet. Alterum quod publice fit per compita ſono tubæ, quod ἀνακηρύττειν τῇ σάλπιγγι appellauit Plutarchus in Gracchi vita, vel edictis compitatum, vel Eccleſiæ valuis affixis. Clem. de Iudic. Prat.

CITATIO fit vel denuntiatione, vel prehenſione: illo modo fit verbis in citatione expreſſis, l. etſi id, 21. ff. de in jus voc. Vlpianus eam vocat verecundam, in l. dies 4. §. prætor ait, ff. de damn. infect. & opponit ei, quæ fit extractione è domo ſua, id eſt, manus injectione, quam prehenſionem vocant: & violenta eſt. Vult. in comment. Inſtit. de act. in prin. n. 61.

CITATIO, quam ita diffinire videtur A. Alciatus rubr. Cod. de in jus voc. vt ſit actionum inſtituendarum principium, quæ diffinitio comprobatur §. omnium. Inſti. de pœn. temer. litig. Sed & aliter diffiniri poteſt, vt ſit in jus vocatio, per l. 1. ff de in jus voc. Nam, cum quis de aliquo conqueritur, & querimonia ſua coram judice eſt depoſita, judex emiſſo citationis edicto, ad eius inſtantiam vocat, vel inuitat illum ad ſe, à quo eum agere deſiderat, qui conqueſtus eſt. Sed enim ſi in edicto judex, vel prætor adjiciat hanc clauſulam: Si in die præſcripto nō veneris, quaſi contumax condemnaberis, vel reputaberis: tunc edictum olim dicebatur peremptorium. Hodie autem ſufficit, quod dicatur: Citamus talem peremptorie. Et eſt quadruplex modus citandi, ſecundum Guil. de Mont. Laud. Primus, per nuncium literis citatoriis. Secundus per præconem. Tertius per edictum valuis eccleſiæ affixum, vel per compita. Clementin. 1. de judiciis. Quartus fit ex juris diſpoſitione. Item quædam citatio fit ad monitionem judicis, cap. conſuluit, de offic. deleg. Item citationis ſunt tres actus: primus eſt præceptū de in jus vocando, cum judex jubet nuntio, vt citetur reus. Secundus denunciatio, cum nuncius denunciat citato, vt veniat. Tertius, cum nuntius refert judici ſe ſaltem in tali loco citaſſe. Additur etiam quartus, ſcilicet comparitio citati: & quando citatus teneatur comparere, & ſi non comparet, mulctetur, not. per doct. in c. præterea, de dila. & de illis actibus vide c. fin. de feriis. Et nota, quod citatio eſt de jure naturali, vt in Clem. paſtoralis, de re judi. Citatus ad locum morboſum, ſeu vbi aer eſt peſtilens, vel corruptus, non tenetur ire, cum ſaluti hominum ſit ratio adhibenda, l. recuſare, §. ſi quis alio, ff. ad Trebell. & ibi per Bartolum & Dd. nec citatus peremptorie poteſt dici contumax ante libelli oblationem, l. ſi finita, §. ſi plures, ff. de damn. infect. Porro citationis ſcopus hic eſt, vt citatus judicio ſiſtat, inque judicium veniat. Alciato in rubr. C. de in jus voc. Old. Prat.

CITATIONIS ſex ſunt requiſita: In citatione enim omnino exprimendum eſt nomen eius, qui citationem petijt & impetrauit: Nomen judicis, à quo petita & decreta eſt: Nomen eius qui citatur: ad quam cauſam, citetur (quod ſit vel ſcorentia libelli, vel libello citationi incluſo) Locus, ad quem citatur: & denique dies, quo citatus comparere debet. Vult. in commen. Inſtit. in prin. n. 59.

CITATIOR aqua, id eſt, rapidior (Briſſ.) apud Vlpianum l. 1. §. 2. ff. de aqua & aqua pluu. arc. vehementiori æquiparatur. In vulgaribus exemplaribus eſt citior, quam rapidiorem interpretantur Albericus, Old. & Spieg. Prat.

CITARE in teſtimonium. Venul. in l. teſtimoniū, 20. ff. de teſtib. prouocare ad judicem dicendi ferendique teſtimonij cauſa.

CITARE poſt edictum peremptorium reus dicitur, cum ipſa die cognitionis, quæ ante ei dicta fuit in foro ac tribunali, per præconem euocatur, vt præſens ſit, ac appareat, arg. l. 7. ff. de in integ. reſt. vide Duaren. 1. diſp. 7. Goth. ad l. 73. ff. de iudic.

CITO in veteri interpretatione Nou. mandata princip. §. ſed & ſuſcipientes, exponit Accurſius, h. e. triginta dies. Cicero in Bruto pro fortaſſe vſurpaſſe videtur: Sed neque verbis aptiorem cito alium dixerim. Τάχα enim Græcis, quod cito eſt, plerumque fortaſſe valet. Prat.

CITHARA cum pſalterio male concordat, prouerbium, cujus fit mentio cap. diuerſis fallaciis, extra de cler. conjug. quo ſignificatur, vitam actiuam ſeu laicalem male concordare cum vita clericali ſeu contemplatiua. Cithara enim, cum inſtrumentum ſit habens plures chordas, & valde clamoſum, vitam denotat multis motibus & occupationibus deditam. Pſalterium vero vitam clericalem ſeu contemplatiuam, quia ſonum tenuem vel exilem habeat. Vide Abbat. in d. c. diuerſis fallaciis, num. 5. Prat. Citharœdica veſtis l. 127. de verb. ſign. Citharœdicus habitus Sueton. in Nero. c. 25. Briſſ.

CITRA in varios ferri ſignificatus ſubjecta demonſtrant. Accipitur aliquando pro fine, l. fin. ff. de public. judic. l. vt ſit, 31. ff. pro ſocio, & alibi ſæpe eadem ſignificatiue. Prat. Olim eis dixiſſe veteres docet Connan. lib. 6. c. nu. 13.

CITRA, exceptionis, reſtrictionis ſve notam eſſe, cenſent Accurſio duce, Bart. Bald. & alij in l. tranſigere C. de tranſact. & Alciat. lib. 5. parad. c. 9. Idem tamen Alciat. in jam d. l. tranſigere, eam vocem Citra pro ſine accipiendam putat: cujus expoſitionem probat Briſſ. lib. 3. de verb. ſign. An vtraque interpretatio ferri poſſit, expende diligentiſſime. Sumitur etiaM pro præter, leg. vlt. ff. de calumn. ibi. & citra pretij æſtimationem. Quandoque ſumitur quibuſdam priuatiue, ſeu negatiue, l. ſi filia, §. Papinianus (alias eſt lex incipiens ſi viri.) ff. famil. erciſc. Significat etiam aduerſatiue, & accipitur pro contra, leg. ſeruus. ff. de nouat. Verius tamen eſt, vt ibidem ſumatur pro fine. Prat. Citra appellationem, cauſæ cognitionem, conſilium, decretum, pactum, mandatum, id eſt, abſque, ſine. Briſſ.

CITRA beneficium, bonorum poſſeſſionem, conuentionem, delegationem. Briſſ.

CITRA bellum diſtinctionem, corporis donationem, Falcidiæ rationem, falſi accuſationem. Citra fraudem, periculum, pœnam, metum Senatuſconſulti. Citra temporis finem, ordinem. Citra prætorem, querelam, veniam. Citra verbera. Citra conſcientiam. Briſſ. ex ff. & C.

CITRA FVRE dic. l. 4. de pecun. conſtit. l. 15. de pact. dotal.

CITRA, præpoſitiua particula, opponitur, vltra, in l. ſi filia, ff. fami. erciſc. vim priuatiuam habet, & inſtar dum negationis. Pro ſine & alter etiam accipi, ſicut apud idoneos autores indicat Alberic. locis citatis. Nobis ſat erit, Vlpianum adducere, qui in l. 2. de his qui not. infam. Non tamen ait, ſi citra indignationem principis ſucceſſor ei datus ſit. Interpretes autem annotant eam plerumque excluſiuam eſſe. Vnde ſi quid, quod reſcripto jubetur, fieri citra Calend. Martias, in ipſis calendis eſt factum, non valere conſtat. Annotatum eſt & pro ante vſurpari, in c. dilecto, extra de teſt. quemadmodum Suet. in Auguſto, tit. de ſpectaculis dixit, Citra ſpectaculorum dies, h. e. ante dies dicatos, ex more, ſpectaculis. Vide Brio. ibi. Spieg.

CITREÆ menſæ, id eſt, ex citri materia, celebrantur apud auctores, & fuerunt in tanto pretio, vt cum aliquando viri objeciſſent fœminis nimios ſumptus, quos in coemendis margaritis faciebant: & vos, inquiunt, menſis, citreis vtimini. Sed cum apud omnes conſtet, citrum arborem & mala citrea eſſe, quæ poſtea cœpta ſunt cognominari mala rancia, quorum materia neque firma, neque odorata, neque quicquam habens, quod laudabile ſit, ſuſpicor aliquid erroris ſubeſſe circa has arbores jam inde ex antiquitate contractum, vt citrum videlicet pro cedro accipiatur, h. e. *alerze*, cum præſertim arbor illa ſylueſtris ſit, copioſeque proueniat in monte Atlante. Vnde Martialis de menſa citrea dixit: Accipe fœlices Atlantia munera ſyluas: & alibi: cum poſſint Libycas ſuſt niuiſſe trabes. Paul. de action. empt. & vendit. leg. ſi ſterilis. Veluti ſi menſas quaſi citreas emat, quæ non ſint. Petro. Arbiter: Ecce Afris erata terris citrea menſa, greges ſeruorum oſtrumque renidens. Vide & apud Cic. 6. action. in Verrem. Nebriſſ.

CIVES omnes liberi dicuntur, qui in Imperio Rom. communione ciuilium rerum, bello & pace, ſunt participes. Zaſ. in l. 2. ff. de orig. jur.

CIVES boni dicuntur, qui reipublicæ ſtudioſi ſunt, etiamſi improbi ſunt homines. nam bonus ciuis, & bonus homo, eodem modo non dicuntur: vt docet Ariſtot. libro Polit. 3. Qui vero boni viri dicantur, quorum frequens fit à Iuriſcoſ. mentio, ex Cicerone petendum eſt. Spieg.

CIVES Origo, Manumiſſio, Allectio, vel Adoptio, facit Briſſ. ex l. 7. C de incolis, lib. 10. Vide infrà §. 13. 14. & poſt Ciuicum munus ac ciuitatis.

CIVES Romani erant quibus jus ciuitatis conceſſum fuerat. Vide Alciat. c. 21. lib. 2. diſpunct. de horum priuilegiis. cap. 14. lib. 1. parerg. Sunt autem Romani ciues omnes effecti, qui in orbe Romano ſunt, conſtitutione diui Adriani, leg. qui in orbe, de ſtatu homin. Colliguntque propterea Iuriſperiti,

Google

jus patriæ poteſtatis, quod Ciuium Romanorum erat, ad omnes Chriſtianos pertinere. Vide Libertorum. Spieg.

CIVES Romani alij ſunt patresfamiliarum, alij filiifamiliarum, aliæ matresfamiliarum, aliæ filiæ familiarum. Vlpianus in l. 4. ff. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt.

CIVICUM munus pro ciuili accipitur in l. 4. c. de fabric. lib. 11. vbi falſo legitur, communere pro ciuicum muneri. Prat.

CIVILIA bellum, l. vnica, c. de cad. tol. Alberic.

CIVILE eſſe pro pertinere ad officium ciuis, vel ciuilis moris eſſe, apud Imp. Alexand. c. de furt. l. ciuile eſt, quod à te aduerſarius tuus exigit, vt rei quam apud te fuiſſe fateris, exhibeas venditorem: nam à tranſeunte & ignoto te emiſſe, dicere non conuenit, volenti euitare alienam bono viro ſuſpicionē. Spie.

CIVILE id propriè dici nemo ambigit, quod ciuium, aut ciuitatis eſt: hinc ſtudia inſtitutaque ciuilia, h. e. ad ciuium ſocietatem, ciuitatiſque ſtatum pertinentia: quo ſenſu mores ciuiles, ciuiliterque quid fieri à Cicerone dictum, lib. 1. Offic. Cum autem ciuitatis ſtatus tuēdi ratio id imprimis expoſcat, ne quid contra ea, quæ publicæ vtilitatis ſint, fiat: quod eiuſcemodi eſſet, id ciuile inde vocari ioualuit: contra quod aduerſus vtilitatem publicam fieret, ciuilique ſocietati exitioſum foret, inciuile dictum eſt. Hinc frequentes illæ in iure voces; vt Alexand. in l. ciuile, c. de furtis: Ciuile quid eum facere, qui ab eo, qui rem ſuam poſſideat, ſui authorem exhibeat à quo eam habet, exigit: quia ſi hoc ſolum à tranſeunte, cujus nomen ignoretur, emptam fuiſſe ſufficeret dici, intercipiendarum propriarum cuiuſque rerum occaſio maxima præberetur, quod ciuitati perniciosum eſſet. Ciuiliter itaque facit, qui contra nititur, ſuam nempe publicamque vtilitatem ſimul tuetur. Inciuilem autem rem à Seuero, l. inciuilem, c. de furt. facere dictus eſt, qui rem eam furto mihi oblatam, à fure emptam retinet, nec prius reſtituere vult quam pretium illi fuerit à me perſolutum: cum publice vtile ſit, alienarum rerum interceptoribus præcludi viam, quo rerum ablatarum pretium conſequantur; & pecunia inde refecta facilius effugiant. Quod fiet, ſi cum ab aliis, quam notis & ſpectatæ fidei hominibus emere nemini tutum erit, caute quiſque ita negociari cogatur. Item & medici, ægri infirmitatem conſulto protrahentis, aut etiam augentis, quo ægri loculos exhauriat, quidve aliud cortadat, inciuile factum dicitur, vt exemplo id in ciuitate haud dubie perniciosum eſſe conſtat, leg. medicus, ff. de var. & extraord. cog. Inh. Rub. lib. ſent. 3. c. 11.

CIVILE negotium, h. e. legitimum (ex quo ciuilis obligatio naſcitur. Briſſ.) jure ciuili receptum, l. vnica, in princ. de extra. cognit. Albericus.

CIVILIS dies incipit à media nocte; in ſequentemque mediam noctem finit, l. more, de Fer. Spieg. Prat.

CIVILIS interruptio Lege Interruptio.

CIVILIS poſſeſſio eſt, quę ſola animi deſtinatione & ſolennitate quadam conſtat, etiamſi corpus non interueniat. Vide paulo poſt.

CIVILIS ſoboles, Auth. licet patri, c. de natur. liber. & matrib.

CIVILITAS quaſi ciuilis mos, qui & vrbanitas dicitur. Sic annotante interprete, ciuile pro vrbano & elegante, in l. ciuile, c. de furt. Spieg.

CIVES Romani ſunt Vlpiano in Epitom. tit. 1. liberti qui vindictа, cenſu aut teſtamento, nullo jure impediente, manumiſſi ſint, quod & Iuſtinianus probat, Inſtit. de libertinis, §. fin. Prat.

CIVILIS actio, vel potius Ciuilis incerti actio, h. e. præſcriptis verbis, Vlpian. l. ſolet, ff. de præſcript. verb. Prat. Briſſ.

CIVILIS actio non tantum prætoriæ (vt mox infrà) ſed & criminali opponitur, & ita ciuile negotium, criminali. Sic & ciuilis diſceptatio, petitio. Ciuile iudicium. Briſſ. ex ff. & C.

CIVILE quandoq; naturali opponitur. Ita ciuilis cogitatio naturali aduerſatur, l. 4. §. cogitatione, de grad. Eo ſenſu matrem ciuilem dixit Paulus 4. ſent. 10. (minut.

CIVILIS ratio & naturalis ſeparantur, Inſtit. de oper. l. 8. de cap.

CIVILIS ratio naturalia jura corrumpere nequit.

CIVILES & forenſes artes. Briſſ.

CIVICA arma. Ciuica munera ſeu onera, pro eodem. Briſſ. ex ff. & cod. [runt

CIVILIA officia, onera. Ciuilia bella, quæ ciues cum ciuibus ge-

CIVILES diſſenſiones Briſſ. ex ff. & C.

CIVILES annonæ, l. 1. §. 7. in fin. c. de rei vxor. actio. l. 15. cod. de hæred. inſtit. l. 6. § 1. in princ. c. de ſec. nupt.

CIVILES honores. l. 11. c. de liberal. cauſ.

CIVILES magiſtratus, l. fin. §. 1. c. de nupt.

CIVILES res in Theodoſij & Valentiniani conſtitution. l. 2. c. de petit. bonor. ſubl. li. 10 h. e. ad publicum pertinentes, vel etiam ad ciuitatem & Rempublicam: cujuſmodi ſunt opera publica, l. ſi aliquando, c. de operib. public. Prat.

CIVILE pro juſto, æquo, legitimo, ordinario, accipi ſolet, l. ciuile c. de fur. & l. cum in fundo. 78. §. ſed & ſi non ſit, ff. de jure dot. E diuerſo Inciuile, in honeſtum, illicitum, iniquum, & contra iuris ordinem, l. inciuile, c. de rei vind. & alibi ſæpe. Prat. Briſſ.

CIVILIA auxilium, l. 16. ff. c. de judic. l. 3. in fin. c. de infant. expo.

CIVILE bellum, l. 1. in prin. c. de latin. libert. tollend.

CIVILE jus nulla alia ratione differt ab eo, quod gentium dicitur, quam quod vnum ciuium ſuorum, alterum omnium commune eſt hominum, vtrumque eorum vtilitatem, quib. imperat ſpectans, & eo vim omnem inſtitutorum ſuorum dirigens tanquam ad ſuum finem. Atque etiam vtriuſque origo eadem, licet jus gentium ſit paulo antiquius. Vt refert Tullius pro P. Seſtio his verbis: Quis veſtrum judices ignorat ita naturam rerum tuliſſe, vt quodam tempore homines, &c. Conoan. lib. 1. c. 7. n. 1.

CIVILE ius, in l. 9. de inof. teſt. id eſt, commune.

CIVILE Ius, eſt jus proprium cuiuſque ciuitatis, l. 6. l. 9. ff. de Inſtit. & jur. Et vt Paul. ait, quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt, l. pen. ff. eod. tit. vel, vt Cic. in Topic. æquitas conſtituta his, qui eiuſdem ciuitatis ſunt ad ſuum obtinendū. Paulo plenius id definit Vlpian. in l. 6. ff. de juſtit. & jur. Secundum quæ ius id quod Romana ciuitas ex legibus ſenatuſconſultis, plebiſcitis, principum conſtitutionibus, Prætorum Ædiliumque edictis, ac prudentium reſponſis vſa eſt. Ciuile appellatur, l. 7. & l. 9. ff. de iuſt. & jur. §. ius autem, Inſtitut. de jur. natur. quaſi proprium ciuitatis Romanæ, l. 1. ff. de acquir. rer. dom. Hoc tamen commune juris ciuilis nomen ſuum fecit ac proprium ea pars juris, quæ ex prudentium interpretatione legibus adhibita conſtabat, quæque ſine ſcripto in ſola prudentium auctoritate conſiſtebat, l. 2. §. his legibus, & §. deinde cum eſſet ff. de orig. jur. l. 74. ff. de hæred. Inſtit. Appellatum eſt etiam jus Ciuile Papirianum, quod à Sex. Papirio in ordinē compoſitū fuit, d. l. 2. in pr. de orig. iur. l. 144. ff. de verb. ſign. & apud Macrob. lib. 3. c. 2. Notat & Aſcon. in 4. Verrin. Ius ciuile à Cicer. pro primato jure vſurpatum. Interdum iuris ciuilis appellatione lex 12. tab. demonſtratur, vt in l. 1. ff. de rer. Inſtit. de vſucap. in princip. l. vlt. de bonis eorum, qui ſibi ante ſent. conjuncta l. 120 ff. de verb. ſign. l. 10. c. de jure delib. Plerunque vero jus ciuile à prætorio ſeparatur. Et ita videre eſt hæc verba, ciuili & Prætorio jure, ſibi opponi, l. 17 ff. de caſtr. pec. §. ſed iſtæ, Inſtit. de act. & Inſtit. de oblig. §. 1. li. 1. §. vlt. l. 3. §. 2. ff. de conſtit. pecun. l. 53. ff. de teſtam. l. 5. c. de pactis, l. 14. ff. de teſtib. Ideoque & ciuiles actiones, id eſt, legitimas, ſeu ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendentes accipimus, ad differentiam earum, quas Prætor ex ſua juriſdictione datas & comparatas habet, §. ſed iſtæ. Inſtit. de act. leg. vlt. ff de conſtit. pecu. l. 15. ff. de præſcript. verb. Ita ciuiles actiones alicubi honorariis opponuntur, & ciuiles quoque obligationes ab honorariis diſtinguimus, eaſque ciuiles appellamus, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certo jure ciuili comprobatæ ſunt, §. 1. Inſtit. de oblig. l. 5 de præſcript. verbis Briſſ.

CIVILIA verba, quæ & directa in jure appellantur, verba ſunt formularum ciuilium, h. e. quæ ad jus ciuile accommodatæ olim à ICtis fuerunt: ex eo nimirum, quod hæc pars juris propriè nonnūquam jus ciuile appellatur: vt docet lex 2. de orig. jur. ſiue quod vernaculum eſſet, neque ab exterarum gentium inſtitutis ſumptum: ſiue quod ſoli ciues iis lectis actionibus ac formulis vti poſſent. Papin. l. 7. de vulg. & pupil. Verbis ciuilibus ſubſtitutionem poſt quartum decimum annum ætatis fruſtra fieri conuenit. Vlp. cap. Iuſt. 25. Fideicommiſſum eſt quod non ciuilibus verbis, ſed precariue relinquitur. Hoc eſt, non iis formulis, quæ ad hæredum inſtitutionem accommodatæ ſunt, ſed precatiuis. Hotom.

CIVILIA verba etiam legitima & imperatiua appellantur, Papin. in d. l. 7. Briſſ.

CIVILIS poſſeſſio, juſta & legitima poſſeſſio, quam quis animo rei vt ſuæ poſſidendæ ſine vitio nactus eſt: quę opinione domini tenetur, & in jure conſiſtit, ad vſucapionemque proficit, l. 1. §. 1 ff. pro hærede. l. 24. ff. de acquir. poſſeſ. l. 3. §. vlt. ff. ad exhib. l. 10. cod. de acquir. poſſeſ. Quam qui habent, ciuiliter poſſidere dicuntur, l. 7. in prin. ff. ad exhib. l. 1. §. dejicitur, ff. de vi & vi arm. id eſt, ex jure ciuili, vt in l. 38. §. hæc quoque ſtipulatio, ff. de verb. oblig. Briſſ.

CIVILIS ſapientia, pro Iuris ciuilis ſcientia, l. 1. ff. de extraord. cognit. ſic Cicero de claris oratoribus. Ciuiles artes & Forenſes Eloquentiam & Iuris ciuilis ſcientiam appellat. Briſſ.

CIVILITER, ſecundum ius ciuile, ejuſque præcepta & ſanctiones, in genere.

CIVILITER (in ſpecie,) & jure prætorio opponuntur, vt ſuprà.

CIVILITER ſæpius idem quod ciuili iudicio, & tunc ad pecuniariam perſecutionem refertur. Vnde

CIVILITER agere, & criminaliter, opponuntur.

Sic CIVILITER exercentur incendia, mouetur actio, diſceptatio. Briſſ. ex ll. ff. & C.

CIVILI TAMEN modo, l. 9. prin. de ſeruitut. (vbi alij legunt, Ciuili tamen modo) id eſt, cum aliquo temperamento. Briſſ.

CIVILITER, eo modo, eaque formula, quam I C. excogitarunt & tradiderunt. Hinc Pompon. in l. pen. ff. de ſolut. ſcribit, verborum obligationem ciuiliter per acceptilationem tolli, non rei naturam ac ſubſtantiam; id eſt, conſenſum & pactum, ſpectans,

ſpectans, ſed modum ac formam aduentitiam, quum Vlp. in l.8.in fin.ff.de accept.aperte dicat, Acceptilationem eſſe iuriſgentium: quatenus ſcilicet, pactum conuentum,i.e.ſubſtantiam ipſius actus conſideramus, vt acceptilationis materia ſit iuriſgentium, forma vero iuris ciuilis. Hot.Prat.

CIVILITER annum non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus. Nam naturaliter vltimus dies integer, anno accedere deberet, & præterea quadrans, hoc eſt, ſex horæ. Ex Alciat.Spieg.

CIVILITER interdum ſignificat ciuili iure, vt cum dicimus, ciuiliter poſſidere, ciuiliter quem obligari, l.1.§.hæc actio, ff ſi menſ.falſ.mod.dix.l.1.§.ſiquis ita, ff.de verb.oblig. Exempla frequentiora ſunt, quam quod referri debeat. Aliquando ſonat recte, legitime, & ex iuris ciuilis regulis, l. filius, 58.ſi quis eo, in fin.ff.de lib.& poſt.& l.2.in fin.ff.de acquir.poſſ. Quandoq; ſignificat, ciuili modo, ſecundum iuris ciuilis rationem, l. anniculus, 134.ff.de verb.ſign. quam interpretationem probat Alciat.& ante eum Alber.Roſarius ibid. Non tamen improbandam putam expoſitionem Accurſij, d.l.134.explicantis ciuiliter, i.e.ſecundum conſuetudinem ciuium, & loquelam, per l.anniculus, 132.ff.eod.tit.Prat.Briſſ.

CIVILITER agit, qui quod ſua priuatim intereſt, perſequitur. Criminaliter, qui publicam vindictam criminis exſequitur. l. vnic.C quan.ciui.act.crim.præiud & l.fin.C.de falſ. Ciuiliter criminali perſecutioni opponitur, l.fi.ff.de furt & l.conſtitutionib 37.ff.de iniu.l.28.§.qui ob inimicitias, ff.de pœn.Prat. Nam ad maleficia iudicanda, quibus magnopere publica tranquillitas turbatur, variæ ſunt pœnæ legibus & iure ciuili conſtitutæ, de quib. ſub tit.de pœnis, & alibi. Et quia accuſatio, ad eam rem valde eſt neceſſaria vt teſtatur Cic. in ora.pro Roſcio Amer.permiſſum eſt, non ſolum ei, cui nocitum fuerit: ſed interdum etiam cuiuis è populo nocentem hominem deferre & accuſare. §.1. Inſtit.de publ.iud. Eiuſq; huius accuſationis finis & ſcopus, & Reip. quam Leges violando non mediocriter offendit, pœnas debitas perſoluat, non vt accuſatori quicquem præſtet. l.licitatio, § quod illicite, ff.de publ. & vect. Quiſquis autem ita accuſatus, criminaliter dicitur conueniri. Nec quicquam referre puto, corporaliſue ſit, an pecuniaria pœna, qua eius audacia coerceatur, not.in l.4.de ſepulc.viol d. § in ſum. Sed cum hac criminis executione, Reip.tantum conſulatur, non etiam accuſatori grauiter fortaſſis læſo: proditæ ſunt priuatæ quoque & forenſes actiones, quæ ad priuatum ipſius agentis commodum intendantur: vt Furti actio vi bonorum raptorum, l. Aquiliæ, iniuriarum & ſimiles, quæ ciuiles, non criminales dicuntur, propterea quod humanius, atque ciuem decet, tunc agatur, l.1.ff.de incend. ruin.nauf.l.vlt.de priu.deli.l.vlt.de furt.l.vlt.C.de iniur.quan.ciu.act.crim.præiud. Dicuntur etiam pecuniariæ huiuſmodi cauſæ, quod agens ad pecuniarium propriumque commodum principaliter reſpiciat, l.1.ff.de teſtib.l.interrog. C.de quæſt.l. properandum, C.de iud. In criminali autem iudicio hoc potiſſimum ſpectatur, vt admiſſum publicæ vtilitatis cauſa in exemplum vindicetur, tametſi eius rei gratia plerunque pecuniaria ſequatur condemnatio, d.§. quod illicite, Duar.lib.1. anniuerſ. diſput. c.35.

CIVILITER ac Naturaliter opponuntur. Ita ciuiliter reſoluitur obligatio, velut Acceptilatione, & confuſione: Nam naturaliter vero ſolutione, aut interitu rei promiſſæ. Ita naturaliter ſeu corporaliter acquiritur poſſeſſio: ciuiliter & iuris miniſterio, verbis, ſine facto corporali, ſtipulatio. Ita ciuiliter turpia, & natura turpia opponuntur, l.42.de verb.ſignif.Briſſ.

CIVILITER acquiri dicuntur, quæ iuris miniſterio verbis, ſine aliquo corporali facto acquiruntur, l.ea, quæ 53. ff.de acq rer. dom. & eodem ſenſu etiam ciuiliter reſolui dicitur obligatio apud Pompon.l.pen.ff.de ſolut.Prat.ex Briſſ.

CIVIS meus, tuus, dicitur pro concive, quem barbari vocant compatriotam.

CIVIS Rom. cur D.Paulus Apoſt. appellatus ſit, not.10.diſt.c. Si in auditorium, c.fundamenta §.vlt.de elect.lib.6.Spieg.

CIVES dictus eſt, quod in vnum coeat cœtum, & ſub legibus viuat politicis, vt ex M.Cic.conſtat.Oldend.Prat.

CIVIUM appellatione an veniant oppidani, vel comitenſes, eſt notab. deciſ. Bald.in Auth.& omnino. in pen.col.ver. ſed hic dubitatur, C.ne vx. pro mar. de qua late ſcribit D.Felin.in c. Rodulph.in 9.col.verſ.faciunt etiam, extr.de reſcript.cum his quæ referam Inſ.in verb.Repreſaliæ. Sed quid de ſpurijs? Bald. ſing.conſuluit, eos in ſtatutis non comprehendi: quia proprie ciues non ſunt. Ita in pulchre quæſtione ſtatuti Mediol. concludit Bald.conſ.267.ad euidentiam præmitto, in vlt.col.in 1. lib. quod conſilium repetitum inuenio in vlt.lib. conſil.437. Nunquid autem habitatores Venetiarum ſint ciues, vel inſolani, eſt ſing. conſ.Bald.n.437.quidam emerunt, in 1.lib. cum his, quæ ſcripſi infra in verbo Venetiæ.Cotta.

CIVIUM appellatione alias continentur in priuilegijs, & ſimilibus actibus ciuitatis, & ſuburbiorum incolæ, Alciat.l.vrbis.ff.de verb.ſignif.& ante eum Alex, Imol.rubr.ff.ſolut.matr.Ps.

CIVITAS eſt multitudo ſeu vnitas ciuium, in hoc collecta, vt iure ſocietatis viuat optimo, c.ſi ciuitas, de ſent.exco.lib.6.Zaſ. l.2.ff.de orig.iur.Cic.in Somn.Scip. In ciuitate, & vbiuis locorum, neceſſario requiritur, in primis verbum Dei: deinde magiſtratus, qui adminiſtret Rempublicam: Id quod gentes quoque, quamuis Chriſtum ſeruatorem noſtrum ignorarent, lumine tamen naturali aliquo cognouerunt, Ideoque inter exempla iuris publici referuntur ſacerdotes; & magiſtratus; in l.1.§.2.ff.de iuſt.& iure.Prat. Hac ratione

CIVITAS appellari ſæpe ſolet ἐκκλησία, hoc eſt, cœtus, vel congregatio, non qualiſcunque, ſed Conciliata in vnam ſocietatem communionemq; fidei, & ſacramentorum, vnde Apoſt. ad Cor. Eccleſiæ Dei, inquit, quæ eſt Corinthi. Et Col.1. pro corpore ipſius ait, quod eſt Eccleſia. Oldend.Prat.

CIVITAS etiam vſurpatur pro mœnijs duntaxat, & ædificijs: Sicut & eccleſiæ ſignificatio ad paucos ordines redigitur, adeoque ad templum materiale, in tit. C.de ſacroſ. eccl.& de his, qui ad eccl.confug. in rub.Old.Prat. Proprie vero Vrbs muros & ædificia denotat: Ciuitas habitatores & incolas, vel ipſam ſocietatem ciuium, aut ius ciuitatis ac ciuium: vel conſtitutionem & ordinem populi ac ciuium. Briſſ.ex Cic.Seru.Marc.

CIVITAS quandoque non pro loco, ſed pro ciuibus accipitur, vt cum quis ciuitati, vel ciuib. aliquid mandat, l.ſi quando.C.de bon.vac.lib.10.Alc.de verb ſign.in l.2.

CIVITAS in tribus conſiſtit: In ſapientia eorum, qui Remp. adminiſtrant: in militum fortitudine: in cæterorum ciuium temperantia. Hiſq; perfecte conſtituta cenſetur ciuitas, quod cuique parti ſua attribuatur. Attamen quæ ſupereſt Iuſtitia, non illa otioſa eſt aut inutilis, ſed per omnes alias diffuſa implicat eas arctiſſimo æquitatis & concordiæ vinculo, facitq; vt ſibi illæ conſentiant: quæ conſenſio Iuſtitia vocatur: Conuan. lib.1.c.2.n.8.

CIVITAS ſine legibus, eſt corpus ſine anima, vt ait Cic. Quocirca eleganter Ariſt.in Ethicis. Ideo, inquit, non concedimus, vt homo imperet, ſed ratio. Nam homo hoc ſibi tribuit, & fit tyrannus. Ex Pompon. l.2.ff.de orig.iur. animaduertere licet, pop. Rom.20. vix annis potuiſſe ſine certo iure viuere, quin leges à Græcia peterentur. Cætera Old ad citatam legem ſcribens.Spieg.

CIVITATIS appellatione non veniunt ſuburbia, ſed id ſolum, quod murorum ambitu terminatur, text. eſt arguendo à ſpeciali in c.ſi ciuitas, de ſententia excomm.lib.6 & hoc, niſi diſpoſitio reddatur cluſoria, quia tunc veniunt etiam ſuburbia, d.c.ſi ciuitas, vbi eſt tex.ſing.& melior de iure. ad hoc vt late atteſtatur Iaſ in l.cum quidam, in fin.ff.de lib.& poſth.& ideo decidit ſing. Bald.in c.ſignificauit, in vlt.col. verſ. pone, epiſcopus de reſcr. Quod ſi epiſcopus excommunicauit omnes leproſos ſtantes in ciuitate, niſi recedant de ciuitate infra octo dies, & aliquis exiuit & reclusit ſe in quodam hoſpitali poſito in ſuburbijs, talis non euitat excommunicationem: quia ſicut propter ſalutem animarum interdicta ciuitate, interdicuntur etiam ſuburbia, ne ſententia excommunicationis ſit eluſoria, d.c ſi ciuitas. Eodem modo propter ſalutem corporis, ne edictum circumueniatur. Et hoc dictum Bald. pro ſin. citat Felin. in c.Rodulph.col.3. verſ limit. dupliciter, de reſcript. vbi late tractat, quando appellatione ciuitatis veniant ſuburbia, Cotta.

CIVITATIS appellatio alias accipitur pro iure ciuium ac libertate, qua ciues vtuntur. Vnde dicebantur olim ciuitate Romana donari, *das burgerrecht empfahen*, quorum exempla commemorat multa Cic. pro L. Corn. Balbo. Vbi & comprehenduntur hoſti, arg. ff.de procur l. præſens. Item ciuitatis nomine non comprehenduntur diœceſes, nec è contrario, c. Rodulphus, & ibi gl ext.de reſcr. Vocatur autem proprie ciuitas, quæ habet epiſcopum, vt 80.diſt.in illis, & c.ſeq. Ciuitas quoque poteſt appellari, quæ Epiſcopum non habet. Alciato in c.pernicioſam, de offic.iud.ord.Old.Prat. Sunt autem ciuitatis partes nouem. Vna eſt agricolæ, qui circa alimenta verſantur. Secunda opifices, qui verſantur circa artes, aut neceſſariat, aut ad delicias & voluptates, aut ad ornatum pertinentes. Tertia cauponaria, ementium vendentiumque, mercatoria & nummularia. Quarta mercenarij. Quinta propulſatores belli; Sexta, hi qui ius dicunt atque decernunt. Septima opulenti atq; diuites, qui onere Reip.ſuſtinere valent, de quib. Inſtin: inſt.de his qui vel ſui, vel alieni iuris ſunt, § dominor. Octaua publicis magiſtratibus fungentes. Nona conſultores, & iura in controuerſijs aſſignantes. Reſpublica illius multitudinis ordinatio eſt atque gubernatio. Dioſ.meth.iur.

CIVITATIS fea, Suet.l ſanciuit, vt nec parua ſit ciuitas, nec magna, ſed vna & ſufficiens: Quamobrem Cic.eleganter aduenticiam illam decoſorum hominum multitudinem appellat ſecem ciuitatis, vt quæ nulli proſit, multos autem noceret: monuit & id Oldend.

CIVITATEM appello quemcunque populum iiſdem legibus & moribus gubernatum. Conuan. lib 1 7.nu.1. Idem ibidem ciuitatem Ariſtoteli dictam fuiſſe refert gentium virorumque.

in vita perfecta; ſeque ipſa contenta communionem. Adde Old. in l. 2. ff. de orig. jur. Spieg.

Roma ſola, vrbs dicebatur: Ciuitates reliquę populo R. ſubiectæ priuatorum loco ſunt. Proprie ergo ea vocantur ſola publica bona quę populi ſunt Romani: Abuſiue tamen reliquarum etiam ciuitatum ac municipiorum bona & negotia, ipſius ciuitatis aut municipij jure communia, inter publica habentur, & iiſdem gaudeat priuilegijs, quibus illa. Goed. ad l. 15. nu. 4. 5. 6. & leg. 17. nu. 15. 17. & ſeq. de verb. ſigu. & Vult. comment. Inſtit. de rer. diuiſ. ad priu. nu. 17.

CIVITATES fœderatæ. Vide Fœderati.

C L.

CLABVLA vehiculi genus, quo vehebantur in tranſitu militum legatorum, armorum. Hinc

CLABVLÆ (olim Taleæ) quæ de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcidebantur. Varroni 1. de re ruſt. c. 40. Nonio ſciſſiones vel præſegmina lignorum. Briſ.

CLABVLARIS curſus in Leonis conſtitut. l. rurſum, 22. de curſu pub. lib. 12. C. vt curſus vehicularis, genus quoddam fuit, ad cuius procurationem eligi viros idoneos, qui & Euectiones commeatuum exactiſſima cura inſpicerent, & Animalibus alimenta, quæ fiſcus ſuggerebat, miniſtrarent. Briſſ. Vulgata exemplaria habent ambularem, quæ lectio juuari poteſt leg. judicib. 9. C. eod. Sunt qui malunt caballarem apud Luitprandum in ſui temporis hiſtoria. Quænam lectionum verior ſit, judicent peritiores. Clabularis curſus, eſt genus quoddam curſus vehicularis. Briſſ.

CLADEM quidam à calamis comminuendis ductam exiſtimant: atque ideo pro calamitate accipiunt, in l. 1. C. de jur. emphyt. quaſi clam data ſit, vt Papias ſcribit.

CLAM, Priſcian. li. 14. Clam, inquit, magis aduerbium eſt, cum nec localem habeat ſignificationem, quam plerumque præpoſitiones poſſident, & qualitatem demonſtret quæ in aduerbijs inueniri ſolet: & diminuatur, quod nulla præpoſitio habet, vt clanculum: & poſſit etiam abſque caſu proferri: vt, bona aperte facit, mala autem clam, &c Clam, denotat latenter ac furtiue. Opponuntur autem clam & palam. Briſſ.

CLAM à clauibus dici putat Feſtus lib. 5. quod his quæ celare volumus, claudimus. Prat.

CLAM facere eum putat Ariſt. apud Vlp. in l. 3. §. fin. ff. quod vi aut clam qui facit celandi animo eum, quem prohibiturum intelligeret, aut exiſtimare debet ſe prohibitum iri. Ser. etiam apud Venul. l. 4. ff. eod. ait. putat eum.

CLAM facere, qui exiſtimare debet ſibi controuerſiam futuram, aut etiam (Vlp. ait l. 5. ff. eod.) qui aliter fecit, quam denunciauit, vel decepto facit eo, ad quem pertinet non facere, vel conſulto tum denunciat aduerſario, cum eum ſcit non poſſe prohibere, vel tam ſero pronunciet, vt abire (in Pand. Flor. vbire) prohibiturus prius, quam fiat, non poſſit. Clam quoque feciſſe videtur, qui poſt denunciationem in certum diem & horam, fecit, d. leg. 5. § 1. Prat.

CLAM facere cenſetur is, qui celauit aduerſarium, neque ei denunciauit ſe opus facturum, quis exiſtimauit eum controuerſiam facturum, ſi neſciret, aut certe id exiſtimare debuit, ne melioris conditionis ſint ſtulti, quam periti. Aut ſi denunciauit quidem, ſe opus facturum, ſed aliter fecit, quam denunciauit, vel conſulto tunc denunciauit aduerſario, cum eum ſciret, non poſſe prohibere. Vel tam ſero denunciat, vt obuiare prohibiturus prius, quam fiat, non poſſit, aut deniq; ſi alio modo decipit eum, ad quem pertinuit, opus non fieri. Debebat enim diem & horam denunciatione complecti, & vbi, & quod opus facturus eſſet Neque quidem perfunctorie, aut obſcure dicere, aut denunciare, neque tam artare aduerſarium, vt intra diem occurrere ad prohibendum non poſſet. Et ſi forte non ſit, cui denunciet, neque dolo malo factum, ne ſit, amicis, aut procuratori, aut ad domum denunciandum eſt l. 3. §. vlt. l. ſeruus, etiam l. & qui alires, in prin. & §. 1. ff. quod vi aut clam, & ff. de acq. vel amit. poſſ. l. clam poſſidere. Vlp. Clam poſſidere, inquit, eum dicimus, qui furtiue ingreſſus eſt poſſeſſionem, eo ignorante, quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne faceret, timebat Pomp. ibi Old.

CLAM poſſidet heres ejus, qui precariam poſſeſſionem tenebat ſi in ea manſerit auctore Paulo lib. 5. ſentent. tit. vlt.

In interdicto, quod vi aut clam, clam videtur facere, qui celauit aduerſarium, neq; ei denunciauit, Si modo timuit ejus controuerſiam, aut debuit timere, l. 3. §. vlt. ff. quod vi aut clam, Clam enim facit, qui exiſtimare debet ſibi controuerſiam futuram, l. 4. ff. eod. tit. Alias Vlp. definit, clam factum videri, quod quis cum controuerſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit, l. 73. §. vt factum ff. de diuerſ. reg. jur. Briſſ.

CLAM aliquo poſsidere accipimus in interdicto, Vti poſſ. l. 1. ff. vti poſsid. & l. pen. ff. pro ſuo Briſſ. Prat. Eodem modo

CLAM ab aliquo ducere aquam, dixit Vlp. l. 1. ff. de aqua quotid. & æſtiua. Prat. Briſſ.

CLAM vi eum definit Vlp. l. 3. in prin. & §. 1. ff. de itinere actuq; priuato, qui prohibitus vtitur, vel qui, prohibito eo, cui id jus vtendo conſeruabat, vtitur. Prat. Briſſ.

CLAM etiam pro, in obſcuro, poni videtur in l. 1. in princ. ff. de furtis Prat.

CLAM ferre ſententiam, eſt notam in vrnam mittere: Palam vero, eſt ore pronunciare. Lege Ciceronem de Legibus 3. Ternas autem notas ſingulis judicib. dabat is, qui cauſæ præerat: ſcilicet, A. C N. L. de quib. ſupra monuimus. Spieg.

CLANDESTINVS, na, um, à clam particula deriuatur, notamque habet ſignificationem, neq; ob aliam cauſam hoc in loco poſuimus, niſi quod vulgo accentu barbaro ab omnibus profertur, hoc eſt, accentu in antepenultima, cum penultimam habeat longam, & juxta regulas Latinæ linguæ in eadem accentus debeat collocari. Quod vero penultima ſit longa probatur carmine Manilij in primo Aſtronomicon dicentis: Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma. Silius quoque Italicus in libris Punicorum: Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum Nebriſſ.

CLANDESTINAM, electionem adpellat Bernard. in c. quia propter. §. ſi. in gl. fin. electionib. in antiq. quæ ſingulariter ſit & occulte per occulta conuenticula. Prat.

CLANDESTINVM factum vitio magis perſonali, quam reali adſcribi, putat obſeruare Alber. Roſarius in l. quæ, (in Pandect. Flor. incipit, quam rem) ff. de vſurp. & vſuc. Spieg. Prat.

CLANDESTINÆ artes. l. 23. in princ. C. mandat. vel contra.

CLANDESTINA fraus, in l. 17. C. de donat. & clandeſtinæ inſidiæ, in l. 9. C. de his quib vt indign.

CLANDESTINA deſponſatio, clandeſtinum coniugium, & clandeſtinum matrimonium, quæ occulto contrahuntur per cap. 2. de cland. ſt. deſponſ. Prat.

CLANDESTINAM poſſeſſionem interpretari debemus in l. ſi de eo, §. vlt. ff. de acq. poſſ. iniuſtam, per l. 7. §. inter prædones, ff. commun. diuid. & à quibus cauſis non poſſit ſeparari, docet Sal. Iulian. d. l. ſi de eo, §. fin. Prat.

CLARA perſona in libris juris ciuilis intelligitur Senatoris, vel vxoris ejus, ita explicat Gaius, l. curator, 5 ff. de cura. fur. Clariſſimi igitur viri Senatores accipiendi ſunt, vel Senatorio honore donati, l. deferre, ff de adulterijs, l. ſpecioſus, ff. de verb. ſign. 18. ff. de jur. fiſc. l. 58 §. ff. de jud. l. 34. de leg. 3. l. 16. §. 1. de his quæ vt indign. l. 12. de publ jud. & Nou. 18. & alibi ſæpiſſime Proconſules etiam clariſſimi viri adpellabantur, l. 1. C. ſi ex falſis inſtrum. Prouinciarum quoque præſides, & rectores, l. raptores, C. de epiſc. & Cler. & magiſtri cenſus, l. ſi C de jur. emphyt. Silentiarij ſacra palatij. l. vlt. C. de exc. tut Principes agentium in rebus, l. vlt. C. de decur. lib. 10. prætor vrbanus, l. 1 de reb. cor. & aduocati. l. 1. C de aduoc. diuerſ. jud quod de tabulis minime accipiendum eſt. Briſſ. Prat.

CLARA quoque dignitas ſic accipienda eſt l. fin. C. quod met. cauſ. Clariſſimi autem viri his notis VV. CC. ſignificabantur. Prat Clariſſima dignitas, claritas vocatur, l. 10 C. de nup. Briſſ.

CLARIGATIONEM accipere debemus apud Tit. Liu. lib 8. pro eo quod τὸ ἐνεχυρασμὸν Imperator Iuſtinian. in Nouel. 52. vocat, vetus interpres Pignerationes vertit, Bartol. 10 tractatib. Repræſalias adplicat: cuius rei cauſa tractatum fecit, de quibus in cap. vnic. de iniurijs lib. 6. Alias clarigatio erat, cum feciales res repetitum mittebantur. Hinc enim Plin. li. 22. c. 2. Clarigatum exponit, res raptas clare repetitum. Pra. & Torneb. aduerſar. lib. 21. c. 1. Adde Brechæum l. facere, tit. de verb. & rer. ſignif.

CLARISSIMARVM fœminarum nomine Senatorum filiæ, niſi quę viros clariſ. ſortitę ſunt, non habentur: tamdiu igitur clariſſima fœmina erit quamdiu Senatori nupta eſt, vel clariſſimo: aut ſeparata ab eo, alij inferioris dignitas non nupſit, l. 8. ff. de Senatorib. l. 25. § 1. ad municip. Hot.

CLARISSIMARVM perſonarum appellatione fœminę nuptę clariſſimis perſonis continentur; non item filiæ Senatorum, niſi quæ viros clariſſimos ſortitæ ſunt. Briſſ.

CLARIVS face meridiana, C. de probat. l. ſciant cuncti, vt apud Cic. clariora luce conſilia, inuect. in Catil. 3. & clariora ſole, lib. 2. de Fin. Spieg.

CLARISSIMORVM nomen generale eſt & ſpeciale: eoque intelliguntur plerunque tres Senatorum ordines, illuſtres, ſpectabiles & clariſſimi, vt l. 2. C quando mulier. Vide Gothofr. ad rubr. C. de tut. vel curat. Illuſtr. vel clariſſimarum.

CLARISSIMATVS dignitatem non fuiſſe inferiorem ſpectabilitate putem, leg. peculiari, 5. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, lib. 12. tametſi quidam contra ſcripſerit. Prat.

CLARISSIMOS tamen à Spectabilibus diſtinguit, l. vnica, C. de annonis, & capit. Itemque ab illuſtribus, l. 1. C. vbi Sen. vel clariſ. Prat. Inter clariſſimos nominantur comites & tribuni in Nouel. 71. vt in eiuſdem expoſ. per Cuiac. videre licet.

CLARISSIMATVS, dignitatis vocabulum, de quo Alciatus cap. 4. lib. Diſpunction 3. Porro quibus clariſſimatus dignitas collata erat, conſidendi, ingrediendique ſecretarium licentia contribuebatur, l. peculiari, de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. C. Prat. & Spieg.

CLA-

Digitized by Google

CLARISSIMÆ mulieres appellantur clariſſimis nuptæ, l. fœminæ. Sed & Senatorem filiæ ibidem, ff. de Senatorib. Vide C. de tutor. & curat. clariſſimarum perſonarum. Spieg. Poſterius ſupra negauit Hus.

CLARITAS generis, perſonarum, & claritas pro clariſſimatu Briſſ. ex C. & Plinio.

CLASSICI in l. vnica, C. de claſsic. lib. 10. & C. The. eod. l. vnic. milites ſunt deputati nauibus amnicis purgandorum fluminum, & aliarum neceſsitatum gratia. Hinc

CLASSIS Seleucena Orontis d. l. vnic. Prat.

CLASSICI. In tit. de claſsicis. Claſsici dicuntur homines deſtinati ad claſſes, id eſt, naues ducendas. Claſsici etiam dicuntur apud bonos auctores non omnes, qui in claſsibus ſunt, ſed primæ tantum claſsis homines, qui centum millia æris aut amplius cenſi erant: quod apparet ex Liuio de Seruio Tullo loquente. Vnde per metaphoram, claſsici teſtes dicuntur Feſto lib. 3. ac Bud. in l. vlt. de pignor. act. qui ſignandis teſtamentis adhibebantur, hoc eſt, primæ claſsis homines, quaſi primæ auctoritatis, & idonei veritatis ſponſores. Porro claſsici appellantur præcones, qui tuba vel cornu, iuſſu magiſtratuum, ex arce, vel circum muros, populum ad comitium vocabant, dicti à calando, id eſt, vocando, ſiue à clangore. Anchor. Adde Franciſc. Bald. in Catecheſi iuris ciuilis, cap. 3.

CLASSIS, quam Græci [illegible] vocant quidem, ſed barbare, Armatam, ius poſtliminij habet: de quo tractat Marcel. in l. 2. de capt. & poſtlim. reuerſ. Vlp. in l. omnia, de bonor. poſſ. ex teſtam. milit. Item nauarchos, inquit, & trierarchos claſsium, iure militari poſſe teſtari, nulla dubitatio eſt. Spieg.

CLATHRI, vel Clathra, cancelli & oppoſitiones oſtiorum, vel Acrone admonente ſuper illud Horatij de arte poetica. Obiectos caueæ valuit ſi frangere clathros. Hinc clathrare quod eſt, clathris munire & claudere. Clathratam autem feneſtram Plaut. in mil. glor. vocat, quæ clathris, hoc eſt lignis tranſuerſis, occluditur. Cortaſ. lib. 3. Miſcellan. c. 14. nu. 2.

CLAVARIVM officij nomen eſt, quo appellatus eſt Suetonij pater, ab eo quod præfectus fuerit donatiuo Imperatori inter milites diſtribuendo. Tacitus. Seditioſæ, ait, militum voces Clauarium terrebant. Prat.

CLAVARIVM apud Tacitum nomen donatiui cuiuſdam eſſe videtur: Torn. lib. Aduerſar. 4. c. 7. putat eſſe donatiuum velut in clauos caligarum militarium. Nam militum caligæ clauis ſuffixæ erant.

CLAVATÆ auro veſtes. Vopiſcus in Aureliano. Cocco clauata mantilia. Lampr. in Alex. Seuero. Clauus Soſipatro impurpurata veſtis. Briſſ.

CLAVATÆ veſtes, de quibus ſentire videtur Vlp. in leg. cum aurum §. 1. verſic. idem Pompon. de auro & argento legat. ſunt, quæ clauos aureos, nos Flores appellamus, habent, vt docet Scholium Bapt. Egnatij in Vopiſcum in Aureliano. Baiſius autem vir doctiſsimus, id quod res eſt, aperte monſtrat, Vlp. vt diuerſa clauos aureos, & inſitas picturas accepiſſe, in l. veſtis. ff. eod. & vide infra. Veſtis. Oldend.

CLAVDEO & Claudo veteres dixere pro claudico, vt annotat Priſc. Quin & vult quidam illud Terent. in Eunuc. Nunc vbi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? ſic legi: Nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudere: id eſt, deficere & claudicare: ea forma qua Cæcilianum illud in Epicleto: An vbi vos ſeis, ibi conſilium claudeat? Et illud Saluſtij in oratione Macri tribuni pleb. Itaque verborum ſatis dictum eſt: neque enim ignorātia res claudit, ſed occupauit neſcio quę vos torpedo. Malim tamen eo in Terentij loco legi claudier, vt ſit deponens verbi claudo, pro claudico. Prat.

CLAVDIA lex, vide infr. Lex.

CLAVDIANVM Senatuſconſultum, vid. infra Senatuſconſultum Claudianum.

CLAVDIA aqua. Appium Claudium (cuius fit mentio in l. 2. ff. de orig. iur.) omnium primum ex agro Lucullano arcuato opere deduxiſſe aquam, à Frontino traditur: qui nouem ſolum aquas ſuo tempora in vrbem fluxiſſe ſic commemorat. Nunc autem in vrbem influunt Appia, Anio vetus, Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Alſietina, quæ eadem vocatur Auguſta, Claudia, Anio nouus quæ autem fuerint iſtæ aquæ, & vnde, quotque paſſuum millibus, vel ſub terram, vel arcubus ducerentur, pluribus verbis ipſemet recenſet Spieg. Vide omnino Briſſ. Lexic. edit. vlt.

CLAVDIO Hieronymiano clariſſimo viro ab Vmbrio primo, l. quæſitum, ff. de fund. inſtr.

CLAVDIVS Imperator Diuus appellatur, l. 2. §. poſt deinde, ff. de orig. iur. Poſt mortem conſecratus eſt, Diuusq; appellatus. Bri.

CLAVDIVS Tryphoninus, Notas ad Scæuolæ ita ſcripſerat, vt oſtendit l. 58 ff. de adminiſtr. & peric. ex quibus Tribonianus deſcripſit integra capita. Idem diſputationum libros vnum & viginti ſcripſerat, è quibus complura Pandectarum capita ſumpta. Hunc Imperatorum Seueri & Antonini temporibus vixiſſe, colligitur ex eo quod l. 39. ff. de pœnis, ait, ab Imperatoribus noſtris reſcriptum eſt. Briſſ.

CLAVDIVS. Venul. Saturnin. I.C. ſtipulationum libro 19. de actionibus libros 10. Diſputationum libros 7. de interdictis libros 6. de officio proconſulis libros 4. publicorum, ſeu de publicis iudicijs libros 3. de pœnis paganorum librum ſingularem. Ex quibus complura Pandectarum capita ſumpta ſunt. Claudij Saturnini prętoris mentionem facit l. 6. §. vlt. ff. mandat. Eum Antonini Pij temporibus vixiſſe, argumento eſt, quod Marcianus l. 1. §. eam rem. ff. quæ res pign. ait, D. Pius Claudio Saturnino reſcripſit Errant vtique qui ab hoc Venuleio Claudium Saturninum diuellunt. Briſſ.

CLAVDVS, à I.C. inter morboſos numeratur. l. item claudus, ff. de ędil. edict. De claudo, quare ſit ſalacior cęteris, cauſam reddit Ariſtot. in Problem. Spieg.

CLAVES magis domus portio, quam inſtrumentum ſunt. l. 12. §. fiſtulæ, de inſtruct.

CLAVIBVS traditis, ita mercium in horreis conditarum poſſeſſio tradita videtur, ſi claues apud horrea traditæ ſint, l. 74. de contrah. empt. Briſſ.

CLAVI, apud Vlp. l. cum aurum, 19 §. 1. & l. veſtis, 23. §. 1. ff. de aur. & arg. leg. in veſtib. dicuntur, (vt ex Varrone refert Stephanus) nodi, & globuli purpurei, aureive, in modum claui texti in veſtibus Senatorum: [illegible] pro dignitate Senatoria accipi ſolent. Prat.

CLAVI quibuſdam ſunt retinacula in veſtibus, gemmę vliręq; inſtar habentia, quibus tanquam clauis pars veſtis alteri parti coniuncta retinetur, quos ſimilitudine gemmarum *Boutons* Galli appellant. Vlp. l. 19. §. 1. ff. de auro & argento.

CLAVI aurei & purpurei pars ſunt veſtimentorum. At potius exiſtimem, ſecutus in hoc Cuiacium 13. obſer. 39. ornamenta quædam fuiſſe veſtium, clauorum ſpeciem præbentia: quorum tamen alij, vt inſuti, conſuebantur veſtimento; hinc illud Varronis lib. 8. de ling. lat. Nam ſi quis tunicam in vſu ita conſuit, vt altera plagula ſit anguſtis clauis, altera latis; vtraque pars in ſuo genere caret analogia. Alij vero non conſuebantur, & indiſtincte veſtimento continebantur, quaſi pars, l. 19 § plane. l. 23. §. 1. ff. de aur. & arg. leg. Sane quibus honoris cauſa vtebantur Senatores, vel tribuni, vel equites, non erant conſuti veſti, ſed ſupra eam demiſsi in pectus vſque, alij arctius, alij latius: vt recte Horat. dixerit Satyr. lib. 1. Sat. 6.

——*latum demiſit pectore clauum.*

Et Acro in illum locum:

Prætextam & latum clauum, prætaq; baſillum.

Latum clauum, inquit, purpuram dicit, quę in pectore extenditur Senatorum: Græci [illegible] vocant. Hinc latus clauus, Græcis [illegible], de quo videtur illud Horatij Satyr lib. 1. Satyr. 6.

Sumere depoſitum clauum fieriq; tribunum

& laticlauij, qui latum Clauum geſtabant: qui fere erant Senatores, vel tribuni militum quidam maioris dignitatis. Et anguſtus clauus, Græcis [illegible] à quo anguſticlauij equites dicebantur, à claui quo vtebantur qualitate, vt & Tribuni quidam minoris dignitatis. Patrem enim ſuum Tribunum anguſticlauium, (non anguſticlauiam, vt habent vulg. cod.) fuiſſe Othoniano bello Suetonius ſcribit in Othone Sylu. De hoc etiam illud Papinij Syluar. lib. 4 ex caſtigatione Turnebi.

Hic paruus inter pignora curia
Contentus arcto lumine purpura
Creſsit.

Neque vero videtur prætermittendum, quod ſcribit Feſtus in voce Picta, tunicam palmatam à latitudine clauorum eſſe dictam, quæ nunc, inquit ille, à genere picturæ appellatur. Quibus verbis ſignificat, clauos illos in tunicis acu fuiſſe depictos. in alia ſignificatione ſumitur clauus in l. qui clauum, de ædil. edict. & Plin. lib. 20. c. 20. & Plin. iunior. lib. 1. Epiſt. 51. & aliter quoque in l. qui naufragium §. S. C. ff. de incen. ruin. naufrag. & alibi ſæpe apud alios autores, vt annotauit Tiraq. in §. l. connub. gloſſ. 1. parte 3.

CLAVI alij ex auro, alij ex purpura veſtib. inſuebātur. Claui alij lati erant, quo Senatores vtebantur: alij anguſti, quo equites.

CLAVICVLARII, ſiue Clauicularij in l. vnic. C. de excuſ. artif. lib. 10. ſunt, Clauium artifices, Gallis dicuntur *Serrurier* Clauicularij etiam dicuntur commentarienſium miniſtri, & carcerum cuſtodes. Briſſ. ianitores carceribus præpoſiti, à clauibus gerendis: qui etiam Clauicarij Græci interpretes ad l. carcer. 8. ff. de cuſtodia reorum, [illegible]. Huius comminit Iul. Firmicus lib. 2. Matheſeos, cap. 2. Prateī.

CLAVS trabales apud Horatium ſunt grandes claui, quibus trabes configuntur, Torneb. lib. aduerſ. 9. c. 14.

CLAVIS. Nota eſt lippis atque tonſoribus (vt ita dicā) clauis ſignificatio. Quam ob cauſam, hanc prętermittendam eſſe duximus. Eſt autem lib. 12. C. tit. de prętorib. & honor. pręt. &c. in quo de claui fit mentio, cum tamen nihil dicatur in toto contextu, niſi me fallant iuris Codices recens cum elegantibus typis impreſsi. Tamen Alciatus ad dictum titulum de prętorib. & honor. pręt. &c. Clauum (inquit) dari credendum eſt

Google

prætoribus, quoniam ea ſignum liberę poteſtatis, & dominij in rebus acquiſitis: quod vtique nec noſtri IC. prætermiſere.

CLAVSA Vlpianus pro vinctis accipit. Si modo ita vincti ſint, vt omni modo erumpere non poſsint. l. ſi quis in graui. §. ſubuenitur. ff. ad Sila. Old. Prat.

CLAVSTRVM impropriè eſt cœnobium, ſiue monaſterium: et vt impura ſunt, quantum ad latinitatem attinet, Canoniſtarum fere omnia. Sed ICtis id eſt, quo aliquid clauditur, atq; quælibet clauſura, l. fundi. ff. de act. empt. l. librorum. in fin. de leg. 3. Clauſtri quoque meminit. l. 2. & 5. C. de cuſtod. reor. &c. l. 4. C. de pœn. Spieg.

CLAVSTRI appellatione ſignificatur id, quo quid clauditur, l. fundo. de act. emp. l. librorum, in fin. eod. Sic portarum clauſtra rectè dixit Vergil. lib. 7. Æneid. Prat.

CLAVSTRA armariorum ac locorum l. 52. de leg. 3.

CLAVSVLAS adpellant Conſulti iuris Ciuilis & pontificij, edictorum, ſtipulationum, teſtamentorum, reſcriptorumq; particulas, l. quędam. 9. ff. de edend. l. 5. ff. quod met. cauſ. l. judicatum 6. & l. cum quærebatur. 13. ff. judicatum ſolu. l. ſed etiam 31. ff. de leg. 1. &c. cauſam quæ. de reſcript. Prat.

CLAVSVLA de cuiuslibet orationis parte, capite, ſcriptura dicitur. Briſſ.

CLAVSVLARVM GENERA ET FORMÆ

EX IVRE CIVILI.

CLAVSVLA, De dolo, in l. & per iuſiurandum. §. cum qui. ff. de acceptilationib. l. 10. ff. rat. rem hab. l. 6. jud. ſolu. ſiue doli clauſula, l. 4. §. in ſtipulatione. ff. de dol. except. l. 17. & 19. ff. jud. ſol. l. 22. in fin. de re. jud. l. doli. 119. ff. de verb. oblig. Clauſulam de dolo adpellant eam ſtipulationis partem, qua dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe, vel ſi quid in ea re dolo malo factum ſit, comprehenditur, vel ita, Cui rei dolus malus abetit, l. ex ea parte 121. ff. de verb. obl. l. hęc verba 69. ff. de verb. ſign. Prat. ex Briſſ.

CLAVSVLAM doli olim vſitatiſſimam in omni contractuum, arbitriorum, & judiciorum genere locum habuiſſe, & adhuc habere, ex ll. notum eſt: Huius vſus in eo ſpectatur, vt ea quoque comprehendat, quæ in præſentia expreſſa non ſunt, vel non occurrunt, & ad incertos caſus l. ſtipulationes. ff. de ver. oblig. extendatur. Gœdd. in l. 69. nu. 2.

CLAVSVLA, Ob rem non defenſam, dicitur, qua in judicatum ſolui ſtipulatione, re non defenſa, quanti ea res erit, promittitur l. 1. § fin. ff. judic. ſolu. l. 13. & 17. eod. l. 15. ff. de procur. Eadem, De re defendenda vocatur, l. judicatum. 6. ff. jud. ſol. vbi etiam ponitur Clauſula, De re judicata. Scio interpretes alia fere innumera clauſularum genera efformaſſe, atque eam rem libros edidiſſe qui errant. Prat.

CLAVSVLA codicillaris dicitur, quæ in teſtamentaria ſcriptura ſubiungitur, vt ſi minus teſtamenti, ſaltem codicillorum vim atque autoritatem obtineat. Clauſula codicillaris, inquit Vult. in commen. Inſt. de codicil. nu. 3. ex conſuetudine teſtamentis ſolet adijci à Notarijs, vt, ſi teſtamentum non valeat jure teſtamenti, valeat ſaltem jure codicillorum: quæ ita nota, vt vulgus Notariorum ex conſuetudine & ſtylo magis illam opponere conſueuerit, quam ex teſtatoris ſcientia, vt eius vſus, abuſus potius ſit Vult. in commen. Inſt. de teſtam. ordin. §. 2. n. 27. Atque eius duæ fuerunt formæ: prior hæc, vt ſi jure teſtamenti non valeat, jure codicilli valeat, l. vl. C. de codic. l. ſi jure. 11. C. de teſtam. manu. l. coheredi 41. §. 2. de vulg. ſubſt. Altera ſic, [illegible] quacunque ratione poterit, quoquo modo poterit, l. ex ea ſcriptum, 26. de teſtam. l. 3. ff. de milit. teſtam. l. Lucius. 89. §. vlt. ff. de leg. 2. Quin & rogatio legitimorum heredum ſine vlla ſcriptura, pro clauſula codicillari valet, l. ex teſtamento. C. de fideic. l. generaliter. 24. §. ex teſtam. ff. de fideic. libert. Prat. Vid. infra Codicill.

EX IVRE PONTIFICIO.

CLAVSVLA, Anteferri, quid operetur collige, ex cap. tibi qui. d. reſcript. in 6. & cap. quamuis. eod. tit.

CLAVSVLAM, Quidam alij, ad plures quam tres aut quatuor trahi non poſſe, decretali epiſtola cautum eſt, cum in multis. de reſcrip. lib. 7. & ibi vide Ioan. And. Prat.

CLAVSVLA, N. ſi pro alio ſcripſerimus, qui accipienda in reſcriptis ad beneficia docet gl. in c. duobus. ſuper eo. tit. lib. 6. vbi vide Doctores. Prat.

CLAVSVLAS varias commemorat Spec. tit. de reſcr. præſen. §. ratione formæ. Prat.

CLAVSVLÆ prægnantes juris interpretib. hę ſunt, Plenitudo poteſtatis. Motus proprius, Certa ſcientia de quib. ſuis locis. Earum ea vis eſt, vt in contrarium nemo audiatur, quod ſemper præſumatur juſtitia, excludatur omnis ignorantia, & error & defectus ſolennitatum in reſcriptis. Obſeruandum, has clauſulas principum ſententijs interiici non debere: quod hic juſtitia nulli cedat, vt quæ in principum ſententijs prælucere debeat, l. fin. C. de legib. & l. omnium. C. de teſtam. Prat.

CLAVSVRAS vel Cluſuras Impp. appellant cuſtodes limitum, & vt Suidas interpretatur [illegible], anguſtias aditumm, quę regionem aperiunt: quas poſterioribus ſeculis vulgus etiam Cluſas vocauit. Briſſ. vlt. edit. Meminit l. 2. §. 10 Sat. din. C. de off. pręf. pręto. Afr. l. 4. C. de offic. mag. offic. l. vlt. C. de offi. mag. milit. cuius emendatio Iac. Cuiac. debetur, qui de hoc verbo loca quædam auctorum notat lib. 3. obſ. c. 24. Quibus addam videri apud Luitprandum duob. locis hoc verbum corruptum. Sic enim lib. 1. c. 2. legitur: Quibuſdam namque difficilimis ſeparata à nobis erat interpoſitionibus, quas Cloſas nominat vulgus. Et lib. 3. c. 8. Pręceperat enim rex clauſarum cuſtodibus, ne quempiam tranſire permitterent, niſi qui prius quis eſſet diligenti inueſtigatione inquirerent. Quibus in locis, ſecundum Suidæ interpretationem, cluſurarum rectius legeretur, niſi vitio temporum conciſum fuiſſe hoc verbum dicamus Briſſ. Vide & inf. Cluſuræ.

CLAVVLAREM curſum ſcripti codices habent in l. pen. C. de curſu pub. lib. 12. vbi vulgo impreſſi, Ambularem. De cuius lectionis fide cum dubitarem, in mentem venit etiam apud Ammian. Marcellinum hoc verbum me legendo notaſſe. Sic enim apud eum lib. 20. ſcriptum eſt, Iulianus contemplans rationabiles querelas, cum familijs eos ad Orientem proficiſci præcepit, clauolaris curſus poteſtate permiſſa. Nec tamen rectum eſſe hoc verbum præſtare auſim, cum vnde profectum ſit ignorem. An forte, qui Caballarem curſum in Clauularem tranſiiſſe contendat, non fallatur. Nam & Caballicationes, & Caballicatas apud Luitprandum in hiſt. ſuor. tempor. legimus, & [illegible] Actuar. in lib. [illegible] Italicam linguam ſecutus dixit. Sed hæc doctioribus dijudicanda relinquere ſatius fuerit. Briſſ.

CLAVVLARIS curſus erat, vt refert Turneb. 6. adu. 14 quoddam curſus publici genus, quod fuiſſe putat, cum curſus publicus militibus caligatis concedebatur: caligæ enim erant eorum clauulis confixæ Prat.

CLAVVS Soſipatro imperpurata veſtis.

CLAVVS, eſt genus morbi in ſimilitudinem tuberculi, coloris albi, rotunda ſpecie, fitq; vt plurimum in plantis, digitiſque pedum maxime. Celſus li. 5. de clauo, eiuſque curatione multa ponit: Clauus, inquit, nonnunquam etiam alibi, ſed in pedib. maxime naſcitur, ſed pręcipue ex contuſo a Gręcis helos dicitur, vt apud Galen. lib. 10. & 11. de medicina ſimplici. Hoc morbo perijt Sillius Italicus, vt autor eſt Plin. Cæcilius in epiſtolis. Nebr. Vlp. de ædil. edi. l. qui clauum. 7. lib. 12. Qui clauum itaque habet, morboſus eſt. de hoc Celſus li. 5. a Græcis ἧλος dicitur. Old.

CLAZOMENII ſunt populi, l. 4. §. penult. ff. de legatis.

CLEMANS Patronus eius mentio fit in l. 81. ff. de heredib. inſtit.

CLEMENTIA, quæ liberum arbitrium habet non ſub formula, ſed ex æquo & bono judicat, autor Seneca. Spieg.

CLEMENTIA ſolius eſt principis, aut eorum magiſtratuum, qui parem habent cum principe in judicando poteſtatem, vt olim Senatus Romanus, vt refert ex autoritate Plinij Secundi lib. 4. epiſtolarum, Fr. Connan. lib. 2. c. 11. n. 9. Sic clementia Imperatoria in l. 23. §. 5. C. de nup. Vt & clementia Principalis in l. 1. l. 2. §. 3. 4. 5. C. de his qui ven. ætat. impet. Sic clementiſſima ſanctio, in d. l. 23. § 1. C. de nuptijs.

CLEPSYDRA Modimulę vitreæ turbinacea figura fiſtulatæ, collo perquam anguſto, vnde foraminum fiſtulatim, guttatimque delabebatur aqua, metiens horas & momenta tradita oratori cauſam peroranti, quod Epigrammaticus innuit ita canens: Sed tu clepſydras ingenti voce petiſti Quattuor. Io. Bapt. iſt. comm. in epiſt. Sidon. Apoll. ad Domitium lib. 11.

Κλῆρος appellatione ſignificatur hæreditas in legib. Solonis, quas explicui lib. 2. Veteris Iuriſprudentiæ. κλῆρος etiam ſortem accipere debemus cap. cleros 21. diſt. In Nouella tamen Marciani, quæ extat in C. Iuſtin. l. generali. 13. de ſacroſ. eccleſ. ſumitur pro collegio, & corpore clericorum. Sic etiam accipiendum puterim in d. can. cleros. Prat. Hinc

Κληρονόμοι hæredes à ſortibus dicti, quod veteres maxime ſoliti ſint vti in hæreditate diuidunda ſortibus. Bald tit. de legat.

CLERICI, quo generali verbo ſignificantur omnes, qui diuino cultui miniſteria religionis impendunt, vt Conſtant. Imp. l. 2. C. Th. de epiſ. & cler. diffinit, cuius diffinitionem probat Iſidorus lib. 7. Etym. c. 12. & d. can. cleros. ait enim: Clericos nuncupari omnes, qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt, eorum ordines gradatim recenſet: Oſtiarius, Pſalmiſta, lector, exorciſta, acolythus, ſubdiaconus, diaconus presbyter, epiſcopus, de quibus etiam fit mentio in l. presbyteros. 6. C. de epiſc. & cle. Porro hęc Clericorum genera conſtituta fuiſſe initio naſcentis eccleſiæ ex Epiſtola S. Ignatij ad Antiochenſes liquet: cuius hęc verba ſunt, [illegible] Prat.

CLERICVS. Clerici appellantur, qui Chriſtianæ religionis ſacris initiantur, etiam ab ipſa vſque naſcentis eccleſię infantia, inquit Alciat. lib. 5. Pareig. vel qui diuino cultui miniſteria religionis impendunt: vt Oſtiarij, pſalmiſtæ, lectores, acoluthi, diaconi, ſubdiaconi, presbyteri, &c. Briſſon. Dicti clerici

à Græ-

à Græco κλῆρος, id eſt, ſors. Solebant enim per ſortem deligi clericos, 21. diſt. Quæ electio Pontificum iure non eſt approbata: cap. fin. de ſortileg. quod certo ſcilicet iudicio promoueri debeamus. Authent. vt clerici, qui recedunt, &c. Sed quid de veſtibus, gemmis, & annulis, quos hodie deferunt Eccleſiaſtici? Certe Ludouicus Pius Imp. Aug. 24. rex, anno Chriſti 830. regni vero ſui 16. ſynodum habuit, in qua vanitate veſtium, luxuſque gemmarum, & auri & argenti nimia pompa eccleſiaſticis interdicta ſunt, vt ſcribit auctor Chronic. de regibus Francorum. Idque merito quidem factum eſt. Etenim non veſtis tenera (vti eſt apud D. Hieronymum) clericum facit, aut ſacerdotem, ſed caſta mentis intentio, humanæ proprietatis retinentiſſima, quæque peccatorum proluuium prætextu nullo exemptum, purgatumque eat, Cælius Rhodig. leg. antiq. li. 7. cap. 18.

CLIBANVS, thoracem, quo pectus tegitur, ſignificat, aut ferreum pectoris tegumen, Briſ. Leo Imperator in lib. de bellico adparatu, cap. 6. Armabant autem, inquit, Ioan. Checo interprete, cataſtactum equitem vndique, tum ipſum, tum equum etiam loricis, id eſt, galeis clibanis, id eſt, thoracibus, parameriis, id eſt, machæris, & alibi, & paſſim apud claſſicos auctores reperitur hoc verbum. A quo

CLIBANARII dicti ſunt. Sunt autem equites cataphracti, qui tota ſpecie ferrea ſic contegebantur, vt tanquam panis, ſic ipſi Clibano vndique obtecti obductique viderentur: quos Claudianus periphraſticus ita deſcribit lib. 9. de conſulatu Honor.

Vt chalybe indutos equites, & in ære latentes
Vidit cornipedes, quanam de gente, rogabat,
Ferratos venere viri? qua terra metallo
Naſcentes informat equos? Num Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro.——

Hos etiam commemorant Impp. in l. annonas 9. C. Theod. de annon. Ciuit. & Notitia Imperii, & Vegetius lib. 3. cap. 6. & Lampſidius in Alexandro. Briſ. Prat.

CLIENTES paſſim in libris Digeſtorum, & Codicis Iuſtiniani, liberi homines dicebantur, qui ſe in alicuius potentioris ductum adplicarent, vt eius patrocinio defenderentur in capite & fortunis, vicisſimque ipſi patronos ſuos omni obſeruantia colerent, atque obſequio. Prat. Vnde etiam à colendo clientes dictos putat Connan. lib. 2. c. 7. num. 2. quem vide ibi latius & Ræuardum ad l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. Hæc comprobantur ex l. non dubito 7. ff. de cap. & poſtlim. & Plutarch. in Romulo ἐπεὶ δὲ τοὺς inquit, δυνατοὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν, διωρισμένους ἑαυτοὺς, ἅπερ ἐπὶ ἀσπίσι, ὀνομάζει δὲ πελάτας ὅπερ ἐπὶ προστασίαν : vt merito Suſcepti dici cœperint Seruio in 6. Æneid. Saluianus lib. 5. de gubernat. Dei. Quærunt auxilia & patrocinia maiorum. Nihil ſuſceptis tribuunt, ſed ſibi.

CLIENTES libertis comparaſſe videtur Vlp. l. ſi vero. 5. §. 2. ff. de iis qui deiec. vel effud. Prat.

CLIENTES ſuſcepti qui ſint, vide apud Seruium lib. 6. Æn. Salu. lib. 5. de gubern. Dei, Gothofred. ad l. 132. in princ. de verbor. obligat.

CLIENTES etiam ſunt, quorum cauſam patrocinio noſtro tuendam ſuſcipimus; vnde ſuſcepti, & eodem aduocati. Briſſonius.

CLIENTEM, tunc vaſallum vel fidelem vocamus, quaſi colentem dominum, vt ab eo defenderetur, & qui vicisſim dignitatem domini tutaretur propter beneficium. vide infra Vaſallum. Oldend.

CLIENTELA, eſt obſequium ipſum, quod homagium vocant, & ſeruitium pro beneficio præſtandum. Moris enim fuit apud antiquos, vt prouinciales & ſocii populi Romani, in clientelam ſeſe darent, vel toti ſenatui, vel certis proceribus Romanis, quos patronos ſibi adoptabant priores: vt docet G. Bud. in priorib. adnot. ad Pand. Quæ neceſſitudo id ferebat, vt clientes perpetua patronorum protectione defenderentur, ac ipſi vicisſim eos omni obſequio colerent. Ex his cogitationibus tutandæ vitæ, ac fortunarum omnium, veluti ſcintillis quibuſdam, cœpit initium beneficiariæ conſuetudinis, quæ aucta eſt multum, propter continuam bellorum moleſtiam. Old. Accipitur etiam pro patrocinio & protectione. l. 1. C. vt nemo ad ſuum patron. lib. 11. Baſil. vocatur ὑπόφρεσις, l. 2. C. eod. Prat.

CLIENTES noſtros, ait Proculus l. 7. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. intelligimus liberos eſſe, etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neq; viribus nobis pares ſint. Romulus plebeii ordinis hominibus à Patribus diſcretis, ne qua inter eos diſſenſionum materia relinqueretur, vnicuique ex plebe permiſit, quemcunque ex patribus vellent, patronum cooptare. Hæc autem inter eos iura conſtituit. Patroni quidem, vt quæ clientes iura & legitima ignorarent, eos docerent; quod ſignificat Hora. Epiſt. lib. 2. Romæ dulce fuit & ſolenne recula Mane domo vigilare clienti promere iura. Eorum abſentium æquè ac præſentium, neque ſecus quam parentes liberorum curam gererent: cauſas & priuatæ & publicæ rei ſuſciperent: denique tum priuatim tum publice eorum commodis & rationibus conſulerent. Vicisſim autem, vt clientes ad collocandas patronorum filias dotem, ſi opus eſſet, conferrent, patronos aut ipſorum liberos ab hoſtibus captos redimerent: mulctas, ſi quæ deberentur, eorum nomine perſoluerent: ſi qui ſumptus publice faciendi ſint, partem contribuerent. Vtriſque autem hanc legem impoſuit, vt neque inter ſe accuſare, neque teſtimonio aut ſuffragio ſe lædere, neque inimicitias iis exercere liceret. Hot. ex Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 2. De clientibus etiam ediſſerit Gellius lib. 5. c. 13.

CLIPEI appellatione continetur & ſcutum, & eius imago, l. ſi vero 5. § ſi id quod poſitum ff. de iis qui deiecer. vel effud. Porro vnde clipei nomen habuerint, docet Plin. li. 35. c. 3. cuius verba vtpote obuia cuiuis ſtudioſiſſimo huc tranſcribere minime placuit. Cæterum in d. §. ſi id quod poſitum; imaginem pictam ſignificat: Eaq; huius verbi ſignificatio à Conſulio Fronto, & à Soſipatre adnotata eſt: cuius ego ex bonis auctoribus alia prompta exempla ſubieci. Tac. in Domit. c. vlt. Scalas etiam inferri clipeoſq; & imagines eius coram detrahi, & ibidem ſolo adfigi iuberet. Plin. lib. 35. c. 3. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines. Clypeum porro, inquit Pompeius, ob rotunditatem veteres corium bouis appellarunt, in quo Romanorum fœdus cum Gabiis fuerat deſcriptum, Tarquinio Romanum Imperium regente. Subdit autem inde Clypei formam fuiſſe prope rotundam: vnde & Clypeodes gemma apud priſcos nobilis, etſi de forma quidam diſſentiunt. Dictum verò à cluendo Clypeum, multis video perſuaſum quod apud veteres pugnare ſignificat: alii à cælatura ipſa affirmant, i. ἀπὸ τοῦ γλύφειν, quod in Clypeis imagines forent. Caius certe Plinius, vt in bonis diſciplinis acri iudicio, ab ipſis imaginib. dictum refert, qualib. in Troiano bello pugnatum ſit: nō autem à cluendo vt perverſa ſubtilitas Grammaticorum voluit. A Clypeis vero deductum eſt verbum Clypeare, pro eo quod eſt Clypeo ſe protegere: vt apud poetam Pacuuium lectum eſt. De quo & Varr. Terent. ad Marc. Ciceronem retulit. Pacuuianum eſſe verbum Clypeare: qua figura & à Cinna dictum eſt Galeare. Ita enim Pacuuius in Hermione fabula. Crinit. li. 6. c. 3. de honeſt. diſcip. Liu. lib. 48. Et duodecim Clypea ærata ab Ædilib. curulib. P. Claudio & Ser. Sulpitio, Galbæ ſunt poſita Trebell. Poll. in Claudio: Illi Clypeus aureus, vel, vt Grammatici loquuntur, Clypeum aureum Senatus totius iudicio in Romana Curia collocatum eſt. Briſſ. Beda. de Orthogr. Clypeus, maſculum, ſcutum ſignificat: Clypeum in neutro, imaginem, ſed autoritas variat. Etſi autem Clypei appellatione contineatur ſcutum, tamen animaduertenda ſunt verba Liuii lib. 8. cum inquit, Clypeis antea Romani ſunt vſi, deinde poſtquam facti ſunt ſtipendiarii, ſcuta pro Clypeis fecere, vbi aperte Clypeus à ſcuto diſtinguitur. Sed & lib. 1. primæ Claſſi imperatum eſſe ſcribit Clypeum cum galea, ſecundæ pro clypeo ſcutum. vbi Dionyſ. Halicarn. pro Clypeo ἀσπίδα Græce ſcribit, pro ſcuto θυρεόν. Igitur Clypeus rotundus erat, vt Virgilio autore intelligi poteſt, qui prægrandem Cyclopis oculum comparat Clypeo Argolico, oculi autem figura rotunda eſt. Scutum formæ oblongæ, maiuſque Clypeo. Maro, Scutis protecti corpora longis. Hinc & θυρεὸν Græci vocant, quod referat ſimilitudinem forium, quæ longiores quam latiores eſſe ſolent Torn. li. 21. aduerſ. c. 27 Alc. lib. Parerg. 5. c. 13. Bartoli tractatum de inſignib. ludens, nouiſſium inuentum eſſe putat, inſignia in antiquitatis nobilitatiſq; teſtimonium clypeis inſerere. Cæterum manifeſto errore. Nam Zenodotus prodidit, Adraſtum Argiuorum regem oraculo monitum, vt Apro & Leoni filias in matrimonium locaret: ia Polynici Thebano, & Tydeo Calydonii eas deſpondit; quia in Clypeo alter apri, alter Leonis habebat effigiem. Diodor. Siculus lib. 5. meminit Gallos braccatos in ſcutis animalium æreas formas paulo eminentiores tuliſſe antiquitus, cum ornatus, cum defenſionis gratia. Quintil. lib. 6. c. 4. de imagine Galli in ſcuto Cimbrico loquitur, Forratul. in Cupidine Iuriſperit. cap. vlt.

Κλητεύειν, id eſt, anteſtari & teſtimonium denunciare, Bud. dicit eſſe, in annotat. ex Iulio Pulluc. lib. 8. Quo loco exiſtimat ipſe Bud. in publicis tantum iudiciis licuiſſe teſtimonium denuntiare, hoc eſt, inuitum euocari ad remotum & longinquum tribunal Brechæus.

CLITVRIAE quidam legunt in l. 4. Cod. de offic. magiſtr. offic. vbi alii Clauſuræ, alii cluſuriæ. Vide ibid. Gothofred. & Cuiac. 5. obſeruat. 24. Vide & ſupra Clauſuras; ac infra Cluſuræ.

CLIVIA, vt ait Feſtus lib. 3. auſpicia dicebant, quæ aliquid fieri prohibebant, omnia enim difficilia Cliuia vocabant. Prat. Vnde

CLIVI, loca ardua eidem. Sic ſumitur apud Alfenum lex. ſi ex plagis. §. in cliuo, ff. ad leg. Aquil. & l. ſeruitutes, §. ſi domo, ff. de ſeruit. vrb. Capitolinus cliuus in d. §. in cliuo, vt Alexander ab Alexand. lib. 2. c. 18 Genial. dierum ſcribit, ex quo ad æqua vrbis ex Capitolio deſcenſus patuit. Cneus Manlius

Digitized by Google

Tribunus pleb. cum per tumultum ageret, & Cliuum Capitolinum obſideret. Briſſ. ex Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.6. Cliui igitur ſumuntur pro loco celſo,& ſublimi, vt colligitur ex d. §.ſi dumo. non autem pro foſſis terræ, vt falſo autumarunt Albet & Old.Prat.

CLIVOSA dicuntur loca in ſublime ſurgentia, & opponuntur planis, l.2.§. deteriorem ff.ne quid in loc. pub. Cliuus enim montis latus eſt. Vnde Decliuis, ex monte deſcendens: Accliuis, ad montem aſcendens. Vlp.l. præto. Ne quid in loco. Via cum plana fuerit, ſic cliuoſa fiat. Spieg. Prat.

CLOACA. Cloaca locus eſt cauus, per quem colluuies quædam fluit. l.1.§ cloaca. ff.de cloacis Et huius adpellatione, & tubus & fiſtula continentur. d.l.1.§.cloaca, ff.eod. Dicta cloaca (vt inquit Feſtus) à verbo cloacare, id eſt, inquinare, ſiue etiam à colluendo, quaſi colluacæ. Victorin. lib de Orthograph. non cloaca, ait, ſed cluaca, quaſi Conluaca. Briſſ. Eſt vero duplex, priuata ſcilicet, & Publica. Publicæ cloacæ dicebantur veluti illæ, quæ Romæ erant profuſis ſumptibus, & magna mole, ingentique altitudine depreſſæ ſtructuræ, per quas ſeptem amnes defluebant, ſecum rapientes omnia purgamenta vrbis, ad quas ſeruua demiſſus, vix ſine noxa per catadromum currere, vel cloacas deſcendere poterat, vt ſcribit Alexander ab Alex. Genial. dierum lib.3.c.14 De cloacis vrbis Romæ ita Caſſiod. lib 3. Variar. ad Argolicum: Proinde, inquit, illuſtris ſublimitas tua ſpectabilem virum Iohannem nos direxiſſe cognoſcat. propter ſplendidas Romanæ ciuitatis cloacas. Inde cloacarius dicebatur qui cloacæ curam haber, & cloacarium, quod rei publicę ob cloacarum purgationem impenditur. Eſt ergo in Pand. lib. 43. tit.23 de cloacis tit. qui inter Prætoris interdicta numeratur, quo Prætor curat, vt cloacæ purgentur, & reficiantur, cum vtrunque & ad ſalubritatem ciuitatum, & tutelam pertineat. nam & cælum peſtilens & ruinas minantur cloacarum immunditiæ, item ſi non reficiantur, l.1 §.t. eod. tit ff. Anchor.

CLOACÆ immittendæ jus l.7.de ſeruit. In cloacam demitti ſolitus ſeruus l.54.§ fin. de act. empt. Briſſ.

CLOACALA flumen dixit Cato apud Feſtum lib 3 pro cloacarum omnium colluuie. Prat.

CLOACAM ducere & cloacam immittere, Iuriſconſulti dicunt l.1.§. hoc amplius de cloa. l.2 §. Si quis cloacam. ne quid in loc. publ l.7. de ſeruit Liu. lib 5. ad fin. Ea cauſa eſt, vt Veteres cloacæ primo per publicum ductæ, nunc priuata ſubeant tecta. Idem lib.1. Aquas cloacis è faſtigio in Tiberim ductis ſiccat. Briſſ.

CLOACARIVM tributum quod cloacarum purgandarum cauſa inferebatur, l.ſi pendentes. 27.§ ſi quid Cloacarij, ff. de vſufr. & leg. cum ſeruus, 39.§. hæres. ff. de leg. 1. ad Cloacarum autem purgationem olim his qui diu pœna functi erant, vſos Traiani Epiſtola ad Plin. lib.10. Epiſtolarum oſtendit. Briſſonius.

CLOACINA dea quæ Cloacis præerat. eam in Cloaca repertam conſecrarat Tatius. Hanc tamen alij Cluacinam dictam volunt, quaſi colluacinam. Cluere enim veteribus, tanquam colluere & purgare erat.

CLVDERE, pro claudere, & cluſum pro clauſum, in Pand. Flor. ſæpius reperies, quod & Barn. Briſſ. lib. ſingulari Paret. iudicat, & Gœd. in comment. tit. de verb ſignif. l. 183. n.2. ait, antiquo more cluditur, pro clauditur, dici. Hinc cluſus carcere in l. verum eſt 216. ff. de verb. ſign. Cludere verbo vſus eſt Nigidius apud Gellium lib.12.c.14. verbum vetus eſſe Anton. Aug. lib.1. Emend.c.2. admonuit, quo & vſus eſt Vlp. l.tabernæ, ff. de verb. ſig. & Hygenus lib. de limitib. conſtitut. Anguli cenſuti as cludunt. Prat. Hinc

CLVSARAS anguli eidem in eodem loco.

CLVSARIVM latius, ipſe explicat quid ſit. Prat.

CLVSVRA in l.2. § in Sardinia & l. cura C de offi. mag. officiorum (ſic enim vtrobiq; non clauſuræ legendum ſiue, vt vult Suidas, Cliſuræ, ſunt autem, τὰ ὀχυρώματα τῶν ... Cluſuras tamen dixit Caſſiod. lib.2. Variar. ad Fauſtum præfectum præ. & vide Procopium de ædificijs, Iuſtin. lib.3. Prat. Imperatores Romani habuerunt in limitibus τὰ ὀχυρώματα, quæ ipſi Cluſuras appellant: Poſteriorum temporum ſcriptores, vt Luitprandus, Ado, Sigebertus, cæterique eius fere ordinis, Clauſas, Cluſas, & interpoſitiones vocant. In primum ab Hadriano inſtitutum videtur, de quo Ælius Spartianus ſic ſcribit: Per ea tempora, & alia frequenter, in plurimis locis, in quibus Barbari non fluminibus, ſed limitibus diuiduntur, ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis funditus factis atque connexis barbaros ſeparauit. Hæ propugnaculis quibuſdam munitę fuerunt, quæ caſtra & caſtella dicuntur, vnde & caſtellanus miles alicubi nuncupatur. Herod. lib.6. ... appellat. & paulo ante ... Dicuntur & Burgi, à quibus olim Burgundiones dictos Paulus monachus, Luitprandus Diaconus, & Iſidorus Epiſcopus tradiderunt. Pitheus lib.1. aduerſ. c.14. De cluſuris, vide & ſupra in voce Cluſuras.

CLYPAVA, vide ſupra in voce Clipei.

ΚΛΥΣΜΟΣ, ſiue cluſter, propter affinitatem, v, antiqua figura v, ita ſcribi ſolitum u ſæpe apud Laertium; lauamen ſonat. Apud Vlpianum tamen l.item. ſi obſtetrix. §.1. ff. ad legem Aquiliam, accipitur pro inſtrumento, quod ad proluenda veneris incrementa ſedi inſeritur quoque inteſtinorum lauamentum aluo injicitur. In Pandectis tamen Florent. legitur criſtere. Pra. Clyſter eſt inſtrumentum quo medicamentum injicitur: Quod Galeni temporibus, fuiſſe veſicam, cui cornea, vel alterius materiæ fiſtula, recta, & fracta ad finem, annexa erat, ex multis eius auctoris locis colligi ferunt. Eius vſum homines ab Ibi Ægyptia volucri didiciſſe, idem Galen, in introductor. ſeu medico, & Plin. lib.8.c.27. tradunt. Briſſ. Adde quod aliud eſt enema, quam clyſter vel clyſterium: Illud, id quod injicitur: hoc inſtrumentum, quod injicit, per tranſlationem ſic dictum à clyſterio quod Græci foramen vocant in naui, per quod emittitur ſentina, Torneb. lib.3. aduerſ. cap. quinto. Vide Clyſter.

C O.

COACERVARE ſummas maiores & minores. l.3ſ ff. mandati.

COACERVATIO ſummarum leg. 11 de juriſ. Briſſ.

COACTA conjugia, tam legibus Cæſareis, quam Pontificum Conſtitut. improbata ſunt, quæ liberi citra eorum aſſenſum a parentibus vel rata habentur, vel impetrantur à magiſtratu.

COACTA voluntas, ſtricta juris ratione eſt voluntas, l.ſi mulier §. per quod met. cau. Spieg. Prat.

COACTARE, aſtringere eſt: contrarium dilatare. Imp. ſanctè cenſuit, coarctandos, vel vt alij legunt, coartandos juueniles calores, in l. cum non ſolum. §. filius autem. C. de bon. quæ lib. Coartata via. Coartabitur tua pars. Briſſ. ex ff. Au vero coarctandi verbi, etiam maior veniat animaduerſio, Hoſtienſis æddiſerit. Alber. id non negat arg. leg. ſi quid. ff. de offic. Proconſ. Certe verbi proprietas repugnare videtur. Spieg.

COACTI homines accipi debent ad hoc coacti, vt damnum daretur, ſecundum Vlp. in l.2.§.4. vi bonor. rapt. Spieg.

COACTIS hominibus vim facere, l.ſi criminis. 4. C. ad leg. Iul. de vi public.

COACTILIA, I.C. vt Bap. Egnat. in annotat. apud Spartianum monuit, numero multitudinis dici videntur pelles, ſeu lora, quibus inuoluuntur, alligantur ve veſtimenta, quæ omnia inſtrumenti viatorij ſunt. Horum autem Vlp. in l. veſtis, de aur. & arg. leg. in hæc verba meminit. Argumento etiam ſunt nationes quædam, veluti Sarmatarum, quæ pellibus teguntur. Ariſto etiam coactilia veſti cedere ait, & tegumenta ſubſelliorum huic legato cedere: quæ tegumenta Paulus de ſupell. leg. cathedralia videtur adpellaſſe. Sed & ipſe Paulus eadem parte (puta l. de tapetis) coactiliorum videtur meminiſſe, cum hæc addat verba: Sed dicendum eſt potius inſtrumenti viatorij ea eſſe, ſicut pelles, quibus inuoluuntur veſtimenta, loraque, quibus hæ pelles conſtringi ſolent. A cogendo autem, id eſt, aſtringendo, coarctandoque, coactilia dixere. Hactenus Baptiſta. Ita Spiegelius. Quem Pratæus in ſubſcriptis reprehendit.

COACTILIA, coactilia apud Vlp. l. argumento. 25.§. Ariſt. ff. de aur. & arg. legat. veſti cedunt & erant ex villis craſſioribus, & ex coactis facta veſtimenta vel tegumenta. Gallis dicuntur *phelta*. Plin. lib.8. cap.48 Lanę (inquit) & perſe coactam veſtem faciunt ſic enim legi vult Cuiac. Ex hoc genere ſunt Petaſi, & ..., & galbinæ, vel molliora alia quædam, quæ ex lanis xylinis, caprinis, ouillis conficiuntur, cuiuſmodi ſunt Thoracomachi, qui tunicas ſuperinducuntur. Quod & libelli de reb. bellic. ad Theod. teſtimonio iuuatur. Hoc enim veſtimenti genus, quod de coactili ad menſuram, & tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis timoris ſollicitudo ſolertiæ magiſtra compoſuit. Falſa igitur eſt B. Egnatij interpretatio in Spartianum in Pertinace, exiſtimantis dici pelles, ſeu lora, quibus alligantur veſtimenta, in quem errorem prolapſi ſunt Oldendorp. & Spiegelius cuius quidem nos præmonuerat Lazarus Baifius ad d.§. Ariſto. Neque coactilitiam, vel coactibatiam, ſed coctilitiam legendum putat apud Spartianum in Pertinace, teſtimonio Vlpiani fretus, leg. ligni. in fin. Digeſt. de legat. 3. de ligno cocto diſputantis, Pratejus.

COACTILIA pheltris Gallorum ſimilia: erant ex lanis per ſe coactis (ex ſubcoactis Cæſar) facta veſtimenta vel tegumenta. Hinc taberna coactilitia, quam in Liguria pater Pertinacis exercuit, teſte Capitol. Briſſ.

COACTORES ſunt qui modico precio mala nomina comparant. *Die verlohren ſchulden an ſich bringen*. Qua de re alſ quanto latius diſſerit Alciat. in Parerg. lib. 1. c. 24. vbi ex Acrone docet, coactores eſſe argentariorum; qui ceu diuites, ſummam rerum poſſident; mercenarios qui & collectarij dicuntur. Spieg. Briſ.

COACTORES olim in auctionibus dicebantur quaſi quæſtores quidam qui ab ijs quibus ſingulæ res in auctione attributæ fuerant, (pecunias cogebant, ſeu) precium exigebant: quaſi colle-

Digitized by Google

collectores, qui pecunias cogebant, id eſt, colligebant. Scæuola in l. 40. §. 5. de ſtatulib. Argentarius coactor, cum pene totam fortunam in nominibus haberet, ſeruis actoribus libertatem ita dedit. Horat. lib. Serm. 1. Nec timuit, ſibi ne vitio quis verteret, olim ſi præco paruas, aut, vt fuit ipſe, coactor Mercedes ſequerer. vbi Acron, Præcones dicebantur, qui ſtabant ad haſtam: nunciabant enim precia oblata. Coactores autem erant mercenarij eorum, qui habebant argentariam. Sunt autem Argentarij, qui habent ſummam rerum venalium. Argentarium dicimus eum qui habet ſummam diuitiarum, à quo accipiunt fœnori. Coactor, qui exigit nummos à circumforanis. Aliter, Coactores dicuntur argentarij in auctionibus, qui pecunias cogunt, ipſi ſunt conuectarij, qui & collectarij nominantur. Hæc Acron. De his quoque Ciceroniana locus quem ſubijciam intelligendus eſt. Quidam ex amicis Saſiæ recordatus eſt, ſe nuper in auctione quadam vidiſſe in rebus minutis aduncam & ex omni parte dentatam & tortuoſam venire ſerrulam, qua illud potuiſſe ita circumſecari videretur. ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perueniſſe. Alij vero in ea pro poſthumo coactores appellantur. vt in Commentarijs expoſuimus. Hot.

COACTIO ipſum colligendi munus Suetonio, de Veſpaſiani patre. Coactiones (aic) argentarias factitauit. Briſſ. Sumitur etiam pro compulſione, quę voluntati contraria eſt. Huius genera duo ſunt.

COACTIO abſoluta, cui reſiſti non poſſit, vt cum quis vi trahitur; compelliturve, vt quid faciat: quo caſu omnimodo excuſatur. de hac accipiendus eſt can. presbyteros. 50. diſt. c. conſtat. 15. qu. 1. Prat. Et

COACTIO conditionalis, quæ metum eruciatus, vel aliquid graue minatur, quæ ſi excuſat à tanto, non tamen à toto. c. ſacris. & cap. cum dilectus extra quod metus cauſ. Prat.

COALITA vinum. Briſſ. ex ff.

COADVNATÆ ſummæ. Paulus: Cumulum, inquit, debiti & ad plures ſummas referimus: ſi vni forte multæ ſummæ centum aureorum debentur, alij vero vna ſumma aureorum 50. Nam in hunc caſum ſpectabimus ſummas plures, quia illæ excedunt in vnam ſummam coadunatæ. Spieg.

COADVNARE, coniungere, vnum è pluribus facere. Vlp. in l. 9. fin. ff. de pact. Prat. Hot. l. 4. prin. C. de ſum. Trin. l. 7. C. de aſſeſſor. l. 8. C. qui bon. ced.

COAESTIMARE, eſt ſimul & cum alia cauſa æſtimare, vt cum varijs ex cauſis mea intereſt quid factum eſſe vel non factum. Huius ſignificationis exemplum ponit Celſus in l. Inficiando 67. §. 1. ff. de furt. Prat.

COALERE apud Venuleium l. fin. ff. quod vi aut clam, non eſt radices emittere, vt Albe. indicat, ſed cohærere, concreſcere. Impp. in l. per omnes. C. de defenſ. ciuit. Non ſinant crimina impunita coalere. Spieg.

COALESCERE dicuntur arbores, plantæ, cruſtave agri, & vites quæ in fundum radices immittunt, & quaſi voluntatem cum terra ſumunt, l. idem Pompo. 5 §. pen. ff. de rei vind. l. qua ratione 9. ff. de acq. rer. dom. l. hoc amplius, §. Alfenus ff. de dam. infect. l. fin. ff. quod vi, aut clam. Sic ſemina cum terra coaleſcere dixit Varro lib. 4. ling. Lat. Concham coaleſcere dixit Vlp. l. cum aurum, § fin. ff. de aur. & arg. legat. pro concreſcere. Prat. Briſſ.

COALLVERE (vt eſt in vulg. Codicib. in l. ergo. 30. ff. de acq. rer. dom.) ſignificat per alluuionem aliquid augere. Nebriſſenſi, quem probant Old. & Spieg. quo tamen loco Accurſius pro coalluendo, legit alluuio. in Pand. Floren. legitur colluendo, rectius. quo verbo vtuntur & claſsici rerum ſcriptores. Prat.

COANGVSTARE legem. Cic. de Legibus 3. Atque hæc lex, inquit, dilatata, in ordinem cunctum coanguſtari etiam poteſt. Spieg. Sic coanguſtare aditum ædium in l. 49. §. ſi inquilinus. ff. locat. Et coanguſtatum interpretatione, in l. 120. ff. de verb. ſign. Lex coanguſtatur interpretatione. Aqua coanguſtatur. Briſſ. ex ll. ff.

COARCTARE. Vide ſup. poſt Coacta.

COARTATA via. Briſſ. ex ff.

COARTARE l. 2. ff. de oper. liber. coartabitur tua para Briſſ.

COCCINA veſtimenta dicuntur ea, quæ infecta ſunt cocco, id eſt frutice illo ſulloneo, cui adhærent grana, quibus ſic color ille lanarum præcipuus, cuius copia ſumma in ea parte Hiſpaniæ, quæ Tudertania adpellatur. Vide Strab. lib. 3. Sunt, vt Baiſius leg. veſtis. ff. de aur. & arg. teſtatur, qui putant cocco abundare Germaniam, eſſeque id, quod cramoſinum vulgo dicimus Vlp. in l. ſi cui lana de leg. 3. non placet, coccum contineri purpuræ adpellatione. Quid vero debeat promittens optimum, explicat I. C. in leg. ſi quid venditor. §. 2. ff. de ædil. edict. Old. Prat.

COCCVM, quod proprio nomine appellaretur, quin verſicoloribus cederet, nemo dubitauit: quin minus porro coccinum aut inſignum, aut melinum ſuo nomine, quam coccum purpuræve deſignatur, ita memoriæ ſcriptum reliquit Paul. in leg. quæſitum 78. §. illud fortaſsis. de leg. 3. cuius verba in dubium reuocantur. Propterea hæc adnotare, ab re viſum non eſt: nam Accurſius ne verbum quidem, & puto verba hæc ſic caſtiganda. Quin minus porro crocinum, aut œnanthinum, aut melinum, ſuo nomine, & reliqua. Crocinus enim adiectiuum, idem eſt quod croceus, & luteum colorem ſignificat, *Safran*, croceus autem color eſt, qui vulgo gialdus appellatur. Idem color etiam flammeus dicitur. Plin. 21. lib. c. 8 Lutei coloris video honorem antiquiſſimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Crocinum præterea vnguentum eſt, ex croco trito, & vino, præcipue dulci, confectum: quo Romani non ſolum ad vſum corporis, ſed etiam pulpita ſpargebant. Propertius.

Pulpita ſolennes non oluere crocos.

Poſſemus etiam legere coccinum, vt veniat à cocco. Coccum enim rubens gramen eſt in maxima laude, vulgo granum dicitur laudatiſſimum, naſcitur circa Emeritam Luſitaniæ ciuitatem, vt in 9. tradit Plin. Coccinus vero penul. correpta color eſt purpureus, quo panni inficiebantur, de quo Diuus Hieron. inquit: Filiæ Iſraël flete ſuper Saul, qui veſtiebat vos coccino. Hic color exuberantiam quandam aut ſplendorem ruboris oſtendit: qui & ſpadiceus, & phœniceus, & roſeus vocatur. De veſtibus coccineis meminit Martial.

Coccina famoſa donas & ianthina mœchæ.
Vis dare quæ meruit munera? mitte togam.

Oenanthe etiam inter colorum genera numeratur à Plin. à flore eiuſdem nominis, ex vua labruſcæ vitis, ſimul qua colligitur, cum optime olet, ſiccaturque in vmbra ſubſtrato linteo, atque in cados conditur, dicta eſt autem à Græcis nominibus; nam οἶνος dicitur vinum, & ἄνθος flos, quaſi vini flos, in æ diphthongum Latinam conuerſa. Tamen D. Hieronym. contra Iouinianum accepit pro quodam odoramentorum genere, cum dixit: Amomum Cypri, œnanthe, muſcus, & peregrini muris pellicula, & ideo œnanthinum vnguentum appellatur, quod ex œnanthe, id eſt, flore labruſcæ ſit compoſitum. Si tamen magis placeret communis lectio. Inſignum, deme adverbiatiuam aut, & intelligas de coccino inſigni, id eſt, excellenti. Vergil. Georg. 3.

Nec mihi diſplaceat maculis inſignis, & albo.

Idem Æneid. 4.

——Oſtroque inſignis & auro
Stat ſonipes——

Liuius lib. 1. ab vrbe condita: Flaminem Iouis aſſiduum ſacerdotem creauit, inſignique veſte & curuli regia ſella adornauit. Vlpian. in l. 1. de cenſib. Imperator noſter ob egregiam in Rempub. imperiumque Romanum inſignem fidem, Italicum jus dedit. Sunt tamen qui Hyſginum legant is color eſt hyacintho ſimilis, inde apud Lucianum & quidam ὑσγινοβαφής, id eſt, veſtis hyſgino tincta: de quo etiam ſcripſi infra in verb. Purpuræ. Melinus autem color in floribus luteum ſignificat. Id ex Dioſcoride & Plinio euidentiſſimum eſſe ſcribit Hermolaus Barbarus. Melinum etiam pro candido accipitur à Melo inſula, teſte Plin. Vitruu. Plutarch. & ceteris, denotatque pigmentum candidum, quod ibi fiebat laudatiſſimum. Plaut. in Moſtel. Neque ceruſſam, neque melinum oportet attingere. Quidam autem melinum colorem volunt eſſe medium inter album & fuſcum, qui dicitur giluus. Fit autem, vt alij ſentiunt, ex ſi ruteo. Cotoneum enim per excellentiam μῆλον, hoc eſt, melum vocamus: à quo fit melinum. Cotta.

COCCVM in l. 70. §. pen. & §. vlt. & l. 78 § coccum. ff. de leg. lib. 3. Plin. lib. 22. cap. 2. Atque vt ſileamus, ait, Galatiæ, Africæ Luſitaniæ granis coccum Imperatoriis dicatum paludamentis, herba tranſalpina Gallia Tyrium atque conchylium tingit. Hyſginum porro cuius Plinius meminit, etiam in purpureis numeratur, to d. l. 78. §. coccum. de leg. 3. Briſſ. in prætermiſſis & in vlt. edit. Lexici.

COCCVM purpuræ adpellatione non contineri ſcribit Vlp. l. ſi cui lana. §. purpuræ. ff de leg. 3. Significat autem, id quod vulgo vocamus granum, vt recte putat L. Baiſius in libel. de coloribus cap. 8. de quo & Plinius lib. 21. cap. 8. Prat.

COCCVM, eſt granum, quod in quiſquilia inuenitur frutice, grana Hiſpani appellant, vnde purpura adulteratur. Plin. lib. 9. cap. 41. de tingenda purpura loquens: Coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Hiſpaniæ in laude eſt. Idem lib. 16. c. 8. Quercus dotes ilex ſolo prouocat cocco. Granum hoc, primoque ceu ſcabies fruticis paruę æquifoliæ ilicis, cuſculium vocant: penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donat. Vlp. de legat. 3. l. ſi cui. Purpura, inquit, & coccum quia nihil natiui coloris ſunt, contineri arbitror. Quod Accurſius exponens, neſcio quas nugas affert: Coccum, inquit, bis tinctum in conſtructione tabernaculi, erat quidem pannus ſericeus duorum colorum, & videtur extra viridis, & intra ruber Nebriſſ.

COCINATORIVM inſtrumentum pro coquinario ſumi conſtat in l. cui aurum. 19. §. ſi cui eſcariũ. ff. de aur. & arg. leg. Nam C. & Q. ſæpe confundi liquet ex P. Victorij explicationib. ad M. Cic. Pra. eodem ſenſu cocinatoria vaſa, l. 6. ff. de penu. leg. Briſ.

COCORVM nomina ea fuerunt veteribus, Antrax, Congrio, Macherio. Iul. Scaliger 2. poet. Gothofr.

COCTIATORIA vaſa apud Paulum in l. 6. ff. de pen. leg. legi viderat pro Cocinatoria, id eſt, Coquinatoria. Vaſa autem Coquinatoria eadem eſſe palam eſt, quæ Plinius Coquinaria nominat in lib. 33. c. 11. à verbo coquinari, quo Plautus eſt vſus: Meam coniecturam vulgata lectio confirmat, in qua legimus concinnatoria: & Accurſij gloſſ. qui ſi legiſſet Concinnatoria, nunquam ita interpretatus eſſet, id eſt, deputata ad coquendum Sed omnem Vlpianus dubitationem adimit, apud quem in l. 19. §. 5. ff. de aur. & arg. ſic plane legitur. Hot.

COCTILITIAM tabernam, Lazarus Baifius eam intelligit, in qua coquebantur ligna, ne fumum facerent: quorum meminit Vlp. in l. ligni appellatio. de leg. 3. de verb. ſign. his verbis: Sed & titiones, & alia ligna cocta ne fumum faciant. A Martiali autem ligna acapna dicuntur. Spieg. Vide ſuprà Coactiliariam.

COCVLA, vaſa ænea, coctionibus apta.

COCVS, viliſſimum antiquis mancipium & æſtimatione & vſu in pretio eſſe, & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta, luxuriæ peregrinæ origine primum inuecta in vrbem, Cn. Manlio Volſone de Aſiaticis triumphante. Ioan. Andr. ſentit cocum qui cibos delicatiores parat, & officium habere, & artem. citat. text. in c. ne tales. de conſecr. diſt 5. Bald. & Roman. coco imperatoris, dignitatem tribuunt. Vide item glo. ſuper hac voce in l. legatis ſeruis. §. ſi ex officio. ff. de leg. Spieg.

COCYMALVM malum ſeu pomum: vide Gothofr. ad l. 205. ibi: pomum recepit. ff. de verb ſign.

CODEX dicitur in arboribus & fruticibus id, quod à radice craſſius ſupra terram aſſurgit, ex quo tabulas antiqui faciebant, hiſque cera illitis ſtylo ſcribebant, poſtea ſolis earum corticibus, tenuioribuſque tunicis nulla cera adhibita, pro membranis vſi ſunt, vnde nomen libri, cujus eadem origo eſt, quæ codicis, ab arborum corporibus & interioribus earum corticulis vtrumque, has enim materias prima hominum ætas habuit ad ſcriptionem literarum. Inde Codex accepti & expenſi dicitur Ciceroni liber domeſticarum rationum, quod inſtar eſſet tabularum, quo etiam modo fiebant memoriales libelli. Suet. in Iulio, &c. Conna. lib. 9. cap. 6. n. 1. Codex rationum in Codice canere. In Codice ſcriptum chirographum. Briſſ. ex ff.

CODICES, vt Varr lib. 3. de vita pop. Rom. apud Nonium ſcribit, antiqui plures tabulas conjunctas dicebant. A quo in Tiberi naues codicarias appellabant. Seneca lib. de Breu. vitæ. Hoc quoque, ait, quærentibus remittamus, qui Romanis primus perſuaſit nauem conſcendere. Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipſum adpellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos vocabatur. Vnde tabulæ Codices dicuntur. Sic ſumuntur in l. 1. §. 1. ff. de tab. exhib. & l. libror. 52. ff. de leg. lib. 1. Prat. & Briſſ.

CODICES etiam pro teſtamentaria ſcriptura dixere Iuſtinianus §. ſed & vnum. Inſt. de teſtam. ordin. & Iuuenalis,

——Nam codice ſæuo
Heredes vetat eſſe ſuos. Prat.

CODEX noxiarum artium. De eo vide Ammianum 28. paulo poſt princip.

CODICES item adpellat Leo Imperator l. 3. de agent. in reb. lib. 12. C. tabulas continentes notitiam dignitatum & adminiſtrationum ciuilium, vel militarium & mandatorũ principalium, & promotionum, & conſuetudinum, quod & Marianus docet, Erant & Codices argentariorum, ſcripturæ, quibus eorum rationes continerentur, l. quædam 9. §. pen. ff. de eden. Erant & nummulariorum. Erant & rationum. vnde Horatius.

Cum venit ad dubium grandi cum Codice nomen.

Et Propertius:

Me miſerum! his aliquis rationem ſcribit auari,
Et ponit curas inter Ephemerides.

Gœdd. in comment. tit. de verb. ſignif. l. 6. num. 2. Fiebant autem ex membranis, chartis, ebore, aliave materiã, vt conſtat ex d. l. librorum. Hinc conſtitutionum Imperatoriarum volumina Codices adpellari ſunt. Porro ante Iuſtinianum tres erant, Gregorianus. Hermogenianus, & Theodoſianus: quos commemorat Iuſtianus l. 1. C. de no. C. fac. & l. vnic. C. de Iuſtin. C. confirm. & Iſidorus lib. 5. Etymol. Gregoriani Codicis comminit B. August. lib. 2. de adul. coniug. Prat. Hinc

CODICILLI *κῶδικελλοι*, qui cerati erant, d. l. librorum, in eundem ſenſum, ſed multo quam illi breuioribus & paucioribus conficiebantur: ob eam cauſam, vt facile, quo cuique commodum eſſet circumferri, & in ſinu geſtari poſſent. In jure tamen noſtro frequentius accipiuntur, vt à Theophilo diffiniuntur, [illegible] : ſcil. pro ſcriptura, qua defunctus leuiter, ac ſine ſolennitate voluntatem ſuam teſtatus eſt, de eo quod poſt mortem ſuam fieri cupit. Quo ſenſu accipiuntur D. C. & Inſt. de codicillis. Theophili diffinitionem probat Harmenopulus lib. 5. c. 7. Prat.

CODICILLVS, alias accipitur pro diplomate, ſeu literis principalibus, vt in l. adminiſtratores, in princ. de excuſ. tut. l. judices, Cod. de dignit. lib. 12. Suet. in Claud. cap. 29. Suppoſitos ane etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos: vnde Lampridius, codicillarem poteſtatem appellauit: Nominat Imperiales codicillos Iuſti. §. filiusfamilias. Inſt. de pat. poteſt, alias pro paruis literis, à priuato ad amicum ſcriptis. Sulpit. ad Cic. Puer Acidini mihi obuiam venit cum codicillis. Old. Vulte. in comment. Inſt. de codicill. num. 1.

CODICILLVS intelligatur pro ſententia voluntatis vltimæ, quam ſine juſta teſtamenti ſolennitate permiſſum eſt, ob impedimenti neceſſitatem, ſcribere. Semper enim leges, quoad poſſunt, volunt accommodari vſibus hominum, & præſertim vltimis voluntatibus latiſſime propagandis impenſe fauent, vt vnuſquiſq; pro re nata habeat occaſionem non admodum difficilem teſtandæ voluntatis nunquam redituræ. Codicillorum autem vſum primus introduxit L. Lentulus Inſt. de codicil. Old. Prat.

CODICILLI olim non aliter ſubſiſtebant, quam ſi teſtamento eſſent confirmati, aut ſequente aut etiam antecedente. Poſtobtinuit quoque, vt ſine teſtamentis facti codicilli in hoc, vt fideicommiſſum ex iis peti poſſet, ſubſiſterent. l. 3. in prin. l. 5. de jure codicill. Gœdd. in comment. tit. de verb. ſign. ad l. 123. n. 3.

CODICILLI ſunt teſtati vel inteſtati voluntas minus ſolennis. Eorum alij ſunt fideicommiſſarij, alij directi. Fideicommiſſarij, ſunt in quibus ſcriptor verbis vtens precarijs ſuam de rebus omnibus, quæ teſtamento comprehendi ſolent, hæredi ſuo petitionem expoſuit. Directi, in quibus directis ciuilibuſque verbis ſcriptoris voluntas de legatis duntaxat alicui relinquendis expoſita eſt. Prat. ex Hotom.

CODICILLOS, & ſcriptis & ſine ſcriptis fieri conſtat ex l. vlt. C. de bonis lib. Codicillos Iuſtinian. in Nouel. conſtit. 81. appellat *συμβολα*. Balduin. tit. quibus mod. jus. pat. pot. ſoluat.

CODICILLI ſemper pluratiuo numero proferuntur: ſicut pugillares, & liberi: vt ſcribit Caius in l. non aſt, 148. ff. de verb. ſign. in ſingulari tamen codicillus ponitur à Diocletiano leg. non codicillum 14. & à Iuſtiniano l. cum antiquitas 28. C. de teſtam. item l. vlt. C. fam. ercisc. Prat. Briſſ.

CODICILLORVM vero vtilitas non eſt obſcura. Nam ſi quis oblitus fuerit, neſcio, cuius rei in teſtamento non deſcriptæ, vel ſi vereatur, ne per oblinionem aliquid prætereat, is poteſt ante vel poſt teſtamentum ſcribere codicillos. Idque eſt, quod Paul. in l. conficiuntur, in prin. ff. de iur. codic. tradit, codicillos confici quatuor modo, quos ibidem declarat. Aut enim in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommiſſum teſtamento facto, aut ſine teſtamento. Old. Prat. Gœddæ. in Comment. tit. de verb. ſign l. 123 §. 1.

CODICILLORVM appellatione veniunt literę emiſſę corã quinque teſtibus, confirmandi teſtamenti rupti cauſa, l. 1. Cod. de codic. Non autem venit teſtamentum imperfectum: niſi teſtator pro codicillis valere juſſit. Gothofr. ad l. 8. §. 1. C. eod.

CODICILLI & teſtamenta differunt, quod codicilli etiam plures relinqui poſſunt, & omnes rati ac firmi, niſi quatenus eſſent contrarij. Teſtamenta autem plura nemo ita relinquere poterit. Semper enim poſteriori rumpitur prius, etiamſi vtrumque maxime conueniat. Nempe teſtamenta plenam continent diſpoſitionem bonorum & vniuerſitatis. Codicilli autem plerunque ſunt rerum ſingularium. Balduinus tit. de codicillis Vulte. in Comment. Inſtit. de Codicil. §. fin. nu. 1.

CODICILLOS confirmatos in l. ſed etiam 31. ff. de leg. 3. l. vxorem. 41. §. codicillis ff. de leg. 3. accipere debemus teſtamento confirmatos, l. 43. ff. de man teſta. l. 18. ff. de ann. legat. in hunc modum.

CODICILLOS, quos poſtea fecero, valere volo l. 6. §. licet. & l. 8. §. vlt. ff. de jur. cod. vel ita: Si quos codicillos reliquero, valere volo. l. vlt. de fideicomm. libert. Vel ſic: Si quid tabulis vel alio quo genere ad hoc teſtamentum pertinens reliquero, valere volo l. 18. ff de jur. codicill. Sic etiam intelligendi ſunt codicilli ad teſtamentum facti l. cum hi 8. §. hæc oratio. ff. de tranſact. & l. poſt legatum. §. principale. ff de his, quæ vt indig. & Codicilli ad teſtamentum pertinentes, nempe teſtamento ſuperadditi in Alex. conſtitutione l. 1. C. de codicil. Prat. & Briſſ.

CODICILLI & teſtamenta diuerſa ſunt, l. ſi idem. Cod. de codic. Ideoq; codicillis factis, non autem teſtamento, inteſtato quis deceſſiſſe dici merito poterit l. 4. C. eod. Prat.

CODICILLOS ad certam perſonam ſcribere. Codicilli ad omnes hæredes ſcripti. Codicilli Clariſſimatus honorarij, prætorij, proconſulares, perfectiſſimatus, imaginarij. Briſſ. ex ff. & Codic.

CODICILLARIS clauſulæ vi, legata conſeruari, rupto præteritione poſthumi teſtamento conſtat, leg. ſi quis cum. §. ſed & ſi ff. de jur. codic. Barr. poſt Diuum in l. 1. ff. eo. verſ. quinto quæro, atque ita reſpondit F. Aretinus conſil 93. numer. 5. Prat.

CODICILLARIS quoque clauſula inducit nouam conditionem ſimilem reſpectu venientium ab inteſtato. Alc. l. 1 ff de leg. 3. ergo ſi venientes jure inteſtati reſtituere debent, gl. in leg.

eam,

Digitized by Google

eam, quam Cod. de fideicom. igitur & vi clauſulæ codicillaris conſeruantur fideicommiſſa, d. §. ſed & ſi G. Benedict. in cap. Rainutius. verb. in eodem teſtamento relinquens. nu. 142. de teſta. quæ ſententia vera eſt, tametſi quidam aduocati contra ſenſerint. Prat.

CODICILLVS. Varias habet codicillus ſignificationes. Codicillos & pugillares pro eodem ponit Catull. Briſſ. Accipitur codicillus pro literis breuibus, hoc eſt, epiſtolis, vt ſunt, quæ à priuato ad amicum ſcribuntur. Accipitur alias pro diplomate, ſeu literis principalibus vt in leg. adminiſtrantes in prin. ff. de excuſ. tut. vide ſupra Codicillus alias. Hæc eſt etiam vulgata codicillorum notio præter quam, eos etiam apud Catonem obſeruauimus pro arborum putaminibus accipi. Vt (ait) codicillos oleaginos in aceruo ſub dio motos facito. Codicillus vero IC. eſt ſcriptura, vel litera, in qua teſtator ſuam figurat voluntatem, & nulla indigens ſolemnitate, ſed ſolum teſtatoris voluntate, qualicunque pronunciatione, expreſſa. §. codicillos. Inſt. de codicil. Codicillum ergo ex Theophilo in §. 1. de cod. Inſtit. a. dicere poſſumus, eorum, quæ in teſtamento teſtatoris voluntati deſunt, ſupplementum. Huius enim beneficio ſubuenitur voluntatibus defunctorum, ob deficientem verborum legalium ſolennitatem; ſolenniumve neceſſitatem. Declarat autem Iuſtin. Inſt. cod. tit. qua ratione, & à quo codicillus, ſeu codicilli (ſic enim numero plurali frequentius vocantur) cœperint, idem innuit, & quidem non vulgariter, nos hodie magis vti codicillis, quam teſtamentis. Imo confudere vſum codicillorum & teſtamenti abſque vlla neceſſitate, prætextu clauſulæ, Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum. Quod vtique contra mentem iuris fit, peſſimo errore (vt inquit Spieg.) Neceſſitati enim (ait) deſeruire debet illa clauſula, non temeritati. Nec ſunt confundendæ huiuſmodi formolæ. Cuiac. in tractatu ſuo a. ad Africa. fol. 18. ſub ſi. Codicillum definit eſſe te[illegible] teſtatoris voluntatem vel teſtamenti ſequelam minus ſolennem, vt ibi videre eſt per eum.

COELEBS, ἄγαμος, qui vxorem nunquam habuit, vt loquitur Mitio Terentianus Adelphis. Feſtus Pompeius cœlibem dictũ exiſtimat, quod dignam cœlo vitam agat. Cic. Sic cœlibes l. 1. C. de infirma. ad pœn. Vnde cœlibatus, in d. Rob. Briſſon.

COELIBATVS pœnam, ſcilicet vt cœlibes nihil ciuium Romanorum Teſtamentis caperent, &c. refert Gœddæ. in comment. tit. de verbor ſign. l. 10. n. 1. & alibi.

CAECVS non poteſt adhiberi teſtis in teſtamento. Vulc. comm. Inſt. de teſta. ad §. 2. m. ſeqq. n 14. Cæcus teſtari poteſt, ſed certo modo. Vult. ibid. tit. Quibus non eſt permiſ. fac. teſt. §. 4. n. 6. Vide cæcus.

COELIACI dicuntur fluxu ventris laborantes, qui à Latinis aluini dicuntur. Nam cœlia Græcè, Latinè interpretatur aluus. Conſiſtit autem morbus ille in ventriculi porta, quæ à Græcis pylorós dicitur. Ex Cornel Celſo lib. 4. IC. in tit. de ædil. edic. Nebriſſ.

COELICOLAE In tit. de Iud. & cœlicol. Cœlicolæ dicuntur Chriſtiani. Atque illic Iuſtinianus imperator iubet, ac imperat, vt Iudæi in contractibus leges Chriſtianorum ſequantur, coram iudicibus Chriſtianis litigent, &c. Verum Dagobertus n. rex (vt legitur in chronicis de regibus Francorum) Iudæos omnes, qui Chriſtianiſmum profiteri nollent, Francia expulit, anno à Chriſto 639. Aoch.

COELICOLAE quoque dici cœpti ſunt, qui cœlum quaſi Deum colunt, Azo in ſumma C. de Iudæ. De his l. 2. l. cœlicolarum. C. eo. tit. & l. 75. C. Th. eo. Prat.

COELITVS impetrare, in l. 2. C. de caſtrenſ. id eſt, à Principe, vt recte interpretatur Accurſius: cuius ſententiam probat Io. Plat & Cuiac. ibid. Prat.

COELESTIA auguria vocabant antiqui, Feſto lib. 3. cum fulminat aut tonat. Sic

COELESTIA mandata, præcepta Decalogi recte appellabimus. Ante enim quam Dominus eloqueretur, tonuit. Exodi 19. Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ [illegible] Xιvα. Pratcius.

COELESTE oraculum in l. iubemus. 10. C de ſacroſ. Eccleſ. ſumitur pro indulgentia Principis viua voce conceſſa, Alciato ibidem. Ideo autem cœleſte dixere Impp quaſi è cœlo dimanens principis mandata, vt innuit Iuſtinian. in Nouel. ſæpiſſime Prat.

COELESTIS aqua, pluuia dicitur, l. 1 §. 1. ff. de aq. & aq. plu. cadit enim de cœlo. Prat.

COELVM varie accipi conſtat. Quandoque ſignificat Dei domicilium N. Marcello ex Vergilio. Et ita definiſſe videtur Chriſtus Seruator noſter apud Euang. Matth. c. 5 his verbis: μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ. Prat.

COELVS loca ſupera appellat Varr. lib. 4. Analog Cœlum dictum putat Ael. Gallus, quod eſt cælatum: Varro autem à Chao: Hinc cauum, & hinc cœlum.

COELVM etiam pro aere dixerunt Veteres Non. Marcello, & IC. l. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. §. 1. ff. de cloac. l. fin. §. pen. ff. quod vi aut clam. l. ſi apes. ff. de furt. l. 1. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. ſi cuius 13. §. ſi tamen. ff de vſufr. Eodem ſenſu accipe apud Cic. lib. 2. de Nat. Deor. vbi de cœlo craſſo loquitur. Sic apud Vergil. lib. 1. Georgic.

. . . . Variumque cœli prædiſcere morem.

COELI, inquit Seruius, id eſt, aeris.

COELVM, vt definit Iuſtinus Philoſophus Martyr. in lib. expoſit. fidei. qu. 5. & in q. à gent. quæſt. 63. proprie eſt ſumma pars totius mundi.

COELI in diuina ſcriptura aut ſunt, qui per ſe & eſſentia cœli ſunt, veluti primum cœlum, aut aeris ſpatia.

COELVM duobus modis dici refert M. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Nam in primis cœlum dicitur cœli pars ſumma, vbi ſtellæ & aeris plaga, tenero terram complexu continens. Et quidem Aelius non tam Cœlum à cælando, quam cælare à cœlo, deductum eſſe putat. Cœlum alij ita vocatum cenſent, quod ſit cælatum impreſſumque varijs ſignis; & diſtinctum ſculptumque. Hinc præclari illi verſus Varronis:

Mundus domus eſt maxima rerum,
Quam quinque altitonæ fragmine zonæ
Cingunt, per quam limbus pictus biſſex ſignis
Stellimicantibus, altus in obliquo æthere, Lunæ
Bigas acceptat.

Alij cœlum dicitur vt κοῖλον. Cæterum vbi ſcribitur à Varrone, Ego magis puto à chao cauum, quæ ſcriptura mirificè mihi probatur, in antiquis libris reperio à chao cohum, vt librarius fortaſſe cohum ſcribere voluerit. Nam, vt ait Feſtus, Cohum poetæ cœlum vocauerunt. Itidem in antiquiſſimo lib. Cl. V. Henrici Memmij ita ſcriptum reperi, cous eſt, quo cœlum continetur. Vnde Ennius. Vix ſolum complere cohum terroribus cœli. Hæc Turneb. aduerſar. lib. 20. c. 19.

CODONOPHORI, i. tintinnabula geſtantes, Latine dicuntur anteambulones, & fetiales præcones, vt annotauit Brechæus leg. cum in teſtamento. in tit. de verb. & rer. ſign. nom. in.

COEMITERIVM, Latine dicitur Dormitorium, locus vbi mortuorum corpora conduntur Sic dictũ, quod hæc mors corporis tẽporaria ſit, ſimulque omnes reſurrecturi. Non inſcitè à quibuſdam dictum eſt Sepulchretum: quo & Catullus vtitur. Promptũ è Theſauro linguæ Latinæ Steph Roberti. Spieg. Vel

COEMETERIVM dictum à κοιμάω, quod eſt dormio, non cimiſeriam, quemadmodum vulgus nunc loquitur. Conditoria vero, ſiue ſepulchreta mortuorum in noſtra religione dicuntur Cœmiteria, id eſt, dormitoria, quoniam propter ſpem reſurrectionis, mortuos conſueuit dormientes appellare, & eoſdem dormire in domino. Nebriſſ. Errant igitur iuris pontificij interpretes Gemiolanus. Abbas & alij, qui inde ſic dicta exiſtimant, quod cimis in eis mortuorum tegatur. Maioragius lib. 2. Miſcel. cap. 19. De Etymologia huius dictionis vide latius Brechæum l. Tabernæ. ff de verbor. & reg. ſign.

COEMPTIO, ſolennis matrimoniorum contrahendorum ritus erat, cuius Cicero lib. 1. de Orat. & in oratio. pro Flacco & pro Murena meminit, & Seru. in 1. Georg & in 8. Aeneid. & Iſidor. lib. 5. c. 24. Boethius in Topica, Coemptio, ait, certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe in coemendo (ſic enim lego) inuicem interrogabant: vir itaque ſibi mulier materfam. eſſe vellet: illa reſpondebat velle. Item mulier interrogabat, an vir ſibi paterfamil. eſſe vellet: ille reſpondebat velle: itaque mulier viri conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem. Et erat mulier materfam. viro, loco filiæ. Quamobrem & ſuorum hæredum loco habebatur, vt Vlp. in Inſtit. tit. 22. tradit, & in ius, manum, poteſtatemque viri cum capite fortunas ſuas transferebat, vt Cic. in Topic. oſtendit. Coemptor vero apud Vlpian. in Inſtit. tit. 11. fiduciarius pater dicitur: quoniam eum patre naturali vna emit. Briſſ. Adde Conna. lib. 18. c. 3. nu. 2.

COEMPTIO etiam ad adoptiones pertinebat, vt colligitur ex Epit. Vlp. tit. 11 § qui liberum. Vnde & (tum Prat.

COEMPTOR pater qui pater naturalis dictus eſt dict §. qui libe-

COENACVLA cœperunt, cum deuentum eſt ad altitudinem ædificiorum, quæ olim contignationis vnius: vnde pars ſuperior Cœnaculum dici cœpit: ad quam ſcalis aſcendebatur, hinc dictum quod illic veteres cœnabant. Huius meminit Paulus l. 3. §. fin. ff. de offic. præfect. vigil. l. 1. §. ſi filiusfam. ff. de ijs qui deiec. vel effud. Varro de ling Lat. lib. 4. vbi, cubabant, inquit, cubiculum: vbi cœnabant, cœnaculum vocitabant: poſteaquam in ſuperiore domus parte cœnitare cœperunt, ſuperior domus vniuerſa, Cœnaculum dicta. Vnde cœnacularius dicitur, in cœnaculo habitans. l. ſolutam § ſolutam in fin. ff. de pign. act. Sic apud Plautum vocatur pauper hiſtrio inquiens, In ſuperiore qui habito cœnaculo, ſe enim pauperculum dicit, qui habitet in ſuperiore domus cœnaculo ad tegulas, non in inferiore in prima contignatione, ſed in ſuprema. Et cœnaculariam exercere is dicitur qui domos totas conductas, per ſingula cœnacula inquilinis locat, quæſtum inde faciens pluris in ſummam locando. leg. ſi vero. §. ſed ſi quis. ff. de his, qui deiecer. vel effud. Old.

Coenacula autem tenues homines conducere ac incolare ſolebant: vnde Iuuenalis, Raius venit in cœnacula miles: quippe ad homines egentes, in quorum ædibus expilari nil poſſit. Vlpian. l. 5. §. 5. ff. de his qui effud. vel deiec. Si filiusfam. cœnaculum conductum habuit, & inde dejectum vel effuſum quid ſit, &c. Idem §. 8. Si plures in eodem cœnaculo habitent. & ex l. 5. apparet, in cœnaculis cubicula fuiſſe, exhedras, cunclauia, cæteraque habitationi neceſſaria. Hutum.

Coenatio vetu potentiurũ Budæo erat cœnundi lucus, quum ad cœnaculum ſcalis aſcenderetus, vel cochleis. Vitruu. lib. 6. Cum enim aucto, inquis, mirum in modum Romano populo, neceſſe fuiſſet in cœnaculis habitari (nam antea cum per vrbis laxitatem licebat, vnius tantum contignationis erant ædificia) ad ædificiurum altitudines deuentum. & ædium frequenciam, Bud. l. ſi cuius, ff. de vſufruct. Oldend.

Coenatoria Q. Mutius uppellat Pallia, quæ domini noctu, id eſt, ſub cœnæ tempus ſumebant. Vnde Martial.

Pugnorum reus, ebriaq́, noctis
Cœnatoria mittat aduocato.

Et quamvis eſſent iſta pallia viris & fœminis promiſcua, vt ex Tacito Baiſius docet; & ex Vlp. l. veſtis ff. de aur. & argen. legat. & l. veſtis. ff. de verborum ſignific. non tamen ita communis, quin diſtincta eſſent ſua viris, ſua mulieribus pallia. Cæterum quoſdam ſenatores muliebribus vſos cœnatorijs, noctu & domi, non ita valde mirabitur, quiſquis ſciet Caligulam Imperatorem, non modo virili, ſed ne humano quidem habitu palam vſum fuiſſe, vt ſcribit Suetonius: Sæpe depictas gemmataſque indutus penulas, inquit, manulcatus & armilatus in publicum proceſſit, nonnunquam ſocco muliebri, &c. Conna. lib. 6. cap. 5. num. 1.

Coena recta. hoc eſt legitimum conuiuium: Sportulæ loco erat apud antiquos liberaliores: ſordidi tantum ſportulam præbebant, teſte Budæo. Spieg.

Coena terreſtris Plauto in captiuis dicitur: ex oleribus & heluellis conſtans, quia ex terra naſcuntur: Erat autem pauperum & plebeiorum. Turneb. lib. 1. aduerſar. c. 21.

Coena viatica apud eundem eſt cœna aduentitia. Nam peregre redeuntes ſolebant conuiuio excipere amici. Saluos, inquit, eum peregre aduenis, cœna detur.

Coenobia, vnde dicantur, & quamobrem monaſteria ſic appellentur, Iuſtin. oſtendit Nou. 123. de eccleſ. diuerſ. cap. § cæterum, 36. In omnibus monaſterijs, inquit, quæ cœnobia dicuntur, jubemus in vna domo omnes habitare, & ſimul ali, & vna domo omnes ſeorſim dormire. Eſt etiam vitæ fortunarumque communitas, ſiue ſocietas, verbumque eſſe Romanum Aul. Gell. ſcriptum reliquit. Prat.

Coepiſſe dicitur quis, ſi fundamenta iecit, vel locum purgauit, ſed & ſi locus illi petenti deſtinatus eſt, l. 1. §. cœpiſſe ff. de pollicit. Prat.

Coeptus annus, id eſt, inchoatus: opponitur pleno & conſummato, impleto. Cœpta lis. Cœptus magiſtratus, opus, judicium. Briſſ. ex ff. & C.

Coeppe pro quippe. Briſſ.

Coercendi. Calepinus multas videtur adferre ſignificationes verbi coerceo, es, ſed quæ fere in idem recidunt. Primum enim coercere ſignificat reſtringere. Cicer. in Lælio. Quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro amputans, coercet ars agricolarum. Item refrenare, continere: vt quando dicimus coercere aquam, hoc eſt, continere ſic, ne defluat, vel dilabatur, leg. pen ff. de fonte. Lactantius lib. 3. Illud ſatis eſt ad coercendum furioſi hominis errorem. Item colligere ſiue ſimul ſtringere. Ouid. lib. 1. Met.

Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.

Item compellere. Cic. lib. 3. ad Herennium. Prudentiæ partibus vtemur in dicendo, ſi commoda pro incommodis conferemus, quum alterum ſequi, alterum vitare coercemur. Item punire, caſtigare. Quomodo accipi videtur ff. & C. in tit. ad l. Iul. de adulter. coerc. & ſtupro. Hinc coerciu, vel coercitio, ſiue coerciu (vox Liuiana, & veterum Iuriſcoſſ. in exemplaribus vetuſtioribus, quæ Haloander ſecutus eſt) dicitus caſtigatio, punitio. Modica quidem coerciu dicitus caſtigatio, quam ſimplex juriſdictio ab imperio mutuatus, cuius ſolius eſt omnis coerciu. Quare, quicquid coercionis eſt, ſupra modicam caſtigationem, meri imperij eſt, de hoc fuſius Salomo. in l. 1. ſi quis jus dic. Anchora.

Coercere tum de pecuniaria, tum de corporali pœna vſurpatur: nam & coercere pignoribus dicitur in l. 4. §. 1. ff. de damno infect. & lib. de Orat. Pignoribus ablatis Craſſum inſtituit coercere. At in lib. de leg. 3. Magiſtratus ciuem nec obedientem mulcta, vinculis, verberibus coercendo. Sic in l. 6. ff. de pœn. l. nemo 7. ff. de reg. jur. Prat.

Coercere pecuniaria molta, & corporali animaduerſione, morte, exilio, vinculis, verberibus & pignoribus captis, Briſ. Coercere miniſteria deprehenſa, fraudem, licentiam.

Coercent maleficia conſtitutionibus publice: animaduerſione, pœnis, mulctis, verberibus: varijs æſtimationibus: exilio, interdictione rei certæ. Briſſ. ex ff. & C. Coercentur cuſtodia volucres, beſtiæ, feræ, id eſt, continentur. l. 3. de acquir. rer. dom. Briſſ.

Coercere arbores, eſt ramos conſtringere, & circumcidere, ne ejus vmbra vicino prædio noceret, l. 1. §. deinde, ff. de arboribus cædend. Prat. Hinc

Coercitio, animaduerſio pecuniaria, ſiue in corpus punitio; & caſtigatio. Hujus varia genera ſunt, quædam enim capitalis, leg. hæc ſtipulatio. 200. ff. de verbor. ſign. quæ ad corporis punitionem pertinet, & habet publicam exercitionem. Quædam vero eſt modica apud Paulum leg. fin. ff. de offic. ejus, cui mand. ad miſtum imperium pertinens, quę & ipſa pecuniaria eſt, pignoris capione judicibus conceſſa, ne juriſdictio inutilis eſſet. Eſt & leuis coercitio apud Vlp. l. prætor. 7. §. præterea, ff. de iniur. & l. non ſolum. § quanquam. ff. eod. qua ſignificatur leuis pulſatio, & emendatio, vt ipſe Vlp. interpretatus in d. §. præterea. Pr. Coercitio morum, ſeruorum. Br. ex ff.

Coercere calciatus dicitur præfectus Vigilum apud Paulum l. 3. §. ſciendum. ff. de offic. præfect. vigil. cum huc illuc vicatim diuagatur, idque cum aliquo comitatu & noctu. Florentina lectio, quæ Calciatum, habet, defendi poteſt aduerſus conjecturam legentis Fulciatum ex M. Cicer. lib. 1. de Natura deorum, cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis. Calcei indumentum pedum erant, quos noctu induebant diligentius citiuſve coercandi cauſa. Prat.

Coeterorum & reliquorum appellatione, etiam omnes continentur, Connanus lib. 6. c. 7. n. 4. Prat. Vide ſuprà. Ceteri.

Coetu, concurſu l. 5. ff. ad l. Iul. de vi pub. Cœtus & concurſus dicitur non conuenientium, aut tranſeuntium, ſed conuocaturum, quaſi ad ducem ſuum concurrentium, vbi diuiſa eſt in partes ciuitas, Senec. 8. controuerſ. 3. Briſſ.

Coetus in lege XII. Tab. & apud Martia. leg. qui cœtum ff. de ſeditios. accipitur pro hominum conuentu, & congregatione à coeundo, Iſidor. lib. 6. c. 18. Etymol. auctor Virgil. primo Æneid. Et cœtu cinxere polum. Vnde in decret. diſtin. 15. Qui cœtum fecerit, vt inquit Seneca in declam. capitale eſt, id eſt, dignus morte. Nebriſ. Vlpianus turbæ comparans l. prætor §. 1. ff. vi bonorum rapt. hominum multitudinem diffinit, adjiciens decem aut quindecim homines cœtum, vt & turbam, facere. vide Bart. d. §. 1. Prat.

Coetus ſolennes, Vide l. 1. C. de præpoſit. ſacr. cubic.

Coetus multitudinis magnæ nomen eſt coeuntis ex conſenſu quodam. Briſſ.

Cogere in ordinem, id eſt, vt vulgo loquimur, inquit Budæus ad l. diuus. ff. de offic. præſid. ſuo ſtatu & conditione continere. Huic opponitur, Eximere numero Budæo. Old. Prat.

Cogere homines pro conſcribere, colligere, congregare, apud Vlpia. in l. 2. § dolo. ff. vi bon. rapt. Oldend. Cogere turbã, Coactis hominibus. Cogi judices. Cogi numerus dicitur. Briſſ.

Cogere metu. Coactus metu. Coactus per vim. Briſſ. ex C. & ff.

Cogere radices pro concipere, in l. 3 ff. arbor. furt. cæſ. Briſſ.

Cogere fructus, i. colligere. Coacti fructus. Cogendis fructibus Cogendorum fructuum cauſſa. Briſſ. ex ff. Coactis vindemijs.

Cogitur aqua, id eſt, colligitur.

Coguntur ad fiſcum bona, quæ fiſco vindicantur. Briſſ.

Cogi in ærarium, in fiſcum. Coacta in publicum. Briſſ. ex ff. & Codic.

Coguntur duo in eundem ſemiſſem. l. 141. de verb. ſign.

Cogere aliquid ex mercedibus ſuis, leg. 3 §. ſi quis ſeruum de ſtatu liber.

Cogi fructuarium poſſe, recte colere, leg. ſi fundi in princ. ff. de vſufruct. Spieg.

Cogitare, non eſt, vt Alberic. adnotat, quaſi ſimul agitare, ſed dubitare, & veluti in mora eſſe conſilij explicandi. Nonius. Cogitare, eſt dubitare. Deliberare, confirmare, Spieg.

Cogitare de nuptijs, l. 7. C. de repub.

Cogitatio de ſucto. Cogitatione mortalitatis donare. Cogitationis pœnam nemo patitur. Sola cogitatio furti faciendi furem nõ facit Briſſ. ex ff. Non enim ſatis eſt, ſi quis ejus mentiu ſit, vt data occaſione id cõmiſſurus ſit, ſed requiritur, vt mentis concepta in effectum producat, alias in delict. pœnam non cadit. Gœddæ. in comment. tit. de verbor. ſign. l. 225. num. 2.

Cogitatione domini poſſidere, in l. 3 1. circa med. C. de furt. eſt animo ac opinione domini. Gothofr. ibid. in l. 21.

Cogitationes innoxiæ dicuntur, quę malę euentuque contrario cadunt, eaſque putant neque crimino ſos, neque culpæ affines eſſe. Etenim non ſemper euentus rei ſpectandus, ſed conſultatio eſt. Spieg.

Cognationis nomen ait Paul. à Græca voce dictum videtur. Συγγενεῖς enim illi vocant, quos nos Cognatos appellamus. Agnati ſunt per patrem, cognati ex eadem familia: qui autem per fœminas conjunguntur, cognati tantum nominantur. Inter agnatos igitur & cognatos hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. nam qui eſt agnatus, & cognatus eſt. non vtique autem qui cognatus eſt, & agnatus eſt. Alterum enim ciuile, alterum naturale nomen eſt, l. 10. §. 1. ff. de grad.

Digitized by Google

grad.& adfin.Paulus lib.4. Sent.cap.8.Hot.

Cognati, ait Modeſtinus, ab eo dici putantur, quod quaſi vna communiterve nati, vel ab eodem orti, progenitive ſint, l.4.§. 1.ff.de grad.adfin. Hotom. Briſſ.

Cognati, inquit Vlp. appellati ſunt, quaſi ex vno nati, aut, vt Labeo ait, quaſi commune naſcendi initium habuerint, l.1. ff. vnde cognati. Hot.Briſſ.

Cognatio eſt jus quoddam inter certas perſonas, quæ natura vel legis fictione inter ſe cognatæ ſunt, inſtitutæ, ejus enim duæ ſunt ſpecies, Naturalis & ciuilis, 17.§.1. ff.de adopt. Illam ſpecialiter cognationem, hanc agnationem appellamus.

Cognatio in genere eſt neceſſitudo hominum (quam perſonarum conjunctionem vocat Alex. Imp. & ſanguinis neceſſitudinem Gordianus,) quos ab eodem ſtipite communi deſcendentes ſanguis conjungit, natura vel legis fictione. Vult. in comment. inſtit.de Nuptiis, n.38.

Cognatio autem ſpecialiter eſt naturalis per fœminas cõjunctio. Specialiter etiam cognati dicuntur, qui per fœminas conjunguntur.l.vlt.§.1.de gradibus. Briſſo. Naturalis cognatio eſt communio ſanguinis quam habent ij inter ſe, qui ex eodem progenitore orti, quaſi riuuli ea eodem fonte deducti dimanarunt. Ciuilis autem, quæ per adoptionem contrahitur, non ſanguinis, ſed juris communio eſt, l.4.§.1. ff. de gradibus, quæ ſic fortaſſe non incommode definiri poterit, vt dicatur eſſe communio eiuſdem juris, quod habent ij inter ſe, qui naturaliter cognati ſint, per adoptionem contracta, ſed quoniam ea non vera, ſed ficta, & adumbrata cognatio eſt, ideirco definiri neque à nobis ſolet, neque vero ſatis abſolute poteſt. Hoto.

Cognati proprie dicuntur, quaſi cum aliquo nati.l.1. ff. vnde cognat. quare non immerito dubitatur, an nepos poſt aui mortem conceptus, auo cognatus eſſet. Iulianus tamen in l. 8.ff.de ſuis & legit. Nam quod in conſuetudine, inquit, nepotes cognati appellantur, etiam eorum poſt quorum mortem concepti ſunt, non proprie, ſed per abuſionem, vel potius ἀναφορικῶς accidit, relatione ad vitam aui facta. Nam quod Alciatus lib. diſpun. primo diſputat, his poſterioribus verbis Iulianum dixiſſe, Generis verbum per abuſionem dici de ſpecie, videamus ne ſatis caute dictum ſit quum ad argumentum quod ex definitione vocabuli ſumi poſſet, Iulianus hæc referat: neque horum verborum additio faciat, vt genus in ſpecie κατ' ἀναφορὰν ponatur, ſed vere per abuſionem id dicatur, concinnius tamen per relationem ad aui vitæ tempus factam. Et eadem ratione Vlpian. in l.7. ff. de ſenat. diſput. eum qui poſteaquam pater ſenatu motus eſt concipitur, ſenatoris filium non eſſe. Hotom.

Cognatio generale nomen eſt, & omne vinculum ſignificat. quod vel naturaliter ea jure ſanguinis, vel adoptione contingit. Inter agnationem vero & cognationem hoc intereſſe traditur, quod inter genus & ſpeciem, cum illa per virilis tantum ſexus perſonas, hæc ex quacunque naturali conjunctione contingat. l. penult. ff. vnde legit. Ex eo cognationes legitimæ, quæ agnatorum jus habent, l.ta.§.vltim.ff de ritu nupt. Et hæc cognatio ciuilis naturali conjuncta eſt. Ciuilis vero per ſe ſine naturali cognatione per adoptionem conſtituitur l.4.§.1.ff. de gradibus. Quibus enim agnaſcitur in adoptionem datus, his & cognatus fit.l.1.§ cognationem. ff. vnde cognat. l. 4. §. pen.ff.de gradibus. Briſſ.

Cognatus creditor præfertur extraneo licitanti. Gœddæ. in comment.tit.de verb.ſign.l.51.n.1.

Cognatus adoptionibus eorum tantum cognationem in adoptiua familia nanciſcetur, quibus fit agnatus.l.1.§. cognationem. Vnde cognati.

Cognatus ei qui adoptarit nemo fit ex ea familia, in quam per adoptionem venit, præter patrem, eoſve quibus adgnaſcitur, l 4.§. in adoptionem de gradib.

Cognatus non eſt, qui poſt mortem meam naſcitur, in cujus cognatione ego viuens fueram. Vult. in commen. Inſt. de hæred.quæ ab int.§ 8.n.2.

Cognationis ſubſtantiam bifariam apud Romanos intelligi tradit Modeſtinus leg.non facile §.cognationis. ff. de grad & adfinibus. Quædam enim jure ciuili, quædam naturali connectuntur: nonnunquam vtroque jure concurrente & ciuili & naturali copulatur cognatio. Singula hæc genera explicat Modeſtinus in d. §. cognationis, cujus verba huc tranſcribere vaniſſimi eſſet operis. Ad ciuilem cognationem pertinet & Spiritualis, qua de extat titulus, De cognatione ſpirituali in Antiq. & 6. Decretalium, quibus locis explicatur ejus vis, ejuſque contrahendæ genera. vid. mox infra. Cognatio autem, quæ ciuilis, ſiue legitima Modeſtino dicta eſt, legalis Pontifici dicitur, cap. vnic. de cogna. leg in Antiq. Prat.

Cognatio ſeruilis juri quidem ciuili incognita, naturali tamen bene nota. Vulte. in commen. Inſtit. de Serui. cogn. n.4.

Cognationem etiam inter vulgo quæſitos conſiſtere Gajus l. 2.ff.vnd. cognat. Sed & inter ſeruos quæ Seruilis dicitur, leg. adoptiuus. ff. de ritu nupt. & Inſtitut. de ſerui. cogn. Prateius.

Cognationis jure ſuccedere, l.5. C. vnde legit.

Naturalis **Cognatio** ad legitimæ differentiam dicitur. Briſſ.

Cognationi legatum cognatis deberi ſcribit Vlp. l. ſi cognatis 19.ff.de reb.dubiis. Prat.

Cognatio multifariam diuiditur, vt colligitur ex l.cognationum, ff. de var. & extr. cog. juxta Theophilum diuiditur in tria: parentes, in liberos, & in propinquos, qui ex tranſuerſo veniunt. Et parentes quidem ſunt, qui nos genuerunt: veluti pater, mater, auus, auia, & qui ſup. hos ſunt. Liberi vero, qui ex nobis gignuntur: veluti filius, filia, nepos, neptis, & qui infra hos ſunt. Ex tranſuerſo propinqui ſunt, qui neque nos genuerunt, neque à nobis gignuntur, ſed ſtirpem ſuam & radicem nobiſcum habent communem: veluti frater, ſoror, patruus, vel auunculus, amita, vel matertera, conſobrinus, conſobrina, & qui ex his deſcendunt. Spieg. idem etiam ſcribit Cujac. in expoſitio. Iuſtin. 118. dum inquit: cognatio triplex eſt, vt ait Nou. 89. Diuiditur enim in parentes & liberos; qui in recta linea conſtituuntur, & eos qui ſunt ex tranſuerſo ſiue à latere in agnatos, & cognatos. Sed & parentes ipſi ac liberi diuidi poſſunt in agnatos, nam pater filiuſfam. eſt agnatus, filio emancipato cognatus: mater quæ conuenit in manum viri, filio eſt cognata, non agnata: nepos ex filioſfam. auo eſt agnatus; nepos ex filioſfam. cognatus: filius ſuus patri agnatus, filius emancipatus, cognatus. Cujac. in ſupra adducto loco.

Cognatio ſpiritualis, eſt propinquitas, vel attinentia perſonarum, quæ prouenit ex ſacramenti datione, vel ad ſacramentum requirendum atteſtatione, vel attentione. Vnde ex cognatione ſpirituali, quæ in baptiſmo contrahitur, nouem propinquitates naſcuntur. Prima filiatio inter ſacerdotem baptizantem, & baptizatum. Secunda, compaternitas inter Sacerdotem & patrem baptizati. Tertia commaternitas inter eundem, & matrem baptizati. Quarta inter filios ſacerdotis & baptizatum, ſcilicet, fraternitas, 30 quæſtio.1. homines & quæſtio. 3. ita diligere. Quinta filiatio inter baptizatum & ſuſcipientem ex baptiſmo. Sexta, filiatio inter eandem & vxorem ſuſcipientis. Septima fraternitas inter baptizatum, & filios ſuſcipientis. Octaua, compaternitas inter ſuſcipientem & patrem ſuſcepti. Nona, commaternitas inter eundem & matrem pueri 30.quæſtio.3. per totum. Spieg. Prat.

Cognita rei veritate l.10.ff.de judic. Briſſ.

Cognitam ſtupro dicunt, cum qua ſtuprum commiſſum eſt. Catullus vnis ſenibus cognitas fœminas vocat, quæ vnum expertæ virum fuerant. Briſſ.

Cognitionis verbum, in Principũ reſcriptis ſtricte poni, Iaſ. docuit in leg. cum prolatis ff. de re judic. proindeque excludi ſententiam in eis: cæterum à lege prolatum, includit eam. Albericus aduotauit, judicem exequendo cognoſcere. Spieg.

Cognitionis nomen quia generale eſt, ad ea plerunque judicia refertur quæ extra ordinem habentur. Connan. lib.1.c.16.n.4.

Cognitionem ſunt cauſarum: vt cum dicimus, Senatus Romani cognitionem, certæ legi non fuiſſe obnoxiam. Id monuit Rhenanus noſter in Senecæ ludum. Spieg. adde Ræuard. l. vbi lex duorum ff. de reg. jur.

Cognitio appellationis, de liberali cauſa, de ſuſpectis tutoribus. Falſi Mutandi procuratoris. Suſpecti tutoris. Briſſ ex ff.

Cognitio cauſæ quandoque pro ejus exercitatione ponitur, citra tamen diffinitionis faſtigium. Dicuntur & illæ cauſæ cognitionis eſſe, quæ non juris ordinarij ſunt, ſed cognitioni Principis reſeruantur: quam ille per auditores ſuos extra ordinem abſque vllis proceſſuum ambagibus confeſtim definit. ex Alc. parerg. Spieg.

Cognitio ipſius feudi, pertinet ad dominum & pares Curiæ. Sed ea quæ incidunt circa feudum, judicari poſſunt apud ordinarium: cap.1. apud quem vel quos cont. & c.1. de contro. inter dom. & alium, & ex parte de ſot. comper. Spieg.

Cognitio Prætoria, Præſidij, Senatus, Religio judicis, Officium judicis. l.t.ff.de rei vindic. l.5.ff. ſi vſuſfruct. petat. Vbi requiritur cognitio: ibi de modo, de cauſa, & de perſona quærendum, vt intelligas quid reuera ſit cognitio, & quantum abſint à cognitione, qui ſcripta tantum legunt l. cum hi quibus. §. vult igitur oratio. ff. de tranſact. Old. Vide latius Brechæum l. notionem, in tit. de verb. & rer. ſign. Prat.

Cognitio Paſſim in libris C. pro negotij examine, diſcuſſione & quæſtione. l.1. ff. de officio aſſeſſ. l. cognitio, 4. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt juriſdict. & alibi ſæpe. Prat.

Cognitionum genera paſſim hæc in jure reperias. Prætoria l. 1.§. per hanc ff. de rei vind. Extraordinaria, ff. de extraord. cognit. quæ recenſentur in l.1. ff. eod. Eſt & alia cognitionum diuiſio à Calliſtrato tradita, l. pen. ff. eod. de honoribus, ſiue muneribus, de re pecuniaria, aut de exiſtimatione, aut de capitali crimine. Eſt & cognitio judiciaria. vide l.18. C. de nupt. l.10. C. vnde vi. Item planaria, quę fit de plano citra tribunal. Gothofr. ad l.4. Cod. de dilatio. Porro vbi cauſę cognitio eſt, vbi Prætor, ibi tribunal deſideratur, l.2.§. dies. ff. ſi quis ordo in bon. poſſ. & l. vbicunque, ff. de diuerſ. reg. jur. quam explicant P. Decius & nouiſſime P. Faber, idque eruditiſſime. Pratejus

Quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum

expediri non poſſunt. l. 9. de offic. procons. l. 71. de reg. jur. vid. infra cauſa cognita.

COGNITIO, notio, Iuriſdictio pro eodem ſæpe accipiuntur. Inter notionem & cognitionem tantum intereſt, quantum inter genus & ſpeciem. Gœddæ. In comment. tit. de verb. ſignif. l. 99. nu. 3. & 7. Notio eſt quælibet cauſæ cognitio, ſiue ea iure magiſtratus expediatur, ſiue abſque juriſdictione, i. e. ſine magiſtratus jure. Cognitio, ea ſaltem cauſarum notio eſt, quæ jure Magiſtratus & vi Iuriſdictionis exercetur. Itaque omnes, qui cognitionē habent, habent etiam notionē: at non contra. ibid.

COGNITIO pro inſtantia (vt nunc vocant) accipitur apud Papinianum leg. pen. ff. de ſuſpect. tutor. vt Bart. docet. Oldend. Prat.

COGNITIONEM pro accuſatione poni putat Alberic. in l. ſi ea, quæ C. qui accuſ. non poſ. Equidem pro negotij examine, diſcuſſione, & quæſtione accipi putem. Prat.

COGNITIONVM ſummariarum exempla varia collegit Iac. Rebuff.

COGNITIONALITER, hoc eſt, adhibita cauſæ cognitione, vtraque parte præſente & audita, in l. fin. Cod. de legib. Græcis ἐξ ἀμφοτέρων, vt μονομερῶς, vna tantum parte præſente. Prat.

COGNITIONALITER approbare, in l. 10. C. de reuoc. donat. Et cognitionaliter audire, in l. 3. C. de quæſt.

COGNITIONALIS ſententia l. 1. C. de ſent. præſ. præt. l. 13. C. de ſent. & interloc. omn. jud. Sic

COGNITIONALIA certamina, l. 8. §. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. annor. l. 37. C. de appell.

COGNITIO etiam ſumitur pro ſuſceptione cauſæ alienæ, & defenſione, l. nemo 6. C. de cognit. & procurat. Prat.

COGNITIO vt ſuſcipi, ita Finiri, Solui, Circumduci, & induci dicitur. Briſſ.

COGNITOR, quem ita Feſtus lib. 3. diffinit, qui litem alterius ſuſcipit coram ab eo, cui datus eſt, quod probat Anianus C. Theodoſi interpres, tit. de cognit. & procurat. his verbis; Cognitor ille eſt, cui ſine mandato cauſam agendam præſens, præſente judice, litigator injungit. Hunc à procuratore ſeparat Paulus lib. 1. Sent. tit 2. & 3. & tit. C. Th. de cogn. & procura. tametſi vtrumque litis miniſtrum adpellent diui principes l. vlt. C. Th. eod. Pratei. Hinc cognitura apud Suetonium in Vitellio, pro procuratione: Tornеb. lib. adu. 5. cap. 1.

COGNITOR olim erat, qui præſentis alterius cauſam tuebatur vt ſuam. Briſſ ex jam d. lib. 3. Feſti & ex Aſconio in Diuinatio.

COGNITOR apud acta conſtituitur à litigatore præſente, apud judicem præſentem, eſtque familiariſſimus defenſor. Oldend.

COGNITOREM apud Prudentium accipere debemus, (pro quæſitore, ait Briſſon.) pro judice qui de negotio, cauſa ve diſceptat, eam ve cognoſcit. Hic tum cognitor pronunciauit, Claudatur infans carcere. Eodem ſenſu accipitur cognoſcens in L. 1 §. calumniatoribus. ff ad S. C. Turpill. l. Prat. Licet ea tanta inter procuratores judiciales & cognitores à Budæo in l. moris, ff de pœnis, exinde ex Alciato lib. 2. paretg. c. 5. tradita fuerit diſtinctio, qua procuratores dictos volunt, qui abſentium cauſam ex mandato ſuſciperent: cognitores autem eos, qui ſine mandato præſentium cauſam tuerentur, idque Feſti Pompeij, Aſconiique auctoritate comprobare exiſtiment, quod Feſtus hunc cognitorem eſſe dicat, qui alterius litem ſuſcipit coram ab eo cui datus eſt: Procuratorem autem eum, qui abſentis nomine auctor fit. Sic autem Aſcon. in diuin. In Verrem. Qui defendit alterum in judicio inquit, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut Aduocatus, ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi præſentis cauſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam. Sic tamen judico, non acu rem eos attigiſſe. Quamuis enim & hoc quoque diuerſos primum cognitores à Procuratoribus fuiſſe agnoſcamus, quod procuratores abſentium omnino nomine litem exequerentur, tametſi abſentes vocati in judicio numquam adfuiſſent: Cognitores autem non aliter fierent, quam ſi dominus in judicio præſens conſtituiſſet illum qui poſtea abſentis quoque cauſam exequeretur: Altera tamen ſuberat præcipua magis differentia, qua, cum procuratores & litem conteſtarentur, & eam quoque peragerent, id ſuo ipſi nomine agerent: qua ratione eos pene dominos, & alieni juris vicarios Ciceronem in oratione pro Cæcinna, vocaſſe diximus. Eodemque ſpectat, quod dictum eſt à Feſto, eos authores factos, & ab Aſconio eos negocium ſuſcepiſſe, non autem ſimpliciter nouiſſe, aut perſecutos fuiſſe, aut fouiſſe, cum cognitores non ſuo, ſed mandantis nomine litem exequerentur. Ac vt fuerit illud primum inter eos diſcrimen, quo à præſente magis cognitor, quam procurator conſtituebatur, tandem eius rei nulla haberi cœpit ratio, vt leuioris, cum Authore Modeſtino literæ ſcriptæ, ab eoque adprobatæ, quibus ſignificet illum à ſe procuratorem conſtitutum, idem operentur, ac ſi præſens procuratorem conſtituiſſet. leg. ſi procuratorem. ff. de procuratoribus vt & Paulus Sent. lib. 1. tit. de curat. & cognitor. procurationem mandari poſſe ait, & à præſente & abſente, & apud acta, vel alio loco: quaſi quo id loco fiat, nihil interſit, & tamen idem cognitorum à procuratoribus diſtinctionem ſeruat. Non ergo iſtam, ſed illam alteram præcipuam exiſtimamus differentiam fuiſſe, idque ex illo Ciceronis loco patet: Quo refert (in oratio. pro Q. Roſcio Comœdo) objectum Roſcio fuiſſe à Fannio, quod in ea lite, quam aduerſus Q. Flauium ob interfectum Panurgum mouiſſet, is Fannium cognitorem dediſſet, qui vadimonia inde obiiſſet, ac demum poſt litem cum Fannio cognitore conteſtatam, ſine eo de damno & injuria cum Flauio deciſiſſet. Ac paulo poſt ſubiicit, neminem alteri petere poſſe, niſi qui cognitor ſit factus, cum tamen alioqui conſtet, tam ipſam partem, quam ejus procuratorem, recte per ſe litigare: vt ſupra dictum eſt. Ioh. Rob. lib. ſent. 2. c. 1.

COGNITOR ordinarius, l. 5. C. de legat.

COGNITOR ſacer, id eſt principis delegatus, vice Principis auditurus, cui audientia vice Principis, ſacris apicib. mittēdis mandata eſt: vel judex vice numinis Imperatorij auditoris. Goth. ad l. 3. §. 1. ibi, cognitori noſtro. C. vbi Senatores vel Clariſſ.

COGNITOR pro quæſitore, l. 1. §. calūniatorib. ad Turpill. Briſſ.

COGNITOR annotarius, priuatarum litium, ſacri auditorij, id eſt qui in ſacro auditorio cognoſcit. Briſſ.

COGNITIONEM cauſæ Iuſtinianus vocat, cauſæ dictionem, Nouell. de prætoribus. §. Quoniam igitur nos omnia. Conſtit. 13. Cauſæ quæ ſummam deſiderant celeritatem, ſine ſcriptis expediri debent Nou. Vt præſid. abſque vlla dario §. Secundum veteres. Conſtit. 8. Nam homines propter minimas cauſas, magnis fatigari diſpendiis non oportet: vt ſorſan totius litis æſtimatio, ad ſumptus judiciales non ſufficiat. Nou. de appellationibus. §. Illud etiam in tertio cap. Conſtit. 23. Viles enim perſonæ ex non ſcripto perficere poſſunt id, in quo alioquin ſcripturæ ſolennitas exigitur. Nou. de liberis, quomodo eos oporteat. §. Quiſquis autem in abjecta. Conſtit. 74. Inter viles & obſcuros viros reputantur, milites armati, & agricolæ. Ibid. Ac vult Iuſtinianus, omnes controuerſias præciſis ambagibus ad finem decurrere. Nou. de litigioſ. & de cautione. §. Porro cum omnes controuerſias. Conſtit. 112. Old.

COGNITIONIS ſummariæ exemplum longe pulcherrimum eſt in l. 4. §. cauſæ cognit. & §. ſeq. ff. de Carb. edict. Quo ex loco noſtri magiſtratus argui poſſunt perniicioſiſſimi erroris, quod pro tribunalibus hodie obmuteſcunt plane, tantum admittentes cauſidicorum blaterationes aut volumina. Nam Vlp. ibi. Hoc enim, inquit, diligentiſſime Prætori examinandum eſt, an expediat pupillo repræſentari cognitionem, an potius differri in tempus pubertatis, & maxime inquiri hoc à cognatis, matre, tutoribuſque pupilli debet Audire inquirere debet, diligentiſſime examinandum eſt. Old.

COGNITIO appellationis, cuſtodiarum, falſi, tutoris ſuſpecti, cognitionis ſacræ examen.

COGNITIO ad Principem remiſſa.

COGNOMEN dicitur, quod nomini additur, vt refert A. Auguſtinus lib. 3. c. 8. ſic accipi debet l. ſi in nomine. C. de teſta. & § ſi quis in homine. Inſt. de leg. & ita Cognomen à Nomine & Prænomine ſeparatur in l. 1. ff de lib. & poſtum Briſſ.

COGNOMEN, ait Gothoſ. ad d. l. ſi in nomine erat, quod nomini conjungebatur, vt agnationis nomen.

COGNOMINVM genere duo conſtituit Auguſtinus ibidem ex M. Varrone lib. 2. de re Ruſtica. vnum familiæ: vt Annij, Tauri, Statilij & adſignificauit. Alterum cognominum genus eſt, quod ob aliquam rem additur, & hoc (vt ait Theophilus ad d. §. ſi quis in nomine) ἀπὸ ψόγου, ἢ ἀπὸ ἐπαίνου λαμβάνεται. vt in Pompeio Magni nomen. in T. Manlio Torquati, apud Cic. 2. de fin. in Craſſo Diuitis, idem ad Attic. Prat.

COGNOMINES (Feſto lib. 3.) qui eiuſdem ſunt nominis.

COGNOMINATA donatio, vide l. 25. C. de donatio.

COGNOSCENS ſimpliciter dicitur judex, qui de cauſa quærit, & diſceptat, litigatoreſque audit, idque pro tribunali, l. 2. ff. de conſtitutio. princ. l. quod ſi Epheſi §. interdum, ff. de eo, quod cert. loc. Suetonius in Claud. Cognoſcens quondam in Auguſti foro, victuſque nidore prandij, quod in Maxima æde Martis Salijs adparabatur. deſerto tribunali aſcendit ad Sacerdotes. Briſſ. Prat.

COGNOSCERE eſt rem cauſamque cognoſcere: quod vel à magiſtratibus & Principibus pro tribunali, vel à judicibus datis, de plano fit. Briſſ. vlt. edit.

COGNOSCERE ex interdicto in reſcripto Valeriani, & Gallieni l. 2. C. de interdict. eſt quærere de cauſa, & examinare eam in cauſa interdicti. Prat.

COGNOSCERE quoque tutelæ apud Vlp. l. 2. ff. vbi pupill. educ. deb. pro eo accipitur, quod eſt de actione tutelæ diſceptare, & in ea actione litigantes audire. Prat.

COGNOSCERE ad juriſdictionem pertinet, ſignificans negotium excutere, examinare, & de eo jus dicere l. 5. §. cognoſcit. ff. de offic. præfect. Vigil. l. ff. a. de re judica. Prat.

Sic COGNOSCERE de appellationibus ponitur in l. 6. in princ. C. de appell. & cognuſcere ſuper appellatione. d. l. 6. §. 2. Iudex de dote cognoſcit: & de damno dato. de inofficioſo cognituтus,

gaiturus. Index, qui ex hac actione cognoſcit. Officio judicis familiæ erciſcundæ cognoſcentis.

COGNOSCERE cauſam: & ſuper cauſa, ſuper re aliqua, ſuper negotio. Briſſ. ex ff. & C.

COGNOSCERE videtur poſuiſſe vetus interpres in §. interdicimus. in authen. de non alien. pro recipere, pro quo Juſtinia. Imp. γνώσκειν, dixerat, quæ interpretatio recipi poſſe videtur ex ijs, quæ in eodem §. dicuntur.

COGNOSCERE dicitur etiam, qui ſtuprat aut comprimit mulierem. Sic ſumitur toto titulo de eo, qui cognou. conſan. vxor. extra. quo ſenſu eodem verb. vſus eſt Papianus l. mulierem 34. ff. de ijs quæ vt indig. Prat.

CAVSA cognita, hoc ſignificat re cognita, examinata & ex vtraque parte audita, & vocatis his, quorũ intereſt, & qui contradicere poſſunt. Nam cauſę cognitio tũc interuenit, cum de negotio, præſente vtraq; parte, & audita, vocatave diſceptarut l. 13. §. 1. ff. de minorib. l. vlt. C. de legib. l. 9. §. 7 bi decretũ ff. de off. præſid. l. 73. de diuerſ. reg. jur. l. vnic. C. ſi aduerſ. dot. Vnde in l. 3. C. de quæſtio. cum cognitionaliter audiſſet, i. e. vtraque parte præſente & audita cognouiſſet. l. vlt. §. illud. C. de temp. appel. Briſſ. Cauſa legib. cognita. l. 1. de his qui ſui.

Vbicunque autem cauſę cognitio eſt, ibi Prætor plerumque & tribunal deſideratur. l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bon. poſſ. l. 106. ff. de diuerſ. reg. l. 3. §. ſi in cauſa. ff. de bon. poſſ. Nam, vt Impp. aiunt, cognitio cauſæ non interpellatione planaria, ſed conſidente magis judice colligitur l. 4 C. de dilatio. Illud etiam obſeruare poſſumus, in his quæ cauſa cognita fiunt, fere ſemper Prætorem interuenire l. 8 §. vult igitur. ff. de tranſact. l. 3. de reſtit. in integ. l 31. §. 2. l. 44. & l. 45. de minor. l. 32. in fi. ff. de re jud. l. 3. §. ſed ſi dubitatur. l. 28. §. ſed & ſi dies ff. de jud l. 9. §. vlt. de arbit. l. 15. ff. de bo. auct. jud. l. 17. §. hæc autem ff. de procuratoribus.

COGNOSCERE inſtrumenta non ſolũ eſt relegere, quod ſcripturæ proprium eſt, verum etiam recognoſcere, hoc eſt, & ſigilla inſpicere, & veritatem agnoſcere & deſcripta ſeu copias (vt vulgo aiunt) conferre cum ſuis originalibus, male deſcripta emendare, Gœddæ in commen. tit. de verb. ſig. l. 56. n. 1.

COGNOSCERE inſtrumenta, eſt relegere, recognoſcere. l. 56. ff. de ver. ſig. quæ, vt ex inſcriptione apparet, pertinet ad quæſtionem l. 15. ff. de reb. auct. jud. Briſſ. vid. ſup. cognitionũ genera.

COGNOSCERE vice ſacra qui vere dicendi ſint, vide in l. 16. C. Theod. de appel.

COGNOSCERE ſubtiliter, & decernere, ſunt diuerſa, l. 1. C. vt in poſſeſſ. legator.

COHÆRENTIA is eſt accipiendus, qui quaſi vicarius magiſtratui adhæreat, quiq; fiduciariam habet operam, quaſi adjunctus, ceu legatus conſuli adhæret. Oldend.

COHÆRERE, eiuſdem fere ſignificationis, cuius eſt Adhærere. Sic ſolo ædificia, non autem arborum hærere dicimus. l. quia arborum ff. quod vi aut clam. Spieg.

COHÆRET perſonæ conditio, inſula alueo, juriſdictioni imperium, matrimonio dos, monumento locos, ſolo fructus, & ſuperficies. Briſſon. ex ff. & C.

COHÆREDIS adpellatione fideicommiſſarium contineri conſtat, l. pater filium §. ſi de leg. 3 l. Lucius, 93. §. fi. ff. eo. tit Prat.

COHÆRES, qui hæres inſtitutus eſt vna cum alio. Vlp. Si ego, ait, ex parte me dicam hæredem, cohæres autem meus poſſideas hæreditatem l. 1. Si pars hæred. pet. Notandum autem, quod cum cohærede non contrahimus, ſed incidimus in eum. l. Hæredes. §. ſi vnus ff. famil. erciſc. Oldend.

COHIBENTIA quidam legunt in l. 6. C. quor. appellat. non recip. vbi alij Conniuentia.

COHORS. Varroni varie pro re ſpectatur lib. 4. ling. lat. In villa enim cohors dicitur, quod ex plurib. tectis coniungitur. In re militari, quod ex manipolis copulatur, & in hoc ſignificatu quot militib. conſtet apud Roma. & Græcos, docet Alex. ab Alex. lib. 6. c. 22. Genial. dier. recenſens cohortium genera, ab eo petenda cenſeo. nam ad id inſtitutum noſtrum non pertinet, & vide eundem lib. 2. c. 5. Genialium dierum & alibi. De cohortibus vide I. Cuiac. in lib. Obſeruationum. Prat.

COHORS magiſtratuum. Cohortes vigilum, Vrbanę. Briſſ. ex ff.

COHORS. alia milliaria, quæ M. D. pedites, equites verò 135. habet: alia quingentaria, quæ ex D. L. peditibus, equitib. verò 66 conſtabat Alex. Gen. dier. li. 2. c. 5. Spieg.

COHORS à cohortando, quod cohortari ſe ad pugnam ſoleat: multitudo certa militum. *Ein Schar, Ein beſtempte Zahl Kriegs volcks.* Spieg.

COHORS prætoria hæc erat apud antiquos, quę conſuli aut prętori in prouincia preſto ſemper erat, quaſiq; latus eius cingebat: cuius cohortis præfectus prętorius dicebatur. Budę. in annot. prior. meminit eius IC. in l. 2. de offic præfect vigilium alijs locis fit mentio huius dictionis. Spieg.

COHORS prętoria, cuius mentio fit in Nou. 24. c. 2. med. 105. cohortalibus conſtabat, Guthofr. ad d. c. 1. ibi: vtatur ex centum cohortalibus. (judicior.

COHORTALES, i. e. vilis, Gothofr. ad l. 8. C. de aduoc. diuerſ.

COHORTALES dicti, quod in domeſtica militia alicuius cohortis ſint, teſte Alciat. Meminit & horum Juſtin. in Aut. de defenſorib. ciuit. §. deinde. Accurſiani qui putabant tit. de Cohortalib. lib. 12. recte inſcriptũ, volunt ex eo dictos quod contrarii ſint curię, cum ex locis eiuſdem tractatus liqueat cohortales à chorte dici, quaſi cohorti obnoxios, teſte Budęo in Annot. poſter. vbi indicat cohortales à cohorte ſic dictos, vt curiales à curia, & tribules à tribu, & de alijs quoq; cohortem dici, probat exemplis. Qui autem hic cohortales, & in l. ſiue cohortalis, cohortalini dicuntur, iidem ſunt, vt opinatur, cũ ijs qui apparitores in multis ſuperiorib. titulis appellantur. Sp.

COHORTALES, cohortibus adſcripti, cohorti obnoxij. Briſſ.

COHORTALES in l. 5. C. de hæred. decur. & l. 3. C. de can. largi. lib. 10. & de cohortal. lib. 12. C. ſunt apparitores & officiales perpetui præſidum prouinciarum, quibus manſionũ equorum cura plerunq; mandabatur, vt Patricius definit. vide Thalelæum lib. 45. Baſilic. Græci ταξεώτας appellant. Hinc cohortalium conditio, l. 8. C. de aduo. diu. judicum Br

COHORTALIVM corpus, l. 2. C. defenſ. ciuit. Prat Sic

COHORTALIS vita, in l. 11. §. 1. C. de aduoc. diuerſ. judiciorum.

COHORTALIS officium, l. 33. C. de appellat l. 7. C. de princip. agentio rebus.

COHORTALINI, vide l. 22. C. de hæret. & Manich. l. 11. & l. 11. §. 2. C. de cohortalib. lib. 12.

COHORTALINA in C. Th. Briſſon.

COHORTALINORVM militia Briſſon.

COHORTALIVM nomine intelligendos arbitratur Fr. Connan. omnes, qui tanquam acceſſiones & adminicula quędam ſunt cęterarum dignitatum. Cohortales autem militię aut certè pleręque earum ſeruiendi neceſſitate aſtringebant, non ipſos cohortales modo, ſed etiam eorum liberos, vt notatur in tractatu qui eſt de Fabricenſibus & Murilegulis, qui de numero erant cohortalium, ſimiles ijs qui curiales dicuntur, & quos adſcriptitios colonos vocamus. Quod verum fuiſſe non puto in omnibus alijs cohortalibus, ſed eam neceſſitatem durasse tanto tempore quanto ſe obligauerant ad ſeruiendum, vt Baſtagiarij. Connanus lib. 4. c. 15. n. 5.

Κοινὸν in l. ſi de vi. 37. de jud. ff. & l. qui cœtu, 5. ff. de vi publ. & l. 1. ff. de adpell. & l. ὡς ἀπὸ, 6 de excuſ. interpretatur A. Aug. ad d. l. 6. commune, & vniuerſitatem, Gallis adpellatur *vne communauté*, à quibus retinemus nomen illud *Commune*. Prat.

Κοινωνία, forenſe verbum eſt I. Polluci lib. 9. Onomaſtic. ſocietas, & communio. Prat.

Κοινοπραξία apud Iuſtinianum Inſtitutio. de action. in prin. (ſic enim veteres lib. & Theophilus ibidem legunt, tametſi & verbo κοινωνίας vtatur idem Theophilus) Latine ſocietas dicitur κοινοπραξία, ſeu κοινοπραξία, Grȩcis totorum bonorum ſocietas. κοινωνίαν adpellat C. Harmenopulus lib. 3. c. 10. & 11. Συνίσταται δὲ (inquit idem) κοινωνία πράγμασι, ῥήμασι, καὶ δι' ἀ-[illegible]. Prat. Briſſ.

Κοινωνεῖν χρημάτων dixit Demoſthenes apud Pollucem, eadem inter forenſia recenſentem eodem loco. Prat.

Κοινόβιον, vitæ fortunarumq; communitas ſiue ſocietas, verbumque Romanum A. Gellius lib. 1. cap. 9. in ſuo ſcriptum reliquit. Iuſtinianus pro loco in quo monachi habitãt accepit in Nou. 5. §. [illegible], quod verbum retinuit vetus interpres. Iulianus vertit Monaſteria. eodem verbo in eundem ſenſum vtitur Pontifex, c. cum dilectus. extra. de conſuet. Prat. Vide ſupra Cœnobia. Hinc Cœnobitæ l. 9. de pœn. in C. Th. Briſſ.

COINQVINO Ioan. Iouian. Pontanus judicat priſcæ ætatis autores non coinquinare, ſed conquinare dixiſſe, ſicuti conueni re & conferre: ac temporum ruditate effectum eſſe, vt pro eo quod erat conquino, dictum ſit coinquino. Spieg.

COIRE, i. e. in vnum conuenire. Collegium, vel corpus, coire dicitur Collegis quibus coeundi jus eſt. Coire inter ſe, eſt matrimonio, vel in matrimonium, coire. Coito matrimonio Briſſ. ex ll. D. Coitus, id eſt, coniunctio, vel concubitus. Briſſ.

COIRE apud Priſcos verbum criminoſum erat. Lege enim Cornelia conſtituta erat accuſatio aduerſus eos, qui accuſationes condemnationeſq; coierant. Verba legis extãt in Orat. Ciceri. pro Aulo Cluent. Pœna legis Corneliæ teneri jubentur, qui in accuſationem innocentium coierint l. 1. in princ. ad l. Corn. de falſis. Spieg. Adde Connanum lib. 7. c. 13. n. 8.

COIRE in bonam partem, per tot tit ff pro ſocio.

COIRE in accuſationẽ alicuius in l. vlt. ff. de cõcuſſio, pro ſubſcribere alicuius accuſationi, vt Bud. exponit. Cæterum coitio in malã etiãpartẽ accipitur, pro cõiuratione, & cõſpiratione Spi.

COIRE matrimonium, hoc eſt, conuenire, & conſentire. l. in teſtamento, 31. ff. de cond. & demonſtr. Et

COIRE vxori in l. in cauſis 12. C. de repud. eſt coire cum vxore. cum & ſocietas dicitur, id eſt contrahi. Briſſon.

COIRE ſocietatem, l. 3. & 4. ff. pro ſocio, eſt contrahere.

COIRE ſocietatem ad obligationem innocentium, ad occiſionem innocentium, Coire ſocietatem, quo annona carior fiat. Sic coiri ſocietas, id eſt, contrahi. Briſſon ex ff.

COIRE negotiationem l. cum duob. 52. §. quidam ff. pro ſoc. Pr.

COIRE in alienam litem dicuntur, qui de commodo litis communicando paciſcuntur ſic, vt quicquid ex condemnatione in rem vnius redactum fuerit inter eos communicetur, l. ex Senatuſconſult. ff. de priua. Briſſ. Prat. Prat.

COIRE aduerſus aliquem pro conſpirare, l. 1. D. qui cap. ſtab.

COIRE pro conſentire, & in vnam ſententiam decurrere, vt in tit. ff. de quibus rebus ad eund. iudicatur. Et ſæpe alibi in materia ſocietatis. Oldend.

COIRE cum furibus. l. 1. in princ. ff. nau. cap. ſtab.

COITVM facere, l. 5. § 1. C. de ſponſalib. & arrhis ſponſalit.

COLERE fide dominica is dicitur, qui periculo domini colit: Vt fideiuſſor appellatur, qui obligationem alienam fide ſua eſſe iuſſit, hoc eſt periculo ſuo, vt ſi reus ſoluendo non ſit, id à ſe præſtare teneatur. Connan. lib. 5. c. 10. n. 5.

COLERE fundum qui promiſit, quid eo nomine præſtãdum ſit, explicat Iuriſc. in l. cum quæreretur. §. prędijs. de leg. 3. Spieg.

COLERE fundum, & ornare, & tueri, & cuſtodire, diuerſa & ſeparata ſunt, l. cum quæreretur. 60. §. prædijs D. de leg. 3. Prat.

COLERE prædia, concordiam, parentes. Colere terram Briſſ. ex Plinio. ff. & Cod.

COLERE nummis dicitur, qui ſingulis annis præſtat pecuniam pro fructibus: hoc eſt, vt ea perſoluta omnes fructus percipiat, *Ein Mayer*, Paulus: Conſtat, inquit, colonum, qui nummis colit, cum eo, qui fructus ſtantes furto ſurripuerit, acturum furti. l. ſi apes de furt. Spieg.

COLISSEVM, vocem nihili apud Alciat. expunge, reponeque Coloſſus, quæ vulgo eſt par turrib. Spieg.

COLLACTANEVS, qui eiſdem mammis eſt nutritus apud Marcianum, de manumiſſ. vind. l. ſi collactaneus l. 30. §. Titia. D. de adimendis legat. §. iuſtæ autem. Inſt. quib. ex cauſ. manumitt. non lic. Græce vocatur *σύντροφος*. Spieg. Hunc eundem & antiqui collacteum dixerunt, vt Iuuenalis, Quid dicam nutrix collactea mammæ?

COLLAPSA villa. Collapſum balneum. Briſſon ex C. & ff.

COLLARE eſt vinculi ſiue tormenti genus hodie frequens, quod collo reorum iniicitur ignominiæ aut pœnæ cauſa, idq; ſignificatur l. 7. ff. ad l. Iul. de vi publica his verbis, Aut quid in collum iniecerit, vt torqueatur. Pœna eſt ſeruilis, vel (vt ita dixerim) canina. Nam hoc genere canes vinciri ſolẽt. Prat. Qua de cauſa hoc etiam genus vinculi auctore Feſto, Interdum canis appellatur, & forſitan Plautus in Caſina hoc ſenſu dixit: deos quæſo, vt quidem hodie canem furcam feras. Niſi verius eſt animal ſignificari, cuius æque ac geſtatio furcæ fuerit ignominioſa, vt in hiſtoria Friderici ab Ottone cõſcripta legimus veterem conſuetudinem pro lege eſſe apud Sueuos & Frãcos, incendiariũ aut prędonẽ, ſi nobilis ſit, antequã morte plectetur, ignominiæ cauſa canem ferre de comitatu in proximum comitatum, quod ita Guntherus exprimit Ligurini lib. 5.

Quippe vetus mos eſt ibi, ſi quis rege remoto
Sanguine vel flamma vel ſeditionis aperta
Turbine ſeu crebris regnum vexare rapinis
Audeat, ante grauem quam fuſo ſanguine pœnam
Excipiat, ſi liber erit de more vetuſto
Impoſitum ſcapulis ad contigui comitatus
Cogatur per iura canem conſinia ferre:
Sin alius, ſellam.——

Et ne his quoque locis canem accipiamus pro vinculo, ſed magis pro animali, facit quod ſequitur apud eundem.

——cuius diſpendia pœna
Ille Palatinæ cuſtos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare comes, cunctiſque videndus
Portabit ſcapulis paſſus plus mille latrantem.

At verò verbis illis l. 7. non collare aut catulum tantum ſignificari puto, ſed quidquid pœnæ cauſa collo Romani ciuis iniicitur, vt de ſporta ſabulo plena ſuppeditat exemplum Cuiac. obſ. lib. 11. c. 11.

COLLARE vinculi genus, quo collum adſtringitur. Briſſ.

COLLARIA, æ, vinculũ quo conſtringuntur colla malefactorũ apud Plautũ in captiuis. Nonius neutro genere profert collare, ad infamiã magis & pœnã, quã cuſtodiã pertinẽs. Vide Alciat. in l. verum eſt, de verb. ſign. Vide vinculorum genera. Spieg.

COLLATÆ nuptiæ dicuntur, quæ de facto celebratæ ſunt, quantum ad ipſarum votum, quæq; ductione factæ ſunt: vt conferre ſigna, conferre capita dicimus, i. e. coniungere, & quaſi in vnum adducere. Tunc enim nuptiæ conferuntur, cum mulier domum viri adducitur, & in vnum eundẽmque larem coniunguntur. Connanus lib. 8. c. 2. n. 2. Duaren. conferuntur nuptiæ (inquit) id eſt differuntur. Sic enim accipitur hoc verbum apud Iureconſultos. l. cum ſoluendæ de diſtract. pign.

COLLATERALES dicuntur, qui ſe adtingunt, vel ſibi attinent tranſuerſaliter per lineam collateralem, non per lineam rectã aſcendentem vel deſcendentem, vt conſanguinei, vel conſimiles. hoc verbo ſæpe vſus eſt Io. Andreas in declaratione arboris affinitatis. Caius ex tranſuerſo, ſiue à latere vocat l. 1. ff. de gradib. & adfinib. Dicuntur etiam collaterales generalites, omnes æqualiter, quaſi lateribus conſidentes. Old. Prat.

COLLATERALES ſunt coniuncti à latere, vel ex latere venientes, l. 9. in prin. & §. 1. C. de natural. lib. & matrib.

COLLATERALIVM ordo incip. à gradu ſecundo. Vulte. in comment. Inſt. de gradib. cogn. n. 4.

COLLATIO eſt bonorum inter fratres ſororẽſque facta ſucceſſionis cauſa contributio. Briſſ.

COLLATIO bonorũ (de qua tractatus duo sũt in libris noſtris) eſt cõtributio certę partis bonorum inter fratres, propter paternę ſucceſſionis certationẽ a Prętore inſtituta. nã cum Prætor contra ius ciuile emancipatos vna cũ ſuis ad paternã hęreditatẽ admiſiſſet, ſui autẽ bona omnia a ſe quæſita confuſa cum hereditate paterna haberent: emancipati verò, quæ extra familiã quęſierãt ſeorſum ſibi aſſeruarẽt: iniquũ videbatur ſuos conferre, emancipatos autẽ nihil conferre, ſed auferre tantum quare Prętor edixit, vt emancipati volentes ad participandã patris hęreditatẽ accedere, tãtam partẽ ſuis bonis cõferrent, quantã ex hereditate auferrent: nõ ſinguli, ſed omnes ſimul, quippe cũ omnes emãcipati vnius locũ obtinerent. Itaque ſi duo ſint ſui, duo emãcipati, quamuis emãcipati ſinguli ex hereditate quadrantẽ auferant, tamen ex ſuis bonis non ſinguli, ſed ambo quadrãtẽ conferũt. Conferuntur autẽ antiquo iure Aduentitia & Profectitia, hodie ex Iuſtin. cõſtitutione, Profectitia tantũ l. vlt. C. de collat. Emancipati inter ſe nihil cõferũt. nam cũ alter alteri nihil auferat, non ipſorũ cauſa ſimpliciter, ſed propter ſuorũ rationẽ & reſpectũ, Prętor collationẽ inſtituit, l. ſi emancipati. C. eo. l. 1. & paſſ. ff. eo. Hotom. Collatio etiam fieri dicitur à vectorib. nauis leuandæ gratia: quæ & cõtributio dicitur. Briſſ. Collatio etiã tributorũ, vectigalium, aliarũmq; functionũ dicitur. l. vlt. §. patrimoniũ de munerib. & alibi. Sic collationes prędiorũ l. 14. §. 1. de muner. Briſſ. Iaſon vim huius vocis in iure noſtro variè vſurpatam pulchre oſtẽdit, in rub. C. de colla. Generaliter autẽ accipitur collatio, vt in tit. de colla. bono. ff. pro cõmunicatione & quaſi in commune latione. In iure autem canonico collatio accipitur pro gratuita quadã beneficij vacantis aſſignatione, ab habẽte poteſtatẽ domino clerico legitime facta. Non n. fieri debet precibus, pactionibus, pręmio, pretio, obſequijs aliáq; humana gratia c. Moſes 8. q. 1. Alioquin ſimonia contraheretur, qua collatio ipſo iure nulla redditur. c. ordinationes. Pan. c. cum clerici, de pact. Debet item fieri pure collatio, non ſub conditione, c. 5. de elect. in 6. Præter hæc, fieri debet de patroni conſẽſu, ſi beneficiũ ſit patronatum c. illud, de iur. patro. c. decernimus. 16. q. 7. Et quia clancularia collatio ſuſpicione nõ caret, c. 7. q. 1. vere beneſi. ita vt licet mero iure defendatur, l. non minorẽ C. de tranſact. alijs tamen accedentibus adminiculis infirmari poſſit. Panor. c. 1. de clandeſt. deſponſ. Tutius eſt non in occulto conferre beneficium. c. quia propter, §. ſi. de elect. ſed coram teſtibus, licet alioquĩ fieret omnino literis authentico ſigillo annotatis, vt ſcribit, & plura alia Io. Coreaſ. in paraphraſi ſua, in materiam benefic. Anch.

COLLATIO, id eſt, traditio, l. 1. C. de ſuffrag.

COLLATIO annonaria, l. 3. C de præſc. 30. annor.

COLLATIO auri, l. 5 C de extraor. tributor.

COLLATIO operarum, l. 7. de oper. publ.

COLLATIO muniendarum viarum, l. 6. C. de pignor.

COLLATIONIS onus, l. 19. circ. fin C. de collat.

COLLATIO ad cognoſcendas res cõmodiſſima. Veriſſima enim omniũ Philoſophorũ diffinitio eſt, nullum eſſe cõmodiorem modũ ad cognoſcendas rerum differentias, & ex his proinde res ipſas, quam ſi inuicem conferantur. Sic enim quæ iuxta ſe ponuntur (vt dici ſolet) magis eluceſcunt. Sæpe item quę prima fronte diuerſa cuipiam, aut inter ſe pugnare videntur, ea, ſi conferas per ſingulas cauſarum circumſtantias, aut nulla erit in effectu diuerſitas, aut talis, quę conciliari poteſt, l. Cum vnus in pr. ff. de alim. & ciba lega. Quamobrem prudentiſſimi legiſlatores, cum de grauioribus rebus dubitaſſent, in vtram ſtatuendæ viderentur ſententiam, ſemper ad conferendi formulam confugere ſolebant. Vnde Nouellis Iuſtiniani conſtitutionibus etiam collationis nomen inditum reor, quod veteres ibi leges conferat, & eas aliqua ex parte mutet. Old.

COLLATORES, qui conferunt tributa, alias dicuntur tribunarij. Gotofr. ad l. 5 § 11. C. de offic. præf. vrb. vide Nouell. 128. de collatoribus. collat 9. Iuan. Bello. Etymol.

COLLECTA apud Frider. Imp. in Auth. item nulla C. de epiſc. & cler. & apud Cicer. lib. 2. de Oratore, videtur eſſe pecunia quæ exigi iure poſſet & eo nomine cenſeri collatio, quæ à conuiuis in cœnam aut prandium confertur, ſiue pecuniaria, ſiue penuaria ſit. Turneb lib. 5. aduerſ. c. 6.

COLLECTARIVS in conſtitutione Honorij & Theod. l. pen. C. ſi cert. per. & apud M. Cicero. in lib. de Orator accipiendus eſt Suidæ *ἀργυραμοιβὸς, ὁ τὰ κέρμα ἀντὶ ἀργυρίου ἀλλασσόμενος* & *τραπεζίτης*. Coactor argentarius, numularius, menſarius Briſſ. Alcia. lib 4. Diſpunct. c. cc. argentarium, & campſorem recte. Reiicienda igitur eſt Accurſij & Alber interpretatio exiſtimantium collectarium eum dici, qui eundem mecum petit honorẽ, ſed nec ita in locis ab eis citatis legitur, vt purãt. Pr.

Fuiſſe

fuiſſe Romæ Collectariorum corpus, vendendis ſolidis, quos plerunque publicus vſus depoſcebat, obnoxium, quibus arca vinaria ſtatutum pretium ſubminiſtrabat. Symmac. Epiſtola 42.lib.10.

COLLECTARII, in iura coactores dicuntur, qui in auctionibus reliqua publicanorum ſolent emere, quæ illi vel ob grauiores curas, vel ob debitorum procraſtinationem naquierunt axigere l.quiſquis C.ſi cert.per.

COLLECTARIOS. Cuiac.10.obſ.14.ax Donato & Acrona minores facit argentarijs, & maiores miniſtris & mercenarijs: per eos namque pecunias cogebant: & quas acceperant per partes occupabant fœnori, vel qua alia ratione erogabant. Gothoſ.ad l.16.C.ſi.cert.per. Vida Argentarij.

COLLECTVM per Satyram, pro non ſeruato ordine, dicitur prouerbiali ſchemata: à Satyrâ lance, ex varijs ferculis nullo ordine collatis compoſita. Spieg.

COLLEGÆ primum dicuntur, magiſtratus, qui eiuſdem ſunt poteſtatis l.173.ff.de verb.ſig ab eo quod vna lecti ſunt, vt Varro lib.5.de ling.lat.ſcribit. Collega magiſtratus municipalis Collegæ præſidum l.7.de cuſtod & exhib. Sed & contutores concuratoréſve Collegæ appellantur. l.14. & l.46.§. cum teſtamento.ff.de admin.tut.l.2.C.eo tit.l.5.ff.de ſuſpect. tutorib. l.5.C.de probat. l.7.ff. rem pup.ſal. fot. l.4. C de magiſtrat. conueniend. Et qui eadem legatione funguntur. l.2. C.de legationib. lib.10. Quinimo & cohæredes, collegæ dicuntur. l.101.ff.de ſolutio.nec non hi quoque qui ex eodem collegio ſunt.l 41.§.vlt.& l 42.& l.vlt.ff.de excuſ. tut.l.vlt, C.de hæred. decur. qui ab Impp. collegiari appellantur. l.pen. C.de commere. in leg.vnic.de collegiat.lib.11.C.l.9.C.de ſacr. eccleſ. Quibus tamen poſtremis duobus in locis propriam quandam ſignificationem hoc verbum habet: quam Iſidorum aſſecutum eſſe præſtare non auſim, qui lib.9. Etymo. cap.4. Collegiatos idcirco dictos ait, quod eorum collegio cuſtodiiſque deputarentur, qui facinus aliquod commiſerant: fuiſteq; hoc ſordidiſſimum genus hominum patre incerto progenituio. Et idem maximis oneribus in municipijs ſubijciebantur, vt ex multis Theodoſiani Codicis locis liquet. Briſſ. Prætores etiam collegæ Conſulum, non quod ſint pari imperio (maius enim eſt imperium conſulis & ſuperior magiſtratus, l.4.ff.de receptis: ſiue maior Feſto eſt Conſul) ſed quod iiſdem auſpicijs creentur, & inter ſe quaſi collegæ auſpicia turbata aut retinere poſſint, &.quod ita rogentur prætores, vt collegæ Conſulum ſint, quodque quaſi participato magiſtratu ſe inuicem collegas ſoleant appellare. Plin. in panegyric. Conſul pleraq; ad prætores remittebat, atque ita vt collegas vocaret. M. Tullius 9.ad Attic prætores ita rogantur, vt collegæ conſulum ſint Neque tamen hoc ſenſu Sabinus ſcripſit, collegam a magiſtratu tutorem dari poſſe, l.vbi.ff.de tut. & cur.da. aliquin poſſet à prætore Conſul dari, quod eſt falſum. Sed collegam accepit pro eo, qui pari imperio eſſet l.collegarum. ff.de verb.ſig. Cuia.in expoſit. No.Iuſtin.ante fin.

COLLEGIA, quæ & ſodalitates dicuntur ſiue conuentus certo tuo hominum artem aliquam certam factitantium: vt piſtorum, nauiculariorum, item eorum qui vectigalia, aurifodinas, argentifodinas, cæterave huiuſmodi munia exercent. l.1.ff. quod cuiuſq; vniuerſ.l.1.& paſ.ff.de colleg. Ea collegia à rege Numa inſtituta eſſe ſcribit Plutarch. in eius vita. Varro lib.1.& Plin.lib.34.c.1.deque ijs Cicero in capto domo, & in Sextiana mentionem facit. Hotom.

COLLEGII ſeruus l.25 §.1. ff.de acquit. vel omittend. Eiuſdem collegij eſſe. Briſſon.

COLLEGIVM autem à colligendo dictum tradit gloſ. in cap.3. extr. de vſu. in verb. collegium. Vnde collegas dicimus eos, qui ſimul habitant, quaſi vna ſe colligant, gl. in l.1. ff.quod cuiuſq; vniuerſ. quæ etiam M. Varronis ſententia eſt: quam etiam approbat Gœddæ. In comment tit. de verb. & rer. ſin. l. 85.n.1. Eam tamen non ſatis probat Alciat. qui ab eligendo collegas dictos, quaſi in idem munus coelectos, mauult, & qui eiuſdem ſunt poteſtatis, vt ſcribit Vlpian in l.collegarum. ff.da verb.ſign. quos συνάρχοντας Græci adpellant, Brechæus l. Neratios.in tit.de verb.& rerum ſign.in princ.

COLLEGIVM ſiue Corpus, dicitur ſocietas quędā hominum ita contracta, vt ex plurib. perſonis vna perſona & vnum corpus fiat, l.1. Quod cuiuſq; vniuerſitat. Nam quæ collegij vel corporis alicuius ſunt, ſingulorum hominum non ſunt, ex quib. id coaleſcit ne pro parte quidem in l.ſi quorum. §.vniuerſitatis. ff.de rer.diuiſ. Et ideo non agitur commun. diuid. aut pro ſocio inter ſe earum rerum nomine quæ collegij ſunt, nec eas partiri ac diuidere poſſunt, niſi collegio diſſoluto l.3.ff.de colleg. & corporibus. Res enim huiuſmodi communes ſunt eis, non vt ſingulis, ſed vt vniuerſis. Collegium perſonam quandam eſſe imaginamur ex plurib. perſonis conflatā l. Mortuo, ff.de fideiuſſor. Quæ à multitudine collegarum differat. Itaq; mortuis quibuſdā collegis & alijs in eorum locum ſubſtitutis idem collegium ſemper manet, l.proponebatur, ff.de iudicijs & ob delictum collegij non temere plectuntur ſinguli, ſed collegium ipſum. Notatur in auth. facta. §.vlt. ff.de pœnis, leg. Si vſusfruct. ff.quib.mod. vſusfruct. amittat. Sed animaduertēdū eſt, omnia huiuſmodi corpora collegiaq; veterib. ſuſpecta fuiſſe propter coitionē in corpus, & alia quędam incommoda. Vnde fit vt nullū collegium iure Romano licitum ſit, niſi ſpecialiter permiſſum fuerit, l.3. ff.de Colleg. corpor. & l.1.tit.quod cuiuſq; vniuerſitat. l.2. ff.de extraord. crim. Proinde qui illicitū collegiū vſurpauerint, puniuntur extra ordinē ad exemplum ſcil. l. Iuliæ de vi publica l.2. ff.de colleg. & corpor. Notādum eſt igitur ex hac dictione Collegia, corpora, & ſodalitia alia eſſe licita, quę mandatis, conſtitutionib & Senatuſcōſultis permittuntur. qualia ſunt collegia in Academijs literarorū hominū & companię ſeu ſodalitia negotiatorum & artificū. Alia eſſe illicita ſodalitia, de quibus lex Licinia & aliq perlatę fuerūt. Vt videre eſt in Orationibus Ciceronis de ambitu, pro Sylla, pro Plācio, pro Murena. Pręterea notandū eſt, collegas & ſodales legē ſibi & pactionē quā volūt poſſe ferre, modo legi publicæ cōtraria nō ſit, & ſodalitiū ſit permiſſum, quod ex lege Solonis trāſlatū eſt in Romanos. Deinde notādū eſt collegiū illicitū extra ordinē coerceri: quinimo ea pœna puniri, qua crimen læſę maieſtatis l.2. ff.de colleg. & corpor. quod eſt argumento publicas accuſationes concurrere cū accuſationib. extraordinarijs, l.hæc verba ad legem Iuliā, de adult. & ſtupr. l.ſepulchri, tit. de ſepulchro viol. Selectis ex Lecturis Duareni nōdū impreſſis. ti.22.li.47. Pād de colleg. & corp.

COLLEGIVM, corpus, vniuerſitas, conuentus, idem ſæpe ſignificant, Innoc. c.1. de elect.

COLLEGIVM per duos imo per vnum etiam, conſeruari ac retineri poteſt, conſtitui non poteſt: quia alia eſt ratio conſtitutionis, alias conſeruationis, Gœddæ. in comment. tit. de verb. & rer. ſignific l.85.n.2.

COLLEGIVM tres faciunt. l.85.D.de verb.ſign. Collegiū, vt ſcribit Neratius Priſcus tit de verb.ſig l. Neratius à tribus fieri poteſt, quum plures videantur in collegio contineri. Sed cum duo tātum ſint conſules, atque alter alterum collegam appellat, nonne dicemus collegium conſulū, quando quidem collegium & collega coniugata ſunt. Videtur dicendum nequaquā eos collegas vocari poſſe, qui pari, duorum videlicet numero habentur, cum collegium non pauciores tribus conſtituant. Sed duo conſules, qui pari poteſtate ſunt præditi, & ſimul lecti, collegæ vocari poſſunt: quoniam modo ad corpus, modo ad munus & officium refertur: quando ad corpus, pauciores trib. collegium non conſtituunt: quando ad munus & officium tunc ij recte collegæ, qui pari in imperando poteſtate funguntur, etiamſi pauciores tribus ſint. Gœddæ. in comment. tit. de verb & rer. ſign. l.173 n.1. & 2. Collegia Romæ certa erāt, quorum corpus Senatuſconſultis, vel conſtitutionibus principalibus confirmatum. Collegium Senatorum, Decurionum, Ordinum. Briſſon ex ff. & C. Numa Pompilius inſtituit collegiū tibicinum, aurificum, architectorum, tinctorum, coriariorum, fabrorum, & figulorum. Erit itaque collegium illorum qui ſunt eiuſdem ordinis & profeſſionis, vt Papinia. de excuſatio. l.qui in collegio piſtorum ſunt, à tutela excuſantur. Item D. de colleg. illicitis ſæpe. Nebriſ. Collegia autem vel licita ſunt, vel illicita. Licita collegia quib. coeundi jus permiſſum: ſeu quæ vel legib. vel ſenatuſconſ. vel principalibus conſtitutionibus comprobata ſunt, veluti fabrorum, piſtorum, nauiculariorum, publicanorum, & aliorum id genus. l.1. & l.3. ff.de colleg. l.1. ff.quod cuiuſque vniuerſit. l.vlt. de excuſ. tut. l.19. C.de pœn. illicita vero ſeu reprobata, quæ ſine legis ſenatus, principiſve auctoritate conſtituta ſunt. l.1. in fin. ff.de offic. præf. vrbi. Vide quæ de hac re lib.1. Selectar. Antiq. dixit Briſſ.

COLLEGIVM celebrare, vſurpare: in collegio recipi, à collegio recedere, diſſolui ICti dicunt. Briſſ.

COLLEGATARII ſunt, quibus coniunctim legatum eſt l.10. ff. de vſufr. accr. l.37.§. ſi duobus. de leg. lib.1.§. ſi eadem res. inſtit. de leg. Briſſ.

COLLEGIATOS appellarunt Diui Principes. l.pen. C.de commer. & mercat. l.vn. de collegia. li.11. C. hos fuiſſe ex corporatis annotat Cuiac. d.l. vnic. Erant certis ciuitatum collegijs aſſcripti, & vide C.Th. tit.7.lib.14. Prat.

COLLEGIATI artifices, vt Alc. cap. fin. lib.4. Parerg. ſcribit, dicuntur, quod in collegia ſeu decanias diſtincti eſſent. Hi vt alicui muneri diligentius deſeruirent, varia priuilegia conſequebantur: erantq; ex ipſius vrbis fæce, vt idem teſtatur, ſuntque eos maxima illi numeroſi, quos in Nouellis Iuſti. Lecticarios, ſeu Decanos appellat: ad hos cura libitinæ pertinebat, id eſt, exequias, ſepulturamq; defunctorum procurandi, pharetra lecticâſve ferendi. Varius autem eorum fuit numerus, donec Iuſtinianus mille & centum ergaſteria, ſolum illis attribuit: quæ ad maiorem Eccleſiam pertinerent, immunitateque fruerentur. l.4.l. qui ſub prætextu. C. de Sacroſan. eccleſ. Cæteros vero munifices eſſe juſſit, neque hoc nomine excuſari. Vide quæ idem adnotauit c.16.lib.2. iam dicti operis. Spieg. Plura de collegiatis vide Cuiacium obſeru. lib.1. c.10. & quære ſupra in dictione Contabrum.

COLLEGIATOS operas proſecutionibus equorum præbuiſſe, eóque perſecutionem onere adſtrictos fuiſſe ſignificat lex 1. C. Th. ne operæ à colle. exig. In deſcriptione vrbis Conſtantinopolitanæ, cuius incertus eſt autor, ſingulis in regionibus collegiati ponuntur, qui ex diuerſis corporibus ordinati incendiorum caſibus ſubuenire conſueuerant. Briſſo.

COLLES intelliguntur homines inferioris vitæ, C. de ſum trini. l. fin. in prin. ſuper verb. collis. Oldend.

COLLIBERTVS, ſiue conlibertus, ab eodem patrono libertate donatus, qui cum alio eſt libertus, l. cum pater. §. volo. ff. de legat. 3. & leg. vlt. ff. vt lega. no. cau. l. 38. §. quindecim de legat. lib 3. & alibi ſæpiſſime, Prat.

COLLICARE Machinam. l. 8 l. 5. C. ſed interdum ff. commod.

COLLIGATVM verbis, i. contractum. Eo genere quo quid contractum eſt, diſſolui. Briſſon. ex ff.

COLLIGARE Hæreditatem, i. adire, ſubire, amplecti: Naufragia: plebem. Briſſon.

COLLIGI vnum locum. Pecunia ex bonis, ex computatione. Aqua in foſſa: ex reſcripto: ex Seto Briſſ. ex ff. & C.

COLLISIO eſt duorum pluriúmve corporum mutua confricatio & concuſſio. Gœddæ. in commen. ti. de ver. & rer. ſig. l. 14. n. 7.

COLLISVM argentum facto non continari: ſed infecto, & fracto comparari Vlpianus recte putat. ff. de aur. & arg. leg. l. Quotus. 2. §. cui aurum. Prat.

COLLOCARE ſiue (vt ſæpe in Flore. P. & claſſicis ſcriptorib. reperias) conlocare, eſt addicere ei, qui licitatione vicerit, leg. quod autem. 12. ff. de in di. adiect. Gothof. ad l. 15. ff. de minorib. & ad d. l. 12. in prin. De huius verbi ſignificatione propria vide Varronem li. 4. ling lat. vbi de verbo locare agit. Prat.

COLLOCARE fœnore. Collocare pecunias in nomina, in mercem, in prædijs, nominibus idoneis, penes aliquem. Collocare ſe nuptijs, collocare nuptui, & nuptum, & in matrimonium. Collocat filio meo filiam ſuam in matrimonio. Hinc Collocatio filiæ. Cicer. Collocatus fundus, id eſt, ad licitationem deducitur. Briſſ. ex ff & C.

COLLOCARE nominibus, dixit Proculus, l. ſi ita, 86. ff. de leg 3. pro deponere penes aliquem velut mutuo, qui huius pecuniæ cauſa obligabitur, ſortiſq; reddendæ fœnus, vſuráſve penſurus l. vxori, 24. ff. de vſufr. lega. Eodẽ ſenſu dicũt Iuriſcoſſ. Collocare in nomina, & Collocare, ἀνεῖναι: quam ſignificationem probaſſe videtur Traianus Plinio ſcribens lib. 10. Non aliud remedium diſpicio, quam vt quantitas vſurarum minuatur, quo facilius pecuniæ publicæ collocentur. De genere collocandarum pecuniarum loquitur M. Cicero lib. 3. Offic. Prat.

COLLOCARI, id eſt locari, in l. 4. C. de vectigal.

COLLOCARE in tutiſſima cuſtodia, l. 14 C. de adminiſt. tut. vel curat. Collocata ciuitas, id eſt ſita. l. 1 de cenſib.

COLLOCARE nuptam pronubis adſcribitur: earum enim officium erat nouam nuptam in lecto collocare: vnde Catullus ſcripſit:

...Vos vnis ſenibus bona:
Cognita bene fœmina, Collocate puellam. Et Terent.
Deinde illam in lecto illa collocant.

COLLOCARE nuptias propriè dixit Imp. Gordia. leg. 1. C. de indi. vidui. toll. ex notatione M. Varro. lib. 4. ling. lat. Sic Cicero lib. 3 de orator. Detulit ille coronam ad collocandas nuptias. Vide Gothofredum ad l. 9. ff. de ſponſalibus.

COLLOCARE etiam ſumitur Pontificijs pro inſtituere, & beneficium conferre, c. ad decorem. extr. de inſtitution. & vide infra inſtitutio. Prat.

COLLO domantur quadrupedes. Vlpia. tit. 10. Regul. Briſſon.

COLLOQVIVM eorum qui in domum aliquam conuenire ſoliti ſunt ad tractandum de adulterio. Varr. lib. 5. de ling. lat. Hinc colloquiũ, cum conueniunt in vnum locũ loquendi cauſa. Briſ.

COLLVCTATIO eſt conflictus, in l. qua actione. §. ſi in colluctatione. ff. ad l. Aquil. Io. Bello. Etymol.

COLLVDERE. i. e. luſoriè agere, & dicuntur qui quod in ſpecie ex animo facere videntur, Id ſimulare & fictè agunt inter ſe, aliorũ ſẽſibus illudentes: hinc qui luſoriè & nõ ex animo cauſam agunt, ac translatitiè accuſandi munere defunguntur, alij ſponte lite cedentes colludere dicuntur & præuaricari. l. & eleganter 7. §. ſi dolo. ff. de dol. mal. l. niſi 3. ff. de adult. l. 1. §. præuaricatorem ff. ad SCtum Turpil. Prat. Colludit cum reo actor, cum procuratore venditoris emptor, cum tutore amicus. Colludente tutore circumſcribitur pupillus. Briſſ. ex ff.tis.

COLLVDERE etiam ex alijs cauſis dicimus, atque ideo ad ciuiles cauſas pertinet hoc verbum leg. ſed addes. 19. ff. loc. Prat.

COLLVDIVM quod ſit, vide in l. 7. C. de bon. proſcript.

In COLLVM quid inijcere vt torqueatur. l. 7. ff. ad l. Iul. eſt vinculi genus quo collum adſtringebatur. Briſſon.

COLLVSORIE agere eodem ſenſu dixit Vlp. l. ſi ſeruus, 50. §. 1. ff. de lega. 1. vbi tamen Pandectæ Floren. habent luſoriè. Prat.

COLLVSIO, ſiue conluſio, eſt latens & fraudulenta conuentio, per quam alter in judicio ſuperari ſe permittit, qua interueniente aliquando delicta remanent impunita, vel etiam committuntur, l. 1. & 2. & tot. tit. ff. de colluſ. deteg. l. ſi ſuſpecta, ff. de inoff. teſtam. & alibi ſæpiſſime, & ſecundum Azon. in ſumma. C. de collu. deteg. fit per procuratorem & aduocatum cauſarũ, qui ſe in lite ſuperari patiuntur. Sed & per principales perſonas in ſimilib. tam in ciuili cauſa, quam in ſpirituali, c. audiuimus, extra de colluſ. deteg. in ciuilibus autem ſecundum Azon. fit impune, niſi in hoc caſu, puta ſi me agente cum alio, tanquam ipſe eſſet ſeruus meus, vel libertus, paſſus ſum eum pronuntiari ingenuum, confitendo contra me in judicio eum ingenuum eſſe, & hoc ideo, ne per tales ita degeneres inquinaretur ampliſſimus ordo Senatorum, &c. Old. Prat.

COLLVSIONE Procurator dicitur, qui paſſus eſt vincere aduerſarium, vt abſolueretur. Briſſ.

COLLVSIM, in l. 8. §. 1. D. mandat. alij habent colluſio.

COLLVSOR, l. 2. C. de colluſ. dete. qui colluſoriè agit, alias qui vna cum alio ludit.

COLLVVIES Colluuies. Briſſo. ex ff.

COLLYBVS verbum Græcum Polluci lib. 3. ca. 9. interpretatori ἀργυρίου ἀλλαγή. Budęus ad l. vlt. ff. de pig. act. ſignificãt ius vim verbi exprimit his verbis, Collybus eſt id detrimentũ pecunię, quod in ratiocinijs emptionem anti adpellant, & vulgo cãbiũ dicitur, cũ pecunia ad exteras nationes exportanda eſt, & apud numularios alija nummis commutanda, vt ſi argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quędã pecunię abrogata, & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in vna prouincia alio quo genere permutãda ſint rato, & recepto, & promulgato in ea prouincia. Id enim quod ex pecunia apud numulariũ decedit, & velut perit, Collyb᷒ adpellatur. Hęc ille. Cicero in Verrẽ act. 5. Ex omni pecunia, quã aratorib᷒ ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primum pro ſpectatione & collybo. Prat. Hinc Collybiſtę dicti ſunt numularij. Pra.

COLLYRIA in inſtrumento Medici eſſe ait l. 18 §. in inſtrumento ff. de inſtruct. quæ vox originem ſuam in Latio non ſeruat. Nam ab ea, vnde prodit, gente, Κολλύρα dicta Suidæ reſtis eſt, qui ἰατρικὰ φάρμακα ita appellari ſcribit. Nec dubium eſt, Gorræo duce atque auſpice, hoc Medicamenti genus figura tereti compoſitum fuiſſe. Certam namque habuiſſe formam ex eo colligitur, quod pleraque medicamenta Collyrij forma fingenda eſſe, veteres rei medicæ auctores præcipiunt. Atq; adeo Oribaſius Collect. medic. li. 10. c. 23. Collyrijs figuram tribuit caudæ muris ſimilem. Vnde coniectura capi poteſt, hoc Medicamenti genus oblongum & rotundum fuiſſe, indeque nomen traxiſſe, ac κολλύριον ἀπὸ κολοβῆς οὐρᾶς appellatum, quod eſſet inſtar mutilatæ caudæ Briſſ.

COLLYRIVM κολλύριον, παρὰ τὸ κωλύειν τὸ ῥεῖν, i. quod fluxũ impediat, ac ſiſtat: medicamentũ eſt ad oculos pertinens: Briſſonio etiam ad alias corporis partes: Imp. § 25. de rer diuiſ. aut ex ſuis & alienis medicamentis emplaſtrum aut collyrium. De Collyrijs Corn. Celſus copioſe li. 6. c. 6. Paulus in l. 18 §. 30. de inſt. vel inſt. in inſtrumento medici eſſe collyria & emplaſtra, & cætera ejus generis Caſſina ſcribit. Hotom.

COLLOBIA in l. 1. C. Th. de habit. quo vti opore. veſtimenti genus, dicta putat Iſidorus lib. Etymol. 19. c. 22. quod oblõga eſſent, & ſine manicis. Diſſimilia forte non erant ei veſtimentorum generi, quod Galli vocant *Reiſtre* Cujacius obſ. li. 12. Colobia hoc in loco interpretatur latos clauos ſuperiectos interiori veſti. Prat. Alij Colobum & plurali Coloba legunt. Briſſon.

COLOBIVM, ſiue Colobium honeſtioris veſtis genus fuiſſe Impp. conſtitutio indicat, quæ eſt de habitu quo intra vrbem Romam liceret eſſe Seruius quoque Colobijs antiquos vſos, ſeruos autem neq; colobia, neque calceos habuiſſe ſcribit. Meminã & in Epiſtola quadam Pij Ro. Epiſcopi ad Iuſtum Viennenſem, quæ Auiti verſibus ſubiecta eſt, Epiſcopalis colobij mentionem fieri: Quod cum ſine manicis fuiſſe Iſidorus teſtetur, fortaſſe & illa tunica pectoralis, de qua Marat Chriſtiani nominis Diaconus ſub Gallo tortus eſt, colobij formam habuit. Pithœus lib. aduerſ. 1. c. 16. Colobijs ac penulis vti in vrbe Senatores jubebantur, non veſte militari. l. 1. C. Th de hab. quo vti opor in vrb. Alex. Lampridio autore, Cujac. 15. obſ. 39. Vide & Gothof. ad l. 42. ff. de don. inter vir. & vxor.

COLONARIVM jus) vetere interprete diffinitore in §. lex itaque in auth. de non alienan. aut permut. conſt. 7.) eſt veluti ſi quis domum valentem centũ ſolidos, & præſtantem penſionẽ ſolidos decẽ accipiat ab eccleſia, & det pro ea ſolidos centũ ſeu amplius, aut certe minus, & quaſi iam de propria aggrauat ſe dare ſingulis annis quaſi penſionis nomine ſolidos tres, iſte appellatur κανονικὸς, &c. Old. interdum autem colonarium jus dicitur conditio coloni: alias merces emphyteutica, quoniam emphyteuſis ex longa conductione conſtat. Idem Old.

COLONARIVM jus quomodo differat ab emphyteuſi, vide ad l. 24. §. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.

COLONARIA conditio, vide l. 3. C. de infantib. expoſ.

COLONARIVS contractus quis dicatur, vide Gothof. ad rub. C. de jure emphy & paulo poſt in verbo colonarius contractus.

COLONATVS perpetuus, vide l. vn. C de mendicant. validis.

COLONIÆ propriè colonorum deductione fiebant. Quibuſdam tamen ciuitatibus licet in eas nulli coloni deducti eſſent, Coloniæ jus Imperatores dabant, idque diuerſimode. Briſſ.

COLONIA

COLONIÆ à municipijs differunt. Nam Coloniæ ſunt quæ ex vrbe Roma originem habent: municipia vero ſunt ciuitates à Pop. Rom. in ſocietatem ſuorum munerum ac honorum receptæ, ſuo interim jure vtentes. Gœddæ. in tit. de verb. & rer. ſignif. l. 18 num. 7.

COLONIAS inde dictas putat Siculus Flaccus in lib. de condit. agror. quod in municipia miſerint colonos. Quod & Aggenus Vrbicus probat, aliàque appellatas ab agrorum noua dedicatione cultura: vnde non immerito.

COLONIAM pro prædio quod ſub colono poſſideatur, ab eo vel colatur dixere Iuriſcoſſ. Paulus in l. ſi in lega. §. colonus ff. de loca. Scæuola in l. Seiæ. 20. §. prędia ff. de inſtr. inſtrumentóq; lega. Erant autem Coloniæ, cum coloni aliquem in locum deducebantur, aut veteribus incolis adſcribebantur, vel veteribus colonis noui addebantur. Hæ duorum erant generum, quędam Latinę, quædam Italicæ. Latinis juris erat ciuitatis & ſuffragij & magiſtratus capiendi ſi in ſua colonia magiſtratum geſſiſſent. Idem jus colonijs tranſpadanis dedit, quamuis colonos in ijs non collocaſſet Pompeius. Strabo. Proinde ſcribit ad Atticum Cicero: Quoniam videtur in ſuffragijs multum poſſe Gallia. Italicis autem colonijs jus ciuitatis & ſuffragij nullum erat, ſed qui in colonias illas deducebantur, jus ciuitatis omnino quidem amittebant, immunes tamē erāt nec tributum aut ſtipendium pendebant. Itaq; extra Italiam coloniæ juris Italici immunes erant, cum prouinciarum ſolū tributarium, & ſtipendiarium eſſet. Tandē tamen paulo ante Strabonis ętatē tota Italia ciuitate donata eſt: & denique Antonini Imperatoris tēpore, quicunque ex orbe Romano eſſet, vt Iuriſconſulti ſcribunt. Municipia vrbes erant jure ciuitatis Rom. donatæ, in quas ſi coloni deducerentur, in coloniæ conditionē tranſibant, & cum ante ſui juris eſſent, legem à deductore coloniæ accipiebant. Hinc veretur Cicero, ne Rullus municipia Cāpanię colonis occuperet. Eodem modo colonię in jus municipij trāſibant, vel beneficio ſenatus vel ejus qui colonis deducebat, vt ex legis verbis, quę recitaui, apparet. Puteolis coloniā fuiſſe ſcribit Liuius, ſcribit & Paterculus: paulo ante cōſulatū Ciceronis in municipij cōditionem mutati fuerāt, vt ex his verbis orationis ſecundę in Rullum apparet: Puteolos verò qui nunc in ſua poteſtate ſūt, ſuo jure, libertatéque vtūtur, totos nouo populo atque aduentitijs copijs occupabunt. pro Celio: Nam quod eſt obiectum municipibus eſſe adoleſcentem non probatum ſuis; nemini vnquam præſent. Puteolani maiores honores habuerunt. Itaq; quod tātopere ſe hæſitare Aſconius confitetur, quid ſit quod coloniam Placentiam Cicero in Piſonem municipium appellauit, hinc nullo negotio ſolui diluique poteſt. Turnebus lib. Aduerſ. 1. c. 11. vide, & Cuiac. 12. ob 35 Prat. Cæterum quę fora, quæ conciliabula, quæ præfecturæ fuerint, vide infra ſuis locis.

COLONIAM pro loco agricolationis accipi apud Paulum, leg. quæro. §. vlt. ff. locat. falſo putat Oldend. cum pro perſona ſumi liquido conſtet ex ipſo contextu, idque Bartolus ſentit recta. falſiſſima igitur ibidem legit Coloniam I. Spieg. pro loco agricolationis. Prat.

COLONI propria dicuntur, qui agrū certa pecunia conductū colunt. autore Columel. li. 1. Vnde in jure appellantur nummis colentes, l. ſi apes. ff. de furt. l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat.

COLONI, de quibus extat rubr. Cod. de agric. cenſ. & col. liberi homines erant, qui ea conditione agros colebant, vt & certam annum nomine penſionem præſtarent, neque vnquam ab alijs diſcederent; adeo vt terra ipſorum quodammodo domina videretur, quin etiam triginta annorum poſſeſſione jus illud ab agrorum dominis acquirebatur, quod ex tit. ff. & Cod. de agric. & præſertim ex leg. 19. intelligitur Prat.

COLONVS quandoque ſpeciatim ſatorum proprium, per quam prędia coluntur, denotat: alias quemlibet qui fundum colendum fruendúmque conduxit Et vt prædij vrbani conductor, inquilinus, ita Ruſtic. Colonus dicitur. Vnde Colonus & inquilinus ſeparantur, l. 24 §. ſi domus ff. locat l. Briſſ.

COLONVS & Locator opponuntur.

COLONICA lex, quæ colonis dabatur, Varroni: vel qua colonia erat deducta, Frontino. Briſſ.

COLONICI decuriones, id eſt, coloniarum decuriones. Sueto in Auguſto. Briſſ.

COLONI ſeu ruſtici, proprij juris vulgo dicuntur *Freibauren*, quorū multi ciues ſūnt coloni in oppidis. Fuiſſe autē & olim tales colonos, aut nō per omnia diſſimiles, qui proprio colerent jure, liquet ex l. hi plures. §. ſine quib. C de Agricu. & cenſit. lęg. ex tit. Nouel, vt null. mutu. agrico. Et null. credent agrico. Obſeruauit Oldē Spieg. vide ſupra in dictione Cēſiti.

COLONI interdum pro conductoribus prædiorum ad fiſcum pertinentium accipiuntur in conſtit. Alex. l. coloni. 28. C. de excuſ. tut Prat.

COLONI Cæſaris adpellantur l. fin. ff. de offic. procu. Cæſar. l. pe. §. colonos. ff de jur. immuo. Br.

COLONI prædiorum fiſci, leg. vlt. §. 1. ff. ad municip.

COLONI etiam dicebantur, qui in Colonias deducebantur. Vnde colonus à municipe, & colonia à municipio prorſus ſeparatur. l. libertus. §. error. ff. ad municip. l. ejus, qui. 37. §. 1. ff. eo. Paul. lib. 4. Sent. tit. 6. & hujus differētiæ commeminere Gel. li. 16. c. 13. & Alex ab Alex li. 4. c. 10. vide ſupra Coloniā. Pra.

COLONI differunt ab emphyteuticarijs. Nam finita emphyteuſi culpa emphyteutæ, ipſe emphyteuta *ἐμπονήματα*, ſeu meliorationes amittit: ſin minus, non amittit, eiúſque hęredibus eo nomine actio competit Clarus lib. 4. §. emphyteuſis qu. 45. Vvurmbſer. 2. pract. 34. obſ. 5. Gothof. ad l. 2. ibi: nomine meliorationis. C. de jur. emphyt.

COLONI olim generaliter dicebantur omnes vſquā habitantes: vt apud Virgilium: ...*Tyrij tenuere coloni.*

Nūc vero colonos generatim vulgo referimus ſolū ad culturam agrorū, prędijq; ruſtici conductorem & cultorem ſignificat: vt enim ædium inquilinus, ita agrorum colonus dicitur. ita hos ſeparat Marcia. l. res pignoris, 37. ff. de acq. poſſ. in libro tamē Codicis 11. coloni terrę adſcriptos ſignificant. Prat. Old. Briſſ.

COLONORVM varia genera conſtituit Azo. Sed ea verius dignoſces ex lib. 11. C. Horum igitur alij vocantur coloni conditionales, alij coloni inquilini, alij originarij, alij partiarij, alij coloni ſimpliciter nuncupati. Prat.

COLONI conditionales dicuntur, quaſi ex ſua conditione prædium vel agrum colere debentes, & ſecundum Io. de Plat. ſic conſtituuntur, quod primo in ſcriptis, vel ſine ſcriptis perpetuo jura colonos ſe eſſe in fundo promittunt vt poſtea per 30. annos in fundo permaneant. Et licet quidam putent hos aſſi adſcriptitios conditionales, tamen ſecundū Ioannem male putant, quia Colonus temporis tranſcurſu poteſt liberari, adſcriptitius vero minime, vt Cod. de agric. & cenſit. leg. cum ſcimus, lib. 11. require ſupra Adſcriptitius. Prat.

COLONI dominici dicebantur, qui colebant agros imperatoris vt C. de prædi. & omnib. reb. lib. 11. l. 7. C. vbi cauſ. fiſcal. l. 5. C. de agric. & mancip. l. 11. C. de præd. tamiac. lib. 11. Oldeo.

COLONI Illyrici, alias Illyriciani, de Illyrico, id eſt, Sclauonia dicuntur, & habetur in l. eum quæ tabſtur C. vnde vi. vbi dicitur: inter Illyricianam aduocationem gloſſ. 2. inter aduocatus de Illyrico C. de colo. Illyrici. lib. 11. l. vnica. Old. Pra.

COLONVS originarius ſecundum Ioannem dicitur coloni conditionalis filius, ex eo quod originaliter conditioni colonariæ ſubiectus eſt: nec refert, ſecundum Ioannem ſiue in ſolo fuerit natus; ſiue extra ſolum: quia tanquam originarius ad terram illam reducendus eſt, quam pater ſuſcepit colendam. vide l. originarios C. de agri. & cenſit lib. 11. Oldend. Prat.

COLONI originales. vide l. 1. C. de agric. & mancip.

COLONI patrimoniales, vide l. 7. C. vbi cauſ. fiſcal. l. 13. C. qui dat. tuto. l. 1. C. de fugitiu. colon.

COLONI Saltucoſes, l. 1. C. iam d. t.

COLONI Palęſtini ſunt liberi: tamen terram dimittere non poſſunt. Prat.

COLONI autem quidam partiarij vocantur, qui fructus cum domino diuidunt, ad differentiam eorum qui nummis colunt, quique ad pecuniam numeratam conduxerunt, l. 25. §. vis maior ff. locat. l. 56. ff. de furt. & ſunt.

COLONI partiarij ſecundum quoſdam illi, qui terram colunt nō pacta pecunia, ſed pro parte dimidia, vel tertia, ſecundum ſterilitatem terrarum, & ſecundum Ioannem nullum jus habent ſtatim fructibus à ſolo ſeparatis. Et ille dicitur propriè partiarius, qui adducit rē ruſticam pro communi damno & cōmodo. Et competit contra eum actio pro ſocio. Old. Prat.

COLONVS partiarius *μορτίτης* Iuſtiniano dicitur in lib. legum ruſticarum titul. 2. quem libellum epitomæ ſuæ ſubijcit C. Harmenopulus. Prat.

COLONVS ſimpliciter ſecundum Ioannem dicitur, qui ſub certa annua mercede in pecunia numerata prædia colenda accipit: & competit contra eum actio præſcriptis verbis, ſiue in factum. Nam ſecundum eum non eſſet locatio ſine pecunia, ff. depoſ. l. 1. §. ſi quis ſeruum.

NOTA verò differentiā inter colonos & inquilinos. Primùm enim, colonus in agro, inquilinus in ędib. regulariter & ſpeciali ſignificatione intelligitur l. Re pignoris. ff de acquir. poſſeſſ. l. vl. ff. de vi & arma. Appia. lib. 5. bell. ciuil. Deinde eaquę in prędia vrbana ſūt illata pignori eſſe creduntur, etiam ignorante domino. In ruſticia verò prędijs nō aliter obligantur, quam ſi ſciente domino fuerint illatæ res coloni. Quo ſcoſu cōcilantur l. Eo jure vtimur. ff. In quibus cauſ. pig. vel hypot. tacit. cōtrah. Et l. certi juris C. de loca. & cōduct. Denique, ſi inquilinus conductā domum, vel eius partem ruſſus alij locauerit, quod fieri poteſt, niſi aliud conuenerit, l. nemo prohibetur. C. locat. tunc res ſequentis conductoris domino ſunt obligatę. l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pignor act. Sin autem colonus locauerit alij fundum conductum, res poſterioris conductoris domino non obligantur, nec competit Seruiana: ſed fructus in cauſſa pignoris manent l. ſi in lege. §. Si colonus ff. locat. Oldendorp.

COLONVS liber, l. 1. C. de præd. tamiacis lib. 11.

COLONVS ſuperficiarius eſt, qui aream conducit ea cōditione, vt ſibi liceat in ea ędificare, & domū tollere cū voluerit. Old. Pra.

COLOBARIVA contractus, quo hodie apud ruſticos noſtros nihil aſt frequentius, cum quis vt liceat ſibi babere ſemper agrum, obligat ſe ac beredes ſuos, ad certam pecuolam vel ſpeciem, vel vtrunque quotannis ſolnẽdum. Certe nibil aliud eſt, Old. ioquit, quam Emphyteuſis, non illa quidem in Codice deſcripta, ſed quam exemplo illius politia velut vtilem xcecpit. Fit autem mentio huiuſmodi contractus io Nou. de non alien. aut permut. rebus, probatq; Bartol. dictum: Quod multæ conuentiones de colendis agris appellentor quidem diuerſis nominibus, res tamen ſit eadem io l. ſi fioita. §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infect. & l. 1. C. de jus. emph. Spieg.

COLONIA Germaoiæ, cuius meminimus io dictione Agrippioenſes, ioter clariſſimas Imperij noſtri vrbes, ab Oldendorpio recte annumcrator,

COLOPHONEM cauſæ ponere, eſt diſſentiendi inter partes finem facere, & vltimum calculum, ac totius rei deſioitiuum adijcere. κολοφὼν vertex eſt, & finis capitis Budæus io l. vlim. de Senator. S. c. Colophonem addere, eſt vltimum & potentiſſimum ſuffragium adijcere, quaſique vltimam manum imponere, poſt quam nihil vltra hæſitandum ſit. Spieg.

COLOR (id eſt, ornamentum orationis) non eſt reſpiciendor, ſed veritas. Qua de re non ioelegaoter Speculator pluribus agit tit. de aduoc. §. 6. cum ſeq Spieg.

COLORATVM beneficium, io l. jubemus 2. §. ſcientes. Cod. de ſacroſanct. eccleſ. dicitur quod colore & prætextu aliquo defenditur, velut officio aut ſtudio aliquo, & ἐπ' ἀνάθημα, id eſt remonerandi gratia, vt Nou. 120. Perperam autem iu vulgatis codicibus collocati legitur pro colorati. Prat.

COLORATA donatio, l. 3. io prin. C. maodat.

COLOR adipiſcendæ poſſeſſionis. l. 3. C. qui legitim. perſon. ſtand. io judic.

COLOR juris. l. 9. C. de calumniator.

COLOR naturalis ac oatioos. Colorum temperandorum vaſa. Colore honeſtatis quid velari. Re aſto colore agitur, defenditur. Briſſ. ex ff. & C.

COLOR, vt & titulus quæſitus, io l. Sulpitius, ff. de donat. ioter vir. & vxor. pro vitioſa, fraudulenta, nec ſincera donatione iotelligendus eſt: nec interpretes ignorarunt, Colorem quæſitum, vſquam in malam ſonare partem, pro prætextu ſcil. apud Mart. l. 5. de Inoffic. teſtam. Igitur color quæſitus dicitur, com id quod verè agimus, ſimulatione aliqua obtegimus, ſiue fraudandæ legis gratia, ſiue alia ex cauſa id fiat: ſolentque hoc loquendi modo Iuriſconſulti plerumque vti metaphora, vt Alc. opinatur, à rhetoribus accepta, qui verborum coloribus veritatem plerunque offuſcant. Spieg.

COLORAM abigeatus quærere, l. prima, §. 4. ff de abigeis.

COLVMBARVM fera eſt natura licet ex conſuetudine auolare & reuolare ſoleant. Inſt. de rer. diuiſ. leg. 3. de acqu. rer. dom.

COLVMBARIA, latibula columbarum, in quibus nidificant ſingula paria à quibus ἀποσπάσματα ſeparat Varro. Briſſon.

COLVMBARIVM Vlp. in l. Pompon. ſcribit. ff. fam. erciſc. Idem Pomp. inquit, & columbas, quæ emitti ſolent de columbario, venire in familiæ erciſcundæ judicium. Columbarium & columbaria, proprie eſt locus vbi habitant columbæ agreſtes: nam domeſticarum periſteteones vocamus. Eſt & columbarium, loculamentum in periſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum Spieg.

COLVM oinarium, vas quo veteres infecta niue vinum colabãt, id eſt, tranſmittebant: partim vt alſius biberent, partim etiam vt liquidius. Pompon. l. 24. ff. de aur & arg. lo argento potorio etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum eſt, veluti colum oinarium, & vrceoli. Martialis de colo niuario, in Apophor. Setinos, moneo, noſtra niue frange trientes. Pauperiore mero tingere lina potes. vt de ſacco niuario, Attenuare niues norunt & lintea noſtra. Frigidior colo non ſalit vnda tuo. Hor. vide & Alciat. lib. 2. parerg. c. 4. Prat.

CONSTAT veteres voluptatis cauſa Niuem adſeruaſſe, qua io ſummis æſtiuis caloribus vina diluerent: inde Seneca luxuriã ſui ſeculi carpens lib. 4. Nat. q. c. 13. ait, non ſorbere ſolum niuem, ſed etiam eſſe conſueuerunt, & fruſta eius in ſcyphos ſuos deijcere, ne inter ipſam bibendi moram torpeſcant.

COLVM pro Coſtum legi puto apud Pomponium in d. l. 21. §. 2. ff. de aur. arg. leg. Vide Coſtum. Hor.

COLVMNAS inde dici ſcribit Feſtus lib. 3. quod culmina ſuſtineant, ſic accipit eas Vlpianus in l. ſicut. 8. §. 1. ff. ſi ſerui. vindic. Vitruuius autem lib. 4. cap. 2. quod columen. id eſt ſummum faſtigij percutiens, tignum ſuſtineant. Prat.

COLVMNA ædiom l. 21. ff. de legat. 3. Columnæ ædibus detractæ ſubductæ, ab ædibus ſeparatæ l. 41. §. 1. & §. item hoc prohibetur. ff. de l. 1. Columna tolli, tranſportari, reponi, frangi. Columnam reſtituere quæ onus vicinarum ædium ferebat. Columnas ſtructiles ſuper parietem imponere quæ tectum porticus ſuſtineant. Briſſ. ex ff. & C.

COLVMNARII in epiſtolis Cælij apud Ciceronem, ſunt homines viliſſimi, obærati & decoctores, qui ſæpe ad columnam Mæniam in jus vocabantur, quam intelligit Cicero pro Seſtio ſcribens, æris alieni in freta ad columnam adhæreſcere. Turneb. li. 12. aduerſ. c. 17. vide Cuiac. 1. obſer. 13. & 11. obſer. 8. Prat. Alcia. li. 4. pererg in. ca. 18 apud Ciceronẽ perperam Herculeo freto legẽdũ putat. voluit enim Cicero, propter æris alieni magnitudinẽ quod cõtraxerat gurges ac vorago patrimonij, cuique ſoluendo ne plurimũ exhauſtæ fortunæ eſſent ſatis, nõ ſolũ vt olim ad principũ columnas, veluti perfugiũ quoddã aduerſus creditores, verum etiam ad Clodij tribunatum, in eiuſque fidem hoſtẽ confugiſſe. De iiſdem columnis ac debitorũ perfugio loquitur Vlp. l. Eũ qui ff. de priuil. cred. Pertinet huc etiã illa tribunorũ plebis hiſtoria, cuius meminit Valer. lib. 6. c. 2.

COMAGENA in l. 25. ff. de aur. & arg. vnguẽti genus: quod quale ſit ex Plinij verbis à me ſubiectis facile intelligi poteſt: Sic autẽ ille libro 10. ca. 23. de anſeribus tractãs ſcribit. Aliud reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur. Adipẽ eorũ in vaſe æreo cũ cinnamo niue multa obrutum ac gelido rigore maceratũ ad vſum præclari medicaminis, quod ex gẽte dicitur Comagenũ. Ibidem li. 29. c. 3. Fit ex adipe inſignis: alioquin celeberrimi vſus eſt ad hoc Comagene Syriæ parte cũ cinnamo, caſſia, pipere albo, herba quæ Comagene vocatur, obrutis niue vaſis odore jucundiſſimo, vtiliſſimum ad perfrictiones, cõuulſiones, cæcos ac ſubitos dolores, vnguentúmque pariter & medicamentum eſt Briſſ Adde Forcatulum in ſuo Auiario ca. 15.

COMATI pueri. Comatæ puellæ, comis ornati. Antea enim pueri formoſuli ſuam comam vitta nectebant, vt compoſiti ſuis amatoribus magis placerent. Briſſ.

COMBITRÆ dicuntur diplomata ſiue codicilli, aut tractoriæ, aut συνθήματα, quæ dantur curſu publico vtentibus, vt l. Cuiacius ſcribit l. continuus. §. cum ita ff. de verb. obli. Prat.

COMBINATIONIS verbo alio ſenſo vſus eſt Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſionis, quo verbo actionum concurſum, & coniunctionem petitorij, & poſſeſſorij ſignificauit, non, vt Alciat. putat, ἀξίωμα, & quod duobus verbis Planudes, vou dixit expreſſit ve Bart. att ille:

Hac breuitas ſenſus facit coniungere binos.

Bartolus coniunctionem duorum, Combinationem adpellauit. Porro petitorij & poſſeſſorij Combinationes ſeptem recenſuit, & explicat Bartolus: quo in genere videndos Berengarij Fernandi & Ioan. Coraſij commentarios in d. §. nihil commune, reliquo. Prat.

COMBVSTA domor, inſula. Briſſo ex ff.

COMMODA beneficia, per tranſlationem, eſt beneficiorum obliuiſci, Old. Prat.

COMITAS Phœnices, Syriæ Auguſtæ, Euſratenſis, Arabiæ, Thebaidos, Pentapoleos, Libyæ Pentapoleos, vtriuſque Armeniæ, vtriuſque Ponti, Scythiæ, Myſiæ primæ & ſecundæ, Daciæ, Pannoniæ, Ægypti, Pamphyliæ, Iſauriæ, Lycaoniæ & Piſidiæ, Briſſon. in prætermiſſis.

COMITIA, i. e. Comitum dignitas & honor. Briſſ.

COMITIVA honor vicinus ſuit Illuſtribus, Spectabiléſque antibat. Caſſiodor. Epiſtola duodecima. lib. 6. Briſſ.

Erant autem diuerſi Comitiuarum gradus. Nam & primi ordinis, & ſecundi, & tertij Comites, Comitiuáſq; inuenimus, l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 6. C. de principibus agẽt. in reb. lib. 12. l. 1. C. de Comitibus & tribun ſcholar. li 12. l vlt. C. de comer. lib. 12. l. 9. de ſoarijs vrbi Rom io C. Theod. & apud Caſſiod. in libris Variar. non raro. Ex quo mendum eluaro, quod Vegetij impreſſos omnes codices occupauit, in quibus lib. 2. c. 9. ita paſſim ſcriptum eſt: Proprius autem iudex erat præfectus legionis, habens communem primi ordinis dignitatem. Cum tamen legendum ſit, Comitiuam primi ordinis, vt ſcripti codices & Modeſti Epitoma docent. Briſſ.

COMITATENSES legiones in l. 7. C. de palatin. ſacrar. largi. libro 11. quæ comitatui principis conceſſæ ſunt: quæ ſub diſpoſitione Magiſtrorum militum io Notitia Imperij Romao ponuntur. Sic & Comitatenſes numeros in l. 14. C. de re milit. & vexillatio. Comitatenſes accipere oportet, In l. 1. de bonis milit. io C. Theo. & in notitia ſupradicta aliquoties. Briſ.

COMITES apud veteres authores ij dicebantur, qui cum poteſtate erant, id eſt, quibus Imperij pars mandata erat. Cic. in Lælio. De Scipione dicam libentius: quanta illi fuerit grauitas, quanta iu oratione maieſtas, vt facile ducem pop. Rom. non comitem diceres. Prat.

COMITEM (ait Vlpian. l. item apud Labeonem 15. §. comitem. ff de iniurijs) accipere debemus eum, qui comitetur & ſequatur, Labeo apud Vlpianum ita diffiniebat eum, qui frequentandi cuiuſq; cauſa vt ſequeretur deſtinatus in publico priuatove abductus fuerit. Pædagogos inter comites eſſe idem Labeo ait apud Vlpianum d. §. comitem. Prat. Vide in libris Pandectarum, ſeu Digeſt.

COMITES adpellari cœpti ſunt, qui proconſules, Præſides, Procuratores Cæſaris, in prouincias euntes comitabantur, vel ſenatus, vel ipſorum magiſtratuum voluntate ac judicio, publicorum negotiorum adiutores atque adminiſtri: quales erant quæſtores, legati, ſcribæ, acceuſi. Comites præſidum & proconſulum, procuratorúmve Cæſaris à muneribus vel bono-

honoribus & tutelis vacant. l. Senatuſconſultum ff. de off. præſid. l. adminiſtrantes. ff. de excuſat. tut. l. diem functo. 4. ff. de offic. adſeſ. Suetonius in Iulio c. 42. Sanxit (ait) ne quis Senatoris filius, niſi contubernalis, aut Comes magiſtratus peregre proficiſceretur. Hotom. Prat.

COMITES proconſulum erant duplices, munerum ſcilicet & tutelarum leg. legato ff. de vac. muner. Horum autem comitum alios dabat princeps vel Senatus legatis, alios vero ipſi legati eligebant, de prioribus agitur in l. abeſſe. ff. ex quibus cauſ. major. vbi reip. cauſa abeſſe videntur comites legati Cæſaris, qui in ærarium & in commẽtarium principis relati ſunt. nam princeps ſcribebat in ſuo commentario veluti diario & libro rationum, Talem præſidem præfeci Myſiæ, taleſque ei dedi comites, & ex ærario tot ſalarij nomine aſſignari, nimirum comites ex publico ſalariũ capiebant. l. fi. ff. de off. aſſ. & fiſcus ſive ærarium habebat commentarium, in quo nomina Comitum deſcriberentur: cui qui præerat dicebatur commentarienſis. l. in fraudem. §. quoties, ff. de jure fiſci. De poſterioribus Comitibus à legato electis agitur in leg. ſolet §. ſicut. ff. de off proconſ. & apud Ciceronem in epiſtol. ad Fratrem, qui tum Aſiæ præerat. Atque, inquit: inter eos, quos tibi comites & adjutores dedit ipſa Reſpublica, his finibus præſtabis quos ante præſcripſi: quos vero aut ex domeſticis coniunctionibus, aut ex neceſſariis apparitoribus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex coborte prætoris appellari ſolent, horum non modo facta, ſed etiam dicta præſtanda nobis ſunt, hoc Tullianum confirmatur l. 1. ff. ad l. Iul. repet. ibi, vel cum ex cohorte. Prætores autem tanquam præſides gubernaſſe antiquitus provincias certiſſimum eſt l. 2. §. conſtituti ff. de orig. jur. l. eum qui ff. de juriſd. omn. jud. Foreat. in dial. 62. Neçyomant.

COMITIBVS annumerat Cic. actione 4. in Verr. præfectos, ſcribas, præcones, medicos. Iuſtinianus vero ſub tit. de off. adſeſſ. Conſiliarios, & adſeſſores legatorum & proconſulum. Plin. lib. 9. de Comite Proconſulis loquitur. Prat. Briſſ.

COMITVM nomine Iuriſperiti provincialium magiſtratuum adſeſſores appellati ſunt: quos magiſtratus arbitrato ſuo delectos, ſecum abducebant l. non ſolum. 10. §. qui primum, 5. ff. de excuſat. l. 12. § 1. ff. de vacat. & immun Prat.

COMITVM in Conſtitutionibus Impp. recentiorum variæ, pro adminiſtrationum varietate, appellationes & ſpecies extant. Summa tamen eorum diuiſio in duo genera poteſt diſtribui. Quidam enim in Palatio militabant, circa latus principis agentes, & circa ipſum Imperatorem occupati. Alij per provincias conſtituti erant. Briſſ.

COMES rerum privatarum in l. 3. C. de bonis vac. lib. 10. & l. vlt. C. de perit. bonor ſubl. eodem lib & Nouell. 7. Valent. gubernator erat privatæ ſubſtantiæ principis, idque per curam Rationalium. ita videtur diffiniſſe Caſſiodor. lib. 6. in Formulis. Interpretes Græci lib. 6. [illegible] ita diffiniunt [illegible]. Strabo autem de eo ſic ſcribit: [illegible]. Vnde videntur Comites rerum privatarum fuiſſe, qui vacantia bona fiſci nomine occupabant.

COMES ſacrarum largitionum, cuius frequens mentio fit in [illegible] variarum conſtitutionum C. Iuſtin. & Theod. ſed & in ipſis is erat, qui theſauris ſacris, i. e. imperatoriis & auguſtalibus pecuniis præerat, vel qui liberalitatis & donorum curam gerebat. vt docet Caſſiod. lib. 9. de Comitiua ſacrarum largitionum. Hujus nulla fuit inter privatos juriſdictio, ſed tantum pecuniæ fiſci qui liberalitati principis ſuppeteret, cura erat demandata. Connanus lib. 4. cap. 14. num. 6. ſub hujus diſpoſitione erant Comites largitionum per provincias conſtituti item Comites Commerciorum, metallorum, veſtiariorum. Comites quoque & rationales ſummarum per provincias ſparſi, nec non procuratores baphiorum, &c. Briſſon.

COMES ſacri patrimonij in tit. de officio Comit. ſacr. patrim. C accipere debemus eum, qui patrimonium ſacrum principis curat, cuique id ideo creditum erat pro ſubleuandis patrimoniorum fortunis, vt Caſſi. lib. 6. in formulis ſcribit Briſſ. Pr.

COMES ſacri conſiſtorij, qui intimo Principis conſilio aſſiſtebat, in §. 1. Cod. de no. C. fac. & de adno. diverſ. judi. vbi inter ſpectabiles ponitur, idem & Conſiſtorianus dicitur l. 13. cod. de excuſ. mun. lib. 10. rub de comitibus conſiſtorian. l. vlt. de diſcuſſor. l. 1. C. de Comitibus conſiſtor. libr. 12. eum proconſulibus æquant Anthemius, & Honorius l. 1. C. eod. idem primi ordinis dicebatur, vt ex Caſſiodoro colligitur lib. 6. Variar. Non ſum tamen neſcius, quin & comitatiua primi ordinis magiſtro ſcrinij deputata fuerit, vt idem Caſſiodorus ibidem ſcribit: ſed aliis, vt ex variis titulis lib. 12. C. patet. Vnde & Comitiua Conſiſtoriana in l. quicunque. C. de procurat. Quid ſit comitiua, quidve ſit conſiſtorium, vide infr. ſuis locis. Prat.

COMES ſacri palatij. l. vnic. C. de comit. & archia. ſacr. pala. li. 12. hujus commeminit Caſſiod. lib. 6. Varia. n. formula Archiatrorum. Briſſ.

COMES limitum in l. 1. C. de off. Vicar. & l. nemo. 6. C. de adſeſſo. Porro comites rei militaris in partibus Orientis duo erant: per Ægyptum vnus, per Iſauriam alter. Prat.

COMES domorum olim dicebatur is, ſub cujus juriſdictione erant plurimi coloni ac inquilini multarum domorũ ac poſſeſſionum, quæ in Pontica diœceſi & Cappadocia propriè erant patrimonij Principis, homines puta tamiaci, poſſeſſioneſq; tamiacæ, item ſerui & equitia ejuſdem juris, cõditionis, nominis, l. vlt. C. vbi cauſ. fiſc. At Nouella 30. comite domorum ſublato, transfundit hanc rerum tamiacarum & [illegible] juriſdictionem omnem in proconſulem Cappadociæ ſimul ac cohortem omnem comitianã: ita tamen vt ſeorſim id fiat. Pr.

COMITES ſcholarum in l. 3. C. de offi. mag. off. extat & titulus de com. & tribun. ſchol. lib. 12. C. ij ſunt, ad quos ſcholarum agentium in rebus gubernatio pertinet, & ſunt ornati comitiua primi ordinis. Atque hic titulus honorarius eſt inuentus à Conſtant. Imp. dum ſingulos quoſque honore aliquo cumulare cupiebat maxime, ſecundi etiam ordinis & tertij comitibus creatis. Euſeb. 4. de Conſtant. vita. Hac vero dignitate, vt idem eo. lib. tradit, ornati præpoſiti & tribuni ſcholarum hæc beneficia habent, vt interſint Imperatoris epulis, & vt adorent purpuram eius, quod pro ſummo beneficio habetur. Prat.

COMES patrimonij Italiæ. Hujus fit mentio Nou. 104. Alias Comes largitionum Italicarum dicitur. Prat.

COMES commerciorum leg. vni. de ann. & cap. c. l. 2. c. quæ res vend. non poſſ. l. vlt. c. de commerc. qui negotiationes curabat, commercijſve præerat, cuive licebat comparare ſericum à barbaris, d. l. 2. Connan. lib. 8. cap. 7. num. 1. Prat.

COMES domeſticorum vir illuſtris l. reſtitutā dæ 6. c. de aduo. diverſ. jud. l. neminem. 64. c. de decurio. lib. 10. l. vni. C. Th. qui à præbit. tyron. duos ponit Notitia Imp. vnum equitum, d. l. neminem. & alterum peditum. Vide Ammia. Marcell. lib. 30. & 31. Vnde comitiua domeſticorum apud Caſſiod. lib. 2. variar. epiſt. ad Symmachum & ad Senatum vrbis. Briſſ.

COMES Siliquatariorum apud Caſſiod. lib. 2. Varia. qui ponderibus ſpecierum in latarum præerat, ſed & menſuris, ne quid culpæ admitteretur. Briſſ. Prat.

COMES ſacræ veſtis in l. vnica. C. Th. qui à præbit. tyronum. Comes veſtiarij in Notitia appellatur. Briſſ.

COMES ſacri ſtabuli, dicitur equorum præfectus & rector, qui & equorum præſtationi præerat, l. 29. C. Th. de ann. & trib. l. 1. de equo coll. C. Th. qui canonici equi dicebantur. Hunc Gallis dici *Eſcuier* putat I. Cuiac. in comment. ad leg. vni. de comitib. ſchol. lib. 12. C. negatque eam adpellationem ad Coneſtabilem pertinere, atque vocem mere Francicam, atque in Notitia officiorũ Conſtantinop. dici [illegible]. Contra videtur ſenſiſſe B. Briſſ. lib. 3. de verb. ſign. ex Ammoino Monach. lib. 3. cap. 70 cuius hæc verba ſunt: Lendegiſilus regalium præpoſitus equorum, quem vulgo Coneſtabilem vocant. Rhegino monachus lib. 2. Annal. Eodem anno Burchardum comitem ſtabuli ſui (quod corrupte Conſtabulum adpellamus) cum claſſe miſit Corſicam. Eam dignitatem fuiſſe in pretio ex A. Marcellino liquet de Valentiniano loquente, qui Valentem fratrem ſtabulo cum tribunatus dignitate præfecit. Briſſ Prat.

COMES fœderatorum apud Zonar. in Tomo 3. Annal. Tib. Briſſ.

COMES excubitorum apud eundem in Iuſtino Curopat.

COMES Archiatrorum qui medicis aulicis præerat, leg. vni. quâ à præbit. tiro. C. Th. de cuius dignitate ſcribit Caſſiod. lib. 6. Varia eam illiuſque munus & officium explicant. Briſſ. Prat.

COMES ærarij d. l. vnic. & d. l. fi. c. de ſuſcept. lib. 10. præpoſitus erat theſaurorum.

COMES diſpoſitionum in d. l. vnic.

COMES metallorum in inſcriptione l. 1. cod. de metallarijs, ſub quo erant procuratores metallorum, de quibus l. 4. cod. eod. eum fuiſſe in Illyrico conſtat ex Notitia imperij, quoniam ibi frequens erat metallorum commercium, vt indicant l. 7. & 8. C. Th. eod. Prat.

COMITES auri, comites formarum, riparum & aluei, Tiberis portuum: quos omnes recenſet Caſſiodorus, & extant varij tituli lib. 1. & 12. C. Briſſ. Prat.

COMITES matronarum. Moris fuiſſe, vt ſine comite materfamilias, aut matrona non prodiret in publicum, & idcirco non leuem injuriam eiſdem fieri ab ijs, qui comites earum abducũt, teſtatur Vlp. l. 15. §. 11. & 12. & l. 10. & 9. de injurijs. Ad quẽ morem reſpexiſſe vſus eſt Plautus in Amphitruone, vbi Alcumenam ſic alloquẽtem facit. Valeas tibi, habeant res tuas, reddas meas: Iubes ire mihi comites? I. V. Sanan'es? Al. Si non jubes, Ibo egomet, comitem pudicitiam duxero, Hieronym. ad Demetriadem Virginem: graues fœminæ & maxime viduæ ac Virgines tibi comites eligantur, quarum probata eſt conuerſatio, ſermo moderatus, ſancta verecundia. Et paulo poſt: Mores enim & ſtudia dominarum plerunque ex ancillarum & comitum morib. judicantur, Rauar. Varior. lib. 4. c. 17.

Digitized by Google

COMITES in libris Feudorum, dicuntur judices ordinarij, qui in pace & ocio jus reddunt, itèque præfecti vrbium. Itaque lib. r. feud. 2. tit. 17 § 2. qui judex dictus eſt, idem continuo poſt comes appellatur. Comes eandem hæreditatem regię ditioni aſſignet, & §. 4. Si comes hæreditatem regię poteſtati conſignet. Sic legis Franc. lib. 11. de aduocatione ad comites c. 6. Monemus veſtram fidelitatem, vt memores ſitis fidei nobis promiſſæ, in pace & juſtitia facienda, &c. Conſueuerunt autem ſinguli ſingula territoria ex hac comminandi, i. e. in jus vocandi poteſtate, comitatus ſuos appellare. Dicuntur etiam comites alicuius regionis præfecti, Greg. Turon. lib 4. Nam ſemper Britanni ſub Francorum poteſtate poſt obitum Regis Clodouei fuerunt, & Comites non Reges appellati ſunt, Albert. Krantz. in Vandal. lib. 1. cap. 18. Equidem arbitror, qui, cum Senatus Remp. adminiſtraret, rexere prouincias, Proconſules: & ſub auguſtis inde Imperatoribus, prouinciarum præſides inde dicerentur, aut præfecti prætorio: hos poſtea ſub Imperatoribus Imperio iam declinante: comites dictos. Erat, inquit, Comitatus Imperatoris Mediolani Quid vult inſinuare aliud, niſi quia publicum Imperatoris conſilium ibi quieuerat. Comites ergo in prouincijs habebantur, qui in quaque prouincia publicum fouebant conſilium. Ætate autem noſtra longe aliud præfert Comitis nomen: inferiorem ſcilicet nobilitatis gradum, ſub Duce, ſupra Barones. Hæc ille. Comites præterea duodecim circa Caroli Magni tempora ſub vno Duce fuerunt, de quibus vide in verbo Duces: quod tamen neque vbique, neque perpetuo obſeruatum eſt. Prat.

COMITES vice ſacra judicaſſe oſtendit l. 1. ff. de his qui per met. jud. in C. Theo. Briſſ.

COMITES per prouincias conſtituti l. 1. C. de off. præſid. quales erant comites Illyrici, Hiſpaniarum, Tinginaniæ, Britanniæ, Italiæ, Argentoratenſis, litoris Saxonici. Et Comes Orientis, qui V. C. & S P. vocatur l. 1. C. de aduoc. diuerſ. jud. l. 3. Cod. de canon. largit. tit. lib. 10. l. vn. de claſſic. lib. 11. l. 29. & l. trigeſima ſecunda, C. de appell l. ſecunda, in fin. C. de aduoc. diuerſ. jud. l. vlt. C de modo mult. Cui ſuberant Palæſtini vtraque Phœnicia, Syria vtraque, Cilicia vtraque, Cyprus, Oſrhoena, Meſopotamia, Iſauria, Arabia. Item comes Africæ apud Auguſt. epiſt. 70. & in Notit. Occidentis, ſub cuius diſpoſitione erant præpoſiti limitum oræ Africanæ. Comites etiam tres ſunt Iuſtinianei, Pacatianæ videl. Phrygiæ. Galatia prima, & Iſauriæ, Nou. Conſtit. 8. & Nou. 24. & Nou. 27. Idem Iuſtinianus Comitem Armeniæ ſuſtulit, l. vlt. C. de off. magiſt. milit. Briſſ.

COMITUM vt varia ſunt genera, ita varij ſunt ordines: genera ſupra recenſuimus, Ordines ponit Euſeb. lib. 4. de Conſtantini vita. Κομήτων δ' οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο, οἱ δ' δευτέρου, οἱ δὲ τρίτου &c. Prat.

COMITUM ſub Imperatoribus variæ ſpecies & nomina, pro varietate adminiſtrationum. Summa tamen genera duo videntur Quidam in palatio militabant, circa latus principis agentes: Alij per prouincias conſtituti erant. Briſſ.

COMES morum Theodoſ. Valentin. Impp. dicitur, qui de cauſis ciuilibus, & criminalibus colonorum, & inquilinorum domorum Principis cognoſcebat l. fi. C vbi cauſ. fiſc. a. Prat.

COMES horreorum, cuius & mentio eſt in l vnic. C. de piſtoribus lib. 11. piſtrini Principis curator fuit, habuitque mancipia quędam purgandis horreis aſcripta, coquendoque pani Principis Oldend. Prat.

COMES Palatinus dicitur, qui curam gerebat præcipuam, vt remiſſorum notariorum & judicum negligentiam argueret, & à Prouincialibus tributa exigeret, & conſueta deponeret: ſed præcipue juſſus eſt, vt judicibus, & eorum officialibus præcepto imminerent & ſupereſſet. Old.

COMES Palatinus ſpurios legitimat. Alciatus poſt alios in rubr. ff de lib. & poſthumis. ſed & arrogationi auctoritatem interponere eum poſſe docet Viglius. §. adoptioi. Inſtit. de exhęred. libero. Prat.

COMITUM Palatinorum officia diuerſa, quæ Palatino aliquo creato, etiamſi nominatim non exprimantur, eo ipſo tamen, quod quis palatinus creatus eſt, ipſi commiſſa eſſe intelliguntur, ſed jus legitimandi nullus habet palatinus, niſi expreſſe hoc ab Imperatore acceperit, atque illa etiam poteſtas ſtricte interpretanda eſt ſecundum tenorem priuilegij. Vult. in comment. Inſt. de nuptiis §. fin nu. 9.

COMES theſaurorum: ejus fit mentio in l. fin. Cod. vt dignit. ord. ſeru. lib 12. & l. ſecunda, Cod. de palatin. ſacr. larg eod. Meminit & Comitis theſaurorum per Thracias, Amm. Marcellin. lib. 29 Briſſ.

COMITIUM, locus eſt, in quem populus ſuffragiorum cauſa cõueniebat. Pro actu ipſo, pluraliter tãtum, comitia veteres dicebant. Differt autem Comitium, & Concilium. Etenim dum comitia calabantur, i. e. conuocabantur, totus populus per cornicinem adeſſe jubebatur. Concilium autem eſt, quum à magiſtratibus judicij cauſa congregatur. Vigl. in tit. Inſtit. de Teſt. ord. Comitiorum genera quatuor Romæ erant, ædilitia, prætoria, tribunitia, & conſularia: quibus poſtea addita cenſoria, & quæſtoria. Alex. de Alexand. lib. 4. Genial. diez. cap. 5. Spieg. Briſſonius quatuor etiam genera recitat, Calata, Centuriata, Tributa, Curiata.

COMITIORUM rationem vniuerſam accurate tradidit doctiſſimus vir Bap. Egnat. hactenus & ignoratam, & inuolutam errore. Sic enim de ſe ait: Nos vero primi (vt opinor) cẽturiatis comitijs leges quoque ferri: nos tributis, plebeios magiſtratus, demãdari: nos, quid tributa à curiatis diſtẽt, quę alij magno errore eadem eſſe putarunt; nos curiatis comitijs & legibus rẽ militarẽ tandẽ, & auſpicia procurata reteximus. Spie.

Κομητιανοὺς in Nouell. 38. §. ———, vertit Halnander comitianos, quam verſionem reprobat I. Cuiac. in l. vnic. non licere hab. metroco C. mauultque vertere vicanos, quod rectius putem. Nam dicitur ἀπὸ τῆς κώμης. Prat.

COMITIANI dicuntur comitum officiales, vt idem Cuiacius ſcripſit ad d. l. vnicam. Prat.

COMITATENSES dicuntur, quicunque de comitatu ſunt: quos tamen omnes palatinos dictos arbitror, vt oſtendi videror ex Conſtantini Imperatoris de caſtrenſi omnium palat. pecul. Connan. lib. 4. c. 15. nu. 4.

COMITATENSES milites leg. vltim. §. pro limitaneis. c. de offic. præfect. præto. Afri. qui Comitatui conceſſi ſunt, vt aiunt Arcadius & Honorius l. nemo miles. de re milit. 12. C. Comitatenſes legiones. vide infra Legiones, & ſupra comitatenſea legiones: Prat. (lib. 12.

COMITATENSES largitiones l. ſcrinijs. 7. cod. de palat. ſacr. lar.

COMITATIVA, comitum dignitas appellatur, l. per ſingulas. 30. c. de diſcuſ. lib. 10. & leg. curiales 47. de decur. eod. lib. & paſſim apud Caſſiod. lib. 6. & 7. variar.

COMITATIVARUM gradus, primi ordinis comitiuam commemorat l. 6. c. de prox. arg. in reb. lib. 12. alios Caſſiod. in lib. variar. Prat.

COMITER conſeruare maieſtatem, hoc fœderibus comprehendi ſolebat, vt intelligitur is populus ſuperior, cuius maieſtas comiter ſeruari jubebatur, l. non dubito. 7. ff. de capt. & poſtli. reuer. vbi falſo in vulgat. lib. legitur communiter. meminit M. Cicero in orat. pro Cornel. Balbo. Primum, ait, verbi genus hoc conſeruandi, imperantis eſt non precantis: deinde cum alterius populi maieſtas conſeruari jubetur, de altero jubetur, de altero ſiletur, certe ille populus in ſuperiori conditione, cauſaque ponitur. Prat.

COMITER, vt vult Varro lib. 6. de ling. Lat. hilare ac lubenter, cuius origo Græce κῶμος: inde Latine, commiſſatio dicta, à Græcis, vt quidam volunt, comœdia. Prat.

COMITER, alias hilare & lubenter. Briſſ.

Κώμην Ariſtoteles vocat ex multis familijs, quæ primo conſtituta eſt hominum ſocietate, non quotidiani ſed diuturni vſus cauſa. Poſteriores Latini pagum vocauerunt verbo Græco. Nam lingua Dorica παγαὶ fontes appellantur. Ejuſdem enim vicinitatis homines eodem modo vtebantur. Connanus.

COMITATUS, pro aula Mediolani tunc erat Imperatoris comitatus, id eſt, aula. Briſſ.

COMITATUS ſacer. l. milites. 13. §. ignominioſa ff. de re milit. vbi eſt Imperator. Comitatus (vt ſcribit Andr Alciat leg. pupillus 239. §. territorium. ff. de verb. ſign.) proprie de Imperatoria aula dicitur, ſed quia tempore Caroli magni, regnantibuſque Berengarijs & Othonibus, ad ſingulas ciuitates regendas aliquis comes mittebatur, cœpit juriſdictio, territorium, & diſtrictus (quoniam illi comes præerat) Comitatus dici: etiam pro comitijs dixit Varro lib. 4. ling. Latin. Prateius.

COMITIA, à ſimul itando dicta, cõuentus ſunt populi ad eligendos magiſtratus. At conſ. cenſetur, cum populi pars conuenit. vnde comitia Cõſularia, Prętoria, Tribunitia, Ædilitia, & denique omnium magiſtratuum creandorum, nuncupabantur iſtæ populi coitiones. Cæterum tres differentiæ comitiorum fuerunt. Nam quædam calata, quædam curiata, quædam centuriata vocabantur. Calata comitia pro collegio Pontificis habebantur. inaugurandi Regis vel Flaminis cauſa: alioquin ſemper in foro. Curiata ex curijs, hoc eſt, tribubus cõſtabant. Erant autem Romæ tribus initio tres: tandem cœperunt eſſe triginta quinque, manente tamen nomine, vt de centurija agrorum dicit Columella lib. 6. Ex his enim pro conditione cenſus & ætatis, per lictorem conuocabantur. Centuriata denique comitia erant, cum per ſingulas cẽturias calculus vnus pro ſuffragio ferebatur. Sic enim ciues ob multitudinem cẽtenario numero diſtribuebantur in creandis conſulibus. Old.

COMITIA in vrbe Roma celebrari non poterant; nefas quippe erat, intra vrbem procinctum habere ciuem exercitum. Gœd. in comment. tit. de verb. & rer. ſign. l. 2. n. 21.

COMITIORUM genera Gellius lib 15. cap 27. & Alexan. ab Alexand. in lib. Genial. diet. varijs locis poſuere & Varro de ling. Latin. Prat.

COMITIALES dies Feſto lib. 3. adpellabant, cum in comitio conueniebant, à coeundo, id eſt, ſimul veniendo. Prat.

COMITIALIS morbus apud Iauolenum in l. qui tertiana. 53. ff. de ędilit. edict. & Vlp. l. 1. ff. de auct. cur. dicitur, quod in comitijs, vt

ijs vt alijs hominum cœtibus eo correpti maxime infeſtarentur, & frequenter detegerentur. Græcis ἐπιληψία, quæ teſte Galeno 3. de laborantibus locis, eſt interualliata mentis & ſenſuum cũ læſione conuulſio. Alio nomine ſacer morbus appellatus propter ſui magnitudinẽ. Hippocrates in 6. Epidem. ſect. 6. μεγάλην νόσον, nominat, dicitur & Herculeus morbus, quod ei familiaris, vel quod magnus. Idem caducus à crebro lapſu, & quod eiuſmodi ætatem maxime infeſtet. Fuchſ. 3. ſec. 1. c. 18. Idem à Plauto in captiuis & Plin. 10. c. 23. & lib. 28. c. 3. morbus, qui inſputatur, appellatur, non quod ſputo curetur, vt quidam putant, ſed quod ſi epilepticus occurrit, vel morb. ipſe nominatur, abominandi morbi iudicio ſputum emittatur. Mercur. 5. Variar. 11. Plato 11. de legib. emptum hominem Sacro morbo laborantem intra annum redhiberi voluit, phthiſicum & alios intra ſex menſes: vel ideo quod reliqui morbi ſex menſibus dignoſcuntur, epilepſia vix intra annum recte à vulgaribus diſcerni poſſit. Mercu. 4. Varia. 7. notat, quod Clemens Alexan. 7. Stromatum ſcripſerit, hircinas carnes epilepticis auxiliari: cum ex Plutarcho in probl. conſtet, capras cæteris animalibus comitiali morbo tentari ob meatuum anguſtiam, quam arguit vocis earum tenuitas. vide Gothofr. ad dict. l. qui tertiam 53. de ædil. edict.

COMITIALIS morbus inde dicitur, quod cum liber è populo morbus huiuſmodi ſuperueniens, comitia dirimeret. Briſſ.

COMITIANA cohors vide Nouell. 57. c. 1. Vt & Comitiana apparitio, Gothofr. in not. ad jam d. c. 8.

COMITIANUM officium in l. 2. C. de offic. militar. jud. interpretatur ibidem Gothofr. Comites militum.

COMMACULARE ſe conſortiis aliquorum, in l. 6. circ. fin. C. de inceſt. & inutil. nupt.

COMMAGANA, vide ſupra Comagena.

COMMANA duplex: vna in Polemoniaca: alia quæ & Chruſa dicitur. Goth. ad N. 31. c. 1 §. 1.

COMMANERE in eadem prouincia, l. 36. §. 2. C. de inoffi. teſtam.

COMMATA falſum apud Vlp. l. in Ægypto 10. de extraor. Crim. cum chomata verbo Græco legi debeat, vt & Florent. Pand. quod & erudite indicat Budæus in eum locum. Chomata diffinit Vlpianus ibidem, aggeres, qui aquam Niloticam continere ſolent χῶμα enim aggerem, humum aggeſtũ, & obſtructionem ſignificat, vt & lexicographus Græcus docet, adijciens & ripam eo verbo ſignificari. Honor. & Theod. Impp. vertebant in eandem rem vallum, l. vni. C. Theod. de Nili aggeribus non rumpen. & l. vn. C. eod. ſed & aggerea, vt in rub. C. eod. Quod autem ſubijcit Bud. eod. loco ad fin. recte legi Commata, hoc eſt, aquarum emiſſaria, & incilia, falſum eſt. Fruſtra enim adiecisſet Vlp. in d. l. in Ægypto, diacopi, verbum etiam Græcum, quo ſignificantur meatus interciſi, per quos effluebat Nili aqua in arua remotiora, duobus enim verbis idem exprimeret, præter conſtrave morem. Prat.

COMMEARE vias, & per vias, per itinera. Hinc commeatus ac remeatus viæ publicæ. Briſſ. ex ff.

COMMEARE, eſt animo redeundi abire. Vlp. l. 1. in fin. prin. ff. de iis, qui deiec. vel effud. Publice enim vtile eſt, ait, ſine metu & periculo per itinera commeari. Old. Prat.

COMMEATALIS miles dicitur, qui vna commeatum accipit, vel qui in ſtipendij partem accipit alimenta ex commeatu. i. e. ex alimento publico. C. de offic. præfect. præt. Aphric. leg. in nomine. 1. §. Et vnumquemque ducem. 9. vbi Goth. Nullum audeant duces, vel tribuni commeatalem de ipſis dimittere, ne, dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant prouincias. & infra: Non de commeatibus militum, aut de eorum ſtipendijs lucrum facere. Commeatus enim in priori ſignificatione accipitur pro cibarijs atque alimentis exercitus, &c. Nebriſſ. & Ferret. de teſtam. ordinand.

COMMEATUM varie pro re accipi conſtat ex ſubiectis.

COMMEATUS militum, vel commeata, ait Gothof. ad jam d. l. loc. ſunt cibaria & alimenta exercitus: Alias commeatus ſignificat tempus quo quis ire & redire poſſit, l. 1. ff. de re milit. & alibi ſæpe, vt l. 1. § fin. ff. ad municipal. & apud claſſicos autores. Sic accipitur apud Paulum leg. qui commeatus. 9. ff. de re milit. Prat. Briſſ.

COMMEATUM etiam interpretatur I. Cujacius abeundi licentiam. Sicque accipi ait in Conſtantini conſtit. l. 1. C. de commea. lib. 12. recte. Atque hujus licentiæ extat formula apud Liuium lib. 30. Si quis veſtrum ſuos inuiſere vult, commeatum do primo vere adſitis edico. Prat. Hinc

COMMEATUM petere apud Varronem lib. 5. ling. Lat.

COMMEATUM accipere eodem ſenſu quibuſdam l. miles. 34. ff. ex quib. cauſ. mai.

COMMEATUM dare. Commeatus dari dicitur, ait Feſt. in voce Remeare, id eſt, tempus quo ire, & redire commode poſſit. Quo nomine plerumque facultas militibus ad tempus recedendi concesſa atque indulta ſignificatur, id eſt, ἐξαίτησις τῆς ἀφιδρύσεως. Sic commeatu abeſſe miles. l. 35. §. vlt. ff. ex quib. cauſ. maior. Briſſ.

Milites ſignis caſtriſq; diſcedere non niſi accepto commeatu potuerunt. Quibus autem commeatus debeatur, his certum temporis ſpatiũ intra quod abeſſent, præſtituebatur. Ad quem illi præfinitum diem occurrere neceſſe habebant. Sed nec magiſtratibus vrbe Roma excedere, aut certa longius excurrere, & peregre proficiſci, niſi commeatu indulto, licebat. Briſſ.

COMMEATUM imperare, hoc eſt, licentiam morandi, vbi voluerit, l. filij 22. §. pen. ff. ad municip. Prat.

COMMEATUS etiam accipitur pro ſpatio ad eundum, & agendum in via publica. l. 1. §. deinde ff. ne quid in loc. pub. At in §. hoc interdictum. 14. d. l. 2. ſumitur pro ipſo jure eundi, agendive. Prat.

COMMEATUS autem in l. fin. C. de commea. lib. 12. interpretatur ἐν χειμῶνι τὸ ἀφίεσθαι, vt & interpretatur Gregorius Nazianzenus his verbis: δότε μοι τὸ χειμῶνα ἀφίεσθαι, ὥσπερ τοῖς στρατιωτικοῖς οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ βουλευταὶ μετ' ἀρχὴν τῶν πραγμάτων. Prat.

COMMEATUM & remeatum dixit Marc. l. relegati. 4. ff. de pœn.

COMMEATUS. Commeatus aliquando accipitur pro licentia; ſiue quod dicitur ſaluo conductu, quem dat Imperator militi, præpoſitus inſcrinij, eundi quo velit, ad præſcriptum diem reuerſurus. Vnde peculiaris titulus, De cõmeatu lib. 12. C. Martianus leg. relegat. ff. de pœn. Nemo poteſt (inquit) commeatum, remeatumve dare exuli, niſi Imperator, ex aliqua cauſa. Item Modeſt. in l. deſertorem, ff. de re militari. Si ad diem (inquit) commeatus quis non veniat, perinde in eum ſtatuendum eſt, ac ſi remanſiſſet, vel deſeruiſſet pro numero temporis, facta prius copia docendi, non forte caſibus quibuſdam, detentus ſit, propter quos venia dignus videatur. Inde eſt, quod Plin. lib. 10. Epiſt. 24. à Traiano commeatum 30. dierum petit, vt in municipium, in quo Principum ſtatuas ponere deſtinabat, excurrere ei liceret. Quod ei Traian. Epiſt. 25. indulget. Atque is eſt commeatus, quem ſe præfectum ærarij accepiſſe Epiſt. 4. lib. 3. narrat. Sic Cic. ad Heren. Ille qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquæ interclusiſſent. Aliquando accipitur pro cibarijs ad alimoniam exercitus, & reipublicæ, ſiue multitudinis alicuius, vel etiam priuatim. Cicero, pro lege Manil. Iam commeatu & priuato & publico prohibebamur. Saluſt. in bello Cat. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde. Aliquando accipitur commeatus pro tranſitu multitudinis. Vnde Apuleius, lib. 6. Sed cuneatim ſtipato commeatu, difficultates tranſabiremus. Anchora.

COMMEMORATIO, neceſſitudinis, l. 34. Cod. ad legem Iuliam de adult. & Commemoratio reſidui in l. 5. C. de hered. inſtituend. in chirographo pecuniarum, neceſſitudinis. Briſſ. ex ff.

COMMENDAM diffinit gloſſ. in verb. Commẽdare, in cap. nemo deinceps de elect. lib. 6. eccleſiæ cuſtodiam alteri commiſſam. cui diffinitioni neceſſario adijcienda putem hæc, in tempus gratia euidentis neceſſitatis & vtilitatis. idque docuit text. in d. c. nemo deinceps. vbi deſcribit Ioannes Andreas.

COMMENDAM geocra duo eſſe: nam (ait) quædam eſt in titulum, quædam in cuſtodiam. Prat.

COMMENDAM titulum eſſe canonicum, ſcribit eadem gl. Prat.

COMMENDARE (vt Papinianus ait) nihil aliud eſt quam deponere. l. Lucius 24. ff. depoſit. quod Vlp. probat lib. 30. de edict. & in leg. commendare. 186. ff. de verb. ſignif. Sic accipitur apud Paulum l. Publia. in princ. ff. depoſit. & alibi ſæpe. & Goedd. in comment. tit. de verb. & rer. ſignif. l. 186. nu. 1. item mandare. Hinc qui is rogatus, vt rem meam ad te ferat, eamque apud te deponat meo nomine, ſi hoc non fecerit, aut non probe fecerit, mandati mihi aduerſus eum actio erit. Ibid. n. 2. Vnde

COMMENDARE corpus dicit Vlp. leg. & ſi quis §. impenſa. ff de relig. & ſump. fun. pro temporis cauſa deponere, donec juſtæ ſepulturæ corpus tradatur. Nam Paulus leg. ſi quis enim eod. tit. ff. oſtendit, plerumque corpora temporis cauſa deponi. Quod & nos docuit libellus Seuero Imp. datus. Oppreſſus neceſſitate corpora noſtrum fictili ſarcophago commendauerimꝰ donec is locus, quem emeram, ædificaretur. Reijcienda igitur eſt F. Duareni lectio exiſtimans in dict. §. impenſa, legi poſſe condendum, pro commendandum. Prat. Adde Brechæum leg. commendare, in tit. de verb. & rer. ſignif.

COMMENDARE æquitatem petitionis, l. 4. Cod. de obſeq. patr. præſtan.

COMMENDARE voluntatem, l. 16. C. de fideicom.

COMMENDARE penes aliquem i. e. deponere, l. 6. & 9. C. depoſit.

COMMENDARE cenſendus eſt Roman. Pont. Sacerdotia, cum adminiſtratorem generalem alicuius opulenti tẽpli aliquem conſtituit, cenſeturque is liberam habere procurationem. Sed & commendat etiam, qui cuſtodiam mandat, vt idem adnotauit, enarrans d. l. commendare, Oldend Prat.

COMMENDATARIUS, dicitur nudus miniſter. leg. Lucius. 24. ff. depoſit. Prat.

COMMENDATITIÆ literæ ſunt dimiſſoriæ, quibus clericus dimittitur & abſoluitur à poteſtate ſui Epiſcopi, in quibus perhibetur de vita & ordinibus illius teſtimonium. Oldend. Prat.

COMMENDANDI verbo relinqui libertatem non videri Diocletianus & Maximianus reſcripſerunt, l. ex verbo. Co. de fideic. libert. Prat.

Ex verbo COMMENDO teſtamento vel codicillis fideicommiſſa libertas relicta non videtur l.12. C. de fideic. libert. Briſſ.

COMMENDARE etiam ad homines refertur apud Vlp. leg. ſi vero non 12. § cum quidam. & ff. mand. ſignificat quaſi eorum committere fidei, vt apud Terent. in Eunuch. Act. 4. Scen. 2.

Ego me tua commendo & committo fidei.

Id dicit more & inſtituto Athenienſium, apud quos qui ciues non erant, ſed inquilini, patronum aliquem ſibi optabant, quod [illegible] dicebant, qui autem patronum non habebat, in eos eo nomine vocabatur, appellabaturque iſtud judicium [illegible]. Turneb. aduerſ. lib. 12. c. 10. Hinc

COMMENDARE ſi cum datiuo jungatur, ſignificat committere; ſi vero accuſatiuo, cum apud, vel ablatiuo, cum In ſignificat laudare, vt in leg. ſi vero non remunerandi. §. cum quidam. ff. mandati. Significat quoque deponere, leg. commendare. ff. de verb. ſign. Oldend.

COMMENDATI & recommendati dicebantur, non iidem qui vaſalli, ſed tantum, qui ſe in alicujus potentioris fidem & tutelam receperant, qui & affidati dicuntur, Neapo. conſt. lib. 3. tit. 7. vt In terris, inquit, domanij noſtri nulli omnino liceat affidatos vel recommendatos habere. Prat.

COMMENDATITIÆ literæ, leg. pen. ff. de acquirend. rer. dominio. & apud Macrob. lib. 2. cap. 4. Accipe, ait, commendatitias: quia illic neminem noſti. Prat. ex Briſſ.

COMMENTARIENSES, carcerum præfecti, vel cuſtodes. Briſſ. apud antiquos dicebantur, qui in commentarium cuſtodias referebant, & librum cuſtodiarum ſingulis quibuſque dieb. conficiebant, vt apud nos memoriæ tradidit Vlp. in l. diuus Adr. §. de bonis dam. nam Ita apud eum ſcribendum eſt: non, vt in quibuſdam vulgatis codicib. cōmentanenſes. Adpellati etiam poſſunt hi, ad quos receptarum perſonarum cuſtodia obſeruationisq; pertinebat: vt inquit Imperator in l. pen. C. de cuſt. reor. nomen ſortiri, ſecundum Accurſ. quia comitari debent eum quem cuſtodiunt: vel quia Commentarium locus erat, vbi captiui retinebātur. Tamen magis placet, quod in Cōmentarios nomina eorum, qui carcere continebantur, referrent. Briſſ.

COMMENTARIENSES etiam adpellari cœpti ſunt, quorum manu acta ſubnotabātur, quoties apud fiſcum ageret, leg. in fraudem 45. §. quoties. ff. de jur. fiſc. Erant & in legionibus commentarienſes, vt ex Imperij notitia adparet. Prat.

COMMENTARIENSIS gradum repetere. l. 1. C. ad leg. Iul. de amb. Nomen eſt ordinis & promotionis in militia. vt nunc dicitur Princeps, vel Commentarienſis, aut Cornicularius. Briſſ.

COMMENTARIVS Principis ſeu commentarium apud Modeſtinum in leg. abeſſe. 32. ff. ex quib. cauſ. major. accipitur, vt volt Hotomannus pro libro, & ephemeride Principis, in quo eorum omnium nomina præſcribit, quibus aliqua Reip. procuratio commiſſa eſt. Prat.

COMMENTARII dicuntur libri, in quibus res non late, neq; diffuſè, ſed ſub quodam compendio verborum, & quaſi per capita explicantur: vt de commentarijs Numæ apud Liuium lib. 1. & ideo Cic. in Bruto Non eſt (inquit) oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius. Senec. Declam. 3. ſine commentario nunquam dixit Seuerus Caſſius, nec hoc commentario contentus erat, In quo nudæ res ponuntur. Cœlius ad Cicer. ſcribens. Epiſt. fam. lib. 8. Cōmentarium rerum vrbanarum primum dedi. Sic Trajan. ad Plin. dediſſe me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua aſſueui, referri in commentarios meos juſſi. vbi interpres. Non diurnalem & rationum (ſubaudi librum) in quem princeps acta ſua refert, interpretādum ducimus. In alia ſignificatione magis nota commentaria etiam interpretum dicuntur: vt Seruij, Donati, & aliorum, & de commentarienſibus meminit etiam Bald. conſil. 229. 1. dub. in vlt. dub. in 1. lib. Cotra.

COMMENTARIVS, liber eſt, quem ſibi quiſque priuatim facere conſueuit, quaſi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus: id eſt, diarium & ephemeris actionum noſtrarum, Regiſtrum vulgo vocatum. Bud. in d. l. abeſſe atque inde commentarij Cæſaris dicti, in quibus res in Gallia & bello ciuili geſtæ, non late & plene enarrantur, ſed veluti perſtringuntur.

COMMENTATIONES, à comminiſcendo dictæ fallaciamque confingendo, teſte Donato Alc. vt eleganter, ita vero poſteriorum juris interpretum nimis longas illas futileſque ac parum ſibi conſtantes lucubrationes alicubi commentationes vocat: & quidem proprie, eaſdemque libere agnoſcit, plus detrimenti juri noſtro attuliſſe, quam auxilij: vt de doctoribus, ingenios, dici poſſit, quod prouerbio trito de medicis traditur, Me multitudo perdit medentium. Spieg.

COMMENTA, pro ſcriptis apud Ciceronem in Bruto.

COMMENTITIVM, idem quod fictitium. Cicero primo de orat. Vt ſi in illa commentitia Platonis ciuitate res agerentur.

COMMENTITIVM jus. Paulus in leg. ſi pœna, ff. de pœn. vocat, quod figmento, non re ipſa ſubſiſtit, id eſt nouum & recens excogitatum, hoc eſt, non translatum, non aliunde ſumptum, nulloque exemplo inſtitutum, ſed veluti fictitium Accurſius à Commentis juriſprudentum eſſe dixit, ignorans ſignificationem eius vocis, teſte Bud. in poſter. Annotat.

COMMENTVM, fictio eſt, à comminiſcor. Papinianus: Socer inquit, cum nurum adulterij accuſaturum ſe libellis præſidialibus teſtatus fuiſſet, maluit ab accuſatione deſiſtere, & lucrum ex dote magis petere. Quæritur, an huiuſmodi commentum eius admitti exiſtimes? Item Marcellus de jure fiſci. leg. res quæ. dignum fuiſſe puniri pro tam turpi, tamque inuidioſo commento. Item Vlp. de reb. eor. qui ſub tut. l. quamvis. Tam callidum commentum in exemplum coercere debeat. Nebs.

COMMENTARIVM, pro protocollo, ſeu rotula tabellionum accipi poſſe, & referre in commentaria, pro protocollare, demonſtrat Inſulanus ex Cicerone. Spieg.

COMMENTVM dicitur fictio rei, quæ non eſt, Varroni lib. 5. ling. Latin. Sic accipiendum putem in l. ob hæc verba. ff. de ijs, qui not. infam. & l. 2. Cod. de rebus alien. non alien. & alibi ſæpe. Prat. Vnde non inepte

COMMENTVM pro fraude poſuit Pontifex maximus cap. peruenit. 1. juncta ibi gl. extra de teſtib. cogen. Prat.

COMMENTVM eſt fraudulenta machinatio, & callida ſubtiliſque aſtutia. Briſſ.

COMMENTITIAM venditionem in l. 2. C. ſi aduerſ. vend. interpretatus Accurſ. commentitie compoſitam, cum pupillum lædunt hoc eſt (vt ſignificantius rem aperiam) ficte coloreque quæſito. Prat.

COMMENTIRI. Briſſ. ex ff.

COMMERCIVM eſt promiſcuus mercandi inuicem vſus: vel vt definit Vlp. in Epit. tit. 19. eſt vendendi emendique inuicem jus, Prat. vel commercium eſt mutua illa rerum communicatio, quæ per contractus, conuentioneſque explicatur. Briſſ.

COMMERCIVM apud Hermogenianum, l. ex hoc jure, ff de juſt. & jur. putat Accurſius pro permutatione accipi: quod & Baldus probat. Alciatus contra ſentit, exiſtimatque eo verbo omnes contractus, etiam innominatos contineri. Non it tamen inficias quin expoſitio Accurſij defendi poſſit.

COMMERCIVM verbum generis eſt ad omnes contractus pertinens, in quibus merx, vnde ductum eſt. Secundum Accurſ. in d. l. ex hoc jure; cuius ſentētia juuatur l. quod ſi minor 24. §. 1. ff. de minor. Sic etiam accipitur rubr. C. de commerc. & mercat. Prat. Itaque nobis eſſe commercium alicuius rei dicimus, quam contrahendo acquirere poſſumus. Ferret. tit. de legatis.

COMMERCIVM earum rerum nō eſſe dicitur, quæ vſibus hominum dominioque ſubjici, & in obligationem deduci, alienarique & adquiri non poſſunt. l. 34. §. vlt. de leg. lib. 1. l. 6. & l. 34. §. omnium. ff. de contr. empt. & l. 1. § 1. ff. quæ res pign. l. vlt. ff. de act. empt. quod ex l. 83. §. ſacram. de verb. oblig. & ex § 2. Inſt. de inut. ſtip. colligi poteſt, vbi Theoph. [illegible] Briſſ.

COMMERCIVM non habere alicuius rei dicitur qui eius habendæ capax non eſt, l 14 ff. de verbor. obligation. d. § 2. de inutil. ſtipul. cui poſſidendi jus non eſt, l. 40. ff de leg. lib. 1. l. 49. §. penul. de leg. lib. 3. Commercio redempta; id eſt, pretio dato hoſtibus vendentibus, & jure commercij, vt l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. l. 15. l. 16. l. 17. C. de poſtli. reuerſ. l. 6. ff. eod. tit. Briſſ.

COMMERCIORVM comes, (cuius mentio fit in leg. vnic. Cod. de annon. & capit. l. 2. C. quæ res venir. non poſſ. l. 6. Cod. de commerc. & mercat.) eſt, qui curat, ne commercia illicita exerceantur, cuique ſoli à barbaris comparandi ſerici, in vſum principis jus ac poteſtas eſt: & ſine quo cum barbaris vltra fines conſtitutus negociari non licet. Gothofr. ad d. l. vnic. C. de annon. & cap per d. l. 2.

COMMILITIVM apud Tryph. leg. de hæreditate. 19. ff. de caſt. pecul. interpretatur Alc. lib. 4. Diſp. c. 17. militum commercium, & facultatem ipſam, ceu jus, qua vnà militant. F. Hotom. in Commentarijs juris ſocietatem interpretatur militiæ, quam inter ſe milites habent. Hotomanni ſent. probat Prat. ſed ante eum, Bud. commilitium expoſuerat ſocietatem militarem, & contubernalem amicitiam: idque ſecutus erat Corraſius li. 2. Miſcellan, c. 4. commilitium enim intelligimus cum ſimul militare cœperunt, d. l. de hæreditate. Huius verbi meminit quoque Velleius Paterculus, Ouidius, & Tacitus. Prat.

COMMINATORIAE ſunt minæ judicis, quæ vim rei judicatæ nō habent, vt patet per titulum C. commina. epiſt. 10. Bell. Erym.

COMMINATIO judicis vim ſtipulationis non habet, l. 1. 4. 6. Cod. comminat. epiſt. l. 7. C. de ſent. Symmachus in epiſt. Sententiis ſub comminatione de prompta effectu atque executione vacuatur, Gothofr. ad d. l. 1.

COMMINISCI, ait Varro dictum à con, & mente, cum finguntur in mente, quæ non ſunt. Sic accipi debet l 1, in fin. princ. ff. de eo, per quem fact. erit. Prat.

COMMINVS in Honor. & Theodoſ. conſtitut. l. 3. Cod. de fruct. & lit. exp. accipi debet pro in præſentia, vbi Comminus pro tota die falſo interpretatus Accurſius. Quo vero ſignificatu accepere ijdem Impp. eodem accepit & Iuſtinianus l. ſi imperator. C. de nuptijs. Prat.

COMMINVS pro è propinquo ſumitur apud Tertullianum de carne

carne Chriſti. Accedant, ait, comminus ad congreſſum. Vnde & pro ſtatim, vel ad manus accipitur vel præſenti pecunia, l. ſi. quaſi. ff. de pignor. act. Prat.

COMMINVS reſpondere, id eſt, coram Briſſ.

COMMINVS, continuo, ſine intermiſſione. Venul. l. 137. ff. de ver. obl. Continuus actus ſtipulantis & promittentis eſſe debet, vt tamen aliquod momentum naturæ interuenire poſſit, & comminus reſpondere ſtipulanti oportet. Idem l. 3. de pignorib. Pompon. l. 3. ff. de pign. act. Si quaſi recepturus à debitore tuo comminus pecuniam reddidiſti ei pignus. Vergil. lib. 2. Georg.

Quid dicam iacto qui ſemine comminus arua
Inſequitur? —Hot.

COMMISCERE partes, Briſſ. ex ff.

COMMISSA dicuntur, inquit Aſconius, quæ contra teſtatoris voluntatem facta, aut non facta ab hærede, mulcta aliqua pœnaque plectuntur. Cauſa commiſſi eſt tum, ſi quis hoſtib. aut barbaris arma vendit, ferrum, cotem, leg. cotem. ff. de vectig. & commiſſ. l. 1. C. de commerc. & merc. tum, ſi quis aliquid contra præſcriptam legem vendiderit, etiamſi non hoſtibus. leg. ſi quis Cod. de vectig. Commiſſum autem Græcis [illegible]. Prat.

COMMISSA res hac ſignificatione elegantius dicitur, quod publicanorum & vectigalium eſt proprium, quia non ſoluto vectigali merces dicuntur cecidiſſe in commiſſum vel cōmiſſę publicanis, i. e. ipſo jure eorū factæ. Connan. lib. 4. c. 18. n. 8.

COMMISSA dicuntur in jure, In commiſſum cadere, quæ fiſco propterea debentur, quia quid factum aut non factum eſt. Veluti ſi quis apud publicanos profeſſus non eſt. l. vlt. & paſſ. ff. de publ. Vlp. l. commiſſa. 14. eod. Quod commiſſum eſt, inquit, ſtatim definit ejus eſſe, qui crimen contraxit: dominiumque rei vectigali acquiritur. Connan. lib. 7. c. 9. nu. 4. Hinc

COMMISSA pœna dicitur quæ debetur l. 4. §. Cato. & l. ſequ. & paſſ. ff. de verb. obli. item ſub tit de recept. arb. & apud Quintil. lib. 7. ca. 5. Cic. Verrina 5. & in Cluent. leg. Lucius. ff. de act. empt. Hinc

COMMISSA condemnatio à Iuſtiniano dicitur. §. ſed hęc quidem. Inſt. de act. cum ejus condemnatio incurritur, vt vulgo dicimus Hotom.

COMMISSA hæreditas ea dicitur, in qua id cōmiſſum eſt, quāobrē alteri debebatur. Iuſſus heres fuerat in foro ſtatuas ponere: niſi poneret Veneri Erycinæ, mulctandus eſt: mortuo teſtatore non poſuit, commiſſa mulcta dicitur, & hæreditas, quoniam id commiſſum eſt, quamobrem ei auferatur. Hot.

COMMISSA ſtipulatio, cum id quod per eam promiſſum eſt, debetur, paſſim ſub tit. de verb. oblig. ac cum effectum ſortitur, nempe quoniam caſus contigit, quo promiſſio dati debeat executioni. Hotom. Item

COMMISSA obligatio, l. 1. §. vlt. ff. de ſtipul. ſeruorum Item

COMMISSA deuotio capitis à Cicerone in ea pro Domo: cum ſe voti reum fateretur, & caput deuotum deberet. Hotom. Sic commiſſam hæreditatem palæſtræ Cicero dixit accuſationis lib. 2. quem alij quartum faciunt, cum eam in eum caſum incidiſſe ſignificaret, quo ad palæſtram pertineret, nempe quod hæres Heraclius cum teſtamento damnatus eſſet in palæſtra ſtatuas ponere, non tamen eas à palæſtritis poſuiſſe diceretur. Hot. §. ſed hæc quidem Inſt. de actio.

COMMISSARIVS dicitur cui aliquid gerendum committitur, vt dicit Iacob. Arena in tract. de commiſſarijs. & facit. l. 2. ff. de off. præſid.

COMMISSÆ hypothecæ dicuntur, M. Ciceroni in epiſt. ad famil. quæ creditoris factæ ſunt, Prat.

COMMISSORIA lex appellatur Pactum, quo venditio cōmittitur, ac reſoluitur: quoties videlicet placuit, vt ſi intra diē pretium ſolutum non eſſet, res inempta fieret. l. 1. & toto tit. ff. de commiſſ. quę etiam Commiſſoria ſimpliciter appellarunt. Briſ.

COMMISSVM factum, pro homicidio poſuiſſe videntur Imperatores, leg. is qui cum telo C. ad leg. Corne. de ſicar. Prat.

COMMISSVM judicium dicebatur, lite conteſtata, nimirum cum judices dati, ſuſceptumque judiciū à litigatoribus eſſet, præterea judex per narrationem negotij cauſam audire cœpiſſet: ſumpta à re militari tranſlatione, in qua bellum commiſſum, pro eo quod vulgo apertum atque inceptum, elegantet ponimus Cic. in orat. pro Sext. Roſc. Longo (inquit) interuallo judicium hoc primum committitur. Hot. §. 1. Inſt. de act. Sic.

COMMISSORIA lex in emptionib. eſt, cū res ea conditione venit, vt nō ſoluto dicta die precio, res ſit inempta, in pignorib. autem, vt niſi definito tempore ſoluatur debitum, pignus ſit creditoris, quod tamen in pignoribus reprobatum. tot. tit. C. de pact. pign. & leg. commiſſoria, &c. Connan. lib 4. c. 18. nu. 8. Vide l. Æmil. ff. de min. &c. & t. t. ff. de lege commiſſoria.

COMMISSVM appellant, quod ob vectigal non ſolutum, vel omiſſam apud publicanos profeſſionem fiſco vindicatur, ſeu cuius commiſſum vectigali acquiritur, vt loquitur l. 14. ff. de publ. Briſſ.

COMMISSVM eſt delictum non ſolutæ penſitationis, dictum à Committo. Nam committere inter alia ſignificata, pro delinquere, & in peiorem partem aliquid facere accipitur. Vnde Cicero: Non committas, inquit, vt dicendum ſit: nō putaram. Et Thriphoninus in l. auxilium in fin. ff. de minoribus Et nō ſit, ait, ætatis excuſatio aduerſus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit. Itaque qui non ſoluto vectigali, Rempublicam ſua penſitatione defraudat, multum ſane delinquit, & merito res, quarum nomine aliquid ſoluendum erat amittit. Ideo in commiſſum, vel in cauſam commiſſi dicuntur incidere. l. commiſſa. ff. de public. & vectigal. Old.

COMMITTERE verbum quam variam ſignificationem habeat, multa exempla nos docent. & oſtendit Curt. lib. 2. [illegible] c. 48.

COMMITTERE enim inter alia pro imitare à Romanis, nonnunquam vſurpatum fuiſſe Nonius Marcellus autor eſt, proferens Virgil. verſ.

Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Ræuard. in l. omnibus obligationibus ff. de reg. jur.

COMMITTERE ait Feſt. lib. 3. proprie eſt ſimul mittere. Nunc eo vtimur & pro facere, aut pro delinquere, aut pro incipere, Prat. Sic

COMMITTERE furtum, iniuriam, ſtuprum, adulterium, plagium, crimen peculatus, &c. Briſſ. ex C. & ff.

COMMITTERE, vulgo confiſcare dicitur. Paul. de negot. geſt. Si periculum erat, ne prædia, in publicum committerentur. in l. Herennius. de euict. Spieg.

COMMITTIMVS, inquit Donatus, quæ cum magno periculo volumus eſſe ſeruata. Caius in l. vlt. ff. quod quiſque jur. in pœnam ipſius edicti committere dixit. Spieg.

COMMITTERE in legem, ſtipulationem, teſtamentum dicuntur, qui aduerſus legem, ſtipulationem, vel teſtamentum quid faciunt, l. non ſolum, §. Illud, ff. de lib. leg. Veteres etiam lege committere dicebant. M. Fabius lib. 7. c. 2. Prat.

COMMITTERE in legem venditionis, eſt quid facere quo contrauenjatur pacto venditioni adiecto. ſic accipias in l. fi. ff. de leg. commiſſ. Eodem fere ſenſu Impp. in legem committere dixerunt, id eſt, in placita principum. l. non ſubitum. C. de ll. & conſtit.

COMMITTERE in Pro ſocio actione, apud Paulum l. actiones. §. Labeo. ff. pro ſocio. Prat.

COMMITTERE etiam edictum dicitur, qui ei locum facit. Sic accipitur in l. 3. §. ſi quis ex liberis. ff. de bonor. poſſ. cont. tab. & alibi ſæpiſſime, vt in leg. 8 §. in adoptionem, & l. 10. §. exheredati Dig. eod. l. 119. ff. de legat. 1. l. 95. ff. de ſolutionibus. Et ſic Cælius Calcagninus lib. 3. epiſtol. ad Barbuleium IC. placuit committi edictum; Illic loci eſſe nil aliud quam vigere edictum ac pollere, aduerſus voluntatem teſtatoris, & edictum ab eo committi, quod vti beneficio edicti poſſit. Curt. lib. 2. [illegible]. Eodem ſenſu

COMMITTERE ſtipulationem dixit Papinia. l. Stichum. 95. ff. de ſolut. Prat.

COMMITTI ſtipulatio dicitur, cuius conditio exiſtit, vel cum aduerſus eam factum quid eſſe dicitur, leg. ſtipulatio iſta. 38. §. quæſitum. ff. de verb obl. & alibi ſæpiſſime. vide paulo ante.

COMMITTI etiam pœna dicitur cum incurritur, l. 4. ff. de verb. oblig. §. Cato. Hot. §. ſed hæc quidem Inſt. de act.

COMMITTI etiam merces & prædia dicuntur, quæ in publicum caduut. l. vlt, vaori. 17 §. mulier ff. ad S. C. Velleian. & vide ſupra §. Committere etiam 1.

COMMITTI fiſco ea dicuntur, quę ob aliquas cauſas fiſco acquiruntur, vnde tit. ff. lib. 39. & C. lib. 4. de vectig. & commiſſ. Prat.

COMMITTERE quoque animalia dicimur, vt inter ſe confligāt; l. 1. §. cum arietes. ff. ſi qua. pau fe. dic. Budæ. & Old. committere hic pro irritare ſeu prouocare accipiunt. Sic apud Roma. gladiatorum paria commiſſa leguntur: Græce id vocant [illegible] ſicut commiſſiones [illegible]. Sed maiorum animaliū commiſſionem eleganter deſcribit Virg. Æn. 12. & Geor. lib 3.

COMMODA premiorum pro pecunia, quę propter coronas pręſtari ſolet, idque athletis, qui victores fuerunt in ſacris certaminibus, l. commodis. 40. ff. de re jud. Prat.

COMMODA ex tribu pro liberalitatibus & emolumentis, quæ à tribu obueniunt l. patronus. ff. de leg. 3. Prat.

COMMODA Primipili in l. pater. 23. ff. de adim. leg. & Commoda Primipilatus in l. 2. C. de Primipil. lib. 12. dicuntur ſalaria, quę ei præſtantur. Græcis dicuntur [illegible]. Eodem ſenſu

COMMODA veteranorum dixit Suet. in Nerone c. 32. Prat.

COMMODA jure militari dicebantur, vel munera, vel præmia, vel agri denique qui dabantur militibus. Ouid. Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus. Et iterum: Hæc mihi ſi dederis commoda, miles ero. Turn. lib. 5. aduerſ. c. 5

COMMODA ſacra ſunt, quæ ex ſacris certaminibus proueniunt, nonnulli [illegible] vocāt. Cuia. in expoſ. Nou. Iuſti. 53. fo. 73.

COMMODA & incommoda hæreditaria. l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. & apud Vlp. tit. 26 Regular.

COMMODARE in edicto prætoris in l. 1. ff. commod. juncta l. 1. ff. ſi cert. pet. eſt rem vtendam dare, vt eadem reſtituatur, finito vſu, in quem data fuit. Prat.

S 5

COMMODARE alicui nubendi adſenſum, vide l.11. §.2. Cod. de opet.libertur.

COMMODARE voluntatem l.2. C.ſi aduerſ.donat.

COMMODARE notionem l.3. C.de noxal.act.

COMMODARE pro mutuo dare poſuiſſe videntur Impp. In l. 2. C.de iis, qui ex pub.ratio.mut.pecun. lib.10. niſi accipientem dicas eandem ſpeciem, idemve aurum redditurum. Satius & potior viſa eſt prior interpretatio, vt primus articulus illius l.2.& rubrica docent. Prat.

COMMODARE etiam dixerunt Valent. & Valens Impp.l.fundi 4.de fund.patrim.lib.11.C.pro ἐμφυτευτικῶς cedere, jureque dominij tradere. Prat.

COMMODARE, eſt alicuius rei vſum ad tempus concedere. Commodare argentum & triticum, impropriè dicimus, pro eo quod eſt mutuo dare. Nam propriè commodamus veſtes, libros, vaſa, equos, & ſimilia, quæ eadem redduntur. Mutuo autem damus ea, pro quibus alia redduntur eiuſdem generis: vt nummos, frumentum, vinum, oleum, & fere cætera, quæ numero, pondere, vel menſura dari ſolent, vt eſt I. Crum ſententia, in §.2.& 3.Inſtit.quibus mod. re contrah.oblig. Spieg.

COMMODATI actio directa dicitur, quæ commodanti datur: contraria, quæ commodatario aduerſus commodantem competit, l 18.§.poſſunt ff. comm.

COMMODATARIVS & mutuum accipiens in quibus differant, vide §.2 Inſtit.quib. mod. re contrah.oblig.

COMMODATVM mutuo ſimilimũ eſt ac propriè idem omnino, ſi contrahentium animum voluntatemque conſideremus, quæ non alia eſt in mutuante quam in commodante. Sed diuerſitas naturę rerum in quib. verſatur vterq; contractus, diuerſum jus in ipſis conſtituit. Mutuum namque earum rerum eſt, quæ quod pondere conſtant, numero vel menſura, functionem recipiunt in genere ſuo, adeo vt nihil interſit creditoris, ſuum illum ipſum quod dedit recipiat, an tantumdem. Cęterarum autem rerum, quibus integris vti licet & commoditatem aliquam nobis elicere, alia ratio inſtituta eſt, vt iis frueretur ſane debitor, tum cat ipſas nobis reſtitueret. Conan.lib.7.c.3.n.1.

COMMODATVM. Commodatũ, contractus eſt jurisgentium, nominatus, bonæ fidei, quo res aliena nobis vtenda ſine mercede datur ad certum tẽpus. Hujus definitionis verba ſingula ſunt nobis hic ordine explicanda. Commodatum igitur (vt à capite incipiamus) jurisgentium contractum eſſe diximus, ex hoc enim jure omnes pene contractus introducti ſunt. §.jus autem gentiũ, de jur. nat.gent.& ciu. Inſt.1 Diximus & (contractum nominatũ eſſe) ex Vlp. in l.juriſgent. in prin. de pact. ff. tranſit enim in aliud quam conuentionis nomen l.1. in fin.de pactis. ff. Addidimus (bonæ fidei) ex mente Vlp. in l.3. §. in hac act. commod. ff. §. bonæ fidei. Inſt.de act. Addidimus & (quo res aliena nobis vtenda datur) nam res quæ commodatur, non ita datur, vt eius, cui commodatur, fiat: quo fit, vt qui commodatum accipit, re obligetur, deque ea ipſa re reſtituenda teneatur. §. item is. quib.mod. re contrah.obl. Inſt.3. Adjunximus etiam (ſine mercede) cõmodata enim res tunc propriè intelligitur, ſi nulla mercede accepta vel cõſtituta, res vtenda data ſit, alioqui mercede interueniente, videtur locatio vel contractus innominatus, l. ſi vt certo, §.nũc videndum ff. commod.d. §.item is. Cõmodatum enim gratuitum eſſe debet, d.§ item is. in fin. Adjunximus poſtremo (ad certum tempus) neq; enim in perpetuum commodari res poteſt, cum reſtitui debeat. Modum autem finemque commodati præſcribere ejus eſt, qui beneficium tribuit: cum vero id fecit, id eſt, poſtquam commodauit, tunc finem præſcribere, & retroagere, atque intempeſtiue vſum commodatæ rei auferre non poteſt. Auctor. Adde Brechæum, l.Labeo. in tit.de verb.& rer.ſignific.

COMMODATVM, ait Prat. contractus eſt, quo rem aliquam ita gratis cõcedimus, vt de ea reſtituenda is qui acceperit, teneatur, l.1.§.1.ff.de obl.& act. Inter commodatum autem & vtendum datum, Labeo quidem ait, tantum intereſſe quantum inter genus & ſpeciem: commodari enim rem mobilem, non etiam ſoli: vtendam dari etiam ſoli. Sed, inquit Vlpianus, vt apparet, propriè commodata res dicitur, & quæ ſoli eſt: idque & Caſſius exiſtimat. Viuianus quoque l.1.ff commod. habitationem commodari poſſe ait. Prat.ex Hotom.

COMMODVM notiſſimæ ſignificationis fertur. Commodum bonorum poſſeſſionis in l.ſed & ſi 5.ff. de bonor.poſſ. contr.tab. dixit Iulianus, quod Paulus appellauit beneficium l.4.§.fin.ff. eod.tit. Prat.

Hæc verba: CVM COMMODVM ERIT. ita interpretatur Sulpicius apud Labeonem, l.anus.79.ff.de jor.dot. cum primum ſine turpitudine, & infamia dari poſſit. Proculus, cum ſine incommodo poterit, l.nepot.125.ff de verb.ſignif. Apud Paulum l.ſi dies.21.ff.quando dies leg.ced.ſignificate videtur Accurſio vtilitatem. B.Briſſonio voluntatem, id eſt, ſi voluerit. Equidem accipi eo ſenſu potem, quo commode apud Varronem lib.6.ling. Latin. cujus hæc verba ſunt: igitur de originibus verborum multa qui dixerit commode, potius boni conſulendum, &c. pro apte, & rectę, & legitime, legibus moribuſve conſentientibus. Sulpitij ſane, & Proculi interpretationes tametſi diuerſæ, recipiendæ tamen ſunt. Verba enim pro re accipienda inter omnes conuenit. Prat.

COMMODVM Falcidiæ, quartæ loco eſt apud Hermogenianum, l.ſi hæres 9.ff.ad leg Falcid. Sic

COMMODVM SCti apud Vlp.l.5.§.ſi quis rogatus ad fin.ff.de donat.int.vir.& vxor. Prat.

COMMODVM poſſeſſionis conſiſtit & in percipiendis fructibus rei poſſeſſæ, & in euitando poſſeſſionis onere. Vnde dici ſolet: cum obſcura ſunt vtriuſque jura, pro poſſidente judicandum eſt, §.retinendæ. Inſt.de interdict. Spieg.

COMMODVM hęreditatis, l.15.C.de fideic.l.vni. C.de his qui ant. apert.tab. Sic commodum hęreditarium l.18 in fin.C.ad l.Falc.

COMMODVM repręſentationis l.1. §.ſi quis, ff. ad leg. Falc. l.1.in princ.& §.idem quærit.ff.de dote præl. Quod ex pręſentatione commodum ſentit mulier.l.2. ff.eod.tit.

COMMODVM detentionis, l.8.§.1.C.de præſcr.30. vel 40. annor.

COMMODVS Imp. Aurelius nomine, M. Antonini filius, Antoninus & ipſe dictus, ſæpe memoratur in libris noſtris: extantque conſtit.eius in jure ciuili complures. Imperauit ann.13.qualis autem futurus eſſet, in ipſo primordio oſtendit. Nam cum in ſupremis moneretur à parente, attritos jam barbaros ne permitteret vires recipere: reſpondit, ab incolumi, quamvis paulatim negocia perfici poſſe, à mortuo nihil. Sæuiit omnibus libidine atque auaritia, crudelitate, nulli fidus, magiſque in eos atrox, quos ampliſſimis honorib. diuitiſque ingentib. extulerat. In tantum deprauatus, vt gladiatoriis armis ſępiſſime in amphitheatro dimicauerit. Hunc Martia generis libertini, forma tamen meretricijſq; artib. pollens, cum animum ejus penitus deuinxiſſet, egreſſo è balneo, veneni poculum obtulit. Ad extremum ab immiſſo validiſſimo palęſtrita compreſſis faucibus expirauit, anno vitæ 32. Hor.ex Pompeij Feſti epitome.

COMMONEFACERE. idem quod admonere. l.conuenientaneum, C. quom.& quan. jud.

COMMONITORIVM, in l.2.C.Th.ſi cert.pet.& in l.vni. C.de ſuffragat. adnotationem & ſcripturam conuentionis ſignificat. Commonitorium etiã Suidas interpretatur [illegible], Cuiuſmodi commonitorij formula proponitur apud Caſſiod.lib.7.var.& ita apud Aug.epi.110. & 158.hoc verbum accipiendũ eſt. Vincen.Lirin. in lib.aduer. profan.nouatio. Me vero ſubleuandę recordationis, vel potius obliuionis meæ gratia commonitorium mihimet paraſſe ſufficerit. Symmachus etiam Monitorium pro eodem vſurpare videtur. Briſſ. Cujac. in expoſit. Nou. Iuſt.8. commonitoria interpretatur ὑπομνήματα. vide & Gothofr. ad d.l. vn.§.3. C. de ſuffrag. Commonitorij quoque fit mentio in l.33. in prin. C. de epiſc.& cler. l.10.§.1.C.de numerat. actuar. Commonitorium ſacrum vide l. 26. §. 2. C. de epiſc. audient. Commonitorium publicum, l.2. C.de publ lætit. vel conſul.nuntiat.

COMMORIENTES in l.cum hic ſtatus.§ ſi ambo, de donat. inter vir. & vxor. idem ſunt, qui ſimul aut pariter mortui, in l. quod de pariter, de reb dub.appellantur, vt teſtatur in ſcriptio veteris cuiuſdam fabulæ Plauti, Commorientes, tranſlata ex Græca Diphili συναποθνήσκοντες. Et eod.mod. Florus 1. Brut. (inquit) in acie cum Arunte filio Superbi commortuus eſt. Cujac.in tract.4. ad Afric. fol.55. in prin.

COMMOTIO pro excitatione principis, cum quis aduerſus mandata facit apud Caſſio lib.7.var. in formu.commonitorij. Prat.

COMMOVERE limites & terminos, loca mouere eſt. Sic in l. Mamilia. Qui termini hac lege ſtatuti erunt ne quis quem eorum ejicito, neve commoueto ſciens dolo malo. Si quis aduerſus ea fecerit, in ſingulos terminos, quos ejecerit, locove mouerit, HHS.25. dare damnas eſto. Tertull. in lib.de præſcr. aduerſ. hęret. Qua poteſtate Apelles limites meos commoues? Briſſ.

COMMVNDATA mulier, l 25.§ ornamenta.de aur.argent.

COMMVNE dicitur quod omnes ligat. Inde lex commune præceptum appellatur in l. 1. ff. de ll. Hinc & commune jus: quod dupliciter accipi notandum eſt. Aut enim reſpectu proprij juris, quod quæque ciuitas ſibi conſtituit, commune ius dicitur, & jus gentium ſignificat quo omnes populi vtuntur, quod omnibus inter ſe gentibus commune eſt l.1.§ vlt.l.9. ff.de juſtit.& jur. Quod & idcirco κοινὸν νόμιμον ab Ariſt. appellatur. Aut commune jus reſpectu ſingularis dicimus, eoque jus publicum ſignificamus, quo omnes eiuſdem ciuitatis ciues reguntur æquabiliter in omnes deſcriptum. l.21.& l.26.& l.33.ff de milit. teſt l 8 ff de condit & demonſtr.l 7. ff. de iniuſt. rupt. Et ita Conſtant lib.1.tit.6. [illegible] interpretatur. Hoc modo communi juri priuilegium opponitur in l 15. ff de vulg.& pup & jure communi & vtilitati, vel proprio, aduerſa ſunt in l.8.§.ſimiles. ff. de jure codicill.& in tit. de teſt.milit. ff. & C.paſſim, & apud Paul. lib. 3.ſent.tit.4. Communi etiam jure, & creditoris jure, vendere ſeparantur in l.59.§. creditor. ff. mand. Communi enim jure vendere, eſt cæterorum venditorum more, qui de euictione tenentur, vendere. Iure vero creditoris, eſt ſine euictionis pręſtatione promiſſioneque vendere. Briſſ.

COMMV-

COMMVNIS eſt, quod omnes vulgo probarunt, huiuſmodi, vt maioribus natu aſſurgatur, vt ſupplicum miſereatur. Connan. lib.1.c.15 num 6.

COMMVNIA quædam naturali jure ſunt omnium, quædam vniuerſitatis, quædam nullius, pleraque ſingulorum, quæ varijs ex cauſis cuique adquiruntur, l. quædam, ff. de rer. diuiſ. prin. Inſtit. eod. Prat.

COMMVNIVM nomine Martianus publica intelligit, quæ tamen Iuſtinianus diſtinxit. Nam quidquid commune eſt, publicum item eſt: nec intereſt, quod ad vſum attinet, inter commune & publicum jure gentium, quia vtriuſque vſus communis eſt omnium gentium: Sed communium proprietas nullius eſt, ſitque accipientis. Publicorum autem proprietas eſt aut vniuerſitatis aut ſingulorum. Connan. lib.3.c.5.n.2. Interdum in jure etiam noſtro commune pro Rep. accipitur, vt l. ſi de vi, ff. de judicijs. idque ad imitationem Græcorum, qui ſæpius in neutro genere τὸ κοινὸν dicunt pro Rep. vt Herodotus in Erato: καὶ τὸ κοινὸν τῶν ... : placuitque hæc Græcanica phraſis Tullio, qui, vt eam exprimeret, dixit commune Maliadum pro Republ. Maliadum. Balduin.

COMMVNIA proprie omnium eſſe dicuntur, quæ in commune (naturali præſertim jure) omnibus patent, omnibuſq; expoſita ſunt: qualia ſunt, aer, aqua profluens, & mare & littora maris, & lapilli, & gemmæ ceteraq; quæ in litore inuenimus. l. 2. & l. 3 ff. de rer. diuiſ. Inſt. eod. tit. in pr. Quæ à publicis quid diſtent, ex littorum & riparum comparatione intelligitur. Quod, publicorũ licet vſus publicus ſit, in dominio tamen ea ſunt populi alicuius ciuitatiſve, nec occupanti conceduntur, vt bene antiquus interpres Ioannes ſenſit l. 14. ff. de acquir. rer dom. Briſ.

COMMVNE à Publico differt. Commune enim proprie dicitur illud, quod occupanti cõceditur, vt mare, maris littora, l. quædam. ff. de rer. diuiſ. Publicum vero eſt, cum vſus publice multis competit, ſed occupari non poteſt, vt ſunt portus, flumina & reliqua de quibus ff. in tit. ne quid in loc. publ. & ne quid in flumin. publ. Negotium faceſſere videtur, quod in d. l. quædam, aqua fluminum communis vocatur, cum conſtet flumina eſſe publica. §. flumina. Inſt. de rer. diuiſ. Præterea in § & quidem Inſtit. eod. littora communia ſunt. at in §. littorum, publica nuncupantur. Verum enimuero ſcitu dignum eſt, commune à publico perinde differre atq; à nobis præſcriptum eſt. Sed illud prætermittendum non eſt, nihil eſſe publicum, quod & commune nihil habeat: nihilque eſſe commune, quod non aliquid publicum habeat, vt veluti paria inuicem faciant. Vt ecce, flumen publicum eſt, ſed vſus fluminis æque communis eſt, vt maris. l. pen. ff. de fluminibus. Vtar ergo libere aqua fluminis, ſed non vt aliquid ædificare molitive poſſim, & ſcite in l. quædam. ff de rer. diuiſ. dictum eſt, aquam profluentem eſſe communem, quaſi innuat, aliter in alueo & ripis judicandum fore, quia eorum proprietas non fiet occupantis. Forcatul. in dialog. 84. Necyom. Vide Vveſemb. in §. flumina. Inſt. de rer. diuiſ. eleganter hæc explicantem.

COMMVNE eſt, quod ad plures pertinet. l. 46. ff. de rit. nupt. Communia autem quædã ſunt pro diuiſo, quorum ſecretæ ac diſtinctæ partes ſunt, oculiſque cerni ac demonſtrari poſſunt: Quædam pro indiuiſo, quæ nullis dum factis partib. communiter poſſidentur, nõ diuiſione corporum, ſed juris intellectu. l. 49 ff. de ſolut l. 25 in fin. ff. de verb. ſign. l. 8. & l. 59. ff. de adquir. rer. dom. l. 8. ff. de rei vindic. l. pen. ff. pro ſoc. l. 7. C. cõm. vtr. jud. In oratione Seueri de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt ſine decreto non alienandis, hæc verba, Si communis res erit, ſic accipere debemus, ſi pro indiuiſo communis erit. Cæterum ſi pro diuiſo communis ſit, ceſſante oratione, decreto locus erit, l. 1. & l. 5. §. vlt. ff. de rebus eorum. Briſ.

COMMVNIA veſtimenta ſunt quibus promiſcue vtitur mulier cum viro, Vlp. l. veſtis. 33. §. communia, ff. de aur. & arg. leg. Pr.

COMMVNIA prædia accipere debemus, ait Vlp. l. magis puto, §. fin. ff. de reb. eor ſi pro indiuiſo communia ſint. Prat.

COMMVNIA ex ſucceſſione bona. l. 8. C. fam. erciſc. communia acta, l. 2. C de edendo.

COMMVNE adiutorium, l. 57. C. de appell.

COMMVNE placitum, l. 27. C. de pign. & hypothec.

IN COMMVNE conferre, l. 21. C. de collation.

COMMVNE ædificium, l. 9. §. generaliter ff. de reb. auth. jud. poſſi.

COMMVNE officiũ prædij, ſepulchrum, opus &c. Briſ. ex ff. & C.

COMMVNI jure vendere, l. 1. C. de pactis pignor.

COMMVNITAS geſtum à ſocietate differt, quoniam etiam agi communiter extra ſocietatem poteſt. l. 31. & l. 32. & l. 33. ff pro ſoc. Communia enim res vel cum ſocietate eſt: veluti inter eos, qui pariter eandem rem emerunt, vel ſine ſocietate inter eos quibus eadem res teſtamento legata eſt. l. 2. ff. commun. diuid. Prat. ex Briſ.

COMMVNIS vſus loquendi, proprietate potentior eſt. l. anniculus. l. in viu. de verb. ſign. Tametſi quod ex prudentum conſuetudine obtinuit, non dubitandum propter eorum autoritatem, proprie dici. Vide Vſus vulgatus. Spieg.

COMMVNICANTVR, pro conferuntur, ſeu, vt vulgo dicunt, communes fiunt, apud Paul. in l. 1. ff pro ſoc. In ſocietate omnium bonorum omnes res, quæ coeuntium ſunt, continuo communicantur. Spieg.

COMMVNICATIO rerũ fungibilium, quia nihil aliud eſt, quàm relatio. ideo Zaſius (quem illuſtris Baro à Tautenbergo alicubi commendat, ob veterem & bene fundatam peritiam, ac etiam anxie diligentis cenſuram amplectitur) genus vnum, & genera tria in rebus fungibilibus eſſe dixit. Quod Apellus candidiſſimus commendat, ceu admodum vere & probe dictum, ſi ad diuerſitatem retuleris categoriarum. Spieg.

COMMVNIO rerum, h. e. vt res ita vnius ſint, ſicut alterius poſt Ariſt. improbatur, & à Iureconſ. ſtatuentibus legitimam rerum & dominiorum diuiſionem, vt vnuſquiſq; ſuum habeat, ſitque ſua ſorte contentus. Siquidem naturale judicium facile ſentit, fieri non poſſe, vt homines inſatiabili quadam cupiditate corrupti, fruantur cõmuniter omnib. rebus Fac. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Vide Old. in diuin. tab. Præcept. 7 Spieg.

COMMVNIS ſeruus ſic omnium eſt, non quaſi ſingulorum totus: ſed pro partibus vtique indiuiſis: vt intellectu magis partes habeant quam corpore, l. 5. ff. de ſtipul. ſeruo.

COMMVNIS hæreditas, ager, fundus, paries, locus, riuus, arbor; lapis, &c. Briſ. ex ff. & C.

COMMVNIS opinio habet autoritatem, non tam quia multorum eſt, quam quod ratione nititur: alioqui fugienda eſt Quære Opinio communis.

COMMVNIS prudentia. Lege Prudentia communis.

COMMVNES ſunt ſtipulationes, veluti Rem pupillo ſaluã fore. Pompon. in l. ſtipulationem §. communes. ff. de verb. obl. Pra.

COMMVNIS ſenſus ea fere complectitur, quæ juri naturali aſcribuntur: id eſt: Budæo interprete, quæ natura docuiſſe nos creditur. Spieg.

COMMVNIS vſus eſt in cuius obſeruantiam omnes conſentiunt, vnde tam cito conualeſcere nequit, h. e. citra decennium. Is quam varie accipiatur, docent juris interpretes. Spieg.

COMMVNES res dicitur, quæ ad plures pertinet, l. 46 ff. de rit. nup.

COMMVNIS libertus, qui plurium eſt, l. 23. ff. de in jus vocando

COMMVNIS debitor, l. 6. C. de bon. aut. jud. poſſid. l. 7. §. 2. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.

COMMVNIS adminiſtratio, l. 2. C. de admin. tut.

COMMVNIS donatio, l. 34. in pr. C. de donation.

COMMVNIS vtilitas, l. 6. C. de poſtli. reuerſ. l. 17. C. ſi cert. petat.

COMMVNIO alia eſt publica & naturalis. Cuius fit mentio in l. 2. ff. de rer. diuiſ. & in §. & quidem. Inſtit. eod. tit. Vbi quædam naturali jure communis ſunt omnium. Talis publica & naturalis communio in paucis admodum rebus vix poteſt retineri, nec admittit judicium diuiſionis, quia in ſimplicitate naturali manet Old. Prat.

COMMVNIO alia eſt priuata & ciuilis, vmbram quandam referens naturalis illius communionis. Hæc admittit diuiſionem de rebus priuatis, & dominio noſtro ſubiectis, etiam vniuerſitatis. Imo, requirit neceſſario judicium diuiſorium, quoniam communio etiam inter paucos parit diſcordiam l. in re communi ff. de ſeru. vrb. præd. l. cũ pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2 Vnde ſatis admonemur, quam non fuerit poſsibile, abſolutam illam & ſimplicem retinere communionem omnium rerum, vt nonnulli phanatici ſomniant. Old. Prat.

COMMVNIONEM ad res alicuius vindicare, l. 13. §. 1. C. arb. tut.

Ad COMMVNIONEM reuocari, vide l. 19. C. famil. erciſc.

COMMVNIONEM rerum omnium pugnare cum naturali, diuinoque jure, Exodi, c. 20. ΚΛΕΨΕΙΣ, h. e. FVRTVM NON FACIES, nobis oſtenditur. Nam ſi omnes res nobis ſecundum naturam eſſent communes, h. e. ita vnius, ſicut alterius, non poſſet committi furtum contra naturam: quia concederentur jure occupanti, vt etiamnunc habemus quaſdam res communes, quæ furtum non admittunt, quoniam furtum committitur duntaxat in rebus alienis vel alieni juris clam domino, l. 1. ff. de fur. Statuitur igitur legitima rerum & dominiorum diuiſio, idque jure gentium, Lex hoc jure, ff. de iuſt. & iur. vt vnuſquiſque ſuum habeat, ſitque ſua ſorte contentus, quod Ariſtoteles eleganter, ac omnes Romani IC. probant, rejecta Platonis falſiſsima opinione. Old. Plat.

COMMVNI diuidundo actio miſtam cauſam habens, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune eſt, vt id diuidatur. §. quædam. Inſtit. de act. nec ſolum redditur in rebus communibus jure ſocietatis, id eſt, inter eos, qui pariter eandem rem emerunt: ſed & ſine ſocietate, velut inter eos, quibus eadem res teſtamento legata eſt, l. 2. ff. commun. diuid. Atque in hoc judicium nihil peruenit vltra diuiſionem ipſarum rerum, quæ communes ſint: & ſi quid in his damni datum factumve eſt, ſiue quid eo nomine aut abeſt alicui ſociorum aut ad eum peruenit ex re communi, l. 3. ff. eod. Prat.

COMMVNI diuidundo judiciũ eſt, quod inter eos redditur, qui rem quamex alia atque hæreditaria cauſa communem habẽt, diuidi, ſimulq; quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet, dari fieri poſtulant, ex quo intelligitur, præcipuam huiuſce judicij cauſam eſſe diuiſionem; aut potius ſuæ cuiuſq;

partis demonſtrationem,qua ex parte realis potius, quã perſonalis hęc actio eſt, quippe qua nõ dari nobis quod alterius eſt, ſed quod noſtrum eſt demonſtrari petimus, at vero qua ex parte petimus. Quicquid ex bona fide te mihi dare facere oportet, eatenus perſonalis actio eſt,non ad diuiſionem, ſed ad præſtationem pertinet.l.1.& 3.ff.commun.diuid.Hoto.

COMMVNI diuidundo actio inter eos redditur, inter quos aliquid nullo tractatu habito commune eſt.§.quædam.Inſtit.de action.l.31.l.32.ff.pro ſocio.

COMMVNI diuidundo judicij & pro ſocio actionis differentia l.1.ff.commun.diuid.

COMMVNI diuidundo & negotiorum geſtorum actionis differentia,l.6.§.2.ff.eod.

COMPACTVM in conſtitutione diuorum Seueri & Antonini l.3. C.de execut.rei judic.ſtructam collato in vnum conſilio machinationem ſonat.Liuius lib.6.vrb.cond.Vt multo (ait) veriſimilius ſit compacto eam rem, & communi fraude patritiorum actam. Sic paraſitus apud Plautum conqueritur: Nemo ridet,ſciui exemplo rem de compacto geri.& poſt.Omnes compacto rem agunt,quaſi in Velabro Oleari.Plaut.in Capt. act.3.ſcen.1.Compactum à cum & paciſci, eſtque conuentio, vt quis fraudetur.Prat.

COMPARARE idem quod emere,l.cum ipſe tutor.& l.iunitum. C.de contrah.empt.l.3.C.de autorit. præſt.Ioan.Bell.etymol.

COMPARARE præiudicium,vide l.6.C.de liberal.cauſ.

COMPARARE ſinceriter.l.10.C.de diſtract.pignor.

COMPARARE à plagiario, l.10.C.ad legem Fabiam de plagiar.

COMPARATIONIS verbo coemptio ſignificatur in l.1.C.vt nemini lic.in coempt.lib.10.& l.1.& fin.C.de quibus mun.cod. lib.57. Βασιλικῶν, adpellatur Συνωνή.l.2.Cod.vt nemini lic.in coempt.Prat.

COMPARATIONEM etiam l.1.ff priuil.cred.vel(vt eſt in Pand. Flor.) l.cum bona. 16. ff.de rebus auctorit. jud. poſſ. accipere debemus, æquiparationem. Sed & comparationem pro præparatione & formatione poſitam adnotat B Rhenanus à Tertulliano in lib.aduerſus Valentinianos.Prat.

COMPARATIO poſſeſſionis,l.3 C.arbitr tutel.

COMPARATIO alias accipitur ſtrictius, cum aliquod factum, quod per ſeipſum non ſit probandum ex eo,cuius id cauſa factum eſt, defenditur. Ve ecce: Si impuberi moueatur controuerſia ſtatus: periculoſum eſt, eam ſtatim repræſentari plena cognitione. Et rurſus: multo periculoſius eſſe poteſt, differri in tempus pubertatis.l 3.§.duæ autem.ff de carbo.edict.item: Impunitum relinqui facinus, iniquum eſt. At longe iniquius fuerit, innocentem ob quaslibet ſuſpiciones damnari.l.abſentem.in prin.ff.de pœn.Eiuſmodi comparationes ſunt frequentes in jure, in quibus id, quod minimum habet inquitatis, eligendum eſt.l. quoties nihil.ff.de reg. jur.Qua ratione Dauid maluit non facere,quod juiauerat, quam juramentum ſuum,fuſo hominis ſanguine. adimplere,1.Regum 25.& cap. quod Dauid.22. quæſt.4. Ex his comparationibus natum eſt prouerbium, Lupum auribus tenere quoties nullus ſine periculo patet exitus. Oldend. Vide ſuprà Collatio.

COMPARATIO alias laxius aliquanto in juris diſciplina, eſt vnius rei ad alteram ſecundum maius aut minus aut ſecundum æqualitatem facta collatio. Ea autem eſt tripartita: aut enim maiorum ad minora, aut minorum ad maiora, aut parium inter ſe ſit comparatio.Oldend.

COMPARATIO literarum, vltimum ſubſidium indagandę veritatis,quoties neque teſtes,neque tabellio produci poſſunt, vt veritatem ſcripturæ, cuius controuerſia vertitur,atteſtentur. ſit autem cum ex aliqua ſcriptura, ſeu inſtrumento minime genuinum ſuſpecto character literarum agnoſcitur,vtrum omnibus numeris ſit ſimilitudo inter vtrumque, an non.Spieg.

COMPARATOR, vide l.1.C.de caplen. & diſtrahen. pignor. Et comparator iniquus, In l.1.C.ne rei dominic.vel templot.

COMPARATIVVM nomen naturam ſuam ſeruat & poſitiuo confertur, & de eadem ſpecie intelligitur. Quapropter cum lex verberantem mulcta 10.aureorum afficeret, vulnerantem maiore, arbitrio judicis reſponſum eſt, non poſſe judicem aliam,quam pecuniariam pœnam pro vulnere indicere. Comparatiuum enim,Maiore,ratione mulctę collationem facit,l. vbi,de verb.oblig.ex Alciat.Spieg.

COMPARATIVVM, & ſuperlatiuum haud perpetuo naturam ſuam ſeruare, demonſtrant Dd. in l.cum pater.§. libertis §. rogo. de leg 2. Albe. citatis locis indicat,& comparatiuum aſſumere vim poſitiui, & viciſſim,hunc naturam comparatiui,Old.l.quod Nerua.vbi Zaſius.ff.depoſiti.vt apud Vergil.

Triſtior & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes.

Nec immerito: nam comparatiuo ſignificationem poſitiui ineſſe adnotat Alcia..l.vbi autem in pr.ff.de verb.oblig.Prat.

COMPASCENDI IVS,ſeruitus realis,ruſtica.Eius mentio ſit in l. ſi.§.1.ff.ſi ſeruitus vind.

COMPASCVVS ager (vt ait M Cicer in Topicis) in quo jus eſt compaſcendi.Cõpaſcere (inquit illic Boethius) eſt ſimul cum vicino paſcere.Sic & Feſtus hoc in genere ſcripſit,Cõpaſcuus ager,relictus ad paſcendum cõmuniter vicinus.Iſidor. autem lib.15.etymol.c.13.tradit appellari agrum, qui à diuiſoribus agrorum relictus eſt ad paſcẽdũ communiter vicinis.Scęuola in l.pen.ff.ſi ſeru.vindic. Plures ſaltum cõmunem, vt jus cõpaſcendi haberent,mercati ſunt: Et paulo poſt: An pars illorũ fundorum aliquid juris ſecum huius compaſcui traxerit.Pra.

COMPASCVA Siculo Flacco in lib.de condit.agror.genus ſunt quaſi ſubſeciuorum, ſiue loca,in quibus proximi quique vicini,id eſt,qui ea contingunt paſcua jus paſcendi habent,Pra.

COMPEDES vinculum eſt, quo pedes irretiri ſolent. Dicitur compeditus homo & compeditus,abſolute:ſed pœnæ Inſt.de iniur.& §.vlt.de oblig.quæ ex delict.naſc.Old.Prat.

COMPEDITVM adpellat Theophil.eum, qui in vinculis eſt, quã viliſſimo comparatur.Prat.

COMPELLERE, id eſt, cogere, ſiue Iure & legibus: ſiue vi & armis. Sic compellere aduerſarium ad onera petitoris.l.24 ff. de rei vind.Adoleſcentes ad petendos ſibi curatores, l.7.§.ſed hodie,ff de minor.Ad maleficia,l.13.ff.de leg.3.Ad reſtitutionem l.10.Cod. de diſtr. pign. Seruos ad pudicitiam l 2. ff de his qui ſui vel al.jur.&c.

COMPELLI,i. cogi.l 13. ff de recept. qui arb.l.vlt.ff.de rei vind. l.57.ff.de contrah.empt. Sic compelli ad adminiſtrationem l. 1.C.in quib. cauſ. Ad cautionem vel ſatiſdationem præſtandam,l.1 §.ſed & ff.vt legat.Ad conducendum l.9.§.1.ff.de public. Ad judicium accipiendum, l.15.ff de procur. Ad reſtitutionem,l.10.C.de diſt. pig.Ad ſolutionem,l. 104.ff.de ſolut.l. 2.C.quando fiſcus,l.1.C.de fide inſtru.&c.Briſſ.

COMPENDIVM quod cum compenditur, vna fit. Varro Senſus eſt,æs quod vna cum alio penditur eſt compendium.Hot.

COMPENDIVM eſt breue & vtile.·Hoſt. in c.fi. extr. de dol. & contum.in antiq.Prat.

COMPENDIVM temporis l.debere,§.fi.ff.de caſt.pecul.l.16.ff.de legation.ed. ctor l.72.ff.de judic.Pr

COMPENDIVM itineris,dixit Modeſtin.l.eundem.10.ff.de leg.

COMPENDIVM lucrum,l.fi C.de vſucap.pro emptor.Occultũ, l.4.C.de crim.ſtellion.Pecuniarium,l.SC.ad l.Cornel.de falſ.

COMPENDIVM edictorum, pro peremptorio edicto poſuit Vlp. l nonnunquam,in fi.ff.de judic.Prat.

COMPENDII etiam verbo lucrum ſignificari exiſtimant interpretes,l.duo ſocietatem,71.§.duo.ff.pro ſocio,l.3.ff.de calum. l.Iulianus,ff ſi quis omiſſa cauſa teſt.l.3.§.eleganter,ff.de SC. Silla l.32.in fi.ff.de leg.lib.1.& alibi ſępe in Pandect.l.judices. C.de anno & trib.lib.10.l.cum virum,16.C.de fideic. In citat §.duob. IC.lucrum à compendio ſeparat. Eſt igitur id, quod quærimus parſimonia. In alijs autem locis *πλεονεξία*, pro lucro accipi putem.Quod verbum à vetere æris penſandi ritu deriuant Feſtus lib.4.& Varro lib.4.ling.lat. Huic opponitur diſpendium l.63.§.item qui.ff pro ſocio,Prat.

COMPENDIARIA,pro breui itinere ponitur in l.4.ff.de itin. actúq;priuato.vbi via,elegãter ſupprimitur,vt & apud Noniũ Varro Hoc, inquit, dico compendiaria ſine vlla ſollicitudine, ac moleſtia dicendi,poſſe perueniri ad eandẽ voluptatem.Pr.

COMPENDIOSA iactura.vide l.vnic.circa fin C.de vſucap.trãſ(form.

COMPENDIOSA lex,l.4.C de bon matern.

COMPENDIOSA ſanctio,l.1.§ 1.C.de annal.except.

COMPENDIOSA, hæc dictio ſignificat ſubſtitutionem, quæ ſub conditione mortis alia multa complectitur tempora,ſeu longum tempus quod dicitur poſt puberem ætatem. Et dicitur ideo compendioſa,quia ſub verborum compendio plura complectitur tempora & quandoque plures ſubſtitutiones facit.l. Mæuius.§. duorum ibi orationis compendio. ff.de leg.2.& l. precibus.C.de impub.& alijs ſubſtit. Et hoc prout adaptatur illud ſignificatum,quia poteſt ad alia adaptari,vt aliter ſignificet, prout verbum cui adaptaretur, ſignificare dictat. Old. de hoc vide latius Florent.dial.24.Necyom.

COMPENSARE dicuntur contrahentes, cum debitum & creditum inter ſe contribuunt,tot.tit.de compenſ.Prat Hinc

COMPENSARE dolum dolo,l.57. §.vlt.ff de contr. empt.Lucrũ & cõmodum cum damno l.42. ff.de act.empt.l.23.§.vlt.ff pro ſoc.Fructus vſuris l.65 ff de rei vind.l.1.§ pacto ff de pig.Br.

COMPENSATIO.Compenſo verbum,id eſt quaſi ſimul põdero, retribuo. Valer. Max.Tarditatemq;ſupplicij grauitate compenſat. Inde Zaſ.in §.3. bonæ fidei.Inſtit.de actio Compenſatio eſt contributio debiti ad debitum, hoc inde in vim ſolutionis comparatio. V.g. Titius debet mihi decem, & ego ei quinq;aureos. Si ego 10.aureos à Titio peto, quinq; quos ei debeo,compenſare coger,& ſic potero alios 5.aureos exigere. Habetq; locum compenſatio in omnibus actionibus, ſiue in rem ſiue in perſonam ſint,excepta depoſiti actione, cum aliquid compenſationis nomine opponi iniquum credit Imperator,ne ſub prętextu compenſationis,depoſitarum rerũ quis exactione fraudetur, d.§.in bonæ fidei, l.fi.depo. Sed & in delictis locum habet compenſatio. paria enim delicta,vt inquit Papin.in l.viro.ff.ſolut.matr.mutua penſatione diſſoluuntur. Hoc autem nomine compenſatio neceſſaria eſt, quia noſtra intereſt potius non ſoluere, quam ſolutum repetere.l.3.ff.eo.

COMPEN-

COMPENSATIO differt à deductione: illa enim ipſo jure fit, hęc vi exceptionis. l. 15. ff. ratam rem, vide Cuiac. 8. obſeru. 3. in fi. & 15. obſer. 12. Gothof. ad l. 24. C. famil. ercíſc.

COMPENSATIO quandoque etiam ſumitur pro deductione & retentione l. in reſtituenda, C. de hæred. petit. l. fructus. 7. §. ob donationes. & l. rei judicatæ, 15. §. 1. ff. ſolut. matrim. Hanc retentionem adpellant. Vlp. in inſtit. tit. 6. de dotibus & Iuſtinianus l. vnic. § taceat C. de rei vxor. act. Prat.

COMPENSATIO (ita definitur à Modeſtino IC. in l. 1. ff. de cõpenſat.) eſt debiti & crediti inuicem inter ſe, (ſcil. contrahentes) contributio: per æris ſui computationem, ab ære alieno liberatio: liquidi autem ad liquidum fit cõpenſatio l. fin. C. de compenſat. Ioan. Bello. etym. Sed & compenſatio damni. l. 57. ff. de donat. int. vir. Donationis, l. 7. § ſi vir. ff. eo. tit. Negligentiæ, l. 10. ff. de compenſat. Pretij, l. 3. C. comm. diuid. Briſſ.

COMPERENDINATI rei dicũtur, qui in criminalibus è cuſtodia dimiſſi fide ſua, ſiue ipſius cuſtodiæ commiſſi, vt aut vrbem carceris loco juſti habeant, aut aliquam priuatam domum, vt interdum fit ex perſonarum dignitate, & genere cauſarum. Bud. in l. poſter. de orig. jur. ff. idem in Forenſibus. Old. Prat.

COMPERENDINATIO, eſt vtriuſque litigatoris inuicẽ ſibi denuntiatio in perendinum diem. Bud. in d. l. ſi. ex Aſconio. Old. Aſconius autem ita definit, quod ſit vtriuſq; partis recitatio, id eſt, (vt interpretatur Torneb. lib. 1. c. 3.) cum partes iterum à præcone citãtur, vt adſint, qui priore actione citati fuerant.

COMPERENDINATIO ab Ampliatione differt hoc modo, quod in lege comperendinationis numerus actionum duarum præſtitutus eſſet: Ampliationis nullus eſſet certus numerus præterea in ampliatione judicari primo poterat; In comperendinatione non niſi poſt ſecundam actionem. Hotom. in Verrin. 3. vide ſupra. Ampliatio.

COMPERENDINVS dies erat, vt interpretatur Raeuardus lib. ſing. pro tribunalium. c. 9. dies in jus vocationi, dicendoque vadimonio deſtinatus.

COMPERENDINATIO diffinitur in quodã lexico περίμεσος ἡμέρ. θετο, id eſt, trium dierum dilatio. Briſſ. vnde non immerito

COMPERENDINATAM rem, judicium in tertium diem conſtitutum Feſtus lib. 16. definierit. Prat. Briſſ.

COMPERENDINATORES qui nouam ſubinde cauſam commiſcuntur, quo negotium proferant. Spieg.

COMPERTO matrem ſuam inteſtato deceſſiſſe, in l. 86. §. fin. ff. de acq. hæred. id eſt, cum compeririſſet. Briſſ. in lib. parerg.

COMPERTO errore, comperta conditione, opinione, voluntate defuncti. Briſſ. ex ff. & C.

COMPERTVS ſtupri, furti, ſacrilegij: qui in ſtupro, furto, ſacrilegio deprehenſus. Compertum eſſe & exploratum eſſe, idem eſt, quod ſcire per inueſtigationem. Spieg.

COMPESCERE, coercere. & reprimere ſignificat. Sic compeſcere contumeliam l. 6. C de iniur. Audaciam, l. 12. ff. de publica. malos homines, l. 55. §. quęſitum. ff ex quib. cauſ. Briſſ.

COMPETENS Iudex, id eſt, congruus & ad quem cognitio pertinet. l. pẽ ff. de juriſd. om. jud. l. 1. ff. ſi quis in jus voc. l. 28. ff. de re judic. l. ſed & eę. ff. de procur. & alijs innumerabilibus locis: ex quibus vnum dumtaxat inſuper adnotabo, in quo competens appellationi judex dicitur. Is eſt in l. pen. ff. judic. ſol. vſuræ, quæ compererint in l. 47. § Lucius, ff. de pact. & l. 31. ff. de vſur. l. 59. §. 1. ff. de re jud. l. 3. C. de ſent. quę ſine cert. quant. & l. 78. §. hæredum. ff. ad Trebell. Sic & in l. 40. in fi. ff. ſi cert. pet. Paul. ait, quod competit vſurarum nomine. Ideoque eodem loco, ſolutioni cõpetentem menſium numerum dixit. Competẽtes vſuras Imp. in l. 1. C. ſi maior. fact. alien. & omne quod vſurarum nomine comperebat Paul. l. 21. ff de vſur. Briſſ.

COMPETENS cautela, in l. 21. ff. de jud. id eſt, idonea Briſſ.

COMPETENS pœna congrua, & ſecundum delictum inflicta, l. 3. C. de lucr. aduoc. Prat.

COMPETENS allegatio, vide l. 4. c. de accuſat.

COMPETENS defenſio, l. 20. C. de excuſat. tut.

COMPETENS portio, l. 5. C. de leg. l. 2. C ad SC. Trebell.

COMPETENS tribunal apud quod jus fuit de ea re cognoſci, l. ſed & hæ. §. 1. ff. de procurat. Eodem ſenſu

COMPETENTES vſuræ, in l. 1. C. ſi maior. fact. alien. congruæ, & legitimæ legeque definitæ. Prat.

COMPETENTER, pro eo quod eſt, idonee, c. grauis. de reſtitut. ſpolia. in antiq. ſic accipitur apud Vlp. ſolut. matr. l. ſi eum dotem. §. eo autem tempore. Quatenus, inquit, & filio & patri competenter conſulatur. Old. Prat. Sic competenter conuenire l. 4. C. quand. ex fact. tut.

COMPETIT verbum Iuriſconſultis frequens, & familiare. Inde competit iter per vrbem, ſtillicidij rigor. Briſſ.

COMPETERE libertates dicuntur quæ ex teſtamento, aliave cauſa contingunt. l. Papinianus, in fi. ff. de inoffic. teſtam. l. 7. ff de petit. hæred. Briſſ. Et

COMPETIT actio, quę lege data eſt vel ex contractu deſcendit. Sic competit interdictum, exactio. Briſſ. Competere dicitur, quidquid ad nos pertinet, nobis quæritur, conceditur, indulgetur. Briſſ.

COMPETERE certi condictionem dicimus. l. cert. condict. ff. ſi cert. pet. Prat.

COMPETITOREM apud Vlp. l. generaliter. §. ſpurios, ff de decur. eum accipimus, qui cũ aliquo eundem magiſtratum, officium, & honorem petit. Prat. Competitio in C. Th. ſæpe. Briſſ.

COMPILARE, autore Feſt. lib. 3. eſt cogere & in vnum condere. Compilare jura & leges, eſt in volumen redigere: quod fecere Tribonianus & collegæ. Prat.

COMPILARE eſt facto impetu in quempiam graſſari: quod proprie latronum eſt. Aliquando accipitur pro eo, quod eſt alienam ſcripta & inuenta furari. Paul. ad l. Iul. pecul. l. ſacrilegi. Sunt, inquit ſacrilegi, qui publica ſacra compilauerint. Nebr.

COMPILATORES ſunt improbi ſpoliatores, ne pilũ (telum intellige) quidẽ relinquentes in ſpoliatorum corpore. Tametſi alij à pilis, id eſt, villis dictos putent: quibus, vt Alciatus notauit, ſyllaba repugnat. Torneb. lib. 3. aduerſar. c. 10. à Græco Æolico πιλητής, quod furem ſignificat, deductum cenſet, qui φιλητὴς ab Heſiodo vocatur. ſed Æolum eſt aſpiratas in tenues mutare. Transfertur & ad alios: vt haud iniuria dixeris etiam compilatores, qui vel nomina, vel teſtimonia bonorum autorum induxerint. Quemadmodum Feſto, Compilare hæreditatem, eſt fraudare, diripere. Neque tamen recte dixeris, Compilauit libros aut pecunias, probe autem juxta Roterod. Compilauit ſcrinia mea. Compilant ſerui dominis *heimlich abtragen*. Vſũ verbi huius interpres non percepit. Spieg.

COMPILATOREM eum appellat Iſid. lib. 10. qui aliena dicta ſuis permiſcet. Prat.

COMPINGERE apud Vlpianum l. qui res §. aream. ff. de ſolut. eſt componere & coniungere. quo ſenſu accipitur & apud Virgilium in Buchol.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula——Prat.

COMPINGERE eſt res diuerſas in vnum coagmentare atq; conglutinare: Vnde eſt illud Iob. c. 10. Hieronymo interprete, Oſſibus & neruis compegiſti me. Celſus lib. 6. Tenuiſſimis minutiſſimiſque oſſiculis caput compingeret. Sic compingere nauem tabulis, Paul. de ſolut. l. qui res. Si nauem, inquit eiſdem tabulis compegerit & l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram, ff. de verb. oblig. Nam & ſi nauem quam ſpopondit, dominus diſſoluit, & ijſdem tabulis compegerit. Briſſ.

COMPITVM, Albericus (inquit) locus eſt, vbi plures viæ concurrunt. melius Seruius Virgilianus interpres: Compita (ait) id eſt, quadriuia, quæ Compita appellantur ab eo, quod multæ viæ in vnam confluunt. Quia vero in compitis laribus ſacrum anniuerſarium fiebat, Compitalia dicta, dies ei ſacrificio ſtatus. Quod & ante monuit doctiſſimus vir Sigiſmundus Geeler. Spieg. Compiti fit mentio in l. 12. §. 3. C. de ædifi. priuat. & apud Gothofr. in rub. C. de ſponſal. & arr. ſponſal. in princ. Varro lib. 5. de ling. Lat. ad M. Tullium Ciceronem, Compitalia (inquit) dies attributus laribus, vt alibi, ideo vbi viæ competunt, tum in compitis ſacrificatur. Quotannis is dies concipitur. Quid eſt quod ait Varro, vt alibi? Hoc enim obſcurum eſſe video. Sic vero interpretor vt ſignificet, Compitalia dicta à compitis ſiue compitorum vijs, in quibus Cõpitalibus ſacrificabatur, quod & Macrobius ad ludos refert. Vt alibi, ſcilicet, ſacrificetur, id eſt quamuis, & alibi quam in compitis Compitalibus ſacrificetur, nempe in foco. M. Cato de re ruſt. Rem diuinam niſi Compitalibus in compito aut in foco ne faciat. Martial. lib. 5. Curt. lib. 1. *ſingerab*, cap. 9.

COMPLANATA domus, id eſt, deſtructa, & ſolo æquata. Spieg. Complanare locum, l. 5. ff. de aqua & aqu. pluuia. Briſſ.

COMPLECTITVR pro comprehenditur, ponitur apud Scæuolam in l. 133. de verb. oblig. Nam ſicut & ipſius hæredis caput ita ipſius vis, vel ſæpius facta complectitur: Vlp. in l. 3. §. ſed illud. ff. de appella. Et quorundam, ait nomina libellis ſint complexa. Sic in l. 30. §. in furioſi. ff. de fideic. libert. Decretum interponetur, quod ipſum complectatur, id eſt, contineatur, & comprehendatur. Briſſ. in lib. parerg.

COMPLERE annos ætatis, tempus pœnæ ætatem puberem, poſſeſſionem, totum diem, præſcriptionem. Completa ætas, conditio. Completo tempore, id eſt impleto. Briſſ. ex ff. & C.

COMPLERE promiſſum, i. e. præſtare quod promiſeris. Spieg.

COMPLERE annos pubertatis intelligitur non qui ad ſupremum vſque momentum peruenit, ſed qui attigerit vltimum diem. Connan. lib. 9. c. 4 n. 9.

COMPLEXVS in l. triplici. ff. de verb. ſign. eſt comprehenſio cum vna clauſula complectitur, veluti & nomina & res. qua de re vide infra coniunctio. Prat.

COMPLVRIVM adpellatione quatuor compluresve contineri liquet ex l. 13 qui complures. ff. de leg. 2. Prat.

COMPLVRIENS pro ſæpe apud Catonem poni ſcribit Feſtus lib. 6. Prat.

COMPLVRES qui dicantur, vide Bart. in l. 1. C. ſi rector prouinciæ. Old. Complures liberti, Compluſa reſcripta. Compluribus placuit. Briſſ.

Digitized by Google

Compluvium, vt ait Feſtus lib. 9. quo de diuerſis rectis aqua pluuia in eundem locum confluit. In Vitruuio compluuium eſt ea pars tecti in cauædio quæ pluuiam deijcit, vt cum ijſdem rationibus trabes & compluuia collocantur. Torn. lib. 10. aduerſ. c. 17. Varro. lib. 4. de ling. lat. Impluuium quo impluebat, Compluuium quo compluebat, vtrunque à plouia, vt illud ſit ſuperior pars, hoc inferior. Prat.

Componere, eſt multas res vna quadam cohærentia, & velut harmonia ſimul ponere, coniungere, & de tubus ſuis diſponere in l. 2. C. de exhib. reis. Sic dicimus componi carmina, leges, ædificia, orationes. Vnde pulchra admodum metaphora, componere cenſemus lites, pro concordare, ad bonas conditiones paciſci, quo ſenſu accipitur compoſitio, c. 2. de teſtib. li. 6. & Compoſito, aduerbialiter, hoc eſt ex pacto, cuius oppoſitum eſt, Non ex compoſito. Briſſ. Prat.

Componere, in vnum jungere, jungendo conficere, dirigendo conficere.

Componere, etiam ſignificat, inſtituere, vt in l. 2. §. poſtea ne diutius, ff. de orig. jur. quo loco compoſitas actiones pro inſtitutis quibuſdam agendi formis accipere debemus. Prat. Ergo actiones jure ciuili indoctæ ſunt. pro Bartolo contra Zaſium docet lib. 1. enucleation. Prat.

Componere vltimam voluntatem & teſtamentum in l. 26. C. de teſtam. l. 17. C. de teſta. milit. Compoſiti codicilli. Compoſitum decretum, matrimonium. Compoſita lite, id eſt, ſopita. Briſſ. componere ſtipulationes, id eſt, concipere. Componere verba, Libellos accuſatorios, ſuteinulas, fenum in villa, edictum, actionem, &c. Briſſ. ex ff. & C.

Componere quoque ſignificat in vnum redigere ab alijs facta, vt l. 2. ff. de orig. jur. ibi. Sed quod leges ſine ordine latas in vnum compoſuit: Et primo inuenire & facere, vt eodem loco Pomponius vſus eſt, cum inquit, componere genera agendi. & Cic. ad Att. commentarium conſulatus mei Græce compoſitum miſi ad te. Aldob. in procem. inſt. ibi, cum à nobis promulgatis quam compoſitis.

Compoſitio verborum, l. 4. C. de poſth. hæred. inſtit. Compoſitio criminis, l. 6. ad Turpil. Briſſ.

Compoſitio eſt conuentio quædam per reum cum præſide facta ex cauſa lite pendente, de dubio criminis ſtatu, de ſoluendo fiſco, certum pecuniarum ſummam ad effectum redimendi vexationes litis. Probantur hæc omnia in l. ab accuſatione. l. deſiſtit. & l ſeq. ff. ad SC. Turpil. §. quia vero. Auth. de defenſ. ciuit. c. fin. de tranſact.

Compoſitor anni eſt, qui componit annum, & ſtatuit, qui dies ſacri & profani ſint, Victor. var. lect. c. 6. vide & Cic. lib. 8. de legat. Prat.

Compos mentis, id eſt competentis animi, vel animi ſani: vel potius, qui eſt in poteſtate mentis, cui (vt ait Cicero) regnum totius animi à natura tributum eſt. Compos] contrarium eſt, qui animum non habet in ſua poteſtate, ſed fertur affectuum arbitrio l. 4. C. de curat. furioſ. Spieg.

Comprædes Feſt. lib. 3. eiuſdem rei populo ſponſores. Prat. Briſſonius.

Comprehenſa, i. e. côperta, in l. 16. C. de don. int. vir. & vxor.

Comprehenſum inſtrumento pactum, l. 15. ff. de pactis. Comprehenſum SCto, teſtamento, tabulis, decreto, pacto, verbis, edicto. Briſſon. ex ff. & C.

Comprouare, i. e. probare, l. 10. C. arbitr. tut.

Compromiſſarii in arbitrium dicuntur, qui arbitri ſententiæ ſtaturos ſe bine inde ſub pœna promittunt, l. ſed ſi y. ff. de arb. Briſſ. Prat. Hinc

Compromiſſum eſt ſimultanea illa partium promiſſio, qua ſua ſponte ad alicuius boni viri arbitrium ſuam remittunt controuerſiam. Quod frequentiſſime ſit addita per ſtipulationem pœna, ſi eius arbitrio partium non ſit, tametſi quandoque ſine adiectione pœnæ fiat, l. diem proferre. §. fin. ff. de recept. arb. Cotraſ. lib. 4. Miſcell. c. 18.

Compromiſſum plenum in l. quid tamen. §. plenum, ff. de arb. appellatur, quod de rebus controuerſiiſque compoſitum eſt, quod & habet doli mentionem. l. ita tamen in fi. ff. eod. Prat.

Compromiſſum ad ſimilitudinem judiciorum redigitur & ad finiendas lites pertinet l. 1. ff. de recept. arb. Vocantur enim litigatores in jus, offertur libellus, dantur dilationes, recipiuntur teſtes, inſtrumenta, dicitur ſententia in compromiſſo, ſicut in judicio. Oldend. quod de iis accipi oportet, quando ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt, l. ſocietatem §. arbitrorum, ff. pro ſocio. Prat.

Compromiſſi diem proferre. Hæc clauſula nullam aliam dat arbitro facultatem, quam diem prorogandi. Et ideo conditionem primi compromiſſi neque minuere neq. mutare poteſt l. Labeo ait. §. hæc autem clauſula. ff. eo. tit. Diem autem arbiter proferre, vel præſens vel per nuncium, vel per epiſt. poteſt, l. diem proferre in prin. ff. eo. tit. Prolato die, cautio primi cõpromiſſi non abſimilis iterum præſtanda eſt, d. l. Labeo ait. §. fin. & l. ſeq. Arbiter ita ſumptus ex compromiſſo, vt & diem referre (in Pand. Flor. proferre) poſſit, h. e. retro ferre, breuiorē ſtatuendo ad diſceptationem finiendum: hoc quidem facere poteſt inuitis ſeu contradicentibus litigatoribus: proferre autem non poteſt niſi conſentiant. l. arbiter ita ff. de recept. arb. Licet non valeat ſententia arbitri, poteſt tamen prolatio diei valere. l. Labeo in pr. ff. eod. tit. prorogatio diei non fit conuentione partium in compromiſſo, niſi ſequatur juſſus arbitri. l. non diſtinguemus, ff. dies compromiſſi. ff. eod. tit. Old. Prat.

Compromiſſum ſoluitur, ſi ex pluribus actoribus vel reis vnus ante ſententiã moriatur, ſi cauſa eſt indiuidua: ſin autē diuidua, recurrendum eſt ad diſtinctionem, l. quid tamen in prin. de arb. & gl. & Bart. in l. diem proferre. §. 1 ff. eod. Prat.

Compromiſſi generalitas non pertinet ad ea, de quibus actum eſt, ſed de quibus diſceptatum eſt. d. §. plenum. Prat.

Ex compromiſſo non naſcitur exceptio, ſed pœnæ petitio, l. 2. ff. de recep. arb. Si in compromiſſo fuerit adiecta pœna, non eſt opus ſtipulatione, aut fideiuſſorib. Si ſtipulatio vel cautio fideiuſſoria interuenerit, non eſt neceſſaria pœna ad producendam actionem. Bart. in l. diem proferre. §. fi. ff. eod. tit. Ex compromiſſo per pactum nudum confecto, adiecta pœna, competit certi condictio, ſiue certa ſit ſumma, ſiue incerta in id, quod intereſt. arg. l. fi. ff. ſi quis in jus voc. non ierit. Ex cõpromiſſo per ſtipulationem confecto cum pœna naſcitur actio ex ſtipulatu, ſi incerta fuerit ſumma: vel certi condictio ſi certa fuerit. Inſt. de verb. obl. in pr. & §. fi. Vbi ſine pœna ſimpliciter ſententiæ ſtari, per ſtipulationē promiſſum eſt, ibi competit incerti actio, hoc eſt, ex ſtipulatu. Cum in compromiſſo neque pœna, neque ſtipulatio fuerit ſubiecta, tunc ſi litigatores ſubſcripſerint ſententiæ, hoc eſt, expreſſe in eam conſenſerint, vel tacite, id eſt, intra decem dies non contradixerint: & actio in factum naſcitur & exceptio pacti l. ne in arbitris. §. ſi quis autem & l. pen. C. de recept. arbit. Old Prat.

In compromiſſis pœna vtrum ſit certa, an incerta, vt puta quanti ea res erit, nihil intereſt l. non autem. ff. eo ti. non diſtinguitur item, minor an maior ſit pœna, quam res de qua agitur. l. non diſtinguemus, in princip. ff. eod. ti. pœna cõpromiſſa accipitur non ſolũ pecuniaria, verum etiam alia res vice pœnæ promiſſæ, leg. litigatores ierunt. §. 1. ff. eo. tit. Item ſi res apud arbitrum depoſitæ ſunt, vel quantitas certa, eo pacto, vt ei daret, qui viciſſet, vel vt eam daret, ſi non pareretur ſententiæ. Item ſi ambo debitores paciſcantur, ne petat, quod ſibi debetur, qui ſententiæ non paruerit, l. litigatores ierunt. §. quid ergo. & §. interdum. ff. eod. tit. Old. Prat.

Compromittere cum aliquo. l. 29. & l. 32. §. ſi rei, ff. de recept. arbitr. Briſſ.

In compromiſſis ſtipulatio ſub hac conditione tacita committitur, ſi ſine dolo malo ſtipulantis factum ſit, l. ita demum. in princ. ff. de recept. arbitr. junct. l. conditiones extrinſecus, ff. de condit. & demonſtr. Old. Prat.

In compromiſſo dies ſolet conſenſu partium exprimi, intra quem cauſa definiatur, l. Pomponius. §. fin. ff. de arb. Quod ſi compromiſſum ſine die confectum eſt, neceſſe eſt arbitrio diem ſtatuere partibus conſentientibus, & ita cauſam diſceptare. l. ſed compromiſſum, ff. eod. tit.

In compromiſſo ſi adijcitur: Si quid doli in ea re factum ſit: ex ſtipulatu conueniri qui dolo fecit, poteſt. Quod ſi huiuſmodi clauſula adſcripta non eſt, tunc de dolo actio, vel exceptio locum habebit d. l. ita demum. Old. Prat.

Si compromittat mulier alieno nomine, non erit pœna compromiſſa propter interceſſionem. l. non diſtinguemus. §. ſi mulier. ff. de recept. arb Old. Prat.

Compromiſſarius judex, ex compromiſſo ſumptus l. cum lege, ff. de arb. l. pen C. de pact. l. fin. C. de teſtib. per l. pen. ff. de jud. vel ad quem ex compromiſſo itum eſt. d. l. ſocietatem. l. 76. vel (vt Suidas definit) ὁ κατὰ συνθήκας ἐπὶ μισθῷ δικάζων [illegible]. Briſſ. Prat.

Compromitti porro poteſt in duos vel plures, vt alterius vel cuiuslibet ſententia valeat, l. ſed ſi ita. l. nõ diſtinguemus. §. cum in plures. ff. de recept. arb. compromitti in plures poteſt, vt vnus ex ijs eligatur qui pronunciet, l. item ſi vnus, §. item ſi plures, ff. eod. Compromitti in duos non poteſt ſic, vt ſi diſſenſerint, tertium adſumant, niſi nominetur tertius, d. l. item ſi vnus. §. ſi in duos. In numero impari rectius compromittitur, quia ſi diſſentiant; maior pars inuenitur, cuius judicio ſtabitur: ibid. §. principaliter tamen. Vſitatum eſt in duos compromitti, & ſi diſſentiant, magiſtratus cogit eos tertiã perſonam eligere, cuius autoritati pareatur, etiamſi neutri accedat in pronunciatione; ibid. Si in plures fuerit compromiſſum ſufficit maioris partis conſenſus, ſi modo omnes adſint, ibid. §. fin. Nam ex pluribus arbitris non poteſt vnus ſententiam dicere abſentibus alijs; l. item ſi vnus §. item ſi plures eod. tit. Prat.

Compromitti poteſt de crimine ciuiliter, l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de his qui notant. Infam. De famoſo aut publico delicto criminaliter ad arbitrum iri non poteſt, l. non diſtinguemus. §. Iulianus, de recept. arbi Prat.

Intra compromiſſi diem vocatos qui non adeſt, legitima impeditus cauſa, valetudinis vel abſentiæ Reip. cauſa; aduerſus

pœnæ

pœnæ petitionẽ tutius eſt, ſi admittat denuo compromitti, l. qui tamen. §. ſi quis ex litigatoribus, ff. de recept. arb. In eum locum iubendi ſunt litigatores adeſſe, de quo actum, vel vbi compromiſſum eſt, ibid. §. ſi arbiter. Vocatus in locum inhoneſtum non tenetur comparere, ibid. § ſed in aliquem. Prat.

COMPVLARE in l. 5. de luc. adunc lib. 12. C. Græcis ἐξπελάζειν dictus, in conſtitutione Græca Anaſtaſij Imp. l. fin. C. de exact. tribu, lib. 10. qui prouinciales cogebat ad penſitationes ſoluendas, vt colligitur ex d. l. 5. & fin. Caſſiod. lib. 1. var. epiſt. 2. Quia non iam compulſorem ad te mittimus, ſed vltorem, ſi aliqua credideris ludificatione tardandam. Prat.

COMPVLSORIALES literę dicuntur à compellendo. Index enim appellationis, quoniam ſuperior eſt, compellere ſolet ad hoc inferiorem judicem, à quo appellatum eſt, vt acta edat cum teſtatorijs, l. à proconſulibus. C. de appel. l. vnic. ff. de libell. dimiſſ. Old. Prat.

COMPVTARE tempus, annum, diem, rationes, fructus, ſumptus. Computantur menſes, fructus, computatæ rationes, computato toto damno Computatur ſcientia, ceſſatio, commodum, damnum. Computari fructibus, in fructum, in bonis, in Falcidiam, in ſortem, Briſſ. ex ff. & C.

COMPVTARE in ſumma debiti l. 6. C. de pign. Cõputatio temporis patrimonij, dierum, rationum, ſortis, vſurarum. Computatio ab his facienda, facta, Computatio Falcidiæ initur. In computationem Falcidię cadere, venire. Briſſ. ex ll. ff. & C.

COMPVTATVR in §. item tria, in fin. Inſtit. de excuſ. tut. pro τῶν, accepit ibid. Theophilus, quaſi dicas, accipitur, Intelligitur, cenſenda eſt tutela plurium liberorum vna exiſtimanda eſt, ἵνα δὲ (vt ait Theophilus) ἡ μία ἀριθμεῖται. non tamen inficias eo, quin pro connumerari accipi poſſit. Prat.

COMPVTARE pro putum facere, accipere videtur T. Varr. lib. 5. ling. Prat.

COMPVTATIO in Gordiani Imp. conſtit. l. inſtar C. de jur. fiſc. lib. 10. Accurſ. pro rationum traditione poni credit. vbi Alber. pro traditione legit redditione. Bart. I. Platæus & Odofredus ibid. pro rationum ſubductione, & ad calculum reuocatione accipiunt, & verius quam Galli vocant *Compte*, & verbum computatio non ad eum qui reddit, ſed eum, qui eas ſubducit & (vt vulgo loquimur) Cõputum facit, referri debere res ipſa docet. Prat.

COMPVTATIO dupli, l. 10. C. de vſur.

COMPVTATIO patrimonij, l. 22. §. 9. C. de jur. deliberandi.

CON, particula, nunquam preponitur verbis, quæ compoſita ſunt ex præpoſitione IN. Nemo, reſte Ioviano Pontano, vnquam dicit Coinuenio, coinhæreo, coinhabito, coindoleo, coinfero, aut aliud huiuſmodi. Quamuis coinquino dixerint. Extat apud Imp. in fin. memorabilis l. ſi quenquam C. de epiſc. & cler. Quære, Coinquino. Spieg.

CONATVM accipere debemus, ad quid faciendum tentationem, periculum, niſum, & experientiam. Græcis πεῖραν, Gallis *effort à faire quelque choſe*, qui tamen effectum non habuit. Sic accipi debet in l. 1. in fi. ff. quod quiſque jur. Diſputatum eſt varijs juris articulis, an cõatus puniendus eſſet. Regulariter definitur, non puniri. Ex cauſis diuerſum jus receptum ſcio. quo in genere librum ſcripſit Felinus Sandæus, quem ſubiecit tit. de appellat. Eam rem ab eo petas velim, adhibito judicio, Prat.

CONATVS puniri oportet in his quæ facile trahuntur ad perniicioſa exempla. Nam à corrumpente iam (quantum ipſe potuit) perfecta res eſt §. ſed & ſi credat. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & ſeru. corrupt. Alioqui in alijs delictis, quæ externum factum requirunt, quid obeſt ſimplex conatus? l. 1. ff. quod quiſque jur. Oldend.

CONCAMERARE, eſt ad fornicis morem ędificare, l. 31. ff. de leg. 1 Hinc area concamerata, in l. 19. §. 5. ff. locat. Goth. ad l. 1. C. de ædific. priuat.

CONCAMERATIO, vel (vt in Pand. Flor.) concameratio in l. ſi cui ędes, 11. ff. de leg. 1. ſtructurę genus, arcuato opere conſtans Budæo ex Vitruuio lib 6. c. vlt Prat.

CONCEDERE generale verbum eſſe, vimque ſecundum naturam contractus, cui adiungitur, accipere ſcribit Bald. ad l. non ambigitur, in fin ff. de ll. cui rei conteſtem habet. Prat.

CONCEDERE pro dare accipi apud Scæuolam l. vxorem. §. 1. ff. de leg 3. itaque ab eodem apertiſſime explicatur ibidem & à Baldo d. l nõ ambigitur. quo verbo dominij tranſlatio ſignificatur ex ſententia eiuſdem Baldi exiſtimantis hoc ita, ſi cauſa ſubeſſet, vt in legato domus; cauſa enim (ait) apta erat ad dominij tranſlationẽ: alioquin committere ſignificat. eo quoq; verbo dominij tranſlatio ſignificatur, cum vſufructuarius rem, in qua vtendi fruendi jus habet, alteri fruendam concedit, l. arboribus §. vſufructuarius ff de vſufruct. Prat.

CONCEDERE pro remittere dixerunt Impp l. omnium C. de vectig. & commiſſ. & l. 2. § 9. C. de jureiur. propt. calum. dan. Pr.

CONCEDERE in fatum, pro mori accipitur in l. 3. C. de jur. delib & in l. 4. & 5. C. ſi pendent appellat. Prat.

CONCEDERE natura idem ſignificat l. 1. C. ad SCtum Tertyll.

CONCEDERE, eſt exercitium duntaxat permittere. ſic videtur accipi in l. 1. ff. de juriſdict. *Nachgeben*. Oldend.

CONCEDERE, pro permittere, temporarium eſt, Cedere, perpetuum, gl. in verb. portionibus. l. ad aum, ff. de donatio. Olden. Prat. Concedere ſeruitutem, Interdictum, adminiſtrationem peculij ſerui, aquæductum, iter aquæ, dilationem, rem fruendam alij, id eſt, permittere. Conceditur illi ductus aquæ, &c. id eſt, datur, præſtatur. Conceditur pœna, id eſt, remittitur. Conceſſa vectigalia, id eſt, remiſſa. Briſſ. ex ff. & C.

CONCHA apud Vlp. l. cum aurum, 19. §. pen. ff. de aur & arg. leg. non eſt Margaritæ ſpecies, vt putat ibidem Accurſ. ſed beluæ marinæ genus, quæ margaritas parit, vt docet Plin. lib. 9. c. 35. 16. 35. Conchamque celerrime creſcere ait eod. lib. c. 36. Plinij verba non refero, vtpote quæ obuia ſtudioſiſſimo cuique ſint. Prat. Concha apud mare rubrum & creſcit & coaleſcit. Briſſ.

CONCHÆ etiam aliud ſignificant Marciano l. item pictoris, ff. de fund. inſtruct. Accipitur enim ibidem pro vaſculo pictorio, & reſta conchæ Prat. Ideoque ſuppellectili annumerantur: Paul. 3. ſent. vlt.

CONCHYLII & conchæ eandem eſſe materiam, ſed temperamento differre ſcribit Plin. lib. 9. cap. 36. Ex conchylij humorẽ quid tingi Caſſiodorus cenſuit lib. 1. variat. epiſt. 2. ad Theonem. Prat. Vide infra poſt dictionem Conceſſio ad vitam.

ΚΟΓΧΥΛΙΑΣ, lapidem eſſe docet I. Pollux Onom. lib. 7. c. 29.

CONCHYLIA à murice ſeparat l. ſi quis C. de murileg. Sunt tamen qui dicunt muricem, & conchylium idem eſſe, ſed muricem Latinum, κογχύλιον Græcum eſſe. Hinc

CONCHYLIATVS, conchylijs tinctus. Inter conchyliata autẽ & purpurea hoc intereſt, quod purpureum inficitur purpurę flore, & buccini ſucco, certo quodam temperamento: in conchyliatis non miſcetur buccinum vt Plin. ſcribit. In conchyliata veſte cætera eadem ſine buccino præterea que ejus temperatura, & quæ pro indiuiſo humani potus excremento remedia medicamina adduorit: ſic enim legi vult Turneb. Prat.

CONCHYLILEGVLOS, qui conchylia legunt, paſſim reperias; quos κογχυλιολόγους Iuſtinian in Nouellis vocat.

CONCHYLIVM in l. 6. C. de diuerſ. reſcrip l. 4. C. de veſtib. holobet. piſcis genus, ex cuius inciſa concha colligitur ſuccus tingendis veſtibus olim expetitus. Ex eo enim inficiebant purpura. Latine Murex dicitur. Vnde Plin. lib. 9. c. 35. & Caſſiod. lib 1. variar. epiſt 2. & Iſid. lib. 19 Etymol. c. 29. Legabantur vero in littore Tyri, Phœniciæ metropolis, præcipue huiuſmodi piſces, etiam eius non ingrati. Vnde Guilelmus Tyrenſis Pontif. lib. 13. Belli ſacri, c. 1. de Tyro agent: Hæc, ait, & tritici & conchylij & pretioſi muricis inuentrix, egregio purpuram colore primo inſigniuit. Vnde & præcipua inter eas etiam hodie vrbis trahens nuncupationem, ſyria dicitur Briſſ.

CONCEPTIONEM à formulis ſeparat Paulus noſter in lib. Sententiarum l. actio. 47. ff de negot. geſt & pro inſtitutione, & compoſitione, & expreſſione poſuiſſe videtur. Prat.

CONCEPTÆ in bonum & æquum actiones, apud Gaium l. eas, ff. de capit. minut. ſunt quæ ex bona fide deſcendunt, quæve bonæ ſunt fidei, cuiuſmodi eſt actio de dote. Prat Briſſ.

CONCEPTIO formularum non obſeruatur, apud Paul. in l. actio. ff. de neg. geſt. Spieg.

CONCEPTIO dicitur formula apud Paulum l. libellorum in prin. ff. de accuſ. & Cic. lib. 2. de inuen. Et omnis conceptio priuatorum judiciorum concipitur. ſic ſtipulatio dicitur conceptio verborum, l. ſtipulationum, 5. §. 1. ff. de verb. oblig. Prat.

CONCEPTIO formularum, libellorum, precum, ſtipulationis, verbum, Iuſiurandi, obligationis, inſtrumenti Briſſ. ex ff & C. conceptio filij, partus: conceptionis tempus. Briſſ. ex ff.

CONCEPTIO juramenti, inquit Iuriſconſult. in l. iuſiurandum. de iureiur. ſi de qualitate eius fuerit inter partes dubitatũ, in arbitrio judicantis eſt Et paulo infra: Ideo ſi quid tale inciderit, officio judicis conceptio huiuſmodi juriſiurandi terminetur. Hæc verba interpres explicat Sed Budæus in prior. Annotat. ea Accurſium neutrubi intellexiſſe indicat Spieg.

CONCEPTÆ in rem ſtipulationes dicuntur, quæ nullius certæ perſonæ factum comprehendũt, ſed ſcriptę l. 5. ff. vſufr. quemadm. cau. l. 10. ff. vt legat. nom Concepta pœna nomine actio quæ ex delicto naſcitur in l. 9. vlt. ff. de reb. auct jud. Briſſ.

CONCEPTA ſtipulatio in bonum, in diem, in factum, in perſonam, Iure, ſine vitio, ſub cõditione, ſpecialiter. Briſſ ex ff. & C.

CONCEPTI actio. Concepti actio tunc datur, conceptumque furtum dicitur, cũm apud aliquem teſtibus præſentib furtiua res quæſita, & inuenta eſt. Nã in eum propria actio conſtituta eſt, (Briſſ.) quamuis fur nõ ſit, quæ appellatur concepti §. conceptum. de oblig. quæ ex delict. naſc. Inſt. Cęterum hæc actio in deſuetudinem abijt; cum enim requiſitio rei furtiuę hodie ſecundum veterum obſeruationem non fiat, merito ex conſequentia etiam præfata actio ab vſu communi receſſit, cum manifeſtum ſit, quod omnes, qui rem furtiuam ſuſceperint, & celauerint, furti nec manifeſti obnoxij ſint §. ſed hæ act. de oblig. quæ ex delict. naſc. Inſt, Anch. Paul. lib. 2. ſent. tit. 31.

CONCEPTA in dolum actio dicitur in factum l. huius actionis. 9. quod falſ. tut. auct. Eodem ſenſu accipitur apud Iul. Paul. lib. 5. Sentent. 7. Prat.

Digitized by Google

CONCEPTUM furtum vid. paulo ante, Concepti actio. Furtum per lancem & licium conceptum, nihil aliud eſſe ſuſpicor, quam illud furtum quod conceptum ſimpliciter à prudentibus viris eſt appellatum. Lance, inquit Feſtus, & licio, apud antiquos dicebatur, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrum familiæ aut virginum præſentiam. Vnde manifeſtum ſatis eſt, lancem liciumque nihil aut adiecisse, aut ſubſtantiæ concepti furti detraxiſſe, ſed nudam duntaxat furti inueſtigandi rationem denotaſſe. Moris enim Decemuirorum temporibus fuiſſe videtur, vt ſi quis in alicuius ædibus furtum vellet quærere, illud faceret nudus, licio cinctus, & lancem ante oculos tenens, juratuſque Deos legum cuſtodes, ſeſe reperiendi ſpe furtum quærere. Et nunc quidem alter ille apud quem furtum quærebatur, domum ſuam ei qui furtum quærebat aperire, & in obſignatis & non obſignatis locis liberam furti inquirendi poteſtatem facere cogebatur. Quem morem primum à Græcis vſurpatum, deinde in Romanam Rempub. olim inuectum fuiſſe, ſi quis forte ſatis ſibi non perſuaſerit, inueniet Platonis de legib. librum duodecimum, in quo id ita perſpicue traditur, vt omnem auctor diuinus cum Feſto, Gellio aliiſque Latinis auctoribus collatus, dubitationis mihi ſcrupulum penitus exemerit. Igitur ſi conceptum furtum aliud nullum dici poſſit, quam furtum quæſitum & inuentum auctore Paulo Sentent. lib. 2. tit. 31. & Iuſtin. in §. conceptum. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcunt. conſequi recte videtur, aliud quoque nullum dici poſſe furtum per lancem & licium conceptum, quam furtum, per lancem & licium quæſitum & inuentum. Et quia nulla temporibus Decemuirorum furta quæri ſine lance & licio in domo aliena poterant, ideo quoque nulla fuiſſe iiſdem temporib. videntur concepta furta, quæ non per lancem & licium concepta dicerentur. At poſtea quam furtorum quæſtiones, h. e. inquiſitiones, cum lance & licio euanuiſſent, vt eſt apud Gell. lib. 16. c. 10. tunc furta, quæ per lancem & licium concepta dicebantur, appellari concepta ſimpliciter cœperunt. Et ita quidem amplius nihil in effectu furti nomine per lancem & licium concepti Decemuiri ſunt complexi, quam prætores & ICti per furtum conceptum intellexerunt. Idque mirum in modum confirmat idem Gell. Ræuard. in ll. 12. tabul. lib. ſing. de furt. c. 16.

CONCEPTÆ feriæ Varroni lib. 5. ling. indictæ, & lege, aut à principe præſcriptæ. Prat.

CONCEPTIS verbis jurare, id eſt, dictatis à deferente juramentum Bud. l. juſiurandum ff. de jureiur. Idem appellatur, præire verba juriſiurandi Prat.

CONCEPTIS verbis peierare, eſt inexpiabili periurio ſeſe contaminare. Bud. in l. juſiurandum & ad pecunias. ff. eod. Vide infra Concipere certis verbis.

CONCEPTUS vulgo: ex juſtis nuptiis concipere. Conceptus partus in adulterio. Briſſ. ex D.

CONCESSISSE venditioni pro conſenſiſſe & acquieuiſſe, legitur in l. 14. in fi. ff. de diuerſ. tempor. præſcript. Briſſ. in lib. parerg.

CONCESSIO libellaria. Vide Libellaria conceſſio.

CONCESSIO, id eſt remiſſio, in l. 3. C. de bonis liberorum.

CONCESSIO ad vitam facta, dicitur perpetua. Verum ea intelligenda in rebus maximi momenti. In his autem quæ ad minima pertinent, non æque. Brechæus l. Neratius, ff. de ver. & rer. ſign.

CONCESSIONE generali non continentur ea quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus c. in generali de reg. jur. lib. 6. vbi vide gl. & Dynum. Prat.

CONCESSUM dicitur ſicut legatum, donatum, quod deductis omnibus expenſis reliquum eſt, l. non amplius. ff. de legat. 1. Prat.

CONCIDERE teſtamentum, id eſt, incidere, l. 1. §. ſed conſulto. ff. de his quæ in teſtamento delentur, l. 55. ff. de leg. 3. Conciſum lignum. Briſſ.

CONCILIABULUM à municipio, colonia, oppido, præfectura, vico, caſtello, ſeparatur apud Paul. lib. 4. ſent. tit. 6. vt in l. Mamilia. Quæ colonia hac lege deducta, quodve municipium præfectura, forum, conciliabulum, conſtitutum erit. Apud Liuium etiam fora & conciliabula non ſemel diſtinguuntur lib. 4. & lib. 25. & lib. 29. Frontinus in lib. de limitib. agror. Sed vt ad hoc reuertamur, hoc conciliabulum fuiſſe fertur: poſtea in municipii jus relatum. Et alias. Sunt autem loca publica coloniarum, vbi prius fuere conciliabula, & poſtea ſunt in municipii jus relata. Conciliabula porro Feſtus lib. 3. interpretatur loca, vbi in concilium conuenitur Iſid. lib. 15. Etymol. c. 2. Pagi apta ſunt ædificiis loca inter agros habitantibus. Hæc & conciliabula appellata, à conuentu & ſocietate multorum in vnum. Gellius lib. 1. c. 7. orationem Gracchi circum conciliabula dictam citat. Relinquitur igitur, Conciliabula conuentum hominum in agris eſſe, qui nec municipii, nec coloniæ, nec præfecturæ jure cenſeantur. Briſſ. Vide etiam Torneb. lib. aduerſ. 1. c. 11.

CONCILIARI, ſignificat amore conjungi, amare nuptias, matrimonium contrahere, in oratione Antonini l. 3. ff. de donat. int. vir. & vxor. Sed & contractis nuptiis, ſi diſſenſerint vir & vxor, & poſtea in mutuam gratiam redierint, conciliari veteribus dicebantur, idque mulierum plerunque opera fiebat. Prat. Vnde

CONCILIATIO mutui per conſumptionem dicitur quum res vere ad accipientem tranſlata, ab eo ſtatim in neceſſitatem ſuam vertitur, vel ex interuallo conſumitur. Proinde quæ Doctores de natura cooperante & non cooperante mutuo ciuili congerunt, mera ſomnia ſunt.

CONCILIATRIX Feſto lib. 3. dicebatur, quæ viris conciliat vxores, & vxoribus viros. Prat.

CONCILIATUS, aliquando pro empto accipitur, vt apud Terent. in Eunucho. Prodi male conciliare, pro magno empte, Omnis enim conuentio Conciliatio appellatur, vt docet Donat. Sp.

CONCILIUM, quod Græci [illegible] appellant, eſt legitima virorum ex diuerſis locis & prouinciis idoneorum, propter id quod in Repub. paſſim controuertitur, nomine totius Reipub. ab eo cuius intereſt, vocata congregatio modis quibus oportet, ac conuenit hoc ipſum, de quo controuertitur, deciſura, vel de ipſo ſaltem conſultura. Particulas huius definitionis pulchre declarat Frid. Nauſea lib. 1. rer. concil. Spieg.

CONCILIUM veteres dicebant de plebis parte aliqua, quæ in foro ad concionem conueniebat. Hinc concilium edicere intelligitur, qui non vniuerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe jubet, vt ait Lælius Felix apud Gell. lib. 15. c. 7. Concilium autem aduocare ſeu conuocare dicitur Trib. pleb. qui concionem ad plebem habiturus eſſet: Cic. in Vatin. Num quando tibi moram attulerit, quo minus concilium aduocares, &c. Quo autem tempore cœperint concilia, quæve & quanta ſit eorum autoritas docetur c. 1. & 2. diſt. 15. eorum (conciliorum) canones pro legibus haberi juſſit Iuſtinianus Nou. 131. Prat.

CONCILIUM præbere Paulus dixit, quemadmodum Cicero dare Senatum. ad Q. Frat. Tyriis eſt Senatus datus frequens. Eius autem erat concilium vel ſenatum præbere, qui ipſum dimittere poterat: Is autem erat, qui concilio præerat: Conn. lib. 2. c. 4. n. 3.

CONCILIUM, conuentus populi, non à conſilio, ſiue à conſenſu, vt Feſtus exiſtimat: ſed à concalando, h. e. conuocando populum in vnum locum Spieg.

CONCILII nomen tractum eſt ex more Romano: tempore enim quo agebantur cauſæ, conueniebant omnes in vnum & communi intentione tractabant: vnde & concilium à communi intentione dictum eſt, quaſi comcidium, d. in l. literam tranſeunte: vel concilium dictum eſt à communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnem mentis intuitum. Cilia etenim oculorum ſunt: Vnde qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium, quia non conſentiunt in vnum, c. canones, 15. diſt. Ioan. Bell. Etymol.

CONCINNARE, eſt rem effictis mendaciis, omnibus lenociniis perpolire, ſicut is, qui vnguentis delibutus, madenti coma & capillo compoſito conſpicitur. Hinc Viriliţigator appellatur, Græce [illegible], quaſi ſectator litium. Vide, Redemptor cauſarum. Concinnare quandoque veteres vſurpabant pro facere. Plaut. in captiu. qui me inſanum dictis concinnat ſuis. Eſt item concinnare, apte componere. Hinc Concinnatorius, a, um, res ad concinnandum apta. Paul. de pen. leg. l. inſtrumentum, Vaſa, inquit, concinnatoria inſtrumento non continentur. Quod ante Nebriſſ. monuit. Spieg. Old. Adde Forcat. in penu Iuris ciuilis, in c. de vaſis penuariis.

CONCINNATORES litium (alia exemplaria habent cauſarum) quorum Vlp. meminit de offi. proconſ. Alexander Neapolitanus lib. 4. Gen. dier. c. 15. interpretatur eos, qui nouas lites ſimulatis captionibus, & cauillis improbis in longum ducere moliuntur, cum eis jure agere non liceret. Coraſius Miſcella. lib. 1. c. 4. n. 2. idque ante eum docuerat Spieg. concinnatores criminum. Sidon. Apollin. epiſt. 12. lib. 3. Briſſ.

CONCIO legitima dicebatur apud Roman. quæ fixa ſtataque erat: atque hæc ter in menſe fiebat. Bud. in l. vlt. de Senat. Spieg.

CONCIONEM habere, vide, Cum populo agere. Hotom.

CONCIO non tantum locum & ſuggeſtum, vnde verba facimus: ſed etiam cœtum populi, & orationem, quæ habetur ad populum, ſignificat. Conna. lib. 1. c. 2. nu. 6.

CONCIPERE juſiurandum, quid ſit, ex verbis Taciti intelligere poſſumus, lib. 1 Referuntur illa à Budæo in Annotatio. prior. & l. juſiurandum de jureiur. vide paulo poſt, Concipere eſt ad certam. Spieg.

CONCIPERE actionem in bonum. Papinia. in l. pen. de ſep. viol. Dixi eum recte ea actione experiri, quæ in bonum & æquum concepta eſt, id eſt, Budæo exponente, qua actione qui experitur, ita intendere petitionem poteſt, vt non vltra petat, quam quod præſtari & æquum & bonum eſt. vide ſupra conceptæ in bonum. Obſeruandum autem, quod Scæuola concipiendi verbum, tota lege Gallus, pro formare vſurpauit, nec à proprio ſignificatu receſſit. Vnde ſunt, qui parum probant, quod gloſſ. concipi, pro intelligi, & Dynus pro elici, ſiue comprehendi interpretentur. Spieg.

CONCITARE hoſtem, eſt hoſtes ex amicis facere: in l. 3. tamen ff. ad leg. Iul. maieſt. nihil aliud eſt, quam inire factionem, aut factionis inſtrumentum ſuſcipere vel dare. vid. Gothof. d. l. 3. interpretantem. Concitare milites, l. 1. eod. Briſſ.

CONCITATORES populi, l. 39. §. actores. ff. de pœn. & apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 23. Seditionum. l. 16. ff. de appellat.

CONCIPERE.

CONCIPERE edictum, teſtamentum, pœnam. Concipiuntur libelli pacta in perſonam vel in rem. Verba concepta ſuper ea re conuentio, in diem ſolutio. Male conceptum inſtrumentum l.8.ff.de ſtat.hom.Briſſ.

CONCLAVA locus in domo ſecretior. Gotho.ad l.28.ff.de ſeruit. præd.vrb. Conclauia, Feſt. *conclauia* loca dicuntur, quæ vna claue clauduntur. vide Gothofr.ad l.21.§.7.ff.de furt. Ideo poſuimus hoc in loco, quia in proferendo accentu pleriqu omnes peccant: cum enim in penultima collocari debeat, in tertia à fine ponunt. Horat.2.ſerm.

Currere per totum pauidi conclaue——

Clauis namque primam producit. Terens.in Eunuch. Dum apparatur, virgo in conclaui ſedet. Conclaue carceris. Briſſo ex C. Th. Vlp.de ventr.inſpic.l.in quo, inquit, conclaui mulier paritura erit. Item Neratius, de damn.infect.leg. quod Cornelius. Conclaue, inquit, binarum ædium. Nebriſſ.

CONCIPERE, eſt ad certam formulam exprimere, Bud.in l.juſiurandum,34.ff.de jureiur.ſicque accipiendum putat, in l.quicquid.ff.de verb.oblig. Equidem verbum concipere, ſignificare ibidem putem aliquid animo adprehendere, tum mente concepta exprimere, & certis verbis comprehendere. Vnde concipere juſiurandum, eſt certam iuriſiurãdi formulam præſcribere, lege trigeſima quarta, §.ſi de qualitat. & §.penultimo, ff. de jureiurand. Cicer. de offic.3. Quod ex animi tui ſententia juraueris, ſicut verbis concipitur jure noſtro, id nõ facere periurium eſt. Idem pro Cluent. Africanus quod eſſet cenſor, & in equitum cẽſu C. Licinius ſacerdos prodiiſſet, clara voce dixit ſe ſcire, illum verbis conceptis peierasse. Vide Turneb. lib. aduerſ.3.c.10. Hinc Concipere ſtipulationem, apud Vlp.in l.61. l.71.l.115.ff de verb obl.& l.99 ſtipulatori liberum fuit, verba late concipere. Hinc concipere vadimonium, apud Cic.lib.ad Qu. Fratr.2. Trebatium, inquit, quod ad ſe miſeram, perſalſe & humaniter etiam gratias mihi agit: negat enim in tanta multitudine eorum, qui vna eſſent, quenquam fuiſſe, qui vadimonium concipere poſſet Prat.ex Hotom. Hinc

CONCIPERE libellos appellatorios, apud Vlpian.l.1. in fin.ff.de appell.Hot.

CONCLAMARE l.11.C.commun.de ſucceſſ.

CONCLVDITVR anno actio.Briſſ.ex C.

CONCORDIVM, genere neutrali, legitur in l. ſi liberis 58.ff.de pact.dotal.pro concordia. Briſſ.in parerg.

CONCORDARE cum hærede. Concordante vxore. concordans, & alibi, bene concordatum matrimonium. Briſſ. ex ff.& C.

CONCORDIA Ancillæ nomen in l.40.ff. de fideicomm.libert.

CONCORDIA fratrum.l.11. C.de tranſact. Maritalis, l.5. Cod.de Inſtit. Briſſ.

CONCRATITIVS paries dicitur paries cõfectus ex crate lignea, qui debilis erat, & formidoloſus, & ideo Vitruui. in 2. deſiderabat, craticios parietes nunquã inuentos eſſe: quantum enim celeritate & loci laxamẽto proſunt, tanto maiori & communi ſunt calamitati: quod ad incendia, vel faces ſunt parati: de his tractat Vlpia in l.cum duobus §.itẽ Mela ſcribit.ff.pro ſocio. quamuis apud eum congratitium mendoſe ſcriptum ſit: & hæc etiam hodie apud ruſticos in vſu ſunt. vulgus graditiam appellat. Hincq; mendam in Pandectis factam puto. Corta.

CONCRATITIVS paries, ait Prat. Idem qui intergerinus, id eſt, paries craticius, ſiue ex aſſeribus in modum cratis textus ſortes duos communis. Vide Intergerinus.

CONCVBATVS legitur in l. 3.ff. de concubin. pro concubinatu. Briſſ.in lib.parerg.

CONCVMBERE cum vxore. In concubitu patroni eſſe. Briſſ.

In CONCVBINATV eſſe cum aliquo. In concubinatum ſe dare. Briſſ.ex ff.

CONCVBINA eſt mulier, quæ conſuetudinis, non matrimonij cauſa retinetur, arg.l.34.ff. de adult. Prat. Aliter Briſſ.

CONCVBINA eſt, quæ, cum vxor non ſit, cum aliquo tamen viuit, & ſine nuptiis in domo eſt, l.144. ff. de verb.ſign.tot.tit.de concubin.l.56.de ritu nupt.&c.

CONCVBINA dicebatur ea, quam quis non mariti animo, ſed concubitus tantum cauſa, ſine ſtupri tamen crimine, flagitiove, domi habebat. Dixi, non mariti animo, quia concubinam ex ſola animi deſtinatione æſtimandam eſſe, Paulus ſcribit in l.4 ff de concubin. quin & Papinian. in leg. donationes.31.ff.de donat. reſpondit, ſi quæratur, an maritalis honor & affectio interceſſerit, perſonis comparatis vitæ coniunctionẽ, perpendendum eſſe: neq; enim tabulas facere matrimonium: & apud eundem in leg cum tabulis 16. ff. de his quæ vt indig. mentio fit Caſſiani viri clariſſimi, qui mulierem ingenuam pleno honore dilexerat, cuius tamen filia ex eo concubinatu ſuſcepta, vulgo quæſita dicitur. Neque ſatis fuiſſet dicere SINE NVPTIIS: nam in mulieris honeſtæ & liberæ conſuetudine, quamvis nuptiæ celebratæ non fuerint, tamen non concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt, vt ait Paul. l.in libertæ 24.ff.de ritu nupt. Dixi, ſine ſtupri crimine: quoniam Vlp.in l.1.ff.de concubin.ſcribit: eas demum ſine metu criminis in concubinatum haberi poſſe, in qua ſtuprum non committitur, veluti ſi ingenuam mulierem honeſto loco natam, & quæ corpore quæſtum non feciſſet, ſine teſtatione in concubinam duxiſſet: tunc enim ſtuprum non committitur. d.l.3.de concub. DIXI SINE FLAGITIO vt illud ſignificarem quod Vlp. in l.4.ſcribit: Nefarium eſſe coniunctionem, quæ patris concubina fuit, in filij aut nepotis concubinatum ſe ſe tradat, aut ex contrario: quippe cum genus quoddam inceſtus eſſe hoc videatur. Apparet ergo legib. permiſſum concubinatũ fuiſſe, ac proinde impune concubinam habere licuiſſe. d.l.3. ff. de concub. Et l.cum tabulis.16.ff.de his quę vt indig. vbi Papinia. ait, in ea, quæ ſe in alterius quam patroni concubinatum dabat, ſtuprum non committi, quia & Maſſurius in l 144.ff.de verb ſign. ſcribit, eam quæ cum vxor non ſit, cũ aliquo tamen viuit, vero nomine amicam, paulo honeſtiore concubinã appellari. Tametſi Marcellus ſcribat, eã quæ ſe in alterius quam patroni concubinatum dedit, matris familias honeſtatum non retinere, l.probrum, 41.ff.de rit. nupt. Sed quæri video, an & mariti concubinam habere poſſent: quod vulgo ab omnibus negatur propter l.1.C.de concubi. vbi Conſtantin. Imperator id vetat. At ego eius ipſius legis argumento adducor, vt credam ante Conſtantinum id licuiſſe. Cur. n. id tum ille prohibuiſſet, niſi quia licebat? Verum vt ea de re paulo fuſius explicemus. Primum omnium exemplum eius rei habemus apud Ciceronem in lib. de Orator.1. vbi loquitur de eo, qui vxorem in Hiſpania reliquerat Romęq; alteram duxerat, neque nuntium priori miſerat: quia ſi judicaretur certis quibuſdã verbis, nõ nouis nuptiis fieri cum ſuperiore diuortium, in concubinæ locum eam duxiſſe videbatur: quæ dubitatio tamen poſterioribus legib. ſublata eſt. ex l.nullum 7.ff.de diuor.& l.cum qui.C.de adult. Sed vtcunque id ſit, apparet olim ei, qui vxorem habebat, licuiſſe alteram mulierem in concubinam ducere, Tametſi Conſtantini lege id poſtea vetitum ſit: & vero etiam Iuſtiniani l.vlt. C. commun. de manum. apud quem locum illum: Hominibus enim vxores habentibus, cõcubinas habere nec antiqua jura, nec noſtra concedunt: de lege Imperatoris Conſtantini intelligendum cenſeo: quod & interpreti Accurſio placuiſſe video. Quid, quod Marcianus in l.3.ff.de concub. ſcribit, adulterium per concubinam non committi: quia de re dubitari non poterat, niſi in eo, qui vxorem haberet. Itaque ſic infert: nã quia concubinatus per leges nomen aſſumpſit, extra legis pœnam eſt: Itaq; ſtipulatione pœnæ caueri de ea re videmus in l.121 §. 1. de verbo obl. Mulier ab eo, cuius in matrimonium conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta, ſi concubinæ tempore matrimonij, conſuetudinem repetiiſſet. Obiicitur lex vlt.in fi.ff.de diuort. vbi ſcribit Vlpia. patronum, qui libertam ſuam in matrimonio habebat, ſi concubinam adhibeat, renunciaſſe matrimonio videri. Quid tum poſtea? quaſi vero eo ipſo, quod cõcubina adducatur, cum vxore diuortium fiat. Quid ergo eſt? Dico Vlp. diſputationem ſuis finibus coercendam eſſe: loquitur enim de patrono, qui tantiſper in matrimonio libertam habere judicatur, quandiu alienum ab ea animum non oſtenderit. Vbicunque, inquit, vel tenuis intellectus videri poteſt, nolentis nuptam, dicendum eſt diuortium eſſe factum. Ex quo intelligitur, in libertarum diuortio, neque verborum formulam, neque ſeptem teſtium conteſtationem requiri, ſed leuiſſimam duntaxat abalienati animi ſignificationem ſufficere: veluti ſi quam aliam appeterit, vel concubinam adhibuerit. Mouet me Paulus lib.ſent.2. his verbis: Eo tempore, quo quis vxorem habet, concubinam habere non poteſt. Concubina igitur ab vxore ſolo delicto ſeparatur. Sed videamus, ne quid operis noui nobis aut Annianus, aut alius aliquis eo in loco molitus ſit: & poſterior ſententia demonſtret, eũ ſine negatione legendũ eſſe. Quid enim vox IOLITVA ſignificat? aut quis ſenſus eo ex loco idoneus poteſt elici, ſiue SOLO DELICTO, ſiue SOLO DILECTV legemus? At hoc modo ſenſus erit aptiſſimus. Qui vxorem habet, poteſt & concubinam adjungere: vxorẽ vero non poteſt. Quid igitur intereſt, inter vxorem & concubinã adiungere? Quid, inquam intereſt, vtrum vxorẽ aliquis, an concubinam adjungat? Nihil omnino, inquit, præter hoc vnum, quod in vxore adiungenda delictum eſt: in concubina vero, nequaquam. Quod ergo ait, CONCVBINA IOLITVR, ſic intelligatur: Adiuncta igitur concubina ab vxore adiuncta ſolo delicto ſeparatur. Alioqui falſum eſſet delictum eſſe, ſi quis concubinam habeat: vt ſuperius docuimus. Quod ſi cui SOLO DILECTV legendum placet, nõ repugnabo, & ſenſum hunc aptiſſimum oſtendam: quod ſolus dilectus ſiue animi deſtinatio diſcernit vxoris adiunctionem ab adiunctione concubinæ: nam vt ex l.4. dictum eſt, concubina ſola animi deſtinatione æſtimatur. Verum hæc quidem hactenus. Nunc illud adiiciamus, concubinarum alias libertas, alias ingenuas, alias ſeruas fuiſſe. Libertæ autem inuitis ſuis patronis in concubinatum alius ſe dare non poterant, l. 1. de concubin. Quod ſi qua in patroni ſui concubinatu erat, quæſitum eſt, an alteri dare ſe in matrimoniũ prohibeatur: nam initium dictæ legis 1. ita ſcriptũ eſt, vt pugnare inter ſe videatur.

adeo vt quidam priorem partem adulterinam eſſe diſputent: ego vero ex lege vltima ff. de diuort. vnicam, Alteri, non de extraneo, ſed de altero patrono intelligendam puto. Quod autem ad ingenuarum cōcubinatum attinet, quatuor tantum caſibus eum permitti reperio: ſi ea obſcuro loco nata ſit, ſi corpore quæſtum fecerit, ſi teſtatio ea de re interpoſita ſit, ſi mulier adulterij crimine damnata ſit, l.1. & 3. de concubin. Ancillæ autem vtrum concubinæ fuerint, quæri poteſt: cum ſatis conſtet, ancillarum omnium vſum ſuis dominis licitum permiſſumque fuiſſe, ſed tamen & ancillas concubinas fuiſſe video in l.pen. ff. de reb auct. jud. l.denique 8. ff. de pign. & leg. vlt. C. communia de manum. Sequitur, vt aliquot inter vxorē & concubinam differentias exponamus. Prima igitur hæc eſto: Quod vxor juſtorum liberorum quærendorum cauſa, &, vt ait Demoſthenes, ἐπὶ παιδοποιίᾳ γνησίων: concubina vero, voluptatis aut cultus corporis duntaxat, aſciſcitur. Nam corporis cultum in iis pono, quæ vel quinquagenariæ, vel ſexagenariæ ſunt: quas habere concubinas poſſe patet ex l. 1. ff. de concubinis. Ex quo ipſo ſecunda differētia intelligitur. Quod in vxore ex lege Papia Poppæa ſpectatur ætas, in concubina, modo annis 12. ſit maior, non ſpectatur. Tertiam differentiam Paulus in leg. vlt. demonſtrat: vbi ait, Prouincialem magiſtratum poſſe ex ſua prouincia concubinam habere: cum in vxore aliud ſit juris l. ſi quis officium. 38. de ritu nupt. Quarta differentia eſt, quod cum donationes in vxorem non valeant, l.1. & paſſim, de don. int. vir. et vxor, quæ in concubinam collatæ ſunt, reuocari non poſſunt: nec ſi matrimonium inter eoſdem fuerit contractum, ad irritum recidit, quod ante jure valeat, l. donationes. 31 ff. de donat. l. ſi prædia 30. de donat. inter vir. Quinta etiam apparet ex eo, quod vxor forum domiciliumque mariti ſequitur, leg. exigere. ff. de judic. concubina verò nequaquam. leg. de jure 37. in fin. ff. ad municipal. Hotomannus.

CONCVBINATVS ſemimatrimonium vocatur in leg. ſi qua illuſtris. C. ad Senatuſc. Orph. Is tandem ab Impp. permiſſus magis, quam probatus, tot. tit. C. de concubin. Nouella vero Leonis Imp. 91. prorſus damnatus: quod confirmauit jus pontificium, ait Dn. Herm. Vulte. in commen. Inſt. de patri. poteſt. ad princ. n. 10. Omnis concubinatus omni juri ſemper aliquatenus inuiſus: ideoque honore ac dignitate vera caruit: nec honeſtè viuere cenſetur, quæ in concubinato hæret. l. 1. princ. & l. 3. de concubin. Concubinatus ergo, etſi à jure ciuili toleratus: honeſtus tamen ac legitimus coitus non eſt. Et concubina non eſt honoris, multo minus dignitatis nomen. Hæc & alia eleganter D. Ioan. Gœdd. ad l. 144. per tot. & ad §. 1. nu 4. l. 36 & §. 1. n 4. l. 46. de verbor. ſignificat.

CONCVBINA, vide Pellicem. Hot.

CONCVBINATVS, non eſt conjunctio juſta, vt matrimonium: nec concubina eſt juſta vxor. Ex concubinatu nati liberi non ſunt juſti, & in poteſtate patris. Denique eſt in concubinatu vitium aliquod, & liberi ex eo ſuſcepti degeneres ſunt. l. vlt. C. de nat. lib. i. nothi & obliqui. Statius, obliquumque à patre genus: vbi Lactantius: Quia fuerat, inquit, patris mei nothus. Obliquum ergo dicit ex concubina progenitum: vt Lucanus. Obliquum maculat qui ſanguine regnum: Cujac. in expoſit. Nou. Iuſti. 18. in princ fol. 44.

CONCVLCATIO, vide Periſſologia.

CONCVPISCENTIA, eſt tam bonarum quam malarum rerum appetitus. Spieg.

CONCVRATORES, qui ſimul curam adminiſtrant. l. 19. ff de admin. tut. l. 3 §. queri poteſt ff. de ſuſpect. tut. §. 1. Inſtit. de ſatiſdat. tut. Eadémque loquendi figura Contutor. l. 3 ff. de ſuſpect. tut. l. 14. l. 24 § 1. l. 12. §. vlt. l. 54. ff. de admin. tut. Et confideiuſſ. l. 10. ff. de fideiuſſor. Et conreus. in l. 3. §. nunc de effectu. ff. de liber. leg. Briſſ.

CONCVRRERE dicunt collegatarij, cum eadem res illis in ſolidum legata fuit, l. 1. §. interdum, in fin. Cum primum itaque non inuenient alterum, qui ſibi concurrat, ſolus vtetur in totum. Prat.

CONCVRRENS quantitas, in l. cum alter ff. de compenſ. dicitur, quæ vtrinque æqua eſt, vt probari poteſt ex l. 12. ff. eod. Prat.

CONCVRRVNT & perſonæ & res: Concurrit fratri. Duo concurrunt in eundem ſeruum, in pignus. Concurrunt actiones Summæ impenſæ, pecuniæ, quantitates, obligationes, poſſeſſiones, priuilegia. Omnia in vnum concurrunt: concurrit quæſtio, ſtatus diſceptationis, concurrentia delicta. Briſſ. ex ff. & C.

CONCVRSV partes fieri dicuntur in legatis, cum teſtator duobus pluribúſve legatariis rem eandem ita legauit, vt iis non diſtincte ac ſeparatim partes certas attribueret, ſed potius rem ſolidam relinquere videretur. l. conjunctim. 80. ff. de legat. 3. Verum cum vtrinque vterque ad rei, puta fundi, alicuius poſſeſſionem acquirendam accedit, vbi ad medium peruenerunt, & concurrerunt, quo in loco illi inter ſe facti ſunt, ibi partis quiſque ſuæ fines conſtituunt, vt Salluſtij verbis vtar: qui in Iugurthino ſimilem quandam finium inter Carthaginenſes & Cireneneſes rationem initam ſcribit. Hi legatarij, ſe conjuncti dicuntur; alij, quorum partes ab initio factæ ſunt, verbis conjuncti. l. re conjuncti 89. ff. de legat. 3. l. triplici. ff. de verb ſignific. Hotom Connan. lib. animadu. l. 5. ad leg. re conjuncti. concurſu partes fieri exiſtimas, non quod ea conflictu actionum vtroque totum vindicante inter eos res ſcindatur, ſed quod niſi alter partem ſuam petat is, qui petiit partem, & accepit totum habeat. l. plene § ſi conjunctim. ff. de legat. 3. vbi partes concurſu facere dicuntur ij, quorum alteri in primis tabulis, alteri in ſecundis eadem res legatur, quos ſimul petere non poſſe conſtat.

CONCVRSV dominium quærere. vide l. 7. C. de legat.

CONCVRSVS, ſæpius de perſonis, quam de rebus inanimatis dicitur. Exemplum prioris extat in l. idemque, ff. qui pot. in pig. hab. poſterioris in §. fin. Inſtit. ſi quad. paup fec. dic. Spieg.

CONCVRRENTES ſummæ, l. 11. ff de compenſ. l. 4. C. eo. tit. l. 56. & l. 34 §. qui in vita. ff. de lega. lib. 1. l. 58 §. nummus. ff. ad Trebell. adde l. 35. ff. de legat. 1. Briſſon.

CONCVSSIO dicitur, quaſi commotio totius animi ob aliquam imminentem violentiam. Porro concutio, à con, & quatio, mutatis in compoſitione literis, ſignificat propriè, totum monon inijciendo terrorem Alber. Concuſſio eſt crimen, inquit, cum quid officialis à ſubditis per metum extorquet, aut non facit juſtitiam, niſi pecunia recepta: vel aliquid vltra ſalarium debitum extorquet: vel cum quis accuſat, vel ab accuſatione deſiſtit propter pecuniam. Sunt quod contra leg. Iul repet. turpiter datum eſt judici, cuius & manus & oculos innocentes eſſe oportet, nulla vſucapione adquiritur illi, vel hæredibus eius. Idem dicendum eſt de venditionibus aut locationibus, pluris, minoriſve eo nomine factis: quoniam irritæ ſunt, nec vllo tempore confirmantur: l. quod contra. ff. ad l. Iul. repet. l. bonæ fidei, in princ. de acquir. rei. dom. Quare autem leges tam vehementer exerceantur corruptum animi judicium in magiſtratibus, eleganter tractat Iuſtin. in authen. vt iud. ſine quoque ſuffrag §. conſiderauimus. Spieg.

CONCVSSIO ſordida, l. 1. §. qui autem, in fin. ff. de calumniat. Alberic.

CONCVSSIONIS rei ſunt, pœnáque legis Corneliæ teneri jubentur, qui in accuſationem innocentium coierint. l. 3. de concuſſ. Verba autem eodem in loco, ſcilicet. Quive ob denunciandum, vel non denuntiandum teſtimonium, acceperint, ab Accurſio intellecta non eſſe, minus mirum eſt, cum etiam à paucis percipiantur. Ita Budæus explicat. Spieg.

CONCVTIENS dicitur, qui percellit ac perturbat aliquem iniecto terrore, & terrorem Cicero ait eſſe metum concutientem, lib. 3. Tuſcul. quæſt.

CONCVTERE, ait Prat. eſt terrore poteſtatis aliquid ab aliquo extorquere, ſic accipitur in leg. illicita. 5. §. illicita. ff de off. præſid. & l. 4. C. ad l. Iul. repetun. Et apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 25. Concutere, eſt terrore poteſtatis perterrefacere. Briſſ. Ferrando Diac. Concutere eſt aperte facere violentiam. Briſſ.

CONCVSSVS paries. l. 18. §. Sabini. ff. de damno infecto. Concuſſum terræ motum ædificium. l. 59. ff locati. Briſſ.

CONCVSSIONIS crimen, quoties aliquid terrore poteſtatis illicite extorquetur & aufertur: vt cum quis judicij aut magiſtratus, alicuiuſve poteſtatis, quam habet, aliôve tenore pecuniam alicui extorquet, l. 1. & 2. ff. de concuſſ. c. militare, 23. qu. 1. Sed & qui ad aliud quid, puta ad contrahendas nuptias. l. 1. C. ſi quis præd. dig ad emendum, vendendum, cedendum, l. principalibus vbi Dd. ff. ſi cert. pet. l. pen C. de his, quæ vi met. cauſ. tot. tit. C. de contr. jud. jura aut terrore poteſtatis inuitum cogit, concutere videtur, vt & item, cum vltra conſtitutum ſalarium imperioſe aliquid exigitur. Iaſ. in §. quadrupli n. 3 Inſt. de act. c. quoniam diſt. 8. c. militari 23. qu 1. Spec. de execu. §. 1. n. 5. & de recuſ. § fin num. 18. Item quod per euidentem calumniam ſpecie tranſactionis extorquetur, in concuſſionem cadit, l. 1 §. vlt. ff. de calumniat, Prat Weſemb. Briſſ.

CONDEMNATVS certam quantitatem, l. fideiuſſor. 45. ff. de fideiuſſor. certam pecuniam, l post mortem. ff. quand. ex fact. tut. quibus locis eleganter per ἔλλειψιν ſupprimitur, in, vel ad, quæ vulgaris codicibus interjecerunt, qui elegans hoc dicendi genus non norunt. Vocum autem multarum ἐλλείψεις videas in Pandectarum, ſeu Digeſtorum libris. Prat. Briſſ.

CONDEMNARE pro condemnationem aduerſus aliquem obtinere, & (vt ICti loquuntur) judicatum debitorem facere, l. 2. ff. de admin. tut. l. furti. 6 § mandati. ff. de iis, qui not. infa. Cic. pro Roſc. Com. hunc per judicem condemnabis. Idem pro Cæcinn. Non ſolum egeris, verum etiam condemnaris licet. Sueton. in Tiber. cap. 8. Fannium Cepionem reum majeſtatis fecit & condemnauit. Briſſ. Pertinet hoc verbum non minus ad decem aureos, quam ad deditionem noxæ. Eodem ſenſu

CONDEMNATIONEM facere dixit Gordianus, l. quamvis. 8. C. de pignor. Prat. & Briſſ.

CONDEMNATIONEM formari, vide l. 11. C. de furt.

CONDEMNATIONEM ſuſtinere, l. 5. C. de accuſ.

In CONDEMNATIONEM deducere, l. 3. C. de in litem jurand.

CONDEMNARI pluris, minoris, dupli, quindecim, centum, pe-

culij

culij,& certa pecunia,fructibus. & de fructibus pluribus ſummis, æſtimatione partir. Briſſ. ex ff.

CONDAMNARI ſummæ, pro in ſummam, accipere debemus apud Pompon.l.ſed hoc ita.22 ff. de re judic. & condemnari pecuniæ,dixit Paulus l.ſi ita.19.ff de oper.libert.Prat. Damnare ſummæ, & damnari ſummæ. Briſſ.

CONDAMNARE ſponſionis,apud M.Ciceron.in Orat.pro Cecina,pro eo,quod dicimus ob ſponſionem factam.Prat.Briſſ.

CONDAMNARE reliquo, l.1.ff.arb.furt.cæſ. Prat. Briſſ.condemnare quadruplo Briſſo.ex ff.

CONDAMNARE ſecundum juris formam, l.1. Cod. familiæ erciſcundæ.

CONDAMNARI in quadruplum, in fructus, in vſuras,in vnam ſummam & quantitatem:condemnationem pati: condemnatione plecti:condemnatu pro condemnatione,vt ſtipulatu pro ſtipulatione.

CONDAMNATOR,pro eo,qui reum peregit. Tacit. lib. 4. Briſſ. ex ff.C.

In bis verbis edicti prætorij, quod ſub tit.de re in l. exponitur,

CONDAMNATVS VT PECVNIAM SOLVAT, condemnatum accipere debemus eum, qui rite condemnatus eſt, vt ſententia valeat. Cæterum ſi qua ratione ſententia nullius momenti ſit condemnationis nomen non tenet,l. 4.§.condemnatum. ff.de re jud. Alias quoque traditur damnatum quem ita videri ſi damnatio teneat, l.2.§.vlt.ff.de pœn. Briſſ.Prat.

CONDERE IVRA §. reſponſa. Inſtit.de jure naturali. Vnde conditores juris,l.23.C.de procurat.conditores legum,l.8.Cod.de pact.Briſſ.

CONDERE teſtamentum, inſtrum, ciuitates, regna, &c. Briſſ ex ff.& C.

CONDICERE,eſt ſimul dicere,vt ſit in pactionibus,Pompon.l.66 ff.de contrah.empt. In vendendo fundo quædam, etiamſi non condicantur,præſtanda ſunt.Hinc Feſtus lib. 3. condictum interpretatur,ſimul dictum. Ergo condicere,eſt diem locumque communi conſenſu conſtituere,quo quid fiat. Briſſ. Hinc

CONDICERE alicui cœnam, Cicero & Suetonius dixerunt, non pro inuitare ad cœnam, quemadmodum vulgo placere video: ſed pro indicere cœnam, & denunciare ſe affuturum. (Condicere etiam Feſto lib.3.eſt dicendo denunciare:vt & Imperatori In §.appellamus Inſti.de action. Condicere priſca lingua eſt denunciare) Craſſus (inquit Cicero ad Leonium ſcribens) vt quaſi teſtata Pop.Roma.eſſet noſtra gratia, pene à meis laribus in prouinciam eſt profectus. Nam cum mihi condixiſſet, cœnauit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. Suetonius in Tiberio, Sext. Claudio libidinoſo ac prodigo ſeni cœnam ea lege condixit,ne quid ex conſuetudine immutaret,aut demeret. Sed in libris Iuriſconſultorum: Condictio eſt (vt ibidem Feſtus ſcribit) in diem certum ejus rei, qua de agitur,denunciatio. Moris enim fuiſſe, vt judicio à Prætore conſtituto diem ex ſuo commodo litigatores ſumerent, quo in judicium venirent, vetera illa demonſtrant apud Plautum in Curculione, & Gellium lib 16. cap 3. Si ſtatus condictúſve dies cum hoſte. Sed multo planius locus ille in Oration. pro Comœdo,rem omnem explicat: Quid enim factū eſt? veniſti domum vltro Roſcij:quod temere commiſiſſes in judicium, vt denuntiares, rogaſti, vt ignoſceret, te adfuturum negaſti: deberi tibi ex ſocietate nihil clamitaſti:quod in loco Denuntiare dixit Cicero,quod Iuſtinianus hoc loco Condicere. Sed hoc nemo neque planius, neque elegantius exponit Aſconio, qui Verrina 3.ſic ſcribit: Comperendinatio eſt,ab vtriſque litigatoribus,inuicem ſibi denuntiatio in perendinum diem: namque cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem: qui dabatur poſt tertium diem (ſic enim legendum puto, non trigeſimum) quo dato, deinde iteret ſe in perendinum diem,vt ad judicium venirent,renuntiabant. Hæc Aſconius. Eodémq; notæ illæ pertinent, apud Valerium Probum.I.D.T.S.P. in diem tertium, ſiue perendinum:quam formulam in Murænjana Cicero exagitat. Eodem etiam illud Macrobij lib.1.cap. 16. pertinet. Comperendini dies dicuntur, quibus vadimonium licet dicere: Stati, qui judicij cauſa cum peregrino inſtituuntur. Hot.

CONDICTVA dies fere idem eſt, quod ſtatus,i.e.deſtinatus, defixus, & ſtatutus per commune dictum. Nam condictum, in commune dictum, vel ſimul dictum, dicitur, quaſi decretum & conſtitutum. Spieg.

CONDICTVS dies in 12.tab, eſt judicij cauſa conſtitutus. ex 1. Offic.Cic.

CONDICERE recipitur pro repetere, l.4.§.rer pignori.ff.ſi cert. pet & alibi ſæpiſſime. Hinc

CONDICTIO, qua actionem in perſonam κατ᾽ ἐξοχὴν ſignificari ſcribit Imp.Iuſtinian.d.§. appellamus. Propriè tamen ſignificat denuntiationem in diem certum eius rei, quæ agitur, Feſto lib.3.Prat.

CONDICTIO, nomen eſt generis, quo perſonales omnes actiones comprehenduntur: proprie tamen ad eam refertur actionem, quæ ex mutui contractu naſcitur: vt condictio definiri poſſit actio, per quam rem à nobis mutuo datam poſtulamus, vt docet Imp tit.quib.mod.re contrah.in pr.Hotom.Actio in perſonam condictio dicitur,& condictitia actio, & condictitia ſimpliciter Briſſ.ex ff C.I.Dicitur & actio condictionis,l.1.C. de condict.in d.l.2.C.de cond.ob cauſ. condicere cautionem, dotem,liberationem, per condictionem agere,petere, condictione repetere, per condictionem petitus homo, aut fundus: condictitia experiri. Briſſ.ex ll.ff.& C.

CONDICTIO ſemper eſt dicta actio in perſonam. l. actionum. 25. ff. de oblig.& act. ſicut & nunc eam ſignificationem retinet. Hoc tantum intereſt, quod ſolennis olim obſeruabatur, quæ noſtris quoque temporibus eſt conuenientiſſima, per leg. quidem ff. de ſer. vrb. Theoph.in § adpellamus. Inſtit.de except.demptis verborum formulis: vt, cum quia perſonaliter eſſet obligatus, tum is ſolebat admoneri, denuntiato die,quo aut ſoluendum, aut judicio ſiſtendum illi eſſet. Commeminere & huius rei Accur. Angel. & Iaſ. d.§. adpellamus. Hodie verò hęc curioſa ſolennitas non adhibetur, rem tamen ipſam imitari debemus,non ſolum præcepto humano, ſed etiam diuino. Old.Prat.

CONDICTIO, & vindicatio, ad rei recuperationem pertinent, Gaio in l.ſi pignore.§.cum furi.ff.de furt.Old.

CONDICTIO quædam eſt certi,quædam incerti. Briſſ.

CONDICTIO certi,quæ competit ex omni cauſa,& omni obligatione,ex qua aliquid certum petitur: ſiue ex certo contractu, ſiue ex incerto,ſiue ex lege Aquil.agatur,ſiue ſuo nomine,ſiue hereditario obligetur. Vlp.l.certi.ff.ſi cert.pet.vide l.24.ff.eodem l.18.§ exceptio de jurejur.l 17.in fin.de exercitor l.17.§. penul.ff rer.amotar. Inſtitut, quib. mod.re contrah. oblig. & Inſtit. de verb. oblig. in prin. Vnde manifeſtum eſt, quod ita condictio concurrit cum actione mandati,depoſiti,& cęteris, vbi quid certum petitur. Et ideo ſecundum diuerſitatem cauſarum,nunc re,nunc verbis, nunc literis, nunc conſenſu contrahitur, nunc etiam ex contractu; nunc ex quaſi contractu, nunc ex delicto competit: imputata tamen pecunia ſola illa competit.Old.Certi condictionem in generalem & ſpecialem quidam deducunt,vt ſcribit Accurſ. in l.1. ff ſi cert.pet. quam diuiſionem probat Bart.d.l.certi,aliis vnam tantum eſſe aientibus: quinam verius dixerint, ipſe diſpice.

CONDICTIO certi eſt ſtricta. Condictio triticaria arbitraria; Cujac.tract.2.ad Afric.fol.27.fere ſub fin.

CONDICTIO incerti eſt,per quam incertum petitur,quam commemorat Paulus in l.ſi tibi.8. ff.de act.empt. Hac condictione, liberationes, cautiones, jura prædiorum, & ea, quorum incerta æſtimatio eſt condicuntur,l.2.§ aliud ff.de donat.l.5. ff.de condict. ſine cauſa.l.5.& l.8.ff.de jure dot. l.12. ff. de nouat.l.22.in fin.l.40.pen.ff.de condict.indeb.l.35. ff. de ſeruit. vrb.l.16 §.Pompon.ff de minor.l.5.§.1.ff. de vſufruct. car.rer. l.12.in fin.ff.de condict.furt.l.vnica, C. de erro. calc.l.3. Cod. de poſtul. Briſſ.

CONDICTIONES in jure noſtro variæ memorantur. Quædam enim appellatur

CONDICTIO ex lege, quæ alias condictitia ex lege nominatur. §.tripli & §.ſeq.Inſtit.de act.Ea proprium actioni,quam dat, nomen non tribuit. Briſſ.& hæc ſecundum Azon.eod.tit. locū habet,quoties ex noua lege deſcendit obligatio, nec in eadem lege cautum eſt,quo genere actionum experiatur,quę pro varietate cauſarum,nunc ex contractu,nunc ex delicto naſcitur, & ſic non ſtatuitur,vel cauetur,qua actione agatur vide l.1.ff. de condict.ex lege. Hinc Condictio ex lege Iulia,l.dotalem,l. ſi vero cum l.ſequ.ſolu.matr. Et Condictio ex lege Cincia.l. 21.ff de don Oldend. Prat.

CONDICTIO furtiua competit domino rei contra furem, eiuſq; ſucceſſores ad ipſam rem perſequendam, vel æſtimationem eius,quanti plurimi fuerit, poſtquam ablata fuit, eo quod fur ſemper eſt,& fuit in mora.vid.tit.ff.de cond.furt.Old.Prat.

CONDICTIONES naturales,id eſt,quas ęquitatis naturalis ratione Iuriſcōſulti introduxerūt,quatuor fere ſunt: Indebiti,ob rem dati, ſine cauſa, de bene depenſis, ad imitationem condictionis ex mutuo. Cujac.ad Afric.tract.2.in princ.

CONDICTIO indebiti cōpetit ei, qui per errorem indebitam pecuniam ſoluit alicui, credens ſe ei teneri, cum non teneatur, vel cum à procuratore ſuo ſoluta eſſet, ipſo ignorante. Eſt ergo condictio indebiti, quæ ad repetendum indebitum ſolutum, vel promiſſum competit: Briſſ. vel ſecundum Azonem in ſumma.eodem tit.poſtquam ſoluta indebita repetuntur, ſiue per ignorantiam facti etiam non probabilem, vt qua errauit quis in facto ſuo, ſiue per ignorantiam juris,talia indebita ſoluantur, quia ignorantia juris non debet alicui nocere in damno vitando,vt ff.de jur.& facti ignor l.juris ignorantia.vide tot. tit.de condict .indeb.C.& ff.Old.

CONDICTIO liberationis,l.1.Cod.de error.calc.competit ei,qui quod omnino non debuit,promiſit. Old.

CONDICTIO ob cauſam datorum, ſecundum Azon. eod. tit. competit & locum habet vbicunque duo contractus & inno-

Digitized by Google

minari intercuciunt, ſcilicet, do vt des, facio vt facias. In illo autem contractu innominato, ſcilicet, do vt des, datur actio de dolo. Et prout alij dicunt, tunc competit ad rem petendam, quæ ob cauſam honeſtam, vt pote in cauſam futuram vel præteritam data eſt, cauſa non ſecuta. Poteſt enim condici cauſa non ſecuta, ſi pœnituerit dantem, re integra. Si vero dediſti decem, vt Bononiam irem, & aliquid, quod erogaui ad profectionem, exprimam, habet condictionem, ita tamen, vt præſtetur mihi indemnitas. Quia autem ex obligatione, quæ re contrahitur, & non conſenſu, perficitur hæc conditio, minima eſt, quia res ad aliquem profecta ſine conſenſu vtriuſque contra eundem aſſenſum petitur & repetitur. Old. Adpellatur autem condictio cauſa dati (ſic enim, Non data, legendum Paulus docet l. 5. verſ. in hac. ff. de præſcri. verb.) qua datum cauſa, ea non ſequuta, repetitur, toto tit. ff. de cond. ob cauſ. dat. cauſ. non ſec. & C. de cond. ob cau. dat.

CONDICTIO ob cauſam, ad repetendum id, quod ob rem datum eſt, cauſa non ſequuta, datur. Briſſ.

CONDICTIO ob cauſam. Hanc condictionem patit res apud alium conſtituta, ſiue ab initio, ſiue jam, ſiue poſtea peruenit ad eum ex juſta cauſa, poſtea ad inſtantiam redit. Vt chirographum apud creditorem debitor poſt debiti ſolutionem recipit. Sed hanc condictionem ob cauſam putant quidam ex contractu peruenire, quia non competit, niſi alij contractus præcedant. Alij ex quaſi contractu credunt deſcendere, ad ſimilitudinem condictionis indebiti, quia, qui ob cauſam condicit actori, primum contractus diſſoluit. Old.

CONDICTIO cauſa dati, cauſa non ſecuta, actio eſt in perſonam, per quam repetuntur, ſcil. cauſa data, i. e. ſub cauſa, vt eſt ſcriptum l. peu. hoc tit. quod Græci ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ θεῖναι, ſi ea cauſa ſecuta non ſit. Cauſa do, quod do, vt Romam eas. Cauſa non ſequitur, ſi non Romam eat. Eadem dicitur cōdictio ob cauſam, vel condictio ob rem dati, re non ſecuta, ſimilis cōdictioni ex mutuo, vel potius condictio ex promutuo. Quid enim aliud eſt, quod ob rem datur, quam prorogatio ſiue datio in anteceſſum? Omnis autem prorogatio promutuum. Prat.

CONDICTIO DATI OB TVRPEM CAVSAM eſt, per quā repetimus datū ob turpem cauſam, ait Briſſ. vel per quam repetimus ea quæ dedimus alteri, cauſa non ſequuta, ob quam data ſunt, ſi turpitudo tātum ex parte accipiētis verſetur. Alioquin ſi ex parte datoris & accipientis, repeti non poteſt, quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis. c. in pari de reg. iur. li. 6. & ſecundū Azonem eod. tit. ponitur exēplum: Ego dedi tibi, vt ſacrilegium non faceres. ab hoc enim debuiſti abſtinere, nullo tibi dato. Et ideo etiam cauſa ſecuta poſſum petere, quod tibi dedi. vide ff. de cond. ob turp. cauſ. Old. Prat.

CONDICTIO ſine cauſa eſt, qua, quod ſine cauſa datum eſt, vel alias ad aliquem ſine cauſa peruenit, aut denique ſine cauſa apud aliquem eſſe incipit, condicitur. Briſſ. Ac cōpetit, quādo aliquid primo ex juſta cauſa eſt apud alterum, ſed poſtea per aliquem effectum eſſe non debet. Verbi gratia. Mutuaſti mihi centum, feci tibi inſtrumentum, quo confeſſus me tibi teneri, ſoluo tibi, modo inſtrumentum obligatorium eſt apud te ſine cauſa, per quam repetam ipſum. Competit ergo condictio ſine cauſa, finita cauſa, ex qua res ad aliquem peruenit ex cōtractu, qui jam finitus eſt, vnde videtur deſcendere, nec inde quod expirauit, adhuc cauſam ſubſiſtendi habere. Item, ſi ſine cauſa penes te res eſt, quam non habes per contractum, & ita nec ex contractu, nec ex maleficio es obligatus mihi. Etiam locum habet, vbicūq; ſine cauſa aliquid, quod apud te eſt, mea intereſt, me habere: qua de re extat ti. de cond. ſine cauſ. Old.

CONDICTIO Triticiaria, ſiue Triticiana, arbitraria eſt, quia æſtimat in ea judex rem arbitrio ſuo, quæ petitur, habita ratione loci & temporis. Datur ergo ejus rei, quæ petitur, æſtimandæ cauſa. Porro æſtimationem recipiunt res omnes præter pecuniam numeratam: nam æſtimat res cæteras, non æſtimatur, aut ſaltem non indiget æſtimatore, cum ſit ejus æſtimatio conſtans & certa: ea res pecunia numerata in condictionem triticiariam non cadit: cæteræ res omnes cadunt, quæ pondere vel menſura conſtant, mobiles vel immobiles, corporales vel incorporales, & fundi: ſiue proprietas debeatur forte ex teſtamento, vel ex ſtipulatione, ſiue emphyteuſis, & res etiam ſua, ex cauſis, quibus rem ſuam dominus condicere poteſt, quod ita variis enumeratis generibus rerum Vlpian. exequitur, l. 1. ff. eo. propterea quod dubitari poterat, an tot res complecteretur condictio, quæ nomen à tritico habet. Sed inditum eſt nomen tale caſu quodam, vt annotat Cujac. in Paratit. ex Stephano, quia in antiqua formula hujuſce condictionis, quoties ſcilicet ſua cuiq; actioni conſtituta erat formula, tritici fiebat mentio: propterea quod qui hanc actionem ſibi dari prius poſtulauerat, forte ei res erat de æſtimando tritico. Triticiariæ autem condictionis & condictionis certi, longe alia ratio eſt, licet deſcendat vtraque ex eadem cauſa: nam per illam omnes res certæ, vel incertæ petuntur: per hanc condictionem certi, id eſt, ſi certum petetur, non res incorporales ſiue incertæ: hæc enim actio eſt ſtricta, id eſt, ſeruis in ea judex ſcripturæ contractus, & petitioni actoris, ſui arbitrarij impos. Prat.

CONDICTIO ex ſcriptura, Inſtit. de liter. oblig. & l. 14. C. de non num. pecu. eſt actio in perſonam, per quam is, qui ſe pecuniam alicui debere ſcripſit, ſiue ea numerata ſit, ſiue non ſit, ſoluere cogitur: dum tamen, ſi data non ſit pecunia, actio poſt biennium intendatur: nam antea non numeratæ pecuniæ exceptione excluditur. Prat. ex Hotom.

CONDICTIONIS actionem dixit Antonius l. 1. C. de condict. indebiti. Et condictionis jus, idem l. 1. C. de condict. ob cauſ.

CONDITA appellabant ſpecies & copias publicas in horreis ſeruandi cauſa repoſitas & reconditas, leg. ſicut. 4. C. de erog. milit. annon. lib. 12. l. 1. & toto titul. C. de condit. in public. horr. Capitolin. in Gordianis: Cujus vici tanta in Republica diſpoſitio fuit, vt nulla eſſet vnquam ciuitas limitanea potior, & quæ poſſet exercitum populi Romani ac principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento, & lardo atque hordeo, & paleis, condita non haberet. Symmach. lib. 1. Epiſt. 19. Cum clementia veſtra meminiſſet carrucæ faciendæ impendium de ſacco ærario eſſe decretum: cenſuit, vt eius argentum publicis conditis redderetur. Idem Epiſtol. 34. de frumento & oleo annonario agens. Cujus rat V. C. præfect. annonæ partium ſuarum diligens executor. Prætorianæ ampliſſimæ præfecturæ, vt ipſe aſſerit, dudum fecit judicium: miſſis de more breuibus, quę anguſtias patefacerent conditorum. Marcellin. lib. 19. A prouincialibus commeatum exercitui prohibuit dari meſſes, & condita hoſtium, virtutis noſtrorum horrea eſſe, fiducia memorans ſpecioſa. Briſſ.

CONDICTITIA actio, qua quid repetitur, l. qui ſe. 7. ff. de condi. cauſ. dat. cauſ. non ſeq. & alibi ſæpe. Condictitia ſimpliciter, l. ſi duo. 13. §. Iulianus. ff. de jurejur. Atque nihil aliud eſt quam condictio.

CONDICTITIA pro condictione furtiua ponitur in l. 13. §. idem Iulianus de jurejur. Briſſ. vlt. edit.

CONDICTITIA experiri l. 55. ff. de donat. int. vir.

Per CONDICTIONEM agere, petere, repetere, reddi, repeti. Petitus homo, fundus. Briſſ. ex ff. & C.

CONDICTITIA lex, quæ ab Imperatore nominatur. §. tripli. Inſtitut. de actionibus eadem eſt cum condictione ex lege. Nam quoties ex conſtitutionibus actio datur, neque tamen nomen actioni imponitur, generaliter condictionem ex lege nominamus. l. vnica. ff. de condi. ex lege. Interdum autem præciſe dicitur nomine actionis non adjecto, l. ſi duo. §. item Iulianus ff. de jurejur. Interdum nomine adjecto, l. ſi quis certum ff. ſi cer. petat. Ideoque pro condictione Theophil. vbique condictitiam vertere conſueuit. Quid autem ſit ex lege condictio, ſiue condictitia actio, ex l. vnica. ff. de condict. ex lege, intelligi poteſt. Hotom. vide ſuprà Condictio ex lege.

CONDITIO, ſiue (vt in Pandect. Florent.) Condicio variè à variis diffinitur. Conditio, ait Accurſius in rub. ff. de cond. & demonſtr. eſt ſuſpenſio, cujus de futuro effectus, vel confirmatio pendet: quam diffinitionem Azo in Summ. Cod. de condic. inſert. probat: apud quem conſummatio pro confirmatio legitur. Bar. l. 1. ff. de cond. & demonſt. reijcit eam deſinitionem, datque aliam in hæc verba: Conditio eſt quidem futurus euentus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur. Conditio autem tunc vim ſuſpendendi habet, cum in futurum tempus confertur, quæ in præſens tempus, aut etiam in præteritum non ſuſpendit aut moratur obligationem, l. conditio in præteritum. ff. de verb. obligat. leg. ſi ita ſtipulatus fuero. ff. eod. Aleia. leg. debitori. Cod. de pact. ait eſſe qualitatem, qua quid condi, id eſt, fieri, actum eſt. Hotomann. Conditio, inquit, eſt lex negotio adpoſita, vnde euentus pendet. Equidem Bartoli definitionem veram puto, leg. vnica, §. ſin autem aliquid ſub condit. Cod. de caduc. toll. juncta leg. cum ad præſens 37. ff. ſi certum petat. Euentui ſubiicit d. §. ſin autē aliquid & poteſtatiuas & fortuitas, & mixtas. Lex vero, in facto. ff. de condit. & demonſtrat, in euentu ponit, quæ obtingunt, id eſt, fortuitæ ſunt. Ideoque ita diffinire tentabam: Conditio eſt lex adpoſita hominum actibus, eas ſuſpendens. Prat. Conditio eſt modus, qui ſuſpendit actum, donec eo exiſtente confirmetur. Vultc. in Inſtit. de hæred. Inſtit. §. 5. ou. 6.

CONDITIONVM variæ ſunt diuiſiones. Iuſtinia. d. l. vnica. §. ſin autem aliquid, didocit in caſuales, poteſtatiuas & mixtas, quarum euentus ex fortuna, hominum voluntate, vel vtrique pendet. Prat.

CONDITIO alia certa eſt, alia incerta. Certa conditio eſt, quæ omnimodo extitura eſt: veluti ſi intra Calendas digito cœlum non tetigero l. in illa ſtipulatione, de verb. oblig. Item, ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit, leg. neceſſario. 8. §. 1. ff. de peric. & commod. Incerta conditio eſt, quæ an impleatur incertum eſt: vt ſi nauis ex Aſia venerit. Dubium eſt enim, vtrum ventura ſit nauis, an non. Prat.

CONDITIONVM (ait Paulus lib. 3. ſentent. tit. 4.) duo ſunt genera: aut enim poſſibilis eſt, aut impoſſibilis. Poſſibilis eſt, quæ per rerum naturam admitti poteſt, impoſſibilis non poteſt.

Quarum

Quarum altera ex euentu expectatur, altera ſubmouetur, vide Viglium §. Impoſſibilis. Inſtit. de hæred inſtit. Prat.

CONDITIONES vel in præſens, vel in præteritum, vel in futurum conferuntur. Sed eæ demum poteſtatem conditionum obtinent, id eſt, in euentum aliquem negotium ſuſpendunt, quæ in futurum conferuntur, l. cum ad præſens. & l. itaque ff. de reb. cred. Quæ conferuntur in futurum, aliæ in caſum & euentum incertum, aliæ in arbitrium conferuntur. Illas caſuales, has poteſtatiuas adpellat Iuſtinianus, dict. §. ſin autem aliquid. Quæ in arbitrio noſtro ſitæ ſunt, promiſcuas vocat Paulus l. ſi jam facta, §. 1. ff. de cond. & demonſt. Prat. & Briſſ.

CONDITIONES quę ſunt in arbitrio, l. 1. § qui ſub conditione. ff. ſi quis omn. cauſ. l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legi. quæ ſunt in poteſtate noſtra, l. vlt. ff. de cond. inſti. l. 77. de cond. & demōſt. l. 4. de hæred. inſtit. videntur etiam appellari promiſcuæ in l. 11. §. 1. de cond. & demonſt. & in arbitrium collatæ. Caſuales ex fortuito caſu pendent: ICti in caſu conſiſtentes: in euentum collatas: quæ non ſunt in poteſtate, vocat Briſſ vlt. edit.

CONDITIONES vel ſunt in dando, vel faciendo. Briſſ. per l. 6. §. vlt. ff de ſtatulib. l. 33. § 1. ff. de fideicommiſſ. libert. l. 8. ff. ſi quis commiſſa.

CONDITIONES facti eſſe dicuntur quæ in facto conſiſtunt, & in faciendo verſantur, ad differentiam earum, quæ in dando conſiſtunt, l. ſi cui pure. §. 1. ff. ad Trebell. l. ſeruus. ff. de ſolution. Quædam vero conditiones juris ſunt, id eſt, ex jure veniunt. l. multum 21. ff de cond. & demonſtr. Prat.

CONDITIONES facti alias opponuntur conditionibus juris, id eſt, quæ ex jure veniunt, l. 21. ff. de condit. & demonſt. Briſſ.

CONDITIONVM inſuper alia voluntaria, alia caſualis: illa quæ voluntatis eſt totam obligationem ſuſpendit, vſque dum perficiatur. Quæ verò caſualis eſt, aut neceſſaria, obligationis tantummodo effectum prorogat, vis obligationis atque adeo ipſa obligatio ſtatim perficitur, &c. Cuona. lib. 4. c. 17. n. 7.

CONDITIO dicitur, cū quid in caſū incertū, qui poteſt cedere ad eſſe, & ad non eſſe, confertur. Ferr. inſtit. de verb. oblig. Spieg.

CONDITIO aliquando ſignificat qualitatem & ſtatum perſonarum, l. hæres. & l. ſed & ſi ff. de acquir. hæred Briſſ.

CONDITIO habetur pro impleta, quoties per eum, cujus intereſt impleri, ſtat quo minus impleatur, l. 161. ff. de reg. jur. Gothofred. ad l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. vide & paulo poſt, Conditio pro impleta.

EX CONDITIONE, in conditionem, ſub conditione, paſſim.

CONDITIO quoque pro conjunctione ſponſaliorum & nuptiarum, pro eo, quod vulgo dicimus *Party*, in l. vlt. ff. de ſponſal. l. 19 & l. 36. ff. de ritu nuptiarum. l. vlt. ff. de proxenetic l. 65. ff. de judic. l. 18. C. de nuptiis Sueton. in Iulio, c. 28. Octauiana ſororis ſuæ neptem, quæ Marcello nupta erat, conditione ei detulit. Idem in Auguſto c. 69. Dimiſſam Scribonium, quæ liberius doluiſſet nimiam potentiam pellicis, conditiones quæſitas per amicos, qui matresfamil & adultæ ætatis virgines nudarent. Sic & apud eundem auctorem in Claudio cap. 26. & in Galba cap. 5. accipiendum eſt Feſtus lib. 3. Conuenta, ait, conditio dicebatur, cum primus ſermo de nuptiis & earum conditione habebatur Sic Seneca libro controuer. 3. Conditionem nuptiarum illi inuentam, cum alio nullo modo poſſet. Vtitur hoc quoque verbo in hoc ſignificatu Plaut. in Trucul. & Aulul. Et Liu. lib. ab vrb. cond. 3. Et Plin. lib. 1. epiſt. ad Iunium Mauritium Itaque & renunciatione ſponſaliorum hæc verba probata eſſe, Cajus ſcribit, CONDITIONE TVA NON VTOR, l. 2. ff. de ſponſalibus. Briſſon.

CONDITIO etiam eſt pactio certam legem in ſe cōtinens. Vnde Tullius conditiones & pactiones conjungit, 1. Offi & 5. Verrin. ſub hac conditione ſtat locatio. l. 25. ff. loca. Briſ. vlt. edit.

CONDITIO pactionem & conuentionem ſignificat, & quod Græci dicunt συνθήκην. Cic. Topic. Si quæratur, à natura ne ſit jus, an ab alia quaſi conditione & pactione hominum. Nam & lex κοινὴ συνθήκη τῆς πόλεως, à Demoſth. definitur, l. 2. ff de legibus. Atque inde forte qui pactiones & inſtrumenta conſcribebant, conditionales ſunt appellati. Briſſ. vide infra paulo poſt in verb. Conditionales vocantur.

CONDITIO quoque pro cauſa ponitur. Melior conditio, l. 1. & ſeqq. de in diem addict. In eadem ſunt conditione. l. 20. §. licet. ff. de hæred. pet. Briſſ.

CONDITIO, i. e. oblata facultas eligendi. Teren. Heautonti. Harum duarum conditionum vtram malis, vide. Hotomanus.

CONDITIO etiam opinionem ſeu electionem denotat. Deferre conditionem, id eſt optionem: & ferre conditionem, cui contrarium, Repudiare eam Briſſ.

CONDITIO in jure pro MODO capitur, quod fere in multis conueniant, l. 1. Cod. de iis quę ſub mod. pro modo autem capitur, cum ſæpe, tū euidenter in l. debitori. C. de pact. l. quoniam. C. de rer. permut. tamen modus fit per VT, conditio per SI, & in multis non parum diſcrepant, vt liquet in gl. rub. ff de cond. & demonſt. Nunc adde ſuperioribus, ſi placet, leg. ſi poſt. §. iiſdem. ff. quand. dies leg. ced vbi conditionem pro modo accipit Vlp. niſi me decipit Accurſ. Iiſdem autem dieb. i. e. iiſdem conditionibus, inquit, hæredi præſtabitur legatum, quib. legatario præſtabatur. Conditionibus. i. e. Modis, ait gloſſa: quia cum hic agatur de hęrede legatarij, ad quem legatum cum iiſdem conditionibus deuenit, non poſſunt eſſe veræ conditiones, ſed modi, quia conditiones ad hæredes non tranſmittuntur, d. l. ſi poſt §. ſed ſi ſub. ff eo. leg. vnica. § ſin autem Cod. de cadu. toll Forea. in ſuo Auctario. c. 8. Conditio & modus differunt. l. 41. ff. de contrah. emp. Vide & Gothoſ. ad rub. C. de falſ. cauſ. adject.

CONDITIO aduci, poni, præponi, apponi, adſcribi dicitur & ſiniri. l. 34. §. 1. ff. de adq. hæred. l. 12. ff. de man. teſt. l. 6. & l. 96. ff. de lega. lib. 1. Et dati. l. 35. §. 1. ff. de acquir. hæred. & inſeri, l. 11. ff. de lega. lib. 2. pendere etiam, & ſuſpendi, & exiſtere, & impleri, & euenire conditionem dicimus Et econtrario, deficere & extingui l. 2. §. ſi quis ſeruum ff. de hæred. inſti. Briſſ.

CONDITIO à demonſtratione hoc differt, quod demonſtratio plerumq; factam rem oſtendit, conditio futuram l. ſi nominatim. ff. eod. Spieg. & vt plenios dicamus: Conditio in liberam legatarij voluntatem, aut in euentum rei futuræ incertum confertur: vt, Si hoc feceris, Si nauis ex Aſia venerit, &c. Demonſtratio autem factam rem oſtendit, non quemadmodum conditio futuram, vt, Fundum Tuſculanum, quem Seius mihi dedit, do lego l. Stichum. 6. ff. de lega. 1. Weſemb. Placet etiam de hac differentia adſcribere, quæ doctiſſimus Cujacius doctiſſime lib. 2. obſeruat. cap. 39. deſcripſit. Multum à Demonſtratione Conditio diſtat: Demonſtratio in præſens, Conditio in futurum tempus confertur. Hæc omnimodo exiſtat neceſſe eſt, vt legatum debeatur, illa, etiamſi vera non ſit, attamen debetur. Et ideo non fruſtra quæritur in l. 6. ff de legat. 1. vtrum hęc verba, Stichum, qui meus erit, cum moriar, demonſtrationem an conditionem faciant. Labeo autem ea pro demonſtratione accipit, l. 1. §. 1. ff de lega. 1. l. nuper. § vlt. ff. de lega. 3. Trebatius enuera pro Conditione: nec putat quicquam intereſſe, ita legetur, Qui meus erit: an, Si meus erit. Ideóque ſi tempore mortis in totum aut pro parte ſeruus alienus fuerit, ex ſententia Labeonis totus debetur, ex ſententia Trebatij non debetur, niſi quatenus eo tempore defuncti fuerit. Obtinuit autem ſententia Trebatij, vt in illa l. 5. & l. nuper traditur. Cujac. d. loc.

CONDITIO libertatis leniſſima, ea intelligenda eſt, quę ad libertatem perducit, quamvis natura grauior & durior ſit: l. in facto ff. eo Spieg.

CONDITIO mancipiorū, ſeruitutis, i. e. ſtatus, fortuna, l. vlt. §. fi. de ædil. edict. Varie autem vſurpatur. Eſt enim conditio idem quod modus, ratio, lex, pactio, pactum, fortuna, ſtatus, locus, jus, cauſa. Spi. Pro meliore conditione haberi debet, quicquid ad vtilitatem venditoris pertinet. Conna. lib. 7. c. 9. n. 8.

CONDITIONEM jurisjurandi deferre, pro jurandi facultatem. Vlp in l. 3. ff. de jurejur Ait Prætor: Si is, cum quo agetur, conditione delata jurauerit. Hoto.

CONDITIONEM hanc, Si cœlum digito tetigeris, impoſſibilem, negatiuam Commentatores appellant, in leg. in illa, de verb. oblig. cum rectius (Alciat. ait) neceſſariam conditionem dicerent, quæ pro pura habetur. Niſi forte de eo cœlo, de quo oxymorum ridiculum ænigma confinxit Virgil.

> *Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,*
> *Tres pateat cœli ſpatium non amplius vlnas.*

Quid hoc loco ſignificet cœlum, explicat Alciat. cap. 18. lib. 1. Parerg. Spieg.

CONDITIO hæc, ſi in capitolium aſcenderit, ſic recipienda eſt, cum primum potuerit capitolium aſcendere, l. hæc conditio. ff. de condit. & demonſtr.

CONDITIO hæc. SI VXOREM DVXERIT, SI DEDERIT, SI FECERIT, ita accipi plerunq; debet, quod per eum non ſtat, quo minus ducat, det, aut faciat, l. vter ex fratribus ff. eod. Prat.

CONDITIO hęc, SI ALEXANDRIAM PERVENERIT, poteſt & eſſe in arbitrio per hyemis conditionem: poteſt & eſſe, ſi ei, qui à primo milliario Alexandriæ agat, fuit impoſita, leg. ſuna quoque. §. porro recte ff. hæred. inſtit. Prat.

CONDITIO pro impleta habetur, ſi ita hæres inſtitutus ſim: Si decem dedero & accipere nolit, cui dare juſſus ſum, leg. ſi ita hæres. 5. ff. de condi. inſtit.

CONDITIO qualis poſita fuerit, multum intereſt. Nam aut in pręteritum concipitur, veluti, ſi Titius Conſul fuit. Aut in præſens, vt ſi Titius conſul eſt. Aut in futurum, veluti ſi Titius conſul erit, l. cum in ſecundo. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtament. Conditionum autem, quæ in futurum conferuntur, triplicem naturam deſcribit Marcian. l. 91. ff. de cond. & demon. Quaſdam enim ait pertinere ad id tempus, quo teſtator viuat, vt Titiæ, ſi mihi nupſerit: quaſdam ad id, quod poſt mortem futurum ſit, vt ſi ad exequias funeris mei venerit: quaſdam ad alterutrum, vt ſi filio meo nupſerit. Prat.

CONDITIONES agrorum, ſunt qualitates, l. 1. § denique. ff. de aq & aq plu arcend. quas explicat Siculus Flaccus lib. de condit. agror. Prat. ex Briſſ.

CONDITIONES extrinſecus, non ex teſtamēto venientes, id eſt, quæ tacite ineſſe videantur, non faciunt legata conditionalia,

l.conditiones extrinſecus.ff.de condit.& demonſtr.Prat.

Conditiones contradicta Imperatorum, aut contra leges, vel contra ea, quæ legis vicem obtinent, ſcriptæ. Item, conditiones deriſoriæ, vel quæ cõtra bonos mores ſunt, aut ejuſmodi, quas prætores improbauerunt, pro non ſcriptis habentur, l. conditiones, de cond. inſtit. Paulus lib. 3. ſent. tit. 4. Contra bonos mores, veluti, Si ab hoſtibus patrem ſuum non redemerit: &, Si parentibus ſuis patronisve alimenta non præſtiterit, leg. conditiones quæ. ff. de cond. inſtit. Quæ facta enim lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, ac (vt dixerim generaliter) contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt, l. filius qui ff. eo. tit. Prat.

Sub **Conditione** impoſſibili, vel alio modo (in Pandect. Florent. pro modo legitur mendo) factam inſtitutionem, placet non vitiari, l. 1. ff. eod. tit. Quæ ſub conditione jurisjurandi relinquuntur, à prætore reprobantur, leg. quæ ſub conditione. D. eod. Non videtur enim defectus conditione, ſi parere conditioni non poſſit. Implenda eſt enim voluntas, ſi poteſt, leg. quæ ſub conditione §. quoties hæs. ff. de cond. inſtit. Prat.

Conditiones ſibi quærere dicebantur fœminæ adulteræ ac infames, quæ homines bene mentulatos ſibi adſciſcerent, magnis etiam ionitatos præmiis. Egnat. in Capitol. & Lamprid. annotauit. Viues autem, conditio, inquit, in fœminis eſt conjugium. vnde quærere conditionem, & inuenire conditionem filiæ. Hinc apud ICtos in verbis repudij erant & illa, conditione tua non vtar: Vide paulo ante, conditio quoque pro conjunctione. Spieg.

Conditionem deferre, hoc eſt, electionem dare emptori, vtrum malit rem emptam habere juſto pretio, an verò à re diſcedere, pretio recepto, l. 1. §. ſi quis in fraudem. ff. ſi quid in fraud. patron. Prat.

Conditionem remittere. Oppo. Conditionem manere alieni, l. ci qui furti. ff. de furt. Oldend.

Conditionibus ſtare, eſt tenere pacta: cui contrarium, à conditionibus fugere.

Conditionale inſtrumentum, pro inſtrumento ſtatus, & adſcriptitiæ conditionis, l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſ. Prat. ex Briſſ.

Conditionales vocantur tabularij, l. ſcripturas. C. qui potior. in pig. inde deducto nomine, quod cõditioni addicti ſunt, nimirum quod ea conditione munus illud adepti ſint, ne ad vllum aliud aſpirent. Vel etiam (vt alij volunt) quia depoſitiones teſtium ſolerent excipere. Conditiones enim ſunt dicta ſiue depoſitiones teſtium, vt ſcribit Iſidor. lib. 5. Etymol. c. 24. Conditionales ſerui, in l. defenſionis de jur. fiſc. lib. 10. C. quo forma adſcriptitij coloni, capite cenſiti, & alij quilibet certæ conditioni addicti conditionales dici poſſunt. Tertullianus, alio ſenſu ſumpſit Conditionalis nomen: Opera, inquit, & conditionalis erant. Prat.

Conditionales creditores dicuntur, quibus nondum competit actio. eſt autem competitura: vel qui ſpem habent, vt competat Vlp. l. conditionales. ff. de verb. ſign. Prat.

Conditionalis, cui conditio adjecta eſt: conditionalis ſtipulatio, aut legatum. l. 41. ff. de verb. oblig. & ſub tit. ff. de cond. & demonſt. Legatũ conditionale, & purum, opponuntur Briſſon.

Conditionaliter, pro ſub conditione, l. quæ res ff. de verb. oblig. & paſſim in lib. noſtris. Hot.

Conditionarii, i. e. confidat, ſo diſtinct. cenſiti & adſcriptitij dicuntur: ſed & familiares apud Yuonem Carnotenſem in Epiſt. ad Paſchalem Papam.

Conditor qui aliquid componit, vel rei alicujus autor, vt, conditor legum: conditores juris, legum, Briſſ. ex C.

Conditorium, id eſt, ſepulchrum Catanæus oſtendit exempla comment. 6. Plinian. epiſt. Spieg.

Conditura, quod ferculis, aliiſque eſculentis condiendi gratia adhibetur. Vlp. ia de trit. & vino legat. leg. ſi quis. Quod potius conditura loco fuit. Nebriſſ.

Conduntur libri, corpus: conditi fructus: conditæ merces in horreis. ex ff. Condita ſunt ſpecies & copiæ publicæ in horreis ſeruandi cauſa repoſitæ. Briſſ.

Conditum, pro abſcondito, id eſt, quod abſcondite ſeruatur in aliquo loco. Paul. diuerſam autem eſſe cauſam eorum, quæ in condito eſſent. Item paulo ſupra in themate, Si quæ in condito habuerat paterfamil. leg. Ofidius quidam. de lega. 3. Conditiuum vero dicitur, quod ſeruari poteſt ſine læſura. Spieg.

Condo. Condere leges, jura. Briſſo. ex Iuſtinia. C. Condere ſub terra, i. e. recondere. Condere, & facere luſtrum. idem ſunt Varroni. Condita ciuitas regna, teſtamenta Briſſ. ex ff. & C.

Condocti dicuntur Comici, qui fabulam, quam acturi ſunt, vna fideliter edidicerunt, geſtúmque agere ſciunt. Oportet enim hiſtriones peritos eſſe, & fabulam, quam acturi ſunt, ſimul edidiciſſe, antequam in proſcenium prodeant, vt refert Turneb. aduerſar. lib. 15. cap. 6.

Condonare, id eſt donare. l. 23. §. 1. C. de nupt.

Conducere dicitur is, qui pretium accipit pro re aliqua facienda: quod Redimere etiam dicitur ex Budæo. Vlp. Si quis ſeruum docendum conduxerit, leg. item quæritur. 13. §. ſi quis ſeruum. ff. loca. & alibi ſæpiſſime: Sic & apud alios Iuriſconſultos reperies, ſic accipitur in l. 2. ff. ad leg. Rhod. de jac.

Conducit qui dat, ſed qui locat accipit illud.

vide Locare. Prat. & Old.

Conducere numo vno donationis inſtar eſt, ait Vlp. l. ſi quis. 46. ff. loca. Eſt autem, teſte Old. prouerbiale ſecundum veteres, ſicut nunc dicimus, fragmento panis vel pomi locare aut vendere: ſignificantes donationem potius eſſe, quam alium contractum. Spieg. Prat.

Conducere habitatione, vide l. 5. §. qui legatorum, 22. ff. vt in poſſeſſ. legat.

Conducere cœnacula: conductum habere cœnaculum, fundum, tabernam, vectigalia. Conducere merces euehendas, columnam tranſportandam, ſeruum docendum, vſumfructum, operas. Briſſ. ex ll. ff. & C. Aqua in vnum locum conduci dicitur, l. 3. §. ſi aqua. de riuir. Pallad. 1. rei ruſtic. tit. 16. Briſſ.

Conducere mancipia vehenda: mulierem vehendam naui: onus vehendum: dolium, tignum Briſſ.

Conduci etiam & locari nummi dicuntur, qui fœnore occupantur. Horat.

Omnia conductis coemens obſonia nummis.

Id eſt, fœnore ſumptis, inquit Acro. Conducuntur enim quaſi nummis, pro quibus merces ſoluitur. Et quemadmodum in emptione dixi, veteres emptionum venditionumque appellationibus promiſcue vſos, idem eſt in locatione & conductione, vt Caius ſcribit de act. empt. quod credo opinionem Laurentio Vallæ iniceſſe, vt putaret locare ſepulturam faciendam, dicitur tam eum qui dat, quam qui ſuſcipit faciendam, cujus tamen nullum adhuc exemplum memini me legere, nec ſcio, an apud Latinos auctores reperiri poſſit, vt recte notauit Budæus: niſi fortè apud Labeon. leg. vlt. ad legem Rhod. in penult. themate, ſi modo non ſunt mendoſi codices, quod facile crediderim. Et cum ſcribit Caius veteres locationis & conductionis appellatione vſos fuiſſe promiſcue, ſatis oſtendit, iam hoc à conſuetudine Latini ſermonis receſſiſſe, atque ita poſteriores locutos fuiſſe, vt ita diſtinguerent: diceretúrque locare, qui dat rem vtendam; conducere autem qui pro rei vſu & fructu, quem accipit, dat in pretij loco penſionem certam vel nummorum, vel fructuum Ille dicitur nummis colere aut conducere, hic partibus: vnde partiarius colonus. Ita locatur opus faciendum, cui mandatur ejus conſtructio & procuratio, quique eam ſuſcipit non gratis, ſed & mercede & pretio. Ipſe autem conductor dicitur, quoniam ejus ductu tota conſtructio peragitur. Hic igitur conductor appellatur, qui dux eſt, & vt vulgo loquimur, Magiſter operis: qui quod alienis & ipſe operis vtitur emptis & conductis, ad id quod ſuſcepit efficiendum, vocatus eſt redemptor: quaſi opus, quod locatori ſuo debet, à mercenarijs redimat. Nam ſi quis ſua ſolius opera faciendum aliquid conducat, non recte, ni fallor, redemptor operis vocabitur, &c. Conna. lib. 7. c. 11. nu. 2.

Conducit in tertij perſonis, pro vtile eſt, notius quam vt exemplis probari debeat. Spieg. Prat.

Conductio eſt procurationis ſpecies, nou. Theod. ne cur. alt. præd. vid. Locatio.

Conductor is eſt, qui vel rei alienæ vſum, vel alieni operis perfectionem certa mercede pacta recepit. Hinc conductor operis pro redemptore, Iauol l. 44. ff. de fideic. Conductor tenetur de dolo, & culpa: l. contractus. ff. de reg. jur. ſed non de caſu fortuito. Decius in d. l. contractus. niſi cum nominatim receperit. In menſura æquali conſiſtere debent, tam quæ à dominis ad conductores, quam à conductoribus ad dominos perueniunt. Pr. ita de cæteris contractibus. Nou. de hortulan. §. his igitur de cauſis. Conſtit. 64. Per improbitatem & inexplebilem auaritiam conductorum, dominis ſuis poſſeſſiones non debent fieri inutiles. Prat.

Conductor apothecæ, domus, diuerſorum portuum, horreorum, vectigalis, prædiorum. Conductorem repellere. Briſſ.

Conducti locati actio datur conductori, ejuſve heredi aduerſus locatorem, ejuſve heredem, in primis ad id, vt liceat ſibi re locata vti, aut ſi conductor mali intereſſe, id locator præſtet, &c. vide Vulte. in comment. Inſtit. de actionib. §. 16. n. 116.

Confarreatio ſacrificij ſolẽnis genus erat, quo vtebãtur veteres Romani in cõiũctione viri & vxoris, cujus cõmeminiſſe videtur Vlp. in Epitome tit. 9. Farre (ait) cõuenitur in manum certis verbis, & teſtibus decẽ præſẽtibus & à ſolis põtificibus conueniſſe ſcribit Boethius in Topic. in loco à genere: qua de re adeundi ſunt Alex. ab Alex. lib. 2. Genial. & Lar. Briſſ. lib. ſingul. de ritu nuptiar. Confarreationem Romæ omiſſũ ſcribit Tacitus lib. 4. Annal. Prat. vide latius Conna lib. 8. c. 3. n. 2.

Confectio teſtamentorum, l. 29. poſt pr. C. de teſta. Confectio teſtamenti perfectiſſima l. 27. C. eod.

Confero, à con, & fero, quaſi ſimul portare, multa ſignificat, propter varias conferendi cauſas. Quare ex eo, quod adjungitur, ſolet vis hujus verbi lectoribus apparere Old. Prat.

Conferre manus, cõferre ſigna. *Vnder einander ſtretten.* Old.

Con-

Digitized by Google

CONFERRE pedem, antiqui eleganti Metaphora dicebant pro eo, quod eſt propius accedere ad cauſam: cuius oppoſitum eſt, Fugere ſcopum controuerſiæ, ſicut nunc fere litigatores faciunt in judicijs. Cic. pro Planc. Non poſſum pedem conferre, vt aiunt, aut propius accedere. Commentatores veoire ad punctum cauſæ dicunt, *neher zuder ſach kommen.* Spieg. Prat.

CONFERRE rem in arbitrium alicuius, l. 1. ff. de leg. 2. id eſt, rem permittere arbitrio alterius.

CONFERRE, comparare, l. vbi falſi. ff. de falſ. Dicimus enim, confero te illi, aut cum illo. Hieronymus in procemio Paralip. Quendam, ait, auctorem, qui apud Hebræos in admirationibus habebatur, aſſumpſi, & contuli cum eo à vertice (vt aiunt) vſque ad extremum vnguem: & ſic confirmatus, auſus ſum facere, quod jubebatis. Prat. Conferuntur moduli cum opere, id eſt, comparantur, l. 8 de oper. noui nuntiat.

CONFERRE in pauca, accipimus pro concludere breuiter, quæ diffuſius ſunt dicta. Plaut. Nunc verba in pauca conferam. Old. Prat.

CONFERRE ſe in aliam prouinciam, in numerum hoſtium, id eſt, recipere. Briſſ. ex ff.

CONFERTVR iniuria in perſonam, l. 18 fin. de iniur. id eſt, infertur iniuria perſonæ. Briſſ.

CONFERRE in funus pecuniam, ſumptus ad refectionem ædificij: Vinum, mel conferre. Briſſ. ex ff.

CONFERTVR pœna in præteritum aut futurum, id eſt, refertur, dirigitur. Briſſ.

CONFERRE pontificios canones legibus Romanis ſic oportet. Primum retinenda ſemper eſt breuitas, ne quid mediocritatem excedat. Deinde, in locis ex jure collatis perpendi oportet auctorem, & illius conſilium, hoc eſt, quis, ob quam cauſam, cui, qua de re, & quando ſtatuerit tale jus. In his enim conſiſtunt & aperiuntur tibi ſtatim circumſtantiæ negotiorum, quæ cum diuerſæ ſint: nihil eſt mirandum, ſi de quibuſdam ſpeciebus variet jus ciuile & canonicum. Tum ex collatione ſic facta apparebit tibi lux quædam mirabilis, ad inueſtigandam ſimilium negotiorum æquitatem, ſiue in ſcholis, ſiue in judicijs, ſiue in conſultationibus verſeris. Porro hæc eſt exercitatio, quam inculcare oportet ſtudioſæ juuentuti, non ad altercationem fori, ſed ad concilianda juris præcepta, quæ eodem pertinent tandem. Nam, ſi bene circumſpicies, multo certe rarior inter jus ciuile & canonicum eſt ἀντινομία, quam vociferantur quotidie in tribunalibus. Differentias tamen permultas inter jus ciuile & pontificium conſtituit Barr. tractatu in eam rem edito, quem videas velim. Old. Prat.

COLLATA conditio in alicuius perſona: in arbitrium: in futurum. Briſſ. ex ff.

COLLATA donatio in caſum, in tempus. &

COLLATA inſtitutio in ſeruum, Pars in exterum. Briſſ. 16. tit. ff. & C de collat. bon. ff. de dot. collat. Prat. Vnde

COLLATIO bonorum & dotis, vide ſupra. Eſt &

COLLATIO tributorum, & vectigalium, aliarumque functionum, hoc eſt, præbitio l. vlt. §. patrimoniorum in fin. de muneribus & honoribus. Sic accipitur in l. in honoribus §. qui muneris. ff de vacat. munet. eodem ſenſu accipitur in rubr. C. de collat. fund patr. lib. 11. & C. de collat. fūd. fiſc. eod. lib. Prat. Et

COLLATORES, in Nou. 128. interpretibus Iuliano Patritio & Iroetio, quos συντελεῖς Græco vocabulo adpellauit Iuſtinianus in d. Nouel. Briſſ. Prat.

CONFERRE apud Venuleium l. ſi vir. 6. ff. ad l. Falc. pro impendere poſitum aiunt Accorſius & Alberic. equidem pro contribuere accipi putem. Prat.

CONFERRE apud Pontificios ſignificat concedere. c. eam te. ext. de reſcript. ibi, præbendam ſibi conferre debereor. Prat.

CONFERRE, transferre ſignificat, l. confeſſionibus. ff. de interro. action. Prat.

CONFERRE in futurum quid, in caſum, in conditionem, in diem. In tempus mortis, id eſt, referre, deſtinare, collata in alterius factum inſtitutio. Conferre in tabulas, referre, aſſignare. Collata in præteritum verba. Briſſ. ex ff. & C.

CONFERRE pacta, in l. fin. C. de ferijs. eſt de paciſcendo colloqui. Prat.

CONFERRE in aliquod tempus, *vel ziehen*, Differre. Vlpian. ff. de ſponſal. Quæſitum eſt, inquit, apud Iulianum, an ſponſalia ſint ante duodecimum annum, ſi fuerint nuptiæ collatæ, hoc eſt, dilatæ in id tempus ætatis: non, ſicut Accurſius comminiſcitur, reuera celebratæ. Old.

CONFERRE etiam eſt largiri, tribuere, erogare. Briſſ.

CONFERO beneficium, confero honorem confero in te culpam. *Ich thue gut, Ich gebe ehr. Ich gebe dir die ſchuldt.* Oldend.

CONFERRE donationis cauſa, vide l. ſi liquear. 8. §. 1. C. de inoff. teſtam.

CONFERRE ſecreta voluntatis ſuæ in codicillos, vide l. 3. C. de codicill.

CONFERRE dotem in medium, l. 4. C. de collat.

CONFERRE dotem, vel alia bona, *vvider eynbringen*, Vt C de coll. bon & ff. eod. tit. Hic titulus, inquit Vlp. manifeſtam habet æquitatem. Cum enim Prætor ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas emancipatos admittat: participeſque faciat cum his, qui ſunt in poteſtate bonorum paternorum: conſequens eſſe credidit, vt ſua quoque bona in medium conferant, qui appetant paterna. Old.

CONFERRE dotem fratribus, l. 1. & l. 3. C. de collat.

CONFERRI in tempus mortis: pœna in præteritum vel futurum: compendium. Briſſ. ex ff.

CONFERRE facultates in filium partē in exterum, id eſt, transferre, liberaliter dare & concedere. Collata donatio in vxorem, filium Conferre libertatem in aliquem. Briſſ. ex ff. & C.

CONFESSIONEM Quintilian. Decla. 314. accipiendam ait qualemcunque contra ſe pronuntiationem ſuam: pronunciantis ſententiam diffinire videtur Paulus l. 1. ff. de confeſſis. Briſſ. Pr.

CONFESSIO, in l. antiquæ 23. §. 2. C. ad Senatuſconſultum Velleian. & in Nouell. Iuſti. 1. ſumitur pro cautione, Græcorum imitatione, qui ὁμολογίαν dicunt, vt in l. cum de indebito. ff. de probat Cuiac. in expoſit. d. Nou. Iuſtin. 8 fol. 11. circa med.

CONFESSIO non nocet abſentibus, nec vocatis. l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. quod declara, vt per Bart. d. §. ſi quis abſ. & reſtringe, vt per Bartol. Socinum in tract. fallen. reg. 63. Old. Prat.

CONFESSIO auricularia, vide Gothof. ad Nou. 145. c. 1. ibi beatiſſimo patriarchæ renuntient.

CONFESSIO coram notario facta habetur pro ſcriptura in fidejuſſione, judicio ſiſti. l. pen. C. de fideiuſſorib.

CONFESSIO erronea nullius eſt momenti, l. 1. C. de fal. cauſ. adiect. leg. l. ſi obligatum. C. de ſolutionib. l. error. C de juris & fact. ignor. Prat.

CONFESSIO judicialis obligat: Extrajudicialis autem habens cauſam probat quidem, non tamen obligat: non habens cauſam, nec probat, nec obligat, l. 11. §. 9. ff. de interrogat. in jur. fact. Eſt autem confeſſio extrajudicialis, quæ fit apud probos & fide dignos homines extra judicium. Hæc in pleriſque caſibus ſuum adfert robur ad probandam intentionem actoris. Vide Bart. in l. generaliter C de non num. pecun. Spieg.

CONFESSIO teſtatoris vel ægrotantis eo facta, vt quis bonorum relictorum capax exiſtimetur, valde ſuſpecta, & in fraudem adiecta præſumitur, l. qui teſtam. ff de probat. l. legata Titio. ff. de deliber. legat. Prat.

CONFESSIO teſtatoria ſimplex, & ſine juramento, non facit plenam fidem. l. cum quis decedens. § codicill. de lega. 3 l. Titia cum teſtam. §. Gaius Seius. l. cum pater filios §. pater qui filio. ff de leg. 2. ἀπὸ τοῦ νῦν ὅπ' ἑαυτοῦ φήσειν, ἢ χρέος, τῶν μηδὲν αὐτῶν εἰληφότων, μηδὲ τοῖς ὀφειλεταῖς ἀρνησάμενον, vt ait Iuſtinianus cōſt. 48. [illegible]. Prat. Confiteri crimen intelligitur, qui paciſcitur, l. 15. de his qui not. inſam. Briſſ. Confiteri in ſeſe, l. 1. de queſt. Confeſſi in homicidio & incendio. Confeſſus reus. Confeſſi debitores. Confeſſum nomen, quod non eſt in controuerſia Briſſ. ex ff. vide infra Confiteri.

CONFESSIO facta in vno judicio, fidem facit in alio, inter eaſdem perſonas. Ioan. Andre. & alij in c. per inquiſitionem, de electione. Et in c. 2. de eod. cognit. Anto. de Butr. in c. cum dilectus. de capell. Monachor. Bald. Alciat. & alij in l. 2. C. de edend. per leges quas citant. Prat.

CONFESSORIA actio, eſt in rem, qua aſſerimus nobis competere jus in re alterius. Negatoria autem eſt actio in rem, qua negamus aduerſario in re noſtra jus deberi. Vulteius in commentarijs Inſtitution. de Actionibus. §. 1. Inſtitut.

CONFESSORIA actio, cui opponitur negatoria, dicitur, quaſi adſertoria juris & ſeruitutis: Cuius vindicandæ gratia confitemur, intendimus apud Iudicem. Habet enim hic verbum illud, CONFITERI, emphaſin, & vehementiorem, pro ſubiecta materia ſignificationem, quam alibi: daturque ei, qui ſeruitutem ſibi deberi intendit, l. 2. § 1 ff. ſi ſeruit. vindic. Concipitur autem verbis adfirmatiuis. Plerunque tamen negatiuis, l. 4. §. fin. Prat. quod tamen negat Hoto. in Inſtit affirmans hanc actionem nunquam, niſi aientibus verbis, concipi, Briſſ. plerunque aientibus, interdum negantibus.

CONFESSORIA etiam datur in lege Aquil. de damno dato aduerſus confitentem, l. inde Neratius. 25. § fin. & l. proinde. §. 1. ff. ad l. Aquil. Sic quoque adpellatur ea actio, quæ ex alicujus ad interrogata reſponſione competit, l. fin. ff. de interrogation. Briſſ. Prat.

CONFESSI, vt ait Varro lib. 5. ling. Lat. qui fati id, quod ab eis quæſitum eſt. Patat. in fiſci cauſis pro confeſſis habentur. pacti cum delatoribus, ſi modo pretium vel modicum dederunt. l. 4. ff. de jur. fiſc.

Confeſſus Iuriſconſulto videtur qui monitus tacet. l. de ætate. §. nihil intereſt, § qui tacent. de interrog. actio. Olden. Prat.

CONFESSA res pro clara, manifeſta, & extra controuerſiam poſita. Spieg. Prat.

CONFESSVS (id eſt, qui confitetur delictum) in jure pro judicato habetur, l. 25. de donat. l. 56. de re jud. l. 1. §. 7. ſi quid in

ſtaud. patron. l. 9. de confeſſ. l. 4. in pr. ff. ad l. Iul. Maieſt. Gothofr. ad l. 4. C. de repud.

CONFESTIM varie pro re, hoc eſt, ſubiecta materia accipitur: aliquando, vbi primum potuit, hoc eſt, Prætoris copiam habuit, Vlp. l. 2. §. confeſtim. ad SC. Orfic. Aliquando ſumitur interpretatio ea teſtatoris voluntate, vt ſignificet ſtatim à morte inſtituti. l. cum pater, §. ab inſtituto. ff. de legat 2. Interdum pro decem dierum ſpatio, l. promiſſor. §. 1. ff. de conſt. pecun. Plerunque pro modico interuallo temporis, ſcilicet pro tanto, quanto judex pro tribunali ſederit, l. diuus, ff. de in integrum reſtitut. Quandoque ſine vllo temporis interuallo, l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. ſic accipitur, interprete Vlp. in l. 5. § cum igitur ff. de vi & vi armat. Prat. Confeſtim, id eſt, ſtatim, cui opponitur ex interuallo, ex interiecto tempore. Briſſ.

CONFESTIM, hoc eſt, intra quatuor menſes. Sic interpretatur Bart. in l. Presbyteros C. de epiſcop. & clericis. Old. Prat.

CONFICERE negotium, inſtrumenta emptionum ſuo nomine. Teſtamenta. Briſſ.

CONFICERE rationes apud Vlpian. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & rat. diſtrah. eſt in libru ſcribere rationes actus, & adminiſtrationis. Prat.

CONFICERE ſibi veſtimenta ex lana, l. 31. ff. de donat inter vir. & vxor.

CONFICIT ſtipulatio, l. 1. ff. de verb. ſign.

CONFICERE poſſeſſionem apud Cic. eſt profiteri rem ſuam eſſe, & edere numerum ejus, vel modum, vel æſtimationem apud magiſtratum, vt in cenſu: quod vicaria etiam alterius opera fieri interdum, auctoritatem dū præſtaret, poterat. Prat.

CONFIDEIUSSORES, in l. fidejuſſoris autem. & l. videlicet. ff. de pact. qui ſimul cum alio fidejubent. Prat. Sic Conſponſor apud Cic.

CONFIDENTIAM eſſe vitij, nec Anch. ignorauit, c. 1. circa finem de elect. lib. 9. Fidentia ſemper eſt laudis. Confidens autem, mala conſuetudine loquendi, in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod laudis eſt. Inſulanus idem indicat, quo loco Cicero ſequutus eſt conſuetudinem. Spieg.

CONFIRMARE a defenſionibus ſuis, in l. 5. C. de ingenu manumiſſ.

CONFINARI, vide l. ſi. §. 1. C. de aduoc. diuerſ. judic.

CONFINATI, qui ad loca aſſignata accedere noluerunt, non propterea in crimen læſæ maieſtatis incidunt: ita ſignanter Bal. conſ. 271. quæritur vtrum hi qui indignationem, in 2. li. Dec. conſil. 410. in cauſa mota Mediolani col. vlt lib. 5. Cor.

CONFINES agri dicuntur, qui iiſdem ſe finib. attingunt l. 4 §. non ſolum. ff. fin. reg. Eodem ſenſu

CONFINES fundi, id eſt, vicini, & iiſdem finibus ſe inuicem attingentes, l. 54. ff. de leg. 2.

CONFINIA prædia dixit Paulus l. qui duo. 29. ff. de ſeruitut. ruſticor. prædior. Sed ita tamen, vt linea videantur diſtincta. Prat.

CONFINII appellatione ſignificatur, quo ſe poſſeſſores attingunt. l. 2. §. 1. ver. præterea. ff. de aqua, & aqu. plu arc. l. patronus. §. 1. ff. de leg. 3. l. 7. §. vlt. & l. 8. ff. de acquir. rer. domin. l. vlt. ff. pro ſocio. Ex quibus locis coniunctis deprehenditur, In confinio, & prope confinium idem valere. Confinium porro non intelligitur, ſi via publica flumenve interuenit. l. 4. §. fi. ff. fin. reg. confines à vicinis ſeparat Paulus d. l. 4. quod illi de ruſticis, hi de vrbanis prædijs dicuntur. Trifinium etiam veteres adpellabant eum locum, quem tres poſſeſſores attingebant, ſicut in ea re teſtis Siculus Flaccus lib. de condition. agror. Briſſ. & Prat.

Fons CONFINIS fundo: confinem ſuum celare quid, id eſt, vicinum ſuum: confinia templa: fundi confines plurium fundorum: confinium prædiorum: in confinio meo nata arbor, prope confinium poſita arbor. Briſſ. ea ll. ff.

CONFINIA dicuntur ea, quæ adeo ſibi proxima ſunt, vt nullus medius paries interponatur, ſed vrbana parietibus diſtingui conſueuerunt. Et ideo vbi non poſſunt dirimi fines, occaſione controuerſiarum finitimorum, permittitur judiciū finium regundorum, id eſt, dirimendorum, vel ſeparandorum: quo caſu opus eſt, vt ea alterius prædio alij adiudicandum ſit, & is, qui adiudicatur, pro eo, quod ei adiudicatur, certa pecunia condemnandus eſt. Actio enim finium regundorum habet locum in ruſticis prædijs tantum, in vrbanis autem prædijs locū habere non poteſt, quia vrbana prædia ſibi non ſunt confinia, ſed magis dicuntur vicina. ff. fin. regund. l. 4 §. hoc judicium. Old.

CONFINIUM non intelligitur, ſi via publica flumenve interuenerit, l. 4. §. vlt. ff. fin. reg. & confinium in prædijs ruſticis, dumtaxat dici, non in vrbanis, ibidem traditur. In confinio arbores vel ædificium ponere. Briſſ.

CONFIRMARE eſt alicui juri, vel facto firmitatem præſtare. Pr.

CONFIRMARE acceptilationem, codicillos, judicium, ſtatum liberorum. Briſſ. ex ff. & C.

CONFIRMARE venditionem interdictam, l. 6. C. arbitr. tutel.

CONFIRMATIO, eſt juris prius habiti corroboratio, inter dilectos. de fid. inſtrum. Prat.

CONFIRMARE dicitur etiam, quando ſuperior confirmat factum inferioris & de infirmo firmum facit. Qui enim confirmat aliquid, is non cenſetur dare: l. & quia. ff de juriſd. Paulus l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. ff. de donat. inter vir. & vxor. Quia, inquit, tunc factam donationem confirmare videtur, non incohare nouam. (Sæpe tamen is, qui confirmat, quodammodo dat, vt oſtendit Gœdd. ad l. 130. nu. 4. de verb. ſig.) Ex innouatione priuilegij nouum jus non adquiritur, ſed antiquum (ſi quod habet) conſeruatur, c. cum dilecta. §. ſuper autem. de confirm. vtil. vel inutil. & diſt. 12 c. præceptis: Qui declarat, nihil dat, ſed datum ſignificat, l. heredes palam. §. ſi quid poſt in fin. ff. de teſt. Sic accipi debet tot. tit. de confirm. vtil. vel inutil Old. Prat.

CONFIRMATIO adoptionis, l. 34. ff. de adopt.

CONFIRMATIO ſpecialis, l. 2. C. ſi maior fact. alienan. l. 25. circa fin. C. de donat inter vir. & vxor.

CONFIRMATIONIS ſentētię dies, vide l. 2. C. de vſur. rei judic.

CONFIRMATIO manuum impoſitionem ſignificat, c. 1. juncto c. Spiritus ſanctus, de pœnit. diſt. 5. vbi docetur, quænam ſit ejus vis. Prat.

CONFIRMATIO fit duob. modis: aut in forma cōmuni: aut ex certa ſcientia. In forma communi confirmare dicitur princeps, quādo ſimpliciter abſque aliqua cauſæ cognitione confirmat: & hæc nullum jus tribuit. Ex certa ſcientia dicitur confirmatio, quando fit cum cauſæ cognitione: & iſta facit jus: ita eleganter declarat Bald. poſt Cyn. in l. ex verbis, ad fin. vbi alij ſequuntur. C. de don. inter vir. & vxor. & commendat Decius late circa hoc inſiſtens, in rub. de confirmar. vtil. vel inut. in 3. quæſt. poſt Aod. Sic inter conſilia Alex. conſil. 123. ſcripſi eccleſiaſt. col. 7. ad fin. & ſeq. in 4. lib. & Aret. conſil. 8. abunde col. 1. & 2. Alio etiam modo dicitur confirmatio ex certa ſcientia, videlicet quando tenor priuilegij de verbo ad verbum inſeritur in confirmatione, ita Specul. in tit. de inſtr. edit. 9. nunc autem, verſ. item opponitur. ſeq Aret. conſ. 15. reuerendiſſime pater. col. 2. verſ. præterea certa ſcientia & eſt doctrina memoriæ commendanda, ad declarationem terminorum. Et iſta confirmatio ex certa ſcientia quamuis det robur, non tamen extenditur ad id quod in eo non includebatur, ſecundum Bald. ſing. in l. 3. in fin. C. ſi adu. rem judicat. quem in pulchra quęſtione reaſſumit Cornel conſ. 9. incip. attentis, narratis, in vlt. col. in 3. lib. & moderni in l. more, ff. de jur. om. jud. Niſi addita eſſet clauſula, ex certa ſciētia: quo caſu nō ſolum dat robur actui confirmato, ſed etiam illū extēdit. ita ſing. Bal. in c. pen. col. vlt. verſic. quęro ergo extra, de conſtit. & pro ſing. multum notat & ſequitur D. Iaſ. in d. l. more. in 7. col. verſ. limita ſingulariter, ff. de jur. om. jud. & ſeq. Alex. conſ. 127. viſo, col. pen. verſ. nec prędictis, lib. 4. Alia vero ſimplex cōfirmatio nullum vigorem tribuit, vt etiam in pulchro caſu conſuluit D. Ziliolus inter conſilia Bald. conſ. 135. articulus in vlt. col. in 3. lib. & declarat D. Franciſ. Cur. in repetitio. l. admonendi, col. 22. verſ. quid in priuilegijs. ff. de jureiurando poſt And. Sicul. in loco præallegato. Coit.

CONFIRMATI codicilli, qui teſtamenti vim & autoritatem acceperunt. Briſſ.

CONFIRMATOREM Venditionis vocat Iulianus & vetus interpres, vt M Tullius pro Cluentio confirmatorem pecuniæ, auctorem ſecundum l. 4. ff. de euict. vt auctorem pecuniæ, l. ſi literas. C. mand. Auctor primus eſt venditor ipſe, Cuiac. in expoſitio. No. Iuſti. 4. in fin.

CONFIRMARE apud Calliſtratum, l. 3. ff. de teſtib. non pro adſeuerare, vt putat Oldendorpius, ſed pro ſimul probare accipitur, falſo apud Oldendorpium in Lexico legitur, conformare, vt & apud Spiegelium. Confirmare apud Paulum. l & quia. ff. de orig. jur. ſignificat approbare, & validius & perfectius efficere vt explicat ibidem Bart. Prat.

CONFISCARE ad perſonas refertur l. ſi tutor. §. pen. ff. de tut. vbi tamen confiſcatus accipi debet pro eo, cuius bona confiſcata ſunt, & in ærarium principis coacta. Suetonius in Auguſt. cap. 15. deuictiſque his & confiſcatis promiſſa veteranis præmia ſoluerentur: Idem in Caligula. Prætereuntes (inquit) duos equites locupletes ſine mora corripi, confiſcariq; juſſit. Briſſ Prat.

CONFISCARI eſt fiſco, id eſt, principis ærario applicari, vel in fiſcum cogi. l. fi. de bon. eor. qui ſib. mor l. 4. C. de re mil. Vnde confiſcati bona dicuntur, quæ in fiſcum coguntur. Suetonius in Domit. Confiſcabantur, ait, alieniſſimæ hæreditates, vel exiſtente vno, qui diceret audiſſe, ſe, &c. Vnde fiſcus eſt regius ſaccus, in quem reducuntur bona damnatorum, & proſcriptorum. Vnde dicitur: facta eſt omnium bonorum confiſcatio. Confiſcari Reus dicitur, cuius bona publicantur. Et caſus in quibus poſſunt bona alicuius confiſcari poſt mortem ſuam, vide gloſſ. in l. fin. Cod. ad legem Iuliam maieſtatis. Et qualiter formabatur ſententia, eſt gloſſ. Inſtitut. de hæredi. quæ ab inteſta. §. per contrarium. Olden. Pratei. Primi vero qui per calumnias & iniquas interpretationes multa fiſco in Imperatoris gratiam vendicarunt, fuere Pal-

pburius

phurius & Armillauus. Vnde Iuuen. Satyr. 4.

Si quid Palphurio, ſi credimus Armillato,
Quidquid conſpicuum pulchrumque ex æquore toto eſt,
Res fiſci eſt vbicunque natat.

Corraſ. Miſcel. lib. 9. c. 19.

CONFISCARE. Aſcon. Quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quam priuatæ, factum eſt, vt fiſcus pro pecunia, & inde confiſcare dicatur. Quamuis, Inſulano teſte, à quibuſdam deuiatur verbum Confiſcare, potius ſcribentibus, in ærarium publicum redigere, vel fiſco applicare: tametſi Plin. in Panegyrico ad Traianum, diſtinguit Ærarium & Fiſcum. Cic. vſus eſt verbo publicare, pro confiſcare, exempla idem in Obſerua. ſuis indicat. Catanæus non negat interdum confundi, monens tamen: Viderint, inquit, qui crediderunt ærarium & fiſcum idem eſſe. Spieg.

CONFISCATIO expreſſa & tacita differunt, vide l. 3. C. ſi pendent. appell.

CONFISCATIO non fit peculij caſtrenſis, filio in poteſtate deportato, l. 3. vbi Gothof. C. de bonis proſcriptor.

CONFITERI. Donatus in Adelph. Terent. confiteri & indicare ita diſtinguit: Indicat, inquit, is qui de ſe volens aliquid & de alijs etiam prodit. Sed confitetur, qui de ſe tantum, & qui inuitus. Interpretantam ad eam, quæ à volente fit, quam quæ per tormenta exquiritur, confeſſionem referunt. Vide Gloſ. in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de vi. ſuper verbo, Confeſſionibus Porro obſeruarunt eruditiores nonnulli, verbum Confiteri à Cicerone aliiſque frequentius ita vſurpari, vt dicant, confiteri de ſcelere, non ſcelus: quemadmodum accuſare, defendere, damnare de furto, de repetundis, de ambitu, dicimus. Spieg.

CONFITETVR, pro ia confeſſo eſt, in l. à Diuo. 15. §. ſed vtrum. 9. ff. de re judic. Briſſ. in lib. parerg.

CONFITERI etiam eo intelligitur, qui paciſcitur, l. 15. ff. de his qui not. infam.

CONFITERI de intentione aduerſarij, in ſe, voce propria ſcelus. Briſſ. ex ff & C.

CONFITERI intelligitur etiam is, qui ſubſcripſit. Gothofr. ad Auth. offeratur C. de lit. conteſt.

CONFLAGRA Feſto lib. 3. loca dicuntur, in quæ vndique confluunt venti. Spieg. Prat.

CONFLARE æs alienum, translatitie pro contrahere debitum, facereque ſe debitorem alienæ pecuniæ. Old. Prat.

CONFLARE proprie eſt æs ad informem maſſam reducere: non autem in ſignatam pecuniam redigere, vt Oliuerius & Arceoſius Valerij interpretes exiſtimarunt, in loco infra citato: quod Suetonius aperte demonſtrat, qui ſcribit, Auguſtum argenteas ſtatuas olim ſibi poſitas conflaniſſe omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit. Præterea id etiam probatur ex Iuſtin. verbis in ea Conſt. καὶ διαπωλήσειν τὰ σκεύη τὰ ἄλλως ἀναγκαίαν χρείαν ἔχουσι πωλῶν, ἢ χωνεύειν ἢ ὁμοίως πιπράσκειν, Vaſa ſuperuacanea inuenta, vel alijs ſacris locis, iis indigentibus vendere, vel conflare & ſimiliter vendere. Accedit, quod verbum χωνεύειν, quod vſurpat Iuſtinianus, apud Græcos pariter eſt, metallum fundere, & liquidum efficere, non autem pecuniam ſignare, vt in Græcis ſcriptoribus, ac præcipue in ſeptuaginta interpretibus ſæpe legitur. Exempli gratia in c. 26. ἐξόδου, & cap. 22. Ἰεζεκιήλ, ſcribit Sozomenus, vt habetur hiſtoriæ tripartitæ lib. 5. c. 37. Cyrillum Hieroſolymorum Pontificem, cum vehemens penuria eam prouinciam inuaſiſſet, vt populi inopiam ſubleuaret, vaſa ſacrataque vela vendidiſſe. Legitur etiam eiuſdem hiſtoriæ li. 11. c. 56. Acacium Amidæ Pontificem ſacra vaſa conflauiſſe, quo Perſas captiuos à Romanis redimeret: Dicebat enim, Deum non indigere huiuſmodi vaſis, qui neque biberet neq; comederet. Tradit quoque Victor de perſecutione Vandalorum lib. 1. Carthaginenſem Pontificem, vt captiuos à Vandalis & à Mantia liberaret, omnia vaſa aurea & argentea vendidiſſe. Nec abſque talibus neceſſitatibus res ſacræ alienari debent, quemadmodum C. Marius & Cn. Carbo feciſſe leguntur, quos cum Sylla diſſidentes, refert Valerius Maximus lib. 7. c. 6. aurea atque argentea templorum ornamenta conflauiſſe. Ferrand. lib. 2. explicationum in l. ſancimus nemini. C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. t.

CONFLARE argentum, lancem: conflata maſſa: conflato ære & argento meo. Briſſ. ex ff.

CONFLATÆ arbores, pro ruptis. in l. ſi dominum. § item apud ff. de dam. infect. Spieg.

CONFLATA maſſa, conflatum aurum. Briſſ.

CONFLATVM vas, id eſt, compoſitum. Inſtit. de rer. diuiſ. §. ex aliena Spieg.

CONFLICTVS magnus, l. 7. C. commination. epiſt.

CONFLICTVS criminis, l. 17. C. de his qui accuſar. non poſſ.

CONFLVIT in vnius perſonam obligatio, l. vltima. §. vltimo. de nouatione.

CONFLVENS, eſt alueus, in quem duo pluraue flumina conueniunt. Spieg.

CONFOEDATI, apud veteres dicebantur fœdere coniuncti, Bundtgenoſſen. Vide Feſtum. Spieg.

CONFORMARE, pro aſſeuerare, l. teſtium, ff. de teſtib. De hoc verbo vide quæ referuntur à Gloſſ. in l. & quia, ff. de iuriſd. om. jud. Bart. pro conſeruare, idem verbum exponit in extrauag. de Treugo. c. 1. Spieg.

CONFRATER, nihili vox eſt: pro eaque dicendum, frater vel conſors. Inſulan. monuit. Spieg.

CONFRINGERE nauim, id eſt, naufragium facere. Spieg.

CONFRINGERE fores ædificij. Confractæ arbores. Briſſ. ex ff.

CONFVGAM interpretamur eum, qui ad aſylum & eccleſiam confugit, l. præſenti 5. C. de ijs qui ad eccleſ. confug. l. ſi quid 22. C. de epiſc. & cler. Prat.

CONFVGERE ad ædem ſacram: ad auxilium commune: ad eccleſias: ad juſtã defenſionem: ad ſtatuas: in fidem. Briſſ. ex ff & C.

CONFVNDERE, id eſt, commiſcere. §. ſi duorum. Inſtit. de rer. diuiſ. vt confundi pro commiſceri, apud Iuriſconſ. Quorum exempla Alber. indicat. Spieg.

CONFVNDENDVM dolo malo argentum curare, vide Paulum in l. 4. ff de rei vendic. Spieg.

CONFVNDERANT, pro confuderant, in l. 31. ff locat. Briſſ. in lib. parerg.

CONFVSA maſſa, confuſæ materiæ: confunditur dos cum bonis; fructus cum vſu, partes reditus duorum prædiorum: confuſæ actiones Briſſ. ex ff. & C.

CONFVSIO calculi, bonorum, rei cum pecunia: confuſionis jure liberatus. Briſſ. ex ff.

CONFVSA conſtitutum pretium, l. 36. de ædil. edict.

CONFVNDI id dicimus, quod alij ita commiſcetur, vt ſeparari & deduci non poſſit, aut certa difficilis ſit eius ſeparatio, l. 3. §. fin. & l. ſeq. ff. de rei vendic. & §. ſi duorum. Inſtit. de rer. diuiſ. Briſſ Prat.

CONFVNDI iura dicuntur, quæ in eandem vel rem vel perſonam inciderunt. Prat.

CONFVNDI obligatio dicitur, quoties in eandem perſonam & creditoris & debitoris jus deuenit, id eſt, cum vel debitor creditori, vel creditor debitori heres extitit, l. debitori 50. ff. de fideiuſſ. l. licet. C. ad l Fal. l. 75. §. vlt. de jur. fiſc. l. 8. & 17. de his quæ vt indig. l. vlt. C de contra. jud. tut. s. §. cum quis. de hæred. vend. l. 5 C. de hered. act. Fit etiam debiti confuſio, quando alter correorum debendi alteri heres eſt, l. ſi duo. 93. ff. de ſolut. Hinc dicit Paul. in l. 41. ff. de euict. Cum debitor creditori ſuo heres extiterit, ratio quædam inter heredem & hereditatem ponitur, & intelligitur maior hæreditas ad debitorem peruenire: quaſi ſoluta pecunia, quæ debebatur hereditati: & per hoc minus in bonis heredis eſſe. Et ex contrario (cum creditor debitori ſuo extitit heres, minus in hereditate habere videtur, tanquam ipſa hereditas heredi ſoluerit. Prat. ex Briſſ.

CONFVNDVNTVR ſeruitutes, quando vtriuſque prædij & quod ſeruit, & cui ſeruitus debetur, idem dominus fit, l. 1. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. Confundi etiam eas totiens dixit Iauolen. l. cum ſeruitus, 15. ff. eod. quoties vti ijs is, ad quem pertinent, non poteſt: vt in propoſita ibidem ſpecie oſtenditur, Prat.

CONFVNDI dicitur vſusfructus, cum fructuarius proprietatem aſſecutus eſt, l. 4. ff. vſufr. quemad. cau. l. ſi fructuarium, 6. ff. de manu. vindic. Velut ſi fructuario noxæ à domino proprietatis ſeruus fructuarius datur, quia eius eſſe incipit, confuſione dominij ſeruitus extinguitur, l. 27. quib. mod. vſusfr. amit. Briſſ. Sic &

CONFVNDI actiones dicuntur, quæ miſcentur inter ſe, l. qui ſeruum, 34. §. fin. ff. de oblig. & action. Accurſ. tamen ibidem explicat confundi, & miſceri, hoc eſt, tolli. Tu rem expende. Prat. Briſſ.

CONFVSA, quo diſtent à commiſtis, gl. differit in l. ſi frumentum, §. idem ſcribit, ſi ex melle. in fin. ff. de rei vendic. Albericus.

CONFVSVM jus, vide l 4 §. 10. C. de bon. libert.

CONGERERE terram. ſtercus in aream.

CONGERVNTVR refectioni neceſſaria.

CONGESTIO terræ, Briſſ. ex ff.

CONGIARIVM, ſportula erat, quam diurni cibi nomine comitibus, anteambulonibus, aſſeclis ſtipatoribuſque ſuis, potentiores ciues diſtribuebant. Congium, vini menſura, ſextarios ſex capiens. Paul. de fund inſtr. l. tabernæ. Vnde, inquit, arcæ, & cõgiaria, ſextaria Nebr. Vide Donarium, & Periſſeuma. Sp.

CONGIARIA inter cauponariæ tabernæ inſtrumẽta recẽſet Paulus l. tabernæ, ff. de inſtr. vel inſt. leg. Græcis χοῦς Polluci l. 10. c. 20. inter vaſa vinaria connumerantur. Congiarium autem eſt vas congij vnius, hoc eſt, ſextariorum ſenum capax: menſuræ igitur genus eſt Fabio l. 6. c. 4. & vide Ang. lib. 1. c. 11. Prat.

CONGIARII quoque verbo continetur munus, quod Imperator populo dabat, Alex. ab Alex. lib 5. cap. 24. Principales etiam liberalitates, in l. patronus, ff. de legat. 3. congiaria interpretatur Cuiacius, vel autoribus gloſſis antiquis, quæ congiarium ſcribunt, in legibus liberalitatem appellari, his verbis: congiarium [illegible]. Cujac. obſer. 3.

ro cap.17.in fin.& Gothofr.ad d.l patronus,15.in princ.

CONGLVTINATI libri apud Vlp.item malleati & ornati,de legat 3.l.librorum 52 §.5.Spieg.

CONGREDI cum aliquo,& contra aliquem,eſt judicio conſiſtere:ita congredi creditores ait l.1.ff.de ſucceſſ.edict.cum venditore congredi in judicio.Briſſ.

CONGRESSVS & congreſſio, ſunt infra conſuetudinem aſſiduam,& minus quiddam quam familiaritatem ſonāt.Exemplum habes apud Inſulanum è Cicerone petitum.Spieg.

CONGRVA pœna,vide l.7.in fin.C.de repud.l.2.C.de his qui latron. Congrua vltio, in l.18. C.de his qui accuſat. non poſſ. Congrua ſeueritas.l.19.C.de pœn.

CONGRVERE,id eſt,conuenire. Sic congruit voluntas mulieris pudicitiæ:& patris voto,ſummis.Briſſ.ex ff.& C.

CONGRVVM rationi, & cum ratione, fidei naturæ, voluntati: congruens juri ſententia, reſponſio: congruentes honores. Briſſ.congruit bono præſidi, id eſt,conuenit: congruit dicto, rationi, illi,& cum illo: congruunt ſomnis: congrua, congruenter,congruentius reſpondere.Briſſ.ex ff.& C.

CONIACTIONEM cauſę,in l.1.ff.de diuerſ.regul.jur.explicat illatiue Aſconius cauſę in breue coactionē.quod enim per ſpecies ſingulas obſeruatum erat, in breue cogi, regula quod ex XII Tab.deſcēdit Harmenopulus li.6.legit συνθεσμὸς id eſt, cōiunctio,vt & Ioan Placētinus indicāre Accurſ. In d.l.1.Prat. Coniectio autem cauſæ quid ſit,declarat Aſconius:Quum,inquit, in rem aliquam agerēt litigatores,& pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem:qui dabatur poſt trigeſimum diem (legendum autem & corrigendum arbitror,Poſt tertiū diem) quo dato,deinde inter ſe perendinum diem, vt ad judicium venirent, denuntiabant:quo quum eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per judicem exponebant: quod ipſum dicebatur cauſæ coniectio, quaſi ſit cauſæ ſuæ in breue coactio: hæc ille. Coniectionem autem non pro coniectu, ſed pro coniectura dictam opinor:item vt Queſtio apud eundem, pro Quæſtura, quaſi vnde de tota diſceptatione judex conijciendi facultatem habeat: vt ergo cauſæ coniectio rem ſtrictim & anguſte continet: ſic regula id, quod juris eſt, breuiter ſummatimque complectitur. Hinc illud apud Gellium li.5.c.10 Et quum ad judices conijciendæ conſiſtēdęque cauſæ gratia veniſſet:& quę ſequuntur.Et apud Afranium,vt Nō. Marcellus refert:cauſam cōijcere apud te volo:ambo adeſtis: profuturos arbitror.Hoto.& Turneb.aduerſ.li.17.cap.15 &c.

CONIICERE cauſam, forenſe verbum eſt, vt ſcribit Duarenus lib.1.c.46.nec aliud ſignificat, quam cauſæ argumentum judici,apud quem agenda eſt,ſummatim exponere.Prat.

CONIICERE vina in dolia:conijci in vincula Briſſ.ex ff.

CONIECTIO etiam apud Apuleium in nuptialibus pactis, pro pacto ſumitur.Prat.

CONIECTVRA. Hac exquirimus ſit ne in rerū vniuerſitate res ea,de cuius natura quæritur: deinde quæ ejus origo, cauſa ac immutatio: vt ſitne Ius gentium, quæ ejus origo,quæ cauſa à jure naturali diſſentiat.toto titul.ff.& Inſtit.de juſtit. & jur. Habetur autem coniectura (quatenus ad forenſem vſum attinet,potiſſimū in his,quæ clandeſtina ſunt) potior,quam ſtricta verborum ſignificatio,l.cum proponebatur,de leg.2. Vide l.continuus, § cum ita, ff.de verb. obl. & l.apud antiquos.C. de furtis. Quibus vero ex cauſis aſſumatur, colligit Alciatus mox ab initio commentariorum de verborum ſig Spieg.

Per CONIECTVRAM, in l.21.C.de furt. id eſt, contrario ſenſu. Brederod.in lexic.

CONIECTVRA capi.Briſſ.

CONIECTVRA pietatis,voluntatis Briſſ.ex ff.

CONIVGATA,vt ſcribit M.Cicero in Topic.dicuntur,quæ ſunt ex verbis eiuſdem generis. id eſt, quæ ab vno orta, variè commutantur hoc eſt, in diuerſas vocabulorum ſpecies inflectuntur: vt, juſtitia,juſtus,juſte,juſtum,juſtitiarius.Old.Hæc verborum coniugatio Græcis συζυγία dicitur, ex qua huiuſmodi eſt argumentum, auctore M.Tullio. Si compaſcuus ager eſt, jus eſt cōpaſcere.Hæres ſuccedit in vniuerſum jus defuncti, l.cum hæres, ff.de diuerſ.& tempor.præſcr. Itaque hereditas eſt ſucceſſio in vniuerſum jus, quod defunctus habuit,l. hereditas,ff.de reg. jur. Sed hoc argumentū probatione indigere ſcribit M.Fabius l.5. Inſt. Orato c.10.& Gœdd. id fallax eſſe,ad l.46.ſ..n.2.& l.85.n.2.de verb.ſig.Prat.& Old.

CONIVGES Iſidoro lib.9. Etym.c.7. verius adpellantur à prima deſponſationis fide quamuis adhuc ignoretur inter eos conjugalis concubitus: quam explicationem refert diuus Auguſtinus lib de bono coniug & vide cap.coniuges,cap.coniunx, &c. priuſquam, 27. quæſt. 2. Coniunctio igitur animorum non corporum ſpectatur. Nuptias enim non concubitu, ſed conſenſu fieri Vlpia. ait,l.nuptias, ff.de diuerſ. reg.jur. Prat. vide infra Coniux.

CONIVNCTA adpellantur, qui non liberorum procreandorum, ſed continentiæ cauſa conueniunt, c.vlt. 32.q.2. vbi pro incontinentiæ, legendum continentiæ, vt & Albericus recte legerat.Prat.

CONIVNCTÆ tabernæ appellatione contineri putat Albericus cas,quarum vna ſuperior, alia inferior eſt: non putem tamen ſignificationem latiſſimam à S.Iuliano l.1.ff. de ſeruit. legat. perſtrictam. Coniunctas itaque tabernas ita accipiendas exiſtimarim, quæ ſimul junctæ ſint, quæve vna contignatione coniungantur.Prat.

CONIVNCTE ſtipulari, l 137.§.ſi vt aliquid.ff.de verb.oblig.

CONIVNCTIO triplex eſt; aut re, aut verbis,aut re & verbis ſimul.l.142.ff.de verb.ſign Briſſ.

CONIVNCTIO legatorum datione aut per ſe contingit, aut re & verbis, aut verbis tantum,Briſſ.vlt.edit.

CONIVNCTI re videntur heredes, vel legatarij vel vſufructuarij,cum duobus eadem res ſeparatim relicta eſt, idque re ipſa non verbis appareat eos jungi ad communicandam, partibuſque ex concurſu æſtimandis, veluti, Titio fundum talem do lego, Sempronio eundem fundum relinquo, l.coniunctim & l.re coniuncti.ff.de leg.3. ijdem etiam diſiuncti vocantur, l.vnic.§. ſin autem diſiunctim. C.de cadu. tol. Bar.d.l.re coniuncti 4.oppoſ.Old.Prat. Briſſ.

CONIVNCTI verbis, non etiam re cenſentur, cum pluribus res eadem partibus definitis legata eſt: Siue qui eadem oratione partibus factis coniunguntur: vt, Titio & Seio æquis partib. fundum Titianum do lego d.l re coniuncti.Old.Prat.Briſſ.

CONIVNCTI re & verbis ſunt, quos & nominum & rei complexus iungit; vt, Lucio & Seio fundum Sempronianum do lego,l.triplici modo ff de verb.ſign.Old.Prat Briſſ.

CONIVNCTI qui, & quot modis videantur,vide Gothofr.ad l.1. in princ.ff.de vſufruct adcreſc.

CONIVNCTARVM, vel coniunctiſſimarum perſonarū appellatione veniunt liberi & parentes.Gothofr.ad l.27.C.de don.

CONIVNCTIO, id eſt, matrimonium, in l.5. vbi Gothofr.C.de inſtit.& ſubſtit.& l.8.C.de nupt.

CONIVNCTIONES, pro nuptijs: coniunctio filiæ: filia alicui coniuncta: coniunctio illicita. Coniunctio etiam de ſeruili contubernio dicitur,l.39.de jur.dot.Briſſ.ex ff.& C.Matrimonio coniungere,& coniungi.Briſſ ex C.

CONIVNCTIO etiam propinquitatem perſonarū denotat Conjunguntur ſibi, qui aliquo cognationis gradu ſibi junguntur: coniuncti per virilis ſexus cognationem, per adoptionem: coniuncti notitia: coniuncta & extranea perſona, ſibi opponuntur. Briſſ.ex ff & C.Litora fundo coniuncta, l.51. de contrah.empt.

CONIVNCTIO pro articulo, quo oratio coniungitur, l.66. ff.de hered.inſtit Et ita Cōiunctio & Diſiunctio opponuntur Briſſ.

CONIVNCTIONVM, Aut, Vel, ſiue, Ve,ac ſimilium, certam eſt eā cenſeri poteſtatem,vt ſenſum orationis diſiungant. Quemadmodum coniunctiones,Et,Ac,Quoque,Que,Atque,regulariter copulant Et eam quidem ſignificationem verborum naturalis ratio ſuppeditat,quia ad hoc ſunt inuentæ coniunctiones,vt aliquid copulent cum alio,aut diſiungant ab alio Inſtit.de leg.§ ſi eadem res. Verum in jure talis verborū ſignificatio nonnunquā inuertitur ex re; idq; mens proferentis, vel rerū qualitas, vel alia ratio extrinſecus vrgens ſuadet,vt tractat eleganter Paulus in l.53.ff.de verb. ſign. ſæpe ita cōparatū eſt,inquit,vt coniuncta,pro diſiunctis accipiātur & diſiuncta pro conjunctis,interdum ſoluta pro ſeparatis. Nam cū dicitur apud veteres, Adgnatorū gentiliumque: pro ſeparatione accipitur. At cū dicitur,Super pecuniæ tutelęve ſuę, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. Et cum dicimus, Quod dedi aut donaui, vtraque cōtinemus. cum vero dicimus, Quod eum dare facere oportet: quoduis eorū ſufficit probare. Cum vero dixit prętor, Si donū,munus,operas redemerit: ſi omnia impoſita ſunt certum eſt omnia redimēda eſſe. Ex ſe ergo pro coniunctis habentur. Et ſi quædā impoſita ſunt, cętera nō deſiderabuntur. Verba item, Ope,Conſilio,alias ea ſententia cōiungentium,alias ſeparantium accipienda ſunt: ſed verius eſt, ſeparatim accipiēda. Rationem ibidem adſert Paulus, & vide l.qui ſeruo.ff. de furt.& l.proinde, ff de cond.furt.Old.Prat.

CONIVNCTIONEM eius nonnunquam pro diſiunctione accipi Labeo ait, vt in illa ſtipulatione, Mihi heredique meo, te heredemque tuum. Paulus in l.coniunctionem, ff.de verb.ſign. Prat Oldend.

CONIVNCTA & Diſiuncta oratio opponuntur. Briſſ ex ff.

CONIVNCTIONIS diſiunctiuæ effectus varie intelligitur,& dignoſcitur, vt ex ſubjectis adparebit, alias ex adiectis intelligitur clauſulis, l.pleruunque interest. §.finali. ff.de jure dotium. Siquidem fuerit adiectum, vtrum mulier velit, ipſa eliget.Alias vero ex ipſo contextu orationis effectum ſeparandi nō difficulter intelligimus:ſcilicet perpendentes quid diſiungat. Alias diſiungit,vt relinquatur arbitrium eligendi,l.prima §.expilatores, ff de effractoribus. In opus publicū vel perpetuum, vel temporarium, l.quicunque. C.de ſeruis fugitiuis, Eum cum alio pari, vel viginti ſolidis reddat. Alias coniunctio diſiunctiua non ſeparat, ſed coniungit.l Lucius 85. ff.de heredibus inſtituendis: Aut (quod abominor) prius morietur, quam meam hereditatem adierit, aut filium ſuumve ex ſe natum

natum. Paulus l. ſi quis, ff. de aur. arg. mund. Si quis, inquit, ita legauerit, Vxori meæ mundum, ornamenta, ſeu quæ eius cauſa parati, do lego, placet omnia deberi: ſicut cum ita legatur. Titio vina, quæ in vrbe habeo, ſeu in portu, do lego, Hoc enim verbum, ſcilicet SEV, ampliandi legati gratia poſitum eſt, l. Quintius Mutius, ff. eodem tit. Plane ſi ita legatum fuerit, Vaſa, aut veſtimẽta, aut quæ vxoris cauſa parata ſunt, tunc æque erit vera Quintij Mutij ſententia, l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. Si filius vel filia inteſtatus vel inteſtata, vel etiam ſine liberis, vel ſine nuptijs deceſſerit. Old Prat.

CONIVNCTIO disiunctiua alias disiungit actionem, obligationem, conditionem, vel ſolutionem, l. plerunque intereſt, §. fin. ff. de iur. dot. Verum conuenerit, vt aut æſtimatio, aut res præſtentur, l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit, ff. de verb. oblig. At ſi ſic, Dabis, ſi nauis venerit, aut Titius conſul factus ſit: ſufficit vnum factum. Et contra: Dabis, Si nauis non venerit, aut Titius cõſul factus non ſit: ſufficit vnum non factum eſſe, l. cum illud aut illud legatur. Enumeratio plurium terũ disiunctiuo modo comprehenſa, plura legata non facit, ff. quando dies legati, ſi ita quis ſtipuletur, ff. de verbor. obli. Siue nauis ex Aſia venerit, ſiue Titius conſul factus fuerit, vtra prius cõditio extiterit, ſtipulatio cõmittitur. Alias disiungit, vt vnicuique jus proprium diſpartiãt, diuerſis caſibus. l. vbicunque reus, ff. de fideiuſſ. Aut jure, aut exceptione liberandum, l. ſed & ſi deceſſerit. ff. de bono. poſſ. cont. tab. Secundum tabulas: vel contra tabulas, l. 3. C. de cond. ob cauſ. Vel vt donatori, vel eius hæredi. Alias disiungit, vt in vnoquoque idem jus locum habeat, licet diuerſa ſint. Nouel. de Eccleſiaſt. diuerſ. cap. § Si quis eum diuin. Conſti. 123 Legis vigorem vel transgreſſus fuerit, vel non vindicauerit, l. 1. ff. ad l. Pomp. de parrici. Patronum occiderit, cuiuſve dolo malo id factum erit. l. 1. in prin. ff. ad l. Corn. de falſis. Acceperit, pactuſve fuerit. Alias neque disiungit, neque coniungit, propter aliquam extrinſecus accedentẽ rationem, l. fin. ff. de verbor. oblig. cum mihi aut Titio ſtipulor: dicitur aliam quidem rem in perſonam meam, aliam in Titij deſignari non poſſe, veluti mihi decem, aut Titio hominem, l. ſi ita ſtipulatus, ff. eod. tit. ſi ita ſtipulatus fuero, decem aut quindecim dabis: decem debentur. Item ſi ita, poſt annum aut biennium dabis: poſt biennium debentur. Old Prat.

CONIVNCTIONES aliæ juſtæ ſunt & licitæ, aliæ licitæ non iuſtæ. Iuſtæ & licitæ ſunt, quæ legitimæ ſunt & juri ciuili congruæ vt ſunt nuptiæ. Licitæ non juſtæ, quæ permittuntur tacito ciuili jure, vt eſt concubinatus, &c. Rurſus ex coniunctionibus licitis, aliæ licitæ ſunt & honeſtæ ſimul, aliæ licitæ quidem, ſed non honeſtæ, &c. Ræuardus, l. Semper in coniunctionib. ff. de reg. Iuris.

CONIVNCTIONES virginum, l. 18. C. de nupt.

In CONIVNCTIONEM peruenire, vide l. 2. C. de ſponſ. & arris.

CONIVNCTIM hæredes inſtitui, aut coniunctim legari, hoc eſt, totam hæreditatem, & tota legata eſſe ſingulis datã, partes autem concurſu fieri, l. coniunctim, ff. de leg. Prat. Old. Briſſ.

CONIVNCTIONIS jus ex diuerſis teſtamentis non contingit. Briſſ.

CONIVNCTIM cum aliquo inſtitutus: cui opponitur Disiunctim, ſeparatim Briſſ. ex ff.

CONIVNCTIM plures conditiones hæredi datæ ſi ſint: omnibus parendum eſt, quia vnius loco habentur. Sed ſi disiunctim ſint cuilibet, l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſtit. Old. Prat.

CONIVNCTIM legare in libris noſtris vt plurimum eſt re, & verbis coniunctis legare, l. 33. & l. 4. §. ſi coniunctim, ff. de leg. 1. l. 1. ff de vſufr. accreſc. Nam re coniunctis ſeparatim & disiunctim legari potius dicitur, quam coniunctim, d. l. 1. §. interdum. §. ſi eadem res. Inſt. de leg. d. l. 33. l. 61. de hæred. inſtit. adde l. 16. & l. 87. de leg. 1. l. 80. de legat. 3. Briſſ.

CONIVNGERE matrimonio, l. 13. C. de poſtlim. reuer. coniungi matrimonio, l. 16. C. de nupt.

CONIVNCTI ſibi dicuntur, qui aliquo Cognationis gradu ſibi junguntur. Briſſ.

CONIVNGI iudicio, l. 23 §. vlt. ff de lib. cau.

CONIVRATIO, id eſt, ſceleratiſſimum conſilium, vide l. 8. in pr. C. ad Iul. Maieſtat.

CONIVNX, & coniugium, à communi jugo dicuntur: metaphora ducta à bubus, eodem aſſuetis jugo, quos poſteaquam concordes reddidit aſſuetudo, commode ferunt jugum: hæc Eraſmus. Et Laur. Abſtemius de Obſcurioribus, ſentit Græcorum exemplo potius à coniugo, quam coniungo, Coniunx deriuatum eſſe, & n literam in extremo nominatiui ſyllaba non habere Spiegelius, & ſupra Coniuges.

CONLVCARE Feſto lib. 3. dicebant, cum profanæ ſiluæ rami deciderentur officientes lumini. lib. vero 16. ſcribit Conlucare eſt ſuccisis arboribus locum implere luce. Comparatum olim fuit edictum De conlucandis arboribus, extat in eam rem Prætoris edictum l. 1. in pr. ff. de arbor. cæd. Sublucare vero dicebant, eodem Feſto auctore, ramos ſupputare. & velut ſubtus lucem mittere, quo verbo vſus eſt Paulus lib. 5. Sent. tit. 6. quo pertinere videtur alterum Prætoris edictũ, quod extat l. 1. § deinde, 4. Veteres edixerunt, De ſublucandis arboribus. Briſſ. Prat.

CONNEXA vocantur, quæ licet inter ſe diuerſa, junguntur tamen ad aliquem juris effectum, vel priuato hominis arbitratu, vel publica legis authoritate, nec refert vtrum connexa nuncupemus, an commixta, vel coniuncta. Old.

CONNEXA adminiſtratio, l. 11. C. arbit. tutel. Connexa ratio, i. cohærens, coniuncta connexi inter ſe ſanguine. Briſſ. ex ff.

CONNEXVM judicio, ædificijs, Briſſ ex ff.

CONNEXVM in Pandectis Florentinis ſcribitur Connexum, dicitur quod cohæret, coniunctumque eſt. Briſſ.

CONNIVENTIA, eſt patientia accommodantium, ac videre ſe diſſimulantium. Pro conſenſu accipi in l. quiſquis. C. de poſtul. putant Alberic. Spieg. & Oldend. poſt Accurſium in d. l. quiſquis. Equidem priore ſignificatione accipiendum exiſtimarim, quod & ipſa indicant verba. Prat.

CONNIVENTIBVS oculis, prouerbialiter dixit Vlpianus l. 4. ff. de manumiſſ. vind. gene. hoc eſt per diſſimulationem, quod prouerbialibus connumerat Alciatus lib. 3. de verbor. ſignif. Spieg. Prat.

CONNVBIVM, vel vt in Pandect. Florent. ſcribitur, Conubium; eſt vxoris jure ducendæ facultas. Vlp. præterea addit tit. 6. Regul. Connubiũ habent Ciues Romani cum ciuibus Romanis: cum Latinis & Peregrinis ita, ſi conceſſum ſit. Cum ſeruis nullum eſt Connubium. Inter parentes, & liberos, infinite, cuiuſcunque gradus, Connubium non eſt Briſſ. vide infra.

CONNVBIVM, jus legitimi matrimonij, inquit Seruius. D. Paulus cõnubij honorabilis nomine, innuit thorũ immaculatũ, hoc eſt, vt ipſe ille corporum cõtactus, qui vitari nõ poteſt (vt verecũde dixit magnus noſter Eraſmus) ſit caſtiſſimus. nã quicquid pertinet ad abominandas libidinum ſpecies, nec maritus jus habet ab vxore petẽdi, nec vxor tenetur obſequij lege. Sp.

CONNVBIVM, inquit Vlp in epit. tit. 5. eſt vxoris jure habendæ facultas, vbi inter quos jus eſſet, docet. Hoc etiam explicat alibi Briſſ. Lex quoq; 12. tab. prohibebat patricios cum plebeis connubia contrahere, ſicut in ea re teſtis eſt Halycarn. Et non eſt Connubium cum alio. Connubium adimi. Briſſ. ex ff.

CONNVBIVM habere, i. nuptias cõtrahere, l. 1. C. de inceſt. nup.

CONNVBIVM & contubernium differunt, vide l. 3. & ibi Gothofred. C. eod.

CONQVIRENDI intentio. l. 9. C. de poſtlim. reuerſ.

CONQVIRAT, varie in jure noſtro pro re accipi ſolet Apud Vlpianum l. congruit ff. de offic. præſid. ſignificat diligenter quærere & inueſtigare. Sic eodem ſenſu apud M. Cic. in 3. Verrina. Quum vndique homines nequiſſimos conquiſiſſet: Significat etiam coercere Feſto. Theodoſius vero & Valentinianus Impp. l. 8. C. Th. de leg. hæred. poſuerunt pro acquirere, ſicque in C. Iuſtinianeo. l. mater C. ad Senatuſc. Tertu. ex C. Th. exſcripta legendum, vt & manuſcripti C. habent. Prat.

CONQVIRERE fugitiuos l. vlt. ff. de off. præf. vigil. id eſt, inquirere, & requirere. Conquirere fures, latrones, Plagiarios, Sacrilegos. Conquirere librum. Briſſ ex ff.

CONREVS, qui vna reus ſeu obligatus eſt, l. 3. §. nunc de effectu. ff. de lib. legat. alij legunt Correus. Hinc tit. ff. & C. de Correis debendi. Prat.

CONSANARE, pro ſanum effici, dixit Vlpia. l. idem Ofilius. 10. ff. de ædilit. edict. in quibuſdam exemplaribus legitur conſolidauerit: conſolandi tamen verbo vſus eſt Columella lib. 4. c. 14. Prat. Haud tamen ſcio an in d. l. 10. vnica literula ſublata verius conſanuerit legeretur. Hot.

CONSANGVINEI fratres dicuntur de vno patre nati, vt Caius li. 2. Inſtit tit. 8. definit generalius Caſſius in l. 1 §. conſanguineos. ff. de ſuis & legit. qui ſanguine inter ſe connexi ſunt. Conſanguinitatis enim jura à patre oriuntur. l. 4. ff vnde cognat. Nec refert eademne matre, an ex diuerſis geniti ſunt. l. 3. C. de legit. tut. l. 1. l. 3. & l. 6 & l. 14. C. de legit. her. l. 1. C. ad SC. Orphitia. l. 4. C. commu. de ſucceſſ. Id quod Iuſtinia. ſenſit in Inſtit. de legit adgn. ſucc. vbi Theoph. οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς τεχθέντες ἀδελφοὶ ἰδιαζόντως λέγονται κονσαγγουΐνεοι, ἀλλήλοις δὲ ὁμαίμονες. Sic cõſãguineũ interpretor in l. 1. §. vlt. & l. 2. §. ſi conſanguinea. l. 6. & l. ff. ad Tert. l. 4. ff de lib. adgn. Briſſ.

CONSANGVINEI, ait Prat. proprie dicuntur ſoli fratres ſororeſve ex eodem patre prognati, prognatæve, qui capite minuti non ſunt. l. 3. C. de lib. tut. §. 1 §. cæterum. Inſt. de leg. agn. ſucc. Vel etiam qui in eiuſdẽ patris poteſtate ſunt, etiamſi ex eo progeniti non ſint, veluti quæſiti per adoptionem, vel vnus adoptiuus, alter naturalis: eademq; ratione mulier quæ in viri manum conuenit, quia in eiuſdem patris familias poteſtate eſt, & ſui hæredis ac filię loco, liberis ſuis ex eo matrimonio progenitis conſanguinea eſt. Conſanguineos eos etiam accipere debemus, quos lex diuina & ciuilis conſanguineos appellauit, c. coniunctiones. In fin. 35. q. 2. & 3 Prat.

CONSANGVINITAS à Con, quod eſt ſimul vel vnitũ, & ſanguinẽ, quaſi ſanguinis vnitas: Definiturque quod ſit vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum: de qua in tit. de conſang. & affin. extra.

Digitized by Google

Conſanguinitas tamen propriè fraternitas eſt: ita hoc verbum vſurpauit Vlpia. in l.4.ff. vnde cogn. l.44. de adopt. l.13. C. de probat. §. cæterum, & §. hoc etiam. Inſt. de legit. agn. ſucc. l.1. 2.3.6. C. de legit. hered. l. Conſanguinitatis jura à patre oriuntur: Proximitatis à matre, à fratre. Vlpia. l. ſi ſpurius. ff. vnde cogn. Ac proinde longe aliud eſt conſanguinitas, aliud ſanguis. Conſanguinitas enim ſpecies eſt agnationis. §. vulgo, Inſtit. de ſucceſſ. cognat. vbi & Vulteius addit, quod omnes conſanguinei ex lege Voconia ſint agnati: non etiam omnes agnati ſint conſanguinei.

CONSANGVINITAS, eſt duntaxat inter fratres & ſorores: agnatio etiam eſt inter vlteriores. Iure igitur cõſanguinitatis ſuccedunt mares & fœminæ, hoc eſt fratres & ſorores: at jure agnationis ſuccedunt duntaxat mares, non etiam fœminæ.

CONSANGVINITAS pro fraternitate, quæ à patre communi deſcendit. Briſſ. vlt. edit.

CONSANGVINITATIS titulus. l.1. C. de legit. hæred.

CONSANGVINEA ſoror. l.3. C. de ſuis & leg.

CONSANGVINITAS eſt attinẽtia perſonarũ ex eo proueniens, quod vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadem Ioan. Bellon. etymol. Eſt enim conſanguinitas ſpecies agnationis, id eſt, fraternitatis, §. vulgo. Inſt. de ſucceſſ. cogn. neq; vero ſoli auctores noſtri, ſed etiam alij, cum Græci tum Latini, hanc verbi proprietatem obſeruant, Sophocles in Aiace Συναίμονα ξυναίμονα, id eſt, Aiacis furioſi fratrem Teucrum. Et Virgilius Statiuſque conſanguineum lethi ſoporem quem Homerus κασίγνητον, Annæus Seneca, & Valerius Flaccus fratrem: Frater duræ, languide mortis Somne fratri ſimillime letho. idem Statius 11. Stat conſanguineum campo ſcelus vnius ingens, Bellum veteri. Et 5. conſanguineo gliſcis regnare ſuperbus, Eole. id eſt, fratre. Claudianus de ſtatua fratrum: Nam conſanguineos eadem quum forma figuret. Et de conſulatu fratrum: O conſanguineis felix auctoribus annus. Et de Ioue & Iunone fratribus: Te conſanguineo recipit poſt fulmina feſſum, Iuno ſinu. Cujac. obſer. lib. 11. c. 26 circa fin.

CONSANGVINITATIS autem jura intereſſe habent etiam, poſt mortem, vel captiuitatem patris editis, ſed & adoptiui cum naturalib. l. vlt. ff. vnde legit. l.1. §. vlt. ff. de ſuis & legit. l.7. ff. ad Tertullian. & inſtit. de legit. adgn. ſucc. §. 1. Briſſ.

CONSCIENTIAM quidem vocamus vulgo, animũ ſibi conſciũ, recte an ſecus, haud intereſt: eſt enim τὸ μέσον. Nec tamen non Latine. Vnde apud Fabium Quintilianum ex vetere verbo, conſcientia mille teſtium vim habet. Cæterum animaduerti nonnunquã conſcientiã à Iuriſconſultis accipi pro ſcientia alicuius flagitij. Sext. Cæcilius. Si quidem ipſe hæres accuſaretur, quoniam certus eſſe debeat, ſe falſum non feciſſe, recte adibit hæreditatem. Sin autem alius arguetur, citra conſcientiam ejus non poteſt adire; quaſi dubitet, verum eſſe teſtamentum, l. cum falſum, de acquir. hæred. Domitius Vlpianus: Sufficit, qui cum ipſo, qui occiſus dicitur, fuerunt, & qui ſuſpicione cædis, aut conſcientiæ attingi videbuntur, de his quæſtionem haberi l.1. §. in villa, ad Syllan. Ita & T. Liuius lib 3. conſilia inde non publica, ſed in priuato, ſedactaque à plurium conſcientia habuere. Sed & Cornel. Tacitus l.5. Liberti vnius cõſcientia vtebatur. Ac rurſus li.15. Prouiſtã iam ſibi medici conſcientiam adhibet. Curt. li.2. [Greek] c.25.

CONSCIENTIA eſt tacitum animi, infallibileque facti noſtri judicium à communi juſtitiæ formula, quam Deus inſculpſit omnibus hominibus productum, per quod aut accuſatur res mala aut defenditur bona. Itaque conſcientia res eſt ſimpliciſſima, quæ diuidi non poteſt in vno atque eodem homine, vt rectiſſime ſit dictum in c. literas de reſt. ſpol. Qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. Item conſcientia mille teſtes Old. Cottaſ Miſcel. lib. 4. c. 30. Prat.

CONSCIENTIA cædis, delictorum, fraudis, ſceleris. Briſſ. ex ff.

CONSCIENTIAM ſynceram niſi adhibeat judex, non poteſt cauſam ſecundum æquitatem definire, etiam ſi mille teſtes, totidemque videat ob oculos inſtrumenta. Conſcientia enim certa eſt, non fallitur. At in probationibus ſæpe vel error, vel dolus verſatur, ſicut experientia, heu nimis frequens, nos docet. Old. Prat.

CONSCIENTIAM diffinit Papias cognitionem cordis ſui ipſius. Prat.

CONSCIENTIA, inquit Apoſtolus, eſt in gentibus factum accuſans vel defendens. Eſt igitur lex, quaſi dicat: Conſcientia cuilibet indicat, num bene, an malefecerit, etiam homini plane agreſti & indocto. Sed tale judicium non poteſt fieri in conſcientia ſine aliqua formula legis, quæ indicet in corde hominis eſſe juſtum, aut iniquum id quod fecit. Ergo eſt in homine Lex, quam etſi nuſquam ex ſcripto legit, habet tamen à Deo inſculptam ad formandos mores. Prat.

CONSCINDI vela, l.6. ff. de incend. rui. nauf.

CONSCIVM criminis eum dicimus, qui aut commiſit ipſe, aut qui committenti adſenſit, non quo ſciente & cognoſcẽte perpetratum eſt, neque enim teſtes, quibus præſentibus & ſcientibus aliquid factum eſt, dicuntur eſſe conſcij. Sed qui ope & conſilio, & voluntate adfuerunt. Conna. lib. 4. c. 16. n. 9. Prat.

CONSCIVS igitur ab eo qui ſimpliciter ſciuit, eo differt, quod ille & conſilij particeps ſit, l. verum. juncta l.2. ff. ad l. Pomp. de parricid. Prat.

CONSCISCERE ſibi mortem. Briſſ. ex ff.

CONSCRIBERE dotem in l. vnic. §. ſed & ſi quis. C. de Latin. libert. toll. id eſt, ſcribere, vel dotale inſtrumentum conficere. Prat. Sic conſcribere codicillos in l.5. C. qui teſtam. fac. poſſ. & conſcribere donationem ante nuptias l.12. in prin. C. commun. vt iudicij.

CONSCRIBERE curatori, pro ſubſcribere, l.1. §. idem ait, de ventr. in poſſ. Briſſ.

CONSCRIPTI Feſto lib. 3. dicebantur, qui ex equeſtri ordine patribus adſcribebantur, vt numerus Senatorum expleretur. Prat. ex Hor.

CONSCRIPTI patres, vide infra Patres conſcripti.

CONSCRIPTIONEM pro Inuentario accipi, ait Archid. in c. ſi cubi. 12. q. 5. ex quo textu obſeruandam inuentarium breue eſſe debere. Spieg. Prat.

CONSECRARE in l. ſi quando. 3. C. de bon. vac. eſt mancipare, & addicere quod ad res refertur. Significat etiam deo dicare, & ad perſonas refertur 24. q. 1. c. pudenda. quo verbo vſus eſt & Iul. Patric. in verſion. Nou. 6. cuius loco verbo χειροτονεῖν vſus eſt Iuſt. ead. Nou. quo manuum impoſitionem ſignificauit. Hoc enim modo Epiſcopos conſecrari cœptos fuiſſe docet nos liber, qui στάξεις τῶν ἀποστόλων inſcriptus eſt. Prat.

CONSECRARE publice. l. vlt. ff. vt in poſſ. legator.

CONSECRATÆ res: ſtatuæ aut imagines Imperatoris conſecratæ. Briſſ. ex ff.

CONSECRATÆ etiam [Greek] dicuntur, ædes, quæ Imp. dicantur, quæ Palatium dicuntur, l. vnic. C. de palat. & dombus. dominic. lib. 11. Prat.

CONSECRATOS aggeres apud Imp. Iulian. in l.5. de ſepulchr. violat. interpretatur Ibid. Gothofr. ſepulchra.

CONSENSISSE in judicem intelliguntur, qui ſcientes ſe ejus juriſdictioni ſubiectos non eſſe, eiſe ſubijciunt. l.2. ff. de judic. quod ſi putent ejus eſſe juriſdictionem & ſe ſubieceerint, conſenſiſſe intelligendi non ſunt, cum errantis nullus ſit cõſenſus, d. l.2. & ſi per errorem, ff. de juriſd. om. jud. Conſenſiſſe nonnunquã is demum accipiendus eſt, qui expreſſis verbis, & nominatim id, teſtatus eſt, & contra ſæpius conſentire videtur, qui non euidenter contradicit. Ita filia patri de dote agẽti cõſentire videtur, niſi euidenter contradicat. l.2. ſolut. Briſſ.

CONSENSISSE etiam intelligendus is eſt, qui euidenter diſſentit, l in ſponſalib. §. 1. ff. de ſponſal. Prat.

CONSENSISSE in judicem non videtur, qui edi ſibi actionis genus apud eundem deſiderat, l.33. ff. de judic. Briſſ.

CONSENSISSE non videtur furioſus qui ſẽtire non poteſt, l.8. §. vnius, ff. de opt. leg. Briſ. Surdus conſentire poteſt. Briſſ. ex ff.

CONSENSV diuidere Hæreditatem: & ex conſenſu. Conſenſu contrahi matrimonium. Briſſ. ex ff. & C.

CONSENSVS dicitur cum duorum voluntates in vnum concurrunt, vtroque approbante & ſciente Conna. lib. 6. c. 1. num. 4. Imo conſenſus proprie non dicitur, niſi qui verbis expreſſus eſt, l.2. §. voluntatem, ff. ſol. mat. c. fin de judicijs in 6. Et in ſpecie Philip. Dec. in rub. C. de pactis. Cotaſ. lib. 6. c. 16.

CONSENSVS liber non eſt, qui alieno pendet ab arbitrio: c. ſuper eo. de condit. appoſ. Old Prat.

CONSENSVS eſt quadruplex, ſcilicet negligentiæ, conſilij, cooperationis, & auctoritatis, ſeu defenſionis Et primo & ſecundo conſentiens minus punitur, quam faciens, tertio æqualiter, quarto vero plus. Vnde

Conſenſus ſpernit ſuadet, iubet atque tuetur
Hic minus, ille minus luit, hic æqualiter, hic plus.

De hoc gl. optima in c. 1. de offic. de leg. ſuper verb. Pari pœna. Spieg. Prat.

CONSENSVM accommodare, vide l.2. C de rebus alie. non alienan. l 7. Cod. ſi aliena res pignor. l.11. C. de ſolut. & liberat. Conſenſum ſeruitutis dare participandi pretij cauſa, vide l.5. C. de liberal. cauſ.

CONSENSVM metiri oportet in delictis ex ope & cõſilio vt nemo ope videatur feciſſe, niſi & cõſilium malignum habuerit, nec conſilium habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum fuerit. §. ope & conſilio. Inſtit de oblig. quæ ex delict. naſc. l. qui ſecundo de fur. & l. ſæpe ita cõputatũ, C. ſi. ff. de verb. ſig. Old. Pra.

CONSENTIENTES in aliquam rem, ex conſenſu obligari neceſſario ex voluntate noſtra videmur, l. obligamur, ff. de act. & oblig. Old.

CONSENTIRE, id eſt congruere & conuenire. Sic conſentire acceptilatio cum obligatione, l.14. ff. de acceptilat. Briſſ.

CONSENTIRE videtur qui præſens non contradicit, l.7. in fin. ff. de decur. l.1. C. ſi filiusf. lib. 10. Gothofr. l.2. in prin. ff. ad munic. Conſentit item qui non repugnat. l.1. s. de ſponſal. 4. Harm. 1. Non tamen conſentit continuo qui exceptione vtitur, l.8. de excep. Conſentimus aut expreſſe aut tacite. Goth. ad l.142. de reg. jur.

CONSI-

Digitized by Google

CONSENTIRE videtur rebus judicatis, qui iniuriam paſſus non prouocauit. l.6. C. de excuſ. tutor. Conſentire videtur, qui tacet in ſubhaſtatione pignoris à fiſco facta, l.8. Cod. de remiſſ. pign. Bredet. Conſentire non videtur, qui conſentire non poteſt. l.8 §.2. ff. de option. Goth. ad l. 35. §.1. ibi, qui non ſentit. C. de inoffic. teſtam.

CONSENTIRE, eſt in vnam ſententiam concurrere, l. 1. §. conuentionis, ff. de pactis, ſic accipitur in l. conſenſu, ff. de actio. & oblig. Spieg. Prat.

CONSENTIRE intelligitur pater in conſtituendis filiæ ſponſalibus, niſi euidenter diſſentiat, l.7. in fin. ff. de ſponſalib. Briſſ.

CONSENTIRE in vnū, in vnam ſummā, in corpore, & in corpus.

CONSENTIRE de aliquo, ad diuortium, ad redhibendum. Conſenſum dare diuiſioni, venditioni. Briſſ. ex ff. & C.

CONSENTIRE filiæ, matrimonio, obligationi, patri, tranſactioni, viro prædia in dotem danti. Briſſ. ex ff. & C.

CONSENTIRE in judicē quando dicantur colligitatores, diſputat Bart. & cæteri in leg. ſi conuenerit, ff. de juriſd. omn. jud. ac poſt longam diſputationem omnes fere in hoc cōueniunt, in judicem conſentire bifariam, partim litem conteſtando, partim proponendo exceptiones declinatorias: ſic enim apud Bart. in dict. l. ſi conuenerit, legendum eſt, non dilatorias, in verſic. & ſic duobus, vt ex ipſomet liquet. ſicque legiſſe videtur apud eum Baldus in d. l. ſi conuenerit. Quod ad litis conteſtationem attinet, rationem adſerebat Rob. Irlandus Scotus, quia partium conſenſus poſt litis conteſtationem tranſit in contractum, l.3.§ idem ſcribit, ff. de pecul. Spieg. Prat.

CONSENTIRE pignori, l.3. §. vlt. ff. quib. mod. pign.

CONSENTANEVM juri. Conſentaneus effectus. Conſentanei caſus. Briſſ. ex ff & C.

CONSEQVI fugientem, eſt ſequendo apprehendere. Conſequi agendo, condictione, judicio, ſententia, ex teſtamento, eſt obtinere, nanciſci, ſeruare. Conſequi dominium, hæreditatem, fructus, eſt acquirere, adipiſci Briſſ. ex ff. & C.

CONSEQVI proprie eſt, quod barbari dicunt à prope ſequi. Vlp. in l.1. de ſepar. Conſecuturi, pro adepturi, vſurpat. Spieg. Prat.

CONSEQVI & amittere contraria ſunt. Conſequi enim adipiſci ſignificat, l. ſi ſeruum, 33. ff. ad l. Aquil. Prat.

CONSEQVI apud Saluſt. antiquarium ſcriptorem videtur ſumptum pro perdiſcere, ac percipere, quod Græce [illegible] dici ſolet. Hæc ſi, vt conquiſite conſcripſimus, ita tu diligenter fueris conſecutus. Prat.

CONSEQVI per Actionem, & per Exceptionem, per Hæreditatis petitionem, per Prætorem. Briſſ. ex ff. & C.

CONSEQVI alias eſt obtinere, nanciſci, ſeruare, l.76. ff. de procurator. Ita conſequi actione, agendo, arbitrio Iudicis, condictione, Ex Teſtamento, ex ſtipulatu. Ex Teſtamento, judicio, officio Iudicis, ſententia, cura. Briſſ. ex ff. & C.

CONSEQVENS dicimus quod ex aliquo ſequitur, illatiue, & argumentando. Ita ſumitur in l. ſi vero plures, §. hoc edictum. ff. de iis qui deiec. vel effud. Nam ex toto partem concludimus: ex loco deiicere vetat, ergo & ex partibus loci, Prat.

CONSEQVENS eſt dicere, id eſt, ordo requirit. Conſequens eſt obſeruari. Huic conſequens eſt, illi ſententiæ conſequens, Briſſ. ex ff & C.

CONSEQVENS apud Iulian. l. de quibus. ff. de ll. quidam interpretantur, h. e. ſimile & conforme, vt & accipi aiunt in §. eſt & aliud verſ. ſed nos, Inſt. de don. Quod ad verſ. ſed nos, attinet, conſequens ibi pro conſonum, & conforme accipi putem, pro quo Theophilus ibi vertit [illegible]. In reſponſo vero Iuliani conſequens accipiendum exiſtimarim, quod interpretatione ex conſuetudine inferri poſſet, & argumentando, quo ſenſu accipitur in l. ſi vero plures, tametſi non negauerim pro conueniens, & rationi conſentaneum poni. Prat. Eod. ſenſu

CONSEQVENTIAS hæreditatum dixit Vlp. leg. 3. in fin. ff. de leg. hæred. hoc modo. Huius hæres es. Sequitur igitur, vt eiuſdem tutor ſis iure quodam naturæ, vt eum ſequantur onera, qui commoda habiturus eſt, Prat.

Per CONSEQVENTIAS l.19. ff. de dolo. Producere ad Conſequentias, Briſſ. ex ff & C.

CONSEQVENTER & principaliter differunt, vide l.19. C. de libe. cauſ. His conſequenter, conſequenter prioribus, conſequenter placuit. Briſſ. ex ff. Per conſequentia dicunt ICti, non Per conſequentiam. l.10. ff. de dol. l.1. & l.7. ff. de auct. tut. l.1. §. item, ff. de iniur. Producere ad conſequentias, l. 14. ff. de legib. & ad conſequentia, l.141. ff. de reg. jur. Briſſ.

CONSEQVENTIAM verborum dixit Iuſtin. l. fin. C. de hered. inſt. pro gradatim, & ordine: veluti, Plotius mihi hæres eſto, Sempronius Plotij hæres eſto. Nam Sempronius in totum, partemque Plotij vocatus intelligitur. Prat.

CONSEQVENS in l. eos qui 4. fin. ff. de cap. Briſſ putat pro conueniens & rationi æquitatique conſentaneum accipi. Equidem pro eo quod ex aliquo infertur, accipi debere arbitror, quod magis ſubtili jure quam æquitate receptum eſt. propoſitio eſt: Hoſtibus deditus reuerſus à nobis receptus non eſt. Ergo ciuitatem adipiſci non poteſt: hoc eſt conſequens, & concluſio. Sic accipi poteſt in l. ſane. ff. de jur. dot. Prat.

CONSERERE manum ICtorum eſt formula, vt ſcribit Gell. lib. 20. c. 9. Siq; de qua re diſceptabatur in re præſenti, ſiue ager, ſiue quid aliud eſt, cum aduerſarium ſimul manu prehenderet in ea re omnibus verbis vendicare: i. e. vindicia correpta manu in re atque in loco præſenti. Apud prætorem ex 12. tab. fiebat in quibus ita potuit eſſe ſcriptum: Si qui in jure manum conſerunt, vtriq; ſuperſtitibus præſentibus, vindicias ſumunto Cic. lib. 1. de Orat. Multiſque præeſſem, qui te ex jure manu conſertum vocatur. Hot. in comment. in Orat. pro Cæcin. Conſerere manus, inquit, dicebatur in vindiciis, qui vim moribus, feſtucas, inter ſe, quaſi haſtas, dicis cauſa committentes, faciebant. Atque illud manu conſertum Turo. vult ex formula ſine caſus mutatione dici, vt apud Cic. Condemnari arbitrium pro ſocio. Manu conſertum autem antiquius dictum pro manus, eliſo s, eo more, de quo Cic. in Orat. diſputat. Ennius verò octauo annali hoc genus loquendi tranſtulit ad bella.

Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes.
Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt, regnumq; petunt, vadunt ſolida vi. Prat.

Briſſ. in dd. locis ſemper vult legendum eſſe manum conſertum. Veteres non tantum dicebant conſerere manum cum hoſte in prælio, ſed & cum aduerſario, à quo fundus per in rem actionem petebatur. Petitor enim poſſeſſorem ex jure, id eſt, ex eo loco, in quo prætor jus dicebat in rem præſentem Manum conſertum vocabat. Briſſ. Conſerere agrum. Hinc Conſita. Briſſ. ex ff.

CONSERVARVE pro Contubernalibus in l. 17. §. adfini. ff. de inſtr. vel inſtr. Eadem forma & conſoceros dixit Vlpian. in l. 35. § proinde ſi duo, ff. de donat. int. vir. Briſſ.

CONSERVARE exiſtimationem, Rem vel jus ſuum, ſententiam. Briſſon. ex ff. & C.

Ea conſeruanda ſunt, id eſt obſeruanda, l.10 de pact. Briſſ.

CONSERVATOR eſt judex datus ad defendendum aliquos à manifeſtis iniuriis, judiciali ordine non vtens, hanc diffinitionem tradit Io. Andreas in cap. fin. verſic. notandum, de officio deleg. libr. 6. & probatur extra eod. tit & lib. cap 1. qualis eſt Lutetiæ Pariſiorum conſeruator priuilegiorum ſcholarium. Eſt & alius conſeruator priuilegiorum nundinarum Lugduni. Quæ, qualiſve ſit eius juriſdictio, & in quos extendatur, hic referre inſtituti noſtri non eſt. Apud eum ſyngraphatum agnitiones, & literæ cambij verſantur. Huius commeminit Bart. in l. ſi fidejuſſor §. quædam. ff. manda. ex quo obſeruatiſſime colligit in curia mercatorum debere judicari ex bono & æquo. Prat. Tales etiam ſunt, qui aliquibus (vt à manifeſtis iniuriis & violentiis tueantur eoſdem) plerunque à ſede Apoſtolica conceduntur Et deputari non poſſunt, niſi Epiſcopi, vel eorum ſuperiores, aut abbates, ſeu dignitates, vel perſonatus in Cathedralibus, vel collegiatis Eccleſiis obtinentes: & vices ſuas aliis committere non poſſunt, niſi hoc eis competierit ex beneficio literarum, & perſonis tantum, quæ ſuperius ſunt expreſſæ: vt in c. ſi de off. deleg. lib. 6. Ioan Bell. etymol.

CONSERVVS, l. 9. §. 1. ff de pec. l. 25 § Pedius, ff. de ædil. edict. Briſſ.

CONSIGNARE in l. creditor, 20. C. de pig. tit. gener. & l. acceptam. C. de vſuris, ſignificat obſignare, & deponere in manib. Prat.

CONSIGNARI tabulæ, inſtrumentaque dicuntur, quæ anuli impreſſione ſignantur l. vlt. ff. de dot. præleg l. penult. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. 14. qui teſta. fac. l. 23. C. ad Velleian. Plaut. in Curculio. eamus intro, vt tabulas conſignemus. Cicero pro Quintio. Tabulæ, inquit, maxime ſignis hominum nobilium conſignantur. Prat. Hinc eodem ſenſu

CONSIGNATIO tabularum, & inſtrumentorum dicitur, l.1. §.1. ff. de falſ. & l. inſtrumentorum, §.1. ff. eod. Prat.

CONSIGNARE legem, eſt pactionem ſcripto redigere, l. Iulianus, §. idem Iulianus, ff. de act. empt. & vendit. Prat.

CONSIGNARE teſtationes, pro ſubſignare dixit Vlp. l. moris, §. 1. ff. de pœn. Briſſ. Prat.

CONSIGNARE autem (vt ad primum ſignificatum redeamos) non videtur qui conſignatum readſumit, gl. in d. l. acceptam. C. de vſur. Boerius lib. 1. quæſt. q. 13. Briſſ. Prat.

CONSIGNATAM pecuniam in publico deponere l. 64. Id eſt, in ſacculo ſignatam & repoſitam. Briſſ.

CONSIGNATIONES ſunt præſumptiones & tabulæ teſtificandi gratia factæ & obſignatæ. Prat.

CONSILIVM pro conuentu judicum in l.1. ff. de offic. conſul. l.1. ff. de offic. eius cui mand. eſt juriſ. l. 27. ff. de manu. teſt. & paſſim in tit. de manum. vind. l.1. & vlt. C. de vind. libert. l. 2. & 3. C. ſi aduerſ. liber. Theoph. in §. eadem. inſti. quib. ex cauſ. manum. non lic. Conſiliū ait eſſe [illegible] Idem ſubiicit, quod & ab Vlp. in Inſt. tit. 1. traditur, Romæ in conſilium adhibitos 5. ſenatores, & 5. equites Romanos: in Prouincia vero 20. recuperatores ciues Romanos, apud quos cauſam probare minor 20. annis ſeruum manumittens, ex l. Ælia Sentia cogebatur. Briſſ. Vide etiā Aldobr. d. §. ead. vbi Theophili ſententiam improbat.

CONSILIVM præbere, exercereque dicitur prætor, vel conſul, qui conſilium cogit l.1.ff.de offic. conſul.& l.2. ff. de off. ejus cui mand.eſt juriſd. & alibi ſæpe. (Eod.ſenſu accipitur apud Vlp.in epitom.tit.1 §. eadem lege.) Qui vero aduocantur, in conſilium adhiberi, in conſilio eſſe, in conſilium adſidere dicuntur l.vlt.ff.de offic. aſſeſſor.l. 29. ff. de legat.2. Plin. lib.6. epiſt.ad Maximum, Adhibitus,ait,in conſilium à præfecto, vbi audiui ex diuerſo agentes ſummæ ſpei adoleſcentes. Idem eo. lib. de Iauoleno, Intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis. Quintilian.lib.4.c.de narrat. Interim propter aliquem in conſilium adhibitum nos repetere illa ſimulemus. Briſſ.in conſilium aduocari, adſumi, euocari, ire, rogare, proferre ad conſilium. In conſiliu eſſe alicui. In conſiliu, apud conſilium, adhibitu conſilio, manumittere. Is adhibitis conſiliu ſuo prætoribus dixit, Briſſ.ex ff & C *Plinio.*

CONSILIVM exerceri Die cognitionum, vel ſolet prætor conſilium exercere, vel ſolet præbere conſilium. Erat & alius dies cognitionum in quem edicebatur conſilium, id eſt, conuocatus. Cum prætor cognitionum die de cauſis adhibito conſilio cognoſcebat, tunc exercuiſſe conſilium recte videri poteſt.l.2. de offic. ejus cui mand.eſt juriſd. Proinde ſi reus poſtulationum die deſiderio actoris contradiceret, vel diem ad ſui defenſionem poſtularet, ſic in diem cognitionum res deferebatur, vt tamen actiu edita, actis poſtulationẽ insereretur. Scribas enim fuiſſe, qui notis acta præſidum ſcribebant, teſtatus eſt Modeſt.c.18.Ex quibus cauſis majores. Eoque pertinet illud Senec.epiſt. lib. 14. Quid loquar verborum notas, quibus quamvis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus ſequitur? Ræuard.pro tribunal.lib.ſing.c.9.quem vide hic. Sic

CONSILIVM præbere. Fuiſſe viderat certe quidam cognitionum dies, quo minori manumittere volenti, & aliis omnibus, qui quod ſine ſententia conſilij prohibentur facere quiq; in integrum deſiderant reſtitui conſilium prætor præbere ſolet. Minor annis 20.lege Ælia Sentia, manumittere ſine conſilio prohibetur c.4.§ 2. de manum. vindic.§.ead.Inſt.quibus ex cauſis manum.non licet. Et ideirco præbere conſilium dicebatur minori prætor manumittere volenti, cum ſedens pro tribunali, adhibitis quinque ſenatoribus, & totidem equitibus Romanis cognoſcit, an cauſæ manumiſſionum, quas annis 20.minor allegat, juſtæ ſint, & non ex luxuria potius, h.e.prodigalitate proficiſcitur, quam ex affectu, l.vnic.in prin.de offi. conſul.l.5.6. & 16.de manu.vind.l.17. de manu.teſt. Theoph. in d.§ eadem Et tunc quidem ſi prætori, & toti conſilio cauſæ viderentur juſtæ, apud ſe minori vindicta ſeruum manumittendi faciebat prætor de conſilij ſententia poteſtatem, vindictaque eius, qui manumittendus erat, capiti impoſita, hæc ſolemnia verba pronunciabat: AIO TE LIBERVM MORE QVIRITIVM: Et ſtatim peracta manumiſſione, in acta nomen manumiſſi referebatur, vt eſt à me dilucide probatum Variorum lib.4.cap.9. Quibus etiam cõſentaneum eſt illud Cornuti in Perſium: Vindicta eſt virga prætoris, qua manumittendi à prætore in capite pulſantur: ideo ſic dicta, quia eos vindicat libertati. Eoque pertinet quod ſic reſcripſit Imperator Gordianus: Et ſi minor 20. annis, vt allegas, conſtituta, ſeruum tuum ab eo circumſcripta, in conſilio manumiſiſti, tamen vindictæ impoſitio, qua libertas juſta munitur, ne obtentu quidem ætatis reſcindi poteſt, l. 2. C.ſi aduerſ.lib. Per concilium, conuentum intelligit Imperator prouincialem. In prouinciam enim extremo concilij ſiue conuentus die præbebat præſes aut proconſul conſilium, auctor Theophilo. Et ſic quidem differunt, In concilio, & apud concilium manumittere, quod à nemine eſt animaduerſũ. Ræuar.lib. Protrib.ſign.c.17.

CONSILIVM proprie eſt conſeſſus eorum, qui cauſam vel publicam, vel priuatam, cum prætore aut judice cognoſcunt: vnde illud: Cauſa cum conſilio cognita. Prat.

CONSILIVM, vel à conſulendo, vel quod in vnam ſententiam plurium mentes conſiliant, & tandem expenſis rationibus conueniant, ad ſtatuendum id, quod rectum eſt, ſed à ſilendo credibilius dictum putatur, quo maxime inuenitur. Feſto lib. Spieg. Prat.

CONSILIVM accipitur plerumque pro quadam congregatione aliquid cum deliberatione tractandum deputata. Cic. pro Roſc. qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem: ex ſenatu in hoc concilium delecti eſtis, propter ſeueritatem. Oldeo. Hinc etiam conſilium apud Saluſt. in bello Iugurthino illud intelligi videtur, quod more majorum imperatori rem militarem adminiſtranti ſolebat adeſſe. Ita more majorum, de Metello Imperatore ſcribens, ex conſilij decreto per legatos Iugurthæ imperat argenti pondo ducenta millia. Prat. Ex conſilio Labeonis, vel alterius ICti, id eſt, ex præceptis ac regulis ICtorum. Briſſ.

CONSILIVM ante factum inire oportet: non autem poſtea cauſari ignorantiam, niſi præter opinionem quid emergat fortuito. Nou. de hæred & Falcid.§. ſed neque illis conſt.1. Nam nemo redargui poteſt quod futurum non præuiderit. Nouell. de his qui nupt. ite.§.duo igitur huic, conſt. 22. Bene autem vniuerſa geruntur, & competenter, ſi principium fiebat decens, & amabile Deo. Nou. Quomodo opor.epiſc.§.ſancimus igitur, conſtit.6.Old.Prat.

CONSILII plenioris effectus, eſt correctio errorum & reſtitutio in melius. Nouell.de his qui nupt.iter.§.vetuſt.plane conſt.22. Multa autem quæ videntur juſta, ſi pleniore conſilio perluſtrentur, erunt corrigenda, d.§.vetuſtas. Euentu enim temporis edocentur, ibi.§. per cauſam vero neceſſariam. Rerum experientia docet certo, quid ſit damnoſum, quid vtile. Nou. de appell. in prin. conſt. 23. Infinitatem rei eiicere, medicina eſt optima. Nou. Vt determin. ſit num. cler. §. ex omni igitur. Etiam magnus ille Papinianus aliquando non ſatis definiuis medendi rationem in negotiis. Nouell. Vt e redit, primum aggred.§.cæterum ſi fidejuſſor.conſtit.4.Old Prat.

CONSILIVM & judicium non ita multum differunt. Nam venerandæ antiquitati conſulere fuit judicare, h.e.de vtili & honeſto decernere. Vnde Senatus conſult.nomen traxit, Ex nunc quoque ſi quid intereſt, hoc fuerit, quod in judiciis contentioſa, in conſiliis vero voluntaria juriſdictio exercetur l.2. ff.de offic. proconſ. Iudicia item aperte tractantur, conſilia autem plerunque ſemotis arbitris. Alioqui effectus vtrorumque eodem contendit. Vnde adſeſſores quoque judiciorum, dicuntur conſiliarij, l.conſiliariis & l.vlt.ff.de adſeſſ. Quid autem judex poteſt conſulere vtilius atque honeſtius, quam vt diſſentientes redeant in concordiam, quam Deus amat. Sæpe enim progreſſu litis, & controuertentes ipſi, & eorum cognatio ad perpetua rapiuntur odia, quæ interdum & vitæ & bonorum diſpendio exercentur. Old.Prat.

CONSILIVM & mandatum in hoc differunt, quod mandatum ſpecies quędam eſt imperij, quod pro ſocietate generis humani receptum eſt, vt quod cuique negocium datum eſt, id mandatoris periculo conficiatur. Conſilium autem ab imperio prorſus alienum eſt, nec vllam voluntatis eius, qui conſilium dat, ſignificationem habet. Itaque rem conſultoris arbitrio permittit, nec vtrum fiat, nec ne, laborat. Itaque ex conſilio nulla naſcitur obligatio, at ex mandato naſcitur. Hęc ex l.1.in fin.& l.2.ff.mandat.& l.conſilij, de reg jur.Prat.

De CONSILII ſententia pronunciatum dicebatur, quod ex eorum qui in conſilium adhibebantur, ſententia ſtatuebatur, vt apud Cic.ſæpe & Apulei.apolog.1.quæ verba his notis D.C.S. ſcribi ſolita Valerius Probus eſt auctor. Sic cauſa cum conſilio cognita eodem ſenſu dicebant veteres. Briſſ.Prat.

CONSILIVM in rub. C.de vind.& apud conſilium manu. ſumitur pro conuentu, tametſi Azo in ſum.eod.tit.pro loco illo, in quo celebratur, vel exercetur juriſdictio voluntaria: cuius ſententiam probat Albericus, licet Accurſius l.1. C. eod. dicat poni pro præſidentibus in conſilio. Prat.

CONSILIVM pro deliberatione poſuiſſe videtur Alexander Imper.l.1.C.qui, & aduerſ.quos in integr. & aliquid faciendi vel non, excogitata ratio. Cic.1.de Inuent.

CONSILIVM eſt collegium eorũ qui manumiſſionis cognoſcendæ cauſa erant conſtituti; quod in vrbe Romana conſtabat quinque ſenatoribus, & viris quinq; equeſtris ordinis, in prouinciis xx. Recuperatoribus, ciuibus Romanis. Vult.in comment.Inſtit.qui & ex quib cauſ.manum.non poſſ.§ 2.n.2.

CONSILIVM etiam ſæpiſſime in libris I.C.ſumi ſolet pro ſuaſione & hortatu §.tua tantum Inſt.mand.l.conſilij ff.de diu.reg. jur.l.ſæpe 53. ff.de verb.ſign & alibi ſæpiſſime, quo ſenſu recte Theoph.dict.§.tua tantum, appellarat συμβουλὴν ἀντὶ τῆς συμβουλεύσεως. Itaque à mandato differt.d.§.tua tantum. Prat.

CONSILIVM & euentus continentur fraudis nomine, l.1. C.qui manumit.non poſſ.

CONSILIARII, Conſiliarior, Lactant.2. Plin.4.epiſt. Conſiliantes, l.12.Cod.Th de legat.Participes, l.vn.C.ſi rector prouinc. Conſiliares, l.5.ff.de offic.aſſeſſor.adde Cujac. Nou.119.Goth. ad l.1.§.3.C.de contract.jud.

CONSILIARII ſunt judicũ comites, & adſeſſores, qui judicibus adſident.l.pen.ff.de offic.adſeſſ.& l conſiliarios. C. eod. Prat. Græci conſiliarios vocant συμπόνους, quod Holoander male vertit collaboratores: recte vetus interpres, conſiliarios: & ita innumeris locis adſeſſores ſiue conſiliarios, Græci modo συμπόνους modo παρέδρους, συνέδρους, συγκαθέδρους vocant, Latini etiam participes l.1.C.ſi rector.prou.vel ad eum pert.l.1.C.de contr.jud.l.2.C.Th.de inc.nup. Plautus Milite: ſocium tuorũ conſiliorum & participem conſiliarium. Et conſiliatores: vt filium Dei ſalutem certiſſimam hominum Dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM, quem Sibylla σύμβουλον vocat, Lactant. conſiliatorem interpretatur 2. & 4 Plin.4. Epiſt. In gerendis honoribus conſiliator & rector & ſępe in tranſlatione veteris teſtamenti. In l.12. C. Th.de legat. ſ conſiliantibus, vt Horat. conſiliantibus diuis. Cuja in Nouel.Iuſtin.119. circa med.

CONSISTERE nonnunquam eſt judicio congredi, in judicio ſtare aduerſus aliquem. l.1.Cod.qui pet.tut.l. vix certis, 53. ff. de jud.l.7.ff.ad legem Cornel.de falſ.5.ff. de manum. l. 49. ff. de pet.hæred.l.9.ff.de liberal.cauſ.l.23.§.& in ſuperficiarius, ff.de pignor.l.1.C.de act.empt.l.1. C.de magiſt. conuen.l.1. C.ad l.

Fab.de

Fab.de plag.l.1.C.qui legit.perſo.l 2.C.de except. proinde in l.19.ff.de adult. vbi vulgo cum accuſatore conſtituerit, longe rectius Florentiæ ſcriptum eſt, Cum accuſatore conſtiterit. Briſſ Conſiſtere aliquando dicitur, quod valet, efficax eſt, vtile eſt actio, emptio, petitio, judicium, legatum conſiſtit. Id in eo conſiſtit, id eſt, poſitum eſt. Sic fructus hominis in operis conſiſtit.l.4.ff.de oper.ſeru. Vſusfr.ex fruendo conſiſtit. Ea nutu conſiſtunt. Conſtitit pro conſiſtit, ſæpiſſ.in ff. Conſiſtere cum debitoribus, & aliis, i.contra eos. Conſiſtere judicio, actione, actionibus, contra alios. Briſſ.ex ff. Conſiſtere quoque idem eſt, quod conquieſcere, vt apud Cic.conſiſtere, inquit, eius animum ſine furore ac amentia non ſinunt.

CONSISTORIVM, cujus meminere Impp.l.fi.C.de offic.diuerſ. & l.1.de comit.conſiſt, diffiult.Suid. [illegible], in quo legatos & quoſcunque ſe adeuntes princeps admittit & audit, & de cauſis cognoſcit, inquirentibus & deſpicientibus conſiliariis, vt ait Ammian. Marcell.lib.15. Ex quibus locis adparet conſiſtorium ad principis [illegible] referri, quod & colligitur ex Nou.25.§.ad hoc ſancimus. Sed & ad judices ad eoſve quibus juris dicendi poteſtas eſt, referri poteſt.c.Romana.de appell.lib.6. Quibus igitur nulla juris dicendi poteſtas à lege, vel principe conceſſa eſt, quive principes non ſunt. Conſiſtorium habere non dicuntur. Briſſ..Prat. Locus in quo judices conſiſtunt. Hinc Conſiſtoriani. Rubr.de Comit.

Sunt autem CONSISTORIANI, qui jus ſedendi in conſiſtorio habent. Appellantur apud Ambroſ.epiſt.27.lib.5. Et eſt tit.lib.12.C.de comitibus conſiſtorianis, vbi C. Hegendorphinus in exegeſi ſua docet, qui ij direxerint: de comitibus cõſiſtorianis (inquit) id eſt, de comitibus conſiſtorij Cæſaris. Conſiſtoria autem dicuntur archiua Cæſarea & Imperatoria Palatinæ domus, quæ etiam vocantur Auguſtalia. Anchor.

CONSOBRINI, Conſobrinæ proprie, qui quæve ex duabus ſororibus propagantur, quaſi conſororini l.1 §.4.& l.vlt.§.eod.gradu.ff.de gradib.& adfin.§.4.Inſt.de gradib.cognat. Paul.lib.4.ſent.tit.10.Non.Marc.c.vlt.lib.de propr.ſer. Obtinuit tamen & patrueles quoque fratres, id eſt, ex fratribus natos & amitinos, id eſt, ex fratre & ſorore genitos, communi conſobrinorum nomine appellari.d.l.vlt.§.eod.gradu. & §.1. Inſt. de leg. adgn.ſuc.l.1.C.vnde legit. Idque per abuſionem fieri Theoph. ibid. dicit: [illegible]. Sunt & conſobrini quidam in ſexto gradu, hi ſunt patruelium conſobrinorum, amitinorum filij. Conſobrina.l.vlt.ff.de ſenatoribus l.77.§.cum exiſtimaret ff. de leg. lib.2.l.87.§.hæres, ff.ad Treb.l.23. & l.24. ff.de cond.inſt.l.3. C.de his quæ vt indign.Briſſ.Conſobrinus, conſobrina, etiam eſt auunculi & materteræ filius, filia. Briſſ.vlt.edit. Quod autẽ Paulus leg.vlt.§.8.ff.de grad. ſcribit, ſororum fratrumq; meorum nepotes neptesq; conſobrinos eſſe, obſcurũ videtur. nam illi non Conſobrini, ſed ſobrini, appellantur. Reſpondetur autem Paulum ita ſenſiſſe, vt qui inter ſe ſobrini ſunt, ſeu abuſione dici inuicem poſſint conſobrini: veluti ſi qui inter ſe fratres ſunt, ſe confratres adpellarent. Hoto.

CONSOCERI dicuntur ait Theoph. quorum alterius filia, alterius filio nupſiſſet.§.9.de nupt. Vtitur Vlp.l.32 §.proinde.ff.de donat.inter vir.Hot.Prat.

CONSOCRVS apud Sueton.

CONSOLIDARI dicitur vſusfructus, qui ad proprietatem, à qua abſceſſerat, reuertitur, eique conjungitur, commiſcetur, & cum ea confunditur l.6.ff.de vſufr.adcreſc.

CONSOLIDATIO eſt proprietatis cum vſufructu conjunctio. Imp.§.2.de vſufr, vel ex cõtrario: ſi vſufructuarius proprietatem rei acquiſierit: quæ res conſolidatio appellatur. Hinc vſufructuarius proprietatem acquirens, conſolidare dicitur, l.3.& l.6.ff.de vſufruct.accreſ. Hinc apud Ianol.leg. à liber.35. ff.de bon.libert.ſolida proprietas dicitur, in qua vſusfructus ineſt: itemque apud Paulum l.Sempronius, 26.§.1. de vſufruct. leg. Hot. Regula Fabri eſt Gallici IC.clariſſ. Ea quæ jure conſolidationis accedunt, non eadem eſſe in cauſa, qua id, cui miſcentur, ſed alio jure haberi, & propriam quandam, & ſui generis eſſe ſpeciem. §.ſi eni.Inſt de leg. Conſolidationem. Vlp.& cæteri vt apparet, ex eo vocarunt (l.idem de vſufr.acc.) quodque à ſolido jam diuulſa erant, iterum ſe ſolido jungant, & veluti in vnum redeant. Ea figura, qua alibi (ſed audaciore) lectum eſt Coadunare: pro eo quod eſt in vnum conferre, vel miſcere leg.ſi plures, de pact. Sed videndum, ne non tam verum ſit iſtud, quam plerique id mangoniſando vulgarunt. Et promptum eſt, contradicere in primis: Nã reſponſum à Iulio Paulo eſt, l.4.de jure dot. Id quod jure conſolidationis doti acceſſit, non aliam dotem videri, ſed dotis augmentum eſſe. Nõ etiam legem & cauſam res quæq; in eo traditam, cui accedit, ſeruat & ſequitur, vt ait Scæuol. leg. quidam de jure dot. Denique non primus contractus & ipſa origo, ita rem totam in agendis rebus reformat, & velut inficit, vt nulla ſit propria eius ratio, quod deinde ex lege initio accepta, aut juris conſtitutione rem geſtã ſequitur.l.ſi procurator mand. Quippe nec nouum videri poteſt, aut aliud, cuius origo ex vetere, aut eadẽ cauſã ducitur.leg.cum filius, §.hæres, de leg.2. Nec mutant, quæ Fabrum mouere, ſed plane pro nobis faciunt, ſi recte intelligantur.l.Mæuius, §.fundo, de leg.2.& d.§.ſicut. Sed ea quæ dicta ſunt, ita recipi poſſunt, ſi aliqua differentia eſt rerum, vt conſtitui poſſit, vtra alteram perimat, & in ſe transferat. Nec enim anxiam, vel obſcuram habea diſputationem, an tanquam ſublata obligatione, cui minus virium aut fauoris: ea quæ extracta erant è ſolido jam confuſa & ſolido miſta, in vnum redeant: ſicut & quædam aliæ cauſæ potentiori juncta, vim ſuam amittũt, At vbi eadẽ ac par eſt duarum obligationũ poteſtas, non videntur eæ inter ſe miſceri: cum dicere non poſſis, quare hæc magis quam illa alteram conſumat.leg.ſi reus de duobus reis. Ita & hic [illegible] vt multa alia, conſolidationem impedit.l.cum enim de ſtip.ſeru. Curtius lib.2.[illegible] c.46.

CONSONAT & conſonans eſt Briſſ. ex ff.

CONSOBRINI, vide paulo ante conſobrini.

CONSORTES fratres dicuntur, nõ diuiſo patrimonio, id eſt, qui bona communia habent.l.21. fin. de excuſ. Sic conſors frater, Plin epiſt.18.lib.8. Feſto ſors & patrimonium ſignificat. Briſſ. ex ff. & C. Hinc conſortium pro Societate & communione Conſortium vitæ, munerum.

CONSORTIVM pro cõjugio, ſeu licito, ſeu illicito. Briſ.ex ff.& C.

CONSORTIVM curiale, pro collegio & ordine. Briſſ.ex C.

CONSORS, eiuſdem ſortis & conditionis eſt, vt ait Varro lib. 5. ling.lat & eum ſecutus Bald.in l.dudum.C.de contrah. empt. & ſignificat dominij participẽ.vide Alciat.leg. proximi. ff.de verb. ſignif. ſed pro ſubjecta materia aliter atque aliter [illegible] accipitur. In d.l.dudũ.ſumitur pro dominij participibus. Ijetiam, quibus talis communis eſt res, conſortes appellantur. Tit.notus eſt in Iuſtin.C.de Conſor.eiuſdem lit.Spieg. Vide Ræuard.l.in ambiguis.§.quoties.ff.de reg.jur.

CONSORS munerum, petitionis, litis. Briſſ.ex C.

CONSORTES, in libris feudorum dicuntur dominus & vaſallus quaſi [illegible], eiuſdem militiæ ſocij, ejuſdemque fortunæ participes, lib.feud.5.tit.3 Prat.

CONSORTIVM quaſi eiuſdem ſortis, hoc eſt fortunæ, & conditionis in omni re & negotio.l.1.ff.de rit.nupt.l.vlt.C.de ſeruis fugitiuis. Oldend.

CONSORTIO, communio l.96.§.1.ff de ſolut. Quod verbum Velleius Paterculus lib.poſteriori vſurpat. Vt & Tribunitiæ poteſtatis conſortionem Neroni conſtitueret Briſſ.in parerg.

CONSPECTV deterreri, conſpectum ædium aufferre. Briſſ.ex D.

In CONSPECTV Prætoris facta iniuria: In conſpectu habere ædificia, Briſſ.ex ff.

CONSPIRATIO eſt quædam fraudulenta confœderatio facta in præjudicium alicuius perſonæ, vel dignitatis. Hanc, quia fere nunquam non doloſa cenſetur, ideo ſeuere lex jubet vindicari Sen & Imperat. Adrian. priuatum quoque ſtatuit, vindicari ſcelus aduerſariorum, quibus opprimitur litigantis innocentia.l.viuus, ff de re judic. Old. Prat.

CONSPONSORES à Cicerone dicuntur qui à Iuriſconſul. correi debendi: id eſt, qui eiuſdem obligationis ſunt debitores. Cic. ad Attic.lib.12. Tamen velim des operam, vt inueſtiges ex cõſponſorum tabulis, ſit ne ita. Idem Leptæ, De tuo negotio quod ſponſores pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. Coenan.lib.6.c.5.num.1.Prat.ex Hot.

CONSPONSOS antiqui dicebãt fide mutua colligatos. Feſt. Hoſt.

CONSTAFOLARIOS, dictione ex Latino ſiue Gallico, & Germanico conflata, hodieque Conſtofeleros vocant Germani, præſertim qui ad Rhenum habitant, aſſeſſores judicij, decuriones, *die conſtoffer*, olim à Staſolo Comitis, hoc eſt, judicis fiſcalis, quæ vox Germanis gradum ſignificat. Sic enim illi tribunal judiciarium innuebant à gradibus, per quos ad id aſcenditur, quando ſolent editiore loco ſedere judices & erant olim ſub Francis omnes prouinciæ Comitum, qui Germanis Graphiones dicuntur, hoc eſt, iudicum fiſcalium diſtrictibus diſtinctæ. Vnde & tribunal prætoris vocarant *Staffelſtein*. In antiquiſſimis priuilegiis Nouientenſis Abbatiæ, quam Ethico Germaniæ primæ dux, non procul Seleſtadio, aſſentiente vxore ſua Berſuinde conſtituit, legimus, *vnd ſoll der Hoff haben zvveen Staffelſteine, vnd einen Stock*. Depravatus locus eſt in impreſſis Ripuariorum legibus, titulo de Intertiatione in his verbis: Si autem extra regnum ſupra 80. (ſubaudi noctes) ad Regis ſtans polum, vel ad eum locum vbi Mallum eſt, auctorem ſuum in præſenti habeat. Tu pro ſtans polum, ſcribe Stapholum. Rurſum inferius titulo, de re propriſa: Si quis caballum, hominem vel quamlibet rem in via propriſerit, aut rem ſecutus fuerit, per tres Marcas ipſam oſtendat, & ſic poſtea ad regis ſtabulum. Vbi legi debet ad regis Stafolum. Recenſuimus autem eius Legis ſinceriorem lectionem ex Codice Vvormatienſi manuſcripto. nam impreſſus libellus hic omnino corruptus eſt, habens in titulo, de Reprobis, cum debeat eſſe, de re propriſa. Quo vocabulo, male Latino, res aliena in proprietatem vindicata intelligitur, id quod in bello captis rebus euenire ſolet. Si quidem

Digitized by Google

Gallicus ſermo Priſum nominat, quod belli jure publicatum eſt,& deprędationi obnoxium: quaſi dicas, prehenſum, ſiue prenſum. Ex Rhananicis obſeruationibus.

CONSTANS, pro graui, in l. obſeruandum, de off. præſid. pro firmo, in definitione juſtitiæ. Inſt. de juſt. & jur. Spieg. Conſtante matrimonio, vſufructu, id eſt, durante, permanente. Briſſ.

CONSTANS judex, voluntas: conſtantiſſimus homo, Briſſ. ex ff.

CONSTANTINVS Imp. qui veneranda Chriſtianorum fide Romanum muniuit imperium. l. 5. C. de naturalibus liber. Ab eo

CONSTANTINOPOLIS nomen traxit. Briſſ.

CONSTARE dicitur teſtamentum, quod infirmari non poteſt, Cum dandi caſui jungitur, eſt conſtantem eſſe & perſeuerantem. Significat & manifeſtum eſſe & clarum: vt, Conſtat de eius innocentia: manifeſta eſt. apud Vlp. Conſtat alimenta cum vita finiri. l. cum hi. §. modus. de tranſ. quoque cum ſim. Item conſtat inter omnes, id eſt, nemo negat. Spieg. Prat.

CONSTET, id eſt, manifeſtum eſt, vel numine in ſpeciem admonente. Quando enim Iuriſconſul. dicitur, Conſtat, tunc ſemper habent aliquam regulam naturæ præ oculis. Old. Prat.

CONSISTIT pro conſiſtit ſæpius in Pand. Piſania ſcribitur, l. 68. & l. 98. in fi. de ſolut. l. 34. de negot. geſt. Et conſtiteremus pro conſiſteremus in l. 26. de jud. Briſſ. in pareg.

CONSTITVERE alias conuenire ſignificat, & conuenlendo obligare ſe ad id, quod jam debitum eſt: Sic conſtituere pecuniam, eſt jam ante debitam abſq; ſtipulatione promittere. Theoph. in §. de conſt. Inſt. de act. ἀντιφωνεῖν dixit, Demoſt. in orat. contra Theocrinem [illegible]. Latius autem patet, quam fidejubere: primum, quod permiſſum ſit, vt aliud pro debito conſtituatur. l. 1. §. an poteſt ff. de conſt. pec. Cum ſit diuerſum in fideiuſſione. l. ſi ita. ff. de fideiuſſ. Deinde quod non ſolum pro alio, ſed pro ſeipſo quis recte conſtituat. §. de conſtitutia. Inſt. de act. Fideiuſſor vero non pro alio intercedit. Inſt de fideiuſſ. in prin. Denique conſtitutum nudo duntaxat pacto fit nulla ſtipulatione interpoſita. d. §. de conſtituta. ſecus eſt in fideiuſſione. Old. Prat. Debitum autem oportet eſſe, quod conſtituitur: non quidem in perſonam: id eſt, non ab eo præciſe qui conſtituit, ſed (vt Vlpianus ait) in rem, id eſt, generaliter, ſiue ab illo ſiue ab alio. l. cum qui § 2. ff. de conſt. pec Nam vt idem ait in leg. hactenus. eo. hactenus conſtitutum valebit, ſi quod conſtituitur, debitum ſit. Et haſce quidem differentias recenſet Duar. l. 5. §. ſatis acceptio, ff de verb. obl.

CONSTITVERE poſſunt, qui bona vel peculia habent cum libera adminiſtratione. Gœdd. l. 181. de verb. & rer. ſignif.

CONSTITVERE aliàs, eſt formare & bonam diſpoſitionem adhibere Et ſic conſtituta judicia rectius dicuntur, quam proceſſus juris. Old. Prat.

CONSTITVERE in l. 2. §. 2. vbi Gothofr. de conſtit. pecun. eſt promittere. Prat.

CONSTITVERE eſt conſiſtere & conſtare l. 39. ff. de excuſ. tut.

CONSTITVERE, cum parte ſtatuere & deliberare. Alc. l. bonæ. C. de pact. Spieg.

CONSTITVERE diſceptationem, id ſonat, quod vulgus dicit, Accordare ſcripturas. Spieg. Prat.

CONSTITVERE judicium vel quæſtionem, In publicis duntaxat judiciis, dicitur Quæſitor, qui judicium rejectione vtrinque facta, certos conſtituit judices, qui ſibi jurati in conſilio adſint, & ſecum cognoſcant: in priuatis vero judiciis, quum prætor vrbanus judici aut recuperatoribus à litigatoribus acceptis, poteſtatem, de cauſa cognoſcendi & judicandi facit. Cic. pro Cæcin. Qui igitur conuenit, quæ cauſa fuerit ad conſtituendum judicium, eandem mutam eſſe ad judicandum. Hotom. Vel ſic,

CONSTITVERE judicium prætor in priuatis cauſis dicitur, cum agendi poteſtatem litigatoribus: judicandi vero judicibus ſumptis permittebat. Hot. Prat.

CONSTITVERE ſem, Cicer. in eadem orat. pro Cæci. dixit, quod ante dixerat: Conſtituere judicium: alibi autem, Conſtituere quæſtionem, dicere conſueuit.

CONSTITVIT actionem prætor. Conſtituta actio. Conſtituere actorem, curatores, id eſt, creare. Briſſ. ex ff.

CONSTITVERE in re præſenti, deliberari item cum re præſenti dicebatur, cum qui ſtatui, tranſigique non poſſe, niſi in loco ipſo, ſignificabant, vt fit hodie in his actionibus, à quibus interdicta retinendę poſſeſſionis auſpicari ſolemus, & hujuſmodi rebus aliis, quæ non niſi in locis ipſis explicari ſolent. Teutonice, *auff den augenſchein gehen*. Spieg. {act.

CONSTITVERE ſpõſalia, nuptias, vc, l. 13. §. 1. ff. de public. in rem.

CONSTITVERE, mandare, ac fidejubere differunt: Conſtituimus enim nudo conſenſu eoque ſufficiente ad actionem producendam, §. 9. Inſt. de act. Mandamus credi, etiam abſentes: Fidejubemus quidem præſentes tantum, ſed etiam verbis l. 15. C. de fidejuſſor. l. 35. ff mandat. l. 3. in fi. ff. de admin. rer. Et ſic quoque differunt mandator, fidejuſſor, & is qui conſtituit. In eo autem conueniunt, quod pro alio hi omnes interueniunt, Goth. ad l. 3 C. de conſtit. pecun.

CONSTITVERE hæredes, ædiles, quæſtores, Conſtituere jura, id eſt, condere. Conſtituitur obligatio, i. contrahitur, Conſtituti debitores rei. Conſtituere pretium, vectigalia. Briſſ. ex ff. & C.

CONSTITVERE apud ſe, ſibi proponere. Briſſ.

CONSTITVI in dignitate, munere, diſcrimine, id eſt, poni, verſari, viuere. Conſtitui in ſacris paternis, ſiue poteſtatis conſtitutus & ſui juris. Is conſtituitur infamis. Conſtituere dotem. Briſſ. ex ff. & C.

CONSTITVI curator, id eſt creari dicitur, l. 1. §. hoc autem, ff. de carbon edict.

CONSTITVERE quæſtionem eſt decernere vt judicetur.

CONSTITVERE ſeruitutem nõ eſt ſimpliciter cedere, ſed re ipſa imponere. Conſtituuntur enim per patientiam, vel traditionem. l. 13. §. 1. ff. de pub. id eſt, ſi inducatur quis in prædium, vel cum, is qui credit, ſeruitute vti patiatur. l. 3. ff. de vſufr. l. 1. in fin. ff. de ſeruit. ruſt. patientia autem illa pro traditione habetur, vt colligunt interpretes ex l. pen. ff. de ſeruit. qui enim ſeruitutem debet, pati debet. l. quoties, 15. ff eod. tit. quæ quidem patientia eſt de natura ſeruitutis, d. l. quoties, ergo patientia habetur pro conſtitutione. d. l. quoties Briſſ. Prat.

CONSTITVTA pecuniæ rei ἀντιφωνητὴ à Iuſtiniano Nouell. conſtit. 6. vocantur. Briſſ.

CONSTITVTVS, id eſt, poſitus. Sic conſtitutus in dignitate, in munere. Briſſ. ex ff.

CONSTITVTVS vſusfructus tunc dicitur, cum jam quis vti frui poteſt l. vnic. §. dies, ff. quando dies legati cedit. Igitur

CONSTITVTVS non dicitur ante aditam hæreditatem, vel antequam dies ceſſerit. Cæteroquin

CONSTITVTÆ ſeruitutes dicuntur, quę pactionibus, ſtipulationibus legatiſve jam impoſitæ ſunt. l. 20. ff ſi ſeruit. vind Briſſ.

CONSTITVTIO generali nomine dicitur jus, quod à principe conditur, hoc eſt, διάταξις vel διατάγματα. porro in tria dividitur, in epiſtolam, in edictum, & in decretum. Theophil. §. 5. de jur. natur. Hot.

CONSTITVTIO ciuilis, Iuris, Principis. Briſſ.

CONSTITVTIONES diuales, hoc eſt, Imperatoriæ. Cenſentur enim Imperatores diui, non quidem apud nos falſa diuinitatis opinione (ſicut apud gentes olim) ſed quia omnes magiſtratus ſunt ordinatio Dei, & Imperator eſt ſummus magiſtratus. Old. Prat.

CONSTITVTIO judicij, controuerſia quædam eſt ante litem conteſtatam, præcedens judicium, vulgo dicunt exceptiones dilatorias impedientes proceſſum. Cicero in partitionibus Atque etiam, inquit, ante judicium de conſtituendo ipſo judicio ſolet eſſe contentio, cum aut, ſit ne actio illi qui agit, aut jam ne ſit, aut num jam eſſe deſierit, aut illa ne lege, illis verbis ſit actio, quæritur. Old.

CONSTITVTIONES principum accipimus, quodcunque Imperatores vel per Epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuerunt, vel cognoſcentes decreuerunt, vel de plano interlocuti ſunt, vel Edicto præceperunt. Briſſ. ex ff. l. 1 de conſtit. princ.

CONSTITVTIONVM aliæ generales ſunt, aliæ perſonales. Generales ſunt, quæ ad omnes pertinent: Perſonales vero ſunt, in quibus propter certæ perſonæ rationem, à jure communi receſſum eſt: quæ & priuilegia appellantur. Hæc ex d. l. 1. & l. 3. C. de ll. & §. quod principi de jur. nat. Hot.

CONSTITVTIONVM vocabulo intellige reſcripta, ſubſcriptiones, adnotationes, pragmaticas, decreta, mandata, interlocutiones, edicta vide Goth. ad rubr. C. de legib. & conſtit.

CONSTITVTIO Quod principi placuit legis habet vigorem, cũ lege Regia quæ de imperio eius lata eſt, populus ei, & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem contulerit. Quodcunque igitur Imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. Hæc ſunt quas conſtitutiones vulgo appellamus. Plane ex iis quædam ſunt perſonales, quædam vero generales: perſonales ſunt, quæ nec ad exemplum trahuntur, quoniam non hoc princeps vult. Nam quod alicui ob meritum indulſit, vel ſi quam pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam non tranſgreditur. Aliæ autem, cum generales ſint, omnes procul dubio tenent, ait l. 1. de conſtit. princ. ff. §. ſed & quod de jur. nat. gent. & ciu. Inſt.

CONSTITVTIONVM ſunt quatuor virtutes, l. legis virtus, ff. de leg. Vnde

Quatuor ex verbis virtutes collige legis
Permittit, punit, imperat, atque vetat.

Nam permittit, vt vir fortis petat præmium: Punit ſcelera & delicta. Imperat & præcipit. vt ſtatuta canonica ſeruentur, vt clerici regulare propoſitum & honeſtum habitum deferentes, continenter & caſte ſtudeant viuere: Prohibet clericos ſecularibus immiſceri negotiis Et conſtitutio conſulit, quę virtus poteſt comprehendi ſub prima, nam qui conſulit, ſatis permittit. Old. Prat.

CONSTITVTIO litis, & conteſtatio litis, differunt. Lis à Prætore conſtituitur, litis conteſtatio ab vtroque reo: Litis conſtitutio præcedit: ſequitur litis conteſtatio. Conſtitutio litis formulari

Digitized by Google

formulam futuri judicij quæſtionem exprimit conteſtatio litis de formula & quæſtione data interponitur: Conſtitutio judicij eſt extremus Prætoris actus, quem in jure facit: conteſtatio litis eſt primus actus judicij, & quidem ille, quo addatum judicē in judicium itur. Goth. l. 36. de ver. & rer. ſig. n. 15.

CONSTITVTIO ſuſpenſi juris ſignificat postliminium in l. pen. ff. de ſuis & legitim.

CONSTITVTORIA, ſiue Conſtitutitia actio, alias actio conſtitutæ pecuniæ, datur in eum, qui ſe ſoluturum conſtituerit, his fere verbis: Si apparet Mæuium Titio pecuniam conſtituiſſe, eamque pecuniam, cum conſtituebatur, debitam fuiſſe, neque Mæuius aut ſoluat, aut faciat id quod conſtituit: ac per actorem non ſteterit quo minus fieret quod conſtitutum eſt, tum Mæuius damnetur. l. 16. 17. 18. ff. de conſtit. pec. Hoto. & Prat.

CONSTITVTORIÆ actionis requiſita ſunt, vt ſc. 1. conſtituta ſit res debita, 2. vt conſtitutum factum ſit nudo pacto, quibuſcunque verbis. Vult. in Comment. Inſt. de act. § 8. n. 8. 12.

CONSTITVTOR, qui pro alio ſe ſoluturum promittit, vel aliqua facturum, & alterius in ſe transfert vel ſuſcipit obligationem Old. Prat.

CONSTO, conſtas, conſtiti, conſtitum & conſtatum. Old.

CONSTITVTVM quod ab Impp. reſcriptum ſtatutumve eſt, l. 11. C. de neg. geſt. & alibi ſæpe.

CONSTITVTVM, vocabulum ad jus ciuile pertinens. Et ſignificat diem tempuſque communi conſenſu indictum, quo ſe aliqui in loco certo ac conſtituto ſiſtant. Cic. in Orat. pro Cœlio, Quum ſit tis confitendum, nunquam ſe ne congreſſu quidem conſtituto cœpiſſe de tantis iniuriis experiri. Et in epiſt. ad Attic. lib. 11. epiſt. 1 Atque eo die cogitabam in Anagnino, poſtero autem die in Tuſculano, ibi vnum diem 5. Cal. Igitur ad conſtitutum. Et eleganter tranſtulit in epiſt. ad Marium, ſi quid conſtitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas. Varro de re ruſtic. lib. 3. Scrofam enim mane ſalutaui, quum alius eum ſalutaſſet, alius conuitiatus eſſet, qui tam ſero veniſſet ad conſtitutum. Hot. Briſſ.

CONSTITVTVM eſt conuentio, qua quis ſpondet citra ſtipulationem, ſe ſoluturum quod ipſe vel alius debet. Differt à fidejuſſione, quod pro ſe, nudo pacto, ab abſente, & aliud pro alio, conſtitui poſſit: fidejuſſio iſta non admittit. vide Old. claſſ. 4. act. 8. in prin. Vult. in comment. Inſtit. de action. §. nu. 1. Cuia. & Goth. ad rub. ff. de pecun conſt.

CONSTITVTVM & ſtipulatio differunt. Conſtitutum non fit, niſi de debito: ſtipulari poſſumus etiam id quod non debetur. Ex ſtipulatione datur actio ex ſtipulatu, quæ ciuilis eſt: ex conſtituto datur actio conſtitutoria, quæ eſt Prætoria. Tertio conſtitutum pure factum non exigitur ſtatim, ſed poſt dies demum decem, cum tamen ex ſtipulatione, ſi pure facta ſit, ſtatim agi poſſit, nullo intermiſſo ſpatio temporis. Vult. in commeot. Inſtit. de act. § 8. nu. 6.

CONSTITVTVM pignus quibuſdam appellare libuit, quod alias tacitum dicitur. l. eo jure §. 1. Ex quibus cauſ. pign. vel hypothec. tac. con. l. vnic. §. 1 C. de rei vxor. act. Sic enim & ſeruitutes jura conſtituta dicimus, cum ab his ſeparare volumus, quæ natura quodammodo vel lege imponuntur. l hoc jure. §. ductus. de aq. quotid. & æſtiu. l. 1. §. vlt. de dam. infect. Donell. de pignor.

CONSTITVTVM tempus pro biennio, quod lege 12. tabul. vſucapioni amittendiſque non vtendo ſeruitutibus, vt ex Paul. lib. ſent. liquet præſtitutum eſt in l. 4. ff. pro ſuo. & l. 14 §. vlt. ff. de ſeruit. ruſt. l. 2. ff. de diuerſ. temp. præſcript. l. 1. & §. idem tract. ff. de vſufruct. l. 55. ff. quib. mod. vſusfru. amitt. l. 10 ff de vi & vi arm. l. 17. ff de aq. & aq. pluu. l. 27. §. pen. ff de noxal. act. Sic & ſtatutum tempus accipe in l 6 & l. 31. ff. de ſeruit. vrb. l. 7. ff. quemad ſeruit. amittaot. l. 66. §. pen. ff. de contrah. empt. & l. 1. & l. 3. C. ſi quis ignor. rem minor. l. 1. C. ſi major fact. quod legitimum & ſolemne alias appellatur Briſſ.

CONSTITVTVM tempus l 9. § quod vulgo. in fi. ff. de ſolut. quod ad reſtitutionem in integrum petendam legibus præſcriptum eſt, vt & in l. 9. §. ſi minor ff. de jureiur. olim quidem poſt legitimam ætatem impletam annus vtilis, hodie quadriennium continuum. l. vlt. C. de tempor. in integ. Briſſ.

CONSTITVTVM tempus in l. 63. §. vlt. ff de adquir. rer. dom. pro anno, vt patet ex l. vlt. C. de jure domin. impetr. Briſſ.

CONSTITVTVM tempus ætatis in l. 62. in fin de rit. nupt. interpretare ex l. 66. eod. tit. l. 7. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. 6. C. de interdict. matr. Briſſ.

CONSTITVTI dies in l. 7. ff de re jud. qui judicatis ex lege 12. tabul. vel conſtitutionibus principum indulgentur. Ita conſtitutum judicatis tempus intelligo in l. 1. ff. de diuerſ. temp. & ſtatutum ſpatium poſt condemnationem, l. vlt. C. de execut. rei jud. de quo vide l vlt. §. vlt. C. de vſur. rei jud. Briſſ.

CONSTITVTVM dicitur quod ab Anto. reſcriptum eſt, in l. 11. C. de neg. geſt. & l. 37. ff. de adult. Conſtitutum dicitur quod ab Hadriano reſcriptum, patet ex l. 6 §. pen. eod. tit. & in l. 7. § conſtitutum de interd. & releg. Conſtitutum dicitur, quod à Claudio Imp. ſtatutum eſt, ex Sueton. lib. 3. Antiqu. oſtendit Briſſ. Similiter in l. 4. §. idem diuus. ff. ad l. Corn de ſica. Conſtitutum diei lib. 2. de antiq. oſtendit idem Briſſ. quod à Domitiano ſtatutum eſt: Et in l 5. Cod. ne de ſtat. defunct. Conſtitutum dicitur, quod à Nerua eſt conſtitutum, vt probat l. vlt. eod. tit. & l. 41. §. vlt ff. de donat. cauſ. mort. Briſſ.

CONSTITVTVM matrimonium in l. 59. in pr. C. de jur. dot. Interpretatur ibidem Goth. conſtans.

CONSTITVTAM partem in l. 3. ff. ſi quis à par. man. opinor intelligi quæ patronis lege Papia præſtituta eſt. Briſſ.

CONSTITVTVM tempus in l. 9. C. de tranſactio. olim annus, hodie biennium. & vlt. C. de dolo. Conſtituta appellatoria tempora in l. 5. in fin. ff de appell. recip. interpretare ex l. 1. §. biduum, & §. quod in ſententiis, ff quando appell. ſit. Conſtitutum tempus in l. 8 ff. de capt. quinquennium accipe ex l. 6. ff. de diuort. Briſſ.

CONSTITVTVM ius l. 25. ff. de don. inter vir l. 1. ff rer. amot. l. 94. de condit. & dem. l. 50. §. is cui ſeruus, ff. de ſtatulib. l. 2. §. item cum contra ff quæ ſentent. ſine appell. l. 12. C. de vſur. & apud Gell. lib. 13. c. 13. Briſſ.

CONSTITVTA tempora in § qui autem. inſtit. de excuſ. tut. quinquaginta dies intellige tutoribus datis ex Marci conſtitutione præſtitutos ad excuſationis cauſas conteſtandas, l. 16. l. 38 ff. de excuſ. tut. Briſſ.

Ad CONSTITVTVM veteribus ſignificabat condicto & conſtituto ad jus experiundum die Cic. pro Cæcin. Qui ad conſtitutum juris experiundi veniſſent, vide paulo ante conſtitutum, vocabulum ad jus.

CONSTRINGERE ſe pactis, vide l. vni. C. de monopol. Conſtringere ſe ſponſione, l. vnic. C. de ſuffrag.

CONSTRINGI, id eſt, obligari, in l. 13. C. quod cum eo, qui in æ. l. eu poteſt.

CONSTRVERE opus, l. 4. C. de operib. publ.

CONSVETVDO eſt jus non ſcriptum, moribus vtentium comprobatum, Briſſonij definitio.

CONSVETVDO eſt jus ſine ſanctione, populi conſenſu tacito receptum. Vult. in comm. Inſtit. de l. N. G. & C. §. 10. n. 2.

CONSVETVDO, id eſt, concubinatus in l. 54. de rit. nupt. l. 34. de adulter. Briſſ.

CONSVETVDO juris pars eſt, quæ fortaſſe ita non incommode definietur: Ius quod vſu diuturno & majorum moribus ſine vllis literis conſtitutum, non minus quam quod ſcriptum eſt, vſurpatur, l. 32. & ſeq. ff. de legib. Vſus enim diuturnitas eius juris firmamentum eſt. Diuturnitas autem ex majorū moribus repetenda eſt, arg. l. more majorum, ff. de juriſd. omn. jud. l. 1. §. 1. de offic. ejus cui mandat. l. pœna, 9. ff. de parric. Quare cum majores proprie dicantur vſque ad tritauum, l. 10. ff. de affin. & gradibus ſequitur vt minimum 100. annor. ſpatium requiratur nimirum vt ſinguli gradus plena pubertate alios ſuperent. Itaque apud Liuium lib. 27. Prætor contendebat Flamines jus in ſenatum introeundi non vtendo amiſiſſe: quia nec patrum nec auorum memoria quiſquam id jus vſurpaſſet. Hot. Conſuetudo differt à lege, quod illa clam & obſcure naſcitur: Hæc repente ſuam auctoritatem obtinet. Hoto.

CONSVETVDO legem imitatur, §. ex nō ſcripto. Inſt. de jure nat. gent. & ciuil. Legem imitari dixit, id eſt, tantundem præſtare, & quaſi legem repræſentare. Aldobr. ibidem: Sebaſtian. Med. in ſuo tract. de definit. par. 2. num. 9. dicit conſuetudinem eſſe jus quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur cum deficit lex. c. conſuetudo. 1. diſtinct.

CONSVETVDINIS probatio eſt valde difficilis, inquit. Vult. in comm. Inſtit. tit de jure nat. gent. & ciuil. § 10. nu. 12.

CONSVETVDO, quæ juris pars eſt jus moribus, id eſt, aſſiduis actibus introductum, c. conſuetudo 1. diſtinct. Voluntas populi rebus ipſis factis declarata, Tacitus conſenſus omnium l. de quibus. ff. de legibus. Ius ex non ſcripto deſcendens, Tacita ciuium conuentio. Ius ſcripto non comprehenſum, leg. ſed & ea, & l. ſeq. ff eo. Conſuetudinis autem appellatio eſt referenda ad eam, quæ legitime introducta eſt, c. Cuman. juncta glo. de elect. Atque conſuetudini ſecundus poſt ſcriptam legem locus tribuendus ideo eſt, quia conſuetudo fit longo tempore. Longum autem tempus affert experientiam multarum rerum: cum ſæpe lex ſcripta ferri ſoleat ſubita quadam cogitatione, quæ nonnunquam fallitur, nec ſatis expendit ſingulas circumſtantias Conſuetudinis vero officium eſt, primo, vt confirmet: deinde, vt interpretetur ſcriptam legem, ſi obſcura aut varia ſit, Paulus in leg. minime, & Calliſtra. in leg. ſi de interpretatione, ff. de legib. Optima, inquit, eſt legum interpres conſuetudo. §. conſuetudo ſeruanda eſt, l. minime, & l. de quibus, eod l. ſemper in ſtipula. ff. de reg. jur. l. 1. C. quæ ſit long. conſuet glo. in l. fin. C. de jure domin impetr. cap. licet ex ſuſcepto, de foro compet. Clem. dudum, §. verum, de ſepult. Prat.

CONSVETVDO generalis facit jus commune, & nonnunquam ſpecialis, Clem. fin. de ætat. & qualit. Conſuetudo tāti temporis, cujus initium non tenetur in hominum memoria, habet vim priuilegij Imperialis, l. 3. §. ductus aquæ, ff. de aq. quotid.

gl. in c. ſuper quibuſdam §. præterea, de verb. ſign. Talis conſuetudo habet vim conſtitutionis, l. 1. §. denique, ff. de aqua pluu. & ibi Bart. Prat. Conſuetudo ad vnguem ſeruanda eſt, cum actus cenſeatur practicus, vt Baldus dicit in l. quicunque, C. de ſeru. fug. & in c. 1. qui feud. dare poſſ. Conſuetudo dicitur jus commune eius loci, in quo eſt, cum veniſſent, de eo qui mitt. in poſ. Alex. in l. de quibus, ff. de legib. Prat.

Consvetvdo inueterata, id eſt, longa. Briſſ.

Consvetvdo ligat fiſcum ſicut priuatos, l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. præd.

Consvetvdo laicorum rationabilis, adſtringit etiam Eccleſias, not. in c. cum cauſa, de ſe jud. vide c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. Prat.

Consvetvdo pro concubinatu interdum vſurpatur. Sic conſuetudo liberæ mulieris l. 24. ff. de ritu nupt.

Consvetvdo, quod hæres extraneus ſuccedat in Emphyteuſim Eccleſiaſticam, valet, Bart. in l. qui rem, in fi. Cod. de ſacroſanct. Eccl. Caſtr. conſ. 134.

Consvetvdo teſtatoris & loci interpretatur materiam ſucceſſionis, l. ſi ſeruus, § fin. ff. de leg. 1. Prat.

Consvetvdo loci ligat clericos. Bald. in l. neque, C. de hæred. inſtit. per c. conſtitutus, de in integr. reſt. Bart. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. c. cum veniſſent, de eo qui mitt. in poſſeſſ.

Consvetvdo facit legem, & ruſſus abolet. Sicut enim pleraque jura de ſeruis ac libertinis, moribus non legibus introducta ſunt, ita moribus abolentur non legibus, l. libertinis, ff. de ritu nupt. l. de quibus, in fin. ff. de legib. Prat.

Consvl. Cum expulſi eſſent Reges Roma, qui regnarunt annos 240. vel vt tradunt alij, 241. conſules conſtituti ſunt duo, penes quos ſummum jus eſſet, regiæ poteſtatis exemplo. Vnde de iis ſic ſcriptum reperitur in 12. tab. Regio Imperio duo ſunto, iique præeundo, judicando, conſulendo, prætores, judices, conſules appellantor. Ij itaque ab eo, quod plurimũ Reip. conſulerent, ſeu (vt ait Feneſtella de magiſt. Rom. c. de conſulib.) quod conſulere Reipubl. deberent, & ſecundum Varronem, quod Senatum populumque conſulerent (vt inde lex vel Senatuſconſultum fieret) conſules appellati ſunt. Ne tamen ipſi per omnia regiam poteſtatem ſibi vendicarent, quando eo tempore nulli adhuc principes erant, nullæ extabant leges, nequedum ſcriptæ vllis certis libris cuſtodiebantur, illis annuum imperium datum, & lata lege cautum eſt, vt ab eis prouocatio eſſet, neque etiam poſſent in caput ciuis Romani animaduertere, niſi juſſu populi. Vt enim Plutarchus in vita Cic. ait, quando conſuli mandabatur, ne quid detrimenti Reſpublica pateretur, ſummam poteſtatem conſul habebat, non alias, itaque ſine juſſu populi, & rejecta prouocatione, quæ ab eis fieri ſolebat, ipſi Coſſ. in facinoroſos homines animaduertebant. Quamobrem cum è conjuratione Catilinæ tota Reſpublica titubaret, nutaretque: & M. Tullio Ciceroni conſuli hæc poteſtas data eſſet, Senatus decreto Lentulum, Cethegum, & alios conjurationis Catilinariæ participes per triumviros interfecit, quos alioquin interficere non poterat ſine juſſu populi, quandoquidem conſulibus ſolum relinquebatur, vt coercere poſſent, & in vincula publica duci juberent. Quod & ſcribit Pomponius Lætus, de magiſtratu Romano c. 15. Inde erat, quod 12. lictores cum faſcibus, (id eſt, virgis & laqueis) conſules præcederent, à quibus juxta mandatum ipſorum, malefactores, ſeu rebelles, ligarentur (vnde etiam lictores dicti ſunt, teſte ipſo Pomponio Læto, ibid. cap. 2.) & ſi opus foret, ſanguineis virgis cæderentur. Et hujuſmodi lictores: quem conſules prehendi juſſiſſent, præſto erant ad apprehendendum, & venientes conſulibus obuiam de equo deſcendere jubebant. Ita hic magiſtratus nemini (præſertim in bello) parebat, ſed ejus mandata omnes ſeruabant. Quod ſiquis irreuerens miles eſſet, non tantum à tribuno, vel centurione, ſed etiam à principe, h. e. conſule coercebatur. Quia autem Kalendis Ianuariis apud Romanos incipiebat, vt ſcribit Riuallius lib. 2. hiſtor. jur. ciuil. Ideo tunc ipſi conſules creati magiſtratum inibant, vt Marcellus oſtendit, in leg. Pub. Mæuius, de condit. & demonſtr. & ex Plutarcho in vita Marii colligitur, conſulatus tamen (teſte Liuio) interdum Idibus Martiis initus eſt. Hinc ergo tit. in Nouell. de conſulibus. Vbi licet colligere, quanta fuerit conſulis dignitas: Maxime vero, conſulum nomen ad millesimum plus minus annum progreſſum, cum Romanorum imperio efflorviſſe. Primi autem conſules poſt exactos reges, fuere L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus. Brutus quidem (vt loco citato ſcribit idem Feneſtella) cum collega egit, vt penes alterum duntaxat faſces forent, ne ſi penes vtrunque populus conſpexiſſet, duplicatum terrorem ex vno ad duos reges quæreretur. Quo autem tempore conſules cœperunt non eſſe annui, & qui eſſent majores, qui minores, indicat Alciatus Dionis autoritate, lib. 5. parerg. Anch.

Consvlaris vir, qui conſulatum geſſit, l. 12. ff. de dolo. l. 3. §. quæſitum, ff. ex quib. cauſ. majo. l. vlt. ff. de Senatorib. l. 1. C. de conſul. lib. 12. Prat.

Consvlares fœminas intelligimus conſularium vxores, l. 1. ff. de Senat. 2. qui conſulatum geſſerunt l. 1. §. vlt. ff. de albo. Briſſ.

Consvlares viæ, publicæ, & Prætoriæ, & [illegible] l. 2. § viarum. ff. ne quid in loc. pub. Briſſ. Sunt enim conſulares (teſte Cujac. in expoſitio. Nouell. Iuſtinian. 52.) vel exconſules, id eſt, qui conſulatum ordinarium geſſerunt, vel honorarij conſules.

Consvlaris dignitas l. vlt. ff. de Senator. & §. filiusfam. Inſtit. quibus modis jus pat.

Consvlares quidam prouinciarũ rectores. l. vnica, vt omnes judic. l. vnica, de officio Comit. ſacr. pal. qui in Orientis partibus 15. erant: videlicet per Orientis diœceſin 5. per Aſiam 3. per Ponticam duo, per Thracias totidem, per Illyricum tres. In Occidentis vero partibus 22 Nimirum per Italias 8. per Africam 3. per Hiſpanias 3. per Gallias 6. Panoniæ 2. ita accipere debemus [illegible]. Nouell. 8. & conſulares Campaniæ l. 12. de pœnis, C. Theod. Olden. Briſſ.

Consvlaritas l. 74. de decurio. Conſularis dignitas, faſces, inſignia. Briſſ. ex C. ff. & Caſſiodoro.

Consvlatvs ordinarius apud Suet. in Domit. In ſex conſulatibus non niſi vnum ordinarium geſſit: explicatur à Turn. adu. lib. 5. c. 10. ex cujus nomine anni ſupputatio ordinabatur, i. cujus nomen in literis, inſtrumentis & in factis ſcribebatur, qui denique Calend. Ianuarij honorem inibat. Nam ætate Imperatorum annus in multos diuidebatur conſules: ſed ſoli, qui anni initio inibant honorem, ordinarij cenſebantur, honoratioreſque erant. Seneca: Conſulem me fecit, ſed non ordinarium: vide Dionem lib. 43. Alij tamen conſulem ordinarium dici volunt ad ſuffectorum differentiam, ex his Lamprid. in Alex. verbis: Conſules, ait ille, quoſcunque vel ordinarios, vel ſuffectos creauit, ex Senatus ſententia nominauit. Prat.

Consvltantibvs reſpondebant Iuriſconſulti. Inde hæc non raro in libris noſtris, Conſultus reſpondit. Hinc Conſultum Iuris dixit Horatius pro Iuriſperito, & Conſultum Ouidius abſolute lib. 1. de arte amand. Quæ vox & augumentum gradus admittit, & ita cõſultiſſimus Princeps recte dicitur. Briſſ.

Consvles olim ſolebant miſſilia ſpargere in vulgus, §. penult. Inſt. de rer. diuiſ. & ob id quamcunque ſparſionem poſteriores arbitror [illegible] appellaſſe. Cedrinus duobus locis [illegible] Martia. l. 1. de conſ. conſtituit, ne quid deinde conſules in populum ſpargerent, ſed certam duntaxat ſummam expenderent in formarum reparationem: cujus conſtitutionis meminit Iuſtin. in Nouel. 105. ſed eam non probat, quia miſſilia jactare in vulgus & ſportulas populo dare conſulibus volentib. permittit, ad certum modum tamen, & ſepties tantum in anno. I. Initio magiſtratus Kal. Ianuar. quibus & prætores & conſules inire magiſtratum ſolebant, l. Publius, ff. de cond. & demonſt. l. pridie, ff. de feriis. II. Circenſibus ludis, quos Mappæ appellatione deſignat, cujus rationem Georgius Cedrinus expoſuit, & Caſſiodorus ad Fauſtum præfect. prætor. III. Theatrica venatione IV. In ſpectaculo, quod [illegible] dicebatur. Extat epigrãma Leonis philoſophi [illegible] Edebatur in eo pancarpum & ferarum venatio. V. Munificentiæ exhibitio ſit ludis ſcenicis, quos [illegible] vocari refert à productione meretricum in ſcenam. VI. Iterum ludis Circenſibus. VII. Tempore depoſiti magiſtratus.

Consvles grauiſſima ratione dicti ſunt à conſulendo, vt officij ſui ipſa quoque vi nominis admonerentur, quippe conſulendi cauſa ſeſe velut patres electos eſſe pro regibus. Old.

Consvli dicebantur prudentes ab his, à quibus conſilij expetendi cauſa adibantur l. 41 ff. de reb. cred.

Consvli res dicitur, de qua ad Senatum relatum eſt: vt patet ex l. operis faciundi, de quo vide Duum viri. At conſuli populus dicebatur Romæ, cum lex rogabatur. Nam Feſtus, Rogatio eſt, inquit, cum popul. conſulitur. Cicero de legibus 3. Qui agent, non plus quam de ſingulis rebus conſulunto. Et in ea pro domo: ſi populus de iſta re conſultus eſſet. Prat. ex Hot.

Consvlendi mos olim & frequens & optimus fuit. Sic Ariſto magna laude conſultus fuit à Celſo Iuriſperitiſſimo, leg. juriſ. gentium. §. ſed & ſi. ff. de pact. Quemadmodum Sam. Q. Mutiũ conſuluit. in l. 2. §. Seruius autem, ff. de orig. jur. Old. Prat.

Princeps Consvlitvr à judice, à procuratoribus. Et hi principem conſulebant. Prudentes conſulebantur ab iis, qui conſilij petendi cauſa eos adibant. Briſſ. ex ff. & C. conſulentibus ſeu conſultoribus reſpondebant Iuriſconſulti. Briſſ.

Consvltare eſt frequenti opere conſilium inire. Prat.

Consvltatio, quæſtionem ſeu facti ſpeciem Iuriſperito propoſitam, & de qua Iuriſperitus conſulitur, ſignificat l. 27. §. Sticho. ff. de liber. legat.

Consvltatio ſimiliter appellatur, cum ad Imperatorem quid de jure dubitans, magiſtratus refert: ad cujuſmodi conſultationes reſpondere & ſcribere dicitur. Briſſ.

Consvltatio hoc eſt, cum cauſa in varias partes expenditur, vt quod optimum eſt appareat, ſuccurritur noſtræ cæcitati & inconſtantiæ, quandoquidem rectiſſime dictum eſt, Hominem inconſtantiſſimum animal eſſe, Rom. 4. Epheſ. 2. Geneſis 6. Pſal. 115. Omnis homo mendax, l. 2. Cod. de vet. jur. enucl.

Digitized by Google

emend. Hoc verbo vſi ſunt juris auctores in l.11.§ ex facto, ff. de minorib. l.1.§.1.ff.de appellat.l.2. C.de legibus. Old. Prat.

CONSULTATIO, id eſt, relatio, in l.1.C.de relat.

CONSULTATIO non rite judicata à judicibus obſeruanda non eſt, l.13.C.de ſenten.& interlocut.

In CONSULTANDIS rebus oportet ad plenum reſpicere: Non autem partem abſoluere, partem erroribus implicitam relinquere, quæ difficilioribus adhuc controuerſiis materiam præbitura ſit. Nouell. vt ſi plures filij non ſint, §.quod ſi minus agat.conſtit.18.Old.Prat.

In CONSULTATIONIBUS non tantum Imperij proceres & ſummi magiſtratus, ſed etiam totus Senatus conuenito. Proponuntur quoque in medio ſuncta Euangelia. Et quæ ordinis decreto placuerunt, referuntor ad maieſtatem Imperatoriam Nouel. de conſultationibus, conſtit.62.Old.Prat.

CONSULTI Imperatores à Procuratoribus l.48. ff de jure fiſci. Conſulti Principes reſcripſerunt, l.11.ff.de decurionib.

CONSULTIUS eſt, eſſe videtur, conſultiſſime feceris. Briſſ. lex ff.& C. (Briſſ.

CONSULTO & caſu opponuntur. Item conſulto & per errorem.

CONSULTO, id eſt, data opera, de induſtria, &, vt vulgo loquimur, ex certa ſcientia. Briſſ.

CONSULTOR, qui Iuriſperitum conſulebat. Briſſ. ex Cicer. Horat. conſultor qui dat conſilium Briſſ.

CONSULTUS, adiectiuum, ſignificat ſcientem & peritum, à quo jure conſilium petas. Liuius 1. ab vrbe condita lib. Conſultiſſimus juris, vt illa quiſquam ætate eſſe poterat. Significat etiam interrogatus, l.denique, §.ſi quis, ff.de min. Old.Prat. Conſultus etiam pro juriſconſulto. Briſſ.

CONSUMMARE eſt inchoatum perficere, l.ſi in aliquam, ff.de offic. Proc. Spieg. Prat.

CONSUMMATUM dicitur, cum omnium pretia redacta ſunt ad vnam ſummam: Plautus in Trucul. & Seneca 5. Epiſt. ſummam ſummatum vocant. Eodem modo Iuſtinian. in l.vlt. in princ. C.de vſur.rei jud. Conſummatam quantitatem ſortis & vſurarum, id eſt, in vnam ſummam redactam: vide Gothofr. ad l. 30.ff.de ædil.edict.

CONSUMERE, id eſt, impendere. Sic in funere, aut in monumento aureos centum conſumere, l.105. ff.de verb. ſign Conſumere inſumus rem legatam, l.65.ff.de leg.3. Conſumptum funeris cauſa, l.2.§. vlt.ff ad Leg.Falcid.Briſſ.

CONSUMERE etiam pro occidere. conſumuntur, vel morte conſumuntur, quibus vita adimitur. Damnati conſumendi dicuntur, quibus capitalis pœna irrogatur. Briſſ.ex Iul.Paul.& Val. Maximo.

CONSUMPTA incendio domus. Conſumptis pecuniis, penus, ſtipulatio. Conſumptum tempus, vinum, vel frumentum aliorum Conſumpti nummi, fructus, &c. Briſſ.ex ff.& C.

CONSUMI actiones dicuntur, quæ tolluntur, pereunt, extinguuntur. l.18.§.excepto. ff.de juretiur. l.5.§. 1.ff. de condict. furtiu.l.14.quod met.cauſ.Briſſ.

CONSUMPTI nummi videntur, qui alijs permutati, vel ita mixti ſunt, vt diſcerni non poſſint, vel alias ſunt expenſi l.13. l 19. §.vlt.ff ſi cert.pet. l.17.78.& 94.ff.de ſolut.l 50.ſi nummos, ff. de fideiuſſ Briſſ.Prat.

CONTEMNERE, negligere & aſpernari ſignificat. Contemnere Prætorem videtur, qui in jure interrogatus non reſpondet. contemnere auctoritatem Prætoris. Briſſ.ex ff.

CONTEMNERE & deſpicere, eo diſtant: quod deſpicere eſt grauius, quam contemnere. Paratus ſoluere, etiamſi non offerat contemnere non cenſetur. Vide Archid. & Ioh. Andr. in cap. extra de ſent.excom.lib.6.Spieg Prat.

CONTEMPTIBILIS eidem, apud Vlp. in l nec quicquam eſt, de offic.proconſ.

CONTEMPLATIO perſonarum habenda eſt, hoc eſt, cuius vitæ ſiot, vtrum frugi, an nequiore. Ad Vlp.in celebri l.cum hi §. ſed & perſonarum ff.de tranſact. Spiegel. contemplatione illius, id eſt, reſpectu, illo ſine.

CONTEMPLATIO, vox familiaris Vlpiano, quod ex litteris cum putari. ff.de neg. geſt.conſtat.Spieg.

CONTENDERE, litigare, & judicio certare, ac diſceptare ſignificat, vt contendere de libertate, de mutua pecunia, de legato. Briſſ.ex ff.

CONTENDERE pro in judicio dicere, allegare, affirmare, l.5.de his quæ vt indignis. Sic contendere & negare aduerſantur. Item contentioſa juris dictio voluntariæ opponitur, l.2.ff.de offic.proconſ.

CONTENDERE eſt plus quam tractare, eſt tumultus & perfidiæ occaſionem ex ſua diſputatione requirere, vide Gothofr. ad l.4.C.de ſumtrion.

CONTENTUS, qui continet, quod animo ſatisfacit, l.ſi rem alienam, § nunc, ff.de pignor. actio.l. ſtipulatio iſta, alia, §.ſatiſaccepit, ff.de verb. oblig.l.a diuo Pio, §.ſi pignore, ff.de re judic. Vel dicitur contentus, qui eo peruenerit, quo contendebat: Hot §.1, Inſt.de act.

CONTESTARI ſignificat teſtibus adhibitis aliquid declarare ac profiteri, l.1.ff.quod juſſu, l.2.C.de filijs famil. & quemadm. pat. lib. 10. Feſtus; Conteſtari eſt, cum vterque Reus dicit, Teſtes eſtote. Vnde conteſtatio pro teſtatione. l.10. §.ſit. ff. de teſtam. & apud Paul. lib.2. Sent. tit. 14. Ita Cicero lib.3. Epiſt. ad App. Conteſtari deos dicit. Hinc & litem conteſtari dicta eſt, cum judicium accipiebatur, ex eo quod litigatores qui tum aderant, teſtes faciebant, vt eſt à Feſto lib.3. proditum. Briſſ. Dicitur autem conteſtari litem actor cum reo, non reus cum actore, l.ſi à me fuit ite, ff.de jud. Cujac.Obſeruat. lib.9.c.21.poſt prin.

CONTESTATAM litem videri, cum judex per narrationem negotij, causam audire cœperit, l.1. C.de lit. conteſt. Non tamen per poſitiones & reſponſiones ad eas, ſed per petitionem in jure propoſitam & reſponſionem ſecutam, conteſtatio litis fieri dignoſcitur, c.1.circa fin. extra eod.c. cum cauſam, extr. de juram. calu. Prat. In accuſationib. etiam capitulum cauſarum litis conteſtatio locum habet. Briſſ. ex C. conteſtari non actiua tantum, ſed & paſſiua ſignificatione dicimus, l.1.in fin.ff.de ferijs, l.3.§.ſi is cuius. D.de ſepul.viol l.16. D de offic. præſi.l.2.§.eo autem tempore, D.ſolut.matrim.l.3. C.de non. Sic conteſtatum judicium, l.7.§.1.ff.de petit. hæred.l.19 D.ſoluto matr. Et conteſtatam litem ex actione dicunt, l.37.D.de neg geſt. Briſſ.& Spieg.

CONTESTATIO litis eſt ejus rei, de qua controuerſia eſt apud judicem ex vtraque parte facta narratio teſtibus præſentibus. Hoc genere res in judicium deducitur, & litis nomen accipit. Nec enim propter lis eſt, antequam conteſtetur, ſed controuerſia l.25.§.ſi ante. D.petit.hæred. Cujac.d. lib. obſeru 9.c.1. in priu.Prat.

CONTESTATIO pro teſtatione l.20.§.vlt.D.qui teſtam fac.

CONTESTATO, teſtibus adhibitis.l.1.§. Iulianus, ff.de liber. adgnat.Prat.ex Hot.

CONTEXTUS teſtamenti, l.75.D.de legat. lib.3. Contextu autem vno teſtamentum fieri debere dicitur, i.e. nullo alieno actu intermixto, l 21.§.vlt. D.de teſtam. Contextus ædificiorum vnius domus in l.15.§.ex hoc edicto. D.de dam. infect. Contextum rationum dixit Pompon. in l.110. D.de cond. & demonſt. Contextum etiam appellatur, quod in tela eſt nondum pertexitum vel detextum, l.21, D.de aur. argen. Et ſic contexta accipe in l.70 §.verſicoloribus. D.de legat.3. Briſſ.Prat.

CONTIGNATIO (in l.36. D.de ſeruit. vrb. Vitruuius li.2, c.9. Ammia. Marcel lib.19.l pen.D.de dam.infect & Plin. lib.35.c. 15.) dicitur vel lignorum, vel tignorum, vel aliarum rerum coniunctio. Et quandoque dicitur tegmen. Vnde duæ ædes dicuntur eſſe ſub vna contignatione, hoc eſt, ſub vno & eodem tegmine. Briſſ.Prat. Vel

CONTIGNATIO, eſt trabium coaſſatio ad tabulata cœnaculaque conſtruenda. Plin. lib. 35. Seſquipedalis paries non amplius quàm vnam contignationem ſuſtinet. Lib.et. ab vrb. cond. Bouem in tertiam contignationem ſua ſponte ſcandiſſe refert Papin. de ſeruitut. vrb.prædio.l.binas quis. Binas, inquit, quis ædes habebat vna contignatione tectas, Nebriſſ.

CONTINENTES prouincias accipere debemus, quæ Italiæ coniunctæ ſunt, vt Galliam & Prouinciam. Sicilia etiam inter continentes eſt, cum modico freto ab Italia ſejungatur, l.99. ff de verb.ſign.Briſſ.

CONTINENTIA vrbis pro ſuburbijs accipiuntur, quod cum ipſa vrbe ſe teneant, contiguaque ſint, l.2.l.139. l 154. D.de verbor. ſign. Notandum, Qui extra continentia vrbis eſt, abeſſe. Cæterum vſque ad continentia, non abeſſe videbitur. Vide & l. 147. 173. & 199. D.eod. l.4.§.vlt. D in quib.cauſ. pign, l.1. & apud Labeonem. D.de aqu.& aq.pl. Bri. Inter continentia vrbis vicos vult intelligi Vlp. in l.collegarum, D de verb. ſig Sp.Pr.

CONTINENS etiam plerunque pro continuus, hoc eſt, continuatus accipitur Cic.1. Tuſc.quæſt. Continentem orationem audire malo. Celſ. lib. Ex multo magis, ſi continentes febres ſine remiſſione ſunt. Tripl. lib.27. de excul L.Titius, Teſtamento, inquit, Romæ concepto, vt in continentib. Nebriſſ.

EX CONTINENTI, & incontinenti, id eſt, confeſtim, nullo intercedente tempore. Briſſ.

CONTINGERE notiſſima ſignificatione ſignificat accidere. Sic contingere damna, contingere incendium culpa, dolo, &c. Briſſ.ex D.

CONTINGERE etiam attingere ſignificat, Ædificij pars quæ ſolum contingit. contingere ripam. contingere defunctum affinitate, ſanguine. Briſſ.

CONTINUA poſſeſſio dicitur, non ſolum quæ penes vnum, atque eundem ſemper eſt, verum etiam, quæ ab vno ad alium legitime tranſlata fuerit. Old.Prat.

CONTINUI dies vtilib. opponuntur, l.1.§.dies, D.de lib.agnoſc. l.5.§.ſatisfactionis, D.vt in poſſ.leg Briſſ.

CONTINUUM tempus, quod nulla eorum dierum, quibus experiundi poteſtas non ſuit, ſubductione facta, currit, & ignorantibus quoque cedit, l.8. D de ijs qui not. infam.l.3.§.1. D.de vſuc.l.2.de quadri.præſcr.l vlt.C.de tēp. in integ reſtit. l.1.D. de colluſ.detep.l.6.ff.de vſufr.leg.l.24.ad Velleiā.l.38. de ex-

cuſ.tut.l.31.ff.de adult.§.qui excuſare. Inſtit.de excuſ.tut. Vbi Theophil.[illegible],ait,[illegible],&c. Briſſ.

CONTINVA prædia, i.e. contigua,& vicina, ſeq; inuicem contingentia.l.31.ff.de ſeru.ruſt.l.7.in fin.ff.comm.præd.Bri.Pra.

CONTINVVS actus l.1.7.ff.de verb. oblig. ſine aliquo longo interuallo,& aliquo actu contrario obligationi.Briſſ.

CONTINVVS annus,vide Annus.

CONTORQVERE, Ciceroni eſt oratione non recta, ſed tortuoſa vti, quo genere ſolebant plerunque ſuas contexere argumentationes Stoici.

CONTRA pro Ex diuerſo. Paulus in l.hæredes eius. §.contra, ſi promiſſor.ff. familiæ ercisc. Vlp.in l.Celſus ait, in prin.ff de recept.contra,ait,vbi duntaxat dari juſſit. Spieg.Prat.

CONTRA, id eſt, in conſpectu l. venditur. Dig. communia prædiorum.Prat.

CONTRA edictum facit, qui vetante Prætore facit l.103. de diverſ.reg.jur.

CONTRA teſtamentum non facit, qui plus facit, quam teſtator juſſerat,ſed qui minus,l.22.D.de verb.ſig.Briſſ.

CONTRA Ius patrium pronunciare dicitur, cum in ſententia non exprimitur aliquid contra leges, ſed tamen ad factum & cauſam exigatur,tum apparet iniquitas.Spieg.Prat.

CONTRA bonos mores, frequens in jure formula, qua publicam honeſtatem lædi ſignificamus. Contra bonos mores dicitur,quod vel flagitioſum eſt,vel ad flagitium pellicit, Con. lib.5.c.2.num.2.Spieg.

CONTRA legem facere, & in fraudem legis facere, differunt, vide l.30.D.de legib.

CONTRA legem facit,qui id facit,quod lex prohibet, l.29.D.de verb.ſignif. contra edictum facit,qui prætore vetante facit,l. 103. D.de reg. jur.contra conſtitutiones judicatur, cum de jure conſtitutionis, non de jure litigatoris pronunciatur, l.1. §.item cum contra.D quæ ſent. ſine appell.Briſſ.Prat.

CONTRA ſacras conſtitutiones judicatur, cum de jure conſtitutionis, non de jure Litigatoris pronunciatur, l.1.§.item 94. D.quæ ſent.ſine appell.Briſſ.

CONTRACTVS eſt duorum pluriumve in idem conuentio & conſenſus, ad conſtituendam obligationem, & vt alter alteri ſiat obnoxius,ait Theoph.§.vlt.de oblig.Hotom.

CONTRACTVS & conuentio. Conuentionis verbum generale eſt, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi tranſigendique cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt. Nam ſicuti conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in vnum colliguntur,& veniunt, ita qui ex diuerſis animi motib. in vnum conſentiunt, in vnam ſententiam decurrunt, l.1.§.conuentionis, ff. de pactis. Adeo autem conuentionis nomen generale eſt, vt dicat Pedianus, nullum eſſe Contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in ſe conuentionem, ſiue re,ſiue verbis fiat. Nam & ſtipulatio, quæ verbis fit, niſi habeat conſenſum, nulla eſt, l.1.de pact.ff conuentionum autem aliæ actiones pariunt,aliæ exceptiones duntaxat,l.juris gen.D.eo.conuentiones ex actiones pariunt, in quibus ſubeſt cauſa quæ,vt plurimū, in ſuo nomine non ſtant, ſed tranſeunt in proprium nomen contractus, vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, commodatum, depoſitum, & cæteri ſimiles contractus, d.l. juris gentium. Ex quibus apparet, contractum eſſe conuentionem, in qua ſubeſt cauſa, quæque actionem parit. Contractus enim eſt, vt inquit Vlp. in l.Labeo, 19.§.1.de verb. ſign.D.vltro citroq; obligatio, quam Græci συνάλλαγμα vocant veluti emptionem, Venditionem, Locationem, Conductionem,Societatem. Conuentiones vero ex exceptiones pariunt, in quibus nulla ſubeſt cauſa. Cum enim nulla ſubeſt cauſa præter conuentionem, hinc conſtat, non poſſe conſtitui obligationem, igitur nuda pactio obligationem non parit, ſed parit exceptionem, d.l. juris gen.§.1.niſi veſtiatur traditione, vel ſtipulatione,tunc enim etiam actionem parit. Anc.

CONTRACTVS à contrahendo dicitur, Græcis ſignificantius συνάλλαγμα vocatur,continetq; omne pactum. Qua voce Ariſtoteles vtitur Ethic. lib.5.contrahere ergo dicitur, quaſi contra vicissim,mutuo,aliquid agere ad obligationem.Oldend.

CONTRACTVS cauſa efficiens eſt jus gentium,h.c. naturale,ſeu diuinum, Naturæ enim præceptum eſt: diligendum eſſe proximum: Quia Deus nos dilexit. Et pater miſericors ideo nos creauit, vt in cognitione illius fratres cenſeremur omnes, hancque momentaneam vitam honeſte tranſigeremus. Ergo benefaciendum eſt maxime, nocendum minime fratri, §.juris præcepta. Inſtit. de juſtit. & jure,l.vt vim, D.eod.tit. Non poſſumus autem commodius alteri benefacere, quam ſi communicemus aliquid rerum noſtrarum, vel officiorum. Ruſus communicatio, niſi haberet modum jure præſcriptum, nunquam expleret adfectus hominum inſatiabiles. Quare modos adhibere oportuit,& ordines quoſdam in transferendis rebus, vt mutua quædam ſeruaretur vtilitatis ratio,ne alter ab altero nimis grauaretur. Et hæ ſunt contractuum formulæ,per quas exercemus mutuæ charitatis officia,in pace & tranquillitate. Itam eſt alta regula naturæ. Omnes res ſunt a Deo gratia hominum creatæ, §.is vero ad quem, Inſt. de rer. diuiſ. Omnia, inquit David, ſubiecisti ſub pedib. eius. Iam cum diſtincta rerum dominia: fit vt id, quod noſtrum eſt,inuitis nobis auferri non liceat, l.id quod noſtrum, ff.de reg. jur. Opus ergo fuit alijs quibuſdam medijs,ad introducendam mutuam omnium rerum & operarum communicationem,ſine vllo grauamine. Tales autem ſunt contractus nominati & innominati,ac quaſi contractus, viden',quomodo contractus ſint ex jure gentium; Quæ gens enim non probet huiuſmodi naturæ beneficia lumine naturalis rationis? Old.Prat.

CONTRACTVS cauſa materialis, ſunt res humanæ, & functiones tam variæ, vt plura ſiot negotia,quam vocabula, l.natura enim,D.de præſcr. verb. Circa hanc enim cauſam perpendendum illud eſt, non potuiſſe conſeruari pacem in hac vita, confuſis tot rerum ſine diſtinctione commercijs. Et rurſus, diſtinctionem fuiſſe perniciosiſſimam ſine formulis communicandarum rerum futuram. Vis videre,quam hoc ſit verum? Circumſpice quoquo verſus, & videbis, ne nunc quidem ſatis conuenire inter homines, vtcunque rebus diligentiſſime diſtributis. Quid igitur erat futurum, non introductis contractibus obligatorijs? Certe beluino more nos inuicem dilaniaremus,niſi eſſent contractus.Old.Prat.

CONTRACTVS cauſam formalem ſi recte inſpicias, oblectabit te maiorum prudentia. Mirum enim dictu eſt,quam pulchra ſit obſeruata contractuum ratio, ac velut harmonia vſui noſtro omnibus modis deſeruiens per gradus. Ea enim eſt vera philoſophia,cuius meminit l.1.D.de juſt.& jure.I.Ecce ſi rebus indiges,& habueris pecuniam numeratam,propoſita eſt formula emendi & vendendi,& præſtans omnium facilem rerum communionem. II. Si careas pecunia, locuples aliarum rerum, tunc vti potes priſca illa permutandi obſeruatione,quæ etiam frequentatur hodie III. Si non ita multum habeas pecuniarum,nec rerum: aut ſi dominus nolit alienare rem,qua indiges, tunc proximum eſt,vt vſum eius conſequaris ſaltem ad tempus certum. Quo pertinet locatio & conductio, exhibens etiam nobis commutationem operarum perſonalium. Item commodati contractus & mutui, eodem ſpectant. IV. Vbi nihil eorum poſſis conſequi pecunia: tunc expoſitas habes liberalitatis formulas: vt ſunt,precarium,donatio tam inter viuos,quam cauſa mortis. Sæpe enim largimur rogati, & ſine obligationis vinculo, id quod alioquin non concederemus pecunia. Eſt ne hæc elegans forma in gradibus contractuum obſeruata? Tu collige ita de reliquis omnibus,videlicet, quomodo abſentibus nobis deſeruiant contractus mandati,negotiorum geſtorum.Old.Prat.

CONTRACTVS denique cauſa finalis eſt,vt vtamur fruamur rebus à Deo donatis honeſte ac commode: ne alter ab altero grauetur: vt æqualitas commutatiua pacem conſeruet, Pax Rempublicam, in qua, velut eadem naui ſumus omnes. Item, vt exerceamus charitatem, & communicemus res noſtras indigentibus, vtque certo conſtet in commercijs rerum,quid vnicuique tribuendum ſit. Et in ſumma: omnes contractus pertinent ad finem benefaciendi proximo. Nam in hoc conſiſtit verus eorum vſus: errantq; tota via, qui contractus ad vilem quæſtum referunt principaliter, quanquam honeſtum lucrum non repudiant inter contrahentes.Old.Prat.

CONTRACTVS alij re fiunt,alij ſolenni verborum conceptione, alij nudo conſenſu de aliqua re,alij denique literis:qui omnes ad duo ſumma genera ſunt redacti: Aut enim nominati dicuntur, quibus certum nomen latinæ linguæ conſuetudo impoſuit, veluti emptio,locatio: Aut innominati:Do vt des,Do vt facias.Facio vt des,Facio vt facias,qui propterea ſic appellantur:quia nullum ex latinæ linguæ conſuetudine certum ac proprium nomen habent: tametſi etiam prima ſpecie ad nominatorum ſimilitudinem accedere videantur, tamen propter juris ciuilis ſubtilitatem ab iis magnopere diſcrepant, l. 1.& paſſ.D.de præſcript.verb. Hot.Goedd.l.19.de verb.& rer. ſign.nu.6.Deinde omnes contractus aut proprie ſunt contractus aut quaſi contractus. Proprie contractus ſunt & nominati & innominati, qui tractatu habito fiunt. Quaſi contractus, qui tacite & præſumpto conſenſu fiunt, cuiuſmodi eſt negotiorum geſtio, tutelæ curæque adminiſtratio, hæreditatis aditio, &c.ibi.nu.7.

CONTRACTVS impugnandi cauſa juſta non eſt, quod paulo minore vel maiore precio res ſit alienata, l.ſi voluntate, & l. quiſquis mihi.C.de reſcid.vend.Prat.

CONTRACTVS nullus dicitur,qui in ſe forma vel materia peccat.Prat.

CONTRACTVM in eo loco intelligimus,non quo negotium geſtum eſt, ſed quo ſoluenda eſt pecunia, l.3. D. de reb.autor. jud.l.21.D.oblig.& act.Briſſ.

CONTRACTVM, actum, geſtum, differunt. Actum non eſt ipſa res, non ipſa verba, quibus quid geritur & contrahitur, ſed hoc ipſum factum, quo res & negotia fiunt, quo verba proferuntur, quo conſentiunt vel diſſentiunt contrahentes, l.ſemper in ſtip. D.de reg. jur. Geſtum vero non tam factum eſt, quam totius rei compendium, quod expeditur, id eſt, totius

rei vel

rei vel negotij modis & tractatus, ſiue perficiatur, ſiue quid imperfecte agatur, l.pacilei. 31.de pactis. Contractum vero neque ipſum factum eſt, neque rotius rei tractus, ſed ipſum quod agitur, geritur vel negotium: ſic à ſua forma dictum, quaſi tractatu hinc inde negotium factum. Gœd.l.19.nu. 9.de verb.& rer.ſign.

CONTRACTVS, ex conuentione legem accipere dignoſcuntur, de reg.jur. lib.6. ex l.contractus.ff.eod.tit. In alternatiuis debitoris eſt electio: & ſufficit alterum adimpleri, ibid. ex l.in eo quod plus.§.vbi verba, ff.eod.tit. Old.Prat.

CONTRACTVS bonæ fidei dicuntur, ex quibus ſimplici quadam ratione boni & æqui, abſque vlla ſubtilitatis diſputatione, præſtanda ſunt etiam ea, quæ non fuerant nominatim inter conuenientes dicta. Stricti vero juris, anguſtis finibus concluſi, nihil admittunt, quam cuius facta eſt mentio, §.in bonæ fidei, Inſtit.de act.l.conſenſu, in fin.ff.de oblig.& act.Pr.

CONTRACTVS colonarius, Vide actio emphyteutica, & colonarius contractus.

CONTRACTVS conſtituti, qui teſte Zazio eſt frequentiſſ. in omni terra, ideo nomen ſortitur, quod in eo quod poſſidemus, poſſumus facere alium poſſeſſorem, conſtituendo nos eius nomine poſſidere. Vide ipſum in enarr. l.quod meo. ff.de acq. poſſ. Spieg.

CONTRACTVS dationis ſunt quatuor, Mutuum, Commodatum, Depoſitum & Pignus. Vult. in comment. Inſt.li.3.quib. mod.re contrah.obl.num 3.

CONTRACTVM emptionis & venditionis, non autem contractum venditionis & emptionis dicimus: quoniam contractus ab emptore, velut indigente re empta, cenſetur cœpiſſe. Spie. Old.

CONTRACTVS Feudalis: quum totus ex beneficio proficiſcatur, eſt bonæ fidei. Vnde recte dicit Old.pueriliter rixari Feudiſtas, verum contractus iſte ſit bonæ fidei, an ſtricti juris. Zaſius in Feudis pertinatorum Aluarotum ſequitur, qui mehercle parum ſolide ſua hic, vt tum pleraque alia, firma. Quis quæſo contractus erit bonæ fidei, ſi Feudalem non ſinant eſſe talem? Spieg.

CONTRACTVS fidem deregendi ſeruo poteſtas tributa eſt juxta Hermogenianum in fin.l.in certis cauſis, ff de jud. Spieg.

CONTRACTVS Fiduciarius, qui non jure nititur, ſed fiducia contrahentis: vt ſi fidem eius, qui tibi obligari non poteſt, ſequaris. Ita fiducia contrahitur, ſi te ita hæredem inſtituam, vt alas filiam, vel amicum meum exulem: vel ſi ea lege conferam ſibi præbendam, vt eam alteri reſigner. Quod in manus fideles tradere, vulgo appellant. Spieg. Quaſi contractus, lege, actio.neg.geſt.

CONTRACTVS Libellarius dicitur, cum res non à domino ſed à vaſſallo aut emphyteuta detur perpetuo valde parua penſione, vt noſtri tradunt, ſed falſo: nam & à vero domino fieri poteſt, & ab emphyteuta nunquam. Conn.lib.7 c.14.n.12.

CONTRACTVS ſimulatus proprie eſt, cum fœnerator, quod pignoris cauſa acceptum eſt, emiſſe videri vult, c.ad noſtram, de emptio.l.3.C.Plus val.quod ag. Spieg.

CONTRADICERE eſt allegare juſtam læſionem contra id quod agitur, Vlp.in l.nam ita diuus, ff.de adoptionibus. Prat.

CONTRADICERE, & non conſentire, diuerſa facit Vlp.in l.5.ff. de ſeruit.præd.vrb. Briſſ.

CONTRADICTOR. Contradictio. Briſſ.ex ff.

CONTRADICTO judicio conſuetudinem firmare Vlpiano eſt, quod vulgo dicitur in contradictorio judicio obtinere, vincere, quemadm. apud Ciceronem Silnio judicante, contradictiones pro inſtantijs & obiectionibus accipiuntur. Spieg.

CONTRAFACERE, ſic intelligendum: Si juſſio affirmatiua eſt, qui negligit, aduerſus eam facere dicitur, l.ſi quis maior.C. de tranſact. Si prohibitiua, ne quid fiat, fit: aduerſus eam negligenda non facimus, ſed faciendo tantum. Ex Alc. Spieg.

CONTRAHERE, paciſci, vt fit in emendis vendendiſque mercibus. Contrahere apud Iuriſconſ. dicitur, cum vltro citroque aliquid dabatur, ſcilicet cum vnus accipiebat, alter dabat. Liuius lib.21. Iam inde haud ſecus, quam in pace res inter ſe contrahere, vendendo, emendo, mutuum dando argentum, creditumque ſoluendo auderent. Prat. { Briſſ.

CONTRAHERE aureos pro redigere, contrahi pro in vnum cogi.

CONTRAHERE dicimus negotium, obligationem, ſtipulationem, venditionem.l.1.& 33.de cond.indeb.l.5.& l.133.de reg. jur.l.57. de oblig. & act. Huic contrarium eſt diſtrahere, l.4. §.is quoque, ff.de oblig.& act. Prat.

CONTRAHIMVS crimen, l.15.ff.de donat.l.2.ff.de cond.ob turp. cauſ.cum ſubimus culpam, fraudem, furtum, vim. Briſſ.ea ff.

CONTRAHERE fraudem, l.8. ff. de publican. & Ita accipe ex malo contractu, l.52.ff.de re jud. Prat.

CONTRAHERE in loco, & conferre ſolutionem in locum, longe differunt, l.eum qui §.3.ff.de conſtit.pec. Spieg.

CONTRAHENTIBVS licere inuicem ſe circumuenire, dixere Vlp. in l.cauſæ, 16 D. de min. & Paulus l.item ſi, § finali, D.locati, quod accipiendum putat illic Bartolus, ſi dolus abſit, nec vltra dimidium juſti pretij factum ſit. Panorm. in cap. nauiganti.de vſuris in antiq.hoc clarius explicat, vt tum demum circumuenire liceat, cum circumſcriptio ſeipſa interuenit: ex propoſito diuerſum eſſe, quæ ſententia vera eſt. Accurſius tamen in l.ſemper in conuentionibus, ff de diuer. reg. jur.antiq.hoc non congruere viro bono ſcribit, Philippus Decius inter ſcientes hoc conceſſit, in d l. ſemper. Tu rem expende, & vide eundem P.Decium in l pen.C.de pactis, & Salyc.in authen. ad hæc, C.de vſuris & Ioh. Imo.c.1.de empt. & vend. Prat.

CONTRAHENDARVM rerum genera ſunt tria. Aut enim verbis id fit, aut re aut conſenſu Conna.lib.1.c.1.num.1.

CONTRAHENTIVM deceptio jure ciuili toleratur vſq; ad dimidium juſti precij, l.in cauſæ §. idem Pompon. ff.de minor. Erant autem olim periti rerum æſtimandarum inter contrahentes, quos Summarios adpellabant. Nou. de hortulanis, §. ipſam vero olerum æſtimationem. Conſt 64. Old. Prat.

CONTRAHERE labem pudoris, id eſt, infamari, in l.17. C. de excuſ.tut. (ctum, æs alienum.

CONTRAHERE nuptias, matrimonium, debita, nomina contra-

CONTRAHERE verbum varie & pro rei argumento accipitur. Dicimus enim aliquando rem totam pauſis contrahere: & neruorum contractionem, id eſt σπασμόν. Sed propriè à Iureconſultis noſtris contrahere, eſt commercia exercere, permutare τὸ συναλλάττειν Cic li.3.offic. Tollendum (inquit) eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium: non licitatorem venditor, nec qui contra liceatur, emptor apponet: vterque ſi ad loquendum venerit non plus quam ſemel eloquatur. Quo loco Cicero ſcribit dolum malum in vendendis & permutandis rebus ſemper abeſſe debere. Ab hoc igitur verbo, contrahere, id eſt, συναλλάττειν, contractus deſcendit, quem Græci συνάλλαγμα vocant. veluti emptio, venditio, locatio, &c. Brechæus l.Labeo, in tit.de verb.& rer.ſignif.

CONTRAHERE quoque videtur, qui adit hereditatem, l 3.in fin. & ſeq.ff.quib.ex cauſ.in poſſ. Prat.

CONTRAHERE populum, id eſt, conuocare. Contracta turba, id eſt, coacta & conuocata. l.4.§.ſi quis §.vi bonor. rap.

CONTRAHERE rem & rationem Cic.

CONTRAHERE alicui pro cum aliquo Vlp. l.8. §.10. ff ad S.C. Vell. ſi quum eſſem tibi contracturus mulier interuenerit, vt cum ipſa potius contraham. Hot.

CONTRARIETAS juris eſt, quoties ex eodem in ſpecie facto repugnantes ſunt definitiones præceptorum, quarum alteram inſpectu ratione boni & æqui oportet eſſe falſam. Talis contrarietas, quia valde nocet humanæ ſocietati, ſemper fugienda eſt Conſtit.ff.3.§.contrarium Old. Prat.

CONTRARIVM, ſeu ἀντινομία, hoc eſt, Legum repugnantiam; nullam putat Iuſtinianus in Pandectarum libris inueniri, ſi quis ſubtili animo diuerſitatis rationem excutiat. Nam ſemper eſt aliquid ſecundum quod liceat diſſonantiam conciliare. Conſtit.ff.3.§. contrarium autem. Bud. contra nititur probare, quæ ſoluit Zaſius. Old. Prat.

CONTRARIVM judicium tutelæ quod directo opponitur, datur tutori, quando ei ſunt ſumptus & expenſæ reficiendæ. Vlpian. l.furti, de his, qui not.infa. Contrario judicio damnatus ait, non erit infamis. Spieg. Prat.

CONTRARIA judicia rectis & principalibus opponuntur, l.17. §.1. 18.§. poſſunt, ff.commod. Sic autem appellantur ea judicia, quæ commodatario aduerſus commodantem, mandatario aduerſus mandantem, depoſitario aduerſus deponentem, creditori qui pignori accepit, aduerſus debitorem, qui dedit, ei cuius negotia geſta ſunt aduerſus eum qui geſſit, tutori in pupillum competunt § ex quibuſdam, & ibi Theoph. Iuſt. de pœ.temer. litigant. Id quod ſignificatur his titulorum verbis commodati vel contra, Depoſiti vel contra, Mandati vel contra, De pignoratitia actione, vel contra. Sic in l.6.§.vlt. ff.de his qui not. infam. l.8 §. ſi quocunque ff.de neg. geſt.l. 23.ff. de vſur.l 6.C.ſi alien.res pign. vt ſuperiorum titulorum leges omittam, quæ cuilibet in promptu ſunt. Et apud Cic.lib.3.off. cum ait. In his magni eſſe judicis ſtatuere, præſertim cum in pleriſque eſſent judicia contraria, quid quemque cuique præſtare oporteat Briſſ.

CONTRARIA Inſula, ex aduerſo poſita in l.penult.§. penult. ff. de acq.rer.dom. Briſſ.

CONTRARIAM ſententiam pati, ſuſtinere, portare dicuntur, qui judicio vincuntur vel damnantur, l.29. ff.de except. rei jud l.4.C.mandat.l 8.C.de his.quæ vt indign. Briſſ.

CONTRARIORVM eadem eſt diſciplina. l.1.de ijs qui ſunt ſui. Sed quandoquidem plurimi refert, quomodo diſciplinam accipias, ſic diſtingue: Aut intelligimus contrariorum eandē eſſe diſciplinam.i.e.cognitionem, & erit vera propoſitio. Nam cognito vno ex contrarijs, cognoſcemus & aliud contrarium, l.ex duob in prin.& l.ſeq.in fin.de vulg ſubſtit.l.1.in pr. ff.de his qui ſunt ſui vel alien. juris. Aut referimus eam propoſitionem ad juris ſanctiones, vt ſit contrariorum eadem ſanctio vel ordinatio. Et tunc, cum in vtroque eſt eadem ra-

Google

tio, erit eadem juris definitio. Cum autem apparet diuerſa ratio, erit quoque diuerſa diffinitio. Ibi autem plerumq; par ratio eſt, vbi ambo contraria ſeſe mutuo reſpiciunt, & ex ſeſe naſcuntur ſub corruptionis modo, hoc eſt, vt cũ alterum contrariorum naſcitur, alterum perimatur, veluti, retinere & amittere: obligare & liberare: contrahere & diſtrahere: teſtamentum facere, & teſtamentum reuocare: nunciare nouum opus, & remittere. In his enim & ſimilibus eadem eſt juris diſpoſitio, vt quod in vno ſtatuitur, cenſeatur etiam in alio ſtatutum. Vt ecce, In Obligatione diſpoſitum eſt, eam tempore produci non poſſe, l. certis annis C. de pactis. Ergo nec tempus perimere poteſt obligationem, l. obligationum fere, §. placet, ff. de obl. & act. Sic quando contractus fuit bonæ fidei, eius quoq; reſolutio erit bonæ fidei, l. ab emptione, ff. de pact. l. nihil tam naturale. ff. de diuerſ. reg. jur. Old. Prat.

E vel ex CONTRARIO, in §. relegati, inſtit. quib. mod. jus patr. pro econtra, ſed pro ſimiliter ſumitur, relatione filij ad patrem. Prat.

In CONTRARIUM, pro ex cõtrario, l. 29 §. vlt. ff. de exce. rei. jud.

Per CONTRARIUM, l. 1. §. Si venter in poſſeſſ. mitt.

CONTRECTARE eſt rem loco mouere, atque ita in quæſtione, de furtis accipiendum oſtendit, l. 3. §. Item, ff. de acqu. poſſ. & alibi ſæpe. Nec enim aliud eſt contrectare, quam rem alienam intercipiendi cauſa mouere, vt loquitur Iuſtin. in §. furt. Inſt. de oblig. quæ ex delict. Vt autem furtum contrectatione committitur, ita purgatur, ſi res reponatur, l. 40. ff. de ſtatulib. Briſſ Prat.

CONTRIBUTIO eſt collatio, vt fit mercium pro iactu. l. 1. ff. ad l. Rhod. de iactu. Perſæpe etiam ſumitur pro coniunctione & cumulatione variarum ſummarum: vt in legis Falcidiæ ratione ineunda, cum varia legata cumulantur, vt appareat de dodrantis quantitate, fieri dicitur contributio, l. 1. §. interdum, l. 11. §. quod vulgo, ad leg. Falcid. l. 1. in prin. ff. ſi cui plus quam per legat. Prat.

CONTRIBUTA bona, i. e. vnita & cõfuſa, l. 1. ff. de ſeparationib.

CONTROVERSIA eſt certarum perſonarum de re propria contentio, & dicitur ante litem conteſtatam, l. ſed & lege, ff. de petit. hæred. Spieg. Prat.

CONTROVERSIA litem & quæſtionem ſignificat. Briſſ.

CONTROVERSIAM facere hæredibus, impuberi, pupillo Briſſ.

CONTROVERSIAM dijudicare, diſtrahere, referre, ſuſtinere, mouere. Briſſ. ex ff.

CONTROVERSUM jus Liuius lib. 3. Briſſ.

CONTROVERSIA pro vi & impetu accipitur in l. 24. §. idem. Seruius. ff. de dam infect.

CONTROVERSIA aquæ, in l. fluminum, §. item ſerius, ff. de dam. infect. dicitur vis & impetus. Prat.

CONTROVERSIAM poſſeſſionis facere is videtur, qui prohibet aliquem vti poſſeſſione ſua naturali, l. ſi duo. §. hoc interdictum ſufficit, ff. vti poſſidetis. Spieg Prat.

CONTUBERNALES, pro ſeruorum coniugibus, & natis, inſtructo fundo contineri, l quæſitum, §. ſi inſtructum. ff. de fun. inſtru. l. vxorem. §. concubinæ ff de leg. 3. l. liberorum, §. ſed & Papirius. ff. de verb. ſign. Prat. (Oldend. Prat

CONTUBERNALIS ſeruus pro domeſtico, l. vl. de aur. & ar. leg.

CONTUBERNIUM in re militari. Manipulum militum ſignificat, vt Veget lib. 2. c. 13. ſcribit, vbi Centurias in Contubernia diuiſas fuiſſe ſcribit: vt decem militibus ſub vno Papilione degentibus vnus quaſi præeſſet Decanus, qui caput Contubernij nominabatur: Et ita vox hęc accipienda eſt, l. 5. §. à barbaris, ff. de re milit. Vnde & Commilitones, Contubernales appellantur à communibus Tabernaculis, l. 185. 184. ff de verb. ſign. Hinc Feſto Pompe. contubernales dicuntur à Tabernis, quæ fiebant & Tabulis: vnde & tabernacula dicta ſunt, licet ex tentorijs & pellibus fiant. Briſſ

CONTUBERNIUM etiam ſeruile connubium ſignificat. Inter ſeruos enim non matrimonium, ſed contubernium contrahi dicitur, vt Paulus lib. 2. ſent tit. 20. l. 4. §. ſeruiles. ff. de ritu nup l. 49. de manum teſtam. Adde l. cum ancillis. C. de inceſt. nup. l. 35. ff. de ædil. edict l. 11. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. l. 4. C. de dol. l. 3. & 7. C. de liber cau l. 19. C. eod. l. 9. C. comm. de ſuc. l. 3. C. de neceſſ. ſeru. Nou. de nupt. §. ſi vero ab initio. Sed hodie quantum ad nuptias attinet nulla differentia eſt inter nuptias liberorum & ſeruorum, c. 1. de coniug. ſer. Briſſ.

CONTUBERNIUM generalius accipitur in §. quibus connumerari. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. Briſſ.

CONTUMACIA euidens, quæ & manifeſta, contrahitur, ſi reus dicat, ſe non comparitururum aut obtemperaturum. Prat. &

CONTUMACIA præſumpta, eademq; & dubia, cum reus ad domum citatur, vel in valuis eccleſiæ non comparet Eadem &

CONTUMACIA, inobedientiam ſignificat, & proprie contemptum potiorum: & eſt delictum perſonale, perſonam ſequens inobedientis. Vnde fit, quod procuratores, tutores, vel curatores, ſi non obtemperauerint judici, ipſi tenentur, non dominus, pupillus, vel adoleſcens, leg. 1. §. ſi procurator, ff. ſi quis jus dicen. non obtemp. Old. Prat.

CONTUMAX eſt, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod vulgo Peremptorium adpellant, literis auocatus, vel denunciationibus conuentus, præſentiam ſui facere contemnit. ſi modo ad juriſdictionem ejus ad quem vocatur, pertinet, l. 5. D. pœn. l. 7. & 8. C. quomo & quand jud. l. contumacia. de re jud. Cæterum, qui ad majus tribunal euocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, contumax non videtur, l. 54. D. de re jud. Briſſ.

CONTUMAX non dicitur, qui citatus à judice non comparuit, qui timebat ire ad judicem, etiam ex leui cauſa, ita ſing. Bal. in l. deberi, verſ. item conſidera. C. de fideicom. libert. quod dictum pro auten commendat Aret. in l. a. in 2. not C. de Carb. edict. vbi etiam D. Iaſ. in 3. not. & late tradit de veritate D. Iaſ. l. vnica. §. vlt. in penul. col. per vnam glo ſing. ibi. D. ſi quis jus dic. non obtemp. & D. Alex. in l. qui Romæ §. duo fratres, in 10. col. ver. & dicit quod licet, D. de verb. obl. Quid autem in eo, qui monitus fuit à judice? eſt ſing. dictum Ang. vbi dixit, quod ſimplex judicis juſſus habet vim peremptorij, & conſtituit juſſum in vera contumacia. adeo vt non poſſit appellare, ſi non comparuerit, ita ſing. Aug. per gl. ſing. ibi in l. 2. C. quomod. & quan. jud. ante fin. & retulit inſt. in verb. peremptorij vim. Contra.

CONTUMAX non is tantum dicitur, qui judicio deeſt, quique ad judicium non venit, ſed & qui decreto Prætoris non obtemperat, & reſtituere vel exhibere, vel tutelam adminiſtrare juſſus, non paret, l 1. §. propter caſum, D. de poſtul. l. 2. §. condemnatio, D. de tab. exhib. l. 40. & l. 49. D. de adminiſt. tut. l. 19. D. de dolo. Briſſ.

CONTUMAX dicitur, qui vocanti in jus non obtemperauit. Contumaces autem non videntur, niſi qui eum obedire deberent, non obſequuntur: id eſt, qui ad juriſdictionem ejus cui negant obſequi, pertinent, d. l. contumacia. Cæterum, contumacem per annum jus ſuum amittere, Doctores tradiderunt, idque in ſimplicis contumaciæ pœnam, contra mentem §. vltimo in noua Iuſtiniani conſtit. C. de aſſert. tol. vt latius declarat Alc. c. 17. li. 3. Parerg. Obſeruandum tamen, contumacem eſſe citationi, & non obtemperare jus dicenti, diuerſa eſſe. Spieg. Prat.

CONTUMAX etiam eſt, qui omnino non reſpondit in jure interrogatus, l. de ætate. §. qui tacuit. D. interrog. act. Prat. Briſſ.

CONTUMELIA injuriam ſignificat, & à contemnendo dicitur, quam Greci ὕβριν vocant. Vlp. l. 1. D. de injur. & famoſ. libel. quod & Seneca probat libro de Tranqu. vitæ 11. Contumelia, inquit, à contemptu dicta eſt: quia nemo, niſi quem contemnit, afficit tali injuria, &c. Contumelia enim injuriam ex contemptu ortam denotat. Briſſ Prat. Contumelioſus exactor, libertus. Contumelioſe aliquo vti. Briſſ. ex D.

CONTUMELIA judiciorum, ſanguinis. Briſſ. ex D. & C.

CONTUMELIAM facere, in contumeliam alterius proponere libellos Paul. lib. 5. ſent tit. 4.

CONTURBARE dicitur, qui ſoluendo eſſe deſinit, quique nomina expedire, & æs alienum quod contraxit, exſoluere non poteſt, l. 5. §. Si Labeo, D. de inſtitor.

CONTURBARE, præter vulgatam ſignificantiam, etiã decoquo, ſive fidem frango, nec creditori volo, aut poſſum ſatisfacere, denotat. Alphen. de in rem verſ. leg quidam fundum: Poſtea, inquit, conturbauerat qui boues vendiderat. Idem de inſt. act. l. quicunq; ſi quis piſtor ſeruum ſuum ſolitus fuit ad certum mittere locum, ad panem vendendum, deinde conturbauerit, Nebriſſ. Qui enim non ſunt ſoluendo, neque ſe extricare nominib. poſſunt, & ære alieno, illi conturbant, nec enim eorum rationes explicari & expediri poſſunt. Cic. Pro Planc. Verum fac me multis debere, & in his Plancio. Verum igitur me conturbare oportet, an cæteris, cũ cuiuſq; dies venerit, hoc nomen quod viget, nunc cum petitur, diſſoluere. Briſſo. Huius contrarium eſt expedire rationes, Turn. lib. adu. c. 15. Proprie tamen de ſeruis dicitur, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt, vt in d. l. quidam, de in rem verſ. Sic plena locutio eſt, conturbare rationes, conturbare fortunas, vt monuit Bud. in l. quicunque. §. ſeq. de inſt. act. Terent. in Eunuch. Ita conturbaſti mihi rationes omnes. Et Martial li. Epig. 9. Conturbauit Atlas, & non erit vncia tota. Sed & conturbare debitores dici poſſunt, qui commiſcent & confundunt ea, quæ bonis omnib. debent, vt ea non diſſoluantur, niſi vniuerſis, aut ne vniuerſis quidem. Solent namq; ibi qui creditorib. ſatisfacere nõ poſſunt, id beneficij ab Imperatore impetrare, vt quinquennio toto à creditorib. appellari non poſſint. Sp.

CONTUSA vaſa Vlp. Quemadmodum ſi vinum eſſet effuſum, vel vaſis contuſis, vel qua alia ex cauſa, l. 1. in princ. D. de peric. & commod. rei vend. Spieg.

CONTUTOR, vide l. 1. C. de contr. jud. tut. l. 1. de in litem dan. l. 8. C. de ſuſpect. tutor. l. 5. C. arbit. tut. l. 2. in fin. § de diuid. tut.

CONUBIUM, vt Vlp. in Inſt. tit. 5. definit, eſt vxoris jure ducendæ facultas. Iſid. lib. 10. Etym. c. vlt. Connubium, ait, dicitur, cum æquales nuptijs coeunt: vt puta ciues Romani pari vtique dignitate. Conubium autem non eſt, cum ciuis Romanus cum

Latina

Latina jungitur. Cicero Top. Si mulier cum fuiſſet nupta cum eo, cui conubij jus non eſſet, nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Vbi Boeth. Non omnibus, inquit, erat connubium cum Romanis, nec erant nuptiæ jure contractæ, quæ non aut inter ciuem Romanum ciuemque Romanam inibantur, aut cui princeps populuſve ciuitatem, vel conubium permiſiſſet: eo ſcilicet modo, vt in poteſtatem parentum liberi redigerentur. Sic Heroteis datum, Anagninis ademptum conubium, Liu. 9. narrat. Conubium pro nubendi poteſtate in l. 45. §. hoc caput. D. de ritu nupt. l. vlt. D. de diuort. l. 1. D. de concub. Quib. omnibus in locis conubium vnico n. ſcribitur in P. Flor. & in veteri C. l. 1. C de inceſt. nup. l. 1. C. de interd. matrim. Et in Lexico B. Germani conubium ἐπιγαμία Briſſ.

CONVALESCERE proprie eſt ad ſanitatem corporis, & incolumitatem redire, priſtinamq; valetudinem recuperare, Sic conualeſcere donatio, 13 D. de mortis cauſ. don. Inde μεταφορικῶς conualeſcere dicitur, quod cum ab initio non valuiſſet, aut in pendenti fuiſſet, ex poſtfacto confirmatur, & vires recipit. Sic conualeſcere dominium, l. 33. §. vlt. D. de donat. inter vir. Briſſ.

CONVALESCERE iter, legatum, libertas, pignus, ſtipulatio, teſtamentum ruptum, eadem ſignificatione dicuntur. Briſſ.

CONVASARE, ſicuti Marcellus & Donatus ſtrictim interpretantur, eſt furtim omnia colligere, Terentius in Phormione: Aliquid conuaſaſſem; atque hinc me ego conijcerem protenus in pedes.

CONVELLERE judicium. l. 2. C. qui teſt. fac (ex. D. & C.

CONVELLI fides, forma juris, Status, veritas, voluntates, Briſſ.

CONVENIRE propria eſt debitorem appellare. Et ſic interdum ſumitur Caius l. 41. ff. de hæred. pet. Si quo tempore conueniebatur poſſeſſor hæreditatis, pauciores poſſidebat, deinde aliarum quoque rerum poſſeſſionem aſſumpſit, eas quoq; victus reſtituere debebit. Hot.

CONVENIRE in manum dicebatur mater familias, quæ in matrimonium certis ſolennitatibus adhibitis coibat. Cic. Top. Genus eſt vxor. ejus duæ formæ: vna matrum familiarum, hę ſunt, quæ in manum conuenerunt: Altera earum, quæ tantummodo vxores habentur. Vlp. in Inſtit. tit. 9. Farre conuenitur in manum certis verbis & teſtibus 10. præſentibus. Idem tit. 11. conuentionis in manum meminit, Vide Boeth. in Cic. Topic. & Seruium in 1. Geor. Sic conuenire in l. 17. ff de conc. & l. 15. D. de rit. nupt. l. 128. §. 1. D. de verb. obl. & apud Apol. lib 6. de Aſino aur. Hic ecce Pſyche conuenit in manum Cupidinis & naſcitur illis maturo partu filia. Briſſ.

CONVENIRE & neceſſarium eſſe differunt, vide l. 6. & ibi Goth. C. de his, quib. vt indig. hæredit.

CONVENIRE in matrimonium dicitur mulier, quæ nubit Papin. l. 128. §. 1. D. de verb. obl. Mulier ab eo, ut cujus matrimonium conueniebat, ſtipulata fuerat decem, ſi concubinæ, tempore matrimonij, conſuetudinem repetiſſet. Idem l. 15. D. de ritu nuptiar. Nec in matrimonium conuenire nouercam ejus, qui priuignæ maritus fuit Gell. lib. 18. cap. 7. Matronam eſſe, quæ in matrimonium cum viro conueniſſet: matremfa. quæ non in matrimonium tantum, ſed etiam in manum mancipiumque mariti veniſſet. Paulus autem in l. 134. D. de verb. obl. Coire in matrimonium, pro conuenire dixit. Hot.

CONVENÆ dicuntur, qui è diuerſis mixti nationibus, in vnam coaluerũt ciuitatem, qualis eſt origo Venetorum. Spieg. Prat.

CONVENIENS, & conuenienter. Briſſ. id eſt, conſentiens, conſentaneum, vel etiam conſequens, conſequenter. Conuenit inter eos de eo, id eſt, conuenitur in eo. Briſſ.

CONVENERE interdicto, nihil eſt aliud, quam quod comparente jam aduerſario, poſtulatorem petere: vt ſummarim cognoſcatur mandatum judicis rigoroſum & exequendum eſſe. Pra.

CONVENIRE etiam in jus vocare ſignificat. Et inde conuentio in l. 45. D de rei vend. l. 7. C. de præſcript. 30. Briſſ.

CONVENIRE etiam dicuntur, qui ex diuerſis locis in vnum colliguntur, & veniunt: ita qui ex diuerſis animi motibus in vnum conſentiunt, id eſt, in vnam ſententiam decurrunt. Vlp. l. 1. de pact. Prat.

CONVENIRE reſtato in l. 20. §. ſi quis particeps, D. quæ in fr. cred. l. 122 §. cohæredes D. de verb. oblig. Briſſ.

CONVENIRE pro paciſci, l. 27. §. ſi calicem, D. ad leg. Aquil.

CONVENIT, abſolute ponitur, pro eo quod pacto firmatum eſt. Spieg. (can.

CONVENIT, id eſt, decet, ſeu oportet. l. 16. D. vſufr. quemadmod.

CONVENTA tacita, pro quædam pacta, tacito conſenſu contracta. Spieg.

CONVENTA conditio dicebatur, cum primus ſermo de nuptijs & earum conditione habebatur. Feſtus Hot.

CONVENTIO juſta dicitur in l tale pactum §. qui prouocauit, D. de pact. Conuentio vera, non iniqua, non iniuſta, non improbata, ſicuti juſta defenſio, in l. miles, § defuncto, D. ad leg. Jul. de adult. Cotraſ. lib. 1. Miſcel. cap. 1. num. 7.

CONVENTIONALES ſtipulationes ſunt, quæ ex conuentione reorum fiunt, quarum totidem ſunt genera, quot (per è dixerim) rerum contrahendarum. Nam & ob ipſam verborum obligationem fiunt, & pendent ex negotio contracto. l. ſtipulationum aliæ, D. de verb. obl. Old. Prat.

CONVENTIONALES ſtipulationes differunt à prętorijs, quia in conuentionalib. contractui formam contrahentes dant, nec à forma contractus data recedimus. Prætoriæ ſtipulationes benignius accipiuntur, & ex mente prætoris, qui eas propoſuit; l. in prætorijs, ff. de prætor. ſtip. Duaren. l. in conuentionalibus, D. de verb. obl.

CONVENTIONIS nomen adeo generale eſt, vt eleganter dicat Pedius, nullum eſſe contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in ſe conuentionem, ſiue re, ſiue verbis fiat. Pertinet enim conuentionis verbum ad omnia, de quibus negotij contrahendi tranſigendique cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt, l. 1 §. 1. D. de pact. Prat.

CONVENTIONVM tres ſunt ſpecies: Aut enim ex publica cauſa fiunt, aut priuata, aut jurisgentium. Conuentio publica eſt, quæ fit per principem aut pacem, quoties ſcilicet inter ſe duces belli quædam paciſcuntur, l. conuentionum D. de pact. Conuentio legitima eſt, quæ aliqua lege confirmatur. Et ideo interdum ex pacto actio naſcitur, vel tollitur, quoties lege vel SCto adiuuatur, l. legitima, ff. eod. ti. Conuentiones jurisgentium quædam actiones pariunt, quædam exceptiones. Quæ pariunt actiones in ſuo nomine non ſtant, ſed tranſeunt in proprium nomen contractus, vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, commodatum, depoſitum, & cætari ſimiles contractus. Sed & ſi in aliom contractum res non tranſeat, ſubſit tamen cauſa, eleganter Ariſt. Celſo reſpondit eſſe obligationem, vt puta dedi tibi rem, vt mihi aliam dares: dedi vt aliquid faceres: & contractum eſſe, & hinc naſci ciuilem actionem, l. jurisgentium, ff. eod. tit. Prat.

CONVENTICVLVM pro illicita congregatione jurisperiti vſurpant. Sic & apud bonos auctores reperies. Ratius enim bonam accipitur in partem, vide Frider. Nauſ. lib. conciliarium rerum primo, latius explicantem hoc vocabulum: qui nulla circuitione vſus, quid de noſtri ſeculi congregationibus ſenſerit, inibi libere indicauit.

CONVENTVM agere ſeu habere dicebatur Proconſul, cum ſtatuto anni tempore in celebri aliqua Prouinciæ, cui præerat, ciuitate, judiciorum exercẽdorum gratia conſidebat: quo loci Prouinciales, de controuerſiis ſuis diſceptaturi cõueniebant.

CONVENTA ſtare, eſt conuenta ſeruare. Spieg. (Briſſ.

CONVENTVM Theophi in §. eadẽ inſtit. quib. ex cauſ. manumit. non hic. definit φωνὴ χρόνοι αὐτοῖς ὡρισμένοι δι' ὧν ... ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἀνθύπατοι συνίασιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. Sic cõuentum agere apud Cæſ. lib. 6. de bell. Gal. & Cic. 7. in Verr. Liu. lib. 38. Meminit & idem Theoph. in princ. tit. de ſucceſſ. ſublat. Vide quæ præterea diximus in verbo Forum.

CONVENTVS, contractum in vnum locum ex compluribus hominum generibus multitudinem ſignificat: aut cum à Magiſtratibus, judicij cauſa populus colligitur. Briſſ.

CONVENTVS quatuor modis intelligitur. Primo cum quemlibet hominem ab aliquo conuentum eſſe dicitur. Secundo, cum ſignificatur multitudo ex complurib. generibus hominum, contracta in vnum locum. Tertio, cum aliquis in locum frequentiæ hominum, ſupplicationis, aut gratulationis cauſa colligitur. Quarto cum à magiſtratibus judicij cauſa populus congregatur. Hæc ex Feſt. Spieg. Prat.

CONVENTVS aliquando ſignificat jus Epiſcopale, c. ſicut, 16. q. 1. & ibi not. Conuentus etiam pro monachorum collegio ſumitur, c. edoceri, de reſcr. clem. 2. eod. tit. Prat.

CONVENTVS amicabilis, id eſt, compromiſſum.

CONVERSATIO æqualis, pro conſuetudine familiari, l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. Prat.

CONVERSATIO, inhoneſta, mala, prodiga, turpis, l. vlt. Cod. de ſponſalib. l. 25. §. præſenti. C. de nupt. Briſſ.

CONVERSATIO, habitatio. Vlp. l. 12. §. 1. ff. de relig. & ſumpt. Senatuſconſulto cauetur, ne vſus ſepulchrorum permutationibus polluatur: id eſt, ne ſepulchrum alius conuerſationis vſum accipiat. h. e. nequis aliam ob cauſam, quam ſepulchri & religionis ibi habiret, aut verſetur: vt ex edicti verbis intelligitur, quæ idem Vlp. refert in l. 3. D. de ſepul. viol. Hot.

CONVERSVS dicitur omnis eccleſiaſtica perſona, cap. duo, 12. quæ. 1. Prat.

CONVERTERE pecuniam in ſuos vſus, vide l. 1. C. de vſur. pupil. l. 1. C. qui potior. in pign.

CONVERTERE pecuniam in aliam rem, in Calendarium, in emptionem poſſeſſionum, in prædiorum comparationem, in ſuam rationem, in alios vſus Briſſ. ex ff. & C.

CONVERTERE vim teſtamenti, in cauſam fideicommiſſi. l. 29. ff. de teſtam milit.

CONVETERANI, vide l. 2. C. de excuſat. veteranos.

CONVICIVM, injuriam verbis factam denotat. Interdum & ſolam vocis contentionem. Briſſ.

CONVICIVM, eſt contumelia petulantius iactata. Cicero pro

Cælio. Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam: quæ ſi petulantius iacitur, conuicium: ſi facetius, vrbanitas nominatur. Hot.

CONVICIVM à concitatione vel conuentu venit, hoc eſt, à collatione vocum in vnum, quaſi conuocium, l. item apud § conuicium, ff. de iniur. & in §. ex his, ead. l. ex his apparet non omne maledictum conuicium eſſe, ſed illud ſolum quod cum vociferatione dictum eſt. Valla Etymologiam falſam dicit, & à vitio vel à viro potius deduci vult, quam à voce, à conuitando ve, quo verbo vſum neminem eruditorum ſcimus. Deinde titubat, & modo cum, modo cum c. ſcribi vult conuicium: deinde cum reprehenſionem etymi ineptam & curioſam intelligat, negat conuicium à maledicto differre. Nos primo loco, conuicium à voce deductum eſſe oſtendemus non à vitio, vt ante Vallam Nonius Marcellus fruſtra putauit, quia tarin ſyllabæ hoc detegit, quæ cum in vitio, breuis eſt, in conuicio longa deprehenditur: à conuito autem quis conuitium deduxerit, cum ſit verbum barbarum & imperite nouatum? ſed à voce potius expenſa ratione ſyllabæ tam in voce, quam in conuicio. Ouid. in libello ad Piſonem:

Sic & Ædonia ſuperatur voce cicada
Stridula cum rapida faciunt conuicia ſoli.

Huc accedit illud Martial. de liberto ſuo, ad Candidum:

Lu erit ingens: faciet conuicia voce,
Eſſe pudor vetuit fortia verba mihi.

Feſtus Pompeius hanc probat etymologiam, ſed addit à vicis quoque deduci potuiſſe, vbi primum facta fuerunt conuicia Parui tamen refert etiamſi Valla non obtineat. Poſtea negat ipſe conuicium ſemper cum vociferatione fieri, & ideo dicit nihil aliud eſſe, quam quodlibet maledictum contumelioſum. Sed in verſic. ex his maledictum à conuicio diſcernitur, & merito quidem intelligere debuerat Grammaticus, edictum prætoris hic interpretari, quod ſic erat propoſitum: Qui aduerſus bonos mores conuitium feciſſe dicetur, in eum judicium dabo, l. item apud. §. ait prætor ac quid. Quare cum ſeparatim de conuitio verba faceret, commode ſeparatur ſignificatio conuitij à maledicto & quauis contumelia: quia tunc non large, ſed proprie capitur conuicium juxta ſuum etymum, vbi eſt vociſeratio & collatio vocis, non quo prætor neget conuicium alicubi pro maledicto ſimplici accipi, Et vſus eſt Vlp. in l. illud. ff. de appell. & l. 3. ff. de lib. & poſtb. & l. quà omnia, §. 1. ff de procur, & non Vlp. ſolum, ſed & Cic. in orat pro Muræna, & alibi.

CONVICIVM etiam in bona parte plerumque vſurpatur, neque (vt Valla putat) ſemper contumelioſum eſt. Seneca in Med.

Feſta dicax fundat conuicia Feſcenninus
Soluat turba iocos.

Martial lib. 7 Epigr. de reditu Domitiani;

Feſta coronatus laudet conuitia miles.

Quintil. Tryphoni amico: Efflagitaſti quotidiano conuicio. Cic. lib. 12 Deruſhatus eſt meo juſtiſſimo ac honeſtiſſimo conuicio Idem dixit lib. 4. Acad. quæſt. Quod ſi verum eſt, vt eſt longe veriſſimum, à voce venit, verbo medio, non à vitando, vel vitio, quæ ſemper in malum ſonant, merito prætor conſultiſſimus d §. ait prætor, conuicium aduerſus bonos mores factũ vlciſcitur, vt dubium ancipitis verbi tolleret.

CONVICIVM pro ſtrepitu & vocum multitudine Cic. vſurpat in ea pro Archia: Quia, inquit, ſuppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures conuicio defeſſæ conquieſcant Hotom.

CONVICIVM. Quod Vlp. ſcribit, cum in vnum complures voces conſeruntur, conuicium appellari, quaſi conuocium, c. 15. §. 2. de iniur. id perpetuo verum non eſt. Nã is, qui aliquem reprehendit, etiamſi in vnum voces complures conferantur, recte nihilominus conuicium facere dicitur. Quo ſenſu conuicium facere C. Iunio judici quæſtionis, pro Cluentio Auito, & pro Quintio, ſuſtinere quotidianum alicuius conuicium. ſcripſiſſe viſus eſt Cicero. Nec eſt etiam omne conuicium iniuſtum, aut inhoneſtum. Nam poſſe alicui conuicium, juſte honeſteq; fieri, oſtendit Plin. cum ſic l. 6. Epiſt. ſcribit. Proinde etiam atq; etiam rogo, vt mihi ſemper eadem ſimplicitate, qua ceſſare videor (nunquam enim ceſſabo) conuicium facias. Oſtendit idipſum Cicero, ſic Curtiſicio ſcribens epiſt. fam. lib. 12. Meo juſtiſſimo honeſtiſſimoq; conuicio, te tuam dignitatem ſumma tua virtute tenuiſſe, prouinciæque honoribus ampliſſimis affectum, vehementer gaudeo. Hinc quod Vlpianus & Paolus ſcribunt, judici ab appellatoribus conuicium fieri non oportere (alioquin eos, qui conuiciantur, infamia notari plectique, diuos fratres voluiſſe, l. 42. de iniur. & l. 8 de appel.) illud de ijs eſſe accipiendum recte videtur; qui ſententias judicum reprehendunt, eorumq; pronunciationi contradicunt. Huiuſmodi enim homines plecti ſolere, docet euidenter Apuleius in 1. Apol. vbi de Sicinio Æmiliano loquitur Ræuar. variot. lib. 3. c. 3.

CONVICIVM non tantum præſenti, verum abſenti quoque fieri poſſe Labeo ſcribit. Proinde ſi quis ad domum tuam peruenit te abſente conuicium factum eſſe dicitur. Item ſi ad ſtationem vel tabernam ventum ſit, probari oportere, Feciſſe conuicium non tantum is, qui vociferatus eſt, verum is quoque qui concitauit ad vociferationem alios, vel qui ſubmiſit, vt vociferetur: Quod autem nec in cœtu, nec in vociferatione dicitur, conuicium non proprie dicitur, ſed infamandi cauſa dictum eſt, ait Vlp. de injurijs. Maffeus.

CONVITIVM aduerſus bonos mores accipimus in vnum collatam vociferationem, quæ bonis moribus improbatur, & ad infamiam alicuius ſpectat, l. 15. §. cui prætor, ff. de iniur. Hot.

CONVICTVS dicitur, qui ipſemet ea, quæ commiſerit, negare non ſufficiat, l. 16. C. de pœn.

CONVICTVS ſcriptura, teſtibus, argumẽtis, tormentis vel interrogationib. injuriarum, in prævaricatione, &c. Briſſ. ea ff. & C.

CONVICTVS non eſt, qui negat, niſi contrarium probetur, vide Mynſ. 4. obſ 50. Goth. ad l. 4 C quorum appell. non recip.

CONVIVA, qui ad conuiuium vocatus eſt. Conuiuator, qui ad conuiuium inuitat: vel qui conuiuium facit & apparat. Conuictor, qui comedit & bibit nobiſcum familiariter.

CONVIVIVM. Cicero, Bene inquit, maiores noſtri accubationem epularum, quod amicorum vitæ conjunctionem haberet, conuiuium nominarunt, Paul. l. fin. de Alcator. quod in conuiuijs, inquit, veſcendi cauſa ponitur in eam rem familia ludere permittitur. Spieg.

CONVOCANS ad ſeditionem, l. 1. ff. ad Leg. Iul. maieſt.

CONVOCARE ad ſecundas nuptias, vide auth. ex teſtamento, C. de ſecund. nupt. l 9. C. de repud. ad ſecundum legatum, l. 33. ff. de legat. 2. Briſſ.

CONVOTI. Feſto dicuntur, iiſdem votis obligati.

COOPTARE, eſt eligere inter pares aut fere pares, Auctore Vall.

CONVS à Syro Luciano in Lexiphane (vt refert Ioan. Bapt. in commentar. Epiſt. Sidon. Apoll. ad Domitium lib. 2.) pro capitio acuminato capitur. Conus galeæ quoque dicitur, quem lingua vernacula nec improprie pinnacium vocamus, quippe quemadmodum fieri conſuevit priſcis galeatis capitibus ſuperinſigentib. ſtruthi pinnulas, quod Plinius annotauit, qui ſtruthius Latine & ſtruthiocamelus, & paſſer marinus appellatur, quod nos indicantes Gamæuali elegiaco ſic luſimus. Blandimicans quod pluma regit quæ inſigne marini paſſeris externo munus ab orbe venit De cono galeatum Auſonius: Arma inter conoſque truces ſuttoque nocentes Sauromatas. Seruius lib. 3. Conus eſt curuatura, quæ in galea prominet, ſuper quam criſtæ ſunt. Virgilius, & conum inſignis galeæ criſtaſque comantes. Conus dicitur fructus cupreſſi, & ipſa *κωνοειδὴς* eſt. Nam à rotunditate in acumen leuatur Coniferas, cypariſſos Virgilius appellat. Capite conificans Quintiliano videtur idem ſignificare quod arietans, & frontem fronte percutiens, vt ſatiati agni ludunt, blandeque coniſcantur. Vbi coniſcant, pro eo quod eſt conificans, intelligitur, quod autumo, inibi legendum ſit coniſcat: Conos cupreſſinos in pecorum medela Columella adhibet lib. 6. Eſt & conus muſicus Boetius in muſica: Si conum, quem turbonem vocant, quia diligenter extenet,

COOPTARE Senatum Tullius dicit, cum ſuppletur nouis Senatoribus: ad quam rem optimi quique optantur & leguntur. Connanus lib. 2. c. 15. nu. 1.

COPIA pro facultate & poteſtate ponitur, vt copia non eſt judicis, l. 1. §. dies, ff. quando appellaod. magiſtratus, l. 28 §. ait prætor, ff. ex quib. cauſ. maio. Si ejus à quo prouocatur copia non fuerit, d. l. 1. § dies.

COPIAM ſui non facere, l. 16. ff. de reb. auth. jud. eſt ſui poteſtatem nõ facere, vt loquitur Iulianus in l. 18. ff. ſi ſeruit, vind. Br.

COPIAS pro materijs ad ædificandum idoneis dixit Vitruu. lib. 6. c. vlt. Prat. Briſſ.

COPIÆ, ſunt cibaria, quæ publice præbentur. Papin. l. ob negotiorum. 20. ff. de compenſ. Ob negotium copiarum expeditionis tempore mandatum curatorem condemnatum, &c. Caſſiod. lib. 6. variar. inform. præfecturæ annonæ. Val. lib. 5. cap. 1. Obuiam illi P. Cornelium Scipionem Quæſtorem Capuam miſit, cenſuitq; vt ei domus Romæ quam optima conduceretur: & copiæ non ſolum ipſi, ſed etiam comitib. ejus publice præberentur Plin. in Panegyr. Emit fiſcus, quicquid videtur emere, inde copiæ, inde annona. Hot.

COPIÆ, id eſt, commeatus, annonæ, alimenta, pabula, vulgo prouiſiones ac munitiones. Briſſ. lib. 1. ſolut. Alciatus pro mercimonijs eatom rerum, quæ ad victum pertinent, & ad exercitum deferuntur, vſurpat, eumq; ſequitur. Spieg. Cæterum prior eſt probabilior, de qua Duar. lib. 1 Anniuerſ diſp. cap. 26. Et hinc Porphyrioni apud Horatium dicuntur copiarij, qui alias dicuntur parochi, præſtantes annonam ſiue commeatum Reipublicæ cauſa iter facientibus.

COPIARI, verbum caſtrenſe, de quo Gellius & Nou. Briſſ. lib. 2. ſolut. & Duaren. d. c. 26.

COPIATA in No. 3. reddere poſſumus libitinarios, pollinctores, veſpillones Prat. Briſſ.

COPIOSVM patrimonjum, pro locuplete accipiendum. Tenui

Koſia-

Κοτταβισμὸς, conuiualis ludus erat apud Græcos, cum reſiduum potus cum æneas phialas jactarent: qui ſi ſonantius creperet, ſe ab amica tedamari, & mutuo affectu teneri putabant. Vide Alex.lib.Genial.dier.3.

Cupula, id eſt, nuptiæ, in l.56.C.de nuptiis.

Cupulare, jungere matrimonio, l.fin.Cod.de interdict.matr. Cupulare matrimonium, Spieg.

Copulatæ nuptiis, l.8.ff.de Senator. Copulati in matrimonio, l.32.§.oratio.ff.de donat.inter vir.& vxor.Briſſ.

Copulativa oratio, à noſtris appellatur oratio conjuncta, ad cujus veritatem requiritur vtramque partem veram eſſe: Disjunctiua, ad cujus veritatem requiritur alteram partem eſſe veram, not.in leg.ſi plures, ff.de condit.inſtit. & §. pen. Inſtit. de hæred.inſtituen.& in l.ſi quis ita, de verbor. oblig. In. Bell. Etymolog.

Copulativam conjunctionem duobus modis accipi, D. Alciat. obſeruauit ex probatiſſimis Grammaticorum: videlicet quandoque ſenſu ſingulari, quandoque ſenſu compoſito. Singulariter accipitur, cum dicimus, Cæſar & Pompeius fuerunt conſules: non enim ſimul fuerunt, ſed diuerſis temporibus: Cæſar cum Bibulo, Pompeius cum M.Craſſo Compoſito ſenſu accipitur, ſi dixero, Duo & tres conficiunt quinque: nec enim alteruter illorum numerorum quinque conficit, ſed ita demum, ſi conjuncti ſint. Spieg.

copulativas particulas, &, que, cum, Paul. in l. triplic. de verb.ſign. articulos more Græco nominat.

Coquere calcem, carbones. Cocta ligna. Briſſ.ex ff.

Coquendæ calcis jus & ſeruitus, l.5. & l.6. §.1. ff. de ſeruit. præd.ruſtic.

Coquinatorium, vel potius coquinarium, vt legit Haloander. inſtrumentum apud Pompon.in l. & ſi non ſunt, ff.de aur. & arg.leg.in fin.§.infecti autem. Spieg.

Coracinum colorem juriſconſ. nominat. in l quæſitum. §. coccum, ff. de leg. 3. nec Crocinum legendum, quod habet Nor. editio, Alcia. nigrum interpretatur in parerg. quo loco colores explicat: & dicitur ἀπὸ τοῦ κόρακος, quaſi dicas coruinus: color niger: vt ex Strabone intelligitur, qui lib.12. de nigerrimo pecorum Laodicenſium colore loquens, τὴν κορακώδη χρόαν appellat. Prat. vide & Gothofr. ad l.quæſitum, 78.§.coccum. 5.

Coram factum, ex natura rei plerunque illud non videtur, cui intelligentia non acceſſerit: cum qui animo non adeſt, abeſſe videatur, l.diem.§.coram, ff de arbitr. vide Alciatum in l. coram Titio, de verbor ſign. Spieg. Prat.

Coram ſententiam dicere arbiter videtur, qui ſapientibus dicit. Cæterum coram furioſo vel demente non videtur dici, ſed nec coram pupillo, niſi præſens tutor ſit, l.59.§.coram, & l.49. ff.de recept.qui arbitr. Briſſ.

Coram Titio aliquid facere juſſus non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat. Itaque ſi furioſus, aut infans ſit, aut dormiat, non videtur coram eo feciſſe. Scire autem non etiam velle is debet: nam etiam inuito eo recte fit, quod juſſum eſt, vt ait Florentio de verb. ſignific. l. coram Titio, & vide Maſſæum. Adde Brechæum, l. coram Titio, ff. de verbor. & rerum ſign. Briſſ.

Corbis, licet communi vocabulo vas ſit vimineum, Græce Cophinus appellatum: proprie tamen Corbis eſt, quo meſſes excipiuntur. Vlp. de fund. inſtruct. leg. inſtrumenta. Inſtrumenta, inquit, cogendi fructus: quemadmodum torcolaria, corbes, falces meſſoriæ, falces fœnariæ: Nebriſſ. Varroni lib. 1. de re ruſt. Corbis eſt inſtrumenti genus cogendorum fructuum cauſa comparatum, è viminibus factum: At idem lib. de ling. Lat. Corbes, inquit, ab eo dictæ, quod ſpicas, aliudve quid continebant. Hinc per corbem vini menſuram facere apud Vlp. in l.1.§.4. de peric. & commod. rei vend. id eſt, per cribrum, cum ſcilicet vinum è doliis venditor effunderet, quia non intra tempus conſtitutum dolium exinaniret: vt ſic ſciatur, vino ad menſuram vendito, quantum emptori perierit, qui pro eo, quod admenſum fuerit, precium debet. Prat. Briſſ. Meſſoria corbis, Varroni, ad meſſem in aream deferendam. Briſſ. Corbulæ, minores corbes. Varr.

Κορινθιάζεσθαι veteribus Vulgato loco dicebantur, qui ſcortationibus indulgerent, apud Stephanum de vrbibus, auctoritate Ariſtophanis, vt refert Tiraquellus in 15. l. connub. gl. 1. parte 15 num. 34.

Corinthium æs, & vaſa Corinthia ab ære Corinthio dicta, quod Corintho vrbe Achaiæ à Romanis euerſa & incenſa, ex variis ſit metallis conflatum. Plin. de ære Corinthiaco: Caſus, inquit, hoc miſcuit, Corintho cum caperetur incenſa: Sed author oſtendit opifices nobiles Corinthiorum vaſorum Corinthi excidium præceſſiſſe. Martial. conſuluit nares, an olerent æra Corinthon Iabolenus Priſcus de leg. 3. leg. hæres, &c. Proculus vero recte ait, ſi æneæ quidem ſint abaces: ſi autem Corinthiæ, non deberi. Accurſ. Corinthiæ, id eſt, de vili materia, puta palea vel herba paluſtri expoſuit, putans precioſiora eſſe vaſa ænea, quam vaſa Corinthia. Atque ita lectionem eum ſenſo perturbat. Erit igitur ordo & literæ ſenſus talis. Proculus vero recte ait, ſubaudi abaces deberi, quia vaſa Corinthia erant in tanto precio, vt vna libra permutaretur aliquando quingentis. Æquitas itaque legis in hoc conſiſtit, quod abaces ex viliori materia debentur, ex precioſiori tamen non debentur. Nebriſſ.

Corium bouis mortui l.49. ff. de legat. 2.

Corneliæ leges quatuor præcipue in libris noſtris memorantur. Cornelia de ſicariis & veneficis, t.t.ff. ad leg. Corn. de ſicar. l.1.ff. de public. judic. l.1. ad Pomp. l.15. ff. de pœnis, l.53. §.ſi dolo, ff ad l. Aquil. & alias ſæpiſſime: Tulitque eam legem Cornelius Sylla Felix dictator, vt Seneca lib. de prouident. ſcribit Secunda eſt lex Cornelia de injuriis ab eodem Sylla lata, auctore Venuleio in l.12 §.1.de accuſat. Hujus fit mentio in l.5 per tot. & l.7.§.1.de injur. & alibi. Tertia ex lex Cornelia de falſis, toto tit. ad l. Cornel. de falſ. Hujus Suet. in Auguſt. & in Nerone meminit, & Imp. in l.8.C. de fid. inſtr. Quarta eſt lex Cornelia de captiuis, quæ teſtamenta eorum, qui apud hoſtes deceſſerint, ante captiuitatem facta, confirmat, vel inteſtatorum legitimam hæreditatem, perinde atque ſi in ciuitate deceſſiſſent, defert, l.10.11.12.§.1.l.28.ff de captiu. l.1.C.eod. tit. l.14. ff de caſtr. pecul. l.4 §.1.ff. de bonis libert. l.1. ff. de ſuis & legit. & alibi. Briſſ.

Cornelianus fundus, l.16. ff. de acquir. poſſeſſ. l.7. ff. de ſtipul. ſeru. l.28. ff. de Nouat. l.40.§. Qui dotale, ff. de condit. & demonſtr. Briſſ.

Cornicularius, Vt plane innoteſcat hujus dictionis ſignificatio, premittam, corniculum fuiſſe ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene geſta. Liuius enim lib 12. ſcribit Papyrium conſulem equites omnes ob inſignem in bellis operam donaſſe corniculis, armilliſq; argenteis: tanquam cornicula ſint inter donatia ornamenta militaria. Hinc cornicularius, qui donabatur, vel qui militabat corniculo Et hic in bello dicebatur Accenſus decurionis. Vnde Accurſius, Accenſi, inquit, dicebantur attributi decurionibus, hoc eſt, miniſtri eorum, quaſi ad eorum additi, quos nunc commentarienſes, & Corniculatios appellant. In Palatina enim militia, cornicularius accipitur pro accenſo primi ſcriniorum, vel principis proximiorum teſtante Alciato in l.2.C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. Hic vero Accurſij opinionem reprehendit ſuppreſſa ratione in tit. de cohorta. lib. & principum cornicularijs, lib.12.C. vbi inquit, quia in hujus dictionis cornicularij ſignificatu Accurſius hic fallitur, intellige Cornicularios, id eſt, adjutores principis, cuſtodiæ, vel officialis. Caſſiod. tamen, lib.11. Var. ſcribit cornicularios dici officiales, qui præſunt cornibus ſecretarij, quod verius putat. Spieg.

Cornicularii Briſſonio militum quoddam genus, qui corniculo merebant, vnde nomen habent. Cæterum quidquid dicant alij, veriſſima videtur ſententia Tornebi lib. 5. aduerſ. cap. 10 qui corniculatium dictum putat, quod corniculo Tribuni militũ præſit: Nam vt in exercitu & acie dicitur cornu, ita in cohortibus tribunorum militum corniculum, & forte in ordinibus centurionum. Vide Gothofr. ad l.6. in verbo adjutores cornicularinrum. ff. de jure immunitat. adde Pras.

Cornicum oculos configere, prouerbium eſt de iis dici ſolitum, qui acutos & ingenioſos & cautos homines tamen in fraudem inducunt. Sumptum à cornicibus, quod aues ſint cautiſſimæ, & facile inſidias prouidentes. Hinc Cn. Flauius ſcriba, cujus meminit Cice. in ora. pro Muren. quod ab ipſis Iuriſconſultis eorum ſapientiam compilarit, cornicum oculos confixiſſe dicitur. Hut Prat.

Cornuarius in leg finali, ff. de jure immunitat. vel qui cornua conficiunt, vel cornicines, qui cornu canunt, quos Æneatores à priſcis dictos Feſtus ſcribit lib 1. Paternus à Tubariis eos ſeparat, vt & Cornicines à Tubicinibus. Vegetius lib.2.c.22. & Modeſtinus in Epitom. ejuſdem Briſſ. Prat.

Cornu percuſſus à boue l.52.§ quidam, ff. ad leg. Aquil. Cornu petere ſolitus bos, l.1.ff. Si quad. paup.

Corollarium, id quod præter debitum additum eſt, tanquam auctarium ſuperpondiumque, id eſt, vltra pondus, menſuramque adjectum. Spieg.

Corollariæ autem corollæ erant, è lamina ærea vel argentea tenui inaurata: Græci ὑποφαινόμενα vocabant, vt annotauit Turnebus aduerſariorum lib. 18. c. 29.

Corona: qua reges inueſtiuntur, tropum habet, cujus perpetuo meminiſſe debent erga ſubditos, ſicut beneficiarij erga dominum inueſtituræ cæremonialis. Certe non carent iſtæ ceremoniæ allegoria, & myſterio ciuili. Quod cum Iuriſperiti neque ſcribendo, neque docendo explicent in ſcholis: fit, vt non aliter in foro quoque vtantur hujuſmodi ſolemnitatibus quam ſimiæ & pſittaci vſu quodam inanimato ſolent mores humanos imitari. Oldend.

Corona clericorum eſt in ſignum regni, quod in Chriſto expectatur, c. duo ſunt genera, 12. quæſt. 1. Et nota quod rex Romanorum coronatur triplici corona: prima eſt ferrea, quam recipit ab Epiſcopo Colonienſi in Aquiſgrano ejoſdem diœceſis: ferrea autem fortitudinem deſignat, qua vincere debet

Digitized by Google

rebelles: ſecunda eſt argentea, quam ingreſſus Italiam recipit à Mediolanenſi Archiepiſcopo in villa Modicenſi ejuſdem diœceſis: tamen hodie recipit illam Mediolani, in Eccleſia ſancti Ambroſij. Argentum autem deſignans mundiciam & claritatem ſignificat ipſum principem talem eſſe debere: tertia eſt de puro auro, qua coronatur per Papam in Eccleſia ſancti Petri ad altare ſancti Mauritij, & deſignat aurum, quod omnibus metallis excellentius eſt, ipſum Imperatorem alijs Regibus & Principibus in potentatu & juſtitia excellentiorem eſſe debere, gl. veſtigiis cle. vnic. de jurejur. Ioan. Bello. Etymol. Corona plectilis, quæ ex herbis odoratis plectitur, non conſeritur, neque ſuitur. Torneb. lib. 2. aduerſ. c. 30. Corona væniebant olim mancipia coronata, eratque Corona ſignum captiuorum vænalium. Vnde illud Catonis: Vt populus potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quam re male geſta coronatus væneat. &c. Balduinus tit. de jure perſonarũ.

CORONARVM genera & differentias perſequitur Tertullianus lib. de corona milit. Gellius lib. 5. c. 6. Prat.

CORONÆ menſarum l. 19. §. pecuniamus, ff. de auro & arg. leg. quas conuiuiis adhiberi ſolitas antiquorum teſtimonia liquet. Prat.

CORONÆ ſacræ, quæ Athletis in certaminibus ſacris præſtantur l. 40. ff. de re jud. l. 5. C. quæ res pign. oblig. Briſſ. Prat.

CORONÆ triumphales ſunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Briſſ.

CORONARIVM aurum in rubr. de auro coron. C. & l. 15. C. Th. de legat. Seruius lib. 8. Æneidos ita appellatum tradit, quod à victis gentibus dabatur, quod propter conceſſam vitam illis impoſitum erat, & vide Lampridium in Alexandro & Ammian. Marcellinum lib. 25. Briſſ. Prat. vide aurum coronarium.

CORPORALIA pignora ad differentiam Nominum & Iurium, l. 15. §. ſic quoque Iudices, ff. de re judic. ea dicuntur, quæ corporaliter capiuntur, & quæ in corpore conſiſtunt Briſſ.

CORPORALIS occupatio eſt nuda & ſine jure detentio. Connan. lib. 3. c. 10. num. 8. Briſſ.

CORPORALIS poſſeſſio, quæ corpore tenetur. Corporaliter autem poſſidet, qui poſſeſſioni incumbit l. 24. & l. 25. §. fin. ff. de acquir. poſſ. l. 40. §. fin. ff. de pign. act. l. 4. §. tunc in poteſtatem, ff. de vſucapionib. l. 79. ff. de ſolutionibus. Briſſ.

CORPORALES res ſunt, quæ tangi poſſunt, veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & aliæ res id genus, l. 1. §. hæ autem ff. de rer. diuiſ. Caius lib. 2. Inſtit. tit. 1. Tangi enim, vt Lucretius ait, niſi corpus nulla poteſt res. Incorporales itaque res ſunt, quæ tangi non poſſunt, quæ in jure conſiſtunt, vt hæreditas, obligatio, ſeruitus. Briſſ.

CORPORALIS macula in l. 3. C. de Sportulis, id eſt, pœna.

CORPORALITER acceptum pignus dixit Iul. Patritius in Epit. Nou. tit. 20.

CORPORALITER tradere, id eſt re ipſa, Goth. ad l. 9. in prin. C. de bonis proſcriptor.

CORPORATI, collegæ, qui ejuſdem ſocietatis ſunt & corporis, Impp. l. non plures, 4. ff. de ſacroſan. eccleſ. & Impp. l. qui ſub 8. eod. tit. Hotom. Corporati, qui in corporibus erant, ſeu corporibus ciuitatum adſcripti. Briſſ. eorum munera docet Symmach. Epiſt. lib. 1. Epiſt. 13.

CORPORE & animo poſſeſſioni incumbere, Iuriſperiti dicunt, quia poſſeſſio non tantum corpore, ſed animo etiam retinetur: & hoc verbo Impp. Diocle. & Maxim. vſi ſunt in l. conſentaneum. C. Quomodo & quando judex ſent. prof. deb. Spieg. Adde Connan. lib. 3. c. 10. num. 8.

CORPORIS & quantitatis differentiam vide apud Cujac. 14. obſeru. 19.

CORPVS & Ius ſeparantur l. 8. ff. de aqua & aq.

CORPVS meum vxori meæ volo tradi ſepeliendum in fundo illo, & monumentum extrui vſque ad quadringentos aureos. Scæuola ad propoſitionem reſpondet in leg. Titius hæredes, de legat. 3. Spieg.

CORPVS poſitum, pro ſepulcrum apud Scæuolam in §. cibaria, l. fin. ff. de aliment. & cib. legat. Hujus verbi vſus late patet, variusque, quem fideliter tradit Robertus Stephanus. Old. Prat.

CORPVS, pro collegiis & vniuerſitatibus à Iuriſconſ. accipitur, vt Calliſtratus de excuſat. leg. non tantum, l. 1. quod cujuſque vniu. l. 3. §. à municip. de bon. poſſeſſ. l. 7. §. 1. ad exhib. l. 1. §. ſeruum, de quæſt. l. 10. § qui manumittitur, ff. de in jus voc. l. 9. §. animaduertendum quod met. cauſ. & alibi. Item Pomp. de vſucap. leg. rerum. Corporum, inquit, tria genera ſunt: Vnum quod continetur vno ſpiritu, & Græce *ἡνωμένον* & *συμφυὲς* vocatur, vt homo, lignum, lapis: Alterum quod ex contingentibus ſe, hoc eſt ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod *συνημμένον* vocatur: vt ædificium, nauis, armarium. Tertium, quod ex diſtantibus capitibus conſtat, vt corpora plura non ſoluta, ſed vni nomini ſubjecta, veluti populus, legio, grex, l. 24. §. item ea. ff. de rei vend. l. 30. ff. de vſucap. & vide Senecam lib. 57. Epiſt. & Plut. in præceptis connub. Old. Prat.

CORPVS menſorum frumenti, l. 10. §. 1. ff. de vacat. muner. Sic corpus Fabrorum l. pen. §. quibuſdam, ff. de jure immu. Corpus nauiculariorum l. 2. §. licet, ff. eod. Corpus patrimonij l. 25. §. quod autem, ff. de pet. hæred. Prat.

CORPVS matrimonij l. 20. ff. quod met. cauſ. l. 25. §. quod autẽ, ff. de hæred. pet. l. 74. & l. 77. §. dulciſſimus ff. de lega. lib. 2. l. 9. § ſi quis jus ignorans, ff. de jur. & fac. ignor. l. 23. & l. 25. ff. de alim. leg. Briſſ.

CORPVS, id eſt, cadauer in l. 3. C. quæ res pignor. Sic corpus inferre. In patriam reportare, perferri. Briſſ.

CORPORA, vt Epiphanius annotat. in lib. cui titulus eſt *ἀγκυρωτὸς*, veteres vocarunt conſuetudine quadam ſeruos Et ſic apud Athenæum lib. 5. c. 8. ex Moſchione accipi tradit Majoragius lib. 1. Miſcell. c. 12. circa finem.

CORPORALITER præſtitum juſiurandum, l. 1. Cod. ſi aduerſus vend. l. pen. C. ſi minor ſe major. dix. id eſt, vt interpretantur Dd. tactis ſacroſanctis Euangeliis, & teſtibus præſentibus: vt videre eſt in auth. juſiurand. quod præſt. ab his, &c. in collatio. 2. in prin. Huic opponitur juſiurandum, quod verbo tenus præſtabatur, de quo l. 3. C. ſi minor ſe major. dix. Prat.

CORPORE quæſtum facere: Dotem quærere corpore, Eam dea quæ ſit quæſtuoſa, quæ alat corpus corpore: id eſt, quæ quæſtu ex corpore facto, ſe alat. Briſſ. eodemque loquendi genere, corpus in vulgus dare pecuniamque ex eo quæſtu merere dixit Agell. lib. 6. cap. 7.

CORPORE vitiatus, corpore vitiatos, Græcis *κατηρωμένους*, dicimus, qui cæci, vel manci, vel claudi, nati factive ſunt, aut aliud hujuſmodi vitium patiuntur. Calep. Corpore autem vitiati ſignificanter dicuntur, qui propria voluntate abſciſſi ſunt, c. pœnitenter, 55. diſt. vt qui pudenda vltro ſibi execuerunt, licet credentes obſequium præſtare Deo, ſignificauit, de corpore vitiat. c. his qui 55. diſtin. aut juſto etiam timore ſuperari, c. maritum 33. diſtin. Sunt enim ſui ipſorum hujuſmodi homines homicidæ, cap. ſi quis abſciderit, 55. diſtin. non quia jam mors ſecuta ſit, ſed quia virilium ſectione mortis periculum conflari putatur, cap. fin. 87. diſtinct. Nec Matthæi locus 19. Eunuchos eſſe dicens, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, de his accipiendus eſt, qui verenda ſibi ipſi amputant (maledictum enim hoc) ſed de iis, qui continentes ſunt, obque Chriſti amorem, Veneris affectum deuitant. Hæc fere omnia Ioannes Corraſius Ancboranus.

CORRADERE eſt cum difficultate ſummam aliquam ex venditione redigere, l. 5. de adm. & peric. tut. Ita autem depoſitioni pecuniarum locus eſt, ſi ea ſumma corradi, id eſt, colligi poſſit, vt comparari ager poſſit. Prat. ex Hotom.

CORRADERE pecunias, eſt vndecunque illas æruſcare, atque conquirere. Vlp. de bonis damn. l. diuus. Plerumque, inquit, corraſas pecunias præſides ad fiſcum tranſmiſerunt. Spieg.

CORRADERE picturas l. 38. ff. de rei vind.

CORRASI nummi, l. ſtatuliberos, ff. de ſtatulib. corraſa pecunia.

CORRECTIO legum, hoc eſt, emendatio, mutatio, fugiendu eſt. Quoniam, vt monuit Oldendorpius, ſemper quoad fieri poteſt conciliandæ ſunt leges, perſpectis rationibus earum: vt poſteriores determinent potius, quam extendant, aut reſtringant. Ariſt. lib. 2. Politic. etiamſi quid incommodi habeant, receptas leges non eſſe mutandas cenſuit Et Vlp. in l. 2. de conſtit. prin. in rebus, inquit, nouis conſtituendis, euidens eſſe vtilitas debet, Legem autem correctam allegare, diſſimulata lege corrigente, pœna falſi eſt, ſcelus reputatum. Bart. in l. omnes populi, & in l. vlt. ff. ad l. Corn. de Falſ. Adde quoque Nouell. vt cum de Appell. cog. in princ. Spieg.

CORRECTORES prouinciarum, pro rectoribus & gubernatoribus, id eſt, quibus pars aliqua prouinciæ regenda tradita eſt, apud Hermogenianum in l. de omnibus, ff. de offic. præſid. leg. vnic. C. vt omn. jud. Prat.

CORREI ſunt ejuſdem obligationis debitores, quos Cicero in epiſtola ad Atticum Conſponſores vocat. Connan. lib. 5. cap. 5. nu. 1. vide Conſponſor, ſupra.

CORRELATIVA alias relata, alias ad aliquid dicta cenſentur ea, quæ ſecundum hoc ipſum, quod ſunt, aliorum prorſus dicuntur, h. e. quæ niſi poſſunt ad aliud referri, non exiſtunt in rerum natura. Sunt & correlatiua, quæ propter mutuam inter ſe conſiderationem contrarij effectus circa eandem rem, dicuntur contraria relata, veluti acquirere & amittere. Obligari, & liberari, contrahere & diſtrahere. Old.

CORREPTIO magis ad verba, quam ad verbera refertur.

CORRIGI dicuntur, quæ praua & dura ſunt, cum in melius emendantur, reformantur, aut interpretatione molliuntur, l. 7. ff. de juſtit. & jure, l. 79. ff. pro ſocio. Græci *ἐπανορθοῦν* dicunt. Briſſ. Prat.

CORRIGERE ædificium, domum, leges, libertum. Briſſ.

CORRIVALES ſunt, qui ex eodem riuo ſimul aquantur. Et per tranſlationem, qui eandem amicam habent communem. Vlpian. de aqua æſtiu. l. 1. Corriuales, inquit, id eſt, qui per eundem riuum aquam deducunt. Spieg.

CORRIVARE, l. 1. ſed & foſſas, & l. 3. ff. de aqu. & aqu. pluu. pro deriuare ſumitur. Foſſas, ait, non oportet corriuandæ aquæ

cauſa

Digitized by Google

cauſa fieri: & alio loco: Si tamen aquam corriuet. Prat.

CORROBORATVS, pro egreſſus annos pubertatis, qui vir eſſe cœpit, apud Ciceronem obſeruauit Paulus Manut. Spieg.

CORROBORATA donatio poſſeſſione l. vlt. C. ſi aduerſus cred.

CORROBORATVM præſcriptione l. 1. C. eod. Briſſ.

CORRVMPERE ſeruum, eſt bonum ſeruum facere malum, ſiue malum deteriorem, l. 1. ff. de ſeruo corrupto.

CORRVMPERE album prætoris. Edicta. Chirographa debitorum Corrupiſſe tabulas Briſſ. ex ff.

CORRVMPERE fructus, viam, aquam, aquarum ductus, ſtatuas, villa vetuſtate corrupta. Corruptum matrimonium. Briſſ. ex ff. & C.

CORRVMPERE judicem, arbitrum, delatorem, aduerſarium: pecunia, ambitione, donis, precio. Teſtes pecunia corrupti. Briſſ. ex ff. & C.

CORRVMPERE a pro, vitium offerre, & violare. Sic corrumpere virginem, i. vitiare, leg. ſi quis aliquid, ff. de pœn. Siquidem corrumpere verbum tam ad animum, quam ad corpus refertur, l. ſi ſeruus ſeruum, ad l. Aquil. Spieg. & Old.

CORRVMPERE, eſt infringere auferendo efficaciam, vt in nihilum redigatur. Sic accipitur in leg. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. ff. de verb. oblig. Et in l. pro parte, ff. de ſeruitut. Spiegelius.

CORRVMPI dicuntur ſtipulationes, Legata, Libertates, quæ aliqua ratione vitiantur & intercidunt, l. 11. ff. de ſeruitutib.

CORRVPISSE (quod ad Leg. Aquil. attinet) videtur, qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit, l. 27. §. inquit lex, cum §. ſeq. ff. ad leg. Aquil. Item ſi frumento arenam, aut quid aliud immiſcuit, cujus difficilis ſeparatio ſit, quaſi de corrupto agatur, dict. l. 27. §. ſi quis veſtimenta. Briſſ. Prat.

CORRVPISSE etiam intelligitur tabulis, qui eas interleuerit, l. 42. ff. ad l. Aquil. l. 35 ff. de dol. mal. l. 16. § denique, ff. famil. erciſc. l. 31 ff. de furt. Briſſ.

CORRVPTELA, eſt peruerſa conſuetudo ſacris canonibus inimica, c. cum venerabilis de conſuet. in vol. Greg. cap. ad decorem, de vit. & honeſt. cleric. Prat.

CORRVPTI appellatione continetur fractum & vſtum, ait Vlpian. in l. 27. § 16. ff. ad l. Aquil.

CORRVPTI judices. Teſtes pecunia corrupti. Precio corruptus carceri præpoſitus Briſſ. ex ff. & C.

CORRVPTORES teſtamentorum aut aliarum ſcripturarum, pœna falſi tenentur, non ſolum ſi corruperint: verum etiam, ſi reſignauerint & legerint per injuriam, vel ſi aduerſario legendas prodiderint, l. 1. §. is qui. depoſ. qui teſtamentum, leg. Paul. reſpondit, ff. ad leg. Corn. de falſis. l. eum qui C. eod. tit. Spieg. Prat.

CORRICEVM, locus vbi puellæ ſeſe exercere & ludere ſolitæ eſſent: Torneb lib. aduerſ. 10. cap. 10.

CORTINÆ regiæ quid ſint, vide Ambroſ. 5. Epiſt. 33. Gothofr. ad rubr. C. vt nemo priuat. titulos.

COSTVM, Marcian. in l. vlt. §. 5. ff. de publican. inter ſpecies ad vectigal pertinentes recenſet, de quo Plin. l. 12. cap. 12. ſic ſcribit. Radix & folium Indis eſt maximo precio. Radix coſti guſtu feruens, odore eximio, frutice alias inutili. Et lib. 22. c. 24. Odorum cauſa, vnguentorumq́; & deliciarum, ſi placet etiam ſuperſtitionis gratia emantur, quoniam ture ſupplicamus & coſto. Vide & Dioſcor. lib. 1. c. 15. & Iſidorus lib. 17. c. 9. Quum autem hos Marciani & Plinij locos cum illo Pomponij confero, vbi odorum vnguentorumque meminit in l. 21 §. 1. ff. de auro & arg. venio in ſuſpicionem, pro Colum, cujus verbi ſenſus eo quidem loco fortaſſe nullus eſt, reponendum eſſe Coſtum, de quo tamen judicium doctioribus relinquo. Hot.

COSTVM eſt radix herbæ in India, Arabia & Syria naſcentis, jucundi odoris. De qua vide Dioſcoridem lib 1. Plin. 12. c. 12. & Iſidor. lib. 17. c. 9. Briſſ.

COTIDIE per c. & non quotidie per q. debere ſcribi Quintil. eſt auctor, libro 1. de orat. Inſtit. Victorianus quoque in libro de Orthographia cotidie per c, literam debere ſcribi oſtendit. Adnotarunt & hoc Angelus Politianus, & Laurentius Abſtemius. & Ludouicus Bonognious in annotationibus ſuis, &c. Nebriſſ.

COTES ferro ſubigendo neceſſariæ fit mentio in l. 11. ff. de publicanis.

COTORIA, vena eſt, vnde cotes excidantur. Alphen. in l. Cæſar, de public. Cum inſulæ Cretæ cotorias locaret, legem dixerat. Spieg. Prat.

C P.

C. P. Nota eſt, Conſtantipolim ſignificans, vt in extremo Inſtitut. præfationis D. C. P. id eſt, Datum Conſtantinopoli, & alibi frequenter. Hotom.

C R.

CRABATTVS, Κράβαττος, lectulus meridiano idoneus, l. 20 §. 8. ff. de fund. & inſtruct. Inſtructis domibus legatis. inquit, Crabattus argento inaurato tectus mortis Titiæ tempore in domibus non eſt repertus. Hot. alij grabatus dicunt.

CRATER nomen quidem generale eſt? Sed maxime proprium & aptum ad ea vaſa omnia, quibus ea quæ fiunt, aut infunduntur, continentur & quaſi retinentur. Κρατὴρ enim ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, quod tenere & capere ſignificat. Fuit & cucumella genus vaſculi curui, quod vt arbitror à forma Cucumeris nomen ſuum inuenit, ad eundem vſum, ad quem & labra & crateres paratum, Coonanus lib. 4. cap. 10. ou. 5. adde Turnebum latius hanc dictionem explicantem lib. aduerſ. 21. c. 13 &c.

CRATITIVS paries, qui arrectis aſſeribus tum aliis tranſuerſis, in modum cratis, illos preſſe circumplicantibus conſtat, leg. ſi fratres, ff. pro ſoc. quanquam Budæus hic concratitius legat, & ita videtur legendum: vide concratitius, De cratitio pariete Vitruu. lib. 2. cap. 8. Cratitij vero velim quidem, ne inuenti eſſent, quantum enim celeritate & loci laxamento proſunt tanto majori & communi ſunt calamitati, quod ad incendia vti faſces, ſunt parati. Prat.

CRASSA negligentia l. 6. ff. de jur. & fac. ignor.

CRASSESCERE. Vide Melioreſcere.

CRATISTI ſerui fit mentio in l. 54. ff. de manumiſſ. teſt.

CREARE frequens verbum apud Iuriſconſ. à quo dicimus creare magiſtratum pro conſtituere. Proprie ſignificat, gignere vel generare, vel producere. Theologi omnes magno conſenſu creare vocant, aliquid de nihilo facere. Hoc modo nihil aliud quam Deus poteſt creare. Diſputant tamen vane, an potentia hæc creandi poſſit communicari creaturæ: de quo multa Thomas cujus argumenta nititur infirmare Scotus, vt ſua confirmet: quæ labefactare conatur Occam, vt ſua figat: ac iſta quoque Petrus Aliacen. Lege Viuem. in c. 38. lib. 18. de ciuitate Dei Spieg.

CREARI dicuntur, qui aliquod munus & honorem in municipiis, ſuffragiis, & decreto ordinis vocantur & eliguntur. Briſſ.

CREATIONEM tutorum celebrare, vid. l. 8. §. 2. C. de admin. tut. vel curat.

CREARE indagatio, l. 2. poſt pr. C. de commun. ſeru. manum.

CREDERE appellatio generalis eſt: ait Vlpian. in l. 1. ff. de rebus cred. Nam cuicunque rei aſſentiamur alienam fidem ſecuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimus. Hæc ille. Siue ergo pecuniam aliaſque res, quæ non in ſpecie, ſed in genere redduntur: ſiue quid aliud, cujus ſolutio ſpeciem, id eſt, indiuiduum ipſum creditum exigat (vt in depoſito & pignore) alterius fidei committamus, recte credere dicimur, quod ipſum intelligitur ex l. ſequen. §. 5. & l. 10. 15. 19. & aliis. Aliud autem eſſe credere, aliud in creditum ire, mihi quidem animaduertiſſe videor ex eadem l. 2. vbi Paulus ait, Mutui dationem in iis rebus conſiſtere, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt: quoniam eorum datione poſſumus in creditum ire, quia functionem in ſuo genere recipiunt. In cæteris autem rebus ideo in creditum ire non poſſe, quia functionem in ſua ſpecie non recipiunt. Vt ſignificare videatur mutuum dare idem eſſe, quod in creditum ire: iiſdemque in rebus poni hoc vtrumque verbum: in iis autem, in quibus Depoſitum, aut Pignus, aut commodatum exercetur, Iri in creditum non poſſe. Quam diſſentiam, qui vnquam expoſuerit, inueni adhuc neminem. Sed profecto niſi vera eſſet, perridicule Paulus dixiſſet, credendi verbum ad commodatum aut pignus non pertinere: quod contra duobus poſt verſibus ipſe idem affirmat, & in lege proxima Vlp. diſerte confirmatur: vt illud omittam, quod & ineptiſſime alioqui ſuperius dixiſſet, Mutui dationem in pondere, numero & menſura conſiſtere, quoniam creditum in iiſdem conſiſtit, quod apertiſſime continuo pernegans. Creditum, inquit, conſiſtit extra eas res, quæ pondere, numero, menſura continentur, vt duæ videlicet ſpecies ſub credendi verbo ſubjiciantur, Mutui datio, ſiue in creditum itio: & altera, quæ generis ſui nomen retinens, appellatur creditum: Et profecto ita eſt, vt Iuriſconſulti tum demum hoc verbum, In creditum eundi, vſurpent, cum res accipientis facta eſt: veluti Alfenus, qui ſine controuerſia omnium eorum, quorum ex ſcriptis Pandectarum libri maxime compoſiti ſunt, optime ac latiſſime loquutus eſt. Is igitur in l. 31. ff. locat. Rerum, inquit, locatarum duo ſunt genera: vt aut idem redderetur, ſicuti quum veſtimenta fulloni curanda locarentur: aut ejuſdem generis redderetur, veluti quum argentum puſulatum fabro darent, vt vaſa fierent: aut aurum, vt anuli: ex ſuperiore cauſa, rem domini manere: ex poſteriore, in creditum iri. Atque hoc ipſum eſt, quod Paulus dicebat, iis rebus in creditum iri, quæ functionem in ſuo genere recipiunt. Africanus l. 19. in fine, ad SC. Vell. An vero, inquit, perinde habendum ſit, ac ſi initio ego pecuniam mulieri credidiſſem, ac rurſus tu mihi in creditum iſſes. Vlpian in l. 5. § 8. De trib. act. Sed ſi dedi mercem meam vendendam, & extat, videamus ne iniquum ſit in tributum me vocari: & ſiquidem in creditum ei abiit, tributio locum habebit, enimvero ſi non abiit, quia res venditæ non deſinunt eſſe meæ, quamvis vendidero niſi ære ſoluto. &c. Denique idem aliis locis obſeruatum reperies: vt apud Vlp. l. 5. §. 1. ad ſenatuſconſult Maced. & Marcianum, l. 65. §. vltim. ad Senatuſc. Trebel. Hotom.

CREDERE propriè is dicitur, qui ita rem alienat, vt dominium transferat: qui enim dominium retinet, fidem alterius non ſequitur. Prat.

CREDERE & deponere diverſa ſunt & ſeparata, leg. venti, §. in bonis, ff. de priuil. cred. Prat.

CREDITOR vt quis dicatur, ſatis, quod fidem alterius ſecutus ſit, vel vere, vel juris interpretatione, leg. qui in fraudem, §. ex omni, qui & à quib. manu. Old. Prat.

CREDITORES peculiares, qui in peculium credidiſſent. Vlpianus in his conſequenter, §. filiusfam. ff. famil. erciſc. Old. Prat.

CREDITORES eos accipere debemus, qui aliquam actionem vel ciuilem habent (ſic tamen, ne exceptione ſubmoueantur) vel honorariam, vel in factum. Vlpianus leg. is cui. ff. de action. & obligat. Old. Proprie tamen creditores ſunt, qui pecuniam mutuam dederunt tam Græcis, quam Latinis: & ſimiliter, qui his reſpondent, debitores ſunt, qui ex cauſa crediti debent, leg. incendium, Cod. ſi cert. pet. ſed porrigitur vtrorumque appellatio etiam ad alios contractus, l. 11. ff. de verb. ſign. l. omnem, ff. de jud. ita & toti Nou. Iuſtin. quartæ locus eſt non tantum in mutuo, verum etiam in aliis contractibus, quibus fidejuſſores & mandatores acceſſerunt, aut rei conſtitutæ pecuniæ, vnde venditionis, emptionis contractu, ſi agatur de euictione, prius conueniendus eſt venditor quam βιβαιωτὴς, id eſt, is qui ſpondet pro venditore euictionis nomine. Cujac. in expoſitio. N. Iuſtin. 4. in fin.

CREDITOR is eſt, qui exceptione perpetua ſubmoueri non poteſt. Qui autem temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori. Paulus leg. creditor, ff. de verbo. ſign. Oldendorp.

CREDITORES quoque appellantur, quibus quacunque ex cauſa actio cum fraudatore competit, l. ſi cui, de ſtatu liber. Prat.

CREDITORES ſecundum vetuſtatem nunc quoque cenſentur, quicunque actionem habent ex mutuo, vel alio quovis contractu. Prat.

CREDITORUM appellatione non illi tantū accipiuntur, qui pecuniam mutuam dederunt, ſed & hi, quibus ex quacunque actione vel perſecutione, vel jure ciuili vel ordinario, vel extraordinario, pure vel in diem, vel ſub conditione debetur, modo non perpetua aliqua exceptione ſummoueri poſſint, l. 10. l. 11. l. 15. ff. de verb. ſig. l. 4. ff. de ſeparatio. Nouel. Conſt. 4. ad fin. §. vlt. Proinde & ſi cui ex delicto debeatur, creditoris loco accipietur: ſed ex populari plane cauſa ante litis conteſtationem recte dicetur creditoris loco non eſſe, l. 12. ff. de verb. ſignific. Maritus ex promiſſione dotis, creditoris quoque loco habetur, l. 25. §. 1. in fin. ff. qui potior. in pign. l. 41. ff. de re jud. l. 19. ff. de obligat. & action. Et ex diuerſo vxor dotem repetens in creditoribus numeratur, l. 31. ff. ſol. matr. Is cui ſub conditione legatum eſt, pendente conditione non eſt creditor, ſed tunc demum, cum ea extiterit: aliter atque ſub conditione ſtipulatus eſt, nam & hic pendente conditione creditor eſt, l. 42. ff. de obligation. & action. l. 27. ff. qui & à quibus, l. 54. ff. de verborum ſign. § ex conditionali, Inſt. de verb. oblig. Plane quibus natura duntaxat debetur, creditorū loco non ſunt, quia petitionem non habent, l. 10. in fin. ff. de verborum ſign. Briſſ.

CREDITI appellatio latius patet quam mutui. Mutuum enim id vocamus, quod vel ex datione alicujus, vel numeratione debetur: In cæteris rebus appellatio mutui non habet locum. Creditum autem dicitur & ipſum mutuum, & quod ex legati cauſa debetur, & quod ex precio venditi redigitur, & quod ex teſtamento competit, &, vt vno verbo dicam, id quod ex quacunque cauſa debetur. Harmenop. de mut. & pignor. Crediti generalis appellatio nonnunquam adſtringitur ad mutuam pecuniam ſignificandam. Vt ecce, quod SC. Macedoniano conſtitutum eſt, filiofam. credi non licere, non ad verba, ſed ad numerationem referendum eſt. Sola enim mutui datio prohibetur, cum cætera negotia recte cum filiisfam. contrahantur, l. 4. §. vlt. ff. ad Macedon. Sic & in l. 54. §. pen. l. 27. §. 1. ff. de minor. Et ita to credimus ire in l. 19. §. cum haberes, ff. ad Velleian. l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. l. 65. §. vlt. ff. ad Treb. Briſſ.

CREDITOREM abſoluere, liberare creditorem, dimittere creditorem Alciato, pro eo quod eſt, ſoluto debito dimittere creditorem, qui ſtante vltro citroque obligatione quodammodo ligatus videtur, l. & in contraria, ff. de vſuris. Oldend. Prat.

CREDITRIX l. 16. ff. qui potior. l. 88. §. Inſtitutio, ff. de leg. 2. l. 5. C. ad Senatuſconſ. Velleian. l. 1. & l. 7. C. de remiſ. pig. l. 6. Cod. de vſuris. Briſſ.

CREDITUM nauticum à terreſtri differt: nauticum eſt periculo creditoris, terreſtre debitoris: hoc [illegible]: illud [illegible] appellatur; vide Gothofr. ad l. 122. §. 1. ibi. pecuniam nauticam accepit ff. de verb. oblig.

CREDITUM ſignificat vſuras, de quibus fidem habere dicebatur creditor, quod eas ſuo tempore non exegiſſet, ſors ipſa non tam credita, quam vſuris occupata & locata erat. Itaque credendi verbum, quanquam generale ſit, magis tamen mutuationibus iſtis congruis, quam cæteris contractibus. Connanus lib. 7. c. 1. num. 2.

CREDITUM à mutuo differt, quo genus à ſpecie. Nam creditum conſiſtit etiam extra eas res quæ pondere, numero, menſura continentur: ſicut ſi eandem rem recepturi ſumus, creditum eſt: Item mutuum non poteſt eſſe, niſi proficiſcatur pecunia: Creditum autem fit interdum, etiam ſi nihil proficiſcatur, veluti ſi poſt nuptias dos promittatur. Paul. l. mutuum, ff. ſi cert. pet. Prat.

In CREDITUM pecuniam accipere, pro accipere mutuo, velut ſuam fœnerare. Opp. mandatu domini ſumere & fœnerare. Vlpian. in l. ſi remunerandi, §. apud Iulianum, ff. mandat. Olden. in creditum ire, eſt mutuum aut promutuum contrahere. Promutuum contrahit, qui vice debitoris ſe reum creditori conſtituit. Cujacius tractat. 4. ad Afric. fol. 43. poſt prin.

CREDENTIA eſt aſſertoria epiſtola, quam vulgo certificationem vocamus, cum ſuperior magiſtratus fidem facit pro ſubdito, vel etiam pro alio. Sumitur etiam pro arcano vaſalli fideicommiſſo, lib. feud. 2. tit. 17. vel ſi credentiam ad eorum damnum ſcientes manifeſtauerint. Prat. Spieg.

CREDENTIARIUM nominant barbari eum, qui fit à dapibus prægustandis: quem peculiari nomine Suet. in vita Claudij, vocat prægustatorem. Qui ad principum menſas minutatim, ſuo more, edulia conſcindunt, qui mos apud Italos vbique eſt vulgaris. Structorum nomine vocari poſſe, cenſuit Inſulanus. Spieg. Prat.

In CREDITUM ire ex cauſa emptionis, vel alio ſimili contractu dicitur, l. 3. §. is autem, ff. ad SC. Maced.

In CREDITUM abire idem ſignificat, quod alias dicitur fidem emptoris ſequi, & fidem habere de pretio, l. 31. ff. locat. Prat. In creditum ire Paulus dicit pro eo, quod eſt dare mutuo, quod fieri non poteſt, niſi de iis rebus, quæ functionem recipiunt in genere ſuo. Vide Connanum lib. 7. c. 1. n. 2.

In CREDITUM ire per prolepſim ſimpliciter pro credere plerūque accipi conſtat, l. 2. §. mutui datio. ff. de rebus credit. Prat.

In CREDITUM ire dicitur, non qui rem ſuam ſeu certam ſpeciem vendicat, ſed in perſonam agit, vt ſibi ſatisfiat. Prat.

In CREDITUM iri dicitur, cum rei dominium in accipientem transfertur. Briſſ.

In CREDITUM poſſidere, eſt in crediti vicem & locum poſſidere, l. 15. § ſi pignora, ff. de re jud. Prat.

In CREDITUM autem poſſidere, dicitur in omnem pecuniam, quæ debita eſt: vel etiam dicitur, quod in creditum poſſidere idem ſit, quod jure dominij poſſidere, quia in creditum ire ſæpe dominij tranſlationem ſignificat, l. in naue, ff. locat. & item verbum poſſidere, l. Rutilia, ff. de cont. empt. & Imperator dicit jure dominij poſſidere, in tract. pign. Iudic. l. 1. & fi. ff. de jure domin. impet. C. ſic ſentire videtur Vlp. in leg. à Diuo Pio, §. ſi pignor. ff. de re judic. ſi malit ſe ipſum aliter explicet.

Compedes quas ipſe fecit, ipſus vt geſtet faber.

Vt loquitur parœmia.

In CREDITO eſſe argentum dicitur, quod in nominibus eſt, l. 27. § argento, ff. de auro & arg. Prat. ex Briſſ.

CREDITI adpellatio eam tantum pecuniam demonſtrat, quæ peti poteſt, non etiam eam, quæ petitionem quidem non habet, ſolutione autem facta, repeti non poteſt. l. 94. §. fin. ff. de ſolut. Prat.

CREDULUS, qui facile credit: id autem ex rei nunciatæ & nunciantis qualitate deprehendendum eſt, l. 1 §. dolum autem, & l. ex hoc edicto, §. etſi ſtipulatur, ff. de eo, per quem fact. erit. Spieg.

CREMIA, hoc eſt, ligna ad cremandum præ cæteris apta. Vnde & pleriſque dicta videntur. Sunt autem ſurculi tenues ac aridi, qui facile comburuntur, l. ligni, ff. de leg. 3. Columell. lib. 12. c. 19. vnde & cremiales arbores dictæ apud Vlp. in l. diuortio, §. ſi fundum, ff. ſol. matr. quæ ſurculos illos ſuppeditant, & vnde faſciculi componuntur. Alij gremia & gremiales legunt, cenſentque ſic dici, quod à ruſticis gremio deferri ſoleant. Duar. leg. fructus 7. §. ſi fundum, ff. ſol. matr. Poſterior Etymologia Connano diſplicet, & prima probatur l. 4. c. 8. nu. 7. Adde Brechæum leg. Carbonem in tit. de verb. & rer. oblig. Alij tamen Germina & Germinales arbores ſcribi volunt.

CREPIDA. Id genus calciamentorum appellantur crepidę, quod Græci κρηπῖδας vocant, cujuſque calciamenti ſutores crepidarij ſunt dicti. Sempronius Aſellio in lib. rerum geſtarum 14. Crepidarium, inquit, cultellum rogauit, à crepidario ſutore, Gellius lib. 13. cap. 20. Adde Tiraquel. 3. l. connub. gl. 8. parte 1. num. 27.

CRETIFODINÆ l. 8. §. ſed ſi ff. de vſufr. l. 13. §. inde eſt, ff. eo. l. 77. ff. de verb. ſign. l. 13 ff. de publ. l. 3. §. vlt. ff. de rebus eor. l. 7. §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matr. Briſſ.

CRETA dicitur terra tenax. Ita accipitur in l. ſi cretæ, ff. de fort. Io. Bell. Etymol.

CRETÆFODINA dicta eſt vnde creta effoditur. Sed cum multa ſint Cretæ genera, Cymolia, Sarda, Vmbrica, ſaxea, argentaria, figularis: de Cymolia Creta intelligendum eſt dixiſſe Iuriſconſultum lib. 27. ff. tit. de reb. eorum qui, leg. ſed ſi. Caius lib. 19. de publicanis & vectig. leg. ſed & 2. Eſt autem Creta Cymolia,

molia, qua vtuntur in lanificio pannarij, ad lanæ duritiem molliendam. Nebriſſ.

CRETAM fodere l.38 ff. de dolo. Cretæ fodiundæ cauſa ſpecum facere, l.39. ff. de furtis. Cretæ eximendæ ſeruitus, l.5 ff. de ſeruit. præd. ruſtic. Briſſ.

CRETATÆ crepidæ, id eſt candidæ, vt faſcias cretatas ad Atticum dixit Cicero. Turneb. lib.7. c.20 aduerſ.

CRETIO, quam ita diffinit Vlpianus 22. titulo. Cretio, ait, eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto hæredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hæreditatem necne: velut Titius hæres eſto: cernitoque in diebus centum proximis, quibus ſcieris poteriſque: niſi ita creueris: exhæres eſto. Hot. Et hanc Vlpiani diffinitionem probat Iſidor. lib.5. Etymol. c. 24. his verbis: Cretio, inquit, eſt certus dierum numerus, in quo inſtitutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tempore Cretionis excluditur, nec liberum eſt ei, vltra hæreditatis jus capiendæ. Cretionum ſolennitatis meminit conſtitutio l. vn. C. Th. de cretione & bonor. poſſeſſ. & l.2. C. Th. de mater. bonis. Cretionibus, pro curationibus in cap. jus Quiritium 1. diſtinct. reponendum putem, quod & res & verba indicant, quæ ex Iſidoro lib.5. Etymolog. tranſcripta à Gratiano fuere. Cretionum ſolennitatem ſuſtulerunt Impp. conſtitutiones l. 1. C. Theod. de mater. bon. l. cretionum. C. de jure delib.

CRETIO aut vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris in qua adjiciuntur hæc verba: Quibus ſcieris poteriſque. Continua, in qua non adjiciuntur. Vlp. cap. Inſtit. 22. Hotom.

CRIMEN generale verbum eſt, delicta comprehendens, Bart. in leg. tranſigere C. de tranſact. Iuriſconſulti tamen crimen à delicto ſiue maleficio perſpicuitatis ſtudio plerunque ſic diſtinguunt, vt criminis nomine capitalis fraus intelligatur, quibus Reſpublica læditur, veluti cædes, falſitas, adulterium. Delicti vero, priuata noxia, qua priuatim quiſque læditur, veluti furtum, injuria, &c. Vlpian. l.17. §.16. ff. de ædil. edict. Noxas accipere debemus priuatas, hoc eſt eas, quæcunque committuntur ex delictis, non publicis criminibus. Hinc titulus eſt. De priuatis delictis, lib. ff. 47. & apud Iuſtin. tit. De oblig. quæ ex delict. & item quæ ex quaſi delicto naſcuntur, lib. Inſt. 4. Nonnunquam tamen Crimina, eaque priuata nominantur, Vlp. lib.1. §.1. ff. de pœn. Generaliter placet id legibus publicorum judiciorum vel priuatorum criminum qui extra ordinem cognoſcunt Præfecti vel præſides, vt eis qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coercitionem extraordinariam inducant. Hotom.

CRIMEN pro criminatione & accuſatione ponitur apud Vlp. l. 7. ff. de accuſat. Caueant itaque ſinguli, quod crimen objiciat, & præterea perſeueraturos ſe in crimine vſque ad ſententiam. Priori verbo delictum, poſteriori accuſatio ſignificatur. Paulus l. 109. ff. de reg. Nullum crimen patitur is qui non prohibet, quum prohiberi non poteſt. Macer. l.2. ff. de concuſ. Sed ſi ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus ſit, &c. Sic l.5. C. de calumnia, l. 109. ff. de reg. jur. l.2. ff. de SCto Sila. Inſt. de ſuſpect. tut. in pr. vbi quod Iuſtinianus crimen. Theophilus κατηγορίαν appellat. Hoto. Prat. Ste

In CRIMINE perſeuerare dixit Vlp. in l. 7. ff. de accuſ. id eſt, in accuſatione. Briſſ.

CRIMEN ſuſpecti, id eſt, criminatio, accuſatio. Vlp. in l.1. §.1. ff. de ſuſp. tut. Sciendum eſt, ſuſpecti crimen ex lege 12. tab. deſcendere. Id vero quomodo intelligendum ſit, multi quærunt. cum crimen à lege deſcendere non poſſit. At reſponſio facilis eſt: verba legis 12. tabul. hæc erant: Suſpecti tutores remouentor. Decreuit igitur lex, quod hoc crimen eſſet, ideoque ex l. 12. tabularum delictum eſſe cognoſcimus. Si enim lex non eſſet, nec delictum fuiſſet, ſeu ſaltem fuiſſe non cognouiſſemus. Sed dum legis virtus ſit vetare ac punire delicta. l. Legis virtus, ff. de legibus, merito dicitur hoc crimen ex lege 12. tabularum deſcendere. Aldobrandinus § ſciendum Inſt. de ſuſpect. tut.

CRIMEN majeſtatis. Majeſtatis crimen, vt Vlpianus eleganter diffinit, eſt illud, quod aduerſus populum Romanum, vel aduerſus ſecuritatem ejus, committitur, l.1. ff. ad l. Iul. majeſt. Securitatis ſignificationem Accurſium non intellexiſſe admonuit Budæus, qui inquit: Securitas Reipubl. eſt ἀσφάλεια, cum ſcil. ſtatus Reip. ita compoſitus eſt, vt nulla ex parte periculum imminere videatur, nec ſit metus belli externi aut inteſtini. Itaque hoc loco ſecuritatem ab Vlpiano Latinæ locutionis libenter obſeruanti, acceptam eſſe. Solent autem hujus criminis rei, ſecundum Honorij & Arcadij conſtitutionem bonis omnibus addictis gladio puniri, id quod voluit lex 12. tab. quæ ſic habet, Qui hoſtes concitauerit, quive opera hoſti tradiderit, pœnam capitis dato. Eam vero legem lex ipſa Iulia majeſtatis deinde ampliauit, nec immerito. Eſt enim crimen eo adeo atrox, vt in quæſtionibus læſæ majeſtatis Papinianus dixerit, debere etiam mulieres audiri. Nam & Lucij Catilinæ conjurationem Iulia mulier, ſecundum eum, detexit, & Marcum Tullium Cos. in judicium ejus inſtruxit.

CRIMEN læſæ majeſtatis eſt vbicunque quis contra principem vel vrbem aliquid molitur; aut qui profugit ad hoſtes, vel illos juuat qualicunque cauſa, ſcilicet armis, conſilio vel pecunia; vel qui ſubjectas prouincias nititur facere rebelles, vel ſeditiones aut bella mouet in ciuitate, vel qui prælatum, magiſtratum vel principem occidit, vel qui contra latus ejus militat, vel arma fert & occupat contra Rempublicam. Et idem dicitur crimen perduellionis, id eſt, hoſtile, nam perduelles dicuntur hoſtes. Secus ſi committatur hoc crimen non contra Rempublicam, quia tunc non dicitur perduellionis, ſed ſimpliciter læſæ majeſtatis. Et nota: Non ſubditus crimen læſæ majeſtatis non committit, vt in 6. verſus, in clem. paſtoralis de re jud. vbi rex Siciliæ Robertus non eo modo ſubfuit Henrico Imperatori, vt crimen læſæ majeſtatis in eum commiſerit. Old. Prat.

CRIMEN deriuare, Lege, Deriuare crimen.

CRIMEN domeſticum ac vernaculum Cicero appellat, quod intra parietes admiſſum, nondum peruenit in publicum rumorem. In actione in Verrem 5. Spieg.

CRIMEN expilatæ hæreditatis, quia adhoc dominus non adeſt; alioquin furtum eſſet: vt quod in hoſtico eſt prædam agere, ſic in ſuo dilabentibus dominis compilare. Ex Alciato. Spieg.

CRIMEN importare, appetere judicio, pro accuſare, leg. qui cum major. ff. de bon. lib.

CRIMEN militare eſt, quod ſolis militibus capitale eſt, cæteris vero ciuilibus aut impune omnino, aut non tam graue. Vt arma amittere vel alienare, vallum tranſcendere, per murum caſtra ingredi: & ſi quæ ſunt ejus generis. Conn. lib.9. c.5. nu.6.

CRIMINA extraordinaria differunt à popularibus & priuatis: vide Cujac. 8. obſ. 13. In illis (extraordinariis) res agitur citra ſolemnem juris ordinem, & extra morem priſcum legum, nec obſeruare etiam pœna legitima, Cujac. & Gothofr. ad rubr. ff. de extraord. crimin.

CRIMINA, in quibus impunitas dabatur indici (id eſt, ei qui ejus facinoris, cujus ipſe eſt conſcius, latebras indicat) ſunt majeſtatis & proditionis.

CRIMINA publica recenſentur in l.1. ff. de publ. jud. Pontificium jus vnumquodque crimen publicum cenſet. Spieg.

CRIMINA legitima, id eſt quorũ judicium lege aliqua publicorum judiciorum, eſt conſtitutũ Vlpian. l.3. § 1. ff. de crim. ſtell. Pœna ſtellionatus nulla legitima eſt, quum nec legitimum crimen ſit. Solet enim ex hoc extra ordinem plecti. Hot. Prat.

CRIMINA publica alia ſanguinis pœnam ingerunt: alia non ingerunt: In illis paciſci licet: in his non licet. Gothofr. ad l. tranſigere 18. C. de tranſact.

CRIMINARI aliquem l.4 § ſi quis ff. vi bon. rap. Briſſ.

CRIMINALITER vſurpauit. Vlp. in l. meminiſſe, quæ eſt poſtrema tit. de Furtis. Scæuola autem criminale dixit in l. 2. de appellatio recip. quod eſt contra nobiles Grammaticos, quia crimine criminoſum, non criminale deflectunt. Spieg.

CRIMINALIA judicia, vide Iudiciorum alia Criminalia. Hotomannus.

CRINA in l.21 §.1. ff. de aur. & arg. leg. Moſcopulus περὶ σχεδῶν· Κρίνον πορφύρεον εἶδος φυτοῦ ἀνθοῦς. ἔστι δὲ καὶ λευκὰ, καὶ δὲ μύλινα ναίον ἐν λέγονται. Falſo legit Olden. Crinalia. Crinam autem videtur hic poſuiſſe Pomp. pro vnguento crinino: nam inter vnguenta, quæ valetudinis cauſa ſunt parata, enumerat. Niſi forte Crinonia legendum ſit, vt ſit oleum ex lilio confectum & odoramentis conditum. Nam crinonis meminit Plin. lib. 21. c.5. quod lilium rubens appellat. Hotom.

CRINALE ornamentum capitis eſt ad fingendum capillos, ne turbentur euagenturque. Ouid.3. Metam.

Nec torques collo, nec habens crinale capillos.

Idem in 5. Virgil. 11. Æneid.

Pro crinali auro pro longæ tegmine pallæ.

Vlpian. l. 54. de auro & arg. leg. l. argumento, &c. Philippos Beroaldus non legit Crinales, ſed faſciæ crurales peduleſque, quaſi faſciæ ſint crurum pedumque munimenta quædam. Nebriſſenſ.

τὸ Κρινόμενον eſt diſceptatio, quæ ſcilicet ex rationis & firmamenti conflictione & quaſi concurſu exoritur. Vt annotauit Brechæus l. litis in tit. de verb. & rer. oblig.

CRISTOLOGIA, l.1. C. de frum. Alex. cura frumenti ſuſcipiendi & excutiendi, κριθὴ enim hordeum eſt. Hinc κριθολόγος, cui id muneris imponebatur, qualem & apud Opuntios fuiſſe refert Plutarchus in Hellenicis Prat.

CROCINUM (juxta Haloandri editionem) pro coracino legendum in l. quæſitum, §. coccum, de leg. 3. Vide Alciat. cap. 2. lib. Parerg. 2. Old.

CROCOTTA veſtes delicatæ fuerunt, vt indicat vetus prouerbium χαλῇ κροκωτὸν, id eſt, feli crocoton, quo vtimur, cum indignis honor exhibetur. Suidæ autem κροκωτὸς ἱμάτιον ἐγκύκλιον, id eſt, veſtimentum orbiculatum. Et hinc Crocotularij, aut, vt alij legunt, Crocotarij, infectores hujuſmodi veſtium, dicit Plauto in Aulularia. Nonius Marcellus à croco hæc dicta putat. Hinc Hercules κροκωτοφόρος appellatus, quod Omphalæ ſeruiens habitu muliebri crocoton geſtaret, vt ante pu-

tauit Tiraquellus in 3. leg. connub gl. 1. parte 3. num. 27.

CROCVPHANTIA, opinor eſſe muliebria ornamenta villoſa, quæ ſub reticulis contexta per eorum plagulas appareot, id enim origo vocabuli κεκρυφαντος declarat. Vlp. in l. 25. §. ornamenta in ff. de aur. arg. Ornamentorum hæc, inquit, vittæ, mitræ, ſemimitræ, reticula, crocuphantia. Alciatus autem & alij eruditi homines alio vocabulo conquirendo mirabiliter exercentur. Hotomannus. Turnebus autem 28. aduerſ. 25. Ornamenta ſine vllo ſtamine contexta interpretatur. Crocuphantia dicuntur, quod ἀπὸ κεκρύφου ὑφαίνεται, vide Gothofr. ad d. l. 25. §. 10. Aliqui ſcribunt Crocotia: ſunt qui malint Crocota, ſeu crocotula, à flore, nam à croco fit croceus, vt ſuperius dixit: à quo Crocotulæ veſtes. Plautus: Pathagiacam caltulam, aut crocotulam. Næuius in Lycur Palatis pathagiis crocotis malachia mortualibus. Dicuntur etiam crocotæ veſtes, tunicæ infectæ croceo colore: quæ quidem veſtes delicatæ ſunt & fœminiles. Propterea optimo epitheto mollicinam crocotam nuncupauit Næuius in Pedio, dum inquit: Mollicinam, crocotam, chiridotam, richam, richinum. Suidas etiam pro veſtimento orbiculato eam nominat. Hinc crocotarij dicuntur, hujuſmodi veſtium infectores. Plau. Qui incedunt infectores crocotarij, & de his veſtibus aſſerunt Iureconſ. hic ſenſiſſe Cottam in memor.

CRVCE affici, cruci ſuffigi, in crucem tolli. Briſſ. ex Paulo.

CRVCIATVS vocatur, inquit diuus Auguſtinus, vbi dolores acerrimi excogitant. A cruce nominatur, pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus manibuſque confixi producta morte necabantur. Non enim crucifigi hoc, erat occidi, ſed diu viuebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, ſed quia mors ipſa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Spieg.

CRVCIATVS carceris, corporis, cruciatibus corporis illicitis adfici Briſſ. ex ff. & C.

CRVDÆ voces, maturis opponuntur, l. ſi ſeruus ſeruum, §. oliua, ff. ad l. Aquil. Ab hac vero diſtinctione dicitur crudelitas. Eſtque crudelis proprie qui crudam carnem aut crudum hominem deuorat, ſicut leones, vrſi, lupi, deuorant homines. Et eam crudelitatem imitantur Anthropophagi, qui ab hac crudelitate, quia homines vorant, appellationem acceperunt.

CRVENTA ſpectacula ſublata. Vide tit. de Gladiat. toll. C. lib. 11.

CRVCIARII qui tolluntur in crucem, hoc eſt, furcam: qui & Patibulari dicuntur. Supplicij hujus, quod, vt ex Seneca conſtat, non fuit vnius generis, Vlpianus meminit: Calliſt. item de pœnis, l. capitalium, Summum, inquit, ſupplicium eſſe videtur ad furcam damnatio, item viui concrematio. Sed furca tunc non erat, vt hodie, peculiare furum ſupplicium, ſed latronum & homicidarum, § famoſos latrones, l. eadem. Spieg.

CRVRA equi frangere, l. vlt ff. ad legem Aquiliam.

Mula CRVS equi agaſoni fregit, l. fin. ſi quadrup.

CRVRALES faſciæ, l. 25 §. 1. de aur. arg.

CRVRVLES, quod Beroaldus Major. elegans vocabulum dicit: reponendum idem putat apud Vlpianum in l. argumento de aur. & arg. leg. quam procu vulgati Codices habent, Faſciæ crinales, falſo: In Pand. enim Flor. eſt Crureles. Crurules autem & Pedules Vlp. appellat, à cruribus ſcilicet & pedibus veſtiendis. Spieg. Prat.

CRVSTVARII, à cruſtis: quarum mentio apud Paulum in l. pediculis, de aur. & arg. leg dicti, quorum artificio vaſa cruſtis illigabantur. Hujuſcemodi cruſtarum meminit Iuuenalis Satyr. 5. Spieg. Prat.

CRVSTA fœminino genere fragmentum eſt quoddam tenue vel lapidis, vel ligni, vel vitri, vel alterius modi corom, quæ non comeduntur Vergil 3. Georg Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. B. Cyprian. lr. coot. Demetri. Minus de effoſſis & fatigatis montibus eruuntur marmorum cruſtæ. Cruſtum vero & cruſta neutro genere dicimus, de his quæ eſui ſunt, Verg. 7 Æneid.

Fatales cruſti, patulis nec parcere quadris.

Et Horat. per diminutionem in Satyris.

Vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores.

Illis porro cruſtis, parietes ad voluptatem & ornatum operiuntur, l. impenſæ, §. fin. ff. de verb. ſign. Corraſ. lib 4. c. 16. n. 7.

CRVSTÆ Iſidoro lib. 19. Etymol. cap. 13 tabulæ ſunt marmoreæ. Cruſtæ in l. 11. C. Th. de Scenicis, ſunt quibus alio admiſtus colori puri rubor muricis inardeſcit. Cruſtas autem & emblemata nominat Cic. vaſorum ornamenta: inter quæ videtur interfuiſſe, quod cruſtæ tectoria quædam erant & tanquam bracteæ quædam illitæ, & laminæ inductæ, inauratæque. Emblemata pretioſiora erant, & operis exquiſitioris, exemptiliaque erant, cum illigata eſſent, vel adfixa, cruſtæ autem etſi reuelli poterant, tamen firmius hærebant. Prat.

CRVSTA agri in l. 9. §. Alfenus ff de damno infect. Cruſtæ marmoreæ in l. 17 §. quæ tabulæ, ff. de act. empt. quæ ſcilicet parietibus opere tectorio inducebantur. Quint. Declam. 9. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnæ, nec graues cruſtæ fecerint immemorem fragilitatis. Caſſiod. lib. 1. Variar. diſcolutia cruſta marmorum gratiſſima picturatum varietate texatur. Iſidor. lib. 19. Etym. c. 13. Cruſtæ, ait, tabulæ ſunt marmoris. Vnde & Marmorati parietes & Cruſtati dicuntur, vbi & Marmora ſecandi in cruſtas rationem explicat. Inde Incruſtationes in l. 23. in fin. ff. de ſeruit. vrb. l. 79. in fin. ff. de verb. ſign. Briſſ.

CRVSTÆ etiam aureæ in l. 32. ff. de aur. arg.

CRVX, ſeruorum, non ciuium erat ſupplicium. Vnde ſerui fugitiui, qui crucem meruerunt, Cruciferi dicti ſunt: & in ſignum ignominiæ crucis ſignum in veſte ferebant. Iuxta quod ſcriptum eſt, Morte turpiſſima condemnemus eum. Crux autem modo in pœnis reorum non eſt apud Romanos. Abolitum enim eſt à Conſtantino crucis ſupplicium. Vbi enim Domini crux honorata eſt, putatum eſt, quod & reus honoraretur, ſi crucifigeretur. Autor Auguſtin. tract. 36. in Ioan. Spieg.

Κρυπτὴ apud Vlp. in l. 1. § 5. ff. vti poſſid. Placet, ait, ſi cœnaculum ex publico aditum habeat, videri non ab eo ædes poſſideri, qui κρυπτὰς poſſideret: ſed ab eo cui ædes ſupra κρυπτὰς eſſent, κρυπτὴ autem eſt locus abditus & concameratus. Hinc Iuuenalis: Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburræ. Ab Vlpiano vero videtur ſumptum pro crypto porticu, vt & à Vitruuio. In ædibus, inquit, cryptæ, horrea, apothecæ. Vocantur autem ab eodem Vlpian. refugia, l. 15. § ſed ſi. ff. de vſur. Prat.

C V.

CVBILIA Quære Lectulus.

CVBICVLARII, qui cubiculo, vel ad limina aſſident. Alphenus hos numerat inter eos, quos vſus ſui cauſa paterfamilias habet, ad fin. l. in cenſoria, ff. de verb. ſign. Spieg. præpoſiti ſacro cubiculo. Briſſ.

CVBICVLVM, locus in quo cubile (id eſt, lectus, in quo cubetur) ſternitur. Vlpian. in l. cum fuerit, de cond. & demonſtr. Quamvis, ait, nondum in cubiculum mariti venerit. Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit. Spieg.

CVBICVLVM Principis, dicitur ſacrum. C. de præpoſit. ſac. cub. lib. 12. Spieg.

CVBICVLARIVS l. 65. de leg 3. & l. 203. ff. de verbor. ſign. ex genere erat ſeruorum; vt ex jam dd. ll. conſtat. Sumitur tamen protis in plurimis locis Codicis, quos ſecretarios ſecretorum vulgo adpellamus. Cubiculo præpoſitum Xiphilinus κοιτωνίτην vocat. Cubicularij, id eſt, ſecretarij Nou. 8. 24 26. 27. ſunt chartarij, vt ait Iuliani Patritij interpres, quem videas. Hoc nomen vſurpat Suet. in Nerone: vt pleriqne conſulares cubicularios eius cum ſtupa redaque in prædijs ſuis deprehenſos non attigerint. Sic in Domitiano: Saturius decurio cubiculariorum. Prat.

CVBITAL brachiale, ſeu tegumentum brachiorum. Græcis περιβραχιόνιον appellatum, ſicuti faſciolæ ſunt crurum. Turnebus lib. aduerſ. 7. c. 10.

CVBITVS Nili. l. 1. de Nili aggerib. in C. Th. Incrementa enim exundantis Nili cubitis metiri Ægyptij ſolebant, vt Plin. lib 5. cap 9. & lib 36. cap. 7. & Nicephor. lib. 7. cap. 46 ſignificant. Philoſtratus in Dionyſio Miles. Καὶ νῦν μὲν ἀνάθημα χρυσοῦν δοκεῖ τὸ σῆμα, οἱ δὲ ἀπὸ πήχεων διαμετροῦσι τὴν χλωρὰν ὥσπερ ἐπὶ Νείλῳ ... Eratque adeo apud Memphim in Serapidis templo menſura è ſculpto ſaxo conſtructa, inſcriptis per interualla cubitalibus lineis, per quam Nili incrementa indigenis indicabantur: quemadmodum Heliodor. hiſtor. Æthip. lib. 9. oſtendit. Quam menſuram à paganorum templis ad Chriſtianorum ædem Conſtantinus tranſtulit. Poſtea inde demptam Iulianus Serapidi reſtituit, teſte Nicephoro lib. 10. hiſt. eccleſ. cap. 4. Briſſ.

CVBVS, quid ſit, vide Gothofr. ad l. 16. §. euentus, 8. ibi ἀμφ' ἀστραγάλοισιν, ff. de pœn.

CVCVLLVS, tegmentum capitis, & proprie papyraceum, quamquam & ex alia materia fiat. A quo Cucullatus, hoc eſt cucullo opertus dicitur: quales ſunt monachi, & qui vulgo vocantur Fratres ordinum mendicantium. Vnde Bardocucullus genus eſt veſtis cucullatæ, à Bardis Gallorum gente, quod hoc præcipuè genere veſtis vterentur. Cæterum Viatores olim cultores & vinitores ſero colentes appellare cucullos in deſidiæ opprobrium ſolitos annotat Turneb. lib. aduerſ. 2. cap. 1. ex Plin. & Auſonio.

CVCVMA, quid ſit apud Iureconſultos in leg. prima §. diuus, ff. ad l. Cornel. de ſica. pluribus modis declaratur variando lectionem, nam aliqui reponunt Cultro, alij Cucnnia. Sunt etiam qui Cucmoia ſcribendum contendant: quibus Bart. noſter aſtipulatur, intelligens de quadam freni parte, & ante eum declarauit gloſſator in leg. vnica, Cod. nulli licere in frenis & equeſtris ſellis lib. 10. Sed hanc Accurſ. & Bart. ſententiam reprobat Alciat. in Annotationibus ſuis in hos libros C. in rubr. nulli licere in frenis equeſtribus. Nihilominus vera lectio eſt Cucuma vel Cucumella: & eſt vaſis coquinatorij genus ad calefaciendum aquam, quod ex ære & ex terra factum eſt, de quo etiam Martial. & Petronius Arbiter, quos in Miſcella-

Digitized by Google

Miſcellaneis citat Angelus Politianus Centuria 30. dum nititur oſtendere apud Martialem ſingulare verbum non eſſe cucumam: quod alij ſuſpicabantur. De cucumis meminit Diuus Ambroſius Sermon. 90. Dij, inquit, sui aut ænei ſunt, ex quibus cucumæ melius fiunt ad vſum hominum, vbi pro vaſe æneo videtur poſuiſſe. Spieg. Vtitur eadem voce Marcellus libris de Medicamentis ſæpiſſimè, vt teſtatus Cuiac. obſeruat. lib. 10. c. 15. in fin. Petronius arbiter in Satyr. Frangitur ergo, inquit, ceruix, cucumæ, ignemque valeſcentem reſtinguit. Idem: Incincta quadrato pallio cucumam ingentem foro appoſuit. Martial. Cucumam fecit Otacilius, vbi pro fornace videtur poſitum. Nebriſſ. Budæus autem exiſtimat in d. l. 2. eſſe genus baculi ferrati, vt & aliis quibuſdam videtur eſſe genus verberis cuiuſdam. Ex terra autem rubra à figulis cucumas fieri, & alia vaſcula quę teſtarum nomine ſignificamus, primus Dibutades inuenit. Cotta in memoralibus ex Forcat. Necyomant. dialog. 27. o. 6. vbi vide omnino.

Cvcvma Pratcio videtur eſſe genus ædificij, tugurij pauperis.

cvcvma aliud eſt à cucurnia vel curcuma, de quibus vide leg. vnic. C. nulli licer. in fien. Gothofr. ad l. 1. §. 3. ff. ad leg. Cornel. de ficar.

cvcvmam Bapt. Pius, ait eſſe genus vaſis, in l. ſi quando, §. cum in domo. Si ſeruit. vend. Cucumellas perperam exponit. Interpretes cucurbitas eſſe, ſeu pepones, quos vulgus Melones vocat. Old.

Cvcvmalla apud Alphen. in l. ſi quando. §. 1. ff. ſi ſeru. vind. Hotomanno eſt genus vaſculi cutui, quod à forma cucumeris nomen ſuum inuenit, ad eundem vſum ad quem & labra crateres, paratum.

cvcvmis, ornamentum ex aurichalcho in modum lancis factum, quod habenis affigitur lorisve, quæ ab armis pendent, atque pectore equorum.

cvcvrbitara dicitur vaſallus, qui domini vxorem adulterat, vel ad crimen iſtud ſaltem ſollicitat, turpiter tentat, affectat: item filiam, neptem, nurum aut ſororem eius polluit, Zaſius de Feud. priuat. Mariti cucurbitati ſolent duci Pariſijs per ciuitatem ab vxore tertogradi ſuper aſinum, præcone clamante: Quid ſic faciet. ſic accipiet Neuizanus in Syl. nupt. Spieg. Barbarica autem videtur origo huius vocabuli, cum in legibus Longobard. Corbita pro ſtupro vel infamia vſurpetur. Vnde Cucurbitam dicebant, vxorem adulterio infamem, quam etiam argam nuncupant. Prat.

cvdonea apud Silium Italicum ſunt galeæ pelliceæ: verba ſunt Silij, caput bis endone ferino Stat cautum, notat Turnebus lib. diuerſ. 1. c. 17.

cvi voles, quid ſibi velint hæc verba, Iuriſconſ. oſtendit in l. ſi mandauero, § ſi tibi. Mandati.

cvilibet relictum ex familia, quomodo recipiendum: lege relictum cuilibet ex familia.

cvivslibet conditionis: hæc addita verba in principis conſtitutione, edicto, decreto, lege, ſeu quauis alia diſpoſitione digniſſimos quoſque regulariter comprehendunt. Old.

cvivsqva, pro cuiuſcunque, l. 10. §. non ſolum, ff. de acquir. cer. dom. l. 32. §. vxori ff. de vſu & vſufr. Briſſ.

cvlcitræ, alij Culcitæ, ab inculcando ſic dictæ, quod in iis ſagum, tomentum, aliudve quid calcabant. Varro lib. 4 ling. lat. Hæ generali nomine vocari poſſunt, omne ſtragulum, in quo aliquid quieſcendi gratia inculcatum ſit. Paulus l. 3. de ſuppellect. l. Culcitræ, toralia, mappa, villoſa, &c. Spieg.

cvlcstræ autem lectis imponuntur, culcitris inſtragula, quibus incubant homines operimentis obducti. Turnebus lib. aduerſ. 7. c. 12. Adde Tiraq. in 3. l. connub. gl. 1. part. 3. num. 17. Apud Iſidor. etiam lib. 19. Etymol. c. 27. ita ſcriptum eſt Culcitæ vocatæ quod culcentur, id eſt, farciantur pluma ſiue tomento quo molliores calidioreſque ſint. In Lexico B. Germani Culcita τύλη redditur. Briſſ. in pareig.

cvlleus, vt docet Fulgentius, ſaccus è lino, vel canabi, vel corio factus, ab occulendo, id eſt, claudendo dictus. Cullei autem tam vinarij quam frumentarij ſunt, l. 17. in fin. ff. de an. leg. l. vlt. §. vlt. ff. de pign. actio. l. 3. in fin. ff. de trit. vino, & ol. l. 32. §. 1. ff. de inſt. & inſtr. Feſt. l. 3. Culleola dicta à ſimilitudine culleorum, quibus vinum ſiue oleum continetur, Quod & ex Cato. de re ruſt. cap. 154. apparet. Hinc etiam cululli pocula per diminutionem elata, etſi enim culleus primam producit, tamen vt aſſolet in diminutione corripit, vt mamma, mamilla. Acron autem, quod putat fuiſſe fictiles pontificum calices culullos, quibus & Veſtales virgines vterentur, veretur Turnebus lib. aduerſ. c. 13. ne culullos pro capedunculis acceperit. Culleus præterea eſt menſura 10. Amphorarum vel 40. vrnarū capax, apud Plin. li. 14. c. 4. & Columell. li. 3. Prat. adde Forcat. in penu iuris ciu. c. 25. Priſcianus in lib. de ponderibus.

Eſt & bis decies quem conficit amphora noſtra,
Culleus, hac nulla eſt maior menſura liquoris. Briſſ.

cvlleum Iſidor. lib. 5. Etymol. c. 27. definit vtrem ex corio factum, in quo parricidæ cum ſimia & gallo & ſerpente incluſi in mare præcipitabantur, vt in l. 9. ff. de leg. Pomp. de parricid. & l. 4. quor. appell. non recipiunt in C. Theod. & apud Cicero. 2. Rhet. ad Heren. traditur. Theophilus etiam ἀσκο-βόειον vocat in §. alia deinde. Inſtit. de public. iudi. Briſſ. & hinc ſa et error eorum qui ſolliculum lupinum apud Ciceronem Rhetor. 1. ad Herennium poni pro culleo parricidæ contendunt, quod falſum eſſe colligitur ex lib. 2 Ciceronis de inuentione, ex quo tranſportata ſunt illa ad Herennium: Quis enim non intelligit folliculo ſolum os parricidæ inuolutum eſſe, quaſi quodam tegumento ex lupina pelle confecto: vt hoc modo velato capite in carcerem eijectus duceretur, moxque culleo comparato inſueretur? Plautus in Vidularia apud Plantiadem Iube hunc inſui culleo, atq; in altum deportari, ſi vis annonam bonam. Iouenalis Satyr. 13. & deducendum corio bonis in mare, cum quo clauditur aduerſis innoxia ſimia fatis, vide Gothoſ. ad l. 9. in prin. ff. ad leg. Pomp. de parricid. Hæc pœna parricidarum ſecundum aliquot à Pompeio Magno conſtituta eſt, & ideo lex Pompeia dicitur. Originem autem ſortita eſt à Tarquinio, Romanorum rege, qui, vt lib. 1. ſcribit Valer. Max. Marc. Tullium Duum virum, quod librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abijci iuſſit. Idque ſupplicij genus non multo poſt parricidis lege irrogatum eſt. Iuſtiſſime quidem. Quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda eſt. De hoc ſupplicio intellexit Iuuenalis taxans Neronem veluti multiplici parricidiorum pœna digniſſimum, dum inquit:

Cuius ſupplicio non debuit vna parari
Simia, nec ſerpens vnus, nec culleus vnus.

Cotta in memoral. Maiorag. Miſcel. lib. 4. c. 8.

Cvlevm quoque veteres ſimpliciter corium vocant. Autor Rhetoricor. ad Heren. lib. 1. legem proponit huiuſmodi, Qui parentem necaſſe iudicatus erit, is obuolutus & obligatus corio, deijcitor in profluentem. Ad eundem modum & Iuuenal. Sat. 13. culeum deſcribit:

Et reducendum corio bonis in mare, cum quo
Clauditur aduerſis innoxia ſimia fatis. Briſſ.

Cvlinæ (vt ait Aggenus Vrbicus) loca ſunt publica inopum funeribus deſtinata. Feſtus vero lib. 3. ſub finem ait Culinam dictam fuiſſe locum, in quo epulæ in funere comburerentur, Maioragius lib. 2. c. 19. Miſcel.

cvlman proprie regminis ex culminibus facti cacumen ſignat, vt annotauit Droſæus in methodo iuris.

cvlpa eſt læſio per imprudentiam alteri illata, quæ alioquin humanitus euitari potuiſſet. Culpa, inquit Donatus, eſt eius, qui neſciens aliquem læſit. Inſpiciamus hanc diffinitionem:

cvlpa eſt læſio. Læſionem accipimus loco generis. Nam & dolus malus, & omnia plane maleficia ad lędendum ſolent deſtinari, ideoque velut res nociuæ ab humana ſocietate reijciuntur. Niſi enim ſequatur læſio, non conſideratur dolus, l. ſi quia in pigno. in fin. ff de pign. act. ideo quoque læſionis adpoſitiſſime fit mentio in diffinitione, quia in cognitione doli, culpæ, periculi, diligentiæ, ſemper oportet obſeruare relationem quandam ad alium. Nam & iuſtitia virtus, & iniuſtitia vitium, in hoc maxime diſcernuntur, quod ſemper ad alium referri volunt, vt l. Iuſtitia eſt, ff. de iuſtit. & iur. Quare deuiatio vel declinatio non admodum huc pertinent. Additum eſt autem in diffinitione, per imprudentiam illata. Hinc adparet differentia inter culpam & dolum. Culpa enim eſt ex ſegnitie animi, vel ruſticitate, vel inertia, vel ſimplicitate, quæ ſemper habent comitem imprudentiam, l. 3. §. vlt. ff. de ſuſpect. tutorib. Dolus vero naſcitur ex malitioſa deſtinatione animi contemnentis omnem honeſtatem atque prudentiam cum propoſito lædendi. Sequitur in diffinitione, quæ alioquin humanitus euitari potuiſſet. Per hoc diſcernitur culpa à caſu fortuito. Culpa enim propter incurioſitatem reprehenſibilis eſt, & obligat lædentem: quia potuiſſet adhibita quadam diligentia prouidere, ne damnum contingeret. At caſus fortuiti ſupra omnem hominis prouidentiam plerunque incidunt, veluti, mors, fuga hominis non cuſtoditi, rapina, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, ruinę, naufragia, impetus prędonum l. contractus, ff de reg. iur. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. nihil enim hic eſt, quod in homine reprehendatur, cum ſupra cuiuslibet prudentiam ſint, & fato potius eueniant, leg. cum duobus, § damna, ff. pro ſocio. Et propterea, ſi dolus vel culpa præcedens occaſionem det huiuſmodi nocumentis, non cenſentur caſus fortuiti, l. capitalium, §. incendiarij, ff. de pœn. l. ſi ſeruus ſeruum. § ſi fornicarius, ff. ad leg. Aquil. l. qui petitorio, §. 1. ff. de rei vind. l. eum qui, §. an pater. ff. de fur. Inſtit. quib. mod. re contrah. obl. §. item is cui. Old. Prat.

cvlpa eſt deuiatio à legis diſpoſitione, ſecundum Pet. At ſecundum Bart. in l. quod Nerua. ff. depoſ.

cvlpa eſt deuiatio ab eo quod bonum eſt, quod per diligentiam hominis potuit prouideri. Old. Prat.

Inter cvlpam & dolum quid interſit, nonnunquam difficile

eſt adiudicandum. Quod hæc quandoque, imo fere ſæpiſſime, ponantur pro eodem. Nam culpæ nomen generale eſt, quod continet, quidquid doloſe peccatum eſt, & malitioſe, vt cum dicimus: nihil in vita nobis præſtandum eſſe præter culpam. At qui partite & diſtincte loqui volunt, Dolum ſceleri tribuunt, Culpam vero Imprudentiæ: Illa in faciendo eſt, Hæc in non faciendo. Donat. ad illud Terent. in Hecyra, Non mea opera, neque pol culpa euenit: Opera eſt, inquit, ſi ſcientes læſerimus. Culpa ſi neſcientes. Quorum alterum ſceleris, alterum ſtultitiæ eſt. Atque iſta quidem ad hunc modum diſcernere facile eſt, & promptum cuique. Hot.

Cvlpæ quinque ſpecies tractant interpretes, videlicet latiſſimam, latiorem, latam, leuem & leuiſſimam ſecundum Bart. in l. quod Nerua. ff. depo. ſed certe ex huiuſmodi gradibus maioris aut minoris culpæ non poſſunt conſtitui diuerſæ ſpecies, iuxta l. fin. ff. de inſtr. vel inſtru. leg. l. is cui, ff. quemadmodum ſeruit. amitt. Etne quidem poſſunt omnes culpæ gradus certis definitionibus explicari, quia cenſendo magis, quã diſputando percipiuntur. Omnium enim æſtimatio arbitrio iudicis committitur, l. ſemper, § culpam, ff. quod vi aut clam, quem ante omnia diligenter æſtimare oportet, qualitatem & conditionem perſonæ, de qua agitur l. eius, § fi. ff. de oper. libert. Quare Vdalricus Zaſius lib. 1. Reſp. ſing. cap. 5. reiecta interpretum ſententia totam hanc culparum materiam aliter tractat. Culpam in duas duntaxat ſpecies diuidens in latam & leuem, tametſi non improbet, leuem & leuiſſimam diſtinctia nominibus vſurpari, dum non ad ſpeciem referantur. Latam duplicem facit: Ignauiæ, quæ à dolo abeſt: & verſutiæ, quæ dolo eſt proxima. d. l. quod Nerua. l. mulier. §. ſed enim, ff. ad Trebellianum, & l. ſi conſtante, §. ſi maritus, ff. ſolut. mat. Culpam ignauiæ eſſe dicit, quæ ſupinam & craſſam negligentiam refert, quam ignaui & ſocordes homines in tractandis negotiis adhibent, l. nec ſupina, & l. Regula, §. ſed facti. ff. de iuris & fact. ignorant. l. latæ culpæ, ff. de verbor. ſignific. Nec dicas ex Bart. eiuſmodi deſidiam fatuis & mente captis conuenire: nam cum de culpis tractamus, inquit Zaſius, conſequens eſt, nos de eo hominum genere loqui, in quos rationem, licet craſſam habentes, qualitas culpæ cadere poteſt: furioſos autem, & fatuos, vt pote rationis expertes, à culpa ſecluſos eſſe, neminem clam eſſe puto. l. diuus, ff. de offic. præſid. l. ſed etſi quæcunque §. 1. ff ad leg. Aquil. l. fin. ff. de adminiſt. tutorum Clem. 1. de homicid. Culpam vero verſutiæ Zaſius eſſe dicit, qui cum in rebus ſuis prouidi ſint & diligentes, alienas tamen res affectata quadam negligentia, & improuidentia maligne, vel negligunt, vel diſſimulant, l. ſi fideiuſſor in princip. ff. mandat. Verum hæc Zaſij traditio arridere poteſt, vt latam imprimis culpam in duo genera diſtinguamus, cum hoc nec lege, nec ratione probetur, & leges de lata culpa, in ſingulari numero vbique verba faciant. Denique quoniam culpa qua de agimus, ab imprudente, non etiam à ſciente committitur, quamuis lata, l. latæ culpæ, ff. de verb. ſign. vt merito explodenda ſit culpa illa verſutiæ, quam comminiſcitur Zaſius, quæ propriè dolus dici debet, l. ea quæ. § fin. ff. de contrah. empt. Sed & tota eius diſtinctio commentitia eſt, cum nuſquam culpam ſub his nominibus, ignauiæ & verſutiæ legamus. Quare iuriſconſultis recentioribus aliter hæc culparum tractatio inſtituenda eſſe viſa eſt. Ii itaque culpam dupliciter accipiunt in genere & in ſpecie. Id quod non eſt nouum in iure noſtro, vt de adoptione legimus, l. 1. ff. de adopt. de legitima hæred. l 3 §. de illo ff. pro ſocio. l. lege, ff. de verb. ſign. cum ſimilibus. Culpa in genere conſiderata delictum includit, & quodcunque actum illicitũ l. ſi ſeruum, §. 1. ff. de verb. oblig. deinde in ſpecie vt à dolo vero ſeparata eſt: Quam quidem ita definit Corraſius lib. 4. Miſcel. cap. 1. vt ſit imprudentia qua homines circa res alienas vel negligunt, quod fieri oporter, vel faciunt, quod omitti debet. Hęc vero duobus capitibus ipſi circumſcribunt, vt alias culpa dicatur latior, alias leuior: l. cum res, §. culpa ff. de leg 1.

Cvlpa latior, eſt læſio tam reprehenſibilis & iniuſta, vt ſecundum communem ſenſum non poſſit excuſari. Vt ſi quis faciendo, aut prætermittendo non intelligat, quod omnes intelligunt. l. cedere diẽ, §. fi. l. latæ culpæ, ff. de verbor. ſign. aut ſi quis non ad eum modum curet res alienas, quo proprias ſolet, l. quod Nerua. ff. depoſ. Hic enim tanta eſt fraudis ſuſpicio, vt talis incurioſitas recte cenſeatur dolo comparanda, vel proxima, vel etiam dolus ipſe. Nam hæ phraſes effectu iuris inſpecto non differunt, l. 1. §. hæc actio. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixe. l. mulier § ſed enim ſi quis, ff. ad SC. Trebel. quare Vlpia. in l. 1. §. non autem alias, ff. ſi is qui teſt lib. eſſe iuſſ. erit. Sed culpa, inquit, dolo proxima dolum repræſentat. Quanquam enim ſecundum rerum naturam. ſimilia non proprie ſint eadem res ciuili tamen ratione nihil prohibet alterum prædicari de altero, propter eoſdem fere iuris effectus. Adpellatione enim doli mali regulariter lata culpa continetur l. 3. ex hoc edicto, ff. naut. caupo. ſtab. Quia, inquit Vlpian. in locato & conducto culpa, in depoſito dolus duntaxat præſtatur, l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff. depoſiti. Et hoc fefellit Barth. ſe fruſtra torquentem in l. quod Nerua. ff. eod. tit. quemadmodum arbitri pronunciatio eſt ſententia. Sunt tamen certi caſus in quibus lata culpa dolo non comparetur, quos hic adſcribere nimia prolixum foret, eos vide apud Corraſ. lib. 4. c. 1. Miſcel. Nam neque propter culpam actio de dolo datur, neque ob culpam in litem iuratur, neque ob negligentiam remotus à tutela infamiam incurrit. Poſtremo in criminibus dolus à culpa ſeparatur. Goueanus ad l. ſi menſor. ff. ſi menſ. falſ. mod. Et ex his intelligi poteſt definitio Martiani l. in actione, ff. de in lit. iuran. ſed in his omnibus inquieoris, ob dolum ſolum in litem iuratur, non etiam ob culpam: ſcilicet leuiorem. Alioquin ob latiorem iurari, verius eſt iuxta l. 2. C. de in lit. iuran. Vbi autem dolus pro ipſo facto accipitur, ibi lata culpa pro dolo, per iuris interpretationem non intelligitur. leg. in l. Corn. ff. ad l. Corneliam de ſicar. Pro facto autem accipi, eſt ipſum factum per ſeſe tam turpe cenſeri, vt puniatur, vt propriè conueniat illius definitioni. Conſtat autem diſtare definitiones doli & Culpæ. Old. Prat.

Cvlpa contingit biſariam, alias faciendo aliquid quod noceat & hæc retinet nomen culpæ: alias non faciendo, vel prætermittendo quicquam, vnde damnum conſequitur. Ea vocatur negligentia, l. magna negligentia, ff. de verb. ſign. Simile videmus in adoptione, quæ dicitur adrogatio, l. 2. ff. de adopt. Vnde lex ſæpe vocat latam negligentiam pro lata culpa, l. tutor qui repertorium, §. competet, ff. de admin. tut. & l. ſi fideiuſſor in princ ff. mandat. Diſſoluta enim negligentia, inquit, prope dolum eſt, l. magna. ff. de verb. ſign. Eleganter diſputat Paulus in l. ſi ſeruum, in princ. de verb. obligat. ſic dicens: An culpa, (quod ad ſtipulationem attinet) in faciendo accipienda ſit, an non faciendo. Itaque lex frequenter promiſcue vtitur iſtis appellationibus culpæ ac negligentiæ, §. præterea. Inſtit. quib. mod. re contrah. Culpæ autem nomine, ait Iuſtin. id eſt, deſidiæ, ac negligentiæ, l. §. his quoque, ff. de act. & oblig. Culpa ergo idem eſt, quod negligentia, ſegnities, deſidia, l. 72. pro ſoc. l 5. C. de petit. atque ita interpretatur cap. 1. §. præterea, verſ. quod ſi quæ ſuit pr. cauſ. beneſic. amitt. in vſib. feud. tametſi non eſſe negligentiam, ſed eius conſequens, quidam putet. Prat.

Cvlpæ latiori adnumerant ignorantia iuris communis, niſi ob ætatem, ſexum, vel ruſticitatem excuſetur, l. regula eſt, in prin. & § ſi quis ius ignorans, ff de iur & fact. ignor. Sciant, inquit Paulus, ignorantiam facti non iuris prodeſſe, nec ſtultis ſolere ſuccurri, ſed errantibus, ſed rum appellatione dolẽ non continetur, l ſed etſi lege, §. ſcite autem, ff. de pet. hæred. Nihil his refragatur l. à procuratore. C. mandati. A procuratore dolum & omnem culpam præſtari, quaſi vniuerſale. Omnem, de rebus ſaltem accipiendum ſit. l. Neratius, ff. de verbor. ſignif. nam non ſolum tres aut quinque, ſed infinitos culpæ gradus ſignificant Imperatores. Summatim, de culpa teneri procuratorem. Vlp. dicit in l. ſi procuratorem. §. proinde, ff mandati. Old Prat. Latioris autem culpæ nomine & tu Iuriſconſultus latam intelligat d. l. quod Nerua, Corraſ. lib. 4. Miſcell. c. 1. nu. 14. hanc putat eſſe rationem qua comparatiuum pro poſitiuo, vt Grammatici docent, concinne non vno in loco ponitur. leg. minus, l. verbum amplius, & leg. ſi à re ſtipulatus ff. de verb. ſignif cap. conſilium, de celeb. miſſ. cap. auaritiæ, de elect. in 6. vt apud Virgil 1. Æneid. Atque illum tales iactantem pectore curas. Triſtior & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes, Alloquitur Venus. Stat illic, Triſtior comparatiuum pro poſitiuo Quando enim triſtis eſt Venus, vt triſtior nunc dici poſſit: nec dubium igitur, quin ex veriſſimili loquẽtis mente dictio latior vim comparationis amittat. Pro poſitiuo, inquit Quintilianus, comparatiuo vulgo vtimur, vt ſi quis infirmiorem ſe dicat. Nec præterea abſurdum videri debet, latioris culpæ verbo, latam intelligi: cum & grauiorem eam, ſimili comparatiuo vſus Modeſtinus quandoque dixerit l. homo liber. ff. de acquir. rer. domin. Corraſ. lib 4. c. 1. nu. 15.

Cvlpa leuior eſt incurioſitas, vel negligentia, quam alij plerunque homines in rebus ſuis ſolent euitare. Id enim peccatur duntaxat leui culpa. quod non tam diligens fuit, ſicut alius quiſpiam circumſpectior fuiſſet, l. ſi cum venderet. in fin. & l. ſeq. ff. de pignor. actio. l. ſi putator, ff. ad leg Aquil. Culpam leuem eſſe, ait Paulus, cum quod diligenter prouideri potuerat, non eſſe prouiſum, aut tunc denunciatum eſſe, cum periculum euitare non poſſet. Dicta eſt autem leuis, non, quod aliquando non grande damnum afferat, ſed quod nulla plane coniectura colligi poteſt animus mali conſcius. Ideoque defectus ille, non omnino ſemper excuſetur: leuior tamen exiſtimari ſolet, etiamſi magnum ſit damnum Argumen. leg. hi ff. de calumniato. Et quemadmodum in dolo & latiore culpa mens hominis inſpicitur, ita & in culpa leuiore ſimplicitatis habetur ratio: Fraudis interpretatio (inquit Papinianus) ſemper in iure ciuili, non ex euentu duntaxat ſed ex conſilio quoque deſideratur. Simplicitatem autem adpello generaliter omnem animi ſegnitiem, vel ruſticitatem

vel

Digitized by Google

vel inertiam, l. 3. §. fin. ff. de ſuſpect. tutori. Proinde nullum certius eſt argumentum animi ſimplicis ac minime mali, vnde culpa proceſſit, quam ſi in propriis rebus nihilo ſoleat eſſe diligentior, ac fuerit in alienis. l. mulier, §. ſed ſi. ff. ad S.C. Trebellian. Sed ſi, ait Vlpianus, cum diſtrahere deberet, non fecit, lata culpa, non leui, & rebus ſuis conſueta negligentia, huiuſmodi rei rationem reddet. Quo loco non diſtinguitur duplex lata culpa, vt quidam opinātur, ſed leuis culpa deſcribitur. Imperitia quoque leuiori culpę adnumeratur, ſi modum non excedat. l. imperitia, ff. de regul. iur. leg. idem iuris eſt, ff. ad leg. Aquil. l. ſi quis id, quod §. doli mali. ff. de iuriſdict. l. 1. §. fin. ff. de edend. l. 3. §. vlt. ff. de ſuſpect. tutor. Illud & notandum eſt, quod lex nonnunquam, aut hominum conuentio, vltra innocentiam à culpa, requirit etiam diligentiam, vel cuſtodiam alicuius. Et in hoc diſcerni ſolent huiuſmodi adpellationes: vt alia cenſeatur diligentia, vel cuſtodia, quæ nominatim exigitur: alia, quæ facit ad materiam culpæ leuioris, l. 1. §. ſæpe euenit, ff. depoſ. l. contractus, ff. de regul. iur. l. cum res, §. culpa, ff. de legat. 1. leg. ſi vt certo, §. nunc videndum eſt, & §. ſeq. ff. commodat. l. ſi cum venderet, §. fin. ff de pignorat. act. & leg. nauta & caupo. ff. naut. caup. ſtabul. l. hæredes eius, §. non tantum, ff. famil. erciſcund. Ea enim diligentia vel cuſtodia quæ ſeorſum & nominatim debetur, ad exactiſſimam boni patrisfamilias conſuetudinem exigitur, vt adparet ex d. §. non tantum. Et euidentius ex l. ſi cum venderet, §. fin. & l. ſeq. ff. de pignor. act. Verba enim Vlpiani, *Venit & Cuſtodia*, Paulus ſic interpretatur, quam diligens paterfamilias in ſuis rebus præſtare ſolet. Ex prędictis omnibus obſeruandum, cum adpellatione doli mali regulariter comprehendatur latior culpa: conſequens eſſe appellationem culpæ non ad latam, ſed ad leuem culpam pertinere, leg. ſi mora. ff. ſolut. matrimon. leg. in venditione, §. de tempore, ff. de rebus iudicis auctorita. poſſid. Prateius.

CVLPAM qui ſimpliciter dicit, de leui loqui intelligendum, cum P. Faber ſcribit in l. contractus, ff. de diuerſ. regul. iuris, quæ à Græcis ἀμέλεια adpellatur, eum conſule de culpæ generibus erudite differentem. Prat. Adde & Corraſium Miſcellaneorum lib. 4. c. 1. & Ræuardum allegata l. contractus, ff. de reg. iur. Vide etiam latiſſime Curtium εἰκασμῶν lib. 5. c. 18. in princ.

CVLPA vxoris vel mariti diuortium factum ſolutumve matrimonium dicitur, cum alteruter diſſidij cauſam præſtitit ob mores, verbi gratia improbatos. l. 9. §. nunc videndum, in fin. ff. de minorib. l. 38. l. 44 & 45. ff ſolut. matr. l. 19. ff. de verb. obl. l. 11. §. vlt. ff. de adult. l. 91. & pen. ff. de condit. & demonſtr. l. conſenſu. C. de repud. l. vnic. §. ſiicat. C. de rei. vxo. act. & apud Vlp. inſtit. tit. 6. Cic. Topic. Si viri culpa factum eſt diuortium, & ſi mulier nuntium remiſit: tamen pro liberis manere nihil oportet. Terent. Hecyra. Act 3. Scen. 3. Neque culpa hoc eueniſſe diſſidium mea. Eſſeque hoc verbum iuris Seruius 10 3. Æneid. adnotat. Briſſ.

CVLPA autem vxoris diremptæ nuptiæ videntur, ſi illa furenti nuntium remiſerit, ſi modo furor ferendus non ſit his qui circa eam ſunt, l. 22. § ſi maritus cum ſeq. ff. ſol. matr. Briſſon.

CVLPÆ adnumeratur imperitia, veluti ſi medici ideo ſeruum eum occiderit, quia male eum ſecuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. §. imperitia. 8. inſtit. de leg. Aquil. l. 9. §. Celſus, ff. locati.

CVLTVS villæ, l. 15. §. Neratius, de inſtruct. Cultura vinearum, prædiorum, fundi, agri. Briſſ. ex ff.

Articulus CVM, copulam ſignificat. l. 142. ff. de verbor. ſignific. Itaque ſi quis Titio cum Seio ſe legare dixerit, vtriq. legaſſe intelligitur, ſicut vtrumque legatur, cum fundus cum domo legatur. l. 112. §. ſi ita legatum, ff. de leg. lib. 1. Cæterum cum quis Titio cum Seio legat, ſine altero alter ad legatum admittitur, Nam & cū Prætor dicit VENTREM CVM LIBERIS IN POSSESSIONEM ESSE IVBEO, & ſi non ſint liberi, venter in poſſeſſionem mittetur, l. 122 ff. de leg. lib. 1. l. 13. in fin. ff. de manum. teſtam. Item vt in illo: Stichus cum rationes dederit, cum contubernali ſua liber eſto, l. ſi ſeruo. 31. ff. de ſtat. liber. Hotom. Hæc verba, CVM QVATVORDECIM ANNORVM ERIT FACTVS, & ſi quatuordecim annorum erit factus, eandem conditionem habent. Sed poſteriori ſcriptura per conditionem tempus, priori per tempus conditio demonſtratur. l. 22. ff quando dies leg. ced. l. 49. in prin. & §. 1. ff de leg. lib. 1 Briſſ.

CVLTELLVS tonſoris l. 11. ff. ad leg. Aquil.

CVM pro quia in l. 41. §. teſtamento verſ. quæſitum, ff. de leg. 3. l. 62. ff ſolut. matr. l. 57. ff. de cond. & demonſt. l. 5. §. quæri. ff. vt in poſſ. leg. l. 59. §. vlt. de adult. Briſſ. in parerg.

CVM, id eſt, vtcunque in l. 1. vbi Gothofr. C. de pact.

CVM præpoſitio ad perſonas principales non cohęrentes poſita, copulat: ſicut particula, Et, l. Titiæ. §. nihil de leg. primo. l. ſi quis inquilino eo. tit. cum ſim. Spieg.

CVMQVE, Vide, Quicunque.

CVM commodiſſimum erit, vt accipiendum ſit, exponitur, in l. auus. §. pater. ff. de iur. dot.

CVM dare potuerit, pro, cum dederit, l. ſtatu liberos §. ſi quis acceperit libertatem, ff. de ſtatulib. l. qui ædes de incend. ruin. nauf.

CVM inſtrumento fundus legatus exponitur l. 1. ff. de fund. inſt. l. 2. cum ibi not. C. de verb. ſig.

CVM iuſtæ ætatis factus fuerit, cum perfectæ ætatis fuerit, cum adoleuerit, de annis 14. completis intelliguntur. Albericus locos indicat. Cum ad legitimum ſtatum peruenerint, an verba hæc conditionem inducant, not. in l. ex his verbis. C. quan. di. leg. ced. Spieg.

CVM nupſerit lego, vt intelligatur, vide in leg. ſi legatum, ff. de cond. & demonſt.

CVM omni cauſa: His verbis vti ſolet lex, quoties fructus, pertinentia, acceſſiones & reditus, veluti in vnum faſcem colligere vult: quaſi dicat, quidquid cauſam duxerit proueniēdi quouis modo ex re aliqua. vide Inſtitut. de offic. iudic. Prateius.

CVM oportuerit, &, ſi oportuerit, eandem ſignificationem habent. l. quodcunque, ff. de verb. oblig.

CVM populo agere (quæ verba legis ſunt 12. Tab.) eſt rogare quid populum quod ſuffragio ſuo, vel iubeat, vel vetet. vnde Rogatio, pro lege dicta: Concionem autem habere, eſt verba facere ad populum, ſine vlla rogatione. Gell. lib. 13. c. 14 Prat. ex Hotom.

CVM Patribus autem agere, eſt ad ſenatum referre. Vid. Bud. in Annot. poſt. Spieg.

CVM omnibus qui domi ſunt, quo ſenſu hæc verba veniant accipienda. declarat Iuriſconſ. in l. Seius in princip. cum ibi not. de leg. 2. Prat.

CVM voluerit, ad tempus vitæ extenditur, teſte Vlp. in l. fideicommiſſum. §. ſic fideicommiſſum, ff. de legat. 3 Spieg.

CVM is in tutelam ſuam peruenerit. Item, in ſuam tutelam & ſuam poteſtatem. Item, cum ſui iuris fuerit factus. Item cum ad pubertatem peruenerit. Item, & ſi cum ſuæ ætatis fuerit factus, vel legitimæ factus, cum iuſtæ ætatis factus, vel cum maturæ ætatis ſit, vel cum adoleuerit. Vide Vlpia. in l. cum filioſam. de leg. 3 Spieg.

CVM quatuordecim annorum erit factus, & ſi quatuordecim annorum erit factus, eandem conditionem habent: Sed poſteriori ſcriptura, per conditionem, tempus: Priori, per tempus conditio demonſtratur. l. 22. ff. quando dies leg. ced. l. 49. in prin. & §. 1. ff. de leg. 1. Briſſ.

CVM ita legatur, Illi hoc amplius fundum illum cum omnibus rebus, quæ in eodem fundo erant: mancipia quoque contineri Modeſt. reſpondit. l. omnia. de legat. 2 Spieg.

CVM morietur ipſe ſeruus. Vide Africanum de leg. 1. l. ſi à pluribus hæredibus.

CVM pater moreretur: vide Vlpianum hæc exponentem verba in l. fideicommiſſ. § ſi filio, de leg. 3. Spieg.

CVM IMPERIO eſſe dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium. Cum poteſtate eſſe dicebatur, de eo qui à populo alicui negocio præficiebatur. Feſtus. Ita diſtinguuntur Imperium & poteſtas, l. 7. & 10. ff. de vi publ. Hot. Prat.

CVM SACCO adire, eſt poſtulare vt ſibi è veſtigio, atque eodem temporis puncto pecunia ſoluatur. Paulus l. 103. ff de ſolut. Quod dicimus in eo hærede qui fideiuſſori teſtatoris id quod ante aditam hæreditatem ab eo ſolutum eſt, debere ſtatim ſoluere, cum aliquo ſcilicet temperamento temporis intelligendum eſt, nec enim cum ſacco adire debet. Hot. Saccum autem Aſconius interpretatur manticam quandam, ad maioris ſummæ continendas pecunias. Alciat lib. 2. parerg. cap. 8. hæc verba ad hæredem refert. De eodem exiſtimo interpretandum quod ſcribitur Luc. 22. Quando miſi vos ſine ſacculo? Prat.

CVMERA apud Horatium in epiſtolis vas eſt vel vimineum, vel fictile reponendis frugibus idoneum, Græcis κυψέλη, Turneb. lib. aduerſ. 5. c. 13.

CVMVLATIO, eſt ius perſequendi multis actionibus in vno atque eodem iudicio editis, gratia minuendarum litium permiſſa l. ſi idem cum eodem, in princ. ff. de iuriſdict. l fin. C. de annali exceptione. Quemadmodum enim cumulus debiti, vocatur coaduuatio multarum ſummarum ita cumulus actionum eſt editio plurium actionum, l. maiorem, & l. ſeq. §. Cumulum. ff. de pact. Oldend. Prat.

CVMVLATIO actionum, ſicut etiam reconuentio, cum præiudiciis, & toto iudiciorum proceſſu eſt introducta propter compendium litigandi, ſcilicet vt apud eundem iudicem, eodemque tempore ſimul diſceptentur ea, quæ alioquin multiplicatis ſumptibus & moleſtiis ſeorſum expedienda forent. Et ideo commendatores recte dicunt: Cumulationem permitti ſemper niſi fuerit nominatim prohibita in iure. leg. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdict. omn. Olden. Prat.

CVMVLVS matrimonij l. 3. §. vbi pupill. educ.

CVMVLVS æris alieni, l. 4. §. ad Senatuſc. Trebell. Prat.

CVMVLVS debiti pro augmento, apud Vlpia. in l. ſi plures, & Papin. in l. maiorem, de pact. l. vlt. C. qui bon. ced.

CVMVLVS legari. l. 2. §. tractari, ff. ad SC. Tertull. Cumulare vitium, l. 6. C. arbit. tut. Briſſ.

CVNABVLA pro primis rudimentis, apud Aurelium, in l. amica. §. his conabulis de offic. præf. præt. §. cumque, in procemio Inſtit. Eraſmus citat Aurelij verba in explicatione parœmiæ, Ab incunabulis: notum Vergilij Hemiſtichium, Gentia cunabula noſtræ. Similiter & crepundia, pro prima ætate accipiuntur. Spieg. Sunt autem cunabula propriè faſciæ & panni, quibus pueri in cunis inuoluuntur, inuolucraque eorum vno verbo lanea & lintea: Torneb. aduerſ. lib. 9. c. 10. Sic Iuſtinianus has inſtitutiones appellat prima legum cunabula. Theophilus vertit, [illegible]. Et Pomponius ſcribit Sextum Ælium veterẽ Iuriſconſultum ſcripſiſſe librum, qui continebat iuris cunabula. Ac ne putemus hanc eſſe infrequentem metaphoram, Iuſtinianus prima vrbis Romæ cunabula, & prima fideicommiſſorum cunabula dicit. Aurelius quoque appellat cunabula præfectorum Prætorio, & c Baldus in procemio Inſtit.

CVNCTI vocabulum, ad ſingula quæ ratio nominis complectitur, generatim refertur, l. cunctos populos, C. de ſumm. trin. l. ſciant cuncti de probat. Hoc autem ab omnibus diſtat, quod hoc quidem omnes, ſed coniunctos & congregatos: illud vero continet etiamſi ſint in diuerſis locis: ſi Feſto credimus Spieg.

CVNEI peditum ſunt globi, vt vexillationes, equitum turmæ. Atque ita hæc verba diſtinguenda ſunt in l. 5. de bonis mili. in C. Th. Vegetius lib. 3. cap. 20. Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ iuncta cum acie primo anguſtior, deinde latior procedit, & aduerſariorum ordines rumpit. Idem lib 1. c. 16. Tertio præcipiendum eſt, vt quadratam aciem repente conſtituant: quo facto in trigonum, quem cuneum vocãt, acies ipſa mutanda eſt. Ammian. Marcel lib. 31. Congregatoſque in cuneos ſenſim progrediens Gothorum optimatem Farnobium cum vaſtatoriis globis vacantẽ licentius occupauit. Et poſtea: Veſperaque intendente Gothorum vaſtatoriis cuneis prope flumen Hebrum ſubito viſis. Quibus in locis promiſcue globos & cuneos ab eo auctore appellari cernimus. Globos autem etiam Drungos (non vt vulgo legitur, Drumos vel Grunos) vocitatos Veger. lib. 3. ſcribit. Qua de re alias plura ne extra calcem (quod aiunt) ſermo decurrens lectori faſtidium pariat Briſſon.

CVNICVLVS pro canali, per quem vapor trahitur in balneariis vaporibus, in leg Proculus. Digeſt. de damno infecto leg. ſupra iter de aqu. pluu. arcend. Vlpianus in leg. Seruius autem de Riuis. Cuniculum vocat foramen ſub terra occultum. Feſtus protulit genere neutro. Spieg ex Oldendorp Prat.

CVNICVLVM pergentem in Iulij, more Græco dixit, Pomp. in l. 3. §. vlt. ff. ſi ſeruit. vind. Briſſ.

CVNICVLVM agere l. 51. ff. de aq & aq. pluu. arcen.

CVNIRE, Lege, Inquino.

CVPIDI pro amantib. elegãter apud Vlp. in fin. l. 1. de ædil. edict.

CVPIDITAS, h. e. ſtudium diſcendi, optima ratio viuendi eſt l. apud Iulianum de fideicommiſſ. libert. Et Cupidus nihil à ſtudioſo differt, Grammaticorum placito. Spieg.

CVPPA, & cuppula vaſa ſunt vinaria, in quibus vina conduntur, l. Lucius, ff. de legat. 3. Goth. ad l. vinaria vaſa. 206. ff. de verb. ſig Item Vlp. de fund. inſtr. leg. inſtrumenta. Cuppas exponit vaſa vinaria lapidea, vel de terra facta, at conſtant ex lignis. Item de leg. 3. l. cuius. Vaſa, inquit vinaria, id eſt, cuppæ, & dolia, quæ in cella fixa ſunt. De Cuppula Iureconſ. de trit. & vin leg. l. ſi cui, in Cuppis, inquit, ſiue Cuppulis Nebriſſenſis. Simplic. Iouian. Pont. lib. 1. de Aſpirat. effert hanc vocem, cum ait: Sunt autem Cupę vaſa vinaria maiora ex ligno, quas ſatis improprie multi Vegetes vocant. Feſtus, & Cæſar commentario belli Pompeij, dum inquit: Cupas tæda ac pice refertas incenduot. Vocati autem Cupas id genus vaſa oſtendit Luc. illo carmine:

Namque ratem vacuæ ſuſtentant vndique cupæ.

Cupis enim naues in mari ſuſtinentur, cum ipſarum latera & carinæ reſarciuntur: à priſcis dictæ caupæ, à cauo: & hinc caupones: Decupa, qui vinum minutatim vendit. Cicero: Vinum à decupa & propola quotidie ſumit. De cupis meminit etiam Vlp. in l. quæſitum eſt §. 1. eod. tit. enumeratque inter ea inſtrumenta, quæ exportandorum fructuum cauſa parantur, & in l. 3 §. pen. de vino trit. oleoque legat. & Alph. in l. in naue Saupbei. §. vlt. ſecundum veram lectionem. ff. locati. Cupa etiam vaſculi genus eſt, quod nomen ſumpſit a cauponibus, qui eo in poculis vtebantur. Næuius. Qui duas Cupas mero plenas exhauſit. Cotta. Supradictis de cupis adſtipulatur etiam Cuiac. Obſer. lib. 9. c. 26. dum ait, cupas [illegible] exponi à veteribus gloſſis: eaſdemque à quibuſdam vocari gaulos.

CVPRESSI inter infrugiferas arbores referuntur, licet coniferæ ſint: & reſiniferæ: hæc olim funebris arbor habita eſt: ideo apud multas gentes in cœmiteriis ſeri cœpta, vide Theophr. 4. de plant. Gotho. ad l. competit. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam. adde tit. C. de cupreſſ.

CVPRESSVS, Cupreſſus arbor eſt (vti docuit Plin.) natu moroſa, fructu etiam ſuperuacua eſt, baccis torua, folio amara, odore violenta, ac ne vmbra quidem gratioſa, de cuius virtute, & potentia videre eſt inter cæteros Dioſcoridem li. 1. c. 86 Hanc autem arborem Impp. Arcadius & Honorius vetarunt excidi, neque vendi per Ægyptum, quod huiuſmodi arbores (vt inquit gloſſ. in tit. De cupreſſis lib. 11. C.) continerent aggeres retinentes aquam Nili, quæ opportunis temporibus ſpargitur per agros, cum in Ægypto non pluat, Ancho. Adde Forcat. dial. 1. Necyoman.

CVPRESSVM nauigiis aptam arborem fuiſſe indicat l. 26. ff. de acq. rer. dom. Virg. lib. 2. Georg.

——Dant vtile lignum
Nauigiis pinos, domibus cedroſque cupreſſoſque. Briſſ.

CVRA pro onere, ſiue prouincia alicui delegata. Sic IC. in l. 1. de offic. præf. vrbi, curam carnis ad illum ſpectare dicit Salomonis interpretans hanc legem, verſ. Et ideo forum ſuarium ſub ipſius cura eſt, Verbum, inquit, curæ, hic pro ſollicitudine, imperio, & iuriſdictione intelligo, quia in magiſtratibus ſic accipi ſolet. Spieg.

CVRA ædium ſacrarum, l. 1. ff. ne quid in loco ſacro.

CVRA Epiſtolarum inter officia præfecti vrbi ponitur, l. fin. vbi Cuiac. & Gothofr. C. de offic. præſ. vrb. Et dicitur à Caſſiodoro lib. 12. cura canonicarum Epiſtolarum. In d. l. fin. pro Epiſtolarum quidam legunt perſonarum.

CVRA à cultura ſeparatur, §. ſi quis à non domino Inſt. de rer. diuiſ. Nam & oues pecorum fructus curari dicuntur, l. 60. in fin. de leg. 3. l. 7 §. non ſolum, ff. ſolut. matrim. Item arbores l. 3. ff. de impenſ. in reb. dot. Prat. ex Briſſ.

CVRÆ appellatione, interdum curatorum actus, munus, ſeu curatio ſignificatur. Tit. de reb. eor. qui ſub tut. vel cura ſunt. Cura adulti, furioſi, prodigi, muti, ventris, Briſſ. ex ff. C.

CVRARE pro incruſtare, l. 27. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. Item ſi rectori locaueris lacum vino plenum curandum, & ille eum pertudit, vt vinum ſit effuſum: Græci exponunt partim [illegible], alij [illegible], alij verbo, [illegible]. Prat.

CVRARE pro operam dare, in l. congruet. ſic enim Haloandrẽ editio habet, de offic. præſid.

CVRARE pro ægrotis mederi, l. 11. §. pen. ff. ad exhib.

CVRARE negotia pro gerere, l. 14. §. 1. ff. comm. diuid. Prat.

CVRARE locum, l. 27. vlt. ff. ad l. Aquil.

CVRARE veſtimenta, l. 12. ff. de furt. l. 31. ff. locat.

CVRARE agros accendere, apud Vlpianum, in l. Iuliano de Leg. 3. apparet Accurſium, quod variat lectionem, non ſatis intellexiſſe: nimirum neglectis bonis autoribus, qui de re ruſticã, perquam eleganter ſcripſere. Spieg.

CVRATOR. Generali vocabulo is dicitur Curator, qui rebus aliquibus curandis gerendiſve præficitur. Hinc Suetonio in Cal dicitur curator munerum ac venationum. Frontino curator aquarum, & Catulus à Gellio per tranſlationem curator reſtituendi capitolij. Curator igitur in iure eſt, qui rebus vel adulti, vel decoctoris, aut furioſi, curandis gerendiſque præponitur, & ſecundario perſonis. Itaque, officium curatoris in adminiſtratione negotiorum conſtat, adeo vt adminiſtratio bonorum minoris, curatoris authoritatem requirat. Datur autem curator & generaliter, ſine vlla præfinitione, & ſpecialiter, ad certam cauſam: vt cum minor agens, vel conuentus, curatorem acceperit vt cauſam ſuam accipiat, ac ſibi in iudicio auxilietur, vtque pro ſe cum aduerſario litiget. Si quis autem obligatum ſibi minorem, vel res eius habuerit, in prorſus ad eius curationem non accedat, ne quidem ſi vel lex ipſa vocet. Quid enim pro ſe ille non agat, qui & de ſe quod vult, ſtatuerit, & poteſtatem rerum aduerſarij eſt conſecutus. Propterea enim & illud ſancitum eſt, vt ſi manifeſtiſſime conſtet, eum qui curator conſtituitur, iuribus minoris teneri, neque ille curator ſit: ne quando aut Calendarium ſurripiat aut alias probationes quæ ad manum ſint, ſupprimat, & curatio minori rerum ſuarum perniciem auferat l. omnia in Authen. vt qui obligat & c. col. 6. Anch.

CVRATOR bonorum, qui ad diſtrahenda vel gerenda bona abſentis, vel eius qui hæres non exiſtit vel qui apud hoſtes eſt, vel cum ſcripti hæredes deliberant à Prætore datur. l. 48. ff. de admin. tut. l. 5. §. vlt. de Carb. edict l. 13. & 9. ff. de cur. fur. l. 9 §. his verbis & l. 22. ff. de reb. auct. iud. l. 1. in fin. ff. de muo. & honor. l. 2. ff. de feriis, tit. de curato. bon. dan. l. 15 ff. ex quibus cau. maio. l. 22 §. ſi curator. ff. manda. l 90 ff. de ſolut. leg. 22. ff. de minoribus Græce [illegible], vocari ſcribitur in l. 46 §. 2. ff. de adm. tut. Briſſ.

CVRATOR eſt, qui poſt pueritiam, ſequentem iuuat ætatem adoleſcentiæ, aduerſus multarum rerum pericula egentem adhuc auxilio. Item dicitur & is, qui per totam hominis ætatem ſubuenit incidentibus multifariam defectibus. Datur enim principaliter cauſis & rebus; in conſequentiam tamen

etiam

etiam perſonis Iulianus in l. conſilio. ff. de curatorib. furioſ. l. D. Marcus, ff. de off. præf. Vnde fit, quod appellatione tutoris aliquando contineatur curator, vt in l. 2. ff. de tut. & cura. dat. ab his. Et in l. pater. §. conditionum verba. ff. de condit. & demonſtr. Old.

CVRATVRVM ſe promittens, vt alius det decem, fideiuſſorem dando locupletem liberabitur. l. vlt. §. vlt. de reb. cred. Cura enim ab eo tantum exigitur, quæ ſcilicet non nudis & inanibus verbis, ſed re & facto aliquo oſtendatur, l. illa ſtipulatio decem, &c. & ibi Duar. ff. de verb. oblig.

CVRA Palatij, Dignitatis nomen in aula Conſtantinopolitana, l. 1. C. de Comitib. & trib. ſchol. lib. 12. Quod & ex Ammia. Marcellino cum alias ſæpe, tum lib. 31. facile intelligitur. Tribunus, ait, Equitius, cui tunc erat cura palatij credita. Meminit & Gregorius Turonenſis lib. 2. hiſtor. c. 8. Zonaras κουροπαλάτην vocat. Sic enim Anon. tomo 3. in Iuſtino ſcribis Ἰουστῖνος δὲ ὁ νέος τυγχάνων ἀνεψιός, Κουροπαλάτης ὢν τῆς βασιλείας τετίμηται. Idem in Leone Iſauro. τὸν θυγατέρα τοῦ Ἀρταβάσδου ἐμνήστευσε, Κουροπαλάτην αὐτὸν ὀνομάσας. Et in Stauracio Βασιλεὺς δὲ τοῦ Κουροπαλάτη Μιχαήλ. Vnde ex cura palatij eadem figura, qua Exconſule & Excomite apud Marcellinum lib. 22. legimus. Briſſ. in prætermiſſ.

CVRATORES multiplicis generis in libris noſtris memorantur. Sunt enim adoleſcentium, furioſorum, prodigorum, mutorum, ſurdorum, dementium, fatuorum, debiliumque perſonarum, & eorum, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, ff. & C. de curat. furioſ. & Inſti. de curat. l. 1. §. vlt. & l. 2. 3. 4. & 5. ff. de poſtul. Horum munus cura & curatio adpellatur ſub tit. de reb. eorum qui ſub tutel. cura ve ſunt, l. 13. ff. de poſtul. leg. 11. ex facto, l. 29. §. ex cauſa, ff. de minor. l. 3. C. de tranſact. Briſſ. Hinc

CVRATIONIS iudicium, l. 11. de aucto. tuto. ſeu actio adminiſtratæ curæ, l. 4. C. de tranſact. Prat.

CVRATIONEM reſtituere eadem forma, qua & tutelam dixit Paul. l. 32. ff. de minor. id eſt, curæ adminiſtratæ rationem reddere. Prat. ex Briſſ.

CVRATIO, ſiue Curatela, eſt poteſtas ſeu munus miniſtrandi bona eius, qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporiſve virium præſſa rebus ſuis non poteſt. Inter tutelam autem & curationem hoc intereſt, quod Tutela eſt poteſtas in capite libero, id eſt, in perſona pupilli: Curatio vero, niſi illa furioſi ſit, rei & cauſæ datur. Tutor inuito & ignoranti datur: Curator inuito adoleſcenti non datur. §. Item inuiti Inſt. de curator. Tutela annis 14 finitur princ. inſtit. de curatoribus, Prat. Hinc

CVRATOR definitur, qui adultorum & puberum ſubſtantiam adminiſtrat, donec 25. ætatis ſuæ annum impleuerit. Harmanop. tit. de tutor. Hor.

CVRATOR alius eſt Legitimus, alius Honorarius. Legitimus dicitur, qui datus eſt iis quibus lex 12. Tab. dari iubet: nimirum furioſis & prodigis. Honorarius dicitur qui à prætore datur ei, qui nuper pubes factus, donec ſua negotia gerere non poteſt: item ſurdis, mutis, perpetuo morbo affectis l. 1. & paſſ. ff. de curat. fur. l. 48. de admin. tut. l. 1. §. vlt. ff. de mun. & hon. l. 14. §. pen. ff. de ſolut.

CVRATORES operum, l. 7. ff. de offic. proconſ. l. 2. § 1. ff. de oper. publ. l. 1. §. ſed etſi. ff. ad municip. l. 17 §. pen. ff. de vſur. quibus ſcilicet extruendorum reficiendorumve ædificiorum, cura mandatur, l. 1. §. hi quoque & l. vlt. ff. de mun. & hon. Plinius lib. 10. Epiſt. ad Traian. videntur non mediocres pecuniæ poſſe reuocari, à curatoribus operum, ſi menſuræ fideliter agantur. Briſſ.

CVRATORES corporum, l. pen. in fi. ff. de colleg. Prat.

CVRATOR municipum, l. 5 §. hæc verba. ff. quod vi aut clam.

CVRATOR reipubl. l. fin. ff. de offic. adſeſſ. l. 37. ff. de pact. l. 2. §. graui. l. 5. §. 1. & § penult. ff. de admin. rer. ad ciuit. l. 46. ff. de damn. infect. l. 1. ne quis liber. inuit. lib. 11. C. leg. 2. C. de ſent. quæ ſin. cert. quant. Vlpianus librum ſingularem ſcripſit de offic. curat. reip. qui & curator ciuitatis, Græce λογιστής vt eſt in l. 3. C. de mod. mult. Prat. fit horum & mentio l. Lucius §. Sempronij, ff. de admin. tut. horum verò curæ incumbebat, vt annona vndique in vſū ciuitatis deferretur, cuius rei cauſa Athenienſes olim decemuiros creauerunt. Corraſius lib. 5. Miſcell. cap. 6 numer. 14. Sed & ad officium curatorum Reip. ſpectabat, vt dirutæ domus extruerentur à dominis, teſtis eſt Iulius Paulus l. 46. de damn. infect. Ideoque ſi quas viderent ædes in ciuitatibus ruinoſas, ſolebant illi adire præſidem, & poſtulare, vt deformitati auxilium ferret, tum Præſes euocari iubebat ædificij dominum, eique refectionem imperabat & tandem aduerſus detrectantem decernebat Reipublicæ curatori competens remedium. Eoque remedio impetrato ædificium ruinoſum publico ſumptu reficiebat curator Reipublic. & ſi dominus poſt opus refectum intra quatuor menſes ſortem cum vſuris non perſolueret, eius dominio priuabatur, & iure ædificium Reſpublica diſtrahebat. dict. l. 46. Et hoc quidem illud competens remedium eſt, quo deformitati auxilium ferebatur, à D. Marco introductum. Rævard. l. domum ſuam ff. de reg. iur.

CVRATOR Reip. Prætorio. erat magiſtratus municipalis ex decurionibus creatus, l. vlt. ff. de adminiſt. rer. qui pecuniæ publicæ adminiſtrandæ, vectigalibus locandis, operibus locisque publicis curandis præerat, vt conſtat l. 2. § 4. l. 3. & l. vlt. ff. de admini. rer. leg. vlt. §. qui annonam, ff. de mun. & honor. leg. 46. de dam. infect. l. 3. §. 3. quod vi aut clam.

CVRATOR Cæſaris pro procuratore l. fin. ff. de off. proc. Cæſ. l. 3 ff. de iur. fiſc. Prat. ex Briſſ.

CVRATORES frumenti, & olei emendi, quos σιτώνας, & ἐλαιώνας adpellant l. fi. ff. de mun. & honor. l. 21. ff. ad municip. l. 30. ff. de neg. geſt. Briſſ.

CVRATOR Kalendarij l. fin §. item reſcripſerunt, ff. de admin. rer. ad ciuit. perti. l. 1. C. Th. de cur. Kalend. Briſſonius.

CVRATOR diuinæ vel dominicæ domus l. fi. Cod. de quadrien. præſcript. Nouell. Iuſtin. conſtit. 1. Prat. ex Briſſ.

CVRATOR ventris dicitur, qui viduæ mulieri grauidæ relictæ, cibum, potum, veſtitum, tectum pro facultatibus defuncti, & pro dignitate eius atque mulieris ex defuncti bonis præbet. l. 1. §. 14. & 15. de vent. in poſſeſſ. mitt. l. penult. §. etſi ff. de ritu nupt l. 8 ff. de curat. fur. l. 48. de admin. tut.

CVRAX pro diligenti & ſolicito. Caius l. 18. ff. de ædil. edict. Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, vigilacem eſſe, aut ex frugalitate ſua peculium acquirentem affirmauerit, Hotom.

CVRCVMA in lib. 11. Cod. tit. nulli lic. infren. & eq. eſt, vt refert Cuiac. obſeru lib. 11. cap. 20. ex Chaldaico Lexico, ſandalium. Sed acquieſco, inquit, Heſychio magis, qui his verbis ἐν κεφαλῇ ἐν κορυφῇ. Curcumam interpretatur Camum, quod genus eſt ornamenti equeſtris, vilius freno, fieri tamen vel ocreæ vice.

CVRIA trita ſignificatione Senatus Romani, ampliſſimique ordinis conſeſſum ſignificat, quæ ſenatoria dicitur l. 1. de conſul. in C. Theod. Briſſ.

CVRIA & ſenatorum, & decurionum dicitur, l. 3 ff. quod cuiuſque vniuerſ. l. 38. §. iudices. ff. de pœnis. Adde Ferret. titul. de nuptiis.

CVRIA pro loco accipitur, in quo magiſtratus haberi ſolet. l. 2. in prin. ff. de origin iur. Oldend.

CVRIALES, Curiales dicuntur curiæ munerib. adſcripti Goth. ad rub. C. vbi quis curial. dicuntur quoque eiuſdem curiæ homines, hoc modo accipitur. C. in tit. de curialibus vrb. Rom. item C. in tit. ſi curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit. Item curiales dicuntur officio, curiæve iudicum obnoxij. l. præſcript. & ibi gloſſ. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum. Quos autem aulicos dicebant priores in philologiæ nuptiis, Martianus peruulgato nunc vocabulo etiam curiales nuncupat, teſte Cel. Rhodig lib 11. c. 5 Anch.

CVRIA in municipiis & coloniis ſumitur pro loco in quo conſilium publicum habebatur, l. 3. quod cuiuſque vniuer. l. communium 9. C de nat. lib. Prat.

CVRIÆ & Curiatæ leges. Initio ciuitatis Romanæ populus ſine certa lege, ſine iure certo primum agere inſtituit, omniaque manu regis gubernabantur. Poſtea, aucta ad aliquem modum ciuitate ipſe Romulus traditur populum in triginta partes diuiſiſſe, quas partes curias appellauit, propterea quod tunc reipublicæ curam per ſententias earum partium expediebat. Et ita leges quaſdam & ipſe curiatas ad populum tulit, tulerunt & ſequentes reges, quæ omnes conſcriptæ extant in libro Sexti Papirij l. 2. in prin. de orig. iur. ff. Anch.

CVRTÆ Dominicales in pagis & villis ſunt, quæ vetuſtatis veluti vmbram referunt Zaſ. in l. 2. ff. de orig. iur.

CVRIÆ familiarum Lege, Curia.

CVRIALIS, idem quod Decurio i. e. qui in oppido tanquam ſenator eſt, conſtat ex l. ſi quis curialis 12. Cod. de epiſc. & cleric. vbi quis Curialis, idem poſtea Decurio nominatur. Hoto.

CVRIALES ſub Romanis principibus erãt ex principalibus ciuitatum, & qui munera omnia ſuſtinere cogebantur, & ab aliis tributa exigere: quorum conditio cœpit peſſima exiſtimari, quia à præſidibus, exactoribuſq; tributorum plerumque inquietabantur, cogebanturq; de ſuo tenuiorum onera ſubire: & ideo prohibita eis erat prædiorum alienatio, ne ſolum verterent, euitandorum munerum cauſa. Ex Alcia. parerg. Spieg. Olim vèro cum aliquod oppidum incolis eſſet deſtitutum, Triumuiri colonias eo deducebant, & decimum quemque conſilio ſiue Curiæ adſcribebant, vnde dictos eſſe Decuriones ſcribit Pomponius: Fuitque id verus legendorum primo Curialium mos. Sed cum deinde multi fugerent Curialia munera, & collaberentur curiæ hominum penuria: Theodoſius ſtatuit naturales liberos curiis ciuitatum deditos, fieri legitimos, vt hoc præmio plures allicerentur ad Rempub. Sic enim propter aliorum penuriam neceſſe ſuis Spurios recipere, quod fieri recte poſſe grauiter olim reſponderat Vlp. Bal. §. aliquando autem. Inſtit. de nupt. Adde

Digitized by Google

his notata ab Aldob. ad tit. de nuptiis, §. aliquando autem.

CVRIAS à cura dictas eſſe, veluti per quas publica ſalus curaretur, non ſine magna ratione Pompon. admonet. Siquidem cura, ſolicitudo eſt, & anxietas animi, quaſi cor edens. Et profecto tali conatu atque diligentia Rempublicam iuuare oportet. Old. Prat.

CVRIA autem aliàs ſignificet ordines hominum, qui curant, vt in d. l. 2. alias locum, in quo curabantur res diuinæ, vel humanæ. Nam & Curia Sacerdotum, & curia ſenatus erat ſicut Hoſtilia, Pompeia, Iulia. Inde Curiales, ſeu curiones ad Curiã pertinentes. Erat apud Gentiles maximus Curio, Liuius 3. decad. 7. cuius autoritate omnes curiones regebantur, Feſt. Gotb. ad l. 18. §. 10. ff. de vac. mun. Curiata lex à curiatis comitiis. Curionatus ipſe magiſtratus. Iſta enim omnia ſignificantiſſimam habent deriuationem à cura: ſcilicet quæ ad publicam vtilitatem pertinet. Hoc tempore dicimus curiam Romani Pontificis, Imperatoris, aliorumque principum, quod ibi frequentiam hominum verſari videmus. Cæterum, vim & poteſtatem verbi, hoc eſt, rem ipſam quam ſignificat, nemo animaduertit: & propterea curiarum maieſtas in leuiſſimos vſus paulatim eſt perducta. C. ſi curialis relicta ciuitate, rus habitare maluerit. Old. Prat.

CVRIALES equi in l. 4. C. de muner. patrimo. Briſſ.

CVRIALITAS quam barbare dicitur, tam inepte neceſſitati opponitur ab interpretibus, dum docent hoc aut illud procedere de curialitate: nec raro etiam contra apertum textum, præcepta legum torquentes ad arbitrariam licentiam. Spieg.

CVRIARVM ius pro Curarum vulgo cum vitio legitur in l. s. C. de apparitoribus præfect. præto. lib. 12. quemadmodum etiam Curiæ pro Curæ perperam ſcribitur in l. 2. Cod. de executorib. & actorib. lib. 12. At in l. 1. Cod. de offic. magiſtr. offi. recte ad curas agendas & curſum exeant, vt & in l. 2. Cod. de curioſ. lib. 12. in Curis agendis & euectionibus publici curſus inſpiciendis. Vnde Curioſorum nomen deſcendit, qui curis agendis & curſus publici inſpectioni deſeruiebant, d. l. 2. C. de curioſ. l. 51. C. de curſu public. Briſſ.

CVRIATÆ leges à Curiatis comitiis dictæ ſunt, id eſt, tributim coactis vt ait Pompon. in l. 2. ff. de orig. Iuris. Centuriatæ vero, à centuriatis comitiis, i. centuriatim, ex cenſu & ætate diſtributis. Atque hæ maioris autoritatis erant. Budæus in l. poſt, de orig. iur.

CVRIATA lege adoptiones factas, Sueton. in Auguſt. c. 64. Appian lib. 3. de bellis ciuil. Dio. lib. 39. & 46. oſtendunt. Briſſ.

CVRIONES ij erant, qui pro curiis ſacrificabant, qui & triginta erant; quot etiam ſunt curiæ. Dionyſius: Ἀπέδειξε δὲ μίαν ἱερουργῶν διάταξιν τοῖς τριάκοντα κουρίαις, οἷς ἔδει τὰ κοινὰ θύειν ὑπὲρ τῆς φρατρίας ἱερά. Illis autem in ſacrificiis vnà epulabantur Curiales magna cum hilaritate. Atque hinc fortaſſe Cic. lib. 2. de Orat. vt dies inter eos Curiæ fuiſſe videretur, conuiuium Tuſculani. quod de die Sanatus interpretatur. Curiones ludis publicis epiſtolas hiſtrionum, comœdorum, tragœdorum, legebant, cum quid à populo, principe, aut ludorum domino petebant. Proinde ita ſcripſit Martial. video quare Tragœdi Epiſtolam accipiant, quibus pro ſe loqui non licet. Epigrammata Curione non egent, & contenta ſunt ſua, id eſt, maledica lingua, &c. Hi etiam à Varron. lib. 9. de ling. lat. Curiones dicuntur. Prat.

CVRIOSI appellantur, non qui vbi delicta fierent, denuntiabant, vt ſentit Accurſius. Sed qui commiſſa in Curia principis, vel in comitatu Præſidum per omnes prouincias referrẽt ad præfectos: vnde & nomen ſumpſere. Alciat in Rub. C. de curioſ. & ſtationar. lib. 12. Porro qui in Codice Iuſtiniani curioſi vocantur, eorum, vt apud Suidam refertur, in vita Ioannis Chryſoſt. mentio erat his verbis, ἐλαυνόμενος ὑπὸ τῶν κουριόσων τῆς πόλεως ἐν μέσῳ τῆς πόλεως. Turnebus lib. aduerſariorum 2. c. 13. Rævardus lib. aduerſar. 4. c. 11. Variarum.

CVRIOSI erant, qui paſſim delicta in re militari commiſſa nuntiabãt. Scotus ad Theodoſium, ſcribit in officio magiſtri officiorum eſſe curioſum vnum curſus publici: quales ſunt magiſtri curſorum. *Poſtmeiſter*, vocabulo maioribus noſtris ignoto, appellati. Nam hi nobis primum ſub Cæſare Maximiliano innotuerunt. Memoria namque patrum neglectam eiuſmodi curſorum, quos voce Gallica *Poſtas* vocamus, conſuetudinem vicecomitum Mediolan. Ducum familia renouauit. Spieg.

CVRIOSITAS eſt paralyſis ac tabes, renudatioque rerum non efferendarum, vt refert Plutarchus in lib. cui titulus eſt, de vitanda curioſitate. Hinc Paulus 1. ad Timoth. 5. garrulitatis & curioſitatis vitium in mulieribus iungit, eum dicit, verboſæ, ac curioſæ, loquentes, quæ non oportet. Quem locum enarrans Chryſoſtomus, aſſerit curioſitatem impudentiæ ſingularis poriſſimum eſſe argumentum. Cui adſtipulatur quod ipſe Plutarchus in eodem lib. de Curioſitate ſcribit, Adulterium eſſe curioſitatem alienæ voluptatis. Tiraq. in 9. l. connub. gl. 1. part. 9.

CVRIOSVS homo, l. 9. §. ſed facti. ff. de Iuris & facti ignoran.

CVRIOSVS in bonam partem, pro valde diligente, apud Vlp. §. pen. l. 3. de in rem verſ. Spieg.

CVRAGENDARII pro eodem ſumuntur l. 3. C. Th. de Curioſis. Prat.

CVRMI et maceratis & coactis frugibus potus. Vlp. in l. ſi quis ff. de Tritic. & vin. leg. Igitur & acetum, ait, quod vini numero paterfamilias habuit, & zythum & curmi, & cætera quæ pro hominum affectione atque numero vini habebuntur. Zytum ab hoc differe tantum in modo apparatus. Quinimo crediderim antiquis Curmi aliud nihil fuiſſe, quam Germanis, Polonis, Gallis ceruiſia. Prat. Vide Goth. ad d. l. ſi quis. 9. in prin. vbi alij Camum legunt: vt ſupra in voce camum dictum eſt.

CVROTROPHIVM κουροτροφεῖον, domus alendis pueris deſtinata, κοῦρος enim puerum ſignificat. Vtitur Inſtin l. Illud. 16. C. de ſacroſ. Differt autem à Brephotrophio, βρεφοτροφεῖον: quod in hoc infantes recenteſque partus aut expoſiti, aut parentibus egentibus nati alebantur: in illo, pueri grandiuſculi, qui nondum labore ſuo victum ſibi parare poterant. Hot.

CVRRICVLVM temporis, id eſt, exitus, in Conſtit. vt Alberic. indicat: quemadmodum apud Ciceronem, Curriculum vitæ, legitur. Spieg.

CVRSOR proprie eſt, qui pedibus celeriter literas defert. Paul. in l. ſeruis vrbanis, de leg. 3. Curſores in familia recenſet. Interdum Viator appellatur, hoc eſt, Apparitor, qui lites in ius vocandis denuntiat: vulgus Bedellos ſignificat. Spieg.

CVRSVS exhibitio, pro rationum relatio, quaſi totius procurationis ac muneris ſui diſcurſus, ſiue διαδρομή edatur. Conſtant. l. 4. C. de epiſc. & cler. vbi quum initio dixiſſet, Officiales rationales ſi exhibitione curſus, ſeu primipili neceſſitate neglecta: mox infert, Si vero obnoxij ratiociniis vel neceſſitatibus non ſint. Hotom.

CVRSVS vehicularis, l. s. & vlt. ff. de muner. & honor.

CVRSVS publicus, l. 4. C. de offic. præſid. δημόσιος ὁδὸς Græci appellant: eſtque via qua literæ Principis, tum alia ad eius vſus neceſſaria feruntur plerunque & aguntur, ſub rub. C. de curſ. pub. Prat.

CVRSVS aquæ l. 1. § 2. ff. ne quid in flum. publ. & l. 1. §. non autem ff. de flum. publ.

CVRSVS fluminis l. 30. §. tribus, ff. de acquir. rer. dom. l. s. §. non autem, ff. de flum. Briſſ.

CVRSVALES equi, Caſſiod. lib. 4. var. Epiſt. ad Godiſcalcum l. 9. C. Th. de legat. & dec. leg. quibus ſcilicet in cauſa Principis vtebantur. Prat.

CVRSORES, veredarij. Sunt etiam Curſores equitum apud Mauricium, qui ante agmen & aciem excurrunt, hoſteſque verſos in fugam perſequuntur. Prat.

CVRTIS idem quod curia. Hinc lib. feud. 2. tit. 52. §. s. Quidam capitaneus in quadam curte ſua beneficium dedit militibus, & poſtea eandem curiam vendidit. Hinc Curtis pro prætorio, ſiue ampla & magnifica domo frequenter vſurpatur. Helmoldus in hiſto. Sclau. lib. 1. c. 32. Miſſi ergo à principibus venerunt ad Regem, qui tunc forte conſiſtebat in curte Regia. Latius tamen hoc nomen vſurpatur pro territorio, & hinc Pares Curiæ, & pares curtis paſſim in libris Iuriſconſultorum promiſcue appellantur. Differunt autem curtis ſeu curia, & domus. Domus enim eſt ædificium, in quo dominus habitat, quod Iuriſconſultorum ſermone Prætorium appellatur. Curtis vero idem, quod Romanis cohors. Etſi autem curtis & domus ita differant, vt cohors & villa: tamen vt ſæpe ex potiore parte res appellantur, ſæpe numero curtis pro domus parte numeratur, vt in legibus Baioar. tit. 14. Si quis intra curtem ducis aliquid inuolauerit, quia domus ducis publica eſt, &c. Hinc feudum in curte dicitur, & feudum extra curtem, lib. feud. 1. tit. 5. §. 5. & lib. 2. titu. l. 51. § 1. Et pares curtis aut curiæ aut domus pro iiſdem nuncupantur, lib. 1. tit. 10. Prat.

CVRVI, l. 3. de ædil. edict. Spieg.

CVRVLES ædiles dicti à curuli. Erat enim curule ſedes ex ebore, qua maiores magiſtratus vtebantur in curru, quo honoris gratia in curiam vehi ſolebant. De his ædilibus eſt tit. ff. de ædil. edict. Spieg. Prat.

CVRVLES Equi, curule certamen. Briſſ. ex C. Th.

CVRVLIS ſella dicebatur, autore C. Baſſo, ſupra quam Senatores, qui magiſtratum curulem i. e. maiorem geſſiſſent, conſidentes, in curru honoris gratia in curiam vehebantur, Gellius lib. 3. c. 18. Hotom.

CVDO frequentatiuum eſt à cudo, *Ich ſchmide*. inde componitur accuſo, are, *Verklagen*. Eſt autem, Old. teſte, pulchra metaphora. Nam accuſare eſt cauſari, aliquem peccaſſe. Ergo quaſi malleo ad incudem accuditur frequentia quadam defendendi ac probandi criminis, qui accuſatur redigendus in aliam viuendi aut moriendi formam. Spieg.

CVSTOS eccleſiæ is dicitur, cui ea, quæ Eccleſiæ competunt cuſtodienda traduntur, & committuntur. text. in c. 2. de offic. cuſtod. vbi, & in cap. 2. extr. eod. exponitur, qualenam ſit eius officium & munus. Prat.

CVSTOS Iuris ciuilis prætor dicitur à Cic. lib. 3. de leg. Traian. etiã ab Aurelio Victore ſatis inueterati cuſtos appellatur. Br.

CVSTOS vrbis præfectum vrbi ſignificat, cujus cuſtodiæ, & fidei vrbs Roma commiſſa erat, vt ait l. 1. ff. de offic. præfecti vrbi.

CVSTODIA diligentem rei curam, & qualem bonus ac diligens paterfam. in ſuis rebus præſtare ſolet, diligentiam ſignificat, l. 13. §. vlt. de pig act. l. 2. de vſufr. quem cau. l. 5. §. quod vero, & §. vſque adeo, commod. l. 14. in prin. & §§. ſeqq de furt. l. 35. ſi vendita, de cont. empt. l. 4. & 28. C. de locat. l. 17. §. ſi cum mihi. ff. de præf. vrb. l. 52. §. damna. ff. pro ſoc. Et apud Paul. lib. 2. ſent. tit. 4. Briſſ.

CVSTODIA, idem ſignificare videtur, quod vincula: prior tamen vox non niſi publicam complectitur, poſterior & publicam & priuatam, l. vinculorum, de verb. ſignif. Magiſtratus autem ex qualibet leuiſſima ſuſpicione, cum quem nocentem arbitratur, in carcerem ducere poteſt. Bald. in l. nullus, Cod. de exhib. reis. Accipitur etiam cuſtodia pro carcere publico, l. 9. ff. quib. ex cau. major. in l. ad Commentarienſem, C. de cuſtod. reor. quoniam in illum rei, non pœnæ cauſa, ſed cuſtodiendi mittuntur. Sed & cuſtodia non raro pro ipſo in carcerem conjecto vſurpatur, l. 12. ff. de pub. jud. & apud Tranqu. in Tiberio, Tertullianum in Apolog. c. 44. Hinc etiam Seneca. Quemadmodum eadem catena & cuſtodiam & militem copulat. Mirum igitur hæc cur ſcribat Seruius. Nam vt hi, qui cuſtodiuntur, cuſtodia dicantur, vſurpatum eſt, vnde male in vſu cuſtodiæ audiuntur. Hæc ille: adde l. 12. ff de cuſt. & exhib. l. 6. de offic. proconſ. l. 18. § pen. de qu. l. pen. ff. de fer. Hot. Vide & Torneb. lib. aduerſ. 5. cap. 8.

CVSTODIA diligenter, pro vincire accipiendum in l. 8. ff. de fug adnotarunt & alij. Porro ad cuſtodiẽdi rationẽ quam Dd. obſcure tractant, pertinet rem conſeruare ſumptibus l. Iul. §. præterea, ff. de act. empt. l. domum C. de rei vend. Old. Prat.

CVSTODIA reorum alia publica eſt, alia militaris, alia libera, alia fidejuſſoribus commiſſa. Publica cuſtodia carcer publicus eſt. Militaria cum reus militi cuſtodiendus traditur. De cuſtodia fidejuſſoribus commiſſa, ſic ſcribit Symmachus Epiſt. lib. 1. Statui vt Felix vadibus, qui Fulgentio non eſſent cogniti, traderetur. Cæterum libera tunc appellari cuſtodia ſolet, quum præſes, aut proconſul in prouinciis, vel Conſul Romæ ſibi, aut alicui magiſtratui, ſenatorive reum committit. Id enim fieri ſolere docet eleganter Tacitus Annal. lib. 5. Et quia incuſabatur, inquit, facile toleraturus exilium, delecta Leſbo inſula nobili, & amœna, retrahitur in vrbem, cuſtoditurque domibus magiſtratuum. Eoque pertinet quod in Conjurat. Catil. ſic ſcribit Saluſt. Senatus decreuit vt abdicato magiſtratu Lentulus, itemque cæteri in liberis cuſtodiis haberentur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæſari, Gabinius Marc. Craſſo, Ceparius (nam & is paulo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio Senatori traduntur. Nec alio reſpexiſſe viſus eſt Sidonius Apollinaris Epiſt. lib. 1. de quodam Arnando, ad hunc modum ſcribens: In capitolio cuſtodiebatur à Flauio Aſellio hoſpite, comite ſacrarum largitionum, qui adhuc in eo ſemifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur. Et hoc nimirum illud eſt, quod ſic Vlpianus ſcribit: De cuſtodia reorum Proconſul æſtimare ſolet, vtrum in carcerem recipienda ſit perſona, an militi tradenda, vel fidejuſſoribus committenda, vel etiam ſibi, l. 1. de cuſtod. reorum. Cæterum hanc cuſtodiarum diuerſitatem ante reorum confeſſionem obſeruari duntaxat conſueuiſſe, ex Venuleio Saturnino conſtat, qui reum confeſſum, donec de eo pronuncietur, in vincula publica conjiciendum eſſe, lib. 2. de publicis judiciis teſtatus eſt, leg. 5. dict. titulo. Auctor eſt etiam expreſſe Scæuola, reum confeſſum, ob ſolam confeſſionem conjici in vincula conſueuiſſe, leg. quarta, circa fin. ad legem Iuliam majeſtatis. Igitur ante confeſſionem æſtimare proconſul ſolet, an militi, fidejuſſoribus, vel ſibi committenda reatus tempore perſona ſit. Poſt confeſſionem vero hujuſmodi, nullus eſt deliberationi locus, etiam ſi publica, quæ in reatu eſt, perſona fuerit. Idque dilucide ſatis demonſtrat Apollinaris, qui de eodem illo Arnando, quem in Capitolio ante confeſſionem Flauio Aſellio cuſtodiendum fuiſſe traditum dixerat, confeſſo hunc in modum ſcribit, Confeſtim priuilegiis geminæ præfecturæ, quam per quinquennium repetitis faſcibus rexerat, exauctoratus & plebeiæ non additus, ſed redditus, publico carceri adjudicatus eſt. Huic plane conſentaneum eſt, quod ſcripſit Hexameron lib. 5. D. Ambroſius, præconum clamor, clarum honoribus ac poteſtatibus præeminentem virum in carcerem rapi. Verba ejus hæc ſunt. Eſt etiam qui dudum vbertate affluens copiarum, liberalitatis fama per ora volitans ſingulorum, clarus honoribus, præeminens poteſtatibus, tribunalibus celſus, ſpolio ſublimis, beatus populis æſtimatus, dum præconum clamore deducitur, ſublata conuerſione in eum carcerem rapitur, quo alios ipſe detruſerat, & inter reus ſuos, imminentis pœnæ defflet ærumnam. Porro in nonnullis prouinciis fuiſſe morem, vt per publicos ſeruos rei cuſtodirentur, auctor eſt Imperator Traianus, qui ſic Plinio ſcribit: Perſeueremus in ea conſuetudine, quæ iſti prouinciæ eſt, vt per publicos ſeruos cuſtodiuntur. Reuard. Vario. lib. 5. cap. 12.

CVSTODIA plena, vt & diligentiam præſtet, l. 2. in fin. de peric. & commod. Briſſ.

CVSTODIA diligens l. 5 §. cuſtodiam commod. l. 1. §. pen. & l. 2. de ſeru. fug. vbi ait lex, diligens cuſtodia etiam vincire permittit. Briſſ.

CVSTODIÆ pars eſt damni infecti cauere, l. 36. ff. de act. empt. (Briſſ.

CVSTODIAS à magiſtratu audiri, elegantiſſime dici ex Seneca manifeſtum eſt. Poteſt etiam cuſtodia de militibus intelligi, qui in carcerem detruſa cuſtodiebant, tit. ff. de cuſtod. & exhib. reor. Sic enim Suidas: cuſtodia, τὸ τῶν δεσμωτηρίων ἐπιμελούμενον στράτευμα. Prat.

CVSTODES, obſeruatores, qui actiones notant, animaduertunt, quaſique ſpeculantur. Vlp. l. 3. ff. de admi. tut. de honorariis tutoribus loquens. Dati ſunt enim quaſi obſeruatores actus ejus & cuſtodes. Nam cuſtodes erant propter juncum, vt ex Cicerone Seruius declarat, quibus ad militiam euntibus anno primo Rectores darentur. Qua ex conſuetudine Maro ſcripſit Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iuli Epytidem vocat, &c. Torneb. lib. Adu. 7. c. 3. Vnde & qui quempiam obſeruat, ne quid ſuffuretur, Cuſtodes appellatur. Cicer. Verr. 7. Quod vbi iſti nunciatum eſt (loquitur de Verre, & naue prædonum capta) ſtatim Quæſtori Legatoque ſuo cuſtodes miſit complures, vt omnia ſibi integra quamprimum exhiberentur. Hi ſi rationes quoque perſcriberent atque conficerent; ἀντιγραφεῖς à Græcis dicebantur. Hot.

CVSTODES Ædium, carceris, horreorum, pecudum principis, furioſorum. Briſſ. ex ff. & C. Theod.

CVSTODES tabularum, ij erant, qui dum tribus vel centuriæ ſuffragia ferebant, & dum ſuffragia diremebantur, dum ſortitio fiebat, ne quid fraudis fieret, obſeruabant, quique numerum ſuffragiorum & punctorum annotabant, qui & ad tabulam boni dicebantur. Cic. in Piſon. Vos rogatores, Vos diſtributores. Vos cuſtodes fuiſſe tabellarum. Prat.

CVSTODES etiam appellabantur qui dati erant & appoſiti ad mulieres cuſtodiendas. Mart. Epig. c. 9. lib. 3.

Cuſtodes dat Polla viro, non accipit ipſa.

CVSTODES quoque eos, qui impuberibus ad eos regendos adponebantur, appellabant. Horat. in art. poet.

Imberbis Iuuenis tandem cuſtode remoto,

Gaudet equis, canibuſque. Briſſ.

CVTIS, innatum corpori amiculum & cooperimentum. Feſtus voci tribuit originem Græcam. Plinius: Cutis ipſa ſenſu caret, maxime vero in capite. Vbicunque per ſe, ac ſine carne eſt, vulnerata non coit, vt in buccis, ciliſque. Spieg.

CYATHVS, vaſculum, quo priſci potus ſui menſuram metiri ſoliti fuiſſe videntur, quod ſerui quidam ad cyathos ſtare, vel eſſe dicerentur, vt ſerui ad limina, & ad pedes. Pocillatores ab Apuleio appellantur. Spieg.

Κυβιστητῆρες Græcis vrinatores, hoc eſt, natantes ſub aquis ſunt, qui ſe ſub aquas capite mergũt, à κυβιστᾶν, quod in caput ferri, deuoluique ſignificat Bud. in l. 2. §. 1. ad l. Rhod. de jact. Spieg.

CYCLADES, Inſulæ ſunt Cyclades (vt Plin. teſtatur) in Ionio mari, quarum prima Andrus cum oppido, quam ob aquarum abundantiam Ariſtoteles Hydruſſam appellatam ait, & aliæ plurimæ, quæ late apud eundem recenſentur. Dictæ Cyclades, quod in Cycli formam diſponantur. Nam à promontorio Ceraſto, circa Delum in orbem ſitæ ſunt. Harum meminit IC. in leg. ἀξίωσις ff. ad l. Rhod. de jact. & Peck. ibidem.

CYCLICVS ſcriptor qui dicatur, interpretatur Turneb. aduerſ. lib. 19. c. 9. in hunc modum verba faciens. Ego (inquit) cenſere epicum poetam rhapſodum ſignificari, nam rhapſodi verſus heroicus ſcenæ & theatro dabant, qui fortaſſe vt verſus dithyrambicorum à choro κύκλιον vocato, cantabantur, ex quo & cyclij vocabantur ab Horatio Cyclici. Fidem bujus rei facit Epigramma Græcum, in quo ſcribitur:

Τοὺς κυκλίους τούτους, τοὺς αὐτὰρ ἔπειτα λέγοντας
Μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.
[illegible]
[illegible]

Hæc annotauit Torneb. aduerſ. lib. & cap. ſup. alleg.

CYDONEVM, κυδώνιον, Plinius Cotoneũ, appellari Latine ſcribit. Et Macr. li. 7. c. 6. Nec hoc prætereo, inquit, quod ex fructibus arborum alij ſunt frigidiores, quorum ſuccus imitatur vini ſaporem: vt mala ſeu ſimplicia, ſeu granata, ſeu cydonia, quæ cotonea vocat Cato. Vlp. in l. 9. ff. de triti. vin. & ol. Cydonium vinum appellat ex malis cotoneis confectum. Cydonium, inquit, & ſi qua alia ſunt, quæ non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebuntur. Hot. adde Goth ad d. l. 9. in princ.

CYDONATVM in l. 9. ff. de tritico, vino, id vini genus, quantum conjicio, ſignificat, quod Dioſcor. lib. 5. κυδωνίτην οἶνον vocat, inde ſcilicet quod ex malis cotoneis in muſti metreta maceratis conficitur. Briſſ.

Cylindri, lapilli teretes & oblõgi, cylindrorum inſtar. Paulus in l.32.§.vlt.ff.de aur. arg. Quum quadam ornamentum mamillarum ex cylindris triginta quatuor legaſſet, &c. Hotom.

Cylindri erant gemmarum ſiue ſmaragdorum ſpecies quædam à forma vocatæ, de quibus Plin.lib.37.c.5 ſcribit. Poſtremi cryſtalli fere ſimiles, hi capillamenta habent ſordeſque, alioquin eunuidi, quæ ſunt omnium vitia. Inde mire gaudent longitudine eorum, ſoloſque gemmarum eſſe prædicant, qui carere auro malint, & ob id perforatos elephantorum ſetis religant, & alios conuenit non oportere perforari, quorum ſit abſoluta bonitas, vmbilicis ſtatim ex auro capita comprehendentibus, ideoq; Cylindros ex his facere malunt, quam gemmas, quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Fiebant pariter ex chryſopbraſio, vt idem Plinius atteſtatur, eod. lib.c.8. Facit etiam eorum mentionem Iuuen.Satyr.2. Tu nube, atque tace, donant arcana Cylindros. Et Tertull. in lib. de habitu muliebr. Latent in cingulis Smaragdi, & Cylindros gladius ſub ſinu nouit. Erant Cylindri longi & teretes, qualis lapis ad aream æquandam, de quo Virg.Georg lib.1. Area cum primis ingenti æquanda Cylindro. Ferrand.libro Explicat.1. in leg.pediculis §.vlt.c.38.

Cymatiles veſtis dicitur, quæ cærulei coloris eſt. Sunt qui vndulatam intelligant apud Plautum, quæ nobis *Schamlott* eſt, quod tamen Dn. Baiſius non probare videtur. Spieg.

Cymbium poculi quoddam genus, ad ſimilitudinem cymbæ factum. Paulus in leg.pediculis, 32.§.1. vbi Gothofr. in notat. ff.de aur.& arg legat. Cymbia, inquit, argentea, cruſtis aureis illigata: vide Plin.lib.37.c.8. Et præ cæteris Critorum de honeſta diſcipl.lib.19.cap.11.

Cynica cœna vitam traducere dicuntur, ſecundum Petronium Arbitrum, qui miſere viuunt, vt ſiliquis & leguminibus, quique viliſſimis cibariis ſe tolerant atque ſuſtentant. Nam talis erat Cynicorum Philoſophorum victus, vt è Luciano docet Torneb.lib.aduer.2.c.19.

Cynicus, Alberico ſuæ ætatis autores ſecutus, eſt Tribaldus reprehenſibilis: Dicti autem ſunt Cynici, vel a Cynoſarge gymnaſio, vbi verſabatur Antiſthenes, princeps philoſophorum Cynicæ ſectæ: vel a voce *κυνῶν* (canes) quaſi canini: quia eſſent in cauillis, caſtigationibuſque more canum mordaces contra vitia. Eraſmus noſter refert alicubi. Apud priſcos, inquiens, aliquis cœpit pallio ſemitectus cum baculo obambulare ac mendicato viuere, & obuiis maledicere: adeo non defuerunt qui inſtitutum hoc ſequerentur, vt hinc orta ſit philoſophorum familia, quæ cynicorum dicitur. Spieg.

Cynosarges: vide Gymnici agones.

Cynus Iureconſultus, Piſtorij natus, Dyni Muxellani auditor, Bononiæ jus ciuile profeſſus eſt, libroſque de eo non paucos ita ſcripſit, vt ſemper è Pontificiis canonibus abhorreret. In interpretatione l.quoties, C de jud. ſcribit Canonicos Iuriſconſultos feciſſe ſibi jura pro libitu voluntatis ſuæ, & leges ciuiles ſeruare eos ad commodum ſuum, non autem contra ſe, propter ambitum ſecularis juriſdictionis vſurpandæ, & non propter aliud. Floruit circiter annum MCCCXX. Hot.

Cyprogania, ejus fit mentio in l.10.C.de reb.dub.

Cyprus Inſula l.17.de pœnis in C.Theod.

Cyprus Afrodienſium ciuitatis Epiſcopus l. 37. de annon. & tribut.C.eod.Briſſ.

Cyrenensis prouincia, vid l.61.§.1 ff.locat.

Cyzicani in l.7.Cod.de aquæduct. Alij legunt Cyzicenij: alij Cyzincenij: alij Ticennij: alij Titennij: vide Goth. in not. ad d.l.in verb Cyziceni.

D.

D Litera datum ſignificat, vt in extrema præfatione Inſtit. D. C. P. id eſt, datum Conſtantinopoli: & alibi frequenter. Hot. Sed & decimo, vt adnotat P. Victorius in Cicero. & de dico in antiquis inſcriptionibus, quæ in lapidibus hodie Lugduni viſuntur S.A.D. ſub aſcia dedicauit.

Dabo verbo ſolenne, ciuile, & directum, an Palæmoni in ſtipulationibus Dabit? Dabo.

Daciæ prouinciæ, quæ nunc Vvalachia poſt Mœſias, fit mentio in leg.fin.ad finem.C.de diuerſ. offic. & appar. Hæc ſub Gallieno imperatore amiſſa eſt, & poſt à Gottis Scandia, & Germanici Oceani remotiſſimis inſulis egreſſis, occupata. Eſt autem longe ab ea, quam non recte hodie Daciam vocant, cum ſit Dania appellanda, vulgo dicta *Dannemarck* ad Cimbricam Cherſoneſum. Imp. eam diuidit in mediterraneam & Ripenſem, in Authent.de eccl.tit.§.1.vide & l.4.D.de metallar. Prat. Spieg.

Daciæ verbum (ait Gothofr. ad Nou. 11. in præfat. ibi: diſtat à Dacia mediterranea) comprehendit hodie Tranſſiluaniam, Valachiam, Moldauiam.

Δακτύλιος Græcis annulus. Goth. ad l.67. in prin. de furt. Hinc

Dactyliotheca annulorum capſula. Δακτύλιος enim annulus eſt, *θήκη* capſula ſiue arcula, vbi quid reconditur. Vlp.l.52. §.8.ff.de leg. & fid.1. Idẽ Pompõ. in Dactyliotheca legata tractat, & ait annulos quoque contineri, non ſolum thecam quæ annulorum cauſa parata ſit. Et Paulus l. 53. Annuli legatis Dactyliothecæ non cedunt. Plin.lib.37.cap.1. Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine Dactyliothecam, primus omnium habuit Romæ priuignus Syllæ, Scaurus Celſus l.67. ff.de furt. Nec refert in digito habeat annulum, an Dactyliotheca, quem quum depoſito teneret, habere pro ſuo deſtinauerit, id eſt, in digito an in Dactyliotheca. Briſſ. Hot.

Δαδοφόροι id eſt faciferi. Goth. ad rub. C.de ſponſ. & arr. Spõſalit.

Δαήρ, Græcis eſt mariti frater, Latinis læuir, quod & Alciat. probat. At mariti ſoror, Galos, à nobis, vt Rhodig. ait, Gloſ. dici poteſt. Idem Alciatus, quin & alij, obſeruarunt, haud recte ab Accurſio, Læuirum vxoris fratrem quaſi læuum virum acceptum; quum læuir ſolum ſit mariti frater l. Iuriſconſ. & l.non facile, §.6. ff. de gradibus & adfinibus. Prat.

Δαιμονιζόμενος νόσος comitialis morbus dicitur, quod in comitiis & aliis hominum cœtibus eo correpti, maxime infeſtarentur & deregerentur, Gothofr. ad l.qui tertiana 53. verb. comitialem morbum, ff.de ædil.edict.

Dæmonum cultus & pompæ ſunt ſpectacula gentilium, quare ea deteſtari debemus. Gothofr. ad l.certiſſime 34.§. Hæc igitur nobis t.in fin.verb. dæmonis cultu C.de Epiſc.audient.

Dasmatica eſt veſtis, qua modo vtuntur omnes diaconi ex conſuetudine in ſolemnitatibus, vt 70. diſt. de jejunio. Antiquitus tamen ſine conceſſione Papæ, nec Epiſcopis, nec diaconis licebat vti hac veſte; deſtin.23 capit. communis, 10. Prat.

Damasi, pontificis mentio fit in l. 1. in princ. C. de ſum.trinit. de cujus electione vide Ammianum lib. 27. Ruffin. 2. cap. 10. Socratem 4 cap.24. Gothofr. in d.l.1.

Damasus papa primus accuſatus de adulterio, vide c.nos ſi incompetenter in fin.cauſ.2.qu 7.

Damiurgi, qui & Demiurgi apud Doricẽſes, inquit Heſych. dicuntur ij, qui publica negotia reſque ciuitatis adminiſtrant, qui ſimiles ſunt iis, qui ab Athenienſibus Demarchi vocantur, id eſt, tribuni; Peloponneſij autem Dorici ſunt generis, quo factum eſt, vt Damiurgi Dorice Liuius diceret. *Ἐπιδημιουργούς* appellat. Thucyd.lib.1. *καὶ οἱ ἐπιδημιουργοὺς ἔπεμπον*, vbi annotant ἐπὶ redundare, & Dimiurgos eſſe Phylarchos, ſed verius eſſe putat Torneb.aduerſ.lib.14.cap.21. quod & Liuius & Heſychius ſcripſere.

Damna fatalia quæ imprudentibus accidunt, l.2. in fin. de peric. & commod. l.52.§.damna ff.pro ſocio. Briſſ.

Damnabilis eſt ars Mathematica & omnino interdicta, ait l. artem.2. C.de maleſi.& mathemat.

Damnare & reprobare differunt; nam damnare eſt rem ſine remedio ſubleuandi tormentis ſeu ignominiæ ſententialiter deputare: Reprobare vero eſt rem rationibus euidentibus ream facere. Panor. in c.damnamus, in r. Not.in ſum.trinit. & fid Cathol.

Damnare multæ, Budæo in forenſibus, eſt condemnare ad mulctam. Schard Prat.

Damnari indicta cauſa dicuntur, qui ad judicem vocati: non adfuerunt abſenteſque ſententiam paſſi ſunt, vide Bud. in annot.poſterior. Spieg Prat.

Damnari adulterio. Is committit in pœnam, quam lex certo capite denunciat, qui vel publice adulterio damnatam habet, vel adulteram ſciens, vt ignorantiam ſimulare non poſſit, retinet vxorem, text.in l.17.C.ad legem Iuliam de adulter.

Damnas apud Iuriſconſultos vox peculiaris. Marcell. in leg. damnas eſto, de vſufruct.legat. id eſt damnatus, per ſyncopen. Alij tamen damnes legunt, ea ratione, qua & inopes dicunt copioſus. Sed Alc. veterem lectionem magis probat, qua & verior eſt, atque ita Pandect. Flor. Hue non reſpiciens Nebriſſ. monuit pro hac voce vbique reponendum, damnatus. Meminit & ejus vocis (vt atteſtatur Alc.cap.1.lib.2. Parerg) Agrætius Grammaticus, Iuriſconſultorum verbum illud eſſe aſſerens. Ea voce vtebantur veteres, cum quaſi pœnæ cauſſa quem damnabant, vt in Senatuſconſulto cujus commeminit Ioan. Frontinus lib.2. de aquæ ductu. Si quis (ait) aduerſus ea commiſiſſet, in ſingulas res in dena millia damnas eſſet. Et in ea lege, quæ eodem loco recenſetur. Reficere, reſtituere, ædificare, ponere, demoliri, damnas eſto. Sic in lege Manilia: Colonis municipibuſque in quorum agro id factum erit, dare damnas eſto Et ad finem. Neve quis cui ob eam rem hac lege damnas eſto. Briſſ. Spieg. & vide M.Fabium lib 7.c.pen.

Damnata publico judicio quæ habeatur, vel non, videl. palam quæſtum, 43.§.ſenatus, 10. cum duob. §§. ſeqq. ff. de ritu nupt.

Damnas ſit, pro damnatus ſit, l 82. ff. de conditionibus & demonſtrationib. Quo de genere etiam Agrætius in lib. de Orthogr. hæc tradit. Vnde & in jure damnas eſtius, & iſtud eſto legatum dicitur, h.e. ſoluendo eſto, quod ſolui omnibus modis neceſſe eſt, & ſi res aliena legetur. Inuenio & hujus verbi in illis vſum fuiſſe, vt in lege Manilia, colonis municipibuſque in quorum agro id factum erit, dare damnas eſto, &c.

Damnari ex parte, in æſtimationem rei, in duplum, Iudicio, litis æſtimatione, tutelæ, vltimo ſupplicio, ad noxam. Briſſ. ff. & Cod.

Damnati voti ſunt, qui ad obſeruationem voti obligati ſunt, non qui ſoluerint, Alciat. de verb. ſignif.

Damnati ad ferrum qui dicuntur, explicat Alciat. cap. 23. lib. 1. Parerg. ipſe eos intelligit quos alibi lex ad gladium damnatos ait. Spieg.

Damnati in metallum. Damnabantur quidam in metallum: alij in opus metalli. Inter quos nulla erat prorſus differentia niſi vinculorum. Ij enim qui in metallum damnabantur, grauioribus vinculis premebantur, & aufugientes grauiori pœna plectebantur. Quam rem omnem rurſus explicat Vlp. in l. aut damnum §. eſt pœna, ff. de pœn.

Damnatio capitis, vide leg. ſi is qui. 3. C. ſi pendent. appellat. ad foream. l. 28. ff. de pœnis beſtiarum l. 6. ff. ad leg. Iul. peccul. Briſſon.

Damnationis pœna in manibus & ſutis vna inſcriptione comprehendi poteſt, text. in l. 17. C. de pœn.

Damnatus in edicto prætoris, quo rei capitalis damnatis bonorum poſſeſſio denegatur leg. 13. ff. de bon. poſſeſſ. eſt is qui non prouocauit. Cæterum ſi prouocet, nondum damnatus videtur: Eadem cauſſa erit, & ſi ab eo damnatus ſit, qui jus damnandi non habuit, Damnatus enim ille eſt, vbi damnatio tenuit, l. 1 §. vlt. ff. de pœn. facit l. 6. §. hi autem omnes, cum ſeqq. ff. de injuſto rupt. Briſſ.

Damnatus dicitur hæres, à quo ita legatum eſt. Hæres damnas eſto dare, l. 4. §. vlt. l. 35. & l. 36. §. vlt. & alias paſſim ff. de leg. 1. l. 26. §. eadem, de condict. indeb. l. 24. & l. 13. ff. de vſufruct. legat. l. 5 ff. de action. empt. l. 44. §. ſi duo. ff. famil. erciſcund. l. 7. §. 1. ff. de annu. legat. cum alijs multis, quæ cuique in promptu ſunt. Quod legati genus damnationis vel per damnationem, appellabatur, §. 1. Inſtit. de legat. Vlp. inſtit. tit. 24. Gaius lib. 2. Inſtitut. tit. 5. Illius autem legatorum formulæ damnas eſto, non in libris tantum conſultorum, quorum exempla huc adferre miſeræ & nimium ſolicitæ eſſet diligentiæ, ſed & apud Quintil. lib. 7. cap. penult. ſit mentio. Illud notatu dignum eſt, verbum Damnas etiam numero multitudinis de pluribus hæredibus dici, vt in leg. 122. §. 1. ff. de leg. 1. Lucius Tit. & Caius Seius Publio Mæuio decem dato damnas ſunto. Sic & in l. 34. §. 1. ff. de legatis tertio, viginti date damnas ſunto ſine dolo malo. Briſſ.

Damnatus in crimine capitali, leg. 13. §. vlt. qui teſtam. fac. poſſ. Briſſ. in parerg.

Damnatus ex delicto militari: vide leg. 6 §. 5. ff. de injuſt.

Damnatus ob carmen famoſum, damnatus cædis, conſpirationis in patriam, Commodati & depoſiti, Contrario judicio, furti, Vi bon. raptorum, Injuriarum, proditionis. Briſſ. ex ff. & Cod.

Damni ſpecies eſt intertritura & intertrimentum Nam ea, quæ trita ſunt inter ſe diminui quoque ſolent, & minoris eſſe pretij, l. vlt ff. de pign. act. Schard.

Damni injuria dati & furti differentiam vid. l. 27 §. 25. ad l. Aqu.

Damnatio & damnum ab ademptione & quaſi diminutione patrimonij dicta ſunt, l. 3. ff. de damno infecto.

Damno, verbum notæ ſignificationis, genitiuo aliquando, aliquando ablatiuo jungitur, ſed varie. Genitiuo, ejus rei propter quam quis damnatur: vt ſceleris, ambitus, indulgentiæ, injuriarum, majeſtatis. Iungitur etiam genitiuo ſignificanti pœnam vt damnari dupli, quadrupli. Ablatiuo itidem pœnæ: vt damnari capite. Spieg.

Damno præter notam ſignificationem, etiam eſt obligo: de diuort. l. ſi filius: damnandum inquit, eum quanti mulier litem jurauerit. Item de leg. 1. leg. cum filio. Hæredem inquit, mihi dare damnauerit. Hinc damnatus pro obligatus legitur. Neb.

Damno imputatur commodum amiſſum, l. 2. §. damnum. l. 2. §. merito. Ne quid in loc. publ. Alber.

Damno litis punire, ſiue damnum litis facere, quid ſit non obſcurum, & ſicut omne multiplex dubium eſt, varie exponit gloſſa in leg. contumacia, ff. de re judic. Spieg.

Damni ſiue ejus quod intereſt, tres ſunt ſpecies. Prima ejus, quod neque à lege neque ex partium conuentione definitum eſt, ideoque probandum, & quantumcunque erit (ex regula tamen leg. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod) adjudicandum, quæ quidem prima ſpecies generis ſui nomen retinet, & appellatur, Id quod intereſt Altera autem ſpecies ejus eſt, de cujus ſumma integra & quantumcunque futura eſt, inter partes conuenit, quæ in jure appellatur pœna, l. vlt. ff. de prætor. ſtipul. 8. §. ſecundo, ff. ratam rem haberi: Tertia ſpecies ejus eſt de cujus ſumma non integra, nec quantacunque ad extremum eſſe poteſt, ſed quanta ſit per ſingulos menſes, ipſo jure definitum eſt, ſic vt quamvis pluris vel minoris interſit, ſola tamen ea ſumma præſtetur: vt patet ex leg. vltim. ff. de peric. & commod. rei vendit. Et hæc à nobis, quoniam ex vſus diuturnitate pendet, vſura ſiue interuſurium appellatur. Hotomannus.

Damni infecti promittere, & damni infecti mitti in ædes, Iureconſulti dicunt, ſubaudientes, nomine, vel, cauſſa, l. 15. §. ſi damni, ff. ex quibus cauſſis major. & tit. de damn. infecto Cicero. Topic. At ſi quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiſerit, non debebit præſtare, quod fornix vitij fecerit, vbi Boeth. Damni infecti promiſſionem eſſe ſcribit, quotiens qui promittit, ſi quod damnum vitio ſuo contigerit, ſua reſtitutione eſſe penſandum. Briſſ.

Damno adfligere, vid. l. 2. C. de leg. Aquil.

Damnosa hæreditas l. 10. C. de jur. deliberand.

Damnum, inquit Varro lib. 4. de litig. lat. à demptione, cum minus re factum, quam quanti conſtat.

Damnum diuiditur in injuriam & pauperiem, l. 1. ſi quadr. paup. fec. dic. Spieg.

Damnum quomodo differt à lucro ceſſante, aduerſus Baldi ſententiam explicat Alciat. enarrat. in l. cum prætor. de verb. ſign. Spiegel.

In **Damnum** alterius nulli eſt ſubueniendum, c. denique 14. quæſt. 5. cap. primum, 22. qu. 2.

Damnum & damnatio ab ademptione & quaſi diminutione patrimonij dicitur, l. 3. ff. de damn. infect. Quapropter & qui clam ſurripit & qui vi rapit, damnum dat: ſed illud damnum non ſit injuria, quia hoc non eſt plerumque propoſitum inferentis damnum vt de damno afficiat, ſed vt ſe locupletet damno ſuo. Qui autem ſeruum jumentumve tuum aut vulnerauit aut occidit, damnum & injuriam tuam cogitauit. Quamobrem Paul. leg. qui ſeruum de act. & oblig. Qui ſeruum, inquit, alienum injurioſe verberat, ex vno facto incidit & in Aquiliam & in actionem injuriarum. Injuria enim ex affectu fit, damnum ex culpa. Ferret. de lege Aquilia. Quintil. declamatio. c. c. c. x. x. Damnum definit Amiſſionem bonorum, quæ habuerimus: qui hoc ibidem tradit, damnationem ex eo dictam eſſe quod pleriſque criminibus pecuniæ imponeretur. Proinde nemo damnum facit, niſi cui de ſuo aliquid diminuitur & deperit, aliudque eſt damnum facere, aliud lucro prohiberi. l. 26. ff. de damno infecto Aliud lucrum extorqueri, aliud damnum infligi. l. 9 §. ſimili modo, ff quæ in fraud. credit. damnum plane accipit & is, cujus ædium luminibus officitur, l. 25 ff. de damno infecto. Sed & quod ad interdictum attinet, quo prætor, ne quid in loco publico fiat, neve quid in eum locum immittatur, qua ex re, quid illi damni detur, interdicit. Damnum pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico conſequebatur qualequale ſit, veluti ſi proſpectus, aut aditus deterior anguſtiorve fiat, l. 2. in princ. & §. merito, ff. ne quid in loco publ. Briſſ.

Damnum tribus modis ſit daturve, vel abs nobis ipſis, vel ab animalibus ſeruiſque noſtris, vel abs rebus inanimatis. Cum à nobis datur, pertinet ad legem Aquiliam. Quod abs ſeruis vel animalibus noſtris, ad noxale judicium & actionem de pauperie quadrupedis. Quod abs rebus inanimatis datur naturaliter, nō venit in aliquod judiciū. Si earum vitio, veluti ædium vitioſarum ruina: ſi quidem damni infecti nomine prius cautum fuerit, in ſolidum id præſtabitur: ſi nulla talis ſtipulatio interuenerit, interdum ex cauſſa conceditur, vt quaſi re integra petatur, aut damnum præſtari, aut rem pro noxa relinqui: vt ſi reipubl. cauſſa abſens non potuit tempeſtiue mihi proſpicere, vt ante ruinam caueretur, leg. 9. de damno infecto. Sed commune jus eſt, vt dominus alioqui non teneatur, ne noxali quidem judicio, l. 6. de damno infecto, l. 5. §. ideo, l. 29. §. ſi nauis, ff. ad leg. Aquiliam. Nam etſi culpa quædam eſſe videatur, non ſufficere ædes ruinoſas, qui alteri nocere poſſunt: tamen ſi vicinus non poſtulet, ejus periculo non tenemur vltro occurrere. Franc. Balduin. in ſua catecheſi jur. ciu. cap. 5.

Damnum in ſocietate non intelligitur, niſi omni lucro deducto, l. 30. ff. pro ſoc.

Damnum inferens non eſt abſoluendus niſi damno ſecundum arbitrium læſi reſtituto, cap. peſſimam, 23. quæſt. vlt. c. ſi res, 14. quæſt. 6.

Damnum injuria datum dicitur, non ſolum ſi dolo, ſed & ſi culpa ſine dolo datur. Semper enim quod non jure factum eſt, injuria appellatur: ac vt damnum ſarciatur, juſtiſſimum eſt, vt annotauit Franc. Balduin. in Catecheſi jur. ciuilis.

Damnum injuria datum, in leg. Aquilia accipimus quod cum damno injuriam attulerit, l. 49. §. 1. Dig. ad legem Aquiliam. Vel vt Iuſtinianus, damnum culpa facientis datum, Inſtitutio. de injur. in princ. & vt Theophilus interpretatur, ζημίαν ἀδίκως γενομένην. Ita Damnum injuria in l. 2. ff. ad l. Aquiliam, & leg. 1. ff. de injur. & damnum injuriæ in leg. 1. ff. de furt. Vnde damni injuriæ actio in leg. 9. §. vlt. ff. de tut. & rat. diſtr. leg. 30. Diſt. ad legem Falcidiam, leg. 18. in fin. Digeſt. ſolut. matrimon. l. 57. in fin. Digeſt. locat. leg. 27. §. ſi quis de mann. & l. 32. Digeſt. ad legem Aquiliam, leg. 37 Digeſt. de donat. inter. vir. leg. 51. Digeſt. de furt. leg. 11. in fin. Digeſt. de edend. leg. 6. §. vltim. Digeſt. nautæ, caupo leg. 121. §. vltim. de diuerſ. regul. leg. 3. Digeſt. de feriis, §. at aduerſus. Inſtitut. de pœna tem. litigant. quæ alias damni injuriæ actio. dict. leg. 6. §. 1. Digeſt. nautæ, caupo. & apud Cicero. in oratio. pro Quint. Roſc. Com. & damni injuria dati, apud Quintil. Declamat. 385. Et damni per injuriam dati actio, apud eundem aut alium

Quintil.in tit.Declamatio pro paupere contra diuitem. Vnde damni injuria agi, in l.7.§.eſt & alia.ff. quod vi aut clam.l.23. ff.de furt.leg.28.§.colonus,ff.de jurejur.leg.29.§.item Labeo. ff.ad legem Aquiliam,& damni injuria argui. leg. 54.§.vlt.ff. de liber.cauſſa & damni injuria teneri l.27.§.ſi furnum,& §.ſi calicem,& l.45.in fin.ff. ad legem Aquiliam. & damni injuria conueniri l.28.§.colonus, ff.de jurejur. Alias damni injuriæ agi.leg.14.in fin.ff.de præſcript.verb.l. 2.§. penult. vi bonor. raptor. leg. 57.§. Proculus, & §. ſi calicem, & l.41. ff. ad leg. Aquil.l.54 ff.de acq.rer.domin.& l.32.ff.de furt.Briſſ.

DAMNVM ſine injuria facientis datum vocatur pauperies,l.1.in prin.ff.ſi quadr.paup.fec.dic.

DAMNVM dediſſe videtur, qui cauſſam damni dandi præbuit, l. 4.§.penult.ff.vi bon. rapt.l.30.§.vlt.ad leg.Aquiliam. Briſſon. adde cap.fin.extr. de injur.& dam.dat.Prat.

DAMNVM non modo pecuniarum: ſed & exiſtimationis,famæ, infamiæ, litis,voluntatis,&c.dicitur. Briſſ.ex ff & C.

DAMNVM facere id eſt dare,l.151.ff. de diuerſ. reg.jur.l.30.§. in hac,ff.ad leg Aquil.

DAMNVM faciens non excuſatur ignorantia, ſi ſcire debuit, quin teneatur ſatisfacere,c.fin.de injur.

DAMNVM pro pœna accipitur in l. ſi pro fure. ff. de cond.furt. Alberic. Spieg.

DAMNVM ad res ſeu pecuniam: periculum ad perſonam Accurſ. refert.Spieg.

DAMNVM quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non aliis imputare, de reg jur.li.6.leg.quod quis ex ſua culpa, ff.eod.tit.Prateius.

DAMNVM is dat, qui jubet dare,l.69.ff.de diuerſ.reg. jur.

DAMNVM capere,committere, pati,ſubire,adferre, dare in bonis, &c.Briſſ.ex ff & C.

DAMNVM nemo facit, niſi qui id fecerit quod facere jus non habet. ff.eod.tit.l.169 Briſſ.

DAMNVM,videtur eſſe poſſeſſori, quod ſibi non proſpexit cautione l.quod ſi poſſeſſor ff.de pet.hæred.

DAMNVM infectum,eſt damnum nondum factum, quod tamen futurum veremur,leg.2.ff.de damno infecto, vt cum ædificium alicujus ruinam minatur ædificio, vel prædio alterius vicini. tunc enim ædificij iſtius, vel prædij dominus à domino ædificij ruinam minantis petere poteſt vt ſibi caueat nomine damni infecti, quæ ſtipulatio continebit totum intereſſe illius vicini,ff.eod. tit. leg. ſtipulatione & leg. ſed etſi conditione,& leg.damni infecti. Et damnum pateris,quando rebus tuis aliquid decreſcit, non quando accreſcit. Quando autem lucrum amittis,damnum non pateris. Etiam quoddam damnum ſiue intereſſe eſt circa rem, vt ſi ſubtraxiſti mihi inſtrumenta, quibus poſſeſſio firmatur, teneris mihi ad damnum,quod contingit propter ablationem inſtrumentorum. Et quoddam damnum eſt extra rem, vide leg. vnic.C de ſent.quæ pro eo quod intereſt,Prat.adde Franc. Bald. Catech. jur.ciuil. cap.5.

DAMNVM decidere, pro ſoluere,præſtare, ſarcire damnum, l. ſi ſeruus communis,§.his etiam §.quod vero. ff.de furt.Prat.

DAMNVM exiſtimationis in l.1.C.ſi contra matris voluntatem, idem eſt quod infamia.

Sine DAMNO,id eſt ſine diminutione, & vt Theophil.interpretatur, ἄνευ ζημίας in §.at ex contrario.Inſtitutio.quib. alie.lib.75.Cod.de adminiſtr.tutel.l.vlt.§. penult. C. de rebus auct judic. At in l.23 §.ſeruum ff.de fideicommiſſ.libert. Citra damnum voluntatis,id eſt,citra offenſam voluntatis teſtatoris. Briſſ. (fructib.

DANOS verbum quid operetur,vid.l.ſi ſtipulatur.4.ff. de vſur.&

Δανείζειν ναυτικῶς. id eſt, credere ſub lege ſuſcipiendi periculi. Gothofr.ad leg.1.in prin.ff.de nautico fœnor.

Δανείσασθαι pro mutuo accipere.Scæuola l.34.§.ff. de pign. & hypothec. [Greek] &c. quum abs te quingentos denarios mutuatus eſſem, rogaui te,&c.Scæuola l.88.§.25.ff de leg.& fid.lib.31. [Greek] &c. Volo autem ædes meis hæredibus neque vendi, neque mutuam pecuniam ſub earum pignore accipi: quod ſi quis eam quam in Ipſis habet partem, velit vendere, aut ſub ejus partis pignore mutuum accipere. Nam κατ' αὐτῶν ſignificat quod vulgus dicit,ſuper eo. Quod iccirco admonui, ne quis hominis eruditi auctoritate permotus, crederet hoc loco δανείσασθαι, poſitum pro pignori opponere. Sequitur enim [Greek] ἀυτῶν, ἢ δανείσασθαι κατ' αὐτῶν, id eſt, Poteſtatem habeat vendendi ſuo cohæredi, aut mutuam pecuniam ab eo ſumendi.Hot.

Δανειστής,creditor. Gothofr.ad leg.17.§.ſi quid autem tertio,verbo, fœnerator.C.de ſacroſ.eccleſia.

DANS ſub conditione aliquid faciendi, donandi animo non dat.l.5.C.de condict.ob cauſ.dat.

DANVBIVS,ſiue Iſter.Gothofr.ad edict. Iuſtin.13.c.11.§ 1.fin.

DAPHNA, extat titulus,de cupreſſis ex luco Daphnes,& cæt.lib. 11.Cod. quem vt pleroſque alios nobis Alciatus, hiſtoriarum ſcientiſſimus, reſtituit. itaque Daphne eſt amœnum in Syria ſuburbanum juxta Antiochiam LXXX.ſtadiorum ambitu, vt ait Strabo.In hoc loco Antiochenſium conuentus agitabatur, vt ait idem Strabo. Fuit autem hic lucus à Cn. Pompeio Magno conſecratus, Euſebio authore. Eſt quoque Antiochiæ porta Daphnitica,de qua Hieronymus in vita Ignatij, & cæt. Iuſtinus lib.C.vndecim de cupreſſis ex Luco Daphnenſi,leg.ſi quis autem Daphnenſis Luci, &c. Nebriſſ. Dictum à Daphne Ladonis filia, vt nonnulli volunt: vel ab eo quod illic erant, (authore Auſonio) ſpectatiſſimæ lauri, quæ δαφνίδες Græcis dicuntur. Addit Philoſtratus alibi inſolitas in eo naſci cupreſſos in memoriam Cypariſſi,quem Apollo dilexit,cui ille lucus eſt Sacer. Ejus meminerunt præter eos, qui ab Alciato citantur, diuus Chryſoſtomus contra gentiles. Amm.Marcel.ad fi. lib.19.Niceph.lib.10.Eccleſ.Hiſtor.cap.58. & lib. 16. cap. 23. Sozomenus lib.5.

DAPHNIS mulieris nomen. Mar.Paulus quidam fidejuſſerat pro Daphnide,ait l.ſi remunerandi,6.§.7.in pr.ff.mandat.

DAPIFER dicitur ferens dapes: & eſt nomen officij magnæ dignitatis in curia imperatoris; vnde inter proceres eligentes imperatores computatur. (nicat.

DAPSILIS eſt ille, qui liberaliter ſecundum menſuram commu-

DARDANARII dicuntur, qui annonam merceſve coemptas, tantiſper ſupprimunt, dum carius eas vendendi occaſio ſe offerat; à Dardano, vt quidam aiunt, magno nominati. Vide Vlp. l.6.ff.de extraord.crimin.& l.37.ff.de pœn. Iulius Pollux σιτοκαπήλους & σιτοπώλας, hoc genus hominum appellari ſcribit. Nam Propolas eos nominat, quos Iuriſconſulti Proxenetas. Dardanarius autem non male Thales ille ſapiens appellari potuiſſet, qui olearum inopiam prouidens, omnes coemit, & anno inſequenti vendidit, vt ſcribit Ariſtoteles: ſi quidem eam quæſtum turpiſſimum factitare voluiſſet. Hotom.Adde Forcat.in penu.jur.ciu.c.58.

DARDANARII. Turneb. aduerſ. lib. 9. cap. 7. Dardanarios dici putat eos, qui annonam onerant & premunt, quod eorum tanquam maleficiis, & venenis magicis crederent annonam euerti in ipſorum horrea, & in metiendo menſuram imminui, ejuſque modo ſubtrahi: aut quod ad contumeliam & probrum magos eos increparent, Dardanarios vocantes, cum eſſet odioſiſſimum magiæ & infame vocabulum. Certe Dardanarij à Dardano contumelioſe nominati videntur, quem magum fuiſſe conſtat. Tertull. vt ipſis jam vocabulis vtar, quibus aotelæ opinionum iſtarum magica ſonat: oſtentantes & Typhon & Dardanus & Damigeron & Nectabis & Berenice. Sed & Dardaniæ Columellæ magicæ ſunt.

At ſi nulla valet medicina repellere peſtem,
Dardaniæ veniant artes.

Dardanus etiã ab Apuleio inter inſignes magos nominatur. vt autem aerarius, buccularius, lignarius dicitur, quæ formatio in multis artificum vocabulis obſeruatur, ita & in opificio & artificio aliquo Dardanarius eadem proportione dicitur. Nec vero in annona tantum, ſed & in aliis mercibus Dardanarij eodem Iuriſconſulto auctore dicebantur. Qui ſe in aliena cœnacula dirigunt furandi animo, diætarij vocantur, quod cœnaculum diæta etiam non male vocari poſſit, cum in diæta ſit. Hæc annotauit Turneb. loco ſupra citato. Sed lubet etiam hic doctiſſ. D. Cujacij explicationem hujus vocis adſcribere ex cap.19.lib.19.obſeruat. Dardanarij (inquit) iidem ſunt & Pantapolæ & Seplaſiarij, ſi gloſſis veterum credimus, quæ & Seplaſiarios & Dardanarios Pantapolas exponunt & Pantometabolos: quo genere hominum nihil eſt fraudulentius, nil iniquius in onerandis annonis mercium quarumlibet, & ideo variis conſtitutionibus fraudes, calliditates, ſtellionatus eorum coercentur, non etiam genus omne improbatur negotiationis hujuſmodi. Nam & Reipubl. vtiles ſunt, & vrbe aliquando ejecti quum fuiſſent, reuocantur. Nouell. Valentiniani de pantapolis ad vrbem Romam reuocandis, his verbis, Græcos negociatores, quos pantapolas dicunt, in quibus manifeſtum eſt, maximam ineſſe multitudinem, magnamque in emendis vendendiſque mercibus diligentiam, vlterius non patimur ſacræ vrbis habitatione ſecludi, licet eos diſſenſio, & maxime inuidia tabernariorum, quam venerabilis Romæ vtilitas à negotiatione ſubmouerit. Idcirco hoc edicto ſinguli vniuerſique cognoſcant pantapolis ad vrbem Romam redeundi negotiandique licentiam reſtitutam, vt cura peruigili vbertas populo miniſtretur. Hæc Valentin. Sed ſi forte vel menſuras vel pondera falſarint, vel legibus conſtituta pretia exceſſerint, vel vndique coemptas merces ſuppreſſerint, dum ex raritate caritatem affectant, hã conſtitutionibus coercentur, leg.in Dardanarios.D.de pœnis, leg.annonam, Dig.de extr.crim. & ſpecialiter crimine ſtellionatus,l.3.§.vlt.de crim.ſtell. Et de omni eo genere hominum, qui ex annonæ caritate lucrum ſperant, minuſque vberem annonam exſpectant, vt eo demum tempore, quam diu horrea flagellarunt, promant, eleganter Gregor. Nazianzenus in fune-

Digitized by Google

in funebri orat. Baſilij Magni: Τούτους τοὺς χρυσοὺς, τὸν καπηλεύοντα ταῖς ἐνδείαις, καὶ χρηματιζομένους ἐκ τῶν συμφορῶν, & adjicit, ὅσοι μὲν οἱ σιτῶναι καὶ σιτοκάπηλοι. Hi ſunt Dardanarij, qui his attentãt, onerãt, vexant annonã, vt loquitur Vlpianus, & Martialis:

Hic vbi Roma ſuas aurea vexat opes.

vt Varro, incendunt & excandefaciunt, vt Lampridius, vaſtant, Cum annonam, inquit, vaſtarent, hi, qui tum Rempub. gerebant, etiam inopia ingens Romæ exorta eſt, quum fruges non deeſſent, vt Plin. Flagellant, quod eſt premunt. Denique vaſtat. flagellat, vexat annonam proprie, qui ſupprimit, quive non vendit juſto pretio. Salomon. ὁ συνέχων σῖτον, δήμῳ ἐπικατάρατος. Populo, inquit, deteſtabilis eſt, qui ſupprimit annonam. Cujac. Obſeruat 10. cap. 19.

DARDANIA, ſeu mediterranea Myſia, leg. cum procuratores, 4. C. de metallar.

DARE, eſt accipientis facere, §. ſic itaque Inſtit. de act. tuo præſtans, & venditor, ſi eſt mercis ipſius dominus. Spieg. Non autem videntur data, quæ ex eo tempore quo dantur accipientis non fiunt. Briſſ.

DARE, id eſt, credere, l. vlt. ff. comm præd. l. ſi vnus, §. ſi. de ſeruit. ruſt. præd.

DARE damnum, id eſt, afferre incommodum. Spieg.

DARE, pro permutare, vel compenſare l. dediſſe, de verb. ſig. Prat.

DARE debere eſt facto ſuo dominium retro transferre. Vide Alc. in l. mutuum, de reb. cred. Spieg.

DARE, pro damnare, ad beſtias, in metallum, exilium, l. 8. §. ſeruos, l. 17. l. 23. l. 28. leg. 34. ff. de pœn. & apud Firmic. lib. 3. Matheſ. c 5. Prat.

DARE, adſignare, l. quæ pater, ff. famil. erciſc.

DARE, hoc eſt ſoluere, l. credit. §. cum de ſorte, ff. de ſolut. Prat.

DARE nuptui, collocare in matrimonium. Inſtitut. de legat. §. legari.

DARE, eſt delegare, leg. ſi ita, ff. de offic. præſidis. Prat.

DARE intelligendus eſt qui remittit. leg. generaliter, ff. de calumniat. Prat.

DARE, id eſt, dare velle, l. ſtipulatus ſum Damam. ff. de verb. obl.

DARE præſtare, l. 40. § Pamphilo. de ſtatu lib.

Quod re mihi DARE facere oportere, verba licet conjuncta videantur, ſic tamen accipienda ſunt, vt quodvis eorum probare ſufficiat l. 53. ff. de verb. ſignif.

DARE, id eſt, commodare in leg. ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commod. & pro tradere, leg ſi tibi ff de præſcr. verb. Prat.

DARE etiam vacua poſſeſſio dicitur l. 32. ff. de arbitr.

DARE, proprie eſt dominium transferre, §. ſic itaque, 14. de act. Itaque ſtipulationes de dando conceptæ, hanc vim habent, vt dominium ſtipulatoris efficiatur, leg. vbi autem, 75. in fin. ff. de verbor. obligationib. leg. ſi ita. 23. ff. de contrah. empt. neque enim videntur data, quę eo tempore quo dantur accipientis non fiunt, leg. non videntur, 197. de regul. jur. Hotomann. Alias denique dare videtur, qui reſtituit, leg. ſtatulıber. §. ſi quis ſeruum, ff. de ſtatu liber. leg. ſi ſeruus in princ. ff. de ædil. edict. Oldendorp.

DARE diem in epiſt. Cic. ad Attic. 1. 9. Tulliola tibi diem dat. ſponſorem non appellat. Prat.

DARE, i. e. tradere, l. 4. C. de prædiis & aliis rebus minorum.

DARE, pro facere poſitum a Iuriſconſultis in l. ſi quis ab alio ff. de re judic. ſingulariter obſeruauit Zaſius noſter, etſi magna ſit differentia inter dare & facere, vt ipſe in §. ſeq. eadem lege docet, ſed ſic dici in re magna, Donatus in Adelphis monuit. Oldendorp.

DARE, facere, præſtare l. 13. §. idem Iulianus ff. de act empt.

DARE facere vetus fuit formula actionis in perſonam, qua id quod aliqua de cauſa debebatur, peti ſolebat, ſiue id in dando ſiue in faciendo conſtaret, leg. actionum, 25. ff. de oblig. & act. ſoluta enim pro ſeparatis in ea formula accipiuntur, leg. ſæpe 53. ff de verb. ſignific. hoc eſt, vt alterutrum tantum debeatur. Vſurpatur. in leg. Vlt. ff. commu. præd. l. 18. §. 1. ff. de acceptil. l. 23. ff. de inoffic. teſtam. Cic. lib. 3. offic. Itaque Calpurnius arbitrium illum adegit, quicquid ſibi dare, facere oportere ex fide bona. Hotom. ſimili modo legimus, ire agere, inducta illata, vti frui.

DARE vindicias ſecundum ſeruitutem, ab libertate in ſeruitutem, contra libertatem, locutiones veteribus vſurpatæ pro decernere eum quo de agitur, tantiſper ſeruum eſſe. Liu. lib. 3. Iudicem te ab libertate in ſeruitutem vindicias non dediſſe. Item. Vindicias ne ab libertate in ſeruitutem dederit. Aſconius in Cornelianam Quis fuerat ille ex Decemviris, qui contra libertatem vindicias dederit. Hot.

DARE vindicias ſecundum libertatem, à ſeruitute in libertatem, contraria loquendi genera: quibus eodem loco Liuius eſt vſus. Hotom.

DARE in arte notariatus dupliciter capitur: proprie ſcilicet & improprie. Proprie, quando res data tranſit in dominium accipientis, vt in inſtrumentis, in quibus agitur de rerum alienatione, & dominij tranſlatione, in quibus transfertur dominium, ſi tradens erat dominus, alias non. Vnde dare proprie eſt accipientis facere. Aliter enim non datur, niſi ſic detur, vt in ipſum, cui dator, ſtatim dominium transferatur. Improprie capitur in Inſtrumentis Emphyteuticis, & feudi, & locationis, vbi ille, qui locat, vel concedit, licet dare dicatur, non tamen dominium transfert. Et eſt differentia inter dare, donare & tradere. Nam tradere dicitur, qui ſolum poſſeſſionem transfert & non dominium, de hoc notata 25. queſt. 6. §. vlt. Oldend. Prat.

DARE non ſolum intelligendum eſſe cenſet Iabolenus in leg. ſi mulier, ff de cond. cauſ. dat. & Vlpian. cum de eo quod venditori datur, vt puta precium vſuræ, ſed etiam ſi quid emptionis cauſſa erogatum erit, leg. debet, ff. de ædil. edicto. Tamen Specul. tit. de emption. & vendition, tradit verbum dare, quandoque improprie in inſtrumentis & contractuum perſcriptionibus poni, quandoque etiam proprie veluti cum res data ſit accipientis, & de vera alienatione ac dominij tranſlatione agitur, ſi modo tradẽs dominus erat leg. traditio. ff. de acquirend. rerum dominio. Improprie autem quandocunque ſolus vſus, ſolave poſſeſſio rei datur, cujuſmodi eſt contractus Emphyteuſeos, locationis, & rei in clientela poſitæ, ſeu in feudum datæ. In his etenim id genus conceſſionis contractibus & tabulis, dominium minime transferri ſolet, qua de re in contractu emptionis, dedit pro tradidit, ἀκυρολογικῶς & ex improprio ſcriptum cenſet Bartol. in leg. fin. ff. de condict. ob cauſam, & in leg. exemptu, ad principium, ff. de act. empt. &c. Brechæus leg. dediſſe intelligendus eſt, tit. de verb. & rer. ſign.

DARE ſimpliciter pronunciatum, alienare eſt ac dominium transferre, vt habetur in leg. nemo rem ſuam, & leg. vbi autem apparet, §. fin. ff. de verbor. obligationibus. Tamen qui rem pro re alia, quam dare tenebatur, commutauit vel compenſauit, aut ſibi acceptu latum eſt, id dediſſe cenſetur. Paulus in leg. vel permutauit, ff. de libe. cauſſ. Vnde ſi mulier nuptura ei, qui centum dare debebat, cum eo ita pacta eſt, pro centum quæ mihi debes, fundus Huſſeianus doti tibi erit, ſecundum id quod placuit rem pro re ſolui poſſe, & liberatio contigit, & centum in dotem erunt. Sic reſpondit Paulus in leg. ſi ei. ff. de jur dot. & cæt. Brech. ibidem.

DARE pro adjuncta variat ſignificationem: dare mutuo, dare hypothecæ, leg. & quæ nondum in prin. ff. de pignor. Oldend.

DARE improprie dicitur qui ſurrepta reſtituit leg. ſtatulib. §. ſi quis ſeruum, de ſtatulib. Pro reſtituere autem interpretantur in leg. ſi ſeruus, de ædil. edict Old. Prat. Spieg.

DARE actionem & judicia prætor dicebatur, cum actori poteſtatem agendi faciens, eum ad intendendam actionem admittebat, quod Cic. pro Cæcina ait: Etenim ſi prætoris, qui judicia dat, nunquam petitori præſtituit, qua actione vti eum velit. & act. 5. in Verrem. Si quis, inquit, eum pulſaſſet, edixit ſe judicium injuriarum non daturum, quicquid ab eo peteretur, judicem de ſua cohorte daturum. Iudices quoque litigatoribus dabat, nonnunquam ex centum viris, quibus prætor præerat, ſæpiſſime tamen ex priuatis in quos litigatores conſenſerant, l. 2. §. 1. ff. de judic. leg. ex conſenſu, leg. de appell. Coraſius Miſcell. lib. 3. cap. 18. Sic

DARE judicium, frequens locutio, eadem forma, qua actionem dare ſignificat agendi facultatem præbere. Vlp. Prætor ait, qui dejecerint vel effuderint in eum locum, quo vulgo iter ſit, quantum ex ea re damnum datum erit, in eum qui ibi habitauit, in duplum judicium dabo. Spieg.

DARE beneficium, pro rem gratam facere, dictum eleganter in leg. Nerat. de reg. jur. Spieg.

DARE ciuitatem pro ciuem facere. Spieg.

DARE inquit Seneca lib. 1. de benef. c. 10, aliquid à ſe dimittere eſt, & id quod tenueris, habendum alteri tradere. Briſſ.

DARE conſenſum, l. 4. C. de vſucapionib. pro emptore.

DARE dilationem etiam apud Cic. inuenitur.

DARE ferias pro obſeruare, apud Vlp. in l. ſi in aliquam, de offic. Proconſ. Oldend.

DARE corporaliter in l. 28. C. ad leg. Falc. idem eſt quod naturaliter. Gothofr. ibidem.

DARE vel facere donationem, id eſt donare l. 20. in pr. C. de don. ante nupt. vt & dare donandi animo, l. 6. Cod. de condict. ob cauſ. dat.

DARE pignori l. 4. Cod. de pignor. & l. 2. Cod. ſi alien. res pignori data ſit.

DARE placita, l. 9. C. de non nume. pecun.

DARE Sacramentum factionis l. 5. in princ. C. ad leg. Iul. majeſt.

DARE in mandatis, idem quod mandare.

DARE in ſolutum l. 23. C. de pignor. & hypoth.

DARE matrimonium, in §. legati autem, Inſtit. de legat. Sicut apud Liuium & Cæſarem reperitur, vt & apud Terent.

DARE in nuptias. Spieg.

DARE mancipio, vel mancupio eſt rem ita dare, vt euictionem nos præſtaturos ſpondeamus.

DARE mutuum teſtimonium dicuntur, vt Eraſmus exponit, aut qui mutuo ſtudio inuicem ſuffragantur, aut ad gratiam teſtificantur neglecta religione. Spieg.

Digitized by Google

DARE oportere, leg. quod te mihi, in fin. ff. ſi cert. per. & leg. ſæpe ita, §. 1. de verbor. ſignific. §. is quoque. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.

DARE pœnas inceſtus, majeſtatis, furti, hoc eſt, puniri ob admiſſum crimen inceſtus, majeſtatis, furti. Spieg.

DARE poteſtatem, eſt rem alterius arbitrio committere. Spieg.

DARE ſe in arenam, l. vlt. ff. de fugitiu.

DARE ſe militiæ, l. 28. ff. de liber. cauſ. l. 4. §. 1. & §. ſeq. ff. de re milit. Briſſon.

DARE juſiurandum dicitur etiam, qui vi vel amens promittit, §. ſicut ergo, juxta gloſſa in Authent. vt judic. ſine quo ſuffrag. Sic Cæſar libro primo Gallic. Hac ratione adducti, inter ſe fidem & juſiurandum dant. Oldend. Spieg.

DARE nomen, eſt curare nomen inſcribendum. Arrianus in leg. 3. de re milit. Qui poſt deſertionem, inquit, in aliam militiam nomen dederunt, legive ſe paſſi ſunt. Budæ. interpretatur ad delectum ſeſe exhibere. Oldend. Spieg.

DARE ſententiam, pro dicere, & ferre l. 28. ff. de re jud. l. 56. §. 1. ff. de euictionib. Et dare ſimpliciter eodem ſenſu, vt in l. 27. in fin. ff. de liber. cau. Contra libertatem dabit, id eſt, ſententiam feret. Tacit. lib. 4. Ita ſecundum Meſſenos datum, id eſt, pro Meſſenis pronunciatum. Suet. in Claud. cap. 15. Abſentibus ſecundum præſentes dabat facillime nullo delectu. Plin. lib. 7. Epiſt. ad Macr. Finem cognitioni quæſtio impoſuit, quæ ſecundum reos dedit. Hæc autem locutio imminuta & conciſa eſt. Plene enim ſic enunciatur, ſecundum aliquem litem dare: quam locutionem in pronunciationibus vſitatam ex Valer. Max. lib. 3. c. 3. & Seneca in præfatin. lib. 7. Declamatio. alias docui. Cic. pro Quint. Roſc. Scauri tabulas poſcebamus, nunc tuas, C. Fanni Chærea, ſolius poſtulamus: quominus ſecundum eas lis detur, non recuſamus. Lucan lib. 3. ſecundum Æmathiam lis tanta datur. Briſſ.

DARE vſumfructum hæres juſſus, vt in ſpecie l. 3. ff. quib. mod. vſusfr. amit. l. 19. §. vlt. l. 32. §. 1. ff. de vſufr. legat. Dare intelligitur ſi legatarium in fundum inducat, eumve patiatur eo frui, l. 3. ff. de vſufr. Atque ita dari quoque ſeruitutes per patientiam cedentes intelligimus, l. 19. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. leg. vlt. ff. commu. præd. l. vlt. ff. de ſeruit. Briſſ.

DARE tutores l. 2. 3. & paſſim, C. de teſtam. tut.

DARE intelligitur qui remittit l. generaliter, ff. de calumn. leg. ſi mulier. ff. de cond. ob cauſ. Bart. in l. Modeſtinus, de ſolut.

DARE videtur qui legitime offert, auth. dos data, & ibi Goth. ff. de donation. ante nupt.

DARE non poſſumus alteri, quod proprium non habemus, l. 54. de reg. jur. l. 20. de acq. rer. dom. adde l. 5. & ibi Goth. C. de jud.

DARE beatius eſt quam accipere, c. cum Marthæ, de celebr. miſſar. & ibi Abb. in 4. not. text. in cap. prædicat. 16. quæſt. 1. Abb. in eod. de donat.

DARI verbum impropriè accipitur pro eo quod eſt tradi, l. ſi ſtipulatus, de vſur. Spieg.

DARI fieri l. 13 de inoffic. teſt. l. 122. §. Callimachus, de verbor. oblig. l. pen. ff. rem pupill. ſalu. for. Briſſ.

DARI etiam vacua poſſeſſio dicitur l. 31. de arb.

DARI fundum Tuſculanum ſtipulatio, hoc continet: vt dominium omnino efficiatur ſtipulatoris, l. 5. §. vlt. de verb. oblig.

DARI in metallum, ad beſtias, ad opus publicum, in exilium, in ludum venatorium, dicuntur, qui in eas pœnas damnantur, l. 8. §. ſeruos, l. 17. l. 21. l. 28. in princ. & §. vt generaliter, l. 24. ff. de pœn. l. 4. ff. de interd. & releg. l. 29. ff. de excuſ. tut. l. 3. C. ſi pendent. appell. & apud Firmicum lib. 3. Matheſ. c. 5. Briſſ.

Sic DARI metallis in l. 20. circ. ſi. C. de poſtlim. reuerſ. eſt ad metallum damnat. Goth. ibid.

DARI, & fingi dari diuerſa ſunt, l. 1. ff. de donat.

DASVMIANO vel Daſumaiano SCto de his cauebatur, qui fideicommiſſariam libertatem præſtare rogati, juſta ex cauſa abeſſent, vt nec libertas impediretur his qui fraude carerent, l. 36. de fideicom. libert. Briſſ.

DATA libertas, l. 26. de liberal. cauſ.

DATA ſemel libertas non reuocatur, §. ſi is qui 6. in fin. Inſtit. de eo cui libertatis cauſa, &c.

DATA ad hoc opera, pro, de induſtria, l. 53. §. pen. ad leg. Aquil. §. Theſauros. Inſtit. de rerum diuiſione. Briſſ. in parerg.

DATA opera, l. 11. C. de his, qui accuſar. non poſſ.

DATA non videntur, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt, l. 128. de diuerſ. reg. jur. Briſſ.

Datio à facto non diſcrepat l. 25. §. verb. vt non diſcrepet, vbi Gothofr. C. de contrah. & comm. ſtipul.

DATIO, id eſt, traditio, l. 3. C. de dot. cauta non numerat.

DATIO legati, l. 4. in fin. C. de liber. præterit. l. 10. ff. de reb. dub. l. 9. & l. 54. §. vlt. ff. de adimendis legat.

DATIO omnis aut fit ob rem, aut ob cauſam honeſtam, aut turpem. l. 1. ff. de condict. ob turp. vel injuſt. cauſ.

DATIO mutui in §. is quoque, inſtit. eod. vt & apud ICtos & Ciceronem Legum datio. Spieg.

DATIO pecuniarum, leg. ſcimus, 22. §. 6. C. de jur. deliber.

DATIO vſusfructus, l. 7. C. de reb. alien. non alienand.

DATIO inſolutum eſt dari in pro ſolutione & ſatisfactione: eſtque ſpecies contractus innominati: ſcil. do vt facias.

DATIO bonorum poſſeſſionis, Curatoris, dotis, fidejuſſoris, Iudicis, libertatis, partis, pecuniæ, pignoris, tutoris, libelli. Briſſ. ex ff. & C.

DATIVI tutores dicebantur auctore Vlp. in Inſtit. tit. 11. qui teſtamento dati erant. Datiuos tamen & teſtamentarios tutores ſeparat Modeſtin. in leg. 7. ff. Rempubl. ſalu. fore. Quemadmodum Datiuam tutelam, à teſtamentaria & legitima Iuſtinianus ſeparat in l. 40. Cod. de Epiſc. & Cler. Datiuoſque idem Imper. in l. vlt. Cod. de legit. tut. accipit, qui à judice dantur. Briſſ.

DATV iri, pro datum iri, dixit IC. l. ſtipulatio iſta, habere licere, §. ſi quis inſulam, ff. de verb. obl. qua de re vide Ant. Auguſt. lib. 2. Emend. c. 2.

DATVM ſubſtantiuum in tit. de condict. cauſ. dati, qui vulgo citatur ſic. De conditione ob cauſam, confuſa loquendi phraſi ac proprietate, nec abſque ſtudioſorum detrimento. Præterea legendum de condictione cauſa dati, cauſa non ſecuta, non autem cauſa data, nullo cohærente ſenſu. Sic Celſus in leg. vlt. eod. tit. Obligationem dati vocat Oldend. vide Cujacium & Vveſeobec. in Paratitlis, hoc ipſo titulo.

DATVM à me videtur quod vel à procuratore omnium bonorum, vel ab eo qui negotium meum gerebat ratihabitione ſecuta datum eſt, l. 7. ff. de calumniator. In edicto Ædilium, cujus verba referuntur in l. 25. §. vlt. ff. de ædil. edict. Datum accipimus non ſolum quod numeratur venditori, vt puta pretium & vſuras ejus, ſed & ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt l. 27. ff. eod. tit. Briſſ.

DATVS judex, id eſt delegatus; Nam in jure ciuili, vt Zaſius ait, in leg. duo judices, ff. de re jud. raro inuenies verbum, delegati, pro judice, ſed frequenter verbum Dari, vt judex datus in leg. judex de judi. in l. à judice, & l. apertiſſimi, C. eod. in leg. 2. ibi, cui juriſdictio data eſt, in l. & quid in prin. de juriſd. omn. jud. Proprie judex datus dicitur, cui reſpectu vnius cauſæ, vel articuli tantum mandata cognitio eſt, & præter eam nihil habet. A recentioribus Cæſaribus Pedaneus appellatus. Old.

D E.

DE propoſitio quandoque auget, vt in dictione depoſitum l. 1. in pr. ff. depoſit. quandoque priuat. vt c. epiſcopus 35. diſt. Et tunc plerunque mutat ex toto ſignificatum dictionis, cui adjungitur, vt deſtruo, dedecus, degener: quandoque nec addit nec mutat, vt detergere id eſt tergere, in aut. de noua. in prin.

DE pro A. Sic de re ſtipulatus, l. 37 ff de vſufructu, l. ſi is qui rem. ff. de furt. l. 1. ibi de fiſco, id eſt à fiſco, C. de ſun. rei prin. lib. 1. Sic de me petere, l. 5. §. ſi dem. ff. commodati. De Roma abire, l. 35. §. non ſolum. ff. de procur. De domo numerata l. 40. ff. de reb. cred. Sic de fundo, de prædiis, de quibus, &c. pro à fundo, à prædiis, à quibus. Briſſ. ex ff. & Cod.

DE quandoque ſignificat è vel ex, vt de domo, pro ex domo apud Paul. in princ. leg. lecta. ff. de reb. cred. Sic & Terentius vſurpauit. Clamat de via, id eſt, è via Pauli verba, quæ ſic habent, Lucius Titius ſcripſit, me accepiſſe à Publico Mæuio quindecim mutua numerata mihi de domo: ſecundum Alc. ſignificant, tam quod domi numeratum, quam quod ex domo ad eum miſſum eſt, ſiue per ipſum patremfamilias ſiue per ejus ſeruos, aut inſtitures. Spieg.

DE interdum pro, vel propter ſignificat. Vlpian. vel ſi quid ex eo quod egerit, ad eum peruenerit, doluve ejus malo, vel culpa ejus factum ſit, quo minus perueniret, hiſdem de rebus reddi, id eſt propter haſdem reddi, vel pro his rebus recte præſtari, vt in leg. aliud ff. de verbor. ſign. Vide Bud. in leg. redhibere, ff. de ædilit. edict. Hæc quoque præpoſitio quandoque in malam partem accipitur, vt deſperatus, demens, dedecet, deformis, degener, Alc lib. 4. de verb. ſign.

DE interdum ponitur pro ſuper, l. 3. C ſi à non compet. Interdum pro valde, vt deproperat, i. e. valde properat. l. 2. Cod. de veter. jur. enucl. Interdum pro ſecundum, vt de libellis, id eſt, ſecundum libellos, C. de libellis 20. diſt. l. 2. C. de ſent. ex breui. recit. Interdum pro turpiter, vt, depectus, id eſt, turpiter pactus, leg. generaliter, de calumn. Interdum ſubauditur à Iure, l. lenocinij, in fin. ff. de adult.

DE præpoſitio quandoque denotat cauſam materialem, l. 1. §. nunc videamus, de comm. cum emanc. lic.

DE præpoſitio quando ſignificet cauſam proximam leg. vel remotam, vide Bart. in l. 1. ſi finita §. de his ff. de damn. infect.

DE particula in l. 7. §. 2. C. de ſumma trinit. ſignificare cauſam efficientem, ait Goth. ad eundem §. 2. verb. carnem aſſumpſit.

DE eadem familia. *Vber ein leiſt* Spieg.

DEALBATORES, item Deauratores l. 1. C. de excuſ. artif. lib. 10. ad Impp. inter artifices recenſentur qui munerum immunitate donati ſunt. Spieg.

DEAMBVLANDI jus, hoc eſt, ſpaciandi. Vlp. præter habitationem autem, ait, quam habet, cui vſus datus eſt, deambulandi quoque & geſtandi jus habet, l. plenum, §. 1. ff. de vſu & habit. Spieg.

DEBERE eſt iure aliquo teneri ad dandum vel faciendum aliquid. Cic. in paradoxis. Tu poſſe te dicito quandoquidem potes: debere, ne dixeris quoniam nil quiſquam debet, niſi quod eſt turpe non reddere. Hotom.

DEBERE verbum ad omnes omnino actiones referendum eſt, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſſi ſit perſecutio, l. pecuniæ. 178. §. hoc verbum, de verb. ſign. Id tamen ſubſequentes tantum ſpecies referri oportere, ſcilicet ciuilem, prætoriam, aut fideicommiſſariam perſecutionem quam plurimi exiſtimant. Vix enim in rem actioni debendi verbum competit. Neque enim res mea mihi deberi poteſt, ſicuti apparet ex l. Quintus Mutius, §. argento & l. ſcribit, ff. de aur. & argen. leg. Id tamen vim habere obligationis palam eſt ex l. 1. §. 2. ff. de act. empt. venditor, ſi cum ſciret deberi ſeruitutem, celauit, & l. ſi domus, ff. de ſer. ruſtic. præd. Adde Vveſemb. in tit. de actio. in inſtit. in princ. ſuper verbo deberi.

DEBERE defunctus non dicitur, ſed debuiſſe, interpretere ita textum ſingularem & vnicum, quod id colligitur, lege qui Romæ. §. Augarius, ff. de verb. oblig. Old. Spieg.

DEBERE eſt de alio habere: Ergo quod non eſt nec eſſe poteſt, nulli debetur.

DEBERE adfectionem dicitur in l. 1. C. qui dar. tut. vel curat.

DEBERE in tributa, l. 35. C. de appellat.

DEBERE optimo iure, l. 1. C. de vſur.

DEBERE legatum, domus, fundos, ſeruitutem, prædia, pecuniam: pure, in diem, ſub conditione, ſub pignoribus, ſub pœnis, ſub vſuris. Briſſ. ex ff. & Cod.

DEBERI dicimus, quod die certa præſtari oportet, licet dies nondum venerit, text. in l. 9. ff. vt legator. ſeu fideicom.

DEBERI proprie id tantum intelligitur, quod peti & ab inuito exigi poteſt, l. 108. de verb. ſign. Vnde feſtiuus ille Martialis locus lib. 2. Epigr.

Sexte nihil debes, nil Sexte, fatemur,
Debet enim ſi quis, ſoluere iure poteſt.

Itaque nec ſeruus debere, nec ſeruo deberi quicquam, intelligitur, l. 41. de pecul. Ac proinde eos qui natura tantum obligantur debitores per abuſionem dicimus. Briſſ.

DEBERE natura quoque dicimus, licet eius petitio nulla ſit, l. 1. §. vlt. de conſt. pec. l. id quod natura ad l. Falcid. l. 85. de reg. iur. l. 10. de oblig. & act. & aliis vulgatis locis, adeo vt qui natura tantum obligatus ſoluerit, debitum ſoluiſſe dicatur, l. 19. §. pen. de ſolut. Sic fit vt deberi aliquid narra, vel iure ciuili vel honorario poſſit l. 1. § debitam, l. 3. de conſt. pec. l. 1. de nouat. 47. ad Treb. Briſſ.

DEBET verbum neceſſitatem importat, l. 1. in princip. de edend. Io. Bello. Etymol. Gloſſ. in Clem. attendentes verb. debeant de ſta. regul. quandoque tamen & honeſtatem importat, Iob. And. in c. ſi de iur. cal. ſuper verb. partem illam, & notatur in c. intelleximus, in verbo debet. de Iud.

DEBETVR vel pure, vel in diem, vel ſub conditione, l. 26. ff. de petit. hæred.

DEBILES perſonæ, qui propter infirmitatem vel perpetuo aliquo morbo rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, inter eas fœminæ & pupilli connumerantur in l. nequicquam. §. obſeruare. ff. de offic. proconſulis. Alibi Imperator miſerabiles nuncupat C. quando nup. inter pup. lib. 3. Prat.

DEBITA portio, legitima, l. 38. C. de inoffic. teſtam.

DEBITA portio, quæ liberis ex ſubſtantia paterna iure ciuili debetur, l. 8. §. vnde, ff. de inoff. nimirum quarta pars ſucceſſionis, quæ ab inteſtato obtigiſſet. Appellatur & debitum bonorum ſubſidium, l. 2. & l. 5. C. de inoff. dat.

DEBERI autem parentum hæreditas liberis intelligitur, liberorum vero parentibus non æque, propter votum parentum & naturalem erga filios charitatem, l. 15. ff. de inoff. teſtam. l. vlt. ff. de bon. damnato. l. 7. in fin. ff. vnde liber. l. 50. ff. de bon. liber. Briſſon.

DEBITA etiam patronis portio, quæ patronis ex l. Papia relinqui debet l. 124 §. 1. de legat. lib. 1. l. 28. ff. de legat. lib. 2. l. 1. §. penult. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. l. 20. ff. de donation. l. 60. ff. ad Trebellian. Inſtitut. de ſucc. l. 19. §. 1. de condict. & demonſtr. l. 55. l. 44. ff. de bon. libert. l. 6. §. ſi patronus, ff. ſi quis in cau. teſt. Briſſ.

DEBITA ÆVIANA ſeruitus l. 3. C. de ſeruitut. l. 22. ff. de aq. & aq. pluu. Briſſ.

DEBITA repræſentare, l. 1. C. de condict. ex leg.

DEBITI appellatio plerunque ſolam naturalem obligationem continet. l. 40. §. dominus, de condit. & demonſtr. l. 23. §. 1. ff. quando dies leg. ced. Briſſ. Prat.

DEBITI ſolutio vnde dicta ſit, explicat. Budæus in Annot. poſt

DEBITI facere gratiam, pro remittere. Old. (Spieg.

DEBITI inſtar habet id, quod officio iudicis adſequi poſſum ab inuito aduerſario, imo & ipſum officium à iudice debetur poſtulanti ſecundum ius: & ſi negauerit, tenetur iniuriarum, l. 1. §. permittitur autem, in fin. ff. de aqu. quot. & æſt. Oldend. Prat. Spieg.

DEBITI viam venire, eſt debitum poſſe petere.

DEBITI appellatione veniunt & ea quæ neceſſaria à creditore pignoris nomine expenſa ſunt, l. 6. C. de pignor.

In DEBITI vicem actionem dare, l. 1. C. de oblig. & act.

DEBITOR proprie appellatur à quo inuito pecunia peti poteſt leg. 108. de verb. ſign. l. 18 §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. Alias proprie dicitur, cui nulla competit exceptio. Briſſ.

DEBITOR in primis, antequam conueniatur in iudicio, admonendus eſt, & ciuiliter interpellandus ſemel atque iterum (ſi fieri poteſt) per creditorem ipſum, deinde per alios bonos viros, vt debitum præſtare velit ſine moleſtia. Admonendus eſt quanto diſpendio non ſolum corporis & pecuniarum, verum etiam animæ ſuſcepturus ſit iudicium contra conſcientiam, ſi recuſauerit dare aut facere id quod ex bono & æquo debet. Et quamuis hæc admonitio quibuſdam videatur vrbanitas (vt vocant) ſi tamen recte perpendatur, certum erit, quod ex iure diuino & humano omnibus modis obſeruanda ſit. Et propterea quibuſdam in locis optima ratione non audiri in iudicio creditorem, niſi ſic admonuerit debitorem: iuxta illud Euangelicum Matt. 18. ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε ἔλεγξον μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου, &c. Item: Qua de re (inquit Proculus) volo, vt cum Hybero loquaris, ne rem illicitam faciat, l. quidam Hyberus, ff. de ſeruitut. vrban. præd. Prat.

DEBITOR tenetur liberare fideiuſſorem ab omni obligatione, c. conſtitutus, de fideiuſſ.

DEBITOR ex obligatione ciuili, ſi non habet in ære, nullo iure puniri poteſt in corpus: ſed perpetui carceris pœna, vt tractat Iaſon in § pœnales. Inſt. de act. Innocentius & alij in c. Odoardus, de ſolut. verum eſt, quod antequam conſtet, vtrum bona habeant, aut non habeant, poſſunt duci in ius & cuſtodiri. Conſuetudine tamen multis in locis carcere ſeruantur debitores, donec ſoluant. Reſpiciunt haud dubie, qui hoc obſeruant, ad frequentiam huiuſmodi impoſturæ quam in contrahendo debito admittunt plurimi hoc ſeculo leuioris farinæ homines, vide Prat. lib. 2. veter. Iuriſpr. ad leges Solonias, l. 1. At debitoribus indigentibus olim argentariæ menſæ præpoſiti mutuo dabant pecuniam ſub vſuris ſine ſcripto. Nouel. de argentariorum contractibus, §. quia vero legem tulimus. Conſtit. 139. Erant tempore Iuſtiniani mercenarij quos vindices appellabant, qui haud dubie accepta mercede conquirebant miſeris debitoribus pecuniam, vt apparet Nou. de decurion. §. 1. Conſtit. 38. Prat.

DEBITOR debitoris à creditore Chirographario conueniri non poteſt. Vide Cuiac. 8. obſ. 19.

DEBITOR hæreditarius dicitur is, qui ſeruo hæreditario promiſit, l. 14. de hæred. pet.

DEBITOR hæreditarius is quoque dicitur, qui ante aditam hæreditatem dedit damnum, vel aliquam rem de hæreditate ſubripuit, autoribus Paulo & Caio. in l. 14. 15. ff. de petit. hæred. Old. adde l. 31. de hæred. inſt.

DEBITOR putatiuus: qui putat ſe debitorem, vero debitori opponitur. Vide l. qui ſe debere de cond. cauſ. dat. cuius intellectum nec interpres, nec Bart. ſatis aſſecuti ſunt, vt ex Zaſianis intellect. euidenter patet. Old. Spieg.

DEBITOR obnoxius, vide l. 9. in princip. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.

DEBITOR communis donec viuit, non poteſt creditori anterior 40. annorum exceptio opponi, l. 7. §. 1. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor.

DEBITOR tuus eſt, qui tibi non reddit, quod tuum eſt. Spieg.

DEBITOR non videtur, qui ſe exceptione iuſta & ab æquitate naturali non abhorrente, eaque perpetua tueri poteſt l. 66. de reg. iur. arg. l. 10 & 55. de verb. ſign. Briſſ.

DEBITOR vſurarius, pro eo, qui ſub vſura pecuniam debet. Papin. in l. 7. de vſur. Debitor vſurarius creditori pecuniam obtulit, & eam quum accipere noluiſſet, obſignauit & depoſuit. Hotom.

DEBITOR tam ex contractu, quam ex delicto intelligitur, l. 14. cum ſeq. ff. de petit. hæred. Briſſ.

DEBITOREM contra hæreditarium, actio perſonalis non datur l. 3. C. de hæreditat. act. ſecus de vtili, l. 5. C. de hæreditat. vel act. vend.

DEBITORES rerum publicarum accipere debemus, qui ex adminiſtratione Reipublicæ reliquantur, l. reſcripto, ff. de muner. & honor. Old.

DEBITORES ciuitatum ſunt, qui tenentur ciuitati, ſed in actione debiti fiſcus præcedit. l. 1. C. eod. lib. 11.

DEBITRIX mulier l. 24. in princ. l. 27. §. 1. ff. ad SCtum Vellean. l. 2. C. eodem, l. 33. ſolut. matrim.

DEBITRIX domina l. 6. C. de pignor.

DEBITRIX fiſci l. 4. ff. de iure fiſc.

DEBITVM iri, vetuſte pro debitum iri. Vlp. 1. §. 3. de dot. prælег. Et mulierem agentem ex teſtamento cauere debere, defenſu iri hæredem aduerſus maritum. Ergo maritus item debebit cauere aduerſus mulierem defenſu iri, ſi prior agat. Et §. ſequenti, Non alias eum legatum conſecuturum, quam ſi cauerit hæredes aduerſum mulierem defenſu iri. Item apud eun-

dem l.11.§.17.ff.de legat.& fid.lib.32.& l.14.de noxal. actio.l.10.& 38 de reb.cred.Hotom.

DEBITVM perſonæ vel res alicuius non poſſunt detineri propter delictum alterius. Id autem Iuſtinianus appellat oppignorationes, vulgus Repræſalia. Nouell. Ne perſonæ vel rei vel auri. Conſtitut.52. Et Nouel. de vicariis ſeu locum tenentibus, §. cum vero contigerit, Conſtitutio. 134. mutuum dans agricolæ, terram eius tenere non poteſt ex quacunque conuentione. Nouell. Ne quis mutuo dans agrico. Conſtitutio 32. 33.34. Quæ conſtitutiones ad diuerſos Præſides ſunt promulgatæ. Oldend.

DEBITVM ſolutum dicitur, quum eſt res perfecte creditoris facta. Sic debitor fundi, alteri pignorati dando fundum, non ſatisfacit, niſi pignoris obligatione ſublata. l. ſi rem meam. ff. de ſolut. Spieg.

DEBITVM eſt in quod aliquis alteri & naturali & ciuili obligatione tenetur. vel

DEBITVM eſt quod ab inuito exigi poteſt, l. debitor. de verb. ſign. c. quod debetur, 14.q.1.

DEBITVM eſt æs alienum, l.1.C.quãdo fiſc. vel priuatus debitor.

DEBITVM id eſt hæreditas in l.8.§.2.C.de Codicil.

DEBITVM in l.16.C.de quæſtio. idem eſt quod delictum.

DEBITVM bonorum ſubſidium eſt legitima portio Gothofr. ad l.5. verb. debitum bonorum ſubſidium, C. de inoffic. donat. ſic debitum naturale, id eſt legitima, idem ad l.36.§.2. ibi: debito naturali, C. de inofficioſ. teſtam.

DEBITVM quomodo extinguatur. vid. Brederod. in lexic. ſent.

DEBITVM intelligitur remitti redditione Chirographi vel inſtrumenti, non autem redditione pignoris.

DEBILES perſonæ, ſunt qui propter infirmitatem ex perpetuo aliquo morbo, ſuis negociis ſupereſſe non poſſunt, l.4. & l.3. ff. de poſtul. l.2. ff. de curat. furioſ.

DEBILITATVS, homo, mulus, ſeruus, &c. Briſſ. ex ff. & C.

DEBLATERARE eſt garrire, nugari. Plautus in aulularia, vbi es qui deblateraſti vicinis omnibus.

DECANATVS eſt ſocietas decem virorum ſecundum Hug. & Accurſ. in rub. C. de decurion. lib.12.

DECANI in l.1.& 2.C.de decan. lib.12. ex miniſterianis ſunt. Atque iidem ſunt, qui & lecticarij, & copiatæ, ſiue veſpelliones dicuntur. Ab Epiphanio definiuntur circa finem li.3. ſiue tomi 7. contra hæreſes, [illegible] Sic etiam Decanos Conſtantinopoli humandorum cadauerum, curam geſſiſſe liquet ex Nouell. 59. Sic intelligendi & accipiendi ſunt in l.9. C. de ſacroſ. Eccleſ. Prat.

DECANVS in c.1.& 2.60. diſtinct. dignitas eſt Eccleſiaſtica, quo ſignificantur archipresbyteri. c.in c.50. diſtinct. Ang. Clauaſina in ſumma pro Archidiaconis poni ait. Prat.

DECANI Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ non ſint plures quam nongenti quinquaginta. l.4. C. de ſacroſ. Eccleſ.

DECANVS: Modeſtinus in ſingulari libr. quem de rei milit. vocabulis fecit, Decani, inquit, erant decem militibus præpoſiti, qui nunc caput contubernij vocãtur. Idem etiam teſtatur Flauius Renatus lib.2. eodem modo dicti, quo centenarij & ducenarij. Quos vero Græca conſtitutione 43. item alia 59. in Nouellis Iuſtinianeis lecticarios ſeu decanos appellat, ad hos cura libitinę pertinebat, id eſt exequias ſepulturamque defunctorum procurandi, pheretra lecticaſve ferendi. Varius autem fuit eorum numerus: donec Iuſtinianus mille & centum ergaſteria ſolum illis attribuit, quæ ad maiorem Eccleſiam pertinerent, immunitateque fruerentur, cæteros vero munifices eſſe iuſſit, neque hoc nomine excuſari, quod ex lib. 1. parerg. Alciat. c.50. referendum hic duxi, vt aliquæ leges, quæ ſunt ſub rubr. de ſacroſanct. Eccleſ. melius intelligantur.

DECANI in monaſteriis appellati ſunt, qui denis monachis præerant, Auguſt. lib. 1. de moribus Monach. Briſſ.

DECANICA in Nouel. 79. loca ſunt publica, quæ tamen non ſunt carceres, licet in ea quandoque rei coniiciantur cuſtodiæ cauſa, cum & haberi eis conuentus ſoleant & recondi res precioſæ. Cuiac. ad Nouell. 79. & Goth. ad l.3. in princ. C. de hæret. Dicuntur etiam Diaconica ſiue Decanonica aut decaneta. Vide l.30. C. Theod. lib.16. tit.5. Gothof. ad d. Nouell. 79. c.3. Decanicis non abſimilia ea loca exiſtimat Goth. iam d. c. 3. quæ Galli vocant *le Chapitre.*

Δεκάπρωτοι, l.3.§. decaprotos, ff. de muner. & honorib. l.10. ff. de pollicitat. l. vlt. §. mixta. ff. de muner. & honor. Latine decemprimi dicuntur Cic. pro Sext. Roſc. Amerin. Decretum decurionum factum ſit, vt decemprimi proficiſcantur. Et Firmicus lib.3. Matheſ. c.12. & ita in l.2. de quæſt. C. Theo. hoc verbum coniunctim prolatum accipi poteſt. Vnde decaprotia in l. vlt. §. mixta. & l.8. C. de muner. patrim. lib.10. C. quæ & decemprimatus appellatur in l.1. ff. de muner. & honor. Briſſ.

Δεκάπρωτοι erant decemuiri ex decurionum ordine conſtituti, qui tributorum exactioni ita præerant, vt ſi qua detrimenta fiſcus defunctorum culpa contraheret, ipſi ſuis ſumptibus resarcirent: eorum namque adminiſtratio nequaquam in Reipub. gubernatione ciuitateque regenda ac defendenda verſabatur, ſed potius in ſumptib. Reip. cauſa faciendis. Illa autem munera ICti perſonarum, hæc patrimonij appellant, Hermogen. in l.1. ff. de muner. & honor. Patrimonij ſunt munera rei vehicularis, item nauicularis, decemprimatus. Arcadius autem in l.18.§.3. eiuſdem tractatus: Decaproti & Icoſaproti tributa exigentes, & corporale miniſterium gerunt, & pro omnibus defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciunt. Cic. pro Sext. Roſc. Itaque decurionum decretum ſtatim fit, vt decemprimi proficiſcantur ad L. Syllam. Hotom.

DECAPROTOS eſſe poteſt minor 25. annis l.3.§.10. de muner. & honor.

DE CATERO, vide auth. habita. C. ne fil. pro patre & l.21. C. de (collat.

DECEDERE in l.1. C. de inceſt. & inutil. nupt. eſt diuertere.

DECEDERE eſt proprie à mandata functione diſcedere, vt Conſules ex prouincia decedere ſolebant. Adde Brechæum l. hæreditas, in tit. de verb. & rer. ſign.

DECEDERE iure ſuo, eſt non ſummo iure agere, aliquid ſui condonare comiter. Vulgo dicunt, Præterire ius.

DECEDERE officio non eſt officio recedere, ſed eſt contra quam decet, atque officioſum eſt, aliquid agere. Old.

DECEDERE pro mori, tanquam de gubernatione corporis cedere, l.26. ff. de recept. arbitr. l.4. ff. qui ſatiſd. cog. Eo enim modo per ſe dicimus, Deceſſit, quo defunctus eſt, vt ſubintelligatur vita. Olden. Sic

DECEDERE in fata ſua, in l.7.§.2. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. idem eſt quod mori.

DECESSERIT, pro deceſſerit, in l.27.§.1. de leg.3. Briſſ. in parerg.

DECEDERE poſſeſſione, decedere iure ſuo, vel de iure ſuo. Vlpianus in l. his conſequenter, §. ſed & eum munus, ff. famil. erciſc. Old Prat.

DECEDERE autem non homines tantum, ſed & equos & reliquos animalia ICti dicunt, l.1.§. & cum, ff. ſi quadrupes pauperiem, l.10.§. vlt. ff. quibus modis vſufr. l.65.§.1. de leg. 1. & fœtus pecorum l.70.§. vlt. ff. de vſufr. & capita gregis, l.13. ff. de pign. Briſſon.

DECEM aut quindecim hæres dato, ſecundum Pompon. pro eo eſt, ac ſi decem ſola legata ſint, in l. ſi ita relictum, §. ſi. ff. de legat.2 Oldend.

DECEM & octo annos plenæ pubertati, Modeſtinus adſeruit, in l. arrogato. de adopt. Oldend.

DECEM perſonæ quæ ſint, vide §.3. Inſtit. de honor. poſſeſſ. & l.1. C. de ſecund. nupt.

DECEM dies dantur ad appellandum, currunt à tempore prolationis ſententiæ, c.1. de teſtit. ſpol. in 6.

DECEMBER, l.38.§.1. de hæred inſtit.

DECEMPEDA, regula eſt ſeu pertica decem pedum, qua fabricæ menſura colligitur. Old. Hinc

DECEMPEDATOR, qui eo menſuræ genere demetitur Cic. in Philippic.

DECEMPRIMI & decemprimatus vide ſupra, Δεκαπρώτους.

DECEMPRIMI curiales l.2. C. Theo. de quæſt. leg 44.42. C. Th. de his quæ ſuper relat. l.39. C. Theod. de Epiſc. & cler. Goth. ad l.43. C. de liberal. cauſ.

DECEMVIRI reipub. adminiſtrandæ, vt ait Liuius lib.1. primum creati ſunt, mortuo Romulo. Patres enim centum à Romulo creati, decem decuriis factis, ſingulisque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, conſociarunt. Decem imperitabant, vnus cum inſignibus imperij & lictorib. erat, quinq; dierum ſpacio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat. At Dionyſ. lib.2. ducentos patres fuiſſe ſcribit, & imperium decuriis factis, vni eodem modo commiſiſſe. Decemuiri Reip. adminiſtrandæ cauſa ſecundo creati ſunt, anno 302. Hac de cauſa inquilini, plebs de nimio conſulum imperio querebatur, qui ius non è certis legibus, ſed arbitrio ſuo dicerent. Petitis igitur è Græcis legibus, SCto, & plebiſcito confirmatum eſt, vt omnibus abrogatis magiſtratibus Decemuiri cum ſummo Imperio crearentur, qui decimo die ius populo ſinguli redderent, & eo die penes præfectum iuris faſces 12. eſſent, collegiis nouem ſinguli acceuſi apparerent. Hæc Dionyſ. lib.10. & Liu. lib.3. Hi vero cum iniurioſe poſtea eorum vnumquemque tractarent, neque alios deinceps vellent ſufficere magiſtratus, vt ipſi & factio ſua occupatam Remp. perpetuo tenerent, SCto iuſſi ſunt magiſtratu ſe abdicare, & denuo creati ſunt Conſules. Liuius eod. lib. & Pompon. in l.2.§. 13. ff de orig. iur. At Decemuiri litibus iudicandis ij erant, qui lites cauſaſque priuatas iudicabant, in quibus de iure controuerſia erat. Lucanus ad Piſonem:

Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum,
Et firmari iubet centeno iudice cauſa.

Sueton. in Auguſt. auctor fuit vt centumuiralem haſtam, quàm quæſtura functi conſueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Dio l.54. ſcribit, Decemuiros iis iudiciis quæ ad centum viros ſorte deferebantur, præfuiſſe: quin & eos ex 26. viris fuiſſe, ex quib. & erant Triumuiri capitales, & Triumuiri monetales, & Quatuoruiri viarum vrbis, de quibus etiam meminit Pompo. d.§.13. Et Duumuiri qui viarum curam extra vrbem habe-

habebant, & Quatuorviri, qui in Campaniam mittebantur. Erant & Decemviri Sibyllini, qui ſacra multa Romæ faciebāt, & Diti patri & Proſerpinæ in campo Martio ludis Terentinis. Sic etiam Cereri Græco ritu Decemviri Sibyllini fuere poſtea duodecim, poſtremo quindecim Horatius.

Quindecim Dianæ preces virorum curet.

Harpocration in libro quo explicat voces Atticorum oratorum, Lacedæmonios tradit ſolitos fuiſſe δεκαδαρχίας, id eſt, decemviros in oppidis ac nationibus à ſe ſubactis creare. Prat.

Decemviri, Pomponius in l. neceſſarium §. 24. ff. de orig. iur. Et cum placuiſſet (inquit) leges quoque ferri, latum eſt ad populum: vt omnes magiſtratus ſe abdicarent: & decemviri cōſtituti ſunt anno vno. Hi cum Magiſtratum prorogarent ſibi, & rem iniurioſe tractarent, neq; vellēt deinceps ſufficere magiſtratus, vt ſibi & factio ſua perpetuo Rempublicam occupatam retinerent nimia atq; aſpera dominatione, eo Rempublicam perduxerunt, vt exercitus à Republica ſecederet. Old.

Decemviri. Suſpicor viros illos decem, quos prætor vrbanus in conſilium diebus cognitionum adhibebat, Decemviros Stlitibus iudicandis appellatos fuiſſe. notat ex Sexto Pomp. & Valerio Probo Cuiacius 3. obſ. 32. Nimirum ſub Auguſto decem, ſi Dioni credimus, ſenatores ſub Antonino & Alexandro, quinque Senatores & equites Romanos totidem. In conſilium (inquit Vlpianus in fragment.) adhibentur Romæ quinque ſenatores, & quinque equites Romani. Fuiſſe autem hos quinque ſenatores & equites quinque non aſſeſſores aut conſiliarios prætoris vrbani, ſed iudices, ex eodem Vlpiano eſt euidentiſſimum, qui ſic lib. 2. ad legem Æliam Sentiam ſcribit. Illud in cauſis probandis meminiſſe iudices oportet, vt non ex luxuria, ſed ex affectu deſcendentes cauſas probent c. 16. de manum. vind. In hoc enim loco de iis quinque ſenatoribus & quinque Romanis equitibus, quos in conſilium adhibebat prætor, Vlpianum ſenſiſſe, tam ex eo conſtat, quod hic de cauſis probandis agatur, quæ probatio apud conſilium fieri ſolet, quam quod ad legem Æliam Sentiam hoc Vlpiani reſponſum pertineat, qua lege minor 20. annis, non niſi cauſa apud conſilium probata manumittere potuit. Idque mirum in modum, Antonini reſcripto quodam confirmatur, cuius hæc ſunt verba: Eorum qui apud conſilium manumittuntur, poſt cauſam à iudicibus probatam, & manumiſſionem ſecutam, non ſolet ſtatus in dubium reuocari, ſi dicantur falſa demonſtratione liberati, c. 1. C. de vind. & apud conſ. ma. Eoque ſenſu conſilium accepiſſe viſus eſt etiam Valerius lib. 2. cap. 5. ſic de Q. Metello ſcribens. Nam quid plus honoris tribui potuit conſuli, quam eſt datum reo Metello? qui cum cauſam repetundarum diceret, tabulæque eius ab accuſatore expoſtulatæ, & ad nomen inſpiciendum circa iudicium ferrentur, totum conſilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de ea re, quæ in his relata erat, videretur dubitaſſe. Non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincere adminiſtratæ prouinciæ legenda ſibi iudices crediderunt, indignum rati, integritatem tanti viri, exigua cera, & paucis literis perpendi. Hæc Valerius, conſilium expreſſe iudices interpretans, non aſſeſſores, non conſiliarios. Igitur oportet, inquit Vlpianus, iudices, hoc eſt, quinque ſenatores, & quinque Romanos equites in cauſis iis, quas minor allegat, ad conſilium manumittere deſiderans, probandis meminiſſe, vt non ex luxuria, h. e. prodigalitate, ſed ex affectu deſcendentes cauſas probent, d. cap. 16. Et hæc, niſi fallor, veriſſima eſt huius loci ſententia. Igitur illi, per quos exercebat & præbebat conſilium prætor, quinque ſenatores & equites Romani, non aſſeſſores, non conſiliarij erant, ſed iudices. Et quia Decemviri ſtlitibus iudicandis aliud nihil, quam 10. iudices ſignificant, idcirco probabiliter etiam dici poſſe, & veriſimili coniectura liquidum videtur, illos 5. ſenatores, & 5. equites, Decemviros olim ſtlitibus iudicandis appellatos fuiſſe. Idque eo etiam videri poteſt veriſimilius, quod Romæ 10. hi iudices, & in prouinciis 20. recuperatores, certi fuerint & perpetui, non ex ſenatorio & equeſtri ordine ſortiri aut ſine ſorte arbitratu prætoris Romæ, & in prouinciis, præſidis arbitrio ex conuentu mercatorum, vt quibuſdam perſuaſum eſt, ſingulis cognitionum diebus electi. Auctor eſt enim Vlpianus eum cui mandata eſt iuriſdictio, conſilium exercere non poſſe, c. 2. de off. eius cui mandata eſt iuriſdictio. Quibus verbis non prohibetur is, qui mandatam exercet iuriſdictionem, viros aliquot prudentes in ſuum conſiliū adhibere (id ſiquidem fieri ſolere ex Ciceronis Quinctiana eſt euidentiſſimum) ſed illos ipſos 20. certos recuperatores in prouinciis, & Romæ certos 5. ſenatores illos & equites quinque, quibus exercere aut præbere præſes & prætor conſilium ſolebant, is cui mandata eſt iuriſdictio conuocare prohibetur, & cum iis tanquam præſes, tanquam prætor, tribunal aſcendere. Hoc enim eſſe conſilium exercere docet Apuleius ſic in Apologetic. 2. ſcribens. Teſtor te Claudi Maxime, voſque qui in conſilio eſtis, vos etiam qui tribunal mecum adſiſtitis. Et præter Apuleium docet idipſum etiam euidentiſſime Liuius, de 10. legatis, de quorum ſententia L. Æmilius Paulus Imperator res Macedonicas componeret, diſſerens lib. 45. ad hunc modum. Ipſe (L. Paulum intelligit) vbi dies venit, quo adeſſe Amphipoli denos principes ciuitatum juſſerat, literaſque omnes, quæ vbique diſpoſitæ eſſent, & pecuniam regiam conferri, cum 10. legatis circumfuſa omni multitudine Macedonum in tribunali conſedit. Aſſuetis regio imperio tamen nouum, formam terribilem præbuit tribunal, ſummouitor aditus, præco, accenſus, inſueta omnia, oculis auribuſque quæ vel ſocios nedum hoſtes terrere poſſent. Silentio per præconem facto, Paulus Latine quæ ſenatui, quæ ſibi ex conſilij ſententia viſa eſſent, pronunciauit: ea Cn. Octauius prætor (nam & ipſe aderat) interpretata ſermone Græco referebat. Hæc Liuius. Et ſane decem illos vigintique viros quos in conſilio Prætores & Præſides habebant, certos fuiſſe teſtatur manifeſte Cicero ſic in Verrem actione quarta ſcribens. In conſilio habebat homines honeſtos è conuentu Syracuſano, qui ſacerdotis quoque in conſilio fuerant. Idem Cicero ſic etiam in eadem Verrina ſcribit. Illud negare poſſis, aut nunc negabis, te conſilio tuo dimiſſo viris primariis, qui in conſilio C. ſacerdotis fuerant, tibi ſolebant eſſe remotis, de re iudicata iudicaſſe? eque eum quem C. ſacerdos adhibito conſilio cauſa cognita abſoluiſſet, eundem remoto conſilio, cauſa incognita condemnaſſe. Proinde 10. illos quos habebat in conſilio prætor, iudices dignitatis aliquod honoriſque nomen ſpeciale olim adeptos fuiſſe & appellari Decemviros Stlitibus iudicandis conſueuiſſe, omnino ſit mihi veriſimile. Certe vel ob id etiam maxime, quod 20. illi quos in ſuum conſilium præſides adhibebant Iudices, honoris gratia, Recuperatores Peregrini appellarentur, Auctore Theophilo. Et ſic quidem tales fuiſſe Romæ videntur decemviri ſtlitibus iudicandis: quales in prouinciis erant Peregrini Recuperatores. Expoſui paucis quid de Decemviris ſtlitibus iudicandis ſentiam. Sed ita expoſui, vt interim in hac re quemadmodum & in cæteris, quæ à nobis proferuntur rebus omnibus, ſuum cuique liberum & integrum iudicium relinquam. Ræuard. Protribunal. lib. ſing. c. 18. Schard. Adde Cuiacium obſeru. li. 3. c. 32. vbi hoc etiam annotat, decemviros litibus iudicandis datos, etiam fuiſſe Stlitibus iudicandis olim nominatos, vt ex S. Pompeio & Valerio Probo liquet.

Decanae vide l. vir mulieri, 64. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Decennium prolixum eſt tempus. Goth. ad Nou. 100. c. 1. §. 1. ibi: in prolixo ſic tempore.

Decennium confirmat reuocationem teſtamenti minus ſolemnem, vide Gothofr. ad l. 27. ibi: decennium profluxerit. C. de teſtam.

Decepta falſa exiſtimatione, l. 18 ff. de his qui not. infam.

Deceptis, non autem decipientibus, Iura ſubueniunt, c. cum vniuerſorum, extra de rer. permutat. vide paulo infra, Decipientibus.

Deceptionem, circumuentionem, & aliud genus in cōtractu empt. & vendit. non intelligi oportet, pro fraudulento venditoris conſilio, quod vehementer damnatur, & ſi interueniat, reddit contractum bonæ fidei nullum, l. ex empto §. is qui vinum, ff. de act. empt. l. ſi dolo. C. de reſcind. vend. Verum exaudiri debet deceptio, vt Oldendorpius ait, quę reipſa contingit ex incuria contrahentium. Nam venditoris votum eſt pretio vendere pluſimo, emptoris autem minimo emere, l. ſi voluntate. C. de contrahen. empt. Vide quæſo eum Claſſ. 4. Actio. 1. vbi ſcire conſtat fanaticorum voces calumniantium leges docere mendacium in Publ. deceptionem in venditione, dolum diſſimulare in compenſatione, tirat in iudiciis. Spieg.

Deceptus non videtur minor, qui vſus eſt iure communi. l. fin. de in integr. reſtit.

Decernere eſt cognitionaliter ſtatuere, l. 1. de conſt. pec. l. pen. de offic. prætor. l. 1. quod quiſque iur.

Decernere prætor dicebatur, cum cauſa cognita citra negotij diffinitionem, autoritatem ſuam permittendo, iubendo, vetando, aliove modo interponebat, l. nec quicquam. §. vbi decretum, ff. de offic. proconſ. vt cum bonorum poſſeſſionem dabat, cauere poſſidereque iubebat, & in poſſeſſionem mittebat, aut reſtituebat in integrum. Hæc enim ſolo prætoris imperio expediebantur, eadem poteſtate magiſtratibus municipalibus denegata, l. ea quæ, ff. de municip. Corraſ. Miſcell. lib. 3. cap. 18 Sic

Decernere etiam principes dicebantur l. 18. ff. de inoffic. teſtam. l. 25. §. quod autem, ff de hæred. petit. Quod princeps cognoſcens decreuit, l. 1. ff. de conſtit. prin. §. ſed & quod prin. Inſtit. de I. N. G. & C. Decretum eſt à principibus, l. 1. ff. de bon. eorum. Briſſ.

Decernere actionem, id eſt, dare prætor dicitur, l. 2. §. interdum, ff. de vulg. & pupil. l. pen. ff. de fideicomm. libert. l. 46. §. 1. de admin. tut. l. pen. in fin. de acquir. hæred. l. 1. §. ait prætor. ff. de dolo. Briſſ.

Decernere quæſtionem, pro eo, quod nunc dicimus, ordinare, vt fiat informatio, & vt contra delinquentes procedatur.

Decernere curationē & tutelam, l. 3. §. vlt. ff. de adm. & peric.

DECERNERE in l.5.C.de præd.& aliis reb. minor. eſt decretum interponere. (poſſeſſ.legat.

DECERNERE &cognoſcere ſubtiliter ſunt diuerſa,l.1.Cod.vt in

DECERNIS legis ſanctione,l.4.D.de cura.furioſ.

DECERPERE eſt aliquid ex aliqua re detrahere, vt vuas ex vite, aut ex arbore. Hinc Decerpere pomum, l.45.ff. de vſuris fructus l.26.ff.de furtis. (Aquil.

DECERPERE oliuam immaturã,l.ſi ſeruus, §. oliuã ff.de ad leg.

DECERNE actio,auxilium,bonorum poſſeſſio,repetitio,alimenta Briſſ.ex ff.& C.

DECESSIO pro deminutione & detractione,l.28.ff. ſi quis om. cau.teſt.l.178 § 1.ff.de verb. ſign. vbi acceſſio & deceſſio contrarie referuntur,vt & apud Ciceronem lib.3. offic.his verbis, Eorum neque acceſſione vitam meliorem fieri, neque deceſſione peiorem.Briſſ.Sic Vlpianus:Hæreditas nomen iuris eſt, quod & acceſſionem & deceſſionem in ſe recipit. Dicimus enim Latine,hoc mihi decedit,quemadmodum è diuerſo,hoc mihi accedit. Brechæus l. pecuniæ verbum. §. hæreditas, de verb & rer & ſignific.

DECESSIO damnum. Acceſſio lucrum.l.ſi quis putans. §. ſi quid poſt,ff comm.diu.Alb.

DECESSOR eſt, cui è prouincia abeunti ſucceſſor mittebatur, vel qui magiſtratu in prouincia functus, de ea accedente ſucceſſore decedit.Vlp l.4.§.recte 3 de offic. proconſ. Recte autem & ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificetque qua die fines ſit ingreſſurus. Spieg. Spartia. in Peſcennio, Peſcennium mihi laudas. Adgnoſco. Nam & deceſſor tuus manu ſtrenuum virum grauem dixit.

DECESSOR in iure Canonico nuncupatur,qui prædeceſſoris locum obtinet : & qui huius erat locum ſortitus,Anteceſſor dicebatur.

DECESSOR adminiſtrationem deponere non debet , antequam ſucceſſor ad prouinciæ fines peruenerit,l.vnic.§.1.C. vt omn. iud tam ciuili quam crimin.

DECESSVS nouiſſimi, pro obitu. l.14 ff.de vſu & vſufruct Briſſ.

DECESSORIS ſui ſententiam retractare nemo poteſt, l.1.C. ſententiam reſcindi non poſſe.

DECET proprie conueniens eſt , referturque tam ad animum quam ad corpus atque externa.Falluntur qui apud Iuriſcoſſ. hoc verbum pro oportere interpretantur. Nam magis quod officij ſit, quam neceſſitatem ſignat,Spieg.

DECET concernit honeſtatem,Clem.de priuilegiis & exceſſibus priuilegiatorum, c 1.

DECIDERE,paciſci & transfigere ſignificat, l 44.de pact l 46 de rei vindic. Sic decidere cum creditore eſt ſuper debito transfigere,Scæuola in l.cum hæreditas,de adminiſt. & peric. tutor. Cum pleriſque inquit creditoribus ita deciderant. Eodem modo res tranſactione deciſa dicitur in l.23.Cod.de tranſact. Briſſ.Schard.

DECIDERE eſt litem conſenſu mutuo dirimere,quod tranſigere plerunque ICti vocant. Exempla refert Bud. ex Vlpia.tit. de furt.Old.Schard.

DECIDERE damnum, pro tranſigere de damno.Sic

DECIDERE damnum pro fure , e t de furto paciſci. l.9.§.nunc videndum,de minor.l.7.de condict. furt. Vlpia. in l.46.§.hæc actio 3.de furt.Si quis eorum (ait Vlpianus iam d.§.3. pro fure damnum deciderit, dici oportet ſolummodo actionem ſibi competentem amiſiſſe eum. Item, Si proponas communem ſeruum ſurreptum,& alium ex dominis pro fure damnum decidiſſe, qui non decidit, habebit furti actionem. Item apud Aphric.l.61.de furt.Horom Briſſ.

DECIDERE iureiurando, vide Briſſ.

DECIDERE verberib.l.2.in fin.de termin.moto.

DECIDERE verbum eſt vnum ex legib.12.tabul. vt Gothofr. ad l.61 §.1. de furt. per l.7. de con dict.furt. Cuiac.10.obſ 12.d.l. 61.§.5.& l.46 §.5.de furt l.13.C.eod.l.9.§ 2.in fi.C.de minor.

DECIDERE dubitationem l.15 in prin.C.arbitr.tutel.

DECIDERE cauſam,l.3.C.ſi non à compet.iud.iudicat.

DECIDERE etiam corruere ſignificat.l.24.§ idem Seruius,ff. de damn.infect.Sic decidere ædes,l.7.§ vlt.ff.eod.l. 2.§.vlt.ff. de pollicitat. Domus, & paries, l.18.§ ſabini, ff.de damn.infect. Inſula,l.36.ff.de vſufr.Amphora.l.5.§. vlt.ff. de his qui effud. Briſſon.

DECIDERE quoque arbores dicuntur,quę cadunt,ſeu per ſe,ſeu vi ventorum confractæ,deiectæ , & euulſæ, l.8. quibus modis vſufr.amitt.l.24.§.Item apud ff.de damn.infect. Si olea per ſe deciderit.l.13.ff.quib.mod.vſufr. amitt. Decidere in foueas,l. 28.ff.ad leg.Aquil In decidendis arborib. damnum datum, id eſt, ſuccidendis,l.6.D. de pig.act Briſſ.

DECIES præciſa locutione, pro decies centena milla, Papin. in l.77.§.2.ff. de cond. & demonſt. Cum vxori mandatum eſſet, vt moriens filiæ communi decies reſtitueret. Plut. in Anton. τὸ φίλον τοῦ μυριάδας ἐκάλουν πέντε καὶ εἴκοσι δέδωκας. τοῦτο Ῥωμαῖοι δέκιες καλοῦσι. Atque hoc iam inde ab vltima antiquitate. Credo quod tum ea pecunia videbatur ingens, cum minor erat nummi copia. Hinc Iuuenalis:

——Ritu decies centena dabuntur
Antiquo:——

pro immenſa dote. Prat.

DECIES centena millia nummum, dos olim maxima l.7.in fi.de vſur. Martial.centena decies quæ tibi dedit dotis. Iuuenal.Et ritu decies centena dabuntur antiquo. Gothofr. ad l. 11. §. 11. ibi : centum libras auri.C.ſolut.matrim.

DECIMA,ſeu decima , ſecundum Hoſtienſem in ſumma de decimis , §. 1. Decima eſt omnium bonorum mobilium licite quæſitorum pars decima, Et hæc diuina conſtitutione debita,Denique danda eſt, vt colligitur.c.1.c. Parochianus, c. non eſt.c.tua nobis, §.verum, & c. cum non ſit ab homine ext. da deci.primit.& obla.Eſt itaque, attenta vocabuli deriuatione, decima pars , decima, non vigiſima, ſiue ſoluantur decem,ſiue duodecim, ſiue etiam viginti , ſiquidem omnia , ſecundum communem vſum loquendi appellantur decimæ , vt latius probant vtriuſque iuris interpretes in lecturis & reſponſis. Varia autem apud veteres decimarum genera fuerunt. Nam apud Babylonios omnium quæ inferebantur decimæ ſoluendæ erant,vt auctor Ariſtot.lib. 2. œcono , Thau Ægyptiorum rex, decimam conſilio Glabriæ Athenienſis exegit. Scribit Appianus decimam partem fructuum Reipublicæ ſolitam pendi, pro vectigali eorum agrorum , qui deſerti ad culturam redigerentur. Siculi Romanis decimam frumenti ſoluebant. Ab his qui metalla effodiebant decimæ exigebantur,l.cunctis C.de metallariis.Decimam veteres Diis vouebant. l. 2 . ff. de pollicit. Fuit decima Herculanea. Alterius decimæ meminit Suetonius Trãquillus in Caligula.Sunt alia pleraque decimarum genera : De quibus alibi dicetur. Cæterum ſecundum Hoſtienſem in ſumma , decimarum tres ſunt ſpecies , ſcilicet quædam perſonales , quæ debentur ex opere perſonali : vt ex artificio, ſcientia, militia, negociatione,&c.quædam prædiales quæ proueniunt ex prædiis, vt vinum,bladum,fructus arborum,&c.Tales enim dandæ ſunt illi Eccleſiæ , in cuius parochia ſita ſunt prædia cap.De deci.ad Apoſtolicæ. Etiam decimas prædiales tenentur ſoluere Iudæi.c. De terris,eod.tit. Item debent ſolui de diuerſis ſeminibus vnius agri , non tantũ de vno,ſi fuerint ſucceſſiue ſeminata.c.ex parte Canonicorum,eod.tit. Etiam Ciſtercienſes & alij , qui nullo gaudent priuilegio,dare tenentur decimas de terris de nouo acquiſitis licet eas propriis manibus excolant.c. Nuper.eod.tit. Quædam ſunt decimæ mixtæ ſecundum Hoſtien.ibidem. Et poſſunt dici hę de quibus dubitatur,verum ſint prędiales vel perſonales, vt de agnis & fœtibus aliorum animalium , quæ ſunt in paſcuis & gregatim paſcuntur.Old.At Vlpianus in his verbis ſi decimam quis bonorum vouit,l.2.ff.de pollicit.Etſi aliter exponant interpretes , tamen ad decimam bonorum partem, quæ olim votiuo epulo in Herculis honorem impendebatur , videtur reſpexiſſe. Hinc Plutarch. ἀπὸ θύων ἢ τῆς οὐσίας αἰτίους τῷ Ἡρακλεῖ τὴν δεκάτην, ἑστιάσε τῷ δήμῳ πανδημεί. Plinius dixit Pollucere patrimonium Herculi , pro decimare.Apud Tranquillum in hoc loco.Scenicis ludis,inter plebem & equitem cauſam diſcordiarum ferens decimas maturius dabat,vt equeſtria ab infimo quoque occuparentur Decimas credit eſſe Turnebus miſſilia & teſſeras quas ſpargebat ludis Scenicis : atque ita velut quandam decimam pop.Rom. dabat,vt olim Herculi & aliis diis. At Decumæ Imperatorum, ſunt decimæ imperatæ pecuniæ.Prat.

DECIMAM bonorum vouere,l.7.§.vlt.ff.de pollicit. Decimum vir & vxor inter ſe capiunt Vlp.tit.16 Regul.

DECIMARE,l.2.de veteranis, in C.Theod. briſſ.

DE DECIMIS apud Chriſtianos receptis.Vide 16 q.1 de decimis cap.decimas,de conſecrat. diſt. 5. c. quadrageſima , in fin. 3. Dec.30.3.Sext.12.3.Clem.8 3.extr.8. 3. Dua. de ſacris. vide Rebuff.in tract.de decimis. Goth. ad l.1.§.2.pri.ff.de pollicit.

DECIMÆ à quo,cui, qua ex cauſa præſtentur, item qua actione vindicentur, vide Goth.ad iam d §.2.

DE DECIMARIIS ſublatis eſt tit.58.lib.8.C.

DECIPERE genericum eſt.Nam decipit, qui imponit,qui fallit, qui defraudat, qui verba dat , qui in errorem inducit vide l. 1. §.2.de dol Old.Prat.Schard.

DECIPERE contrahentibus non licet.l.51.C.de epiſc.& cleric.l. 29.C. de pact.

DECIPIENTIBVS iura non ſubueniunt, ſed deceptis , l. 2. C. ſi minor.ſe maior.dixer.l.2.§ 3.ad SCtum Vellejan.

DECISA cauſa.l.3 C.ſententiam reſcindi non poſſe.

DECISIO pro pactione ſeu tranſactione,l.7.de cond.furt.l.13.C. de furt.l.7.14.19. Cod. de tranſact. in eo ſignificatu ſumitur, à Paulo in l.ſi hæres, ad leg. Falcid.ſi hæres, inquit, cum creditoribus deciderit , ne ſolidum ſolueret,& ob eam deciſionem factum ſit,vt aliquid retineret. Pro lege quoque Imperatoria accipitur l.veteris.C.de contrah. & commit.ſtip. & de emen. Iuſtin.C.in prin.ſuper verbo,deciſiones, & §. vnde quæſitum, Inſtit.de nupt. Verum ex Imperatoris lex intelligitur , qua partium altercationes diremptæ ſunt. Pragmatica vero ſanctio licet vulgo dicatur , quam Princeps extra corpus Iuris ciuilis

ciuilis promulgatur, terius tamen priuilegium vocatur, non quod priuatis hominibus, ſed vel corpori alicuius vniuerſitatis, vel ei qui officio bene functus eſt, confertur, h.e. quæ ob cauſam publicam aut communem negotiorum functionem, in ſpeciale quoddam priuilegium impertitur. Old. Prat.

DECISIO cauſæ vide l.1.circ.princ. C. ſi per vim vel alio modo.

DECISIO vetus l.6. C. de neceſſar. ſeru. hæredib. inſtituend.

DECISVM ſemel ab eodem iudice, vel ſucceſſore, retractari non debet. l.9. C. de ſentent. & interlocut. omn. iud. Eodem modo deciſum per rem iudicatam, iuſiurandum, vel confeſſionem in iure factam non retractatur l.56. de re iudicat.

DECLARANS non dicitur nouum ius edere, ſed antiquum declarare. c.2. de decimis, in 6.

DECLARARE ad facta frequentius quam ad dicta pertinere, Valla demonſtrat lib.1. Noſtri ducent, eum qui vel addit, vel diminuit quippiam non declarare, ſed potius noui quid facere. Oldeod.

DECLARARE iudicem, l.vlt. ff. quis & à quo appell.

DECLARARE communi conſenſu. l.7. §. vlt. ff. de pactis.

DECLARARE rationem voluntatis l.4. C. de vſur. pupillar.

DECLARARE ſucceſſorem ſuum oblatis precibus, l.19. circ. fin. C. de teſtam.

DECLARARI per ſententiam ſeruitus, l.8. §. ſed ſi. ff. ſi ſeruit. vind. Declarari terminos per menſorem l.8. ff. fin. regund.

DECLARATVR, conſtitutionibus, edicto, reſcripto, reſcriptis, Briſſ. ex ff & C.

DECLAVARE, eſt clauas amputare. Nam clauas & clauulas in hac ſignificatione poſuerunt. Palladius, Clauæ fieri commodius eſt, quæ ſit manubrij craſſitudine, longitudine cubitali. Varro, vt ſit de tenero ramo ex vtraque parte æqualiter præciſum, quas alij clauolas, alij taleas appellant, vt annotauit Turnebus aduerſariorum lib. 53. c. 19.

DECLINARE pro eo quod eſt euitare, vſurpatur eleganter Ciceroni in officiis. Declinetque ea quæ ei nocitura videantur. Itaque quoties aliquem diſcrimine quam minimo à periculo abfuiſſe ſignificabimus, corpore declinatum malum dicemus. Ex Eraſmi Chiliadibus. Spieg.

DECLINARE ſententiam eſt paulatim illam infirmare, & ideo niſi ſententia declinetur, rebus iudicatis ſtabitur. Spieg. Prat.

DECLINARE in contrarias ſententias, l.22. §. ſed cũ 3. C. de furt.

DECLINARE examen ordinariæ ſedis poſt litem conteſtatam nemo poteſt, l.4. C. de iuriſd.

DECLINARE exceptiones, l.8. de reſtit. mil. & 8. C. quib. non obiic. long. tempor. præſcript.

DECLINARI municipalia, l.2. C. qui numero liberor. ſe excuſ.

DECLINARE ſocios, l.1. § fin. C. vbi quis decurial. vel cohortal.

DECLINATORIA fori initio opponenda eſt. l.vlt. C. de except. Gothofr. ad l.33. de iudic.

DECLINATORIAM fori habens, conueniri non poteſt, l.28. §.4. ff. ex quib. cauſ. maior.

DECOCTORES [illegible] dicuntur, qui debitam pecuniam cum ſoluendo non ſint, auferunt. Imp. l.42. ff. de decurion. lib 10. Cod. Quilibet principalium vel decurionum, ſi vel decoctor. pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in aſcriptionibus, &c. Hotom. Græci ſic definiunt, [illegible]. Prat.

DECOCTORES, teſte Budæo, dicti ſunt id genus ferme hominum qui Aſoti dicuntur verbo Græco, id eſt, luxu & genere ſtudio perditi, & Latine nequam, verbo ſignificantiſſimo, eorumque vitium Aſotia & nequitia, quam Gellius luxum & popinationem interpretatur. His olim Romæ certus locus in ſpectaculis aſſignatos erat, vt inſignes omnibus eſſent, etiamſi infortunio aliquo, non nequitia decoxiſſent: Accipiuntur & pro his qui depeculantur pecuniam publicam, l. quilibet. C. de decur. lib. 10. Spieg.

DECOCTORES vide l.2. C. de fund. rei priuat.

DECOLLARE, pro ſecare caput, interpretes noſtri vſurpant non abſque exemplo. Nam Sueto. in Caligula. Miles, inquit, decollandi artifex, quibuſcunque è cuſtodia capita amputabit: Hoc ideo monui, quod eruditi quidam ab ea ſignificatione abhorrentes, pro collo deponere ſolum vſurpandum exiſtimant. Spieg.

DECOLLATIO apud Paulum lib. 5. Sententiarum tit. 17. Diomedes libr. 1. decollo apud veteres decipio ſignificaſſe ait: Quod Plauti & Lucilij teſtimonio confirmat. At aliter inuenitur apud Feneſtellam lib. Epitom. 1. Quemadmodum Cæſar a piratis captus ſit, vtque eos poſtea ceperit & decollauerit. Veteres autem ſecuriceſos dicebant. Inuenitur & hoc verbum apud Tranquill. Et apud Senec. lib. 4 controuerſiar. Et D. Auguſt. de verbis domini ſerm. 45. Quid tibi fecit Eccleſia, vt eam velis quodammodo decollare, tollere omnis Eccleſiæ caput? Briſſ.

DECOLOR is dicitur, ex cuius ore color defluxit, & exanguis relictus eſt, atque idcirco pro deformi capitur & nigro. Diſcolor autem non modo pro vario ſumitur, ſed ſi quid eundem colorem velut radios quoſdam diffundit. Concolorem eiuſdem eſſe coloris nemo ignorat. Verſicolorem vero, vt autem ſæpe dicimus, quod è diuerſis partibus ſpectanti, non eundem offert coloris leporem. Hæc ex Thyleſ. quod & diligenter colorum materiam tractauerat, & eiuſmodi voces, apud ipſos quoque iureconſ. recurrant. Alciatus Vallæ ſententiam refellens ſcribit, ex origine vocabuli eam rem eſſe verſicolorem, cuius color in alium verſus ſit, & non quæ variorum colorum ſit. Spieg.

DECOLORARI, pro infamia notari, per tranſlationem in l. eum qui probabilem, C. de epiſc. & cler. Spieg. Prat.

DECOQVERE, bona ſua turpiter conſumere, effundere & abligurire ſignificat. l.11. C. de ſuſcept. præp. & ar. lib.10. Vnde decoctor pecuniæ publicæ, l.40. C. de decur. lib.10. & l.2. in fin. C. de fundo rei priuatæ, lib.11. Briſſ.

DECOQVERE eſt vorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certe fidem ſuam per inopiam non liberare, vid. Bud. in Annotat. ad l. ſi hominem, §. quoties, ff. depoſit. & Alc. in l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. præpoſ. & arcar. lib.10. Spieg.

DECORA vitæ, l.vnic. C. de emendat. propinquor.

DECORA facies ciuitatis, l.6. C. de operib. public.

DECORARI pro ornari: ſic decorati illuſtri dignitate, l.32. §.5. C. de appell. Sic poteſtate ac dignitate decorati viri in l.16. in prin. C. de teſtam. & l.vnic. C. de SCto Claudian. tollen.

DECORATA marmoribus Baſilica l.21. C. de operib. publicis.

EX DECORATIS infames cõſtituti, vid. l.35. circ. med. C. de loc.

DECRESCENDI ius quid vocent Dd. vide Ius decreſcendi.

DECRESCENS hæredi contumaci, hæredibus non contumacibus adcreſcit. Goth. ad Nou. 1. c.1. §.1. verb. accreſcere illis.

DECRESCERE peculium, pro diminui. l. peculium, ff. de pecul.

DECRESCERE & adcreſcere aduerſantur, l.4 ſi pars hæred.

DECRETA ſunt ſententiæ prolatæ in cognitionibus cauſarum, Gothof. ad l.81. in prin. ff. ad SCtum Trebell. Sic

DECRETA principum ſunt eorum principum ſententiæ prolatæ in cognition. de quibus poſtea (ſi quid dubij in iis accidiſſet) principes interrogabantur, l.97. de leg. 3. l.vlt. de iur. fiſci. Gothofr. ad l.81.

DECRETA principum (ait Hot.) dicuntur, quæ princeps cauſa cum conſilio cognita, ac parte vtraque audita, pronunciauit. vt in l.3. ff. de iis quæ in teſt. del.

DECRETA priuata Cæſaris dicuntur, quæ non publico decreto vt inter exempla referantur, ſed priuati iuris cauſa ſtatuta eſſe videntur, vide Alex. ab Alexan. c.23. lib 6. Spieg.

DECRETA ſenatus à conſultis ſic diſtinguuntur, ſecundum aliquos quod decretum dicant, particulam quandam eſſe SCti, vt cum prouincia alicui decernitur, tanquam decreta ſint ſpecialia, conſulta generalia. Et ita quidem ex Ælio Gallo diſtinguit Feſtus, quem refert Conna. lib.1. c.14 n.5.

DECRETA ſenatus non aliter valent, quam ſi ea ipſe Princeps rata habuerit. Manut. lib. de ſenatu. c. de SCto, quæſtio. 5. Gothofr. ad Nou 62. in princ.

DECRETA patrum pro SCtis in l.17. ad municipal. l.16. C. de adult. & apud Tacitum perſæpe.

DECRETA conſulum vel præſidum, l.3. ff. de minor.

DECRETA principalia. l.4. C. de præſcript. 30. vel 40 annor.

DECRETA perennitatis l.3. C. de offic. militar. iud.

DECRETA perperam l.3. C. de ſent. ex breuic. recitand.

DECRETA ambitioſa. l.3. de offic. proconſ. l.vlt de decret. decurion. lib.10 l.3. de minor. l.4. de decret. ab ord Briſſ.

DECRETALIS bonorum poſſeſſio, quæ facti eſt, & extraordinaria vulgo vocatur, ideo dicta eſt, quod potiſſimum à decreto pendeat, ſuamque ſubſtantiam accipiat, id monuit, & quidem notabiliter, Alciatus, enarrans l. delata de verb. ſign. Spieg.

DECRETALIS bonorum poſſeſſio an repudiari poſſit, vide l.1. §. 7. ff. de ſucceſſor. edict.

DECRETALES epiſtola, eſt conſtitutio Pontificis ad alicuius conſultationem promulgata. vt dicit rubr. de conſt. n.31.

DECRETALES epiſtola aut eſt ſpecialis, videlicet quæ dirigitur ad vnam prouinciam, cap. quod ſcripſi. 35. quæſt. 3. vel vnam perſonam cap. petiſti 7. q. 1. & hæc non contrahitur ad conſequentiam: aut eſt generalis, quæ omnibus dirigitur. c. omnia. &c. ſeq. 25. q. 1. & hæc quia diffinit, ad conſequentiam trahitur, c. hæc conſona. 25. q. 1.

DECRETI vim habet conceſſio principis ſpecialis, l.8. C. quando decreto opus non eſt.

DECRETI recitatio, l.2. C ſi aduerſus donationem.

DECRETI interpoſitio, l.22 poſt prin C. de admin. tut. vel cur.

DECRETI defectus tacito ſuppletur conſenſu, Goth. ad leg. 5. verb. ſilentio. C. ſi maior factus alienat. fact. &c.

EX DECRETO primo poſſidere, id eſt, rei ſeruandæ cauſa tenere, l.8 C. de bon. autorit. iud. poſſid.

DECRETO ſeparatio impetratur, l.1. ff. de ſeparat. Bonorum poſſeſſio quædam decreto petitur, l.2. § ſi quis ex liberis. ff. ad Senatuſconſultum Tertull. Quæ & inde decretalis appellatur, l.1. §. decretalis, ff. de ſucced. l.2. §. dies, cum ſeq. ff. quis ordo in bon. poſſ. Briſſ.

DECRETO quoque Prætor in poſſeſſionem mittit. l.3. ne vis fiat

ei qui in bon poſſ. Et hoc primum decretum ab interpretibus appellatur. Nam eſt & ſecundum decretum, quo prætor eum, qui miſſus eſt, poſſidere iubet, & dominium capere per longum tempus permittit, l. 15. §. Iulianus, ff. de damn. infect. vide paulo poſt. Briſſ.

DECRETO etiam prætoris actor periculo tutoris conſtituitur, l. 24. ff. de adminiſt. tut. Iuſtis quoque decretis res temperatur, quoties æquitatem deſiderij naturalis ratio vel aliqua iuris dubitatio moratur, l. 86. in fin. ff. de diuerſ. reg. iur. l. 84. de acquir. hæred. Briſſ.

DECRETORII dies ſunt, de quibus hæc lib. 3. Firmicus: Sane extra cæteros climateras etiam ſepteni anni & noueni, per omne vitæ tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadam & latenti ratione variis hominem periculorum diſcriminibus ſemper afficiunt, vnde 63. Annus, quia vtriuſque numeri ſummam pariter excipit, Androdas appellatus eſt, nonies enim ſeptem anni 63. conficiunt: & rurſus ſepties nouem ſimili modo 63. annos efficiunt. Quia itaque vtriuſque numeri curſus in hoc anni æquata ratione ſpatio concurrit, grande ſemper periculi diſcrimen imponit. Si enim ſepteni & noueni anni qui hebdomatici, à Græcis & ennatici appellantur, grandia pericula hominibus ſemper indicunt, quid facient 63. Anni qui vtriuſque numeri multiplicatam & inuicem ſibi obligatam efficiunt ſummam? Hac ex cauſſa ab Ægyptiis Androdas dictus eſt, quod omnem viri ſubſtantiam frangat ac debilitet. Ioan. Bapt. in comment. Epiſt. Sidon. Apollin. ad Lampridium lib. 8.

DECRETORVM ſuffragia, l. 14 C de accuſ. & inſcript.

DECRETVM apud Iuriſconſultos eſt deliberatio iudicis cum cauſæ cognitione, ad mixtum imperium pertinens, l. ne quicquam. §. vbi de offic. proconſ. & eſt id quod placitum alias Latine dicitur, Græce δόγμα, καὶ ψήφισμα, καὶ κρίσις dicitur, autor Budæus. At proprie & ſpecialius dicitur, quum iudices autoritatem ſuam interponunt & maxime in iuriſdictione voluntaria, in alienatione bonorum minoris, in tranſactione alimentorum, & in bonorum poſſeſſione, Albucius pro Alciato. Quomodo vero à lege diſtet, infra patebit in dictione Lex. Spieg. Prat.

DECRETVM (ait Briſſ.) dicitur, quod cauſa cognita ſtatuitur, l. 1. de offic. aſſeſ. l. 9. §. vbi decretum, de offic. proconſ. l. 3. de minor. l. 1. §. hæc verba, quod quiſque iur. l. 7. in fin. de pact. l. 2. & 3. de confir. tut. Itaque decretum pro tribunali tantum non etiam de plano interponi poteſt. l. 7. in fin. de confir. tut. l. 3. §. ſi cauſa, ff. de bonor. poſſeſſ.

DECRETVM autem & generis olim & ſpeciei nomen fuit. Quicquid enim pronunciat ius dicens Prætor, genere quodam decretum appellatur. Eoque ſenſu tunc decreta eſſe accipienda, cum à prætore decreta Latine iubentur interponi, alio loco docuimus. Tertull. in lib. de habitu mulieb. Qua conſtantia, inquit, tribunal illud aſcendimus, decreturi aduerſus eos quorum munera appetimus? Seneca in Medea:

Cr. vox conſtituto ſera decreto venit.
Me. Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuit.

Erat etiam decretum nomen ſpeciei cum videlicet edita de plano, aut die poſtulationum controuerſia in diem cognitionum hac intentione differtur, vt ea cum conſilio examinata, certam accipiat, iuſtamq; definitionem. Ea nimirum ratione qua principum ſententiæ, quæ in cauſarum cognitionibus de conſilio conſularium virorum proferebantur, appellari decreta ſolent. Id quod hæc epigraphe manifeſtum facit, Paulus Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum ſiue decretorum, ex libris ſex li. 1. c. vlt. de iur part. c. 41 fam. erciſ. c. vlt. de hæred. inſtit. Idque illud eſſe omnino videtur, quod ſic Aſconius ſcribit in Verrinam ſecundam. Sunt autem iuſtitута prætorum in decretis interponendis diiudicandiſq; cauſis. Et hoc ſenſu decretum prætoris, præſidis aut proconſulis accepiſſe viſus eſt etiam his verbis Vlp. vbi decretum neceſſarium eſt, per libellum id expedire proconſul non poteſt, quæ enim cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum non expediuntur, c. 9. § 1. de offic. proconſ. c. 71. de reg. iur. Haud dubie per decretum exactam ſedulamq; cauſæ apud prætorem adhibito conſilio diſquiſitionem intelligens, & cauſę cognitionem ad prætoris tribunal referens. Quid enim aliud eſt, quod ſic ab eodem Vlp. inuenimus alio loco ſcriptum? Si cauſa, inquit, cognita bon. poſſ. detur, alibi non dabitur, quã pro tribun. quia neque decretum de plano interponi, neque cauſa cognita bonor. poſſ. alibi quam pro tribunali dari poteſt c. 2. §. de bon. poſſ. Rænard. pro trib. lib. ſing. c. 8.

DECRETVM à ſententia diffinitiua differt, quia hæc continet condemnationem vel abſolutionem, l. 1. de re iudic. l. præſens. C. de ſent. & interloc. 2. ſententia ſine litis conteſtatione ferri non poteſt, 11. vt lite non conteſt. ſecus in decreto gl. in l. ſancimus, ibi: per contumaciam, C. ad SCtum Treb. 3. ſententia in abſentem ferri nequit, l. de vno, de re iud. ſecus in decreto, l. recuſare in pr. ff. ad Treb. Prat.

DECRETVM ſiue edictum primum in contumacem ſolet expediri, vt is tædio ductus, ſui copiam in iudicio tandem faciat, ius contumacis non permens, l. 3. in fin. de acquir. poſſeſſ. Prateius.

DECRETVM ſecundum conſtituit eum bon. poſſeſſorem, quem ex primo decreto detinebat, incolumi hactenus contumacis iure. vide c. 1. ext. de eo qui mitt. in poſſeſſ. Bart. tract. materiam primi & ſecundi decreti in l. finita. §. Iulian. ff. de damn. infect. Sp. De edicto primo ac ſecundo vide Goth. ad l. 15 §. 16. de damn. infect.

DECRETVM magiſtratus non ideo habet authoritatem, quod magiſtratus dixerit, ſed quod ſecundum ius & rationem decreuerit. l. pen. ff. de iuſtit. & iur. Spieg. Prat.

DECRETVM prætoris exaudiri non poſſe apud Vlp. in l. 1. de poſtul. Spieg.

DECRETVM ordinis l. 30. ff. neg geſt. l. 6. §. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſitat. t. t. de decre. ab ord. facien. l. 2. C. de ſeru. Reipubl. manumit. l. 2. C. ſi quis ignorans rem minoris eſſe.

DECRETVM annale, l. 44 §. 4. C. de epiſc. & cler.

DECRETVM Pontificum l. 8. ff. de religioſ.

DECRETVM præſidis, l. 16. ff. de excuſat. l. 2. C. de tut. fur.

DECRETVM principale, l. 8. ff. de officio adſeſſorum.

DECRETVM ciuitatis, l. 36. ff. ad municip.

DECRETVM decurionum, l. 3. C. qui pet. tut. rubr. de decretis decurionum.

DECRETVM ordinis, l. 3n. ff. de neg. geſt. l. 2. C. de ſeruo Reip. Briſſ.

DECRETVM legitimũ, l. 3. ſi maior factus alienationẽ factã, & c. Decretum præſidiale. l. 12. C. de præd. & aliis reb. minor. & l. 2. C. quando decreto opus non eſt. Decretum arbitri. l. 6. C. de reb. cred. Decretum annotationis, l. 1. C. de precib. imp. offer.

DECRETVM, authoritas pręſidis. l 3. C. de pręd. & aliis rebus minor. Decretum autore prætore vel præſide prouinciæ. l. 1. Cod. Decretum ſententia, l. 1. C. ſenten. reſcind. non poſſe.

DE CRIMINA docere, l. 2. C. ſi ex falſis inſtrument.

D. c. a. De conſilij ſententia Auctor Val. Probus, apud quem tamen conſulis mendoſe legitur pro conſilij. Cicero Verrina 7. cum conſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit, & de conſilij ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronuntiat. Harum autem ignoratio notarum errorem apud Vlpianum peperit in l. vnic. ff. de off. conſul. vbi ſic legitur: cum ipſe ſit, qui ex ſenatuſconſulto conſilij cauſam examinat, ex ſententia conſilij. Hot.

DECVBATIO ſecundus nuptiarum dies legitimus eſt, quod deducebatur ſponſus in domum ſoceri, vide Gothofr. ad rub. C. de ſponſal.

DECVBVERIT: id eſt, lecto iacuerit, l. 2. §. ſi per valetudinem, ff. ſi quis cau.

DECVMANA Pyra, 12. Columel. 12. Decumana porta in caſtris præcipua, Cæſar. 3. de bello Gallic. Decumanus accipenſer, Cicero 2. de fin. Decumanus fluctus maximus dicitur. Goth. ad l. liius eſt 96. in pr. de verb. ſign.

DECVMANI agri dicuntur, ex quorum fructibus pars decima pop. Rom. ſolueretur, vt idem ipſe Cicero in eod. loco paulo inferius teſtatur his verbis, L. Octauio & C. Cottæ conſulibus ſenatus permiſit vt vini & olei decumas & frugum minutarum, quas ante te quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderent, legemque his rebus quam ipſis videretur, edicerent, &c. Decumas decimam partem intelligit, &c. Brechæus l inter publica ff. de verb. & rer. ſign.

DECVMANVS limes, qui fit ab ortu ſolis ad occaſum. Feſt. lib. 4. Aggenus Vrbic. lib. de limitib. agro. & Hygen. Prat.

DECVMANVS dicitur ager ex cuius fructibus pars decima ſoluitur. Brechæus.

DECVMBERE valetudine impediri & mori ſignificat. Prioris eſt exemplum in l. 2. ſi quis caut. poſterioris in 2. Tuſc.

DECVRIÆ tribus & ciuitas pro loco, iure, & hominibus pronuntur, teſte Connano lib. 1. c. 2. nu. 6.

DECVRIALES leges ſeruandæ ſunt l 2. C. de decurial. vrb. Rom.

DECVRIALES vrbis Romæ. lib. 11. tit. 13.

DECVRIARVM vrbis Romæ iudices erant, qui à Caſſ. rectores appellantur. Goth. ad l. 1. C. de decur. vrb. Rom.

DECVRIO. Decurionum alij vrbani, alij municipales erant. vrbani præerant turmæ quæ conſtabat ex duobus & 30. equitibus. Qua ſignificatione ait, de hæreditate decurionum, lib. 6. C. ſumi prorſus arbitror vna cum Hegendorphino in exegeſi. Municipales erant qui Romæ ſenatores, vt ſcribit Valla lib. elegant. 6 cap. 32. Nam qui in ſenatu & conſiliis Reipubl. municipales eſſe poterant, decuriones erant. De horum autem officio ac dignitate extat tit. in Pandect. Ad municipalem, & lib. 1. Cod. alius De magiſtratib. municipalib. Meminit autem de huiuſmodi decurionib. Cicero pro Sextio, quo de cauſa & tum conuentus ille Capuæ huic P. Sextio apud me maximas gratias egit, & hoc tempore beneficium, fidemque hominis teſtimonio declarans, periculum deprecatus ſuo decreto. Recita (quæſo) S. Sexti, quid decuriones Capuæ egerint?

egerint. Decuriones quoque in titulo de ſilen & decur. eorum lib. 12. C. dicuntur, primarij Cæſarum, hoc eſt principum conſiliarij. vt Hegendorphinus poſt Alciatum annotat in exegeſi ſua titulorum C. Anch.

Decuriones generaliter appellari cœperunt, principes ſeu capita cujuſlibet ordinis. Et ordo ipſa Decuria vocabatur, vt Decuria judicum, Decuria ſcribarum, Decuria cubiculariorum, inde Decurionatus. Old.

Decuriones quidam dictos aiunt, ex eo, quod initio cum Coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit. l. Pupillus 239. §. decuriones, ff. de verb. ſignif. & de his eſt tit. de decur. & eorum filiis in Dig. Iu. Bell. Etymol. Decurionatus autem non fuit Magiſtratus principis, ſed municipalis, quare nec militiis annumerari poterat, vt ait Connan. lib. 4. c. 15. nu. 1. vide de his & ſupra in verbo βουλευτής.

Decuriones in municipiis & coloniis conſilio publico præerant, & ſuæ curiæ quaſi ſenatores erant l. 32. Cod. de decur. lib. 10. eaque de cauſa & ſportulas accipiebant, l. 6. §. 1. ff. de decur. magnis verò oneribus ſubjiciebantur, Briſſ. lib. 4. ſelect. antiq. (l. Viſell.

Decurionatus l. 4. C. ſi pendent. appellat. mors l. vnic. C. ad

Decurionatus munera, l. 1. C. de filiisfamil. & paſſim.

Decurionum decretum l. 1. C. de decret. decur. l. 5. Cod. de profeſſ. & medic. Decurionum filij l. 8. l. qui milita. poſſ. vel non. Decurionum liberi. l. 2. § 2. cum §§. ſeqq. ff. de decur. Decurionum ordo. l. 2. C. de jur. aureor. annulor.

Ex decurionum ordine, ſicut Romæ ex ſenatorum, magiſtratus creabantur. Paulus l. 7. §. 2 de decur. is qui non ſit decurio, Duum viratu vel aliis honoribus fungi non poteſt: quia decurionum honoribus plebeij fungi prohibentur. Vlp. in l. 8. §. 1. ff. eo. & quidem quantum pertinet, ne fuſtibus caſtigetur, non nocet plebeio patre eſſe natum, ſi poſtea honor decurionis patri eorum acceſſerit. Hotom.

Decurrere ad actionem, ad juſiurandum, in vnam ſententiam. Briſſ. ex ff.

Decursorium eſt quod vulgo torneamentum dicitur. Sebard.

Decus publicum l 6. C. de ædific. privat.

Decussate id eſt ornate, vnde dicitur: decuſſare loquitor, id eſt, ornate.

Decussis denarios vocabatur. Ex quo (ait Budæus) intelligere debemus denarium fuiſſe argenteum & denis aſſibus valuiſſe. Quod etiam ex Vitruuio lib. 3. c. 1. videre eſt. Noſtri autem, inquit, primo decem fecerunt antiquum numerum & denario denos æreos aſſes conſtituerunt: & ex recompoſitio nummi ad hodiernum diem denarij nomen retinet, &c. Brechæus, l. etiam, nummo. ff. de ver & verb ſignif.

Dedecoratio ſacerdotij, l. 34. § 4 circa finem, C. de epiſcopal. audient.

Dedecus, ignominia quæ ex turpiter geſtis naſcitur, Vlp. in l. eodem cauſſa. Qui ita alligati ſunt vt ſine dedecore non poſſint in publicum apparere. Spieg.

Dedecus publicum, accipe infamiam publicam, ſémve omnibus modis infamem & pernicioſam. Spieg.

Dedecus, quando aliquid fit et dicatur cum dedecore, vide Bar. in l. 2. §. ſi emancipatus ff. de bon. poſſ. contr. tab.

Dedecus cognatum ſervire facit, l. 1. 8. 3. de liberal. cauſ. Gothofr. ad l. 1. C. de peculio ejus libertat.

Dedere Noxæ l. 1. §. interdum. ff. ſi quadrupes, l. 11. l. 17. & l. 19. ff. de noxalibus act. eſt animal vivum tradere l. 1. §. plane, ff. de noxalibus. Briſſ.

Dedicare, & dicare proprie eſt, dicendo deferre ac obſequio dare alicui numini, ac in perpetuum conſtituere, C. de ſacroſanct. eccleſ. authentic. ingreſſi. In pontificio jure pro conſecrare quemadmodum & à Plinio in epiſtolis vſurpatur: tametſi ex M. T. pro domo ſua, vbi quid interſit inter conſecrare & dedicare colligi poteſt. Fiebat autem dedicatio templi aut per Conſulem, aut Imperatorem præeuntibus verba Pont. Maximi, ex Catanæo, Spieg.

Dedicabant olim principes vel dedicandi poteſtatem dabant alicui. l. 9. § 1. de diviſ. rer.

Dedicare divino templo, l. 5. de furt.

Dedicatio loci ſui pacto impediri non poteſt. l. pen. de pact.

Dedisse intelligendus eſt is, qui permutavit vel compenſavit l. dediſſe 76. de verb. ſign.

Dedisse quoque videtur is cujus adverſarius fecit, quo minus daretur, Gothofr. ad Nov. 91. c. 2. ibi, proximus eſt danti.

Dedisse & legitime obtuliſſe paria ſunt, Gothofr. ibid.

Deditio Noxæ, l. 5. § ſi ſervus, ff. de ſervo cor. l. 4. §. vlt. l. 5. 10. & 16. ff. de Noxal. act. l. 37. vlt. ff. ad l. §. Aquil. i. e. deditio ipſius corporis quod nocuit vel deliquit, vt l. 1. ff. eod. tit.

Dedititia conditio Remp. moleſtare non debet, l. 1. Cod. de dedit. libert. tollend.

Dedititia libertas. Alciatus Paradox. 1. cap. 14. dedititij (inquit) ſunt populi, qui cum in Romanorum fidem conceſſiſſent, rebellibus animis ab eis deſciverunt, quos deinde ſuperatos adeo humane Romani tractarunt, vt & vitam illis ſervarent & Imaginariam quandam libertatem relinquerent, ſed tamen infamiæ labe aſperſam: lege lata, vt ad verum libertatem Romanæque civitatis jura pervenire nunquam poſſent. Quales videntur fuiſſe Gabij, vnde & Gabius ager apud Mar. Varronem. Itaque in inſtit. tit. de libert.

Dedititii ſervi erant, qui ſe ex obſidione dederunt in poteſtatem victoris. Eorum autem alij Libertini, alij peregrini dicebantur, de quibus ſuo loco, vid. Livium lib. 7. Hinc vero

Dedititia libertas dicta eſt, qua quia ita conſequebatur libertatem, vt toto vitæ tempore ſervituti ſuæ obnoxius eſſet: & morte demum ab ea liberabatur. Cujuſmodi conditionem Libertinorum ſuſtulit lex vnica C. de dedit. libert. toll. volens quod eo modo ſint liberi, quo ſimpliciter manumiſſi, & ab eis non differant. De iis alibi quoque Alciat. meminit, nempe lib. diſp. 2. c. 21. & habetur non inelegans caput apud Angelum Politianum, Miſcellaneo. Auebar.

Dedititii ſunt, qui poſt admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi ſunt, & publice pro criminibus cæſi ſunt, aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia, aut igne, aut ferro impreſſa ſunt, ita vt deleri non poſſint. Hi ſi manumiſſi ſunt, Dedititij appellantur Gaio lib. 1. Inſt. tit. 1. Reliqua vide apud Connanum lib. 2. c. 6, n. 2 & 4.

Dedititiis teſtamenta facere non licebat. Caius 1. tit. 1. §. 4. 5. Vlp. 20 §. 14. neque ex teſtamento capere, nullaque ratione ad civitatem Romanam pervenire Caius d. loc. §. hæredes inſtituti, 3. Vlp. l. 22. §. 2. Goth. l. vnic. C. de dedit. libert. tol.

Dedititiorum numero olim erant qui pœnæ cauſa vincti à Domino, quibuſve ſtigmata inuſta, quive propter noxam torti, nocenteſque inventi, aut traditi, vt ferro, vel cum beſtiis depugnarent, vel in cuſtodiam conjecti, deinde quoquo modo manumiſſi erant: id quod lex Ælia Sentia faciebat. Vlpian. inſtitut. tit. 1. & tit. 7. Juſtinian. in §. vlt. Inſt. de libertin. & l. vnic. in princip. C. de Latin. libert. tollend. & in tit. de dedit. libert. toll & Novel. 78 Gaius quoque lib. 1. Inſtit. tit. 1. Quo nomine appellator eos Theophilus interpretationi ſuperiorum locorum conſentiens in §. vltim. Inſt. de liber. ſcribit, ad exemplum peregrinorum, qui à Romanis victi iterum rebellaſſent; quos dedititios appellabant. Sed & in hiſtoriis dedititij appellantur, vt in lexico 8. Germani definiuntur [illegible Greek]

Dedititiorum numerus vilis propemodum, abjectus & infamis erat, ait Gothofr. ad l. 1. ibi: in carcerem conjectus, Cod. ex quib. cauſis infam. irrogat.

Deducere alias pro demere aliquid de ſumma pecuniarum vel rerum, l. pater, ff de jur. dot. Inde dicimus expenſas vel æs alienum deduci, l ſi à domino § fin. & ſeq. ff. de pet. hæred. leg. fundus qui. ff. fam. herciſc. l. veniſſe, ff. de verb. ſig. Old.

Deducere alias pro redire l. 1 ff. arbor. furt. cæſar. Old.

Deducere item pro perducere, vt controverſiã ad exitũ deducere l. fin. ff de Procur. Deducere ad agnator. Oldend. Prat. Sic

Deducere vinus idem eſt quod ſiccare oinos, vt annotavit Forcat. in dial. 86 Necyoman.

Deducere in accuſationem dicitur in l. 6. de fruct. & lit. expeſ.

Deducere in condemnationem l. 3. C. de in litem jurand. Deducere rem in judicium l litigator. Cod. de fruct. & lit. expenſ. Deducere in cautionem per errorem, l. 15. C. de fidejuſ. Deducere in reatum, l. 29. C. ad leg. Iul. de adult.

Deducere rem in ſtipulationem, l. 3. ff. de reſcind. vend. In Obligationem l. 1. §. verbis, ff. de oblig. & act. Deducere in quæſtionem liberum hominem l. 7. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. Equum in tabernam, l. 5 ff. ſi quadrupes pauperiem. Deducere furem ad præfectum vigil. vel præſidem. l. 63. §. 1. ff. de Furtis, &c Briſſ.

Deducti in publicum intelliguntur, qui magiſtratibus municipalibus, vel publicis miniſteriis traditi ſunt. l. 1. §. 6. ff. de fugitiv.

Deducta ratione, vide l. 8. C. de collat.

Deductarum expenſarum nomine comprehenduntur fructus, l. ſi à Domino, § fin. & l. ſeq. ff. de pet. hæred. Hæ nullo caſu intercipiuntur, l. fundus, qui ff. famil. erciſc. Old.

Deductio ſignificat nonnunquam abſolute diſpendium, imminutionem rerum. *Ein abgang.* Titius magnam patitur fortunarum deductionem.

Deductio alias imminutio eſt etiam juſta cauſa, ſorte *Ein abzug.* Olp.

Deductio eſt defalcatio vel ſeparatio, quia deducere ſeparare dicitur.

Deductio aliud eſt quam compenſatio. Primo namque deductio fit vi exceptionis. Compenſatio autem ipſo jure l. 15. ff. eandem rem. vide Cujac. 8. obſerv. 5. in fin. & 15. obſerv. 12. Gothofr. ad leg. 14. ibi compenſato. Cod. fam. erciſc. Secundo deductio eſt partis: compenſatio autem totius interdum & partis, Gothofr. ad l. 11. ibi: vel deductionem. C. depoſit.

Deductio in domum mariti in nuptiis requiſita, l. 6. Cod. de don. ante nupt.

Deducto ære alieno in l. 39. §. 1. & l. veniſſe 165. non hoc ipſum

Z

ſolum hoc eſt, pecuniæ, ſed quævis onera veniunt accipienda: vide Alciat. in l. veniſſe. de verb. ſignif.

DEDUCERE uſufructu dominium præſtare, l. 26 ff. de vſu & vſufructu.

DEDUCTUS in accuſationem de crimine, ab alio ſuper eodem deferri non poteſt, l. 9. C. de accuſat.

D. E. R. I. C. notæ, quibus in SCtis ſcribẽdis vtebantur, pro De ea re ita cenſuerunt: Vt apud Gellium lib. 4. c. 6. quod C. Iulius, L. filius Pontif. nunciauit in ſacrario in regia haſtas Martias moviſſe, D. E. R. I. C. vt M. Antonius conſul hoſtiis majoribus Ioui & Marti procuraret. Item apud Vlpia. l. item 20. §. Præter 6. ff. de hæred. pet. De qua re ita cenſuerunt. Idem in l. 2. ff. ad ſen. Velleian. quod M. Silanus & cæteri verba fecerunt, & cætera, quid de ea re fieri oporteret: de ea re ita cenſuerunt, vbi tamen conſuluerunt imperiti librarij C. ad literam interpretari ſuoi, Gell. libro decimo quinto, cap. ſecundo. Quod verba facta ſunt de Philoſophis & Rhetoribus, de ea re ita cenſuerunt, ſic in Epiſtola Cœlij ad Cic. lib. 8. Quod M. Marcellus Coſſ. V. F. prouinciis conſularibus, D. E. R. I. C. vt L. Paulus, &c. Et eadem epiſtola rurſus aliquoties. Scribebatur etiam ita D. E. R. V. I. C. De ea re vniuerſi ita cenſuerunt. Hot.

DEESSE, pro deſerere, id eſt, non defendere, ſicut adeſſe pro defendere ſæpe dici non ignorant, qui in probæ Latinitatis authoribus verſati ſunt, in quibus & Iuriſconſulti noſtri non tenent infimas. Spieg.

DEESSE in l. 55. de euict. l. 27 §. ſi quis litigatorũ ff. de recep. arbi. l. 1. §. ſed quod diximus, ff ad SCtum Tert. l. 6. Cod. de accuſat. ſign. ad judicium non adeſſe, vt etiam loquuntur noſtri in l. 53. §. vlt. ff. pro ſoc. & in d. l. 55 ff. de euict. & Suet. in Calig. Briſſon.

DEESSE dicitur animus in furioſo, l. 2. ff. de procurator.

DEESSE ad Falcidiam, in l. 18. C. ad leg. Falcid.

DEESSE per contumaciam, l. 13 §. vnde tractari, ff de minn. & Deeſſe cognitioni, l. 27. §. 1. ff. de lib. cauſ. Prat.

DEFALCARE eſt aliquid ab aliquo jure debitum in ſolutum computare. Vel de jure aliter dicitur defalcare ad modum legis Falcidiæ, juxta not. Inſt. de tit. ſuper rubric.

DEFECTÆ facultates, l. 1. C. de operis libertor.

DEFECTÆ ſenectutis homo, i. e. ſenectute confectus, exacta ætate, Vlp. in l. 12. §. 3. de vſufr. vt puta ægrotanti ſeruo vel infanti, vel defectæ ſenectutis homini. Hot.

DEFECTUS conditionis in l. 27. in fin. ff. de condit. inſtit. l. 5. ff. de injuſt. rupt. Briſſ. in parerg.

DEFECTI ætate qui propemodum conſumpti ſunt, *Mit denen es gar nah auſſ iſt.* apud Vlp. in leg. ſi quis ingraueſcente ad SC. Sila. Sp. Defectæ ſenectutis homo, l. 12. §. de illo, ff de vſufr.

DEFENDERE eſt id facere, quod dominus in litem faceret, & cauere idonee: Nec debet durior conditio procuratoris fieri, quam eſt domini, præterquam in ſatiſdando. Vlp. in l. ſed & cæ. in ff. de procurat. Old.

DEFENDERE eſt eadem facere, quæ faceret principalis, ſi adeſſet 8. Eclog tit. [illegible]. Gothofr. ad l. 1. §. 3. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.

DEFENDERE recte, id eſt, boni viri arbitratu, l. 6. ff. judicat. ſolui, Prat.

DEFENDERE viri boni arbitratu aliud nihil eſt quam ſatiſdare, l. 5. §. 3. judicat. ſolui Reuard. l. qui rem alienam, ff. de reg. jur.

DEFENDERE tum prohibere & propulſare eſt, tum conſeruare & tueri, vt defendere injuriam eſt rejicere à ſe & expellere. At dicitur etiam defendere dignitatem ſuam, qui eam conſeruat & obtinet. Couuarr. lib. 7. c. 14 nu. 8.

DEFENDERE inculpate quid ſit, pulchre collegit ex verbis Barthol. doct. in furem nocturnum. de ſicar. Old.

DEFENDERE quoque eſt eandem vicem quam reus, ſubire l. 51. de procur. Hot.

DEFENDERE videtur quis, ſi in poſſeſſionem venire patitur eũ, qui damni infecti ſatis, vel legatorum deſideret, vel ex noxali cauſa duci ſeruum patitur, l. 35 §. vlt. l. 36 de procur. Briſſ.

DEFENDERE quis videtur, ſi ſatiſdat, l. 5. §. nunc videamus, ff. jud. ſol. (ratoribus.

DEFENDERE videtur is, qui judicium accipit, l. 53. ff. de procu-

DEFENDERE Alberico aliquando ponitur pro obtinere, leg. ſi non ſortem, §. hæredi. de cond. indeb.

DEFENDERE ponitur pro vindicare, l. ſi oleum, de dol. mal.

DEFENDERE, i. petere, C. quo jure dict. 8. Prat.

DEFENDERE non videtur non tantum qui latitat, ſed & is, qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem, text. in l. 52. de reg. jur.

DEFENDERE non videtur, qui ſuſcipit alterius defenſionem, etſi locupletiſſimus ſit aut conſularis, niſi ſatiſdare ſit paratus, l. 31. §. vlt. l. 52. & 53. de procur. Briſſ.

DEFENDERE plene procurator non videtur, ſi interrogatur, qua ex parte hæres ſit dominus, non reſpondeat, l. 9. §. Celſus, de interrog. in jur. fac. l. 39. de procur. Briſſ.

DEFENDERE pro parte tantum qui paratus eſt, non auditur, l. 38. de procur. l. 4 ſi ex noxal. cauſ. Briſſ.

DEFENDI videtur, qui per abſentiam ſuam in nullo deteriorem cauſam aduerſarij facit, l. 2. §. 5. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur.

DEFENDI recte, hoc eſt, judicium accipere, vel per ſe vel per alium, ſed cum ſatiſdatione, l. 63. de jud. (d. l. 63. de jud.

DEFENDI non videtur ille, qui quod judicatum eſt, non ſoluit.

DEFENDI non videtur is, cujus ſe defenſor ingerit, ſed qui requiſitus ab actore non eſt defenſioni defuturus, l. 21. §. 3. ex quib. cauſ. major.

DEFENDI abſens non videtur, ſi actor vltro interpellat, nec quiſquam defenſioni ſe offerat, l. 22. ff. eod. tit.

DEFENDI non videtur quis, ſiue ſolutionem, ſiue judicium, ſiue ſtipulationem detrectet, l. 10 ff. de admin. tut.

DEFENSIO pro excuſatione apud ICtos, in leg. ſi reip. de vſur. l. 20. Cod. de excuſat. tuto. Hæc & in capitalibus judiciis danda eſt, leg. ſeruum quoque, §. publice ff. de procur. Item pro exceptione vſurpatur, l. 1. C. de jur. & fac. ignor. l. 11. C. de except. l. ſiquidem de exceptionibus. Old.

DEFENSIO quot modis ſumatur, vide Bart. in l. Liberto in fin. ff. de neg. geſt. Quando aliquid dicatur fieri ad defenſionem, Vide eundem in l. 1. C. vnde vi. Old.

DEFENSIO illicita dicitur quum offenſio licita cenſetur, Bald. text. ſingularis eſt in l. ſi ſeruos, C. de his, qui ad Eccl. confug. l. ſi pignus, §. ſi furem. de furt. Old. Prat.

DEFENSIO plena accipitur, vt ait Vlp. in fin. l. item ait prætor, ex quib. cauſ. in poſſ. ſi & judicium non detrectetur, & judicatum ſolui ſatiſdetur. Olde.

DEFENSIO integra, l. 4. C. de except. juxta, l. 9. C. quomodo & quando l. 1. C. de tutor. vel curator. illuſt. vel clariſſ. Defenſio monſtrata l. 3. C. de reb. alien. non alien. Legitima l. 3. ſi propter publicas penſitat. Præpoſtera l. 12. Cod. de except. Bred.

DEFENSIO moderata vel tutela inculpata quæ ſit, in ſpecie definiri non poteſt, niſi ex ipſius belli circunſtantiis. h. e. ex perſona vim vel injuriam inferentis, ex perſona item defendentis: ex cauſa belli: ex re controuerſa, ex loco, ex tempore, & cæteris hujuſmodi argumentis, leg. ſi quid venditor. ff. de ædil. edict. l. in hir quæ extra, ff. de cond. & dem. Cæterum generaliter definiri poteſt, moderatam defenſionem, & legitimam belli formam trib. modis intelligi. Primum ne temere ad arma promoueretur h. e. ſine magna neceſſitate ac deliberatione deinde, ne modus, qui ad propulſandam vim vel injuriam ſufficit, excedatur. Cur enim occidatur, qui capi poterat? Tertio ne victoria trahatur ad inſolentiam. Multi enim bello rectius vtuntur, quam victoria. Old.

DEFENSIO eſt inſtantis imminentiſve offenſionis propulſatio: vbi hæc ceſſat, non eſt, quod propulſari queat, ab offenſione enim omnis defenſionis pẽdet ratio, vide Salomonium in l. vt vim, de juſtitia & jure. Quo vero jure defenſio oritur, Bart. explicat in ead. l. Et quam varie accipienda ſit, refert ipſe in l. de Pupillo §. 1. & fin. ff. de oper. no. nun. Old. Prat.

DEFENSIO in libris feudorum duplex obſeruatur, juratoria & armata. Iuratoria eſt, cum deficiente vtrinq; probatione, juſjurandum cum 12. ſacramentalibus defertur, lib. feud. 2. tit. 58. §. 4. Rurſus hæc juratoria duplex eſt, vna quæ Reo principali conceditur, vt juret ſe feciſſe vel non feciſſe: altera quæ ſucceſſori permittitur, vt juret, ſe neque ſcire neque credere factam à deceſſore fuiſſe, dict. tit. 58 §. 6. Armata defenſio eſt, quæ per duellum & ſingulare certamen inſtituitur, vt lib. 3. tit. 2. §. 1. Si quis ſuorum parium per pugnam eum fatigare voluerit, vt per pugnam ſe defendat, edicimus, & lib. 2. tit. 59 §. 3. Prat.

DEFENSIO de temporis intervallo, id eſt, præſcriptio. l. 2. C. ſi quis ignorans rem minoris eſſe.

DEFENSIO libertatis, l. 14 C. de liberal. cauſ. (terg.

DEFENSIONA pro defenſioni in l. 39. §. 1. de noxalib. Briſſ. in Pa-

DEFENSIONEM mandare, l. 1. C. quib. res judicat. non noc.

DEFENSIONEM ſuſcipere, l. 51. §. vlt. ff. de procurat. l. 6. & 7. C. eod. 9 ff. comm diuid. l. 5. judic. ſolui, l. 31. ff. de reb. auth. jud. poſſid. Briſſ.

DEFENSIONEM ſubire l. 28 §. 4. C. de admin. tut. Acquirere, l. 1. C. ſi quis ignorans. Habere l. 17. ff. de his quæ vt indignis. Præſtare, l. 43. § in popularibus ff. de procurator. Briſſ.

DEFENSIONEM tueri ſecundum juris formam l. 8. in princ. C. de rei vindic. Confidere l. 5. C. de lugen. manum.

DEFENSIONES legitimæ appellatione quid veniat, vide l. 1. C. de bon. matern.

DEFENSOR appellatur, qui alium in judicio defendit, l. 9 §. juſjurandum, l. 34 §. defenſor. & § procurator, ff. de jurejur. l. 25. § non autem, ff. de pact. l. 14. ff. ſol. matr. l. 23. ff. de re judic. l. 18. ff quib ex cauſ. in poſſeſſ. l. 18. §. vlt. de caſtr. pecul. l. 2. in fin. & l. 6. ff. ad Velleian. l. 13 §. etiam ff. de pignorib. l. 11 §. hoc jure, ff de except. rei judicatæ, l. 6. ff. ratam rem haber. l. 1. §. vlt. ff. quibus mod. pign. Briſſ.

DEFENSOR dicitur qui abſque mandato, cum ſola ſatiſdatione pro reo in judicio poſtulat, eumque defendit, atque tuetur, vt Procurator, qui actorem, in leg. minor. cum duabus proxime ſeqq. ff. de procur. vnde defenſores, id eſt tutores, vel curatores, l. 2. qui per tut. Prat.

De-

DEFENSOR idoneus non eſt minor 25. annis, in quibus cauſis in integrum reſtitui poteſt, l. minor. ff. de procur. vide Paulum ibidem l. nequaquam ſcimus. Prat.

DEFENSORES in jure varia eſt ſignificatio. Defenſor accipitur quandoque pro tutore vel curatore, l. 1. qui petant tutor. Quandoque accipitur pro eo, qui abſque mandato cum ſola ſatiſdatione alterum in judicio defendit atque tuetur, vt eſt in l. minor. cum duabus proxime ſequentibus, ff. de procurat. Qua in ſignificatione defenſor à procuratore non vſquequaque videtur diſtare. Itaque Arcadius ſing. lic. de muner. ciuil. Defenſores quoque (inquit) quos Græci σύνδικοι appellant, laborem perſonalis muneris aggrediuntur. De propria autem ſyndici ſignificatione dicemus ſuo loco. Anchor.

DEFENSORES ciuitatum non ex decurionibus, ſed ex aliis municipibus ſeu ciuibus eligebantur olim tres, qui curarent, ne tenuiores à nobilibus læderentur, l. 2. & 3. C. de defenſor. ciuitat. Quorum munus ſeu adminiſtrandi forma deſcribitur in l. in Defenſoribus C. eod. tit. Old. & Spieg. Ideo paterna voce defenſores vocat, vt parentis vicem plebi exhiberent, l. vtili, l. defenſores, 5. & in defenſorib. Cod. de defenſ. ciuit. §. 1. de defenſ. ciuitat. col. 2. & alibi defenſores plebis nuncupat l. vnica, C. de offic. judic. Alexan. Iudicabant de pecuniariis cauſis vſque ad trecentos aureos, de leuioribus quoque criminib. cognoſcebant, eadem competenti caſtigatione tradentes, cum tamen hoc aliter magiſtratibus municipalibus non licuiſſet, l. magiſtratus ff. de juriſd. omn. judic. deprehenſos in majoribus criminibus, in carcerem detrudebant, mittebantque ad prouinciæ præſidem d. l. vtili. l. per omnes, l. defenſores, 3. C. de defenſ. ciuit. denique apud defenſores ciuitatum teſtamentorum & donationum inſinuationes, & quidquid aliud erat monumentorum proprium agebatur, §. juſiurandum, de defenſ. ciuitat. col. 3 Cottaſ Miſcell. lib. 3. c. 6. Quomodo viri clariores ciuitatis cogerentur ſuſcipere defenſoris munus, inepte & ridicule exponit Accurſ. dum ait, nobiliores cogi ſolitos in circulū, duoſque ex eis perſcrutari cæterorum bonitatem, quæ ſomniaſſe potius, quam diuinaſſe videtur. Nam cum oporteat eos ἀνακύκλον hoc munere fungi, quod Gregorius Haloander dixit per vices, non inquirebatur ſingulorum præſtantia, quia neceſſe erat, vt omnes ſuo tempore id munus obirent. Neque ſententia mea Tiraqu. vir certe doctiſſimus hunc locum percepit, qui in lib. de jur. primog. q. 19. tradit hic intelligendum eſſe de illo circulo de quo ſcribit Caius Inſtit. ſuarum lib. 1. tit. 2. Et quem Auſonius Gallus orbem teretem appellauit, & de quo mentionem fecit Felinus in cap. cum dilecta, de reſcript. & Cardin. Alex in cap. Nicolao, de appellat. quia in eo circulis ita nomina ſcribebantur, vt dignoſci non poſſet, quis prius, quiſve poſterius nominatus eſſet, hic verò κατ' ἀνακύκλον dixit Iuſtinian. id eſt, eo ordine, vt quis non cogatur iterum eſſe defenſor, donec alij quoque defenſores non fuerint, vt ex ſubſequentibus apparet: Magiſtratus qui hoc modo creabantur, ἀρχὰς ἐγκυκλίους Demoſthenes vocauit, quos Budæus circulares magiſtratus dixit. Non omitto interpretem in con ſtit. de defenſor. §. interim, & inf. ſub eod. tit. in §. ſi qua vero, ἀμφοτέρας nobiliores exponere, cum de grauioribus & dignioribus viris Iuſtin. intelligat. Hæc enim dictio id ſignificat, vt conſtat ex ſcriptoribus Græcis, quod etiam Suid. & Budæus docent, & in magiſtratibus non minus hominum dignitas & integritas, quam nobilitas eſt ſpectanda. Ferran. lib. 2. Explicatio in conſtit. de defenſ. ciuit. §. interim, cap. 37.

DEFENSORES videntur fuiſſe ſimiles tribunis plebis, & ideò defenſores plebis appellantur, l. 2, C. de offic. deleg. Prat. pag. 361. col. 2. poſt medium.

DEFENSORES locorum, l. 30. C. de epiſc. & cler. l. vlt. C. de judic. l. 14 §. 4. C. de non numer. pecun.

DEFENSORES minores ſunt tutores, l. 2. C. ſi ex pluribus tutoribus vel curatoribus, l. 2. C. quando mulier. tutel. offic. fungit. l. 21. C de admin. tut.

DEFENSORES differunt à procuratoribus, quod in criminalibus non procuratores ſed defenſores dentur, l. 33. §. 4. ff. de procurat. Paul. 5. ſent. 16. §. 11. Gothofr. ad l. 2. Cod. de procurator.

DEFENSORES differunt à dominis, l. 21. C. de poſtlim. reuerſ.

DEFENSORIS rei ſuæ & aduocati differentia, l. 54. ff. de rei vend.

DEFENSUS illegitimè reſtituitur ad totam cauſam. Gotho. ad l. 24. ubi tibi reſtitui, C. de procurat.

DEFERRE aliquem eſt accuſare ſeu poſtulare, & reum quem agere, l. 1. §. idem judex, ff. de liber. agnoſc. l. 18. ff. de jure fiſci. Sic Cic. in orat. pro Q. Ligario. Nouum crimen C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tub. detulit: Q. Ligarium in Africa fuiſſe, &c. Quint. in tormentis pauper diuitem detulit reum. Id Græci dicit ἀποφέρειν δίκην, ἐπαγγέλλειν, quibus noſtrum deferre, (ait Budæus in comment. græcæ linguæ) videtur reſpondere, Brechæus l. nodtcaſſe reum, ff. de verbor. & reum. Sed deferre alicui eſt grates & reuerentiam ei exhibere, ff. de accuſ. libellorum. Et ſic dicimus, Plus Deo deferendum eſt quam homini. De ſentent. excommun. cap. relatum 11. Quæſtio. 3. c. Quiſquis metu. &c. Iulianus, differunt tamen deferre & accuſare in hoc, quia deferre fit reo abſente, accuſare fit reo præſente. Old. & Prat.

DEFERRE nomen propriè non eſt accuſare, ſed apud magiſtratum vel judicem, de aliquo crimine ante accuſationem denunciare, *Angeben*, & aliquem in capitis diſcrimen rapere. Differunt igitur

DEFERRE nomen & accuſare. Nam deferre nomen dicitur qui legib. interrogat apud Præt. vt ſi interrogatus neget ejus nomen in reos referatur, nam deferre nomē idem eſt quod reum facere. Accuſare vero eſt agere cauſam & ſuum reum in judicium adducere. Terent. l. 10. ff. de jur. patr. Qui nomen detulit, accuſaſſe intelligendus eſt. De patrono loquitur, qui ſi liberti nomen detulerit, non minus à bonorum poſſeſſionibus remouetur quam ſi accuſarit. Lex vetabat eum patronum qui libertum capitis accuſaret, ad ejus hæreditatem vocari, patronus nomen detulit: quærebatur an excludendus eſſet. Hoto.

DEFERRE dicitur, qui quod ei tacite ſeu palam relictum eſt, capere ſe non poſſe profitetur: vel qui vltro Præfectis ærario nunciat eam rem quæ ſibi relicta eſt, capere, ſibi non licere, l. 1. l. 3. §. fin. l. 13. l. 6 ff. de jure fiſc. Prat. Briſſ.

DEFERRE pro in cenſum deferre & deducere, l. 4. §. in ſeruis, ff. de cenſib. Senec. lib. 1. de beneſic. Nec illis fraudi eſt, ſi quid in cenſum detulerint. Prat. Briſſ.

DEFERRE appellationem in jure Pontificio, idem eſt, quod admittere appellationem, vide Archid. ext. de Appell. cum appellat. lib. 6 Old.

DEFERRE cauſam ad patronum dicitur cliens, quum eum conſulit, & ei controuerſiæ ordinem, argumentūmque exponit, *Den handel anzeigen.* Old.

DEFERRE juramentum eſt aliquem arctare, vel adſtringere ad jurandum, & quandoque defertur à jure, quandoque à judice, quandoque à parte, quandoque etiam delatio à parte parti defertur: de omnibus his nota. Cod. de jureju. l. 1. Poteſt autem ipſum deferre major 25. annis. Etiam minor ipſum deferre non prohibetur, dum ſaltem conditio ſua pejor non fiat, ſed ſi læditur, reſtituitur, de jurejur. leg. Nam poſtea. §. ſed ſi minor; etiam paterfamil. non filiusfam. C. de jureju. l. nec filius. Item liber, non ſeruus, ff. eod. tit. leg. multo magis alias quanto magis, in fin. Item compos mentis, non prodigus & conſimiles, vt l. tut. §. prodigus, eod. tit. & hoc in rebus quæ ad eos pertinent. Si autem adminiſtrationem adiit tanquam procurator, licet ei juramentum deferre in tribus caſibus, ſc. ſi ſpecialem habeat adminiſtrationem, ſi in rem ſuam ſit datus, & ſi generalem & liberam habeat adminiſtrationem vt ff. de jurejur. l. Iuſiurandum, §. ſi tib, & leg. ſeq. Et Epiſcopus habet hanc adminiſtrationem, quo ad ea, quæ alienari poſſunt. Cui autem deferatur, dicendum eſt, ſecundum Hoſtien. quod à parte parti deſertus, quod vocatur, ſecundum eundem juramentum voluntarium, vel extrajudiciale. Verum aliud eſt judiciale & neceſſarium, ſcilicet quando judex parti defert, vt C. de jurejur. l. 3. § bonæ fidei. vide de hac materia Hoſtien. in tit. de jurejur ſub §. de juramento aſſertorio, quaſi per totum. Old. Prat.

DEFERRE in ærarium, item deferre in principis commentarium, quid ſit, Budæus explicat in l. Abeſſe de minor. Oldend.

DEFERRE reum idem eſt, quod poſtulare, & vt cognitionem ſuſcipiat petere, l. deferre. de jur. fiſc. Quomodo autem id fiat docet Alciat. in l. indicaſſe. Old.

DEFERRE in publicum, l. 2. C. pro quib. cauſ. ſerui pro præm.

DEFERRE cauſas excuſationis, l. 2. C. de excuſ. vet.

DEFERRE querimoniam l. 4. C. de accuſ.

DEFERRI hæreditas dicitur, quam adeundo conſequi poſſumus, l. 151. de verb. ſign. Deferri autem hæreditas dicitur tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, l. 2. ff. fam. erciſc. l. 30. ff. de verb. ſign. Nec ex Inſtitutione modo, ſed & ſubſtitutione.

DEFERRI hæreditas ex cauſa ſubſtitutionis, l. 35. ff. de acq. vel omitt. Ex inſtitutione l. 9 ff. de ſuis & legit. l. 50. ff. de bonis libert. l. 5. C. de fideicom. eodem modo

DEFERRI bonor. poſſeſſio dicitur, quam agnoſcendo acquirere poſſumus, l. 1. §. decretalis, de ſucceſſ. edict. l. de colla. bon. l. 1. & 5. C. qui admitt. l. vnic. C. quand. non petent. part. l. 1. Cod. de repud. bon. poſſ. Non tantum autem hæreditates, & bonorum poſſeſſio, verum etiam tutelæ deferri dicuntur, l. 7. ff. de cap. minut. l. 1. ff. de leg. tutor. l. 6. ff. eod. l. 3. eod. l. 1. C. de legitima tutela. Sic

DEFERRI legatum, &

DEFERRI actionem dicimus, l. 64. §. dabit. ſolut. matr.

DEFERVESCERE ſignificat ardorem animi, inuita ratione excitatum amittere, ſéque (vt ait M. Cicero) colligere, ſφριγᾶν, ve dicit Plutarch. in Alexand. παρ' ἐκστῆναι, quod à Liuio deflagrare dicitur. Spes, inquit, interdum ſubibat, deflagrare iras veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe. Prat.

DEFICERE dicuntur qui ab his, quorum ſub imperio ſunt, deſciſcunt, & in hoſtium numerum ſe conferunt, ſed & hi, quos ſenatus lata lege hoſtes judicauit, vel relegari vtique,

Digitized by Google

vſque adeo vt ciuitatem amittant, Autor Paul. in l.5. de cap. minu. Spieg. Hotom.

DEFICERE bona, vide ſupra bona deficere dicuntur, & Zaſ. ad fin. l. commodis, de re jud.

DEFICERE conditio dicitur, quæ non exiſtit l.68. §. vlt. ff. de leg. 2. l.28. §. vlt. ff. de pact. dotal. l.4. ff. ex quib. cauſ. majo. l. 21. ff. de jure dot. l.5. ff. de ſuis & legit. Briſſ.

DEFICERE hi dicũtur, qui hæreditatẽ omittunt, vel ante agnitã aditamq; eam decedunt, l.5. de vulg. & pup. l.78. ad l. Falc. Bri.

DEFICERE debitores dicuntur, qui labuntur facultatibus & efficiuntur non ſoluendo, l.3. § multa, ff. de jur. fiſc.

DEFICERE cautio dicitur in l.73. ff. de cond. & dem. fidejuſſoribus ad inopiam vergentibus. Briſſ.

DEFICERE ipſa quoque pars dicitur, l.32. de condit. & demonſt. quæ alias ceſſare & vacare dicitur. Prat.

DEFICERE a in ſui ſubſtantia, l.3. C. de contrah. empt.

DEFICERE id eſt, animam agere, expirare, mori. l.8 §. hoſtes, ff. de pœnis l.32. § ſi ambo, ff. de donat. int. vir. & vxorem, l. 21. verſ. nec vero C. de adm. tut.

DEFICIT quem conditione dicimus, l. 8. 31. 74. de condit. & demonſtr. l.22. ff. vt legator. nom. cau. l.8. in fin. princ. & § pen. de conſtit. inſt. l.13. de ſtatu libur. Briſſ.

DEFICIENS id eſt moriens l.17. & 20. in princ. C. de teſtam. l.23. Cod. eod.

DEFICIENS actio l.6. C. de crim. expilat. hæred.

DEFICIENTIUM partes interpretari, l.53. in fin. ff. de acquir. hæred. & l. vnic. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. l.8. de alim. leg.

DEFINIRE eſt pro regula aliquid ſtatuere. Nihil in perpetuum neq; generaliter definire poſſumus, l.14. ff. de diuerſ. tẽp. Briſſ.

DEFINIRE in jure ciuili plerunque eſt generaliter & ſummatim quid ſtatuere, l.4. §. puto. de hæred. inſt. l. 5. §. conceſſa, de don. inter vir. & vxor. l.24. de regul. jur. l.1. de reg. Cato. l. vlt. de bon. damn. l.1. de impenſ. in res dot. Briſſ.

DEFINIRE quoque eſt, non tantum quid res ſit explicare, ſed ea quoque omnia, quæ ad rem aliquam pertinent, determinare, vnde dicitur in regula juris, omnem in jure definitionem periculoſam eſſe, & leges paſſim definitiones appellantur. De quo vocabulo vide latius per Leonard. in comment. œconomicorum Ariſt. Droſæus in methodo Iuris.

DEFINITIO eſt earum rerum quæ ſunt ejus rei propriæ, quam definire volumus, breuis & circumſcripta quædam explicatio. Bud. in l.1. de juſt. & jur. vel

DEFINITIO eſt oratio ſubſtantiam cujuſque rei ſignificans, Accurſ. in l. omnis definitio, in ff. de reg. jur. Io. Bell. Etymol.

DEFINITIO proprie dicitur quæ conſtat ex genere & differentiis, vide Bart. in l. 1. ff. de teſtam. Multa autem ſunt definitionum genera, quæ Boethius breuiter & eleganter lib. 3. in Topica Ciceronis exponit. Obſeruandum autem, quod finitio nominis præcedit definitionem rei. Neque enim probe definieris canem, niſi prius conſtitueris, an de animali ſiue terreſtri ſiue marino, an vero de cœleſti loquaris. Gloſ. leg. quoties, de verb. oblig. Vt res exemplo pateat. Quæris an publiciana actio detur aduerſus eum, qui pro hærede poſſidet? Ab initio perſtringendum erit tibi, quid hac loquendi formula pro hærede poſſidere, Intelligi velis. Sed nec id prætereundum, quod & Viglius animaduertit, non vulgus modo, ſed & doctos pleroſque viros, non diſtinguere definitionem à diffinitione, ſed librariorum errore jam olim confuſa iſta eſſe. Salomonius: conſidera (inquit) Definitionis eſſe explicare quid eſt. Etymologiæ vero, rationem nominis exponere; Porro veluti aliud eſt nomen, & aliud res ipſa, quæ nominatur, ſic alia cognitio nominis & alia rei nominatæ. Hinc à noſtris non recipitur paſſim ab Etymologia ſyllogiſmus, ſed vix negatiue, & tunc eum ab eſſentia traducitur rei, quæ nominatur, vt Iuris vocabulum è Iuſtitiæ viſceribus ductum. Spieg.

DEFINITIO proprie accipitur pro rei finitione, ſcilicet, cum res à genere ſuo vſque ad ſpecialem & propriam differentiam ſic demonſtratur, vt quaſi finibus certis cognoſci poſſit. Prat.

DEFINITIO duplex eſt, propria & impropria. Definitio propria eſt, quæ ex genere & differentia cõſtituitur. Impropria quæ & deſcriptio vocatur, eſt qualibet rei definitio: qualis eſt in l.1. ff. de legibus Lex, inquit Pap. eſt commune præceptum. Cum etiã priuilegia ſint leges, non tamẽ communia precepta. Prat.

DEFINITIO ſumitur etiam pro generali regula & canone, vt in l. 52. ff. de vſuris, l.20. ff. de auro & arg. & in l. omnis definitio de reg. jur. Omnis definitio in jure ciuili periculoſa eſt, quod vel titulus demonſtrat. l.10. ff. de aur. & arg. leg. l. 5. §. 1. ff. de hæred. inſtit. Sic regula Catoniana etiam dicitur definire. Neque enim tam eſt difficile rem aliquam in jure ciuili exacte definire, quam eſt rarum, regulam ex legibus colligere, quæ nulla in partu infirmari queat. Adde Vigl. Iuſtit. de teſt. ord. & vide Bud. in annot. Quamvis hoc ipſum quoque Accurſ. declarauit. Spieg. Nec id videtur ignoraſſe Proſper Aquitanicus, qui in epiſtola quadam de libero arbitrio ſic ſcribit. Ad defenſionem alicujus definitionis, ita promenda eſſe quæ alteri intellectui, à quo videtur definitio non diſſonare, non cedant, & eam regulam, cui ſunt aptata non deſerant.

DEFINITIO temporis, id eſt præſcriptio, l.1. C. ne rei dominicæ vel templor. &c.

DEFINITIONES vltimæ, id eſt, ſententiæ definitiuæ, l.3. Cod. de ſent. ex breuic. recitand.

DEFINITIVA ſententia ſcripturam requirit. Gothofr. ad jam d. l. 3. quinque tamen certis caſibus non requirit, vt authen. niſi breues, C. eod. tit.

DEFLECTERE à Iuſtitia, l.17. C. de quæſtion.

DEFLECTARE Quo ſuæ rei cauſa, l.38. ff. ex quib. cauſ. majo.

DEFLORANS virginem non tenetur de adulteriis per eam poſtea patratis, l. 11. §. 2. de ſeru. cor. Brederod. in lexic.

DEFLORARE virginem Archidiacono, cap. vnic. de deſponſ. impub. lib. 6. Prat.

DEFORMARE pro deturbare apud Iuriſconſ. Ne deformetur vrbs ruinis, l. vlt. ne quid loc. publ. Spieg.

DEFORMARE matrimonia falſis contumeliis non licet, l.30. C. ad leg. Iul. de adult.

DEFORMARE ſeruum cicatricibus, l.18. §. 1. ff. de vſufruct. Briſſ.

DEFORMATI fructus, qui delapſis florib. jam formati exiſtunt.

DEFORMATUM item, modo pro informato, vt apud Quint. & pro eo quod deforme & infame ex pulchro & honeſto factum ſit, à M. Tullio dici obſeruatum eſt.

DEFORMATUM ædificium, l.22. verſ. ſed & ſi parens, ff. de admin. tut. vel curat.

DEFORMIS ruina, l.5. C. de operib. public.

DEFORMIS Vrbs ruinis & incendiis, vnde in l.11. Cod. de oper. publ. ea inſtauranda quæ jam deformibus ruinis intercidiſſe dicuntur. Briſſ.

DEFORMITAS corporalis plerunque inuiſa, non adeo in noſtro attenditur, atque in pontificio jure, leg. ex hac lege ff. ſi quis pau. fec. dic. Caius in l. fin. ff. de his qui dejec. Cicatricum autem & deformitatis nulla fit æſtimatio, quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem.

DEFORMITAS apud Vlpian. de ædificiis dicitur, quæ aliqua ſui partu deformata ſunt, l.7. de offic. præſid. & aduerſus detractãtem competenti remedio, deformitati auxilium ferat. Prat.

DEFRAUDARE genium apud Terentiũ dicitur auarus, qui meritis eum, & debitis bonis priuat, vt tradit Conna. lib. 5. c. 5. n. 1.

DEFRAUDARE hæreditate, l. 25. C. de legatis l 6. C. de neceſſar. ſeru. hæred. inſtituend.

DEFRAUDARE libertate d. l. 6. C. de neceſſar. ſer. hæed. &c.

DEFRAUDARE commodo, l.45. ff. ſolut. matr.

DEFRAUDATUR quod eſt in l.45. in fin. ff. ſolut. matrimon. cujus loco hodie defraudetur, ſcribimus. Germanam antiquitatem olet. Defrudo enim non defraudo veteres dixiſſe, vt reliquos omnes taceam, Nonius Marcellus notat. & hoc Plauti Aſinaria verſu comprobat. Actus 1. ſce. 1.

Tu? ego defrudem cui ipſi nil eſt in manu.

Subdit & Terentianum ex Phormio. Act. 1 ſcen 1 verſum.

Meum defrudens genium comparſi miſer. Briſſ. in Parerg.

DEFRUTUM muſtum eſt decoctum & deſpumatum, vt Palladius & Plin. lib. 14. c. 9. ſcribunt. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. vt eſt apud Non. Sapam appellant quod de muſto ad mediam partem decoxerant. Defrutum ſi ex duabus partibus ad tertiam redegerant defruefaciendo. Vtriuſq; meminit l.12. §. ſi in aliqua, ff de inſtr. & inſtrum. Defruti vero & paſſi meminit l.9. & l. vlt § vlt ff. de tritico, vino. Paſſum autem eod. Varrone interprete nominabant veteres, ſi in vindemia vuam diutius coctam legerent, eamque paſſi eſſent in ſole aduri. Nam & paſſum quo ex ſicciore vua eſt, & defrutum, quo magis incoctum eſt, eo eſt valentius, teſte Celſo lib. 11. medici, c. XVII. Plane Victor. in lib. de Orthograph. defructum ſcribendum docet, propterea quod defruendo, & coquendo fiat tale, quod defrudetur, id eſt fraudetur coctura, id eſt, minuatur. Briſſ. Adde Forcatulum in penu Iuris ciuilis c 8 Prat.

DEFUGERE inquiſitionem veritatis, l. 10. C. ad leg. Iul. de adult.

DEFUNCTORIA inquiſitio. l.34. §.4. de epiſcopal. aud.

DEFUNCTORIE in l.1. C. qui mun. tutel. id eſt, adſectare Bred.

DEFUNCTORIE, perfunctorie, tranſlatiue vel tranſlatitie, pro eod. accipiuntur, hoc eſt, frigide, non ſatis bona fide, nec ex animo, l. 2. ff. ad SC. Tertull. l. Aut qui, ff Quod vi aut clam. Tranſlatiue pro vulgari & non accurata diligentia. Oppoſ. bona fide, optima fide, hoc eſt, citra omnem prorſus ſimulationem, l.1. C. qui mune. tute ſe excuſ. non defunctorie, hoc eſt non quæſito prætextu ad euitandum juſtæ tutelæ munus. Accurſius inepte accipit, pro Tranſitorie. Prat.

DEFUNCTORIE tutelam ſuſcipere is dicitur, qui data opera ſe alicujus tutorem ſimulat, cum tutor non ſit, eamque dicis cauſa ad hoc adminiſtrat, vt hac ſimulatione à noua tutela excuſetur. Dicitſique defunctorie ſuſcipere tutelam, ea ratione qua matrem coerceri, ſcripſit Vlp. quæ filiis tutores petiit defunctorie data opera, c. 2. §. 16. de SC. Tert. Ferret. l. in ambiguis §. non eſt nouum, ff. de reg. jur. Old.

DEFUNCTORIE facere dicimur, quod non ex animo, ſed quia vult

Digitized by Google

vel cogimur, vel debemus, facimus: hoc vnum ſpectantus, vt officio noſtro defuncti dicamur. Vlpia. leg. 2. §. 16. ad SCrum Tertyll. Non ſolum autem quæ non petiit, coercetur, ſed & quæ defunctorie petiit. Impp. in l. vnic. C. de oum. tut. Si tres tutelas vel curas eo. temp. non defunctorie ſuſceptas adminiſtras, onere quartæ tutelæ non grauaberis. Hotom.

DEFVNCTORVM domus, id eſt ſepulchra. l. 4. & ibi Gothofr. C. de ſepulchro violato.

EX DEFVNCTO interpoſitus contractus, l. 73. ad Trebell. Briſſ. in parerg.

DEFVNCTVA inteſtatus, l. 5. C. de ſuis & legitim. liberis.

DEFVNGI eſt explicari negotio aliquo, finemque ei imponere. Vlp. de act. empt. Emptorem noxali judicio condemnatum ex empto actione id tantum conſequi, quanti minimo defungi potuit. Hinc defunctos fato i. ſolutos & exemptos, nec vltra vlli fato obnoxios. Defunctum item, vt adnotauit Bud. more græcorum pro cadauere intelligimus ſubſtantiue. Cæt era apud eum in l. empt. tit. eod. Defungi etiam dicimus, non toto conatu, non magnopere aliquid curare, ſed tepide & infirenue & eo tantum animo, vt officio functi eſſe videamur, & quatenus ſit ad vitandam reprehenſionem, aut emerendam veniam. Defungi autem quanti minimo quis poſſit. vide ff. de act. empt. l. ex empto. Spieg.

DEFVNGI morbis, defungi vita dicimus l. ex empto, §. idem, ff. de actio. empt. accipitur plerunque defuoctus ſubſtantiue pro mortuo. Opponitur perfungi, hoc eſt, ad extremum obire munus ſuum & ſtrenue operam nauare. Liu. lib. 6. Romani Conſules perfuncti, quod ad Capuam attinebat, curam Gaio Neroni ex legionibus, quas ad Capuam habuerant, 6000. peditum, & 300. equites decernunt. Prat.

DEFVNGI munere in l. 1. §. præuaricatorem, ff. ad Turpill. Briſſ. in parerg.

DEFVNGI litis æſtimatione l. 27. §. ita. & l. 37. §. vlt. ff. ad l. Aquil.

DEFVNGI noxæ deditione l. 37. §. vlt. ff. eod. Briſſ.

DEGENER dicitur, qui majorum ſuorum moribus non reſpondet, vt colligitur ex textu, & Gloſſ. in Auth. de non alienan. §. omne ergo. Prat.

DEGENERES homines, id eſt, naturales tantum, l. 12. in fin. C. de natur. liber. & matrib.

DEGERE expeditione, l. 15. pr. C. de teſtam. milit.

DEGLABRARE Paul. in l. cædere 5 in prin. arbo. furt. cæſa. Cingere eſt, inquit, deglabrare, Bud. hanc legem corruptam eſſe putat, judicatque ex compendio Græco, quomodo hic locus legendus ſit. Holoander à veteri lectione non recedit. Itaque Paulu adeglabrare, pro corticem eximere poſuiſſe videtur: quod proprie à ſimplicis verbi ſignificatione, & quidem magis vſitat nihil diſtat. Spieg.

DECLABRARE ſuperſecare, ſuccidere eſt: ſecuti ſecare. Hot. ad leg. 12. tab. vt qui alieo. arb. Goth. ad d. l. cædere 5. in prin.

DEGLVBERE eſt detrahere pellē. Tiber. Cæſar autore Suetonio, admonitus ab amicis, vt prouincialibus augeret vectigalia, reſcripſit: Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere, h. e. nihil reliqui facere. Tondent autem, qui ita ſpoliant, vt ſortem relinquant, vnde res poſſit creſcere: quum ente retracta nihil exter, quod deinde poſſit auferri Spieg.

DEGRADARE in l. 3. C. de offic. magiſt. offic. Holand. autem legit regradare Goth. ad jam d. l. 3.

DEGRADATIO idem quod depoſitio à gradibus vel ordinibus eccleſiaſticis. Et eſt duplex. Quædam verbalis, quæ eſt à proprio Epiſc. aſſiſtente in degradatione clericorum in ſacris conſtitutorum ordinibus certo epiſcoporum oumero definito, canonibus facienda. Poterit autem Epiſcopus in hujuſmodi degradatione vti verbis aliquibus ad terrorem illis oppoſitis, quæ in collatione ordinum ſunt prolati, dicente Presbytero, hæc vel ſimilia verba in remotione: Auferimus tibi veſtem ſacerdotalem, & te honore ſacerdotali priuamus, vt in cap. degradatio de pœnis lib. 6. Quædam actualis ſiue ſolemnis, cæleſtis militiæ militia, i. clerici degradatio fit, vt exautboriſatio ejus, qui militiæ deſeruit armatæ, cui militaria detrahuntur inſignia, ſicque à militia remotus caſtris ejicitur, priuatus cōſortio & priuilegio militari. Clerico igitur degradando Epiſc? ſingula, ſiue ſint veſtes, calix, liber, ſeu quæuis alia, quæ illi juxta morem ordinandorum in ſua ordinatione ab Epiſcopo fuerint tradita ſeu collata, ſingulariter aufert, & raditur caput illius, ſiue tondetur. Ioan. Bello. Etymologia.

DEGVSTARE idem quod guſtare, vide Vlp. in l. 1. in princ. & §. 1. leg. ſi quis vinum pi inc. ff. de peric. & commod. rei vend. Vbi pulchre diſtinguit de rebus deguſtationem exigentibus. Spie.

DEGVSTATIO ſola non facit vinum eſſe venditum, deguſtationem enim ſequi debet voluntas & conſenſus emendi. Goth. ad l. 1. vbi cum fuerit deguſtatum, ff. de peric. & commod. rei vend.

DEHINC l. 3. C. ad Senatuſconſultum Turpil.

DEIECISSE videtur tam qui ſuis manibus expulit, quam qui mandauit vel juſſit, vt aliquis dejiceretur. Ibid. Prat.

DEIECISSE locatorem colonos videtur, qui ei cui locator poſſeſſionem vendidit, poſſeſſionem non tradit, niſi probabili cauſa ductus id fecerit, l. 12. ff. de vi & vi arma. Prat. Briſſ.

DEIECTATE verbum refertur ad perſonam ejus qui dejecit, nec pertinet ad eum cujus familia dejecit. Schard.

DEIECTIO duplex eſt: armata & non armata: qui armata dejicitur, quamvis non, aut vitioſe poſſideat, reſtituitur, l. 14. ff. de vi & vi armat. qui non armata nequaquam, niſi poſſideat. Hot. Prat.

DEIECTOR, pro eo qui dejicit, l. 5. §. cum autem ff. de his qui effuder.

DEIECTVM & effuſum intelligitur, quod pendens decidit vel effuſum eſt, etiamſi nemo dejecerit, vel effuderit non tantum in ciuitatibus & vicis, ſed etiam rure in quibuſcunque viis, l. 1. §. quod ſi ſuſpenderetur, l. peu. ff. de his qui dejec. vel effud. Old.

DEIERARE pro falſo jurare accipitur in cap. in literis, de teſtibus & c. literas, de præſumpt. extra.

DEIERARE in l. 16. C. de teſtibus, idem eſt quod non jurare.

DEIERANS majeſtatis reus non eſt, l. 2. C. ad leg. Iul. Majeſt.

Δειγματα, Characteres. Gothoſt. ad Nou. 17. c. 15.

DEIICERE eſt ex eminentiore loco aliquid demittere, quod noceat aut ſtatim aut aliquo temporis interuallo. Sic accipitur in tit. ff. de his, qui dejecerint vel effud. Old. Prat.

DEIICERE arbores, arbuſta, oliueta, geſtationes, viridaria, aggerem, onus, pilam, terminos, trabem, &c.

DEIICERE vel effundere, de, vel ex cœnaculo, naue, cubiculo vel exedra, interdiu non de nocte, &c. Briſſ. ex ff.

DEIICITVR in interdicto, vnde vi, id eſt, expellitur, is, qui poſſidet, ſiue naturaliter ſiue ciuiliter poſſideat, Vlp. in l. 1. ff. de vi & vi armata Prat. Dejicit autem tam qui manib. ſuis dejicit, quam is qui mandauit, vel juſſit, vt alius dejiceretur, vel ratū habuit, l. 1. § dejeciſſe ff. de vi & vi arm. l. 1. ff. de reg. jur. Briſſ.

DEIICERE, edicti de his qui effuderunt vel dejecerunt formulam vide in l. 1. §. in prin. ff. de his qui effuder. vel dejecer.

DEINDE POSTEA. Cicero etiam de claris oratoribus vſus eſt, Poſtea deinceps. Verba ſunt Martiani in l. ex ſeruorum, ff. de ſtatu hom. Aldobrand.

DEINCEPS, id eſt, de cætero, in cap. vnic. §. porro. clem. de ſum. trinit. l. nemo deinceps, C. de epiſc. audient. l. Seia ff. de vſur. l. 11. § 1. ff de donat.

Δεισιδαίμονας Græci vocant, qui inconſulto timore Deum timent, Budæus atg l. 8 conſt. inſtit. Goth. ad l. 1. §. 9. ibi: ſuperſtitioſum, ff. de ædil. edict.

DEIVDICARE veteres dixere pro dijudicare. Briſſ. in parerg.

DELACTATVS id eſt, lacte depulſos. Gothoſr. ad l. 6. ibi majori trimo. de patr. poteſt.

DELAPSÆ terræ, l. 62. ff de vſufructo.

DELATA hæreditas, vel delata bonorum poſſeſſio dicitur, quam quis, remoto quolibet impedimento, poteſt adire vel agnoſcere. Bald. in l. potuit. C. de jure deliber. ſingulariter obſeruauit Nic Bellonus IC. acutiſſimus, Delatam hæreditatem dici reſpectu hæreditatis, non perſonæ hæredis. Qua de re diſſerit diligenter nec inuriliter cap. 16. lib. ſuppur. 2. Spieg. Triplici autem jure deferri hæreditas dicitur. Aut. n. defertur ex teſtamento jure ciuili, aut ab inteſtato ad ſuos, ex lege 12. tab. aut jure bonorario, i. bon. poſſeſſ. vt ampliſſime traditur in tit. de hæredit. ab inteſt. Inſtit. & leg. qui autem §. 1. ff. quæ in fraud. cred. Brechæus l. delata, 151. in tit. de verb & ter. ſign.

DELATIO, i. actio vel accuſatio. l. 5. C. de relig. & ſumpt. fun.

DELATOR multis in jure modis accipitur. Primum pro denunciatore tantum poſuit Papin. in l. intra. de diuerſ. temp. præſcript. Qua in ſignificatione vel parum diuerſa delatorem accepit Conſtantin. Harmenopol. lib. 1. epitomes juris tit. 5 Μηνύτης, inquit, λέγεται ἀρχηγὸς καὶ αἴτιος γνωριστοῦ τινὸς ὑποθέσεως, ἀγνοουμένου μὲν πρότερον, φανερωθέντος δὲ ὕστερον παρ' αὐτοῦ, i. e. Delator dicitur author ac cauſa prodendi alicujus negotij, vel rei, quæ ante incognita, ab eo poſtea detegitur ac judicatur. Atque in tit. de jur. fiſci, propria delatoris ſignificatione vtitur ſæpe. Delator enim eſt, qui inuidia produxit alios, c. delatori. 5. q. 6. Delator etiā pro occulto accuſatore & calumniatore accipitur. Memorabilis Domitiani vox apud Suet. Princeps qui delatores non caſtigat, irritat. Præterea delator dicitur, qui bona quæ coofiſcanda ſunt, defert & denuntiat, vt in tit. de dela lib. 10. Cod. de qua voce videre licet Plut. in Solone. Et ij pro delationis præmio, quartam partem in bonis delatorum conſequebantur, Quadruplatores dicebantur, teſte Plau. in Perſa. Cæterum aliæ ſunt delatoris ſignificationes, quas, quia grammaticorum plane ſunt, prudens omitto. Alcia. & vide infrà in Quadruplatores. Schard.

DELATOR non eſt, qui protegendæ ſuæ cauſæ gratiā, aliquid ad fiſcum nunciat. l. 44. de jure fiſci.

DELATOR non eſt qui fiſci pecuniam, quā alius tenebat ad ſui tēporis adminiſtrationē pertinere, quāvis probare nō potuiſſet, cōtendit, quoniā propriā cauſā egerat, l. 38. §. 1. de jure fiſc.

DELATOR differt ab accuſatore arg l. 3. C. de malef. & mathe.

DELATORIA curioſitas pro maxima diligentia interpretatur gl. in l. nec ſupina. ff. de jur. & fact. ignorant.

DELATVM eſt quod adeundo conſequi poſſumus.

Inter DELATVM & acquiſitum legatum quid interſit oſtendit

Cujacius obſeruat. 3. cap. 11. vbi ita ait: Multum intereſt inter delatum & acquiſitum legatum; neque his nominib. vnquam authores noſtri juris abutuntur. Delatum legatum nondum acquiſitum eſt. Defertur ipſo jure adita hæreditate. Acquiritur autem agnitione, l. ei qui ita, ff. de cond. inſtit. l. eum vero, in fin. ff. de fideic. libert. non ipſo jure poſt aditam hæreditatem, licet agnitio retro agat, ad diem aditæ hæreditatis leg. ſeruum filij, §. 1. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus, ff. de leg. 1. Delatum legatum repudiari poteſt, acquiſitum repudiari non poteſt. l. §. decretalis, ff. de ſucceſſ. ed. & per hanc differentiam conciliatur pugna leg. legatum, de leg. 1 & l. Titia, §. Lucia. de leg. 1. de delato loquitur l. legatum de acquiſito, §. Lucia. vide Cujac. dicto loco fuſius hanc Antinomiam explicantem.

DELEGANS ſeu qui delegat, ſoluit, ideoque vt indebiti ſoluti, ita indebite delegati condictio eſt Goth. ad l. 2. C. de cond. inde.

DELEGARE in leg. Neſennius, ff. de re judicat. eſt alium debitorem loco ſui ſubſtituere, vt ſi tibi ſim in aliqua ſumma obligatus, dico ad debitorem meum quod tibi ſoluat, & ſic debitor ſubſtituitur, vt ſoluat alteri creditori loco delegantis. Ita eſt text. in l. delegare, ff. de nouat. & del. Inde veniunt judices delegati, id eſt, ſuppoſiti & ſuffecti à principe, vel judice ordinario, vt loco principis audiant cauſas Ex Zaſio Spieg. Qui delegat, id videtur dare, quod ſibi debetur, ſufficitque debitum ſubſiſtere, etiamſi debitor ejus ſoluendo non eſt. At ſi conuentus judicio ſit abſolutus, neque reus, neque confidejuſſor liberatur, quoniam res inter alios acta, jus non facit: &c. Vide Connan. lib. 6. c. 7. nu. 11.

DELEGARE etiam eſt mandare & committere, l. 12. §. quæſitum, de arbitr. l. 3. §. quamvis, de admin. tut. l. 1. de dam. infect. Sic delegare teſtamento tutelam, dicitur in l. 3. §. Quamvis ff. de adminiſtr. & peric. tuto. l. 1. ff. de damn. infecto. Briſſ.

DELEGARE ſe in l. 4 de manumiſſ. eſt alieno creditori, vice debitoris ſe obligare. Briſſ.

DELEGARE reum, nomen. l. 9. de præſcript. verb. l. 8 §. interdum, ad SCtum Vellcian. l. 48 in fin. de pecul. Prat.

DELEGARE actionem, i. cedere, l. 1. C. de contrar. judic. tut.

DELEGATAM pecuniam Paulus dixit, pro decreta, conſtituta ac aſſignata in l. 1. ad leg. Iul. pecu. Et delegatæ juriſdictionis vocabulo vſus eſt Papin. in l. 8 de offic. ejus cui mand. eſt juriſdictio, vt Bud. monuit in poſterioribus annotationibus. Mihi magis placet editio Haloandrina, quæ habet delegatam. Spie.

DELEGATIO eſt mutatio creditoris, vide Connan. 5. c. 8. Imo & creditoris & debitoris. Cuja. ad l. 11 pr. de nouat. ſicuti nouatio debiti eſt mutatio Goth. ad d. l. 11. Prat.

DELEGATIO nominum in l. 11. C. de don. i. alterius debitoris in ſuum locum ſubſtitutio: veluti cum debitorem meum creditori meo aſſigno; paſſim ſub rubric. de nouat. & deleg. Seneca lib. de benefi. 5 Quamvis non interuenerint nummi, ſed delegatione & verbis perfecta ſit ſolutio: Tranſlate Cic. videtur ſumpſiſſe in Orat. pro Fonteio: Quid ſi hoc crimen optimis nominibus delegare poſſumus, & ita, vt non culpam in alios transferamus. Prat.

Sic & DELEGATIO in l. 17. de cond. furtiu. accipienda eſt. Prat.

DELEGATIONES indictionis tributariæ in l. 3. C. de anno & tribut. lib. 10. & l. 1. de indictionibus eo. lib. l. vlt. de cano. largition. l. 13. de decurionibus eo. lib. l. 7. C. de off. rect. prouinc. l. 1. & l. 4 C. de modo mult. l. 9. l. 11. de excuſatio muner. lib. 10. C. Iuſtini. Nou. 128. [illegible Greek] Briſſ.

DELEGATUS dicitur, cui cauſa committitur terminanda vel exequenda, vices delegantis repræſentans & in juriſdictione nihil proprium habens, l. 1. ff de officio ejus, cui mand. eſt juriſdictio, is tamen cui cauſam aliquam princeps delegat, §. omnem vero, in Nouel. de litig. plenam in cauſa delegata juriſdictionem habet, adeo vt etiam judices dare poſſit, l. vo.e. qui pro ſua juriſdi. Gouean. l. 1 de juriſdi. id tamen minus proprie, vix enim eſt vt quis ejus rei notionem habere videatur, de qua cognoſcere niſi juſſus non poteſt, & de qua judex conſtitutus non eſt, l. 2. de juriſd c. 1. Idem. Quomodo vero delegatus diſtet à vicario, h. e. vt interpretes barbare dicunt, à vice gerente ſeu locum tenente, Bart. indicat in l. 1. & ſeq. Codic. de his qui vicem alt. ger. Vide judex. Porro teſte Old. cui delegatorum judicum vſus non intelligitur, admodum pernicioſus eſt, tantiſper enim inquit, diſputatur de poteſtate delegantis, de forma delegationis, de perſona delegati, donec litigatores cum cauſa diſpereant. Spieg.

DELEGATUS judex is eſt, qui juriſdictionem non ſuo jure, ſed alieno beneficio habet. Horum delegatorum alij quidem à fortuna ſeu culmine imperiali dati, alij ſimplici appellatione principis delegati, quidam ex ſacra juſſione dati, quidam pedanei, vide Cantium c. 1. de offic. jud. lib. 2. Spieg.

DELEGATUS Principis habet apparitores, executores proprios, & adſeſſores ad inſtar magiſtratus, quod cæteri delegati non habent, vide Nou. 60. Cujac. 12. obſ. 1. Adde Harm. 2. Pract. 1.

obſeru. 8. Goth. ad l. 5. Cod. de judic.

DELEGATUS principis, i. e. cognitor ſacer, vice principis auditurus, cui audientia vice principis, ſacris apicibus mittendis mandata, l. 3. in pr. & §. 1. & ibi Goth. C. vbi Sena. vel clariſſ.

DELENIMENTUM veteres dixerunt pro delinimentum. Briſſ. in parerg.

DELERE imaginem, librum, inſtrumenta, tabulas teſtamenti, teſtamentum Briſſ. ex ff.

DELERE vel interlinire Vlp. ſi vnus rationes hæreditarias deleuerit, vel interleuerit, Quære interlinire.

DELETA inconſulte, l. 12. Cod. de teſtam. l. 1. ff. de his quæ in teſt. delent.

DELETA in l. 1. ff. de iis quæ in teſta. delent. id eſt oblita maculis, quæ lituræ vocantur.

DELETITIA charta, l. 4 ff. de bono. poſſ. ſecund. tab. Briſſ.

DELETUS ager vi fluminis, l. 1 §. vlt. ff. de aqu. pluu. arcen. Briſſ. in parerg.

DELETUM chirographum, l. 40. 41. ff. ad leg. Aquil. deletum nomen, l. 1. deletum teſtamentum l. 2. ff. de tab. exhib. deleta tabulæ, l. 30. ff. de furtis. Briſſon.

DELPHICÆ ſeu Delphicæ apud Paulum in l. 3 ff. de ſupel. legat. qua voce etiam in receptis ſententiis vtitur, abaci ſunt, vt ſcribit Iac. Cujac è quibus vina miniſtrantur, non (vt in Baſilicis legitur) [Greek], licet & hi inter vaſa ponantur Plin. li. 33. c. 11. Atq; jus ſententiæ adſtipulatur gloſſarum veterum interpretatio, Abaci, delphicæ miniſterium, vt Iuuenalis: qua ſane videtur hic Iuuenalis locus ſignificari:

Ornamentum abaci, nec non & paruulus infra
Cantharus & recubans ſub eodem marmore Chiron.

Marmoream enim delphicam fuiſſe Porphyr. ſcribit. Cicer. 4. in Verrem Menſas delficas è marmore. Martialis.

Argentum atque aurum non ſimplex delphica portat.

Agretius. In delfica, inquit, compatia vaſa ſemper ſunt. Prat.

DELIACA ſupellex, Ciceroni appellata, in qua erant triclinia & lecti cum pedibus & fulcris ex ære Deliaco factis. Hæc Baifius in lib. de vaſculis. Prat.

DELIBARE hæreditatem proprie dicuntur legata, quæ dodrantem non excedunt, vt onerare, cum dodrantem excedunt: & exhaurire cum aſſem abſumunt. Prat.

DELIBARI Latine dicuntur, quæ minuuntur. Hinc

DELIBATIO hæreditatis, legatum dicitur in l. 116. ff. de legat. I. i. quãdo teſtator ex eo quod vniuerſum hæredis foret, aliquid decerpit deminuit, & ſubducit. Ex diuerſo Illibatus quadrans in l. 20. §. Papinian. ff. fam. erciſc. integer, & non imminutus legatis. Briſſ. adde Iac. Rævard. l. jus noſtrum ff. de regul. jur.

DELIBERANDI jus, quod à prætore hæredi conceſſum eſt ad ſtatuendum, vtrum hæres eſſe velit, an non, toto tit. ff. & C. de jur. delib l. 26. ff. de contrah. empt Prat. Briſſ.

DELIBERANDI tempus annuum à principe, nouem menſium à magiſtratibus conceditur, Gotofr. ad l. 22. § 13. ibi, vno anno, C. de jur. deliber.

DELIBERANDI commodum tempus ſunt centum dies, l. 2. ff. de jur deliber Old.

DELIBERARE eſt factum diligenter tractare & mente prouoluere, l. Ariſto. ff. de jure delib. ſiue conſilium aliquid faciendi, vel non faciendi capere: vide Budæ. in prior. adnot. ad Pand. Dicitur à libella qua quid perpenditur Feſto lib. 4. Prat.

DELIBERASSE videtur qui non renunciauit, l. 19. circa princ. C. de jur deliber.

DELIBERARE etiam atque etiam, l. 19. C. ad leg. Corn. de falſ.

DELIBERATIO eſt prouida cauſæ circumſpectio, cum qua ratio totum agit, & furor ſibi nihil vindicat, cap. illa propoſitorum, 11. quæſt 3. Prat.

DELIBERATIONIS auxiliũ l. 22. in pr. & §. 14 C. de jure delib.

DELIBERATIONIS effectus eſt, quod interim bona non debeat minui, niſi cauſa cognita, l. ut prætor, de jure deliber.

In DELIBERATIONE præjudicium fieri nihil debet, l. 3. Cod. de appell.

DELIBRARE eſt librum ſeu corticem arbori detrahere, l. ſup. in verbo Cingere arborem, & in verbo deglabrare. Nebriſſ.

DELICATUS debitor eſt quaſi luxui conſecratus, quod enim nunc dedicatum, prius delicatum dixere. Vlpia. de pign. act. in fin. l. ſi ſeruos. Igitur hæc, inquit à judice erunt diſpicienda, vt neque delicatus creditor neque oneroſus debitor audiatur. Spieg. Prat.

DELICIÆ, lib. 15 C. Theod. ſub tit. de aquæ ductu, deriuationes vocantur, ac ſulci aquarij. Inde

DELICIARES regulæ apud Catonem de re ruſt. cap. 14. videntur appellati regulæ quædam majores, quæ in tectis influentem aquam accipiunt, deorſumque eliciunt & perducunt, eumque præſtant in deducendis pluuiis in tectis vſum, quem in agro elicies Majoragius lib. 1. Miſcel. c. 8.

DELICATUM tignum Feſtus interpretatur, quod à culmine ad tegulas angulares infimas, verſus faſtigiatum collocatur, Majoragius vbi ſup.

NON DELICTIS, ſed juſtis adfectionibus libertas danda eſt, l. 16. de manumiſſ. vind.

DELICTA ſunt, aut propoſito, aut impetu, aut caſu. Propoſito delinquunt latrones, qui factionem habent. Impetu autem, quum per ebrietatem ad manus vel ad ferrum venitur. Caſu vero cum in venando telum in feram immiſſum hominem interficit. Maffeus.

DELICTA & crimina differunt, quod illa proprie ſunt priuata, hæc publica, l. 17. §. 18. de ædilit. l. 131. in fi. de verb. ſign. Gothofr. ad rubr. ff. de priuat. delict.

DELICTVM eſt offenſio contra inſilata. Offenſio autem eſt alterius, & vtilitatis atque ſtatus vel publici vel priuati. Vult. in comment. Inſt. t. ad pr. num 4. Vnde delicta quædam publica, quædam priuata dici videntur. Vult. d. t. ad prin. num. 5. Gœd. in Com. de verb. & rer. ſign. ad l. Iuliam & Papiam in prin. nu. 15. Ex agendi modo vtrum delicta publica an priuata, cognoſcendum eſt, non ex obiecto ſiue effectu læſionis: quod vberius declarat Duar. l. 1. diſp. c. 37. Gœd. ib. n. 9.

DELICTA priuata ſunt, quorum accuſatio vel perſecutio permittitur ei, cui proprie priuatim ac ſpecialiter intereſt. Duarenus 1. diſput. 36. id eſt, ei parti quæ læſa eſt, & ita tenent communiter omnes. Gomes c. t. delictorum num. 5. vel quorum obligatio & actio ad priuatam vtilitatem refertur. Gothofr. d. loc.

DELICTA priuata ideo ſic dicuntur, quia horum delictorum publica accuſatio non eſt, ſed priuata & forenſis. Verum quidem eſt extra ordinem nonnunquam animaduerti in furtem, vt dicitur in l. vlt. tit. de priuatis delictis. Et ſub hoc quidem tit. regulæ quaſi generales traduntur, quæ pertinent ad omnia delicta priuata. Prima eſt, pœnalibus actionibus hæredes non teneri l. 1. eod. tit. Sed aliquando rei perſecutoria actio naſcitur ex maleficio, vt condictio furtiua, quæ tranſit etiam in hæredem. Idem dicitur in §. non autem. Inſt. de perpet. & temp. act. Idem etiam in C. ſub tit. ex delict. defunct. in quæſt. hær. cond. ex quo loco colligenda eſt exceptio huius regulæ, niſi lis conteſtata ſit cum defuncto. Tunc enim actio quantumlibet pœnalis tranſit ad hæredem. Præterea hoc etiam accipiendum eſt, niſi quid ad hæredes ex eo maleficio peruenerit d. tit. C. Quamuis in hæredem non tranſeat actio furti, vt in hæredem detur, datur tamen hæredi. Excipitur actio iniuriarum, quia hæredi non competit, propterea quod odioſa ſit. Secunda regula eſt, plures actiones ex maleficio deſcendentes, poſſunt concurrere, vt dicitur in l. nunquam. d. tit. de priuatis delictis. Et in d. l. nunquam hoc tit. Re oſtendit IC. differentiam inter actionem l. Aquil. & iniuriarum, qui ſurreptum ſeruum flagellauit, tenebitur furti, Deinde iniuriarum non item l. Aquiliæ, quia damnum iniuria datum non eſt, ſed tamen contumelia quædam eſt & iniuriæ, & propterea ſerui dominus iniuriarum actione agit. Tertio notandum eſt, ſi ex maleficiis quis velit experiri criminaliter & extraordinarie, eum cogendum eſſe in crimen ſubſcribere, l. 3. d. tit. de priua. delict. Notanda vero hic eſt diuiſio iudicij criminalis in iudicium ciuile & criminale. Agere ciuiliter dicitur, qui perſequitur id quod ad commodum ſuum ſpectat, ſiue pœnam ſiue rem familiarem perſequatur. Criminaliter agere dicitur, qui vindictæ publicæ cauſa agit, nec refert, an pecuniaria pœna ſit vel non. Non enim condemnationem ſpectamus, ſed ſcopum propter quem hæc actio inſtituitur. Quidam exiſtimarunt omnia iudicia quæ pecuniariam habent condemnationem, ciuilia eſſe. Hinc crediderunt, l. Iuliæ iudicium de ambitu ciuile eſſe, quod perabſurdum eſt. Refertur enim inter publica iudicia, licet tantum pecuniaria ſit condemnatio. Nulla accuſatio eſt publica, ſed tamen etiam extraordinem puniuntur priuata delicta, quia moribus noſtris etiam domeſtica furta capitalia ſunt, licet criminaliter agere permittatur delictorum priuatorum nomine, non puto tamen accuſationem publicam eſſe. Quamuis hoc certi iuris non ſit, ego tamen ita exiſtimo id poſſe colligi ex tit. de public. iud. t. & in princ. Inſtit. eod. tit. Schard.

Quarta regula eſt, ex delicto cum priuato, tum publico obligatio & naturalis & ciuilis emergit. Gœd. ad l. 6. de verb. & rer. ſign. n. 4. Naturalem quoque obligationem ex delicto oriri, non ſolum autoritatibus & rationibus, verum etiam textibus confirmari poteſt. Gœdd. ib. n. 8.

DELICTI militaris diuiſionem, vide in l. 2. ff. de re milit.

DELICTORVM variorum diuiſiones varias, vide apud Gothof. ſup. d. loc.

DELICTVM generale verbum eſt, quo quid prætermiſſum ſignificatur ex Feſto lib. 4. B. Auguſt. definit declinationem à bono, qua bonum prætermittitur, & quid à crimine diſtet colligę ex gl. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. Prat.

DELICTVM publicum iniuria non eſt: ſecus de priuato l. 7. C. de iniur.

DELICTVM publicum eſt ſepulchrum violare, l. 8. ff. de ſepulchro violat. Gothof. ad l. 4. ibi, ſiue quicunque alius, C. eod.

DELICTVM, id eſt, debitum, l. 16. C. de quæſt.

DELICTVM pro ſtultitia poni ait Alber. in l. cum mancipium, ff. de ædilit. edict. Prat.

DELINIAMENTA, ſeu vt alij, deliniamenta, alij delinimenta, nouercalia apud Iuriſconſultos, in l. 4. de inoffic. teſtamen. Interpretes nouercales blanditias exponit, Cicero 1. de Fin. Qui blanditiis præſentium voluptatum deliniti atque corrupti, Spieg.

DELINQVERE minus eſt quam peccare, vnde obligationes ex delictis priuatis naſci dicuntur, accuſationes ex criminibus, Cicer. de Inuent. 2. Nam neceſſe eſt eum qui velit peccare aliquando primum delinquere. Hot.

DELINQVERE feudum: pro committere, vel committere culpam, quam ob rem alteri debeatur, lib. feud. 2. tit. 31. Vaſalli feudum delinquentis, licet ad agnatos quoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus adſpirabit. Prat.

DELITESCERE idem quod ſimplex ipſum, quod eſt latere, id quoque ſcholium indicat, in l. 2 de fugit. Spieg.

DELPHI, delphorum, ciuitas eſt Phocidis, ad montis Parnaſſi radices poſita, vbi Apollo ſolitus erat reſponſa dare, ſed quemadmodum ait Iuuenalis, nunc ceſſant oracula Delphis, tit. de cenſib. Nebriſſ.

DELPHICÆ menſæ à Delphis vrbe Apollini ſacra dictæ ſunt, & erant ex ære, quas veteres cortinas vocabant, Plinius lib. 34. Ex ære, inquit, factitarunt cortinas tripodum, nomine Delphicas. Cic. 6. in Verrem, Mart. Argentum atque aurum non ſimplex Delphica portat. Florent. tit. de ſupellect. legata l. id eſt, &c. Nebriſſ. De hac dictione ita ſcribit Cuiacius obſer. 10. c. 13. ſupellectile legata. Paulus in l. 3. ff. de ſup. legata contineri ait Delphicas, &c. Delphica (qua voce etiam in receptis ſententiis idem Paulus vtitur) abaci ſunt, è quibus vina miniſtrantur, non, (vt legitur in Baſilicis) οἱ ἐπὶ τραπέζας ἔχοντες ἄνθρωποι, licet & hi inter vaſa ponantur à Plinio trigeſimo tertio, c. 11 Placet enim magis gloſſarum veterum interpretatio Abaci, Delphicum miniſterium, vt Iuuenalia, qua ſane videtur hic Iuuenalis locus ſignificari:

Ornamentum abaci, nec non & paruulus infra
Cantharus, & recubans ſub eodem marmore Chiron.

Marmoream enim Delphicam ſuiſſe Porphyrio ſcribit. Cicero quarta in Verrem menſas Delphicas è marmore. Mart.

——*Aurum non ſimplex Delphica portat.*

Agretius in Delphica (inquit) comparia vaſa ſemper ſunt, hæc Cuiac. de loc. vide ſup. in voce Delphicæ.

DELPHICA vaſa ſunt, quorum nulla mutata forma, varius & multiplex vſus eſt. Namque ita erant facta vt duplici facie, diuerſis vſibus inſeruirent, nunc poculorum vicem præſtantia, nunc clypeorum vſum. Tam elaboratæ artis Delphi vaſa habebant. Alex. de Alexand genial. dier. lib. 1 c. 19.

DELTA regionis nomen. vide Gothofr. ad edict. Iuſtin. 13. c. 1.

DELVBRA, id eſt, templa. Lex duodecim tabularum: conſtructa à patribus delubra habento. Hodie vero Dei templa habemus, vt ad audiendum verbum eius populus Chriſtianus ſtatis temporibus conuocetur: ſuntq; donata multis priuilegiis. Quo pertinent TT. Iuris de ſacroſanct. Eccleſ. de immunit. Eccleſ. & alij id genus. Item interdicta prætorum ff. ne quid in loc. ſacr. Nam Eccleſiæ verbo ibi pro templo vtuntur Imperatores, populariter loquentes, vt ſæpe alibi teſte Oldendorpio, Spiegelius. Eſt tamen inter delubrum ac templum non nihil diſcriminis: ſunt enim templa (inquit Aſconius Pædianus) ſingulorum diis attributorum locorum: delubra multarum ædium ſub vno tecto, à diluuio pluuiæ munitarum. Alij delubra dicunt eſſe ea templa in quibus nunc ſunt delibera corporum abluendorum more Dodonæi Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris, lebetes tripodeſq; viſuntur, Sunt etiam qui delubra lignea delibrata, id eſt decorticata pro ſimulacris Deorum more veterum poſita exiſtiment. Sed perperam. Nos vero Chriſtiani templa omnia, vulgo Eccleſias appellamus, vt Eccleſiæ vocabulum etiam locum ipſum ſignificet, in quem conueniunt diuini cultus gratia, qui & Baſilica teſte Alciato appellatur, ſiue quod loca publica Baſilica Græci vocent, ſiue quod domus principis Baſilica, id eſt, regia dicatur; quæ ſignificationes diuinis quoque templis conueniunt. Brechæus in l. inde tabernacula. ff. de verb & rer. ſign.

DELVDIT, id eſt, decipit, & ſic deluſio non approbatur à iure C. t. de alien. iud. muta cauſ. fact. cap. 2 §. nec nocebit de poſtulat prælator. l. vlt. ne quid in loc. public. ſi prætor, ibi, deluſoria eſſent prætorum edicta, de iudic. l. fin. in fin. C. de ſportul.

DELVVIO deminuens agrum, vel quodcunque aliud deminuit etiam onus tributi l. 2. & ibi Gothofr. l. diminutum. C. de alluuion.

DEMAGOGI apud Athenienſes vocabantur duces quidam vulgi, popularem auram concionibus aucupantes, homines populariter factioſi. Bud. in l. venditor, comm. præd. Spieg.

DEMANDARE cognitionem, l. t. §. abolitio, ad SC. Turpil. iuriſdictionem, Suet. in Claudio c. 63.

DEMANDARE à ſuo diſpenſatori, id eſt. mandare, l. vlt. §. ſi inter, ff. de verb. oblig.

DEMARATVS, vide l.2.ff.de orig.iur.

DEMENSVM quid ſit exponit. Donatus in Phormionem, eius vocabuli ratio facit ad intelligentiam l. ſi quis venditor, de ædil.edict. Dicitur & dimenſum Baptiſt. Egnat. in Spartian. annotat. ἐπιμέτριον à Græcis dictum. Spiegelius. Brodæus libro Miſcellan.2.c.15. annotat, quaternos olim frumenti modios, quolibet menſe ſeruos à dominis ſuis accipere ſolitos, idque dimenſum appellatum eſſe, verum à dimetiendo non à menſe. Plautus: Nunc argentum vobis dimenſum dabo. Et in Sticho. Vos meminiſtis quod calendis petere demenſum cibū.

DEMENTES ſunt mente capti, qui propria loquendo à furioſis diuerſi ſunt, ideoque ab his ſeparantur l. 2. ff. de inofficioſ. teſtam. l.27.§.coram. ff. de recept.qui in arbitr. §. furioſi. Inſtitu.de curatorib. & furor à dementia in l.6. ff. de curat.fur. l.8.§.1. ff. de tut. dat. l. vlt. §. 1. C. de adminiſtr. tutor. Græci Iureconſulti diſtinguunt, ita, vt furioſos, μεμηνότας, dementes ἀνοήτους, dicant. Eſt autem dementia, vt Cicero 3. Tuſculan. quæſtio.ſcribit, affectio lumine mentis carens, cum non integra mens eſt & ſana, tuetur tamen mediocritatem officiorum & vitæ cultum atque vſitatum. Hæc propria verbi ſignificatio, quę latius plerunque porrigitur, vt cum furore dementia confundatur. Quintilianus declamat. cccxlviii. Dementia eſt ablatus rerum omnium intellectus. Briſſ.Prat.

DEMENTEM ac mente captum à furioſo differre conſtat, vbi enim quis in rabiem quandam ac furorem agitur, atque huc & illuc temere fertur, furioſus eſt. Vbi vero mens abeſt, ea amentia, dementia, & inſania fatuitas dicta eſt. Iſque mente captus dicitur amens, demens, inſanus & fatuus, id quod Cicero lib. 3. Tuſculan. quæſtio. exprimit dum inquit. Itaque non eſt ſcriptum, ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incepit. Stultitiam enim cenſuerunt, id eſt, inconſtantiam, ſanitate vacantem, poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum & vitæ cōmunem cultum atque vſitatum. Furorem autem rati ſunt, mētis ad omnia cœcitatem: quod vel atra bili vel iracundia grauiori, vel timore vel dolore commota mente ſæpe contingit. Mente captus is dicitur, qui ſuæ mentis compos non eſt, & cuius mens ex eius poteſtate abiit, vt inquit Feſtus: quam differentiam Doctores noſtri probant, ſique maxime ab effectis cognoſcuntur, l.ob quæ vitia. ff. de ædilic. edict. Hi igitur ex lege Lectoria (vt Capitolinus inquit) ad exemplum furioſi curatores accipiunt Syluest. Aldobrand. Sæpe tamen dementiæ nomen porrigitur, vt cum furore confundatur. Hoc modo Quintil. declam. 348. Dementiam, ablatum rerum omnium intellectum definit.

DEMENS eſt is, qui neſcit exprimere quid velit, aut nolit, c. Paſtoralis de cleric.ægrot.li.6.& ibi bonus text. & gl.Prat.

DEMERVERIT. Vlpianus, Proinde & ſi ita ſit, ait, fideicommiſſum relictum, niſi demeruerit, omnimodo fideicommiſſum debebitur, ſi modo meritum, quaſi apud virum bonum collocare fideicommiſſarius potuit, l. fideicommiſſa. §. quanquam autem, ff.de legat.3.Spieg.

DEMETRIA mulieris nomen. l.quarta, C.de excuſ.tut.

DEMETRIANVS, l.5.C.de inſtit.action.

Δημοσιῶναι, δημοσιογράφοι, id, mancipia, Gothofr.ad l.vnic.§.5.ff. de via publ.

DEMETRIVS viri nomen, l.88.10. ff. de legat.2.l.1. C. de fideicommiſſ.

DEMIGRARE, vt & ſimplex migrare, eſt domicilium mutare, alio ſe ad immitandum conferre, relicta priore habitatione. ff. de migrand.per tot.& C. de iure fiſcal.l.certa pecunia.lib. 10. Spieg.

DEMINVERE, id eſt alienare, l.5.§.Ad aurem, ff. de Carbon.edi.

DEMINVI vetabo. His verbis prætor non tantum alienationem impedit, verum etiam actiones exerceri non patitur. Vlp. l.ait prætor. ff.de iur.delib.Prat.

DEMINVO, deminuis, & deminutio, deminutionis, non diminuo & diminutio, vt paſſim legitur in libris Digeſtorum: debere ſcribi Ludouicus Bonognnius in Pandectis Florentinorum. Nebriſſ.

DEMINVTIO capitis minima agnatum excludit de tutela, l.5.in fin. ff.de legit.tutel.§.vlt.Inſt.cod.Goth.ad l.2.C.eod.

DEMINVTVM de hæreditate intelligitur, ſi quid vſucaptum eſt, & ob id de hæreditate exiit, l.21.de hæred.pet.Hoto.

DEMINVTVM patrimonium l 2.de alluuion.

DEMINVTVM legere veteres pro diminutum. Briſſ in parerg.

DEMINVTVS capite, qui ciuitate mutatus eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui libet alteri mancipio datus eſt, & qui in hoſtium poteſtatem venit, & cui aqua & igni interdictum eſt. Nebr. Prat.

DEMOCRATICI ſunt, qui populari inſtituto viuentes dignitatem in libertate conſtituunt, Δημοκρατία principatus populi, Oligarchici, qui paucorum ſtatu gaudentes, dignitatem partim in cenſu & facultatibus ponunt, partim in generis nobilitate, ὀλιγαρχία ſtatus reipub. à paucis adminiſtratus. Ariſtocratici vero dicuntur, qui optimatum ſtatum fouentes virtute dignitatem metiuntur, Ἀριστοκρατία optimatum principatus, ſtatus gubernatio. Quando optimates Rempubl. tractant. Huic contraria ὀχλοκρατία, Bud. in l.jus ciuile. de juſt. & jur. clarius vt omnia apud Old. ſic habent, aut plures aut omnes. Si vnus & ille bonus, Monarchia: ſi malus, tyrannis: ſi vero plures regnant, & boni, Ariſtocratia eſt: ſi mali, ochlocratia: ſi denique omnes imperant, & bene, Democratia, hoc eſt, popularis principatus dicitur: ſi male, ſeditio. Spieg.

DEMOGRAMMATAI plebis ſcribæ l.4.Cod. de tab. ſcri.& l.vbi corrupte mediogrammatei.

DEMOLIRI ſepulchra, crimen eſt læſæ religionis, læſæ maieſtatis & ſacrilegij, nec excuſat vllus titulus, vide l.18. l.pen. & tot.tit.C.de ſepulchro violat.Prat.Schard.

DEMOLIRI ac demoliri vſurpatur l.30.ff.locat.l.12. ff. de vſufr. legat.l.37.& 43.§.1. de damno infect. l.50. ff.ad l. Aquil. Cuius varietatis nouitatem mihi Diomedes leuiit, qui Demolire antiquos dixiſſe probatis in eam rem Varronis ex libris Poetices & Epiſtolarum quæſtionum & Næuij in corollaria locis comprobat. Illud etiam quando in huius verbi mentionem incidimus, notandum eſt, Demolior non tantum actiua, ſed & paſſiua ſignificatione à Iuriſconſultis vſurpari. Ita demolita domus eſt, dixit Iauolenus in l. 13. ff. de vſucap. Et demolitis ædibus, Vlpianus in l.10.§.1.ff. quibus modis vſusfruct. amitt. Sic & alia multa, quæ actiuam duntaxat habere ſignificationem vulgo creduntur, paſſiue accepta in libris noſtris obſeruaui Briſſ. in lib. Parerg.

DEMOLIRI eſt diſſipare, vel deſtruere, Matth. 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi tinea non demolitur.

DEMOLITIO molitioni opponitur, l.ſtipulatio. ff. de oper.nou. nun. ſiquidem demoliri, eſt extructa diruere. Moliri ædificare eſt, Vlp.tit.de vſufructu.l.hæres. Antequam vſufr.prohibuerit, demolierit. Et demolitus paſſiue, vt in tit. de vſucap. l. eum qui. Spieg. Prat.

DEMONSTRARE fidem in l.4.C.de fid.inſtr.

DEMONSTRATIO idem ſignificat, quod oſtenſio. Nam omne verbum vel factum, per quod aliquid oſtenditur, demonſtratio dicitur. Sic

DEMONSTRATIO eſt quædā ex inſtantibus vel præteritis accidentibus notitia, quæ magis diſpoſitio ſit liquida adhibita rei quæ eſt in facto & nō quæ eſt in fieri. Vide Bart. in l.demōſtratio. ff.eod. inducitur demonſtratio per relatiuum iunctum verbo præteriti vel præſentis temporis, §.proxima. Inſtit. de legat. item per adiectiua ſignificātia officium vel artificiū, vel aliquid aliud propter quod res nominata ſit magis certa, l. ſi nominatim. ff.de cond. & demon. de aliis vide Bar. d.l. demonſtratio. Aliam definitionem tradidit Azo & gl. dictis locis.

DEMONSTRATIO à cauſa & conditione multum diſtat l. 75. §. 1.& l. 96. ff. de legat.lib.1. Primo namque demonſtratio plerunque factam rem oſtendit. Conditio futuram l.34. in fin. ff. de condit. & demonſtr. id eſt, demonſtratio in præſens vel præteritum conditioni futurum tempus confertur, vt ex l. 85.ff.de legat.3.patet. Theophilus in §.huic proxima. Inſtit. de legat. hæc duo ita diſtinguit: [illegible]

Secundo DEMONSTRATIO rem ipſam legatam notat, deſignat ac depingit: Conditio ſuſpendit tranſmiſſionem. Gothofr. ad rubr. ff.de condition. & demonſtr. Demonſtratio, conditio, cauſa, modus, δήλωσις, αἵρεσις, αἰτία καὶ τρόπος, ſeparantur, 44. Eclog 29. Gothofred. ad rubric. C. de falſ.cauſ.adiect. Hęc igitur oratio: STICHVM QVI MEVS EST, demonſtrandi cauſa poſita intelligitur. At ſi ita concipiatur: STICHVM QVI MEVS ERIT, pro cōditione accipitur, l 6. ff.de legat. DEMONSTRATIO quoque eſt, ſi ita dicam: VESTEM PVRPVREAM, QVÆ VXORIS CAVSA PARATA EST, CENTVM, QVOS MIHI DEBET, STICHVM, QVEM DE TITIO EMI, FVNDVM TVSCVLANVM, QVI MIHI A TITIO DONATVS EST, FVNDVM QVEM FILIA MIHI DOTI DEDIT, l.in ff. de aur. & argent. l. 26. ff de lib.leg.l.76.§.hæres ff de leg. lib.2 l. 17. & l. 40.§. qui dotalem, ff.de cond. & dem.Briſſ.

DEMONSTRATIO vice nominis fungitur, l. 4. ff. de cond. & dem. l.6. ff. ſi cert.pet. l.6 in fin. ff.de rei vind. Briſſ.

DEMONSTRATIO falſa legatum non perimit, l. 2. C. de falſ.cauſ. adiect.

DEMONSTRATÆ rei quicquid adiicitur, fruſtra eſt, l.1.in fin. de dot. prælег.

DEMONSTRATVM id accipi oportet, quod dominus ſenſerit, l. 18.§.1. de contrab.empt.

DEMORARI, l 2.§.omnes, ff.de iudi. Demorari paritionem, l. 8. C. qui pet.tut.

DEMORIRI mancipia, apud Vlp. in l.verum, §. ſi locupleti. verſ. ſed hæc res, ff. de minor. Schard.

DEMORTVÆ arbores, Paul.de vſufruct. Agri, inquit, vſufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ ſubſtituendæ ſunt.

In DEMORTVARVM rerum locum, quatenus fructuarius, ſubſtituere debet, §.38.de rer. diuiſ.

Δημόσια

Δημοσία ἐπιστολή, in Nou.134.c. 5. verſ. ſi vero cognoſcatur, vocantur literæ requiſitoriæ. Gothofr. ad l.15.§.1.ibi, ſi hoc iuſſi fuerint, ff. de re iudic.

Δημοσία ἐνθήκη vide Nou.85.c.2.& Gothofr. ad l.1.§.3. ibi, armamentiſve, ff. de exercit. act.

Δημοσία ἀγώγιμος, Nou. 67. Gothofr. ad auth. ſed nouo C. de episc. & cler.

Δημοσία τέλη, functiones, Cuiac.18.obſer.37. Gothofr. ad l.27.§.3.de vſufruct.& quemadmodum.

Δημοσιεύειν, eſt publicari. Scrim. Gothofr. ad edict. Iuſtin.7.c.2. in verb. contractus ſuos publicare.

Δημοσίων πράκτορες, tributorum exactores. Nou. 30. c. 4. & ibi Gothofred.

DENA, idem, quod decem: Bis dena, viginti: Qui dena abſolute pro viginti accipiunt, id idoneis probent authoribus. Iulianus de legat.1.l.ſi quis teſtamento. Nullam, ait, hæc verba recipiunt ambiguitatem, vt dena dixiſſe videatur, qui decem dixit. Spieg.

DENA (ait Briſſonius in pareg.) id eſt, decem ſinguli, in l.20. de cond. indeb. l.29. de legat. l. vlt. de tributor. At in l.3. de annu. legat. & l.116. de verb. oblig. dena decem ſignificant.

DENARIA & denarij, in l.13 §.1.l.50.§.1. de verb. oblig. Briſſ. in pareg.

DENARIALES manumiſſi. vide Gothofred. ad l.1. in prin. ibi, ex quo ipſo tempore, C. de latin. libert. toll.

DENARIVS inde nomen traxit, quia primo decem aſſes valebat. apud D. Matthæum quoque in parabola de cõductis in vineã cap.20 drachma valebat decimam partem coronati: quanta & hodie fere diurnæ operæ merces eſſe ſolet. Lege Georg. Agric. lib.4. virum & doctum & diſertum, mire abſtruſiſſimam ponderum menſurarumque rationem aperientem. Adi item Alexand. Neapolit. lib.4. Spieg. vide Connan. lib.10.c.6 n.10.

DENEGARE, eſt ſedulo negare ſe aliquid feciſſe, aut ſibi quid creditum eſſe.

DENEGARE poteſt, qui concedere, l.102.§ fin. de regulis iuris.

DENEGARE exceptionem, l.19. de nouat. Briſſ. in pareg.

DENEGARI non debet ius iuſte deprecantibus, recte Vlp. in l.1. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris Spieg.

DENEGATVM non iure colore alterius non eſt præſumendum. l 7. in fin. C. de natur. liber. & matrib.

DENI, denæ, dena, nomen eſt dimidium diſtributiuum, quale illud bini, binæ, bina, & ſimilia, cuiuſmodi nomina Accurſius ſolitus eſt exponere in bis tantum cum reuera ſignificent cuilibet tantum, quod latuit Bartolum: is enim exponens legem, quæ habetur de legat. 3. Si quis teſtamento Titio & Seio decem dari iuſſerit. Nullam recipiunt hæc verba ambiguitatem, vt dena dixiſſe videatur, qui decem dixit, putauit per dena viginti intelligi. Ait namque, qui reliquit decem, non videtur relinquere viginti. Nam cum inter decem & dena illa ſit differentia, inter oratores obſeruata, quod decem numerum ſimpliciter, hoc eſt, decem vnitates ſignificaret, dena vero cuilibet decem, erat ſenſus legis; quod qui Titio & Seio legauit decem, ſed decem ſimpliciter, hoc eſt, cuilibet quinque, in titul. de verborum obligationibus, l.ſi ita. Accurſius dena pro decem interpretatus eſt Idem de annuis legatis, l. ſi legatum, exponens illud, ſi legatum forte ſit relictum annua, bima, trima die, forte triginta dena per ſingulos debentur annos, licet non fuerit adiectum, æquis penſionibus: dena pro decem interpretatus eſt, cum dena non ſimpliciter decem, ſed per ſingulos annos ſignificet: Nebriſſ. adde Forcatulum in dialogo vigeſimo Necyomantiæ, numero quinto.

DENICALES feriæ, cum hominis mortis cauſa familia purgabatur. Siquidem priuatæ erant, ſicuti parentalium feriæ publicæ. Cicero libro ſecundo de legibus: Nec vero (inquit) tam Denicales, quæ à nece appellatæ ſunt, quia reſidentur mortui, quam cæterorum cæleſtium quieti dies, feriæ nominarentur, niſi maiores eos, qui ex hac vita migraſſent, in deorum numero eſſe voluiſſent, eas in eos dies conferre ius, quibus nec ipſius, nec publicæ feriæ ſint, totaque huius iuris compoſitio pontificalis magnam religionem ceremoniamque declarat: poſſumus itaque & nos quidem Chriſtiani his temporibus ſecundum menſis Nouembris diem, quo reſidentur mortui, id eſt, mortuis feriamur, parentalia latine appellare, ſeu etiam denicales, id eſt, feſtum defunctorum: qui dies fere eſt vltimus anni finis. Dicemus quoque feralia. Ouidius 2. Faſtorum.

Hanc, quia iuſta ferunt, dixere feralia lucem:
Vltima placandis manibus illa dies.

Brethæus l. appellatione parentis, ff. de verborum & rerum ſignificat.

DENIQVE, inquit Donatus ad finem dictorum, ponitur pro poſtremo. Sic apud Iuriſconſultos in l.ſi filiusfam. ſi certum pet. cum ſimilibus.

DENOTARE, pro infirmare, ignominia notare, Pomponius eleganter vſurpauit: Turpia, inquiens, legata, quæ denotandi magis legatarij gratia ſcribuntur, odio ſcribentis, pro non ſcriptis habentur, de legatis, primo. Spieg. Prat.

DENSIOR donatio, l.34 § 4. C. de donationibus.

DENTES. Sine dentibus naſcimur, l. vndecima, ff. de ædil. edict.

DENVNTIARE eſt generale vocabulum: quia tam præſenti, quam abſenti, etiam ſine teſtibus denuntiamus, §. appellamus Inſtit. de action.

DENVNTIARE in male re dicitur, vt adulterium, furtum, inimicitias, periculum, bellum. Eſt autem indicere, prænuntiare, &, vt ita dicam, præſignificare.

DENVNTIARE etiam eſt crimen in judicium ad publicam vindictam deducere, ſiue id fiat per priuatum, ſiue per officialem, vt judex tali denuntiatione habita, poſtea de illo crimine inquirat, prout hodie vulgo definitur. Marant. de ordine judicior. part.6. de denunciation.

DENVNTIARE teſtimonium non eſt teſtificari, vt vulgo exiſtimatur: ſed eſt homini diem dicere, ferendo teſtimonio, hoc eſt ad judicium euocare ferendi gratia teſtimonij, & euocare inuitum ad remotum longinquumque tribunal, in publicis tantum judiciis, quorum prætextu hominibus domi occupatis faciliter hoc modo adferebatur damnum. Et propterea hujus calumniæ ſpecialiter fit mentio, l.1.§.1. ff. ad l. Cornel. de falſ. ex Budæo. Spieg.

DENVNTIARE auctori, eſt eum ad rem defendendam conuenire, l 9.& 21. C. eod. l.29 §. vlt, l.53. in fin. l.55. l.56.§. ſi præſente, l.74 §.1. de euiction. l.85.§. inſolidum, & l.139. de verb. oblig. l. 49 ff. de jud. Briſſ.

DENVNTIARE domum, pro ad domum, in l.1.§.1. de liber. agnoſc. l.4.§. prætor. de damno. infect. quomodo hæc denuntiatio fiat, vide Gœdd de verb. ſign. ad l.39.§.2.n.2.

DENVNTIARE, ad defenſionem, l.20. C. de euict.

DENVNTIASSE in l. Iulia. de adult. qualiter accipiatur, explicat Vlpianus in l.17. de adulter ſecundum quam lex 2. & l. 39. §. duns, ff. eod. tit. intelligendæ ſunt. Briſſ. Prat.

DENVNTIATIO quod ſit, latiſſime explicat Alciatus in l. deteſtatio, de verborum ſignification. qua non aliam copioſius enarrauit, cum paucis ſex ſcilicet tantum verbis conſtet. Spie.

DENVNTIATIO ſpecialius anguſtiuſve nomen, quam proteſtatio. Alciatus in l deteſtatio.4.n.4. de verb. ſign.

DENVNTIATIO in l.5. de pœn. l.7. & 9. C. quomodo & quando judex, & apud Paulum lib.5. ſent. tit. 5. accipienda eſt interpellatio, qua ad judicem quis per officiales magiſtratus euocatur. Conſtantin. lib.1. epis ἐπιφωνεῖν vocat. Briſſ.

DENVNTIATIO, pro euictione interpoſita, in l.63. ff. de euict.

DENVNTIATIO eſt judicium præcedens, l.7. de inoff. teſtam. l. 20 § petitam, ff. de pet. hæred. Briſſ.

DENVNTIATIO ciuilis interpellatio ſiue admonitio olim obſeruabatur, quæ debitoribus in perſonam ſolenniter fiebat, antequam conuenirent apud judicem. Siquidem agens aduerſario hujuſcemodi denuntiabat: TALI DIE ROSIS MECVM DISCEPTATVRVS. A qua denunciatione licet hodie receſſum ſit, condictionis tamen nomen pro perſonali retentum eſt actione, vt monuit Theophilus in §. appellamus. Inſtit. de action. vnde condictiones appellatæ ſunt actiones perſonales. Condicere enim, vt ſupra dictum eſt, priſca lingua denuntiare ſignificat. Spieg. ex Old. Coraſ. lib.4. Miſcell. c.7.

DENVNTIATIO, pro delatione criminis, in l.4. ff. ad Turpill.

DENVNTIATIO in hoc ab accuſatione differt, quod hæc abſque libello inſcriptionis non admittitur, l. libellorum, ff. de accuſat. l.3. C. de his qui accuſ. non poſſ. Denuntiatio tamen citra inſcriptionis vinculum recipitur, nec denunciator facit partem in judicio, vt declarat Salycetus l. ea quidem, in prin. C. de accuſat. Ea autem magiſtratibus olim fieri conſueuit per certos homines, quibus id munus mandatum publice fuerat, ne grauiora facinora deficientibus forte accuſatoribus impunita manerent, hi dicebantur ſtationarij ſiue irenarchæ, l. ea quidem, C. de accuſat. l.1.§. quies, ff. de offic. præfect. vrb. l. D. Adrianus, de cuſtod. reor. l.1. c. de curioſ. & ſtat. Quo argumento & procuratoribus, quos vulgo regios ſeu fiſcales vocamus, hæc inſcribendi neceſſitas remitti debet, hocque jure vtimur. Duarenus diſputat. anniuerſ. lib.1.c.38.

DENVNTIATIO canonicis eſt delatio criminis alicujus ad præſentiã, quę triplex eſt: Euangelica, Iudicialis & Canonica. Pra.

DENVNTIATIONEM mittere, l.1. pr. C. de nou. oper. nunciat.

DENVNTIATIONES tres ad peremptorij edicti vicem aduerſus contumaces, conualeſcunt, l.9. C. commod. & quando jud.

DENVNTIATVS, cui ſit denuntiatio, l. venditor ff. de judic Pra.

DENVO, id eſt, rurſus, de nouo, de integro, vel (vt Albericus) tertio loco, l. cum prior. de diſtract. pign. authent. de nupt §. ſuper bis, l.1. de aduoc. diuer. jud. l.1. C. de error. calcul. l. 4 C. quom. & quand. jud. Sic

DENVO COMPROMITTERE, l.21 §. Papinianus, ff. de recept. qui arbitr.

DENVO CONSENTIRE, l.16. ff eod. tit.

DENVO LOCARE, l.3. C. de priuileg. fiſc. & paſſim.

DEI appellatio quanquam apud Chriſtianos non eſt vlli mortalium, vel per iocum communicanda, neque omnino tam inſignis tamque fœda adulatio eſt in mores noſtros recipienda, tamen quomodo fieri poſſit, vt vſus ſit huius adagij: Homo homini DEVS: oſtendit Roterodamus. Spieg.

DEO immortali apud Martianum ad l. Iul. pecul. ſed etſi donatum Deo immortali abſtulerit, peculatus pœna tenetur. Nam & gentes Deum intelligebant conditorem omnium rerum, cui ſit obediendum, qui ſit inuocandus, & id quidem lumine naturali prorſus ignaræ gratiæ Euangelicæ. Cic. de legibus. De ipſis quidem (inquit) hominibus nulla gens eſt, neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non (etiamſi ignoret, qualem habere Deum deceat) tamen habendum ſciat. Igitur iuxta Oldend. valde ad rem dixit Pomponius in l. vt vim. ff. de Inſtit. & iure. cum inter exempla iuris naturalis (nam ſic ibi intelligi debet ius gentium) referret religionem erga Deum. Spieg.

DEPACISCI, eſt pactione tranſigere, inquit Donat. in illum Terentij locum Phorm. Iam depaciſci morte cupio. Cicero Verrina 5. Equidem Romanum ſcitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinus in foro cuſtodiis Apronij retentum atque ſeruatum, neque ante dimiſſum quam ad conditiones eius depactus eſt. Idem pro S. Roſcio Amer. Cum illo contra hos inire conſilia; horum conſilia illi enuntiare, cum illo partem ſuam depaciſci, hiſce aliqua fretum hora ſemper omnes aditus ad Syllam intercludere. Idem de Inuention. lib. 2. Quidam Imperator cum ab hoſtibus circumſideretur, neque effugere vllo modo poſſet, depactus eſt cum eo, vt arma & impedimenta relinqueret, milites educeret Hoto. adde Forcatulum in dialogo 57. Necyoman. n. 4.

DEPACTVS, inquit Vlpianus, dicitur turpiter pactus, l. 3. §. 1. ff. de calumn. quaſi vero non & depaciſci aliquis honeſte poſſit, ſed edictum de calumniatoribus Vlpianus interpretabatur: præterea quod ad illius excuſationem plurimum valet, Syrus, non Romanus erat. Hoto.

DEPASCENS aliena tenetur de damno legis Aquiliæ, l. 6. D. de l. Aquil.

DEPASCERE glandem pecore immiſſo. l. 9. §. 1. ff. ad exhiben.

DEPASTIO facta à quadrupede, quomodo dominum eius obliget. vide l. 1. & ibi Gothofr. ſi quadrup. pauper feciſſ. dicat.

DEPAVPERATIO, ἐλάττωσις. Goth. ad Nou. 30. c. 7. in prin. ibi, depauperatio.

DEPECISCI (ſic enim vbique & non depaciſci legendum) ſignificat pactionem facere. A Iuriſconſultis quidem in malam partem vſurpatur, vt ex Alciato ſupra expoſuimus.

DEPACTIO pactum ſignificat. l. 1. C. de abolit. Prat.

DEPECTVS participium ab eo, quod eſt depeciſcor, quod ſignificat turpiter paciſci. Vlpia. de calumniat. l. generaliter. Hoc inquit, edicto tenetur, qui depectus eſt. Hinc depector apud Apuleium in oratione pro Magia: Eſt, inquit, litium depector, omnium falſorum commentator. Alias autem non depectus, ſed diſpectus legitur in Norico exemplari. Nebriſſ.

DEPELLERE damnum l. 1. §. nuntiatio ff. de operis noui nuntia. periculum, l. 1. § excuſatur, ff. de SC. Silan.

DEPENDERE, pro præſtare, ſoluere, in l. 3. §. in his. ff. de vſur. l. 23. C. de adminiſtr. tutor. vel curator. Spieg. Significat autem dependere non ſimpliciter pendere, ſed periculum alicuius rei præſtare, & omne detrimentum, quod in re aliqua ſit, quaſi pœnam. Cicero libro 2. epiſtolar. famil. dependendum tibi eſt, quidquid pro illo ſpopondiſti, id eſt, etiamſi quid non conſequaris ab eo ſi quid ipſe non præſtet, id tibi præſtandum & ſuſcipiendum eſt. Idem lib. 1. ad Atticum; Abiurare ſatius eſt, quam dependere, id eſt, quam confeſſionis periculum ſubire. Ita Iuriſconſ. in l. § 4. poſt litem. ff. fin. regun. dependere fructus dixit de iis, in quibus præſtandis periculum agitur rei, id eſt, iis qui percepti non ſunt, percipi tamen non potuerunt, à quibus dependendis debitor immunis eſt, Donellus de fructibus.

DEPENDERE fiſci iuribus in l. 7. C. de ſeru. fugitiu. eſt fiſco ſoluare.

DEPENDERE ſumptus litis, l. 83. §. 3. C. de bon. quæ liber. &c.

DEPERDITA nomina, in l. 16. ff. de adminiſt. tut.

DEPERDITVM, inquit Caius in l. 21. de hæred. pet. intelligitur, quod in rerum natura eſſe deſiit. Deminutum vero, quod vſucaptum eſt, & ob id de hæreditate exiit, adde l. 2. §. non tantum de hæred. vend. Deperditum ergo refertur ad actum naturalem: Deminutum ad ciuilem, d. l. 21. Brederod. in Lexic.

DEPERIRE, in l. 15. in pr. C. de teſtam. manumiſſ. idem eſt quod perire.

DEPTIANVS aliter, Epigranus: vide Cuiac. 9 obſeru. 19. in fin. Goth. ad l. 7. ibi, diuus Marcus Drunciani. C. ad l. Iul. maieſt.

DE PLANO, ſine cauſæ cognitione, ſine libello l. de ſubmerſis. C. de naufr. lib. 10. de hoc vide Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. de plano & eundem in l. nequicquam de offic. proconſ. & clemen. ſæpe de verb. ſign. Prat.

DE PLANO, id eſt, ex æquo loco, & non excelſo: veluti vnde magiſtratus in tribunal, quod editiori in loco poſitum erat, conſcendebant. Itaque de plano, & pro tribunali, opponuntur. Vlpia. l. 2. §. 6. ff. de bonor. poſſeſſ. Si cauſa cognita bonorum poſſeſſio detur, nõ alibi dabitur, quam pro tribunali: quia neque decretum de plano interponi, neque cauſa cognita bonorum poſſeſſio alibi, quam pro tribunali dari poteſt. Item l. 2. §. 1. ff. qui ord. in bon. Sed non poſſeſſionum dies numerabuntur, ſi modo ea ſit bonorum poſſeſſio, quæ de plano peti potuit, quid ſi ea, quæ cauſæ cognitionem pro tribunali deſiderat, vel quæ decretum expoſcit? ſimiliter in l. 1. §. 4. ff ad SCtum Turpillian. & l. 18. in fin. ff. de q. & l. 9. §. 3. ff. de offic. proconſ. Huc autem alludens Seneca libro de clem. 1. Hæc tamen, inquit, magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet, meliuſque in tribunali, quam in plano cognoſcitur. Suetonius de Tiberio. Siquidem reorum elabi gratia rumor eſſet, ſubitus aderat, Iudiceſque aut è plano, aut è Quæſtoris tribunali legum & religionis admonebat. Hinc illæ notæ: V.D.P.R.L.P. Vnde De Plano Recte Legi Poſſit. Hoto. Connan. lib. 1. c. 16. n. 5. Hoc mihi videtur, inquit Vlpianus, dicere, non ſolum quæ cognoſcens & pro tribunali princeps decreuit, ſed etiam quæ de plano & quaſi aliud agens, vim legis obtinere. Nam cum hoc aximiũ ſibi fore putarent, ſi non cogerentur ius pro tribunali dicere, vt cæteri magiſtratus; aut quia fortaſſis publicis negotiis impediti vix ſatis otiũ tribunalibus & forẽſibus iudiciis ſuppeditare poſſent, ſolebant domi & foris vbicunque ſui poteſtatem feciſſent, de plano ius reddere poſtulatoribus, quod nimirum in via nonnunquam facere cogebantur, quoties appellarentur, aut adirentur. Alioqui potuiſſent audire, quod quædam aucula Imperatori Adriano dixit, cum illum in via de iure ſuo poſtulaſſet, negaſſetque ille ſibi cum otium eſſe, noli ergo, inquit illa, imperare, quod ipſe & æquo animo tulit, & illam leniter audiuit. Itaque principum hæ cognitiones, quæ de plano, id eſt, æquato loco habebantur, minus aliquando ſolennes erant, quam quæ cum cauſæ cognitione, auditis vtrinque rationibus exercebantur. Idcirco Vlp. appellat eas interlocutiones, quod eas princeps, quaſi inter aliud agendum & loquendum decerneret, aut ipſum interloquentibus reſponderet. Latini enim interloqui dixerunt, pro eo, quod eſt loquentem interpellare, & alterius ſermonem interrumpere. Terent. Siccine me interloquere, &c.

DE PLANO aliquid facere iudex dicitur, quod ſine figura ac ſtrepitu iudiciario facit; puta, ſi non eſt in conſiſtorio, vel non reſidet in eo loco, vbi iudicare conſueuit, vel ſi aliqualiter inſtructus, ac ſine tutis ſolennitate aliquid facit, ſtatuit aut determinat.

DEPONERE, transferre, l. ſi ſponſus ſponſæ. § ſi maritus. d. donat. inter vir. & vx. Ex Apell. Spieg.

DEPONERE imperium, pro ceſſare ab officio. Vlp. proconſul, inquit, portam Romæ ingreſſus, deponit imperium. Spieg.

DEPONERE conſulatum aut præturam, l. 7. C. de inſtit. & ſubſt.

DEPONERE, eſt cuſtodiendam rem dare, tot. tit. ff. & C. de depoſit. Sic

DEPONERE ſignatam pecuniam, eſt ſacculum aut bulgam cum pecunia ſignatorum ſine teſtium ſignis obſignatam deponere, l. 9. C. de ſolu. l. vlt. de leg. comm. Gothoſ. ad l. 39. ibi, iuſſu tuo ſignatam, ff. de ſolut. Eodem modo

DEPONERE pecuniam ad comparationem poſſeſſionis, in l. 3. C. de arbitr. tutel.

DEPONERE antiquis ſignificabat alienare à ſe & abiicere, vt notat Non. Marcellus, vnde Plautus, vt me deponat vino eam affectat viam: hinc depoſitũ pro abiecto & deſperato, & quod pro derelicto habetur. Cic. 3. in Verrem. Itaque mihi videtur magnam & prope depoſitam Reipublicæ partem ſuſcepiſſe, hoc eſt, inquit Aſconius, depoſitæ ſalutis. Sic & Virgilius:

Ille vt depoſiti proferret fata parentis.

Quem locum explicans Seruius, depoſiti, id eſt deſperati. Nam conſuetudo erat apud antiquos, vt deſperati ante ianuas ſuas collocarentur, vel vt extremum ſpiritum redderent terræ, vel vt poſſent à tranſeuntibus forte curari, qui aliquando ſimili laborauerunt morbo. Hinc illa, deponere curam, ſolicitudinem, magiſtratum, officium, pro eo quod eſt exuere ſe cura, ſolicitudine, magiſtratu, officio. Quia vero plerunque res noſtras deponimus, & abiicimus, non perdendi animo, ſed conſeruandi gratia, eaſque ſic à nobis dimittimus, vt alij tradamus & committamus, ideo factum eſt, vt deponere idem ſignificet, quod credere & committere, & deponere quod alicuius fidei & diligentiæ creditum eſt, quod proprium eſt huius loci. Vlpia. Non ſolum apud amicum rem noſtram ponimus, ſed deponimus & dimittimus à nobis, vt apud eum collocemus, & curam eius atque cuſtodiam à nobis ad illum transferimus, & in ea conſeruanda operæ & induſtriæ noſtræ vicariam eius fidem ſupponimus, in quo ſimillimum eſt mãdato. Nam vt hic res noſtras alienæ fidei tradimus conſeruandas, ſic in illo negotiorum noſtrorum curationem & adminiſtrationem alij mandamus & committimus. Itaque iudicia fiduciæ dicuntur eſſe ea, quæ ſunt ſocietatis & tutelæ, Cicero pro Roſcio Comœdo. Si quæ enim ſunt priuata iudicia

Digitized by Google

tia maximæ exiſtimationis, & pene dicam capitis, tria hæc ſunt: Fiduciæ, Tutelæ, Societatis. Æque enim perfidioſum & nefarium eſt, fidem frangere, quæ continet vitam humanam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & ſocium fallere, qui ſe in negotio conjunxit. Fiduciæ nomine mandatum & depoſitum notauit, quod in iis præcipue de reb. noſtris fidei credimus alienæ. Nam vt plurimum non mandat quiſquam niſi amico: neque rem ſuam deponit, niſi apud eum, quem fidelem putat. In ſocio & tutore eadem fidei ratio, ſed non tanta, quod certa lege conſtituuntur ipſi, nec poſtea liberum eſt eos reuocare, ſed & tutor inuitus fit plerumque. At reuocandi mandati quandocunque libuerit: & depoſiti reddendi poteſtas eſt cuique: vt hæc ab ejus qui ſuſcepit, probitate & fide maxime pendeant, & tamen ipſum depoſitum multo magis: Propterea quod reuocato mandato, nihil jam contra poteſt is moliri, qui mandatum ſuſceperat, vt ſumme cupiat. Repetenti depoſitum non ſtatim reddit is, qui acceperat, ſi callide verſari velit, & à fide recedere. Quare idem Tullius in Oratione pro Aul. Cecinna, fiduciæ nomen ſoli depoſito tribuit: Qui per tutelam, inquit, aut ſocietatem, aut rem mandatam, aut fiduciæ rationem fraudauit quempiam. Et Vlpianus leg. certi, ſi cert. pet. Fiduciariam hæreditatem appellat, quæ fidei hæredum committitur, & quaſi cuſtodienda traditur ad tempus vt eam alij poſtea reſtituant: quæ communiter à Iureconſultis vocatur fideicommiſſaria. Mandatum ergo & depoſitum ſimillima quidem in hoc ſunt, quod & ſummæ fiduciæ & vtrumque ejus tantum gratia fiant, qui mandat aut deponit. Cæterum hoc differunt, quod Depoſitum re conſtabitur: Mandatum ſolo conſenſu, & illius fides in conſeruando cernitur, hujus autem in agendo. Qui depoſitum ſuſcepit, tenetur tantum, vt eam ſibi creditam cuſtodiat diligenter, cui mandatum eſt aliquid etiam vt faciat, & operam atque induſtriam ſuam præſtet alieno negotio, vt Vlpianus hoc primo capite duobus aut tribus exemplis oſtendit, &c. Hæc Connan. lib 7. c. 4. nu. 1. & 2. &c.

Deponere inſcriptiones, l. 19 C. de his qui accuſar. non poſſ.

Deponere eſt demoliri, & ad aream redigere & ſolo æquare, l. 21. in fin. ff. de vſucapion. l. 8. ff. ſi ſeruit. vindic. l. 83. §. ſacram, ff. de verbor. obligat. l. 2. §. ſi quis, ff. ne quid in loc. public. l. 18. § Sabini de damn. infect. l. 3. §. ſed & ſi. ff. fin. regund. Briſſ.

Deponere ædificium, deprimere ſignificat, l. 6. ff. ſi ſeruit. vindicet, l. 17. ff. de ſeruit. vrban. prædior. Item diruere, l. 57 §. 31. in fin. ff de l. Aquil. Item deuoluere, l. 50. ff. eod. Prat. ex Briſſ.

Deponere ac demoliri impune licet domum alterius certis caſibus, l. 3 § 7. de int. end. Gothofr. ad l. 2. ibi, domum tuam depoſuiſſe, C. de l. Aquil.

Deponere plus eſt, quam offerre: Eſt enim ordinarie hoc prius tempore, illud poſterius. Gothofr. ad l. 2. ibi, depoſuiſti, Cod. de vſur.

Deponi poſſunt res non tantum propriæ, ſed etiam alienæ. Vult. in com. Inſt. l. 3. tit 15 §. 3. nu. 6.

Deportare, eſt aliquem perpetuo exilio damnare, puta, relegare ad tempus, l. relegatorum § differentia, de interd. gl. in §. relegati. Inſt. quib. mod. jus pat. poteſt. ſolu.

Deportati ſunt, quibus princeps inſulas adnotauit, vel de quib. deportandis ſcripſit: priuſquam autem factum præſidis comprobat princeps, nondum amiſiſſe ciuitatem quis videtur, l. §. 3. de legat. 3. Hotom.

Deportati ferè exules ſunt, qui carent ciuitate, ideoque modo Apolides, modo peregrini dici ſolent, l. quidam, ff. de pœnis, l. 1. Cod. de hæred. inſtit. l. ſed ſi hæc. ff. de in jus vocan. Exilij tamen appellatio nonnunquam latius patet, pro relegatione ſcilicet, quæ ſalua ciuitate contingit, ſed & ſi quis, ff. ſi quis caut. l. exilium, ff. de interdict. & relegat. vt apud Cicer. in Orat. pro Cæcin. & eundem Ouid. cum ita librum ſuum alloquitur:

Vade ſed incultus, qualem decet exulis eſſe:
Infelix habitum temporis huius habe.

Duarenus lib. 1. diſput. anniverſ. cap. 37. Porro vero, quid inter deportationem, exilium & relegationem interſit, latius diſſentit Ioan. Rob. lib. 4. ſent. c. 11. Petr. Crinitus de honeſt. diſcip. lib 23. c. 5.

Deportati à relegatis differunt, nam relegatio pœna capitalis non eſt, nec propria exilium dicitur, l. 2. ff. de publ. jud. l. adicto, de bon. poſſ. l. 2. de pœn. l. licet capitalis, de verb. ſign. vnde Ouid. ad Aug.

Quippe relegatus non exul dicor in illa,
Parcaq; fortuna ſunt tibi verba mea.

Deportati & relegati in hoc differunt, inquit Vlpianus, in l. 7. §. 2. de interd. & releg. quod in inſulam relegari & ad tempus & in perpetuum quis poteſt.

Deportati in inſulam abeunt, cui id faciendi jus erat, bona fiſco vendicantur; relegati autem non niſi ſententia ſpecialiter adempta fuerint, l. 8. C. de pœn.

Deportati fideicommiſſum relinquere non poſſunt: quia nec jus teſtamenti faciendi habent, l. 2. §. 1. de leg. 3.

Deportati ſunt ij, quibus aqua & igni interdictum eſt, d. l. 2. §. 2. Cujus rei pulcherrimum habemus exemplum de M. Tullio Cicerone, cui Clodius tribunus plebis diem apud populum dixit, quod ciues ſine juſſu Pop. Romani contra leges necaſſet; & deinde ob id factum Clodius de exilio Ciceronis rogationem ad populum tulit, vt infra quadraginta ab Italia milliaria ipſi Tullio aqua & igni interdictum eſſet, vt recipientis eum bona publicarentur, iſque exularet, & nequis de Cicerone reducendo ad Senatum referret, ne quis decerneret, ne quis diſputaret, aut loqueretur, aut pedibus iret ſcribendove adeſſet.

Deportatio eſt perpetua in exilium ſiue inſulam condemnatio, quæ fit circumſcriptio, quod ei, qui damnatus eſt, certo ſpatio circumſcribitur pœnæ perpetuo pendendæ locus, leg. inter pœnas, ff. de interdict. & releg. Et hac quidem puniuntur depeculatores ærarij publici, vel pecuniæ ſacræ, l. pecul. pœn. l. peculatus crimen, ff. ad l. Iul. pecul. & hujuſmodi deſametiſſimi ſceleratiſſimique homines, qui, quia acerbitas puniendi, maleficij plerumque diſciplina eſt bene beateque viuendi, non jam deportantur; ſed vel laqueo vel gladio feriuntur. Anch.

Deportatio quandoque ſignificatur verbo exulandi. Cujac. 15. ob. 35. Gothofr. ad l. 1. C. de fidejuſſ.

Deportatio eſt rerum omnium ſpoliatio, l. 13. §. 4. de ſent. paſſ & reſtit.

Deportatio interdum vltimum ſupplicium & mors cenſetur, §. publicorum. Inſtit. de publ. judic. & cum autem. Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolu.

Deportatio ſpecies erat exilij atrociſſima, cum ſcil. quis ita ciuitatem amittebat, vt nexu aut compedibus vinctus, in aliquam nauim imponeretur, & ſeruis publicis, vt eum in inſulam certam tranſferrent, traderetur. Hinc ἀπόλιδες & ad peregrinationem redigi dicebantur, l. 17. ff. de pœn. l. 10. §. ſed ſi per. ff. de in jus voc. l. 1. § quibus, ff. de leg. lib. 3. Atque hinc inde natum eſſe videtur Turnebo, quod ſenatus cenſuit milites eos, qui ex Cannenſi acie refugerent, ex Italia in Siciliam eſſe deportandos, nec ante inde reportandos in Italiam quam Pœnus Italia depulſus eſſet. Deportatio autem ſucceſſit in locum interdictionis ignis & aquæ, l. 3. ff. ad l. Iul. pecu. l. 2. §. 1. ff. de pœn. Nou. de iis qui nupt. ire. conſt. 22. Deportatio autem dicitur, quaſi portatio de eo iure, quod quis in ciuitate habuit, ad exilium perpetuum: adnotata illi prouincia, vbi manendum ſit, l. inter pœnas, ff. de interd. & rele. Libertatem interim non adimebat: ideoque media cenſebatur capitis deminutio, Inſt. de cap. demi. §. minor ſiue media, & l vlt. ff. eo. tit. Nam quod refert Calliſtrat. l. cognitionum, de extraord. cogn. libertatem deportatis ademptam, de iure Quiritium intelligere videtur voluiſſe, vtpote quibus nec teſtamentum facere, nec ex alterius teſtamento quicquam capere licuerit: nec eorum omnium aliquid habuerint, quæ iuris ciuilis magis quam gentium ſunt, l. ſi quis filio. ff. de iniuſt. rupt. l. 1. de lega. 3. l. quidam. ff. de pœn. Etenim iure ciuili (ait Boet. in Topic. Cicer. fieri aliquid non inter alios niſi inter ciues Romanos poteſt. Itaque αὐτονομίαν illam conciliat Duaren. lib. 1. diſput. c. 9 & Curec. in illum Inſtit. locum. Prat. Neque matrimonium, nuptiis contractis & perfectis, diſſoluitur deportatione. Vulteius in comment. Inſt. l. 1 t. 10. §. 14. n. 18.

Deportatio à relegatione ſic differebat: deportatio in perpetuum damnabat: relegatio aliàs in perpetuum, aliàs ad tempus. Item deportatio adimebat ciuitatem Romanam: Relegatio non æque. Itemq; deportatus amittebat bona, relegatus minime, l. relegatorum, §. hæc eſt differentia & §. ſequ. ff. de interdict. & relegat. Addam deportationem eſſe, cum ei, qui damnatus eſt, certo ſpatio circumſcribitur pœnæ locus: relegationem, cum quis exire fines patriæ iubetur. Prat.

Deportatorum bonae, l. 1. C. de veteran.

Deportatus olim ciuitatem non amittebat, neque vllus eam niſi volens. Ideo qui vel deportabatur, vel huiuſmodi pœnis afficiebatur, non prius amittebat ciuitatem Romanam, quam, ipſe ſciens volenſque in alia ciuitate nomen ſuum profiterentur, & vt hoc facere cogerentur, hoc, qui deportabantur olim, non lata lege priuabant ciuitate, ſed ijs aqua & igni interdicebant, vt hominum præſidio ſpoliati, cogerentur, vt dixi, nomen ſuum profiteri, & alterius ciuitatis ciues effici. Quo caſu nolebant Romani homines duarum ciuitatum, Romanæ ſcilicet, & alterius ciues eſſe. Vnde quadam quaſi renuntiatione iuris ciuitatis interueniente, ciuitatem hoc modo amittebant. Quæ omnia ſumuntur ex Cicer. in Orat. pro domo ſua, ad Pontifices: Ciuitatem (inquit Cicero) neminem vnquam vllo populi juſſu amittere inuitum. Qui ciues Romani in Colonias Latinas proficiſcebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenq; dederant; Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatẽ amittebant, quam erant in eam ciuitatem recepti, quo vertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſa venerant. Id autem vt eſſet

Digitized by Google

faciundum, non ademptione ciuitatis, ſed tecti, aquæ & ignis interdictione faciebant. Hæc ille. At poſtea ſub Romanis principibus occupata Romanorum libertate ſublatus eſt ille circuitus, ſtatutumque, vt abſque illa tecti, aquæ & ignis interdictione, qui lege vel iudicio deportatus erat ſtatim ciuitatem amitteret, & hoc eſt, quod dixit Vlpianus in l. 2. ff. de pœn. Conſtat, poſtquam deportatio in locum, aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit, non prius amittere quem ciuitatem, quam princeps deportandum eum in inſulam ſtatuerit. Præſidem enim deportare non poſſe nulla dubitatio eſt, & alibi Vlpianus in l. 1 ff. de leg. 3. Ii, inquit, quibus aqua & igni interdictum eſt, id eſt, deportati, fideicommiſſum relinquere non poſſunt, & idem in l. 3. ad l. Iuliam peculatus. Peculatus pœnam aquæ & ignis interdictionem, in quam hodie ſucceſſit deportatio, continet. Et Iuſtinianus in §. deportatio tamen. Nouella de nuptiis. Deportatio tamē (inquit) in aquam migrauit, & antiqua ignis & aquæ interdictio. Succeſſit enim deportatio in loco interdictionis prædictæ: Quia circumſcripta interdictione, tanquam minus neceſſaria, priuabantur ciuitate ipſa ſentētia, quod teſtatur idem Vlp. in l. 2. ff. de pœnis ibi: Sed præfectus vrbis ius habet deportandi, ſtatimque poſt ſententiam præfecti amiſiſſe ciuitatem videtur. Quod clarius oſtendunt Theophili verba: Simulatque ſententia lecta fuerit, lex ei & ciuitatem & bona adimit, & ciuitate Romana exutus fit peregrinus. Syluester Aldob. tit. quibus mod. ius patr. poteſt ſolu. verba Ciuitatem amittit. &c.

DEPORTATVS ex ſtipulatione non obligatur, l. quoties, 14. in fin. ff. de nouationib. At dubium non eſt, deportatum vti nihilominus iure gentium, & ex omnibus iuris gentium contractibus obligari; vt ex ICto Marciano in l. deportatus 15. ff de interdict. & releg. docet Vulteius in comment. Inſtit. l. 3. ad princ. tit. 16. n. 5.

DEPORTATVS mortui loco habetur, ait Paulus IC. in l. 4. §. ſi deportatus, de bon. liberi.

DEPOSITARIVS eſt apud quem res aliqua deponitur cuſtodienda, l. 7. §. 5. depoſ. & ita ſumitur in Auth. ſed iam, C. depoſiti. Et differt à ſequeſtro, quia depoſitarius ad hoc præciſe tenetur, vt depoſitori rem reſtituat, tenetur etiam maximam diligentiam adhibere. Sed ſequeſter neutri litigantium tenetur præciſe rem reſtituere, ſed indeterminate illi, qui vicerit. Old.

DEPOSITARIVS, ſi vtitur depoſito contra voluntatem domini, vel denegat illud, committit furtum, & condemnatus efficitur infamis. Panormitanus in c. 1. in 2. not. depoſit. Prat.

DEPOSITARIVS non poteſt opponere quæſtionem dominij. Bart. in l. commodate ff. comm. l. ſi quis C. eod. titu. ſed ſtatim debet cogi vt reſtituat, l. ſi quis vel pecunias. C. depo.

DEPOSITARIVS non opponit compenſationem deponenti. l. ſi. C. de compenſ. l. ſi quis, C. depoſiti. c. 2. eodem tit. Prat.

DEPOSITI in depoſitum non admittitur compenſatio, l. ſi quis C. depoſiti.

DEPOSITIO metaphorica eſt apud Pontifices eſt amotio facti ſine ſolennitate, c. degradatio, de pœnis, lib. 6. Et hæc dicitur ſimplex depoſitio, Abbat. Quibus autem ex cauſis fiat depoſitio, docet gl. magna in fin. c. 2. 15 q 8. Prat.

DEPOSITIO debiti ſolemnis quæ ſit, vide Goth. ad l. 6. C. de ſol.

DEPOSITVM eſt contractus realis, quo res aliqua mobilis alicui traditur cuſtodienda gratis, vt eadem illa reſtituatur in ſpecie, quandocunque contrahenti libuerit. Vulte. l. 3. in com. Inſtit. t. 15. §. 3. n. 1.

DEPOSITVM eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt: dictum ex eo quod ponitur. Præpoſitio enim DE auget poſitum, vt oſtendat, totum fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet, l. 1 ff. depoſ. Old. Briſſ. Hot. Cum dominium noſtræ rei damus, perpetuo donatio eſt, cum ad tempus, vt ipſa vel ſimilis reddatur, mutuum dicitur: Cum vſum eius, commodatum, cum operam noſtram, mandatum: cum diligentiam noſtram in re alterius conſeruanda, depoſitum nominatur. Connan. lib. 5. c. 2. n. 1.

Eſt & DEPOSITVM iudiciale, cum res ea, de qua controuerſia eſt, apud Iudicem, vel vbi iudex ſtatuerit, deponitur, l. 16. in fin. ff. de offic. præſid. l. 7. §. vlt. ff. qui ſatiſd. cog. l. 23. §. vlt. ff. de appell. l. 7. ff. depoſiti l. 1. §. pen. ff. de liber. exhib. l. 5 1. §. pen. ff. ad exhibend. Briſſ. Datur autem ex depoſito actio ab ipſo contractu denominata, actio depoſiti, vel ſimpliciter depoſiti, quæ & ipſa duplex eſt, directa & contraria. Vult. in com. Inſtit. l. 4. tit. 6. §. 16. n. 76.

DEPOSITVM (ait Hotomannus) eſt contractus, quo res aliqua ea lege apud alterum deponitur, vt is dolum tantum in ea ipſa reddenda & culpam præſtare debeat, l. 3. de oblig. & act.

DEPOSITVM, in l. 21. C. de fide Inſtrum. idem eſt quod iuratum.

DEPOSITVM in ſequeſtro proprie dicitur, quod à pluribus in ſolidum certa conditione cuſtodiendum reddendumque traditur, l. 6. depoſit. Hot.

DEPOSITVM à ſequeſtro differt. Primo namque deponere tam vnus quam plures poſſunt, ſed apud ſequeſtrum non niſi plures deponere ſolent. l. 17. ff. depoſit. Nam tunc id fit, cum aliqua res in iudicium deducitur, vnus autem ſecum non controuertit. Secundo, in ſequeſtro vnuſquiſque inſolidum videtur depoſuiſſe. Sed, cum plures communem rem ſimpliciter deponunt, quilibet pro ſua parte cenſetur deponere. Tertio, rei depoſitæ proprietas & poſſeſſio apud deponentem manet. In ſequeſtrum autem poſſeſſio aliquando transfertur, vt is cuſtodiendo poſſideat. Id cum agitur ea diſpoſitione, vt neutrius poſſeſſionia id tempus procedat, l. licet, ff. eo. tit. A ſequeſtro autem ſequeſtrariam actionem vocat Pomp. in l. ſi in Aſia §. eum in ſequeſtru. ff. eod. tit.

DEPOSITVM & mandatum, quid differant vide in l. 1. §. 11. ff. depoſiti.

DEPOSITVM, itemque locatio & conductio, quomodo differant, vide eandem l § 8 9. 10. ff. depoſit.

DEPOSITVM reſtitui debet hæredi, non minus quam defuncto, l. 1. §. ſi pecuniam l. plures, in princ. ff. depoſ. Prat.

DEPOSITVM, eſt fori reſtituendum. Bald. in tit. de depoſ. vide ſupra, Act. in depoſiti.

DE POSSESSIONE deiicere, ex ſermone ICtorum, in vulgi ſermonem abiit, pro eo quod eſt, famam cuipiam eripere, quam in omnium conſenſu obtinuerit, aut adimere quidpiam, quod ſuo quaſi iure tenere videatur. Nam ius ſemper fauet poſſidenti, ne quis vi quemplam deiiceret. Ex Chillad. Eraſmi. Spieg.

DEPRÆDATIO, vide l. 5. C. de poſtul. & l. 9. C de re milit.

DEPRÆHENDERE (ait Briſſ.) non ſine varietate aliqua diphthongo augetur, vide infra Deprehendere.

DEPRECARI, eſt precibus rogare, & ſubmiſſe obteſtari, ne quid fiat: multum autem longeque diſtat à recuſare, vt docet Alex. Neapol. c. 14. lib. 4. Spieg. Idque ſatis oſtendit l. fideiuſſores magiſtratuum, §. 1 ff. de fideiuſ. vbi clare oſtenditur, deprecari idem eſſe, quod vehementer & obnixe precari. Etenim precabantur ſuppliciter apud Iul. Paul. fideiuſſores, vt neglecta ſubſcriptione fideiuſſionis in vſuras condemnarentur. Animaduerti ipſe varie verbum, deprecari, ab auctorib. probatiſſimis accipi. Nam Aul. Gell. lib. Noct. Attic. 5 c. 26. Deprecari, abominari, vel deteſtari eſſe dixit. Vnde deprecor ſupplicium, idem Gell. dictum ait, quaſi deteſtor & execror, quem taxat Laurent. Valla lib. 6. c. 24. Exiſtimatque deprecari nil aliud eſſe, quam dicto vel facto recuſare, idque authoritate Ouidij de Ponto probat:

Sæpe precor mortem, quoq; deprecor idem
Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum.

Quare non inepte, vt ait, dixeris Bucephalum, qui præter vnum Alexandrum omnem alium recuſabat ſeſſorem, deprecari alios ſeſſores, præter regem. Sed Valla multis verbis, iiſq; elegantiſſimis ridet Alex. ab Alex. lib. Genial. dier. 3 c. 24; pluribuſque veterum autoritatibus probat, non inepte, abſurde & barbare loqui, ſi deprecari pro recuſare dixerimus, tandemque oſtendit veterem probabilemque ſenſum eſſe, vt deprecari, idem ſit, quod ſuppliciter & precibus expoſcere, ne quid fiat, quod vitare cupimus, & contendimus ne eueniat. Mortem ergo, inquit Ouidius, deprecatur, non ſimpliciter recuſans mortem, ſed ſuppliciter expoſcens, ne mors contingat inter tot truces immaneſque homines. Vnde deprecari diſtare multum longeque à recuſare probat: quippe deprecari, eſſe precibus rogare, & ſummiſſe obteſtari, ne quid fiat. Recuſare vero iure & manu contendere, & quadam mentis vecordia, minaciter magis quam precibus depoſcere. Cicero lib. 2. Tuſculan. de Anaxarcho, inquit, Democritoque cogitetur, qui cum in manus Cypri Nicocreontis incidiſſet, nullū genus ſupplicij deprecatus eſt, neq; recuſauit. Et Cæſar in Comment. lib. 5. Hedui, nec deprecandi, nec recuſandi cauſa, legatos ad Cæſarem mittere volebant. Quibus liquet, deprecari idē eſſe, quod precibus eniti & rogare ne quid fiat ſeu eueniat tale, quod tu nolles euenire, & futurum deteſtaris. Vt & illa plenius proſequitur, cui ipſe aſſentior: Exiſtimoque deprecari eſſe idem, quod precibus auertere & depellere malum, quod impendet. Vnde Cicero in 7. Verrin. deprecari periculum dicit, id eſt, precari ne eueniret. Illi, inquit ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram Tyriam, thus alij atq; odores. Dixit quoque, deprecari auaritiæ crimina; nunc vero ait in Verr. quid faciat Hortenſius? auaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? Hoc eſt, depellet ne, & orabit, vt ne auarus exiſtimetur, ſed magis frugalis. Dixit item deprecari calamitatem exilium, & fugam hoc eſt, precibus orare, ne exul eſſe fugamque facere cogeretur, cum, inquit, ſibi non incolumem fortunā, ſed exilium & fugam deprecaretur, eſſe coactum, vt vita ſeſe ipſe priuaret. Et pro Plancio, deprecatorem fortunarum appellauit eum, qui precibus depoſcebat, ne fortunæ ſibi ſuæ adimerentur, hoc eſt, ne condemnaretur, & bonis publicatis in exilium iret. Et pro Sylla: Multorum, inquit, hic vitam eſt à L. Sylla deprecatus, hoc eſt, precibus impetrauit, vt multis L. Sylla ignoſceret. Hic color ille Rhetoricus, qui deprecatio dicitur, cum & peccaſſe & conſulto peccaſſe ſe reus fatetur, & tamen vt ignoſcatur, poſtulat.

DEPRECATIO, de qua Triphoninus l. tres tutores, in prin. ff. de admin. tut. l. auxilium, ff. de minor. eſt, vt definit M. Cic. in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur. Prat.

DEPRECATOR, qui reum ad impunitatem expoſcit & reatu eximit. Vulgus interceſſorem appellat. Spieg.

DEPRECIATVS in l. 22. §. 1. in fin. ff. ad l. Aquil. ſed & ejus ratio haberi debet, qua cætera corpora depreciata ſunt, & Tertull. lib. aduerſ. Marcion. i. e. vilis factus, & nullo pretio dignus. Lexicon B Germani ad Lutetiam Pariſiorum vertit depreciatos ἐλαττωθέντας, quaſi pretio imminutos. Briſſ. Prat.

DEPREHENDERE aliquem, eſt, quod barbari dicunt, capere in ipſo facto, ita vt nec fugere nec inficiari poſſit, vt deprehendi in adulterio, l. palam. §. quæ in adulterio, ff. de ritu nupt. l. 2. & C. ad leg. Iul. de adulter. deprehendi in ipſo latrocinio, l. 7. C. defenſ. ciuit. deprehendi in demoliendis ſepulchris, l. 2. Cod. de ſepulch. viol.

DEPREHENSI dicuntur, qui effugere nequeunt, vel vitare, cum maxime cupiant, aut è re incommode nata ſe explicare, aut ſubducere: vide Bedæum in l. quod ait lex, ad l. Iul. de adult. Spieg.

DEPRESSA nauis, pro merſa, l. ſi nauis euerſa, & l. dum depreſſ. ff. ad leg. Rhod. de jactu.

DEPRIMERE ædificium, & tollere, opponuntur, l. 17. ff. de ſeru. vrb. præd.

DEPRIMERE vitem dicitur, qui eam deductam in terram defodit, vt anno inſequenti renouetur, Cato de re ruſt. c. 32. Arbores facito, vti bene maritæ ſint, viteſque, vti ſatis multæ adſerantur, & ſicubi opus erit, de arbore dejiciantur, & in terram deprimantur, & biennio poſt præcidito veterem. Venuleius l. ſi vitem 22. ff. quod vi aut clam. Si vitem meam ex fundo meo in tuam depreſſeris eaque in fundo tuo coaluerit, vt legeſt interdictum: Radices quæ in fundo meo ſunt, tuas fieri, quia hæ acceſſiones ſint. Sic autem locum reſtitui, quum omnib. in libris, Deprehenderis, legetur. Hotom. Prat.

DEPROPERARE, vt apud Plaut. pro valde properare, in l. vni. in fi. C. de oper. nou. nunc. & l. 2. §. ſed quia diuiuæ, de vet. jur. enucl. l. 31. C. de epiſc. audiend.

DEPROPERATA dante judex dicitur in l. 3. C. ſi à non competent.

DEPVBES, qui ad annos pubertatis non potuit peruenire.

DEPVLSIO, vide Intentio.

DEPVGNARE ad feram, quæ regioni nocet, apud Vlp. in l. 1. §. ſed ſi quis operas, ff. de poſtul. Spieg.

DEPVLSVS in ſeruitutem, l. 6. Cod. de ſent. & interlocut. omn. judic.

DEPVTATI, in l. fin. C. de ſeru. fugit. à Iuliano Perthio. Non. 85. ſtatuti numerorum, milites ſuos, annonas ferentes ex publico, qui numeri cujuſque militum arma procurabant, alias fabricenſes, deputati dicuntur, ſicque in Notitia Romani Imperij leguntur Deputati ſcholæ agentium in rebus, & deputati dominſticorum, & deputati equitum & peditum. De quibus ita Iuſtinian. in Nou. de armis: Ἀλλ᾽ οὐδὲ τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ... Plene Leo Imp. in lib. de bellico apparat. c. 3. & 12. ... antiquis temporib. appellatos, qui ſuis temporibus ... dicebantur. Briſſ. Prat.

DECASTARII ſunt, qui domus alienas furandi animo introeunt, ſeu qui in alienam cœnaculâ furãdi animo ſe dirigunt. Vlp. in l. 7. de extraord. crim. i. e. qui malis artibus ſcandunt in aliena cœnacula, aperiunt feneſtras hamis, vncinis, vel qua alia ratione (vnde etiam apertularij dicuntur) atque ita introeunt furandi animo. Pet. Paulus in lib. ſent. 5. c. 4. Quoties quis pulſatur, vel cujus domus introitur, ab iis qui vulgo Directarij appellantur: vtitur & Vlpian. in l. 1. ff. effractorib.

DERECTARII ſiue directarij (vtrumq; enim legitur) dicti ſunt à dirigendo, vt Pet. Crinitus lib. 17. c. 8. de honeſt. diſcipl. annotauit, quod in alienam domum ſe dirigere periode ac atque ingredi. Scheld. Hotom. Directatiue potius legendum putat, vocabulo à Directu deducto, quo ſæpe Plautus aliiq; veteres vtuntur. Eſt autem directus (inquit Nonius) cruciſians, quaſi ad diem erectus: ſic autem perditos & facinoroſos homines appellabant, vt Gelli Pandars, i. e. ſuſpendioſi. Turneb. aduer. lib. 9. c. 17 Derectarios etiam diætarios vocari ſcribit, eo quod cœnaculũ diæta non male vocari poſſit, cum in diæta ſit. Eorum enim eſt diæta, qui in cœnaculis habitant. Prat.

DERECTARIVS Græci vertunt ..., & derectarium ... Goth. ad l. 7. de extraord. cognit.

DERELICTVM dicitur illud, quod caret poſſeſſore, vel quod in nullius eſt poſſeſſione § qua ratio, 47. Inſtit. de rer. diuiſ. auth. de nupt. §. ſed multo, l. de infant. expoſ. Prat.

PRO DERELICTO habetur, quod dominus ea mente abjicit vt in numero rerum ſuarum eſſe nolit, quodq; omnimodo à ſe rejicit, & ita deſerit, vt ejus dominium ad ſe pertinere nolit, l. 36. ff. de ſtipul. ſeru. §. penult. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 6. & l. 7. §. vlt. & l. 35. §. non autem ſtatim, ff. de damn. infect. l. 38. ff. de noxal. li. l. vlt. ff. de euict. l. 2. §. vnde Ofilius, cum §. ſeq. ff. ne quid in loco publ. l. 5. ff. quæ in fraud. cred. l. 58 ff. de acq. rer. do. l. 44. § quia alienum, & §. ſi quis ſponte, ff. de furt. Quo genere loquendi & Cic. lib. Epiſt. 1. lib. 8. ad Attic. vſus eſt. Et Iuſtin. Nou. 22. ... pro derelicto, ... Merces porro ex naue jactæ derelictæ non videntur, l. 7. ff. pro derelict. Non enim poteſt videri id pro derelicto habitum, quod ſalutis cauſa interim dimiſſum eſt, l. 21. §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. 9. §. vlt. ff. de acq. rer. dom. ſed nec pro derelicto habetur ſeruus, quem dominus in capitali cauſa reum factum non defendit, l. 9. ff. de public. judic. Briſſ. & Conn. lib. 1. c. 2. n. 3.

DERELICTA res, in l. 4. circa fi. Cod. de verb. ſign. idem eſt, quod legata, ſic derelictum in l. 31. & ſeq. C. de inof. teſtam. idem eſt, quod relictum Brel. in lexic.

DERELICTVM è perdito quid differat, vide Iauol. in l. 21. §. 1. de acquir. poſſ.

DERELINQVERE idem eſt, quod legare, ſeu relinquere, l. 31. & 32. C. de fidejc. l. 34. C. de inof teſtam.

DERELINQVERE injuriam, i. abolere, § fin. Inſtit. de injur. Et iden ſi quis injuriam dereliquerit hoc eſt, ſtatim paſſus ad animum ſuum non reuocauerit, poſtea ex pœnitentia remiſſam injuriam non poteſt recolere. Prat.

DERELINQVERE vitam ſortem, in l. 15 C. de teſtam. milit. id eſt vitam ipſam relinquere. Sors enim vitæ ipſa vita eſt. Gothofr. ad d. l. 15.

DERIDERE ſententiam, pro improbare, ſeu opinionem confutare apud Vlp. in l. ſed an vltro, ff de neg. geſt. Prat.

DERISORIVM magis quam vtile legatum, apud Vlpia. in leg. ſi domus 91. de legat. 1. Eſt quod deridendi magis, quam vtilitatis gratia legatum eſt.

DERIPI ex naufragio, l. 1. ff. de incend. ruin.

DERIVARE crimen, eſt deflectere ab eo, ad quem pertinet, ad eum ad quem non pertinet. Schard. Eodem plane modo deriuare aquam ... dicitur, in l. 2 C. ad leg. Aquil.

DERIVATA accuſatio, in l. 9. C. de calum.

DERIVATA vocantur, quæ alias conjugata, quaſi more riuulorum ab vno fonte deducta: vt à Iuſtitia ſunt Iuſtus, Iuſte, Iuſtitiarius, Iuſtificare. Old.

DEROGARE eſt diminuere, in parte tollere, vel detrahere, differtque ab abrogare, l. derogare 102. de verb. ſign. Old.

DEROGARE eſt proprie cum quid ex lege vetere, quo minus ſit, ſancitur lege noua. Hotom. Sic derogare aliquid juri alterius, in l. 2. C. inter alios acta. Et derogare juri publico, l. 13. C. de teſtament.

DEROGATORIÆ clauſulæ non tollunt ea, quæ conciliis generalibus ſunt conſtituta. Alciat. in l. nullus, de ſum. Trin. Spieg.

DEROGATVR legi, cum pars detrahitur: abrogatur, cum prorſus tollitur. Modeſtinus in l. 102. ibique etiam Alciat. de verb. ſignific. adde l. 1. ad leg. Aquil. & Vlpian Inſtitut. tit. Briſſ. Derogatur (ſubaudi noua ſeu poſteriore) legi (ſcilic. priori & antiquæ) aut abrogatur. Derogatur (per nouam legem) legi (priori & antiquæ) cum pars detrahitur: abrogatur legi (priori & antiquæ cum prorſus (per nouam) tollitur. Gœdd. de verb. ſignif. ad l. 102. num. 2.

DESÆVIRE in publica commoda: vide l. 21. C. de pœn.

DESCENDERE, pro naſci, oriri, apud Vlp. & alios. Hinc à nobis nati deſcendentium nomine veniunt, qui cum aſcendentibus rectam lineam conſtituunt, de qua vulgatum illud, nullos aſcendentes poſſe connubium contrahere. Quare ſi Adam hodie ſuperſtes eſſet, non poſſet ducere vxorem, per gl. in l. nuptiæ, ff. de ritu nupt. §. inter eos. Spieg. Prat.

DESCENDERE in cauſam, eſt ſe adjungere cauſæ, *Sich der ſachen annemen, anhengig machen.*

DESCRIBERE proprie eſt, quod barbare vulgo dicitur Copiare. Carus in l. ſi quæ iunt, ff. fam. ercisc. Cæteris, ait, deſcriptum & recognitum faciet. Spieg.

DESCRIPTVM bonorum quomodo licite fiat. Bart. pulchre tradit in l. mandatum, ff. de requir. reis, in l. defenſionis, C. de jur. fiſc. lib. 10. Spieg.

DESCRIPTIO Commentatoribus Iuris Ciuilis appellatur, quæ Dialecticis definitio eſt ab accidentibus: vt leo eſt animal quadrupes, villoſum, pedatim incedens, vt ait Plin. vide Appellum c. 1. de definit. tit. Quintum definiendi genus. Spieg.

DESCRIPTIO, ſubnotatio, cognitio, diſpunctio rationum inſtrumentorumve differunt. Deſcribimus ea, quorum exemplum accipimus: Subnotamus, cum quaſi Inuentarium conficimus, l ſi. C. de bon. auth. judic. poſſid. Adſcribimuſque quot corpora inſtrumentorum ſint, & de qua re cognoſcimus, cum ea legimus atque relegimus. Qui eas rationes recognoſcit, verum eſt eum ipſas cognoſcere, ſicuti qui reddit, dat. qui repetit petit Bert. in rubr. ſolut. matr. diſpungit rationes, qui data & accepta confert, excutitque & examinat. Vnde & diſpunctio pro diligenti perſcrutatione examinationeq. accipitur, l. ſi ſtatulib. pœnæ, in fi ff. de ſtatulib. ex Alciat. Spieg. Prat.

DESCRIPTIO fit adſcripto collatorum nomine, & collationis modo, l. 1. de apoc. public. lib. 10. à Græcis appellatur ἀπογραφή, Lucæ c. 2. Chriſti natiuitate loquendi. Prat.

DESECARE ſegetem pro incidere, apud IC in l. ſi ſeruus ſeruum, §. oliuam, ad l. Aquil.

DESERERE proprie militum eſt, qui deſerunt locum in acie, aut ſine comitatu diſcedunt ex caſtris. Hinc deſertor & deſertio, de quibus ſæpe in libr. ff. Nebriſſ. An idem deſero & derelinquo ſignificent, excutit Bartol. l. qui agros. Cod. de om. agr. deſert. Spieg. Prat.

DESERERE vadimonium dicitur, qui ſe ad vadimonium & condictum diem non ſiſtit: vide Vas. Hotom.

DESERERE animum accuſationis implendæ, in l. 6. Cod. ad Senatuſconſ. Turpil. Sic

DESERERE accuſationem actionemve dicitur, qui in totum ab accuſatione deſiſtit, eamque relinquit, modo ſine fraude aduerſarij id fecerit, l. 22. ff. de inoff. teſt. & 10 de judic. l. 6. §. qui judicij, ff. de decurion. Briſſ. Hinc

DESERTAM accuſationem proſequi, in l. 4. C. ad SC. Turpil.

DESERTA habetur appellatio, ſi reus intra legitimum tempus apoſtolos non petierit. Goth. ad l. 28. C. de appellat.

DESERTA promiſſio, contempta, non obſeruata. Vlp. l. 4. § 2. ff. ſi quis cautionibus: Quæſitum eſt, an poſſit conueniri, ne vlla exceptio in promiſſione deſerta, judicio ſiſtendi cauſa facta objiciatur: & ait Atilicinus conuentionem iſtam non valere. Paulus in l. ſeq. contemptam appellat. Et ſenſus eſt, an valeat conuentio, ne ſi promiſſio facta cauſa ſiſtendi judicio deſeratur & negligatur, vlla exceptio excuſatioque afferatur. Alciatus autem in parergis DESERTA emendat, ſane quam, vt ipſius vtar verbo, parergos: Doctioribus tamen judicium relinquo. Hotom. Per deſertam promiſſionem deſertum accipitur vadimonium: Quod ab eo mirum eſt intellectum non fuiſſe, qui ex deſerta promiſſione diſertam ſtuduit facere, ſed fruſtra. Id ipſum enim, quod hic de promiſſione deſerta traditur, ad deſertum vadimonium refert expreſſe Seneca de benef. lib. 4. c. pen. ait enim, vadimonium promittimus, tamen deſeritur, non in omnes datur actio deſerentem vis major excuſat. Rævard. l. quæ propter neceſſitatem, ff. de reg. jur.

DESERTAM cauſam ICti compoſita voce Eremodicium vocant, l. & ſi ſine dolo, de minorib. l. quum quærebatur, ff. judic. ſol. item l. properandum. C. de judic. Dicitur autem deſerta cauſa, quum altera parte abſente fertur ſententia. Hinc prouerbiali ſchemate, vincere deſerta cauſa, eſt vincere nullo contra pugnante. Adi Eraſmum in Chiliad. Spieg. Prat.

DESERTOR in l. 1. §. ſuſpecti, ff. ad Turpil. qui ab accuſatione deſtitit & deſertionis periculum, ibid. in §. inc. jdis qui ex SCto Turpil. ſubjacent, qui deſiſtunt, & juſtitiam accuſationem non peragunt. Sic & deſertæ accuſationis pœnam accipe in l. 3. C. vbi cauſ. fiſc. Briſſ.

DESERTOR accuſationis in priuatis criminibus punitur arbitrio judicis, pro qualitate admiſſi, l. ſi quis repetere, § ſtellionatus & l. & in priuatis, ff. ad SCtum Turpil. Old. Prat.

DESERTORES rei militari dicuntur, qui ſtationem ſuam deſerunt, & per prolixum tempus vagantur, diuque abſunt. l. 3. §. emanſor. 2. l. §. pen. l. 5. de re mil. l. vl. C. pro quib. ex cauſis ſeru. l. vlt. C. mando lic. ſine jud. l. vl. C. pro quib. cauſ. ſeru. Et apud Quintil. lib. 7. c. 7. Græci λειποταξίου vocant, l. 1. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer. Briſſ.

DESERTORES ſecundum canones dicuntur, qui Eccleſiæ miniſteriis proprie deſtituti ad alia fugæ vitio ſe transferunt, vel confugiunt, c. placuit, cauſ. 21. q. 2.

DESERTORES ab emanſoribus in hoc differunt, quod hi ſponte, illi inuiti redeunt: hi ſæpius, illi nunquam, l. 4. & 13. de re milit. Hi erronibus, illi fugitiuis ſeruis comparantur. Cujac. tamen differentiam ſtatuit in tempore, 6. obſ. 26. Goth. ad l. 3. §. 2. ff. de re milit.

DESERTUM pro neglecto, l. quiſquis, C. de agric. & cenſ. lib. 11. Spieg.

DESERTUM ſacramentum, in l. 3. C de abolition.

DESERTA locus is intelligitur, non habitatus penitus, neque cultus, nec vltra memoriam hominum ſub gentis cujuſdam poteſtate detentus fuerit, c. 1 § illum locum, de verb. ſign. in 6.

DESIDERARE actionem, dare actionem. l. ſi vero plures, §. hæc autem actio ff. de his qui dejec.

DESIDERARE in jure, aliquid poſtulare, &, vt vulgo loquimur, requirere. l. 3. §. ſolent, ff. de tab. exhib. l. 30. ff. de procur. l. 32. ff. de adopt. l. 5. §. pen. ff. judic. ſolui. l. 21. § 5. ff. de inoff. l. vlt. C. de eden. l. 31. ff. de rei vind. l. 13. §. vlt. ff. de minor. l. 4. §. pen. de damn. infect. l. 48. de jur. fiſc. l. 41. §. hoc SC. ff. de leg. lib. 1. Et alias ſæpe deſiderare interdictum, i. e. à prætore petere, l. 40. ff. de procurator. Et deſiderare præjudicium, in leg. vlt. ff. ſi liber. ingen. Deſiderare per interdictum, l. 1. de ventr. inſpic. Briſſ.

DESIDERATI milites, ſecundum conſuetudinem deperditi, vel qui perierunt, vel ſecundum rationem, vt Vulturius refert, quod abſentium rerum nec dum inuentarum, ſit deſiderium. Spieg. Hine

DESIDERIA pro libellis, poſtulationibus, precibus & (vt nunc Pragmaticorum vulgus loquitur) requæſtis, l. 4. §. ingreſſus, l. 9. obſeruare, ff. de offic. proconſ. l. 1. ff. de poſtul. l. 1. ff. de offic. præſid. l. 15. ff. de in jus voc. l. 52 §. vlt. ff. de pact. l. 3. ff. de appell. recept. l. 22. ff. de hæred. pet. l. 5. § 1. ff. de lib. adgn. l. 86. §. vlt. ff. de diuerſ. reg. l. 3. C. de poſtul. l. 2. C. de error. aduoc. Sueton. in Auguſt. c. 53. Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem tanta comitate adeuntium deſideria excipientis, vt quendam joco corripuerit, quod ſic ſibi libellum porrigeret, quaſi elephanto ſtipem. Symmachus in Epiſtolis: Principem in hac parte degentem varia omnium deſideria, vel neceſſitates ſequuntur. Briſſ.

DESIDERIA morientium, i. voluntates, l. 4. in princ. C. de natur. liber. & matrib.

DESIDERO, præter notam ſignificationem notat & deficere, in quo ſenſu accepit ICtus in tit. ſi liber. ingen. eſſe dic. l. quoties. Siue officium, inquit, deſideretur, i. deficiat ingenuo, qui debet obſequi & obtemperare. Nebriſſ. Old. Prat.

DESIDES differunt à vigilantib. l. 2. in pr. C. de annal. except.

Contra DESIDIOSOS homines ac juris ſui contemptores exceptiones oppoſitæ ſunt, l. 3. in fin. C. eod.

DESIDIA imperitiæ ſimilis, l. ambiguitates, C. de teſt.

DESIGNARE, eſt rem notam facere. Hot.

DESIGNARE aliquando ſignificat decernere, deputare, conſtituere, diligere. Saluſt. in prima hiſtoria, Catilina, inquit, nihilominus in proximum annum conſulatum petebat, ſperans, ſi deſignatus foret, facile ex ſua voluntate Antonio vſurum. Colum. lib. 3. Ipſum autem aruum quod ſeminario deſignaueris, planum & ſiccoſum ſit. Cotta.

DESIGNATORES curatores funerum dicuntur, qui ludis funebribus apud antiquos præerant, & multitudinem retinebant: ob eam cauſam, quod in his ludis fiant noua & ſpectanda. Senec. An tu Arruntium & Aterium, & cæteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores & libitinarios vota? illi quorum mercea optent, neſciunt: hi familiariſſimum quemque ex quo propter amicitiam rei plurimũ eſt, mori cupiunt: Vlp. in l. athletas, in princ. de his qui notant. infam. Deſignatores, inquit, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere, Celſus probat quia miniſterium non artem ludicram exerceant. Et ſane locus ille à Principe hodie non pro modico beneficio datur. Accurſius vero noſter eos deſignatores eſſe intellexit, qui diſponunt loca vel homines: vbi debeant ſedere. Corraſ. lib. Miſcellan. 4. c. 24. Deſignatores dici vult, qui Gymnicis ludis præficiebatur, vt ſpectatores in officio continerent, compoſiteque reprimerent, locum & ordinem vnique præſcribentes, ſic dicti, quod deſignent & ordinent ſpectatores, idque terrore virgarum, quas lictores deferebant: Plaut. in Prolog. Pœnuli. Inde conſtat perperam ſentire, qui autumant, deſignatores tantum pompæ funebri præfici, cum & cuicunque pompæ præſint, locum & ordinem incedendi vnicuique deſignantes Romæ in collegio cardinaliũ: hodie magiſtri ceremoniarum appellantur, & in hoc ſignificato vſus eſt Plaut. in Prologo Pœn. dum inquit: Neu deſignator præteriens obambulet, neu ſe loco ducat, dum hiſtrio in ſcena fiet. Horat. quoque Epiſt. lib. 1. Epiſt. 2 ſic ait:

——Dum ficus prima calorque
Deſignatorem decorat lictoribus atris.

DESIGNATUS Epiſcopus, vulgus coadjutorem appellat. Refert Eraſmus, Dauidem Epiſcopum Trajectenſem virum doctum & cordatum, ſuadentibus quibuſdam, vt propter ætatem ingraueſcentem pateretur adjungi ſibi deſignatum Epiſcopum: dixiſſe, ſe diui Antonini exemplo commoueri, quominus id facere vellet. Nam hunc negligi cœpiſſe, ſimulatque ſucceſſiſſet Rnens recentior diuus. Spieg.

DESIGNATUS prætor, i. electus, in l. Barbarius, ff. de offi. prætor. Electus in Cæſarem, duxit in vxorem, ambo iſta non arrident doctoribus, teſte Inſolano Melior a hæc, Electus ſiue deſignatus eſt Cæſar, duxit vxorem, vel Vlpiani teſtimonio. Spieg.

DESIISSE non videtur, quod nec incepit, l. 5. de injuſto, l. 96. in princ. §. 1. de cond. & demonſtr. l. 13. de ſuis, l. 126. de verb. obl. l. 19 quemadm. ſeruit. amit. Gothoſt. ad l. 208 de reg. jur.

DESIISSE habere videri non poteſt, qui nunquam habuit, l. 208. de regul. jur.

DESISSE abeſſe Reip. cauſa quis dicatur, indicat Vlp. in l. ſi cui, §. tamdiu ff. ex quib. cauſ. major.

DESIIT poſſidere, idem eſt, quod deſiit habere facultatem reſtituendi, l. 1. ff. quorum legat. Old. Schard.

DESINERE verbum ſignificat ejus rei quam habuimus priuationem, aut ejus, quod incepimus, negotij ceſſationem: Eſtque quod ſolemus dicere, Priuatio præſupponit habitum. Hoc Græci, παύεσθαι, vt παύσασθε τῆς ἀρχῆς: nauigare deſij, apud Demoſthenem. Idem quoq. ſignificat quod παύομαι, vt παύομαι τῆς ἀσχολίας ταύτης, ceſſo ab hoc negotio, & quieſco, id eſt, hoc deſino negotium: Virgil. lib. 4 Æneid.

Deſine méque tuis incendere, téque querelis, &c.

Brecebæus l. deſinere autem, ff de verb & rer. ſign.

DESINERE in perpetuum, non ad tempus, quo quis reuerti poteſt referendum eſt. Auctor Pompon. in l. final. de aſſign. liber.

Sic in

Sic in l. ſi is qui, §. quod dicitur, de jur. dot. Spieg.

DESINERE abeſſe res tunc videtur, cum ſic redut in poteſtatẽ, ne admitteree ejus poſſeſſionem poſſimus, ob hoc, quod furto primum ſubtracta eſt, l. mulieris, ff. de verb. ſig. Old. Brar. Briſſ.

DESINERE perpetuam deſinentiam ſonat, l. fin. §. quod inquit, de aſſig. liber. Prat.

DESINERE pertinere vſumfructum, quod ad ſtipulationem, qua cauet fructuarius ſe reſtiturum rem, cum vſusfructus ad eum pertinere deſinet, accipimus, etiam ſi nec cœperit pertinere, cùm legetus eſſet, l. 1. in prin. & l. 3. §. 1. quemadm. vſufruct. cau. Briſſ.

DESINIT eſſe ſoluendo, cui vel inſignis calamitas, vel magna inopia acceſſit, author. Paulus in l. ſi arbitrio, qui ſatiſd. cog. vide & Triph. in §. quod autem dicitur deſiiſſe, l. tres tutores, de admin. tut. Spieg.

DESINIT debito eſſe is, qui nactus eſt exceptionem juſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem, l. 66. de reg. jur.

DESISTERE, eſt de negotio abſtinere, quod calumniandi animo inſtituerat, ait Vlpian. Terent. in Phorm. dixit, deſiſtere litibus, hoc eſt, renuntiare. Planè ſi quis cognita rei veritate, ſuum negotium deſeruerit, nolens in lite improba perſeuerare, quam calumniæ cauſa non inſtituerat, is deſtitiſſe non videtur, l. deſtitiſſe, ff. vbi quis ager. Spieg.

DESISTERE à lite conteſtata is videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renuntiauit in totum, Vlp. in l. deſtitiſſe de minorib.

DESISTERE in SC. Turpil. cum dicimus, qui in totum agendi accuſandique animum depoſuit, l. 6. ad SC. Turpil. Prat. Deſiſtere minor à reſtitutionis petitione dicitur, non qui diſtulit, ſed qui liti renuntiauit in totum, l. 21. de minor. Hot.

DESISTERE animo ab accuſatione, eſt affectum & animum accuſandi deponere, l. 6. § 1. ad Senatuſconſultum Turpil. l. 6. C. eod. tit. l. 10. de judic. Alias, vt ab Vlpiano traditur: deſtitiſſe videtur non qui diſtulit, ſed qui liti renuntiauit in totum, l. 21. ff. minorib.

DESISTERE ab accuſatione videtur, qui cum aduerſario de poſitione ejus criminis, quod intendebat, eſt interlocutus, d. l. 6. in princ.

DESISTERE & is exiſtimatur, qui poſt intentatum crimen adulterij accuſatam duxit vxorem, l. 40. in fi. de adulter. Prat.

DESOLVTVM, in l. 41. §. item quarto, ff. de fideicom. libert. idem eſt quod exſolutum, Briſſ. in pareg.

DESPERARE de viri vita, l. 21. ff. de act. rer. amot.

DESPERARE, i. non timere, l. 6. circa med. C. de curat. furioſ.

DESPERATA valetudo, l. 4. C. de infantibus expoſ.

DESPERATI homines idonei authoribus ſunt, de quibus nulla eſt ſpes. Noſtri interpretes abſolutè vſurpant pro conſciſcentibus ſibi mortem, de quorum nobis C. & ff. tractant vulgari titulo Azo. in ſumma.

DESPERATIO, ægritudo ſine vlla rerum meliorum expectatione, Cic. author. 4. Tuſcul. vide §. feudis, l. vnic. ff. deport. quæ liber. dam. conced. Old. Prat.

DESPERIRE veteres dixerunt, pro diſperire. Briſſ. pareg.

DESPONDEO ex de & ſpondeo componitur, ſpondeo vero ex ſponte fit, quod veteres pro dico vſurpabant, qui ſpondet, ſponte, i. e. voluntate, dicit: vt reſpondeo factum eſt, quod eſt, poſteriore loco dico. Poſtea vero ſpondere vſurpari cœptum eſt, pro ſponte promittere, vnde qui puellam ſpondet, ſponſor, quæ ſpondetur puella ſponſa, cui ſpondetur ſponſus. Quæ rogatur pecunia dotis à ſponſo, ſponſio, h. e. promiſſio appellatur. Et dies qua puella promittitur, ſponſalis & ſponſalia, mentio & promiſſio futurarum nuptiarum, vide Sponſalia. Anch.

DESPONDERE eſt promittere, quod ad nuptias propriè pertinet, & ad eum præcipuè, cujus intereſt locare mulierem viro, ſiue virum mulieri, Terent.

Nam aliam pater ei deſponderat gnatam Chremetis.

Idem ſignificat deſponſare, nam deſponſo, as, à ſpondeo fit.

DESPONDERE & promittere hoc differunt, quod puellæ pater eam ſpondere dicitur: adoleſcentis vero eandem deſpondere, Terent. in And.

——Hac fama impulſus Chremes
Vltro ad me venit, vnicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio uxorem ut daret.
Placuit, deſpondi.

Idem in Adelph.

——Mitio. quin iam virginem
Deſpondi: res compoſita eſt: fiunt nuptiæ.

Vbi Donatus: deſpondet puellam qui petit; ſpondet à quo petitur. Rectè ergo ſocer futurus deſpondi dixit. Similiter Cicero lib. de Orat. 1. Cum ædilitatem P. Craſſus peteret, eúmque & major natu, & jam côſularis Sergius Galba aſſectaretur, quod Craſſi filiam C. filio ſuo deſpondiſſet Hotom. Aliter videtur Varro ſenſiſſe lib. 5. Qui ſpoponderat filiam, inquit, deſpondiſſe dicebatur, quod de ſponte ejus, id eſt voluntate exierat. Sicque vſurpaſſe videtur Cic. lib. 1. Epiſt. ad Attic. 1. 90. Bibliothecam tuam cave cuiquam deſpondeas, quamvis acrem amatorem inveneris. Et Terent. in Heaut. de Chremete loquens ait. 4. ſcen. 4. At illi ego nec do, nec deſpondeo. Et paulò poſt: Egóne cui daturus non ſum, vt deſpondeam, Prat.

DESPERNATA, deſtinata, denominata, idem ſunt, l. qui pupillam, de adult.

DESPONSATIO eſt mentio & promiſſio futurarum nuptiarum, ſicut & accipitur lib. 4. Decretalium, in tit. de clandeſtin. deſponſa, & in lib. 6. tit. deſponſatione impuberum.

DESPONSVM pro deſtinato poſuit M. Cic. in reſponſis Aruſpic.

[illegible] vertit Theophil. dictionem patrimonium, in princ. Inſtit. de rer. diuiſ.

[illegible] Juſtinian. in Nou. ſua conſtit. 2c. vocat nudam proprietatem, Bald. tit. de vſufr.

DESTINARE deſignare ſonat, l. 94. de verb. ſignif. Alioquin, ſi cum deſtinare genus & modum vellet, non fecit: nihil ſtipulatus videtur. Aliud eſt, quod petis attingere & prendere Cæſar de bello Gallico lib. 7. Nam laqueis falces auertebant, quas cum deſtinauerant, tormenta reducebant, Prat.

DESTINARE tutores diuerſis regionib. l. 5. C. de author. præſtan.

DESTINATA vel parata ad aliquam rem, factum vel qualitatem rei non habentia pro abſolutis, vnde in l. 1. in fi. C. ad Syllein. nihil dicitur actum, cum aliquid ſupereſt ad agendum: vide elegantem textum in l. ligni, § ſi lignum, ff. de leg. 3. Spieg.

DESTINATIO tum demum de actu perfecto habetur, ſi rei forma ac finis ſit in deſtinatione: ſecus ſi deſtinatio ſe non ita, ſed vnica cauſa impellens, habeat Gœd. de verb. ſign. ad l. 167. n. 12.

DESTINATVM habere, pro deliberare, apud Triphonium in fin. l. tres tutores, de admin. tut. pro deputare & aſſignare, Pompon. vſurpauit in l. quod in rerum, de leg. 1. Quam fundo Titiano deſtinauerat. Et infra: Cum noſtra deſtinatione fundorum nomina & domus non patiua conſtituantur. Vlpian. pro parare & conſtituere, cum ait, Aut ſi quis deſtinet domicilium transferre alter totum, in leg. cum hi, §. cauſa, ff. de tranſact. Idem in l. vnde Neratius, ad l. Aquiliam, de quo, inquit, quæſtionem habere deſtinauerant, Spieg. Prat.

DESTINATVS ſepulturæ locus, l. 2. §. Celſus, ff. de religioſ.

DESTITISSE lite conteſtata is videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renuntiauit in totum, vt ait Vlp. l. deſtitiſſe, ff. de minoribus, Spieg. vide ſupr. Deſiſtere.

DESTITVERE dicitur, qui quod promiſit non præſtat, vt qui promiſſam pecuniam non ſoluit. Cic. in Philip. Quid? eundem in ſeptemuiratu nónne deſtituiſti? &c. Item in ea pro Quintio. Deſtitutione ex perculſus Quintius, à Scapulis paucos dies aufert, Prat.

DESTITVTVM dicitur teſtamentum, cum ex eo nullus hæres extitit, l. in quantitate, 73. ff. ad leg. Falc. § 3. Inſtit. eod. quia non adita ex teſtamento hæreditate, nihil in teſtamento relictum valet, l. eam quam C. de teſtam. Prat.

DESTITVTVM teſtamentum pro deſerto, §. cùm autem, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Schard.

DESTRICTE veteres vſi ſunt pro diſtricte. Briſſ. in pareg.

DESTRICTE in l. 18. ff. de arbitr. & l. 7. §. quæſitum, ff. de minoribus l. 25. de procur. l. 1. §. cum quis latrones, ff. de quæſtio. & apud Tertull. ſæpiſſime, Briſſ.

DESTRICTIO, in l. 16. § 2. de arb. & apud Caſſiod. in lib. variar. aliquoties, vide Diſtrictus.

DESTRINGI in plures aduerſarios, l. 58. § vlt. ff. de pecul. ex qua delibata eſt, l. 2. ff. de exercitor. pro diſtrahi. Et ita in l. 3. ff. de alimen. legat. tametſi codices varient. & in l. 16. ff. de judic. ſol. l. 50. ff. de procurat. l. 25. ex quib. cauſ. major. Briſſ.

DESTRINGI judicio, l. 20. ff. de judic. ſolui. judicio publico, priuatove, vel valetudine, vel majore re ſua, l. 20. ff. de procurat. multitudine rerum, l. 25. ff. ex quib. cauſ. major.

DESTRVERE matrimonij teſtes.

DESVETVDO, vt aiunt, nihil aliud eſt, quam conſuetudo contraria antecedenti conſuetudini, vel legi: quod ſi ita eſt, vt conſuetudo, & ſic deſuetudo non ſola patientia vel negligentia inducetur, ſed contrariis factis & rebus. At ego iſta nugis ſimillima eſſe judico. Nam deſuetum eſſe dicitur, quod deſiit eſſe in vſu, &c. Connan. lib. 1. c. 10. n. 9. Non autem deſuetudinis hæc eſt vis, vt legem tollat, ſed tantum vt obſcuret, quemadmodum refert Bald. inſtit. in proœm. &c.

DESVETVDO non eſt ſimpliciter mala, ſed contraria aut diuerſa conſuetudo. Fieri autem poteſt, ait Inſulanus, aut deſuetudo ſit bona & laudabilis: citans locum de Numa Pompilio apud Liu. lib. 1. ab vrbe condita, noſtris vox hæc eſt. & morem ſuum intermittere, & legem abolere, l. de quibus, in fin. ff. de legib. l. 2. § 1. de interrog. act. Spieg. Schard.

DESVETVDO & conſuetudo differunt, ſecundum Bart. in leg. de quib. ff. de leg. ſuper ver. Deſuetudinem. Nam conſuetudo eſt, quando fit contra legem per ipſam conſuetudinem. Sed Deſuetudo eſt, quando non vtimur aliqua lege in jure poſita, de hoc not. in proœm. inſtit. in fi. & in gloſ. præalleg. Old. Prat.

DESVLTOR in l. 10. ff. de præſcript. verb. ab eo dictus, auctore Iſidor. lib. 18. c. 39. Quod cum ad finem curſus venerat, deſiliebat, & de equo in equum tranſiliebat. Hunc ſcitè Manilius tribus verſibus depingit lib. 5. Aſtronom.

Digitized by Google

Nec non, ait, alterno deſultor ſidere dorſo
Quadrupedum, & ſtabiles poterat defigere plantas:
Per quos vadit equos, ſudet per terga volantum. Briſſ.

DESVLTOR, qui in ludis Circenſib. ex equo in alterum ſubinde mira pernicitate deſiliebat. Vlpianus de præſcript. verb. Apud Labeonem, inquit, quæritur, ſi tibi equos venales experiendos dedero, vt ſi triduo diſplicuiſſent, redderes, tuque deſultor in his cucurreris, & viceris, deinde emere nolueris, an ſit adverſus te ex vendito actio? Rhodiginus notat, aliud omnino deſultorem videri, aliud deſultorium equum. Nam illud, inquit, ad hominem vtique ſpectat equos alentem: Dicentémque, qui dicantur deſultorij, citat M. Terentium lib. 2. & Liu. lib. ab vrb. cond. 3. & 30. Quin & eum, qui certat, recte deſultorem dixeris, quod comprobat ſecundum eum Vlpianus ita verbis, quæ jam citauimus, Spieg. Adde Forcat. in ſuo cupid. Iuriſpet. c. 20. nu. 8.

DETEGERE, patefacere. Paulus de condit. indeb. l. in ſumma, §. 1. Sin autem euidens calumnia detegitur. & tranſactio imperfecta eſt, & repetitio dabitur. Hoc Pauli dictum merito Baldus effert, memorique mente tenendum exclamat. Nam hoc tametſi tranſactio ſtricti juris habetur, mox aperto dolo corruit, *Soder Betrug an tag kompt.* Hoc enim proprie detegere ſignificat: vnde, detecta fraus, detecta conjuratio, Spieg. Prat.

DETEGERE improbitatem, l. tranſactionem, C. de tranſact.

DETEGERE iniquitatem ſententiæ, l. 1. §. 1. ff. ſi pend. appell. mors interuenit.

DETENTATIO eſt inſiſtentia corporalis, non dominij cauſa, ſed ratione alterius effectus, vel juris, quod ei debetur. Vnde plures fundum detinere poſſunt ad conſequendum effectum eis debitum, & ſi ſpolientur, vel turbentur, interdicta eis dantur, non tamen aliter, quam ratione juris quod habent, non ratione rei, quæ detinetur. Ita pulchre declarat Zaſius in l. poſſidere, §. ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ. Spieg. Prat.

DETENTATIO quandoque accipientes dominos facit vel non ſtituit, vide Auth. niſi triennale, C. de bon. matern.

DETENTATOR in l. 29 in prin. C. de jure dot. idem eſt, quod detentor.

DETENTOR poſſeſſionis alienæ l. 10. C. Vnde vi.

DETERIOR ſtatio, nauigationiſque iter deterius fieri dicitur, ſi vſus ejus corrumpatur, vel quoquo modo impediatur, vt difficilior curſus aut minor aut rapacior fiat, aut in totum auferatur, l. 1 §. 1. & §. deteriorem, ff. de fluminibus. Prat. Briſſ.

DETERIOREM cauſam facit vſuarij proprietatius, etiam in meliorem ſtatum re commutata, l. ſi ff. de vſu & habit.

DETERIOREM ſeruum facit, qui fugam ſuaſerit aut furtum, qui alios mores corpuſve corruperit, l. 1. §. fin. ff. de ſeruo corrupt. Paul. lib. 1. ſent. tit. 13. Prat. Is quoque, vt Vlpianus in edicti, de ſeruo corrupto, interpretatione tradit, deteriorem facit, qui ſeruo perſuadet, vt injuriam faceret, vel furtum, vel fugeret, vel alienum ſeruum, vt ſollicitaret, vel vt peculium intricaret, aut amator exiſteret, vel erro, vel malis artibus eſſet deditus, vel in ſpectaculis nimius, vel ſeditioſus, vel ſi actori ſuaſit verbis ſiue pretio, vt rationes dominicas intercideret, adulteraret, vel etiam vt rationem ſibi commiſſam turbaret, l. 1. §. vlt. ff. de ſeru. corrupt. vel luxurioſum vel contumacem fecit: quive, vt ſtuprum pateretur, perſuadet, l. 2. ff. eod. tit.

In ÆDILITIO edicto hoc, quod deterior factus eſt ſeruus, non ſolum ad corpus, ſed etiam ad animi vitia referendum eſt, l. 25. §. Pedius, ff. de ædil. edict. Si deterius, mancipium ſiue animo, ſiue corpore ab emptore factum, vtputa, ſi ſtupratum ſit, aut ſæuitia emptoris fugitiuum eſſe cœperit, vel ex quacunque cauſa deterius factum ſit, l. 21. ff. eod. tit.

DETERIOREM viam fieri in interdicto de via publica accipimus, ſi vſus ejus ad commeandum, id eſt, eundum, agendum, corrumpatur, vt ſi ex plana clivoſa: ex molli aſpera: ex latiore anguſtior: & ſicca paluſtris fit, l. prætor ait, §. deteriorem, 32. ff. ne quid in loc. publ. Prat.

DETERIOREM facit, cujus procurator ita eſt imperitus, vt neque modum neque formam defendendi alterius teneat, aut qui ad finem vſque litem non perducit, l. 2. §. 3. ibique Goth. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.

DETERIOREM cauſam facere ædium, leg. 19. §. ſi inquilinus. ff. loc. Pignoris. Paul. l. 4. ſent. t. 12. Proprietatis, l. 13. §. fructuarius, ff. de vſufr. Vſuarij, l. vlt. ff. de vſu & habit. Vſusfructus, l. 1. §. cauere, ff. de vſufruct. quemadm. caue.

DETERIOR cauſa fieri Domini per ſeruum, l. 27. §. 1. ff ad SC. Vell. Dotis, l. 1. ff. de dot. prælег. ex alieno facto, l. 1. ff. de alieo. (judic.

DETERIOREM facere conditionem alicujus.

DETERIOR domini fieri conditio per procuratorem, l. 49. ff. de procurat. dicitur.

DETERIOR conditio dotis fieri per pactum, leg. 27. §. quod & in ſpecie, ff. de pactis. Pactione, l. 48. §. vlt ff. de minorib.

DETERIOR eſt conditio fœminarum quam maſculorum, l. 17. ff. de ſtat. hom.

DETERIOR calculus, pro contraria ſententia, l. 10. C. de appell.

DETERIOREM cauſam poſſeſſionis fieri quid ſit explicat. l. 9. in princ. & §. præterea, ff. de bon. author. judic. poſſiden. Briſſ.

DETERIORES ſunt qui detrahendo aliorum vitam corrumpunt, & ſubſtantias diripiunt, C. deteriores, 16. qu. 1. Prat.

DETERIORES res fieri dicuntur, quæ depretiantur.

DETERIVS jus prædij fit, amiſſis non vtendo ſeruitutibus, l. 6. & 7. de fund. dot. Prat. Briſſ. Deterius factum nomen, l. 35. ff. de eo. cred. Deteriora facta nomina tempore, l. vlt. §. item reſcripſerunt, ff. de adminiſtr. rer.

DETERIORA facta mora vel tractu temporis, l. 5. §. vlt. ff. de jure delib. l. 1. §. vlt. ff. de conjungend.

DETERIORATA, l. 5. C. de petit. & com. rei vend.

DETERMINARE, pro certo exprimere, definere, ſeu deſcribere, accipitur in l. fin. ff. de juſt. & jur. Quem locum, inquit Paulus, determinare hoc modo poſſumus, id eſt, definire, & quaſi terminis propriis diſtinguere. Old.

DETERMINARE aliquid ſententia, l. 4. C. fin. regund. l. 6. in pr. C. de appell. & conſult.

DETERMINATIO, in leg. 15. In fin. de teſtament. milit. Briſſon. in pareрg.

DETERRERE, à propoſito auertere. Vlp. de ædil. edic. in l. quod ſi nolit, § qui mancipia. Plerunque enim natio ſerui, aut prouocat aut deterret emptorem, adde l. 8. Cod. de teſtam. l. 6. Cod. de ſeru. fugit. Spieg.

DETESTARI, aut abſenti denuntiare, teſtibus adhibitis, vt leg. ſubſignatum, 39. §. 1. ff. de verb. ſign. & l. ſeq. adde Brechæum, in l. atteſtari, ff. de verb. & rer. ſign. Aliter autem deteſtari, eſt facta alicujus abrenuntiare, ſpernere vel abominari, ſeu non approbare, vel eſt exarari vel deſcribi res aliquas, & eas, quæ, quales & quantæ ſunt, ſcripto comprehendi, vt ff. l. præalleg. Plures ſignificationes hujus vocabuli recenſet Gœdd. de verb. ſign. ad l. 39. §. 1. n. 6.

DETESTABILE crimen eſt raptus. Gothofr. in leg. 1. in princ. ibi, tam deteſtabile crimen, C. de rapt. vi. g. Sio

DETESTABILIS eſt quæſtus lenocinij, Gothofr. ad l. 7. Cod. de poſtlim. reuerſ.

DETESTATIO eſt denuntiatio facta cum deteſtatione, Vlpi. in l. deteſtatio, 40. ff. de verb. ſign. Old. Homm.

DETESTATIO etiam authore Feſto lib. 13. dicebatur, cum Deus teſtis in deteriorem partem vocabatur. Inuenitur & apud Gellium deteſtatio ſacrorum, lib. 15. c. 27. Briſſ.

DETESTATVM eſt teſtatione denuntiatum, ait Caius l. 238. §. 1. de verb. ſign. Hot.

DETEXTA lana dicitur, cum perfecta eſt, & à textrinis inſtrumentis detrahi poteſt. Spieg. Vlp. in l. veſtimentum, de aur. & arg. leg. detextum appellare videtur, vt nullam differentiam inter detextum & pertextum conſtituat. Nam vt idem alio loco ait, præpoſitio De auget in depoſito, l. 1. ff. depoſ. erit itaque vtrunque conſummatum, quod ad textrinam attinet, etſi nondum deſectum. Ant. Aug. lib. 3. emend. c. 6.

DETINENTIS vocabulo, in l. 18. C. de quæſt intelligitur ſeruus, qui notitiam rerum dominij habet, l. 22. Cod. de admin. tut. Goth. ad d. l. 18. C. de quæſt.

DETINERE, i. e. poſſidere vel occupare, l. 25. in princ. C. de furt. l. 1. circ. med. Cod. vſucap. transform. l. 11. C. de præſcript. long. temp. l. 11. C. vnde vi.

DETORQVERE crimen in alium, l. 1 §. verum, ff. de SC. Silan. Detorquere petitione, l. 10. C. de negot. geſt.

DETRACTARE judicium, vide l. 13. §. 7. circa fi. C. de ædif. priuat.

DETRACTATIO alieni, h. e. ablatio & furtum rei alienæ. Apud medicos vox hæc inanitionem prauorum humorum denotat.

DETRACTOR, qui famæ alicujus derogare nititur, huic pontificio jure non patet facilis aditus, vel ad accuſandum, vel ad teſtimonium ferendum.

DETRACTOR eſt non ſolum qui detrahit, ſed, & qui detrahentes audit, c. ex merito, 6. q. 1. & c. non ſolum 11. q. 3.

DETRAHERE aliquid obligationi, & adjicere opponuntur, l. 1. §. cum adjicit, ff de verb. oblig. Sicut Detrahere legatis. & Adjicere, l. vlt. ff. de adim. legat. Item Detrahere & Addere, l. 2. C. de mutuum. teſtam.

DETRAHERE legatis, eſt diminuere, l. ſi. ff. de adim. leg.

DETRAHERE, in l. 72. in prin. ff de contrah. empt. eſt ab emptione recedere, Gujac. 14. obſ. 18.

DETRAHI in carcerem, in l 1. C. qui bon ced.

DETRAHVNT emptioni, quæ non tantum pretium minuunt, ſed augent. Goth. ad d. l. 72. in pr.

DETRECTARE, eſt, vitare, fugitare, auerſari, l. qui cum vno, 4 §. 10. ff de re milit. Vnde dicitur cum detrectatione, vel ſine detrectatione quiſpiam abeſſe, qui occaſionem quæſierit, vel non quæſierit, cauſæ dictionis euitandæ, in l. ſi maritus, §. legis Iuliæ ff. ad leg. Iul. de adulter. Ne quis inter eos referat eum, qui tum ſine detrectatione Reipublicæ abeſt.

DETRECTARE judicatum facere, in l 5. C. de admin. tut. Detrectate adminiſtrare tutelam, l. 19 de jure patron.

DETRIMENTVM à detritu, quod ea, quæ trita, minoris pretij. Intertrimentum ab eo, quod duo, quæ inter ſe trita & diminuta, Varro lib. 4. de ling. lat. & in c. 2. de conſtit. Prat.

DETRI-

DETRIMENTVM infamiæ,l.1.C.ex quib.cauſ.infam. Poſſeſſionis eunctæ,l.4.famil.erciſc.Detrimento muneris obligatus,l.vltima,C.de filiisfam.& quemadm.l.10. Detrimentum ad hæredem pertinet.l.15.ff.de locat. Detrimento muneris obligatur,l.vlt.C.de filiisfam.

DETRITÆ veſtes,l.4.C.quand.decret.opus non eſt.

DETRVDERE,in l.4 §.16.Digeſt.de vſucap.pro,vi depellere ſumitur. Nec de via quis detruditur, hoc eſt,mero jure depellitur.Hoc verbo vtebantur Prætores in interdicto, Vnde vi.M.Cic.in Orat.pro Aul.Cæcinna:Eum,inquit, detrudi intelligimus,cui manus afferantur. Neceſſe eſt, ait, ſi ad verbum rem volumus attingere,ominem ſtatim detruſum,qui non adhibita vi,manu demotus,& actus præceps intelligatur.At deſectus is eſt, qui in inferiorem locum de ſuperiore præcipitatus vel motus eſt,vt idem eodem loco dicit Prat.

DETRVDIT in ſeruilem conditionem,l.2.C.de poſtli.reuerſ.

DETRVDI in monaſterium,cap.ſi quis Epiſcopus,50.diſtinct.

DETRVSVM,impp.in l.quicunque deſidentibus,Cod.de epiſc.& cler.intelligũt. quem idonei authores Exauctoratum, Canoniſtæ crebrius depoſitum appellant,quibus & Detrudi in monaſterium, perpetuo illic includi eſt pœnitentiæ, vt aiunt, agendæ cauſa,ob perpetrata crimina,maxime publica,ſiue, vt ipſi loquuntur,notoria,populumque Dei offendentia.Prat.Sic Chronica atteſtantur, Zachariæ Papæ authoritate Huldericum (qui ab exteris rerum ſcriptoribus corrupte Chilpericus nominatur, & poſtremus fuit è Merouingica familia, Francorum rex.) detonſum in S.Emeranni monaſterium, apud Reginiſburgum,Auentino indicante,detruſum,nulla cujuſquam querela,ſed non ſine admiratione, vt alibi ex Æmilio relatum à nobis eſt in Ligurin.Spieg.

DETVRBARE,eſt poſſeſſione dejicere.

DEVEHERE merces,l.2.§.vlt ff.de petic & commod.

DEVENIRE hæreditas ad aliquem l.vltim ff quib.mod.pign. In eandem perſonam jus l.117.ff.de ſolut.

DEVERSORIA,l.13 §.vlt.ff.de vſufruct l.3.ff. in quib.cauſ.pign.

DEVERTERE gratis,l.6.ff.naui.caup.

DEVERTICVLVM veteres dixerũt,pro diuerticulo Briſ in paret.

DEVERTICVLVM fluminis, l 45. Digeſt. de vſucap. vel, ſi quis, quod in fluminis publici deuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit. Locus erat, in quem fluminis aqua deuertebatur. Sic l.7.Digeſt.de diuerſ & temp. præſcript. & apud I.Frontinum lib de aquæduct Praſt.

DEVESTIRE feudalium placitorum conditorib. auferre poſſeſſionem eſt, ſiue ea prius infeudationis nomine tradita ſit, ſiue quo aliquo ciuili jure acquiſita, in princ.tit.7. de natur. feud. Apuleius lib 3. pro veſte exuere vſurpauit. Hujus contrarium eſt inueſtire, lib.feodor.2.tit 7. Si princeps inueſtierit capitaneos ſuos de aliquo feudo, non poſſit eos deueſtire ſine culpa, pro quamvis poſſeſſionem adimere.Prat.

DEVIRGINATA ancilla,apud Paulum in l fin.ff de offic.præſid. pro defloraia, conſtupraraque, & cui vitio oblato virginitas erepta fuit,vt ait Beroald. 3. comment. ad fin. Quod verbum quia infrequens eſt, duobus teſtimoniis confirmare, operæ pretium duxi. Petron. Arbiter:eur non deuirginatur Panichidis noſtra? Hieron in lib.de Monoga.Epiſt.25,In Ægypto primum deuirginata eſt, & ibi fractæ ſunt mammæ ejus.Briſ.

DEVNX, inquit Varro lib.4 ling lat. à duodecim dempta vncia, ſic duæ partes ex tribus cum quarta,hoc eſt,vndecim vnciæ,vt ait Theoph.§.8 Inſt.de hæred.inſtit.

DEVOCARE,idem quod vocare:vt deuocare in judicium, l.2.C. de ordin.judicior.deuocare ad munus ciuile, l.1.C.ne fil.pro patre.

DEVOLVTVS in hunc orbem eſt, in l.3.C. de poſthum.hæred.inſtit.

DEVOLVI,an ſit directum vel obliquum,diſces ex l.8.& ibi gloſ. ff.de adim.leg.l.ſi infantes,C.de jur.delib.Bart.l.centurio,ff.de vulg.& pup.ſubſtit.Prat.

DEVOLVTÆ res,l.1.C.de bon.matern.

DEVOLVTA omnis hæreditas ad matrem,l.9 ff.de jure fiſci.

DEVOLVTI in ſummam egeſtatem,l.7.ff.de bon.damn.

DEVOLVTVM fundum,quaſi retro deuolutum.Prat.

DEVOTI, qui Profeſſi vulgo vocantur. Religioſus & deuotus olim in malam partem ſolum, ſcil. pro diro & execrando, at hodie ſolum in bonam. Alciat. in rubr.de verb. ſign. Deuoti apud Gallos quinam eſſent, & quæ eorum fuerit conditio, vide apud Cæſar.ſub fin.lib 3.Comm.de bello Gallico.Prat.

DEVOTÆ gentes,quæ olim Romano populo parebant, l. alligatis,C.de vectig.& commiſſ.Prat.

DEVOTIO publica,id eſt,deuoti publice, vt milites, Goth. in rubric.C.quando liceat vnicuique ſine jud.

DEVOTISSIMVS exercitus,l.4.C.quæ res venir.non poſſunt.

DEVS. Græcis θεός, vt eſt ἀκατάληπτος, ita nec ejus virtutes nec δυνάμεις mente concipi,lingua ſcriptiſve exprimi poſſunt.Pr.

DEVS nomen principaliter in eo eſt, ex quo omnia,& per quem omnia,& in quo omnia.quod à patre virtutem & naturã trinæ ſingularitatis denũciat.Secũdo vero in loco,&,vt ita dixerim, abuſiue,Deos dicit ſcriptura etiã illos, ad quos ſermo Dei fit, ſicut confirmat Saluator in Euangeliis, ſed & cœleſtes virtutes ſub hoc nomine appellari videntur,dum dicitur;Deus ſtetit in Synagoga Deorum, In medio autem Deus dijudicat. Tertio vero in loco jam non abuſiue, ſed falſo, dij gentium, dæmones appellantur, cum dicitur: Omnes dij gentium, dæmonia. Hæc Origenes in Cantica.Nominis Etymologiam ex probatis authoribus indicauimus, enarrantes Prudentianum hymnum de Chriſti miraculis. Alberici prorſus ridicula eſt,& multæ aliæ, nimirum è Papia & ſimilibus authoribus petitæ, Paulo ante citauimus Iuriſconſ.Martiani locum, quo Dei immortalis meminit ſingulariter, vt & Vlp.in tit.de jurejur. Dei enim notio eſt æternitatis & immortalitatis, αἰὲν ἐόντες ἀεὶ θεοῖς, juxta Homerum,vide Oldendorpium in diuin. tabul.præcept.1.Spieg.

DEVS quid Numæ Pompilio ſignificarit, refert Connan.lib.1.c. 11.num 5.&c.Prat.

DEO & Iuſtitia nihil majus eſt, ſine quibus commode nihil geri poteſt.Nou.de hæredib.in pr.conſtit.164. Omnia igitur ſunt ita facienda:ne Deo debitus honor detrahatur. Nouel. vt ſine vllo impedimento,§.hæc igitur lex ad iſtendam conſtitut.94. Omnes enim legiſlationes bonæ ex Deo pendere ac eo reſpicere debent, h.e. Deus ſit earum principium ſimul & medium atque finis. Nouell. de mulierib.fide hæretic.in princ.conſtit. 109. Execrabilia verba & juramenta ad blaſphemiam in Deum pertinentia ſupplicio ſunt punienda Nouel. vt qui vltra naturam luxuriant. §. ſi inſuper quis vltra, conſtitut. 77. Omnes ſunt cohortandi, vt Dei timorem in animo concipiant,& ejus implorent benignitatem.Nouell. Vt qui contra naturam luxuriant in prin.conſtit.77.Old.Prat.

DEVSTA inſula l 56.ff.de vſufr.l.8 ff.de pign.act.

DEVSTÆ ædes,l.1.§ ſi id quod,ff.de oblig.& act Deuſta armenta,l 6.ff.de leg.Rhod.

Δευτερογαμοῦντες,id eſt.qui ſecunda vice celebrant nuptias, vide rubr C de ſecund nupt.

Δεύτερος & παλαιὸς quomodo differant, eſt in l.7.§.1.ff. de edend.

Δευτερώσεις,Nouel.146.ſunt,vt Hieronymus variis in locis interpretatur, traditiones & obſeruationes Phariſæorum, Iudaicæ fabulæ illorum inuentiones, quas Iuſtin. d. Nouell. damnat, itemque librum illorum, qui δευτέρωσις,id eſt, editio ſecunda dicitur, in quo ejuſmodi traditiones continentur, interdicit: qui quidem liber in libris Talmud inſeri ſolet.Prat.

Δεξαμεναὶ,id eſt,lacus aquam continentes. Gorb.ad l.35. in pr. ff. de act empt.

DEXTANS,inquit Varro lib.4.de ling.lat à duodec.dempta vncia Sic duæ partes ex tribus cum quarta, h a, vndecim vnciæ; vt ait Theoph.§.1.Iuſtit.de hæred.inſtit.

DEXTRA læuaque l. 10. Cod.de aquæduct. lib.11. quid ſit facile intelliges,d.l.1 Prat.

DEXTRÆ triumphalis abſolutio,l.13.C.de ſacrileg.

D I

Διαβάλλειν,id eſt,accuſare,idque ſcienter & prudenter,l.1.§.2. ſi mulier ventr.nomin.Paul.1.ſent.5.§.1. καλεῖσθαι, 60. Eclog. ἐπὶ συκοφαντίᾳ,id eſt,per fraudem & fruſtrationem, l.233. de verborum ſignific.Gothofr.ad l.1.in princ.ad Senatuſconſultum Turpil.

DIABATHRARII,coriarij.Nam Diabathra,vt Pompon.ſcribit, Græcarum ſoleatum eſt ſpecies.Plaut. in Aulular. Sedentarij ſutores. Diabathrarij. Capiuntur etiam pro gradibus penſilibus,ſeu ſcalis,ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν,quod eſt aſcendere. Hinc Anabathra.Iuuen.Satyr.7.Alciat.C. de excuſat.artif.lib.10. Adde Turneb.aduerſ.lib.25.c.27.

Διαβάτραι,ſunt ſtationarij cohortales,& officiales præſidum vel correctorum.Iac.Cujac.l.3.C.de cohort.lib.12.

Διαβολὴ, Latinis criminatio, Æſchines in Orat. ἐφ' ὑπερορίᾳ, cum reo nihil ſciente, nedum ad contradicendum non admiſſo,ſoli delatori fides adhibetur. Fuere,vt indicat Alciat, qui hanc vocem reponendam exiſtimauerunt in l.natura, de verb.ſign.ſed refragante ſenſu.Spieg.

DIABOLVS, Eraſmo delatorem aut calumniatorem ſignificare videtur,à verbo διαβάλλειν, quod eſt, deferre, traducere, ſiue infamem reddere.Budæo autem aduerſarium.

DIACONISSÆ, Nou. 5. de cleric. conſt. viduæ anus erant quædam,quibus pauperum & carcere vinctorum cura,& pleraque alia pietatis officia commendabantur: quod etiam fateri conatus eſt vel Lucianus in peregrino.Earum verò ætas definitur Nouell 6.circiter 50.annorum,cum tamen poſtea Nouell. 123 ſufficere exiſtimauerit annos 40.At l.nulla,Cod.de epiſc. & cler.nulla ſiſi niſi emenſis 50.annis,ſecundum præceptum Apoſtoli,ad diaconiſſarum conſortium transferebatur.Prat.

DIACONATVS eſt dignitas,c.poſt acceptum,10.diſt.

Διώρυγες τοῦ διωρυγίου,inciſa,ſiue incilia, id eſt,aditus,in aggeribus Nili patefacti,per quos in arua influere aqua poſſit, l. pen.ff.de extraord.crim Prat.

DIADEMA regium tam Romanis, quam exteris gentib. candi-

tiam faſciam eſſe conſtat. Quod inſigne à Libero patre inuentum Plin. notauit. Alex. de Alex. Geo. dier. lib. 1. c. 18.

DIADEMA propriè eſt corona imperialis de auro & lapidib. pretioſis, à δὶς, id eſt, duo, & δέω quod & ſui rotunditate principium demat ac finem. Io. And. in clem. Romani de jurejur. ex vocabular.

Διάδοχος, id eſt, ſucceſſor. 2. Eclog 133. Goth. ad l. 117. de reg. jur.

DIÆTA in hortis habitationem ſignificat, amœnitatis & voluptatis cauſa extructam, l. 43. §. 3. ff. de leg. libr. l. 13. §. vlt. ff. de vſufruct. l. pen. §. vlt. ff. de do. int. vir. Meminit & Plin. li. Epiſt. & Lamprid. in Heliogab. qui Zætas appellat more Græcorum, qui διὰ in ζα ſæpe commutant, vt ζάβολος pro διάβολος, apud Eccleſiaſticos ſcriptores, & maxime Paulinum. Diætæ etiam in ædibus pro cœnaculis, l. 13. §. ſed ſi ædium, ff. de vſufruct. l. 32. ff. de dona. l. 13. §. illud, ff. de acceptil. l. 1. §. hoc autem, ff. ad SC. Silan. l. 41. §. in teſtamento, l. 34. ff. de vſufruct. leg. Diętæ hypocauſtæ, in l. 33. § lignis, ff. de legat. lib. 3. Briſſ. Erat autem diæta cœnaculum natura vel arte calefactum, in quo hyeme ad ſolem, æſtate ad vmbrā cœnabatur, l. ligni. §. lignis, ff. de verb. ſig. Cotaſ. lib. 3. c. 14. Miſcell. Alio modo Cænatio apud Latinos nuncupatur, & dictæ ſunt à conuerſatione & victu apud Græcos: διαιτάομαι enim ſignificat viuo & conuerſor: & ideo Tull. Epiſt. famil. lib. 1. ad Lentulum: Ego quidem, vt debeo, inquit, & vt tune præcepiſti, & me diæta veſtraſque cogit me ad ejus rationes adjungo. Quidam ætate noſtra clariſſimi dictas exiſtimant diætas, quod in eis per diem edatur, hancque interpretationem fulciunt authoritate Varronis, tamen cum nunquam à Varrone hoc traditum legam, fides ſit penes eos, nec eo inficias, hujus etiam ſententiæ fuiſſe Accurſ. in l. æquiſſimum, §. ſi tamen, ff. de vſofruct. apud antiquos in hortis ædificari diætas conſuetum erat, vt tradit Vitru.

DIÆTA quoque vocatur victus, & ideo in adagiorum collectaneis, Alia vita, alia diæta: & medicinæ pars diætetica nuncupatur, quæ victu medetur.

DIÆTA etiam dicitur iter vnius diei, vt legitur in c. nonnulli, de reſcript. & in c. quamvis, § 1. de offic. ordin. lib. 6 Et ſecundum juris ciuilis conſtitutiones viceua millia paſ. in ſingulos dies dinumerantur, teſte ICto in l. 3. de verb ſig. & in l. 1. ſi quis cautio. licet aliter diuidant ſingulæ quæque regiones, vt not. in d. c. nonnulli, & in præalleg. l. 1. per Bart. & Doctor. Cutta.

DIÆTA apud Græcos etiam eſt locus judiciorum, in quo conueniunt arbitri. & tunc deriuatur à verbo διαιτάω, quod eſt, judico vt arbiter. Hinc

Διαιτηταὶ, arbitri apud Athenienſes, partim ſorte, partim electione electi, n. 44. l. 17. pr. C. de procul. l. 36. C. de appell aut conſtitutio. C. de pedan. jud. Illos ſexageſimum annum exceſſiſſe oportebat, & non infimæ eſſe notæ, ſed inſigni probitate viros. Sic vero adibantur. Actor & reus ex compoſito quoſvis deligebant, ex eo numero, ea lege, vt ſi lis apud illos conteſtata inceptaque eſſet, vt & apud Romanos, illic terminari, alioqui mulctabatur, qui illorum ſententiæ non paruiſſet Succurrebatur vero læſo duplici remedio: nam & illic judicij cauſam reddebant, & ex appellatione poterat adiri δικαστής, judex ciuilis, cauſæque ſuccurrere. Hæc Demoſthenis ſententia eſt ex oratione κατὰ μειδίου. Vide & Pollucem.

DIÆTA ἀκριβὴς, id eſt: victus exquiſitus, perfectus & accuratus, definiens, ſtatus, circumſcriptus qualitate, quantitate, tempore, & modo. Brech. in l. juſta interpretatione de verb. ſig.

DIÆTARII fures, qui ex diætis aliquid ſurripuiſſent, vt quidam legunt in l. monetum, ff de effractoribus.

DIÆTARII ſerui inde dicti, quod in diæta menſas ornare & menſis miniſtrare ſolerent, l. 1. § . idem reſpondit, ff de inſt. & inſtitum. Cæterum in leg ait prætor. ff. naut. caup. ſtabular. & Diætarij intelliguntur ij, qui cibum ſeu mercedem in dies recipiunt, & cuſtodiæ tantum cauſa vno & altero die naui præponuntur, vt annotauit Peckius in ſuis comm. dictæ l. ait prætor. ff. eo. Briſſ.

Διαμαρτυρέσθαι, deteſtari, Goth. ad l. 40. in prin. de verb. ſign.

Διάνοια, legis præcipua pars eſt. Gothofr. ad l. 3. C. de ll.

Διαπίπτειν, eſt intercidere, mori. Goth. ad Nouel. 15. c. 3. §. in prin.

Διαφθορεὺς, corruptela, Fuchſius 2. Inſtit. 5. Goth. ad l. 5. in princ. ff. de ædilit. edict.

Διαπόντια χρήματα. trajectitiæ pecuniæ. Goth, ad l 1. de nautic. (fœnor.

Διαψηφιστὴς calculator, ſeu qui pueros computandi artem docet, l. 1. §. 6. de var. & extraord. Gothofr. ad l. 7. §. 4. Digeſt. ſi menſor. falſ mod dixer.

DIARIA, quotidianus victus: Diariis vel cibariis relictis, ait Vlpian. in l. 21. de adim. leg. neque habitationem, neque veſtiarium, neque calceariuum deberi palam eſt: quoniam de cibo tantum teſtator ſenſit.

DIARIA ſunt diurna cibaria, ſeu diurnus victus, ait Briſſ.

DIARIVM alio intellectu etiam ſignificat erogationes annonarum, Sportulas & Salaria, de quibus vide Nouel. 57. Gothofr. ad d. l. 21.

DIARIVM, Calendarium, quo ſingulorum dierum ratio obſeruata continetur, Græce Ephemerides vocatur. Old.

DIARIVM veteres appellabant, quod hodie Galli *Iournal*. Mos namque apud antiquos erat, vt non tantum ea, quæ ad publicum pertinebant, in acta referrentur, ſed vt quiſque domeſticam totius vitæ ſuæ rationem diebus ſingulis adnotaret: Maximi ſemper duxit pop. Romanus, & id quidem ad dignitatem ſuam pertinere exiſtimauit, res præclaras annalib. mandare: quotidianas autem & domeſticas diurnis actis, &c. de quibus vide Brechæum l. Labeo, ff. de verb. ſignif. adde Forcat. in penu jur. ciuil. c 33.

Διαπρεπέστατοι, id eſt, perfectiſſimi, Goth. ad l. 1. in pr. C. de natu. li.

Διαπαίζοντες τὸ στρατόπεδον, qui dedocent exercitum, Gothofr. ad Nouell. 130. c 6.

DISTOLSÆ, in l. 4 C. de tabul ſcrib. & l. diſpunctores erant rationum ſine inſtrumentorum. διαστιγμὸς enim, & διαστίζειν diſpungere eſt, conferre ſcilicet accepta & expenſa, quod & æra diſpungere dicitur apud Apuleium de deo Socratis. Prat.

Διαστίζειν, cognoſcere, Goth. ad l. 56 in princ. de verb. ſign.

Διατάγματα Græce vocantur, & à Cicerone definiuntur eſſe ea edicta, quæ Prætores vrbis, vel peregrini, vel Ædiles Curules jura dixere: Dionyſius juſſa ac vetita magiſtratuum. Proponebantur enim in alba tabula. Quod idcirco album dicitur, apud Græcos λεύκωμα. Conna. lib. 1. cap. 15. nu. 1 &c. adde Goth. ad Nou. 95. c. 1. § 1. in pr.

DIATHETVM, genus videtur poculi. ICtus ad l. ſi ſeruos, ff. ad l. Aquil. Si calicem, inquit, diathetum faciendum dediſti. Iuſtin. quoque lib. 10. C. l. 1. Artifices, inquit, Diathetarij Nebriſ.

Διαθήκη μονική, eſt teſtamentum holographum, quod teſtator omnino manu propria conſcripſit. Goth. ad l. 58. §. 1. ibi, manu propria. C. de teſtam.

DIATHYRVM, eſt velamen, quo aditus ædium obtenditur Goth. ad l. 245 § 1. de verb ſign vide inſr Prothyrum.

Διατιμηταὶ æſtimatores, ſeu cenſitores. Goth. ad Nou 64. c. 1 in pr.

DIATRETARII ſunt, qui perforant margaritas, οἱ τρυπῶντες τὰς μαργαρίτας, in l. 1. C. de excuſ artific vide Turneb. 27. aduerſ. 31 Gothoſr. ad l. 27. §. 29. ff. ad l. Aquil. cujuſmodi illud eſt ex Vertina 6. Erat, inquit, vas vinarium, ex vna gemma pergrandi, trulla excauata cum manubrio aureo, vide Cæl Rhodig. li. 25. c. 26. Prat.

DIATRETARII quoque ſunt, qui tornata opera, vel intarſiatum (quod vocant) faciunt: à Græca præpoſitione διὰ καὶ τετραίνω. Sane hi artifices poſſunt tornatores dici, quoniam διατετραίνω torno, laboro ſignificat. Et τετρὰς teſſelatus dicitur. Poſſunt & diatrochari dici, quod rotas pilaſque ligneas faciunt, & currus: nam id ipſum ſignificat τροχὸς, unde τροχοποιῶ verbum. Alciat C. de excuſ. artific. lib. 10.

DIATRETVS calix, genus videtur poculi cælati, tornatilis, à dicto verbo διατετραίνω i. e, torno, laboro. ICtus in l. ſi ſeruus, 27. §. 29. ff. ad leg. Aquil. Si calicem, inquit, diatretum faciendum dediſti, ſiquidem imperitia fregerit, damni injuria tenebitur. Efferiur nonnonquam genere neutro, vt apud Martialem lib. 12. Epigr. 67.

O quantum diatreta valent. Prat.

DIATVRSI, Græce διατροφεῖς cuſtodes nauis ſunt, qui non pretio conducti, ſed ſolo victu nauem cuſtodiebant. Vox eſt compoſita ἀπὸ τῆς διαίτης, id eſt, à victo, καὶ οὖρος, quod cuſtodem notat. Alciat. in l. 1. ff naut. caup ſtabul.

DIAVLVS, duorum ſtadiorum ſpatium. Stadium enim, vt Hieronymo placet, pedes in longitudinem ſexcentos habet, diaulus mille ducentos, milliarium ſtadia octo, dolichus ſtadia 12. Vitruu. lib. 5. in palæſtris, inquit periſtylia quadrata, ſiue oblonga ita ſunt facienda, vt duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitum, quam Græci vocant δίαυλον Prat.

Διαζευκτικὸν μόριον, id eſt, particula diſiunctiua. Gothofr. ad l. 53. de verb. ſign. Sicut &

Διάζευξις diſiunctio, Goth. ad l 4 C. eod.

Διαζῆν, i. tolerare. Goth. ad l. 203 ibi, quibus ſe toleraret, ff. eod.

Διαζύγιον, repudium, 6 Harmenop. 3 Goth. ad l. 191. eod. tit.

DIBAPHA Tyriæ, vide Purpura.

DICARE religioni l. 5. de donat. inter vir.

DICATIO, in C. Th. Briſſ.

DICATISSIMI mox infra.

DICÆARCHEA, cognomentum Puteolis fuit, quod illic juſtitia ſummopere & obſeruantei colebatur. Dicarcheam quoque Silius appellat. Puluis ex collibus Puteolanis vbi naſcebatur, euellebatur Romam, optimum & accommodatiſſimum molibus in mari ſolidandis, quippe carneſcebat & lapideſcebat in aqua, hujus rei ſunt teſtes Plinius, Tranquillus cæteri. Ioann. Baptiſt. coment in Panegyr. Sidon. Apoll ad Auguſt.

Δικαστὴς, Iudex dictus, quaſi διχαστὴς quod duobus inter ſe diſſidentibus & diuiſis medius eſt, quaſi honorarius quidam arbiter conſtituitur, vt ei, qui plus juſto accepit, auferat, quod addendum ſit ei, qui minus. Conan. lib. 1 c. 1 nu 5.

Δίκη apud Græcos ſeptem ſignificat, Ius, actionem, cauſam, indicium, pœnam, libellum ſorenſem, & Deam judiciorum, filiam Iouis, cui Deæ pro ſymbolo virginitas aſcribitur, quia juſtitia debet eſſe virgo, caſta & incorrupta, quæ non nouit patrem

neque

Digitized by Google

neque matrem, veritatem nouit vnicam, perſonam non accipit; Deum imitatur, qui potius infima mundi elegit, vt confunderet fortia, qui pauperes Apoſtolos in ſuam cooptauit familiam, & diuites ſuperbos reliquit. Atqui ſola Dei iuſtitia virgo dici poteſt, hominum vero iuſtitia meretrix ſpecioſa, apud quam

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas.

Apud quam

Curia pauperibus clauſa eſt: dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet.

Vt annotauit Taboet. in topicis militiæ & leg. diſcipl.

DICA, lis, actio: Hor. vid. mox infr. Dicis cauſa.

DICE, Dea iudiciorum præſes dictus: δίκη ius ſignificat: ob id Græce dicta, quod lites & contentiones dirimat. Hinc dicaſtes iudex, litium diremptor. Et dicaſpolus qui circa reddenda iura verſatur. Item quas Græci dicas vocabant, eas Romani Latine actiones, cauſas, ſeu iudicia dixerunt. Vide Bud. in annot. ad l. 1. de iuſt & iur.

DICASTERIUM, domeſtici. l. 6. §. 3. C. de aduoc. diuerſ. iudic.

DICERE dominum mentiri, in l. quæ omnia. ff. de proc. Spieg.

DICERE ius, eſt, cum iudex de iure & æquo faciendo ſententiam fert, ac promulgat. *Vrtheil eroffnen.*

DICERE mendacium, & mentiri, quo differant, declarant Nonius & Gellius.

DICERE mulctam, verbum eſt antiqui iuris, quo vtitur IC. in l. ne quis de cuſtod. reor. Item Alex. Imp. C. de mod. mulct. Vid. Bud. in annot. poſter. Spieg.

DICERE mulctam, pro infligere & irrogare, d. l. ne quis & l. 10. de iud. vide Mulctam dicere. Briſſ.

DICERE legem, eſt conditionem in contractu apponere: nam lex contractus, appellatur pactum in principali negotio appoſitum. Vlp. in l. quo tutela 73. de reg. iur. Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando, quiſquam alij cauere poteſt. Sic in l. legem. C. de pact. l. 1. C. de pact. conuent. Prat. Dicta ibi eſt lex. Horat. Dicimus vero legem non tantum contractui, ſed & teſtamento. Briſſ. ex ff.

DICERE, pro affirmare. l. 18. de ædil. edict. Prat. Briſſ.

DICERE ſententiam, eſt ferre, pronunciare. Briſſ. Dicta ſententia, id eſt, data ſeu lata. Briſſ.

DICERE pro reſpondere l. 1. C. de petit. bonor. ſubl. Brederod.

DICERE ius inter aliquos: de capite, &c. id eſt, reddere. Briſſ. ex ff. & Cod.

DICERE ſententiam exiſtimatur arbiter, cum ea mente quid pronuntiat, vt ſecundum id diſcedere litigatores à tota controuerſia velit, vt tradit Paulus l. qualem, ff. de recept. Pratei. Hotom. Briſſ.

DICERE pro teſtimonio, eodem autem, vulgo dicitur nunc Deponere. Spieg.

DICERE dotem, in antiquorum libris, eſt certis verbis, nulla interrogatione vel ſtipulatione præcedente, promittere. Cuius modi dictione has duntaxat tres perſonas, mulierem videlicet, debitoremq; eius parentem item virilis ſexus, obligari olim potuiſſe, Vlp. Inſtit. tit. 6. Et Gaius in lib. 3. Inſtit. tit. 9. ſcribunt. Quibus etiam ſolia dotis dictionem tribus animaduertere eſt, vt in l. vlt. de inceſt. nup. C. Theod. & apud Terent. Heaut Act 5. Scen. 5. & Afranium teſte Nonio, & Cic. pro Flacco, & Plin. lib. 6. Epiſt. ad Caluin. & Sext. Aurel. Victor in Nerone. Qua de cauſa Dictio dotis à promiſſione ſtipulationeq; ſeparatur, l. vlt. de dotib. in C. Theo. & apud Vlp. in Inſtit. tit. 6. & tit. 11. Promittere cum ſtipulatione eſt, Briſſ. Prat. vide omnino Gothofr. ad l. 1. pr. C. de iur. dot. & ad l 6. C. de dot. promiſſ.

DICERE vindicias. pro dare & adiudicare, l. 2. §. initium, ff. de orig. iur. Liuius lib. 3. Inuidiæ proximus, quod in vrbe fuerat, cum iniuſtæ vindiciæ dicerentur. At in tit. Si menſor falſum modum dixerit. Dicere renuntiare ſignificat. Briſſ.

DICERE vero inofficioſum teſtamentum, arguere & accuſare eſt, l. 5. §. qui accuſauit, ff. de his quæ vt indig. l. 6 ff de inoff. teſtam. h. e. allegare, quare exhæredari, vel præteriri non debuerit, interprete Marcello in l. 3. ff. de inoff. teſta. Briſſ. Item docere ſe immerentem, & ideo indigne præteritum, vel etiam exhæredatione ſummotum, l. 5. de inoff. teſta. Pro eodem, dicere de inofficioſo, apud Scæuol. l. 20. eodem. Qui de inofficioſo vult dicere, licet negetur filius, &c. Sic & alibi ſæpiſſime. Eodem modo.

DICERE ruptum, vel irritum, falſum teſtamentum, l. 8. § ſi quis irritum, ff. de inoff. teſtam. l. 15. ff. de his quæ vt indig. l. 3. ff de hæred. pet. l. 3. ff. de leg. Corn. de falſ. l. 59. ff. de bon. libert. Hæc ſic nonnunquam noſtri auctores exprimunt. Dicere falſum teſtamentum, falſas tabulas, falſos codicillos Dicere de inofficioſo teſtamento, l. 9. § 1 ff. de dolo l. 2. l. 10. § ff. de contrah. tab. l. 132. ff. de verb. obl. & Dicere de falſo teſtamento, l. 18. ff. de accuſat. Briſſ.

DICTA cauſa, numerationis loco interceder nummi dicuntur, in l. 4. ff. commod. vt fit in imaginariis venditionibus in quib. nummus vnus, aut item alter interuenit. Varro l. 5. de ling. lat.

DICIS cauſa, & dicis imo, priſcis, factum dicitur, quod vitandi iudicij, & tegendi criminis gratia factum eſt. Itaq; idem Græci aliud loquendi genus repererunt, quod etiam ea comprehenderet, quæ non criminis, ſed vituperationis, & malæ hominum exiſtimationis vitandæ gratia fiunt, ἀφοσιοῦσθαι, vel [illegible]. hoc eſt ad verbum, pietatis & ſanctitatis cauſa facere aliquid. Latini perfunctorie, aut defunctorie, & leui brachio dicunt, ſimulate, pro forma, ad ſpeciem. Briſſ. non vere, neque ex animo. vt notat Bud. [illegible]. hactenus vt reprehenſione careat, qui fecerit: uno verbo ἀφοσιοῦσθαι dicunt, Modeſtin. l. 2. qui petant. tutor. non ſolum ſi quo petieris eum, qui admiſit, ſed & ſi pietatis gratia petierit eum qui dimitti poterat. apud Moleſt. qui tractatum illũ Græce ſcripſit, eſt [illegible]. Idẽ l. ſcire oportet. Ideoque ſi repræſentaueris quis ſe ſolum, non permanſeris autem: apud eundem eſt ἀφοσιώσασθαι [illegible]. In quo vtroque vetus interpres falſus eſt expoſitione. Ibi enim vertere debuit, ſe defunctorie petierit: hic autẽ, ſi defunctorie adſit ſolum, neque permaneat, vt Ant. Auguſt. elegantiſſime tradidit. Poſſet & dicis cauſa id factum dici, quia fugiendi iudicij gratia fit tantum, &, vt dicitur, pro forma. Græci enim ſic loquuntur [illegible], vel [illegible] per Syncopen, quod Latini inſtar & in modum Salluſt. in Catil. Cum domos atque villas videas in modum vrbium ædificatas. Et Cic. Inſtar montis putant, id eſt, magnitudine par atque æquale. Δίκη enim ius ſignificat, quod æquale eſt, & rerum omnium modus & menſura. Vnde hunc loquendi modũ Græcos puto in conſuetudinem ſui ſermonis adduxiſſe. At ne quis miretur, dicis nomen in vſu fuiſſe Latinis, iidem ab eodẽ verbo dicam finxerunt: vnde illa, dicam alicui impingere, aut ſcribere. Illo Terentius vtitur, hoc Tullius ſemel in orationibus contra Verrem: item dicas ſortiri quod credo audentius tum fecit, quod Siculorum cauſam ageret Græcorum hominum. Nam alibi eum his verbis & loquendi genere vſum non memini. Fuit enim in eo diligentiſſimus Cicero, ne vnquam verba Græca Latino ſermoni infereret Connan. lib 7. c 5. n 3. Duar. lib. diſput. anniuerſ. 1. c. 47. Coraſ. lib. Miſcell 4. c 8. n. 6. Curtius [illegible] lib. 1. cap. 35. Varro antiquam eſſe locutionem ſcribit, & eadem ab origine deductam, qua verbum Dico: indidemq; illud vetus manaſſe. In manipulis caſtrenſibus dicib. Quod ſi ita eſt, coniecturam facere licebit, Dicis caſum eſſe à recto Dex declinatũ, vt ſit Dex Dicis, ex Dico: vt Iudex iudicis, à iudico, & Index, indicis, ab indico: Lex, legis à lego: dux, ducis, à Duco. Nam ſi iuncto verbo Iudex, auctore Varrone, dicitur, qui ius dicit, veriſimile eſt voce ſimplici ſimiliter eum qui dicit, Dicem appellatum. Præterea idem Varr. lib. de Analog. 3. docet, ex numero multitudinis vocem ſingularẽ cognoſci poſſe. Videmus enim, inquit, ex his verbis Trabes, Duces: de extrema ſyllaba E literam excluſam: & ideo in ſingulari factum eſſe Trabs, Dux. Quare ſi Manipuli caſtrenſes dices quidam appellantur, perſpicuum eſt, opinor, vel Dix in ſingulari fuiſſe: vel (quod veriſimilius videtur) Dex, item vt Iudex & Iudex. Hæc de vocis origine, quam ergo Varronis auctoritate victus, Latinam quam Græcam eſſe malo, tametſi olim aliter ſenſeris. Nunc de locutionis ſententia, quæ ſane coniecturam noſtram adiuuat. Omnes enim vno ore conſentiunt, Dicis cauſa id fieri, quod alia nulla de cauſa fit, niſi vt factum eſſe dicatur: vt cum ſcribit Caius in l 4. ff. commod. ſæpe enim ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant, veluti in Dotis ac mancipiis, quum ære libram percutiebat Manceps idq. æs dabat ei à quo mancipium accipiebat quaſi pretij loco, inquit Caius: nummus ille dicis tantum cauſa tradebatur, quum alibi pecunia numeraretur, itemq; in omnibus adumbratis ſiue imaginariis contractibus, quibus vno nummo emptio perficiebatur, nummus enim aliam nullam ob cauſam tradebatur, niſi vt qui ei contractui quaſi teſtis ac ſpectator intereſſet, dicere ac teſtari poſſet, pecuniam fuiſſe traditam. Sic quum Vlp. ſcribit in l. 1. ff. ad Senatuſconſ. Syllan. Excuſantur ſeruı, qui auxilium tulerunt ſine dolo malo, nam ſi ſimulauit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum illi proderit: quum, inquam, ſic ſcribit Vlp. hoc ſignificat, Si non animo domini defendendi, ſed tantum propter Dicem, id eſt, propter eum qui aderat ac dicere poterat, ſeruum conatum eſſe ſuum dominum defendere: hæc ſimulatio nihil illi proderit. vtuntur Cic. Ver. 6. & Plin. lib. 22. Hot. v. omnino Guth. ad l. 4. ff. Commod. Turneb. 11. adu. 11. Cuiac. 10. obſ. 37.

DICIS cauſa. In Lexico Germanienſis ædis Dicis cauſa, & dicis gratia, ita redduntur, [illegible]. Ego id verbũ corruptum eſſe exiſtimo in quodã Orationis, quam pro domo ſua Cicero habuit, loco, in quo ita eſt: Quid ſi quis ſimilis iſtius, neq; enim iam deerunt, qui imitari velint aliquẽ mei diſſimilem, cui Reſpub. non tantum debeat, per vim affixerit domum eius per pontificẽ dedicarit, Id vos iſta auctoritate conſtituetis, ratum eſſe oportere dicis quẽ ſepeliſt pontificẽ. Quæ verba nullum ſenſum habent idoneum. Vnde coniectura ducor, vt ſuſpicer ſcriptum fuiſſe. Dicis cau-

ſa repetit pontificem. Huius verbi vim ſic Dio lib. 57. expreſſit. τὸ ἀρχαῖον αὐτῷ ὄνομα, ὥστε ἐς αὐτὸ δικῶν γίγνεσθαι, Briſſ. Et hãc eandem ſententiam ſequitur Pirheus lib. aduerſ. ſubſecinę 2. c. 8. At Forcat. in Necyom. dialog. 7. dicis gratia legendum exiſtimat, pro eo quod eſt manifeſta & publica demonſtratione allegans leg. ſæpe. ff. cõmod. & Apuleium in lib. de Philoſophia: Plinium li. 28 c. 2. vbi dicis cauſa interpretatur pro eo, quod eſt publice & pro populo, &c. Vide latius eundem trib.

DICTARE actionem, iudicium. Paulus in l. non diſtinguemus, §. illud in princ. ff. de recept. arbitr. eodem ſenſu, quo Terent. Impingere dicam, appellauit. Idem in l. ſi ſeruus depoſitus, in fin. ff. de nox. act. Iudicium dictare vocat. Tranquillus, intendere formulam dixit, vulgo nũcupamus. Inſtituere actionem. Porro dictata dicuntur quæ alio præeunte verba ſcribi conſueuere (Barbari, pronunciare ad pennam dicunt) ita & quæ natura nobis excipientib. ſuggerit, dictare dicitur. Teſtis eſt Catanæus, doctiſſimus grammaticus, qui dictare apud Plin. lib. Epiſt. 2. exponit, componere, ſuggerere: indicatque ex lib. 5. Epiſt. Senecæ colligi poſſe, quod differat à Dicere. Tum dictata ſunt, inquit, quæ ludimagiſter de aliquo autore pueris tradit interpretamenta, vt prædiſcant, eademq; ipſi poſt paululum ita reddant, vt tradita ſunt, quod & Catanæus Ciceronis teſtimonio probat. Obſeruanda autem pulchra metaphora apud Pomponium, in l. 2. ff. de orig. iur. §. nouiſſime. Nam ſicut dictari cenſentur ea, quæ non noſtro adſectu, ſed alio præeunte verba ſcribimus: ita & quæ viciſſitudo rerum, volente Deo ſuggerit, ea excipimus, & volentes nolentes ſequimur, quia natura dictat. Apud Barbaros dictare rationem, facere computum, dicitur. Spieg. Prat.

DICTARE teſtamenta, pro ſcribere, vel ſuo arbitrio diſponere, l. dictantib Cod. de teſtam. Dictante teſtatore legatum ſcribi dicitur l. 15. §. item ſena. ſin. de falſis. Dictat teſtator, quæ teſtamentario excipiente legat, vel ſuprema ſua ordinat. Briſſ.

DICTAT ratio. Valla in Raud. Ita & ratio loquitur, quod nos ſcribendum putamus: & ratio dictat, quod in alterum effundamus. Solet in principum reſcriptis, quibus cognitio delegatur, clauſula haud infrequens inſeri, Prout ratio dictas iuriſque ordo requirit. Spieg.

DICTATOR à dictando nomẽ traxit: quod poteſtate ſua finita, futuros ſolus ipſe dictaret magiſtratus, id eſt, eligeret. Zaſius in l. 2. ff. de orig. iur. § 18. Græci αὐτοκράτορα vocãt Ale. de Alex. lib 4. Genial. dierum c. 22. Spie. Hic ſummam poteſtatem habebat, hoc eſt, per omnia regiam dominationem, ſolo nomine excepto. Eamq; ob rem dictator dicebatur magiſter populi, vel ciuium, autore Varrone. Et per imitationem antiquitaris haud dubie factum eſt, vt primarij inter Decuriones noſtros, iam nunc quoque magiſtri ciuium appellentur. *Burgermeiſter*. Old. Non autem à patribus, vel à populo creabantur, vt alij magiſtratus, ſed à Conſule captatis auſpicus nocte ac ſilentio dicebantur Dictatores. Prat. De his vero ita Pompon. Dictatores proditi ſunt, à quibus neque prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduerſio data eſt, nam cum populo Romano aucto, crebra bella orirentur: & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum re exigente, placuit maioris dignitatis Magiſtratum conſtitui, hunc Magiſtratum, quoniam ſummam poteſtatem habebat, fas non erat vltra ſextum menſem retineri: & his dictatoribus magiſtri equitum iungebantur. Sic quomodo regibus tribuni celerum, quod officium fere tale erat, quale hodie præfectorum prætorio: Magiſtratus tamen habebantur legitimi, vt Pompon. de orig. iuris. Maffeus.

DICTATVRA, munus Dictatoris, erat extraordinarius & ſummus magiſtratus, ad quem non niſi in maximo periculo, velut ad ſacram anchoram & vltimum remedium, confugiebatur. In hunc enim quicquid Romanæ ditionis eſſet, transfundi conſueuit: adeo vt non alij magiſtratus interim eſſent. Qua ratione, & duæ ſecures præcedentibus lictoribus, & cætera regia inſignia illis attribui ſolebant. Old.

DICTATORES libellorum, l. 39. §. 1. C. de appell. vid. Gothofr. ad l. 22. prin. C. de teſtam.

DICTA, ſponſa, pacta. Nonius, Inter ſperatam, inquit, dictam, pactam, & ſponſam, hoc intereſt: quod virgo poſtquam petitur, ſperata dicitur: dehinc promiſſa, dicta vel pacta. ex Bu. Sp.

DICTA facta, eleganti combinatione dicimus, ſignificantes omnem prorſus rem geſtam inter aliquos.

DICTIO teſtimonij, id eſt, ius dicendi teſtimonij: vt factio teſtamenti. Prat.

DICTIO dotis, vide Dicere dotem.

DICTVM, id eſt, conuentum, ſæpe Briſſ.

DICTVM à promiſſo Vlp. eleganter diſcernit, in l. ſciendum, de ædil. edict. Dictum, inquit, à promiſſo ſic diſcernitur: Dictum accipimus, quod verbotenus pronunciatum eſt, nudoque ſermone finitur. Promiſſum autem poteſt referri & ad nudam promiſſionem ſiue pollicitationem, vel ad ſponſionem, leg. ſciendum tamen eſt, ff. de ædil. edil. In ſumma, Vox hæc omnem complectitur ſermonem. Spie. Vide vberius Connan. lib. 5. c. 5. n. 1. Huic adde Breeh. leg. commendare in tit. de verb. & rer. ſignif. & Gothof. ad d. l. ſciendum, §. 2.

DICTVÆ ſunt columnæ eccleſiæ, in quibus imagines patrum in ſuo catalogo ponuntur, vel ſunt tabulæ, in quib. quid ſcribitur, vel pingitur. Prat.

DIDRACHMA valet duas drachmas, vel duos denarios. Archidia. cap magnum 11. quæſt. 1. Prat.

DIDVCERE eſt diuidere, & diſtinguere. Inſtitut. de oblig. quo verbo vtuntur & claſſici auctores.

DIENSES, Macedoniæ populi l. ſi. ff. de cenſib.

DIES more Romano incipere à media nocte, inquit Paulus. Quare id autẽ à Romanis ſeruatum fuerit, dubitat Plutarch. in Romanis quæſtionib. cuius verba, quoniam Latine recitaĕ Catellanus Cotta, non referam. Multas ille quidem rationes adducit, ſed prima veriſimilior mihi videtur, nempe id Romanos feciſſe, propterea, quod more militari viuebant. Nam plurima in bello noctu fieri neceſſe, quo ſole oriente manus conſeri poſſint, quandoquidem vt Chiloni Myſon dixiſſe fertur, præparatos rem aggredi, non agentes præparari oportet. Quam etiam opinionem approbat Cælius Rhod. lib. cap. 1. Nihilominus aliam fortaſſis ob cauſam factum eſt, quæ mihi dum hæc ſcriberem in mentem venit. Cum enim dies id ſpacium dicatur, quo ſol omnium ſtellarum inerrantium celerrimus ſuum curſum conficit, non illum quidem proprium, qui eſt ab occidente ad orientem contra cœli motum, quo annos metimur, ſed illum violentum, quo rapitur ab oriente ad occidentem: ideo crediderim Romanos ea hora diem incepiſſe, quoniam tunc ſol incipit nobis propinquior fieri. Quocirca tradidit M Varro in lib. Rerum Romanarum, quem de dieb. ſcripſit, vt etiam aſſerit Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 3. c. 2. Romanos ſacra nocturna, ſi ante mediam noctem facta fuiſſent diei præcedenti, ſi poſt, diei ſequenti tribuiſſe, & idem ſeruaſſe in auſpiciis: ac Tribunos, quos à Roma nullum diem abeſſe licebat, ſi poſt mediam noctem extra vrbem profecti fuiſſent, & ante mediam ſequentem reuerſi, non vide vnum diem abfuiſſe, atq; ea de cauſa dicere ſolitum Quin. Mucium Iuriſconſultum. lege non eſſe vſurpatam mulierem. quæ cum Cal. Ia. apud virum cauſa matrimonij eſſe cœpiſſet, ante diem quartum Cal. Ianuarias ſequentes vſurpatum eſſet, non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à viro vſurpandi cauſa ex 12. tabulis deberet. quoniam tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendis. Idẽ Varro ſcripſit Athenienſes diem incipere ab occaſu ſolis, Babylonios ab ortu, Vmbrios à meridie, quæ præter Gellium recitat Macr. Saturn. lib. 1. c. 3. & Plin. lib 2 cap. 77 & Iſidor Etymol. lib. 5. ca. 30 Addit Plinius morem Romanorum ſeruatum fuiſſe ab Ægyptiis & ab Hipparcho, atq; omne volgus incepiſſe diem ab ortu ſolis. Diem alij aliter obſeruare, ait Plin. Babylonij inter duos ſolis exortus, Athenienſes inter duos occaſus: Vmbri à meridie in meridiem: vulgus omne à luce ad tenebras: Sacerdotes Romani, Ægyptij, Hipparchus à media nocte in mediam. Gell. lib. 3. c. 2. Accurſ. & Odofr loco Vmbrorum nominant Arabes, de quib. apud Veteres nulla mentio. Hunc diẽ à Romanis vocatum fuiſſe ciuilem, autor Gell. & Macr. quod etiam tradidit Cenſorinus in lib de Natali die. Quamobrem Cotta reprehendit Accurſ & Iaſ. quoniam ſpacium 24. horarum diem naturalem appellarunt & tempus illud, quo ſolem conſpicimus, diem artificialem dixere: cum tamen nulla reprehenſione digni videantur. Nam illam diuiſionem vſurparunt Mathematici omnes, quæ etiam probatur à Sypontino. Iſidor. autem diem Ciuilem vocauit legitimum. Duodecim diei partes à Babyloniis Græcos didiciſſe, narrat Herodot. in Euterp. ait Fabius Victorinus in Rhetorica Cicer. id, ait, inuentũ fuiſſe Mercurij Triſmegiſti. Dies autem non dicitur à ſplendore ſiue claritate, quemadmodum Io. And. & Iaſ. opinati ſunt ſed ἀπὸ τοῦ Διὸς, i. e. à Ioue, vt Var. & Feſt. ſcripſere. Hinc ipſe Iupiter Dieſpiter, i. e. diei pater vocatus fuit, Hor. ca. li. 1.

—Namque Dieſpiter igni coruſco nubila diuidens
Plerumq. per purum tonantes Egit equos, volucremque currũ.

Et Cretenſes Δία τὴν ἡμέραν, hoc eſt, Iouem diem appellarunt vt eſt apud Macrob Satur. lib. 1. c. 15. & ſinguli dies à Diis nomina ſumpſere, vt notat Iſidor. in eod. lib. Quinetiam Æthiopes diem coluiſſe dicuntur, & diei ſimulachrum ab Antiocho Epiphane factum proditur ab Athenæo. Ferrand. lib. Explicatio primo. in l. More Romano, de feriis.

DIES, apud varias gentes varie accipiebatur. Nam apud Romanos, à media nocte ad mediam noctem ſequẽtem finiebatur, vt in l. more. ff. de feri. More Romano, inquit Paulus, Dies à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur. Itaquicquid in his viginti quatuor horis, id eſt, duab dimidiatis noctibus, & luce media actũ eſt, perinde eſt, quaſi qualibet hora lucis actum eſſet. Apud Ægyptios ſimili modo obſeruabatur. Apud Athenienſes totum id tempus, quod ab occaſu ad occaſum eſt, dies habebatur. Nũc ab ortu ad occaſum ſolis, vulgo nuncupamus diem, more vetuſtiſſimo, quo dies primum in duodecim horas eſt diuiſus. Vnde Chriſtus ſerna-

tor

tor noſter. Io. 11. Nonne inquit, duodecim ſunt horæ diei? Et Gen. 1. Et diuiſit lucem à tenebris, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Atque ita primam, ſextam, ſeptimam horam, ab ortu ſolis dinumerando, accipe, l. 34. de teſtament. l. 5. de manum. l. 7. de vſucap. l. 5. §. fin. de ſeruit. l. 55. §. 1. de lib. & poſthu. l. 50. C. de tranſact. l. 2. de ann. leg. Quod reſpexit Proculus in l. hæc verb. ff. de verb. ſign. Diſiunctiuum eſt (inquit) veluti cum dicimus, aut dies, aut nox eſt: quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum. Et Claudius Saturn. in l. aut facta, ff. de pœnis. Tempus (ait) diſcernit emanſorem à fugitiuo: & effractorem vel furem diurnum, à nocturno. Dies præterea accipitur pro tempore interminato, idque fœmineo genere, vt Longa dies nihil non in aliam transfert faciem. Vnde eſt iſta locutio. Promittis annua, bima, trima die, h. e. tempore vnius, duorum, trium annorum, dare, vel tribus penſionibus per triennium dare decem? Vlp. in l. 3. ff. de annu. leg. Dies igitur in iure ciuili intelligendus ſecundum ſubiectam materiam. Nam cum aliquid tractatur, quod aliam rationem in luce, aliã in tenebris habet, antiquiſſima, & vulgaris diei appellatio retinenda eſt. Sin autem quæratur de continuo temporis ſucceſſu ſequi oportet Romanam inſtitutionem, vt in materia præſcriptionum. Nam tempus ita noctu procedit, ac die, ad complendam vſucapionem. Vlp. in leg. in vſucapionibus & leg. ſeq. ff. de vſucapio. Ideoque inquit, qui hora ſexta diei Kalendarum Ianuar. poſſidere cœperit, hora ſexta noctis pridie Kalendas Ianuarias implet vſucapionem.

DIEM D. Baſilius Magnus in hexaemero dixit illum eſſe aerẽm, quem Sol illuminet, cũ eſt in eo dimidio globo, qui ſuper terram eſt collocatus: Ariſtoteles autem ſcripſit eſſe ſolis excurſum ab oriente in occaſum. Varie autem diei Etymon autores claſſici diſcutiunt. Quidam enim dixerunt, [illegible] diem dictum, quod Iupiter diei ſit dominus & rector. Alij vero quod Dei opus ſit, dici exiſtimant. Nonnulli à dio tractum volunt, quod lumen ſub cœlo eſſe dicimus. Vt ſub dio eſſe, id eſt, ſub tegmine cœli. Sed M. Varro diem ex Deo dictum aſſerit Græci [illegible] appellant quam nos diem, proptereà quod (vt autor eſt Plato) [illegible], id eſt, lumen è tenebris emicuit hominibus ſummopere deſiderantibus ac congratulantibus. Qua de cauſa prius veteres (ait ipſe Plato [illegible], ſcripſerunt. Poſteritas autem [illegible], ac tandem [illegible], nonnulli vero quaſi [illegible], i. e. manſuetam dici crediderũt. Dies item diuerſis appellationibus à rerum effectis cognominarunt veteres. Nam quoſdam nominabant interciſos, alios ſtatos, profeſtos, feſtos quos Plutarchus [illegible] dicit: Quemadmodum à Suida [illegible], ad actiones minime idonei & conuenientes, Præliares, Communicarios, Pandiculares, nundinarum, intercalares, luſtricos, & quos medici [illegible]: appellant, id eſt, decretorios & iudicatorios: & iuſtos à decemuiris, qui numero triginta dabantur iudicatis confeſſi æris & debitæ conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſoluerent. Eratque veluti quoddam iuſtitium, id eſt iuris inter eos ceſſatio quædam; quibus diebus nihil cum his iure agi poſſet, vt teſtatur Gell. li. 20. Magnum quoq; diem appellamus, qui finem longis laboribus imponit. Quod Alciatus latius dixit lib. 8. Parerg. & lib. 4 Brech. L. Vibis appellatio § cuiuſque diei. tit. de verb. & rer. ſignif.

DIES, ob commoditatem hominum, à nocte diſtinguitur in duodecim horas, quotieſcunque de his rebus tractatur, ad quas neceſſaria eſt lux, vt ſi quis operas diuturnas promiſerit. Non enim noctu eas præſtare tenerẽt, & ne quidem poteſt ſine alterna requie. Quamobrem magno errore appellant hunc diem artificialem, credo propter horologium arte factum. Alioquin accedit non minus ad naturam, quam dies naturalis. Dixit enim Deus, fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem, Gen. 1. Old.

DIES quidam ſunt naturales, quidam ciuiles. Dies naturalis eſt tempus ab exoriente ſole ad ſolis occaſum, cuius contrarium eſt nox ab occaſu ad ſolis ortum. Dies vero ciuilis, tempus, quod fit vno cœli circumactu, quo dies verus & nox continetur. Vt, ſi dicam. Ille dies 30. vixit: noctes quoque ſimul intelligo, nox enim teſte Seruio, eſt pars diei. Sed a parte meliore fit denominatio, Prat. Sic accipitur in d. l. More Romano qua de re vide Cenſorium, lib. 19. de die naturali. Prat. Adde Aul. Gell. lib. 3. c. 2.

DIEM actionis cedere dicitur, cum id quod in pactum deductum eſt, cœpit deberi: etiamſi nondum agi poſſit, vt quod debetur præſtetur. Diem vero venire, eſt, quando res incipit perfecte deberi, obligatione, actioneque efficaciter & vere orta. Vide Alciat. Spieg.

DIEM actionis exire, l. ait prætor §. hi plane. ff. ex quib. cauſ. maior. Cum finitum eſt tempus, quo actio durat. Spieg. Briſſ. Sic, exire tempus dicitur eodem ſenſu, l. 1 §. idem Pompon. De dolo. Briſſ.

DIEM functus, i. e. mortuus, l. 8. C. de collat. l. 3. C. qui admitti.

DIEM proferre, i. e. prorogare, protelare, producere, Briſſ ex ff.

DIEM actionis exiiſſe, pro finitũ eſſe tempus actioni præſcriptũ, Paul. in l. ſolendum, ff. ex quib. cauſ. maior. Spieg.

DIEM compromiſſi proferre. Hæc clauſula nullam aliam arbitro dat facultatem, quam diem prorogandi: & ideo conditionem primi compromiſſi, neque minuere, neque mutare poteſt. Labeo ait, ff. de Recept. Spieg.

DIES termini in ipſo termino continetur, leg. 1. §. ſi intra. ff. de ſucceſſ. edict.

DIES diffiſus. Decemuiri eum diem diffindi dicebant, qui differebatur, & res in aliam diem reiiciebatur. Nec dubium eſt, quin hanc legem de diffindendo die à Numa Rege deſumpſerint. Nam certa quædam vitia enumeraſſe viſus eſt Numa, quibus ſi iudex, vel alteruter ex litigatoribus impeditus eſſet, dies iudicij diffinderetur. Eiuſque legis particulam quę apud Feſtum li. 6. mendoſiſſima extat, omnino mihi perſuaſit Iacob. Cuiac. acutiſſimus interpres, ſic eſſe reſtituendam: Si quid horum fuit vitium iudici, arbitrove, reove, dies diffiſus eſto. In exemplaribus impreſſis pro Diffiſus, legitur, Diſſenſus, erroris non admodum obſcura origine, ſiquidem veteres ita ſcribere ſolebant Diſſeiſus, pro Diffiſus: quod cum non perciperent imperiti librarij, diſſeiſus loco, diſſenſus poſuerunt. Dies autem ita diffindi ſolet ex lege 12. tabularum, vt ſi morbo ſontico actor, vel reus impeditus eſſet morbum in iure allegari per amicum curaret: tunc prætor excuſatione cognita, quia decemuiri ob morbum ſonticum volebant diem iudicij diffiſum eſſe: in diffindendo die, hac formula vtebatur: Hic dies diffiſus eſto, vt auctor eſt Acron. in Horatium. Ergo vocatus in ius, ni morbo eſſet opus iumento, aive morbo ſontico, dies iudicij diffiſus eſſet, ſtatim ius ſequi actorem cogebatur; eique non ſequenti, præſentibus anteſtatis; actor iudicium denunciabat. Rævard. in l. 12. tab. lib. ſing. c. 5. de in ius vocand. Vide Corraſ. epiſt. quæſtio. cap. 33. vide infr. diffindere diem.

DIES diffiſus diei putatur idem qui prolatus in l. 27. & l. 33. ff. de recept. qui arbitr. i. e. quum negotium quod certa die confici debuit, in diem alterum reiicitur, Vlp. l. 2. § 2. ff. ſi quis cautionibus, lex 12. tab. ſi iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, iubet diem iudicij eſſe diffiſum. Sic enim legitur in Pandect. Flor. Bud. Diffuſum legendum putat: item vt apud Gellium li. 14. c. 2. & Liu. li. 9 Legitur. A quo equidem non abhorreo: quum diffundi aliam in diem negotium dici poſſit, item vt vinum, quod ex dolio in aliud vas transfunditur Hot. Diffindi erat differri, & in alium diem reiici. Briſſ.

DIEM ſuum obire apud Vlp. in princ. leg. ſi filia nupta. ff. famil. ercisc. Spieg.

DIEM referre, *den Tag an ſagen.* Diem proferre, prorogare, *den Tag weiter ſtrecken.* Papinianus, ff. de recept. arbit. inquit. Ita ſumptus ex compromiſſo, vt & diem referre poſſit: hoc quidem facere poteſt: proferre autem contradicentibus litigatoribus non poteſt. Spieg. vide ſupr. Diem compromiſſi.

DIES faſti, quibus fari prætori licebat: tria verba, Do, Dico, Addico, his contrarij nefaſti, & vide Macr. lib. 1. Saturn. c. 15. Corraſ lib. Miſcell. 3. c. 18

DIES ſunt continui, aut vtiles. Vtiles, qui & olim Faſti, hoc eſt, quibus agendi & iuris ſui experiundi poteſtas eſt, l. 1. ff. de diuerſ. temp. præſcriptio leg. miles, §. quædam, ff de adulteriis, leg. iure. C. eod. Prat. Dies vtiles intelliguntur ex eo tempore quo quis ſciuit ſe habere ius agendi ſiue perſequendi: Continui dies intelliguntur, quamprimum ius delatum eſt, ſiue is, cui delatum eſt, ſciuerit, ſiue ignorauerit, ideoque illi ſunt iudiciales, hi etiam extraiudiciales; illi currunt tantùm ſcienti, non etiam ignoranti, Vult. in comment. Inſt. l. 3. t. 10. §. 6. nu. 4. Vide infr. dies continui.

DIES aliquando cauſa finiendæ obligationis adiicitur, vt in l. ex empto §. denique, ff. de actio. empt. Si quis, inquit Vlp. ea conditione ſeruum vendiderit, vt intra triginta dies duplum, poſt ea ne quid præſtarent. Old.

In DIEM differri: Sub conditione contrahi dicitur negotium, l. 1 §. item mandatum, ff. mandat. Old.

Comitiales,
Comperendini,
Stati.
Præliares.

} DIES { vid. mox infr. Dies profeſti.

DIES intereiſi, mox infr.

DIES aretionis Scripto hæredi ad hæreditatem adeundam, à teſtatore præfinitus, Prat.

DIES curiæ, Cic. 1. de Orat. id eſt, dies ſenatus: Turnebo verò 12. aduerſ. 15. pro die quo curiales rem diuinam in curia ſua faciebant, & hilariter epulabantur. Græci enim in curiis epulabantur, teſte Athenæo. De facris curialium Dionyſ. l. 2. Prat.

DIEM abire l. 1. §. quod ſi in lite ff. ſi quid in fraud. patron. Old.

DIES atri dicebantur, quibus legiones educere, aut acies cum hoſtibus committere, vel quicquam reipub. agere religio non ſinit. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 2. c. 5. adde Crinit. lib. 19. c. 12. de hoc eſt diſc.

DIES condictus. Lege, Condicere.

DIES craſſi. Perſio, clara luce carentes, craſſum aërem habentes:

DIES Domini, Lege, Iudicium humanum.

Dies feriatus, quo feriæ aguntur, hoc eſt quod à forenſibus negotiis datur vacatio. Paul. in fi. l.2. ſi quis in ius vos. non venit. Remittit, ait, prætor pœnam, puta, quia dies feriatus fuit, & in tit. de feriis. Spieg.

Dies feſti continebant ferias publicas & priuatas, ludos, epulas, & ſacrificia deorum. Dies profeſti. vide ſuo loco, Spieg.

Fatalis Dies: quo niſi in iudicium cauſa appellationis introduceretur, interibat ea, l.2. C. de appel l. vlt. C. vbi Senat. Dicitur & temporalis, dies, l.32. C. de appell. Cuia.12. obſ.4. vbi & vide diuerſam olim fatalium dierum rationē, qu. infr. Fatalis dies.

Dies incertus, conditio eſt, vide Bart. in l. ſi pecuniam, §. fin. de legat. 2.

Dies autem incertus varie accipitur. Interdum incertus eſt omnimodo, cum omnimodo incertum eſt, non modo quando fiet, ſed etiam an aliquando fiet. Hic cum die certo nihil habet commune, ſed pro conditione haberi ſolet. Sic accipimus quod Papin. ait, l 14. §. dies, ff. de cond. & demonſtr. Diem incertum conditionem in teſtamento facere, Paul. l. ſi dies, quando dies leg. ced. Si (inquit) dies certus ſit, ſtatim cedit, quamuis nondum venerit. At ſi incertus veluti cum MAGISTRATVM INIERIT, CVM ALIQVID FECERIT, niſi temporis conditio obtingit, neque res pertinere, neque dies legati cedere poteſt. Hinc etiam deſcendit diſcrimen, quod Vlp. l. ſtipulatio iſta habere, §. inter. de verb. obl. notat inter diem certam & incertam, & huius formulam eandem prope eſſe, quæ conditionis eſt. Nam diei incertæ formulam proponit, SI ALIQVID FIAT, aut CVM ALIQVID FIET. Apertius etiā Pompon. leg. ſi Titio quando dies lega. ced. Nihil intereſt (inquit) vtrum ſcribatur quum quatuordecim annorum factus erit, vel, ſi annorum quatuordecim factus erit. Priore enim ſcriptum per tempus, conditio demonſtratur: ſequente per conditionem tempus. vtrobique autem eandem conditionem eſſe. Aliquando etiam incertus dies dicitur, cum certum quidem eſt factum iri aliquando, nec dubitatur an fiet, ſed incertum eſt quando fiet, &c. Fran. Bald. in comment. de condit.

Dies intercalaris, biſſextilis, vide biſſext.

Dies iudicij diffiſus, apud Vlpian. in l.2. §. ſi quia, in iudicio, ff. ſi quis cautio. Vide paulo poſt. Diffindere diem.

Dies iuſti, tempus faciendi iudicati: id erat menſis vnius ex 12. tab. 30. dierum ex conſtitutionib. Imp. duorum menſium, l.2. C. Th. de vſur. rei iud. Prat. vid. ſupr. Diem D. Briſſonius.

Dies legitimi vocantur, quos nunc dilationes ordinarias appellant, ait Bud. in Annot. priorib.

Dies legitimi, ſecundum Aſconium, viginti, qui dabantur ad accuſandum: totidemque defenſori ad reſpondendum. Dierum iudicialium, id eſt, certorum meminit quoque Capitol. in M. Ant. Philoſ. Spieg.

Dies mortis incertus. Vlp. de cond. & demonſtr. l. prima, Dies autem incertus eſt cum ita ſcribitur: Hæres meus cum morietur, decem dato. Nam diem incertum habet mors eius.

Dies quinquennij l. Atilicin. de pact. dot. pro quinto anno. Prat.

Dies religioſi dicuntur triſti omine infames impeditique, in quibus & res diuinas facere, & rem quampiam nouam exordiri temperandum eſt: quos multitudo imperitorum praue & perperam Nefaſtos appellat, vt nonnemit Aulus Gell. in lib. noct. Attic. 4. c. 9.

Dies ſanctificationibus deputati, feriæ in iure dicuntur: de quibus lege Oldend. in 12. tab. tit. 1. c. 4. Spieg.

Dies ſeſſionum (continuis aduerſi, non tamen ſemper vtiles) erant & appellabantur, quibus prætor pro tribunali ſedebat. l.2. §. dies. Quis ordo. in bonu poſſeſſ. quod quidem erat neceſſe in iis cauſis, quæ cauſæ cognitionem decretumque deſiderabant, neque de plano poterāt experiri: cuius generis erat, reſtitutio in integrum. Sed non dicebantur tamen dies vtiles, niſi ſi quis etiam tunc potuerit reſtitutionem poſtulare. Quid enim ſi quia eo tempore in vinculis fuiſſet, vel ab hoſtibus capita, vel abſens Reip. cauſa? Si vero cauſa fuiſſet, quæ per libellum de plano inſtitui poterat: etſi non eſſet dies ſeſſionis, immo vero, etſi eſſet feriatus, tamen inter vtiles numerabatur, ſi alioqui Prætor ſui copiam faciebat: neque & qui quid perſequi volebat, alio modo non impediebatur, l. 11. §. 6. n. Ad l. Iul. de adult. Cum igitur in ea tota diſtinctione multum eſſet difficultatis, & annus vtilis interdum hac ratione decēnium fieret, ſicut Iuſtin anus indicat in d. l. vna, C. de ann. except Conſtantino Iuſtinianoque diſplicuit illa (vt ita dicam) vtilitas incerti temporis: & viſum eſt potius definiendum eſſe certum aliquod tempus. Sed Conſtantinus locorum differentiam iniecit, Iuſtinianus ſuſtulit. Neque vero in omnibus cauſis ſublatus eſt vſus temporis vtilis. Nam in multis adhuc locis Pandectarum & Codicis mentio vtilis anni, dierumque vtilium recte fit. Sed in reſtitutionibus ſaltem in integrum, pro tempore vtili continuum eſt ſubſtitutum. Beld.

Dies ſolutionis, ſicuti ſumma pars eſt ſtipulationis, l. 1. ff. de ed.

Dies ſigillarij, Vide, Sigillaria, (profeſti.

Dies ſtati, ordinarij ſunt. Budæ. in d. Annot. Spieg. vid. infr. dies

Dies ventoſus, ſi quidem, Paul. ait, die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt, leg. qui occidit ad legem Aquiliam, §. in hac actione. Spieg. (tem. præſc.

Dies vtiles currunt à die ſcientiæ, v. Gotboft. ad l. 1. pr. de diuerſ.

Dies continui ſunt [illegible], hoc eſt, non interrupti, ſed connexi, cohærentes tam vtiles, quam (vt ſic loquar) inutiles, l. 1. ff. de cuſtod. reg. l. 24. ff. ad SC. Velleia. Prat. Dicuntur autem continui, eo quod continuo vnus ex alio dependet: & ex continuis trecentis ſexaginta quinque conficitur annus, qui vulgaris dicitur, Vulte. in Comment. inſtit. tit. 10. §. 6. n. 4. vide ſupr. Dies ſunt continui, aut vtiles.

Dies alia certa, alia incerta. Certa cuius tempus certum, ac definitum eſt, vt Kal. Iul. Incerta (vt ait Paulus l. ſi dies, ff. quando dies leg. ced.) cuius tempus incertum eſt vt: Cum in ſua familia nupſerit. Sic l. 1. ff. de cond. & demonſtr. & hic dies habet vim conditionis, Hot. Inſt. de act. §. 1. vid. ſupr. dies incertus.

Diei cuiuſque maior pars, i. eſt ſeptem horarum primarum diei, l. 2. vbi Ale. ff. de verb. ſig. Vergilius autem dixit Diei meliorem partem eſſe, quæ meridiem antecedit, Prat.

Diem edere, publice denunciare, proſcribere, prodicere, Cic. 2. Verri. Non, præſcripta editaque die & pro domo prodicta die. Varro lib. 5. diem prodixit. Prat.

Diem cedere aliud eſt quam venire, leg. cedere diem, ff. de verb. ſignif. Cedere enim diem ſignificat incipere deberi pecuniam. Veniſſe autem ſignificat veniſſe eum diem, quo pecunia peti poſſit, Conn. lib. 4. c. 8. n. 6. Vide Curt. lib. [illegible] 1. c. 31. Vbi latiſſime. Diem cedere eſt diem procedere, l. ſi plures, de bon. poſſ. Old. vide Gotb. ad rub. quando dies legat. ced.

DIFFERVNT hæc, In diem, Ex die, Ad diem, l. 1. §. pecul. quando dies leg. vſufr. l. 9. §. vlt. & l. 34. ff. de her. inſti. l. 4. ff. de ſeruitut. l. 9. §. plane. ff. vſufr. quemadmodum cau. l. 14. ff. vt leg. nomin. caui. l. 1. §. 1. ff. quib. mod. vſusfr. am. l. 4. §. ſi ex die. de fideic. libert. l. vlt. in fi. ff. de adſig. libert. Ex die promitti dicitur, cū ex die incipit obligatio. Ad diem, cum in diem itaconfertur, vt illo die finiatur, veluti VSQVE AD KALENDAS MARTIAS DARE SPONDES? l. 44. ff. de oblig. & act. Similiter ex die & ad diem conſtitui dicunt ſeruitutes, quæ ita conſtituuntur, vt vel à tempore iſtius diei incipiant, vel tempore iſto finiantur. Ad diem tamen, pro in diem in l. 77. ff. de verb. oblig. & In l. 5. ff. de petit. & comment. ad diem, id eſt, ſua die. Briſſ.

Dies intercisi erant, quaſi diis & hominibus communes. Nam quibuſdam horis iſtorum dierum fas erat ius dicere, quibuſdā vero nefas erat, vt cum hoſtiæ cæderentur. Ouid. in Faſtis.

Nec toto præſtare die ſua iura putaris.
Qui iam faſtus erit, mane nefaſtus erat.

Dies profeſti, rebus tum publicis tum priuatis deſtinabantur. Qua ratione horum dierum alij erant faſti, in quibus Prætori licebat ſolemnia hæc verba fari; do, dico, addico: alij Comitiales, quibus cum populo recte agebatur: alij Comperendini, quibus vadimonium dicere permittebatur, h. e. ſponſionem decernere. iudicio ſiſti: alij Stati, quos iudicij cauſa cum hoſte inſtituebant: alij Præliares, quibus repetere res, vel laceſſere hoſtem licebat, Oldend. Macrob. 1. Saturn. 15.

DIFFAMARE, in bonam aliquando partem accipitur. Auguſt. de ciuit. Dei, lib 3 Romanum imperium tam longe lateque non potuiſſet augeri, & tam grandi gloria diffamari. In malam vero partem frequentius reperitur vſurpatum, pro eo fere, quod eſt infamare, ſiue id iure, ſiue iniuria fiat. Iure, cum dicimus, actionem & ſententiam infamare. Iniuria, cū ſceleratus aliquis dilacerat famam proximi, ductus ad hoc prauo quodam affectu, ſicut in l. diffamari, C. de ingen manum. Nam diffamare, eſt per diuerſas partes famam diuulgare, vitiorum facta commemoratione. Hieronymus. Si Originem, inquit, nunquam ſecutus ſum fruſtra infamare me cupitis, Oldend. Probroſo carmine diffamatus, Tacitus.

DIFFAMIA D. Auguſt. pro infamia.

DIFFAMATOR iniuſtus delinquit, occidit hominem, furatur nomen, improbo lædit teſtimonio, Oldend. v. Bart. ad l. turpia. de legat. 1.

DIFFERENTIA, eſt, qualitas diſcriminans, diſſimilitudineſque inducens, per quas diſcernitur hoc ab illo. Salo in l. Gallus de lib. & poſth. Bart Latomus. Differentia, inquit, & proprium, te idem ſunt: ſed appellatur differentia, quod rem certa proprietate à cæteris diſtinguit: propriū quod vni ſoli conuenit. Spi.

DIFFERENTIA, eſt quædam peculiaris nota: quæ diuidit & ſeparat ea, quæ ſunt ſub eodem genere poſita, certamq; eum genere ſpeciem conſtituit, Taboer. in Top. milit. for. & leg. diſc.

DIFFERENTIA eſt quędam qualitas addita generi internam diſcriminans cuiuſque rei naturam, & inducens ſpecierum varias diſſimilitudines, id eſt, faciens vnam rem ab alia differre, vt rationale facit hominem diſtare à brutis, & ſeparat eum à cæteris animantibus, Taboer. ibi.

DIFFICILE dicitur quandoque quod nullo modo fit, 2, quæſt. 6. biduum, verſ. Sed aduerſus, & gloſ. fin. de teſt. cap. præſens ita exponit, non de facili, id eſt, nullo modo. Difficile interdum exponitur, difficulter, aut raro vt ff. de leg. 3. leg. Scio. & l. heres meus, §. vxori. Aliquando difficile, id eſt, nunquam, 1. quæſt. 1. ſi quis

quis neque, &c. Principatus, & ibi notat. Aliquando difficile exponitur, id eſt, laborioſum, in Auth. Vt hi qui ob. ſe ba. per. tes mi. §. Quoniam autem. Aliquando, vix 67. diſt. Quantumlibet. & ibi not. Item qualiter difficile & facile intelligitur, vi. de hær. inſt. l. ſeruus.

DIFFICILIS quæſtio, i. probatu & explicatu difficilis, l. cum hic ſtatus, §. ſi ambo. de don. inter vir. & vx.

DIFFICILE, i. periculoſum, Hoſtien. c. requiſiuit, de ſponſ. Prat.

In DIFFICILI eſt, l. 29. §. ille caſus, de lib. & poſth.

DIFFICILE & impoſſibile propemodum non diſtant. Vlp. fam. erciſc. Si familiæ erciſcundæ, inquit, vel communi diuidund. iudicium agatur, & diuiſio tam difficilis ſit, vt pene impoſſibilis eſſe videatur. Spieg.

DIFFICILIVS conceduntur à iure, quæ homines faciunt facilius, atque hi difficilius iura permittunt facilius. Vult. l. 1. comment. Inſtit. 7. n. 2.

DIFFICVLTAS pro incommoditione apud Paul. In l. 2. §. ex his, de verb. obli. ſed non facit, inquit, inutilem ſtipulationem difficultas præſtationis. Spieg.

DIFFICVLTAS magna, ſere fortuito caſui æquiparatur, l. non dubium, in fin. ff. de legat. 3 Publicas difficultates, probi autores accipiunt pro penuria rei nummariæ. Prat.

DIFFIDARE eſt bellum indicere, hoſtem ſe declarare, 2. feud. 59. §. 4. Diffidamus eos ac bannimus. Prat.

DIFFIDATIONEM vulgus vocat Denunciationem hoſtibus factam, antequam committatur bellum: quæ non minus quam 3. dierum tempus complecti debeat. Vnde eſt tl. de diffid. Old.

DIFFINDERE diem, eſt differre in ſequentem, qui nec religioſus, nec faſtus eſt, ſed iudicialis etiam partibus, ſine exceptione morbi ſontici, auctor Alc. de verb. ſign. Nebriſſ. Diffindere diem & dici diffiſſio, ſignificat diem intercíſum, intercapedinatum, ac proinde dilatum. Spieg. vid. dies diffiſus.
Hinc Diffiſſiones Gellio 14. c. 4. Briſſ.

DIFFINITIO. Vide Definitio. Monet autem doctiſſimus vir Anton. Auguſt. lib. 4. Emendat. cap. 9. definitionem eſſe ſcribendum, non diffinitionem.

DIFFISSIONES, i. prorogationes & dilationes.

DIFFINDERE diem, olim dicebatur id, quod nos continuare terminum vſque in diem craſtinum, nuncupamus. Tria autem erant de diffindendis iudiciis, pronunciandi genera. Aut diffindebatur dies, i. e. in poſterum diem reiiciebatur: aut comperendinabatur, h. e. in tertium diem differebatur: aut deniq; iudex pronunciabat ſibi non liquere, quæ Ampliatio vocabatur. Vlp. in l. ſi clementis, de recept. arbitr. Old. Vide & Ampliatio. Spieg.

DIFFVNDVNTVR vina proprie, quę poſteaquam deſęcata ſunt, in dolia conduntur, transfuſa atque, Iulian. leg. cum quærit. de leg. 3. Nam ſi vina diffudiſſet, habituras vſui. Item Proc. l. de trit. & vin. leg. Cum vinum, inquit, quod in amphoris, & in cadis diffuſum eſt. Nebriſſ.

DIFFVNDEBATVR vinum ex doliis in amphoras & cados. Briſſ.

DIFFVSA, diuerſis diſiunctisq; in locis ſita. Paul. l. decreto, 24. ff. de admin. tut. Quoties que vel diffuſa negotia ſint, aut dignitas, vel ætas, aut valetudo tutoris id poſtulet. Imp. l. teſtamento 11. C. de excuſ. tut. Sed propter late diffuſum patrimonium, an ibi adjungi aliquos curatores oporteat. Item l. 3. Cod. in quib. cauſſ. tut. hab. Propter late diffuſum, i. e. in diuerſis locis conſtitutum. Hotom. Diffuſa ſeruites. Briſſ. ex ff.

DIGAMVS, idem qui & bigamus, is habetur, qui corruptam vel inſciens duxerit, ſed Pontificia ſolum conſtitutione: qua & à ſacerdotio arcetur: qua de re latius diſſerit Eraſmus noſter in Annot. ad Paulum, item ad Iouinianum, & inde Ratione Chriſtiani matri. Proprie autem Digamus, qui ſecundam vxorem duxit. Fuere apud Ethnicos graues auctores, qui vel nullam vel ſemel ducendam vxorem eſſe putarunt, nec iterum naufragium faciendum. Lege Codrum ſermone quarto, Niuizanum prodigioſum allegatorem. E noſtris, ſecundas nuptias, Tertullian. damnauit: cujus dogma ab Orthodoxis Patribus reſciſſum eſt, à quibus ſtandum nobis eſt: vt ante Rhenanus noſter prudenter admonuit. Extat in Nouell. Conſtitutio bene longa, de his qui nuptias iterant. Spieg.

DIGESTORVM titulũ Iuſtinianus à veteribus ICtis mutuatus eſt. Scripſerat enim Alfen. ff. lib. 40. Iulian. lib. 90. Celſus, lib. 9. & 30 Marcellus totidem: Pompon. quinque: Scæu. 40. Marcian. 7. Harmenop. c. 1. l. 1. Epit. [illegible] Vet. Gloſ. [illegible].

DIGESTVM opus pandectarum juris ciuilis vocari non probat Inſulanus, magis autem ſi congeſtio appellaretur, cujus nomine Cicero alicubi intellexiſſe videtur prolixum opus. Spie. Cæterum Digeſtorũ nomen in juris ciuilis ſcientiæ libris nouum non fuiſſe, hinc facile oſtendi poteſt, quod Saluius Iulianus 99. libro Digeſtor. ſcripſit Alphen. lib. 40. P. Iubentius Celſ. lib. 39. Vlpius Marcell. 31. Serbidius Scæuola 40. Herenn. autem Modeſt. lib. 12. Pandect. ſcripſit. Hujus vero inſcriptionis rationem affert idem Iuſtinianus in Epiſtola ſua ad Senatum, & omnes populos, quæ hodie ſecunda eſt in titul. de vet. jur. enuc. Nomen (inquit) libris impoſuimus Digeſtorum ſeu Pandectarum, quia omnes diſputationes ac deciſiones in ſe habent legitimas, & quod vndiq; fuit collectum, hoc in ſinus ſuos receperunt. Eſt enim proprie digerere, ordinare diuidendo, quo verbo vſus eſt Cicero, cum egit de jure ciuili tractando, de Orat. cum, inquit, ſi quis omne jus Ciuile in genera digerat, quæ perpauca ſunt. Et in Verr. Habeo & iſtius patris ejus accepi tabulas, quas diligentiſſime legi, atque digeſſi.

DIGESTORVM liber ideo duplici ff. ſignatur, quod Græci Pandectas per π cum accentu circumflexo notabant, ſub quib. & Digeſtorum libri comprehenſi ſunt, vnde facili litura π in ff. Latine inoleuit. Alciat. lib. 4. Diſpunct. c. 16. Haloandar (cui vtinam, vt conſtituerat, reſpondere licuiſſet & Vallæ & cæteris calumniis, quibus tam Iureconſultos veteres, quam ipſum Iuſtinianum conuiciis impetunt) non negat, nulla injuria noſtrorum hominum imperitiam accuſari, qui caput aliquod ex Digeſtorum opere in teſtimonium adducentes, legis verbo, & gemino ff. vtuntur cum ex monumentis antiquiſſimorum Codicum conſtet Latinos [illegible], ſimpliciter huic π, vel huic π notæ, qua operis nomen ſignificabant (vnde & ſupina librariorum negligentia irrepſit, vt hodie ff. ſcribantur) titulum, nudumque capitis principium hunc in modum adjeciſſe, Digeſt vel π vel π de Act. empt. Iul. Græcos vero frequentius operis nomen omiſiſſe, titulum, caput, ac verſum, quam θέματα illi, quaſi nouam facti ſpeciem ſiue caſum, noſtri inepte Paragraphum appellarunt per numeros tantum indicaſſe, hoc modo, [illegible] id quod fragmenta quædam de Pignoribus, de Succeſſione ab inteſtato, de Peculio Græce ſcripta, quæ ipſe dum viueret habuit, antiquiſſima, teſtari poſſunt. Spieg. Alciatum refert & ſequitur etiam Corraſius Miſcel. lib. 5. c. 15. n. 6. Quamuis autem hæc ad aliquam conjecturam faciendam ſufficiant, ea tamen magis grauis illius & ingenioſi viri egregiam perſpicaciam, quam veritatem olere putat Aldobrand. in procem. Inſtit. ibi poſt libros 50. Catellanus Cotta in opere ſuo, quod Memoralia inſcripſit, in verbo Pandectæ, dicit ita ſcribi, quaſi dicas factæ fuerunt, quæ ratio eſt nimis generalis, quia idem de omnibus libris dici poſſet. Laurentius Valla in Raudenſem tradit illam notã eſſe Δ literam Græcam, quod mihi nequaquam placet, cum Digeſtum ſit nomen Latinum, & Græci ſuum proprium habeant. Auctor illius hiſtoriæ, quæ Faſciculus temporum inſcribitur, vbi de Iuſtiniano loquitur, ait, Olim conſuetudinem fuiſſe, vt Digeſti per D & G ſcriberentur, quæ literæ, vt ipſe refert duplici ff ſimiles videbantur. At Fernando adductus lib. 1 cap. 1. explicationum alia ratio probabilior eſt, quam etiam omnibus magis ſatisfacturam opinatur. Putat enim duplicem l. antiquos viſos fuiſſe, quod duplici ff longe ſimillimum. Nec ſane in alio differunt, niſi quod duo l. paulo inferius linea conjunguntur. Verum quid in cauſa ſit, cur duplici l vteremur, id eſt, quod quinquaginta libros ſignificare volebant. Nam L. quinquagenarium numerum ſignificat, vt Valerius Probus docet: & Pandectæ quinquaginta libris continentur. Vel etiam libros legum intelligebat vel fortaſſis, & melius, leges tantum: namque ex eodem Probo conſtat, leges ſcribi ſolitas per duplex L. Porro quibus notis Digeſtorum libri ſignificarentur, ex Euſtathio Græco Interprete lib. [illegible] diſces. Is enim in hunc modum Digeſtorum loca præcidit [illegible] vnde nec immerito Iuriſconſultiſſimi noſtri temporis maiuſculo elemento D. Digeſtorum libros ſignificant, idque Pratei judicio.

DIGITVS apud ICtum in l. Lucius, de ſeruit. ruſt. præd. quid ſignificet, Accurſium ignoraſſe, commentum ejus oſtendit. Digitus autem hic modulus aquarius, ſiue fiſtula digitaria intelligendus eſt, per quem aquæ ductus diuiduntur, perinde ac parietum prominentiæ per pedes diuidi ſolent, l. ſi quando, ff. ſi ſeruit. vendic. Idem Bud. annotauit, & Old. Nebriſſ. ait: Digitus aquæ, ſexta decima pars pedis, vncia vero 12. Spieg.

DIGITO ſummo tangere apud Iuſtin. in fin. inſtit. ridicule interpretantur, vel pro digniori, vt Albericus indicat, vel pro longiori digito, vt Accurſius putat. Eſt enim, ſummo, ſeu extremo digito attingere, leuiter, ſiue leuiter tangere: vt explicat Eraſm. Roterod. Centur. nona. Chillad. prima.

DIGITVM proferre, prouerbiale, Cic. pro Cæcin. i. aliquid velle dicere, vel agere. Prat.

DIGITVM tollere, ſignificat ſe eſſe redemptorem. Idem digito liceri. In emptione enim antiquitus poſt licitationem digitus leuabatur, ſignificans quemquam emptioni allubeſcere. Bud. In locationibus templorum, viarum vrbis, vectigalium, Digitum tollens, oſtendebat ſe acceptare locationem propoſitam, ſeque conducere ac redimere opus quoddam, vel ædem tuendam ſe ſuſcipere. Prat.

DIGITVS, eſt pars minima agreſtrium menſurarum: inde vncia habet digitos tres: vt eſt 10 li. var. auct. De limitib. Paulus l. 37. ff. de ſeruit. ruſt. [illegible]. Do concedoq; tibi digitum aquæ, i. tubulum, qui digitum vnum

ſit Iſtus Hotom. Eſt autem digitus, vt conuenit, ſextadecima pars pedis, vncia 12. Quemadmodum autem inter vnciam & digitum diuerſitas. Ita & ipſius digiti ſimplex obſeruatio non eſt. Nam alius vocatur quadratus, alius rotundus: Quadratus tribus quartisdecimis ſuo rotundo major. Rotundus tribus vndecimis ſuo quadrato minor eſt: ſcilicet quia anguli deteruntur. Connan. lib. 4. c. 10. n. 2.

DIGNATIO eſt, quod Græci ἀξίωμα dicunt, id eſt, dignitas & amplitudo, propter honores geſtos, aut magiſtratus: vel propter oris morumque majeſtatem: qualis in Pompeio fuit. Cicero alicubi perſonam & dignitatem pro eodem poſuit, i. pro authoritate quæſita, nominiſque amplitudine. Vnde apparet, Accurſium dignitatem expoſuiſſe pro decurionatu, 10 l. Imperatoris, de Decur. Spieg.

DIGNITAS pro indole, Cujac. 20. obſ. vl. Goth. ad l. 13. §. de dec.

DIGNITAS, honor eſt alicui propter merita, ſpecialiter principis, vel legis beneficio impenſus, Bart. l. 1. de dign. lib. 12. C.

DIGNITATVM genera quatuor poſtremorum Imperatorum ætas fecit. Alij namque perfectiſſimi, clariſſimi alij, ſuperiores Spectabiles, ſupremi illuſtres appellabatur. Perfectiſſimatus dignitas prima erat, ad quam cuiuis, niſi qui ſordida conditione eſſet, aditus patebat, vt ex lib. C. XII. tit. 33. intelligitur. Clariſſimatus autem dignitatem inferiorem ſpectabilitate fuiſſe Theod. l. 5. de prox. ſacror. lib. C. 10. demonſtrat: Ij quoque in quos hanc clariſſimatus conferimus dignitatem, cum ſpectabilibus etiam habere ſeſe reuerentiam recognoſcant. Iraque Clariſſimi à Spectabilibus diſtinguuntur, l. vn. C. de annon. & cap. item vt ab Illuſtribus in l. 1. Cod. vbi Senat. vel clariſſim. Quicunque non illuſtri, inquit Conſtantius, ſed clariſſima tantum dignitate præditus, &c. itemque Nouella Conſtit. 71. Spectabiles porro Magiſtratus erant, vt Proconſules, Auguſtales, Comites Orientis, ſicut conſtat ex leg. 32. C. de appell. & Nouell. Conſtit. 7. & 20. extremis. Illuſtribus autem eos inferiores fuiſſe, Imperatores d. l. 32. demonſtrant, vbi appellari à Spectabilium ſententiis ad illuſtres perſonas jubent, quod idem ex lege 36. ejuſdem tituli cognoſcitur. Hac illuſtris nota major nulla eſt. Nam etſi Conſules & Patritij ſuperiores eſſent illuſtribus, nulla tamen iis nota dignitatis attribui ſolebat. Iraque Iuſtinianus eos hoc modo ſignificat, Qui ſupra illuſtres ſunt: vti conſtat ex leg. 16. C. de vſur. & l. 36 Cod. de appellat. & § 9. de injnt. Illuſtres autem eos fuiſſe, qui ſententiæ in Senatu dicendæ jus haberent, in l. vlt. ff. de ſenat. non Vlp. meo judicio, ſed Tribonianus tradit: quod alibi quoque diximus. Hos vero poſtremorum Impp. ætate fuiſſe dignitatum gradus, qui antea non erãt, vel hinc licet intelligatur, quod ait Vlpianus in l. 8. de Senat. fœminam tantiſper dici clariſſimam dum ſenatori vel clariſſimo nupta eſt. Sed & Lamprid. in Seuero, Præfectis prætorio ſuis, inquit, ſenatoriam addidit dignitatem: vt viri clariſſimi & eſſent & dicerentur quod antea vel raro fuerat, vel omnino non fuerat. Vlp. l. 100. de verb. ſignific. Speciosas perſonas accipere debemus clariſſimas perſonas vtriuſque ſexus, item eorum quæ ornamentis ſenatoriis vtuntur. Ex quibus verbis clariſſimos & ſpecioſos ſiue ſpectabiles eoſdem Vlpiani tempore dici conſueuiſſe nemo non videt. Hotom. vide Goth. ad l. 100. de verb. ſign. & Cujac. ad tit. de dignit. Goth. ad Nou. 20. c. 3.

DIGNITAS eſt etiam adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cũ Iuriſdictione Abb. c. ad multa. n. 21. de præb. gl. c. quia de cler. non reſ. Hoſt. in ſumma de præb. num. 2. Rota dec. 233. Cardin. Clement. auditor. nu. 9. de reſcrip. Zacharias in addit. ad Abb. Rub. de præb.

DIGNITATIS appellatione beneficia ſimplicia continentur, c. ſi forte de elect. Prat.

Pœnam DIGNAM ſuæ perſonæ pati, leg. 18. §. item eos, ff. de iur. fiſc. Balb. in epi. ad Cic. Suſcipe curam digniſſimam tuæ virtutit. Briſſ. Prat.

DIGNVM in § diſponat, in auth. de nupt. hoc eſt, ſecundum leges. Prat.

DIGNVS eſſe fundus, vel ſeruus 15. verbi gratia, aureis dicitur, qui tot aureos valet, l. 18. § ſi ex decem l. 31. §. ſi duo, ff. de donat. inter virum & vxorem, l. 19. 65. & 88. ff. ad legem Falcidiam Prat.

Quanti DIGNVS eſt fundus, Briſſ. ex ff.

DIGNOSCERE, cognoſcere, l. 19. med. C. de donat. ante nupt. l. 22. princ. C. de furt.

DIGRESSVS eſt, cum quis à propoſito argumento diſcedit, Græce παρέκβασις. IConſul. Exceſſus. Ita ingreſſus eſt, qui Græcis ἔμβασις, Alciat. in l. in bonæ, C. de pact. Prat.

DIICCVR iudices dicti, pulchre Medius oſtendit in Enarrat. in Euang. Iohan. Spieg.

DIIVDICARE inter. Apud Labeonem, Et pretium ſeruare, donec inter eos adiudicaretur, §. ſi oleum tuum, l. ſi quis affin. 9. de dolo. Sic Cicero in Tuſc. vtrum igitur inter has ſententias diiudicare malimus Admonent erudiri. Diiudicare controuerſiam, videri id ſignificare, quod Appactare vel accordare barbare dici, ut Nobis forte eſt *Erortern*. Spieg. Prat.

DILACERARE bona, tranſlate ſignificat, dilapidare, diſperdere: quod prodigorum proprie eſt, l. 1. ff. de curat. fur. Spieg. Briſſ.

DILACERATIO publica Briſſ. ex C. Theod.

DILARGIRI, diuerſis dare.

DILANIARE corpus pœnis publicis. l. 1. Cod. de emendatio. ſeruorum.

DILAPIDARE, proprie lapides auferre eſt. ICtus pro prodigere, diſperdere, decoquere, vſurpat in §. pen. l. verum, ff. de minor. cum ait: Melior eſt cauſſa, ſecundum Pomponium, eius qui accepit & dilapidauit, vel perdidit, ſcilicet pecuniam, forſan à Lapide, in quo præcones, qui auctione vendebant, ſtabant. Hot. Caprion in ſcenicis Progymnaſmatis olim à nobis enarratis, Scen. 1. Act. 1. Dilapidat argentum ſuum tam prodige, quam ſi leuet eſſent ariſtæ. Spieg. Hot.

DILATIO, eſt tempus, quod indulgetur actori, vel reo ad faciendum aliquid in re iudiciaria: voluerunt enim optimi legiſlatores dilationes neque ipſius iudicis arbitrio prorſus, neque partium affectibus relinquere, patet in rubr. de feriis. Siquidem homines ſecundum naturam corruptam ſunt faciles ad litigandum, l. ſi vnus, § & principaliter, ff. de recep. arbitr. Nihil autem humanæ ſocietati perniciosius eſt, quam lites nimium differri, l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi cert. pet. Hinc Paulus in leg. more Romano, ff. de feriis & dilat. tam curioſe deſcribit diem, à media nocte ad mediam noctem, ne quid temporis perdatur ad expediendas lites. Old.

DILATIO, eſt temporis in cauſa prorogatio, Hoſtienſis in Summa, qui eius genera recenſet. Suſtineri iudicium, l. diu Pius. §. ſi ff. de pet. hæred. Differre iudicium: Expectare iudicium: Motam fieri cauſæ, l. ſi quis libertatem, ff. eod. & impediri cauſam. ibi: In tempus extrahere negotium. Oppo. Iudicium ſtatim explicare, l. de bonis in princ. & §. ita demum, ff. de Carb. edict. non pœnæ feſtinatione, ſed præueniendi periculi cauſa properare licet, l. ſi quis filio, §. quid tamen, ff. de iniuſt. rupt. irrit. facto teſta. Old. vid. Goth. ad rubr. & t. t. C. de dilation.

DILATORIA exceptio eſt, quæ differt actionem. Vlp. l. 2. ff. de except. & præſcript. Old. vide Cujac. 9. obſ. 13. Goth. ad l. 19. & authent. ſeq. C. de prob. & ad l. 12. C. de except.

DILATORIÆ autem ſeu temporales exceptiones ſunt quæ non ſemper locum habent, ſed euitari poſſunt, l. 3 §. temporales, ff. de except. qualis eſt pacti conuenti temporalis, i. e. ne forte intra quinquennium petatur. Et hæ quidem ante litem conteſtatam proponi debent: propterea quod cum is qui hanc proponit, huius ſe litigare nolle indicat, iudicij conſtitutionem ingreſſus pugnare ſecum cenſebitur: quare indignus erit, qui poſtea admittatur, l. ſiquidem. C. de except. l. leg. exceptionem, C. de prob. Iaſ. in l. ita demum, quo loco ſexdecim limitationes tradit, Cod. de prob. Has exceptiones Rhetorici tranſlationes vocant, vt annotauit Brechæus in leg. verbum oportet, §. verbo actionis, in tit. de verb. & rer. ſignific.

DILECTVS, pro delectus, l. 36. vbi Goth. notat de ſtatulib. Ad dilectum non reſpondere, l. 4. §. qui poſt ff. de re mil.

DILEMMA, argumentum eſt, quod vtrinque aduerſarium capit, à δὶς & λαμβάνω, capio ſeu conuinco. Alias ſyllogiſmus cornutus, Iuriſconſultis familiaris. Nam ex contradictoriis concludit. Spieg.

DILIGENS, pro ſtudioſo, quod eorum quæ amamus, ſumus ſtudioſi, Inſtit. in fin. de ſuſpect. tut. Enimvero tutor vel curator, quamvis pauper ſit, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt, quaſi ſuſpectus. Diligentia in cauſis defendendis quantum valeat, late explicat M. Tul. lib. de orat. 2. Ea vna, vt colligit, virtute, omnes virtutes reliquæ continentur. Spieg.

DILIGENTIA, eſt quæ culpæ è regione reſpondet, l. ſi cum 68. ff. de contrah. empt. Ea autem triplex eſt, infima, mediocris, & ſumma. Quot enim ſunt gradus diligentiæ, tot etiam ſunt culpæ gradus. Vult. in Comm. Inſt. l. 4. t. 6. §. 16. nu. 75. Infimæ reſpondet è regione culpa lata: mediocri, culpa leuis: ſummæ, culpa leuiſſima. Hoto. Ex adiuncto verbo augetur vel minuitur diligentiæ ſignificatio. Alias enim ea, quam ſuis rebus quis adhibet deſideratur (non qualem diligens paterfam.) vt maritus in reb. dot. l. 24. §. ſi maritus, ſolut. matrim. l. 17. pri. de iur. dot. l. 25. §. 16. fam. erciſcund. vbi de cohærede. Sic l. 1. de tutel. Alias vero exacta, i. e. exactior quam in rebus ſuis, quippe talis qualem diligens paterfam. adhibet, deſideratur: vide d. § 16. & l. 3. de peric. & comm. vbi de venditore. Sic commodatarius ea præſtat, quam diligentiſſimus paterf. in reb. ſuis, l. 18. com. l. 1. §. ie quoque, de oblig. §. item is cui, Inſtit. quib. mod. re contrah. l. 1. ſent. 4. l. 41. Cod. de vſur. l. 5. § cuſtodiam, commod. l. 23. § fin. & l. 14 de pign. act. Et ita diligentiam accipe in l. 47. §. penult. de leg. 1. l. 35. §. qui alienis, de furt. l. 6. de adminiſtr. rer. ad ciuit. Briſſ.

DILIGENTIA & cuſtodia non opponuntur tantum, ſed ita diſtinguuntur, vt manifeſtum ſit, plus eſſe in diligentia, quam in cuſtodia. Inde enim diligentia eſt cuſtodia plena, quaſi non plena ſit illa cuſtodia quæ opponitur culpæ leui. Vult. d. loc.

DILIGENTIÆ pars eſt cauere damni infecti earum ædium nomine, quarum cuſtodia debetur, l. 38. ff. de act. empt. Briſſ.

DILI-

Digitized by Google

DILIGENS cuſtodia, exactior quam in ſuis rebus quis adhiberet, l.3.§.cuſtodiam,ff.commod. Prat. Briſſ.

DILIGENS juris ciuilis l.17.ff.de jur.patr. Quintil.Declam.261. Prat.Briſſ.

DILIGENTER aduerbium, accipi debet pro ſubjecta materia apud Corſetum in ſingul.in litera D.

DILIGENTER inquirendo rem,l.9.§.ſed facti, ff. de juris & fac. ignor. Ita data ſeruo libertate, ſi diligenter rationes tractaſſe videbitur, Diligentia conſideranda eſt, quæ domino,non quæ ſeruo erit vtilis, conjuncta bonæ fidei, & in reliquis quoque reddendis,l.8.ff.de manu. teſt.

DILIGO te vt illum,ergo diligo illum: haud probam illationem eſſe, Albericus monuit.

DILVCIDA interualla furioſi l.9.med. vbi Gothofr. not. C. qui teſt.fac.

DILVCIDE aperte,manifeſte, diſerte. *Mit vſſgetruckten VVorten*, l.ſi quis juſiurand. Cod. de jurejur. l. generaliter, de non num. pec.Spieg.

DIÆVDIA dicuntur interualla & intermiſſiones ludendi,vt apud Horatium,Diludia poſco.Turnebus aduerſar.lib.33.cap.5.

DILVERE crimen,proprie reorum eſt, hoc eſt,infirmare, diſſoluere,refutare objectas criminationes.Spieg.

DIMIDIAM operam præſtitiſſe non diceretur, nec diurnæ mercedis dimidiam merito conſequetur, qui à meridie ad negaſum opus faciet l.2.de verb.ſig.

DIMIDIVM,eſt pars dimidiati altera, nam quod in duas partes diuiſum eſt,dicitur Dimidiatum. Minus dimidium,pro dimidio minus,apud Ciceronem Bud.obſeruauit.

DIMIDIATES noctib.l.8.de feri.

DIMIDIA portio hæreditatis,l.1.§.ſed etſi,& l.6.§.ſed & ſi quis, ff.ad ſenat. Treb.l.87.& l.92. ff.ad l.Falc.

DIMINVERE alienare plerumque ſignificat, veluti eum prætor intra tempus ad deliberandum hæredi datum cum diminuere vetat, non tantum alienationem impedit, ſed & actiones exerceri non patitur,l.7.ff.de jure de lib.l.26.ff de contrahen. empt.Sic eum ſuſpectum hæredem diminuere vetat.l.7.§. qui ſciens,ff. pro empto. hue prohibet ex hæreditariis bonis eum quicquam alienare,l.31. in fin.ff. de reb.auct.jud.l.SC. de pet. hæred. Diminutum accipitur quod vſucapium eſt, & ob id de hæreditate exiit l.20 §.ait ſenatus,& l.81.ff.de hæred.pet De minuendi cauſa tranſigere in l.46.§ vlt. ff. de admin. tut. Deminutio in l.10 ff. de extrat. ſui. Deminui capite quid ſit, expoſui ſuperius.Briſſ.

DIMINVTIO eſt præexiſtentis rei particularis remotio vel interius ſalua rei forma leg ex mille de eoict.l. quod ſæpe,§ in his,de contrahend.empt. Doctores,cap.1.de conſecr.eccl. vel ait.

DIMINVTIO,ſeu manis,vt Haloander conuenienter legit,Deminutio capitis, apud Iuriſconſ. eſt ſtatus immutatio, vt ſupra dictum eſt. Antiqui tamen Oratores, de capite diminuere, & de capite demere dicebant. De capite minutis, apud Haloan. eſt tit.pro de Cap.dimin.Spieg.

DIMINVTVM. Vide Deperditum.

DIMISSVM judicium,abſolutum,l.3.fin.C.de fructib.

DIMISSVM accipere debemus militem caligatum, vel ſi quis alius vſque ad centurionem,vel præfectum cohortis, vel alæ, vel legionis dimiſſus eſt,l.2.quod ait.ff.de his qui not. infam. Spieg.

DIMISSORII libelli, & dimiſſoriæ literæ, inquit Iuriſconſult. ſunt,quæ vulgo Apoſtoli dicuntur:quod per eas cauſa ad eum, qui appellatus eſt,mittitur Spie. Prat. Briſſ. Sunt autem Apoſtoli nihil aliud,quam literæ dimiſſoriæ,quas judex,à quo appellatur, tradit appellanti deferendas judici, ad quem eſt appellatum; in quibus continetur,quod perſona illa ab ejus ſententia appellatit, vt ita ex his judex, ad quem appellatum eſt, inſtrui poſſit de cauſæ negotio.Gœdd.in comm. de verb.ſign. ad l.105.nu 4.

DIMITTERE promittere,l.vt argenti,de curſ.pub.

DIMITTERE adulterum,cuſtodiam,damnatos,ſeruum,liberare eus eſt.

DIMITTERE de poteſtate,ab exercitu. Dimiſſi milites. Briſſ.ex ff.Dimitti de tutela Briſſ.ex C.

DIMITTERE vxorem, pro repudiare. Sic dimiſſa è matrimonio,pro repudiata.Spieg.

DIMITTERE vxorem pro repudiare, remittere, rejicere: veniam abeundi dare: quod Græcis [illegible] dicitur [illegible], vt in Euan. Matt.19. cap. [illegible]. Quo loco Eraſmus Roterod. [illegible] pro repudiare ſiue abjicere cenſet poſitum: quod alioquin etiam dimittere dicunt:& hoc verbum à Tranquillo in Tiberio Cæſare pro repudiare poſitum. Dubium, inquit, vxoriſne tædio,quam neque criminari aut dimittere auderet,neque vltra perferre poſſet,&c. Brechæus leg.diuortium,in tit.de verb. & rer.ſign.

DIMITTO pro relinquo,ad vltimas voluntates pertinet.Aut.de eccl.tit.§.ſi quis vni ſanctorum.Spieg.

DIMITTERE omnino liberare & abſoluere,leg.creditor,137.de reg.jur.Dimitti debito, obligatione, id eſt, liberari. Dimiſſis legatis,id eſt,ſolutis Briſſ.ex ff.

DIMITTERE creditorem, ſatisfacere, ſic vt amplius moleſtus non ſit. Vlp.l.ait Prætor. 10. ff. quæ in fraud cred. Cæterum ſi creditores dimiſit,& alios ſortitus eſt: ſiquidem dimiſſis prioribus,quos fraudare voluit,&c. Item in l.quæris, 18 ff de pact. dot.l.1.de diſtr.pign.l.15.ff.qui pot.in pign l.3 in fin ff. de ſeparat. Hot. Dimittitur creditor, cum ei pecunia debita exſoluitur Briſſ.

DIMITTERE debitorem, judicio abſoluere. Vlp.l.4.ff de decret. ab ordin.fac. Ambitioſa decreta decurionum reſcindi debent, ſiue aliquem debitorem dimiſerint, ſiue largiti ſunt. Hotum.

DIMITTITVR,qui in jus vocatus eſt,l.22.ff.de in jus vocand.

DINVMIVM,vectigal à præſtatiuis qualitate & modo,l.vn.C.de Alexandr primat Prat

DINVMERARE paſſus. Dinumeratio dierũ,paſſuum.Briſſ. ex ff. [illegible] pro actuarib.l 48 de jud Briſſ.

DIGNOSCITVR liber à ſeruo.Briſſ.ex ff.

DIOBOLARES teſte ſeleganter Budæus appellat leues, quos ipſius inopia ipſa refellit, quos fames magis, quam fama commouere creditur: quomodo & antiqui Diobolares meretrices dixerunt. Vide Feſt.Spieg.

DIOECESES appellabantur, adminiſtrationes multarum ſimul prouinciarum, quæ in vnum coactæ, per præfectos prætorio, & eorum vicarios regebantur,l vn C.vt omnes jud.l.3 de collatior quor.in C.Theod.l.34.de nauicular ent veluti ſub præfectura Prætoriana Aſiæ Orientis quinque erant diœceſes, Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica, Thracia: quemadmodum ex l.vnic. C. vt nemo ad ſuum patrocin.& l.5.C. de temporib. & reparat,appell.& l.2.C.de milit.veſte.libr.12.& l.1.Cod.de comitib. & l.10.C. de numerariis,l.6.C. de fund.patrimonialib.l.97. de decurionib.in C. Th. & ex Notitia Imperij Rom. liquet. Quarum diœceſium vnaquæque plures prouincias complectebatur. Orientis quidem certè diœceſis 15. prouincias continebat, Ægyptiaca vero 6. Aſiana 10. Pontica totidem, Thracia 6 Præfecturæ vero Prætorianæ Illyrici diœceſes duæ ſuberant, Macedonia & Dacia: quarum illa prouincias ſex,hæc quinque capiebat. Briſſonius.

DIOECESIS. Alciatus in l.notionem,§.continentes,ff de verborum ſignif. ſcribit diœceſim pro prouincia vſurpari in jure Pontificum, ſed teſtis, quo ille vtitur, eum prodit, nempe Pelagius Pontifex,in can.ſcitote, 6. quæſt. 3. vbi Prouinciam vocat,quæ habet decem, vel vndecim ciuitates & vnum regem, & totidem ſub ſe minores magiſtratus, & vnum metropolitanum, aliosque coadjutores 10 vel 11.Epiſcopos Quod ſi quilibet Epiſcopus præeſt vni diœceſi, vt verè præeſt: item ſi plures Epiſcopi in vna prouincia ſunt, can. ſi quis Epiſcopus, eadem quæſt. Ergo in prouincia plures diœceſes ſunt, contra Alciatum.Præterea,ſi cui,reſcripto Pontificis ſacerdotium in diœceſi aſſignatum eſt, non habebit vbique in tota Prouincia, capit. quamvis de præbend. libro 6. In Gallia vnus eſt Rex, vnus in Britannia, variæ prouinciæ. Plane prouincias vetuſtas limitum, & ſæpe opinio hominum diſtinguit. Dummodo vna ſit ciuitas præ cæteris excellens, & 3.6.7. vel plures ciuitates, vel municipia. Quondam Germania vnica prouincia fuit, deinde in duas diuiſa, & duobus commiſſa præſidibus, l. 3. ff. de offic aſſeſſo. Diœceſis quæ ſub prouincia comprehenditur, Græca vox eſt, quæ procurationem ſeu diſpenſationem ſignificat,quia intra prouinciam vaſtam & amplam procuratores erant diœceſibus præpoſiti. Cic. 13.Epiſt lib.Pub.Seruilio ſcribit: Ex prouincia mea Cilicienſi, cui ſcis [illegible] Aſiaticas attributas fuiſſe, nullo ſum vſus familiarius,quam Adrone. Alciatus in l. pupillus. §. territorium,pro ſe citat.l 1.C.de priuat.carc.Vbi legitur Ægyptiaca diœceſis, cum certum ſit Ægyptum eſſe prouinciam, ſed nihil ei confert adjumenti. Nam aliud eſt dicere Ægyptum diœceſim,aliud Ægyptiacam diœceſim: quia ſi centum eſſent diœceſes in Ægypto,omnes vocabuntur Ægyptiacæ: ſicut omnes diœceſes Aſiæ, Aſiaticæ, vt dixi ex Cicerone, cum ſit vna prouincia Aſia.l.fin.de cenſ.ff.non prout & tertia pars orbis. Hæc differentia ſeruatur in leg.fin. de fund. partim.lib. 11. Cod ibi in quacunque diœceſi, vel in quacunque prouincia. Sed Iuſtinianus non ſeruauit,in l.Deo nobis,§.finali.C de epiſcop. & cleric. ibi, antiſtites Aphricanæ diœceſeos, ſiue aliarum prouinciarum. Si modo dictio alius, ſemper reperit ſimilia,ſed non reperit,in leg.argumento, §. margarita, ff. de auro & arg. & margarita, vel qui alij lapides, cum margarita non ſit lapis,l.etſi,non,§.margaritas, ff.eodem, ſed eſt lapillis ſimilis: ſic diœceſis prouinciæ. Ita excuſari poteſt abuſio Iuſtiniani. Furcatulus Necyomantiæ dialog. 62. num 3. & ſequentib.

DIOECESIS quandoq; denotat territoriũ, vel ciuitatem: diſtrictum,in rubr.C. de offic.præf.præt.Aſt. ſæpe diſtrictum alicujus ciuitatis: ſæpius patriarchatũ, §. illud etiam, in auth.quæ

mod.upor.epiſcop.vide Felin.cap.Rodulphus,verſ.2.concl.de reſcript.in antiq.Prat.

DIOECESIA gubernatio, ſiue diſpoſitio. Diœcetes, gubernator, ſiue procurator, Iuſtin. de Epiſt.audien.leg.archigerontes, & diœcetæ: à διοικῶ guberno.Nebriſſ.Senſum bujus l.Accurſius minime eſt aſſecutus, vt indicat in Diſpunct. Alc. Hæc vox in jure ciuili pro prouincia aſſumitur, l.1. de priuat.carc. Sed in patrum Decretis, ſolet ad epiſcoporum munus deflecti. vnde merito diœceſis,i.procuratio,diſtributioque in eis proprie locum ſibi vendicabat.Sicut ergo Territorium dicitur,quatenus iudex ius terrendi habet: ſic diœceſis dicitur, quatenus Epiſcopus jua adminiſtrandi ſacra habet.Pronuntietur autem penultima ſyllaba longa. Siquidem Græci ſic ſcribunt, διοίκησις.Cochlæus ſentit,diœceſir, & diocesis vtrumque recte dici: nec vllo errore falli, qui diocesis nomine vtuntur.Spieg. At male.

DIOECESANI locorum, ſunt Epiſcopi, & eorum ſuperiores, elem.vnic. de ſuppl. negl. prælat. Archiepiſcopus tamen non eſt diœceſanus,ſed epiſcopus,c.in apibus,7.q.1.

DIOECESANVS dicitur,qui habet domicilium in diœceſi, gl. in cap.ſtatutum § multis, de reſcript.lib.6 & vide Bart. in conſ. incip.ciuitati Cametini.Prat.

DIOECESANVS à Pontificiis proprie appellatur Epiſcopus, & non alius, quamvis de jure ſpeciali in loco ordinarium habeat.Differt igitur ab Ordinario. Quod Ordinarius is eſt,qui ordinariam juriſdictionem habet. Diœceſanus autem, qui diœceſi præeſt,quod ſoli Epiſcopo conuenit. Panorm.in cap. cum olim,de majorit.& obed.& in cap. Ioannes, nu. 2. vbi ex profeſſo de teſtament.Qua ratione poteſt Epiſcopus paſſim in omni ſua diœceſi judicare,neque ſtatam aliquam juris dicundi ſedem habet, vt c.cum Epiſcopus de offic. ordin. lib. 6. Sed ejus officialis aut Vicarius non item, quippe cui tribunalis locus præſtitutus ſit: niſi forſan in comitatu Epiſcopi. Tunc enim ibi pro tribunali ſedet,vbi Epiſcopus adeſt. Quod ſenſit Zaſius in l.jus plurib.ff.de juſtit.& jur.Brechæus l.pronuntiatio a-let.ff.de verb.& rer.ſign.

DIOECETES, διοικητής, moderator,gubernator.

DIOECETAS regius.Cic.pro Rabirio.

DIOECETÆ ergaſteriorum l.5.C.de epiſc.audi.id eſt, qui operariis præſunt.Prat.ex Hoto.

DIOECETÆ piarum actionum, id eſt, curatores, adminiſtratores,l.46.§ 1.C.de epiſc.& cler.

DIOMEDIS & Glauci permutationis meminit Iuſtin. in proœmio Pandectarum his verbis: Noſtris temporibus talis legum inuenta eſt permutatio, qualem apud Patrem Homerum omnis virtutis, Glaucus & Diomedes inter ſe faciunt diſſimilia permutantes. Quorum verborum ſenſum, cum Interpres antiquitatis imperitus,minime aſſequeretur,fabulam inſulſiſſimam non ex authoribus,ſed è ſomniis attulit.Significat autem Imp.vt Eraſm.in Chiliad.exponit,pro relictis,inutilibus, ac faſtidiendis voluminibus, recepta tum meliora, tum breuiora, hoc eſt permutationem factam vehementer inæqualem.Spieg.

DIOPTRA,canalis opertus.Gothofr.ad l.11.prin.de aqu.ex Cujac.16.obſ.17.

DIORTHOTICVM Ius, dicitur quaſi emendatiuum, quod in commerciis verſatur.Bud.in l.Ius ciuile. de juſt. & jur. Spieg. Connanus item lib.1.cap.1.nu.3.

DIPHILVS,ſerui nomen, l.vlt.ff. de fideicommiſſ. libertatib.l. 50.de adminiſtr & peric.

DIPLOMA literæ patentes, à ſigillo principis authenticæ: quibus varia concedi ſolent. Prat.

DIPLOMATA,Latine codicilli,interdũ ſunt Bullæ Papales.Prat. aliàs literæ à Principe emiſſæ:q.d.duplices tabellæ,Suet.in Augusto, Bipatens pugillar Auſon. Diptyca,Impp.in C.Th.Briſſ.

DIPLOMA, παρὰ τὸ διπλοῦσθαι, id eſt, duplicari: literæ magiſtratuum,quibus alicunde exeundi poteſtas datur. Modeſt.l.27.§. 2.ff.ad Leg.Corn. de falſ. Qui ſe pro milite geſſit,vel illicitis inſignibus vſus eſt, vel falſo diplomate vias commeauit, pro admiſſi qualitate grauiſſimè puniendus eſt. Cicero ad Atticum lib.10. De diplomate admiraris,quaſi neſcio cujus te flagitij inſimulatem.Ego autem,quia ſcripſeras te proficiſci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere) eo te habere cenſebam, & quia pueris diploma ſumpſeras:id eſt, literas à Magiſtratu aliquo, quibus tibi ac pueris M. & Q.Ciceronum filiis ex Italia diſcedendi poteſtas daretur.Hotomannus.

DIPLOMA præterea ſumitur pro literis, quæ à Principe impetratæ ſunt, vt equis publicis diſpoſitis vti liceat. Priuatis enim abſque Principis diplomate curſus publicus olim non permittebatur,l nullis,C.de curſ.public.cujus moris meminit Pl.lib.10 Epiſt.ad Traianum, cum pleriſque aliis.Venuleius l. 137.§.2.ff de verb.oblig. Vt qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit, neque diplomate diebus ac noctibus, & omni tempeſtate contempta iter continuare cogatur.Et paulo poſt Quod ſi *diplomate* vſus, aut felici nauigatione, maturius quam quiſque peruenerit Epheſum, id eſt, dupla ſiue altera tanta celeritate, qua vulgo vtuntur. Vbique tamen DVPLOMATE vitioſe legitur. Eſt enim originis Græcæ,à verbo διπλόω vt ante dixi. Plautus Syngraphum appellat: nam in Captiuis Ægio ſic loquitur.

> *Sequere me,viaticum vt dem à trapezita tibi:*
> *Eadem opera à prætore ſumat ſyngraphum.* TYNDA.
> *Quem ſyngraphum?* ÆGIO.
> *Quem hic ferat ſecum ad legionem, hinc ire huic vt liceat domum.*

DIPVLOS terra,quæ eſt bis arata,apud Rhodiginum.Spieg.

DIPTYCHA,tabellæ,diploma, vide Gothofr. ad l.7.§.5.Cod.de ſum trinit.

DIRECTA in jure dicuntur, quæ ſimplicia ſunt, atque ita per ſe conſtant,vt aliunde non adjuuentur. Hinc

DIRECTA,ciuilia, imperatiua verba, quibus recta ſeu directa, hæreditas, legatum, libertas, relinquitur, qualia ſunt hæc: HÆRES ESTO, HÆREDEM FACIO, INSTITVO, DO, LEGO, PRÆCIPITO, TIBI HABETO, SVMITO, VINDICA, HÆRES DAMNAS ESTO DARE, SINITO EVM HABERE, RELINQVO, IVBEO, LIBER ESTO, l.2.C.commun.de legat.l.10.C.de manumiſſ.teſtam.His aduerſantur verba precaria,inflexa,quæ precatiue,non imperatiue concipiuntur. Prateius, Briſſonius Gothofr ad l.15.C.de teſtam & omnino ad l.2.C.de codicil.& ad l.omnm.de legatis.Cujac.21.obſeru.25.

DIRECTA in teſtamentis dicuntur,quæ recta à teſtatore in eum quo de agitur, nulla alterius opera interpoſita, &, vt vulgus loquitur immediate tranſeunt: veluti, ſi quis dicat, Dauus liber eſto: poſt ejus mortem Dauus, vt ſolius teſtamenti & ſine cujuſquam alterius opera libertatem obtinebit,& mortui libertus habebitur. At ſi ita dicat,Rogo te hæres,vt Dauo libertatem impertias: quia Dauus hæredis opera in libertate conſequenda indiget, is citeo non directo, ſed per obliquam à teſtatore libertatem accepiſſe dicetur: & libertus non mortui, ſed hæredis habebitur. Hinc

DIRECTA libertas dicitur, quæ à teſtatore ipſo datur, non autem per obliquam fideicommiſſi viam, & quaſi per anfractum. Libertas enim fideicommiſſaria deflexiſſe videtur à teſtatore ad legatarium & à legatario in libertum.Imper.§.3.de ſing. reb. per fid. Directa, inquit, libertas tunc dari videtur, quum non ab alio ſeruum manumitti rogat, ſed velut ex ſuo teſtamento libertatem ei competere vult.Sic in l. 2. §. in quibus,ff.ſi cui plus quam.l 2.§.2.ff. de jure codicill.l.12.ff. ſi quis omiſſ.l.vnica,C de l.Fuſ.Canin.Hotom.Hinc

DIRECTA inſtitutio,& precaria, opponuntur in l. quærebatur, 19 de teſt.milit.Horom.Item

DIRECTO & per fideicommiſſum, l. libertates, 16. ff. de fideic. liber.Horom.Hinc actionum aliæ

DIRECTÆ appellantur,ſeu principales,quæ principaliter,competunt ex negotio, non ex interpretatione legis mitigatæ vtilitatis ergo,i.quarum formulam is qui agit directo ac ſimpliciter ex verbis legis vſurpare poteſt, aliæ vtiles, quæ non ex ſimplicibus verbis legit, ſed ex æquo & bono vtilitatis cauſa contra juris ſummi ſeueritatem conceduntur, leg. qua actione,7.§.5.& l.item ſi 9.§.1 & 2 ff.ad l.Aquil.§.cæterum.9. Inſtit.eod.tit.l.actionis,37.ff.de oblig & act. l. actio. 47. ff. de negot geſt.Briſſ.Hinc

DIRECTÆ actiones contrariis opponuntur: de quibus diximus ſob voce ACTIO directa.Hotom.

DIRECTO vindicare,l.55.C.de donat.inter vir.

DIRECTO actionem concipere,l.45.ſol matr.

DIRECTO agitur cum eo, cujus juſſu negotium contractum eſt cum alio,id eſt,recta, non de peculio,l.3.§.ſi filiofam.ff. commod.l.fin pro ſuc Prat.

DIRECTVM judicium, l. 3. §. ibidem, & l. 27. ad exhib.ratione actionis præparatoriæ dicitur, & ſignificat principale judicium,puta rei vindicationem, ad quam, re jam exhibita, fieri ſolet.Prat Briſſ.

DIRECTA,ſeu recta judicia contrariis opponuntur,l.18.§. poſſunt.Commod Briſſ.

DIRECTVM dominium intelligitur,cum profertur abſolute,l.1. §.1.ſi ager vect.cum ibid.not.l.ſi mater, §. eadem, de exce. rei jud.l.minor § 1.de euict.Prat.

Et ſic Directum Vtili opponitur Briſſ.

DIRECTA etiam actio ciuilis accipitur,& prætoriæ opponitur.

Sic DIRECTA vindicatio,actio. vide ſup. Directo agitur. Briſſ. ex Inſt & ff.

DIRECTARII,vide Derectarij.Hor.

DIRECTORIVM eſt ſcheda, qua deſignatur, cum teſtes ad omnes articulos examinari non debent,de quibus examinari debeant,inde dictum quod dirigat,& quaſi ducat commiſſarium in audiendis examinibus. Vulteius l.4.tit.6.ad pr.n 82.

DIRIMERE,proprie cõponere eſt inter ſe concertantes, *entſcheiden*. Iurecoſſ. pro diſſoluere,ſeparare vſurpant.Paul. de repud. l.2.Dirimitur matrimonium morte,diuortio, captiuitate.Sp.

DIRIMERE nuptias, affinitatem Briſſ.

DIRIMERE actionẽ pro interrumpere, & in alium diem re iicere eius

re ejus exitum, Budæus exponit. Forte id quod nobis eſt, *der Handel iſt entſchlagen*.

DIRIMERE controuerſiam, pro dijudicare, vel illo Ouidiano carmine noto, Res eſt arbitrio non dirimenda meo.

DIRIMERE quæſtionem, cunctationem, jura. Briſſ. ex ff.

DIRIMERE litem, apud Cic. pro diſſoluere, & decidere interpretatur. Bud.

DIRIMERE tempus, & diffundere, vel diffundere diem, cognata ſunt verba, de quibus Budæus in Annot. prior. latius.

DIRIMERE cauſam, dijudicare, decidere, l. 4. prin. C. de ſerui. l. 1. C. de noui op. nunc.

DIRIPERE quid ex naufragio. Direptum vi. Diripitur funus. Briſſ. ex ff.

DIRVERE ędes, ſepulchrum. Diruta terræ motu villa, Briſſ. ex ff.

DISCEDERE id eſt, diuertere, l. 191. ff. de verb. ſign.

DISCEDERE obligatione, poſſeſſione, & de poſſeſſione à lite, à priore contractu, à cauſa teſtamenti, ab accuſatione, conditione, voluntate, de bonis. Diſcedere ſignis. Diſcedit dominium, id eſt, abit.

DISCEDERE à marito, patrono, id eſt, diuertere, ex ff. & C. Briſſ.

DISCEDERE ab emptione, apud Iuriſconſult. in l. 2. de in diem addict.

DISCEDERE à conſuetudine Ciceroni, quod Iuriſper. in deſuetudinem abire.

DISCEDERE ab officio Barbari dicũt, non facere ſuum debitum.

DISCEDERE in diuerſa, eſt in ſenatu diuerſa cenſere.

DISCEDERE à perſona, id eſt, immutare perſonam. Modeſt. de vſufr. l. Titio. Vſusfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à perſona ſua diſcedere incipit. Spieg. Prat.

DISCEPTARE, eſt ambigere, contendereque, vt in judicio fieri ſolet. Hinc diſceptatio, accuſatoris & patroni contentio: & diſceptator pro judice & arbitro à Iuriſconſ. accipitur, qui litem & controuerſiam dirimit & componit. l. 3. ff. de recept. Pro dijudicare, cognoſcere, apud Cic. quum ait lex, Bella diſceptando, accipiendum. Spieg.

DISCEPTARE, idem re ipſa ſignificat, quod diſceptare aliquam rem in omnem partem, quo magis tandem verum cognoſcatur. *Mit ſtreittigen Worten erkleren.*

DISCEPTARE frequentatiuum eſt tanquam à diſſepio, ire. *Von einander zeunen.* Siquidem actionum remediis, quibus homines inter ſe diſceptant apud judicem, vnusquiſque jus ſuum retinet, veluti ſæpe ab alieno diſtinctum, auctore Old.

DISCEPTANT arbitri inter litigantes. Et litigantes ciuilibus actionibus diſceptant de cauſa, de dominio. Briſſ. ex ff. & C.

DISCEPTARE pro arbitrari, judicare, *erkennen, vrtheilen.* Inde diſceptator, & diſceptare controuerſias item, libera diſceptatio, id eſt, cognitio, quæ ſecundum conſcientiam fit. Spieg.

DISCEPTATIO, pro cognitione ac judicio, l. cum hi, 8. §. ſi cui. ff. de tranſact. Hot.

DISCEPTATIO, cauſa, lis, contentio, controuerſia. Paulus l. Neſennius, de neg. geſt. Hæc diſceptatio, ait, in factum conſiſtit. Sic enim legendum, & non, vt vulgata lectio habet, in facto conſiſtit. Spieg.

DISCEPTATOR rei ac ſententiæ moderator, Cic. qui judicis arbitri ve munere fungitur. Vlpian. l. 3. §. 1. ff. de arbit. Quoniam non deberent decipi, qui eum quaſi virum bonum diſceptatorem inter ſe elegerunt. Cicer. ad Sulpitium lib. 13. ep. 27. Vt omnibus in rebus & quæ in aliquam controuerſiam vocarentur, te arbitro: &, quod commodo tuo fieri poſſet, te diſceptatore vterentur. Diſceptatorem non eum vocamus qui litigat, ſed judicem vel arbitrum, qui de re cognoſcit. Aſinius Pollio lib. 5. c. vlt. Si Cæſar ex omnibus mortalibus qui ſint ac fuerint, poſſet huic cauſæ diſceptator legi, non quiſquam te potius nobis optandus fuit. Curt. lib. Aduerſ. 2. c. 27. vide l. 1. ſi. C. ne liceat potent. 3. C. de pedan. jud. pr. l. 7. Cod. famil. erciſc. l. 14. princ. C. de judic. l. 7. vbi cauſ. fiſc.

DISCERNERE rem ſorte, l. 14. de judic.

DISCERE proprie eſt, rem ignotam aſſequi, quod vel meditando fit, vel alio docente. Pomp. Iuriſc. diſcendi ſtudium, quam optimam viuendi rationem exiſtimabat, eamque in octauum & ſeptuageſimum ætatis annum perduxit: Memor memorabilis illius vocis, quam dixiſſe fertur Saluius Iulianus, cognomento Seuerus, origine Mediolanenſis Iuriſperit. [illegible], id eſt, Hal. vertente, Etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere. Extat apud Pomponium in l. apud Iulian. de fideicom. libert. Spieg.

DISCERE: id eſt, reſciſcere, cognoſcere, l. 1. C. de tempor.

DISCESSIO fieri dicebatur, cùm in diuerſas ſententias ſenatores ibant, cum is magiſtratus, qui ſenatum coegerat, Patres Conſc. jubebat ſurgere, & in hanc aut illam ſententiam tranſire. Prat. Vtuntur hoc verbo Cic. lib. 1. Epiſt. ad Lentulum & Philip. 4 & 5. Plin. lib. 2. Epiſt. ad Arrian. & lib. 8. Epiſt. ad Ariſt. Suet. in Tiber. c. 31. Et Tacit. lib. 5. & lib. 14 Gell. lib. 3. c. 10. & lib. 14. c. 7. Briſſ. Hinc diſceſſionem facere, Cic.

DISCIDIVM pro diuortio & repudio in l. 8. ff. de cap. & poſt. l. 11. §. vlt. ff. de adulter. & apud Martial. lib. 10. Epigramm. De ca[illegible] quæ à marito prætore deſignato ſumptuum futurorum metu luxerat, Diſcidium, ait, non eſt hoc, Proculeia: lucrum eſt. Prat.

DISCI, orbes argentei. Diſci duo apud Iuriſconſ. tit. Depoſiti. l. 26. §. fin. Iul. Pollux diſcum ait eſſe vas latum ad portandas carnes aptum.

DISCINCTI nominantur, qui ſunt molles, ignaui & militiæ inhabiles, Perſius.

Non pudet ad morem diſcincti viuere Nattæ.

Et Linus lib. 7. belli Punici, Diſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit. Vide rhetius Connanum lib. 9. c. 5. n. 8.

DISCIPLINA in diſcipulo doctrina in magiſtro. Eſt enim proprie eruditio quàm à præceptore diſcipulus accipit, l. ſi pendentes, §. i ſerui. de vſufru. Spieg.

DISCIPLINAM docere, priſca locutio. De qua vide Oldendorpiana ſcholia in leg. 12. Tab. c. 6. tit. 1. Porro diſciplina emilis pædagogi. eſt ad Chriſtum Gal. 3. Spieg.

DISCIPLINA publica l. 1. ff. de offic. præf. præt. & communis, l. 6. de re milit. ſit militaris, l. pen. de feriis, quæ in l. 12. & l. 13. ff. de re milit. cuſtodienda eſt. Et Caſtrorum, l. 19. §. filius, ff. de captiu. Et ſpectaculorum, l. 1. § quies, ff. de off. præf. vrb. Briſ.

DISCIPLINÆ nomen in quodlibet artificium cadit. Briſ.

DISCIPLINÆ traditus ſeruus, l. 78. ff. de leg. 3. qui datus eſt inſtituendus. Baſſ.

DISCIPLINA Papiæ eſt rerum quarumcunque ſcientia, Archidiac. 1. d. ſi. actione, cap. conſuetudo, in verbo, Diſciplina. Prat.

DISCIPVLI quales ſunt in ſcholis inſtituti, tales ſunt poſtea magiſtratus, tales judices, tales cauſid. ci. Nunquam igitur recte jus exercetur in foro, niſi recte tradatur in ſcholis, id eſt, certa & compendioſa ratione. Old.

DISCIPVLOS generali vocabulo non tantum, ſed & ſcholaſticos appellatos, qui juri operam nauabant, ex Græcorum Epigrammatis ait ſe obſeruaſſe noſter Haloand. Eos autem ab omni injuria defendere debet magiſtratus ciuilis epiſcopus, & Legum profeſſores vniuſcujuſque loci. Conſtit. ff. 2. §. hæc omnia. Spieg.

DISCOBOLI. Lege, Athletarum nomine.

DISCOLOR veſtis, quæ & varia, hoc eſt, diuerſis coloribus, conſuta. Diuiſam nunc omnes vocant, ait Bayſ. Spieg.

DISCRETÆ gentes, pro diſtinctæ, apud Hermog. l. ex hoc jure, de juſt. & jur. Spieg.

DISCRETIO, differentia, l. fi. in pr. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 17. §. C. de aduoc. diuerſ. judicio.

DISCRETVM, diſtinctum, l. diſcretis, C. qui teſtam. fac. poſſ. Effectus ſententiæ pro virilibus portionibus diſcretus eſt, l. 1. C. ſi plures vna ſenten. cond.

DISCRETIONES, diuiſiones patrimoniorum inter conſortes. Feſt. lib. 4. vide diſſortiunea.

DISCRIMEN à diſcerno venit, quod alias diuido ſignat. Si à priori deducas, certamen & periculum ſignificabit: ſi à poſteriori, diuiſionem ac differentiam, Droſæus in methodo juris.

DISCVS. Vide ſupra, Diſci.

DISCVSSIONES apud Firmicum lib. 4. Matheſ. cap. 13. & Iuſtinianus Nouella 148. Diſcuſſiones vocat, quæ [illegible]. Briſ.

DISCVSSIO, inſpectio, l. 3. C. de diſcuſ. Prat. vel ratiocinium. Briſſonius.

DISCVSSO periculo, pro ſublato, apud Pap. in leg. nihil. de naut. fœn. Prat.

DISCVTERE litem. Diſcuſſa lite. Briſ. ex ff. & C.

DISCVSSOR in l. pen. C. quorum appel. non recip. Rubr. de diſcuſſorib. & alias in tribus poſtremis Codicis libris perſæpe. In Lexico B. Germani vertitur [illegible]. Et certè in cenſuum ſcriptione verſatos diſcuſſores non dubium eſt. Meminit & Caſſiod. lib. 4. Variar. Epiſt. ad Fauſtum. Errorque eſt in hoc verbo apud eundem auctorem li. 9. Variar. Epiſt. ad vniuerſos prouinciales Syriac. ciuit. Nam ibi diſcenſoribus pro diſcuſſoribus legitur. Briſ.

DISCVSSORES, cognitores & diſceptatores rationum fiſcalium ab aliis tractatarum, rub. de diſcuſ. lib. 10. C. Diſcuſſor, inſpector, [illegible]. in Nouel. Valent. tit. de ind. reliq. Prat. item qui reb. venalib. precia ſtatuit Gothofr. ad leg. 9. ned. Cod. de judæ.

DISCVTERE, id eſt, curare. Gothofr. ad l. 2. C. de ratioci. operum.

DISCVTERE matrimonium, apud Paulum in l. 2. de donat. inter vir. & vxor. pro diſturbare, diſſoluere. Prat.

DISERTVS idem quod eloquẽs, diſertiſſimus, idẽ quod eloquentiſſimus, l. petitionem virorum diſertiſſimorum, C. de Aduoc. diuerſ. jud. & l. petitiones, Cod. de Aduoc. diuerſ. judic. Io. Bel. Etym. Sed Cicero diſertum ab eloquente ſeparat, inquiens, eum eſſe diſertũ, qui poteſt ſatis acute atq; dilucide apud mediocres homines ex quadam communi opinione dicere. Eloquentẽ vero, qui mirabilius atq; magnificẽtius augere poteſt,

atque ornare quæ vult, omneſque omnium rerum, quæ ad diſcendum pertinent, fontes animo atque memoriæ contineri Droſæus in methodo juris.

Disartiones, vel potius diſortiones patrimon. vide diſortiones.

Disiuncti in jure ciuili appellantur qui in re, non verbis conjuncti ſunt. Briſſ.

Disiunctim & conjunctim aduerſantur, l. vnica, §. in his itaque, C. de caduc. tollend. Diſiunctim autem ſignificat, ſeparatim. Briſſ.

Disiunctos Iuſtinian. appellat eos, qui non vno verborum complexu conjuncti ſunt, etiamſi propter ejuſdem rei Communionem, re conjuncti videantur, & à noſtris Iuriſconſultis aliquando eo nomine appellentur conjuncti. Balduin. tit. de legatis.

Disiunctio ſecundum Ciceronem eſt, cum eorum de quibus dicimus aut vtrumque aut vnumquodque certo concluditur verbo. In ſumma, diſiunctio eſt, quæ dejungit ſenſum & verba, vt tradit Bart. in l. 1. ff. de condict. & demonſtr. Aliquando tamen verba dejungit tantum, ſed ſenſum non dejungit; vt aut domum aut habitationem dabis: verba dejuncta ſunt, vt quæ ſint diuerſa, ſed ſenſus idem nec dejunctus. Brechæus, leg. hæc verba, de verb. & rer. ſig.

Disiunctionem ex contrariis Cicero vocat propoſitionem, quam vocant de diſiuncto extremo, cujus partes ſunt termini contradictorij. Aut viuet Hermachus, aut non viuet. Horum duorum neceſſarium eſt alterum eſſe: cum omne (vt ait Cicero) quod ita diſiunctim ſit quaſi aut etiam, aut non, non modo verum ſit, ſed etiam neceſſarium. Idem ibidem, &c.

Disiunctim relictum, quod duobus ſeparatim & diuerſis orationibus relictum eſt, §. ſi eadem res, Inſtit. de legat. Briſ. Hoc enim eſt Re conjungi: mente ſcilicet ac intelligentia: licet verba & ſonus linguæ diſiungant. Prat.

Disiunctivo modo ſeu diſiunctim, relinqui dicitur, quod ſub alternatione relinquitur, l. 25. ff. quando dies leg. ced. l. 51. 78. de cond. & demonſtr. Briſ.

Disiunctiva conditio, quæ ſub diſiunctione concipitur, l. 63. ff. de verb ſig. Briſſ.

Disiunctiva priſcis erat, quod noſtris alternatiua, l. conjunctionem, de verb. ſign. Prat.

Disiuncta pro conjunctis ſæpe ponuntur l. 53. ff. de verb. ſign. Briſſ.

Disiunctivum eſt, veluti cum dicimus: aut dies eſt, aut nox: quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: Item ſublato altero, poni alterum, l. 124. ff. de verb. ſign. Briſſ. Ita ſimili ſignatione verbum poteſt eſſe ſubdiſiunctiuum. Subdiſiunctiuorum autem duo ſunt genera: vnum quando ex propoſitis finibus ita non poteſt vtrumque eſſe, vt poſſit neutrum eſſe, veluti cum dicimus aut ſedet, aut ambulat. Nam vt nemo poteſt ſimul vtrumque facere, ita aliquis poteſt neutrum; veluti is qui accumbit: alterius generis eſt, quando ex propoſitis finibus ita non poteſt neutrum eſſe, vt poſſit vtrunque eſſe: omne animal aut facit, aut patitur: Nullum eſt enim, quod nec faciat, nec patiatur: aut poteſt ſimul & facere & pati, vt Proculus de verb. ſign. Maffæus, cui adde l. & ille aut ille, de verb. ſign.

Disortiones autore Feſto dicuntur diuiſiones Patrimoniorum inter Conſortes: Solentque ita fieri diſortiones, vt primis coerceretur commune Patrimonium, ac deinde cieretur. Id enim his verbis **ercetum** citumque legum Rom. tabulis contineri & in iis erctum à Coercendo, citum à Ciendo dictum eſſe teſtatur idem Feſtus, Eoque accedere videtur illud Seruij in 8. Æneid. vt eſt in jure Ercto non cito, id eſt, patrimonio, vel hæreditate coercita non diuiſa. Ita enim arbitror eum locum ex Feſto ſupplendum eſſe. Siquidem ante coerceri ſubductis examinatiſque ſingulorum conſortium rationibus hæreditatem oportebat quam ea cieretur, hoc eſt, in certas juſtaſque portiones diuideretur. Ræuard. leg. in ambiguis, § quoties æquitatem, ff. de regulis jur. vide ſupra Diſcretiones.

Dispar beneficium, l. 3. C. de bon. mater. cauſa l. 2. Cod. quib. ad libert.

Dispendia dicuntur damna & detrimenta, vt diſpendia litium, cap. diſpendia, de reſcript. lib. 6. Et diſpendioſa dicitur litium prorogatio, id eſt, damnoſa Cle. diſpendioſam de judic. Dicitur autem diſpendium ideo, quod in diſpendendo ſolet minus fieri, Varro l. 5. de ling. Lat.

Dispensata, expenſa, compenſata. Hor ex Feſto.

Dispensator ſeruus appellatur, qui familiæ rationes diſpenſat, peculiique adminiſtrationem habet, l. 51. l. 62. ff. de ſolut. l. 2. in fi. pr. ff. de aut arg l. 66. l. 203. ff. de verbor. ſignif. Marcus Tullius in Hortenſio, referente Nonio in verbo Æra. Quid tu, inquam, ſoles, cum rationem à diſpenſatore accipis (ſic enim legendum cenſeo) Si æra ſingula probaſti, ſummam quæ ex his confecta ſit, non probare? Quintil. lib. 6. cap 4 Diſpenſatori, cui cum ad reliqua non reſponderet, dicebat ſubinde non comedi. Ita & idem, ſeu quis alius eſt Quintil. Declamatio 353. Diſpenſatorem ſupra rationes poſitum eſſe ait. Suet. in Veſpaſiano: Admonente diſpenſatore quemadmodum ſummam rationibus vellet inferri, &c. Per diſpenſatores itaque olim nomina faciebant, vt apparet ex l. vlt. §. ſi inter ff. de verb. obligat. Idem Quintil. declamatio 345. Satis ſit vobis, ô diuites, hoc veſtras diſpenſare fortunas, quod per diſpenſatores fœneratis. Vnde Theod. in §. recte, Inſtit. mand. Diſpenſatores definit [illegible], id eſt, ſeruum qui pecunias domini ſolet fœnori dare. Harmen. eod. loc. eo modo definit. Hoto. Diſpenſatores vero dictos, quibus pecuniarum adminiſtratio credita eſſet, ipſa nominis notatio arguit, quam ab antiquo pendendæ pecuniæ modo. Varro lib 4. ling. Latin. Pomp. & Iſid. deducunt Ideoque qui principum pecunias curant, theſaurorumque adminiſtrationem gerunt, in conſtitutionibus diſpenſatores appellantur. l. 1. C. ſi aduerſ. fiſcum, & C. Th. de his, qui cum diſpenſ. contrah. Briſſ.

Dispensator, actor. ſeruus, qui rationes domini adminiſtrat & pecuniam diſpenſat. Hot. v. Gothofr. ad l. 62. pr. de ſolut.

Dispensatio, id eſt, alimenta. Bred. in auth. Nouiſſime, Cod. de adm. tut.

Dispensatio apud Pontificios (ſic à Specul. in tit. de diſpenſationibus definitur,) eſt juris prouida relaxatio, ſeu neceſſitate penſata: Vel ſic. Eſt rigoris juris per eum, ad quem ſpectat, canonice facta relaxatio, cap. niſi rigor 1. quæſt. 7. [illegible], plerumque accipitur pro juris declaratione, vt in cap. Quintauallis, extra de jurejurando, Ioannes Andreas ſignificare etiam ſcribit quandam communem menſurationem ad ſingula, & vide Hoſtien. in Sum. Prat.

Dispariri negotiis, l. 5. ff. de obligat.

Dispertire, id eſt, diuiſionem facere, l. 71. de vſufruct.

Dispiciat judex, l. 2. C. arbit. tut. Briſſ.

Displicet merito, l. 30. § Neratius, ff fam. erciſc.

Dispositio, ordinatio, in conſtitutionibus & in notitia Imperij Roman. eſt adminiſtratio & cura. Prat.

Dispositionum ſcrinium quoddam memoratur in l. 3. & l. 4. & l. 11. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. Et diſpoſitionum Comes in l. 8. C. eod titu. Vnde emendandam eſſe l. 4. eod. tit. ſuccurrit in qua Comitiuam primi diſpoſitionem pro Comitiuam primam diſpoſitionem, legitur. Briſ.

Dispositionem generalem eſſe volunt Innoc. Hoſt. & Panorm quæ in toto genere: Specialem autem, quæ in vna ſpecie verificatur. Spieg.

Dispositivus narrata quæ dicantur, vide in dictione, enunciatiue. Spieg.

Dispergere, i. e, ſoluere. l. 18. fin. Codic. de pupt. Breder. Lexicon.

Dispungo eſt à verbo pungo; & diſpungere eſt quaſi puncto diſcernere, ac diſtinguere: Germani dicunt *die Rechnung beſtechen*, hoc eſt, rationem punctis diſiungere, ac quaſi diſtinguere, ſeu diſpungere. Goed de verb. ſig. ad l. 56. in pr. n. 6.

Dispungere, eſt expungere, ſeu tranſuerſo calamo rationem cancellare, de verb ſig l. cognoſcere. Diſpũgere, inquit, eſt conferre accepta & data & ex ea collatione (vt ait Accurſ.) cancellare quod eſt redditum. Hinc Diſpunctio, ipſa rationis cancellatura. Vlp. l. cum plures, de bon. aut judic poſſ A recognitio, inquit, & diſpunctio concedenda ſit creditori. Nebriſſ.

Dispunctæ rationes: vel expunctæ, l. 15 fi. de diuerſis temporib. l. pen. de admin. rer. ad ciuit. pert. Briſ.

Dispungere rationes, eſt computum, vt vulgo dicitur, examinare Papinian. de verbor. ſignific. Diſpungere, eſt conferre accepta & data. Item alibi: Perſcrutandas atque examinandas rationes, & diſpungendas atque diſcutiendas. Et iterum alibi: Vtrum ſemel, an etiam ſæpius recognitio & diſpunctio concedenda ſit creditori. Budæus Spieg. vide Goth. ad l. 56. princ. de verb. ſign.

Disputare, à dis, & puto, are, quaſi verborum agitatione prorſus purum facere. Proprie enim diſputare eſt Purum facere. Per tranſlationem autem, rem aliquam hinc inde collectis rationibus agitare, vt veritas tandem cognoſcatur. Oldendorpius.

Disputare rationem cum aliquo, *Rechenſchafft eleutern*. Quod & deputare rationem dicimus. Plaut. in Aulul. dixit: Æs petitur, putatur ratio cum argentario. Vbi diſputata eſt ratio cum argentario, etiam plus ipſus debet argentario. Old Prat.

Disputandum eſt ſobrie in vtramque partem, quaſi conferendo alterius rei ſententias: vt Marcellus in l. 1. § Accuſationem. ff. ad SC. Turpill. Vlp. in l. 1. §. quæſitum eſt. ff quor. legato. Old.

Disputationem fori accepit Pompp. in l. 2. ff. de orig jur. adplicatione legum ad commoditatem Reipubl cujus negotia in foro tractari ſolent. Dicimus enim in foro diſputare. ſicut, Vti foro, Deſeruire ſoro. Old.

Disputationes moderatæ exercitij vice adhiberi debent, more veteris ſcholæ Socraticæ, Sic enim obſeruabatur, vt cũ aliquis dixiſſet

Digitized by Google

dixiſſet, quod vellet, alter contradiceret modeſte: in hoc tantum differentes, quo magis inueſtigaretur veritas, & diuerſa ſimul collata, facilius intelligerentur.

DISPVTATIO autem Doctorum immodica quantum noceat, ex ipſo vſu forenſi colligere licet: quum non ob aliam cauſam lites fiant immortales, quam quod quilibet cauſidicus calumniæ ſuæ patrocinium facile adſequitur ex repugnantibus eorum ſententiis. Vnde ſpeculat. in tit. de except. §. Viſo quando excepis. refert, Vbertum dicere ſolitum fuiſſe: Non eſt bonus aduocatus, qui patitur intra decem annos litem conteſtari eum tutore vel curatore. O impudens verbum! Old.

DISQVISITIONEM vocabant antiqui judicium per opiniones (vt nunc loquimur) eum opinionem vel ſententiam omnes rogantur Budæ. in l. poſter. de orig. ju. Spieg. Diſquiſitio hujus rei judicis eſt Briſſ. ex ff.

DISSERERE, ait Alciatus, nihil aliud eſt, quam elare & ſpecialiter ſententiam ſuam exprimere. Spieg.

DISSIDIVM, inter virum & vxorem diuortium eſt. Terent. in Andria, valeant, qui inter nos diſſidia quærunt. Idem in Hecyra. Nihil mali eſt, quod ſit diſſidio dignum. Adde Brechæum l. inter diuortium, in tit. de verb. & rer. ſigu. Papio. ad l. Iul. de adult. l. miles. Quære, inquit, in cauſam diſſidij præſtitiſſe videat. Nebriſſ. Spieg.

DISSIMVLARE pro conniuere, in l. diuus, de offic. præſid. aliter dixit Paolus, Diſſimulare de ſua conditione, in l. 4. quibus ad libertat. proclama. non licet. Spieg.

DISSIPARE ædificium, pro diſturbare & demoliri, l. 3 § pen. ff. de incend. ruina. Briſſ.

DISSIPARE bona, l. 3. C. de poſtli. reuerſ. id eſt, dilapidare. Briſſ.

DISSVETATVM matrimonium, l. 23. §. 2. in pr. C ad l. Iul. de adul. l. 14. C. de nuptiis, id eſt, diſſolutum. Briſſ.

DISSOLVTA negligentia, l. 29. ff. mand quæ alias ſupina, & lata. Cicero diſſolutum hominem in re familiari vocat negligentem, & parum circumſpectum, ſolicitumque patremfamilias. Briſſ.

DISSOLVTIO eſt, quæ conjunctionibus verborum è medio ſublatis, partibus ſeparatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obtempera legibus. Spieg.

DISSOLVTOR, & diſſolutrix ſepulchrorum, l. 8. §. 3. C. de repo.

DISSOLVI nauis dicitur, cum tabulæ refiguntur, & reſoluuntur, l. 88 ff. de legat. 3. l 83 §. ſacrum, ff. de verb. oblig. Et

DISSOLVI ornamentum, l. 10 §. ſi maſſæ ff. quib. mod. vſusfru. amitt. Briſſ.

DISSORS, diſſimilis ſortis Auguſtin. in Grammatic.

DISTAT exceptione doli, id eſt, ab exceptione, l. 4 §. pen. pr. de doli except. Briſ. Parerg.

DISTRAHO proprie, diuerſe traho, diuido. Terentius:

Quod ſi eo mea fortuna redeunt, abs te vt diſtrahar.

Virgil. lib 6.

Turbatis diſtractus equis—

Per tranſlationem ponitur pro eo, quod eſt, vendere, aut auctioni exponere. Origo autem vocabuli hujus ex auctionib. nata eſt, in quibus res proprie diuendi & diſtrahi dicuntur, quia non vni addicuntur, ſed pluribus varia in loca reſemptas aſportantibus. Hotomannus. Vlpianus in leg. cum 1. § ſi vni. ff. de tranſact. Si vni (inquit) pluribuſve fundus ad alimenta fuerit relictus, veliut ve eum diſtrahere, neceſſe eſt prætorem de ejus diſtractione & tranſactione arbitrari. Præterea. Sueton. Tranquillus, in vita Veſpaſiani. Sola eſt, in quo merito culpetur pecuniæ cupiditas. Non enim contentus omiſſa ſub Galba vectigalia renouaſſe, noua & grauia addidiſſe, & auxiſſe tributa prouinciis nonnullis, & duplicaſſe negotiationes quoque vel priuato pudendas, propalam exercuit, coemendo quædam tantum, vt pluris poſtea diſtraheret. Ita ſane hoc modo accipiunt verbum diſtraho. ff. & C. in tit. De diſtractione pignorum, & C. in tit. de patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt. Qui titulus eſt è Romulo, qui filium à patre vendi poſſe primum lege conſtituit, quam legem deinde viri decem poſt exactos reges (vt Dionyſius Halycarnaſ. ſcribit lib. 11.) in XII. Tabulis cum aliis legibus conſcripſerunt, hoc pacto, Vendendi filium patri poteſtas eſto: tametſi Numa Pompilius eam prius emendauerat, ne in filio, qui patre approbante vxorem duxerat, locum haberet. Hæc verò poſtmodum à Diocletiano & Maximiano Imperatoribus ſublata eſt, diſponentibus, nullo contractus genere alienari poſſe filium. Verum propter nimiam paupertatem, victuſque egeſtatem poſtea Conſtantini lege rurſus permiſſum eſt patri vendere filium. Anchar.

DISTRAHI ſocietas dicitur, quæ voluntate, renunciatione, vel alia qualibet ratione dirimitur, l. 63. §. vlt. & l. 65. §. 12. ff. pro ſoc. vide Senec. epiſt. 66 Briſ.

DISTRAHI etiam negotium, obligationemve dicimus, pro diſſolui, tolli. §. item is cui. Inſtitut. quibus mod. toll. obl. l. 5. §. is quoque, ff. de oblig. & act. l. 11. §. is qui vina. ff. de act. emp. Briſſ.

DISTRAHERE rationes, id eſt, interuertere, conturbare, auertere. Hinc actio diſtrahendis rationibus, quæ heredibus dabatur ex leg. 12. Tabul. contra tabulas finita tutela, in duplum, qui in gerenda tutela pecuniam pupillarem intercepera, vel quam aliam rem pupilli abſtulerant, auerterant, ſubripuerant, hæc vero formula: Quod ex rationibus tutelæ pupillo abeſt. Prat.

DISTRAHERE rationes ſub tit. de actione rationib. diſtrah. pro eo dicimus, quod eſt accuſare fraudem vel culpam tutoris, qui rem ex bonis pupilli abſtulit, nec proinde retulit in actiones. Vlpianus diſpunctionem vocat ipſam rationis cancellaturam in l. cum plures ff. de bon. auth. jud. poſſid. Old.

DISTRAHERE matrimonium, l. 2. ff. de diuort. pro diſſoluere, & tollere, Prat.

DISTRAHERE, id eſt, alienare, in l. 2. C de præd. & al. reb. minor.

DISTRAHERE controuerſias, hoc eſt, dirimere & decidere, Cicero pro Cecinna. Omnia judicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta eſſe. Eodem verbo in eundem ſenſum vtitur Suet. in Iulio c. 76. Prat. Briſſ.

DISTRACTIO, interuerſio, conturbatio, cum res pupilli auertitur vel aufertur, l. ratio. ff. de liber. leg. Nonnunquam eſt venditio. Alias ponitur pro diuortio, in auth. de nupt. §. nuptias, & ibi in gloſ. ff. de diuort. & repud. l. 2. & vide & Cod. & ff. de diſtr. pign. & C. de jure deliberand. l. 1. Vide ſupra Diſtringere. Prat.

DISTRACTORES argenti Iuſtinianus in l. 27. in pr. C. de pign. & hypoth. & in l. vnica. Cod. negociatores ne militent. lib. 12 nominauit eos, quos alij menſarios & argentarios, numelarios, & à commutandis pecuniis Collybiſtas, ἀργυραμοιβούς, & item ἀργυρογνώμονας vocant, quod pecuniam ſpectent, an proba ſit, an legitima, & locabilis, & cujus pretij. Diſtrahere enim vendere eſt, & hi quaſi vendunt pecuniam, cum pro ejus ſpectatione & permutatione aliquid lucelli accipiant, qui Collybus dicitur. Connanus lib. 4. c. 15. nu. 5.

DISTRACTVS apud Doctores pro reſolutione cujuſcunque contractus ponitur. Prat.

DISTRACTVS & contractus differentiam collige ex l. 5. C. ſi tutor vel curator interuen.

DISTRIBVERE eſt ſuum cuique tribuere, l. 1. ff. famil. erciſcund. Prat.

DISTRIBVTIO quotidiana Pontificiis ſignificat id quod præſtatur his, qui horis certis interſunt diuinis, cap. 2. §. 1. de ætate & qual. in Clem. c. vnic. de cleric. non reſid. lib. 6. & c. licet vobis, de præben. Prat.

DISTRIBVTIVA nomina & eorum vim ponit Bart. in l. hoc articulis, ff. de hæred. inſtit.

DISTRICTA pro prorſus, omnino, profecto, ſic res ſe habet, l. 7. §. 5 ff. de minor. aliquando ſignificat præciſe, præfracte, reſtricte, religioſe, l. 13 ff. de procur. Prat.

DISTRICTA, hoc eſt, valde ſtringendo ac minitando: metaphora ſcilicet à gladiatoribus tracta, qui contra aduerſarium ſuum enſem ſtringunt, id eſt, nudant. Spieg.

DISTRICTVS ſiue diſtrictio eſt coercendi poteſtas, ſiue juriſdictio, quæ magiſtratui cum imperio mixto intra certæ regionis ac territorij fines conceditur. Hinc lib. feud. 1. tit. 5. §. 4. ſi quis feudum extra curtem deſinuerit, & dominus diſtrictum habuerit, &c. & lib. 2. tit. 4. Qui allodium vendiderit diſtrictum juriſdictionem & Imperatoris vendere non præſumat. Fictum & eſt autem à diſtringendo, quod in libris feudorum pro coercere ſæpe ſumitur, vt in capitul. Caroli Magni. A miniſtris Reip. diſtrict. ſex ſolidis componan. Interdum pro territorio vſurpatur. Ant. Flor hiſtor. parte 3. tit. 20. c. 8. §. 13. Ciuitas Florentia triginta millia hominum in ſe continebat actos ad arma, & diſtrictus ejus ſeptuaginta millia.

DISTRICTVS vocabulum auctore Alciato, apud antiquorum neminem reperitur. Spiegelius in Ligurinum annotans refert quatuor nomina ejuſdem intellectus. Territorium, Comitatum, diſtrictum, & diœceſim. Verum quam recte, viderit ille. Diſtrictus enim eſt, locus juriſdictione munitus, intra quem homines diſtringuntur, & dicitur à diſtringendo, ſicut territorium à terrendo, vt habetur in capit. vbi periculum, §. porro juncta gloſ. in verb. territorio, de elect. in 6. & notat Abbas in conſ. 20. nu. 2. volum. 1. Et Corn. in conſ. 187. vol. 4. & ſecundum Felinum in capit. Rodulphus, num. 31. de reſcript. Diſtrictus eſt laicorum & clericorum, ſed diœceſis clericorum tantum, & vbicunque quis diſtringendi, ſiue terrendi habet poteſtatem, ille locus dicitur de diſtrictu, ſiue territorio, vt refert Decius in conſil. 534. numer. 7. vol. 4. & in l. fin. num. 19. ff. de juriſdict. omn. jud. Vel diſtrictus, vt vult Aretinus in conſ. 77. numer. 4. proprie eſt dominium vel territorium ciuitati in ſubjectionem accedens vltra fines ſimul cum ciuitate ſtatutos, intra quos, quidquid eſt, vocatur diſtrictus vel territorium, leg. ſi pupillus, §. territorium, ff. de verborum ſignif. & quicquid de nouo ciuitati accreſcit, dicitur diſtrictus, niſi ſub ciuitatis nomine concedatur, vt per Cynum & Bald. in leg. etiam, Cod. de jure dot. & diſtrictus eſt illud, quod à ciuitate actualiter diſtringitur, vt per Zabar. in clem. 2. §. ſane, numer. 6. de elect. Et diſtrictus ali-

Digitized by Google

quando ponitur pro territorio loci vel agrorum, & pro juriſdictione, & idem eſt, quod comitatus ſecundum Paris. de Put. in verb. diſtrictus, de verbor. ſigni. & diſtrictus & poteſtas, idem eſt, vt voluit gloſ. in §. rurſus, in verſ. poteſtate, Inſtitut. de actio. & Paris de Put. in c. 1. n. 7. de ſi. feud. vel & ſecundum Bald. in conſ. 499. num. 5. vol. 4. Diſtrictus tripliciter accipitur, videlicet conuentionalis, quando caſtrum pro ſe regit & ſe alicui ciuitati, ob ſui corporis tutelam ſubmittit, ſine tamen Principis præjudicio, vt in leg. eſt receptum, ff. de juriſdictio. omn. judic. & diſtrictus priuilegiatus dicitur, quando princeps alieni ciuitati caſtrum conceſſit ad diſtrictum, vt in leg. humanum. C. de legib. & præſcriptus diſtrictus dicitur, quando imperium & juriſdictio præſcribitur in ipſo caſtro, l. viros, juncta gl. in verſ. omittit. C. de diuerſ. officiali. lib. 12. & cap. cum contingat, in fin. juncta gloſ. in verſ. vel conſuetudine, de foro compet. vel vt dicit Bald. conſil. 489. ad euidentiam præmittendum, volum. 1. Diſtrictus eſt territorium, cui juriſdictio ineſt, & à comitatu differt, quia comitatus proprie eſt ciuitatum, & diſtrictus eſt dominorum, vel ſecundum Geminia. in c. quoniam vt cler. vel monach. in 6. diſtrictus comprehenditur ſub appellatione terrarum domini, & vt tradit per Felin. in d. c. Rodulphus, nu. 13. Diſtrictus dicitur proprie loquendo ſpacium, aquæ, ſeu latitudo juriſdictione munita, & ſic diſtrictus erit in mari, vt voluit Cæpolla in tractat. de ſeruit. ruſtic. præd. in tit. de mari, nu. 56 Et Laurent. Calc. in conſ. 90. in fin Et diſtrictus dicitur non ſolum in terra & mari, ſed in cœlo & aere, vt voluerunt Bald. in conſil. 410. verba Principis, nu. 1. & Cæpol. in d. tit. de mari, n. 54 Et Paris de Put. in c. 1. nu 6. de fini feud. & termini in cœlo & aëre fuere poſiti tempore Alexandri Papæ VI. inter Luſitanos ſiue Portugalenſes, & Caſtellanos diuidendo inſulas Indiæ tunc nouiter repertas per lineas graduum cœli, & quicquid reperiebatur à parte orientali erat Portugalenſium, & à parte occidentali erat Caſtellanorum. Schard.

Ditio imperium Phocas in vſu tantum in ablatiuo & accuſatiuo ditionem putat: nos tamen, ait Cataneus, pleru mque in genitiuo notauimus, præſertim apud Iureconſultos. Spieg.

Ditio poteſtatem ſignificat, ſeu facultatem. Zaſ. in l. 2. ff. de orig. jur. Et ita vtitur Iuſtinianus, §. vtrumque Inſtit. in procœmio. Pompon. in l. 2. §. capta deinde Sardinia. ff. de orig. juris. Virg. 1. Æneid.

Vaſtabat, Cyprum victor ditione tenebat.

Ditio vrbium, municipumque, vide l. 13. C. de vectigal. Ditio Romani nominis, l. 2. C. de inceſt. nupt.

Ditio Romana, l. 3 circa med. C. de Infant. expoſ.

Ditio pro poteſtate dominica, l. 2. Cod. de libert. & eorum lib. Briſ.

Diu ponitur pro biennio, ff. de re jud. l. fin. & ff. loca. l. cum domini. Quandoque ponitur pro tribus menſibus 13. diſt. c. Lectis, in gl. Aliquando pro decem. Inſt. de tit. oblig. § pen. & ff. qui & à quib. leg. ſi cum fideicommiſſaria, §. Ariſto. Ponitur etiam aliis modis, vt ibi not. Aliquando pro triennio ff. de vſucap. l. 1. & leg. quamvis aduerſus. Aliquando ponitur pro anno. ff. de ſucceſſ. edict. l. 1. §. largius, & §. quibus. Aliquando momentum ſignificat. C. de acquir. poſſ. l. 8. item quando diu fieri intelligatur, vide extra de elect. c. quia propter. & cap. Officii de libell. obla. Prat. Vid. & Donel. de vſuris.

Divales conſtitutiones, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat. l. 3. C. quand. mol. tut. offic. l. 10. C. de ſecund. nupt.

Divalia conſulta. C. de teſtam. l. diualia.

Divalia ſtatuta l. 1. circa med. C. de collat. donator.

Divalis lex, l. 1. in prin. C. quando & quib. quarta pars, lib. 10.

Divalis juſſio, l. 1. § 3. C. de aſſert. toll.

Divæ memoriæ, Inſtit. de vſucap.

Divaricare eſt, à recto deflectere, idque proprie cum quis rectis pedibus ſtare nequit, ſed diductis & varie diſtentis, vnde diuaricata ligna architecturæ profeſſores dicunt, id eſt, refracta, Brechæus in l. præuaricatores, ff. de verbor. & rer. ſignificat.

Diversa ſunt, quorum definitio non eſt eadem, ſeu quorum ſubſtantia non eſt eadem. Conuertuntur hæc, l. 1. de dol. glo. in l. omnis definitio, de reg. jur. Spieg.

Diversa illa dicuntur, quæ origine & corruptione ſunt diuerſa, l. ſi mibi eodem tempore de ſeruit. ruſt. præd. leg. ſi domus ... de ſeru. vrb. præd. Bald. in l. ex hoc jure, de juſt. & jur. Prat.

Diversa pars in l. 24. C de tranſact. i. aduerſa, quæ tranſactionis cauſa aliquid acceperat, Goth. ibi in not.

Diversi exitus genera, ſexus, id eſt, contrarij. Briſſ. ex ff.

Diversorum judicum. De officio diuerſorum judicum (qui titulus eſt 48. lib. 1. C.) id eſt, de officio diuerſæ conditionis judicum vel clarius, de diuerſis judicum officiis. Quorum eſt primum, ne matremfamilias in publicum protrahant. Niſi fortaſſis pro fiſcalibus, vel priuatis debitis in jus vocetur. Nam tunc etiam materfamilias judicem adibit. Deinde officium judicum eſt, viris magni nominis honorem debitum habere. Poſtremo caueant judices, ne magni ſubſellij viros in ſuſcriptionibus fratres nominent: Hegendorphinus Exegeſi ad ſupradictum titulum. Author.

Diversorium Accurſius in l. 3. ff. in quibus cauſ. pignor. recte ſic interpretatur, Statio in qua diuerſi generis merces afferuntur. Aliis locis diuerſorium eſt mercenarium hoſpicium, quo ex itinere aliquantiſper commorandi cauſa diuertimus non habitandi: vnde illud Cic. in Caton. Ex iſta vita ſic diſcedo tanquam ex hoſpitio: non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. Et libro Famil. vi. nam & villa & amœnitas illa commorationis eſt, non diuerſorij. Hotom. & Donellus de pignor.

Divertere dicitur vxor, quæ à viro, cui nupta eſt, diſcedit l. 41. ff. de judicand. l. 5 §. ſi cum. ff. de doli except. l. 17. §. ſi cum maritus, ff. ad l. Aquil.

Divertere, nuncium remittere, dirimere matrimonium, Repudiare vxorem. Nuncium mittere, Matrimonium ſoluere, l. ſi mulier, ff. ſolut. matrim. Si mulier diuerterit, & judicio dein conteſtato reuerſa fuerit in matrimonium, l. proſpexit, ff. Qui & quibus mano. l. Si cum dotem, § Si maritus. Et §. ſeq. ff. eod. tit. Spieg. Adde Brechæum l. Inter diuortium, in tit. de verb. & rer. ſignif n. 2. Diuertere à viro, à marito. Briſſ. ex ff.

Divertiſſe non videtur, quæ breui reuerſa eſt, l. quicquid, ff. de diuerſ. reg. jur.

Dives quis dicatur, ponit Bart. in authent. præterea, Cod. vnde vir. & vxor. Diues non dicitur vxor propter dotem, l. Lucius § idem reſpondit, ff. ad municip. Prat.

Divi fratres, quorum in jure ciuili ſæpiſſime fit mentio, fuerunt, Marcus Ælius Antonio. & Verus Commodus. Marcus enim Antonio. eximiæ doctrinæ ac probitatis Princeps, bone Commodum fratrē ſuum ex adoptione Pij Antonini Principis imperij conſortem fecit, & primi omnium imperatorum bini regnare cœperunt anno ſalutis 163 quos deinde molti ſunt imitati, adeo vt terni nonnunquam imperarent. Sed Marcus, Commodo non multo poſt mortuo, cum filio Commodo imperauit, homine peſſimi ingenij, & omnibus incommodo. Old.

Divos Iuriſconſ. appellant Imperatores, qui poſt obitum in Deos relati erant ea ἀποθεώσεως ſolennitate, quam Herodianus lib. 3. deſcribit, poſtquam & templa eis conſtitui, ac ſacerdotes & ſodales creari, & ludi fieri omneſque diui honores decerni ſolebant: vt ex Tacito, Suetonio, Spartiano, Capitolino videri poteſt: Briſ. Papias vero ſcribit eos diuos vocari, quod ſint quaſi cœleſtes, quam vethi orationem admittere, & pium, & Chriſtianum magis eſt. Reliqua vide infra in verbo, Diuus olim.

Dividere, pro partiri, vt cum Iuriſconſ. loquit de verb. oblig. Stipulationes non diuiduntur. Loquitur enim non de diuiſione, ſed partitione, atque earum rerum, quæ partitionem non recipiunt: quales ſunt res imperfectæ, vſus, habitatio, iter, actus, proſpectus, & ſtillicidium quaſi dominium, quas perſtringit Bart. in l. 3 §. ex pluribus, in fin. de acqu. poſſ. Quod & Apellus judicat. Spieg.

Dividere pecuniam quę inter ſe partiri. Martianus l. collegia, ff. de colleg. & corporib. Sed permittitur eis, inquit, pecunias communes (ſi quas habent) diuidere, pecuniamque inter ſe partiri. Spieg. fol. 151. in charreta.

Dividere æqua lance, vide l. 55 §. 1. Cod. de leg. Diuidere viritim & ex æquis partibus, leg. dicit conſtitutio Cod. de incert. Perſon.

Dividere, ad diuiſionem ſingulorum ciuium legare Paulus dixit quod alio modo ciuitatib. in diſtributionem relinquere Martianus dixit, l. 117. de legat. 1. cum enim quis ciuibus quid legaſſet, ſingulæ tribus ſuos legitimos diuiſores habebant, qui id partirentur, idque Aſconius ſcripſit in hunc Ciceronis locum, act. 1. in C. Verrem, vnum illud ex hominibus certis, ex quibus omnia comperi, reperiebam, fiſcos complures cum pecunia Siciliensi à quodam Senatorem ad equitem Romanum eſſe tranſlatos: ex his, quaſi decem fiſcos ad Senatorem illos relictos eſſe comitiorum meorum nomine, diuiſores omnium tribuum noctu ad iſtum vocatos. Eoque ſenſu diuiſores etiam viſus eſt accepiſſe idem Cicero, quum ſic Epiſt. lib. 1. ad Atticum ſcriberet: Conſul autem ille deterioris hiſtrionis ſimilis ſuſcepiſſe negotium dicitur, & domi diuiſores habere: ſed Senatuſconſulta duo jam facta ſunt odioſa, quod in conſulem facta putantur, & Domitio poſtulante: vnum, vt apud magiſtratus inquiri liceret, alterum cujuſmodi diuiſores haberent contra Rempublicam. His addatur illud Suetonij in Auguſto: C. Octauius pater à principio ætatis, & re, & exiſtimatione magna fuit: vt mirer equidem hunc quoque à nonnullis argentarium, atque etiam inter diuiſores, operaſque campeſtres proditum. Hæc Suetonius, haud dubie per operas campeſtres, eos, intelligens, qui caſtris in campum Martium comitiis, aliquo miniſterio publico fungebantur. Diuiſores pecuniam populo viritim diuidebant, ſinguli in ſua tribu, & alio nomine magiſtri centuriarum appellantur, vt idem Aſconius auctor eſt, De quibus ſic loquitur in Aulularia Plautus Euclio.

Nam

Nam noſter noſtra qui eſt magiſter curia,
Diuidere argenti dixit nummos in viros.
Id ſi ego relinquo & non peto, omnes illico
Me ſuſpicentur credo habere aurum domi.
Nam non eſt veriſimile hominem pauperem.
Pauxillum paruum facere quin nummum petat.

Et paulò poſt: —*Neque quiſquam curialium*
Venit, neque magiſter quem diuidere argentum
Oportuit. ——

De huiuſmodi ciuium diuiſionibus ſentire viſus eſt Cornelius Tacitus Annalium lib. 1. cum ita ſcriberet: Cæterum Tiberius nomine Germanici tricenos plebi ſeſtertios viritim dedit, ſeque collegam conſulatui eius deſtinauit. Reuard. vario. lib. 2. capite 16. Fuerunt autem hæ diuiſiones ſportulæ, pecuniæ, oleum, cruſtum, vinum, aliaque id genus nec abſimilia, quæ teſtatores collegiis & ſodalitatibus, militiiſque negotiatorum & artificum, item Decurionibus, populoque interdum, die natalis, quæ viuentibus fuerat celeberrima atque honorata, parentaliorumque tempore ſingulis annis dari teſtamento cauebant, l. cum quidam, 23. ff. de annuis leg. Harum diuiſionum etiam meminit Paulus Iuriſconſultus in eiſdem pandectis, ſub tit. de legatis 1. l. 115. Huiuſmodi diuiſiones à viuentibus etiam lætitiæ gratia dari conſueuiſſe, non eſt ambigendum. Dabant antiqui diuiſiones nedum Decurionibus, vt cognoſcitur ex pridem relata inſcriptione, ſed etiam eorum liberis, inter cætera diuiſiones panis & vini. Maioragius Miſcel. lib. 2. c. 2.

DIVIDERE ſententiam Aſconius, Quum aliquis in dicenda ſententia duas pluresve res complectitur, eæ ſi non omnes probantur, poſtulatur vt diuidat, id eſt, vt de rebus ſingulis referatur ſeorſum, quo pars vna, ſi viſum fuerit, repudietur, altera recepta. Cic. pro Milone. Diuiſa ſententia eſt, poſtulante neſcio quo (nihil enim neceſſe eſt, me omnium flagitia proferre) ſic reliqua auctoritas Senatus empta interceſſione ſublata eſt. Sic Sextus Pom[...]us. Numera Senatum (ait) qui vis Senatori conſuli, quum impedimento vult eſſe, quominus faciat SC. poſtulatque vt aut res quæ afferantur, diuidantur: aut ſimul conſolantur, aut ſi tot non ſint ſenatores, quo numero liceat ſcribi SC. expectetur. Hotom. Prat.

DIVIDVVM eſt quod diuidi poteſt in partes aliquo effectu iuris ſeparatas. Indiuiduū aſt, quod diuidi nō poteſt in partes, quolibet iuris effectu ſeparatas. Hæc deſcriptio deducitur à cauſa finali, ſeu ab effectu diuiſionis. Nā verbū diuidere, in hac materia accipitur politice & ciuiliter, vt negotiis hominum deſeruiat: ſc. quoties occurrit quæſtio; vtrū aliquid adquiri, vel retineri, vel alienari poſſit pro parte: an vero non niſi totius commercium admittat, Siue quæratur de reb. corporalibus, ſiue de reb. incorporalibus. Siue itē de obligatione vel actione aut ſolutione diuidenda, vel non diuidenda. In his enim totum ius conſiſtit, & per conſequens totus effectus diuidui & indiuidui, l. fi. ff. de leg. l. 1. ff. de ſtatu hominum, iuncto titul. Inſtit. de rebus corporalibus & incorporalibus. Prat.

DIVIDVVM Romani legiſlatores ſignificare ſolent his aut ſimilib. verbis: PARTIVM PRÆSTATIONEM RECIPERE, l. 2. in pr. ff. de verb. obligat. A SINGVLIS HÆREDIBVS DIVISIM CONSEQVI: PRO PARTE PETI: ADMITTI PARTIS EXECVTIONEM, l. in executione, ff. eo. tit. Pro parte adquiri: Pro parte retineri: Pro parte remitti l. pro parte, ff. de ſeruitutib. l. vnus ex ſociis, ff. de ſeruitut. præd. ruſtic. A cōmunione decedere, ſci. rerū particulatim, vt in tit. ff. & C. comm. diuidund. Familiam herciſcere. h. e. hæreditatem diuidere, ſeu rerū vniuerſitatem, vt in titul. ff. & C. famil. hercisc. Ad ſignificandum vero indiuiduum has appellationes accommodant Iuriſconſulti: Partium præſtationem non recipere: Niſi totum detur ſtipulationi ſatis non fieri: In ſolidum teneri, l. 2. in princi. Et §. 1. ff. de verb. oblig. Ab omnib. hæredibus committi pœnam. In ſolidum peccari: vt in l. ead. §. Cato. ff. eod. tit. diuiſim non præſtari: In ſolidum agi: totum dari, d. l. In executione. Ex his atque id genus aliis appellationib. intelligi poteſt, quomodo in hac materia ſit accipiendum diuiduum & indiuiduum, nempe quod diuidi poteſt, vel diuidi non poteſt in partes, iuris effectu ſeparatas, vt in §. præcedenti dictum. Old. Prat.

DIVIDVVM & indiuiduū duplici ratione dicitur. Natura videlicet & lege. Natura, id diuiduum appello, quod hominis facto in partes diſcretas, ſeparataſq; ſecari & diuidi pōt, vt fundus, homo, veſtis, & aliæ denique res corporales inanimatæ, l. 1. § quædam ff. de rer. diuiſ. l. ſi quis duas, §. ſi quis partem, ff. com. prædio. & l. quod in rerum, §. ſi quis poſt. ff. de legat. 1. In homine tamen cæteriſque rebus animatis, Iaſon & poſteriores in l. 2. §. & harum. ff de verb. obl. hoc non admittunt, quod harum rerum diuiſio ſubiectum omnino corrumpat, l. rerum mixtura ff. de vſucap. c. adſerte, de præſum. Sed eorum ſententiā ipſe non facile probauerim, ſiquidē hac ratione attēta ex corporeis rebus pauciſſimæ eſſent, quæ ſectionē admitterent. Nā & nauis, veſtis, liber, hiſq; ſimiles, in partes præſertim minutas ſine ſubiecti deſtructione ſeparari nequeunt, illud ſcio hominē, mulū, cæteraque animantia, in partes cōmode diuidi nō poſſe §. ead. in fi. de offic. iud. in Inſt. Verū hæc commoditas vel incōmoditas, in diuiduo ſecundū naturam minime attenditur, ſed id conſideratur dumtaxat, an res corporea ſit; atque ita actualiter diuidi poſſit, d. §. quædam, & d. §. ſi quis partem, quod & in hominem ipſum cadere probat d. d. adſerte de præſum. Quib. cōfirmatur prima doctrina in hac materia omnes res corporales natura diuiduæ ſunt, dict. l. quod in rerum, §. ſi quis poſt ff. de legat. 1. à quo ſolum pūctum excipit. Petr. Bellapertic. qui tam paruus eſt, vt tametſi corporeus ſit, partes nō recipiat. Eſt. n. pūctus, aut ſi mauis punctū, vt Mathematici docent, quod ob incōprehenſibilem ſui breuitatem, in partes diuidi non poteſt, nec ipſum pars aliqua, ſed tantummodo ſignū eſſe dicatur, protractū, vt Euclides ſcribit, lineā efficiēs. Verū hoc exemplū non mihi valde videtur ad rem pertinere, Siquidem punctū licet ex ſe faciat corpora, non tamen ipſum corpus ſit. Eo conſtat ineptos eſſe & ridiculos ex recentioribus quoſdā, licet alioqui multæ auctoritatis, qui in l. 4. §. Cato ff. de verb. obl. ſcriptum reliquerunt, punctū nonnunquam diuidi, veluti cum adeo magnus, vt in partes deduci & ſecari poſſit, Bartoli verba in eum ſenſum contorquētes, dum in l. ſi cui. hoc sit. tradit res omnes in vniuerſum, ex philoſophorum ſententia in infinitas partes diuiſibiles eſſe. Punctus. n. eſt, vt dixi, qui ob incomprehenſibilē ſui breuitatē, nec longus, neu latus, nec aliud dici poteſt, quocirca ſi aliquā habeat magnitudinē tam puncti nomen amittit Præterea rebus corporeis, vt dixi, non numeratur. Cognito vno ex contrariis, reliquum (vt dici ſolet) facile perſpicitur l. 1. ff. de his qui ſunt ſui. Proinde cognito quid ſit diuiduū natura, non difficulter intelligemus, eadē natura indiuiduū dici, quod hominis facto, & naturaliter in partes ſeparatas ad oculum diuidi non poteſt, d. l. 2. & harū, & l. non amplius, §. bonorum, ff de lega. 1. Cuius generis ſunt res omnes incorporales, quæ cū neq; tangi, neque videri poſſint, l. 1. §. de rer. diuiſ §. incorporales, de rebus corpor. in Inſtit. hominis operas in partes quæ ad oculum demonſtrentur, ſeparari nequeūt, l. hæredes, § an ea ff. fam. erciſc. ideoque ſeruitutes, de quib. agimus, licet corpori diuiduo accedant, l. ſeruitutes 4 ff de ſeruit. Ista tamen diuiſionē natura præſertim, non admittunt, vt d. § & harum, d. §. an ea. d. l. ſtipulationes non diuiduntur, & l. fideicommiſſa. §. pen. ff. de leg. 3. Lege diuiduum dupliciter conſideratur, vel reſpectu diuiſionis corporeæ, vel intellectualis, quatenus ad ſectionē corporalē rem ipſam referimus, illud lege diuiduū dici cenſeo, quod cōmodè, & ſine damno diuidi poteſt Per contrariumq; indiuiduum, quod nō niſi cū incōmodo ſectionem admittit, l. non amplius, § cū bonorū, ff. de leg. d. §. ead. in fi. de off. iud. in Inſtit. Homo itaq; in hac conſideratione indiuiduus eſt, cæteraque animantia, quæ vno ſpiritu continentur, Bal. in c. quanto, de iud. quando niſi cū deſtructione ſubiecti diuidi poſſit. l. rerū mixtura, ff de vſucap nec mēbrum offendi, quin toti corpori vis fiat, l. vulgaris in princ. ff. de furt l. 1. 4 item quæritur ff. de aqu. quotid. & æſti. Reſpectu vero diuiſionis in intellectu conſiſtentis, Diuiduum lege dicitur, quod in partes plures indiuiſas, & intellectuales vtilitatis gratia diſſecatur, l. ſeruus communis, ff. de ſtipul ſeruor. l. locus, ff. de acq poſſ Quod fit plerumque per quotas ſeu partes, quas quotitatiuas vocāt, vt tertiā, quartam, dimidiam, & ſimiles. Pulchre Fulg. in l. 1. §. ſi pecunia ff. depoſ. Qua ratione, homo lege quoque diuiduus exiſtimatur, l. ſi ſtipulatus, §. 1. ff. de ſolu. l. In executione, §. pro parte, ff. de verb. obl. poſſunt quippe duo domini eiuſdē ſerui eſſe, ita vt ſinguli dimidiā partē pro indiuiſo habeant, d. l ſeruus cōmunis. Dixi ſane, Vtilitatis gratia, quia diſtributionē illam partis intellectualis proportionabile cōmoditatē adferre oportet, h. e. tāſi vtilitatis reſpectu partis, quantū totū in ſuo toto, d. l. in executione, §. 2. Hinc liquet iura & actiones lege diuidi inter hæredes tam actiue, quā paſſiue pro portionib. hæreditariis, l. pacto ſucceſſorū, C de pactis, l. 1. C. ſi cert. pet. l. pro hæreditariis, Co de hæred. act. Quod magis conſiderato effectu admiſerim, quā iure ipſo, l. ea quæ, C. fam. erciſc. Ponderando prima illius conſtitutionis verba. Hæc quæ in nominib. Non. n. dixit nomina diuidi, ſed ea quæ ſunt in nominib. cū ius in ſe nullā recipiat diuiſionem, l. 1. ff. de rer. diuiſ. Ex his intelligis quoque indiuiduū ad ſectionē intellectualē relatū illud eſſe, quod in partes pro indiuiſo cōſcindi nō poteſt, vt in ſeruitutibus quas diuiſionē non recipere manifeſtū eſt, l. ſtipulat. non diuiduntur, & l. 2. § & harū ff. de verb. obl l. fideicommiſſa. § pen ff de leg. 3. l. pro parte, ff de ſeruit. adeo vt nec per legē quidem eas diuidi poſſe, Iulius Paul. dicat. l. hæredes §. an ea. ff. fam. erciſc. cuius rei rationē attingemus inf. Hæc ad ſubſtantiam obligationis, & rerū in ea deductarum pertinet, in eius autē executione, h. e. circa rei debitæ petitionem & ſolutionem, quatuor cauſas IC conſiderari volunt, quas accurate proſequitur Vlp. per totā l. in executione, alleg. nonnunquam. n. euenit, vt talis res in obligationē veniat, quam creditor pro parte petere, itidemque præſtari pro parte à debitore poſſit, veluti ſi promiſſa ſit pecunia certa, ſeu quantitas, d. l. 2. §. & harum, & d. l. in executione. §. 1. Hoc eſt, quod dicere ſolemus, quantitatis obligationem diuiduam, de qua regula ad ſocietatem ſcripſimus

in d.l.ſtipulat.non diuiduntur. Interdum & ſecundo cõtingit, omnino diuerſum, vt aliquid debeatur, quod nec pro parte peti, nec pro parte ſolui poſſit, vt ſeruitutes, operæ, & facta, d.l.ſtipul.l.libertus qui ſoluendo, ff. de opes. liber. Quare ſi opus teſtator fieri iuſſerit, hæredes ſinguli, inquit Vlp. in ſolidum tenentur, d.l.in executione, §.2. & d.l.fideicommiſſa, §.pen.ff.de leg.3. Quæ omnia de ſeruitutibus facti & operis in d.l.ſtipulationes, pleniſſime tractat Coraſ. Quandoq; vero non nihil pro parte peti poteſt, quod in ſolutione ſectionem non admittit: Etenim ſolui non totum nequit, ſicut in ſtipulatione generis & alternatiua, dicta l.in executione, §.pro parte, alioqui, vt Vlpianus ait, in diuerſis rebus recte partes ſoluerentur, quod debitor facere non poteſt, ne creditor debitum nõ conſequatur, indeque enata celebris illa regula, obligatio ſolutione indiuidua eſt, ſi contingere ex ea poteſt, in diuerſis rebus ſolutionem fieri. Quam Io. Imol. in l. ſupra iter §. officium. ff.de aqu. plu. arc. declarat, procedere in obligatione ex hominis diſpoſitione fluente, vt in alternatiua, & generis, dict. §. pro parte, ſecus in ea, quæ deſcendit ex diſpoſitione legis, vt in cauſa noxali, in qua cum lex conſtituerit, dominum dando, vel ſeruum, qui damnum intulit pro noxa, vel litis æſtimationem liberari, tot tit. ff. C. & in Inſtit. de nox. act. l.miles §.10. ff de re iud. poterit dominus partẽ in pecunia, partem in ſerui dominio præſtare. Hoc n. minus habet iniquitatis, ne nimis prægrauetur innocens dominus ex maleficio ſerui, l. quoties nihil. ff de regul.iur & vulgo dici ſolet, mitius agi cum lege, quã cũ homine, l.Celſus, ff recep. arb. Hoc tametſi Alex. Iaſ. & poſteriores recipiant, nũquam ipſe probaui, cum verum nõ ſit, dominũ præſtando partem in quantitate, partem in ſeruo, liberari dict. § officium. vbi Bart. l. ſi ſeruus communis, ff. de nox. act. l. ſi cum vno, ff ſi ex noxali cauſa agatur, l.& tantum, §. ſi ſeruus, ff.de ſeru. corrupt. Ideoque nec præcipua eorum doctrina defendi poteſt aſſerentium, in obligatione ex diſpoſitione legis fluente, in diuerſis reb. partes recte ſolui. Nam & obligationem, rem tradi, ea potiſſimum ratione indiuiduam eſſe conſtat, ne ſolutionem in diuerſis rebus fieri contingat. Bart. in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, 3.quæſt. Cum enim ſit obligatio facti in quo lex diſponit ſuccedere obligationem in id quod intereſt, l. ſi quis ab alio, § fin. ff. de re iudic. parte fundi exſoluta poſſet pars, quæ ſupereſt, in pecunia numerata præſtari, quod eſt abſurdum, d §. pro parte, quam rẽ plenius attigit Coraſ d.lo. Accedere denique poteſt, vt ad ſolidũ agi debeat, adferatque nihilominus ſolutio partis liberationẽ, veluti inquit Vlp. in d.l. in executione, §. in ſolidum, ſi contra hæredes venditoris agere velim, vt me defendant contra Titium, qui fundũ venditum vult à me euincere, hæredib. omnibus, & in ſolidum denunciare debeo. Si tamen fundum euinci contingat, proportione tantum hæreditaria ſinguli tenentur. Hæc multo clarior obſcurũ hunc tractatum aperiunt, quã commentitia illa Doctorũ diuiſio dicentium, diuiduum & indiuiduum lege, conſiderari tripliciter, cõtractu, petitione & ſolutione. Quædam enim ſunt omnino, hoc eſt tribus iſtis reſpectibus, diuidua, vt obligatio quantitatis, quæ pro parte deduci in contractu, pro parte peti, & pro parte ſolui poteſt, d §.& haſ. Quædam omnino indiuidua, vt ſeruitus, quæ nec per partes in contractum venire, nec pro parte peti, nec pro parte præſtari poteſt, vt dict. l. pro parte, d.l. hæredes, §. an ea. ff. fam. erciſc. cum vulgat. Aliqua, inquiunt, ſunt contractu diuidua, petitione vero & ſolutione indiuidua, vt facta, quæ principio pro parte in contractum deduci poſſunt, l.s.§.præterea, ff.de aqu.plu.arc.l.locus, ff.de acquiren.poſſ. Poſtquam autem ſuper his ſemel contractum eſt, per partes, neque peti, neque præſtari poſſunt, d.l.ſtipulationes, & d.l. in executione §.s. Denique quædam dicũtur & contractu & obligatione diuidua, quæ tamen in ſolutione ſectionem non admittunt, vt ea, quæ ſi pro parte præſtantur, vel proportionabilem commoditatem non adferunt, quia non tantum vtilitatis pars reſpectu partis affert, quantum totum, reſpectu totius, d §.2. vel in diuerſis rebus ſolutionem fieri contingere poteſt, d. §. pro parte. Coraſ. in l. viæ, ff.de ſeruit.

DIVIDITAS, vide l.8n.in fin.ff.ad leg.Falc.vbi tamen plerique legunt diuiduitas, id eſt, diuiſio. Briſſ.

DIVISIONEM facere, l.5.C.commun.diuid. Bonorum inter filios, l 77.§.cunctis, ff.de leg.2.inter hæredes, l.15.ff.de his quæ vt indign. Briſſ.

DIVISIONES pro erogationibus ac diſtributionibus, quæ ſingulis ciuibus aut decurionibus fiunt. Briſſ.ex ff.

DIVINA loca, l.2.ff.de interdict.

DIVINAS domus, id eſt, Imperatorias, Alciatus interpretatur in l.ad inſtructiones, C. de ſacroſanct. eccleſ. Spieg. vide paulò poſt Diuinos honores.

DIVINÆ tabulæ, hoc eſt, decem præcepta, ſuperiori ætate relegatæ prorſus erant à ſcholis Iuriſperitorum, admiſſis potius immenſis Baldi & aliorum commentariis. Videbatur enim ad Theologos pertinere, nec quicquam conferre ad Iuriſprudentiam Decalogus, quum tamen Old. vere indicarit fontem iudiciorum & actionum eſſe 8.præceptum, Spieg.

DIVINÆ literæ, id eſt reſcriptum in l.7.circa fi.C. de natural. liber. & matrib. eor.

DIVINA munera, id eſt, fructus, in l.4. C. de malefic. & mathemat. Brederod. in lexic.

DIVINATIO eſt iudicium, quo duo pluresve, qui ſe præponi in accuſando volunt, de accuſatione ſibi deferenda contendunt. Ex eo autem deductum nomen putamus, quod quum in hoc iudicio iudices nõ de præterito, ſed de futuro ſtatuant, vter ſit rectius accuſaturus (quod totum opinabile eſt, coniecturaque nititur) diuinare dicantur, eorumque iudiciũ opinabilis diuinatio. Vlp. l. 15. ff. de accuſa. Si plures exiſtant, qui eundem in publicis iudiciis accuſare volunt, iudex eligere debet eũ: qui accuſet, cauſa ſci. cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis, vel de dignitate, vel ex eo, quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſa. Hoc in publicis iudiciis. In popularib. autẽ Prætor eligebat idoneiorem: inquit Paul. in l.2. ff. de pop. act. vbi Goth. in not. Vide Alex. lib.3.c.10. & lib.7.ca.4. Gell. lib.2.c.4. Hoto. Vide & Duar. lib. diſputat. anniuerſ. 1.c.36.

DIVINATIONES, ait Briſ. appellabantur olim ea iudicia, quæ de accuſatore conſtituendo reddebantur. Quintil. lib.3.c.10.& li.7.c.4.

DIVINOS honores ſibi cum vendicarent Imperatores, eo factũ eſt, vt diuinæ domus, & Conſtitutiones, Cæſarum domus & conſtitutiones appellentur, vt & alia multa Prat. ex Briſſ.

DIVINUM ius, quod ad Dei cultum pertinet. Hinc nuptias diuini iuris communicationem definit Modeſtin. l. 1. ff. de ritu nupt. quod vir & vxor eorundem ſacrorum participes eſſent. Qua ratione & vxor rei humanæ ac diuinæ ſocia dicitur, in l. 4. C de crim. expil. hæred. & Iuriſprudentia diuinarum rerum ſcientia definitur, quod placandorum Deorum ritus ſolenneſque ceremoniæ & ſepulchrorum iura ad hanc ſcientiam pertinerent, l 10. ff. de iuſt. & iur. Briſſ.

DIVINI Iuris eſſe dicuntur res ſacræ, religioſæ & ſanctæ, l. 1. ff. de rer. diuiſ. §. nullius autem, Inſtit. eod. ſic diuinas res interpretatur Vlpian. l.1. ff. de interdict. Quæ definitio à Gothia interpolata eſt apud Caium. ibi Inſtit. 2 tit.1. Prat. ex Briſ.

DIVINI Iuris autem quæ ſunt, nullius in bonis ſunt: ac propterea alienari & obligari prohibentur, excepta cauſa redemptionis captiuorum, & quibuſdam aliis, §.9. ſacræ res, Inſt. de rer. diuiſ.

DIVISIO, eſt vel totius in partes, vel generis in ſpecies fiſſio, vt res cujus eſt quæſtio facilius atque certius intelligatur. Diuiſionem, ait Accurſ. §. Inſtit. de oblig. eſſe innumerabilis materiæ bonam compoſitionem. Prat. Eſt autem diuiſio duplex. Vna fit in partes, altera in ſpecies. Prior appellatur Partitio, eſt totius integralis ſiue legalis in partes. Poſterior diuiſio, totius ſc. vniuerſalis ſiue prædicatiui in ſpecies, gloſ. l. recta. de verbo. ſign. Ex Apello. Sed clarius hæc, docendi gratia, diſtinguuntur: vt, diuiſio ſit generis in formas: vt, animal diuiditur in hominem, auem, aſinum & piſcem. Nam genus hæc omnia in ſe complectens, quaſi totum quoddam: cui quæ ſubiecta ſunt, veluti membra ſunt. Vnde & Cicero fatetur, ſpecies, quas ipſe maluit appellare formas, interdum & partes vocari. Partitio vero, quum totum ſiue (vt qui iam appellare malunt) integrum, diuiditur in ſuas partes, velut in membra, tum in corporalibus, tum iis, quæ intellectu tantum percipiuntur. Vt cum corpus hominis diuiditur in caput, humeros brachia, thoracem, ventrem, ilia, crura & pedes: aut domus in tectum, fundamentum aut parietes. Hæc ſenſu percipiuntur. Rationis ſunt illa: Ius diuiditur in legem, morem, & æquitatem. Si Rempublicam diuidas in monarchiam, democratiam, oligarchiam, & ariſtocratiam. diuiſio erit, qua totũ in formas diducitur. At ſi Rempublicam diuidas in partes, equeſtrem ordinem, & populum, partitio erit. In ſumma tamen, omnis diuiſio aut eſt ſubſtantiæ in ſubſtantias: vt animalis in hominem & cætera bruta: aut ſubſtantiæ in accidentia: vt animalium aliud bipes, aliud quadrupes, aliud pedibus carens. Aut accidentium in ſubſtantias: vt ſi volatilia diuidas in aquilam, noctuam, & alias ſpecies: aut accidentis in accidentia: vt, eruditorum alius ex ſe doctus eſt, alius à præceptoribus inſtitutus. Spieg.

DIVORTII quæ ſit etymologia, inter auctores non eſt parua diſſenſio exiſtimante Paulo Iuriſconſ. in l.inter diuortium, ff. de verb. ſig. dictũ ideo, quod in diuerſas partes eant, qui diſcedunt. Cato in l.2. ff.de diuortiis, à diuerſitate mentium, aliis à diuertendo, quibuſdã vero per trãſlationem, à diuortio aquarum rerumq; ſimilium, cum propria voce rem hãc exprimẽte careamus, quæ fuit Cic. ſententia lib.3. de nat. qui cum ſit teſtis omni exceptione maior, vt alios refellam, me maxime cogis, præſertim Caium, cum diuortio non admodum ſtructura & ſono diuerſitas affinis ſit, & longius quam par ſit Etymon petatur. Idẽ Cicero libro citato, doctrinarum diuortia dixit. In Epiſtolis verò ad Atticum, aquarum diuortia. Iul. Frontinus in cap. de qualitate agrorum, aquarum diuergia. Liu. lib.44. & Iſidor. lib.15. Etym. cap. vlt. Itinerum diuortia. Lucanus fluminum & maris. Gratius verò Poeta in libello de venatione, morborum in canibus diuortia. Vnde non immerito Nonius diuortium,

Digitized by Google

diuortium, rerũ omniũ ſeparationẽ dixiſſe videri poſſit. Hebræi, penes quos vetuſtiſſima diuortium habet initia, vt Deut. c. 24. perſpicitur, nomen diuortij è verbo quod ſcindere ſonat, deducunt; libellumq; abſciſſionis dicunt (Marcus Euang. 2. 10. βιβλίον ἀποστασίου, Matthæi verò interpretes ἀποστάσιον, quaſi abſciſſionale nuncupant) quod viri & vxoris nexum, contugationemq; in perpetuum abſcindat ac dirimat. Maiorag. lib. 2. Miſcel. cap. 15. Illud quoque hic reticendum non videtur, in diuortiis ſolennia fuiſſe verba, quibus antiqui vterentur. Caius l. 2. ff. de diuortiis. In repudiis autem, id eſt, renunciatione, comprobata ſunt hæc verba: TVAS RES TIBI HABETO. Item hæc: TVAS RES TIBI AGITO. In ſponſalibus quoque diſcutiendis, placuit renunciationem interuenire oportere, in qua re hæc verba probata ſunt: CONDITIONE TVA NON VTAR. Hæc Caius. Quo in loco ſciendum eſt, priora ille renunciationis verba fuiſſe magis in vſu, cum Cicero, Plautus, Martialis, atque Apuleius in eadem formula verbum habendi, non autem agendi ponant. Cicero Philip. 2. Mimam illam ſuam, ſuas res ſibi habere iuſſit ex duodecim tabulis. Apud Plautum matrona à marito diuertens ait: TIBI HABETO RES TVAS. Martialis:

Menſe nouo Iani veterem Proculeia maritum
Deſerit, atque iubet res ſibi habere ſuas.

Apuleius lib. 5 de Aſino aureo. Confeſtim, inquit thoro meo diuorte, tibique res tuas habeto. Maiorag. dict. cap. 15. Adde Forcatul. in ſuo cupid. iuriſperit. cap. 15. numer. 3. & ſequent.

DIVORTIVM eſt inter virum & mulierem legitime facta ſeparatio. Goffre & Hoſt. in ſum. §. 1. de diuort. Legitime: inquam: Eo quod, quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, ſcil. & abſque ratione. Non. n. homo ſeparat quos pœna damnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat, 33. q. 2. c. ſolet & de conſang. & affin. c. de inſid. Moſes tamen primus diuortij author fuit, Deut. c. 24. Ille. n. (authore D. Hieronymo) videns Iudæorũ alios auaritia, alios moleſtia domeſtica, alios libidine cõmotos, ſuas vxores iniuria & morte aliquando afficere, quũ ſibi integrum foret nouas ducere vxores, aut iuniores, pulchriores, ditioreſve, vt domeſticæ quieti conſuleret, facultatẽ illis dedit diuortij faciendi cũ prioribus vxoribus, ea tamen conditione, vt vir daret vxori ita reiectæ libellũ diuortij, in quo (teſte Ioſepho Iudaicæ antiq. 4.) in hanc ferme ſententiam ſcriptum eſſet. Promitto me, non repetiturũ te, quo ſiu mulier poſſit cuiuis rurſum nubere. Et hinc factum eſt (ſicuti ego arbitror) vt olim Romani in repudiis, i. e. renunciationibus, vſitatiſſimi habuerint moris verba ea: Res tuas tibi habeto, Tuas res tibi agito. Sic apud Plautum Alcumena Iouẽ alloquitur his verbis: Valeas, habeas tibi res tuas, reddas meas. Nec illa reticerentur. Conditione tua non vtar: ſicuti tit. de diuort. adnotarunt Iuriſcon. Quia verò repudij meminimus, intelligendum hic eſt, repudij rationem non mutuam fuiſſe apud Hebr. neque olim apud Rom. Cauiſſe. n. Romulum lege ſatis conſtat (ſi Plutarcho credimus) ne mulieri virum, in cuius manu, mancipioque cauſa foret, relinquere fas eſſet. Et quanquam viro liceret repudiare, Romanis tamen ipſis vxorem dimittere, vtaris non fuit iuſtitui, nec probatum eſt, niſi in liberorum veneficio, aut in adulterio foret deprehenſa, aut niſi claues ſubieciſſet. Quod ſi quis aliter repudiaſſet eius opum vxori portionem dari, reliquum Cereri ſacrum idem Romulus iuſſit. Præterea & eos, qui ab vxoribus diuerterent, ſacra diis inferis obire. Itaque viro tantum diuertere licebat, quin & zelotypiæ illius mederi vxor cogebatur, exemplo vel fœdiſſimo, nec citra horrorem. Tunc & dicebatur vxori nuncius remitti. Cicero eoim, epiſt. 8. ad Att. Vxori (inquit) Cæſarem nuntium remiſiſſe. Cauſas autem & formulas diuortij varias fuiſſe certum eſt. vti videre eſt apud Platonem, dialog. 11. de legib. & Alexandrum ab Alexandro lib. 4. cap. 8. Vna eſt ſterilitas, cuius gratia Sp. Carbilius Romanorum primus vxorem fertur dimiſiſſe, ac diuertentibus matrimoniis quaſi anſam præbuiſſe, quam ſecutus eſt Sulpitius Gallus, miſſo repudij nuncio, quod in caput veſtem deducere animaduertiſſet. Idem fecit Pub. Sempronius, quod eius vxor ludos funebres ſpectaſſet. Quam ob cauſam, diuortium ſeu repudium (vtrumq; enim confunditur, Nam horum verborũ ſignificatio differentiam habet excogitatam à Iuriſconſ.) Sunt vero, qui dimittere opinentur haud ſatis huic accommodum rei verbum. Nam exercitum (inquiunt) dimittimus, ſicuti dimittitur ſenatus, concio, amicus, digredi volens. Verum, qui hoc ſentiunt, produntque, falli manifeſtiſſimum eſt ex Tranquillo, qui in Cæſare dimiſſam ab eo Coſſutiã tradit. Abiicere in hoc vſu non reformidat D. Hilarius, neque Hieronymus abiicere vti videtur, quippe qui eiectam mulierem intelligat, quæ è marito viuente eiiciatur. Non prætereunda interim eſt Pauli ſententia ex 5. Inſt. lib. tit. de dotibus. Si diuortium (inquit) citra mulieris culpam contigiſſet, integra repetebatur dos, quod ſi ab vxore quid delictum foret, in liberorum ſingulos ab marito ſexta dotis retinebatur portio, vſque ad dimidiam modo dotis partem. Commeminit quoque & Boetius: Romanæ (inquit) ciuitatis iure in parentum arbitrio retinentur liberi, vſque dum mancipatione ſoluantur tertia. Ergo ſi diuortium foret factum mulieris vitio, dotis parte pro liberorum mulctabatur numero. Ancharen.

DIVORTIVM nomen generale eſt ac de amicitia interrupta dicitur, & inter amantes diuortiũ eſt: Eſt & animæ corporiſq; diuortium. Propriè tamen eſt, ſi vir & vxor ſeparentur: Repudiũ verò, ſi ſponſus à ſponſa dirimetur. Ergo in hoc differunt, teſte Paulo, quod repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non rectè autem ſponſa diuertiſſe dicitur. Confunduntur tamen hæc vocabula. Apud noſtros eſt duplex diuortium, aliud verum, aliud fictum, l. vis mulieri, ff. de don. int. vir. & vx. Prat.

DIVORTII cauſa factæ donationes, leg. 11. §. vltimo, & leg. 60. §. diuortij, & l. ſexageſimaquarta, ff. de donat. int. virum & vxor.

DIVORTII cauſa amotæ res, l. 2. C. rerum amot. l. 17. ff. eodem titulo.

DIVORTII conſilium, l. 17. §. 1. & l. 25. ff. de eod. rerum amot. Briſſ.

DIVORTIA Iſidor. lib. 15. Etym. cap. vltim. ſunt flexus viarum, hoc eſt, viæ in diuerſa tendentes. Vergilius libro nono Æneid.

Abiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota.

Eadem diuerticula dici cœpta ſunt. Briſſ.

DIVORTIA aquarum dixit Virgilius, cum ex eodem capite in diuerſas partes fluunt. Vnde diuortium non propriè in ſponſalibus vſurpatur: quia ſponſi nunquam in vnum tanquam caput aut iugum conuenerunt. Paulus lege 191. de verborum ſignificat. vt refert Connanus libro octauo cap. & num. citato.

DIVORTIVM fit conſenſu eorum, quorum nuptiæ contractæ ſunt. Cuius enim conſenſus requiritur in contrahendo matrimonio: eius conſenſus etiam requiritur in diſſoluendo, Goth. ad auth. econtra. C. de repud.

DIVORTIONALE, Eraſmus in cap. 5. Matth. vertit diuortionale ad verbum τὸ ἀποστάσιον, hoc eſt, inquit, libellum diuortij, & cap. Matthæi 19. vertit libellum repudij. Quamobrem nihil ferme diſcriminis videtur inter vtrumque ponere: quod Iuriſconſultis ſæpe quoque accidit, Papinianus in l. viro atque vxore, digeſt. ſoluto matrimonio. Et in Nouel. Iuſtinian. Conſtitut. 117. ſub tit. de diuerſ. capitul. & ſolut. matrimon. Brech. leg. inter diuortium in tit. de verb. & rer. ſignificat. circa medium.

DIVOS olim Imperatores appellabant, neſcientes tamen rationem, quare id facerent. Nos verò Deo autore poſſumus dicere Diuos Imperatores etiam dum viuunt, quia in adminiſtranda ſacroſancta iuſtitia, Dei miniſterium agunt, vt qui eos contemnat, Deum cenſeatur contemnere, Rom. 13. Item. Ego dixi, dij eſtis, & filij Excelſi omnes. Quam ob cauſam cum Ioas coronaretur in templo, tradebatur ei lex Domini in manus 2. paralip. 23. Quem morem in hodiernum diem rectè imitantur Chriſtiani. David enim beatos pronunciat eos, qui meditantur in lege Domini die ac nocte, Pſalm. 1. proinde merito Diuos fratres dixerimus Carolum Quintum A. Et Ferdinandum C. Optimos Maximoſque Principes noſtros. Vnde diligentiſſimus Latinæ linguæ interpres A. Calepinus: Cum autem dicimus, inquit. Diuam fœminam, intelligimus eam, quæ ſua virtute diuinitatem meretur. Sic dicimus Diuos Imperatores, etiam dum ſunt in vita. Old.

DIVRNVM officium in l. 1. ff. de oper. liber. dicitur, vel quia per ſingulos dies datur, l. 20. §. 5. ff. de ſtatulib. vel quia per diem laborandum eſt, l. 3. d. tit. de oper. libert. l. 2. in fine, de annuis, Gotho. in not. ad d. l. 1.

DIVRNVM petere Seneca lib. 2. Controuerſ. dixit pro eo, quod panem mendicare, vt ſolent facere apud nos quidam inertis atque ignauæ vitæ homines, quos tanquam inſulſos, & ad nullam rem vtiles Bliteos appellamus, qui de alieno, eoque emendicato in diem viuunt. Connanus libro octauo, cap. 11. numero 6.

DIVRNVM pro ſumptu victus vnius diei, l. 47. §. 1. de admin. tut. Briſſ.

DIVRNVS fur, id eſt, interdiu deprehenſus, vt loquitur Caius in l. 4. Digeſt. ad Legem Aquiliam & l. 54. §. furem, Digeſt. de furtis.

DIVTVRNA cuſtodia, vide l. 5. C. cuſtod. reor.

DIVTVRNA incubatio, vid. l. 3. C. de rei domin. vel templ. vindicatio, &c.

DIVTVRNA poſſeſſio. Diutinum tempus Briſſonius ex digeſt. & Codic.

Digitized by Google

DIVTVRNITAS poſſeſſionis, temporis, l.7. C. de præſcript. longi temp. l.57. ff de ritu nupt. Briſſ.

DIVTVRNA conſuetudo pro iure & lege in his quæ ex non ſcripto deſcendunt, obſeruari ſolet, l. diuturna, de legib. quam vero ibi diuturnam appellauit Vlp. longam dixit Hermog. in l. ſed & ea. cod. tract. receptumq; eſt, vt decem anni diuturnos conſtituant mores, maxime ſi contradicto aliquando iudicio confirmati fuerint, l. cum de conſuetudine, de leg. Cæterum cum mores & conſuetudinem nominauerint prudentes, conſtat ex vnica actione mores non introduci. Ferret. de iure nat. gent. & ciuil. Diuturnum autem ſignificat longum quoddam tempus, non certum aut definitum, ſed pro rei conditione, cui iungitur modo longius, modo breuius, quod hoc vno exẽplo Ciceronis oſtendi poteſt de Senectute. Nihil mihi diuturnum videtur, in quo eſt aliquid extremum Conna. li.1.c.10.n.6.

DIVTVRNVM ſilentium, vide l.1.C. de commun. rer. alienat. l.3. in princip. C. ſi maior factus alienan. &c. l.1. C. ſi aduerſ. creditor. præſcript.

DIVTVRNVM tempus, & diuturna poſſeſſio ad decennium referuntur inter præſentes, viginti vero inter abſentes: idque vulgo obtinuit l.1. ff de aqua, & aqua plu. arcen. l.10. ff. ſi ſeruis vindic. l.18. ff. de vſucap. l.7. & l. pen. ff. pro empto. l.1. C. ſi aduerſ. cred. §. diutina. Inſt. de vſucap. Briſſ.

DIVTVRNVM quid ſit, explicatur in l. diuturna, ff. de leg. & Inſtit. de iure nat. § ex nõ ſcripto. Alber. hoc aliquanto contractius eſſe putat longo tempore, tametſi videantur idem ſignificare tempus, citat §. emanſor l.2. de re milit. Spieg. Pra.

DIVVS Auguſtus, Claudius, Veſpaſianus, Titus, Nerua, Traianus, Hadrianus, Antoninus Pius, Pertinax, Verus, Marcus, Commodus, Seuerus, Antoninus, Caracalla, Claudius, Aurelianus. Hos Impp. in lib. noſtris Diuos appellari, teſtatur & demonſtrat ex ff & C. Briſſon.

DIVVS Mugellanos Iuriſconſultos, Bononiæ ius ciuile profeſſus eſt circiter annum 1300. Commentarios in eam diſciplinam complures ſcripſit, in quibus doctrinæ puritatem cum primis ſecutus traditur. Hotom.

DIXE. Aſconius, Moris fuit, quum ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborum, hanc ſibi neceſſitatem finiendæ orationis imponere, vt dicerent ad vltimum, DIXI: quod etiam ab vtraque parte oratione conſumpta, vt in conſilium dimitterentur, Prætor ſoleret pronunciare Dixerunt. Hæc ille. Vbi tamen Præco corrigendum eſſe docuit Hotom. in notis in Aſco. cuius ſententiam Fabius adiuuat, lib.10. Iudex in primatis. Præco in publicis dicere de cauſa iubet. Nam vt initio pronunciabat Dicite, ſic in extremo Dixerunt. Hotom.

D O.

Do, dico, addico: verba ſunt, quibus vniuerſa Prætoria iuriſdictio, quæ modo eſſet in iudiciis, continebatur. Quorum primum dandi iudicis ſignificabat poteſtatem: ſecundum iuris dicendi & ſententiæ ferendæ: Tertium iudicari faciendi & exequendi Cunna. lib.7.c.9.n.5. de his Ouid. lib. Faſt.1.

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

Dabat enim iudices, Recuperatores arbitros: dabat iudicia, actiones, exceptiones: dabat poſſeſſionem Dicebat ius, dicebat multam, dicebat viam in vindiciarum litibus Addicebat in ceſſionibus, in bonis conſtonetſis, in vindiciis. Itaq; in legibus antiquis finium regundorum apud Higynum ita legitur: Deq; ea re curatoris, qui hac lege erit, iuriſdictio, recuperatorumque datio, addictio eſto. Si curator hac lege non erit, tunc quicunq; magiſtratus in ea colonia iuridicundo præerit, de ea re iuriſdictio, iudicisque datio, addictio eſto. Cice. Verrina 3. Domus erat plena, noua iura, noua decreta, noua iudicia petebantur. Mihi det poſſeſſionem, mihi ne adimat, in me iudicium ne det, mihi bona addicat. Item: Simul in iure dicendo bonorum poſſeſſionumq; contra omnium inſtituta addictio & condonatio. Varro lib. de lingua 5. Dies faſti, per quos Prætoribus omnia verba ſine piaculo licet fari: contrarij horum nefaſti: per quos dies nefas fari Prætorem: Do, dico, addico: itaque non poteſt agi. Neceſſe eſt enim aliquo eorum vti verbo, cum lege quid peragitur. Hotom.

Do lego. Iabol. de ſtatulib. l. Stichum, Titio do lego, Paul. l.1. ad leg. Falc. Easque res quibusque dare legare vulet. Nun plus ſignificat, do, lego, quam ſi do ſolum, vel lego dixiſſet. Spieg.

DOARIVM Gallis quid ſit ex Baldoino ad §. fuerat antea, Inſtit. de act. patet. Sed (ait) præter emolumentum coniugalis ſocietatis, ſiue cõmunionis, tribuitur vxori ſuperſtiti, vſusfruc; certæ portionis bonorum mariti, quod Doarium dicimus, &c. Eſt autem Doarium apud Gallos aliud conſuetudinarium ſiue ſtatutarium, aliud conuentionale ſeu præfixum. Hoc legem accipit à contrahentibus, illud à lege vel ſtatuto: vtrumq; plerunque coniungitur, datorque alterutrius vxori electio, vide Cuia 2. feu. 9. Clar. 3. ſent. §. donariu. qu.11. Gotho. ad rub. C. de don. ante nupt.

DOCERE diſciplinam. Vide tit. de duobus ſacerd. generibus in leg. 12. Tab.

DOCERE, id eſt, oſtendere, ſeu apud iudicem probare, l.14. §. in hac. ff. quod metus cauſ. l. 51. ff. de inoff. teſtam. l.13. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. Sic docere de crimine, l. 2. Cod. ſi ex falſo inſtr. Docere de periurio, l.18. ff. de iureiuran. Docere dolum admiſſum, l.18. §.1. ff. de probat. Docere ſe circumuentum, l.7. §. nouiſſime, ff. de minorib. Briſſ.

DOCILIS, qui natura aptus eſt doceri, c. qui epiſcopus 23. diſt. Io. Bello. Etymol.

DOCTORES legum magiſtros appellari, adnotatum eſt etiam ab Alciato diligentiſſimo: putaque generaliter magiſtri nomine contineri Baccalaureos, Licentiatos, Doctores. Sicut athletæ trib. coronis, more Græciæ antiquo, inſigniri debebant, l.1. de Athl. ita in agone literario tres ſunt diſtincti gradus. Notandũ autẽ, quod DD. liberalium artium & medicinæ profeſſos, ciuitate Rom. donauit D. Cæſar. Hanc à principio parciſſime pop. Rom. dabat: lapſis deinde temporibus, latius hoc ius propagatum eſt, vt oſtendit tit. de Cenſibus. Spieg.

DOCTORVM in iure promotio, in vſu eſſe cœpit circa ann. Imperij Lotharij Aug. Saxonis, qui mandauit publice in ſcholis tractari Rom. leges: quas quum doctiſſimos quoſq; (quemadmodum in re noua fieri ſolet) amplecti viderent monachi, Scripturæ autem ſacræ cognitionem frigeſcere & contemni, præ ſtudio Iuriſcunſ. & ipſi quoque Theologici ſtudiis auſpicari cœperunt, atque exemplo Iuriſconſultorum, diſputationes ſcholaſticas de rebus ſacris inſtituerent. Mox quũ & apud illos Doctorũ numerus augeretur, editæ ſunt Conſtitutiones de Promotione, de numero annorum: & ſancitum eſt, vt de diuinis diſſerentes, non modo recepta ſcholæ decreta ſequerentur, ſed & vocabulis vterentur, & loquendi formulis in ſchola natis. Qua verò factum id ſit ratione, pulchre Rhenanus noſter recenſet in Ann. ad Tertullianum. Spieg.

DOCVMENTA dicuntur inſtrumenta, in auth. ſi quis, C. de edendo, & in l. in extraneos, 29. Cod. de dona. vel literæ publicæ, in c. quoniam contra ext. de probat. Propriè tamen documentum eſt id, quod nos docet, ſiue ex quo docemur. (Documentum enim formatur à præterito docui, verbi doceo, ſicut monumentum à præterito monui.) Saluſtius in bello Catilinario. Quarum rerum ego maxima hæc documenta habui, quod in bello ſæpius vindicatum eſt in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnauerant. Auctor.

DOCVMENTA idonea, l.29. ff. de vſufr. veriſſima, l.2. C. Vbi de ratiociniis. Briſſ.

DODRANS duæ partes è tribus cum duodecima valet vncias nouem, vt Theophilus ſcribit §. hæreditas, Iuſtit. de hæred. inſtit. Varro lib.4. de ling. lat. Dodrans ab vncia dempto quadrante. Prat. de dodrante vide & Cuiac. 8. obſeruat. 5. Gotho. ad leg. 6 in fin. princ. C. ad SC. Trebell. vbi dodrantem exponit pro vnciis octo.

DOGAS veteres Gloſſæ exponunt δοχὰς: quod quidem dugarum nomen à Græcia raptum videtur, quibus δοχαὶ vel δοχεῖα ſunt, quæ capacitati alicui parata ſunt, & capacitates ipſæ vel menſuræ: vt in Aureliano. Vopiſci; Facta eſt ratio dogæ, cuparum, nauium & operum Doga non vas, ſed capacitatem ſignificat, atque videtur eſſe vas, cui nomen ſimile lingua vernacula Botticulam habemus Prat. ex Cuia 9. obſeru. 26. vide & Goth. ad l. vinaria vaſa: ibi: dolia autem & ſerias, ff. de verb. ſig.

DOGMA eſt lex docens ſcientiam fidei, & eſt vera doctrina & omnium ſcientiarum viaticum, c. qui ſiue 26. quæſt. 2. gloſ. c. ſatis 96. Dicitur autem dogma ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, id eſt, puto, cenſeo, exiſtimo Latine placitum, decretum Droſæus in methodo Iuris.

Δόγμα, in l.2. ff ad Senatuſc. Vellcian. Decretum & Senatuſconſultum ſignificat, pro quo Modeſtinus in l. ἐὰν δύο. ff. de excuſ. ψήφισμα, dixit. Prat.

DOLABRVM, inſtrumentum, per quod ignis vel flamma in tignis recepta, quaſi dolando abraditur, ne progrediatur, l.3. ff. de off. præfect. vigil. Hinc præfectus vigilum cum dolabris ertate dicebatur, ad diruendas & demoliendas domos; vt ruina aliquatum incendium reprimatur, l.3. §. ſciendum, ff. de offic. præfect. Vigilum. Prat.

DOLARE, fabrorum verbum, cum materiæ complanatur aſperitas. Vnde Iuriſconſ. in l. fabri, de verb. ſig. Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat, qui tigna dolarent, ſed omnes qui ædificarent. Spieg.

DOLIVM, vas fictile eſt, vino atq; aliis rebus condendis aptiſſimum Vlp. de fun. inſtruct. l. inſtrumenta. Dolia, inquit, licet de ſolſa non ſint, & cuppæ. Idem de auro & arg. leg. l. dolia fictilia, quibus terra adfecta eſt. Hinc doliarius, qui facit dolia. Et doliarius, a, um, quod ad dolia pertinet. Paulus de Fund. inſtruct. l. taberna. Doliaria, inquit, vaſa, & ancones Nebriſſ.

DOLIVM, vas grande, quo vinum recunditur. Dolia ſingula, in l.1. §1. ff. de peric. & com. rei vend. l. dolia, de contrah. empt. Scribunt Iuriſconſul. vino legato cum vaſis dolia legata non eſſe.

DOLIA etiam Vlp. tradente, in alium vſum, quam vini habentur vt ſi tritico, vel pecunia impleãtur. Adfert exempla Alciat. in comment. ad l. vinaria vaſa, de verb. ſig. vide Cuiac. 9. obſeru. 36. & Goedd. in comment. ad l. vinaria vaſa, numero x.

Dolia

Dolia ſunt maiora vaſa, vinaria aut frumentaria, in cellis aut horreis. Briſſ. Spieg.

DOLIARIUM, non locus vbi dolia, ſed vas ipſum ampliſſimum & capaciſſimum; apud Caiũ in l. 3. 5. & 6. ff. de cont. empt. Sed & ſi ex doliario pars vini venierit, veluti metretæ centum, veriſſimum eſt antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere. Hoto. Cæterum doliarium, vt pleraque in arium nomina, repoſitorium ſignificat, in quo dolia reponuntur, l. vxorum. § In teſtamento, ff de leg. 3.

DOLIARE vinum, l. 1. § fi. ff. de peric. & comm. rei vend. quod adhuc in doliis eſt, & nouum eſt, ad diſcrimen vini diffuſi, vt ſcribit Turneb. argum. l. 15. ff. de tritic. vin. & ol. Patet autem ex l. 3. §. 1. & l. cui vinum, 6. l. vino 14. d. l. 15. & l. ſeq. eius tractatus conſeruari vina ſolita in doliis, quæ poſtea diffunderentur, hoc eſt transfunderentur in amphoras, cados, venales. Vini doliaris vendendi legem Cato in libro de re ruſtica c. 148. exponit. Vinum de dolio appellat Cic. in Bruto: Num igitur qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet? Appellat & vinum de cupa, vt in Piſonem: panis & vinum à propola & de cupa. Notandum autem à Plauto vocari anum doliarem, id eſt, ſuffarcinatam & præpinguem, tumidamq; & obeſam, credo de ventre doliorum tumidiore. Prat.

DOLON, eſt aut flagellum, intra cuius virgam latet pugio: aut ſecundum Varronem, ingens contus cum ferro breuiſſimo. Dolones autem à fallendo dicti ſunt: quod decipiant ferro, cum ſpeciem præferant ligni. Hæc Seruius Æneidos lib. 7. Vtitur autem hac voce Alfenus in l. ſi ex plagis, 52. §. 1. ff. ad l. Aquil. Ille flagello quod in manu habebat, in quo dolõ inerat, verberare tabernarium cœperat. Sic enim eum corrigendum eſſe locum, vbi antea DOLON legebatur, iampridem eruditi viri animaduerterunt: mihi quoque videor ſimile mendum animaduertiſſe in l. 1. §. 2. ff ſi quadrup. vbi Vlp. ſic ſcribit: Et generaliter hæc actio locum habet, quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit. Ideoque ſi equus dolore concitatus calce petierit, ceſſare iſtam actionẽ, ſed eum qui equum percuſſerit, aut vulnerauerit, in factum magis quam lege Aquilia teneri. nam DOLONE legendum eſſe, meo iudicio verba hæc oſtendunt. Sueton. in Claudio: Reperti & equeſtris ordinis duo in publico, cum dolone, ac venatorio cultro. Heſychius, Δόλωνας, inquit. ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα.

DOLOR atrocis iniuriæ, maritalis, iuſtus dolor, verus, inconſultus, Briſſ. ex ff & C.

DOLORIS impatiens, l. 2. C qui teſtam. fac. Impatientia, l. 38. §. vlt. ff. de pœnis, l. 3 § Qui autem, ff. de bonis eor. qui ante ſent. l. 34. ff. de teſtam. milit. Briſſ.

DOLUS alius bonus eſt, veluti quo à medentibus falli ægros, non tamen decipi, Lucretius Poëta teſtatur: alius malus, qui decipiendi tantum cauſa paratus eſt. Itaque Feſtus: Doli, inquit, vocabulo, nunc tantum in malis vtimur: apud antiquos autem in bonis vtebantur: hinc etiam dicimus, Sine dolo malo: nimirum quia ſolebat dici & bonus. Hinc & illud Sophoclis: καὶ γὰρ δόλῳ τοί μοι δίκαιον κτᾶσθαι τὰ ἐξ ὁμιλίας, Prat.

DOLUM bonum veteres etiam dicebant, & pro ſolertia accipiebant, maxime ſi aduerſus hoſtem latronemve quis machinetur. Ita inquit Vlp. in l. 1. §. non fuit, ff. de dolo, & conſuluit Corneus conſil. 53. in hac conſultatione, in 2. col. in 2. lib. & conſil. 6. in præſenti, col. 5. circa fin. lib. 3. Propterea Andr. de Iſern. ſummus Feudiſta, in c. 1. §. publici latrones, in fi. de pace tenenda, & eius violatoribus, commendat egregium factum Caroli Magni. Is cum intellexiſſet patrem & filium accuſatos de maleficio, nolle aliquid etiam adhibitis quæſtionibus conſiteri: probato quod alter eorum vere homicidium perpetrauerat, iuſſit ambos ſuſpendi. Ideo pater, cum iam ad ſupplicium ductus, videret nullam redemptionis ſpem, delictum faſſus eſt: & ita filium liberauit, & ſubdit Iſernia, Carolum feciſſe, prout legitur de Salomone 3. Regum c. 3. & in c. afferte mihi gladium, de præſumpt. de mulieribus inuicem certantibus de filio: & hunc Caroli dolum pro pulchro refert Andreas Siculus in commento l. eum acutiſſimi, col. 24. verſ. nec obſtat dum dicebatur, C. de fideicom. commendat etiam Iaſon in repet. l. ſi is qui pro emptore, in 30. col. ad fin. & ſeq. de vſucap. dicens eſſe valde notandum ad gloſſ. in l. vlt. vbi Bart. ff. de ſicariis, quæ vult, quod ſi non apparet, cuius ictu quis perierit, quod omnes teneantur. Tamen hæc gl. declaratur procedere, vt ſolum teneatur pœna arbitraria, non mortis, ſecundum D. Alexan. conſ. 13. viſo proceſſu in 3. col. verſ. & reſpondet lib. 1. cum his quæ ſcripſi infra in verbo, Mortuus qui. & hæc Caroli cautela non procedit inter extraneos, ſi verum eſt illud vulgatum, Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum. Cott.

DOLUS malus eſt ratio vafra, decipiens alium, alio nomina vacans. Dolum autem malum ex 12. tab. deſcendiſſe Ælius in Eunuchum admonuit: Gallus Aquilius apud Marcum Ciceronem. 3. Officior. qui primus de dolo malo formulas protulit, dolum malum definiuit, cum eſſet aliud actum, aliud ſimulatum: Eaque definitio Marco Ciceroni in tantum placuit, vt ſcriberet Offic. lib. 3. hoc quidem ab Aquilio collega ſuo ſane luculenter dictum eſſe, & ab homine perito definiendi: adeo quidem vt adiicere non ſit veritus idem Cicero, omnes aliud agentes, aliud ſimulantes, improbos & malitioſos eſſe. Eodem tempore habuit & alium collegam Gallus Aquilius in hac ſua doli mali definitione, nempe Seruium Sulpitium: Hic cum animaduerteret definitioni, quam primus excogitauerat de dolo malo Gallus Aquilius, latens quoddam ſubeſſe vitium, quod nec ab Aquilio ipſo, nec etiam à Cicerone deprehenſum facile rem definitam ſubuertere poterat: vir prudens & amici & collegæ honori conſulens: non in eam acerbius quid meditatus eſt, ſed eam adiecta quadam neceſſaria clauſula aduerſus quorundam deriſorum peruicaciam muniuit. Conſiderans enim Seruius, Poſſe & ſine ſimulatione id agi, vt quis circumueniatur, poſſe & ſine dolo malo aliud agi, aliud ſimulari, ac per hoc definitionem Galli omnino ſubuerti poſſe: dolum malum machinationem eſſe quandam ſcripſit, alterius decipiendi cauſa. Ea enim vera eſt & abſoluta doli mali definitio, quam tamen honore & ſingulari quadam erga amicum beneuolentia, iis verbis temperauit, quibus in dolo definiendo Gallus Aquilius vſus erat: interim non ignorans, ea verba eſſe ſuperuacanea, nec aliqua ratione ad ipſam definitionis ſubſtantiam pertinere. Quod cum tandem deprehendiſſet Antiſtius Labeo, pro ea qua præditus erat plurimarum rerum innouandarum auiditate (teſte Pomponio) id facere non dubitauit, quod amico parcens Seruius attentare non fuerat auſus: nimirum definitioni doli mali à Seruio traditæ detrahens ea verba, quibus integra Galli definitio antea concepta fuerat, & ſic in effectu non Seruij, ſed ſolum Galli definitionem reprehendens, & abolendam cenſens: eaque vera ſententia eſt l. 1. §. 1. de dolo malo. Hæc cum non animaduertiſſent recentiores quidam Interpretes, perſuadere conati ſunt hæc verba: Machinationem alterius decipiendi cauſa, quæ Seruio tribuit Vlp. d. §. 1. ſuppoſititia eſſe, & ex margine ſumpta videri, interim non conſiderantes, iis, quæ auferenda eſſe cenſent deletis, verba reliqua non ipſi Seruio, ſed Gallo Aquilio potius tribui debuiſſe. Siquidem eorum verborum tam manifeſtus eſt author Gallus Aquilius, vt putidæ & intolerabilis negligentiæ inſimulandus veniat Vlp. ſi id adſcribere Seruio non dubitauerit, quod omnes norunt ſoli Gallo acceptum ferendum eſſe. Hæc Ræuar. l. contractus quidam, ff de reg. iur. Et hinc apparet, quam inutilis ſit interpretum diſtinctio inter dolum verum, & dolum præſumptum. Nam omnis calliditas, ad lædendum alterum contra ius adhibita, eſt vere dolus malus. Et omnis dolus malus eſt præſumptus, quia non niſi præſumptione, & iudiciis, probari poteſt, d. l. 1. §. dolum malum, l. dolum, C. de dolo mal. Quamobrem IC. promiſcue vti ſolent his verbis, dolo facere videtur, &, dolus eſt l. ſi procuratorem. ff. mandati. Dolo autem, inquit, Vlp. facere videtur. Et, l. dolus eſt, ibid. Dolus eſt, ait, ſi quis nolit perſequi quod perſequi poteſt. De qua doli veri & præſumpti differentia nonnulla etiam annotauit Corraſ. lib. 4. Miſcel. cap. 1. Simili ſeuitate diſputant: vtrum dolus ſit crimen? cum vtique non poſſint inficiari, dolum eſſe fontem omnium plane criminum: imo ſine quo crimen cenſeri non ſoleat, l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſicar. Ideoque Iuriſconſulti dolum malum appellant crimen, l. 1. ff. de fideiuſſoribus tuto. Litem exigit, ff de dolo mal. l. 1 §. plane, ſi ex dolo, ff. de tutel. & rationibus diſtrah. l. more crimen, in princip. ff. de re milit. Oldend. Prat.

DOLUS malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, l. 1. §. dolum malum, ff. de dolo mal. Quam definitionem excutiamus. Pro genere ponitur calliditas, ſicut & fallacia & machinatio. Et aliquando ipſa res in ſe dolum habet, l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obligat. [Ad decipiendum alterum.] Atque hæc eſt differentia doli mali propriiſſima, per quam diſtat à culpa. Quoties enim ad hoc deſtinatur calliditas, vt alter deceptus lædatur contra ius, toties eſt dolus malus vere admiſſus. Ideoq; ſcribit Vlp. in l. 1. in prin. ff. de dol. mal. Qui aliis obfuerint calliditate quadam. Imponitur autem alteri occulte, hoc eſt, ita vt non intelligat malitiam lædentis, & ne quidem aliquando poſt acceptum damnum, duobus modis. Alias enim verborum adulationibus expeditur dolus, & tunc appellatur fallacia, Varroni à fando: alias vero factorum technis, quam machinationem vocant. Vtrunque procedit ex recondita animi corrupti malitia, aduerſus ſimpliciores, nihilque mali ſuſpicantes, lucri turpis gratia. Quocirca Vlpian. Ne vel illis, ait, malitia ſua ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas damnoſa. Experimur enim quotidie hominem homini lupum eſſe. Quo igitur occultior eſt calliditas lædendi, eo perniciοſior eſt dolus, nempe quod nullum eſt execrabilius malum, quam quod ſub aſpectu latet. Id enim cum prouideri non poſſit, facilem habet nocendi ſucceſſum. Prat.

DOLUS MALUS ABERIT, ABFUERIT, verba generaliter comprehendunt omnem dolum, quicunque in rem aliquam admiſſus eſt, ita Vlpian. l. hæc verba, 69. Digeſt. de verbo ſignific. Prat.

DOLVS præteritus, dolus ante litem conteſtatam admiſſus, l. nec vllam, §. is autem qui, l. ſed etſi lege, §. etiamſi ante, ff. de pet. hæred. Dolus compenſatur dolo, ex hoc edicto, ff. de eo per quem fact. Hoc verum eſſe intellige, cum in delicto neutra pars excedit. Sed tum verior eſt ille: Qui delinquit prior, maius delictum admittit. Prat.

DOLVS malus, fallacia, & fraus coniungi ſolent, l. 45 & 51. ff. pro ſoc. l. 48. ff. de diuer. reg. iur. Et dolus callidum conſilium dicitur, l. 7. §. prætor ait, ff. de publ. & machinat. l. 36. ff. de verb. obligat. Prat. ex Briſſ.

DOLVS & fraus an differant, fruſtra quæritur, cum extent apertæ ſanctiones, l. hæc verba, de verb. ſign. l. fraudis, de reg. iur. Quicquid enim non eſt ex bona fide, id neceſſario venit ex mala fide. Mala autem fides eſt dolus & fraus, l. ſi dolo, C. de reſcin. vendit. Sunt tamen, qui hoc modo diſtinguant, dolum fieri, alterum circumueniendi cauſa. Fraudem proprie dici, etiamſi decipiendi conſilium non adfuerit, ſed is, qui deceptus eſt, à ſeipſo, vel ex euentu fraudatus ſit. Dolum item in faciendo, fraudem in verbis dicunt, à φράζειν, quod eſt loqui Alciat. de verb. ſig. Dolum etiam clam, fraudem palam committi voluit. §. dolo, l. iuriſgentium, ff. de pactis. Old. Prat. Adde Brerhæum l. aliud. in tit. de verbor. & rer. ſignif. Plura de differentiis doli & fraudis, vide eleganter apud D. Gœdd. ad l. 139 n 5. 6. ff. de verb. ſig.

DOLVS & culpa ſæpiſſime ponuntur pro eodem. Nam culpa nomen generis eſt, quod continet quicquid doloſe peccatum eſt & malitioſe, vt cum dicimus, nihil in vita nobis præſtandum eſſe præter culpam. At qui paritie & diſtincte loqui volunt, dolum ſceleri tribuunt: Culpam vero imprudentiæ. Ille, vt verbis Bart. vtamur, in faciendo eſt, hæc non in faciendo. Donatus ad illud Terentii in Heyra: Non mea opera, neque pol culpa euenit. Opera eſt, inquit, ſi ſcientes læſerimus, culpa, ſi neſcientes, quorum alterum ſceleris, alterum ſtultitiæ eſt, Connan lib. 7 c. 4 n 7. & vide ſupra in dictione, Culpæ.

DOLI mali ſpecies ſunt, Calumnia. Præuaricatio, Tergiuerſatio, Cauillatio, Calumniari, eſt falſa crimina intendere. Præuaricari, vera abſcondere. Tergiuerſari, in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere, l. 1. in princ. Et §. 1. ad Senatuſconſ. Turpill. l. 1. ff de præuaricato. l Si eluitur in prin. ff. de verb. ſig. Cauillari, eſt falſis diſputationibus imponere. Iulianus, Ea, inquit, eſt natura cauillationis, quam Græci σωρείτην ſeu σωρίτην adpellant, vt ab euidenter veris, per breuiſſimas mutationes, diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur, l. Ea eſt natura, ff de reg. iur. Exemplum eſt in l. Qui quadringenta, in princ. ff. ad leg Falc. Old. Prat.

DOLVS malus ſæpe procedit ad aliquod maleficium nominatum, veluti, furtum, homicidiū, periurium, falſum. Aliquando producit factum crimnoſum, quod tamen ſpeciali nomine non eſt ſignificatum. Et ideo dicitur Stellionatus, vt extant Tit. de criminib. nominatis, & probatur l. 1. ff. Stellions. Plerunque vero dolus affert læſionem, nullo tamen facto, quod criminaliter accuſari poſſit, ſicut in cōmerciis hominū, aliiſque modis fieri ſolet. Et tunc retinet doli appellationem, vt in tit. ff de dolo mal. & de dolo mal. & met. except. Old. Prat.

DOLI mali. effectus ſunt: I. Omnis dolus malus legitimis probatus iudiciis, eſt famoſus, vel ſaltem quaſi infamiam apud bonos viros irrogat, l. 1. ff. de his, qui not. infam. De dolo, ait Iulianus, & fraude ſuo nomine damnatus, pactáſve erit, l. pen. C. de interdict. matr. inter pupil. & curo. & ſic accipienda eſt lex 2. ff ſtellione II. Contractus bonæ fidei per dolum præcedentem, ipſo iure vitiatur, l. & eleganter, in prin. ff. de dolo mal. l bona fides, ff depoſit. Stricti vero iuris per exceptionē reſcinditur, l. pen. C. de inutilib. ſtipul. III. Dolus malus facit ceſſare quodcunq; priuilegium, l. 2. §. verba itaque, ff. ad Senatuſc. Vellei. Fraus enim nemini debet patrocinari, imo punienda eſt, l. verum eſt, §. tempus autem, ff. pro ſoc. leg. tranſactione, C. de tranſact. IV. Nullum mali genus eſt, quod maiorem humanæ ſocietati peſtem inferat, quam dolus malus. Cic. lib. Offic. 1. Semper autem, inquit, in fide, quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum. Et paulo poſt: Cum autem duob. modis, id eſt, aut vi, aut fraude fiat iniuria: fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur. Vtrunque alieniſſimum ab homine, ſed fraus odio digna maiore. Totius iniuſtitiæ nulla capitalior eſt quam eorum, qui tum, cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni eſſe videantur. Old. Prat.

DOLI capaces, Pontificio iure cenſentur ſeptennio, maiores, noſtro iure, maſculi, decem annos, ac ſex menſes nati: fœminæ, quibus ad nouem ætatis annos ſemeſtre acceſſit: tunc enim cenſentur pubertati eſſe proximi, leg. impuberem, ff. de furtis, l. 1 & ibi per gloſ in fin. C. de donat. leg. pupillum, ff. de donat cum ſimil. Spieg Prat.

DOLI clauſula, pars illa ſtipulationis, qua dolum abeſſe abfuturumque comprehendimus, l 22. l. 53. l. 119. l. 121. l. 135 §. vlt. ff. de verb. obligat. Complectitur autem quicquid contra bonam fidem, & æquitatem fit. Dolo enim facit, qui contra bonum & æquum aliquid facit, leg. qui æquitate, de exce. dol. Quæ tamen ſpecialiter excepta ſunt hac clauſula non continentur, l. 22 §. ſi in ſtipulationem, ff. rem rat. haberi. Huius mentio fit. l. 4 §. in ſtipulatione, ff. de doli except. l. 22. in fin. ff. de re iud l. 1. in pr, & l. 3. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. l. 19. ff. de iud. ſolui, & l. 45. ff. de hær. petit. l. 38. ff. de recept. qui arbitr. Quæ & clauſula de dolo malo appellatur in l. 13. §. illud, de acceptilat. l. 21. § habet, ff. de nou. oper. nunt. l. 19. ff. rat. rem haber. l. 6. ff. iud. ſolui. Et doli ſtipulatio in l. 121. in fin. ff. de verb. obl. Cæterum in l. 30. ff. de pecul. doli clauſula appellatur adiectio illa quæ actioni de peculio additur, ET SI QVID DOLO MALO DOMINI ACTOR CAPTVS FRAVDATVSVE EST. l. 36. in fin. ff. eod. tit. Briſſ. etſi autem doli clauſula generalis eſt, & ea complectitur, quæ contra bonam fidem fiunt: tamen Iulianus in l. ſtipulationes commodiſſimum, ff. de verb. oblig. conſulit, vt ea non ſimus contenti, quod magnam incertitudinem continet. Itaque conſultius eſt ea nominatim exprimere, quæcunque ſpecialiter comprehendi poſſunt, deinde ſubiicere doli clauſulam, quæ inter eos caſus generaliter complectatur, l. doli. 119. ff. de verb. oblig.

DOLOSE fecere, l. 3. ff. ſi menſor falſum modum. l 9 §. ſi quis rem, ff. ad exhibendū, l. 2. §. generaliter, ff. de doli except. verſatus l. 3. §. vnde Celſus, ff. de mino. l. 25. §. de eo, ff. de hær pet. Briſſ.

DOMANS equitium, l. 12 §. equitii, ff. de vſu & habitat. Briſſ.

DOMESTICA furta vocant, quæ ſerui dominis, vel liberti patronis, vel filii parentibus, vt mercenarii his apud quos degunt, ſubripiunt, l. reſpiciendum, §. furta, ff. de pœnis, Spieg Prat. Briſſ. Sed ex tali furto, furti actio non naſcitur, §. hi qui. Inſtit. de priuat. delict. Quod tales perſonæ, ob rerum communionem furtum facere non intelligantur: Quamvis extraordinaria pœna puniri poſſint.

DOMESTICA teſtimonia in teſtamentis, non ex cognatione, ſed ex vnione coniunctionéque, quæ per patriam poteſtatem contingit, æſtimanda ſunt, § pater, vbi Theoph. Inſt. de teſtament. Briſſ.

DOMESTICA cautio, pro priuata ſeu chirographo, l. 3. ff. de iure fiſci, l. 13, ff. de leg. 1. Briſſ.

DOMESTICÆ perſonæ, recenſentur coniuges, ſiue pro marito vxor, ſiue pro vxore maritus teſtis eſſe velit: item concubinæ, item homines liberi, qui operas ſuas nobis mercede locant, quique alia ex cauſa ob imperium noſtrum, poſſunt à fide diuerti, maximéque ii, qui à manibus ac pedib. nobis ſunt, aliaque viliore officia ſuſtinent, l. idonei, ff. de teſtibus. Spieg.

DOMESTICI, qui ex eadem domo ſunt, & nobiſcum habitant. Vide C. de his, qui ad eccl. confug l. præſenti, §. ſane, & ibi an gl Bart. & Bald. in d. §. furta Spieg.

DOMESTICI iudices. Vide, Aſſeſſores dicuntur. Spieg. Dicuntur etiam domeſtici, qui cum ipſis iudicibus habitant, vulgo Cancellarios, grapherios vocamus. Droſæus in methodo iuris.

DOMESTICOS in l. 1. §. 3 C. de contract. iud. interpretatur ibid. Goth, iudicum ſuppoſitas perſonas, per l. 5. C. ſi cert. pet. leg. vnic. C ſi rector prouinc.

DOMESTICVS princeps. Vide Silentiarius.

DOMESTICVS teſtis, vbi quis ipſe ſeſe laudat, quaſi domi teſtem habeat, non aliunde adductum. Huic autem teſtium generi quam minime fides haberi ſolet, ac legibus ceu ſuſpecti reiiciuntur. De teſt. Paulus ait, Teſtes quos accuſator de domo produxerit, interrogari non placuit. Imper. l. 3. eod. tit. Etiam, inquiunt, iure ciuili domeſtici teſtimonii fides improbatur. Eraſ. in Chiliad. indicat, Ciceronem alicubi domeſticos teſtes appellaſſe, propinqua cognatione iunctos, puta parentes, liberos, fratres, patruos, ſoceros, generos, &c. l. 3. Cod. de teſtib. l. 4. ff eod. Prat.

DOMESTICVM autem teſtem non tantum eum dici, qui in eadem domo habitet, ſed & qui eiuſdem familiæ, gentis, & agnationis ſit, tradit Duaren. lib. 1. anniuerſ. diſp. c. 28. vt puta pater & filius, l. 5. & 6. ff. quod cuiuſque l. 1. C. de eod. propinqui libertus, patronus, ſeruus, dominus, mercenarius, & is apud quem quis degit, l. 11. § 1. de pœn. Duar. ibidem fratrem ea voce contineri putat, etiamſi alibi moretur. Ranar. 2. variar. & domeſtici vocabulo intelligit eum, qui in accuſatoris poteſtate eſt, l 6. & 9. ff. de teſtib. l. 20. qui teſtam. Cuiar. ad l. 25. cod. domeſticum intelligit, qui in eadem domo habitat; quod Græci dicunt οἴκοθεν ὁ μάρτυς, ex Luciano conſtare, non eſſe domeſticum, ſed eum qui aduerſus ſemetipſum teſtimonium dixerit: vide Goth. ad l. 24 ff de teſtib. Connan. lib. 9. c. 3. nu 4. Domeſticum teſtimonium dictum ſcribit ab iis qui ſunt ex familiis Theop. [illegible], id eſt, domeſticum teſtimonium non ex conſanguinitate, ſed ex vnitate ſubiectionis ſcripſimus, id eſt, ratione ſubiectionis, qua vnum efficiuntur. Huiuſmodi teſtem qui de domo accuſatoris producitur, Cicero mutum accuſatorem vocat in oratione pro Roſc. Amer. Græcis οἴκοθεν ὁ μάρτυς dici ſolet: Adde Brech. l. ſerui. in tit. de verb. & rer. ſign. 4.

DOMESTICI in rub. & l. 1. & 2. C. de domeſt. & protect. lib. 10. dicebantur, vt vult Suidas, οἱ τῶν Ῥωμαίων [illegible], qui domi, non in acie protegendi lateris, ſacri ſolicitudinem patiuntur; & quod ait l. 8. C. Th. de domeſt. familiarius militant.

& ſunt

& ſunt domeſtici procuratores. Sed fuere tamen ex iis alij pedites, alij equites, l. vlt. Cod. de domeſt. & procur. De iis ſic Caſſiodorus in formol. Inter protectores & domeſticos ſacram purpuram adoraturus accedat: quod & conſtituitur, l. 1. Cod. eod. tum vt ſalutandis etiam & oſculandis vicariis præf. prætorio, ac multo magis præſidibus admittantur. At qui in acie protegere latus Principis ſolebant, Protectores dicebantur, de quibus ſuo loco. Prat.

Domesticorum tum equitum, tum peditum ſchola erat cui Comites præerant, viri illuſtres, à quibus Domeſtici regebantur, Marcellino lib. 18. & 26. Treb. Pollio in Numeriano. Prat.

Domesticus ſcholarum Niceph. lib. 7. hiſt. eccl. c. 18. Zonar. tom. 3. Annal. Briſſ.

Domestici præſentales, l. 6. Cod. de aduoc. diuerſ. jud. l. vlt. C. de domeſt. & protector. id eſt, obſequio Principis diuturn deputati, l. 13. Cod. de re milit. Gothofr. ad leg. cum propitia 5. ibi. ſed etiam de præſentibus. Cod. de off. magiſtr. milit.

Δομεστικὸς μέγας, in aula Conſtantinopolitana, Vt docet Gulielm. Tyrienſis pontifex lib. 2. belli ſacri c. 5. de Alexio loquens. Hic à Domino Nicephoro qui tunc in ſceptris agens principabatur, plurimum honoratus, & Megadomeſtici dignitate (quem nos majorem Seneſchallum appellare conſueuimus) fungitur officio Briſſ. Prat.

Domesticum ſunus familiare, pro eodem, l. 2. ff. de in jus voc. l. 4. ff. ſi quis caut. Prat. Briſſ.

Domicilium, eſt domus poſſeſſio in ea ciuitate, in qua ciuis cenſetur, & ſæpius commoratur. ff. ad munic. per totum. Prat.

Domicilium ibi quis habere intelligitur, vbi larem rerumque ac fortunarum ſummam quis conſtituit, vnde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil vocet, & vnde, dum profectus eſt, peregrinari videtur, l. 7. C de incol. lib. 7. Sic interpretabimur in l. 19. §. 1. & l. 50. ad fin. ff. de judic. Plane ſola domus poſſeſſio, quæ in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit, l. 17. §. ſola ff. ad municipalem. Sed nec domicilium quis ibi habere intelligitur, vbi ſtudiorum cauſa habitat, niſi decem annis tranſactis, eo loco ſibi ſedem conſtituerit, l. 5. §. domum, ff. de injuriis, l. 2. C. de incol. lib. 10. Hotat. Lucius de priuil. ſchol. priu. 9. Iacob. Menoch. 2. arb. jud quæ. caſ. 86. num. 4 & per tot. Gœd. ad l. 190. num. 5. de verb ſign. Briſſ. Ergo Alfenus l. 203. de verb. ſign. ſcribit: Domum eam vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutionem feciſſet. Item Cicero pro Archia: At domicilium Romæ non habuit is, qui tot annis ante ciuitatem datam ſedem omnium rerum ac fortunarum ſuarum Romæ collocauit. Prat.

Domicilium ibi videtur miles habere, vbi meret, ſi nihil in patria poſſideat, l. 23. in fin ff. ad municip. Briſſ.

Domicilium non habere intelligitur ſtudioſus, in eo loco, vbi ſtudiorum cauſa habitat, niſi decem annis tranſactis eo loco, ſibi ſedes conſtituerit, l. 5. §. domum, ff. de injur. l. 2. C. de incolis, lib. 10 Briſſ.

Domicilium in vrbe retinent Senatores, etiam vbicunque morandi poteſtatem impetrauerint, l. 22. §. ſenatores, ff ad munic. Prat. ex Briſſ.

Domicilium amiſſi mariti ſequitur vidua, quæ ſe aliis nuptiis non junxit, d. l. 22. Briſſ.

Domicilium & in domo propria, & in aliena, vtputa conducta habere poſſumus, l. 1. § domum, ff. de injur. Prat. ex Briſſ.

Domicilium ferre, dict. l. 28. §. municipes, eſt conſtituere, & transferre. Prat. Briſſ.

Domicilium non nuda conteſtatione, ſed re & facto transfertur, l. 20. ff. ad municip. Prat. Briſſ.

Domicilium patroni manumiſſoris ſequuntur liberti, eorumque filij, l. 6. in fin, l. 22. ff. ad municip. Relegatus in eo loco in quem relegatus eſt interim neceſſarium domicilium habet, d. l. 22 §. relegatus Habere tamen & eo loci, vnde arcetur, poteſt, l. 27. in fin. eod. tit. Si quis inſtructus ſit duobus locis, æqualiter & vtrobique ſit deſtinato animo, l 6. §. pen. l. 27. §. Celſ. eod. tit. Filiusfam. non vtique domicilium ibi habet, vbi pater: Originem enim ejus, non item domicilium ſequitur: ſed vbicunque domicilium collocarit, l. 3. l. 4. & 6 §. 1. ff. eod. Briſſ.

Domicilium ſuum in aliquam regionem conferre, l. 158 §. in col. de verb. ſign. transferre, l. 5. §. cauſæ, ff. de tranſact, l. 1. C. de incolis, lib. 10 Briſſ.

Domina ſanctiſſima, ſcio te de amicis meis curaturam, ne quid his deſit, veruntamen & Marco dari octingenta, Scæuola reſpondet in l. Titia hærede, ff. de ann. legat. Spieg.

Domina vxor. Quære, Vxorem appellat.

Dominationem interponere dicitur, non qui pro fructuario, aut poſſeſſore, aut patrefam. ſed qui ſe pro proprietario gerit, Cujac. 10. obſ. 16. Gothofr. ad l. duo fratres, 78. in fin. ff. de aequ. vel omit. hæred.

Dominatio pro dominica poteſtate vſurpatur à Triphon. de cond. indeb. l. ſi quod, vt enim libertas, ait, naturali jure continetur, & dominatio ex gentiũ jure introducta eſt, &c. Notum dominatum & dominationem in eadem re dici. Aſperæ dominationis quis ſit exitus, memorabile habetur exemplum in l. 1. ff. de orig. jur. § & cum placuiſſet. Dominationis quoque fit mentio in l. 78. in fin. ff. de aeq hær. & apud Feſt Regalia exta, inquit, appellãtur, quæ potentib. inſperatum honorem pollicentur: priuatis & humilib. hæreditates, filiofamilias dominationem. Prat. Dominatio etiam pro dominica poteſtate Briſſ.

Dominationas ſcribere oportet in l. vlt. C. de cenſitorib & peræquatorib. vbi nunc donationes vulgo legitur. Quod vitium ſcripti codices cum impreſſo Theodoſiano conſentientes, arguunt. Porro in ea leg. Tribonianus quatuor menſes ad duos ab Honorio & Theodoſio tributos, addidit. Briſſ.

Dominium eſt jus ac poteſtas re quapiam tum vtendi, tum abutendi, quatenus jure ciuili permittitur, nam, vt ait Imperator, rei ſuæ quiſque arbiter ac moderator. Atque hoc vnum eſt, quo differt vſusfructus à ſolido dominio, tametſi Cicero Iudeos ad Curium ſcribat, id cujuſque eſſe proprium, quo quiſque vtitur ac fruitur Vſus enim in vſufructu eſt, non abuſus vt ipſe idem in Topic declarat: at vero vſusfructus pars dominij eſt: vt ait Paul. l. 13 de vſufr. Diximus autem: Quatenus jure ciuili permittitur, vt cum eos, qui vſumfructum non habent, tum eos, quibus alienare non licet, exciperemus: de quibus tit. eſt lib. Inſt. 2. tum etiam ſuperficiarios, & emphyteutas: quibus non directa, ſed vtilis actio jure ciuili datur, l. 1. ff. ſi ager vectig. l. 1. ff. de ſuperfic. Hotom.

Dominia antiqui appellarunt conuiuia, non omnia, vt putat Marcellus, ſed quæ domi celebrabantur, & dominus is erat, qui conuiuium exhibebat, aut fortaſſe is apud quem conuiuium celebrabatur. Nam Lucilius Satyr. 3. Primum dominia atque ſodalitia omnia tolluntur, dominia videtur diſtinguere à ſodalitiis, quod illa domi à priuatis, hæc publicis & ſolennibus in locis à ſodalitatibus, aut magiſtratibus præbeantur. Connan. lib. 10. cap 5. n. 7. Sic & eodem loco idem, dominium, de quo inferius, dictum putat à domo, quia non fuerit olim amplius latiuſque dominium, quam quod domus habitationiſque noſtræ finibus contineretur: & quaſi qui domui præſit, ejuſque imperium obtineat, cum ei familiam omnem parere oporteat, is vere dominus ſit, tanquam domus moderator, atq; imperator. Sic enim idem penes has dictiones referre indicat Cicero, cum dominos rerum omnium, & moderatos ait eſſe Deos, lib. 2. de ll. Et animum, vt Dominum atq; imperatorem obedienti corpori à Deo præfectũ, in li. de vniu. Comprobantur ea Vlpiani definitione, in l. pronunc. ff de verb. ſig. qua hũc patremfa. eſſe finit, qui in domo dominiũ habet, h. e. præminentiam, inquit illic. Ale aut ſi Latinus manis, moderandi arbitrium & poteſtatem. Quo fit, vt cum abſolute dominij mentio fit, ad domus dominum apud antiquiores illos authores referri comperias, vt in eo, quod à Cic. li. offic. dictor, non domo dominum ornandum, ſed magis domino domũ ornandam eſſe. Inde quoq; dominandi imperandiq; actus, dominatio dictus eſt. Tametſi in eam partem ſæpius trahatur, vt nimiã potentiã, duriuſq; & grauius imperiũ, ac ſæpius tyrannidẽ deſignet Dominatus autem dictio vtrunq; ſignificat, tã dominationis actum illum, quam imperãdi, dominandiq; poteſtatem: quæ eo ſenſu à Cicerone ſumitur, vt id ſignificet, quod ex Vlpiano dominij vocem propriè ſignificare diximus. Cũ autem inter regni & ciuitatis adminiſtrationem, & familiæ moderãdæ rationẽ ſimilitudo tanta ſit, vt Plato hæc multitudine tantũ, & paucitate differre exiſtimauerit, non ſpecie, quod tamen Ariſtoteles refellere conatur lib 1. Pol. effectum, vt qui imperandi jus in ciuitate haberent, & quib. populi ſubeſſent, domini dicerent. Sic Romanos rerum dominos vocat Virgil. ſic dominum Æneam; ac tandem frequens adeo ea dominij vox in principibus compellandis eſſe cœpit, vt non alia appellatione eos affari poſterioribus temporibus licuerit, vt vbique Plin. nepos, Traianum dominum vocat, nec tamen ea præfatione addita Plinius auunculus Veſpaſianum alloquitur. Sic Antonium dominum vocatum refert Marcell. in vlt. ff. de his quæ in teſta. del & Voluſ. Metian. κύριον βασιλέων. Vnde dominium ſignificat illud jus, quo rem facimus noſtram, nobiſque propriam. Poſſeſſio in detentione & occupatione rei ſpectatur, illud in jure, quod habemus de ipſa, vt volumus libere diſponendi, poſitum eſt hæc in jure rei, & detentione magis verſatur: ipſa quidem dominio prior & antiquior, ſi rerum originem aſpicias, ſed juris ordine authoritateque poſterior. Initio enim gentis humanæ à poſſeſſione ortum eſt jus dominij, vt quicunque in vacua veniſſent, ſola occupatione conſtituebantur domini rerum locorumque, quos primi cepiſſent. Iureconſulti ergo Dominium ſic definiunt. Ius de re aliqua corporali, plene ac libere diſponendi, extra quam ſi quid lege prohibeatur: (vel eſt jus de re corporali perfecte diſponendi aut vindicandi, niſi lex vel conuentio obſiſtat, Mynſ. ad rubr. Inſtitut. de rer. diuiſ. num. 4 Bart. ad l. ſi quis vi, §. differentia, num. 4. & 5. de acquir. poſſ. & ibid. Iaſon. Alexand. & alij, vide D. Gœdd in comment. ad leg. 49. numer. 7. de verbor. ſignificat. eleganter de dominio differentem.) In priore definitione jus diſponendi, idcirco dicitur, quia li-

cet pignus vel hypothecæ Iur in rem ſit, l.pignoris, de pigno. quia tamen creditor diſponere non poteſt de re pignorata, non recte Dominus appellatur, l.pignus, C.de pignor.act. Dicitur, plene, ac libere, quoniam tametſi Tutor & Curator aliæque ſimiles perſonæ procurationem habeant & diſpoſitionem alienarum rerum, leg.interdum, §. qui tutelam, ff.de fur. plenam tamen & liberam non habent (l.qui fundum, §. ſi tutor.ff.pro empt.) quod dominorum proprium eſt, l.in re mandata, C.mandati. Dicitur de re corporali, quia quamvis is, qui ſeruitutem habet, de ea pro arbitrio diſponere non prohibeatur, dominus tamen non eſt, cum traditio, qua dominium acquiritur, in res incorporales non cadat, l.ſeruus, §. Incorporales, ff.de acquir.rerum domi. Extrema definitionis verba, propter eos dominos adjecta ſunt, quibus bonorum adminiſtratione Lex interdicit, & alios hujuſmodi, leg.is cui bonis, ff.de verbor.oblig. & Inſtit.quibus alien. non licet, lib.2. Porro dominium vnicum eſt numero & ſubſtantia, l. 14. §. 2. ff de except.rei qualitates tamen habet diuerſas, Gothofr. ad l.10.C. de pact. Dominium vulgo partiūtur Accurſiani in directum & vtile: quæ verba ab ipſis conficta ſunt, nec apud veteres vſquam leguntur. Sed vt rem ipſam percipiamus, quam hac nouitate verborum exprimere & docere voluerunt, ſciendum eſt, Ius quoddam aliquando reperiri dominio proximum, quale eſt exempli cauſa, Ius Emphyteuticum, propter quod datur actio in rem vtilis, ſicut directa ob verum dominium competit § namque, Inſtit. de act. l. prima, ff ſi ager vectig. vel emphyteut. l.1 ff.de ſuperficiebus Et quia per abuſionem hoc jus nonnunquam ſimpliciter Dominium appellatur, l.poſſeſſiones, C.de fund.patr ne vnius atque ejuſdem rei duo in ſolidum Domini eſſe dicantur, contra rationem juris, leg. ſi vt certo, §. ſi duobus, ff. commod. duplex conſtituerunt Dominium: quorum vnum Directum, ab actione directa, quæ pro eo datur: alterum vtile, pro quo videlicet vtilis actio competit, appellatum, nota in leg ſi quis vi §.differentia, de acquirenda poſſeſſione. Sed & alias in jure inueniri dominij ſpecies, indicat Alciat.in Pareg. Quoddam enim dominium eſt [illegible], id eſt in ſpe, vt cum in l.in ſuis, de lib.er.& poſthum. filius fam. rerum paternarum dominus vocatur: vnde & ſui hæredes dicuntur, tanquam ſibi ipſis ſuccedant, erant enim viuente quoque parte quodammodo domini. Aliud eſt dominium, quod [illegible], id eſt, per anticipationem dicere poſſumus: vt cum mulier rei ſuæ in dotem traditæ domina dicitur, l.in rebus, Cod. de jur.dot. Aliud eſt dominium, quod vidua habet, quam maritus relictis liberis, decedens in teſtamento juſſit eſſe dominam vſufructuariam, adminiſtratricem (dominium enim illud [illegible], & imaginarium eſt) eam ſolum in domo præeminentiam cōſecuta, quam viuente marito habebat: ideoq; ad alimenta tātum contrahitur: eſt igitur & hoc dominiū [illegible]. Aliud eſt, quod ſummum, ſeu majus dominium vocant: quædam ſcilicet majeſtas, cujus obſeruationem fœderati ſupremo Principi, vel Reipubl. debent, leg. non dubito, de cap.& poſtlim.reuerſ. Effectus autem majoris dominij, quos non paucos referunt, ab interpretibus petendi ſunt. Spie.

Dominivm plenum eſt, cum vſufructui cohæret proprietas. Nudum quod & directum dici poteſt, cum ſeparatum eſt ab vſufructu. Eſt & aliquod ſpe dominium penes liberos, qui bonorum paternorum ſpe domini ſunt, §.2. Inſtit.de hæred.qual. & differ. Gothofr.ad rubr.ff.de acquir.rer.domin.

Dominivm item diuiditur in id quod jure gētium acquiritur, & in id quod jure ciuili. Prius ſine poſſeſſione acquiri nō poteſt, poſterius poteſt maxime leg.à Titio in fi.de furt.leg.cum hæredes, in princ.de acquir.poſſeſſ.leg.facta, ad Senatus conſ. Trebell.leg. 5.de bonorum poſſeſſ. §.1.Inſtit.de acquiſ. per adrog.& tit.proxime ſeq.cum ſimilib.ex Apello. Spieg Vide de his late diſſerentem Connan lib.3.c.3.comment.juris ciuilis.

Dominivm aliud eſt naturale, aliud ciuile. Naturale eſt, quod gentium omnium commune eſt: hoc eſt, quod iis modis acquiritur, quibus gentes omnes in acquirendis rebus vtuntur. Ciuile eſt, quod ciuium Romanorum proprium eſt, qua de cauſa juris Quiritium appellatur. Conſtat autem tribus modis mancipatione, vſucapione, in jure ceſſione: vt docet Vlp. cap.Inſt.1. quanquam à Iuſtiniano ſublata illa differentia eſt, leg. vnic C. de nud.jur. Quirit. l.vni.C.de vſucap.transf. Vide In Bonis. Cum autem naturaliter acquiritur dominium, neceſſe eſt illud à poſſeſſione incipere, ſiue ea occupetur, ſiue alio tradente aut volente accipiatur, leg.1.ff.de acquiren.poſſeſſio. Ciuiliter autem acquiritur vel ipſo jure, abſque traditione, aut poſſeſſionis apprehenſione, aut vllo temporis adminiculo, vt lege 12. Tabularum dominium rei legatæ, ſtatim à morte teſtatoris directo in legatarium, rei hæreditariæ, directo in hæredem ab adita hæreditate tranſit, abſque adeptione poſſeſſionis 5. Vel non ipſo jure, ſed alio prætcrea adminiculo accedente, puta temporis continuatæ poſſeſſionis, & juſti tituli, vt in vſucapione, aut longi temporis capione, Pontius, lib. 2. diſp.cap.8.

Dominivm apud Romanos duplex erat, teſte Theophilo, Naturale & legitimum. Naturale illud erat, quod in bonis eſt: vnde bonitarius dominus dicitur: legitimum autem, quod jure Quiritum competit, & appellatur Dominus jure Quiritarius. Itaque, inquit, ſi quis vtrumque dominium habebat, dicebatur pleno, id eſt, perfecto jure dominus: quoniam haberet & quod à lege, & quod à natura datur, dominium. Hoc idem ſed explicatius, traditur in illa Epitome Vlp. eo ipſo tit. de libertis: Qui tantum inquit, in bonis, non etiam ex jure Quiritum, ſeruum habet, manumittendo, Latinum facit. In bonis tantum alicujus ſeruus eſt, velut hoc modo, ſi ciuis Rom. à ciue Rom. ſeruum emerit, itaque traditus ei ſit, neque tamen mancipatus eſt, neque in jure ceſſus, neque ab ipſo anno poſſeſſus ſit. Nam quamdiu horum quid fiat, is ſeruus in bonis quidem emptoris eſt, ex jure autem Quiritum venditoris eſt. Ea enim fuere ſolennia quærendi dominij jure Rom. quibus prætermiſſis aut neglectis, jure communi gentium omnium, quod naturale vocat non jure ciuili quæſitum dicebatur dominium. Ideirco talis dominus ſeruo, quem manumittebat, ciuitatem dare non poterat, quia jure ciuitatis non erat ſerui dominus, id eſt, vt loquitur Theophilus, pleno perfectoque jure, quod neceſſe fuit. Hinc Paul.3. de manumiſſ. Seruus pignori datus, etiamſi debitor locuples ſit, manumitti non poterit. Datum ſeruum intelligit, qui traditus eſt creditori: quia traditio quaſi naturale dominium transfert à debitore qui tradidit ad creditorem qui ſuſcepit, & jure aliquo ſuo ſuſcepit. Itaque reſpondetur aliud in eo ſeruo, qui generaliter eſt obligatus, l.29. Caius qui & à quibus man. liberi non fiunt. Generaliter pignori datus ſeruus, ſine dubio pleno jure eſt debitoris, & juſtam libertatem ab eo conſequi poteſt, ſi lex Ælia Sentia non impedit libertatem, id eſt, ſi ſolnendo eſt, nec ob id creditores videantur fraudari. Quia tamen Caius in generaliter obligato loquitur, probabile eſt in ſpecialiter obligato ſecus eſſe, tametſi conuentione tantum id fiat ſine vlla traditione. Et cauſa diuerſitatis erit, quod ſpecialis obligatio certum jus tribuit creditori, quo videtur præſcripta lex eſſe debitori, ne ſeruum manumittat, alienet, aut quid in eo faciat, quod creditoria juri detoget. Connan. lib.2 cap 6.n.9. Aldob.ad inſtit.§.libertinorum autem ſtatus Inſtit.de libertinis.

Dominivm directum & vtile, ſpecies ipſius dominij. Porro dominij duo eſſe officia Bart.in l.1.de acquir.poſſ. tradit. Vnum diſponendi, alterum vindicandi, per l.in rem actio, de rei vin. l.ſi quis vi §.differentia, d tit.de acquir.poſſ. vide & Alc.in leg. traditionibus, C.de pact.Prat.

Dominivm & poſſeſſio differunt: nam præter ea quæ ſuperius attigimus, Vlpianus in l.ſi quid vi, ff.dè acquir. vel amitt. poſſ. differentiam hanc eſſe ait inter dominium & poſſeſſionem: quod dominium quandoq; nobis inuitis remaneret, quum poſſeſſio ſtatim recedat, cum id conſtituerimus: ejuſq; rei ponit exemplum in eo, qui ea mente rem dat alicui, vt ſibi poſtea reſtituatur: tradit eo animo vt proprietatem ejus poſſeſſionemque amittat, non perpetuo, ſed ad tempus: ideoque perdit omnino poſſeſſionem, & vere perdit, quum poſſeſſio plurimum facti habeat: dominium tamen retinet: quia id ad tempus ex pacto perdi non poteſt Quare qui accepit, interim verè poſſeſſor eſt, non tamen eſt vere dominus: ſed quaſi dominus re vtitur, poſt tempus dominium ipſo jure fit ejus qui dederat, quoniam interim retinuerat, nam ſi amiſiſſet, poſt diem reſtitutioni adiectum non eſſet dominus; niſi ex noua cauſa reſtitueretur ſibi, & ante reſtitutionem remaneret ſemper dominus is cui tradita res erat, quantumcunque longo tempore eam retineret; ſic enim conſtituendum eſt in hac ſpecie, eum cui traditio facta eſt ad tempus, perpetuo tamen poſſeſſorem fore, nec lapſu temporis adjecti deſinere eſſe; niſi noua traditione priſtinum dominum ſuæ poſſeſſioni reſtituat: & dominus perpetuo poſſeſſionem amiſit, nec eam niſi noua apprehenſione recuperat: quia poſſeſſio ad tempus perdi non poteſt: idemque in dominio: quia res noſtræ tempore certo non poſſunt deſinere eſſe noſtræ, quemadmodum in omni obligatione dixit Paul.l.obligat.de actinoib Conn.lib.3.c.9.n.2.

Secundo, Dominivm à poſſeſſione in eo differt: quod ex vna tantum cauſa domini eſſe poſſumus: poſſeſſores vero etiam ex pluribus, nam quod noſtrum eſt, nullo modo magis noſtrum fieri poteſt; & ſi res mea mihi, aut legetur, aut donetur, aut vendatur, inutile erit legatum, inutilis donatio & venditio. At quod pro hærede poſſideo, nihil vetat pro emptore poſſidere, vt ſi vna cauſa non valeat, per alteram mihi conſulatur Paul.ex illo c.3. Ex plurib. cauſis poſſidere eandem rem poſſumus, vt quidam putant: & eum qui vſuceperit, & pro emptore, & pro ſuo poſſidere. Sic enim etſi ei qui pro emptore poſſidebat, hæres ſim; eandem rem & pro emptore & pro hærede poſſideo. Nec enim ſicut dominium non poteſt niſi ex vna cauſa contingere, l.3.§.ex pluribus, ff de acqu.poſſ. ita & poſſidere ex vna duntaxat cauſa poſſumus. Poſſeſſio enim iſta conſideratur per ſe & à dominio ſeparatim, & tanquā detentio quædam ejus rei, quæ noſtra non eſt, ſed quam aut putamus eſſe, aut debere eſſe noſtram, vt rem quam eum poſſideo

quaſi

quaſi meam, etiamſi non ſit, nec enim ſequitur, emi eam bona fide, ergo mea eſt; ſed ex eo bene concluditur, eam me juſte poſſidere. Et nil vetat, eandem pro hærede vt deſineam; & vtroq; titulo eam poſſideam, vt vſuanis cauſa Vera reperietur, per eam mihi quæratur: neque hoc mirum, cum poſſeſſio iſta ſic quodammodo ſua vi & natura, non rei noſtræ neceſſario, ſed nobis debitæ. Satis eſt enim mihi deberi ex juſto titulo, vt juſte poſſideam Connan. commen. jur. ciu. lib. 3. c. 10. n. 1.

DOMINII & poſſeſſionis alias differentias doctiſſimus Connan. jam d. lib. 3. c. 9. nu. 2. his verbis exponit: Duo ſunt, inquit, quæ habemus in re quæ omnino eſt noſtra; dominium & poſſeſſio. illud juris eſt, hæc autem facti. Dominium jus illud ſignificat, quo rem facimus noſtram, nobiſque propriam: poſſeſſio in detentione & occupatione rei ſpectatur: illud in jure, quod habemus de ipſa, vt Volumus, libere diſponendi, poſitum eſt; hæc in vſu rei, & detentione magis verſatur: ipſa quidem dominio prior & antiquior, ſi rerum originem aſpicias, ſed juris ordine autoritateque poſterior. Initio enim generis humani à poſſeſſione ortum eſt jus dominij, vt quicunque in vacua venerient, ſola occupatione conſtituebantur domini rerum, locorumque quos primi cepiſſent. Quia vero naturæ æquitas non permiſit, vt quod noſtrum non eſt, poſſideamus: prior habetur dominij ratio, deinde vero poſſeſſionis: occupatio rei, quæ nullius eſt, facit nos dominos: Dominium autem efficit, vt juſti ſimus poſſeſſores: neque primam iſtam occupationem aliâ cauſa conſideramus quam, quod per eam dominium rei naneiſcimur, & per dominium legitimam poſſeſſionem. Nam qui feras beſtias capit, aut in fundum relictum inuadit, aut alluuione aliquid agri quærit, dicendus eſt prius poſſeſſor quam dominus fuiſſe: imo vero occupatione: aut alluuione effectus dominus, tum demum poſſeſſor, & certe quidem juſtus poſſeſſor eſt, & dicitur. Itaque recte noſtri Iuriſconſulti de acquirendo rerum dominio prius, poſtea de poſſeſſione tractauerunt. Hæc Connan. dict. loco.

DOMINIUM proprietas, & vſusfructus quæ duo ſunt partes dominij, & non minus perfectiores, quam dominium ipſum, non ſunt ex pluribus cauſis, l. 3. § ex pluribus, de acqu. poſſeſſ. l. non vt ex pluribus, de reg. jur. §. ſic itaque diſcretis. Inſtit. de act. Quaſi dominium, jus in re, & obligatio, ſæpenumero ſunt ex pluribus cauſis, l. & an eadem, §. penult. de except. rei jud. d. l. non vt ex pluribus, cum ſint quædam imperfectiores. Prat.

DOMINIUM & proprietatem Franciſcus Duaren. lib. diſput. anniuerſar. c. 17. eadem eſſe exiſtimat, ſi propriè dominium accipiatur, cum veteres Iuriſconſulti promiſcua his verbis vti ſoleant: l. ſi procurator l. cum in corpus, ff. de acqu. rer. domin. Cæterum Ioannes Robertus lib. 3. ſentent. c. 18. prolixe oſtendit, proprietatis longe aliam quam dominij ſignificationem eſſe nimirum vt jus, quo plene & perfecte res mea eſt, proprietas abſolute dicatur; id ita tamen ſecerni poſſit, vt jus vtendi à nuda proprietate ſejungatur: quod quamdiu competit, dominandi jus aliquod tribuit. Qua ratione cum de dominio proprietatis ratione competente, quod dictum intelligi juris authores volunt, dominium proprietatis ſæpius vocant, quo cointelligamus, non de quovis vſusfructus forte ratione tantum competente dominandi jure agi, ſed de pleno & perfecto, quaſi diuerſum aliquod ſit à proprietatis dominio, vſusfructus dominium, juxta l. ſi ita legatus, ff. de vſu & habitat. l. vti frui, ff. ſi vſusfruct. per l. proprietatis dominium, C. de probatio. de quo latius Robertus præallegato loco.

DOMINII affinia ſunt, quaſi dominium, quod eſt penes eum, qui rem à non domino bona fide accepit: jus in re, quod competit ei, cui jus pignoris vel hypothecæ, vel ſeruitutis perſonalis, vel realis (quo vocabulo etiam intellige cenſum, decimas & jus poſſidendi) debetur. Goth. ad rub. ff. de acq. rer. domin.

DOMINIUM non modo corporalium, ſed & incorporalium rerum dicitur, nam vſusfr. dominium dicitur in l. 3. ff. ſi vſusfr. petat. & generaliter ſeruitutum dominium in leg. ſemper, 15. §. hoc interdicto, ff. quod vi aut clam. Prat.

DOMINIUM non proprietatis tantum, l. 17. ff. quibus modis vſusfr. amit. l. 15. ff. ad leg. Aquil. 16. §. 1. ff. de vſu & habit. l. 9. §. 3. ff. de dolo, ſed & vſusfructus & ſeruitutis dicitur, l. 3. ſi vſusf. per l. 15. §. hoc interdicto, ff. quod vi aut clam. Item poſſeſſionis dominium legitur in l. 2. de bonis maternis in C. Th. Briſſ.

DOMINII jus impetrare dicuntur creditores, qui à principe impetrant, vt pignora quorum emptor repertus eſt nullus, ſibi addita, dominij jure poſſidere liceat l. 1. & paſſ. Cod. de jur. domin. impet. l. 5. §. ſi fundus, ff. de reb. eorum, leg. vlt. ff. de acq. rer. domin. l. 24. ff. de pignor. act. l. vlt. §. ſi in cauſ. judic. pign. Hotom. Briſſon. nempe poſſidere pro ea quantitate, quæ ſibi debetur. Briſſ.

DOMINUS fit is, cui traditur, ex cauſa emptionis, donationis, dotis, mutui, legati, hæreditatis, ſolutionis, tranſactionis, ſententiæ, vel ſimilibus, l. traditionibus, C. de pactis, l. nunquam nuda. de acqu. rer. domin. Domini autem appellatio, à domo deducitur οἰκεῖον proprium Græci vocant, & à domo deriuant. Vigl. in tit. Inſt. de hæred. qual. & differ. ad eoſque extenditur, qui rei alicujus proprietatem habent, etiamſi vſusfructus alienus ſit. Vlp. Domini, abuſiuè dicuntur filij familias, & cæteri liberi, qui in poteſtate ſunt, & vſufructuarij Spieg.

DOMINUS litis, apud Neratium in l. ſi Procurator, ff. ſi quis caut. & l. 2. C. de ſent. & interloc. omn. jud. Spieg.

DOMINULUS forma diminutiua apud Scæuolam juxta Notitiam rex. in l. vxorem, §. teſtamento, 1. de leg. 3. Spieg.

DOMINORUM loco, ſunt qui vectilem fundum in perpetuum concedunt, l. 5. in fin. ff. arbor. furt. cæſar. nam reuera ſunt conductores. Dominæ locum obtinet hæreditas non adita, l. 13. §. penult. Dig. ad legem Aquil. Dominus tertio intelligitur legatarius, agnito legato, d. l. 13. §. fin. Prat. Superficiarius, dominus non efficitur; quia conductor eſt: at domini loco habetur. Briſſ.

DOMINORUM vicem ſunt tutores vel curatores, l. 56. §. qui tutel. 8 ff. de furt. l. 157. ff. de reg. jur. tunc ſcilicet cum tutelam fideliter adminiſtrant, non cum pupillum ſpoliant, l. 7. § ſi tutor. ff. pro emptore. Briſſ. Domini loco habetur poſſeſſor hæreditatis, qui ſatis dedit l. 3. §. fin. ff de quæſt. Pro Domino eſt procurator in rem ſuam, leg. 3. Dig. de pact. & quilibet alius procurator poſt litem conteſtatam, l. 4. § fin. ff. de appell. l. 22. & 23. C de procuratoribus. Litis enim conteſtatione res procuratoris fit: eamque ſuo quodammodo nomine exequitur, l. 11. ff. de doli except. & defenſor qui ſatiſdedit, l. 76. ff. de procur. vtroſque dominum litis intelligimus. Prat.

DOMINUS paſſim in libris feudorum appellatur is, qui feudum in re ſua alteri ſiuendum conſtituit: ideirco, vt vulgo creditur, quia rei in feudum datæ dominium & proprietatem retinuit, ſolum vſumfructum feudi nomine conceſſit l. feud. 2. tit. 8 §. 3. Ergo dominus eodem modo dicetur, quo & ſignor ſiue ſenior appellatur: quaſi Vaſallus patronum ſuum honoris cauſa dominum appellaret, et in formula juriſiurandi lib. feu. 2. tit. 5. Ego juro, quod ero fidelis ei, vt Vaſallus domino Sic Domina patroni vxor appellatur, lib. 2. tit. 24 §. 3. Ex eodem genere illud eſt, quod Vulgo in ſcholis dictitant, directum feudi dominium manere penes patronum: Vtile vero in Vaſallum tranſire. Prat.

DOMINUS ſimpliciter appellatur in jure ciuili is, qui quoquo tempore vſucapit, l. ſi finita, § Julianus, de damn. inf. Eraſmo conditionis nomen Dominus eſt, non honoris, tyrannicum, non magnificum: Barbaricum, non Romanum. Nam & lenonem. aut, cui mancipia ſint, dominum recte dixeris. Quamvis non ſolum recentiores quidam (quos libenter ſequitur) haud vulgari eruditione præſtantes, ſed etiam veteres honoris cauſa Dominum aliquem dicere ſolebant, vt cum Neſen. ad Paulum ſcribens, l. Neſenn. ad l. Falcid. Ex facto inquit. Domine, talis ſpecies incidit. Sic & mariti vxores ſuas, & maritos illæ quandoque appellant. Sic & Plin. Traian. Dominum, eadem ſe. conſuetudine; cujus & Martialis quoque & Seneca meminerunt, certe apud Græcos κύριος frequentes honoris vocabulum eſt, δεσπότης, non item: quemadmodum apud Latinos Herus dominij vocabulum eſt potius, quam honoris. Spieg.

DOMINUS qui à defenſore differ vid. in l. 12. C. de poſtl. reuerſ.

DOMINUS item & bonæ fidei poſſeſſor quomodo differant, vide l. 2. 1. §. 1. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.

DOMINUS vſufructuarius dicitur, qui alienare rem, nec mutare, aut deteriorem facere poteſt, Conn. lib 4. c. 3 n. 11.

DOMINICÆ res appellantur res Cæſarum, tit. ne rei dominicæ, vel templor. C. Et ſic Dominici coloni in l 7. C. vbi cauſæ fiſc. Imperatores enim Domini appellabantur, l. 5. ff. de his, quæ in teſt. del. l. pen. ff. de leg. Rhod. Idque ſibi nomen primus vindicaſſe Caligula diademate capiti impoſito dicitur, vt eſt à Sex. Aurel. traditum. Auguſtus certe vt inſolens nomen hoc ſemper rejecit, Tertul. teſte c. 34. Apolog. Amplexus vero eſt ac libens Domitia. Cui hoc tit. Martial. ſæpe adſentatur. Briſſ.

DOMINICUM veteres & naſcentis Eccleſiæ Chriſtiani, quod nos templum appellabant. Nam & Domini nomen apud eos paulo frequentius erat, quam Chriſti, ſecundùm Apoſtolicum morem & Euangelicæ hiſtoriæ modum. Qua ratione, cum Domini vocabulum ſemper illis eſſet in ore, ipſa ideo loca, in quibus orationis Euchariſtiæque ergo coibant, Dominicum dicebant, ſeu, quod ea ipſa loca in honorem Domini Dei ſacrata erant, vnde Ruffinus Aquileienſis, lib. 10. eccl. hiſt c. 4. Si hæc (inquit) ita eſſe credis, ſurge & ſequere me ad Dominicum, id eſt, ad templum, & fidei ſignaculum ſuſcipe. Brech. l. tabernæ, de verb. & rer. ſign.

DOMINICA cauſa, domus, fides, merx, pars, ratio, pecunia, poteſtas, poſſeſſio, &c. Dominicum æs alienum, horreum, &c. Dominicus vſus, debitor, creditor, colonus, &c. Briſſ. ex ff & C.

DOMINICUS, totius ſeptimanæ primus dies, l. 5. de ſpectac. in C. Th. Briſſ.

DOMNA pro domina in l. 38 § Lucius, de legat. 2. Briſſ. in parerg.

DOMU ſexto caſu & domi in ſecundo perſæpe dicunt, l. 28. locat. l. 42. de neg. geſt. l. 36. de euict. l. 12. quibus mod. vſusfr. amit l. 48. §. ſed ſi quis ad opus, l. 65. § vlt. l. 9. §. vl ff. de legat. 1. l. 63. ff. de procuratorib. l. pen. § Lucius, ff. de leg. 2. Br. in lib. Parerg.

Domvs vnicuique exiſtimari debet, vbi ſedes & tabulas habet, ſuarumq; rerum conſtitutionem fecit, l. 203. ff. de verb. ſig. Br.

Domvm accipere debemus non proprietatem domus, ſed domicilium: quare ſiue in propria domo quis habitauerit, ſiue in conducta, vel gratis, ſiue hoſpitio receptus, domus ejus intelligitur, leg. lex Corn. §. domum, ff. de jurejur. adde l. 8. in fin. l. 22. ff. de adult. l. 1. §. domum, ff. de aleæ luſu: & appellatione domus omnis habitatio continebitur, §. ſi tamen, dict. leg. lex Corn. Ioann. Bello Etymolog.

Domvs, quandoque familia eſt & agnatio, vt apud Paulum tota domus pro gente vna tota (*ein gantz geſchlecht*) vlt. de offic. præſid. per μετωνυμίαν, tanquam continentis pro contento ponitur, vt accipiatur pro his, qui vna habitant. Alc. de verb. ſig. Veruntamen Domum non dici quæ adhuc contecta non ſit, plerique ſenſerunt, l. 1. §. deinde, de donat. vt ſupra dictum eſt. Negat Cic. in oratione pro domo ſua, quicquam ſanctius, quicquam omni religione munitius, quam ſit domus vniuſcujuſque ciuium, & quæ ſequuntur, Paul. in l. ſed & ſi hic de in jus voc. arbitror ad hunc Ciceronis locum reſpexiſſe. Vbi tamen inquit, de domo ſua nemo extrahi debet: quia, vt Caius eod. tit. dixit in l. plerique, domum tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum ſit, proinde qui domum alienam ingreditur inuito habitatore, vim inferre videtur. Prat. Hegendorph. hanc legem eleganter explicat.

Domvs in leg. Cornel. de injur. & in l. Iul. de adult. & in edict. de aleator. pro habitatione & domicilio accipimus. Et omnis habitatio, ſiue propria, ſiue aliena, in qua paterfam. habitat, domus intelligitur, etiamſi ibi domicilium non habeat, l. 5. §. domum de injur. l. 8. fin. l. 22. de adult. l. 1. §. domum, de aleæ luſ. In Senatus conſulto quoque de liberis agnoſcendis, quo domum denunciari permittitur, Domum accipimus hoſpitium, ſi in ciuitate maneat, Quod ſi non ſit, ſed in villa vel municipio, illic, vbi larem matrimonio collocarit. l. 1. §. 1. & §. domum, de lib. agnoſc. Eodem modo & in edicto de damno infecto, domum denunciari ſic accipere debemus, ut & ſi in aliena domo habitet, ei denuncietur, l. 4 §. prætor ait. ff. de damn. infect. Briſſ.

Domvs cœnaculariæ ab inſulis differunt, quod domus ſunt habitationum ædificia, conjuncta proximis, & viciniis domorum parietibus, vt viciniam numeroſam, & frequenti habitatore ſtipatam efficiant: τὸ πλῆθος τῶν οἰκοδομημάτων συναῖκον. Bud. teſte in comment. linguæ Græcæ, Brechæus, l. urbana familia ff. de verb. & rer. ſign.

Domvs tutiſſimum cuiq; refugium ac receptaculum eſt l. 18. ff. (de in jus vocando,

Domvs in l. 5. C. de rer. permut. id eſt, prædium vrbanum.

Domvs defunctorum in l. 4. C. de ſepulchr. violat. interpretatur ibidem Goth. ſepulchra.

Domvm meam cum horto applicito libertis meis concedi volo & alio capite: Fortunio liberto meo ex domo mea, quam libertis meis dedi diætam, in qua habitabam: item cellarium junctum eidem diætæ, ab hærede meo concedi volo: leg. vxorem, de legatis 3. Spieg.

Domvm, quæque mea ibi erunt, cum moriar, Proculus exponit in l. ſi ita, de leg. 3. Spieg.

Domvs Æternabilis, Auguſta. Auguſtiſſima, Diuina, Dominica, Sacra, Regia, Iudicaria, ad ſacrum patrimonium pertinens, ad rem priuatam pertinens, defecta, &c. Briſſ. ex ff. & C.

Domo legata quid contineatur, pete ex l. 91. §. penul. & fin. ff. de leg. 3. Prat. Briſſ.

Domo inſtructa, ſupellectilem legatam, non etiam vina accipimus: quia domus vinis inſtructa, intelligi non poteſt: autor Pompon. leg ſi ita teſtamento, ff. de fund. inſtrum. Prat.

De Domo, pro, ex domo, apud Paulum in prin. l. lecta ff. de reb. credit. Sic & Terentius vſurpauit: Clamat. de via: id eſt, è via. Pauli verba quæ ſic habent: Lucius Titius ſcripſit me accepiſſe à Publio Mæuio, quindecim mutua numerata mihi de domo, ſecundum Alc. ſignificant, tam quod domi numeratum, quam quod ex domo ad eum miſſum eſt, ſiue per ipſum patremfam. ſiue per ejus ſeruos, aut inſtitores, Spieg.

Dona Caius lib. 2. Inſtit. appellat, quæ poſt mortem hæredis relinquuntur, vt ſunt fideicomm. Connan. lib. 10. c. 7. nu. 1.

Donare non intelligitur, qui neceſſariis oneribus ſuccurrit, l. 21. ff. de don. inter vir. & vxor. Et hoc eſt quod dicitur, Neminem in neceſſitatib. liberalẽ exiſtere, l. 18. ff. de adim. leg. Cæterum cui donare non conceditur, nec ſi is donationis cauſa cõſenſerit, rata erit volũtas ejus habenda, l. 163. de reg. jur. Br.

Donare ad proceſſus, id eſt, vt eo donatarius vtatur, in pompa, vel cum in principis eſt comitatu, id enim ſignificat proceſſus in leg. nam & Imperator, ff. de donat. inter virum & vxor. teſte Alc. lib. 3. de verb ſignif. vnde & alibi dicitur l. 1. C. de ſentent. paſſ. cum proceſſiſſet Imperator ſalutatus eſt. Proprie namque dicitur procedere, qui pompa quadam procedit in publicum: veluti ſi ſponſus procedat aut ſponſa, quod Virg. dicit, Tandem progreditur. Prat.

Donare videtur, ait Papin. quod nullo jure cogente conceditur [illegible] de don. Prat.

Donari non poteſt, niſi quod ejus ſit, cui donatur, l. 9 §. vlt. ff. de donationibus.

Donaria, dona ſunt. Paul. de re milit. leg. qui excubias donatiũ pro donatiuo poſuit. Item C. de ſacroſ. eccl. ſancimus Vaſa vel veſtem ait, cæteraque donaria. Seruius Honorat. Donaria, inquit, proprie loca ſunt, in quibus dona reponũtur Deorum. Et alibi: Donarium, vbi ponuntur oblata. Item Cornelius Fronto: vbi dona ponuntur, donarium appellatur. Prat.

Donarivm largitio eſt imperatoris in milites: quæ eadem in populum facta, Congiarium dicitur Bud. in l. penult. de re milit. Olim Imperatorum dona ampliſſima erant, vt ſcribit Plin. lib. 18. Natu. hiſt. c. 3. quantum quis vno die plurimum circumarauiſſet. Alciatus autem tradit, quidquid præcipuum alicui datur, ſicut dos, ita & donarium dici poteſt, quo ſenſit recentiores autores, quos nominat cap. 13. lib. 4 Parerg. arbitratur que & autorem opuſculi, quod inſcribitur Cato, ſic accepiſſe licet corrupte pro Donatio, legatur Denarium: & verſu ſequente, Optat habere, pro Captat habere. Cætera apud eum cap. 13. lib. 4. Parerg. Spieg.

Donatio eſt modus ſolo jure gentium inſtitutus dominij gratia, & ſine vlla, præterquam liberalitatis cauſa in aliquẽ transferendi. Sic enim & legatum & hæreditas ab hac definitione excluduntur: quoniam jure Quiritium confirmata ſunt. Donationum autem tres ſunt ſpecies. Nam alia inter viuos appellatur, alia mortis cauſa, alia propter nuptias. Hotom.

Donatio, Donario dicta eſt à dono, quaſi doni datio, tracta à Græcis: nam ij dictũ δῶρον ἐκ δωρεᾶς l. ſenatus, §. 1. de mor. cau. don. ff. Donationum autem duæ ſunt ſpecies: alia enim pura ſiue propria, alia conditionalis eſt. Pura donatio eſt cum quis ea mente dat, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti, & propter nullam aliam cauſam facit, quã vt liberalitatem, & munificentiam exerceat. Hæc proprie donatio appellatur, l. 1. de don. ff. quę ſi fuerit perfecta, temere reuocari non poteſt: perficitur autem, cum donator ſuam voluntatem, ſcriptis aut ſine ſcriptis manifeſtauerit §. aliæ autem de don. Inſt. Sciendum eſt tamen, quod etſi pleniſſima ſit hujuſcemodi donatio ſi tamen ingrati exiſtant homines, in quos beneficium collatum eſt, donatores licentiam habent certis ex cauſis eam reuocare, ne illi qui ſuas res in alios contulerint, ab iis quandam patiantur injuriam, vel jacturam. d. §. aliæ autem, Ingratitudinis autem cauſas pleniſſime recenſet Imperator Iuſtinian. in l. fin. de reuoc. don. C. Donatio conditionalis eſt, cum quis ea mente dat, vt tunc demum accipientis fiat, cum aliquid ſecutum fuerit, ea enim non proprie donatio appellabitur, ſed totum donatio ſub conditione eſt. Item, cum ipſe ea mente dat, vt ſtatim quidem fiat accipientis, ſi tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, velit ad ſe reuerti, ea non proprie eſt donatio, ſed totum donatio dicitur, quæ ſub conditione ſoluatur de l. 1. de don. ff. Ejus rurſus donationis, quæ ſub conditione ſit, alia mortis cauſa, alia non mortis cauſa fit: quæ non mortis cauſa fit, reuocatur, ſi conuentioni, donationi impoſitæ, non ſtetur. De it eſt tit. lib. 8. C. tit. 55. de don. quæ ſub modo, vel ſub cõditione, vel ex certo tẽpore cõficiuntur. Aur.

Donationis verbum ſimpliciter loquendo omnem donationem comprehendit, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa factam, l. 67. ff. de verb. ſign. neque enim creditor donare dicitur qui mutuo dat, vel debitor qui ſoluto, vel ſocer qui dotis: ſed quoties aliquid dono datum eſt, tunc hoc nomen vſurpatur, videnturque Latini veterem hanc locutionem Dono aliquem dare vel donare, à Græcis ſumpſiſſe, qui τὸν δῶρον δωρεᾶς dicunt, cum ſolitus liberalitatis & munificentiæ cauſa rem alicui traditam ſignificant. Atque donatio proprie appellatur, cum quis ea mente liberalitatis gratia quid dat vt ſtatim accipientis fiat, neque vllo caſu ad ſe reuerti velit, l. 1. ff. de don. eaque abſoluta & vera donatio dicitur, l. 35. §. 1. & l. 42. in fi. de mort. cauſ. donat. Briſſ.

Donatio ſignificat liberalem promiſſionem donandi. Promiſſionem dico. Nam re ſemel præſtita ceſſat hoc beneficium, adeo, vt etiamſi forte poſtea res ad donatorem rediiſſet, non ſit ei locus, ſed condemnetur donator in ſolidum neq; vt quiuis alius rei alienæ poſſeſſor Dico etiam liberalem eſſe debere promiſſionem: quia hoc beneficium tribui videatur liberalitati: hæcque demum vera ſit donatio, vt intelligas non idem temere tribui ei, qui conuenitur ex cauſa remunerationis promiſſæ: quia nec ea vera donatio dicenda ſit, ſed potius quędam permutatio, &c. Bald. tit de actionibus, &c.

Donatio cauſa mortis. Mortis autem cauſa donatio eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionem, cum quis ita donat, vt ſi quid humanitus ei contigiſſet, haberet is, qui accepit: ſin autem ſuperuixiſſet is, qui donauit, reciperet, vel ſi eum donationis pœnituiſſet, aut prior deceſſerit is, cui donatum eſt. Et in ſumma, mortis cauſa donatio eſt, cum magis ſe quis velit habere, quam eum, cui donat: magiſque eum, qui donat. quam hæredem ſuum: ſitque propter manifeſtum aliquod mortis periculum: vel ſic, Donatio cauſa mortis liberalitas eſt, quæ ita fit, vt nonniſi morte donatarij confirmetur, §. 1. de donat. Inſt.

Inſt.l.6.de mort.cauſ donat.ff. Mortis autem cauſa donare licet,non tantum infirmæ valetudinis cauſa, ſed periculi etiam propinquæ mortis, vel ab hoſte, vel à prædonibus vel ab hominis potentis crudelitate,aut odio, aut nauigationis ineundæ, aut per loca inſidioſa ituro, aut ætate feſſo. Hæc enim omnia inſtans periculum demonſtrant l.mortis cauſa, 3. cum tribus ll.ſeqq de mor. cau. dona. ff. Sed & mortis cauſa capimus,non tunc ſolum,cum quis ſuæ mortis cauſa nobis donat, ſed & ſi propter alterius mortem, id faciat:veluti ſi quis filio, vel fratre ſuo moriente, donet Mævio ea conditione, ſi conualuerit alteruter eorum, reddatur ſibi res, ſi deceſſerit, maneat apud Mævium,l.mortis cauſ.18. de mort. cauſ. donat. ff. Ex mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia fere (Nam in quibuſdam adhuc differunt, vt in caſo l 35.& 38 fin.ff de mortis cauſa donat.) §.1. & 2.de dona.Inſt.Ex iis,quæ diximus,apparet,mortis cauſa donationem tribus caſibus reuocari,ſi donator velut ſi priſtinæ incolumitati reſtitutus ſit, qui donauit, ſi eũ donationis pœnituerit,& ſi prior deceſſerit is,cui donatum ſit.ibidem Anchor.

DONATIONES cauſa mortis,& legatum differunt. Primum, hæ donationes ineuntur vt contractus,duorum nempe conſenſu: & ſi donatur abſenti vel ignoranti,magis judicatur fideicommiſſum. Legatum vero & abſenti & ignoranti relinqui, atque etiam acquiri dubium non eſt. Si conferas horum confirmationem,nihil habent ſimile. Nam legata pendent ab hæreditatis aditione. At non etiam hæ donationes: vtpote quæ non morantur vim teſtamenti. Vnde & cum is, qui teſtamentum injuria impugnauit, repellatur à legato, vt indignus: non repellitur tamen à mortis cauſa donatione. Præterea filius familias,ſaltem patre conſentiente poteſt mortis cauſa donare: At legare nullo modo poteſt,ſicut nec teſtari. Poſtremo ſi quis in annos ſingulos mortis cauſa pecuniam ſtipulatus ſit,non eſt ut ſimilis, cui in annos ſingulos legata eſt. Nam legata plura intelliguntur. Stipulatio hæc vna eſt: Magna autem hujus diſcriminis vis eſt. Et qui exiſtimant noua Iuſtiniani conſtitutione ſublatas eſſe differentias quæ in Pandectis ſparſim commemorantur inter legata & donationes cauſa mortis, & has habere omnes omnino effectus vltimæ voluntatis:tamen poſtremum hoc diſcrimen quod dixi, ſublatum non eſſe fatentur,quia præter donationem cauſa mortis ſtipulatio interpoſita ſit, & conſtitutio Iuſtiniani loquatur de effectu donationis,non etiam ſtipulationis Bald.Inſtit.tit.de donationib.

Inter DONATIONEM mortis cauſa,& donationem inter viuos, hæc eſt differentia,quod illa fit propter mortis periculum,hęc ſine periculo: Illa fit ab eo qui ſe quam donatarium habere mallet,hæc ab eo qui donatarium quam ſe, l. ſenatus 35. ff. de mort.cauſ Illa injecta & ſuſpenſa eſt,facileque euaneſcit,hæc certa & præſens,difficillimeque conuellitur.Hotom.

DONATIONEM autẽ veteres proprie appellabant, vbi ipſa quoque rei traditio datioq; acceſſerat. Quinimo Paulus noſter l. 35.§ de donat. cau. mortis ait,donationem exemplo Græcorum dictam eſſe,à dono & datione.Plin.lib.35.ſcribit. Græcos antiquos δῶρον appellaſſe palmum: & ideo δῶρα vocaſſe munera:quia manu darentur. Itaq; & nonnulli argute putant, in ſuperiori Pauli loco pro Dono legendum eſſe Doro. Sed jam quæritur de donatione quodammodo imperfecta: hoc eſt,quæ in permiſſione conſiſtit,& quam, traditio nondum impleuit. Martialis eleganter aliquando luſit hoc Epigrammatu;

Si donare vocas promittere nec dare,Cai,
Vincam te donis. muneribúſque meis.

Sed ne quia ita eniquam illudere poſſet,placuit Iuriſconſultis, ſtipulatione ſaltem,ſicut traditione, confirmari donationem: hoc eſt, ſi quis donandi cauſa ſtipulanti promiſerit, omnino teneri & obligari vt det. Ex nuda vero pollicitatione aliquem teneri, jus Quiritum non erat. Non enim agi ex nudo pacto patiebatur. Sane cum Seuerus Imp.ſtatuiſſet, donationes inter virum & vxorem morte confirmari: Papinianus judicauit id tantum intelligi, de donationibus rerum, hoc eſt, quæ traditione perfectæ ſunt: neque putauit, ſi ſtipulanti vxori maritus donare promiſiſſet, poſſe hæredem mariti conueniri,leg.23.de don inter virum & vxorem Sed paulo poſt videtur aliter placuiſſe: propterea que Tribonianus illam Papiniani annotationem recte expunxiſſe. Nam Vlpianus refert,Antonini,qui Seueri filius fuit, orationem de confirmandis donationibus,pertinere ad omnes donationes: vt vel ipſo jure res fiant ejus cui donatæ ſunt, vel obligatio ſit ciuilis, l. 32.de donat.inter vir & vxor. Ciuilem vocat obligationem,ex ſtipulatione dandi cauſa facta, ſicuti & alibi ait, ſi ſtipulata fuerit mulier annum dari, morte mariti ex Senatuſconſulto confirmari talem donationem, leg. 33. de donat.inter virum & vxorem, porro Cæſares qui ſequuti ſunt,non omnino contenti fuiſſe videntur ſtipulatione,vt ex donatione,hoc eſt,donandi promiſſione obligatio ciuilis eſſet. Nam Conſtantinus metuens, ne falſæ donationes ejus generis confingerentur, aliam vſurpationem adhiberi voluiſſe videtur: hoc eſt, donationes interueniente (vt loquitur) actorum teſtificatione confici,leg legata.C de don. Sed Theodoſius poſtea expreſſit, etſi ſine ſcripto donatum quid fuerit,poſſe quod geritur adhibitis aliis idoneis documentis comprobari:leg. in extraneos. C.de donat Quid noſter Iuſtiniani inuſſit ille actorum obſeruationem non omnino rejicit, præſertim vbi magna eſt donatio: ſed ſtipulationem hic non eſſe neceſſariam ſtatuit. Itaque ex nudo etiam pacto donationis obligationem ciuilem ſignificat: & donationem quodammodo refert inter contractus juris gentium, qui proprium nomen habent, & ex ſola conuentione tribuunt actionem. Itaque & in Inſtit. Ad exemplum (inquit) venditionis noſtra conſtitutio donationes ipſe habere neceſſitatem traditionis voluit. Non eſt omnino perpetua hæc comparatio venditionis & donationis.Nam venditor tantum tradere tenetur, neque de euictione tenetur, quandiu emptori habere licet. Qui dare debet,dominium debet transferre. Quanquam alioqui qui donando tradit, ne quidem re euicta tenetur.Bald.

DONATIO inter virum & vxorem. Donationes inter virum & vxorem prohibitas eſſe certiſſimi juris eſt, l. 1. de don.int.vir. & vxor.ff.l. ſi res, de jus. dot. ff. Ejus autem rei variæ à Iuriſconſultis redduntur rationes.Primo enim loco hoc receptum eſt,ne mutuo amore ſeſe ſpoliarent,donationibus non temperantes,& profuſa erga ſe liberalitate vtentes. Secundo,ne eſſet eis ſtudium liberos potius educandi. Tertio, quia ſæpe futurum eſſet, vt diſtraherentur matrimonia,ſi non daret is, qui poſſet, atque ea ratione euenturum, vt venalia matrimonia eſſent. Quarto, majores noſtri inter virum & vxorem donationes prohibuerunt, amorem honeſtum ſolis animis æſtimantes,famæ etiam conjunctorum conſulentes,ne concordia pretio conciliari videretur. Quinto, ne melior in paupertatem decideret, deterior ditior fieret, l.1.2.3. in princ. de don. inter vir. & vxor. ff. Quod autem dicimus donationes inter virum & vxorem prohibitas eſſe, verum intelligendum eſt, matrimonio conſtante, donatio enim inter virum & vxorem facta, morte ejus, qui donauit, procul dubio, tanquam teſtamento,confirmatur,l cum hic ſtatus,de don. int. vir. & vxor. ff. Sed & regulariter inter virum & vxorem mortis cauſa donationes receptæ ſunt, l.ſi eum § fin ff.eod.Anch Non tamen omnes inter virum & vxorem donationes jure infirmantur, ſed eæ tandem,quibus mulier vel maritus fit pauperior vt tradit D.Gœdd.in comment ad l.109.num.7.de verb.ſignific. per leges ibidem allegat.

DONATIO inter viuos proprio nomine dicitur,quæ neq; mortis,neq; nuptiarum, ſed à viuente in viuentem ſolius liberalitatis cauſa fit,l.1.ff.de don.l.ſenatus, 35. de mor.cauſ. ſoláque voluntatis teſtatione:ſic perficitur, vt traditionis neceſſitatem afferat, publicis literis conſignari, niſi quingentos aureos ſuperet non debeat: ab ingrato tamẽ repeti certis de cauſis poſſit,d.l.e eo.l.15 & pen.C.eod.l.vlt.C.de reu.don Hot.Prat.

DONATIO immodica ſeu immenſa. Quære immodica donatio Spiegel.

DONATIO mera, quæ venit ex mera liberalitate donantis, nec habet vllam aliam cauſam. Connan.lib.5.c 9.num.6.

DONATIONES inofficioſæ cenſentur, cum parentes bona ſua ſic exhauriunt donationibus dum viuunt, alias ſtultitia, alias malignitate, vt nihil ſit inde ad liberos peruenturum, paſſim in tit C.de inoffic.donat.Prat.

DONATIO abſenti non aliter recte fit, quam ſi abſens rem ſibi miſſam acceperit,vel rem jam apud ſe conſtitutam, ſibi donatam ſcierit,eamque donantis liberalitatem agnouit,l.abſenti, ff.de don.Nec enim donatio eſt ſine acceptione,& recte l 8 de bon. lib ſi patrono libertus donauit, ille accepit. Donatus in illum locum Terentij.Dos Pamphile eſt decem talenta.Accipio. Niſi dixiſſet, Accepio,dos non eſſet,inquit Donatus. Datio enim ab acceptione confirmatur, nec poteſt videri datum id, quod non ſit acceptum. Et hodie quia exemplo emptionis & venditionis donatio ſolo conſenſu perficitur, non re, vt olim, etiam non videtur perfecta, antequam is cui donatur, ſenſerit,ſibi donari,eamque donationem ratam & gratam habuerit.Et hoc eſt quod Græci dicunt,donationem factam, ἀπροσώπως non valere: excepto caſu,l.15.C. de ſacroſanct.eccl P.

DONATIO perfecta & pura,eſt ſpecies donationis ſimplicis,l.ff. de don.

DONATIO imperfecta, ſiue conditionalis, vel ſub modo, Hoſtienſ in ſumma eod. & vide Cod. de donat.quæ ſub modo.Pr.

DONATIO ſponſalitia, quæ fit à ſponſo ſponſæ, vel contra, Azo in ſum.Cod.de donat ante nupt.& vide infra ſponſalitia.

DONATIONIS quæ fiebat per mancipationem hæc ſunt ſolennia verba in veteri Inſcriptione vrbis Romæ. Hoc monumentum l. Tiburtius Sabinus ſe viuo donauit l. Sanio Symphoro, mancipauitque ſeſtertio nummo vno. Pratejus.

DONATIVA in l.10.ff.de re milit.ſunt largitiones ab Imperatoribus in milites collatæ: verbum frequens in Tacito, Capitolino, Lampridio, & aliis id genus autoribus. Atque dabantur vel ob victoriam, vel ob adoptionem, vel ob auſpicia imperij, Dabantur, vt apparet & auctoritatis in ipſo tyrocinio,

Digitized by Google

vt militarius. Hier. Ecce donatiuum, quod militaturus acceperas, hoſtilia caſtra ſuſpirant. Suidas: δωνατίβα διάδοσις ἢ ἀδρεία παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς στρατευομένοις. Alio nomine dicuntur Auguſtatica apud Marcellinum Comitem in Chronico & clauaria apud Corn. Tacit. lib. 19. à clauis caligaribus: Quidam in d.l.10. legunt Donaria Prat.

Donatio onéroſa dicitur, cum donans reuocat donationem propter ingratitudinem. Zaſius, §. item ſi quis, inſtitut. de act. Spieg. Prat.

Donatarius cui quid dono datur, præſenti vel abſenti, leg. etiam l. abſenti ff. de donat. l. nec ambigi. C. eod. tit. Obſeruandum autem geri negotium cum donatario obligatorium. Obligatur enim, teſte Oldendorpio ad gratitudinem autore omnium maximo, hoc eſt, natura ipſa & Deo. Spieg.

Donatio ante nuptias, quam eandem ſponſalitiam appellamus, olim fuit ea, quam ſponſi & ſponſæ inter ſe conferebant, tam enim à ſponſa in ſponſum, quam à ſponſo in ſponſam exercetur. Sed Iuſtiniani lege hæc donatio nomen mutauit, & propter nuptias appellata eſt: quoniam conſtante matrimonio tum fieri, tum augeri poteſt, l. vult. C. eo. ſi tamen ante nuptias conſtituatur, ſuum at proprium nomen ac jus retinet, vocaturque ſponſalitia largitio, at ſi poſt nuptias, à Iuſtiniano propter nuptias appellatur. Græce autem ἀντίφερνα, propterea quod marito viciſſim in gratiam dotis tribuitur: nec ſimplex donatio, ſit, qualis eſt ea quæ inter virum & vxorem prohibita eſt: ſed propter dotis donationem, & ipſarum nuptiarum affectionem, vt idem ſcribit Hotom.

Donatio ante nuptias & propter nuptias idem. Fit enim propter nuptias: plerumque ante nuptias: interdum poſt nuptias, § vult Inſt. de don. Gothofr. ad tit. C. de don. ante nupt.

Donatio honoris cauſa eſt quam vxor marito ad honorem at dignitatem aliquam conſequendam facit. Caius l. 42. ff. de don. int. vir. Nuper ex indulgentia principis Antonini recepta eſt alia cauſa donationis, quam dicimus honoris cauſa, vt ecce ſi vxor viro Laticlauij petendi gratia donet, vel vt equeſtris ordinis fiat, vel ludorum gratia. Hotom. Prat.

Donatio propter nuptias eſt, quam facit ſponſus, vel aliquis nomine ejus ſponſæ vel alteri nomine ſponſæ. Hæc vno verbo Græcis dicitur ἀντίφερνα quaſi contra vel mutua donatio. Vulgo hanc donationem propter nuptias, dotem viri nuncupamus, cum æqualis ſit in jure dotis mulieris Prat.

Donatio propter nuptias, & dos differunt quoad priuilegia, vide Cujac. in expoſit. Nouel. 61. Gothofr. ad Auth. ſiue à me, C ad Senatuſconſultum Velleianum.

Donatio propter nuptias autem olim dicebatur propterea, quod eo duntaxat tempore ſponſus exercebat liberalitatem in ſponſam, idque dupliciter: alias ſimplici, perpetua, & irreuocabili munificentia, non adjecta nuptiarum conditione: alias ea mente, vt non ſecutis nuptiis res donata redderetur, l. 1. ff. de don. Sed ab eo jure primum diſceſſit Conſtantinus, vt omnes hujuſmodi donationes haberent in ſe conditionem, vt non ſequente matrimonio, reſtituerentur ſemper à vino nolente contrahere: Mortuo autem eo, reſpiciendum eſſet, oſculone, an ſine oſculo contigiſſet liberalitas l. cum veterum & l. ſeq. C. de don. ante nupt. Deinde Iuſtin. conſtituit, vt non ſolum ante, ſed & poſt nuptias fieret donatio matrimonij gratia: Ideoque propter nuptias eam appellauit, nomine rebus conſequente, §. eſt & aliud Inſtit. de donatio. l. cum multæ, in prin. Cod. de don. ante nupt. Sic & dos eſt donatio ob cauſam nuptiarum l. 1. ff. de donat. Prat.

Donatio propter nuptias accipitur pro liberalitate, quam vir confert ad onera matrimonij, ante vel poſt nuptias, §. eſt & aliud Inſt. de don. Hanc Iuſtinianus vult eſſe ſpecialem contractum ab aliis donationib. ſeparatum. Nou. vt ſpon. larg. in pr.

Donatio propter nuptias appellatur vulgo id, quod ſoluto matrimon. apud conjugem manet ſuperſtitem ad vitam ejus. Sic enim mariti futuri donare ſolent vxoribus, vel ex pacto concedere bona, quæ habeant dum viuunt, aut certam pro eis pecuniam, vt poſt mortem earum redeant ad hæredes donantis. Idque inter nobiles eſt frequentiſſimum. Vxores quoque viciſſim ita ſolent ante matrimonium, vel parentes earum paciſcendo permittere, vt maritus ſuperſtes, quoad vixerit, aliquid habeat, videlicet in caſum ſoluti ſiue liberis matrimonij. Et hoc apud pleroſque nuncupatur Dotalitium voce domi corum nata, Prat.

Donatio propter nuptias intelligitur etiam pro omni lucro dotali, quod conjux ſuperſtes ſibi paciſcitur in bonis primum morituri, ſiue ſit maritus, ſiue vxor. Quod quib. modis fiat, tractatur ff. & C. de pactis dotalib. leg. fœm. C. de ſecundis nuptiis. Nouell. de nuptiis, §. ſi vero expectet. Et hujuſmodi liberalitates quandoquidem vel ex mutua conjugum pactione, vel ex beneficio Legis proficiſcuntur, dicta proprie ſunt lucra dotalia vtrinque. Vſu autem vulgari confunduntur ſub appellatione propter nuptias. Prat.

Donatio propter nuptias in diuerſa nomina quo regionib. & prouinciis abiit, quorum nomenclaturam huc recenſere vanisſimi eſſet operis. Hoc te interpretes & forenſis vſus docebunt. Prat.

Donec aduerbij varia eſt acceptio: quandoque conditionis nota eſt l. ſi oleum 25. de dol. mal. c. cauſam matrimon. de proba. Eſt & limitationis, l. ſiue, §. tandiu, ff. de condict. furt. De hac dictione vide Bart. l. 4. ff de ſeruit. rit. general. Prat.

Donum generale nomen eſt à donando, l. inter donum 194. de verb. ſign. Munus eſt donum cum cauſa: vt puta Natalicium, Nuptiarum, l. 194. ff. de verb. ſig. Dona proprie ſunt, quæ nulla neceſſitate, jure, officio, ſed ſponte præſtantur, quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt: & ſi præſtentur, plerumque laus ineſt: Sed in ſumma in hoc ventum eſt vt non quodcunque munus, id eſt donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus recte dicatur l. 214. ff. de verb. ſign. Briſſ.

Donatiua l. 10. ff. de re milit. ſic appellabantur largitiones quæ ab Imperatoribus in milites conferebantur. Verbum in Tacito, Capitolino, Lampridio, & aliis id genus autoribus non infrequens Briſſ.

Donatistarum fit mentio l. 7. 19. de hæret. in C. Theod.

Donum & munus differre inter ſe, Vlp. quidem & Marcian. ſcribunt in d. l. inter, 194. & d. l. munus, 214. De verb. ſign. ſed eorum differentiã ita obſcure exponunt, vt pugnantia loqui videantur, nam Paulus donum eſſe genus ait, munus ſpeciem, contra Marcianus in hoc genus: in illo, ſpeciem conſtituit. Aliud ſane eſſe donum, aliud munus, illud argumento eſt, quod vetuſtiſſima lex Cincia non præciſe de donis aut de munerib. ſed conjunctim de donis muneribus ſcripta eſt. Ne quis ob cauſam orandã donũ munuſve caperet. Itẽ lex Iulia repetund. Ne Vrbani magiſtratus plus doni, muneris in anno accipiant, quam quod ſit aureorum centum, l. 6. illo tit. item lex Iulia Pappia: Ne quis donum, munus, operas præter cat, &c. dare, facere, præſtare cogatur, l. qui libertinus, 37. ff de oper. liber. l. vlt. ff de lib. cenſ. dict. l. ſæpe, 53. de verb. ſign. Item in mandatis Principum: Ne proconſules donum, munuſve capiant. leg. ſolent. 6. ff. de offic. proconſ. Sic Plaut. in Ciſtel. Inde in amicitiam inſinuauit cum matre, & mecum ſimul: blanditiis, muneribus, donis. Et Cic. in Cluent. Tantum donis datis muneribus perfecerat. Et pro Archia, quod quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur. Item in l. plebiſcito, 18. ff. de off. præſi & leg. Campanos, 47. ff de oper. lib. Videndum igitur remota aliorum auctoritate, quid inter donum ac munus interſit. Nam Seruius quidem. Virgilij interpres, donum proprie ſuperiorum deorum eſſe ait: Munus vero inferiorum. Donat. autem in Teren. Donũ proprie deorum: Munus hominum. Quod cum ita ſit, plus eſſe certe donum voluarunt, quam munus, qua de cauſa etiam in ſuperioribus exemplia fere ſemper priore loco collocatur, vt non incommode fortaſſe dicere poſſimus. Donum eſſe majorum rerum: munus vero minorum. Nam Pompon. in l. ſed ſi, 31. §. ſi vir. ff. de don. Int. vir. Si vir, inquit, vxori munus immodicum Kal. Martiis aut natali die dediſſet, donatio eſt. Itaq; & regna, & regiones & oppida & prædia cæteraſq; res immobiles dono dari, paſſim legimus: munera dari, legiſſe me non memini, quin & abſentes res donati recte dicuntur: munera autem mitti, & præſentia offerri l. munus, 18. de verb. ſig. qua de cauſa fortaſſe Gallica lingua noſtra præſentia nominamus, quæ præſenti in manus dantur. Recte ergo Vlp. donum quaſi genus facit: munus ſpeciem, propterea quod quæ muneri dantur, dona omnia ſunt: at non contra. Atque hæc quidem generatim de rebus omnibus dicta ſint, nam quod Vlp. eo loco ſcribit, ſane non vniuerſe dictum arbitror: ſed proprie ac præcipue libertorum in patronos grati animi ſignificatione. Donum, inquit, genus eſt: munus autem donum cum cauſa: vt puta natalitium, nuptalitium. Significat enim ea munera quæ libertĩ patronis eorumve liberis aut conjugibus, natali nuptiarumve die dabant. Nunc ad Marciani diſputationem accedendum eſt: qui in dict. l. 214. munus à dono ita diſtinguit, vt illud dicat eſſe neceſſarium, hoc vero voluntarium, ſiue ſpontaneum, quod quidem facile intellecto eſt, ſi modo munera pro iis oneribus intelligamus, à quibus qui liberi ſunt, immunes appellantur, dict. l. munus 18. eod. tit. quanquam in eo genere diſputationis munera cum donis contendere, nulla ratio eſt. Sed quoquo modo ſe res habeat, quidnam tamen illud eſt, quod mox ſubjungit: Non quodcunque munus, id & donum accipi: at quod donum fuerit, id munus recte dicunt: namque adeo inter ſe pugnant, vt alterum ſit neceſſarium, alterum voluntarium difficile dictu eſt, ea generis inter ſe ac ſpeciei vicem præſtare poſſe: præſertim autem ſi id quod neceſſarium eſt, genus facere velimus. Videndum igitur, num multo verius certior ſit Pauli ſententia, qui donum genus conſtituit ejuſque duas ſpecies facit: quarum altera in generis ſui nomine conſiſtit, altera munus appellatur. Quod ſi ita eſt, conſiderandum etiam videtur, ecquid particula non ſuo loco mota ſit & in alienũ tranſlata, quaſi ita rectius legatur: Sed in ſumma, in hoc ventum eſt, vt quodcunq; munus, id & donũ accipiat: at non quod donum fuerit, id etiam munus recte dicatur

De quo-

De quo tamen nihil affirmo: veteris codicis auctoritatem ex-
5 pecto: iudicium eruditioribus viris integrũ relinquo. Hotom.
§ Adde Connan. lib. 5. c. 9. n. 2. & vide infrà in verbo Munus.

Δωρεαστικὸν, i. e. inſtrumentum inſinuatæ donationis, vide Goth. ad l. 35. ibi: donationem inſinuauerit C. de ſacroſ. eccl.

Δορυφόροι ſunt Prætoriani milites præfectorum prætorio, Herodiano lib. 5. Pet. Fab. 1. Semeſtr. 3. Cuiac. & Gothofr. ad l. 8. §. 9. ff. de excuſ. & Gothoſr. ad l. 1. §. in ſchola prætorianorum, C. de offic. præf. prætor. Afric.

DORMIRE cum aliqua, eſt adulterium cum ea committere, c. qui dormierit 27. q. 2. Prat.

DORMIT præſcriptio, vel tempus non currit, ſed quieſcit, paſſim apud interpretes, Prat.

DORMIENTES pro ceſſatoribus, incuriis, & negligentibus ſua agentibus iuxta vulgatam illud: Vigilanti, & non dormienti ius ciuile ſcriptum eſt l. pupillas, in fin. ff. quæ in fraud. cred. cum ſimilib. Vigilantes autem accipimus, qui ſuarum rerum ſatagant. Prat.

DORMITORIA Cartucha, l. 13. de auro argent.

DOTIS ſignificatio varia eſt: Nam & dotes animi, corporiſque vulgo dicimus, & dotes prædiorum non ſemel vocant Iureconſulti noſtri. l. 5. de inſtruct. leg. l. amiſſi de fideiuſſor. Duaren. de dotib. c. 1. Et Plinius vlmum vite dotatam dixit, & Cicero artem indotatam verborum dote locupletare. Conn. lib. 8 Dicta ab eo quod dabatur. Nam & Acron interpres Horatij dotem definit eſſe donum puellarum nubentium.

Dos eſt, quod datur à muliere marito, l. ſi rem æſtimatam, ff. de iur. dot. vel ab eius patre, vel extraneo, vt in § accedit, d. l. vnica. C. de Rei vxor. act. proprie autem dos dicitur, vt ait Varro. quod nuptiarum cauſa datur, nam ipſa ſine matrimonio eſſe non poteſt. l. 3. ff de iure dot. Et vbicunque matrimonij nomen non eſt, nec dos eſſe poteſt. l. 48. ff. de iure dot. Donatio vero propter nuptias eſt, quam facit ſponſus, vel aliquis nomine eius, ſponſæ, vel alteri nomine ſponſæ. Illa redit ad vxorem, vel eius hæredes: hæc ad maritum, vel eius hæredes. Dicta Græce *ἀντίφερνα*, quaſi contra, vel mutua donatio. Vulgo hanc donationem propter nuptias Dotem viri nuncupamus: cum æqualis ſit in Iure doti mulieris, *Ein VViderͣgab* ex Old. copia. Spieg.

DOS, *die Mittgiff*, iura in re marito conſtitutum, ad ſuſtinenda onera matrimonij, definitio Vulte. in comment. Inſtitut. de Nupt. § 14. num. 5.

Dos ab antiquis inter donationes numeratur: Non eſt tamen ſimplex donatio, ſed contractus: & quidem ſpecialis, Nou. 119. Cuius diſtinctionis vtilitas ſumma eſt Goth. ad l. 20. in pr. ibi, inter donationes etiam dotes connumerat. Cod. de donat. ante nupt & ad Nou. 38 in præfat. §. 1.

DOS eſt quod ab vxore, vel alio eius nomine, pro ſuſtinendis oneribus matrimonij marito datur promittiturve Briſſ. vlt. edit. Dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ conſiſtere non poſſunt. Nec enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt. Vbicunque igitur matrimonij nomen non eſt, nec dos eſt l 3. de iur. dot. Briſſ.

DOS data, dicta, aut promiſſa. Briſſ. ex C. Th.

DOTIS promiſſio, datio, actio, exactio. Briſſ. ex ff. & C.

DOS eſt proprium patrimonium mulieris, l. 3. §. ergo etiam, ff de Minorib. l. meum, ff. de relig. & ſumpt. fun. l. Pomponius. Philadelphus famil erciſc. Vide Azon. in ſumma, Bart. in rubr. ſol. matr. Quod propterea marito datur à parente vel ab extraneo vt onera matrimonij ſuſtineat, l. 1. l. Dotis fructus, & l. Res in dotẽ ff. de iur. dot *Ein Heymſteuer, Mitgab, Brautſchatz* quaſi mulieris theſaurus, ad vitæ neceſſitatẽ cõſeruãdus. Spie. Pr.

Dos legitime reſtituta mulieri aut patri, ſoluto matrimonio, non plus dicetur dos, ſed nominatur patrimonium mulieris: ſicut hæreditas adita, poſtquam eſt adita, non plus dicitur hæreditas, ſed patrimonium hæredis l. ſed ſi plures, §. filiæ, ff. de Vulg. Dos autem nondum reſtituta, quamvis matrimonium ſit ſolutum, recte dicitur Dos, per text. in l. 1. §. taceat. C. de rei vxor. act. Spieg. Prat.

DOS communis, l. 22. § 5. ff. ſolut. matrim.

DOTI reſpondet donatio propter nuptias. Eadem enim cauſa vt vitam commode tranſigant, vel maritus, vel illius nomine alius eam confert. Dos igitur & donatio propter nuptias hoc modo comparantur, quod donata propter nuptias, certa lege poſſunt obligari & alienari. Nouell 61. §. 1. Et ſic dos quoque §. 4. ibid. Iulianus eadem Nou. §. hæc autem dicimus. Differant tamen & dos, ac donatio propter nuptias: nam dotis actio priuilegiata eſt, donatio propter nuptias non eſt, vide Goth. ad d. Nou. 61. cap. 1. § 4. plur. alleg. Prat.

DOTIUM cauſa l. 1. ff Solut. matr. quæ ſit vide Bart. & Alciat. in d. l 1. & vide ſupra Cauſa. Prat.

DOTATAS eſſe fœminas, ad ſobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem, maxime eſt neceſſarium, ibid. Prat.

DOS non eſt ius vniuerſale, vt cum Bar. Iaſon. & alij cauillãtur, quorum ſententia non poteſt vllo colore defendi: ſubſcribendum itaque Baldo & iis qui recte ſequuntur eum. Dn. Zaſius Dotem eſſe ius incorporale haud negat, id eſt, quandam qualitatem legalem, quoddam ius, quod intellecta colligitur, quod verſatur circa corpora dotalia. Spieg.

DOS certa, quæ ſecundum patrimonium promittentis, & conditionem eius cui promiſſa eſt, accipienda l. ſi cum ea. C. de dot. promiſſ. l. cum poſt. §. gener. ff. de iur. dot. Spieg.

DOTIS ſpecies hæ memorantur: Profectitia, aduentitia, Receptitia. Profectitia appellatur quæ à patre vel parente virilis ſexus profecta eſt de bonis vel facto eius. l. 5 ff. de Iure dot. Quæ & dos à patre profecta dicitur, in l. 2. §. 1 ff. ſolut. matr. & dos communis patris & filiæ l. 3. ff. ſolut. matr. Aduentitiæ vero nomine, ea dos ſignificatur, quæ à quouis alio, vel ex ipſius mulieris bonis data eſt leg. 5. §. ſi pater. ff. de iur. dot. Briſſon.

Dos aut profectitia eſt, aut aduentitia, Vlpia in epitom. tit. de dotib. 6. Profectitia Vlpian. eſt, quæ à patre, vel parente virilis ſexus proficiſcitur, de bonis eius, vel facto eius, Siue igitur parens dedit dotem, ſiue procurator eius, ſiue iuſſit alium dare, ſiue cum quis dediſſet negotium eius gerens, parens ratam habuit, profectitia dos eſt l. profectitia. ff de iure dot. In ſumma parentis nomen dotem profectitiam facit d. l. profectitia §. ſi pater pro filia. Hæc quoque ſecundum Briſſ. dos à patre profecta dicitur in leg. 2 §. 1. & l. 10. ff. ſolut. matr. & l. 4. C. eod. tit. l. 6 ff. de iur. dot. Et dos communis in l. 22. §. 5. ff. ſol. matr. Aduentitia vero dos illa eſt, quam nemo ex parentum bonis, ſed quiſpiam extraneus aliunde dedit, vt ex Iuliani verbis colligitur. Spieg.

DOS per præceptionem legata, hoc eſt, ante captionem, in l. fundus. ff. Famil erciſc. Quære, Præceptio.

DOS promiſſa. Diſceptant Dd. an dos promiſſa dicatur dos, quaſi ſit ibi determinatio dimidiens: & an in ſtatuto veniat nomine dotis ea, quæ nec dum tradita eſt, ſed promiſſa. Eſt Zaſio inueſtigatio vtiliſſima, quam vide in tit. Sol. matr. Inter dotem promiſſam ac datam nihil intereſt. Nam ex ſola promiſſione dos conſtituitur, vide l. 4. C. de coll. Goth. ad l. 3. C. de ſponſal.

DOTAM conſtituit vel mulier ipſa, vel alius nomine mulieris. Mulier ipſa, nempe quæ ſui iuris eſt: alias nomine mulieris, ſiue ea ſit iuris ſui, ſiue alieni. Et rurſus alius ille eſt vel pater mulieris, vel à patre extraneus. Hinc dos ab alio quam à muliere conſtituta, alia dicitur profectitia, alia aduentitia. Profectitia eſt dos conſtituta à patre vel parente fœminæ paterno virilis ſexus de bonis vel facto eius. Aduentitia eſt dos conſtituta ab extraneo. Vtraque illa interdum eſt dos vera, interdum putatiua. Dos vera eſt quæ accedit matrimonio iuſto & legitimo: Putatiua contra, quæ accedit iniuſto: & illegitimo, dos autem eſſe putatur magis, quam vt dos ſit, idque ob priuilegia, quæ de iure ad hanc dotem repetendam non minus conceſſa ſunt, quam ad repetendam veram, Vulte. in Comment. Inſtit. Nuptiis § 14. n 4 & ſeqq.

DOTEM opinatam latine dici poſſe putat Duaren. l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. ff. ſol. matr. quam vulgo putatiuam vocant.

DOTEM legari, vel pro dote legari, non differunt. ff. de dot. præleg. l. cum quis, §. ſed ſi non dos, & l. cum ſcriptum. Spieg.

DOTAM paruam Dn. Alciat. accepit, quæ ſi amiſſa ſit ex hæreditatis rata portione reſarciri filiæ valeat, magnam, quæ non valeat, adeo vt collatio circa nullam verſetur ſpem ex patris imperſuaſibilitate: ſic enim legendum idem, & quidem recte monet: non autem illam ſpeciem, vt vulgata habẽt tranſlatio: in Auth. collat. 7. paulo ante finem.

DOS caduca dicitur, quæ confiſcata eſt, l. ſi quis. 38. §. 1. ff. de ritu nupt. Prat.

Dos receptitia ſpecialiter dicitur, quam extraneus dans, vt ea ſibi redderetur, ſtipulatus fuit, Vlpian. cap. Inſtit 6 Caius l. 11. §. 1. ff. de mort. cauſ. don. Sed & dos quam quis in mortem mulieris à marito ſtipulatur, capitur ſane mortis cauſa, cuius generis dotes receptitiæ vocantur. Prat. ex Hotom.

Dos aduentitia ex ipſis mulieris bonis dari poteſt. Briſſ.

DOTIS cauſa, pro ipſa dote nominatur in l. 1. ff. Sol. matrimon. Vt annotauit Zaſius: Ex iſto textu colligo, aiens, dotis cauſam nominari hic ipſam dotem, vel negotium, naturam, vel conditionem dotis: nam ita ſumi cauſam pro negotio, apud rhetores vulgatum eſt. Nec temere dotis cauſa præcipua dicitur, quod ad mulieres pertineat, quæ ſolent ciuitatem replere ciuibus, liberis Hoc eſt quod dicit Iuſtinian. in Auth. de nupt. in princ. Artificioſam immortalitatem induci procreatione prolis. Accedit elegans text. in l. liberorum. in fin ff. de Verb. ſig. Item tex. in l. 1. §. & generaliter, nec non §. ſi. ff. de Ventr. in poſſeſſ. mit. Spieg.

DOTALES fundus, ſeruus, i. e. in dotem datas, vt l. ſciendum §. ſi fundus ff. de Iur. dot.

DOTALE prædium, etiam nomen retinet ſoluto matrimonio. ff. de fund. dot. Dotale autem prædium non ſolum intelligimus, cum iam marito eius dominium quæſitum eſt l. dotal. § dotale eo. ſed etiam deſtinatum. l. dotale prædium cuius ibid. Spieg. ex Old.

DOTALIS fundus intelligitur, ſiue cũ mulieris nomine quis vl-

Digitized by Google

ro dederit, ſiue cum à viro ſibi debitum ipſa mulier doti promiſerit, &c. l. 24 §. ſi fundum, ff. de fund. Briſſ.

DOTALES res eſſe videntur, quæ dotali pecunia emptæ ſunt. l. cum vir & vxor. §. pen. ff. de iur. dot. Spieg. ex Old. vel etiam, quæ in dotem datæ Briſſon.

DOTALIA bona, & Dotales fundi, hoc eſt, ad dotem ſpectantes, & in quibus dos mulieris collocatur, vel quos vir accepit pro dote mulieris. Spieg.

DOTALIVM ſeruorum & ancillarum ſæpe meminere Iuriſconſ. Earum meminit & Imp. in l. 1. §. 9. C. de rei vxor. actio. Sunt autem, vt verbum ipſum prodidit, quos vxor cum dote ad maritum attulit, Receptitius Dotali opponitur, quem vxor ſibi proprium retinet, neque doti dat Spieg.

DOTES prædiorum ex videntur fuiſſe acceſſiones, quæ ex aliis prædiis ad vſum vnius fundi ſolebant venire: vt in exemplo quod eſt apud Vlpianum. l. 9. §. 6. ff. de vſufruct. Nam etſi vſusfructus fundi fuerit legatus, & ſit ager vnde palo in fundum, cuius vſusfructus legatus eſt, ſolebat paterfamilias vti vel ſalice, vel arundine, puto fructuarium hactenus vti poſſe ne ex eo vendat. Dotes prædiorum Papinianus vocat inſtrumenta, quæ prædiis ſic attribuuntur, vt dotes nuptiis. Dotes prædiorum, inquit, quæ Græco vocabulo ἐνθήκας appellantur, cum non inſtructa leguntur, legatario non præſtantur, l. 2. § 1. ff de inſt. vel inſt. Columell. lib. 4 cap. 30. Pedamenum gerorumque & viminum proſpiciendorum tradenda ratio eſt, hæc enim quaſi quædam dotes vineis ante præparantur vide Enthecæ Prat. ex Hot.

DOTARE filiam, vel dotata eſſe. Dotata mulier, & indotata, opponuntur. l. 78 § quod ſi ff. de iur. dot. Briſſ.

DOTALITIVM, id eſt, donatio propter nuptias vel res paraphernales, i. e. vltra dotem datæ: vel vſusfructus partis bonorū mariti, quam vxori propter nuptias dat, vt eo poſt mortem ſuam alatur, c. ex parte. de fot. compet. c. nuper. de donat. int. vir. & vxor. Berengarius Fernandus Anteceſſor Toloſæ accipiendum tradebat, Dotalitium, quod mulieri datur de quo in c. plerunque de donat. inter vir. & vxor. vbi gl. interpretatur donationem propter nuptias. Id per adulterium perdit mulier. d. c. plerunque. Prat. Corraſ. Miſcell. iuris lib. 3. c. 1. lucrum nuptiale interpretatur: Idque à iureconſultis additamentum l. inter ſocerum, § cum inter ff de pact. dot. A Tholoſalibus agenſamentum adpellari ſcribit.

DOARIVM vel Doarium eſt dotis augmentum, vt idem Fernandus tradit idque ex parte dotis. Guido Papæus, quæſt. 524. pro eodem ponit Dotalitium & dotium & vide quæſt. 555. & 249. Ex quo collige Pragmaticos Gallos plerunque hoc vocabulo abuti: pro dote enim accipiunt & potiſſimum Notarij imperiti. Prat.

D R.

DRACHMAM, & Denarium, idem non eſſe, docet Agricola li. 4. Quanquam menſurarum & ponderum ratio vix definiri explicarive ſatis poteſt, propter variam earundem dimenſionem Quod & Alex. Neapol. exiſtimat, apud quem extat lib. 5. elegans caput, quo explicat, quibus finibus, quaque menſura iter, actus, aut via conſtent Spieg.

DRACHMA vnciæ pars octaua, quæ ſex obolos pendebat, dicta ἀπὸ τῦ δράττεσθαι eo quod ſex oboli manum, i. e. τὴν δρᾶκα, implebant, vt inquit Euſtathius. Nec vero drachma pondus denarij tantum ſignificat, ſed etiam nummum eodem pondere percuſſum ab Athenienſib. Terent. in And. vix, inquit, drachmis obſonatus eſt decem. Prat.

DRACHMA auri, i. oboli ſex, tanti eſt in præſentia propter temporum noſtrorum paupertatem, quanti olim oboli 8. vt Budæus docet lib. 2. de Aſſe. Hæc vox, neutro genere rapinam, manipulum, donariumque ſignificat: Drama vero eiuſdem generis rei eſt repræſentatio, vt communiter fit in fabulis. Vnde Dramaticum opus, vel poema, in quo ſolæ perſonæ agunt, abſque poetæ interlocutione. Spieg.

DRACHMALIA vſura Græcis dicebatur, quæ Latinis centeſima. Vt enim Romani ab aſſib. ita Græci à drachmis vſuras denominarunt: vide vſura centeſima, & Bud. lib. de aſſe. Prat.

DROMI Latine curſus dicuntur: vnde Catadromos: vide ſupra Athletarum nomine & in voce Catadromos.

DROMONES à nauigiis ſunt celerrima, quaſi curſoria dicas. Horum meminit Iuſtin. in l. 1. C. de offic. præf. Prat. Afric. Milites, inquit, conſtituas, qui poſſint & ipſum traiectum ſeruare, & omnia quæcunque in partib. Hiſpan. vel Galliæ ſiue Francorum aguntur, viro ſpectabili duci denunciare, in quo traiecto etiam dromones quantos poteris ordinari facias. Item Procopius lib 3. de bell Goth. Hot. eoſdem eſſe, quos Celoces Latinis dictos à celeritate, vult. Caſſ. lib. 4. ad Venetum, horum mentionem facit, vt opportunorum ad rem frumentariam connehendam. Iſid. lib. 19 Etym. c. 1. Longæ naues ſunt, an, quas Dromones vocamus, dictæ eo quod longiores ſint cæteris. Cuius contrarius Muſculus curtum nauigium. Procopius quoque Nauigia longa ab eo quod celerrime excurrerent, Dromonas appellata ſua ætate ſcribit. Curſum enim δρόμον Græci dicunt Caſſiod. lib. 5. variar. Epiſt. ad Abundantium. Decreuimus mille interim Dromones fabricandos adſumere, qui & frumenta publica poſſint conuehere, & diuerſis nauibus ſi neceſſe fuerit, obuiare. Zonaras tomo 3. in Mauritio. ὁ δὲ καὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ ... δρόμωσιν ... τῆς γυναικὸς ... τῶν τέκνων ... Idem in Iuſtin. Rhinotmeto: ... τῶν φορτηγῶν. Huiuſmodi vero nauium exercitores Dromonarij vocantur. Et ita apud Caſſ. lib. 4. Var. epiſt. ad Venetat. & inſcriptione Epiſt. ad Dromona. lib. 2. Varia. emendandum hoc verbum cenſeo. Et.

D V.

DVAS ædes habere apud Vlp. in pr. l. ſi quis, ff. comm. præd. Spieg.

DVÆ res, non ſunt fructus, & fundus, ſed vna. l. fi. §. pen. ff. quæ in fraud. cred. l. 1. §. ſi duæ res. Quorum legatorum. Prat.

DVBIA cauſa dicitur, quæ (vt voce vtamur forenſi) ſemiplene probata eſt. Gloſſ. eſt celebris in l. admonendi ff. de iureiur. porro in dubiis interpretandis, ad mitiora deflectendum eſſe, Schola noſtra omnino recepit. Prat.

DVBITABILIS eſt, quando argumenta pro & contra congruunt, colligitur ex l. Licinus ff. de fideic. libert. Prat.

DVBITARE quid ſit, Bart. docet in l. admonendi. de iureiur. Ad. de l. Licinus, de fideicomm. libert.

DVBITARE de conditione ſua, de ſtatu ſuo, de decreto Briſſ. ex ff.

DVBITATIO eſt motus indifferens, ad vtramq; partē ex æqualitate rationum contrariarum proueniens, ad quam iudex perducitur per negationem, quare ſit dubia gloſ. l. fi. C. qui ad libe. proclam. non licet. Fel. c. ſuper de teſt. cog. Bal. fi. de prob. Illud dubitationis eſt, dubitationem recipit. Briſ. ex ff.

DVBIVM eſt, de quo inter ſapientes dubitatur, l. an inutilis ff. de Acceptil. Arg l. vnicæ, & quidem perquam elegantis. Nihil innouan. appellat. pend. Prat. Dubium argentum, de cuius pondere vel bonitate dubitari poteſt. Spieg.

DVBIVS in fide, infidelis c. 1. de hæret. Non dubie. Minus dubitatur, Briſſ. ex ff. Dubius euentus litis, ex Scæuola dici ſolet. l. quod deberetur ff de pec. apudq; Anteceſſ. fere prouerbij loco vſurpatur, apertiſſimamque habet ſignificationem, vt ait Alc. Spieg. Dubius hæres, dum deliberat, vtrum adeat necne hæreditatem.

DVCTOR l. 18. §. ſi nauis alteram ff. ad l. Aquil. quod verbum & in Lexico B. Germani notatum reperi: in quo ita eſt: Ductores, ἀγοὶ, ἡγέμονες, ... Briſſ.

DVCATVS pro regione cui Dux dominatur, apud Feudorum conditores. Extat exemplum huius ſignificationis apud Suet. in Nerone. Lampridius autor eſt. Heliogabalum illaudatum Imperatorem olim vendidiſſe Ducatus, & Officia Palatina. Tertullianus noue vſurpauit Ducationem pro Ductu: & Ducatorem, pro Duce, Rhenano annotante in libero de Coron. milit. Spieg.

DVCENA, vt & centena, gradus dignitatis promotionisve in ſchola agentium in rebus l. vlt. C. de agentib. in reb. l. 5. C. de princip. agent. in reb. l. 1. de muti legul. in C. Theod. l. 1. de Cæſarianis, in eo C. l. 6. de decurionib. in eo. C. ex quib. pater ducenam non ducenariam legi oportere in l. 1. C. de offi. magiſt. offic. quanquam impreſſi codices hoc vitio laborent. Briſſon. Ducenæ dignitas, principatus, in C. Th. Iude

DVCENARII qui ducenam gerunt & ducentis ſcholaribus præſunt, l. 3. C. de agentib. in reb. l. 1. C. de lucris aduocat. l. 1. C. de exactoribus tributor. l. 9. de exactionibus, in C. Th. Cyprianus lib. 1. Epiſt. 4 Neque vt ille ſuperbierit, ſublatuſque fuerit mundanis dignitatibus, Ducenarius potius quam Epiſcopus vocari volens. Meminit & huius muneris Nicephorus lib. 6. hiſt. Eccleſ. c. xxii. In Notitia quoque crebro in officio rectorum prouinciarum principem de Schola agentium in rebus Ducenarium recenſeri inuenias. Cæterum & in re militarā, Ducenarius interprete Vegetio lib. 2. c. 8. dicebatur, qui duas centurias, id eſt, ducentos homines ducebat in acie ſecunda. Briſſ. & Goth. ad l. 2. § & hæc notitia, 19. ibi: Ducenariis. Briſſ. de offic. præf. prætor. Afric.

DVCENARII iudices erant, qui de leuioribus pronunciabant. Dicti à cenſu ducentorum ſeſtertiorum. Ducenarij quoque, vt alij tradunt, capiuntur pro exactoribus publicaniſve. Ducenaria enim nomen vectigalis eſt, ſicut Centeſima, Quinquageſima. Scotus ad Theodoſ. Imp. in ſchola agentium tradit fuiſſe ducenarios, qui in præfectorum officio in prouinciis fiebant officij principes: eratque eis poteſtas principalis, clementiæ adorandæ. Alc. in l. matriculam, C. de agentib. in reb. lib. 12. Aſtipulatur Rhenani ſcholium apud Euſebianam hiſtoriam c. 16 lib. 7. Spieg. ex Old.

DVCERE aquam ex caſtello, vel ex riuo, vel ex quo alio loco publico: per fiſtulas, per riuum Briſſ. ex ff.

DVCERE, dominorum verbum proprium, qui mancipia abducunt Itaque.

DVCAS LICET, dici ſolebat, in actionibus cum licitatori mancipium addictum fuiſſet. Vnde illud lib de orat. 3. quanti addictus: mille nummum nihil addo. Ducas licet Prat.

DVCERE funus, pro facere, vide Funus familiare.

DVCERE

DVCERE in matrimonium. Fœmina ſola nubere dicitur, vir autem ducere in matrimonium, ducere in vxorem, habere vxorem, & habere in matrimonio. Spiegelius.

DVCERE aliquem, quod decreto iudicis non obtemperauit, hoc eſt in carcerem trudere, vt vulgus loquitur, l. iniuriarum actio §. ſi quis quod. ff. de iniur. Prat. Duci etiam, id eſt, in vincula duci Briſſ. vel occidi interdum.

DVCERE pugnum, cædere pugno. Paulus, l. 4. ff. de iniur. Si cum ſeruo meo pugnum ducere vellem, in proximo ſtantem inuitus percuſſerim: Iniuriarum non teneor. Hotu. Sic Plauſtra ducũtur: Quia ducere eſt proprie manuducẽtis. Virg.

-------- -------- En ipſe capellas
Protinus æger ago, hanc etiam vix Tityre duco.

Agi enim armenta dicuntur à bubulco qui pone ſequitur: Trahi autem ab eo qui præcedit. Conn. lib. 4. c. 81. num. 1. Duaren. lib. 1. diſputat. anniuerſ. cap. 13. Alias ducere eſt iudicare, exiſtimare. Proprie autem ducuntur volentes, trahuntur nolentes. Seneca. Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. Old.

DVCERE in carcerem, quia manus in eos qui ducebantur iniectione, quaſi poteſtas quædam adepta eſt, l. 2. ff. de in ius vocan. Cic. in 2. Agrar. Egone is Conſul, qui timeam ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi Trib. pleb. duci iuſſiſſet, Prat.

DVCERE curriculum leg. 11. §. ſi quis me. ff. de iniur. Via ducit rus, in agrum.

DVCERE materiam, l. pen. ff. de commu. præd. & apud Vitruu. lib. 5. c. fin. ducere murum. Prat.

DVCES ab antiquis ſemper quidem pro ductoribus exercituum dicebantur: ſed tamen tribus modis id nomen vſurpatur. Nam interdum Duces appellabantur, qui ſummum in militia imperium obtinebant: qui ſi commiſſo prælio victoriam obtinuiſſent, Impp. conclamatione militum appellabantur. Liuius lib. 9. Iam primum, vt ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem abnuo, egregium ducem fuiſſe Alexandrum. Interdum Dux appellabatur, cui pars Imperij ab altero ſuperiore mandata eſt, Cicer. Offic. 3. M. Attil. Regulus, cum Conſul iterum in Africa ex inſidiis captus eſſet, Duce Xantipp. Lacedæm &c. Sic in l. conuentionum, 5. ff. de pact. Publica conuentio eſt quæ fit per pacem, quoties inter ſe duces belli quædam paciſcuntur. Sic à Cæſare Duces perſæpe appellantur, qui legati ipſius erant, & Imperatore abſente ſummam poteſtatem habebant, vt Labienus apud Cæſarem lib. 6. de bello Gall. Præſtate eandem nobis Ducibus virtutem, quam ſæpenumero Imperatori præſtitiſtis. Atque hi nonnunquam conſularibus inſignibus vtebantur, & poterant dimitti ab Imp. ignominiæ cauſa, vt ſcribit Vlp. l. 2. in pr. ff. de his qui not. infa. Iuſtin. lib. 24. Multis nobilibus regnum Maced. affectantibus Soſthenes ignobilis præponitur: & cum Rex ab exercitu appellatus eſſet, ipſo non in Regis, ſed in Ducis nomen iurare milites coegit. Idem lib. 9. Cum honoratum inſuper ducatu aduerſarium videret. Et lib. 30. Agathocles Regis lateri iunctus ciuitatem regebat: tribunatus, præfecturas, & ducatus, militares ordinabat. Tacitus de moribus Germ. Reges ex nobilitate, Duces ex virtute ſumunt: nec Regib. infinita aut libera poteſtas: & Duces exemplo potius quam imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt. Interdum tamen Duces ij dicũtur, qui ſummum quidem imperium obtinent: at ij qui cum poteſtate ſunt, i. quibus imperij pars mandata eſt, comites. Cicero pro Marcell. Bellicas laudes ſolent extenuare verbis, eaſque detrahere ducibus, ac communicare cum militibus, ne propriæ ſint Imperatorum. Et aliquanto poſt. Hæc enim res vnius propria eſt Cæſaris: cæteræ duce te geſtæ, magnæ illæ quidem. Sed tamen multo magnoque comitatu. Huius autem rei tu idem es, & Dux & Comes. Poſtea vero Duces dicti ſunt, quibus rex aut populus regionis alicuius adminiſtrandæ poteſtatem dederat: vt in l. Baioar. tit. 13. c. 2. Si quis contra ducem ſuum, quem Rex ordinauit in prouincia illa aut populus elegit ducem, de morte eius conſiliatus fuerit, &c. Specul. Saxon. lib. 3. Quælibet prouincia Teutonicæ terræ ſuum habet Palatinatũ: Saxonia, Bauaria, Franconia, & Sueuia: quæ antequam à Romanis ſuperabantur, regna fuerunt: à quibus ipſa in Ducatus nomina fuerunt permutata, &c. Animaduerſione autem dignum eſt, quod circiter ætatem Caroli magni Duces dicebantur, cui duodecim comites ſuberant. Theodulphus ſub anno 849. Taſſilonem in ducatu Baioariorum collocauit per ſuum beneficium. Grifonẽ vero partibus Neuſtriæ miſit, & dedit ei duodecim comitatus. Eum locum imitatus eſt Aimoynius li. 4. cap. 61. Taſſilonem, inquit, in ducatum reſtituit: Grifonem more ducum duodecim comitatibus donauit. Duces rurſus & comites apud ſcriptores barbaricos ita diſtinguuntur, vt duces ſint totius regionis præfecti: Comites vrbis tantum Gregor. Turon. lib. 9. c. 7. Ennodius cum ducatum vrbium Turonicæ atque Pictauæ adminiſtraret, adhuc & vici Iulienſis atque Benarnæ vrbium principatum accepit. Sed comitibus comitibus Turonicæ atque Pictauæ vrbis ad regem Childebertum, abſtinuerunt à ſe remoueri. Prat.

DVCES partium, id eſt, factionum.

DVCES per Orientem ſex, per Ægyptum duos, per Ponticum vnum, per Thracias duos, per Illyricum totidem, & quam plurimos in Occidente autor Notitiæ ponit Briſſ.

DVCTVS ætate, miſericordia pietate, errore, metu, leuitate, rationibus, amicitia, calore, officio, ſcriptura. Briſſ. ex C. ff. id eſt motus, excitatus.

DVCI vxor dicebatur, quæ ex patris domo in mariti domum eo ritu, quem infra deſcribam, deducebatur. Primum auguriis captatis, factiſque ſacrificiis, ignem & aquam attingebant, vt Varro ſcribit, & Feſtus, & Plutarchus in Problemat. quod generationis cauſa in calore & humore poſita ſit: eiuſque rei veſtigium eſt in l. pen. ff. de don. inter vir. vbi Scæuola ſignificat aquæ & ignis adhibitione nuptias celebrari. Tunc nuptam vir è ſinu matris dicis cauſa rapiebat: aut ſi ea non erat, ex proxima neceſſitudine, quod vt ait Feſtus, ea res feliciter Romulo ceſſerat, poſt flammeo amiciebatur nuptæ nouæ caput ominis boni cauſa, quod eo aſſidue vtebatur Flaminica, i. Flaminis vxor, cui nõ licebat facere diuortium. Hinc nuptæ & Varro & Seruius appellatam tradunt, quo ei caput velabatur. Ita deducebatur nupta à prætextatis tribus, quorum vnus præibat facem tenẽs ſpineam. E ſpina autem ea fax erat, quoniam idem fecerant paſtores qui Sabinas rapuerant: vt Plinius libro decimoſexto teſtatur, & præibit fax, quod non niſi veſperis exortu nubentes in viri deducebantur domum. Duo reliqui manu nuptæ brachia ſuſtinebant, puerorumque & puellarum cantibus inter ſe reſpondentium ea deductio celebrabatur. O hymen hymenæe, hymen, ô hymenæe. Plutarchus quinque fuiſſe faces ſcribit, quod is numerus maxime nuptiis conueniret. Cum autem ad mariti limen ventum erat, tum poſtes oleo inungebat nupta, eoſque laneis vittis ornabat: vnde vxorum nomen Varroni, & Seruio, & Feſto, quaſi Vnxores. Limen autem attingere, religio erat: ne, vt Varro putat, à ſacrilegio inchoarent, ſi depoſituræ virginitatem calcarent rem Veſtæ, id eſt numini caſtiſſimo violatam. Ingrediente illa, Talaſſio voce magna clamabatur: ea de cauſa, quæ ex primo Liuij omnibus nota eſt Plautus, Senſim ſuperattolle limen pedes noua nupta. Catulus, Transfer, omine cum bono limen aureolos pedes, raſiſemque ſubi forem. Cum autem in cubiculum deducta eſſet, prætextati brachia mittebant ac diſcedebant: pronubæ, bonę fœminę quę ſemel nupſerant, eam in lecto geniali collocabant, ſic enim lectus vocabatur, qui nuptiis ſternebatur in honorem genij: vnde & appellabatur, vt ait Feſtus. Tum maritus pueris nuces ſpargebat, vt Iouis omine (quod Varro ſcribit) matrimonium celebraretur, & nupta matrona eſſet ſicut Iuno: quia nuces in Iouis tutela erant. Rapi etiã ſolebat fax prætextati, qui præluxerat, ab vtriuſque amicis, ne aut vxor eam ſub lecto viri ea nocte poneret: aut vir in ſepulcro comburendam curaret: quo vtroque mors propinqua alterius captari putabatur. Neque prætermittendum quod Feſtus ſcribit, Cingulo nouam nuptam præcingi, quod vir in lecto ſoluebat, factum ex lana ouis: vt ſicut illa in glomes ſublata coniuncta inter ſe ſit, ſic vir ſuus ſecum cinctus, vinctuſque eſſet. Hoc Herculano nodo vinctum vir ſoluit ominis gratia, vt ſic ille felix ſit in ſuſcipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui 70. liberos reliquit, & paulo infra, Cinxiæ item Iunonis nomen ſanctum habebatur in nuptiis, quod initio coniugij, ſolutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta. Hæc Feſtus. Atque hæc quidem antiqui: poſt vero inſtitutum eſt vt etiam abſentis viri domum duci vxor poſſet. Pomponius. l. mulierem, 5. ff. de ritu nupt. mulierem abſenti per literas eius, vel per nuncium poſſe nubere placet, ſi in domum eius deduceretur, eam vero quæ abeſſet, ex literis vel nuncio ſuo duci à marito ſuo non poſſe. deductione enim opus eſſe in mariti, non in vxoris domum. Quod eleganter Paulus lib. Sentent. vndecimo, ſic complexus eſt. Vir abſens vxorem ducere poteſt, fœmina abſens ducere non poteſt: quippe quæ duci non poteſt deductione igitur omnino opus eſt. Domus enim viri, matrimonij domicilium, ait Pomponius dicta l. mulierem, & l. cæterum, §. mulieri, ff. de vſu & habitatio. leg. cum in te, Cod. de donat. inter vir. & vxor. Auguſt. lib. De ciuit. Dei 6. c. 9. Sed domum ducenda eſt quæ nubit, adhibetur Deus Domiducus. Sic enim eum Deum qui ei ſolenni deductione præerat, appellabãt. Scæuola l. Seia. 66. de donat. inter vir. Seia Sempronio quum certa die nuptura eſſet, antequam domũ deduceretur: donauit tot aureos, item, Virginij in hortos deductæ ante diem tertium quam ibi nuptiæ fierẽt, quum in ſeparata diæta abeo eſſent, die nuptiarum prius quam ad eum trãſiret, obtulit tu. aureos dono. Hot.

DVCI, producta verbi ſignificatione, dici conſuetum de iis, qui in ius ducerentur; propterea quod ad magiſtratum ita raperentur, ac vi abducerentur, quaſi poteſtas ex lege in eos eſſet, vnde tit. in edicto Prætoris, Qui neque ducantur, neque ſequantur Prat. Ducebantur olim & cuſtodiebantur illi, qui non defendebantur, Paulus in l. 2. Si ex noxal. cau. agat. Prat.

DVCI & ferri ſeparantur in l. vnic. ff. ſi quis in ius voc. non ier. l.

57 ff de euictio. hoc ad ea quæ anima carent, illud ad ſe mouentia pertinet. Itaque Duci de ſeruis vſurpatur. l. 2. §. vlt. ff. ſi ex nox. cauſa. l. 36 ff de procuratoribus, l. 26. §. ſi abſente l. 31. ff. de noxalib. l. 30. ff. de liber. cau. & de iumentis, l. 13. ff. de ſeruitutib. Duci etiam in ius duci eſt, in titulo edicti prætorij, Qui neque ducantur, neque ſequantur: cuius fit mentio in inſcriptio. l. 48. ff. de verb. ſign. Quod & produci dicitur. l. pen. §. docere ff. ne quis eum qui in ius vocat. vi ex l. 4. ff. ad l. Iul. de vi priuat. Quint. etiam in ius edocere dixit lib 7. c. 8. Briſſ.

DVCI ſerui dicebantur, qui noxæ nomine dediti in alterum dominium tranſibant. l. 2. ff. ſi ex nox. cauſ. agat. l. quod ait. 3. §. noxal. Hinc

DVCENDVS de liberis prætoris interdictum, l. ff. de lib. exhib. l. 1. ff vtrub. Hinc

DVCI in cauſis liberalibus dicebantur ſerui, contra quos vindiciæ in ſeruitutem datæ fuerunt. l. duob. 30. ff. de lib. cauſ. Hinc

DVCI obærati dicebantur, qui addicti creditoribus in ſeruitutem fuerant in 12. Tab. Prat.

DVCIANI, ducum officiales, ſeu milites, Briſſ. ex C.

DVCIANVM iudicium in l. 38. pr. C. de appell. appellatio à duce ad magiſtrum officiorum & quæſtorem ſacri palatij, notat Goth. ad d. l. 38.

DVCITVM pro dictum in l. 1. §. 1. de teſt militar.

DVCTVS miſericordia, æquitate, amicitia, humanitate, officio, pietate, pro excitatus in l. & eleganter, 9. idem Labeo. ff. de dol Prat.

DVCTVS aquæ autore Vitruuio li. 8. de architect. c. 7. fiunt generib. tribus: Riuis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, aut tubulis fictilibus. Palladius lib. 9. de re ruſtica addit quartum genus, videlicet canales ligneos.

DVELLVM dicitur bellum, inquit Feſtus, in quo à duabus partib. de victoria contendentibus dimicatur. Vnde conſtat in ſignificatione rei errare eos, qui duorum duntaxat bellum exiſtimauere, cum ſit quoq; multorum, & ipſorum exercituum. Alioqui non diceretur à Plauto. Duellum inter Thebanos & Theleboas. Præterea non ſuccineret ad Hor. lib. 1 epiſtol.

Græcia Barbariæ lento colliſa duello,
Stultorum regum, & populorum continet æſtus.

Quandoque vero duellum accipi pro duorum certamine (quod ſingulare appellamus) palam eſt ex titul. De cler. ic. pugnantib. in duello. lib. 5. Decret. Duelli meminit & Plaut Amphitr. 4. Cice. in orat. Quid vero licentius quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora? Nam vt duellum bellum, & duis bis: ſic Duellium eum qui Pœnos claſſe deuicit, Bellum nominauerunt, cum ſuperiores ſemper appellati eſſent Duellij: vt autem ex Duellu bellum factũ, ita quoque bellus duellus ab antiquis dicebatur. Liuius apud Nonium: Lenti calida, duella, tapula, tumice. Duella rupila, id eſt bella. Conſtat autem duellorum certamina fuiſſe frequentia, quemadmodum colligit Old. in leges 12. Tab. ex conſtitutione de pace tenen. necnon, quemadmodum videre eſt, ex quodam reſcripto Philippi regis duelum conceſſo, à Guid. Papæ ad verbum expreſſo in ſuis deciſionibus quæſt. 617. Maxime vero tempore Friderici Imp. I. cognomento Æuobarbi fuere frequentia, ad inueſtigandam rerum geſtarum etiam priuatim veritatem, aut etiam ad purgationem inducendam: ita videlicet, vt qui ſe ſic probaturum, purgaturumve aliquid obtulerit, & vicerit, probaſſe credatur: ſi non vicerit, in probatione defeciſſe putetur. Verum huiuſmodi certamina ſanguinolenta, & Vlp. tempore Romanorum legibus nondum damnata, l. qua actione §. ſi quis in colluctatio. ff. ad leg. Aquiliam omnino vetantur, c. monomachiam 2. q 4. c. 1. ext. de purga. toto tit. de cleric. pugnant. & l. vnica de gladiatoribus lib. 11. Cod. Cæterum, de materia duelli, videre licet (præter Ioannẽ Fabrum, de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur) Guidonem Papæ, ampliſſime eam tractantem in ſuis deciſionibus Delphinalibus quæſt. 617. cum ſex quæſtionib. ſequentibus. Anchor. Frequentabatur adhuc duellum tempore Frid. I. Ab illo autem priſco more pugnandi, ſunt iſtæ phraſes, pro eo, quod eſt, criminaliter accuſare. Item, hoc eſt, ad diſcrimen vitæ ſolenniter prouocare. Hodie duellum prohibetur cum omnib. id genus cruentis hominum ſpectaculis, in l. 1. C. de gladiator. c. 1. de purg vulg. & 2. q. 5. c. Monomachiam. Spieg.

DVELLA fuit triceſima ſexta pars aſſis, continuitque duas ſextulas. Cicero tamen duas ſextulas, quã duellam dicere maluit in oratione pro Cæcinna Balduin. Inſtit. de hæredib. Inſtit.

DVDVM pro ante in l. 23. §. 6. C. de nupt. Dudum pro olim in l. 14. vbi Goth. C. de contrah. empt.

DVITAS apud Labeonem, quem refert Iabolenus in l. malum, §. viduam, ff. de verb. ſignif. ea dicitur, quam noſtri temporis Philoſophi dualitatem, & Græci δυάδα vocant. Hinc vidua appellata eſt à Ve priuatiua particula, quaſi Vedua, hoc eſt ſine duobus, cum ſola viuat abſque matrimonio, in quo duo ſunt, vir & mulier. Macrobius tamen ſcribit, Etruſcorum lingua Iduare eſſe idem quod diuidere: vnde vidua, quaſi valde idua, id eſt valde diuiſa: aut vidua, à viro diuiſa. Et ita caſtigandus eſt locus Iureconſulti in prææallegato §. viduam apud quem legitur. Viduam dictam eſſe ſine viduitate, ſed ſcribendum eſt, ſine Duitate.

DVLCI officio functus, in l. 1. C. de his qui ſibi adſcrib. in teſtat. dicitur, qui officium vitæ impleuit. Igitur dulce officium, dulceve munus vita dicitur. Seneca in Hippolyto. Cur datum munus redditæ lucis fugis? Goth. ad d. l. 1. Dulciori nomine, quam filij, Nepotes noſtros appellare non poſſumus l. 220. ff. de verb. ſign. Hinc Dulciarij apud Lampr. in Heliog.

DVLCIA inter ea numerantur, quæ menſis ſecundis apponebantur: cuiuſmodi ſunt ea quæ recenſentur à Proculo in l. fi. §. cũ dulcia. de tritic. & vin. leg. vt puta, mulſum, paſſum, defrutum, & ſimiles potiones: item vuæ, caricæ, ficus, palmæ: Murrina quoque, i. e. myrrhæ odore condita, vt probat Plin. lib. 14. c. 15. & vide I. Paul. lib. 3. ſent. tit 6. Prat. Briſſ.

DVLCIARIVS panis, quamuis admixtione mellis fiat: tamen quodcunque genus placentæ dulcioris, delicatiorisque nihil vetat Panem dulciarium vocari. Et putat Angelus Politian. Marzompane genus lautioris edulij apud Italos, recte Panem dulciarium vocari poſſe. Idque monuit Inſulan. Dulciarius Pratei eſt, qui panes & mellita concinnat edulia. Lamprid. in Heliogab. Dulciarios & lactarios tales habuit, vt quæcunque coqui de diuerſis edulib. exhibuiſſent, vel ſtructores, vel pomarij, illi modo de dulciariis, modo de lactariis exhiberent & Iul. Firmicus lib. 8. Matheſ. c. 11. tradit dulciarios conditores, & hi ſimiles viros naſci ſub ſydere ſpicæ, quæ in virginis parte decima exoritur.

DVLCISSIMIS filiis meis, l. cũ pater. §. dulciſſimis, de leg. 3. Spie.

DVLCISSIMIS fratribus meis, auunculis autem tuis, quæcunque mihi ſuperſunt in Pamphylia, Lycia, vel vbicunque de maternis bonis concedi volo, ne quam cum his controuerſiam habeas. Senſum indicat horum verborum Iuriſconſ. in l. cum pater filios §. dulciſſimis, de leg. 2. Spieg.

DVM, particula eam ſignificationem habet quam donec & quandiu. Pomp. Hoc, inquit, ſermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ ſignificantur: vnde proprie hæc verba interpretantur, donec, ſeu quandiu erit nupta. Cætera Alciat. in l. boues, de verbor. ſignificat.

DVM nupta erit. His verbis proprie nuptiæ intelliguntur, l. bonor. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſign. Prat.

DVM pro verum in l. 1. §. item quæſitum, in fi. ff. de aq. quotid. Briſſ. in parerg.

DVNTAXAT, idem ſignificat, quod ſolum. Huius particulæ vim oſtendit Bart. in l. cum ita, ff. de condit. & demonſt Non duntaxat, pro non ſolum, apud Paulum: Cum tutor non rebus duntaxat, ſed etiam moribus præponatur, l. cum plures, de admin. tut. Spieg.

DVO ſunt multa. Inſtit. de iur. perſ. in fin. in Auth. de depoſ. & de nunc, atque ibi cum multa. Bart. in l. 1. ad Syll. Sic ex actu vno ſeu ex duabus vicibus conſuetudo fit, id eſt, aſſuetudo fact. l. nemo in fi. C. de Epiſc aud Spieg.

DVO & bina differunt, vide l. qui quatuor. 30. in pr. ff. de leg. 3.

DVO Trimi, id eſt, nuper mamma depulſi Cuiac. 19. obſ. vltim. & Goth. ad l. 9 C. de patr. poteſt.

DVO familiam non faciunt. Duo non dicuntur turba. Pluralis locutio duorum numero contenta eſt. Briſſ. ex ll. ff.

DVO Auguſti quando primum facti, Capitol. refert in M. Antonino Philoſopho. Tres item ſimul Auguſtos legimus apud Ammi. Marcellinum. In hoc tamen, inquit, negotio, Valentinianus morem inſtitutum antiquitus ſupergreſſus, non Cæſares ſed Auguſtos germanum nuncupauit, & filium, beneuole ſatis. Nec enim quiſquam antehac adſciuit ſibi pari poteſtate collegam præter Principem Marcum, qui Verum adoptiuum fratrem abſque diminutione aliqua maieſtatis Imperatoriæ, ſocium fecit. Spieg.

DVODECIM, loquendi compendio appellabantur leges 12. tabul. vt colligitur ex Cic. lib. 2. de Orat. & lib. 2. de legib. vide Tabulæ duodecim Prat.

DVO vel plures rei ſtipulandi ſunt, qui ab vno vel à pluribus eandem rem vel Pecuniam, ex vno eodemque contracto, ſuo nomine, ſinguli in ſolidum & in partem virilem ſtipulati ſunt. Vel, apud quos commune ſtipulati ius eſt vt l. ſi rem §. vlt. ff. de nouat. Cuiac. in parat. C. ad tit. 39. lib. 8. qui eſt de duobus reis ſtipulandi & promittendi.

DVO vel plures rei promittendi, qui eandem rem vel pecuniam ex eadem cauſa ſinguli in ſolidum & in partem virilem, ſuo nomine vni vel pluribus ſtipulantib. promiſerunt, l. inter eos, ff. de fideiuſſ. quod olim neceſſe non erat exprimi, ſed agi ſatis erat, & creditorum ſingulorum perſonas in ſolidum intueri. l. his verbis, ff. de duob. reis, l. cum appareat. ff. eod. Hodie exprimi neceſſe eſt ex Nou 99. vide Cuiac. d. loco, & Weſemb. in Inſtit. & ff. ad eund. tit.

DVPLARI id eſt duplicari, l. 18. ff de liber. cau.

DVPLA, pro Duplum vide Dupla cautio, cum emptor ſtipulabatur à venditore duplum pretium rei, ſi ea euinceretur, quod in pretioſarum rerum venditionibus fieri ſolebat: puta ſi margarita

t.

gratia forte, vel ornamenta pretioſa, vel veſtis ſerica, aut aliud quid non contemptibile vænisset, l.48 l.56 ff. de euict. l.31. §. quia, ff. de act. empt. l.20. in fin ff. de lib. cauſ. l.48. ad leg. Falc. Varro lib. de re ruſt. 2. c. 10. Si res mancipio non datur, dupla promitti ſolet: aut, ſi ita pacti, ſimpla. Vlpia. in l. qui erat, 49 ff. fam. erciſc. Hos demum véditores ad duplæ cautionem compelli ſcribit, qui ſponte ſua diſtrahunt, cæterum qui officio diſtrahentis funguntur, non debere aſtringi. vide Euictio. Hot.

Dvpla ſimplæ opponitur, l.56. ff de euict. Dupla enim nihil aliud eſt quam duplum pretij l 48. ff. ad leg. Falcid. id eſt precium quo res venit, & alterum tantum: &, vt Hermenopul. lib.3. tit.9. τιμὴ μετὰ τῆς διπλῆς.

Dvpla ergo promitti dicebatur cum emptionis nomine Duplum pretij venditor promittebat. Quo caſu, in duplum actio Emptori re euicta dabatur. Briſſ.

Dvplam cauere, promittere, ſtipulari, ex cauſa ſtipulationis conſequi euictionis nomine exigere Briſſ. ex ff.

Dvplæ ſtipulatio olim fuit frequentiſſima, ad reprimendam venditorum temeritatem, l.4. § ſi is qui, ff. de verb. oblig. Sic & Vlpia. dicit duplati pœnam, in l. qui tabulas, in pr. ff de furt. Spieg. Subauditur autem quantitas ſiue æſtimatio, vt ſit ſtipulatio quantitas duplæ, æſtimationiſve eius rei quæ diſtracta eſt, vnde quod duplum dicimus, duplam dici pleriſque in locis legimus l. vindicantem, 17. de euict. Donellus eod. titul. Vid. Weſemb. in Paratit. tit. de euict. & dupl. ſtip.

Dvplex ſubſtitutio, quæ duos caſus continet. l.1. ff. de vulg. & pupill.

Dvpli appellatione, interdum quadruplum continetur. l. inter eos §. quod diximus, ff de furt. Prat.

Dvpli fructus hi ſunt, qui dicuntur maiores fructus non tantum in l.6. §.1 ff mand ſed etiam in l. reſcriptum, §.1. ff. de diſt. pig. & ideo in l.8. §.1. ff. de neg. geſt. ampliores fructus quam oporteat eum, qui fundum vendicauit, conſecutum dicemus, qui ſupra duplum exegerit: qui ex 12. tab. dupli tantum fructus debentur ex die accepti iudicij in rem, vel ad exhibendam. Et hanc legem 12. tab. reſpicit etiam Vlp. in l. Iulianus §. quantum ff. ad exhibendum, dum ait, in actionem ad exhibendum venire fructus ex die accepti iudicij, & ſecundum legem æſtimari, intelligens per legem 12. tab. Ergo ex priſcis iuris formulis, vt ait l.1. C. Theod. de vſur. rei iud. id eſt ex 12. tab. malæ fidei poſſeſſor in duplos fructus conueniebatur: qua ex re colligit & malæ fidei debitorem in duplum eſſe damnandum. Legis 12. tab hæc ſunt verba ex caſtigatione Cuiacij: Si vindiciam falſam tulit, rei, ſiue litis arbitros tres dato: eorum arbitrij fructus duplioni damnum decidito. Prat.

Dvplicari apud Vlpian. in l. qui tabulas. ff de furt. Spieg. id eſt duplari. Briſſ.

Dvplicari tempora, pretium. Duplicati legata dicuntur, quæ repetita ſunt. Briſſ.

Dvplicarii, milites dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria, vt darentur, inſtitutum, Varro lib.4. de ling. lat. In vetuſto Lexico διμοιρῖται explicantur. Eadem forma armaturas duplares appellat Vegetius, quæ conſequebantur duplas annonas, ſimplares quæ ſimplas. Prat.

Dvplicatio eſt allegatio quæ datur Reo ad infirmandam replicationem actoris §. rurſum. Inſt. de replicat. Prat. Briſſ.

Dvplicatio temporis, l.8. § quiſquis, ff. de pœnis

Dvplici damno onerari, duplici præſtatione dotis filium onerare, duplicem vſum præſtare, duplici iure defertur ſucceſſio. Briſſ. ex ff.

Dvplicia iudicia ſunt famil. erciſc. com. diuid. fin. regund. quia par vtriuſque litigatoris in his conditio eſt, nec quiſquam præcipue reus, vel actor intelligitur, ſed vnuſquiſque tam rei quam actoris partes ſuſtinet, §. tertia diuiſio, in fin. Inſtit. de ind. Alias duplicia iudicia dicuntur, in quibus duo conſilia ad vnam cogebantur haſtam, vnumque tribunal Fab. Inſtit. lib. 12. Si apud alios iudices agatur, vt in ſecunda aſſertione, aut in centurialibus iudiciis duplicibus parte victa. Prat.

Dvplicia interdicta ideo appellantur, quoniam par vtriuſque litigatoris conditio eſt, vt vterque tam actoris, quam rei partes obtineat veluti Vti poſſidetis, & Vtrubi: in quibus non vnus ſolus poſtulat, ſed ambo copulati in ius veniunt, & inuicem apud Prætorem aliquid poſtulant l.1. ff. de interd. §. pen. Inſtit. eod. tit. l.3. §.1. ff. vti poſſid. Hot. Eademque ratione, Familiæ erciſcundæ, Communi diuidundo, Finium Regundorum, iudicia duplicia vocantur, l.2. §. vlt. ff. commun. diuid. ex qua decurtato vno verbo ſumpta eſt l.13. ff. de iudic. nimirum quoniam in his vterque actor eſt, l.37 §. vlt. ff. de oblig. & act. In his ſingulæ perſonæ ius duplex habent, Agentis, & eius quo cum agitur. Briſſ.

Dvplicia teſtamenta. Vt quæ ſint duplicia teſtamenta, intelligatur: ſciendum eſt, eos, qui alieno iuri ſubiecti ſunt, teſtamenti faciendi ius non habere: adeo quidem, vt quamuis parentes eis permiſerint, nihilo magis iure teſtari poſſint. §.1. quibus non eſt permiſſ. fac. teſta. Inſt. Præterea, teſtamentum facere non poſſunt impuberes: quia nullum eorum animi iudicium eſt. §. præterea. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. Inſt. Si qui ergo parentes filios in poteſtate habeant, iique impuberes ſint (vtrumque enim requiritur) moribus inſtitutum eſt, vt cum eius ætatis filij ſint, in qua ſibi teſtamentum facere non poſſunt, parentes eis faciant §.1. de pupill. ſubſt. Inſtit. Cæterum liberis ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi faciat. Nam pupillare teſtamentum pars & ſequela eſt paterni teſtamenti: adeo vt ſi patris teſtamentum non valeat, nec filij quidem valebit. § liberis autem, de pupill. ſubſtit. Inſtitut. Ex iis quæ diximus, apparet, quando duplicia ſint teſtamenta, tunc ſcilicet, cum pater, qui filium impuberem in poteſtate habet, teſtamento ſuo facto, etiam filio impuberi teſtamentum facit: ſiue eum hæredem inſtituerit, ſiue (nihil enim intereſt § non ſolum, de pupill. ſubſtit. Inſtit.) exhæredarit. Eius rei hoc ſit exemplum. Primus, cum filium Secundum impuberem in poteſtate haberet, ita teſtatus eſt. Filius meus Secundus impubes mihi hæres eſto: quod ſi Secundus filius meus impubes, antequam pubes factus ſit, deceſſerit, Titius ei hæres eſto. Cum dixit, Filius meus Secundus impubes mihi hæres eſto, ecce patris teſtamentum: cum vero addidit, quod ſi Secundus filius meus impubes, antequam pubes factus ſit, deceſſerit, Titius ei hæres eſto, ecce filij teſtamentum. Nihil enim intereſt, ſi in ſuo teſtamento pater filium exhæredem fecerit: hoc modo, Filium meum Secundum impuberem exhæredem eſſe iubeo: Titium autem hæredem facio, ecce patris teſtamentum, quod ſi filius meus Secundus impubes, quem exhæredem eſſe iuſſi intra pubertatis annos deceſſerit, Caius ei hæres eſto: ecce filij teſtamentum, & ſic vno contextu duo teſtamenta, patris & filij. Igitur in pupillari ſubſtitutione, ſecundum præfatum modum ordinata, duo quodammodo ſunt teſtamenta, alterum patris, alterum filij, tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet §. igitur de pupill. ſubſt. Inſtit. (quodammodo) adiecimus quia proprius eſt vt vnum ſit teſtamentum, ſed duarum cauſarum, i. e. duarum hæreditatum, d. §. igitur. Porro, vnum eſſe teſtamentum, vel eo argumento oſtenditur, quod ſolum teſtes adhibeantur, cum ſi duo fuiſſent teſtamenta, quatuordecim adhibendi fuerint. Theophil. in d. §. igitur & l. patris & filij, de vulg. & pup ſubſt. ff. De duplicib. iis teſtamentis ſit à Marcello ſub tit. ad leg. Falcid mentio l. in duplicibus Author.

Dvplex teſtamentum, quod ſibi & filio impuberi paterfam. fecit: vel teſtamentum quod ſecundas tabulas habet. Briſſ.

Dvplicarii alias duplicarij milites dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria dabantur Germani nunc, quibus duplicia ſtipendia penduntur, *Doppelſoldner* vocant. vide & paulo ante duplicarij milites.

Dvpliciter. Vlpian. in l.2. in fi. de manum. teſtam. pro vtraque parte, ſiue, prout Azo exponit, pro vtroque gradu. Spieg. Duplici modo. Briſſ.

Dvpliciter accipi, intelligi, interponi cautiones, onerari, Briſſ. ex ff.

Dvplio verbum 12. tabul. quo duplex vel pecuniæ vel capitis mulcta iniungitur alicui quemadmodum Talionis, talis pœnæ dicebatur condemnatio, cuius aliquis alium afficeret. Verba legis hæc ſunt: Frugem aratro quæſitam furtim noctu ſi pauerit ſecueritve pubes ſuſpenſus Cereri necator: impubes verberator noxiamque duplionem præſtato. Hanc explicuit lib.4. veteris Iuriſp. l.71. Prat.

Dvplo verbum à duo, teſte Perotto: vſus eſt eo Paulus in l. in hoc iudicium de ſeru. corrupt. inquiens, quia omne damnum duplatur. Spieg.

Dvplomata, ſiue Diplomata ſunt codicilli, qui dantur curſu publico vtentibus: quæ & tractoriæ & con...næ dicuntur. & συνθήματα & euectiones, Cuiac. & Goth. ad l. continuus, 137. §. ſecundo. ibi neque diplomate. de verb. obli. Diplomata, literæ à principe emiſſæ. 27. ſi ad l Corn. de falſ. Ita vocabantur, quę ad vſurpationem curſus publici literæ à principibus concedebantur, ſine quibus nemini curſus publicus patebat. Dicta autem creduntur diplomata à duplicatis tabellis, eoque alluſiſſe dicitur Ouid in lib. Amor. cum ait, Tunc ego vos, Duplices, rebus pro nomine, ſenſi Duplices etiam Tabellas dixit Suet. in Aug. ca.26. & Bipatens pugillar. Auſonius. Briſſon.

Dvplvm & Simplum aduerſantur. Briſſ.

Dvplvm ſtipulari, hoc eſt, vt pretium emptori in duplo reddatur, ſi res fuerit euicta. l.72 ff de contrahen. empt. l.31. §. quia aſſidus. ff. de ædil. edict. Briſſ.

Dvplvm euictionis nomine exigi, l.7. ff. de pecul.

Dvplvm ex cauſa ſtipulationis, l.17. ff de euict. Prat.

Dvplvm, bis tantum Cato de Re ruſt. Maiores enim noſtri ſic habuere, & ita in legibus poſuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli: id eſt vt bis tantum reddat, quantum furatus eſt. ICti in duplum, triplum, quadruplum, ſubſtantiue quoque vſurpant, exemplo Ciceronis. Sp. Fortaculus etiam Necyomaniæ dial.44. nu.1. duplum vocat, rei cuiuſque æſtimationem, & tantundem, ita vt in duplo inſit ſimplum, l. non eſt. C. de reſcind. vend.

DVPONDII iuuenes, ſtudiis tantum initiati, infimæ claſſis auditores in ſcholis noſtris: à dupondio nummo, quaſi duobus aſſibus æſtimarentur, ſeu à pondere depondio, quod & ſtater dicitur & Tetrachmon. Sunt enim modici adhuc valoris. Sic Hieronymus aduerſus Heluidium: Quis te oro dupondij ſupputet? Et in Epiſt. Senecæ: Dupondio ſatur, id eſt perexiguo ſumptu. Iſti vulgo pupilli dicuntur, quemadmodum rudes Chriſtianiſmi, paruuli & infantes appellantur. Sed id vocabulum Iuſtinian. in proœm. Pandect. §. & primo quidem anno, reiecit, pro Dupondiis Iuſtinianeos nouos nuncupandos cenſens. Spieg. & Dupondio iuris auditores primo anno vocatos Iuſtinian. in Epiſtola Pandectis præpoſita ſcribit. Bri.

DVPONDIVM (inquit Metianus) ſedecim ſeſcunciæ efficiunt, hoc eſt 24. unciæ. Appellarunt autem veteres Dupondium à duob. ponderib. Varro de ling. Lat. lib. 4. Pendebat enim duos aſſes ſeu librales nummos. Balduin. Inſt. de hæred. inſtit. Adde Turneb. aduerſ. lib. 8. c. 19. tum. 8. Cuiac. obſeruat. 12. c. 40. & lib 7. c. 33.

DVPONDIVS: hac nota vocantur quinque Libellæ, quæ ſunt quinque Decimæ Briſſon.

DVPONDIVS quid ſit explicat Vigl. in enarrat. §. & ſi plures, Inſt. de hæred. inſtit. recte inibi refellens Accurſij dogma, exiſtimantis hodie ad dupondium tranſitum non fieri, niſi clare de mente teſtatoris conſtet: vide Georg Agric. Spieg.

DVPONDIVM etiam pro parua pecunia ſumitur: Cicero pro Quintio: Si dupondius tuus ageretur, Sex. Næui, ſi in parua re captionis aliquid vereres. Prat.

DVRA lex, & quæ non facile fertur, & quæ immitis intelligitur. Sicut apud Ciceronem, duriores legum conditores. An autem durior lex ſeruanda ſit, late diſſerunt recentiores iuris ciuilis interpretes, in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Spieg.

DVRACINAE vuæ, quæ durum habent acinum: Plin. lib. 14. c. 1. vua non alibi gratior callo, vt inde poſſit inueniſſe nomen duracini, durus acinus: Sic duracina perſica, quorum corpus ligno adhæret, auellique nequit. Plin. lib. 15. c. 12, Paulus l. 205. de verb. ſign. Qui fundum, inquit, vendit, pomumque, excepit ficus, nuces & vuas duracinas & purpureas, & quæ eiuſdẽ generis eſſent, quas non vini cauſa haberemus: quas Græci τρωξίμους appellant, id eſt edules, cibariaſque. Prat.

DVRARE & mutari, opponuntur, Briſſon.

DVRANTE matrimonio, pro conſtante: contrarium, ſoluto matrimonio. Donatus ait, Durare verbum, perferendis malis conuenire. Spieg.

DVRARE pro in tempus conſiſtere, apud Vlp in l. 1. ff. de pœn. Si, inquit, in conditione priore duraſſet. Spieg.

DVRARE in tutela, in adminiſtratione, in cauſa legati, in eadem voluntate. Briſſ. ex ff.

DVRARE in familia patris, id eſt, eſſe in poteſtate patris, in l. 12. C. de collat.

DVRARE animum in tormenta, l. 18. §. 1. ff. de qu. Briſ. in li. pater.

DVRARE teſtes, id eſt permanere, l. 20. §. vlt. ff. qui teſt. fac.

DVRIOR conditio, pro difficiliori: vt ſi quis habeat deteriorem patronum, gloſſ. in l. generaliter. §. fin. ff. de fideicommiſſ. liber. Sic durior aduerſarius in l. 1. Cod. de alien. iudic. mutand. cauſ. fac. Prat.

In DVRIOREM cauſam ſeu conditionem accipi fideiuſſor, id eſt grauiorem & onerosiorem Briſſ. ex ff.

DVRISSIMA ſententia Dure conſtitui, Durius haberi, damnari. Duriſſime puniri Briſſ. ex ll. ff.

DVRITIA & remiſſio opponuntur l. 11 ff. de pœnis.

DVVM pro duorum in l. 7. §. vſuræ, 11. ff. de admin. tut.

DVVMVIRALIS, qui Duumuiratum geſſit, l. 1. ff. de alb. ſcribend.

DVVMVIRALITII, qui abierunt Duumuiratu. Aug. de cura pro mortuis. Curialis pauper vix illius loci duumuiralitius Prat.

DVVMVIRALES, ſenatores coloniarum, qui Duumuiris in conſilio eſſe ſolebant: vt ex lege quadam operis faciundi, quam Neapoli eſſe aiunt, intelligitur.

DVVMVIRALES qui duumuiratu functi ſunt. Briſſ. ex C. Th. & ff.

DVVMVIRATVS, pro ipſo duumuirorum magiſtratu. l. 1. ff. de alb. ſcrib. l. 1 C. de temporib. appellat.

DVVMVIRATVS vocatur ipſum Duumuirorum munus & officium. Briſſ.

DVVMVIRITAS, l. 1. C. de natural lib.

DVVMVIRI olim erant, qui carcerum curam habebant, qui publica locabant & negotia Reipubl. gerebant; ac interim his publicis functionibus ſatis ſuperque diſtincti, neque de mulctis, neque de emancipationibus ſe intromittebant, ſicut nec defenſores ciuitatum, l. 1. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. l. 1. de emancip. liber. Erat autem maximus inter honores municipales hic duumuiralis magiſtratus: & propterea faſcibus vtebantur, l. ff. de alb. ſcrib. l. Duumuirum, Cod. de decurion. lib. 10. Et carceris curam certe maximam in ciuitatibus habebant, l. ſi quis vxori §. ſi fugitiuum, ff. de furt. Creabantur autem ex decurionibus non ex plebeia, honorem, §. is qui. ff. de decurion. l. item eorum, §. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. Sch.

DVVMVIRORVM alij, quos ſæpe populus creauit, nec ante obitum mutare decebat, ab omni vrbano munere & belli cura immunes erant, & ſacras ædes dedicabant, & obſecrationes expiationeſque ad placandas auertendaſq; Deorum iras, tum alia quædam procurabant, quorum meminit Alex. cap. 16. l. 5. Genial. dier. Alij capitales alij municipiorum, alij nauales dicebantur. Vlp. in l. vnic. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. meminit Duumuirorum municipalium, non illorum qui Romæ olim criminalia tractabant, teſte Liuio lib. 1. Et quamuis in Latinis municipiis, ceu primi, magno in honore haberentur, deerat illis tamen poteſtas mulctandi. Commentatores non animaduertunt, quiſnam hoc loco Duumuirorum magiſtratus eſſet. Zaſius noſter putat duumuiros hodie recte dici tribunos plebis. Old. autem arbitratur, Tribunos ſucceſſiſſe apud nos loco defenſorum ciuitatis. Et Duumuiros nunc, Magiſtros ciuium vulgo dici ſeu Conſules. Quin & Duumuiratum fuiſſe magiſtratum municipalem, teſtantur Paulus tit. de actionib. & Vlpianus de damn. infect. Spieg.

DVVMVIRI capitales dicebantur, qui de perduellionis crimine iudicabant Liu. lib. 1. de Tullo rege loquens Duumuiros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicent ſecundum legem, facio. Lex horrendi criminis erat: Duumuiri perduellionem iudicent: ſi à Duumuiris prouocarit, prouocatione certato. Si vincent: caput obnubito: infelici arbore reſte ſuſpendito: verberato vel intra pomœrium vel extra pomœrium Idem lib. 6. Sunt qui Duumuiros qui de perduellione anquirerent, creatos auctores ſunt. Loquitur de M Manlio de quo & Plut. in vitis. Durauit hic mos ſtante ſemper Rep. Itaque C. Rabirius à Iul. Cæſ. & L. Cæſare Duumuiris perduellionis damnatus eſt, ſed ad populum prouocauit, vt ex Cic. orat. pro eo & Suet. & Dionis lib. 35. notum eſt omnib. Cic. in oratore: Planeque Duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam. Prat.

DVVMVIRI magiſtratus Municipales appellabantur quod duo eſſent, inquit Briſſ.

DVVMVIRI municipales, magiſtratus erant annui (niſi ſi eſſent refugæ: tunc n. erant biennales, l. 17. Cod. de decur.) in municipiis & coloniis, qui ius dicebant: idemque vocabantur Duumuiri iuri dicundo. Hi Imperium non habebant, l. ea quæ. ff. ad municip. Iuriſdictionem habebant vſque ad certam quantitatem quam tamen defendere pœnali iudicio non poterant. L. 1. ff. ſi qui ius dicent. non obtemp. Pignoris captionem, l. 29. §. magiſtratus, ff. ad leg. Aqu. Legis actionem vt in 2. ſent. Pauli annotat Cuia. in ſeruo caſtigationem l. 12. de iuriſd. l. ſi priuatus. ff. qui & à quib. man. Tutoris & curatoris dationem, l. 3. ff. de tut. cur. dat. quin & ordo ipſe ipſum magiſtratum, id eſt, Duumuirum iure tutorem dabat, l. decreto, ff. qui pet. tut. Præferebant faſces ſine bacillos, vt in 2. Agraria. Poteſtate ſua non vtebantur extra territorium, ſicut nec vrbani magiſtratus. Erant & in municipiis & alij Duumuiri QVINQVENNALES cognominati, in integrum creati quinquẽnium, cenſus tributique cauſa, vel potius quibus iuris dicendi cauſa in quinquennium ob ſpectatam virtutem is honos mandabatur, cum alias annuus eſſet, quod verius puto. Aut enim in quinquennium continuabatur, prorogaturve vt in hac antiqua inſcriptione: II. VIR. QVINQ. ANNOS. MARITA: At etiam legibus & inſtitutis in quinquennium creari is magiſtratus ſolebat. Prat.

DVVMVIRI Nauales, quibus naualium Pop. Roman. quoties inſtrui claſſem, vel refici oportebat: vtque naualibus ſociis implerentur, commeatuque & armamentis inſtruerentur, negotium dabatur: nec non aquæ ductuum deriuandarumque aquarum coloniæque deducendæ qui curam agerent quique id muneris exequerentur, ſæpe Duumviros fuiſſe conſtat: Hi Duumviri lege Decia, quam M. Dec. Trib. plebis tulit, creati ſunt. Prat. vide Liuium lib. 9.

DVVMVIRI curatores viarum, quæ extra vrbem eſſent nominantur à Dione, lib. 4. in eorum 26. virorum numero, vnde alij quoque magiſtratus minores erant Prat.

DVX à ducendo exercitu dictus eſt. Ideo enim dux dicitur, quod præcedit, & ſequentem ducit, Virgilius:

—— *Dux fœmina facti.*

Vnde ducere bellum, pro gerere idem dixit:

Hi bellum, aſſidue ducunt cum gente Latina

Is conſularibus inſignibus vtebatur. Vnde ducatus, alias regio, cui dux dominatur, alias ipſa ducis dignitas, præfectura & imperium militare iam nunc dicitur Vlp. in l. 2. in pr. ff. de his qui not. infam. Prat.

DVX appellatur qui exercitui præeſt l. 2. ff. de his qui not. Inf. Et duces in poſteriorum Impp. conſtitutionibus appellantur tam qui limitibus, quam qui militibus, Prouinciis, Fœderatiſque præerant, l. 7. C. vbi cauſ. fiſcal. vetus gloſſar. Dux [illegible]. Briſſ.

DVX Tripolitanæ, & Byzacenæ prouinciæ, & Mauritaniæ, & Numidiæ, l. fina. C. de off. præf. prætor. Sic Dux Rhætici, apud Vopiſcum in Bonoſo: Et Dux limitis Scythici, Illyriciani, Thracij,

Thracij, Orientalis apud eundem in Aureliano. Prat.

Dvx, Feudiſtis vaſallus dignitatis eſt: vide Ducum origo: Et Comes. Dux autem, Princeps & Comes communi genere leguntur. Itaque barbara ſunt Duciſſa, Principiſſa, Comitiſſa. Spieg. Duces vide ſuprà.

Dvciani, Ducum officiales, ſeu milites ſignificant. Ducianum judicium. Briſſ.

Δυνάμεις & ἐξουσία inter ſe differunt. Eſt enim δύναμις ſimpliciter facultas & vires: Sed ἐξουσία, id eſt poteſtas, jus & authoritatem ſignificat, Brechæus in l. poteſtatis verbo, num. 4. Inſt. de verb. ſign.

Τῇ δυνάμει quod Sabinus ait. l. aduerſus, de arbitr. id eſt, quod vulgo dicimus. in effectu, ſiue, vt Pedianus dixit, quod tantundem præſtet, l. inceſtum. ff. ſi cert. pet. Aut etiam vt Marcellus, vt ipſa l. qui decem. §. Stichum. ff. de ſolut. Scilicet cum poteſtas & exitus rei, quæ agitur, id habet in receſſu, quod ſpecie, & prima, vt dicitur, fronte non videtur agi. Sic qui à fideiuſſore petit, τῇ δυνάμει à reo petere dictus eſt. Nec aliter quod ita pignori datur, vt nulla ſuperſit ſpes luendi, vel tenuis, τῇ δυνάμει alienari videtur, Bald. l. voluntas, C. de fideicom. Ita qui pro ſe filium vadem aut obſidem dedit τῇ δυνάμει ipſum in vinculis eſſe exiſtimari oportet. Mar. Socin. conſ. 53. Et cuius mandato vel iuſſu alius ſoluit, τῇ δυνάμει ipſe ſoluiſſe intelligendus eſt. Curtius lib. aduerſus. c. 19.

Dvptycha. Briſſ. ex C. Th. vide ſup. Dipticha, & Diploma.

Dyrrachii fit mentio in l. 1. ff. de exercitor.

Dyrrachini in prouincia Macedonia. l. vlt. ff. de cenſib.

E.

E Pro i veteribus ſæpe poſitum fuiſſe conſtat, quod & M. Fab. lib. 1. c. 4. docet: vnde in Pand. Flor. intelleguntur, intellegi; pro intelliguntur, intelligi. Similiter neglegere, deiudicare, pro diiudicari: delenimentum, deuerticulum, detrecte, deperire, deminutum prodi: Cui rei literarũ affinitas facile quondam locum dabat: Vt Fab. lib. 1. c. 12. Gellius lib. 10. ca. 24. Donat. in Phormio, Terent. Maxime vero iſta in fine dictionum licentia vtebantur priſci. Vnde noxale pro noxali, in l. 27. in prin. ff de euictiun. Defenſione pro defenſioni, in l. 39. §. 1. ff. de noxal. Exceptione pro exceptioni in d. l. 39. §. pen. Rurſus petitioni pro petitione in l. 8. ff de rei vindicat. Et Ferruminationi, pro Ferruminatione in l. 23. §. item quæcunque ff. eod tit. Adfinitati, pro Adfinitate in l. 39. ff. de iniur. Cuiuſmodi infinita exempla in eorum librorum lectione verſantibus occurrent, quæ hinc admonitus ſibi quiſque ſuo ſtudio obſeruabit. Hæc Briſſ. in lib. parerg.

E quoque pro æ, nonnunquam ponitur: vt ceterum, hereditas, femina, ferus, veneo, Briſſ. ibid. paulo poſt.

E pro De. Sic è pecoribus, l. 8. §. vlt. ff. famil. erciſc. Briſſ.

E, vocula plerunque excluſiona nota eſt, c. 2. de renuntia.

E contrario, pro viciſſim, ve vice verſa, l. 11. §. 1. ff. de duob. reir. Prat. ex Hotom.

Ea mente, apud Vlpianum de furt. pro voluntate, & non, vt vulgus ſolet, pro intentione, accipiendum eſt. Accurſius in l. codicillis, de lega. 2. eadem verba in Scæuulæ reſponſo, haud ſimpliciter hoc eſt pro animo, aut ſententia, ſed pro pacto intellexit. Spieg.

Ea, & Eadem aduerbia loci, id eſt, per eandem viam.

Eadem ſunt, quorum ſubſtantia eſt eadem. Vide Bal. in l. neque leges, ff. de legibus, & l. ea quæ. C. de condict. indeb. Quæ origine & corruptione ſunt diuerſa, eadem non ſunt, ait Salomonius, l. Gallus Spieg.

Eadem in cauſa manere, permanere, durare, id eſt, in eodem iure: jus diuerſum non ſortiri, l. 2. fin. C. de ſeruitut. l. 8. med. C. de rei vendic. l. 9. C. de petit. hæred. l. 1. C. de duob. reis.

Eadem per eadem, eſt ſemper eadem inculcare: quo vitio notantur à viris non illaudatis recentiores ſcholiaſtæ, qui additiones tantum accumulant, Lege Caſtilion. Spieg.

Eadem opera pro eo facto: quod ſermonis priſci ignari, non animaduertere, qui nec Operæ antiquis quid fuerint, ſatis intellexiſſe videntur. Spieg.

Eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, l. 1. de rer. permut.

Eam quam frater inſtituerat, ſi deceſſerit, &c. l. 14. in princ. C. de fideic. pro ea quam, vide Gotho. not. ad l. 57. ff. ſolut.

Ἑανός, id eſt, φλογίτιον, ſeu velum lutei coloris, quo ſponſæ facie operiebatur: vide Gothofr. not. ad rub. C. de ſponſalibus.

Eanva ἑανός, veſtis ſplendida & ſubtilis apud Hom lib. 14. Ilia. Ἀμφὶ δ' ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσαθ', ὅν οἱ Ἀθήνη ἔξυσ' ἀσκήσασα, τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά. Et in Hymno Veneris, loquens de ornatu ipſius, Ἀμφὶ δ' ἄρα χροῒ ἑανὸν ἔσατο... Tiraq. in 3. l. connob. gl. 1. parte 3.

Ea propter, id eſt, ideo l. 3. C. de jur. delib.

Eatenvs. Varie poni docet Bar. in prin. l. 1. de oper. nou. non. plerunque denotat. Tamdiu, vſque ad id. Porro eatenus dicitur quis poſſe facere, quatenus ex fructibus ſupereſt deductis alimentis, qui bonis, ff. de Ceſſ. bon. leg. Imperator ad SC. Trebell. Spieg.

Eatenvs quatenus l. 2. ff. de dote præleg.

E B.

Ebanorai ſuffragia Goth. ad rubr. C. de ſuffragio.

Eblandita preces ſunt teſtimonia blãdis precib. impetrata

Ebor, vel Ebur, pro Elephanti dente, quaſi à barrho, id eſt, Elephanto productum, teſte Seruio & Plinio lib. 8. cap. 3. Briſſon. quod tamen negat Pauſanias, è cornibus id produci contendens, quæ ex illius ore exeant: vt annotat Mathiol. in Dioſc. lib. 2. Sicut autem ab ebor, eboreæ, vt eboreæ menſæ, l. 12. ff. de inſtr. ita ab ebur, eburneæ dicuntur tabulæ. Prat. Ebur inter ſpecies ad vectigal pertinentes numeratur, l. vlt. §. ſpecies de publica. Briſſ.

Eborarii, inter artifices qui à Principibus vacationem munerum obtinent, numerantur in l. priore. Co. de excuſat. artif. lib. 10 Sp. Eborarij, qui ex ebore opus aliquod faciunt. Baſilica ἐλεφαντουργοὺς vertunt. Briſſ.

Ebvrevm, quod ex Ebore eſt, Pompon. in l. 2. de orig. ius. Placuit publica authoritate decem conſtitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus quas in tabulas Eburneas perſcriptas pro roſtris compoſuerunt. Sic legit Haloander: Vulgatus textus: vt ciuitas fundaretur legibus quas in tabulis Eburneis perſcriptas pro Roſtris, &c. Zaſius obſeruauit traditum à Dionyſio & Liuio fuiſſe in æs inciſas. Sed & fœdera Latinorum in columnam æneam inciſa eſt pro Roſtra, Cicero author eſt in Orat. pro Corn. Balbo. Spieg. eboreæ menſæ, tabulæ, Briſſ. ex ff.

Ebriva, qualibet re expletus. Nonio. Ebriis quandoque venia dari ſolet delinquentibus, tanquam ſepultis & neſcientibus ſcil in delictis, non ita magnis. l. reſpiciendum. §. delinquitur ff. de pœn. Prat.

Ebrii vel ipſis Ethnicis adeo exoſi fuere, vt cenſores, tanquam indignos, qui honores & publica munera gerent, ſenatu mouerent, notaque & ignominia perſtringerent. Et Pittacus temulentos, ſi quid deliquiſſent, duplici pœna puniri curauit: vt formidine ſupplicij à vino promptius abſtinerent. Quanquam jure noſtro pœna minuitur: quod in ebrio dolus abeſſe putetur, l. omne delictum, ff. de re militari, & l. reſpiciendum, de pœnis. Spieg. adde Goth. not. ad Nou. 77. c. 1. §. 2. & ad l. 12. verb. Vinum, in pr. de cuſtod reor. & ad l. 1. ſi quis imperat. maled. l. 11. §. 3. de pœn. & plur. à Goth citat.

Ebvr, in l. 16. §. 7 de Publicanis. vide ſupr. Ebor.

Ebvrneæ, tabulæ, vid. ſup. Eburneum & Ebor.

Ebvrnvs, (aliis Aburnus) Valens ICtus, in l. 2. omnino in fine orig. jur. l. 78. §. pen. de legat.

E C.

Ἐκβιβασμός, ſolutio obligationis, Goth. ad l. 85. in prin. de verb. obl. cauſæ examinatio & exactio. vide Cujac. l. 9. obſ. 23. fin.

Ἐκβιβαστής, ὑπομνηστής, executor, tit. de præſcr. quinquenn. Prat.

Ἐκβιβαστικόν. Goth ad l. 6. ibi; Chartiaticũ. lit. l. ff. de bon. damn.

Ἐκβολή, eiectam denotat. Quod verbum deponendum eſt in l. 2. de incend. ruin. naufr. Inde etiam eiectitiam ſuem Græci ἐκβολάδα appellant. Athenæo authore. Alc. in l. iubemus, C. de Naui non excuſ. lib. 1. 1. Spieg.

Ἐκβόλια, medicamenta quibus medici vtuntur abigendis infantibus in vtero enectis: quæ & Phthoria dicuntur. Vlp. Si mulierem, inquit, viſceribus ſuis vim intuliſſe (per cuiuſmodi intelligendum medicamenta;) quo partum abigeret, conſtiterit: eam in exilium Præſes prouinciæ exiget. ad l. Corn. de ſicar. Quod tamen apud nos hodie capitale eſt. Vim inferre, hoc eſt vulgo dicimus, *Zwang und drang thun*. Spieg.

Ecce, Huic voci interdum præponuntur hæ particulæ, vt & nam. Briſſ.

Ecce, pro vides, etiam de re non repentina, neque noua dicitur. Exemplum habes apud Cajum to l. 1. Quod cujus vniuerſ. nomi. Spieg. non raro tamen aliquod ſingulare momentum habet, excitat enim attentionem, & rem eximiam monſtrat. Crebro igitur rem vel nouam, & mirabilem. vel etiam deſiderabilem ac expectatam ſignificat, maxime in ſacris. Iſaiæ 12. & Iſaiæ 7. Matth. 22. Ecce Hebræis crebro indicat promptitudinem alicuius parati ad obediendum, & veluti ſeipſum in alterius obſequium offerentis ac dedentis Luc. 1. Hebr. 10. Iſai. 7. 2. Sam. 15. aliquando affirmationem & certitudinem ſignificat. Gen. 1. ibid. 16.

Ecclesiæ confugium haud dubie deductum eſt à primis parentibus. Nam & Moyſes poſt reditum in tribus ciuitatibus ab eo conditis ædes conſtituit, ad quas quis hominem non ex propoſito occidiſſent, confugientes tuti eſſent, vt eſt apud Ioſephum lib. 4. Nepotes etiam Herculis timentes, quos auus viuens vexauerat, miſericordiæ templum Athenis conſtituerunt vt Plutarchus in vita Theſei teſtatur, & Statius lib. 2. Thebaidos. Quod & Romulum feciſſe Romæ Liuius lib. 1. & Dionyſius lib. 2. tradiderunt. Dictæ etiam ſunt ſacræ ædes illæ, ad quas confugientes tuti erant, aſyla, de quibus ſupra. Cæterum Carolus Magnus (vt teſtatur Molinæus) decreto à ſe edito menſe Martio, Anno tt. regni ſui duobus & viginti annis, ante adeptum Imperium. C. VIII ſtatuit homicidas, aut cæteros reos qui legibus mori debent, etiamſi ad Eccleſiam confugerint, non habere immunitatem, quod

crecentis annis ante eum ſtatuerat Iuſtinianus Magnus in Nouella. De honore autem Eccleſiæ habendo, & quomodo ſe quis in ea gerere debeat, vid. omnino tex. in c. decet & in c. cum Eccleſia, de immunit. Eccleſ. lib. 6.

ECCLESIA collegiata dicitur eſſe, quæ multis continetur ſodalibus ſeu Canonicis in vnum collectis, rectorem & ſuperiorem vnum habentibus, qui eorum omnium ſit caput, ipſi vero membra. Glo in c. ſtatutum. In verb. Collegiatas, de elect. & elect. pot. Brechæus l. Neratius. Digeſt. de verborum & rerum ſignificat.

ECCLESIAM ſupra in voce ciuitatis diximus appellari poſſe ciuitatem, hoc eſt, cœtum vel congregationem, non qualemcunque, ſed conciliatam in vnam ſocietatem communionemque fidei & ſacramentorum, fuit autem id nomen celebre etiam Ethnicis. Siquidem Eccleſia, vt ait Eraſmus, Græcis eſt, quod Latinis concio, hoc eſt, populus euocatus ad audiendum de Reip. negotiis. Nam qui multitudinem ad nugas conuocant, ἀγύρται, circulatores, & circumforanei vocantur, qui aduerſus Rempub. ſeditioſi nominantur. Vtitur hac voce Æſchines contra Cteſiphôtem inquiens, τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ κοτύφος ὁ τὴν γνώμην ἐπιψηφίζων ἐκκλησίαν ἐποίει Ἀμφικτυονικήν· ἐκκλησίαν γὰρ ὀνομάζουσιν, ὅταν μὴ μόνον τοὺς πυλαγόρας καὶ τοὺς ἱερομνήμονας συγκαλέσωσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς θύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. Et Athenis olim duplices habuerunt conuentus: Eccleſias & Agoras; ac plerunque nomen Eccleſiæ ſignificauit conuentum totius populi ordinatum ac per ſuos ordines euocatum. Contra autem, ἀγορὰ confuſam, promiſcuamque congregationem. Hinc Apoſtolus Eccleſiam 1. Timoth. 3. vocat domum Dei viuentis, columnam & baſim veritatis. & 2. Theſſalon. 2. Templum Dei, & Epheſ. 5. ſponſam Chriſti. Neque vero ſolum huiuſmodi conuentus fidelium atque piorum, ſed & locus in quem conueniebatur, Græcis dicitur ἐκκλησία. Atque pro vtroque ſignificatu paſſim ſumitur in decretis Canonicis. Notabiliter pro loco ipſo. Codic. in titulo de iis qui ad Eccleſias confugiunt. Vt autem Alciatus ſcribit in rubric. Codic. de ſacroſ. Eccleſ. locus ipſe appellatur βασιλική, ſiue quod loca publica Græci βασιλικὰ vocant, ſiue quod domus principis baſilica, id eſt, regia dicitur, quæ ſignificationes etiam diuinis templis conueniunt. Vnde Baſilicæ nomen pro templo ipſo, in quo confluunt Chriſtiani. Hinc

Ἔκκλητοι quidam dicebantur ad certas conſultationes deſtinati. Xenophon. Hellen. 6, παρῆν συλλεγῆναι ἐπὶ τοὺς ἐκκλήτους τῶν Λακεδαιμονίων τε καὶ τῶν συμμάχων, id eſt, ad conſilium Lacedæmoniorum & ſociorum.

ECCLESIASTERIVM Vitruu. libro ſeptimo, capitulo ſexto tradit eſſe valde paruum theatrum, in quo ſcena apud Alabandanos ab Apaturio contexta fuit, vt refert Brechæus, legat. inde tabernacula, Digeſt. de verborum, & rerum ſignific.

ECCLESIASTICVM miniſterium, ἐκκλησιαστικὴ λειτουργία. Nouel. 131. capit. octauo princ. vbi Gothofred. not. adde Nouel. 8.

ECCLESIASTICVS, Eccleſiæ defenſor, in l. omnem. 42 §. 9. C. de epiſcop. & cler.

ECCLESIASTICI, defenſores Epiſcoporum. l. decerniſſime. 34. §. 5. lin. 8. de Epiſcop. aud.

ECDICVS (Ἔκδικος) ciuitatis, monaſterij aut Eccleſiæ alicuius defenſor, in l. ſancimus. 30. lin 7. Codic. de epiſcop. audiend. & in dict. leg. omnem 42 paragraph. 10. circa med. item curator Reipublic. aut Syndicus, vide Gothofred. ad Rubric. Nouel. 15. Alciat. in l. præſes. Cod. de tranſact. & 1. parerg. 5. Ecdicus Amiſenorum ciuitatis. Plin. Epiſt. 111. libro decimo, Briſſonius.

Ἐκδικεῖσθαι, vindicari. Nou. 117. cap. 15 §. primo. vbi Gothofred. litera S.

Ἔκδικοι & ἐκδικευταί ſunt perſecutores, quorum munus eſt judicio experiri contra eos qui aurum vel argentum vel pecuniam Reipublic. debent. Vocantur & defenſores ciuitatum in leg. vt perfectius, ff. de excep. an. Eſt etiam Ἔκδικος vindex & aſſertor. Ecdici tamen apud Cicer. lib. 5. Epiſt. famil. 13. Epiſt. 56. videntur dici ij, quibus à ciuitatibus cura mandata erat, de his quæ deberent, cum priuatis tranſigendi. Milaſij & Alabandenſes pecuniam Cluuio debent; dixerat mihi Euthydemus, cum Epheſi eſſem, ſe curaturum, vt ecdici Milaſij Romam mitterentur, id factum non eſt: legatos audio miſſos eſſe: ſed malo ecdicos vt aliquid confici poſſit: quare peto à te, vt eos & Alabadenſes iubeas ecdicos Romam mittere. Prateius.

ECHINVS, id eſt piſcis nomen, in l. 1. pr. Vbi Gothof. notat. C. de monopol.

Ἐκβιβασταί vindices, Gothof. ad cap. 2. in med. verb. judices. Nouel 134.

ECLOGVARII homines dicuntur eruditi, qui olim quicquid ferè legebant librorum, ex iis excerpebant breuiarium quoddam. Sic Eclogæ reperiuntur è Diodoro, & Polybio, & Cteſia, & Theophraſto, è Strabone, vnde & Poemata imitata, eclogæ vocantur, vt Bucolica Maronis è Theocrito, ac proinde etiam, ſine emendatione poematica, quod imitatorum breuitatem & ſimilitudinem habeant: ſed & loci inſignes ἐκλογαὶ dicuntur, quod excerpi notarique potiſſimum ſoleant, vt in vita Æſchyli: αἱ ἐκλογαὶ μὲν παρ' αὐτῷ πολλαὶ ἀξιοποιούμεναι, τὸ τῶν πραγμάτων ἀνεργήτων, vt annotauit Turnebus aduerſariorum lib. 9. c. 55.

Ἐκλογή, vide Gothofr ad Epigraph. Nou. Leon.

Ἔξοχαι protecta, id eſt, proiecta tecta. Goth. ad rubr. ff. de damn. inf. verb. protectionibus & ad l. ſi vero §. 5. ſi ſexto. de his qui effud.

ECONVERSO. Eſt in vſib. feud. tit. Quæ fuit cauſ. bon. amitt. in princ Melius cenſent mutua vice, viciſſim, vice verſa, ſeparatim iis duobus verbis poſitis. Spieg.

Ἐκταγή, delegatio, ſiue diſpoſitio. Præfecti Prætorio in leg. vltim. & antepenultim. Codic. de exact. tributis lib. 2. Præterea leg. 13. Codic. de anno. vide Gothofred. ad cap. 1. med. Nouell. 147.

Ἐκτίσαι τὰ τῆς κηδεμονίας curationis nomina ſatisfacere, rationes referre, reliqua ſoluere. Modeſt. l. 49. ff. loc. οἱ ἐπίτροποι γενόμενοι πρὶν ἐκτίσαι τὰ τῆς κηδεμονίας κωλύονται καὶ παρὰ βασιλέως μισθοῦσθαι. Tutores facti priuſquam procurationis ſuæ nomine ſatisfecerint, prohibentur aliquid à Cæſare conductum habere, Hotomannus.

ECVLEVS eſt genus tormenti ad modum crucis diſpoſitum. Code malef. & math. l. Etſi excepta. 7. in fin. de hoc l. 23. quæſt. prima, capit. primo, per Arch. Quidam ardentem laminam eſſe tradunt, qua homines cruciabiliter torquentur. Alij ab equo diminuto vocabulo, materiam quandam in equi formam aiunt: in quam conijciebantur rei, de quo in dict. leg. etſi excepta. Cod. de malefic. & mathem. Ioann. Bello. Etymolog.

Ἑκυρός ſocer, ſicut ſocrus ἑκυρά, vt Modeſtinus ſcribit in leg. 4. paragraph. 6. de Grad. quo exemplo & aliqui ex antiquis, annotante Alc. ſocerum pronunciauerunt, non ſocrum. Spiegelius.

Ἐχυρός munitum & ſecurum ſignificat, Conanus lib. 4. cap. 13. numero 2.

E D.

EDACITAS vermium remiſſionem penſionis inducit. Gothofr. ad l. excepto, 18. C. de locat.

EDAX locuſtarum pernicies, in d. l. 18.

EDEATRÆ, qui præſunt regiis epulis, forte *Truchſeſſen* à nobis appellati. Spieg.

EDERA pro hedera, in leg. 3 ff. arbor. furtim cæſ. Briſſon. lib. parerg. 10.

EDERE, exhibere, enunciare, expromere aut proferre eſt, quaſi ex vel extra dare. Non autem abs re miratur Fr Syluius, quæ ſit opinio huius ætatis hominum vel doctiſſimorum, vt ædere, cum æ diphthongo prima ſyllaba ſcribant, cum præpoſitio E, vnde id verbum compoſitum eſt, neque in compoſitione, neque extra hanc diphthongum recipiat. Spieg.

EDERE, in actione ex Edicto de edendo, eſt copiam deſcribendi facere, vel exemplar complecti & dare, vel dictitare, hoc eſt ſic dicere vt alter ſcribendo excipiat, vel proferre ſcriptum vt legatur, aut denique quouis alio modo inſinuare ſententiam ſcripturæ cuius tenor deſideratur. l. 1. §. 1. & l. ſi quis ex argentariis, §. ſi initium, vel aduerſarium ad album prætoris producere, ac demonſtrare quid dicturi ſimus, vel dicendo id quo vti velimus ff. de edend. Budæus, edere, inquit, apud ICtos eſt, quod nunc per ſcriptum dare, vel per declarationem dicunt. Sp. & Gœddæ. in l. 8. num. 1. de verborum & rerum ſignification.

EDERE actionem ſeu judicium, eſt profiteri, & enunciare, qua actione vſuri ſimus, Iulia. leg. 22. §. 4. ff. rem rat. hab. Si procurator judicium de hæreditate ediderit, deinde Dominus fundum petierit. Sic l. 2 ff. pro dona. l. 4. §. mandari, ff. de doli excep. l. accipientis. 15. ff. de auct. tut. Idque non ſolum ſimpliciter: ſed ita vt aduerſarius ante litis conteſtationem & judex poſt litem conteſtatam intelligant, quonam jure perſequendi actor intendat ſibi aliquid deberi, l. edita. C. de ed. l. Pomponius in ſi ff. de neg. geſt. l. vt fundus. ff. comm diuid. Edita actio. l. 3 C de edend. l. 1. C de lit. conteſt. vide Goth. ad l. 1. 2. 3. C. de eden. plur. citant. Antequam autem in ius ventum eſſet, reo actionem edere actorem olim cogi non ſolitum, ex his Plauti verſibus in Perſa probari poteſt.

Age ambula in ius leno D. qui me in ius vocas. Sa.
Illic dicam apud Prætorem ſed ego in ius voco.

Quamvis alioquin copiam actionis deſcribendæ, reo antequam in jus veniret, actor nonnunquam faceret, vt proinde reus deliberaret vtrum cedere an contendere vltra deberet, & ſi contendendum putaret, veniret inſtructus, cognita actione qua

Digitized by Google

ne qua contineretur, l. 1. de edend. Quam quidem editionis rationem Terent. eleganter his expreſſit verſib. in Adelphis:

Quid ſi ego illam tibi nolo vendere,
Coges me? Æſ. Minime. S. Namque id metui.
Æſ. Neque venundum cenſeo.
Quæ libera eſt nam ego liberali illam aſſero cauſa manu,
Nunc vide vtrum vis argentū accipere an cauſam meditari tuam,
Delibera hoc, dum ego redeo, Leno.

Fuerunt autem edendarum actionum quinque rationes diuerſæ. Prima fuit, ſi quis diceret, qua actione agere vellet. ſecunda, ſi eius quam allegabat, actionis deſcribendæ actor reo faceret copiam: tertia ſi actor ſuam intentionem in libello eſſet complexus, & eam ſic efferret aduerſario: Quarta, ſi ex libello eam aduerſario dictaret: quinta, ſi aduerſariū ſuum actor ad album produceret, demonſtraretque, quid dictaturus eſſet, vel id dicendo quo vti vellet, d. l. 1. Briſſ. Quod autem ad quintam hanc editionis ſpeciem attinet, ea profecto nouam talem habet ſententiam, qualem habere pleriqne putant. Ræuard. Pro trib. lib. ſing. c. 4. Adde Forcat. in ſuo cupid. Iuriſperito cap. 17.

EDI etiam interdictum dicitur l. 8 §. ex hoc interdicto. ff. de precar. l. 3. ff. de interdict l 1. §. annus, ff. de vi & vi arm. l. vlt. in ſi ff. quor. legator. Editam quoque formulam dixit Plin. lib. 9. c. 15. & Quint. Declamatio 13. Briſſ.

EDERE idem, eſt vel dictare, vel tradere libellum, vel eundem proferre, l. 6. § 6. de edend. Hotom. Edere ſcripta litigatoribus l. 32. §. 4 C. de appell & conſul.

EDERE operas dicitur libertus, pro dare, præſtare, præbere operas. Vlp. l. 9 ff de oper. lib. Proprietas earum, & in edentis perſona, & in eius cui eduntur conſiſtit Iauolen. l. 21. ff. eodem. Operæ loco eo edi debent, vbi patronus moratur, ſumpto & vectura patroni, Hot. Briſſ. vide Senec. Epiſt 29. lib. 4.

EDERE judicium & accipere, opponuntur. l. 1. ff. de authorit. & conſenſ.

EDERE juſjurandum, pro in medium adferre. Spieg.

EDERE nomen eſt profiteri vel efferre nomen ſuum, vt deſeribatur, aut in numerum referatur, nomen ſuum in actis profiteri Vlpian. l. 1. de offic. conſul. l. 3. qui petitur. l. 2. C. eo. l. 2. §. ſi mater, ad Sen. Tertyl Prat. ex Hotom.

EDERE munus, ludos, ſpectacula. Briſſ. Hinc

EDITORES munerum ſeu ludorum. Briſſ. ex ff & C. Th.

EDERE nomina, hodie dicimus eos, qui prouocatores apud Acta Curiæ præſentari dicuntur. Quod & nomen dare vocatur, vt dare nomen militiæ. l. 3. de re milit.

EDERE patrimonium l. 1. §. ſi quis ſeruus. ff. de offic. præſ. vrb. l. 9. ff. de tutel. vt edere cenſum apud Plinium lib. 10. Epiſtol. 5. Edere nomē l. 1. de offic. conſ. l 3. ff qui petitur. l. 2. Co. eod. tit. l. 2. §. ſi mater, ff. ad SC. Tertyll. Exemplum literarum l pen. ff. de appel. recip l. vlt. ff. quando appell. ſit. Librum, l 46. §. tutor. ff. de adm tut. mandatorum, l. 2, § diuus, ff de tore fiſ Crimina: apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 18. Briſſ. Item edere Labeo ait, qui aduerſaria ſua ad album producens demonſtret, quod dictaturus eſt vel id dicendo quo vti velit d. l. 1 §. 1. de edend. Hoc exponit Alciat. lib. 2 Diſpunct. c. vlt. & Parerg. l 8 ca. 7. & hinc, de eo qui aduerſarium ſuum, hoc eſt tabulas tumultuarias rationum quarum profert & edit, vt ex eis oſtendat, quam actionem dictare velit, aut qua ſumma cum reo jure conſiſtere. Notum eſt enim ex Cicerone & aliis aduerſaria ſumi pro tabulis tumultuariis: quod verbum etiam recte opinor ſingulari numero dici, quanquam Duareno non placeat, lib. 1. Diſp. anniuer. c. 12. qui exiſtimat producere aduerſarium ſuum, hoc eſt reum, cui formulam actor velit intendere, rectius intelligi: quæ opinio noua eſt, & non eſt contemnenda. Tractatur autem in dict. tit. de edend. triplex editio, ſcilicet inſtrumentorum, rationum & actionis. Sed ratio editor, in principio, cætera in proceſſu cauſæ, vt dicit gloſſa illic ſuper Rubricam. Anchoran.

EDI rationes intelligitur ſi à capite edatur. Nam ratio (teſte Cajo in i. ar. contrariis d. tit.) niſi à capite inſpiciatur, intelligi non poteſt, ſcil. vt non totum cuique codicem rationum totaſque membranas inſpiciendi deſcribendique poteſtas fiat: ſed vt ea ſola pars rationum, quæ ad inſtruendum aliquem pertineat, inſpiciatur & deſcribatur. Spieg. Briſſ.

EDI interdictum dicitur etiam l. 8 ff. de precar. Briſſ.

EDERE progeniem, procreare, l. 10. C. de nat. libe. edere liberos ibi. edere partum l. 12 pt. C. de leg. hæred. vid. mox. inf Edi.

EDERE rationes, l. 32. fin. ff de condit. io. & dom. longe aliud ſignificat quam reddere rationes Nec enim is qui edere juſſus eſt, reliquum reddere debet, l. 89. ſi de verbor ſignificatione. Reddere autem rationes eſt computare, ac reliquum reſtituere. Briſſ. Hoto. Spieg.

EDERE exemplum in aliquem, & ſupplicio afficere, & in eum animaduertere: Gellius lib. 6. c. 14. docet, cur exempla prograuiſſimis ſuppliciis ab antiquis dicta ſint. Spieg.

EDERE leges, hoc eſt, conſcribere & ſtatuere, vel imponere.

EDERE acta, inſtrumenta, Briſſ. ex ff.

EDERE reo, pro cōtra reum, vt Cicer. in Orat. pro Plauco. Spieg.

EDI pro naſci apud Triphonium. in l. Areſcuſa. Incipiente igitur partu, exiſtens conditio efficit, vt ex libera edatur, qui poſtea naſcitur. Vulgati codices pro edatur, habent Naſcatur. Sed Holoandri textus dubio procul archetypo magis reſpondet Spieg. l. 9. C. de ingenuis, matre libertina editam. l. 10. eo. ingenuos edi. l. 10. C. de naturalibus lib. liberi poſt dotem editi, item ante dotalia inſtrumenta editi. l. 12. Cod. de liberal. cauſa, ex ancilla editus, Edere partum, ſobolem, filium, geminos, Briſſ. ex ff. Editus partus, Editi infantes Briſſ. ex ff. Editis ex matre matrimonio. Mortuus editus ex ff. Editis teſtibus, Cic. Verri. 3. Liu. lib. 3.

EDITIO infra ſuo loco.

EDITVS, vs, in 4. declinatio. Editus buborum. Briſſ. ex ff. vid. inf. ſuo loco.

EDICERE, proprie denunciare eſt, vt quidquid fiat, aut non fiat: ἐν γὰρ ἐπιταγμασι ... ἐν διαγράμμασι ... : inquit lib. 6. Dionyſ. hoc eſt: præcepta enim ac præſcripta rerum juſtarum atque iniuſtarum, Edicta Romani appellant. Quanquam EDICENDI verbo in Prætoriis quidem legibus ſubeſſe videatur vis prædicendi, & in poſterum denunciandi, vnde illud Cic. in lib. de finibus 2. Eſt enim tibi Prætori deſignato edicendum, quæ ſis obſeruaturus in jure dicendo.

EDICERE, eſt decernere aliquid jure magiſtratus, ſiue id iubendo fiat, ſiue vetando, quid refert? Quare Bartolus non rectè poteſt reprehendi, quod dixit, edictum eſſe genus, interdictum vero ſpeciem deſeruiens materiæ, in l. 1. ff. de nou. oper. nunc. ex Old: Spieg.

EDICERE, vel indicere Senatum, eſt extra conſtitutum tempus ob negotia incidentia repente Senatores conuocare. Hinc edictus, indictuſve Senatus. Bud in annot. prior. Spieg.

EDICI concilium, vt refert Gellius ex ſententia, Lælij Felicis, dicitur, cum non vniuerſus populus, ſed aliqua pars juberur adeſſe. Connanus lib. 1. c. 13. nu 6.

EDIXIT prætor, proconſul olim ità edicebatur Briſſ. ex ff.

EDICERE pro dicere, aſſeuerare, teſtari, profiteri, l. 7. fin. C. de curato furioſi: nominatim dicere, nominare, l. ſi quis argen. 35. §. 1. pt. C. de donat.

EDICO, Donatus in Hecyra Terent. Inter Edico & Interdico hoc intereſt, quod edicimus quod fieri jubemus: interdicimus quod fieri vetamus. Edicimus vni generi hominum, Interdicimus diuerſis. Itaque Prætoris Edicta, & interdicta dicuntur. Quæ diſtinctio, vt Alciat ait, non ſat vera eſt, cum ſub rubr. de interdictis quædam ſint, quæ fieri non prohibent, vt Reſtitutoria. Exhibitoria. Spieg.

EDICTVM, ab edicendo, ſi rei ſignificationem ſpectemus, ideo dictum eſt, vt ſcirent ciues, quod jus de qua re quiſque Magiſtratus dicturus eſſet, l. 2. §. eod. tempore, ff. de orig. iur. Pro Edicto, caput: quippe pro edicto ſucceſſorio, caput ſucceſſorium, ponitur in l. s. C. de ſucceſſorio Edicto.

EDICTVM eſt conſtitutio circa determinationem perſonæ, cauſæ aliuſve circumſtantiæ facta, definitio Vult. in comment. Inſtit. de I. N. G. & C §. 7, num. 10.

EDICTALE programma apud Caſſiod. lib. 1. Varia. epiſt. ad pop. Rom. & lib. Epiſt. ad Senat. Vrbis Rom.

EDICTALIS lex in C. ſæpius: de quo mox.

EDICTVM etiam dicitur, quo præſes aduentum ſuum prouincialibus ſignificat, l. 4. § antequam, de off. proconſ. Briſſ.

EDICTA Ciceroni ſunt jura, quæ prætores vrbani vel peregrini aut Ædiles Ciuiles dixere. Qui vetante prætore fecit, hic aduerſus Edictum feciſſe proprie dicitur, ait l. 102. de reg. jur. vbi Gothof. not. Dionyſius, iuſſa & vetita magiſtratuum (quæ Græci διαγράμματα vocant) proponebantur publice in alba tabula, quod idcirco Album dicitur, apud Græcos λεύκωμα, Connan. lib. 1. c. 15. num. 1. ex Dionyſ. lib 5. Nam vt ſcirent ciues, quod jus de quaque re Magiſtratus dicturi eſſent, ſeque præmunirent, edicta proponebant. l. 2. §. eod. tempore. ff. de orig. iur. Proconſules etiam, præſides in prouinciis edicta einſmodi præſcribebant, quæ Prouincialia appellabantur ad differentiam vrbanorum. Patet hoc ex Cicer. lib. 6. Epiſt. ad Atticum. Epiſt. 1. & ex Verrinis. Ad edictum autem tam prouinciale quam vrbicum, Gaius commentarios ſcripſit, Eaque cauſa eſt, cur in edictorum interpretatione, proconſulis ſæpe mentionem faciat, vt in l. 1. Digeſt. de alien. iudic. mut. l. 27. ff. de dolo, l. 27 §. 1. ff de minoribus l. 1. ff. quod cum eo leg. 1. §. pen. ff. quod cuiuſque vniuerſitat. l. 68. ff. pro ſoc. cum aliis, quæ ad Anton. Auguſt. libro 1. Emendat. capit. 5. notantur.

EDICVNT autem non prætores tantum aut proconſules, ſed & omnes magiſtratus. Edicit enim conſul Gabianus in Sextiana orat. vt L. Lamia eques R. ab vrbe abſit millia paſſuum ducenta. Edicunt Piſo & Gabinius Coſſ. vt ſenatus, qui veſtem propter Cicero. mutarat, ad veſtitum rediret. Edicunt Cenſ. apud Gell. lib 15. cap. 5. ſibi Latinorum Rhetorum ſcholas non placere. Edicunt Triboni plebis apud Cic. Verrin. 4. ne quis Romæ eſſet, qui rei capitalis damnatus eſſet. Prat. Briſſ.

Sunt & EDICTA principum, l.8.ff.de quæſtionib. l.13.ff de jur. fiſc.l.15.ad l Cornel.de falſ.l.1.de conſtit. princ Rubr. de Edicto Diui Hadr.toll.§.ſed & quod principi.Inſtitut.de jure natur. Briſſ.

EDICTA vero Principum ſunt generales leges, quæ omnes populos & prouincias tenent.l.3. C.de legibus. Theoph. ad d.§. ſed & quod ſic definit: [illegible]. Atque ijs non ad certam aliquam controuerſiam, de qua conſulti ſunt, reſpondent, ſed generaliter quaſi nouam aliquam legem conſtituunt, vt l.hoc edictali.6.C.de ſecund.nupt. Pratei.

Itaque variæ Edictorum ſpecies ac differentiæ ſunt.

EDICTVM prætorium vel honorarium appellatur, quod ab ijs qui ſunt in aliquo honore poſiti, inſtitutum eſt, non à populo aut plebe, vt leges & plebiſcita. Papiotanus de juſt. & jure. capitulo 6. Ius prætorium eſt, quod prætores introduxerunt, adjuuandi vel ſupplendi, vel corrigendi juris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ab honore prætorum ſic nominatum. Nam & ipſum jus honorarium quaſi viua vox eſt juris ciuilis. Prætorium vocatur eadem ratione, quia prætor dicebatur quicunque Magiſtratus, quod jure & exercitu præiret, inquit Varro. vnde illud Lucretij: Ergo Prætorum eſt ante præire. Vide latius Conuan. l.1. c.15.num.1.

EDICTA proconſulis prouincialia dicebantur, vt ſupr. vide Gothofr.not.ad l.quod autem.19.ff.quod metus cauſa: adde l.1. de alienat.judicij.

EDICTA quædam erant perpetua, id eſt, annua quia vt prætor magiſtratus annuus erat, ita & edicta erant annua, atque ita perpetua, non quidem reſpectu temporis, ſed reſpectu officij magiſtratus, quod illo anno perpetuum erat: quam primum enim prætor magiſtratum iniret, illa proponebat, illaque tam diu durabant, donec magiſtratui cederet: quædam vero paucorum dierum propoſita, prout res incidit ejuſmodi ſuntre citatoria, mandatoria, peremptoria & id genus alia quæ priuatorum cauſas concernunt. Vult. in Comment. Inſt. de act.§. ſt. dum 4.

EDICTORVM ergo aliud monitorium, aliud conuentionale, aliud citatorium, aliud peremptorium. De quibus vide l.ad peremptorium, cum ſeq. junct. glo

EDICTVM citatorium. Edictis tribus (Græci [illegible] nuncupant) aduerſarius abſens in judicium vocabatur, l ad peremptorium 68 & 69. de judic l. eum v.26.§ euocari, de fideicom. libert.l.8. eum auth. & ſeq 9.C.quomodo, & quando judex, l.53.§ de re judic.

EDICTVM peremptorium, trium inſtar aliorum eſt, d.l.8. & l.9. C.quomodo & quando l.72.§ 1 de judic.Paul.5.ſent.5.§ 6. Adde l.68.69.70.de judic l.5. C quomodo & quan.l 53 §.1.de re jud. vid. perimere legatum. Quo autem ordine ad hoc edictum perueniatur, docent ICti l.ad peremptorium & ll.ſeqq. ff.de re judic.

EDICTVM deinde aliud eſt perpetuum, (cuius magna fuit authoritas, l.3. C.de eden.) aliud temporale. Perpetuum eſt, quod Iuriſdictionis perpetuæ cauſa proponi dicitur in l.7. ff. de juriſdict. nimirum edictum illud quod Prætores magiſtratu initio proponebant, quo ciuibus denunciabant, quemadmodum anno ſuo jus dicturi eſſent. Temporale vero, quod etiam peculiare dicere poſſumus, eſt quod certi negotij oborti cauſa proponitur, vt illud Verris. VI Cal Decemb. abſit Sthenius Syracuſis. item, Ne quis frumentum ex area tolleret, &c. Exoritur, inquit Cic. peculiare edictum repentinum. &c. item illud quod citatorium ac peremptorium appellamus in legat.68. & aliquot ſequentibus. ff.de judic. de ſuperiore ſic loquitur Aſconius in Cornelianæ argumento. Aliam, inquit, legem Cornelius, etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis tulit, vt Prætores ex edictis ſuis perpetuis jus dicerent, quæ res tum gratiam ambitioſis Prætoribus qui varie jus dicere aſſueuerant, ſuſtulit. Sic enim locum interpretor, non quod in horas (vt quidam ſcribit, quem alij ſecuti ſunt viri doctiſſim.) edicta ſua prætores mutarent: ſed quod ex dictis ſuis jus non dicerent. Cuius rei Verres à Cice. quoque lib. Act. primo accuſatur Tum vero, inquit, in magiſtratum contra illud edictum ſuum ſine vlla regione decernebat. Neque enim id factum vſquam reperietur, vt quis plura edicta perpetua propoſuerit. Hotom. vide & Coraſ. lib.4. Miſc.c 6.n.4.& 6.

EDICTVM perpetuum etiam alia ſignificatione dicitur, quod vnum ac ſimplex in omnes atque in perpetuum compoſitum eſt. Nam prætores olim arbitratu ſuo edicta, quæ leges erant annuæ, ſcribebant. Id eorum honori tribuebatur, vt in annum ſuum jus conſtituerent. Itaque quo edicto ſuperioris anni prætor vſus erat, in ſequens fere non vtebatur, alioquin ejus edictum tranſlatitium dicebatur. Sed poſtea diminuta cum illa populi Rom. magiſtratuum quoque poteſtate, conſtitutum eſt, vt edictum vnum componeretur, ex quo omnes in poſterum tempus prætores perpetuo jus dicerent, quod ideirco perpetuum eſt appellatum Huius rei actorem fuiſſe Diuum Adrianum Iuſtinian. in l 2. C de vet. jure enucl. teſtatur. Edicti vero ſcriptorem C. Saluianum Iulianum. Quin & ipſe Iulianus, ait, legum & edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor, &c. item. Et hoc non ipſe ſolus, ſed & Diuus Adrianus in compoſitione edicti, &c. idem tradit præterea in lib. 10. C de condic. indeb. Eutropius lib.9. Poſt eum Saluius Iulianus Rempubl. inuaſit, vir nobilis & peritiſſimus, nepos Saluij Iuliani, qui ſub Diuo Adriano perpetuum compoſuit edictum, quod perpetuo eſſet duraturum, Imperatoria munitum autoritate, diuiſum in vrbicum ſiue vrbanum & prouinciale: illud per excellentiam Edictum prætoris, & ſimpliciter edictum vel perpetuum edictum vocatur: hoc ad ejus differentiam ſemper prouinciale. Gœddæ.ad l.1 nu 5. de verb. & rer. ſignif. Ex his igitur, quæ inter illud ſuperius edictum perpetuum, & hoc poſterius differentia ſit, facile intellectu eſt, quum illud ob eam cauſam ſic dicatur, quod in vniuerſum Præturæ vnius tempus valeat: quum temporalia in partem duntaxat, veluti menſem vnum aut alterum, vim habeant: hoc vero, ad omnes omnium Prætorum juriſdictiones pertineat, cum antea quotannis noua fere edicta proponerentur. Ac de hoc ipſo intelligendum eſt quod Hermogen. ſcribit l. 2. ff.de ſtatu hom. De cæteris poſt. Edicti perpetui ordinem ſecuti, & his proximos atque coniunctos applicantes titulos, vt res patitur, dicemus. Item in l.vlt in fin ff.de appell.recip. l.5.ff.de extraord. crim. l.51. ff de li con. Hoc. de his vide Conna l.1 c.15.n 2. & Forcat Necyomant dial 10.n.5.

EDICTA vero perpetua quidam Monitoria dicta eſſe putant, quod his ciues admonerentur, qualiter jus dicturi eſſent Magiſtratus. Briſſ. Prat.

Alia erant edicta, quæ prout res inciderat, proponebantur, & ad ſingulas cauſas è re nata accommodabantur, qualia erant ea, quibus aliquem euocabat, & adeſſe jubebat prætor. l.68 l 71. l 72. l.73 l.75. ff de ju l.1. vult ff. vbi pupill. educ. deb. l.2.§ Senatus l.15.§ ſenatus l.42. in fin. ff. de jure fiſc. l.50.§. præter hæc, in fin. ff de petit. hæred. l.1.§.1 ff.de requir. reis. l. 7.§ vult. ff.de ſuſpect. tut l.3. C. qui accuſar. non poſ. l.26. euocari. ff.de fideic. li. l.53. ff.de re judic l.5.§ quid ergo. ff.ad SC. Tertyl. l.2 C. vbi in rem act. l.1. ff.de pœn. l.51. decurio. l 10. C.& apud Paul. lib 5. Sent. tit 5. Iuſtinia. Nouell. conſtitut. 112. [illegible] Briſſ.

EDICTA Iulia ab Auguſto necem Auunculi vindicaturo contra eius percuſſores propoſita fuere, vt hiſtorici tradiderunt. Coraſ. lib.2.c.1. Miſcell.

De EDICTO Diu. Claudij vide l.1.§.5. C.de latin. libert. toll. l.5. C communia delega. Diui Traiani ad l.1. prin.§.4 Inſt.de ſucceſſ. libert Diui Marci, l.3. C. ſi aduerſ. fiſc.§. vlt Inſt.de vſucap.

EDICTVM Diui Hadriani, de quo vlt. C.de edict. Diui Adria. tollen. vt intra annum hæredi ſcripto daretur aditus adipiſcendæ bonorum poſſeſſionis: quo elapſo amplius non admittebatur: & hoc cum diminutione viceſimæ partis applicanda fiſco, quo pertinuit & lex Iulia de viceſim. hæreditatum, de qua in indice legum, & Alciat. lib. diſput. 3. cap.6. Prateius.

EDICTVM Domitiani, quo cautum eſt abolitiones ex Senatusconſulto factas ad huiuſmodi ſeruos non pertinere, Pap. l. ſi ſeruus ff. de cuſt. & exhib. reo. Prat.

EDICTVM de alterutro, cuius fit mentio in l.1.§ ſciendum. C. de rei vxor act. & l. vnic. C. Th. de teſtam. eſt, quo cauetur, vt ſi quid maritus vxori aut hæreditatis, aut legati, aut fideicommiſſi titulo reliquerit, alterutro contenta ſit mulier, vel edicto vel dote: actione ex teſtamento, vel actione rei vxoriæ: nec pertinet hoc edictum, niſi ad actionem rei vxoriæ: ideoque penitus hodie ſublatum eſt, cum ſit hodie actio rei vxoriæ ſublata. De quo vide Cujac obſ. lib.5.c.16. Prat.

EDICTVM Carbonianum pene ſolum authoris ſui nomen retinuit in ſuo genere. Eiuſdem generis eſt edictum nouum, cuius meminit lex.1.§. ſi pater vnum. ff.de vent. in poſſeſſ. mitt. Briſſ.

EDICTVM fraudatorium actio eſt reuocatoria. Zaſ.§. item §. quis, Inſtit.de actio. Spieg.

EDICTVM ſucceſſorium ex communi Doctorum ſententia ſic definiri ſolet: vt ſit edictum quo excluſo vno res ad alium tranſit, qui priore non excluſo heres non fuiſſet, gloſſ. vlt. in leg. prima. C. de ſucceſſ. ed. Differt autem à jure accreſcendi, quia hoc omnino neceſſarium eſt, l. prima & ſecunda. ff de acquir. hæred. Illud vero voluntarium, l. prima, poſt princ. ff. de ſucceſſ. edict. Item in jure accreſcendi pars cohæredis deficientis tranſmittitur ad cohæredem: in edicto vero ſucceſſorio tranſmittitur ad eum qui nullomodo eſt cohæres Brondæus.

EDICTVM tranſlatitium dicebatur, quod prætores. qui præturam inibant ex edictis prætorum, qui jam magiſtratu ſuo

functâ

functi erant, optime conſtitutis, in ſua edicta transferebant. Cicero in Verrem actione 3. Sed in te (inquit) tam viſitata ſatis eſt oſtendere omnes ante me ita jus dixiſſe, & hoc vetus edictum tranſlatitiumque eſſe. Aldob. §. Prætorum quoque. Inſtit de jure nat. gent. & ciuili. Adde Fran. Balduin. Catecheſin. Iur. ciuil. 7. c. 2.

EDICTVM vnum pro omnibus. Vide Iuriſconſult. in not. l. nonnunquam 75. ff. de judic. vide & l. 53. C. de re judic. l. 8. C. quomod & quand. iudex Spieg.

EDICTVM quomodo differat à Reſcripto. Bart. diligens interpres innuit in l. poſtquam. §. imperator. ff. quot. legat. Spieg.

EDICTVM ab interdicto quid differat, tradit Bartolus in leg. 1. Digeſt. de nou. oper. nunc. eo nimirum edictum ab interdicto differre, quo genus à ſpecie: quippe edictum generis nomen eſſe arg. §. conſtat. de iur. nat. gent. & ciuil. Inſtit. Interdictum vero ſpeciei; quaſi edictum in id diuidatur, quod ſpeciali vocabulo edictum dicitur, & interdictum; (non ſecus quam adoptio in adoptionem ſpecialiter dictam & arrogationem. leg. 1. Dig. de adoptio. & cognatio in cognationem alteram, & agnationem leg. Iuriſconſultus. Dig. de gradib cogn.) Interdictum autem ab illa edicti altera ſpecie eo differat quod hoc inter duos dicitur: quod vero ex ſuo officio Prætor facit, edictum ſit. Hanc autem Bartoli ſententiam reiicit Alciatus lib 3. parerg. ca. 15. ea ratione, quod, quidquid edicat, ad duos pertineat, actorem nempe & reum: Interdictum autem propterea ſit, quia prætor aliquid jubet vel vetat, non perpetuo, ſed ad tempus, donec pleniore judicio de jure petitoris quæratur, quaſi id interim dictum, interdictum nuncupatum ſit, & interdicere nihil aliud ſit, quam interim dicere, quod ab eodem alibi quoque aſſertum in l. pecuniæ verbum §. vltim. Digeſt. de verbor. ſignific. & aliis quoque comprobatum Ioann. Cor. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir. poſſ. confirmat Ciceronis authoritate lib. 2. Rhet. ad Herenn. Sed quo loco interdicere apud Ciceronem legit Alciatus, comperi legi, interim dicere. Aliis viſum eſt, hoc edicta ab interdictis differre, quod edicta generalia ſint, interdicta vero perſonalia.

Quibus omnibus probabiliorem verioremque Bartoli ſententiam illam judico, non quidem vſquequaque, verum in eo ſaltem, quod hæc non ſecus, quam genus a ſpecie differre dixit. Sic enim alicui id omne exquirens conſtitutio, edicere id omne ſignificare, quod jubendo, vetando aliterve decernendo & pronunciando publica authoritate effertur: quaſi edicere id generaliter ſignificet, publice pronunciare, & particula, e, verbo dicendi, quod generale eſt, adiecta, generalem quoque ſimplicis ſui ſignificationem aliquatenus retinens id tantum operetur, quo non quod vbique & quomodocunque dicitur id edicendi verbo proprie ſignificetur, ſed id tantum, quod aliter quam priuato ſermone proferre cupientes, publice efferre, aut quaſi publice effari volumus, vt apud Ciceronem in lib de legibus. Suade igitur, inquit, iſtam ipſam legem, vt ego poſſim edicere, hoc eſt, publice eam proponere & efferre. Idem in alio loco lib offic. Edictum quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit, & Plinius in Panegyrico: Adſueſcat, inquit, imperator cum imperio calculum ponere: ſic exeat, ſic redeat, tanquam rationem redditurus, edicat quid abſumpſerit: ita fiet, vt non abſumat, quod pudeat, dicere. Quod & aliis infinitis locis paſſim occurrentibus patebit, vt in conſimilibus verborum aliorum compoſitis particulam illam eandem vim operari compertemus, vt quod emittitur, deſignet, non quod priuato loco continetur: qua ratione non inſcite, licet conciſe à Laurentio Vallenſi li. 5. Elegantiarum, dictum videtur.

EDICERE eſſe magiſtratuum, Regumve. Nam quod etiam de iis quæ priuati decernunt, & priuatim dicunt, id quoque verbum dici ſolet: ſic metaphorice eſt tum ad id transferri agnoſcemus, quod quaſi auctoritate publica ſanciatur, in primis ratum eſſe volunt. Sic Cyamus apud Plautum in Truculento, verum ab ancillis extorquere volens:

Edico prius, inquit, ne duplices habeatis
Linguas, ne ego bilingues vos necem.

Et apud Terentium in Heautontimo. Soſtrata Chremetem alloquens: primum hoc te oro, inquit, ne quid credas me aduerſus tuum edictum facere eſſe auſam. Idem Terent. in Hecyra. Ibo intro atque edicam ſeruis, nequaquam afferri ſinant. Inde adeo incertum edicti vocabulum vocat Theodoſius. l. 3. C. de legibus illicque legem ſic latam, vt generaliter ad omnes pertineat, vim edicti obtinere conſtituit: quo effectum exiſtimem, vt cum non in priuati tantum cuiuſquam negotio aliquid princeps definit, ſed eo conſilio aliquid ſtatuit, vt generaliter ea lex ad omnes pertineat, edictali lege ſe id ſancire profiteatur, quo illud ab eo fieri intelligamus, l. hac edictali C. de ſecund. nupt. l. 1. C. vbi quis decur. vel cohor. l. 2. & 3. cap. de ſenten. ex breui recit. Quod à Prætoris edicti perpetui forma manaſſe judico, cum alioquin & quæ inter priuatos quiuis magiſtratus autea pronunciaret, edicta vocata fuiſſe innumeri apud probatos auctores, imprimiſque Cicer. in orat pro Quint. & act. in 3. Verr. loci teſtentur. Hinc edictum aduerſus abſentem impetrari, edictum circumduci paſſim in iure dicitur, l. edictum. l. poſt edictum cum l. ſequent. de iudic. ſic & interdicta edicta quoque nonnunquam vocantur, ſpeciem generis nomine deſignata, l. 1. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. Interdicere autem non aliud proprie ſignificat, quam prohibere, text. in l. 1. circa fin. & l. 2. de cloac. l. 1. ff de mi gr. l. 1. in princ. ff de fontibus. Hinc aquæ & ignis, atque etiam cuiuſcunque alterius certæ rei interdictio vocata l. poſthumus. ff. de Inoffic. l. vltim. ff. de iniur. Et quod bonis interdici prodigo dicimus, qui ne bona adminiſtret prohibetur, l. is cui ff de verb oblig. l. is cui de teſtamen. l. 2. l. Iulianus, l. & mulier. l. vlt. ff. de cur. fur. Sic eſt factum, vt cum Prætorum omnia pene decretaque edictaque, quæ ad poſſeſſionis ſeparatum à proprietate judicium pertinerent, prohibitionis formula concipi, re ita expoſcente, vſitatiua eſſe cœpiſſet, ea ſpeciali vocabulo interdicta vocata, ſpecialem illam appellationem retinuerint. Vnde nonnullos exiſtimaſſe refert Iuſtinianus, in § ſumma de interdict in Inſtitut. Illa tantum interdicta propriè vocari, quæ prohibitoria ſint, quaſi id quod alia verbis aliis concepta, interdicta vocata fuerunt, per extenſionem tantum poſterioribus temporibus, propter alias id ſuadentes communiones & ſimilitudines inualuerit, vt idem indicat. Quod ab eo inprimis profluxerit, quod illa quæ prius prohibendo edixiſſet Prætor, poſſeſſionis tantum judicia contingerent: alia vero quæ rerum vſu exigente adiicerentur, licet directo non prohiberet, quia juberet Prætor, attamen conſimiliter ad poſſeſſorij tamen judicij diſceptationem pertinerent; ac illis jubentibus eorum formulis ineſſet & prohibitio quædam. Sic enim, cum iubet aliquid fieri prætor, ex conſequentia vetat quoque, ne contra, quam juſſerit, fiat: Veluti cum interdicto de liberis exhibendis, liberos exhiberi jubet, vetat quoque in conſequentiam vim fieri liberos ſuos exhibitos deducere volenti. l. 1. junct. l. 3. ff. de liber. exhib.

Quod in aliis conſimilibus obſeruare poſſumus in leg. 1. princip. ff. de clo. vt è contrario interdicto prohibitorio, ne quid in loco publico, ex conſequentia quoque factum immiſſum reſtitui jubet. l. 2. §. prætor. ff ne quid in loc public. Ac vt in nonnullis prohibitoriis haud adeo perſpicue accommodare poſſimus illud certe conſtat obtinuiſſe, ea prætorum decreta, in quibus de ſola poſſeſſione ageretur, interdicta fuiſſe vocata, verum originem vocabuli à prohibendi formula, verbique illius ſignificatione cœpiſſe. Itaque interdicta ſic recte cum Iuſtiniano finiemus: Eſſe formulas atque conceptiones verborum, quibus prætor aut jubebat aliquid fieri, aut prohibebat, cum inter duos de ſola poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione ageretur. §. 1. de interdictis in Inſtit. Et quia illæ verborum conceptiones, quibus prohibet prætor, ad duos regulariter referrentur, cum nempe, cui prohibet ne aduerſus illum alterum quid agat, quæ, vt dixi, primum interdicta eo proprio nomine conſtituta ſint, quod in aliis quoque reſtitutoriis & exhib toriis conſimiliter obtinere obſeruatum eſſet, eoque hæc inſuper cum illis conueniret, præter id quod in omnibus, vt dixi, de poſſeſſionis tantum contentione ageretur, ad duos nempe interdictorum omnium formulam quamcunque referri, non abſonam illam alluſionem accommodari poſſe exiſtimatum eſt, quia interdictum quod is inter duos quid in eo dictum ſit, id ea voce, nec aliud quam quod iſtiuſmodi eſſet, ſignificari intelligeremus, vt & hac quoque parte interdicti omnibus inter ſe conuenirent, cui quadraret interdicti non quidem Etymologia, ſed quaſi alluſio quædam, ac veluti παρονομασία ſiue agnominatio, haud illis abſimilis, quibus teſtamentum mentis teſtationem, donationem, doni dationem, nouationem, nouam obligationem dicimus eſſe, cum magis à teſtando, donando, nouando deducta ſint. §. 1. de teſta. in Inſti. illicque Viglius l. Senatus. §. donatio, ff. de don. cauſ. mort. leg. 1 ff de nouat. Illas autem in interdictis formulas & verborum conceptiones, ad iudices pedaneos relatas non fuiſſe, ex multis, quam nunc extantibus, ſi quis eas accuratius expendat, manifeſtè patebit, leg. prima & tertia, ff. de lib. exhib l. 1. ff. de lib. hom. exhib. l. 2. ff. de precar. & leg. 1. in princ. ff de vi & vi arm. l. 1. in prin. ff ne quid in loco public. l. 1 ff de tab. exhib. l prima, ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. ac cæteris quoque omnibus quorum licet formulæ minimè juri noſtro ſint inſertæ, ex interpretatione tamen prudentum, ac earum formularum interiectis nonnullis clauſulis exiſtimare poſſumus, ad eum eoſve dirigi ſermonem, quos vel vim, vel quid aliud facere vetet, aut vt quis ab his agatur, jubeat, non autem ad pedaneum judicem: illud quidem agnoſco interdictum judici pedaneo, veluti regulæ loco fuiſſe, à qua in controuerſia dijudicanda recedere ei minimè liceret, ſed tamen præter generaliter concepta interdicta hæc, in ſingulis poſſeſſorij judiciis mandatæ cujuſque cauſæ cognitionis formulam interuenire oportuit. Nam eas quæ extant interdictorum conceptiones, ex quibus quales reliquæ omnes fuerint, conijcere poſſis, quis per-

ſonales aſſerere auſit: cum clarius ſignificari non potuerit, hoc earum concipiendarum & ſanciendarum fuiſſe propoſitum, vt in omnibus illiuſmodi controuerſiis obtinerent, & quid ſequi nos oporteat, præſcriberent: Tametſi id ſimul & nos agnoſcamus, jus experiundi in poſſeſſorio iudicio, quod nobis à prætore conceditur, interdictum fuiſſe vocatum, cuius conceſſionis cauſa illius cognitionis, mandatum addi à Prætore ſolitum eſſet. Quo etiam diuerſa ſunt ab edictis generalia illa interdicta, cum jus experiundi edicto delarum actio vocetur, ſed tamen nonnunquam, & quod ex interdicto competit indirectum, actio etiam dici conſueuit l.1. §.hæc actio, ff.ne vis fiat ei, qui in poſſ.l.3.§.hæc actio.ff.de vi & vi arm.

Cur autem tatius actio vocetur, ſubobſcurius expreſſit Vlp. in leg.1.verſic. interdictum autem, ff. vti poſſideatis, nempe quod actio nonnunquam vltro poſſeſſori detur. hoc eſt, nulla in id actio prodita ſit, vt tueatur quis ſe, ſed tantum vt quid quiſque perſequatur, eſt enim ius perſequendi, §.1. de action. in Inſtitut. Itaque poſſeſſori qui tuitione tantum & defenſione egeret, nulla actione opus eſſe poteſt, ſed tantum auxilio aliquo ab illo tamen diuerſo, in poſſeſſione tuendus eſt, quod ex interdicto competens merito inde aliud, quam actionis nomen aſſumpſit, nempe interdicti, quod tamen in multis ad perſecutionem competat, in eoque actionis tum nomen recte adſciſcant, vt ſupra dictum eſt. Quod ſi quis perſonalia inde interdicta aſſerere mauult, hic confuſe nimis loquetur, in ea diſtinxerit. Quo magis toto, quod aiunt, cœlo aberrabit, ſi ea tantum ratione, qua perſonalia ſint, ab edictis illa ſecernere velet. Nam ad eundem quoque modū, quæ in ſingulis controuerſiis Prætor judici mandaret, edicta quoque veteres vocaſſe conſtat, quo conſimili ratione perſonalia quoque erant. At quem non puderet, inde edicta perſonalia eſſe generaliter, nut indefinite loquendo colligere. aut eo, quaſi non alia quam perſonalia ſint à cæteris non perſonalibus diuerſa conſtituere? Superioribus autem & id corollarij loco addi poteſt, quo illud in primis comprobatur, æque generalia interdicta, vt edicta, fuiſſe, quod conſimiliter vtraque à prætore in albo iuriſdictionis perpetuæ cauſa conſcripta publice generaliterq; propoſita fuerunt. leg.1. C de interdictis, l. ſi quis id quod, & l.ſi familia.ff.de juriſdict.omn.iud.Ioan.Rub.li.ſcorent.3. capite 19.

Edicto admonere, citare, l.3. C.de his qui accuſare non poſſ.l.1. §.a C.de aſſert.toll.

Edicto præcepit, vetuit, Briſſ. ex ff.

Edicto contineri; expreſſum, fieri; præcipiuntur, ſignificatur. Briſſ. ex ff.

Edictvm circumducere eſt delere & abrogare, in leg. & poſt edictum, de iudic. vide Gothofr. not. ad l.6. Cod. quomodo & quando iudex.

Edictalis: Edictalis lex: vide l.6. in princ. C. de ſecund. nupt. l.31. de petitio, & vlt. dat. In C.Theo. l. vlt. C. quod cum eo qui in alienar. poteſt. l.iubemus, 29. ante med. Cod. de teſtamentis. Briſſ.

Edictale programma, apud Caſſiodorum: de quo paulo ante. Briſſ.

Edictales dicebantur, qui annum vnum in iuris ſtudio verſari alterum etiam adiungebant, ducta ſcilicet appellatione ab Edicto: cui tunc operam nauant. Hotom.

Edictales bonorum poſſeſſiones dicebantur, quæ ex edicto deferebantur: vel quæ ex Prætoris edicto ſine cauſæ cognitione de plano dabantur: cum aliæ quę Decretales vocabantur, cauſa cum conſilio cognita pro tribunali decernerentur. l.1. §.1. ff.ſi tab.teſtam. l.cum quidam, 30.§. ff.de acquir. hæred. Hotom. Prat.

Editio, actionis. Edimus actionem, vt reus deliberet, an iudicium accipere velit, l.1. princ. de edend. cum catenus, impune pœnitere queat. l.ſi reus paratus, de procur.

Editio etiam, id eſt, emiſſio, editio librorum. Aliat eſt creatio magiſtratuum, & illa promulgatio dignitatis, quæ communibus omnium votis ac ſuffragiis decernitur.

Editionem exigere officio judicis, judicem inuocare, vt decernat, & mandet exhibitionem ſcripti, cauſa ſummatim cognita, & delato juramento exigendi, quod non calumniæ cauſa poſtulet, juxta leg. ſi quis ex argentariis, §.exigitur, de edend. Sch.

Editio, pro natiuitate, ortu. l. 2. §. 6. de decurio. Si à plebeio conceptus, non ante editionem pater eius decurionatum adeptus, &c. Hotom.

Editio pro partu, vel natiuitate, l.11. fin. C.de natur.lib.

Editio actorum, precum, ſpectaculorum, certaminis muneris rationum, operatum. Briſſ.

Editio fœtus, filij, partus. Briſſ. ex ff & C.

Editis teſtibus apud Cic. 3. in Verr. Teſtibus datis. Briſſ.

Editatius iudex, quem vna pars eligit. Seruius in Bucolica Virgil. Briſſ.

Editus pro eo quod ab armentis editur, id eſt, egeritur, non ab edendo, id eſt, veſcendo, vt Accurſius opinatur, ſed ab edendo prima longa deducitur, quod ſignificat ἐκδιδόναι, vt ſic editu ſignificentur reliquiæ cibi, quas natura deiicit ac reſpuit, Hotom. Editus bouis, pro ſtercore, ait Nebriſſ.

Edna in libris Βασιλικῶν alij dotem, alij donationem propter nuptias interpretantur. Prat.

Edocere, pro diligenter docere, *eigentlich darthun*, l.hac conſultiſſima 8. C.de teſtamentis.

Edocere literas, edocere teſtatori. Briſſ. ex C.& ff.

Edoctvs literas pro eo qui legere, ac ſcribere nouit author. quod ſine. C.de teſtam. Edoctus ſui iuris, l.11. ff.de interrog.

Edvcare, eſt alimenta & ad victum neceſſaria præſtare. l.fi. & ibi Gothofred. de alim.& ciba.leg. interdum alere ſimul & informare ſignificat. vbi pupillus educari debeat, pulchre IC. in ff. toto hoc tit. oſtendunt, & Imp. C. eod. & tit. ſeq. Plautus diſtinguit inter alere & educare in Menech. hic homo conuiuas non alit, ſed educat. Prat.

Edvcare, alere eſt. Sane rogatus vt quendam educet, ad victum neceſſaria, item veſtiarium, & habitationem ei præſtare cogendus eſt, l vlt. ff.de alim. vel cibar.

Edvcari, id eſt, nutriri, l.1. C.de diuor. fac.

Edvcationi exequatur victus (ait Gothofr. ad leg. 43.44. de verb. ſign.) per d.l.fin. de alim. & ciba leg. At victus vocabulo continentur, quibuſcunque vitam tuemur, corpuſque curamus, dict. l.43.44. Vitam autem corpor s tuemur eſu ac potu, d.l.43 l vlt. ff. de alim. l.a 34. ff. de verb. ſig l.5 §,12. ff.de agnoſ. liber. Veſte, d.l.43 & l.45 ff. de verb. ſignific. d.l. 43. Adde l.21. ff.de aliment. tecto, quod hæc lex innuit: & aperte probatur in d. l. 21. at non continentur ea, quæ ad diſciplinam pertinent, niſi aliud probetur, d l.21. An & pharmaca continentur? in d.l.44. innuitur, & probatur à Rebuffo in tractatu de ſententiis prouiſionalibus, artic.1. gloſ 5. in verbis Et medicament & gloſ.2.& articulo ſecondo, vbi de priuilegiis alimentorum & medicamentorum diſſerit, hæc omnia non diarij aut cibarij. dict. l.21. de alimen ſed victus & educationis vocabulo continentur: niſi quis forte de victu tranſigat, tunc enim fauoris cauſa, nec de habitatione, nec de veſtiario tranſegiſſe legatarius intelligitur, l.8 §.12 ff de tranſact. Gothofr. ad d.l. 44. ff de verb. ſign.

Edvcationis exhibitio ac ſumptus æſtimantur arbitrio boni viri, l.2. de alim. pupill. præſtand.

Edvcatio, & alimenta legata, nomina ſunt exæquata, l. fi. de alim. leg. Spieg.

Edvcatio liberorū παιδοτροφία vocatur, l.3. ff. de iure immun.

Edvcere aquam, de domo teſtes. Briſſ.

Edvcator, patris ac matris nomine comprehenditur. Alciat. per l. 1. de obſeq. Spieg.

Edvcator eſſe non debet, qui pupilli inhiat ſucceſſioni, l. a. vbi pupill educat.

Edvcatvs, ſeu educati, corpus, retineri poteſt ob expenſas alimentorum, l.1. C de infantibus expoſit. l.2 C. alim. pupil. præſtand. l.16. C de oper. l.4. §.9. de dol. mal. Ea enim conditio eſt bene depenſi. vide Forner. 2. ſelect 14. Gothofr. ad d.l.1.

Edvlivm, inquit Valla, eſt, quicquid edimus, aut quicquid ad prandium cœnamque edendi gratia nobis apponitur, & ſumimus. Interpretantur hanc vocem Vallæ ſuo more, pro comeſtione apud Iuriſconſult. in l.ſolet. in fin. de offic. procon. quamuis eam pareino caſu protulerit, ab antiquo nominatiuo plurali Edulia: quo vocabulo continebantur omnia, quæ ad eſum pertinebant. poſterior ætas u in i mutauit Spieg. Ad ea pertinent (ait d.l.ſolent. §.fi. de off. procon.) quæ eduliium excedunt vſum, vbi Edulium pro Eduliorum, inquit, Briſſ. in lib. pareig.

Edvlitas: rerum eduliium largitio, & donatio, quæ à principe in populum, cum magna eſſet annonæ caritas, fieri ſolebat. Quo vocabulo vſus eſt Papin. l.17. de compenſ. Ideo inquit condemnatus, quod arctiorem annonam edulitatis tempore præbuit, frumentariæ pecuniæ debitor non videtur, & ideo compenſationem habebit. Prat. Eduli.

Edvlitatis enim iſto in loco Duare. 1. Diſput. 26. item Bud. Alciat & Holoand legunt: eademque voce Lampridium in Alexand. vſum dicunt. Prat. Alij vero ædilitas, atem, apud Pap. & Lamprid. legere malunt. Ædilitatis tempore, id eſt, cum in ædilitate eſſent. Cujac. 2. obſ. 23. ex Baſilicis: vbi Duarenum carpit, monetque apud Lampridium legendum eſſe vtilitatem, vetereſque ædulitatem & ædilitatem promiſcue ſcripſiſſe. Gothofr. ad l.ideo. 17. de compenſationibus.

E F.

Efasvs pro Epheſius, aliquoties in §. 2. l. 137. de verb. obligat. vt & Briſſ in lib. pareg notat.

Effectvs Sunt qui putant effectum, & officium in aniis habitibus eſſe propriiſſimam differentiam, vt quemadmodum differentia hominis eſt rationale, ita ſit differentia ipſius juſtitiæ, ſuum cuique tribuere: ipſius temperantiæ, frugaliter viuere; Legis virtus, ſiue officium, eſt imperare, vetare, punire, permittere, l. leges virtut, de legib. Spieg.

Effectvs vim & poteſtatem ſignificat. Sic effectus beneficij l.6. ff. de ſeru. export. Briſſ.

EFFECTVS eſt, quod ex re ſequitur, l. 3. ex quib. cauſ. maior. Prat.

EFFECTVS, participium, in l. nullu. C. de procur. Effectus Dominus litis Inſt. de act. §. namque, Et needum ejus rei dominus effectus eſt.

EFFECTV legis naturæ. Vide lex naturæ in fin.

EFFECTVS, in libris noſtris ſignificat facto ipſo, re ipſa, vi ipſa. Paulus l. ſi qui. 13. ff. de legat præſtand. quia effectu, ſextis aufert partem dimidiam, & l. 5. in fin. ff. commod. Vetum in vehiculo commodato pro parte quidem effectu mn vſum habere, item l. 5. §. 1. ff. quod cum eod. l. r. §. qui minorem ff. vt leg. nom. can. leg. ſi habitatio, 10. ff. de vſu & habit l. 14. in fin. ff. commun diuid. Briſſ.

Cum **EFFECTV** quid petere: eſt ita petere, vt certo id conſequi debeas, l. 5 C. de donationib. ante nupt. vbi dicitur: cum effectu ea petere non potes: id eſt, petitio tua effectum ſortiri non debet aut poteſt.

Sine **EFFECTV** illud eſt, i. fruſtraneum, irritum, effectum ſortiri non debet aut poteſt. l. 4 C. de donationib. ante nupt.

EFFERRE, verbum eſt funeribus accommodatum, quæ proprie efferri dicuntur. Feretrum vero deferre, propinquioribus virilis ſexus olim munus dabatur. Itaque filij, parentes, fratres, ſorores, claros funere deferebant: nunquam ſerui libertate donati. Vide Riuallium lib. hiſt. jur. ciuil. & Alexandrum Neapolitanum. Spieg.

EFFERVESCERE, ſignificat ardore animi excitari, vt cum homo ita excandeſcit: contrarium eſt, Deferueſcere. Vlpianus in l. quis ſit fugitiuus. §. idem ait, de ædil. edict. Si autem in hoc tantum lauiſſet, quoad iracundia Dominorum efferueſceret. Hoc ideo adſcripſi, quod Accurſius Efferueſceret, id eſt humiliaret, interpretatus eſt. Spieg. Prat.

EFFICACIA. Efficaciam parem conſequi, l. vlt. C qui admitt. ad bon poſſ. puſ.

EFFICACITER agere experiri, inſtituere actionem. Briſ. ex ff.

EFFICAX. Efficaci inſtantia compellet eum præſes prouinciæ obtemperare legib. l. C. de poſtlim reuerſ.

EFFICAX dicitur vna quæque res, cum nihil illi deeſt, quod natura ejus ſectat, veluti conditio hoc habet natura, vt ſuſpenſam obligationem teneat, neque antequam exiſtat, naſci patiatur actionē. Ea ergo ſi fungatur munere hoc ſuo naturali, efficax erit. Quod ſi nō impediat, ortum actionis, verū repellat eam per exceptionem, inefficax erit. Ferret. tit. de act.

EFFICAX conditio, denunciatio, inſtantia, interdictum, obligatio, traditio. Briſſ. ex ff. & C.

EFFICERE, denotat perfectionem, in l. Barbarius ff. de off. præt. Effeciſſet, pro efficere potuiſſet, accipiunt. Et ea ſuppletio in jure noſtro non eſt noua: Zaſius ait, interpretans verbum Peterentur, in §. poſtea, l. 2. de orig. jur. id eſt, petitæ & allatæ ſeriberentur Sic & Accurſ. in l. eum qui 2 §. ſi à te, de verb. oblig. vbi text. dicit, recte fundi vſumfructum petam, exponit gloſ. petendo fundum, conſequar vſumfructum. Sed & Iuriſconſ. in l. Labeo de ſtatulibet. verbum Videbitur exponit, id eſt, videri potuerit, decens in lege 12. Tab. verbum Nocet, ſic accipi. Et alibi gloſ. in l. ſi rem æſtimatam ff. de jur. dot exponit verbum Dederit, i. date conuenerit. Et in gl l. C. de fide inſtr. verbum Retractas, id eſt, retractare intendis: multaque id genus ſimilia inuenias. Sp. Schard.

EFFICERE vicem, pro æque prodeſſe, & loco alicujus eſſe.

EFFICERE voluntatem, pro communire. Teſtatur teſtibus ad efficiendam (id eſt, communiendam) voluntatem adhibitis teſtari poteſt, &c. l. dictantib. 22. C. de teſtam.

EFFICI quis dicitur Dominus rei lib. 2. ff. de acquir rer. dom. Sic ſi poſſeſſionem tenes, dominus effectus es, l. 4. C. ſi quis alteri. Sed & res alicujus effici dicitur, cum ejus dominium ei quæſitum eſt: Sic effici res mariti: meam effici arborem, l. 7. §. vlt. ff. de acquir. rer dom. Briſſ.

EFFICI ſui juris, filijſam. dicuntur patria poteſtate liberati, l. 11. §. ſi filio. ff de leg. 3.

EFFIGIARE verbo nunc crebrius vtitur Cæſarea Cancellaria in Diplomatis, quæ à principe ſuper Natalium reſtitutione, hoc eſt, Nobilitatione, vt ait Budæus in priut. noor impetrantur. Tametſi apud idoneos Latinitatis authores, vix putem reperiri Effigiare: pro quo malim, delineare, exprimere, characteribus depingere, aut effingere, idque pro rei ipſius natura, de qua loqui volueris. Prudentius qui inter Chriſtianos vetuſtus videri poteſt, grauiſſimus author certe, hoc verbum non reſpuit. Et Gellium dixiſſe, fœtum ineffigiatum Inſulanus obſeruante. Spieg. Prat.

EFFIGIES antiquitatis in 12. Tabul. extat. Hujus cognitio non modo ſuauis eſt, atque delectat, ſed etiam juris ciuilis ſtudioſo mire prodeſt, Budæo monitore. Spieg.

EFFINGERE. Vide extergere.

EFFLAGITARE interdictum, l. 4. C. de interd. Tantum efflagitare, quanti vendi militia poſſit. l. ſuper 27. med C. de pign.

EFFLVERE aqua, lacus, vinum ex doliis Briſſon. ex ff.

EFFLVERE etiam tempus dicitur. Effluxerit triennium, quinquennium, l. 7. C. ne de ſtatu defunct. Briſſ.

EFFODERE oſſa, vel cruce, l. 8. ff. de re lib. vlt. ff. de ſepulc. viol.

EFFODERE terminos, eſt lapides finium cauſa poſitus auellere, & ejicere, l. 1. C. de accuſ. & Paul. §. 2. l. 5. Sent. tit. 22. Briſ.

EFFORMARE, in tit. ff. de leg. Corn. de falſis Gothof Efformare monetam. Briſ.

EFFRACTORES plerunq; dicuntur, qui fores parieteſque diripiendi expilandique cauſa perfringunt. Interdum etiam, qui vt è carcere effugiant, parietes ejus perfodiunt, vt ſub tit. de eff. act. & expil. Item l. 3. §. 1. ff. de offic. præf. vigil l. aut facta, 16. §. tempus, ff. de pœn. Cic. in Vatin. Licet impune per me parietes in adoleſcentia perfoderis, vicinos compilaris. Hoc ſu Briſ. dicit Effractarium pro Effractore. Seneca epiſt 69.

EFFRACTORES autem quidam nocturni, & hi atrociores, quidam diurni, l. vlt. ff. eo.

EFFRACTVRA, pro violenta diſruptione, & in quibus hoc crimen admittitur plerunque, in l. 3. de offic. præf. vigil. Paul. §. 2. memorat. Spieg. vide l. 1 C. locat. l. 48 de bon lib. adde tit. ff. de effractoribus 18. lib. 47. & omnino Gothoſ. not. ad rub. iſtius tit. totumque tit.

EFFRINGERE ædes, armarium, concluſe, fores, ianuam, oſtium, ſepulchrum, villas. Briſſ. ex ff.

EFFRENATA licentia, l. 21. fin. C. ad l. Iul. de adult.

EFFRENATI ſunt, qui nullis legibus, nulla vi honeſtatis cohiberi poſſunt. Spieg.

EFFVSORES qui patrimonium, peculiumve temere & large expendunt, diſſipantque. Verbum fuit admodum familiare Diuo Cæſ. Imp. Aud. Frid. 3. Spieg.

EFFVGERE deportatus, l. 4. §. 1. ff. de re milit.

EFFVGERE periculum, periculum maris, infamiæ notam. Briſ. ex ff.

EFFVSVM, vide viciare vinum.

EFFVNDO Effundi oculus dicitur, pro erui, l. 1. §. item Iulianus 4. ff locat. Briſ. in pareg. Edicti, qui effuderint, formula, lib 9. ff t 3. & l. 1. & §. 1. de oblig ex qu. delict.

EFFVNDERE in edicto prætoris de his qui effuder. eſt aliquid liquidæ materiæ ex cœnaculo, ædibuſve, in eum locum quo vulgo iter ſit, immittere, ſpargere.

EFFVSA interpretatio anni eſt: cum is ita ampliatur, vt ad decennium vſque poſſit extendi. Gothof. ad l. 1. in pr. Co. de annal except.

EFFVSE interpretari ſpatium annuale, text. in d. l. 1. prin. Cod. de ann. except.

EFFVSE trahendus aut producendus non eſt legis vel quæſtionis intellectus, l. 3. med. C. vbi & apud quem cognit.

EFFVSIO falſa. Si quis nummos falſa effuſione (alij fuſione) formauerit, l. 2 pr. vbi Gothofr. C. de falſa moneta.

EFFVSVS (prolixus, confuſus) veterum & inextricabilis tractatus, l. 5. in fin. pr. C. de neceſſar. ſeruis hæred. inſtit.

E G

EGERE. Egere dicitur, ſecundum Bart. qui non habet, vnde ſe alat: Feſto eſt velut exgens, cui ne gens quidem ſit reliqua.

Ne **EGENTIS** qui conuenitur, in quantum facere poteſt, ratio habenda eſt, l. 19. fin. & l 30. de re jud. (jeſt.

EGENTES, perpetuo egentes & pauperes, l. 5. §. 1. C. ad l. Iul. ma-

EGENVS facile pœnam committit. Goth ad l. 35. de injur.

EGENORVM cura habenda, l. 35. C. de epiſc. & cler.

EGENS propter egeſtatem non ſunt ſuſpecti, niſi aliud accedat, l. 6 & ibi Goth. C. de ſuſpect. tutor.

EGENS & locuples opponuntur, l. 3. ff. de teſtib.

EGENTEM reum accipere; egenti patri emolumentum præſtare, egentem virum ſuſtinere, alere. Briſſ. ex ff.

EGESTAS fere in mala re dicitur, quæ ſcilicet ad maleficium hominem impellit Proprie tamen eſt, aliqua re opus habere. Tryphon. in l. bona fides. Depoſiti: cenſuit, nec inique, male meritum, publice vt alijs exemplo ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debere Spieg. Prat.

Io **EGESTATEM** ſummam ductus eſſe (veniſſe) dicitur, reſpectu hæredis extranei, qui nullum alium habet, à quo ali poſſit, l. ſi quis 5 §. 17. & ibi. Goth. not. de agn & alien. lib.

EGERERE, pro ejicere ex aliquo loco, l. 25. l. 53. §. ſi ſulphurariæ. ff. de furt. Sic egerere terram ex ſulphurarijs, res meretricis, rudaer. Briſ.

Ἔγγυα Rhodiis dicebatur & ἀνέκδοτα credita nautica, quæ non ſunt periculo creditoris, Gothofr. ad §. r. ibi: pecuniam nauticam, l. 122. de verb. oblig.

Ἔγγυον, vſura terreſtris menſtrua in legibus Naualibus Prat.

Ἔγγραφοι νόμοι, §. 3. Inſt. de jur. natural. id eſt, ſcriptæ leges.

EGISSE quandoque videtur quis, etiamſi non egerit, l. 3. §. 2. Co. vbi Senatores vel clariſ.

Ἔγκλημα, Inſt. de injur. in pr. Ariſt. lib. 5. Et hic. ἀδίκημα, ἔγκλημα τῆς ἀσεβείας, crimen maieſtatis læſæ: Goth. ad rub. t. ff. ad l. Iul. maieſt.

Ἐγκαταλήψεις, medicamenta, quæ firmandis fœtibus apponuntur, Gothoſt. ad l. 9. lin. 1. pr. ff. ad l. Aquil.

Ἐγκύκλια, id eſt, Circularia Græcis, quorum ſedulus eſt plerunque imitator Horatius, appellare ſolent ea quæ vulgaria ſunt & obuia, quæque omnib. patent. Torneb. aduer. li. 19. c. 9.

ENNATIVS Merennius, teſte Plinio 24. cap. 13. vxorem, eo quod

Digitized by Google

vinum bibiſſet, impune interfecit: qua de re plura Gothofr. not. ad N. 22. c. 16. circ. fin.

Egredi fines, regionem aliquam, vrbem. Briſſ. ex ff.

Egredi mandatum id eſt, fines mandati. Sic egredi officium mandati. Briſſ. ex ff. & C.

Non **Egredi** perſonam dicitur, quod perſonale eſt, perſonæque cohæret. l. 1. ff. de conſtit.

Egredi 20. annos. Paul. in l. vlt. de condit. & Vlpian. in fin. l. 4. de coſt. princ. perſonam non egreditur, tranſlatine vſurparunt. Hanc ætatem egreſſus, l. 4. C. qui reſta.

Egregiæ perſonæ, vide text. & Dd. l. 15. ad egregias, ff. de jurejur. vide Gothofr. ad d. l. 15.

Egregiarum autem perſonarum exempla ſunt: maiores Magiſtratus: Doctores, & alij, quibus juris authoritate dignitas ineſt Barr. l. 1. C. de aduoc. diuerſ. jud. Quinimo Iaſ. dict. l. ad egregias, ſecutus Dominicum in proœmio ſextl, idem reſpondit de eo, qui ad profeſſionem maioris diſciplinæ deſignatus ſit, quem vulgo Licentiatum dicunt. Olds. de jure ſingul. vid. Goth. iam. d. loc.

Egregiatus dignitas, l. 1. C. Th. de murileg.

E I.

Ei & aduerſus eum, l. 14 ff. de juriſdict.

Ei & in eum competere actiones, l. 2. ff de curat. bon. dan.

Ei jus dicitus, cui quid per ſententiam adjudicatur: aduerſus anſem eum dicitur, cui quid abjudicatus: quod vulgo dicunt, Cauſam obtinere, & ſuccumbere in cauſa. Vlp. Eſt, inquit, receptum, vt poſſit ei & aduerſus eum jus dicer de juriſdict. omn. jud. Spieg.

Ejecta vocantur, quæ vel leuandæ nauis gratia mari committuntur, donec ſors ea ſaluaſa reſtituat: vel quæ incendij cauſa ſubdium emittuntur, priori domino qui ea abiecit, reſtituenda, vt qui ea animo poſſidere interim non deſtit: vt vulgatis legib. ſub tit. ad leg. Rhod. de iact. & de acquir. ret. dom. conſtat. Sp. Adde Peckium comm. l. 5. §. non ſolum, ff. de incend. ruin. naufrag.

Ejectus pro naufragium paſſo ſt apud Terentium in Andria.

Ejecta nauis eſt. quæ, vt Græci ajunt, [illegible], id eſt, in vadum eiecta illiſaq; l. quo naufragium, 3. §. 6. ff. de incen. ruin. naufrag. quæ & Deiecta, l. 7. ff. de leg. Rhod. Briſſ.

Ejicere, verbum eſt ad immaturum partum accommodatum, Hotomanno abortire, vel immaturum partum abigere. Briſſonio effundere partum fœtumve: vnde eiecti partus, pro ſubacti. Eiecti item. & eiectitij, pro abortiui, dicuntur. Vlp in l. 27. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi quis de manu. 22. ad l. Aquil. Si mulier, inquit, vel equa ictu à te percuſſa eiecerit, i. abortum fecerit, vt l. 19 eo Goth ib. & l. 51. eo Spieg. Adde Peck, com. l. 3. § non ſolum, ff. de incend. ruin. nauft.

Ejicimus quempiam, antequam ſit ingreſſus. Deijcimus vero iam ingreſſum, hoc eſt, deturbamus. Spieg.

Ejicere ſaxum ex fundo in l. 35. de dolo, vel eximere vel euehere ſignificat, vt in l. 6. de donatio. Briſſ.

Ejicere a terminos, l. vlt. de termi. mot. & in l. Mamilia, Quiqs termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis quem ejicito, néve commoueto, Paulus deijcere dixit li. 1. ſent. tit. 16 Briſſ.

Ejeratio. Sine eieratione, aut fidejuſſoribus, l. 22. ſi. C. de judi.

Ἐινατέρες, vel ἐνάτερες, (ait Modeſtin.) apud Græcos dicuntur duorum fratrum vxores, quod vno verſu, ait Modeſtin. idem Homerus ſignificat,

Ἠ ἐ τι τε' [illegible].

Siue alicubi inglorium, aut inaterum ſpecioſis peplis, l. 4. §. 6. fin. ff. de grad & adfin. Hot.

Εἰρήνη Venerabilis domus ſanctæ Εἰρήνης (alij, ſanctæ Helenę) N. 3. c. 1. circ. med. ibique Gotho. not.

Εἰρηνοδίκης. Vide Fœcialis.

Εἰρκτή, vel εἱρκτή (V. Connan. lib. 2. ca 6. nu. 3.) carcerem ſimul ac vincula ſignificat.

Εἰσαγωγαὶ τῶν νόμων (compendia legum) Theophilo ſunt inſtitutiones juris, Goth. not. ad proœm. Iuſt.

Εἰσβατικά, hominij ſeu humagij ſymbola, Cuia. 8. obſ. 14. Goth. c. 7. Edict. Iuſtinian.

Εἰσβατικὸν renouationis precium, vt puta in locatione, emphyteuſi N. Leon. 13. lin. 9. Goth. not. ad d. lin 9. & ad ca. 7. med. Edict. 13. Iuſtinian.

Εἰσελαστικά, quę dabantur athletis pro coronis. Vid. l. 5. C. quæ res pignori Gothof ad d. ca. 7. Edict. 15.

Εἰσιέναι δίκην, cauſam agere. Paul l. 4. de judic. [illegible] Magiſtratus quo anno cum imperio ſunt, neq; propriam agere cauſam ſiue agendo, ſiue defendendo, &c. Demoſt [illegible]: id eſt, & Reus factus, cauſam hanc violatarum legum apud vos Dixi, & ſum abſolutus. Hot. Prat.

Ejurare bonam copiam, eſt jurare ſibi copiam non eſſe æris alieni diſſoluendi: Cic. lib. 9. Epiſt. ad Pœtum. Tu autem quod mihi bonam copiam ejures, nihil eſt. Tum enim cum rem habebas, quæſtiunculis te faciebam attentiorem. Quo ego loco adductus reſtituendum hoc in Varrone verbum credo, quod vujus litteræ ademptione omnem ſenſus gratiam perdidit: Ait ille li. 6. de ling. Lat. Liber qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum ſolueret, nexus vocatur. Hoc C. Popilio rogante, Sylla Dictatore ſublatum, ne fieret, & omnes qui bonam copiam jurarent, ne eſſent nexi diſſoluti. Quod multo planius erit, ſi ejurarent, legas: vt ſit ſenſus, ſi jurejurando negarent ſibi facultatem dari, eo ſe ære liberandi. Adjuuat nos Feſtus lib 5. qui

Ejurare magiſtratum apud Tacit. lib. 12. & Plin. Epiſt. 23. lib. 1. eſt magiſtratu ſe abdicare. Briſſ.

Ejurationem ſignificare ait, non poſſe id quod deſideretur præſtari. Briſſ.

Ejurat, qui jurat, quod deſideratur, à ſe præſtari non poſſe, ait Sex. Pomp Ex quo Ejurandi verbum apud Varronem & Cic. à doctiſſimis hominib. jure repoſitum eſt. Puto & apud Hieronymum reponendum in lib. de Monogamia ad Gerontiam, vnde eum viri ſummi, neſcio quo jure exturbant, contra veterum librorum quam ipſius proferunt, ſidem: Hierophantia (inquit) apud Acheoas ejurat virum, & æterna debilitate ſit caſtus. Hoc quid clarius quid rectius? ſed illi non ſatis oculate, ejurat, legunt: Sic & Tertul. è quo Hieronym, multa ſæpe mutuatur, & commercium, & patrem matremque ejurare dixit. Apud eundem Tertull. in exhortatione ad caſtitatem, veterem ſcripturam retineo, atque ita lego. Cum autem Deus ſummus tantum, Satanas, ad perficiendum, prouocatio eſt noſtra, imo ſubfuſio pigriſſimorum ad continentiam Deo exhibendam quam Diabolo qui antiſtans, nunc virginitate, vndu viduitate perjurant, &c. Perjurare dicit, qua Diabolo jurant, non Deo. Apud eundem auctorem in Apologet. vbi de Socrate loquitur, dejerandi verbum ſimpliciter accipio: vt apud Terentium Donatus Dæmonas (inquit paulo poſt Tertul.) i. Genios adjurare conſueuimus, vt illos de hominib exigamus. Non dejerare, vt illis honorem diuinitatis conferamus. Adjurare eſt exorciſare, vt & exorciſtas Latine adjurantes verti, Iſid. ſcribit. Poſteriores conjurare dixerunt non tam apte. Sex. Pompon. Objurare eſt jurejurando obſtringere. Præjurare eſt præire verbis conceptis jurantibus. Itaq; præjurationes facere dicuntur ij, qui ante alios conceptis verbis jurant, poſt quos in eadem verba jurantes tantummodo dicunt, idem in me. Pithœus lib. aduerſ. 2. c. 8.

Ejulatus, rationis ploratus expert.

Ejuſque mancipijs, quæ ſupra legaui, cibarij nomine ab hæredibus meis præſtari volo, quæ me viuo accipiebant. Explicat hoc thema Scæuol. in l. à filio § teſtatur. ff. de alim. leg. Spieg.

Ejus vitæ adoleſcens, vt merito bonis ei interdici debeat. io l. patri, ff. de minor. Spie.

Ejus pro Ei jus. in l. 6. fin. ff. arb. furt. cęſ. Briſſ. parerg. Sicut cujus pro cui jus, in l. 163. de reg. jur.

Ejuſmodi homo, id eſt, talis generis, vel ejuſdem modi, l. fin. ff. de offic. præſid. Spieg.

E L.

Elæmphoria, Cottæ in voce Hoſpitatura, ſunt hoſpitia, ad quæ Alexandrini euntes oliuam in ſignum pacis ferebant. Quod ridet Goth. not. ad §. 19. l. munerum 18. ff. de munerib.

Elæmporia (alijs Eleemporia, Elemporia, Elemphoria Gothof. iam d. loc.) id eſt, olei publice coemendi cura. Iuriſconſ. in l. fin. §. 19. de mun. & hon. Elæemporia & oſprionia, (hoc eſt leguminum comparandorum cura) apud Alexandrinos patrimonij munus exiſtimatur. Spieg. Ἐλαιῶναι appellabant curatores olei emendi gratia creatos Briſſ.

Electio ſecundum Ioh. eſt alicujus perſonæ idoneę ad dignitatem, vel fraternitatem, vel ſocietatem, ſeruata forma canonice facta, vocatio. Et hoc modo electio ſumitur ſtrictè, quamuis eligere ad multa ſe habeat, vt etiam not. Rofred. in ſum. cod. tit. §. 1 in pr. Vnde ad electionem tria requiruntur, ſcilicet autoritas, numerus, & zelus. Autoritas conſideratur in dignitatibus & meritis vitæ. Zelus conſiſtit in animo, vt ſine carnali animo fiat, ſed ſecundum meritum perſonæ eligendæ, 8. qu. 1. c. ſi ergo. licet contra iſtam conditionem, ſæpius committatur electio de facto, non de jure. De numero patet. Debet ergo electio fieri, ſecundum iſta tria, habito reſpectu meriti ad meritum, zeli ad zelum, numeri ad numerum. Si tamen ex vna parte ſit dignitas, & zelus melior tam reſpectu eligentium, quam electi, & ex alia parte numerus maior, certe præualebit dignitas cum zelo ipſi numero, c. eccleſia veſtra, extr. de elect. Item differunt electio, collatio, & pręſentatio. Nam electio ſit per collegium ad dignitates, & pontifex cōfirmat: & quodlibet collegium debet eligere prælatum ſuum, niſi aliud ſit de conſuetudine vel priuilegio, c. 5. extr. de elect. Collatio ſit ad beneficium ſimplex, & pertinet de jure communi ad Epiſcopum per totam diœceſim, cū conſenſu capituli, niſi aliud habeat conſuetudo vel priuilegium, & dat plenum jus, nec indiget confirmatione. Sed præſentatio pertinet ad patronum, nec dat plenum jus pręſentato, ſed requiritur inſtitutio & inueſtitura Epiſcopi: vt per tot. tit. de jur. patr. Prat.

Electio canonica quæ dicatur exponit Io. Andr. in c. non poteſt. de præbend. & dignit. in 6.

Electio

Digitized by Google

Electio libera, liberum eligendi arbitrium, l. 19. fin. C. de fidejuſſor.

Electio impudita, minus honeſta, l. 23. pr. li. 5. C. tit. 4.

Electio & optio differunt: Electio enim non eſt actus legitimus, ſicut optio, Goth. not. ad l. 25. prin. de liberali cauſa, ex Cuiac.

Electores, quorum iam non ſolum vſus, ſed & authoritas ac dignitas in imperio ampliſſima eſt, ab eligendo Imperatore dictos eſſe conſtat. de quorum tamen inſtitutione, variant docti: vt videre eſt ex Onuphrij Panuinij, & Sim. Schardij contrarijs ſcriptis.

Electrum, eſt aurum, in quo eſt quinta argenti portio, Goth. ad §. 27. Inſt. de rer. diuiſ. ex 33. Plin. 4.

Electrum. Vlp. auctor eſt, Electrum auri appellatione non contineri, l. 4. de leg. 1. Id quo ſenſu accipiendum ſit optime, aduerſus Hermogenem docet Tertull. Nam & teſtam, inquit, licet ex argilla confectam iam nō argillam vocas, ſed teſtam. & electrum, licet ex auro & argento fœderatum, nec argentum tamē, nec aurum appellabo, ſed electrum, à cujus habitu quid diuertit, pariter & a vocatu ejus recedit appellatione, ſicut & conditionis proprietate. Huic addendum eſt illud ejuſdem Tertulliani contra Praxeam. Si enim ſermo ex transfiguratione, & demutatione ſubſtantiæ, caro factus eſt, vna iam erat ſubſtantia Ieſus ex duabus, & carne & ſpiritu mixtura quędam, vt Electrum ex auro & argento, & incipit nec aurum eſſe, i. Spiritus, nec argentum, i. caro, dum alterum altero mutatur & tertium quid efficitur. Electrum igitur quia ab auri & argenti receſſit habitu, idoneo nec auri po eſt nec argenti nomine comprehendi, & hoc nimirū illud eſt: quod dixit Vlp. rerū vocabula immutabilia eſſe, d. l. 4. Quod enim ex auro & argento fœderatū eſt, proprium habet vocabulū, & Electrū, non aurum, non argentum. Eoq; ſenſu Electreos nummos appellaſſe videri poteſt Lamp. in Alex. Alexander habitu, inquit, nummos plurimos figurauit, & quidē Electreos aliquantos, ſed plurimos tamen aureos. Eſt & aliud genus Electri, de quo ſcribit ad hūc modū D. Ambroſ. Hexaemeron li. 1. c. 15. Quid tibi referam, quod Electrum lachryma virgulti ſit, & in tantę materiæ ſoliditatē lachryma dureſcat? Nec lenibus id aſſeritur teſtimonijs, quando folia & minutiſſimæ ſurculorū portiones, aut exigua quædam animantiū genera, in Electro ſępe reperiantur, quę videtur, cum adhuc gutta eſſet mollior recepiſſe, & ſolidata tenuiſſe. Hæc Ambroſius. Et de hoc quidem Electri genere accuratiſſime diſputaturus eſt doctiſſ. Medicus, Guilielmus Pantinus, in ijs commentarijs quos in C. Plinij naturalem hiſtoriam meditatur, Ræuard. Varro. lib. 1. c. 19. Apparet itaque ex hiſce Electrum bifariam intelligi. Nam & ſuccinum eſt, & aurum quinta parte ſui argentum.

Electri Sardenſis tanquam memorabilis meminit Sopho. in Antigon. ſed in qua ſignificatione quærūt ibidē interpretes.

Electri nomē duob. modis accipi Pauſan. lib. 5. Eliac. docet. Τὸ δ᾽ ἤλεκτρον, ait, ὃ τῷ Αὐγούστῳ πεποίηται τὴν εἰκόνα, ὅσον μὲν αὐτόματον ἐν τῇ ψάμμῳ τοῦ Ἠριδανοῦ εὑρίσκεται, σπανίζεται τὰ μάλιστα, καὶ ἀνθρώπῳ τίμιον πολλῶν ἐστιν ἕνεκα. τὸ δὲ ἄλλο ἤλεκτρον, ἀναμεμιγμένος ἐστὶν ἀργύρῳ χρυσός. In hanc poſteriorem ſententiam Electrū vſurpatur in l. 7. §. voluntas, ff. de acquir. rer. dom. §. ſi duorum. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 4. ff de leg lib. 1. Pl. lib. 33. c. 4. Vbicunque quinta argenti portio eſt Electrum vocatur; Scrobes eæ reperiuntur in Catia. Fit & cura Electrum argento addito. Seruius in 8. Æneid. Secundum Plinium ait tria ſunt Electri genera, vnum ex arboribus quod ſuccinum dicitur: & eſt lacryma defluens ex arbore Gleſſaria in Inſulis Germaniæ Septentrionalibus, quas Gleſſarias, ſiue Electrides dicunt, quæ deinde congelaſcens, in lapidis duriciem vertitur. Virg. in Bucol Pinguia corticibus ſudent Electra myricæ, Nebriſſ. aliud, quod naturaliter inuenitur: Tertium, quod fit de tribus partibus auri & vna argenti. Quas partes etiam, ſi naturam reſoluas, inuenies. Adde l. 7. §. 8. de acquir. rer. dom. Quæ poſtrema verba ab eo mutuatus eſt Iſidor. li. 15. Etym. c. 13. idemq; Pl. lib. 9. c. 40. Sicut teſtudines tingere, argentum auro confundere, vt Electra fiant, addere æra, vt Corinthia. Hinc Electrei nummi apud Lamprid. in Alex. Planè Electrum etiam ſuccinum ſignificat, Vt in illo Martialis verſu:

Corticibus auro ſudare Electra feruntur,

Eoque ſenſu Electrina vaſa accipi poſſunt in l. 15. §. 5. Neratius, ff. de aur arg Briſſ Adde Frecat. Necyom. Dial. 18. nu. 3.

Electri appellatione quid Vlpia. intellexerit l. 4. ff. de leg. 1. quæri conſueuit: & eo aurum intelligi, cui quinta argenti pars admixta eſt, tradit Io Rob. li. 1 ſent c. 16. Nam quod Ale. li. 7. paterg. c. 4. id refert ad aliā ſignificationem, qua Electrum ſuccinum quoq; ſignificat, probabile non eſt: tum quod in hac ſignificatione nuſquam comperiam Id ſumptum Iureconſ. E contrario vero in illa ſignificatione ſæpius vſurpatum, in l. alio, § voluntat, ff. de acq. rer. dom. & l. Pediculis, §. Neratius. & §. ſi duorum, de rer diuiſ. in Inſtit. Tum etiam quod nullum pene ſtultius exemplū ab Vlp. propoſitum alioqui dici poſſit in d. l. 4. Itaque id addere non debuiſſet; In hac itaque ſpecie non valet legatum, licet Electrum proximum ſit auro, aliud tamen, ſi forte ea, quæ diximus, accederent, nempe conſueuiſſe teſtatorem auri appellatione Electrū quoq; ſuum cōplecti. Archidiac. l. ſi quis vinum, ff. de tritic. vino. & d. §. quid tamē.

Electrina vaſa, electrini nummi. Briſſ.

Ἐλαιώνης, curator oleo coemendo Arcard. l. vlt. §. 5. ff. de mun. & hon. Cura quoque emendi frumenti, olei. nam harum ſpecierum curatores, quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellant, creari moris eſt. Hot.

Elati ſui ſecuritate apud Impp in l. nullus. C. de Iudæis, vt apud idoneos autores, elatus arrogantia, ſuperbia, inſolentia: & efferri iracundia, odio, dolore, lætitia. Spieg.

Electio. Nihil eſt aliud electio quam idoneæ perſonæ ad dignitatem Eccleſiæ vacantem, ſolennis euocatio. cap. cum in cunctis in pr. de elect. c. 1. & 2. de conceſſ. præb. c. Hoſius, §. ſi. 61. diſt. Aliter autem Electio accipitur apud Ariſtot. lib. 3. de moribus, c. 2. ſolenniter autem in Epiſcopatibus, Abbatijs, & alijs Prælaturis (quæ mortuo paſtore viduatæ dicuntur) triplici via fieri poteſt electio, per Scrutinium videlicet, compromiſſum & inſpirationem, c. quia propter. de elect. Rurſus inſpirationis via fit dupliciter: per inſpirationem veram, quæ fit Deo Opt. Max. miraculoſe reuelante, c. ſtatuimus, §. ſi. 61. diſt. & per quaſi inſpirationem, cum electores nullo tractatu præcedente, omnes vno ore in vnum conſentiunt, d. c quia propter, ſed vt ſcribit D. Cottaſius, in paraphraſi Sacerdotiorum, c. 3. In Electionibus vero inferiorum dignitatum hoc tantum eſt ſolenne, vt ſingulorum conſenſus, in communi, i. collegialiter præſtetur. c. ſi generſ. §. 1. de elect. c. ſicut. eod. tit. in 6. Nam & in quibuſcunque actibus collegij & vniuerſitatis perpetuum eſt, vt ſingulos ſeparatim conſentire non ſatis ſit, ſed conuocati communiter conſenſum præſtare debent. l. 2. de decur. lib. 10. C. gl. c. cum omnes, de conſtitut. Quæ maiore ex parte ſumpta ſunt ex Ioh. Cortaſ. ne quem gloria fraudem. Anchor.

Eleemosynae tria genera, cap. tria. & cap ſeq. 45. diſt nct.

Eleemosynaria, hoſpitalia, Clement. de præben. c. 7. & Clem. 2. pr. de religioſ. domib.

Elefas pro Elephas, l. 2. fin. ff. ad l. Aquil. in Pand. Flor. Briſſ. paterg.

Eleganter an quærit, ſcribit, tractatur, adijcit, ait, definit, excipit prætor. Briſſ. ex ff. & C.

Interdum **Eleganter**. Iuriſconſulti, non Ineleganter dicunt. Sic non ineleganter defendi poterit. l. 24. ff. de hæred. inſtit. Briſſ.

Elementorum vſu penitus carere debet parricida, l. vnic. C. de his qui parent. occid.

Elementa legalis ſcientiæ Accurſius in prooemio Inſtit. male exponit, quod quemadmodū ſingula ex vi quatuor Elementorum gubernantur, vt ille loquit, ita hic liber omnia jura complectatur, nam Iuſtin. illic prima Elementa appellauit, i. principia totius legitimę ſcientiæ, prout fuſius explicat hanc ſententiam idem Iuſtin. in l. 5. C. de vetere jure enucl. in verſ. Mandauimus. Plinio authore elementa dicta ſunt quaſi elenamenta, eo quod ex ipſis cætera originem ſumant: initia videlicet & fundamenta creaturarum. Hac tranſlatione vſus eſt Cic. in Topicis. His igitur locis (inquit) qui ſunt expoſiti ad omne argumentum reperiendum, tanquam elemētis quibuſdam ſignificatio & demonſtratio datur. dictæ ſunt etiam literæ Elementa, quod ſint Orationis princip a quædam, ex quibus primum ſyllabæ, ex ſyllabis dictiones, & dictionibus orationes conficiantur. Sic & Paulus ad Galatas 4. Elementa vocat prima rudimenta religionis & præſertim illa externarum Ceremoniarum, quibus Iudæi veluti pueri quidā in prima legis pędagogia imbuebantur: vt ſunt obſeruationes temporum, locorum, Veſtium, Ciborum, Sacrificiorum, rituum, & ceremoniarū. Vocat autē ea egena elementa, quod non afferent gratiā, Sp. Sanctū, conſolationem, pacem cordis. aut vlla vera bona, quæ per ſolum Euangelium & Chriſtū contingūt.

Elanchus, lapillus eſt ex genere margaritarum. Paul. de aur. & arg. leg l. pediculis 32. § 8. Item cum inaures, in quibus duæ margaritæ elenchi, & ſmaragdi duo, legaſſet, & poſtea elenchos detraxiſſe. Nebriſſ. In lib. quem de Vaſculis Bayſius edidit, collegit è Plinij verbis, cylindros & elenchos in eo differre: quod elenchi ſint faſtigiatæ longitudinis, cylindri vero proceritatis, æqualiter orbiculatæ. Spieg.

Elenchos non eſſe gemmas, ſed margaritas docet etiam Pl. qui li. 9. c 35. de Margaritis loquens, ſic inquit, Summa laus coloris eſt exaluminatos vocari; & proceribus ſua gratia eſt, Elenchos appellant faſtigiata longitudine alabaſtrorum, figura in pleniorem orbem deſinentes, hos digitis ſuſpendere, ac binos & ternos auribus fœminarum gloria eſt. Briſſ. Hotom. Oſtendit quoq; Iuuenalis Satyr. 16. Elenchos non eſſe gemmas, qui prius gemmarum, poſtea elenchorū mentionē facit:

Nil non permittit mulier ſibi. turpe putat nil,
Cum virides gemmas collo circumdedit & quum
Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

Ferr. Explic. li. 1. in l pediculis, §. 8. ff. de aur. & arg. leg.

Elephantiasi ſeu lepra laborans teſtamenti factionē habet

Digitized by Google

Gothofr. ad l. Sequium, 3. C. qui teſtam. fac. Papo. 20. Arreſt. 1. nu. 16.

ELAPHAS, maximum animalium terreſtrium, jumenti operam præſtat, continetúrque primo capite l. Aquiliæ. Caius autor l. 2. ad l. Aquil. Spieg.

ELAPTIS vulgo Halo. alijs Laptis, in l. vlt. §. vlt. de cenſib. hodie, i. ebida, Ant. Mercator: acuratiſſ. Gothof. ad d. §. vlt.

ELEVARE fidem teſtium, & refutare teſtes, quid ſit, in annot. Bud. docet. Quam vero eleganter hoc verbo veteres vſi ſint, pluribus oſtendit Beroaldus apud Propertium Spieg.

Ἐλευθέριαι, αἱ, ἐλευθέριαι μαθήματα, liberales & ingenuæ artes, ἐλευθέριαι θεωρίαι vid. l. 1. pr. & ibi Goth. not. de extraor. cogn.

ELICATORES ὑδρηγοκόποι, Gothofr. not. ad §. 9. l. 1. ff. de aq. & aq. pluu. conſ. ſequentem vocem.

ELICES, i. ſulci aquarij. 2. Columel. 8. l. 1. §. 9. de aqua & aqu. græce ὑδρομύλακες, Haloan. Florentinam lectionem (ait Goth. ad d. §. 9) vix probare hic poſſim, quatenus vox ἴλικες Græce ſcribitur: ſiquidem ea ſignificatione id verbum non reperio à Græcis vſurpari.

ELICES Feſto, & alijs, ſulci ſunt aquarij, qui in ſegetibus fiunt, per quos aqua collecta educitur è liris. Vlp. l. 1. §. Labeo, ff. de aq. & aq. plu. arcen. ſulcus aquarios, qui hinc Elices adpellantur, ſi quis faciat, aquæ pluuiæ arcendæ eum teneri. Haloander ſic habet, qui Græcis ὑδραγωγοὶ appellantur: quemadmodum & Alciatus quandoq; legendum exiſtimauit: Nunc in Parergis indicans nihil immutandum, idq; auctoritate L. Columellæ, cuius verba adducit li. 2. de re ruſtica. c. 8 & lib. 11. c. 2. Hut. Prat. Arbitramur tamen Elices proprie dici capita fontium & ſcaturigines. Vnde Aquilices Calliſtrato, qui hanc artem exercent, ſciuntq; quomodo aquæ elici poſſint. Alciatus recte ſententiam mutauit. Nam Pandect. Flor. habent ἴλικες, quæ lectio retinenda eſt vel peritorum conſenſu. Prat. à quo diſſentit Goth. vt in § præced. Dicitur autem & Helix quoddam Machinamenti genus, quod primus inueniens Archimedes præclarus eſt habitus: Helix autē dicta eſt à circumuolutione, vel à verbo ἑλκω, id eſt, traho: de quo latius Maioragius lib. 2. Miſcell. c. 10.

ELICERE pecunijs ſuffragia aulica, aut conſenſum, vide Goth. not. ad rubr. C. de ſuffragio. & l. 1. eod.

ELICARE reſcriptum, elicitum reſcriptum, elicitæ epiſtolæ. B.

ELICITVM impetratum, Brede. Lexic.

ELIDERE eſt perimere, tollere, ſummouere, repellere agentem, excipientémve, l. 27. §. pactus. ff. de pact. l. 2. §. generaliter, ff. de doli except. l. 4. C. de ord. cogn. l. 21. §. 1. ff. de pignorib. l. 7. ff. de euict. Briſſ.

ELIDERE, Elidi in ſpecie Pauli l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. non omnino tolli, ſed & inutile, & inefficax effici accipi debere docuit l. 4. mediæ Iuriſpr. Sent c. 3. quod ejuſdem Pauli verba oſtendunt ibidem, non quidem ipſo jure & replicatione (ait) exceptio eliditur, quod & Iuſtinianus probat §. præterea. Inſtit. de actio. pacto conuento obligationes non omnino diſſoluuntur. Zaſius vero li. 1. Reſponſ. num. 5. & Fortunius Garſias in repet. d. §. pactus ne peteret, omnino tolli falſo cum aſſenſerunt, cum ex verbis l. Pauli contrarium ſit verius. Docuit id ante Prat. Corraſius Miſcell. lib. 2. c. 16. ſed elidere eſſe idem quod perimere, & enecare, reſtatur authoritas Virgilij, cum inquit, Geminoſq; premens eliſerit angues. & Suetonius in Cæſare, ſæpe præ turba eliſi & exanimati ſunt: ſic in jure Canonico probationes elidi, i. e. tolli dicuntur, c. quoniam. § ſi vero vt lit. non conteſt.

ELIGANS inter contraria variare non poteſt, l. 7. l. 4. §. 2. fin. de lege commiſſor.

ELEGIT, qui non rejecit, l. vlt. §. vlt. ff. furti aduerſus nautas, l. 16. de SC. Macedon. Si mulier alterius mariti coniugium elegerit, l. 5. C. ad SC Tertyll.

ELIGERE litigatores: compromiſſarium judicem: eligi arbiter, eligitur vir bonus: eligere ſibi hæredem: tutores liberis: ſponſum filiæ Briſſ. ex ff. & C.

ELIGIMVS re ipſa, quod prius mente optauimus: quapropter promiſcuè optio electioque aſſumitur: author Alcia. à quo diſſent. Cuia. vid ſupra Electio. Omnis autem electio actus eſt voluntarius, vt Ariſt. docuit 3. Ethic. colligiturq; ex l. Gallus, §. & quid ſi tantum. Eſt autem electio de multis, l. quod in hæredem §. eligere, de tribut. l. plerunque, § fin. de jur. dot. Vide Salom. in d. l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. Prat.

ELIMATVM, expolitū l. 2 § ſed cū perſpexi. C. de vet. jur. enuc.

ELISMATA gloriæ: elimata deſideria Briſſ.

ELOCANDA ſunt vectigalia, l. 9. § 1 ff. de publican & vectig.

ELOCVTIO pluralis, l. 12. ff de teſtib. elocutione exprimi, ex locutione exprimi. Briſſ.

ELOGIVM, alijs Ellogium, ἐκλογεῖον (diſſ. Prat.) commendatio, teſtimonium honeſtum: aliquando & contrarium ſignificat, nempe vituperationem, teſtimonium de crimine, &c.

ELOGIVM. teſtificatio de certo homine (ait Hot.) vt de inquiſitione criminum alicuius rei, quę ad magiſtratum, cuius ea de re notio eſt, mitti ſolet. Modeſtin. l. tertia, ff. de re milit. Deſertorē auditum ad ſuum ducē cū elogio præſes mittit. Martianus l. 6. ff. de cuſt reo. Non omnes ex fide bona elogia ſcribere cumpertum eſt. item Irenarchæ quum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſocijs & receptatoribus, & interrogationes literis incluſas atq; obſignatas ad cognitionem magiſtratus mittant. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi ſunt. Hotom.

Paulo ſecus Briſſ. ELOGIA (inquit) pro notorijs ſeu indicijs ſermonum, quę vulgo notas & informationes dicimus, l. 6. & l. 11. ff. de cuſt. id. reor. l. 3. ff. de re milit. Tertull. in Apolog c. 44. veſtrus enim jam conteſtamur actus, qui quotidie judicandis cuſtodijs præſidetis, qui ſententijs elogia diſpungitis tot à vobis nocentes varijs criminum elogijs recenſentur. Idem in lib. ad Scapulam Prudens etiam miſſum ad ſe Chriſtianum in elogio concuſſione ejus intellecta dimiſit, ſciſſo eodem elogio, negans ſine accuſatore ſe auditurum ſecundum mandatū. Tranquillus in Caligula c. 27. Cuſtodiarum ſeriem recognoſcens nullius inſpecto elogio, ſtans tantummodo intra porticum mediam à caluo ad caluum duci imperauit. Briſſ.

ELOGIA, i. informationes proceſſus, interrogationes, &c. d. l. 6. de cuſtod. reor. Gothofr. ad l. 7. in fin. C de accuſat.

ELOGIVM etiam edicto ſubiectam clauſulam appellat Vlp. in l. 38. § inuentorium, ff. de ædil. edict. Briſſ.

ELOGIVM ſententia vel oratio de re quapiam data opera, id eſt, ob nullam aliam rem perſcripta Vlp. l. 38 § 2. ff. de ædil. edict. Idcirco elogium huic edicto ſubiectum eſt, cuius verba hæc ſunt, &c. id eſt, de induſtria, vt de pecore nominatim caueretur, hæc clauſula ſubiecta eſt. Vlpian. proprie vſurpauit. nam ELOGIVM cum in bonam partem accipitur, eſt teſtificatio de homine certo, ei vni propria, neque alteri conueniens, vt illud de Attilio Calatino, vno ore cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primatium fuiſſe virum. Hotom.

ELOGIVM pro Epitaphio quod ſepulchro incisum erat, dixit Cic. in Piſon. & lib. 1. Tuſc. quæſt.

ELOGIVM etiam pro cauſa tituloque exhæredationis ponitur, Briſſ. vel pro cauſæ adiectione Hoto.

ELOGIVM in malam partem notatio quædam eſt (ſic enim notationes Cenſoriæ dicebantur) exhæredationis cauſam continens Africanus l. 14. § 2. ff. de lib & poſth.

ELOGIVM propoſuiſſet, i. exhæredationis cauſam. Sic in l. 1. §. idem ait 9. ff de Carbo. edi. l. 9. C. de ſuis & legi Auguſti. in ſermo. de vit. & mor. cler. Ambos exhæredaui t, illum cum laude, iſtū cum elogio (vituperatione) Cic in Cluentiana: Vnum eſt etiā quod maxime me conturbat: quod elogiū recitaſti de teſtamēto Cn. Egnatij patris, hominis honeſtiſſ. idcirco ſe exhæredaſſe filiū quod is ob Oppianici damnationē pecuniam accepiſſet. Quint. li. 7. c. 4. ſed nonnunquā etiam ejus hoc totius ſummā conſtituit, ſi exhæredatū à ſe filium pater teſtatus fuerit elogio, propterea quod is meretricē amauerit. Hot. Br.

EODEM modo & in legatis & in hæreditatibus dandis elogium adijcitur, vt in l. 37 §. Seiam, ff de legat. l. 3 Legatum reliquiſſe teſtatorem, Scæuola ait, cum hoc elogio, Mæuio de me nihil merito dari volo. Seneca li. 2. Contron. Teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit Formoſam hæredem, & adiecit elogium: Quia pudicam comperi. Quintilianus etiam declamatione 3. 5. Elogium vocat verba precaria de hæreditate reſtituenda in hæredem collata Briſſ.

ELOGIA pro teſtamentis morientium, l. 10. in pr. C. de jure deliber. Cic 1. Tuſculanarum, l. 33. in fi. pr. & l. 35. C. de inoff. teſt. l. vlt C. comm. vtr jud. l. 3. med C. de poſthu. hæred. l. 53. C. de teſta. l. 8. ante fin. C. qui teſt. fac l. 10. pr. C. de ſecun. nupt.

VLTIMVM Elogium conficere, l. vlt. C. de teſta. mil. vel condere. l. 9. pr. C. qui teſta fac. l. 3. C. quādo & quib. quarta pars ded.

VLTIMA mortuorum, defunctorum Elogia, l. 28. in fin. pr. l. 30. pr. C de teſtam. l. 1. C. communia de manumiſ. l. 7. §. 5. C. de curato furio. l. 15. fin. C. de inoff. teſt. Diſſent. in ſuperiorib. Turneb. 58 aduerſ. c. 5. Prat.

ELOGISTÆ munus eſt, ejus, qui annonæ rationem procurat. εὐλογος enim rationalis, ratiocinatorve Græcis dicitur: Hinc Alogiſtes & Analogos, qui rationes, reddere non tenetur Modeſt in l. quidam. de admin. tut. Vide Alciatum in tit. de Frumen. Alex. lib. 11. C. Old. in Actio. 2. claſſ. 4. Spieg.

ELOQVENTIA, eſt bene & recte loquendi ſcientia. Vnde Eloquens, qui in dicendi ratione perfectus eſt. Pompo. l. ſecunda, de orig. juris §. ab ijs profecti. Sed plus, inquit, eloquentiæ quam ſtudio juris operam dedit, & in §. ab hoc plurimi, ad fin. Ex his ait Trebatius, peritior Caſcellio, Caſcellius Trebatio eloquentior fuiſſe dicitur, Offilius vtroq; doctior. Iuris ciuilis ſcientiam, docere cultum ſermonis, modo illi non præcurrat, oſtendimus in compendio Tyrocinij. Spieg.

ELOQVENTISSIMVS judex, auth. apud C. de ſiue iuſt tom.

ELOQVIA ſacra oracula Bibl. l. 14 §. 3 ſi C. de Epiſc. audien.

ELPIS, idis, nomen fœminæ, in l. 37. § 1. de legat. 3.

Ad eludendam inofficioſi querelam, id eſt, remouendam, excludendam.

ELVDERE vim executionis, l. 18. C. de appellat. Eludere actionem, compromiſſum, pœnam pecuniariam, inofficioſi querelam Briſſ.

ELVDERE

Digitized by Google

ELVDERE, eſt finem ludo imponere. Ex Donato, interprete Terentij, Spieg.

ELVERE proprie eſt lauare, & ita lauando purgare, vt ſordes omnino tollantur & deleantur. Vnde Terrarum eluuiones Ciceroni dicuntur, cum aquarum inundationibus, terræ immerguntur, & tanquam abſorbentur. Itaque eluuio curſim & vno fere cõtinuoque impetu fit: alluuio ſenſim & conatu nec certo perpetuoque accedit aut decedit, cuius incrementum latens & obſcurum non facile animaduerti poteſt, niſi poſtquam eſt magna aliqua ex parte factum, Connan. li. 3. c. 5. n. 1.

ELVGERE, luctũ deponere, vel finem lugendi facere. *Die Klegkleider hinweg legen.* l. 1. l. 11. & 10 ff. de his qui not. infam. Soleri autem vt elugeri propter turbationem ſanguinis. Vnde Pomponius eam quæ intra legitimum tempus partum ediderit, putat vel ſtatim poſſe nuptum ſe collocare, l. liberorum, d. tit.

ELVSCARE alterum oculum effodere ſignificat, in l. 28. tab io l. 22 de pign. l. ſed & ſi 5. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. 3. fin. de cond. tritic. Goth. not ad l. 101. § 2. fin. de verb. ſig eſt luſcum facere, id eſt, altero oculo orbare: luſcus enim proprie eſt, qui altero oculo caret Vlpian. d. l. ſed & ſi ſeribit l. Aquilia teneri eum, qui diſcipulum eluſcauerit in diſciplina (alij aliter legunt textum deprauantes) Cotta, Hinc

ELVSCATIO, actio ipſa priuandi altero oculo, Vlpianus de ædil. edict. l. item Ofilius. Eluſcationem eam quidam putant, vbi homo lumine adhibito nihil videt. Qui id dixerint, non ſunt audiendi, quia nulla freti authoritate id dicant. In dict. l. item Ofilius in Pand. Flo. legunt quidam luſcitationem, falſo: Haloander Naſcitationem. Prat. & Spieg.

ELVSCATVS ſeruus in l. 17. ad exhibendum, l. in hac actione 3. fin de condic. tritic.

ELVCIFICARE eſt luce priuare quod non eſt aſſecutus Nonius Marcellus, qui exponit elucificare, id eſt lucidare, auctore Laberio; qui ita intellexit, ſecundum eum, dum inquit, Volo elucificare exitum ætatis meæ. & ita etiam Laberium intelligit Sipontinus in ſuis io Latinam linguam commentarijs, ſuper 24. Epigr. Si quis ades longis tem, &c. tamen tacito (vt moris ſui eſt) Nonio, à quo didicerat. Sed (quod eorum pace dixerim) Elucificare apud Laberium accipitur alio intellectu, neque ſignificat lucidare, aut clarificare, prout putant Ipſi: ſed quod eſt totum contrarium, luce priuare. Quidam enim diues auarus apud Laberium deplorat aſotiam, & popinationem filij, atq; velle Democriti exemplo ſe luminibus oculorum priuare, ne videat filium nequitia & luxu patrimonium diſſipantem Laberij carmina ſi quis deſiderat, citat Aul. Gellius: apud quem tamen luciferare inuenies, pro elucifera re, & male. Atque ita etiam verbum elucificare, quod ſignificat luce priuare, exponit Ambroſius Calepinus in ſuo Dictionario: & Philippus Beroaldus, vir ſeculi noſtri diligentiſſimus, in ſuis in Apulei Comment.

ELVSORIVM prætoris imperium eſſe nõ debet, l. ſi prætor. ff de judic. l. vlt. ne quid in loc. publ. hoc eſt, Vanum eſſe non debet.

ELVVIO: vide ſupra Eluere.

E M.

EMANATIO, proceſſio Sp. ſancti à Patre, & filio, Goth. not. ad l. 1. §. 1. ibi ex ſummo rerum parente C. de ſumma Trinit.

EMANCIPARE proprie dicebãtur liberi: ſerui autem manumitti: quod tamen diſcrimen non vſquequaque ſeruatur. Prat.

EMANCIPARE liberos: alias ſacris dimittere, l. 3. ante fin. C. de bonis matern. à ſacris paternis remittere l. 11. pr. Co. de fideic. Ex emancipatione manumittere, l. 5. Cod. de emancipat. liber. manumittere: manumittit filium qui emancipat, l. 2. ad SC. Tertull & ibi Goth l. 10. de ſuis & leg. adde d. l. 3. circ. med.

EMANCIPARE vero generatim eſt è manu, id eſt, poteſtate ac dominio transferre, alienare, vendere: Vnde emancipati Feſto lib. 5. dicebantur tam liberi, qui ex jure patris exibant, quam ea quæ alieni dominij fiebant, quorum vtrumque mancipatione fiebat.

Vnde mancipare & emancipare prædia fundoſque apud Plin lib 7. Epiſt ad Caninium, & lib. 10. Epiſt. ad Traian. & Tranquill. in Otho. ca. 4 vide infra mancipare, & adde Connan lib. 8 c. 14. n. 4

EMANCIPARE agrum, eſt, alienare à mancipio, id eſt, dominio ac poſſeſſione ſua emittere. & alteri poſſidendum tradere.

EMANCIPO me tibi, apud Plautum, id eſt, tuæ me poteſtati trado. Prat.

EMANCIPATIO generaliter definita, eſt actus hominis, quo filiusfam vel filiafam. ſui juris efficitur. Vulte. in Comment. Inſtit. Quib. mod. patr. pot. ſolu. §. 5. n. 1.

EMANCIPATIO duplex eſt, legitima & Imperatoria: Legitima ita dicitur per eminentiam: quoniam eſt ex leg 12. tab. ex qua quod proficiſcitur, per eminentiam legitimum dici ſolet: & eſt actio legitima, qua filiusfamilias ſecundum præſcriptum legis duodecim tabularum ſolenniter ſui juris conſtituitur. Huius actionis ex eadem lege ſunt partes duæ, mancipatio & manumiſſio. Mancipatio in genere eſt ejus quod venditum eſt, in manus traditio: atque ita hic in ſpecie eſt traditio ejus, qui eſt in poteſtate patria. Imperatoria emancipatio eſt emãcipatio, ſecundum reſcriptum Anaſtaſij, vel Iuſtiniani Imperatorum facienda: vnde vna Anaſtaſiana, altera Iuſtinianea, Anaſtaſiana Emancipatio eſt, qua tantum per impetratum Principis reſcriptum Iudex competens in judicio docetur, de emancipatione tam abſentis, quam præſentis, l. pen. C. de emancip. liber. Iuſtinianea emancipatio vero eſt, qua judex competens, vel magiſtratus, cui hæc facere cum legibus, tum conſuetudine conceſſum eſt, docetur de emancipatione, etiam ſine vllo Principis reſcripto. l. fin. C. eod. Vulte. in Commen. Inſtit. Quib. mod. jus patr. pot. ſolu. § 5. o. 3 4. 5. 6.

EMANCIPATORVM appellatione continentur liberi, quoquo modo poteſtate patria liberati; quibus opponuntur filiifam. qui & ipſi ſunt filij, ſed poteſtati patriæ adhuc ſubiecti. Vterque quidem eſt filius, ſed non vterque eodem jure cenſetur. Emancipatus ſui iuris eſt, filiusfam. alieni juris: ille habet familiam, hic nullam, adeoque ille paterfam. eſt, hic non: item ille Teſtamentum facit, hic non facit, niſi in bonis iſtis in quibus pro patrefam. habetur: ille inſtitutus eſt hæres extraneus; hic ſuus & neceſſarius. Vulte. in Comment. Inſtit. de exhæred. liber. §. 8. n. 1.

EMANCIPATIO ad liberos relata, eſt patriæ poteſtatis relaxatio, interueniente vtriuſque & patris & filij conſenſu coram judice. Azo. in ſumm. C. eod. in pr. & § præterea. Inſtit. quibus mod jus patr. poteſt.

EMANCIPATIO, ait Theophilus, tres emancipationes ac tres manumiſſiones, vel vnam emancipationem & vnam manumiſſionem complectens § 5. quib. mod. jus pat. poteſt. Hoto.

EMANCIPATIONEM veteres omnibus omnino contractibus; qualeſcunque illi tandem eſſent, adhibebant: idque eam ob cauſam, quia nulla res tantam facit controuerſiam quantam alienationes iſtæ. Vt igitur conſtaret de alienatione, ſolennitatem illam introduxerunt. Nos hodie negotium iſtud per arrham conficimus Old.

EMANCIPATIO ergo liberorum quoque imaginaria quædam eorundem alienatio ac venditio eſt, ad ſimilitudinem eius excogitata, quam olim Romulus inſtituerat: nam is cauerat, vt ſi pater filium ter mancipaſſet, id eſt vendidiſſet, filiam autem ſemel, ij ſui juris efficerentur: poſtea vero ad ſpeciem atq; vſurpationem vetuſtatis inſtitutum eſt, vt pater apud Pictorem alicui, cuius fidem ſequebatur, & qui ob eam cauſam fiduciarius pater dicebatur, filium ſuum dicis cauſa ter acceptis ab eo vno aut duobus nummis, filiam ſemel vendens, eos hac ratione de manu ac poteſtate ſua dimitteret: quos tamen nummis redditis, iterum pater recipiebat. Prat.

EMANCIPATIO ſimilitudinẽ venditionis habebat, hoc modo: Naturalis pater filium ſuum alij fiduciario patri mancipabat, hoc eſt, in manum tradebat: à quo vice mutua duos nummos, quaſi in ſimilitudinem precij. accipiebat, & iterum eos fiduciario patri tradebat. Quod ſecundo & tertio fiebat coram ſeptẽ teſtibus. Et tali ſuperſtitioſo circuitu ac formula filius exibat patriam poteſtatem, vt in lib. Inſt. 1. Gaius tradit. Old.

EMANCIPATIO etiam pro abdicatione juſta ſumitur à qua alias differt, vt ait Bald tit. de adnpt v. ſup. Abdicatio.

EMANCIPATIO olim triplex. l. vlt. C de emancipat.

EMANCIPATI Feſto duobus modis dicuntur, aut ij, qui ex patria jure exierunt, aut ij, qui alterum dominij fiunt.

EMANCIPATVS Ciceroni eſt dedititius.

EMANARE id eſt diu abeſſe, ac tandem reuerti. Briſſ.

EMANSIO appellatur delictum emanſoris, l. 4. §. edicta ff de re milit. Leuius autem eſt emanſionis delictum, quam deſertionis: ſicut leuius eſt Erronis, quam Fugitiui Briſſ.

EMANERE eſt diutius extra caſtra vagari, l. 3. §. 2. de re mil. l. 17. §. cæterum. de ædil. edict. Item extra domum manere. Prat.

EMANSOR, qui diu extra caſtra vagatus, tandem regreditur, d. §. 2. Alias remanſor. l. 4. §. 13. l. 5. §. 6. de re milit. differt à deſertore: Ille ſponte, hic inuitus redit l. 4. 15. eod. Ille erroni; hic fugitiuo ſeruo comparatur, cui ſcilicet non eſt animus redire. Nebr. Cuia. 6. obſ. 16. Goth. ad d. § 2 l. 3. vide inſ. Erro.

EMASCVLARE, eſt caſtrare, hoc eſt maſcula virilitate viduare: in qua ſignificatione eſt & Euirare, apud bonos autores. Sane ne id fieret, edicto vetitum eſt l. 1 C. de Eunuch. & publicum judicium ex lege Cornelia conſtitutum. Spieg. Schat.

EMBAMMA, intinctus, l. 9 fin. de contrah empt. condimentũ ad obſonia paranda, vt docet Columella, dum inquit: Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneo, ſed etiam ſpecioſo vteris, & ideo quæſiuit Vlp. in l. ſi quis vinum, 9 §. 1. vbi omnino v. Goth. & ab eo citatos, ff. de vino, trit. oleoque leg. ſi acetum quis legaſſet, an embamma continetur? & putat contineri: quia aceti numero fuit, apud quem tamen emblema mẽdoſe legitur. Sunt etiam qui embammata accipiant immerſiones, quando intingimus vel panem, vel obſonium in vaſculis repletis re liquida; & à Græco verbo ἐμβάπτειν deduci videtur, quod eſt immergere & intingere, & hæc opinio viſa eſt poſtea placere Alex. Genial dierum li 5. c. 11. Sunt etiam qui embamma putent dici acetum ad intingenda obſonia cõditum: cui ſinapi immiſceri ſolitum, Briſſ. per dd. ll. & Col. lib. 1. c. 55.

Digitized by Google

alijs acetum coagulatum, quod vino diffuſum, aut aqua, aceti ſaporem facit, & propterea in legato aceti continebitur embamma, quoniam ejuſdem ſaporis eſt. Corra. Adde Forcatulum in penu juris ciu.c.20.

EMBATEVTICI juris appellatione, ceu generali, cujus meminit Vlp. in l.3 §.fi. de reb.eor. qui ſub tut. Alciato tradente, id jus intelligi poteſt, quod & quandam detentionem reſpicit, & rei poſſidendæ facultatem, tametſi proprietas vera ad alium pertineat. Quale eſt jus ſuperficiarij vel ejus qui fundum vectigalem poſſideat, vel perpetuarij, l. bonorum, de verb.ſign. l.fin. de ſuperfic. l.ſi ager vectigalis. Erunt forte, quib. magis arridebit, Ius Embateuticon intelligere, quod vulgo Pedagium, *Vueg-zoll* quod alioqui ad Regalia ſolet pertinere. Sed Alciatus eam interpretationem magis probat, quæ in Etymologico magno eſt, vbi ille Grammaticus ἐμβατεία, inquit, quæ & ἐμβάδεια dicitur, id jus quod creditor in bonis debitoris ſibi pignoratis retinuit, propria autoritate ingrediendi: ab ἐμβατεύειν, ingredi. Prat. adde Goth. not. ad § 4. l.3. de reb.eor. qui ſub tut. Alciat. 1. parerg. 16. Cui. not. Inſt. de locat.

EMBATEVTICON jus quidam interpretantur, jus quod Creditor in bonis, ſibi pignori obligatis conceſſum habet, propria autoritate ea ingrediendi. Briſſ.

EMBATÆ. v. Emphytactæ.

Ἔμβαθμοι, Ordinarij & publici judices. V. No 80. & 112. Cuia. & Goth. ad rubr. C. de off. Recto. prou. item judices ſeu præſides ἐμβαθμοὶ & infimi quaſi ordinis, N. 30.31.103.112. Ordinarij milites, gregales ac manipularij ἔμβαθμοι etiam dicuntur Cuiac. d. loc. & ad l.4. C. de annon. Goth. ad l.6. pr. C. de mod. multat.

EMBLEMATA generatim ſunt ea, quæ rei ornatus alicujus gratia adjiciuntur, l.17. vbi Goth. not. de auro arg. l. 19. §.5.6. l. 32. §.1. eod. l.7. §.2. ad exhib. Paul. 3. ſent. 6. §.89. l.3. §.1. de tritico. Hoc vocabulum, cum in Senatuſconſultum aliquando incidiſſet, Tiberius græci ſermonis impatiens, circumduci, & aliud latinum requiri, aut rem potius longiore ambitu verborum demonſtrari juſſit auct. Suet. in Tib. ca. 71. Nimirum è Græcia in Latium cum luxu ipſa quoq; luxus vocabula irrepſerunt. Nec tamē, vſq; adeo eſt verborum inops Latinitas, vt peregrinā vocē jure ciuitatis donare neceſſe habeat. Emblematibus, o. nuncium remittens, poteſt ea cum Vlp. in l. 19. §. pecuniamus. ff. de aur. & arg. acceſſiones ornandæ rei cauſa adhibitas, nuncupare. Ad ea reſpexiſſe videri poteſt Paulus, cum in l.23 ff. de rei vind. quæcunque ait, alijs juncta, ſiue adjecta, Acceſſionis loco cedunt. Briſſ. Alijs Emblemata ſunt opera, quæ ex teſſerulis ſtructa ſunt, quale eſt muſcatum in parietib. ſeu pauimentis, & tarſeatū in lignis: ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλεσθαι, quod eſt inſerere, vocitata, ſic ſcyphis, ſpeculis, abſidibus, vaſis, emblemata ornatus cauſa adjiciantur. Briſſ. rurſus exemptilia, cum lubet. Iis vaſa pura, i. non cælata opponuntur, in l. ſi in rem de rei vind. vide Cruſtæ. Prat. Hot. Accipiuntur etiam pro ſigillis ex auro vel argento, vaſis impreſſis, illigatiſque. Cic. in actio 5. de ſignis taxat Verrem, quod emblematum vim coaceruauerit, quæ omnia vaſis Siculorum cælatis impudenter abſtulerat. Pl. lib. 34. Vlyſſes, inquit, & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium ſurripientes. Lucil.

Arte pauimento atque emblemate vermiculato.

Quem citat Cicero, dum inquit. Nullum niſi loco poſitum, & tanquam in vermiculato emblemate (vt ait Lucilius) ſtructus verbum videres, & de his apud nos intellexit Paul. Iureconſultus in l. pediculis, §.1. ff. de aur. & arg. leg. Meminit Vlp. in l. Quintus Mutius, § cui aurum. eod. tit. Corra.

EMBOLA in l.10. C. de Sacroſ. Eccl. l. vlt. de nauibus non excuſ. li. 10. C. publicarum ſpecierum copiarumq; ſeu annonarum tranſuectionem ſignificat, quæ quotannis in Ægypto nauib. illatæ Conſtantinopolim deferebantur. ἀπὸ τῆς ἐμβαλλομένης νηὸς νομοῦ τοῦ σίτου, vt Iuſtin. in edicto 13. his indicat, [illegible] Idem in eodem loco ἐμβολὴν σιτοπομπίαν vocat. Briſſ. Goth. ad d. l. 10. ad l.5. pr. C. de epiſc. audi. ad Edict. Iuſtin. 13. ca. 4. §.1. pr. & N. 163. c. 2. med. Embola eſt publica & annua ſpecierum tranſmiſſio: alias ſacta Embola. vnde Embolicæ ſpecies, apud Vopiſcum. Goth ad d. c. 4. & c. 22. ff. de Edict. Diſſeo. Hot. cui Embola eſt incurſio, eruptio, & expeditio in d. l. 10. quod probat ex l 11. ibi. ſeq.

EMBOLA, roſtra ſunt nauium. Significat & alia præter hoc, de quibus Hermol. in Corollario Pliniano. Alciat.

Ἐμβόλιμοι, dies intercalaria, Gothofr. ad l. 98 pr. de verb. ſign.

Ἐμβολισμός. Græce nobis intercalatio. Siquidem Macrobio tradente, Intercalare, interſerere eſt: quod verbum in §. minorem. l.3. de minoribus Accurſ. vt Budæus ait, inſcite, de medio tollere, interpretatus eſt cum ſit non eximere, ſed interſerere, interponereque. Nebriſſ.

Ἐμβολὰς nauis velociſſima Æſchil. vide Adnotationes in leges Rhodias. Prat.

Ἐμβρυὸν in legibus Solonis apud Galenū, [illegible] & to lib. [illegible] ſignificet infantem in vtero, vide quæ ad leges Solonis ſcripſi in li. Veteris Iuriſp. ſecundo. Prat.

EMENDA verbum Gallicum, Latinis multa, vel mulcta, Græcis ζημία, dicitur de verbo Gallico text. in ca. quamuis, de offic. ord. li. 6. de Latino tot. tit. C. de mulr. l. ſi qua, ff. de verb. ſig. De Græco in legibus Solonis, quæ extant apud Demoſth. orat. & Plut. & Laert. in eo, & veterem noſtram Iuriſpr. lib. 2. Prat.

EMENDARE nihil aliud eſt, quam mendum, i. errorem litura tollere. Alc. in l. edita. C. de edend. ſalua remanente ſubſtantia, l. actorum, ff. de re jud. ſignificat alias corrigere & caſtigare. Briſſ. de quo plura d. tit. de edend. Emendare ſententiam, l. 2. med. C. de ſent. ex breui. v. Goth. not. ad l. 12. fin. Cod. de teſta. Emendare etiam, virgis affligere, caſtigare Bynder. per l. 3 fi. C. de emend. propinq.

EMENDARE errorem, cenſum, jus, moram, verba actorū (ex ff. Briſſ.

EMENDATORES apud Athenienſes erant χρεῶν, id eſt, debitorum exactores: & rationum magiſtri: apud quos quod cauſa obitæ perperam legationis dici ſolebat, quem Græci [illegible] vocant, inde [illegible] ſunt nominati.

EMENDATIO, modo pro prauorum morum, & vitioſa admiſſorum caſtigatione vſurpatur, vt TT. Co. ſatis notis, de emend. prop. de emend. ſeruor. modo pro mutatione, ſeu libelli variatione: de qua Interpretes diſſerunt in l. edita. Co. de edend. Alciat. hic omnino videndum eſt ijs, qui ad forū animum appulere. Emendatio etiam eſt, qua ſingula, prout ipſa res poſtulat, dirigimus, æſtimantes vniuerſorum ſcriptorum ſententiam diuerſam: vel correctio errorum, quæ per ſcripturam, dictionem fiunt: autore Diomede. Tradunt optimum eſſe emendandi genus, ſi ſcripta in aliquod tempus reponentur, vt ad ea poſt interdum, velut noua atque aliena, redeamus Spieg.

EMENDATIO domeſtica fit virgis, loris, verbis, Bynder. per d. l. 1. C. de edend. propin. vbi & Gothofr.

EMENDICARE, more mendicantium aliquid petere, l. 14. C. de accuſ. Impp. Singuli aiunt, vniuerſique judices cognoſcant in publicis criminib. non oportere emendicatis vti ſuffragijs Decretorum. Spieg.

EMENDICATA gratia l. 119. de decurionib.

EMENDICATA ſuffragia appellantur, quæ leniter cauſam adjuuant, vt potentium commendationes, & ciuitatum in alicujus honorem decreta, vt ait Alciat. vbi mendicata ſuffragia refert inter prouerbia Iureconſult. Spieg.

EMENDICATVS honor, l. 1. C. vbi q. ita decuriali.

EMENTITA profeſſio, l. 14. C. de probat.

EMERE, quod nunc eſt mercari, antiquis erat ſumere, accipere: item conducere. Feſtus lib. 15. & 16. Briſſ. Hoto. Vnde redemptores, qui tamet ſi conductores ſint alicujus operis faciendi, quia tamen confecto opere pecunias accipiebant, redemptores vocati ſunt, & emptorum nomine deſignati. Emo igitur quotieſcunque aliquid ἐμὸν, id eſt meum facio, ſiue rei dominium acquiram, ſiue vſum, aut aliam quamcunque ejus commoditatem: Vnde fortaſſis origo verbi. Connan. lib. 7. c. 6. num. 1. Idem Con lib. 7. ca. 5. n. 1. Sic inquit: Origo emendi vendendique à permutationibus cœpit, vt ſcribit Paul. de contrah. empt. l. 1. Olim enim (loquit) non ita erat nummus, neque aliud merx, aliud precium vocabatur: ſed vnuſquiſque ſecundum neceſſitatem temporum ac rerum vtilibus inutilia permutabat: quoniam plerunque euenit, vt quod alteri ſupereſt, alteri deſit, &c. vide eundem Conn. latius de orig. emen. lib. 7. c. 5. n. 6 & infra quære Emptio.

Bene EMERE eſt non tam à bono auctore, quam æquo & juſto pretio. Briſſ.

Pro EMERE ab aliquo, Comparare ab aliquo, dicitur in l. 3. C. de euictione. præſtan Et in l.5. C. qui manumit. non poſſ. ab eo redemptus, pro Emptus.

EMERE nomen. l. 1. C. de contrario judic. tut.

EMERE in nomen ſuum prædia, l. 2. quand. ex fac. tuto.

EMERE rem neceſſariam, licet mortalem, §. ſciendum, in fi. l. verum, ff. de minor. Spieg.

EMERITENSES Luſitaniæ populi, qui Iuris Italici erant. Briſſ.

EMERGENS quæſtio, & incidēs differunt. Emergens eſt, quæ extrinſecus accedit, & nihil habet cōmune cum negocio principali, & tantum proceſſum reſpicit, & tendit ad ipſum impediendum: vt teſtem admittendum, vel non. Incidens eſt, quæ reſpicit merita cauſæ, & habuit ortum ante litem cōteſtatam, vt exceptio tranſactionis, pacti & compenſationis. Differentia euidens inter quæſtionem emergentem & incidētem poteſt haberi per hunc verſum. Incidēs perimit, emergens quæſtio differt, gl. in c. 1. de ord. cogn. Et vide gl. in l. quod juſſit, ff. de re jud. Ioh. Bello. Etymol. Licet illa ætate, vigoris, nondum emerſiſſent veſtigia, ait lex 3 fi C. qui teſtam. fac.

EMERGERE dicuntur quæ in occulto cum eſſent, & laterent, ex poſtfacto apparent. Sic emergere inopinata ſeruitus l. 1 §. de act. empt. Briſſ.

EMERITA, & Emeritēſis colonia, ciuitas eſt Luſitaniæ nominatiſſima, Auguſta cognominata. Nā vt ſcribit Diō deuictis Cantabris & Aſturibus: eam vrbē illis qui ſupra ætatē, eſſent, emeritis, Auguſtus habitādā cōceſſit. Vnde vrbs appellata Emerita

Auguſta

Digitized by Google

Auguſti, ex nomine conditorum & Auguſt. Paul. lib. 50. Digeſt. tit. de cenſib. In Luſitania, inquit Pacenſes & Emeritenſes. Nebr. alij Emeritenſes vel Emeretenſes, in l. 8. princ. vbi Gothof. d. t. de cenſ.

Emeriti dicuntur milites, qui ſunt exautorati, hoc eſt, militiæ ſacramento ſoluti, quibuſq; jam donatiuum eſt ſolutum. Modeſtin. Si expleto, inquit, tempore militiæ recedat veteranus, reſtituatur, & emerita accipiat, l. deſertorem. de re milit. Nebr. Briſſonio Emeriti ſunt, qui impletis ſtipendiis labore militiæ ſoluuntur. l. 1. D. de excuſ. tut. l. vltim. Cod. de his qui non implet. ſtip. lib. 10. l. 2. §. 2. de his qui not. infam. Hi ætatem militarem impleuerunt ab anno 17. ad 46. ex lege Ser. Tulli. & Gracchana.

Emeritum, præmium & commodum finitæ militiæ, veteranis dari ſolitum, l. 3. §. 8. qui militiæ tempus indeſertione impleuit, emerito priuatur. ff. de re milit. & §. 11. eodem ſi expleto tempore militiæ redeat, vt Veteranus reſtituetur, & emerita accipiet. l. 5. §. 7. eod. is & præmia & emeritum capit, Briſſ. Hoto. Prat.

Emerita ſtipendia, quæ dantur, cum jam milites miſſionem, vt Veterani, impetrarunt, v. leg. 8. in princ. C. de quæſtion.

Emicare, pro excellere, apud Iuſtinianum in §. hæc omnia, l. 2. de vet. jur. enucl. vbi de Triboniano ſuo loquitur. Spieg.

Emigrare dicuntur; qui ante finitum conductionis tẽpus habitationẽ derelinquunt, l. 28. §. 1. ff. loc. & alibi ſæpiſſime. Prat.

Emigratio inquilinorum leg. 28 de damno infecto.

Eminet, qui cæteris præſtat. Vnde eminentiſſimus Tribonianus. Inſt. Quibus alien. licet, §. ſed hoc etiam tribuitur præfectis prætorio, magiſtris militum, ac patriciis. Briſſ.

Eminentem locum ſupra alienum facere l. 3. § tribus, ff. de acquit. rer. dom. Eminenter habere oculos Briſſ.

Per **Eminentiam** apud Vlp. id eſt κατ' ἐξοχήν.

Eminentia tua, in § fin. Auth. de alien. & emphyt. Eminentia formæ, in Auth de capt. mulier. in princip. & poteſtatum eminentiæ Co. de appari. præf. vrb leg. prima lib. 12. Spieg. eminentiſſimæ præfecturæ, leg. ſexta C. de exact. tribut.

Emisseni, populi in Emiſſena regione Syriæ: Emiſa, al. Emiſſa; Emiſſenorum vrbs, al. Emiſenorum, & Amiſenorum, lege prima, § 4. leg 8. §. 6. de cenſi. vbi Gothoſr. not. Paul. de cenſ. Imperator noſter Antoninus ciuitatem Emiſenorum coloniam juris Italici fecit Nebr.

Emissam manum, Modeſt. vſurpat. in l. quidam de prob. pro cautione manufacta, Alc. obſeruauit. Spieg.

Emissarii vocantur conciliatores, atque internuncij furtorum eorum, quæ à magiſtratibus committuntur, autor eſt Aſconius. Ponitur & pro calumniatore & vexatore ſummiſſo & ſubornato ab inimicis. Spieg.

Emittere epiſtolam, literas, ſpiritum, Briſſ.

Emitti dicitur cautio, ſatiſdatio, inſtrumentum. Briſſ. Bredero. Lexic.

Emologare verbum, nec Latinitas nec Græciſmus agnoſcit. Interpretes pro confirmare. vel laudare vſurpant. Homologare, propius ad ſuam, quæ Græca eſt, originem accedit. Vide Batt. in l cum antea C. de arbit. lage, Homologare. Spieg.

Emolumentum vtilitas eſt (opponiturque Detrimento) ſed quam, vt nonnullis, nec abſurde viſum eſt, ex opera & labore, & quaſi molimine noſtro aſſequimur: vel fructus, fruges, alimenta quæque. Prat. Interpretes Emolumenta etiam pro honore abſolute, interdum pro ſalariis accipiunt, §. quod ſi delinquentes. Authent. de Mandatis Principum. Cod. de præfect. præt. Aphricanus, leg. prima §. quæ vero emolumenta. l judicers, de annuis & tributis. Spieg.

Emolumentum actionis bonorum poſſeſſionis, donationis, Briſſ. ex ff.

Emphracta naues appellantur, quæ vndiq; tectæ ſeu clauſæ ſunt: aliis Emphracta. à verbo Græco ἐμφράττω quod ſignificat obturo, occludoque Plin. tradit haſce naues à Taſiis inuentas eſſe. De his ſæpe Liu. Cæſar, & cæteri, & apud nos Vlp. in leg. prima, §. ſed ſi cenſeritia, titul. de exercitoria actio. licet apud eum emphatæ mendoſè adſcriptum ſit. Sunt tamen qui putent legendum embatæ, à verbo ἐμβαίνω deductum, quod ſignificat nauem conſcendo. Alij embolatæ, id eſt, roſtratæ, quod non placet, niſi apud Imperatorẽ in l. jubemus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. quo in loco ingreſſio itineris interpretari debet. Quidam etiam epibatæ: vt intelligamus de his quæ vectoribus traiiciendis aptæ ſunt. Hæ apud nos Actuariæ appellantur, quia remis tantummodo compelluntur: volgus ſcyphum, vel gundolam appellat, & de his ſenſit gloſſator noſter in loco illo Vlpiani. Ex diuerſo quædam etiam naues ſunt quæ aphracta dicuntur, & iſta aperta quidem & intecta ſunt: de quibus Cic. ad Attic. inquit. Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates occupati eramus. Ex his palam fit, mendoſa eſſe ſcriba apud M Tullium in eo volumine, quod ſupra citauimus. Nam vbi legitur acta Rhodiorum, tu lege aphracta, & de hoc nauigij genere intelligas, prout etiam alias meminit Beuald. ſ. recte meminit, Cotta. Embatas vulgare verbum, aut nauticum eſſe putat Bud. Epibatas autem & milites claſſiarios dicit, h. e. milites in nauibus merentes, & pro vectoribus apud Græcos accipi tradit. Reiicienda autem eſt & Nebriſſ. & Bud. diuinatoria lectio, retinendaque eſt Florentina, in qua eſt ἐπιβατηγοί. Sunt autem ἐπιβατηγοί Naues vectorum ductrices, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς ἐπιβάτας. Hæc ex Ant. Aug. lib. 4. c. 16. Prat.

Ἐμφανιστικά, Nou. 56. quæ noui clerici pro introitu dant veteribus: aliis inſinuatiua, Inſinuationes: vide omnino Gothofr. ad rub. Nou. 56. & ad c. 7. edict 13. Iuſtinian.

Ἐμφανίζειν διατάξεις. promulgationem conſtitutionum vertunt in rubr. Nou. 66. Prat.

Emphyteuma, l. 32. in pr. C. de epiſc. and. Emphyteumata, l. 3. in fi. C. de iur. emph. id eſt, ἐμπονήματα, meliorationes. Goth.

Emphyteusis contrahitur, cùm ſterilia prædia perpetuo fruenda ita dantur, vt quandiu penſio reditur pro her domino præſtatur, neque ipſi conductori, neque hæredi eius, neq; aliis qui ab his acceperint, auferre liceat, §. adeo Inſtitut. de locat. Briſſ.

Emphyteusis contractus eſt à Zenone Imp. primum nominatur, cum ager ea lege fruendus datur, vt quandiu merces ſoluatur, nunquam ad dominum redeat, l. 1. Cod. de jur. emphyt. vbi Zeno ait jus emphyteoticarium neque conductionis, neque alienationis eſſe titulis adiiciendum: ſed hoc jus tertium eſſe ab vtriuſque memoratorum contractuum ſocietate ſeparatum, conceptionemque ac definitionem habere propriam. Huius autem originem contractus (de origine Gothofr. ad §. 3 princ. Inſtitu. de locat.) vocabulum ipſum demonſtrat. nam ἐμφυτεύειν conſerere eſt, vt facile appareat, tum illum vſurpari cœptum, cum agri deſerti atque inculti non facile colonum reperiebant: qui cum impendium magnum illorum culturam & conſitionem, atque (vt nunc loquimur) meliorationem feciſſent, ab iis diſcedere cogerentur Inſtitutum igitur, vt non ad tempus, ſed in perpetuum, vel certe ad tempus longiſſimum (Gothofr. iam d. loc.) illi agri locarentur: ea lege vt quãdiu merces ſolueretur, tandiu, vel certe vſque ad longiſſimum illud tempus, retinerentur. Ex quo facile intellectu eſt, quid ab Emptione, quid item à Conductione contractus hic differat, nam cum omnium iſtorum ſex ſint partes in duarum quidem perſonarum, & rei tradendæ ratione nihil à ſuperioribus differt, in mercede autẽ, locationi quidem ſimilis eſt, emptioni vero diſſimilis, in qua non pluribus & incertis ſummis, ſed vna certa precium perſoluitur. In conſenſu autem à locatione hoc differt, quod illic res ad tempus, hic fere in perpetuum traditur, à venditione vero, quod per eam res ſemel tradita pure alienatur: hic vero ſub conditione ſi merces perpetuo ſoluatur. In jure rurſus ab vtraque ita diſcrepat, quod in locatione rei periculum ad ſolum locatorem pertinet: in venditione, ad ſolum emptorem, hic vero permiſte ad vtrumque pertinet, nam ſi res tota intereat, periculum ad dominum ſpectat: ſin ex parte tantum, ad colonum. Hoto.

Emphyteusia, ἀπὸ τοῦ ἐμφυτεύειν, ἐμφυτεύειν, quod inſerere eſt; genus eſt locutionis, quo inculti ac deſerti agri colono alicui ea lege in perpetuum locantur, vt quandiu præſtituta merces ſoluatur, nunquam ad dominum reuertãtur, & niſi quid aliud conuenerit, totius rei interitus ad dominum pertineat, partis vero ad ipſum colonum. l. 1. C. de jure emphyt. Impp. autem hoc jus modo Emphyteoticarium, modo Perpetuarium appellant: vt § 2. de loc. & cond. & l. 1. pr. C. de jure emphyt. l. 1. C. de offic. conſ. fact. palat. Hot.

Emphyteusis ab ἐμφυτεύειν, h. e. ab inſerendo, quemadmodum ſurculus inſeritur arbori, ſynecdochice denominatione nimirum facta à ſpecie, forte quod in hac duntaxat culturæ ſpecie hoc negotium olim contineretur, quod tamen ſucceſſu temporis accommodatum ſit ad res quaſvis immobiles, adeo vt etiam ædificia hodie recte in emphyteuſin dari poſſint. Hic contractus definitur, quod ſit contractus ex conſenſu, quo dominus fundi vſum & fructum pleniſſimum & quaſi dominium alteri concedit, ea lege, vt inſerendo, plantando, arando, colendo meliorem & fructuoſiorem eum faciat, & pro illo in recognitionem dominij proprietatis, pendat annuum cenſum. Vult. in comment. Inſt. de locat. & conduct. §. 3. n. 2. 3.

Emphyteusis ac Locatio Conductio differunt, quod emphyteuſis præſtat quaſi dominium ei qui accipit, locatio non item. Nam in locatione transfertur aut verum dominium, aut omnino nullum. Conductor, rei locatæ ſeruitutem, aut aliud aliquod jus, imponere non poteſt: emphyteuta ſeruitutem, id eſt, jus ſeruituti in effectus ſimile imponere poteſt. Conductor ſoluit mercedem in compenſationem vſus, & eſt merces illa, quæ à conductore præſtatur, vſus illius quaſi quædam æſtimatio: at emphyteuta ſoluit canonem annuum, non reſpectu fructuum acquiſitorum, ſed in recognitionem dominij. Id quod conductor ſoluit, dicitur merces ſiue penſio: quod Emphyteuticarius ſoluit, dicitur canon, interdum etiam dicitur penſio, item vectigal, item amphyteuma; ſicuti id quod ſoluit ſuperficiarius, dicitur ſalarium. Vult. in comment. Inſtitut. de loc. & conduct. § 3. n. 8.

Emphyteuta à ſuperficiatiu differt, quod ſuperficiarius ius tantum habeat in ſuperficie: emphyteuticarius non in ſuperficie tantum, ſed in prædio vniuerſo: ille hoc jus ſibi acquirit reſpectu ſuperficiei poſito in ſolo alieno ſuis ſumptibus, hic acquirit ſibi jus Emphyteuſeos reſpectu melioratiouum, quæ Græcis dicuntur ἐμπονήματα: reſpectu, inquam, meliorationũ, quas vel jam fecit, vel adhuc facturus eſt. Idem Vult. n. 9. d. tit.

Emphyteusis differt à contractu libellario. Emphyteuſis non ſolet renouari non mutato poſſeſſore: libellaria renouatur ſtatis certiſque temporib. etiam non mutato poſſeſſore, data certa pecunia, vel quam vis bonus arbitratus fuerit. Et emphyteuſis contrahitur ſub lege rei meliorandæ, puta ædificij in area tollendi vel reficiendi, vel agri excolendi; libellaria hanc non habet legem. Et libellaria ſemper fit in perpetuum, emphyteuſis nonnunquam ad tempus. Et, ſi credamus antiquis Feudorum conditoribus, in libellaria eſt commiſſo locus poſt biennium, ſicuti in locatione: cum in Emphyteuſi triennij ceſſatio requiratur. Et is qui per libellum à domino poſſidet, vendere poteſt ſine conſenſu domini, emphyteuticarius non item. Vult. d. tit. n. 10.

Emphyteuticum ius. Quod ad l. 2. C. de jus. emphyt. attinet, jus ἐμφυτευτικὸν, vel ἐμφυτευτικόν, vt Vlp. vocat, & antiquiſſimũ, & veterib. ICunſ. notũ fuit, l. 3 de reb. eor. & in tit. ſi ager vectig. Ac primum quidem pop. Ro. agros ab hoſte captos, ea conditione colendos dedit: poſtea & in vrbe Rom. priuatus quiſque hoc exemplum eſt ſequutus. Quia vero dubitabatur, an locationi, an vero venditioni annumeraretur talis ἐμφύτευσις, tandem Zeno Imp. ſtatuit propriam eſſe ſpeciem contractus, cuius ea lex eſſet, vt fatale damnum totius rei Dominus ſuſtineret, emphyteuta vero damnum partis Balduin.

Emphyteuticarius alias adjectiue accipitur, vt in tit. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. alias ſubſtantiue, pro eo, qui habet jus emphyteuticum: vt in l. 1. C. de jur. emphyt. Old.

Emphyteuticarius ſubſtantiatiue alio nomine dicitur Emphyteuta, vel emphyteutes, l. 3. Cod. de iur. emphyt. aliquoties emphyteuticarius adjectiue idem quod emphyteuticus: Sic emphyteuticarij fundi poſſeſſores, lib. 11. C. tit. 61. l. 11. & titul. 62. in rubr. & l. 1. tit. 64. in rubr. & l. 1.

Emphyteuticarius contractus, l. 2. in prin. C. de jur. emphy. eſt quo dominus fundi ſui defecti (deſerti) forte & ſqualidi vſum ac fructum pleniſſimum, & quaſi dominium, alteri cõcedit, ea lege, vt inſerendo, plantando, arando, poliendo, colendo &c. meliorem faciat, proq; eo pendat precium aut vectigal annuum, Got. ad rub. C. de jur. emph. ex Cuja. Etſi autẽ initio ſteriles tantum: denique tamen & fertiles, agri perpetuo colendi, & plantationibus in meliorem ſtatum reddendi concedebantur: & ſic emphyteuticus ampliabatur contractus.

Contractus iſte quomodo differat à Libellaria, & jure colonario vide Goth. not. ad rubr. C. de jur. emph. & ad §. 1. l. 24. C. de ſacr. eccl. ex Cujac.

Species Emphyteuſeos variæ ſunt. Noua, Antiqua, Hæreditaria, non hæreditaria: Iul. Clar. lib. 4. §. emphyteuſis, qu. 16. Goth. ad rubr. C. de jur. emph. & ad l. 3. eod. Emphyteuſis ſuper propriam vitam, in l. 17. §. 5. C. de ſacr. eccl.

Emphyteutica actio vide actio emphyteutica, adde omnino Goth. ad l. 1. in pr. C. de iur. emph. & Clar. d. l. loc. qu. 47.

Emphyteuticus canon. d. t. C. & in tit. C. de ſacr. eccl.

Emphyteuticum jus, quod emphyteutes acquirit, Melioratio nuncupatur, Græcis ἐμπόνημα, l. 3. C. de jur. emph.

Emphyteuticarii dominici, i. rei priuatæ, l. 2. in princ. vbi Goth. C. ne rei dominic. vel templor.

Emphyteusis conceſſa duob. vel patri & filiis, poteſt mutuo inter eos alienari, etiam domino non conſentiente. Bart. in l. 1. C. de impoſ. lucra. deſcrip. & in l. ſi domus, §. fin. de leg. 1. Aliter in hæreditate prohibita alienari, l. voluntas, C. de fideic. l. pater filium, §. 13. de leg. 3. l. cum his §. inter, de tranſact.

Emphyteusis meliorata tranſit ad heredes extraneos, nec finitur tertia generatione Bar. in l. quicunque, C. de omni agr. deſert. quanquam non adfirmat, ſummæ tamen æquitatis eſt. Pr.

Emphyteusis pro ſe & Titio, adquiritur Titio ſiue ceſſione vel traditione, Bart. in l. ſi quis vſumfructum, de vſu & vſufru. legat. per l. fundum ſum mihi, de act. empt. Prat.

Emphyteusis Eccleſiaſtica poteſt de conſuetudine per ſtipulationem acquiri etiam heredib. extraneis, Bald. in l. 1. Cod. de jur. emph. & in l. etiam, ſolut. matri. Emphyteuſis eccleſiaſtica tranſit ad vxorem, ſi hoc actum eſt nominatim, Nou. de non alienand. § emphyteuſim & de aliena. emph. §. 1. gl. in l. etiam ſolut. matrim. Prat.

Emphyteusis perpetua non poteſt auferri. Bald. in c. cũm fundus, C. de ſolut. Emphyteuſis natura eſt, vt transferatur ad heredes, gl. in l. indebiti, §. ſi. de condict. indeb Emphyteuſis vendi aut alienari jure proprietatis non poteſt, ſed donari permittitur Bart. in l. 1. C. ne rei dominic. vel templor. & in l. fin. C. de jur. emph. Emphyteuſis in bonis cenſetur emphyteutæ. Paul. de Caſtr. in l. ſciendum, qui ſatiſd. cogant. & in l. 2. quod quiſque jur. & propterea addit, Teſtem dicere falſum, qui adſerit aliquẽ nihil habere in bonis, cũ habeat emphyteuſim. Pr.

Emphyteuta ſeu emphyteutes is dicitur, qui fundum ea lege, qua ſuperius dictum eſt, agrumve à domino accipit: vt eum conſerat melioremq; efficiat. Atq; hic tenetur ad modicas, nõ autem ad ingentes expenſas, vt in l. Senatus, §. Marcel. de leg. 1. C. de jur. emph. & in l. hoc iure, § ſi aquam, de aq. quot. & æſt. At vero emphyteuta poteſt legare ac vendere melioramenta ſua. Bart, in l. quicunque, §. de omn. agr. deſert, gl. in Auth. quiſem, Co. de ſacroſ. eccleſ. Bart in l. 1. ff. de ſuperficieb. & in l. in conuentionalib. ff. de verb. obli. Quinimo non poteſt fundus melioratus ei auferri, vel canon augeri, Bart in l. 1. C. de iur. emph. Probatur in l. qui fundus, C. de omn. agr. deſert. Poteſt autem locare emphyteuticã rem, Bal in l. vſufr. ſol. matr. Tũ & jus ſuum poteſt in dotem dare. Io. And. in c. potuit, de loc. Pra.

Emphyteutæ poſſunt mutuo ſibi alienare, etiam emphyteuſim eccleſiaſticam, conſtit. Imperial. §. præterea, de prohib. feud alien. per Frid. Bar. in l. cum hi, §. ſi vnic. de tranſact. & in l. ſi domus §. fin. de leg. 1. Prat.

Emplastrum nunc vulgo vnguentum dicitur, *Ein ſalb*. Nec quod doctis eſt Cataplaſma, *Ein pflaſter*, ſignificat; tametſi communem ſequutus errorem, qui Germanice vertit Inſtit. Iuſt. ſic reddidit hoc vocabulum. in §. cum ex aliena, de rerum diuiſ. Spieg. Adde Gellium l. 36. c. 7. & l. 18. §. 10. de inſtr. vel inſt. ab ἐμπλάττειν.

Emponema Græcis ſignificat, quicquid laboris, induſtriæ, operæ & ſtudij poſitum eſt in curatione agri, Conn. lib. 7. c. 12. n. 8. v. l. 3. p. C. de iur, emph. vulgo meliorationes dicuntur. Biſſ.

Emponema Græcis, quæ melioratio noſtris dicitur. Et eſt ius quod emphyteuta agrum colendo adquirit. Primum enim ſic cœpit contractus emphyteuticus, vt ſterilia tantum concederentur, in meliorem ſtatum plantationibus reddenda. Extat vox apud Iuſtin. in l. vlt. Co. de jur. emphyt. Spieg. Prat. etiam ſignificat expenſas vtiles ac neceſſarias bona fide factas.

Emponemata. Huius verbi Græci vim expendere, operæ precium eſt. Proprie autem ſignificat ea quæ elaborata ſunt ad fundum vel excolendum, vel conſerendũ: quæ quidem etiam requirebat ipſa conditio appellatioq; emphyteuſeos Ea itaq; cum neceſſario fiant, & impendantur ex lege & natura ipſius contractus facile amittuntur cum re & jure principali. Sed ſi emphyteuta vltro feciſſet & impendiſſet, quod nullo modo debebat, veluti ſi ſumptuoſum aliquod ædificium in fundo extruxiſſet, id ego temere non adſerere proprie ἐμπονήματα: quaſi emphyteuta ne eo quidem nomine quicquam petere, ſi expellatur, & penſionum quoque debitarum ratione conueniatur, poſſit. Quod noſtri interpretes vulgo non ſatis diſcernere videntur: quanquam & veteres Iuriſconſulti, nobis cur ita ſentiamus, argumentum præbeant, l. penult. locat. Balduin.

Ἐμπειρικοί, judices, practici: qui ſunt in actu, Goth. ad l. 6. prin. C. de mod. mulctat.

Emptio. Emptio contractus eſt notiſſimus, tritiſſimuſque. Origo autem emendi, vendendique à permutatione cœpit. olim autem non erat nummus, neque aliud merx, aliud precium vocabatur, ſed vnuſquiſq; ſecundum neceſſitatem temporum & rerum, vtilibus inutilia permutabat, quando plaruñq; euenit, vt quod alteri ſupereſt, alteri deſit. Sed quia non ſemper, nec facile concurrebat, vt cum haberes, quod ego deſiderarem, inuicem ego haberem, quod tu accipere velles, electa materia eſt, cuius publica perpetua æſtimatio difficultatib. permutationũ æqualitate penſionis ſubueniret: ea materia forma publica percuſſa, vſum dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate nec vltra merx vtrumque eſt. ſed alterũ precium vocatur, l. 1. de contr. empt. ff Eſt ergo emptio contractus juriſgentium nominatus, quiq; conſenſu perficitur, quo res aliena nobis de eo pretio datur. Definitionis huius verba ſi explicauerimus, liquido apparebit, quæ ſit emptionis natura. Emptionem contractum juriſgentium eſſe diximus ex mente Pauli in d. l. 1 §. ſi. ff de contrah. empt. ex hoc enim jure omnes pene contractus introducti ſunt. §. ius autem gent. de jur. nat. gent & ciuil Inſt Diximus & ex Vlp. in l. 5. §. ſi. & in l. juriſgen. ff. de pact. emptionem contractũ nominatum eſſe: tranſit enim in proprium contractus nomẽ. Addidimus ex Paulo in l. 1. §. ſi. de contr. empt. ff. (qui conſenſu perficitur) in vẽditionib. enim & emptionibus conſenſum debere intercedere, palam eſt. Cæterum, ſiue in ipſa emptione diſſentiant, ſiue in pretio, ſiue in aliquo alio, emptio imperfecta eſt, in vẽditionibus de contr. empt. ff. Addidimus & (quo res aliena) quod enim meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, §. ſi cui fundus, de leg. Inſt. 2. & regulariter ſuæ rei emptio non valet, ſiue ſciens, ſiue ignorans emit. l. ſuæ rei, de contr. empt. ff. Adiunximus & (certo precio) preciũ enim conſtitui oportet, nam nulla emptio ſine precio eſſe poteſt: ſed & certum precium eſſe debet, §. precium de empr. & vendit. Inſtitut. 3. Item precium (omiſſis antiquis quæſtionibus) in numerata pecunia conſiſtere debet, §. item precium, de empt. & vendit. Inſtitut. 3. Adbibuimus poſtremo (nobis datus) cum enim in emptione dominium transferatur, merito hoc verbo vtimur,

quod

quod dominij tranſlationem importat. §. ſic itaque diſcretis de actio. Inſtit.4. Illud non omittendum, quod diximus, emptionem conſenſu perfici, verum eſſe in emptionibus & venditionibus, quæ ſine ſcriptura conſiſtunt. In iis autem quæ ſcriptura conficiuntur, non aliter perfectam eſſe venditionem & emptionem conſtitutum eſt, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint conſcripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem ſcripta, à contrahentibus autem ſubſcripta, etſi per tabellionem fiunt, niſi & complexiones acceperint, & fuerint partibus abſoluta. Donec enim aliquid deeſt ex iis, & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor & venditor ſine pœna recedere ab emptione & venditione, § 1. de empt. & vend. Inſt. 3 Anch Adde Fureat. Neeyum antiæ, dial. 48. n. 1. & ſeq.

Emptio & venditio eſt contractus juris gentium de quantitate cum corpore commutanda: ſola inter ſe pactione contrahentes obligans, l. 2. de oblig & act. vel eſt contractus bonæ fidei, inter quos jure ciuili contractus, de re certa certo precio, in perpetuum dominij jure obtinendo. Ita enim hæc rerum acquirendarum à Mancipatione diſcernitur: quæ non contractus eſt, ſed actus, vt vulgo loquimur, id eſt, legis actio. Rurſus à locatione diſtinguitur, quia res conducta neque jure dominij, neque in perpetuum obtinetur. Hoto. adde Goth. ad l. 10. de act empt. ex Cuiac.

Emptio à conductione differt. Conductio eſt quoties materia in qua aliquid præſtatur, in eodem ſtatu eadem manet: Quoties vero & mutatur & alienatur, emptio magis quam locatio intelligi debet. Si res pereat, perit emptori at non æque conductori. Denique emptioni fit ſatis, ſi res ſemel tradatur, nec amplius ex empto agi poteſt eo nomine. At ex conducto ſæpius agi poteſt, vt res tradatur, nempe quoties ea frui non licet: neque enim vnico ſtatim actu impleri poteſt totum negotium Balduin. tit. de locat. & conduct.

Emptio & permutatio ſic differunt, in emptione res pro nummis datur, in permutatione, res pro re, vel nummus pro nummo, vel, vt certius loquamur, precium pro precio: vt equus cum boue vel nummus Gallicus cum Italico. ii. In emptione ex ſola conuentione naſcitur obligatio in permutatione ex rei traditione tantum. iii. In illa venditor tenetur tantum ad poſſeſſionem præſtandam: in hac rei dominium transfertur. iv. Illa rei alienatæ traditione poteſt conſiſtere: hæc vero nequaquam. v. Ex illa venditor vna tenetur actione, nimirum eius quod intereſt: in hac qui rem accepit, duabus tenetur actionibus, aut condictione, aut petitione eius quod intereſt, l. 1. ff. de rerum permut. Hoto adde omnino Goth. ad l. a. 3. C. de rer. permut. l. 3 C. de contr. empt. tot. tit. ff de rer. permut.

Emptio à ſocietate & mandato differt in hoc, quod hæc conſenſu de precio ac re non contrahimur, ſed illa de rebus quæſtus cauſa communicandis: hoc de negotio gerendo. Gœdd. ad l. 67. nu. 1. de verb. ſign.

Emptionis verbo lex 12. tabul. alienationem omnem complexa eſt, ait Pomp. l ſtatuliberi, 29. in fi. ff de ſtatulib. Ego vero animaduerti Varronem in lib. de re ruſtic. plerunq; hac in re verbum illud vſurpaſſe, vt lib. 2. c. 10. In emptionibus dominum legitimum ſex fere res perficiunt, prout in acquiſitionibus. Item cap. 8. Sequitur quartum de emptione. Fit alterius, cum à priore domino ſecundo traditum eſt. Hot.

Emptionis & venditionis verbis veteres promiſcue vtebantur, ait Caius in l. 19. ff de act. empt. & vend. Quod ego interpretor in locationibus & conductionibus, quia hæc Cajus ſcribit ad titulum de publicanis: quod magnopere attendendum puto, nunquam enim reperietur, opinor, eum qui pecuniam pro re ſibi vendita numerat, venditorem ab antiquis eſſe dictum. Conductores autem operum aut vectigalium, Redemptores ab antiquis appellatos eſſe, nemo eſt qui neſciat. Itaque eundem Cajum ibique ſcripſiſſe in lege ſequenti facile mihi perſuadeo: vbi non idem eſt: ſed id eſt, legendum puto: vt quod in commentario ſuo ſcripſerat, planius interpretaretur, id eſt, in locatione & conductione. Venditionis autem & emptionis exemplum ex Verrin. III. proferemus. Vbi illa conſuetudo in bonis (prædibus, prædiiſq;) vendendis, omnium Conſulum, Cenſorum, Quæſtorum denique, vt optima conditione ſit is, cuia res ſit: cuium periculum? id eſt. Vbi eſt conſuetudo illa vetus in operibus locandis; vt is qui conduxit, aliis omnibus anteponatur? Sic enim locum illum in commentariis explicauimus, aliter atque Aſconius, aut Bud. aut alii: fateor, ſed lector locum animaduertat, & in hac controuerſia ſuum judicium interponat, nã adhuc qui meam cauſam improbaret, reperi neminem. Hoto. Huic adde Franc. Balduin. comm. in l. 11. tab. c. 14.

Emptio imaginaria dicitur, quæ ſimulatur, cum in veritate non ſit emptio. Zaſ. §. item ſi quis Inſtit. de action.

Emptio gratioſa, ex gratia, id eſt, Iniqua l. 16. vbi Goth. not. C. reſcin. vend. l. 1. C. de jur fiſc. l. 2. de jur. haſtæ.

Emptio ſpei eſt veluti cum alea luditur, quod fit cum captus piſcium vel auium vel miſſilium emitur, emptio enim contrahitur etiam ſi nihil incidetit. Emitur enim euentus rei, qui in captu piſcium aut auium, aut miſſilium fortuitus eſt. Connan. lib 7. c. 6 n. 7.

Emptiones prædiorum & ſeruorum, pro inſtrumentis emptionum, l. 102. ff de leg. 3.

Emptio vxoris, quibus olim ſolennitatibus peragebatur, refert Alciatus enarrans l. pronunciatum. de verb. ſign. Spieg.

Emptor, non ſolum qui precio emit, ſed etiam ſi quis vel permutarit, vel compenſarit, accipiendus eſt, l. ſciendum, §. pen. ff. de ædil. edict. l. fin. Ex quib. cauſ. in poſſ. Cætera apud Alberic. Spieg.

Emptor bonorum l. 19. ff. de verb. auct. appellabatur is, qui bona quæ à Creditoribus diſtrahebantur, emebat. Hinc apud Valer. Prob. hæ notæ B. E. quæ bonorum emptorem ſignificant, inter Iuris notas ponuntur. Briſſ.

Emptor imaginarius, v. l. 30. C. de diſtract. pig. l. 1. C. qui manum it. & vtrobique Goth. not.

Emptorem in edicto ædilium curulium accipere debemus eum qui precio emit, ſed ſi qui permutauerit, dicendum eſt, vtrumque emptoris & creditoris loco haberi. Briſſ.

Emptor familiæ, ſicut alia vetuſta, in vſu eſſe deſiit. meminit eius Iuſtin. in §. acceſſit. Inſt. de teſt. ord. Spiegel.

Emptorem pro venditore, locatorem pro conductore, creditum pro debito quandoque poni, & quandoque vice verſa poni, obſeruatum eſt ab Accurſio l. 2 ad leg. Rhod. Laur. Vallã li. 1. Eleg. & nuper ab Alciato lib. 5. pareg. Spieg.

Emptori quid redhibitorio judicio præſtare venditor debeat, docte diffuſiuſq; aliquanto explicat Alex. Neap c. t. lib. 6. Spi.

Emptrix l. 1. C. de pact. int empt. l 63. §. 1 de euict.

Emptum & paratum hoc differunt, quod in empto paratum ineſt; in parato non continuo emptum continetur, l. 47. §. 1 ff. de leg. & fid. lib. 32. Paratum ergo generis nomen eſt: Emptum ſpecies, l. 45. 46 49. §. 3. 46. 78 eod. Hotom. v. Briſſ.

Emptum habere, emptam rem habere, Ex empto vendito agere, ex empto vendito actiones, ex empto committi, præſtare, teneri. Briſſ ex ff.

Emptum rogare, pro emere. Id admouit Alc. in paret. Spieg.

Empti, pro actione empti, l. 8. fin. C. de ſentent, & interloc.

Emptionalis inſtrumentum, alia inſtrumenta, l. 2. med. C. de affect. toll. l. 3. poſt pr. C. de quadrien. præſcript. l. 17. ante fin. C. de fide inſtrum.

E N.

Ἐναγχὸς, nuper, Nou. 39. c. 2. in l. 5.

Ἐναλλάξ, mutuo, Goth. ex Baſilic.

Enargia, per euidentiam & rerum repræſentationem; & vt Cicer. inquit, illuſtrationem: Energia autem, per e ſcriptum in ſecunda ſyllaba efficaciam, aut efficacem efficientiam ſignificat. Bud in annot. prior. Spieg.

Enata inſula vel in mari, vel in fluminibus l. 17. ff de leg. 3. Quę nimirum repente in aliquo Mari vel flumine emergit, vt loquitur Plin. lib. 2. cap. 86. Briſſ.

Enauigare de ciuitate, lib. 122. §. 2. de verb. oblig.

Encænia Eraſmus apud Euangeliſtam verbum verbo reddens interpretatur initialia, Græcis autem dicitur ab innouando ſiue initiando. Alber. vocis Encæniorum etymologiam adfert plane Hugonicam, quam animi cauſa refellit Eraſmus in annot. c. 10. Ioan.

Encænia, quaſi renouationes dicas, aut inſtaurationes. Fuit ſolennis quædam feſtiuitas, quam Iudæi die 25. Nouem. obſeruarunt. Significat autem vocabulum renouationem ſeu dedicationem. Alij putant hoc feſtum initium ſumpſiſſe à tempore Iudæ Machabæi, qui templo inſigni virtute recuperato, dedicationem eo die maxima lætitia fecit: ac deinceps communib. ſuffragiis ſtatuit; vt eo die quotannis ἐγκαίνια, ſiue recordatio iſtius dedicationis, ac mirandæ recuperationis templi perageretur, 1. Machabæ. 4. Alij feſtum eſſe antiquius aſſerunt, nempe quod à reditu ex Babylone, templi fundamentis jactis, celebratum ſit, die 24 Nouemb Zach. 2. Tempus enim perpulchre coincidit. Sed vtut ſeſe res habeat, planum eſt, lætiſſimum fuiſſe feſtum, in quo beneficia Dei de inſtaurato templo & conſeruato miniſterio, denique etiam de patefacta & defenſa doctrina cœleſti, prędicata ſunt. Obſeruat hoc feſtum vna cum Iudæis Chriſtus, vt Ioh. 10. ſcriptum eſt. Hinc tranſlata eſt vox ad conſecrationem templorum quæ cultui diuino dedicantur, vide Turneb. aduerſ. li. 12. c. 11. in fin.

Encænia Prateio ferias ſignificabant, quæ nouo operi facto dicandoque conſecratæ ſunt: ſic publicæ bibliothecæ dedicabantur, ædes ſacræ, opera publica, etiam ſtatuæ. Vnde feſtus dies dedicationis templi, Ioh. 5 Luc. 4. e. &c. ſolemnitates, de conſecr. diſt. 5. vbi Archidiaconus.

Encarpa. Turnebus encarpa apud Vitruuium, lib. 4. exiſtimat eſſe ornamenta capituli colũnatum, palmites aut ramos cum ſuo fructu habentia: aut etiam arbuſculas fructuoſas, quæ vocantur ἀνθοφόρα ἔγκαρπα à Græcis, aut frondibus & ramis implexos innexoſque fructus. Sunt & ἔγκαρπα Heſychio ſegetes triticeæ ſectæ meſſæque, Turnebus aduerſ. lib. 11. c. 4.

Encauſtum cur dicatur librarium atramentum. Rhodigin. ...

dicat cap.31.lib.7. vide C.de reſcr.& pragm ſanct. Spieg. Encauſtum in l.6.C.de diuerſ.reſcript.l.4.de extraord mun in C. Theod.in quo verbo error eſt in l.1.§.1. C. de collegiat. Nam ibi vulgo in cautis breuibus legitur: ſcripti codices Encauſtia breuibus dilucide habent. Sed & in l.9. C.de agric.& cenſit.l. 11. vbi Encauteriis quidam codices, alij Eocteriis, ſcriptum habẽt, crediderim Encauſtis potius legendum eſſe. Encauſtum autem ſacrum ex muricis ſeu conchylij cruore compoſitum d.l.6.Co.diuerſ.reſcript. docet vel reſcriptum Principis cocti muricis ac triti conchylij cruore, & ſic purpurea inſcriptione inſignitum. Prate. Et inde memini me in Epitome quadam Chronicorum Werneronis Leodienſis monachi legere, Palæologum Conſtantinopolitan. Imperatorem Romæ in æde S.Spiritus in Eccleſiæ Romanæ obediẽtiam, ſubiectionemque jurejurando pollicitum. Idq. ſyngrapha conchylij ſanguine à ſe ſubſcripta teſtatũ reliquiſſe, quę in archiuis adſeruatur. Bri.

ENCAVSTRVM alij pro Encauſtum: alij vero Encautum, ἐγκαυστῆρος, vt Cuja. vide omnino Goth. ad d.l.6.C.de diu.reſcrip.

ENCAVTA, ſcripturæ genus, vel picturæ à quo monumenta ciuitatum encauta & encauteria, l.immunitates, 8. C de agr & cenſit.lib.11. vbi ita legit Cujac. Plinius lib.35.cap.11. Lyſippus quoque Æginæ picturæ inſcripſit encaurem: quod profecto non feciſſet, niſi encauſtica inuenta. Alia exemplaria habent Encauſen. Prat.

ENCAVTARIVM in l.9.C.de agric.l.tt. vbi Briſſ. mauult Encauſtis pro encauteriis, vt ſupra.

ENCAVSTVM, vide ſupra encauſtrum.

ENCHIRIDIA Græcis, qui nobis à pugno Pugillares dicuntur, ex lib.4. Alciat.de verb.ſign. Spieg.

ENCOMIVM carmen in victoris laudem editum ad immortalitatẽ, quod ipſius res geſtæ magnificæ, illuſtri præconio canebantur: quod & Epinicion vocant, id eſt, præmium & celebritas, pro habita victoria, Alex.de Alex.Gen.dier.lib.1.c.22.

Ἐνδαίτημα, cœnaculum, Gothofr.not.ad l.3.§.7 prin. vti poſſid.

ENDIADIS. v. mox ioſia Endyadis.

Ἐνδοματικὸν, l 9.§.1.C.de exact.trib.& edict.Iuſtinian.13.c.7. vbi Goth.not.ea quæ collectio exactori dat, vt aliquid de exigendi ſeueritate remittat.

ENDROMIS, v mox inſ.

ENDOTACARA, in leg.12.tab. Feſto lib.18. amputare eſt. Prat.

ENDOPLORATO, Feſto lib.5. implorato eſt, ſeu cum quæſtione inclamato. Prat.

ENDO procinctu, in procinctu, ſignificat autem quum ex caſtris in prælium exitum eſt: procinctos quaſi præcinctus, atque expeditos, nam apud antiquos togis incinctis pugnaſſe dicuntur. Feſtus. Hor.

EN ἔργῳ, id eſt, in re ipſa, in ipſo opere, vel actu Vlp. l.quod ait, Ad leg.Iul.de adult. Et hoc eſt quod Solon & Draco dicunt, ἐν ἔργῳ. Hanc ſectionem vt veram probat Alc. nec ab ea recedendum admonet: tametſi altera è Luciano ſit magis elegans & erudita. Spieg.

Ἐν ἔργῳ, id eſt, in rebus ipſis venereis, l.23.ff.ad leg.Iul.de adult.

Ἐνέργεια, v. Energia.

Ἐνεργολαβεῖν, mercede accepta defendere, N.17.c.14. conſt. Tib. 1 c.4. prioc. Gothofr.

Ἐνεργούμενοι, c.omni die, de conſecr.diſt 5. à dæmonibus obſeſſi.

EN πλάτει, locutio eſt Iuriſconſultis familiaris, idem ſignificans quod laxe, non anguſte, neque preſſe. nam vt ait Heſychius, πλατεῖαι αἱ ἐν πλάτει νεμόμεναι μέγαλαι, id eſt, πλατεῖαι dicuntur paſcua longè lateq; patentia. Ex quib. patet deductam locutionẽ, ex eis qui non in aliquo angulo & anguſto loco, ſed in cãpis late patentibus verſantur. Labeo l.29 ff.de probat. Num aliquis meminerit quo die aut quo Conſule factũ ſit, ſed num hoc aliquo modo probari poſſit, quando id opus factum ſit, & hoc ita quod Græci dicere ſolent, ἐν πλάτει, poteſt enim hoc memoria non teneri intra annum puta 50. aut 60. factum. Sic enim eum legendum eſſe locum in obſeruationibus demõſtraui. Iulianus l.13. ff de ſolu. Ratum autem habere dominus debet, quum primum certior factus eſt, ſed hoc ἐν πλάτει, & cum quodam ſpatio temporis accipi debet. Vlp.l.12.§.2.ff.ratam rem hab. Hoc autem ἐν πλάτει accipiendum, & cum quodam ſpatio temporis nec minimo nec maximo. Et rurſus, l.3. ff.de cond.tritic Vt ſi quis diceret. Hoc tempus accipiendum eſt in campo, non in angulo: id eſt, longum, non breue Eſt enim a tempore ad locum tranſlatio. Et ſimilima locutio eſt apud eoſdem ICtos Παραγωγὸς, de qua ſuo loco dicturi ſumus.

Ἐν πλάτει ſignificat cum quodam ſpatio, laxamento, & temperamento temporis, l.105.ff.de ſolut.&, vt alias dicitur plenius, & latius, non momentis omnibus temporum ad viuum reſecatis. Briſſ.

Ἐνεχυρασμός, pignoratio: repræſaliæ: c.vni de iniuriis in 6. Goth. ad rubr.N.25.

ENITI, id eſt parere, ſeu edere partum l.44.ff.de vſurpat. Enixa eſt ancilla filia. Briſſ.ex ff.

ENITI. v.l 4.C.de hæredit.actio laborare, conari.

ENIXÆ dicuntur mulieres, ortendi, h.e. conandi & dolendi labore perfunctæ. Goedd.ad l.138.n.1.de verb.& rer.ſig.

ENODA, quod ſine difficultate eſt.

Ἑνώσεως vnio, ex quo ἡνωμένον vocat Põponius omne corpus quod perpetuo opere vnum & continuatũ eſt, Conn.lib.3.c.14.n.6.

ENORMIA damnum, pro immodico prægrandique vſurpatur: id cenſuræ iudicis relinquitur, iuſti pretij calculo. Enorme delictum, l.1.C.de emendat. propinq.

ENORMITATEM ſtipendiorum, dixit Spartianus, pro nimia largitate. Spieg. Enormitas donationis, l.4.C.de inoffic.donation Briſſ.

ΕΝΟΡΚΟΙ ἀναβολαὶ & ὑπερημερίαι dicuntur Budæo teſte illæ dilationes, quæ propter ſonticum morbum aliamve juſtam & legitimam cauſam jurejurando poſtulabantur, & impetrabantur, &c. Brechæus, l Morbus ſonticus, de verb.& rer.ſig.

Ἐνόρκως, l.5.poſt pr C.commun de legat.l.cum pater, §.filius, de legat.2.id eſt, cum juriſiurandi religione Goth.& Cujac.in d.l. 2.legunt ἐνόρκω, adiuro, jurejurando conuenio.

ENTHECA, vocabulum in Decretis Canonicis eadem pene ſignificatione ponitur, qua apotheca, & horreum, videlicet pro loco, gazęque repoſitorio, annotauit Beroaldus. Extat & apud Iureconſ.nempe Vlp.in §. fin.l. Iuliano.al. Iulianus, & Papin. in l.2 de fund.inſtru. Dotes prædiorum, inquiens, quæ Græco vocabulo Entheca appellantur. Alciat. aliter legit. Haloander noſter Græce doctiſſimus nihil mutauit. Spieg.

ENTHECÆ vocantur à Græcis prædiorum dotes, l.2.§ vlt. ff.de inſtr vel inſt. Sane Iſidor l. Etymol. enthecam græco ſermone repoſitam rei copioſæ ſubſtantiam appellari tradit. Briſſ.

Ἐνθῆκαι appellantur, cum non inſtructa legantur, à legatario non præſtentur. Conn.lib.4.c.1.n.4 Entheca inſtrumenta & ferramenta rei, agri, quæ tanquam eius dos ſunt inſtructæ, l.34.§. 1.de leg.2.l.2.de inſtr. Nou.118.ca 8. vbi Gothofr. v.l.91.fin de leg 3.& 1.colum.8 l 68 fin. vbi Gothof. de legat.3. alias entheca eſt pecunia à menſariis ſepoſita. Libanio: item onus naui impoſitum, Gothofr.ad d.l.2.de inſtruct Cujac.ad Nouel.128. Turnebus 8.aduerſarior.9. vide & Prateium.

ENDROMIS. Hyemalis & villoſa veſtis eſt Libro quarto decimo Epigram.Martialis. Pauperis eſt munus, ſed non eſt pauperis vſus, hanc tibi pro togula mittimus Endromida. Ioan. Baptiſt. comment. in Epiſtol. Sidon. Apollin. ad Domitium.l.2.

ENOYADIA, cum diuerſa in vnam rediguntur conuenientiam: vt ſemiſſem patrimonij ac portionis eius, l. Lucius Titius, §. Caio Seio, ad SC. Trebell. id eſt, ſemiſſem patrimonij in portione diuiſi. Olden. Huius figuræ obiter meminit gl. in verb. placitum & conſenſus, §.1.l.1.de pact.

Ἔνθεοι, θεοφορούμενοι, fatidici, fanatici, circa fana quondam bacchari ſoliti, tanquam oracula & reſponſa redditur, Gothofr. not.ad § 9.princ.l 1. de ædil.edict.

ENTHOVSIASTÆ, in l. Ariani 5. poſt pr. C. de hæretic. vbi alij Enthuſiaſtæ, in Cod. Theodoſ. Enthyſiaſtę, & male: numine ſe correptos fingebant, Theodoſ. 4.hiſtoriar.11. Goth.d.l.5.

Ἐνθρονιστικὰ, Scrimg.c.3 Nou.123. vbi ſæpius Latine inthroniſtica, id eſt, cathedratica, quæ ab Epiſcopis dantur pro introitu, vel quæ Papæ dant Epiſcopis, à quibus eliguntur.

ENTHRONISTICA, pro Inthroniſticis ſupponendum, apud Iuſtinian. in Conſtit. de ſanctiſſ epiſcop. §.ſi quis autem epiſcoporum: Sunt autem Cathedralia, vt nunc vulgo dicuntur, à Græca voce ἐνθρονίζειν, quod eſt in ſedem ponere. Barbari dicunt inſtallare, quod & Coelæus indicat. Spieg. vide omnino Goth.not.ad c.3. N.123. ad epigr. N.56. vbi Enthronoſtica vocet Latine, alius vero ἐνθρονιστικὰ, & ad edict.53. Iuſtin.c.7.

ENTHYMEMA eſt ratio, in qua nõ omnibus premiſſis ante poſitis feſtinata infertur concluſio, & ex vniuerſali concluditur particulariter, ſeu minus vniuerſaliter & dicitur ſyllogyſmus imperfectus Sebaſtian. Med. in tract de definitioo. parte 2.

ENVBARA nihil aliud erat, quam è patris domo tranſire, patriaque ſacra relinquere.

ENVCLEO. Enucleare per tranſlationẽ, pro declarare, & explanare, vti in tit. C.de vet jure enucleando: enucleando, i.e. exponendo, & in certum librorũ ordinem redigendo. Anchor.

ENVCLEATVM ius. l.4. circa med. C.de lib. præter.

ENVMERARE ſpecies, perſonas. Briſſ.

ENVMERARE, pro recenſeri, in l.ſi. C.de preſcript. 30. annor. Terentius aliter vſus eſt.

ENVNTIARE conſilia. Lege Conſilia enuntiare. Spieg.

ENVNTIATIO, pro oratione & clauſula, l. hæc enunciatio, de verb.ſign. Interdum enim quod Enuntiatum, ſeu enunciatio eius, quod eſt vel non eſt, l.& licet. de conſtit.pec.

ENVNTIATIVA, vel narratiue deduci dicitur, cum ſimpliciter aliqua res, ſine myſterio, ſine pondere, ſine momento deducitur, vt cum dico, Peto à Titio, qui eſt heres Seij: iſta verba, Qui eſt heres, enuntiatiua ſunt. Vnde etiam ſi non eſt heres Seij, tamen procedit libellus. Caſus eſt, vt aiunt, in miris, in l.qui familiæ quem text. vt ſingularem, ſecundum præceptorem meum Zaſium omnes Doctores exclamant, ff. famil. erciſcund. Diſpoſitiue autem narrata, vim habent & obligandi & diſponendi cauſam: adeo, vt ea, quę medullas reſpiciunt,

mutari

Digitized by Google

mutari, emendariue nequeat, maxime ſi pro reo faciant. Per textum elegantem in leg. cum pretium. C. de lib. cauſ. Spieg.

Enunciatum Ciceroni eſt, quod Dialectici propoſitionem vocant. Spieg. v. l. & licet de conſtit. pecu.

Enixa ter videtur, quæ trigeminos peperit. l. 137. de verb. ſignif. Enixa vnum vel plures, l. 16 pr. C de fideic. libert.

Enixæ preces, hoc eſt, diligentiores, quæ cum maiori ſtudio fieri ſolent. Papin. in l. cum pater filius. ff de legat. in fin. §. filius matrem. Nam, ait, enixæ voluntatis preces ad omnem ſucceſſiuis ſpeciem porrectæ videbantur. Spieg.

E O.

Eo, pro loco tantum, etiam reperire eſt apud Canoniſtas.

Eo, pro propterea. Paulus de conſtit pec. Non mouetur pecu-lium, eo quod ea ex cauſa obſtrictus eſſe cœperit, l. id quod ſub conditione. Spieg.

Eo amplius Hæc verba & adduntur & repetunt, vt Interpretes demonſtrant, l ſi ſeruus, ff ſi quis ita. de legat. 1. l. ſi ſit. eod. cum ſimilibus. Spieg.

Eodem tempore facta intelliguntur, quæ diſtant modice. Spieg.

Eo ipſo. Verbo hoc Barbatius tradit denotari Canonem latæ ſententiæ: citátque l. fin. § ſi poſtquam, verſ. eo ipſo quod inuentarium fecit. C. de jur. delib. Spieg.

Eo, pro ibi. Eo morati, vbi, &c. l. 7. circa fi. ff. de annu. legat. ſic illo. vbi &c. l. 25. §. 1. ad l. Iul. de adult. pro illic vbi Briſſ. parerg.

Eo loci, pro in eo ſtatu. Vlpian de jud. l. ſed & ſi. Si ea res, quæ per fideicommiſſum relicta eſt, eo loci ſit, dicendum eſt, non debere præſcribi. Spieg.

Eo loci, pro eo loco, vel in loco, apud eundem, de nou. ope. nunciat. l. de pupillo. Qui eo loci operantur, l. cum aliter, ad SC. Sylu. Quicunque eo loci faciunt, vnde vocem exaudire potuerant. Idem pro tunc, eo loci vſurpat, in l. hæredes, de iud. defendere ſe eo loci debebit. Spieg.

Eo minus, l. 1. Qui teſtam. fac. poſſ. cum aliis locis.

Eo nomine, quo contrahitur, actionem eſſe dandam, Iuriſc. exponunt tit. de inſtit. act.

Eo potius, pro eo amplius, vel ea maxime ratione. Sic colligitur (Alb. ait) ex l. item ait prætor, §. hoc autem, ff. ex quib. cauſ. maior. Spieg.

Eousque, pro in tantum, §. illud quæſitum. Inſtit. de rer. diuiſ.

E P.

Ep. VOCES GRÆCÆ.

Ἐπὶ δηλώσει τῆς κλοπῆς, præmium indicij, Gothof. ad l. 1. Cod. pro quib. cauſ. ſeru.

Ἐπαμφοτερίζων, vide ἐπαμφοτερίζειν.

Ἐπαγγελία, cum quis accuſatur, quod præter leges concionetur, aut Rempub. capeſſat, ex Cœlio. Spieg.

Ἐπαμφοτεριζόμενον, alterutro, Goth. ad l. 4 circ. med. C. de verb. ſig.

Ἐπαφρόδιτος, Epaphroditus. l. ſi cui, 50 de cond. & demonſtr.

Ἐπαρχία, prouincia, l. 6 de excuſ. Gothoft. præſidatum ſignificat in not. ad §. 12. d. l. 6.

Ἐπαρχικά Eparchica ſunt libri qui continent generales formas, ſiue edicta præfectorum prætorio, quæ legis vim habere conſtat, l. 2. C. de offic præfect. prætor l apertiſſimi. 36. Cod. de iudic. l pen. Co. de fideiuſſ. Ex libris ἐπαρχικῶν multa deſumpſit Harmenopulus: vide Cujac. 6. obſ. 10. Goth. ad l. 2. C. de offic. præfect præt.

Ἐπαρχιῶται, prouinciales, Goth. ad l. 190 de verb. ſign.

Ἐπαρχικὸς ἄνθρωπος, prouincialis, i. e. is, qui cum ex prouincia eſſet, Romam legatus venit. De his prouincialibus legatis vide l. 2. §. 3. l. 8. l. 16. § de juriſd. l. 25. in fi. de jure jur. Goth. ad l. ſcire, 21 §. 4. in princ. de tutor. & curat. dat. ab his.

Ἐπαύλια, prædia prætoria, Goth. in not. ad Nouell. 7. c. 3 §. 1. in fi.

Ἐπ' αὐτοφώρῳ, in ipſo furto deprehenſus, &c. Inſtit. de oblig. ex delict. § 3. l. 3. in pr. de furt.

Ἐπενδύματα, ſunt pallia, ἐπιρράμματα. Goth. ad l. 45. de verb. ſig. ex Cujac. 10. obſ. 18.

Ἐπίβλητος, ſuperindicta ſcil. mulier, vnde Goth. ad l. 19. poſt pr. C. de epiſc. & cler. Cujac. 2. obſer. 29. & ad No. 6. in fin.

Ἐπίηλυται, milites euocati, l. 5. C. vt nemi. lice. à coempt. forte rectius aduentitij dicerentur, & extranei: quos & extraordinarios & ἐπήλυτας vocant. Dionyſ. 55. ξένοι δ' ἐπήλυτοι nam eodem ſenſu leges externas Dionyſius ſeruos barbaros. Plutarch. in Græc. ἐπηλύτους vocat. Prat.

Ἐπὶ πλεῖον μεγάλου πράγματος, imperus maioris rei, Gothof. ad l. 2. ff. quod met. cauſ.

Ἐπικρεμάμενον, i. e. imminens, deſuper impendens, l. 1. §. 6. in prin. & ibi Goth. ff. quar. rer. actio non datur. Alij legunt ἐπικρεμάμενον. vel ἐπικρεμάμενον, vide Cujac. 16. obſeru. 8.

Ἐμβάδες, legit Haloand. in §. 15. ante fin. l. 1. de exercitor. act Budæus vero ἐμβάται, quaſi ſcaniles & vectoribus traiiciendis aptæ naues. vide Goth. ad §. 12.

Ἐπιβάται, l. fin. ff. naut. caup. ſtab. vectores ſunt, ſeu vehant, ſeu vehantur. Prat. Schardio ſunt milites nauibus impoſiti, non vt remos ducant, ſed vt ſtent ad pugnam parati: Latine claſſiarij ex Budæo in l. 1. de recept. arbitr.

Ἐπιβατηγοὶ, naues in dictione Mesonautæ explicantur.

Ἐπιβατηγοὶ, naues eædem, quæ vectuariæ, i. e. vectorum ductrices ab ἐπιβάτης, i. e. vector, & ἄγω, duco. Vlp. in l. 1. §. 5. de exercitor. action. Quædam naues onerariæ: Quædam, vt ipſi dicunt, ἐπιβατηγοὶ ſunt, vide ſupr. Embractæ. Briſſ.

Ἐπιβολὴ, ſuperindictio, vel ſuperindictum cap. 7. vbi Gothofred. Nouell. 128. Fieri intelligitur, quoties onus agri defecti imponitur fertili.

Ἐπιβολὴ, ait Conſtantin. Harmenopol. eſt, cum prædium aliquod ſterile ac defectum transfertur ad conſortes: h. e. eos qui eiuſdem ſubſtantiæ poſſident bona: ad eos, qui ſub eodem titulo vectigalia pendunt, & eiuſdem territorij poſſeſſores, ad eos, denique, qui ex eis bonis, quæ in cenſum ſimul relata inueniuntur, prædia poſſident: ne ſcilicet à ſterili poſſeſſione, & à domino deſerta ac deſtituta aliquid publicum depereat. De his vide tot. tit. C de omn. agr. deſert. Prat.

Ἐπιδόσεις, in epigraph. Nou. 166. non ſunt adiectiones, quæ fiunt in auctionibus licitandis, ſicut in l. Lucius vigeſima prima, in fin. ad municip. vbi Gothofr. vide Cuiacium 6. obſeruat. 10. & 4. obſeru. 30 & 2. obſeru. 24. & Gothofr. ad d. epigraphen, Nouell. 166.

Ἐπιγονή. vide inſt. Epigoni.

Ἐπὶ (?) περὶ ἐπιδείξεως πραγμάτων, de rebus exhibendis, tit. in ff & C. ad exhibendum. Goth. ad rubr. C. ad exhibendum.

Ἐπιδημίαι, viæ tritæ ac peruulgatæ, per quas plerunque ad vrbem itur: à δῆμος, i. e. populus. Vlpian. in l. 4. §. 4. de offic. proconſ. Ingreſſum etiam hoc eum obſeruare oportet, vt per eam prouinciæ partem ingrediatur, per quam ingredi moris eſt: & quas Græci ἐπιδημίας, id eſt, acceſſus ad vrbem appellant, ſiue κατάπλουν, obſeruare. Prat.

Ἐπιδημητικά. Latine epidemitica, in c. 2. ante fin. Nouell. 134. ſunt pretia, quibus prouinciales ſe redimunt ab onere hoſpitum ſuſcipiendorum, l. vlt C. de metall. & epidemitic. adde Nou. 129. Goth. not. ad d. c. 2.

Ἐπιδημητικὰ, (ait Prateius ex C de metat. & epidemet.) ſunt pretia, quibus prouinciales ſe à mercatoribus redimunt onere hoſpitum ſuſcipiendorum. Solebant enim prouinciales præbere ſuperuenientibus militibus vel aliis perſonis hoſpitia, quæ & metata dicebantur. Alciatus vult eam eſſe collationem pecuniæ, quam à ciuibus extorquebant milites, ne in horum domos diuerterentur: vt & Iuſtin. videtur vſurpaſſe in Aut. vt nulli judicum. Anchor. & Alciat.

Ἐπιδημητικοὶ, Epidemitici, ait Accurſius ad tit de metat. & epidemetic. libro duodecimo C dicuntur, qui ſupra milites ſunt conſtituti metientes ſeu dimetientes militibus hoſpitia: vbi tamen abſurdam Accurſ. etymologiam profert. Rectius alij ab ἐπιδημία, quod aduentum ſeu acceſſum in vrbem deſignat. Solent enim epidemetici prius, quã milites, petere ciuitatem, Ad hoſpitia ſingulis adſignanda Merito itaque Cœlius Rhodiginus libro ſeptimo capitulo decimoquarto: Epidemetici ſunt (ait) qui *fourriers* modo à Gallis videntur dici Sch.

Ἐπιεικὲς, æquum & bonum eſt: interdum ipſa æquitas. Hinc verbum ἐπιεικάζειν, ex fide bona, ex æquo & bono ſtatuere, ex bono & æquo arbitrari, cenſere, æſtimare, conſtituere: quod fit in contractibus bonæ fidei, hoc eſt, æquitatis, non ſtricti juris. Spieg.

Ἐπιεικὲς, æquum & bonum eſt Ariſtot. 5. Ethicor Nicephor. capitulo decimo: non quidem ſimplex æquitas, ſed ea, quæ à legum latoribus omiſſa eſt. Hi namq; generatim loquentes interdum particularẽ quid omittunt: quod tamen ſi illis legem ferentibus contigiſſet, vel de eo interrogati fuiſſent, æquitate ſuadente, idem conſtituiſſent voce viua aut lege lata, quod poſtea: illo prætermiſſo, ipſa naturalis æquitas tacite dictat, vbi caſus talis acciderit. Sic videtur Iureconſultus bonum & æquum accepiſſe in l. ſeruum, de verb. obl. Budæus.

Ἐπιείκεια, eſt conuenientia, Latinis æquitas. Ariſtoteles etiam æqualitatem vocat. Nomen enim factum ab ἐπὶ, id eſt, juxta & εἰκὸς conueniens, adſimilatum. Æquitas ſeu æqualitas retinet in ſocietate humana proportionem rerum omnium juſtam, hoc eſt, ſtatum aptum locis, temporibus, perſonis, &c. Prat.

Ἐπιπλοΐδιον, nauticum creditum, quod eſt periculo creditoris (ſicut χερσαῖον δάνειον, terreſtre creditum, quod eſt periculo debitoris) de quo in l. 122. §. 1. in pr. vbi Goth not. ff. de verb. oblig.

Ἐπιληψία, morbus comitialis: de quo vide Gothofr. ad l. qui teſtiana. 53. ff. de ædil. edict.

Ἐπιμεληταὶ, curatores in genere: qua voce Paul. in l. Lucius Titius. 46. §. 1. in princip. ff. de adminiſtr. tut. Apud Athenienſes decem erant hoc nomine qui emporiis præſiderent, Curarentque in vſum ciuitatis triticum deferri, eodem munere fungentes, quo apud Romanos Ædiles Cereales: vide Alciat. 2. parerg. 29. Gothofred. ad dict. §. 1. 1. in princ. Hi non dicebantur ἐπιμεληταὶ τῆς ἐμπορίας. Nec vero frumentum duntaxat curabant deferri, ſed & de rerum pretio ſtatuebant, vt non vendentium arbitrio, ſed juſto tantum pretio diſtraherentur: ſed hæc ne vitioſas loco legitimarum merces exponerent. Briſſ.

Ἐπιμετρον, l. 15. C. Theod. de ſuſcept. præpoſ. id quod ſuſceptoribus debebatur; frumenti ſcilicet quinquageſima: hordei quadra-

gefima:viai & lardi vieeſima,&c. Id & Mantiſam veteres vocitaſſe videntur. Pratejus. vide Cujacium ſeptimu obſeruat.10.

Ἐπιμελὴς, vide Gothofred.not. ad l.qui ſundum,203. de verb. ſignific.

Ἐπὶ παντὸς ἰσχύειν, apud Paul. in l. 299. ff. qui teſtament.fac. pro Quacunque ratione ac modo fieri poterit: ſcribit enim illic Paulus, ſcripturam ad teſtamentum paratam vim teſtamenti non habere:niſi ei hæc verba defunctus ſubſcripſerit: Hoc teſtamentum,quacunque ratione poterit, ratum eſſe volo. Hoc.

Ἐπίσημα τῆς ἀρχῆς, inſignia magiſtratus, Gotbofred. ad l.1.de offic. proconſul.

Ἐπίσημα πρόσωπα, ſpecioſæ perſonæ,Gothofred.ad l.100.de verbor.ſignific.

Ἐπισταθμὸς, profectus, τῶν σταθμῶν, manſionum, ἐπισταθμοὶ quandoque dicuntur ij, qui ſignant hoſpitia in comitatu principis aut legati,aut ducis exercitus. Gothofr. prolixe ad §. 10.in fin. l.munerum,18.ff.de munerib.

Ἐπισταθμεία (al. ἐπισταθμία) munus negotij jam dicti:munus recipiendi (vel locandi) hoſpitis. Budæus l.fin.ff.de muner.Anto. Auguſt.lib.ſingul.ad Modeſtin.Gothofr. iam d.loco. Heſych. vocat ὑποδέχεσθαι ξένον.Prat.

Ἐπισταθμίας, appellatione intelligimus præfecturas manſionum ſiue ſtatiuorum. Rectius tamen cum diphthongo legi upinor ἐπισταθμείαν,vt ſignificetur neceſſitas illa militis hoſpitio recipiendi, à qua liberantur artium profeſſores: Quod Impp. Conſtantinus ſtatuit ac Theodoſius,& ante vtrumque Veſpaſianus Adrianuſque ſuis reſcriptis ſignificarunt. Balduin. in tit.de excuſ.tut.

Ἐπίσταλμα. vide infr.Epiſtalma.

Ἐπιστόμιον. vide Epiſtomium.

Ἐπιτιμία. vide Epitimia.

Ἐπιθυμία. vide Epithymia.

Ἐπιτόνια. vide infr. Epitonia.

Ἐπίτροποι, curatores apud Dionem. Tutorem quoque paſſim in lib.excuſat. Modeſtin.ſignificat.Prat. Vetuſtas & Nou.Leonis. 68. in medio, executores teſtamentarios ἐπιτρόπους quandoque nuncupauit. vide Gothofr.not.ad l.117.in princ.de legat. 1.& ad d Nou.Leon.68.& Cuiac.tract.2. ad Africa.adde Nou. 131.c.12.

Ἐποχὴ, vide Cujac.24.obſ.1.

Ἐποχαὶ in Nou. Leon.57. ſunt retia in mare extenſa confixis palis: maxime vbi mare anguſtum, & in prothyris eius: vnde Leo Nou.104. ἐποχὰς πλέκειν duxit, ἐφόλκιμα interpres Nouellæ 105.vide Cujac.jam dict.loco,& Gothofred.ad Nouell. Leonis 57.

Ἐπομφαλεῖα, medicamenta, quæ firmandis fœtibus apponuntur: vide Gothofr.ad l.9.in pr.ff.ad leg.Aquil.

Ἑπταετὴς, infans, nempe vſque ad annum ſeptimum.Gothofr.ad l.mulier, 70.in fin.de verb.oblig.

Ἐπώνυμος, cognomen,in Nouell.78. quo verbo vtitur & Plutarchus,vide Anto.Auguſt.lib.1.ca.8.adde Gothofr.not. ad l.ſi in nomine, 4.in prin. C.de teſtam.vbi oſtendit, quid propric ſit ἐπώνυμος.

Ἐφέτης, judex appellationis. Gothof.ad §.4. l. properandum, 13. C.de judic.

Ἔφηβος, Ephebus, ἔφηβος πρεσβύτερος, vide Goth.ad l.mulieris,13. in pr.de verb.ſign.

Ἐφηβεία, Ephebia: Si ab infantia & nondum quidem ephebiam excedente ætate, ei contigit,&c. l.53.in prin. C.de epiſcop. & cleric.

Ἐφήμερον, animal, quod eodem die, quo naſcitur interit. Ariſt.5. de natur. animal. Item herba cujus flos ſtatim decidit, nec longius quàm vno aut altero die commoratur: cui decerptæ non longior vita quàm dies, Goth.ad §.2. in fin.l.ſi Stichum, 8.ff.de nouat.

Ἐφημερίδες. vide infra Ephemeridæ.

E P.

LATINÆ VOCES.

EPANGELIA, vide ſupra ἐπαγγελία.

EPAPHRODITVS, vide ſupra,

EPARCHICA, ſunt libri continentes formas ſeu edicta præfectorum prætorio: vide ſupra ἐπαρχικά.

EPHEBIA, vide ſupra ἐφηβεία.

EPHESVS, Metropolis Aſiæ illius, quæ propriè minor dicitur, ad quam proconſuli neceſſitas impoſita erat per mare appellere, teſte Vlpian.in l.4.§. in fin. de offic. proconſul. Spiegel. Prat.

EPHESINVM concilium, §. 4.l. 7. C. de ſumm. Trinit.coactum aduerſus Neſtorium anno Chriſt. 430. vide acta Concilij Epheſini tom.1.conciliorum,& Socratem 7.hiſt.33. Gothofr. in l.3.3.C.de ſum.Trin.

EPHESIVS, ex Epheſo oriundus, l. 2. §.4. in fin. de orig. juris.

EPHEMERIDAS)vel potius Ephemerides ſunt tabulæ,in quibus ſingulorum dierum accepta & erogata perſcribebantur. Propertius:Forte jacent duras inter ephemeridas. De his & Naſo in amoribus: Fuerunt qui libros ſuos inſignirent hoc titulo, Ephemeris, ἐφήμερις, Latine quotidianus. vide Ioan. Baptiſt. comment. in Epiſt. Sidon. Apollin. ad Burgundionem lib.9. Neque ſolum iſte mos Romanis fuit, vt ſinguli rerum ſuarum tabulas,quas Ephemerides & rationes appellabant, conficientes, ſaltem inſcriberent pecuniam creditam, verum etiam omnia quotidiana acta, diuina & humana, & quicquid rerum cuique priuato quotidie cum publice tum priuatim accidiſſet. Goedd. ad l.6. num.3. de verborum & rerum ſignificat.

EPHIPPIVM, vide Parephippius.

EPIBATÆ, vide ſupra ἐπιβάται.

EPIBATES, vide Meſonautæ.

EPICASIA, indeque verbum Epicaſizare, vocabula ſunt inſulſa, quamuis trita Nam vt docet Budæus,potius Epiicia, & Epiicisare dicendum eſt. Spiegelius. Coraſius 2. Miſcellanear. cap.8.

EPISCOPI dicuntur remis appoſiti & gubernaculis: velut Epibatæ Atticis ſunt,nauibus depugnantes. Quanquam & qui aliena tres naui faciunt,ſic dicantur: quos Homerus item Emporos vocat. Spieg.

EPICTETVS & Calliſtus, l. alimenta. 16. §. 2. in principio de aliment.legat.

EPICTETVS, l.3 §.13.de ſuſpect.tutor.

EPIDAPHNE Plinio. Theopolis Iuſtiniano, hodie Antiochia, Syriæ Metropolis,ad Orontem fluuium ſita: aliis Alepo.

EPIDEMETICVS, alij Epidimiticus, vide ſupra ἐπιδημητικός.

EPIGONI vocantur ex ſecundis concepti nuptiis: ſicut Progoni intelliguntur, qui ex primis: quanquam eo item vocabulo maiores accipi videntur, velut minores vocantur Apogoni, ex Rhod. Spieg.

EPIGRANVS, al.Druncianus: Gothof.ad l.7.C.ad leg.Iul. Majeſt.Cujac.9.obſ.11.in f.

EPILEPSIA, morbus eſt temporalis, & natura ſua curabilis Goed.ad l.101.§.2.nu.3. de verb.ſign.

EPINICIA, à nobis cantica ſolennia, obſecrationeſque ob partam victoriam dici poſſunt. Ex Bud.Spieg.

EPIPHANIA. Dies Epiphaniarum Chriſti, leg.omnes 7. circa medium.C.de feriis.qui & dies τῶν ἐπιφανίων dicitur, vide Cujac. cap.3.de præſcript.Gothofr.ad dict. l.7. Dies Epiphaniæ. l. 2. C.eod.

EPIPHANIVS Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus in epigraph.l.7.C de ſum.Trin. vniuerſalis patriarcha in epigraphe.l. certiſſime. 34.C.de epiſc.andiend.

EPIRHEDIVM currum ſignificat, quod vocabulum Romani, Fabio authore,ex duobus peregrinis ſuum fecerunt ἐπὶ prepoſitione Græca, & rheda dictione Gallica. Vſus eſt Iuuenal. Satyr 8.Coraſ.3 Miſcell.c.20.

EPISCOPVS Latine ſpeculator. Sæpius eos denotat, qui rebus quibuſdam obſeruandis & cuſtodiendis præſunt, & ad quos ſumma negotij pertinet,vt patet ex Cic.lib.10.ad Attic.epiſt. 7.qui Latine Inſpectores fuerint, l.vltima.de muner. Hotomannus.

EPISCOPI etiam dicebantur,qui præerant pani rebuſque venalibus, ad victum quotidianum ſpectantibus: quales apud nos magiſtri opificiorum dicuntur. Prat.Spieg.

EPISCOPORVM voce etiam Patriarchæ, Primates, & Archiepiſcopi continentur,ca.1.1.21.diſtinct. Quin & Preſbyteri, c. legimus.c.1.93.diſtinct.Specul.titul.de inſtrum.edi. §.14. verſic. de epiſcopo. De officio epiſcopi vide cap. ſi quis vult. 36. diſtinct.

EPISCOPI & Ephori Græcis ſunt, quibus non ſolum oculis luſtrandi poteſtas, ſed etiam prouidentia & cognitio mandata eſt: à qua ſignificatione Epiſcopi Antiſtites dicuntur: quod vocabulum ſi Latine transferre quis velit, non verius Speculatorem,vt Budæus cenſet, quam inſpectatorem vocarit. Fit mentio Corepiſcoporum in Decretis Canonicis, diſtinct.68. cap. quamuis, & ſeq.quos opinatur Eraſmus vicorum ac pagorum ſacerdotes appellatos, ſcribendumque Chorepiſcopos, quod χώρα Græcis interdum rus aut agrum declaret. In Epitoma autem Canonum Conſtantini Harmenopuli ex octauo decreto Synodi Antiochenæ, χωρεπισκόπους interpretantur ἐξάρχους ἤτοι πατριάρχας ἤτοι μητροπολίτας. Dicitur autem epiſcopus ἀπὸ τοῦ ἐπὶ, quod eſt ſupra, καὶ σκοπεῖν,quod eſt intendere. Inde Epiſcopus,qui ſuperintendit. Droſæus in methodo iuris. Apud Athenienſes olim epiſcopi erant, ad quos delectus prouinciarumque negotia, vt Ciceronis verbis vtar, referebantur. In ſingulis enim prouinciis hi velut rerum arbitri conſtituti, perquirebant de his, quæ ad juriſdictionem, publicas iniurias liteſque ſpectabant, ſi quis illos adire vellet: ac ſeu-

ac ſententiam ferebant, cui non ſecus ac ſi à principe magiſtratu lata fuiſſet, parebatur: vocabantur vero etiam ἀρμοσταὶ aptatores, & φύλακες, id eſt, cuſtodes, atque ἐφόρους præfecti, ἐφορᾶν enim & ἐπισκοπεῖν eſt ſpeculari, diſponere. Nomine ephori vſus eſt Cicero Quæſt. Tuſcul. 1. ICtus in l. munerum. §. Irenarchæ voce Epiſcopi. ff. de muner. & honor. vbi epiſcopi intelliguntur Ædiles Cereales, qui, vt ait Arcadius ibid. præerant pani, & cæteris venalibus rebus, qui ciuitatum populis quotidianum victum ſuggerant.

Ἐπίσκοποι τῆς χώρας dicebantur apud Athenienſes adoleſcentes, qui ex ephebis exceſſerant. Nam priuſquā ipſi τῆς λήξεως ἄρχοιεν id eſt, rei hereditariæ & bonorum ſuorum poſſeſſionem haberent, biennio cogebantur circuire vicinas regiones, hoc eſt, à decimo octauo anno, vſque ad vigeſimum. Ideoque appellabantur περίπολοι, id eſt, circumitores, ἐφόδους, ob viam & peregrinationem, in qua verſabantur: ἐπίσκοποι τῆς χώρας, regionis inſpectores, non veluti magiſtratus, ſed vt cum ingrueret neceſſitas, eſſent regionum, viarum & locorum periti. Poſtellus de magiſtrat. Athenien. cap. 18.

Episcopi, qui in municipijs præerant pani, & cæteris rebus venalibus, quæ ciuitatum populis ad quotidianum victum vſui erant. l. vlt. ff. de muneribus & honoribus. Briſſ.

Episvalma, id eſt, juſſus l. 3. circa med. C. de quadrienn. præſc. Commiſſio principis per mandati ſubſcriptionem facta. Alc. in l. pactum C. de pactis.

Ἐπισταθμία. V. ſupr. inter voces Græcas.

Ἐπιστέλλειν & ἀποστέλλειν differunt inter ſe. Nam ἐπιστέλλειν eſt literas mittere, ἀποστέλλειν, emittere cum mandatis aliquem ſignificat, vt notauit Eraſm. Roterod. in Ioan. c. 1. & in Matt. c. 2.

Ἐπιστολαὶ δημόσιαι, publicæ literæ Gothof. ad cap. 5. Nouell. 134.

Epistola, vocabulum origine Græcum nemini quod Latinorum notum: vt Latini ab elementorum multitudine literas, ita Græci emittendo epiſtolas nominauere: ἐπιστέλλω enim mitto ſignificat: ſic ἀποστέλλω, nuntio: vnde apoſtolus, nuntius, Ab epiſtola diminutiuum epiſtolium. Catullus. Conſcriptum hoc lachrymis mittit epiſtolium Et quia στέλλω non modo mitto ſignificat, ſed etiam orno, inde ſtola corporis ornamentum, teſte Ioan. Petr. Valla interprete Plantino. Extant de ratione eas conſcribendi libelli vulgari, elegantes. At non æque nota, quæ vis epiſtolæ, quæ fides ei adhibenda, requiratne etiam ſignum mittentis, diem & conſulem, tum pleraque alia, quæ in cōſiderationem epiſtolaria rei veniunt, nec inutiliter à noſtris interpretibus differendo deducta ſunt in l. nuda. ff. de donationibus. in l. Lucius. de fideiuſſoribus, vbi inueſtigatur, quam vim obligandi habeant, quæ vulgo vocantur literæ credentiales, in lege cum tabernam, §. idem quæſit. de pignoribus l. Publian. ff Depoſiti. C. de probationib. l. non epiſtolis Authent. ſi contractus. C de fidei inſtrum. d. l. cum tabernam. §. 1. An literæ commendatitiæ obligent, in l. fin. C de pignor. actio. Magiſter practicæ tit. de Actore. verſic. item repellitur cedere. Eſt vero epiſtola abſentibus id, quod ſermo præſentibus: imo qui mittit alteri literas, intelligitur præſens præſenti loqui Bartold. in l. nuda. de donationib. Aſtipulatur l. ſi per procuratorem ibi velut præſentia. de procur. Spieg. Omnē ſcripturam, qua abſentem alloquimur, & alicujus rei certiorem facimus. Epiſtolam recte vocari, cuique notiſſimum eſt: quaſi voluntatis noſtræ ſignificatio ſcripto emiſſa, ab ἐπιστέλλω, hoc eſt, ſignifico, & emitto, ſic dicta ſit. Et cum id omne ad eum modum epiſtola ſignificare ſolemus, quod abſentem ſcire, aut teſtatum illi eſſe volumus: tum ea in primis, quæ fieri mandamus & præcipimus, & quæ nos facturos recipimus, ac veluti ſcripto noſtro cauemus. Hinc effectum, vt quemadmodum in cæteris pleriſque per enallagen id, quod aliquid continet, pro contento ſumitur, & contentum ſignificat: puta Calendarium. nomina debitorum in Calendario conſcripta: & menſa nummularia, ea, quę menſę rationum occaſione debentur: & Chirographum non tabulas, ſed debitum eo teſtatum. l. ſeruum filij. paragraph. cum qui chirographum. ff. de legat. primo leg qui chirographum. & leg. qui filium. ff. de legat. 2. Et è conuerſo, contentum nonnunquam pro continente ſumitur, vt pacti & ſtipulationis appellatione ipſum pactionis & ſtipulationis inſtrumentum ſignificamus, l. juris gentium § quod fere. ff. de pactis l. 1. circa finem. ff. de edend. Sicque Cicero vſus videtur, cum dixit in part. Oratorijs; Scriptorum aliud publicum, aliud priuatum: Publicum, lex. Senatuſconſultum. fœdus. Priuatum, tabulæ, pactum conuentum, ſtipulatio Similiter, Epiſtolæ, vel literarum etiam appellatione. Promiſsionem vel cautionem, epiſtola literiſve contentam intelligimus, & è conuerſo cautionis ſine ſtipulationis, aut etiam mandati appellatione, ipſam, quæ ea continet, epiſtolam: ſed ita tamen, vt non quæuis cautio epiſtola dici poſſit, ſed ea tantum, quæ in epiſtolæ modum ſit concepta. Ex qua frequentiore cautionum epiſtolæ modo conſcribendarum formula, quibus antiqui abſentes cautiores, & certiores conſenſus ſui facere volebant, illud profluxit, vt & inter præſentes quoque nonnunquam in modum epiſtolæ conciperetur cautio, neq; præter rem id, cum ea mente ita conſcriberetur, vt illi poſtea abfuturo id perpetuo epiſtola ſignificatura, ejuſque rei fidem factura eſſet. Ita ne tum quidem hæc aliter epiſtola diceretur, quam ſi epiſtolæ formam ſeruaret, hoc eſt, ſi cum non re ipſa ad eum, qui tum abeſſet, quaſi ad abſentem tamen conſcripta, dirigeretur ſermo Neque quicquam interfuiſſe exiſtimo, an ſalutatio illi ſcripto præponeretur, vt in l. vlt. in fin. ff. mandat. l. Lucius, & l. Publian. §. vlt. ff. depoſiti le. Lucius ff. de ſeruit. ruſt. leg. Lucius, & l. ad eum, ff. de donat l. 2. C. de contrahend. & committend. ſtipul. vlt. ff. de conſtitut. pecun. l. Titius. ff. de pign. act. in vero minimè, vt frequentius eam omitti comperiemus. Eſt enim leuicula ſane hæc epiſtolæ dignoſcendæ ratio à ſalutatione præmiſſa, cum ipſum Ariſtotelem legamus ad Philippum ſcribentem, in fine tantum adieciſſe, καὶ δὴ καὶ σὺ ἐρρῶσθαι, & in Euripidis Epiſtolis nullam aut in fronte, aut in calce extare teſtatur Bud. in Comment. Græcæ linguæ. Illud porro alienius, quod nonnulli colligunt, quaſcunque cautionum ſcripturas inde Epiſtolas dictas fuiſſe, quia cautionib. iſtiuſmodi ſalutationes præmitti ſolerent, aut etiam quia alia inſuper ratione ad inſtar literarum, quæ abſentib. mittuntur, eas concipi inualuiſſet. Sic enim & quaſcunq; mandatorum & donationum ſcripturas licebit epiſtolas & literas vocare, quia ſæpiſſime literis mandatum donatioque concluderetur l. ſi procurator. Dig. de procurator. l. ſi mandato, §. penultim. l. ſi creditor. §. 1. & §. penult. l. ſi vero non remunerandi. §. cum quidam ex l. pen. ff. mand. l. Lucius, ff. de fidei. l. Lucius, l. ad eum. ff. de don. l. ea quæ. ff. de don. int. vir. & vxor. Quin & quaſcunque cōſtitutiones Imperatorum, & quaſcunque Iuriſconſultorum reſponſa, epiſtolæ vocabulo donabimus, quando ad inſtar epiſtolæ frequentiſſime conſcribi ſolerent, l. interdum in prin. & §. 2. & pen. ff. de public. l. Sulpit. ff. de don. inter. vir. & vxor. l. Attilicin. ff de pact. dot. l. Domit. ff. de teſt. l. procur. ff. de jur. do. Imo vero magis exiſtimandum, cum aliter quam in epiſtolæ modum, cautiones conſcribi poſſint, ſic nempe, vt qui conſcribit, nō quaſi ad abſentem ſermonem dirigat ſed abſolute, & impersonaliter loquatur (cujus rei exempla ex infinitis locis proferri poſſunt.) l. lecta. ſi. ſi cert. pet. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſog. & l. plurib. ff. de verb. obl. d. § quod fere. l. rut. in fi. ff. de vſur. eo caſu cautionem non recte epiſtolam poſſe vocari, nec illis cautionib. ſolitas præmitti ſalutationes. Nam alioqui id à verbis ſubiectis alieniſſimum eſſet. Quod ſi ad abſentem aut quaſi abſentem referatur ſermo, epiſtolam id tum recte vocari agnoſcam. Io. Rob. lib. ſent. 4. c. 10 Duar. diſput. anniuerſ. lib. c. 45.

Epistvlam, pro epiſtolam, Florentini Codices ſemper habent ſicut & alij vetuſtorum auctorum libri. Briſſ. Parerg.

Epistola, teſtimoniale dimiſsionis veteranorum. l. 2. C. de deſert. l. 1. C. de veteran. Prat.

Epistolæ in jure ſæpius chirographorum & cautionum vicem obtinent. Ejus enim rei gratia olim frequentiſsime emittebātur, multaq; adeo per epiſtolas nomina fiebant. vid. l. 2. l. 47. §. 1. de pact. l. 24. fin. l. 26. l. 32. C. de conſtit. pecu. l. 34. l. 59. §. ille; l. vlt. ſi. ff. mand. Dicunt autem ICti emittere epiſtolam & exponere, l. vlt. ff. de conſt. pec. Bri. adde alimenta. ff. de ali. lega.

Epistola, pro cautione. Scæu. l. vlt ff. de pecun. conſt l. Titius Seiorum debitor deceſsit: hi perſuaſerunt P. Mæuio, quod hereditas ad eum pertineret: fecerunt, vt epiſtolam in eos exponat debitorem ſe eſſe quaſi hæredem parui ſui confitentem: qui & addidit epiſtolæ, quod in rationes ſuas, & cætera. Marcellus l. 34. ff. de pignor. act. Petijt à creditore, vt fundum certo pretio emptum haberet: & quum impetraſſet epiſtolam, qua ſe vendidiſſe fundum creditori ſignificaret, emiſit. Sic l. emptor. 47. ff. de pactis l. vlt. ff. de inſtitor. l. 24. l. 26. l. 28. ff. de poſiti. l. 34. ſi. de pign. act. Hotom.

Epistolæ Principum, quæ & Reſcripta Principum appellantur, dicebantur, quibus illi vel ad poſtulata præſentium, vel ad magiſtratuum abſentium relationes aut conſultationes reſpondebant, l. 1. ff. de conſtit prin. Exemplum extat in l. ſed addes. 19. § 8. ff. locati. l. Diui fratres 17. ff. de jur. patron. l. 3. ff. de reſtit. l. debitorib. 17. ff. de re judic. Hotom.

Epistola diui Adriani fidejuſſorib. amica, non extat ſententia tamen ejus habetur in l ſi. ff. de conſt. pec §. ſi plures. Inſt. de fidejuſſ. Erat de periculo diuidendo inter mandatores ac fidejuſſores. Leg. Beneficium epiſtolæ D. Adriani. Spieg.

Epistola falſa vel inanis reperta, l. quidam. ff de dolo.

Epistola Ioan. Roman. Pontificis ejus nominis II. quæ ſub titulo, de Summa Trinitate, in Iuſtiniani Codice ſita eſt, ſuſpecta multis doctiſsimis viris habetur: contra Alciatus de ea non vult hæſitandum eſſe. cap. 33. lib. 4. Parerg. Spieg.

Epistola ſibi aliquem cohæredē cauere, apud Vlp. ff. de pact.

Epistolares, viri deuoti, apud Iuſtin. in l. fin. § in his autem; C. de temp. appellat. Opinor horum referre ſpeciem eos, qui nunc apud conſilia (vt vulgò vocant) Iuſtitiæ, in ſacro auditorio, & in ſummorum aula Principum actis ſcribendis præpoſiti ſunt, *Deſs hofraths Secretarien.* Spieg. Oldend. autem per eos Cancellarios intelligi exiſtimat, l. 1. D. de offic. aſſeſſor.

Digitized by Google

Impp. ſane ſcrinium ſacrarum epiſtolarum olim habebant.

Epistomion, foramen eſt, per quod aqua defluit ex concha, labro, vel cratere. Vlp. l. fundi. de act. empt. Caſtella plumbea, opercula puteorum, epiſtomata. Nebriſſ. Hic non tantum, ſed & alibi deprehenditur Nebriſſ. vulgatos ſequutus eſſe Codices. Noric. text. Putealia habet: & hæc verba, Opercula, puteorum, Budæus exiſtimat in textum addita: epiſtomia Alciatus, vt eſt in Nor. quoque textu, citat in Parergis, quam ait vulgo vocari ſpinas. Budæus vero in Anno. ad d. l. ἐπιστόμιον inquit, Græcum eſt, quaſi oris obturaculum dicas. Hoc ad hauriandum ad quotidianum vſum vinum in hypogeis vtimur, Fontem appellantes. Spieg. Contra quem ſic Hotom.

Epistomia ἐπιστόμια, non ſunt foramina, per quę aqua effluit, vt Alexandrinus putauit: nam ab ἐπιστομίζειν confictum vocabulum apparet, quod ſignificat os claudere, ſiue obturare: vnde ἐπιστόμια, clauſtra ſiue obturamenta canalium. Paulus lib. ſentent. 3. c. 9. Inſtrumento balneatorio legato, balneator ipſe & ſcamna, & podia, fiſtulæ, miliaria, epiſtomia, totę ęquariæ continentur. Vbi tamen Aquiminalia legendum putarem: aut Familiaria Epistomia, id eſt, fiſtulis applumbata, vt de Epiſtomijs in l. 17 §. 5. de act. empt. Hotom. Cuiac. Epitonia legit ex authoritate librorum ſcriptorum D. Ranconneti, & ex P. Victor.

Epistomion Græca dictio eſt, à verb. ἐπιστομίζω, quod ſuffreno & cõtineo interpretantur. De epiſtomijs meminit Vlpian. in l. fundi. §. vlt. ff. de act. emp apud quem in codicibus impreſſis ita ſcriptũ legitur: Et caſtella plumbea, putea, opercula puteorum, ephitonea, fiſtula applumbata, aut quę terra continentur, quamuis non ſint affixa, ædium eſſe conſtat. Sed in hoc loco mendam eſſe, nullus recti conſilij inficiabitur: quis enim adeo fatuus dubitaſſet puteos ædiũ eſſe? Præterea ICtus puteum, non putea debuiſſet dicere. Iuuenal. Satyr 3. Hortulus hic puteuſq; breuis. Item male adieciſſet illud; Quamuis non ſint affixa: quæ verba, ſi recte componantur, generaliter ad ſupradicta poterunt referri Et ideo ſunt qui putẽt ita legendum eſſe; Caſtella plumbea, putealia, id eſt, opercula puteorum, epiſtomia, ita vt fortaſſe verba illa expoſitiua (id eſt, opercula puteorum) ſint ex margine in textum inſerta: vel etiam fuerit Iureconſulti expoſitio, prout & de eadem re videmus in l. Iul. in fine. iuncta l. ſequenti, eod. tit. Epiſtomium ergo in hoc loco Iure conſ. ſignificat fereum inſtrumentũ, quo aquæ mnemurantes emittuntur, talia videmus in fontibus manu fabrefactis, in quibus ſunt huiuſcemodi lingulæ plures prominentes, quibus ora ſalientium & fiſtularum clauduntur aperiunturque, prout vſus poſcit: nam pertuſa ſunt, & vertuntur in vtranque partem, vulgus Gallorum vocat. & etiam hodie vtimur, cum manus illotas mundamus: vt docet Varro de re ruſtic. lib. 1. Epiſtomijs) inquit) ad vnumquamqua actum, ſic vt influat in conuiuium. Seneca ad Lucilium: Niſi aquam argentea epiſtomia effuderint, & adhuc plebeias fiſtulas loquor de his etiam Vitruu. lib. 10. Singulis canalibus ſingula epiſtomia incluſa ſunt, manubrijs ferreis collocata, quæ manibus cum torquentur ex arca pateſaciunt nares in Canales. Cotta.

Epithesis. Vlpian. l. Lex Cornelia in fi. de iniur. Eadem pœna ex SC. tenetur is, qui epitheſim, aliudve quid, ſiue ſcripturam in notam aliquorum produxerit. Eſt epitheſis inſcriptio quędam appoſititia, in contumeliam fraudemve alicuius facta. Spieg. Prat.

Epitheca Græcis eſt, quod dos Romanis. Vnde prædiorum epithecæ apud Iuriſprudentes, quas Papinianus impoſitiones interpretatus: quamuis pro epithecis vitioſe legitur, eotici, & apud Vlpianum. Lege c. 13. lib 22. Lectio. antiq Rhodig. Spie.

Epistimia, apud Modeſti. in l. ſcire oportet. 21 § 2. de tut. & cur. Sic enim legendum: Nam interpres, vt Scholium Haloandri indicat, Græcam vocem reliquit: quam Alc. exponit pro illabefacta nominis honoriſque ſui fama, *Niemands nachtheylig an ſeinem glimpff und ehren* Accurſius Etymio legit, & voluntatem teſtatoris interpretatur. Sed mentem Iuriſconſulti non ſatis percepit, quam idem Alc. cap. 59. eleganter explicat lib. pareig 2. Spieg.

Epithymia interpretatur conſcientia, vel deſiderium: & in hoc ſignificatu legitur apud Modeſtin. in l. ſcire oportet. §. 5. ff. de tut. & cur dat. ab his. Cotta. Sed rectius alij, Epitimia: in d. §. 5. manente epitimia, i. e. ſalua exiſtimatione & fama; noluit enim patẽs filiũ, licet à tutela remotũ, infamia notari. Pe.

Epitimium eſt ſuſpenſio vnius ſeptimanæ vel eſt quædam increpatio, vel genus pœnæ, ſecundum Ioannem Andream in gl. 41 qu. 4. omnis iactura vide Cœl. Rhodig. lib. 30. c. 18. Epitimia quoque de quo ſupra, aliquibus eſt mulcta, pœna, reprehenſio moralis & iurgatoria. in d. l. ſcire. Prat.

Epitogium, veſtis ſuperior clerici. gl. Clem. 2 de vita & hone. cler Pra. Sipontino genus pallij, quod ſuper togam ferebatur.

Epitome es, vel Epitoma, atis breuiarium interpretatur, vbi ſcilicet res in compendium rediguntur. Vlp. l. an inutilis, de acceptil. Epitoma inquit, liber Labeonis. Nebriſſ. At Bud. in l. qui leuandæ ff. ad leg. Rhod. de iact. annotat, inualuiſſe peruerſa conſuetudine, vt Epitoma neutro genere dicatur Id autem nec analogia, nec vſu, nec authoritate Doctorem defendi poſſe: errore vero eorum inductum eſſe, qui epithoma, vel epithema, & anathema, & ſimilia dici putauerunt. Spieg.

Epitome, epitomes, ſecundum aliquot fœminini generis, vltima producta, opus conciſum dicitur, vel compendium, quod breuiarium à noſtris interpretatur, vt apud Suetonium quem retuli Infarius in dictione Penoris. Conſuetudo vero hodie Epitoma, ſicut & gloſſema, & thema, & diploma & chriſma, in neutro profert, & ideo dicunt, L. Florum Romanarum rerum epitoma ſcripſiſſe, & Iuſtinum Trogi, & Auſonium Homari Periocha. Qualia etiam apud nos compoſuit Caius ex Hermogeniano, & Voluſius Metianus, vt refert Iulianus in l. qui leuandæ. ff. ad l. Rhodig. de iact. licet Metiani nomen in Martianum deprauetur à ſcriptoribus: in aliquibus tamen codicibus impreſſis verba illa apud Iulianum deſiderantur, ſcilicet libro epitomarum, ſeu epitomarum, vt protulit Politianus, & aliqui contendunt. Cotta.

Epitonia, ἐπιτόνια, ab ἐπιτείνειν, id eſt, intendi, ſunt inſtrumenta, quibus funes intenduntur: qualia pleriſque in Germaniæ locis cernuntur, tota inſtructa, & puteis applumbata eo ordine, vt terni & quaterni ſimul aquam eodẽ ex puteo haurire poſſint, funiculo per totam demiſſo. Vlp l. 17 §. 5. ff de action. empt. Caſtella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia (al. corrupta epiſtomia Briſ.) fiſtulis applumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non ſint affixa, ædium eſſe (conſtat. Hor.

Epocha. Vide Cuiac. obſeru. 54. c. 1.

Epulonas. Lege. Septemuiri.

Epulum, conuiuium eſt numeroſis ciuibus exhibitum, vel in honorem deorum, vel oſtentationem magnificentiæ, aut in funere parentali. Gell. lib 12. Solenni die epulum Ioui libaret: atque ob id ſacrificium Senatus in capitolio epularetur. Hor. 2. Serm Gladiatorum dare centum Damnati populo paria, atque epulum arbitrio. Atrius Iuriſconſ. de leg. lib. 30. l. 122. annuos: Vel ſi epulum inquit relictum fuerit. Nebriſſ. vid. l. 57. §. 5. de action. empt.

E Q.

Equa quam pullus comitabatur, l. 5. §. vſque adeo. ff. commodati. cuiuſmodi pullus equinus, Aculeus, appellatur, l. 26 §. item ſi iumenta, ff. de furtis. vbi Eculeus iumentorum ſequela dicitur.

Equestris dignitas vide l. 1. C. de æqueſt. dig. lib. 12. Ea inter patres & plebem fuit. Seuerus Imperator conſueuit equeſtrem ordinem appellare, Senatorum ſeminarium, iudicandi jus aliquando habuit, vnde Equites judices appellati. Deinde authoritas nominis vario ſeditionum euentu ſubſtitit circa publicanos. lege Roſcia jus ſedendi in quatuor decimo gradu theatri habebant. Et quia gerendorum annulorum authoritatem tenuerunt, illuſtres ab hiſtoricis appellati, olim ſexcenti numero fuere. lege Catanæum in princ. Comment. v. Spieg. vid. & obſeruat. P. Manutij.

Equestris facultas, cenſus equitum Romanorum, qui quadringentis millibus nummum (nam idem id eſt) conſtabat. lege Catan. Comment. & Bud. in l vlt ff. de Senat.

Equos publicos appellabant (vt eſt apud Ammianum Marcell. & Procopium lib. 2. belli Perſici) Veredos: alias ęrls, non multi: Quales ſunt, quos noſtri hoc tempore poſtas, & equos poſtæ vocant. Vnde & Curſus publicus aut fiſcalis dictus, cum ab Imperatoribus certis locis & manſionibus equi præcelleres deſtinabantur: quibus non vtebantur, niſi facultate impetrata, quam vocant tractatoriam, &c Brech. l. bona ciuitatis ff de verb. & rer. ſignif.

Equi appellatione non continetur pullus. l. ſed addes. ſi quis mulierem. ff. locati.

Equis legatis, equæ etiam continentur, vt Martian. l. legatis ſeruis. §. pen de legat. 3. Maſſens.

Equi agminales, qui agmen exercitus ſequuntur, ad conuehenda Impedimenta Gallice *les bagages*. l. fin. §. patrimoniorum, s. ff. de muner. & honor. Rebuff.

Equsculi Vmbriæ populus, in quarta regione Italiæ, quæ hodie ducatus Spoletanus appellatur, & Marſis finitimus inter Samnites & Pelignos. &c.

Equila, ſtabulum vbi equi concluduntur. Varr. li. 2. de re ruſt. c. 2.

Equiens mula, quæ equum appetit, vt creditur.

Equimantum, merces, quæ datur admiſſura equi. Spieg.

Equimulgus, victitans mulctu & equi ſanguine, pulteque milliacea biſce condita, Maro: Et lac concretum, cum ſanguine potat equino. Ioannes Bapt. comment. epiſt. Sidon. Apollin. ad Probum. lib. 4.

Equiso, domitor equorum, vulgo Paraſrenarius, tametſi priſci equiſones vocabant omnes, quibus alicuius rei regimen committebant. Spieg. (Rob.

Equitabilis locus, in quo facile equi inambulare poſſint. Ste.

Equitarii, qui equitijs præſunt vel curant, quibus affines vel Mulomedici habentur, dicit Cælius Equitarius. vide infra Equitium.

Equitia

Eqvites cur dicti quæque ad eos pertinent, late, docteque explicat Alex. Neap. lib. 2. c. 29. Attigit etiam Alciat, enarrans l. plebs eſt, de verb. ſign. Bud item in d. l. vlt. de Senat. Spieg.

Eqvitem etiam appellamus eum, qui vel aſino, vel mulo, vel camelo inſidet, nedum equo: monuit & ante Apel. Beat. Auguſt. c. 3. lib. de ciuit. Dei. Eques ait, non homo & equus, ſed ſolus homo eſt. At Gellius, Marcellus, Macrobius & Seruius, docent equitem pro equo accipi, teſtimonio tum Ennij, tum Virgilij. Macrobius, omnes, ait, antiqui ſcriptores, vt hominem equo inſidentem: ita & equum, quum portaret hominem, equitem vocarunt: & equitare non hominem tantum, ſed & equum quoque dixerunt. Spieg.

Eqvites medij inter patres & plebem interiecti cum eſſent, tamen in plebe cenſebantur: donec Cicero, vt ſcribit Plin. eum ordinem, à quo prouectus erat, cum eſſet Conſul, Senatui conciliauit, & vſque eo vires eius & dignitatem auxit, vt tertium quiddam factum ſit corpus ciuitatis, cœptumque eſt ſeparatim Senatui populoq; Romano adijci, dixeruntque S. P. Q. R. & E. Senatus populuſq. Rom. & equites: vt non pro dignitate ſecundi, ſed poſt populum vltimi, quia nouiſſime adiecti eſſent. Connan. lib. 1. c. 13. n. 5.

Eqvites aurati, quos nos *Ritter* appellamus, & per errorem vulgo Milites vocant: in Equitum Romanorum ſucceſſere locum, de quib. lib. 12. C. de Equ. dignit. Nam vt olim Romani Eq. aureis annulis à plebe, ſic noſtri iam aureis, à reliqua nobilitate, calcaribus diſtinguuntur. Vulgaris nobilitas aurum nunc vſurpat, poſtquam virtus in pretio deſiit eſſe, qua vna præſtare oportuit. Adde quæ de his pulchre ſcripſit Viglius in Rubr. Inſtit. de teſtam. milit. Spieg.

Eqvitivm, equorum armentum. Vlpianus: Equitij vſu legato, videndum, an & domare poſſit, & ad vehendam ſub iugo vti. Equitiarij, equorum moderatores. Differunt autem Equitij legatum à legato equorum, l. equit. ff. de vſuc. § ſi grex. Inſtit. de legat. l. plenum. § equitij. ff. de vſu & habit. Spieg. Hot.

Eqvitivm, equorum mandra eſt, ſeu armentum equinum. Inde Equitiarius dictus armenti cuſtos, quaſi præfectus equitij. Firmicus Maternus refert, equitiarium futurum, qui natus fuit oriente Centauro. Equitij meminit. Vlpianus in l. plenus. § equitij vſu. ff. de vſu & habit. & in l. ad ſin. ff. de rei. vend. alio vocabolo Polia (πωλεία Gotb. ad l. 38. ff. de ædil. edict.) appellatur Vlp. in l. ædiles aiunt § vlt. ff. de ædil. edict. Cotta.

Eqvvli, id eſt, parui equi, in pecudum fructu. Inſt. de rer. diuiſ. § 37. l. 14. § 15. verſ. item ſi jumentu. ibi, quorum ſequela erat equulus. ff. de furtis. Sic equula apud Varr. Nemo eſt tam negligens, qui ſumma diligẽtia eligat aſinũ, qui faciat equulam.

Eqvvlevs. Haloand. in d. § 15. vbi vid. & Gothof.

Eqvo publico trãſuehi quid ſit, vide infra in verbo, Tranſuehi.

Eqvvs publicus autem erat, quo equites Romani merebant, eis à Cenſore aſſignari ſolitus. Quid autem fuerit equus publicus parum compertum eſt. Varro in libris de lingua Latina: Equum publicum mille aſſarium vocat, quibus verbis, vt Sigon. lib. 1. de antiquo jure Ciuium, putat, ſtipendium forſaſſe aliquod, vehendi, vel emendi equi cauſa de publico conſtitutum ſignificat. Plin. lib. 33. equum publicum, equum militarem vocauit, cum de ordine equeſtri verba faceret: Annuli, inquit, plane medium ordinem, tertiumq. plebi & patribus inſeruere, & quod ante militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ judices tribuunt. Item equitum nomen ſubſtitit in turmis equorũ publicorum. Intelligit enim equites primum, ab equis publicis, poſt à cenſu judices dictos.

Eqvvs pro animali ſatis cognito, leg. Idem Pomponius, § idem ſcribit, ſi equus tuus equam meam prægnantem fecerit, non eſſe tuum, ſed meum quod natum eſt. ff. de rei vendic.

Eqvvs militaris, l. officium. ff. de re milit.

Eqvvs caſtratus, l. 38 Cœlius ff. de ædil. edict.

E R.

Eradere titulum inſcriptos monumento. Paulus l. 1. ſent. t. 27.

Ere, id eſt, ex vtilitate, vel ex præſenti muneria, vt Alciat. exponit. Apud Haloan ſic incipit, l. 5. ff. ſi certum pet. cum receptior lectio habeat, Bene eſt, quam & ipſe Alc. probat. Spieg.

E republica, id eſt, pro Reipublicæ vtilitate, vel in commodum Reipublicæ.

Erania pecunia quid ſit, & corrupte hactenus herosa apud Iuriſconſultum in l. credit. de ſolut. lectum eſſe, Alc. oſtendit eleganti c. 25 lib. Diſpunct. 2. Cataneus apud Plinium ſecundum, vocem Eranos, interpretatur Exactores collationum: dicens, ſic Pollucem, Athenæum, & eos ſecutum Harmonium interpretari. Spieg.

Erasi, quos vulgo extra ſtatum poſitos dicimus, *Die ihrer ehren oder empter entſetzt ſeynd* ex Bud. & Catanæo. Plin. in Panegyr. Datum eſt iis, inquit, qui poſt edictum tuum in locum erasorum ſubditi fuerant, æquatiq; ſunt cæteris, illi etiam quibus non erat promiſſum: id eſt, Budæo exponente, Delectorum è numero eorum, qui accipiebant congiarium. Spieg.

Erciscera, pro diuidere, ex Feſto notum eſt, Iudicium de hæreditate inter cohæredes diuidenda, cum id nominis obtineſit, pluribus docet Riual. in 12. Tabul. interpretatione. Spieg. Erciſceri, pro erciſci, Cic. 1. de Orat.

Ercisci, verbum antiquum eſt, & ſignificat Sext. Pomp. diuidere: forte ab arceo, es, deriuatum: al. ab erceo, pro arceo, quod in diuiſione hæreditatis alter, vel vterque pars ab altera arceatur, id eſt, ſeparetur. Hinc dictũ Iouem Ercium, quod arceat à nobis mala Zaſ. § quædam Inſtit. de actionib. Accedit Pontan. lib. 1. de Aſpirat. quum ait: At Erciſcundus, quam vocem apud Iuriſcoſſ. ſæpius reperies, quem alio nomine penetralem Romani vocabant, aſpiratione caret. Ercium enim antiqua dictio, vnde Erciſcundum dici volunt, à coercendo tracta eſt. Vnde Iouem Ercium putn dici, quod mala crederetur arcere. Alij ab ἑρκίζειν, quod interſepire & diuidere ſignificat, deduci contendunt: ideoq; aſpirandum dicunt. His Old. ſubſcribit Accurſius vocis huius vim ignorans. Spieg.

Erciscvndæ familiæ, verbum antiquum, & Decemuirale: quod ex duodecim tabulis in vſum venit, Hereditatis diuidendæ ſignificat. Nam, vt Gaius ſcribit, familiæ erciſcundæ, actio proficiſcitur à lege 12. Tab. l. 1. ff. famil. erciſc. Cic. 1. de orat. Nec ſi parui nauigij & magni eſt in gubernando eadem ſcientia, idcirco, qui quibus verbis erciſceri oporteat neſciat, idem erciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit.

Erctvm, vide Erectum.

Ἐρέται, ſunt remiges. Thucyd. ἐρέτας μισθοῦ πείθοντες.

Erectvm patrimonium, nondum diuiſum, Feſt. lib. 5. Erectum quod ſit inter conſortes, vt in libris legum Romanarum legitur. Erectum à coercendo dictum: vnde & erciſcundæ, & erciſci. Citum autem vocatum eſt à ciendo. Ad hunc locum illud Seruij pertinet libro Æneid 8. Donatus, inquit, hoc loco contra metrum ſentit, dicens, Citæ, diuiſæ: vt eſt in jure, Erecto, non cito: id eſt patrimonio vel hereditate non diuiſa. Hæc illi. Mirum autem videtur mihi, niſi apud vtrumque **Ercivm**, non **Erectvm** legendum ſit, vt Erctum dicatur, quia cum hereditas diuiſa eſt, alter ab alterius parte arcetur. Hot.

Erama territoria, id eſt, inculta, ieiuna, in l. 4. vbi Gothof. C. de cenſib. lib. 11.

Eremodicivm, ἐρημοδίκιον, deſertum judicium vt origo vocabuli demonſtrat. itaque ἐρημοδίκιον Heſychius μονομερῆ ἀγωγὴν interpretatur, id eſt, judicium ex vno litigatore conſtans: ſed quod idem addit, cum reus abſens damnatur, ad noſtrum eremodicium non pertinet: quod nõ modo ad rei, ſed & ad actoris abſentiam Iuriſconſulti referunt: nam de actoris abſentia locus eſt apertiſſimus in l. 7. in ſin. ff. de minorib. Iıſ & in eremodicijs minori ſubuenitur, inquit Vlpianus: conſtat autem omnis ætatis hominibus reſtaurationem eremodicij præſtari, ſi ſe doceant ex juſta cauſa abfuiſſe. De rei vero abſentia idem ſic loquitur in l. 15 ff. judic. ſol. Quum quærebatur, ſi interpoſita judicatum ſolui ſtipulatione, quum quis rem non defenderet, poſtea ex eremodicio ſententiam eſſet paſſus, an ob rẽ judicatam clauſula committitur Et Imper. in l. 11. ff. de judic. Sin autem reus adfuerit, & ſimilis ejus proceſſerit requiſitio, quemadmodum pro perſona actoris diximus, etiam abſente eo eremodicium contrahatur. Item aliquanto poſt, Quum autem eremodicium ventilatur, ſiue pro actore, ſiue pro reo, examinatio cauſæ ſine vllo obſtaculo celebratur. Hot.

Eremodicivm (cum & Romani Iuriſconſulti hac Græca voce vtuntur) proprie appellatur, cum poſt obitum vadimonium judicium iam cœptum deſeritur. Sic Papinianus meminit deſertæ litis, quæ in judicium deducta erat, l. 31. § litem. de nego. geſt. & Paulus litis deſertæ, quæ conteſtata erat l. 2. judicat. ſolui. ſicuti & Vlpian. vocat deſertam promiſſionem judicij ſiſtendi cauſa, cum de vadimonio deſerto loquitur, l. 4. § quæſitum. Si quis cautionibus. Siue autem actor, ſiue reus deſereret judicium iam cœptum, dicebatur eremodicium, (Cuiac. ad l. 13. § 3. 4. C de judicijs) ſicuti Iuſtinianus in propoſita conſtitutione ſignificat, & Iuriſconſultis antea vſurpabant, l. 7. § vlt. de minor. l. 13. judic. ſolu. Peragebatur autem eremodicium, ſed μονομερῶς, hoc eſt, altera tantum parte. Sic enim & Græci & Latini Iuriſconſulti etiam locuti ſunt, & fieri ſolebat, vt eremodicij pœna eſſet damnum litis, h. e. qui judicium deſeruiſſet, cauſa caderet: & deſertor damnaretur, niſi ſi ex cauſa daretur reſtitutio, & deſertæ liti inſtauratio, l. 7. § vlt. de minor. l. 1 C. ex quib. cauſ. maior. l. 13. judic. ſol. l. vlt. ad SC. Trebell. Balduin.

Eremodicivm, litis non vadimonij deſertio, Gouean. 4. Var. 39. & Briſſ. in Lexic. ἀπὸ τῆς ἐρήμου δίκης, quod deſertam litem ſonat: cum cauſa μονομερῶς agitur, vide inſr. Vadimonium.

Eremodicii exemplum, Paul. in l. vlt. ad SC. Trebell. proponit, vbi Polycrates, quum ejus aduerſarius Phœb. μονομερῶς egiſſet, victus eſt. Nam vt ſcribit Heſych. ἐρήμη μονομερὴς δίκη ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ δικαζόμενος τὴν ψῆφον ἐνέγκῃ. Erema, inquit, eſt judicium vna ex parte conſtans, quum reus, qui ſe nõ ſiſtit in judicio, cõdemnatur. Hot. Hujus nominis meminit Iuriſconſultus in l. & ſi ſine, vlt. ſeu in leg. nit prætor. ad fin. ff. de minorib. apud quem mendoſe Hermodicium legitur. de Eremodicio Imperator in l. properandum. § ſin autẽ reus. vbi

Digitized by Google

Accurſius, C. de judicijs. Dica tamen recipitur etiam apud Latinos. Terent. in Phormione: Si tu illam attigeris ſecus quam dignum eſt liberam, dicam tibi impingam grandem. Tullius: Scribitur Heraclio dica. Euclio apud Plautum in Aulular. Ad prætorem hercle te rapiam, & tibi ſcribam dicam. Et propter ea eremodicium dicitur judicium illud, quum aliquid reo abſente cognoſcitur, & ſolo actore præſente cauſa ventilatur, & idem poſtea nobiſcum ſentire viſus eſt Alexander Genial. lib. 4. cap. 15. Cotta.

Erga, vide Ergo, mox infra.

Ergasiotani, in l. 5. princ. C. de epiſc. audien. vbi alij Ergaſioctoni, Ergaſiotæ: Gothofr. Ergoſiroui: Hot. Ergaſtici, id eſt, operæ, quæ in operibus publicis conductis ab aliquo q principe & magiſtro gubernantur. Gothof. in d. l. 5.

Ergasteria, ἐργαστήρια, Officinæ fabrorum atque opificum: itemque tabernę, in quibus merces venduntur. Imp. l. ſi cohortalis, 12. C. de cohort. Qui diuerſarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas ſcilicet, vel gemmarum, argentique & veſtium venditores, apothecarios etiam; cæteroſq; inſtitores aliarum mercium, quibuſcunque ergaſterijs adhærentes. Ste l. 2. C. de apiſc. & cleric. l. 2. C. de met. & epidim. l. 9. C. de operibus publicis. l. 26. §. illos, C. de vſur. Hot.

Ergasterium eſt locus, vbi aliqui operantur, vt docet Suidas: (vel taberna mercimonijs deputata. Prat.) officina opificum mechanicorum: cuius ſæpe facit mentionem Iuſtin. in Conſtit. περὶ τῶν ἐργαστηρίων Κωνσταντινουπόλεως, non vnde ait Accurſ. dictum, ſed ἀπὸ ἐργάζεσθαι, id eſt, alicui operi incumbere, quod vocabulum eſt Terentianum, ſicut affirmat Heſych. & apud Demoſth. in Orat. τὰς καθήσας ἐπ᾽ ἐργαστηρίῳ γυναῖκας, mulier dicitur, quæ publice toto corpore ſe proſtituit: quod notauit quoque Bud. in linguæ Græcæ comment. Ferran. lib. 2. explicat. in l. rem non nouam. C. de judic. c. 7.

Ergasterium, Gothofr. ad l. 32. pr. C. locat. & ad l. 2. pr. C. de epiſc. & cler. ſimpliciter eſt officina vel taberna. ad l. 165. de verbor. ſignif.

Ergasterio præeſſe & adhærere mercatores dicuntur. Briſſ.

Ergastulus, qui & Ergaſtularius, cuſtos carceris. Quamuis & ergaſtulum pro eo eſt reperire, qui damnatur fodir. Plin. Colo rura ergaſtulis, peſſimum eſt, vt quicquid agitur à deſperantibus. Ergaſtulum, inquit Bud. locus, in quo mancipia deteriora in vinculis opus facere cogebantur, vt metallarij ſerui ſolent. Pomp. IC. Qui ve domi erant vincti, qui ve in ergaſtulo cuſtodiebantur. Spieg.

Ergastula ſunt carceres, preſſiones. Prat.

Ergastularii, ergaſtulorũ cuſtodes, & ergaſtulo præfecti. Pr.

Ἐργοδιδάσκαλοι, diuerſorum operum profeſſores. Goth. not. ad l. 1. C. lib. 4. tit. 59.

Ἐργόχειρα opera manuum, v. Gothof. not. ad c. 6. poſt prin. N. 153.

Ergolabi ij dicuntur, qui opus aliquod faciendum cõducunt, vt Suidas ait. Quos Teleclides Comicos ἐργολάβους vocauit, teſte Polluce, qui ἐργολάβας ſiue ἐργολαβοῦντας eas omnes dici putat, quorũ cantarios Xenophon ὠνουμένους nominauit: Eſt enim ἐργολαβεῖν rem perficiendam ſuſcipere, vt inde lucrum quis faciat: hos conductores, Latini redemptores vocant, & Cicero nonunquam ſequeſtres appellat. Xenophon; ἄλλ᾽ οὐδὲ γεωργοὺς ἐργολαβοῦσι καὶ μισθωτοὺς οὐδὲ γεωργοὺς ποιοῦσι. Hujus verbi vim pulchre expreſſit Æſopius ἐν τῷ περὶ ... πλεονία, loquens de mulierib. ad funera conductis: ait enim, σὺν ὀδυνῶν ἀλλοτρίας συμφορᾶς ἐργολαβοῦσι, quod interpres male explicat. Quare male videntur notaſſe Sau. Pagninus & nonnulli alij, ἐργολαβεῖν eſſe operam elocare, cum quis poſſit operã locare, nec opus aliquod perficiẽdũ cõducere, nec omnes redemptores operã ſuã elocent, quandoquidem non omnes redemptores ſunt artifices. Plato li. 2. πολιτειῶν, ἐργολάβους inter artifices minime neceſſarios enumerat. Hoc nomẽ apud Oratores in malã partem capitur. Demoſthenes περὶ ... ἀλλὰ μὴν συνεσταμένοι μηδὲν μηδὲ ἄλλο ... ἐργολαβοῦντες ... τῆς πόλεως. Ita etiã ſequeſter à Cicerone nonnunquam in malã partem accipi ſolet, vt pro Cluentio, Cujus tu tribus venditorem & corruptorem, & ſequeſtrũ Plancium fuiſſe clamitas. Verum dupliciter contingere poteſt, vt aliqui opus faciendũ redimant. Nam aliquando non ſunt ipſi artifices, ſed alij qui poſtea artificibus id opus minori pretio perficiendum locant, de quibus Imperator hic intelligere videtur, cum ipſos ab artificibus diſtinguat. Quãuis etiam de vtraque ſpecie poſſit intelligi ſi nomen artificis referat tantum ad eos, qui operas ſuas ex die in diem aliquo pretio pacto locant. Quod ego verius arbitror, Ergolabum licet artifex aliquod opus faciendum conducat, non tanquam artifex, ſed tanquam, redemptor id efficiet. Fern. li. 2. explicat in 1. de Monopol. & conuent. c. 9.

Ergolabi qui ſint, ita Cujacius explicat: Sæpe potentiores alienas actiones ſuſcipiunt, & intendunt quaſi ſuas, præſtantq; hoc modo cauſis alienis patrocinium, ſuum nomen accommodantes, vel gratia, vel mercede: rurſus mercede modo data, modo accepta. Mercede data, vt ſi quis actionem alienam, pecunia redimat, ejus qui actione tenetur laceſſendi, vexandi, vlciſcendi gratia: quod eſt odioſum & inuidioſum, ideoque ſolet emptio nominum ſtrictius accipi, l. penult. C. mandat. eſt enim plerunq, tam calumniæ & vexationis emptio, quam juris & ἐργολαβίαι meta. Harmenopolus: ἐργολάβος δέ ἐστιν ὁ χρήματα διδοὺς ἐπὶ τῷ ἐγχειρισθῆναι ἀγωγήν. Mercede accepta, vt ſi quis alienam litem agendam ſuſcipiat quaſi ſuam, ſub pactione tertiæ, vel quartæ, vel dĩmidiæ partis: quod leges vetant, l. 20. C. mandat. l. item. C. de procur. l. 5. C. de poſt. l. ſumptus, ff. de pactis. l. 1. §. ſi cui cautũ ff. de extraord. cogn. Idemque eſt ἐργολαβεῖν, Zonaras Chalced. Synod. c. 3. ἐργολαβεῖν καὶ παρὰ τοῖς νόμοις διαβεβλημένον ἐστιν: ἐργολαβεῖν δέ ἐστι τὸ ἀλλοτρίας ὑποθέσεις πραγματείας ἐπιτηδεύειν ... κέρδος. vel ſi bona aliena, aut agricolas alienos defendendos ſuſcipiat mercede certa: quod etiam leges vetant. l. 1. & 2. C. vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcip. vi & eſt ἐργολαβεῖν, vt nou. Tiberij de diuin. domib. γεωργοὺς ἀλλοτρίους ἐργολαβεῖν, καὶ ... ἀναδέχεσθαι: Nouel. Iuſtin. 17. τὰς ἑτέρων ἐργολαβεῖν, id eſt, aliorum bona patrocinio ſuo defendenda redimere. Cujac. obſ. 8. c. 31.

Ergolabus, operarius, manceps, operarũ redemptor: & apud oratores, ſycophanta, quadruplator, quęſtu delationes habens, compendia ſua quærens ex alienis diſpendijs: item interpres ac ſequeſter: (Cic. v. ſupra) qui judicijs corrumpendis, aut ſimilibus maleficijs ſuſcipiendis operam ſuam locant. Prat.

Ἐργολαβία, merces ex labore, redemptio operis.

Ἐριόξυλον, in l. 70. §. 9. de legat. 3. q. dicas, lana ligno decerpta: eſt lanugo, quę ex pomo fruticis cuiuſdã apud Arabes depectitur à veteribus goſſipiũ. Prat. & Gothofr. ad § 9. ex Alc. 6. Parerg. 25.

Erga. Ergo patronem affixæ ſtatuæ, l. 245. de verb. ſign.

Ergo. Quid ergo; id eſt, quid dicemus l. 17. ff. de vſur. l. 1. §. meminiſſe. Briſſ.

Ergo correptum ſignificat idem, quod Græcis οὖν: productum idem quod χάριν, gratia: cum ſcilicet gratia intelligitur pro cauſa, vt virtutis ergo, Hinc Virg. lib. 6. Æneid.

——illius ergo

Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Ergo verbo in eum ſignificatum vſa eſt lex XII. Tabularum, verba legis hæc ſũt, Qui coronam parit, pecuniave eius virtutis ergo ipsi mortuo parentiave que eius, dum intus positus esset, forisve fereture, sine fraude impositа esto. Hanc ex XII. eſſe Tab ll. ait Pli. lt. 21. c. 3. eandẽ explicui lib. 4. veteris. Iuriſpr. l. 45. Prat.

Eripere, eſt de manibus auferre per raptum Eximere, quoquo modo auferre Pompon. nothor. l. ſed eximendi. Ne quis eum qui in jus voc. Spieg. ex Old.

Eripi vitio injuriatum patrifamilias, l. 17. §. vlt. ff. de iojurijs.

Eripi etiam dicitur, quod aufertur, quaſi ab indigno, aut alias fiſco vindicatur. Sic eripi hereditas paterna heredi filij, qui patris ſui Teſtamentum aboleuerit, dicitur l. 26. ff. de leg. Cornel. de falſ.

Erit, interdum præteritum tempus demonſtrat, l. verbum erit de verb. ſign. vt ſi in teſtamento dictum ſit? Quod in codicillis ſcriptum erit, vel quod quibuſque tabulis rel. quero, valere volo, intelligentur hęc verba; Cum moriar, quodcunque codicillis vel tabulis reperietur ſcriptum, ſiue ante teſtamẽtum ſcriptæ tabulæ, ſiue poſt Spieg. vide Gell. lib. 17 c. 7.

Ἑρμηνευτικὸν interpretium ac paratinm ex: præmium ſc. quod nuptiarum, amicitiæ, aſſeſſuræ, vel ſimilium, proxeneris datur l. vlt de proxenet Prat.

Ero, eronis, vide erro mox inft.

Erogare, impendere, diſtribuere. Paul. in l ciuitatibus de leg. 1. Nihil ex teſtamento videtur capere, qui tantum erogat, quantum accipit.

Erogare interdum ſignific. præſtare, vt l. 31. §. Lucius. ff. de adminiſtr. & peric.

Erogare per partes, in l. quædam ff. de edend. apud Apuleium, pro valde rogare, pijs, inquit, precibus erogatus, erbetten. Sed Exrogare, eſt ex lege vetere aliquid eximere per nouam legem, tradente Feſto. Spieg Hot.

Erogare per codicillos, id eſt, dari, ſeu relinqui, l. 4 ff. de L. Cornel. de falſ.

Erogationem in honorem filij facere, apud Scæuolam l. fin. de pet. hered. Spieg.

Erogatores, qui vltimam voluntatem exequi debent, non poſſunt alijs vices ſuas mandare: ſecundum Baldum notabil. in l. nulli in ſecunda col. de epiſcopis & clericis. vbi dicit in practica ſeruari. ſequitur Alex. in l. ſi ſtipulatus. in princ. in vlt. col. de verb. oblig. & Felin. in c. vlt. col. penult. de offic. deleg. vbi Baldus & alij per Felinum relati limitant procedere in executore dato ab homine: ſecus ſi à lege vel canone daretur, vt in epiſcope; juxta ea, quæ late refert Bald. in l. repet. l. 1. in pen. col. de leg. 2. Cotta.

Erogata, l. 5. tit. 34. lib. 7. C.

Erogationes, diſtributiones, largitiones. Prat.

Erogator, l. 16. pr. tit. 58. lib. 12. C. [naturæ fragilitatem. Old.

Errandi facilitas, cognata eſt hominibus propter corruptę.

Digitized by Google

Errans circa cauſam facti in ipſo quoque facto erraſſe videtur. l. ſi poſthumus, in fin. ff. de lib. & poſth. Spieg.

Errans, dubitans, ignorans, titubans, quibus modis differunt, tradit Bart. in l. qui teſtamento, ff. de teſtam.

Errare eſt aliud pro alio putare. Azo in Summa, C. de juris & fact. ignor. vnde Errantis nullus eſt conſenſus Spieg.

Errare etiam eum exiſtimat P. Faber in l. id quod noſtrum. 21. ff de diuerſ. reg. jur. qui metuit: Quoniam, ait, in metu ineſt ignorantia, l. item ſi eum exceptione. §. in hac actione ff. quod met. cauſa quod recipi poteſt propter ceſſantem voluntatem. quoniam metuentis nulla eſt voluntas. Sed mouet quod ſcribit Paulus l. ſi mulier. 21. §. ſi metu. ff. quod met. cauſa. nempe coactum velle. Voluntas coacta, voluntas ſit nec ne, docent Dd. in d. §. ſi metu. Prat.

Erratum eſt, quod conſulto admiſſum non eſt, minuſque quã vitiom ſignificat. Idem etiam quod mendum, error, denotat.

Ero, Eronis. Tabulis aut Eronibus, in leg. 31 in med. locat. vbi Græci Cophinis pro Eronibus, Cujac. 7. obſer. 39. qui ibi legit Heronibus. Alij Beronibus vel Peronibus, id eſt, ſacis, vt Budæus & Cotra. Turnebo 24. aduerſ. 21. Erones ſunt texta quædam ſtorearum & tegetum more, in quibus pauperes dormiebant, ac fruges reponebantur. Item Vaſa viminea tegetibus & Cophinis ſimilia, Græcis φορμοί. Donatus in Phorm. Terent. Phormio non à formula, ſed phormione dicitur Spatteo, quem nos Eronem dicimus trivialiter, & pro conſuetudine, Prat. & Gothofr. ad d. l. 31. vide inſt. Pero.

Eros, erotis nomen ſerui, l. 3. C. ſolut. matr. Erotes, ſerui, l. 3. §. 5. de rei vind. l. 14. de fideic. lib.

Errones, vagabundi ſerui & fugitiui, nobis *Sterczer*: ſic enim interpretatur. Vlp. tit. de ſeruis fugitiu. Quanquam Arrianus de re milit. l. qui eum velit erronis crimen in ſeruo leuius eſſe, quam fugitiuo. Inde Labeo puſillum fugitiuum erronem appellat: vt ex diuerſo, magnum erronem. In ſumma, Erro eſt, Caraoæo etiam diligentiſſimo & doctiſſimo Grammatico judicante, qui non equidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur: & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſerius ad dominum redit. §. erronem. l. quis ſit fugitiuus. ff. de ædil. edi. Erronem autem non ſecundum propoſitionem mentis ſolam, ſed cum aliquo facto intelligi decet l. 225. de verb. ſignif. Briſſ. Hinc Columella erronem apud ducem, cenſet, detractis alis, velut quadam compede, domi retinendum. Spieg. ex Oldend. Porro P. Nigidius Errones etiam ſtellas, quas alij erraticas, appellat, vt teſtis eſt Gellius lib. 3. noct. Attic. c. 10.

Error eſt exiſtimatio, qua approbatur verum eſſe, quod falſum eſt, vel falſum eſſe, quod verum eſt: vel certum eſſe, quod incertum eſt: aut contra.

Error, pro vagatione apud Vlpianum, cum de ſeruo corrupto loquens, Aut amator exiſteret, ait, vel erroni, vel malis artibus eſſet deditus, in fi. l. 1 de ſeru. corrupt. Interpres Accurſius non intellexit hunc locum, vt expoſitio ejus declarat. Spieg.

Error & dubitatio paria ſunt. Did in l. fin. C. de condict. indeb. l. fin. § ſi autem neſcius & dubitans. C. de furt. A Celſo tamen in l. quod non ratione ff. de ll. error accipitur pro vago alicujus vſus incepto, quod certam æqui & boni rationem non habet. Nam errare inter alia ſignificata ponitur pro vagari & diſcurrere, ſicut & Coerrare apud Iuriſconſ. de offic. præfect. vigil. Spieg.

Error licet conſenſui maximè ſit contrarius. l. ſi per errorem. 15. ff de juriſd. non tamen protinus, ſi quis errat, diſſentire intelligitur. Volt. l. 2. Comment. Inſt. tit. 10. in pr. n. 25.

Error & ignorantia promiſcuè accipiuntur in jure, & idem vitium in ſpecie ſignificant, l. Iuris ignorantia non prodeſt, & l. ſeq. ff. de jur. & fact. ignor. l. error facti. C. eod. tit. Differunt: error nunquam admittit veritatem, ſemper id ſequitur, quod falſum eſt. Ignorantia veri & falſi eſſe poteſt. Error ſine ignorantia eſſe nequit: ignorantia ſæpe eſt ſine errore: non enim qui ignorat, continuo errat, ſed qui ſe putat ſcire, quod neſcit. Prat.

Error procedit ad actionem dicti vel facti falſam. Ignorantia poteſt etiam intra animum latere, nec progredi ad actionem externam. Et ex his collige, quomodo intelligendus ſit rubrica ff de jur. & fact. ignor. hoc eſt, politicôs, vt ignorantia ſemper habeat comitem errorem. Old.

Error computationis circa prouocationem corrigitur. Verbum eſt Macri, in l. 1. Quæ ſent. ſine appellatio. reſcind. Spieg.

Error eſt facti aut juris. In jure errat, qui falſo putat ſibi quid per leges licere, quod non licet, vel non licere, quod licet Bri.

Error juris à judice contingit vel per theſim, Id eſt generali deciſione, generalib verbis: vel per hypotheſim, id eſt, per indiuiduum: cum perſonæ & cauſæ nominantur. Theticus ipſo jure nullus eſt: Hypotheticus, ſiue ſuppoſititius, licet ſit injuſtus, tamen non eſt nullus. Iſta tractantur in lege ſecunda C. Quand. prouoc. non eſt neceſſ. & in l. poſt princ. ff. Quæ ſent. ſine appell. reſcind. Obſerua, quod & error juris facti nomen recipit. Quatenus enim error, jus eſt: factum autem, quod in alio quam veritate ipſa conſiſtit. Spieg.

Error juris bifariam conſiderari poteſt. Aut enim erratur jure conſtituto ac certo: aut in aliquatenus dubito, vt cum erratur in jure quod quis in ſuo habet negotio, l. 2. §. 1. ff. Quæ ſent. ſine appell. reſcind. Spieg.

Error facti, cum aut quod factum eſt, factum neſcitur, aut quod factum non eſt, factum putatur. Et eſt vel proprij, vel alieni. Vtriuſque permittitur excuſatio, ſed diſpar, quia facilius in alieno facto errans auditur, quam in proprio, l. plurimum. de jur. & fact. ignor.

Error facti, ſeu proprij, ſeu alieni, quandoque cenſetur juſtus, quandoque culpabilis: Iuſtus, cui nulla ob jus poteſt culpa, quod errans non habuerit rem notam, ſed quia ignorauit poſtmodum emergentia: Culpabilis, qui reprehendi poteſt propter culpam ſeu negligentiam inquirendæ veritatis. Prat.

Non ſolum **Error** facti, verum etiam juris, fraude, calliditate, machinatione, ſimulatione, catena, malam fidem non inducit. Gœdd. de verb. ſign. ad l. 109 num. 4.

Error item aliquando eſt in corpore, aliquando in ſubſtantia, quantitate, qualitate, cauſa, nomine. Error in corpore: vt ſi fundus, aliut pro alio: ſi hæres alius pro filio ſcribatur: qui error perſonæ eſt.

Ab **Errore** corporis ſeparat Vlp. errorem in ſubſtantia: veluti ſi acetum pro vino vænocat, in corpus quidem conſenſum; ſed in materia erratum accipit. l. 9. & l. 11 ff. de contrah. empr. in materia autem & qualitate errorem coniungit in l. 14. cod. tit. in qua docet in materia errari, ſi æs pro auro vænea. Briſſ.

Error tripartito in jure ſolet conſiderari. Arcetinos inſtitut. de vſucapionib. §. Error. Et imprimis vt ſit error injuſtus, quando quis nulla aduerſarij calliditate inductus in facto proprio errat, cujus exemplum eſt in dicto § error. Huic contrarius eſt error juſtus, cum quis in facto quidem proprio errat, ſed aduerſarij technis circumſcriptus, quia videlicet rem notam non habuerit, vt ſi fortè procurator meus, cui emendam rem mandaueram, perſuaſerit, ſe mihi emiſſe, egoque illius fidem ſecutus rem ipſam reſcribere velim. Eius exemplũ eſt in l. de ætate. §. interdum, & §. qui juſto ff. de interrog. in jur. Eſt & tertius error, quem ipſi juſtiſſimum vocauerunt, vt eſt error facti alieni, hicque omnibus juſtiſſimam patrocinij cauſam præbere ſolet. Decius in l. qui in alterius. ff. de reg. jur.

Error calculi, cum in ratione ſubducenda per imprudentiam erratum eſt, ſic vt tranſactio falſa ſuper eo errore facta ſit. l. vbi v. Barr & reper C. de error. calc. Prat.

Erroris fidejuſſio nulla eſt, l. 27 ff de fidejuſſ.

Erubescimus id eſt, pudore afficimur, cum quid ſine lege dicimus, in Authent. de trient & ſemiſſ § conſideramus. Spieg.

Erudrare, eſt repurgare, ruduſque, hoc eſt, comminuta fragmenta dirutorum ædificiorum auferre. Spieg.

Eruoirs puerum, l. 27. ff. de rei vind.

Eruere, pro detegere apud Vlp. in § ſed ſi ſeruus. l. inde Nerat. ad l. Aquil. Eruere veritatem. l 7 ff de teſt.

Erumpere aqua in meo, l. 21 ff. de aqu & aqu. plu.

Ερύμπες appellantur quidam manumiſſi vel liberti apud Lacedæmonios: de quibus vide Athenæum lib. 6. vt refert Bald. tit. de libertinis.

E S.

Escale, Eſcatium, Eſcale argentum, pro eſcario, l. 8. de ſuppell. leg. Hotom.

Esculentum, quod edi poteſt. Modeſtin de offic. præſid. Niſi eſculentum, poculentumve, quod intra dies proximos prodigatur. Spieg.

Esculentorum legato continentur non ea tantum, quæ eſſe. ſed & ea, per quæ eſſe ſolemus, l. 1 ff de penu. leg.

Esquiliæ. Eſquilias duos vrbis montes eſſe, ex Varrone docemur. Celebrior tamen pars Eſquilinus mons dictus eſt, vel ab auium excubijs, vt apud Ouid. 2 Faſtor. legimus. vel ab aucupibus, quod eo loco quiſquilijs projectis auibus illuderent, hic ex vrbis collibus ſolus duplici jugo & aggere munitur, cum reliqui ſingulis contenti ſint. Ex quib. alter Ceſpius nuncupatur, alter Oppius. Qua de re vide Marlianum lib. 1. & lib. 5. c 9. Alex ab Alex li. 6. c. 15. Noſtra autem tempeſtate Eſquiliæ incipiunt à templo S. Petri ad Vincula, & protenduntur vſque ad Eccleſiam S. crucis, inde ad Thermas Diocletianas, includitque eccleſiam S. Mariæ Maioris. & S. Praxedis.

Esse, cum genitiuo poſitum, aliquando, nec inelegantes, ſignificat pertinere, vel officium, & partes eſſe alicuius. Pedianus, de alien jud. cauſ. l. non ſolum. Hæc, inquit, actio in id quod intereſt, competit. Proinde ſi res non fuit petitoris, id eſt, vt recte gloſſ. exponit, ad eum non pertinuit, ceſſat judicium. Alia vulgata ſunt. Sed & eſſe pro venire, vel vendi, apud Iuriſcon. opinor me legiſſe Spieg.

Esse, ad veritatem referri Paul. demonſtrat, l. hæc verba de verb. ſign. Spieg. Et præſentis temporis demonſtrationem continet l. ſcribit. § idem ſcribit. ff. de aur & arg. leg.

Esse alicuius rei, pro ad rem valere. Hoc libertatis eſſet. Nil æque diſſoluendæ religionis eſſet. Hot. & Sigon. ex Liuio.

Esse, pro eſſe fingi, intelligendum, vbi ſubſtantiue veritas de-

Digitized by Google

monſtrari nequit, Baldi doctrina eſt, Interpretum calculo probata, in l. quæ fortuitis C. de pignor. act. Spieg.

Esse cum aliquo teſtamenti factionem, i. e. talem eſſe, qui poteſt inſtitui Inſt. quib. non eſt permiſſ. fact. teſta. §. teſtamenti autem. & Inſt. de hæred. qualit. & differ. §. in extraneis, Spieg.

Esse in re facienda. Cum in eo eſſet totus, vt, &c. Briſſ. in Parer. lib. ſing.

Esse, pro manere, in l. ſi patronus. ff. de concub. & alijs locis. Sic Cic. ad Atticum: Tu quidem & amice & prudenter ſuades, vt in ijs locis ſim potiſſimum, quoad audiamus hæc quæ commota ſunt, quorſum euadant. Spieg.

Esse in controuerſiam Petronio, pro controuerſum eſſe Prat.

Esse in poſſeſſione, & poſſidere, diuerſa ſunt, l. ſi quis autem. §. de acqu. poſſ. l. prætor ait. §. eum de dam. infect.

Esse talem, & haberi pro tali, diuerſa ſunt. l. merris. & ibi gl. de verb. ſign. Bartol. in l. maritus. s. § legis Iuliæ, ff. de adult. Spie.

Esse in vita, eſt inter ſuperſtites adnumerari Nam eſſe quoque pro viuere eleganter vſurpatur. Cicero: Nec enim dum ero, angar vlla re.

Essedarius, qui eſſedam regit, vehiculi id genus eſt, apud Belgas repertum: alias Baſterna: vide Goth. ad §. 4. med. ibi, baſternijs. l. 12. C. de ædif. priu.

Essedum, i. Budæ. Prat.

Essedarij. Horum meminit Cæſar lib. 4. de bell. Gal. quod genus equitum ſit, & quomodo pugnent, ita deſcribit. Genus hoc ex eſſedis Pugnæ, primo per omnes partes obequitant, & tela conijciunt, atque ipſo terrore equorum, & ſtrepitu rotarum ordines plerunque perturbant, & tum ſe inter equitum turmas inſinuare volunt, & ex eſſedis deſiliunt, & pedites præliantur &c. vide apud Cæſarem.

Essentialia rei dicuntur, quæ ab ea, cuius ſunt ſeparari nequeunt. Salom. in l. Gallus, 11. de liber. & poſt. Prat.

Essentiæ nomen à pleriſque deuitatur, quamlibet ſit frequens in ore Theologorum, ac Philoſophorum, pro eoque habent *οὐσίαν*, qua voce alicubi Vlpianus eſt vſus Sed enim ſi Macrobius bonus auctor dicendi haberi poteſt, hic etiam in Somnio Scipionis, eſſentiæ nomine eſt vſus. Donatus Grammaticus deriuat à verbo Sum, hæc Gerundia, eſſendi, eſſendo, eſſendum. Verum doctiſſimi quique hanc deriuationem non probant. Vide Obſeruat. Inſulanicas. Spieg.

Essentitas, vid. Gotho. not. ad l 3. prin. ibi, Scelcritatem. C. de bon. eor. qui ant. ſen.

Est, non ſolum præſens tempus, ſed etiam præteritum complectitur, l. verbum erit. de verb. ſign. quamuis proprie præſens notat, demonſtrationemque continet. l. inter veſtem. §. item ſcribit. ff. de aur. & arg. leg. Vide Gellium lib. 17. cap. 7. & Alc. in d. l. verb. erit. Spieg. Eſt, pro eſſe præſumitur, l. ſi debitori. de judic. Prat.

Esto aduocatus iuuenis, & medicus ſenex: prouerbiale, eſt, cuius rationem ſingulariter explicat Al. c. 21. lib. 10. Parerg Sp.

Est rationis. Hic modus dicendi apud Iuriſconſ. frequens reperitur. Martian de hered. inſtit. Quæ res fuerat eiuſdem criminis poſtulata, rationis eſt: pariter de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerint: Vlp. Quando dies Legatorum. quæſtionis eſt, & idem de fideic. libert. Papinian. de colla. dot. Paulus de aqua plu. arcend. dixit. Conſuetudine eſt. & de verb oblig Dubitationis eſt. Modeſt. de donat. Summæ æquitatis eſt. Spieg.

E T.

Et Coniunctio aliquando implicat, vt etiam annotauit Zaſius in l. 1. ff. de juriſdictione omnium jud. ex Doctoribus in eandem l. ibi, & poſſeſſionem dare, & in bonorum poſſeſſionem mittere. Sed tamen Et nunquam diuerſa copulat. vt not. Accurſius in rubr. de jur. & fact. ignor. Et, Fel. San. in c. Gregor. in procem. Decr. Brech. l. Alienationis verbum. § Oratio.

Et, pro id eſt, in §. ſed iſtæ. ibi, cum dicitur, & ſi quæ ſunt ſimiles. Inſt. de act. Huius particulæ vis propria eſt, vt coniungat. l. ea tamen adiectio. de lega. 3. tametſi hoc non ſit perpetuum. Eſt enim, vbi Et pro Vel, disiungit: & alijs modis accepta, cum diſpoſitionem, tum ſententiam variat, vt lautiſſime proſequitur Alber. artign Bart. l 1. de pactis. l. non ſolum. ff. ſolut. matr. Aliquando ſumitur pro Vel, l. ſæpe, ff. de verb. ſign. Aliquando ordinis nota eſt, l Gallus, § 1. vbi Doctor. ff. de lib. & poſth. Aliquando pro etiam, vt l. 1. C. de no. C. comp. Quandoque ponitur pro quia. l fin. C. de cur. fur. Interdum ſubauditur, l. ſi abrogator. §. 1. ff de adopt. Prat. ex Spieg.

Set, aliquando pro &, vel pro id eſt, Goth. ad rubr. C. de except.

Et a te Seia peto, vt quidquid ad te ex hereditate mea peruenerit, exceptis his, quæ tibi ſupra legaui, reliquum omne reddas & reſtituas Mæuiæ infanti dulciſſimæ, à qua Seia ſatis exigi veto: cum ſciam eam potius rem aucturam, quam detrimento futuram. Vide Scæuolam in l. vxorem. §. fin. de legat. 3. Spieg.

Et domus eam partem, in qua morari conſueuimus, Scæuola declarat, de legat. 3. l. vxori ſuæ in princ. Spieg.

Et peracto quinquennio, cum eius vſuſfructus eſſe deſierit, tunc eum fundum illi & illi libertis dari volo. l. vxori vſumfructum. ff. de vſu & vſufruct. Spieg.

Et cætera. vide Gothoft. ad §. 3. l. 13. de jureiur. Sunt qui plurimum referre putent, extenſim hæc clauſula ſcripta ſit, an præſcriptis notis, &c Quod Alc. ridiculum arbitratur, referique; dictionem Cætera, deductam à Græco *καὶ ἕτερα*, id eſt, & alia. Et ideo cum abbreuiationis cauſa apponitur, eius virtute cenſeri alia repetita, quæ ex natura & conſuetudine actus, contractus, vel diſpoſitionis requirebantur. Spieg. De voc. vide latius Tiraquellum in tractat. de jure conſtit. poſſeſſorij, parte 3. 35. nu. 2. 3 & 10. &c.

Etsi, pro Si, l. 1. C. de reb. cred.

Ἑταίρας Græci amicas vocant, quæcunque ſcilicet ſcortilia, etiã ignobilia. Concubinæ nomen paulo honeſtius olim Atticæ, viquæ extra Legis pœnam, & ſine metu criminis habebantur. Meretrices vero, quæ palã & pluribus ſe accepta pecunia miſcent Alc de verb. ſignif. vid ſupra Concubinæ appellatio.

Ἑταιρεία, ſodalitium eiuſdem collegij, l. 4. pr. C. de colleg.

Etesiæ venti appellantur, qui certo tempore anni, cum Canis oritur, ex alia atque alia parte cœli ſpirant, vt annotauit Gell. lib. 2. cap. 22.

Ethologi. morum ſunt effictores, affectuumque cuiuſcunque perſonæ. Bud. in Annot. pri. Alias Ethopœi. Hinc Ethopœia, morum alienorum imitatio.

Etiam, particula conſentientis eſt. IC de verb. oblig. l. 1. Et reſponderit: Quid ni? Etiam. Nebriſſ. Eſt etiam particula amplatiua l. extraneum. C. de vulgat.

Etiam atque etiã, pro diligenter, l 19. pr. C. ad leg. Cor de falſ.

Etiamnum, pro adhuc. Vlp. tit. Aib. ſunt. cæſ. l. vnem § 6. ibi. Etiam nunc, habent, ſuffragante textu Nor. quod ſignificat, vſque nunc, etiam adhuc, etiam nunc, vſque ad iſtud tempus. Etiamnum, ponitur pro vſq, tunc, vel vſque ad id tempus. Spie.

Etymologia, verborũ eſt explicatio, id eſt, qua de cauſa quæque eſſent ita nominata, vt ait Cic. 1. Acad. Si proprie vocem hanc, ait Olden. Latinitate volueris donare, veriloquium appellabis. Cicero in Topicis, à notatione nuncupat. Ariſtoteles Symbolum dicit. Etymologia non verbi ſolum, ſed etiam, rei, de qua quæritur, verã interpretationẽ ſequitur Quamobrem ſpecies finitionis cenſenda eſt merito. Cæterum cum naturam ſuam ſeruat Etymologia, argumentũ ab ea affirmatiue ſumptum, valere negant. Negatiue vero efficax eſſe, quia à quo remouetur genus, ab eo & quælibet ſpecies remouetur, Exempli cauſa: Fur à ferendo, id eſt, contractando, dicitur: verum erit, ſi dicamus; Res non fuit contracta, igitur in ea furtum factum non eſt, & id pro regula proditum eſt: quæ tamen non procedit, cum ratio vocabuli aliud inducit, vt exemplis demonſtrat Alc. in l. taberna de verb. ſign. Spieg. Confundunt Iuris interpretes Etymologiam & Alluſionem, & pro eodem fere omnes ponunt, cum tamen inter ſe longe lateque diſtent. Nam Etymologia, vt dictum eſt, proprie eſt, cum explicatur, qua de cauſa quæque ita ſint nominata. Alluſio vero ad ſubſtantiam rei nullo modo reſpicit, ſed ad vocis ſimilitudinem tantum refertur. Imo ſi preſſius linguæ Latinæ proprietatem inſpicere velimus, neutrum ſignificat alluſio Nam proprie & ſignificanter alludere dicimur, cum vnum proloquimur, alio latentem ſententiam referentes, &c. Quando autem argumentum ab alluſione ducere liceat tne xtricab liter interpretes diſputant in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Coraſ. lib. 3. cap. 12. Miſcell. Etymologia, quæ à Cic in Topic. modo Notatio, modo Veriloquium, ab Ariſtotele appellatur *σύμβολον* quod Latine, eodem Cicerone teſte, eſt nota, vel, vt quibuſdam alijs placet, ſignum, indicium, quando ad veram verbi interpretationem vocem traducimus &c. Brech. l. Tugurij ff. de verb. & rer. ſig Adde Forcatulum Necyomantiæ dial. 73. in pr.

E V.

Euacuata obligatio, ſublata l. 4. fin. C de ſolut.

Euacuatoria in formulis Marculphi, pro quo apocha; l. plures C. de fid. inſtr. & rub. lib. 10. C. de apoch. & ſecuritat, l. 1. C. eo. In Nou. 130. Recautu Auguſt. lib. de cura, pro mot vbi eſſet recautum, quo illa cautio vacuata fuerit, indicauit. Prat. Adde Cuiac. ad lib. 10. C. tit. 22. de apochis publ. & deſcript. curial.

Euadere, verbum Vado, cum compoſitis dici ſolet in re moleſta, aut difficili: vt, Vadimus immixti Danais haud numine noſtro. Inde Donat. Euadere dicit eſſe, per obſtantiam & difficultatem venire. Spieg.

Euagari, non eſt idem quod vagari. Contractius enim eſt, diu vagari in Emanſore, quã per prolixum tempus euagari: quod eſt deſertoris. Vide Modeſt. in l. deſertorem. de re mil. Spieg.

Eualuit Seruij ſententia, l. 6. §. etiam Si ſeruit. vind. Briſſ. Parerg. lib. ſing.

Euanescit actio, id eſt, intercidit in §. 1. l. cum fundus. Si cert. per. Item Euaneſcere actionẽ auctoritate Iuris, remitti actionẽ voluntate domini. l qui iniuriæ. §. ſi ſeruus. ff. de furt. Spie.

Euangelium, pro præmio accipi, pro dari ſolet latum adferẽti nuntium, & noſter Zaſc. alicubi indicauit. Proprie autem Græce ſonat bonum nuntium. At non pro quocunque bono nuntio ipſum accepit Chriſtus, ſed pro nuntio redemptionis & ſa-

Digitized by Google

& ſalutis noſtræ æternæ, quod per Apoſtolos exhilarauit, & impleuit orbem terrarum. Quidam citāt è l. falſus creditor, ff. de furtis, hæc verba: Quid ergo, ſi quæ Græci Euangelia dicunt, petant? Sunt tamen, qui hoc loco εὐρετὰ legendum exiſtimant, hoc eſt, indicium, vel præmium. Haloander neutrum agnoſcens, legit εὕρετα, interpretaturque inuentionis premia. Spieg. Vide Bud. in annotat. priorib. in ff. de offic. præfect. prætor. & in poſteriorib. h. s. Al. lib. 1. prætermiſſ. hoc ipſo tit. Euangelijs ſacroſanctis tactis jurare, edicere. &c. l. 7. §. 5. C. de cur. furioſ. & alibi. (Iuſiurand quod præſt. ab his.

EVANGELISTARVM, Euāgeliorumq; meminit in Imp. in Auth.

EVCHARISTIA. Polydor. Virg. de inuentorib. rer. lib. 5. c. 12. Euchariſtia (inquit) Græcis gratiarum actionem ſignificat, ſicuti Euangelium bonum nuntium, Latini miſſam vocant vulgari appellatione. Verum, dominica ſolennia veteres vocaſſe, Tertullian. teſtis eſſe poteſt.

EVCHARISTICON, liber, vbi gratiæ redduntur, ſiue pro amici incolumitate Deo reduci, & ſoſpitatori, ſeu pro quo ſuſcepto beneficio gratæ gratiæ referuntur, qualis eſt apud Papin. h. tit. Silu. εὐχαριστεῖν eſt verbum Græcum, quod denotat gratias agere, εὐχαριστία, gratitudo, & gratiarum actio, ſiue ſacrificali parata, &c. Io. Bapt. comment. panegyr. ad Fauſtum.

Εὐγενὴς ἄμα ὁ τῷ πρώτῳ ἐλευθέρῳ ἰθαγενής ἐστι. The. Inſt. 1. de ingenuis, & Harmenop. lib. 1. tit. vlt. Prat.

EVCHITÆ, al. EVCHETÆ. l. 5. C. de hær. Hæretici fuere, de quorum prauo dogmate videndus eſt Niceph. lib. 11. c. 14. hiſt. eccleſ. Briſſ. vide Gothof. ad l. 5. pr.

EVCTARIA, loci in quibus orationes, actaq; prouinciarum continentur. Alc. in l. immunitatis. C. de agric. & cenſ. li. 11. Spieg.

EVECTIO, literas, diplomata & exhibitionem curſus publici ſignificat, l. 1. C. de numerarijs. l. 3. l. 4. l. 9. l. pen. l. vlt. C. de curſ. publ. l. 2. C. de commeatu. Itaque mendoſa eſt ſcriptura, l. 8. C. de curſ. lib. 12. in qua Euictionibus, pro Euectionibus, legitur B. Auguſti. epiſt. lib. 55. Zenobius magiſter memoriæ factus eſt, & miſit nobis euectionem cum annonis. Sulpit. Seuer. li. 2. hiſt. ſacr. Hilarius quartum iam exilij annum in Phrygia agens, inter reliquos Epiſcopos per vicarium ac præſidem data euectionis copia adeſſe compellitur. Symmach. lib. 2. epiſt. 261 Tibi igitur hoc munus injungo, vt de impetratis euectionibus in adminiculum prætoriæ functionis habitum mentis meæ apud eum plenius exequaris Briſſ.

EVECTIONES alias Synthemata, & combinæ, & tractoriæ Prat. & Goth. not ad §. 2. ibi, diplomate, de verb. oblig. ex Cuiac. li. 837 & d. l. 3. C. de curſ publ.

EVALLARE, pro ſubuertere, l. 4. fin. C. qui teſtam. fac.

EVEMARIA, ancillæ nomen, l. 10. ff. de manumiſſ.

EVENIT, imperſonale, pro ita cecidit.

EVENIAT, pro contingat. Vlpian. §. 1. l. 5. de ſeru. corrupt. Eueniet, vt duobus actio ſerui corrupti competat: quod eſt abſurdum. Sic etiam accipitur in §. eſt & aliud genus. verſic. ſed prima Inſtit. de donat. Spieg.

EVENTVM, Cic. in Rhetor. cuiuſcunque negotij finem diffinit, à quo ſæpe numero res judicantur: quo nihil iniquius eſt: ſiquidem euentum in manu ſtultorum verſari, magni auctores tradiderunt; tamen ſpectandus ille eſt, vt Imper. cenſuit, in l. Auth. facta. §. euentus. de pœnis. l. rem non nouam. C. de jud. & Euentus declarat, l. ordinata. ff de lib. cau. Si euentum fraus habuerit, in l. ait prætor. ff. quæ in fraud. credit pro eo quod eſt ſi fraude actum fuerit. Nam vt Lucretij teſtatur carmen. Euentum dici poterit, quodcunque erit actum. Spieg. EVENTVM expectare, l. pen. in fin. C. de procur.

EVENTVS autem in jure noſtro multa complectitur, metum ſine vim, errorem, dolum, culpam, & caſum fortuitum. Vide Apellum c. 7. de Circunſtantijs. Spieg.

EVENTVS mortalitatis, pro caſu mortis, apud Vlp. de offi. præſid. l. illicitas §. penult. Cataneus ante nos, in Comment. in Plinianas Epiſtolas, admonuit Iuriſconſ. frequenter vſurpare mortalitatem pro morte. Vide & Mortalitate. Spieg.

EVERRIATOR dicitur, qui accepta hereditate, jure juſta facere defuncto debet, quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re turbauerit, ſuo capite luat. Vid Feſtum. Spieg.

EVERRÆ ſunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad ſepulturam ferendus eſt, quæ fit per euerriatorem, certo genere ſcoparum adhibito. Prat. ex Feſt. lib. 5.

EVERRICVLVM, & Verriculum, rete eſt piſcatorium, à verrenda aqua ſic appellatum. Vlpianus in l. injuriar. de injurijs. Si quis me prohibeat in mari piſcari, vel euerriculum (quod Græce σαγήνη dicitur) ducere. Spieg. Ad alia etiam transfertur. Hinc eleganter ludens Cic. 2. de Nat. deor. Actionem de dolo malo euerriculum malorum dixit: & 6. Verrin. Quod vnquam tale euerriculum vlla in prouincia fuit? Briſſ.

EVERRARE, verrendo nitidum facere. Prat. Euerrere ciſium, l. 25. princ. Locat. Euerrere onus, l. 2. §. ſi quadrup. paup.

EVERTARA ciſium, legunt alij iam d. loco & euertere, onus, pro dejicere, ſubuertere. Briſſ.

EVERSIO, totius domus. Paul. in leg. vlt. de offic. præſid.

EVERSOR, pro prodigo, nepote, diſſoluto, qui patrimonium ſuum profundit ac diſſipat. Cajus lib. Inſtit. 1. t. 8. ſub curatore ſunt minores ætate, maiores euerſores, inſani: qui euerſores aut inſani ſunt, omni tempore vitæ ſuæ ſub curatore eſſe jubentur. Hot.

EVERTERE patrimonium domini, eleganter dictum ab Vlp. in l. ſi famil. fur. fec. dic. pro diſperdere, exhaurire, ſpoliare dominum patrimonio. Idem veruſte quoque, euertere vſurpat pro deſtruere, in fin. §. penult. l. 30 ſi quis caut Spieg. Funditus enim euertit bonis ac fortunis omnib. Cic. pro Roſc. & 3. Ver.

EVESTIGIO, pro continuo, ſiue ſtatim. Scæu. in l. diuortio fact. de neg. geſt Non, inquit, eueſtigio in officio deliquit. Nebiſſ. indicat eſſe præpoſitionem cum eaſu, reclamante veterum ſcriptura. Spieg.

Εὐγενὴς, qui liber & ingenuus natu eſt. Prat. ex Theoph.

EVICTA res cenſetur, cum res reſtituta eſt petitori: vel emptor damnatus eſt litis æſtimatione, vel poſſeſſor ab emptore conuentus, abſolutus eſt, l. 16. §. 1. ff. de euict.

EVICTA hæreditate legata reddi. Vide Caium l. quod ſi poſſeſſor. ff. de pet. hered. Spieg. (16. § 16. n. 150.

EVICTIO eſt, quæ fit judicio & jure. Vult. l. 4. in comment Inſtit.

EVICTIO eſt rei emptæ, aliave cauſa acceptæ, per judicis decretum ablatio. Prat. vel eſt ejus rei, quam aduerſarius legitimo jure acquiſierat, per judicem recuperatio. l. non tamen, 24. ff. de euict quod vt intelligamus illud ſcire oportet, olim moris fuiſſe, vt ſi res non Quiritium ſed gentium jure abalienaretur, is, qui eam acquirebat, duplam aut ſimplam ſtipularetur ſibi ab authore dari, ſi ea ſibi judicio adimeretur: quemadmodum Varro lib. de re ruſt. 2. c. 10. ſignificat: cum autem mācipio res venierat, tum judicij periculum præſtabat is, qui eam vendiderat, vt poſterius in voce, Mancipium, ex Cicerone & Plauto docebimus. Itaque Varronis locus intelligendus eſt, cum ait: Si mancipio non datur, id eſt, ſi res non acquiratur per jus Quiritium, hoc eſt, per mancipationem & nexum: nam ſi mancipio res erat data, aut vſucapta, aut in jure ceſſa, nunquā euinci poterat, id eſt, judicio à poſſeſſore auferri. Hotom.

EVICTIONEM debere vel præſtare dicuntur, ad quos re euicta & ablata eſt regreſſus. Briſſ.

EVICTIONIS autem nomine vel ex conſuetudine regionis caueri oportebat, l. ſi fundus. 6. eod. vel ſecundum id, quod inter partes conuenerat, l. 4. & l. emptori. 37. Plerunque autem per ſtipulationem ſimplæ cauetur, hoc eſt, vt euicta re ſimplum venditor emptori reſtituat. l. euicta. 6. & l. euicto. 70. eod. vbi Paulus ait euicta re, ex empto actio non ad pretium duntaxat recipiendū, ſed ad id, quod intereſt, competit: aut vero cauetur per ſtipulationem duplæ, h. e. vt euicta re venditor ad duplum præſtandum obligetur, l. vindicantem 17. quæ ſtipulatio duplæ, non de quauis re, ſed de ea, quę alicujus pretij ſit, interponitur: ſi margarita forte, aut ornamenta pretioſa, vel veſtis ſerica, vel quid aliud non cōtemptibile veniat, l. emptori. 37. eod. quin etiam & triplum, & quadruplū ſtipulari poſſumus, l. ſi dictū, 56. eo. at in dubio ſemper ſimplæ ſtipulatio interpoſita indicatur l. 60. eod. vbi Iauol. ait, ſi in venditione dictū non ſit, quantū venditorem pro euictione præſtare oporteat, nihil venditor præſtabit præter ſimplam euictionis nomine: & ex natura ex empto act onis hoc quod intereſt. Commiſſa autē ſtipulatio dicitur, cum, aut res petitori reſtituta eſt, aut dānatus eſt litis æſtimatione, aut poſſeſſor ab emptore conuentus abſolutus eſt, l. euicta 16. §. 1. l. ſi ſeruus. 21. eod. ſed perpetuo neceſſe eſt, vt mature venditori denūtietur dictatum eſſe judicium, cui euiuſmodi illud ſit. l. ſi mancipium, 34. §. 1. & l. ſi rem quam 29. §. 2. l. emptori. 37. Iam vero aduerſus venditorem triplex datur actio: ex empto, ex duplę ſtipulatu, & ſimplæ. l. hoc jure 27. neq; intereſt, vtrum emptor ex ſtipulatione, aut ēmpto aduerſus auctorem primum agat. l. ſed etſi. 18. vbicunque autem ex ſtipulatione agi poteſt, ibi tum empti, tum etiam præſcriptis verbis recte agitur: at non ex contrario. Illud inſuper addendum eſt, Duplam hoc in loco non bonitatis rei, ſed pretij conuenti accipiendam eſſe, l. cum fundus 48. l. ſi fundo. 53. ff. eodem. ad eademque non ſatiſdationem exigi, ſed ſimplicem repromiſſionem ſufficere leg. ſi dictum §. eod. Hot.

EVICTVS à creditore ſeruus tunc videtur, cum fere ſpes habendi abſciſa eſt. Briſſ. Ita euictum dicitur prædium quod à creditore ex antecedente cauſa pignoris ablatum eſt. l. 49. §. vlt. ff. ſol. matr.

EVIDENS proprie quod apertum eſt, & ſemper apparet. l. ea quę. ff. de contrah. empt. Vnde vulgatum illud; Quod in euidenti eſt, nulla poteſt tergiuerſatione celari: nec indiget, quod manifeſtum eſt, probatione. Siquidem plus eſſe euidens quam manifeſtum, traditum eſt ab Imp. in l. quoniam ſororem. Co. de jur. delib. Manifeſtum atq; euidens eſt, inquiunt, antequam pro herede gereret, vel bonorum poſſeſſionem admitteret: De euidenti vide ff. ad exhibend. l. 3. & de ædil. edict. l. quæritur §. vlt. Spieg.

EVIDENS vtilitas apud Vlpian. l. 2. de conſtit. princ ſic intelligenda eſt, meliore interprete Oldendorp. vt retineatur jus

Digitized by Google

naturæ, quod lex aut conſuetudo, niſi corrigeretur, paulatim eſſet corrupturа.Spieg.

Evidantia, Cic. in Acad. Propterea quod nihil certius *ἐναργείᾳ*, vt Græci perſpicuitatem, aut euidentiam nos, ſi placet, nominemus, fabricemuſque, ſi opus erit, verba.Spieg.

Evidantia facti inter ſpecies probandi verſatur, *Die that bewijſen*, vt cum qui ſenſu corporeo coram percipitur. Si quis enim aſſerat, vulnus atrox eſſe, & mox indicet locum, certe hæc probatio non poteſt reuocari in dubium. Paul. in l.vulneris.de injur.& in l.ſi corruptione.fin.reg.Spieg.

Evidentiam facti & Notorium exæquant Canoniſtæ, ca.vlt. extr.de reſtit.ſpol.c.euidentia de accuſ.

Evidantem voluntatem teſtatoris vocat Vlp.in l.licet. Imperat. de leg.1. quæ ex argumentis & interpretationibus verborum colligitur.Spieg.

Evidanter probatur, hoc eſt, aperte, perſpicue.C.de teſtam.l. nnn codicillum.

Evidentsvs, l.in ſuis.ff de lib.& poſthum.

Evidentissima probatio, juſſio. Euidentiſſima ratione conſtitutum, in §.ſed hoc Inſti.quib.alien lic. apud Plin.reperies: & ratio euidens, & argumentum euidens.Spieg.

Evidens calumnia c.9.1.t.l.2.

Evincere, vt verbi vis & ratio facile indicat, eſt aliquid vincendo ab aliquo auferre & conſequi, vnde in diſputando, atq; omni orationis contentione, quod vi argumentorum ac dicendo ab aduerſario extorquemus, vt concedat, euincere ab illo dicimur. Eoque modo ſub tit de euict accipitur. Sed quoniam id verbum juridicum eſt, & in contentionibus ciuium inter ipſos de rebus negotiiſque omnibus, quæ jure ſuſcipiuntur, hæc vnica vincendi ratio eſt, ſi jure judicioque agamus: eo fit, vt euincere in jure ſit, rem non quouis modo, ſed per judicem auferre & auocare ab emptore: Vincere denique judicio, rem illius non eſſe, de qua quæritur. l.non tamen.24. l.ſi mancipium.§.1.ff.hoc tit.Donell.de euiction.

Evincere eſt rem jure dominij per ſententiam judicis ab aliquo auferre.Briſſ.

Evincere rem non dominus modo, ſed & creditor dicitur.l. 65.ff.de euict l.2.C.ſi antiqu.lor.nec jure dominij tantum, ſed & hypothecæ, vel ſeruitutis jure res euinci dicitur.Briſſ.

Evinci hæreditas dicitur per inofficioſi querelam, cum ab herede ſcripto auocatur, l.21.§.fin.de inoffic.teſtam. Briſſ. Sic

Evinci per bonor.poſſeſſ.l.6.in fin.ff.ſi pars her.pet.Briſſ.

Evinci, in l quod euincitur. 190.ff.de reg.jur.id eſt, euinci poteſt aliqua ratione.Prat.

Evincere, ait Prateius, eſt rem ſuam jure domini ab eo, cuius non erat, alteri datam aut venditam repetere in judicio, & ab emptore per judicis ſententiam ad illam mihi reſtituendam condemnato, extorquere: ſeu tota res euincatur, ſeu pars, l.2. de euict.vide Gothof.not ad rubr.de euict.

Evincere, pro vẽdicare, Celſus. Quod euincitur, in bonis non (eſt.

Eviscerata opes exhauſtæ, l.7.in prin.C.de inoff donat.

Evitare Creditorem. Heredem, Perſonam, Interdictum, Crimen, Onus.Briſſ.

Evitari nõ poſſunt exceptiones peremptoriæ, l.3.ff.de except.

Evlares, negotiorum ſuſceptorem ſignificat, vt eſt apud Suid. monuit Alciat.in tit.C.de præpoſ.labor.lib.12.

Εὐλογίαι collectiones pro eleemoſynis ſeu collationibus. vid. diſt.18.c.de eulog.Paul.2.Cor.6.& 9.

Evm, qui prouinciæ præeſt, adire potes. Is exiſtimabit, quid ſit partium ſuarum. Harum clauſularum ſenſum explicant Iulianus & Calliſtratus, de offic.præſid.Spieg.

Evnomiani hæretici.l.5.prin.vbi Gothofr.C de hæret.

Evnomia, recta juris legumque conſtitutio. *Εὐνομοι* populi dicuntur, qui recta legum inſtitutorumque ratione vtuntur, Bud.in annot.prior.

Evnomia duplex eſt. Vna quidem recta juris conſtitutio. Altera vero, recte juri conſtituto, obtemperatio. Neque enim ſatis eſt, bene inſtitutam politamque eſſe rationem Reipub. niſi & hoc omnibus perſuaſum ſit, inſtitutioni tali omnino parendum eſſe, Bud in eiſd. annot.Spieg.

Evnvchi proprie dicuntur lectorum cuſtodes, & cubicularij, (ab *εὐνή*, cubile, *ἔχω*, cuſtodio. Gothofr.ad ca princ. Nov.133.) non ſpadones: quamuis barbari Reges id muneris hiſce molliculis fere iniungere ſoliti ſunt: vnde Eunuchi Spadones dici cœpere. Quære Spado proprie. Item Spadonum genera.Spie. vide Cuiac.ad l 4.Cod.de præpoſ.ſacr.cubic.& 17.obſ.24.Gothofr.nor.ad l.5 pr C.qui teſtam.

Evnvchvm aliquãdo putant per catachreſin ſignificare potentem aulicum, etiam non exectum, ſicut Ionathas verſor Chaldæus intelligit fuiſſe Ebed-melech Æthiopem, Ierem.38.qui Ieremiam ex puteo aut carcere extraxi gurauit. Talis forte fuit enim Candaces Reginæ Æthiopum Eunuchus, Actor.8. Non igitur ſemper caſtratum, ſed ſæpe officium tantum ſignificat. Chriſtus Matth.19. triplices eunuchos facit, natos, ab hominibus caſtratos, & qui ſemetipſos caſtrauerunt propter regnum Dei eſt, quos eo dono Deus ornauit, illique cœlibentes vtuntur, vt tanto liberius & expeditius veram religionem promouere poſſint, ſicut Paulus tandem feciſſe videtur. De Eunuchorum vſu Maioragius ex Grego. Nazianz in Monodia, in Baſilij vitam, lib.c.3. Eunuchi in C ferme vbiq; pro caſtratis ſumuntur, alias ſunt cuſtodes lecti. No.123.No.Leo. 98. Epiphanio lib.1. contr. hæreſ. ab *εὔνοια* beneuolum ac fidum eſſe, maritis ſc.Phauori.ab *εὖ νοῦν ἔχειν* bonæ mentis cõpotem eſſe, Venereis (quæ veteribus *εὐναῖα*) abſtinere.Prat.

Evnvchas etiam Andramites Lydorum rex mulieres fecit, hiſque loco virorum eunuchorum vſus eſt, vt refert Athe.lib. 12.diſpnoſophiſt.c.4 Maiorag.lib.2.Miſcell.c.6.

Evnvchorvm alij ſunt ſpadones, alij caſtrati, alij thlibiæ, Spadones quidem ſunt, qui propter morbum aliquem, aut frigiditatem teſticulorum liberis operam dare non poſſunt, ſed eo ſublato, liberos ſuſcipere poſſunt. Thlibiæ vero ſunt quibus vel à nutrice, vel à matre fortuito teſticuli contriti fuere. Caſtrati autem, quib.exſecta ſunt membra virilia. Qua etiam diuiſione vſus eſt Conſtant.Harmenop.lib.2.c. *περὶ ἡγεσίας*. Videtur quoque eam tradere Suid. in verbo *σπάδων*. Hinc apparet, inepte Accurſium & Ang.Aret. putaſſe caſtratos eſſe caſtratos: & male Accurſius ſub tit. de ædil. edict.tradidiſſe, ſpadonem eſſe vnius teſticuli vitium. Patet etiam falſam eſſe diſtinctionẽ factam ab Ant.But.in c.ex parte.de corp.vitia qui rerolit, ſpadonem ita eſſe factum, caſtratum autem ſic ortum. Atque Alciat. perperam notaſſe in l.ſpadonem.de verb.ſig.omnes eunuchos appellari poſſe caſtratos: verum hæc diſtinctio videtur eſſe contra d.l.ſpadonem.& l.ſi ſerua.de jure dot. & l.4.ad leg.Corn. de ſicar. in quibus ſub nomine Spadonum thlibiæ & thlaſiæ comprehenduntur. Sed reſponderi poteſt, hoc nomen dupliciter accipi, vt adoptio & cognatio capi ſolent. Nam aliquando capitur pro ſpecie, vt hic, aliquando tãquam genus, vt ibi. Sed in illo genere non continentur caſtrati, vt inſulſe tradidit Sypontinus. Quum ergo ait Imp.qui generare non poſſunt, intelligendum eſt hoc tempore, propter aliquem morbum. Sed fieri poteſt, vt aliquando g gnant, eo ceſſante. Spadones autem nequaquam videntur poſſe dici ab euulſis teſticulis, vt exiſtimarunt Baptiſta, Pius, & alij: Nam qui proprie ſpadones vocantur, teſticulis non carent, licet propter aliquod impedimentum generare nequeant Sic etiam ſurculos, qui nihil attulerint, ſpadones appellari ſcribit Colu. lib.3. Scio Quintil.lib.5. & Galen. in interpretatione ſententiarum Hippocrates eos quoque vocaſſe ſpadones, quibus exciſi ſint teſticuli. Sed id minus proprie. Tales enim ſunt caſtrati, quod etiam confirmatur auctoritate Iuuenalis Satyr. 10.

——*nullum ephebum*

Deformem ſaua caſtrauit in arce Tyrannus.

Ferrand.lib.1.explic.in §.ſed & illud.de adoptionib.c.19.

Evocare ſacra, eſt Deum, vel religionem ex loco aliquo eximere. Prat. expugnatores ſacrilegij nomine exoluere. Vlp. in l.ſacra loca 9 § 2.de rer. diuiſ. Et ſolent, inquit, qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde euocare. Quæ res vt olim ſic fieri ſolita, Macrob Saturnal. 3.c.9. (vbi vere quibus verbis ſacra ex hoſtium vrbibus euocarentur) & Liu.lib.5 exponunt. Spieg.Hotom.

Evocationes quomodo fieri ſolitæ. Si reus ſic latitaret, vt nullam actori ſecum agendi faceret poteſtatem, ſolebat actor die poſtulationum prætoris auxilium implorare, qui prætor audita & cognita cauſa reum euocari ad ſui defenſionẽ jubebat, l.28 de fideic.lib Fiebant autẽ euocationes nonnunquam ſolis denuntiationibus, interdum literis, interdum etiam edictis, l.16. circa fin de fideicom.libert. Sic, ni fallor, vt ſi latitans denuntiationib. euocari poſſet, nec literis, nec edictis opus eſſet: ſin minus interdum literis, interdum edictis euocaretur. l.2.de pœn Literis quidem ſi Roma abeſſet; edictis vero, ſi ſic in vrbe latitaret, vt aditum ad ſe nullum præſtaret. Iubebat igitur prætor reum euocari poſtulationum die, jubebat etiam rei latitantis bona poſſideri, proſcribi & proſcripta tandem diſtrahi die cognitionum, l.73 §.1 de judic Poſſidebantur quidem diee triginta, proſcribebantur vero ac diſtrahebantur poſt trigeſimum diem. Sic enim ſcripſit pro P.Quintio M.Cic. Iubet P. Quintium ſponſionem cum Sexto Næuio facere: Si bona ſua ex edicto P. Burrieni prætoris diea triginta poſſeſſa non eſſent. Proſcriptiones autem ſic ſolidae olim fieri, vt ad ædes condemnati debitoris tabulæ figerentur, cunctiſq; ejus bonis ſuſpenderentur libelli: docet eleganter Seneca de benefic.li.4. Spondeo, inquit, pro judicato, & ſuſpenſum amici bonis libellum dejicio, creditoribus ejus me obligaturus: vt poſſim ſeruare proſcriptum, ipſe proſcriptionis periculum ſubeo. Et Cic.pro P.Quintio, & Ræuard.Pro trib.ſing.c.3.

Evocare, eſt in jus vocare: idque & in ciuili & in capitali cauſa l.26 § 9 de fideicomm.lib.Cic.5.Verrin.euocandis concitare populum.Prat.

Evocari, pro vocati apud Vlpian. de fideicomm. lib.in l.cum vero is.§.9. euocari autem à prætore oportet eos, qui fideicommiſſariam libertatem debent: cæterum niſi fuerint euocati, ceſſat Rubianum Senatuſconſultum, proinde denuo-

ciatio-

tiationibus & edictis, literiſque euocandi ſunt. Sic l.5.§.1.fin. C.de appell. Sic ad ciuilia munera euocari, l.7. prin. cod. ad tutelam & curam euocari, l.1.C.qui ætate. Et Cicero vſurpauit: alicubi euocare, pro vocare. Vnde haud ſcio, quam recte monuerint quidam ex adductis Vlpiani verbis, colligi diſcrimen inter euocari atque vocari. Apud geſtarum rerum ſcriptores Euocati accipiendi ſunt, non qui iuſti milites ſunt, ſed qui repentina aliqua neceſſitate ex agris in bellum tumultuarie & vocantur, & coguntur. Vnde & auxiliares dicti quod ſubito conuocarentur ad opem Reipublicæ ferendam. Ea militia, Caranza teſte, dicitur Euocatio. Spie. Dicti Euocati quaſi extraordinarij & tumultuarij in neceſſitate adiutores. Old.

Evocatoria, l.3. med. de profeſſ. qui in vrbe Conſtant.

Evocati milites, ſiue ἀνάκλητοι, appellati ſunt apud Cæſar. & alios, homines militia perfuncti, & emeritis ſtipendiis, qui tamen rurſos militatum euocabantur. Eorum honeſtus erat ordo in re militari. Hinc in inſcriptionibus glorioſum illud: Euocatis Cæſaris, vel Auguſt. Turneb. 1. aduerſ. 9. Euocati ergo ſunt veterani, quos poſt patris cædem excitos Auguſtus ex Calicia & Caſilino, quorum fuit certum corpus ferentium vites Centurionum more, vt Dio ſcribit. 55. Vites ῥαβδοῦς vocat, vt & auctore Baſilicorū ad l. milites. § irreuerens, ff. de re mili. Euſeb. 7 [Greek illegible] & ita Triminum, quem Velleius Paterculus G. Caſſij euocatum, Dio 47. & Valerius 11. Centurionem, vocant in l. vlt. C. qui mil. poſſ. Cuiac. obſeruat. lib. 7. cap. 10. vide l. 2. final. C. vt nemini liceat in emption. ſpecie.

Εὐθυδικεῖν dicebatur apud Græcos, qui nulla exceptione vtebatur, ſed recta via pedem cum actore conferebat, actionemque ipſam plena recuſatione propulſabat, teſte Bald. ad tit. de exceptionibus.

Εὐθύς, ſignificat confeſtim, illico, ſtatim, lib. 72. [Greek illegible] tit. 17. c. 9. [Greek illegible], Theod. Hermop. l. 12. ff. quod met. cauſ. Prat.

Εὐπατρίδαι. Apud Athenienſes non diſſimiles erant iis, quos Romani Patricios vocabant, nobiliores ſcilicet & à primis illis Patribus & Senatoribus, quos inſtituerat Romulus oriundos. Balduin. tit. de iur. nat. gentium & ciuil. & cætera.

Evrematica Modeſtini, id eſt, conſilia, cautelæ, Gothof. not. ad rubr. l. 58. ſoluto matrimon. Cuiac. 12. obſeruat. 12.

Εὕρετρα, præmia ob indicium furis Gothofr. ad l. 43. §. 9. de furt. vide Heuretra.

Evtyches, C. 1. tit. 2. paſſim. & tit. 5. l 8.

Evtychia, ancillæ nomen, l. 44. & l. 59. ff. de manum. teſt. Libertæ quoque mulieris nomen eſt, in l. 2. C. de don. ante nupt.

Εὐτελέστατον, apud Theophilum in §. item tria. Inſt. de excuſat. tut. alij tenuiſſimam, alij opulentam interpretantur. Tu expende rem ipſam. Prat.

Evvlsæ arbores à iuris auctorib. appellantur, vi & tempeſtate ventorum deiectæ atque euerſæ: de quibus in l. arboribus, & l. Proculus, ff. de vſufruct.

Evvlgare, eſt palam vulgo aliquid facere. Liuius ad finem lib. 9. decad. 1. de C. Flauio, Cn. F. ſcriba loquens: Ciuile, inquit, ius repoſitum in penetralibus pontificum euulgauit. Spieg.

E X.

Ex particula; vt variis verbis iungitur, ita & variæ eſt ſignificationis. Proprie autem innuit cauſam proximam, & immediatam, l. 1. §. ex incendiis, de incend. ruin. naufrag. Significat itē ex prepoſitio cauſam per ſe, & non per accidens, l. eo tempore. § ſi ff. de procurat. Ad Bartolum in l. prætor. §. 1. ff. de bon. auth. iud. poſſid. ac pleriſque aliis locis. Alber. collegit non inutiliter aliquot alias huius particulæ ſignificationes. Spieg.

Ex, pro propter, l. 2. §. 2. de incend. ruin. naufrag. pro ab, vel à, l. 2. in fi C. ſi in cauſ. iud. pign. cap. ſit, pro &; & tunc excludit, l. 2. ff. de iter. actuque priuat. Sic Cicero in epiſt. Veterem ex literis tuis amplexus ſum, id eſt, propter literas tuas: & Ex sua voluntate, reique publicæ commodo cuncta fient, id eſt, ſecundum id, quod Reipublicæ videbitur expedire. Connan. lib. 3. c. 2. n. 7. aliquando ſignificat inter, c. dudum, c. 3. 4. q. 6. aliquando contra, c. ex his, 33. qu. 1. Aliquando incluſionis nota eſt, l. quod dicitur ff. de impenſis in reb. dot. fact. quandoque excluſionis, l. quæſitum, §. idem Celſ. ff. de fund. inſtructo. Ex quandoque ſignificat ortum, l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. Prat.

Ex vicini, pro ex fundo vicini, l. 1. §. 10. de aqu. & aqu. plu. Hor.

Ex quoque dictio dignitatum magiſtratuumque nominibus adiecta functionem finitam, & præteritam ſignificat. Pro qua Græci ἀπὸ habent. Ant. Auguſt. lib. 1. emend. cap. 3.

Ex abvndanti ſtipulationem interponere, apud Vlp. l. 5. cod. Spieg. l. 10. pr. de manumiſſ.

Ex abvndanti, pro abundanter, apud Papin. in l. cauſam de manumiſſ. Vide gloſ. in l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori. ff. de neg. geſt. Spieg.

Ex duo milleſimis partibus, l. 80. ff. pro ſocio. al. tamen ex duob.

Exacta dicuntur, quæ perfecta ſunt, & quibus vltima manus adpoſita eſt: & quaſi omnibus numeris abſoluta. Exacto officio aliena gerere negotia, in l. 21. C. mandat, id eſt, cum omni diligentia, Gothofr. in not. Martial. lib. 4. vt docto placeat Apollinari: Nihil exactior eruditiuſque. &c. aliàs ſunt Exacta, quæ iam præterierunt. Paul in primi ſignificato de act. & oblig. l. 5. Exactiſſima inquis diligentia. Nebriſſ.

Exacta pecunia intelligitur, quę perſoluta eſt: ſiue enim volens, ſiue inuitus debitor dederit, non eſt dubium, dici eum ſoluiſſe. ex Alc. Spieg. vide l. 186. & ibi Goth. de verb. ſig.

Exacta pecunia accipitur non tantum de reali numeratione, ſed qualiber liberatione, quæ cauſam judicati ex capite permit. Gœdd. ad l. 187. n. 1. de verb. ſig.

Exactionam, quę paſſim imponunt, barbari nominant talias, collectas, procurationes, pręſtantias, *auffleg, bent ſtevvr ſchatzung*. Tributum autem vno nomine debet appellari, vt exemplis Inſulan. in obſeruat. oſtendit. Quod vero à IC. Exactio etiam nominatur Angaria. Gręca vox eſt, ſignificans exactionem ſiue coactionem: quod à Nebr. indicatum eſt ſupra. Sed tamen Parangariæ nomen repudiatur: quod Iuriſconſulti quodam ſuo more dicunt, pro derelicto habere, cauſam videlicet, iuraut litem intelligenter. Spieg. Hinc exactor ab exigendo, h. e. petendo dicitur. Vnde exactiones tributorum nominantur, petendis tributis, deſtinati, vt in rubr. C. de exact. trib. lib. 10. ac exactio idem eſt, quod petitio. Ioan. Bel. etym.

Ἐξανέψιοι conſobrini. Gothu. ad § 17. med. ff. de gradib. ex Cuia.

Ex aduerſo, pro è diuerſo, & contra: frequentius tamen apud Canoniſtas.

Exædificare, pro abſoluere ędificationem.

Exæstvare eſt feruere, gloſ. in clem. dudum, in verbo Exæſtuanti de ſepul. Ioan. Bel. etym.

Exagogica vectigalia. Ex Cicerone liquet pro lege Manilia, vectigalium tria fuiſſe genera: ex agricolatione: mercibus exportatis, vel importatis, vnde exagogica dicebantur & iſagogica: denique ex agris paſcuis. Primum decimas complectitur, ſequitur portorium, poſtremo nomen fit ſcriptura. Ex Cœlij lib. 10 cap 8. Spieg.

Exagoniæ dicūtur quæ ad cauſam non pertinent, velut extra (ſcenam eo,

Exaggerare, eſt accumulare: Agger enim, terra eſt accumulata. Eius contrarium deprimere. Vlp. de itin. act. priu. l. vnde Aut. deprimat, aut exaggeret iter. Nebr.

Exagivm trutinam ſignificat, & certæ ponderationis genus eſt Cuiacio in fin. C. l. de ſuariir, & ſuſcept. vin. Prat.

Ἐξαίρετα τῆς πόλεως præcipua vrbis; templa, forum, ſpectacula, balnea l. [Greek illegible], ad municip. Prat.

Examen, noua apū ſoboles, quam parentes ex ſuis aluearibus ad nouas quærendas ſedes exire cogunt. § examen. Inſtit. de rer. diuiſ. naturalem, §. examen. ff. de acquir. rer. dom. Tranſlata pro quacunque noua prolis multitudine inſtar apum accipitur. Metaphorice autem à noſtris interpretibus modo, nec abſurde pro judicij inueſtigatione: modo pro ſcrutinio, & vt barbare dicunt, depoſitione teſtium. Spieg. (de abigeis.

Examinatio ciuilis, pro judicio priuato & pecuniario, l. 1. §. 3,

Ex animi ſententia jurare veteres dicebant pro ſincere liquido & ex animo, ac ſine dolo malo. Liu. lib. 22. Ex animi mei ſententia juro, vt ego Rempub. non deſeram, neque alium ciuem deſerere patiar. Cicer. Acad. 11. Quam rationem etiam maiorum comprobat diligentia, qui primum jurare ex animi ſui ſententia quemque voluerunt, deinde teneri ſi ſciens falleret. Hotom.

Exangelvs. Cœlius citante Angelum eſſe ſcribit Ammonius eum, qui extrinſecus quippiam nunciat. Spieg.

Exangelvs, qui quæ intus fiunt extimis promit, quem Dyangelum vocat Thucydides: Autangelus, qui ex ſe nunciat, non ab alio miſſus. Spieg.

Exangves vocitantur mortui, hoc eſt, ſine ſanguine: vti & exanimes, id eſt, ſine anima. Virg. lib. 2. Æneid.

----Corpuſque exangue ſepulchro
Reddidit Hector eum ---
Nec minor in caſtris luctus, Rhamnete reperto
Exangui.---- Et lib. 11.
Labitur exanguis.----

Nam ſcribit Lactantius, aut (vt alij vocant) Lactatius, Statij interpres in lib. 6. Thebaidos, ſanguis propria videtur eſſe animi poſſeſſio, vnde exangues mortuos dicimus, vt annotauit Tiraq. l. 15. connub. gloſſa 1. parte 15. n. 18.

Ex anteceſto, l. 40. ff. de oper. libert.

Exarare eſt delere, deductum ex more aratri ducendi, dirutis vrbibus l. 4. §. 4. ff. finium regundorum Cic. lib de ll. 2. Quum multa in eo loco ſepulchra fuiſſent, exarata ſunt, quale euenisse Lugduni vidimus anno 1562. Prat.

Exarchi monaſteriorum. Nouell. 33. ca. 4. Exarchos, chorepiſcopus. Gothofr. ad §. 9. prin. l. 41. C. de epiſc.

Exarchiatri, qui archiatri dignitate functi ſunt: in l. 6. C. de profeſſ. & med lib. 10. Hot. Excomites, exconſules.

Exargentare, in pecuniam redigere ſignificat. Ex Alc. Spieg.

Exarmare (quod verbum Accurſius inſcite interpretatur in l. 2. ad legem Rhodiam de jact. §. 1. ſi nauis quid exarmauerit, ea forma dicitur, qua excalceare, hoc eſt, armis vel armamen-

tis deſpoliare, vt malo, roſtro, antenna, carcheſio, elauo, pede, anchora, & reliquis. Hac voce etiam vſus eſt Cæſar in commeot. & metaphorice Plinius ſecundus exarmare dixit, pro debilitare & infirmare. Ex Bud. Spieg.

Exarsæ res incendio aliquo, l. tt. C. de his qui accuſ.

Exarvit flumen id eſt, exſiccatum eſt. l. t. ff. de flum. Sic Cic. Exaruerunt amnes, in Piſ. Spieg.

Exaravit patrimonium donationibus, pro exhauſtum eſt, in Auth. de inoffic. don. & C. eod. l. ſi mater, & l. fin.

Ἐξαρτίας appellatione, nihil aliud contineri putat C. Hotman. lib. a. tit. to. quam ἐξαρτισμὸν, quæ eſt σωδὸς & ... instrumenta ad tutelam & conſeruationem nauis neceſſaria. Latinis armamenta. l. 3. §. armamenta ff. ad leg. Rhod. Prat.

Exasperare, aſperius facere. Iuriſcon. in tit. ff. de pœn. in l. interpretatione. Exaſperandæ non ſunt pœnæ. Spieg.

Ex aſſe hæres. vide As.

Exavdire, pro perfecte audire. Vlp. de ſurdo loquens in l. t. de poſtul. Nec enim erat, ait, permittendum ei poſtulare, qui decretum prætoris exaudire non poterat. Spieg.

Exaudire auctoritatem, l. 8. § etiamſi, ff. de auct & conſ. tuto.

Exavctorantvr, qui ſoluuntur ſtipendio, nec tamen dimittuntur, ſed habentur ſub vexillo, non ſub aquila, aut ſignis legionis, neque jam legionarij ſunt, retinentur tamen, donec emerita ſoluantur, aut agri aſſignentur. Miſſio vero iis datur, qui penitus dimittuntur. Turneb. lib. 3. aduerſar. c. 3.

Exavctorare, eſt militia remouere. Nam qui militiæ ſe dant ſacramento quodammodo auctorati militiæ videntur, quo cum ſoluuntur, exauctorantur. Briſſ.

Exavctorare, inſignia militaria detrahere, l. 4. §. non omnis ff. de re milit. l. 29. ff. de lib. cauſ. Vlp. l. 2. §. 2. ff. de his qui not. infam. Sed et ſi eum exauctorauerit, id eſt, inſignia militaria extraxerit, inter infames efficit, licet non addidiſſet ignominiæ cauſa ſe eum exauctoraſſe, hæc ille. Auctorare milites, eſt ſacramento ac ſtipendio adſtringere: opinor, quod quas res quis actionem emiſſet (qui auctor, vt alibi diximus appellabatur) eæ Auctoratæ dicerentur, quaſi auctori addictæ atque obligatæ. Liuius eleganter tranſtulit lib. 37. Nec fides ante Piſiſtrato facta eſt, quã coram nuncio eius Polyxenidas ſua manu ſcripſit, ſe ea quæ pollicitus erat facturum ſignoq; ſuo impreſſas tabulas miſit. Eo vero pignore velut auctoratum ſibi proditorem ratum eſt, neque enim eum qui ſub Rege viueret, cõmiſſurum fuiſſe, vt aduerſus ſemetipſum indicia manu ſua teſtata daret. Auctoratum puto dictum, quaſi addictum & plane obligatum, hinc Auctoramentum, non ipſa auctoratio, ſed finis auctorationis: id eſt, obligatio. Cic. lib. de offic. 1. Illiberales autem & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Eſt enim in illis ipſa merces auctoramentum ſeruitutis, id eſt, vt nummus in auctione datus rem auctoris facit: ſi merces operario promiſſa ipſum conductoris quodammodo ſeruum ac mancipium efficit. Sic Auctorati gladiatores dicuntur, cum mercede conducti ſunt. Aſinius lib. epiſt. 10 Ob Fadium quendam militem Pompeianum, quia cum depreſſus in ludum bis gratis depugnaſſet auctorati ſeſe nolebat, & ad populum confugerat, &c. Hotoman.

Exavgvrare eſt templa profana facere: quemadmodum inaugurare eſt ea auguriis ſanctiora reddere, vt Liu. lib. 1. hiſt. oſtendit, & annotat Gyraldus hiſtoriæ Deorum ſyntagmate 17. cap. 2.

Ex bono & æquo facere, elegantius quam quod vulgo dicitur, In bona fide & æquitate, Iul. de contract. bonæ fidei loquens, in iis ait, alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet: id eſt, Budæo expoſitore, non de eo ſolum quod cautum eſt: quod etiam ex bona fide dicitur alibi ab eodem, quod & ille annotauit.

Ex bonis peruenire, apud Papinianum, de vſur. in l. 3. §. cum Pollidius. Ex bonis meis, hoc eſt, ex ſubſtantia mea. Sic exponit Vlp. in l. 2. §. 2. in hac actione. vi bon. rapt. Spieg.

Ex bonis, & in bonis differunt, nam in bonis eſſe proprie dicuntur ea, quę ſitu & poſitione intra rem aliquam noſtram continentur: ex bonis vero, quę ἔσωθεν, id eſt, naturaliter ſunt extra rem: ſed tamen ad eam pertinent, vt aliud eſt, anulum eſſe in dactyliotheca, aliud ex dactyliotheca. Itaque decem quæ in arca mea ſunt, in bonis meis eſſe dicuntur: at quæ Titio dedi mutuo, ex bonis: item vſusfructus quem in alieno in prædio habeo, in bonis meis non eſt: ſed ex bonis Paulus l. 1. ff. de vſufr. leg. Nec vſus, nec vſusfructus itineris. actus, viæ, aquæ ductus, legari poteſt, quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt, nec erit vtile ex Senatuſconſulto, quo cauetur, vt omnium quę in bonis ſint, vſusfructus legari poſſit: quia id neque ex bonis, neq; extra bona ſit. Iuſtinianus, §. 2. de vi bono. rapt. Sane in hac actione non vtique expectatur, rem in bonis actoris eſſe, nam ſiue in bonis ſit, ſiue non, ſi tamen ex bonis ſit, locum hæc actio habebit. Quæ igitur quaſi manu non tenentur, ſed conſequi per actionem poſſumus, ea ex bonis noſtris dicuntur: at quæ jam intra ditionem ac fines noſtros ſunt, in bonis, vnde ſeruus juſſu Prætoris abductus in bonis noſtris eſſe dicitur, l. 2. in fine. ff. ſi ex noxal. cauſ. & l. 26. in fin. de noxal. act. Atque hęc quidem, vti ſuperius dicebamus, propria eius vocis ratio eſt. Improprie autem in bonis noſtris omnia dicuntur eſſe quæ in patrimonio noſtro ſunt l. t. ff. de res. diuiſ. l. vlt. §. non ſolum. ff. quæ in fraud. cred. & generaliter rem in bonis noſtris habere intelligimur, quoties poſſidentes, exceptionem, aut amittentes, ad recuperandam eam actionem habemus. l. 52. ff. de acquir. rer. dom. & res per vim alienata in bonis eius eſt qui vim paſſus eſt. l. 9. §. 6 ff. quod metus cauſ. & vendita res, in bonis venditoris eſſe dicitur, vſque dum emptori tradita ſit. l. ſicut, 8. §. ſi debitor. ff. quibus modis pign vel hypothec. Denique quicquid in actionibus, petitionibus perſecutionibuſque eſt, bonis adnumeratur, l. bonorum, 49. ff. de verb. ſignific. Hotom.

Excandescere, non eſt ſortiter acclamare, vt judicat Scholium, in l. obſeruandũ. de offi. præſ. ſed vehementius commoueri & iraſci, quod ita veluti ignis animum incendat. Calliſtratus loco jam citato, de jus reddente loquens. Sed & inquit, in cognoſcendo neque excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, neque precibus calamitoſorum illachrymari oportet Spieg.

Excavavit locum aquarum curſus. l. 2. ff.

Ex cauſa hæreditaria diuerſum eſſe, id eſt, propter hæreditatem, not. in l. t. qui abſenti, §. fin. ff. de acqu. poſſ.

Excedere, proprie exire eſt. Sed à Paulo, in l. 3. de offic. præſid. gloſſ. accipit pro decedere, hoc eſt, ſe abdicare adminiſtratione. Spieg.

Exceptio eſt judicialis quædam allegatio reo competens aduerſus actionem. Hot.

Exceptio eſt quędam actionis limitatio, qua oſtenditur hoc caſu actionem alioquin juſtum locum non habere. Gœdd. de verb. ſign. ac l. 8. §. 8 n. 4.

Exceptionis verbum interdum generaliter accipitur, vt omnem omnino defenſionem contineat. Faber ad rubr. de excep. ſiue ea replicatio, ſiue duplicatio, ſiue triplicatio, ſiue quadruplicatio, interdum vero proprie: & tunc Exceptio actorem excludit, replicatio reum Prat.

Exceptio (ait Vlpian.) dicta eſt quaſi quædam excluſio, quæ interponi actioni cuiuſque rei ſolet ad excludendum id quod in intentionem condemnationemve deductum eſt. l. 2. ff. de except. Excludendum autem dixit, pro eiiciendum, & amputandũ: nam Excipere proprie detrahere eſt: indeq. dicta Exceptio eſt, quod partem aliquam de vniuerſo actoris jure detrahat, Quapropter eius formula vſitata hęc erat. Extra quam: vel Niſi ſi, vel Si non, ſi nihil, ſi tantum, quandoque præponitur vox At, nonnunquam Aut ſi, vel ſi, Aut niſi, quaſi defenſor aliqua ex parte veram eſſe actoris intentionem fateretur, ſed tamen cum exceptione. Qua de cauſa Paul. in l. except. 22. ff. eod. formulam hanc Si non, quę tota conditionalis eſt, ſignificans, ita ſcribis. Hot. Idem tamen in §. præiudiciales. Inſt. de act exceptionem dictam putat quod excipiat, id eſt amputet, exſcindatq; ab eo quod in intentionem deductum eſt l. 2. de except. Exceptio genere propoſita nil prodeſt: perinde eſt ac ſi nulla propoſita fuiſſet: quia poſtea declarari non poteſt. Pra.

Exceptio pro actione. Exceptiones non ſolum appellari ſolent defenſiones quibus actorum excluduntur intentiones, ſed interdum pactiones etiam exceptiones ſignificant. Quo ſenſu excipiendi verbo vſus eſt Horat. ſerm. lib. 2. Sat. 3.

——Mentem niſi litigioſus
Exciperet Dominus.

De ea enim loquitur Horatius, qui cum emptore pactus fuerat, mentem mancipij ſanam non præſtare. Sic excipere ſeruum ſine peculio, viſus eſt eo plane ſenſu Vlpianus accepiſſe quo diceremus, paciſci cum emptore de quodam hæreditario ſeruo ſine peculio, vniuerſa hæreditate vendita retinendo. l 2. §. 10. de hæred. vel act. vend. Idem Vlp. d. l. 2. §. 11. Et hæc quidem ſi vera ſunt, nunc opinor intelligimus, & recte & vere pactiones illas, quib. immuitur legitima conuentio, exceptiones his verbis Vlpianum appellaſſe; Adeo autem bonæ fidei judiciis exceptiones poſtea factę inſunt. l. 7. §. adeo, de Pactis. Eoq; ſenſu exceptionis vocabulo vſus eſt etiam Modeſt. in l. 39. de act. empt & præter Modeſtinum Pompon. in l. 32. de vſufruct. Proinde videndum eſt, an recte vir quidam acutiſſimus pro exceptiones reponendum eſſe Depectiones apud Vlp. arbitratus ſit in d. §. adeo. Rauar. Varior. lib. 2 c. 13.

Exceptio definitur defenſio Rei, actio contraria. Vulte i. l. 4. in monumeot. Inſt. t. 13. n. 4.

Exceptio eſt conditio, quæ modo eximit reum damnatione: modo minuit damnationem Hoto. Conditio autem dicitur, quia ſub conditione concipiebatur. Qua ratione & Fideicommiſſum conditionale, & addictionem in diem Cæſares etiam appellant conditionem. Bald. tit. de except.

Exceptio bonæ fidei judicio ineſt ipſo jure, judicio ſtricti juris, niſi poſtulata, & impetrata ſit. Vult. d. t. n. 3.

Exceptionem non probans, in litis ſumptus damnatus, cap. finem. Extr. de dolo & contu. Prat.

Exceptionis ac præſcriptionis vis & ſignificatio eadem eſt: niſi quod exceptio generalior eſt, latiuſque patet. Præſcriptio propriè ea eſt, quę curſu temporis à lege definiti autoritatem habet contra verum dominum, aut fructuarium, vel creditorem pignoratitium, & quemcunque aliquid eſt juris in fundo. Veteri 12. tab. lege mobilium rerum proprietas annua immobilium biennij poſſeſſionem acquiſita videtur: cætera vero jura & actiones, decem annorum poſſeſſione præſcripta, poſtea tanti temporis exceptione refellebantur. Qua ſimilitudine inductum eſt, vt res ſoli extra Italiam ſiue tanto tempore præſcriberentur: non vt earum proprietas vere acquireretur poſſeſſori, ſed ipſi daretur exceptio temporis, etiam contra vindicantem dominum, vt olim contra quemcunque alium agentem. Hot. ex Conna. v. Præſcriptio.

Exceptiones annales ac mixtas, quos juris Pontificij commentatores induxere, nos modo perpetuis, modo temporalib. accommodamus, vt Ferrarius noſter atteſtatus, enarrans tit. de except. in Inſt. Vbi etiam perſpicua (vt aſſolet) breuitate, quod tamen paucis conceſſum eſt, indicat vſum, ſiue, vt vulgo dicunt, praxim exceptionum. Spieg

Exceptio anomala, commentitia. Vide Anomala. Spieg.

Exceptio anomala eſt, quæ non ſequitur normam aliarum, quia poteſt opponi ante litis conteſtationem, & poſt & in litis conteſtatione, vt exceptio excommunicationis, & aliæ, ſc. de quibus dubitatur, an ſint perpetuæ, an temporales, vt exceptio matrimonij & exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis, vt not. Inſtit. de except. §. appellantur. & plures aliæ ſecundum Hoſtien & Specul. eod. tit. vt exceptio quæ competit fideiuſſoribus ex epiſt. diui Adriani contra creditores, vt not. Inſtit. de fideiuſſ. §. ſi plures. Old.

Exceptiones dilatoriæ ſunt, quæ differunt duntaxat perſecutionem actoris, nec ſemper locum habēt, ideoq; poſſunt ab eo euitari. Vt, pacti cōuenti temporalis: i. ne forte intra quinquennium agatur. Nam eo tempore finito; non obſtat agenti. Huc pertinent exceptiones procuratoriæ l. 3. C. ad SC. Vellei. Dilatorias exceptiones curſus non inutiliter diuidens gloſſ. c. exceptionem de exceptionibus. Alia (inquit) eſt declinatoria judicij, alia eſt declinatoria ſolutionis. Declinatoria judicij triplex eſt: Aut enim proponitur contra judicem, & illa propriè dicitur recuſatoria judicis, aut contra reſcriptum, aut cōtra impetrātem. Inter quas primo loco proponenda eſt recuſatio judicis: arg. c. quoniam contra falſam de probatio. Quia ad eam reuerti non poteſt, qui alias exceptiones proponit. l. ſi arbit. ff. qui ſatiſd. cog. Dilatoria ſolutionis, h. e. quæ differt id, quod actor ſibi petit à reo conuento ſolui: ante litem quidem conteſtatam, proponi debet: Verum probari poſt fundatam actoris intentionem, l. excep. C. de probat. l. ſi quidem. C. de exceptionib. c. cum Ioannes, de fide inſtr. Vtilis hæc eſt diuiſio, propter ordinem proponendarum exceptionum. Oldend.

Exceptio doli mali conceditur ei, qui cum dolo malo inductus ſtipulanti promiſiſſet, Iure ciuili obligatus erat. Eius formula hæc erat, Niſi dolo malo inductum eum ſtipulanti promiſiſſe appareat, l. 1. & paſſ ff. de doli & met. except Hot.

Exceptionis doli duæ videntur eſſe ſpecies. Prior eſt, quæ principaliter ex ipſo contractu datur, veluti quia dolo me induxeris vt promitterem. Hæcq; condēnatio inurit infamiam, & quia odioſior eſt: ſi quis debitor ea tutus exceptione, vltro ſoluat non repetit. Altera eſt quæ non ab initio naſcitur, ex ipſo contractu ſed magis ex quodam facto poſtea ſubſecuto: veluti ſi pactus non peteret ante Calendas, nihilominus ante eum diem petas. Et hæc quidem exceptio conuenit cū exceptionibus in factum: nec vllam juria continet infamiam, eſtque fauorabilior; vt ſi quis cum ea tutus eſſet, per errorem vltro ſoluerit, poſſit condicere Balduin. tit. de exceptionibus.

Exceptio excuſſionis. Vide infr. Excuſſionis beneficium.

Exceptio in factum plerumque eſt loco Exceptionis doli. l. 14. §. cum qui, Quod met. cauſ. Inſt. de Except. Briſſ. plur. all. Conceditur ei qui errore inductus ſtipulanti promiſerat, & jure ciuili contra æquum & bonum obligatus fuerat. Extra quam eum juſto errore inductus ſtipulanti ſpopondiſſe appareat, vt l. Iulianus, 7. de doli except. Hot.

Exceptio Iuriſiurandi permittitur ei qui actore Iuſiurandum deferente jurauit ei ſe nihil debere. Niſi appareat cum deferente actore juraſſe, ſe nihil debere, l. 3 & 4 de jurejur. Item ei datur, qui petitore deferente, ſuam eſſe rem qua de in jure agebatur jurauit. l. ſed & ſi poſſeſſori, ff eo. Niſi appareat cum petitore deferente, rem ſuam eſſe juraſſe Hot.

Exceptiones intentionis vocant actionis excluſiones: quando actor plane nullum ius perſequendi habet, de facto tantum mouens litem. Tunc enim exceptio actionem vel jus non veniens, factum duntaxat intentionis excludit leg. nec intentio. C. de tranſact gl. l. 1. de exceptionib. Exempla ſunt in tit. ff. quot. rer. actio. non dat. Old.

Exceptio litis pendentis tum competit, cum actor mutat plane judicium contra juris ordinationem: prohibitum enim eſt, ne reus in vno judicio conuentus trahatur ad aliud tribunal ob eandem cauſam antea, quam dicta ſit à priore judice ſententia. leg. vbi cœptum. l. ſi poſtea. ff. de judiciis.

Exceptio autem continentiæ non diuidendæ locum habet, quando actor prorſus vult mutare, ſed diuidere judicium duntaxat calliditate quadam. Old.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, conceditur ei qui quaſi ſtatum creditoro ſtipulanti ſpopondit, jureque ciuili obligatus eſt. Niſi non numeratam fuiſſe pecuniam appareat. Eſt autem inſtituto Iuſtiniani biennis facta l. in contractibus, C. de non numerat pecun. Hot.

Exceptio Nouationis competit debitori liberato; ſi creditor vel hæres eius aduerſus eum agat diſſimulata nouatione: de hac tit. de nouat. & de leg.

Exceptione omni maiores teſtes, quorum fides nulla ex cauſa legitima poteſt eleuari. & qui communi hominum opinione reputantur boni viri. Quibus vero ſuſpicionis exceptio recte opponatur tradunt Iuriſconſulti, in l. 2. & 3. de teſt. Vide & inf. Teſtes omni exceptione maiores. Spieg.

Exceptio obſcura nullius eſt momenti. l. 1. §. Labeo ſcribit. ff. de fluminib. l. Titiæ textores, in pr. ff. de legat. Bart. in l. 1. ff. de exceptionib. Obſcure excipere, eſt nihil excipere, argum. l de ætate. §. nihil intereſt, ff. de interrog. Exceptum non cenſetur in contractu, id, quod non apparet, l. in lege fundi. ff. de contra empt. Conuentio, ne vlla exceptio obiiciatur, nihil prodeſt niſi ſpecialiter exprimantur omnia: l. ſed & ſi quis § quęſitum. ff. ſi quis cautionib. l. ſi quis mihi bona fide. §. iuſſus eius. ff. de acq. her. Sub obtentu exceptionis non debet mora fieri in detrimentū alterius, l. ſi qui libertatē §. cū quidam. ff. de pet. hæred. Sicut infrēdens, in competentem actionem ſuccumbit, l. 1. § ideo autē ff ſi menſ. fal mod. dix. Ita etiam qui ineptam exceptionem opponit, l. 2. §. 1. ff de dol mal. & met. exceptio. l. 1. § Labeo ſcribit. ff de fluminib Bart. in l. 1. de except. Olden.

Exceptio pacto conuenti, eſt quæ aduerſus actionem opponitur, per quam aliquid à nobis petitur, quod nos quidem pręſtaturos promiſimus: ſed poſtea inter nos ne id peteretur conueniſſe affirmamus, vti docet Imper. §. 2. de except. Hot.

Exceptio pacti conuenti conceditur ei debitori, quo cum creditor de non petendo pactus erat, & qui tamen nihilominus iure ciuili obligatur manebat. l. iuriſgentium, ff. de pact. Niſi creditorem de non petendo pactum fuiſſe appareat. Hot.

Exceptio pronunciationis affinis eſt exceptioni rei judicatæ, de qua in l. pen. C. de arbit.

Exceptiones perpetuæ dictæ: quod vt ſemper locum habent ita in nulla litis parte euitari poterunt: quæque rem de qua agitur, hoc eſt, cauſam principalem perimunt: vnde etiam peremptoriæ appellantur. Qualis eſt exceptio doli mali, rei judicatæ, iuriſiurandi, pacti conuenti de non petendo perpetui, & id genus exceptiones agentibus nunquam non obſtantes, Oldend. Vide inſ. exceptio peremptor.

Exceptio præſcrinationis dicitur, cum quis ante tempus petit. Inter dilatorias cōnumeratur: vnde mox à primo limitem, i. e. ante litem conteſtatam, eſt obiicienda. Spieg. & Old.

Exceptio præiudicij competit pro incommodo, quo grauaretur reus conuentus, ſi judicium aduerſus eum dictatum procederet l. per minorem. ff. de jud. l. cum ſtatus, C. de ord. cog. l. fundum. & l. fundi ff. de except. l. vt debitum. Co. de act. hær. Alias autem iſta exceptio nominatur. Ordinis peruerſi, hoc eſt, quando ordo cauſarum inuertitur, primum inducendo eam, quæ poſtremo loco diſceptari deberet. Oldend.

Exceptio præpoſterationis, genus eſt præiudicialium actionum earum quæ ita ſe contingunt, quod ſequēs judicium premitur per ſententiam prioris judicij, hoc eſt judicium, quod ſequitur, eſt acceſſorium ad cauſam, quæ primo eſt mota, ita quod vtræque cauſæ contingunt. Exempli gratiā. Ego peto à te, quod diuidas hæreditatem: tu contra contendis, quod non ſim hęres: quomodo ergo meam diuidas hæreditatem? Ecce hic ſunt duo judicia, ſcil. diuiſoriū hæreditatis, & an ſim hæres. Iſta duo judicia ſe contingunt, quia non poteſt diuidi hæreditas, niſi cum hærede. Ergo prius eſt quod declaretur hoc judicium, an ſim hęres, vel non: qua ſententia lata, tunc præiudicatur alteri petitioni, quia ſi ſum judicatus hęres, merito mecum diuides: ſi judicatus ſum non eſſe hęres, recte nihil diuides mecum. Extat hic caſus in l. 2. fam. erciſc. & dicitur exceptio vel judicium præpoſterationis: & primum eſt Genus præiudicialium ratione contingentiæ. Vide Bart. in l. fundum. ff. de except. & præſcr. Spieg.

Exceptionum quędam ſunt nominatæ, quædam innominatæ ſeu in factum. Nominatę ſunt, quę proprio aliquo nomine in jure noſtro memorantur. Innominatę ſunt illæ, quæ certo nomine ſunt deſignatę, ideoque generali appellatione dicuntur exceptiones in factū, vel in factum comparatæ, vel in factum datæ, vel in factum cōpoſitæ. Vult. in comm. Inſt. l. 4. t. 13. n. 15.

Exceptiones peremptoriæ intentionem perſequentis ſemper perimunt, adeoque ſemper obſtant, nec poſſunt euitari ab aduerſario, quales cenſentur, Doli mali, Rei judicatæ, pacti conuenti perpetui, id eſt, ne omnino pecunia petatur. Si quid ſit

contra leges factum eſſe dicetur. Vtpote, ſi res dotalis inuita muliere ſit alienata. Inſtit. quibus alienat. licet, vel non, in pr. vel ſi mulier pro alio fideiuſſerit, l. 3. C. ad SC. Velleia. Old.

EXCEPTIO procuratoria, inquit Vlp. eſt exceptio qua reus dicit non licere procuratorio nomine agi: nec prorſus litem inficiatur, ſed perſonam citat. l. 2. §. 3. ff. de except. Hot.

EXCEPTIO quod metus cauſa datur ei, qui cum metu adductus ſtipulanti promiſiſſet, jure quidem ciuili obligatus erat, prætori tamē propter iniquitatem & aſperitatem juris ciuilis, dignus hoc præſidio videtur l. 1. & paſſ. ff. de dolo mal. & met. Si non metu inductum ſtipulanti promiſiſſe appareat, Hoto.

EXCEPTIO reuocandi domum conceditur legatis, hoc eſt, qui in cauſis publicis aliquo miſſi ſunt, poſſunt enim ſi conueniantur, reuocare domum, hoc eſt, petere vt cauſa remittatur ad judicem loci in quo domicilium habent, ne interim à publicis expeditionibus diſtrahantur, l. 2. §. legatis, ff. de jud. cap. vlt. de for. compet.

EXCEPTIO rei judicatæ conceditur ei, qui cum in judicio ejuſdem rei quæ nunc ab ſe iterum petitur, cauſam obtinuerit, denuo tamen in jus vocatus eſt. Niſi rem illam qua de agitur, judicatam eſſe appareat, l. 1. & paſſ. ff. de except. rei jud.

EXCEPTIO ſpolij competit ſpoliato, ſi deiector ipſe vel mandans aut ratam habens deiectionem, vel horum vniuerſalis ſucceſſor agat ex qualibet cauſa ciuili vel criminali aduerſus deiectum vel eius hæredem, c. fin. de ord. cognit. l. 1 §. hoc interdictum & hæredi, ff. de vi & vi arm. Id vero tantum hæc exceptio præſtat reo conuento, vt reſpondere non teneatur actori, antequam reſtituerit ereptam rem, idque pronunciabit iudex, c. 2. de ordine cognit. Old.

EXCEPTIO ſimulationis, de qua infra in verbo Simulatio.

EXCEPTIO rei venditæ, & traditæ ei obijcitur, qui rem à ſe venditam, & traditam vindicat, atque petit toto tit. ff. de except. rei vendit. l. 50. ff. de act. empt. Briſſ. Porro apud Iuriſconſultos frequens eſt hæc locutio: Exceptione poſita. Briſſ.

EXCEPTIONES temporales ſunt, quæ ad tempus ſolum nocent quare cum actionem tempus differre ſoleant, etiam dilatoriæ vocantur: apud Innocentium, tractatu de Except. Vt eſt pacti conuenti temporalis. Item judicis incompetentis; vt ea quæ aduerſus procuratorem competit, ſicuti Iuriſconſult. in l. exceptiones, de except. & poſt eum Iuſtin. exponit. Spieg.

EXCEPTIONUM FORMULÆ.

EXTRA quam ſi quid ita factum ſit, vti lege fieri licuit, l. 1. §. Labeo, ff. de fluminib.

EXTRA quā in reum capitis præiudiciū fiat, Cic. li. 2. de Inuent.

Si nō vi, nō clā, nō precario feceris, l. ſi vitē, ff. quod vi aut clā.

Si in re nihil dolo malo actoris factum ſit, l. 2. ff. de dol. mal. & met. except.

Si in ea re, qua de agitur, præiudicium hæreditati non fiat, l. 1. ff. famil. erciſc.

Si in ea re nihil metus cauſa factum erit, l. 4. vlt. ff. de dol. excep.

Si non voluntate creditoris fundus veneat, l. ſicut ff. quib. mod. pignus. Prat.

EXCEPTÆ perſonæ l. 5. §. fin. & l. 15 & l. 20. ff. de leg præſtand. intelliguntur parentes, liberi, vxor, nurus, cui dotis nomine legatur, l. 1. ff. eod. l. 1. C. de contr. tab. apud Vlp. in epit. tit. 1. Prat.

EXCEPTAS perſonas accipere debemus cognatos, quib. per legē Furiam plus mille aſſes capere licebat. Vlp. in eo. li. tit. peo. Pr.

EXCEPTOS in l. 1. ff. ad legē Iuliam repet. accipi oportet conſobrinos, propioriſve gradus cognatos, vxoremque. Prat. ex Briſ.

EXCEPTO eo apud Paul. in l. cui recte, ff. de nou.

EXCEPTO quod, pro præterquam quod.

EXCEPTOR, pro librario, hoc eſt, qui aliquid deſcribit, apud Vlpian. §. fin. l. ſed addes, Locati. Vulgus perperam ſcriptores dicit, quos librarios dicere deberet: cum ſcriptores ſint ipſi auctores conditoreſque librorum. Quod Beroald. in Suet. Domitian. adnotauit. Deſcribere & exſcribere proprie eſt exempla transferre, quod pertinet ad librarios. Sed & hoc pro cuſtodib. librorum, ac etiam pro iis, qui libros rationum curant, accipi Catan. indicat commēt 4. in Plin. epiſt. Proinde ab actis ad penetralia rationum, *auff die Rathkammer.* nuncupantur hodie *Buchhalter*, haud abſurde librarij poſſe videntur vocari. Sp.

EXCEPTOR Prateio Notarius, vel qui dictata excipit. Briſſ.

EXCEPTORES in ſcriniorum officiis ponuntur l. 5. l. 12. Cod. de proximis ſacror. ſcrin. lib. 12. l. 5. l. 7. & l. vlt. C. de palat. ſacrar. largitionum, l. vlt § hoc quoque. C. de re milit. l. vlt. C. de caſtrenſi peculio, l. 5. C. de numerariis. Briſſ.

EXCESSUS, pro errato, noxa, maleficio, facinore admiſſo, apud Canoniſtas & barbaros ponitur. Prateio etiam pro juriſdictione, in c. quoniam. §. ſunt & alij vt lit. non conteſt.

EXCESSUS vocabulum apud Marcellum in l. jam dubitari non poteſt, de hæred. inſtit. non ſatis intellectum à noſtris Doctoribus, Alciatus in Parergis monuit: quod videntur veteres pro digreſſione quadam accipere, vel cum quis altius rem petit, vel cum capta occaſione obiter extra argumentum aliquid dicitur. Spieg.

EXCESSUS, id eſt, mors obitus, l. 13. C. de procurat.

EXCETRA. Singularis in hac voce Emphaſis ineſt. Significat namque eum its illecebris meretriciis irretitum, vt etſi Ebutios abſit, amor tamen minime extinguatur, ſed ſemper viſa Hiſpala, magis magiſque inflammetur, & adaugeatur. Excetra enim dicta eſt hydra lernæa, quod vno cæſo capite excreſcebat, Plaut. in Perſa.

Nam cum leone & excetra & cum apro Ætolico, cum auibus Stymphalicis, cum Anteo deluctari malim, quam amore, &c.

EXCIDERE interdum ſignificat cadere: interdum ſuccidere, & quaſi excindere. Briſſ.

Interdum EXCIDERE, caſtrare, genitalia amputare, & ſpadonem facere, ſignificat, l. 4. §. vlt. ff. ad l. Corn. de ſicar.

EXCINDERE vterum prægnantis mulieris, eſt partus educendi ſeu extrahendi cauſa execare. Briſſ.

EXCIPERE aliquem numero ciuium Plin. 18. epiſt. 18. id eſt, eximere. Excidere partum mulieri, l. 2. de morte inferenda.

EXCIPERE interdum eſt in vēditione, locatione aut traditione aliquid recipere ſeu retinere, & vt vulgo loquimur, ſibi retinere, ac reſeruare, cauere, ne id venditione comprehendatur. Br.

EXCIPERE, pro ſuſcipere, in §. hoc amplius. Inſtit. de rer. diuiſ. Cum miſſilia jactant in vulgus ignorant quod eorum quiſque ſit excepturus. Huius verbi & varius & elegans eſt vſus. A nonnullis & pro nominatim cauere, *eigendlich außdrucken, außdingen*, vſurpatur. In emptionibus eo jure vtimur, quod lex præſcripſit: alij enim plura, alij pauciora excipiunt. De aliis Albert. Spieg.

EXCEPTA Budæo quæ in fœderibus ac legib. nominatim cautæ: vnde exceptio, cautio illa ſeu pactio, l. 3. de reſc. vend. l. 72. de contr. empt. l. 7. §. adeo, de pact.

EXCIPERE actionem. Oppoſitum, Seruum eſſe. Gaius in l. non ſolum, ff. de noxal. act. Nam abſurdum, inquit videretur, eos quidem, qui bona fide poſſiderent, accipere actionem: prædones, vero ſecuros eſſe. Spieg.

EXCIPERE pro accipere l. 2. C. de prædiis & om. reb. nauic. li. 11. Prat. Exceptum pro acceptum in prooem. ff.

EXCIPERE, excepta caponere l. & eleganter ff. de dol. mal. Aliquando ſignificat deducere, l. ſutiori ff. de pet. hær. Quandoque recipere, l. 3. ff. de ſeru. vrb. præd. Plerumque, conuenire, ff. locat. l. ſed addes. Prat.

EXCIPI nominatim, id eſt, poni ſeparatim, l. ob quæ vitia, §. animi, ff. de ædil. edict. Prat.

EXCIPIT manus iniectionem venditor, qui retinet ius rurſus prehendendæ rei alienatæ. Prat. ex Bud.

EXCITARE diſcordias, l. 77. §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.

EXCITARE accuſatiu, l. 16. ff ad l. Iul. de adult.

EXCLUDERE gallinæ vel aues dicuntur, cum incubando pullum emittunt ac procreant: quod & excudere dicitur.

EXCLUDERE, id eſt repellere. & ſummouere, exceptio, Actorem excludit: Replicatio Reum. l. 2. §. illud, ff. de except.

EXCLUDI tempore, eſt impediri, ne quis quid poſſit agere propter tempus. Papin ad Senatuſconſultum Turpill. l. quærebatur, an hi, qui ab accuſatione tempore excluſi eſſent, in SCtum Turpilliji inciderēt, & ſubdit: Qui præſcriptione temporis excluſi, cauſam adulterij proferre non poterunt. Idem de decu. l. ſpurij. Si præſcriptione temporis excluſus fuerit, non tenebitur. Sic apud Paul. in l. ſi proponas, de inoff. teſtam. Iul. in l. ſi libertus, de bon libert. & Pomp. l. ſi tamen. de ædil. ed. Spieg.

EXCLUSIO, eſt exceptio, l. 2. de except.

EXCOCTIO, l. 1. 2. de excoction. al. exactio.

EXCOGITARE fraudem, l. 40. ff. de jur. fiſc.

Quod pro pullis, EXCOGITATUM eſt, id eſt introductum, l. 3 §. Diuus ff. de Carbon. edict.

Ex cohorte prætoris, dicuntur prouerbiali ſermone, qui ad omnem nutum delegantur, ad hoc, aut ad illud exequendū, *Flux handanſchlagen.* Miniſtri prætorum non egent alia excuſatione, quam vt dicant, ſe quod fecerunt, illorum juſſu feciſſe: vt iam in prætorē ſit actio, nō in miniſtros. Ex Chil. Eraſ Spieg.

EXCOLERE ædificium, l. 44. ff. de vſufruct. Excolere poteſt fructuarius quod inuenit, qualitate Ædium non immutata, l. 13. §. ſed ſi ædium, ff. de vſufr.

EXCOLIDUS ager, ſqualidus, qui iam à cultura exijt. Prat.

EXCOMMUNICATIO, eſt extra communionem eccleſiæ ſeparatio, vel cenſura eccleſiaſtica excludens aliquem à communione fidelium, 11. quæſt. 3. c. nihil. Prat.

EXCOMMUNICATIONUM genera duo ſunt: Maior & minor, cap. pen. de ſent. excom. Prat.

EXCOMMUNICATIONIS verbo vtraque cōtinetur, d. c. pen. aliquando minor tantum, c. cum non ab homine, extra dein. Pr.

EXCOMMUNICATIO minor qui à maiore differat: docet Felin. Sand. in cap. 2. de except.

EXCOMMUNICATIO eccleſiaſtica contumaciæ pœna eſt maxima, Matth. 18. Apoſt. 1 Theſſ. 5. & 1. Corinth. 5. cum huiuſmodi, inquit, nec cibum quidem capiatis: apud Hebræos olim apoſynagogi dicebantur, quaſi ſynagoga exacti, & extorres propter contumaciam ſuam, vitandi ab omnibus, donec reſipiſcerent. Old.

Excommunicatos nunc vocamus, quibus humanitatis jus viciſſitudoque officiorum interdicitur. Et ſicut, quos maiore execratione mulctandos eſſe eccleſiaſtica auctoritas cenſuit, anathema adpellant ex eo quod in cippis expoſita eſt eorum deteſtatio, & proſcripta: ſic rebelles Imperatoriæ cenſuræ denuo excommunicari ſolent Banno, vt vtar verbo volgari, duplicato. Quam pœnam Romani olim interdictionem ignis & aquæ nuncupabant; incognitam à Græcis, apud quos Draco Legiſlator, cum de cædibus ferret legem Athenienſibus, ſtatuit hominem homicidam, aqua ablutoria, libationibus, crateribus ſacris, & foro arceri. Draconis lex extat apud Demoſthenem ἀνδροληψίαν quam ideo tulit, quo magis terribile peſtilenſque ſcelus videretur, hominem alterum alterius interemptorem eſſe. Hæc pœna erat proxima capitis ſupplicio, cum vſus ignis & aquæ interdiceretur, ſine quibus nec ortus hominis, nec vitæ progreſſus conſtare poſſit: quare & in nuptijs vtebantur, & Scæuola aquæ & ignis ſolemnitatem pro nuptijs dixit in l.pen.D.de donat.inter vir.& vxor. Draconis legem explicaui lib.1.veter.iuriſprud. Old.Pratelus.

Ex Compoſito idem, ſignificat quod compoſito, quaſi dicas, dedita opera, & vt conuenerat inter eos: vt ſubaudiri videatur alius dativus (negotio) nempe, ex compoſito negotio, *dem anſchlag nach handlen*. Ex diſpoſito in ſimilem vſum dixiſſe Macrobium, Ioſulanus obſeruauit Spieg.

Exconsul (vel Exconſule, vt Exquæſtore) dicitur, qui perfunctus eſt Conſulatu, non qui Conſulatum dimiſerit. Sicut Exquæſtor, qui perfunctus eſt Quæſtura, Imp. in prœm. de nouo C.Facien. Thomam, inquit, Quæſtorem ſacri palatij & Exconſulem. Nebr. Vide infra in voce Exquæſtor, & ibi notatos autores.

Ex continenti in l.7.§.1. de poſt. hoc eſt, ſine interuallo ac mora interpoſita, coniuncte ac continue. Nam continere ſignificat intra ſe tenere. Id autem fit cum paciſcentes in eadem adhuc tractatione contrahendi perſiſtunt, nec ad aliud negotium proceſſerunt, l.ſi ex duob.in pr.ff.de duob. reis conſtit. l.continuus in princ.ff.de verb.oblig. Ei opponitur Ex interuallo. aliquando his verbis Ex continenti triduum ſignificatur, vel, vt ait Albericus, pro intra triduum accipitur l.2.Cod.de erro. calculi. Prat.Hotom.

Ex contrario, Paul. in emptionibus, Scimus, ait, quid præſtare venditor debeat, quidque ex contrario emptor.

Ex compromiſſo ſumptus, l.pen.ff.de judicijs. Spieg.

Excreſcere & decreſcere opponuntur.

Excreſcere, & decreſcere aqua dicitur, l.1.in prin. de aqu. pluu.arc.Alber.

Excubias, qui pro pace excubant, l.13.ff.de accuſat.

Excubatio in §.6. l.3. de re milit. munus eſt præſidi ſuo ac præpoſito adſiſtendi. Goth.ad d.§.6.

Excubiæ, pro vigilijs recte intelliguntur in l.1.de offic. præfect.vigil. Sunt enim & diurnæ. Vnde opinor hanc vocem apud Paulum abſolute poni, in l.qui excubias, de re milit. Vigiliæ enim tantum modo ſunt nocturnæ ſi Vallæ credimus.

Excubicularij, qui cubicularij munere functi ſunt. Impp.l.13.de excuſ.lib. C.10. Maximarum culmina dignitatum conſiſtoriani quoque comites, notarij etiam noſtri, & cubicularij omnes atque excubicularij ab omnibus ſordidis muneribus vindicentur. Hot.

Exculcatores dicuntur ij, qui ſcilicet miſſilia, & lapides, & glandes exculcant & eijciunt. In Romani Imperij comment. exculcatores ſeniores appellantur, vt refert Turneb. aduerſar.lib.24.cap.12.

Excurator, apud B.Auguſt. ex reſcripto Impp. Conſtan. & Maxim.epiſt.68. Briſſ.

Excurare, priſcum, pro curis excludere. Nonius. Prat.

Excuriati, exterminatique apud Varronem & Tullium leguntur vocabulis ſane probis proiiti, qui curia & terminis exacti ſunt. Spieg.

Et quod **Excurrit** in l.26. §.fin. ff.depoſ. ſignificat & aliquot præterea ſummulas, vel denarios quæ formula B.Auguſt. frequens eſt, hanc formulam recte expoſuit G. Bud. in d.§.fi.his verbis: Prat. vide Cuiac.1.obſ.vlt.

Excurrere id dicitur, quod ordinem, modumve, id eſt, menſuram & numerum egreditur. Prat.

Excuſare, proprie eſt obiectum crimen diluere. Tranſlate tamen, in jure noſtro, eſt cauſam afferre, per quam ſtetit quo minus factum eſt, quod fieri vel agi, præſtarive debuit. Veluti, ſi latrones, aut flumina impedimento fuerunt, ne ad diem à judice dictum adeſſe poſſem. Excuſare item proprie dicitur, qui excuſat eum, qui ipſe nec in jus venire, nec alium mittere poteſt, in c.dilecti, de dolo, & contum. Id quod ferme contingit in judicijs criminalibus, vbi procurator nonnunquam admittitur, non vt vere interueniat, l.penult.ff.de publi.jud. ſed magis, vt reum pro innocentia atque abſentia ſua excuſet. l.ſeruum, §.publice, ff.de procur. & Bart.in conſtit. ad reprimendum, quom.in.cri.læſ.maieſt. Spieg.

Excuſationem arbitri recipere debet prætor, l.15.ff.de recept. quia arbitr. Excuſationē meretur ætas impuberis, ſerui & ancillæ nondum viripotentis, l.1 §. impubes ff.de S.C.Silania.

Excuſat à legionibus numerus trium liberorum, l.1. C.de legat. à cæteris muneribus perſonalibus numerus quinque, ab omnibus muneribus numerus 16 liberorum, l.ſemper de jur. immun. Sic legendum in l.ſi quis decurio.C.de decur Prat.

Excuſatio eſt allegatio immunitatis à tutela, vel cura, quam immunitatem quis habet ex juſta cauſa. Vult.in comm.Inſti. l.1.t.25. in princ.

Excuſatio apud judicem pro tribunali ſedentem eſt proponenda. Vult.d.loc.

Excuſsatus pro Excuſſus. Paul.l.46.§.6.ff.de admin.tut. Non prius ad eos reuerti pupillus poteſt, quam omnes tutores excuſſati fuerint. Hot.

Excuſſio, diligens inquiſitio eſt, ac detentio rerum, bonorumque principalis debitoris, per judicem vſque ad peram (vt vocant) & ſacculum, id eſt, nouiſſimum quadrantem effecta. Bart.in tract.de excuſſione pign.col.1.

Excuſſionis beneficium, quod eſt Nouę Conſtitutionis Imp. Iuſtiniani, dicitur ideo, & quidem merito, quod bona debitoris, ad quem ea res principaliter pertinet, principio ſint excutienda: experiundumque, an ſpes ſit conſequendi ab eo debiti, priuſquam fideiuſſores conueniantur à creditoribus, atque compertum ſit principalem debitorem non poſſe ſoluere in ſolidum: Nouella, vt creditor primum aggred.princip.debit. Oldendorp.

Excuſſis proprijs facultatibus l.plures, § 1.de admin.tut.

Excutere diligenter rationem, l.Titia.§.ſi de inoum teſtam.

Excutere alicui ſummam, 24.§.ſi cum debitor, ff.mandat. id eſt, fraudulenter, ſeu per obreptionem & circumuentionem ab aliquo auferre. Briſſ.

Excutere aliquem, eſt facultates eius diſcutere, & inquirere, vt ſciatur, an ſit ſoluendo l.2.ff ſi quis omiſſ.cauſ.teſta.l.1.§.ſi inter, ff.de magiſt.conue.l.1.C.de reuoc.ijs, quæ in fraud.cred. At in l.46.§.cum teſtamento, ff.de admin.tut. vbi vulgo excoſſi, qui Pand.Flor.deſcripſerunt, excuſſati ſcripſerunt: ducti vocum ſimilitudine, quod in archetypo excuſati ſcriptū eſſet.

Excutere crimen violentiæ, l.1. C.de appell.

Excutere vires alicuius, l.24.ff.mand pro inquirere in fortunas eius, vt Ann.Seneca.lib.1. de benefic.loquitur. Briſſ.

Excutere impenſum, id eſt, ſupputare, quanti ſint impenſæ.l.60.§.mandaui.ff.loca. Briſſ.

Excutere, id eſt, exigere, l.cum plures, §.mandaui.ff.loc. Albert. Tu rem expende. Prat.

ΕΞΕΡΡΑΣΘΗ, Vlp.l.3.§.5.ff.de incend. ruin. naufrag. dici ſcribit de naue eiecta à verbo ἐξεράζειν, quod eijcere, & expellere ſignificat. Hinc Heſychius [illegible] Hotomann.

Execrabile, h.e. deteſtandum & abominandum delictum, ſi ſeruus ſuum dominum vendat. l.moueor. C.ſi ſeru.export.

Exercendo a præda, l.ne piſcatores, ff.de incend.ruin naufrag.

Exerceri lites, pro adhorrere à judicialis ſtrepitu. in l.item ſi res, ff.de alieo.jud.mut.cauſ. Hæc enim, inquit Vlp. verecundis & cogitatio ejus, qui lite exercetur, non eſt vituperanda, Spiegel.

Exſecto matris ventre natus. Goth.ad l.129.de verb ſign.

Executio, id eſt, actio judicati, quam tertius, quod mirari poſſis, impedire poteſt, ratione intereſſe quod prætendit. Et dicitur vulgo iſte caſus contradictionis: qui & cauſa emergens appellatur, vt Zaſ. indicauit. Spieg.

Executio, i.e. criminalis accuſatio, ita enim vtimur executionis verbo, nec raro executio apud Latinos ſignificat vltionem. Certe in publicis judicijs accuſator non modo vltionem perſequitur, ſed tantum non exequitur. Nam is eſt, qui litem peragit, & cui acceptam ferre debeamus delicti vindictam. Nam & ſine accuſatore periculum eſt, ne multa lateant impunita ſcelera. Cæterum ſi quis tantum indicarit delictum commiſſum: cum judex ipſe tum litem peragat, rectius ei potius quam judici tribuetur executionis gratia, &c. Balduin. tit.de publ.judicijs.

Executionem publicam habere dicuntur crimina, quæ publice coerceri ſolent, & quorum nomine publica judicia conſtituta ſunt. Prat.

Executio, id eſt, nuntiatio poteſtas, l.de pupillo in princ. ff.de oper.nou.nunt.

Executio defenſio, c.defenſionis, 87.diſtinct.

Executio ſententiæ eſt mixti imperij, l.jubere caueri, ff.de juriſdict Prat. vide §.ſeq.2. & 6.plura.

Executio quandoque ponitur pro ſolutione l.centum Capuæ, ff.de eo, quod cert.loc.Prat.

Executio de re judicata dicitur, l qui pro tribunali, ff.de re jud. de ſententiæ executione fuſiſſime Bartolus l.ſi miles, ff. eodem tit. Prateius.

Executio plus eſt quam cognitio, Alberico l.à D.pio. ff.de re jud. Prat.

Executio obligationis eſt actio, quæ ex ea conſequitur, & ex-

Ff 4

actio. Hoto à Iureconſultis plerunque accipitur pro petitione, exactione & ſolutione. l. ſi minor. 66. ff. de verb. obligat. l. quidam, 135. eod. l. centum, de eo quod certo locu. Duarenus l. in executione. 85. ff. de verb. oblig.

Execvtionis vocabulum etiam hoc modo definiri poteſt, quod videlicet Executio ſit ſatisfactio quædam, quæ fiat per condemnatum, opera & miniſterio publici executoris pro ſententiæ iam latæ obſeruatione. Et probari poteſt hæc definitio ex l. 4. §. ait prætor. ff. de re jud. & l. 8. & fin. C. de cuſt. re. Bald. auth. ſed nouo. C. de ſeruis fugit.

Execvtio ſententiæ nunc officio judicis, nunc actione in factum fieri dicitur, l. intra de re jud. vbi Bart. quandoque & vtili actione, l. fin. ff. eod. Spieg.

Execvtor, qui poſt ſententiam, audita inter partes omni ac diſcuſſa lite, prolatum rei judicatæ vigorem ad effectum perducit. Prat. (Briſſ.

Execvtores, qui à prætore judicati exequendi cauſa dantur.

Execvtores vltimarum voluntatum legitimi ſunt, quibus à lege tribuitur poteſtas vltimæ voluntatis defendendæ, quo minus interuertatur, aut procraſtinetur, Hos & recte dici Publicos conſeruatores vltimarum voluntatum: quales ſunt omnes boni magiſtratus, præſertim in cauſis pijs Epiſcopi. Old. indicat in ſingulari ea de re quàm exacte ſcripto tractu. Spieg.

Execvtores teſtamentarij ſunt, quos teſtatores ipſi deputarunt, ad exequendam voluntatis ſuę poſtremam ordinationem. Et horum alij vniuerſales, alij vero particulares vulgo dicuntur. Vniuerſales quidem executores ſunt, quando teſtatur nullos ſcripſit heredes in ſpecie, ſed pauperes Chriſti inſtituit hæredes generaliter: vel aliquem locum piam: vel ſi vniuerſa bona ſua juſſit per tales teſtamẽtarios diſtribui pauperibus, non inſtituendo hæredes. Et huiuſmodi executores habent nomen heredis & cenſentur omnibus modis hæredes, l. id quod pauperibus, & l. ſi quis ad declinandam C. de epiſc. & cleric. Particulares vero executores ſunt, qui ſimul cum alijs heredibus in teſtamento ſcribuntur. Frequenter enim fieri ſolet, vt teſtatores inſtitutis hæredibus deputent nihilominus aliquos ad executionem rerum ſuarũ quas in varias cauſas relinquunt: forte dubitantes de fide heredis, vt in alio herede, de alim & cibar. leg. Quære Teſtamentarius. Spi. ex Old.

Execvtores vltimarum voluntatum eadem ratione qua publici judicum miniſtri dicti ſunt (de quo mox infra) quoniam juſta teſtatorum ad amuſſim exequuntur. Sæpe appellantur fideicommiſſarij apud Bartolum. Item diſtributores, diſpenſatores, apud Speculatorem. Quæ omnia tendunt eodem. Modo tamen memineris longam eſſe differentiam inter fideicommiſſarios, de quibus tractatur in tit. ff. & C. de fideicommiſſ. ac illos quorũ munus nunc frequentatur in noſtra Germania. Vſus autem introduxit, vt compendio quodam loquendi dicamus iſtos executores vltimarum voluntatum vno verbo Teſtamentarios. Quæ phraſis perperam recepta eſt. Quamuis enim & leges 12. tab. dicebantur olim duodecim, vt quæ omnibus notæ eſſent: & in nouo quoque Chriſti Teſtamento, duodecim intelliguntur Apoſtoli, qui tot erant: longe tamen alia illius appellationis eſt ratio. Spieg. ex Old.

Execvtores negotiorum dicuntur, vt opinor, viatores, apparitores, qui juſſu magiſtratus reos in jus vocabant & reliqua, quæ ad judicium conſtituendum, exercendum & exequendum pertinebant, agebant, l. vlt. ff. de teſtib. l. 1. & l. vlt. ff. de jud. l. 15. C. de teſtib. l. cum clericis, 25. C. de epiſc. & cler. § tripli. de actionib. Hotom.

Execvtores publici, judicum miniſtri, quorum officium eſt, vt mandata & ſententias ad effectum perducant, l. executorem, C. de execut. Prat.

Execvtor dicitur & is qui de certo articulo cognoſcit. cap. ſuper quæſtionem. Extra de offic. delegati. Prateius.

Execvtoris adpellatione continetur delegatus, c. ſi quis contra, de for. compet. Prat.

Exedra Græcum vocabulum eſt: à ſedium frequentia, & ſedendi commoditate nomen accepit, quibus etiam hodie vtuntur Eccleſię & canonici in clauſtris: vulgo capitulum ſeu chorus dicitur. Apud antiquos exedræ in vſu erant, eorumq; ſtudijs delectabantur, collocabantur enim in tribus porticibus (vt in quinto ſcribit Vitruu.) exedræ ſpacioſæ habentes ſedes, in quibus philoſophi rhetoréſq; ſedentes diſputabant. De his Cicero in 3 de Orat. Tunc dedita opera quieſcentibus alijs, in eam iam exedram veniſſe, in qua Craſſus poſito lectulo requieuiſſet, idem in 1. l. de natu. Deor. Offendi (inquit) eum ſedentem in exedra, & cum C. Velleio ſenatore diſputantem. diuus Hieronym. ad Euſtoch. Si quis cœperit ægrotare, transferatur ad exedram latiorem & tanto ſenum miniſterio confoueatur, vt nec delicias vrbium, nec matris quæ rat affectum. Vitruu. in 7. Periſtylijs (inquit) aut exedris, aut cæteris huiuſmodi locis quo Sol & luna poſſit radios ſuos immittere. Et ſecúndum iſta intellige ICtum in l. ſi vero plures, poſt principium, ff. de his qui deie. vel effud. licet gloſſator noſter ibi exedram pro feneſtra intellexerit. Neque audiendi ſunt quidam alij, qui mutata antiqua lectione vocabulum barbarum repoſuerunt. Neque etiam prætereo, quod Alexander genial. 5. c. 11. hoc in loco exedram putat non ſedem ab Vlpiano, ſed cubiculum deſignari, columnis fultum & epiſtolijs, plutibus exciſis ſpatijs, quibus proſpectus in viam erat. Gotta, vide Exhedra.

ita, inquit Iul. Pollux lib. 1. cap. 9. ἐξέδραι συγκαθῆσθαι. Budęus vbi ſupra de exhedræ vſu ſatis ſuperque ediſſerit, reiecta explicatione Accurſij. Prat.

Exegesse dicitur, cui per delegationem ſatisfactum eſt: cum delegationem vice ſolutionis habere, receptum ſit, l. quamuis, §. interdum ad Vellaian. Spieg.

Exemplar principalem ſcripturam eſſe, exemplum vero, quod inde deſcriptum ſit, recte Bart. in leg. Sempronius Proculo, ff. de leg. 2. dicit. Paul. in l. 2. ff. de fide inſtrum. Authenticam vocat, quod vulgo dicunt Originale. Et exemplum pro indice accipit. Nuſquam autem reperias eo modo Copiam dici. Plinius alicubi exemplum appellat exemplarium. Semper enim memento, bonus autores non obſeruare differentiam inter exemplar & exemplum.

Exemplar ſignificat idem quod exemplum, id eſt, quod aliquo ſcriptu tranſcribitur. Cic. ad Atticum l 4. Vrgebat ab eo, cui miſi, & non habebam exemplar. Et Plancus Cic. l. 10. Exemplar eius chirographi Titio miſi. & C. Aſinius Pollio eo li. Ex literis, quas Panſæ miſi, cognoſces omnia: nam tibi carũ exemplar miſi. Horatius quoq, de arte poet. Vos exemplaria Græca Nocturna verſate manu, verſate diurna. Pariter Suetonius de claris Grammaticis, multaq; exemplaria contracta emendare ac diſtinguere & adnotare curauit. Non me præterit Sext. Pompeiũ Feſt. ſcribere exemplar eſſe id, ex quo ſumitur exemplum, quod etiam tradit Laur. Valla elegant. l. 6. Verum non intelligũt de ſcriptura, ſed de exemplo propoſito ad imitandum ſicut vſus eſt Cic pro Cecin. Facula exemplar antiquæ religionis, quanquam Cic. etiam in eadem ſignificatione exemplum accipiat, vt patet ex oratione pro L. Muræna, ſicuti Valla notauit. At in hac lege legitur exemplarij non exemplaris: Quamobrem hæc quæſtio ſuperuacanea videri poteſt, quanquam fortaſſis exemplaris legendum, cum nuſquam apud bonos ſcriptores Exemplariũ legatur. Licet Valla & Nic. Perottus apud Plin. l. 6. c. 28. ita legant. Iuba, qui videtur diligentiſſime proſecutus hæc, omiſit in hoc tractatu, niſi exemplarium vitioſum eſt, Berenicem alteram, quæ Panchryſos cognominata eſt. Vbi nunc legitur, niſi ſi exemplarium vitium eſt. Vſurpauit etiam hanc dictionem loco exempli ſeu exemplaris, qui Iuſtiniani conſtitutiones Latinas reddidit, ſub tit. vt nul. mun. agri. Ex quibus manifeſte apparet, etiam in hac lege P. exemplari legendum ſit vt Pand. quoque Flor. habent, non recte accipi pro prima ſcriptura ad differentiam exempli. Quare interpretandum duxerim examplarij cauſa, i. e. vt teſtator ſecum exempla habere poſſit. Et quamuis hæ binæ tabulæ forent ambæ originales, vt eas Bart. appellat, non tamen dicuntur exemplaria ad exempli differentiam vt Doct notant. Nam Scæuola dixit exemplari cauſa, quoniam vtræque tabulæ ſunt alterarum tabularum exemplar. Eſt enim plerumque neceſſarium, vt plura ſint exemplaria propter innumerabiles cauſas, vt ait Imp. Inſt. de teſta. ord. §. ſed & vnum. Ferram explic lib. 2. in l. Sempronius, c. 13.

Exemplvm Cic. vocat, quod ad ſimilitudinem alterius verborum deſcriptum eſt: Ex literis, inquiens, quarum ad me exemplum miſiſti, epiſt. lib. 3. Vlp. in l. cæteræ. ff. fam. ercisc. Heredem enim, inquit, exemplum debere dare: tabulas vero authenticas ipſam tenere, aut in ædem deponere, l. 2. & l. 15. ff. de edend. Barbari copiam appellant. Old.

Exempla literarum, teſtamenti, &c. pro copijs literarum, quas vocant. Briſſ. plur. alleg.

Exemplvm item ſolet, dici, quod ſequamur aut vitemus. Exemplar, ex quo ſimile faciamus, auctore Feſto lib. 5. Sed ſæpè confunduntur: vt pertineat vtrumque ad factum, quo doceamur. Cic pro Muræn. Domeſticum te habere dixiſti exemplum ad imitandum. Et rurſus: Ad imitandum vero tam mihi propoſitum exemplar illud eſt, quam tibi. Bart. etiam in l. Sempronius, ff de leg. 2. aliam differentiam conſtituebat, quod exemplar ſit ſcriptura principalis, exemplum ſcriptura inde ſumpta. Quod autem ad exemplar attinet, probatur ex Feſto, Exemplum vero pro vulgato. Copia, ſumitur l. 2. ff. de edend. l fin. ff. quando adpell. & alibi ſæpiſſime. In eundem ſenſum vtuntur Iuriſconſult. Old.

Exemplarivm pro exemplo: Exemplarij verbo l. 47. ff. de leg. 2. l. 10. princ. quemadmodũ teſtã. aper. vtitur Briſſ. in l. parerg.

Exemplvm etiam interdum appellatur id, quod ex Authentico deſcriptum eſt: quod & Indicem Paulus, vulgus noſtrum copiam ac duplicatum vocat. Proinde Authentico ita exemplum opponitur, quemadmodum in vſu noſtro copia, Originali. Briſſ.

Exemplvm præterea accipitur pro pœna grauiore, quę cæteris ſit documento ad emendationem. Claudius Saturninus in l.

aut

aut facta. ff. de pœnis. Nonnunquam, ait, euenit, vt aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur: quoties nimium multis perſonis graſſantibus, exemplo opus ſit. Hinc, exemplum in aliquem fieri. Old.

EXEMPLVM quoque appellat Cicero id, quod rem vendituꝛus oſtendit emptori, vt ex particula, totius qualitatem æſtimet. *Ein Prob, oder Muſter.* Spieg.

EXEMPLVM denique accipitur, non autem exemplar, pro ſpecie argumentationis: cum probatur aliquid ex ſimili facto, cum citatione auctoris, ſicut tractat l. non poſſunt, ff. de legibus. Vnde prohibita ſunt exempla judiciorum priuatorum l. nemo judex. C. de ſentent. & interlocut. omnium judic. Cum non exemplis, inquit Iuſtinianus, ſed legibus judicandum. Hanc tamen reſtringit Bart. Socin. in tract. fallentiarum tribus limitationibus, quas tibi perluſtrandas relinquo. Prat.

Ad EXEMPLVM trahere, id eſt, vt Paulus interpretatur, ad conſequentias producere. Balduin. tit. de jure natur. gent. & ciuil.

EXEMPLVM pro conſequentijs ponitur in l. 1. ff. de conſt. principum, l. 14. ff. de legib. Briſſon. ad exemplum conſtitutiones aliquas trahi: id eſt, ad conſequentias produci. Briſſon.

EXEMPLO pernicioſiſſimum, peſſimumve: Es

EXEMPLI iniqui res l. 14. ff. de leg. 2. 47. ff. judic Sic

EXEMPLO malo, & peſſimo l. 2. ad SC. Macedon. l. 33. ff. de re judic. Briſ.

His verbis: EXEMPLO, ad exemplum vtilis actio ſignificatur, l. 13. § ſi procurator, ff. de act. empt. l. 16. & l. pen. ff. de inſtitor. alias nudam ſimilitudinem ſignificans illa verba, l. 27. in fin. ff. de donat. l. 7. ff. de inſtit. l. 6. C. de inoffic. donat. Briſ.

EXEMPLARIS ſubſtitutio, vide infra Subſtitutio.

EXEMPTA actio dicitur, quæ intendi poſſe deſiit, l. ſed & ſi. §. actio. 5. ff. ex quib. cauſ. maior. Exempta, pro peremptа. Bredet.

EXEMPTILE dicitur, quod eximi poteſt l. arg. 25. §. pen. ff. de aur. & argent. leg.

EXEMPTIO eſt quædam libertas, qua exemptus eripitur vel liberatur ab ordinarij juriſdict. gloſſ. c. cum olim, de priuil. Decius conſ. 153. & conſ. 152. Dominicus c. ſi papa, de priuileg. 6.

EXEMPTIO apud Pontificios eſt, vbi aliqua conuentualis eccleſia canonicorum ſecularium, vel regularium, monachorum, vel monialium, immediate ſubeſt Papæ. Prat.

EXEMPTIONVM genera duo ſunt: vniuerſalis quæ cum vniuerſitate juris ad Papam ſpectat, ita, vt Metropolitano, vel Diœceſano nihil juris maneat in eadem. Particularis, quę pro parte certis caſibus ab eorum juriſdictione eximit. vide ca. cum perſonæ, vbi interpretes de priuil. lib. 6. Prat.

EXEMPTVS dies, pro adempto, & denegato.

EX EMPTO verba aliquando pro contractu emptionis accipiuntur, l. ædiles aiunt, ff. de ædil. edict. Quandoque pro actione illa ciuili, l. juſtiſſime §. proponitur, ff. illo tit. Prat.

Ex eo vino, quod in illo fundo naſcetur, hæres meus amphoras decem quotannis in annos ſingulos dato, Iuriſcunſ. elucidat, ff. de trit. & vin. Spieg.

EXEQVI delicta, modo eſt crimen perſequi ac deferre: modo vindicare, magiſtratus officio & jure Briſ.

EXEQVI ſuam ſuorumque injuriam. l. 8 C de his qui accuſ.

EXEQVI, pro vlciſci Inſtit. in fin. de his qui ſui vel alieni jur. ſunt. Sic & à Plinio juniore vſurpatum eſt. Catanæus enim interpres, executos, id eſt, vltos exponit epiſt. 4. lib. 3. Spieg. Alias ſignificat declarare. Cicero Varroni: Occultiora habeo, quæ vix verbis exequi poſſum. Alias accipitur pro agere judicati formula in factum, vel officio judicis, l. inter & l. fin. ff. de re jud. Vnde Zaſ. reſte Oldend. executionem recte accipit pro actione judicati, quam tertius poſſit impedire pro ſuo intereſſe, idque mirabile reputat, vt paulo ante diximus, alias denique exequi denotat perficere, ad finem perducere, *vollziehen, vollenden.* Hinc ſunt executores publici, judicum miniſtri, quorum officium eſt, vt mandata & ſententias ad effectum perducant, l. executorem. C. de execut. rei jud. Vbi Accurſius tractat quaſdam more ſuo, hoc eſt, admodum frigide, huius verbi ſignificationes. Spieg.

EXEQVI paſſiue ſumitur, in l. 2. de re jud. ſententiæ raro exequuntur, & l. 18 de juriſd Prat. Briſſon.

EXEQVI tranſlatiue, eſt transferre pœnam in leniorem communemque modum, qui ad illud delicti genus non multum pertinet. Vlp. in l. 1. ff. de jur. patron. Spieg.

EXEQVI mortem. Lege, Mortem exequi. Hine

EXEQVIÆ ſunt funeris celebratio, dum corpus effertur, ſicuti funus pompa exequiarum eſt, Buſtum poſtquam cadauer crematum eſt, quaſi bene vſtum. Corraſius lib. 1. Miſcel. cap. 13.

EXEQVI, pro punire. Exequi ſub titulo eſt, pertractare. Vlp. in l. 11. §. hoc edicto, ff. de poſtuland. Old.

EXEQVI dotē, in l. 2. C. ſam. erciſcū. pro repetere, cōſequi Brede.

EXERCERE eſt lucrum facere, vt in tit. ff. de exercit. action. Et profecto in omni re, etiam literaria, nulla eſt, ad lucrum commodior via, quam exercendi, & frequenter tractandi Prat.

EXERCERE conſilium *das Gericht oder Hoffgericht beſetzen, beruffen, verſamlen,* quod quia poteſtatis eſt, *der vberkanat gebürt.*

mandata juriſdictione non tranſit: idcirco Vlpianus de juriſdictione ſcribit eum qui judicare jubet, magiſtratum eſſe oportere. Vide Conſilium exercere. Spieg.

EXERCERE judicia: exercere actiones more ſolito. l. 1. C. de ſerui. & aq. legem conuentionis venditionis, l. 8. C. de diſtract. pign. l. 3. C. de pignor.

EXERCERE feras, Triphonius l. vſuſfructuarium, ff. de vſuſfruct. Si viuarijs, ait, incluſæ feræ in ea poſſeſsione cuſtodiebantur, quando vſuſfructus cœpit: non exercere eas fructuarius poteſt, non occidere. Spieg.

EXERCERE interdum ſignificat intendere, & inſtituere: veluti, cum diximus exercere Actionem, l. 3. ff. de adminiſtr. & peric.

EXERCERE actiones, & excipere, correlatiua ſunt, l. 3 §. quod in tutoribus, ff. de adminiſtr. & peric.

EXERCERE, varias pro adiuncto verbo recipit ſignificationes. Diximus enim

EXERCERE argentariam. Inde

EXERCITORES argentariæ menſæ, l. 4. ff. de edend. Briſſon.

EXERCERE nauem, l. 1. §. fin. & l. 4. ff. de exercit.

EXERCERE pecunias, l. 55. in fi. ff. de hæred. inſtit. Es

EXERCERE fœnus, l. 49. de admin. tut. Prat. ex Briſ.

EXERCERE vectigalia, l. 6 §. decur. ff. de decur. l. fi. ff. de vi publ. Cicero pro lege Manil. Quo, ait, tãdem animo exiſtimatis, aut eos, qui vobis vectigalia penſitant, aut eos, qui exercent, atque eximunt? Exercere piraticam prauitatem Authent. nauigia. C. de furt. Exercere crimen, l. 7. C. ad leg. Iul. de adult. Cauponam, ſtabulum, l. 5. in fin. ff. de oblig. & act. l. 1. §. caupones, ff. naut. caup. ſtab. Feras, id eſt, agitare, l. 62. §. 1. ff. de vſufr. Poſſeſſiones l. 12. ff. de inſtru. inſtrum. leg. & Varro lib. 1. de re ruſt. c. 2. Prat. ex Briſ.

EXERCERE etiam dicitur poſſeſſio, id eſt, coli fundus: quo ſenſu ſumitur apud Vergil. lib. Geor.

EXERCERE monetam adulterinam clandeſtinis ſceleribus, l. 2. princ. C. de falſ. monet. l. 2. C pro quib cauſ. ſerui.

EXERCERE figlinas, harenarias, & argenti fodinas, l. 15. §. inde quæſitum, ff. de vſufruct. ff. de excuſat. ff. de excuſat tutor. Litem, id eſt, perſequi, l. 32. §. item ſi, ff. de arbitr. l. 4. C. de reb. cred. Inde

EXERCERE litem, i. e. perſequi, l. 32 §. item ſi quis Romæ, ff. de recept. qui arbitr. Fideiuſſor de exercenda lite, l. 8. §. poſt litem ff. de fideiuſſ. Sic

EXERCERE prouocationem, l. 2. §. ei quoque, ff. de judicijs. Cauſas appellationis, l. 4. C. mand. Excuſationis, l. pen. ff. de excuſ. tut. Prat. ex Briſ. (Briſ.

EXERCET cognitionē, qui eam perſequitur, l. 1. ff. ſi liber. ingen.

EXERCERE, punire, c. non omnis, 5. quæſt. 5.

EXERCERE, petere, l. vt verborum. C. qui admit. vel aperire viam petenti.

EXERCERE quæſtionem, pro torquere, & tortura afficere. Quæſtionem de ſicarijs, & inter ſicarios, exercere. Briſ.

EXERCITOREM nauis dicimus eum, ad quem obuentiones & reditus nauis omnes perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino nauim per auerſionem, recepto in ſe omni lucro & damno, conduxerit, vel ad tempus, vel in perpetuum, l. 1. §. exercitorem, ff. de exercit. ad quem quotidianus nauis quæſtus pertinet, §. 1. Inſtit. quod cum eo. Theophi. Hoto. Nec refert, qui exercet, maſculus ſit, an mulier, paterfamilias, an filiusfamilias, an ſeruus. Sed ſi pupillus nauem exercet, exigitur tutoris auctoritas. Prat. Vide ſupra actio exercitoria.

EXERCITOR ab inſtitore in hoc tantum differt, quod hic terreſtri negotiationi, ille maritimæ præpoſitus ſit, l. 1. & l. inſtitor. ff. de inſtitoria.

EXERCITOR, qui nauim, cauponam, aut ſtabulum exercet. Prat.

EXERCITALIS miles, vaſallus, feudatarius. Prat. ex Lombard.

EXERCITORIA actio tunc habet locum, cum quis ſeruum ſuum magiſtrum naui præpoſuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpoſitus erat, contractum fuerit, §. eadem ratione, Inſt. quod cum eo contract.

EXERCITVS, Vlpianus: Exercitum dicimus, non vnam cohortem, neque vnam alam, ſed numeros multos militum, &c. l. 2. de his, qui not. infam. exercitus autem nomen ab exercitatione traxit, l. 1. ff. de militari teſtamento. Spieg.

EXERCITVI præeſt, qui legionem vel legiones cum ſuis auxilijs ab Imperatore commiſſas adminiſtrat. l. 2. § 2. de his qui not. infam. Hotom.

EXERCITIO quæſtionum publicarum, l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. l. 200. ff. de verb. ſign. Sueton. in Iulio. c. 12. Et

EXERCITIO judicij, l. 53. ff. vt legat. ſeu fideicommiſſ. nomine caueatur. Prat.

EXERO, id eſt, emitto, ita accipitur in l. fi. C. qui admit. Ioan. Bellon. etym.

Ex facili, pro facile.

Ex facto conſultus, apud Vlp. in l. 3. §. 2. ff. de minor.

EXFESTVCARE, i. e. deueſtire, honorem alteri abrogare, aut eum abdicare. Prat. ex Otton. Friſing. Inueſtitura fiebat Feſtuca, vel ſcipione. Hinc infeſtucare, inueſtire. Prat.

EXHAUSTA pars in l.6.§.ſi patronus.§.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti,& in tit. ad leg. Falcid.ff.dicitur, quæ legatis abſumpta eſt. Briſſon.

EXHEDRA, ἐξέδρα, propriè conclaue, in quo ſellæ poſitæ ſunt complures colloquendi cauſa. Vlp.l.5.§.5.ff.de his qui deiec. vel effud. Oportebit prætorem æquitate motum in eum potius dare actionem, ex cuius cubiculo vel exhedra deiectum eſt: licet plures in eodem cœnaculo habitent. Cic.lib.5.de Fin. & in Orat de prouinc. Conſ. pro conclaui vbi philoſophi ſedentes diſputarent, vſurpat.in lib de Orat.3. Craſſum lectulo in exhedra poſitum dormientem facit. Hot. vide Exedra.

EXHÆREDARE propriè eſt, eum qui ipſo iure hæres deſignatus erat, ab hæreditate remouere. Itaque verbum hoc in ſuis tantum heredibus vſurpatur: in extraneis, res inepta eſt: inquit Paulus in l quidam,132.ff.de verb oblig.ad eos enim hæreditas ipſo iure non pertinet. Extranei ergo tum demum exhæredantur, cum prius heredes ſcripti in certum caſum hereditate priuantur, vt l.57 ad leg. Falcid.l. 18 § ſi eodem. de milit.teſtam.l.41.§.eius,de leg.l.44.de hæred. inſtit. & Inſtit. Vlp.tit.22. Briſſ. Animaduerti impropriè & abuſiue verbum hoc etiam ad eos transferri qui præteriti ſint: non tantum filios, verum etiam agnatos: in eo loco li.1.de Orat. quem olim aliorum quorundam auctoritate adductus, corruptum arbitrabar. Res delata eſt ad Centumuiros, cum miles domum reueniſſet, egiſſetque lege in hæreditatem paternam teſtamento exhæres filius: id eſt præteritus. Sic in Philip. Orat.2. fratrem ad quem, vtpote proximum adnatum, hæreditas pertinebat, exhæredatum legimus, pro ſilentio prætermiſſum, & eo ſilentio quaſi excluſum ac deiectum de ſpe certa & explorata quam habebat. Igitur, inquit, fratrem exhæredans te faciebat hæredem. Sic Cornific.lib.ad Her.4. Hæreditas aliqua obuenit? non poteſt dici: ſed etiam à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt. Sic in Cluent. P.Ælij teſtamento propinquus exhæredatus cum eſſet, hæres hic alienior inſtitutus eſt. Hotom.

EXHÆREDARI ergo propriè eſt judicio parentis, meriti de cauſſa, à ſucceſſione quæ velut debita eſt, ſummoueri, vt loquitur Paul. in l.vlt. ff.de bon damnat. Ac plane exhæredari, ſummoueri, remoueri, pro eodem vſurpat Vlp.l.3.§.filius,& §. ante,& §.in eo,ff.de liber.& poſthum.

EXHÆREDATIO. Qui filium in poteſtate habet, curare debet, vt eum hæredem inſtituat vel exhæredem eum nominatim faciat, alioquin ſi eum ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur, adeo quidem, vt ſi viuo patre filius mortuus ſit, nemo hæres ex eo teſtamento exiſtere poſſit: quia ſcilicet ab initio non conſtiterit teſtamentum §.1. de exhær.lib.Inſt.& l.tutor cætera, de lib.& poſthum.ff. Exhæredatio omnis in teſtamento fit: vimque ſuam duntaxat poſt mortem teſtatoris habet. Pra. Filij autem exhæredatio vt valeat, multa requiruntur. Primo enim nominatim fieri exhæredatio debet d.§.1.quid autem ſit exhæredare nominatim, ex Vlp.in l.1.& in l.2.& in l.3 de lib.& poſth.ff.videri licebit. Secundo, pure exhæredatio fieri debet, d.l.3 §.pure. Tertio, à toto gradu, non à certa hæredum perſona exhæredatio fieri debet d l 2.§.filius. Quarto, exhæredatio ab vniuerſa hæreditate, non à certa parte hæreditatis, vel à fundo hæreditario, vel alia re ſingulari fieri debet.l.cum quidam.de liber.& poſthum.ff Ex eo, quod in principio diximus, apparet, matri neceſſe non eſſe: vt filios, quos non vult ſibi hæredes eſſe exhæredet, ea enim filios in poteſtate non habet: itaq; regulariter matris præteritio pro exhæredatione § fin.de exhær lib.Inſt 2.apparet, & patrem poſſe filium emancipatum, cum è manu eius exierit prætereundo, vel inter cæteros exhæredare, §.emancipatos Inſt.eod. Cæterum, & quod diximus, patrem debere filium, quem in poteſtate habet, aut hæredem inſtituere, aut nominatim exhæredare, verum eſt in maſculis; filias enim, etiam quas in poteſtate habeat exhæredare nominatim non tenebatur pater, §.1. Inſt.eo l.maximum vitium, de liber præter.C. Et hæc quidem olim Hodie vero parentes tenentur liberos, ſiue maſculos ſiue fœminas, ſiue eos in poteſtate habeant, ſiue emancipati ſint, aut hæredes inſtituere, aut nominatim exhæredare, §.ſed hæc quidem de exhær.lib. Inſtit 2.d.l. maximum vitium, de lib.præter. C Sed & parentibus non aliàs licet liberos in teſtamento ſuo ſilentio præterire, aut exhæredes facere, niſi eos ingratos comprobent, & eas ingratitudinis cauſas parentes nominatim in ſuo deſcripſerint teſtamento, quas pleniſſime ex Imperatore, in §.aliud quoque capitulum, vt cum de appell. cognoſc in Auth.col.9 videre licebit. Illud autem non omittendum, exhæredationem, non adita hæreditate ex teſtamento, nullius eſſe momenti, l.pen.§ ſed cum, de bonor poſſ.contr. tab.ff. Anchora.

EXHÆREDATIO legis implet voluntatem: Præteritio ſecus. Illa ſolidat teſtamentum. iſta infirmat: Illa lege permittitur: iſta prohibetur. Salom.in l.Gallus, ff.de lib.& poſth.Spieg.

EXHÆREDATUS, hæreditate rite priuatus. Non enim quæuis exhæredatio ſummouet filium à contra tabulas poſſeſſione, ſed quæ rite facta, vt apud Vlpian.de bon.poſſeſſ. Vnde filijs querela ſæpe eſt de inoffic.teſtam.Prat.

EXHÆREDATIONIS formula duplex eſt, aut nominatim, aut inter cæteros, Inſtit.de exhær.lib & ff.de lib.& poſth.

EXHÆREDARE inter cæteros, i.e.generaliter, & vt ait Theoph. ἀορίστως. Balduin.tit.de exhæred.

EXHÆREDATIO autem quædam notæ & iniuriæ cauſa fit, quædam non notæ cauſa, ſed bono conſilio, l.18.ff de lib.& poſth. l.12.§. ſi quis, & l.47. ff.de bon. lib. Sæpe tamen ignominia quædam eſt l.56.fin. C.de liber. præter. & iniuria l.54.de leg.

EXHÆREDATIONIS nota l.penul. ff.de bo.poſſ.cont.tab.Prat. ex Briſſ.l.10.vb Goth.C.de teſt.

EXHÆREDEM teſtamento ſcribere, & exhæredatum facere, l.4. vnde liberi, l.1.de Carbo edict.Cic.1.de Orat.l.54.C.de legat. l.22.& 24.C.de inoffic.teſtam.

EXHÆREDATUS filius videtur, non tantum ſi ita dixerit pater, Filius exhæres eſto, ſed & ſi ita. Ille filius meus alienus meæ ſubſtantiæ eſto, l.3.C de lib.præter. Quinetiam à matre, militeve præteriti, pro exhæredatis habentur l.47.§. fin.ff.de bon. lib.Prat.Briſſ.

EXHAURIRE facultates, l.30.ff de re jud id eſt exinanire Briſſ.

EXHAURIRE patrimonium ob munificentiam in patriam, l.8. ff.de decurionib.

EXHAUSTIS apothecis, l 40 ff.de ſtatuliber.

EXHIBERE eſt eius rei, quæ tangi viderique poteſt, præſentiam præbere. Gœdd.ad l.22.de verb.ſign.n.4.

EXHIBERE quaſi ex (hoc eſt in publico, ſeu palam: non enim ſemper particula Ex materiam ſignificat, maxime in verborum compoſitione) & habere (h.e oſtendere, & demonſtrare & præbere) dicitur, ſiquidem qui exhibet è penu rerum ſuarum, quod habet, depromit & profert, vt & videri & tangi, ſumi vel tolli poſſit, l.1.§.1.ff.de muner.& honor. Ideoque vix eſt, vt exhibere de rebus, immobilib.dicatur. Gœdd.d.loc.

EXHIBERE, eſt facere in publico apud magiſtratum poteſtatem videndæ & apprehendendæ rei, vt actor copiam eius habens, poſſit experiri iure & exequi actione, quod deſtinauit l.2.ff. ad exhib. & Caius in l.plus eſt, ff.de verb.ſign. Exhibere, inquit, eſt præſentiam corporis præbere. Vſus autem exhibitionis latiſſime patet. Et proprie ad res mobiles pertinet *Zuzeigen fahrende Hab.* Transfertur tamen & ad res incorporales vt, exhibere negotium, h.e.moleſtiam. Exhibere amicitiam: exhibere doctrinam. Adde Brechæum l.plus eſt, in tit.de verborum & rerum ſign.Old.

EXHIBERE eſt in publicum copiam facere, l.3.de liber. hom. exhib. Exhibere autem minus eſt quam Reſtituere, inquit Gaius, Nam Exhibere eſt præſentiam corporis præbere: Reſtituere, eſt etiam poſſeſſorem facere, fructuſque reddere. pleraque præterea reſtitutionis verbo continentur, l.22.ff.de verb. ſign.Hot. Alciat.de verb.ſign.

EXHIBERE ait Vlp.l.9.§ 5. ad exhib. eſt in eadem cauſa præſtare, in qua fuit cum judicium acciperetur, vt quis copiam rei habens, poſſit actione exequi, quam deſtinauit in nulla cauſa, quam intendit, læſa, quamuis non de reſtituendo, ſed ad exhibendum agatur. Proinde ſi poſt litem conteſtatam vſucaptum exhibeat, non videtur exhibuiſſe, cum petitor intentionem ſuam perdiderit, &c Bald.tit.de offic.jud Hotom.

EXHIBET, inquit Labeo, qui præſtat eius de quo agitur præſentiam, nam etiam qui ſiſtit, præſtat eius, de quo agitur, præſentiam, nec tamen eum exhibet, & qui mutum, aut furioſum, aut infantem exhibet, non poteſt videri eius præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis apte appellari poteſt, l.246.ff.de verb.ſign Hotom.

EXHIBERE in interdicto de liber. homin. exhib. eſt, vt ait Vlp. in publicum producere, & videndi tangendique hominis præbere facultatem. proprie autem exhibere eſt extra ſecretum habere, l.3.§ 7.ff.de homin.liber.exhib.Hot.Briſſ.

EXHIBERE in tractatu de tabulis exhibendis eſt, inquit Vlpian. materiæ ipſius apprehendendæ copiam facere, l.3 §. 8.ff.de tab.exhib.Hot.

EXHIBERE actionem, mandare actionem, cedere actionem alicui, l.qui iniuriæ. § qui alienis, ff.de furt. Dicimus etiam cedere actiones, transferre actionem ad aliquem. Caius in l.quod ſæpe arra §.ſi res vendita, ff.de contrahend. emp. Spieg. Vide Cuiac.obſ.10.c.14.

EXHIBERE rem dicitur, qui in præſentiam affert. Alciat. de verb.ſign. Reſtituere vero generalius verbum eſt, quod etiam ad fructus refertur. Ibid.

EXHIBERE diligentiam, l.2.de peric.rei ven. Negligentiã, l.10. ne compenſ Fidem, l.53.C.fam.ercifc.l.6.C.commu vtri jud.

EXHIBERE culpam, i.e. præſtare, l.3.§.nunc videndum. Commo.

EXHIBERE & reſtituere differunt: plus enim eſt in reſtitutione, quam in exhibitione: nam in illa non tantum corporis poteſtas dabitur, ſed etiam poſſeſſio ipſa cum omnibus acceſſionibus redditur: hac vero tantum corporis præſentia, videndi, tangendi, abducendive facultas præbetur, Gœdd. ad l.213.nu. 4.d.verb.ſign.

Exhibere, pro probare, l. 1. C. de ædil. act.

Exhibens, tardius non exhibere cenſetur, l. Iulianus ſcribit, §. vlt. ad exhib.

Exhibendus, id eſt, producendus, c. cũ amplius. extr. de teſtib.

Exhibere partes ſuas, officium facere, l. 4. fin. Cod. de in litem iur. Meretrix paſſim venalem formam exhibet. l. 22. C. ad leg. Iul. de adult.

Exhibitus, id eſt, ductus ad judicium, l. 1. princ. C. de ſportul. vbi Gothofr. not.

Exhiberi, pro per gratiam relaxari, in l. ad beſtias, ff. de pœnis, nec recte interpretari, nec inde colligi poſſe alleuationem pœnæ, Alciat. 28. Secundi Parerg. Spieg. Pear.

Exhibere, aliâs eſt educare, alere, nutrire. Exhibere familiam, vxorem, vide l. 34. de neg. geſt. l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. vrb. l. 5. in princ. & §. ſi quis à liberto ff. de li. adgn. l. 5. ff. de naut. fœn. l. 11. ff. de exhib. l. 1. § ſi pupillis, ff. de tutel. & rat. l. 20. § ſi domum, l. pen. & l. vlt. ff. de in rem verſo. l. 48. §. vſuras, ff. ſolut. matrim. l. 10. in fin. ff. de alim. leg. l. 17. ff. de doli except. Briſſ. Hotom. Inde exhibitio pro alimentis in l. 56. § vlt. ff. quando dies leg. ced. l. 1. §. non autem. ff. de exercit. l. vlt. §. ſi inter, ff. mandat. l. penult. ff de acquirend. hered. l. 18 §. item eum fundus ff. de inſtruct. vel inſtr. l. 69. §. in domum. ff. de jure dot. Plenius exhibere cibum & potum in l. 1 § 2. ff. de muneribus. Vritur & hoc verbo in hanc ſententiam Tertull. in lib. de idololat. Briſſ. Vide & Duarenum, l. in inſulam. § vſuras. ff. ſol. matrim. & vide plura de huius verbi ſignificatione, & exemplis apud P. Rebuffum in l. 22. ff. de verb. & rer. ſign.

Exhiberi tam perſonę, quam res, & inſtrumenta dicuntur. Briſſonius.

Exhibitio teſtium, l. 20. C. de his qui accuſ. exhibitio accuſati l. 9. Cod. de calumniat. exhib. educationis l. 2. fin. C. de alim. pupil. præſt.

Exhibitio, pro deguſtatione, apud Vlp. In l. 3. de opt. vel elect. legat. pro alimentis, vide §. præced.

Exhibitionis neceſſitate teneri, apud Impp. in l. exhibitionis, C. ad exhib.

Exhibitionis, & deductionis opus, l. 3. & l. 5. C. de aduoc. diuerſ. jud. Forte exhibendarũ angariarum munus ſignificatur l. vnic. C. ſumptus iniunct. muneris ad omn. colleg. pertinere.

Exhibitoria interdicta, quibus liber homo, qui ab alio inuitus detinetur exhibere cogitur, l. 1. de lib. ho. exhib. Exhibere autem ibi eſt in publico copiam facere. l. 3. ff. de lib. hom. exh.

Exhortans ſeruum ſuum, vt vim faciat, infamis fit, l. 8. princ. C. ad leg. Iul. de vi publ.

Exigere eum effectu accipimus. Exigere enim eſt, quod ſibi debetur, per judicem aut ſine judice repoſcere, & auferre: ad ejus ſolutionem præſtationemve debitorem vrgere: denique ſuum ab inuito vel ceſſante debitore conſequi. Igitur qui interpellato eum inſtantia debitore, ad ſuum perueniunt, Exegiſſe dicuntur: Exactumque accipimus, quod non vltro, ſed vel imminente judice, aut alias vrgente creditore, ſolutum eſt ac præſtitum. Briſſ.

Exigere poſſe dicitur qui actionem habet. l. 64. §. peruenisse, ff. ſol. mat. Exig. non poſſe dicitur, cuius nulla actio petitioque eſt l. 58. ff. eod. tit.

Exigi dicuntur debitores, cum ab his pecunia petitur l. 15. & 45. ff. de liber. leg. l. 16. C. ad leg. Falcid. tit. quando fiſcus debit. l. 44 in fi. ff ſol matr Briſſ. verbum porro Exactæ pecuniæ non ſolum ad ſolutionem referendum, verum etiam ad delegationem. Vlp. lib. 32. ad edict. ſcripſit, l. 187. ff de verb. ſign. Briſſ.

Exigi etiam mancipia quis dicitur in l. 5. C. de ſeruo fugitiu. eadem forma, qua exigi portorium apud Gell. lib. 15. c. 14. Briſſ.

Exactores in l. 1. & 3. de conuenien. fiſc. debit. lib. 10. & l. 3. de his qui ex publ. rat. eo. lib. & C de exactor. tribut. dicebantur, quibus exigenda fiſcalia nomina mandata erant, qui ad tributorum, & fiſcalium debitorum exactionem deſtinati erant. Quo in ſignificato ſæpius hoc verbum reperitur apud Saluia. Maſſil. in lib. de vero Dei judicio. Δημοσίων σχαιν...ας ... Iuſtinian. appellat. in Nou. 28. Briſſ.

Exactores plane ſerui in l. 41. §. vlt. de fideicommiſſ. liber. qui debitores & nomina exigunt, creditaque pecunias repoſcunt, Plauto Flagitatores. Briſſ.

Exigo, deſidero vt des, fideicommiſſum valet: ſed & ita, volo hæreditatem meam Titij eſſe: ſcio hæreditatem meam reſtiturum te Titio. Neratius autor. Spieg.

Exegiſſe, varie accipi monuit Alciat. proprie tamen exegiſſe dicitur, qui id recepit, quod inſtituta actione petebat: vnde exigere ab inuito accipitur. Spieg. Vide Rebuff. ad l. verbum exacti ff de verb. & rer ſign.

Exigere, ab ex & agn, pro eijcere, expellere. *auſſtreiben* l. 2. §. quod ad magiſtratus, ff. de orig. jur. Alias debitum petere, vt, exigere pecuniam. Et exactores, qui exigunt. C. de exactor. tribut. Old.

Exigere viam, Cic 3. in Verr. ad quem locum Aſcon. Pædian. Exigere, ait, viam dicuntur Magiſtratus, cum viciniam cogunt munire, ſumptu quam diligentiſſime facto.

Exigere, id eſt, condicere. l. 5 in ſi princ. C. de ſecund. nupt.

Exigva res. Vide res exigua

Exigva ſumma pro modica. l. ſinal. ff. de prætor. ſtipul.

Exiguitas nummi apud Vlpian. in l. nummis, de leg. 3. & exiguitas legatum in fin. l. ſi ita adſcriptum de leg. 1. ſicut exiguiſſima legata, dixit Plinius ſecundus Spieg.

Exilium, ab ex ſolum factum eſſe verbum. Feſtus, Nonius & Seruius ſignificant his verbis: Solum ſignificat locum, hinc exules, dicuntur, ſolo patriæ ſuæ pulſi item exules dicuntur extra ſolum. Item. Exul quaſi trans ſolum miſſus aut extra ſolum vagus. Item. Exulat, id eſt, extra ſolũ ſuum habitat. Quicunque ergo ſiue ſua ſponte, ſiue pœnæ, ignominiæve cauſa extra ſolum ſuum habitant, Exules dicuntur, quorum tamen tria genera reperio. nam alij Interdicti, alij Relegati, alij Deportati nominantur: quod illa inſcriptio declarat in lib. Pandect. 48. de interdictis, relegatis & deportatis. Interdicti dicuntur, quibus interdictum eſt certi loci aditu commercioque: veluti ſi qui Roma abeſſe jubetur à conſule: vt Lamia eques Romanus, quem (vt ſcribit Cic. in Orat. pro Sextio) P. Gabinius conſul juſſerat ab vrbe abeſſe millia paſſuum ducenta. Item, ſi cui à præſide prouinciæ, veluti Siciliæ, aditu ſuæ prouinciæ interdicatur. Cuius rei exempla ſuppeditant in l. 7. §. 4. 5. & 6. ff. eod. Relegatorum autem duo genera ſunt, alij namque proprie Relegati dicuntur, cum in locum aliquem ab hominibus amicis, & notis remotum amandantur: vt Ouid. qui in Pontum abire juſſus eſt: qua de cauſa ita ſcribit.

Arua relegatum iuſſiſti viſere Ponti.

Cic. lib. de offic. 3. Criminabatur etiam, quod Titum filium, qui poſtea eſt Torquatus appellatus, ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare juſſiſſet. Alij vero impropriè relegari dicuntur, qui non modo non amandantur alio, ſed certum in locum quodammodo includuntur: & quaſi circumſcribuntur, vt cum præſes damnat aliquem ne domo ſua prodeat: in l. vlt. eod. quod feciſſe Verres dicitur à Cicerone, Verrina 4. qui judicem illum qui ſecundum Heraclium judicarat, in ſenatu eſſe, locisq; & commodis publicis vti vetuit. Item cum quis patria excedere vetatur, jubeturve certis in vicis morari: qua de re loquitur Vlp. in l. 7. §. ſolet eod. eaq; eſt, meo judicio, quã Marcianus latam fugam appellat in l. 5. eod. Vbi ait, latam fugam eſſe cum omnib. locis interdicitur, præter certum locum. Nam latam fugam Græcus homo dixit, non facultatẽ libere vbique vagandi, vno loco excepto ſignificans: ſed φυγὴν potius demonſtrans, i. e. exilium ab omnibus locis præterquam ab vno: quaſi dicat, hominem ab omnibus locis præterquam ab vno aliquo fugatum, ſic enim Græce nonnunquam noſtri loquuntur, vt notauimus in l. 1. ff. de ſponſal. Sponſalia eſſe mentionem, pro μνείαν. Apparet igitur neque corruptum illum eſſe locum, vt Budæus & alij exiſtimant, & hanc latam fugam ex aduerſo reſpondere Interdictioni, ſiquidem Interdictio dicitur, quum quis certi loci aditu, lata fuga vero cum certi loci exitu prohibitus eſt, quod paucis hiſce annis apud Allobroges vſurpari vidi, cum decreto Senatus piſtor quidã vrbe ſua exire per vniuerſum vitæ ſuę tempus eſt prohibitus, quam multam Exilij nomine rectè à ICtis appellari, locus quem ex Orat. Cic. pro Sextio ſubijciam, oſtendit: Idemque tu, cũ hic atque huiuſmodi conſilijs, ac facinoribus nomine C. Cæſaris clementiſſimi, atque optimi viri, ſcelere vero atque audacia tua M. Bibulum foro, curia, templis, locis publicis omnibus, expuliſſes, incluſum domi contineres: cumque non maieſtate Imperij, non jure legum, ſed ianuæ præſidio, & parietum cuſtodijs conſulis vita regeretur, miſeriſne viatorem: qui M. Bibulum domo vi extraheret, vt id quod in priuatis ſemper eſt ſeruatum, id te Tribuno pleb. Conſuli domus exilium eſſe non poſſet. Deportati porro dicebantur, qui ciuitate ſua mulctati, vincti (vt veriſimile eſt) neruo aut compedibus, in nauim aliquam imponebantur, ſeruiſque publicis vt eum in inſulam transferrent, tradebantur: idque atrociſſimum exilij genus erat, quod (vt modo dixi) jus omne ciuitatis & agnationis adimebat. l. 6. ff. eo. l. 4. ff. de gradib. l. ſunt quidam, 17. ff. de pœn. & l. 1. ff. de hæred. inſtit. Itaque neque capere quicquam ex teſtamento ciuis Roman. deportati poterant, neque jus vllũ in ſua priſtina ciuitate retinebant, l. ejus qui, 8. ff. de teſtam. l. ſi pater. 9. C. de ſent. paſſ. Deniq; mortuorum loco habebantur. §. cum autem, quib. mod. jus patr. l. Gallus ff. de li. & poſth. Hinc illud Iulij Cæſaris edictum apud Suetonium: Deſinant, inquit, vltra quærere, mihique qui compertum habeo, credant: aut quidem vetuſtiſſima naui impoſitos quocunque vento in quaſcunque terras jubeo auehi. Sic Terent. in Phormione. Tantane affectuo hominem quenquam eſſe audacia? Non, hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras? id eſt, in ſolitudinem, vt ait Donatus. Triplex igitur inter Deportationem & Relegationem differentia. Deportati ciuitatem amittunt, dicta lege 6. de interdict. Relegati vero retinent, l. ſeptima. §. primo, eodem. vbi Vlpianus ait, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum quis fuerit relegatus, & ciuitatem Romanam retinet, & teſtamenti factionem non amittit

quod idem traditur in d.l.8. de teſt. & l.4. de interd. vbi Vlp. ait, relegatum in poteſtate ſua liberos retinere: quia & alia jura ſua omnia retinet. Altera differentia eſt quod Deportati perpetuo exilio damnantur: Relegati verò ſæpe ad tempus, d. l.7.§.1. de interdi. Tertia, quod Deportati, vt verbi vis declarat, ſemper publicis traduntur vincti, vt eos in nauim impoſitos in ſolas terras transferant: vt loquitur Ter. Relegati vero exire jubentur his verbis: Illum prouincia illa, inſuliſque eis relego, excedereque debebit intra illum diem, dict. l. 7 §. his qui, eod. Atque hæc quidem ita proprie ac ſubtiliter diſputantur. Verum intelligendum eſt, pinguis plerumque nos iſtis vsi verbis, vt qui interdicti proprie ſunt, relegati dicantur. Itaque Gallus Ælius Relegatos apud Feſt. ita definit, quibus ignominiæ, aut pœnæ cauſa neceſſe eſt ab vrbe Roma, alio ve quo loco abeſſe, lege, ſenatuſve conſulto, aut edicto magiſtratuum. Sic Vlp. in d. l. 7. §. his qui ſcribit eis qui relegantur, ita magiſtratus fari ſolitos. Te illa prouincia exire jubeo. Sic de L. Lamia Cicero loquens in ea pro Sext. Eum, inquit, in concione relegauit, edixitque vt ab vrbe abeſſet millia paſſuum ducenta. Maxime vero verbum exilij confunditur atque permiſcetur. Cum enim generale ſit (vt ſupra diximus) tamen ad deportationis ſpeciem plerunque & quaſi proprie reuocatur, & à Relegatione remouetur. vt in l.2. digeſt. de pœn. Capitalia, inquit, judicia ſunt, in quibus pœna mors, aut exilium eſt: hoc eſt, aquæ & ignis interdictio. per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. nam cætera non exilia, ſed relegationes proprie dicuntur: tunc enim ciuitas retinetur. In eandem ſententiam Ouid. lib. Triſt. 2.

Adde quod edictum quamuis immite minaxque,
Attamen in pœna nomine lene fuit
Quippe relegatus, non exul dicor in illo:
Parcaque fortuna ſunt tibi verba mea.

Item:

Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna, nec exul
Edicti verbis nominor ipſe tui,
Arua relegatum juſſiſti viſere Ponti.
Et Scythicum profuga ſcindere puppe fretum.

Item Triſt. 5.

Ipſe relegati non exulis vtitur in me
Nomine; tuta ſuo judice cauſa mea eſt.

Nomen igitur Exilij, quod generale eſt, plerumque ad ſpeciem Deportationis ita contrahitur, vt de ea ſola intelligatur. Marc. autem in d. l. 5. de interd. ad ſolam interdictionem & relegationem contraxit. Vbi cũ dixiſſet, exilium eſſe triplex, tamen duplex duntaxat ponit: ſpeciemq; pro genere conſtituit, quemadmodum ex ijs quæ ſuperius dicta ſunt, facile intellectu eſt. Atque hæc quidem de Exilio: cujus in Pandectis mentio fit, ſatis multa. nunc illud ſcire oportet, ſtante Repub. diſſimillimam fuiſſe rationem exilij, quam poſtremis temporibus fuerit. Nam (vt Cic. ſcribit in Orat. pro Cecin.) exilium non ſupplicium erat, ſed perfugium, portuſque ſupplicij: nam qui volebant pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, ſolum vertebant, hoc eſt ſedem ac locum mutabant: Itaq; nulla, inquit, in lege noſtra reperietur, vt apud cæteras ciuitates, maleficium vllum exilio eſſe mulctatũ, ſed cum homines vincula ignominiaſque vitant, quæ ſunt legib. conſtitutæ confugiunt quaſi ad aram, & in exilium: qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, non prius ciuitatem quam vitam amitterent, quia nolunt, non adimitur his ciuitas, ſed ab his delinquitur atque deponitur. Sic Cæſar in oratione de conjuratis apud Salluſtium. Eodem illo tempore majores noſtri Græciæ morem imitati, verberibus animaduertebant in ciues, de condemnatis ſummum ſupplicium ſumebant. Poſt autem lex Portia, aliæque leges paratæ ſunt, quibus legibus exiliũ damnatis permiſſum eſt. Et paulo ſuperius, An quia lex Porcia ac aliæ item leges condemnatis ciuibus non animam eripi, ſed exilium permitti jubent? Et Polyb. in eãdem ſententiam, lib. 6. itemque Cic. in Orat. pro domo ſua. Scire autem illud oportet, moris tum fuiſſe, vt quibus ciuitas lege adimeretur, ijs non exilium nominatim irrogaretur, ſed aqua & igni interdiceretur: quod in Commentarijs orationis pro Cecin. jampridem docuimus: & ſuperius ſub verbo, Aqua & igni; vt dubitare nemo poſſit, quin, cum exilio damnatum aliquem per id tempus legimus, de aquæ & ignis interdictione intelligendum id ſit. Sed quæri video de C. Verre, de Fabricio & alijs qui cum rei lege aliqua publicorum judiciorum facti eſſent, ſeſeque damnatum iri viderent, ſua ſponte ciuitatem relinquebant, vtrumne exilium illud appellandum ſit: & ſi exilium eſſet, verum legitimum, an voluntarium? Reſpondemus autem noſtra quidem ſententia, veriſſimum iſtud exilium fuiſſe, nec voluntarium appellandum, ſed & legitimum, & coactum, & neceſſarium, legitimum, quia leges, quibus erant rei facti ciuitatem ijs adimebant itaque abſentes condemnabantur: vt in Verr. 2. Iam pridem docuimus. Coactum autem ac neceſſarium, quia non ſponte ac libenter diſcedebant, ſed quoniã fore videbant, vt paucis poſt diebus damnati ciuitatẽ relinquere cogerentur. Malebant igitur abſentes, quam præſentes, eam infamiam ſubire: Hoto. Vide Franc. Duaren. lib. 1. animaduerſ. diſput. c.37. Ioan. Robert. Aurel. ſenten. lib. 4. c. 11. Adde Peckium l. 4. §. diuus. 0.7. ff. de incend. ruin. naufr.

EXILIVM id eſt deportatio in inſulam Nou. 22. c. 1. Gothofr.

EXILIVM quoddam reuocabile eſt, Gothofr. ad §. 3. l. 14. C. de ſacroſ. eccleſ.

EXILIVM, id eſt, relegatio. Gothofr. ad l. 2. C. vt intra cert. tempus crim.

EXILIVM & latam fugam, & relegationem in inſulam ſignificat, l. 5. de interd. item aquæ & ignis interdictionem, l. 2. §. 1. de publ. jud. Cic. 2. ad Herenn. Hinc ad obſcuritatem vitandam Vlpian. l. 148. is demum. de bonis libert. aut exilium, ait, quod ſit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur. Inde exilium deportationis, l. 5. C. de ſacroſ. eccleſ. & alibi. & exilium relegationis, l. 4. de pœn. Briſſ.

EXILIVM triplex Martiano, aut certi loci, vel locorum interdictio: aut lata fuga, ſeu omnium locorum, præter certum aliquem, interdictio: aut inſulare vinculum, ſeu relegatio in inſulam. l. 5. de interd. Exilium etiam triplex Archid. cum beatus 45. diſt. Hot. Prat.

EXILIVM aut temporarium, aut perpetuum eſt, l. vlt. de injur. l. 13. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. l. 4 de interdict. Briſſ. Prat.

EXILIVM voluntarium, l. aut facta 10. vbi Budæus de pœn. Prat.

Ex illo dolio amphoras decem, & ſi non decem, ſed pauciores inueniri poſſunt: non extinguitur, ait Paul. in l. ſi quis ſeruum modo accipit quod inuenitur, ait Paul. in l. ſi quis ſeruum. de leg. 2. Spieg.

Ex jure manu conſertum vocari priſci ICti dicebant aliquem, cui lis intendebatur. Metaphora ſumpta à bellis, in quibus manus conſerere dicuntur, qui comminus confligunt: Autor Varro lib. de ling. Lat. 2. Spieg. Vel vt Prat. lib. 5.

EXIMERE diem, eſt, prolongare, vt Cato diem dicendo eximebat, id eſt, prælonga oratione, cenſendi tempus conſumebat de induſtria. Sic eximere actionem dixit Vlpian. cum per dilationem effectum eſt, vt iam agi lege non poſſit. Vide ſupra. Actio exempta. Prat.

EXIMERE & Eripere in tractatu, Ne quis in jus vocatum vi eximat, hoc differunt, quod Eripere eſt de manibus auferre per raptum: Eximere quoquo modo auferre, vel remorari & impedire, quo minus in jus vocatus ſe ſiſtat. l. 4. ff. ne quis eum qui in jus. Hotom Prat.

EXIMERE noxæ, eſt criminis admiſſi gratiam facere, hoc eſt, vt ſcribit Budæus, remiſſionem dare. Brechæus l. aliud eſt fraus, §. inter mulctam. ff. de verb. & rer. ſign.

EXIMENDÆ cretæ, vel lapid. jus, l. 5. & 6 de ſeruit ruſt. prædior.

EXIMERE ancillam, l. 7. ff qui ſine manumiſſio. id eſt, manu injecta abducere.

EXIMERE ſaxum, l. 6. C. donat.

EXIMI de reis dicitur, cujus nomen cum ipſe in reos relatus eſſet, deletum eſt, l. hi tamen. 11. in fin. ff de accuſ. l. ſi interueniente, 15 ff. ad Senatuſconſult. Turpilian. vbi Vlp. abolitione interueniente de reis eximi aliquem ſcribit. Cicero etiam Verr. 4. ſignificat accuſatore abſente id fieri: Quo tempore, inquit, omnis illa mea feſtinatio fuit cum periculo capitis, ob eam cauſam, ne tu ex reis eximere, ſi ego ad diem non affuiſſem. Et Pedian. in Corneliam. Poſtero die cum P. Caſſius aſſediſſet, & citati accuſatores non adeſſent, exemptum nomen eſt de reis Cornelij. Hotoman. Prat.

EXIMIVS Imperator Mart. in Authentica de Conſul. §. 1.

EXINANIRE, ab ex & inanire, eleganter accipitur, pro attenuare, ſeu minoris efficere. Prat.

EXINANITVR fundum. 2. feud. 35. §. 2. id eſt, deſeritur, euaneſcit, conſtitutio ejus inanis & irrita fit.

EXINANIRE legatis donationibus, hoc eſt, euacuare, attenuare, & ad nihilum patrimonium redigere. l. 2. & 3. C. de inoffic. donat. Spieg. l. 87 de legat. 2.

EXINANITIO, euacuatio. ca. ad apoſtolicam. de re jud. li. 6. vbi Archid. Prat.

EXINDE, ex eo ipſo die, l. 1. C. de præſcript. long. temp. l. 8. pr. C. ad l. Iuli maieſt.

EXINDE præſtantur fructus, id eſt, à lite conteſtata, l. 4. §. poſt litem, ff. fin. regund.

EX INTEGRO agere, idem quod de integro ſignificat.

EXIRE interdum ſignificat dimitti & liberari. Sic

EXIRE de poteſtate parentum, à Iureconſultis dicitur emancipari: à qua ſermonis formula exiſſe è poteſtate dicuntur, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia. Lege Tullium libro Tuſculan. quæ. 3. Spieg.

EXISSE è poteſtate dicebantur inſani, furioſi, iracundi: qui à mente excidiſſent, & qui ſpreta ratione, cupiditatum arbitrio, præcipites ferebantur. Formula ſermonis detorta videtur, vt ait Eraſmus, à Iureconſultis: apud quos filij ex juſtis nuptijs procreati, dicuntur eſſe in poteſtate parentum: niſi emancipentur, aut niſi pater moriatur. Rurſus emancipati dicuntur exiſſe de poteſtate parentum. Spieg.

EXIRE

Exire quandoque ſignificat ſubduci, eximi, abſcedere. Sic.
Exire de hereditate, & communione res alienata l.54. ff. famil. erciſc.
Exire interdum eſt abire, ſeu præterire, ſic exire dies actionis. l.20 ff. quod falſo tut.
Sine Exitu res erit, id eſt, ſine fine, l.17. §. principaliter, de arbitr. Briſſ. parerg.
Exitus in vulgari ſignificatione ponitur, in l.1. §. deinde, ff. de Cloacis, in qua exitum habere Cloaca in Cloacam dicitur, vt & in l. vlt. ff. de locis & itiner. in qua eſt, Exitum habent vix militares ad mare, aut in vrbes, aut in flumina, aut in aliam viam militarem. At vicinalium viarum pars in militares vias exitum habent, pars ſine exitu inueniuntur. Briſſ.
Exitus in maleficijs non ſpectantur, ſed voluntas. l.14. ff. ad l. Corn. de ſicar.
Exitum habere, id eſt, ad effectum perduci, l.5. ff. de teſtamen. quemadmodum aper.
Exitus mariti, pro morte, l.1. §.1. de his, qui not. inf.
Eximere dies actionis dicuntur, l.1. ex quib. cauſ. maior. cum agendi poteſtas eximitur. Prat.
Existere, proprie ab exiſtendo dicitur: Siſtitur autem quod firmum & immutabile. Cic. de offic. lib.2. Vt tyranni exiſterent, & optimates opprimerentur. Hinc
Existere conditio proprie dicitur, quando mora amplius diferri non poteſt. Ex cap 9. lib.3. pareg. Alciat.
Existere, operari, & efficere: qui eſt ſignatus modus loquendi elegantię Iuriſconſultorum dignus, monuit Zaſius in gl. nouis. ad l. in oratione. ff. ad l. Falcid. Spieg.
Existentia ſui hæredis operatur tranſmiſſionem paternæ hæreditatis, etiam non agnitæ, ad quoſcunque etiam extraneos: Gothofr. ex Bar. & Bald. ad l.5. pr. C. de jus. delib.
Existere, interdum ſignificat Euenire. Briſſ.
Existere, in natura rerum eſſe Bred. vid. l.6. fin. Cod. ſol. matr.
Existentialitas, Breder. ex lib. ff.46.
Existere dies, conditio dicuntur noto ſenſu. Exiſtere etiam hæredes, id eſt, apparere Quod verbum de ſuis propria vſurpatur, qui emergunt apparentque ſui & naſcuntur, non fiunt hæredes. l.14. ff. de ſuis & legit. l.11. ff. de liber. & poſtb. Adde l. ſi pater filium, ff. de vulg. & pupill. vbi Goueanus annotauit Exiſtere proprium verbum aorum eſſe, qui ſine vllo facto mortuis parentibus, ſtatim hæredes fiunt. Extranei vero, exiſtere dicuntur, cum hæreditatem adiere: Cujus rei crebriora in libris noſtris ſunt, quam vt adſcribi debeant, exempla. Briſſ.
Existere & deficere aduerſantur, l.88. ff. ad l. Falcid.
Existimatio eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus: quæ ex delicto noſtro autoritate legum, aut minuitur aut conſumitur. Autor Calliſtr. l. cognitionum. de extraord. cog. Spieg. Hot.
Existimatio alias pro fama accipitur: quia ſcilicet fama ex vulgi judicio & exiſtimatione naſcitur, l. teſtium. ff. de teſtib. l.104. princ. de reg. jur.
Existimationem defuncti purgare. l.3. §. quoties, de injur.
Existimatio, alt alias arbitratus & judicium. Nam exiſtimatio ab æſtimatione proficiſcitur. Cum rebus æſtimatis, hoc eſt perpenſis, & excuſſis, poſtea judicamus & arbitramur.
Existimationem conſeruare, Vlp. in l. quid ergo ff. de his qui not. infam. Pœna grauior vltra legem impoſita, exiſtimationem conſeruat, &c. Spieg.
Existimationis cauſa, (ſic enim legi debet in l. ſi in duabus 104. ff. de diverſ. reg. jur. non, vt in vulgaribus, æſtimationis) quæ ad famam pertinet, quæ vt infamiæ notam inurit. P. Deaio, & Per. Fabro interpretibus.
Existimationem pœnæ contingunt, quæ infamiam irrogant, l. 11. de pen. Briſſ.
Existimationem lædere, & notare l.2. ff. de ijs, qui not. infam. & alibi conſeruare l.1. §. prætor. ff. de ijs, qui not. infam. purgare, l.1. ff. de injur. Prat.
Existimatio integra, & illæſa. l.25. de procu. ff. Quod H. Modeſtino dicitur μὴ εἶναι τῆς ἀτιμίας. l.21. ff. de tutor. dat. Prat. ex Briſſ.
Existimo, id eſt, puto opinor, Briſſ.
Exitiabiles viuentium fortunæ. Apuleius 2.
Exitium, aut Feſtus, peſſimum exitum dicimus. In exitium Reip. contenditur, l.21. ff. de captiuis & poſtl.
Exitus, vide Exire.
Ex Legibus verbum, quomodo intelligendum. Alciatus explicat in l. nominis rei. de verb. ſig. Et ea vara ſi vnquam peccatum eſt in hoc, nunc peccatur maxime, non à Iuriſperitis tantum, ſed à principibus, magiſtratibus, regibus, pontificibus, ſacrificijs, theologis quoque. Proinde nulli non, vt vulgo dicitur, facultati, crebrius inculcanda eſt ea ſententia, quæ habetur C. de ll. Nulli dubium, in legem committere eum qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Spieg. Adde Forcat. Neciom. dial.64.n.2.
Exlex, ait Non. Marcell. qui ſine lege viuit: citatq; hos Varronis μονομαχεῖν, Verſus, poſtremò quæro parebis legibus, an non? anne Exlex ſolus viues?
Ex magiſtro equitum, officiorum: ex præfecto, ex duce, ex vicario, ex agente in rebus, ex cura palatij, ex comite domeſticorum. Briſſ. ex Marcellin & Georg. Turonenſi.
Ex magistro, in tit. C. de nouo C. faciend. ſicut Exconſul. Prat.
Ex more, pro ſecundum conſuetudinem.
Ex natis gregem ſupplere, id eſt, in locum capitum defunctorum vel inutilium alia ſubmittere, vt dicunt Vlpianus & Pomponius. l. vetus & ſeq. ff. de vſufruct. Spieg.
Ex nobis Deſcendentes dicuntur, vt Nos, ex Aſcendentibus. Auth. de hær. & Falc. §. primum vtique. Alber.
Ex nunc verbum & includit, & excludit, cap. ſi eq uens. de reſtit. ſpol. in 6. Si hæc verba adponantur in ſententia excommunicationis, non eſt neceſſe adjicere, prout ex tunc Clem. 1. de ſepult. nam trahitur ad diem conditionis. Innoc. c. præterea, de appellat Prat.
Ex nũc prout Ex tunc, & Ex tunc prout Ex nunc frequẽs: Pragmaticis formula, qua ſignificatur extremitatem temporis trahi ad initium, & finem trahi ad extremitatem. Accurſio, l.1. C. de edendo. Bart. l. ita ſtipulatus. La grande, de verb. oblig. Bart. l. de pupillo. §. ſi plurium. ff. de nou. op. nunt. Spieg.
Ex non ſcripto, ſine libello interpretatur Albaricus in §. ſi tibi ſtudium. de mandat. pr. in auth. Aliter ſumitur in §. ex non ſcripto. Inſt. de jure nat. gent. & ciuil. Prat.
Ex officio ad artificium tranſire, declaratur à Martian de leg. 3. l. legatis ſeruis. Spieg.
Exolere pro deficere, ac vetuſtate quadam euaneſcere, familiare verbum Iureconſul. l.2. §. Exactis. ff. de orig. juris. vbi Oldendorp.
Exoluere debitum. l.1. C. comminationes, epiſtolas.
Exonerare debitum, l.3. C. de pignor. actio. exonerare ſortis debitum l.11. C. de vſur.
Ἐξώπροικα, paraphernalia, Goth. ad l.9. §.3. pr. de jure dotali.
Exoratus, l.3. ff. de obſeq. parentib.
Exorbitantia, Zaſ. interpretatur, quę ſunt extralimitanea, quæ ſunt irregularia, quę ſunt enormata, & propemodum abſurda. De his valde notabilis doctrina per Aug. inſtatur in l. quique patentes ff. de in jus voc. Quod quantumcunque ſine exorbitantia aliqua, tamen propter honeſtatis rationem fit extenſio etiam ad caſum improprium. Sane egregia limitatio ad id, quod per manus traditur, in exorbitantibus non fieri extenſionem. Spieg.
Exorcizare verbum eſſe vulgi Vlp. in l.1. ff. de var. & extraord. ſcribit. A quo Exorciſtę. Iul. Firmic. li.3. Matheſ. ca. 9. Faciet Exorciſtas, & qui laborantes dæmonum incurſione homines aptis remedijs liberent. Auguſt. in lib. de Beata vita de ſpiritu immundo agens, vel ille ait, qui extrinſecus inuadit acumen ſenſuſque conturbat, & quendam hominibus infert futurum: Cui excludendo qui præſunt, manum imponere vel Exorcizare dicuntur, hoc eſt per diuina eum adjurando expellere. Cui moueri in Eccleſia qui præerant, Exorciſtæ vocabantur. l.1. Co. de epiſc. & cleric. l.121. de decurionib. in C. Th. Iſidorus lib. 8. Etym. ca.52. Exorciſtæ ex Græco in Latinum adjurantes vocantur. Inuocant enim ſuper catechumenos vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomen domini Ieſu adjurantes per eum vt egrediatur ab eis. Briſſ.
Exorcizare. Vlp. l.1. ff. de extraord. cognit. Non tamen ſi incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi, vt vulgari verbo impoſtorum vtar, exorciſauit, non ſunt iſta medicinæ genera, tametſi ſint qui hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affirment. hæc ille; ἐξορκίζειν eſt abjurare, & execrari. Talium imprecationum, quibus morbi expelli credebantur, meminit Plin. li.28. c.2. Lucas etiam in actionibus Apoſtol. c. 19. de præſtigiatoribus quibuſdam commemorat, qui ſe dæmonas poſſe pronunciato Chriſti nomine profligare profitebantur: quos ἐξορκιστὰς appellat. Mentio fit in l.6. C. de epiſc. & cler. Hot. c.1. diſt.25. &c. exorciſta. 25. diſt.
Ex ordine, vice aduerbij fungitur.
Exordium, pro initio, & primordio Briſſ.
Exornant ſibi mulieres puellas comatas. l.49. D. de leg. 3.
Exortis incendijs plurib. eodem die, l.2. D. de offic. pręf. vigil.
Ἐξώστης, v. Gothof. ad l.12. pr. D. de ædific. priua. & Cuia. 1. obſeru. 30. & 4 Inſt. tit. de act.
Ex parte, idem quod partim ſignificat, & vice aduerbij ponitur. Canoniſtę aliter, &, vt pleraque alia, barbarè vſurpant.
Expatritius, qui patritiatum depoſuit Zeno l.3. C. de ſenat. vel patrit. Quoties viro forte patritio, vel expatritio, vel eti quem prętorianę, &c. Hotom.
Expauescendum, l.29. § forſitan, D. de liber. & poſth.
Expectare mortẽ patris ſignificat atiã valde auidè expectare vt eſt apud Fabiũ li 8. c.3. & notũ eſt illud è poeta. Filius ante diem patrios inquirit in annos, Baldui. de hær. quali. & diff.
Expedire, intereſſe, conducere, vtile & è re eſſe, ſignificat, l.3. §. ſi æs alienum, D. de reb. cor.
Expedire nonnunquam ſignificat explicare. Briſſ.
Expedire, pro abſoluere. Cajus de jurejur. Maximum remedium expediendarum litium in vſum venit juriſiurandi reli-

gio, in tertijs perſonis, h.e. impersonaliter, pro vtile eſt, vſurpatur, Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. §. ſed & maior, Expedit reip. ne quis re ſua male vtatur. Expediat, id eſt, conueniat, vel oporteat. c. cum expediat, de elect. in 6.

Expedire proprie eſt pedem retentum liberare, quod impeditur is dicatur, qui pedes habet ita alligatos, vt progredi nequeat; hinc ad multa alia transfertur, vt expedire negotia: & expeditum, quicquid promptum eſt & paratum. Connan. lib. 9. cap. 5.

Expediri, in §. item pretium, Inſt. de empt. eſt explicari, exerceri, celebrari.

Expedienda de plano ſunt quæ proconſul habet, l. nec quicquam de offic. proconſ. Quam expeditionem, qui eandem cum ſummaria cognitione faciunt, res diuerſas confundunt, nec acute ſatis diſtinguunt quæ ſecerni debent. Id enim pro conſtanti & certo habeo. Eſſe, vbi & ſummatim de cauſa cognoſci poſſit, cum tamen de plano res expedire nequeat. Et quid eſt ergo, de plano expedire? Nempe judice pro tribunali more maiorum ad jus dicendum non ſedente: Ex eo ſignificatione ſumpta, quod Planum pro terra, ſeu ſolo nonnunquam dici ſoleat, vt apud Ouidium Naſonem: Qui cadit in plano, ſic cadis, vt tacta ſurgere poſſis humo? Apud Domitium Vlpian. l. ſed etſi. §. 5. de inſtit. Proſcribere palam ſic accipimus claris litteris, vt de plano recte legi poſſit, & apud Cornelium Frontonem. Cadimus in plano. decidit aliquid ex alto. Hinc Sueto. Tranquill. in Tiberio Cæſare: Si quem reorum (inquit) elabi gratia rumor eſſet, ſubitus aderat, Iudiceſque aut plano, aut è quæſitoris tribunali, legum & religionis, & noxæ de qua cognoſcerent, admonebat. T. Liuius lib. 10. Quia ægre ſucceſſerant ex plano in muros, & L. Florus lib. 4. Qui fiduciam timens, in quos ſe recipiebant. Caſtra ſua, ſed quæ in plano erant habitare & incolere juſſit. Curt. lib. 3. [illegible] c. 41.

Expedita nomina, Cic. l. 16. Epiſt. ad Att. Quo in genere loquendi poſitus eſt elegans ille locus in Valerium Catonem, ſummum Grammaticum, qui creditori ſatisfacere non poterat, æriſque alieni diſſoluendi copiam non habebat, in quem Bibaculus, vt Suet. l. de illuſtrib. Gram. refert, luſit his verſibus.

Mirati ſumus, vnum Magiſtrum.
Summum Grammaticum, optimum Poetam,
Omnes ſoluere poſſe quæſtiones:
Vnum difficile expedire nomen.

Expedire per libellum. Moris fuiſſe, vt quid à principe deſideraturi, principem etiam præſentem ſcripto adirent, auctor eſt Tacit. Annalium lib. 4. eiuſque moris meminit Calliſtratus. Ait enim Diuum Hadrianum aditum fuiſſe per libellum à Iulio Terentio, l. Diuus. De re jud. Vlp. etiam de quodam ſcribit, qui ſe feciſſe procuratorem libello principi dato profeſſus eſt, l. ne ſatiſdatio. 21. Rem rat. hab. Hunc morem ab ijs quoque obſeruatum fuiſſe, qui quid à prætore aut præſide, aduerſario nullo in jus vocato, poſtulabant, expreſſe teſtatus eſt Iulius Paul. l. 15. de in jus voc. Et tunc ſi talis res per libellum peteretur, quæ prolixiorem nullam requireret cauſæ cognitionem, ſtatim per libellum, etiam de plano expediebatur. Itaque illud eſſe omnino videtur quod Suet. ſic de Nerone ſcribit: In juriſdictione poſtulationibus niſi ſequenti die ac per libellos non temere reſpondit. Eos haud dubie libellos intelligens, quibus adiri Principes moris erat. Igitur ad illud quod à principe, vel à præſide libello petebatur per libellum reſpondebatur: & ſic per conſequens expeditio poſtulationis fieri etiam per libellum ſubſcriptione, ſolebat. l. 29. de l. Corn. de falſis. Si aut res quæ per libellum petebatur, talis eſſet, vt opus haberet decreto, tunc ea neque de plano, neque per libellum poterat expediri, ſed in diem cognitionum differebatur: qui dies cognitionum, decreti dies appellabatur. l. 28. in pr. de Excuſ. Ræuard. pro trib. lib. Sing. cap. 8.

Expedire alimenta pupillo, i. erogare, & adminiſtrare, l. vlt. vbi pupill. educ.

Expeditio, proprie profectio cum expeditis militibus. Salluſt. Iugurth. Marius interea exercitu in hybernaculis compoſito, cum expeditis cohortibus & parte equitatus proficiſcitur in loca ſola. Et paulo poſt, de eodem loquens, Pauidi ſine decore ad Syllam profugiunt, quem Conſul in expeditionem proficiſcens Proprætorem reliquerat. Imp. tamen pro caſtris poſuit in pr. tit. De milit. teſt. vel teſtamentorum leges non exiji ab ijs, qui in expeditionibus occupati ſunt nam in §. 4. Quatenus, inquit, militant, & in caſtris degunt. Hotom.

Expeditio itineris faciendi, id eſt, confectio, abſolutio, l. 6. §. 2. C. de appellat.

Expeditum, Vlpianus in l. contra. §. ſi filius, de pactis venuſte accipit, pro certo, explanato, declarato, deciſo, Quod & ipſum non eſt expeditum. Idem in l. 2. rem pup. ſal. fore, non expeditam emptionem, pro difficili, & ea quæ cito fieri non poteſt. Sic expeditiſſimum, pro certiſſimo & indubitato, Gaius dixit in l. venditione. §. fin. de hon. aut. jud. poſſ. Denique expeditum dicitur, quicquid promptum ac paratum, vt ſupr. Hoto. Prat.

Expediti milites, vel in expeditionibus exiſtentes dicuntur quicunque ſunt in ipſo exercitu aut caſtris, id eſt, eo loci, quo Reipub. cauſſa eſt belli apparatus, ſeu in ſtatione illi ſint, ſeu in hybernis ſeu alibi pro finibus Imperij tuendis: imo quocunque in loco ſint militiæ cauſa, vt ſi Romæ ſint ad defenſionem vrbis collocati ac diſpoſiti. Falſum ergo, ſtationarios ac limenarchas non recte teſtaturos jure militari, quia non ſint in expeditionibus. Nam Vlp. l. 1. §. vlt. de bono. poſſeſſ. ex teſt. Miles eſt, etiamſi in noſtro non eſt: & Nauarchi ac Trierarchi claſſium, jure militari teſtari poſſunt: & in claſſibus omnes remiges ac nautæ milites ſunt: item & Vigiles. Hotom. ex Connano.

Expellere & Repellere non debet intelligi de armis priuatis, & de facto, ſed de publica executione, & de jure, teſte Iuſtiniano in procemio Inſtit. qui ait, Sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat: Vnde quidam Doct. falsò tradunt in certis ſpeciebus permitti priuatim expellendi facultatem. Prat.

Expelluta. Compulſor. Goth. ad c. 6. Nou. 128. ex Scrimg. & Iulia.

Expellere patronum, id eſt, repellere, ſummouere, excludere. Briſſ.

Expellere, pro repudiare, l. 8. §. 3. pr. C. de repud.

Expellere è patrimonio, Ciceroni eſt, paterna hereditate excludere. Idem dixit, Expulſam à matrimonio filiam. Spieg.

Expendendum reditum patrimonij vtiliter monuit Vlp. in l. Ius alimentorum. Vbi pup. educ. deb. ſic ſcilicet, vt ſemper aliquid ex reditu ſuperſit. Spieg.

Expensa in rationibus ab antiquo appendendarum pecuniarum more dicta, Plin. lib. 33. c. 3. ſcribit. Idem expenſare in l. 41. §. libertatem. ff. de fideicomm. lib. quod alias Expenſum ferre dicitur. Plin. lib. 2. c. 7. Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola vtramque paginam facit, ferre pro imputare & attribuere. l. 22. §. pen. ff. ad Treb. l. 10. ff. de ſup. l. 24 ff quæ in fraud. credit. l. 13. ff. qui potio. in pig. Briſſ. adde Conn. lib. 8. c. 1. n. 5.

Expensæ, Nemo qui vltra ſubſtantiæ ſuæ modum ſumptus facit, æquo animo ferendus. Nouell. Vt determi. ſit num. cler. §. ex omni igitur. Conſt. 5. non oportet vndique ad ſumptus poſſeſſiones conquirere, (Nam id inſatiabilis cuiuſdam auaritiæ ſimul, & impietati proximum eſt) ſed ex moderatis facultatibus ſumptum temperare. Ibid. Prat.

Expensæ ſumptus ſunt voluntarij: & non neceſſarij. Impenſæ vero ſunt vtiles, & neceſſariæ. Prat.

Expensæ debentur varijs ex cauſis: alias ex victoria totius cauſæ, de quibus tractatur in l. properandum § ſin autem alterutra. C. de jud. & in ca. calumniam de pœnis. Alias ex contumacia aduerſarij. Quarum fit mentio in l. ſancimus. C. de judic. & in c. cum dilecti. de dolo & contumac. Alias ex culpa Aduerſarij, qui proceſſum cauſæ differt, vt eſt conſtitutum in l. non ignoretis, C. de fructi. & lit. expenſ. & in c. finem litib. de dol. & contum. Alias ex temeritate ejus, qui alium ſine actione ejus traxerit, vt in l. eum quem temere. in pr. de judic. s. de dol. & contum. lib. 6. Prat.

Expensum ferre, eſt ſcribere ſe pecuniam dediſſe Vlpianus ad Senatuſconſul. Trebell. l. mulier. Dicendum eſt potius, fructibus hoc expenſum ferendum, quam fideicommiſſo. Obſeruandum autem, quod non ſolum de pecunia, ſed etiam de alijs operibus dicitur. Marcel. ad l. Iul. repetund. l. lex Iulia. Illud quoque cauetur, ne expenſum ferat opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, adprehendendum, ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita lege erunt. Iauol. de ſupellec. l. qui veſtem communem omnem, & res plurium generum ſupellectili ferre ſolitus erat. Scæuola, quæ in fraud. l. pupillos. Creditores negligentiæ expenſum ferre debent. Spieg. Adde Forcat. in Aniano Iuris Ciuij. c. 2. n. 5.

Expensum ferre dixit Plin. lib. 2. c. 7. Ferre, pro imputare & attribuere. l. 22. §. pen. ff. ad SC. Trebell. Prat.

Experiri & periculum facere etiamnum Latinis pro eodem dicitur, & periculum pro experientia, experientia pro periculo lib. 7. c. 18. n. 7. Connan.

Experiri, vel Experiri jus (vtrumque enim dicitur) lege agere eſt, vel actionem in judicio intendere, inde deducto verbo, quod qui rem aliquam judicio petunt, ij quod juris ſe habere ad eam rem petendam arbitrantur, id ad judices tentandi & experiundi cauſa exponunt. Liuius lib. 50. Prætor inquit, L. Petilio dixit, ſeſe eos libros in ignem conjecturum eſſe, prius quam id faceret, ſe ei permittere, vt ſi quod ſeu jus, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experiretur: id integra ſua gratia facturum. Paul. l. 3. ff de in jus voc. In jus vocare, eſt juris experiundi cauſa vocare. Vlp. ex Prætoris edicto in l. 4. ff. vi bonor. rapt. In eum anno, quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit, in duplum, &c.

Sic

Sic l.3.§.hæc pœna,ff.quod quiſque jur.l.1.de diuerſ.temp.act. Hut.

EXPERIRI, & ad judicium vocari,ſicut agere,& conueniri opponuntur.l.15.ff.de adminiſtr.& peric.

EXPERIRI judicium l. 22.de quæſt.

EXPERIRI judicio, actione, interdicto, paſſim legitur. Experiri, abſolute, eodem ſenſu, l.3.hæc pœna, quod quiſque juris l.23. de poſ Briſſ.

EXPERIENS pro experto l.ex aula. Co.de priuil. eo. qui in ſac. palat.milit.Prat.

EXPERIENTIA eſt cognitio quædam nullo docente, per vſum contingens. Et in hoc diſtat ab arte, quæ certis traditur præceptis.Old.

EXPERIMENTUM equorum vel mularum,l.20.ff.de præſcript. verb.

EXPERIRI intra parietes, Ciceroni eſt, permittere rem diſceptandam inter amicos citra judicium, & extra cancellos forenſes. Vulgo Amicabilem ingredi compoſitionem appellat. Spieg.

EXPERIUNDI poteſtatem habere quid ſit, exponitur in leg.1.ff. de diuerſ.temp. & l.55.ff.de ædil. edict. Quod pertinet ad interpretationem l.6.ff.de calumniato.l.1.ff.quando. act.de pecul.l.1. & l.10. ff.quæ in fraud. credit. l.1. ff. vti poſſid. Iuris experiendi gratia dixit Paul. in l.1. ff.de in jus voc. vi & Cic. pro Cecinna.Homines inermes,qui ad conſtitutum juris experiundi gratia veniſſent, id eſt, vt de jure ſuo experirentur, diſceptarent. Briſſ.

EXPERIRI,pro defendere in c.1.de judic.Prat.

EX PERSONA mora fieri dicitur in l.Mora.ff.de vſur. cum per debitorem fit,quo minus ſoluat. Quod tunc accidit,cum interpellatus non ſoluit, quibus in cauſis muneri illum oportebat. Nam qui paratus fuit ſoluere,ſi à ſe peteretur,nihil facere videtur, quo minus eo tempore,quo creditor poſtulet,ſoluat. Donellus de mora.

EXPERS immunis l.1.C.de ſecund.nupt.

EXPERTES, qui nullam rerum experientiam habent. C.de tuto. & curt.illuſtr.perſ.l.8.

EXPERTUS hoc eſt, experientia doctus & prudens factus. Huic credere oportere.vt conſtitueretur 30.diſtinct.

EXPETERE jus alicujus,pro curare,vt alicui fiat jus & jus ſuum obtineat.

EXPIGMARE & Expigmatio,pro fucare & fucatio capitis apud Cyprianum in lib. de habitu virginum.licet vulgo ibi legatur Expugnare & Expugnatio, quæ verba non quadrant ſententiæ. Tiraq.in 3.l.connub.gloſ.1.part.1.

EXPILARE,furtiue fraudare.Inde apud Iuriſcoſſ.titulus eſt, De crimine expilatæ hæreditatis. Et qui alienam hæreditatem expilauerit,extraordinariè ſolet coerceri.Prat.

EXPILATÆ hæreditatis crimen proprio nomine notatum eſt, cùm in furti appellationem non caderet, quòd in hæreditaria committi non intelligitur l.2.§.1. D.expil.hæred.l.17.Co. de furt.l.3. C.famil. ercisc.l.3.§. nunc videamus.ff.de ſuſpect. tut. Quamobrem in l.21. D.de acquir. hered.ita ſcriptum eſt, rem hereditariam quaſi ſubripiens, vel expilans. Expilare verò hereditatem,i.ſpoliare dixit Scæuola in l.40. ff.de ſtatu liber. Et ita expilatam hereditatem accipimus in l.21. ff.de fideicommiſſa libert. Et expilatæ hæreditatis poſtulare in l.33. D.de negotijs geſt. toto tit. de crimine expilatę hered. l.7.10 fin. D.ad Turpil.l.3.§. nunc videamus. D.de ſuſpect.tutorib. Expilatio hereditatis furtum improbius appellatur.l.12.Cod. de his qui notant.infamia.Briſſ.

EXPILATIONES à furtis diſcernuntur qualitate & atrocitate criminis.l.16.§.qualitate.de pœn.Briſſ.

EXPILATORES ſunt Aſconio atrociores fures, qui ne pilum quidem relinquant in corpore ſpoliatorum. Vide ſuprà, Cōpilatores. In jure noſtro propriè hoc vocabulo notantur,qui ex reb. vacantis hæreditatis aliquid ſurripiunt, vt D.& C.eo. Vlpian. de Effrac.l.1.Expilatores, inquit, qui ſunt atrociores fures,hoc eſt, λωποδύται, id eſt,qui veſtibus homines exuunt, vt Haloander interpretatus eſt. Budęus legit ſυλαγωγοὺς vel ſυλητὰς, judicans hoc furtum vocari improbius, in l.ſi te expilaſſe.C.ex quibus cauſ.infam.irrog. Cicero in prætura vrbana improbiſſimum appellauit. Alciatus, apparet eos expilatores, qui viatoribus noctu pallia & veſtes diripiunt. Spiegel.

EXPIRARE,id eſt, ſpiritum emittere,ſiue mori, l.22. D.de SC. Silan.

EXPIRAT,Mart.§.fin l.1.de requir.reis Nam & ſi intra annum mortuus ſit,criminis cauſa expirat & perit. Tranſlate,pro decidit & transfluit. Sic & libertas expirare dicitur,quæ in declinatione eſt. Spieg. Subſtitutiones expirare ſolent,l.5.Co.de impuberum ſubſtitutio.

EXPLANAVERUNT, id eſt,interpretati ſunt,& expoſuerunt, apud Iuſtini.10 Aut.Quem oporteat epiſc.§.1.Hoc autem futurum eſſe credimus, ſi ſacrarum regularum obſeruatio cuſtodiatur, quam juſti, & laudandi & adorandi inſpectores & miniſtri Dei verbi tradiderunt Apoſtoli & ſancti patres cuſtodierunt & explanauerunt. Hinc explanator, qui interpretatur & exponit. Cic. 1. de Diuin. Sunt enim explanatores, vt grammatici poetarum. Spieg. Explanare voluntatem ſuam adhibitis teſtib.l.1.§.2.C.de Lati.libert.toll.

EXPLERE,complere & implere ſignificat. Briſſ.

EXPLERE conditionem, id eſt implere,l.4.§.ſerui, ff.de ſtatulib. Expleri conditio dicitur, quæ impletur,& exiſtit. l.18 de cond.& demonſt.

EXPLICARE, expedire, conficere, peragere, plerunque ſignificat. Briſſ.

EXPLICARI, id eſt, decidi, res non poteſt citra adjudicationes & condemnationes,autor Paulus de procur.l.licet.§.ſi plures Spieg.

EXPLICARE pecuniam, quod Græci πορίζειν. Latini Curare. Calliſtratus,l.31.ff.de re judi. Si qui tamen per contumaciam magis, quàm quia non poſſint explicare pecuniam, differant ſolutionem,i.in promptu non habeant Hot.

EXPLICARE ſe,id eſt euitare periculum, l.29.§.item Labeo, D. ad L.Aquil.

EXPLICATIO, eſt allegatio infirmans ſupplicationem. Et eſt pro actore contra reum. Replicatio,allegatio eſt contra exceptionem. Supplicatio verò allegatio eſt, quæ replicationem infirmat,& reum adjuuat.Spieg.

EXPLICITA,non eſt diſtinctè & apertè, vt Canoniſtæ vſurpant: hoc enim explicare ſignificat, ſed expeditius & celerius denotat.Prat.

EXPLICITO,hoc eſt,abſoluto,apud Vlp. ad SC. Trebell. Explicito tractatu, qui ad fideicommiſſa ſingularum rerum pertinet, tranſeamus nunc ad interpretationem SC. Trebelliani. Hoc SC.factum eſt, eodem referente, temporib. Neronis,octauo Calen. Septemb. Annæo Seneca,& Trebellio Maionio, Coſſ.Spieg.

EXPLORARE, eſt inquirere, inueſtigare, excutere, examinare, Briſſ.

EXPLORATA fides, pro perſpecta & certò cognita apud Aurelium,in l.vnica,de Offic.præf.prat Spieg.

EXPLORATI juris eſt,id eſt certi. Briſſ.

EXPLORATORES, qui ſecreta nunciant hoſtibus, proditores ſunt,& capitis pœnas luunt. Arrianus in l.omne delictum.de re milit.l.38.de pœn. Briſſ.

EXPLUSA priſtina fictione. Inſt. de fideicom. hæred.§. ſed quia Alber.

EXPLOSIS ridiculis ambagib.l.vlt. C.de Legib.& Conſt. Alber.

EXPLOSIS atque rejectis præſcriptionib. l.1. Cod.de Conſort.ejuſd.lit.Alberic.

EXPOLIATI Zaſius inquit, eleganti figura dicuntur qui ſunt priuati, qui jacturam in bonis paſſi ſunt. Ita Iuriſc. in l.1.D. de Don.int.vir.& vxor.dicit,donationem eſſe prohibitam inter conjuges,ne ſe mutuo amore ſpoliarent Sic in l.2.de Bon.dam. Is qui detruditur in carcerem propter crimen, non debet ſpoliari bonis antequam feratur ſententia. Spoliari,id eſt, priuari. Et quod Iuſtin. in §.compenſationes. Inſtitut. de Act. dicit. Expoliatum bonis, Iuriſconſ. in l.fin. ad fin. de his,quæ in fraud.dicit,Exutum bonis: vt patitur,Exui bonis,& Expoliari bonis, i.jacturam bonorum pati. Vnde interpretes dicti §. compenſationes, verbi Expoliatus elegantiam non intelligentes,alienum,ridiculum,& planè impium,vt Zaſij verbo,ſenſum inuexerunt.Spieg.

EXPOLIATORES.Lege,Atrociores fures.

EXPONERE,interdum ſignificat emittere.

EXPONERE cautionem,epiſtolamque,dicimus pro cauere & emittere epiſtolam. l.25. ad fin. D de probatio.l. vlt.D.de conſtit.pec.l.81.§.procuratorem. ff.de procuratoribus.l.43.in fin. ff.de adm tut.l.7.§.& illud. C.de præſcript. 10. anno. §.ſin autem per procuratorem. Inſtitut. de ſatiſd. Exponere filium l. 29.ff.de manumiſſ. teſtamento,l.16.C.de nuptijs. Et expoſitus filius in l.1.§.ſi quis neſciat ff.de jur.& fact.ignor. Briſſ.

EXPONERE merces,pro,exonerare,l. vlt.§.1.ff.de lege Rhod.

EXPONI dicuntur infantes, ſerui, liberti, & languidi,ſi ſine cura dimittuntur, vel eis alimenta negantur à parentibus, à dominis, vel à patronis. Vt in cap. vnico, de infant. & languid. Exponere enim aliqui ſolent delegati pietatis officio infantes vel languidos ante Eccleſias, vt eos alij miſeratione moti colligant 87.diſtin.ſi expoſitus. Spieg.

EXPORTARE à *Verſchicken*, Martian. Exportandus ab Italia, ſi venerit,in prouincia morari poteſt l.2.de export.

EXPOSCERE, & Depoſcere, eſt dedendum aliquem ad pœnam petere.

EXPOSTULARE Donato eſt conqueri, objurgare, querelam apud eum ipſum deponere,qui fecit injuriam Prat.

EXPOSTULARE ſummiſſim, ſeruorum eſt erga dominos,qui apertè conqueri non audent propter reuerentiam Nec ſemper eſt ſubaccuſare ſeu appellare aliquem de accepta injuria, verum etiam vehementer poſtulare. Inſul. ex Sueton. in Aug. exemplum adfert Spieg.

EXPOSTULATIO,eſt aduerſus eum quem accuſamus. Quod F. Syl.adnotauit. Expoſtulationem facere,eſt cum querela,apud

amicos requirere, & quaſi officium amicitiæ in alio deſiderare: quia ab eo violatum ſit. Spieg.

EXPRÆFECTI l.1. C. de præf. præt. qui præfectura obierunt: vt exconſules, exvicarij, excubicularij. Prat.

Ex præparato, vice aduerbij ponitur, id eſt, dedita opera.

Ex præſcripto agere, imperite aulici dicunt, juxta Inſtructionem.

EXPRESBYTER, presbyteratu depoſitus, c. accedens 50. diſtinct.

EXPRESSA nocent, non expreſſa non nocent. Sententia hæc eſt apophthegmatica, plus in receſſu habens, quam verba ipſa in fronte præ ſe ferant, vt oſtendit eleganter Ferrarius in huius Regulæ explicatione. Obſeruandum tamen, quod & ea quæ ad aliud expreſſum referuntur, aut ex neceſſariis conſequentiis veniunt, tanquam expreſſe judicantur. l. ait Præt §. ſ. l. in ſumma in prin. de Re jud. l. aſſe toto. ff. de Hæred. inſtit. cum ſimilibus. Hanc elegantem Iuris doctrinam accuratè lateque proſequitur Iaſ. in l. Prætor ait, ff. de oper. nou. nunc. & Abbas in cap. olim. extr. de Cenſib. Alioqui expreſſum facit ceſſare tacitum, l. cùm ex filio. §. filio. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtitut. Et plerunque fit latior interpretatio in caſu expreſſo quàm tacito.

EXPRESSA quandoque proſunt & non expreſſa non proſunt, vt rectè colligit P. Faber. in d. l. 185. per l. ſi mater. 11. §. denique, & §. ſi quis autem petit. De except. rei iud. Expreſſo vitiato non vitiatur tacitum, V Dd. in Rubr. ff. de vulg. & pup. & ibi limitationes. An expreſſum dicatur, quod ex mente ac ſententia legis eſt, rectéque deducitur, V. Bart. in d. l. prætor ait, in prin. de oper. nou. nun.

EXPRESSE, pro manifeſtè & apertè.

EXPRESSIM, diſertè, nominatim. Paulus l. 98. §. 5. ff. de ſolut. Quod ita putes admitti, ſi hoc ipſum expreſſim agebatur, Hotomannus.

EXPRESSUM, tribus modis. Primum quod verbis generalibus exprimitur: Secundo, quod verbis ſpecialibus. Tertio, quod ſingulariter, & proprio nomine exprimitur, ſecundùm doctrinam Bartol. in l. 2. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Ioh. Bello. Etymol.

EXPRIMERE eſt palàm & apertè ſignificare, declarare, demonſtrare, l. 53. §. verum, ff. de reb. dub. Expreſſiſſe, & voluiſſe, ſeparantur, l. 16. §. vlt. ff. de legat. 1. quemadm. Exprimi & regi verbia, opponuntur, l. 68. ff. de hæred. inſtituend.

EXPRIMERE, inter alia etiam hoc ſignificat, vi & neceſſitate impetrare & auferre, vt enim extorquere, ſic exprimere dicitur, quaſi manibus preſſis auferre, & extendere, Spieg.

EXPROBRARE, pro pudore afficere. Sic Plin. Iunior. Etiam mala emptio ſemper ingrata, eo quod exprobrare domino ſtultitiam videtur, Spieg.

EXPROMISSOR Hotomanno idem quod adpromiſſor, qui pro alio promittit: idem qui fideiuſſor ſeu ſponſor.

EXPROMISSORIS nomen pro eo ponitur, ait idem Hotom. qui non accedit obligationi, ſed eam totam in ſe ſuſcipit, quaſi alienæ obligationis Vicarius. Seruus domino obligari non poteſt: ergo nec fideiuſſorem dare: at expromiſſorem recte dat, qui ſuo loco promittat, l. 7. §. 8. de dolo malo. Et ibidem Expromiſſor loco promiſſoris eſt apud creditorem: nec accedit obligationi, ſed ſolus obligatur liberato debitore. Ergo differunt expromiſſor & fideiuſſor, &c.

EXPROMITTERE eſt nouandi animo pro alio vel pro ſeipſo promittere, Briſſ. Expromiſſor, qui alienam in ſe obligationem vel fideiuſſione, vel nouatione, aut delegatione ſuſcipit: is quandoque reus dicitur, Briſſ.

EXPROMITTERE quoque dicitur filiusf. ſeruúſve qui creditam ſibi, dum in aliena eſſet poteſtate, pecuniam, paterfam. vel liber factus, ſoluturum ſe promittit. Briſſ.

EXPROMISSOR plane alius eſt à fideiuſſore: & illius nomen generalius, quam huius. Briſſ. Expromiſſione fit nouatio non fideiuſſione, Prat. v. Cuiac. 13. obſeru 35.

EXPROMISSOR dicitur, qui pro alio nouandi animo promittit. l. vlt. ff. ad Macedon. l. ſi mulier. 22. ff. ad Velleian. l. ſeptima, § 4. ff. de dol. mal. l. 4. § 2. ff. de re iudic. leg. 4 ff. de condictio. cauſſ. dat. l. qui libertinis, 37. ff. de oper libert. Itaque omnino differt Expromiſſor à fideiuſſore, ſiue Adpromiſſore. nam ille ſolus obligatur: hic cum alio. ille reus principalis eſt: hic acceſſorius. Illum qui dat, liberatur: hunc verò qui dat, obligatus manet. l. et res, quinquageſima tertia, ff. de contrahend. empt. l quod ſi. 10. ff. de pign. act. l. quod ſeruus, 56. ff. de pecul. l. 5. § ſi pater, ff de iur. dot. Hot. Adde Cuiac. ad l. eleganter. §. ſeruua pactionis. ff. de dolo malo. Conna. lib. 6. c. 6. nume. 2. & num. 91.

EXPROMITTENDI us autem verbum proprium eſt Iureconſultorum, ab ipſis docendi gratia factum & inuentum, cui nullum magis reſpondet, quàm quod illi dicunt recipere, quod plus aliquando ſignificat, quam polliceri vel promittere, cum in alieni facti obligationem veniunt: Connan præallegato loco.

EXPROXIMI, & proximi, ſcriniorum. l. 1. C. de magiſtris ſacrorum ſcrinio. lib. 12. Exproximus, qui proximi dignitate functus eſt, Hot. Ex proximo libellorum. Marcell.

EXPUGNATUR nauis, cùm ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſoluitur aut pertunditur, aut vela conciduntur, aut anchoræ inuoluuntur de mari. Calliſtratus autor, de incend. ruin. nauf. Spieg. Porro & tunc nauis expugnari dicitur, cùm prælium aduerſus nauem ſuſceptum eſt, de quo latius Peckius l. 3. §. Deinde ait prætor, D. eod.

EXPUNGERE, Bud. ait, eſt punctis circunducere & tollere, & quaſi rem iam confectam eximere è codice. Hermogen. de Diuerſ. temp. præſcrip. Reipublicæ rationes ſubſcriptæ & expunctæ aduerſus eum quidem qui adminiſtrauerit, vltra viginti: aduerſus vero hæredem vltra decem annos retractari non poſſunt. Spieg. v. l. pen. de re mil. Sic Plaut. Nunc (inquit) quod reliquum eſt at volo perſoluere, vt expungatur nomen meum, ne quid debeam. Et in l. pen. ff. de re milit. militem ob deſertionem expungi dicitur.

EXPUNCTI. Vide Punctum. ad fin. Spieg.

EXPUNGERE miles dicitur, qui è numeris exemptus eſt, & ære dirutus. Bud.

EXPUNCTÆ rationes, diſpunctæ. l. 13. ſi. de diuerſ. temp. Briſſ.

EXPURGARE, idem quod ſe vitio aliquo purgare. Et expurgationem habere, pro ſe purgare, accipitur. Spiegel. Expurgatio prioris vitæ. §. 5. pr. l. 53. C. de nupt.

EXQUÆSTOR, Quæſtorius, qui Quæſtura eſt functus vt Exconſul, id eſt, conſularis, qui conſulatu abijt. Iſid. 15. Etym. 13. c. Hoc ex Iuſtiniani Præfatione Græca cum Latina collata intelligitur, quarum in hac ſic legitur. Quæ omnia confecta ſunt per virum excelſum nec non prudentiſſimum magiſtrum, Exquæſtorem & exconſulē Tribonianum: in altera vero hoc modo: [illegible] Hot. & ita quidem ante alios id interpretatus eſt Crinitus de honeſta diſciplina lib. 10 c. 12. Eúmque ſecutus Ferretus in procemio Inſtitu. Exquæſtores & exconſules interpretans, qui olim quæſtores conſuléſve fuerint. Aldobrandinus autem in d. procemio, Quæſtorem & Exquæſtorem eundem eſſe putat. Nam quem exquæſtorem in d. procemio vocat, & in inſcriptione epiſtolæ ſub tit. 6. Cod. de vetere iure enucleando in eiſdem duabus epiſtolis modo Quæſtorem, modo exquæſtorem appellat eodem tempore. Item titulus eſt de quæſtorib. lib. 12. ſubſequitur autem ſtatim conſtitutio de his qui exquæſturæ honore viguerint. vbi exquæſturæ honor quæſtoria appellatur. Adde quod Exquæſturæ nomen ſeparatum non legitur. vide & Alciatum lib. 4. diſp. c. 3. vbi Exquæſtorem Tribonianum dictum putat, quaſi qui ante omnes quæſtores, & alios omnes magiſtratus aulæ Iuſtiniani fuerit. ex, enim particula eſt non priuantis tantum, ſed & augentis. Dicitur & Exquæſtore. Olim etiam proconſule, & promilite Saluſt. Proquæſtore Cic. idque vna voce per omnes caſus ac numeros. Prateius vid. ex magiſtro.

EXQUIRERE, id eſt, inter ſe conſulendo inueſtigare: quod eſt vniuerſalis Concilij proprium. Spieg.

EXQUISITÆ pœnæ, l. 33 C. ad l. Iul. de adulter.

EXQUISITIO, l. 9. §. 1. C. de ſecund. nupt. l. 1. fin. pr. C. de adſertio. toll.

Ex quo, Exinde, l. vlt. C. ad l. Iul. maieſtat.

EXROGARE. Vide Exogare.

EXSCRIBERE, eſt & exemplum ſumere, & ſcriptum perficere.

Exſecto ventre extractus. Vlpian. l. poſthumus de inoff. teſtam. Spieg.

EXSEMINATIO, id eſt, ſtirpitus. Sic Vlp. interpretatur in l. vitem, §. quod ſi quis arb. furt. cæſ. Spieg.

EXSEQUI, vide ſupra Exequi.

EXSICCATUS alueus, l. 30. §. 1. ff. de adquir. rer. dom.

Ex ſuperiore in inferiora non aquam, non quid aliud dimitti licet. in ſuo enim alicui haƈtenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat.

Ex ſyngrapha agere, obſignatis tabellis agere, pro eo quod eſt, rigide, parúmq. ciuiliter, ſed velut ex obligatione. Sunt formæ vt ait Eraſ. à juriſconſ. ductæ, verſæ in prouerbium. Spieg.

Ex tempore, id eſt, cauſa temporis, ſeruiendo tempori, vt vulgò dicunt, ſecundùm exigentiam temporis.

Ex tempore dicere, id eſt, citra præmeditationem: & apud Perſium, ex tempore viuere, id eſt, citra ſolicitudinem futurorum Hanc vitam ceu feliciſſimam probauit Chriſtus: vt quam & ipſe ſemper ſecutus ſit, & Apoſtolis ſequendam propoſuerit. Ex Eraſ. Spieg.

EXTA. Extorum vſus olim in ſacrificijs frequens erat apud Græcos. Nam in ſacrificijs primum hoſtiæ partem adolebant, & exta coquebant, eiſque veſcebantur, deinde ex alijs viſcerib. poſtea epulabantur, id quod ex Homero facile perſpici poteſt, ita ſcribente:

Νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσί

nam quincuplex illud veru craticulæ ſimile tenebant exta torrentes. ſequitur enim mox:

Αὐτὰρ ἐπεὶ κὴ μῆρ' ἐκάη, κὴ σπλάγχν' ἐπάσαντο.

quo quidem ſignificat exta tum cocta fuiſſe, & comeſa eſſe,

eum

cum exta in deorum aris vrebantur. Reliqua poſtea viſcera aſſabantur ad reliquam dapem: Homer.

Μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν.

In Herculis ſacro idem Liuius declarat à Romanis fieri ſolitum, cui græco ritu res diuina fiebat, his verbis, Forte ita euenit, vt Potitij ad tempus præſto eſſent, iiſque exta adponerentur, Pinarij extis adeſis, ad cæteram venirent dapem, hæc tamen Maro de eodem Herculis ſacro loquens confudit, non tam vt reor voluntate quam Carminis lege, qua coacti interdum poetæ res & tempora non ſatis diſtinguunt: ſed adſcribamus eius verſus:

Veſcitur Æneas ſimul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis & luſtralibus extis.

Cum autem extorum mentionem fecit Maro, hoc ipſo participes ſacrificij intellexit & ſignificauit: nam qui à ſacris arcebantur, iis de extis guſtare nefas erat, vt homicidis: Ariſtophanes *ἀπὸ ἱερῶν ἔστι; νὴ τὸ θεῖον κ' οὐ χρῆν σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι*. Et Turnebus exta à Marone ideo appellata eſſe luſtralia putat, vel quod primus Hercules poſt Caci cædem ad aram maximam, facto ſacro ſe purgauerat & luſtrauerat: vel potius quod cum omnia nos ſacra luſtrent & purgent, extorum eſu id maxime conſequimur, & ſacrificiorum participes ſumus à quibus impij arcentur. Turnebus aduerſ. lib 7. c. 13.

Extaturus, paſſim, pro exiturus in ff. Florent. Briſſ.

Extantes fructus: in l. certum, C de rei vend. intelliguntur nondum conſumpti. Eaque ſententia recepta eſt: Donellus de fructibus extantes interpretatur pendentes adhuc & qui à ſolo nondum ſint ſeparati, quam recte, viderit ille.

Extantatum debitum, l. 3. C. de commodat. id eſt, ſolutum. Breder.

Extendere, eſt porrigere, & longius producere, vlteriuſque protrahere. Briſſ.

Extendere legem, eſt eam ampliare ad non expreſſa. Vnde vulgata doctrina eſt, in fauorabilib. extenſionem fieri oportere, ſi ſit idoneitas rationis. l. illud. C. de Sacroſ. eccleſ. Bart. in l. ſi conſtante in prima parte, in noua quæſt. ſol. mat. Sed & interdum verba in extentam, & de ſtricta ſignificatione in latam laxari poſſe, Gloſſ. munuit, in Auth. Vt hi qui obligat. poſt princ. verb. ad curationem, & ibi Ang. Sic & noſtra appellamus. in quibus jus aliquod habemus. Gloſſ. & Bald. in l. 2. ad prin. de orig. jur. Gloſſ. in l. ſi me & Titium. ſi cert. pet. in l. 1. ad fin. & ibi Alberic. de eo quod cert. loco. Vide ſupra, Exorbitantia.

Extensio quando fieri poſſit, docet Alciat. lib. 3. de verb. ſignif.

Extenvare rem judicatam, l. 7. ff. de tranſact.

Extenvari facultates, l. 5. § conductores, ff. de jure immunit.

Extergere ſpongia. l. quæſitum, § item perticæ. de inſtruc.

Exter hæres. l. 69. §. 1. de leg. 2. id eſt, extraneus, qui non eſt ex familia & nomine teſtatoris. Prat. vid. l. 15. §. 3. de caſtr. pecu.

Exteri, id eſt, non coniuges, l. 52 §. vlt. ff de don. int. vir.

Exteri homines, id eſt, qui non ſunt eiuſdem corporis vel Collegij, l. 17. §. eus. ff. de excuſat.

Exterior ſcriptura & interior, aduerſantur apud Paul. l. 5. ſent. tit. 25.

Extergvntvr, columnæ, pauimenta, podia, Briſſ.

Exterminare, eſt quod nos vocamus, *Verbannen*, id eſt, extra Bannum eijcere. Quam vocem, vt Rhenanus noſter atteſtatur in Annot. ad Tertullianum, Anſegiſus Abbas, Francicarum Legum, quas de Germanico ſermone in Latinum vertit, Forbannire reddidit. Vnde Forbanniti legibus Longobardorum & Alemannorum & reliquarum gentium nominis Germanici. Vſus eſt eadem voce Imp. Fridericus II. in Conſtit. Regni Neapol. l. 2. tit. 5. vbi interpres minime contemnendus, quo Forojudicati, à Forbannitis diſtent, haud inſcite demonſtrauit, Spieg.

Externæ res dicuntur non tantum bona fortunæ, ſed etiam quæ domeſticæ non ſunt: quas Forenſes appellat Cic. Spieg.

Extervs religionis, pro alieno à religione. Impp. vſurpatur in l. nemo. C. de Iudæis. Spieg.

Extimere, timere, l. non ſolum, §. dominus de vſucap.

Extingvitvr quod penitus deficit: ceſſat, quod quieſcit, ac redire & reſſuſcitari ſolet. v. Gothofr. ad l. 98. §. 8. med. de ſolutio.

Extirpare arbores, l. 7. §. non ſolum, ff. de dolo.

Extollere ædes altius, l. 25. ff ſi ſeruitus vindicet.

Extorqvere eſt inuito auferre, Briſſ.

Extorres, exules ſunt: quaſi extra terram electi, Alc. in l. nemo clericus. C. de ſum. trin. & fid. cath.

Extorris etiam transferri ad alia: vt extorrem fieri ſacri miniſterij dicitur, i. à ſacro miniſterio priuatum & eiectum, c. ita dominus 29. diſt. Io. Bel Etymol.

Extra. Vox hæc interdum perſonas, interdum loca, ſed & res excludit. Vbi perſonis aptatur, ſignificat Præter; Veluti, ſi locis vox hæc vſurpatur, ei aduerſaria conſtituitur vocula, intra. Et ita extra vrbem, & intra vrbem opponuntur, l. 2. §. idem Labeo, ff de aqua cottid. Res quoque excludit, ſic extra bona & bonis, & opponuntur, l. 1. ff. de vſu & vſufr. leg. Briſſ.

Extra, pater. l. diximus, ff. de excuſ. tut. Alber. Sic apud Ciceronem in prima inuect. in Catilin. tum alijs locis per Syluium adductis. Spieg. aliquando pro poſt, l. 3. §. ſed ſi extra, ff. ad exhib. Prat.

Extrahere judicium, eſt protogare, proferre, producere, l. 10. ad exhib. Hot. Prat.

Extrahere de reb. humanis, mortem ſibi conſciſcere, l. cum autem, § capitalem de ædil edict.

Extrahi, ad judicium trahi, l. 22. fin. de furt Brodero.

Extranevs non vno reſpectu, nec vna relatione dicitur. Interdum enim extraneus accipitur relatione facta ad Dominum, vt l. 31. §. 1. ff. de ædil. edict. Itaque Extraneus & Dominus vel parens, opponuntur, l. 16 §. perſona, ff. de pœnis, vt & extraneus & Dominus proprietatis, l. 3. §. idem Iulianus. ff. de itinere actuque, Extraneus creditur ſeruit, id eſt, non dominus, l. 5. ff de tributur. Similiterque Extranei, reſpectu dominorum, accipiendi ſunt, l. 27. § jubet. ff. ad l. Iul. de adulc. Briſſ.

Extranevs, in materia dotis, dicitur omnis ille, qui non eſt paterfamil. virilis ſexus, & qui non habet filium in poteſtate: ſolo eius parente excepto, omnes alij dicuntur Extranei. Vide Zaſium in §. fuerat. Inſt. de action. Spieg. & Briſſ. vid. l. 31. §. 1. C. de jure dot.

Extranei etiam ſui dici poſſunt ratione delicti, Gloſſ. eſt probata. in l 3. ff. de offi. Præſid. vbi dicitur, Præſidem etiam, aduerſus extraneos imperium habere, ſi maleſecerint, licet alias in ſuæ tantum prouinciæ homines habeat. Spieg.

Extraneos hæredes, Viglio teſte, melius definiuit Tribon. in §. cæteri. Inſt. de hæred. qualit. quam poſteriore Inſtitutionum libro Caius. Varie autem extraneus dicitur: interdum reſpectu eius qui in poteſtate eſt, interdum filij, interdum vel agnati, vel propinqui. Vide Bald. in l. ſi emancipati. C. de collationibus. Spieg.

Extranei hæredes intelliguntur, quicunque teſtatoribus juri ſubiecti non ſunt. § cæteri, Inſt. de hæred qual. Gaius certe imperfectius li. 2. Inſtit. tit. 3. Extraneus hæredes definit, qui nullo propinquitatis gradu teſtatori junguntur, ſed eos pro extraneis habent, licet naturali vinculo contineantur. Appellantur & Extrarij hæredes, l. 36. ff de bon. libert. l. 78. §. peu. ff. de leg li. 2. Extraneus etiam hæres Exter vocatur. l. 84. ff. de adq. hær. Plane exter hæres in l. 69. §. vlt. ff. de leg. lib. 2. & l. 114. §. cum pater. de leg. lib. 1. intelligitur, qui ex nomine defuncti non eſt Briſſ.

Extranei a ſuis hæredibus aliquot notis diſſident. Illi enim adeunt, hi ſeſe immiſcent: illi repudiant, hi abſtinent, characteremque ſuitatis impreſſum vix à ſe abdicare poſſunt, gloſſ. in §. Extraneis. Inſtit. de legat. iſti contra repudiatione ſic hæredis nomen exuunt, vt hæredes nunquam fuiſſe videantur. Hoc tamen vtriſque commune eſt, quod ſi ſemel hæreditatem adierint, nunquam aditę hęreditatis pœnitere illis liceat, niſi vel militię fauor. l. ſcimus, C. de jure deliber. aut minoris ętatis priuilegium id ſuaſerit, l. 1. ff. de min. aut grande ęs alienum quod hęredem latere poterat, poſt aditam hęreditatem emerſerit. d. §. Extraneis, verſic. Sciendum eſt tamen.

Extranei & Domeſtici opponuntur. Briſſ.

Extranevs affectus, l. 7. pr. C. de curator. furio. id eſt, extraneę & non cognatę perſonę. Extraneus à bonis l. 3. C. quor. bon. id eſt, alienus quo ad ſucceſſionem. Extraneus rei detentator. l. 7. pr. C. pręſcrip. 30. anno. cuius res propria non eſt, qui eam detinere non debet.

Extranevs poſthumus apud Iuſtin. tit. de leg. & alienus, idem valent Extraneuſque accipitur, qui ſuus teſtatori hęres non eſt vel inter ſuos non eſt naſciturus. Et ita Theoph. in tit. de bonor. poſſ. *ἀλλότριος, ποστοῦμος, τουτέστιν ὁ μὴ ὑποπεσὼν ὑπεξούσιος*. At in leg. 6. Digeſt. de vent. in poſſeſſ. mitt. extraneus paulo generalius accipitur, qui nullo cognationis vinculo teſtatori iunctus eſt. Briſſ. vid. Gothofredum not. ad dict. leg. ſextam. Prat.

Extrarivs Feſto, qui extra focum, ſacramentum & jus eſt. Extraria vis, l. 31. §. fin. Locat. defenſio extraria, 2. ad Heren. v. l. 55. pr. ad Trebell. 17. pr. de quęſtiu. Prat. Briſſ. v. Extranei hęredes, ſupr.

Extra ordinem fieri dicuntur, quę legitimo & vſitato ordine non obſeruato fiunt. Sic diuus Claudius conſulibus eam autoritatem dedit, vt pupillis extra ordinem, hoc eſt, non ſeruato ordine agnatorum legitimo, de quo l. 3. § 1. de legit. tutel. ex agnatis tutores eligere poſſent, ad functionem huiuſmodi maxime idoneos, Sic tamen, vt proximiores, ſi quidem ſatis eſſent idonei, ſeruato juris antiqui ordine tutores eſſent, ſin vero inter agnatos magis inuenirentur proximioribus idonei, illi tutelam adminiſtrarent: Simili ratione IC. in l. ſed etſi, §. ſi ſerię, ff. Ex quibus cauſis maior. ferias extra ordinem indictas vocauit, hoc eſt, non conſuetas, ſed repente

Præter morem & ordinem indictas, Briſſ. non obſeruato aliquo ſtatutum ſolemniamque feriarum ordine. Ræuardas lib. 1. variorum c. 11. Et rurſus lib. 5. cap. 19. vnde & infra in verbo feriæ:

EXTRA ordinem jus dicentes, l. 7. fin. de offic. proconſ. acciperent, qui magiſtratus non erant, ſed vtilitatis cauſa extra ordinem conſtituebantur. l. 2. §. & hæc omnia, de orig. jur. Briſſ.

Deinde EXTRA ordinem jus dicitur prætore, præſidéve cognoſcente l. 1. §. medicorum, de Varijs & extra, l. fin. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. Briſſ. Prat.

EXTRAORDINARIÆ cognitiones dicebantur, quas Prætores Præſideſque præter vſitatam officij ſui conſuetudinem ſuſcipiebant. l. 1. & paſſ. ff. de extraord. cog. l. 2. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 1. § eſt autem. ff. de exerc. act. Hinc

EXTRAORDINARIÆ perſecutiones: apud Vlpia. in l. pecunia. 178. ff de verb. ſig. veluti fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt quæ non habent juris ordinarij executionem, id eſt, in quibus formularum conceptio non vſurpatur, l. actio. ff de neg. geſt. & apud Vlp. Inſt. c. 25. de quibus infr. iterum, Hinc

EXTRAORDINARIVM auxilium reſtitutio in integrum appellatur, l. in cauſſæ, 16. ff. de minor. propterea quod tota ex Prætoris cognitione pendebat, neque vlla certa actione poſtulari poterat l. quod ſi, 24 in ſi ff eod. Hinc

EXTRAORDINARIA actio quæ de militia datur l. 52. §. inter. de act. empt. aut de ſalario l. 56 § fin. mandat. item & ea actio vtilis, quæ ex cauſa interdicti hodie redditur. § fin. Inſt de interdict. Briſſ. Extraor. actio, ait Hot ea dicitur, quæ loco interdicti datur, propterea quod interdictis agendi ritus ſublatus eſt, tot. tit. de interdict. ſiue extraord. act. quæ pro his compet. Hinc

EXTRAORDINARIA pœna in §. in ſumma. 9. de injur. cujus arbitrium officio judicis permittitur. l. vlt. C. eod. l. qui iniuriarum, 43. l. vlt. ff. eod Hotom.

EXTRAORDINARIA pœna Corporis, aut ſaltem æſtimationis Iure ciuili intelligitur. Et cum de maleficijs criminaliter agitur, extra ordinem agi dicitur, quod videlicet tum negligatur ſolennis ille judiciorum ordo. Poteſt autem & extraordinaria pœna certa eſſe, & legitima ordinariaque. Sic enim ſacrilegij pœna certa eſt, videlicet capitis, & tamen appellatur extraordinaria, quæ criminalis eſt. Rurſus termini mali certa, jureque ſtatuta pœna eſt: & tamen extra ordinem hoc maleficium puniri dicitur Balduin. tit. de Injurijs.

EXTRA ordinem de criminibus cognoſci dicitur, cum extra antiquum ordinem & formam moribus legibuſque publicorum judiciorum præſcriptum cognoſcitur, l. 15. de pœn.

EXTRA ordinem damnari eos traditur, qui per calumniam actionem Injuriarum inſtituerint. l. 43. ff. de injur. Nam jure legitimo calumnia in publicis duntaxat judicijs vindicatur, l. 1. §. calumniatores. ad Turpill.

EXTRA ordinem de priuatis judicijs agitur, cum accuſatio criminaliter contra quam jure ordinario fiat, intenditur, l vlt. ff. de priuat. del. Extra ordinem in l. vlt. §. vlt. ff. quod met. cauſ. fieri dicitur, quod per apparitoris juſſionem, cognitione non habita, extorquetur. Nam recte atque ordine per judicem id fit, Extra ordinem etiam exequi decreta ſua ſententiaſve Prætores dicuntur, cum apparitorum miniſtrorumque ſuorum, vel ſi res poſtulet, militium manu exequitur. l. 1. ff ſi vent. nom. mul. l. 3. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ l. 50. ff de euict. quod ciuiliter & ordine per arbitros judiceſq; expeditur, l. 15. cum ſuis §. de re jud. l. vlt. ff de jud. Briſſ.

EXTRAORDINARIA crimina dicuntur, quæ non lege aliqua publicorum judiciorum, ſed extra ordinem, magiſtratus imperio ac poteſtate coercentur. Vnde legitima crimina extraordinarijs opponuntur ab Vlp. in l. 3. de crim. ſtell. Idem in l. vlt. ff. de priuat. delict. Si quis actionem, quæ ex maleficijs oritur, velit exequi: ſiquidem pecuniariter agere velit, ad jus ordinarium remittendus erit, nec cogendus erit in crimen ſubſcribere. enimvero ſi extra ordinem ejus rei pœnam exerceri velit, tunc ſubſcribere eum in crimen oportebit. Idem in vltim. ff. de furt. Meminiſſe oportebit, nunc furti plerunque criminaliter agi, & eum qui agit in crimen ſubſcribere: non quaſi publicum ſit judicium, ſed quia viſum eſt temeritatem agentium etiam extraordinaria animaduerſione coercendam. Et in eandem ſententiam Paul. l. 9. § 3. ff. de publi. vectig. Vlpianus l. 1. in prin. ff. de incend. nauf. & ruin. leg. 3. §. 1. de crimin. ſtell & alibi perſæpe. Hinc titulus lib. Pand. XLVII. De extraord. criminibus. Hinc illa extraordinaria quæſtio nobilis in Milonem conſtituta: cujus rei quæ ratio fuerit, explicandum hoc loco videtur. Nam quum eſſent leges, eſſent quæſtiones ordinariæ de cæde, vel de vi, quibus ſiue Prætores, ſiue Quæſitores præerant, quibuſque reus poſtulari Milo poterat: Pompeius tamen Conſul creatus legem de vi promulgauit, qua nominatim cædem in Appia via factam comprehendit: in qua id quoque ſcriptum erat, vt Quæſitor ſuffragio Populi crearetur: creatuſque eſt Cn. Domitius Ahenobardus, apud quem Milonis cauſa extra ordinem acta dicitur, quod non veteribus legibus apud ſuum Prætorem, ſed noua lege data opera perlata, apud certum prætorem, id eſt, de induſtria creatam, acta ſit, quæ quidem lex pœnam grauiorem, & formam judiciorum breuiorem damnato conſtituebat, quam, illa vetus & vſitata, ſicuti docet Aſconius. quin etiam quas tabellas alijs legibus Quæſitores ipſi ſuis judicibus dabant, eas non Domitius Quæſitor, ſed Pompeius Conſul diſtribuit. Itaque nouum judicium Cicero illud appellat: & obſcure Pompeij factum accuſans, Quantum, inquit, luctum in hac vrbe fuiſſe à noſtris patribus accepimus, quum P. Africano domi ſuæ quieſcenti illa nocturna vis eſſet allata? quis tum non gemuit? quis non arſit dolore? Eum igitur vlla quæſtio de Africani morte lata eſt? certe nulla. quid ita? quia non alio facinore clari homines, alio obſcuri necantur, id eſt, Qua lege pœna conſtituta eſt in eos, qui cædem fecerint, ea lege quicunque ſiue clarum, ſiue obſcurum hominem interfecerit, tenetur: neque noua lex, nouum judicium, noua pœna extra ordinem ſtatuenda eſt. Sua enim cuique crimini ordinaria perpetuaque quæſtio lege conſtituta erat, vt ait idem in Bruto: perpetuæque ob eam cauſam quæſtiones dicebantur, quia forma ijs per leges publicorum judiciorum præſcripta atque conſtituta perpetuo ſeruabatur: nec quemadmodum antea fiebat, vt quodque crimen admittebatur, Quæſitor nouus nouaque judicij forma conſtituebatur. Quod ſi quando tamen contingeret, tum vero extra ordinem dicebantur agi judicia, quia ſcilicet contra vſitatum judiciorum ordinem ac rationem exercebantur: vt tum in Milonis cauſſa factum eſſe conſtat. Nam ſi Milo apud eum prætorem, qui de vi judicium eo anno exercebat, accuſatus fuiſſet, neque nouus Quæſitor conſtitutus: verum tandem ordinarium, an extraordinarium illud judicium fuiſſet? Quare aſſentiri doctiſſimo viro non poſſum, qui Milonis judicium, ideireo quod erat de vi, extra ordinem factum fuiſſe tradit: & illud Tuccij, de quo ſcribit ad Ciceronem Cælius li. 8. epiſt. 8. propterea extra ordinem habitum fuiſſe, quia de vi reus eſſet factus. Ordinariam enim fuiſſe de vi quæſtionem, ſuumque, item vt alias, Prætorem certum habuiſſe conſtat ex locis innumeris. Cauſſam tamen, cur hoc Tuccij judicium extra ordinem exercerent, aliam à Milonis judicio fuiſſe, locus epiſtolæ perſpicue demonſtrat: quum id judicium prætermiſſis alijs de vi reis omnibus, quamuis prius factis, primo quoque tempore factum eſſe teſtatur: neque de Quæſtore nouo creato mentionem vllam faciat. Cujus rei quæ ratio fuerit, vt vere dicam, conjectura aſſequi non poſſum, neque enim Lutatia lege, quæ quotidie, feſtis etiam (vt ait Cicero pro Cœlio) ludorumque diebus de vi judicium exerceri jubebat; ſed & Plautia, & poſt ludorum dies acta cauſſa eſt, niſi forte dicamus, quemadmodum in quæſtione inter ſicarios parricidij crimen extra ordinem ac primo quoque tempore in judicium vocabatur, vt conſtat ex lib. de Inuen. 2. (parricidij enim crimen judicij de ſicarijs partem fuiſſe, Roſciana oratio declarat) eodem modo in quæſtione de vi Plautia lege conſtituta, crimina quædam fuiſſe, de quibus propter atrocitatem ordine reorum neglecto ſtatim judicandum eſſet. In quibus, ſi ſuſpicioni locus eſt, vis ingenuis allata non poſtrema fuit. Quare quum Sempronium hominem & cognomento & colore Rufum, *[illegible]* Cælius mel ac delicias Ciceronis appellet (quo verbo, vt ſatis conſtat, obſcœnitas plerunque continetur) ſi Veſtorio Tuccium vim attuliſſe diceremus, ob eamque cauſſam lege Plautia extra ordinem à Sempronio eſſe accuſatum, totum illum locum hoc modo interpretari non incommode poſſemus: vt Cælius Tuccij patronus, verbum de crimine Tuccij, quod inficiari fortaſſe non poterat, nullum faceret: ſed ipſius Sempronij notam infamiam in judicio commemoraret, exponeretque eum ipſum aliquando id pro beneficio dediſſe, quod in maximi flagitij loco Tuccio poneret: quodque Veſtorius in maximis injurijs numeraret. Et quoniam rumor quoque aliquis, falſus fortaſſe, in ore tamen hominum verſatus erat (qua de cauſſa veterem fabulam appellat) Rufum hunc Ciceroni aliquando in delicijs fuiſſe, iocans Cælius ſubjungit, ſe quoque Ciceronis & illius fabulæ veteris apud judices mentionem feciſſe: vt iſto modo eluſus Sempronius, calumniam magno plauſu tulerit, qui non animo flagitij vindicandi, ſed vt præſentis anni Prætorem effugeret, auſus eſſet accuſatorem ſuum ejus criminis reum facere, cujus ipſe jampridem omnium hominum ſermone damnatus eſſet. Hotom.

EXTRAORDINARIÆ perſecutiones appellantur, quarum cognitio ad ipſum prætorem pertinebat, veluti de fideicommiſſis. l. 178. §. actionis ff de verbor. ſign. Non enim per formulam fideicommiſſa jure ordinario, ſed apud proprium prætorem petebantur, vt Vlp. in Inſtit. ſcribit & indicat l. 85. in fin. ff de hæred. inſtit. l. 4. ad fin. ff. de quibus ad libert. procl. l. 78. §. pen. ff. de legat. li. 3. l. 29. ff. de vſufr. leg. l. 41. ff. de bon. libert l. 43. ff. de act. empt. & l. 2. §. capta deinde. ff. de orig. jur. lib. 2. Co. qui potior. in pig. l. 3. C. ſi aduer. libert. Briſſ.

EXTRA-

EXTRAORDINARIVM remedium, Alc. officium judicis interpretatur, in d.l. cum filiuſfam. Si cert. pet. & c. 10 li. 1. Paradox. contendit, eadem eſſe remedia, officium judicis, vtilem actionem, atque actionem in factum. Spieg. Briſſ. extraord. remedium eſt, quod non ex edicto prætoris, ſed proprio ac ſpeciali eius decreto proficiſcitur, l. 12. ff. vt leg. nom. cau.

EXTRA ordinem cogi quis dicitur, pignoribus captis, vel mulctæ dictione, l. 1. ff. de adm. tut.

EXTRA ordinem præſes vel judex cognoſcere dicitur, cum via ordinaria actio non intenditur, ſed per viam ſupplicationis, quod Galli dicunt venire per requeſtam. Nam cum aliquid tanquam ex tranſuerſo ſuperuenit, ad quod actionis legitimæ poteſtas dirigi non poteſt, libellum ſupplicem offerunt judici, vt de eo ex æquitate ſtatuat, vt annotauit Franc. Connan. lib. 7. comment. ca. 14. Hinc extraordinarium judicium dicitur, in quo conceptiones formularum non obſeruantur, l. 47. de neg. geſt. Briſſ. Prat. Vel quod officio judicis implorato conſtituitur, quoties ex æquitate alicui ſuccurrendum eſt, quia remedium ordinarium deſit. Petr. Beckius l. vtilitatem. §. eſt autem. ff de exercit. act.

EXTRAORDINARIVM commodum l. 239. §. munus. ff. de verb. ſig. Prat.

EXTRAORDINARIA munera l. vnica. de vaca. publicorum mun. lib. 10. C. & l. 5. C. de ſacr. eccleſ. extraordinaria, quæ nec certam, nec ordinariam formam præſtationis habent. l. 10. §. 1. de annnis. Gothoſ. ad d. l. 5.

EXTRAORDINARIÆ indictiones l. fin. C. de mu. patri. lib. 10. quę extra ordinē imperantur, l. 6. ff. de vac. mu. quæ non à lege, Senatuſc. vel conſtitutione principū, ſed ex improuiſo per magiſtratus iniūguntur l. 8. §. qui muneris. ff. de vac. mu. Briſſ.

EXTRAORDINARIVM dici non debet, quod ſolenne eſt, l. omnes. C. de anno. & tribu.

EXTRA ordinem, id eſt, extra aliquam ſolennitatem. §. fi. Inſtit. de interd. Prat.

EXTRA ordinem, id eſt, officio judicis. l. 1. de ſeparat. bon. Prat.

EXTRAVAGANTES, aliquot ſanctiones Principum ſunt: dictæ, quod ſint extra librorum juris ciuilis contextum frequentatæ, qualis eſt conſtitutio Lotharij Saxonis, de feud. non alie. & diui Friderici, de pace tenenda. & de Sacrament. puber. ſponte factis non retract. Item de priuilegijs Eccleſiæ, Friderici Imp. eius nominis ſecundi. Item de Maieſtate læſa: deque Rebellibus edictum Henrici VII. & rurſus de pace Conſtantiæ, duorum Friderici Impp. & Henrici Romanorum regis vt. cum nonnullis alijs Principum ſanctionibus publicis, juris libris necdum adiunctis, ſed quæ in Archiuis Imperij in reipub. vſum conſeruantur, vt monuit Ferrar. Spieg.

EXTREMA pueritia, pro extrema parte pueritiæ.

EXTREMA diſpoſitio, voluntas, id eſt, vltima.

EXTREMITAS Aggeno Vrbico eſt finitima linea, quæ interuenit, aut per iter publicum quod tranſcendi non poteſt, ſecundum legem Mamiliam (quia omnis limes itineri publico ſeruire debet) aut per limites ſeu terminos, aliaque ſigna, quibus territoria finiuntur: aut vbi inſoluta loca remanſerunt. Prat.

EXTREMO mortis tempore dicitur conſtitutus, & ſic in extremis laborare, omnis ille qui ex illa infirmitate in qua conſtitutus eſt, moritur, abſque ſania interuallis: licet multis diebus ſuperuixerit. ita ſingulariter Bal. in ca. 1. col. vltim. verſ. pone ſtatuto, extra de pactis, vbi infert, ad ſtatutum requirens præſentiam duorum conſanguineorum, in contractu illius qui in extremis laborat, & ad hoc citat textum ſing. in l. alumnæ. §. vlt. ff. de annuis legat. Sed debuit allegare de alimentis legat. quem textum etiam pro ſingulari ad hoc allegat De. Iaſo. in l. 1. §. 2. nu. 10. ff. ſi quis jus dic. non obtemper. & in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. col. pen. poſt princ. ff de liber. & poſthumis. & vtrobique etiam ſequitur hanc deciſionem Baldus, quam pro ſingulari ad hoc commendat in l. 1. col. 5. verſ. adde in quantum C. de ſacroſanct eccleſijs. in lectura Patauina. & approbat etiam D. Felin. in c. paſtoralis §. præterea. in vlt. col. verſ. ſigna. gl. ext. de offi. ordi. vbi multa de conſtituto in extremis, poſt Barbat. in ca. Rainutius in prima charta, de teſtament. Cotta in memoral.

EXTREMVM in juriſdictione, eſt decernere aliquid, jubere, vel addicere, quippe ſicut citatio ad præparationem pertinet, ita decretum ad extremam executionem. Proinde puniri poteſt is, qui præcepto judicis in quacunque parte judicij non obtemperauerit. Dd. quia non perceperunt vim vocabuli extremi in edicto., Si quis jus dicen. non obtemp. eorum ingenia, vt ait Zaſius, egregia defecerunt: quem vide hic, & c. 2. li. 1. Singular. intellect. Item Hegendorph. ead. l. vnica. & Old. Claſſ 1. Action. 2 Spieg. v. Duar. 1. diſp. 50 Rober. 4. ſent. 21.

EXTRICARE, eſt quod intricatum eſt expedire atque reſoluere, ſiue enodare: proprie ex tricis eximere. Extricatæ margaritæ, perpurgatæ, mundatæ, expolitæ. Hot. Vlp. ad leg Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. Si cum margaritas, inquit, maritus dediſſet in vſum extricatas, eaſque inuito, vel inſcio viro perforaſſet Extricatas dixit, pro ſolutas, & non perforatas, neque in lineam redactas, Nebr. Aliter: Extricare, eſt dempto cortice expolire. Sic Vl. Sunt extricati vniones, qui ex rudi & natiuo habitu arte gemmarij politi ſunt. Sic item margaritæ extricatæ, ab eo appellatæ: quas Accurſius margaritarum naturam ignorans, ab inuicem ſeparatas, interpretatus eſt, teſte Budæo. Spieg.

EXTRINSECVS, id eſt, extra naturam rei. l. fluminum. §. vitium. ff de dam. infect. aliter ſumitur C. de bon. quæ liber. l. cum oporter. in princ. & §. ſub hac. Alberic. extrinſecus, id eſt, præterea l. 1. C. ſi rector prouin. Breder.

EXTRVDITVR, ab hereditate. Vlp. t. 23. Regul.

EXTRVITVR, inſtruitur, fabricatur, armatur nauis Paul. l. qui nauem. Marcel. l. quod quis nauem de priuil. cred. Spieg.

EXTVNC, ex illa hora, & temporis momento: ſicut Exnunc dicitur, pro ex hoc tempore & hora. De clauſa hac Exnunc, prout extunc, ſupra dictum eſt.

EXTVNDERE. Videre, Exprimere.

EXTVRBARE, id eſt, vi eijcere. Eſt Ciceroni exturbare à ciuitate, quod vulgo dicunt, facere ciuem multari exilio, *Verbannen*. Spieg.

EXVBER, delactatus, mamma depulſus. Gothofr. ad l. 10. C. de patr. pot.

EXVBERAT, prædominatur, l. 3. pr. C. pro ſocio.

EXVEHERE. Celſus ſcribit: Si quis merces, quas exuehendas conduxit, in horreo poſuit, cum conductore ad exhibendum agi poſſe, teſte Vlpiano. l. 5. ff. ad exhiben Spieg.

EXVICARII, vt excubicularij. Prat.

Ex Vicini, pro ex fundo Vicini: Græciſmus. Vlp. l. 1. §. 10. de aquæ & aq.

Ex virili ſexu ſeu per virilem ſexum, & per lineam virilem deſcendentes differunt. Nam primo caſu etiam fœmina ex filio, vel nepote nata continebitur, ſecundo non continebitur. Nno enim per lineam deſcendit, niſi qui in linea eſt. Recentiores interpretes, in l. Gallus. ff. de liber. & poſthum. Spieg.

EXVL, qui à ſolo eiectus eſt. Tranſlate, nec omnino inepte dicitur, in l. jubemus. C. de Teſtam. Exul fiat à Republica falſitas. v. ſup. Exilium Lege, Profugus. Spieg.

EXVERE. Hoc debitorem ære alieno non exuit, id eſt, eximit, liberat, l. 11. C. ſi cert. pet. Exuere ſe eximere, liberare, purgare, l. 19. C. de his qui accuſ.

EXVSTIS ædibus, nec areæ nec cæmentorum vſumfructum deberi, Iulianus tradit, teſte Vlp in l. repeti. §. rei mutatione. ff. Quib. mod. vſusfruct. amittat. Spieg.

EXVSTVS l. 4. pr. de his qui not. infa.

EYOO ſeruus, l. 60. ff. de manum. teſtam.

F.

F LITERA ſola adiecto punctulo, non ſolum filium, ſed & fratrem ſignificat Ciceroni in Bruto Feſtiuitate, ait igitur & facetijs, inquam, C. Iulius L. F. vbi F. litera fratrem denotat: Nam, teſte Pediano in Orat. pro Scauro, Is C. Iulius habuit fratrem L. Iulium. Alio Ciceronis loco F. filium ſignificare obſeruauit P. Victorius. Q. F. tibi Sal. dic. Hac litera nonnunquam vtebantur veteres pro aſpirationis nota, Forreum dicentes, fraſo, Veſo, fircus, & alia id genus pro horreum, traho, veho, hircus: E à iuuerſa etiam reperitur filium denotare. Pra.

F. C. fideicommiſſum denotat, vel Fiduciæ cauſa, vel Fraude creditoris, vel Faciendum curauit F. D. Fides data, vel fide data. F. E. Fides eius, F. F. Filiusfamilias, vel fidem fecit F. F. F. Ferro, flamma, fame, vel Flauius filius fecit, vel fortior fortuna fato, vel Fortius fortuna fatum. F. I. Fieri juſſit. F. M. I. Fratri munus impleuit F. N. C. Fidei noſtræ commiſit. Prat.

FABRI tignarij intelligitur omnis qui ædificat, quia in Lege 12. Tab. Tigni appellatione omnis materia vnde domus confici poteſt, continetur. l. tigni de verb. ſign § cum in ſuo Inſtit. de rer. diuiſ. In ſpecie tamen accipi videtur pro lignario, materiario, Parietario, vel cæmentario tantum, qualem græci *τέκτονα* vocant: cuius vocis meminit Papin l. penult. de via publ. dum licitum eſſe tectioni tradit, trochoa, id eſt, rotas extra ergaſterium proponere. Spieg. Adde Brechæum l. fere. §. Fabros. in tit. de verb & rer. ſignif.

FABIANA formula, à Fabio dicta: ad eorum reuerentiam pertinens, quæ in fraudem patroni alienata ſunt: tot. tit. ff. ſi quid in fraud. patro. Prat.

FABIANA actio ea dicitur, qua quæ in fraudem patroni à liberto alienata ſunt, à patrono liberiſve eius reuocantur, l. 38. §. in Fabiana ff. de vſur. l. 16. de jur. patr. l. 2. ff. ſi quis apat. manc. & in tit. ſi quid in fraud. patron paſſim.

FABRE, pro artificioſe: vt à fabri eſſe videatur. Sic apud Plautum, Hoc factum eſt fabre. Sed iam ab vſu receſſit: magis enim vtimur alio aduerbio, Adfabre. Spieg.

FABRI dicuntur, manu artificium aliquod facientes: eſtque generale nomen: vnde ex adiectione ſolet diſtingui, vt cum dicimus, faber lignarius, apud Paulum lib. 3. ſent. tit. 6. Faber argentarius, l. 39. ff. de aur. & arg. leg. Faber vaſcularius l. 31. ff. locat. Ferraria, apud Plautum in Rudem. Plt. lib. 14. c. 4. Ærarius apud eundem Plin. lib. 34. c 8 Prat. ex Briſſ.

FABRICARE Latinis idem quod facere ſignificat.

FABRICA, generale nomen eſt in Aut. de Armis. Sed in Con

ſtitutionibus ſpecialiter accipitur pro armorum factione. Sic Gothofr. ad l.6.in med. ibi: optio fabricæ. ff.de jur. immun. fabricam definit locum in quo arma conficiuntur. Vnde & Fabricenſes dicti: in quem ſenſum & fabricæ Cremonenſis, teſte Alciato, meminit Marcellinus lib. 25. Nec eſt fabrica, pro eo quod à Canoniſtis ponitur, licet error hic apud vulgus peruicerit: ſed proprie latinis denotat quorumcunque fabrorum officium. Spieg. Fabricæ horreorum & ſtabulorum vide in l.13. C.de oper.publ. Fabricæ publicorum ſeruorum vide l. 8.C.de ſeru.fugitiu.

FABRICA item, pars eſt architecturæ, quæ à Vitruuio ſic definitur: Fabrica eſt continuata ac trita vſus meditatio, quæ manibus perficitur. Prat.

FABRICA apud pontificios pro ſtructura, ſic ſumitur 12. q.2.c. futuram. quem citat Albericus in Lexico apud quem falſo legitur ſtatura pro ſtructura. Fabricæ autem in imperio Romano præcipuæ 19. erant, videlicet in Illyrico 6. in Italia 5. in Gallijs 8. Erantque ſub diſpoſitione magiſtri Officiorum, quemadmodum Notitia Imperij teſtatur. Prat. Adde hic Cujac. in l.4.C.de agentibus in rebus lib.12.

FABRICAM docere, id eſt fabricam artem, in l.26.§. vlt.ff.mandat. Briſſ.in parerg.

FABRICENSES in Impp Conſtitutionibus appellantur, qui in ſacris fabricis arma cudebant. Iuſtin. Nou.85. [illegible] τὸ τῆς ὁπλοποιίας ἔργον μηδένα τῶν ἰδιωτῶν ἐργάζεσθαι, μόνους δὲ ἐκείνους τὰ ὅπλα κατασκευάζειν τοὺς ἐν τοῖς δημοσίοις καταλεγομένους ὁπλοποιίοις ἢ τοῖς λεγομένοις φαβρίκαις. Briſſ. Porro Fabricenſes, qui & deputati dicebantur l. vlt. C.de ſer. fug. ſunt, qui arma fabricant in publicis officinis. In eorum corpus curiales aſſumi non poſſunt. l.4.C.de fabric.l.12. aſſumpti retrahuntur in curiam. At fabricenſes, qui curiæ obnoxij non ſunt, ne ad leue quidem munus publicum vocari poſſunt. Cujac. in l. fabricenſes. C.de decurion.& filijs eorum &c.lib.10.& l.1.de fabricenſib. C.li.11.

FABRILES operæ ſunt, quæ in faciendo conſiſtunt, & in quibus factum ipſum attenditur, non edentia aut cui ea cui eduntur perſona, nec cauſa cur eduntur inquiritur. Connanus lib.2.c. 8. Suntque operoſæ, ac libertorum proprie dicuntur, & ſub artificialium verbo continentur. Prat. Vid.infr. Operæ fabriles & l.pen. de præſc.verb.l. fabriles, de Oper.liber.l.ſi fortem. C.de condi.in deb. Albericus.

FABRORVM collegia ea de cauſa inſtituta, vt quoties in vrbe aliquod incendium excitaretur, ad illud compeſcendum accurrerent. Eorum inſtrumenta Vlpia, connumerat in l.quæſitum de Fund.inſtru. Spiegelius.

FABRORVM præfectos, quorum multa eſt mentio apud autores in l.diuus ff.de bonis damnat. eos eſſe cenſet Bud. quos Commentarienſis, qui dicitur, adiutores ſibi ſumpſit ad cuſtodias obſeruandas regendaſque. Spieg.

FABVLA, res paſſim vulgata, etiamſi vera ſit, à fando dicta. Cantiuncula non abſurde apud Iuſtinianum explicat pro commenticijs traditionibus, ſeu doctrina: quemadmodum & Paulus in l.antiqui. Si pars heredit. pet. accepiſſe videtur. vbi dicit. Ideo multa de huiuſmodi re, tam varia & incredibilia tradiderunt, vt fabulis annumerarentur, hoc eſt fabulari narrationi, in qua multa falſa & minime vera, referuntur. Atqui vox hęc latina reſpōdet duabus Gręcis vocib. alteri quæ eſt μῦθος, alteri quæ eſt ὁ λόγος. Iam vt μῦθος, Græcis anceps eſt ad confictam fabulam, quales ſunt apologi, & ad ſerium verumque ſermonem, eadem apud latinos eſt fabula. Vnde & à fabulandi verbo non abhorret Euangelium. & Hieronymus exponens epiſtolam ad Philemonem. c.s.hiſtor. Dalilæ Sampſonis. fabulam appellat. Vide Eraſ ſupputat. Err. Beddaicor. Spieg.

FAC ita eſſe, item, finge, vel da, latine dicitur pro eo quod Sophiſtæ. & vulgus Interpretum frequenter vſurpant, pone caſum: quod plane barbarum eſt, teſte Triſſino. Spieg.

FACERE verbum, vt & factum, duplici modo accipitur; aut pro nudo facto, aut eo quod effectum Iuris poſt ſe relinquit. Si nudum eſt factum nihil aliud ſignificat quam corporalem effectionem veluti foſſam fodere, Romam ire &c. Quando autem effectum Iuris poſt ſe relinquit, omnem omnino faciendi cauſam complectitur: dandi, ſoluendi, numerandi, judicandi, l.verbum, 218.ff. de verb. ſign. Item reddendi.l.175. eod. tit. & reſtituendi: quo intellectu pro gerere & reddere accipitur, & pro eo quod eſt tradere, l verbum.94.ff.de verb. oblig. l.extat. ff. quod met cauſ. Gœd.ad l Faciendi verbo. de verb.ſig. Hinc facere poſſe vel non poſſe, paſſim in jure ciuili, pro ſoluendo eſſe vel non eſſe §.pen.de act l.1. de conſtit pec l.24 §.1.& paſſ.ff.de re jud.l.25.§.1.ff.rer. amot. Hotom.

FACERE videtur, qui jubet & mandat.l.10 condemnatione ff. de reg jur. Alber.

FACERE, quandoque pro dare interpretamur, l.ſi hæres. de leg. 1.ſic facere procuratorem pro dare, in l.8. §.ſi mandauerit.ff. mandat.l.4.§.vlt.ff de appell.in parerg. Briſſ.

FACERE, plus eſt quam pronunciare.l.ſi tamen.§.ei qui ſeruum. ff.de ædil.edict. Alber. Prat.

FACERE pro laudare, Plin. Iunior poſuit: tam late patet id verbum, multarum locum explens. Sed nos quæ ad noſtrum inſtitutum propius accedunt, duntaxat adnotanda duximus.

FACERE item eſt numerare. Vnde paria feciſſe dicitur, qui pecuniam quam accepit, numerauit, & id quod debet reddit. ex Alciato Spieg.

FACERE denique pro ſoluere accipitur.l.ſiue qui.de re jud.& l. vlt.C.de rebus credit. Spieg.

FACERE, id eſt, ſollicitare intelligimus, vt cum paciſcimur: Ne ſeruum facias furem, aut fugitiuum: id eſt, ne ad furtum fugamve ſollicites. Spieg.

FACERE etiam accipitur, per quem non ſtat, quo minus fiat. l. vtei ex fratribus.ff.de condit inſtit.

FACERE, procreare etiam ſignificat, in l.cum ſatis. de Agric.li. 11. Spieg.

FACERE, Bart. interpretans l.naturalis.§.1.ff.de præſcr.verb. an non facere, ſit facere, pulchre diſſerit.

FACERE ad rem, vide l.cum qui bonis 4.C.arbitr.tutel.

FACERE, aliud eſt quam reficere.l. 5.§ pen.ff.de itin. actúq; priuil.l. 1.§ 1. de Via publ. refic. Interpretes tamen apud Iuriſc hoc verbum pro reficere accipiunt, vt in l.ſi ſeruus ſeruū § ſi caliceī, ad leg. Aquil. Mutius de rei vēd.l.1. de mor. infert. Pra.

FACERE æqui boni, apud Cicer. Terentium & Liuium fere eſt, quod Iuriſconſ. dixit, Boni conſulere, in l.generaliter, ff.de Decurionibus, quod quid ſit, docet ibi Budæus. Spieg.

FACERE annum in fuga pro conſumere, in l.14.§.vlt.ff.de ſtatu lt. Briſſ.in parerg. Gœdd. tamen in comm.ad l.218.de verb.ſig. facere in d.l.14. interpretatur viuere: vt & l.miles 11.§. quidam ad l.Iul.de adult. vbi ait IC. dies quos in cuſtodia feciſſet, hoc eſt, vixiſſet.

FACERE certiorem. Vide Certifico.

FACERE cœnaculariam. Lege, Cœnaculum. ibidem, Cœnaculariam exercens.

FACERE contumeliam. Apud veteres & Ciceronis ætate ſuperiores pro eo, quod præſens ætas efficere contumelia dicit, receptum fuit: ab vſu tamen cotidiani ſermonis remotum iam Ciceronis ætate. Spieg.

FACERE damnum, pro periclitari, & damnum & incommodum ex re aliqua accipere.l.Proculus.ff.de damn.infect. Prat.

FACERE exemplum in Dauum, pro eo quod eſt, ita punire Dauum, vt ſit alijs exemplo, d.l.Proculus, de dam.inf. Spieg.

FACERE exheredatum, in l.24. C.de lega.l.31.C.de fideic.

FACERE fraudē creditoribus, ex interpretatione legis, vltra vim verbi intelliguntur, qui ſeruitutes per negligentiam amittit, vel rem pro derelicto habet.l.4.ff.quæ in frau.cred. Spieg.

FACERE fraudem legi, & contra legem facere differunt. Contra legem facit qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem legis facit qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit.l. 29.& 30.ff. de legibus. Fraus enim legi fit vbi id fit quod fieri noluit, fieri autem non vetuit. Et quod diſtat verbum ab intellectu, hoc diſtat fraus ab eo quod contra legem fit. Connanus li.5.c.5.n.2.

FACERE heredem dicitur is, qui moritur: cum teſtamento facto, eius res in alienam poteſtatem redeunt. Attamen, facere heredem, pro relinquere heredem, vſitatius eſt: vide l.1.C.de teſtam.milit. & l.3.& 6.C.de hered.inſtit.

FACERE impreſſionem, idem quod facere impetum, nempe inſultare. de quo apud Feudiſtas.

FACERE inducias, quod vulgo, vt omnia barbare dicunt, facere treugas. Metaphorice pro ſpacij aliquid dare, donec quidpiam fiat.

FACERE ad inuidiam alicuius, eſt aliquid facere, quod pudorem ei incutit, & ob quod factum contemnatur. l.nec quicquam.§.ſed etſi quis.ff.de offic. procon. vbi Accurſ. non intellexit. Deinde in §.hæc autem.l.item apud.ff.de injur ſubdit Vlp. ob carmen famoſum aliquem teneri iniuriarum, vt l.vnic. C.de famoſ. libel. Cato in Originibus teſtatur morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, vt qui accumberent, ad tibias ſummorum virorum laudes canerent. Citat locum Cicero, lib.4. Tuſcul.quæſt ſed res in vitium verſa eſt: cœperunt poetæ carminibus onerare pudorem alienum, & ll. 12. tab. ſanxerunt, ne in alicuius inuidiam carmen fieret, aut fuſtigaretur. Horatius:

——Quinetiam lex
Pænaq; lata malo quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi, vertere modum formidine fuſtis,
Ad bene dicendum delectandumq; poetæ.

Proinde deceptus eſt Corn. Tacitus l.1. qui ſcripſit primum omnium Auguſtum de famoſis libellis cognitionem tractaſſe, commotum Caſſij Seueri libidine, qui viros & fœminas illuſtres procacib. ſcriptis diffamauerunt, cum lex 12. tab. longe ante Auguſtum, de ea re cauiſſet, teſte M. Tullio, poſt vtrumq; Senatus conſulta & leges idem cauerunt, & vt refert Paul.li. 5. Receptarum ſententiarū prohibitæ ſatyræ ſunt, & epigrammata contumelioſa, vel ἐπίθεσις, id eſt impoſitio, l.lex Cornelia.§.ſi.ff.de injurijs. Forcat. Necyomantiæ, dial. 58.n.4.

FACERE iter, vide l.6.§ ſi quis autem. C de appellat.

FACERE judicem, i.judicium, alicuius rei, ad aliquem deferre

FACERE.

FACERE judicatum, judicis ſententiæ parere. Verbum ex 12. tab. ni judicatum faxit, ſecum ducito. Celſus l.42. ff.ſi cert. pet. At ſi judicatum fecerit. Titius nihil vltra Seius tenebitur. Cicero pro Flacco. Itaque recuperatores contra iſtum rem minime dubiam prima actione judicauerunt, quum judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc dictum eſt. Scæuola l.44. ff.de fidejuſſ. An eum hærede venditoris ante diem quo judicatum facere compelleretur, agere. Hotom.

FACERE juſſus, vt centum habeam, centum dare cogendus eſt: hoc enim illis verbis ſignificari creditur, l.75. ff.de leg.1. Prat.

FACERE juſtitiam, pro ſiſtere ſe in judicio, li.feud.c.ti.22. Si dominus ei juſtitiam facere noluerit, poterit eum deprædare: Et lib.2. tit.24.§.4. Si ſuo domino juſtitiam facere noluerit, feudo ſpoliandus eſt. Sic enim locum intelligi vult Hotom. vt in legib. Baioar.cap.16.tit.2. Si quis liber alteri libero, qui eum mallet, (in jus vocat) dedignabitur juſtitiam facere. Interdum tamen facere juſtitiam, eſt legibus vindicare, vt lib. feud.2.tit.27.§.7. Dominus, cujus caſtrum id eſſe cognoſcitur ad faciendam juſtitiam illud producat. Interdum jus reddere, vel juriſdictionem exercere. Ado in Chron. Legatos regios, qui tunc iad juſtitias faciendas cum eis verſabantur comprehendunt: & alibi Prat.

FACERE litem ſuam apud Vlp.tit.de judicijs dicitur judex, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit: atque tunc, vt idem inquit, veram litis æſtimationem præſtare cogitur, videtur tamen etiam litem ſuam feciſſe, qui ad conſtitutum tempus in comitium non venerat, cum judex eſſet datus, aut ſumptus. Id ex oratione C. Cintii cognoſcitur: Inde, inquit, ad comitium vadunt, ne litem ſuam faciant: dum eunt nulla eſt in angiportu amphora, quam non impleant. Prat.

FACERE mecum, pro mecum ſentire, & meæ eſſe opinionis, aut mihi fauere: Hinc doctores dicunt. Illa lex, vel textus facit ad hoc. Prat.

FACERE medicinam, exercere, l.26. ff.de oper.li. & factitare apud F. Quintilianum lib.5.c.2. Prat.

FACERE nauim, pro ædificare.

FACERE negotium, præter notam ſignificationem, eſt etiam accuſare, deferre. Spieg.

FACERE nomen cum vineis, h.e. facere ſupputationem reditus vinearum. Facere nomen, eſt in tabulas referre aliquid alicui deberi, vel æs alienum contrahere, & ſe debitorem conſtituere. Vlpian.l.2. ff.de proxen. Si proxeneta interuenerit faciendi nominis, quaſi mandator non tenetur, quia hic monſtrat magis nomen quam mandat, tametſi laudet nomen. Senec. in princ. lib.1. Non eligimus dignos quibus tribuamus: ſed nomina facturi, diligenter in patrimonium & vaſa debitoris inquirimus. Idem lib.2. Quidam volunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores aduocari, nec chirographum dari. Item lib.3. Vtinam nulla ſtipulatio emptorem venditorem obligaret: nec pacta conuentaque impreſſis ſignis cuſtodirentur, fides potius illa ſeruaret, & æquum colens animus. Adhibentur ab vtraque parte teſtes. Ille per tabulas plurium nomina interpoſitis pararijs facit. Ille non eſt interrogatione contentus, niſi rem manu ſua tenuit. O turpem humani generis fraudis, ac nequitiæ publicæ confeſſionem, annulis noſtris pluſquam animis creditur, in quid iſti viri ornati adhibiti ſunt: in quid imprimunt ſigna? vide Nomen & Nomina facere. Hot.

FACERE nolle videtur is, qui non facit quod facere poteſt. Gothofr. ad l.quid ſit fugitiuus 17.§. idem ait 7. ff.de ædil. edict. per l.29. in fi. ff.de ritu. Facere oportere ſignificat, vt quis abſtineat ab eo facto, quid contra conuentionem fieret. & curare ne fiat, Paulus, 10 l.facere oportere 189. de verb.ſign.

FACERE non oportere, quam ea verba habeant ſignificationem Alciat lucidius exponit poſt VI. de verb.ſign. Spieg.

FACERE oportere, dare oportere, contractuum & judiciorum communes formulæ ſunt, l.9. licet. l.faciendi. ff.de verb. ſign. Gœd. ad l.189. nu. ff.eod.

FACERE occaſionem, pro dare. Spieg.

FACERE palam, quod barbari notificari dicunt. Spieg.

FACERE paria non eſt verbum Hiſpanicum, vt Accurſius dixit, ſed vſitatum latinis autorib. quos citat Budæus. Scæuola de ſtatu lib.1. ſi §. argentarius. Paria facere interpretatur, reddere juſtas rationes, & totum debitum ſoluere, vt expenſa paria ſint exceptis, Ant. Auguſt. lib.4.c.12. Calliſtratus l.of.ſemper. §. conductores de jur. immun. accipit paria fiſco feciſſe, pro ſatisfeciſſe, & ſatis dediſſe. Alc. in lib rationum ait, ab vna pagina acceptum deſcribitur, ab alia expenſum: vnde Paria facere dicitur, qui tantum accepit, quantum expendit. Bud. l. 61. de jur. immun. Prat.

FACERE partem conjuncto, id eſt, efficere, vt partiarius remaneret, nec totum accipiat. E diuerſo, collega tunc alteri conjuncto partem non facit, quando eo à parte ſua excluſo collega, legatum ex vtriſque partibus recipit. Et hoc eſt, quod vulgo ex regula affirmatiua dicitur, Qui ad partem admittitur, partem conjuncto facit: i.e. id efficit, vt conjunctus non plus parte ſua recipiat. Sic ex regula negatiua. Qui ad partem non admittitur partem alteri non fecit, i.e. non impedit eum, quin totum accipiat. Quando vero conjuncti partem collegæ faciant, & quando non faciant, leges mirifice variant: quas tamen dilucide Zaſ. in intellectibus ſuis explicat. Prat.

FACERE poſſe vel non poſſe intelligitur, qui ſolidum ſoluere poteſt vel non, l.21.§ vlt. ret. amot. l.23. pro ſoc. l.1. de conſtit. pec. l.8. l.9. de condict. indeb. l.54.§.1. & poſſunt ſub eod. titul. ff. de re jud. l.35. de neg. geſt. vnde Inſtituta. in § pen. inſtit. de actio. verba hæc, QVATENVS FACERE POTEST, interpretatur. Quatenus facultates eius patiuntur: idipſum Pau. in l.21. ff.de re jud. dicit, Non vltra facultates: & Conſtat μέχρι δυνάμεως. Nec vero totum quod habent extorquendum eſt, ſed & ipſorum habenda ratio eſt, ne egeant, l.39. in fin ff de re jud. Facere autem poſſe omnes, qui in id quod facere poſſunt conueniuntur, ſolo donatore excepto, etiam non deducto ære alieno intelliguntur, l.16. & 28.§. vltim. de re jud. l.54 ff ſolut. matr. Facere poſſe maritus etiam id creditur, quod à muliere conſequi poteſt, ſi tam ei aliquid abſit: videlicet quia pro muliere vel expendit, vel mandato eius præſtitit. Cæterum ſi nihil dum ei abeſt, puta, ſi ſub conditione obligatus eſt, nondum videtur facere poſſe eius debiti nomine, l.28. ff.ſol.mat. Facere poſſe videtur & qui dolo fecit, quominus poſſet, l.63. §. tempus, pro ſoc. l.18.§.1. ſolut. matrim. l. vlt. C. de reuoc. his quæ in fraud. alien. Facere vero quominus facere poſſit, is demum exiſtimatur, qui erogat bona ſua, non etiam qui occaſione acquirendi non vtitur, l.68. pro ſoc. Briſſ.

FACERE poſſe dicimur illud, quod honeſte commode facere poſſumus, atque ita L. Romulus reſpondit conſil. 364. num.6. per l. Nepos, ff.de verb.ſign. Contra facere non poſſe dicimur ea, quę negat natura, vel lex, vel pietas, vel exiſtimatio, vel verecundia, vel honeſtas publica, l. filius qui, & l.ſi quis inſtitutus, de cond. inſt. Prat.

FACERE poteſtatem judicandi, vetus mos loquendi: ex quo, vt tradit Alciat. ſatis apparet verum eſſe, quod judicium ſcilicet à litis conteſtatione incipiat. Qua de re latius diſſerit in rub. C. de in jus voc. Spieg.

FACERE promiſſa pro ſtare conuentis. Simile fere eſt illud verba ad rem conferre.

FACERE rapinam, apud Scæuol. in l.pen.§. matre, de leg.2. Prat.

FACERE remiſſionem. Vlp. in l.1. quand. appell. ſit. An vero loquit, à remiſſione quam præſes fecerit, appellatio ſit interponenda.

FACERE reum, idem eſt quod accuſare, & indicare. l.ſi veris. C. de fid. inſtrum. *Dargeben, angeben.* Spieg.

FACERE ſecuritatem, quod barbari aſſecurare dicunt.

FACERE ſic eſſe, eſt fingere factum, &, vt vulgo dicunt, ponere caſum. Prat.

FACERE ſponſionem dicimus, cum alius alium fore victorem affirmat. Martia. l.3. de aleat. Quibus, ait, ſponſionem facere licet. Prat.

FACERE ſtipendia, idem quod militare, & ſtipendiarios, hoc eſt, milites ſtipendijs præpoſitis colligere. Prat.

FACERE ſumptum, quod alias facere expenſas, vel expendere dicitur. Facere ſuſpectum tutorem, eſt detegere, & judici approbare ſuſpicionis cauſas, l.2. C. de vſufruct. pupil.

FACERE ſyngraphas, eſt vulgo obligationes, ſchedulas, & ſigna dare, *Bekanntnuß vnd ſchalzedel geben.*

FACERE totum, pro vim poteſtatemque omnem habere: omnia in poteſtate ſua poſita habere. Vlpia. l.35.§.3. ff. de hered. inſtit. Rerum autem Italicarum vel prouincialium ſignificatione quæ res accipiendæ ſint, videndum eſt, & facit quidem totum voluntas defuncti. nam quid ſenſerit ſpectandum eſt. Hotom. Prat.

FACERE teſtamentum l.4.5.& 11. C. qui teſtam. fac. poſſ. Facere teſtamentum ruptum. l.3. C. de poſthum. hered. inſtit. Facere teſtamentum ſine ſcriptis. vide l.26. C. de teſtam. Facere tyrocinium, & ponere rudimentum, latine dicitur id, quod vernacula lingua, caput operis facere dicunt: *Die erſt prob thun*, id eſt, initium opificij: cum opifices ſpeciem artis edentes, magiſterio decorantur. Bud. Spieg.

FACESSERE negotium, impedire, cogere: quod proprie barbari dicunt dare ad faciendum *In ein handel fahren.*

FACIES μετωπογραφεῖ, & operis, & ædificij & locorum & patrimonij l.32.§. item reſpondit. l.35.§. quod autem ff. de adm. tut. l.1.§. opus. ff. de no. op. nun. l.9 § ſi inquilinus. ff. loca. l. fin. ff. de termi. mo. Briſſ.

FACIES eadem id eſt, forma, in l.3. C. de ædific. priu.

FACIFERE ἀνάδοχοι: eorum meminit Gothof. in expoſitione rub. C. de ſponſal. & arrh. ſponſalit.

FACILITAS. Τὸν εὐήθη Ammianus Marcellin. lib.25. i§ ἀνόητον ſtultum vult dictum videri, vt Pontum εὔξεινον, vt noctem εὐφρόνην & quædam alia. Sed aliter res habet, nam quum grauitas conſtantiaque vitæ, prudentem virum maxime decet, iccirco eum, qui leuis & inconſtans (quod ſtulti proprium eſt) eſſet, εὐήθη à facilitate morum vocauerunt. vnde & imprudentiam, vulgo εὐηθείαν, titulo facilitatis notauimus. l.ſi is à quo. vt in poſſeſſ. leg. eat. Facilitati (inquimus

ſuæ expenſum ferre. Curt. lib. 1. ἀιρετῶν c. 40. Facilitas conueniendi. Vlp. in l. 2. ff. qui ſatiſdar. cog. Fideiuſſor locuples jubetur dari non tantum in facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate. Spieg. Facilitas pro facultas in l. 3. in fi. ff. de appel. Briſ. in pareg.

FACTA ITA NON ACTA omnia: prouerbiale eſt, teſte Donato apud Terent. in id negotij de quo nihil ſuperſit ad agendum. Indicauit & Eraſmus hęc verba ſolennia eſſe apud Iuriſprudentes, tum alios complures melioris notæ ſcriptores. Spieg. Hæres in factum ſuccedit. Verbi gr. Scripſi & confeſſus ſum centum aureos me Titio Nigro debere: quos illi aut Mæuio Pulchro ad Non. Decemb. ſoluam. Mortuus eſt Pulcher, an recte hæredi ſoluam? Nequaquam, l. cum quis, de verb. oblig. Nec enim aliud Pulcher, quam ſolutioni adiectus eſt: ſoluere autem plus facti continet quàm juris. Item teſtator ſic cauit. Fablo Iuſto executionem omnium rerum committo. Diem obijt Iuſtus. Quid hæres? num eas res exequi tanquam & ſibi commiſſas, poteſt? Non opinor. Nam & in executione plus facti verſatur quam juris. Quid ergo eſt? dicet aliquis: hæ obligationes, Ædes fulcire, tabulam pingere, viam munire, aut ſi qua ſimilis eſt, hæredem non ſequuntur? Neque quin ſequantur, dubium eſt. Atque in facto conſiſtunt. Sed ſciendum eſt, non ſimplici modo intelligendum eſſe quod dicimus, Facti rem aliquam eſſe. Etenim, vt aliud in præſens non conſecter, Facta alias à Dando diſtingui ſolent, quo intellectu, huius obligationis poteſtas, ædes fulcire in facto conſiſtit: alias à jure. Quod ergo dicimus, Facta ad hæredem non tranſire, id illam ſignificationem habet, vt ea duntaxat, quæ juris habentur, in hæredem intelligantur transfundi. Quod genus ſunt illa, in quibus affectus ab vtraque parte contrahentium concurrunt, vt Priſcus voluit, l. in omnibus de act. & obl. & vltro citroque, vt Labeo dixit, in obligationem conſenſum eſt, l. Labeo 19. de verb. ſig. Igitur hæ obligationes, Agrum polire, villam regere, & quæ his ſimiles, quamuis in factum qua dandi poteſtas abeſt, definiunt, cum tamen in eas ab vtraque parte conſenſum ſit, merito & hæredem tenent, & hæredi proſunt. Quoniam & parti iam ante exceſſum, jus quæſitum fuit. At ſoluendi exequendique facultas, in eo genere rerum, quas ſupra poſui, ἀσυναλλάκτως contingit: & ideo, donec aliqua συναλλάγματος (vt Ariſto. ait. l. juris gentium. §. 2. de pact.) ſpecies vel imago, qua vltro citroque tanquam obligationem conſenſum eſſe intelligatur, accedat: tota res intra terminos facti ſe continet, nec quicquam ad hæredem juris tranſmitti. Idque ex regula Q. Mutij l. 1. §. pen. ſi quis teſt. lib. qua traditum eſt, nihil aliud poſſe in hæredem transfundi, quam id quod hæreditas ſit. Porro quę facti aut animi ſunt, hæreditatis non eſſe. Curt. lib. 2. εἰκαστῶν c. 9.

FACTI eſſe cenſentur, quæ alterius tantum partis voluntati innituntur. Gl. §. ex conditionali. de verb. obli. Hinc eſt, quod animi declaratio, ex regula ad hæredes non pertinet. l. inter. §. Stichum, ff. de verb. obl. Prat. Facti in jure ciuile multiplex & varius eſt ſenſus. Alias factum à dando diſtinguunt. Velut in eo quod Celſus & Tubero putant, ſi factum promittas, nec facias juſta æſtimatione facti ad id quod mea intereſt te teneri. l. ſtipulationes non diuiduntur de verb. ob. In dandi obligatione. n. non idem placuit. Eſt vbi & alia ſit facti cauſa, quã omiſſi, ſiue non facti, & leuior quidem eſt eius, qui omiſit culpa, quam eius, qui facto peccauit. Facere quoque & pati non eodem loco habentur, magiſq; facto aliquo, quæ cuiuſq; ſit mens, qui animus ac voluntas, quam patientia probatur, Vt Dec. ait l. non vult. de reg. jur. Et cujus prædium vel fundus vicino ſeruit, patientiam quidem præſtare debet, & quidquid ſtipulationi illi, per te non fieri, ineſt. Cæterum vt opus muniat, vel aliud quid faciat, cogi non poteſt, l. quoties t. de ſeruit. Quid? quod & facta à dictis plurimum diſtant, vt vetere verbo teſtatum eſt? Ita & eius qui contra, quam conteſtatione ſua cauiſſe ſe putabat, quid egit: non conteſtationem, ſed facta ſpectanda eſſe, non abſurde placet. Etenim quid verba (vt inquit Cicero) curem, cum facta videam? Hinc Scęuola in l. non tantum, alias Paulus reſpondit. ff. rem rat. hab. Non verbis duntaxat rem ratam haberi poſſe reſpondit, ſed etiam actu. Quin etiam, ſunt quædam animi magis quam facti vel actus. Tametſi quodam genere, & animus ad factum pertinet. Interdum & contra Ius ponitur factum: nec ignorantia juris & facti eodem loco ponuntur: & grauior eſt facti quæſtio, quam juris. Eſt tandem, & vbi cum natura pugnet. Exemplum dat illa quæſtio. Bonæ fidei emptor, an & quos fructus ex ea re ſuos faciat, quam à non domino emit: nam aliud in ijs qui cura, opera & facto hominum nati ſint: aliud in ijs qui natura, nullo cogente, & ſponte naſcuntur, viſum eſt. de quo latius Curt. li. 2. εἰκαστῶν c. 9 & li. 2. c. 42.

FACTI eſſe dicuntur, quæ non in jure aliquo ciuili, i. é. aliquo ex juris Quiritium inuentis atque inſtitutis, ſed in facto duntaxat poſita ſunt. Iuris ciuilis inſtituta dico, veluti, Capitis diminutionem, poſtliminium, tutorum curatorumve auctoritatem, & quæ ſunt in eodem genere, exempli cauſa, poſſeſſio dicitur eſſe facti, non juris: ac propterea poſſeſſio interrupta negatur poſtliminio reſtitui poſſe: quippe cum poſſeſſio in facto conſiſtat, l. denique, 19. ff. ex quibus cauſ. maior. Hac etiam de cauſſa hæreditas negatur poſſeſſionem habere. in l. 1. §. Scæuola, ff. ſi quis teſt. lib. quia ſcilicet Hæreditas jus eſt, neque facere quicquam intelligitur. Item poſſeſſio dicitur poſſe à pupillo intelligente etiam ſine tutoria autoritate acquiri, atque adeo amitti, l. 1. §. t. & poſſeſſionem, 29. ff. de acq. poſſ. Similiter Habitatio dicitur eſſe facti, in l. penult. ff. de cap. min. atque ob eam cauſam Habitationis legatum per capitis diminutionem non perimi, ac ominitum hoc illud eſt, quod ait Paul. in d. l. t. §. 2. de acqu. poſſeſſ. res facti infirmari jure ciuili non poſſe, quemadmodum enim ex eo jure non conſtant, ſic nec ab eo euerti, neque reſtitui poſſunt. Similiter ſolutio, venditio, traditio, facti magis eſſe dicuntur, quam juris, l. 7. ff. de curat. fur. Hot.

FACTI ignorantia. Ignorantia facti eſt, vt ſi me fugias eum obijſſe mortem, qui cognatione mihi junctus fuit: aut non fugit me, cum mortem obijſſe, cæterum, vel inteſtatum obijſſe, vel me hæredem inſtitutum latet, l. 1. ff. de jur. & fac. ignor. Et hic error facti, ſiue huiuſmodi ignorantia, neque maribus, neque fœminis in damnis, vel compendijs abeſt, l. error facti. ff. d. tit. Quinimo, facti ignorantia nulli nocet. l. regula eſt. ff. eo. etiam qui ſuum perſequitur, (niſi fuerit nimis craſſa vel ſupina, quæ ferenda non eſt, lib. 6. ff. d. tit.) Sed potius excuſat (quod explicat ſecundum ea, quæ clare hiè oſtenduntur) & præſumitur, l. ſi pro ſuo, & l. verius. de proba. ff. niſi quoties diſquiſitio diligens initio actus eſſet neceſſaria: vt cum aliquis defert, aut denuntiat alium de crimine, vel in dignitatis gradu locat. Bald. in l. 1. ad Macedo. gl. in c. innotuit. de elect. Plane ignorantia probatur per Iuramentum, cap. paſtoralis. de except. gl. in ver. ignorantiam. in d. c. innotuit de elect. text. in c. ſi vero ij, de ſent. excom. Panor. in c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. gl. in ver. doceatque. in l. ſi cui. §. t. de accuſat. cum ſi ſita in animo & hominis conſcientia. glo. in §. aliæ de act. Inſt.

FACTI euidentiam. lege. Euidentia facti.

FACTIONIS ſignificatio aliàs honeſta eſt, vt factio teſtamenti, id eſt jus faciendi teſtamenti. Papin. l. 3. ff. de teſtam. Teſtamenti factio non priuati ſed publici juris eſt. Cic. in Top. ſi ſtatuiſſemus ex edicto Prætoris ſecundum eas tabulas poſſeſſionem dari quas is inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet, id eſt teſtandi facultas. Poſt autem loquendi conſuetudo inualuit, vt factio teſtamenti diceretur vltro citroque, hoc eſt, & à teſtatore, & ab eo cui quid relinquitur, leg. filiusfam. ff. de teſtam. §. 7. Inſti. de teſtam. ordin. Teſtes autem adhiberi poſſunt ij, cum quib. teſtamenti factio eſt. Vlp. t. Inſt. 32. Hæredes inſtitui poſſunt, qui teſtamenti factionem cum teſtatore habent: Alias inhoneſta, vt l 2. §. Et cum placuiſſet. ff. de origine juris. Accipitur enim pro diuiſione ſeu conſpiratione in diuerſa ſtudia, cum aliqui ſe principes in ciuitate faciunt, quos aliqui ſequantur. Factiones, inquit Liuius, fuere eruntque populis pluribus maiori exitio, quam bella, quam fames, quam morbi. Hinc factioſi ſunt dicti qui amant factionem, hoc eſt, diſcordiam & ſeditionem. Old. Prat.

FACTIONEM a faciendi Cicero in Topic. cui teſtamenti factio nulla eſſet, id eſt facultas. Factio non modo faciendi, ſed & capiendi facultatem ex teſtamento ſignificat. l. filiusfa. 16. de teſta. §. in extraneis, verſ. teſtamenti autem. Inſt. de hered. qual. & differ. Prat. Factiones publicanorum. l. 1. ff. de publ. Factio latronum. l. 1. §. pen. de pœn. Prat.

FACTIONES agitatorum in contrarias partes diuiſos greges accipe in l. 1. de equis curulib. in C. Theod. Feſtus lib. 6. Erant autem hæ pannorum coloribus, Praſino ſcil. Veneto & purpureo diſtinctæ factiones. Suet. in Domitiano c. 7. Duas Circenſibus Græcorum factiones aurati, purpureique panni ad quatuor priſtinas addidit. Vnde colligitur non duas ſolum, ſed quatuor & eo plures factiones aurigarum Romæ fuiſſe contra quam pleriſque ſentiant. Quod & Xiphilin. in Nerone notat. Idem Suet. in Vitellio: Quoſdam & de plebe ob id ipſum, quod Venetæ factioni clare male dixerant, interemit. Sic & Venetanam factionem interpretabimur in ſcriptione, quæ Dauiij eſt in Hiſpania. Et Praſinam factionem apud eundem Suet. in Caligula c. 55. Capitolinus in lib. de reb. geſtis Gordianor. Equos ſingulos Cappadoces 100. permittentib. Imperatoribus factionibus diuiſit. Briſſ.

Hinc FACTIONARII in l. vlt. de equis curulibus. in C. Theo. Et factionum domini. Suet. in Nerone c. 5. Quærentib. dominis factionum repræſentanda præmia in poſterum ſanxit. Et ca. 22. Ne dominis quidem factionum dignantibus niſi ad totius diei curſum greges ducere. Lamprid. in Commodo: Circenſes multos addidit ex libidine potius quam religione, vt factionum dominos ditaret. Huius autem pannorum & colorum diuerſitatis, qua aurigæ diſcernebantur, rationem explicat Iſid. lib. 18. Etymo. c. 33. Briſſ. Vide Turneb. lib. aduerſarior. 21. c. 11.

FACTITARE, eſt frequenter facere. l. Fulcinius. §. latitare 8. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.

In FACTO conſiſtunt, de quibus ex facto judicium eſt: poteſt enim ex eodem facto pro ratione perſonarum locorum, temporum, l.15. de neg. l.72. de judic. l.16. de pœn alias pluris, alias minoris intereſſe, interdum ne intereſſe quidem: ideo nulla juris definitione id comprehendi poteſt, Donell. in lib. de eo quod intereſt c.5.10 ſi. Goth. ad l.24. de reg jur.

FACTOR non ſignificat eum, qui gerendis negotijs præeſt, ſed qui vel vinum, vel oleum facit, aut aliud ſimile. Spieg.

FACTORES, verbo nondum recepto à latinitatis profeſſoribus, vocamus eos, qui rem alicujus privatam adminiſtrant. Hos veluti indecores a perfectiſſimatus dignitate repellit lex, & ſimul tanquam immemores libertatis & generis notat. l.1.C. de præfect.dign.li.12. l.ſi quis procurat. C.de decur. Ex Alciato. Spieg.

FACTORES, pro criminum auctores, qui ſcelus ipſi admittunt, l.6.§.qui præpoſitum ff.de re mil. & l.ſolent ff.de cuſt. & exhib. Solent præſides provinciarum in quibus delictum eſt, ſcribere ad collegas ſuos, vbi factores agere dicuntur. Hot.

FACTVM, idem noſtris, quod caſus, ſpecies, ſine cuius recta notitia impoſſibile fuerit certam juris & actionis rationem colligere: quippe quod in cauſa & facto jus eſſe poſitum Julianus reſpondit & exemplo declarat in l.ſi ex plagis §. in clivo ad leg. Aquil. & Vlp. in l.cum duobus in pr. pro ſocio. Quomodo autem factum recte diſcernas, invenies apud Old. in de Formula inveſtig. action. vbi prudenter illud admonet, ut cognita facti ſpecie quid jus de eo ſtatuat, conſulamus I.C. & imperatores, non repertoria. Prat.

FACTVM ſubſtantive, res geſta, *ein that, handlung* Paul. in l.ſi familia. de juriſd. Quemadmodum, inquit, & cum plures ſervi injuriam fecerunt: vel damna dederunt, plura facta ſunt non (ut in furto) unum. Alciat. oſtendit hoc loco Iuriſconſ. verba Doctores non recte percepiſſe, c.16. Paradox.2. Spieg.

FACTVM, vel ſimplex vel multiplex eſt: veniuntq; in ejus conſideratione circumſtantiæ rerum, perſonarum, temporis: unde non unum, aut alteram ejus partem, ſed totum expendere oportet, l.bona fides ff. Depoſiti. Item dicitur, quod eſt redditum. Pomp. Faciendi verbo, reddendi cauſa etiam continetur, & quod non factum comprehendit: l.2.§.item ſi in facto. & l. vbi autem §.qui id quod in faciendo. de verb. obli. Prat.

FACTVM verbum & facere duplici modo accipitur: aut pro nudo facto, aut eo quod effectum juris poſt ſe relinquit. Si nudũ eſt factum, nihil aliud ſignificat, quam corporalem effectionem: veluti foſſam fodere, Capuam ire &c. Quando autem effectum juris poſt ſe relinquit, ſignificat id, quod eſt dare, reddere, reſtituere. Quo intellectu pro gerere & reddere accipitur, & pro eo, quod eſt tradere, l. verbum 94. de verb. obli. l.extat. ff.quod met.cauſ. Ad mera facta nemo liber homo invitus cogitur, ſed ſi promiſit velori inſulam fabricare, foſſam fodere, liberatur præſtatione intereſſe, l.ſi inſulam. de verb. obligat. Et in hac ſignificatione factum & ſtipulatio faciendi individuum continere cenſetur, l.ſtipulationes eod. Quando autem factum non eſt merum, ſed jus etiam continet, puta reſtitutionem & redditionem: & dividuum eſt factum, & is qui ad hoc factum obligatus eſt, indiſtincte tenetur, & quidem præciſe cogitur ad præſtandum id quod promiſſum eſt, vide D Gœdd. ad l.25.58. & 175. nu.2. ff.de verb. ſig. plur. alleg.

FACTVM in pactis verſatur, in ſtipulationibus jus continetur, autor Paulus in l.ſi unus ex argentarijs.§. pactus. ff. de pactis. Spieg. Prat.

FACTVM quod non durat, factum non intelligitur. l.ſi pro patre §. verſum. & ibi Gloſſ. cum multis concord. ff.de in rem verſ. Spieg. Prat.

FACTVM juri opponi ſolet. l. 38.§. hi qui ſunt. ff.de verb. obli. l. 41. ff. de pecul. l.27.§. pactus. ff. de pact. l 5. ff. de ſervitutib. vib. Facti itaque quæſtio juris quæſtioni adverſatur. Et facti quæſtio ea eſt, quæ in facto verſatur & conſiſtit. l.15. ff.de negot. geſt. l.16. ff.de ſtatu hom. l. vlt. ff.de jure int l.12 § vlt. ff. qui potior. in pign. l.47. ff. de donat. int. vir. leg. 1. ff. quæ res pig. l.5.§. vlt. de donatio. Cum autem ea quæ facti ſunt, certis regulis juris nequeant comprehendi: ideo arbitrio boni viri, h.e. judicis, relinquuntur, ut exemplo unius atque alterius reliqua eadem æquitate diſcernat, per text. l.2. ff. ad SCtum Turpill. l.3. in fi. ff de re 'ibus. Duare. in l.In actionibus verſ. licun. ff.de in litem jurando. vid. Gœd. ad l.99.§.2 nu.5. ff de ver. ſignif. Voluntatis quæſtio, facti eſt. l.3. ff.de auro. arg. leg. 5 §. ſi debitori. ff.quibus mod. pig. l.41. l.94. ff de verb. obl. l. 121. ff.de verb. ſign Briſſ.

FACTVM in §.ſi rei legata. Inſt.de lega. interpretatur ibid. Accurſius, moram. Id quod Vulteio placet. Initio. ad §.hunc n. 3. Theophilus dolum. Crederem etiam de culpa accipi poſſe. Tu textum illum lege & perlege. Prat.

In FACTVM actiones dicuntur ideo, quia quod nomine non poſſunt exprimere negotium, id rei geſtæ enarratione declarant, citra formulam ac ſolennitatem ullam, l 6. in fin. C de tranſact. Cuiac. & Gothofre. ad rub. ff. de præſcr. verb In factum actiones dicuntur decerni, ut l.15.§.eleganter. 28 ff. de damn. inf. impetrari, permitti, accommodari, conſti u: quia ex æquitate cauſa cognita dantur, Goth. ad d.§.28.

In FACTVM actiones ex edictis Prætorum oriuntur. l.3.§.ex hoc edicto ff.nautæ, caupo. l.pen. §.1. ff. ne quis eum, qui in jus.]e.a. ff.de eo per quem factum erit. l. 12. ff. de in jus vocand. § pœnales. Inſt. de actionibus. l.13. l.14. ff.de liber. cau. Dantur etiam ſupplendarum actionum cauſa, quæ legib. proditæ ſunt. l.1. l.11. & paſſim ſub tit. de præſcri. verb. l.5.§. interdum. l.9.§. ſi tibi decem. ff.ad exhib. l.6. §.ſi quis in communem. ff. com. divid. l.10. ff.de noxa l.33. §.ſi quis aſinum. l. 68.§.ſi tu Titium. ff.de furt. l.7.§.idem Labeo l.6. ff. de reſcindend. vend. l.23.§. item quæcunque l.44. l.52. ff. de rei vendicatio. Interdum autem loco actionis de dolo in factum actio redditur. l.12. ff.de dolo. l.18. ff.de minorib. l.1. C.de jur. dot. l.3. C.an ſervus ex ſuo facto. l.5. C.de dolo. l.50. in fin. ff.de furt. Quemadmodum in factum exceptio nonunquam doli exceptionis vicem ſuſtinet. l.2. §.& generaliter. l.4.§. adverſus. ff de doli except. Et replicatio in factum l.28. C.de tranſ. l.14. ff.de fidejuſſor. l.15. ff ad l. Falc. Briſſ.

FACTVM umbraticum dicitur, quod in nihilum recidit: ut ſi judex acta deneget appellationem proſecuturo. Spieg.

FACTVM à pœna quid differat, vide Gothofred. ad l.1.§.4. ff. ad SCtum Turpill.

FACTVM ab actione nil diſcrepat, Goth. ad l. vlt. C.de contrah. & commit. ſtip.

FACTVM, & geſtum, πεπραγμένον, nihil diſtant. Cajus l.licet ini. de verb ſig. Vide Gerere. Prat.

FACTVS ex fraude & mendacio, id eſt fraudulentus omnino & mendax, qui nihil in ſe habet præter fraudem & mendacium tanquam ex his corpore & animo conſtet. Ex Sylvio. Spieg.

FACTVS in poſſeſſionem pro actus & miſſus, l.12. ff. ut in poſſeſ. leg vel fideicomm. Briſſ. in Parerg.

FACTVM notare pro pœna infamiæ notare, teſte Bald. in l.quid ergo.§.quum autem factum. ff.de Infamibus. Spieg. Prat.

FACVL, ut annotant Grammatici pro facile antique ponitur, ut videre eſt ex Lucilio, cũ inquit: Heu facul eſt homini inventu bona fœmina nuſquam. Cui & proximum eſt illud Pacuvij: Haud facul fæmina inventu bona. Tiraq. in 9.l.connub.

FACVLTAS eſt libera quædam & plena poteſtas rerumque pro arbitrio gerendarum facilitas, nullis aliunde impedimentis interturbata. Nam & Feſtus facultatem interpretatur quaſi facilitatem, & à Græcis Iuris interpretibus dicitur ἀ χερσα &c. Bald. tit. de jure perſonarum.

FACVLTAS eſt perſonæ commodum incommodumque, ndri rerum, quæ promittuntur. Venuleius in l.Continuus. ff.de verborum obligatione Old.

FACVLTAS, pro facili poteſtate. l.ſi quis poſthumus. ff.de liber. & poſth. cum ſimilibus. [caut.

FACVLTATEM dare, hoc eſt autoritatem & licentiam quũ vo-

FACVLTATEM reſtituendi rem habere, fere idem eſt quod poſſidere l.1.§.quod ait prætor. ff Quot. legat.

FACVLTATIVM ponitur in l.78.§.1. ff.de lega. lib.3. ponitur pro facultatum Briſſ. in parerg.

FACVLTAS accuſandi, l.17. C.de his qui accuſ. poſ. l.1. C.ad leg. Iul. de adult. l.19. C.ad leg. Cornel. de fal. Facultas appellandi, l.20. C.de appell. Provocandi l.2. C.eod. Iuris reddendi, l.3. C.de ſent. ex peric. recit. Supplicandi, l.18. C.de pœn.

FACVLTAS teſtandi, i.e. teſtamẽti factio. l.1. in fi. C. de teſtam.

FACVLTATES in plurali tantum, ſunt divitiæ, opes: Vlp. ſed facilem, inquit, judici voluntatis conjecturam fore, cæteris patris facultatibus examinatis. l. quæſitum.§. ſed & ipſe Papin. ff.de fund. inſtr. Idem Vlp. in l.1 §. ſi totes magiſtratus ff.de magiſt. conu. excuſſis facultatibus: & apud eundem ibid.§. ſi magiſtratus ab initio. Labi facultatibus Paulo in l.cum pluris §. vlt. de admin. tut. in ſingulari uſurpavit, pro facultate, inquit, patrimonij. Prat.

FACVNDIA, facultas diſſerendi cum gratia. Gel. Hanc lex exigit in Doctorib. & Magiſtris. l. magiſtros de profeſſ. & mag. lib.10 & de profeſſ. qui in urbe Conſtant. l.unic lib.1. C.

FACVNDIA canina veterib. dicebatur quæ forenſi oblatratione advocatorum omnia fora perſtrepebat. Quam Plato rapinæ accipitrum aſſimilabat. Hi enim philoduci, non tantum tondere clientes, ſed deglobere, & totos vorare cupiunt. refert, Zaſ. in l.2. ff.de origine juris. Spieg.

FACES civitatis eleganter appellat Cicero, adventitiam iſtam otioſorum hominum multitudinem, ut quæ nulli proſit, multos autem oneret. Prat.

FÆNVS in P. Florec. ſemper ſcribitur, etſi à fœtu pecuniæ, id verbum Varro, & alij deducunt. Videtur enim à fœtu uſura gigni, unde & à Græcis τόκος, & renovatio uſurarum ἀνατοκισμός, Gell. li.16. c.15. fœneratores qui fœnus exercent, fœnebris pecunia, quæ ſub uſuria creditur. l.34. ff.ſi cert. pet. l.16. C.eo.tit. l.9. ff de uſur. l.3. C.eo.tit. l.1. de his qui eum diſpenſ. contrax. in C.Th. l.13 C.ad Vell. Briſſ.

FAIDAM, vocem origine Teutonicam, Alberic. indicat in jure Longobardorum, modo pro injuria, vel, ſi caballus, titul. de pauper. Modo pro hoſtilitate, ipſe inimicitiam vocat, vol. in omnib. tis. de Plag. liber. nom. uſurpar. Accedit Conſtum

Germaniæ vndequaque doctiſſ. Hermannus Nuenatius, qui obſeruauit ex Conſti. Caroli Magni ad leg Salicam adiectis, c.4. appellari Faidoſum, qui hoſtis eſt publicus. *Fæd* enim bellum ſignificat. Spieg. A qua voce non abſurde feudum deriuari poteſt, quod nimirum feuda occaſionem à bello, & militijs acceperit. Vult. lib.1. Fend. c.5. num.2.

FAIDOSVS, qui alibi diffidatus eſt, cui inimicitiæ denunciatæ ſunt: vt in leg Friſ. Homo faidoſus pacem habeat in Eccleſia, in domo ſua, ad Eccleſiam eundo, &c. Et in legib. Baior. Si quis hominem per juſſionem Regis occiderit, non requiretur ei, nec faidoſus ſit. vide Diffidare. Prat.

FALCARII ſunt qui falce metunt, à qua & dicti: quo nomine apud Ciceronem in Catilin. 5. conjurati intelliguntur: propterea quod ciuitatem omnem, adeoque ipſa vrbis ædificia tanquam falce metere, id eſt, ferro, igniqué omnia vaſtaturi eſſent, vt exponit Syl. ejus orat. interpres.

FALCARIS Prætio ſunt, qui falcatis enſibus vtuntur, apud Cic. 5. Catil. Falcati autē ſunt enſes curui, quos Græci Harpas vocāt, qualē tribuunt Perſeo Poetæ, qui etiam Falces vocantur.

FALCES ſunt meſſoriæ, putatoriæ, & fœnariæ: quæ Dumariæ alias vocantur. Meſſoriæ frumentorum ſunt: putatoriæ, vitium: fœnariæ, qua fœnum ſecatur. Dumarijs ſpinæ, vepreſque ſecantur. Vlp. de fund. inſt. l. inſtrumenta. Falces, inquit, meſſoriæ, fœnariæ, putatoriæ. Nebriſſ. Eſt & falx vinitoria quam eleganter deſcribit Palladius li.4. Falces item armorum genera, murorum oppugnationi apta, referuntur. Spieg. Vide Turneb. aduerſ. lib.7. c.22. & 23.

FALCIDIA. Duplex eſt Falcidia, vna hereditatis, altera bonorum reſtitutioni ſubiectorum. In illam ea tantum imputantur, quæ ſunt ex hæreditario jure. In hanc imputantur omnia, quæ ſunt ex bonis reſtitutioni ſubiectis, quoquo titulo capiantur. Neutra in Falcidiam imputantur, quæ à cohærede jure prælegati accipiuntur, l. in quartam, ad l. Falcid. compenſantur tamen, quotiens vice mutua præſtare cohæres cohæredi tenetur. Cuia ad l.78. ff. de hæredib. inſtit.

FALCIDIA lex, plebis ſcitum eſt, cum eam P. Falc. Trib. pleb. Auguſti temporibus, ſcilicet ab vrbe condita 714. tulerit. Hæc modum legatorum conſtituit, hac enim ſancitum, vt ſcribit Dio lib 48. vt heres quartam partem bonorum ſibi relictorum ſi grauiter oneratus ſit legatis, accipiat, cætera legatarijs relinquat. Itaque Falcid. ſæpe pro quadrante hæreditario paſſim ponitur, quia ab hærede, à quo ſupra dodrantem legatum fuit, retinetur. vide indicem legum Roman. Paul. l.1. ff ad leg. Falcid. & Euſebium in Chronicis. Eſtque hæc propria verbi ſignificatio. Sed & pro ea portione verbum hoc vſurpatur, quam hereditatem reſtituere rogatus, hæres ex Senatuſconſ. Treb. retinet, l.1. §. inde Neratius, l. 58 §. omnes. ad SCtum Trebell. Ideoque & Falcidiæ commodum ea portio appellatur, l.2. in fin. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohib. Quarta, quæ per leg. Falcid. retinetur, l.55. §.1. ff ad SCtum Trebell. Quinetiam portio liberis debita in bonis patris appellatur, l.1. §. vnde. ff. de inoff. teſtam. l.12. C. eod. Prat. ex Briſſ.

FALCIDIAM pacto remitti poſſe affirmat Cuiac. in l. pactum. ff. de pact. ducto argumento à teſtamento ad pactum.

FALCIDIÆ ratio quibus deductis ineatur. Deducto ære alieno, & ſi quid eſt aliud æris alieni loco, deducta funeris aut monumenti neceſſarij impenſa, deductis libertatibus, deductis Deorum donis, & generaliter deductis his omnibus quæ Falcidiam non patiuntur, & quæ extra bona defuncti eſſe cenſentur, id quod ſupereſt pro dodrante & quadrante, diuiditur inter hæredem & legatarios § cum autem.4. Inſtit. de lege Falcidia. Quod diximus de deorum donis, Paulus ſcribit lib.4. ſent. de SC. Pegaſ. vt idem videatur non improbabiliter in l.1. § ad municipum. ff. ad l. Falc. ſcripſiſſe. Cuiac. Not. ad li.2. Inſtit. de lege Falcidia, in fine.

FALLA, veteres dixerunt pro fallacias Noni. Me non vocauit, ob eam rem hanc fecit fallam. Falla autem proprie turris eſt lignea: atque ea ratione in ſuperiore ſignificatu ſumitur, qua machina, & fabrica, & ſurella. Vnde fortaſſis barbari Feloniam, quaſi Falloniam appellant. Prat.

FALLACIA ſimulationi annexa eſt: calliditas ad ingenium refertur: machinatio, ex præcogitata aliqua inuentione, manuque & arte conficitur: impoſtura ab impoſtoribus, id eſt, deceptoribus, quos & Planos vocant. Alciat. de verb. ſig. Prat.

FALLACIA à fando dicta, vt & fallo, vt vult Varro lib.5. de ling. lat. quod proprie fit, cum quis fando alium decipit, ac contra quam dixit, facit. Itaque ſi quis re fallit, in hoc non proprio nomine fallacia dicitur, ſed tranſlatione. Prat.

FALLACIAM item accipi pro cauillatione, ſiue ſophiſtico argumento, Dialecticis eſt notiſſimum: eiſq; vulgo Amphibologia dicitur. Nam apud Ariſtot. Græce legitur [illegible] Exemplum habeas in § pen l. libror. de leg.3. de qua noſtri Iuriſconſulti, ſub rubric. de reb. dub. pleraq; attigere. Alb. latus, & in §. liberorum. & in leg 5. C. de jud. & in l. quoties. ff. de verb. oblig. De ea quæ ab Accidente dicitur. in § fin. l. debitor. de leg.2. & in l. vindicat & l. quæ de tota §. incerte. ff. de rei vendic. fit mentio, & ab Alberico ejus etiam cui à figura dictionis nomen eſt. Bart. leuiter attigit priorem, in l.5. §. & incerta. de acquir. poſſeſſ. Caſtrenſis aliquanto diffuſius & clarius. Sed & de cauillationibus, quæ per locos à compoſitione & diuiſione fiunt, tractatur in d. l. quoties. & per Albericum in l. vbi fidejuſſor. ff. de ſolut. Nec non de ea, quæ ab eo, quod eſt ſecundum quid, ad id quod ſimpliciter dicitur, in l. dictum. §. in ſtipulatione ff. de euict. Spieg.

FALLACITER incuſare, vide l.3. C. de abol. & l.9. c. de calumniator. Sic Cicer. li. offic.3. Ratio hæc poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulare, nequid fallaciter. Spieg.

FALLERE fidem, eſt contra quam dictum, conuentumve eſt, facere. Vlp. de conſt. pec. l.1. Hoc edicto Prætor fauet naturali æquitati, qui conſtituta & conſenſu facta cuſtodit: quoniam graue eſt, fidem fallere: tametſi ſi quis te fallit, improprie fal- (lere dicitur.

FALLERE promiſſum, pro non implere. Spieg.

FALLONIA, alias Felonia cujus vocis originem plerique à præterito perfecto verbi fallo repetunt, generali ſignificatione omnem fraudem, culpam, improbitatem, & quoduis capitale facinus, quomodocunq; etiam commiſſum ſit, complectitur. Hoto. in Lexico ſuo feudali in verbo Felonia. Vult. l.1. feud. ca. xi. nu.17. Specialiter ſumpta, prout in libris feudalib. accipitur, eſt culpa, injuria, propter quam Vaſallus amittit feudum. Et eſt quæ reſpicit dominum, ſcilicet, quando tribus vicibus citatus legitime, fidelitatem præſtare noluerit, vt in vſibus feudorum, quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi. cap.1. Eſt & alia cauſa, quando infeudauit alia lege quam ipſe habet, vel talem vaſallum, qui feudum deſeruire non poteſt. Quædam vero eſt culpa vel fallonia, quæ non reſpicit dominum ſcilicet, quando Vaſallus interfecit fratrem, vel filium ſuum, vel filium fratris, vel aliud crimen commiſit quod parricidij appellatione continetur. Et plures alias fallonias tam reſpicientes dominos, quam alios, propter quos feudum amittitur, not. Hoſtienſ. in ſumma de feud. C. quibus mod. feud. amittat. Spieg.

FALSA adſeueratio, l.9 C. de acq. & retin. poſſ. Falſa allegatio, l. 5. C. de præd. & al. reb minor. Falſa captiuitas, l.1. C. de collu. dereg. Falſa cauſa, l 3 C. de vſucap. pro don.

FALSA ſententia, non eſt ſententia, nec indiget beneficio reſtitutionis: quia nihil magis contrarium eſt veritati, quam falſitas. l. ignitis. ff. de except. Ac cenſenda eſt falſa ſententia, ex falſis vel teſtibus, vel inſtrumentis lata. Quia nunquam poteſt dici res judicata, quæ ex falſis judicata eſt. Spieg.

FALSARE pōdera ac menſuras, vide l. pen. ff. ad leg. Cor. de falſ.

FALSARIVS, qui decipiendi gratia ſcripta publica falſificat. vid. Spec. tit. de crim. fal. per tot. Obſeruandum autem quod grauius delinquit is, qui literas falſificat, quam is qui falſis literis vtitur Spieg.

FALSARII & aliorum quorundam pœna. Falſario inciſos digitorum neruos Alexandri decreto Lampridius, Claudij præciſas manus Suet. ſcribit. Idem Galbam nummulario, non ex fide verſanti pecunias, manus amputaſſe, menſæque ejus affixiſſe. & Inſtin. No 17. exactori, non ex legis præſcripto apocham conficienti, manus abſcindendæ jus dari præſidib. prouinciarum, & Nou. 42. eandem pœnam indicit ſcriptori librorum hæreticorum, Conſtantinus lenoni & perſuaſori jubet liquido plumbo meatus oris claudi. l.1. C Tit. de rapt. virg. quæ pœna etiam olim in vſu fuit Horat. Nec ſeuerus vncus abeſt liquidumve plumbum. Et ex Nou. quadam Lennis & Conſtantini perituro lingua præciditur. Sed de omni hoc genere pœnarum eleganter Galen. 7. de Hippocratis & Platonis placitis, ijs verbis: [illegible] Cuia. li. obſ.7. c.13.

FALSI crimen dicitur proprie, quod vtilitatis priuatæ cauſa factum eſt, de quo ciuiliter & criminaliter agi poteſt. Connans lib.5. c.7. n.4.

FALSI, vel quaſi falſi pœna, deportatio eſt, & omnium bonorum publicatio. Prat. In homine libero: Seruus autem vltimo ſupplicio afficitur l.1. §. fin. ff. ad leg. Corn. de falſis.

FALSI proprie ad delictum pertinentis exempla ſunt apud Iulianum in l.2. ff. ad leg Corn. de falſ.

FALSI machinatores, vide l.8. C. ad leg. Corn. de falſ.

FALSI ſpecies ſunt, delere, mutare, ſubijcere, ſubſcribere, Paul. lib.5. ſentent. 25. §. 4. Gothofr. ad l.1. § qui in rationibus 4. ff. ad leg. Corn. de falſ.

FALSILITAS nihil aliud eſt, quam verborum imitatio, juxta genuinam lectionem in Auth. de inſtrum. caut. in prin. collat 6. reſpondet Noric. edic. Conſtit.71. Spieg.

FALSITAS verbis, an facto committatur nihil refert: vtrobique n. dolus eſt proximū lædens contra veritatē Quod diligenter nota. l. ſi ſeruos non ſit vnius, ff. de Interro. in jur. faciend. Pr.

FALSITATIS ad eſſe tria requiruntur, ſcilicet mutatio veritatis, dolus, & quod alteri ſit nocitum. Quorum ſi alterum deficit,

falſitas

falſitas non eſt punibilis, juxta aut. per Hoſt. Azo. & Tancre. in ſuis ſummis, & per text. in l. quid ſit falſum, ff. ad l. Corn. de falſ. & l. nec exemplum, eod. tit. in l. C. & l. damus, C. eod. Pet. de Anchar. com. 53. & Paulus de Caſtr. conſilio 49. Prateius.

FALSO parentes inſtimulare apud Marcellum, l. 3. ff. de inoffic. teſtam. Spieg.

FALSO adverbium, quod vero contrarium eſt. Imp. Philippus luminib. captum curatorem haberi debere, falſo tibi perſuaſum eſt, l. 3. Cod. qui dari tutor. poſſ. & Imp. Claudius de diuer. reſcrip. Falſo aſſeuerant, autoritatem reſcriptorum, reuoluto ſpatio anni, obtinere firmitatem ſuam non oportere. Spieg.

FALSO negationem additam in l. legatus, de off. proconſ. atque ob id Accurſium ſe miſerabiliter torquere Politianus judicat in Miſcel. Spieg.

FALSVM, eſt immutatio veritatis cum dolo, auth. de inſtr. ex cau. in prin. Vt hęc vox varie accipitur, ita & varie committitur falſum. Quod pulchre declarat Bart. in l. quid ſit falſum, ff. ad l. Corn. de falſ. & in l. nec exemplum, l. damus, C. eod.

FALSVM vocatur etiam id quod ſuſpectum eſt, in l. jubemus, C. de falſis, l. Paulus reſpondit. ff. de verb. ſignif. Prat.

FALSVM committit, qui rem duobus vendit. l. qui duobus, ff. de leg. Corn. de falſ.

FALSVM committitur, quod ad leg. Iuliam attinet, ſi quis chirographum alienum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat vel deſcribat, non etiam ſi alias in computatione, vel ratione mentiatur, l. 23. ff. de falſ. Falſum autem ea lege id coercetur, quod in teſtamentis admittitur. Eadem tamen pœna etiam vindicantur cætera falſa ex Senatuſconſultis, principumque conſtitutionibus. Nam & qui in rationibus, tabulis cetiſve inſtrumentis vel alia qua re, ſiue conſignatione falſum fecerint, perinde atque falſarij puniuntur, & hoc quaſi falſum dicitur, l. fin. §. fin. de falſ. Prat. ex Briſſon.

FALSVM teſtamentum, quod vere non eſt factum: illegitimum teſtamentum, quod non jure factum eſt. Spieg. Falſum teſtamentum eſt, quod teſtamentum non eſt, l. 221. de verb. ſignif. Falſum, ait Africanus, teſtamentum id demum recte dicitur, quod ſi adulterinum non eſſet, verum teſtamentum recte diceretur, l. 6. ff. de Falſ. Prat. ex Briſſ.

FALSVM, non eſt injuriæ verbum, ſi ad jus refertur, non ad factum Sic Iauolenus ſententiam Labeonis quaſi injuſtam rejiciens Quod falſū (inquit) puto. in l. pen. ff. de injur. Old. Prat.

FALSVM teſtimonium, in diuinis Tabulis non tantum accipiendum eſt, vt vulgo ſolet, quod in judicio ſolum fertur: verum etiam omnis vox lædens proximum omniſque prædura, & ſummi juris interpretatio, refragante æquitate, intelligenda eſt, falſum teſtimonium eſſe in natura: quæ & ſic præcipit, Eſtote miſericordes, vt pulchre declarat cap. 1. de verb. ſig. teſte Oldend. Spieg.

FALSVM accipitur tribus modis. I. Quicquid non eſt verum, poteſt dici falſum, etiamſi non procedat ex mendacio alicujus, vel fraude, l. ſi is, qui ducenta § verum. ff. de rebus dubiis, l. ſi quid perfectum, ff. de ſolut. II. Falſum accipitur pro immutatione veri fraudulenta. Quod modo omnia mendacia recte vocantur falſa vt Nou. de inſtr. caue. & fid. in prin. III. Eſt etiam grave, quod appellatur falſum: quoties animi dolum ſequitur facti executio ad peruertendam veritatem, & ſimulandum id quod non eſt, vt deſcribit leg. quid ſit falſum, ff. ad leg. Corn. de falſis. Prat.

FALSVS procurator dicitur, qui procurator non eſt, ſed vltro negotiis alienis ſine mandato ſe offert: opponiturque vero procuratori, qui mandatum habet, 12. ff. de ſolut; l. 1. §. quoties de vi & vi arm. Briſſ.

FALSVM procuratorem, pro non vero procuratore accipimus l. 3. §. fin. ff. rem rat. hab. Interdum & pro eo, qui mala mente & intercipiendi animo procuratorem ſe ſimulat, accipimus. Quemadmodum & falſum creditorem dicimus eum, qui ſe dolo ſimulat creditorem l. 43. in princ. & l 75. ff. de furtis, l. 18. ff. de ſolut. Briſſ. Contra falſum procuratorem autem datur ſententia judicati, id eſt, ſententia contra eum exequitur paſſiue. Textus memori mente tenendus in l. Plautius, 1. reſponſ. ff. de procur. Spieg.

FALSVS titulus eſt, quoties qui ſibi donatum putat, quod donatum non eſt, vel legatum, quod legatum non eſt: Quo caſu nihil operatur poſſidens vel vſucapiens, l. 2. ff pro legato, l. 6. ff. pro derelicto, l. 1. ff. pro donat. §. error autem 7. Inſtit. de vſucap. Gothoft. in not. ad l 3. C. de vſucap. pro donat.

FALSVS tutor à Paulo interpretatur, qui vere tutor non eſt: vel datus eſt, ſed perperam & inutiliter, vt qui habenti alium tutorem datus eſt, §. interdum. Inſt. de curat. Spieg.

FALX meſſoria, eſt qua frumentum metitur. Falx putatoria, qua vites aliæque arbores putantur. Falx fœnaria, qua fœnum ſecatur, quæ dumaria quoque dicitur, qua etiam ſpinæ vepreſq; cæduntur. Vlp. de fundo inſtructo. l. inſtrumenta &c. Nebr.

FAMA, ſiue exiſtimatio hominis eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus: quæ vt ex delicto noſtro, autoritate legum vel minuatur, vel conſumatur docet Calliſtratus in leg. pen. de var. & extraord. cog. Spieg.

FAMA item, inquit Bart. eſt communis opinio, voce manifeſtata, ex ſuſpicione proueniens. Rumorem vero communem non eſſe opinionem, ſed variam quandam ſuſurrationem minus ipſa fama efficacem, fere apud noſtrates receptus eſt. Sed veteres non adeo multum differre famam à rumore exiſtimauerunt. Archid. 35. qu. 6. ſi duo. Sunt autem idem præterquam quod alterum Latinum eſt, alterum è Græco teſte Valla. Calliſtratus in l. 3. de Teſtibus: Alias, inquit, numerus teſtium, alias dignitates & autoritas, alias veluti conſentiens fama confirmat rei de qua quæritur fidem. Itaque inconſtans fama, improbiſque, vel etiam ignotis autoribus exorta, nullam adjicit fidem, quantumvis inuulgata: quamvis conjecturam fecit, quia fallax eſt rumor Paul. in l. fi. de hæred. inſtit. Quia falſus rumor non ſolet obeſſe. Noſtri famam inter ſpecies non plenæ probationis retulerunt. Plura de ea commentatus eſt Bart. in leg de minore §. & plurimum, ff. de quæſt. Sed & fama pro exiſtimatione vſurpatur, & nomine, in l. 4. de ſuſp. tutor. l. 28. in fin. ff. de pœn. l. 15. §. ſi quis libello. de injur. Inde famæ cauſa, in l. 39. §. vlt. de procur. id eſt, exiſtimationis, vt alias loquimur, l. 103. de verb. ſign. Cujus ſcilicet euentus famam notare, & lædere exiſtimationem poteſt. Briſſ. Sic incolumi cum fama dicimus, cui integrum eſt nomen, & illæſa exiſtimatio: quam qui negligit, Decreta Pontificia crudelem pronunciant. 12. qu. 1. c. nolo 11. q. 3. c. non ſunt audiendi. Fama enim & vita à pari procedunt, Prat.

FAMA conſtans ea accipienda eſt, quæ nec improbis autoribus, nec etiam ignotis exoritur. Hæc teſtimonio fidem adjicit. l. 3. ff. de teſtib. Alioqui fama quantumvis inuulgata non probat ſatis, ſed conjecturam facit, quia ſæpe fallax eſt rumor. l. vlt. ff. de hæred. inſt. Spieg.

FAMA differt à rumore, quia rumor eſt ab incerto, fama autem à certo procedit auctore. Item fama procedit à majori parte viciniæ, rumor à minori not. Io. And. cap. noſtra. verſ. ad gradum, de coha. cler. & plus eſt fama quam clamor. quia plurimorum eſt fama, clamor paucorum, no. Fel. in cap. qualiter & quando, 2. in princ de accu. Old. Prat.

FAMÆ probandæ modum docet Bart. l. de minore, §. plurimum ff. de quæſt. Prat.

FAMES omnium ſuppliciorum vltimum. Et ſententia cantionibus apud veteres celebrata, teſte Platone: Miſerrimum mortis genus fame mori. Sumpta autem eſt ex Homero Odyſſ.

Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν. Id eſt:
Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis,
At periſſe fame, res vna miſerrima longe eſt.

FAMILIA Ariſtoteli lib. 1. de Republ. dicebatur prima hominum ſocietas, quaſi in diem, & quotidiani vſus cauſa conſtituta: In qua qui degebant non ciues, ſed conuictores & contubernales dici poterant, vt Charondas & Epimenides ſcribunt. Atque in hac Familia nulli alij erant, quam vir & vxor, atque ex his procreati liberi. Seruorum enim nulla ipſis adjumenta poſtea ſocium laboris bouem aſciuerunt, cujus opera ad arandos agros vterentur. Quod hoc verſu notauit Heſiodus, cum ait:

Sit domus imprimis, vxórque, & taurus arator

Connanus lib. 8 cap. 4. num. 4.

FAMILIA, inquit Feſtus, in liberis hominibus dicebatur, quorum Dux & Princeps generis vocabatur pater & materfamiliæ Vnde familiæ nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum & familiares ex eadem familia. At familiæ appellatio cum rebus ipſis & perſonarum circumſtantia tandem variata eſt. Primum enim ſerui tantum ſignificabantur per familiam, nempe à famulando, l, cum u, litera mutata. Quo reſpexiſſe nonnihil videtur Vlpia. in l. 1. ff. de vi & vi armat. Deinde liberi quoque, vxor, & omnes, qui ſub vnius poteſtate in eadem domo natura vel jure viuunt, comprehendi cœperunt. Vnde paterfamilias dictus eſt, leg. deteſtatio §. familiæ, ff. de verb. ſign. Tandem translata eſt familiæ ſignificatio, vel porrecta ad totam cognationem ſanguinis. Prat.

FAMILIA à gente differt ſignificatione: quoniam Gens latius accipitur, vt comprehendat omnes ejuſdem ſtirpis & nominis, etiam milleſimo gradu disjunctos: familia magis ad agnationem diducitur, refertutque ad res & perſonas. Ad res relata pro hæreditate & ſubſtantia bonorum ponitur, l. vlt. in fi. C. de verb. ſign. vt in illis 12. tabul. verbis, Proximus adgnatus familiam habeto, id eſt, hæreditatem, quod notat Vlp l. 195. §. 1. de verb. ſign. Connan. lib. 9. c. 2. nu 4. Hoc ſenſu familiæ erciſcundæ accipienda eſt, quæ hæredibus de diuidenda hæreditate competit. §. quædam actiones. Inſt. de act. Eademque eſt hujus verbi vis in illo Terentij verſu Heautontimor.

Decem dierum vix mihi erit familia.

Hinc familiæ emptor, qui imaginaria venditione à teſtatore hæreditatem emebat, vt eſt ab Vlp. in Inſtit. tit. de teſt. & à Iuſtin. quoque in ſuis Inſt. ſub eod. tit. traditum. Quintil. Declamatione 308. Non dixerim ego teſtamentum cui libripens & emptor familiæ, & cætera juri neceſſaria deerunt. Sic enim lo-

cus ille corrigendus eſt. Suet. in Nerone c.4. Ex hoc Domitius naſcitur quem emptorem familiæ pecuniæque in teſtamento Auguſti fuiſſe mox vulgo notatum eſt. Ita familiæ mancipationem apud eundem Vlp. intellige tit.28. Briſſ. & Cortaſ. lib. 5. c.12. nu.6. Et in hoc ſignificandi genere animalia quæq; quæ habemus ac poſſidemus, familiæ appellatione continetur. Vnde Heſiod. rectè docuiſſe colligimus, familiam conſtare non ſolum viro & conjuge, verum etiam boue & aratore ſeruo. Atque hæc de prima vocis ſignificatione qua pro re accipitur.

Ad perſonas vero cum refertur, interdum corpus ſignificat, quod aut jure proprio ipſorum, aut communi cognationis nomine continetur. Iure proprio familiam dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura, aut jure ſubjectæ. Hac enim appellatione non ſerui modo, ſed & liberi, qui in poteſtate noſtra ſunt, continentur, l.40. §. familiæ, l.195. §.1. ff. de verb. ſign. l.23. ff. de adopt. Briſſ.

Hinc Patresfam. matresfa. filiifam. dicuntur, ff. de his qui ſunt ſui vel al. l.11. ff. de lib. & poſthu. Sic in ædilitio edicto familiæ appellatione & filijſa. & omnes, qui in ſeruitio ſunt, liberi quoque homines bona fide ſeruientes, demonſtrantur, l.25. §.2. l.31. §. idem Pædius, ff. de ædili. edi. Eodemque modo in edicto Vi bonorum raptorum, familiæ nomen eos, qui in miniſtratio ſunt, continere dicitur, etiamſi liberi eſſe proponantur, vel alieni bona fide nobis ſeruientes, l.2. §. familię, ff. vi bon. raptu. Eadem fit & in interdicto Vnde vi, familiæ interpretatio. d.l. 195. §. pen. de verb. ſign. l.1. §. familiæ, ff. de vi arm. Vbi etiam familię appellatione duos ſeruos contineri, Paul. lib.5 ſent. tit. 7. ſcribit De hoc vide etiam Cujac. lib.5. recept. ſen. Iul. Pauli tit.6. de interdictis, §. non tantum. Hoc amplius, Vlp. in d.l.1. & ſi vnus ſeruus dejecerit, familiam videri dejeciſſe ait. Quanquam alias vnicum ſeruum familiæ appellatione contineri negetur, ac ne duo quidem familiam facere dicantur, l. 40 §. vlt. ff. de verb. ſign. Quæ legum noſtrarum diſcordia ita optimè Ciceronis interuentu ſedabitur, ſi quemadmodum ille in orat. pro Cæcin. ſcribit, dixerimus ex vi quidem Latini ſermonis in vno ſeruulo familiæ nomen non contineri, familiam ex ſeruis pluribus conſtare. Cæterum rationem juris interdictique vim & Prætorum voluntatem facere, vt & ſi vnus ſeruus dejecerit, familia intelligatur dejeciſſe. Non. n. alia cauſa eſt æquitatis in vno ſeruo & in plurib. Briſſ.

Plane in edicto de publicanis familia corpus quoddam ſignificat paratum vectigalis cauſa, d.l.195. de verb. ſign. nec ad ſeruos modo publicanorum pertinet, verum etiam ad quoſcunque, qui publicanis in eo vectigali miniſtrant, ſiue ſerui, ſiue liberi ſint ſiue bona fide, ſiue mala fide poſſideantur, l.1. § familiæ, & l. 12. ff. de publica. Briſſ. Ita cum militi princeps concedit, vt ſuam familiam ducat, familiæ appellatione continentur conjunx, liberi, ſerui caſtrenſis peculij, non adſcriptitij. Cujac. in l. quicunque militum, de re milita. C. lib.12.

FAMILIAM ducere, pro præcipuum eſſe aliquid, & principem in re aliqua obtinere locum: Cicero ad Trebatium: Accedit etiam quod familiam ducit, in jure ciuili ſingularis memoria, ſumma ſcientia quibus ſignificat, hanc primam eſſe Trebatij laudem & veluti propriam. Item l. 3. de finib. ſententia, quæ familiam ducit. Prat.

FAMILIAM ſeruilem accipimus & in tit. Si famil. furtum feciſſe, l.9. ff. de juriſdi. l.32. ff. ad l. Aquil. l.35. ff. de dolo. l. 5. ff. de pet. hær. Briſſ.

FAMILIAM publicam in l.1. ff. de offic. præf. vig. interpretamur ſeruos publicos, qui præſto ædilibus aderant: quales etiam curatoribus aquarum adfuiſſe Frontin. lib.2. de Aquæduct. oſtendit. Ita familiam in vrbanam & ruſticam diuidimus, l.3. de penu. leg. l. 67. ff. de leg. lib.3 l.166 ff. de verb. ſign. Quamobrem in hoc veterum clementiam & humanitatem laudandam Seneca lib.6. Epiſt. ſcribit, quod omnem inuidiam dominis, omnem contumeliam ſeruis detrahentes, patres potius, quam dominos familias, appellarint, & ſeruos familiares. Quod in Mimis ad ſua vſque tempora manſiſſe ſcribit. Familiarem planè filium dicit & Plaut. in Aſinar. qui ex familia ſit: Et familiares in conſtitutionibus recentiorum Impp. ſeruilia miniſteria præſtantes intelliguntur l. vlt. circa fin. C. de his, qui ad eccle. conf. l. pen. C. qui accuſ. poſ. Briſſ.

Et igitur vna Familia ad quam omnes ſtirpes referuntur, & illa gentis nomine appellari conſueuit. ſunt etiam aliæ, quæ ex ſtirpibus conſtant. Quot enim vnius gentis diuerſæ ſtirpes ſunt, totidem diuerſæ ejuſdem gentis familiæ ſunt. Idq; liquido demonſtrat in Nerone Suetonius. Ex gēte Domitia, inquit, duæ familiæ claruerunt, Caluinorum, & Ænobarborum. Et hinc quidem intelligimus, quid ſibi voluerit Vlpianus, cum ita ſcriberet: Nam etſi patrefamilias mortuo, ſinguli ſingulas familias habent: tamen omnes qui ſub vnius poteſtate fuerunt recte ejuſdem familiæ appellabantur, qui ex eadem domo & genere proditi ſunt, dict. l.195. Senſus enim eſt, quamvis duce & principe generis mortuo, ſinguli qui in ejus poteſtate fuerunt, ſeparatas & proprias domos, ſtirpes ſiue familias habeant quia tamen ex eadem domo & gente proditi ſunt, recte ejuſdem familiæ appellabuntur. Ex quo loco manifeſto conſtat, non ad cognomen ſolum, vt exiſtimauit doctiſſimus Sigonius, ſed ad nomen etiam, hoc eſt, tam ad gentem quam ad ſtirpem referri familiam poſſe. Omnes igitur qui ejuſdem nominis ſunt, ejuſdem quoque familiæ ſunt, non ſtirpium, ſed gentis ſiue generis reſpectu; reſpectu vero ſtirpium, quot diuerſæ ſtirpes ſunt, tot diuerſæ familiæ ſunt, non quidem nomine, ſed cognomine. Idque mihi voluiſſe viſus eſt Suetonius, cum ſic de Galba ſcriberet: Imagines & elogia vniuerſi generis exequi longum eſt familiæ breuiter attingam. Qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, cur aut vnde traxerit ambigitur. Huic etiam conſentaneum eſt, quod idem Suetonius ſic in Tyberio de Claudio Druſo ſcribit: Druſus hoſtium duce cominus trucidato, ſibi poſteriſque ſuis cognomen inuenit. Diſcedit autem omnis familia patrefamilias mortuo in liberos, conſanguineos & agnatos. Ræuard. Variorum lib. 5. cap.1. Alciat. in l. Pronunciatio ſermonis, §. familiæ appellatio & in l. ſeq. tit. de verb. & rer. ſignific. atque etiam in tractatu de eo, quod intereſt, familiam à famulando dictam exiſtimat, & à famulitio Feſtus Pompon. à voce Oſca famul, tradit deriuatum verbum familiæ, quæ apud illos ſeruum ſignificat. Brechæus vero à fama dictum putat, cum nomen alicujus gentis & generis, diuturna fama late in ſtirpes peruulgatum eſt. Brechæus, dicta l. pronunciatio ſermonis, §. familię appellatio. tit. de verb. & rer ſignif.

FAMILIÆ erciſcundæ judicium eſt, quod inter cohæredes, ideo redditur, vt & hæreditas diuidatur, & quod eo nomine alterum alteri dare facere oportebit, præſtetur. Hæreditatem hic accipe pro rebus corporalib. quæ in hæreditate continentur. Hæreditas enim per ſe diuidi non poteſt, l. Pomponius 8. ff de rei vindi. qua igitur ex parte diuiſio poſtulatur, ex ea parte in rem actio eſt: alia verò ex parte perſonalis actio eſt aduerſus eum, qui nobis ad dandum faciendum perinde obligatus eſt, ac ſi conuentum pactúmque inter nos fuiſſet, nobis obligatus eſſet. Hotom.

FAMILIÆ erciſcundæ Iudicij requiſita ſunt. 1. cum qui agit, & contra quem agitur, eſſe cohæredes. 2. Hæreditatem eſſe aditam, l. qui erat 49. ff. fam. erciſc. 3. eſſe res hæreditarias, & quidem ejuſmodi, vt diuidi poſſint 4. vt res hæreditariæ jam ante non ſint diuiſæ. 5. eum, aduerſus quem agitur, diuiſionem detrectare. Vult. Inſt. de actio. §. quædam ait. n. 12. 13. 14. & ſeqq.

FAMILIÆ appellatione & ipſe princeps familiæ continetur, feminarum vero liberi in familia earum non ſunt, quoniam qui naſcuntur, patris non matris familiam ſequuntur. l.195. ff. de verb. ſign. Et hoc eſt, quod in d.l.195. in fin. dicitur, Mulierem familiæ ſuæ & caput & finem eſſe. Secundum hanc, quam ſupra expoſuimus, ſignificationem, familiare funus interpretabimur domeſticum funus, l.2. in fin. ff. de in jus vocand. l. 4. §. præterea, ff. ſi quis caut. Briſſ. Communi jure familiam dicimus omnium adgnatorum, qui ex eadem domo & gente proditi ſunt. d l.195. vt ejuſdem familiæ recte dicantur, qui ejuſdem nominis ſunt. Ac proinde patroni & liberti, & omnes propinqui ad fideicommiſſum, quod familiæ relinquitur, inuitati intelliguntur, l. vlt. C de verb. ſignific. Etenim cum fideicommiſſum familiæ relinquitur, ad ejus petitionem admittuntur, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo moreretur, quo in numero & liberti & filij quoque poſtea emancipati habentur, l.32. in fin. l 69. §. vlt. l.77. §. cum inter. ff. de legat. lib.2. l.114 §. cum pater. ff de leg. lib 1. Briſſ.

FAMILIARES olim dicebantur, qui ſerui erant. Macrob. 1. Sat. c. 2. Nam & noſtri majores omnem domini inuidiam, omnem ſeruis contumeliam detrahentes, dominum Patremfamilias: Seruos familiares vocauerunt. Hor.

FAMILIARIA ſepulchra dicimus, quæ quis ſibi familiæque ſuæ conſtituit. l. 5. ff. de relig. in quæ tamen hæredes, etiamſi extranei ſint, inferri poſſunt. l.6. l. 4. & l.13. C. de relig. adfines & cognati non item, niſi hęredes ſcripti ſint. l.8. & l.14 C. eo. tit. Br.

FAMILIARIS res publicæ opponitur, l.7. §. ſi paciſcar. ff. de pact. l.4 ff. de pub. jud. priuatam enim & familiarem pro eodem dici liquet ex d. §. ſi paciſcar cum l.77. §. pacta. ff. eod. Briſſ.

FAMILIA legata, ſinguli homines continentur, autor Iuriſconſ. in leg. ſi chorus ff. de legat 3. Item familiæ appellatione continentur etiam, qui à teſtatore non ſunt nominati, juxta Bart. Extat elegans thema apud eundem Iuriſcoſſ. in l. is qui. ff. de legat. 3 Prat.

FAMILIA vrbana & ruſtica non loco, ſed genere diſtinguuntur, poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe vrbanorum ſeruorum numero, veluti is qui ruſticarum rerum rationes diſpenſet, ibique habitet, & tamen multum abeſt à villico. Conuan. l.4 c.10. num.7.

FAMILIARICA veſtimenta ſunt, quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt, l. 23. in fin. ff. de aur. arg. Sic familiaricas ſellas dixit Varro lib.1. de re ruſt. c.13 Briſſ.

FAMILIARITAS, amicitia vel domeſticitas, l. qui jure familiaritatis, de acquis. poſſ. quandoque accipitur pro ſimilitudine, §. adeo, Inſt. de locat. & l.2. ff. eod. Prat.

Famosæ actiones dicuntur, quæ juſtam iguominiam irrogant juſte coodemnatis, ſuot hæ, Furti, Bonotum taptorum, Injusiarnm, de dolo malo. Item tutelæ. Mandati. Depoſiti, ſcilicet directa, non contraria. Item pro Socio, quæ cum vtrinque directa ſit, vtru citruque damnatum infamia notat. §. ex quibuſdam Inſt. de pœna tem. litigant. Et geoeraliter omnium publicorum judiciorum accuſationes, §. publicorum Iudiciorum, Inſt. de publ. Iud. l. 1. de his qui not. infam. Prat.

Famosa judicia, quæ infamiam irrogant damnatis, l. 7. ff. de injur. l. 1. & 12. ff. de dolo, l. s. de poſtu.

Famosa cauſa l. 7. ff. de ſolut.

Famosi homines infamia notati, l. 2. §. vlt. ff. de his qui not. infam. l. 13. ff. de accuſ. l. 7. ff. ad l. Iul. majeſt. quales ſunt, qui artem ludicram lenociniumve facinot, vel propter præmium in ſcenam deſcendunt, aut calumoiæ cauſa publico jodicio ſunt damnati, l. 4. ff. de accuſ. Sic famoſa mulier in l. s. §. ſi mulier, ff. ad Tertyllia. Briſſ.

Famosi libelli, qui alicujus famam ſuggillant, honoremque vellicant maledictis, libri ad infamiam pertinentes 56. ff. de pœn. § 1. Inſt. de injur. Paul. lib. 5. ſent. tit. 4. Prat. vide paulo poſt famoſus libellus.

Famosi latrones, id eſt, nobiles & inſignes, in l. 18 §. pen. ff. pœn. cum l. 16. ff. de appell. recip. Briſſ.

Famoso judicio coodemnatus, per io iotegrum reſtitutionem infamia eximitur. Lege §. peo. l. 1. ff. de poſtul. Spieg.

Famosum carmen quod io alterius injuriam conſcribitur, proponitur, cantatur, quod pudorem ejus lædat, l. 21. ff. de teſtib. l. 18. io fin. de teſt. l. 5. § peo. l. 15. generaliter, ff. de injur. Briſſ.

Famosum oon tam eſſe malæ, quam multæ famæ. Vide infra, Famoſum. Spieg.

Famosum, vocabulum medium, in malam tamen partem frequentius, Imp. cum laude vtitur in §. jura quoque, Auth. inſur. quod præſt. ab his qui admin. ſuſc. Secus Iuriſcoſſ. Nam apud eos legimus, famoſos, fures, latrones, mulieres, pro infamibus improbioribus, impudicis, l. 3. §. 1. de offic. præf. vig. l. neque famoſi ad l. Iul majeſt. l. capitalium, §. famoſis, & l. fin. de pœnis. Vide Alb. leg. ſacrilegi pœnam, §. fin. Peculatus Item, famoſum crimen dicitur. Prat.

Famosus libellus, Famoſus libellus quid ſit, oſtendit Imperator, l. vnica, C. de fam. libel. Eſt autem famoſus libellus, charta projecta, habens in ſe contra quempiam criminationes. Et ſi quis hunc ſiue obſignatum, ſiue non obſignatum reperit, & protinus non rumpit, aut igne conſumit, ſubjicitur pœnæ qua teneretur libelli autor, hoc eſt, in eum capitaliter animaduertitur, d. l. vnica, C. eod. Et qui eum dictauerit ſi non probauerit de calumnia, capitaliter punietur, ſecondum Azo. C eod. tit hæc & plura ibi vide. Et hoc eſt verum, ſi reo conuicto capitalis pœna eſſet impoſita, aliter non, vt not. in l. vnic C. eod. tit. Prat. Etiam vt ad ſanctionem hujuſmodi hiſtoriam non ineptam ſubnectamus, prætereundum minus eſt Auguſtum principem omnium de famoſis libellis cognitionem legis ſpecie majeſtatis tractauiſſe, commotum Caſſij Seueri libidine, qua viros fœmináſque illuſtres procacib. factis diffamauerat, vt author eſt Cælius Rhodig. lib. 15 cap. 25. Adde Franc. Bald. comment. in l. 12 Tab. c. 9.

Famulitium aulicum Spartianus appellat famulos omnes Imperatorios, quos Iuſtin. Miniſteriales domus, & hoſpitij & palatij vocat Pyrrhus de Rom. magiſtrat. Spieg.

Famulus à ſeruo hoc diſtat, quod hic in dominio noſtro, ille vero minime, vide Archidiac. c. patrem 22. qu. 3. Famolus aliquando pro ſeruo accipitur, l. 1. C. com. ſer. man. de hoc verbo vide Bart. l. jubemus, C. de præpoſ. ſacr. cub. Prat.

Fanatici, proprie ſacerdotes, qui furore correpti in fanis oracula fundebãt, vt apud Vergil. Æn. 6. & Luc. li. 5. Iuu. Sat. 2.

—Et crine ſenex fanaticus albo,
Sacrorum antiſtes.—

Ij porro furore illo affecti caput jactare, & comas excutientes rotare ſolebant, vt ait Fabius Quint. lib. 2. c. 3. Frequens quoq; capitis nutus non caret vitio: adeo caput jactare & comas excutientem rotare fanaticum eſt? Ex quo qui atræ bilis abundantia caput jactant. Fanatici quoque appellantur ab Vlpiano, in l. 1. §. 5. ff. de ædil. edict. Si ſeruus, inquit, inter fanaticos non ſemper caput jactaret, & aliqua profatus eſſet, an nihilominus ſanus videretur. Quod paulo poſt appellat, Circa fana bacchari, Lampr. in Heliogab. Iactanit autem caput inter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi deuinxit. Liu. lib. 39. de Bacchanalib loquens, viros velut mente captos cum jactatione fanatica corporis vaticinari. Prat. ex Hotom.

Fanum alij dictum putant à Faonia diis, qui diuina oracula, vt Martianus Capella ait edere ſolebant. Vel à Fauno, qui auctore Probo, primus horum locorum conditor fuit, teſte quoque Martiano lib. 7. c. 6. Typograph.

Far apud Vlp. in inſt. tit. 9. ſignificat frumenti genus, vt admonuit Seru. apud Virg. lib. 1. Georg. Prat.

Fari, nihil aliud eſt, quam ferre, i. e. loqui, Vlp. l. 2. ff. de rem. pup. ſal. fot. Et Paulo l. 5. ff. de diuer. reg. juris. Tametſi Varroni fatur is, qui primus ſignificabilem vocem ore emittit, nullo ordine verborum ſeruato. Vnde pueri antequam id faciant infantes dicuntur. Loquitus autem is, qui ſuo loco vnum quodque verbum ſciens ponit, Vlp. in l. 2. Remp. ſalu. fore, ſi pupillos abſens ſit, inquit, vel fari non poſſit. Spieg.

Farrago, inquit Feſtus proprie eſt id, quod ex multis ſatis, vt hordeo, vicia & leguminib. ſit pabuli cauſa: ſed per metaphoram accipitur pro quacunque commiſtione Iuuen. in 1. Sat.

Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, diſcurſus noſtri eſt farrago libelli. Prat.

Fas ad Deum, Iuſtum ad hominem referri voluit Maro, lib. 1. Georgic. Fas & jura ſinunt: id eſt, diuina & humana jura permittunt. Spieg.

Fas proprie eſt, vt Iſidoro placet, Lex diuina, à fato, & fatum à fando dictum, quaſi dictum & juſſum Dei. Coon. l. 1. c. 2. n. 4.

Fas ac nefas omne miſcere, apud Pomponium in §. & cum placuiſſet, l. 2. ff. de orig. jur. Illic enim fas judicis officio fungi, audire controuertentes. Nefas erat ſupponere actorem calumnioſum: judicare item contra poſſeſſorem nondum conuictum, contra l. ordinata, §. ſed ſi quis actiones, ff. de liberal. cauſ. Spieg.

Fascium nomine, dignitas magiſtratus & honos ſignificatur. Nam lictores cum faſcibus, h. e. congerie virgarum, cui ſecuris erat adligata, præcedere ſolebant Conſules ac alios magiſtratus, ad terrorem malorum. Sicut nunc Imperatori gladius præfertur, ſupremæ poteſtatis ſymbolum. Bud. in l. proconſulea, ff. de off. procon. Vlp. autor eſt. Proconſules non amplius quam ſex faſcibus vti: quod inſcire Accurſius pro ſex menſibus exponit: quum Proconſulare imperium fuerit annuum, in ſecundumque interdum & tertium prorogaretur. Proconſul autem ſex tantum lictores, i. e. viatores, qui faſces præferebant, non 12. habet; vt meminerit, juſtum Conſulem ſe non eſſe. Obſeruandum, quod faſces ſubmittere dicuntur, qui de jure ſuo concedunt, ac legitimam poteſtatem vltro ad priuatam mediocritatem dimittunt. Vide Bud. in d. l. proconſules. Alciat. in reb. de conſul. & non ſparg. pec. lib. 12. & Eraſm. in Chil. Spieg. Hi quidem faſces virgarum ex betula arbore fiebant teſte Plin. Candida eſt materia, leui virgarum atque eximia tenuitate, in Gallia paſſim naſcitur Sed Plautus in Aſinaria, faſces vlmeos etiam fuiſſe dicit, quibus rei vapularent. Vbi, inquit, ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores, vlmeis affectos lentis virgis. Faſces pro dignitate accipimus. Tullius in Bruto: Et cum tibi ætas noſtra jam cederet, faſceſq; ſubmitteret, dicit ſubmittere faſces, vt ſubmittere principatum, l. digna C. de ll Foreat Necyo. dial. 34. c. 4.

Fasciæ crurales peduleſq; in l. 17. in fin. ff. de auro argento inter ornamenta muliebria ponuntur. Quæ verba recte in Pandectis Florentinis ita ſcripta ſunt, cum male quidam crurales in crinales transformare ſtuduerint. Sed Flurentina lectio probanda & retinenda eſt. Nam veteres crura atque pedes faſciis vincire & obuoluere ſolebant: maximéque, mulieres. Quod M. Tullius his verbis, quę & à Nonio Maſc. relata ſunt quibus Clodium vt muliera rium inſectatur, docet. Tu ait, cum vincirentur pedes faſciis, cum calãticam capiti adcommodabas Et hæ erant pedules faſcię. Nã pedule interprete Cornelio Frontone in libello de Nominum & verborum differentiis dicitur, quod ſub pedibus præſtat vtilitatem. Hoc amplius & crura faſciis veſtiri olim ſolita. Quintil. lib. 1. c. 3 non obſcure ſignificat. & Valer. Maxim. lib. 7. c. 2. qui Pompeium candida faſcia crus obligatum habuiſſe refert. Quin etiam faſciis puellarum ac matronarum pectus tegi papillaſque comprimi, conſueuiſſe Iſidor. lib. 20. c. 32. ſcribit, & innumeri poëtarum loci comprobant, Alc. lib. 1 præt. Briſſ. & Majorag. lib. 3. Miſcel. c. 3.

Fasciis in calciatu vſos eſſe priſcos, indicat Plin. lib. 6. hiſt. nat. c. 2. ſcribens mures arroſiſſe Carboni Imperatori faſcias quib. in calciatu vtebatur: quod dirum fuit oſtenſum. Has eleganti vocabulo Vlp. appellat crurales, & pedules, in l. argumento, in pt. ff. de aur. & arg. leg. ſecundum lectionem antiquam à cruribus ſcilicet, & pedibus veſtiendis. Sed ſi mauis faſcias crinales, vt pleriſq; codices habent, referendæ ſunt ad vittas & crinium tegumenta. Hinc nota ſunt illa verba: Faſciam ſolue, quantum mali ſub illa latet. Ponitur etiam quandoque Faſcia pro nube, in modum faſciæ cœlum percurrente, de qua Iuue. Nil faſcia nigra minatur. Faſciæ etiam dicuntur zonæ, ſiue plagæ Mart. Capell. in lib. de Geomet. Orbis terræ in quinque zonas, ſiue melius faſcias dico, pro rerum diuerſitate diſcernitur. Cotta.

Fascinum, deflectunt à fando, quod profatis verbulis quibuſdam, magico ſuſurramine in hominis caput exſecuto, ſtrigoſum, macerrimum & exſuccum, qua viribus qua pinguitie reddebant, in quem linguam parricidalem intorquebant. Amuletum faſcini crediderunt ex baccare coronam, quod vel Maro in Bucolico ludiero ſignificat, Baccare frõtem cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Seruius interpretatus eſt, malam dici faſcinatoriam, nocendi, ſcilicet ſtudio. Oculus quoque faſcinabat. Verg.

Neſcio quis teneros oculo mihi faſcinat agnos.

In Africa familias quaſdam effaſcinantum Iſigonus & Memphodorus tradunt, quarum laudatione intereunt probata, areſcunt arbores, emoriontur infantes, eſſe & ejuſdem generis in Tribadis & Illyriis adjicit Iſigonus, qui vſu quoque effaſcinent interimantque quos diutius intueantur, iratis præcipue oculis, quod eorum malum facilius ſentire puberes, notabilius eſſe, quod pupillas binas in oculis ſingulis habeant, hujus generis fœminas in Scythia, quæ vocantur Bythiæ, prodit Apollonides, Philarchus & in Ponto Thibiorum genus multoſque alios ejuſdem naturæ, quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem. Faſcinum, quod faſcinationem ab ortis auerruncet, & amoliatur priapus, genitale mutinum vocitamus. Poëta in obſceno carmine: Soles ſacrorum reuinctis pampino caput ruber ſedere cum rubente faſcino Idem prædicabere faſcino pedali: Hor. in Epodo. Illiteracinum minus nerui regent? minoſve languet faſcinum? Porphirio ſic interpretatur: Æque pro virili parte poſuit, quoniam præ faſcinandis rebus hæc membri deformitas apponi ſolet. Scribit Auguſtinus in lib. de ciu. Dei in liberalibus ſuper ſcapum faſcini ploſtello deuecti ſolitam ſedere matronam optimatem eundemque coli, vt faſcinationem auerruncet. Ioan. Bapt. comment. in ep. Sid. Apollin. ad Domitium lib. 2. Adde Turnebum aduerſar. lib. 9. c. 28.

Fasti dies dicuntur, quibus diuina humanáque agere licebat, nam & in eis feriæ inerant: Neſaſti, quos ominoſos antiquitas putabat: quidam ex noſtris Ægyptios, vel Rejectitios nominant. Faſti etiam libri dicuntur: quibus totius anni fit deſcriptio, & cauſæ feſtiuitatum explicantur. Vulgus Calendaria vocat: quo tamen vocabulo libros Debitorum appellant Iuriſconſ. Zaſius in l. 2. ff. de orig. jur. Vide profeſti dies. Spieg.

Fastigium attollere, eſt augere nomen exiſtimationemque gentis ſuæ, vulgus Statum appellat. *Namen und ſtammen erheben* §. vnic. C. de nou. Cod. componend. Prat.

Fatale apud Papin. in l. 3. de fuod. inſtru. accipiendum pro eo quod per fatum, h. e. mortem eſſe deſiit. Vnde impertinenter annotatiuncula gloſ. adjecta eſt, de fatalibus appellationibus ſentiens. Propriè verò, quicquid nobis debetur ex fato, ſiue bonum ſiue malum. Spieg.

Fatale damnum, Vlp. in l. 3. §. ff. naut. caup. appellat quod hominis prudentia præcaueri, ac prouideri non poterat: quale eſt naufragij, latrocinij aut piratarum. Idem l. 2. §. 2. ff. pro ſocio, Damna quæ imprudentibus accidunt, hoc eſt, damna fatalia, ſocij non coguntur præſtare. Sic l. 2. Cod. de condict. furt. l. 5. §. quod vero ff. commod. Hot. Fatum quoque Iuriſconſulti appellant inopinatos caſus, qui præuideri humano conſilio non poſſunt, quaſi rerum ſerie, & ordine inuiolabili contingentes: Itaque mortes ſeruorum ſua natura pereuntium, chaſmata item agrorum fato tribuuntur, l. 18. §. ſciendum, ff. de minorib. Briſſ.

Fatales dies ſecundum Az. in ſum. Cod. de temp. appell. dicitur ſpacium temporis, intra quod appellans debet appellationem perſequi, l. 3. C. de appellat. l. 2. Cod. de temp. appellat. & quidem olim quatuor dies fatales concedebantur, quorum primus erat ſpacium ſex menſium, & hoc ſic appellatum fuit à ſententia clariſſimi viri vel ſpectabilis viri, vel delegati à Principe. Secundi autem dies fatales ſunt ſpacium triginta & vnius dierum. Tertij & quarti ſunt ſimiliter totidem, ſi ſaltem facta fuerit appellatio à delegato, vel ſpectabili, vel clariſſimo viro, prout habetur in l. 2. C. de tempo. appell. Hodie autem ex ordine vnus tantùm Fatalis dies eſt, i. annus vnicus. Sed ſi juſta cauſa interceſſerit, alius annus indulgetur, & ita erit. II. dies Fatalis, quo tránſacto, lite non conteſtata, rata manet ſententia, vt in Authentica. Ei qui appel. in d. tit. de temp. appel. Dicebantur autem Fatales dies, quia in eis fatum, id eſt, terminus cauſæ imponitur, vel mors accidit cauſæ, & vide leg. 2. C. vbi Senat. vel. clariſſ. Old.

In Fata ſua decedere, In fata collabi munus implere, id eſt, mori, l. 7. § 2. C. de præſcript. 30 vel 40. ann. l. 9. C. de pact. conuent l. 6. C. de collat. Sic fatalis ſors interceſſit, i. mortuus eſt. in l. 18 in fin. C. de nupt.

Fatalitas in l. 1. C. de jur. emphy. pro fortuito caſu. Prat.

Fataliter quid fieri, pro diuinæ voluntatis præſtituta ſerie accidere, pulchrè interpretatus eſt Alciatus ſuper his Vlpiani verbis: Denique id quod fataliter acceſſit, matri damnum injungere debet, in leg. quæreret aliquis, de verb. ſign. & apud Paul. lib. 3 ſent. tit. 7. Plane in Pandectis Piſanis, contra quam in cæteris factum ſcribitur, in l. 21. ff. de euict. & quod haud ſcio an æquè rectum ſit. in l. 86 de rei vind. Briſſ.

Fatidici à fato & dico, vt dicuntur: ita à fando quoque Vates appellati ſunt quaſi Fates. Nam vtrique decreta Deorum exponebant, quæ rurſus ſacerdotes enarrare conſueuerunt craſſius, vt rectè intelligerentur, pro re nata, cùm Senatus faciendum aliquid aut intermittendum decreuiſſet. Oldend. Prat.

Fato facere. Vlp. in l. 2. de condit. & demonſtr. in fi. Nam ſi fato fecerit non videtur obtemperaſſe voluntati. Nimirum pro eo quod caſu, ſiue ſuo quis ortu facit, inſciens alienæ vel voluntatis, vel conditionis, quæ illi alioqui vtiliter ſi ſciuiſſet, implenda erat. Sic Cic. 2. in Verrem: Nam hoc Verrem dicere aiebant, ſe non fato, vt cæteros ex veſtra familia, ſed opera tua Conſulem factum. Spieg.

Fatum diuinationis genus eſt, c. non obſeruetis, 27. quæſt. ſi. Pr.

Fatum Græcis εἱμαρμένη à fando dictum vult Varro lib. 5. de ling. Latin. ab eo ſcilicet tempore, quod Parcæ pueris conſtituant fando Prat.

Fatum, pro caſu calamitatis. Modeſtin. Alterum fati infelicitas excuſ. l. infans, ad leg. Corn. de ſicariis.

Fatuitas, pro ſimplicitate, ac animi puritate vſurpatur à Canoniſtis, c. penult. extr. quod metus cauſ. à Iuriſconſ. vero pro imprudentia. Cic. lib. 11. ad Atticum: Ego hujus miſerrima fatuitate conflictor. Prat.

Fatuos inſulſos interpretatur Donat. in Eunuch. Terentiana, Seruio 7. Æneid. inconſiderate loquentes, à Fatua Fauni vxore, quæ hoc nomen à fando, i. e. vaticinando ſortita eſt, quemadmodum & Iſidorus, lib. 10. Etym. probat. quod & Iuſtinus lib. 43. tradidit. Fauno, ait, fuit vxor nomine Fatua, quæ adſidue diuino ſpiritu impleta velut per furorem futura præmonebat: vnde adhuc qui inſpirati ſolent, fatuari dicuntur. Fatuos igitur commotioris animi homines in libris noſtris interpretabimur, qui tales ſint, vt merito eis curator conſtituatur, l. 2. ff. de poſtu. & l. 2. de reb. auctoritate judicis. Briſſ.

Fatuum, Caius l. 2. de poſtul. non pro mente capto, vt ſentit Interpres, ſed pro ſimplici, h. e. inepto & parum idoneo ad res adminiſtrandas vſurpat. Tractum autem eſt nomen à ſapore ciborum, qui cum non ſapiunt, fatui dicuntur. Quidam ab inſulſo diſtinguunt, vt illud ſit verbis & dictis, hoc corde & animo inſipientem eſſe. Prat. Sic Impp. Carol. Ludouici Germanici regis F. Simplex dictus, & quod rebus ſuis, publicisque ſupereſſe non poſſet, abrogato Imperio, ei juxta Caij ſententiam, datus eſt curator. Carolomanni Baioariæ & Italiæ Reges F. nomine Arnolphus, nobili exemplo fratris filius patruo. Spieg.

Fauere, eſt bene precari alicui, ſiue alicujus commodum & laudem tueri. Vlpianus: Quod enim bonum eſt eis fauere, vt partem faciant, nihil habituri, l. ſi poſt mortem, §. liberi. de bon. poſſ. cont. tab. Sic Terent. Eunuch. 5. 3. Bene ædepol narras: nam illi faueo virgini. Prat. Parenti in eo fauetur. Fauendum eſt libertati, rationibus pupilli. Briſſ. ex ll. ff.

Fauere linguis. Hoc verbum (inquit Eraſmus) non vt plerique exiſtimant, à fauore trahitur: ſed imperatur ſilentium, vt rite peragi ſacrum poſſit, nulla voce mala obſtrepente.

Fauere autem linguis non tantum eſt tacere, quod & olim paſcere linguam dicebatur, verum etiam fauſta loqui, id eſt, εὐφημεῖν, vt annotauit Turneb. lib. aduerſ. 5. c. 9.

Fauere naturali æquitati l. 1. in princ. ff. de conſtit. pecu.

Fauia lex, Fabia dicenda eſt, vbicunque in ff. C. & Inſtit. reperies Hinc Fabiana actio. Fabiana formula: vide ſup. Fabiana. Prat.

Faui quos apes faciunt, §. apium quoque 16. Inſtit. de rer. diuiſ. Briſſ. ex ff.

Fauorabilis non eſt, vt vulgo putant, fauore dignum, ſed quod plenum fauoris apud omnes eſt. Interdum etiam, à quo fauorem accipimus, ſignificat. Sic Interpretibus priori ratione dictæ fauorabiles cauſæ, quæ propemodum hæ ſunt: Cauſa teſtamenti, matrimonij, dotis, legitimationis, liberalitatis, l. 122. ff de diuerſ. reg. jur. reorum, l. 125 ff. eod. fiſci, pupilli, eccleſiæ, item viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, quæ numerantur inf. Spieg.

Fauorabilis. Oppon. infauorabilis, l. dotem dedit. ff. de collat. bonor. Old.

Fauorabilis judex. Irrobotauit, ait Beroaldus, conſuetudo corrupta, vt fauorabilem eum vulgo appellarent, qui fauorem præbet & opitulatur, cum è contrario ab his qui pure & Latine loquuntur, fauorabilis dicatur is, qui gratioſus eſt, & impetrabilis, ac fauoris plenus apud cunctos mortales. Spieg.

Fauorabiliores rei potius, quã actores habentur l 125. ff. de diuerſ. reg. jur. quod in dubio Accurſius accipit. & hoc probare mihi viſus eſt Accurſius & in pari cauſa turpitudinis, & in dilationibus Petrus Faber. V. C. in d. l. 125. hoc accipi non ex mero ſtrictoque jure, ſed ex bono, & æquo, humanitate quadam miſericordia, fauore, benignitate, & vt Ariſtides loquitur in Panathenaico [Greek, illegible]. Prat.

Fauorabiliter reſcribere, apud Marcianum in l. diuus Pius, de manum. teſtam. Paul. in fin. l. pupillus, de adquir. vel amitt. hæred. Hoc enim, inquit, fauorabiliter ei præſtitum. Spieg.

Fauor conſtitutionis, populi, religionis, vectigalis, nuptiarum, dotium, populi, publicæ vtilitatis, id contingit, conſtitutum, introductum receptum eſt Briſſ. ex ff. & C.

Fauoris quoties mentionem facit lex, non oportet accipere vagum aliquem atque procliuem hominis affectum qui ſæpe ſolet errare in delectu honeſti: ſed intelligenda eſt vtilitas quædam adeo conjuncta juſtitiæ, vt ſaunt nihil aliud cenſeri poſſit, quam ipſum jus. Siquidem jus à cauſa finali inſpectum nihil aliud eſt, niſi honeſtæ vtilitatis diſpenſatio, ad tranſigendam hanc vitam ciuiliter ſecundum voluntatem Dei. Vtilitas iuitus

tas rurſus fauorem in ſe complectitur. Nam fauere, eſt commodum, ſeu vtilitatem alicujus tueri ex animo. Idque grauiſſime tradit Vlp. in l. 1. §. 2. ff. de juſtit. & jur. Sunt enim, inquit, quædam publice vtilia, quædam priuatim: ac ſi diceret, Cum duplex ſit honeſta vtilitas in hominum ſocietate conſequitur duplex eſſe jus eam diſpenſans. Old. Prat.

FAVORI quiſque ſuo renuntiare poteſt, l. ſi quis in conſcribendo. C. de Epiſc. & Cleric. leg. pen. C. de pactis, l. poteſt. ff. ad leg. Falcid. c. 1. ex de judic.

FAVSTINÆ Auguſtæ Papi. meminit in l. quod principi de leg. 2.

FAVSTINVS: vide l. Statius Florus, 48. in pr. ff. de jur. fiſc. l. ſciendum 4. in pr. ff. de legat.

FAVTOR appellationis, tardus, vide l. 3 in fin. Cod. de tempor. & repar. appellat. Fauores æquitatis l. 8 C de pact.

FAX accuſationis, i. e. autor & incitamentum, & vt Nonius loquitur, ſuſcitabulum. Catanæus comment. 4 Epiſt. cui initium eſt, Cauſam per hos dies: exponit, facem, pro vehementi cauſa Spieg.

F E

FEBRICVLAM leuem, quam medici Ephemeram, id eſt, Diariam nominant, juſtum impedimentum præbere, noſtri negant: tametſi Cicero cenſuit, aſſiduam febriculam, quæ & nimio labore euenit, eſſe ſatis moleſtam. Spieg.

FEBRICVLA lenis, quantulalibet. Briſſ. ex tit. de ædilit. edict.

FEBRIS. Seruius Febrem à feruore dici ait: Iulia. in l. quæſitum, de re jud. definit, febrem eſſe motum corporis contra naturam. Sed eam definitionem Medici non probant, quod omni morbo conueniat. At IC. per antonomaſiam definiſſe videtur: quod major, impetuoſior, & feruentior ſit motus febrium, quam in aliis morbis. Itaque ejus definitio eſt legalis, id eſt, vt Zaſius docuit, theorica. Vide eum d. l. enarrantem. Spieg.

FEBRIS tertiana, ſontici morbi nomine contineri, hoc eſt, annumerari poteſt inter eos morbos, qui cadunt ſub juſti impedimenti rationem, l. qui tertiana, de ædil edict. vbi IC. dicit, non inter ſanos cenſeri, qui tertiana laborant. Hoc quartanæ non tribuitur, quæ excuſatorem requirit. vt in dict. l. quæſitum. Batt. tradit. Spieg.

FEBRIVM differentiæ & genera tria præcipua ſunt: Aut enim accidit nimius calor in ſpiritibus, aut in humorib. putreſcentibus: aut in ſolidis humani corporis partib. Prior febris ἐφήμερος: Secunda putrida: Tertia hectica, vide Fuſch. 3. Inſt. 10. Goth. ad l. quæſitum, 60. ibi: & febrium differentiam, ff. de re jud. Leuiſſima FEBRIS corruptus, d. l. 60.

FEBRVARIÆ Calendæ. Briſſ. ex ff.

FECEM ciuitatis eleganter adpellat Cicero, aduentitiam illam otioſorum hominum multitudinem, vt quæ nulli proſit, multos autem oneret. Old.

FECI quia prætor vel judex juſſit: hæc excuſatio quamvis generalis, modo probata ſit, adeo ſufficit, vt ſi fuerit replicatum, Injuſtè juſſit, rectè duplicabitur, Non fuit meum velut priuati hominis hoc diſputare, ſufficit mihi eſſe juſſum, l. mulier. ff de lege commiſſor. Obſeruandum tamen hic ſufficere juſſum judicis ad excuſationem doli, & ad euitandum damnum etiamſi injuſtus ſit, non autem ad lucrum, ne in hoc fallaris, Spieg.

FECIALES Græcis ϛονδάρχαι, & εἰρηνοποιοὶ, vel εἰρηνοδίκαι appellati ſunt vt vult Feſtus ſacri ſacerdotes, pacis vel belli autores: à feriendo dicti, quod belli, pacisque faciendæ apud eos jus erat. Nonius: Feciales apud veteres Romanos erant, qui ſancta legatorum officia, ab his qui aduerſus Pop. Rom. aut rapinis, aut injuriis hoſtili mente commouerant pignora facto fœdere jure repetebant: nec bella indicebant, quę tamen pia vocabant, priuſquam fuiſſet quid fecialibus denuntiatum. Hi à Numa primum inſtituti ſunt, è nobiliſſimis familiis delecti, qui eo munere per omne vitæ tempus fungerentur. Dion. lib. 2. eorum procurationē ſeptem in partes deſcribit. I. Vt viderent ne popul. Rom. vlli fœderatæ ciuitati bellum inferret. II. Vt ab exteris nationibus res injuria ademptas, repeterent. III. Vt poſtulata facere recuſantib. bellum indicerent. IV. De injuria contra fœdus illata cognoſcerent, & qui noxam nocuiſſet, dederent. V. De legatorum injuriis cognoſcerent, & vt fœderum conditiones ſeruarentur, viderent. VI. Pacem facerent: eam quæ minus recte facta eſſet, reſcinderent. VII. De eo quod Imperator cōtra juſiurandum feciſſet, cognoſcerent, Varro de vita pop. Rom. Itaque bella & tarde & nulla licentia ſuſcipiebant: quod bellum, nullum niſi pium, putabant geri oportere: & prius quam indicerent bellum iis, à quibus injurias factas ſciebant, Feciales legatos repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. Si cujus legati violati eſſent, qui id feciſſent, quamvis nobiles eſſent, vt dederentur ciuitati ſtatuerunt: Fecialeſque 20 qui de his rebus cognoſcerent, judicarent & ſtatuerent, conſtituerunt. Hoto. Prat. Dionyſius eos dici Græce putat εἰρηνοδίκας, ſumpto ab Equicolis exemplo, apud quos, vt Valerius ſcribit, primus Sextor Reſius jus Feciale inſtituit. Meminit eorundem Varro lib. 3. Sextus Pompeius, Feciales, inquit, à faciendo ſunt dicti, apud hos enim belli paciſque faciendæ jus eſt. Munera eorum præcipua deſcribit Cic. lib. 2. de ll. Quod eorum fuerit, ambigit Turn. in annotationibus ſuis ad dictum Ciceronis locum. Fuiſſe autem eorum collegium, ex Liuio cognoſci poteſt, qui lib. 36. ſcribit: Conſul inde M. Acilius ex SC. ad collegium Fecialium retulit, ipſi ne vtique regi Antiocho bellum indiceretur. Porro vnus horum Fecialium pater patratus dicebatur, cujus munus erat, cùm pax aut fœdus facienda eſſent, verba facere.

FECISSE dolo malo, qualiter, quis dicatur, exponitur IC. in l. 2. §. 1. de eo per quem fact. fuer. l. rectiſſime, de libr. cauſ. l. 1. §. feciſſe, de hær. vel act. vend.

FECISSE fideliter. Calliſtrato videtur, qui cum portionem retinere potuiſſet, totum reſtituit, leg. libertatem. Quæ in fraud. credit. Spieg.

FELICES arbores, Cato dixit, quæ fructum ferunt: infelices, quæ non ferunt, Plin. auctor eſt, infelices exiſtimari, damnataſque religione, quæ neque ſeruntur vnquam, neque fructum ferunt, At Veranius de verbis Pontificalibus. Felices (inquit) arbores putantur quercus, æſculus, ilex, ſapinus, fagus, corylus, ſorbus, ficus alba pyrus, malus, vitis, prunus. De quo latius Cælius lib. 10 c. 7 lectio. antiq. Brod. lib 4 Miſcel. c 6 Sic Turneb. lib. 4 c. 3 Infelicem arborem intelligit ſtipitem & furcam, de qua ſontes ſuſpenduntur. Neque enim vlla arbor, aut vllum lignum infelicius eſt. Et ita iſtud Liuianum intelligendum: I. lictor, colliga manus, infelici arbori ſuſpendito.

FELICES dici diuites, Alcia. autor eſt, non abſimili ratione, qua Beati dicuntur diuites. Sunt tamen qui felicem minus eſſe velint, quàm beatum. Spieg.

FELINVS, Iuriſconſultus nobilis, Ferrariæ natus, jus ciuili tum in patria tum etiam Piſis complures annos magna auditorum celebritate docuit: monumentiſque ingenii ſui compluribus relictis, circiter annum 1500 vita exceſſit Hotom Prat.

FELONIA vox Feudiſtarum: Hæc nec expreſſo pacto remitti poteſt: quod Vaſallus eo ad delinquendum inuitaretur, contra l. conuenire, ff de pact. dot. cum vulg. Vide Bald. in l. 1 de rerum diuiſ. & Zaſium de feudi priuatione, parte 10. Spieg. Vide ſupr. FALLONIA.

FELONIAM contra dominum exercere, feudum amittere, idem quod Latini dicunt, prædium committere, vt in tit. de publ. & vectigal.

FELONIA, non præcisè contumaciam vaſalli in dominum, hujuſve in vaſallum perfidiam ſignificat: verum quodvis capitale facinus, lib feud. 2. tit. 54. §. domino 25. Domino committente feloniam (vt ita dicam) proprietas feudi ad vaſallum pertinet, ſiue peccauerit in vaſallum, ſiue in alium. Et rurſus tit. 37. & tit. 47. Si fratrem interfecerit, vel aliam feloniam commiſerit. Denique Felonia Gothis & Longobardis dicitur, quod Germania hodie *ein Schelmerey oder ſchelmenſtuck*. Latinis ſcelus. Contumaciam & rebellionem inferioris erga ſuperiorem non ſignificat. Domino enim æquè in vaſallum, vt hinc in illum, tribuitur, d. lib. 2. tit. 26. § domino. Feloniam autem quidam deriuant à Græco φήλωμα, vel φηλοῦν, id eſt, fraus, deceptio, impoſtura. Prat. Vide ſupr. Fallonia.

FENERATA pecunia, §. cæterum, Inſtit. quod cum eo eſt ex qua quis fenus exigit: vel quæ in nominibus conſiſtit, & quam quis quibuſdam mutuam dedit, Prat.

FENEBRIS pecunia quæ ſit, vide C. de naut. fenor. Intelligitur autem ea, quæ eſt ſub vſuris credita. vt ICtus loquitur l. 48. §. Quint. Mut. Scæuol. ff. mandat. Fenus dictum eſt, inquit Varro li 3 de lin. Lat. à fetu & quaſi fetura quadam pecuniæ parientis atq; increſcentis: & idcirco M. Cato & cæteri ætatis ejus ſcriptores ſiue o litera pronunciarunt ſicuti fetus ipſe & fecunditas appellata. Græci eadem ratione Τόκον appellant, ἀπὸ τοῦ τίκτειν, quod eſt parere. Alij malūt (vt ſcribit Valla li. 4.) à fundo deduci, hac maxime ratione nitentes, prouentum eſſe à naturali terræ fructu, poſtea verò ad vſuram tranſlatum, nō aliter, ac ſi pecunia ex ſe fructum, ſicut terra, producat. Eraſmus in prouerbio, A mortuo tributum petere. Fenus deductum exiſtimat ἀπὸ τοῦ φύειν, quod eſt ferre: ſcil. quod veteres non vterentur hac voce niſi in terræ prouentu. Eſt igitur propriè fenus lucrum quod ex conuentione accedit ad ſortem mutuo acceptam. Atque differt ab vſura, quæ propriè eſt, cùm ad alium contractum accedit præter ſortem aliquid officio judicis, non lucri cauſa, ſed ne in damno verſetur creditor propter moram debitoris. Prat. Fenebris, à fetu dicta quod crediti numi alios pariant, vt apud Græcos eadem res τόκος dicitur Feſtus. Hut.

FENERARI pecuniam dicimur, quum eam ita collocamus, vt quaſi a re fecunda, ita ab ea aliquam inſuper pecuniam quaſi fetum ejus exigamus Hoto. Hinc intelligi initio poteſt, fœnoris nomine nos intelligere, propriè ac ſpeciatim nomine accepto, lucrum illud, quod quis captat ex nuda pecunia, velut cum Menſarij pecuniam mutuo dant, non vt accipienti commodent, ſed vt inde lucrum aucupentur, ex quo etiam illorum quæſtus Latinè fœnus dicitur. Deinde quæ inter fœnus & vſuram differentia ſit: Nam primo vſuram pro vſus precio & æſtimatione vulgo accipimus, Quia qui vſuram petit, ipſum quodammodo vſum petere videtur, quippe qui ejus

remanſit, cum autem vſum ejus repetere non poſſit, vtpote conſumptum, ejus petit æſtimationem ac pretium, vt exemplum extat in l.vlt.ff.de petit.& com.rei vend.l.Iulianus,§.ex vendito, ff.de act. empt. At in fœnore contrarium eſt: quia is qui fœnerat, vſum dat neceſſario, ideoque eum petere non poteſt, ſed ex ipſis nummum corporib. lucrum captat. II. Fœnus non niſi in mutuo intelligitur, vſura vero pro qualibet acceſſione, ex quacunque cauſa etiam legitima vtputa venditionis, traditionis, & ſimilibus, vt d.l.Iulianus §.ex vendito.l.curabit. l.fructus C.eod l.ſecunda,C.de vſuris, vel etiam dotis, l.cum poſt.§.vſuras ff de jure dot. vel propter moram in bonæ fidei judiciis, legatis & fideicommiſſis, l.qui ſolidum, de legat. 2.l. mora.de vſuris. III. Eaque ſumma differentia eſt, quod Vſura de damno vitando tantum, fœnus verò de lucro captando contendit; & eo quæſtu, quem quis curat & occupatur ex ſola pecunia: veluti cum quis ob ſuam cauſam & lucrum quod ex pecunia captat, mutuum dat. Hoc enim non officium eſt mutuationis, ſed mera fœneratio, vt Cic.2.de finib. docet: atque conſentit cum his, quæ tradidit Paulus d.l. cùm quidam, &c. Sed vſura etiam pleriunque pro fœnore vſurpatur, ac nomen generale obtinet. Cujus quidem generis, quoniam certa aliqua ſpecies eſt, quæ nunquam cum ſuo genere confunditur, & fœnus appellatur: aliqua quoque ejus à generis nomine exprimitur, quam videlicet vſuram nominamus.

FENERATIO eſt occupatio pecuniæ, ad quæſtum aliquem ex nummis creditis, ſine vllo creditoris vel impendio, vel labore, vel periculo exigendum inſtituta: quæ ob eam cauſam à Platone, Ariſtotele, cæteriſque magnis viris damnata eſt, quia fructus quæritur ex re quæ natura ſua ſterilis eſt, neque.n. nummi ſua ſponte & ſine hominis induſtria fructum ferunt. Præterea Iuris ciuilis axioma eſt, non alteri cuiquam rem quæſtui eſſe debere, quam cujus periculo eſt, l ſi is qui, 13.§ 1.ff. commod. Credita autem pecunia non feneratoris, ſed ſolius debitoris periculo eſt. Inter vſuram autem propriè & ſpeciatim ſumptam & fœnerationem hoc intereſt, quod illa non ad quæſtum faciendum, ſed ad id quod intereſt compenſandum inſtituta eſt, quoniam vt Paulus ſcribit, vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur, leg. cum quidam §. ſi pupillo, ff. de vſur. At fœneratio ad lucrum ex nudis nummorum corporibus ſine vllo labore & periculo faciendum excogitata eſt. Hot. Prat.

FENERATITIA res quæ data eſt fenori, aut accepta, aut ad fenus pertineat. Spieg.

FENERATOR, ſicut M. Varro in lib.3.de Sermon Latino ſcripſit, à fenore eſt nominatus, v.Gellium lib.16 c.12. Hotom.

FENESTRÆ luciferæ & proſpectiuæ, quæ ſint, vide l.13.§.1. & ibi Goth. C.de ædific. priuat.

FENESTRAM facere in pariete, in ædificia aliena imponere, perfixam habere vel obſtruere. Briſſ. ex ff.

FENESTRAS immittere in parietem rectè dicimus & vſitate, vt tignum immittere: neque nouus eſt hic loquendi modus. At lumen immitti cur dicatur non tam facile eſt diuinare, cum feneſtris lumen accipiamus potius quàm immittamus, imo vero nullo modo immittimus. Paulus autem lumen pro feneſtra ipſa quæ lumen immittit, accipit. Vt ſeruitus luminis immittendi ſit jus immittendæ feneſtræ qua lumen accipiatur &c. Connan. lib.4.c 10.nu.13.

Per FENESTRAM monſtrare, vide l.9.ff.in quib.cauſ pign.

FENVS appellatur naturalis terræ fœtus ob quam cauſam & nummorum fœtus, fenus eſt vocatum, & de ea re leges fenebres. Feſtus. Hotom.

FENVS nauticum eſt, quod pro pecunia trajectitia, i. quæ trans mare creditoris periculo deportatur, ſoluitur, vt patet ex tit. de naut.fen.lib.Pandect.2. Vnde etiam maritima vſura nominatur in l.6.eod.tit. vnde Nautica pecunia. Hot Prat.

FERA natura, pro ferina, hoc eſt, quæ ferarum ritu vel fit, vel ſe habet, l.naturalem, §.apium, ff de acquir.rer.do.§. Apium quoque 16.& ſeq. Inſtit.de Rerum diuiſ. Spieg.

FERÆ beſtiæ dictæ, quo pro naturali deſiderio ferantur. Inſt §. feræ igitur beſtiæ, de rer.diuiſ Spieg.

FERÆ dicuntur in jure noſtro, non præcisè, quæ natura feroces ſunt: quales ſunt vrſi, leones, pantheræ quæ propriè Beſtiæ appellantur, l.1.§ beſtias ff.de poſtul.& l.2.ff. ad l.Aquil. ſed generaliter omnes quibus immenſa atque infinita liberè vagandi vis à natura inſita eſt, quæque in ſua libertate & natura agreſtis manent nondum vllius dominio aſſuetæ, vt piſces & volucres pene omnes, apri, lepores, damæ, cerui: quorum feram eſſe naturam nemo negat: inquit Caiusin leg. 5. ff. de acquiren.rer.domin.l.3.§ item feras, de acquirend.poſſ. Itaque apes, pauones, columbæque agreſtes Feræ appellantur, d.l.5.de acquiren. rer. dom. Generaliter autem Feris manſuetæ opponuntur, quibus ſcilicet illa liberè & infinitè vagandi vis inſita non eſt: quales ſunt quæ gregatim paſcuntur: vt oues, capræ, boues, equi, muli, aſini dict. l. ſecunda ad leg. Aquil. item gallinæ, anſereſve cohortales, leg. 5. de acquiren. rer. domin. Hotom. Vide latius Connan. lib. 3. cap. 3. num. 2. Camelorum quoque fera natura eſt licet jumentorum vicem præſtent, l.2. ff. ad leg. Aquil. Briſ. Elephantorum etiam fera natura eſt. Briſ.

FERAS exercere. Venari. Briſſ. ex ff.

FERALES anguſtiæ, in C.Th. Briſſ.

FERALIS peſtis quæ dicatur Conſtantin. l. 6. C. de maleſic. non conſtat, Feſtus auctor eſt, feralia diis manibus ſacrata feſta, à ferendis epulis, vel à feriendis pecudibus eſſe appellata. Scribit etiam Varro Feralia ab inferis & ferendo eſſe appellata, quod ferant tunc epulas ad ſepulchrum, quibus jus eſt ibi parentare. Indeque officium quod mortuis impenditur, ferale dici, teſtis eſt Apuleius, de aſino libr. 1. Vos, inquit, perſolutis feralibus officiis luctu & mœrore deformata. Hinc etiam cineres exuſti cadaueris, & vrnas, in quib. cineres recondebantur, ferales appellatas eſſe, Tacitus tradidit: Sic enim Annalium lib. 2. ſcribit. Tunc ferales reliquias ſinu ferret, incerta vltionis, anxia ſui. Et li.3. Poſtquam duobus liberis feralem vrnam tenens egreſſa naui defixit oculos. Habitum illum, quo deos deaſve manes apparere perſuaſum erat, etiam feralem veſtem veteres appellaſſe, ex eodem Tacito conſtat, qui ſic lib.11. ſcribit. In modum furiarum, veſte ferali, crinibus dejectis faces præferebant. Eoque ſenſu feralem peſtem hoc in loco accepiſſe Conſtantinum eſt veriſimile. Voluit enim maleficos diis manibus conſecrari. Sed quomodo? Sic nimirum, vt ejuſmodi peſtis, ſiue interitus eos abſumat, cujuſmodi feraliorum tempore pecudes & in officiis feralibus, cadauera mortuorum, cum in ignem poſita ſunt, abſumuntur. Indeque pœna maleficorum dicta feralis peſtis, eo modo vides poteſt, quo feralem vrnam reliquias, veſteſque ferales, & ferale denique officium eſſe appellatum docuimus. Et ſic quidem nihil aliud voluiſſe viſus eſt Conſtantinus, quam maleficos igne conſumendos eſſe. Et quia de iis manibus, quibus feralia ſacrabantur accitis arte magica locutus fuerat, Conſtantinus, idcirco ferali peſte potius quam igne dixit hujuſmodi homines abſumendos eſſe. Nimirum vt his verbis malefici iiſdem diis conſecrari intelligerentur, quos artibus ſuis euocantes ſæpius, vt erat opinio inquietauerant. Peſtis igitur feralis, illa dici hoc loco interitus debet, quo quis diis manibus conſecratur; ſicut officium ferale dicitur, quod iiſdem diis exhibetur, cum homini mortuo juſta fiunt. Quamvis interim non ignorem, de ſupremo quovis ſupplicio interdum etiam peſtem feralem accipi poſſe. Certe quia ſic Octauio ſcribit M. Minutius Felix: Et hominem ſummo ſupplicio pro facinore punitum, & crucis ligna feralia, eorum cæremonias fabulatur. Pro morte autem ſiue interitu peſtem veteres poſuiſſe non ignorat, qui peſtiferum fulgur Feſtum obſeruauit definiiſſe. quo mors exiliumve ſignificari ſolent. Cic. quoque perniciem, ſiue interitum reipub. frequenter peſtem appellat. Rævar. Variorum lib. 5. c. 3.

FERVM eſt (inquit Varro) quod à cicure diſcretum eſt, quodque naturali ſuo impetu fertur & ſuit, nullo hominum commercio manſuefactum, vel imperio domitum &c. Balduin. tit. de rer.diuiſ.& acquir.

FERCVLVM, vas ad ferendum obſonium, vel pulmentarium ex Plin lib 22. Baiſius in l.vxori.ff.de aur. & arg. F. Marius lib. 2. c.3. ſcribit ferculorũ nomine ſimpliciter dapes ſignificari. Pra.

FERE nota eſt modeſte loquendi, qua I C. frequenter vtuntur, quia omnis definitio in jure periculoſa eſt, l.1 de reg jur. Prat.

FERE idem quod pleruque, & pene ſemper, leg. ſeruitutum de reg. jur. l. ſi cum fundum §. fere. de contrah. empt. l. via, & ibi Cuiaſ ff. de ſeruit.

FERE, id eſt, propemodum, parum abeſt §. mortis cauſa, 2. Ibi per omnis fere Inſtit. de Donat. Briſſ.

FERE Theophilus putat hanc voculam ocioſam eſſe & ſuperfluam, inquit enim fere, δὲ ἔνι τι ψιλὸν, παρέλκον, &c. Balduin. eod. tit.

FERIA. Apud antiquos multa erant feriarum genera, vt videre eſt apud Macrob. lib. Saturn. 1. cap. 16. Bud. in annot. ad Pand. & ad ſocietatem apud Riuallium, lib. 2 de hiſt jur. Ciuil. Generaliter autem feria eſt dies ceſſationis, & ab operis & à forenſibus negotiis, excepta neceſſitate. Vnde & feria dictus feſtiuus dies, quo nihil eſſe quicquam agendum, curandumque, ſed diuinis tantum rebus vacandum, etiam Plut. in Problem. ſcribit. Dicta feria à ferendis victimis, non vero, neque à fando neque à foro, quod voluerunt, neſcio qui noſtri juris interpretes ne dicam corruptores. Neque tamen me latet, ferias forenſibus negotiis immunitatem præſtare, leg. diuos, ff. de feriis. Secundum igitur primam deductionis opinionem propriè ipſi ſoli feſtiui dies feriæ dicuntur, in quibus nimirum ſacrificia fieri ſolent. Verum, quia qualibet die ceſſare debemus à vitiis inde eſt, vt arbitror, quod qualibet dies appellata eſt antiquis feria, vt dies Solis prima feria, dies Lunæ ſecunda, Martia tertia, Mercurij quarta, & ſic deinceps. De feriarum autem atque feſtorum obſeruatione extat præclara (ſi ſeruaretur) Imp. Leonis & Anthemij conſtitutio in l. vlt. Cod. eod. tit. Itaque extra controuerſiam eſt partium conſenſum nihil poſſe in dies, ſiue ferias, D. opt. Max. dicatas. Qua de re latius

diſſert

Digitized by Google

differit Bar in l.1.§.1.ff. eod. Veruntamen cum facillime & in hoc ſummi numinis ſperetur venia, per quod multorũ ſalus, & incolumitas ſperatur, l. prouinc. C.d.tit. eadem conſtitutione ſancitum eſt, latrones, raptores, homicidas, Iſauros, & quos choſiarios vocant, & in quadrageſima, & qualicunque tempore Paſchalium dierum examinari, & quæſtionib. ſubiici. Quæ lex Prouinciarum derogat l. Quadraginta. eod. tit. Vbi Impp. Valent. Valens & Gratianus inhibent tempore quadrageſimæ, omnem cognitionem criminalium quæſtionum. Ita communis ſalus, & incolumitas procuranda eſt, vt quanquam primo dierum Paſchalium omnes captiui è cuſtodia dimittuntur, etiam ſi principalis iuſſio non præceſſerit, nullus tamen horum, quos annumerauimus, liber ſit eo die, atque immunitate gaudet, vt nec ſacrilegus, nec adulter, raptor virginum, ſepulchrorum effoſſor, maleficus, veneficus, parricida, violator monetæ & qui ex lege Iulia maieſtatis contra principem, vel rempublicam, tenetur l. nemo deinceps, C. de epiſc. audien. Ratio autem eſt illic, quod ab huiuſmodi ſceleratis hominibus, ſi dimittantur, contaminari potius, quam obſeruari gaudia, lætitiamque communem animaduertimus. Nec obſtat iis quæ diximus, l. omnes iudices, C. eod. eximens omnes agricolas ab obſeruatione feriarum, dierum dominicorum, reliquorumq; feſtorum. Nam neceſſitatis duntaxat tempore, huiuſmodi exceptionem indultam eſſe ipſis agricolis, intelligendum eſt. Quod declarat ratio ibidem ab Imperatore adiecta. Rori tamen poſiti (ait) agrorũ culturæ libere licenterq; inſeruiant, quoniam frequenter euenit, vt non aptius alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſcrobib. mandentur, ne occaſione momenti pereat commoditas cœleſti prouiſione conceſſa. Preterea tali lege derogat Nouella Cæſaris Leonis, quæ etiam agricolas à laboribus ruſticis ceſſare debere præcipit. Quod quam recte præceptum ſit, non modo ex lege diuina apparet, ſed & leges. Tab. cuius ea ſunt verba, Feriis iurgia amouento. Eaſque in famulis (operib. patratis) habento. Etiam ne feſtis diebus opus fieri debeat, ſic Tibull poſt hanc legem admonet:

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
Et graue, ſuſpenſo vomere, ceſſet opus.
Soluite vincla iugis, nunc ad præſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite.
Omnia ſunt temerata Deo, non audeat vlla
Laniſicum penſis impoſuiſſe manum.

Si quis autem aliquid actitaſſet, ad vrgentem vitæ neceſſitatem reſpiciens, veluti ſi paterfamilias bouem, qui in ſpecus decidiſſet, adhibitis operis liberaſſet, aut tecti fractam trabem ab imminenti ruina fulciendo vindicaſſet, ferias non videtur polluiſſe. Nam & Vlp. in l. 1 §. ſed excipiuntur, & duab. ll. ſequ. ff. eod. tit. tractat multas id genus ſpecies, quarum quidem vrgens neceſſitas non habet ferias (vt dici ſolet) ſicut nec pietatis exercitium feriis impeditur. Scite ergo Sceuola interrogatus, quidnam feriis agi liceret, quod noceret (inquit) prætermiſſum. Sic Romanus Pontifex non vult in c. 5. & vlt. eod. tit. legati neceſſitatem, & pietatem. Qua in re Iudæi, quum plane cæci eſſent, à Chriſto reprehenduntur Luc. 13. & 14 c. Pudet autem me referre (dum noſtros Chriſtianos cõſero Romanis olim religioſis) quibus deliciis, & voluptatum ineptiis, dies hodie feſtos tranſigamus. Magna proculdubio fuit Romanorum religio, vt feriis iurgia amouerent, & diuinis operis darent. Nunc vero ſtudium eſt, eaq; religio, vt dies feſtos altiſſ. maieſtati dedicatos fœdis voluptatibus tradant, omnibus exactionum vexationibus prophanent, tragœdias & iurgia his addant, litigent, pacta illicita contrahant, negotiationes exerceant maximopere turpes, & breuiter omne ſcelus eo potiſſimum die patrent. Sed quid inter ſurdos fruſtra canimus. Anc.

FerIæ ſunt quædam in honorem Dei conſtitutæ, quædam vero hominum vtilitati tribuuntur. Diuinæ maieſtati dedicatæ erant, dies Dominica, dies Paſchalis, dies natalis Domini, & Epiphaniæ: præterea ſeptem dies qui præcedunt, & ſeptem qui ſequuntur: item dies ſanctorum Apoſtolorum. Et hiſce diebus, quicquid nolentibus aut inuitis litigatoribus factum eſſet apud iudices, vel arbitros, id omnibus modis irritum erat, & infirmũ, l. 2. l. omnes dies 7. & l. vl. C. de fer. Hominum vero cauſa conſtitutum eſt: Ne quis meſſium vindemiarumq; tempore aduerſarium cogat ad iudicium venire. Quia occupati circa rem ruſticam in forum venire compellendi non ſunt, l. 1. in princ. ff. de fer. poſſunt tamen litigantes his feriis renunciare, ſi velint, per ea quæ tradit Geil. 1. obſeru. 53. n. 26. & ſeqq. Menoc. 1. arbit. iud. cent. 1. caſ. 30. nu. 11. Et hæ feriæ pro conſuetudine cuiuſq; loci moderandæ ſunt, cum non vbique vna ſit meſſis, vindemiarumque ratio l. præſides, eod. tit. Prat.

FerIarVM Latinarum à Latinis populis dictarum, quæ nundinis expediri ſolebant, celebritatibuſque maximis, tanta erat cura, vt præfectus crearetur perpetuus. Idque in memoriam eius temporis, quo Latini in ſocietatem Romanorum perſuaſi eſſent, Tarquinio Superbo regnante. Hac de re vide Halicarnaſſ. l. lib. 4. l. 2. §. deinde cum Cornelius, ff. de origin. iur. Pratej.

FerIæ quaria quæ ſit, vide l. 22. & ibi Gothofr. in not. Cod. de epiſc. audient.

FerIæ: tempus illud quod forenſibus negociis ac iuri dicundo vacabant. Briſſ.

FerIæ aliæ ſunt repentinæ, aliæ ſolennes, l. 3. C. de dilationib. Repentinæ ſunt, quas ob feliciter geſta Principes indicunt, l. 1. C. de feriis, ideoque imperiales dicuntur, in l. 4. C. eod. vt not. Goth. ad d. l. 3. C. de dilat. Solẽnes verò, quæ ſunt anniuerſariæ ac legitimæ. Itaque feriæ ſolennes feriis extra ordinem indictis opponuntur, in l. 26 §. 5. ff. ex quib. cauſ. maior. veluti ob res proſpere geſtas, & in honorem principis, l. 1. C. de feriis. Hot.

FerIæ nouem dierum erant, quibus in ius vocare non licebat funus ducentem familiare, iuſtáve mortuo facientem, quod olim fiebat per nouem dies, quibus videtur duraſſe hæc prohibitio in ius vocandi. Idque etiam ſcribit Iuſtin. in Nou. Conſtit. 115 Pænicales olim appellabantur funerales hæ nouem dierum feriæ. Septem dies cadauer domi deplorarum, octauo efferebatur, nono tumulabatur Bald. tit. de pœn. iem. litigant.

FerIarVM publicarum genera ſunt quatuor. aut enim ſtatiuæ ſunt, aut conceptiuæ, aut imperatiuæ, aut nundinæ. Et ſunt ſtatiuæ vniuerſi populi communes, certis & conſtitutis dieb. ac menſibus: & in faſtis, ſtatis obſeruationibus adnotatæ. Conceptiuæ ſunt, quæ quotannis à magiſtratibus vel ſacerdotibus concipiuntur, in dies vel certos, vel etiam incertos: vt ſunt Latinæ, Paganalia, Sementinæ, Compitalia. Imperatiuæ ſunt, quas Conſules vel Prætores arbitrio poteſtatis indicunt, l. 26. §. 7 ff ex quib cauſ mai, Gothof. in not ad l. 4. C. de fer. Nundinæ ſunt paganorum, i ruſticorum, quib. conueniunt negotiis propriis, vel mercibus prouiſuri. Sunt præterea propriæ, feriæ familiarum, vt Claudiæ, vel Æmiliæ, ſeu Iuliæ, ſiue Corneliæ & ſi quas ferias proprias quæque familia ex vſu domeſticæ celebritatis obſeruat Ex Macr. lib. 1. c. 16 Hot. & Ræuard. lib. 5. Varior. c. 19. vbi interpretatur l. 26 §. 5 ex quib. cauſ. maiores in integr.

FerIæ Camerales quæ ſint vide part. 1 tit. 31. Ord. Cam Vult. 2. Iuriſp. Rom. c. 30 no. 92. & adde ad earundem declarationem Gail. 1. obſeru. 51. num. 4. & 5 Specul. de feriis, §. ſequitur, nu. 1. Weſp. par de feriis, num 5.

FerIæ de Iure Saxon. quæ ſint vide *Landtrecht* lib. artic. 60. Zobell. part. 1. diff. 4. n. 1.

FerIaticer dies, pro Feriati, vel feſti. Vlp. l. 2. ff de feriis D. Marcus effecit, de aliis ſpeciebus Prætorem adiri etiam diebus feriaticis. Appellantur autem ſub eo. tit. Feriæ, dies omnes quibus magiſtratus propter vacationem publicam ius non dicit: veluti propter meſſem aut vindemias, aut depoſitum magiſtratum: vt cum in l. 5. Vlp ſcribit. Pridie Kalen. Ian. magiſtratus neque ius dicere, nec ſui poteſtatem facere conſueuerunt. Hot.

FerIrs fœdus, quod & percutere dicitur, & inire, hoc eſt, pacem componere. Barbaris Ligam eſt facere. Spieg.

FerIrs mulcta, gladio, ſupplicio, capit. Ferire Boue, Br. ex ff C.

FerramenTA, dicuntur inſtrumenta ferrea, quibus fabri vtuntur: deinde gladios, ſicas, lanceas, haſtas, pila, aliáque huius generis tela, vel ferro præfixa ſignificant. Spieg. Adde Turneb. aduerſar. lib. 7. c. 28.

FerrarII in l. vlt ff. de iur. imm. l. 2. de excuſ. artif. lib. 10. Cod. apud Veget. lib. 2. c. 11. qui in legionibus habebantur fabricæ ferrariæ cauſa. Briſſ.

FerrarIA, abſolutè, fodina ex qua ferrum extrahitur.

Ferre, pro accipere. Inde ferre puncta & tribum, pro eo quod eſt, accipere ſuffragia, & ferre fructum, id eſt accipere, vel percipere, apud Cic. vt Græcis φέρειν. Pronuſcere vſurpatur in l. 1. ff. de furi Prat.

Ferre ad populum, Ferre in concionem, quaſi in medium adferre. Vnde ferre legem, vel rogare, Legiſlator dicitur, & populus dicitur iubere: Plebs autem ſciſcere legem, h. e. ſtatuere, decernere, verbo, ſc. ſubmiſſiore, quàm ſit iuſſio, denotans imperium. Vnde lex aliquo pluris æſtimabatur, quam plebiſcitum. Prat. Factum eſt tamen, vt, Lege Hortenſia lata inter plebiſcita & legem ſpecies conſtituendi intereſſent, poteſtas autem eadem eſſet §. 8. ff. de origine iuris.

Ferre conditionem, quod & offerre dicitur, victoris eſt & ſuperioris.

Ferre ſuffragium, vide l. 1. in prin. C. de ſuffrag.

Ferre teſtimonium, vide l. au. in fin. C. de teſtam.

Ferre ſæpius, id eſt, auferre & conſequi. Ferre aliquid ex bonis, ex hæreditate, portionem ab hæredibus, dotem, legatum.

Ferre, crebro eſt pati. Quis id ferat? Morbus ferendus eſt. Id non eſt ferendum, Non eſt ferenda mulier actor.

Ferre ſententiam, dicere, recitare.

Ferre conditionem, i. e. deferre. Plaut. & Cic. Briſſ. ex ff. C.

Ferre ac duci ſeparantur, l. illi quis ios die.

Ferre iudicem, inquit Budæus, eſt cuiuſcunque iudicio acquieſcere. Spieg.

Ferre iudicem, antiqua iudicaria locutio, Cic. lib. 2. de orat. & in oratione pro Q. Roſc. ſignificat iudicio aliquem laceſſere,

Digitized by Google

& judicem efferre. Quem ego ſi ferrem judicem, ait Cicero refugere non deberet: eum teſtem producam, reprehendere audebit. Liu. lib. 3. Proinde vt ille iterum ac ſæpius prouocet ſic ſe iterum ac ſæpius judicem illi ferre, ni vindicias in ſeruitutem dederit. Hot.

Ferre legem, ſuis imponere, & quaſi imperare.

Ferre primas, eſt primum locum habere.

Ferre quæſtionem, eſt vindicandum facinus judicibus præbere, & mandare, vel potius ad ſenatum referre, vt de vindicando ſcelere certa ordinem S.C. fiat, & in judicium res deducatur. Ex Bud. Spieg.

Ferre ſententiam, judicis eſt: Senatorum dicere, vide l. 5. C. de inſtit. jursod.

Ferre ſigna milites dicuntur, cum caſtra mouent.

Ferre ventrem, pro prægnantem eſſe.

Ferre, Gaius in l. 235. de verb. ſign. inquit, proprie dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat: Portari ea quæ quis jumento ſecum ducit: Agi ea quæ animantia ſunt. Sed Alciato teſte, nimis propria & ſubtilis eſt hæc Iuriſconſ. interpretatio: quandoquidem & portari dicitur, quod quis ſuis humeris fert, vt recte Valla annotauit. Spieg.

Ferricvlvm legit. Holoand. in l. 29. §. 2. ff. ad leg. Aquil. vbi alij ferraculum, alij ferruaculum, alij gubernaculum.

Ferro damnati, vel ad ferrum damnati dicuntur apud Vlp. cap. Inſtit. 1. & l. 8. ff de teſtam. non qui ad beſtias damnantur, nam in l. 8. perſpicue hæc ſeparantur: ſed qui, vt ferro cum gladiatoribus pugnent, damnantur. Itaque Suetonius de munere gladiatorum loquens in Nerone. Exhibuit, inquit, ad ferrum etiam quadringentos Senatores. Dicitur hæc pœna, & ad gladium, l. ſi quis filio. §. tertium, ff de iniuſt. rupt. l. ſi quis mihi, §. ſi quis plane, ff. de acquir. hæred. Hoc ſupplicij genus à Conſtantino abrogatum eſt Hot. Prat.

Ferrvm Indicum in l. vlt. §. ſpecies, ff. de publican. Plin. 34. c. 14. ex omnibus ferri generibus palmam Serico ferro tribuit. Seresque Indiæ populos id cum veſtib. & pellibus ſuis mittere ſcribit. Briſſ. in prætermiſſ.

Ferreæ manus De manibus ferreis coruiſque nihil dicere neceſſe eſt. Vide Baiſium. de re nauali de biſce.

Ferreæ manicæ: vide l. 1. poſt. pr. C. de cuſtod. reor.

Ferrevs annulus olim dabatur ſponſæ à ſponſo, Gothofr. ad rubr. C. de ſponſal. & arrh.

Ferrvminare, eſt per eandem materiam conglutinare, quemadmodum ferrum ferro adglutinatur, non interueniente alia materia Pompon. l. quicquid de acqu. rer. domin. Quicquid, inquit, alieno argento ferruminaueris. Nebriſſ.

Ferrvminatio eſt ejuſdem generis materiarum ſolidatio & coniunctio, vt ſi ſcypho argenteo fundus ferreus apponatur. In hoc autem differt à Plumbatura: quod hac, plumbo maſſa maſſæ jungitur, ita vt junctura plumbea cohæreat: illa vero per eandem materiam maſſa maſſæ confunditur. vide l. in rem actio. §. item quæcunque, ff. de rei vindic. & Bayf. in leg. vxori quis legauit, ff. de aur. & arg leg. Prat.

Ferrvmen in d. l. quicquid. 27. §. 2. ff. de acqu. rer. domin. pro ferruminatione. Proprie autem ferrumen eſt junctura ſeu ligatura, quæ ex ferri excrementis vel ramentis vel quavis alia materia fieri ſolet Plin, lib. 36. cap. 23. Ruinarum vrbis ea maxima cauſſa, quod furto calcis ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur. Ferrumen in auro, Chriſocolla vocatur, agglutinando auro, inquit Plin. lib 33. Prat.

Ferton vel Verton, habetur in Decr. pont. cauſ. 12. qu. 2. plurib. capitibus, quod quatuor in partes res Eccleſiaſticæ diuidundæ ſint, cap. mos eſt, & cap. ſancimus, 12. q. 2. Prat. vid. inſ. Verton.

Festa conuiuia, id eſt, ſolenniter læta Impp. ciuib. exhibenda conſueuerunt, l. 4. C. de ſacrif. pagan. Prat.

Festinant properare, videl. bis tantūmodo, 16. C. de cur. pub.

Festinare & properare idem ſignificare atque in eandem rem dici videntur. Verrius Flaccus rationem volens dicere differentiæ horum verborum: Feſtinat, inquit, à fando dicitur: quoniam iſti ignauiores, qui nihil perficere poſſunt, plus verborum quam operæ habent. Sed id nimis coactum atque abſurdum videtur. Neque tanti momenti eſſe poteſt prima in vtroque verbo litera, vt propter eam vnam iam diuerſa verba Feſtinare & Fari, eadem videri debeant. Commodius autem propiuſque viſum eſt: Feſtinare quaſi feſtum eſſe. Nam qui multis ſimul rebus properandis defeſſus eſt, is jam non properat ſed feſtinat. Gell. lib. 16. noct. Att. cap. 10.

Festinationem præcipitem & ſubitam §. 1. Inſtit. de oblig. ex quaſ. contract. opponit I. C. moratoriæ cunctationi, in l. tutor qui repertorium, §. 1. in fin. de admin. tut. Secundum Catonem in oratione quam de ſuis virtutibus habuit. Aliud, inquit, eſt properare, aliud feſtinare. Qui vnum quid mature tranſigit is feſtinat. Verum vtorumque verborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt veritati. Vt ſit ſæpe animi properare, ſtudioſe ad res aliquas contendentis: Feſtinare, corpore neceſſitatibus obſequendi. Prat.

Festi dies, qui & nefaſti, diis dicati, quibus opponuntur profeſti. Briſſ. ex Macrob. 1. Satur. 16.

Festos dies, hoc eſt, & feriatos lætos, cur legum conditores inſtituerint, Senec. refert, de Tranquillitate vitæ cap. fin. Numa ſtatuit, vt quidam eſſent dies feſti, quidam interciſi, reliqui omnes profeſti. Vide ſupr. Dies feſti. & infr. Interciſi dies Spiegel.

Festvca, virga Prætoria, qua quis fiebat liber. Alias vindicta dicebatur. Vide Plutar. in lib. de iis qui ſero puniuntur à Deo: Prateius.

Festvcariam & ciuilem vim dicebant tunc, cum quis iuriſdictioni præerat, vna cum litigatoribus ea iure in fundum controuerſum, dicendarum vindiciarum cauſſa, proficiſcebātur, ibique manuum facta conſertione, quem ſuum eſſe fundum actore contendebat, eundem contra vindicabat reus, Reuar. in ll. XII. Tabul. lib. ſingul de priſco iure vindic. cap. 6.

Fetvs vocabulum nunc vocali pura, nunc diphthongo ſcribi ſolet, teſte Briſſ. in lib. pareg. Fetur mulieris, equarum, ouium, pecorum. Briſſ. ex ff. Fetus pecorum ſiue pecudum in fructu ſunt. Fetus mulieris qui plerunque partus dicitur, in fructu non eſt. § in pecudum. 39. Inſtit. de rer. diuiſ.

Φεύγων in l properandum, C. de iud. & aliis plurimis conſtitutionibus ſignificat eum, à quo petitur, G. Budæo interprete apud Anton. Auguſt. li. 2. Emend. c. 1. Sic pars fugiens pro reo. Prat.

Fevdvm vocabulum eſt Gotthicum & Longobardicum: deductum fortaſſe ab illa notatione Germanicæ vocis Fede, quo bellum ſignificant: Prædia enim bello occupata, quæ victor ea lege colenda & ſuēda militibus ſuis tradebat, vt eum perpetuo dominum agnoſcerent, ſeq; illius homines, hoc eſt, quaſi clientes profiterentur, Feuda dicebantur. Prat. Connan. feudum à fide ſeu fidelitate (quæ Longobardis & Italis fede dicitur) deductū putat. Licet alij à fœdere: & alij à faida, ſeu pheden. alij Germanico *Vogtbey*, præfectura. Vige. cap. 2. qu. 2. alij aliunde deducant. Eſt autem genus clientelæ quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ei. alicui datur, vt & ipſe, iſtius poſteri atque hæredes, beneficij auctorem perpetuo agnoſcant, & quaſi pro patrono colant: eiuſque caput exiſtimationem, & fortunas tueantur. Illius enim cauſa & origo hæc fuit, vt victores cum gratiam ſuis ducibus, præfectis, ac militibus pro opera in bellis ac prælijs egregie nauata referrent, honoribus & fortunis Italorum in illos transferendis: tum etiam certos ſibi deuinctos, & tanquam deuotos clientes haberent, quorum opera, bello partam regionem, in poſterum, ſi opus eſſent, tueri poſſent: quos ſua lingua modo Valuaſores, modo Vaſallos appellarūt. Vnde tres Feudorum gradus facti ſunt, ſummus, medius, infimus. Summus ordo eſt principum ac procerum, qui lingua illorum Capitanei, regni Duces, Marchiones, & Comites appellati ſunt, & à Rege tum illis honoribus afficiebantur, tum etiam Italiæ oppidis ac vicis, locupletum etiam victorum arcib. ac villis donabantur. Quæ Feuda quia partem aliquam Regiæ dignitatis obtinebāt (qui enim Duces & Marchiones nunc appellantur, Reguli olim fuerunt) idcirco Regalia dicta ſunt. Itaque poteſtas eis data eſt cudendæ pecuniæ, creandorum magiſtratuum, ſalinarum & fodinarum exercendarum, caducorum, confiſcationum, earumque functionum quæ Angariæ & Parangariæ appellātur; quæ iura vulgo iura Regaliæ (corrupte: vt opinor, pro Regalia) nominantur. Medius ordo eorum fuit feudorum, quæ principes illius ordinis proceres, regis conceſſu: ea lege aliis inferioris dignitatis hominibus dabat, vt Vaſalli ipſos ſecundum regem eius beneficij auctores ac patronos agnoſcerent, & pro capite ac fortunis ipſorum, ſi vſus ferret, pugnarent. Quo in numero ij qui vulgo illorum lingua Barones, ac Maiores Valuaſores, ſiue Vaſſalli appellantur, fuerunt: qui patronos quidem illos agnoſcebant, ſed tamen, vt iam dixi, ſecundum regem. Infimus ordo eorum fuit, quæ à ſecundi ordinis Vaſſallis in priuatos conferebantur: ſiue illi nobiles eſſent, quam nobilitatem armis pepererant: ſiue ignobiles: nam vtrique eadem qua ſuperiores iuriſiurandi formula obligabātur: quæ ab Oberto neſcio quo in eo libro, qui vulgo vſus Feudorum inſcribitur, barbare & fœde perſcripta, ſolam hanc habet, quam antea dixi, ſententiam, vt cliens patroni ſui caput, exiſtimationem, ac fortunas, quoquo modo poterit, cōtra quemcunque aduerſarium, ſolius Regis maieſtate excepta, tueatur. Hot. lib 2. obſer. Plura de origine & conditionibus feudorum vide apud Cuiac. lib. 8. obſeruat. 2. 14. & Conn. l. 2. c. 9. n 6.

Fevdvm quotuplex ſit, iuriſperiti feudiſtę inconſtanter tractāt. Nam ex ſingulis qualitatibus ſicubi paulo maiores aut minores videantur, proprias ſtatim diuiſiones conſtituunt: quaſi vero circunſtantiæ faciant nouam ſpeciem, contra leg. ſiu. ff. de fund. inſtruct. & ſic pergunt, ideo vt arborem faciant, non minus ridicule, quam ſic ex ſingulis pactionibus nouas contractuum ſpecies reduceas in arborem. Nos aliquot ad vſum fori delineabimus feudorum diuiſiones. Olendorp. Prat.

Fevdvm, aut proprie, aut improprie cenſetur.

Fevdvm proprie eſt quod ſimpliciter, pure, directo conceditur, nulla temporis aut ſeruitiorum determinatione, §. pen. & vlt.

Quid

Quid ſit inueſtitura. Et de conceſſ. recti feud. Item c.1. quibus mod.feud.conſtit.poteſt.

FEVDVM impropriè cenſetur, quod conditionibus, vel obſequiis nominatim definitis eſt alligatum, cap.1.de vnt.feud.& §.fin.de capita qui cur.vendi.Old.Prat.

FEVDVM improprium & feudum temporale vocant noſtri, quod ad annum vel quinquennium conceditur. Romani precarium clientelare dixerunt. Prat.

FEVDVM aliud eſt regale, aliud non regale.

FEVDVM regale eſt, quod ab Imperatore, vel à Rege conceditur, habens præter ſimplicem iuriſdictionem, dignitatis titulum, vt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & cætera id genus honoris beneficia, cap.1.quis dicat dux.

FEVDVM non regale, quod nihil dignitatis vel eminentiæ affert, ſiue à principe ipſo, ſiue ab inferioribus (vt communiter) concedatur, capit. vnic. qui feod dar. poſſunt. Old.Prat.

FEVDVM, aut nobile eſt aut ignobile.

FEVDVM nobile cenſetur, quod accipientis perſonam nobilitat, vel ſi prius fuit, nobilem oſtendit. Vt cum ab Imperatore, vel rege conceditur c.1.quis dicat dux.

FEVDVM ignobile eſt, quod à plebe vel priuatis perſonis dari ſolet: nonnulli Burgenſe vocant. Item, conceſſum à minoribus & minimis valuaſoribus, hoc eſt, plebeis, quaſi ad valuas ſtantibus: vt interim cognoſcas vmbram iſtius vocis, cap.1.de his qui feud.dare poſſunt. Old.Prat.

FEVDVM aliud eſt ligium, aliud vero non ligium.

FEVDVM ligium eſt pro quo Vaſallus fidelitatem debet contra omnes, Deo & Imperatore exceptis.

FEVDVM non ligium, in quo etiam alij, puta antiquior dominus, cognati, amici, excipiuntur.

FEVDVM aut Eccleſiaſticum eſt, aut ſeculare.

FEVDVM Eccleſiaſticum dicitur, quod vel Eccleſia dat alij, vel ipſa accipit ab alio: vel quod clerico conceditur. c.1. de cle. qui inueſt. accep. c.2. de his qui feud.dar.poſſ. & §.ſi de c.Conradi.

FEVDVM ſeculare, quod à principe, vel ab alio quouis ciuili homine accipitur c.1.§. Marchio. de his qui feud. dar. poſſ. Old. Pratei.

FEVDVM, vel reale eſt vel perſonale.

FEVDVM Reale, ad heredes regulariter eſt tranſitoriũ, tam reſpectu domini, quam beneficiarij, vt in c.1.§. cum vero Conradus de iis qui feud.dar.poſſ.c.2.de duob. fratrib. à capita. inueſt.& c.1.§.fin.quib.mod.feod. amit. Nam quilibet cenſetur ſuis hæredibus proſpicere, l.pactum, ff. de probationibus.

FEVDVM perſonale æſtimatur bifariam, vno modo, quia non porrigitur ad hæredes accipientis, quamquam dantis ſucceſſores teneantur: vt eſt feudum Guardiæ, quod arcis tuendæ, aut territorij cuſtodiendi gratia cõceſſum fuerit, ſicut initio haud dubie feuda concedi ſolebant. Eſt enim Italica vox, *Guarda la gamba*. Item tale eſt feudum habitationis ca.feud. habit. de cap. Conrad. cap. vnic. de feud. guard. Altero modo cenſetur feudum perſonale, quod neque ad dantis, neq; ad accipientis hæredes porrigitur. vt ſoldata, c.1.quis dicat dux. Old. Prat.

FEVDVM plerunque eſt maſculinum, quod ad maſculos tantum pertinet. Quandoque tamen fœmininum eſt ex pacto. §. filia. de ſucceſſio.feud.& §. hoc quoque de iis, qui feu.dar.poſſ.c.3. de feud.fœm. § quin etiam epiſc.vel Abbas. Old.Prat.

FEVDVM aliud eſt temporale, aliud perpetuum. Perpetuum eſt, quod manet apud eos, qui ex primo acquirente deſcenderunt, quamdiu vnus ex iis ſupereſt. Temporale quod à domino quandocunque voluerit, anno elapſo auferri poteſt. 1.feud.2.

FEVDVM, aut eſt antiquum, aut paternum, aut nouum.

FEVDVM antiquum eſt, quod maiores agnationis alicuius ſupra quartum gradum habuerunt. Paternum, quod parentes vſque ad quartum gradum tenuerunt: veluti, auus, proauus, abauus, atauus. Nouum vero, quod cœpit in perſona beneficiarij, nec peruenit ad eum ex ſucceſſione, c.1.de ſucceſſio. feud. cap.1.de ſucceſſ.frat.& grad.ſucced.in feud. cap.1.de natu ſucceſſ. feud. cap.1 §.nouam Quot teſtes ſint neceſſar.& c.1.de frat.de nou. benefic.inueſt. Eſt præterea feudum maternum, quod à fœmina cognationis capite deſcendit, vt in tit.de benefic.fœm. Oldend.Prat.

FEVDVM paternum, Feudum antiquum, Noſtri, Romani, ius gentilitium, quaſi ad gentiles agnatoſque tranſiens. Cic.5.in Ver. Itaq; nunc, ait, Siculorum Marcelli non ſunt patroni. Verres in eorum locum ſubſtitutus eſt. Qua in re tantam virtutem aut dignitatem arbitratus es, vt conarere clientelam tam illuſtrem abducere, & auferre ab antiquiſſimis patronis? Prat.

FEVDI noui & paterni natura eſt, vt viro decedente ſine filiis maſculis, feudum reuertatur ad concedentem, text. eſt in ca.1. in prin. de fratrib. de no. ben. inueſt. cum ſimil. Fallit, ſi ſit feudum conceſſum ab imperatore, & nõ ab inferiore: quia in tali feudo habet locum ius accreſ. ita ſing. not. Bald. in l.1.§.in t. coll.pen.verſ.vnum ſcias.C.de caduc.toll.feud. cuius verba pro ſolennibus citat Do.Alex.cõſ.30. quoniam omne datum.in 3. col.verſ.2.dato.lib.1.& in conſ.2.lib.5.vbi idem conſilium repetitũ inuenies & latiſſ.de veritate diſput. Iaſ. in l.re coniun-cti.colum.48.verſic.3.limit. & col. ſeq. de legat.3.& ſequitur D. Alex.in l.ſi mihi & Titio.in 3.colu.de verb. An autem filij fratrum in feudis ſuccedant in ſtirpes vel capita, Bald. ponit in Auth.ceſſante.col.1.C.de leg.hæred.& conſuluit Alex. conſil. 53.proſpectis his, in 4.lib. 1. & Barb. in conſ. immediate ſequenti & eleganter per Zaſium in tract feud.tit. de feudi ſucceſſione, verſic. ſexta concluſio. vbi etiam refert deciſionem diui Caroli Imperatoris, circa hoc, quod in capita ſuccedat ſecundum opinionem Azo contra gloſſam: Vide receſſus Imperij an.29. Spiræ Nemetum. Cotta.

FEVDVM alias diuidi poteſt, vt regulariter: alias diuidi non poteſt. Feudi, quod diuiſionẽ nõ admittit (nam ſic ſimul etiã intelligemus exempla reliquorum beneficiorum, quæ diuidĩ poſſunt) exempla ſunt: Regnum, Marchia, Ducatus, Comitatus, &c. quæ dignitatem habent. c.1.§.amnes ſi de feud. defun. controu.fuer.inter dom. & adgnat. Vaſall. Conſt. Imperia. §. præterea ducatus, de prohib.feud.alien.per Frid. Bar.in l. inter tutores, ff.de adminiſt.tutor.l & iden. ff.de condict.furt. Panorm.in cap.prudentiam de offic.deleg.Old.Prat.

FEVDVM dare, concedere feudum vaſallo, noſtri nunc dicunt. Romani, dare mancipio fundum, in fidem ſuam accipere clientem. Prat.

FEVDVM auferre, aperiri feudum, Noſtri Romani, Iniicere manus prædio clientelario. Prat.

FEVDVM accipere, inueſtiri de feudo Noſtri Romani, mancipio accipere, fidem patroni ſequi, in fidem ſe conferre Prat.

FEVDVM vendere, Noſtri Romani obſequium vel clientelam exuere alienato prædio. Prat.

FEVDA domino aperta, item bona mobilia in feudis apertis quæ non debebantur hæredibus, quoniam dominus olim ſemper recipiebat. Cuius iuris ſunt iam nunc veſtigia in pleriſque locis Oldend. Prat.

FEVDVM quod domino aperietur, & ſic in diem mortis eius qui nunc habet, fuerit alij conceſſum, vt poſt mortem poſſeſſoris habeat. Prat.

FEVDVM Epiſcopale, quod Cæſar concedit eccleſiaſticis principibus. Prat.

FEVDVM emptum. In feudo empto filia non ſuccedit, præſertim extantibus adgnatis, ſecundum communem doctorum ſententiam, vt probat Andreas de Iſernia c.vni.§. hoc autem, qui feud.dare poſſunt. Niſi ſit nominatim actum c. 1. de gradibus ſucceſſio.feud & c.1.de gradibus ſucceſ.in feud. Franciſ. Curtius conſil.49.incipient. Recolendæ memoriæ. Quod ſequitur Albert.Brun.conſil.16.incip. Omnipotentis Dei, &c. Et quanquam in hoc ſunt opiniones variæ: tamen nemo diſſentit, quin feudum emptum, vt omnia præſtentur quæ præſtari ſolebant, pro eodem feudo nondum empto, non tranſeat in fœmineam ſucceſſionem. Quia ibi inueſtitura præponderat emptioni, & ſemper eſt attendenda, vt tractat Bald.in præfat.feud. Vbicunque enim ſit mentio feudorum ſimpliciter, vel hæredis: ibi intelligitur feudum rectum & verum, h. e. maſculinum, cuius fœminæ non ſunt capaces, Quinimo, in feudis hereditariis, h. e. conceſſis alicui, & hæredibus ſuis, non ſuccedunt fœminæ, vt Baldus & alij notant in ca. vnic in prin. An adgnat. vel fil. defunct Bar.in l.vt iuriſiurandi. § ſi liberi. §. de oper. liberto. Sicut enim nulla ordinatio teſtamenti valet in beneficiis militaribus, ſeu feudis, vt eſt textus in cap. vnic. in prin. de ſucceſſio.feud.& in cap.1.in prin.de prohib.feud.alien.per Fride. c.1.§.donare. Qualit.olim feud.potuer.alienar. Et vtrobique Bald. etiam conſenſu domini Alexan conſil.15.lib.5 incip. Viſis narratis in themate. Ita dominus feudi non poteſt confirmare feodum in filiam, præiudicio adgnatorum non conſentientium, iuxta textum in ca.1.de alien.feud.patern.c.1.§ hoc quoque de ſucceſſio.feud.& Bal. ſecundum Aluarotium vtrobique notat, quod dominus nullam gratiam poſſit facere fœminis de ſucceſſione, per quam adgnati excludantur, Adeo, vt Imper. nolit habere poteſtatem infringendi iuris beneficiarij. Adducunt interpretes ſecundum Baldum duas potiſſimum rationes. Altera, Quoniam bonæ & naturales conſuetudines, quales ſunt beneficiariæ, ligant Principem. ca. vnic. in fin. quã feud.dar.poſſ.& ibi gl.l.fin.C. ſi cont. ius vel vtil.pub. Altera, quia feudum eſt contractus nominatus, auctore Bartol. in l. iuriſgentium, §.quinimo ff.de pact. Aug. Nouel. vt ſponſali. largit. in prin. Sed contractus non vult Principes in ſua poteſtate eſſe. l. fin. ff.de conſt.prin.l fin. C.ſi contra ius vel vtil.publ.cap.quæ in Eccleſiarum, de conſtitutio. Ergo Princeps nec feudi conſuetudines vult poſſe infringere. Prat.

FEVDVM Aduocatæ eſt feudum mercedis, datum ob quodcunque munus, ſiue officium, 1.feud.2.princ.

FEVDVM Caſtaldiæ, vt interpretantur noſtri, concedebatur ratione adminiſtrationis bonorum & poſſeſſionum dominicarum, Annotauit Baro Schenck, tit.2.lib.2.feud.

FEVDVM conditionatum, id eſt, ad certum ſeruitium adſtrictum vulgo *Seſslehen* nominatur. Autor Zaſ.de Feudis degenerantibus. Spieg.

FEVDVM de Camera eſt, cũ ex arca domini certum ſtipendium ſoluitur; Feudum de canena, cum ex cellario domini præſtan-

tur annonæ, vide Cuiac. 1. feud. in pr. Gotbof. ad l. 14. in princ. ibi aut annonas ciuiles C. de ſacroſ. eccl. Cauena enim locus eſt, in quo frumentum, vinum, oleum, & ſimilia ſeruantur. Hot. in Lexico, verbo Cauena.

Fevdvm degenerans, quod & non rectum dicitur, intelligitur quod à natura proprij rectique feudi receſſit. Recti autem feudi compendioſa natura hæc eſt, quod ad hæredes tranſitorium ſit in infinitum. Porro, quod ex gratia & gratuito domini beneficio originem ſumpſerit; Item quod Vaſallus fidelitatis ſacramento ad incerta ſeruitia obſtringatur.

Fevdvm francum, id eſt, liberum, ita vt nihil pro eo ſeruitij præſtetur. Et quod Francum liberum dicatur, allegatur tex. in cap. ex literis 1. de ſponſalib. Quipe, quod ad communem verbi intelligentiam recurrant. Spieg.

Fevdvm ligium dicitur, ſi conceditur ab Imperatore vel rege, præſtita fidelitate abſolute & nullius alterius domini fide cõſeruata, ita declarat gl. ſingularis in Clem. paſtoralis, §. rurſus. in verbo. Homoque ligius de ſententia & re iudi. quod alibi in iure ſcriptum ſe non reperiſſe dicit Bald. in l. 1. §. 1. col. pen. verſic. ſi quis inueſtitur, C. de caduc. tollen. & pro ſing. citat. Alex. conſ. 30. quoniam omne datum, in prima col. verſ. 4 li. 1. Quod etiam repertum eſt in conſ. 2. in vlt libro, tamen habet concordantem in aliquib. extrauagantibus, cuius verba reaſſumit Bald. in conſ. 491. ad euidentiam præmittendum eſt l. in primis verbis in 2. lib. Et rationes huius dicti videlicet quare feudum ligium non poſſit niſi vni parere domino, ponit Bald. in authen. hoc amplius, col. 1. ad fi. C. de fideic. Et tale feudum ab aliis differt in multis, inter alia vnam ſing. fall. tradit Bal. in c. cæterum, in 3 colum. ver. quæro an ſupraſcripta, de iudiciis, quod licet in feudis multi iudices eſſe poſſint, & ordinarij ſint pares curiæ, tamen in feudo ligio ſolus princeps poteſt cognoſcere, quia ſolus poteſt inſtituere, & inſtitutum deſtruere & eſt ſingula. dictum ſecundum Iaſ. in præud. feud. in 32. colum. ver. quartus effectus, vbi multa de iſta materia ponit in 7. diuiſione feudorũ & ibi refert aliud ſingul. dictum Bald. in d. c. cæterum: in penult. col. verſ. ſed ſtatus, vbi tenuit, quod in tali feudo, ſicut etiam in feudo franco, non eſt licita pœnitentia, prout in aliis, & hoc dictum Bald. pro ſing. citat etiam Iaſ. in 8. diuiſ. ad fin. & Matt. Land. in c. 1. in 8. col. qui feud. dat. poſſunt, licet in lectura Bal. Sigillum pro ſigilium mendoſe legatur: & idem conſiderat Bald. conſ. 314. quæritur verum Papa in 1. lib. Et propter alibi Bald. ſing. dicebat in c. inter dilector, in 3. col. verſ. item ſcias quod non eſt feudum, extra de fide inſtrum. quod non dicitur feudum ſignum, ſeu francum, niſi hoc nominatim & expreſſe in eius conceſſione dicatur: quia excedit naturam recti feudi, etiam nobilis, & idem concludit D. Alex. in dicto conſ. 30. col. vlt. circa fin. vbi de hoc Bal dicto nõ fuit memor, quod pro ſingul. commendat Iaſon. in prælu. feud. in 34. col. verſ. illud diligenter nota & has differentias; & plures alias late & ſing. ex facto cum incidiſſet, reaſſumit Bald. conſ. 491. ad euidentiam præmittendum eſt per totum, in 2. lib. vbi eleganter declarat totam materiam feudi ligij: & tria requiſita ad hoc vt feudum dici poſſit ligium, refert Cur. in tractat. feudo in prima parte, in octaua quæſtione, in quibus tamen prædicta comprehenduntur. Cotta.

Fevdvm Soldatæ, vt per ſe ignobile eſt, ita nec propriam habet feudi naturam: quum vel dantis, vel accipientis morte finiatur. Et eſt quædam annua gratuita præſtatio, vt definitur tit. 10. lib. 2. Feudorum. Videtur autem Baroni à Tautenberg. Soldatæ vocabulum, etſi iam in aliam ſignificationem degenerauit, ex antiquitatis vſu profluxiſſe. Nam, vt idem annotauit, ſecundum Caſſiodorum, Vegetium, & Frontinum Solidatum in militia appellabant eum, cui ſtipendia ab Imperatore promiſſa erant. Cum enim populus Romanus ſupra ducentos annos (vt Liuius teſtatur) propriis impendiis militaſſet Anxuro capto, decreuerunt patres, vt ſtipendium miles acciperet: cui & veſtem, & frumentum, vltra pecunias, equiti etiam equum dare ſolebant. Qui Delecti auctorati dicebantur: temporis vero ſucceſſu, Matriculati & Solidatij. Spieg.

Fevdvm habitationis eſt ius domum aliquam iure feudi inhabitandi, qua de re vid cap. extraord. 2. feud. 75. & 105. Roſenth. c. 1 §. 19 lit. 2, in margi.

Fevdatarivs, qui feudum à patrono ſibi commiſſum accepit. Latina conſuetudine, vt Beneficiarius, lib. feud. 3. tit. 2. §. 3. Feudatarius Parium laudatione damnum reſarciat. Alias Feudalis dicitur, & vaſallus, Prat.

Fevdista dicitur interpres iuris feudalis, & qui commentaria ſcripſit in ius feudale.

F I

Fibvlæ dicuntur propriè ornamenta cinguli ad veſtem ſubligandam: & tam viriles quàm vxoriæ habentur. Earum mentio eſt in l. 1. Cod. nulli licet. infren lib. 1. & apud Plin. & Bayſium. Fibulam imponere dixit Seneca in moralibus, vt citat Lactantius lib. 1. cap. 16. de ſalaciſſimo Ioue loquens, pro eo quod eſt coercere & reprimere: atque id ex lege Pappia Poppæa, qua ſcilicet minor annis ſexaginta ſexagenaria nubere non poterat, vt hoc pacto Senatores docerentur continenter viuere. Huius contrarium eſt laxare fibulam, id eſt, anſam miniſtrare aut feneſtram aperire. Tertull. de Coron. militis: Vt etiam voluptarij delictis fibulam laxet. Natum autem videtur vtramq; à fibula cinguli, qua veſtis adſtringitur, ſi fluxior fit, aut remittitur, ſi fuerit adſtrictior. Niſi etiam ad fibulæ adſtrigmentum manis referre, qua adoleſcentulorum prurientium genitalia traiiciebant, tum valetudinis, tum conſeruandæ vocis gratia: quod infibulare vocabant: cuius rationem deſcribit Corn. Celſ. lib. 7. de qua Martial. lib. 7. Prat.

Fictæ adulationes, leg. 1. C. de donat. int. vir. & vxor.

Fictilia vaſa ex terra facta, l. 3 §. vitrea de ſuppell. legat. Et Fictilis ſuppellex l. 7. ff. eod. Prat. Briſſ.

Fictio, eſt legis aduerſus veritatem in re poſſibile ex iuſta cauſa diſpoſitio. etenim conſtat, nunquam extendi fictionem ad ea, quæ impoſſibilia ſint, gloſſ. l. talis, de legat. 1. §. minorem. Inſtitut. de adopt ſiue de iure, ſiue de facto ea fieri nequeant. imitatur enim fictio naturam, nec facile lex fictionem aduerſus fictionem inducit, l. 3. §. è contrario. ff. de acquir. poſſeſſ. Hæc ex 1. cap. lib. 6 Pareg. Alciat. Bart. vero in l. ſi is qui pro emptore, verſ. quæro ego, ff. de vſucap. ſic fictionem definit: Eſt in re certa eius, quod eſt poſſibile contra veritatem pro veritate à iure facta adſumptio. Eſt autem magna differentia inter fictionem & præſumptionem. Quia fictio iuris tantum operatur, quantum veritas, vnde nunquam ei dicitur eſſe contraria. Siquidem ius faciens de non ente. Præſumptio autem in dubio ſtat, tametſi eatenus veritatis habetur comes, quatenus in contrarium nulla apparet probatio. Vide gloſſ. & Bart. in l. ſi is qui pro emptore, ff. quod met. cauſa. Itaque fictio ad ſolam legem pertinet. Nec enim contrahentes fingere poſſunt, niſi lege permittente, vt in Aquiliana ſtipulatione, & quibuſdam aliis item caſibus, in quibus lex ſtipulationem fingit, vel hypothecam. Eſtque iure ciuili inuenta. Sic Iuriſconſultus in l. 2. pro ſocio, dominium ſocietate omnium bonorum acquiri, ſine traditione per quandam fictionem affirmat, cum textus dicat, creditur. Non autem ob aliud inducitur, niſi vt ſuppleat id, in quo deſideratur facti veritas, ad hoc vt ex ea veri producantur iuris effectus, vt declarat Bart. in l. ſi is qui pro emptore, de vſucap. Imitatur autem fictio legis naturam ipſam, l. adoptio. ff. de adopt. Vnde ſicut naturaliter quis filium ad tempus habere non poteſt, nec ſub conditione: ita nec emancipare eum, nec adoptare in diem vel ſub conditione licet. Item, vt per naturam fieri non poteſt, vt minor, maioris pater ſit: Ita nec minor natu maiorem adoptare poteſt d. l. adoptio. ff. de adoptionibus, §. minorem natu, 5. Inſtit. eod. Prat.

Fictio à præſumptione differt, quia fictio aduerſatur veritati: præſumptio fundatur in veritate: ideoque contra fictionem non admittitur probatio: quid enim efficeret probatio veritatis, vbi fictio aduerſus veritatem fingit. Ideoque ſuper falſo & incerto fingitur, ſuper certo & vero præſumitur, Gotb ad rub. ff de probat. & præſcr.

Fictio priuata in perniciem alterius, teſte Olden. nihil diſtat à fraudulenta ſimulatione. Vlpian. in leg. cum hi, §. ſi cum lis, ff. de tranſact. fingi enim, inquit, lites poterunt, vt tranſactio etiam citra prætoris fiat authoritatem, Spieg. Prat.

Fictio. Licet lex nonnulla interdum fingat, veluti enim, qui in vtero eſt, perinde ac ſi in rebus humanis, rerumque natura eſſet, cuſtodiri, intelligique quoties de commodis partus quæritur, l. qui in vtero eſt l. qui in vtero ſunt, de ſtat. ho. ff. §. penult. Inſtitut. de tutelis. Nihilominus in ea ſum opinione atque hæreſi, licet doctorum communis reclamet calculus, vt exiſtimem, duas duntaxat in iure fictiones eſſe: lege Corneliæ ſcilicet, & iuris poſtliminij. Legis Corneliæ fictioni locus eſt, cum captiuus apud hoſtes moritur, vt in ciuitate deceſſiſſe fingatur, vide l. lege Cornelia de teſtam. l. lex Cornelia de vulg. ſubſtitut. §. fin. Inſtitut. quibus non eſt permiſſum facere teſtament. Poſtliminij autem fictioni locus eſt, cum captus ab hoſtibus in ciuitatem reuertitur: tum enim nunquam à ciuitate abfuiſſe fingitur, l. retro, l. in bello, §. 1. & l. bona, ff. de captiu. §. 4. Inſtitut. quibus modis ius patr. Prat. Vt autem intelligamus, quæ legis Corneliæ fictio inducat ſciendum eſt, iure naturali omnes homines liberos naſci ſeruituteſque iuri naturali eſſe contrarias, atque de iure gentium introductas, §. autem gentium, de iur. nat. gent. & ci. Inſtitut. ex captiuitate ſcilicet § fin. de iur. perſon Inſtitut. Serui enim ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolẽt, qui etiam mancipia dicti ſunt, eo quod ab hoſtibus manu capiantur, §. ſerui autem, de iur. perſon. Inſtitut. Ex quibus conſtat eum, qui ab hoſtibus captus ſit, ſeruum hoſtium fieri, §. ſi ab hoſtibus quib. mod. ius patr. pot. ſol. Inſtitut. Sciendum eſt ſecundo, ſeruos teſtamentum facere non poſſe, cum alieno iuri ſubiecti ſint, §. 1. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Inſtitut. cumque (quod ad ius ciuile attinet) ſerui pro nullis habeantur, l. quod attinet, de re iud.

ff. Ex

ff. Ex quibus apparet eum, qui ab hoſtibus captus ſit, cum ſeruus hoſtium fiat, teſtamentum facere non poſſe. Sciendum eſt tertio, poſteriore teſtamento, quod iure perfectum ſit, ſuperius rumpi. §. poſteriore, quibus mod. teſtamen. infirm. Inſtitut. Nouiſſima enim teſtatoris voluntas ſeruatur, leg. tranſlatio. de adi. lega. ff. expectandaque eſt mors teſtatoris, vt effectum habeat teſtamentum, §. in extraneis, de hæredit. qual. & differ. inſtitut. ambulatoria eſt enim voluntas defuncti, vſque ad vitæ ſupremum exitum. leg. quod ſi iterum, de adimen. legat. ff. Denique teſtatoris morte confirmatur teſtamentum, capit. cum mortis. de celebra. miſſa. antiqu. His ita præmiſſis ſi quis, poſt factum legitime in ciuitate teſtamentum, captus ab hoſtibus fuerit, atque apud eos deceſſerit, proculdubio eius in ciuitate factum infirmatur (ſummo iure) teſtamentum, cum ab hoſtibus captus, ſeruus eorum factus fuerit, cum ſerui teſtamentum facere non poſſint, cumque, vt effectum habeat teſtamentum mors teſtatoris expectetur. Cæterum, ex æquitate, lex Cornelia fingit eum, qui poſt factum legitime in ciuitate teſtamentum ab hoſtibus captus eſt, atque apud eos deceſſit, eo ipſo momento deceſſiſſe, quo captus ab hoſtibus fuit, atque ita morte eius confirmatum teſtamentum, perinde ac ſi nunquam ab hoſtibus captus fuiſſet, nunquam in hoſtium poteſtatem ſeruitutemque redactus fuiſſet, nunquam ius teſtamenti faciendi amiſiſſet. l. lege Cornelia. de teſtam. ff. lex Cornelia. de vulga. & pupilla. ff. Rurſus, vt intelligamus, quæ fictio iuris poſtliminij inducat, ſciendum eſt, dictum eſſe poſtliminium à limine & poſt, vnde eum, qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum recte dicimus, nam limina ſicut in domo finem quendam faciunt, ſic imperij finem eſſe limen, veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus: ab eo poſtliminium dictum eſt, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiſerat. §. ſi ab hoſtibus quibus mod. ius pa. pot. ſolui. Inſtitut. Eſt autem poſtliminium ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos ac liberos populos, regeſque moribus, legibus conſtitutum, nam quod bello amiſimus, aut etiam citra bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimus poſtliminio recipere: idque naturali æquitate introductum eſt, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is, vbi in fines ſuos rediſſet, priſtinum ius ſuum reciperet. leg. poſtliminium eſt. de cap. & poſtliminio reuerſ. ff. His ita expoſitis, ſi quis ab hoſtibus captus fuerit, cum ſeruus hoſtium fiat, cumque, quod ad ius ciuile attinet, ſerui pro nullis habeantur, is proculdubio (ſummo iure) omnia iura, quæ in ciuitate habebat, amittit. Cæterum, ſi is ab hoſtibus redierit, ius poſtliminij ex æquitate fingit eum, qui ab hoſtibus captus fuerat, reditque, ſemper in ciuitate manſiſſe, eique omnia priſtina iura, quæ ante captiuitatem habebat, reſtituit, perinde ac ſi nunquam captus fuiſſet, ſemperque in ciuitate manſiſſet. dict. §. fin. ab hoſt. Itaque teſtamentum, quod ante captiuitatem fecerat, eo reuerſo perinde valet, ac ſi nunquam captus fuiſſet. Adde Fortunatum Necyom. dial. 76. n. 7.

FICTITIVM tabulatum quid ſit, vide leg. 12. §. 3. Cod. de ædific. priuat.

FICTVM diuortium, vid. d. l. 30. in fin. C. de iur. dot.

FICTVM abſolute præſupponitur falſum: alias non fingeretur. Præſumptum habetur loco veritatis. Spieg.

FICTVS Barbaro vocabulo pro emphyteutica penſione mercedeque meliorationis accipitur, videturque Alciato latine dici poſſe Coloniarium. Spieg.

FICTVS cœlibatus, vide l. 5. C. de donat. ante nupt. l. 38. C. ad leg. Iul. de adult.

FICVA, ſeu ficos, dulcium legato, item pomi appellatione contineri ait l. vltim. fin. de tritic. leg. 205. de verbor. ſignificat. Briſſon.

FICVS ruminalis, ideo ſic dicta vel quod æſtate ſub ea pecora frigora captantia, herbaſque vellentia ruminabant, vel à rumina, id eſt, mamma, quam antiqui rumen dixere, quod ſub ea pueri, Romulus & Remus, Lupæ rumina ſuxerint: vnde Ouid. 2. Faſtorum:

Arbor erat, remanent veſtigia, quaque vocatur
Romula nunc ficus, ruminaficus erat.

De hac Plinius lib. 5. cap. 18. Plutarchus in Romulo. Tacitus in annalib. Publius Victor de regionibus vrbis reg. 8. Marlianus lib. 12. cap. 13. Annotatum autem eſt hanc arborem ruminalem, quæ in Comitio annis octingentis ac quadraginta, & amplius virens perſeuerarat, Nerone imperante, ramalibus emortuis viſam exaruiſſe. Quod & in prodigium abiit, donec in nouum reuireſceret fœtus. Cælius lib. 12. cap. 2. lectionum antiquarum.

FICVVM varias ſpecies, vide apud Gothofr. in not. ad l. 205. de verb. ſignif.

FIDELITAS eſt iuſiurandum, quod à vaſallo domino præſtatur. cap. vnic. quid præc. deb. io vlibus feud. vide inf. poſt verbum fideiuſſor conditionalis.

FIDES olim à Romanis pro Dea culta eſt, habuitque propria templa inde à Numa conſecrata, teſte Auguſt. vnde id ortum ſit, dubitari queat: ſiue quia maximus vſus ac neceſſitas fidei in contractibus communique vita eſt, Siue etiam, quia inde à primis parentibus valde prædicari fidem Theologicam intellexerit, vt quæ nihil non à Deo impetret, nosque in ſummam dignitatem ac felicitatem euehat. Omnino Numæ patrum doctrinam non ignotam fuiſſe etiam ex eo apparet, quia templa ſine idolis habuit: & libri eius poſtea reperti, vt ab Ethnica Idololatria plane alieni, teſte Liuio, exuſti ſunt. Fides ergo vox Latinis vſitata, aliquando aliter in ſacris literis, quam plerunque in prophanis accipitur. Nam fides Latinis in dicente & agente plerunque eſt fidelitas, aut veracitas in præſtandis promiſſis: cuius Etymologiam Cicero lib. 1. offic. inde deducit, quod id fiat, quod promiſſum eſt dictumve ab alio, quaſi ſi iſta duo verba, Fiat dictum, inter ſeſe eadem vita ſint. Et in lib. de republ. vt citat Nonius. Fides nomen ipſum mihi videtur habere, cum ſit quod dicitur. Hinc Vlpian. in l. exemplo. 11. ff. de act. empti. Nihil magis, inquit, bonæ fidei congruit, quam id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt. At in ſacris literis plerunque eſt in audiente aut patiente illi correſpondens affectus, quo credimus dicentis veracitati aut fidelitati, quod ea quæ promiſit præſtiturus ſit. Recte ergo dicere poſſemus, quod fides Latinis actiue accipiatur: quia eſt veritas in agente, dicente ac præſtante nobis aliqua promiſſa bona. Contra autem Hebræis paſſiue, quia alterius veracitatem, promiſſionem, ac præſtationem bonorum ſuo aſſenſu, & re etiam ipſa accepit. Nec tamen poteſt negari vocem fides πίστις, apud Latinos & Græcos veteres eodem plane modo aliquando vſurpatam, vt in ſacris literis & Eccleſia: Nempe (vt iam diximus) paſſiue, vt aliquid eſſe maius fide, id eſt, quam vt credi poſſit. Ouid. 4. Met. & Virg. 4. credo equidem nec vana fides, genus eſſe Deorum: id eſt mea hæc fides aut perſuaſio ſeu aſſenſus non eſt vana aut temeraria. Et Liuius. Hæc Romulo regnante ſunt domi militiæque geſta, quorum nihil abſonum fidei diuinæ originis, diuinitatiſque poſt mortem creditæ fuit id eſt, qua creditur eſt natus fuiſſe ex Marte. Et huic doctiſſ. viri Laurent. Valla & Budæus, eam quæ in ſacris literis more Græcorum fides dicitur perſuaſionem potius appellandam eſſe cenſuerunt. Laurentius (inquit Budæus) perſuaſionem proprie vocari poſſe contendit, quam Latini Chriſtiani fidem Græci πίστιν appellant: hoc eſt, certam quandam opinionem & ſententiam, quam nobis perſuaſimus: id quod mihi Laurentius recte cenſuiſſe videtur, cum à verbo Græco, πείθεσθαι, id eſt perſuaſum mihi, πίστις apud nos dicatur, quam nos fidem dicimus. Hoc autem ex Quintiliano liquet, qui lib. 5. ſic inquit. Pro certis autem habemus, quæ legib. cauta ſunt, quæ perſuaſione, ſi non omnium hominum, eius tamẽ ciuitatis aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta ſunt. Latine autem fides in hoc ſignificatu certam determinationem non habet, ſed Græcorum imitatione vſurpatum eſt ab anteſignanis fidei Chriſtianæ, qui aliud verbum ſignificantius eſſe nullum exiſtimabant. Hæc illi.

FIDES Catholica. Hæc eſt pietas ſiue religio noſtra, quæ ideo Catholica nominatur, quod non certo alicui populo tradita eſt, vt Iudaico, ſed toti generi humano, nec vllum excludit, omnibus per hanc ſaluis eſſe licet, & ſine hac nulli: nec religiones in hac ſunt ſuæ cuique genti, ſicut apud gentiles. Alij enim dij & alio modo apud Romanos celebrantur quam Græcos: alij apud hos, quam apud Gallos, Hiſpanos Scythas, Indos, Perſas. Omnes gentes quæ Chriſtum profeſſæ ſunt, eundem colunt Deum, & eodem ſacrificij genere. Vide l. 2. C. de ſum. Trin. & fid. Cath. Spieg. Quid vero Catholicum ſit habendum, & quis Catholicus cenſendus, vide ſupra in dictione Catholica Eccleſia: Quibus adde & ſententiam Lactantij lib. 4. de vera ſapientia c. 30. circa finem, vbi inquit, Sola igitur Catholica Eccleſia eſt, quæ verum cultum retinet. Hic eſt fons veritatis, hoc eſt domicilium fidei, hoc templum Dei: Quod ſi quis non intrauerit, vel à quo ſi quis exiuerit, à ſpe vitæ, ac ſalutis æternæ alienus eſt. Neminem ſibi oportet pertinaci conſeruatione blandiri. Agitur enim de vita & ſalute, cui niſi caute ac diligenter conſulatur, amiſſa & extincta erit.

FIDES, pro cautione in leg. ſacris, C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. Sic dicimur, fide alicuius ſumere, id eſt, non ſua, ſed aliena cautione Spieg.

FIDES bona eſt, cum id quod dictum ac promiſſum eſt, bene ac recte fit, l. cum venderem ff. locat. Vnde illud Auguſti apud Sueton. qui populo promiſſum congiarium repoſcenti, Bonæ fidei ſe eſſe reſpondit. Prat.

FIDES quandoque ſumitur pro promiſſione.

FIDES ſincera quid, vide gloſſam capit. ſecundi de electuar. Prat.

FIDES teſtium ex quibus colligatur, docet IC. in l. 2. ff. de teſtibus. Prat.

FIDES mera, in l. 19. in princ. C. de teſtam. id eſt bona & integra; l. 1. C. de ſuffrag. ſincera, l. 2. C. ſi propt. publ. penſit. vid. Gothofr. ad d. l. 19. in princ.

FIDES contractus, id eſt, lex contractus in l. 19. vbi Goth. Co. de locat. per l. 25. §. 3. eod.

FIDES, in l. 2. C. fin. regun. id eſt, pactum.

FIDES iudici facta eſſe dicitur, quando probatum ei eſt, vera eſſe quæ affirmata ſunt. Hinc Rubr. de fide inſtrum. Spieg.

FIDES labefactata, dicitur creditum perditum. Tueri fidem ſuã, eſt ſeruare illæſam familiam locupleris debitoris. Et fidẽ ſuam liberare pro ea antiqui dicebant, quod nunc negociatores & coactores, tenere promiſſum dicunt, & non deeſſe promiſſo.

FIDES publica eſt, quod imperiti Saluum conductum vocant: quem Accurſius, malus latinitatis autor, ſecuritatis nomine intellexit. Spieg.

FIDES publica in l. 14. §. in bonis. ff. de reb. auct. iud. poſſid. pro eo quod vulgò creditum dicimus. Cic. in Orat. pro l. Manil. Hæc fides atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, &c. & alibi, Simus Romæ, ſolutione impedita, fidem concidiſſe. Prat. ex Briſſ.

FIDES tacita, clam & tacitè in fraudem legis, fiſci ve accommodata, l. 57. §. cum ante. ff. de iur. fiſci l. 25. §. penu. ff. ad munic. l. 52. ff. de his quæ vt indig. Et apud Vlp. Epit. tit. 25. Et dicitur

FIDES accommodari, & interponi. l. 43. §. vlt. ff. de vulg. l. 10. ff. de iis, quæ vt indig. & commodari l. pen. ff. ſi quid in fraud. patr. Prat. ex Briſſ.

FIDES emptori haberi dicitur etiam ſine ſatisfactione, §. vendita Inſt. de rer. diuiſ. l. 19. ff. de contrah. empt. Prat. ex Briſſ.

FIDES tuitionem, auxilium, tutelam ſignificabat, vnde in fide alicuius eſſe dicebant olim, quod nunc vocant, feudum ab aliquo tenere, & haud dubiè à fide nuncupant, atque ſalutant fidelem vel vaſallum, quem clientem olim dicebant. Vnde ſic ſcribunt, Dilecto noſtro fideli: *Vnſern lieben getrewen.*

FIDES ſeruanda eſt l. 7. C. de pactis l. 12. C. de action. empti.

FIDE dominica agros colunt, qui non penſiones certa quantitate, neque mercede, ſed arbitrio domini rationes redditurì colunt l. 18. §. cum de villico. l. 20. §. 1. ff. de inſtr. inſtrumentoque leg. Prat. ex Briſſ.

FIDE alterius pecuniam mutuam ſumere, eſt, dato fideiuſſore ſumere. Cicer. pro Flacco. Hic hercule cornici oculum, vt dicitur: nam hunc Hermippum, hominem eruditum, perculſit: eius enim fide ſumſit à Fuſiis. Securus Hermippus Temnum proficiſcitur, cum iſte ſeſe pecuniam, quam huius fide ſumpſerat, à diſcipulis ſuis diceret Fuſiis perſolutum. Item in ead. Pecuniam ſumpſit mutuam à Sex. Schola, qui tamen reddidit P. Verari (lectiſſimi hominis fide. Vulgo tamen mendoſe ſcriptum eſt FIDEI. Hot.

FIDE ſua iubere, id eſt, ſponſorem ſe conſtituere, & periculum in ſe recipere. Paul. Si filius famil. ita ſtipulatus fuerit: Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes? Vlp. in l. vbi autem, de verb. oblig. Prat.

FIDE ſua promittere, ambigua locutio eſt, ſicut & in verbo veritatis ſpondere, de quorum captu differit pulchre Alciat. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Spieg.

FIDEM alicuius ſecuti tum vere dicimur, cum ab eo perſuaſi tantam fidem eius promiſſis habuimus, vt pernicioſum id nobis futurum ſit, niſi ea faciat Connan. lib. 5. c. 1. n. 6.

FIDEM ſuam adſtringere, locutio elegans, eſt vinculum obligationis ſuſcipere. Papin. in l. procurator, qui pro euictione. ff. de procur. l. vlt. ff. quando de peculio. l. 27. ff. de vſuris. l. 7. §. non ſolum, ff. ſoluto matrim.

FIDEM fallere. Lege, Fallere fidem l. 5. ff. de l. commiſſ. l. 1. ff. de pecun. conſtit.

FIDEM frangere. Vlp. in l. ſed ſi lege, ff. de in ius vocan. Sed ſi ſuis, ait, nummis emi, & fidem fregi, pro patrono non habebot. Spieg. Fidem frangere perfidioſum & nefarium eſſe, Cic. ait pro Roſc. Comœd.

FIDEM ſuam liberare fideiuſſor dicitur, cum creditoribus ſatiſfacit: vel cautione ſcilicet, vel fideiuſſoribus datis. Cicer. pro Flacco, Hermippus tamen Fuſus abſentibus ſatisfacit, & fidem ſuam liberat. Hotom.

FIDEM ſuam obligare, id eſt, fideiubere, l. 7. C. de locat.

FIDEM rumpere debitori, dicitur, qui cum ſimpliciter pro eo fideiuſſerit, pignus eius emendo vſuras pignoris, non vſuras ſibi retinet. Goth. ad l. 1. C de dol. mal.

FIDEM mutare, pactum reſcindere. & violare promiſſum.

FIDEM bonam præſtare, nihil aliud quam ſine dolo & fraude verſari. Bona fides enim, vt ſuo relatum eſt loco, contraria dolo & fraudi eſt l. 3. in fin. pro ſocio. Inde dicitur homo bonæ fidei, qui nihil dolo facit, l. 3. iuncta gloſſ. C. de peric. & com. rei vendit. Spieg.

FIDEM licitæ tranſactionis rumpere apud Hermogenianum in l. de tranſact. l. 10. C. eod. Briſſ.

FIDEM ſequi alicuius, eligere aliquem cum quo rem habere, aut negotium nobis eſſe velimus, vſus eſt Vlp. in l. 1. de reb. cred. Sic qui fidem heredis ſequitur, cum herede contrahit: ideoque creditor eſt heredis. Goth. ad l. 2. C. de bon. aut. iud. poſſidend.

FIDEICOMMISSA dicuntur, quæ fidei hæredis alteri reſtituenda demandantur: quæ à fide heredum licet pendeant, vnde & nomen accepere, D. tamen Auguſtus, ne perfidiæ humanæ locus eſſet, ad neceſſitatem iuris ea retraxit. Vide §. in primis. Inſt. de fideic. hæred. & Theoph. in pr. tit. de codic. ibi. vbi ex Lucij Lent. perſona fideicommiſſa cœpiſſe refertur: vide & C. com. de legat. Nec ignorandum, fideicommiſſa non eſſe, vt vulgo putant, legatis exæquata ſimpliciter & in omnibus. Nam licet Vlp. l. 1. de leg. 1. ſcribat, quod per omnia exæquata ſint legata fideicommiſſis, non tamen è conuerſo dicit, fideicommiſſa legatis exæquari. Vnde Zaſius colligebat, quod & ab Alciato poſt legimus probatum, minime ſequi neceſſario, vtraque eodem iure petantur. Fiunt autem fideicommiſſa verbis precariis erga grauatum: qualia ſunt, rogo, peto, volo, mando, fideicommitto, §. vlt. Inſtit. de ſign. reb. l. 2. C. commu. de legat. deprecor, cupio, iniungo, deſidero. l. 115. & 118. de leg. 1. Iubeo, l. 28. §. pen. de liber. legat. relinquo, l. 78. §. 8. ad Treb. vide Gotho. ad leg. 16. ff. de fideic. libert. Vnde & nomen illud ſumpſerunt, quod in ſola fide pudoreq; heredis conſiſterent. §. fin. Inſtit. de ſingulis rebus per fideic. relict. Accedit Vlp. inquiens: Etiam hoc modo cupio vt des: credo te daturum. fideicommiſſum eſt, de leg. 1. l. etiam. Legata autem verbis directis, & imperatiuis, arg. tit. de legat. & fideicom. Vlp frag. tit. 24. prin. Treut. vol. 2. diſput. 13. Theſ. 2. Lit. I. Spieg. Prat.

FIDEICOMMISSARIÆ & directæ libertates differunt. 1. Directas enim libertates per legem Æliam Sẽtiam in fraudem creditorũ datas reuocari, reſcripſit Imperator Alexander, ſi conſilium fraudis euentus damni ſequatur. Sed ad impediendam fideicommiſſariam libertatem, ſolum fraudis euentum inſpici obtinuit. Quod hæc, quæ ab hærede præſtatur, veluti inter viuos detur, hæres autem nihil facere tenetur, ſupra vires hæreditarias, quamuis ſincerũ & ſimplex fuerit teſtatoris cõſiliũ, quia nec is temere intelligitur mandaſſe, quicquã fieri in fraudem ſuorum creditorũ Baldui. tit. quib. ex cauſ. manumit. & c. 2. Qui ex fideicommiſſi cauſa manumittitur, non teſtatoris fit libertus, etiam ſi teſtatoris ſeruus ſit, ſed eius qui manumittit. At is qui directo ex teſtamento liber eſſe iubetur, ipſius teſtatoris libertus fit §. pen. Inſt. de ſingulis reb. per fideicom.

FIDEICOMMISSI appellatione venit confeſſio teſtatoris, de donatione inter viuos facta, ſi non conſtet de inſtrumentis. l. 5. C. de donat.

FIDEICOMMISSI appellatione venit ſubſtitutio in donatione, cauſa mortis facta, l. 1. C. de don. cauſ. mort. Brederod.

FIDEICOMMISSARIA libertas eſt illa, quam teſtator non directe impertit, ſed per manumiſſionem alterius, vel hæredis, vel legatarij vel donatarij mortis ergo, cuius fidei hoc commiſit & credidit.

FIDEICOMMISSARIVS non eſt hæres defuncti, ſedis, de cuius manu hæreditatem accipit: nec defuncto continuatione ſucceſſionis iungitur. Eſt enim interpoſitus hæres, nec ab eo, ſed ab hærede directo aut legitimo, relictum ſibi fideicommiſſo capit. Connan. lib. 9. c. 6. n. 8.

FIDEICOMMISSARIA ſubſtitutio Vide inferius Subſtitutio.

FIDEICOMMISSVM eſt liberalitas, qua quid verbis precariis, vel alio quocunq; iudicio precariæ voluntatis, teſtamento vel codicillis, vel epiſtola, vel quo alio genere vltimi iudicij confertur in aliquem. Ideo autem ſic appellatur, quia nullo vinculo, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebatur, vt inſt. de fideic. hæred. in prin. Vlpian. autem ſic definit: Fideicommiſſum eſt, quod non ciuilibus verbis, ſed precariue relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur relinquentis. Epit. tit. 25. Prat. Briſſ.

FIDEICOMMISSORVM alia ſunt vniuerſalia, hoc eſt, ad hereditatem ſpectantia, quibus totum patrimonium heres alij reſtituere rogatus: veluti, Peto à te, vt illi hereditatem meam reſtituas. Alia ſingularia quæ rerum ſingularum ſunt: veluti, Rogo te, heres, vt Sempronio fundum illum reddas, reſtituas. Prat. ex Hotom.

FIDEICOMMISSI appellatione & vniuerſale & ſingulare continetur, l. 1. ff. ad Senatuſconſ. Trebell. Prat.

FIDEICOMMISSVM generale, vniuerſale, & particulare quid diſtent. docet Alex. l. grege. ff. de leg. 2.

FIDEICOMMISSORVM in codicillis relictorum fauor magnus eſt, vt omnimodo præſtentur ab hærede, qui fateatur ſe rogatum, etiamſi nullus fuerit adhibitus teſtis, vt inficiator iuram compellatur, & recuſans iurare, pro confeſſo habeatur. Cuiac. Not. ad lib. 2. Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditatib. in fin.

FIDEICOMMISSARIVS vniuerſalis, nõ eſt proprie hæres, vt probant ll. de ea re loquentes, videlicet l. ſi filiusfam. §. 1. ſi quod cum eo, cum dicitur, effectu enim quodammodo hæres eſt, & l. poſtulante §. ſed & in huiuſmodi. ff. ad Senatuſconſ. Trebel. cum dicitur, nam & quodammodo in partem hæreditatis Senatus recipi voluit fideicommiſſarium & haberi hæredis loco, pro qua parte reſtituta eſſet ei hereditas, & iterum, l. ſi hæres ab eo, in fin. prin. eod. tit. ibi, hæredis vice fungi eum, cui fideicommiſſum relictum eſt. Nam hæ dictiones quodammodo, & haberi loco & vice, ſunt improprietatis & fictionis ſignificatiuæ, l. ſi me in vacuam, & ibi gloſ. in verbo nec amittat. ff. de

acquir.

acquirend. poſſeſſ. & l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum. & §. ſed ſui quidem hæredes & ibi gloſ. in verbo, exiſtimantur, Inſtit. de hæred. qualit. & diffe. Bart. in l. ſi is qui pro emptore col. 4. verſ. ad hoc reſpondeo, & ibi recentiores, ff. de vſuc. & in l. 2. ff. ad Senatuſconſult. Maced. & in l. ſi maritus, §. legis Iuliæ, qui eſt primus, poſt princ. ff. de adulter. Bald. Angel. Imol. & recentiores in l. patris & filij, ff. de vulgar. & pupillar. cum ſimilib. Fi ita ſcilicet, quod fideicommiſſarius non dicatur propriè hæres, tenuit expreſſe Bald. in l. 1. colum. 3. in 8 oppo. Cod. qui admit. dum dicit quod fideicommiſſarius vniuerſalis ſit ſimilis hæredi, per d. l. ſi filiusfamil. §. 9. ſed id quidem ſecundum quid, & non ſimpliciter, vt ibi bene declarat & planius conſ. 70. conceſſio fuit facta col. 5. verſ. propterea iſtud nomen hæredis, lib. 2. vbi ex hoc conſuluit in pulchro caſu, & Ang. conſ. 215. & Aut. conſ. 76. viſo puncto & qu. in fin. Imol. in l. qui libertis § hæc verba ff. de vulg. & pup. Raph. Fulg. in leg. qui cum tutorib. col. 8 ff. de tranſact. Paul. Caſtr. conſ. 12. præſens conſultatio, col. 2. verſ. prætérea item lib. 2. Alex. qui alios multos citat, in l. 1 §. de illo, & ibi quoque Socin. poſt prin. ff. ad Senatuſc. Trebell. ipſe item. Alex. in leg. in ratione, §. id vulgo col. pen. verb. & appel. hæredit eod. tit. idem Alex. & Iacub. à S. Georg. in rub. C. de impub. & aliis ſubſtitutio. Birb. in repe. l. cum acutiſſimi col. 56. verſ. ſed an appellatione hæredit, C. de fideicomm. Soc. in rub. ff. de vulg & pup. ſubſtit. colum. 2. verſ. concluſio ſit, & conſ. 17. poſt conſilium ſupra ſcriptũ, col. 2. verſ. reſtat nunc reſpondere, lib. 5. Iaſ. in rub. ff. de leg. 1. col. vlt. verſ. extra gloſ. poſſet, & ibi Aymo Grauett. n. 17. Philip. Dec. conſ. 55. cujus ſuperſcriptio incipit, legitimatio infantis, col. vlt. & Chaſ. conſ. 67. nobilis & potẽs, col. 18. n. 60. & 63. & ſeq. vt ann. Tiraq. in tract. *le mort ſaiſit le vif.* declar. 11. n. 10. & 11. part.

FIDEICOMMISSARIVS hæres propriè hæreditatis dominus non eſt nec pro poſſeſſore eſt, vide Goth. ad l. 2. C. de inoff. teſtam.

FIDEICOMMISSARIVS hæres appellatur fiduciarius à Iaboleno, ſicut fiduciaria hæreditas ab Vlp. Balduin. tit. de fiduciaria tutela, &c.

FIDEICOMMISSARIVS Prætor. l. 4 ff. Quib. ad libert. l. 90. ff. de cond. & demon. l. 78 § cum vit. ff. de leg. 3. & apud Vlp. tit. 25. regu. Is eſt qui de fideicomm. cognoſcit & jus dicit. Nam, vt Iuſtin. Inſtit. de fideic. hæred. refert, Tantus fideicommiſſorum fauor factus eſt, vt paulatim etiam prætor proprius crearetur, qui de fideicommiſſis jus diceret, & vt Pompon. in l. 2. §. Deinde ff. de orig. jur. ſcribit, ſedecim Prætorib. ab Auguſto conſtitutis, duos Diuus Claudius adjecit, qui de fideicommiſſis jus dicerent: ex quib. vnum Diuus Titius detraxit. Briſſ.

FIDEICOMMISSARIA hæreditas, quam alij reſtituere hæres rogatus eſt, & Fideicommiſſarius is cui ea hæreditas reſtituitur, qui Trebellianus fideicommiſſ. appellatur, l. 25. §. 1. ff. vt leg. ſeu fideicomm. nomi. cau. Quo nomine interdum hæres quoque fideicommiſſo oneratus adpellatur, l. 51. ff. de judic. Et qui de fideicommiſſis Romæ jus diceret, conſtituitur prætor, Fideicommiſſarius dicebatur, l. 4 ad fin ff. qui & à quib. l. 78 §. pen. ff. de leg. 3 l. 92. ff. de cond. & demonſt. l. 43. ff. de act. empt. l. 1. C. qui potior. in pignor. Prat. ex Briſſ.

FIDEICOMMISSARIA verba, l. 19 ff ad SC. Trebel. quæ & fideicommiſſi verba dicuntur, l. 69. §. fin. ff. de leg. 2. l. 12 l. fin. ff. de injuſt. rupt. l. 11 §. vlt. ff. de leg. 3. & precaria, vide inf. Precaria. Prat. ex Briſſ.

FIDEICOMMITTERE eſt fideicommiſſum dare, relinquere, ſeu rogare, mandare, petere, vt aliquid detur, præſtetur, fiat. Tertull. lib. de præſcript. aduerſ. hæret. Sicut Apoſtoli cauerunt, ſicut fideicommiſerunt, ſicut abjurauerunt, ita teneo. Briſſ.

FIDEIVSSARE eſt ſuo periculo fore id, de quo agitur, recipere, quod per ſtipulationem fit. Cujac. not. ad lib. 3 Inſtit. tit. de fidejuſſorib. Vel fidem ſuam pro alio obligare, in fidem ſuam recipere, quod idem valet, l. 17. in fin. ad Senatuſconſ. Velleia. l. 19. § legatum, de lib. leg. quod & fide promittere, dixit Paul. 2. ſenten. tit. 9. Fidejubere pro condemnato, nihil aliud eſt, quam promittere judicatum condemnationis ſolui, l. ſi vero in princ. ff. qui ſatiſdar. cog. Nam ſi non condemnatus, ſed abſolutus fuerit, & victor litis, non eſt ſuper aliquid ſoluere ex cautione judicatum ſolui. Fidejubens ob euictionem rei alienatæ, Auctor ſecundus tempore Iuſtiniani appellabatur. Nou. vt creditor primum aggrediatur. § neque hoc tantum, Conſtitutio 4 Prat.

FIDEIVSSIO ſola verborum ſtipulatione nititur, re aut facto non perficitur. Connanus lib. 2. c. 3 n 5.

FIDEIVSSIO non fit niſi per ſtipulationem his verbis: Fidejubes? Fidejubeo. Qui dicit fidejubeo, fidejuſſor eſt. Qui dicit fide promitto, fidepromiſſor. Qui ſpondeo ſponſor. Inde tit. 1. ſent. Paul. de fid. & ſponſ. & in tit. 8. Minoribus quæ ſi fidejuſſit vel fidepromiſit vel ſpopondit. Sed & fidejuſſor dicitur quocunque verbo interceſſerit, ſicut & ſponſor, licet non dixerit ſpondeo vel fidejubeo, vel fidepromitto, l. 7. de verb. ſigni. cum igitur ſcriptum eſt fidejuſſiſſe aliquem, ſolennis ſtipulatio interueniſſe intelligitur, & quod ſcriptum eſt quaſi actum, videtur etiam actum, §. vlt. de fidejuſ. ſicut ſi ſcriptum ſit promiſiſſe aliquem videtur ſolennis ſtipulatio interueniſſe, vt Paul. ſcribit. 5. ſent. tit. 7 & ſi ſcriptum, de inutil. ſtipul. leg. Titia § pen. ff. de verb oblig. l. 1. Cod. de contr. ſtip. & tanti momenti eſt ea ſcriptura, vt aduerſus eam teſtes non admittantur, ſi de fide ejus nihil dicatur ſecundùm Pauli ſententiam lib. 5. tit. de teſtib & Græcorum 21. βασιλικῶν tit. 1. ἔγγραφα μαρτυρίας ἀγράφου μαρτυρίας ἰσχύει ἢ δυνάμει.

FIDEIVSSOR dicitur, qui pro alio fidem ſuam obligat & fide ſua, id eſt periculo ſuo eſſe jubet, quod alius debet l. 1. § verbis ff. de oblig. & act. Connan 6. Comment. cap. 6. num. 10. Pro fidejuſſoris & fidejubendi vocabulis Cicero Sponſoris, Conſponſoris, Spondendi & Adpromittendi verbis vtitur, Connan ibi, num 4.

FIDEIVSSOR indemnitatis non poteſt conueniri ante principalem: dato quod expreſſè renunciauerit beneficio excuſſionis, ita ſing. Bart. in l. 1. per illum textum C. de conuen. fiſci debit. l. 10. & in hoc differt à fidejuſſore ſimplici: qui poteſt renunciando ſibi præjudicare, vt concludunt omnes vbique, & maximè Bald. in auth. præſente, in vlt. verbis, Cod. de fidejuſſ. vbi citat hoc dictum Bartol. quod pro ſingul. commendant Aret. & Iaſ. in leg. ita ſtipulatus fuero te ſiſti, § poſſum, ad fin. ff. de verb. oblig. poſt Lud. conſ. 241. ſpectabiles domini c. 2 & Bald. in l. reſcripto, col. 1. extra de iureiur. & late inſiſtit Alex. conſ. 29. clariſſimè, col. 8. lib. 7. Sed quid ſi talis fideiuſſor iurauit ſuper renunciatione? videretur quod idem eſſe deberet: cum iuramentum debeat regulari ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur, l. vlt. C. de non nu. pecu. quæ ad hoc communiter allegatur. Sed ad hoc habes meliorem text. de iure in l. ſed etſi poſſeſſor §. item ſi iurauero, & ibi Iaſ. in 9. nu. ff. de jurejur. & bene facit, cum qui §. vlt. eod. tit. & c. quemadmodum extra de iureiurand. per quem text. not. ibi Abb. in 2. col. in 7. nu. quod juramentum appoſitum in aliquo contractu, recipit omnes conditiones, & ſubauditiones ſeu limitationes, quas habet ille contractus. Imo fortius voluit ſingul. Innoc. in cap. per tuas, col. 2. de arbitris quod iuramentum ſimpliciter præſtitum in materia ſui natura alternatiua, debet intelligi alternatiuè: quod dictum pro ſingul. & pulchro commendat Abb. in c. ex parte, el. 2. in col. de cler. non reſid. ſequitur etiam Card. Alex. in cap. ſicut ex literis, in 2. col. verſ. not. ibi. niſi forte, extra de ſponſalibus. Tamen illis non obſtantibus, contrarium decidit ſingul. Bald. in cap. ex reſcripto in 1. col. ad fin. verſ. item quare iurauerunt extra de iureiur. hocque operatur iuramenti religio quod quidem iuramentum ſeruari debet: modo non vergat interitum ſalutis æternæ, vt dixit text. in c. ſi vero, & in c. etſi Chriſtus, & in ca. cauſa contingat. cum aliis ſimilibus, de jurejur. & in pulchra quæſt. conſulit Dom. Alex. in conſ. 50. viſo inſtrumento & thema quæſtionis & conſ. 115. viſis & conſideratis, col. 4. ver. ſed præmiſſis. lib. 1. & alibi ſæpè, & Andr. Sicul. in conſil. 53. præclare ſcripſit Pſalmiſta in 8. col. in 2. lib. & hoc dictum Bald. pro ſing. refert & ſequitur Dom. Alex. conſ. 32. in cauſa executionis in pen. colum. ad fin. lib. 4. in l. Marcell. D. de fideiuſſ. & pro ſingul. etiam citat D. Iaſ. in l. vltim. in princip. in 1. colum. circa med. ff. ſi cert. pet. vbi tamen videtur vna cum Dom. Alex. tenere contrarium. Cotta.

FIDEIVSSOR propriè dicitur debitor l. 4 ff. de ſol. Bart. & alij in l. 1. ff. ſi cert. pet. Et hoc procedit etiam in materia correctoria, & pœnali: putat quod debitor pupilli non poſſit eſſe eius tutor, ſecundùm quod diſponitur in authent. minoris debitor, C. qui dari tutores poſſunt, nam qui fideiuſſit pro aliquo aduerſus pupillum, non poterit eius tutelam ſuſcipere, ita ſignificet determinat Angel. in Auth. vt hi qui obligat. perh. ſe habere min. ad finem princip. & ibi refert, ita ex facto cùm incidiſſet, iudicatum, quæ deciſio eſt magna, & bene notab. ſi vera, ſecundùm Iaſon. in l. ſi fideiuſſor, in prin in 2. notab. leg. 1. vbi Aret. in 2. ſimpliciter approbat. ſequitur etiam D. Iaſ. in l. 2. in vlt. verbis, ſi certum petatur. Et propterea ſolemus dicere, quod fideiubens pro alio dicitur malè vti ſubſtantia ſua: & præſumitur pauper ita ſing. Ang. in l. in perſonam, §. 1 ff. de pactis vbi per hoc dicit, cauendum à fideiuſſoribus. Multos enim fideiubendo ad inopiam perueniſſe, non eſt in obſcuro & eſt ſing. modus & memoria dignus, ad probandum paupertatem alicuius, teſte Alexan. in l. ſi conſtante, in princ. col. 11. in fin. ff. ſolut. matr. Sed hoc vltimum limitarem, procedere in eo qui ſolitus eſt intercedere pro magna ſumma: ſecus, ſi pro parua: quia paruum æs alienum debitoris ſuſpicionem non generat. ita ſingul. Bald. in auth. ſed iam neceſſe in 1. q. vel C. de donat. ante nupt. quod pro ſingulari notat Ludouicus ſingul. 96. dic mihi. Cotta.

FIDEIVSSOR exercitationis litis à fideiuſſore judicati actionis ſeparatur, l. 8 § & poſt litem. ff. de fideiuſ. Illi ſunt qui fideiuſſores ad litem & pro lite dati appellantur, l. 41 ff. de pet. hære. l. 10 ff. iudicat. ſolui. qui ſcilicet vel iudicio ſiſti, vel rem defendi, & iudicatum ſolui promiſerunt. Prat. Briſſ.

FIDEIVSSOR ſine ceſſione propriam actionem habet aduerſus debitorem mandati vel neg. geſt. nec vſquam legitur cogi creditorem fideiuſſori cedere actionibus ſortis, licet ſi hypo-

ſhecarias, cedat, id fidejuſſori inutile futurum non ſit. Itaque rectè petet creditor à fidejuſſore, quamvis à reo petere non poſſit Prat.

FIDEIVSSOR minime idoneus dicitur is, qui alienum ſortitur forum. Bald. in l. ſi fidejuſſor §. ſi neceſſaria, tit. qui ſatiſd. cog. Alex. poſt Bart. in l. 5. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. & in d. leg. ſi fidejuſſor. ſed & tradidit Paulus Caſtr. in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. & in l. filius, eod. tit. Eum qui res ſoli non poſſidet, ſatiſdando nequaquam eſſe idoneum. Brechæus leg. habere duob. modis dicitur, §. cantum, tit. de verb. & rerum ſignific.

FIDEIVSSOR in omnem cauſam accipi dicitur, qui in id omne quod ex ea obligatione, cui accedit, naſci poteſt, ſe obligat, l. 56. ff de ædil. edi. l. 54. ff. loca l. 36. §. pen. ff. de fidejuſſ. Prat. ex Briſſ.

FIDEIVSSOR & MANDATOR quid ſit, & quid inter ſe differant, vide l. tit. de oblig. & act. vbi Fidejuſſor dicitur is, qui alieno nomine obligatur, hoc eſt, qui ſua fide eſſe jubet quod alter debet. Is dicitur etiam adpromiſſor in l. 5. §. ſatis acceptio, tit. de verbor. oblig. quaſi accedens promiſſioni. Eſt enim acceſſoria hæc obligatio, non principalis, vt principali obligatione non conſiſtente, nec hæc conſiſtat l. cum principalis de reg. jur. Hinc conſequens eſt, neminem pro ſe fidejubere poſſe l. hæres à debitore, §. ſeruo 8. MANDATOR parum diſtat à fidejuſſore, quantum ad effectum & vim obligandi attinet, ſed aliter contrahitur fidejuſſio, aliter mandatum. Mandatum ſemper præcedit obligationem, nunquam ſequitur, leg. ſi vero, §. ſi poſt. tit. mandati.

FIDEIVSSOR & præcedere & ſequi obligationem poteſt. §. fidejuſſor. Inſtit. de fidejuſſ. l. 6. 7. & 8. de fidejuſſ. Mandatum autem non item. Affinis eſt vtrique fidejuſſori ſcilicet & Mandatori is, qui ſe ſoluturum conſtituit: Saltem quod ad effectum attinet, ſi quis conſtituit pro alio ſe ſoluturum, ſed conſtitutum ſemper ſequitur obligationem, quod ex edicto prætoris ſatis conſtat tit. de conſtit. pecun. ſicut mandatum ſemper præcedit. Scilicet ex lectoris Duareni ſuper tit. de fidejuſſ. & Mandator. nondum impreſſis. De differentia fidejuſſoris, mandatoris & conſtituentis, vide & Gotboſr. ad leg. 3. Cod. de conſtit. pecun.

FIDEIVSSOR dicitur, qui fide ac periculo ſuo ſuadet, vt id de quo agitur fiat: quoniam ejus euentum præſtat, vt leg. Lucius 24. ff. de fidejuſſ. Periodes ei nummos fide ac periculo meo. Itaque cum has paſſim formulas legimus, Stichum, aut decem fide tua jubes? Quantam pecuniam credidero, fide tua eſſe jubes? Mille modios tritici fide tua eſſe jubes? Si reus quadraginta non ſolueris fide tua eſſe jubes? cum, inquam, has formulas legimus, ſubauditur perpetuo, iſti credita, nam jubere, pro velle, ſuadere, cupere, hic vſurpatur: vt veteres in his locutionibus annotauerunt, jubeo te ſaluere, jubeo te bono animo eſſe. Aliud autem eſt fide tua jubere, aliud fide ſua promittere. Fide ſua reus principalis promittit, cum ipſe ſua ſponte ſpondet: vt medicus apud Plautum in Menæchmis, Sanum futurum mea ego id promitto fide. Fide aliena promittit, cum fidejuſſorem, aut vadem, aut prædem præbet. At fide ſua jubet, qui actor ac ſuaſor eſt, vt alteri quid credatur. Vnde fidejuſſorem Donatus definit, actorem credendi In Eunucho Terent. Act. 1. Scena 2. ad hæc verba, ſi fidem habeat. Ergo fidejuſſor & fide ſua jubet, & fide ſua, non autem aliena, promittit: at reus & ſua & aliena promittit. Hot. Cujac. ad leg. in perſona, ff. de pactis dicit fidejuſſorem iſta lege ſumi pro expromiſſore, quod fortaſſis alibi nuſquam.

FIDEIVSSOR ſiue intercesſor non eſt conueniendus, niſi prius debitore principali conuento. Nou. vt creditor. prin. aggrediant. §. 5 conſtit. 4 Abſente tamen debitore poteſt primum fidejuſſor conueniri, ibid. §. cæterum ſi fidejuſſ. Et quamvis hanc Nou. ad tempora vſque Iuſtiniani vſus aboleuerit: eam tamen reduxit, adauxitque Iuſtinian. l. non rectè, C. de fidejuſſ. & mandat. Prat.

FIDEIVSSORES à correis ita differunt, quod hi ſuo & proprio morbo laborant, illi vero alieno tenentur. Quare fidejuſſori magis ſuccurrendum cenſent, venia namque digni ſunt qui aliena tenentur culpa, ejuſmodi ſunt fidejuſſores pro alieno debito obligati. Argum. l. legem. C. de natural. liberis gloſ. in c. in noſtra ſuper verbo inutilem, ad fin. extra de procuratorib. &c. Brechæus l. ſoceri de verb. & rer. ſignif.

FIDEIVSSOREM autem veteres Sponſorem appellabant, vti nominanit etiam in l. fidejuſſores, 68. ff. eod. Varro, Spondet, qui dicit ſua ſponte, Spondeo Spondet etiam ſponſor, qui idem, vt faciat, obligatur. Itaque à Cicerone perpetuo appellatur. Scævola l. creditor 60. §. 1. Mandati. Quamvis idonee ſe promiſſuram tibi Titiam matrem puellæ dotem ſciam, tamen & ipſe quo magis conciliem animum tuum domui meæ, fidem meam interponere non dubito. Quare ſcias quodcunque ab ea ex hac cauſa ſtipulatus fueris, id me mea fide eſſe juſſiſſe ſaluum te habiturum Hor.

FIDEIVSSORIA cauſa, l. 28. vlt ff. de ſol. l. 21. & l. 47. ff. mandati l. 8. ff. de vſufruct. earum rer. l. 9. ſi pater, ff. de adm. & periculo.

FIDEIVSSOR in rem dicitur, qui in eo negotio quod ipſi proprium eſt, interpoſuit ſuam fidem. Connan. lib. 6. c. 5. nu. 54.

FIDEIVSSOR conditionalis, qui ſub conditione promittit, nomine debitoris continetur, vt docet Bartol. in l. num. penult. ſi certum petat. Et fidejuſſorem proprie eſſe debitorem, fere omnes tradunt: quia jura eum plerumque appellant debitorem Ex Alciat. in l. 8. ff. ſi cert. Spieg.

FIDEIVSSORIA obligatio. leg. 24. l. 21 § Si via. l. 79. §. vlt. ff. de ſolut. l. 49. §. & l. 50. ff de Fidejuſſoribus.

FIDELES interdum generaliter dicuntur, qui in principis alicujus poteſtate ac ditione ſunt, qui vulgo ſubjecti appellantur, Greg. Turon. lib. 10. cap. 3. Nos, piiſſime Rex ſubjecti atque fideles vobis gentique veſtræ eſſe deſideramus. Interdum vero ſpecialiter dicuntur fidem qui vaſalli, qui feudo accepto, in patroni fide & clientela ſunt: viciſſimque ſuam ei certi obſequij nomine fidem adſtrinxerunt. Cicer. in orat. pro Sexto Roſcio. Quare in cujus fide ſint & clientela, lib. feud. 1. tit. 14. §. 3. Si ergo Domino & fideli placuit, vt paciſcantur de filia &c. Et lib. 1. tit. 4. 6. Tunc oportebit fidelem incrementi inueſtituram probare. Prateius.

FIDELES liberti l. 5. §. imprimis ff. de bonis eorum.

FIDELIS tutor. l. 8. ff de ſuſpectis tutorib. § ſuſpectus Inſt. eod.

FIDELISSIMVS amicus l. 10. ff. de ann. legat.

FIDELITAS generaliter interdum pro fide & obedientia omnium ſubjectorum. Duplex n. fidelitas eſt: vna quæ à vaſallis & quaſi vaſallis: altera quæ à ciuibus præſtatur, vt in l. Frideric. de pace Conſtant. lib. feud. 2. tit 62. Vaſalli noſtri à nobis inueſtituram recipiant, & fidelitatem faciant, ſicuti vaſalli: cæteri omnes ſicut ciues à 16. annis vſque ad 70. Item apud Radeul. lib. 2. cap. 10. Epiſcopos Italiæ ſolum ſacramentum fidelitatis ſine dominio facere debere domino Imperatori. Hinc juſiurandum fidelitatis Vaſalliticæ, quod ab Imperatore Papa Clemens contendit in c. 1. de jurejur. in Clem. Fidelitatem dicimus (inquit Obertus) juſiurandum quod Vaſallus præſtat domino, lib. 2 tit 3. § 4. & tit. 26. § 9. vbi, quot hæredes ſunt, tot fidelitatem debent: hoc eſt tot debent ſe domino exhibere, vt ei ſuam fidem & obſequium interpoſito jurejurando adſtringant. Iuſiurandum fidelitatis videtur Latinè non incommodè dici Execratio poſſe Cicer. Vert. 7. vbi fides vbi execrationes, vbi dextræ complexúſque; Vide vaſallitium. Prat.

FIDICVLÆ in l. 1. & 2. C. Theod. de quæſt. tormenti genus ab eo dictum, quemadmodum Iſid. lib. 5. Etym. c. 27. tradit, quod eo rei in eculeo ad fidem inueniendam, & eruendam torquentur. Pr. ex Briſſ. Gotboſ. ad l. 4. C. ad l. Iul. majeſt. Fidicularum quoque meminerunt Imp. in l. 16. C. de quæſt. & in d. l. 4. C. ad leg. Iul. majeſt. & Prudentius in hymno

FIDVCIA doctrinæ, pietatis, magiſtratus, ingenuitatis, libertatis, innocentiæ &c id fecit. Briſſ. & ff.

FIDVCIA, eſt contractus quo fidem alterius ſecuti rem ei aliquã ſimulandi tantum cauſa mancipamus: inde ducta appellatione quod nulla alia re, quàm fide ac probitate emptoris freti eam venditionem interponimus, vnde Fiduciarius emptor ille rectè appellabitur: quemadmodum hæres fiduciarius dicitur cujus fidei ſuam hæreditatem teſtator ad tempus tantùm credit. Hoc cùm ita ſit, illud jam ſcire oportet, olim formulam emancipationis hanc fuiſſe, vt pater filiũ ſuũ alicui dicis cauſa venderet, ab eóque nummos aliquot acciperet: ac tum emptor hominem illum ſibi venditum manumitteret, quod cùm iterũ ac tertio factum eſſet, eueniebat vt ex lege Romuli filius è poteſtate patris exiret; is autem qui eum manumiſerat, patronus ejus efficeretur, ac proinde patronatus iure, ipſius inteſtato mortui, quaſi liberi hæres eſſet. Cautio igitur à ICtis inuenta eſt hæc vt poſt duas venditiones, totidémque manumiſſiones, pater ita jam tertio filium venderet, vt ſibi viciſſim ab emptore reuenderetur: ac tum cum ipſe manumitteret, vt eius inteſtato mortui ls hæres eſſet, quo demum caſu cõtracta fiducia dicebatur, quia, viciſſim à patre accepta fuerat, quaſi vltrò citróque facta Contrahendi. n. verbum reciprocationem in ſe quandam habere teſtis eſt Labeo, l. 19. ff. de verb. ſig. Differunt igitur Fiduciam contrahere, & Fiduciã interponere, nã fiducia interponitur, cùm ſemel tantùm atque ab vno accipitur, veluti (inquit Boerius) ſi quis tempus dubiũ timẽs amico potentiori fundum mancipet, vt ei cum tempus ſuſpectum præterierit, reddat, vel cum pater ille filium ſuum emptori adumbrato vendit, confiſus ab eo continuo filiũ ſuum manumiſſum iri: vel cum teſtator ſuam hereditatem alicui ad tẽpus credit, confiſus illam ab eo alteri nominato reſtitutum iri. At contrahi fiducia dicitur, cùm viciſſim ac mutuò interponitur, veluti cùm poſt tertiam venditionem adumbratam emptor ita patri ſuũ filiũ reuendit, vt eum pater continuo manumittat. vt l 2. §. obiicitur, ff. ad Tertul nam ſi contrahere fiduciam nihil aliud eſſet, quàm interponere: ſemper contrahenda fiducia emancipatio celebrata fuiſſet, nunc Iuſtinia. apertè teſtatur in Inſtitutionibus, emancipationes non contracta fiducia fieri poſſe: & ſi factæ olim fuiſſent, patrem filio ſuo inteſtato ſucceſſurum non fuiſſe, §. vlt. de legitim. agnat. ſucceſſ. Nonnulli

autem

autem fiduciam interpretantur legem reuendendi venditioni adhibitam, à quibus iccirco diſſentio, primum quia fiducia non pactum, ſed verus principaliſque contractus eſt: deinde quia iſta ratione nunquam emancipatio non contracta fiducia fuiſſet. Hot. Cujacius eſt in ea opinione, quod fiducia ſit redhibendi aut reuendendi les venditioni appoſita, vt ibi per eum not. ad 3 lib. Inſtit. ſub tit. de legit. agnatorum ſucceſſione circa finem.

FIDVCIA præter vulgatam ſignificationem pro pignore accipitur propriè, quod creditori mancipatur, aut in jure ceditur, ea lege, vt ſoluta ad diem pecunia, remancipetur, non ſoluta, creditori pleno jure committatur, id eſt, lege commiſſoria: alias vero pignoris dominium in creditorem non transfertur, l. cum ſortis, §. vlt. ff. de pignor. act. §. Contra autem 1. Inſtit. Quibus alien. licet vel non §. 7 & §. 14. Inſt. de furtis, ſicque ſumitur apud Iul. Paulum lib. 1. ſent. tit. 9. & lib. 2. tit. 13. & lib. 3. tit. 8. Prat.

FIDVCIAM accipere apud Cice. in Topic. Si tutor fidem præſtare debet, ſi ſocius ſi cui mandaris, ſi qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator, Boet. in comm. Topic. Fiduciam, inquit, accepiſſe dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet. veluti ſi quis dubium tempus timens, amico potentiori fundum mancipet, redditurо eum tempus illud dubium præterierit. Prat. ex Briſſ.

FIDVCIAM Cicer. lib. 3. Offic. in oratione pro Sext. Roſc. & pro Aulo Cecin. pro depoſito: vt in orat pro l. Flacco pro pigno.

FIDVCIÆ datio, id eſt, pignus. Briſſ. ex Paul.

Inter FIDVCIAM & pignus hoc interfuiſſe Iſidorus lib. 5. Etymol. c. 21. ſignificat, quod pignus manente apud debitorem dominio nudam poſſeſſionem transferret: per fiduciam vero res aliqua mutuæ pecuniæ gratia vel mancipabatur, vel in jure cedebatur Quum tamen, vt verbum conuentat, ſub ea lege factam fuiſſe mancipationem neceſſe ſit, vt ſoluta pecunia redderetur, & reſtitueretur; eaque ratione pignus à fiducia ſeparatur apud Cicer. lib. 3. Offic. & alias Tertullianus in lib. de Idololat. pignoribus fiduciati dixit Prat. ex Briſſo. Adde Cujac. lib. 2. recept. ſent. Iul. Paul. lib. 13.

FIDVCIÆ famoſæ meminit Cicero pro Flacco & Goth. ad rub. C. de pact. pignor & leg. commiſſor.

FIDVCIARIA hæreditas, id eſt, fidei ejus, cui relicta eſt commiſſa, vt eam alteri reſtituat. Vlp. l. 9. de reb. cred. Sed etſi ex Senatuſconſulto agetur, competit hæc actio, veluti ſi is cui fiduciaria hæreditas reſtituta eſt, agere volet. Hot.

FIDVCIARIA res eſt, quæ loco pignoris apud creditorem, vt pote ſpe redimendi, depoſita ſit. Prat.

FIDVCIARIA tutela. Fiduciarij tutores appellabantur fratres, quibus poſt mortem parentis ſingulari fide defertur authoritate juris, fratrum & ſororum in pupillari ætate adminiſtratio atque tuitio. Inſtit. de fiduciaria tutela in princ. & vide l. 4. ff de legi. tuto. & Vlp. tit. 11. in Epit. Prat Olim fiduciarius pater appellabatur, cui naturalis parens imaginaria venditione filium mancipabat, vt ipſe deinde eum manumitteret. Fiebatque is tutor fiduciarius manumiſſi. Atque hinc videtur profecta appellatio fiduciariæ tutelæ, quæ tribuitur fratri, vel patruo impuberis, poſt mortem parentis, qui eum emancipauit. Sane olim fiduciā accepiſſe is dicebatur, cujus fidei res aliqua credebatur, ea lege, vt aliquando redderet mancipanti. Balduі.

FIDVCIAM diſtrahere. Paul. ſent. 13.

FIDVCIÆ judicium inter bonos bene agier, ſummæ exiſtimationis fuit, turpeque ac famoſum. Briſſ. ex Cicer. 3. Offic. Epiſt. 12. lib. 7. pro Roſcio pro Cæcio.

FIDVCIARIVM alteri reſtituere regnum. Hirtius lib. de bello Alex. Curt. lib. 5. compoſitis rebus, juſto regi tibi fiduciarium reſtituo imperium. Liu. lib. 32. Optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno velut fiduciam dare: vt victori ſibi reſtitueret: ſi quid aduerſi accidiſſet, ipſe haberet. Briſſ.

FIDVCIARIVS contractus. Require contractus fiduciarius.

FIDVCIARIVS hæres propriè dicitur, qui inſtitutus eſt contemplatione non vere præteriti, ſed quodammodo inſtituti, l. Sextus Saturni. Ad Treb. l. dedit dotem, de col. bo. Spieg. adde Tiraq *de retraict conuentionel* §. gl 2.

FIDVCIARIVS dicitur is, in quem ſimulate aliquid ad tempus ea lege alienatur, vt vel nobis ipſis, vel ei quem nominauimus, reſtituat. Hinc fiduciarius hæres apud Iauol. l. Seius, 46 & leg. 67. ff de Senatuſc. Trebel. is qui hæres ſimulate & ad tempus ſcriptus eſt, dum eam hæreditatem alteri vero ac perpetuo hæredi reſtituat. Hinc fiduciaria hæreditas eodem loco, quæ fidei illius credita & commiſſa eſt, ſeu per fideicommiſſum relicta. Hinc fiduciariam operam legatus Imperatori ſuo præſtare dicitur à C. Cæſare, cui Imperium ad tempus commiſſum eſt, vt eo exacto Imperatori ſuo illud reſtituat. Hinc fiduciarius pater dicitur is à Caio in Inſtit. cui pater verus filium ſuum ſimolato mancipat, de quo late Connan. lib. 2. c. 14. n. 4. Quæ cum ita ſe habeant, dubium nemini eſt, quin fiduciaria tutela dici deberet ea, quæ alicui ad tempus commiſſa eſſet, atque concredita: & Fiduciarius tutor is, cujus fidem in ea tutela ipſi ad tempus credenda ſecuti eſſemus. Verum conſuetudine ſermonis à recta via nominia pauliſper deflexum eſt: vt in com. Inſt. expoſuit. Hotom.

FIDVCIARIVS ſeruus, pro Oppigneratus. Paul. lib ſent. 2. c. 13. Quicquid creditor per fiduciarium ſeruum quæſiuit, ſortem debiti minuit. Hot.

FIDVCIARIVS pater antiquo jure nominabatur, qui præter naturalem patrē alius adhibebatur, qui ſcilicet emptum filium, patri naturali reuendebat emācipandum Quibus id fiebat ſolēnitatibus, antiquitatis ſtudioſus (nam illæ ſublatæ nūc ſunt) petere poteſt ex primo Gaij Inſtit. lib. Spieg. Curtaſius lib. 6. Miſcel. c. 9. Adde Tiraq. *de retraict. conuentionel.* §. 1. gl. 2. Prat.

FIERI: vide paulò poſt.

FIGERE propriè eſt legum. Nam figi leges dicuntur, cum in æs inciduntur: & tunc fixæ tolli non poterant, cum promulgatæ poſſent. Refigere autem, eſt leges jam æri inciſas abolere & remouere. Quidam Tribonianо iniquiores, aiunt illum ſolitum figere leges precio, atque refigere. Vide Bern. Rutilium in vita Tribon. Spieg.

FIGERE tabulam, & refigere. Quære Tabulam figere. Tabulæ figuntur ad januam. Briſſo. ex ff. & Cod.

FIGVLINÆ pro figlinis, in l. 6. ff. de ſeruit. ruſtic. Briſſ.

FIGVLI, qui in figlinis opus faciunt, à fingendo. Briſſ.

FIGLINA, officina figuli Iauolen. l. 25. ff. 1. de inſtrum. & inſtru. Quidam cum in fundo figlinas haberet, figulorum opera majore parte anni ad opus ruſticum vtebatur. Hot.

FIGLINVM opus, arte figuli perfectum. Paulus l. 19. §. 1. ff. de ſeruit. vrb. præd Iuxta communem parietem cameram ex figlino opere factam jure haberi licet. Hot.

FIGMENTVM falſi tituli l. ſi ancillam. C. de contrah. empt.

FIGVRA pro ſpecie & forma accipitur, l. 1. ff. de oblig. & act. l. 69. de hæred. Inſt. l. 33 de mort. cauſ. don. l. 30. §. tametſi, ff. ad leg. Falc. & Inſt. de l. in prin. Sic figura humana in l. 135. ff. de verb. ſig. Cic. lib. 1. De nat. Deor. Aliter plane figura verborum, l. 16. de verb. ſig & figura literarum, l. 38. de obl. & act. & figuratio, l. 184. de verb. ſignific, quæ verba per ſe patent. Prat. ex Briſſ.

FIGVRA judicij, hoc eſt, proceſſus Iudiciarius.

FIGVRATE loqui. Vide inſt. Iuriſconſulti nonnunquam.

FIGVRATVM contra quam vulgo putant, dicitur, quod non ſimpliciter indicatur, ſed ſubobſcure intelligitur. Spieg.

FIGVRATA donatio, vide l. 23. §. ſi quis autem, C. mandatoribus. Cujuſlibet materiæ figura quandoque dicitur. Figura literarum, verborum, conditionis. Briſſ.

FIGVRÆ etiam, i. e. ſpecies rerum & cauſarum. Variæ cauſarum figuræ, l. 1. ff. de oblig. & act. De iis juris figuris quib. per vniuerſitatem res nobis acquiruntur, §. 1. in pr. Inſt. de lega. Briſſ.

FIGVRATIO monetæ l. 7. de indulg. crim. C. Theod. l. 8. de falſa moneta eod. Cod. pecuniæ l. vlt. ſi quis pecun. conflauerit, C. eod. Briſſ.

FIGVRATVS ſolidus, Figuratio monetæ, Briſſ. ex C. Theod.

FIERI, id eſt, eſſe & manere l. ſi rem. ff. de acquir. poſſ & alibi ſæpiſſime quandoque ſignificat eligi, de adopt. in princ. Interdum morari §. ſancimus, in auth. de lenonib. aliquando colligi l. patris, ff. de præſcript. verb. ſignificat.

FIERI dicitur extra judicium, agere in judicio l. 1. §. quibus ff. quod cuiuſque vniuerſ. Prat.

FIERI quid per aliquem qui dicatur, l. quod te, ff. ſi cert. pet. l. ſi eum dies ff de arbitr. Prat.

FIERI in continenti dicitur, quando quid fit vno contextu non diuertendo ad extraneos actus, contrarium ve actum interponendo Vide cap. quia propter. extra de elect. & hoc judicis arbitrio committi poteſt, gl. in ea. no ſit de appellatio, & l. continuus, ff. de verb. oblig. Spieg. Prat.

FIERI non videtur, quod jure non fit. l. 3. §. ſi liber homo. ff. de condi. cauſ. data. Spieg. Prat.

FIERI injuriam contra bonos mores, quid ſit, Paulus exponit. l. 1. de extraord. crimin.

FIERI bona fide, hoc eſt, citra figmentum facere. Spieg. Vide Bona fide.

FIERI pattemſa. *der eygen Fewr vnd Rauch vberkommet*, Spieg.

FILIA maior & minor. l. 21 §. pater. ff. de ann. legat. l. 12. ff. de cond. & demonſtr l. 14. ff. de dote præleg.

FILIABVS in teſtamentis ob diſcrimen ſexus, ait Pliolus, dici conſueuiſſe: cum bis tantum nominibus adjici ſoleat nos, quæ numero plorali as literis terminatur: vt cupiditates, dignitates vel quæ vs, vt nodus, manus, ſenatus, fluctus. Hæc Chariſius lib. 1. Hotom.

FILIASTER, Filiaſtra, & filius vel filia, ex alio conjuge genitus vel genita, non ex eo, quem modo habet mulier, can. Si quis filiaſtrum. cauſ. 30. qu. 3 Prat.

FILIASTER, quo quidam vtuntor pro priuigno, non paruus filius eſt, ſed imitans filium. Autor Valla lib 1.

FILIATIO vt per doctores in l. 1 de cond. & demonſtr. per communem nominationem parentum, & quod natus eſt in domo mariti commorantis vxori, l. filium, ff. de iis qui ſunt ſui cap. Michael. de fil. presbyt. Prat.

Filii appellatione omnes liberos intelligimus, ait Paul. in leg. 84. de verbor. ſignific. Ex proprietate ſermonis nepos filij appellatione non continetur, l. 6 ff. de teſtament. tutel. §. fin. Inſtit. qui teſtament. tutor. dar. Sed ex interpretatione: qua de re Bartol. & Bald. in l. Gallus, §. inſtituens, ff. de liberis & poſthumis, præconio Salomonij vtiliter differunt. Attingit item aliquot locis Alciatus in comment. ſuis, de verborum ſignificat. & Zaſius in tractatu Subſtitutionum, indicat, conſueſſe ætatem noſtram, cum nominat filios vel liberos, addere nepotes, *Kinds vnd Kindskinder*, ad tollendas cauillationes. Filiorum autem nomine, etiam filiæ continentur, l. 16. ff. de teſtament. tutor. l. 122. de verborum ſignific. ſed non è contrario, veniuntque propriè primi gradus, textus eſt in l. quod ſi nepotes, in fin. ff. de teſtament. tut. Diſcrimen inter filios & liberos ſecundum communem vſum & intellectum, in idiotam & laicum illiteratum & indoctum venire & cadere non poteſt. Quod gloſſæ dictum & in dict. leg. quod ſi nepotes, Bartol. ibidem agnoſcit, & in l. liberorum, circa fin. ff. de verborum ſignificat. Tametſi in ordinationibus, in quibus mens & voluntas ordinatoris euidenter & manifeſte deprebendi aut declarari non poteſt, filiorum appellatione veniant etiam nepotes, vt ſentit Bartol. in dict. l. liberorum, & expreſſius. Alexander in Addit. ad Bartol. in l. Lucius Titius, qui fratrem habebat teſtamento, de hæred. inſtitut. Spieg. ex Oldendorp. Prat. Etſi autem interpretatione quadam filiorum nomine nepotes & filiæ veniant per jura hic allegata: tamen jure veteri inter filium & filiam, differentiam fuiſſe conſtat. Filius enim trina mancipatione de poteſtate exibat, vti ſcribit Caius lib. 2. Inſtitutionum. Filia autem & nepos, & qui deinceps ſequuntur, vnica mancipatione, l. certom, §. vlt. de injuſt. teſtam. Sic enim locus is reſtituendus eſt. In illo autem filius à filia, & nepote differebat, quod præteritio filij injuſtum faciebat teſtamentum: filiæ vero & nepotis non item: vti ſcribit Vlpianus in Inſtitutionibus ſub titul. qui hæred. inſtit. poſſ. Scribit & Imperator lib. 2. Inſt. de exhær. lib. Hodie quoque à nepote in illo differt filius, quod filius ſub omni conditione non rectè inſtituitur, nepos autem recte, l. ſuus, de hæred. inſtitut. in illo item, quod filio in quartam fructus non imputat, leg. jubemus. Cod. ad Trebell. de quo Goueanus ad l. Cohæredi, §. 5. ff. de vulg. & pup.

Filii dicti ſunt ab amore quaſi φίλιοι, liberi, quod à Seruis diſtinguerentur, quos in familia ſimiliter vt filios habemus. Conoan. lib. 10. cap. 5. n. 2.

Filii ideo liberi dicti ſunt, vt parentes meminerint, ſe illis non perpetuo imperaturos. Itaque cum pater filiam natam 25. ann. negligit dare nuptui, abſque graui cauſa, poteſt ipſa libere, hoc eſt, ſine conſenſu paterno, matrimonium contrahere: & oportet nihilominus patrem ſuppeditare pro facultatibus dotem, Authent. ſed ſi poſt. Cod. de inoffic. teſtament. Spieg. ex Oldend. Prat.

Filium pleriqueἀπὸ τοῦ φίλου dictum exiſtimant, quod nullus æque cenſeatur amor, ac inter patrem & filium, nullus item eſſe debeat: vnde Cic. ad Attic. *στοργὴν φυσικὴν εἶναι πρὸς τὰ τέκνα* dixit: id eſt, erga filios genuinam & naturalem beneuolentiam eſſe: quod Alciato non placet, putatque potius filium eſſe ab υἱός, addito ex more Æolico digamma, vt ſit Υἱὸς, vnde forſan Picardi ſuum verbum *Fieux*, deſumpſerunt. Ego verò filium à filo deductum magis arbitror, quod ſæpius filij faciem formamque patris aut matris referre ſoleant, vt Virgil. de Aſcanio puero, Aſtyanactis imaginem referente,

Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.

Nam & filum id aliquando ſignificat, & lineamenta faciei, Aulus Gellius lib. 14. noctium Att. Condigne (inquit) mehercule, & condecore Chryſippus in librorum qui inſcribuntur περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς, primo. Os & oculos Iuſtitiæ vultumque ejus ſeneris atque venerandis verborum coloribus depinxit. Facit quippe imaginem juſtitiæ, fierique ſolitam eſſe dicit à pictoribus Rhetoribuſque antiquioribus ad hunc ferme modum, forma, atque filo virginali, aſpectu vehementi & formidabili, luminibus, oculorum acribus, neque humilis neque atrocis: ſed reuerendæ cujuſdam triſtitiæ dignitate, &c. Vel dicitur à filo filius, quod ipſe ex patre progenitore veluti filum quoddam ducitur, Theodor. lib. 5. [Greek illegible] id eſt, Et ſecundum hoc ipſum, atque etiam ſemper, filium ex patre credimus. Quandoquidem forma eſt & ſplendor paternæ ſubſtantiæ. Sed de filio Dei, intelligit, &c. Brechæus leg. filij appellatione, tit. de verb. & rer. ſignif. &c.

Filius differt à ſeruo. Nam inuito filio libertas non datur, Nouell. 89. Paul. ſententi. 25. ſeruo autem, licet inuito datur Goth. ad l. vltim. §. 1. de teſtam. milit. & ad l. 5. in fin. Cod. de emancipat. libert.

Filii naturales ſecundum Azonem in ſum. Cod. eod. titul. ſunt multiplices. Aliqui ſunt naturales ſimul & legitimi, vt qui naſcuntur per legitimum torum. Alij ſunt legitimi tantum, vt adoptiui. Alij naturales tantum, vt nati ex concubina vnica, & in domo indubitato affectu marito conjuncta. Alij neque naturales, neque legitimi, vt qui ex illicito, & damnato coitu nati ſunt. De his omnibus eſt gloſſ. Inſtit. de adopt. in princ. & gloſſ. in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legitimi. Et quot modis naturales de ſoluto cum ſoluta efficiantur legitimi, patet in c. tanta, qui filij ſint legitimi. Vbi etiam dicitur, qui filij vulgo nati vel concepti ſunt, qui non habent patrem determinatum. Sed (vt Azo dicit) hæc diſtinctio ſecundum jura ciuilia Imperatorum datur: & non ſecundum jura naturalia: quia forte ſecundum Theologos non eſt vſquequaque verum, ſecundum quos matrimonia, ſeu indiuidua maris & fœminæ conjunctio eſt de lege naturæ, quia ſecundum Ariſt. & Philoſophos, 1. Politicorum, Naturalis videtur conjunctio vnius ad vnam, & vagus concubitus contra naturam, Oldend. Prat.

Filiorum appellatione in feudis, veniunt omnes deſcendentes vſque in infinitum, ita ſingul. Bald. in c. quæ in Eccleſiarum in penult. col. verſ. ſed pone conceſſum, extra de conſtitut. quod pro ſing. multum commendat Dom. Iaſ. in l. 5. col. 65. in 6. quæ. C. de jure emph. & tradit Alex. conſ. 17. ponderatis, in 1. dubit. in 5. lib. vbi ponit quid in emphyt. Cott.

Filiorum præterea nomen in poſthumos poſthumaſque cadit. 16. ff. de teſt. tut. §. vlt. Inſt. qui teſt. tut. l. 15. in fin. l. 17. ff. de leg. lib. 1. l. 16. ff. de verb. ſignif. quæ ad d. l. 87. vel ipſa inſcriptione teſte referenda eſt, Briſſ. Qui inſuper filiorum appellatione contineantur, vide Cujac. comment. ad titul. pandectarum de excuſatio. fol. 12.

Filiifamiliarum dicuntur, qui in patria poteſtate ſunt, l. 4. de his, qui ſunt ſui vel alien. qui quaſi domini viuis etiamnum patribus exiſtimantur, §. 3. ibi & viuo quoque patre Inſtit. de hæred. qualit. & differentia. Vnde vt illi patresfamil. ita & ipſi filijfam. appellantur, ſola ea nota adjecta, qua genitor ab eo, qui genitus eſt, diſtinguatur l. 11. ff. de liber. & poſth. Briſſ.

Filius eſt, qui ex viro & vxore naſcitur, l. filium, de his qui ſunt ſui vel alien. jur. Quam definitionem Alciat. lib. 6. paradox. non admodum probat. Noſter Appellus putat Vlp. filium naturalem, non etiam ciuilem, definire voluiſſe. Cum regulariter, Lex ſit naturaliter potius intelligenda, quam ciuiliter l. fin. C. de his qui ven. ætat. impet. Porro filius eſſe negatur vulgatiſſimo tropo, qui degenerat à paternis moribus qui meruit abdicari, & tamen manet naturæ vinculum Sic epiſcopum eſſe negamus qui indignus eſt hoc nomine, & tamen manet conſecratio. Sic Chriſtianum eſſe negamus, qui moribus eſt impiis, & tamen non tollunt baptiſmum, Spieg.

Filius regis poteſt dici rex viuente patre, arg. §. cum quidam Cœlius l. cum vero is, ff. de fideicommiſſ. libert. adjuncto textu in l. in ſuis, & ibi Bald. ff. de libert. & poſth. Spieg. Prat.

Filius emancipatus eſt, qui è manu, i. e. poteſtate patris dimiſſus eſt. Quæ emancipatio & manumiſſio quomodo antiqua legis obſeruatione procedebat: & quomodo de jure Iuſtinianeo contingat, vide §. præterea. Inſt. quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolu.

Filium cum dicimus, non conditionem ejus oſtendimus, qui in alterius ſit poteſtate, vt cum filiumfamilias dicimus, ſed alicujus filium eſſe ſignificamus, An. Auguſt. ad l. 1. ff. de excuſ. tut. ad fin. Prat.

Filium ſpurium, reſcripto Principis legitimum effectum, vere legitimum cenſuerunt. Socinus, Decius, Curtiuſq; vt atteſtatur Alciat. Nam & aliquem mihi (ait) juſtum filium cenſeri, agnatis vero meis non cenſeri, haudquaquam naturæ repugnat: cum ſatis ſit mihi integre cenſeri filium: nihil ne obſtat reſpectu aliorum qui non conſenſerunt, fictionem. Legis nihil operari: hujuſmodi enim varietas magis aliorum perſonas quam ipſius filij reſpicit, l. in ſtipulationibus, §. 1. de verborum obligat. Filij ſpurij ex ingenua muliere nati, vtique ſunt ingenui, l. 3. in fin Cod. ſoluto matrim. Filij ſpurij, vel ſacerdotum poſſunt tantum de bonis parentum accipere, quantum eis ſufficit ad alimenta jure naturali debita, etiam jure canonico, c. cum haberet, de eo qui duxit in vxor. quam poll. per adult. & ibi tractatur. Angel. in l. ſi §. ſi à ſocero ff. quæ in fraud. cred. & l. ignoti. C. eod. tit. Bald. in auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. vide Bartol. conſ. 119. incip. Dominus Dominicus, & conſ. 194. incipient. Cechus de Spoleto Prat.

Filium ſenatoris accipere debemus non tantum eum, qui naturalis eſt, verum adoptiuum quoque, neque intererit à quo vel qualiter adoptatus fuerit: l. per adoptionem, 15. ff de Adoptionibus, nec intereſt an in ſenatoria dignitate conſtitutus eum ſuſceperit, an ante dignitatem ſenatoriam. Senatoris filius eſt is, quem in adoptionem accepit: quamdiu tamen in familia ejus manet, l. 5. & 6. ff. de ſenator. Soluta enim adoptione ſoluuntur etiam omnia jura promanantia ex ea, l. 13. ff. de adopt Hot Prat.

Filippi nummi genus, l. 17. §. cui legatum, ff. de auro & argento. leg. ab Horatio lib. Epiſt. regale numiſma adpellantur Fit & apud Trebellium Pollio. in Claudio, & Vopiſcum in Bonoſo, &

in Au-

in Aureliano & in Probo Philippeorum aureorum mentio, qui licet imagine vultus recentiorum principum ſignari, priſcum tamen nomen retinuere, vt & apud Gallos nummi aurei genus eſt, quod vulgo vocant *Philippus*, quod æſtimatur aſſibus Gallicis 15 Briſſ. ex Prat.

FINALIS quæſtio, quæſtio de finibus, finium regundorum iudicium, Papin. l. 11. ff. fin. reg. finalibus quæſtionibus, vetera monumenta, cenſus auctoritas ſequenda eſt. Hotom. Alia autem eſt quæſtio de fine, alia de loco. Prior eſt de fine intra quinque pedes. Poſterior vltra, cum de loco in confinio, vel in medio agri, quam ad partem pertineat, quæritur. Finis vſucapi non poteſt, locus poteſt. Vtraque controuerſia eſt de latitudine, l. vlt. ff. de pign. Gothof. ad l. 5. C. fi. regundor.

FINGA, id eſt, pone, vel facito. l. 3. §. dux. ff. Carb. edicto, l. 4. §. ſi ita quis. ff quando dies lega. l. vlt. ff de coniug. cum emancip.

FINGI lites poſſe, extat nobile exemplum apud Vlp. in l. cum hi. §. tranſact. ff. de tranſact.

FINGITVR receptum, quod vere receptum non eſt, Gloſſ. in l. voluntati. §. creditor. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit. Alber. Spieg.

FINEM ſæpe Iuriſconſulti pro modo accipiunt, vt eſt à Franc. Duaren. lib. 11. Anniuerſ. diſputat. notatum. Itaque Fini, pro vſque ad finem: Ad finem vero, pro ad modum & quantitatem ſignificat in l. 19. ff de compenſa. l. 1. § pacto, ff. de vſur. l. 5. ff. de coll. dot. l. 15. ff. ad leg. Falc. l. 25. ff. de adim. lega. l. 4. §. vlt. ff de naut. fœn. l. 41. §. 1. ſolut. matrim. l. 17. in fi. ff de caſtr. pecul. l. 16 ff quando dies lega. cedit. Sic & in l. 66. in fin. ff. de euict. & l. 33 §. ſi iot. ff. de donat. inter vir. Briſſ. Prat.

FINEM rei quærere, nihil aliud eſt quam quid ſit illud, quod in controuerſiam venit, quærere, D. Gœd. in commen. ad l. 123. n. 2. de verb. ſignif.

FINES, agrorum termini & limites appellantur, l. 16 §. 1. ff. de vſu & habit. l. 18 §. pen. & vlt. de adquir. poſſeſſ. l. 2. § cum Stichum ff. pro empt. l. 21 ff quæ in fraud. cred. Sic apud Teren. Heauton. Vicini noſtri hic ambigunt de finib. & Cic. 1. Off. Arbitrum Neapolitanis & Nolanis de finib. datum, Briſſ.

FINES, vt Agennius Vrbicus notauit, multis documentis ſeruabantur, terminis, & arboribus notatis, & foſſis, & viis & riuis, & vepribus, & ſæpe normalibus: &, vt comperi aliquibus locis, inter aqua marginibus quibuſdam tanquam puluinis ſæpe etiam limitibus. Item petras notatas, quæ in finibus ſunt pro terminis habebitis. Si arboribus notatis fines obſeruabuntur. Videndum quæ partes arborum notatæ ſunt. Notæ enim in propriis arboribus à foras ponuntur, vt arbores liberas in parte à nota derelinquant. Si communes ſunt arbores mediæ notantur, & ad vtrunque pertinent.

FINIS pro definitione quandoque accipitur, eoque redditur verbum Græcum ὅρος. Si in l. 213 ff de verb. ſignif. Præterea fines appellant Iuriſconſulti, quos Dialectici terminos, l. 124 ff. de verb ſign. Briſſ. Prat.

FINIS pro exitu. Finis nullus inuenitur, l. 5. §. Illud quæritur ff. de damn. infect. Ne finis non ſit l. 31 § quæſitum, ff. de receptis arbitr. Vt aliquis litium finis eſſet. l. vlt. ff. pro ſuo. Ita Cicer. pro Cæcinna vſucapionem finem periculi ac litium vocat. Vſque ad finem litis l. 1. C. de donat. int. vir Briſſ.

FINIS vitæ longæui hominis. Quære, Centum anni.

FINITA, tranſacta ve intelligere debemus, non ſolùm de quibus controuerſia fuit, ſed etiam ſine controuerſia ſint poſſeſſa, Paul. in l. 229. vbi vide D. Gœdd ff. de verb. ſign.

FINITOR, agrorum menſor dicitur.

FINITVM intelligitur, quod finiri poteſt l. 1. Cod. de pœnis. Sunt quippe pleraque verba, quæ quum effectum ſignificant, ad potentiam tamen ſolum referuntur, vt cum Lex dicit, ſi aqua pluuia noceat, id eſt, nocere poſſit, Spieg.

FINITVM ius eſſe poteſt & debet, l. 2. ff. de iuris & facti ignorantia, Briſſ.

FINITVM dicitur, quoties definitiua ſententia lata eſt: quamuis appellatio aut retractio in eam ſperetur Iulian & Gothofr. ad Nouel. Iuſtin. 113. c. 1. a. ibi, cauſam vero ſiui ſtudioſè, &c.

FINIVM regundorum fines regere eſt diſtinguere, & (vt Cicero in Topicis inquit,) fines agrorum magis ſunt, quam vrbis. Inde eſt actio finium regundorum, quæ producitur gratia ſeparandi fines in ruſticia prædiis. Et hæc non inconcinne dicitur finalis quæſtio, l. in final. quæſt. ff. finium regun. quod & Old. aſſerit in l. ſi conſtiterit, C. finium regund. Cuiuſmodi quæſtioni. ſiue actioni finium regund. conſtitutio vult, neq; triennii, neque decennii præſcriptionem opponi, ſed triginta annorum duntaxat, l. vlt. C. fin regund. quia mixta eſt, in rem & in perſonam § præterea Inſt. de actio. Cæterum, Numa Pompilius rex Romanorum ſecundus, fundorum finibus, vt ſuo quiſque contentus eſſet, ſacros Ioui lapides apponi iuſſit, eoſque occultantes aut transferentes occidi impune, ſacrilegorum inſtar, voluit, Anch.

FINIVM regundorum actio datur ei qui vſumfructum habet: puta fructuario & domino proprietatis vicini fundi: & ei qui iure pignoris poſſidet, l. 2. §. fi. ff. fi. regund. Datur contra vicinum habentem confinia prædia ruſtica, d. l. 4 §. fin. Datur ad diuiſionem fundorum confinium, vt termini noui ponantur; vel antiqui reparentur. vide Freig. in parat. ff. tit. fin. regund.

FIRMAMENTVM & continens cauſæ. Latine punctum litis decliſorium Græce [illegible]: atque i. e. poſt quod nihil quæritur, & quod ad iudicationem firmiſſimum adfertur, Bud. in Ann. Pr.

FIRMARE Dominium, l. 4. C. de don. int. vir. & vxor.

FIRMARI cauſa l. 5. C. qui potiores.

FIRMATVR legatum Vlp. tit. 25. reg Briſſ.

FIRME reſpondere, h. e. abſque vllo timore aut pauore.

FIRMVM & ratum differunt: Firmum eſt facti: Ratum iuris. Vide Bart. in l. id quod pauperi. C. de epiſc. & cleric. Spieg.

FISCVS eſt inſtrumentum ad cuius fortaſſis ſimilitudinem, in quo ponuntur oliuæ, cum prælo ſubiiciuntur, Colum. lib. 12. c. 48 & 49. Deinde initio ita oliua noua fiſco includitur, & prælo ſubjicitur. Fiſci etiam dicuntur vaſa quæ continent majorem pecuniæ ſummam quam marſupia: vnde quia major ſumma eſt pecuniæ publicæ quam priuatæ. fiſcum nummos publicos appellamus: quamvis magis Latine, fiſcus Imperatoris, & ducis ſit: Ærarium verò publicum, Plinius ad Traianum ſcribens: Et fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum quam ærarium cohibes? Imo tanto majore quanto plus tibi licere de tuo quam de publico credis. Inde confiſcari ſolet dici, in publicum jus ærarii redigere. Suet. in vita Auguſt. Deuictiſque bis & confiſcatis, promiſſa veteranis præmia ſoluerentur, & ſecundum hanc ſignificationem accipitur in titulo de jure fiſci, apud Iureconſultum & Imperatores. Alibi etiam fiſcus dicitur, quod fixus ſit, i. e. ſoluendo: ſi Baldi auctoritas in hoc tuta eſt, in conſilio 363. infra proxime citato Corta. Cujacius affirmat fiſcū interpretari cophinum ſiue ſportam, & inde ſuffiſcum Feſto, eoque diſtare principem à fiſco, quo ſui cujuſque loculi diſtent à ſeipſo: recte. Et conſequenter Græci interpretes [illegible]. Quapropter exiſtimat fiſci appellatione non tantum ſacrum ærarium contineri, id eſt ſacras largitiones ſiue theſauros, de quibus tamen propriè fiſcus dicitur, l. 3. Cod de quadrien. præſcript l. 6. C. Th. quot. ap. non recip. ſed & priuatum, id eſt res ſiue largitiones priuatas Auguſti vel Auguſtæ, l. 1. de loc. præd. ciuil. C. lib. 11. l. 1. de collat. fund. fiſc. Continetur etiam fiſci appellatione arca præfectoria l. 6. de exactor. trib. C. lib. 10. Eodem modo & pleraq; alia ſignificantur, veluti princeps, procurator fiſcalis, officium fiſcale, ſtatio fiſcalis. Habes & plura ſynonyma, ærarium, [illegible], publicæ rationes, publicum; quæ quam initio publicum, ſiue ærarium aliquid ſeparatum fuerit à fiſco, vt ſupra dicta patet. Cujac. in procemio tit. de jure fiſci, C. lib 10.

FISCVS ab Ærario quid differat, P. R. ſuum habuit ærarium, habuit & princeps ærarium ſuum. Ærarium populi ærarium Saturni dicitur: principis ærarium fiſcus vocatur. Patrimonium. P. R. in ærarium Saturni, principis in fiſcum deferebatur. Et hac ratione res quæ in vſu publico ſunt, ab iis quæ ſunt in patrimonio fiſci, viſus eſt Papinianus diſtinxiſſe, l. 72. in contrah. empt. Rurſus damnatorum bona aut publicari, aut confiſcari ſolent. Publicabantur, quæ venalia publice proſcripta in P. R. ærarium ſectione redigebantur: confiſcabantur, quæ ad priuatam principis vtilitatem referebantur. Hanc ærarii & fiſci differentiam obſeruaſſe viſus eſt Plin. ſup. d. loco. Eoque ſpectat Suetonii illud in Auguſto: Quantum multum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis. Et Tacit. Annal. lib. 5. Bona, inquit, Seiani ablata ærario vt in fiſcum cogerentur. Scribit ſic etiam in Hadriano Ælius Spartianus: Damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi vetuit, omni ſumma in ærario publico recepta. Auctor eſt etiam Vlpianus res fiſcales, quaſi proprias & priuatas principis fuiſſe, l. 2. §. 2. ne quid in loco publico. Idipſum confirmat Senec. de benef. lib. 7. Cæſar, inquit, omnia habet fiſcus ejus priuata tantum, ac ſua & vniuerſa in Imperio ejus ſunt, in patrimonio propria. Et hinc quidem obſcurum eſſe non videtur, qua ratione locum fiſcalem à publico loco ſeparet Vlp. l. 3. §. 8. de jure fiſci. Dubium enim non eſt, quin per fiſcalem proprium ratione imperii, & priuatum principis: per publicum autem populi Romani alienjnaciuitatis locum intellexerit. Hinc etiam intelligimus rectam eſſe legis 1. ff. de bon. dam. hanc in Florentinis pandectis epigraphen, Calliſtratus lib. 1. de jure fiſci & populi: & jus quidem fiſci, ad imperium Principis; jus verò populi ad ærarium Saturni referendum eſſe, Ranar. Varior. lib. 4. c. 4.

FISCVS à Repub. differt. Fiſcus enim eſt burſa ſolum de commodo pecuniario: ſed Reſpub. pecunias, honores, præmia & alia conſiderat. not. in l. mancipia, Cod. de ſeru fug. & colliguntur ex rubr. C. ne fiſcus vel Reſpubl. patroci. Alber. in l. Reſpublica, C. ex quib. cauſ. major. Prat.

FISCI fiſcellæ junceæ, in quibus incluſæ oleæ torcularis prælo ſubjiciuntur, Vlpian. 29. §. 1. ff. locati. Fiſcos autem, quibus ad premendā oleā vtimur, colonū ſibi parere debere. Neratius, ſcribit Hut. Adde Brec. in l. inter publica in tit. de ver. & rer. ſign.

FISCI etiam nomine Eccleſiam intelligi, notat Innoc. in c. cum pro cauſa, de ſent. excomm. vnde & ipſa fiſcum habet, c. quia diuerſitatem de conceſſ. præb. & ibi gloſ. Prat.

FISCALES res, quæ fiſci patrimonio ſunt quaſi propriæ, & priuatæ principis eſſe dicuntur, l. 2. §. hoc interdictum, ff. ne quid in loc. publ. His autem conſtituebantur procuratores, qui & fiſci procuratores & aduocati fiſci dicebantur in variis iuris Ciuilis articulis. De procuratore fiſci accipienda eſt Antno. Impp. Conſtitutio. l. 1. C. de fiſc. vſur.

FISCALES pœnæ Rub. de pœnis fiſcalib. C. l. 17. ff. de iure fiſci.

FISCALIA, abſolute, id eſt tributa, l. 3. C. de epiſc. Briſſ.

FISCALIS debitor. l. 19. ff. de manumiſſ.

FISCALES Ancilla l. 2. C commun. de vſucap.

FISCARII à Firmico dicuntur, qui fiſcum redimunt, & Fiſci redemptores, ſicut & Vectigaliarij qui Vectigalia, apud eundem Firmicum. Erunt (inquit) aut Publicani, aut vectigaliarij curioſi, &c. Et curſus Fiſcalis dicebatur publicus. Similiter & vſuræ fiſcales, quæ Fiſco, id eſt, Imperatori debentur, vt eſt in l. 2. de vſur. fiſc. li. 10. C. Sic hodie procuratorē Fiſcalem dicimus eum cui cura eorum quę ad Regis & Principis iura pertinent demandata eſt, &c. Brechæus l. iuret publica tit. de verb. & rer. ſign. Adde Forcat. in ſuo penult. Iuris ciuilis cap. 25.

FISCVS eſt ſaccus regius, in quē reducuntur, vel cui applicantur bona bannitorum, vel proſcriptorū, taliter accipitur ff. locati, l. ſed addes, §. Fiſcus. Vel eſt regij vel imperialis theſauri congregatio: vel imperialium bonorum collectio: vel priuilegiū. quia fiſcos multa habet priuilegia, vt not. Azo in ſumma. C. de priuileg. fiſc. ad quod vide not. C de iur. fiſc. in rubr.

FISCVS ex ſuis cauſis & contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit, l. 17. ff de vſuris, Briſſ.

FISTVCA, inſtrumenti nomen eſt, quo figuntur panguntúrque in terram ſublicæ, palique, ex Hermolao Barbaro. Spieg.

FISTVLÆ tubi ſunt vel canales, per quos aqua ducitur l. 47. & l. 49 ff de contrah. empt. l. 38. §. vlt. ff. de act. emp. l. 17. ff de ſeruitut. vrban. l. 41. §. item hoc prohibetur, ff. de leg. li. 1. l. 13. ff. ſi ſeruitut. vindict. Dictas autem inde ſcribit Iſidor. lib. 19. cap. 20. quod aquas emitterent, ἀπὸ τοῦ φυσᾶν, quod mittere eſt Olden. à fundendo dictas exiſtimat, quod aqua protinus effuſa per eum educitur. Addit ille (Iſidorus) formas earum pro magnitudine aquę & capacitate fieri, per quas aquæ modulis certis diuiduntur. Plin. vero lib. 31. cap. 6. Fiſtulas denum pedum longitudinis eſſe legitimæ menſuræ ait. Et ſi quinariæ ſint, ſexagena pondo pendere: ſi octonariæ, centena: ſi denariæ, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denariæ autem dicuntur quarum lamina antequam curuetur, digitorum eſt decem. Sed de tota fiſtularum differentia, videndus eſt Frontin. lib. 1. de aquæ ductib. Briſſ.

FISTVLÆ & canales: Item fiſtula & tubus in ff. ſeparantur, ait Briſſ. vlt. edit.

FISTVLÆ porro interdictum fictiles, vt plurimum vero plumbeæ fiebant, l. 15 ff. de ſeruit ruſt. l. 6. de Aquæduct. lib. 11. Cod. Vitru. lib 8 cap. 7 & Pallad. lib. 9. cap 11. Collocabantur autem in riuis, l. 3 §. vlt. ff. de aqu. cotid. l. 3. §. ſi quis nouum, ff de riuis & ſalientibus aquis vel caſtellis iungebantur, l. 15 ff. de actio. emp vel caſtellis, l. 78. ff. de contrah. empt. leg. 17. §. epiſtula de act. empt. Briſſ. Prat.

FISTVLA etiam genus morbi eſt, in l. 1. §. medicos, ff. de var. & extraord Briſſ.

F L.

FLAGELLARE annonam in l. 6. ff. de extraord. crim. horreis fruges clauſas tenere: atque hoc in annona qui faciunt eam duriorem reddunt, & onerant, vndique coemptis frugibus, & in horreis reconditis: atque hi Dardanarij vocantur, Cic. libr. 5. Epiſt. ad Attic. 21. Comprimere frumentum dixit. Eadem forma flagellare diuitias dicuntur, qui magnas arcis clauſas opes tenent. Papin. ius ſtrangulare dixit, nempe quod, occluſæ cum reſpirare nequeant ſtrangulentur:

Non tibi ſuppoſitus, inquit, *infelix, ſtrangulat arca*
Diuitias. —Prat.

Alias flagellare eſt flagellis cædere, Briſſ.

FLAGRIS rumpere ſeruum, ex ff Briſſ.

FLAGRIONES ſerui, quia flagris ſubiecti ex Non. Marcell. Briſſ.

FLAGELLA pro thedis, Briſſ. ex C. Theod.

FLAGITARE proprie eſt, vehementer & veluti quadam inflammatione animi petere. Significat etiam, de ſtupro vehementius inſtantiuſque appellare. Vlp in l. nunquam, de priu. del. Si quis, inquit, alienam ancillam ſurripuerit & flagitauerit, vtraque actione tenebitur. Sic apud Ciceronem reperitur, annotante hic Bud. Prat.

FLAGITARE auxilium prouocationis, vide l. 25. C. de excuſ tut.

FLAGITANS ancillam, ipſa flagitatione eam corrupit. Nam, vt Feſtus definit, flagitare nihil aliud eſt quam ſtuprare. Inter eutem flagitos, inquis Feſtus, dicebant antiqui mares, qui ſtuprum paſſi aliquando eſſent. Ræuard. ad legem, Nunquam actiones, ff de reg. iur.

FLAGITIVM, more militari, dicitur res flagitione, hoc eſt, increpatione digna. Nam flagitatio ad ſtrepitum refertur. Ex Donato. Spieg.

FLAGITII voce Cuiac ſumi poſſe ait pro ſtupro, Goth. ad l. 123. de verb. obl. Flagitiū in l. 5. C. de inceſt. nupt. id eſt. fornicatio.

FLAGITIVM facere, pro peccare, & crimen ac facinus committere. Diſcriminat tamen à facinore Archid. 35. qu 7 c. flagitia. Ceterum eſt, non tantum pro turpibus peccatis flagitium accipi, verum his etiam, quę per negligentiam, imprudentiam, obliuionemque committitur, Spieg.

FLAGITIOSÆ res. Flagitioſe inuadere alium, ex ff. Briſſ.

FLAGITIOSÆ rei ſocietas coitæ nullam vim habet, l. 70. §. vlt. ff. de fideiuſſ.

FLAGRANS crimen dicitur veterum Iuriſconſult. verbo, in quo quis deprehenditur, *an friſcher That ergriffen*: annotauit Hegendorp. in l. actus ſuſtinm ff. de his, qui not. infra quo verbo & vſus eſt Iuſtin. in l. vnic. C. de rapt. virgin. Prat.

FLAGRVM, idem quod flagellum eius diminutiuum: virga qua cædi conſueuerunt ſerui: ſicut liberi fuſtib. l. Pedius, ff. de incend. ruin. nauf. Spieg.

FLAMINES ex eo dicti ſunt, quod filo laneo caput cinctū haberent, quaſi Filamines. Hinc à Dionyſio πιλοφόροι vocantur: Flaminéſque dictos vult, ἀπὸ τοῦ φορεῖν τοὺς πίλους ἢ τὰ στέμματα, i. e. quod geſtarent galeros & infulas, στέμματα, enim dicit filum, quod apici circumdabatur. Hinc Lanigeros apices Vergil. ſcripſit. Seruius dicit eos habuiſſe pileum, quem cum per æſtum ferre nō poſſent, nec capite intecto eos eſſe liceret, capita filo religare ſoliti ſint. Nec vero tantum apex dicebatur flaminis pileus, verum etiam oleagina in eo virgula. Cognominabantur autem à Diis, quibus ſacra faciebant, vt Flamen Martialis, id eſt, Martis: Flamen Dialis, hoc eſt, Iouis: qualis Iulius Cęſar adoleſcens adhoc fuit. Eſt & Flamen Deorum omnium, vt in hac antiqua inſcriptione. Patr. Col. Flamini diuor. omnium: & in iſta 11. Vir. Quinque Flam. diuor. omn. Erant Flamines in magna veneratione, primumque locum poſt Regem ſacrificulum in conuiuiis tenebant. Prat.

FLAMINES olim non niſi ex conſarreato matrimonio nati eligebantur, & per conſarreationem ducebant vxores, vi. ſup. conſarreatio: item Conn. lib 8. c. 3. n. 4.

FLAMINIS matrimonium ſola morte ſoluebatur, non alio diuortij genere. De Flaminibus vide c. cleros, 21. diſt Prat.

FLAMMA conſumptus l. 45. ad l. Aquil. §. cum ſtramenta. Flamma torretur paries l. 13 ff de ſeruit. præd. vrbanorum. Flaminis conſumi, l. 1. C. de Nili aggeribus non rumpend. Briſſ.

FLAMMEVM, veſtis vel tegmen, quo matronæ caput tegunt: vt ſcribit Non. Marcel. Hoc autem amiciebantur nubentes ominis boni cauſa, propterea quod eo aſſidue vtebatur flaminica, id eſt. Flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. De hoc Lucanus lib. 2. de Martia l. nubente Catoni, Iuuenalis Satyr. 2. & Plin. lib. 21. c. 8. Et Martial. lib. 11. Epigr. 79. ad Victorem.

Flammea texuntur ſponſa, iam virgo parata eſt.

Et iterum lib. 12. Epigram. 42.

Præluxere faces, velarunt flammea vultus.

Et in c. fœminæ 30. quęſt. 5. vbi ſcribitur, fœminas, cum maritantur, ideo flammeo velari, vt ſe nouerint ſemper maritis ſuis ſubditas eſſe. Sed in noſtris codicibus detracta eſt dictio flammeo. Vulgus autem Italicum etiamnum, Fazollum vocat. Vide Eraſmum tom. 2. pag. 944. in impreſſione Frobeniana. Hinc autem ſunt Flammearij dicti opifices huiuſmodi veſtium apud Plautum in Aulularia.

FLAMMEOLVM diminutiuum apud Iuuenal. Sat. 10.

—*Sedet illa parato*
Flammeolo —

Hæc annotauit Tiraq. in 3. l connub. gl. 1. part. 4.

FLAMMVLÆ iubæ, quibus in bello vtuntur, quid ſint, vide Goth. in not. ad rub. ff. de verb. ſign.

FLARE numos, Flatæ maſſæ, l. 9. §. ff. de lege Cornelia de falſis l. 81. ff. pro Socio. Briſſ.

FLATVLARII. ex ff. & C. Theod. Briſſ.

FLATORES auri apud Pomponium in l. 2. §. deinde cum eſſet, ff. de orig. iur. vocantur ſignatores auri. Flare enim inter alia ſignare dicitur, quoniam æs, argentum, aurum flando, id eſt, calefaciendo ſignari ſolet. Hinc flatum æs, & flata pecunia, pro ſignata, Oldend.

FLAVIANA actio ad ea reuocanda pertinet, quæ libertus de bonis diminuit. Vlp. l. 1. ſi quid in fraudem patroni factum ſit.

FLAVIANVM ius ciuile, liber eſt qui actiones continet. Nam nec Cneus Flauius de ſuo quidquam adiecit illi libro: ſed cum Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones, Cneus Flauius eius ſcriba, Libertini filius, ſubreptum librum, populo tradidit. Pomponius l. neceſſarium, §. 3. de orig. iur. Prat.

FLAVIANVS Epiſcopus Conſtantinopolitanus, de quo vide Euagrium 2. hiſtor. 4. De eiuſdem reſcripto ad Leonem vide tom. 1. concilior. vide in Epiſtol. Leonis fol. 639 Eiuſdem reſcriptum de fide ad Theod. vide acta Concilij Chalcedonenſis fol. 726. Gothofr. ad l. 2. de epiſc. & cler.

Flavii Vide Imperatores, quo à Cæſaribus & Auguſtis diſtent. Apud Sigebertum legimus, Auctarium Regem, à Longobardis, Flauium appellatum: & ab eo quoque omnes Longobardorum Reges Flauios appellatos. Spieg.

Flavivs cognominatus eſt Iuſtinianus Imperator, non quod Flauios deuicerit vt Accurſius interpretatur, neque quod capillos habuerit Flauos, quod nuſquam legitur, ſed quod fuerit ex gente Flauia, quæ familia aliquando apud Romanos elata fuit ex qua fuerunt Veſpaſianus, Titus & Domitianus, de quo Iuuenalis: Dum iam ſemianimem laceraret Flauius orbem vltimus. Nebriſſenſ. Fuerat & longe antea quidem Cn. Flauius Appij Cæci ſcriba, qui Faſtos euulgauit. Fuit & Flauius Priſcus Iuriſconſultus, diſcipulus & auditor Seruij. Sed nihil video, quod Iuſtiniano conuenierit. Memini certe me legiſſe in veteri quodam legum Gothicarum exemplari, Flauij prænomen fuiſſe commune regibus Gothorum, ſicut Romanis erat Cæſaris, Flauiumque lingua Gothica ſignificare ſplendidum & excellentem. Quidam hic putant non Flauios legendum eſſe, ſed Slauus: vt ſit cognomen à deuictis Slauis. Balduinus in prœmio ſuper Inſtitutiones, &c. & Aldobrandinus non admodum ab eo diſſentiens, verius exiſtimat, poſtremos Imperatores, nomina antiquorum ſibi vſurpaſſe, vt vnà cum nomine & fœlicitatem & bonitatem eorum viderentur conſecuti.

Flavisæ ab antiquis Latinis dicebantur, quos theſauros Græco nomine appellamus, quod in eos non rude æs, argentumque, ſed flata ſignataque pecunia conderetur, Gellio l. 2. cap. 10. Hot. Prat.

Flebiles ceſſionis adiutorium, l. 7. C. qui bon. cedere poſſeſſ. Et flebiles aſſertiones in l. 22. §. & hæc quidem de his, Cod. de iur. delib.

Flectere Si offenſam iſtam clementia flexit, l. 5. C. fam. erciſc. Si non flectitur maritus ad infelicitatem vxoris, l. 22. § ſin autem, ff. ſolut. matr.

Flocci nomine intelligitur habitus habens manicas longas & amplas: Cucullæ vero nomine habitus longus & amplus ſine manicis, vt Clement. Ne in agro §. verum de ſtatu monach. Pr.

Floret reſpublica, per metaphoram, pro augetur, ſiue creſcit in Nou. de Natur. libert. & in Nouell. de donat. à Curial. fact. Spieg.

Florentii qui Conſulatum & præfecturam Prætorianam geſſit fit mentio in Nouell. Theodoſij & Valent. de releuat. adærat. vel donat. & Nouel. de Lenonibus.

Florentinvs IC. Inſtitutionum libros ſeipſerat: ex quibus complura in Pandectas capita deſcripta ſunt. Briſſ.

Florentissima ciuitas, & Florentiſſimus Senatus in l. 7. §. 5. & 6. C. de curat. furioſ. Et

Florentissimvs ordo. in l. 5 §. 5. C. de temp. appellat.

Flvctvs, eſt maris in vnam partem agitatio, Senec. lib. 4. Natur. quæſt. Spieg.

Flvctvare, id eſt, dubitare, 15. diſt. c. Illa autem nauicula, 1. q. 4 §. his ita. Prat.

Flvere dicitur tempus in l. 5. C. de vſur. rei iudicat. & Fluere ius, l. 2. de orig. iur. Fluit aqua nouo riuo, ex ff. Briſſ.

Flvmen Varroni lib. 4. ling. Lat. quod fluat, à quo lege prædiorum, ita ſcribitur. Stillicidia flvmina qve, vt ita flvant, cadant qve. Inter hæc autem hoc intereſt, quod ſtillicidium dicitur eo, quod ſtillatim cadat, flumen quod fluat continue, Prat.

Flvmina à riuis magnitudine diſcernenda ſunt, aut æſtimatione circumcolentium, l. 1. §. 1. ff. de flumin. Hot. & Prat.

Flvmina quædam ſunt perennia, quædam torrentia. Perenne eſt, quod ſemper fluit, ἀέναον. Torrens eſt quod tantũ hyeme fluit χειμάῤῥους. Si tamen aliquo tempore ex ſpeciali cauſa ſuperueniente exaruit, quod alioqui perenne fluebat, non ideo minus perenne eſt. Et contra, ſi vna forte, aut altera æſtate fluit, quod alioqui non niſi hyeme fluere ſolebat, vtique torrens cenſebitur, l. prima ff. de fluminibus, Prat.

Flvmina quoque quædam ſunt publica, quædam priuata: publicum flumen ſecundum Caſſium & Celſum eſt quod perenne eſt: l. 1. §. 3. ff. de rit. Priuata flumina eorum ſunt in quorum prædiis fluunt, & in quibus nemo quid facit inuito domino: ideirco recte dictum eſt, in priuato flumine non eſſe alluuioni locum, quis per alluuionem, i. per incrementum, latens & ſenſim factum, ager alterius alteri accreſcit, §. præterea. Inſtit. de rer. diuiſ Forcat. Necyomantiæ, dial. 84. n. 1.

Flvmen priuatum, cui opponitur ſtillicidium, accipiendum eſt pro curſu vel fluxu aquæ, quicquid Accurſius comminiſcatur. Nam vtrumque tam ſtillicidium, quam flumen, pro re priuata accipitur, vt in l. vlt. ff. de ſeruitutib. Spieg. & Prat.

Φλυαρίας nomine, quidam tumultuoſam petulantiam, alij ſeditionem, & turbulentas ineptias ſignificari aiunt, Iacobus Cuiacius lib. 6. cap. 6. Obſeruatio. carmen famoſum interpretatur, Prat.

Flvxa fides, inſtabilis, & cito peritura.

Flvxa veſtimenta ampliſſima & minime aſtricta, quaſi libere fluentia, Spieg.

F O.

Focaria, quæ focum colit, & culinaria eſt, l. 12. §. Trebatius cum §. ſeq. & l. 15. de inſtruct. & inſtrum. legat. & l. 2. C. de cond. inſert. certe μαγείρισσαν Diuus Hieronym. Latine Focariam reddidit, Prat. Focariæ etiam, id eſt, concubinæ, l. 3. C. de donationibus, Briſſ.

Focariæ vocat Auton. Amicas militum, quod earum præcipua cura ſit foci, & nullius præterea rei ſolicitudinem habeant. Tota enim militum domus & rei familiaris adminiſtratio in ipſo foco eſt, ex quo cibaria conquoquuntur & parantur. Conn. lib. 5. c. 11. n. 2. De hoc vide etiam Tiraq. in 10. l. connub. gl. 1. part. 10.

Focarii, qui & mediaſtini dicti ſunt à IC. inter ſpecies ſeruorum numerantur, Vide l. 1. §. caupones, ff. naut. caup. ſtabul. Alex. Neapol. lib. 3. Spieg.

Fodinæ dicuntur loca, quibus quid effoditur cap. cleros, 21. diſt. Argentifodinæ, aurifodinæ, ærifodinæ, paſſim in libris iuris Ciuilis, Prat.

Fodrvm Germanica vox eſt, quæ paſſim hodieque in cauponis Germaniæ pro pabulo equorum vſurpatur. In legibus Francor. Tempore hyemis, quando mareſchallos illarum ad fodrum dirigunt. Paſſim vero vſurpatur pro annona militari, vt lib. feud. 3. tit. 1. Fodrum autem de caſtellis, quod noſtri Anteceſſores habuerunt, habere volumus. Item lib. 2. tit. 56. Extraordinaria collatio ad feliciſſimam regalis numinis expeditionem. Et tit. 61. Nobis intrantibus Lombardiam. Fodrum conſuetum & regale præſtabunt. Otto Friſing. lib. Frid. 2. c. 13. Mos enim antiquus, ex quo Imperium Romanum ad Francos deriuatum eſt, id noſtra vſque deductus eſt tempora, vt quotieſcunque Reges Italiam ingredi deſtinauerint, gnatos quoſlibet de familiaribus ſuis præmittant, qui ſingulas ciuitates ſeu oppida peragrando, ea quæ ad fiſcum regalem ſpectant quæ ab accolis fodrum dicuntur, exquirant. Huius collationis, quæ ob tranſitum exercitus imponitur, mentio fit in l. ſi pendentes, 12. §. ſi quid, ff. de vſufruct. & apud Petrum de vineis epiſt. lib. 2. c. 89. vbi fodrum interpretatur frumentum, hordeum & res alias victui neceſſarias ad exercitum Imperatorium. Sicul. Flaccus de condition. agror. Nam & quoties militi prætereunti, aliſve, cui comitatui annona publica præſtanda eſt, ſi ligna aut ſtramenta deportanda, quærendum, quæ ciuitates quibus pagis huiuſmodi muneris præbere ſoliti ſint. Appendix Aymonij libr. 5. c. 5. Inhibent à plebeis vlterius annonas militares, quas vulgo fodrum vocant dari. Fuit autem hoc antiquioris quoque conſuetudinis. Ammian. Marcel. in fin. lib. 21. Eiſdem vehiculo inſidenti (de Iouiano Imp. loquitur) vt Principibus ſolet annonæ militaris offerebantur indicia, vt ipſi nominant fodra. Quod ſane cuiuſmodi ſit, non intelligo. Illud conſtat, annonas illas militares plerunque æſtimari, & pecuniam pro iis pendi ſolere, quod inſtitutum ex antiquis magiſtratuum Romanorum moribus fluxit, qui cum frumentum in cellam ab aratoribus exigendi ius haberent, ſæpe pro frumento pecuniam, quantum frumentum erat, accipiebant. Qua de cauſa genus illud frumenti Æſtimatum appellabant, vt in Verrinas Ciceronis orationes multis locis docet. Hotom. Seruius Honoratus in 1. Æneid. Cellariũ, inquit, dicitur paucorum dierum. Vnde & in cellam dicitur imperatum frumentum. Penus verò dicitur longi temporis. Otto Friſing. lib. Frideric. 11. c. 23. Peractis ibi aliquot diebus, cum Fodrum à vicinis ciuitatibus & caſtellis & oppidis exquireretur, Spoletani indignationem Principis incurrunt. Dupliciter enim peccauerant, cum octingentarum librarum facti eſſent obnoxij, partim defraudando, partim falſam monetam dando. Præclarum eſt autem quod Cicero de ſuo Fodro & annonia ſcribit in Epiſtol. ad Attic. Nos Aſia excepit mirabiliter. Aduentus noſter ne minimo quidem ſumptui fuit. Scito non modo nos frenum, aut quod lege Iulia dari ſolet, non accipere: ſed ne lingua quidem: nec præter quatuor lectos & tectum quicquam: multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerunque. Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, vt nullus terrunt inſumatur in quenquam. Id fit etiam & legatorum & tribunorum & præfectorum diligentia, Prat.

Foederati, liberi erant, ſuis tantum legibus relicti, qui tamen populi Romani maieſtatem comiter obſeruare tenebantur: ex fœderatiſque ciuitatibus, in delinquentes Romæ animaduerti fas erat, l. non dubito, de cap. Alciat. in parerg. Spieg.

Foederati militum ex fœderatis populis conſcriptorum genus in l. fin. C. de locat. Iuſt. Nou. 117. [illegible] Suidas Φοιδεράτοι, ait, [illegible] Briſſ.

Foedvm vt ait Non. Marcel. eſt deforme & maiorem vim habet quam turpe.

Foedvs (vt Grammatici putant) ex eo dictum eſt, quod in pa-

ciſcendo victimæ fœde & crudeliter necabantur: ciuſque mors apiabatur ei, qui à pace reſiliſſet, vnde Virg. Æneid. 9.

Et cæſa iungebant fœdera porca. Eſt autem

FOEDVS pactio quædam ſocietas populi Rom. iuſſo rite per Fecialem certis legibus facta & iureiurando firmata, Hot.

FOEDERIS autem duo tantum facit genera, Proculus ſecutus in l.7. ff. de capt. & poſtlim. qui alterum appellat æquum amicitiæ cauſa factum: alterum iniquum, ſiue impar, cum pactio fit, vt is populus alterius populi maieſtatem comiter tueatur: quod adiicitus (inquit) vt intelligatur, non pati iure vtrumque populum eſſe, ſed hunc altero ſuperiorem, quod etiam Cic. pluribus verbis in orat. pro Balbo confirmat, Liu. autem lib. 34. eadem ponit genera: & illud prius ſcribit eſſe, cum pares bello æquo fœdere, in pacem atque amicitiam venirent, tunc enim repeti reddique per conuentionem res, alterum verò genus eſſe ait, cum qui hoſtes nunquam fuerint ad amicitiam ſociali fœdere iungendam coeunt: eos neque dicere, neque accipere leges: id enim victoris & victi eſſe. Hæc Liuius: qui tamen præter illa duo genera tertium etiam addit, quo bello victis leges dicuntur, vbi enim omnia ei qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus multari eos velit ipſius ius atque arbitrium eſſe. Sed videamus, ne pinguior Liuij partitio ſit, illa Proculi limatior atque ſubtilior: quippe cum Dediticij non propriè in fœdere, ſed in ditione eſſe dicantur, vnde illud Latinorum de Campanis apud Liuium: Campanorum aliam conditionem eſſe, qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent, item de Apulis: ita in ſocietatem eos eſſe acceptos vt non æquo fœdere, ſed vt in ditione populi Romani eſſent, Hot.

FOEDVS pro fœditas, Paulus l. 47. ff. de rit. nupt. Nec enim bonos ei ſeruatur, quæ ſe in tantum fœdus deduxit. Vulgati codices Scelus, ſed hoc modo ſcripſiſſe Paulum, facile crederem. Hotoman.

FOEDVS, à fide deriuant nonnulli: quod in fœderibus fides interponeretur. Hinc fœderati: quam vocem apud probatos autores, atque ipſum Ciceronem non rarò inuenias, non autem Confœderati, vt quæ Latina non ſit: quod alij admonuere. Sunt autem Fœderati non, vt Accurſius cenſuit, quibuſcum induciæ factæ ſunt, *ein Anſtandt*: ſed ij cum quibus amicitiam vulgus nunc intelligentiam appellat, ſocietatemque coimus, *Bundgenoſſen*, Spieg.

FOEMINA, fœminas pleriqne dictas à femore aut femine exiſtimant, quoniam in Venerem ſint magis pronæ, cuius ſedes in femoribus ponitur. Hinc illud Iuuen. Satyr. 6.

Callida, & criſto digitum impreſſit aliptes,
At ſummum domina femur exclamare coegit.

Eſt enim vuluæ cum fœmoribus, coxis, & inguinibus quædam cognatio, ſcribente Celſo li. Medicinæ 5. c. 26. Cum vulua percuſſa eſt, dolor inguinibus, coxis & femoribus eſt. At huic etymologiæ fœminarum à femine ſiue femore (ne id ſubticeamus) reclamat, quod Fœmina, cum diphthongo ſcribitur, ideoque prima eius producitur, ac Femora & Femina ſine diphthongo debent ſcribi, cum vtriuſque prima corripiatur, vt de Femore probat ille verſus Iuuenal. loco ſupra citato. Et quoque Virgil. lib. 10. Æneid.

——Magnique femur perſtrinxit Achata.

Et rurſus eodem libro:

——Attollit integrum
Se femur, & quanquam, &c.

De femine autem eſt illud Virg lib. 10. Æneid.

Eripit à femine & trepidanti feruidus inſtat.

Ita enim legunt ibi Seruius, Soſipater, & Pierius, qui ita dicit legi in Codice Mediceo & antiquis aliis exemplaribus. Quanquam ſunt qui ibi legant Femore. Item illud Lucretij libro quarto.

——Ideo faſtigia poſſe
Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.

Illud autem inter femora & femina intereſſe conſtat, vt id in tranſcurſu dicam, quod femora exteriorem ſiue poſteriorem coxarum partem ſignificant, femina interiorem ſiue anteriorem, ſi Vallæ credimus, lib. Elegantiar. 4. c. 57. Hæc annotauit Tiraq. in 9. l. connub. gloſſ 1. parte 9

FOEMININO vocabulo maſculos contineri, exemplo turpiſſimum eſt, inquit Iuriſc. in l. ſi ita ſcriptum, de leg. 2. Veteres enim, cùm aliquem tanquam mollem & effœminatum carpere vellent: fœminino eum vocabulo, irriſionis cauſa appellabant. Quod iam nunc quoque fieri videmus, Old. Prat.

FOEMINÆ, ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt. Et ideò nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec curatores exiſtere, l. fœminæ, ff. de reg. iur. Iudices eſſe nequeunt, non quia iudicio carent, ſed quia receptum eſt, vt ciuilibus officiis non fungantur, l. cum prætor §. non autem, ff. de iudic. Adeo autem fœminæ non admittuntur in Republica ad functionem virilium officiorum: vt Deus in pœnam reputet, ſi quando det effœminatos dominatores, Eſa. 3. Et Vlp. l. obſeruare. ff. de off. pro conſ. Proficiſci autem: inquit proconſulem melius quidem eſt ſine vxore. Plerunque etiam ipſi fœminæ aduerſus commoda propria inueniatur laborare conſilium, leg. ſi pater, C. de ſponſal. Old.

FOENICES pro Phœnices legitur in leg. 1. & vlt. ff. de cenſibus, Briſſ. in lib. parerg.

FOENVM herbæ appellatione non continetur, Prat.

FOENISECÆ qui fœnariis falcibus fœnum in pratis ſecant. Fœnum autem à fœtu dictum ſcribit Feſtus, Prat.

FOENVS quod vocabulum vulgò per OE, at in Pandectis Florentin. perpetuo per Æ, ſed male ſcribitur, vt oſtendit Agellius li. 6. c. 12. Latinis idem eſt quod vſura, & à fœtu dicitur, imitatione Græci ſermonis τόκος, à partu pecuniæ: cum pecunia pecuniam, veluti fœtum quendam pariat, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ. Qui argentum ſuum non dedit ad vſuram, apud Pſalmographum regium, id eſt, fœneratus non eſt: quòd etiam Græci τοκοφορεῖν καὶ δανείζειν dicunt, Brech. in l. vſura, in tit. de verb. ret. ſignif. Adde Curtium [illegible], lib. 3. c. 19 tum. 1. Reliqua repete ex verbo Fenus, ſupra.

FOENERARI pecuniam ab aliquo, pro mutuam accipere Paulus dixit in l. 3. ff. de ſolut. Briſſ. in lib parerg.

FOETÆ, abſoluto vocabulo dicuntur puerperæ, quæ iam partu abſolutæ ſunt. Spieg.

FOLLIS in l. 81. ff. de cond. & demonſt. & l. 1. ſi quis pecun. conflauer. in C. Th. Crumenam & ſacculum pecuniæ ſignificat, vt & Vegetius lib. 2. c. 20. probat, Denique, ait, decem folles, hoc eſt, decem ſacci per cohortes ſingulas ponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam ſaccus vndecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, ſepulturæ ſcilicet cauſa. Hinc in folle reliqua offerre, d. l. 81. id eſt, vt exponit Eraſmus Chil. 4. cent. 9. prouerb. 37. inexplicate, inexplicate & confuſè: ſicut qui ſyngraphis & pecuniam ſacculo incluſas offert. Opponit enim Calliſtratus. In folle reliqua offerre et, quod eſt, Rationes reddere, id eſt, legendas offerre rationes primum, deinde computandas, vt explorari poſſit, in dutarationes probè an improbè referantur, accepta rectè relata, an non rectè: ita, vt à facto res incipiat, perueniet autem ad pecuniam, Prat Briſſ.

FOLLIS nummi aurei genus eſt, l 2. & 3. C. Theod. quor. appellon recip & l. 2. C. de prætor. lib. 12. ſic accipitur apud C. Harmenopulum vel potius Iuſtinian. in lib. [illegible] tit. 2. [illegible] φόλλεις, vbi legendum φόλλεις: vbi etiam, ait ſingulos facere ſiliquæ partem 12. Sicq; folles accipiendos cenſet, in l. 3. C. Theod. ſuar. Briſſ. φόλλεις verbo vſus eſt Euſeb. lib. 10 Eccleſ. hiſtor. φόλλεις, plane [illegible] interpretatur Suidas & Moſchopulus. Inter glebam autem ſenatoriam & follem nihil intereſſe putat Cuiac. ad l. 2. C. de præt. lib. 12. vide Gleba, Prat.

FOLLERALES dicti ſunt Græcis, qui Romanis Terentiani. Ij ſunt autore Marcellino in Chronico, quibus ſuo nomine figuratis placabilem plebi commutationem Anaſtaſius diſtraxit. Cuiac. ad l. 2. C. de prætor. & hono. præt. lib. 12. Prat.

FOLIVM pentaſphærum. Folium Barbaricum & Malabathrum, l. ſin. §. ſpecies, ff de publ. pro eodem ſumi debere videntur, diſtinguiq; hac ratione, cognomine à regionibus, in quibus prouenit folium, aut à foliorum latitudine, anguſtiáve ſibi comparato Barbaricum enim à folio Indico exiſtimo cognomine tantùm differre: vt & Pentaſphærum (pro quo tamen Hadroſphærum malum) à Meſophæro & Microſphæro, quod (vt iam dictum eſt) à foliorum latitudine hoc ſibi nomen comparauit. Arrianus enim in Periplo ſic inquit, de Malabathri differentiis loquens: Hinc tria genera efficiuntur, è maiore enim folio, quod Hadroſphærum Malabathrum dicitur: è minore Meſophærum, ex minimo verò Microſphærum. Horum ſane Plin. meminit lib. 8. c. 12. vbi de Nardi foliis loquitur, amplitudine tantùm & anguſtia foliorum, quæ in vna & eadem planta, alia maiora, alia minora, alia minima habeantur, differre ſcribens: ſed videtur perperam in eo loco, vt & alibi, confudiſſe Malabathrum cum Nardi folio, falſis odoris cognatione, quod & quibuſdam ſuo tempore contigiſſe annotauit Dioſcord. Nec tamen caret mendo dictus Pand. locus, Prat.

FOLLES in l. plenum D. de vſu & habitat. videtur pro oleis ſumptum, vt ſcribit Cuiac. 20 obſeruat. 37. cùm ait Vlpian. Vſuarium neque foliis, neque oleo, neque frumento, &c. vſurum, Prat.

FOMENTA, ſunt medicamenta, dicta à fouendo, hoc eſt calefaciendo & recreando, Ouid. Fomentiſque iuuas vulnera noſtra tuis. Inde eſt fomenta & fomentatio, vt apud conſultos iuris de leg. 3. l. ſi cui, &c. Nebr.

FOMENTA calumniarum, l. celebrandis, 19. C. de nupt.

FOMITEM frumentarij tituli dicitur Impp. l. ſin. C. de frumen. vrb. Conſtantinop. tametſi in corruptis exemplaribus paſſim legatur, firmiter, pro fomitem, ex C. Th. Briſſ. Prat.

FOMES carnis eſt languor naturæ, qui appellatur concupiſcentia carnis 15. quæſt. 1 §. itaque, Prat.

FONS à fundendo dicitur, quod inde aqua fundatur, quam Vlp. l. 1. ff.

l.1.de fonte,viuam vocat, ex perpetua quadam cauſa. Quare primum à ciſterna in hoc differt, quæ aquam imbribus collectam continet. Deinde à puteo diſtat,quod cum aqua de terra manat & ſui ſeſe haurientibus præbet, fons dicitur: Vbi vero in alto & profundo eſt,ibi puteus appellatur. Vt tamen fontis nomen non amittat. Nam omnis puteus fons eſt, non autem omnis fons puteus. Vnde Columella,fontem putealem dixit lib.de re ruſt.11.c.3.Spieg.Prat.

FONTAM memoriæ Vlp.l.familiæ,de verb.ſign. vocat propagationem nominis, Conuanus lib.8.c.5.n.1.

FORAMAN in imo pariete conclauis,vel triclinij,proluendi pauimenti cauſa,l.28.de ſeruit.prædior.vrb.

FORAMINA, quaſi diminutiua à foribus dicta Non.Marc.ſcribit,Briſſ.

FORANEOS, forenſes ſubſtantiue pro extraneis & peregrinis, Commeotatores,vt pleraque alia more ſuo,hoc eſt,ſine exemplo probati auctoria vſurpant.

FORANEVS, vide Officialis foraneus.

FORBANNVM pro relegatione,vel certarum regionum interdictione: & Forbanniti interdicti.Legis Franc.c.50. Vt Comes, qui latronem in Forbannum miſerit, vicinis ſuis & aliis comitibus notum faciat, eundem latronem à ſe forbannitum,vt illi eum non recipiant, Prat.

FOROSCVLA quid ſit vide Goth.ad l.8.ff.de leg.Corn.de falſ.

FORENSIS homo, cauſidicus, vel qui ſe in foro exercet.

FORENSES actiones, quæ alibi ciuiles,ſiue rei familiaris,priuatæ,aut pecuniariæ dicuntur. Vlp.l.s.ff.de incen.rauf. Et quanquam ſunt de his facinoribus etiam criminum executiones, attamen recte prætor fecit,qui forenſes quoque actiones criminibus iſtis præpoſuit, Hotom.

FORENSIA inſtrumenta, quæ dicantur, & quanta eis fides adhibenda,not.l.pen.C.de fide inſtrum. & per Azon. in Summa. C eod. Ἀγοραῖα,Iuſtin.in Nouell.de Tabell dicuntur,Prat.

FORENSIA pretia dicuntur ea quæ ſunt vſitata eo in loco in quo diſtrahuntur,Gothofr.ad l. vlt. §. hiſque adiicimus, & C. de adminiſtr. tut.

FORANEVS index,ſecularis, c. ſi clericus laicum de for. compet. lib.6.inde forum fori,pro foro ſeculari paſſim apud interpretes iuris ciuilis, & pontificij reperias, Prat.

FORI præſcriptiones, quibus iudicis tribunal declinatur. Hæ principio litis opponi debent,l.fin.C.de except.Prat.

FORI exceptioni renunciaſſe videtur, cum quis ſoluere incipit, vel paciſcitur,vel iudicium ſuſcipit,Bartol. & Goth.ad l.52. in princ.ff.de iudic.

FORESTA eſt locus vbi feræ inhabitant vel includuntur, gloſſ. c.cum dilecti. De donat. alias dicitur latum nemus, de his ponit Felin.in c.Rudolph.in 16 col.alias 13.verſic.quid autem ſit Foreſta de reſcript. Et vbi quis habet vſum venandi ſecundum Ber.de donat.c.cum dilectus, in gl.1.Prat.

FORENSI Lege, Mercatores.

FORICARII, l.17.§. fiſcus, ff.de vſuris, quantum coniicio, ſunt Foricarum conductores. Iuuen.Sat.3.Inde reuerſi conducunt. Foricas.

FORINSECVS,idem eſt quod foris,in Auth.de Eccl.rer. im.alie. §.fin. Vtitur & hoc vocabulo Plin.mains.Prat.

FORISfacta,c.ad audientiam extr.de reſcript. ſunt pecuniariæ pœnæ delinquentium,vt exponit gloſſ.vide c.presbyteri, extr.de pœn. Prat.

FORMA ſignificat modo faciem cuiuſque rei,modo calidam, vt cum caſta quæ dantur, de forma appellantur. Forma autem vt Seruius tradit in 8. Æneidos in eo loco, verſantque tenaci forcipe maſſam. Dicitur à forno, quod calidum ſignificat, vt etiam Nonius Marcellus autumat. Quanquam Chriſtophorus Landinus lib.1. einſdem operis aliunde deducit. Idcirco Horatius lib. 3. carminum Ode 13. non ineleganter formam ſeu pulchritudinem faciem appellat, ſicque amoris atque libidinis voluptificum ſuauiſſimumque incitamentum, illectamentum,irritamentum,vt vocat Valer. Maximus lib.3. rerum memorabilium, tit.de Verecundia, vt annotauit Tiraq. in a. leg.connub.gl.1.part.1.

FORMA eſt, quæ eſſentiam rei præſtat,l.Iulianus,§. ſi quis rem, ad exhibend.& quod de ſubſtantia dicimus,vt ſi in teſtamento deſit voluntas, vt quia furioſus aut impubes teſtatus eſt l.generali,C.de ſacroſ.eccleſ.aut ſi in contractibus deficiat conſenſus l.cum Aquiliana, de Tranſact. Quod & ad materiam protrahendum eſt. Nam & ea contractui perficiendo neceſſaria eſt, vt res ex venditoris, precium ex emptoris parte l. in venditionibus de contrah. empt. § precium, Inſt. de empt. Alioqui actus ipſi,ſi horum aliquid deficiat,omnino pereunt, Prat.

FORMA,facies cuiuſque rei. Fere enim idem ſunt Vlp.de Seruit. vrb. præd. l. qui luminibus. Sciat ſe formam ac ſtatum antiquorum ædificiorum cuſtodire debere. Eſt & in iure, vbi & regulam & modum ſignificat.

FORMA,modus,lex,conditio,l.10.ff.de pollicit. Quo caſu certaminis editio licita eſt, forma pollicitationi data ſeruanda eſt, Sic Vlp.l.2.§.2.ff.ad munic.Prat.

FORMA in pleriſque rebus materiæ præſtat.l.Hinc Labeo & Sabinus dicunt,abeſſe rem,cum abeſt forma,l.13.ff.de verbor.ſignif. Ouid.lib.Transform.2.Materiam ſuperabat opus. Aſtipulatur Caius in l.mulieris de verb ſignif. Plerunque plus eſt in manus precio: quam in re. Spieg.

FORMA quoque,lignum illud eſt, quo calcei informantur, Vlp. ad l Aquil.ſed & ſi.Si forma inquit, calcei ceruicem percuſſit, Item tit.Locati,l. item quæritur. Si forma calcei tam vehementer ceruicem percuſſerit, Nebriſſ.

FORMA cauſæ,ordinata ſeries eſt, rem ad ſubſtantiam deducens.Subſtantia vero, quæ primam rei eſſentiam præſtat. Solennitas,modus eſt,ſeu qualitas quædam rei accidens, qua actus fit ſolennis, Alciat.c.15 lib.5. Paradox.

FORMA mutui,vide Mutui forma.

FORMA priſtina, l.ſi quid C.de ſeruit.

FORMÆ pro ordinibus & decuriis quibuſdam intelliguntur, l. ſcrinis, C.de palat.ra.ex Pyrrho,Prat.

FORMA iuris l.5.C.de ap.l,a.C.quando prouoc. l,15. C. de vſuf. Briſſ.

FORMA iuris fiſcalis pactis priuatorum conuellenda non eſt, iuxta Papinianum,in l.inter debitorem,ff de pact.Spieg.

FORMAM Senatuſconſulti,quo tempore principes rerum potiebantur, vide in l.item veniunt, §.præter hæc multa ff.de pet. hæred. Spieg.

FORMA iuriſdictionis, pro modo, ſiue poteſtate qua ius alicui dicere permittitur. Calliſtr.l.31.ff.de falſ. Aut ſi plus meruiſſe videatur,quam ea forma iuriſdictionis pati poſſint,vel Imperatori deſcribatur,æſtimaturo quatenus coerceri debeat.Hot.

FORMÆ nomen latiſſime patet Dicimus formam iuris,legis, edicti,Senatuſconſulti,l.7 §.ſi paciſcar.l 42.ff.de pact.l.22 ff.de minorib.l.1.C.de vendit.res fiſc.l.1. in fin.l.5 C. ſi cert. pet. l. 14.ff.qui ſatiſd.cogn.l,1.C.de vſusfruct. l.1.C.de rei vind. Et forma abſolute in l.31.ff.de admin.tutn.l 15. C. de ſacroſ. Eccleſiis. Dicimus & formam contractus, l.7.§.ex contrario, ff. ſolut.matr.l.52.ff.de verb.oblig. forma prouinciæ,l.7.§.ff. de interd.& relig. Briſſ.

FORMÆ actionum & effectus eis à lege attributi, ſunt ipſarum (actionum) naturalia priuilegia.Goth ad l.a.in princ.ibi.ſuis tamen naturalibus priuilegiis. C.de conſtit.pecun.

FORMA cenſualis id eſt,regula,qua cauebatur,vt agri in cenſum referrentur,l.4.ff.de cenſibus, Prat.

FORMA agrorum l.8 ff.ad l.Iul.pecul. & Sicul. Flacc.& Hygen. ſæpe. Quod expoſui lib.4.antiquitatum, Briſſ.

FORMÆ aquæ ductus, id eſt conceptacula quælibet, quibus diſtinguitur aquæ ductus, quæ Græci δοχεῖα l.27.§. ſi quid cloacarij.ff.de vſufr.& aquæ forma in l.39.§. hæres, ff.de leg.libr. a.& in l.5.& l 6.de aquæduct.l.11. C.& apud Frontin.in lib. de aquæduct.non ſemel Sed & in Itinerario Anton. Nunc nomina aquarum,quæ vſibus æternæ vrbis formarum conſtructionibus aductæ ſunt, indicemus. Sic aquam formarum apud Caſſiod lib.3.Variar.epiſt.ad ſenat.vrb. Roman.& formarum curam apud eundem authorem lib.5. Variar. epiſt.ad vniuerſ. poſſeſſ.Harum formarum comes Romę poſterioribus temporibus conſtitutus fuit, vt ex notitia, quo loco de præfecto vrbis Romæ agit,& ex eodem Caſſiodor.lib.7. Variar.intelligimus, vbi formula comitiuæ huius traditur. Ex his efficitur, l.1.ff.de aquæduct. l. 11. C. formarum menſura legendum eſſe, vt alij emendant, forinarum. Nam formas etiam per agros tranſeuntes eodem modo Vlp. dixit d.§.ſi quid cloacarij: Et tam ſulcum publicarum aquarum per agros meantium maceriis quibuſdam incluſum quam ipſam fabricam aquæductus,formam veteres appellant.

FORMA Edicti l.8.ff.de calumniatoribus. l.14.ff. qui ſatiſd.cog. l vlt.ff.de inſpiciendo ventre,l.4.C.de his quæ vi.

FORMA perpetui Edicti l.1.C. vti poſſid. l.17.C. de furtis l.9.C. de collat.l.2.C.de condit.Briſſ.

FORMAE in quibus æra fundantur,dixit Plin.lib.36.c.22.Briſſ.

FORMALE peccatum in l.65, in fin. ad l.Falcid. alij formatum & præſcriptum, à contrahentibus interpretantur. Alij forma cenſuali definitum,in qua exactiſſima rerum inibatur æſtimatio, Briſſ.Prat.

FORMALIA iuſtificari dicuntur, quando examinatur an ſit rite appellatum,de quo ff.de appell.recip.& C.eod.tit. Hodie, Zaſius ait,in bonis conſiſtoriis primo iuſtificantur formalia, antequam audiatur cauſa appellationis,in l.præſes prouinciæ,ff. de re iud.Spieg.Prat.

FORMARE actionem,l.7.§ quinimo, ff.de pact.l.1.ff de negos. geſt. Formare etiam contractus dicitur pacto quod inest, formamque,ac legem & modum dat l.10.C.de iure dotium Formare inſtrumentum, concipere eſt, l. 9. §. ſolent, ff. de pœn. Briſſ.

FORMARE nummos,falſa fuſione,vide l.2.de falſ. monet.

FORMARE punctum vocat Bartolus cum in concluſione ſcopum iuris in vnam aut paucas theſes reducerent,vel conſenſu partium, vel authoritate iudicis, vt ad principem referretur, ſi

Digitized by Google

magna & dubia admodum eſſet cauſa. Si leuior, ad aliquem iuriſperitum. Inde eſt titulus C. de relationibus. Ex quo multa præclara vetuſtatis veſtigia relucent, ad colligendam æquitatem. Prat.

FORMICAPES, vide Goth. in not. ad l. in pr. ff. de tigno iuncto.

FORMIDOLOSVS, qui formidat, & qui formidatur. §. ſi quis. Inſtit. de pupill. ſubſtit. l. fi. C. de iur. delib.

FORMITER iuratur, quando cum cauſa adiecta, vel cum expreſſione contractus iuratur. Informiter vero, cum cauſa iuramenti non exprimitur, Zaſin de act. paragraph. item, ſi quis poſtulante, Inſtitut. de act. Quod vt recte intelligatur, quia doctores vulgo, tum in explicationem dict. §. item ſi quis poſtulante, tum in l. ſi quo patroni §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiuran. errant hac in re, aduertendum eſt iuſiurandum quod iudiciale dicitur, duplici differentia præſtari, formiter & informiter. Formiter iuratur, quando ex cauſa, quæ nominatam formam contractus, aut delicti habet, iuratur, & hoc caſu pro iuriſiurandi conſeruatione, competunt duo remedia. Primum eſt, quod actio quæ alias dicta naſcitur ex tali contractu, poſt iuramentum redditur vtilis: quod quidem iuramentum plenam facit fidem, vtrumque contractus aut delictum non appareat. Exemplum, peto fundum à Titio quem ab eo emi, ſicut delata mihi ab ipſo iuriſiurandi conditione hoc iuraui &c. iſta dicitur vtilis ex contractu: ante iuramentum potuiſſem agere aduerſus Titium directo ſed quia ego, ipſo deferente, iuraui, ideo conceditur iam mihi vtiliter propter ſacramentum, & hoc caſu dicor iuraſſe formiter: quia expreſſi cauſam quæ habet nominatam formam contractus, nempe emptionis. Et ſic de reliquis. Alterum remedium eſt actio in factum ex iureiurando: licitum eſt intendere quam malueris, idque vulgo receptum eſt, d. §. ſi quis iurauerit. Informiter vero iuratur, quando ex aliquo facto ſine negotio informi ſeu innominato, iuratur, quod etſi non habeat propriam actionem, aptum tamen eſt ſecundum æquitatem parere obligationem: tunc cum nulla ſit nominata actio quæ vtilis dari poſſit, locum habet duntaxat hæc actio in factum iuratoria, item ex omnibus actionibus realibus, ſi iuratũ fuerit, nulla præter hanc exerceri poteſt actio quemadmodum Oldendorpius tradidit nouiter in ſuis claſſibus, claſſ. 1. act. 9. & habemus in l. ſed etſi poſſeſſ. & in l. ſi duo patroni § ſi quis iurauerit, ff. de iureiur. Male ergo interpretes iuris vulgo autumant, informe iuramentum eſſe, cũ cauſa iuramenti nulla exprimitur, vt ſi iurem ſimpliciter, Titium mihi debere decem: nam tale iuramentum à probo iudice non debet admitti, niſi iurans referat ſe ad acta iudiciaria. Fefellit autem eos, vt ibidem Oldendorpius ait, phraſis horum verborum: ſi iurauero te Stichum mihi dare oportere: non bene ab ipſis intellecta. Nam iuriſconſulti non hoc volunt, quaſi tam nuda iurandi formula ſufficiat, ſed quod totam actionem in perſonam cum ſua cauſa tali compendio loquendi ſignificare ſolent. Informe ergo iuramentum intellige, non quod nullam, ſed quod innominatam cauſam complectatur, facit l. iuriſgentium, ff. de pactis quia in iudiciis nihil debet admitti, ſine cauſa generali ſiue ſpeciali. Ita Oldendorpius claſſe 1. act. 9 Myſingerus in §. item ſi quis poſtulante, à n. 16 vſque ad num. 30.

FORMVLA à forma diminutiuum eſt, prorſus tamen à corpore abhorret, & accipitur pro præſcripto, norma vel nota: Item pro actione apud Paulum l. ſi ſeruus, ff. de furt. Si ſeruus nauem exerceat, non voluntate domini de eo quod ibi periit, vulgaris formula in dominum danda eſt, hoc eſt, actio in factum, ex edicto naut. caup. ſtabul. quæ oritur ex recepto. Prat.

FORMVLAS latini auctores pro actionibus accipiunt: quas ne populus vt vellet, inſtitueret, certas ſolenneſque eſſe Romani prudentes voluerunt, l. 2. §. his legibus, ff. de original. iur. Cic. pro Roſc. Comœd. Sunt iura, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut in genere actionis erraret. Expreſſæ ſunt enim de vniuſcuiuſque damno, dolore, incommodo, calamitate, publice à prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur. Quintil. declamatio. 260. Si tolerabile formula erraret in petitione pecuniæ. Sic formulæ familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum ab Vlpian. dicuntur in Inſtitut. tit. 19. & vulgaris formula pro actione de peculio in l. 42. ff. de furt. Et damni dati formula apud Plinium libr. 9. cap. 59. pro actione damni iniuriæ: de qua & Quintil. declamatio. decimatertia ſentiens, & tamen, ait, quis indignetur apes formula vindicari? Et formula Fabiana apud Paulum lib. 3. ſentent tit. 3. Et formula iniuriarum apud Sueton. in Vitell. cap. 7. & Senecam lib. 6. controuerſ. Formula item ad exhibendum apud Plin. libr. 5. epiſtol. ad Tranquill. & formula Hypothecaria, ad quam Martian. librum ſingularem ſcripſit, vt inſcriptiones multarum legum teſtantur, & formula de dolo malo apud Cicer. libr. 3. offic. Sic formulas accipio apud Quintilian. libr. 7. cap. 4. Sed etiam in formulis, ait, cum pœnariæ ſunt actiones, nos ita cauſam partimur, an commiſſa ſit pœna, an exigi debeat. Sic & à Tacito in libr. de oratoribus vſurpatur. Eodemque ſenſu accipio quod ab Vlpian. in Inſtitut. titul. 25. ſcribitur, fideicommiſſa non per formulam peto, id eſt, ordinario iure per actionem a prætore datam extra ordinem cognitione prætoria. In ordinariis enim tantum iudiciis formularum conceptio ſpectabatur: in extraordinariis nõ item, l. 47. ff. de neg. geſt. Hinc & ſub formula iudicare dicebantur, iudices à prætore dati, qui formulæ cancellis adſtringebantur. Sic enim ille in lib. 2. de Clemen. Clementia, ait, liberum arbitrium habet, non ſub formula iudicat. Quintil. lib. 5. c. 11. priuata quoque iudicia ſæpe vnum iudicem habere multis & diuerſis formulis ſolent, ita atrocitatem formularum apud eundem auctorem accipe lib. 7. c. 2. & formulam fiduciæ apud Cicer. li. 7. epiſt. ad Trebat. Formularum autem nomen etiam ad alia pertinebat. Nam & ſtipulationum & teſtamentorum formulæ vocabantur. Cæterum qui formulas concipiebant, formularij vocabantur à Quintil. lib. 12. cap. 3. ad fin. Cicero formularum cautorem vocat lib. 1. de oratore. Formula cadere, vide ſupra in verbo cadere, Briſſ.

FORMVLAM intendere, pro dictare actionem, ſeu dictare iudicium: & formula excidere, pro cadere cauſa, apud Suetonium, Prat.

FORMVLÆ iuris, id eſt, ſolennitates tantum antiquæ circa actiones, ſublatæ ſunt tandem ab Impp. Conſtantino, Theodoſio, & Valentiniano, non ipſa actionis formula, vt quidam exiſtimarunt, & quidem magno ſuo errore, & litigantium incommodo: Nam ſi ex facti ſerie, quantumuis bene narrata, aut nullam aut ineptam colligas concluſionem, quæ haud recte, quam à ſpeciali actionis inueſtigatione oritur, totus libellus corruit, vt probat Iaſon multorum teſtimoniis in l. 1. ff. de edend. Prat.

FORMVLÆ, quæ & actiones dicebantur, erant ſolemnium verborum conceptiones, quibus eadem in re populus Romanus vti conſueuerat. Vulgus hodie ſtylum formulariũmve appellat. Earum autem Iuriſconſultos principes & tanquam architectos fuiſſe, nemo neſcit. Tales formulas ex diutina veterum ſcriptorum obſeruatione plurimas, deque variis materiis conceptas, collegit Hot. Confer lexicon verborum Brederodij in verbo formula. Vide & infra in adiectis Lexico.

FORMVLA familiæ erciſcundæ communi diuidundo, finium regundorum apud Vlp. tit. 20. reg. Briſſ.

FORMVLA de dolo malo apud Cic. lib. 3. offic.

FORMVLA Fabiana apud Paul. lib. 3. ſent. tit. 3.

FORMVLA ad exhibendum apud Plin. epiſt. 11. lib. 5. Briſſ.

FORNACARIVS ſeruus, & fornacator: qui ignis in forno ſiue fornace accendendi curam habet Fornacarius ſeruus, vt annotat Budæ in l. 27. §. 5. ad l. Aquil. Idẽ erat qui piſtrinarius vel piſtor. Nonio fornum & fornaces dicuntur à forno, quod eſt calido, vnde forcipes, quod candens teneant ferrum. Varro de vita populi Rom. Cocula, quæ coquebat panem, primùm ſub cinere, poſtea in forno: cuius vtriuſque vocabulum à forno ductum, id eſt, à calore. Vlpian. l. 27. §. 5. ff ad l. Aquil. ſi fornacarius ſeruus coloni ad fornacem obdormiſſet, & villa fuerit exuſta, Paul. lib. 13. & 14. ff. de inſtr. vel inſtr. Inſtrumento balneario legato continetur & fornacator. Vtrobique tamen fornicarius & fornicator legitur, non recte, quum à fornice fornicator, à fornace fornacator declinetur. Hot. Adde Turneb. aduerſ. lib. 8. c. 9.

FORNACATOR, l. 14 ff. de inſtructo vel inſtr. qui vt quidam interpretantur in balneo ſuccedendæ fornacis & camini curam gerit, Briſſ.

FORNICARE, non eſt proprie ſtuprum inferre, ſed opus aliquod ad ſpeciem fornicis fabrefacere: quod vocabulum à fornice deriuat Calepinus: ſed reclamante Inſulano, quod à verbis nomina deriuare ſoleant. Vnde à fornicari venit fornix, Spieg.

FORNICARII in l. 17. §. fiſcus, ff. de vſur. opifices ſunt & propolæ, ſiue inſtitores qui tabernas à fiſco conducunt ſub fornicibus, id eſt arcubus, vt ibi merces ſuas venales habeant. Florentini libri habent Foricarij: quod ſi rectum eſt, Briſſonius putat eos ſignificari, qui foricarum vectigal à fiſco conducebant: de quibus Iuuenalis Satyra tertia commeminit.

—— Et verſo pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter: inde reuerſi
Conducunt foricas. ——

Conſtat autem vrinæ vectigal à Veſpaſiano Romę impoſitum fuiſſe, Prat.

FORNICATIO cum meretrice vel concubina eſt mortale peccatum, & à iure diuino prohibitum: licet quidam vulgares & ignorantes credant oppoſitum: quod eſt falſum: vt not. Panorm. in cap. inter opera ad fi. de ſponſ. Old. & Prat.

FORNICATIO eſt cuiuſlibet illiciti coitus genus, qui fit extra vxorem legitimam, ſpecialiter in vſu viduarum, meretricum, vel concubinatum, Prat.

FORNICATVM opus dicimus, quod fit concameratum, ſeu ad

formam

formam teſtudinis factum, id ſi angulosos receſſus habeat, Anagliphum appellari ſolet: quam Græci Budæo teſte, io le. ge. ſi inquilinus, ff. locati. Cameram vocant Fornix, arcus, teſtudo. cognata ſunt vocabula, ſed tamen nonnihil inter ſe differunt, vt ibi indicat. Spieg.

Foro cedere, Argentarij, Menſularijque dicebantur, qui actum ſuum deferebant, &, vt vulgo loquimur, Bancham ruptam aut fallitam faciebant, ab eo quod circa forum, eorum tabernæ poſitæ eſſent, l. 7. § quoties ff depoſiti, & l. vltim. ff. de curat. bon. dan. Seneca lib 4 de benefi. c. 25.

Foro Interdicere plus eſt quam aduocationibus, l. mortis eſt. §. 1. ff. de pœnis.

Foro te para, hoc eſt ad forenſes actiones ne imparatus accedas. Spieg.

Forpicsm cuius meminis cap. vnic. §. Si quis quinque de pac. ten & eius violat. in vſib. feud. qui accipias docet Archidiaconus cap. in ſcriptis octauo, quæſtione prima. Prat.

Forta, id eſt, verbi gratia ſeu, vt puta. l. 15. §. vlt. ff. de pignoribus l. 16 ff. de iure dotium, l. 7. §. ſicut autem, ff. de interd. & relegat. Briſſ.

Forta non eſt nota dubitationis, ſed aſſertionis c. 2. ibi gloſſa ext. de teſtam. Io. Bello. Erym.

Fortinianvs fundus vide l. 7. C. de legat.

Fortivs, pro multo magis, io l. 2. in fi. ff ne quis eum, qui in ius l. pen. ff ſi quis cautio. l. 2. §. item ſi filijfam. ff. famil. erciſc. l. 3. §. vlt. de vſu & habit. l. 5. §. ſi pupillus, ff. de reb. cor. l. 15. ſi negauerint, ff. de adult. l. 3. §. vlt. ff. vſusfruct. quemadmodum cau. Briſſ.

Fortvito, item fortuitu, hoc eſt caſu: vulgo dicunt ex caſu fortunæ.

Fortvitvs caſus, intelligitur id quod ita accidit, vt hominis conſilio, cura, ac diligentia prouideri aut præcaueri non potuerit vt ſatis Vlp indicat in l. 2. §. ſi eo tempore. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pertinent. Obſeruandum autem quod caſus fortuiti vel natura accidunt, vt maris tempeſtas, congelatio, grandinatio, fluminis impetus, aduerſa valetudo: ad hæc mors: quæ ob id fatum dicitur, vt ait Pyrrhus, vide gloſſ. ſingularem Aret. in §. 1. de capitis diminutione Inſtitut. vel hominis facto contingunt vt latronum inſidiæ, hoſtium incurſus, vit etiam priuata impenſa, iudicis iniuria, vel iniqua ſententia, falſa teſtium depoſitio atque teſtamenti falſificatio, & his ſimilia quæ interpretes ſparſim indicant. Spieg.

Fortvna vocabulum medium eſt: ſed enim fortunam ſolam dicimus, intelligendus eſt inopinatus proſperæ cuiuſdam rei euentus. Sic theſaurum fortunæ donum appellamus, l. ſi is, qui in aliena. §. communis, ff. de acquir. rer. dom. & §. quod ſi ſeruus, ibid Sic fortunam vniuerſorum debitorum ſuſcipere l. 15. de vſuris. Fortuna aliud dedit, quam cui operam dabat. Prat.

Fortvna ſingulari numero pro facultatibus & opibus, l. 40 §. 1. de ſtatu lib argentarius coactor eum pene totam fortunam in omnibus haberet, ſeruis actoribus libertatem ita dedit. Si ad meliorem fortunam peruenerit l. 10. §. cum autem, C. de rei vxor. act. Prat. Briſſ.

Fortvnæ regnum. Seneca: in regnum fortunæ & quidem durum peruenimus, Gothofred. ad leg. 1. Cod. de emendand. ſeruorum.

Fortvnam entiæ ſublet, l. 9. §. 1. C. de natural liber. & matribus fortunam iurgandi experiri. l. vnic. C. quand. Imperat. inter popil. vel viduas.

Forvm. Seneca autor eſt, triplex forum Romæ olim fuiſſe. Sic enim libro ſecundo de ira, adijce, inquit, publica periuria gentium, circumſcriptiones, fraudes, infitiationes, quibus tria non ſufficiunt fora. Sex vero modis intelligitur forum vt tradit Feſtus. Primo negotiationis locus, vt forum Flaminium, forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea fora conſtituenda curarunt, quod etiam locis priuatis, puta in agris & vijs, fieri ſolet. Secundo in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi debent. Tertio cum is qui prouinciæ præeſt, forum agere dicitur, cum ciuitates vocat, & de controuerſijs earum cognoſcit. Quarto cum id forum antiqui appellabant, quod nunc veſtibulum ſepulchri dici ſolet. Quinto locus in naui, ſed tunc maſculini generis eſt, & plurale. Sexto fori ſignificant circenſia ſpectacula, ex quibus etiam minores forules dicimus. Inde & forare, foras dare, & fores, ac foras & forecula, id eſt, oſtiola dicuntur. Hæc Feſtus. Prateius. Forum autem ponitur pro territorio cuiuſque iudicis, intra quod poteſt, in facinoroſos animaduertere, l. ſi pupillus, §. territorium, ff. de verbor. ſignificat. Item eſt locus, vbi ius redditur, ſeu eſt exercendarum litium locus, cap. forus, extr. de verbor. ſignificat. Forum etiam eſt, vbi domicilium reus habet, vel vbi habeat tempore contractus initi: vnde illud eſt, actorem forum rei ſequi. l. 2. Cod. de iuriſdict. omn. iudic. l. actor C. ob in rem act. facit pro hoc lex s. 4. & 5. ff. de bonor. authorit. iud. poſſid. Per forum etiam interdum ſubſellia intelliguntur, hoc eſt iudicia publica, quæ exercebantur ſubſidio, aut certe ex eo loco, vnde cœlum facile perſpici poſſit: quod vel Cicero ſatis indicat pro Rege Deiotaro. Dictum autem eſt forum (vt M. Varro grauiſſimus author ſcribit libro primo de ling. Latin.) à ferendo, quod in eũ locum litigantes controuerſias deferant, ſicuti negotiatores res quas vendere cupiunt. Baſilica olim dictum Græca imitatione: ſic enim Baſilica ſolebat ædificari, vt in ſuperiore parte iudicia, in inferiore negotia exercerentur, teſte Vitruuio. Et hodie quoque hæc forma fori ſeruatur multis in locis.

Forvm autem non dictum eſt à fando, neque à Phoroneo rege, vt hanc Iſidori ſententiam docte refellit Alciat. in c. 24. ſecundi diſpunction. Anchor. Prat.

Forvm appellat Quintilianus, in quo iudicia publica exercebantur. Idque Iſidorus probat in lib. Etymol, cuius tranſcripſere verba pontifices in d. c. forus. vnde Fori ius l. 8. qui ſatiſd. cognant. Et

Forvm, Boarium, Piſcarium, in quo boues vel piſces veneunt. Quæ omnia, inquit Varro in vnum locum contracta, poſtquam ædificatus eſt locus, appellantur macellum. Prat.

Forvm, conciliabulum. Liuius per fora & conciliabula, omnia quæ extra vrbem erant, maiora & minora oppida, caſtella & loca intellexiſſe videtur, in quibus eſſent conuentus aliqui iuridici, prout annotat Turnebus libro primo aduerſarior. capit. vndecimo. Alias forum erat locus nundinationis & negotiationis: vbi etiam ius dicebatur, vt forum Flaminij, forum Iulij, forum Licinij, ab eorum nominibus qui ea conſtituenda curarunt. Conciliabula vero cum loca eſſent, in quibus ius diceretur & in concilium veniretur, tamen foris inferiora erant, interdum tamen in municipij ius aſcendebant.

Forvm ſuarium in l. 1. de offic. præf. vrb. §. cura carnis omnis, vide hic Budæum. Spieg.

Forvm competens, *handmahl, ein bequemliche, ordentliche gerichtſtat.* Quaſi quis eo loco ſe iuri obtemperaturum manu propria iurauerit, vnde dicitur: *handmahlbevveiſen*, pro eo quod eſt, *ſein Heimmen bevveiſen.* Verba ſunt ſignificantiſſima, venerandæ antiquitatis, nec ſplendorem verborum, ſed rem curamus.

Forvm competens, id eſt, proprium, congruens: forum incompetens, incongruum, alienum. Gothofr. ad rubr. de iuriſdict. omn. iudic.

Forvm competens, cui parere neceſſe habemus, eoque cogi poſſumus, tot. tit. ext. de foro competente. vbi vide Felin. & Panorm.

Forvm diadematicum apud Varronem videtur eſſe appellatum illud Piſæum iudicium, quo victoribus diademata & coronæ tribuebantur. Piſis inquit, diadematico foro præſtatur virtuti laus. Prat.

Forvm neutri generis eſt, & dictum ab eo, quod controuerſiæ & res venales illuc ferantur. Iſidorus tamen forus dixit, dict. capit. forus, ſicut & Lucilius, Pomponius, Attellanarius & Marcus Victorinus, vt refert Gothof. ad dict. rub. C. de iuriſdict. omn. iudic. ſed eruditiores forum: vt forum Iulium, forum Cornelium, de quo Prudentius Poeta illo verſu:

Sylla forum ſtatuit Cornelius.

Hoc Itali vrbem vocitant, hodie tamen Immola vocatur, vrbs notiſſima: licet quidam reſtringentur, inter quos Blondus, & cum alijs Felyn, in cap. ſignificante. in vlt. verbis de reſcript. & in hanc ſententiam noſtram contra Iſidorum. venit Alciat, in lib. 2. Diſpunct. capite vigeſimo quarto Cotta & Old.

Forvm agere ſeu conuentum, quæ locutio in Cicerone lib. 3. epiſtolar. familiar. & ſeptimo Act. in Verr. frequens eſt, dicebatur, qui prouinciæ præerat cum ciuitates vocabat, & de controuerſiis eorum cognoſcebat auctore Feſto libro ſexto, vide paulo ante. Seneca autor eſt Seruius ad illa Virgil. 5. Æneid. verba, indicitque forum, id eſt, tempus & locum agendorum negotiorum deſignat, qui conuentus vocatur. Quod verbum apud Cæſarem & Plin. ſæpenumero reperies. Briſſ.

Fori diſputationem Pomponius in nobili illa l. 2. origin. iur. Old. exponente, accipit, pro applicatione legum ad commoditatem Reipublic. cuius negotia in foro tractari ſolent. Dicimus enim in foro diſputare, ſicut vti foro, deſeruire foro, Spieg.

Fossa eſt receptaculum aquæ manu factum, l. vn. ff. ne in flum. publ. l. vn. in fi. ff de ripa munie. l. 1 § 2. ff de aqua cottid. l. 56. ff de dam. infect. Foſſæ agrorum ſiccandorum cauſa factæ, l. 1. § ſed & foſſas & §. vlt & l 2. §. 1. & l. 24 ff. de aq. & aq. plu. Briſſ.

Fossarii qui ſunt, vide Gothofr. ad l 4. Cod. de ſacroſanctis eccleſiis.

Fossatvm pro foſſa & vallo, quo caſtra cingebantur, vel (vt alij volunt) pro ipſis caſtris: quia foſſa cingi ſolebant, in l. 3. §. 15 qui in exploratione, ff. de re milit. Veget. libr. 4 cap. 16. Muſculos dicunt maiores machinas quibus protecti bellatores ſi lutum obſuerit, aut ciuitatis foſſatum, apportatis lapi-

Digitized by Google

dibus, lignis, ac terra non ſolum complent, ſed etiam ſolidant. Suidas. ὀχυροῦν τὸ φοσσάτον, Conſtantin. lib. 6. epit. tit. 5 τὰς ἐν φοσσάτῳ κλεισούρας ἐκ ξύλων σφοδρῶς ὀχυροῦσθαι τῇ ἀσφαλείᾳ. In libello etiam Variorum auctorum de limitibus ita ſcriptum eſt. Foſſarum decretum, parnum in fine pro termino poſuimus Briſſ. Prat. Vide & Goth. in auth. ad l. 18. C. de epiſc. audie t.

FOSSATVM recentiores ſcriptores vocauerunt caſtra, Capitolinus in Gordianis, caſtra omnia foſſatum circuibat. Quin & apud Suidam hoc vocabulum reperitur, & Apud Leonem Imperatorem, vt annotauit Turnebus aduerſarior lib. 2. c. 13.

FOTINIANI l. 5. C. de hæret. à Fotino Gallogræciæ Smirnæ epiſcopo, de quibus in catalogo Hæreſ. & Iſidor. lib. 8. Etym. c. 5. Briſſ. Prat.

FOVEA pro ſcrobe ferarum venandarum cauſa facta Paul. ad l. Aquil. Qui foueas vrſorum, ceruorumque capiendorum cauſa faciunt, ſi in itineribus fecerint, eoque aliquid deciderit, factumque ſit deterius, lege Aquilia obligati ſunt, Spieg.

F R.

FRACAS, lege Amurca.

FRACTVM, interdum diſſolutum ſignificat. continetur que ſub verbo Rupiſſe, l. Marcel. de verb. ſig. l. ſi ſeruus ſeruum, §. inquit lex ad l. Aquil. Spieg. Prat.

FRAGANÆ, plagiarij, qui ingenuorum liberos aut ſeruos alienos vendunt, vel ſupprimunt, Gothof ad rub. C. ad l. Fab. de Plagiar.

FRAGILE conſilium, l. 8. ff. de minoribus.

FRAGILITAS humana l. 6. §. ſicubi, ff. de offic. præſidis.

FRAGILITAS muliebris l. 12. C. qui potior. in pignore.

FRAGILITAS ſexus l. 28. C. de donat. ante nupt.

FRAGMENTVM, pars fractæ rei. Vlp. Alphenum denique ſcribere ait, poſſe ita agi, ius illi non eſſe, in ſuo lapidem cædere, vt in meum fundum fragmenta cadant. l ſi autem. §. Ariſt. ff. ſi ſeruit. vindicet. Spieg.

FRAGOR, ſonum rei duntaxat fractæ proprie ſignificat, eſtque fictum verbum à ſono. Spieg.

FRAMEA penultim. correpta accipitur pro lancea ſeu haſta, de qua meminit Iuuenal. Satyra decima tertia, dum dicit:

Et Martis frameam & Dyrtes ſpicula vatis.

Atque in lectione Zachariæ Prophetæ capite decimotertio: Framea, inquit, ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi. Et ita debet intelligi locus Vlpiani in l. 3 §. armis, ff. de vi & vi armata, licet aliqui aliter intelligant. Goth. in tam dict. §. armis. s. frameas interpretatur haſtam anguſto breui ferro, Iſidor 18. orig. 6. Spatam interpretatur & gladium ex vna parte acutum: Frameę meminit & Tacit. lib. de moribus German. Eques, inquit, ſcuto & framea contentus erat.

FRANCI. Alberic. in hac dictione auſpicatur regnum Franciců à Carolo magno: quod de Romano imperio intelligi non poteſt. Nam priſci Francorum Reges, puri puti Germani poſt præſtantiſſimos quoſque Imperatores armis eorum exerciti, etiam inties ab eis repreſſi, nec virtuti illorum cedentes, tandem potiri Gallis, Belgica & Celtica regnare ibi cœperunt. Spieg.

FRANCISCVS Accurſius, nobilis Iuriſconſultus, Florentiæ oriundus ius ciuile Bononiæ anno à Chriſto nato 1225 magna cum ingenij atque induſtriæ laude profeſſus eſt, Gloſſas in omnes iuris ciuilis libros ſcripſit, magnopere additis iis, quas ſuperiores iuriſperiti, Irnerius, Bulgarus, Martinus, Placentinus, Ioannes, Azo multifariam adſcripſerant. Præceptoribus vſus eſt Ioanne, qui Gloſſator vulgo nominatur, & Azone. Filium reliquit Franc. Accurſium, qui eodem in loco Ius ciuile interpretatus eſt, patriſque Gloſſas locupletauit. Prat. ex Hotomano.

FRANGERE fidem, l. 10. ff. de in ius vocando fidem contractus l. 6. C. de hæred. vel act. liberalitatem captioſam interpretatio prudentium fregit l. 5. ff. de Tranſact.

FRATER & ſoror, in tranſuerſali linea ſunt in ſecundo gradu, iuxta leges Cæſareas: ſecundum Pontificias conſtitutiones in primo. Quæ ſit huius differentiæ cauſa, exponunt interpretes. Iuris Cæſarij ſupputatio valet adhuc in hæreditatibus ac tutelis: Pontificij iuris, in matrimonio, Spieg. Prat.

FRATER per vtrumque parentem accipitur, id eſt, aut per matrem tantum, aut per patrem, aut per vtrumque, id eſt, ex vtroque eodem parente. Sed hic numerum non auget Paul. in l. Iuriſconſ. ff. de gradibus & adfinibus. Old Prat.

FRATERNE, id eſt, ex officio fratrum, vt fratres facere decet. Fraterne amare, pro eo quod eſt, tanquam fratrem amare. Extat apud Ciceronem in libr. 1. epiſtolarum ad Atticum. Hinc fraternitas in lege 13 §. 2. C. de legit. hæred. l. 13. cap. probat: Et fraternum conſortium, in l. 11. C commun. de ſucceſſ.

FRATRES vocamus, qui eodem patre, vel matre eadẽ nati ſunt, & tamen Fratrum filij, qui propriè patrueles vocantur, etiam fratres dicuntur. Velleius Paterculus libro ſecundo. Circa eadem tempora, inquit duo (ſic enim legendum eſt) Metelli fratres vno die triumphauerunt. Non minus clarum exemplum, & adhuc vnicum Fuluij Flacci eius qui Capuam ceperat, filiorum: Sed alterius, in adoptionem dati. Nam cenſus Metellorum, patruelium, non Germanorum fratrum fuit. Hinc factum, vt apud Accium Plautum in Pœnulo: alterius patruelium filius, alterum patruelem, quem Iuriſconſulti propiorem ſobrino dicunt: velut patris fratrem, patruum vocet. Curt. lib. 2. εἰκασμῶν tom. 5. c. 41.

FRATRES etiam eodem patre geniti conſanguinei dicuntur, tum noſtris legibus, vt probatur ex l. 1. §. conſanguineos. ff. de ſuis & legit. cum ſimil. cum aliis ſcriptoribus, vt probauit Tiraquel. in tractatu retractuum, tit. 1. §. 7. gloſſ. 9. in verbo *du lignagier*, num 4. incip. his igitur. Ex quo etiam Sophocles huiuſmodi fratres ſępe vocat ὁμαίμους, veluti eiuſdem ſanguinis: αἷμα enim ſanguis eſt, idem Tiraquel. in 15. l. connub. gloſſ. 1. part. 15.

FRATRES. Hebræi ſuo quodam more quoſlibet conſanguineos & cognationis propinquos appellant, & extra vſum noſtrum. Nam quis dicat fratres auunculum, & filium ſororis? Scriptura tamen etiam huiuſmodi cognationes fratres appellat: Nam Abraham & Loth: Laban & Iacob fratres ſunt dicti, cum eſſet Laban auunculus Iacubi. Ex D. Auguſtino in capite ſeptimo Euangelij Ioannis. Sed de ea re doctiſſime ſimul & copioſiſſime diſſeruit D. Hieronymus aduerſus Heluidium. Spieg.

FRATREM, dici, quaſi fere alterum, ſcilicet patrem, notum eſt, aut eum qui familiam ſuſtinet: quare & Græcis φράτωρ h. e. contribulis eſſe videtur. Cicero fratrem pro ſororis marito vſurpauit. Pro domo ſua, & de reſponſ. Aruſp. Et hodie fratres dici vidimus eos, quorum alter alterius ſororem habuit in matrimonio: Spegel.

FRATRES aruales dicebantur, qui de finibus & terminis motis cognoſcebant. Sic enim verus Gloſſa Aruales, Sodales: *οἱ ἀδελφοὶ ὅρων διαγινώσκοντες ἀγρῶν*. Varro lib. 4. de ling. lat. Fratres aruales dictos ait, qui ſacra publica facerent, propterea, vt fruges ferrent arua: à ferendo & aruis Prat.

FRATRES germani dicuntur, ex vtroque parente, conſanguinei, ex eodem tantum patre, non etiam eadem matre: vterini contra, ex eadem matre & duobus patribus.

FRATRES gemini, non gemini fratres dicendum: tametſi non minus latine dicitur frater germanus, & germanus frater. Spie.

FRATRES Imperatores l. 33 ff. de pœnis, l. 38. ff. ad l. Iul. de adulteriis, § qui alias, Briſſ.

FRATER patruelis. filius patrui. Fratres patrueles, ſororeſque patrueles, dicuntur, qui pæne duobus ex fratribus progenerantur, vt apud Paulum traditum eſt id l. iuriſconſultis, §. eodem gradu, ff. de grad. Spieg.

FRATRIÆ, duorum fratrum vxores dicuntur. Græce εἰνάτερες l. non facile ff de grad. Alciat. in l. ſuper. C. de tranſact. Prat.

FRATRIMONIVM, id eſt fraterna bona, Senec. in lib. notat. & Goth. ad rub. C. de bon. matern.

FRATRIS appellatione iuriſconſult. complectitur ſororem l. Lucius Titius, §. quæſitum, de legat. 3. Sed obſeruatu dignum, quod Iac. Buttigarius monuit, communem loquendi vſum aduerſari: quanquam fratrum nomen interpretatione extenſiua nepotes complectitur: vt annotatum eſt à Ioan. Adr. ad Speculat. de ſucceſſ. ab inteſt. refragatur tamen communis vſus Laicorum, ſecundum quem diſponentes regulantur. l. omnibus de verb. ſign. ex l. fund. eod. tit. l. Labeo. de ſupel. leg. cum concord. legibus: quinimo & ſorori fratris nomine quandoque accipiunt, vt apud Modeſtinum de pact. Tres, inquit, fratres Titius, Mæuius & Seia communem hæreditatem inter ſe diuiſerunt. Et paulo poſt, ſed Poſtea duo de fratribus, id eſt, Mæuius & Seia. Spieg. Prat.

FRATRVM alij conſanguinei ſunt, qui ſcilicet eodem patre nati ſunt, licet diuerſas matres habeant. Alij vterini, qui ex eadem matre tantum nati ſunt l. 27. C. de inoffic. l. penult. ad ff. & l. vlt C. de legit hæred. 21. C. de exceſ tut Briſſ. vberiorem de variis fratrum generibus explicationem, vide apud Cuiac. lib 6 obſeru. c. 17.

FRATRVELIS, matertetæ filius, Iſidor.

FRATRVELES etiam conſobrini Iacob. Cuiac. d. lib 6. obſeru. c. 17. Spieg. Prat.

FRAVDARE hæreditate, pro priuare, excludere ab hæreditate ſemel ſcriptum, l. 5. ff de his quæ in teſtam. delent. Prat.

FRAVDARE nemo videtur eos qui ſciunt & conſentiunt, l. 188. de reg. iur. Nec fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitoribus. Sed cum deminuitur de bonis, l. 177. de diuerſ. reg. iur. l. 6. quæ in fraud. cred Briſſ. Prat.

FRAVDAT vectigal, qui merces non profitetur: vnde fraudati vectigalis crimen. l. 8 ff de public. Et fraudata annonam in l. 8. ff. de leg. Iul. de annon. & fraudati cenſus crimen. lib. 1. C de quæ Briſſ.

FRAVDATIO, & fides cõtraria. Cic. in Catil. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum, hinc fides, illinc fraudatio: vide & inf. Fraudi opponitur fides.

FRAVDA-

FRAVDATIONIS cauſa latitat, qui hoc animo latitat, vt fraudet creditores, l. 7. §. 1. & §. ſed is qui ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. l. 50. de pecul. Briſſ.

FRAVDATOR tam qui fraude alienat, quàm qui fraude accipit, l. ait prætor, §. pen. l. vlt. §. fin. ff. quæ in fraud. cred. variè hanc vocem accipi Gloſſematarius declarat, in leg. Imperatores, de curator. bon. dand. Prat.

FRAVDATOR in l. vlt. Cod. de reuoc. his quæ in fraudis eſt, qui fraudandorũ ſuorum creditorum cauſa debitorẽ ſuum acceptilatione liberauit donãdi animo, non debitor qui liberatus eſt, qui etiam ſiue fraudẽ ſciſſet, tenetur creditorib. in ſolidum, ſiue neſciſſet, non in quantum facere poſſet, ſed in quantum locupletior factus eſſet, l. 6. § in hoc, ff. quæ in fraud. cred. Prat.

FRAVDATORIVM interdictum, quo in fraudem creditorum geſta reuocantur, l. 67. in princ. ff. ad Treb. l. 69. de ſolut. cujus verba quædam referri videntur in l. 68. ff. pro ſocio. Briſſ.

FRAVS multa ſignificat. Eſt enim aliquando deceptio, cùm quis videlicet perſuaſione falſa in errorem adducitur, à recta veluti via deductus [illegible] Inde dictus ab ipſis Græcis [illegible] deceptor, blandus, pellax, [illegible] qui multum ad perſuadendum eſt potens. Significat item Fraus, [illegible] Vt cùm aliud agimus, aliud ſimulamus & comminiſcimur, quod etiam dolum appellant. Vt apud ipſum Ciceronem de Pythio, qui cùm hortos ſuos Cano Cannio equiti Romano vellet vendere, atque eundem Cannium emendi cupiditate magis incenderet, piſcatores ad ſe conuocauit, & ab his petiuit, vt ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur, vnde hortos ipſos longè pluris faceret: cùm tamen nulla his piſcatio, nulla aquatio eſſet. Celare itaque emptorem, quod venditorem dicere oportuit, fraus & dolus eſt, & contra bonam fidem, vt traditum eſt ab Vlp. l. 1. §. vendit. ff. de actionib. empti Quare rectè mihi videtur Grammatici fraudem, ſicut furtum, ἀπὸ τῷ φέρειν dixiſſe, quod qui dolo, fraudéque agunt, alienum auferunt. Detrahunt enim jus alteri, & ſuum commodum augent alterius incommodo & damno, &c. Brech. l. aliud eſt Fraus, ff de verb. & rer. ſign.

FRAVS à pœna quomodo differat, vide infra Pœna & fraus.

FRAVS damnum eſt, quod vel mala fides aduerſarij vel ipſe euentus rerum adfert. Cujac. ad l. jurisgentium, §. ſed ſi fraudandi ff. de pact.

FRAVDIS interpretatio, vt Papinianus ait, ſemper in jure Ciuili, non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque conſideratur, l. fraudis, ff. de reg. jur. Obſcura autem, quod Old. monuit, Papinian. eodem reſpexiſſe, quo reſpexit naturalis lex dum dicit, Non concupiſces Non deſiderabis aliena. Spieg. Prat.

FRAVDIS ſolius ſi mentio fiat, intelligendum de ea eſt, cui dolus ineſt Connan. lib. 5. c. 5. n. 1.

FRAVDIS ſignificatio latior eſt quam doli, cùm omne factum culpabile deſignet, ſiue calliditatem habeat cum machinatione decipiendi circumſcribendique cauſa conjunctam, & ita dolus ſit, juxta l. 1. dolo malo, & l. 7. §. dolo malo, ff. de pactis: Siue ſine machinatione, & ſtudio decipiendi vel circũſcribendi ſit, vt in l. 1. §. 8 ff. ad l. Falc. Gœdd. ad l. 181. n. 6. ff. de verb. ſig.

FRAVS, à ferendo, deceptio, quę alicui infertur. Apud veteres pro pœna ſumebatur, vt ſcribit Seruius in 11. Æneid. & Vlp. in l. 51. §. 2. de ædil. edil. At in l aliud 131. de verb. ſign. differre à pœna vult. Fraus enim ſine pœna eſſe poteſt. Pœna ſine fraude eſſe non poteſt: Pœna eſt noxæ vindicta: Fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædã præparatio. Vlp. hic in d. l. 131. fraudem ſine pœna eſſe poſſe dicit, quia omnis fraus damnum affert, & quicquid damno afficit, fraus appellatur. At non omne damnum pœna dicitur, cùm hæc ad vindictam criminis ſolum imponatur. Damnum autem eſt quicquid detrimentum aut moleſtiam exhibet alicui, etiam ſi non vlciſcendi ſceleris cauſa. Pœna verò ſine fraude nequit eſſe quoniam nulla pœna non damnum dat. Altera differentia eſt, quod pœna tantummodo eſt commiſſi criminis vindicta: aut fraus & crimen ipſum & criminis pœnam ſignificat. Vnde fraudem capitalem admittere, id eſt crimen capitale. Hæc ex Conn. lib. 5. c. 5. Hot.

FRAVS quando & per quæ fieri dicatur, diſſerit fuſius Zaſius in §. item ſi quis Inſt. de act.

FRAVS dolum ſignificat, l. 53. ff. de inoffic. teſt. l. 63. ff. de rei vind. ideóque hæc duo conjungi ſolent, l. 3. in fi. ff. pro ſocio, l. 10. C. de procurat. Fraus enim ſine dolo admitti non poteſt, Gœdd. ad l. 181. n. 6. ff. de verb ſign.

FRAVDES (vt ait Tertull. in lib. 1. de idololatr.) conditio ea eſt, ſi alienum capiat, aut debitum deneget. Prat.

FRAVDEM pro damno accipi quidam putant, in l. 33. ff. ex quibus cauſis major. l. 1. ff. de alien. jud. mut. l. 18. in fi. de jud. Fraus pro incommodo & periculo, in fœdere antiquo apud Liuium lib. 1. Rex, facíſne me tu Regium nuncium popul. Roman. Quiritium? Quod ſine fraude mea, Populique Romani Qu. fiat, facio. Sic paſſim, Ne ea res fraudi ſit. Hinc ſine fraude, in leg. 1. §. 3. ff. ad l. Falcid. leg. 26. §. hæc clauſula, ff. ex quib. cauſis major. Prat.

FRAVS fit legi, ſenatuſconſulto, edicto, conſtitutioni. Fraudem legi facit, qui ſaluis legis verbis ſententiam ejus circumuenit, id eſt, vbi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit, & quod diſtat ῥητὸν διανοίας, hoc diſtat fraus ab eo, quod contra legem fit, l. 29. & l. 30. ff. de ll. Exempla ſunt in l. 7. in fin. ff. qui & à quibus l. 63. ff. de condit. & dem. leg. 16. ff. de jur. patr. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. l. 7. §. prætor ait, ff. de pact. l. 3. § pen. & l. 7. in prin. & §. mutui dationem, ff de SC. Maced. l. 8. §. plane, & l. 29. ff. ad Vell. l. vltim. ff. ſi famul. furt. fec. l. 27. in fi. ff. de prob. Briſſ.

FRAVS fit legibus, quoties ab vno contractu vetito, ad alium peruenitur. Gothofr. ad Nou. Iuſt. 131. cap. 2. in fin. ibi: ſed etiam omnem cautionem pro hoc quolibet modo expoſitam, & idem Gothofr. ad l. 5. C. de legib.

In fraudem legis juriſque fidem accommodaſſe dicitur, qui vel id quod relinquitur, vel aliud tacite promittit ſe reſtituturum ei perſonæ, quæ legibus ex teſtamento capere non poteſt, ſiue Chirographum eo nomine dederit, ſiue nuda pollicitatione repromiſerit, l. 10. ff de his quæ vt indig. Et alias in tacitis fideicommiſſis fraudem legi fieri videri traditur, quoties quis neque teſtamento, neque codicillis rogaretur, ſed domeſtica cautione vel chirographo ſe obligaret ad præſtandum fideicommiſſum ei, qui capere non poteſt, l. 103 ff. de leg. libr. 1. l. 3. ff. de jur. fiſc. Briſſ.

FRAVS capitalis pro crimine ſumitur à Iuriſconſultis in l. 23. §. excipitur, ff. de ædil. edict. propter quam quis puniendus ſit. Sicque vſurpatur à M. Cic. lib. 1. de orat. & in Rabir. Prat.

FRAVDI opponitur fides apud Cic. in Catil. & in leg. aliud eſt fraus in princ. ff. de verb. ſignif. Fraus pro fruſtratione malitioſa, leg. fraudi de orig. jur. Prat.

FRAVDIS cauſa adſcripta conditio in l. 37. ff. ad leg. Falc. dicitur, quæ fraudandæ l. Falcidiæ gratia adſcripta eſt. Similiter & in fraudem legis Iuliæ miſcellæ fit in l. 64 ff. de cond. & demon. Briſſ. In fraudem fiſci alienat qui jam eo crimine damnatus, ex quo publicatio bonorum ſequitur, vel futurum proſpiciens vt damnetur, alienat 45. ff. de jur. fiſc. Cæterum ſi capitis reus filium emancipet, vt is hæreditatem adeat, non videbitur in fraudem fiſci factum quod adquiſitum non eſt, l. 26. ff. de jur. fiſc. in fraudem fiſci adoptio facta videtur, etiam ſi non in reatu, ſed deſperatione rerum per conſciẽtiam metu imminentis accuſationis quis adoptet in hoc, vt ex bonis quæ ſe amiſſurum cogitat, portio detrahatur, l. vlt. ff. de bon. damn. Briſſon. In fraudem fiſci datæ libertates, l. 45. §. à debitore, ff. de jure fiſci, l. 11. qui & à quib.

In fraudem alterius facit, qui id non facit, quod in ejus vtilitatem facere debet, Gothofr. ad l. 121. de reg. jur. per l. 4. ff. quæ in fraud. cred.

Fit & fraus conuentioni, l. vlt. C. ſi manc. ita venier.

FRAVS etiam creditoribus & patronis fit. In fraudem creditorum manumittit, qui vel eo tempore, quo manumittit, ſoluendo non eſt, vel datis libertatis deſiturus eſt ſoluendo eſſe, l. 10. ff. qui & à quibus, §. in fraudem, Inſtitut. quibus manumittere liceat. Briſſ.

FRAVDEM in alienationibus manumiſſionibúſve, quæ in creditorum patroniſve fraudem fiunt, in damno pecuniario accipimus, l. 1. § & alias, ff. ſi quid in fraudem pat. Eamque quod ad libertatum præſtitarum cauſam attinet, & ex conſilio & euentu ſimul æſtimamus, l. 80. ff. de diuerſ. reg. jur. l. 4. §. ſi quis autem, ff. de fideicomm. lib. Inſt. quib. manumittere non lic. l. 5. ff. quæ in fraud. cred. Vtrobique verò in fraudem eſt, vt Theoph. Inſtitut. quibus manumitt. lic. & in §. item ſi quis in fraud. Inſt. de act. interpretatur, [illegible] Briſſ.

FRAVDEM facit, ſi quis quod facere debet non facit, leg. in fraudem facere, & l. ſeq. ff. quæ in fraud. cred. Prat.

FRAVDVLENTIA venditio eſt, quoties venditor cum emptore colludit, l. 9. ff. de reb. alie. l. 46. ff de fidejuſſ. Goth. in not. ad l. 2. C. de præd. & al. reb. minor.

FRAVDVLENTER & ſegniter ſeparantur l. 5. C. de ſuſpe. tutorib. Alterum enim ad dolum: Alterum ad culpam pertinet. Briſſ.

FRAVDVLENTER donare intelligitur, qui rem propriam ab eo cui donare ſtudet, ſibi donatam confitetur, Goth. ad l. 7. C. de contrah. empt.

FRAVDVLENTVS vſurpator, idem qui malæ fidei poſſeſſor nihil repetit impenſarum, nihil retinet, imputaturus ſibi quare non abſtinuerit ab alieno, l. ideo quidem, §. ex diuerſo, l. qua ratione §. ſed non vt literæ, ff. de acq. rer. dom. Prat.

FRENARE, tranſlatè pro cohibere & continere.

FREQVENS, eſt Paul Parere, inquit, exceptioni rei judicatæ, frequens eſt: hoc eſt, non inſuetum l. ſingulis, de except. rei jud.

FREQVENTARE dicitur quod frequens eſt atque vſitatum l. 2. ex quibus cauſis majores. Briſſ.

FREQVENTARI Rempublicam, vide l. 3 ante fin. C. de bon. liber.

FREQVENTEM populum & Senatum dicimus, non cum duo aut tres congregati ſunt, ſed cum bene multi, Connan. lib. 2, cap. 10. num. 6.

FREQVENTER fieri dicitur, quod aſſidue fit, ff. de inoffic. teſtam. l. nam & his, de minor. l. & ſi fine. Quandoque dicitur fieri frequenter, quod bis fit, in authentic. de defen. ciuit. ad fin. & ibi not. quandoq; multoties, exponitur, in proœm. decretalium §. ſane. Quandoque voluntarie, C. de vſur. pupill. l. 1. quandoque ſæpius, 18. quæſt. 2. non ſemel habetur hæc dictio extr. vt lit. non conteſt. quoniam frequenter, Prat.

FREQVENTES ire in alia omnia, pro frequentes diſſentire, *vngleich omziehen.* Neque ſolum ire in alia omnia, ſed & diſcedere & tranſire, eodem ſenſu veteres dicebant, Spieg.

FREQVENTIA, aſſidua frequentis, quaſi nonnullam præbet infamiam, l. item apud § de injur. Spieg.

FREQVENTER fieri dicitur, quod bis etiam terve factũ eſt, Alb.

FREQVENTISSIMA eſt hæc cauſa poſſeſſionis, in leg. Fulcin. §. cum hoc edictum ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.

FRIBOLA quidam legunt in leg. ſolutum, tt §. ſolutum, 5. ff. de pign. act. vbi alij Friuola, vide paulo poſt in voce Friuola.

FRIVSCVLVM in leg. 32. §. ſi diuortium, ff. de don. inter vir. à diuortio ſeparatur, & leue jurgium ſignificat, vt oſtendit lex 31. ff. de jure dot. l. 27. ff. de pact. dotalib. Iſidorus friuolum videtur legiſſe. Sic enim lib. 9. Etymol. c. vlt. Friuolum eſt, ait, cum an animo ſeparantur conjuges, vt ad ſe inuicem reuertantur. Nam friuolum eſt velut quaſſæ mentis & fluxæ nec ſtabilis. Fieri autem poteſt, vt ait Prat. Vt à friuoluſculum, deducto à friuolum per contractionem factum ſit Friuuſculum, inde V in B mutatione, Fribuſculum, Briſſ. vlt. adit. Friuuſculum legendum omnino cenſet.

FRICTRICES mulieres quænam ſint, vide Iuuen. Satyr. 6. Martial. 1. epigr. 58. Papon. 22. arreſt. 7. num. 2. Clar. 5. ſent. §. fornicatio, verſ. inter mulieres, Pet. Greg. 6. Syntag. 14. Guthofr. ad l. 20. C ad leg. Iul. de adult.

FRIGIDVS. Frigidi dicuntur, qui ex naturalis caloris defectu coire non poſſunt. Quomodo accipitur in titulo, De frigidis & maleficiatis lib. 4. Decretalium. Aliæ ſunt etiam ſignificationes frigidi, quas relinquimus, quod ad præſens inſtitutum minus pertinere videantur, Aneb.

FRITILLVS. Intereſſe nonnulli putant nihil inter turriculam & fritillum, quibus veteres vtebantur in teſſeris luſoriiſque tabulis: nec noſtri Grammatici inter iſta diſtinguunt, neque internoſcendi vllam afferunt notam. Turnebo autem videtur fritillus vaſculum buxeum longum & teres fuiſſe, è quo mitterentur teſſeræ, vel tali in tabulam Idque ex eo apparere dicit, quod apud Senecam condemnatur Claudius alea ludere pertuſo fritillo, ſic enim fruſtra talos collegiſſe, cum ſemper caderent nullo tenenti fundo, verba eſſe Senecæ, Tum Æacus jubet illum alea ludere pertuſo fritillo: & jam cœperat fugientes teſſeras quærere & nihil proficere:

Nam quoties miſſurus erat reſonante fritillo.
Vtraque ſubducto fugiebat teſſera fundo.

Idem & Pyrgum ſiue turriculam eſſe, è Martiale conſtare.

Quærit compoſitos manus improba mittere talos,
Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Hæc annotauit Turneb. aduerſ. lib. 6. c. 3. vide & Goth. ad rub. C. de aleator.

FRIVICVLVM videtur dictum à frio, vt friuolum, quod facile conteritur & comminuitur. Alij friguſculum legunt, quaſi amoris remiſſionem quandam. Quo fere in ſignificatu Frigus quandoque dicitur à Cic. & Fab. li. 6 Imperitia, ruſticitas & rigor & deformitas afferunt interim frigus, qua ſignificatione *ψυχρότης* dicitur quandoq; à Græcis Conan. lib. 8. c. 11. n. 9.

FRIVOLA vaſa ſunt proprie fictilia quaſſa. Vnde verba friuola dicta, quæ minus ſunt fide ſubnixa. Iuriſconſ. in l. ſolutum, 11. §. pen. ff. de pign. act. hanc vocem pro ſupellectili tenui & vili accipit, qualis eorum eſſe ſolet, qui in cœnaculis habitant, & in celebribus vrbibus in foro friuolario eam vendirant: quod noſtrate vulgus, *Gympelmarckt* appellat, Spieg. Sic vſus eſt Satyricus Satyra 5. Et ne te teneant Romanarum nomine rerum Friuola. Senec. lib. 3. controu Ego illis in friuola inuitaui noſtra, quæ illis meam promiſi domum, ſuam eripiant? Hinc friuolarij vocantur qui hujuſmodi ſupellectilem vendunt.

FRONDATOR, & qui arbores amputat, & qui è frondibus manipulos facit, hyemis tempore, ad paſtum animalibus offerendos, & qui manibus vitium folia euellit, quo ardor ſolis vuam maturiorem reddat. Ex Seruio Spieg.

FRONS fundi, in l. 10. in pr. vt & frons agri in l. 56. in pr. ff. de adquir. rer. dom. *μετωπικός* dicitur. Quod vero antiquitus monumentis inſcribi ſolebat. In frontem pedes tot. In longitudinem tot pedes, ſepulchrum patere ſignificabat, interprete Acro. ad Horat. lib. Hor. Prat. Briſſ. prima fronte, id eſt, prima facie. Briſſ.

FRONS integra metaphorica per tranſlationem ſumitur pro integra perſona, id eſt, non infami, l. 4. ff. de pop. act. Cujac. ad l. ſi cui lex ff. qui teſtam fac. poſſ.

FRVCTVARIVS ager idem qui vectigalis intelligi poteſt. Inſulano teſte, Barbari vna cum Italis vulgo vocant cẽſalem agrum, veluti ſi diceres, cenſualem. Niſi forte quis velit fructuarium haberi pro agro culto & fertili. Videtur tamen priori interpretationi citius accedendum. Spieg. Prat.

FRVCTVARIA ſtipulatio eſt, quæ vſusfructus nomine interponitur, l. 4. §. vlt. ff de verb. oblig. Briſſ.

FRVCTVARIA villa dicta, quod in eam fructus deuehantur, Spie.

FRVCTVARIVS, cujus eſt fructus. Vide Florentinum in l. ſi alij vſus ff. de vſufruct, Spieg.

FRVCTVARII juris eſſe apud Scæuolam, l. vſufructuarium, §. ſi viuatius, ff. de vſufruct. Spieg.

FRVCTVARIVS ſeruus, Iulianus intelligit eum, in quo quis vſumfructum habet, ſed alterius eſt proprietas. Spieg.

FRVCTVARIVS & bonæ fidei poſſeſſor quomodo differant, vide l. qui ſcit, 25 §. 1. ff. de vſur. & fruct.

FRVCTVARIVM, & Vſufructuarium aiunt quidam eoſdem eſſe. Nam vtroque ſignificatur is, qui jus vtendi fruendi habet, vide l. vti frui & leg. fructuario, ff. ſi vſuſr. pet Differunt tamen, quod fructoarius, fructus collectos nondum abſumptos aut diſſipatos tranſmittit ad hæredes: vſufructuarius vero non, Connan. lib. 4 c. 4. Fructuarius fundus, ſeruuſve in quo vſumfructum habemus. Prat.

FRVCTVS generis nomen eſt, quo nos omnia, quæ terra gignuntur, proprie comprehendimus: atque ejus duæ ſunt ſpecies, quarum altera Frugum nomine appellatur: nimirum quæ minutæ fruges dicuntur, h. e. quæ ariſta & ſiliqua continentur, l. 77. de verb. ſign. Altera vero generis ſui nomen obtinet, & quicquid præterea ex terra natum ad hominum alimentum pertinet complectitur, vt vinum, oleum, & arborum baccæ, item fœnum, arundo, cædua ſylua, l. 48. de vſuf. l. 40. de contrah. empt. Poſtea vero fructuum appellatio generaliter ad omnem rei corporalis & incorporalis prouentum relata eſt. Vnde mercedes rerum, quæ locari ſolent, & omnes res ex quibus commodum aut emolumentum aliquod percipitur, fructuum vocem obtinent, l. videamus de vſur. Iauol. in l. fin. ff. eod tit. Fructus rei eſt, inquit, vel pignori dare licere Et amicitiæ fructum dicimus. Cicero eleganter, & amicos, ait, tanquam pecudes, eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant, ſe maximum fructum eſſe capturos. Prat.

FRVCTVS à fruendo, vt Varro & Donatus ſcribunt; dicitur, quod res hæ, quas fundus ferit, & quæ in fundo ſeruntur, fruantur. Connan. lib. 4. c. 1. n. 2.

FRVCTVS proprie eſt, quod ex ipſo rei corpore ejuſque vſu ad fruitionem vtilitatemque poſſidentis fertur, renaſciturum. Gœdd. ad leg. vſura 121. de verb. ſign. per ibi alleg. leg.

FRVCTVS, quantum ex Celſo & alijs colligi poteſt, eſt emolumentum ex fundo, leg. item, §. 1. ff. de vſuf. & ipſo corpore natum l. vſura de verb. ſign quod inde percipi, & ibi renaſci poſſit, l. diuortio § ſi vir. ſolut. matr. Differt ab vſura & pœna. Vſura ab vſu dicitur, vt Varroni viſum eſt. Ea eſt lucrum ex conuentione vſus nomine, vel propter admiſſam in ſoluendo moram eum tempore ad ſortem accedẽs. Hoſtien. in ſumma. Pœna à Græcis deſcendit: Nam illic *ποινή [illegible]*. Eſt autem, ſicut ex iis, quæ Cato & veteres ſcribunt, docemur, Certa vel quantitas, vel ſpecies, ſi contra quam cautum eſt, factum ſit, promiſſa l. 4 § Cato. de verb. oblig. Quid intereſt ab eo, quod in rem noſtram ſit, dictum eſt: ſicut Donatus tradit. Id ego ex Iulio Paulo, & iis quæ Celſus & Tubero eam rem ſcripſere, nihil aliud eſſe opinor, quam juſtam æſtimationem ejus (l. ſtip non diuid. de verb obl.) quod mihi aduerſarij facto aut culpa, vel damnum in rebus allatum, vel lucrum quod facturus eram, ademptum eſt, l ſi commiſſa rem rat. hab. Quid interſit inter vſuram & fructus, paucis ex Domitio Vlpiano docemur. Nam Rei, fructus; Precij eſſe vſuram, l. item, §. pen. de rit. hæred. Cuir lib. 1. *εἰκασιῶν*, c. 22.

FRVCTVS in rubr. ff. de vſur. & fructibus intellige, qui terra, vite, arbore proueniunt: item prædiorum, pecorum, mancipiorum, jumentorum, vehiculorum, Gothofr. in d. rub. & vide l. 8. in. 14. 15. 25. 28 leg. 18. §. 12. 21. 34. l. 46. 48. eod. tit.

FRVCTVS appellatione intereſſe quoque continetur, ff. ſi ſeruit. vend. l. loci corpus, §. ſi confeſſoria, & l. ſi forte, § fin. Alber. Obſeruandum etiam, cum agitur in rem, fructuum nomine contineri vtilitatem, tam ex fructu, quam vſu prouenientem, leg. cum in rem, ff. de rei vend. Spieg. Prat. Sæpe fructus pro vſufructu ponitur, Cujac. ad l. 58. § ſi quis ita ff. de verb. oblig.

FRVCTVS dupli. de quib. Paulus ſcribit l. 3. Sent. tit. 9. ij ſunt, qui ab Vlpiano majores fructus dicuntur in l 6 §. vlt. ff. maud. idque ex 12. Tab originem duxiſſe putat Cujac. lib. 5. obſeru. & emendat. cap. 21.

FRVCTVS aridi ſunt, qui ad inuicem commixti non confunduntur, vt meſſes, l. vlt §. vlt. ff. de jur. fiſc. l. 15. C. Theo. de ſuſcept. l. 1. C. Theod. de vſur. Liquidi vero qui confunduntur, vt vinum, mel & ſimilia, §. ſi duorum, & § quod ſi frumentum. Inſtit. de rer. diuiſ. vide in aut. nullum credend. agric. tenere illius terram. Prat.

In **FRVCTV**, Partum ancillæ non eſſe, exploſa veterum quorundam ſecuritia obtinuit l. 68. de vſufr § partus. Inſtd. de rer. diuiſ l. 27. de petit. hæred. l. 22. §. ſed cum, ff. ad Trebell. Itaque à

fructibus partus & partuum partus ſeparantur, l. 4. ff. de vſur. l. 28. ff. quod met. cauſ. Abſurdum enim videbatur hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura, gratia hominis comparauerit d. §. partus, Inſtit. de rer. diuiſ.

FRVCTVS omnis in omni actione definiendus eſt, deducta impenſa: quoniam nulli fructus contingunt ſine aliqua hominis cura, & aliquibus impenſis leg. fructibus. Digeſt. Solut. Spieg.

FRVCTVS anni fundi Corneliani, quid hæc verba velint, not. in leg. quia ita ff. de Vſufr. & per Azonium in ſumma, eod. tit. §. conſtit. Alber. Spieg.

FRVCTVS paternus in l. generaliter, 6. in pr. C. de inſtit. & ſubſtit. id eſt, hæreditas patris.

FRVCTVS ciuiles ſunt, qui jure percipiuntur. Vt ſunt ſalaria, penſiones, ejuſmodique obuentiones, quarum ſolet eſſe eadem cauſa quæ & naturalium eſt. Diſcrimen tamen eſt in perceptione & acquiſitione. Nam in naturalibus inſpicimus tempus collectionis. In ciuilibus tempus ceſſionis, quo deberi incipiunt: niſi forte debeantur ratione fructuum naturalium, &c. Bald. tit. de vſufruct.

FRVCTVS communiter in naturales, & induſtriales ſiue elaboratos diſtinguuntur. Naturales fructus ſunt, qui vi & beneficio naturæ principaliter, non diligentia & opera hominis proueniunt: vt arbores, poma, lac, pilus, lana, agni, hædi, equuli, ſuculi l. fructus de vſur §. in vero ad quem. Inſt. de rer. diuiſ. Fructus induſtriales ſiue artificiales ſunt, qui principaliter requirunt diligentiam, culturamque hominis, quæ niſi continuo interueniat, natura nihil operatur, leg. bonæ fidei. in princ. de acqu. rer. dom. Quando igitur nulli fructus contingunt, ſine aliqua hominis cura, & ſine aliquibus impenſis, juxta illud: Labores manuum tuarum manducabis: ſemper meminiſſe oportet, omnes fructus in hæreditatis petitione definiendos eſſe, deduct a impenſis quæ quærendorum, & cogendorum, conſeruandorumque eorum gratia fiunt, l. ſi à patre, § fin. de petit. hæred. l. fructus ſolut. matr. Prat.

FRVCTVS fructuum qui ſint, vide l. cum autem redhibitio §. cum redhibetur mancipium, de ædil. edict. Prat.

FRVCTVS hominis in operis eſt, & operæ in fructu ſunt l. fruct. & l. præcedente, ff. de oper. ſer. Spieg. Prat.

FRVCTVS fundi venatio non eſt, niſi fructus fundi ex venatione conſtet, l. 26 ff. de vſur. Prat.

FRVCTVVM vicem vſuras obtinere ſcribit Vlp. in l. vſuræ, ff. de vſur. id eſt, loco fructuum vſuras ſuccedere: quoniam vnius rei duas acceſſiones petere injuſta eſt, ſimiliter etiam de fructibus alibi reſpondit l. is cui, §. quæri poterit ff. vt in poſſeſſ. l. eatur, 4. quod ſcilicet in vicem vſurarum fructus cedant, quin etiam in l. minor. 25. annis cui, &c. §. 1. ff. de minor. ſpeciem refert, in qua & vſuras vicem fructuum, & contra fructus vicem vſurarum obtinere reſpondit. Hot. de vſuris, c. 3. lib. 1.

FRVCTVS artificiales ſunt, quos cultura & cura, §. 35. Inſtitut. de rer. diuiſ. diligentia, opera l. 48. ff. de acquir. rer. factoque ſuo quis percipit, l. 45. in fin. ff. de vſur. Opponuntur autem artificialibus naturales, vide Gothoſ. ad l. 81. Cod. de rei vindic. & paulo ante, fructus communiter.

FRVCTVS verbum interdum jus, interdum corpus ſignificat l. 43. ff de contr. Ad jus cum refertur, jus vtendi fruendi ſignificat. Vſusfructus itaque, an fructus legetur, nihil intereſt. Nam & fructui vſus ineſt, l. 24 § 1. ff. de vſu & habit l. 41. de vſu legat. Fructus quandoque ſine vſu conſtituitur, l. 5 §. ſed & ſi vſuf. ff. vſusfr. quemadm. cauſ. Cum autem ad corpus refertur, eos proprie qui ex re ipſa naturaliter naſcuntur, fructus complectitur: & ab vſuris, penſionibus cæteriſque obuentionibus ſeparantur, l. 39 ff. de hæred. petit. l. 34. ff de vſur. l. 39. §. fructus, ff de legat. 3. l. 11. ff de donation. Hæc enim omnia non fructus eſſe, ſed fructuum vicem obtinere dicuntur, d. l. 34. & l. 83. ff. de leg 3. cum non natura proueniant, neque ex ipſo corpore. ſed jure percipiantur & ex obligatione, l. 62. ff. de rei vind. in fructu plane fundi arundo cædua, & ſilua eſt, l. 40. §. penult. ff. de contr. empt Briſſ. Prat.

FRVCTVS percipere id eſt à ſolo ſeparare: perceptique dicuntur, qui terra teneri deſierunt l. vſufructuarius meſſem quibus mod. vſufr. amit. Donel. de vſufr.

FRVCTVM percipi, ſpica aut fœno cæſo, aut vua adempta, aut excuſſa olea, quamvis nondum tritum frumentum, aut oleum factum, vel vindemia coacta ſit. Labeo ait, teſte Paul. in leg. ſi vſufructuarius ff. quib. mod. vſusfr. amit Spieg Prat.

FRVCTVS percipiendi ſunt, quos tam petitor percipere potuiſſet, quam poſſeſſor. l. ſi nauis §. fin. de rei vend. Duobus autem modis dicuntur fructus tam percepti, quam percipiendi. De quibus late Spieg. tit. de fruct. & intereſſe, §. 2. per tot. adde Bart. in d. l. ex diuerſo § ſi petitor, ff de rei vend. Spieg. Prat.

FRVCTVVM alij pendentes, alij percepti dicuntur. Pendentes ſunt qui terra adhuc continentur, qui terræ & fundo cohærent, l. 44 ff. de rei vind. & l. 22. §. Julianus l. 27. ff. de vſufr. l. 25. non ſolum, ff. quæ in fraud. cred. qui & pars fundi cenſentur, l. fructus de rei vindicat. & res mobiles, propter futuram mox perceptionem, de quo Bart. in l. vlt. de requir. reis. Appellantur & ſtantes fructus in l. 7. §. interdum, ff. ſol. matr. & l. 26. ff. de furt. His opponuntur percepti, qui ſcilicet jam à ſolo ſeparati ſunt, § is vero, Inſt. de rer. diuiſ Prat. & Briſſ. [leg. 2.

FRVCTVS portionis inſtar obtinet, l. cum filius, §. dominus, de

FRVCTVS quæruntur, colliguntur, conſeruantur, l. ſi à patre, §. fruct. de petit. hæred.

FRVCTVVM eouſque habenda ratio, quovſque haberetur, ſi res petita non periiſſet: id eſt, ad rei judicandæ tempus. Vide leg. fructus ff. de rei vend. Spieg.

FRVCTVVM autem fundo cohærentium alij maturi, alij immaturi dicuntur: tametſi vni ſint, non diuerſi, hoc eſt, eadem res, l. ſi o. § pen. ff. quæ in fraud. cred. Adde gloſ. in l. fructus, ff de rei vend. Spieg Prat.

FRVCTVS & vſus hoc differunt, quod fructui & vſus ineſt, vſui fructus deeſt. & fructus quidem ſine vſu eſſe non poteſt: vſus ſine fructu poteſt, vt ſi tibi fructus deducto vſu legatus ſit, inutile ſit legatum: & ſi vſufructu legato fructus adimatur, totum ademptum ſit: vſus eſt neceſſitatis tantum: Fructus & neceſſitatis & voluptatis, vide Vſus, à fructu. Hot. Prat.

FRVGALIS, Maxilla, Vexillum: hæc tria ſcribit Quintil. caruiſſe Latino ſermone. Inſulan. credit illum ad priſca & abolita tempora reſpexiſſe: cùm alioquin in recepta habeantur. Quamvis autem Frugalem Grammatici dici negent, frugalitas tamen, frugaliter, & frugaliſſimus dicitur, Cic. lib. Tuſc. quæſt. 3. Frugalitas vt opinor, inquit, à fruge, qua nihil melius è terra oritur, lib. de Finibus 2. Quod bene, id eſt rectè, frugaliter, honeſtè, in Verr. 3. Homo autem ordinis ſui frugaliſſimus, Spieg.

FRVGALITATIS nomen tanquam ad caput referre volumus: quod niſi eo numine virtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatum eſſet, vt jam prouerbij locum obtineret, Homines frugi omnia bene facere, Cic. auth. lib. Tuſc. quæſt. 4 Itaque complexa eſt fortitudinem, juſtitiam, temperantiam. Subindicat idem ex Hugone neſcio quo Alber. Spieg. Adde Brechæum l. frugem, ff de verb. ſign.

FRVGALITATEM Cicero pro Deiotaro modeſtiam & temperantiam interpretatur: quod ex eo vna virtute maximos bonorum noſtrorum omnium fructus accipimus. Hot.

FRVGES, Varrone, Donato, & Seruio authoribus, inde dictæ, quod his fruamur.

FRVGES ſunt quæ culturam & induſtriam humanam requirunt, & redeunt vel ſine ſemine, vel ex ſemine. Illæ quæ ſine ſemine redeunt generis nomen retinent: hæ ſegetes à ſemine ſpecialius vocari ſolent: & diuiduntur in frumentum & legumen Pli. lib. 18 cap. 7. Frumenti nomine, id quod Ariſta ſe tenet, ſignificatur, l. 77. ff. de verb. ſign. Leguminis verò, quod ſiliqua continetur Briſſ. Generis nomen retinent vina, olea, fruges ſeu fructus lapidicinarũ, cretifodinarum, argenti aurique fodinarum, ſyluarum cæduarum, l. ſylua 30. ff. de verb. ſign. l. fructus 7 (alias l. diuortio) §. ſi vir ſol. matr. l. ſi. ff. de fund. dot l. ſi ex lapidicinis, ff. de jur. dot. Falſum igitur eſt, quod olim quidam, quos Julianus in l. frugem 77. refutauit, exiſtimabant, omne id, quo homo veſcitur, fruges appellari: ſic enim eueniret, vt fruges etiam eſſent agni, hædi, volucres, lac, butyrum, poma, oua, & ſi quæ ejus generis alia, quia his homines veſcuntur: quod abſurdum eſt, & vſus formaque loquendi repugnat. Nam quæ ex animantibus naſcuntur, quæque ex aliis arboribus, quam vite & oliua, coguntur, neque fruges ſunt, neque fruges vocari debent, cùm non tam frugalitati humanæ, quam plerunque voluptati inſeruiant: Ideò autem cædua ſylua, oua & viris frugem proferre dicuntur: quia non ſolum neceſſitati & vtilitati, atque ita alimoniæ inſeruiunt, verùm etiam peculiarem requirunt culturam, induſtriam, & quaſi arationem: nec ita quicquam à cæteris fructibus differunt. In percipiendis quoque iis fructibus opus eſt falce & ſectione, quod ſyluis etiam cæduis accidit, d. l. ſylua, de verb. ſign. Hæc Godd. In comment. ad d. l frugem, 77. n. 3. 4. 5 ff. eod.

FRVGES, à fruendo dictæ ſunt: vel à frumine, quod ſumma pars gulæ eſt, per quam cibus in ventrem dimittitur. Ad bonam frugem ſeſe recipere, & euadere, & ad bonam frugem redire: quod Budæus diligenter adnotauit. Ideo autem homo frugi dicitur, id eſt, Frugalis, quod ex ea virtute Modeſtiæ & temperantiæ quod frugalitas dicta eſt, maximos omnium bonorum noſtrorum fructus percipimus: Brecb. l. frugem pro reditu. ff. de verb. & rer. ſign. &c.

FRVGI bonæ ſeruus, id eſt, fructuoſus, vtilis, neceſſarius, per quem ſit aliquid quo fruamur. Contrarium eſt nequam. Quintil. lib. 2. Quom M. Cælius ſe eſſe hominem frugi vult probare, non quia abſtinens ſit, nam id ne mentiri quidem poterat: ſed quia vtilis multis, i. fructuoſus ſit, dicit. vnde dicta eſt frugalitas. Frugi pleriſque videtur eſſe dictio indeclinabilis; quidam figuratè datiuum eſſe putant, vt ſit homo frugi, id eſt, ad frugem, vt ait Priſcian. lib. 4. Qui idem in lib. 5. inclinari dicit huic frugi, hanc frugem, ab hac fruge. Nam vetuſtiſſimi, inquit, Frux, & fruges nominatiuum protulerant. Igitur frugi homines ignauis opponuntur, h. e. quibus ſua res curæ non eſt

quemadmodum frugi ſeruus dicitur, qui domini commodum cordi habet. Alph. l. ſi vendita inſula de peric. rei vend. Quamobrem ſi diligentiam venditor eam adhibuiſſet in inſula cuſtodienda, quam debent homines frugi & diligentes præſtare, ſi quid accidiſſet, nihil ad eum pertinebit. Spieg.

FRVS idem eſt quod veſci, à frumine, vt annotauit Donatus ad Terent. Conn. lib. 4. c. 8. n. 1.

FRVIMVR noſtris rebus, vtimur alienis. Itaque inquit Cic. lib. 8. epiſt. famil. Sic omnibus tuis rebus fruor, vt meis. Et eod. lib. 1. Aulo Trebonio qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter, &c. Brech. l. recte dicimus, n. 32 tit. de verb. & rer. ſign.

FRVI plus eſt, quam Vti. Nam Vti eſt ad vſum & neceſſitatem vti, Frui eſt omnem rei fructum commoditatemque & vtilitatem percipere. Itaque qui fruitur, non ad vſum modo cotidianum, ſed & ad abuſum & ad compendium & quæſtum vti poteſt. Dicimus autem locum fruendum locari & conduci, l. 1. ff. de loco publ. fruend. l. 1. in fin. ff. ſi ag. vect. l. 7. §. Papin. ff. ſol. matr. Vitru. lib. 7. c. 8. Non minus etiam Lemno, cujus inſulæ vectigalia Athenienſib. Senatus P. Q. R. conceſſit fruenda. Feſtus lib. 10. Lacus Lucrinus in vectigalib. primus locatus fruendus ominis gratia. Sic enim illic legendum eſt. Briſſ.

FRVMANTA aut cibariis villicorum aut ſeminando fundo legato deſtinata inſtrumenti vicem habent, Conn. lib. 4. c. 1. n. 9.

FRVMENTA, in herbis eſſe cenſentur, cum ſpicis adhuc carent, quæ niues poſſunt corrumpere. Labeo in leg. fiſtulas, §. fin. ff. de contrah. empt.

FRVMENTARIA machina, Lege, Machina frumentaria.

FRVMENTARIA teſſera. Non eſt quædam menſura frumenti, quæ non alibi quam Romæ exiret, vt falſo traditum eſt, in leg. mortuo. ff. de leg. 2. ſed ſignum erat frumentarium, quo exhibito, frumentum à Principe dabatur pop. Roman. vt hodie quibuſdam in locis nummi plumbei, vel ærei, vel quid ſimile, quod pro ſymbolo ſit, *Vvarzeichen*. Ex quo factum eſt, vt Teſſera pro jure percipiendi frumentum, accipiatur autor Bud in annot. ad leg. ſed & ſi ſuſceperit, de jud. Quia autem Romæ tantum teſſeræ frumentariæ dari ſolebant, ideo earum legatum Vlpian. hoc cenſet Romæ tantum, non etiam in prouincia deberi, Spieg.

FRVMENTARII apud Spartianum ij ſunt, qui frumentum portabant in horrea publica, & qui inde etiam, cum viritim dabatur, in ædes ciuium portabant. Scribit enim Spartianus exploraſſe Adrianum Imp. omnia domorum arcana per frumentarios, idque eo exiſtimo, quod in eas domus, crebro ventitare ſolebant, in quas frumentum portabant. Prat.

FRVMENTATIO, labor militum in frumento intra caſtra præſidiáve congerendo, Macer. l. 12. §. 2. ff. de re milit. Officium Tribunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, frumentationibus commilitonum intereſſe, Hot. Prat.

FRVMENTATORES Latini dicuntur, quos Græci σιτώνας hoc eſt, coemendo frumento curatores præpoſitos. Hæc enim munera erant apud Athenienſes, aliáſque ciuitates, quæ frumento importato vtebantur, l. munerum ciuilium, §. 1. ff. de munerib. & hon. Hinc Sitonia, munus dicitur publicæ frumentationis, l. 2. in princ. ff. de vacatio & excuſat. muner. Si Sitoniæ adminiſtratores ipſis frumentarij, in l. fin. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinent. Debitorum ex hujuſmodi publicis contractibus, fit mentio in l. 3. C. de compenſat. Old. Prat.

FRVMENTI appellatione Triticum & hordeum contineri docet Plin. lib. 8. c. 7. Idemque ejuſdem lib. c. 8. frumenti genera enumerat. Briſſ.

FRVMENTVM, à frumine dictum, quod ex eo panis confici & per frumen in ventrem dimitti ſolet, eſt fruges, quæ emiſſis ariſtis, quibus quaſi aculeis à morſu minorum auium defendi ſunt, creſcendo perficiunt & ſecantur: Cicero de ſenect. Plin. lib. 18. cap. 7. ejuſmodi eſt triticum, hordeum, olyra, ſpelta, oriza, far, ador, vicia, auena. Plin. d. c. 7. Neque milium & panicum excludimus, etiamſi neque ſiliquam neque ariſtam habere videantur, & ICtus in l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſed et ſi quis milium, ff. ad leg. Aquil. milium vel frumentum dicat, reſiſtit enim Dioſcorid. & Plinij lib. 25. autoritas; ICti vox in dict. §. ſed et ſi quis milium, exaudiri poteſt milium vel aliud frumentum. Cum igitur frumentum ariſtis conſtet, lupinum, & faba, quamvis fruges ſint, frumentum tamen non ſunt, ſed legumen autore Plinio. Franciſc. Mario Graphal. lib. 2. de partib. ædium, cap. 11. & Paulo in l. 77. de verb. ſign. Nec reſiſtit quod Seruius apud Alphen. dixit in frumento hæc contineri. Aliud enim eſt frumentum eſſe, aliud inter frumenta haberi vel referri, ſicuti etiam multum differunt publicum eſſe, & inter publica cenſeri, l. 15 cum duab. ſeq. ff. eod. Similitudinem frumenti habent, & aliquando neceſſitati & pani & conficiendo adhibentur: propriè tamen hic leguminum vſus & natura non eſt. Franciſc. Marius Graphal. d. loc. Gœdd. ad d. l. 77. n. 3. & 6. de verbor. ſignific.

FRVMENTO arenam vel aliud miſcere, vt difficilis ſeparatio ſit, vide Vlp. ad l. Aquil.

FRVSTRA eſſe, quod exitum ſperatum non habet quoque non ex ſententia euenit, dicitur. Igitur pro nequaquam, incaſſum, inutiliter, ac ſine vllo rei effectu, ſæpe accipitur. Exempla indicat Alber. Spieg.

FRVSTRANDÆ dilationis cauſa, litigare non dicitur, qui præſens judicium ſubire non compellitur, l. 3 ff de jud. Albet.

FRVSTRARI eſt trahere moram, Cojac. l. 4. de conueniendis fiſc. debit. C. lib. 10. Et mora ipſa, ipſa illa debitoris dilatio fruſtratio dicitur, l. hominem, ff mandati, l. pen. vnde vi. Id enim eſt fruſtrari aliquem, cum in eo, quod à te expectet, quodque illi cum opus eſt, præſtare debeas, illum fallas ac deſtituas, facíaſque vt fruſtra ſit quod expectat. Donellus de Mora.

FRVSTRARI ſignificat morari, tergiuerſari, cunctari, l. 24. & 25. ff. ex quib. cauſ. major. l. 2. § quod ſi pater. ff. ad Tertyll. Fruſtrari ergo dicuntur, qui quaſlibet tergiuerſatione & ſolertia efficiunt, ne ſecum agi, vel ad exitum controuerſia deduci poſſit, l. fin. ff. de procur. l. 3. ff. de jud. Prat. ex Briſſ.

FRVSTRARI tempus, *verſpatigen* poſt tẽpus, h. e. fruſtra petere, apud Vlp. in l. ſed & ſi per pret §. act. ex empt. quib. cauſ. major.

FRVSTRATIM, per fruſtra, & minutatim. 13. q. 1. bis ita, not. extr. de præſumpt. cap. ſuditis.

FRVSTRATIONEM, pro fallacia, quæ vulgo *fallieren* mercatorum dicitur, vſurpat Papin. in l. de vſur. ſed & apud alios autores deceptionem ſignificat, Spieg.

FRVSTRATOR, qui in judicio deeſt, l. 31 §. litem, ff. de neg. geſt. item qui tergiuerſationibus executionem rei judicatæ remoratur, l. 7. C de execut. rei jud. Prat. ex Briſſ.

FRVSTRATOR etiam pro moroſo debitore ſumitur, in l. vlt. §. ff. de vi & vi armata.

FRVSTRATOR quis dicatur, indicat gloſ. vt volunt, ſingularis in l. merito, ff. de vi & vi arm. Papinian. de negot. geſt. l. libert §. litem. Fruſtratoris amicus vltro egit, cauſas abſentiæ ejus allegans, & paulo poſt; Et hoc verum eſt, cum fruſtrator condemnatus eſt, Spieg.

F V.

FVCARE eſt tingere & colorare, vt fucare purpuram, l. 1. C. quæ res vend non poſſ. l. vlt. C. Theod. de mutil. eg. Cujac. in l. vellera, de veſtibus holoue, & aut. & de tinc. ſacr. muri. C. lib. 11.

FVCATVM, pro falſo, diſſimulato, tecto.

FVCVS herbæ genus, quam Græci φῦκος vocant, tingendis lanis vtile. Vnde ſimpliciter, Eraſmo referente, fucum pro colore reperire licet: & fucare pro colorare, maxime ſi colorem non natiuum, aut genuinum, ſed artificioſum ac velut adulterinum ſignificemus. l. 1. C. quæ res vend. non poſſ. Colorem quoque pro fuco vſurpauit Iulianus, citante Vlp. in l. ſi filiusfam. in princ. C. ad SCtum Maced.

FVCI appellatione in l. vlt. §. ſpecies, ff de publ. haud ſatis ſcio, an frutex in Creta naſcens ſignificetur quem Græci φῦκος θαλάσσιον, Latini fucum marinum vocant: cujus meminere Dioſc. lib 4. & Plin lib. 11. c. 23. & lib. 26. c. 10. Briſſ. Prat.

FVCVM facere, pro eo quod eſt, impoſturam facere & artificioſa diſſimulatione deludere, & ſine fuco pro ſimpliciter & aperte, frequens eſt apud bonos autores; qui etiam medicamentum illud, quo cuti ſuperinducto, mulierculæ vitia formæ diſſimulant, quaſique perſonam aſſumunt, fucum vocant. Vt autem fucus eſt color arte additus; ita perſona, facies eſt non vera, ſed appoſititia. Vnde eleganter dictum à Seneca: Vt perſonam malit quam faciem: id eſt. Roter. interprete, videri malit, quam eſſe, Spieg.

FVCVS, color eſt arte additus. Hinc fucus muliebris, c. fucare, de conſecr. diſt. 5.

FVERIT. Hoc verbum ſcriptum in teſtamentis (quum & præteritum & futurum tempus reſpiciat l. ſi fuerit, ff. de reb. dub. l. ſi non fuerint ff. pro ſocio) quomodo accipiendum ſit, declarat Bart. in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſt. Prat.

FVFIDIVS fuit Iuriſconſultus, cujus autoritate Paulus vtitus in l. Fufid. ff. de bon. aucto. jud. poſſid. & African. ex ejus quæſtionum lib. 2. ad legatum ornamentorum pertinentem quandam ſententiã refert in l. 5. ff. de aur. & arg. leg. vbi tamen ſcriptum eſt Phuphidius pro Fufidius. Forſitan hic ille eſt Fufidius, quem M. Tullius in Bruto in aliquo patronorum numero fuiſſe ſcribit: ad quem etiam M. Scaurus tres libros de vita ſua ſcripſit, vt & Plinius teſtatur lib. 13. c. 2. Cujac. lib. 5. obſeru. c. 9.

FVGA, eſt abſceſſus cum celeritate. Eam Baldus vt noſtri dicunt interpretes, magiſtraliter diuidit in voluntariam, cauſariam & ignominioſam. Prior grauat fugientem ſuſpicione magna, non tamen quæ juſtam fidem mereatur, nondum cognita re ipſa Auth. ſi vero C. vt omn. jud. tam ciuil. quam milit. Altera excuſationem habet. Non enim omnis qui de loco recedit, pro fugiente habetur. Siquidem cauſa faciendi, non factum inſpicitur, leg. verum in princ. ff. de Furt. Huic contraria, quod cauſam non habeat quæ excuſet. Ignominioſa dicitur. Spieg. Prat.

FVGA lata. Quære. Lata fuga.

FVGAM facere videtur liber homo, pro ſeruo ſe gerens, leg. quod autem diximus, §. variis, ff. de liber. cauſ. Spieg.

FVGAM facere pro fugere, & in fugam ſe dare, l. 4. ff. de re mil. Saluſt. in bello Iugurth. Poſtquam eos impeditos ramis arborum atque ita diſiectos circumueniri videnr, fugam faciunt, Prat.

FVGA quandoque pro exilio, l. 4 §. ad tempus, ff. de re milit. l. 5. ff. de interd. & releg. Quam ſignificationem & in aliis auctoribus cum Græcis tum Latinis frequentiſſimam eſſe, ait Cujacius in l. vlt. de iis qui in exil. dat. vel ord. mot. ſunt, C. lib. 10. Scribit autem Seruius veteres properantium iter, fugam adpellaſſe. Inde fugitiuus, Briſſ.

FVGA quomodo puniatur, vide Cujac. obſeru. lib. 7. c. 12.

FVGAM veteres properantiam iter appellarunt, vt Donat. in 2. Æneid. tradit. Briſſ.

FVGAM vendere dicebatur, qui ſeruos in fuga conſtitutos vendebant, Quod Senatuſconſulto prohibitum erat, ne ſerui ad fugam inuitarentur. Qui vero abſentes ſeruos vendebant, aut etiam fugitiuos quærere & diſtrahi mãdabant, in Senatuſconſultum quaſi fugæ venditores non committebant, l. 2. ff. ad l. Fab. l. 6. C. eod. l. 35 § ſi quis amico, ff. de contrah. empt. Briſſ.

FVGARE armentum, boues, oues, apes, pecus, &c. §. interdum, Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur l. 4. ff. ad l. Aquil. 50. ff. de fur.

FVGAX, qui propter timiditatem facile fugit.

FVGARE, pro non intelligere. Quicquid enim non intellexeris, Fugit me, dicis, ait Auguſt. tractat. 25. in Ioh. Spieg.

FVGIENS quomodo non morari dicitur, pulchre oſtendit Iuriſconſ. in l. Tit. de Ser. export. Interdum, ſed adjectiue, pro dubio & in vitium inclinante ponitur, Cice. Qui vinum fugiens vendat ſciens, debeatne dicere, non neceſſe putat Diogenes: Antipater, boni viri exiſtimat. Itaque fugere in vino, Latine dicitur, quod vulgo non ſeruari dicimus, Spieg.

FVGIENTES ad Græcorum exemplum, qui eos φεύγοντας vocãt, in jure noſtro dicuntur rei, tametſi non ſemper fugiant, l. properandum, C. de jud. l. fin. C. de bon. mat. l. 5 C. de jur. calumn. quemadmodum litigantes, ſcilicet habitu & qualitate, Prat.

FVGITARE quæſtionem, pro formidare, & fugere tormentum, apud Cic. pro Roſc. Amer.

FVGITIVI appellatione Labeoni ex fugitiua natus non continetur, teſte Vl. in l. 1. in fin. de fug. Spieg. Prat.

FVGITIVARII apud antiquos fugitiuorum deprehenſores erãt: qui eam operam profitebantur, vt fugitiuos inueſtigatos reducerent, Iuriſconſ. in l. ſi apud te Locati. Non enim ambo, inquit, pecuniam ego & fugitiuarius depoſuimus. Adde Cujac. obſeru. lib. 5 c. 8. qui poſt l. ſi apud te ff. de præſcript. verb. & l. 1. C. Theodoſ. ſi vag. pet. manc. adducit locum ex Floro, li. 3 dum bello ſeruili vii capta fuerunt prætorum caſtra, fugatique ciues, narrat, ita inquit: Qui per fugitiuarios detrahi debuiſſent, prætorios duces profugos prælio ipſi ſequebantur. Sic in antiquis exemplaribus legitur & ſic ex ſuis legit Elias Vinetus vir de bonis literis optime meritus. Cujac. ſupr. alleg. loco. Locus quoque Varroni fugitiuarius dicitur, id eſt, qui fugæ pateat. Dicitur autem Fugitiuarius ea forma, qua thunnarius, de quo Bud. in leg. venditor. ff. comm. prædior. & Anataria quædam aquila apud Plinium, id eſt, anatum inſectator, Spieg.

FVGITIVVM jumentum, aut erronem etiamſi fugiat, aut erret, non dicitur, autor Pampon. in l ſi l. Labeo eod. tit. Spieg.

FVGITIVVS non eſt, qui ad amicum domini confugit, l. bouem, §. qui ad amicum, §. qui perſuadet, § ſi ſeruus, ff. de ædil. edict.

FVGITIVVS quid ſit, definit Ofilius: Fugitiuus eſt, qui extra domini domum fugæ cauſa, quo ſe à domino celaret, manſit. Caſſius ſcribit, fugitiuum eſſe, qui certo propoſito dominũ relinquat. Item apud Viuianum relatum eſt, fugitiuum fere ab affectu animi intelligendum eſſe, non vtique à fuga. Vlp. in l. quia ſit, de ædil. edict. Quod ſic accipiendum eſt vt tamen ſolo propoſito & conſilio fugiendi à Domino, ſeruus fugitiuus non fiat, niſi in ipſum factum fugæ vitium mentis deduxerit, l. 225. ff. de verb. ſign. Briſſ. vide Gœdd. ad jam d. l. 225 n. 2. Nam eum qui hoſtem, aut latronem, incendium, ruinam ve fugeret, quãuis fugiſſe verum ſit, non tamen fugitiuum eſſe. Item nec eum quidem qui à præceptore, cui in diſciplinam traditus erat, aufugiſſet, fugitiuum fuiſſe, ſi forte ideo fugerit, quia immoderate eo vtebatur. Apud Labeonem & Cælium quæritur: ſi quis in Aſylum confugerit, aut eo ſe conferat, quo ſolent venire, qui ſe venales poſtulant, an fugitiuus ſit. Ego puto non eſſe fugitiuum eum, qui fecit id, quod publice facere licere arbitrabatur: Nec eum, qui ad ſtatuam Cæſaris confugit, fugitiuum arbitror: Non enim fugiendi animo hoc facit. Idem puto & in eum, qui in Aſylum vel quo alio confugit; quia non fugiendi animo hoc facit: Si tamen ante fugit, & poſtea ſe contulit, non ideo magis fugitiuus eſſe deſinit. Item Cælius ſcribit, placere eum quoque fugitiuum eſſe, qui eo ſe conferat, vnde eum dominus recuperare non poſſit: multo magis illum fugitiuum eſſe, qui eo ſe conferat, vnde abduci non poſſit: Maſſeus.

FVGITIVVS, ſecundum Cælium in l. 17. de ædil. edict. eſt is qui ea mente à domino diſcedit, ne ad dominum redeat, tametſi mutato conſilio ad eum reuertatur.

FVGITIVORVM notę & ſupplicia. Fugitiui compungi ſolent notis, vel literis quibus perſæpe dignoſcuntur & deprehenduntur, l. 2. ff. de fugit. Petronius Arbiter. Notum fugitiuorum epigramma. Quintil. ſi quis fugitiuo ſtigmata ſcripſit. Clemens Alex. 3. [Greek illegible]. Solebant & ita plerique reorum frontibus notari, veluti lege Remmia calumniatores, quod tollitur, l. ſi quis C. de pœn. Buelius de conſolatione. Et dixit, vt notas inſigniti frontibus pellerentur. Seneca de ira, varia vinculorum genera, varia pœnarum, lacerationes membrorum, inſcriptiones frontis, & beſtiarum immanium cauernæ. Solebant & fugitiui pedum amputatione coerceri, atque adeo qua parte peccaſſent, eadem multari, l. 3. C. de ſeru. fug. Cujac. obſeru. lib. 7. c. 13.

FVLCIRE eſt veteri operi inſtituendo remedium adhibere, Vlp. in l. 1. § ſi quis ædificium, de oper. nou. nunc. Spieg. Hinc dicimus fulcire ædes, l. 20. ff. de aqu. vel omitt. fulcire inſulam, l. 3. §. ſed & ſi. ff. de in rem verſo, fulcire prædia, l. 9. §. hic, ff. de rebus auth. jud. &c. Briſſ.

FVLCIMENTVM, fultura, & ſuſtentaculum: à fulciendo dicta. Vlp. de feud. inſtr. leg. quæſitum. Proinde, inquit, fulcimenta ſi qua habeat, item in l. ſicut autem 8. in pr. ff. ſi ſeruit. vend. Sicuti autem refectio, ſit, parietis ad vicinum pertinet, ita & fulitura ædificiorum vicini.

FVLCRA ſunt, vt docet Seruius, lectorum ſpondæ, quæ legato lecto contineri ait Vlp. in ſi l. librorum de legat. 3 Prat.

FVLLO qui veſtimenta polienda, curanda, lauanda, mercede accipit, l. 2. ff. de cond. ſine cauſ. l. 13 §. ſi fullo, ff. locat. l. 12. & l. 85. ff. de furt. vlt. ff. de via publ. Publ. Theo dicitur [Greek illegible] ſiue [Greek illegible], in §. vlt. Inſt. mundat. & §. item ſi fullo, Inſt. de oblig. quæ ex delict naſc. Prat.

FVLLONICA, dicitur ars & exercitium fullonum, ſubſtantiue nomen ipſum accipiẽdo. Si artẽ adjicias, adjectiuum erit, Vlp. pro officina fullonum poſuit in l 3. de Aqua plu arc. Spieg.

FVLLONICA merito ria, l. 13 §. fin. ff. de vſufr.

FVLLONICAS inſtruere, Briſſ ex ff.

FVLMINIS ictu deuſta armamenta, in l. nauis aduerſa, ff. ad leg. Rhod. de jact. Hinc fulminare ſententias, id eſt, ferre, cap. 1. de ſent. excomm. lib. 6. Ioan. Bello Etymol. Alber.

FVLTVRA quoque, idem eſt, quod fulcimentum, &c. Horat. 2. ſerm. Vlp. in tit. ſi ſeruitus vendicetur, l. ſicuti autem, vide ſupra, fulcimentum, Nebriſſ.

FVMVS, à fumo, notę ſignificationis Vide l. ſi quis fumo, ff. ad leg. Aquil. Item dicuntur promiſſa magnifica quidem, ſed inania. Vnde fumos vendere, pro eo quod eſt, principum beneuolentiam ſimulato commendationis officio, per occaſionem familiaritatis, pretio vendere, A li. Chil. Eraſm. Spieg.

FVMI, ſicut aquæ immiſſio eſt. Vide Vlp. in l. ſicuti, §. Ariſto. ff. Si ſeruit. vindic. Spieg.

FVNAMBVLI ſeu funerepi dicuntur ij homines, qui per funes ambulare ſoliti ſunt, Græcè [Greek illegible]: qua voce apud Latinos Terentius Poëta & Meſſala vſi traduntur: vt Apuleium mittamus, qui funerepos homines appellat in oratione ad Seuerianum proconſulem Carthaginis, vt annotauit Crinitus lib. 5. c. 13. de honeſt. diſcip.

FVNCTIO noſtris eſt vſus, vtilitatiſve ipſius effectus & æſtimatio, quę pro alia re fit, vt creditori ſatisfiat. Paul in l. 2. §. mutui datio, ff. de reb. cred. Quiã, inquit, in genere ſuo functionem recipiunt. Idem in l. precia, ad l. Falc. Precia rerum non ex effectu, nec vtilitate ſingularum, ſed communiter funguntur, id eſt, mutua vtilitate penſantur. Sic idem in l. ſi ſeruum meum, ad l. Aquil. & in l. certum. Si cert. pet. Quatenus mutua vice res funguntur, quæ tantundem præſtent, Prat.

FVNCTIONEM res in ſuo genere recipere dicuntur, ſecundum Paul. in l. mutuum, 2 § mutui datio, 1. ff. de reb. cred. & ſi cert. pet. quæ, vt idem Paul. in 6. eod. dicit, mutua vice funguntur & tantundem præſtant.

FVNCTIO publica, i. tributum quod quilibet de populo debet, in l. omnes, C. de anno, & tribut. Io. Bello. Etymol. Sumitur & pro eo quod ratione ſoli præſtatur, l. 1. §. hic titul. ff. de publ. & vectig.

FVNCTIO annonaria, l. 7. etre. ſi. C. de fer. functio tributaria, l. 4. C. quor. appell. non recip.

FVNCTIO perſonalis, quæ ob munus ſoluitur, l. 1. C. de excuſat. mun. Prat.

FVNCTVS vita, l. 1. C. Si reus vel acc. mort. fuer. & l. 1. de Poſth. hæred. inſtit. Alber.

FVNDA, fundam pro retis genere dici non eſt ita infrequens: ſed eo nomine crumenam vocari, id vero non paſſim occurrit. Macrobius cũmque acceſſiſſet ad ſellam, demiſſa in fundam pauperem manu paucos denarios protulit quos principi daret, adjecitque: [Greek illegible]; ſed vt rete à ſimilitudine fundæ, qua lapides jactantur, nomen habet, ita quoque loculi pecuniarum, quod ſpecie formàque fundum referrent, Turneb. aduerſar. lib. 18. c. 2.

FVNDAMENTVM propriè in ædificiis dicitur.

FVNDARE eſt fundamentum ponere, & jacere, l. 2. §. poſt hos ff. de orig. juris, l. 11. §. interdictum, ff. Quod vi aut clam.

Digitized by Google

Fvndvs integrum aliquid eſt, agrum cum villa & ædificio ſignificans. Sed in vſu, vrbana ædificia, ædes: ruſtica villæ dicuntur. Locus vero ſine ædificio in vrbe, area: jure autem ager appellatur, l.60.l.3.de verb.ſign. Fundus autem dictus eſt ager, vt ſcribit Varro l 4 de ling Lat. quod pecudum & pecuniæ videbatur fundamentum: aut quod quotannis fundat multa. At, vt vult Feſtus lib 6 quod planua ſit ad ſimilitudinem fundi valorum. Villa ergo fundi eſt pars, atque acceſſio, l.6.ff.quib.mod. vſuſfr.amitt. Porro vel modicus locus Fundus appellari poteſt. Conſtitutione enim & deſtinatione noſtra fundi efficiuntur, l.60.ff de verb.ſignific.l.24 § fin. de legat.1. Fundi etiam pars fundus appellari poteſt, l.34.ff. de legat. 2. Ac fundi diuiduntur regionibus ac locis, l.23.§.ſi o de ſeruit.ruſt. Latifundia & poſſeſſiones Græci appellant συγκτήσεις, l.34.§.1.de legat. 2. Prat. ex Briſſ.

Fvndvs, eſt definita pars agri, ſiue culta ſit, ſiue inculta. Prædium latiùs patet, & tam de vrbano quam ruſtico: nec de ſolo tantum, ſed etiam de ædificio dicitur. Ager autem eſt qui colitur, & qui fructuum cauſa habetur ad vſum hominis: ἀπὸ τ̃ ἀγρ̃, id eſt, à iure. Poſſeſſio, vſus & præſcriptio eſt agri, cujus proprietas ad nos non pertinet. Prædium tam ad poſſeſſionem, quam ad agrum refertur. Dicitur igitur fundus, & omnis ager, & omne ædificium, villæ domuſve, in quas fructus deuehuntur. Ædes, vrbana ſunt prædia, quæ ſolo ſuperficieque conſtant. Superficies, omne quod ſupra faciem terræ eſt. Area, locus ſine ædificio ab ariditate dictus, vt in ea dictione latius dictum eſt. Fundi eſſe cenſentur ea, quæ intra ſe tenet, l. Iulian. § vlt. & l.fundi, ff. de actio.empt. Paulus hanc vocem in leg. ſed ſi. ff. de acquir. rer. dom. vſurpauit pro vaſis potorij fundamento. Et quamvis fundus eſt quiddam minus quam ager, Iuriſc. tamen promiſcue vſurpant. Exemplum habes in leg. quædam mulier. de Rei vind. Spieg.

Fvndvs generis nomen eſt, & ſpecies ſub ſe habet Arbuſtum vineam, hortum; pratum, aruum, villam. Sic omnis vinea fundus eſt, non contra, & fundo ſublato, nec vinea poteſt ſubeſſe, Connan.lib.4.c.3.n.7.

Fvndvs, inquit Iauolenus in l. quæſtio eſt, 115 ff. de verb.ſign. eſt omne, quicquid ſolo continetur, id eſt, Fundamentum eius rei re quæ ſolo fundatur, Brech. in d.l.q.eſt, 115 de verb.ſign.

Fvndvs varias recipit qualitates: Alius enim ſeruus dicitur. alius liber. Fundus ſeruus eſt qui aliqua ſeruitute premitur: liber qui nulli eſt obnoxius, qui etiam optimus maximus dicitur Paulo de verb. & rer.ſignif Connan.lib.4 c.1.n.1. Deinde alius dicitur fertilis, alius ſterilis, ſaxoſus, peſtilens, infructuoſus, deſertus, &c.l.13.ff.de reb.eorum.

Fvndvs à poſſeſſione, vel agro, vel prædio ſic diſtat, inquit, Iauolen in d.l.quæ eſt 115. Fundus eſt omne, quicquid ſolo tenetur: Ager eſt, ſi ſpecies fundi ad vſum hominis comparatur: Poſſeſſio ab agro juris proprietate diſtat, quidquid enim apprehendimus, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere, hoc poſſeſſionem appellamus, poſſeſſio ergo vſus, ager proprietas loci eſt. Prædium vtriuſque ſupra ſcriptæ generale nomen eſt, nam & ager, & Poſſeſſio hujus appellationis ſpecies ſunt, Hot.

Fvndi appellatione plena proprietas, id eſt cum vſufructu, ſignificatur, l. eum qui, 56.§.ſi à te, ff. de verb. ſign. eſt enim fundus nomen juris, l. cogi, 16.§ inde quæritur, ff. ad Trebell. Hot. Adde Cujac. l. 58. de verb. oblig.

Fvndvs dicitur populus eſſe rei quam alienat: hoc eſt auctor, inquit Feſtus, quib. ex verbis intelligitur, Fundum fieri populum aliquem tum dici, cum in re quapiam ſua abalienanda eſt auctor, i.e. approbator quod genus dicēdi crebro Cic. vſurpat. in ora. pro Balbo. Neque vero ad populos duntaxat, verū etiam ad quemvis auctorem referri ſolitum, argumento eſt illud Lyſitelis adoleſcentis apud Plautum, qui cum Charmidis abſentis filiam à Leſbonico virginis fratre in vxorem ſibi pactus eſſet, vbi reuerſum patrem audiuit, ita loquitur: Nunc mihi is propere conueniendus eſt, vt quæ cum ejus filio egi, ei rei fundus pater ſit, potior eo. Vide Hot. 2. obſ. 5. Turn. aduerſ 4.c.12.

Fvndvs inſtructus. Inſtructus dicitur fundus, qui ea habet inſtrumenta, ſine quib. fundi exercitium inutile eſſet. Et ſunt inſtrumenta fundi ea, quæ fructus quærendi, colligendi, conſeruandíve gratia parata ſunt, l. inſtrum. de fun. inſtr. ff. Theophi. in § ſi quis ancillis, Inſt. de legat. Et ſine iis ipſis exerceri nequiret poſſeſſio. Quam ob rem qui fundum inſtructum legat, videtur fundum cum ſuis inſtrumentis legaſſe, adeo, vt ſi tibi fundum cum inſtr. legato, & poſt fundum vendidero, inſtrumentum vendicare non poſſis, l. ſi cui. de fun. inſtru. leg. ff. Inſurgit autem non indigna quæſtio, quam in cæterarum exemplum adferam. Habebat quis duos fundos, & boues duos in altero fundo manentes; in altero opus facientes, tandem dominus hos fundos cum inſtrumento legauit duab. diuerſis perſonis, boues autem neutri reliquit: boues ei cedunt, qui fundum in quo opus faciebant, conſequitur, quando huic ſoli commodare poſſunt, & non alteri, non enim ſecundum legem acceſſio ſunt fundi, in quo degebāt, ſed alterius, in quo opus faciebant, l. cum quidem, ff. de fund inſt. & inſtru. & leg. Hinc itaque eſt in Pandectis titulus, de fundo inſtructo, & inſtrumento legato, Auth. Adde Foreat. Necyomantiæ dial. 40. n. 3.

Fvndi inſtructi appellatione veniunt tam villicus homineſque quam omnia quæ vel ipſe paterfamilias cum ibi ageret, vel vt fundus eſſet inſtructus, nō temporis cauſa, in eo habuit. Itē veniunt inſtrumenta fructuū colligendorū & conſeruandorū. Et pecora ſtercorandi vel paſcendi cauſa ibi conſtituta, vt de his fructus capiantur, vel vt fundus ſit inſtructus, l. 2. C. de vec. ſign.

Fvndvs limitrophus. Alciatus illud cū aliis ſcribit, limitrophus fundos dictos non à limenarchis, ſed à limitādis limitib. quod tenerentur eorū poſſeſſores annonam inde prouenientem ad caſtra militum ducere, qui in imperij limitib. excubabant aduerſos barbaros Hinc limes Orientalis Vopiſco in Saturnino: limes Rhetius (eod. auth.) in Bonoſ. Auth. Cuja. fundos limitrophos in rubr. C. de fund. limitroph. & ter. & in leg. vnlli, C. de fund. patri. dici putat, quod inde milites militanei alātur, l. 8. d. tit. de fun. limitrop. non quod ad milites limitaneos pertineant. At fundi limitanei qui dicuntur, ad milites militaneos pertinent, itemq. paludes & paſc. 3. ſæpe jam all. t. de fund. lim. Fundi autem caſtellorum ad milites caſtellanos pertinent. l. 2. C. eod. tit. Cujac. in ſupr. alleg. Rubr. de fundis limitroph. &c.

Fvndi confines. Terent. Clemens in l. ſi cui centū, de leg. 2. Sæpe enim inquit, confines fundos etiam ſupra juſtā æſtimationem (*bicher denn er vverth iſt*) intereſt noſtra acquirere, Spie.

Fvndvm cum inſtrumento, an fundum & inſtrumentum, an fundum inſtructum, Vide l. 5. de Inſt. & inſtrum.

Fvndvs Puteolanus quære, Puteolanus.

Fvndorvm Principis, de quibus tractatur ſub rubr. C. de fund. patrim. l. 81. alij dicuntur patrimoniales, alij diuinæ dom. Patrimoniales ſunt qui locari tantum & in principis patrimonio conſeruari ſolent, vnde & rei priuatæ appellantur. Diuinæ domus ſunt, qui ſacrarum largitionum ſunt, hoc eſt, in quibus Princeps ſuas largitiones exercet, Prat.

Fvndvs ſeruiens, & dominans. Lege prædium ſeruiens.

Fvndi ſaltuenſes ſunt paſtioni deputata nemora, qui & patrimoniales ſunt, l. vlt. de fund. patrim. C. lib. 11. Cujac. in Rub. d. jam tit. C. de fund. patr.

Fvnditvs, de hoc aduerbio vide Bart. in Auth. decernimus, C. Sacroſanct.

Fvndi vectigales ſunt, qui ciuitatum ſunt, & municipibus ita locantur, vt certum vectigal reipub. pendant. Alc. de verb. ſig. & in Diſpunct lib. 1. c. 3 Spieg. Prat.

Fvndi emphyteuticarij ſunt, qui emphyteutico jure dantur, quī & patrimoniales dicuntur, l 12. de fund patrim. Goth. ad l 13. C. de præd. & al. reb. minor.

Fvndvm in Appia cum villico ſuo, &c. l. vxorem, § concubinæ. (de leg 3.

Fvndvm Cornelianum de nomine meo axire vero, leg. pater filium. § duob. de legat 3. Spieg.

Fvndvs Sacer, quem domini ſacramenti religione deuinctum vaſalli habent, Connan. lib. 2. c. 9. n. 6.

Fvndvm Trebatianum, &c. fundum Satrianum, &c. dari volo, Scæuola in l. patronus. § libertis, de leg. Spieg.

Fvndvs peſtilis, vel peſtibilis in l. pen. vbi Goth. Cod. de ædilit. action. id eſt peſtibulas vel herbas lethiferas habens, vide Cujac 6 obſeru. 24.

Fvndi Trebatiani reditus vxori, &c. dari volo, Vide Scæuolam, ff. de vſu & vſufruct.

Fvndvs. *Grund vnd Boden.*

Fvndvs agonothici, vocantur in l. penult. de diuerſis præd & lib. 11. qui deputati erant ſumptibus certaminum ſacrorum, l. jubemus, C. de fund. patrimon. Prat. Adde Cuja. leg. vlt. de fundo patrimon. & ſaltuenſ. C. lib. 11. qui dicit eos etiam agonophoros nominari, l. filia, t. ff. de leg. 2.

Fvndorvm genera vide in rubr. C. de fun. patrimon. lib. 11. Ad de Cujac. ibid.

Fvnerare, pro ſepelire, frequens apud Vlp. (vſufr.

Fvneraria veſtis. Vide Vlp. l. ſed etſi quid, §. & generaliter, ff. de

Fvnerari. Satius eſt de ſuo teſtatorem funerari, quam alios legatis conſequi, teſte Vlp. l. at ſi quis, ff. de Religioſ.

Fvneraria ſiue Funeratitia actio ideò dicitur, quia totam ſepulturæ rationem complectitur, non exequiarum duntaxat: & definitur, quæ ob impenſas funeris cauſa factas conceditur, l. 14. §. hæc actio l. 16. l. 20. & 25. ff. de relig & ſumpt. fun. l. 17. ff. de rebus auth. Iudicis poſſ. Briſſ. Hot.

Fvnero, pro funeror, funeri operā do, juſta perſoluo, Vlp. l. 14. §. 12. de relig. Si prohibente hærede funerauetis teſtatorem, item, Ergo pietatis gratia funeraſti. Item: Ego tamē nihilominus funeraui. Et §. 14. Qui mandatu alterius funerauit. Hot.

Fvnerari paſſiuè accipitur & ſepeliri ſignific. in l. 17. ff. de reb. auct. jud. poſſid. & in l. 8. de ſepul. viol. & apud Paulum lib. 5. ſent. 26. juncta l. 1. ff. ad l. Iul de vi. publ. Briſſ. in paratig.

Fvnestare ſe ſecundis nuptiis, vide apud Impp. in l. 3. §. 1. Co. ſecund. nupt.

Fvnestare ſeſe nuptiis inceſti vetitíque conjugij vide l. 6. in princ. C. de inceſt. nupt.

FVNESTA familia in leg. vlt. ff. de ſtip. ſer. cuius dominus mortuus eſt. Scribit autem Varro lib. 4. de lingua Lat. quamdiu in ſepulchrum defuncti gleba adiecta non eſſet aut os mortui ad familiam expurgandam, exceptum eſſet, tamdiu funeſtam eſſe manſiſſe. Hinc Cicero lib. 2. de legibus. Neque neceſſe eſt ee diſſeci à nobis quis finis ſit funeſtæ familiæ. Septem autem diebus deplorari domi cadauer ſolebat: octauo die efferebatur, tumulabatur. Eæque erant denicales feriæ, quarum Cicero in libris de legib. & Feſtus lib. 4. meminere, Briſſ.

FVNESTA itaque familia dicebatur, quæ non erat pura: h. e. quæ funere veluti polluta, nondum erat expiata atque purgata. Purgabatur autem, ſiue pura fiebat iuſtis factis, & condito humatoque cadauere. Varro: Si eum Romanus combuſtus es, os exceptum ad mortui familiam purgandam humo non eſt opertum, vt Pontifices dicunt, quoad inhumatus ſit, familia honeſta manet. Iam vero, quod humatus non ſit, hæredi porcam præcidaneam ſuſcipiendam Telluri & Cereri eſſe: aliter familiam puram non eſſe Varro ſcribit. Et Feſtus ait, præcidaneam porcam vocari, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iuſta non feciſſet, h. e. glebam, ſiue humum iniciſſet. Et funeſta familia non ante deſinebat eſſe, quam iuſta defuncto feciſſet hæres Ræuardus l. omnis hæred. ff. de reg. int. Guth. ad l. 58 § ſtipul. ſeruor.

FVNGI Vallæ dicitur officium & munus aliquod obire, vnde fungi honoribus, & fungi vita, id eſt, gerere honores, viuere, non vt quidam volunt, mori: nam enim qui mortuus eſt, functum vita eum dicimus hoc ſignificamus, vixiſſe illum, & iam non amplius viuere, Coonan. lib 7. c. 5. n. 5

FVNGI eſt id, quod debetur dare, nam propriè fungi ſtipendiarij vectigales dicuntur qui quod debebant pendebant, vide Cic. Verrin. 5. Hinc fungi officio ſuo eſt, vt vulgus loquitur, facere ſuum debitum, l. iudex de re iud. Sic & fungi res dicuntur, quæ officium ſuum præſtant. Vlpian. inſtit. tit. 6. Dotem fungi dicit, in matrimon datur. E fungi momentum in l. 45. ff de rei vindic. in quod corpus inferens. E functionem res in ſuo genere recipere: Paulus in l. 2. §. mutui. ff. ſi cert. pet. ſcribit, quę vt alias idem ipſe auctor loquitur, mutua vice funguntur, & tantundem præſtant. l. 6. ff ſi cert. pet. Nam his rebus, quæ vſu conſumuntur ac pereunt, quo inter homines communicari poſſent, ea eſt tributa natura, vt communi quaſi ſpecie contineantur permutationemque in ſuo genere recipiant, & alterius vicem ac poteſtatem altera omnimodo expleat. Briſſ.

FRANCISCVS autem Duarenus libr. diſputationum anniuerſ. 1. cap. 14. Res conſiſtentes in pondere, numero, aut menſura fungi vel functionem recipere interpretatur, cum dantur ad vſum cum ſoluuntur, &c. ſicut fungi diſpoſitione auri, qui aurum deponit, ad l. præ. ntiæ, fungi collatione dotis, qui dotem confert, l. 1. de collat. dotis, fungi tributione qui tributum ſoluit penſitatque reipub. At Franciſcus Hottomannus lib. 1. de vſur. cap. 2. res eiuſmodi functionem in genere ſuo potius quam ſpecie recipere, d. l. 2. interpretatur, quaſi penſionem ſiue ſatisfactionem, quæ fit, harum rerum debitarum, non ipſius ſpeciei fieri, ſed generis: propterea quod non eadem corpora redduntur, quippe quæ conſumpta ſunt, ſed tantum eiuſdem generis. Quod vero dictum hoc arbitrantur alij ea re, quia in harum rerum ſolutione altera res alterius vice fungeretur, eidē Hotomanno non eſt probabile. Conſtat enim eo loco Paulum alias res, id eſt, quę in ſpecie ſua functionem ac ſolutionem accipiunt, his rebus tanquam contrarias opponere. Nam & commodatum functionem recipit eadem ipſa ſpecie, quæ commodata eſt reddita, ipſumque etiam depoſitum & pignus & quędam pręterea eiuſmodi. Atqui ſi quis ita Pauli verba interpretatur, vt illę res in ſuo genere alterius vice fungerentur: non poterit ea fieri aliarum rerum comparatio, quam hic Paulum explicare perſpicuum eſt. Alioqui dicendum eſſet alias res, veluti commodatas & depoſitas in ſpecie ſua fungi vice alterius. Quo nihil dici poteſt obtuſius. Nam quæ res commodata, aut depoſita redditur, nullomodo fungitur vice, aut ſua aut alterius, neque in ſpecie, neque in genere, Cicero libr. Accuſationis 3. Quis non maximo ſe affectum beneficio putauit, cum tribus decumis pro vna defungeretur? Omnino autem certum eſt comparationem vtrarumque rerum hic fieri quemadmodū his verbis Paulus indicat quum ait. In aliis rebus aliud pro alio ſolui non poteſt. Quoniam in cæteris ſolui poterat, modo eiuſdem generis, vt clare ſignificat, cum ait, eas in genere ſuo functionem recipere per ſolutionē, id eſt, aliud pro alio ſolui poſſe: non autem in ſpecie, quam ne habere quidem dici poſſunt, ſicut Vlp. aperte docet, in l. quum Stichus ff. ſolut. quum ait, res eiuſmodi in communi ſpecie contineri quaſi dicat, eas non habere ſpeciem quandam ſibi propriam ac peculiarem, & ab aliis eiuſdem generis diſtinctam, ſed cum aliis communem. Atqui ſi ſit comparatio, & aliæ res in ſuo genere functionem, i. e. præſtationem recipiunt, alias res oppoſitas, in ſua ſpecie recipere conſentaneum eſt. Atq; hoc ſcilicet ipſum eſt, quod vulgo dici ſolet, in hiſce rebus magis quantitatem, id eſt, vim ac momentum cogitari, quam corpora leg. Titia. ff. de leg. 2. l. ſi is cui. ſolut. Sunt ergo quædam res, quæ functionem recipiunt per ſolutionem, id eſt, vſum ſolutionis ſuæ præſtant, in genere magis quam in ſpecie. Quippe quod hę res propter naturæ ſimilitudinem vna quadam & communi ſpecie contineri videantur, vt Vlp. ait de l. cum Stichus nec alia quam ponderis, numeri, menſuræve nota in promiſcui vſus vtilitate ab inuicem diſcernantur, vnde etiam pōdere, numero & menſura conſtare dicuntur. Sunt vero & aliæ quædam res, quæ functionem per ſolutionem recipiunt in ſpecie, h. e. quæ cum ſoluuntur, hunc ſolutionis ſuæ vſum præſtant, & hanc recipiunt factionem, vt eandem, quæ accepta eſt, ſpeciem reddi neceſſe ſit, ne alias ſolutionem eodem genere admiſſa cum iniuria creditoris aliud pro alio ſoluatur. Siquidem harum rerum non vna & communis ſit ſpecies, nec eadem in eodem pondere, numero & menſura vtilitas. Atque ex hoc rerum diſcrimine, quo in diuerſa ſolutionis functione, ſeu vſu inter ſe opponuntur, intellectu non difficile eſt, quæ ſit ſententia verborum Pauli, & quibus in rebus, propter quam cauſam mutuum conſiſtat. Nam rerum quæ pondere, numero & menſura conſtant, datione recte in creditum ire poſſumus, quoniam ſolutionis vſus, quem in genere ſuo præſtant, cum mutui fine conuenit, vt videlicet non ea quæ data eſt ſpecies, nec omnino alia, ſed eiuſdem generis & qualitatis reddatur. l. 2. §. mutui, ff. de oblig. & act. Quacunq; enim ſpecie eiuſdem generis ſoluta creditori ſatisfit. Et hoc ipſum eſt quod in genere ſuo functionem per ſolutionem recipere dicuntur, i. e. in genere ſuo ſolutionis vſum præſtare. Reliquæ vero res ideo in creditum dari non poſſunt, quod earum ſolutionis vſus in ſpecie verſetur, nec aliter creditori ſine ſua iniuria ſatisfieri poſſit, quam eiuſdem ſpeciei quæ data eſt ſolutione. Siue igitur eadem, ſiue omnino alia reddatur, vtrinque mutui naturæ contrarium eſt, in quo tranſlato & conceſſo rei ad vſum dominio, idem in genere & tantundem reddi debet. Hæc quibuſdam tam diligenter conſiderantibus ſeorſus & hæc ratio verborum Pauli eſſe videtur, in hac de rebus, quæ mutuo dari poſſunt, quæſtione. Difficultas autem quę hactenus omnes ferme exercuit, inde procul dubio nata eſt, quod de functione rerum, quā in genere recipiunt, Paulum diſſerere exiſtimarunt. Cū tamē Paulus de functione rerum agat, quam per ſolutionem recipiunt, vt enim oſtenderet, quibus in rebus mutui datio conſiſtat, de natura & conditione rerum, earumque in ſolutione vſu diſſerendum ſibi putauit, quomodo videlicet res functionē per ſolutionem recipiant, & quem in ſoluendo vſum præſtent, in generéue, vel in ſpecie hæ, an generis ſolutione creditori ſatisfieri poſſit, vel eādem reddi ſpeciē oporteat. Minus forto obſcuritatis, ſed eandem ſententiam habitura eſſet oratio hęc. Quia functionem recipiunt in genere ſuo magis quam ſpecie, verba namque (Quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem) ſimpliciter hoc ſenſu intelligenda puto, quem vſitata earum proprietas & ſignificatio gignit, vt functionem recipere ſolutionem, idem ſit, quod in ſolutione fungi, & vſum pręſtare Funguntur autem, vt dixi, in ſolutione res, vel in genere, quoties eodem genere ſoluto, non omnino aliud pro alio ſolutum videtur, vel in ſpecie, cum eadem ſpecie non reddita, omnino nihil aliud pro alio ſolui certum eſt. Atque in hanc ſententiam genus ſpeciei, quoad ſolutionis vſum opponitur, vt ex eo conſtare poſſit, rerum quæ pondere, numero & menſura conſtant, donatione tantum in creditum iri, quia fūctionem recipiant in genere per ſolutionem, adeo, vt quacunque ſpecie eiuſdē generis ſoluta propter promiſcuam, quæ in iis verſatur vtilitatem creditori ſine ſua iniuria ſatisfactū videatur. In cæteris vero rebus ideo mutuum non eſſe, quod eadem omnino ſpecies, quæ accepta eſt, reddi debeat. Quippe quod functio earum in ſolutione non eiuſdem generis ſit ſpeciei, ne cum iniuria credentis aliud pro alio ſoluatur.

FVNGI magiſtratui, pro magiſtratu, inuenies in l. vlt. in fin. ff. ad municip. Et defungi muneri, pro munere in l. 2. §. præuaricatorem, ff. ad Turpil. Briſſ. in pareig.

FVNGI diem ſuum, l. 9. ff. de caſt. pec. crim. l. vlt. C. de bon. eorum, l. 1. C. de filioſam min. l. 10. C. ad l. Falc. Briſſ.

DEFVNGI pretio æſtimationeque, pro æſtimationem præſtare & exoluere Iuriſconſulti dicunt, l. 11. § idem, lib. 2. ff. de act. empt. l. 1. ff. ſi famil. furt. fec. l. 37. in fi. ff ad l. Aquil. & noxæ deditione litis æſtimatione, pro eo quod eſt noxæ dedere & litis æſtimationem ſoluere, l. 22. §. vlt. ff. ad municip. ff. ad l. Aquil. Inſtit. de noxalib. in princ. Ex quo fit, vt intributiones collationeſque & penſitationes publicæ functiones vocentur, l. 4. C. de notario. l. 3. de apoch. publ. lib. 10. C. l. vlt. de exactorib. tribut. eod. l. 9. & l. 13. C. de actio. empt. l. 1. C. de iur. emphyt. l. voic. C. in quib. cauſ. milit. Briſſ.

FVNGI pignoribus in vicem ſatiſdationis, i. e. loco fideiuſſorum pignora præſtare, l. 7. ff. de præſt. ſtip. Briſſ. Adde Fr. Baldo. de pig. & hypo. c. 1. Muneribus legatorum fungi, i. e. legata præſtare, l. 33. in fi. ff. de legat. lib. 2. l. 1. ff. ad Trebell Fideicommiſſum munere Falcidiæ fungi dicitur, quod Falcidiam patitur, l. 77. §. 2. ff. de legat. lib. 2. Pœna quoque functi in l. 22. ff. de pœ.

nis, dicuntur, qui pœnam ſuſtinuerunt. Pretia rerum communia inter funguntur leg. 63. ff. ad l. Falcid. l. 33. ad leg. Aquil. id eſt, tanti res æſtimantur, quanti ſunt apud omnes defunctores, l. §. non ſolum, ff. ad SC. Tertyllian. l. 21. §. vltim. ff. de SC. Silania. Briſſ.

FVNGIBILES res diximus, quæ conſiſtunt in numero, pondere & menſura: vt pecunia, frumentum, vinum, oleum. Cæterum corpora in vniuerſum omnia, omnes aliæ ſpecies, dicuntur res non fungibiles, Zaſ. in §. perſonam. Inſtit. de actio. Prat.

FVNVS generalius eſt, quam Exequiæ: eſt enim tota pompa, tam domeſtica, quam extrinſeca: exequiæ vero tantum in via, dum funus procedit. Funus quoque propriè dicitur cadauer iam ardens, vel incenſum: Exequiæ, dum portatur: Reliquiæ iam crematū & buſtum: Conditum v. iam ſepultum. Spieg. ex Old.

FVNVS ducere, Vide Vlp. in l. at ſi quis, ff. de Relig.

FVNVS facere, iuſta facere, & exequi funus, differunt. Nam qui funus indictum pompa funebri præcedente ducit, facit funus: Qui Sacrificio, quod humanum Feſtus appellat, rite peracto glebam obiecit iuſta facit: & qui denique cadauer proſequuntur, eos exequi funus, exequiaſque frequentare dixerunt veteres. Rænardus, quem vide de hoc latius ad l. omnis hæreditas, ff. de reg. iur.

FVNVS familiare Vlp. in l. 2. de in ius voc. in fin. Neque funus, inquit, familiare ducentem, iuſtá ve mortuo facientem, ſubaudi, in ius vocare oportet. Dixit autem funus ducentem pro eo, quod eſt funus facientem, vt Virg. lib. Æneid. 4. dixit, ducere ſomnos, pro eo quod eſt dormire, & tanquam ſomnum facere, teſte Fr. Syluio in comment. in Orat. pro P. Quintio. Idem, Funeris cauſa, ait, ſumptus factus videtur is demum, qui ideo factus fuerit, vt funus ducatur, & ſine quo funus duci non poſſit.

FVNVS imaginarium. Græci Cenotaphion vocant, cum mortuo iuſta abſente cadauere perſoluuntur. Legitimum vero dicitur, cum defuncti corpus adeſt. Spieg.

FVNVS publicum erat, cum quis propter ſua in rem publicam beneficia, publicis ſumptibus ſepeliebatur. Ceremonias illius Plutarc. oſtendit in Publicola, Spieg. Prat.

FVNERIS ſumptus pro facultatibus vel dignitate defuncti arbitrantur Vlp. ait in l. ſi quis ſepulchrum, de relig. & ſumpt. fun. Funeris impenſam accipimus, quicquid corporis cauſa erogatum eſt: veluti vnguentorum, & pretium loci in quo defunctus humatus eſt, & ſi qua veſtigaria ſunt, vel ſarcophagi, & vectura, & quicquid corporis cauſa antequam ſepeliatur, conſumptum eſt, l. funeris, ff. de ſumpt. fun. Spieg. Prat.

FVRCA, patibulum ex eo dictū putat. Iſid. lib. 5. c. 28. quod ferat caput, ſuſpenſumque & ſtrangulatum ſtatim exanimet, Prat.

FVRCAM illam quam circumferre ſerui pro pœna cogebantur, belle depingunt Plutarchus in Coriol. & Halicarn. lib. 7. Prat.

FVRCA. Calliſtratus de Pœnis, in l. capitalium, recitat inter gradus pœnarum capitalium furcam, famoſoſque latrones figendos furca in iis locis, vbi graſſati ſunt: pluribus complacuiſſe ſcribit, nec abſque ſumma ratione, quam ibidem refert: Spieg. vide Turnebum aduerſariorum lib. 4. c. 3.

FVRCÆ ſupplicij quoque fit mentio in l. 38. §. auctores, ff. de pœn. l. 6. ad l. Iul. pecu. l. 3. de re milit.

FVRCIFER, qui ſeruus in furto aut eiuſmodi aliquo flagitio deprehenſus fuerit, aut improbitatis ſcelere conuictus, duplex lignum, quod curroi ſubiicitur, & cui temo affigitur attollere videbatur, & inuente vicinia circumferre, vt fidē ei in poſterum non haberent, & ab eo tanquam infido cauerent. Ideo furcifer appellabatur à Latinis: quod etiam Græci [illegible], hoc Romani furcam nominant, vide Plutarchum in Quæſtio. & Coriolani vita, Spieg.

FVRANTI gladium porrigere apud Vlp. in l. qua actione §. penul. ad leg. Aquil.

FVRERE, i. e. furore vexari vel torqueri l. 3. ff. de Ritu nupt. vbi furere & ſapere opponuntur. Ideoque furere deſierit, & ſapere cœperit, idem Valent. l. 10. § 1. ff. de teſtam. tut. Briſſ.

FVRIOSVM Iuriſconſulti appellant, qui mentis ad omnia lumine, id eſt, ſenſu communi caret: quales non modo Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Oreſtem fabulæ memorant: verum etiam Margitem Melitidem, Corœbum, Beccefelenum, Morychum. Dementem verò, qui non vſquequaque, ſed ex parte tantum mentis errore ducitur, velut is de quo D. Pius loquitur in l. his qui. 12. ff. de tut. & curat. dat. Itaque Furioſus a Demente paſſim diſtinguitur: vt l. 2. ff. de inoff. teſtam. l. 6. de curat. furioſ. l. 8. §. 1. ff. de tut. dat. ab his l. vlt. C. de admin. tut. l. 27. §. cotam, ff. de arbitr. Gothoſ. ad l. 6. in pr. C. de curat. furioſ. Dementia enim licet ſanitate & integritate mētis careat, mediocritatem tamen officiorum, & vitæ cultum communem tuetur. Briſſ. Sed Cic. Tuſcul. diſp. ter. Dementes, amentes, & furioſos eoſdem nominat: Stultos vero, quos Iuriſconſulti dementes aut mente captos appellant: Inſanos verò tanquam vtrorumque genus conſtituit. Sanitatem, inquit, animorum poſitam in tranquillitate quadam, conſtantiaque cenſebant: his rebus mentem vacuam appellarunt inſaniam: nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominarunt amentiam, eandemque dementiam. Ex quibus apparet eandem eſſe furoris quæ dementiæ definitionem: ac propterea eandem vtramque rem eſſe. At de ſtultitia ſic loquitur. Stultitiam enim cenſuerunt, id eſt, inconſtantiam ſanitate vacantem, poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum atque vſitatum. Hot. Adde Forcat. Necyom. dial. 33. n. 5.

FVRIOSVS dicitur, qui eſt cum rabie & furore euidenti. Mente captus verò dicitur, cui mens deficit, & qui conſilium animi non habet, tamen nullum furorem extrinſecus oſtendit, ita eleganter declarat Bald. in l. ſi furioſi. circa med. C. de nuptiis, & in l. humanitatis, in 3. col. verſ. venio ad quartum notabile, C. de impub. & al. ſubſt. & ponit Iaſ. in l. furioſum, in 1. & 2. col. C. qui teſtam. fac. poſſ. & vlterius dicit Gemin. in c. filij in pen. not. per illum text. de hæreticis l. 6. quod ille dicitur non eſſe ſanæ mentis qui non habet memoriam ordinatam & hoc putat notab. pro teſtibus, qui volunt probare quem eſſe vel non eſſe ſanæ mentis, quod vltimum non eſt auſus firmare, Alex. quia forte non videbatur ſibi tunc neceſſarium, in conſ. 54. ad primum breuiter concludo, & c. in vlt. verbis, in 1. li. vbi poſuit plures alios modos, per quos furor probari poteſt, quos latius reaſſumpſit, idem Alex. in l. ſi cum dotem, §. maritus in vlt. col. ff. ſol. matr. vbi firmauit illud notab. dictū Gemin. Corta.

FVRIOSVS in conſpectu inumbratæ quietis conſtitutus, lib. 18. ff. de acqu. poſſ.

FVRIOSI cum mentis compotes non ſint, nihil velle, ſcire ve intelliguntur: ac neque conſentire videntur: ideoque abſentibus ignorantibuſque comparantur, l. 17. §. filiu, ff. de iniur. l. 2. § fi. ff. de iur. codicil. Prat. ex Briſſ.

FVRIOSORVM duo genera in libris noſtris leguntur: vnum eorum qui in perpetuo furore ſunt, qui (vt ait Macer. in l. 14. ff. de off. præſid.) continua mentis alienatione omni intellectu carent, l. 22. ſi maritus, ff. ſolut. matr. l. 12 § natura, ff. de iud. alterum eorum quorum furor intermiſſus eſt, & (vt noſtri loquuntur) dilucida habent interualla, ſiue inducias, d. § ſi maritus, & l. 20. §. nec furinſua, ff. de teſt. l. 6. C. de curat. furioſ. l. 9. C. qui teſtam. fac. poſſ.

FVRNARIVS, qui furno exercendo, & coquendo quæſtum facit. Vlpian. in leg. 24 §. 6. ff. de damn. inf. Si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarij culpa damnum datum fuerit. Hot.

FVROR, impetus animi ſine ratione, dementia, Vlpi. Si quis caut. in l. 2. §. ſi non propter valetudinem: nam qui furore, inquit impeditus eſt, valetudine impeditur. Spieg.

FVROR alius perpetuus eſt, l. 6. in pr. & l. 7. in pr. & §. 1. C. de curat. furioſ. l. 14. de offic. præſidis, l. 12 §. 2. de iud. l. 22. § ſolu. matr. Alter habet interualla, l. 9. C. qui teſt. fac. ſeu intermiſſionem, l. 20. § 4 ff. qui teſt. fac. Gothofr. ad d. l. 7. in pr. C. de cur. furi.

FVROR eſt morbus ſeu aduerſa valetudo, l. 2. §. idem eſt, ſi quis cautioni.

FVROREM. Cic. 3. Tuſcul. definit mentis ad omnia cæcitatem & maius aliquid eſſe quam inſaniam. Ideoque non eſſe in 12. tab. ſcriptum, ſi inſanus, ſed, ſi furioſus, Briſſ.

FVROR dupliciter contingit: quandoque ex cerebri intemperie læſa rationis parte præcipua, citra febrim & mania eſt vel dementia. Quod ſi mancipium dementia laborans pro ſano venierit, actione ex empto agetur, l. 1. § interdum, ff. de ædil. edict. Aliquando fit furor ex morbo corporis penetrante ad animam, vt contingit φρενιτικοῖς in febri d. § interdum. Nam ſi febris furorem concitauerit phrenitis nominatur. Forcat. Necyom. dial. 34. n. 7.

FVR ex eo dictus, quod furuum atrum veteres Romani appellarunt, & fures per atras & obſcuras noctes facilius furentur, Homerus. ——— Κλέπτει δ᾽ ἐπὶ νυκτὸς ὁ μοιχός.

Hæc Nonius Marcellus ex Varrone lib. rer. diuinar. 14. Hunc tamen Gellius reprehendit, lib. 1. c. 18. Nam quod à Græcis, inquit, nunc κλέπτειν dicitur, antiquiore Græca lingua φωρᾶν eſt dictum. Hinc per affinitatem literarum, qui φὼρ Græcè eſt Latinè Fur. Furem autem ſic definit Sabinus apud Gellium lib. 11. c. 18. Qui alienam rem attrectauit, cum id ſe inuito domino facere iudicare deberet, furti tenetur: Et paulò poſt. Qui alienum iacens lucri faciundi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur: ſiue ſciat cuius ſit, ſiue neſciat. Prat.

FVREM ab abigeo quantitas diſcernit: Nam qui vnum ſuem ſubripuerit, vt fur coercebitur: qui gregem, vt abigeus, l. aut facta, de pœn. Prat.

FVR quandoque dicitur, qui hoc crimen affectat, quamuis non perfecerit, Spieg.

FVR improbus raptor dicitur: quia eſt fure improbior. Inſtit. vi bonorum rap. in princ. Fur manifeſtus, quē Græci ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ appellant, eſt, qui cum re furtiua comprehēditur, priuſquā eo loci rem pertulerit, quo deſtinauerat manere eo die cum furto. Nec refert à quo deprehendatur, vtrum ab eo cuius res fuit an ab alio, l. 2. & 3. & l. ſi quis in ſeruitute, ff. de furt. Sed qui pertulerit quo deſtinauit, tametſi deprehendatur cum re furtiua, nō eſt manifeſtus fur, Ex l. 3. & l. 5. ff. de furt. Spie. Prat.

FVR-

FVR nocturnus: hoc eſt noctu deprehenſus, ſeuerius quam inde-prehenſus punitur, l.3. ad leg. Aquiliam, Spieg. Cuiac. in comment. ad l.7. & 8. ff. quod metus cauſa.

FVREM non eſſe, qui dicit, quod in venditionibus ſeruorum ſæpe dicitur de animo hominis, propoſitoque loquitur. Furem ait Tryphonius quis poſſit dicere etiam eum, qui nunquam rem alienam, inuito domino, ſubtraxerit, ſi modo eius mentis ſit, vt, occaſione data, id commiſſurus ſit, leg. 225. ff. de verb. ſign. Prat. ex Briſſ.

FVRTA domeſtica vocantur, quæ liberi parentibus, ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarij iis apud quos degunt, ſurripiunt, author Marcellus in l. reſpiciendum, in §. de pœnis Prat. ex Hotoman. Sed ex tali furto non naſcitur actio furti, licet reuera furtum commiſſum eſſe dicatur. Quia nec ex alia cauſa poteſt inter tales perſonas actio naſci §. Hi qui inſtitutus, de priuat. delictis.

FVRTA apud veteres Ægyptios omnia fuiſſe licita & impunita. Apud Lacedæmonios laudata refert Gell. lib. 11. c. 18. Prat.

FVRTA per lancem & licium perquirere, ſi Maſurij Sabini liber, quem de furtis ſcripſit, extaret, nulla opus eſſet dubio procul coniectura. Nunc igitur quid ſuper hac re ſentiat doctiſſ. Alciatus, cuius ſententia mihi magis quam Rhodigini placet. Arbitratur is, conſueſſe lictores in alienas domos perquiſitum ingredi, in primis licio cinctos, vt ſe iure publico, & tanquam magiſtratibus obſequentes, non autem propria authoritate alienas domus ingredi oſtenderent: licium accingere, & lancem ſecum ferre, quam oculis obiicerent, ne qua ex parte matremfamilias, mulieresve conſpicere poſſent, hincque tracta videtur appellatio, per lancem & licium rem perquirendi. Ex ca. 8. lib. 5. Prat. Spieg.

FVRTIM arbores cædit, qui clam cædit, licet earum arborum furtum non fecerit, l. furtim, ff. Arbor. furtim cæſar. Prat. Hotom. in comment. ad 12. tab. differentiam ait eſſe inter furtim, & furti cauſa cædere: In illo damnum iniuria, in hoc furtum eſſe. Goth. ad rubr. ff. arbor. furtim cæſar.

FVRTIVÆ operæ, quæ & ſucceſſiuæ. Quære Succiſiuis operis.

FVRTIVA res, quæ furto ſurrepta eſt. Sed & furtum tropo Metonymiæ, pro re furtiua dicitur vt in l. ſeru. ff. de condict. indeb. Spieg.

FVRTIVA coniunctio in l.7. C. de repud. id eſt furtiuæ nuptiæ.

FVRTIVVM eſt non ſolum quod noctu, aut interdio clam aufertur, ſed quicquid alienum mobile, malo animo, inuito domino contrectatur, §. furtum autem fit. Inſtit. de Obligat. quæ ex delict. naſc. Hns.

FVRTO abeſſe rem dicunt Iuriſconſult. quæ ſubrepta eſt. Et furto periſſe, l. 35. ff. de contrah. empt. l. 14. ff. de peric. & comm. rei vend. Prat. ex Briſſ.

FVRTO ſubtrahere, id eſt, furari in l. 8. C. de furt.

FVRTO noxaque ſolutus dicitur, qui nemini furti obligatus eſt, ait Vlpia. l. 174 de verb. ſig.

FVRTVM eſt contrectatio rei alienæ fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipſius rei vel vſus eius, poſſeſſionisve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere, ait Paulus in leg. 1. ff. de furtis, §. 1. Inſtit. de priuat. delict. Dicitur contrectatio, quia nec cogitatione, nec verbo, nec ſcriptura, ſed contrectando furtum fit, l. 1. ff. eod. & l. ſi quis vxori, §. neque, l. inficiando. Id ſuadet φώριον verbi, cum tam apud Græcos quam Latinos à ferendo dicatur, vt Paulus ait. Hinc fit, vt ſi is qui ſimulabat ſe procuratorem eſſe, effecerit, vt vel ſibi vel cui me delegauit promitterem, furti cum eo agere non poſſum: quoniam nullũ corpus interuenerit quod furando animo contrectaretur l. ſi is cui 77. ff. eo. Nihil autem refert, an vnus tantũ aut plures aliquid abſtulerint, quod ab vno ſolo fortaſſis auferri non poterat, l. vulgar §. vlt. Notandum tamen eſt amotionem rei nõ ſemper hic requiri quoniam ex contrectatione rei quæ non aufertur plerunque furtum naſcitur l. vulg. §. vlt. & l. qui ea mente, ff. eod. Præterea in furti definitione dicitur Rei, quod verbum de re mobili tantum accipiendum eſt l. verum 25. ff. eod. & l. quare, ff. de vſucap. Tametſi autem rei propriæ aliquando furtũ fiat. l. is qui rem 61. & l. is qui rem 68. ff. eod. tamen vt plurimum rei alienæ furtum eſt l. falſus § qui alienum, & l. ea mente, ff. eod. Nam qui contrectat rem cuius dominus eſt, in qua nihil iuris alius quiſquam habet, fur dici non poteſt. l. falſus, § 1. ff. eod. Sed & res communis furtum quoque fieri poteſt, quia pro parte aliena eſt, l. ſi ſocius Item filiorum noſtrorum quos in poteſtate noſtra habemus furtum nobis fit, l. ſi filius, & l. matre ff. eod. De re hæreditaria an furtum fiat olim variatum fuit. Sed tandem obtinuit eius rei furtum non fieri, quia in nullius dominio eſt, cui furtum fieri poſſit. Quod tamen accipiendum eſt, niſi ea res ad ius alicuius quoquo modo pertineat, l. hæreditaria, & l. ſequenti. Deinde dicitur in definitione Fraudulosa, quia is qui volente domino rem contrectat, vel eum dominum velle exiſtimat, furtum facere non dicitur l. qui re. 78. l. inter omnes, §. recte, ff. eod. Conſentire autem is dicitur qui ſciens non contradicit, niſi pudore vel alia huiuſmodi re prohibeatur l. pen. Sane hypotheſim refert conſtitutio Iuſtiniani in qua furtum fit volente domino l. ſi quis ſeruo C. de furtis, ſed ſi iam hypotheſim rectè expendamus conſentit quidem vt res amoueatur, ſed non eo conſilio vt ea careat, ſed potius vt à fure eam repetat. Deinde dicitur lucri faciendi gratia: quoniã animus interuenire debet lucri faciendi, nec alio modo res contrectans furtum facit l. verum, 40. ff. eo. & l. qui iniuria Lucrari autem is dicitur qui rẽ amouet, vt alteri donet vel commodet, quia ſpecies lucri eſt ex alieno largiri & beneficij debitorem ſibi conſtituere, l. ſi pignore, §. 1. ſed notandum eſt furem pecuniæ etiam ſacci nomine teneri, quamuis animũ ſacci ſurripiendi non habuerit, l. qui ſaccum, ff. eo. Saccum, enim pecuniæ cauſa habere vult, tametſi alias eum habere non curaret. Præterea dicitur in definitione vſus poſſeſſionisve: quia furtum facit non tantùm is qui lucrari vult proprietatem alicuius rei, ſed etiam vſum eius aut poſſeſſionem, l. qui iumenta. l. ſi pignora. & l. fullo. Deinde additur ad finem: quod lege naturali prohibitum eſt admittere, quæ verba quamuis in hac definitione parum videantur eſſe neceſſaria, tamen huius iuris fontem oſtendunt. Nam iuris naturalis ac diuini præceptum eſt: Non furtum facies, vnde diſtinctio dominiorum dicitur Iuris gentium eſſe, l. ex hoc iure. ff. de iuſt & iur. Et inter iur. præcepta refertur SVVM CVIQVE TRIBVERE, NEMINEM LÆDERE, hinc etiã alibi dicitur: FVRTVM NATVRA TVRPE AC INHONESTVM ESSE, l. probrum ff. de verb ſignif & Iure naturali prohibitum eſt. Atque vt acquiſitio Dominij à naturali poſſeſſione cœpit, ita furtum quod contra dominiorum diuiſionem admittitur, iure naturali contrarium eſt, & multo magis iuris gentium. Varia olim fuerunt furtorum genera, Concepti furti & oblati mentio eſt in inſtit. tit. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur, & apud Caium lib. 2. Inſt. Itemque apud Paul. lib. 2. ſent. tit 31. Cõceptum furtum dicebatur, cum apud aliquem teſtib. præſentibus res furtiua inuenta erat, §. conceptum furtum 5. Inſt. de priuat. delic. Oblatum verò cum res furtiua ab aliquo tibi oblata erat, eáque apud ſe concepta. Paulus, Cõcepti, inquit, actione is tenetur, apud quem furtum quæſitum & inuentum eſt. Oblati, qui rem ſurriuam alij obtulit, ne apud ſe inueniretur. Conceptum autem furtum dicit Gellius per Lancem & Licium lib. 11. c. 8. quia vt Feſtus ait lib. 10. qui furtum quærebat in domo aliena licio cinctus intrabat, lancémque ante oculos tenebat, propter matrisfamilias & virginum præſentiam, ſed hæc in deſuetudinem abierunt. d. §. concept. Inſtit. de priuat. delict. vt ſic hodie ſuperſint duo tantum genera furtorum, manifeſtum & non manifeſtum, de quibus ſatis prolixa diſputatum eſt in l. 3. 4. 5. 6 7. 8. 34. & 35. ff. eod. Vide paulò poſt furtum manifeſtum. Hæc Duaren. ad tit. de furtis, c. 1. & 5.

FVRTVM à furuo, i. nigro dictum, Labeo ait, quod clam & obſcure fiat, & plerunque nocte: vel à fraude, vt Sabinus ait, & à ferendo. i. auferendo, Cuiac. lib 6. obſer. c. 2. vel à Græco ſermone, quod φῶρας appellant fures. Imò & Græci à ferendo φῶρας dixerunt. Quæ interpretationes vocabuli quam ſuam habeant vim & vtilitatem, ad percipiendam rem ipſam, Paulus eas non fruſtra recenſet poſſuntque omnes videri probabiles: nempe quod nomina ſæpe non vnam duntaxat rationem ſignificandi habeant, l. 1. ff. de furt.

FVRTVM facit, qui iumenta ſibi commodata longius duxerit, aliove modo inuito domino vſus ſit. Iureconſ. in l. qui iumenta, ff. de furtis, § furtum autem fit 7. Inſtit. de priuat. delict. Vide Gell. Noctium Atticarum lib. 7. Labeo (inquit) in lib. de 12. tab. 2. atria & ſeuera iudicia de furtis habita eſſe apud veteres ſcripſit. Idque Brutum ſolitum dicere, furti damnatum eſſe qui iumentum aliorſum duxerit, quàm quo vtendum acceperat. Item qui longius produxerat, quam quem in locum petierat, itaque Qu. Scæuola in librorum quos de iure ciuili compoſuit 16. verba hæc poſuit: Quod cui ſeruandum datum eſt, ſi id vſus eſt, ſiue quod vtendum acceperit ad aliam rem quam acceperat vſus eſt, furti ſe obligauit, quod etiam nouiſſimè conſtituit Iuſtinian. in § furtum autem Inſtit. de obligat. quæ ex del naſc. & cautum etiam in l. ſi vt certo, §. idem denique ff. commod. & conſuluit Bald. conſ. 355. quidam A depoſuit, in 3. libr. & habetur mentio per Aug. Aret. in tract. maleficiorum §. & veſtem celeſtem abſtulit in antepen. col. in verſi. quid ſi commodo tibi librum, licet debeat mitius puniri, ex quo videtur furtum minus inhoneſtum, vt concludit Cornel. conſ. 274. inſurgit. in vlt. col. in 3. lib. Præterea de furto hoc etiam adſcribendum duxi, de quo alia contentio fuit inter Ciceronem Oratorem maximum, & Trebatium Teſtam Iureconſultorum principem: qui (vt refert ipſe Tullius epiſtolarum lib. 7. ad Trebatium ſcribens) dubitatur, poſſétne hæres quod furtum antea factum eſſet, recte furti agere: ſcribitque ſe id caput adnotaſſe, vbi hæc controuerſia erat: vt Trebatius ſciret, id quod neminem ſentire dicebat. Sextum Ælium, M. Manlium, M. Brutum ſenſiſſe: ipſe tamen Cicero ſententiæ Scæuolæ & Teſtæ aſſentitur. Sed quia hæc Iureconſult. monumenta non extant, lege Paul. in l. ſi dominium, ff. de furt. qui refert, actionem furti non ſolùm ad hæredem tranſire: ſed

Digitized by Google

etiam ad bon. poſſeſſorem & patrem adoptiuum, & legatariom, & ibi Bart. & ſcrib. tract. etiam gloſ. Bart. & Doct. in l. ſed nec legatarius, ff. de cond. furt. pulchre Bald. in l. abducta, in 3. oppoſit. C. de furtis. Cotta.

Fvrtvm manifeſtum, inquit Maſſurius, apud Gell. li. 13. c. 18. eſt, quod deprehenditur dum fit, faciendi autem finis eſt, cum perlatum eſt, quo fieri cœperat. Prat.

Fvrtvm nec manifeſtum eſt, quod poſtea quandocunque deprehenditur, id eſt, cum fur in faciendo quidem deprehenſus non eſt, ſed eum furtum feciſſe negari non poteſt. Nam quod manifeſtum non eſt, hoc ſcilicet nec manifeſtum eſt, authore Caio in l. nec manifeſtum, ff. eod. tit. Dicitur autem nec manifeſtum ad imitationem legis 12. tab. Olim enim nec pro non dicebant, vide §. furtorum, Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. Sic alias ſæpe veterem loquendi modum retinet poſteritas, vt regundorum, diuidundu, creiſcundæ. Prat.

Fvria Caninia lex, quę vulgo dicitur Fuſia Caninia, appellanda videtur, idque ex inſcriptionibus l. 37. C. de condit. & demonſt. & l. 215. de verb. ſign. Furiam tamen vocat Vlp lib. 1. Inſtit. Eſt autem R. & S. mutua enallage. Hæc lex ſublata fuit. C. & Inſtit. de lege Fuſ. Can. toll. Conſtitutus vero erat ea Lege modus ſeruorum, qui teſtamento manumitti poſſent. Quæ res plane explicatur à Gaio lib. 1. Inſtit. tit. 2. breuius ab Vlpiano tit. 1. Regul. Alia etiam huius legis capita Paulus perſtringit lib. 4. Sent. tit. vlt. Prat. Briſſ.

Fvsiones eodem ſenſu accipit Ræuard. lib. 3. cap. 13. Variorum, quo apud Ambroſium in Apologia Dauidis cap. 8. Eaſque arbitratur alio nomine inttibutiones nominari, l. 22. §. 1. Ad municipal. Et pro indictionibus interdum fuſiones poſuiſſe veteres, primus omnium animaduertit Iacob. Cuiacius ex l. 6. Cod. Th. de indulgent. deb.

Fvsiones in l. 27. §. ſi quid cloacarij, ff. de vſufr. pro functionibus & illationibus publicis. Hæc huius verbi ſignificatio mihi ex Lexico Latinugræco ædis B. Germani Pariſ. innotuit, in quo ita eſt Fuſio, χώνευμα, εἰσφορὰ δημοσίων. Fuſiones συντέλειαι, εἰσφοραί. Briſſ.

Fvsores quinam ſint, vide l. C. de excuſ. artif.

Fvste percuti, occidi, animaduerti, l. 7. §. 1. ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. occiſorum, ff. ad SC. Silania, l. 8. § 1. ff. de pœn. Briſſ.

Fvstes bacillos interpretatur Briſſ quibus latera tundi ſolebãt. Quo pertinet Plautinus ille locus in Aulul. actu 3. ſce 1.

Neque ligna ego vſque gentium præbere vidi pulchrius.
Itaque omnes exegit foras, me, atque hos onuſtos fuſtibus.

Fvstibvs item caſtigari, cædi, admoueri Iureconſulti dicunt, l. 1. §. cum patronus, ff. de offi. præf. vrb. l. 3. §. 1 & l. vlt. ff. de offic. præf. vigil. l. 5. C. ex quib. cauſ. infam. l. vlt. ff. de iniur. l. 7. l. 10. ff. de pœn. Briſſ.

Fvstis aliud eſt, & aliud virga, l. 2. C. Theod. de curſ. publ. Goth. ad l. vnic. C. de emendat. ſeruor.

Fvstivm autem ictus à flagellorum, quæ atrociora ſunt verbera, caſtigatione ſeparatur, d. l. 7. pleniuſque multo eſt fuſtium, quam flagellorum pœna l. vlt ff. de iniur. l. 10. ff. de pœn. Ac Fuſtibus quidem liberi duntaxat & hi quidem tenuiores ſubiiciebantur, honeſtiores non: ſerui vero flagellis coercebantur, l. a 8. §. omnes, ff. de pœn. vt pleniur lib. 3. Select. Antiquit. Briſſ. Fuſtes verò Iſid. li. 3. Etymol. c. 27. ſic interpretatur, quibus iuuenes pro criminibus feriuntur, dictos ab eo quod præfixi in foſſis ſtent, quos palos ruſtici vocant. Et conſtant plane fuſtes ligneos baculos fuiſſe: cum inter arma & tela enumerentur, l. 54. §. furti, ff. de furt. Vlp. in l. 3 §. armis, ff. de vi & vi arm. Arma, inquit, ſunt omnia tela, h. e. & fuſtes & lapides. Ex mox: Plane ſi & vnus vel alter fuſtem, vel gladium tenuit, Sic fuſtib. repellere, & fuſtib. de fundo præcipitem agere. Cicero pro Cęcin & in 7. in Verr dixit. Sic fuſte ambulare. Plaut. in Aſin. Actu 2. ſcen. 4 Tanquam ſi claudus ſim, cum fuſte eſt ambulandum. Denique quod Eutropius li. 1. de geſt. Rom. c. 11. Tarquinium Superbum fuſtes excogitaſſe ſcribit, hoc ita Suidas in verbo, στρατηγός effecit ἐξεῦρε ξυλίνους κλοιούς. Fuſtibus autem & lignis equos publicu curſui deputatos agitari vetant Impp. in l. 1. de curſo publ. lib. 12. C. Briſſ.

Fvstibvs cædebantur liberti contumelioſi in patronum, l. 1. §. 10. de off. præf. vrb. Item ij, qui negligenter reum cuſtodiunt, l. 3. §. 1. de off. præf. vigil. calumniatores, l. 16. Cod. ex quib. cauſ. infam. periut. l. 13. in fin. de iureiur. qui agmen excedebant milites, l. 3. §. 16. de re milit. miles ex acie fugiens, Velleiur 10. vol. Et decimus quiſque in decimatione. Tacitus 14. vide Gothoſt. ad l 7. ff. de pœn.

Fvstvarivm mereri ſic dicebant, vt nunc vulgus, Meritus eſt baſtonatas. Et eſt teſte Marcello, in l. ſeruorum §. fin. de pœnis, quæ fuſte infligitur maior pœna pecuniaria. Meminit eius vocabuli Seruius Æneid. 6. Item Liuius ab vrbe condita, lib. 5. Fuſtuarium, inquit, meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit. Modeſtinus quoque ICtus inter pœnas militares fuſtium caſtigationem recenſet. Id ſupplicium eiuſmodi eſt: accepto fuſte, tribunus vir taurum attingit damnatum: quod vbi eſt factum, omnes qui in caſtris ſunt, cædunt eum fuſtibus lapidibuſque pleroſque in ipſis caſtris conficiunt. Vide Rhodig. c. 5. lib. 10. Hoc ſupplicium, vt refert Goth. ad l. veluti fuſtium 7. ff. de pœn. Turcis hodie vſitatiſſimum eſt.

Fvtilis cauſa, pro vana & leui, etiam à Plinio dicitur.

Fvtvrvm indicatiui quo differt à futuro ſubiunctiui, docet gl. in l. 1. §. ſi in emancipato, & §. ſeq. ff. de coll. bon. Alber. Spieg.

Fvtvrvm opus & quod nondum factum eſt, & quod forte non fiet, l. circa princ. ff. de oper. nou. nunc. Spieg.

Fvtvrvm tempus id regulariter accipimus, quod nec ad præſens, neque ad præteritum refertur. Quanquam materia ita ſuadente præſens pro futuro, & futurum pro præſenti ſumitur, 32. q. 5. ſi Paulus. Ex Ale Spieg.

Fvtvrvm pro præterito & præſenti ſimul ponitur, vt l. ſi vxori, § cum ita legatum, ff. de aur. & arg. leg. Sic etiam futurum indefinite poſitum, pro præſenti accipitur apud Latinos authores. Idem A. Gell. noctium Atticarum lib. 1. c. 7. ex tertio Annali, &c. Quadrigarij. Dum hi (inquit) conciderentur hoſtium copias ibi occupatas futurum, id eſt, eſſe. Ibi verbum eſt indefinitum quod Græci ἀπαρέμφατον vocant, &c. Vide hæc late apud Brechæum l. verbum erit, ff. de verb. & rer. ſign.

G A.

Gaas, prædii, eius fit mentio in l. patronus, 33. §. 1. ff. de leg. 3.

Gaballa, Dacia, Talia, Paſſagium, Pontiuegium, Gaidagium & ſimiles voces, quæ apud Italos ſunt, ſpecies certi tributi & exactionis, nemo ignorat eſſe ab interpretibus è triuio ſermonis Italici collectas. Spieg.

Gau Palæſtinorum prouincia, vide Gothoft. in not. ad l. 8. §. 7. de cenſib.

Gadibvs habere. Apud Pomponium in l. ſi mihi & tibi, de leg. 1. ad occaſum extra Herculis columnas, in ipſo Bæticæ prouinciæ capite, vt ait Plinius, Gades inſula ſeptuaginta quoque millium paſſuum longa, & anguſto mari à continente diuiſa, cum vetere oppido, eodem quo inſula nomine, vbi templum ditiſſimum olim ſacratum Herculi: eoque ſanctius habitum, quod oſſa eius ibi ſita magno accurſu pagani colebant, Spieg.

Gaivs Caſſius. Longinus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij: & ideo Seruium Sulpicium proauum ſuũ appellat. Hic conſul fuit cum Quartino, temporibus Tyberij: ſed plurimum in ciuitate authoritatis habuit eo vſque donec eum Cæſar ciuitate pelleret. Expulſus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Veſpaſiano; diem ſuum obiit: l. 2. ff. de orig. iur.

Gaii nomine hunc ipſum Gaium Caſſium Longinum accipere debemus in l. 72. ff. de ſolut. l. 54. ff. de cond. & demo. Briſſ. Cæterum fuit & alius Iuriſconſ. Gaius quem Hadriani temporib. vixiſſe oſtendit l. 7. ff. de reb. dub. Peruenisse vero ad Antonij Pij tempora, liquido colligitur ex l. 46. ff. de don. inter vir. & vxor. Ex huius Gaij commentariis tam Inſtitutionum quam Rerum Cottidianarum Inſtitutiones compoſitas profitetur ipſe Iuſtin. in præf. Inſtit. vide late Briſſ.

Γαλακτοφάγοι qui ſint, vide Goth. in Nou. 37. ibi Catechumenũ.

Galatia, hanc regionem, Vadiano teſte, poſt ingentes illas Alexandri victorias, & auctas per Aſiã Macedonum vires, Græci inſederunt, quia poſtea Galli ſe & ipſi magno hominum numero Aſiam ingreſſi coniunxerunt. Gallogræci dicti, gens mixta: & regio quę mox creſcentibus Gallorum rebus Galatia vocata fuit, ante Gallogræcia dicebatur. Sed vtriuſque vocis vſus apud ſcriptores manet; quin & apud Iuriſconſ l. patronus, §. Sempronio, de leg. 3. Hæc eſt Galatia, quam Petrus præcipuus Apoſtolorum epiſtola plena (vt Eraſmus inquit) Apoſtolicæ maieſtatis erudiit; quam Paulus peragrauit & Euangelio ſuo Chriſtum pure docuit. Diuus Hieronymus prologo ſecundi commentariorũ ad Galatas ex Lactantij authoritate tradit, Gallos antiquitus à candore corporis Galatas vocatos: & inde Galatiam prouinciam dictam, in quam Galli venĩetes Græcis ſe miſcuerint: & prius quidem Gallogræciam, poſt autem Galatiam dictam. Nec mirandum arbitratur, inter Græcam Aſiæ gentem Gallos conſediſſe, cum contra Aſiani Græci in Gallia conſederint. Spieg.

Galatiæ meminit Imp Iuſtinian. in Nou. 8. t. 3. & Scæuola in d. l. patronus, 33. §. 1. de leg. 3.

Galbanvm, vel Chalbane naſcitur in Amomo vel Amano monte Syriæ, 17. Iſidoro 9. Gothofr. ad l. 16. § 7. in verbo, coſtamomum ff. de publican.

Galbinæ genus eſt veſtimentorum, vt refert Cuiac. obſ. 11. in princ. & Gothoſ. in not. ad l. 25. §. Ariſt. 1. ff. de aur. & arg. mũd.

Galeati, galeis tecti milites ſunt. Eſt autem galea, teſte Diodoro, criſta capitis de corio: quum ſit caſſis de lamina. Dictaque galea Varroni, à galero, quo multi antiquorum vſi ſunt. Conum, curuaturam galeæ, quæ in ea præeminet, dicimus, ſuper quam criſtæ ſunt. Lego apud Alexan. Neapolitanum lib. 1. quo loco refert inſignia galearum apud diuerſas gentes, Cymbris noſtris atque Teutonib. in vſu fuiſſe, vt galeas contegerent horrentium hiatibus animalium: quo in aciem delati, viſu eſſent truculentiores, Spieg.

Galeatum principium, quomodo accipiendum expoſuit Adria. Turneb. aduerſ. li. 3. c. 18. vbi inquit: Hieronymum libris ſacris prologum antepoſuiſſe, cognomento galeatum: Cum autem Turneb. ex viro clariſſimo Æmato Rançonneto quæreret, id quid eſſet: reſpondiſſe, explicari à Sulpitio Victore, cuius hæc verba ſubſcribit, vulgare (de exordiis loquitur) ſi tale ſit, quale eſſe poſſit in omnib. cauſis, nihil proprium perſonarum aut rerum, de quib. agitur. Quod idem & gleatum à quibuſdam vocatur, quoniam ita commune eſſe poſſit, vt in omnib. cauſis, quemadmodum galea ſeu geleatum omnib. indigis poſſit eſſe commune. Sed & ipſum Hieron. id ſatis explicare cum ita ſcribit, hic prologus ſcripturarum quaſi galeatũ principium omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum conuenire poteſt. Intelligere enim hoc principium tanquam omnium librorum communem eſſe galeam communeque prooemium, vt galeatum præſidium omnium commune ſit, & galeati omne arneantur. Hæc Turneb. loco ſupra allegato.

Galeotæ in Sicilia dicebantur portentorum interpretes, teſte Cicerone, lib. 1. de Diuin. Rub. C. de Mendic. valid 11. indicat tales Spanaldos Goliatas vulgo ab Italis appellari, Spieg. Prat.

Gallicana lingua, Vlp. in l. fideicomm. 11. in pr. ff. de leg. 3. Fideicommiſſa quocunque ſermone relinqui poſſunt, non ſolum Latina, vel Græca, ſed etiam Punica, vel Gallicana, vel alterius cuiuſcunque gentis lingua, Loquitur autem de vera & antiqua Gallorum lingua: quam doctiſſ. Glareanus multis de cauſis exiſtimat eam eſſe, qua hodie Rhenanus vtitur: qua hodie Francigenæ vtuntur. Romanam eſſe quanquam corruptam, nemini eſt dubium. Punicæ linguæ verba aliquot extant in Pœn. Plauti, quę ipſe mox interpretatur verbis latiorisſi Ioan. Petro Valla interpreti credimus, Sunt qui putant, Gallicanos eos appellari, qui ſint extra Galliam. Vide Suetonium in vita Neronis, Spieg.

Gallus gallinaceus, ſeminar, qui eſt caſtratus: diciturque fortius pugnare cum ſerpente. Vide Scholium in l. 1. C. de iis qui parent. vel lib. occidet Spieg. Cum tali gallo gallinacco, parricida culeo in ſui more maiorum ſolebat leg. 9. ff. de leg. Pomp. de Parricidiis, l. 1. C. de iis qui parent. occid. §. Alia deinde. Inſtit. de public. Iudic. Briſſ.

Gallicinium ſecundum diei ciuilis diuiſionem poſt mediam noctem à gallis cantu dictum eſt: quam tamen interpres in l. non minorem, C. de tranſaction. ſecundum noctis horam intelligit. Spieg. Prat.

Gallinarium, locus in quo gallinæ nutriuntur. Qui curat gallinas Gallinarius. Quod ex gallis eſt, Gallinaceum dicitur. Subſtantiue item pro gallo vſurpari conſtat.

Gallina domeſtica exiguum rei cenſetur. Aut. Vt om. obed. prou. §. hoc conſiderantes, Alber. Spieg.

Gallinarum Iuſtin. duo facit genera: vt aliæ manſuetæ ſint, aliæ autem natura feræ, § gallinarum, 12. de rer. diuiſ. & l. 3. in fi. ff. de acquir. dom. rer. Varro lib 3. de re ruſtica, c. 9. & Columella lib. 8. c. 2. tradunt tria eſſe genera gallinarum. Villaticas nimirum, ſeu cohortales, ruſticas, & Africanas: Villaticas vterque & cohortales appellat, quas alitum vbique, tum in illa videmus: Ruſticas autem eas vocant, quæ non ita manſuetæ ſunt, nec ſine cauea Romæ videntur, nec capiuntur niſi deceptę ab aucupe, & in ſeruitute non fœtant. Cuiuſmodi ſeris gallinis dicitur abundaſſe illa maris Liguſtici inſula, quę dicta inde Gallinaria. Tertium eſt genus Africanarum, ſiue Numidicarum, quas Græci μελεαγρίδας appellant. Bald. tit. de rer. diuiſ. & adquir.

Gallogræcos apud Suidam Buccellarios eſſe: & Gallogræciam Buccellariorum regionem dici, ait Alciat. 3. diſpunct. 20. Goth. ad l. 20. in princ. C. ad leg. Iul. de vi pub. & priuat.

Galos Græce, Latine glos, ſeu viri ſoror. Modeſt. in l. 4. § & quidem viri, 6. ff. de gradib. & adfin. vide infr. Ianatrices.

Gamos, Latine nuptiæ, Inde Monogamus, vnius vxoris vir, Polygamos plurium vxorum maritus, & polygamia, quę iure ciuili prohibita eſt, §. adfinitatis quoque in fin. Inſtit. de nupt. deſcendunt.

Ganea, amica non eſt, vt ſentit gl. in l. non aliter. ff. de vſu & habi. Donatus enim appellat Ganeam meretriciam tabernam, quia ſit in terra, & non vt cœnacula ſuperius Feſtus ſimiliter locum abditum velut ſub terra, dicit antiquos appellaſſe Ganeam, nimirum, quod apud Græcos, γῆ & γαῖα, terram ſignificat, à quibus Ganeam deduci, idem autores intellexerunt. Vnde loca ſignificat vinolentię, gulę libidinique apta: quæ & Ganeonibus nomen indiderunt. Sed & pro gula, & re lauta à bonis autoribus vſurpatur, vt & genialis dies, pro læto: & genialiter viuere, pro molliter & laute, Spieg.

Gangræna morbus eſt, in iecoris, lienis, aliarumque partium corruptela poſitus, Fernel. 2. de abdit. & Gotbofr. ad l. 1 §. 7. de ædil. edict.

Garantigia dicitur præceptũ factum à notario partib. confitentibus, & conſentientibus, vt obſeruent cõtenta in inſtrumento: vt dicit Bald. in l. vlt. col. 2. verſ. & ideo conſuetudo C. de ſponſalib. cum multis aliis concord. Tiraquello pleniſſime collecta in commentariis conſuetudinum d. tit. *de notaires*, §. 1. gloſ. 1. in verb. *car il ſont iuges quant à ce.* Hæc annotauit idem Tiraquell. in tract. de iure conſtituti poſſeſſorij, 3. part. 30. limit. n 43.

Γαργάλοι id eſt, guiguli, vide Goth. ad l. 14 §. 5. ff de ędilit. edict.

Gariophyllum Haud ſcio, an IC. in l. fin. de Publican. numeret inter ſpecies ad vectigal pertinentes: vt quidam putant. Nam Volaterran. ſcribit, quem nunc Gariophyllon vocãt, poſt Plinij tempora à Damaſco in Italiam veniſſe, cũ nec alij mentionẽ eius faciant. Vnde apparet Haloandri lectionẽ eſſe veriorẽ, qui pro Gariophyllo, Folium barbaricũ habet, Spieg. Pr.

Garritum auium percipere, vide gloſſ. in l. 5. C. de malefic. & mathem & 26. q. 5. c. 1. Albert.

Garum falſugo erat ex certis quibuſdã piſcibus puta ſcombro, halece, lacerto, & huiuſmodi: vtebantur autem eo pro ſalſamento, ſiue conditura aliorum ciborũ. Gari meminerũt Poetę multis in locis, Plinius, Apicius, Galenus, cęteri, Vlp. de pen. legat. l. qui penum, &c. Accurſius ſalſamenti genus eſſe dicit, ipſa veritate coactus, ſed quod ſcit, non dicit, Nebr. Vide autẽ Plin. lib. 31. nat. hiſt. c. 7. & poſt eum Maiotagium lib. Miſcell. 2. c. 9. vbi copioſe Iſidor lib. 12. c. 3. Goth. ad l. 1. C. quæ res export. non deb. & ad l. 3. §. 1. ff de pen. leg. adde Cuiac. 9. obſ. 9.

Gaulus inter nauicularias magis, quam paruas naues referendus, vt Bayſius ex Herodoto demonſtrat. Accipiunt item, eodem tradente, pro vaſe, quo paſtores vtuntur ad lac excipiendum, Spieg. Vide Goth. ad l. vinaria vaſa, 206. ff. de verb. ſign.

Gauſapinam penulam, non inter theriſtra, id eſt, æſtiua, ſed hyberna veſtimenta annumerandam, tradit doctiſſimus Bayſius ad ſio. t 15. de re veſt. Spieg.

Gaſtaldia, in tit. de feud. guard. & gaſtald in vſib feud. eſt cuſtodia, vt colligitur ex l. 1. de furt. in leg Longobard. & non multum diſtat caſtaldus ab actore Prat.

Gazam, in num. tantum ſingulari Perſicam vocem eſſe, eaque ſignificari diuitias, id eſt, omne id, quod poſſidemus, Seruius dicit, Hinc

Gazophylacium, gazæ repoſitoriũ, cuius vocabuli frequẽs eſt mentio apud Eccleſiaſticos ſcriptores. Budæus alicubi pro officinis chalcotyporum vſurpauit, Spieg. Apud Athenienſes autem gazophylacium erat locus, vbi ſeruabantur annona & frumentum, vt annotauit Poſtell. c. 27. de mag. Athen.

G E.

Gedrosia, Gebetharat, prouincia. Vide Goth. ad l. 2. §. 1. C. de offic. præfect. vrb.

Gelde vor, Recht nach, noſtrates vulgo ſolent dicere ſignificantes accipiendam eſſe oblatam pecuniam, vel quam reus cõfitetur: & deinde cognoſcendum de iure creditoris, vtrum plus ei debeatur, authore Oldendorpio ICto, Spieg.

Gelu, glaciei nomine continetur. Eſt enim aqua confecta à ſerenitate cœli concreta, author Ariſtot. Spieg.

Gemina, id eſt, duo, quæ ſimilia ſunt, quod magna ſit ſimilitudo geminorum, id eſt, eodem partu editorum Maro: Geminique minantur. In cœlum ſcopuli.

Gemina furor, pro vterina.

Gemina ſuſcipio, vide l 9. C. de malef. & mathem.

Gemina Arbor, l. 10. ff. arb. furt. cęſ. Et apud Virg. æne. li. 6. Briſſ.

Geminata, hoc eſt, repetita verba, voluntatem conſtantem indicant l. baliſta ff. ad Trebell. Bald. in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit. & in procem. Pand. Spieg.

Gemini. Varie hæc vox ponitur: nam modo pro duobus vt apud Poëtam; Sunt geminæ ſomni portæ. Modo pro ſimilibus, vt apud Plaut. in Menæch. Et Gemini ſignificant natos vno partu, & eodem die. Cicer. pro Cluent. Gaius & Lucius Fabricij, fratres gemini fuerunt, Briſſ. Quos alio nomine Gemellos vocant, Virg. Modo namque gemellos, Spem gregis. Nec de duobus tantum dicimus geminos, ſed etiam de pluribus: vt Paulus ICtus in l. antiqui Si pars hæred. pet. dixit. Sed & Tergeminos ſenatores cunctos vidimus Oratios. Vide inſt. Ter enixa mulier Et Budæ. annot. ad d. l antiqui. Spieg.

Gemini tramites, l. 22. §. 14 C. de iur. delibet.

Geminum facinus, l. 4. C. de ſepulch. viol.

Gemma, vocabulum generale comprehendit proprie quæcunque nec oblonga, nec perforata ſunt, Spieg Prat.

Gemmas Pompon. in l. ſi non de aur. & argent. leg. à margaritis diſtinguit: pariter Curtius: ſic vterque Plinius: Apud Seniorem multa de gemmis diſſeruntur, Spieg. Prat.

Gemmas incluſas argento auroque, ait Sab auro argentove cedere ei concedia, cuius maior ſpecies: quod recte expreſſit. Semper enim cum quærimus, quid cui cedat, illud ſpectatur, quod cui rei ornandi cauſa adhibetur, vt acceſſio cedat principali, cedent igitur gemmę phialis, vel lancibus incluſæ auro argentove, Sed in coronis menſarum gemmæ coronis cedent: quod idem in Margaritis. Nam ſi Margaritæ auri ornandi gratia adhibitæ ſunt, auro cedunt: ſi contra aurum margaritis cedit, Pompon. de auro argent. leg. Maſſ.

GEMMAE, ſecundum Pomp. in l. ſi non ſunt, §. vlt. de auro & arg. leg. ſunt perlucidæ materiæ, quas (vt refert Sabin. in lib. ad Vitellium) Seruius lapillis eo diſtinguebat, quod gemmæ eſſent perlucidæ materiæ, velut ſmaragdi, chryſolithi, amethyſti: Lapilli autẽ contrariæ ſuperiorib. naturæ, vt Obſidiani, Vientani. Margaritas autem nec gemmis, nec lapillis contineri ſatis conſtitiſſe, idem Sabinus ait, quia concha apud rubrum mare & creſcit, & coaleſcit. Murrhina autem vaſa in gemmis non eſſe, Caſſius ſcribit, Laurentius Valla in ſuis in Latinam linguam Elegantiis, dicit (pace horum quatuor Iuriſconſultorum) hoc falſum eſſe: & in primis ex Plinij monumentis, qui titulum de gemmis non tranſlucentibus fecit, & murrhina in gemmis enumerat, & omnes lapides pretioſos nomine vno (quod tantum Latina lingua habet) gemmas appellat, præter margaritam. Præterea quis non videt, lapillum quod generale nomen omnium paruorum lapidum, ſed intellectu pretioſorum, idem eſſe quod gemmulam? Nam gemmas etiam accepimus multorum cubitorum inueniri, quas vt lapides, non lapillos appellare poſſumus: ita cum minutæ fuerint, lapillos appellare debemus. Quod ſi hi lapides tam grandes, tranſlucidi ſiue perlucidi non fuerint, quales ſunt imperfecti, quoquid vocabimus eos lapillos? Quid hoc ridiculum magis? quod ſi etiam omnis lapis lucidus gemma eſt, & Parium marmor, quod tranſlucidum eſt, gemma erit. Poſtremo reperimus (inquit Valla) eiuſdem coloris lapides quoſdam permixtim conſtare ex perlucidis, & non perlucidis: & ita permixtos natura, vt non poſſis partim appellare gemmam, partim lapillũ. Curtius li. 8. cum dixiſſet, gemmas margaritaſque mare littoribus infundi: paulò poſt de eiuſdem India ait, Lapilli ex auribus pendent: profecto perlucidi intelligendi ſunt, & iterum lib. 10. de rege Indo: Pendebant (inquit) ex auribus inſignes candore & magnitudine lapilli & Propert.

Littora nativi pellucent picta lapilli.

Margaritam vero, ſiue margaritum, quis negare lapillum poſſit? quæ ſemper eſt puſillus lapis. Equidem candidos illos lapillos ex Indi regis auribus, pendentes, margaritas interpretor. Idem Horat. dum inquit:

Nec magis huic intra niueos viridéſque lapillos.

De margaritis & ſmaragdis intellexit. Et ex his reprobantur opiniones Iureconſultorum ſuperius relatę: Cotta. Adde Forcat. in ſuo Cupidine Iuriſperito c. 51. n. 17. & ſeq.

GEMMIS porro legatis, vaſa gemmea debentur, l. & ſi non ſunt, §. fin. ff. de aur. & arg. ſicut & auro legato, aurea: ſed in aureis illa ratio eſt, quod rurſus igni domita ad priſtinam & rudem auri maſſam facile redeunt: ſecus in marmore, §. illud, ff. de legat. 3. quæ ratio ſuadet, ne vaſa gemmea cedere relictis gemmis oporteat. Cæterum varietatis rationem illam ponendam arbitror inter gẽmas, lapidéſve pretioſos, & alios, quale marmor eſt: quoniam appellationes rerum ex communi vſu exaudiri conuenit maxime in nomine ſuppellectilis, l. Labeo. ff. de ſuppellect. l. legat. ſed conſenſus veterum, & quidem probatiſſimorum, gemmam pro vaſe gemmeo vſurpauit, ſicut & aurum pro vaſe aureo, igitur verborum proprietati ſeruiendum, cui comes eſt teſtantis ſententia, l. non aliter, ff. de leg. 3. Martial. lib. 14. de ampulla potoria loquens:

Hac licet in gemma, quæ ſeruat nomina Coſmi,
Luxurioſe, bibas, ſi foliata ſitis,

Nec eſt alius autor, qui in hoc locutionis genere ſit frequentior, nec tantum in generali gemmæ nomine hoc locum habet, ſed & in ſpeciali cuiuſque. Forcat. in Cupid. Iuriſper. c. 8.

GEMMATA lectos, i. e. gemmis diſtinctos & ornatos, dixit Paul. in l. 3. de ſupell. leg. Spieg. Prat.

GEMONIAE ſcalæ, quæ erãt in Auentino, in decimatertia regione Vrbis, dicebantur ad quas corpora damnatorum tracta præcipitabantur, Quod ſupplicij genus, ſublatis Chriſtianorum perſecutionibus, in deſuetudinem abiiſſe videtur, Spieg.

GENEALOGIA, ſermo de origine generationis.

GENEARCHICA prædia dicuntur in Nouel. 21. quæ princeps & generis auctor familiæ ſuæ reliquerat, ex lege, vt in ea perpetuo manerent, neque ad alios transferri poſſent: vſque eo, vt etiam fœminæ ab iis excluderentur, quod Armeniorum inſtitutum à feudorum ratione non omnino alienum Iuſtinian. ea Nouella ſuſtulit. Eiuſmodi prędia Allodiala vocantur in vſibus feudor. cap. vnic. de allod. Prat. Vide & Cuiac. 8. obſe. 14. prope fin. & Gothofr. in edict. Iuſtin. Imp. 3. c. 1. §. 2.

GENER, maritus eſt filiæ meæ, l. non facile, ff. de grad. affin. continetúrque eius appellatione ſponſus, l. in legibus, ff de Teſtib. & l. ſeruus, de Gradibus. Porrigiturque Generi appellatio ad Progenerum, l. Gallus, §. forſitan. de lib. & poſthum. Præterea habetur filij loco, l. 3. fin. C. de nat. liber. Apud Alciat. legi obſeruatum à Iuſtino lib. 18. generum pro ſororis marito poni. Sicut & Vitichindus in hiſtoria temporum ſuorum vſurpauit, Spieg & Prat.

GENER, inquit Seruius ad illa 2. Æneid. verba, & gener auxiliũ Priamo, dicitur & qui eſt, & qui eſſe vult: ſicut etiam maritus: vnde eſt, Quos ego ſim toties iam dedignata maritos. Item,

Et gener auxilium Priamo, Phrygibuſque ferebat Infelix, qui non ſponſæ præcepta furentis Audierat. Et hoc eſt, quod dicitur in l. 8. ff. de gradibus. Generi appellationẽ etiam ex ſponſalibus contrahi, tametſi cum ad ius diſputatio reuocatur aliud obſeruatur, l. 1. & l. 8. ff. de his qui not. infam. Hotom.

GENERI quoque nomine & neptis, & proneptis tamen ex filio quam filia editarum, ceterarumque mariti continentur, l. 136. ff. de verb. ſign. & hanc in edicto de poſtulando interpretationem faciendam admonuit Vlp. l. 3. de poſtul. In edicto verò de infamia notatis verba hæc, Genero mortuo, de ſolo filiæ viro accipi debent, l. 1. & 8. ff. de iis qui not. infam. Prat. ex Briſſ.

GENERI liberorum loco ſunt, Gothofr. in not. ad l. 3. circa fin. C. de natur. liber.

GENERI & nurus appellatione ſponſus & ſponſa quoque continentur. Item ſoceri & ſocrus appellatione ſponſorum parentes contineri videntur, vt Vlp de grad. Maſſ.

GENERA, pro frugibus ſumi vult Hotom. apud Vlp. l. 8. §. 16. ff. de tranſactio. Sic cui non nummus ad alimenta, ſed frumentum atque oleum, & cætera quæ ad victum neceſſaria ſunt, fuerint relicta, & paulò poſt; Et neque diem neque modum permutauit. ſed tantum genus: vel ex contrario, ſi pactus fuerit, vt in generibus alimenta reciperet, quæ in nummis erant relicta fuiſſent. Prat.

GENERA corporum tria ſunt: Vnum quod continetur vno ſpiritu, & Græce ἡνωμένον vocatur, vt homo tignum, lapis & ſimilia. Alterum, quod ex contingentibus ſe, hoc eſt, ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod συνημμένον vocatur, vt ædificium, nauis, armarium. Tertium, quod ex diſtantibus conſtat: vt corpora plura non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta: veluti populus, legio, grex, author Pompon. in l. rerum miſtura, de vſucap. Spieg.

GENERALE omne obſcurum eſt: vt omne multiplex dubium Bald. in l. 1. C. de ſeru. fugit. Spieg. Prat.

GENERALE delictum, quod Dd. nominatim appellant, intelligit Iuriſconſultus illud, in l. aliud eſt fraus, §. inter mulctam, de verb. ſig. quod certa appellatione plurima eiuſdem naturę crimina complecti poteſt: vt furtum, homicidium, falſum. Spieg.

GENERALIA verba Si hæc adeo generalia ſint, vt citra manifeſtam calumniam reſtringi non poſſunt, verbis ipſis ſtandum eſt, l. plurib. de Acceptil. Spieg.

GENERALIS allegatio quando, vel quando non ſufficiat. not. in c. veſtra de cohab. cler. Prat.

GENERALIS conuentio eſt, cum ſine vlla rerum notatione generaliter res omnes obligantur, quas quis habet aut habiturus eſt, l. 1. & l. & quæ, §. 1. de pign. l. 2. C. eod. tit. Donell. de pignoribus.

GENERALIS confirmatio non confirmat, niſi juſta, Bald. in l. 3. Cod. de precib. Imp. offer. Idem cap. 1. Per, quos fiat inueſt. in vſib. feud. Spieg. Prat.

GENERALIS lex dicitur, quæ omnes ejuſdem qualitatis ſpecies facti ſeu caſus comprehendit, exceptis illicitis & injuſtis. Etenim nihil abſurdius eſſe poteſt, quam legem juſtam ad interpretationẽ injuſtam trahere, arg l. pen. ff. ad exhib. l. ſi poſſeſſor ex hęreditate, ff. de petit. hæred. vel talem caſum, per quem fieret fraus legi, l. cum hi & ibi Bart. ff. de tranſact. Spieg. Prat.

GENERALES actiones dicuntur, quæ competunt ad hoc, quod generale eſt, diuerſas rerum ſpecies, adeoq; totas negotiationes complectens: vti tutela, ſocietas & alia negotia. Quamvis Vlpia. generalem vocet actionem, quæ de pluribus competit: ſpecialem vero, quæ ad vnam duntaxat cauſam pertinet, l. 1. §. item ſciendum, de aqua plu. arcend. Spieg.

GENERALITER dicta generaliter intelligi debent, l. 1. § generaliter, de bon. poſſ contra tabulas, l. 3. juncta gloſſ. de offic. præſid. cum vulgar. comprehenduntque ſingulas ſpecies, h. e. in ſingulis ſpeciebus verificantur, & per ſingulas ſpecies diſtribuuntur, l. ſi chorus, in princip. de legat, 3. vbi dicit textus. Si chorus vel familia legentur, perinde eſſe, ac ſi ſinguli homines eſſent legati, Sic in leg. Mæuius, §. duorum, de legat. 2. qui legat homines, ſub compendio verborum cenſetur ſingulos legaſſe, Spieg.

GENERALITER dicitur, quod etiam indefinite intelligendum eſt, gloſſ. in verb. generali, c. quoniam de conjug. lepros. cap. ſi Romanor. 19. diſt. l. pretio, ff. de publ. in rem actio. Prat.

GENERALIA judicia, veluti tutelæ, negotiorum geſtorum, pro ſocio, l. 38. ff. pro ſocio, Prat.

GENERALI locutione loquentis perſonam exceptam intelligi regulare eſt, c. petitio, extr. de jurejurand. Hæc tamen regula reſtringitur varie. Vide in c. de forma, 22. quæſt. 5. Quandoque loquentis familia continetur. Prat.

GENERALEM locutionem generaliter accipi, regulariter definitur, l. præſidis, 1. ff. de offic. præſid. Diuerſum tamen eſt in variis ſpeciebus, de quibus per And. Alciat. in tract. de verb. ſig. & vide c. ad noſtram, & ibi gl. de jurejur. Prat.

GENERARE, i. e. ſuſcipere liberos, Spadones generare non poſſunt, l. 2. ff. de adopt. Qui vnum teſticulum non habet generare poteſt, l. 6. §. vlt. ff. de ædil. edict. Natura magis in homine

generandi

generandi: & conſuetudo ſpectanda eſt, quam temporale vitium aut valetudo, propter quam abducatur homo à generandi facultate, l. 9. ff. de lib. & poſth. Briſſ.

GENERE quodam, pro ratione & ſpecie, vel quodammodo: vt l. quod ſeruus, 36. ff. de ſtipu. ſeru. Nam & hæc genere quodam donatio eſt, itē in l. Pompo. 44. ff. de acq. rer. dom. Nam genere quodā venandi id erant nacti. Item in l. quorundā 51. ff. de acq. poſſ. Vtrobique animi quodam genere poſſeſſio erit æſtimanda. Sic in l. 10. ff. pro empt. l. 29. qui quæſtum, ff. de adult. Sic eo genere, pro eo modo, ea ratione, in l. 55. de vſucap. Et quaſi genus locari, l. 1. §. ſi quis ſeruum depoſuit. Hot. Prat. Briſſ.

GENTIS voce abutitur Tribon. in §. plebs. Inſtitut. de jur. nat. gent. appellans illud totum, & ſpeciem partem: id quod reſte Apello, primus deprehendit Alciatus. Idem accidit paſſim Ciceroni præſertim vero lib. 1. de Orat. Spieg. Prat.

GENEROSI dicuntur, teſte Raph. Regio, qui à nobilibus genus ducunt. Senecæ eſt generoſus, ad virtutem bene à natura compoſitus. Hoc vnum, inquit, eſt intuendum. Alioqui ſi ad vetera re reuocat, nemo non inde eſt, ante quod nihil eſt. A primo mundi ortu vſque in hoc tempus perduxit non ex ſplendidis, ſordidiſq; alternata ſeries. Non facit nobilem, atrium, plenum fumoſis imaginibus: Nemo in noſtrā gloriam vixit, nec quod ante nos fuit noſtrum eſt. Animus facit nobilem, qui ex quacunque conditione ſupra fortunam licet ſurgere. Spieg.

GENESIS eſt, quam alij genituram, Cic. ſidus natalitiū appellat.

GENETHLIACI dicti Mathematici, qui à natiuitatis die & hora, quos illi Horoſcopos vocant, futura prædicunt. Auguſtini autem temporibus Chaldæi ſic nuncupabantur, ſicuti ſcribit ipſe lib. de doctrina Chriſt. 2. & Confeſſionum 4. & in libel. de natur. Dæmonum. Traditum autem eſt, Genethliacos ex libris, ſi cœleſtium rerum ſcientia præcinere debeant futura, tria impēſiſſimè obſeruari oportere. Primum, horam illam initialem qua ſe in lucem vitalem è bulga matris prompſit infans: vel quiduis aliud, ſuper quo vaticinium concinnandum, ficti ſit cœptum: mox cœli ſtatum, ſyderumq; poſitum, ad illam ipſam horam ſubtiliter applicitum. Poſtremo, quid ejuſmodi ratio cœleſtis ſydereáque meditetur, agát ve, argumentis inertantibus: vt tradit Cœl. Rhod. lect. antiq. lib. 15. c. 10. At eodem authore, li. 24. c. nunc paſſim Aſtrologi, vel Planetarij, vel Mathematici nominantur. Eſt enim Matheſeos duplex ſpecies: Alia quidem quatuor ſub ſe liberales artes complectens: alia verò ſacris conſtitutionibus tanquam quæ cauta minus doceat, prohibita, l. ſi excepta. C. de maleſic. Hanc Alciat. pulchrè declarat in annot. in tres poſteriores lib. Cod. Spieg.

GENIALIS, i. Conjugalis. Genialis thori vindicem maritum eſſe oportet, l. 30. C. ad l. Iul. de adult. Et ita genialis lectus pro nuptiali ponitur apud Cic. pro Cluent. Et Horat. epiſt. lib. 1. Briſſ.

GENICVLVS in quibuſdam feudor. libris dicitur pro generatione ſine gradu generationis, vt lib. 1. tit. 1. § 5. Licet moderno tempore vſque ad ſeptimum geniculum ſit vſurpatum. Idem in Lombard. lib. 2. tit. 1. Omnis parentela in ſeptimum vſque geniculum numeretur. Prat.

GENII dicti, quia nobiſcum gignantur, vel quod genitos tueantur. Hos Martianus Felix præſtites vocat, quod actionibus humanis præſint, omnis verò antiquitas cum Heſiodo hominum cuſtodes credidit ita dictos, quoniam à genitura cuique aſſocientur, quos à Virg. etiam manes appellari autumat Seruius. De iis ſic Ammianus hiſt. lib. 21. Ferunt enim (inquit) Theologi, in lucem editis hominibus cunctis, ſalua firmitate fatali, hujuſmodi quædam velut actus rectura numina ſociari, admodum tamen paucis viſa, quos multiplices auxere virtutes: idque & oracula & authores docuerunt præclari, inter quos eſt etiam Menander Comicus: Cujus jambos, qui deſiderantur apud Ammianum, ex Euſebio de præparatione Euangelica reſtituit Adrianus Iunius lib. animaduerſionum 6. c. 14.

> *Α᾽πανὶ δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ*
>
> *Ε᾽υθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου*, hoc eſt:
>
> *Mortalium cuilibet natus ſimul*
>
> *Vitæ cuſtos rectorque genius jungitur.*

Conſtat autem apud omnes fermè duos vnumquemque genios, vt vulgò aiunt, angelos habere, vitæ ſuæ cuſtodes, alterum bonum, alterum malum. Vide c. 2. quod eſt de Templ. & Lucis, in Tabul. 12. Vlp. de jurejur. in l. ſi duo patroni. §. vbi ſi quis, ait, in re pecuniaria per genium principis peierauerit. Tertullianus item in Apolo. c. 28. Citius denique inquit, apud vos per omnes deos, quàm per vnum genium peierant. Et in eodem loco, c. 35. Atque adeo omnes illi ſub ipſa vſque impietatis eruptione, & ſacra faciebant pro ſalute Imperatoris, & genium ejus deierabant, alij foris, alij intus. Ita denique idem Tertullia. in lib. ad Scapulam. Sed iidem ipſi, qui per genios eorum in pridie vſque jurauerant. Teſtis eſt Alex. Neapol. c. 10. lib. 5. Per ſalutem & genium principis dierare, longè præſtantiſſimum juſiurandum haberi cœptum, cui nulla vi, nulloque imperio contraire fas erat. Quod Tiberius Cæſar de ſe præſtari vetuit. Quod etiam de Nerone proditur. D. Rhenanus ab hac per genios Cæſarum deierandi conſuetudine exiſtimat natum, poſtea apud Chriſtianos Principes, vt per ſalutem Regis aut liberorum ejus juraretur, quod tamen in legib. Francorum ſeuerè prohibitum conſtat. Cæterum Budæus lib. 1. de contemptu rerum fortuitarum ſcribit, genium pro vi naturæ atque pro ingenio vſurpari ab Antiſtitibus eruditionis noſtræ ætatis, licet non diſſimulet è vetuſtis quoque Theologis extitiſſe, qui binos ſingulis quibuſque, jam inde à natali die, adeſſe angelos affirmarent, bonum alterum, alterum malum: illum tuendæ vitæ propugnandæque ſalutis, hunc dinexandi cauſa additum. Qua de re Origenes aliquoties, & in l. Lucam, & in tertio *περὶ ἀρχῶν*, neſcio quem de paſtoribus librum aut quem Barnabam citat. Sed hæc forſitan ille veteres Philoſophos ſecutus, qui ſimilia quædam de geniis, quos Dæmones vocitabant, memoriæ ac literis prodidere: vnde de genio malo Bruti in ejuſdem vita Plutarchus: de bono Socratis Plato. Vt autem bonus genius rectè *ἀγαθοδαίμων* Græcis dicitur, ſic iidem malum *Α᾽λάστορα* vocant: quo nomine vocamus eos, Eraſmo teſte, quibus incommodorum noſtrorum maximam partem acceptam ferimus. Spieg.

GENITALIS feritas, i. genuina, natiua. Inſtin. in Inſtit. ſi quadrupaup. fec. Cæterum, inquit, ſi genitalis ſit feritas, ceſſat actio. Prat. Sic genitalis patria, in l. 11. Cod. de oper. publ. & genitalis ſtatus, in l. 4. C. de præſcriptionib. 30. annorum.

GENITALE ſolum, pro natali, l. 1. ff. de inquilin. & colon. l. 1. de falſ. mon. l. 7. de metal. & metallar. Briſſ.

GENITIVOS pro ablatiuis non rarò ICti ponunt, l. 4. § 1. ff. de adopt. plenæ pubertatis pro plena, l. 11. fin. ff. de euict. noxæ ſolutum, pro noxa pœnæ adficere, pro pœnæ, l. 13. ff. de ſicariis, contentus patris, pro parte, l. 57. §. nuptura, de leg. 3. Tutelæ liberati l. 50. ff. eod. Plus quartæ, l. 21. §. quod vulgo in fin. ff. ad l. Falcid. Mortis cauſæ tacitam, l. 15. ff. de manumiſſ. Bonæ fidei pro bona, l. 95. §. quod vulgo. ff. de ſolut. Super pecuniæ, l. 55. ff. de verb. ſign. Prat. ex Briſſ.

GENITIVO dominium & proprietatem ſignificari liquet ex leg. locum ff. de religioſ. c. quia Gu. ext. de jud. vide Bart. & alios in rub. ff. de oper. no. nunt. Aliquando tamen nudam detentationem ſonat, gl. in l. 2. de orig. jur. Prat.

GENITOR, i. pater l. 7. de donat. in C. Theod.

GENITVM pro gignitur, l. 17. §. 1. ff. de legat. 1. l. 13. §. vlt. ff. de reb. dub.

GENO, pro gigno Vlp. l. 17. §. 1. ff. de legat. & fid. primo: Si qua filia mihi genitur, et hæres meus centum dato. Idem l. 13. §. vlt. ff. de reb. dub. Si quis mihi filius aut filia genitur, hæres mihi eſto. Priſcian. lib. 10. Gigno genui pro quo Geno vetuſtiſſimi protulerunt. Varro in Andabata. Sed quod hæc loca aliquid genunt. Idem lib. de re ruſti. 1. c. 40. Quædam n. ad genendum. Hot. Prat.

GENTES ſunt, quæ à ſatrapis reguntur, nec prouinciæ formam habent, de quib. in l. vlt. C. de temp. appell. ſiquidem vt eſt in libris ſcriptis, ita in ea legatur: Armenus vel gētibus: & l. vlt. C. de offic. mag. mil. quæ eis reſtituenda eſt etiam in hūc modum: & gentes Anzitenam videlicet, Ingilenam, Aſthianenam, Sophenam, Sophanenam, in qua eſt Martyropolis, & quæ ſequuntur. Cujac. ad conſtitut. ff. Iuſtiniani de confirmat. Iuſtit.

GENS & genus ſi vim ac naturam verborum ſpectemus, idem valent, neque quicquam differunt: vtrumque ab antiquo verbo Geno ductum videtur. Quod autem in l. 1. ff. de probat. ita legatur: Cùm quæritur, gentem vel genus quis haberet, nec ne: in eo particulam VEL pro SIVE poſitam arbitror: nam Vlpiani tempore differentiam obſeruatam aliquam fuiſſe, mihi non fit veriſimile. Itaque qua ſententia ſcripſit Liuius lib. 38. P. Scipio Naſica orationem habuit plenam veris decoribus, non communiter Corneliæ gentis, ſed propriæ familiæ ſuæ: eadem ſententia Cicer. in Bruto ita loquutus eſt, Funebres orationes ipſæ familiæ quaſi ornamenta ſeruabant ad vſum, ſi quis ejuſdem generis occidiſſet. Et Suet. in Galba: Imagines vniuerſi generis exequi longum eſt: familiæ breuiter attingam. Quib. ex locis intelligi poteſt, Gentis & Generis nomina promiſcuè vſurpari. Quod ſi non verborum naturam, ſed antiquiſſimum priſcorum Romanorum vſum, cujus his in reb. ſumma poteſtas eſt, conſideremus: differētiam fortaſſe aliquā reperiemus: vt Gens ad patritios propriè: Genus autem generaliter quidē & ad illos, & ad plebeios, ſpeciatim verò ad hos duntaxat pertineat: vnde illud P. Decij apud Liuium. Semper iſta audita ſunt, eadem, vos ſolos gentē habere. Et illud Cic. in 1. de Orat. Cum Marcelli à liberti filio, ſtirps, Claudij patritij ejuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediiſſe dicerent. Indidem quoque patres majorum, &c. minorū gentium appellati ſunt, qui à Romulo, & Tarquinio Priſco è patriciorum numero lecti in ſenatum fuerant: quemadmodum Liu. lib. 1. teſtatur.

GENS dicitur quaſi genus, à quo & nomen ſibi fecit abſtractione u literæ. Differunt tamen inter ſe, quod ſtirpem & originem genus ſignificat, Gens quaſi generum & originum quandam multitudinem.

GENS & familia differunt, quod gens ad nomen, familia ad cognomen refertur: itaque illa tanquam totum continere vide-

tur, hæc quodammodo partem: & quod intereſt inter gentem & familiã, idem intereſt inter genus & ſtirpem. Prat. ex Hot.

GENS & Natio, inquit Cornel. Fronto, ſic differunt: Natio ſolum patriam quærit: Gens ſeriem majorum. Hinc Cicer. in Orat. pro Sexto: Vſus me abſente defluxit, qui cognomen ſibi ex Æliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis ejus eſſe, quàm juris videretur. Prat.

GENTILES dicti, vt opinor, propriè patritij inter ſe, qui eodem ex genere prognati eſſent: vnde etiam Gentilitia ſacra, & Gentilitia ſepulchra. Hotom.

GENTILES Accurſius pro cognatis accipi exiſtimauit, nullo authore: Sunt autem, ex definitione Qu. Mutij, in Topicis Cic. Gentiles, qui eodem inter ſe nomine ſunt, & qui ab ingenuis oriundi ſunt, & quorum majorum nemo ſeruitutẽ ſeruiuit, & qui capite minuti non ſunt. Sed huic ſententiæ repugnat, quod etiam in ſeruis jura gentilitatia fuiſſe ſentit Pli. c. 1 li. 33. Niſi olim hæc fuiſſe arbitremur, & ante XII. Tab Leg. Itaq; Gentiles propriè dictos Roman. patritios inter ſe, ex gentilitio jure, quod eis tantùm competebat: nempe, vt excluſo fiſco, cujuſlibet cognominis ſui hæreditatem gentilitio jure ad ſe traherent, annotauit Alciatus, vt & illud loco jam citato. Gentem ſc. nihil ad ſanguinis vinculum pertinuiſſe: genus verò, vel ſtirpem pertinuiſſe. Sed & Gentilium aliam in jure interpretationem fuiſſe, indicat: nempe vt quemlibet ſignificet Rõmano imperio non ſubjectum: quia non Lege ciuili, ſed jure Gentium viuit: quo fit, vt perinde ſit, cùm Gentilem dicimus, ac ſi Barbarum. Spieg.

GENTILES etiam dicuntur, qui ſine lege viuunt, & needum crediderunt: dicti, quia ſunt vt geniti fuerunt, i. ſub peccato, idolis ſeruientes: qui Græcè Ethnici dicuntur. Briſſ.

GENTILES à Græcis ὁ ἐθνικὸς dicitur, & ἐθνικοὶ, qui ejuſdẽ gentis eſſe aſſeritur. Sed & τὸ ἔθνος Ariſtoteles in primo τῶν περὶ φύσεως poſuit pro ordine & ſocietate, & genere hominum ſeu natione, ſicut etiam annotauit Budæus in Commentariis linguæ Græcæ. Vnde fit, vt Græcorum imitatione gentem pro eodem ſignificato vſurpemus. Sed propriè Gentiles (vt diximus) ſunt, quorum nunquam majores ſeruitutem ſeruierunt. Qua ratione noſtrates lingua vernacula nõ temerè (inquit Budæus in annot.) Gentiles homines vocant eos, qui ab ortu nobiles ſunt: & ex natiuitate, quaſi ingenuos (ait) ab origine gentis, &c. Brechæus l. ſæpe ita compertum eſt, ff. de verb. & rer. ſign.

GENTILITIVM dicitur, quod ex genere ſiue familia eſt, vt Gentilitia nomina, quæ originem gentis vel familiæ declarant. Spieg. Maius: & Gentilitia inſignia; quæ Arma volgo vocantur, quaſi armis militiáque quæſita, ſucceſſere in locum: vt Bud. rectè exiſtimare videtur, majorum imaginum, vnde præcipuè generis nobilitas accipiebatur.

GENTILITIVM jus erat, quod Patriciis competebat, vt liceret eis vindicare hæreditatem cujuſlibet, qui habuiſſet idem cognomen, quocunque gradu conſanguinitatis, excluſo fiſco. Quemadmodum nunc dicimus habere aliquos idem jus nobilitatis & ſuccedendi in beneficiis militaribus, quia habent idem nomen, eademque inſignia. Prat.

GENTILITAS eſt juris ciuilis, refertúrque ad agnationis vetuſtatem, ab ipſa agnatione differens ſola generis antiquitate: nam agnationem longius quàm à patre ſumere non neceſſe eſt, tùm gentilitas ab auo petenda ſit. Connan. commen. lib. 2. c. 11. n. 1. Baldvin. comment. tit. inſt. 12. tab. c. 10.

GENTILITAS nobilium fuit, ſcil. eorum, qui ſui generis imagines proferre poterant. Imaginibus enim ob inſignem virtutem & rerum præclarè geſtarum decora donari ſolebant. Qua ratione antiquiſſimum generis ſtemma, famoſas imagines, Cicer. vocat in Piſo. Contra qui nullis majorum imaginibus & nobilitate commendabantur, hi Terræ filij, à ſeſe orti, & noui homines nuncupabantur: quemadmodum Cic. de leg. Agraria loquens ſeipſum appellat nouum hominem. Id quod magna laude contingebat, ſi quis virtute faceret ſe nobilem, ac imaginib. donandis dignum. Quare Tranquil, in Veſp. Flauia gens, inquit, obſcura illa quidem, ac ſine vllis majorum imaginib. ſed tamen Reip. nequaquam pœnitenda. Accedebat & hoc eis primis ad nobilitatis commendationem, quod gentiles ab ingenuis (vt ait Cic. in Topic.) oriundi erant, quorum majorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, qui capite non fuerunt deminuti, vt à libertis, vel adſcriptitiis, vel alia cõditione obnoxiis diſtinguerentur. Hæc non ſunt contemnenda quoniam & noſtri tẽporis gẽtiles ſeu nobiles (vt vulgo dicimus) cum agnationis jure controuertunt de feudis inter ſe vel cum domino, *den Lehenherren*, non habent ferè digniora probandi argumenta, ad oſtẽdendam gentem ſuam, quam ea, quæ ex imaginibus, ac cognomine mutuantur, vt cùm dicunt; *Vvir haben ein Schildt vnd Helm.* Nunc, o. pro imaginibus inſignia gentilia habemus, eadem tamen ſignificatione, qua olim. Verum nonnulli famoſis imaginibus majorum ſuorũ diſſimiles planè ſunt. Gentilitas autem non pertinebat ad vinculum ſanguinis, ſed ad jus quoddam patritiis proprium. Reliqua promiſcuè de patritiis & plebeis dicebantur. Cic. erat enim, inquit duplex Claudiorum familia: altera patritia, altera plebeia nec potentia minor, nec dignitate. Prat.

GENTILITAS, dictum jus, quod inter ſe patritij habebãt: quod ab agnationum jure diuerſum fuiſſe, & à Centumviris diſceptari ſolitum. Cicer. in 1. de Orat. & Topic. teſtatur. Hoc enim Agnati à Gentilibus differebant; primum, quod agnati & de patritiis, & de plebeiis, & vero etiam de libertorum poſteris dicebantur: Gentiles vero de patritiis tantum, aut certe nunquam de libertorum poſteris. Quod tamen impugnans Franciſcus Connanus: Falſum eſt, inquit, quod quidam tradiderunt, gentilitatem patritiorum tantum fuiſſe propriam: imò etiam plebeiis fuit, ſicut & ipſa ingenuitas communis, quod ex hoc vno Suetonij loco facile apparet: Patritia gẽs Claudia (fuit enim & alia plebeia, nec potentia minor, nec dignitate) orta eſt in Regillis. Decepti videntur ex eo fuiſſe, quod ſcribit Liuius Romulum centum Senatores creaſſe, quos majorum gentium: alios item centum conſcripſiſſe, quos minorum gentium appellarunt. Sed hoc nihil vrget, vt concedendum ſit, ſolos patritios gentem habuiſſe: Nec enim iſta eos appellatio ſecernebat à plebeiis, ſed ipſos inter ſe: quod cum omnes ex ingenuis, & qui gentem haberent, ciuibus electi eſſent: tamen quos Romulus crearat, patritium honorem prius in ſuam gentem tranſtulerant, quam ij, quos Brutus poſtea cooptarat. Patritiorum ergo nomen diſtinxit eos à plebe. Majorum vel minorum gentium adjectio, ipſos à ſeipſis: hoc eſt priores patritios à poſterioribus. Gens igitur non patritiorum tantum, ſed omnium fuit modo ingenuorum, & gentiles dicti inter ſe eſſe, qui ejuſdem gentis erant, qui, quoniam eodem nomine appellabantur, vt memoria generis maneret, ideirco gentiles dicuntur, qui ſimilitudine nominis conueniunt. Vt Cicero, Seruium Tullium Regem gẽtilem ſuum vocat, à quo tamen non erat oriundus. Hæc latius Connanus lib. 2. c. 11. n. 1 & 2. Deinde Agnati dicuntur, qui ejuſdem ſunt ſtirpis. Gentiles vero generaliter, qui eodem ex fonte & capite primum manarunt: quamvis ſtirpem, & (vt vulgo loquimur) ramum diuerſum habent: vnde illa inter Claudios patritios, & Claudios Marcellos plebeios controuerſia, cum Marcelli (inquit Cicer.) à liberti filio ſtirpe, Claudij patritij ejuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediiſſe dicerent: nonne in ea cauſa fuit Oratoribus de toto ſtirpis & gentilitatis jure dicendum? Quibus ex verbis patet, idem omnino Stirpem & Agnationem eſſe: quippe cum paulo ante, quam nunc ſtirpem appellant, eam agnationem nominarit: item 11 lib. 2. de legib. Quod in ciuitatibus, agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus: id in rerum natura tanto eſt magnificentius, vt homines deorum agnatione & gente teneantur. Illam autem Claudiorum controuerſiam ſic interpretor: quia cum ejus qui Marcelli alicujus libertus erat, filius inteſtato deceſſiſſet, neque aut filios aut agnatos vllos haberet, agnati patroni demortui vniuerſorum bonorum poſſeſſionem ad ſe pertinere dicebant; Claudij vero patritij in capita eam hæreditatem inter omnes, qui ejuſdem gentis eſſent, diuidendam eſſe contendebant, vt ipſi quoque in partem venirent: propterea quod Marcelli nihilo magis quam ipſi, ejus qui mortuus erat, agnati eſſent. Scriptum autem in XII. Tabul. fuiſſe, Si paterfamilias moritur, familia pecuniaque ejus agnatorum gentiliumque eſto. Gentiles enim eos ex illa Scæuolæ definitione interpretabantur, qui eodem nomine eſſent. Hoto.

GENTIVM IVS eſt, quo gentes humanæ vtuntur: quod à naturali recedere facile intelligere licet: Quia illud omnibus animalibus: hoc ſolis hominibus inter ſe commune eſt, l. 1. §. vltim. ff. de juſtit. & jur. Quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, l. 9 ff. eod. Quod commune eſt omnibus hominibus: Quod ratione naturali inter omnes homines peræque ſeruatur: Quod cum ipſo genere humano proditum eſt, l. 1. ff. de acq. rer. dom. Briſſ.

GENUS appellatum eſſe vniuſcujuſque generationis principiũ, conſtat, vt ſi dicamus, Titium à Sempronio, genus habere. Ad hujus itaque ſimilitudinem dictum eſt genus, quod de pluribus ſpecie differentibus in eo: quod quid eſt, prædicatur: vt animal, corpus, actio, poſſeſſio. Sicut enim auus eſt principium multis procreatis, qui continentur vno nomine: Ita genus eſt principium ſuis ſpeciebus, quas vno verbo comprehendit, & addita differentia, ſic conſtituit, quomodo æs accepta forma tranſit in ſtatuam, vel in alium rem. Vt ecce: ſi dicas, animal eſt, non intelligitur, an hominem vel equum aſſerere volueris. Genus enim eſt, & vtrumque cum pluribus aliis ſpeciebus complectitur. Verum ſi differentiam addas, puta rationem, facies ſpeciem: veluti animal rationale. Ad dignoſcendum autem, vtrum id, quod proponitur, genus, an vero ſpecies ſit, ſemper reſpice, an de pluribus dici poſſit. Deinde, an horum plurium ſingula rurſus de multis aliis rectè prædicentur, vel non: tunc enim, ſi plures ſunt gradus, genus eſt: ſi duntaxat vnus ſpecies, quæ de multis indiuiduis & numero differentis prædicatur. Porro indiuiduum vnum tãtum, neq; vlteriorem ſui partitionem admittunt. Sic actio perſonalis habet ſub ſe

actionem ex contractu. Et quoniam hæc actio ex contractu rurſus de multis aliis dici poteſt: agnoſcis etiam perſonalem eſſe genus. Verum actio ex contractu indiuidua ſub ſe continet, quæ amplius de nullo prædicari poſſunt: vt eſt actio ex contractu Caij, actio ex contractu Titij, &c. Quam naturam generis & ſpeciei oſtendit Iuriſconſ. in l. 2. in pr. ff. ſi cert. pet. Hotom. Prat. De hoc vide etiam Taboëtium in Topico militiæ for. & legal. diſcipl.

GENERA dicimus quæ communi quadam ratione comprehenduntur, veluti, homo eſt genus ſingulorum hominum: ſinguli autem homines ſunt ſpecies, quæ ſub eo genere continentur, veluti Stichus & Pamphilus. Has ipſe etiam Ariſtoteles vocat ἔσχατα εἴδη: illa autem [Greek] Genus non diuiditur, niſi numero, veluti cùm generaliter dicimus decem homines, centum homines: ſpecies veluti Stichus, diuiditur in partes pro indiuiſo non pro diuiſo: nam ſi Stichum diuidas in partes pro diuiſo, perdas. Partes illæ pro indiuiſo intellectu juris conſtituuntur, partes pro diuiſo corpore & facto ipſo, l. 5. ff. de ſtip. ſer. Species etiam diuidi poteſt numero, veluti Stichus in duos Stichos, vel Pamphilus in duos Pamphilos, cùm ſunt plures Stichi vel Pamphili: ſed & tum Stichus pro genere habetur. Cujac. ad l. 54. ff. de verb. oblig.

GENUS id ICti appellant, quod Dialectici ſecundam ſubſtantiam, i. (vt ait Ariſtoteles) id quod de ſubjecto dicitur, nec tamen in eo ineſt: veluti equus, homo: hinc ſtipulatio, vel legatum generis. Singulas verò res intelligimus, quas Dialectici indiuiduas, Iuriſconſulti ſpecies vocant, l. cum res, de leg. 1. Species enim ſenſu, genus notione percipitur: ſpecies cerni tangique poteſt, genus non poteſt. Species ſunt, de quibus res contrahi dicuntur, quæ abalienantur, quæ præſtantur: genera autē ſolui & præſtari non poſſunt. Inutiliter itaq; fundus generaliter legatur, l. cùm poſt, §. gener. ff. de jur. dot. l. ita ſtipulatus, 115. de verb. obligat. Quod cùm ita ſit, videri poſſit Paulus in l. 2. ff. ſi cert. pet. impropriè & audaci locutione dixiſſe, eas res quibus mutuum conſtat, functionem, id eſt, ſolutionem recipere in genere potius, quàm in ſpecie: genus enim, quod ſola intelligentia conſtat, ſolui non poteſt, vt diximus. Prat.

GENERIS propinquitas duplex eſt, quædam naturalis, altera ciuilis, & vtraque adhuc tripartita eſt. Naturalis hæ ſunt ſpecies, cognatio, agnatio, affinitas. Ciuilis autem iſtæ, adoptio, arrogatio, pontificia cognatio, quam ſpiritualem vocant. De vnaquaque ſpecie, vide in propria ejus claſſe, & Connanum lib. 8. c. 5. n. 1.

GENUINA pietas: quam corruptè legatur in vulgatis codicibus geminos, pro inſita, ſiue ingenita patris in filium affectione, vique amoris vſurpatur ab Vlpiano in l. 5. de lib. hom. exhib. Vnde ſcholium interpreti, alioqui ineptum huc minime pertinet. Nam ex eo liquet, ipſum non intellexiſſe, quid verè pietas, quid item officium ſignificent. Certè affectum nullum paternum vincere, jure noſtro euidentiſſimum eſt. Hanc lectionem etiam probat Alciatus in parergis, vt & Norica, & Pandect. Flor. Indicátque Alciatus hanc vocem genuinam apud Ciceronem duobus locis hoc ſenſu legi: in oratione in L. Piſon. & in partitionibus Orat. Spieg. Prat.

GEOMETRA l. 1. ff. de excuſat. Sen. epiſt. 88. metiri me geometres doces latifundia. Briſſ.

GEOMETRIA dicitur eſſe triplex. Pars enim quædam geometriæ ὀπτικὴ appellatur, quæ ad oculos pertinet. Pars altera, quæ ad aures κανονικὴ vocatur, qua Muſici in fundamento artis ſuæ vtuntur. Vtraque harum ſpatiis & interuallis linearum & ratione numerorum conſtat. ὀπτικὴ facit multa demiranda id genus, vt in ſpeculo vno imagines vnius rei plures appareant. Item vt ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginet, aliorſum tranſlatum faciat imagines. Item ſi rectius ſpeculum ſpectes, imago fiat tua ejuſmodi, vt caput deorſum videatur, pedes ſurſum. Reddit etiam cauſas ea diſciplina, cur iſtæ quoque viſiones fallant, vt quæ in aqua conſpicimus, majora ad oculos fiant: quæ procul ab oculis ſunt minora. Κανονικὴ autem longitudines & altitudines vocis emetitur, longior menſura vocis ῥυθμὸς dicitur, altior μέλος. Eſt & alia ſpecies κανονικῆς, quæ appellatur μετρική, per quam ſyllabarum longarum & breuium & mediocrium junctura, & modus congruens cum principiis geometriæ aurium menſura examinatur. Sed hæc (inquit M. Varro) aut omnino non diſcimus, aut prius deſiſtimus quam nos intelligamus, cur diſcenda ſint. Voluptas autem, inquit, vel vtilitas talium diſciplinarum in poſt principiis exiſtit, cum perfectæ abſolutæque ſunt, in principiis verò ipſis ineptæ & inſuaues videntur. Gel. lib. 16. c. 18.

Γεωργοὶ, coloni, ſiue capite cenſiti, adſcriptitij, Iulian. ad Nou. 17. n. 82. Gothofr. ead. Nou. c. 14.

GERARIA. Gerariæ appellatione venit nauis oneraria: item, infantium gerula, vt annotauit Turneb. aduerſar. lib. 7. c. 6.

GERERE verbum polyſemum eſt, & primum facere ſignificat. Inter geſtum tamen & factum ſubtilis quædam differentia ſtatuitur, l. decimanona, in fin. ff. de verborum ſignificationibus, l. 1. ff. de curat. bon. dan. qua tamen neglecta geſtum & factum pro eodem ponimus, l. 58. ff. de verb. ſign. Et ita geſtum latiſſimè accipitur in l. 2. §. geſtum, ff. ad municipal. In edicto autem de minorib. verba hæc. QVOD CVM MINORE QVAM XXV. ANNORVM NATV GESTVM ERIT. Vlpianus in l. 7. vbi & Cuja. ff de minoribus, ſic interpretatur, vt GESTVM accipiatur qualiter qualiter, ſiue contractus ſit, ſiue quid aliud contigit: proinde ſiue emit, ſiue vendidit, ſiue ſocietatē coiit, ſiue ſoluta ei pecunia, & eam perdidit. Inde ei ſuccurretur: ad cujus legis quæſtionem d. l. 19. pertinuiſſe inſcriptionum ſimilitudo docet. Sed & hæc edicti. Quæ fraudationis cauſa geſta erunt, verbis, quæcunque in fraudem creditorum fecerit quis, continentur, ſiue alienauerit de ſuo ſiue liberationem debitoribus præſtiterit, l. 1. ff. quæ in fraud. cred. geſtáque accipimus non ſolum ea, quæ contrahens geſſerit, verum etiam ſi fortè data opera ad judicium non adfuit, vel litem mori paſſus eſt, vel à debitore, vt tempore liberaretur, petere deſiit, vel vſumfructum, aut ſeruitutem amiſit, & omnino qui aliquid fecit, vt deſinat habere quod habet, edicto continetur, l. 3. §. 1. ff quæ in fraud. cred. Atque ex his planum fit, verbum Geſſerunt ad teſtandi jus non pertinere, l. 20. ff. de verb. ſign. Dicitur autem Negotium geri actu quodam ad comparandam obligationem interpoſito, l. 13. ff. de cond. Indeb l. 1. § qui mortis. ff. de donat. l. 17. §. ſicut ff. commod. Itaque ex negotio geſto, hoc eſt, ex contractu vel quaſi, l. 1. §. cum ſeruus, ff de his qui dejecer. l. vlt. ff. de aleæ luſu. Nam negotium geri & contrahi pro eodem noſtri auctores vſurpant. Briſſ.

GERERE etiā adminiſtrare ſignificat. Itaque Gerere Remp. in l. 11. ff de vſur. l. 5. ff. de leg. lib. 3. Gerere ciuiles honores, in l. 11. C. de liber. cauſ. Gerere bona, in l. 19. ff. de pecul. lega. Gerere patrimonium, l. 6. C. ad Velleia. Gerere rationem, l. 13. §. hæc quæſtio, ff. de manumiſ. teſtam. Gerere negotia, tot. tit. de neg. geſt. id eſt, res abſentis curare. Itaque negotia geſſiſſe, pro codicem accepti & expenſi conſcripſiſſe dixit Paul. in l. quædam ff. de eden. Geſſiſſe tutelam videtur tutor omnino, ſi quid pupillare attigit, etiamſi modicum, l. 5. § geſſiſſe, ff. de admin. tut. Geſſiſſe quoque intelligitur & qui per alium tutelam geſſit, quiq; alij gerendam tutelam mandauit, ſed & qui ſatis à contutore accepit rem ſaluam pupillo futuram eique permiſit adminiſtrationem totius tutelæ, d. l. 5. § quòd ſi quis, & l. 56. ff. de adm. tut. Sic gerentes pupillares, in l. 4. C. de confir. tut. Briſſ.

GERERE Inde ſella geſtoria, *Ein Tragſeſſel.* Cujus in jure ſit mentio: Geſtamen militare: Geſtamen prætorium, quod milites, vel prætores gererent. Réſque tam forenſes, quàm extrajudiciales complectitur: vt patet tot. tit. de neg. geſt. & l. Velleia, §. geſtis, ff quæ in fraud. cred. & l. geſt. de re judic. Old.

GERERE, pro adſerere, exiſtimare, *Erzeigen.* Gerit ſe pro ciue, h. e. jure ciuitatis vtitur, & talem ſe exhibet. Gerit ſe pro hærede, adſerit ſe hæredem, etiamſi non ſit, l. pro hærede, ff. de acquir. her. § pro hærede autem. Inſtit. de heredum qual. & differ. Eleganter ſcribit Iuſtinianus, Pro hærede gerere, non tam facti quàm animi eſſe. Old. Prat.

GERERE pro hærede videtur, qui bonorum poſſeſſionem agnoſcit. Goth. ad l. 22. C. de jur. delib. Item pro hærede gerere dicitur, qui animo agnoſcit ſucceſſionem, licet nihil attingat hæreditarium, l. gerit, ff. de acqui. hæred. Exempla ſubjiciam: veluti, ſi quis res hæreditarias vendiderit, creditoribus pecuniam diſſoluerit, prædia coluerit, vel inhabitarit, vel locarit, & dubium ſit vtrum fecerit tanquam hæres, an vt extraneus, vel inquilinus, vel animo gerendi negotium alterius hæredis: nam hæc omnia argumenta ſunt gerere ſe aliquem pro hærede, niſi contrarium probetur, l. Iulianus, §. ſi ſeruum, ff. de acquir. hæred. l. 2. Cod. de poſthum. hæred. inſtit. item ſi quis vna cum filio hæres erat inſtitutus, & filium adire juſſit: at ſi pater prius adiiſſet, neceſſe eſt vt poſtea filium adire jubeat, l. ſi ergo, leg. ſeruus, l. ſi ex ſua, ff. eod. præterea ſi quis bonis ſe patris abſtinuit, per interpoſitam perſonam patris bona mercatus ſit: videtur enim per ſimulationem repudiaſſe, ob eamque cauſam à creditoribus conuenitur, non minus, quàm ſi bonis ſe paternis immiſcuiſſet, l. ſi is qui bonis, eod. Hotom. Prat.

GERERE pro hærede non videtur, qui hæres inſtitutus prohibetur ab eo, qui vna inſtitutus, jam hæreditatem adiit: quíve tabulas, rationes, vel literas mortui, vnde ſcire poſſet, an ſibi adeunda eſſet hæreditas, inſpicere prohibetur, l. qui hæres 29. ff. de acq. hær.

GERERE non pro hærede dicitur, qui ea geſſit, quæ propria hæredis non ſunt: veluti ſi egit ſepulchri violati, vel pecuniam à ſtatulibero implendæ conditionis cauſa accepit, cum haberet cohæredem: etenim ſi hæredem haberet, pro hærede geſſiſſe videretur: quoniā aliter hæreditas valere non poſſet pro cujus implenda conditione pecuniam accepit. Cùm enim pecuniam acceperit, videtur hæres eſſe voluiſſe, l. pro hærede, §. Papin. & §. vlt. ff. de acqu. hæred. Eadem ratio eſt ſi quis è liberis mortuum intulit in ſepulchrum hæreditarium, d. leg. pro hærede, & leg. ſi quis non quaſi, item ſi à parentis liberto vel alimenta, vel operas petierit, quæ ad hæredem extraneum non pertinent: vt quia defuncti operas libertis ſuis ſtipulatus erat: nam

Digitized by Google

eas operas, non tanquam extranei, ſed tanquam ſui hæredes poſtulant. Hotom.

GERERE pro tutore negotia videtur, qui munere tutoris fungitus iure impuberis: ſiue ſe puret tutorem, ſiue ſcit non eſſe, fingit tamen eſſe. l. 1. §. 1. ff. de eo qui pro tutor.

GESTIO, pro Geſtio. Vlpian. l. 14. ff. de relig. Licet ex hoc ipſo neque pro hærede geſtio, neque aditio præſumitur. Hot.

GERMANIA, dum Romani rerum potirentur, conſtituta erat ſub duobus Præſidibus, author. Macer. l. 3. ff. de off. præſid. Ejus quidem Iuriſconſ. meminerunt, Allemaniæ nuſquam: quod hoc nouum, & forte poſt eos natum, vel potius ignotius, illud vero vſitatius erat. De vtroque vocabulo eleganter diſſerit Rhenanus noſter. A quo tamen in diſputatione de nomine Germaniæ diſſentit Ægydius Tſchudius Glaronenſis, cui verior Strabonis ſententia viſa eſt: germanos ſic dictos exiſtimantis, quod fratres fuerint Gallorum, ob morum conformitatem. At Hubertus Thomas Leodius in Commentatio ſuo mauult cum Cornelio Tacito ex veteribus & recentioribus cum Beato Rhenano, & aliis eruditis noſtratis linguæ peritis ſentire, quam cum Strabone, alioqui grauiſſimo autore: vt videlicet germaniæ vocabulum ſit mere Teutonicum, ab inſigni fortitudine deductum. Nam *Ger Man*, prorſus virilem ſtrenuumque ſignificat, Nec quenquam, inquit Hubertus moueat hic Ægidius Tſchudius, aliam ex Strabone aſſerens germaniæ nominis originem, niſi idem præſtet in Alemannis, Normannis, Marcomannis, & hujuſmodi aliis in *Man* exeuntibus: quæ, quamplurima ſunt, ita vt non poſſit ſingularitas in germaniæ vocabulo allegari, aut ſuſpicari, etſi ſit non parua, aut indiligens Strabonis authoritas. Quis enim audiuit Romanos gentibus nomina impoſuiſſe, & non proprio & communi appellaſſe? Hactenus Huberti verba retulimus. Rhenani opinio placet Alciato, apud quem extat de germania perquam elegans cap. lib. Parergon. 10. Albericus ſuos ille ſecutus authores, à germine deducit germaniam, candide ei generis nobilitatem adſerens præ cæteris nationibus. Porro ſi quis hodie voluerit totius germaniæ ſtatum diuidere, commode id fecerit, authore Oldendorphio, Romanorum exemplo, qui tres gradus faciebant in Vrbe, ſcilicet, Senatorium, Equeſtrem, & Plebeium. Sic nos dicemus eſſe tres ordines per totam germaniam, videlicet Senatorium, h. e. Principum, Magiſtratuum, Equeſtrem, id eſt, vaſallorum, nobilium, ſiue ruri, ſiue in ciuitatibus: Plebeium hoc eſt, reliquorum ciuium, negotiatorum, opificum, & ruſticorum. Spieg.

GERMANICUS, Druſi Neronis filius ex juniore Anton. Marc. Antonij Triumuiri filia à Tiberio Cæſare patruo adoptatus fuit quod ab Auguſto non alia ratione fuerit adoptatus quam ſi ab eo germanicus adoptaretur, ex Tranquillo. Et Iuſtinianus Imperator libro Inſtit. 1. ſic inquit: D. Auguſt. non antea Tiberium adoptauit, quam is germanicum adoptauerit, vt protinus adoptione facta incipiat germanicus Auguſti nepos eſſe. Accurſius tanquam de perſonis ignotis & obſcuris loquens, quendam nomine Tiberium, & quendam nomine germanicum appellat: qui quaſi non ſit Tiberius, qui ſucceſſit Auguſto in principatu, & germanicus ille, qui præterquam ingenij monumenta, quæ adhuc erant, & præterquam quod Caium Caligulam genuit, & quod quæſturam per quinquennium adminiſtrauit, & quod bis conſul fuit, quique mortuo Auguſto ab omni exercitu Cæſar ſalutaretur, imperium recuſauit, atque de germania triomphauit, vnde illi cognomentum: quique ad Orientem profectus, Armeniæ regem ſuperauit, Cappadociam in prouinciæ formam redegit, atque Antiochiæ obiit, agens ætatis annum quartum & trigeſimum. Nebtiſſ.

GERMANI fratres dicuntur ex vtroque parente: Conſanguinei, ex eodem tantum patre, non etiam matre, §. 2. Inſtit. de ſucceſſ. agnatorum. Vterini contra, ex eadem matre, & duobus parentibus. Spieg.

GERMINA dicuntur virgulta, quæ de radicibus naſcuntur: hinc & germinales arbores apud Paulum in l. diuortio, §. puto, ff. ſolut. matr. Modo proba ſit lectio, quam Alciat. ſequi videtur. Noremberghenſis editio Creminales habet: quæ mihi magis arridet: & vt apparet, nec ipſum Accurſium latuit, ſi orthographiæ peccatum condones. Spieg.

Γέροντες à græcis dicuntur ſenes, quod honore & præmiis adfici debeant, ἀπὸ τοῦ γεραίρειν. Horum tripartitam facit ætatem Galen. lib. 5. de tuenda ſanitate. Primam autem dicit eſſe eorum qui ὠμογέροντες dicuntur, viridi ſenectute præditi: ob idque ciuilia negotia obire potentes, quique conſilio valent. Hæc ſenectutis prima pars ab anno quinquageſimo ad ſexageſimum perducitur. Secunda exordium facit à ſexageſimo, & in ſeptuageſimum extenditur. Tertia, quod reliquum ætatis conficit, atque eorum eſt, qui πέμπελοι dicuntur, ἀπὸ τοῦ εἰς πέμπειν ... ἤδη αὐτοὺς ..., quaſi eorum funebris pompa jam Orco dimittenda ſit. Brechæus leg. pueri appellatio. de verb. & rer. ſign.

GERONTOCOMION, γεροντοκομεῖον, locus curandis ſenibus paratus: γέρων enim ſenex Latine dicitur, & κομέω curo. Locum oportet fuiſſe, quo tenues homines, qui affecta ætate victum ſibi ſuis operis parare amplius non poterant, recipiebantur, & ad reliquum ætatis tempus alebantur. Vtitur Iuſtinian. l. illud. 16. & l. ſancimus. 18. C. de ſacroſ. eccl. Hotom.

GERUNDIA, à gerenda duplici ſignificatione actiua & paſſiua quidam dicta eſſe exiſtimant, quarũ vt participiorũ ſignificatio tota fere ex adjunctorum vi pendet: nam ſi dixero liberos hæredes inſtituendos, vel exhæredandos eſſe, moriendum eſſe omnibus: hic quædã colligitur neceſſitas; at cũ dicimus, Inter nauigandũ multa animo obuerſari pericula, animo occidendi Titium inuaſit, in allegandis legibus judicium & modum adhibendum, in diuidenda hæreditate judicis maxime valere officium: hic nemo dicerit aliquam eſſe neceſſitatem. Proinde recte ſentiunt, qui nihil differre arbitrantur, ſiue titulus inſcribatur, de hæredib. inſtituendis, ſiue de hæredum inſtitutione. Vide Alciat. in rub. C. de edend. Iaſ. & Dd. Inſtitut. de act. item Viglium in rubr. e. Inſt. de hæred. Inſtit. Spieg.

GERUSIA. Quod Senatus Romæ, hoc fermè fuit γερουσία Spartæ, id eſt, Lacedæmone. Ipſa quoque à ſenibus dicta, qui Græce γέροντες dicuntur, quæ vox in nonnullis exemplaribus corrupte legitur in l. archigerontes, C. de epiſc. audient. Spieg. Nomine γερουσίας præterea decem κόσμους apud Cretenſes etiam notauit Ariſt. Illam vocem ex græco in Cicerone Senatum vertit Gaza: Poſtell. c. 30. de magiſt. Athen.

GÆSA, Gallorum proprie tela, ſicut Sariſſæ Macedonum: germanorum frameæ: ſed & fortes viros dici à Gallis geſos, a Seruio annotatum eſt. Geſatas etiam ab iiſdem appellati mercenarios milites Plutarchus auctor eſt, vt annotat Cælius lib. 21. C. 18. lect. antiq.

GESTA gloſ. in l. 2. ff. de cur. bon. dand. ſentit; Acta eſſe judicij, hoc eſt, quæ quoquo modo in judicio fiunt: facta, verbales reſpicere contractus factos extra judicium: Geſta vero, quæ ſine verbis fiunt eſſe cenſenda. Sed hæc merito, Alciatus, inquit, non recipiuntur: cum ex ſubjecto argumento geſtum etiam accipiatur, ſiue ex contractu, ſiue aliter quid factum ſit. ff. de min. vide Cuja. ad l. ait prætor. ff. de minor. 25. anno. Nec dubium eſt, ex communi loquendi vſu, nihil hæc differre: quod Bart. annotauit, l. 2, de offic. proconſ. Cæſar, Spieg.

GESTA fraudationis cauſa quæ dicantur, indicat Vlpian. l. 1. & ſeqq. quæ in fraud. cred.

GESTAM rem, pro actam, Pomponius contra Vallam dixit in l. fin. de his quæ in teſtam. del. Spieg.

GESTANDI jus habere, vide Vlp. in l. plenum, in pr. ff. de vſu & habit. Spieg.

GESTARE dicebantur veteres, cum ſuccollantibus ſeruis valetudinis voluptatiſve cauſa ferebantur, L. 12. ff. de vſu & habitat. l. 7. ff. de manu. vindict. Inde geſtatio, l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam. Plin. lib. 26. c. 3. Quinque res maxime communium auxiliorum, profeſſus: abſtinentiam cibi, fricationem corporis, ambulationem, geſtationem. Geſtationis commoda Seneca epiſt. 15. recenſet his verbis: Geſtatio & corpus concutit, & ſtudio non officit: poſſis legere, poſſis dictare, poſſis loqui, poſſis audire, &c. Prat. ex Briſſ.

GESTATIONES appellantur loci, arboribus denſis opaci, per quos veteres valetudinis cauſa geſtabantur. Vlp. l. 13. §. 4. ff. de vſufru. Et ſi forte voluptatis fuit prædium, viridaria, vel geſtationes, vel deambulationes arboribus infructuoſis opacas atque amœnas habens. Vbi tamen Voluptati, aut, vt aliis in libris Voluptarium legendum puto. Vlpia. l. 12. §. 2. ff. de vſu & habit. Præter habitationem, quam habet, cui vſus datus eſt, deambulandi quoque & geſtandi jus habebit. Et de hac geſtatione locus hic intelligendus eſt apud Imp. §. 5. de oblig. quæ ex delict. Aut ſi quis equum geſtandi cauſa commodatum ſibi longius aliquo duxerit: quod veteres ſcripſerunt de eo, qui in aciem equum perduxiſſet. Hot. vide Plin. lib. 2. epiſt. ad Caninium Ruf. & lib. 2. ad Gallum.

GESTATORIUM, appellamus lecticam ſellamve, ſiue carrucam: denique quodcunque in quo geſtamur, vide Beroald. in comment. ad C. I. Cæſ. vitam apud Tranq. l. Spieg. Adde paulo ante gerere: Inde Sella.

GESTIRE, procupere, in l. 3. C. de inoff. donat. Eſt tamen proprie, lætitiam animi promere cum quodã corporis motu. Spie. Pra.

GESTOR negotiorum ſimilis eſt procuratori: niſi quod mandatam à domino procurationem non habet: ſed amicitia fretus rem adminiſtrat, bonamque fidem agnoſcere debet. Vlp. de neg. geſt. l. 3. ait, prætor ſi quis abſentis negotia geſſerit, judicium eo nomine dabo. Spieg.

GESTORES negotiorum triplicis ſunt differentiæ, videlicet voluntarij, qui vltro abſenti res gerunt. Neceſſarij, qui obligatione officij adminiſtrant, ſicut Curatores. Et quaſi neceſſarij (vt ſic dicam) qui ſuſpicione obligationis inani ad gerendum accedunt. Quales ſunt liberi homines bona fide ſeruientes, quibus aliquid agendum mandatur, l. atqui natura, §. ſi libero. C. de nego. geſt. Inter tutores à patre in teſtamento dari poſthumo, qui interim adminiſtrant, & tandem naſcitur poſthu-

poſthumus, l. cum pater, ff. eod. tit. Item hi, qui ſe procuratores opinantur falſo, aut curatores, quum non ſint, eorumque ſucceſſores, l. 3 §. & ſi furioſi, ff. de negot. geſt. l. curatoris, C. eod. tit. l. quicquid, C. arbitrium. Spieg. Prat.

GESTVM in Rep. municipium, l. 2. ff. ad municip. accipit Hoto. pro pecuniam publicam tractare, ſiue erogandam decernere. Prat.

GESTVS, hujus geſtus, pro negotio geſto, acto, adminiſtrato, apud Vlp. in l. item ſi cui putaui, ff. neg. geſt. cum ait: Nec poſſit, quod alij adquiſitum eſt ipſo geſtu, hoc tuum negotium, videri. Spieg.

G I.

GIBBOSI, qui gibbos habent. Paulus horum meminit in l. 3 de ædilit. edict. In vulgatis codicibus gibberoſi ſcriptum eſt. Quanquam grammaticos ſcio annotaſſe, & gibber, gibbera, gibberum, & gibber, gibberis, & hoc gibbere dici: nos tamen Haloandri editionem refetimus. Spieg.

GIBELLINI, vide Guelphorum.

GIEZI lepra, cujus eſt mentio ceu ſpeciei diræ imprecationis in Nouel. juſiurand. quod præſtar. ſol. Denotat auaritiam parentum inficere prolem: & male adquiſita à majoribus non ſine culpa poſſideri à ſucceſſoribus; vide D. Ambroſium in cap. 4. Euang. ſecundum Lucam. Fuit autem ſeruus Eliſæi prophetæ, de quo lege c. 5. Reg. 4 Prat.

GIGNANDI caſus proprie denotat, proprietatem, l. locum in pr. ff. de relig. & ſumpt. fun. & not. in l. Q. Mutius, de aur. & arg. legat. Tametſi communi loquendi vſu porrigatur etiam ad facultatem, ſeu jus adminiſtrandi, ſeu poſſidendi: ex Alber.

GIGNERE & Parere, factum & operationem quandam impoſtant. Hinc diſpoſitio loquens de filiis ex viro & vxore natis, niſi in veris filiis locum habere poteſt, maxime illis ſuperſtitibus. Qua de re pulchre Bartol. diſſerit in leg. liberorum, de verb. ſign.

GILDONIS meminit l. 9. C. Theod. de pœnis, & Claudianus in lib. de bello Gildonico. Oroſius lib. vlt. l. 16. & 19. Cod. de bon. proſcript. C. Theod. & vide in Notit. ſub diſpoſitione Comit. Rer. priu. per Occidentem. Prat. ex Briſſ.

G L.

GLABRIO, Iſidorus nomen viſi, vide l. mulier quæ dotem, ff. de verb. oblig.

GLADIATORES. Originem & cauſam gladiatorum Capitolinus, genera vero Budæus refert in annot. ad leg. athletas, de iis qui notant. infam. Gladiatores autem dicuntur generaliter omnes, qui gladiis pugnant, etiam diſcendi gratia, antequam in lucem producantur. Etiam ſunt, qui hoc literis tradunt, ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos inter ſe coëuntes, ne in bello armatos hoſtes timerent, aut vulnera & ſanguinē perhorreſcerent. Hinc mos tractus videtur, vt Imperatores ad bellum proficiſcentes, munus darent gladiatorium. Aſt omnino prohibentur in Conſtitut. princ. lib. 11 C. de gladiator. tollend. Idque merito. Cyprianus enim ad Donatum: Paratur, ait, gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet. Anchor.

GLADIATOR, vt Quintilia. declam. 302. definit, eſt, qui in arena, populo ſpectante, pugnat. Cujuſmodi ſpectacula ſublata ſunt, l. vnic. C de gladiat. lib. 10 Nicephor. lib. 7. c. 46. Prat. ex Briſſ.

GLADIATORES, in l. 6. circa medium, ff. de jur. immunit. non ſunt μονομάχοι, qui à laniſtis inſtruebantur, ſed ὁπλομάχοι, id eſt, gladiatorum artifices, Budæus ad dictam l. 6. Lipſius 1. Saturnal. 7. in fin. fatetur in dicta l. 6. gladiatoris vocabulum proprie vſurpari, ſed parum vſitate, Gothofr. in dict. l. 6. circa med.

GLADII inter arma referuntur, l. 41. de verb. ſign. l. 3. §. armis, ff. de vi & vi armat.

GLADII pœna, l. 1. §. quanquam, ff. de abig. cum gladio & enſe in aliquem animaduertitur: quanquam alij gladij pœnam ponunt pro damnatione ludi, vt Cujac. obſeruat lib. 13 cap. 10. Aliud autem eſt gladio, aliud ſecuri animaduerti, vel telo, vel fuſte, l. 7. §. 1. ff. de pœn. Vnde apud Spartia. Antonius ei, qui ſecuri percuſſerat Papinianum, gladio, ait, te meum juſſum exequi oportuit. Briſſ.

Itaque gladij poteſtas ab aliis coërcitionibus ſeparatur, l. 6. ff. de off. procon. ex qua tracta eſt l. 70. ff. de diuerſ. reg. Eſt enim gladij poteſtas jus animaduertendi gladio in facinoroſos homines, l. 3. ff de juriſdict. Et ita gladij jus accipio in l. 6. §. qui vniuerſas, ff. de off. præſid. in qua gladij jus omnes prouinciarum rectores habere ſcribitur, quos deportandi jus non habuiſſe conſtat, l. 6. ff. de interdict. & releg. Sic & in l. 1. ne ſine juſſu princ. in C. Theod. l. 74. de decurionib. in cod. C. Iul. Firmic. lib. 3. Matheſ. c. 5. Facit præpotentes, horribiles duces & quibus maximi committantur exercitus, qui habeant etiam vitæ neciſque auctoritatem, & in magnis adminiſtrationibus juris gladij decernit poteſtatem. Auguſtin. Epiſt. 61. ad Dulcitium Tribunum: Nec enim gladij jus in eos accepiſti. Briſſ.

Ad gladium damnari, in l. 1. in princ. ff. de abigeis, l. 5. §. ſi quis plane 3. ff. de acquir. hæredit. l. 6. §. irritum, ff. de injuſt. rupto, & apud Paulum 5. ſent. tit. 17. dicuntur, qui ad ludum gladiatorium damnantur Capitol. in Macrino: Seruos, qui à dominis fugiſſent, repertos ad gladium ludi deputabant. Briſſ. vide Cujac 13. obſeru 10 & Goth. ad l. 1. in princ.

GLADIVS, non ſimpliciter pro telo vſurpatur ab Vlpiano, finiente in l. 3. de juriſdict. omn jud. merum imperium eſſe, habere gladij poteſtatem, ſed per Rhetoricam denominationem, pro quauis pœna, quæ de reo ex delicto aliquo expetitur. Spieg.

GLADIO puniri, l. 30 in fin. C. ad l. Iul. de adult.

GLADIO vlteriore feriri, vide l. 20. C. de his qui accuſ. non poſſunt.

GLADIO ſepellere, l. 3 C. ad l. Corn. de ſicar.

GLANDARIA ſylua, quæ ſeruatur glandis ferendæ cauſa. Cato author. Spieg.

GLANDEM caducam, quæ ex arbore cecidit, in l. ſyluæ, de verb. ſign. Caius finit: ſed non, vt annotauit Alc. ex ſermonis proprietate: quoniam caducus, non qui cecidit, ſed qui facile caſurus eſt, ruinamque minatur ſignificat. Vnde & Paries caducus Spieg Prat.

GLANDIS autem nomen non tantum ex quercu, ilice, phagove intelligimus, ſed ex omnibus arboribus fructum, l. 1. ff. de gland. leg. l. qui venenum, § fin. ff. de verb ſign. exemplo Græci ſermonis, apud quos omnes arborum fructus ἀκρόδρυα appellantur, nempe à nomine δρῦς, quod quercum ſignificat. Plane ideo glans in ceteros fructus tam diffuſe vſurpata à majoribus eſt, quod ante Cereris immortale beneficium cibus communis fuit. Auſonius.

Olim communis pecori cibus atque homini glans:
Ante quidem campis quam ſtrcea ſuppeteret frux:

Tibullus.

O valeant fruges, ne ſint modo rure puellæ:
Glans alat & priſco more bibantur aquæ.
Glans aluit veteres——

Ouidius in Faſtis:

Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato,
Mutauit glandes vtiliore cibo.

Lucretius lib. 5.

Glandiferas inter curabant corpora quercus.

Heſiod. ἐν ἔργοις ἢ ἡμέραις, de hominibus juſtis loquens:
Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον, οὔρεσι δὲ δρῦς,
Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.

Hic in victum hominum glandes annumerare videtur Claudianus in raptu Proſerpinæ:

Vnde data populis fruges, & glande relicta
Ceſſerit inuentis Dodonia quercus ariſtis.

Virg. 1. Georg.

Liber & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus
Chaon iam pingui glandem mutauit ariſta.

Et de Athenienſibus ita ſcribit Iuſtin. lib. 3 Hiſtoriam: Arare quoque & ſerere frumenta glande veſcentibus primi monſtrauere.

Priſci igitur legum latores glandes hoc potiſſimum honore donarunt, vt in memoriam illius priſci & parci victus, omnium arborum fructus eo nomine cenſerentur, quos prætor l. 1. ff. de gland. leg. inſecutus eſt. Forcatulus in penu juris ciuilis, c. 15 Adde Fr. Balduin. in l. 12. Tabul. c. 16. Hanc autem leg. 12. Tabular. glandem in alienum fundum procidentem colligere fas eſto. Plinius nobis tradidit lib 16. cap. 13. cautum fuiſſe, vt colligere glandem in alienum fundum procidentem liceret. Prætor deinde ſuo edicto præcepit vt tertio quoque die aliquis glandem, quæ ex fundo ſuo in agrum alterius caderet, legere & auferre poſſet. Tit. eſt lib. Pandect. 43. de gland. legend. Riuallus lib. 2. hæc fere omnia. Anch.

GLANDATIO, eſt glandium collectio, & paſtio ſuum ex glandibus. *panage ou glandee.*

GLAREA, terra eſt lapillis permixta. Paul. de aqu. plu. arcen. l. ſuper iter glarea injecta. Item de via publ. l. in viam terrenam glaream immittere. Prat.

GLAVCINAM Pomponius in l. 21. §. 2. ff. de aur. arg. numerat inter ea vnguenta, quæ valetudinis cauſa parata ſunt. Confectum oportet ex glaucio herba, quam Plin. lib. 20. c. 19. ſylueſtrem & erraticam appellat: & in afflatu maris naſci ſolitam tradit. Niſi forte gleucina potius legendum: nam gleucini olei factitij Plin lib. 15. c. 7. & lib. 23. c. 4 Dioſcorides lib meminere, ejuſque conficiendi rationem Columella lib. 12. c. 51. demonſtrat. Eſt autem oleum muſtum, vt Græci vocabuli origo declarat, quod prius quam oliuæ premantur, exprimitur, & ſimul odoramenta miſcentur. Hotom.

GLEBA. Alciatus ad titulum De Prætoribus, lib. 12. C. non facile reperies, ait, quid hic ſignificet gleba, clauis, follis, & ſeptem ſolidorum functio. Verum glebam accipimus ceſpitem terræ dictam, quod ſit quaſi globus, l. certo generi § ſi toties ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. Quoties aliquis præturam (intellige militarem) inibat, prouinciales ferebāt glebam, vel

propter auertendam caritatem, penuriamque, vt memor eſſet prætor ita rer curare, vt annonæ ratio ſalua eſſet, vel etiam, vt ipſe in adminiſtratione ita gereret, vt omnes accepiſſe viderentur aruum pro gleba. Anchoran. ex Alciat.

Glebæ profeſſio, in l. 12. de annonis & tributis, in C. Theodoſiano Glebalis penſio, in l. 4. de indulgentiis debitorum, in eodem C.

Gleba, & Gleba ſenatoria, & Glebale aurum, in Codice Iuſtiniani, appellatur genus penſitationis, quod Senatores poſſeſſionum ſuarum cauſa principi præſtabant, l. 2. C. de prætor. & honoribus prælat. Dicitur & aurum oblatitium, quod non canonis vel indictionis, ſed oblationis genere quodam à Senatoribus exigatur: ſicut aurum coronarium à decurionibus, aut argentum à negotiatoribus. Follis ſenatorius etiam appellatur. Marria. in no. de indul. reliq. Quicquid ex titulo ſenatorij follis deberetur. Sed tamen etiam illi ſenatores, quibus nulla erat poſſeſſio, duos folles in ærarium inferebant, vt conſtat ex conſtit. quadam Gratiani ad Hypatium in C. Th. lib. 6. Inter ſenatores autem, qui illuſtres recenſentur, onus glebale non agnoſcunt, cum proprium ſit ſenatorum tantum, Prat. vide & Cujac. ad d. l. 2. C de prætor. & hon. prætor, & ad l. jus ſenatorium, C. de dignitat.

Gleba etiam quoſlibet priuatos fundos ſignificat, l. 72. de decur. in C. Th. l. 17. de prætor. eod. C. Cujuſmodi priuatorum poſſeſſionibus ſua quoque glebalis indicta erat collatio.

Glebam vtique munus fuiſſe patrimoniorum, non perſonarum deſiniri l. 10. tit. 2. lib 8. C. Th. Briſſ.

Glebæ adſcriptitij dicuntur à Iureconſultis ij, qui cum agro vna ſeruiebant domino, & cum fundis mancipabantur, alienabanturque; eorum conditio facile ex autore Græco, Sozomeno, intelligi poteſt, ſcribente: ἐπετρόπευε δὲ τούτων Καλήμερός τις οἰκέτης ὢν τοῦ ἀγροῦ: illius, inquit, curam gerebat Calemerus quidam vna cum agro ſeruus. Prat.

Glebæ canon apud Sidon. Apollinarem lib. 6. epiſt. ad Cenſorum. Pap. Gleba, id eſt, glebalis functio. Prat.

Glicia lex ex vna inſcriptione, l. 4. ff. de inoffic. teſtam. nota eſt: vide legum indicem. Prat.

Gloria appellatur conſentiens laus bonorum. Quintilian. Gloria cupiditas haud improbata ab Imp. Alexandro, in l. 2. C de his qui ſpon. mun. lib. 10. Melius ſentit Eraſmus alicubi: Quanquam ô ſuperi inquiens, quod eſt hoc totum, quod vulgo gloriam vocant, niſi nomen inaniſſimum ex paganiſmo relictum? Quod genus non pauca reſederunt apud Chriſtianos, dum immortalitatem appellant, famam poſteris relictam.

Gloria viuere dicitur, qui pro Rep. cecidit, Inſt. de excuſ. tut. § ſi in bello, ff. eod. l. bello omiſſi. & ad l. Aquil. l. qua actione, § ſi quis. Spieg. Prat.

Gloriani vbere vrbis ſacratiſſimæ dicitur, in l. 3. poſt pr. C. de natur. lib. & matrib.

Glorioſiſſimi viri titulus tribuitur Triboniano l. vlt. C. de lib. præt. vt & Thomæ Quæſtori in epiſt de nou. C. fac.

Glorioſi titulus tribuitur Magiſtris militum, apud D. Gregorium epiſt. 31. lib. 3. Patricio epiſt. 1. lib. 7. Item Præfecto vrbi, epiſt. 7. & 8. lib. 8. Briſſ.

Glorioſus & celebris dicitur, quem Græci vocant ἔνδοξος: & jactabundus, quem illi vocant ἀλαζόνα: Id ante me Liſtrinonius Spieg.

Glos viri ſoror dicitur à Græco γάλως l. 4. § gradus, ff. de gradibus & affin. Feſtus Pompeius lib. 6. Non Marcel. lib. de propriet. ſerm. cap. vlt. Sed & in Lexico B. Germani ad Lutetiam, ita eſt, referente Briſſonio, Gloſ. ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὴ γάλως τοῦ Παύλου. Vnde ab Auſonio in Monoſyll. Polyxena quæ ad Achillis tumulum mactata eſt, Andromachæ glos ἀδελφογενὴς appellatur, quod ſoror eſſet Hectoris, cui Andromacha nupſerat. Prat. ex Briſſ.

Γλῶσσα, Latine lingua dicitur, Gloſſema, expoſitio, ſiue interpretatio. Quintil. Circa gloſſemata etiam, id eſt, voces minus vſitatas, non vltima ejus profeſſionis diligentia eſt. His verbis Fabius innuit, Gloſſemata voces eſſe, quæ expoſitione indigent: non, vt vulgo accipitur, ipſas expoſitiones. Iac. Butr. in l. 1 Cod. qui pro ſua juriſd. tanti fecit Gloſſæ autoritatem, quod eam communi opinioni anteponendam ſtatuerit: quod & Baldo viſum eſt, in l. hæreditat, C. de poſſ. tum pleriſque aliis clari nominis interpretibus. In contrarium tamen eſt, quod quotidie & in ſcholis & judiciis Gloſſas impugnari refellique videmus. Niſi enim vel jure vel rationibus funditus nitatur, & à textu non diſſideat, minime ſequenda. Nam vbi Textus expreſſi ſunt, ibi nulla eſt dubitatio nec ad gloſſam reſpiciendum: quod & Bald. recte docuit in l. ancillæ. Cod. de furt. Nam doctrina gloſſæ nullam nobis neceſſitatem imponit: cum ſit tantummodo probabilis, vt dicit Bart. l. 1. ff. ſi cert. pet. Quod autem vulgo jactitatur, quod in judicando à gloſſa recedi non debeat: id non eſſe verum, poſt Abbatem, Zaſ. inculcat. Cæterum, vbi textibus deſtituimur, tum gloſſæ autoritas minime contemnenda eſt. Qua de re late diſſerit Neuizanus in Sylua nuptiali. Spieg.

G N.

Gnauus, melius Nauus ſcribitur. Nauo enim opponitur ignauum: ſtrenuum id ſignificat Rhena. in annot. ad Liuium Velleium ſuum citat. Spieg. Hinc gnauiter obſeruari dicitur in l. 5. in pr. C. de quadrien. præſcript.

Gnoſtici, qui & οἰχῖται vocantur quo pacto, quibuſque ſacris dæmonem ſe olim concipere dicerent: docet Petrus Crinitus de honeſt. diſcip. lib. 7. cap. 4. vide & Goth. ad l. 5. in pr. in verb. Valentiniani. C. de hæret. & Manich.

G O.

Gonatici ſaltus fit mentio in l. 2. Cod. de præd. tamiacis, quæ verba Cujac. ibi interpretatur cujuſdam domini ſaltus proprium nomen. Alij legunt Gumaticij: alij Gunathetici vel Agonathetici, quod ſacrorum certaminum ſumptibus deputati erant: vide Alciat. Græci tamen, vt ibidem refert Cujac. habent γυμναστικῷ δρόμῳ. Prat. & Goth. in d. l. 2.

Τῆς γονῆς χάριν, id eſt, genituræ, ſuſcipiendique fœtus gratia. Vlp. in l. 52. § ſi quis aſinum, 20. ff. de furt.

Gorthæni hæretici, vide Epiphan. 1. tom. 1. hæreſ. 12.

Goſſipium frutex, de quo Plin. lib. 19. c. 1. ſuperior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui Goſſipion vocant, plures Xylon, & ideo lina inde facta Xylina. Paruulus eſt, ſimilemque barbaræ nucis defert fructum cujus ex interiore bombyce lanugo netur. Nec vlla ſunt eis in candore mollitiſve præferenda.

G R.

Graculorum edacitas an faciat remitti penſionem in contractu locationis, Vide Goth. ad l. 18. C. de locat.

Gradus, inquit Paul. in l. Iuriſconſ. de gradib. dicti ſunt ad ſimilitudinem ſcalarum locorumve procliuium: per quos ita ingredimur vt à proximo in proximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus, idque noſtris generationem ſignificat. Ferret. tit. de gradib. Prat. Briſſ.

Gradus, vt ait Hoſtienſ. in ſumma, eſt vnius perſonæ diſtantia ad aliam, in linea conſanguinitatis, vel affinitatis, facta collatio ad communem parentem, l. 1. cum ſeq. §. vſque ad § affinitatis, ff de grad. Conciſius ſic: Gradus eſt interuallum, quo cognoſcitur, quæ perſona ſtipiti proprior: vel breuius: ſunt ordines cognationum. Prat.

Gradum pro exiſtimatione, & honoris loco vſurpari, notum eſt. Hinc in gradum reponere, eſt dejectum reſtituere. Spieg. Prat.

Gradus arctiſſimi dicuntur eſſe, primus, & ſecundus, & tertius, Namque in primo ſunt ſupra, pater & mater: infra, filius & filia. Secundo ſunt gradu ſupra, auus, auia: infra, nepos, & neptis: ex tranſuerſo, frater & ſoror. Tertio gradu ſunt ſupra, proauus, proauia: infra, pronepos proneptis: ex tranſuerſo fratris, ſororiſque filius & filia, conuenienter patruus & amita, auunculus & matertera Spieg. Prat.

Gradus etiam ordinem ſucceſſionis ſignificat, l. 3. ff. vnde cog. l. 1. ff. ſi tabul. teſt. l. 15. ff. de SC. Silen. Briſſ.

Eſt & Gradus menſuræ genus, pedes duos & ſemis continens, vt & Iſidorus ſcribit, & fragmentis, quæ libris variorum Auctorum de limitibus ſubjecta ſunt, traditur. At apud Conſtant. lib. 2. Epit. βῆμα traditur habere πήχυν α, ἤ πόδας γ, παλαιστὰς ιϛ, Prat. ex Briſſ. Hinc Cujac. ad l. 4. §. libertatem, ff. de vſurp. & vſucap. duplicem facit gradum, ſimplicem videlicet, & Geometricum; Simplex, inquit, gradus pedes habet duos ſemis, vel vt ex Iuliano Aſcalonita architecto Conſtantin. ſcribit. lib. 2. Epitom. τὸ βῆμα ἔχει πόδας τρεῖς. Geometricus vero gradus, id eſt, paſſus, ſiue ὄργυια, pedes habet quinque, vel vt aliis placet, pedes ſex.

Extra ſuum gradum moti fines dicuntur, qui loco ſuo moti ſunt, l. vlt. ff. de termino moto Prat. ex Briſſ.

Gradus etiam in hæredum inſtitutionibus & ſubſtitutionibus vocatur locus ex ordine, quo neque hæreditas defertur: veluti cum primo, ſecundo, tertiove gradu ſcripſit hæredes dicuntur, l. 3. §. filius, ff. de liber. & poſthum. l. 3. §. vlt. & l. 5. ff. de injuſt. rupt. l. 2. § defertur, ff de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. l. 37. ff. de hæred. inſtit. Modeſtin in l. 1. ff de vulg. & pupill. Hæredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. Inſtituti, primo gradu: ſubſtituti, ſecundo, vel tertio. Gradus autem aliud eſt, aliud locus: nam inſtituti omnes primo gradu ſunt, locum autem ſinguli obtinent pro ordine ſcripturæ primum, ſecundum, tertium. Gradus igitur ex ordine ſucceſſionis: locus ex ordine ſcripturæ numeratur, l. ſi is qui, 55. de hæred. inſtit. Hot. Adde Cujac. ad l. 51 ff. de hæred. inſtit. Forcatulus vero in Necyom dialog. 23. affirmat, nullam differentiam inter locum & gradum ſeruari, allegando, quod Modeſtinus in l. 1 ff. de vulg. Gradum dixerit, Scæuola locum, l. Lucius, §. Semproniа, ff. de legat. 2. l. 1. C. de edict diui Hadrian.

De gradu in gradum eſt ſucceſſio, cum proximo agnato non adeunte hæreditatem, ſequens admittitur, qui eſt ſecundo gradu. Interdum vtrumque conjungimus, vt ſi quis agnatus primi gradus hæres non eſt, admittimus cognatum ſecundi gradus. Balduin, tit. de legit. agnat. ſucceſſ.

Gradus ætatum juxta ſententiam Iuriſconſ. late explicat. Al-

ciat.

ciat. interpretatos l. pueri appellatio, de verb.ſig.Prat.

GRADVS etiam eſt gradientium pedum ſpatium,ſeu alternatio. Gradum vnum alterũtrve promouere, l.17.§. idem ait ,ff. de ædil. edict. Plaut. in Amphit. Non potuimus noſtros citius gradire gradus.

GRADVS in agone literario tres ſunt,vide ſup.Dd legum.

GRADVVM alij ſunt ſuperiores,alij inferiores,alij collaterales. Prat.

GRADVVM conſanguinitatis computatio diſſimiliter numeratur ciuili & canon. cu Inſtit de grad.lib.cogn. Et 35.q 5.c.ad apoſtoli,c.quod dilectio. Et c.vlt. de conſang. & adfin.in eam rem libellum edidit. F.Bernardus Prat.

GRÆCA mercari fide,id eſt, numerata pecunia, vbi non verbis neq; ſtipulationibus,ſed præſente pecunia res agitur. Sic lena conqueritur apud Plaut in Aſin.Solem,noctem, diem, aquam, lunam,gratis emimus,cætera queis vtimur,Græca mercantur fide:quod quidam ad leuitatem Græcorum referri exiſtimant quibus nullo pacto eſſet fidendum. Hinc Græciola cautio in epiſt.quadam Cic ad Caſ.Prat.

GRÆCA religio,pro Paganiſmo: & Græci pro Paganis quando dici cœperint, oſtendit Alc.in Parerg.declarans quædam loca in Nouel.Conſtit.131.de eccleſ.tit.Prat.

GRÆCIAM exoticam Plautus in Menæchmis Græciam peregrinam dixit , intelligens extra Italiam ſitam , ad diſcrimen oræ illius Italiæ , quæ magna Græcia vocabatur. Sic autem ſcribitur,Mare ſuperum omne Græciamque exoticam,oraſq; Italicas omnes. Turneb.aduerſ.lib.19.c.13.

GRÆCITAS,in l.vnic.C.de ſtud.lib.vrb.Ro.& Conſtan. lib. 11. pro Græcarum literarum & facundiæ ſtudio , vbi ſalſo antea legebatur Granitas Briſſ.

GRÆCISMOS in ff. varios vide apud Ant. Auguſt.lib.2. emend.

GRÆCVM vinum inter dulcia numerat Iuriſconſul. l. vlt.ff. de tritic.& vin legat.de iis vide poſt Plin.l.14. Stephan.Nigrum multa & varia vini generis referẽtem in opere, quod de victu vitæ luxu inſcripſit Alex.Neapol.c.21.li. 5. annotauit , quod veteres vinum Græcum ſemel tantùm etiam in lautiſſimis conuiuiis apponere ſolebant : primuſque diuus Cæſar triumphalibus cœnis quatuor vini genera præter inſtituta maiorum dicitur appoſuiſſe, Falernum,Chium,Lesbiũ,& Mamertinum. Prat. Philelph. lib. Conuiu. 1. oſtendit , vinum omni ætate perniciosum , eiuſque incommoda refert. Quomodo facias vinum Græcum, docet M.Cato.Spieg.

GRAMMATA, lege Budæ. in comment.linguæ Græcæ.

Γραμματεῖον legit Scrim.in Nou. 72. c. 1. Gothof. legit Cautionem. Hal.Calendarium.

GRAMMATICI,h.e. qui Grammaticam docent , an à muneribus excuſentur,vide l.ſi duas,§ Grammatici,ff.de excuſ.tut.& l.16 §.fi.de vac.mun. Spieg. Prat. Suid. ait , Τὸν γραμματέα καὶ ἀντιγραφέα eadem ſignificatione eſſe,fortaſſe iam degenerem linguam ſuo ſeculo ſecutus : vocant enim vulgari voce τὸν γραμματέα ſcribam, & antigraphea Græci omnes. Vide Poſtellum in lib.de Magiſt.Athen.c.13.

GRAMMATOPHYLACIVM , vbi tabulæ & inſtrumenta publica,monumentaque rerum geſtarum,actarumque aſſeruantur: quod Tabularium Latinè appellatur. Vlp. in l.moris 8. §. fn. ff. de pœnis.Archio ſiuè vel Grãmatophylacio. Spie Prat.

GRANARIA,l.93.§.pen ff,de leg.3 quæ ex tabulis fieri oſtendit, l.18 ff de act.empt.ſtipitibus vel in terra defixis,vel ſupra terram poſitis & colligatis. Hinc eſt, quod horreum frumentarium mobile ex tabulis ligneis factum dicit,l 60.ff.de acquir. rer.dom Prat ex Briſſ. Sunt etiam interdum granaria loca in horreis tabulis ſepta ad fruges ſeruandas , ſuo cuique generi diſcluſa , atque ita à Iaboleno in d. l. 18. ſicut & ab Vlp. in l. quæſitum 12.§.1. ff de inſtruct. vel inſtru legat. vſurpantur. Eodem etiam modo ab Horatio poſitum in illo verſu Turneb recenſetur.

Cur tua plus laudas cumeris granaria noſtris.

Turneb.aduerſ lib.5.c.13.

GRANDÆVVM accipit Albericos , qui annum 29. vel 30. attigit, not.c.quicunque,77. diſtin. per c. Epiſcopos , eadem diſtinct Spieg Prat.

GRANDE beneficium,pro incomparabili, apud Vlpian.in l.1.de bon. libert. Scilicet ad remunerandum tam grande beneficium,quod in libertos confertur , cùm ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur. Indicat vulgatus verſic.

Non bene pro magno libertas venditur auro.

Libertatem pretio numario non æſtimandam. Eſt enim res inæſtimabilis, §.fi. Inſt. quib. ex cauſ manum. Ac propterea commodo pecuniario præferendam eſſe libertatis cauſam, Iuſtin.monet, §.2.Inſt.de eo cui libert.cauſ.bon.addit.

GRANDIA commoda,l.4 ff.ex quib.cauſ.maior.

GRANDIS natu, quinquagenario paulo minor eſt Pomp. in l.2. de orig iur. ergo Sabino conceſſum eſt à Tiberio Cæſare , vt populo reſponderet, qui in equeſtri ordine iam grandis natu, & fere 50 annorum receptus eſt. Spieg.Prat.

GRANDICVLI pueri,Canoniſtis ſũt doli capaces.cap.1.extr.de delict.pues.Plaut.Grandiculi voce in Pœnulo vſus eſt:Inſundas infundebam grandiculos globos.Prat.

GRANDO conſueta an inter caſus fortuitos computetur , vide Gothofr.ad l.8.C.de locat.

GRAPHARII ſunt tabelliones, de quibus proliıè Connan.lib.2. c 2.n.2.

GRASSARI dicuntur , qui ex inſidiis vianteis impetu gradiendi adoriuntur.Item qui gerendo negotia ſenſim ſub aliquo prætextu contrectant res alienas , vt in l.3.de ſuſpect.tut. & Inſt. eod tit.§.nouiſſimè autem. Sed diutior graſſandi in re familiari facultatem præſtat,Spieg Prat.

GRASSATORES, vt ait Calliſtra.de pœn. in l.capitalium.§. omnia admiſſa ſunt qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur,& ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur , vtique ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerunt:cæteri in metallũ damnantur,vel in inſulas relegantur.Porro graſſaturam Iuuenal.Sat.3.deſcribit dilucide.Claudianus in l aut facta de pœnis , in §. qualitate , inquit, rixæ à graſſaturis diſcerni ſolent. Vide adnot. in hunc §. per Bud. Spieg.Prat.Refert A.Gellius li.11.c.2.M Catonem dixiſſe,Romanos olim eos graſſatores ſolitos fuiſſe appellare , qui conuiuiis poëticæ ſe darent. Aldob.ad tit. Inſtit. de ſuſpect.tut §. vlt.

GRATA breuitas.prouerbiale verbum perquam elegans, pro eo quod barbari dicunt, Gaudent breuitate moderni , gloſſ.l.1.ff. quod met.cauſ.At eadem monuit in l.1.ff. ſi cert. pet. Quod nimis obſcurus fio,dum breuis eſſe laboro Spieg.

GRATIA pro fauore accipitur, in l.7 §.quæſitum,ff.de minor.l. 3.Co.de iur.fiſ.& alibi ſæpius.Gratia,i.ius patronatus,c quia, de iure patron.Gratia pro cauſa,vt gratia decipiend.l.quod ſi, ff.quod met. cauſ.Prat.

GRATIA, beneficium , quod gratis datur nobis. gratiam autem facere , eſt ex iure diligentiore aliquid imminuere. Eſſe verò in gratia , pro eſſe in aliquo munere & reputatione quam vocant . Spieg.

GRATIA bona,& mala dicitur. Vide Gell.c.9.lib.12.

GRATIAM canonis legiſque facere , pro diſpenſare dici poſſe, Budæus autem monuit in annot. prior. quod & ſoluere legibus dicitur. Vlp.tamen ſolutum eſſe legibus , accepit pro eo quod eſt,non teneri,l.princeps, de legib. & Iulian. ſeq. Quomodo & antiqui ſæpe vſi ſunt, vt idem Bud. ibid. citatis oſtendit exemplis. Spieg Prat.

GRATIAM iuriſiurandi facere,l.6 & 32.& 41.ff.de iureiuran.eſt ſoluere iuriſiurandi neceſſitate,&,vt Paulus lib.2.ſenten.tit.1. loquitur,remittere neceſſitatẽ iuriſiurandi.At in l.ſi.ff.ad monic.ſignificat ſoluere religione iuriſiurandi,&,vt vulgò loquimur,diſpenſare.Briſſ.Vide infr.Iuriſiurandi gratiam facere.

GRATIAM facere edicti,apud Suet.in Domitia. c. 14. gratiam coniurandi.in Auguſt.c.16. & gratiam facere decreti.in l.1.§. ſi quis vlto, ff.de quæſt.Briſſ.

GRATIFICATVR tutor fuluerit,l.ſi non expedierit, §. ſi pupillus, ff.de bon.auth.iud poſſ. Alber.

GRATIOR proſpectus & liber.Vide l.inter ſeruitutes,ff.de ſeru. vrb.præd.

GRATIOR ſententia Vlp. in l. in hæredem , de calum. Nam conſtitutum eſt,ait, turpia lucra ab hæredibus quoque extorqueri,licet crimina extinguantur : vtputa ob falſum teſtimonium vel iudici ob gratioſam ſententiam datum. Spieg.

GRATIOSA emptio,l.2.C.de fid.inſtrum & iur.haſt.lib.10. gratioſa actio,l.16.C.de reſcin.vend.Prat.

GRATIOSE,per gratiam & fauorem,l.7.§.comperit,ff.de adminiſt.& peric. tut. Hinc gratioſe expunctæ rationes dicuntur in l.9.ff de admin.rer.ad ciuit.quæ bona vtriuſque partis gratia, & ſine vlla contentione expuncta ſunt.Prat.

GRATIOSI dicuntur Latinis quibus fauetur propenſo quodam animi ſtudio.Vlpia.in l.8.de cenſibus. Sed & Berytienſis , inquit,colonia eſt in eadem prouincia , Auguſti beneficiis gratioſa.Hebræis Iochanan, vel vt nos loquimur , Iohannes gratioſum ſignificat , quem Germanice *Huldreich* vocamus , vt ante monuit Aretius.Gratioſus item , qui apud multos valet gratia.Cui veteres opes ſunt , gratioſus non eſt. Nam amor & gratia mouetur opinione & fama liberalitatis. author. Cic. lib.de offic.2.Vide ſupr.Fauorabilis.Spieg.Prat.

GRATIOSISSIMVS aduerſarius apud Cic. pro P. Quintio. in princ.

GRATITVDO naturalis,eadem quæ & obligatio, Græca *ἀντιδωρεά*. Quo verbo Vlp. vtitur in l ſed etſi , §. conſuluit. de pet. hered.Vide Alex.Neapol. à principio lib. 4. pulchre diſſerentem,de naturaliter inſita homini gratitudine:pro quo faciunt hæc verba Iuriſconſ. in d. §. Quamuis ad remunerandum ſibi aliquem naturaliter obligarunt. Spieg.Prat.

GRATIS,& pretio contraria Cic. indicat pro Roſ Comœdo.Pr.

GRATVITA libertas,quæ datur gratia, & ſine præmio, in l.ff.de libert.& cauſ.lib.Spieg.Prat.

GRATVITVM, id eſt, ſine mercede; ſic commodatum debet eſſe gratuitum,§ 3.Inſt.quib.mod.re,contr.oblig.

GRATVITVM officium, non germanum legendum, in authent. iuſiur. quod præſt. ab his Spieg.

GRATVLARI. Qui miſſi ſunt ad gratulandum principi, l. 35. ff. ex quib. cauſ. maio. Briſſ.

GRATVM cum eſſe Cicero de Orato. docet, ſi omnia, quæ faciat, grata ſint, ipſe tamen nihil gratiæ cauſa faciat: quod de Cn. Flauio Scriba (cuius Pompon. in l. 2. §. poſtea cum Appius, de orig. iur. meminit) recipiendum eſſe non videtur. Spieg.

GRATVS, qui gratiam pro beneficio refert, vel ſaltem memor eſt accepti beneficij. Quamuis, vt Donatus atteſtatur, non continuo, qui memor eſt etiam gratus eſt. Memor enim eſt, qui apud ſe meminit: Gratus, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit: Nam multi ſunt memores, ingrati tamen. Noſtro iure gratus cenſetur, niſi probetur ingratus, l. ſeruus, l. centurio, ff. de manumiſſ. teſtam. cum ſimil. Spieg.

GRAVES controuerſiæ cenſentur præiudiciales reſpectu minorum. Paul. in l. per minorem, ff. de iudic. Per minorem cauſam (ait) maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet, &c. Sic vniuerſalis actio præcedit particularē, criminalis ciuilem, l. vlt. C. de pet. hæred. & in l. vlt. C. de ord. cogn. Spieg. Prat.

GRAVES perſonæ ſunt noſtris, quibus adeſt firmitas ac conſtantia animi, & in vultu, motibus, verbis, rebus agendis, quædam ſeueritas. Hoſtienſ. generaliter finit, quæ non ſunt infames, l. cum pater, §. rogo. & l. cum quidam, ff. de legat. 2. c. vnico extr. de ſeruitiis. Vide Panorm. in c. licet, de teſt. Spieg. Prat.

GRAVE eſt fidem fallere, l. 1. ff. de pecun. conſtit.

GRAVISCANORVM meminit Celſ. in l. quædam in teſtamento, de leg. 1. Seruius enarrans illud Poëtæ lib. 10. Et Pyrgi veteres, intempeſtæque Grauiſcæ Grauiſcanum oppidum, inquit, alij Tempeſtum dicunt, ventis & tempeſtatibus carens, quod nulla poteſt ratione contingere. Intempeſtas ergo grauiſcas accipiamus peſtilentes. Et ſecundum Plinium in Natur. hiſt. & Catonem in Originibus, vt Intempeſtas intelligas ſine temperie, i. tranquillitate. Nam, vt ait Cato, ideo Grauiſcæ dictæ ſunt, quod grauem aërem ſuſtinet. Spieg.

GRAVIA delicta quæ ſint, Alb. attigit in l. ſi quis non dicam. C. de epiſc. & cler. l. lenia ff. de accuſat. Vt diſtent ab enormibus & grauiſſimis, vide C. de cuſtod. reor. auth. ſed nouo iure Spieg.

GRAVIOR ſeruitus, i. durior & oneroſior, ſi ob ſeruitutem grauiorem diſceſſerint. l. 13. §. vlt. ff. de alim. vel cib. l. 24. ff. de ſeruit. præd. vrb. l. 20. § ſtillicidium, ff. eod. Briſſ.

GRAVIDA eſt, quæ iam grauatur conceptu. Spieg.

GRAVIO vel graphio apud authores Barbaros iudicem ſignificat: Et inde Lantgrauij, i. prouinciæ comites, ſiue iudices, & Marchgrauij, limitis comites, & Pfaltzgrauij, palatij comites: qui & maiores domus, & præfecti rectoreſque palatij, dicuntur: Burggrauij, arcis præſidiive comites. Centgrauij, qui in antiquis Germanorum legib. centenarij dicuntur, & Goggrauij, & Dinggrauij, iudices pedanei. Prat.

GREGARII milites dicuntur ij, qui humiles ſunt, & non delecti, quales eſſe ſolent, qui tumultuarie colliguntur. Dicuntur & gregales, & minores & extraordinarij. Vide Valtur. lib. de re milit. 8. & l. vltim. in fin. C. de milit. veſte lib. 12. Spieg.

GREGATIM haberi oues, capras, boues, equos, mulos, aſinos, dicunt ICti in l. 2. §. 2. ff. ad leg. Aquil.

GREMIA, virgulæ tenues, ſiccæ, aridæque, & ad comburendum aptæ, l. 55. §. lignis. ff. de leg. 3. Briſſ.

GREMIALES arbores, quæ ſurculos illos ſuppeditant, & vnde faſciculi componuntur, l. 7. § 9. ſol. matrim. Puto autem, ſi arbores cæduæ fuerunt, vel gremiales, dici oportet in fructu cedere. Columel. lib. 12. c. 19. Muſtum in vaſa defrutaria deferemus, leuique primum igne ex tenuibus admodum lignis, quos Gremia ruſtici appellant, fornacem incendemus. Hermolaus legendum putat Cremia, quaſi à Cremando. Hotom. ex Connan. lib. 4. c. 1. n. 7. Vide ſupra Cremiales.

GRASSVS duos pedes & ſemiſſem continet.

GREX vnum corpus eſt, ex diſtantibus capitibus, ſicut ædium vnum corpus eſt ex cohærentibus lapidibus, §. ſi grex. Inſtit. de legatis.

GREX, inquit Feſtus lib. 7. ex Græco dicitur, quem illi, ἀγέλην vocant, & latius patet, quam armentum. Siquidem grex tam maiorum quam minorum eſt animalium. Armentum autem maiorum tantum. Proprie tamen grex eſt minorum pecudum vt ouium, caprarum, ſuum. Liu. lib 31. Briſſ. Sed nota, ſi grege legato aliqua pecora viuo teſtatore mortua eſſent, in eorumque locum alia eſſent ſubſtituta, eundem gregem videri, vt tradit Pompon. in l. ſi grege. de lega. 1. Accipitur item pro multitudine hominum, ſiue parum honeſta, ſiue honeſta, vt apud Ciceronem, Grex Philoſophorum, Grex latronum, grex fœderatorum. Verum quando grex non intelligatur, vide l. vlt. iuncta gl. quib. mod. vſusfruct. amitt. Spieg.

GREGEM minor quam decem ouium numerus non facit. Connan. lib. 4. c. 6. n. 10.

GREX metaphoricè pro populo Chriſtiano, c. quamuis, 7. qu. 1.

GREX cohortalium, l. 1. §. ſi quis ex grege. C. de cohort. lib. 12. id. que propter vtilitatem, vt Alber. ſcribit.

GROMA. eſt ratio metandi caſtra, & loca in bello capiendi opportuna. Higinus, R. Volaterrano indicante, de caſtris metandis libellum edidit, quem Gromaticon appellauit. Spieg.

GROMATICA diſciplina, vt ad caſtrorum metationē pertinet, ita non dubito, quin ad agrorum menſuram pertineat. Sext. Pomp Groma appellatur genus machinulæ cuiuſdam quo regiones agri cuiuſque cognoſci poſſunt, quod genus Græci dicunt γνώμονα. Apud Nonium Gruma ſcriptum eſt, quo loco. Gruma (inquit) menſura eſt quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt eſt agrimenſorum. Apud Caſſiodor li. 3. Variar. vbi de agrorum menſura loquitur, ſic lego. Hoc n. per geometrias figuras, & gromaticam diſciplinam ita diligenter agnoſcitur. Vulgo Grammaticam Gromatis quoque & Gnomonis nomina in libris de limitibus leguntur. Pithœus li. aduer. 2. c. 14.

GRVARII apud Gallos dicuntur à iure gruariæ. Id autem eſt ius quoddam iuriſdictionis, per quod delictorum & maleficiorum, quæ in ſyluis committuntur, ad eum iuriſdictio ſpectat. Legum municipalium interpretes Gruarios dictos aiunt à gruibus, quia id animal excubias agit nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinens, qui laſſatis ſomno decidens indiligentiam coarguit, vt author eſt Plin. li. 10. c. 23. vide Malleruleum in regias ſyluarum conſtit. artic. 28.

GRVNDÆ & ſubgrundæ partes ſunt tecti eminentes longius, vt ſtillicidiorum iniuriis parietem domus prohibeant. Connan. lib. 4. c. 9. n. 4.

G V.

GVADIA eſt pignus: vnde Inguadiare verbum de quo ſuo loco, In Lombard li. 1. tit 15 Si non habuit, vnde ſummam perſoluat ſemetipſum per guadiam in ſeruitio principis tradat. Item li. 2. tit. 2. Si quis alij guadiam & fideiuſſorem dederit, omne, quod per guadiam & fideiuſſorem obligauit, adimpleat. Item: ſi quis alij guadiam dederit, & eam recipere neglexerit, &c Prat.

GVARDIÆ feudum eſt, quod conſtituitur alicui propter cuſtodiam rei domini conſtituentis: vnde & dicitur cuſtodia, & Guardianus ſeu guardio dicitur ille, cui talis cuſtodia eſt commiſſa: vt quibus caſtra, & territoria cuſtodienda traduntur: Galli quoque hac voce vtuntur: vnde feudum Guardiæ cùm quis prædio cuſtos imponitur. Hinc tenere pro feudo, & tenere per guardiam opponuntur, lib feud. 1. tit. 2. & tit. 11. Prat.

GVARDIA apud Cœlium Rhodig. lection. antiqu. lib. 3. c. 1. de hiſto. belli in Venetos geſt ponitur pro quondam vico, qui flumini adiacens diſtat Rhodigio ſeptem millibus paſſuum. Anchoran.

GVARENDA, eſt terminus iuris Saxonici, *Da der kleger mit hand gegebener trevv die gevuehr der klagen angeloben muſſ. Landr.* li 2. art. 15. & li. 3 art. 14. *VVeichbild.* art. 400. & 115.

GVARENTARE vel (vt eſt in aliis libris) Guarentiſare, pro cauſam alterius ſuſcipere, defenſorem ſe profiteri Priſcum Francorum verbum, quod in Francogalliam inuectum eſt, *Guarāt:* quo ſignificatur is, qui Latinis auctor dicitur & euictionem præſtat, lib. feud. 2. tit. 34. §. 1. In Lombard. tamen li. 2. tit. 36. de euict. appellatur auctor. At in Speculo Saxon. dicitur Warandator, art. 9. Prat.

GVASTALDVS, præfectus ſiue cuſtos curtis, qui & actor dicitur. Lombard. lib. 2. tit. 27. guaſtaldus aut quilibet actor regis, poſt ſuſceptas & commiſſas ſibi ad gubernandum curtes, aut caſas regis, aliquid per donationem conquiſierit. Et mox concedimus etiam guaſtaldis noſtris curtes noſtras prouidentibus. Item Lombard. li 1. ti. 32. & Longobard l. tit. 39 §. 3. Si quis guaſtaldus vel actor regis, curtem regiam habens ad gubernandum, ex ipſa curte alicui ſine iuſſione caſam tributariam, vel terram ſyluam. vites. vel prata auſus fuerit donare. Sic li. feudor. 1. tit. 10. Niſi vaſallus ſit guaſtaldus vel actor domini, &c. De guaſtaldo Vitus Amerbachius in c. Caroli Magn. ſic ſcribit: gaſtaldus ſignificat œconomum, i. procuratorem domus & rei familiaris. Puto factum nomen à Gaſt, i. hoſpitium, veteri Germanica & Gallica lingua, & *halten*, id eſt tenere. Sic enim à quibuſdam Germaniæ locis adhuc verbum pronunciatur Feud guaſtaldiæ exemplum extat apud Petrum de Vin. li. Epiſt. 6 c. 25. Prat.

GVBERNACVLA nauis, l. 44. ff. de euictio. quibus nauis contorquetur quo gubernatori libet, vt loquitur Lucre. lib. 4 Briſſ.

GVBERNATOR nauis, l. 13. § ſi magiſter. ff. locat. is eſt, qui ſedens in puppi clauum tenet, ac gubernacula tractat, & à quo nauis regitur. Varro lib. 8 de ling. lat Briſſ.

GVERRA ſiue Verra non tantùm dicitur bellum, quod Imperatoria nomine publicè geritur: verum etiam quod priuatus aliquis ſuſcepit, cùm ſuos inimicitias perſequitur, vt lib. feud. 2. tit 18. §. 1. & §. 1. Et apud Vrſpergenſ. Abbatem in l. Friderici Imperat. Si liber homo, ingenuus, miniſterialis, incendium commiſerit, pro Werra propria, pro amico, pro parente, Prat.

GVIDACIA, quaſi pedagia, c. ſuper quibuſdam de verbor. ſignif. Ioan. And. c. quanquam, de cenſib. lib. 6. Prat.

GVIDAGIVM eſt, quod datur alicui pro ſecuto conductu tranſeuudi per terram alicuius, c.de raptoribus, 56.q.3.Prat.

GVNDVLÆ, nauigij genus, vide C. Harmenop lib.2 Epitom.c. 10 & libel. legum Naualium, l.14. in annotatioo. Prat.

GVLA eſt meatus à faucibus in ventriculum, duabus tunicis conſtans, per quem cibus & potus deuorantur, & in ventriculum deſcendunt. Gula ſerui, quam tonſor radebat, præciſa l.11. ff ad leg. Aquil. Briſſ.

GVLOSI, id eſt, gulæ dediti, l 4.§.2. ff de ædil. edict.

GVMMI, vocabuli exotici fit mentio in l.fin. de publican. vnde Plin. lib.13 c.11. Prat.

GVNETHETES ſaltus ij ſunt, quos homines quodammodo adſcriptitij incolunt, nullam vlterius expectantes mercedem, quam quæ ex ipſo ſaltu colligitur γύνὴ is locus dicitur, in quo feliciter pullulant proueniuntque arbores. Θητὴς autem, mercenarium, ſeruituteque addictum hominem ſignificat. Alciat. in l.memiuimus C. de prædiis Tama.lib.11.

GVRGES, omnis aquarum congeries dicitur. Poëta pro pelagulo maris vſurpauit, 1. Æn. Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Hoc carmen prouerbij vice protulit Iaſ. in l. re coniunctis de legà.3. de occupato in materia difficili & latiſſima, ad quam tamen extricandam pauci Interpretes acceſſerint, indicauit Alc. lib.3. de verb.ſig. Spieg.

GVRGVLIO quid ſit, vide Gothoſ. ad l.14 §.5 ff. de ædil. edict.

GVSTARE, eſt breuiter quippiam attingere. Ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in ſtomachum tranſmittentes. Canoniſtæ aiunt, Guſtare eſt aliud quam comedere, vel bibere. Spieg.

GVTTVR, ſpiritus cauſa eſt, hoc ſiquidem halitum animantia trahunt, redduntque. Proinde quæ pulmone carent, neq; item collum habent. Hinc Gutturoſus dicitur Iurecon. & Celſo: cuius guttur tanquam ſpongia quædam intumeſcit, ita vt hoc malum non motibus, ſed vitium ſit. Vlpian. de ædil. edict. qui clauum. Si quis, inquit, natura gutturoſus ſit. Spieg.

GVTTVRNIVM Feſto lib.7. vas ex quo aqua in manus datur: ab eo, quod propter oris anguſtiam guttatim fluat. Prat.

G Y.

GYMNASIA Anton. Auguſt. ad l. ... ff. de excuſ. ſpatia quædam ampla, quibus Græci aut palæſtra aut cæteris corporis exercitationibus exercebant. Prat.

Γυμνασιαρχίαι, in ... Gymnaſiorum præfecturas recte vertit Ant. Aug. Prat.

GYMNASIARCHÆ ſunt, qui præſunt exercitio palæſtrico cum ſumptu aliquo. Heſychius: γυμνασίαρχος ἄρχων τοῦ ξυστοῦ. Idem ergo eſt gymnaſiarches, & zyſtarches. Vlpianus in orationem contra Leptinem: γυμνασίαρχος ἐστὶν ὁ ... Philo in Flaccum: ... Cuiac. & Gothofr. ad l.6.§ eſt autem, 8. ff. de excuſat.

GYMNICI agones, quorum meminere Imp. in l.1. C. de ſpectacul. dicuntur, quia nudi athletæ his ludis exercebantur. Inde Gymnaſia, exercitij loca: quæ tria Athenis fuerunt. Lyceon, Academia, & Cynoſarges. In Lyceo diſputabant inambulantes Peripatetici, qui erant à partibus Ariſtotelis. In Academia, Platonici ... lauacrum dicitur, quod prope erat alreſo huic gymnaſio. Apud Cynoſarges pueri nothi exercebantur, qui nec à patre, nec à matre ciuitatis ius habebant. ... gymnaſiũ Bud. in l.athletas, de his qui no. infa Sp.

GYNÆCONOMI, aut Gynæcocoſmi vocabantur, qui de matronarum primum, poſtea de omnium mulierum ornatu ſtatuebant, ne vlla ipſarum ſe quicquam indignum ferret, vtque ſingulæ pro ratione cenſus & facultatum iudicerentur, indicta mulcta ei, qui ſecus feciſſet. Poſtellus de magiſt. Athenienſ. cap.37.

GYNÆCIARIVS Gynæciarij (opinor) erant, qui muliebres veſtes tingebant, curabantque, dicti ἀπὸ τῆς γυναικός id eſt, à fœmina, quemadmodum expoouit C. Hegendorphinus in Exegeſi ſua. Vel Gynæciarij erant, qui pannos curabant, & vel peniculo adhuc rudes tergebant, vel forte lanæ nodos incidebant, extrahebantque: opus, quod à mulieribus fieri ſolet. Quod ſi qui viri fœminis mixti id agebant, à loco dicebantur gynæciarij Alciat. in l.balluca C de metall. lib.11 Cuiac. in l. 1. de murileg. & gynæceat. C. lib.11. dicit, Gynæciarios eſſe, qui addicti ſunt contexendis conficiendiſque veſtibus Imperialibus, & miniſteriorum imperialium, eorumque nulla eſt adminiſtratio, ſed ſeruitus publica, vel conditio.

GYNÆCIVM ſiue Gynæceum dicitur locus ædium ſecretior, in quo ſolæ mulieres habitabant: dictus & ab ipſis mulieribus, quas Græci γυναῖκας appellant. Vnde Panthœdas Spartanus, cum in Aſia obiret legationem, oſtendentibus quibuſdam murum valde munitum, latum ac ſublimem, fertur dixiſſe, Νὴ τοὺς θεοὺς ὦ ξένοι, καλὴ γυναικωνῖτις: id eſt, per deos ô hoſpites, pulchra Gynæconitis, id eſt, domus mulierum. Author Plutarch. in Apophthegm. Lacon. Qui & ipſe idem prope dixiſſe Agidem Archidami filium refert, item Ageſilaum illum magnum Lacedæmoniorum regem. De Gynæceo autem Plaut. in Moſtellar.

Dare vult vxorem filio, quantum poteſt:
Ad eam rem facere vult nouum Gynaceum.

Sed & Terentius in Phorm.

Vbi in gynaceum ire occipio, &c.

De huiuſmodi autem Gynæceis atque Gynæciariis fit mentio in l.vnuſquiſque, in prin. C. ad l. Iul. repet. & in rubr. & iterum in l.5.§.5. & l.ſi quis ex corpor. C. de murileg. & gynæc. li.11. & l.1. C. de veſti holo. & in l.vlt. Cod. de milit. veſti. lib.12. In quibus locis Gynæcium etiam capitur pro loco ſecretiore, in quo opera textoria, & iſta muliebria conficiuntur: & Gynæciarij proinis, qui ea muliebria opera conficiunt. Sed & Gynæconitidis mentionem fecit Procopius in Bello Vandalico lib. 3. vbi ſatis declarat locum eſſe ſecretiorem. Vitruuius autem lib. Architecturæ 6.c.10. deſcribit Gynæconitidem, atque etiam Andronitidem quæ eſt ea domus pars, in qua viri ſine interpellationib. mulierum verſantur. Vnde & ea faceta reſponſio Diogenis Cynici apud Laert. qui cum ex Lacedæmone Athenas reuerteretur, interrogatus vnde & quo veniret, ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος (inquit) εἰς τὴν γυναικωνῖτιν, i. ex domo ſiue habitatione virorum in domum mulierum. Aut vt per μεταφοράν Ambroſius vertit, à viris ad fœminas. Tiraq. in 10. l. connub. gloſſ. 1. part. 2.

GYNÆCIORVM procuratores, in d.l.2. & in Notitia Imperij: Iidem procuratores textrinorum vocantur l.pen de murileg. li.11. C. & Gynæciariorum procuratores, in l.3. C. de indulgen. debitor Briſſ. Prat.

Γυναικοκρατία, dominium vxorium, vt ſunt Gynæcocratumeni, qui ſub vxoris imperio viuunt. Sunt & populi Plinio, Amazonib. vicini, à quibus cùm victi eſſent, in id obſequij adſtringebantur, vt procreandæ ſuboli inſeruirent: refert Budæ. in l.ius ciuile. de iuſt. & iur. Spieg.

GYPSVS, in Nouel. 142 §. ... Ægypti inſula de qua vide phanum. Prat. Et addit Cuiac. obſerua. lib.8 c.37. quod ſit metallorum ferax, ideoque damnati in metallum mitti in eam ſolebant Iuſtiniani tempore, & in Proconneſum vnam Sporadum in Propontide, vel etiam deportati, vt conſtat ex Nou. 22.c.8. vbi notat. Gothoſ. & Nou.141.c.1. in fi & l.26.§.2. C. de pœnis.

H.

HABA, & Haue; ſine h. aſpiratione pro Aue frequentiſſimum verbum in inſcriptionib. Conſtitutionum Cod. Theod. & Iuſtiniani ſalutandi verbum. Habe Marcelline K.N.B. Huiuſmodi ſalutationis generis meminere Euſebius, & Niceph. Χαῖρε. Ἀνδρὶ ... Veteres Habe, aue Haue pro Aue dicebant. Seneca li.6. de beneficiis c. 34. Huic peruenire vſque ad diſtinguendam libertatem licet, cuius vulgare, & publicum verbum promiſcuum ignotis, Habe non niſi ſuo ordine emittitur. Hanc ſcribendi rationem probat M. Fabius li.1.c.10. Multum eſt, ait literatus, qui ſine h aſpiratione, & producta ſyllaba ſalutauit. Auete. Recta eſt hæc via: quis negat? ſed alia eſt melior, & magis trita in ... l. dominus, C. de appellat. Habe Heraclida chariſſima nobis: & in inſcriptione l. ſi quis. 11. C. de accuſa. Habe Criſpine chariſſime nobis: vbi pro Habe, falſo legitur: libenter, & l.fin. Co. Th. ne quid publ. lætit. vbi pro Habetatiano legendum, Habe Tatiane Prat. ex Cuiac. 1. obſ.15.

HABEAT, i. habere poſſit, in l.ſi quis ſub cõditione ff. de teſtament. & l.1.§.an prætor de poſtul. Quandoque, i. habere poterat. C. de inoff. teſta. l.ſi quis filium. Notauit. Alber.

HABENAM pro loco accipi ſcitum eſt. Ea ſeruos impuberes cædi ſolitos, liquet ex l.1 §.impuberi ff. de SCto Sillan. Horat. li.2. epiſt. in ſcholis, inquit, laruit, metuens pendentis habenæ. Et Ouid. in epiſt. Deianiræ ad Herculem; Diceris, infelix, ſcuticæ tremefactus habenis. Prat Briſſ.

HABERE verbum eſt generale, & ad dominij ius & poſſeſſionis, atque etiam ad eum, qui detentor eſt, Habere (inquit Vlp. in l.ſtipulatio iſta habere licere, §. habere, ff. de verbo. obl.) dupliciter accipitur: Primo iure dominij: Deinde obtinere ſine interpellatione id, quod quis emerit, l.188 ff. de verb. ſignific. nam & eum habere dicimus, qui rei dominus eſt, & eum, qui dominus quidem non eſt, ſed tenet. Denique habere rem apud nos depoſitam ſolemus dicere. Hoc autem verbum Habere cum effectu accipiendum eſt, ſicut peruenire. Vlp. in leg. nomen filiarum, § fin. de verb. ſign. Quod quidem ad ſignificet dominium, vide Bart. in l.1.§.poteſtatis, ff. de peco. Brechæus in l.habere, in tit. de verbor. & rer. ſignific. Connan. lib. 6.c.3.

HABERE. In interdict. vnde vi, verba hæc QVÆQVE IBI HABVIT, ſic accipiuntur, vt omnes res, non ſolum eius, qui deiectus eſt, fuerint, verum etiam quæ apud eum depoſitæ, vel commodatæ, vel locatæ, vel pignoratæ fuerunt, vel quarum vſum, vel vſumfructum, vel cuſtodiam habuerit, contineantur, l.1 § quod autem, ff. de vi arm. Briſſ.

HABERE contractum, conuentionem, & obligationem frequentiſſime pro contrahere, l.5.C. ne vxor pro marit. l.10. C. ſi certum petat. l.21. C. de donat. Inter virum & vxorem. l.4. C. de rerum permut. l.2. Cod. ſine cenſu, vel reliq. l.6. & 7. Cod.

Digitized by Google

ſi quis alteri vel ſibi l. ſi. C. de inſt. l. 8. Cod. de pact. inter empt. Prat. Eodem ſenſu.

HABERE tractatum, in l. 38. ff. pro ſocio: Et habita ſententia prolata & dicta, l. 51. ff. de iis qui not. infa. Prat. ex Briſſ.

HABERE concilium, quod vulgo dicitur, Facere congregationem: Sed & conſultare ſignat.

HABERE delectum militum, eſt, quod dicimus Teuton. *Muſteren*, quod bonorum & malorum delectus ſit, vt mali remittantur, bonorum nomina accipiantur. Spieg.

HABERE, pro detinere, notum eſt, vt ff. de re vend. l. officium, & de vi & vi arm. l. 1. § quod autem. Spieg.

HABERE excuſatum, pro accipere excuſationem meam: vt Latina locutio defendi poteſt Mart. authoritate in ſecundo.

HABERE factum videtur is, qui vſum eius operis habet, licet alius fecerit, l. 5. §. habere. & §. Idem Labeo, ne quid in loc. publico. Briſſ.

HABERE febrem tertianam, vel quartanam, Iabole. adeo inſani eſſe hominis cenſet, vt ne iis quidem diebus, quibus morbo vacat, recte ſanus dicatur, l. qui tertiana. de ædil. edi. Spieg.

HABERE filium mortis tempore creditur, quæ exciſo vtero edere poſſit, l. 141. de verb. ſignif. Prat.

HABERE fugitiuum non licet, l. 13. §. 1. de act. empt. nec eum, cuius ſi pretium emptor non dediſſet, ei auferretur, l. 5. ff. de euict. Briſſ.

HABERE, pro habere debet, interpretantur in l. ſi vxori. §. cum ita. ff. de aur. & arg. leg.

HABERE eum dicimus, qui vtitur, & iure poſſeſſionis fruitur, ſiue ipſe opus fecit, ſiue ex cauſa conductionis, vel emptionis, vel legato, vel hæreditate, vel quo alio modo adquiſiuit. Vlp. in l. prætor ait. ff. ne quid in loco. Prat. Adde Brechæum l. nomen filiarum, §. habere. de verb. ſig.

HABERE licere, ſtipulatio eſt, qua ſignificatur facultatem ſemper fore poſſidendi rem quiete, neminemque ſuperuenturum, qui impediat poſſidentem, vel moleſtia afficiat. Quorſum enim pertinerent inter mortales vniuerſæ omnium contractuum tranſlationes in rebus ipſis, niſi accipiens poſſet eas retinere, atque ſine moleſtia in commodum ſuum conuertere? Cum igitur quis futuram ſibi moleſtiam timet de re promiſſa: conſultum atque frequens eſt in vſu forenſi, vt caueat ſibi per hanc ſtipulationem, l. 8. §. fin. ff. de act. empt. Prat. Sciendum autem eſt, eum, qui promittit, generaliter habere licere, non ſimpl[ic]iter abſolutum ſpondere, ſed curaturum ſe, vt habere liceat, l. inter ſtipulantem, in prin. ff. de verb. oblig. Itaque curare & operam dare debet, ne quis etiam extraneus ſtipulantem interpellet, ab eoque rem auferat. Qua in re ſi fruſtra diligentiam adhibuerit, euicta re ab extraneo, non tenebitur, quia curare tantum, non etiam facere, vt rem obtineat ſtipulanti, obſtringitur: de quo latiſſime Dd. in l. ſtipulatio iſta, habere licere. ff. de verb. oblig.

HABERE, pro contineri, in l. ait lex ff. ad l. Aquil. & l. ex duobus de neg. geſt. Prat.

HABERE pro derelicto, eſt ea mente abiicere, quæ in numero quis rerum ſuarum eſſe nolit. §. qua ratione. Inſt. de rer. diuiſ. Spieg. Prat.

HABERE intentionem dicitur in præiudiciis, qui ius habet proferendum in iudicando, modo probauerit, id, quod intendit & allegat, ſiue ſit actor, ſiue reus conuentus. Vnde Vlp. in l. ſed & hæ §. non ſolum autem, de procur. videtur diſtinguere in præiudicium ab actione. Spieg. Prat.

HABERE rem aliquis, eleganti figura loquendi dicitur, ad quam habet actionem, vt cum dicimus, iſte habet centum ex hereditate, & adhuc ne obolum quidem accepit, vt tradit Zaſius in l. ait prætor. §. ſi iudex, ff. de re iud. vide item l. 25. de regul. iur. Et contra habere actionem non videtur, cui propter debitoris inopiam inanis eſt, l. non is, ff. de dolo malo. Prat. Briſſ.

HABERE in ſinu meo. IC. in l. qui teſtamentum, de probat. dixit, pro in occulto, & penitus apud me, & in poteſtate mea. Spieg. Prat.

HABERE poſitum, Lege, Poſitum habeat.

HABERE relatum in rationibus, apud Paul. in l. Publia Mænia. §. accepi ff. depoſit.

HABERE quæſtionem, pro torquere. Vide tit. in ff. de qu. Spieg.

HABERE in concubinatum mulierem, aliud eſt: aliud item habere in concubinam. In concubinatum Marciano ea dicitur haberi mulier, quæ ad concumbendum loco inſtar vxoris ducitur: In concubinam vero, cum qua quotidiana conſuetudo cuiqua eſt ſine vxoris titulo, ſine matrimonio. Ræuard. ad l. nuptias non concubitus, ff. de reg. iur.

HABERE in matrimonio, eſt habere vxorem. Hoc dicendi genere vſus eſt Cic. & iuris pontificij interpretes: prolem in matrimonio habere, pro ea, quæ ex iuſta vxore ſuſcepta eſt, vſurpant.

HABERE in procinctu, pro habere in promptu Connan. lib. 9. c. 5. num. 8.

HABERE, tenere, poſſidere: diſtinguuntur in Aquilias fur mu. la, l. 18. ff. de acceptilat. Habere igitur proprie ad ius pertinet, Tenere ad factum, Poſſidere ad vtrumque: argument. l. poſſeſſio. 49. §. 1. ff. de acquirend. poſſeſſion. Nam habere eſt iure dominij poſſidere, leg. ſtipulatio. 38. §. habere. ff. de verborum obligat. l. 188. de verbor. ſignific. qua de cauſa ſeruus ſibi tenere poſſe dicitur: habere & poſſidere non poſſe. Hinc SIBI HABETO, ſolenne verbum fuit in legatis per vindicationem. Itaque ſi ſeruus ſtipuletur, ſibi habere licere, quia ius his verbis ſignificatur, ſtipulatio in ſerui perſona non conſiſtet: ſed domino ſtipulatus videbitur, l. quod dicitur, 130. ff. de verbor. oblig. §. ſed eum factum. Inſtit. de ſtipul. ſeru. Item.

HABERE & poſſidere differunt: Habere enim poteſt Fur nequam: Poſſidet nemo, niſi qui aut relictæ, aut donatæ, aut emptæ rei dominus eſt. Conna. lib. 3. ca. 10. num. 6. Ita in habente onus, in poſſidente vſus eſt. Habere autem & poſſidere ciuilis poſſeſſionis ſunt: tenere naturalis, vnde, ſibi habere poſſidere, ſæpe coniuncte legimus, vt leg. pater. 38. §. quindecim, ff. de legat. 3. Hinc habere ad res incorporales refertur: Tenere ad corporales: poſſidere ad vtraque. Prat.

HABERE tot annos. l. 3. C. ſi mancip. ita fuer. alien. vt manumitt.

HABERE tres liberos, proprie aliud eſt: aliud item ius trium liberorum. Hoc enim datur & impetrandum eſt priuilegio principis, iis qui carent liberis. Verum tamen & ea quæ tres liberos habet, ius habet liberorum. Iulius Paulus. Ius liberorum mater habet, quæ tres, aut habet, aut habuit, aut neque habet, neque habuit. Habet cui ſuperſunt, habuit quæ amiſit: Neque habet, neque habuit, quæ beneficio principis ius liberorum conſecuta eſt. Ferret. ad Senatuſconſ. Tertyl.

HABERE vadimonium cum aliquo dicitur tam qui vadatus eſt, quam qui eſt obligatus. Spieg.

HABERE venale, ſignificat vendere.

HABERE in votis, eſt rem aliquam totis animis concupiſcere optareque. Habere autem votum, idem quod votum facere, votum nuncupare, votum vouere, ac votum ſuſcipere.

HABET, prouerbialiter dicitur, cum obtigit alicui, quod expetiuit, aut quo dignus eſt. Ex Eraſ. Spieg.

HABET quis per alium, quod per ſe habere non poteſt, gl. leg. imperator. ff. de ſtat. hom. & gl. fin. l. petendæ. C. de tempor. in integ. reſtit. Spieg. Prat.

HABETO res tuas. Verba hæc diuortium ac repudium notant. Vide tit. ff de diuort. & repud.

HABETVR, & intelligitur, verba fictionem ſignificant. l. vni. in prin C. de rei vxor. act. l. prætor. §. ſiue autem, de oper. nou. nun. Spieg.

HABETVR & id quod peti poteſt, l. 143. de verb. ſign. Prat.

HABEO te pro legitima vxore, an his verbis ſit contractum matrimonium not. in ca. ex literis de matri. contra interd. eccleſ. ca. neque illud. § ſed obiicitur, in glo. 30. q. 5. Prat.

HABILES ad militiam l. 6. ff de Caſtr. peculio. Negotio habilis non ſit. l. 9. ff. de curat. furioſ. minus habiles ad tutelam l. 2. §. non ſolum ff. ad Senatuſconſ. Tertyll.

HABILITER, i. e. apte, commode l. 20. ff. de aur & arg. leg. Prat.

HABITANDI cauſa in caupona eſſe l. pen. §. in factum actione. ff. naut. caup. ſtab.

HABITARE, perpetuum, commorari, ad tempus eſſe, quidam volunt. Habitare autem dicimus, vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuito. Vnde habitaſſe non dicitur, qui obiter manſit. Hoſpes vero pauliſper hoſpitari dicitur. Dubium tamen non eſt, eum quoque habitare dici, qui ad tempus habitat. l. 1. ff. de his qui deiecer. & l. lex Cornelia §. domum de iniur. Vide Bar. in d. l. 1. & in l. cum de lanionis, §. Sabin. ff. de fund. inſtr. Spieg. Prat.

HABITARE Inquilinus dicitur, vt colonus frui, l. 25. §. 1. ff. locat. Briſſ.

HABITATIO, eſt ius in domo aliena commorandi, cum perſonis & rebus quoque modo ad ſe pertinentibus, ſalua ædium ſubſtantia, probatur hæc definitio in l. 5. §. domus cum ſeqq. ff. de vſu & habi. Prat. vide & glo. in l. 1. ff. de vſu & habita. Io. Bell Etymolog. Adde Cuiac. not. ad 2. lib. Inſtit. de vſu, & habitatione.

HABITATIO. Licet effectu idem pene ſit legatum vſus & habitationis, l. ſi habitatio de vſu & habitat. ff. ſi cui, tamen habitatio legata, ſine aliquo modo conſtituta ſit, neque vſus videtur, neq; vſusfructus, ſed quaſi proprium aliquod ius, §. ſed ſi cui. de vſu & habit. Inſtit. Nam in facto potius, quam in iure habitationis legatum conſiſtit, l. penul. ff de cap. minut. Differt ergo ab vſu habitatio, qua ſpecies à genere: ſiquidem in habitatione vſus eſt, at non econtra in vſu ſemper habitatio: vſus enim etiam in fundo eſſe poteſt, §. 1. ff. de vſu & habit. Inſt. eod. habitatio non niſi in ædibus, habitationem autem habentibus, propter rerum vtilitatem permiſſum eſt, non ſolum in ea degere, ſed etiam aliis locare, d. §. ſed ſi cui. Illud ſciendum habitationem, cum ſeruitus etiam perſonalis ſit, glo. & Dd. in l. 1. de ſeruit. ff. iiſdem modis conſtitui, iiſdemq; illis modis finiri, quibus vſusfructus argento. l. ſicut. 13. C. de ſeruitut. & aqua. Anchora.

HABITATIO, ait Theoph. de rebus corpor. & incorpor. eſt ius

quoddam

quoddam certis modis conſtitutum, ſed intellectu comprehenſum, quod efficit vt libere in aliena domo habitem, ab vſu & vſufructu ſeparatum. Hotom.

HABITATIO, pro ædificio leg 20. §. Gaio. ff. de inſtru. inſt. leg. Prat.

HABITATIO ab vſu & vſufructu in his quoque differt, quod hic commodari non poteſt, illa poteſt, l. 1. ff. commod. Item vſus non vtendo & capitis minutione extinguitur: habitatio nequaquam, d. l. ſi habitatio 10. de vſu & habit. quæ tamen lex correcta videtur per l. ſicut 13. C. de ſeruit. & aqua.

HABITATIONE ſimpliciter legata vxori in domo cum filiis, veniunt etiam alimenta, ex tacita mente teſtatoris, cum id obſequio filiorum debeat eſſe iuxta l. ſed ſi hoc, in fin. ff. de condi. & demonſtr. ita ſing. Bal. in l. vltim. penul. col. verſ. ſed quid ſi teſtator. C. de indic. vid. tol. vbi idem putat ſi eſſet alia perſona quam mater. puta amita: quia venit in compenſatione laboris, iuxta leg. Seio amico in princip. ff. de annu. legat. cum ſimilib. quod dictū pro ſing refert & ſequitur Crem not. 65. teſtator iuſſit, vbi ita dicit ſe in facto allegaſſe. Addo quod contrarium in hoc concludit Alex. conſ. 72. viſo proceſſu. in vlt. col. verſ. poſtremo. in 5. lib. vbi conſuluit, quod cum teſtator diſpoſuiſſet, quod quædam ſorores ſuæ in omnem caſum viduitatis & neceſſitatis poſſent redire, ſtare, & habitare in domo teſtatoris, ſine conditione hæredum, vel alterius perſonæ: & nihil dixiſſet de alimentis, quod non debeatur niſi ſola habitatio: quia ex prædictis videtur male conſultum, & maxime quia teſtator videtur male conſideraſſe neceſſitatem: item reditum ad domum primæuam, & ſic in priſtinum ſtatum eas reponere voluiſſe. Cotta.

HABITATIONIS exceptione, ſiue temporalis, ſiue vſque ad mortem, vſum videri exceptum Pomponius ſcribit. l. 3. ff. de vſufru. Prat. ex Briſſ.

HABITATIONIS & aliorum fructuum diſſimilis eſt ratio: fructus enim colliguntur, & iis collectis poſtea vtimur. Ideo ius percipiendi vſus vendi non poteſt, aut donari, percepti autem fructus poſſunt. Habitatio vero in ipſa perceptione conſumitur, & dum conſumitur percipitur, id eſt, cum iure ſuo vtitur cui legata eſt, eodem temporis momento conficitur: alienatur, & c Coona. lib. 4. c. 5. n. 5.

HABITATIONIS Feudum degener dicitur, quia perſonale eſt, & ad hæredes non tranſit regulariter. Nec mirum, quum & habitationis legatum ad hæredes non tranſeat, l. ſi habitatio. §. ad hæredem, de vſu & habit. Spieg Prat.

HABITATOR & Hoſpes tantum inter ſe differunt, quorum intereſt inter domicilium habentem & peregrinantem, l. 1. §. 7. ff. de his qui effud. vel deiec. Ergo habitator eſt, qui reſidendi animo, ſiue in ſuo, ſiue in conducto, ſiue in gratuito conſiſtit: hoſpes vero qui temporis cauſa tantiſper dum in viam redeat, aut quieſcendi aut negotij expediendi gratia diuertit & commoratur. Cic. de Senectut. Commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. Hot.

HABITVS eſt corporis qualitas non natura, ſed induſtria comparata, maxime pertinens ad geſtum ſiue triſtem ſiue hilarem. Eius rationem præſertim, in quæſtionibus habendam, Interpretes iuris noſtris ſubinde admonent. Habitudo membrorum compactionem ſignificat, quæ & in iure noſtro conſideratur. Spieg. Habitum Diocletianus videtur appellare vigoris veſtigium l. 4. C. qui teſtam. Gothofr. ad l. 3. C. quan. tutor. vel curat. eſſe deſin.

HABITVS cuiuſque corporis pro valetudine l. 1. §. ſed ſciendum ff. de ædil. edicto. Briſſ.

HABITVS non facit monachum. Huius prouerbij originem ex Græcis corriuatam fontibus, Rhodig. docet ca. 12. lib. 5. lect. antiq. edit. poſter. Huius prouerbij meminit & Gothofr. in not. ad Nou. 5. c. 2. §. 1. ibi pro veritate ſanctimoniæ habitum concupiſcens. Quadrat quod refertur in Canonicis decretis diſtinct. 41. Non cathedra ſacerdotem facit, ſed cathedram ſacerdos, nec locus hominem ſanctificat, ſed locum homo Sp.

HABVISSE dicitur quis ea quæ amiſit. Paul. lib. 4. ſent. tit. 5. Plautus in Rudentib. Miſerum, inquit, iſtuc verbum, & peſſimum eſt, habuiſſe. Pertinet autem & hoc ad figuram prouerbialem, vt Eraſmus monuit. Spieg.

HABVIT, quandoq; pro habiturus erat. Inſtit. de actio. §. ſi quis agens. Quomodo hoc verbum ad futurum referatur, differit Bart. in l. exteratum C. de teſtam. iur. Spieg. Prat.

HACTENVS, (vel in Pand. Floren. actenus, ſine aſpiratione) antecedens relatiui quatenus. Vlp. in l. ſi quis, ff. de pact. Nec enim improbum ait, & ſi quis hactenus deſideret conueniri, quatenus facultates patiuntur, & de in rem verſ. l. ſi pro patre. Si domini debitor ſit ſeruus, & ab alio mutuatus ei ſoluerit, hactenus non verterit, quatenus domino debet, cum ſimi. Prat.

HÆREDITAS, Hæres, Hæreſis, vide paulo poſt.

HÆRETICVS eſt (definitore B. Aug. lib. de vtilitate cred. c. hæreticus 24. q. 3.) qui alicuius temporalis commodi & maximæ vanæ gloriæ, principatuſque ſui gratia falſas vel nouas opiniones, vel gignit vel ſequitur. Ille autem qui huiuſmodi hominibus credit, imagine quadam veritatis illuſus eſt. Hæreticorum ſectas varias recenſet Iſidorus lib. 8. Etym. c. 5. cap. quidam autem 24. q. 3. Prat.

HÆRETICOS libros ſcribentis pœna eſt amputatio manus. Iuſti. Nou. 42. ſicut & exactoris non ex legis præſcripto apocham conficientis, vt idem Iuſtinian. Nou. 17. Cuiacius obſer. lib 7. c. 13.

HALTICI. Lege, Athletharum nomine.

HAMA, inſtrumentum quod ignium extinguendorum cauſa habetur: de quo loquitur Paulus in l. nam ſalutem §. ſciendum eſt de off. præf. vigil. In vulgatis codicibus pro hamis, corrupte armis legitur. Turneb. aduerſ. lib. 19. cap. 13. hamam hoc loco, vt & in l. 12 de fund. inſtr. ſumi vult pro vaſis aquariis rotunditatis formæ, & ventris globoſioris, quib. ad extinguenda incendia vti ſolerent. Prat. vide paulo poſt in vocabulo Harpago.

HAMI apud Vlpian. de fund. inſtr. l. inſtrumenta: annuli quidam ferrei, ad multos vſus domeſticos vtiles intelliguntur: puta è quibus equi, muli & aſini deligentur: Canales inquit, & harpagones, & hamos inſtrumento contineri conſtat. Nebr. Qui non animaduertit, & hoc loco hamas legendum, vt apud Paul. l. iam citata, adſtipulantur Alc. lib. prætermiſſ. 1. & Haloandri editio, abſque tamen ſpiritu, vt & ibidem, ille ſiphones pro phormionibus. Satis conſtat ex Plinij epiſt. ad Traianum hamam numeratam inter inſtrumenta ad incendia extinguenda. Interpres vir doctiſſ. Catanæus annotat hamam inter inſtrumenta ruſtica connumeratam à Iul. Pollnce, item Suidam fabrile crediniſſe inſtrumentum. Spieg.

HAMVS autem hami, cum aſpiratione, inſtrumentum vnicum eſt, notæ ſignificationis, ad piſces capiendos: de quo meminit Iurecconſ. ſuperius ead. leg. in §. acetum & Apuleius lib. 12. aſini aurei: Aliter aucupem cum viſco, aliter piſcatorem cum hamo. Ad hoc alluſit etiam Carmelitanus poëta, ſecundæ Parthenices lib. 1. illo carmine, Verſoſque per amnem Luciſicum trahit hamato per ſaxa tridente. Hunc antiqui, piſcatores hamiotas dixere. Varro: Cohortes, inquit, coquorum atque hamiotarum, aucupumque. Vnde hamata munera captatoris decenter dicta, quæ inſidioſa ſunt, & hamos imitantur. Plautus tamen in Rud. Hamotas, non Hamiotas dixit. Salutem (inquiens) fures maritimi, conchitæ, atque hamotæ famelica hominum natio. Cotta.

HARENA ea pars theatri eſt, in qua beſtiarum gladiatorumque, pugnæ exhibebantur, edebanturque, l. 36. § fin. ff. de rei vin. l. 1. § ad beſtias. ff. de poſtul. l. 1. ff. de ædil. edict. l. 4. ff. de leg. Sic apud Triphonium l. ſi de fugit. quoniam interdum, inquit aut pecunia interuerſa; aut commiſſo aliquo maiore maleficio, ad fugiendam inquiſitionem, vel iuſtitiam animaduerſionis, in harenam ſe dare mallent Prat.

HARENA vulgari ſignificatione pro ſabulo in lege 6. §. 1 ff. de ſeruit. præd. ruſtic. vbi ius Harenæ fodiundæ inter ſeruitutes ruſticas memoratur. Harena vt Agell. lib. 19. c. 58. loquitur, licet ſingulari numero dicta, multitudinem tamen & copiam ſignificat, minimarum ex quibus conſtat partium. Briſſ.

HARENOSVS locus l. 24. §. adiecimi, ff. de dam. infect.

HARENIFODINÆ. l. 13. §. inde eſt quæſitum de vſufruct. ſunt loca, ex quibus harena effoditur l. 7. §. ſi vir. ff. ſol. matr. Harenarias vocant. Varro lib. 1 de re ruſtic. c. 2. Gaius l. 3. ff. de public. Matr. Cicero in orat. pro Cluent. Harenæ fodiendæ ius, l. 6. §. 1. ff. de ſeruit. ruſt. Prat, ex Briſſ.

HARENARII, in harenam deſcendentes, vt cum beſtiis gladiatoribuſve pugnent. Calliſtratus in l. hæ demum, ff. de oper. liberi. & l. 21. § ſi ea. ff. de teſtibus, l. 5. ff. ad Treb. Firmic. lib. 8. Matheſ. c. 13. vocantur etiam beſtiarij, & à Græcis θηριομάχοι. Sic harena miſſum accipe, l. 4. de lega. Prat. ex Briſſ.

HARENA aliquando Metaphorice forum dicitur: quoniam illic hodie nihilo modeſtius depugnant auctores cauſarum, quam in harena olim ſolebant ſeſe dilaniare. Seneca: Hoc ita, inquit, habitum eſt, ſcholam quaſi ludum eſſe: forum harenam. Et Plinius harenam ſuam adpellat, centumuirale iudicium, & profecto, rectiſſime. Spieg.

HARIOLVS l. nemo, C. de malef. & mathem. in C. Theo. ita appellatum eum qui diuina mente vaticinatur, ait Donatus in Phorm. Terent. actu. 4. ſcen. 5.

HARMOSTÆ, magiſtratus apud Lacedæmonios, qui efficiendis arcibus & reficiendis ciuitatibus præerant, ἁρμοσταί, quaſi prouinciarum conſtitutores. Budæus annotauit. Vide Nou. 28. c. 2. & Pauſan. 2. Bœoticor. & Appia. vide & de his in voce Epiſcopi ſupra.

HARPAGO telum eſt in ſummitate aduncum, quo naues capiūtur. Cæſar commentario Belli ciuilis primo: Anteſignanos (inquit) centuriones Cæſar ei claſſi attribuerat, qui ſibi id muneris depopoſcerant: hi manus ferreas atque harpagos parauerant. nomen ſumpſit ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν quod eſt rapere. Hunc Anacharſis Scytha Philoſoph. inuenit, vt refert Plin. alio nomine Narpax appellatur. Proinde triuiales ab eo quod rapax ſit, lupum nuncupant: huius inſtrumenti meminit etiam apud nos Vlp. in l. quæſitum eſt §. ſi dominus, ff. de

fund.inſtruct. quo in loco verba Iureconſult. paſſim mendoſa circumferuntur. Alij inſtrumentum putant plurib. vncis munitum, quo vaſa & alia complura, quæ in flumine vel in puteis ceciderint, extrahimus. Eſt & Harpago ferreum inſtrumentum, eo etiam hodie vtimur ad circos vaſis vinariis aptandos, vulgus Canem appellat. Puto tamen in loco hoc Vlp. harpagonas, & harpagones legi poſſe, cum Græca dictio ſit. Sed dum ſubdit, Hamos etiam inſtrumento contineri: caſtiga, Amas. Sunt autem Amæ, ſine aſpiratione, ſarcula, ſeu ſalces meſſoriæ, quæ à Græco nomen ſumpſerunt. Id enim ſignificat ἄμη. Harum in collectaneis rei ruſticæ plurima eſt mentio, item & apud Heſiodi interpretes, quantum igitur conueniat Harpagoni ἄμη, nemo eſt qui neſciat. Ama etiam vas eſt, vnde diminutiuum ſit Amula, ἀμὶς quoque vas eſt in quo ſolemus meiere, noſtris matula dici poteſt, ἄμης etiam placentæ eſt ſpecies: ſed hæc nihil ad rem. Cotta.

HARPAGONES, Hotomanno, ſunt adunca ferramenta, quibus quid extrahitur: vt ſi quid in puteum deciderit.

HARVNDO cædua l.59.§.fi.ff de vſufr. l. 7. quod vi aut clam. l.3. ff. arb.fur.cæſ. ſcribitur ſine h.l.40.ff. de cont.emp. Prat. Briſſ.

HARVNDINES autem Ægyptios pro ligno vti, & Arundines comburi traditur, l.55.§. lignorum, ff. de leg.3. Prat. Briſſ.

HARVNDINETVM, vnde harundo vitibus fulciendis ſumitur l. 9 §.6. ff. de vſufruct. Prat.

HARVSPEX. Haruſpices à victimis in ara aſpiciendis dicti ſunt. Is enim eſt haruſpex, qui poſtquam hoſtia immolata eſt, inſpectis extis futura prædicit, qui & extiſpex dicitur. Cæterum Hetruſcorum peritiam in aruſpicina præcipue celebrem extitiſſe, indicio eſt, quod Cicero lib.1. de Diuinatione ſcribit: Hetruria autem de cœlo tacta ſcientiſſime animaduertit eademque interpretatur, quid quibuſque oſtendatur monſtris atque portentis, &c.

HARVSPEX. Pontanus inde aſpirat. lib.1. Aſpiramus, inquit, A in nomine Hara: cum caulam ſignificat, differtque ab ara, in qua rem diuinam faciebant, non ſolum tempore, ſed etiam aſpiratione, deducitur autem ab eo, quod eſt Hara, Id eſt, aula, Hariolus, Hariolor Haruſpex, Haruſpicium, Haruſpicina, quę voces omnes aſpirationes habent. Atqui non aſpirant, ab ara victimarum dictum putant. Spieg.

HARVSPICINA l.9.C. de malef. & mathem. in Cod. Theod.

Ab HASTA tabulæ. Ciceroni Philippica 2. dicuntur, tabulæ addictionis, quæ haſtam ſubſequuntur: communiter alij decreti interpoſitionem vocant. Rab. dicto loco.

HASTÆ ſubiicere, quod vulgo *Verganden* vocant, eſt vendere in auctione, quæ fiebat appoſita haſta. De qua lege Beroaldum, quarto in Propertium Comment. Id genus venditionis eleganti vocabulo Tertullianus Haſtarium nominauit. Cæterum ius Haſtæ pulchre tractat Zaſius in Scholiis in l. 2. de Orig. iur. Spieg.

HASTÆ ſignum præceptum eſt; itam & Carthaginenſes, cum bellum Romanis indicerent, haſtam mittebant: Cœlius lib. 21.c.16. lect. antiq. & Romani viros ſtrenuos ſæpe haſta donabant. Notandum etiam ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres haſtam coluiſſe Prat.

HASTA autem non ſolum de actionib. venditionibuſque, ſed & de locationibus quæ publice fiunt, dici conſueuit. vnde aſſoeti haſtæ appellati eleganter, qui etiam conducere conſueuerunt, vt annotauit Cœlius lib.22.c.17.

HASTAM abiicere, translate eſt cauſæ diffidere, & contentionem relinquere, *vom handel abſtehen*, Spieg.

HASTA ab Aſto dicitur, quod aſtans ferri ſolet, autore Var. aſpirationem ad differentiam ſecundæ perſonæ Imperatiui aſta, recipit. Vtuntur iam nunc pleræque ciuitates haſta, ad ſignificandum tempus liberæ emptionis & venditionis. Et quod alicubi iudices baculos deferunt, reliquiæ ſunt haſtarij iuris. Olden. Eadem autem haſta poſita, præcone quidem publico teſte, qui Reipub. præerant, vt refert Cic. de lege Agrar. & de Oratore. vectigalia populi Romani imperijque opes ita aliquando proſcripſerunt auctionarique ſunt, vt non obſcure viderentur prope haſta præconia inſectari Cnei Pompei exercitum, quod vænire iuberent eos ipſos agros, in quibus ille bellum gereret atque verſaretur. Ipſam vero haſtam non modo in auctionibus venditionibuſque, ſed & in locationibus poni ſolitam admonet Ouidij locus:

Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam,
Et minui magnæ non ſinet vrbis opes. Rabirius d. loc.

Sub haſta autem res vendendi origo inde cepiſſe videtur, Quia haſta ſymbolum fortitudinis erat, eaque principes rerum ſuarum autoritatem tuebantur ac conſeruabant: vt Homerus teſtatur in Iliade cum canit,

Κάϐλω ἢ ἄργυρον χέρσ' ἴϛειλεν ὡ Ἀχιλλεὺς
Δουρί τ' ἐμῷ κτεάτεσσα, πόλιν δ' ἀνάϊξαν ϖέρσας.

Quia haſta armis, bello denique quæſita tanti fecerunt veteres, vt quæ ex hoſtibus caperemus iure gentium ſtatim noſtra fierent, liberique homines bello capti, in ſeruitutem noſtram deducerentur. Hoc igitur inſigni haſtarum titulo, tutiſſimiſque iuriſgentium inſignibus, polliciendo emptores, quo pluris licitarentur, ab emptione nullo periculo deterritos, res bello quæſitas, haſta poſita, omnium que conſenſu confirmata autoritate vendere cœperunt. Sic, vt ſcribit Val. lib.5. cap.2. Africani poſterioris quæſtor haſtæ ſubiectus, captiuos vendidit: & Publius Claudius Camerinus ductu auſpiciiſque ſuis captos ſub haſta vendidit eodem Valerio atteſtante lib.6. cap. 5. Cumque principes, ciuium opes commiſſas, proſcriptorumque bona vendentes, prædam ſuam dicere auderent, inueterauit conſuetudo, proſcriptorum bona, haſta poſita vendere, haſtæque & voci ſubiicere præconis, vt teſtatur Cicer. lib.2. offi. Rabirius loco allegato.

HASTA fiſcalis l 8.C. de remiſ. pig. & rub. C. de fide & iur. haſt. fiſc. lib.10. de hac Tertul. in Apolog.

HASTAM Imperij & armorum inſigne fuiſſe Feſtus author eſt, & idcirco obſeruari in prouinciis ſolet, vt proconſules de ciuilibus prouincialium cauſis cognoſcentes pro tribunali haſtam, & in facinoroſos homines animaduertentes non haſtam, ſed gladium exigerent. Id quod ex Cypriano primum animaduerti licet, qui ſic Epiſtolarum lib.2. ſcribit: Sæuit inuicem diſſentientium rabies, & inter togas pace rupta forum litibus mugit inſanum, haſta illic & gladius & carnifex præſto eſt. Rævardus ad l. nemo eſt ff. de reg. iur. Sic reges Romani pro diademate haſtas habuere, quas Græci σκῆπτρα dixere, vt teſtatur Iuſtinus lib.43. Prat.

HASTAM mittere. Multis generibus id ſolenne fuiſſe legitur: vt bellum indicturæ haſtam mitterent. Sic de Rhodiis id narrat Polybius lib.4.

HASTAM pro auctione poſuiſſe videntur Impp. l. ſi tempora. C. de fid. & iur. haſt.

HASTARVM ſolennitate à fiſco res diſtrahebantur l. 2. & 2. C. Th. de admin. rer. pupil. & ſubhaſtatæ res dicuntur quæ ſub haſta venales propoſitæ ſunt. l. 3. C. de execu. rei iudi. & ſubhaſtatio l.16 C. de reſcind. vend. Quæ autem ſub haſta vænibant res, præcoribus proclamantibus vænibant, quos ad haſtam væniſſe, & oblata pretia nunciaſſe. Acron. in Satyr.6 lib. 2. Serm. Horat. ſcribit. & Haſta etiamnum in quibuſdam Galliæ partibus vti ſolent præcones & oblata pretia nunciare. Prat. ex Briſſ.

HASTÆ præſſe, hoc eſt, forenſibus ac priuatis expeditionibus, quod eſt centumuirali iudicio, apud Pompo. in l. 2. §. deinde cum placuiſſet de orig. iuris Romani etiam in honorem Romuli, qui ab haſta Quirinus dicebatur, omnia fere ſolennia per haſtam ſignificabant. Vnde etiam rebus, quæ per auctionem publice vendebantur, haſta adhiberi conſueuerat. Idque ſub haſta vænire, & Subhaſtatio dictum eſt.

HASTA centumuiralis idcirco dicta, quod centumuiri haſta in foro poſita, iudicabant. Prat.

HASTAM ponere dixit Cicer. lib. 2. offic. pro eo quod eſt, publicata ciuium bona auctione vendere, cuius venditionis haſta inſigne erat, quam haſtam ſceleratam & cruentam à Cicer. dictam obſeruamus: quod ſceleratorum opes commiſſas & publicatas, vel bello, vel ſanguine denique quæſitas, ſub haſta vænire moris fuerit. Rabirius de haſtarum origine.

HASTAM refrixiſſe Cicero in epiſtola ad Caſſium dixit, cum ciuium bona non publicarentur, nec haſta poſita voci ſubiicerentur præconis Rabirius dicto loco.

HASTÆ velitares erant iaculatoriæ, i. e. quibus eminus iaculabantur, proinde alijs leniores: De his Ouid. ita ſcribit:

Vtque petit primo plenum flaueſcit arena
Nondum calfacti velitis haſta ſolum.

HASTAM velitarem Polybius videtur γρόσφον appellare, de quo plura Turneb. lib.14. aduerſar. c.11.

HAVBERTICVM feudum Gallica lingua vulgo dicitur Loricatum: i. datum vaſallo ea conditione, vt ad edictum loricatus, ſiue cataphractus præſto ſit. Nam vt Lorica Latinis proprie & minus vſitate eſt tegmen de loro factum, quo maiores in bellis vtebantur, quemadmodum Seruius ſcribit 12. Æneid. frequentiſſime autem pro æræ armatura integra vſurpatur: ſic apud Gallos *Haubert* proprie loricam anulis contextam ſignificat, quam vulgus *Cotte de maille* appellat, vnde vetus prouerbium Gallicum, *De maille à maille on fait le haubergion.* Poſt vero integra equitis armatura eo nomine appellata eſt: videturque Normannicum verbum fuiſſe, cum in ea Galliæ parte frequentius illud verbum vſurpetur: vnde *Fiefs de haubert* Feuda loricæ. Prat.

HAVSTVM eſſe ius hauriendi aquam è puteo vicini Iuriſc. indicat in l.1. de ſeru. ruſt. præd. Putei hauriendi ius, non hominis, ſed prædij eſt, autore Pomponio in l. ſi mihi. in fin. de ſeruit. ruſtic. præd. Adſtipulatur Paulus in l. eum fundus ff. communi prædior. Prat.

H Æ.

HÆMVS mons. l. cum appellatio C. de appell. ſent. Hæmimontus ſecundum Marcellinum lib.6. Et ſecundum Hilarium in lib. de Synodo aduerſus Arrianos, Eminontus, vel, vt alij adſcripſerunt, Emimontus, ſed perperam pro Æmimontus, prouincia eſt Europæ ac Thraciæ. Cuiac. obſer. lib. 1. c. 26.

HÆREDES ſunt, qui in ius & locum defuncti ſuccedunt, l. 9. §. 5. ff. de

2.ff.de eden.l.34.ff.de judi.l.41.ff.de diuerſ reg.l.37.ff.de acq. hæred. Ab eo quod quaſi heri ſint, i. domini. §.vlt. Inſt. de hæred. qualit.l.1.ff.de ſucced. licet ab ære id nomen Iſidorus li. 9. Etym.c.5. alij etiam ab hærendo contra veterem ſcripturæ rationem deducant. Briſſ.

HÆREDEM ſuum naſci dicimus, qui poſt mortem naſcitur, quoniam ſicut viuentis nemo eſt hæres, ita nemo teſtatori viuo ſuus hæres naſcitur. Futurum autem hæredem naſci qui viuo teſtatori ſuus naſcitur: quod futurus pro parentum voto ſperatur. arg. l. ſ. ſcripto.ff. vnde liberi. Igitur dicitur naſci non ſuus futurus, quem alius præcedit. Ex Salomon. in l. vulgari ſ. leg Gallus. Spieg.

HÆREDVM tria ſunt genera: neceſſarij, ſui, qui & neceſſarij ſunt, extranei ſiue voluntarij. Cuiac. ad l.2.ff.de excuſ.

HÆREDES ſui & neceſſarij dicuntur liberi, qui in ſam lia proximum à patre ſa. gradum obtinent: ſui, quia hæreditatem tanquam ſuam: neceſſarij, quia jure antiquo retinere cogebantur, l.11.ff.de lib. & poſth. l.57.ff.de acq. hæred. vide ſui & neceſſarij. & adde Connan li.10.c.5.n.s.7.& 9. Hoto. Vel

HÆREDES ſui & neceſſarij, qui in poteſtate teſtatoris morientis modo fuerint: veluti filius, filia, nepos, neptiſve ex filio, & deinceps ceteri liberi. Sed ſui quidem dicuntur, quia domeſtici hæredes ſunt, & viuo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur: neceſſarij verò, quia omnino ſiue velint, ſiue nolint, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ex l.12.tab. hæredes fiunt. §. ſui autem, 3. in fin. Inſtit. de hæred. qual. & different. Prat.

HÆREDES extranei dicuntur, quicunq; teſtatoris juri ſubiecti non ſunt. Itaque liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt, hæredes à nobis inſtituti, extranei hæredes nobis videntur. ait Imp. §.5. de hæred. qualit. Hoto. Vel ſic

HÆREDES extranei dicuntur, qui in poteſtate teſtatoris non ſunt: quo in numero patribus quidem emancipati liberi: matrib. verò. quilibet: patronis autem. ſerui poſt inſtitutionem manumiſſi. l. cæteri, de hæred. qualit. & diff. Dicuntur autem hi etiam hæredes voluntarij: nam cùm teſtatoris juri ſubiecti non ſint, arbitrio eorum adeundi repudiandive poteſtas permittitur. Hot.

HÆREDES quidam ſunt teſtamentarij & legitimi. Sed hi demum heredum nomen obtinent, qui jure ciuili ſuccedunt, Prætorij ſucceſſores, hęredes non appellantur. Hęredes enim lex tantùm facit 12. tab. lex item Cornelia captiuos; aut Senatuſconſultum, vt Orphitianum & Tertyllianum, vel principis conſtitutio, vt in filiorumfam. militúmve hæreditate accidit. Prætor vero hæredes non facit, §. quod autem. Inſtit. de bon. poſ. l.2.§. vlt. ff. vnde legitim. Vnde quod in l.6. ff. quæ in frau. creditor. antehac legebatur hęreditatem vel honorariam, à Pand Floren. rectè abeſt. Et in l.1. C ſi quis ignor. rem minor. hęreditario & honorario titulo ſuccedere diuerſa ſunt. Itaque & fideicommiſſarij, & bonorum poſſeſſores ab hæredibus vere ſemper ſeparantur, nec hæredes, ſed velut hæredes, aut hęredibus ſimiles perſonæ perpetuo dicuntur, l.1.ff. de poſſeſſor. hæred. pet. l. 20. §. licet. ff de petit. hæred. l.1.§. ſi apud. ff. de poſ. l.58.ff. de oblig. & act. l. 28 ff. de re jud. l. 5.§ & ſi heres. ff. vt in poſſeſ. leg. l.9. in fi.. ff de reb. aut. judic. l.118 ff. de diuerſ. reg. jur l.5. in fi. ff. de tabul. exhiben. l.2. §. ſi quis nemine. ff. ne quid in loc. publi. l.25. ff. famil. erciſ. l.1.§ l.47. in fi. ff. ad leg. Falcid. § reſtituta. Inſt. de fideicomm. hæred. l.10 in fi. ff. quæ in frau. cred. l.1.§. vlt. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſio. Vlp. in Inſt. tit. 18. Theoph. in tit. de perpet. & temp. act. ad fi. pr. Briſſ. Hæredum neceſſariorum & extraneorum differentia hæc eſt: Neceſſarij hæredes non adeunt, nec adire dicuntur vſquam, ſed exiſtunt ſtatim. l.1.§. qui ſunt. ff. ſi quis omiſ. cauſ. & habent jus ἀναβάσεως. Extranei hæredes fiunt aditione ſcilicet. l. filiusfa. ff. ad l Falc. Neceſſarij exiſtunt etiam ignorantes & inuiti. Verum vt extraneo hærede ſcripto, tutelæ & cætera, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, ſtatim atque hæres adierit, valent, ita neceſſario hærede ſcripto fateor, tutelas, ſtatim atque is hæres extiterit, quod contingit continuo à morte defuncti valere: nam & libertates ſtatim valent, l. ſciendum, de manum. teſtam. & ſubſtitutio pupillaris l. ſi filius, qui patri, de vulg. ſubſtit. leg filius, de acquir. Ergo & omnia, quæ teſtamento ſcripta ſunt, mortuo teſtatore, ſtatim valere incipiunt, l. ſi poſt mortem, de leg. 1. Cæterum aditionis verbum etiam ad neceſſarium hęredem pertinere, & aditionis verbo miſtim. nego & pernego. Cuiac. excuſat.

HÆREDES feudales, *Lehenerben*, vt filij: *Landterben*, vt filiæ. Profectu eleganter hæc verba differentiam indicant inter maſculos & fœminas.

HÆREDES lineæ deſcendentis dicuntur *Ganerben*, *Die da in rechten blut ſtamm nider vverts gehen* Hi enim præ cæteris omnibus aſcendentis lineæ, vel ex tranſuerſo hęreditatem accipiunt. *Ganerben* igitur, *daſſ an ſie das erbnider vverts gehet:* antiquo Saxonum verbo. Spieg.

HÆREDES nuncupati à ſcripto diſtinguuntur, & dicuntur aliquando, qui quidem in teſtamento ſcripti ſunt, ſed ab alio quodam ſcripti, dictante teſtatore. Idq; etiam ſignificat Suetonius loquens de liberis Cleopatræ, qui Antonio nuncupante ſiue dictante ſcripti hæredes in ejus teſtamento erant ab amanuenſi vel ſcriba. Balduin. tit. de militari teſtam. Porro his verbis ſtipulationis, TE HÆREDESQVE TVVM DARE SPONDES? & ſi plures ſint hæredes, continentur, l.158. ff. de verb. ſignif. Plane ſi quis ita dixerit: HÆRES MEVS DAMNAS ESTO DARE AVREOS QVINQVE, non quil hei hæres, ſed omnes videntur damnati, vt vna quinque dent. Ad omnes vtique hæredes etiamſi plures gradus teſtamento facti ſint, ea verba pertinebunt. l.44. ff. de lega. li.1. l.98 ff. de legat. li.3. Itaque & qui ita dixit, QVANTVM HÆRES MEVS HABEBIT, TANTVM DATO, pro eo eſt ac ſi ita dixiſſet, Quantum omnes hæredes mei habebunt, l.43. Digeſt. de legat. lib.2. Quanquam autem hæredis verbo juris tantùm ſucceſſor demonſtratur, quod tamen alicui ita datum fuerit, vt & ad hæredes pertineat, etiam ad legatarium voluntatis potius, quàm Verborum ratione transferri poterit, l. 219. ff. de verborum ſignifica. Briſſ.

HÆREDES accelerantes, *Gabnerben* in Spec. Saxon. art.17. appellari videntur, quod Francogallica lingua nominat *Habiles à ſucceder*. Quando, inquit hæreditatem neque ſoror neque frater adeat, omnes qui ſe in pari gradu exiſtere probauerint, æquam hæreditatis percipiant portionem. Et cùm in his ſexum non diſcernamus, hæredes accelerantes eos appellamus Prat.

Pro HÆREDE gerere, quemadmodum Paul. li.4 ſenten. tit.8. ſcribit eſt deſtinatione futuri domini aliquid ex hęreditarijs rebus vſurpare. Et ideo pro hærede gerere videtur, qui fundorum hęreditariorum culturas rationéſque diſponit, & qui ſeruis hęreditarijs, jumentis, aliíſve rebus pro domino vtitur. Vlpian. quoque Inſtit. tit.22. Pro hęrede, ait, gerit qui rebus hęreditarijs tanquam dominus vtitur, veluti qui actionem rerum hęreditariarum facit, aut ſeruis hęreditarijs cibaria mandat. Idem lib.61. ad edict. Pro hęrede gerere eum videri ſcribit, qui aliquid facit, quaſi hęres: nec hoc tam facti eſſe, quàm animi. Nec enim aliquid hęreditarium attingere ſatis eſt, ſed hoc amplius eo animo eſſe debet, qui attingit, vt hęres eſſe velit, l.20. ff. de hęred. inſti. Itaque gerit pro hęrede, qui animo ſucceſſionem agnoſcit, licet nihil hęreditarium attingat: veluti qui re non hęreditaria tanquam hęredit. ria vtitur. l.21.§.1. l.86 in fin. l.88. ff de adqu. hęred. Denique qui pro domino aliquid facit, quod citra jus & nomen hęredis facere non poſſit. Quod ſi ſepulchri violati egerit, vel operas à liberto paterno petierit filius, nihilo magis pro hęrede gerere intelligitur. quoniam illa etiam in non hęredem cadunt, l.20.§ pen. & l. vltim. de adquir. hęred l. pen. ff de ſepul. viol. Ita pro hærede gerere accipimus in l.59.§. Titius. ff. de hæred. inſtit. l.5 ff. de caſtr. pec. l.4. & l.5. C de jure delib. lib 4. Co. ad Trebellian. & pro hærede geſtionem in l.14.§ plerique ff de religioſ. Et pro hærede geſtio. l.19. C. de jure delib. Iuſtinian. Novel. 1. ἀλλὰ μὴν ἄπαντας τοὺς ἐπεισφέροντας ... Briſſon. Cuiac. in παρατίτλοις ſuis, de diuerſ. tempor. præſcript. & term. cap. 15. dicit, multo melius ex conſtitutione Iuſtiniani hodie eſſe, ex inuentario ſe pro hærede gerere, quàm ex deliberatione. Nam ex deliberatione hæres tenetur in ſolidum creditoribus hæreditarijs, nec Falcidiæ beneficium habet. Ex inuentario hæres tenetur pro viribus hæreditatis, & Falcidiæ beneficium habet. Verum contractiora ſunt inuentarij, quam deliberationis tempora. Inuentarij ſunt trium menſium, Deliberationis anni vel nouem menſium, l. vltim § ſed quia. Cod. de jure delib. vbi à principe annus datur, à cæteris vero nouem menſes.

Pro HÆREDE vſucapere, & pro herede poſſidere quis dicatur annotauit Seilerus ex Duareno. D. pro hærede vel poſſeſſore. Cuius formalia verba ad explicandam hanc φράσιν ordine hic recenſenda eſſe putaui. Is (inquit) vſucapit pro hærede, qui cùm hæres ſit, tenet a rem alienam vt hæreditariam poſſidet. Hic nota neceſſarium eſſe, vt hæres ſit quis reuera, & non putet ſe hæredem eſſe. Error enim falſæ cauſæ vſucapionem non parit. §. error autem. Inſtitut. de vſucap. l.27. l.29. ff. eod. Hinc dicitur in leg. vltim. hoc tit. eum qui teſtamenti factionem non habeat paſſiuè ſcilicet, eum non poſſe vſucapere pro hærede. Aliud infertur ex l.s. quod ex viui bonis pro hærede nihil vſucapi poſſit, &c. Viui enim hæreditas nulla eſt, vt dicitur in le. 1. tit. de hæred. vel act. vend. Aliter tamen accipitur hoc verbum in petitione hæreditatis. Pro hærede poſſidere is dicitur, qui putat ſe hæredem eſſe, quamuis non ſit, l. pro hærede, l. licet. l. regulariter, de petit. hæred Notandum tamen eſt, juſtam cauſam erroris prodeſſe ad vſucapionem, l. non ſolùm. §. quod vulgo. tit. de vſucap. In ſuis autem hæredibus hæc vſucapio locum non habet, l.2. Co. de vſucap. pro hæred. Ratio ſatis obſcura eſt. Ego puto ideo hoc conſtitutum eſſe, quia non eſt veriſimile ſuum hæredem, qui dominus eſt rerum hæreditariarum etiam viuo teſtatore, vt dicitur in le. in

ſuis de lib. & poſthu. eum ignoraſſe, an res hæreditaria ſit nec ne. In extraneo ſecus accidit, qui multo juſtio rem cauſam habet ignorantiæ quàm ſuus, & propterea aditio nõ eſt neceſſaria in ſuis hæredibus, quia iam domini ſunt: vide Duaren. ad d. ti. ff. pro hærede.

HÆREDIS porro appellatio per multas ſucceſſiones accipitur, nec tantum ad proximum hæredem, ſed & ad vlteriores refertur, ita vt hæredis hæres, & deinceps ea appellatione contineatur. l. 65. l. 170 ff de verb. ſig. l. 1. ff. de liber. l. exceptis paucis ſpeciebus, in quib. hæredis appellatio proximũ tantũ cõtinet: vt in ſubſtitutione impuberis his verbis facta, QVISQVIS MEVS HÆRES ERIT, & in l. Ælia Sentia, & in Edicti Prętorij his verbis, Tum QVAM EI HÆREDAM ESSE OPORTET. l. 70. & l. 127. ff. de verb. ſig. l. 1. ff. vnde legit. Quinimo & ita in ſecundis tabulis facta ſubſtitutione, QVISQVIS MIHI HÆRES ERIT, IDEM FILIO MEO HÆRES ESTO: ſcriptos tantùm hæredes, & qui ex teſtamẽto hæredes exiſterẽt, cõtineri placuit. Et ideo non tantùm hæredem, ſed & patrem, qui per filium: dominum, qui per ſeruum hæres extiterit, ab hac ſubſtitutione repelli, quia hi omnes non ex judicio veniunt. l. 3. & l. 8. ff. de vulg. & pup. l. 27. §. qui ſuſpectum. & l. 55. §. qui fideicom. in fi. ad Trebell. Cæterum, qui ſemel hæres extiterit, etiamſi viuo pupillo heres eſſe deſierit, hæreditate forte vel ex cauſa inofficioſi teſtamenti, vel vt indigno ablata, ad hæreditatem nihilominus admittetur. l. 31. l. 43. §. vlt. ff. de vulg. Eſt & alius caſus, in quo heredis appellatio proximum tantùm complectitur, qui traditur in l. 14. C. de vſuſr. Briſſ.

HÆREDIS appellatione, omnes ſignificari ſucceſſores, credendum eſt. l. hæred. de verb. ſig. Spieg.

HÆREDIS nomen latiore ſignificatione poſſeſſorem & fideicommiſſarium, & legatarium comprehendit. Spieg.

HÆREDI adiectus non poteſt efficere, vt qui ſemel hæres extitit, deſinat eſſe heres, l. & qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit. Oldend. Prat.

HÆREDIS nomen ſi quis non dixerit quidem, ſed indubitabili ſigno eum demonſtrauerit, quod penè nihil à nomine diſtat (non tamen eo, quod contumeliæ cauſa addi ſolet) valet inſtitutio, l. quoties volens §. ſi quis. ff. de hæred. inſtit. Prat.

HÆREDVM multi gradus in teſtamento fieri poſſunt, inſtituendo & ſubſtituendo, l. ſi poſthumus, de lib. & poſthu. pr. Inſt. de vulg. ſubſtit. Hæredes enim primi dicuntur, pro hæredibus primùm nuncupatis, hæredes ſecundi, pro ſecundo pronunciatis, l. ſi quis cum teſtamentum, ff. qui teſtam. facere poſſunt. Prat. Sic

HÆREDES aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. Inſtituti primo gradu: ſubſtituti ſecundo vel tertio. l. 1. de vulg. & pup. ſubſtit. Old. Prat.

HÆREDIS Inſtitutio aut duplex eſt, aut ſimplex. Simplex, veluti: Lucius Titius hæres eſto. Si mihi Lucius Tit. hæres non erit, tunc Caius Seius hæres eſto. Duplex, veluti: Filius mihi hæres eſto. Si hæres non erit, ſiue erit, & intra pubertatem deceſſerit, tunc Caius Seius heres eſto. ibid. Old. Prat.

HÆREDITARE, vulgare ſordidumque verbum eſſe monuit Alc. legique haud dubiè corruptè in antiquis C. Cic. lib. 2. ad At. epiſt. 1. Cùm in Sicilia hæreditatem ſæpe hæreditaſſet. Vnde aliqui emendarunt, legentes, ædilitatem ſæpe dictitaſſet: verum cùm, quid ſit dictitare ædilitatem, non ſatis conſtet, meritò ille putat, quod minus receditur ab exemplari, ſi legatur: Cùm in Sicilia hæreditate ſeſe dilataſſet. Spieg.

HÆREDITARIA bona à patre, auo, & proauo, *Standtgut*. En vero bona immobilia, quæ eminus, dicuntur, *eigenligende grunde* Oldend.

HÆREDITARIA onera ſunt funeris, æris alieni, & legatorum ſumptus l. 20. §. 1. ff. de acq. hæred. l. 1. §. illud tenendum & § ſi quid public. ff. de hęred. vendit. Briſſ. Prat.

HÆREDITARIA ſepulchra dicuntur, quæ quis ſibi hæredibuſq; ſuis conſtituit: vel quod paterfam. jure hæreditario acquiſiuit. l. 5. & 6. de relig & ſumpt. Hot. Prat. Briſſ.

HÆREDITARIÆ actiones, in tit. de hæreditar. actio. C. accipiendæ ſunt, quæ ex negotijs cum defuncto geſtis, vel ex delictis in hæredes dantur. Quo in numero & legatorum actiones haberi placet, quamuis ab hærede cœperint. l. 39. ff. de obl. & act. Eodemque modo & hæreditarium æs alienum id etiam intelligitur, de quo cum defuncto agi non potuit: veluti ſi debiti conditio poſt mortem extitit, vel is ſe daturum cum moreretur promiſerit, vel ſi fideiuſſor pro eo poſt mortem ſoluit. l. 7 ff. de ſebus auct. judic. poſſ. Briſſ.

HÆREDITARIÆ & illę actiones appellantur, quæ in hæreditaris defuncti bonis ſunt. l. 1. §. hęc act. ff. ſi quid in fraud. patr. l. 59. ff. ad Trebel. l. 20. § cum prędixerimus. ff. de petit. hæred. Quæ verò ex defuncti perſona heredi dantur, etiamſi defuncto nunquam competierunt, hęreditariæ tamen dicentur, l. vt in ſpecie. l. 84. ff. ad l. Falcid. Planè quę patrono ad reuocanda ea, quę in fraudem ejus alienata ſunt, datur actio, hęreditaria non eſt, i. ex bonis liberti, ſed propria patroni, l. 1. §. hęc act. ff. ſi quid in fraud. pat. Briſſ.

HÆREDITARIAS res pro ipſa hęreditate poſuit Tullius, quod Galli ſimiliter faciunt, qui res ſuas immobiles, i. fundos & prędia *hæreditagium* vocant, At Iuriſconſulti, qui ſubtilius iſta quęſiuerunt, hęreditatem ſeparant à rebus hæreditarijs, eamque volunt juris nomen eſſe, vt ejus qui nihil habeat in bonis, heres eſſe poſſit. Conn. lib. 10. c. quinto, num. 1. Hot.

HÆREDITARIA in jure capi dicuntur, in l. 91. ff. ad leg. Falcid. quę quis eo ipſo, quod eſt hęres, capit. Prat. ex Briſſ.

HÆREDITARIVS cenſus. *Erbzins*: eſt emphyteuſis, quę propter canonem datur ad colendum jure hęreditario, donec non detrectet colonus ſolutionem. Oldendorp.

HÆREDITARIVS creditor aut debitor dicitur, cui hæreditas obſtricta eſt, & qui hæreditati, non defuncto obſtringitur. l. 54. cum ſequentibus. ff. de hæredit. pet. Prat.

HÆREDITARIVS debitor intelligitur is, qui ſeruo hæreditario promiſit, vel qui ante aditam hæreditatem damnum dedit. Paulus, lege ſed verum. de petit. hæred. Old.

HÆREDITARIVS ſeruus vere dicitur, cum hæreditas adhuc iacet, aut à nemine poſſidetur. Hęreditas enim nondum adita vicem perſonę ſuſtinet §. ſeruus etiam. Inſtit. de hęred. inſtit. l. 15. ff. de vſucap. Vide Zaſ. in l. poſſeſſ. §. veteres. ff. de acqu. vel amit. poſſ. Oldend.

HÆREDITARIVM feudum, quod à patre & auo procedit, *Erblehen*. Prat.

HÆREDITARIVM officium in aulis principum, vt *Erbtruchſeſs. Erbmarſchalck Erbſchenk*. Old.

HÆREDITAS, ait Theoph. eſt jus quoddam certis modis conſtitutum, ſed intellectu comprehenſum, quod alieni patrimonij vniuerſalem dominum me efficit, tit. de reb. corpor. & incorp. Hot.

HÆREDITAS. Nihil aliud eſt hęreditas, quam ſucceſſio in vniuerſum jus, quod defunctus habuit tempore mortis. l. nihil aliud, ff. de verborum ſignificationib. l. hæreditas. ff. de regul. jur. Similis definitio apud Ciceronem in Topic. in loco à definitione. Quo loco ne fallaris, Iuriſconſultus ad vulgarem loquendi vſum reſpiciens, vt foro deſeruiret, aditionem magis hæreditatis, quam ipſam hæreditatem, definit. Nam cum hæreditas (vt Oldendorpius in duodecim tabulis) ſit relatio juxta æqualitatem & inæqualitatem, ipſe definire maluit, juxta actionem & paſſionem, vt eſt aditio. Quamobrem Vlpianus in leg. pecunię. §. hęreditas. ff. dicto titu de verb. ſigni. & in l. hæred. ff. per hæreditat. Hæreditas, inquit, nomen juris eſt, quod & acceſſionem & deceſſionem in ſe recipit. Et ſine vllo tempore, juris intellectum habet. Ex qua definitione hęreditatis eliciuntur ſequentes concluſiones, ſcilicet, hæreditatem non niſi ſucceſſione deferri: rei particularis non eſſe hæreditatem: jus illud in definitione poſitum, antequam hæredi quærarur, & quandiu iacet hæreditas dici: viuentis non eſſe hæreditatem: ibi in definitione. l. hęreditas, & l. 1 ff. de hęred. vendit. hęreditatem non tantùm proximum, ſed & remotum reſpicere hæredem: hæreditatem iacentem repræſentare defunctum, Anch.

HÆREDITAS, vt recte Caſſiodorus ſcribit in Pſalm. 2. & 15. & 77. ab hero dicta eſt, id eſt, domino, quod eam jure legitimo dominus poſſideat. Cuiac lib. 2 Inſtit. titul. de hæredit. qual. & diff. ſi quis vero miretur, quod quę in hęrede ſyllaba producitur, ea in hero corripiatur, legat Gellium lib. 12. c. 3. Cuiac. obſeru. & emendat. lib. 5 c. 10. in fin.

HÆREDITAS quamuis pro domino habeatur, perſonam tamen domini veram non repręſentat. Ræuard. ad l. omnia fere jura ff. de reg jur.

HÆREDITAS vniuerſitatem quandam ad jus ſucceſſionis demonſtrat. l. 208. de verb. ſign. Iuris quoque nomen eſt. l. 5. ff. de bon. poſſ. l. 17. §. 1. de verb ſign. & in jure conſiſtere dicitur, l. 1. ff. de rer. diuiſ. Proinde abſque vllo tempore juris intellectum haber, l. 50. ff. de hæred. pet. Hæreditatis itaque appellatione etiam damnoſa continetur. Hęreditatis verbum interdum pro rebus ipſis & corporibus hæreditatis vſurpatur. Prat.

HÆREDITATIS appellatione neque legata neque fideicommiſſa continentur l. ſi Titius de leg. 3. Prat.

HÆREDITAS obligat nos æri alieno, etiamſi non ſit ſoluendo. De ea autem hæreditate loquimur, in qua non ſuccedunt huiuſmodi perſonę quaſi neceſſarię. Vlpian. in l. ex more de acq. hęred. Prat.

HÆREDITATEM paternam filius poteſt recuſare, fraternam autem retinere, l. ſi filius qui parti, ff. de vulg. & pupill. Prat.

HÆREDITAS eſt pecunia, quę morte alicuius ad quempiam peruenit. Nam (vt ait Iuſtin. ſub tit. de reb. corporal.) aliud eſt hæreditas, aliud res, quæ per eam acquiruntur. Hæ corpora ſunt, illa vero jus: hæ certę ſunt, illa incerta eſt: hæ per ſe ſemper vtiles ſunt, illa nonnunquam damnoſa. Quod Seneca non animaduertens lib. de benef. 6. Iuriſconſultorum, inquit, iſtę argutæ ineptiæ ſunt, qui hæreditatem negant vſucapi poſſe: ſed ea quæ in hæreditate ſunt, tanquam quidquam aliud ſit hæreditas, quam ea quæ in hæreditate ſunt. Hot. Prat.

HÆREDITATIS acquirendæ cauſa duplex eſt, teſtamentum & lex:

les: legis cauſa rurſus duplex, Agnatio & patronatus. Scire igitur quis debet, teſtamento an lege ſibi deferatur hæreditas: & ſi lege, agnationis an patronatus jure, l. ſi is ad quem ff. de acqu. hær. l. pupillus. ff. eod. & ſi teſtamento, jure inſtitutionis, an jure ſubſtitutionis. Cuiac. tract. 1. ad Afric. n. 5.

HÆREDITAS alia Teſtamentaria eſt, alia Legitima: quæ ſine teſtamento l. XII. tab. alicui defertur. l. quod autem 6. ff. quæ in fraud. cred. Interdum tamen etiam teſtamentaria hæreditas lege deferri dicitur: vt l. 1. ff. de hæred. peti leg. lege, 130. ff. de verb. ſign. Hoto.

HÆREDITAS defuncti non adita, caduca fit, Nou. de hæred. & Falcid. §. ſi vero inſtitutio.

HÆREDITAS plerunque allodia ſignificat, vt in Spec. Sax. a1. 5.

HÆREDITAS quandiu ex teſtamento poteſt adiri, ab inteſtato non defertur, ff. de acq. hered. paſſim. Prat.

HÆREDITAS iacens dicitur, quæ nondum adita eſt, l. 1. ff. de ſuccel. edict. l. denique, 33. §. quæſitum, ff. quod vi aut clàm. l. 5. ff. vt in poſſ. legat. Hot.

HÆREDITAS defertur, quæ teſtamento alicui relicta eſt, l. lege 130. de verb. ſig. Hotom.

HÆREDITAS auocatur, ſi teſtator vt inteſtatus moreretur, incidit tabulas, & hoc approbauerint ij, qui ab inteſtato venire deſiderant. Conc. lib. 9 c. 7 n. 3.

HÆREDITAS aditur, cùm hæres eam accipere vel dicto, vel facto teſtatur. §. 6. Inſt. de hær. qual. Hoto. Eſt autem adeunda hæreditas intra dies centum. Cuiac. obſer. li 3. ca. 6.

HÆREDITAS omittitur, cùm hæres excludi ſe ab eo tempore paſſus eſt. Hotom.

HÆREDITAS repudiatur, cùm is ad quem delata eſt, adire recuſat. Repudiantur enim ea tantum, quæ iam delata ſunt, l. 1. § decretalis ff. de ſucceſ. edict. Hotu.

HÆREDITAS vſucapi non poteſt. Eſt. n. jus incorporale, atque hanc etiam fuiſſe ICtorum ſententiam ſcribit Seneca li. 6 de beneficijs. Cuiac. in commeut. ſuis ad l. pen. ff. pro emptore. Res hereditariæ autem rectè vſucapiuntur.

HÆREDITAS codicillis neque dari neque adimi poteſt, l pen. de cond. inſtit. §. pen. Inſtit. de codicillis.

HÆREDITATEM ad nos pertinere; hæredem effici, l. 1. & 2. ff. petit. hæred. Ad hereditatem vocari: heredem fieri, l. 3. in fin. ibid. Prat.

HÆREDITAS plerunque diuiditur in duodecim vncias, quæ aſſis appellatione continetur, l. ſeruum meum, §. fi. ff. de hæred. inſtit. Old. Prat.

HÆREDITAS defuncti locum obtinet, l. non minus in fi. ff. de hered. inſti. Quia creditum eſt, inquit, hereditatem dominam eſſe, & defuncti locum obtinere. Old. Prat.

HÆREDITAS ex die, vel ad diem non rectè datur, ſed vitio temporis ſublato manet inſtitutio, ff. de hered. inſtit. Old. Sic etiam Cuiac. dicit: Ex die expreſſim non rectè dari hereditatem veluti poſt quinquennium quam moriar. Tacitè verò rectè eam dari, l. quotiens, §. pen. ff. de hered. inſti. l. ſi mater. ff. de pact. Cuiac. ad l. 35. D. de hæred. inſtit.

HÆREDITAS fideicommiſſaria, à fide heredis, cui committitur, nomen accepit. quæ & fiduciaria appellatur. Spieg.

HÆREDITAS juſta dicitur, quæ jure legitimo obuenit, l. cognationis nomine. Hic enim titulus heredis pleniſſimus eſt, & omnibus partibus juris nixus. Ex Bud. annot. pr. Spieg.

HÆREDITAS juſta (vt ait Bud. in annot.) dicitur verè & planè hæreditas, quæ jure legitimo obuenit, i. cognationis nomine ἡ κατ' ἀγχιστείαν κληρονομία: Græci enim jus legitimæ ſucceſ. ἀγχιστείαν vocant, quod ſignificat etiam jus proximè ad aliquem accedendi, vt ex Plutarcho docet ipſe Budæus in comment. linguæ Græcæ Et ἀγχιστεία jure propinquitatis hereditatem cernere petereque. Sic igitur juſta hereditas & legitima idem ſunt: Τὴν ἐκ κατ' ἀγχιστείαν κληρονομίαν, Brechæus l. lege obuenire. tit. de verb. & rer. ſign. &c.

HÆREDITAS lucroſa. Caius ff ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Nam liberum, inquit, cuiq; eſſe debet, etiam lucroſam hereditatem omittere: quod pulchrè declarat Vlpian. in l. quia autem is, §. non ſimpliciter. eod. tit. Spieg.

HÆREDITAS delata. Vide, Delata hereditas, & l. is poteſt ff. de acq. hæred. Item ordo deferendæ hereditatis ab inteſtato ſine vllo dolo repudiatæ, cujus cognitio ad alia quoque proderit, tractatur Nouel. de heredib. & Falc. §. etſi nemo alius. & ſeq. conſtit. 1. Spieg.

HÆREDITAS ſine ſacris. Quære, Sine ſacris hereditas.

HÆREDITATE indignus habetur, qui non habet in eo conſentientem defuncti voluntatem. Connan. lib. 9. cap. 7. num. 8.

HÆREDITATE venire bona dicuntur, quæ jure hereditario alicui obueniunt. Cic. de Inuent.

HÆREDITATEM adire dicitur is, qui hæres factus, vel autoritate prætoris, vel qua voluntate in hereditatem ſe intromittit. Spieg.

HÆREDITATEM in capita diuidi, nihil aliud eſt, quàm eam in tot partes eaſque æquales diſpeſci, quot ſunt capita, quibus ſolet deferri. In Stirpes verò ſucceſſio diuiditur, quando liberi parentis ſui locum adſumentes, in eam hereditatis partem duntaxat ſuccedunt, quàm parens vbi ſuperſtes eſſet adſecutus fuiſſet. Sic dicta, quod ſecundum ſtirpes atque radices ejus domus conferent, & poſtea in ſucceſſores ex ſingulis ſtirpibus pro cuiuſque portione diſtribuitur. Vide infra. In capita ſuccedere. Spieg.

HÆREDITATEM cernere, pro acquiſiui: quæ locutio & apud Ciceronem non eſt infrequens: quam quidem vulgus iam vel accepit. Neque tamen, Vigl. inquit, ſcio an quiſquam rectè intelligat. Arbitratur, is non à decernendi ſignificatione dictam Cretionem, ſed à cernendo, i. videndo: quod Varronem quoque velle putat lib. 5. de verb. orig. Spieg.

HÆREDITATEM ſibi, ſeque ei obligare, l. nàm & Ser. §. qui negotia. ff. neg. geſt.

HÆREDITATIS procurationem ſuſcipere in princ. l. debitor meus. ff. de neg. geſt. Spieg.

HÆREDITATIS aditio, eſt modus adquirendi dominium jure ciuili introductus, §. fi. Inſtit. de donationib. atque adeo quædam actio: hæreditas verò bonorum vniuerſitas, quam reliquit poſt ſe defunctus. Caius ICtus in l. nihil aliud, de verb. ſign. aditionem hereditatis potius, quàm ipſam hereditatem definire voluit. Nam cùm hereditatis ſit relatio juxta equalitatem & inequalitatem, ipſe definiuit juxta actionem & paſſionem. Quod ſi conſideraſſet Bart in rubr. ff. de acq. heredit. in ea definitione explicanda tantopere non fuiſſet anxius. Spieg.

HÆREDITATE nemo alligatur, neque exheredari poteſt ex alterius facto. l. paterfam. ff. de hered. inſtit. Prat.

HÆREDITATEM repudiando nihil agit, qui dubitat, viuat teſtator, nec ne, l. is qui heres, ff. de acq here. is autem qui putat ſe neceſſarium, cùm ſit voluntarius, non poterit repudiare. Nam plus eſt in opinione, quàm in veritate, ff. eo. tit. §. ſi quis 1a. Inſt. de legatis. Et qui ſe non immiſcuit hereditati paternę, ſiue maior ſit, ſiue minor, non eſt neceſſe prętorem adire, ſed ſufficit ſe non immiſcuiſſe hereditati, ibi, Qui hereditatem adire vel bonorum poſſeſſionem petere volet, certus eſſe debet, defunctum eſſe teſtatorem, ff. de acq. hęred. Prat.

HÆREDIUM, vt Feſt. lib 8. ſcribit, prędium paruulum eſt. In 12. tab. ortum ſignificare ſcribit Plin. lib 19. c. 4. Vnde Hærediolum ὑποκοριστικῶς à Latinis quoque autoribus dicitur. Varro 1. de re ruſtica ſcribit, Romulum bina jugera viritim diuiſiſſe, quę quod hæredem ſequerentur, Heredium appellarunt. Prat.

HÆREDUM etiam loco habentur adrogator, ad quem per vniuerſitatem bona tranſeunt, & pater filij inteſtati caſtrenſia bona veluti peculij jure occupans: Item fiſcus ex delicto, vel bona vacantia capiens: Item pater dominuſve, quibus hereditatis emolumentum & commodum adquiritur. l. 2, § ſi defunctus ff. pro empt. l. 6. ff. de in integ. reſt. l. 1. §. ſed & ſi morte ff. quando act. de pecul. l. 40. ff. ad Trebellianum. l. 14. ff. de diuerſ. & temp. Erat olim etiam honorarius ſucceſſor, Bonorum emptor, qui creditorib. debitoris bona diſtrahentibus emerat, vt Theophilus in tito. de ſucceſ. bono. exponit. Atque hi omnes non directas, ſed vtiles actiones exercebant. Eademque ratione & qui poſt abſtentionem repudiationémve à prętore in integrum reſtituebantur, vt adirent, hęredes non fiebant. ſed vtiles tantum actiones habebant, l. 7. §. ſed quod Papinia. ff. de minorib. l. 21. §. vlt ff. quod met. cauſ. Br. ſſ.

HÆRAM Marteam Feſt. ait antiquos accepta hereditate coluiſſe, quę putabatur fuiſſe vna ex Martia comitib. Quod, vt exiſtimo, de hæreditatum bonorumque poſſeſſione multa bella innaſcuntur, & multę bello ſimillimæ lites & controuerſiæ. Connan li. 10. c. 5. n 1. Adde Brechæum l. hæreditaria in tit. de verb. & rer. ſign.

HÆRAS maſculini & fœminini generis, contra quam Soſipater credat, eſt nam in genere fœminino vſurpauit. Tryph. in l. vlt. de collat. bon. Prat.

HÆRAS, inquit Feſt. apud antiquos pro domino ponebatur. Sic Inſt. §. vlt. de hæred. qual. & diff. Pro herede, inquit, gerere, eſt pro domino gerere. Veteres enim hæredes pro dominis appellabant: Vtriuſque Plaut. auctoritatem comprobat in Menæch. cum Menæchmum peregrinum de pallis loquentem facit, Prandi, potaui: atque abſtuli hanc, cujus hæres nunquam erit poſt hunc diem. Sic heredem inſtituere nihil aliud eſt, quàm deſignare aliquem bonorum ſuorum poſt mortem futurum dominum, §. item extraneus. de hęred. qual. & differ. Vnde autem hoc verbum manarit, non facilè dixerim, nam eos qui ab Herus ductum putant, ſyllabę prioris ratio refellit. Et potius ab Era, quod terram ſignificat, dictum putarem: vnde Heredium apud Varronem, agellus qui hęredem ſequebatur, vel cum diphthongo ab Hęreo: quia proprium hoc nomen eſt, non extraneorum, ſed ſuorum, quod vel hinc licet intelligatur, quia hi ſoli exheredantur optima ratione: cum filiuſfam. eadem in familia & domo hęreat, itaq;

non hæredare dicimus, quia ſuo ſuti filius adhæreſcit: ſed exhæredare, quaſi conuellere, & dimouere, hæres autem ipſo jure filius eſt, & plurimum relinqui ſolet, vnde ſuus hęres in jure appellatur, quia non alienam, ſed iam quodammodo ſuam hęreditatem accipit. l. in ſuis, 11. ff. de lib. & poſt. vbi Paul. multa in hanc ſententiam præclare: item vt in l. vlt. ff. de bon. damnat quibus ex locis perſpicuum eſt, legem 12. tab. filijsfam. etiam viuis patribus paternam hæreditatem addixiſſe, ſic vt hęredes deſignati merito nominati poſſint. ac proinde mortuis parentibus non alienam, ſed propriam ſuámque hæreditatem adipiſcantur. nam Vlp. quoque in l. 1. §. largius. ff. de ſucceſ. ed. vbi ait, & liberos parentibus, & parentes liberis ſuccedentes pene ad propria bona venire. Itaque Iuſtin. domeſticos eo quem ante diximus tit. appellat, quaſi vernas hęredes, qui non aliunde acciti, ſed domi ſint nati. Et Plin. in Panegy. domeſticos hęredes extraneis opponit: illoſque, ait, bona, non vt aliena & ſperanda, ſed vt ſua ſemperque poſſeſſa capere quapropter non adire, ſed retinere hæreditatem dicuntur, vt l. ſi patronus, 22. in fi. ff. de bon. liber. quippe qui ſine aditione vlla ipſo jure hæredes ſint. verumetiam eos quorum in poteſtate ſunt, ſine aditione hæredes faciant: vt l. qui aliena 6. §. 3. ff. de acqu. hær. Hot. Cuia. ad lib. Afric. tit. de hæredum qual. & differ. putat, heres dici quaſi herus, ideoque in Pan. Flor. recte heres §. & hereditas ſine diphthongo ſcribi affirmat: quod & in M. Tullij li. P. Victorius adnotauit. Inde in l. ſi is ad quem D. de acqu. hered. pro domino facere, pro domino adminiſtrare. Sunt & qui ab ære hæredem dictum putent, hoc eſt, pecunia noſtra. Goueanus. l. 1. ff. de vulg. & pupil.

HÆRES proprie eſt ſucceſſor in vniuerſum jus, quod defunctus habuit, l. hæreditas. ff. de reg. jur. Idq; ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato veniat ſucceſſor, eſt procul dubio accipiendum, vt annotauit Brechæus in l. nihil in tit. de verb. & rer. ſign.

HÆRES igitur in omne jus mortui, non tantùm ſingularum rerum dominium ſuccedit, cum & ea quæ in nominibus ſunt, ad heredem tranſeant, paſſim. ff. de acq. hered. Prat.

HÆRES in jure feud. proprie filius intelligitur. Itaque ſine herede deceſſiſſe dicitur, qui ſine filio deceſſit, ll. 1. tit. 13. & lib. 2. tit. 34. Prat.

HÆRES omnino ab adita hereditate intra annum & legata ſoluere, & à teſtatore relicta pro cuiuſque rei natura præſtare debet. Alioquin ſi poſt admonitionem judiciario decreto factam culpa heredis annus prætereat, relictis excidet, N. de hær. & Falc. Prat.

HÆRES ſingulariter nominatus extenditur etiam ad poſtea natos, l. tale. §. vlt. de pact. Prat.

HÆRES anomalus, ſiue ſucceſſor, is dicitur qui ſuccedit ſine certa qualitate. Zaſ. in intellect. citat gl. in verbo, ſucceſſor. §. pen. Inſt. de eo, cui libert. cauſ. Spieg. Prat.

HÆRES ab inteſtato eſt, qui ſuccedit in jus defuncti ſine omni teſtamento. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer.

HÆRES ex aſſe. Vide As.

HÆRES certus. Lege certus heres.

HÆRES damnas eſto. Lege Damnas.

HÆRES Legatarius. Lege Legatarius.

HÆRES præcipiens, *dem etwas vor andern verſchafft iſt.* dicitur apud Papin. in l. pecuniæ ſortem, & l. cùm vnus, ſequ. ff. de alimen. legat. Spieg.

HÆRES ſubſtitutus vocatur ſecundus vel tertius, & ita deinceps totus vocatur, quoto eſt adiectus gradu, &c. Connan. lib. 10. c. 7. n. 1.

HÆRES teſtamentarius, ex ſe notus. Spieg.

HÆRES ſi quis ex parte dimidia inſtitutus ſit, nec præterea quiſquam alius, ipſe ex aſſe heres inſtitutus eſſe videtur, leg. ſi quis ita, ff. de hæred. inſtit. Prat.

HÆRES laudandus eſt magis, quàm accuſandus, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundum ipſius voluntatem abiecit, ſed memor humanæ conditionis, ſepulturæ tradidit, l. penult. D. de condit. inſtit. Prat.

HÆRES ejus, qui Titio heres fuit, Titio quoque heres videtur eſſe, nec poteſt Titij omittere hereditatem, l. ſi quis filiusf. in fin. de acq here. Prat.

HÆRES volens vti beneficio legis Fal. debet inuentarium conficere in præſentia tabellionis, teſtium, creditorum (ſi ęs alienum metuit) & legatariorum. Nou. de hæred. & Falci. §. ſancimus igitur, & §. ſeq. Prat.

HÆRESIS nomen Græcum, venit ab eligendo. Vocarunt autem ſic illi philoſophorum ſectas, quod vnuſquiſque ſibi aliquod genus diſciplinæ ac ſectæ proprium elegit, cui ſeſe addixit, tanquam ſuo judicio maximè probabili commodóque. Vſitatiſſime ſanè tunc variæ factiones philoſophorum, hæreſes à Græcis & Latinis ſectæ, citraque omnem contumeliam nominabantur. Vtitur hac voce Græca etiam Cic. in Parad. Non enim fuit veteribus hoc nomen odioſum, ſicut nec ſecta Latinum. Quinetiam in ſacris literis pro indifferenti accipitur. Actor. 15. Surrexerunt quidam ex hęreſi Phariſæorum. Et Act. 26. Colui Deum ſecundùm exactiſſimam hæreſin, aut ſectam noſtræ religionis. Actor. 24. Confiteor autem hoc tibi, quod juxta viam quam vocāt hęreſin, colo patrium Deum. Act. 28. Iſti ſectę ſcimus omnes reſiſtere. Reperitur tamen, vbi etiā in peſſimam partem accipiatur. Tit. 3. Hęreticum hominē poſt vnam & alteram admonitionem deuita. 1. Cor. 11. Oportet etiam hęreſes inter vos eſſe. Gal. 5. opera carnis ſunt hęreſes, inuidię, cędes. 2. Pet 2. Inducent exitiales hęreſes. Tranſiit autem ideo vox iſta in odioſam ſignificationem, quia hæreſes ſunt reuera humano arbitrio electę opiniones, ac viæ ſalutis: non Dei voluntate, auctoritate, ac verbo conſtitutę, & humano generi propoſitæ, quales ſunt etiamnum omnes ἐθελοθρησκεῖαι; aut electitij cultus Turcarum & olim Ethnicorum.

HÆRESIS autem dicta ἀπὸ τοῦ αἱρέομαι, i. eligo. Inde Hæretici cenſentur ij, qui à fide Chriſti catholica diſcrepant, & aliam ſectam eligunt. Ac horum hæreticorum quidam maiores dicuntur, qui nominatam hæreſim prædicant, vt Manichæi, Ariani, Eutychiani, Samaritani, Ophitæ, Donatiſtæ, Priſcillianiſtę: quorum omnium in decretis ſectę atque origines referuntur: Alij vero minores appellantur, qui hęreſin innominatam defendunt. Droſæus in methodo Iuris.

HÆRETICOS libros ſcribentis pœna eſt amputatio manus. Iuſtin. Nou. 42. Sicut & exactoris non ex legis præſcripto apocham conficientis, vt idem Iuſt Nou. 17. Cuiac. obſ. 7. li. c. 15.

HÆRETICUS eſt (definitore B. Aug. lib. de vtilitate cred. c. hæreticus 24. qu. 3.) qui alicuius temporalis commodi & maximæ vanę gloriæ, principatuſque ſui gratia, falſas vel nouas opiniones gignit vel ſequitur. Ille autem qui huiuſmodi hominibus credit, imagine quadam veritatis illuſus eſt. Hęreticorum ſectas varias recenſet Iſid. li. 8. Etym. c. 5. c. quidam autem 24. q. 3. Prat.

H E.

HEBDOMAS, Gręcis ſpatium dierum ſeptem, vocitatur ſeptenarium, Latini ſeptimanam vt vulgus, appellāt. Hebdomas quēadmodum enneas dicitur, quæ ſpatium 9. dierum continet. Cenſor. in lib. de die natali clare demonſtrat, quæ ſit hebdomas & enneas pariter: ejus verba ſunt hæc: Medium verò ex vtroque permixtum ann. 5. & 60. quem hebdomades 8. vel 7. enneades conficiunt. Decem hebdomades ſunt, quibus vitam humanam conſtare dicant. In 1. hebdomade dentes homini cadere, in 2. pubem apparere, in 3. barbam naſci, in 4. vires, in 5. maturitatem ad ſtirpem relinquendam, in 6. cupiditatibus rantati, in 7. prudentiam linguamque conſummari, in 8. eadem manere, in 10. hominem fieri mori maturum. Io. Bapt. in comment. in epiſt. Sidon. Apollin. ad Vincent, lib. 1.

HEPATICUS, qui hepatis morbo laborat, is inter moroſos recenſetur, l. qui clauum, ff. de ædil. edict. Spieg. Prat.

HERBARIUS, peritus herbarum, radiſeca.

HERBULÆ, quæ ligni appellatione continentur apud Vlp. in l. ligni, §. lignorum de legat. 3. Extat & apud Cic. lib. de natura Deor. 2. Spieg.

HERACLIANUS hoſtis publicus judicatur ab Imp. Honor. Theo. in l. 21. de pœnis, in C. Theod. quod illi, Honoratis & prouincialibus Africæ, in qua Heraclianus agebat, reſcripto ſuo denuntiant. Briſſ.

HERCISCO, is. eſt diuido: nam hercii eſt diuiſio. Cic. 1. de orat. Qui quibus verbis hercium fieri oporteat, neſcit. Idem herciſcundæ fam. cauſam agere non poſſit. Apul. lib. 9. de aſino: Neque herciſcundæ famil. &c. lib. 10. ff. tit. de famil. herciſc. Nebriſſ.

HERCULIS nomen cur nothis conueniat, oſtendit Alciat. ca. 3. lib. 4. parerg.

HERE, Accurſ. in l. 1. ſi cert. pet. pro herile aduerbialiter exponi poſſe tradit nimis barbare ineptéque. Nam, quod Alciato quoque in eadem l. annotatum, bene, eſt, inſtar nominis haber, vt apud Terent, ponitur. Eamque receptionem probat Iuſtinianus, tametſi ff. Floren. Ere, id eſt, ex vtilitate, vel ex præſenti materia legitur. Spieg.

HEREMITÆ, ἀπὸ τῆς ἐρήμου, qui deſertis locis ſeruiendi Deo cauſa inhabitant, diciturque religioſa perſona: gloſſa & Doct. in l 2. ff. de in jus voc. gloſ. & D. in c. qui vere, 16. q. 1. Prat.

HEREMODICIUM eſt, ſiue quis apud priorem judicem, ſiue apud judicem appellationis inchoatam cauſam deſerat. Cuiac. in expoſit. Iuliani Nouel. 49. de appel. &c. poſt prin.

HERENNIUS Modeſtinus, non contemnendæ auctoritatis ICtus, vt appellatur à Gordiano in l. 5. C. ad exhibendum. Eius ſententia reprobatur à Iuſtinian. in l. 36. § illud, C. de inoff. teſtam. De huius libris, quos ſcripſerit, vide Briſſ.

HERI ſeruus, hodie liber, vicē habere prouerbij volūt interpretes in eo liberto, qui aduerſus patronū arrogātius & inſolētius ſe gerit Vlpia. in l. 7. §. 2. ff. de injur. Nec n. ferre prętor debet, fieri ſeruū, hodie liberū conquerentem. Sic Cedrenus χθὲς δοῦλος, σήμερον ... Eadē loquendi figura vſus Ariſtophanes, cùm ait: ὃ ... Et Nouel. 137. χθὲς ... Itaque Hieronymus ad Oceanum: Heri, inquit, catechumenus, hodie Pontifex; heri in amphitheatro,

tro, hodie in eccleſiæ: veſperè in circo: mane in altari: dudum fautor hiſtrionum, nunc virginum conſecrator. Prat.

HERIBANNVM eſt citatio ad delictum: eo nomine ſignificatur pœna non obtemperantis edicto. Prat. Vide ſupra Bannum.

HERILIS, domini filius à ſeruis in Comœdijs frequenter appellatur. Spieg.

HERISLITIVM, pœna deſertæ ſiue detrectatæ militiæ, leg. Franc. lib. 4. c. 72. Quicunque abſque licentia vel permiſſione principis de hoſte reuerſus fuerit (quod factum Franci & Alemanni Heriſlits dicunt) volumus, vt antiqua conſtitutio, i. capitalis ſententia erga illum cuſtodiatur. Item in c. Caroli & in Lumbardia l. 1. tit. 15. Si quis dimiſſo exercitu abſque licentia Regis domum reuertatur, & quod nos Theudiſca lingua dicimus, Heriſlits fecerit. Item ex ea die ſit bannum reſciſſum, quod Theudiſca lingua Heriſlits i. armorum depoſitio vocatur: vbi depoſitio pro deſertio poſitum videtur. B. tamen Rhenanus German. lib. 3. Deſeruiſſe, inquit, exercitum inter capitalia numerabatur: id flagitium Franci vocant Heriſchlitz, quaſi dicant exercitus ſciſſionem. Alias Hoſtendkitæ vocantur. Prat.

HERMÆA ſiue adeſpota Græc. ſunt res, quas vulgariter eſpauas nominamus, quæ dominum & aſſertorem nullum habent. Conan. lib. 3. c. 4. n. 6.

HERMA, ſumitur pro lapide, marmore, ſtatua inſenſili. Et Hermes nuncupatæ ſunt ſtatuæ, quæ dimidiatim ad vſq; oſphyn effigiabantur, cæterùm fuſior & inuulgatior vox effecta eſt, vt pro integris etiam ab fidei receptæ ſcriptoribus ponatur. Luciano Hermoglyphos pro marmorario dicitur & ſtatuario. Suidas autumat, quod plurimum Mercurij ſtatuæ delinearentur inde nomen adeptas. Hermei quadrimarmorei & ſtatuis accommodi Ciceroni vocati in epiſtolis ad Atticum. Appianus in Libyco ſimiliter Hermes intellexit. Satyrus poëta: Truncóque ſimillimus hermæ. Inde trahitur Hermopolium officina, vbi officinatores ſtatuarum habitant. Galeutus Cic. adfert in medium hæc prodentem de ſepulchris Nec hermaſos, quos vocant, licebat imponi. Inſolens vox, & adulterina tollenda, ſcribendúmque hermas eos pro virilib. ſtatuis, quæ ad propagandam defuncti memoriam ſepulchris erigebantur. De quibus hæc quoque M. Tullius lib. ad Attic. 6. Hermæ tui pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc admodum delectant. Solitas Mineruę Mercurijq; conjunctas ſtatuas gymnaſiis dicari, quas hermathenas Tullius indicat his: quod ad me de hermathena ſcribis, mihi gratum eſt, ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & hermes commune omnium & Minerua ſingulare inſigne ejus gymnaſij. Alibi: Et poſita ita belle eſt, vt totum gymnaſium [illegible] eſſe videatur. Io Bapt. in comment. epiſt. Sid. Apollinar. ad Apollinar. filium ſuum lib. 4.

HERMAPHRODITVS, Græcis Androgynus vtriuſq; ſexus homo, vide Paul. in l. repetundar. 15. ff. de teſtib. Vlp. in l. quæritur, 10. ff. de ſtat. hom. & in l. 6. ff. de lib. & poſth. Plin. li. 11. c. 49. Tertul. lib. aduerſ. Valent. I. Firmic. li. 3. Matheſ. c. 6. Eo habitu naturæ Fauorinus Philoſophus fertur fuiſſe. Philoſt. li. 1. de vita Sophiſtarum. Proprie autem Mercurij & Veneris filius fuit: de quo ſic Auſon.

Mercurio genitore ſatus, genitore Cythera.
Nominis vt mixti ſic corporis Hermaphroditus
Concretus ſexu, ſed non perfectus vtroque. Prat. ex Briſſ.

HERMOGENIANI equi in l. vnic. C. de grege dom. ab agitatore ſic dicti, vt vult Alc. ex Græco interprete, vel quaſi Hermogeni, i. ſub Mercurio geniti. Prat.

HERMOGENIANVS. Qui à nobis Hermogenianus, à Lampridio in Alexandro appellatur Hermogenes, & in Papiniani diſcipulorum numerum refertur: is epitomarum juris ſex libros ſcripſit, quos ſine vllo auctore quidam Saluij Iuliani librorum epitomas eſſe comminiſcuntur. Verum enim licet Hermogenianus, profeſſus fuerit ſecutum ordinem edicti perpetui, ordinati ſcilicet à Saluio Iuliano l. 2. ff. de ſtatu homin. quod Iuſtinianus etiam noſter profitetur, non tamen recte inde colligas, eum Iuliani Digeſtorum epitomas confeciſſe. Scripſit etiam Hermogenianus fideicommiſſorum libros, niſi mendoſa eſt inſcriptio l. quam quod, ff. ad Trebel. quod facile adducor vt credam: Nam poſſint quidem hæc legis verba Hermogeniani eſſe aliquo ex [illegible] libro. At quæ ſequuntur, Vlpiani ſunt ex lib. 4. fideicommiſſorum, ex quo & præcedentes & ſequentes leges complures deſumptæ ſunt, atque ita eam legem in duas eſſe diuidendam & ſcimus & affirmamus, Cuiac. obſeru. lib. 12. c. 17.

HERONAS, in l. 31. med. locat. id eſt, centones: alij tamen aliter legunt, v. Cuiac. 7. obſ. 19. Gothoſ. not. ad d. l. 31. in verb. heronibus.

HERVS familiare Comicis vocabulum, ab Vlpian. expoſitum, cum inquit: Legis autem Aquiliæ actio hero competit, hoc eſt, domino, l. item Mela ſcribit, §. pen. Spieg.

HESYCHASTÆ qui ſint, vide Nou. 5. c. 3. ante fin.

HETEROPLON, lege Amphoteroplon.

HETRVRIA Italiæ prouincia eſt, ad alteram ripam Tiberis, cum Roma in altera ſit, Plinio teſte. Hujus populi cęteri omnibus obſeruantiores erant ſyderum, & quid quæque prodigia vel portenta ſignificarent, interpretari diligenter ſolebant. Proinde Aruſpices ex illis peritiſſimi reputabantur, h. e. qui aues ſeu victimas in ara diligenter inſpicientes, vaticinari ſolebant, & futura prædicere, à quibus Romani fatidici diſcere ſolebant.

HETRVSCA, prodigia, portenta ad Hetruſcos & aruſpices, ſi Senatus juſſerit, deferunto, ait lex 12. tab. vide in hunc locum, quę doctè annotauit Oldend. c. 6. tit. c.

HEVRETRA, [illegible]: præmia data ijs, qui alienum quid iacens inuenerunt fortuitu & domino reſtituere cupiunt. vide Cuia. 21. obſer. 18. item præmia ob indicium furis, Goth. ad l. 43 §. 9. de furt.

HEXERIS, Hexerim Liu. lib. 29. intelligit ſex ordinum nauem: eſtque ejus crebra mentio apud eundem, vt & lib. 37. Vide Bayſium de re nauali.

H I.

HIACINTHVS, & flos eſt, & gemma. Hujus fit mentio in l. vnic. C. Nou lic. in fren. eq. lib. 11. in ea fulgor violaceus dilutus eſt, auctor Plinius. Prat.

HIBERNO aduerbialiter ponitur in l. vlt. § pen. ff. quæ in fraud. cred. pro hyberno tempore. In hybernis eſſe pecora, l. 67. ff. de legat. 3.

HIC, hæc, hoc, & quando demonſtrent, & quem alium ſenſum pariant. Bart. explicat in l. 2. de oper. nou. nunc. & in l. conſt. C. & in l. Mæuius, §. duobus. de leg. 2. & in l. huiuſmodi de verb. oblig. & copioſius in l. 1. § hujus ſtudij, ff. de juſt. & jur. Spieg.

HIERAPOLIS nomen eſt complurium ciuitatum: alia namque eſt in Aſia propriè dicta, alia in Creta, alia in Theuttapia, alia in Syria. Vnde Hierapolitani ſunt appellati, de quibus Iuriſconſ. in l. 1. §. idem Labeo, ff. de aqua cotid. vbi legitur, apud Hierapolitanos fieri aquis calidis irrigationem. Item de pœnis, l. etiam eo, &c. Nebriſſ.

HIERARCHIAM orthodoxi Doctores interpretantur, ſacrum illum Principatum, quem Chriſtus inſtituit. Hunc ſchiſmatici & hæretici ab initio ſemper ſibi vendicarunt: vnde toties legimus Chriſti Eccleſiam per ſchiſmata & hæreſes, eſſe exagitatam. Spieg.

HIEROGLYPHICÆ literæ ſacræ. Quo nomine dictæ ſunt Ægyptię, quę notis volucrum, ferarum, aliarumq; rerum pictæ notatæ erant: de quibus extat elegans opuſculum Ori Apollinis Niliaci. Modeſtinus in l. inter eos, Ex quib. cauſ. maior. Notis ſcribere, eſt compendioſo ſcribendi genere excipiendo vti. Eos qui notis ſcribunt acta Præſidum Reipub. cauſa non abeſſe, certum eſt. Spieg. Vide Petrum Crinitum de honeſta diſciplin. li. 7. c. 2.

HIERONICÆ dicebantur, qui in ſacris certaminibus viciſſent Donel. de pignor.

HIEROPHANTÆ ſunt, qui in ſecretiora cuiuſcunque religionis myſteria tractant, colenda exhibent, cętetuſque myſterijs initiant, de quib. vberius Poſtellus de magiſt. Ath. c. 20. Pet. Criniti. lib. 9. de honeſta diſc. c. 10.

HIEROPHYLAX, ſacrorum cuſtos. ἱερὸς enim eſt ſacer, & φύλαξ cuſtos: Latinè Ædituus vel Æditimus: Scæuol. in l. annua, 20. §. 1. de ann. legat. quamuis ibid. quidam pro hierophylaci, legant hyerophylaco.

HIEROSTARCHVS is dicitur, qui prępoſitus rebus ſacris fuiſſet quaſi Princeps ſacrorum, ἀπὸ τῶν ἱερῶν, quod eſt ſacrorum: & ἀρχὸς, princeps: quaſi rerum & ſacerdotij caput. Pontificis Maximi proprium eſſe conuenit. Alexander pro Hierophylacę, in iam citata l. Hieroſtarcham legit, Gen. Dier. li. 5. c. 17 Spieg.

HILARIA. Turnebus hilaria putat fuiſſe matris Deûm ferias, quæ principio veris celebrabantur maxima populi lætitia, & nobiliſſima pompa, quouis è populo inſignia cuiuſq; dignitatis mentiente atque ſimulante liberè & impunè, vt internoſci magiſtratus à ſimulatore plerunque non poſſet, vt ab Herodiano in Commodo deſcribitur, ſed quia in eo tamen Hilariorum nomen deſideratur, quod ille non appellauit, ſuo ex alio ſcriptore titulo reddendum eſt. Maximus igitur D. Dionyſij interpres de Hilaribus ita ſcribit: [illegible] Turn. adu. li. 24. c. 25.

HILARII Arelatenſis Epiſcopi fit mentio in Nou. Theodoſ. & Valentin. de Epiſcop. ordinand.

HINC haud rectè ad tempus refertur ab interpretibus, cum aduerbium de loco ſit. Eleganter tamē ponitur pro Ex hac cauſa, juxta vulgatum illud, Hinc illæ lachrymæ: Sumitur pro Ex hac parte, vt in l. Fulcinius, ff. ex quibus cauſis in poſſ. Spi.

Hinc inde pro vndecunque circumquaque, vox Canoniſtis familiarior, c. cum tempore, de arbit. c. cum dilecta de reſcrip, & alibi ſæpe. Prat.

Hippagivs. Alciato idem eſt qui armiger: vel potius qui equos agit & educit, ab ἵππος & ἄγω Prat.

Hippagogæ naues: hæ aliter Hippagines vocantur, Polybius ἱππαγωγοὺς vocat. De quo genere nauigij vide Bayſium lib. de re nau. & Franc. Robortell. lib. 2. emend. c. 2.

Hippocentavrvs eſt equi ſtimulator, de quo Inſtit. de inutil. ſtipul. in princ. Adducitur pro exemplo rei, quæ in rerum natura non eſt, nec eſſe poteſt, l. 97. ff. de verb. oblig. Briſſ. Ioann. Bellon. in Etymol.

Hippocomi, ſtabularij ſunt, qui equos curant, ἵππος enim equum ſignificat, κομέω, nutrio, curo. Alciat. in l. quoniam, C. de curſ. publ. li. 12. Prat.

Hippodromvs, vbi equi ad curſum incitantur. Vide Poſtellum de magiſt. Athen. lib. 22.

Hipponis Iulianus meminit in l. nauis aduerſa tempeſtate, ad legem Rhod. de iactu. nimirum ejus quod Hipponium Straboni eſt, locorum colonia: quam, vt & Plin. dicit, à Romanis Vibonem, deinde Valentiam appellatam. Vrbs adhuc extat, ſinúmque efficit Hipponiatem. Sunt item duo Hippones in Aphrica, Straboni, Melæ, Plinio, Ptolomæo, ab equitibus Græcis dicti: vt Solinus inquit, ἵππος enim equus eſt Græce. Alter enim eſt in ſinu Hipponenſi citra Carthaginem, Diarrhyton dicitur, quod paluſtri agro ſitus, à fluore: Plinius. Hoius Epiſcopus fuit diuus Auguſtinus. Et aliter Hippo regius, vlterius, vltevius à regibus inhabitatus. Albericus. Hippones, ait, nomen eſt loci. Spieg.

Hircis, & Coloritis, vocabulis nihilo ſublatis è præfatione Iuſtiniani, ad Pandectas, tametſi ea interpres pro maximè idoneis contrauit: germana nobis reſtituit Politianus. Spieg.

Hircvs, fœtor eſt alarum, quem Plinius alarum graueolentiam appellat, & aliquando virus eſt alarum.

Hircosvs is eſt, cui os ex fœda & deteſtabili libidine olet, Martialis lib. 12.

Hircoſo premit oſculo.

Et Plautus in Mercatore:

Iam plenus ætatis animáque fœtida ſenex hircoſus.

Vlpian. in l. qui clauum, ff. de ædil. edict. Is cui os oleat an ſanus ſit, quæſitum eſt. Trebatius ait, non eſſe morboſum, os alicui olere, veluti hircoſum, ſtrabonem. Hoc. n. ex illuuie oris accidere. Sunt qui eo in loco pro hircoſum, lucroſum legi velint, ſed ex ſola voracitate oris grauis odor non gignitur: quam etiam in leone Ariſtoteles non ex voracitate manare, ſed ἐκ τῆς ἕξεως. Budæus hunc locum aliter explicare conatur, ſed perperam. Prat.

Hircosi dicuntur, qui oculos tranſuerſos habent, hoc ex viſu in naſum propenſo. Vnde eſt illud Virgilij Ecloga 3.

Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hircis.

Alij, inquit Seruius, legunt hirquis, hi ſunt oculorum anguli, vt ait Suet. in vitijs corporalibus, ſed Forcatulus vulgari lecturæ applaudendum cenſet. nam & tragicè aſpicere vitium eſt, τραγικῶς βλέπειν, meminit Eraſm. Chilia. tt. refértque ad factum tragœdiæ: alij non malè ad hircinum aſpectum etiam, quia τράγος, hircus eſt. Forc. Necyom. dial. 88. n. 5.

Hiranarcha, non habet Græce adſpiratione. Vide Irenarcha.

Hirrire idem eſt quod ringere teſte Pompeio, quod genus vocis eſt canis rabioſæ. Ab hirrire hirritus, hoc eſt, ſtomacho canino, rabieque vehementi ſuccenſus. Sic enim ſcribere malim eo Plautino verſu, Ego iſthæc feci verba virtus hirrita. Io. Bapt. in comment. epiſt. Sidon. Apollin. ad Papam. Megecium li. 7.

Hirqvitallire & Hirquitallos veteres dixiſſe Pompejus teſtatur, & appellantur hirquitalli ab hircino odore feculento & alijs, quippe qui ſub axillarum lacunoſo ſpecu & flexili ciuitate feculentia illiberali proueniat, vnde Catullus, Valle ſub alarum trux habitare caper. Ouidius. Nec tenet nares vir que paterque gregis. Vt Theodorus commodius verterit in Latinum τραγίζειν. Ariſtotelicam vocem hirquitallire, quam capite Ioann. Bapt. in comment. epiſt. Sidon. Apollin. ad Vincentium lib. t.

Hispania alia eſt Transfretana, alia Tingitana, Gothoſ. ad l. 12. §. 1. C. de offic. præfect. prætor. Afric.

Hispaniæ fit mentio in l. 63. §. vlt. ff. ad l. Falc. & in l. 34. §. 1. ff. de ſtatulib. Hiſpani ſanguinis equi, l. t. de equis curulib. in C. Theod.

Histerologia, h. e. conuerſo ordine, quandoque iuriſconſ. vtitur, vt cùm prius determinat ſecundam quæſtionem, quam primam, l. 3. §. Labeo. de incend. Dicitur etiam. Hyſteron proteron ex Alc. & Spieg.

Historia, propriè eſt earum rerum, quib. gerendis interfuerit is qui eas narrat. Vnde nomen habet ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod eſt videre. Tradunt noſtri, libros & ſcripturas in publicam cuſtodiam, rerum geſtarum gratia, repoſitos integram fidem habere l. cenſus, ff. de probat. In hoc autem non autem redigi ad ſemiplenam probationem. Videndi doctores, qui in l. 1. de rebus creditis ſcribunt, quid ſentiendum ſit de vetuſtis Chronicis, & libris. Spieg. Ideo autem hiſtorias rerum geſtarum ab initio mundi Deus Optim. Max. deſcribi voluit, vt exemplis tandem omnium ſeculorum ob oculos nobis formam exponeret, ſecundùm quam delabeſcente Reipu. ſtatu feliciter reparando deliberaremus. Prat.

Histriones ſunt, qui perſonam agunt in fabulis. Dicti, vt quidam volunt, ab Hiſtro flumine: quemadmodum & Daui, quaſi Dacij, à Daco fluuio quia vere ſerui erant, qui hiſtrionicam faciebant. Quidam autem ab Hetruria Hiſtriones dictos volunt: vbi cum Ludiones primùm vocarentur, quia Thuſco vocabulo Hiſter Ludio vocatur, ideò hiſtriones appellari cœpti ſunt. Neceſſe autem erat, hiſtriones perditiſſimis fuiſſe moribus, & deploratæ nequitiæ: cùm in ea ciuitate, puta Romana, pro ciuibus non haberentur: cuius erant tam multa millia hominum flagitioſorum & facinoroſorum ciues. Itaque non mirum eſt illos fuiſſe notatos infamia, l. 1. & 2. ff. de his, qui notantur infam. Spieg.

Histrionvm meminere Impp. in l. 4. & 5. C. de ſpects. & ſcen. (lib. 11.

Histrionem balneatorem facere, abuſionis exemplum, relatum ab Vlpiano in l. ſed etſi quid, §. 1. ff. de vſufruct. Spieg.

H O.

Hoc anno. Quid hæc ſibi velit, vide l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig. & l. 1. quod autem, & §. item quæſitum, ff. de aqua cotid. Alber.

Hoc eſt, pro id eſt, in l. cùm hi, §. ſi prætor. ff. de tranſact.

Hoc mihi probatur, Ciceronianum eſſe Budæus obſeruauit.

Hoc ſimilitudinis nota, l. qui legatorum, §. ſi filium, ff. pro hære. Hoc, hoc modo, l. qui ſeruum, ff. de interrog. act.

Hoc amplius, locutio eſt, ea etiam quæ ſuperius dicta ſunt, complectens, vt docet ex Pompo. in l. 54. ff. de leg. 3. Si pure, inquit tibi legauero, deinde ſcripſero ita, Hoc amplius ſi nauis ex Aſia venerit, hæres meus ei fundum dato: verius eſt, eo verbo amplius ſuperiora repeti. Quod quidem ita eſt: ſed conditionem ad ſuperiora referri exempla ſubiecta non probant. Hotom.

Hoc pro Huc (quod veteribus in vſu fuiſſe Seruius in 8. Æneid. notat) legimus in l. 6. ff. de vſu & habitat. Briſſ. in pareg.

Hoc prætextu, in l. apud eum, ff. ſi tut. vel cur. pro obtentu ſiue colore, Spieg.

Hodie, pro quouis tempore hujus diei: nec differt, nec conditionem inducit, ſed præſens tempus reſpicit, l. liber homo, §. 1. de verb. obl. l. prætor, §. præterea, de injur. Sic hodie & heri opponuntur in l. 7. §. prætor, ff. de injurijs. Nec. n. differendæ actionis cauſa dies incertus adiectus eſſe videtur, ſed idem ſignificat, quod hoc tempore, hac tempeſtate, & nunc, & ita præſens tempus nullam capiens dilationem, l. hodie, ff. de pœn. Sed quoduis potius hujus diei tempus notans, l. præter §. præterea, ff. de jurejurand. Cicero pro hodie, ſic diem hodiernum dixit, vt Græci dicunt, τὴν σήμερον ἡμέραν. Canonica decreta, hodiernum diem, donec ſeculum durat, intelligunt, 11. quæſt. 3. nolite. Spieg.

Hodie non tetro Vlp. in l. furti. ff. de his qui not. infam. Quamuis ſi injuſta appellatio ejus viſa ſit: hodie notari puto non retro. Spieg.

Hodie, i. poſt eam legem Sine Conſ. l. ſi here. ff. ad SC. Trebell. l. 1. §. hodie, ff. ſi cui plus, quàm per l. Falc. Iuris igitur noui ſignificatiua eſt, vide B. Briſſon. l. 1. ſelect. antiq. Prat. Adde Cuiac. obſer. l. 8. c. 5.

Hodiernvs. Vide Modernus.

Holoberæ, ſeu holoueræ veſtes in l. 4. C. de veſtib. holobe. lib. 11. Sic n. legendum Turn. aduerſ. l. 1. c. 17. Cuia. ad illum C. locum, & Zonaras & Balſamon docuerunt in 12. can. Conc. Gang ſunt veſtes totæ ſericeæ Serica. n. veteres dixêre βλάττας. Hinc Zonaras & Balſamon βλαττὶν interpretantur σηρικὴν ὁλοπόρφυρον. Prat. Quidam legunt

Holochrisæ veſtes, quæ totæ ſunt ex obrizo, quod aurum puriſſimum, & quantumuis coctum non deminuitur, Alc. ad tit. de veſtib. holober. Adde Turneb. aduerſ. 4. c. 18. & Tiraqu. 5. l. connub. gl. 1. part. 1.

Holographvm, apud Feſtum appellatur teſtamentum totum manu teſtatoris ſcriptum, Corraſ. 1. Miſcel. 18. n. 5. Prat.

Holophanta, eadem forma dictum qua ſycophanta: nam vt hic propriè is dicebatur, qui ob ficus calumniam faceret: ſic ille, qui ob omnia homines deferret. Poſtea holophanta pro omni in re impoſtore, vel (vt Feſt. ait) pro eo, qui omnia mentitur. Alij Halaphanta legunt, alij Halopanta leui coniectura moti, cùm ea etiam in Holophanta ſit. Prat.

Holoserica veſtis l. 1. de expenſ. ludor. in C. Theod. i. tota ſerica Vopiſcus in Tacito Holoſericam veſtem viris omnibus interdixit. Eodémque ſenſu accipe Holouera veſtiments, l. 4. Cod. de veſtib. l. 12. Βλάττια enim & ſerica idem valere conſtat. Briſſ.

Holvs pro olus contra receptam ſcribendi conſuetudinem aſpiratur in l. 1. de vſu & hab.

Homa-

HOMAGIVM ab ὀμνύω Græco verbo deſcendit, id eſt, juro, quia clientes, ſiue vt dicam, vaſalli jurant præſtare domino ſuo patrono ſex, tutum, honeſtum, vtile, incolume, facile, poſſibile, c. vnic. de form. fidel. Forcat. Necyomantiæ dial. 8. n. 5.

HOMAGII ſiue hominij nexus (vocabula ſunt feudiſtarum) quo diſtet à juramento, vt iidem vocant, fidelitatis, not. in c. ex diligenti. De Simonia. &c. Nimis de jurejur. Spec. de feud. §. Nunc de Homag. Spieg. & Old.

HOMAGIVM eſt idem quod fidelitas, tamen Spec. eod. tit. in ſi. de feud. ponit illam differentiam, quod Homagium eſt de his, quæ ad temporalia pertinent: & ideo pro ſpiritualibus indignum eſt, & à Romanæ Eccleſiæ conſuetudine alienum, vt quis Homagium facere compellatur Locius Pontifex de reg. jur. Fidelitas tamen pro ſpiritualibus præſtatur, quia prælati bene præſtant fidelitatem, vt in c. antiqua de priuilegijs, vel ſic poteſt deſcribi: Homagium eſt quædam aſtrictio ſeruitutis liberi hominis facta domino per pactionem, vel petitionem, ſiue ſtipulationem, promittente libero homine, domino ſuo fidelitatem, & conſtituente ſe hominem vel vaſallum ſuum. Et ſic aliquib. partib. hoc modo ille, qui facit homagium coram domino ſuo flectit genua ſua tenendo manus ſuas conjunctas ſimpliciter inter manus domini, juſiurandum de fidelitate præſtans, & mutuo ſe in ſignum fidelitatis oſculantur. Cujus forma ponitur in lib. feud. de nou. fi for. c. Eſt & alia, poſt rubr. illam, de for. fidelitatis. Ad idem facit de jurejur. c. Ego enim, & 63. diſtin. Cum duo. Et Hoſtien. ponit aam ia ſom de feu. §. Quid ſit fidelitas, & qualiter ſit facienda. Ex dictis Homagium deſcribi poteſt ſecundum formam. Eſt quando aliquis flexis genibus, junctis manib. in manus domini poſitis aliquid promittit; quod pro ſpiritualibus fieri non debet, de quo vide cap veniens, de ſimon. ca ex diligenti. de exceſſ. prælat. c. graue, de re jud. c. fin. ex Spieg. & Old.

HOMAGIVM ſeu Hominium (vox. n. communior eſt) veneratio eſt (ſi vim verbi proprie ſtrictéque conſiderabimus) quam vaſallus patrono propter beneficium acceptum tribuit, cum ſe eo nomine hominem, id eſt clientem ipſius, fore profitetur: quæ veneratio plane ſeruilis fuit: Itaque quod in lib. feud. a. tit. 5. ſic concipitur Ego juro quod ero fidelis ei, vt vaſallus domino. Apud Aimonium lib. 5. c. 54. ita concipitur, Ego Hermannus à modo & deinceps domino ſeniori meo Carolo Regi ſic fidelis & obediens ero, ſicut homo ſuo ſeniori. Admonendi autem ſumus hominium plerunque generaliter accipi pro fœdere: treſq; ipſius ſpecies conſtitui: Obſequiale, Feudale, & Sociale. Obſequiale eſt veneratio cum promiſſione obſequij & operæ militaris: Feudale eſt veneratio cum promiſſione fidelis & grati animi ob beneficium acceptum, ſine vllius operæ obligatione: cujuſmodi pleraq; ſunt quæ Francogalliæ morib. præſtantur. Sociale vero non veneratio eſt, ſed fœdus, quo quis ſe alterius beneuolentiam comiter obſeruaturum promittit. Itaque improprie & abuſiue hominium appellatur: cum is qui neceſſitudinem illam contrahit, non ſe hominem clientem, ſed amicum ſimpliciter fore profitetur. Ex quibus intelligi poteſt, prim'um duas illas ſuperiores ſpecies commodius ita nominari poſſe, vt aliud dicatur militare, quoniam operæ militaris obligationem continet: Aliud priuatum, quoniam à cujuſuis ordinis & conditionis hominibus præſtatur. tertiam autem illam hominij ſpeciem, juſiurandum dicemus eſſe fidelitatis, quod ſine hominio fit. Horum hæc ſunt exempla: Radeuicus lib. 2 in cap. Adriani Papæ, de concordia inter ipſum & Imp. Frider. primum Epiſcopus Italiæ inquit, ſolum ſacramentum fidelitatis ſine hominio facere debere domino Imp. id eſt, ſine perſonarũ ſubiectione. Sigeb. in Chron. ann. 576. Rex Scotiæ pacificatus eſt cum rege Angliæ, hoc modo: Facit homagiũ ei de omni terra ſua. Et mox; & conceſſit ei, vt omnes Epiſcopi & Abbates hoc idem facerent. Epiſcopi vero & Abbates homagium non fecerunt, ſed ſacramento ſe ei aſtrinxerunt hoc obſeruaturos &c. Hominij autem vel juſiurandi fidelitatis formulam habes quidem lib. feud. 2. tit. 5. ſed ita ſtolide atq; barbarice à feudiſtis concepta eſt, vt ejus lectores pudeat. Iurat n. vaſallus ſe domino ita fidelẽ fore, vt vaſalli ſuis dominis eſſe ſolent. Quid igitur ſi jura clientelæ vaſallus ignoret? quæ tam multa ſunt, vt amplius 20 admittendi feudi cauſę numerentur. Itaq. quam Carolus Magnus imperio ſuo ſubiectis formulam impoſuit, vide li. Fran legis 4. tit 46. Item aliam Imp. Frid. I. quam Italiæ ciuitatibus, cũ Romam infeſtis ſignis proficiſceretur, præſcripſit. Nota autem hæc erat hominij, vt dextras tantum in fœderib. jungerent: plerumque etiam vt dextris auerſis oſculum præberent: interdum vt ambas manus vinctas patrono cõſtrictandas præberent, ſupplicum & dedititiorum more, qui velatas manus porrigebant, ex Hot. c. 24. diſp. feud. Sunt qui triplici illi diuiſioni quartum aliquod hominium vadium addant: cum quis patrono ab hoſtib. capto tenetur ſe vadem & obſidem ipſius præſtare: velut (inquit Burelerius) cum rege Iohanne ab Anglis capto, Barones Franciæ complures coacti ſunt vades ſe pro eo præbere, Cic. tamen Phi. 12. Quod ſi in bello (inquit) dari vicarij ſolerent, libenter me, vt Dominus Brutus emitteretur, pro illo includi paterer. Verum autem propriumque feudum eſt, cujus cauſa fidelitas juratur, & militaris opera obligatur, vt idem Hot. obſeruauit in tract. de verb. feu Addam autem ex Spec. de homagio quędam, etſi ad Feudum referri poſſint. Ex Prat.

HOMAGIVM eſt multiplex ſecundum Spec. vbi ſupra quoddam eſt ligium, quoddam eſt non ligium, quoddam edictale, quoddam decretale, &c. Spieg. Old. Prat.

HOMAGIVM Decretale eſt, cum heres hominis mei, qui illo feudo ex conſuetudine poſſet infeudari, & per conſequens in Homagium ſuccedere, debet infra certum tempus me in dominum agnoſcere, & fidelitatem mihi pręſtare, & ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere: & in recipiendo videor ipſi jus feudi decernere, propter quod dici poteſt Homagium decretale: ſicut etiam bonorum poſſeſſio decretalis: & quod jus mihi tribuit, ſicut & talis bonorum poſſeſſio l. Si nullus ſit proximior. Et ideo in curia Francię ſemper recipiuntur fidelitates & homagia alterius ſaluo jure. Quod autem in Italia & alibi vocatur Vaſallitium, in Francia vocatur Homagium, & c. etiam dicitur homagium, c. Veritatis. de jurei. Differunt tamen, quia homagium eſt, quando juratur alicui fidelitas, nemine excepto. Sed Vaſallitium ſuperiore excepto, ſcilicet Imperatore. De hoc opt. gl. in verbo, hominque ligius. clem. Paſtoralis de re jud. Vbi etiam dicitur, quod quis non poteſt eſſe ligius duorum, ſed bene ligius vnius, vt Vaſallus alterius, vel vaſallus plurium & ſic homagium dici poteſt hominis ligium; Spieg Old. Prat.

HOMAGIVM edictale eſt, ſicut poſſeſſio bonorum edictalis. Vnde ſecundum Specul. ibid. homagium edictale ſiue hæreditarium eſt, quod quis habet eo ipſo, quod adit hæreditatem hominis mei, perſonam ejus repræſentat, & videtur hominis homagium ſubijſſe, & tale homagium poteſt finiri temporẽ ſi domino placebit: quia ſi domino non placeret, non finiretur etiamſi vaſallus vellet bonis feudalibus cedere, imo ageret contra ipſum, vt eum in dominum agnoſceret: & hoc ex contumelia ſua, vnde puniri debet, ne inuitus conſequatur immunitatem, quod eſſe non debet, pro quo ff. de neg geſt. l. S. ne hæreditaria. Et ideo poſſum eum cogere, vt ſubeat Homagium decretale, & etiam quod plus tribuat ei in effecto, quam edictale. Spieg. Old. Prat.

HOMAGIVM Ligium eſt ſecundum Spec. ibid. quod fit Imp. vel regi nullius alterius fidelitate ſalua. Illud autem, quod fit alijs non dicitur ligium, quia fit vel iteratus ſalua imperatoria vel regia fidelitate. Multi enim putant homagium ligium eſſe, quando vaſallus mittit manus ſuas inter manus domini & ſibi homagium facit, & fidelitatem promittit, & ab eo ad oſculum recipitur, quod non eſt verum: vt etiam ibid. dicit. Spec. Sed vt ipſe dicit, tunc alij ponunt, quod duplex eſt homagiũ. Homagium ligium, in quo nullus recipitur, quantum ad verba, ſed quantum ad mentem, Et aliqui qui ſupremam & generalem habent authoritatem & juriſdictionem, puta Imperator vel rex, intelliguntur excepti, &c. Item vbi ponitur ligium ſupra & infra, habent aliqui ligium. Spieg. & Old.

HOMAGIVM non ligium eſt, quando aliquid excipitur, puta, facio tibi homagium excepta fidelitate, ad quam domino meo tali ligio teneor, vel ſaluo quod poſſum cum voluero dominum ligium mihi conſtituere: vel ſaluo quod ſolo tibi talem jurare. Sed dictum primum eſt verius ſecundum Sp. licet hoc vltimum deſignatum communis vſus approbet. Et ſecundum vltimum modum ſequitur per totum, & illo vtitur Specul de homagio ligio Spieg. & Old.

HOMERVS omnis doctrinæ parens appellatur. Iuſt. in §. fin. in procem. ff. Vnde non immerito ſententias ſuas confirmant Iureconſulti ejus auctoritate in varijs ff. locis, l. 1. ff de contrah. empt l. 65. §. pecoribus, ff. de legat. 3. l. 4 §. gradus, ff. de grad. & affin. l. 16 §. vlt. ff. de pœn. l. 236 ff. de verb ſign l. 9. §. 5. ff. de ſupel. legat. Hinc cum poetam dicimus nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregios Homerus, §. ſed jus quidem Inſtit. de jure nat. Geor. & Ciu

HOMICIDA quis, vide in lege Dei. tit. 1. Qui hominem non occidit ſed vulnerauit vt occidat, pro homicida damnandum. l. 1. §. Diuus ff. ad leg. Corn. de Sicarijs. Br ff.

HOMICIDIVM proprie eſt, cum homo cæditur, hoc eſt, occiditur, à cæde enim deriuatur, vt Albericus voluit, citans legata vulneratos in prin. ibi, adhibita manu. ff ad legem Aquil. Ac DOMINVS in Euangelio, omnem iniquum modum ad nocendum fratri, homicidium appellat, eodem teſte. Cæterum homicidij reus olim adeo erat abominandus, vt arceretur ſacris & foro, quoad judiciũ peractũ eſſet. Hodie patẽt ijs, quos conſtat eſſe in reatu cædis, vel tẽpla, vel loca, quæ jus vt aiunt, aſyli à principib ſed neſcio quam juſte ad hanc criminis ſpeciẽ impetrauit. Equidem puto, nec ſanctiores aras tueri debere, qui prudẽtes necẽ humanã admiſerant: cũ hominẽ homini inſidiari, nefas eſſe cenſuerit Flor. in l. vt vim ff. de juſt. & jur. Spi. eſt autem homicidiũ duplex: voluntariũ & caſuale, vt pa-

ſet ex rub. de homic. caſuat. & volunt. extra. Io. Bello. etym.

HOMINEM pignerari quid ſit, docte explicat Budæus in poſter. annot. improbatq. quod juris interpretes maluerint Repreſſalias dicere, quum Latine Pignerationes vocentur. c. vnic. de injur. lib. 6. Spieg.

HOMINES ſacros vocarunt antiqui morti deſtinatos, vt refert Connan. lib. 3. c. 1. n. 5.

HOMINES ſub fidejuſſore facti dicuntur Græco modo, qui ſatiſdare judicio ſiſti promiſerunt, vt reus ſub cuſtodia officij factus, vide l. 1. ff. ad Turpil. Gothof. ad l. 2. §. 2. ff. de cuſtod. exhib. reor. ex Cujac. obſeru. lib. 8. cap. 30.

HOMINES manus mortuæ plurimi in nonnullis Galliæ prouinciis, vt in Auernia, Burgundia, Campania, & in agro Rebæſio Meldenſis diœceſis habentur, tanta ſimilitudine juris, adſcriptitijs colonis conjuncti, vt prope ijdem eſſe videantur. Non enim ſerui ſunt omnino, ſed in territorio domini ſunt tanquam alligati, non habentes demigrandi poteſtatem. Itaque ſerui corporis & proſecutionis vulgo dicuntur, quod ſi fugerint, poteſt eos perſequi dominus & capere. Tributum autem iſti & nonnullas alias commoditates domino præſtant, in quibus hæc maxima, quod ipſis vita functis ſine ſobole ſuccedit dominus, vel ex toto vel ex parte. vide de his late Connan. lib. 2. c. 10. num. 3.

HOMINIS appellatione quando contineatur infans, & quando non, vide Gothofr. ad l. 8. C. ad l. Cornel. de ſicar.

HOMINIS nomen vnum nobis natura dedit. Omnes n. homines appellamur. Iure gentiū tria eſſe hominum genera cœperunt. Sunt enim liberi: & qui ijs opponuntur ſerui. Eſt & tertium genus libertinorum, id eſt, eorum qui ſerui eſſe deſierunt, author Theophil. Hominis appellatione, tam fœminam, quam maſculum contineri ait Gaius in l. 152. de verb. ſign. Quod dictum ad naturam humani generis referendum eſt. Nam illud conſtat, vt atteſtatur Alciatus, cum hominem dicimus, quemcunque contineri, non ſolum ſiue maſculus, ſiue fœmina ſit, ſed ſiue liber, ſiue ſeruus, ſiue pubes, ſiue impubes, l. 3 §. 1. de li. hom. exhibend. Tametſi regulæ triuiales affirment eſſe communis generis, nuſquam tamen legitur junctum cum adiectiuo: neque de muliere ſeparatim quiſquam dixerit, Homo pulchra, teſte Glareano. Quod Sulpitius ad Ciceronem ſcribens, ait: Quoniam homo nata erat; eadem ratione dici poteſt. Ea nata erat animal, hoc eſt, conditione mortali. Sed Alciatus allata Caij verba, in ſuis comment. ad tit. de verb. ſign. explicans: Non ait generis communis ſed commune nomen eſt & tam maſculum, quam fœminam continet: idque exemplo Græci ſermonis, ἄνθρωπος. Nam & Hebræi Adam, quo nomine terra natum hominem ſignificant, ad vtrumque ſexum referunt, vt habetur, apud Moſen: Creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam. Dicitur autem homo ſiue ab humo, ſiue à concordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας, quod nullum animal ſit ſocialius. Itaque vbi non eſt mutua charitas, ac ſocietas amica, ibi non ſunt homines. Et hinc apparet, Legem quæ de hominib. loquitur, etiam de fœminis accipiendam eſſe, & quidem proprie, l. 1. de verb. ſign. Quod arbitratur Bart. etiam, ſi articulus Quis, præponatur. Verum Alciatus dubitat, motus exemplo Græcorum, qui per articulos, ὁ & ἡ, ſexum diſtinguunt. Attamen hominem dici eum, qui in vtero eſt, Lex vetat, l. 9. ff. ad leg. Aqu. l. cum inter. de fid. lib. jubens expectari, poſtquam natus eſt, & in terram ceciderit. Quæ verba venuſte interpretatur Alciatus, in l. hominis, de verb. ſign. Spieg.

HOMINIS legatum, orationis compendio ſingulos homines complectitur, l. Mæuius, §. duorum, de leg. 2. Spieg.

HOMINVM appellatione continentur in libris noſtris procuratores prædiorum, actores, clientes, cuſtodes, conductores, Emphyteuticarij, chartularij, à Græcis [illegible] & [illegible] dicti, l. 4. C. dignit. l. 1. C. de cond. & proc. præd. fiſc. l. 2. C. de epiſc. & cler. l. 1. C. de commer. Continentur & vaſalli. Cujac. obſeruat. lib. 8. c. 14. Prat.

HOMINVM cauſa omne jus conſtitutum eſt l. 2. ff. de ſtatu hominum.

HOMINVM gratia, omnes fructus rerum natura comparauit, l. 28. ff. de vſuris.

HOMINIVM dixit Hermodius, quod certe venuſtius eſt, quam Homagium. Cujac. obſeru. lib. 8. cap. 14. & in l. Senatorum, de dign. C. lib. 12.

HOMO à Philoſophis dialecticè definitur, quod ſit ſubſtantia viuens, ſentiens, animata, rationalis, corporea, mortalis, capax riſus, & artium, vt annotauit Taboëtius in topico militiæ for. & leg. diſcip.

HOMO homini Deus. Homo enim conditus eſt, vt cæteros homines pro viribus tueatur, ac juuet. Hinc & illa lex naturæ extitit: Quæ vultis, vt vobis faciant homines, vos quoque facite illis. Hominem ergo homini inſidiari nefas eſt, l. 3. ff. de juſtit. & jure. Antiquitas nihil aliud exiſtimabat eſſe Deum, quam prodeſſe mortalibus. Vnde frugum, vini, legum autores, & quicunque ad vitæ commoditatem aliquid attuliſſent, eos pro dijs habebat. Itaque naturali obligatione, tametſi ciuili non debeant, potentium eſſe tueri tenuiores aduerſus injurias diuitum, largiri egentibus. Vide Eraſmum in Chiliadibus.

HOMO in ſacra Scriptura apud Hebræos aliter ENOS, aliter ADAM appellatur. Sed proprie ENOS eum eſſe volunt, qui recta ratione præditus, veri Dei cognitionem habeat, quem Latini verum hominem interpretantur, & pium ac religionis amantem. At vero nomine ADAM, vniuerſam hominum generationem comprehendunt: & tam viro quam fœminæ conuenis ac commune eſt: quod terra natum ſignificat. Quemadmodum igitur homo apud Latinos propria verbi ſignificatione maſculum ſimul & fœminam complectitur, ſic etiam Adam apud Hebræos ad vtrumque ſexum commune eſt nomen, vt videre eſt ex cap. 5. Geneſeos. Maſculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adam. Cum Plin. lib. 6. natural. hiſt. & Cic. in Tuſc. quæſt. ac reliqui philoſophi ſcripſerunt omnia hominis cauſa naturam genuiſſe, intellexerunt tam marem, quam fœminam: quod dubitari non ſinat Cic. lib. 1. de legib. animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum eſſe aſſumo, &c. Hanc vocem Homo ſub vtroque ſexu enunciauit Cicer. Tam eſt enim capax rationis & conſilij mulier quam vir. Brech. in l. hominis, in tit. de verb. & rer. ſign.

HOMO cenſetur, ſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen l. quod dicitur, ff. de liber. & poſth. Prat.

HOMO debilitatus, vel vulneratus, l. non ſolum, ff. de rei vindic. Homo verberatus, eod. l. item ſi homines tenuia vitæ Iuriſ. in l. illicitas, de offi. præſid. eleganter vocat quibus tenuis eſt res familiaris, anguſta. Spieg.

HOMO honeſtioris loci, apud Vlpian. in l. cum hi, §. ſane ſi is, de tranſact.

HOMO vitæ emendatioris l. 11. ff. de dolo malo.

HOMO in fructu hominis eſſe non poteſt, Adi Vlp. l. vetus ff. de vſufruct. §. in peculium. Juſtit. de rer. diuiſ. Spieg.

HOMO prouincialis, vide §. apud Labeonem, l. hæres. §. vbi quia ager. Spi.

HOMO nimium ſecurus ſit deperditus l. 3. ff. de jur. & facti ignor.

HOMO RVSTICANVS, l. vlt. ff. de doli except. Briſſ.

HOMO legius vel ligius ſecundum Speculatorem dicitur, quaſi domino ſuo ligatus, vel quaſi legalitatem continens. Vnde rex Siciliæ eſt homo ligius Romani judicis, vt in Clementin. paſtoralis, de rei jud. præalleg. poſt medium, in §. rurſus, Vbi gl. not. & omnis homo ligius eſt vaſallus, & non contra. Prat.

HOMOLOGARE, hoc eſt, confiteri, adſentire. Homologia, confeſſio, adſenſus, l. ne in arbitris. ff. de arb. corrupte enim emologare legitur pro eo, quod eſt ſubſcribere arbitri ſententiæ, ſcilicet eam placere ſubſcribenti. Prat.

HOMOLOGARE dictio Græca eſt: apud nos confirmare vel laudare, interpretari poteſt. Quo verbo vtebantur antiqui, cum populo aliquid interrogante ſenatus auctoritas requirebatur. Senatores enim homologare, id eſt, confirmare dicebantur. Hodie vero cum arbitri ſententia à partibus acceptatur, homologatum dicimus. De hoc verbo mentio habetur poſt authent. decernimus, C. de arbitris: vbi emologare ſcriptum inuenies nullo ſenſu. Et ita etiam mendoſe protulit Albericus in dictionario ſuo in verbo Emologo, & Bald. in titul. de pace Conſtan. §. ſententiæ quoque, Et in conſil. 343. Fuit factum, ad fin. in 3. lib. & vbique hodie paſſim omnes pronunciant. Habetque homologatio effectum, vt laudum vim tranſactionis per omnia obtineat: vt per Dec. conſ. 198 & pro tenui in 3. col. vbi citat Anch. & Io. Bapt. Cacialup. idem tenentes. Cotta.

HOMOLOGVS colonus, l. fin. C. The. de patroc. vic. id eſt, dediticius. Hinc homologum quidam eundem eſſe volunt, quem & vaſallum ligium. Inepte autem, qui à dictione homo compoſitum volunt. Alij volunt homologos pro dedititijs poni, qui apud Romanos non modo in fide, ſed & in ditione ac poteſtate populi Romani eſſent. Prat.

HOMOVSION, vocabulum apud Juſtin. in l. 4. Cod. de Sum. trin. conſubſtantiale Latinis eſt: quod in filio Arrius, in Spiritu ſancto Macedonius negabat. At Neſtorius, CHRISTVM filium Mariæ hominem tantum credidit, ſuperueniſſeque deinde in eum diuinitatem: quibus non minus deteriora prodidit Eutyches, qui Chriſto diuinam ſolum naturam aſſeruit. Quapropter Arrius Nicena, Macedonius Conſtantinopolit. Neſtorius Epheſia, Eutyche Chalcedonica ſynodo condemnati ſunt, c. ſunt igitur 15. diſtin. & 35. quæſt. 4. c. quidem. Spieg. Ad nomen autem ὁμοούσιον quod attinet, Athanaſio teſte, non quidem id in noui ac veteris Teſtamenti voluminib. inuenitur. Sed res antiqua nouum nomen accepit; non autem vocabulo nouo, nouæ rei virtus acceſſit. Diſciplinæ enim Eccleſiaſticæ moris eſt, propter hæreticos ſignificantius rerum naturas hoc pacto exprimere, quę tamen exiſtentium cauſarum veritatibus congruant: & quę magis eadem antiquitus fuiſſe demonſtrent, non ortus inſinuent nouitatem. Quod probat ab exemplo nominis (Chriſtianus) cum antea diſcipuli vocarentur credentes poſtea ad plenitudinem nominis exprimendam, & propter differentiam alterius cuiuſquam ſectarij diſcipulos Chriſtianos dictos eſſe; de qua te latius Vigilius Martyr in

diſput

Digitized by Google

diſput. ſua inter Sabellium, Photinum, Arrium, & Athanaſium, de Chriſto, &c.

HONESTA ea interpretatur Bart. in l.1.C. de dignit. lib.12. quæ ab honeſtis perſonis geruntur. Prat.

HONESTÆ matresfam. matronæve intelliguntur, quæ nullo unquam probro ſe commaculaverunt, l.42. ff. de rit. nupt. l.1. §.& notandum, ff. de vent. inſpic. Honeſtæ perſonæ, item quæ viles habendæ ſint, tradit Alc. in l. mercis, de verb. ſign.

HONESTAS juſtitiæ publicæ, id eſt, conſtitutiones Eccleſiæ ſacta propter honeſtatem publicam, cap. ad audientiam, & cap. ſponſam, de ſponſal. & matrim. Prat.

HONESTATIS ratio non patitur fiſcum retractare, quod ſemel vendidit. l. vlt. C. ne fiſcus rem quam vendidit evin. lib.10.

HONESTATIS rationem ſemper habere oportet: Nam ſecundum vitæ honeſtatem creſcit aut minuitur æſtimatio injuriæ, §. ſed pœna, Inſtit. de injurijs.

HONESTE, id eſt, ſine turpitudine l.36. conjuncta l.38. ff. de operis libertorum Briſſ.

HONESTUM à licito ſeparatur, l.1. de juſt. & jur. l.42. ff. de ritu nup. non enim omne quod licet, honeſtum eſt, l.144. ff. de regulis jur. Prat.

HONESTUS, qui nihil turpitudinis habet. Iſidor. Honeſtus quandoque locupletem, & in aliqua dignitate poſitum ſignificat, atque humili & egeno opponitur, vt teſtatur Aſcon. in Verr.3. Vlp. in l.52 §.15. ff. de furt. Cum Titio honeſto viro pecuniam credere vellem, ſubieciſti alium Titium egenum. Sic l. cum hi, §. ſi in annos, ff. de tranſact. & l. 8. §. qui nondum, de pœnis. Hi inferiores vocantur humil[illegible]s, d. l.38. & l.1. C. de deſert. mediocris loci. Prat.

HONESTUS, & plebeius: Honeſtiores & humiliores: Honeſtiores & tenuiores, Honeſtiore & humiliore loco poſiti, opponuntur in jure noſtro, l.1. § vlt. ff. de effract. l.38. §. nondum, ff. de pœn. l.28. §. non omnes. ff. eod. l.3. §. nondũ, ff. de pœn. l.28. § non omnes, & ff. eod. l.3. § legis. ff. ad leg. Cor. de ſicar. Briſſ.

HONOR ſeu honos, inquit Varro lib. 4. ling. Lat. ab honeſto onere. Itaq; honeſtus dicitur, quod oneratus eſt, dictũ onus eſt vt honor; qui ſuſtinet Remp. Sunt tamen qui deducunt à priſco ὤνι unde ὀνομαι, vt ab [illegible] factũ [illegible], & veteres Onor ſcripſiſſe reſtantur. Onus autem ab ὄνος Græcorum tractũ, qui ab aliqua ratione ærumnoſum illud animal its vocatum. Prat.

HONOR pro dignitate apud Caium, in l. nuper. de donat. inter vir. & vxor. Proprie reuerentia eſt, quam alicui exhibemus in virtutis teſtimonium.

HONOR eſt prærogativa quædam ex vitæ morumque probitate, & quandoque ex fortuna cauſata: qua quis à vilibus perſonis ſimplicibuſque plebeis diſtinguitur. Sebaſtian. Med. in tract. de definit. part.2.

HONOR aliquando ſumitur pro honorario dono & remuneratione, l. ſi remunerandi, 6. in pr. ff. mand. Si remunerandi gratia honor intervenerit, id eſt, ſi honorarium aliquod datum fuerit. Hinc apud Cicer. Honos alit artes: & Virg. lib.5. Ipſis præcipue ductoribus addit honores. Prat.

HONOR pro magiſtratu ponitur nonnunquam, vt apud Iuuen. Nunc cum ſummus honos finito computet anno; Sportula quid referat, &c. Connan. lib.1. c.15. n.1.

HONOR pro præmio, & vt vulgo appellant. arra. in l.1. §. proinde ff. de var. cognit.

HONOR civitatis, quo in ornatu ſitus ſit, ICtus oſtendit in l. dignitatibus, in fin. de leg.1. Spieg.

HONOR municipalis, eſt adminiſtratio Reipub. cum dignitatis gradu ſive cum ſumptu, ſive ſine ſumptu contingens. l. honor ff. de mun. & hon. Erant in hoc genere decurionatus, duumviratus, ædilitas, & cetera dignitates, l.17. §. is qui ff. de decu. l. 12. ff. de mun. & honor. l.5. de vacat. munet. l.12. Cod. de ijs, qui ſponte mun. publ. lib.10. Prat.

HONOR prætoris, pro magiſtratu, apud Pompon. de orig. jur. l. 2. §. eodem tempore, §. prætorum quoque, Inſtit. de jur. natur. gen. Quæ magiſtratui ineſt dignitas: rurſus dignitatem ſequitur honor. teſte Calliſtrato. ff. de munet. & hono. Spieg.

HONORARI eſt præmio aliquo adfici: honos enim plerumq; præmium eſt, apud Vlp. in l.1. §.5. ff. de poſtul. Niſi in arena paſſi ſunt honorari: licet Accurſ. male hic legat onerari. Prat.

HONORARIA pœna, id eſt, quam prætor introduxit atq; conſtituit. Inſt. § 6. de injur. Sed pœna quidem injuriæ, quæ à lege 12. tab. introducta eſt, in deſuetudinem abijt: quam autem prætores introduxerunt, quæ etiam Honoraria appellatur, in judicijs frequentatur. Hot. ex Connan. lib.7. c.14. n.5.

HONORARIA arbitria, apud Cic. in orat. pro Q. Roſc. Com. Briſſ.

HONORARIA præfectura dicitur, quoties aliquis codicillos accipit ab Imp. quibus ei dignitas præſtatur, quaſi prætorij præfectus fuiſſet, ſive magiſter militum. Got. ad Nou.70. in præf.

HONORARIA actio à prætore introducta eſt, & ab honore prætori delato nomen accepit. Nam cum (vt Pompon. auctor eſt, l.2. de orig. jur.) Conſules bellis finitimis à jure dicendo, cui præerant, avocarentur, ita vero civitate inde aliquo opus eſſet, qui populi controverſias dirimeret; pactũ eſt, vt prætores duo crearentur. Vrbanus primum, qui in vrbe tantum & inter cives Romanos jus dicebat, peregrinus deinde alius, qui inter extraneos jura reddebat. Et his ſane data eſt poteſtas adjuuãdi, ſupplendi atque corrigendi Ius civile, prout publice intereſſe videbant, l. jus autem civile, ff. de juſt. & jure. Et hic honos prætori ſemper habitus eſt, vt ejus edictis pro publico jure vteretur. Quapropter etiam veluti per [illegible] ab honore, quo regijs pene inſignibus & apparatu ferme conſulari, Lictoribus ſex, ſella curuli & trabea, prætores ſupra cæteros judices fungebantur, ea auctoritas eorum edictis attributa eſt, vt jus honorarium dici cœperit, Zaſius in d. l.s. atque de hinc in factum actio honoraria dicta eſt, quam à prætore introductam eſſe conſtat, l.39. ff. de nox. act. l.11. ff. de fideiuſſ. Peckius Comm. l.1. §. honoraria, nu. 1. ff. nautæ caup. ſtab.

HONORARIÆ obligationes, quas prætor edicto ſuo inſtituit, l. obligamur, 52. ff. de obligat. vbi Modeſtin. ait, jure honorario nos obligari, ex his quæ edicto perpetuo vel magiſtratu fieri præcipiuntur, vel vetantur, à civilibus & naturalibus ſeparantur l.5. ff de pignor. l.1. §. vlt. ff. de Nou §.1. Inſt. de oblig. Hot. Prat. Briſſ.

HONORARIÆ hæreditates, vid. l.1. in fine, C. de ſecũdis nuptijs.

HONORARII ſucceſſores dicuntur, qui & bonorum poſſeſſores Inſtit. §.1. de bon. poſſ. Quos autem ſolus vocat prætor ad hæreditatem, hæredes quidem jure non fiunt: nam prætor heredem facere non poteſt: per legem enim tantum, vel ſimilem juris conſtitutionem heredes fiunt, veluti per Senatuſconſ. & conſtitutiones principales, ſed quum eis prætor dat bonorum poſſeſſionem, loco heredum conſtituuntur, & vocantur bonorum poſſeſſores. Vlp. l.9. §.5. ff de inter. act. Quæ obtinere debent non ſolum in heredibus, ſed etiam in honorarijs ſucceſſoribus. Sic in l.1. §. non ſolum, ff. vt legat. nom. l.10. ff. ad Vellejan. l.7. ff. de publ. Hot. Prat.

HONORARII. Nouella Valentiniani, quæ fuit inſcripta, De honoratis, & quis præferatur in gradu, quinque facit virorum illuſtrium gradus. Primus eſt eorum, qui vere illuſtrem dignitatem geſſerunt, Secundus eſt vacantium præſentium in comitatu Principis. Tertius vacantium abſentium. Quartus honorariorum præſentium. Quintus honorariorum abſentium. Differentiam facit inter vacantes & honorarios, ſicut & l.9. de metat. C. l.2. inter eos, quib. illuſtratus ſub cingulo, & quibus citra cingulum delatus eſt, & in integra Nou. The. de metatis, quam habemus: licet, inquit, vacantis militiæ cingulo vtantur, vel honorariæ prærogativæ portantur inſignibus, & paulo poſt. Illuſtrem dignitatem inter vacantes vel honorarios conſecutus. Vacantes ζωσμένοι ſunt. Honorarij ἄζωσμοι cum cingulo deferatur plerunque ijs, quibus merito antegeſtæ adminiſtrationis defertur: vt primicerius notariorum peracta adminiſtratione fit magiſter officiorum vacans, primicerius domeſticorum tribunus vacans, & ita apud Vegetium vicarios comites tribunos vacantes accipere oportet, & in C. Theod. tit. de comit. vacant. & apud Ammian. ſæpe li.16. 18. 31. Iidem adſcriptitij dicuntur, Trebell. in Baliſta: Gaudens quod ejus conſilio nullum adſcriptitium, i. vacantem haberet Lampridius in Alexand. Ne quem adſcriptitium, id eſt, vacantium haberet, vbi vulgò malè vagantium. Dicuntur & allecti, & inter agentes in prima & ſecunda conſtitutione de faciendo & confirmando Codice, & in l. vlt. C. Theod. de honor. in qua ita eſt: Ne quis ſibi expetet ſive imaginarios, ſive inter agentes codicillos acceperit, vt ei, qui egerit ratione temporis præferatur. Et in l.5. C. de metat. vbi pro iter agens legendum inter agens, vel inter agentes, & in l.1. C. de ſilent. Ab his honorarij ſive imaginarij, vt dixit, longè ſunt diverſi. Hi nullum cingulum geſtant, nullo merito antegeſtæ adminiſtrationis hunc honorem conſequuntur, ſed ſolo codicillorum principalium beneficio, l.5. C. vbi Senat. vel clar. l.1. C. Theo. qui à præb. tyr. vbi quod ait, vel qui honorariorum eſt definitio. Nou. 70. cujus generis etiam Pontifices & Augures, & quindecim viros ſacris faciendis Severum feciſſe memoriæ proditum eſt. Præterea vacantibus datas annonas Lampridius ſignificat, quas nullum honorarium conſtat habuiſſe. Itaque vacantes honorarijs optimo jure præferuntur. Non tamen omnibus. His namque qui ſimili dignitate ornati ſunt, procul dubio præferuntur, veluti præfectorius vacans præfectorio honorario, quæſtorius vacans quæſtorio honorario. His autem qui ampliori dignitate præditi ſunt, non præferuntur, veluti quæſtorius vacans non præfertur præfectorio honorario, comes vacans non præfertur quæſtorio vel exmagiſtro honorario, denique vacantes omnib. honorarijs non præferuntur. At adminiſtratores omnib. vacantibus, omnibus honorarijs præferuntur. Et illuſtribus adminiſtratoribus adnumerantur vacantes, qui non ſunt ocioſi, ſed ordinariam dignitatem aliquam gerunt, veluti Germanus magiſter militum vacans contra Wandalos dux magna claſſe miſſus à Theodoſio, iam non pro vacante illuſtri, ſed pro adminiſtratore habetur. Ducatus ipſe eſt ordinarius, id eſt clariſſimus vel perfectiſſimus. Cujac. l.1. de primicerio & ſecundicerio, & notarijs, C. lib.10.

HONORARII tutores. Qui ſint honorarij tutores ex Vlp. in l. 5. §. 1. de adminiſt. tutor. ff. ijs verbis intelligere licet, Si parens vel pater, qui in poteſtate habet, deſtinauit teſtamento, quis tutorum tutelam gerat, illum debere gerere prætor putauit, meritoque patris ſtatur voluntati: qui vtique filio recte proſpexit, tantundem prætor facit, & de ijs, quos parens deſtinauit teſtamento, aut confirmauit, vt ſi parens quem velit tutelam adminiſtrare, declarauerit, ille ſolus adminiſtret. Cæteri igitur tutores non adminiſtrabunt, ſed erunt ij, quos vulgo honorarios appellamus. Nec quiſquam putet, ad hos periculum nullum redundare. Conſtat enim hos quoque, excuſſis prius facultatibus ejus, qui geſſit, conueniri oportere. Dati ſunt enim quaſi obſeruatores actus ejus & cuſtodes: imputabiturq; eis quandoque, cur ſi male eum conuerſari videbant, ſuſpectum non fecerint. Aſſidue igitur & rationem ab eo exigere eos oportet, & ſollicite curare, qualiter conuerſetur: & ſi pecunia ſit, quæ deponi poſſit, curare vt deponat ad prædiorum comparationem. Blandiuntur enim ſibi, qui putant honorarios tutores omnino non teneri.

HONORARIUM eſt, quod magiſtratib. aut eorum miniſtris ſoluitur honoris potius quam neceſſitatis cauſa, vnde etiam nomen habet, nec exigi debet aut peti, ſed accipi ſi offeratur. Connan. lib. 4. c. 15 num. 7. dicitur enim proprie honorarium, quod ad honorem pertinet.

HONORARIOS ludos appellamus liberalia. Aldobrand.

HONORARIUM jus antiqui appellarunt, quod ex edictis prætorum deſcendit: ſicque, vt Papin. ſcribit, ad honorem prætorum nominatum: Pomponius, quod ab honore prætoris veniat, l. 7. in fin. ff. de juſt. & jur. l. 2. § eod. temp. de orig. jur. vel vt inquit Iuſtin. §. prætorum. Inſtit. de jure nat. quod honores gerentium, id eſt, magiſtratus honorem huic juri dederunt. Prat.

HONORARIUM eſt merces, quæ Aduocatis, Iureconſ. Medicis, liberaliũ artium profeſſoribus, menſoribus & cæteris, qui operam beneficij loco præſtabant, dabatur: dictum ab eo, quod pro mercede, ad honorẽ eis tribueretur, laboris remunerandi gratia. Mercedes enim eas dicere diſplicuit, cum nõ crederẽt inter huiuſmodi perſonas locationem & conductionem contrahi. Sed in his opera beneficij loco præberi: & cũ quid datur ad remunerãdũ dari, l. 1. ff. ſi mẽſ falſ. mod. l. 1. de extraor. cog. l. 38. ff. loc. l. 3. C. de poſt. l. 5. de legat. l. 13. C. de jud. Pra. ex Briſ.

HONORARIUM autem quod patrocinij nomine datur, συνηγορικὸν ab Ariſtophane in Veſpis dicitur. Prat. ex Briſ.

HONORARIUM etiam dicitur id, quod olim conſulibus in prouincias aduenientibus, honoris loco dabatur, non tanquam debitum, Cicero in Piſonem: Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? qui honorarij? ſiquidem poteſt vi & metu extorſum honorarium nominari. Inde

HONORARIUM dictum id, quod à decurionibus pro curiæ introitu dari ſolet, Plin. lib. 10. epiſt. 116. Supereſt ergo, vt ipſe diſpicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare: Ad quam epiſtolam reſcribens Traianus: Honorarium, inquit, decurionatus omnes, qui in quaque ciuitate decuriones fiunt, inferre debeant necne: in vniuerſum à me non poteſt ſtatui. Hujus etiam fit mentio in l. æſtimationem, ff. de mun. & honor. Prat.

HONORARIUM tumulum Latini idem quod κενοτάφιον Græci appellant, id eſt, inane ſepulchrum memoriæ cauſa factum, Connan. Comen. jur. ciuil. lib. 3. c. 1. n. 4. Hoc.

HONORARIUS arbiter Ciceroni is dicitur, quem pars vtraque ſummum ſuæ controuerſiæ honoris cauſa facit judicem. Cic. 5. quæſt. Tuſc.

HONORARIUS arbiter dicitur, qui à prætore datur, quod ab eo qui honorem, i. e. magiſtratum gerit detur. nam vt Proc. ſcribit l. 76. ff. pro ſoc. Arbitrorũ genera duo ſunt, vnum eiuſmodi vt ſiue æquũ ſit, ſiue iniquum, parere debeamus, quod obſeruatur, quum ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt, &c. Ho.

HONORARIUS curator apud Vlp. tit. 12. Inſtit. ſumitur pro eo, qui à prætore conſtituitur libertinis, prodigis, itemque ingenuis, qui ex teſtamento patris hæredes facti, male diſſipant bona. Prat.

HONORATI in l. 1. C. de off. ciuil. jud. l. 18. C. de epiſc. & cler. l. 3. C. de off. diuerſ. jud. l. 6. C. de poſtul. robr. de honorator. vehic. lit. 5. C. l. 1. quib. equor. vſus, in C. Th. l. pen. ad leg. Iul. repet. in eod. C. Puto autem eos ſignificari, qui ſine adminiſtratione honorarijs decorabantur codicillis, vt in l. vlt. C. vbi ſenat. Iuſti. Nou. 70. ἱερόν γε δή, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἦν τοῖς ὑπαρχόντων χώραν, ἢν ἐναργείαις ἐπιδεῖν, καθήκειν ἐκ τῆς βασιλείας ἐπ᾽ αὐτῇ παρεχομένων. Ταύτην δὲ ὅτως ἀνόμοζον εἰς ἀδελφὸς ἵνα μηδὲν ἤ ψιλῆς ἡμῶν ταύτης ἀξιουμένοις παρεχομένης. Sic in l. 41. de decu. in C. Theod. Cæterùm que, aiunt Impp. qui ſine adminiſtratione adumbratarum dignitatum codicillos honorarios meruerint: & l. 74. eod. tit. Inanes vero umbras & capſas imagines dignitatum codicillis honorarijs ſectatores nihil adiuuari præcipimus & in l. vnic. qui à præbitio. tiron. eod. C. Honorarios vocatos ab iniquitate ſcribunt, qui ſine adminiſtratione titulos dignitatum ſunt conſequuti. Vide paulo ſup. Honorarij. Briſſ.

HONORE pleniore pro ampliore, apud Vlpianum legimus, in l. 5. §. ſi legata, de legat. præſt. Sic idem honeſtiorem titulum in eod. §. dixit, pro eo qui magis decet. Spieg.

HONOREM perdere dicuntur filij, cum eorum parentes iterum nubunt, in auth. de nupt. Alb.

HONOREM capere l. 5. ff. ad leg. Iul. de vi priu. ſuſtinere, l. 10. ff. de minoribus vſurpare, l. 7. ff. eod.

HONORES gerere, l. 14. §. vlt. ff. de munerib. Petere, l. 7. eod. l. 18. ff. de decur. Suſcipere, l. 14. §. plebeij, ff. de munerib. Briſſ.

HONORIBUS arceri, l. 12. ff. de decur. Prohiberi, l. 6. §. Quis accuſatus, ff. de muner. Vti prohibitus, l. 7. ff. eod.

HONORIS cauſa donatio. Si vxor viro laticlauij petendi gratiã donet, vel vt equeſtris ordinis fiat, l. 38. ff. de donat. inter vir. & vxor.

HONORIS cauſa nomino. Id perſæpe dicit Cicero, quum virum aliquem nominat, in quo aliqua ſuſpicio contumeliæ latere poſſit. Id etiam de honeſtiſſimis hominibus, aut amiciſſimis dici conſueuit: atque hoc etiam ipſius Ciceronis exemplo. Spiegel.

HONORIS cauſa tutor datus non videtur, quem pater à cæteris tutoribus, quibus negocia gerenda mandauit, rationes accipere voluit, Papin. in l. 56. §. 1. de teſta. tut. Vlp. 14. § 5 ff. de ſolut. Sunt quidam tutores qui honorarij appellantur: ſunt qui rei notitiæ gratia dantur: ſunt qui ad hoc dantur, vt gerant, & hoc vel pater adijcit, vt vnus, puta, gerat: vel voluntate tutorum vni committitur geſtus: vel prætor ita decernit. Hot.

HONORIFICUM, quod honore dignum eſt, agrum. l. Iul. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. Sic apud Cicer. Plinium Iun. & Martialem. Si quid honorificum pagina noſtra ſonat. Spieg.

HOPIA in l. fin. §. ſpecies, ff de publ. quid hoc verbo ſignificetur plane ignoro. Veneni genus hoc nomine vocari legi, quod ex inciſis papauerum capitibus, ſucco expreſſo conficitur, de quo Dioſcorides lib. 4. Plin. lib. 22. c. 18 & lib. 25. c. 10. Briſſ.

HORÆ vocantur partes, in quas diſtinguitur dies. Hæ principio duodecim inſtitutæ ſunt, qui numerus longo tempore cuſtoditus eſt, donec in viginti quatuor horas dies apud Romanos diuideretur. Prat.

HORÆ aliæ diei ſunt; Aliæ noctis. l. 7. ff. de vſurp. l. 5. ff. Qui teſt. fac. poſſ. Illæ diurnæ: Hæ nocturnæ vocantur, l. 5. ff. de aq. cotid. l. 5 5 ff. ad leg. Iul. de adult. Briſſ.

HORA, tempus hoc eſt, quamcunque æternitatis partem, ſiue annuum, ſiue diurnum, ſiue nocturnum ſpatium complectens, ſignificat. Obſeruandum autem, quod Paulus Iuriſc. ponderat horas diei, non numerat: atque vult priores quinque poſterioribus ſeptẽ præualere: propterea quod ad quoduis negotium conficiendum, à prandio ſimus ineptiores. Vide Alc. in l. 5. de verb. ſign. & Apellum c. 1. in meth. Spieg.

HORARUM aquæductũ habere in l. 2. ff. de aqua cotid. & æſtiu.

HORAS pro diebus dilatorijs, ſeu vt hodie vocant pro dilationibus ordinarijs, à Cicerone accipi, Aſconius admonuit: quod & à Bud. in l. ſi neceſſarius, de pign. act. annotatum eſt. Cicero Verr. 3. vt cum horis noſtris nos eſſemus vſi, in binis ludis interpoſitis, quadrageſimo poſt die reſponderes. Horas ſuas vocat (inquit Aſconius) 20. dies, qui accuſatori dabantur ad accuſandum legitimi, totidemque defenſori. C. Scipio Naſica, cujus meminit Pomp. l. 2. de orig. jur. dies certas diſcreuit in horas, Siquidem ante illum vix veſpes erat diſiunctus ab ortu: vt Sabell.

HORÆ ab antiquis fuere pro deabus cultæ, templaq; teſte Pauſania in earum honorem à Gentilibus conſtructa. Qua ratione Heſiodi Scholiaſtes dixit horas ἀπὸ τοῦ ὠρεύειν dictas, quod & Iouis cuſtodes ſint, & hominũ obſeruare acta ſolebant. Nã ὦρος cuſtodem ſignificat. Et (ait Etymologicus auctor) λέγεται ὥρα τὸ ὠρεῖν τὸ φυλάττειν. Κατὰ γὰρ ὦρος ἐφύλαττον οἱ ἀρχαῖοι ἐν ταῖς νυξίν. ἢ ἀπὸ τοῦ διορίζειν καὶ διαχωρίζειν τὰ ἡμέρας. Plato in Cratylo teſtatur horas Attica priſcaq; voce appellandas ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quia finiunt hyemis & æſtatis tempora, & flatus, & eos fructus, qui ex terra obueniunt. Nã etiã hora hoc temporis punctũ ſignificat, quo omnia conſiſtunt & ſunt ἐν τῇ ἀκμῇ, i. e. in ſummo & vigore proprio, Suida auctore. Vnde Galen. li. 2. de alimentorũ facultatibus ſcribit, ὥραν Græcos appellare eã anni partem, & tempus, in cujus medio caniculam exoriri contingit. Hinc ὡραίους fructus dicunt tempeſtiue collectos. Galenus igitur fructũ ὡραῖον dixit, quod nos fructũ maturũ & ſua tẽpeſtate collectum, τοῦτ᾽ ἐστὶν ἀκμαῖον. Adhæc videtur ὥρα dici à pulchritudine & elegantia. Nam ὡραῖος formoſum pulchrumque ſignificat, & ὡραιότητ formæ elegantiã, ὥρα (inquit Etym.) σημαίνει τὴν μορφὴν καὶ τὸ κάλλος. Qua ratione cõijcio horam apud Latinos Iuuentutis Deã dictã, & Quirini vxorẽ. Quod reliquũ eſt, recte quidẽ arbitramur horas à Sole dici, hac de cauſa, quod Sol ab Ægyptijs dictus ſit ἀπὸ τῶν ὡρῶν ἡγεμόνος, cujus motu horarũ tẽporumque diſtinguantur interualla. Vt qui non temporũ modo, ſed & terrarum etiã, ac ſyderum cœlique totius rector ſit & moderator: quem ideo adorabant Ægyptij: Brechæus l. vrbis appellatio, § cuiuſque diei, ff. de verbor. & rer. ſignificationib. De horæ autẽ vid. quid.

quid annotauit Turneb. aduerſariorum lib. 8. c. 23. vbi horæum genus ſalſamenti appellari teſte Athenæo affirmat: & addit horæa vocari non à tempeſtiuitate (quemadmodum quibuſdam primariæ eruditionis hominib. placere videtur) ſed à veris tempore, quod tum ſalſamentum iſtud fieret, cujus & mentio eſt apud Plautum in captiuis, horæum, ſcumbrum, trigona. Turneb. loco præalleg.

HORNVM annuum prouentum antique fruges ſignificat. Columella. Euentus, inquit, rebus omnibus, velut horno maſſis magna fuit. Turneb. aduerſ. lib. 29. c. 13.

HOROLOGIVM, Vlp. in l. quæſitum, §. Papin. excepto, inquit, horologiu æreo, quod nō eſt affixum. Nā & hoc inſtrumentu domus putat contineri. Vid. Bero. comm. 3. & 5. in aſiuū Apul. Spi.

HOROLOGIORVM duo antiquitus genera fuiſſe conſtat: Vnum quod Gnomone vmbras in ſole faciente, horas indicabat. Alterum, quo horas æque noctium ac dierum aqua diuidebant. Illud Solarium appellatur à Plauto in Bœotia, in qua eſuriens paraſitus ei imprecatur, qui primus Horologium ſtatuiſſet. Verba ejus hæc ſunt:

Vt illum Dij perdant, primus qui horas reperit.
Quique adeo primus ſtatuit hic ſolarium.

HOROSCOPVS eſt inſpectio horæ: eſtq; ea pars ſigniferi, quę ſupra noſtrum hemiſphærium aſcendit cum quid contingit. Spi.

HORREVM, repoſitorium non ſolum frugum, frumenti & vini, ſed aliarum quoq; rerum, quæ adſeruari conſueuerunt. Iuriſconſ. de fund. inſtruct. l. tabernam. Legauerat, inquit, horreum vinarium cum vino & vaſis & inſtrumētu. Et de empt. & vendit. Clauibus, ait, traditis, ita mercium in horreis conditarum poſſeſſio tradita videtur, ſi claues apud horrea traditæ ſunt. Item Locati: Dominus horreorum effractis & compilatis horreis, non tenetur. Sic horreum frumentarium, l. 60. ff. de acq. rer. domin. Horreum vinarium. l. 7. ff. de fun. inſtruct. Horreum penuarium, l. 1. ff. de pen. leg. Hinc horrearius qui præpoſitus eſt horrei cuſtodiæ, vt eod. tit. l. cum in plures. Rerum, inquit, cuſtodiam, quam horrearius habet. Itē l. Cælius: Cum horreario agendum & merces horrearicæ, quæ in horreis adſeruantur, &c. Nehr. Item horreum, quicunq; locus eſt, ad reponendas merces idoneus. Alc. in l. pacta nouiſſima, C. de pact. Hinc & horrearij dicti, qui ad cuſtodiam in horreis ejuſmodi merces recipiunt. Horræum autem, qui per ſimplex r, mel æſtiuum ab hora. Nam Græci omnes fructus æſtiuos nominant ὡραῖα, quoniam id tempus per excellentiam horam ſignificat. Spieg. Ande Forcat. in penu. jur. ciu. c. 55.

HORREVM, Varro li. 4. lin. Lat. non improbabiliter exiſtimat ab hordeo tractum, quod hordeum & frumenta in eo ſeruari ſoleant: quanquam in alijs exemplaribus ab horrendo legatur, quod ſcilicet priſci fruges in ſuis ſpicis cū ariſtis in granaria conderent: Galenus mauult à dictione ὡραῖα deduci, quo omnes fructus, atque adeo prouentus omnes denotabāt Græci. Prat. ad d. Goth. ad d. l. 21. §. certe ſi proponas, 6. ff. de furtis.

HORREARIVS, horrei conductor dicitur, l. 5. ſi horrearius, ff. de his, qui deiec. vel effud. l. 5. ff. ad exhib. l. 60. §. vlt. ff. locat. Briſſ.

HORTARI magis eſt, quam mouere. Id enim quoddam quaſi imperium habet, l. jubemus, C. ad leg. Iul. repetun.

HORTI amœni, vrbani prædij appellatione continentur auctore Vlp. l. vrbana prædia, de verb. ſign. niſi plurimum in reditu ſint, id eſt, principaliter propter ruſticos reditus conſtituti. Spieg. Adde Brech. in d. l. vrbana. Prat.

HORTI olitorij, ab olere, non ab oliuis dicti, vt Accur. exiſtimauit, l. 13. ff. de vſuf. & vide l. 198. ff. de verb. ſign. Aleiat. in l. vrbana prædia de verb. ſign. Vlp. in l. ſi cujus, § fructu ff. de vſofr. Vt forte, ait hortos olitorios faciat, vt aliud quid, quod ad reditum ſpectat.

HORTI Saluſtiani Romę Auguſti erant l. 39. §. ſi ff. de leg. 1. Nam in Saluſtianos hortos ire, peregrinatio & expeditio putabatur. Vopiſcus in Aureliano: Diſplicebat ei cum eſſet Romæ habitare in Palatio, ac magis placebat in hortis Saluſtij, vel Domitiæ viuere. Briſſ. Prat.

HORTI publici, Reipublicæ conducti, l. 30. §. 1. ff. de legat. 3. Briſſ.

HORTENSIA Lex à Q. Hortenſio dictatore lata, qua plebiſcitis legum vis & auctoritas tributa eſt, l. 2. §. deinde cum eſſet, de orig. juris, § plebiſcita, Inſtit. de jure nat. Briſſ.

HORTVS riguus vel irriguus, qui juxta aquam eſt, vel per quem medium diffluunt riui. Spieg.

HORTVS in 12. tab. idem valebat, quod villa, vt Plin. lib. 19. c. 4. eſt auctor. Vide Feſtum lib. 8. Prat.

HOSPES, tam qui recipit, quam qui recipitur. Gloſſ. in verb. vel vectoribus. l. 1. §. magiſtri, ff. de exer. act. vſurpatur item pro homine ignaro eorum quæ aguntur. Spieg.

HOSPITALIS, quod eſt hoſpitis, ſiue quod ad hoſpitem pertinet, Latinis ſignificat. Eccleſiaſtici ſuo more vtuntur hoc verbo.

HOSPITARI. l. 1. §. vlt. ff. de his qui hoſpitarentur. Briſſ.

HOSPITATVRA & elemporia apud Alexandrinos, patrimonij munus exiſtimantur: apud Arcbadium in l. vlt. §. elemporia 19. ff. de muner. & honor. Aliqui codices fide digni, habent emporia. Et ita videtur ſentire gloſſator noſter, dum exponit patrimoniorum ſuſceptores, qui præbent vaſa vel domum vbi vinum publicum ponatur: ἐμπόριον enim Græci oppidū appellant, vel alium quemuis locum in quo fiat mercatus publicus, ſeu nundinæ, & in quem vendendi & emendi cauſa conueniunt mercatores. Quidam tamen deſcripſerunt, emporium ab emo dictum quaſi emptorium: quod falſum eſt, quia Græca vox eſt, qui ἔμπορον mercatorem dicunt, ἐμπορίαν mercatū, ἐμπόριον oppidum ſiue alium quemuis locum, [vt dixi] in quo fiat mercatus. Hinc emporetica charta dicta eſt, qua merces inuoluuntur à mercatoribus, cum ſcribendi nullum vſum præbeat. Ego idem puto Eleamphoria legendum vt Iurecōnſ. ſic appellauerit ea hoſpitia, ad quæ Alexandrini tendebant, cum peregre eos ire oportebat: quę idcirco patrimonij loco habebant, quoniam ita inter ſuos maiores veteri quodā more erat inductum, vt quoties à patria recedebant ad amicos hoſpitaturi tenderent, reddituri vicem, ſi forte illi quoq; amici ad ſe Alexandriam venirēt. Nam hunc morē fuiſſe apud antiquos, oſtendit Homer. Ili. lib. 6. apud quem Diomedes Glaucū refert, ſuis maiorib. cum illius progenitorib. vetus hoſpitiū atq; neceſſitudinē interceſſiſſe, muneraq; hoſpitalia inter ipſos vltro citroq; data. Dicta ſunt autem eleāphoria, quaſi oliuam ferentia. Solebant enim hoſpitaturi, oliuam in pacis ſignum ferre: vt eſt apud Vergil. quando Æneas hoſpitaturus Euandrum adiuit. Oliua enim arbor eſt antiquis multū celebrata. Inde Ariſtoteles inter naturæ miracula, & Pauſan. in Atticis, referūt eam Athenis eodē die quo à Medis combuſta eſt, pullulaſſe. In Geneſi quoq; traditur, oliuam à columba ad Noe in arca morantē latam fuiſſe, in ſignū lętitię. In Pythijs etiam olea pręmium dabatur vt Plin. & ante eum Arbias ſcribunt. Et dum Iarec. ſubdit hoſpitatura, aliqui Codices Oſpratura, factū verbum ex ὄσπριον quod Heſychio ſignificat varias fruges & legumina. Oſpratura igitur eſt minutarum frugū emēdarum cura, Hoto. Sed vulgata & Haloādri editio habet hoſpitatura. Hoſpelonia, editio Hugonis à Porta: Oſpriune Bud. qui cōparādis leguminib. creati ſunt Oſprionia munus ipſum verū vulgata & Haloandri lectio verior eſt Hoſpitatura, hoſpitis recipiendi munus, l. 3. § 13 ff. de muner. & honor. l. 10. §. 2. de vac. l. 10. C. de ſacroſ. Eccl. vide Goth. ad d. l. vlt. § Elemporia 19. de muner. Aliqui Codices habēt hoſpita Nā hoſpita dicūtur, quę facile ſuſcipiūt: vnde hoſpitā terrā dicimus. Virg.

Et pater Anchiſes. Bellum ô terra hoſpita portas. Idem:
Puppibus illa prius patulis hunc hoſpita plauſtris.

Stat. Achil. 1. Atq; hoſpita Delos Gentibus. Idem Syluar. 4. ad Marcel. Vbi Auſonio ſe condidit hoſpita portu Parthenope. Eodem modo hoſpita flumina dicuntur, quę facile tranſmeari poſſunt: vt apud Virg. Æn. 2. & Papin. Theb. 3. Sicut etiam apud Terent. & Apul. Hoſpita dicitur mulier, quæ amicos ſuſcipiat. Poſſet etiā legi hoſpitiam: nam domus eorum, quæ gratis liberaliterq; venienti hoſpiti patēt, hoſpitia dicuntur: vt apud Pompon. in l. poſtliminij jus, ff. de cap. & poſtlim. reuer. Hinc hoſpitalem humanitatem dixit Valer. Max. in 1. lib. de Ceretinis loquens, & Paulus, Hoſpitalitatem, inquit, inuicē pręuenientes, vt refert gloſſator noſter in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. Liu. per initia 1. lib. de Ænea & Antenore: Et vetuſti, inquit jure hoſpitij. Et hoc eſt, quod innuit Iarec. idem in loco præallegato dū refert, quod cui conceſſa eſt immunitas perſonalium ſiue ciuilium munerū, non tamen poterit ſe excuſare ab hoſpite recipiendo. Proinde ædes, quę publice parātur ad recipiendos milites, hoſpitia poſſunt dici, ſicut etiā quę ad egenos & pauperes, hoſpitia & hoſpitalia nūcupātur, quod verbo vſus eſt Vlp. in l. ſi vero plures, ff. de his qui deiec. vel eff. Cot.

HOSPITIA priſcis temporibus publice dati ſolebant, erantque quibus hoc munus hoſpitum recipiendorum, à Rep. imponebatur. Eſtque patrimonij onus non perſonæ. l. 3. §. eos milites, l. fin. §. pen. & vlt. ff. de muner. l. 16 §. angariarū, de vac. mun. l. 1. C. de epiſ. & cler. Modeſt. in l. 6. de excuſ. hoc munus ἐπισταθμίαν vocat, deductu vocabulo ἀπὸ τῆς ἐπισταθμεύειν, id eſt, diuerſari: vt & Cic. lib. 15. epiſt. vlt. ad Att. Habes hoſpitium ſiue ἐπισταθμίαν. Cogebantur quoque prouinciales hoſpitio milites officialeſque præſidum per municipia iter facientes excipere, vt colligere eſt ex d. l. 3. §. eos milites, l. 1. §. ne tenues, ff. de offic. præſ. Hot. Briſſ. Prat.

HOSPITII neceſſitudo olim non ſolum inter priuatos, ſed etiā iam inter ſingulos priuatoſq; homines & ciuitates: quod genus amicitię Græci προξενίαν, Latini hoſpitium publicum vocarunt: nam quod hoſpitium inter priuatos contrahebatur Græce ἰδιοξενία, Latine priuatum hoſpitium dicebatur cujus erat nota pignuſq; teſſera hoſpitalis, vt ille apud Plaut. in Pœn. ait: Deū hoſpitalē & teſſerā mecū fero. Cic. in Verr. act. vi. de ſenatu Syracuſano loquens: Decernunt ſtatim vt fratri meo hoſpitiū publice fieret. Sic Demoſt. pro Cteſ. obijcit Æſchini quod legatos quoſdam Philippi hoſpitio exceperit, & quod hoſpitij jus cū eis cōtraxerit ῥῶ ... [illegible] Atq; ſumitur hoc verbū l. poſtlimij de capt. & poſtl. & apud autores

claſſicos ſæpiſſime. Arctum autem fuit neceſſitudinis huius vinculum atque etiam diuini numinis reuerentia ſanctum; quod juris huius diſceptationi præfecit antiquitas Iouem hoſpitalem appellans & inuocans, quaſi hoſpitij præſidem & vindicem, Prat.

Hospitiola, l. 5. §. ff. de ijs qui deie. ſunt loca ea, quibus excipiebantur hoſpites. Habebant autem veteres (vt Vitruus. li. 8. c. 10. indicat) propria quædam triclinia, & cubicula, quibus aduenientes hoſpites recipiebant: quæ & hoſpitalia dicebantur, d. l. 5. Etiam & olim in bene moratis ciuitatibus, publica hoſpitibus deſtinata loca, quæ Xenodochia & Xenones appellabantur, quorum meminit l. 16. & 18. C. de ſacroſ. eccl. l. 3. §. pen. l. 37. de Epiſcop. & cle. Eorum Incorum qui adminiſtrationem habebant Xenodochij dicebantur l. 37. §. priuilegium d. l. 37. C. de Epiſc. & clericis. Prat. ex Briſſ.

Hospitio repentino recipi, l. pen. ff. naut. caup.

Hospitium, antiquis domus, quę gratis liberaliterque venienti hoſpiti patebat: vnde & pro amicitia frequenter ponitur, vide Bud. in l. ſolent. ff. de offic. proconſ. Spieg.

Hostia, ab hoſtis fit ſignificatque ſacrificium, quod ab ijs fit, qui in hoſtem pergunt ob victoriam, id eſt, pro victis hoſtibus.

Hosta in l. nauis, 2. ad l. Rhod. de iact. Vrbs eſt Latij, ab Anco Martio extructa, teſte Liuio. Militiæ, omniumque munerum vacationem habuit, præter dies 20. in aduentu Hannibalis, quo Reip. ſubueniretur. Spieg.

Hostiarii ſerui in l. 12. § idem reſpondit, ff. de fun. inſtru. inſtrumentoque legato, quos more vetere in catena fuiſſe, Suet. in lib. de claris Grammat. ſcribit. Prat. ex Briſſ.

Hostiarii eccleſiaſticum officium l. 6. C. de epiſ. & cler. quod & B. Ignatius in epiſt. ad Antiochenſes oſtendit ſic ſcribens: ἀσπάζομαι ὑποδιακόνους, ἀναγνώστας, ψάλτας, πυλωρούς, &c. Dicti ab eo, vt Iſodo. lib. 8. c. 12. ſcribit, quod hoſtijs templi præeſſent. Tenent claues templi, omnia intus extraque cuſtodiunt, fideles recipiunt, infideles reſpuunt. Prat.

Hostianas actiones dixit M. Cic. lib. 1. Orat.

Hostia vel alij Oſtia, vrbs eſt in Ore Tiberis, vt ait Liuius l. 1. vnde & nomen ei inditũ Dionyſ. Hallicarn. l. 3. cenſet. Hinc

Hostiam Nauigauit, lege ſexta, Digeſt. de lege Rhodia Briſſonius.

Hostiarii ſerui, l. duodecima, §. idem reſpondit, ff. de inſtructo vel inſtrum. leg. quos more vetere in catena fuiſſe Suet. in lib. de Illuſtrib. Grammat. ſcribit.

In Hostico abſolute pro hoſtico loco dixit Vlp. l. fi. ff. de mil. teſt. ſic in l. vni. ff. de bon. poſſ. ex teſt mil. quæ phraſis iuuatur Liuij teſtimonio lib. 6. Romano contra etiam in hoſtico morandi, &c. id eſt in barbarico, & paganico. Sic Latini auctores loquuntur Græcorum exemplo, qui πολεμίαν ſimpliciter γῆν ſupplentes dicunt, Herodot. ἀποπλεῦσαι μὴ ἐν τῇ πολεμίᾳ διατρίβειν. Prat. ex Briſſ.

Hostenditia dicuntur (vt Feudiſta ſcribit lib. 2. tit. 40. §. 2.) adiutorium, quod faciunt dominis Vaſalli Romani cum rege in hoſtem pergentibus: fictum verbum ab hoſte quod exercitum & caſtra ſignificat, vt mox in §. Hoſtis in libris, dicturi ſumus. Prat.

Hostes ſunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decreuimus, cæteri latrunculi vel prædones ſunt l. 118. ff. de verb. ſign. l. 26. ff. de capt. Itaque non vt ab hoſtibus capti, ita qui à latronib. detinentur, ſtatum mutant. l. 13 ff. qui teſta. fac. leg. 19 §. à piratis ff. de cap. & poſtlim. Quos autem nunc hoſtes, eos Antiqui perduelles vocabant, hoſtium appellatione peregrinos ſignificantes, vt Gaius in l. 234. ff. de verb. ſig. Varro. Cic. Feſtus, & alij ſcribunt hoſtem dictum ab hoſtiendo, id eſt, æquando, quod pari cum ciuibus jure cenſerentur. A quo verbo Hoſtilinę deę nomen impoſitum, quod ei ſacra fierent, cum ſegetes nouis ariſtis æquabantur Auguſt. lib. 3. ciuit. Dei c. 8. tradit Briſſ. Adde Brechæum, l. quos nos in tit. de verb. & rer. ſign. & Fran. Balduin. comment. in leg. 12. tab. c. 3. Connan. lib. 2. c. 4. n. 1.

Hosticolo in libris Florentinis reperio pro Hoſtico, id eſt, (vt Varro ait) hoſtili agro. Vlpian. l. vn. ff. de bon. poſſ. ex teſt. milit. non dubium eſt, quin debeant ratæ voluntates eſſe eorum, qui in hoſticulo, ſuprema judicia ſua quoquo modo ordinaſſent. Hotom.

Hosticum, pro hoſtili terra, *des Feinds Landt*. Hoſticus enim ea, eum, dicimus, ſicut hoſtilis: Lege Vlp. in l. 1. in princ. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. milit. Omnes igitur omnino, inquit, qui ejus ſunt conditionis, vt jure militari teſtari non poſſint, ſi in hoſtico deprehendantur, & illic decedant: quomodo velint, & quomodo poſſint, teſtabuntur. Old.

Hostiensis Iureconſultus nobilis, nomen habuit Henrici Seguſiani (ſed cum juris ſcientia floreret, & Bononiæ circiter annum 1255. profeſſus complures eadem libros ſcripſiſſet, tandem Cardinalis Hoſtienſis factus nomen hoc retinuit. Hotom.

Hostilia lex, qua permiſſum fuit furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut reip. cauſa abeſſent. Inſt. de his per quos ag. poſſ. Briſſ.

Hostilianas actiones Cicero libro primo de Orat. dixit. Briſſonius.

Hostilis locus dicitur vbicunque, etiam ſi in agro Roman. hoſtis adeſt præſentia, vt neceſſe ſit ſemper eſſe in procinctu, neque tuto iam iſti queant è caſtris egredi, ſed irruptione repentina hoſtium aut inopinato eorum aduentu deprehenſi cogantur vna cum militibus remanere, & idem adire vitæ periculum. Connan. lib. 9. c. 5. num. 10.

Hostili more matrimon. coniũgere, vid. l. 1. §. 1. C. de rap. virg.

Hostire, eſt, vt ait Nonius, comprimere & recedere. Hinc Hoſtis. Eſt & ferire, autore Feſto. Eſt quoque æquare, æquum reddere, *vergleichen*. tum compenſare, & æquum beneficium rependere. Vnde Redhoſtire, & Hoſtimentum, æquamentum *ein Vergleichung*.

Hostimentum, autore Feſto Pompeio, beneficij penſatio eſt, à priſco verbo hoſtire & redhoſtire, quod eſt, paria referre. Hinc prouerbialis ſententia, Plauto valde familiaris, Hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. Quæ admonet nihil gratuitum eſſe debere, ſed officium beneficio penſandum. Et honorium pro rutro illo ac bacillo rotundo accipiendum putat. P. Crinitus lib. 23. de honeſta diſcip. quo in menſuris frumenti cumuli exæquantur, &c. Brech. l. hoſtes hi ſunt. ff. de verb. & rer. ſign. Deinde tamen hæc vox Hoſtis, vt teſtatur Alc. cœpta eſt in alium ſenſum accipi, vt videlicet perduellem ſignificaret. Nam & perduelles, jure gentium æquali cauſa ad bellum procedere exiſtimabantur. Sic à veterib. dicti, quia cum illis duellum, id eſt, bellum eſſet, l. quos nos, de verb. ſign. Merito igitur hoſtes, publicos inimicos ſignificant.

Hostis in libris feudorum pro exercitu, caſtris & militia ſumitur. Vnde vox Francogallica *L'hoſt*. lib. feud. 1. tit. 7. Si ſimul ſteterint, vel in hoſtem Regis acquiſierint. Item lib. 2. tit. 7. Tunc enim poſſunt deueſtiri, niſi fecerint hoſtem Romæ: id eſt, in exercitu & comitatu Imper. Romam profecti ſint, Prætei.

Hostis pro aduerſario in 12. tab. accipitur. Si ſtatus dies ſit, cum hoſte venito. Cic. lib. offic. 1. Equidem illud etiam, inquit, animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. Hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Appellatus eſt autem hoſtis ab hoſtio, quod eſt æquo, quoniam peregrinis ſuis, vt non noſtris vtentes legibus, pares nobis videntur. Et quia in conflictu, ex æqua cauſa pugnam adire ſolent: Ideo conciona eſt tranſlatio ad litigatores, qui pari jure de eadem contendunt cauſa, vt victoriam conſequantur: ideoque victos & victores nuncupamus. Oldendorpius Prat.

Hostis non hoſtis, dicitur, teſte Rot. qui nulla laceſſitus injuria, tamen quæ ſunt hoſtium facit: aut qui pacis obtentu facit hoſtilia. Spieg.

Hostium potitus, in hoſtium poteſtatem redactus. Vlp. l. 15. ff. ex quib. cauſ. maior. Ego autem etiam nomine eius qui hoſtium potitus eſt, ſi curator bonis fuerit conſtitutus, &c. Idem l. 10. de teſt. mil. Tryphon. l. 12. de capt & Iul. l. 2. ff. eod. Plaut. in Amphi. Id quod nunquam opinatus fui: neque alius quiſquam ciuium ſibi euenturum, id contingit, vt ſalui potiremur hoſtium.

H V.

Hvcvsqve, apud Venuleium, pro vſque huc, l. ſi fructuarius, ff. vſufru. quemadm. caueat.

Hvgolinvs ICtus nobilis, homo Italus, inter antiquiſſimos juris interpretes, floruit circiter annum 1190. gloſſulaſque ad librorum juris marginem adiecit, quibus magnopere Accurſius, qui pleruncque eius honorificam facit mentionem, adiutus fuiſſe creditur. Prat. ex Hot.

Hvivsmodi, vocabulo, quaſi ſimile, & eo modo fieri, vel eſſe aliquid ſignificamus. Vlp. Et ſi qua alis ſunt huiuſmodi miniſterio, leg. denique de pign. Huiuſcemodi, idem, ſed de quo nullum idoneum exemplum reperitur. Quod ab Alberico indicatur, in Vtrubi, vanum eſt, vt pleraque alia. Spieg.

Hvtvs non facio. Vox eſt prorſus contemnentis vnam aliquam rem. Vide Eraſ. in Chiliad.

Hvtvs eſſe inſtituti, & vitę apud Vlp. in l. plenum, §. equitij, ff. de vſu & hab. Spieg.

Hvmana fragilitas, vita hominum fragilis. Vlp. in l. illicitas, de offic. præſid. Sicuti medico, inquit, imputari euentus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commiſit, imputari ei debet, prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo hominis innoxium eſſe non debet. Spieg.

Hvmani caſus, id eſt, mors, in lege 5. Cod. de commer & mercator.

Hvmanitas Dei, id eſt, benignitas, in l. 32. in princip. Cod. de teſtam.

HVMANITAS eſt epitheton Æquitatis egregium. Æquitas enim nuncupatur humanum jus: quia nihil eſt, quod in humanam ſocietatem plus vtilitatis conferat, quam vſus boni & æqui. Et contra inigoitas dicitur jus inhumanum autore Vlp. in l. furti. §. pactoſne, ff. de his qui not. inf. Nou. Nullam credent. agrie. in princip. inde ſunt iſtæ appellationes paſſim in jure: Humanius eſt. Benignius eſt, & cæteræ id genus. Iuſtin. Non. de reuelatio. tribuitur conſtit. 56 Præſtantiſſima, inquit, inter homines bona ſunt juſtitia & benignitas: quarum altera æquabiliter ſuum cuique tribuit, neque appetit aliena: altera ad miſericordiam decurrit, in l. 3. §. qui operas, ff. ad SCtum Tertul. Sed humana ait, interpretatione placuit eum admitti. Alias humanum jus adpellant, ad differentiam naturalis juris. Illi valdè aberrant, qui humanas leges opponunt canonibus Pontificiis, quaſi hi nihil habeant humanitatis. Hoto. Prat.

HVMANITAS, propriè humanam naturam ſignificat. Sic accepiſſe videtur Vlpian. in l. non tantùm, ff. de appella. vbi dixit: Credo enim humanitatis ratione, omnem prouocantem audiri debere. Quod & Paratitloo Bartoli indicat. Ponitur & pro eruditione, vt pluribus Gellius tradit, & pro manſuetudine, ſummaque virtus habetur, qua quo doctior quis eſt, eo & pollere magis debet. Vnde & prouerbialis extat ſenarius.

[Greek line]

hoc eſt Humaniores reddit eruditio. Citatur ab Alc. in l. vt reſponſum. Cod. de tranſact. Vbi admouet exemplo principum Dioclet. & Maximiani, qui perquam humaniter Poono, tametſi vocis nimis concitè & imperfectè ſupplicaſſet, reſponderint. Semper modeſtè à quolibet reſpondendum. Spieg.

HVMANITATIS ſtudia, artes ipſæ liberales dicuntur. De quibus Cic. in Orat pro Muræna. Spieg.

HVMANITAS etiam vt Agel. li. 13. c. 15. ſcribit ſignificat φιλανθρωπίαν & dexteritatem quandam, Beneuolentiamq, erga omnes homines promiſcuam: Sed & verbo hoc facilitas, manſuetudo, lenitas, comitaſque ſignificatur. Sene. Epiſt. 88 Briſſ.

HVMANITAS pro humana infirmitate, ſorte, ac conditione: Sic habebitur ratio humanitatis, dicitur in l. 38. §. vlt. ff ex quibus cauſ. major l 6. & l. 14 ff. de Relig. Sic communem humanitatem. Cic. pro Flac. & pro Syll dixit. Briſſ.

HVMANITATIS ratio habenda in infirmitate. Vide Vlp. § fi. l. ſi cui, ff. ex quib. cauſ major. Spieg.

HVMANITATIS rationum gratia ſepeliri, in l. vel quæ ff. de relig. & ſumpt. fun.

HVMANITVS, i. humanæ mortalitatis caſu, ita in l. 30 §. ab hæred ff de adim leg. Si al quid mihi in vita humanitus acciderit Et § vlt. ead. l Si quid ei humanitus contigerit, i. ſi quid humanum contigerit, vt l. 26. ff. depoſiti.

HVMANVM, hoc eſt benignum, ſecundùm æquitatem deſeruiens humanæ ſocietati, l. humanum. C. de legib. Prat.

HVMANVS, na, num, quod eſt hominis, vel quod ad hominem ſpectat, vt lex humana. c 1. diſt. 1. Io. Bello. Etymol.

HVMANVS ſenſus legis is dictus eſt qui æquo bono nititur. Conan lib. 1. c. 11. n. 11.

HVMANVS regreſſus in l. 3. § 3. C. de jur. dom. impetr. i. regreſſus ex humanitate conceſſus.

HVMILIS & deploratus Vlp. in leg. ſi quis ex argentariis, ff. de edend. Quærendum, an, ſi humilis & deploratus vnus edidit, vt dubitare merito quis de fide editionis poſſit? Spieg.

HVMILES abiectæque perſonæ eæ mulieres cenſentur: ancilla ancillæ filia, liberta, libertæ filia, ſcenica, ſcenicæ filia, tabernaria, tabernarij, vel lenonis, aut arenarij, filia, aut ea quæ mercimoniis publicè præfuit, l. 7. C. de inceſt nupt. l. 2. C. de natural. liber.

HVMILE negotium, id eſt 300. aureorum, l. 5. vbi Gothof. in not. C. de pedan. judic.

HVMILES ſortis homines, veluti pauperes, ignobiles, indocti, plebeij, vt Eraſmus teſtatur. Spieg.

HVMARE Plin. ait: Sepelire. eſt quoquo modo condere: Humare vero humo contegere, lib. 7. c. 53. Labeo l. ff. com. præd. l. caueri. Sicut ne illa quidem ſeruitus, ait, conſiſtere poteſt, vt certus numerus hominum in vno loco humetur. Spieg.

HVMATVM corpus l. 2. §. Celſus, ff. de Religioſ. Briſſ.

HVMERALE ornamenti genus, quod circa humeros ponitur. Scio & eo nomine ſignificari arma, quibus humeri teguntur, juriſconſulto noſtro in l. qui commeatus: § 1. ff. de re militari. vt teſtatur Tiraq. in l. 3. leg. connub gloſ. 2. parte 3.

HVMILIS perſona, pro vili, abjecta, plebeia, paupere, ignobili ac ſummiſſa intelligitur, vt exemplis probat Albericus. Tu Barr. adi in l. 2 §. tutos qui repertorium, ff. de ſuſpect. tut. Spieg.

HVMOREM aſſiduum habere, apud Paolum in leg. fiſtulam, de vrban. præd. Spieg.

H Y.

HYACINTHVS gemma, l. 6. ff. de aur. & arg. lega. l. finali. §. ſpecies ff. de public. l. vnica. C. nulli licet, inſpen Prat. mittuntur autem hyacinthi ex Æthiopia, teſte Plin. lib. 37. cap. 9. Briſſonius.

HYBERNACVLVM, locus hyberno tēpore idoneus, ſicut hybernacula militū Statiua per hyemem ſolemus appellare. Spieg.

HYBRIDÆ. Quos adulteria gignunt, & inceſtus, hos quidam hybridas vocant: haud dubium quin ἀπὸ τῆς ὕβρεως, tanquam ex contumelia juris aut naturæ natos. Propriè enim hybridas dicunt animalia ex cicuri & feri miſtura, vt ait Plin. lib. 8. aut ex diuerſo, vel impari genere nata: ad homines quoque tranſlata appellatione. Velut, ſi quis ex ciue & peregrina, ex patritio & plebeia, ex libero & ſerua, aut, quæ res propria inſpectionis noſtræ eſt, ex cœlibe & virum habente, vel vxorem: ex profana & initiatio ſacris naſcatur. Sed & ex ſorore, vel fratria, nuru, amita, vel priuigna natis, non quamlibet ea conceptionis labes, ignominiæ notam inuſſit. Quare & ipſi non injuria ad hybridarum claſſem referri poſſunt: Niſi quod verius eſt, nullum hoc nomen Iure ciuili eſſet: vt proprius ſit. Quicunque eo ſunt ordine, & ea conjunctione nati, vt honeſte patrem ciere non poſſint, & ipſos ſpurios eſſe vocandos, non minus, quam, qui vulgò concepti, patrem monſtrare non poſſunt, vt ait Herennius Modeſt l. vulgo. de ſtat. hom. Curt. lib. 1 [Greek], cap. 8.

HYDROMANTES ei dicuntur qui aquarum inſpectione diuinant, & Hydromantia eſt diuinatio per aquam, vmbris euocatis & dæmonum præſtigiis, nec mirum, 26. quæſt. 5. Forc. in penu jur. ciu. c. 24.

HYDRAVLÆ non habet immunitatem, l. hydraulæ, de excuſatio. muner. lib. 10. C. id eſt, qui aquam deferunt in palatium principis, vel cuſtodiunt aquæductum aulæ Imperialis ſi Accurſ. credimus. Verius eſt hydraulam (qui & hydraules dicitur) fuiſſe præfectum machinæ hydraulicæ, vbi organa aquæ adjumento, ſonitum dulcem reddebant. Hydraulicas deſcribit Vitruu. lib. 10. quarum ratiocinatio perdifficilis eſt, niſi experto, & qui in rem præſentem venerit, vt Ipſe ait. Hydraulaces ſunt aquarij ſulci & ſcaturigines, l 1. § item Sabinus. ff. de aqu. plu. arcenda. Forcat. pen. jur. ciu.

HYDRAVLOS nomen eſt nobiliſſimi inſtrumenti Muſici, cujus Cteſibius Alexandrinus repertor fuiſſe traditus, ita appellati, quod ejus fiſtulæ ab aqua flatum acciperent. Nam in aquam ima parte verſæ erant: qua commota & perturbata ab adoleſcentulo quopiam in illa ſpiritus effundebatur, qui ſuauiſſimum ſonum reddebat. Deſcribitur hoc accuratiſſimè à Vitruuio, & omnino ſimile fuiſſe perſpicitur ei quod nunc communi omnium Muſicorum inſtrumentorum genere organum appellamus: niſi quod in noſtro nullus aquæ eſt vſus. Hujus etiam meminit Athenæus lib 4. δειπνοσοφιστῶν. Plin. lib. 7. c. 37. & Hero quidam Prat.

HYDROMELI in l 9 ff de tritic vin. aquaeſt mellita, id eſt, potio ex aqua & melle confecta, Plin lib. 14. c. 17. Dioſc. lib. 5. c. 31 Prat.

HYDROPARASTATÆ, quorum fit mentio in l 5 poſt prin. C. de hæret. & manich. ſunt qui aquam pro vino ad communionem exhibebant, ijdem aquarij, Gothofr. ad d. l. 5.

HYDROPHYLACES, curatores aquarum ſunt. Nam ὕδωρ aquam φύλαξ cuſtodem ſignificat: horum fit mentio in l. 10. ante fin. Cod. de aquæductu. Quamobrem Plautus Phylacam pro carcere, cuſtodiáve poſuit. Et Vlpia Grammatophylacium in lege moris, de pæn. Aleiat. in l. decernimus, Cod. de aquæduct. lib. 10. Spieg.

HYPASPISTÆ. Cornicularij ſunt officiales, qui præſunt cornibus ſecretarij, vt Caſſiod. ſcribit lib. 11 Variarum à Græcis appellantur Hypaſpiſtæ Cujac. ad l 2 de prox. ſac. ſcrin. C. lib. 12. Et Gothofr. ad l. 2 C. de offic. diuerſor. judicum.

HYPÆTHRA, ſunt media ſpatia, quæ inter porticus adornabantur, ambulationes pulcherrimis pauimentis ſtratæ: quaſi ſub aperto ſint æthere, Latinis Subdiuales dictæ ambulationes. Plinio Subdialia. Vide Alciat. in l. malum nauis, de verb. ſig. & Bud. in l. ex ſylua. ff. de vſufr. Vlp. De velis, inquit quę in hypæthris extenduntur: item de his, quæ ſunt circa columnas, Celſus ſcribit, magis ſuppellectili adnumeranda, l. quæſitum, §. de velis, ff. de fund. inſtr. Alij legunt Hypæthria. Eſt autem Hypæthrum (ſecundùm D. Gœd. ad l. 241 §. 2. nu. 1. de verb. ſign.) locus ſub dio & cœlo patenti expoſitus ſine tecto, vt vel ipſum nomen arguit. Hunc locum ſolebant Romani æſtate velis tegere & exornare, vt calor ambulantes in eo non premeret: hyeme contegebatur plumbo, vel ſimili tegumenti genere, ne frigore ac gelu pauimentum obduceretur: d. l. quæſitum, § de velis.

HYPERBERETÆI menſis in decretis Pontificiis mentio fit. 18. diſt. c. propter. Opinatur tamen Alciat. Hyperberetæi legendum: quod ſic is menſis, auctore Suida, apud Macedones vocetur, ſitque vltimus anni apud eos menſis. Vnde

HYPERBERETÆA ab eis dicuntur ſerotina, tarda & poſt collectos demum fructus accidentia. Vide Bapt. Pium, c. 65. in annot. poſter. & Alciat. c. pen. lib. 1. Pareg. Spieg.

HYPERBOLA, vt in diuinis ſcripturis, ita occurrit etiam in jure noſtro: vt cùm lex probationes luce clariores requirit vel momento fieri jubet, quod ſatis eſt, ſi nullo extraneo actu interueniente fiat. Iſte autem tropus id eſt, vt ait D. Auguſt. cap.

28.lib.16. de ciuit. Dei, modus locutionis fit, quando id quod dicitur, longè eſt amplius, quàm quod ex dicto ſignificatur. Sicut Hierem.10. locus multarum verſuum, quem D. Hieronymus dictum accipit per hyperbolen, & Daniel 4. & Eccleſiaſtes 10. Volucres cœli auferent vocem tuam. Origenes in 1. c. Epiſtol. ad Rom. hyperbolen eſſe oſtendit illo verbo, Quod fides veſtra enunciatur in vniuerſo mundo. Tum in Euangelio & aliis ſacræ Scripturæ libris, eſt hunc tropum inuenire: quem fieri Auguſtinus in libro contra Iulianum 5. docet, ad animos audientium permouendos. Cætera quæ ad noſtrum pertinent magis inſtitutum, vide apud Alciat. lib. de verb. ſign. 4. Spieg. Adde Curtaſ. lib. 4 Miſcell. c. 11. n. 5. & ſeq.

Hyparocha, ὑπεροχὴ in l. quærebatur, ff. qui pot. in pig. i. quod plus eſt in precio fundi, quàm in prioris credito. Hoc enim eſt, quod ibidem ſignificatur, quondam duobus creditoribus, non quidem eundem fundum, ſed priori fundum, ſed poſteriori ὑπεροχὴν ejuſdem fundi pignori obligaſſe. Non malè fortaſſe quis exuperantiam, vel ſuperfluum vocârit, vt in l. fœnerator, ff. de nautic. fœnor. Hunc locum ita reſtituit ex Pandect. Flor. Iacobus Cujac. quarto, obſeru. 25. cum perperam antea hypotheca legeretur. Idem tamen notauit Alciat. lib. 11. Parerg. c. 1. Prat.

Hypobolon, dotis eſt incrementum, vel quod mortuo marito vxori ſuperſtiti redditur ſupra dotem, quod eſt inſtar donationis propter nuptias: ſic dictum ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλειν, quod eſt majori rei vel ſummæ minorem adjicere. Græci alias reddidere dimidiam alias tertiam, niſi aliud conuentum eſſet. Longobard. autem jure quartam partem redditam videre eſt, l. 1. Longobard. de iis quæ à viro in mul. dan. quam & *Morgengabe* vocabant. Latinorum verò tertiam, lib. 2. feud. tit. 19. §. quamvis, Conſtant. Harmenop. lib. 4 tit. 10. ὑπόβολον ſcribit eſſe τὸ ἐπὶ τῇ προικὶ τῆς γυναικὸς, ὅταν ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς ἡ προὶξ ἀποστρέφηται τῇ γυναικὶ, ταύτῃ ὑποβαλλόμενον ἤγουν ὑποτιθέμενον: Sic enim legendum eſt, non vt in vulg. corruptè legitur: ὅταν ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς ἡ προὶξ ἀποστρέφηται εἰς τὸν ἄνδρα. Non enim mortua vxore, ſed mortuo marito hypobulo locus eſt. Dotalitium dicitur cap. plerumque, de don. int. vir. & vxor. Nec vero datur ὑπόβολον vxori, niſi in cubiculum mariti venerit. Virgini autem θεώρετρα dabatur, quod erat pars duodecima: de quo ſuo loco Prat. Hinc

Hypobolica inſtrumenta apud Sid. Apoll. lib. 7. Epiſt quanquam ſunt, qui legant Hyperbolica: alij quidam parapbernica omnino malè. Cujac. ad tit. Vlp. de dotibus.

Hypocaustum, Nebriſſenſi fornax eſt in balneo, ſubditu caldariis calfaciendis. Ab ὑπὸ ſub, & καῦμα calor, Alias cubiculum dicitur vndique occluſum, in quod aer non admittitur, ſed igne accenſo, feruore atque æſtu vaporat intus, nec foras diffunditur calor, Alexander Genial dier. lib. 3. c. 14. Spieg.

Hypocaustum locus eſt ad ſudandum, habens ſub pauimento locum cauum, in quo ſuccenſus ignis calidos vapores emittit: vnde ἀπὸ τοῦ ὑποκαίειν, i. ſubtercalefacere ac ſuccendere, eſt nominatus: excitat mirum in modum ſudorem: habetque etiam ab vno latere præfurnium, h. e. paruam fornacem, in qua inclusus ignis partim hypocauſtum calefacit, partim aquas temperat ad lauandum, auctor Plin. Ejus meminit Iureconſult. in l. ligni. appel. §. 1. de legat. 3. vbi mendoſa dictio hypothauſtarum repoſita eſt: à Latinis verò vaporarium appellatur: quia vaporandis cubiculis balneis præparatur, Cicero ad Qu. Fratrem: Propterea quod ita erat poſita, vt eorum vaporibus, ex quo ignis erumpit, eſſet ſubtectum cubili. Idem, In balneis hypocauſta in alterum hypodyterij angulum promoui. Erit ergo mens Iureconſulti legati a lignis, contineri illud, quod paratum eſt ad balneas calefaciendas, & ad hypocauſtum diætarum, h. e. ad vaporarium cubiculorum, vt planius explicem, quod paratur ad calefacienda vaporandaque cubilia: qualiu apud Germanos hodie frequentantur, ſtuſſas materna lingua vocitantes, & ex his apparet, an Accurſius rectè loquutus ſit in expoſitione hujus vocabuli, in leg. ſi quis mihi. ff. mandati, vbi hypocauſtum pro ſubterranea ſtatione accepit, quæ æſtate bona ſit: quæ autem ſunt diætæ, diximus ſuperius opportune, non repeto.

Hypocrisis, propriè ſimulatio, aut ſimulata pronunciatio, & actio alienæ perſonæ dici ſolet. Nam Hypocritæ erant olim hiſtriones, qui recitantes comœdias, aut tragœdias, alienas perſonas, plurimumque à ſua conditione diuerſas, regum, bellatorum, aut amatorum vel quorumcunq; aliorum exprimebant. Per metaphoram porrò hæc vox transfertur ad inſinceros Chriſtianos, ſiue ſint Doctores, ſiue auditores. Dupliciter igitur diuidi hypocriſis & hypocritæ poſſunt: quod alij ſint craſſi quidam ſimulatores, qui lucri tantùm, aut honoris gratia pietatem ac ſtudium veræ religionis, externo ſermone, actionibus, veſtitu, & variis geſtib. ſimulant: cùm intus in corde reuera ſint Epicuræi, ſciantque ſe nulla cura pietatis affici. Tales erant Phariſæi illi, qui in triuiis & compitis orabant, buccina ſonabant, diſtribuebant eleemoſynam, deformabant faciem, vt viderentur jejunare, dilatabant phylacteria, & aliis veſtimentis pietatem ſimulabant, prolixas preces demurmurabant, vt ſic domus viduarum exederent, & in honore apud vulgus eſſent. Alij verò erant, & ſemper ſunt occultiores, & ſubtiliores hypocritæ, quos tantum Deus, & etiam aliquando ſpirituales homines diiudicare poſſunt: qui nec ipſimet ſuam hypocriſin animaduertere poſſunt. Nec. n. lucrû inde, aut gloriam quærunt, ſed ipſam æternam felicitatem. Talis fuit ille Phariſæus, qui cum Publicano in templo orabat gratias agens Deo pro ſuis donis: & ille Diues, qui ſe putabat legem inde à juuentute ſeruaſſe. Item Paulus ipſe ante conuerſionem. Hujuſmodi ſunt multi etiam in vera Eccleſia, qui non verè ſemetipſos cognoſcentes, aut ſui veteris Adami militiam cernentes, nec etiam verum ſenſum, aut intellectum pietatis habentes, putant ſe vere ac ex animo agnoſcere, & ſincere colere Deum. Altera diuiſio hypocriſis & hypocritarum eſt, quod alij etiam docent, amplectuntur ac promouent hypocriſin: i. ſimulatam pietatem, quales ſunt ſemper conductores, & eorum auditores. De tali doctrinæ, religioniſq; hypocriſi, dicit Chriſtus Lucæ 12. Cauete vobis à fermento Phariſæorum, quæ eſt hypocriſis. Tali ſenſu omnis falſa doctrina eſt hypocriſis, ſpeciem, non autem veritatem pietatis obtinens, ſicut & Paul. 1. Timot. 4. oſtendit. Hac ratione Paulus etiam claudicationem illam Petri. Galat. 2. vocat hypocriſin, ac dicit etiam Barnabam in eam eſſe inductum. Alia porrò hypocriſis, eſt tantùm in vita, non etiam in doctrina, ſeu eorum, qui externa profeſſione veram doctrinam religionemque ſequuntur.

Hypopodia apud Paul. 3. ſent. 6. ſunt, quæ ſub pedem ſedentibus ponuntur, quæ interdum etiam ſcamna vocantur, l. 3. de ſupel. leg. ab ὑπὸ id eſt, ſub, & πούς, ποδός. Prat.

Hypodiaconi, l. 7. de epiſc. & cler. in C. Theod. idem eſt, quod Subdiaconi, vt l. 6. C. eod. tit. Briſſ.

Hypostasis nomen Græcum crebrum in Eccleſia pro perſona accipitur, vt videlicet ſignificet indiuiduum, intelligens, & incommunicabile, ac per ſeſe ſubſiſtens ſeu ab alio non ſuſtentatum, aut quaſi geſtatum. In ſacris literis aliquoties legitur, ſed plerunque in alia, iiſque diuerſis ſignificationibus. Vertunt autem fermè ſemper ſubſtantiam. Tantum Heb. 1. ſemel videtur in illa ſua vel natiua vel etiam principali ſignificatione vſurpari. Dicit. n. ibi ſcriptura, quod Chriſtus ſit ſplendor gloriæ, & character, ſeu expreſſa imago hypoſtaſeos, i. ſubſtantiæ, aut potius ſubſiſtentiæ ejus. Vbi neceſſariò prorſus debet intelligi, referre aut repræſentare ipſam perſonam patris, non autem ejus eſſentiam, quæ res & vox eſt communis omnibus trib. perſonis, vtpote coeſſentialibus, aut conſubſtantialibus, ſeu ejuſdem prorſus ſubſtantiæ, aut eſſentiæ, vel homouſiis. Ineptè. n. diceretur repræſentare filius eſſentiam patris, cùm ea ſit illi perinde propria aut communis, vt & patri ipſi: cùmque perinde Spiritus S. poſſet dici imago eſſentiæ patris aut filij, & viciſſim cùm ſit eis homouſios aut conſubſtantialis. Alioqui rectiſſimè ac veriſſimè dicitur, quod ſolus filius repræſentet, aut referat patrem, ac præcipuè tanquã viua aptiſſimaque imago perſonam patris: Deinde quia illum videat, cognoſcatque. Sic & inter homines, filij videntur eſſe imagines patris, & repræſentare patrem, quod ſæpe accidit, expreſſis nõ tantum corporis lineamentis ac conditionibus, ſed etiam animæ proprietatibus: vt in voce filij etiam imago aliquo modo contineatur. Eſt ergo digniſſimum obſeruatu, quod celebris iſta ſignificatio, aut vſurpatio, hypoſtaſeos perſonam denotans, in eadem prorſus vſu ac materia etiam in ſacris literis à Spiritu S. vſurpata reperiatur, vt tanto minus metuamus eſſe humanum quodpiam figmentum. Hoc facit aliquo modo etiam Hilarius voce ſubſtantiæ, non tatò pro perſona vtatur expoſita. Cæterùm in definitione fidei, quæ extat Hebræorum vndecimo, non tam ſubſtantiam, quàm fiduciam ex natura ſermonis ſignificat. Sic enim Polybius vocem hanc pro confidentia accipit, cùm ſcribit Hetruſcos confidentia & audacia Coclitis perculſos. Et verbum ὑφίσταμαι propriè & primariè ſignificat audere, ſub aliquo graui pondere ſtare, aut irruentem in ſe molem audere humeris excipere, & expectare. Vt Plutar. in Demetrio inquit, nemine hoſtium ὑφισταμένου, expectante, ſed fugientibus & deſerentibus ciuitates: & alioqui Græci ὑποστατικὸν, eum militem nominant, qui audet aduenientem hoſtem expectare. Sic & Pſal. 39 ὑπόστασις & ὑπομονὴ ſimul tanquam eadem conjunguntur. Καὶ νῦν τίς ἡ ὑπομονή μου, οὐχὶ ὁ κύριος, ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστιν.

Hypomnemata Briſſ. vlt. edit. Lexi. & Anto. Aug. li. Singulari ad Modeſtinum l. 13. §. atque hoc inquit, acta interpretatur: quæ barbarus interpres ſubcommemorationes aut depoſitiones reddidit, ſed illud Theophilus ſub titulo tutorum. Cicer. Fil. Multum mihi operæ eripitur in ſcribendis hypomnematis. Hinc

Hypomnematographi, actorum ſcribæ: (Commentarienſes,) quorum manu acta ſubnotantur, ait Briſſo. in Theodoſij conſtitutione, l. ſi quos, Cod. de decur. lib. 10. vbi Alciatus & apud Strabonem lib. 17 & Budæum l. moris, §. ſolet, Digeſt. de pœnis.

Hypothecam ſatis conſtat vocem eſſe Græcam, ὑποθήκας vocant etiam Græci præceptiones quaſdam. Nam & noſtri Iuſti-

Digitized by Google

Iuſtinianus Nouell. conſtitut. 26. ὑποθήκας appellas mandata præſidum. Et Cic. ad Atti. li. 2. ὑποθήκας (inquit) adfer, quemadmodum me geram. Sed ſæpius ad jus pignoris vox iſta refertur. Nam & Cic. li. 13. Epiſt. Philotes (inquit) ὑποθήκας Cluuio dedit, velim cures, vt de Hypothecis decedat, &c. Origo verbi eſt ὑποτιθέναι, quod ſimpliciter eſt ſupponere. Apud Demoſt. ſimplicius etiã dicitur θεῖναι. Noſtri id videntur imitari. Latini etiã ſæpe rem pignori oppoſitam dicunt. Briſſ. Scęuola pignori ponere, l. 38. de leg. 3. Cæſares in Codice conſtitutionum, ſupponere pignori. Iuſtinia. etiam ſupponere ſimpliciter dixit, l. vlt. C. quæ res pigno. obl. poſ. Supponere, pro oppignerare, ſuppoſitas res pro pignori obligatis, ſæpius in Cod. Sic in ſub. de rebus eorum qui ſub tut. Supponendis, i. pignori obligandis. Briſſ. Sed & apud Demoſthenem bona pignori obligata dicuntur ὑποκείμενα, interdum etiam ἀποτιμήματα, quod res æſtimatæ darentur pignori, ὑποθεῖναι quoq, dicit non ſolùm Demoſthenes, ſed & Iuſtin. Nouel. conſtitu. 72. Et res creditori obnoxias eſſe, quæ obligatæ pignori ſunt, ſæpe legimus. Apud Demoſt. ἔγγυος ἀνὴρ dicitur: vt & Martialis, alt agrum pignoratum ſpõdere pro debitore. Obſcurius eſt, cur appellētur ἀσία ἀφορισμένα. Sed aiunt, apud Grçcos olim moris fuiſſe, vt in prędiis oppigneratis erigerentur ὅροι, judices ipſius obligationis. Certè & in libris Iuris ciuilis, res ſubſignatæ dicuntur, quæ obligatæ ſunt: l. 5. §. conductores. De jure immuo. l. vlt. C. de adm. tut. Denique ἐνεχυρασμοῦ frequens eſt mentio apud Iuſtinian. in Nouel. conſtit. 52. vbi agitur de quadam veluti prętoria oppignoratione perſonarũ vel rerum, quibus manus injicitur alieni debiti cauſa. Græci appellabant ἀνδροληψίαν vt oſtendit lex Draconis apud Demoſth. in orat. contra Ariſtocrat. Dionyſ. Halicar. lib. 7. dicit, [illegible]. Eſt igitur pignus ſiue hypotheca, res omnis creditori pro debito obligata. Quem nexum, & obligationem, ſi ſpectemus in pignore (quod cum de re obliganda quæritur, facere debemus) inter ſe iſta nihil differunt. Quod Iuſtinian intelligi voluit in §. item Seruiana Inſt. tit. de actio. Sed vt idem eodem loco ſignificat, in ratione & vi nominis, eſt aliquid, quod interſit. Nam pignus propriè dicimus, cùm ita res pignori obligatur, vt ſimul etiam poſſeſſio tradatur creditori: Hypothecam, cum non tranſit poſſeſſio ad creditorem, §. item Seruiana. Inſtit. de actio. l. ſi rem. §. propriè, de pignor. act. Idque nomen ipſum ſatis indicat. Nam pignus ſic à pugno dictum eſt, vt rem ea non poſſit eſſe pignus, niſi etiam manu capiatur. Vnde pignus rei tantùm mobilis propriè dicetur, ſi ad proprietatem nominis rem extendere volemus, l. plebs, § pignus, de verb. ſign. Hypotheca autem vi ipſa ſuppoſitionem ſignificat: vt ſit res obligationi ſuppoſita, nihilque in eo verbo, niſi ſuppoſitio & nexus intelligatur. Sed hæc, inquam, ita dicuntur, cùm ad ſubtilitatem verbi, & originem jus exigimus. Ad juris rationem & obligationem nihil intereſt: quia nihilo minus juris habet is, cui non eſt tradita poſſeſſio, quàm cui eſt tradita, ſed tantundem vterque ex æquo. Nam & quam rem non accepit, vindicare poteſt, vt habeat, eandemque needum acceptam diſtrahere, ſi modo conuenerit, vt pignori eſſet: & quam accepit, amittere poteſt: vt illi eadem vendicatio ad eam perſequendam neceſſaria ſit. Eo factum eſt vſu loquendi jure recepto, vt vtrunque pro eodem accipiatur, dicaturque hypotheca etiam, quæ ab initio tradita eſt, quia non traditio, ſed conuentio obligationem fecit: & contra, quæ non eſt tradita, rectè dicatur pignus, quia jure nihilo minus ſit obligata, teneaturque creditori, quàm ſi tradita non eſſet. Qua ex ratione juris, atque vſu illud à Martiano dictum eſt. Inter pignus & hypothecam tantùm nominis ſonum differre, l. ret hypothecæ de pignor. Alterum enim Latinum, alterum Græcum eſt verbum à ſuppoſitione deductum. Eſt autem obſeruandum, pignoris verbum, itemque hypothecæ interdum pro ipſo rei nexo, & obligatione ſumi: vt cum quærimus, quibus modis pignus vel hypotheca contrahatur: item quibus modis ſoluatur. Neque enim aut illic rem contractam, aut hic rem diſſolutam intelligimus ſed vtrobique obligationem pignoris aut contractam, aut diſſolutam. Frequentius tamen rem ipſam ſignificat quæ nexa eſt. Cujus generis illa ſunt, cum pignus traditum creditori pignus idoneum, pignus venditum aut diſtractum eſſe dicimus. Qua etiam ſignificatione à nobis definitur: & rectè cum obligationem rei ſine re, quæ obligetur, fruſtra requiramus.

HYPOTHECA diuiditur in tacitam & expreſſam. Tacita conſtituitur à lege, l. 1. §. & vt plenius, C. de rei vxo. act. Expreſſa ab homine, t. tit. C. & D. de pign. & hypoth. Prat.

HYPOTHECARIA actio, quæ & quaſi Seruiana dicitur, in rem actio eſt, quæ creditori pignus perſequendi cauſa datur. Vnde & pignoris vindicatio, petitio, perſecutioque appellatur, l. 9. ſo ſio. C. de pign. act. l. 2. C. ſi vnus ex plurib. l. 19. ff. ad SCtum Trebel. Prat. ex Briſſ.

HYPOTHECARIA formula, formula ejus pacti, quo de pignore nuda conuentione obligando agebatur, l. 3. 4. 12. & alibi perſæpe, ff. de pign. Prat.

HYPOTHECARII creditores, qui ſub hypotheca pecuniam crediderunt, l. 1. §. ſciendum, ff. de ſepar. bon. l. 2. Cod. de iis qui in prior. cred. Prat. quibus ſub hypotheca debetur. Briſſ.

HYPOTHESIS eſt, quod priſci Iureconſ. Speciem appellant, recentiores Legis Caſum. Vlp. in l. ſed interim, de donat. inter vir. & vxor. Quando igitur retro non agitur, emergunt vitia, vt Marcel. animaduertit, in ſpecie hujuſmodi Paul. in l. Latinus Largus, de leg. 2. Proxime ex facto incidit ſpecies talis. Alc. in l. edita. C. de eden. Hypotheſis, ait determinata facti aſſertio eſt, quæſtionis ſeu cauſæ modum complectens. Vide eundem c. 8. lib. 1. Parerg. & inferior, Theſis. Prat.

HYPOTHESIM ad Theſim transferre, i. cauſam ad communem locum, ſiue ſpeciem ad genus transferre. Hujus extat inſigne exemplum apud Vlp. in l. pen. de juriſd. omn. jud. Spieg.

HYPOTHETICA propoſitio. Vide [illegible].

HYSGINUM color, vt volunt quidam, ſimilis eſt coccineo: vnde Græci veſtes ὑσγινοβαφεῖς appellant, h. e. hyſgino tinctas. Hermolaus Barbarus exiſtimat, idem eſſe quod Vacinium, id eſt, rubi humilis morum: vide Ruellium, Maſurium, & Bayſium. Turneb. adu. 19. c. 25. hoc nomine & tincturam & herbam notari putat, cum ex ea herba color purpureus fiueretur, atque tingatur. Heſychius ſcribit, ὕσγινον βάμμα, neque aliud quicquam Interp. Nicand τὸ ὕσγινον, inquit, [illegible], ὅθεν ὑσγινοβαφῆ τὰ ἀπ' αὐτοῦ βεβαμμένα. Nec etenim quid vetat eſſe plantam & tincturam cognominet. Suidas hyſgon herbam eſſe dicit, vnde & hyſginum tingatur. Fiunt, inquit Vitruuius, etiam purpurei colores, infecta creta rubiæ radicis & hyſgini, non minus vt ex floribus alij colores. Apud Pauſaniam in Phocicis videtur eſſe coccus: vt apud Plin. lib. 21. c. 26. hyacinthus, vnde factitius color fucabatur, hyſginum dict. hyacinthus, inquit, in Gallia eximiè prouenit: hoc ibi hyſginum tingunt: Vtitur hoc verbo Paulus leg. 78 § 5 ff de leg 3. (quanquam in Pand. Flor. Liginum legitur) à cocco illud ſeparans: Quin magis potius coracinum, aut hyſginum, aut melinum ſuo nomine, quàm coccum purpuráve deſignatur. Prat.

I.

I & V literæ medium quendam eſſe ſonum, M. Fabius libro 1. Inſt. orat. c. 4. admonuit, vt non immeritò, nec fortè ineptè in Pand. Flor. V. pro I. ſcriptum reperias: Vt duplum pro diploma: maritumo pro maritimo: decumo pro decimo: adſimulatus pro adſimilatus: Et plane adſimulare antiquos dixiſſe ex Diomede admonet Briſſ. E diuerſo I pro V poſitum, reciperare pro recuperare paſſim in illis libris & antiquorum monumentis. Sic I pro E, vt petitioni pro petitione, l. 8. ff de rei vindicat. & ferrominationi pro ferruminatione, l. 13 §. item quæcunque, ff eod. & Affinitati pro affinitate, l. 59. ff. de injur. E contrario E pro I, defenſione pro defenſioni, l. 39 §. 5 ff. de noxal. & Exceptione pro exceptioni, d. l. 39. §. pen. Literarum enim affinitas huic commutationi locum dedit: vide Fabium lib. 1. c. 4. Prat.

I A.

IACENS propriè dicitur quod humi ſitum eſt: vt res quæ in litore poſt naufragium jacent. l. 1. § vlt. de incend. ruin. Sic jacet in ſtabulo ſtercus, l. 7. ff. de act. empt. Briſſ.

IACENS dicitur hæreditas quæ nondum à quoquam adita eſt, & quam diu ſine domino eſt, l. 5. §. ſatisfactionis, ff. vt in poſ. leg. l. 13. §. quæſitum, ff. quod vi aut clam. Eodem ſenſu jacere bona hæreditaria, & jacere vacua ſine domino dixere Vlp. & Papin. l. 3. de bon. poſſeſ. l. 1. de ſucceſ. edict. Sic jacens ea res dicitur, cujus dominus ignoratur, Vlp. l. 43 §. 4. de furt. Qui alienum quid jacens, lucri faciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur. Prat. Briſſ.

IACERE Pretia prædiorum, dicuntur Ciceroni in orat. pro Roſc. Comœdo, quæ vili vænenot: Accepit enim agrum temporibus iis, inquit, cum jacerent pretia prædiorum. Prat.

IACERE proſtratus dicitur, qui ad dignitatem eligi jure non poteſt, veluti infamis, clem. in pleriſque, §. quod ſi licentiatus, de elect. in Clem. Prat.

IACERE teſtes dicimus, qui vim teſtimonij habere non poſſunt; Leguleis, vt barbari in more ſolent, eſt, non ſtare dicto. Spieg. Iacet propriè, quod humi ſitum eſt. Briſſ.

IACERE aleam eſt rem periclitari, fortunæque arbitrio committere, vide Eraſ. in Chil. Spieg.

IACERE pilas in mare, iaciendo pilo certare. Briſſ. ex ff. Iacere fundamenta l. 1. §. 1. ff. de Pollicitationibus. Iacere etiam eſt jactare onus ſeu merces in mare, Briſſ. ex l. 43. §. ſi quis ſponte, de furt. vide mox infra. Iactas res.

IACHINUM, verbum adulterinum in antiquis exemplaribus apud Vlp. in l ſi cui lana de leg. 3. expungendum, admonuit nobilis Grammaticus Pap. Plautius, genuinumque ſubſtituit Ianthinum. Quod tamen non admodum placet. Haloand. vt Neb. ex Bayſio Ianthinum legit. Vide veſtimenta janthina. Spieg.

IACTANTER, lactuoſe, lactuoſus, quos Barbari vſurpant, nuſquam leguntur. Quod verò quidam probant ea ex Cicerone,

non Iactuoſe, neque Iactuoſus in iis locis, quos adducunt legi debet, ſed actuoſe & actuoſos. Spieg.

IACTARE, pro eo quod eſt arroganter, vel gloriando commemorare, notum eſt. Tripbon videtur vſurpare pro inaniter loqui, in l. fugitiuus, de verb. ſign. Licet id facturum jactauerit, quod Briſſ. exponit. Ambroſius gloriari. Hinc noſtris in ore eſt, Iactatoria verba non obligare, l. ſin. de hæredib. inſt. Spieg. Ea dicuntur, vt præſtentur, non vt jactentur. Briſſ. ex ff.

IACTARE quoque concurſare, fugare, vexare. Vlp. l. 1. de ædil. edict. §. apud Viuianum, 9. Si ſeruus inter fanaticos non ſemper caput jactaret. Spieg. Prat.

IACTARE jugum, eſt incommode ferre ſeruitutis neceſſitatem.

IACTARE ſuam pecuniam in l. cum indebito. ff. de probat.

IACTARE lapides. Merces è naui. Iactat rete piſcator, jactare infauſtas voces aduerſus teſtatorem Briſſ. ex ff.

IACTARE caput. l. 1. § apud. ff. de ædil. edict.

IACTAS res accipimus quonunquam quæ tempeſtate maris, onaris leuandæ cauſa ejiciuntur, l. 2. 1. §. 1. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. pen pro derelict. l. 9. §. ſi. ff. de aqu. rer. dom. & ita Iactus in tit. ad l. Rhod. de jactu. l. 4. §. ſi jactu. ff. de furt. Seneca lib. 4 Declama. Neceſſitas eſt, quæ nauigia jactu exonerat. dicitur jactura eodem ſenſu l. 2. & 4. ff. de leg. Rhod. de jactu. & apud Cic. lib. 3. Offic. Vnde metaphuricos, pro damno c. locupletari de reg. jur. lib. 6. Hinc & pro amiſſione accipitur, vt cap. ex parte, de alien. mutand. jud. cauſ. fact. ibi, pro amiſſione cauſæ.

IACTATIO, idem quod jactantia, vt in l. metum. C. quod metus cauſ. Iactationib. tantum non fit metus. Spieg. Iactatio. Briſſ. eſt ambitioſa gloria.

IACTATIONEM, notat Hortenus in Q. Curtio, vt nouum & inſolens verbum pro Iactantia. Ego animaduerti & Vlpianum eo ex Epiſtola Cæſaris Hadriani ad Pompoium Falconem vti l. ſiquis filio. §. ejus, de injuſt. rupt. teſt. Idq; non ſine exemplo. Nam & Seneca, aut potius apud Senecam Gallio, Non togaui, inquit, te: dediſti iſtud jactationi tuæ. Et L. Florus lib. 4. Voces quoque obæquitantis exceptæ, altera cruenta, ſed docta & ad victoriam efficax: Miles faciem feri: altera ad jactationem compoſita. Parte ciuibus quum ipſe ſequeretur. Videtur mihi & apud alios legiſſe. Quanquam quis dubitet Hadriani reſcriptum ſequi, quem conſtat Suetonio Tranquillu viſum eſſe epiſtularum magiſtro. Curt. lib. 1. [illegible] c. 9.

IACTVS, & Iactura, pro jactu: qui fit ex naui in mare, leuandæ ſeu exonerandæ nauis gratia. Briſſ. ex ff. Cice. & alij, vid. ſupra Iactat res Iactu teli, jactu lapilli. Briſſ. ex ff.

IACTVM retis dicimus, l. 12. ff. de act. empt. Et jactum ſimpliciter, Valer. lib 4 c. 1. A piſcatorib. in 4. Mileſia verriculum trahentibus quidam jactum emerat Apud Apolug. 1. Eum memoria prodiderunt, cum animaduertiſſet à quibuſdam piſcatoribus euerriculum trahi, fortunam ejus jactur emiſſe. Suet. in lib. de Clar. Rhetor. βόλον appellauit. Litus, ait, ingreſſi piſcatures trahentes rete adiere, & periere buluo quanti emerent. Sic enim legendum cenſeo, vt vulgo ſcribitur bolum. Briſſ. vide jaculum, rete.

IACTVRA compendioſa, vide l. 1. cit. ſi. C. de vſucap. transfor.

IACTVRA, damnum eſt, ſed voluntarium: vt quæ fit in tempeſtatibus maris, vbi bona projiciuntur, vt in tit. ad leg. Rhod. Spieg. jacturam conſequi, i. damni æſtimationem. Briſ. ex ff.

IACTVRA infamiæ l. 2. C. de ſecondis nupt.

IACTVRA ſubſtantiæ, C. de epiſc. aud. l. tam clementis. Spieg.

IACTVRAM debiti pro amiſſione dixere Impp. l. 2. C. ne liceat, potentior. Prat. jactura debiti mulctari, jactura cauſæ affici. Briſſ. ex ff.

Ex aliena IACTVRA lucrum acquirere, facere, quærere, Briſſon. ex ff.

IACTVS aleæ, fortunæ ludus eſt magis, quàm artis. Et Eraſm. Chiliad. Spieg.

IACTVRÆ moles, vide l. 10. C. de reuocand. donat.

IACTVRAM facere, loquendi eſt modus maxime jacturæ proprius. Spieg.

IACVLA, Maura dicuntur ea, quibus Mauri qui optimi jaculatores erant, vtebantur. Herudian. Συνῆσαν δὲ ακοντισταὶ αὐτῷ ... Μαυρούσιοι οἱ ἀκοντίζειν ἄριστοι Mauris autem etiam domo proficiſcentibus jaculis opus erat, ob leones & feras quas Mauritania fert. Hinc etiam Flaccus dixit, tantum eſſe innocentiæ vim, vt ad tutelam ſui non egeat, nec Mauri jaculis, nec arcu quacunque iter fecerit. Turneb. aduerſ. lib. 15. c. 5.

IACVLA porro radiantia dicuntur radij ſolis, vt à Lucretio, lucida tela diei, peplum noctis, vmbra terræ. Turn. ibid.

IACVLANS. Vlp. ad leg. Aquil. Sed etſi, ait, à jaculantibus per luſum ſeruus fuerit occiſus, Aquiliæ locus eſt l. item ſi obſtetur, §. fin. Spieg.

IACVLATORIVS campus, ibid. Sed ſi cum alij in campu jacularentur, ſeruus per eum locum tranſierit, Aquilia ceſſat: quia non debuit per campum jaculatorium iter intempeſtiuè facere: qui tamen data opera in eum jaculatus eſt, vtique Aquilia tenebitur.

IACVLVM, rete quoddam piſcatorium eſt appellatum. Iſidoro teſte lib. 16. Etymol. c. 21. Prat. Briſſ.

IAM, pro præterea, & pro poſthac etiam, perſæpe reperimus poſitum. Spieg.

IAM nunc, quod & nunc jã dicitur, certi temporis, quod præſens eſt indicationem facit, l. ſi mortis, ff. de don. cauſ. mort. Spieg.

IAM quandoque ſignificat perfectionem actus, & continuationem Bart. in l. Celſus de vſucap. & in 1. C. conſtit. aliquando retro tempus & continuum ſonat, l. nunquam de acq. rer. dom. Sumitur interdum pro futuro & præterito, pro re, l. ſecundùm materiam ſubjectam, l. quamvis, de furt. Prat.

IAMTVM, vna dictio, qua vſus eſt Papinianus in l. pater inſtit. de cap. & poſtlim. reuerſ. temperamentum tractus facit. Sic & apud Cic. pro A. Licinio, item pro Cluentio, Gloſſam vide Zaſ. in eandem l. Spieg.

IAMTVM, ex quo, l. 10. ff. de cap. & poſtli. Briſſ.

IANTHINA in l. 1. Cod. quæ res vendi non poſſ. Sic enim illic ex ſcriptis Codicibus legendum eſt, non, vt vulgo legitur, hiacynthina. Ianthinum enim purpuræ genus fuit violaceo colore infectum Vlp. in l. 68. §. vlt. ff. de legat 3. Purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri puto. Sed coccum non continebitur: fucinum & janthinum continebitur. Plin. lib 21. c. 6. violas purpureas à Græcis ἴα appellari tradit, & ab his janthinam veſtem. Idémque ejuſdem libri c. 8. in veſtibus florem commendari tradit purpureum qui in amethyſto & viola eſt. Ant. Thileſ. in li. de colorib. violaceus qui & Ianthinus. Ex quo Tyrianthinus è purpura, vt nomen indicat, factus & è viula. Briſſ.

IANITRICES Latinis duorum fratrum vxores appellantur, quas Græci εἰνατέρας vocant, l. 4. § adfines in fin ff. de grad & adfin. In lexico B. Germani ſic ſcriptum eſt, αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες αἱ σύννυμφοι. Quæ etiam εἰνατέρων interpretatio apud Heſychium Briſſ. Prat.

IANVAM in publico aperire in l. vlt. §. vlt. ff de ſeru. vrb. quidam dici volunt, pro januam in publicum rejicere, ita vt fores in viam publicam aperiantur, vt mos erat Græciæ: vnde illud apud Comicus, crepuere fores. Sed hic mos nunquam Romæ inualuit, & præter Plinium, Plutarchum, Aſconium, etiam Dionyſius è publicis vel priuatis ædibus ſolas M. Valerij Publicolæ fratris ædes Romæ ſcribit habuiſſe januam rejectam in publicum, his verbis: [Greek text illegible] Igitur hæc eſt hujus loci ſententia & ſpecies: L. Titius aperto pariete domus ſuæ, januam in publicu aperuit, quatenus ſtillicidij rigor & tignorum projectus competebat, quatenus ambitum ædium Scæuula definiebat, autore Cicerone, non eſt igitur egreſſus ambitum ædium in aperiunda janua: neque verò potuit, & aduerſum ſe tamen aperiri januam, quæ non fuit antè, vicinus æquo animo non fert motus inuidentia quadam, qua etiam multi quidam ſæpe oun feruor è regione ædium ſuarum euoſtrui ędes nouas, è quibus ſit conſpectus in ſuas: vide Cujacium lib. 13. obſ. 17. Prat.

IANVARIVS, primus menſium, quem Numa Pompilius à principe Deo, h. e. Iano appellauit: quam primum eſſe voluit, tanquam bicipitis Dei menſem, reſpicientem & proſpicientem tranſacti anni finem, futurique principia. Iudæis erat decimus 76. diſtinct. jejunum. Libellus circumfertur nomine Beroſi Babylonici, qui Ianum dicit fuiſſe Noam: eum libellum eruditi mera omnia nattare putant, dignus profecto commentis anianis. Spieg.

IASON Maynus, jureconſultus nobilis, Mediolani natus, Catonis Sacclpapienſis auditor fuit. Papiæ jus ciuile annus amplius viginti interpretatus eſt, magnoſque in eo jure ſcripris ſuis illuſtrando labores ſuſtulit. Obiit, ibidem anno Chriſti 1519. menſe April. Prat. ex Hotom.

Ιατρεῖαι. Obſtetrices, vide Gothofr. in not. ad l. 3. C. de poſthum. hæred. inſt.

IATRIA, dicuntur præmia, quæ medico præſtantur. Alciat. teſt. Spieg.

I B.

IBI, aduerbium in loco interdum ad perſonam referuntur, vt in l. vbi cœptum, ff. de jud. Pro tunc, vel tum poſitum, Accurſius exiſtimat, in l. ſi quis in legatione: eod. tit. Spieg.

IBI, vbi Vlp. in l. item Mela. ff. ad l. Aquil. Et ſane ait, ſi ibi tondebat, vbi ex conſuetudine ludebatur. Spieg.

IBI, in interdicto de vi: quemadmodum accipiendum ſit, exponitur in l. 1. §. ibi autem, ff. de vi & vi arm. Appellatione eorum quæ ibi ſunt neq; ea, quæ ad tempus vel caſu in eo loco ſunt, neque nummi & nomina continentur, ſed ea demum quæ, vt perpetuo ibi ſint, poſita ſunt: quæ quanquam ad tempus vel caſu abſint, non eo minus tamen continentur, l. 44. l. 67. 78. §. 1. l. 89. § 1. de legat. lib. 3. Proinde ſi debitor pactus ſit, vt quæcunque in prædia pignori data, inducta, innecta, importata, ibi nata, parata ve eſſent, pignori eſſent: ij duntaxat ſerui qui hoc animo inducti erunt, vt ibi perpetuo eſſent, non temporis cauſa accommodarentur, obligati cenſebuntur, l. 32. ff. de pig. Briſſ. Prat.

Iar

Ibi Feſto lib. 9. dicitur cum locus ſemel demonſtratur, ibidem cum ſæpius. Prat.

Ibi, i. in ea re l. 58. ff. rem rat. hab. l. 43. ff. de damn. infect. Briſſ.

Ibi, pro in leges, l. 9 §. pen. ff. de ſer. diuiſ. Briſſ.

Ibi, pro in ea cauſa & ſpecie, l. 1. ff. in jus voc. vt eant. l. 35. in fi. ff. de neg. geſt. Briſſ.

Ibi, pro illic, & opponitur particulæ Hic. l. 4. §. ſi quis aduenio. ff. vbi bon. rapt. Briſſ.

I C.

Icon. Sic ſcribendum Latinè effigies, imago, & ſtatus membrorum hominis, à picturib. ſeu ſtatuariis ad viuum expreſſa. Iconiſmos, Senec. lib. 15. Epiſt. ad fin. appellat deſcriptiones, atque verbum eſſe publicanorum. Spieg.

Icosaproti, viginti primi, & Icoſaprotia vigintiprimatus vt l. fin. verſ. miſta ff. de mune & honor. Ioan. Bell. Etym.

Ictericus, qui regio morbo laborat, à colore galguli, quam Græci autem icteron dicunt. Idem & Aurigo dicitur, à colore, quam bilis per omne corpus diffuſa gignit. Spieg.

Ictus, percoſſio ipſa Vlp. in d. l. item Mela. ff. ad l. Aquiliam. Et ſiquidem appareat, cujus ictu perierit, item ictu vno occidit vtrunque l. quod ait §. fin. de adult. Adde l. 1. de his qui dejec. Prat. Obſerua autem, quod ſolus ictus fuſtium eſt grauior quauis pœna pecuniaria l. ſeruorum in fin. ff de pœn. l. 3. Cod. de Sport. Vide & Martianum ff. de his qui not. infam. Spieg.

Ictus legitimi in l. 33. circ. med. C. de inoff. teſta. l. pœnæ. Ictus flagellorum, calcis, rami, lapidis, fulminis. Briſſ ex ff.

Ictus, us, percuſſio, qua Vulnus infligitur, ait Briſſ. ictus, a, um, us, percuſſus, vulneratus, icta fulmine domus. ex Suet. Briſſ.

I D.

Ideæ Platonicæ, à ſpectando ſunt dictæ, quoniam qui aliquid eſt acturus, ideam inſpicit, ad quam ſuam actionem aptet, vt pictori, qui de exemplari aliquid pingit, hoc exemplar eſt Idea. Vide poſt Senec. Epiſt. 59. Hoſt. ext. de ſum. trin. cap. damnamus, ſub finem. Spieg.

Idem non eſt quod ab alio ſeparari poteſt. l. ſi dominus. ff de ſer. vrban. præd. Adde gl. in l. hæred. ff. de dolo. Pro ſimili ponitur leg. ſi non fortem §. libertus, ff. de cond. indeb. Et Celſus putat eam eſſe cauſam operarum, vt non ſint eædem neque ejuſdem hominis. Spieg.

Idem, etiam dicitur, priſtina qualitate, vel quantitate non ſeruata, l. & an eadem. § 1. ff de execut. rei judi. leg. ſi ſeruitutes, de ſeru. vrba. præd. l. proponebatur de jud. Spieg. Prat.

Idem dicere, pro in eadem eſſe ſententia, frequens eſt locutio. Spie.

Idem eſſe, quid fieri tempore licito, vel tempore illicito, ſi conferatur ad tempus licitum, Bald. tradit, in leg. in tempus, ff. de hær. inſtit. Spieg.

Idem & vnum ſunt pene gemina. Sic Tullius: Eſt mos hominum, vt nolint eundem plurib. rebus excellere, id eſt, vnum. Conn. lib. 3. c. 1. nu. 2.

Idem, & vnum contra l. eum qui ff. de vſucap. poteſt cenſeri diuerſi juris, ob diuerſam ſcilicet rationem: quod Legis diſpoſitione vnum ſit in obligatione, alterum non ſit. per text. in leg. miles, §. decem ibi. quæ à lege tribuitur, ff. de re jud. vide Zaſium in eandem. Spieg.

Verbum Idest, plerunq. non definiendi gratia, ſed exempli loco & ἐξηγηματικῶς ponitur, i. pro veluti, vel ſcilicet vt eſt à Duareno notatum Pater ex l. 7. § pactorum, ff. de pact. l. 8. ff. de vulg. & pup. l. pen. ff. de annu. leg. l. 2. ff. de ſupel. leg. l. 3. in fin. ff. de except. l. 3. C. ad l. Iul. de adul. Sic apud Gaium lib. 1. Inſt. tit. 8. Adgnati ſunt per virilem ſexum propinquitate conjuncti, i. conſanguinei fratres. Alias hoc verbum διασαφητικῶς eſt & explicatiuum, vt & in l. 9. ff. de minorib. l. 3. §. ſaltus ff. de adq. poſſeſſ. l 9. ff. ſi ſeruit. vindi. l. 13. §. etiam ff. de pignorib. l. 43. ff. de injur. interdum etiam idem valet, quod ſcilicet. Cujac. in l. 4. § ſi viam ff. de vſucap. l. 16. ff. de re jud. l. 1. ff. de legit. tutorib. l. 58. in fin. ff. de vſufr. Briſſ.

Hæc verba, Idest, non ſemper deſcriptionem aut ὅρον demonſtrant, ſed ſæpe exemplum & ſpeciem, pro eo, quod dicimus Quale eſt, veluti, Tanquam, vt Seneca vtitur & ſi quid ſimile. Vlp. Et interdum hoc permitti poteſt. Id eſt, ſi grande ſit damnum minoris, l. ſi ex cauſa, de minor. & rurſus. Pactum in perſonam eſt, quoties ne à perſona petam paciſcor, id eſt, ne à L. Titio petam. l. juriſgentium. §. pactorum, de pact. & idem alibi l. qui liberis, de vulg. idem eſt in illis. Hoc eſt l. ſi conſtante, §. 4. ſolut. mat. Curr. lib. 1. σύμμικτ. c. 13.

Ideo, ſicut idcirco, eſt particula collectiua ſiue rationalis. Vide Bart. in l. demonſtratio §. quod autem ff. de cond. & dem. Spie.

Id genus, hoc genus, pro ejus generis, & hujus generis, elocutio elegans. à Beroaldo obſeruata, quod ea Plaut. Terent. Ciceroque ſint vſi.

Ἰδιόχειρα Græce appellantur (inquit imp. Leo) ſcripturæ, quæ ſolent à quibuſdam ſecreto fieri, interuenientib. amicis, rerum contrahendarum cauſa, l. ſcripturas, tt. qui potior. in pign. hab. Et vt opinor ἰδιόχειρα & δημόσια opponuntur, quæ tabellionum publica inſtrumenta ſunt. Nouell 49. 73. & 142. quæ etiam Forenſia appellantur, l. comparationes 19. C. de fid. inſtrum. quam de cauſa in d. l. ſcripturas ἰδιόχειρα iis quæ publicè à tabulariis ſcripta ſunt, opponuntur. Prat. ἰδιόχειρα ſcripturæ & chirographa priuata. Briſſ. Idiographum, idem quod Autographum. Spieg.

Idioma, i. proprietas. Nam vnaquæque lingua ſua quædam habet peculiaria.

Ἰδιοκτήτορες vt aiunt Græci interpretes in l. 4. de agric. & cenſ. lib. 11. i. propriorum bonorum poſſeſſores, ab ἴδιος, i. proprius, & κτάω poſſideo: vide in Baſilicis eod. tit. Prat.

Idiota, non tantùm indoctus & illiteratus, ſed etiam priuatus, & plebeius dicitur. Auth. quomodo oport. Epiſc. §. quandoque. Spieg. Prat. vide & Goth. ad Nou. 8. c. 6.

Idipsum, pro hoc, Pompon. in l. 1. de naut. fœn. Spieg.

Idonee, aptè, commodè. In jure idoneè cauere dicitur, ſi quis pignoratitia, vel fidejuſſoria cautione, aut (ſi illas præſtare nequeas) ſaltem juratoria cauet, c. 8 de dolo & contum. lib. 1. juncta gloſ. ſuper verbu Sufficienter. Idoneus largè, dicitur aptus ad omnia bona & mala. Donato autore. Cui adſtipulatur Vlp. in l. 2. §. idoneus autem. Ad SC. Tert. Quilibet autem præſumitur idoneus, ſicut & quælibet res bona niſi diuerſum doceatur. Idem in l. cùm quidam ita fideicommiſſum. Papin. in l. cum pater. § rogo, de leg. 2. l. vlt. de liber. agnoſc. l. ſi creditores in fin. de priuil. credit. Spieg. Prat.

Idonee defendere, i. rectè. Idoneè tueri cauſam ad ſe pertinentem, ſatis idoneè proſpicere, minus idoneè rem adminiſtrare, idoneè veniſſe Briſſ ex ff.

Idoneior. Paul. l. 2. ff. de pupil. actio l. ſi plures, ait, ſimul agant populari actione, prætor eliget idoneiorem: & Calliſtrat. l. 18. ff de teſtam. tut. Quod ſi plures ſatiſdare parati ſint, tunc idoneior præferendus erit. Item ſi plures ſint qui experiri volent, eligendus eſt à prætore is qui idoneior eſt, l. 1. §. ſi tamen. ff de hom. li. exhi. & ſi plures agant, prætor eligat idoneiorem l 2. ff. de popul. act. Prat. Briſſ.

Idoneus, aptus, habilis, ſufficiens, idoneus militiæ, idonea quantitas, i. ſufficiens idoneus paterfam. Briſſ. ex ff.

Idonei promiſſores plerunque non tam ex patrimonio & facultatibus, quam ex fide accipiuntur, l. 115. in fi. de verb. oblig. Idoneos ſanè tutores pater petiiſſe intelligitur, ſi locupletes & facultatibus, licet non moribus, idoneos petierit, l. 2. §. idoneos. ff ad SC. Tertyll. Briſſ.

Idoneus homo alias integræ exiſtimationis hominem & minime probroſum ſignificat, l. 45. ff. de verb. ſign. l. vlt. ff. de tab. exhib. Briſſ.

Idoneus paries, oneri ferundo aptus, l. 7. ff. ſi ſer. vind. l. 37 ff de damn. infect. item integer & minime vitiatus paries, l. 45. in fin. ff ad l. Aquil. Ita autem idoneus judicatur paries communis, ſi vtrarumque ædium onera jure impoſita ſuſtinere poſſit l. 36 ff. de damn. infect. idoneè pro rectè, in l. 13. de act. empt. l. 41. ff de damn. infect. Briſſ.

Idoneus accipitur locuples: & qui ſoluendo eſt. Ita idoneum debitorem, tutorem, hæredem, fidejuſſorem interpretamur, l. 14. leg. 27. §. pen. ff. de minorib. l 41. ff. mandati, l. 2. ff. de fundo dot. l. 9. ff de tutel. l 9 §. quod ſi dies. l 14. l. 31. §. tutor. l. 45. ff. de admin. tut. l. 46. in fin. l. 47 ff de jure fiſc. leg 5. ff. de ſeparatio. l. antepen. ff de condit. & dem. l. 14. ff. de in diem add. l. 19. ff. qui potio. in pig. l. 1. ff de fidejuſſorib. l 6. §. plane D. de muneribus & hon. l 7. ff qui ſatiſd. cog. l. 9. ff. de publ. Itaque apud Cic. 3. offic. Idoneus pro diuite & locuplete. Et ſæpe idoneis, inquit, hominibus indigentib. de re familiari impertiendum ſed diligenter & moderatè. Quod & in eo obſeruauit Lactantius. Eodem ſenſu idonea hæreditas, l. 51 § 1. ff. de ac. hæred. Et idonea nomina, l. 13. §. 1. & l. 35. & 45. ff. de adminiſtr. tutor. Non diſſimiliter idoneum vel non idoneum pignus dicimus l. 28. ff. ſi cert. pet. Et idonea cautio & ſatiſdatio l. 4 §. 1. de adminiſtr. rer. l. 1 § ſi pecunia, ff. depoſ. Prat. & Briſſ. Add. Cujac. obſeru. lib. 8 c. 30. & Turneb. lib. aduerſ. 3. c. 16.

Idoneus alienæ litis defenſor alienæve rei expromiſſor nemo ſine ſatiſdatione habetur, l. 3. §. 1. de diuerſ. reg. leg. 46. § qualium ff. de procurator. § ſi vero in 3. inſtitut. de ſatiſdati. Porro neque fœmina, neque miles, neque qui Reip. cauſa abfuturus eſt, aut morbo perpetuo tenetur, aut magiſtratum initurus eſt, aut inuitus judicium pati non poteſt. idoneus defenſor intelligitur, l. 54 ff. de procur. Et ſic idoneè defendere in l. 1. ff. de diuerſ. temp. Et idoneum defenſorem in l. 5. ff. de reb. auct. jud. Et idoneum patremfa. accipiemus in l. 10. ff. de adm. tut. Briſſ.

Iduare, antiquum verbum, ſeparare ſignificat. vnde & Diuidere verbum, & Idus dicti Macrobio. Vide Alc. in lege malum mauis, §. viduam, de verb. ſign Spieg.

Idus, dicuntur diuiſiones: vnde proprie exiſtimarunt dies, qui diuidunt menſem. Diuidunt enim menſes præcipuè Nonas à Calendis. Vide gloſſ. ſuper verb. poſt Idus Martias, in l. Cæſar. ff. de publ. & vectig. Pridie Idus Mart. in l item veniunt, ff. de petit. hæred. leg. Titius Seio & ibi in gloſſ. de conſtit. pecun. Idus Septembres in l. 122. §. 5. ff de verbor. obliga. Idibus Septembribus l. 80. ff. de ſolut. Spieg.

Digitized by Google

I E.

Iecur, dicitur Græce τὸ ἧπαρ: vnde Hepatici homines, qui jecinoris morbo laborant, appellantur. Vlp. de ædil. edict. leg. qui clauum, §. Trebatius ait, Si tamen ex corporis vitio id accidit veluti quod Iecur dolet, morboſus eſt. Spieg.

Ieiunium, tempus quo à cibis abſtinemus, quod & Ethnici interdum inſtituerunt. Quadrageſimam impropriè ſignificat.

Ieiunium eſt ſubtractio prandij, & poſt cœnam cujuſlibet cibi priuatio vſque ad diem ſequentem, & abſtinentia à carnibus, & trahentibus ſementinam originem à carnibus, vt ab ouis, lacte, caſeo, ea denique 4. diſtin. Goffred. in ſumma de obſeru. jejun. & Innoc. in rubr. eod.

Iesus, eſt nomen redemptoris ac Saluatoris noſtri Chriſti, qui Hebraicè Iehosua dicitur, Latinè Saluator: vel vt alij volunt Seruator. Cujus ſignificationis ratio eſt apud Matthæum: hic enim, inquit, ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ſuis. Vide in Nouel. Conſtit. §. in cujus princ. & fine ſanctiſſimi hujus nominis fit mentio.

I G.

Igitur particula colligit interdum ſupradicta illatione, h.e. ratione confirmat. Vlp. in l. ſi procuratorem, §. ſi ignoranter, ff. mandati, l. Diuus, ff. de cuſt. reor. & ſim. Interdum pro deinde ponitur. Inſtitutio de tutel. in princ. ideoque continuatiuam notam eſſe recte cenſet. Alb. Prat.

Ignarus, vocatur rudis & imperitus, vel indoctus, vel inſcius: Ignarum conditionis ſuæ Imper. Conſtantinus in l. 2. C. ſi ſer. aut libert. l. 9. 50. non ineleganter vſurpauit, pro neſciente ſtatum natalium. Spieg.

Ignarus edicti, ignorans, Briſſ. Ignarus de ſtatu. ignarus, vxorem eſſe prægnantem. Ignarus legati, ſui juris, ſtatus ſui, ac conditionis Briſſ. ex ff.

Ignavia, i. itineris, deſidia Briſſ.

Ignaviam prætendentes audiri non oportet, l. 78 §. etiam, ff. de leg. 2 Briſſ.

Ignaviam Iuriſc. quæ non eſt ſtultitia, vt interpretes putarunt diligentiæ opponunt. Siquidem gnaui homines, impigri, & diligentes appellantur. Scio tamen ignauiam volgò pro puſillanimitate accipi. Porro, Ignauiæ culpam contrahunt, qui ex qualibet leui, vana, injuſtáve cauſa ad res improuidas, temerariáſve aut noxias mouentur, dum dolus abſit, exempla ſunt in l. 2. § ſi publicanus ff. vi bon rapt. l. 1. in fi. junct. gloſ. ff de abig. & forte in l. qui rei §. 1. §. ſi quis, ff. de bon. eor. qui mort. ſibi conſcit cum ſim. ex Zaſio Spieg Prat.

Ignaviter gloſ. in l. fin. C. de epiſc. & cler. ſtultè exponit, nimirum ſatis ſtultè. Nam lentè & leniter ſignificat, vt apud Cic. ſecunda Tuſc. Spieg.

Ignem ne habeto & ignem innocentem, hoc eſt, innoxium, habero, differunt, l. videamus, §. ſi hoc in locatio. ff. loca. & conduct. Ignem inferre. Ignem injicere, ibi. in fin. & l. ſeq Spieg.

Ignem inferre. *Ienner henein tragen*. Ignem injicere. *Fevver ein vverffen*. d. l. videamus in fi & l. ſequenti.

Ignem immittere in aliquid. Ignem ſubjicere fornaci. Ignē facere in ſuo, habere negligentius. Ignis vlterius euagatus & progreſſus vicinā læſit: ad alterius inſulam peruenit Briſſ. ex ff.

Igniarium eſt, inquit Bud. quo ignis elicitur: conſtat ſilice, è quo ignis atterendo elicitur: & ferro, quo ſilex atteritur percuſſu: vnde ſcintillæ decuſſæ, & in fomite, linteoq; concepto, exceptæ flammam excitat. Igniarium dare quid ſit apud Senecam lib. de benef. 4. c. 36 declarat in Chili. Eraſ. Spieg.

Igni Cremari l. 28 §. igni, ff. de pœn. Necari. l. 9. de inc. rui. nau.

Ignis & aqua, Veteres cum veram Dei creationem non ſatis perciperent, arbitrabantur his duobus elementis igni & aqua produci omnium animantium vitam. Ideo nuptiarum fœdera interuentu ignis & aquæ celebrabantur, vt teſtatus Scæuola in l. penult. de Donat. int. vir. & vxor. quem locum Accurſius male de tæda nuptiali intellexit, quæ alia quadam honoris ſolennitate ſolebat nouæ nuptiæ præferri, & ſeruus qui præferebat, dicebatur Prælucens. Vide Bud. in ſi. prior. annot. eandem pulchre explicantem. Spieg.

Aqua & **Igni** accipi. interdici. Aquæ & ignis interdictio. Briſſ. ex ff.

Ignis & aqua, vide Aqua & ignis itē interdicere aqua & igni. Et hac ipſa de re Lactant. lib. de orig. errorum, 2. c. 10. Subſtantia ignis, calor eſt, inquit: aquæ, humor. Recte igitur Ouid. Quippe, vbi temperiem ſumpsēre humorque calorque Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus: Cumque ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat: & diſcors concordia fœtibus apta eſt. Alterum enim quaſi maſculinum elementum eſt, alterum quaſi fœmininum: alterum actiuum, alterum patibile. Ideoque à veteribus inſtitutum eſt, vt ſacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera ſanciantur: quod fœtus animantium calore & humore corporentur, atque animentur ad vitam. Cum enim conſtet omne animal ex anima & corpore; materia corporis in humore eſt, animæ in calore, quod ex auium fœtibus datur ſcire: quos craſſi humoris plenos, niſi opifex calor fouerit, nec humor poteſt corporare, nec corpus animare. Exulibus quoque ignis & aqua interdici ſolebat. Adhuc enim videbatur nefas, quamvis malos, tamen homines ſupplicio capitis afficere. Interdicto igitur vſu earum rerum, quib. vita conſtat hominum, perinde habebitur, ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat, morte mulctatus: adeò iſta duo elementa prima ſunt habita, vt nec ortus hominis, nec ſine his vitam crediderint poſſe conſtare. Hæc Lactant. Hot.

Ignobilitas, h.e obſcuritas, humilitas generis, viris fortibus non eſt objicienda.

Ignobilis patrona, l. 23. ff. de ritu nupt.

Ignominia, nominis, nota eſt Ciceronis lib. 4. de repobl. apud Nonium. Cenſoris judiciū inquit, nihil fere damnato affert, niſi ruborem. Itaque quod omnis ea judicatio verſatur tantommodo in nomine, animaduerſio illa, Ignominia dicta eſt. Iſidor. li. 5. c. 23. Ignominiam etiam dictam vult, quaſi ſine nomine, eo quod deſinat habere honeſtatis nomē is, qui in aliquo crimine deprehenditur: vide Infamia. Feſtus ignominiam inter militares animaduerſiones recenſet, lib. 4. Prat. ex Briſſ.

Ignominia exheredationum vel præteritionum, vide Gothof. ad l. 3. C. quemadm. teſt. aperian.

Ignominia mitti, miſſi, & cum ignominia mittere, dimittere, miſſum facere. Ignominiæ cauſa mitti: ex ff. Briſſ.

Ignominia etiam pro infamia, vt ceſſat ignominia in conditionibus, l. 36. ff. de oblig. & act. l. conditiones nullam infamiam irrogant. Sic etiam ignominiam importat. Ignominia notatus, ponitur & pro dedecore. Ignominia filij, qui parentem ſeruum habet, ex ff. Briſſ.

Ignominia ſoluti milites dicti qui felici prælio, priori culpa correcta, & obliterata memoria dedecoris, in eum, quo prius erant, gradum reſtituti, priſtinam dignitatem recipiebat. Spie.

Ignominiatus, apud Gellium, pro ignominia affectus. Antiquum & obſoletum.

Ignominiosa miſſio, ſeu ignominiæ cauſa miſſio eſt, quoties is, qui militem è caſtris mittit, addit nominatim ignominiæ cauſa ſe mittere. l. 2. ff. qui not. infam. Hot. & Ant. Aug. lib. ſingulari ad Modeſt. l 8 §. pane ignominia ff. de excuſ.

Ignominiosus, & integræ famæ. opponuntur. Ignominioſa filia, liberta, milites ex C. & ff. Briſſ.

Ignorans Ius naturæ ignorabitur à Deo, lege & miniſtro ejus magiſtratu, l. 37. diſt. c. pen. in fin. 1. Cor 14 Ignorans ignorabitur. Prat.

Ignorans & ſciens opponuntur l 11. §. Caſſius, & l. 25. 5. ff. de act. empt l. 13. ff. de contr. empt. Briſſ.

Ignorantia eſt, cum de facto vel de jure nihil ſcio, nec inde aliquid ſuſpicor. Lege Azonem in Summa. Spieg.

Ignorantia duplex, alia juris, alia facti, vt patet ex Rob. ff. de jur. & fact. ignor. l. 11. § pen ff. de his qui not. infr. l. 29 §. non male. ff. mand. Ignorantia juris alia naturalis, alia ciuilis. Facti, alia eſt ejus facti, quod oportuit aliquem ſcire: alia ejus, quod non oportuit eum ſcire: ſicut Apoſtolus ait 1. Corinth. 10. Si quis infidelium vocauerit vos ad cœnam, quidquid vobis appoſitum fuerit, comedite nihil interrogantes. Si quis vobis dixerit, hoc idolis immolatum eſt, nolite comedere. Ecce quod vocatum ad cœnam, non oportuit ſcire carnes ſibi appoſitas, idolis fuiſſe immolatas Hæc ſubdiſtinctio probatur in c. turbatur, §. notandum, 1. quæſt. 4 Io. Bello. Etym.

Ignorantia facti eſt, verbi gratia, ſi quis cognatum ſuum deceſſiſſe ignoret: juris vero, ſi cognatis bonorum poſſeſſionem deferri neſciat. Briſſ.

Ignorantia, Paulus, inquit, vel juris vel facti eſt, l 1. Item, in l. regula eſt de jur. & facti ignor. Idem tradidit, Iuris quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero ignorantiam non nocere. Exemplum pete ex jam citata l. 1. & l 55. ff. de ædil. edict. Vide Error.

Ignorantia juris naturalis, quod ad prima religionis erga Deum, & charitatis erga proximum, principia pertinet: neminem prorſus excuſat, ætatis & mentis compotem, qualia ſunt in l. 2. l. 2. & l. juſtitia eſt, 6. 1. ff de juſt. & jur l. 1. in prin. ff. quod quiſque jur. l. jure naturæ, ff. de reg. jur Prat.

Ignorantia ſui pernicioſa eſt, vt oſtendit Plato in Legibus Vereor, ne & nunc ſint quàm pauci, qui ſeipſos cognoſcant. Plautus tempora ſua taxans: Vix, inquit, in foro decimus quiſque eſt qui ipſus ſe nouerit. Ad humani, inquit Cic. ingenij vitium pertinere poteſt quando quis per ignorantiam non ſatis intelligit quid faciat, vel dicat: aut contra, vt ſi quis neſciat ea, quæ ad ſe attinent. Vulgo nominatur affectata ignorantia, quæ in facto proprio non excuſat. Iuxta Ariſtotelem differunt, Quod peccat ignarus, & quod peccatur propter ignorantiam. Excuſabile eſt, vbi ſola ignorantia errati cauſa eſt: at vbi non ignorantia, ſed noſtra ignauia, aut cupiditas, errati cauſa eſt, ibi ignorantia non excuſat. Spieg.

Ignorantia etiam quædam diſſoluta, craſſa & ſupina dicitur, quæ in ſupinum hominem cadit, leg. 6. D geſt. de jur. & fact. ignor l. 55. ff. de ædil. edict. l. 15 §. 1. ff de contrah. empt. Briſſ.

Ignorantia ſupina, quam Vlpianus cenſuit minime ferendam, eſt factum ignorantis, quod Accurſius ad alienum duntaxat,

Digitized by Google

taxat refert: non ſatis aſſecutus vim eleganter vſurpati à Iureconſ. vocabuli, Supini. Plauſtra extant ejuſmodi vocem, quas ad eum modum ſe nudis bonarum literarum Interpres ille recte aperuiſſe putanit. Tolerabilis eſt autem ignorantia facti alieni. l. ſi. ff. Pro ſocio. Spieg.

IGNORATIO, pro ignorantia vſurpatur, l. 11. ff. de diverſ. temp. Diſſimulatam ignorationem emptoris excuſari non oportebit, l. 55. ff. de ædil. edict. Briſſ.

IGNORANTIA & inuiti conditionem meliorem nos facere poſſe, non deteriorem, l. ſoluendo, ff. de neg. geſt. Spieg.

IGNORANTIS domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet, auctor Paulus tit. de Procur. Spieg.

IGNORARE dicimur, quod ſcire debemus, l. 2. C. per quas perſ. nob. acq. item l. 1. §. 1. C de rei vxor. act. Tranſlatum ad perſonas, eſt non cognoſcere, ac parum exploratum habere. Spieg.

IGNORARE aliteras, ignorare de jure ſuo, ex ff. Briſſ.

IGNORARE, & quæ non ſunt, eodem modo judicantur. Tam enim abſunt à cogitatione noſtra, quæ non apparent, & neſciuntur, quam quæ omnino in rerum natura non ſubſiſtunt, Connan lib. 7. c 7. n. 8.

IGNOSCERE, eſt, quæ judicas punienda non punire: autor Seneca l. 2. de Clementia ſecundo. Pro noxam remittere. Vlp. vſurpat in l. 2. §. vtriuſque legis reddit rationem, ff. de Noxal. Ignoſcere tamen eleganter à Varrone, pro valde noſcere accipitur. Ignoſcere omnibus & nulli, æque crudele cenſet Senec. c. 2. lib. 1. de Clementia Spieg.

IGNOTI juris non eſſe, Cod. de Reuoc. iis quæ in fraud. cred. leg. Ignoti.

IGNOSCITVR Ætati, l. 5. §. ætati, ff. de his quæ vt indign. Ignoſcendum eſt ei, qui ſe vlciſci voluit prouocatus, l. 14. §. ſi libertus, ff. de bonis libert. Ignoſcendum eſt fidejuſſori, ſi non diuinarit debitorem ſoluiſſe, l. 29. § ſi com debitor. ff. mandati Æquiſſimum erit ignoſci marito, l. 1. §. ſi omnes, ff. de inſpic. ventre. Briſſ.

IGNOTVS, hoc eſt, incognitus, non viſus. Iuſtinian. Non eſſe autem admittendam excuſationem ejus, qui hoc ſolo vtitur quod ignotus patri pupillorum ſit, diui fratres reſcripſerunt, § item propter inimicitias. Inſtitut. de excuſatione tutorum, Sic ignoti domini, in l. 1. C. de Theſaur. lib 10. Spieg. Prat.

IGNOTVS juris ſui, id eſt, ignarus: ſeu qui jus ſuum ignotum habet, l. 2. fin. de jure fiſci. Briſſ.

IGNOTA facies, id eſt, quæ non ſit viſa: non autem ignotus patri, id eſt, qui patrem non cognoſcit, vt Angel. Ioan. de Platea Chriſtophorus & Nauſea, illic interpretati ſunt. Aldob.

I L.

ILICET, per συγκοπὴν dicitur. Sic judices de conſilio dimittebantur, ſuprema dicta quom præco pronunciaſſet Ilicet: quod ſignificat Ire licet Hæc Donatus in Adelphis Terentij Dicebatur etiam in funeribus conſumpto cadauere, & collectis cineribus. Vnde Vergilius lib 6.

....*Dixitque nouiſſima verba.*

Id eſt, Ilicet: inquit Seruius, nam Vale dicebatur poſt tumuli quoque peracta ſolennia Idem Varro dicit pyras ideo cupreſſo circundari propter grauem victimæ odorem, ne offenderet populi circumſtantis corona quæ tamdiu ſtabat, reſpondens fletibus præficæ, id eſt, principi planctuum, quamdiu conſumpto cadauere, & collectis cineribus diceretur nouiſſimum verbum Illicet, quod Ire licet ſignificat. Hot. Prat.

Ἡλικία, id eſt, corporis magnitudo in Euangelio Matthæi. Euſebius lib. 4 de vita Conſtantini, & Dion. lib. 54 τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, vocat puberes, minores tamen viginti quinque annis. Prat. Adde Cujacium Obſeruationum lib 6 c. 5.

ILICO in l. 1. C. de relat. interpretatur ibidem Goth. intra decem dies: Ilico in l. 11. C. depoſ. vel contra exponit idem Gothoſt. quam celerrime prima fronte, quam ocyſſime.

ILICO fit, ait text. in l. 18. vbi & Gothofr. C. de judic. quod intra triduum fit Ilico, id eſt, ex continenti. Ilico, & poſtea ſtipulari, opponuntur Briſſ. ex ff.

ILICO, vel (vt quidam ſcribunt) illico fieri dicitur, quod fit antequam diuertatur ad alia facienda, l. litigatoribus, C. de appel. Sic in l. 1. §. cum adjicitur, ff. de verb. obl. Prat. Ilico, quaſi in loco, priuſquam quis abeat illo loco.

ILIADIA Minerua in fragmentis Vlpiani (pro quo perperam in c. 5. Melienſis legitur) ab Ilio Phrygiæ minoris ciuitate ſic dicta, cujus meminit Plin. lib 5. cap. 30. immunem eam fuiſſe dicens, & ab ea omnium rerum effulſiſſe claritatem. Cum enim Romani originem ſuam Troianam eſſe cenſerent, & ab illis ſe oriundos agnoſcerent, maximam illi ciuitati immunitatem conceſſerunt, vt videre eſt l. non ſolum, ff. de excuſat. Hinc & Ilienſi Mineruæ hoc jus tribuērunt, vt ei legari poſſet Prat. Vide omnino de Ilienſium priuilegiis aulquis Cujac. lib. 10. obſeru. 5. per tot.

ILLABORATVM, quod ſine labore & diligentia factum eſt.

ILLACRYMARE. Calliſtratus l. obſeruandum, de offic. præſid. Neque precibus calamitoſorum illacrymari oportet: id enim non eſt conſtantis & recti judicis. Spieg. Prat.

ILLATA ab inuectis quo diſtent, vide legem & ſi non inducta, C. in quib. cauſ. pig. tacit. contrah. Alber. Varij ſunt illationum tituli, veluti annonarum, tributorum, veſtium, quibus omnibus exigendis præſides prouinciarum vim & auctoritatem ſuam interponere debent, l. judices, C. de annonis & tributis libr 10. l. miſſi opinatores, C. de exact. tribut. l. eodem.

ILLAVDATVS inculpato opponitur. Gell. lib. 2. de illo loco Virgiliano loquens. Aut illaudati neſcis Buſiridis aras. Sed enim, inquit, qui in omni re, atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus eſt, iſque omnium peſſimus, deterrimuſque eſt. Sicuti omnis priuatio inculpatum facit. Hinc Calliſtrato in leg. teſtium, de teſtibus: Inculpatus teſtis dictus, qui eſt exploratæ fidei, ac nulli vnquam inconſtantia teſtimonij labefactatæ, & moribus probatiſſimus, & integræ famæ. Ex Budæo. Spieg.

ILLÆDERE legem, pro infringere & violare.

ILLECEBRA, omne blanditiarum genus, quibus allicimur, leg. quidam ignauiæ, C. de Decur. lib. 10. Spieg.

ILLECTA ſtipula, quæ meſſe facta remanet ad ſpicilegium, nondum lecta, ſeu collecta, l. 30. §. 1. de verb ſign. Briſſ.

ILLEGITIMORVM (vt vtamur verbo, apud noſtros Doctores recepto) alij Inceſtuoſi vocantur: puta ex cognatis procreati: Alij Nefarij: ex deſcendentibus ſuſcepti: alij Spurij, qui & Adulterini: ex adulterio nati. Hi niſi à principe, aut hujus auctoritate, Legitimationis, vt vulgo dicitur: beneficium impetrauerint, à ſucceſſione parentum non tantum excluduntur, l. ſi adulterium, in princip. ff. ad l. Iuliam, de adulteriis, l. quin etiam, ff. de ritu nupt. & §. ergo omnes, Inſtit. eod. tit. ſed alimentis etiam non cēſentur digni jure ciuil. Authent. Quibus modis natur. effic. ſui §. vlt. At hæc, Roman. Pontif. iniquum cenſentes, infantem à Deo creatum fame necari, præſtanda conſtituerunt alimenta cap. cum haberet, de eo qui duxit in vxorem, quam per adulter poll. Spieg. Prat.

ILLE in Pandectis idem valet quod Græcis ὁ δεῖνα. Eoque articulo quælibet perſona, vel res cujus propriam appellationem commemorare nihil attinet, exempli gratia demonſtratur. Briſſ.

ILLEXERAT, pro perſuaſerat, in ſententiamve attraxerat. Vlp. in l. 1. §. ſi omnes, de ventre inſpic. Vel ipſa cum illexerat, vt crederet. Sic illices, veluti ſuaſiones, in Plauti Pœnulo, Valla interprete, ſunt accipiendi. Proprie tamen ineſcare eſt: quod & pellicere etiam dicitur. Spieg.

ILLIBATVS quadrans, id eſt integer, nec deminutus. Briſſ. apud Vlp. in l. ſi filia nupta, §. Papinianus ait, ff. famil. erciſc. Interpres, illibata ab intactis, in l. ſi qua per calumniam, Cod. de epiſc. & cler. hoc putat diſtare vt illibata partem, intacta totum reſpiciant. Apparet tamen pro eodem pōni, l. fin. C. in quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ. quod & Albericus teſte Old. admonuit. Spieg. Prat.

ILLIBATA exiſtimatio, poteſtas, perſecutio, ex ff. Briſſ.

ILLIBERALES & ſordidos quæſtus, lib. 1. offic. cenſuit Tullius, eorum eſſe, qui in hominum odia incurrunt, vt portitorum, & fœneratorum: itemque eorum, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Alciat in l. mercis de verb. ſign. Spieg.

ILLICANCIATVS, improbum vocabulum, extat in c. conſtitutus, extr. de Procurat.

ILLICITA Adoptio, illicita auaritia exactorum, Diuinatio, Computatio, matrimonij conjunctio, mutui datio, venditio, &c. Ex ff. & C. Briſſ.

ILLICITA ædificare, id eſt, hoc quod diui conſtitutiones jubent, auctore Vlp. Prat.

ILLICITVM dicitur, quod per Leges, Senatuſconſulta, Edicta, Conſtitutiones principum facere non licet: Quodve vetitum & prohibitum eſt. Hinc Illicite aduerbium familiare Iuriſconſ. ac Impp. in Conſt. Vide §. ſancimus, in Auth. de inceſt. nupt. Spieg.

ILLO deprehenſam filiam, in 23 §. ſed ſi pater, 3. ff. ad leg. Iul. de adult. pro illic deprehenſam. Briſſ. in Pareg.

ILLIGARE ſe periculo. Cymbia argentea cruſtis aureis illigata. Dolia ædibus illigata, ex ff Briſſ.

ILLOTIS manibus negotium aggredi, eſt imparatum ac non ſatis inſtructum accedere, deducta locutione ex Deorum ſacris, ad quæ ſine præparatione (cujus pars erat manuum ablutio) nefas fuiſſet accedere. Heſiod. in lib. cui tit. eſt ἔργα καὶ ἡμέραι. Μηδέποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν. Cujus l. 5. ff. de orig. jur. Deinde ſi in foro cauſas dicentibus nefas, vt ita dixerim, videtur eſſe, nulla præfatione facta judici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit omiſſis initiis atque origine non repetita, atque illotis vt ita dixerim, manibus protinus materiam interpretationis tractare, id eſt, ſine præparatione & præmunitione, atque anticipata quadam earum rerum cognitione quæ aditum ad juris cognitionem patefaciunt, viamque muniunt. Hotom.

ILLVM illius liberum eſſe volo. His verbis ſeruo libertas adſeritur, l. ſi quis ita ſcripſerit, ff. de manumiſſ. teſtam. Spieg.

ILLVMINARE, pro illuſtrem & inſignem facere, poſitum in l. 3. C. de nat. lib.

ILLVSIO, id eſt, deciſio. Clem. vnic. cum illuſio. de renunciat. Ioh. Bello Etymol.

ILLVSTRARE, quod eſt, lucem & ſplendorem afferre, magis probatur eruditis, quam Clarificare: quod hoc non interim facile ſit apud vetuſtos auctores, præterquam apud Virgil. de Fortuna. Nec quos clarificat: perpetuo fouet. Spieg.

ILLVSTRE & obſcurum, contraria. Nec ad perſonam tantum, ſed & ad rem refertur, vt apud Ciceronem, Illuſtre domicilium.

ILLVSTRIS vir, pro magni nominis, vt Eraſ. Budæus, nec enim imagines tantum reſpicit. Noſtris placuit illuſtrem dici, vt quis mox ad principis latus admotus eſt. De hac dictione vide Angel. in l. 5. C. de præpoſ. lib. 12.

ILLVSTRIVM ſunt gradus quidam, alij maiores, alij minores. Præfectus prætorio maior eſt magiſtro officiorum, vterque tamen illuſtris Cuiac. l. vlt. de dignitatibus, C. lib. 12. Sunt autem quinque gradus illuſtrium, de quibus vide ſup. in dictione Honorarij.

ILLVSTRIS, titulus eſt dignitatis l. 60 l. 11. de decurionibus lib. 10. C. l. vlt. C. de iniur. Tribuitur hic titulus Præfectis prætorio, Præfectis vrbi, Quæſtoribus, Magiſtris militum, Magiſtris officiorum, Comitibus rerum priuatarum, Comitibus domeſticorum, Principibus agentium in rebus. l. 12. C. de appel. l. 2. § ſin autem, C. de temporibus appell. l. 6. C. vbi cauſæ fiſcal. l. vnic. C. de rei milit. Comitibus l. 11. C. de acceſſor. l. 8. C. de defenſor, ciuit. l. 1. C. de adnoc. diuerſ. iud. l. vlt. de decurionibus lib. 10. C. vlt. de ſuſceptoribus eodem. Ita illuſtrem dignitatem & illuſtrem adminiſtrationem in Conſtitutionibus interpretabimur, l. 35. & l. 36. C. de appell. l. 63. & 65. de decur. lib. 10. C. Et illuſtratus dignitatem apud Caſſiod. epiſt. 11. lib. 6. & illuſtratus gradum in l. 11. §. ſin autem vtraque, Cod. de iud. Et illuſtres perſonas in l. 26 §. 1. Cod. de vſur. Et illuſtrem mulierem, l. 5. C. ad Orphitia. Erat autem illuſtrium dignitas omnibus alijs ſuperior & omnes alias antecedebat, vt appareret ex Nouell. de appellat. tutta quæ temp. ad fin. & ex l. vnic. C. de ratiocin. oper. pub. & ex l. vlt. C. de ſportul. l. 1. C. de vbi ſenator. Briſſ.

ILLVERE, Id quod amnis fundo illuit l. 16. §. vſusfructus, ff. fam. erciſc. Briſſ.

ILLVVIES propriæ ſordium eſt, à lauando ducto vocabulo. Itaque illuuie legendum apud Vlpian. in l. 12. §. vlt. ff. de ædil. edict. non ingluuie, vt volunt quidam: hoc enim ventris eſt, dictum, vt vult Agrætius, ab ingluuiendo. Cuiac. 11. obſeru. 10. Prat.

ILLVVIES otis, id eſt, immunditiæ, ex qua fœtor naſcitur. Briſſ. ex ff. illuere. Id quod amnis fundo illuit. ex ff. Briſſ.

ILLYRICVM, pro Illyria regione, Epiri contermina, Italiæ propinqua: cuius deſcriptionem pete ex Vadiano, Coſmographorum noſtræ ætatis principe. Apud alios reperies frequenter poſitum adiectiue: pro quo noſtri impp. Illyricianum vſurpatunt. Spieg.

ILLYRICANVS, id eſt, de Illyrico, not. in rub. C. de colon. Illyrican. lib. 11. C. Io Bell. Etymol.

ILLYRICA expeditio, vide l. 12. med. C. de excuſat. munet.

ILLYRICIANA aduocatio, l. 5. in pr. C. de verb. ſign. & l. 11. Cod. vnde vi.

ILLYRICVM fuit duplex, orientale & occidentale quod Beatus Rhenanus obſeruauit ad librum de Notitia Romani Imperij. Illyrici orientalis duæ ſunt diœceſes, Dacia & Macedonia. Cuiac. ad l. id ab vnaquaque, C. de anno. & tribu. lib. 10.

I M.

IMAGO, eſt collatio formæ cum forma, cum quadam ſimilitudine. Refertur non tantum ad picturam, & ceram, ſtatuas, & ad ea, quæ fiunt ex marmore, ære, argento, & ſimilibus: ſed etiam ad notas, quibus ea quæ ediſcenda ſunt, notamus. Aſinius Pollio traditur fuiſſe auctor imaginum ſcriptorum, in bibliothecis locandorum. Sæpius etiam imago pro nobilitate generis accipi ſolet. Hinc famoſæ imagines, quæ à maioribus degenerant, & ferme nihil imaginis eorum habent. Atque imagines hæ Stemmata vocabantur. Iuxta illud Sat. Stemmata quid faciunt: Spieg. Vide Budæum in Annot. 2. de Orig. Iuris.

IMAGO Imperatoris l. 38. ff. de iniur.

IMAGO iuris Liuio lib. 50. Emancipatio, quæ venditionis inſtar obtinet. Prat.

IMAGINARIA dicuntur iure, quæ non vere, ſed ſimulato & iocis cauſa fiunt. Hinc Vlp. in l. 16. De reg. iur. Imaginaria, inquit, venditio, non eſt, precio accedente, idem l. 4 §. 5. ff. de manumiſſ. Si ſeruus ab ignoto emptus ſit, poſtea autem precium ſuum obtulerit, dicendum erit non eſſe audiendum, ab initio enim hoc agi debet, vt imaginaria fieret venditio, & per fidem contractus inter emptores & ſeruum agatur. Hinc Modeſtinus l. contractus, 54 ff. de obligat. & act. Contractus imaginarij etiam in emptionibus iuris vinculum non obtinent, cum fides facti ſimulatus, non intercedente veritate. Hot.

IMAGINARIA venditio, quæ paruo tempore apud emptorem duratura eſt. l. 4. §. Si ab ignoto, ff. de Manum. vnde autem illa irrepſerit, Ferrarius pulchre oſtendit in Comment. ad regul. iur.

IMAGINARIA venditio eſt, in qua nummum aliquid, ſpecie pretij numeratur, cum reuera aliud agatur, quam vt emptio contrahatur, l. 55. ff. de contrahend. empt. l. 1. §. diui fratres, ff. de quæſtin l. 20 C. de donat. int. vir. Et apud Paul. lib. 2. Sent. tit. 23. Conſtantin. lib. 3. Epit. [illegible], ait, [illegible], & vt mox ſubdit, [illegible]. Quarum definitionum exempla profert, quæ illic vide. Eadem ratione & imaginarias eas locationes vocabimus, de quib. in l. 46. ff. loca. l. 10. in fin. ff. de acq. poſſ. Imaginarius & ille emptor dicitur, qui nomen duntaxat alienæ emptioni accommodat, nihil de ſuo impendens. l. 4 §. ſi ab ignoto, & 3. ſiue autem, ff. de manumiſſionibus, l. 10. C. de diſtract. pign. Imaginarium quoque colonum, ſubiectum quendam coloni loco, qui reuera non conduxerat. Hermogenia. dixit in l. 49. ff. de actio. empt. Imaginarios nuncios dicunt & Impp. repudia non vere & ex animo, ſed ſpecie tantum & ſimulatione miſſa, l. 3. Cod. de repud. Et imaginarias apochas in l 2. de annon. & tribut. in C. Th. quæ ſpeciem veri habent. Briſſ.

IMAGINARIA venditio. Qualiſnam eſſet hæc imaginaria venditio quæ in emancipatione requirebatur, nullus hic tradit. Docet autem Caius lib. priore Inſtitutionum his verbis: Item per emancipationem filij ſui iuris efficiuntur: ſed filius maſculus tribus emancipationibus de poteſtate patris exit, & ſui iuris efficitur. Emancipatio autem, hoc eſt, manus traditio quædam ſimilitudo venditionis eſt, quia & in emancipationibus præter illum, hoc eſt, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur, ergo iſte naturalis pater filium ſuum fiduciario patri mancipat, hoc eſt, manu tradit, à quo fiduciario patre naturalis pater vnum aut duos nummos, quaſi in ſimilitudinem precij accipit: & iterum eum acceptis nummis, fiduciario patri tradit: hoc ſecundo & tertio fit, quum fiduciario patri mancipat, ac tradit: & ſic de patris poteſtate exit. Quæ tamen emancipatio ſolebat ante præſidem fieri: modo ante curiam facienda eſt, vbi quinque teſtes ciues Romani in præſenti erunt, & pro illo qui libripens appellatur, id eſt, ſtateram tenens, & qui Anteſtatus appellatur, alij duo, vt ſeptem teſtium numerus impleatur. Tamen cum tertio mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, vt ei à fiduciario patre mancipetur, & à naturali patre manumittatur: vt ſi filius ille mortuus fuerit, ei in hæreditate naturalis pater, non fiduciarius ſuccedat. Fœminæ, vel nepotes maſculi ex filio vna emancipatione de patris vel aui exeunt poteſtate, & ſui iuris efficiuntur. Libuit autem hæc omnia referre, vt facilius intelligeretur modus emancipationis. Nam alij, qui paucioribus verbis Caij ſententiam tradere conantur, non ſatis illam docere videntur, neque differentiam ſcribunt inter emancipationem maſculorum & fœminarum nepotumve. Theophilus & ipſe ſub hoc titulo pluribus verbis hæc eadem repetit, illud etiam addens, hanc manumiſſionem fieri ſolitam Vindicta. Quod pariter tradere videtur Iuſtinianus in leg. vlt. Cod. de emanc. lib. & in conſtitutione, quæ digni. & Epiſcop. fil. lib. à pat. pot. quum ait illam imaginariam venditionem cum iniurioſis rhapiſmatis fieri conſueuiſſe, nam is, qui vindicta manumittebatur, virga quadam, vindicta appellata, percutiebatur, vt docet Acron in Horat. Serm. lib. 2. Saty. 7. quam percuſſionem Iuſtinianus rhapiſma dixit à verbo [illegible], quod eſt virga cædere, vt ſcribit Heſychius, & [illegible] dicitur virga. Quamobrem iure videri poteſt deceptus vetus illius Conſtitut. interpret, qui colaphis hanc manumiſſionem fieri putauit in quam etiam opinionem induxit Accurſ. Bald. Alciat. Haloandrum, & alios omnes, cum tamen nuſquam eiuſmodi emancipationis mentio fiat, quam etiam Accurſ. ſe non legiſſe teſtatur. Ferrand. lib. 2. Explicat. in §. præterea quib. mod. ius pat. pot. ſol. c. 20

IMAGINARIA coemptio apud Nonium dicebatur, quæ fiebat, cum mulier ad maritum veniens aſſes tres & vnum, quem manu tenebat ei dabat, veluti emendi cauſa: & imaginaria ſolutio, id eſt, acceptilatio. §. 1. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. Prat.

IMAGINARIVM contractum dicimus, non in hoc conſtitutum, vt legitimus ſit, ſed quod ſub eo quaſi prætextu aliud habeatur actum: vulgo contractus ſimulatus vocatur, nullumque obtinet iuris vinculum, auctor Modeſtin. l. contractus imaginarij, de actio. & oblig. Spiegel. vide paulo ante Imaginaria dicuntur.

IMAGINARIA ſolutio §. Item per acceptilationem, Inſt. Quib. mod. tollitur.

IMAGINARIA donatio intelligitur, quæ fit accedente precio, quod hæc ex mera liberalitate proficiſci debeat, l. 2. cum ſimil. ff. de Donat. Spieg.

IMAGINA-

IMAGINARIA ordinatio. in authen. Quomodo opor. epiſc. §. 1. Spieg.

IMAGINARIVM diuortium eſt, quod interueniebat olim, quando mulier marito ad inopiam redacto, ſuis rebus proſpiciebat, apochaſque exercebat ſuas, quod conſtante matrimonio fieri non licebat l. in rebus in fin. C. de iure dot. Prat.

IMAGINARIVS emptor eſt. Qui nomen duntaxat alienæ emptioni accommodat, nihil de ſuo impendens l. 4. §. ſi ab ignoto & §. ſiue autem, ff. de manumiſſ. l. vn. C. de diſtract. pignor. Briſſ.

IMAGINATIONEM, phantaſiam, & viceuerſa hanc imaginationem nominari, & eandem eſſe functionem, quidam arbitrantur: tametſi phantaſia expeditior & liberior imaginatione ſit, quod declarat Viues lib. 1. de anima. Spieg.

IMAGINEM remanere, origine rei ſublata abſurdum eſt, l. 1. in prin. C. de Latin. libert. toll. Monoir & Albericut. Spieg.

IMAGINES Fumoſæ. Fuit etiam jus imaginum apud antiquos, de quo multa Budæus in Pand. quod aliquo præclare geſto magiſtratu & honoribus egregie functis donabatur à Senatu. Cic. in Piſonem. Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum. Fumoſas appellat bene antiquas: Quibus opponuntur ſubitæ imagines apud Plinium in epiſt. pro recenti & nuper exorta nobilitate. Neque ardenſius, inquit, tu pronepotes, quam ego liberos cupio, quibus video à meo tuoque latere pronum ad honores iter & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus. Ni magis placet, ſubitas interpretari, non diu duraturas Connan. lib. 2. cap. 12. num. 8. De jure imaginum, vide infra ſub Ius imaginum, &c.

Ad IMAGINES principum confugere, l. 28. §. ad ſtatuas, ff. de pœnis.

IMAGINES Deo noluit fieri Numa. Primum enim principium mentem inuiſibilem, & increatam eſſe cenſuit. Proinde in centum & ſexaginta annis, in templis Romæ ſimulachrum corporeum nullum extitiſſe traditur. Quod & Euſebius in libris de Euangelica præparatione, ex ſententia Clementis teſtatur, opinatus, eam legem ex Moſis præceptis emanaſſe. Ex commentarijs Zaſianis ad l. poſteriorem, de Orig. Iur. Spieg.

IMAGINES majorum, id eſt, expreſſos cera vultus in Atrio exponere & nomina familiæ ſuæ longo ordine, ac multis ſtemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium, collocare, priſci Rom. ſolebant, vt Senec. lib. 3. de benef. c. 28. Plin. lib. 35. c. 2. docent. Ejuſmodi imagines feſtis diebus apertas, profeſtis tectas fuiſſe, indicat Seneca controuerſ. 6. lib. 7.

IMAGINIS, hoc eſt, ſimulachri picti legatum, de tabula accipiendum non eſt, auctor. Papinia. in l. ſi imaginem, de aur. & arg. leg. Spieg.

IMAM ceram appellat Suetonius vltimam partem teſtamenti, quoniam tabulis ceratis ſcribebant. Primum autem ſcribebatur nomen teſtatoris, deinde hæredum: vnde Horatius:

Sic tamen vt limis rapias, quid prima ſecundo
Cera velit verſu, ſolus multiſne coheres.

IMAM autem vellere, veteres dicebant admonere: à priſco ritu ſumpta figura, quo in jus ductori quempiam, aurem vellicebant; atteſtantes eum, quem quaſi teſtem meminiſſe volebant. Vide Eraſmum in Chiliad. & Alcia. in leg. ſubſignatum, verb. ſign. Spieg.

IMBECILLITAS, id eſt, infirmitas & fragilitas, ſiue ætatis, ſiue corporis, ſiue ſexus, ſiue judicij.

IMBECILLITAS infantiæ, apud Impp. in l. vn. C. ſi ſec. nup. mul. vt apud Cic. ætatis imbecillitas. Refertur & ad ſpiritum & ad corpus, ſicut Imbecillus, Spieg.

IMBVERE, interprete Non. Marcel. initiare ſignificat. Hinc

IMBVTI ſerui artificijs, apud Vlp. in l. ſi ſeruos pigneratos, de pignor. act. Notum eſt imbuere, etiam inſtituere, docere, & formare ſignificare. Inde Imbutum literis & moribus dicimus, pro inſtituto. Cicero pro Milon. inſtitutis imbutos opponit, hoc, ad naturalem propenſionem, illud ad doctrinam referens. In mala quoque re id verbum vſurpamus. Nam imbuere ſcelere, odio, veneno, ſanguine, crudelitate, dicimus. Spieg.

IMBRICES ſunt quadræ fornaceæ coctiles, ex acerato, cretaceoque confecti ad tectum ſcandolare ſeriatim tegendum, muniendoque quam accommodo imbribus arcendis, à quibus amoliendis dicti, vt reor, imbrices. Plinius vndecimo lib. nat. Hiſt. Follis vtique linguam eſſe ſcribit imbricatæ aſperitudinis. Imbricatum Vitruuius intelligere videtur morſiunculis denticulatis pectinatim deuinctum, ſic ſcribens lib. 2 incerta vero cementa alia ſuper alia ſedentia inter ſe imbricata non ſpecioſam, ſed firmiorem, quam reticulata præſtant ſtructuram. Io. Bapt. in comment. Epiſt. Sidoni Apollin. ad Domitium lib. 2.

IMITARI chirographum, hoc eſt, effingere, adulterare: Cicero adſimilare vocat, vid. l. quid ſit falſum, ff. ad l. Corn. de falſ. Eſtque capitale crimen. Titus Cæſar profitebatur ſe maxime falſarium eſſe potuiſſe: quod imitatio hujuſmodi erat ei facillima. Cæſ. Maximilianus ſymboli ſui imitatorem. Erardum ſylua, poſt amputatam dextram, vltore gladio puniuit, frequenti curia apud Laureacum. Spieg.

IMITATVR ars naturam, §. minorem natu Inſtit. de adopt. Per humanitatem ſolam Dei ſeruatur imitatio, leg. vlt. §. vlt. ff. de donat. int. vir & vxor.

IMMANES barbari, l. 1. C de emendat. ſeruor.

IMMANITAS criminum, l. addictos 29. C. de appell.

IMMANIA lucra, vt Cic. immanes pecunias, Mart. dixit in l. per Illyricum. Sic autem legendum apud Alberic. Cod. de Cohor. lib. 12. Spieg.

IMMANITAS eſt, quum judicio atque ingenio humano abjecto ferinum ſumitur. Extat elegans Iouiniani Pontani libellus de Immanitate Spieg.

IMMATVRVM, olim proprie de fructibus aut frugibus dicitur, cum ante tempus decerpuntur colligunturve. Eodem modo dicitur immaturum matrimonium, in l. 1. C. de ſecund nupt.

IMMATVRA mors eſt, quæ ante extremam ſenectutem accidit, auctore Cic. in lib. de Senectute. Spieg.

IMMATVRA virgo in l. 25. de injur. l. 32. §. quis ſponſam, ff. de donat. int. vir Et apud Paulum lib. 1. Sentent. tit 23. id eſt, nondum viripotens, l. 1. §. impubes, ff. de Senatuſconſ. Syllan. l. 38. §. qui nondum, ff. de pœn. l. 65. ff. de donat. int. vir Suet. in Tiber. cap. 61. Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatæ prius à carnifice, dein ſtrangulatæ. Quod & Tacit. lib. 5 Narr. Tertull. etiam in lib de virg. velandis, immature compreſſam dixit, quæ antequam viripotens eſſet, corrupta eſt. Dicitur autem immatura virgo ante ta. annum, metaphora ducta à fructibus, à quibus & acerbam virginem eodem ſenſu dixit Varro Agathone, vt eſt apud Nonium. Majores, ait ille, noſtri aures virginis acerbæ venereis vocabulis imbui noluerunt. Huic contraria eſt matura virgo & viripotens ac nubilis. Et, vt Virgilius ait.

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

* Horatius in 3. Odar.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo

Hanc ὡραίαν Græci vocant, Gellius vertit tempeſtiuam. Immaturam quoque ſyluam, & oliuam dicimus, quæ intempeſtiue cæditur, l. 18. ff. quod vi aut clam. l. 27. §. ſi oliuam, ff. ad leg. Aquil. l. 48. in fin. ff de vſufr Briſſ.

IMMATVRA olea, oliua, Immatura ſylua cædua, Immaturum fœnum, ex ff. Briſſ.

IMMENSVM, quod præ magnitudine menſurari non poteſt. Immenſo mercari, immenſum pretium, immenſo plus. Immenſa liberalitas, immenſæ donationes, immenſæ contentiones, in immenſum jurari, obſeruatæ ab eruditis locutiones. Briſſ.

IMMERITA gratia, quæ non debetur illi, cui refertur.

IMMINENTES litibus l. 12. C. de prox ſacr. ſcrin. dicuntur viatores, quibus injungebatur à magiſtratibus ſolicitudo in jus vocandi, & judicata exigendi: quaſi executores, quibus imminendi litibus ſolicitudo injuncta eſt. Male autem quidam minuendi legunt. Prat.

IMMINENTE judice, pro interueniente, & partes ſuas interponente, in l. 85 §. vlt. ff. de leg. 1. Briſſ. in parerg.

IMMINVERE majeſtatem. Cicero. Si Majeſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui exercitum hoſtibus Populi Romani tradidit. Inde læſæ majeſtatis, & imminutæ auctoritatis crimina. De quibus Bud. in prioribus Annotat. Spieg.

IMMINVERE virginitatem, pro eo quod eſt, vitiare virginem. Spieg.

IMMISCERE, vulgari ſignificatione eſt alicui rei aliam admiſcere, l. 27. §. item ſi quis, ff. ad leg. Aquil. l. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. Briſſon.

IMMISCERE, verbum eſt proprium eorum hæredum, qui ſui ſunt: cum hæreditatem ſuam amplectuntur. Cum enim non aliunde accedant, ſed in familia ſint, Adire non dicuntur, ſed immiſcere, l. impuberibus, 11. & l. cum bonis, & 87. ff. de acquir. hæred. l. 3. §. ſuo, l. 7 §. non ſolum. ff. de minorib l. 8 & l. 10. de jure delib. l. 24. §. plerique de religioſ. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate, ff. ſi quis omn cauſ. teſt l. 5. in fin. ff. quod cum eo, l. 6. §. ſed ad filium, ff. ad Trebel. l. pen ff. de ſepul. viol. l. 1. C. ſi minor ſe ab hæred abſt. Hot. & Briſſ.

IMMISCERE igitur ſuorum hæredum eſt. Adire extraneorum: eaque ſententia diſtinguuntur in l. 6. §. ſi filius, ff. de bon. lib. l. 7. §. teſtitutus, ff. de minorib. Hot.

IMMITTI dicitur, quod ita prouehitur, vt aliquo loco requieſcat. veluti tigna, trabes, quæ immittuntur, l. 242. §. 2. ff. de verb. ſign. l. 3. ff de precar. Hinc tigni immittendi ſeruitus, vel immittendi ſimpliciter, l. 1. & 2. de ſeruit. vrb. l. 8 §. 1. ſi ſeruit. vind. l pen. ff. ſi menſor. falſ. mod. Et tigni immiſſi ſeruitus in l. 6. ff. de ſeru. vrban. Ita immiſſa & immittere accipimus in l. 5 § meminiſſe de oper. no. nun. & l. 15. §. precario. ff. de preca. Immitti in meum dupliciter poteſt. Aut enim directo, aut ex obliquo immittitur. Prior immiſſio fit vel conuexim: vt cum trabes, tignaque in parietem, in murum meum immit-

cunturiant appenſum, ſeu proiectitie, dum protecta ſuggrunda in ædes vicini immittimus, arg. l. malum. §. inter. de verb. ſign. Ex obliquo immittitur, vtpote ſi ex ædificio meo fornax iuxta parietem tuum poſita, fumum emittat, vel fiſtulæ aquam, aut balnea humorem, de qua immiſſione Iuriſconſ. diſſeruit in l. ſicuti, § Ariſto. de oper. nou. nun. & in l. quadam Hyberus, l. fiſtulam, ff. de ſeru. vrb. præd. Cætera pete ex Zaſianis intellectibus. Spieg.

IMMITTERE quoque dicimus cloacam, ſtillicidium, flumen, proiectum, lumina, fumum & aquam, l. 5. §. item ſciendum, ff. de aq. & aqu. pluu. l. 16. l. 8 § Ariſto. ff. ſi ſeruitus vindic. l. 8. ff. quemadm. ſeru amit. l. 13. § ſed ſi ædium, ff. de vſur. l. 1. §. idem Labeo. ff de cloac. Itaque in interdicto, quo Prætor in via publica immittere aliquid vetat, etiam qui cloacam immittit, & qui foſſam in ſuo facit, vt ibi aqua collecta in viam decurrat tenetur l. 2. § ait prætor, & §. ſi quis cloacam, ff. ne quid in loc. publ. Briſſ.

IMMITTERE feneſtras, vide Feneſtras immittere.

IMMITTERE pro eo, quod vulgo ſubornare aliquem dicimus. Spieg.

IMMITTERE & proiicere ſeparantur, l. 5. §. meminiſſe, ff. de operis noui nunc. Plane inter Proiectum & immiſſum id intereſſe aiebat Labeo, quod proiectum eſſet, id quod ita proueheretur, vt nuſquam requieſceret. Immiſſum autem quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabes, &c. l. 242. §. 1 ff. de verb. ſign.

IMMO, coniunctio quæ apud veteres ſignificabat prorſus, quaſi ex infimo Nunc vero ſignificat, quinpotius, l. Lucius, immo Pamphilius. Vim eius in s. Conſtit. C. Bartol. indicat. Modo corrigit, modo addit, modo copulat, modo continuat, l. immo de Leg. 1. l. Stichus, ff. de manum. teſt. l. immo, ff. de Libe. cauſ. Vide Albericum. Spieg.

IMMO etiam pro ademptione vel emendatione ponitur in teſtamentis, vt in l. 47. ff. de hær. inſt. Si ita ſcriptum fuerit, inquit Africanus, Titius, immo Seius, hæres eſto, Seium ſolum hæredem fore reſpondit. Item dici poteſt in tutelis, in legatis & in fideic. Cuiac. ad Africanum tractat. 4. D. 53.

IMMOBILIA dicuntur inuadi, mobilia vero rapi, §. pen. Inſt. vi. bon. rapt. & gl. in l. 1. de cond. triticaria.

IMMOBILIUM appellatione, veniunt annonæ ciuiles, & reditus annui, Goth. ad l. 6 §. 1. in pr. C. de ſecund. nupt. Item immobilium appellatione veniunt, quæcunque rebus immobilibus adhærent, Gothoſ. ad l. 2. C. in quibus cauſ. ceſſ. long. temp. præſcriptio.

IMMODICA, ſeu (vt vocant) immenſa donatio viſa eſt, olim vltra ducentos aureos, deinde vſque ad trecentos permiſſa: tandem ad quingentorum aureorum quantitatem extenditur, l. ſancimus, in pr. l. data, l. ſecundum, & l. ſi quis, in fin. C. de donat. Spieg. Prat.

IMMODICO pretio vendere, & non vendere, eadem ſunt, l. non dubium, in fin. de l. 3. Spieg.

IMMOLITVS, inædificatos, Verbum hoc vſurpatur in l. Peducea de Limitibus, Ne quis eos limites decumanos obſepito neva quid in eis immolitum, neve quid ibi poſitum habeto: Item apud Liuium lib. 39. Aquam publicam omnem in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt, & quæ in loca publica inædificata, immolitave priuati habebant, intra dies 30. demoliti ſunt. Hot. Prat. vide Inædificata.

IMMORARI, eſt multum temporis inſumere.

IMMORTALITER, pro perpetuo.

IMMORTALIS lis, vide l. 13 in pr. C. de iud. Immortalis memoria, l. 2. in prin. C. de ædific. priuat. Immortalis timor, l. 7. in pr. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.

IMMVNDITIÆ cloacarum & cœlum peſtilens, & ruinas minantur, l. 1 §. 8 ff. de Cloacis.

IMMVNES & liberæ ciuitates, quæ nullum vectigal pendunt. Vide l. vlt. ff. de Cenſib.

IMMVNIS, qui nullo fungitur officio, liber ab onere publico, qui vel ætate, vel alio priuilegio præſtare munia non tenetur. Auctor Feſtus. Immunem item vocant Latini, quem ἀσύμβολον Græci, nempe eum qui nihil confert ad conuiuium Spieg.

IMMVNIS res. Dubium non eſt, quin res immunes, liberas, & ab omni onere obligationeque vacuas appellauerint veteres. Idque ex Saluiano ſatis poteſt intelligi, qui ſic de prouidentia Dei lib 4. ſcribit. Ecce, n. remedia pridem nonnullis vrbib. data quid aliud egerunt, quam vt cunctos diuites immunes redderent, miſerorum tributa cumularent: vt illis demerentur vectigalia, iſtis vt adderentur noua? Immunibus rebus, res munes contrariæ ſunt. Nam cum ſic in Mercatore Plautus ſcriberet: Dico eius pro meritis gratum me ac munem fore: nonne idem eſt, ac ſi dixiſſet, pro eius meritis illi me obligatum agnoſco? Quamobrem, quod de re cauſa vectigalis muni ſcribit Papinianus, hoc rectiſſime interpretabimur: Si vnus ex pluribus hæredibus rem cauſa vectigalis munem, hoc eſt, rem vectigalis cauſa fiſco obligatam ſurripiat, ideo portiones cæteris non auferri: quod dolum, fraudem & furtum vnius ex cohæredibus redundare in aliorum cohæredum perniciem ac detrimentum non ſit æquum. Verum ſurripientis portio non dubium eſt, quin fiſco applicetur. Atque ita quidem mihi videtur. Ræuard. variorum lib. 3. c. 2.

IMMVNITAS eſt exemptio & vacatio munerum & onerum publicorum Senatuſconſultis, Conſtitutionibus Principum conceſſa. Nam munus etiam onus ſignificat, vt notat IC. Paulus in l. 18. ff. de verb. ſign. quod cum remittitur, vacationem militiæque munerisque præſtat. Connan. lib. 5. c. 9. nu. 2. lege elegantes Tractat. de vac. & excuſ. mun. & de iure immun. Cum quis olim apud Hebræos duxiſſet vxorem, donabatur ei immunitas vnius anni ab omnibus munerib. Sicut hodie quoque pleræque ciuitates hunc honorē recte præſtant matrimonio, vt primo anno exemptionem habeat onerum publicorū. Spie.

IMMVTABILIA ſunt rerum vocabula, l. 4. ff. de legat. 1.

IMMVTATA voluntas in l. 18. C. de fideic. Cuiac. 18. obſ. 9. legit, immutilata.

IMMVTILATA voluntas in l. 4. circa fin. C. de poſthum. hæred. inſtit. id eſt, integra.

IMPAR matrimonium Vlpiano Epit. tit. 16. quum maior quinquagenario minori quinquagenaria nubit. Eo alludens Apuleius lib. 6. Aſini Aur. Iam ſaxo, ait, nuptias non impares, ſed legi ſimul, & Iuri ciuili congruas. At Boethius in Topicis impar matrimonium vocat, cum ciuis Romana peregrino, vel ſeruo nubit Prat ex Briſſ.

IMPAR matrimonium etiam illud dicitur, cum is qui adhuc aſt ad generandum habilis, nubit ei, quæ pariendi tempus exceſſit, aut contra. Namque eiuſmodi nuptiæ non valebant. Sane quidem impares dicebantur, & ſi qui inde naſcebantur liberi, matris non patris conditionem ſequebantur. Iccirco non excuſabant à pœna legis Papiæ, neque tribuebant ea priuilegia, quæ maritis concedebantur. At Iuſtinianus inſtituit, vt etiam iſtæ nuptiæ legitimæ eſſent, & ius mariti præſtarent, ex quo iuſtum fuit, vt ſi qui prouenirent liberi quamvis iſta hac ætate raro accidant, legitimi eſſent, l. 27. C. de nupt. l. 12. Cod. de legit. hæred. &c. Conan. lib 8. c. 1. n. 6.

IMPARIA quidam legunt in l. 3. in pr. ff de ſup. lega. vbi alij Imperia. Sunt autem imparia Vaſa, in ſuppellectila familiari hæc, quæ paterfam. ſibi ſeruat præter ea, quæ ſunt vſus quotidiani. A Catone præcipitur, traperes imparas eſſe oportet: impares, i. præter illos quotidianos in ſingulis torcularibus: vt ſi aliquid fractum ſit in quotidianis, imparia in illorum locum ſufficiantur, vide Gothofr. ad d. l. 3. in princ.

IMPATIBILIS, quod ferri non poteſt, ſiue tolerari. Incompatibile, vox à barbaris ficta.

IMPEDIMENTA, dicuntur ſarcinæ, quæ neceſſariæ ad vſum vitæ feruntur: veluti quæ arcis (*in Reiſstruben*) muli, aut hippoperis, equi vehunt. Hippoperas Seneca appellat culeum ſcorteum, quo veſtes, aliaque eiuſdem generis in equo vehuntur. Itali vulgo, quos nos ſequimur, Valliſiam appellant. Spieg.

IMPEDITVS is dicitur qui pedes habet intricatos & ita alligatos, vt progredi non poſſit. Vide ſupra expediſe. Connan. lib. 9. c. 9 nu. 8.

IMPENDERE, eſt imminere l. 1. §. ſi arbor. ff. de arbor. cæden. l. 4. § ſi fundus, ff. ſi ſeruit. vind. Briſſ.

IMPENDERE, erogare & expendere, & ſumptum aliquem facere ſignificat, l. 32. §. prætor, ff de relig. l. 55. § 1. ff. locati. Briſſ.

IMPENDIA litis, ſunt in litem facti ſumptus, l. 46. §. litis, ff. de procuratoribus l. 8 § vlt ff rem rat Impendia valetudinis, impendia cibariorum, in curationem ægri exhibitionemve ſerui factæ expenſæ, l. 45. ff. de vſufr. l. 18. §. poſſunt, ff. commod. Briſſ.

IMPENDIOSVS qui plus æquo impendit & cōſumit quā par eſt.

IMPENDIVM, Varro de lingua 4 ſic exponit: Compendiū, quod non compenditur, vna ſit, à quo vſura quod in ſortem accedebat impendium appellatum: quæ cum accederet ad ſortem, ex vſu vſura dicta, vt ſors quod ſuum ſit ſorte. Et lib 5. Ad hoc pecunia, quæ in fœnore, ſors eſt, impendium quod inter ſe inn. gat. Apparet ex his, impendium eſſe pecuniam, quæ impenditur alicui, vt fructum afferat. Cicero ad Attic. 6. Itaque vt tutela cogito me abdicare, aut, pro Glabrione Scæuola, fœnus & impendium recuſare. Sic impendium dicitur, quod in agro ſeritur. Idem in Bruto. Seremus igitur aliquid, tanquam in inculto & derelicto ſolo: quod ita diligenter colemus, vt impendiis etiam augere poſſimus largitatem tui muneris: i. vt munus tuum vſura maius efficere, & ita tibi reddere poſſimus. Quæ cum ita ſint, videndum in illo loco libri De ſenectute, ecquid aptius legerent IMPENDIVM, quam IMPERIVM. Habent. n. rationem cum terra, quæ nunquam recuſat imperium: nec vnquam ſine vſura reddit quod accepit. Impendium autem Zenop. Imp. Græcus Ἐμφύτευσις in Iure ciuili appellauit Hoto. Impendium præter vulgarem ſignificationem vſuram (vt iam dictum) ſignificat Varroni & Ciceroni, vt non male ad l. Titium. §. altero, ff. de admin. tut. cum vſura non compendium dicitur pupillo præſtandum, dixerit quis, Impendium præſtandum non compendium. Significatur etiam eo nomine munus, licet perſonale ſit, non patrimoniale, id eſt, ſine vlla gerentis impenſa l. 6. ff. de legat. In

impen-

Digitized by Google

impendiis legationum, quæ ſolo miniſterio obeuntur. Martialis impendiis vitam principis adnumeres. Cuiac. obſer. lib. 11. c. 36. prope fin. Prat.

Impensæ funebres, omne æs alienum excedunt, l. pen. ff. de relig. cum ſimil. quæ ab Alberico citantur. Spieg.

Impensæ non improbabiles ſunt, quæ fiunt ex conſuetudine, Gothofr. ad Nou. 6. c. 8. ibi: aut antiquam conſeruare conſuetudinem.

Impensarum quædam ſunt neceſſariæ, quædam vtiles, quædam vero voluptuariæ: Neceſſariæ hæ dicuntur, quæ habent in ſe neceſſitatem impendendi, l. 1. ff. de impenſ. in res dot. Et, vt Paul. ait, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit, l. 79. ff. de verb. ſig. Quibus fere verbis & Vlp. caſdem impenſas definiuit Inſtit. tit. 6. Idem etiam li. 5. Regular. impenſas neceſſarias eſſe ait, quibus non factis dos imminuitur: veluti aggeres facere, flumina auertere, ædificia vetera fulcire, itemque reficere, arbores in locum mortuarum reponere, l. 14. ff. de impenſ. in res dot. Cibaria ergo mancipiis dotalibus data, item modica ædificiorum refectio & agrorum cultura, in ſpecie neceſſariarum impenſarum ſunt, quo nunquam his dos vt aliis impenſis, quæ extra tutelam neceſſariam ſiunt, non minuatur, cum res dotales vir ſuo ſumptu tueri debeat, l. pen. & vlt. ff. de impenſ. Alias exempla colligi poſſunt ex l. 1. l. 2. & l. 3. & l. 4. ff. de impenſ. in res dot. l. 7. §. vlt. ff. ſolut. matr. l. 39. ff. de hæred. pet. l. 8. ff. de pig. actio. Vtiles impenſæ ſunt, quæ meliorem dotem faciant, deteriorem eſſe non ſinant, ex quibus reditus mulieri adquiratur, ſicuti arbuſti paſtinationem vltra quam neceſſe fuerat, item doctrinam puerorum: quorum nomine onerari mulierem ignorantem vel inuitam non oportet: ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. In his impenſis & piſtrinum & horreum inſulæ dotali adiectum plerumque dicimus, d. l. 79. ff. de verb. ſign. vel, vt Vlp. in inſtit. ait, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit, factis autem fructuoſior effecta eſt: veluti ſi oliueta, vineta, arbuſta, paſtina, ſtercorationes fiant, l. 14. ff. de impenſ. in res dot. l. 39. ff. de per. hæred. l. vlt. ff. de pact. dot. Voluptariæ ſiue voluptuoſæ ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, non fructum augent. Quibus omiſſis neque deterior res fieret, neque factis fructuoſior ſit: vt ſunt viridaria, picturæ, tectoria, balnea, imagines, marmora, & cæteræ res, quæ voluptati magis, quam neceſſitati inſeruiunt l. 39. ff. de hæred. per. d. l. 79. & l. 14. in fine, ff. de impenſ. in res dot. Et Vlp. in inſtit. Et Gaius in l. 39. ff. de per. hæred. Impenſum precium pro magno Liuius dixit, vnde & impenſe aduerbium. Briſſ.

Imperantes, quos Alphenus in l. 26. ff. de oper. libert. ægrotos vocat: non immerito videtur nouum: ſed eam rationem habuit, quod ægri medicis quodammodo imperant, quos accerſiti iubent: quibus omnia verbis quidem & ſpecie condonant medici, iratos placant, vitæ deſperantes conſolantur, recuſantibus non inſtant, ſed cedunt ad tempus, poſt blanditiis eos alliciunt, & nihil non ad eorum gratiam loquuntur aut faciunt. Quod ſi etiam iſta dirigemus ad veritatem, certe non alij ſunt medici, quam miniſtri quidam atque adiutores naturæ cui omnibus in rebus parere & obedire debent. Deinde conſideratione hoc quoque dignum eſt, quod apud Romanos, medicinæ qui dabant operam, aut ſerui erant aut liberti, libertinæque conditionis homines, ea ars neque liberalis neque ingenuo homine digna habebatur. At Mecoenatiorum omnium hodie apud nos is eſt loquendi modus, dum ſignificare volunt, à nemine ſe vocatos fuiſſe ad operas, vt dicant: nemo mihi quicquam hodie imperauit. Nonnulli tradunt, imperantes dictos eſſe Alpheno d. l. 26. ægros, quaſi parentes, quod medicis parere debeant, & eo ſenſu dictum illud Ciceronis ad Pætum interpretantur. Nempe ades ad imperandum vel ad parendum potius: Sic. n. antiqui loquebantur. At mihi videtur notare Tullius morem veterum, qui quem ſibi regem creaſſent, his illum verbis admonebant officij & diligentiæ ſuæ, vt meminiſſet, Se non tam ad imperandum vocari, quam ad parendum. Paret. n. & ſeruit ſuis, quiſquis eſt vere rex & regio dignus nomine. Affertur in eandem ſententiam Salluſtij locus: Iugurtha, inquit, vbi armis viriſque & pecunia ſpoliatus eſt, dum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur, rurſus cœpit flectere animum ſuum. Sed ego mendum eſſe ſuſpicor, legendumque ita: ad imperatorem Tiſidium vocaretur. At ſi nihil de antiqua lectione mutare permittitur, ita locum hunc explanandum eſſe arbitror, vt vocatus ſit Tiſidium ad imperandum, id eſt, vt imperaret, & Tiſidium regeret, vt eo nomine perſuaderetur ad veniendum, quaſi non ſeruiturus, ſed ibi regnaturus: aut vero ad audiendum & intelligendum, quod ſibi erat imperandum, &c. Connan. lib. 3. c. 8. nu. 2. vide Alciat. lib. 7. parerg. c. 13. & Duaren. lib. 1. diſp. c. 54.

Imperare, eſt iubere, præcipere. Senec. lib. 1. de clement. c. 6. Non eſt vnum imperandi genus. Imperat princeps ciuibus ſuis, pater liberis, præceptor diſcentibus, tribunus vel centurio militibus.

Imperare ſibi quiſquam non poteſt l. 51. ff. de recept. arbitr. Briſſ.

Imperator olim dicebatur etiam poſt bellum, dux exercitus re feliciter geſta: ſcil. referens hoc honoris nomen, quoniam optimum militiæ ſuæ exemplum dediſſet. Idem obſeruabatur iis, qui fœderis feriendi prouinciam vtiliter expediuiſſent, De hoc. n. Plinius accipi vult. lib. 7. c. 26 dum laudes Pompeij recenſens: Toties, ait, Imperator, ante quam miles, Cic. Phil. 4. Faciam igitur, inquit, vt Imperatores, inſtructa acie, ſolent, quanquam paratiſſimos milites ad præliandum videant, vt eos tamen adhortentur. Nunc vero nomen Imperatoris tranſlatum eſt ad ſignificandam ſacroſanctam Romani Principis dignitatem, vt in Titulis Iuſtiniani Cæſaris & noſtrorum Principum maximorum. Prat.

Imperator, Pater patriæ, Auguſtus, Pontifex Max. à Senatu Populoq; Rom. appellabatur. Hic delectum faciebat, milites conſcribebat, pecunias colligebat, hoſtib. bellum indicebat, &c. Alciatus de Magiſt. Ro. Veteres ſcriptores honorificentiſſime locutos eſſe de Imperatorib. ſatis indicat Tertullian. in de Corona Militis, & ad Scapulam. Quin & ætate D. Hieronymi obſeruatum eſt, tantam etiamnum Imperatorum auctoritatem fuiſſe Romæ, vt illorum literis, Orientis atque Occidentis Epiſcopi Romam contraherentur, At poſt, iam prouectioribus rebus Chriſtianis, parcius loquuntur poſteriores Scriptores. Pighius miros aſſertor poteſtatis Papalis contendit Imperium noſtrum, quod autoritate Eccleſiaſtica cœpit in Carolo magno, magis legitimum eſſe, quam illud vetus, quod cœpit in Iulio: atque perinde pendere ex Roman. Pontificis iudicio: non contra. At moribus noſtris receptum eſt, iam olim Imperatorem verum fieri, qui Septem virorum Germaniæ, quos electores vocamus ſuffragiis Cæſar, hoc eſt, Romanorum rex deſignatus eſt, vt latius apud Ligurinum indicauimus, lib. 2. Huic communi calculo doctores vniuerſum orbem de iure ſubiiciunt, l. deprecario, ad Legem Rhod. de Iactu. Ab eis tamen Alciatus diſcedit in l. cunctos populos, C. de Sum. trinit. indicans, ſi quandoque Imperatores orbis dominos ſe appellent, id vel per hyperbolem accipiendum eſſe, vel eorum dictis minime credendum, quia in cauſa propria olim nomen Imperatoris, qui cauſa gerendi belli eligebantur, re bene geſta conſequebantur, adnotauit C. L. Cantiune. in proœmium Inſt. Ciceronis Philip. vlt. & Valtur. aliquanto copioſus. Erat que etiam olim Cæſaris nomen atque dignitas ſublimior, quam Imperatoris, vt Leon Aretious oſtendit. Porro, de Electorum inſtitut. lege, ſi vacat, quæ annotauimus ad dictum. Librum. Appellantur autem Imperatores Auguſti, quaſi religioſa veneratione ac obſeruatione digni, & bonis auguriis admodum profuturi Romanæ ditioni gubernandæ: ſicut vbique in Titulis Iuſtiniani, & apud Iuriſconſultos intelligendum eſt: non ab augendo, vt Accurſius, totius antiquitatis ignarus, comminiſcitur, teſte Old. Quo vero Imperatores à Cæſaribus & Auguſtis diſtent, annotauit in Tacitum Alciatus, & Rhenanus. Sed obſeruandum, eum, quem vetuſtiores Cæſarem dixere, nos Regem: & rurſus, quem illi Imperatorem, nos Cæſarem compellare. Videtur autem mihi Iuſtinian. id prænominis retinuiſſe: quod hoc quinque Principes Conſtantinopolitani, continua ſerie eum præcedentes, vſurpaſſent: quod vel priuatis licet, vt docet Gloſſ. in l. facta, §. ſi in danda. ff. ad Trebel. & conſtat per eos, quos citat non paucos autores Neuizanus: Fl. Val. Martianus, Fl. Val. Leon. Fl. Val. Zenon Fl. Val. Anaſtaſius. Fl. Val. Iuſtinian. cui nepos ex ſorore Iuſtinianus ſucceſſit. Opinatur Alciatus Imperatores Orientis Flauij pronomen ſolitos ſibi addere ob Conſtantini Magni memoriam, qui huiuſmodi fuit prænomine: verum id, vt moris eſt, ante nomen aſcribebant: vt cum dicitur, Flauius Iuſtinianus Cæſar. Vnde quod ſequitur in Iuſtiniani titulo (quem nobis reſtituit primus idem Alciatus) non Flauius, ſed Slauius eſt à Slauis barbaris deuictis: quos veriſimile eſt veteribus fuiſſe Baſternas. De his populis vide Ioachimum Vadianum in Epitome trium terræ partium. Satis autem conſtat, parentes Iuſtiniani obſcuro loco natos. Nec ignorandũ, quod Impp. Ludouicus eius nominis I. cognomento Pius Henricus I. Otho item primus, ſi Alberico credimus, ſedulo venerandæ antiquitatis ſcrutatori, ceſſerunt priuilegio Rom. Pontificis eligendi: quod illi propter Schiſmaticos, Imperio conſulerāt: Nec hic tantum vir ille de Imperatoris autoritate ſentit egregie. Obiter admonendum hic putaui, Ludouicum Regē Germaniæ, Imperatoris Arnulfi filium, cui in Imperio ſucceſſit, nonnullis alioqui eruditiſſimis viris, contra fidem hiſtoriæ accipi, qui Veronæ captus à Berengario, cæcatuſque fuerit. Si quidem hic Ludouicus Italis ſolo nomine Auguſtus, obiit anno Salutis 912. Hoc autē Ludouico cognomini, vnde error irrepſit (iuſta ſumma Dei vindicta) accidit, filio Boſonis: qui Caroli Calui neceſſarius fuit. Nam is poſt defunctum Cæſ. Ludouicum, quod ille maternus eius auus fuiſſet, adductus ſpe Italici regni, Auguſtique nominis, ſub annis Imperij Cæſ.

Chunradi primi Oſtrofaci ex genere maſculino. Caroli magni, apud Germanos poſtremi, in Italiam contra Berengarium tranſcendit: à quo prælio victus, vita tamen donatur, ea lege, iureiurando firmata, vt Italiæ ab eo deinceps temperaret. Sed cum vix ille annum conquieſceret, contra iuriſiurandi religionem hoſtis repetere Italiam, à Berengario iterum captus, luminibus priuatur, anno 4. ab exceſſu dicti Regis Ludouici. Auguſti: cui Italici Annales Imperatoris nomen detrahunt, quod à Romano Pontifice non eſt diademate cinctus. Spegelius.

IMPERATOR, apud Iuſtinianum in Nouellis Græcis eſt αὐτοκράτωρ. Ita autem poſterioribus temporibus Imperator dictus eſt Princeps Romanus. Olim verbum erat caſtrenſe & militare quo dux exercitus poſt aliquam inſignem victoriam donabatur à militibus, vt cum Pompeius in Africa ſuperaſſet Domitium. Scipio in Hiſpania reiiciens oblatum Regis nomen teſtatus eſt, id quod alibi magnum erat, Romæ exoſum & intolerabile eſſe, ſibique maximum videri nomen Imperatoris. Dion. lib. 43. pluribus verbis explicat, quomodo Iulio tributa ſit appellatio αὐτοκράτορος, quæ & ad ſucceſſores pertineret, ſicut & Cæſaris nomen. Bald. in procemio Inſtit. Adde Brechæum l. Princeps, de verborum & rerũ ſignific. n. 3.

IMPERATOR patrum locũ eſt his, qui ſibi ipſis opem ferre nequeunt. Nouell Vt qui ſe res minor ubl. § fin. Conſt. 72. Old. Prat.

IMPERATOREM Deus propterea inſtituit: vt difficilib. ſe rebus interponeret, omnia quæ nouiter contingunt, emendaret, ac componeret, & modis ac regulis competentibus leges ad naturæ varietatem attemperaret. Nouell. Quomodo iuſtum. §. Quoniam vero. Conſt. 73 Old. Prat.

IMPERATOREM litis cauſa hæredem inſtitui, inuidioſum eſt. Nec enim calumniæ facultatem ex principali maieſtate, capi oportet, ff. de hæred. inſtit. l. pen §. fin. Inſt. Quib. mod. teſtam. infirmentur.

IMPERATOREM noſtrum cum dicit Vlpian. Antonium Caracallam intellige, vt ex collatione l. 1 & vlt. ff. de cenſib. & l. 1. §. 1. ff. de ſuis & legit. l. 8. §. vlt. ff. ad Tertul. & l. 3. ff. de donat. inter vir. liquet. Sic & in l. 43. ff de iure fiſc. l. 2. & l. 8. ff. de pollic. l. 5. § 1. ff. de public. indic. l. 1. § penult. ff de calum. l. 1. §. in honorariis, ff. de vac. & exc. l. 1. §. hi quibus ff. de l. lib. 3. & alias ſemper, vbi Vlpianus, Imper. noſter cum patre ſuo, ait, Seuerum & Caracallam accipe Eoſdem Impp. Papinia. optimos maximoſque principes ſuos vocat in l. 16. §. 2. ff. de his quæ vt indig. l. 30. ff. de excuſ. tut. l. vlt. ff. de accuſat. coniuncta cum l. 3. ff. de re milit. Idemque Seuerum ſolum, optimum maximumque principem appellat, l. 7. & l. 8. ff. de vacat. mun. l. 17. de quæſt. Briſſ.

IMPERATOREM, nemo tantæ eſt auctoritatis, vt nolentem poſſit ad conuocandos Patres, cæteroſque proceres coarctare. N de app. § ad hæc ſancimus. Conſtitut. 23. moueri tamen poteſt. ibid. Old. Prat.

IMPERATOREM non pudet ſuam ipſius legem corrigere nec expectare, dum ab aliis corrigatur. Non. de iis qui nup. iter §. vetuſtas plane Conſtitut. 22. & Nouell. vt frat. fil ſuccedant. in prin. Conſtit. 127. Old. Prat.

IMPERATORIS non eſt, liberorum conditionem in ſeruilem commutare ſtatum. ibi. §. illud etiam quod Prat.

IMPERATORIS nomen ſtante Repub. iis ſolis tribuebatur, qui cum ſuis auſpiciis exercitum ducerent, aliquot hoſtium millia in acie ceciderant, tum enim repente acclamatione militum eo nomine decorabantur, laureamque tum in faſcibus, tum in literis, quas Romam mittebant, vſurpabant. Vt autem perpetuum Imperatoris nomen alicui tribueretur, primum Iulij Cæſaris exemplo factum eſt, quem Suetonius ſcribit Imperatoris prænomen perpetuum. & cognomen Patris patriæ à Senatu accepiſſe. Ex quo intelligi poteſt, veterum conſuetudinem eo immutatam fuiſſe, quod cum illi cognominis loco Imperatoris titulum adſcriberent, veluti Cneius Pompeius Imperator, C. Cæſar primo loco, tanquam prænomen illud ſic vſurpauit. IMP. IVLIVS CÆSAR. Qua de re vide Hot. in initio. Inſtit & Alciat in l. 1. de magiſtr. Rom Prat.

IMPERATORIS nomen præponitur inſtrumento iure Ciuili. Nou. vt præpo. non Imp. Conſt diui Cæſ. Maxim. quæ anno à nato Seruatore 1510 promulgata eſt apud Agrip. Coloniam, & meo iudicio politiore ſtylo digna fuiſſet, proximumque locum in Nouella Conſt. de Tabellionib. mereretur, diſerte præcipit: ne, vt hactenus neglectum eſt, in locis ſacri Imperij nomen & annum Auguſti, aut Cæſaris in conſcribendis inſtrumentis omittat. Spieg.

IMPERANDI verbis quomodo præterea vtamur, vide infra Iubere, &c.

IMPERIALE beneficium, l. 2. ff. de rebus eorũ, id eſt, principale, vt loquitur lex decima tertia, §. tẽpeſtiuum ff. ad SC. Trebel.

IMPERIALIS Beneuolentia l. 23. Codic. de nuptiis. Briſſo.

IMPERIALIA ſtatuta l. 3 §. Diuus, ff. de ſepulch. viol.

IMPERFECTA donatio, emptio, liberatio, Res, ſcriptura teſtamenti, ſtipulatio, tranſactio, venditio, &c. Briſſ. ex ff & C.

IMPERFECTA Ætas, id eſt, minor ætas l. vlt. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. cui perfecta, iuſta, & legitima aduerſatur.

IMPERFECTVM, nondum abſolutum & perfectum. Hinc imperfectum teſtamentum, pro non iure factum Paul. de l. 5. Ex imperfecto teſtamento, ait, legata vel fideicommiſſa imperatorem vindicare, inuerecundum eſt: decet. n. tantæ maieſtati eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur: Spieg.

IMPERFECTVM pro nullo, inutili & inualido, l. 9. l. 35. §. 1. de cont. empt. l. 56. de cond. indeb l. 7. de mort. cauſ. donat. l. 115. de verb. obl. l. 14. de accept. l. 30 de l. 3. l. 23 de teſtam. Plane imperfecta res dicitur in l. 9 §. ſed quod Prætor. ff. quod met. cauſ. ſi ſtipulationem numeratio non ſit ſecuta Briſſ.

IMPERIA iuſta vetus lex ſtatuit, hoc eſt, ſecundum naturalem rationem vera, & in omnibus Rei partibus abſoluta, receptaque à ſapientiſſimis hominibus communi conſenſu, quibus proinde velut bonorum morum ac inſtituendæ vitæ parentibus, ciues libenter pareant, non tam metu pœnarum, quam honeſtatis amore. Hæc omnia. n. ſub appellatione huius verbi, Iuſta comprehendit Lex. Interim reiiciens plane Tyrannidem, quæ neque diuturna eſt, neque felicem habet exitum. Veteris illius legis verba hæc ſunt apud Ciceronem, IMPERIA IVSTA SVNTO. Hæc lex ad varios articulos porrigi poteſt, Old & Prat.

IMPERIA totalia, l. 3. ff. de ſuppell. l. vide Totalia Imperia. Prat.

IMPERIA in Baſilicis ἀντιφαλκα ſunt, Cuiac. 10. obſer. 13 poſt princip.

IMPERIO fines nullo modo commodius poſſunt propagari, quam ſi deſeudantur ſubditi in libertate iuris ſui, ſi non grauentur contra moderatam politiæ ordinationem. Contra quoque, nulla eſt amittendi imperij pernicioſior occaſio, quã premere ſubditos, eripere fortunas eorum commentitio prætextu, miſcere fas & nefas. Exemplum nobis ob oculos poſuit Deus Romanani temp. Illa enim principatum orbis, liberalitate magis, quam armorum vi partum tantiſper obtinuit, donec à ſubditis amari, quam metui maluit, cum autem libertatem eorum nouis expilationibus grauare cœpiſſet, conſiliis Senatus extra iuris formam ad priuatas ambitiones diſtractis, ſublata eſt maieſtas, decuſque eius imperij. Prateius.

IMPERIO magiſtratus adoptari dicuntur, qui apud prætorem, vel præſidem, adoptantur l. 2. ff. de adopt.

IMPERITI. Cicero appellare ſolet eos hac voce, quos vulgus Simplices vocat: noſtri tales doli expertes cenſent. lege ſi quis id quod. §. & alij ff. de iuriſd. om. iud. Spieg.

IMPERITIA, ruſticitas, caſus inopinatus, ſere ſolent æquiparari, Vlp. in l. ſi quis id, §. doli mali, de iuriſdict. Prat.

IMPERITIA, Caius ait, culpæ annumeratur. Vnde colligunt Interpretes, quod perinde ſit, quiſpiam per imperitiam peccet, aut dedita opera: vtrolibet enim pacto culpam contrahit, & pœna ſit dignus: vt ſic diſcat quiſque prius officium, artem quam exerceat; ne hoc ſuo intelligere atque exercere faciat, vt nihil tandem intelligat. & temeritatis ſuæ pœnam rependere lege cogatur. Exemplum habes ad hanc rem aptiſſimum in l. qua actione ad fin. l. Idem iuris, ff ad l. Aqui. & §. imperitia. Inſtit. de leg. Aquil. l. illicitas, § ſicuti medico ff. de offic preſid. vbi Rhetorico epiphonemate, Iuriſconſ. Quid enim, inquit, tam contrarium eſt conſenſui, quam error, qui imperitiam detegit: hoc eſt, inſcitiam, ignorantiam. Spieg.

IMPERITIA pro ignorantia iuris, Inſtitutione de militari teſtament. Qua in ſignificatione Imperitiæ venia datur, l. quadrageſima, ff. de adminiſtratio. & peric. l. 8. §. ſi ſeruus ff. qui [illegible] Briſſ.

IMPERITIA priuatorum, Iuriſdictionis formam immutare non poteſt Vlp. in l ſi filia nupta in prin. ff. famil. erciſc. Spieg.

IMPERIVM generaliter pro magiſtratu accipitur, vt amittere imperium dixit Papin. & deponere imperium, Vlpian. quod Pomponius dixit abdicare ſe ſe magiſtratu. Bald. tit. de perp. & temp. action.

IMPERIVM eſt poteſtas à populo ſtante Rep. poſt vero ab Imperatore nominatim alicui ſic data, vt ipſi pro ſuo iure, ſi commiſſum quid ſit. animaduertat. Itaque Imperium magiſtratus habere dicuntur, qui & coercere aliquem poſſunt, & iubere in carcerem duci, quales ſunt Conſules, Præfecti Prætores, Proconſules, l. ſecunda. ff. de in ius voc. Minores enim Magiſtratus dicuntur, qui nec imperium nec poteſtatem habent, l. nec magiſtratibus 32. ff. de iniur. vide priuatus. Prateius.

IMPERIVM, poteſtas. Hinc cum imperio eſſe dicebatur apud antiquos, qui nominatim a Pop. Rom dabatur imperium. Cum poteſtate eſſe, dicebatur de eo, qui à populo alicui negotio præficiebatur, teſte Feſto. Quod autem Iuriſc. de iuriſd. omn. iud. Imperiũ ait, eſt gladij poteſtas: hoc non eſt de fabrili gladio, ſeu vt Logici loquuntur materialiter accipiendum, ſed [illegible], de iure puniendi facinoroſos homines. Spieg.

IMPERIVM aut merum eſt, aut mixtum. Merum imperium eſt habere gladij poteſtatem ad animaduertẽdum in facinoroſos homi-

homines : quod etiam Poteſtas appellatur. Mixtum eſt, cui etiam juriſdictio ineſt, quod in danda bonorū poſſeſſione conſiſtit, l. 3. ff de juriſd. quem locum ſic interpretatur Hot. Imperium, inquit, aliud merū dicitur, aliud mixtum. Merum Vlp. appellat, quod ad publica judicia pertinet, ac proinde propriū eorum eſt, qui ea judicia exercere poſſunt, ſiue in vrbe, ſiue in prouincia: vt Quæſitorum in vrbe, & Præfecti vrb. ac Præfecti prætorio: in prouinciis Præſidum, Proconſulum, Proprætorum. Merum autem idcirco nominatur, quod è juriſdictione ſecretum, purum, & vacuum ſit:) non quod nemo qui merum imperium habeat juris etiam dicendi poteſtatem habere poſſit: nam in prouinciis merum Imperium cum Iuriſd. conjunctum eſt in eadem perſona : in vrbe vero (niſi forſan præfectum vrbi excipias) non conjunctum: hinc in prouinciis quicunque merum habet imperium, is etiam juriſdictionem habet : in vrbe vero Quæſitores rerum capitalium merum habent duntaxat, omniſq; juriſdictionis experti:) Sed cum de imperio diſputatur, ſiue de vno aliquo magiſtratu agatur, ſiue de diuerſis, id quod ad capitalium rerum adminiſtrationem pertinet, ab eo quod rerum priuatarum proprium eſt, ſecernendum eſt Mixtum autem dicitur, quod ad vtraſq; res, & capitales ſcilicet, & priuatas pertinet. Hinc Vlp. Mixtum eſt, inquit, cui etiam Iuriſdictio ineſt: quæ, vt in l. 1. dixerat, ad bonorum poſſeſſiones dandas, tutores pupillis, judices litigatoribus cōſtituendos pertinet. Quapropter intelligitur, vſque adeo aliud eſſe imperium, aliud Iuriſdictionem, vt neque quicunque imperium habet, Iuriſdictionem habeat, neque ruſſus quicunque juriſdictionem habet, imperium habeat, nam quæſitores, qui merum in vrbe imperium habent, i.e. rerum capitalium quæſtiones exercent, jus de priuatis rebus non dicunt. Quæſtores autem, Magiſtratuum in prouinciis comites (de quorum officio Vlp. in l. imperium diſputat, vt ex inſcriptione licet intelligere) item legati Proconſulum, juriſdictionem rerum priuatarum habent, imperiū autem proprie non habent, cum enim quid imperant, veluti eum poſſideri jubent, aut pignora capi, alieni potius, quā ſui imperij vi ac poteſtate hoc faciunt: nimirum ejus cui ſummum imperium in prouincia tributum eſt Atque hæc quidem ita ſe habent. Verum illud ſimul intelligendum eſt Iuriſdictionis verbum ab Vlp. in d. l. imperium, ſtricte & anguſte vſurpari, pro ea quæ ad priuatas res dūtaxat pertineret: cum ſatis conſtet, etiam ad rerum capitalium judicia, & omnia denique Magiſtratuum acta decreta pertinere, quod ex vno Aſconij loco licebit intelligi, nam vbi de Scauri judicio repetundarum loquitur, ita ſcribit: Cato prætor judicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus, in forum quoque ſic deſcenderat, juſque dicebat. Item Colum lib. 11. Quod nunc ſcilicet faciunt Magiſtratus

IMaſſidua juriſdictione vim legum cuſtodientes. Hot. Prat.

PERIVM ab aliis diuiditur in merum, & in id quod merum non eſt, ſed juriſdictioni cohæret, & in modica coertione non etiam animaduerſione cōſiſtit, l. 1. §. vlt. l. vlt. ff de off. ejus cui mand. Imperium etiam Prætoris pro autoritate & juſſu accipitur, in l. 1. ff de adopt. l. 7 § ſi paciſcar, ff. de pact. Briſſ.

IMPERIVM. Sciendū eſt duo Imperij verbo apud Liuium aliósq; contineri: poteſtatem videlicet exercitum habēdi & belli gerendi, quod Plutarchus in Cicero. vbi hæc de ſe loquitur, dixit: [illegible] &c.

IMPERIVM minus Prætor, Conſul maius habebat, vt Gellius ex Turidani ſententia ſcribit. Et verum eſt, Prætores juriſdictionem, id eſt, imperium non merum, jure magiſtratus exercuiſſe, licet SC. Turpil. animaduertendi poteſtatem de oece domius, ſpecialiter tributam, egiſſent. Ex Salomon. Spieg.

IMPERIVM per ſatyram dare quid ſit, vide Gothofr. ad l. 1. in pr. C de Latin. Libert tollend.

IMPERIVM populare eſt, cum ſumma poteſtas pene populum ſeu plebem conſiſtit, nihilque niſi eorum ſcitu & nomine fieri poteſt: qualis ſæpe fuit Romæ, abdicata prorſus omni patrum autoritate. Et eo tempore facta fuerūt plebiſcita Hæc ſpecies politiæ fere ſemper denegare ſolet, vt vulgus autoritatem ſuā conferat ad augendam potentiam ſeditioſorum ciuium contra optimates, ſub prætextu defendendæ: vnde tandem ſeditiones naſcuntur, & multa mala, Ariſtoteles appellat talem ambitionem imperandi, & corruptum ſtatum [illegible]. Prat.

IMPERIVM pro juſſu, ſic velle non creditur qui obſequitur imperio patris vel domini, l. 4. ff. de reg. jur. Briſſ.

IMPERIVM Ammiano Marcel. eſt cura ſalutis alienæ Hujus finis eſt ſalus, & vtilitas, obedientia Vide Plat. in Polit. Prat.

IMPERIA In Baſilicis [illegible] ſunt. Cujac. obſeru. lib. 10. c. 21 poſt princ.

IMPERTINENTES poſitiones, (alias Articuli, alias Aſſertiones, alias Capitula, alias denique poſitionales articuli, ſic enim id genus ſcriptū dicitur) in c. vlt. in pr. c. præſentium §. teſtes de conf. lib. 6. c. cauſam q. 2. & c. ex parte de teſtib. dicuntur, quorum probatio nihil adjuuat ſit intentionem actoris. Dominicus d. c. vlt. Impertinentes articulos diffinit eos eſſe, qui ad cauſam prorſus nihil faciunt : aut ſi prima fronte vtcunque aliquid facere videatur ad jus tamen relati, nullum habent probationis effectum, l. ampliorem, C. de appel. Spieg. Prat.

IMPETIGINES, puſtulæ prurittu corpus infeſtantes: quarum genera 4. Corn. Celſ. lib. 5. deſcribit. Hinc impetiginoſus, impetigine affectus. Vlpia. l. 6. §. 1 ff de ædil. edi. Trebat. ait impetiginoſum morbum non eſſe, ſi eo membro, vbi impetigo eſſet, æque recte vtatur, Hot. Prat. Aliquib. impetigo eſt [illegible], id eſt, ſummæ cutis aſperitatem cum leni prurittu Briſſ.

IMPETIGINVM autem remedia prodit Plin lib. 20. cap. 9. lib. 22. cap. vlt & lib. 23. c. 7. Briſſ.

IMPETRABILES dies, in quo quis quid facile impetrat. & obtinet.

IMPETRATA venia fieri. Lege, Venia ætatis.

IMPETRARE actionem, quoniā partes eam certis verbis à prætore petebant, dicebantur, interrogabat enim, An ſibi ea de re judicandi poteſtatem facerent ? ipſique facere reſpondebant: ſicq; judicium accipiebatur i.e. lis conteſtabatur: deponebantque in æde ſacra ſportulam, in qua pecunia erat, quam qui viciſſet lucrabatur. ea pecunia Sacramentum dicebatur, inde eſt apud M. Varro. & Ciceron ſacramento vincere. Ex Alc. Spieg.

IMPETRARE, reſtitutionem in integrum, ſeparationem bonorum, tempus ad deliberationem, ſeu ad deliberandum, bonorum latitantis poſſeſſionem, bonorum reſtitutionem, jus aureorum anullorum, veniam ætatis: &c Briſſ. ex ff. & C.

IMPETVS ſæpe efferueſcentem animi motum & calorem denotat Briſſ. ex ff.

IMPETVS aquæ, fluminis, id eſt. vis. Briſſ.

IMPETVS, inuaſio cum tumultu. Hinc impetum facere in aliquem, & in bona & fortunas alicujus, pro inuadere. & acquirit.

IMPETVM ſuſtinere. Gaius in l. 8 ff. ad l. Aquil. idem dicitur, ait; etſi propter infirmitatem ſuſtinere mularum impetum non potuerit, Spieg. impetus prædonum, id eſt, incurſus, Briſſ.

IMPILIA veſtis loco eſſe, ſcribit Vlp. l. argumento, ff. de aur. & argen. l. in Baſilicis, vt refert Cujac. Obſeru lib 10. c. 13.

IMPILIA, [illegible], i.e. pulini ſunt, adeoq; etiam impelia legi poſſe cēſet. Non tantum igitur impilia [illegible] ſunt, i.e. ſocculi pedib calceandis inuoluendiſq; apti ſic dicti, quia ſine pelis ex lana coacta fierēt: ſed & [illegible], Pli. li. 19. c. 1. ſcribit eſſe laneam naturā, ex qua impilia, veſteſq; quædam conficiuntur, ſed perperam, in impreſſis mapalia, impilia. o. vocat, quæ Theoph. 8. [illegible], vnde illa ſumpſit. [illegible], vel [illegible] potius Heſych. [illegible] eſſe refert [illegible], vide Podia. Hot. impilia d. l. argum §. 1 ponit pro faſciolis, quib. mulierum crines alligantur, quaſi ad palos pertinentes.

IMPIVS eſt qui nullos omnino deos eſſe credit, aut de eorum ipſorum quos credit deorum legitimo cultu ſciens prudenſque detrahit quæſtus ſui cauſa: vt quod ſuperſtitioſus timore impius plerunque pro lucro ſuo faciat, &c. Conono. lib. 3. c. 1. n. 3.

IMPLERE intentionem, petitionem, exceptionem Iuriſconſ. eſt probare quod intendimus, petimus, excipimus, l 21 C. de rei vind. l. pen § 1 ff de excep rei jud l 19. in prin. ff. de excep. l. 9. C de præſcr lon. temp. l 14 de in. ff teſtam. implere probationes, d. l. 19. Quin etiam, præciſe plerunque & in minime implere Iropp. dicunt, pro implere intentionem, vel probationem, l. 1. & 21. C. de probat. l. 5. C de non nu. pecun. implere cautionē, l. 24. ff. de vſufr l. impleri quoque vſucapio dicitur quæ perficitur, l. 10. § facta, ff. de captiuis, l. 7. ff. de vſucap. Prat. ex Briſſ.

IMPLERE interdum ſignificat, adimplere & exſequi. Sic

IMPLERE annum ætatis ſuæ 25. vide l 5. C. de legitim. tut.

Implere fati munus, id eſt, mori, l. 1. C. de oblig. & act.

IMPLERE promiſſum, quod Barbari dicunt, tenere ſuam promiſſionem, Plin junior: impler promiſſum, prioriſque epiſtolæ fidem exſolui.

IMPLERE fidem, placitum, conuentionem, conditionem, ſatiſdationem, cautionem, quantitatem, ſtipulationem, contractum, &c. ex ff & C. Briſſ.

IMPLICARI metallo, vide C. de inceſt. & inutil. nupt.

IMPLICITVM libertatis caſum in l. ſed ſi ſtatu liberum, ff. ſi ex noxal. caut. interpretatur ibidem Accurſ. adnexum, Briſſ.

IMPLORARE edictum, id eſt, beneficium edicti, l. 1. § fin ff. vt in poſſ legat. implorari judicium & cognitionem dicitur, id eſt, deſiderari, l 7. verſ. plane de hæred. pet l. 1 §. 1. ff. vt in poſſeſſ. legat. Briſſ Sic implorare æquitatem præſidis in l. 3. C. qui bonis ce. poſſ. Et implorare auxilium ſpectabilis judicis, l. 4. C. de juriſd. omn jud.

IMPLVVIATVS color, pullo ſimilimus: dictus quaſi fumato ſtillicidio impluuius: eundem & eſſe, qui ſuaſus ſiue ſuaſiſve vocatus eſt: Thyleſ. tradit, Spieg.

IMPLVVIVM, cohortem, plateam, hypæthriumque quę veteres diſtinctè dixerunt, vnico nomine per tranſlationem Aream appellari poſſe doctiſſimo Alciato videtur in explicatione leg. fundi, de verb ſign.

IMPONERE certum finem, l 7. § 4 C. de curator furioſ.

IMPONERE injurias, pro facere dicit Cicero Actione in Verrē.

IMPONERE ſeruitutem fundo, ædificiis, ex ff Briſſ. (ſexta Spieg.

IMPONERE magiſtratum operi locandæ, ex ff. Briſſ.

IMPONERE pecora prædiis, i.e. ſtercorare, l. 14 ff. de impenſis in re dota.

IMPONITVR neceſſitas, pœna delicto, Briſ. ex C. & ff.
IMPONERE leges, id eſt, conditiones, vt apud Ciceronem, Spieg.
IMPONERE onus probationis, l. 15. C. de prob. (dixit.
IMPONERE plagam, pro eo quod eſt facere, idem pro P. Seſtio.
IMPONERE rationem legis Falcidiæ l. 6. in pr. C. ad leg. Falc.
IMPONERE ſacramentum, l. 52. in pr. C. de reb. cred.
IMPONERE tributum dicitur Princeps, quando ſubditos imperio cogit ad dandas pecunias, tributum, milites, & id genus.
IMPONERE vectigal. Syluius in orationem Cic. pro M. Fonteio ſcribit ita vſitatum volgo eſſe, vt vectigalia noua appellent impoſitiones, Spieg.
IMPONERE eſt decipere: vnde & deceptores, impoſtores, & impoſtura, deceptio. Vlpianus digeſtis de Crimine Stellionatus: Si quis impoſturam fecerit aut colluſionem in necem alterius ſtellionatus appellati. Mendum eſt apud Vlp. jureconſ. ff. de var. & extraord. cognit. Non tamen ſi incantauit, vel imprecatus eſt, vt vulgari verbo impoſtorum vtar, exorcizauit. Tu ſcribas velim impoſtorum, Martialis.

Hoc fortuna placet, Poſthumus impoſuit.

Io. Bapt. in comm. Epiſt. Sid. Apollina. ad Papam Græcum, li. 7.
IMPORTARE, i. e. inferre, intendere, importare actionem, crimen importare ignominiam, infamiam, id eſt, irrogare, importari merces, id eſt, inferri, ea ſi Briſſ.
IMPORTAT, pro irrogat, infligit, apud Martianũ, in l. Ictus fuſtiũ ff de his qui not. infam. Spieg. (migr. Spieg.
IMPORTATA proprie pro inſecta, illata, vſurpat juriſcõſ. in l. de
IMPORTVNE, id eſt, intempeſtiue, ſic importune repetere, l. 18 §. ſicut, ff. commodati
IMPOSSIBILE accipiendum eſt, quod vel jure vel facto fieri non poteſt, Bald. Quære, Difficile eſt illud: Cujus contrarium eſt Neceſſarium, in l. Non quidquid 40. ff. de jud. Hinc argumentatio per locum ab impoſſibili. De quo vide elegantiſſima Topica Cl. Cantiunc. Obſeruatum ſcio, Poſſibile, & impoſſibile, Ciceroni in vſu non fuiſſe: quæ tamen verba poſtmodum finxit, aut certe admiſit neceſſitas. Rhodigin. ait, impoſſibile non latinum verbum male feriatis videtur, quo tamen vtitur Poe. non reformidat cum juriſconſultis Quintilianus lib. 5. Spieg.
IMPOSSIBILE eſt, cui natura vel lex impedimento eſt, quo minus exiſtat. Atque ita impoſſibilem conditionem definimus, quæ per rerum naturã exiſtere non poſſit, Paul. lib. 3. Sentent. tit. 4. § ſi impoſſibilis, inſt. de inut. ſtip. l. 55. ff. de conditio. inſt. quæ interdum Græco verbo ἀδύνατος appellatur, l. 20. ff. de cond. inſt l. 104 § de leg lib. 1. Cui contraria eſt Poſſibilis conditio, l. 3. ff. de ſtatu lib. 16. ff. de injuſt rup. Sed & quæ factu difficilia ſunt, pro impoſſibilibus plerumq; haberi, Cic. in Partitio. ſcribit, & probatur ex l. 4 § puto, ff. de hæred. inſt Briſſ.
IMPOSSIBILE præceptum judicis habetur, cui pareri per rerum naturam non poſſit, l. vlt. ff. quæ ſentent. ſine appellatio. Briſſ.
IMPOSSIBILITAS duplex eſt, altera naturæ, altera vero legis, l. ſi ſtipuler, & l. vlt. ff. eod.
IMPOSSIBILIS conditio habetur, cui natura impedimento eſt quo minus exiſtat, imp. in §. 54 inſt. de inut ſtipu. Hor.
IMPOSSIBILIS conditio tribus modis poteſt dici: primo natura, vt ſi cœlum digito tetigeris, § ſi impoſſibilis, inſt. de inut. ſtipul. item de jure, vt ſi patrem ab hoſtibus non redemeris, vel parentem non alueris: quia ea quæ ſunt contra bonos mores nec facere nos poſſe jus præſumit. l. fil. ff. de cond. inſt. item de facto, vt ſi montem aureum dederis gloſſ. in §. impoſſibilis inſt. de hæred. inſt. Eſt & quædam quarta impoſſibilitas propter perplexitatem, vt in l ſi Titius, & ibi Bart. in ſummario, ff. de condit. inſt. Iu. Bello. Etym.
IMPOSSIBILIS dicitur, ait Goth. ad l. 31. ff de obl & act. vel natura vel bonis moribus, vel ratione perplexitatis, l. 16. de cond. inſt. vel facti, quod eſt admodum difficile, l 4 § 1. de ſtatu lib.
IMPOSSIBILIA, & difficile propemodum non diſtent, Vlp. ff fam. erciſc. Si familiæ erciſc. inquit, vel communi diuidundo judicium agatur, & diuiſio tam difficilis ſit, vt pene impoſſibilis eſſe videatur, Old.
IMPOSSIBILE dicitur illud, quod per ſolum principem explicari poteſt, vt not. gl. in continuus §. cum quis, ff. de verb. obl. Panorm. in repet. l. in l cum eſſes; verſi. ita quia rerum, de teſt. Ol.
IMPOSSIBILIS ſtipulatio dicitur ſiue ipſa per ſe ſit hujuſmodi ſine conditio ei adjecta. Connan. lib. 6. c. 4. nu. 7.
IMPOSSIBILIVM nulla eſt obligat. l. 185. ff. de diuerſis reg. jur.
IMPOSTORES, dicuntur deceptores & qui fallunt præſtigiis quibuſdam ab imponendo, id eſt, decipiendo, dicti. Vlpian. de Ædil. edict. leg. Ob quæ vitia non guloſos, inquit, nec impoſtores. Hinc impoſtura, deceptio & imponere, pro decipere, Nebriſſ. impoſtores in antiquo lexico [illegible] dicuntur, Prat.
IMPOSTVRA, ab eo dicta, quod adulterinas merces pro veris ſupponat, Vlp. de Crim. ſtell. Si quis impoſturam fecerit, aut colluſionem in necem alterius, Stellionatus poteſt appellari, Vide ſup Fallacia. Spieg.
IMPOTENS dicitur plerunque in malam partem, vt non ſit idem quod debilis, & imbecillis: ſed qui non potens ſui, nec ſuæ poteſtatis eſt, impos apud priſcos dicebatur, Spieg.
IMPOTENS poſtulatorum, pro improbo, & violento accipitur: proprie tyrannorum eſt, Spieg.
IMPOTENTEM, nimis potentem interpretatur Donatus, in And. Terent 5 Act. 5. Scen. 3. Briſſ.
IMPOTENTIA coeundi eſt virium vel defectus naturalis, vel accidentalis, quo quis impeditur alteri carnaliter commiſceri. ita accipitur in tit. de frig. & malefic. & imp. coeundi, & in §. per occaſionem, Nou. conſt. 22 Io. Bello. Etym. Prat.
IMPOTENTIA vocabulum, licet ad eos plerunque referatur, qui ſibi nequeunt temperare ab impetu violentiaque animorum, etiam nihilominus pro imbecillitate voluit quidem à Terentio vſurpatum in Adelphis. Iuſtinianus non permittit, vt vxor ſtatim diuertat à marito propter impotentiam: ſed elapſo triennio, ſi nihil emendatum fuerit hoc malum, quoniam vxor reuera non fuit, quæ non conſentit in virum impotentem, §. per occaſionẽ quoq; neceſſaria, in Aut. de nupt. Dicitur etiã immodica, intolerandaq; potentia: ſicut & impotens tyrannus, & impotens Fortuna, pro nimium potens, Spieg. Briſſ.
IMPRECARI proprie mala dicimur.
IMPRÆSENTIARVM, ſic legi debere conjunctim, Catanæus contendit: alij tamen interdum in præſens, & ad præſens, Vlp. fere ſemper impræſentiarum. Nam in l. 5. ff. de Tab. exhib. Quid enim, inquit, ſi occultatæ tabulæ poſtea prolatæ ſunt, cui noceat ei qui reſponderit, quod impræſentiarum ei videbatur? idem, Tempus enim ei dandum eſt, ſi non poteſt impræſentiarum exhibere. Hic autem de tempore alio, quam præſenti melius intelligitur: Tuſano teſte, in annot. ad Budæi ac Epiſt. Spie.
IMPRESSIONEM facere, hoc eſt, impetum & incurſionem facere l. ſi per impreſſionem, C. de iis quæ vi vel metu, Prat.
IMPRÆSTATIONES, vide l. 52. § vlt. ff. fam. erciſc.
IMPROBABILIS in l. 10. ff. de judic. l 8. §. meminiſſe ff. de inoffi. teſt. & improbus litigator, l. 2 §. quod ſi actor. Cod. de jurejur. propt. cal. §. hæc autem inſtit. de pœna tem. litig. Briſſ.
IMPROBARE, idem quod reprobare, vt loquitur l. 9. ff. de neg. geſtis, ſic
IMPROBARE teſtamentum, ratum & firmum non tenere. Contrarium, Approbare, Spieg.
IMPROBA merx, vel injuſta, in qua non eſt lucrum. Sic improba accuſatio, l. 19. C. ad l. Corn. de falſ. improba alienatio l. 5. C. de diſtract. pign. improba petitio, l. 16. C. de vſur. improba poſſeſſio. l. 7. C. de acqu & retin poſſ.
IMPROBE dicere teſtamentum inofficioſum, vide Vlp. in l. Papi. § meminiſſe autem, ff. de inoffic. teſt. Spieg.
IMPROBA eſt contra bonam fidem, l. 12. ff. de tranſact l. 14. ff de euict. l. 12 §. ex cauſa, ff de interrogat. in jur. fac. leg. 13 ff. de rei vind. l. 41. ff de pign. act. Briſſ.
IMPROBE, mala mente. l. 6. §. ſed ſi quis, ff de neg. geſt Briſſ.
IMPROBE adſpirare ad honores l. 11. C. de libera cauſ. improbè recuſare, l. 7. C. de poſ. vel vt contr l. 14. C. de donat. ante nupt. improbe retinere, l. 9 C. de acq. poſſ.
IMPROBVM teſtamentum, Ciceroni falſum, & calumniis plenum, Spieg.
IMPROBVS appellari ſolet, qui fidẽ violat, non ignorans quantũ deberet ſoluere, l. 51. de re jud. l. 13. de rei vind. Certe quod in litib. moreretur aſſiduo dolo malo. Feſtus enim autor eſt Ordinarium hominem dici ſolitum ſcurram & improbum, qui aſſidue in litibus moraretur. Sique improbitatis hujuſmodi nomine, aut à cenſore notatus, aut expreſſa lege judiciique pronunciatione damnatus eſſet, non improbus ſolum: ſed etiam inteſtabilis erat, vt eſt apud Gellium lib. 15. cap 13 lib. 7. c. 18. Eoque ſenſu bellum enarrans Iugurthinum ſic de Metello ſcripſit Salluſtius: improbus inteſtabiliſque videtur Metellus, poſtquam de rebus Vaccæ actis comperit. Et nunc quidem nec ejus recipi, nec ei dici teſtimonium poterat l. 26. de teſtamentis l. 21. de teſtibus. Porro quem juriſconſulti improbum vocant & inteſtabilem: eum inteſtabilem & ſacrum appellat Horat. Serm. lib. 2. Sat. 3. his verbis, inteſtabilis & ſacer eſto: non ignorans hominem malum & improbum veteribus ſacrum dici, quemadmodum à Feſto traditum eſt de verb. ſign. lib. 16. Ræuard. l. Non poteſt improbus videri, ff. de reg. jur.
IMPROBVS eſt, qui bonam fidem non agnoſcit, vel ort qui bis idem petit, l 51. ff. de re jud. Briſſ.
IMPROBVS non eſt, qui ignorat quantum ſoluere debeat, l. 99. ff. de diuerſ. reg. Briſſ.
IMPROBVS eſt, qui de vini hæreditate ſollicitus eſt, l. 2 §. interdum ff. de vulg. & pup. l. 56. §. à patre, ff. ad Trebell. Briſſ.
IMPROBVS litigator, l. 2 §. Quod ſi actor, C. de jurejur. propter calum. §. hæc autem, inſt. de pœna tem. litigant.
IMPROLIS dicitur eſſe [illegible] Hinc congruenter Feſtus: improles, qui nondum eſt adſcriptus in ciuitatem, & Victorinus Afer, improles, qui nondum vir eſt, Cujac. in expoſitio Nou. inſt quint. de Monachia circa med.
IMPROPERARE, eſt crimen, vel aliquid aliud objicere, Spieg.
IMPROVISVM debitum, l. vlt. § 1. C. de jure delib. Alber. Spieg.
IMPROVISVS caſus, l. 1. C. ad l. legem Corneliam de ſicariis.
IMPRVDENS emere dicitur, qui bona fide rem à non domino emit.

mit.l.54.§.1.ff.de act.empt.l.20.ſi cum me abſente,ff. de neg. geſt l.38.ff.de rei vind.l.31 §.1.ff.ſi cert.pet.Briſſ.

IMPRUDENS pro ignorante ponitur,in leg.penult.§. mulier. ff. ad Velleian. Et imprudentibus, i. e. nihil tale opinantibus, & præter ſpem ac cogitationem,l.58.§.damn.ff.pro ſuc.Briſſ.

IMPRUDENTER,minus conſiderate,l 31.in fi.ff.de neg.geſt.Pra.

IMPRUDENTIA,i.ignorantia & imperitia,l.31.ff.de edil.Pr.

IMPRUDENTIA eſt quum ſciſſe aliquid is qui arguitur, negat. Donato credimus enarranti illud Terent.tex.Eunucho,Dono mihi dedit imprudens homm rerum omnium,imprudens per ſe eſt, ignarus per alios, imprudentia eligere, eſt quod valgo dicitur per inaduertentiam & inſcitiam,quæ non excuſat paſſim,teſte Paulo,in l.nam & Seruius,§.fi. ff. neg. geſt. ait: Qui imprudenter aliquem elegerit ad aliena negotia, is quidquid detrimenti electus negligentia ſua fecit,præſtat,Spieg.

IMPRUDENTIA peccare,Iuſtinian.in princ.inſtit.de obl.quæ ex quaſi delict.de judice qui litem ſuam fecerit,loquens. Et utique,inquit, peccaſſe aliquid intelligitur, licet per imprudentiam,ideo videtur quaſi ex maleficio teneri.

IMPUBES dicitur mas minor annis 14 fœmina vero minor 12.l. vlt.C.quand.tut.eſſe deſin §.1.quib.mod.tut fin Macr.lib. Satu.1.c.16.Poſt annos bis ſeptem ipſa ætas neceſſitate pubeſcit. tunc enim moueri incipit vis generationis in maſculis.& purgatio fœminarum, Tert. lib. de Virg. valand. Tempus etiam Ethnici obſeruant, vt ex lege naturæ jura ſua ætatibus reddant:nam fœminas quidem à duodecim annis: Maſculum verò à duobus amplius ad negotia mittunt : pubertatem in annis,non ſponſalibus aut nuptiis decernentes,Prat.

IMPUBES, vel impuber, Senatuſconſ. Syllaniano torqueri non debet,ſed terreri tantum. Veruntamen impuberes ab anno ſeptimo, vſque ad annum vndecimum, proximi cenſentur infantiæ : ſimiles plane furioſo & infanti, quantum ad delinquendi adſectum attinet. Quia hujus ætatis pueri bonum & malum adhuc diſcernere haud poſſunt,adeoque intellectu carent,§.pupillus,inſt.de inut.ſtipul ab anno 11. vſque ad annum 14. impuberes cenſentur proximi pubertati & doli capaces: ideoque & furtum & injuriam admittere poſſunt,l pupillum, in prin.ff.de reg jur.l.impuberem,ff.de furt.cum ſimil.Et hæc ita ſe habent in maſculis.Nam fœminæ minores annis duodecim cenſentur impuberes,nec matrimonium recte contrahere,inſt.de nupt in princ. neque teſtamentum recte facere poſſunt,§.preterea.inſt.quib.non eſt permiſſ.fac.teſtam. Attamen impuberis eſt miniſterium,ſi forte vel librarius,vel nomenclator, vel calculator ſit, vel hiſtrio, vel alterius voluptatis artifex,l.vi juſiurandi,§.dabitur,ff.de oper.libert.Prat.

IMPUDENTIA ejus,qui diuerſa duobus teſtimonia præbuit l.27. § 1.ff.ad l.Corn.de falſis,Briſſ.

IMPUDICÆ mulieres ſunt ſiue in lupanari,ſiue in taberna, caupona,aut ſcena pudori ſuo nõ parcant,Cujac.in expoſit.Nou. inſt.51.de mulierib.ſcenicis,in princ.impudicæ autẽ mulieres maritis ſuis exoſæ eſſe debent.l 8 § ſi qua igitur,C. de rep.

IMPULSOR:qui incitat & impellit ad aliquid faciendum.

IMPUNE ſine pœna, ſine damno vel periculo,l.qui ſeruum mihi ex ſtipulatu ff.de verb.obligat.Bald.tex. hujus l.in ſingulariſſimum eſſe dicit,Spieg.

IMPUNITA iniuria,ob quam nullum ſumptum eſt ſupplicium.

IMPUNITAS,licentia,venia,libertas,Plin.c.3.lib.29 Medicoque tantum hominem occidiſſe,impunitas ſumma eſt,Spieg.

IMPUNITUS eſſe dicitur qui impune quid facit,l.11.ff.ad l.Corn. de falſis.

IMPUTANDI verbum duobus modis accipitur in titul. ad leg. Falcid.imputari enim primum eſt in quadrantis computationem venire. Et ita in Falcidiam imputari id dicimus,quod heredi ad quartam explendam computatur,leg.19.l.91.cum aliis multis ff.ad leg Falc.l.26. ff. de bon.libert.l.44 ff.de ſolur. interdum in Falcidiam imputari dicitur, quod Falcidiam patitur l.1.§.item ſi ita legatum,ff ad leg.Falcid. Briſſ.

IMPUTARE, pro ſupputare, numerare, & ſubducere rationem, Vlpian.in l.§.de ſeruis quoque,de tut & rat.diſtrah & vtil.cur. cauſ.act,Præterea,ſi matrem aluit pupilli tutor,putat Labeo, imputare non poſſe : ſed eſt verius, non niſi per quam egenti dedit, imputare eum oportere, de largis facultatibus pupilli. Hoc eſt, quod vulgo dicitur,deducere in ſuis rationibus. Sicque vſurpauit Seneca epiſt.18.Hoc non imputo in ſolutum de tuo tibi. Alias imputare, attribuere eſt, tribuere & aſſignare, Vlp in l.1 §.item quæritur,de ſepar. Sibi imputent cur minus idoneum fidejuſſorem acceperint,Prat.

IMPUTARE interdum etiam ſignificat acceptum ſeu expenſum ferre,vt imputare ſibi debet qui credulus fuit, l. 1. §. dolum ff. de eo per quem fact Briſſ.

IMPUTARI culpa,id eſt adſcribi,l.24.§.vlt.ff.de re mil. Briſſ.

IMUS pes,extrema pars pedis.

I N.

IN præpoſitio locum, ſitum, & ſedem ſignificat: ſicut Ex, ortum & initium cauſamque rei ſignificat,vt Romanus cum eſt apud Perſas,non in ciuibus,ſed ex ciuibus eſt Romanis: Et res noſtra quam nos poſſidemus non in bonis,ſed ex bonis eſſe dicitur. Sic cognoui ex literis,aut in literis tuis,dici poteſt vtrumque recte, ſed non eodem ſenſu, in literis cognoſcitur quod in eis eſt ſcriptum: ex ipſis cognoſcitur,quod ex ſcripto intelligitur, vel conjectura quadam ex ſcripto ducitur, vt id neque in literis habeatur,neque ſit extra literas. Et Cic.ad Attic.veterem ex literis tuis complexus ſum,id eſt, propter literas tuas, & ea, quæ de illo ad me ſcripſiſti. Si dixiſſet in literis,hoc voluiſſet ſignificare, cum legerem literas tuas complexus ſum animo veterem,Conn.lib 3 c 2.n.10.

IN articulum ſine vlla motus ſignificatione ſepenumero accuſatiuo junguut, in prætoris edicto ita ſcriptum erat ; ventrem cum libris in poſſeſſionem eſſe jubebo, l.12 t.ff. de legat.lib.1. l.13.in fi. ff. manumiſſ. teſt. Quo loquendi genere ipſi quoque juriſconſulti Prætorum verba ſubſequentes vtuntur in l.1.§.1. ff. de Carb.ed.l.3.§.pen.ff. de jurei. l. 7. cum Rubrica ff. vt in poſ legat.l.14.ff.de probat louib.l.2.§.1.ff.de action.empt.Eadem figura & in poſſeſſionem remanere dicunt in l.52.§.ſi maritus ff.de donationib.in.vir.& vx.& in l.13.§.facti.ff.de captiu item,in ſeruitutem remanere,l 14.ff. de fideic.liber. in fugam eſſe in l.14 §.pro eo autem,ff quod met.cau. in muram eſſe, in l.8 ff.de nouationib. in relegationem eſſe in l.13.ff. de bonor. poſſ.in fructum eſſe,l.40 §. cum fundum ff. de contrah. empt. in poteſtatem eſſe,l.Y.§.quis ordo in bon. poſſeſſ. & apud Vlp. in inſtr.tit.18. Cujus locutionis exempla ex antiquis authoribus prompta Gellius ſuppeditabit. Sic & in ſeruitutẽ factum delictum in l.11.ff.de minorib. in hæreditatem deprehendi in l.18 § ſeruus,de ſtipul.ſeruor. Et vt breuiter abſoluã ejuſmodi alia exempla occurrunt in l. 35. in ſin. ff. de ædil.edict.l.40.ff. de adoptionib.l.55 ff ad l. Aqud.l 6.ff. de ſeruo corrupt.l.pen. ff.de fugit.l 29 ff.ad Treb.l 41.ff.pro ſuc.l.2 ff.de l.Rol.l 32.§. ſi maritus,ff de don.int.vir.l.1 t §.pen.l.27.l 31 ff locat l.78.§. cum vir.ff de legatis,lib.3.l 34.ff.de neg Nonnunquam etiam cum motu, Sexto caſu vox in, ab iiſdem jungitur : veluti in poſſeſſione mitti : in hoſtium poteſtate peruenire, in carcere recipi,committere in actione,& his ſimilia, l. 11 ff. vt in poſſ. leg.l.12.ff.qui teſtam.fac l 6.§.ejus qui ff.de iniuſto rupto,l.6. § Lab ff.pro ſuc.l 34 §.Caius.ff.de leg.li.2.l 58.ff. de leg.li 32. ff.de liber.cauſ.l.8.ff.de pollicitationib.Briſſ.in lib.Pareeg.

IN præpoſitionis elegans vſus apud Latinitatis autores, de quo Gel.Non ſemper obſematur in diſpoſitionib Legalibus. De ea pluribus nec omnino ociose Alber. Vide inſt.Licentia, Spieg.

IN dictione,vti ſolent juriſconſulti, cum nihil in ſpeciem determinant, vt, jurare in litem:agere in factum : Vertere in rem. Sicut ex diuerſo, eum determinatam ſignificare volũt formã, vti ſolent dictione Ex, vt ex eo facto actionem naſci,l.1.ff. de act.& obligat. Ex lite aliquid probare vel juramento adſerere. Hæc omnia euidenter apparent,ſi bene perpendat,ex l.videamus,in fi.& l ſeq item ex l.tut.rem,ff.de in lit.jurand.Prat.

IN,pro vſque in ſæpius,ponitur, in aduentum ſucceſſoris, id eſt, vſque in aduentum,l.10.ff.de offic Proconſulis,in diem finitæ tutelæ,l.13.de admin.& peric.Briſſ.

IN acceptum ferre opus publicum faciendum, apud Macrum in l.7.ff.de l. Iul. repe. eſt præſcribere in codice operum locatorum,opus illud eſſe ex lege, id eſt, ex pactione redemptionis locationiſque perfectum,id quod lex Iulia fieri prius vetabat, etiam opus perfectum ac probatum eſſe,Hot.Prat.

IN annos ſingulos, hoc eſt, pro ſingulis quibuſque annis ſtare vſumfructum,quomodo ſit accipiendum Iuſtinianus explicat in l.ambiguitatem,C.de vſuſt. Differt autem: in annos decem liber eſſe jubeatur, & intra annos decem: hoc enim ſignificatur,vt liber eſſe ſtatim jubeatur :ſuperiore vero nouiſſimus decennij dies ſpectatur,Prat.Spieg.

IN annos ſingulos,quibus in Italia erit,exponit juriſc. in l.Iulia. §.cum quoque ff.ex quib.cauſis majo r.Spieg.

IN annum,in ſpatium vnius anni.

IN antea pro deinceps,poſthac,impoſterum: quaſi futurum tempus,non à tergo ſequatur, ſed ante nos cedat, lib.feud.2.tit 5. juro quod à modo in antea ero fidelis ei,& titol 7. Honorem quem nunc habes,vel in antea habebis,id eſt deincept,Prat.

IN aſſem vẽdere,apud Modeſt.in l.9.ff.quib.mod.pig.ſol. Conn. ſic interpretatur, vt ſit pro quota cujuſque debiti. Titius (inquit) Sempronio fundũ pignori dedit, & eundẽ fundũ poſtea Caio Seio pignori dedit : atque ita idem Tit. Sempr. & Caio Seio fundum eundem in aſſem vendidit, id eſt, pro quota cujuſque debiti ; ſed ita vt non ſolidum cuique, ſed pars tantum aliqua ſolueretur, vt Sempronio ſi ducenta debebantur. Caio 100.& fundus valuit 90.eumq; ipſis vendidit in aſſem, h.e. reducto ad æſtimationem aſſis fundo,Sempro.beſſem in eo, Caius trientem habebit,pro quota ſcil.cujuſq. debiti portione,i. e.Sempron 60.habebit. Caius autem 30.Hæc Conn.li.4.c.vlt.

IN authoritate eſſe alienjus,eſt ei obtemperare. Dicitur &.in poteſtate eſſe. Conſules fuerunt olim in patrum poteſtate.Spieg.

IN bello admiſſum dicimus,quod propter belli cauſam admittitur,l.1.§.ex incend.ruin.naufr.Prat.

IN bonis eſt quod ſupereſt, deducto ære alieno,l.1.ff. de ceſ.bon.

Digitized by Google

In Peculio eſt, quod ſupereſt deducto eo, quicquid ſeruus domino, eive qui in poteſtate eius ſit, debet, §. 5. inſt. Quod eum eo qui in al. poteſt. eſt.

Item In bonis, pro in dominio eſſe iuriſconſ. vſurpat. in leg. ſi. idem ff pro derel. Spieg.

In bonis meis eſſe dicuntur, & iam iam raptæ res, tex. in l. 2. §. ſecundo, l. in hac actione, verſ. ſi fugitiuus, ff. vi bonorum raptor. & ex hac l colligitur diſcrimen inter ex bonis & in bonis iuncta l. rem in bonis, de acq. rer. domin. Spieg.

In bonis eſſe dicebantur ea proprie quæ Quiritium iure quæſita aliquo non erant, itaque inter ſe illa duo opponebantur, vti docet inſt. in l. vnic. C. de nudo jur. Quir. tollend. & Vlp. cap. inſtit. 1. in verbis: in bonis tantum alicujus ſeruus eſt, velut hoc modo: ſi ciuis Romanus à ciue Romano ſeruum emerit, iſque traditus ei ſit, neque tamen mancipatus ei, neque in jure ceſſus, neque ab ipſo anno poſſeſſus ſit. Nam quamdiu horum quid fiat, is ſeruus in bonis quidem emptoris eſt, ex jure Quiritium autem venditoris eſt.

In capillo puella dicitur, quæ nupta non eſt: quia comatæ ſine vllo capitis tegmine incedebant: nuptæ capite velato erant, l. Feud. 2. tit. 24. § 3. Rurſus ſi dominæ vel filiæ, aut ſorori adhuc in domo manenti, quæ in capillo dicitur, ſeſe immiſcuerit, &c. in Lomb. lib. 2. c. 29. Qui filiam in caſa habuerit in capillo, & filium non reliquerit, &c. Et Neap. Conſtit. lib. 3. tit. 57. Et ſorores in capillo ſuccedunt. Conjugatæ autem & dotatæ a fratrum ſucceſſionibus excluduntur. Obiter etiam notandum. apud antiquos fuiſſe hanc conſuetudinem, vt nouę nuptæ crines ſoluerent: quod in ſecundis nuptiis non fiebat. Optatus Afer contra Donatiſtas ſcribens: inuenistis (ait) hujuſmodi virgines, quæ jam ſpiritualiter nupſerant: quaſi ſecundo coegiſtis ad nuptias: vt crines iterum ſoluerent imperaſtis. Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt: ex quibus ſi alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis feſtiuitas. Hæc ille. Fuit hoc quoque luctus & mœroris argumentum, vt multis ex locis conſtat. Ouid. Triſt. 1.

Illa etiam ante lares ſparſis proſtrata capillis
Contigit extinctos ore tremente focos.

Liu. lib. 1. Soluit crines & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat. Notatu etiam dignum eſt moris fuiſſe Francorum Regibus, vt filios exephebos principi alicui vicino condendos mitterent, qui eorum poſtea quaſi patronus eſſet. Seruos enim, Romano more cum libertatem acciperent, tonderi ſolitos, vel ex vno illo Plauti dicto in Amphit act. 1. ſcen. 1. ſi manifeſtum eſt. Quod ille faciat Iupiter, vt ego hic hodie raſo capite cuius capiã pileum, i. e. liber fiam, Paul. Diac. de geſt. Lang. lib 6. c. 57. Circa hæc tempora Carolus Francorum princeps, filium ſuum ad Luitprandum miſit, vt ejus (juxta morem) capillum ſuſciperet: qui ejus cæſariem incidens, ei pater effectus eſt, multiſq; regis munerib. donatũ genitori remiſit, Prat.

In caducum parietem inclinare, quid ſit, exponit pulchre Roterodamus in Chiliadibus.

In Calendas poſſidere, l. 12. ff de præcario, id eſt, vſque in calendas, vt l. 56. § Qui ita ff. de verb. obl. Briſſ.

In capita, in ſingulos, ſingulatim, Liu. lib. 2. ab vrbe: Extulit eum plebes ſextantibus collatis in capita, id eſt, quiſque collocauit ſextantem, & contulit. Sic apud Iuſtin. tit. 1. lib 3. inſt. Conuenieus eſſe viſum eſt non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi. itaque ſuccedere in capita eſt, pluribus qui ſunt eiuſdem gradus, hæreditatem in æquales partes diſpeſcendam, id eſt, diuidendam competere, *Zu gleichen theil erben*, l. poſt conſanguineos, §. hæreditas, ff. de ſuis, & legit. hæred. Imper. in Auth. de hæred. ab inteſt. ven § ſi vero neque fratres, verſ. ſi autem plurimi. Si fratrum filij inter ſe non aliter, quam in capita ſuccedere debent. Et hoc ſuadet æquitas naturalis, ne, qui ſunt conditione & gradu pares, ad lucra poſſeſſoria impariter nulla juſta ratione vocentur. Qua de re effuſe tractat Zaſius in intellectibus & reſponſis ſuis, abſurdum iudicans hanc collectionem: Fratrum filij patruo extante, inter ſe in ſtirpes ſuccedunt, ergo ſimpliciter in ſtirpes ſuccedunt Nam qualitas ſuccedendi, in antecedente & conſequente variat. Stirpalis enim ſucceſſio filiorum fratrum cum patruo ex qualitate priuilegij nititur, quæ in ſolis fratrum filiis non eſt recepta. Sic Azo præceptor Accurſij, bene & recte docuit: cujus ſententiam diſcipulus, vt Gloſſis probauit, ita in reſponſis, ſeu conſiliis, ab eo diſceſſit. Sed palam eſt, & quæſtum & lucra judicium ſæpe fallere. Imperator noſter Carolus V. diuæ memoriæ anno 21. & anno 29. ſtatuit pro opinione Azonis, Nerelio Procaocellario, Chuonrado Peutingero, Matthia Heldo, Hieronym. Veho, Wolfgango Brantnero, Nicolao Ribezeno, tum multis aliis doctis viris, ejuſmodi conſtit. reuocandam magis, quam ſanciendam, nobiſcum ſentientibus: Suam interim Accurſiani, vt communem, mordicus tenebant. id æquitatis cum amantiori, tum patrono ſtrenuo Zaſio, quod & res ipſa erat, ab vno ſcilicet Accurſio, qui ſæpenumero labitur, pendere: Conſtitutionibus interim æquitate, litera, naturaque poſthabitis videbatur eſſe grauiſſimum. In ſtirpes vero ſuccedere, eſt liberos parentum ſuorum partem hæreditatis adiſci, quam ipſi ſuperſtites adſecuti fuiſſent. Hæc ſucceſſio ſtirpalis, quæ & parentalis vocatur, rectè à melioribus interpretibus iuris eſſe priuati dicitur. Siquidem Imper. in dict. Authent. §. ſed & ipſis, manifeſte voluit, quod fratrum filij nullo alio caſu in locum parentum ſuccederent, quam vbi cum eorum propriis patruis vocarentur. Imper. verba ſic habent: Quandoquidem inquit, fratris & ſororis filiis tale priuilegium dederimus, vt in priorum parentum ſuccedente, locum ſoli (in tertio cõſtituti gradu) cum his, qui in ſecũdo gradu ſunt, ad hæreditatem vocentur. Nam alias iure communi à ſucceſſione excludebãtur. Igitur qui vel conſulunt vel iudicant, pari inter ſe exiſtẽtes gradu eiuſm. etiam ſunt relicti dũtaxat nepotes §. ſi quis igitur, verſ. in hoc n. ordine. iure proprio tutos, in quacunq; ſucceſſione, in ſtirpes ſuccedere debere, non modo contradicũt veritati, vt Zaſius ait, inuictæ apertiſſimiſq; textib. fulcitæ ſed etiã naturalem æquitatem tollunt. Dent ergo manus hac in parte Accurſiani, & cum Sulpirio Iuriſc. in gratiã redeant, h. e. vt ille, ad æquitatem omnia perpendunt, vide infr. Legitima. Spieg.

In capita diuidi dicitur hæreditas, quæ tot in partes quot ſuccedentium capita ſunt (id eſt, perſonæ) diuiditur: vt ſingulis perſonis ſingulæ partes attribuantur, in ſtirpes vero, cum tot in partes diuiditur, quot ſuorum naturalium, ex quibus ſuccedanei extant, capita fuere, id eſt, in cognationis latera & partes, Prat. ex Hot.

In Capitolium aſcendere, formula eſt cõditionis apud iuris noſtri conſultos peruulgata, quam ex triumphantium more deductam arbitror: quaſi quis dicat, Si triumphans in Capitoliũ aſcenderit. Cic. Verrin. 7. At etiam qui triumphant, eoque diutius viuos hoſtium duces ſeruant, vt his per triumphũ ductis pulcherrimum ſpectaculum fructumque victoriæ populus R. percipere poſſit: tamen, quum de foro in Capitolum currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, idemque dies & victoribus imperij, & victis vitæ finem facit. Atq; hæc quidem olim ſic ſcripſeram. Nunc audio me à quibuſdam bonis viris hac de re accuſari, quaſi conditionem illam quę libera & poteſtatiua eſt, fortuitam faciã Lepidos homines: quaſi vero quacumque ſentẽtia primum dictum ſit, eadem ſemper vſurpetur, neque alias ad res transferri poſſit: vt quod de Capitolio, triumphi reſpectu quondam dictum ſit, id poſtea ad quotidianum Capitolij aſcenſionem traduci nequeat, Hot.

In caput alterius torqueri. eſt in alterius diſcrimen, vel alterius periculo torqueri, Vlp. in l 1 ff. de quæſtionibus. Neque ſerui in dominorum, neque liberti in patronorum caput torqueri debent, quod idem ſcribit in l. 2. 3. & 10. §. poteſt. Cicero autem plane in dominum dixit, & in Miloniana, & Cæliana, & in Partit. De noſtrorum, inquit, maiorum inſtitutis, qui cum de ſeruis in dominos quæri noluiſſent, &c Hot.

In caput præcipitari, pro exturbare ædibus (noſtri dicunt, *die Sage zeigen*) vel potius quem funditus perdere eſt: *Gahr umbnrizen* vt de præobæratis dicitur, Spieg.

In cauſam deſcendere. Lege ſubſcribere.

In certi appellatio duplex. Eſt enim quoddam, quod etſi nobis certum eſt, in rei tamẽ veritate certum eſt. Aliud autem, quod non nobis tantum, ſed per ſe quoque ſimiliter eſt incertum. Prioris exemplum eſt in l. hæc venditio, §. huiuſmodi, ff. de contrah. empt. Alterius incerti ſpecies eſt, in l. quod tamen, §. Pompon. ff. de arbitra. Vide ſupr. in voce Certum.

In commiſſum cadere, eſt alicubi aliquid vehendo, vectigal non ſoluere de quo tractat tit. C de vectig. & commiſſis, Prat.

In commune redimere, vide Iulianum in l. ſi communi, ff. de ſeruitute præd. ruſt Spieg.

In conciliari eſt idem quod accuſari, inſimulari, in conciliũ vocari. Plautina dictio: quemadmodum inforari, apud eundem in forum vocari: cui tamen ſubeſt inuerecundi, nobilis & inprætextati verbi ſignificatio. Io. Bap. in comment. Epiſt. Sidon Apoll. ad Rioch. lib. 5.

In conſilium ire dicuntur iudices, cum aut capita conferunt, aut interiore conſilio inſtrumenta litis percenſere aggrediuntur, Spieg.

In continenti, locutio eſt iuriſconſultis familiaris: idem ſignificans, quod ſine vlla temporis intermiſſione, è veſtigio, extemplo, continuo, Vlpian. l. 23. §. 2. ff. ad leg. Iuliam de adulter. Quod ait lex. in continenti filiam occidat, ſic erit accipiendum, &c Scæu. l. 135. §. 2. ff. de verbor. obligat. Deinde in continenti inter vtrunque conuenit, vt intra Cal. &c. Aliquando tamen in continenti, cum aliquo moderato ſpatio interpretamur, l. 1. § in rem ſi ita legarum, ff. ad legem Aquiliam. At in l. Iulia de adulteriis, incontinenti filiam dicitur occidiſſe pater dum eam τῷ ἔργῳ deprehenſam, vna cum Adultero, vno ictu atque impetu occidit: & ſi profugerit filia dum adulterum occidit, interpoſitis tum horis appreheuſam, incontinenti occidiſſe etiam dicetur, l. 23. § fin. ff eod. incontinenti, quod ad pacta quæ inſunt, exponunt iureconſulti. & Impp. in ingreſſu contractus, vel ante contractum, aut ſtatim poſt. l. 7. §. quinimo, D. de pactis, l. 3. Cod. de ædil. act. l. 21. Cod. de vſurp. l. 27. C. de

Cod.de act. Cui opponitur poſtea, & ex interuallo, l.72.ff. de contr.empt.Prat.

In creditum ire dicitur, non qui rem ſuam, ſeu certam ſpeciem vindicat, ſed qui in perſonam agit, vt ſibi ſatis fiat l.procuratoris, § penult.de tribut.tametſi per Prolepſim ſimpliciter pro credere accipiatur plerunque, vt in l.2.§.mutui, ff.ſi cert.pet.l.ſeruo inuito, § fin.ad Trebell. Lege, Credere, Adi Old.explicantem l.2.ff.de reb.credit.Actio.17. Claſſ.4.Spieg. Alphenus l.in naue, ff.locati duo, hæc, in creditum ire, & dominium retinere, tanquam contraria inter ſe opponit.

In creditum poſſidere dicitur, qui in poſſeſſionem pignorum debitoris, ex decreto prætoris miſſus eſt, l.à diuo §. ſi pignor. de re iud.Spieg.

In damnonon verſari, apud Vlp. in fin.l.quæ vtiliter, de negot' geſt.Spieg.

In diebus illud facito, Ita in conditione data, ſi nihil præterea ſit adiectum, in biduo conditionem impleri oportet, l.210.§.1.de verb.ſign.Prat.

In diem, & longam dilationem, & ſpatium vnius diei tantum notat: quod Accurſius non animaduertit, clara Vlp. verba, in l.3.de procur.futili interpretatione obſcurans, Spieg.

In diem & ex die: vtriuſque enim idem conceptionis ius eſt, vt vult Ferretus tit.de verb.oblig. viuere, idem quod, ex tempore viuere, neque habita dierum aut horarum actione Eraſmus in Chiliad. ſignificantius interpretatur: vt diem viuere, ſit, præſentibus rebus contentum viuere, atque ex parato, minime ſollicitum de futuris: additque eiuſmodi vitam ſeu feliciſſimam omnium probaſſe Chriſtum, Spieg.

In diem deberi dicitur, quod die certa dari debet. Sic in diem debitor, in diem debitum, in diem obligatio, in diem ſtipulari, ex ff. Briſſ.

In diem pro ex die, l.9.D.de hæred.inſt.l.teſtamento, §.vlt.ff. de mart.teſtam.Alias pro ad diem, Prat.

In duplum ire, Cicero in ea pro Flacco dixit, opinor. pro ſponſionem facere alterius tanti, quanti lis eſſet: Frater meus, inquit, decreuit, vt, ſi iudicatum negaret, in duplum iret, Hoto.

In æquo eſt, dolor amiſſæ rei, & timor amittendæ, autor Sen.Sp.

In ea cauſa eſt, hoc eſt, ſic cum eo habet, l.3.ff.de in int.

In ea cauſa eſt, id eſt, in ea ratione iuris verſatur, l.1.§.ſi quis ita, ff.de verb.oblig.Oldend.

In ea cauſa eſt, hoc eſt, in ea conditione negotium verſatur, l. de ætate, §.qui tacuit, ff.de interrog.Oldend.Prat.

In eadem cauſa eſſe, verbum eſt Iuriſcoſ.Vlp. Si quis quenquam in iudicio ſiſti promiſerit, in eadem cauſa debet ſiſtere, id eſt, in eodem ſtatu, & eadem conditione. Caput eſt leg. 11. ſi quis caut. Sic Paul.l.ſeq.Non videtur in eadem cauſa ſiſti: Quære, Siſtere in eadem cauſa, Spieg.

In facili, & in difficili eſſe, pro facile vel difficile cognitu atque explicatu, Triphon.l.in confirmando, 8 ff.de conf. tor. Quod in facili eſt, ſi pater proximo mortis tempore non iure tutores ſcripſerit, Scæu l Gallus, 29.§.vlt.ff. de lib. & poſth.ille caſus in difficili eſt, ſi filium habeat & nepotem, &c. Hot.Prat.

In facto poſitam eſſe quæſtionem iuris, id eſt, ius definiendum eſſe ſecundum circumſtantias facti, l.ex plagis, §. in cliuo.ff.ad legem Aquiliam.Old Prat.

In dictum agere fere dicimus eum, qui in totam facti ſeriem experitur, nulla ſpecialiter introducta ex facto perſequendi formula, Old.Prat.

In factum actiones dicuntur generales perſequendi formulæ quaſi conceptæ in totam ſeriem facti, quod ſpecialem non habet nuncupationem, Old.Prat.

In familia retentus, qui in poteſtate manſit, l.ventre, ff. de adqu. vel amit.hæred.Old.

In familiam nubere dicebatur mulier, vt ſcribit Hot.cum id genus matrimonij contrahebat. quo materfamilias fiebat, hoc eſt, quo in viri manum conueniebat, leg.cui fuerit, 15. D. de cond.& demon.& l.ſi dies 12.ff.quando dies legat.l.qui filium, 4.D.vbi pupil.educ.deb.l.vxorem, 41.§.teſt.D.de legat.3.Cic. in ea pro Cœlio. Cui, cum ex ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſes, cur tibi Cœlius tam coniunctus fuit? Pr.

In fide alicuius eſſe, idem eſt quod feudum tenere ab aliquo, fides enim auxilium & tuitionem ſignificat, Bud. in l.Herenn. de euict. Prat.

In folle offerri pecunia dicitur, quæ ſine numeratione & vlla ratiocinatione, tanquam in marſupio incluſa offertur, Calliſtr. l.81.D.de condit.& demonſt qui ſi reliqua reddiderit, liber eſſe iuſſus eſt, non vtique ſi in folle reliqua obtulerit, liber erit, non enim teſtator hoc ſenſit: ſed illud vt rationes reddat, quomodo ſeruus reddere ſolet, Eraſm.in Adag Cent.9.chil.4.in folle exponit, implorare, inexplicare, & confuſe: ſicut qui ſyngraphas, & pecunias ſacculo incluſas offert, Prat.

In formula cretionis hæc verba erant, in centum diebus quæ ſic accipienda ſunt, vt centeſimus dies contineatur, l.2.§.inter.de ſucceſſ.edict .Prat.

In fraudem fieri dicitur, quod vere inter partes agitur, ſed alterius fraudandi cauſa, vt cum pater alienat bona, filios in legitima portione defraudandi: vel reus, vt lucrum fiſco diminuat. Huiuſmodique contractus ipſo iure valent, licet ab eo, in cuius fraudem facti ſunt, poſſint reſcindi.

In fraudem autem legis quid fieri dicatur, docent Paul. & Vlp. de legibus, Spieg.

In fraudem legis facere, adfine eſt eius, quod eſt, contra Legem facere, l.contra legem de legibus. Spieg.

In fraudem legis Æliæ Sentiæ, in fraudem creditorum, l.ſciendum, D.de manumiſſ.teſtam.Old,

In fructibus quod dicitur, hoc & in penſionibus vrbanorum ędificiorum intelligendum erit, l.cum ſerua, de legat.3. Old.

In fructu id eſſe intelligitur, quod ad vſum hominis inductum eſt, neque etiam maturitas naturalis hic ſpectanda eſt: ſed id tempus, quo magis colono dominove eum fructum tollere expedit: autor Iabol.l.pen.D.de vſu & vſufr. Spieg.

In fructu eſſe hominem, Caios inquit, abſurdum videbatur: cum omnes fructus rerum natura hominum gratia cōparauerit, l. pecudum de vſur § in pecudum 39 inſtit.de rer.diuiſ.Spieg.

In gleba vindicare quid ſit, Gell.l.9.docet & Bud.in prior. Annot. Spieg.

In gradu eſſe, vox eſt ad dignitatem pertinens, l.ſacroſ. C. de epiſc.& cler.Spieg.Prat.

In hæreditatem legitimam non concurrere, l.filio, ff.de inoffic. teſtament.

In hypothecis vindicare, eſt per hypothecariam actionem petere, l.fideiuſſor § Lucius Titius, ff.de reb.dub. ex copia Dn. Oldendorpij, Spieg Prat.

In imaginariam ſeruilem cauſam deduci, vide l.3.ff.de ca.min.

In integrum reſtituo. Boni Prętoris eſt potius reſtituere litem, vt ratio & æquitas poſtulabit, quam actionem famoſam conſtituere: ad quam tunc deſcendendum eſt, cum remedio locus eſſe non poteſt. Marcell.in Diu.Anton. ff.de integ.reſtit.Spie.

In Iulij, pro in ædibus Iulij; figura è Græci ſermonis conſuetudine deriuata, Vlpia l 8.in fi.ff.ſi ſeruit.vind. Quum Quintilla cuniculum pergentem in Vrſi Iulij inſtruxiſſet, id eſt, in hortos Iulij vt alijs in libris legitur, Hot.Prat.

In iudicium quinque genibus ſitum, id eſt, in alieno arbitrio res eſt poſita. Alludit fere noſtratis ſermonis parœmia, qua ſignificamus, vt quid decidamus non eſſe noſtræ facultatis. *Es ſtehet beyden Heuptern.* Spieg.

In iure cedi dicuntur, cum trinæ venditionis ſolenne apud Magiſtratum peragitur, qui venditioni quia nummos interueniebat, iſque appenſus veterum more, idcirco genus hoc adoptionis dicitur fieri per aſſem & libram, Conn.lib.2.c.15.n.3.

In iure, cum dicunt oratores, ait Budæus, apud Prætorem intelligere debemus. Lege eum in poſter.annot. Spieg.

In iure noſtro ſunt nonnullæ declarationes, hoc eſt, vocū interpretationes potius, quam definitiones: quas diligenter iudicauit doctiſſ.vir Apellus, in methodo. Hiſce autem declarationibus non longe abludunt, Etymologia, Notatio & Alluſio. Sunt tamen qui inter hæc omnia magnum faciant diſcrimen: quia de re pleni ſunt interpretum libri. Quanquam paruo fructu tam anxios eſſe libuit: quando tantopere cæcutimus, vt præter vnicam hominis definitionem vix aliam vllam reperiamus, quæ vt tam ſuam differentiam contineat, vide Cantiunc. in Topicis, vbi tractat locum ab Etymol Spieg.

In ius vocare, eſt, iuris experiundi cauſa vocare, l.1.ff. de in ius vocand.§.vlt.inſtit.de pœna tem.litig. Vtiq; enim, inquit Imp. in primis aduerſarius in ius vocandus eſt, id eſt, ad eum vocandus, qui ius dicturus ſit, Gaius in l.in tribus, ff de iudic. nuncupat prouocare in iudicium. Oldendorpio teſte, Spieg. Sed notandum eſt ius ad prætorem & magiſtratum duntaxat, illic, nō ad datum iudicem qui Pedaneus dicitur, referri, de qua re latius Duarenus li.1.diſput.anniuerſ.c.2. Hinc Cuiac.obſeruat. lib.10.cap.10.dicit: In ius vocare proprie eſt ad prætorem vel alium vocare, qui iuriſdictioni præſit, l.2.ff.ſi quis in ius vocat. non ier. Eodem ſenſu dicimus, in iudiciū vocare, l.1.tutor pro pupillo, ff de adminiſtr.tut.l.3.ff. de eo per quem fac.erit, &c. l.4.§.prętor.ff qui ſatiſd.cog.& cautio iudicio ſiſti, eſt ad prætoris ſellam ſiſti, l.2.ff.quis in ius vocat.non ier. Nam & Prætor ipſe iudex eſt veteri appellatione, vt Liu. ſcribit 3. & apud Prætorem priuſquam iudex detur ſpecialis quodammodo agendi poteſtas datur, vt M.Tull. ait de inuent. vt plane iudicio res eadem diſceptari videatur, vno apud Prætorem, altero apud iudicem datum, Cuiac.in dicto ſupra loco.

In ius vocati, vt eant, vel ſatis dent, tit.3.eſt a.Pandect.qui hactenus ſic legebatur; in ius vocati vt eant, aut ſatis, vel cautum dent.ſed male. Nam ſolum de ſatiſdatione tractat. Differentiam vero eorum, qui ſimpliciter, aut datis fideiuſſoribus aut iureiurando cauere poſſunt, declarat.tit 9 eiuſdem lib Spieg.

In l.2.ff.de edend.Politian.verſ.eum quoque edere Labeo ait, ex Pan.Florentinis repoſuit, vt habent recentiores C.Alc.tamen multo aliter legit.& interpretatur etiam, quam Vlpiani mentem expreſſiſſe puto. Vide eum in fi.lib.2.diſpunct. Spieg.

In libertate fuiſſe, ſic eſt accipiendum, vt non ſe liberum doceat is qui liberale iudiciū patitur, ſed in poſſeſſione libertatis ſine

Digitized by Google

dolo malo fuiſſe, l. quod autem ff. de liberali cauſa. Porro in libertate eſſe, & liberum eſſe diuerſa ſunt. in libertate enim ſunt, qui ſe liberos eſſe putant, ſeque pro liberis gerunt: cum tamen ſerui ſint, l. 7. 10. 11. 12. ff. de libert. cauſ. quod explicat. Quint. Declam. 340. & 342. Sicut diuerſa ſunt in poſſeſſione eſſe, & poſſidere: in poſſeſſione enim ſunt vſufructuarius, colonus: & tamen non poſſident, Briſſ. Prat.

In litem jurare, ad litigatores refertur, & reſpondet æſtimationi litis: Nam jurat actor in litem, quare per juramentum declarat & adſerit, quanta pecunia non tantum ſumptus litis, ſed etiam totam cauſam æſtimet, cum omnibus damnis, leg. videamus, §. jurare autem, & l. ſeq. ff. de in lit. juran. Spieg. Prat.

In Locum ſucceſſiſſe accipiunt, ſiue per vniuerſitatem, ſiue in rem ſit ſucceſſum, l. 2. ff quor. bonor. Old. Prat.

In longinquo habere, veluti trans mare, in fin. l. ſi quis ex argentariis, ff. de edend. Spieg.

In metallum, & in miniſterium metallorum damnati, ſerui efficiuntur, ſcilicet pœnæ, l. metallum, ff de pœnis, Prat.

In morbo conſumere, verbum eſt creditorum, ſentientium debitorem creditam pecuniolam non redditurum, nec exiſtimantium operæ pretium ob tantillum legibus agere, Sen. lib. de benef. 4 Quingenti, inquit, denarij ſunt, illud, quod dici ſolet, in morbo conſumat. Spieg.

In mortem differri l. 12. ff. ad SC. Treb. id eſt, in caſum mortis, l. 32. §. ſine donatione, ff. de cauſa mortis donat. Briſſ.

In neruum dare, id eſt, in nexum, de quo Liu. lib. 2. & lib. 7. Vnde Plautus in Pœnulo: Vtinam mihi argentum reddas, priuſquam in neruum abducare, in neruum itaque dare, eſt obligationis jure ac conditione capi, atque in ergaſtulum abduci.

In neutris eſſe apud Paul. in l. ſeruis vrbanis, de leg. 3.

In obligatione eſſe aliquid dicitur, cum vinculo obligationis innectitur: in ſolutione eſſe dicitur, quod poteſt pro re obligata ſolui, licet judicialiter non poſſit peti, ex Zaſ. Spieg. Prat.

In omnibus talibus ff. de rei vendic. leg. in rem, §. ſed & id Alb.

In ordinem redigere, proprie ſignificat inter viles numerare, vt docet Priſcianus, quaſique intra claſſem ſuam continere, non eximium ducere, honore non eximio dignari, id quod & Liu. tractare videtur lib. 27. & lib. 41. Tribuni plebis, inquiens, in ordinem redacti pro contemptiſſimis ſunt habiti. Hos Græci Eucyelios appellare videntur, vt annotat Cælius lib. 25. c. 18. Huic affine, in ordinem legere, apud Paul. in l. vlt. de veter. Sed veterani, qui paſſi ſunt ſe in ordinem legi, muneribus fungi coguntur, Spieg.

In pecuniam ludere, Paul. in l. 2. ff. de Aleatoribus, Senatuſconſultum vetuit in pecuniam ludere, præterquam ſi quis certet diſco vel pilo jaciendo, currendo, ſaliendo, luctando, pugnando, quod virtutis cauſa fiat, Spieg.

In perpetuum, contrarium habet, in tempus.

In poteſtate conſiſtere exiſtimatur, quod in actu non eſt, ſed poteſt l. aduerſus ſententiam, ff. de arb. quam Alc. nobis reſtituit. Vide eum in diſpunct. Spieg.

In poteſtate alicujus quis eſſe Latine dicitur, qui paret, & obſequitur voluntati ejus, in cujus poteſtate eſt, Conn. li. 2 c. 8 n. 4.

In poteſtate habere, id eſt, in cura, & adminiſtratione. Sic dicitur Epiſcopus Eccleſiæ fundos habere in poteſtate, cap. 1. de rebus Eccleſ. non alien. Tutor quoque in pupilli caput poteſtatem habet, id eſt, authoritatem, inſt. de tut. in prin. Vnde & alibi ſua poteſtate quid feciſſe dicitur, quod propria authoritate fecit, ex Alciat.

In poteſtate habere & alienare tanquam aduerſa opponuntur, Liu. lib 8 Minutia Veſtalis cum decreto Pontificum juſſa eſſet ſacris abſtinere, familiamque in poteſtate habere: facto judicio viua defoſſa eſt, Prat.

In poteſtate, manu, mancipiove, Vlpian. tit 24 Ei qui in poteſtate, manu, mancipiove eſt ſcripti hæredis, ſub conditione legari poteſt: item, Ei cujus in poteſtate, manu, mancipiove eſt heres ſcriptus, legari non poteſt. Poteſtatem de filioſam. Manum de matreſam. quæ in manum conuenit, Mancipium de ſeruo intelligit Hot.

In præſens exponit Valla, id eſt, in præſentiarum: quod aduerbium, teſte Glareano, nuſquam apud veteres reperias: quam vis etiam, eodem judicante, Perottus, atque adeo noſtra ætas ſæpe eo vtatur. Vlp. Cur noceat ei, inquit, qui reſpondit quod in præſentiarum videbatur, leg. de ætate, §. ex cauſa ff. de interrog. act. Spieg.

In præſentiam, id eſt, donec ſit præſens. Hæc enim eſt natura præpoſitionis junctæ accuſatiuo caſui, vt cum Virg. dixit,

——In lucemque tuliſſet.

id eſt, vſque ad lucem. Hoc à Seruio animaduerſum, Alciat. etiam judicauit, Spieg.

In primis, modo ante omnia, modo pro præcipue, excellenter, vtriuſque ſignificati exemplum apud Pompon. extat in l. 2. de orig. jur. alterum mox à princ. alterum in §. fuit autem, Spieg.

In procinctu eſſe, ſignificat id, quod Barbaris in fieri, hoc eſt in potentia propinqua.

In procinctu factum teſtamentum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat præſentibus commilitonibus Feſtus, vide in procinctu, Hotom.

In pubertatem pro intra pubertatem, in l. 2. ad fin. ff. de vulg. & pupil. in annos, pro poſt annos in l. 41. §. pro hærede, ff. de fideicom. hæred. Briſſ. in pareng.

In publicum deduci intelliguntur, & qui magiſtratibus municipalibus traditi ſunt, vel publicis miniſteriis, l. 1. ff. de fug. Prat.

In re diſceptare, pro juſte judicare, cap. fraus, §. judex extra de verb. ſign.

In re permittere, pro in poſſeſſionem ingredi, l. cum vnus, ff. de bon. aut. jud. poſſ. Alb. Spieg.

In præſenti, in ipſo opere, h. e. in re ipſa, l. de pupil. ff. de nou. operis. Alias pro in præſentia vſurpatur ab Vlp. l. 1. ff. de ſol. Sed conſtituere in re præſenti, h. e. ſtatim atque ſolutum eſt, Prat.

In rem præſentem venire, *auff den augenſchein gehen.*

In rem ſuam fidejuſſor, pro reo principali habendus eſt l. ſed & ſi fidejuſſor. ff. de pact. Alb. Spieg.

In rem & in perſonam, locutiones ſunt Iuriſconſultis familiares, quarum illa tum vtuntur, quum indefinite ac ſine perſonæ vllius notatione aliquid factum eſſe ſignificant: hac vero, quum certa perſona definita, veluti in l. 5. §. 2. ff. de conſt. pec. Quod exigimus vt ſi debitum quod conſtituitur, in rem exactum eſt: non vtique vt is cui conſtituitur, creditor ſit, item quum Vlp. ait actionem metus cauſa in rem eſſe ſcriptam, nec perſonam vim facientis coercere, ſed aduerſus omnes reſtitui, l 9. in fin. ff. quod met. cauſ. & alibi, h. e. in l. 7. §. 5. ff. de pact. Pactorum quædam in rem eſſe, quædam in perſonam: illa quoties quis generaliter paciſcitur ne petat: hæc quoties ne à perſona petat. item in l 10. ff. de oper. nou. nun. Operis noui nunciationem in rem fieri, non in perſonam, Cic. lib. de inuent. 2. Sin autem non in hominem certum, ſed in rem aliquam cauſa dimouebitur, vt in hac eadem re, &c. item apud Vlp. in l 4. §. 29. ff. de dolo except. l. 2. §. vlt. ff. de interd. Senec. in ludo. Ne videar in perſonam, non in rem dicere ſententiam, Hot. & Prat.

In rem verſum videtur, ſiue ipſum, quod ſeruus accepit, in rem domini conuerterit: veluti ſi triticum accepit, & id ipſum in familiam domini cibariorum nomine conſumpſit: aut ſi pecuniam à creditore acceptam dominico creditori ſoluerit leg. quod ſeruus, ff de in rem verſ. Oldend.

In rem verſum intelligitur, quicquid neceſſario vel vtiliter in negotia patris aut domini verſum eſt, à filiofamilias, vel ſeruo, aut etiam quolibet alio, l. ſi pro patre, §. verſum autem, leg. ſeruus ſi in rem in princ. ff. de in rem verſ. Oldend. & vide infr. verſum in rem.

In rerum natura dicitur infans eſſe: conceptus, in rebus vero humanis, ſi non editus, ſaltem viuens in vtero matris, l. 1. §. 6. in fi. & l. 8 de ſuis & leg. Quod in reb. humanis eſt, in rerum quoque natura eſt: Non autem quod in rerum natura eſt, id omne in rebus humanis eſt, l. 1. de her. vel act. vend. Mortui in rebus humanis non ſunt. ita enim ſcripſit Epiſt. lib. 10. Senec. Quamvis fructus operis peracti nullus ad defunctum, exemptumque rebus humanis pertineat, ipſa tamen contemplatio futuri operis juuat. Deſinunt etiam mortui eſſe in rerum natura, l. 59. §. 6. de hær. inſt. Quid igitur mirum, eos qui mortui naſcuntur, appellati nunquam liberos potuiſſe? l. 129. de verb. ſign. Quod igitur Celſus ait, eum qui prægnantem reliquit vxorem non videri ſine liberis deceſſiſſe, id ad eos liberos referendum eſt, qui ſi non in rebus humanis, ſaltem in rerum natura ſunt, l. 2. quand. dies leg. d. c. 7. Ræu. l. ſi quis prægnantem, ff. de re. jur. in rerum natura quædam ſunt, quædam non ſunt. Hæc autem quæ non ſunt, rerum natura complectitur, quæ animo ſuccurrunt tanquam Centauri, Gigantes, & quicquid aliud falſa cogitatione formatum habere aliquam imaginationem cœpit, quamvis non habeat ſubſtantiam, Ræu. l. bon. fid. ff. de reg. jur.

In ſacris manere, l. filiæ, Cod. de collat. in ſacris retineri, l. 3. C. de bon. matern. in ſacris eſſe, l. 2. C. de bon. quæ lib. in parentum ſacris conſt. l. vlt. C. de inoffic. teſtam. l. vlt. C. ad Tertyll. juris auctores de filiis qui in familia & poteſtate patris adhuc ſunt, vſurpant. Sicuti eos qui per emancipationem aut alias exiuerunt è familia & poteſtate patris, dicunt ſacris vinculis exolui, l. 1. C. de offic. præt. E ſacris paternis dimitti, l. quidam, C. de fideic. A ſacris paternis abſol. l. de emancipatis, C. de leg. hæred. Duar. ad tit. ſolut. matrim. ſub cap. Quæ ſint nuptiæ.

In ſeruitutem petere, leg. in ſeruitut. ff de bon. lib. Alber.

In ſinu meo habui, pro in poteſtate ac fide mea, apud Scæuolam in l. teſt. faciebat, de prob. Quod enim alterius fidei committimus, in ſinum deponere dicimus. Vide Eraſmum explicantem prouerbium, in ſinu gaudere, Spieg.

In ſolutum dare, perſoluere, apud Paul. in l. 60. ff. de ſol. Hot.

In ſortito eſſe, id eſt, incerto & ambiguo, vt inueniri non poſſit, jure noſtro ratum eſt, vt judicium per ſortes admittatur, in l. cum res adeo perplexa incertaque eſt, vt alium exitum non habeat, l. ſi duobus, C. communia de legat. Vide Alciat. lib. 5. Pareng. c. 22. Spieg. Prat.

In Stirpes ſucceditur, quum hæreditas non in ſuccedentium ſingula capita & perſonas, ſed in cognationis latera & partes diuiditur

uiditur, in capita verò, quum in tot partes ſecatur, quot ſucce-
dentium capita & perſonæ reperiuntur: qua de re vide Imper.
§ 6 de hær. quæ ab inteſt. Vide in capita, Hor.

In ſuis hæredibus habere, hoc eſt ſuorum numero, l. 78. 1. ff. de Reg. iuris, Briſſ.

In tabulas referre, id eſt, ſcribere in tabulis, & vt dicunt, in Regiſtro, Sylu. Spieg.

In totum pro omnino in l 1. § 1. ff de ſuis & legit. l 77. de diuerſ. reg. iur. l. 60. §. pen. ff. de ritu. nupt. Briſſ. in Pareg.

In tutelam ſuam venire mas dicitur, qui ephebus, id eſt, pubes, eſſe incipit, anno ſcilicet ætatis decimo quarto; fœmina vero viripotens appellatur, hoc enim in fœmina, illud in mare ponitur ab Vlp. in l. 5. §. 2. quibus ex cauſis in poſſ. Ait Prætor. ſi is pupillus in ſuam tutelam venite, eáve pupilla viripotens fuerit, & recte defendetur, &c. idem l. 50. ff de leg. 3. Quum ſi Tioſam. ita legatur, Quum is in tutelam ſuam peruenerit, pubertatis tempus ſignificatur, Cic. lib. de Orat. 1. Negaretque oi ſi poſthumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniſſet, mortuus eſſet, hæredem eum eſſe poſſe, idem in Bruto, Quum is hoc probare vellet, M. Curium, quum ita hæres inſtitutus eſſet ſi pupillus ante mortuus eſſet, quam in ſuam tutelam veniſſet pupillo non nato hæredem eſſe non poſſe, Hor.

In vtero qui eſt, non eſt pupillus, l. non eſt, ff. de verbor. ſignificat. tametſi animal eſſe videatur, l. 1 §. proximus, ff. vnde cognati, l. negat. de mort. infer. Num qui in vtero eſt, pro iam nato habetur, quoties de eius commodo tractatur, l qui in vtero, ff de ſtatu hom. Alber Spieg

In re, vel pro in, invè eum locum l. 1 ff. ne quid in loco ſacro, l 2. ff. ne quid in loco pub In vè litore, iuvè ripa, inve ſtipulatum eius, invè vinculis, ff. ex Briſſ.

Invè ſe, pro vel in ſe, l 9 §. ſiquis iudex, ff. de recept. qui arb Briſſ.

Inædificata Liuius dixit auctore Turneb li. 1. aduerſ c. 29. quæ aliquo in loco ædificata ſunt, ſed cum in loco dixit, ſignificauit ædificia à priuato in publicum procurrentia. & aliquid loci publici occupantia: Plutarcho teſte, cuius verba ſunt. [Greek] immolita autem ſunt, quæ quis vſpiam molitus eſt, Si quis igitur priuatus ante ædes ſuas in publico podium poſuiſſet, aut mœnianum proiecisſet, eum id demoliri & diuertere, tollereque Cato iubebat, vide Immolitus.

Inædificare elegans verbum apud Vlp l 1. ſed etſi de vſuſr. Sed etſi, inquit, quid inædificauerit, poſtea eum neque tollere, neque refigere, Spieg.

Inane propriè vacuum ſignificat, [Greek] verò quod eſt ſine vi, ſine affectu, l. 19. ff. de contr. tab. inanis reus qui ſoluendo non eſt, Paul. lib. 1 Sent. tit 15. inanis ſtipulatio, inutilis & inefficax propter exceptionem l. penult. D. de cōdict ob turp. cauſ. inanis etiam ſtipulatio nullius momenti. ex qua actio non datur, l. 39 D. donat. inter vir. l 41. § pen. D. ſolut. matrim. & apud Valer. Max. li 8. cap. 2. Eodem modo inanis obligatio in l. 8 Marcellus, D. ad Velleian. l. 95. §. aliquando, D. de ſolut. Briſſ.

Inane nomen hæredis habetur, cùm hæreditas relinquitur immenſis donationibus exhauſta, Gotb. ad l. 3 C. de inoffic don.

Inanes tabulæ & inane Chirographum poſt ſolutam pecuniam l. 87. D. de furt. l. vlt. D. ad exhib. l. vlt ſi debito perſoluto, in C. Theod. Sic & inania ſcriptura & inanis epiſtola in l. 39. D. de dolo, l. 21. D. de prob. Et inanis cautio, nulla ſecuta numeratione l. vlt. C. ſi pignor. conuentio, Briſſ.

Inane nomen hæredis, nudum & ſine re, l. 3. C. de inoſ. dot. Briſ.

Inanis & nulla conſtituitur actio propter inopiam aduerſarij, l. 1. D. de dolo malo, item propter exceptionem, l. lecta, §. pen. D. ſi cert. per. l. Stichum, §. aditio, ff. de ſolut. l. ſi dari ſtipulet, ff. de verb. ob. l. quæſiuit, §. Marcellus, ff. ad Velleia. Cuiac. ad leg. eleganter, §. quaſi nulla actio, ff. de dolo malo, vide & l 6. ff. de dolo. l 24 ff. de li. cau. l. 24. ff. mand. Paul. lib. 2. ſent. tit. 15. Briſſ.

Inargentati lecti, ex ff. Briſſ.

Inargentatum, ſicut inauratum, hoc eſt, argento & auro illitum, rectum.

Inargvta ſententia, Vlp. in l hoc SCtum. §. ſi pecunia, quam ſententiam & Celſus ſcripſit, quæ mihi non inarguta videtur, hoc eſt, vulgo dicunt, ratione fundata, Spieg. Briſſ. ex l. 5. de v. ſuſt. earum rerum.

Inatanas, duorum fratrum vxores Græci inter ſe vocantur: Sicuti Ælij, vel etiam Acelij dicuntur, quibus duæ nupſerint ſorores. Sororis autem meæ maritus, non habet ſpeciale nomen, quo illum appellem: nec vxoris frater. Dacr mariti dicitur frater. At Soror vocatur [Greek], à nobis dici poteſt Gos, Frater meus, Leuir eſt vxori meæ, Vide Rhodig. c. 24. lib. 18 & Oldend. in Copia, quo loco nomina Affinium indicans, pro inateres, voce Græca, vitioſè legitur inatrices, Spieg.

Inavditvs, [Greek], non auditus, qui cauſam non dixit: cuius audita defenſio non eſt, Vlp. l. 2. ff. ad leg. Corn. de ſicar. inauditum filium pater occidere non poteſt. Suet. in Galba: Quoſdam claros ex vtroque ordine viros ſuſpicione criminis inauditos condemnauit: inaudita cauſa quenquam damnari, æquitatis ratio non patitur, l. 1. ff. de requir. reis, Prat. ex Hoto. Briſſon.

Inavdire cauſam in l. diui fratres 27. §. quod ſi is, 2 ff. de liber. cauſ. qui accipiendum, Accurſ. in actum reliquit: Alij lectionem immutarunt, & agi cauſam repoſuerunt, l. 2. Cuiac. lib. obſer. 6. c. 7. inaudire, diuinat legendum. Equidem Florentinam lectionem, quæ temere immutanda non eſt, retinendam cenſeo, vt ſit ſenſus, differendam cauſam & ſententiam ob abſentiam eius, qui de libertate ſua litigabat, & vox, Enim, aduerſaria non erit, vt & alibi paſſim. Prat.

Inavris quod à Græcis dicitur enotion, ornamentū eſt ex auribus fœminarum dependēs, Plaut. in Menæch. inaures da mihi faciendas. Iſidor. lib. 9. Etymol. c. 30. apud Vlp. in l. 27. D. de aur. arg leg. inaures putat ab aurium foraminibus ita nūcupatas, ex quibus pretioſi lapilli pendebant. Solebāt enim veteres foratis auribus gemmas, & lapillos inſerere, Tertul. in libr. de habitu mulieb. Graciles, ait, aurium cutes Kalendariū expendunt. idemque auctor eodem libro anxiè forari margaritas conſueuiſſe, vt penderent, ſcribit. Sed & in lib. de Pallio, autem ſtratu effeminari quæritur, Plin quoque li. 9. c. 35. de elenchis loquens. Hos, ait, digitis ſuſpendere, & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria eſt, Briſſ. idem docet apertè D. Hiero, ſic enim in Epiſt. quadam Demetriadi ſcribit: Vt taceam de maurium preciis, candore margaritarum, rubri maris profunda teſtantium, ſmaragdorum virore, ceraunorum flammis, hyacinthorum pelago, ad quæ ardent & inſaniunt ſtudia matronarum, idem Hieronymus elegāter de Romanis matronis, in vita B. Marcellæ viduæ Romanæ diſſerens, ſic ad virginem principium ſcribit: illæ ſolent purpuriſſo & ceruſſa & ora depingere, ſericis nitere veſtibus, ſplendere gemmis, aurum portare ceruicibus, & auribus perforatis rubri maris precioſiſſima grana ſuſpendere, fragrare muſco mure, maritos ita plangere, vt tandem dominatu eorum ſe caruiſſe lætentur. Eoque etiam ſpectat, quod ſic in libro de habitu virginum Cyprianus ſcribit Ræuard Variot. lib. 1. c. 4.

Incæduum, quod non cæditur, Seb.

Incalescens in eo ſexus, id eſt, qui in eo præualet, ex Briſſ.

Incantare, vel verbis vel rebus adiunctis, aliquid ſupra naturam moliri Priſcis perſuaſum erat, prodigioſam ineſſe viam vocibus incantatorum: adeo, vt myſticus quoque Pſalmus mentionem faciat venefici incantantis ſapienter. A noſtris incantatio, hoc eſt, actus ipſe incantandi inter infames numeratur. Adi Bartol. in l. 1. C. de maleſic. & Mathem. Spieg.

Incantationes an ſint prohibitæ & punibiles. Bart. in l. 1. C. de mal & math. Prat.

Incapax ab indigno ita à quibuſdam diſtinguitur, vt incapax is ſit, cui capiendi ius non ſit, ideoque ei relicta ab initio inutilia ſint, & apud hæredem remaneant ſine onere, veluti Spurius, indignus autem, cui quæ relinquitur ipſo iure valent, ſed ad fiſcum plerumque transferuntur, vel ad hæredem, vel ad aliam perſonam cum onere, tot tit. ff. de his qui, vt indign. vide Bart. ad l. fin. ff. eod Prat.

Incassvm, id eſt, ſine cauſſa, quaſi ſine caſſibus ſine quibus venatio eſt inanis. Spieg.

Incavstv, hoc eſt, atramentu, falſum deprehenditur, Auth. de fid. inſtr. §. 1 Alber.

Incavte factum, pro infacto habetur, l. 1. §. 1. ff. de his quæ in teſtam. del.

Incavta negligentia, ex ff. Briſſ.

Incendia vel fortuito fiunt: vel culpa inhabitantium: vel conſulto ac malitioſè, vt ſunt quæ fiunt ſeu inferuntur ab incendiariis, ex ff. Briſſ.

Incensvs, qui cenſum profeſſus non eſt: qui bona in cenſum non detulit, Briſſ.

Incensvs, qui dolo non eſt profeſſus bona ſua. is olim ex lege Seruij regis publicè venibat, & virgis cæſus ſeruus fiebat, vt teſtis eſt Dionyſ. li 4. & Cicer pro Cecinna. Sed & ſi quis apud cenſorem non fuiſſet profeſſus omnia bona ſua, cōtrahere dicebatur grauiſſimum crimen cenſus fraudati, l. 53. de iudic. l. 1. C. de quæſt. quanquam errori ignoſceretur, & venia daretur ad cenſum emendandum, vt indicat Vlp. l 4. §. 1. ff de cenſib.

Incendiarii, incendiarij dicuntur, qui ob inimicitias, vel prædæ cauſa, incenderint De his, eorumque pœnis, in 17. tit. lib. 5. Decret & in l. capitalium, §. incendiarij, ff de pœnis tractatur, Anch.

Incendio conſumptæ, abſumptæ, exarſæ, exuſtæ, ædes, villæ, domus, res, inſulæ, ex ff Briſſ.

Incenarii qui ſint, vide l. vnicam, C. de claſſicis, lib. 11.

Incensoras meſſium, ex ff. Briſſ.

Incensvs apud Vlp. tit. 12. Regul. qui cenſum profeſſus non eſt, ſeu qui bona in cenſum non detulit, Cicer. pro Cæcinn. & pro Flacco, Briſſ.

Incentivvm ſignificat appetitum, cap. vt clericorum de vita & hon. cler. Io. Bell. Etymol.

Incerta dicuntur, quæ non in ſpecie, ſed in genere proferuntur: veluti. Fundus, homo, Triticum l. hæredes 25. §. ſi incer-

10. ff.famil.ercíſc.l. num incertus, 11.de legat.1.l. in ratione, 30.§.incertæ, ff.ad leg.Falcid.Hot.Prat.Hinc

INCERTA Nomina dicuntur eſſe obligationes ſcriptæ, quarum ſolutio certum tempus non continebat. Hoc enim agebat fœnerator, ne tempus ſolutionis inſereretur inſtrumento; vt tandem poſſet, quoties vellet, petere & ſemper immineret debitori, qui, vt ſe poſſet à tali onere leuare (nam æris alieni comes eſt miſeria, vt dixit Chilon) cogebatur optare mortem patris. Verum poſt Senatuſconſ. Macedon. ſciant tales creditores, nullum bonum omnē expectata patris morte fieri, quia filiusfamil. non obligatur efficaciter, ſed habet exceptionem Macedoniani. Forcat. in Necyomantiæ dialog. 98. n. 2.

INCERTA actio, ſiue (quod vſitatius eſt) incerti actio dicitur per quam nulla certa ſumma petitur, veluti ex ſtipulatione incerta: Quod mihi ex ſtipulato dari fieri oportet, l.4 ff de vſur. l. 3. C. de inutil. ſtip. l. diem proferre. 27. in fi. ff. de arbitr. Ex omnibus bonæ fidei actionibus. Quod te mihi ex bona fide dare facere oportet. Sic l.1. ff. de vſufr. leg l.5 ff. de cond. ſin. cauſ. l.a.§.aliud, ff. de donat. l. vlt. ff. ſi quis in ius vocat. Prat.

INCERTA ſtipulatio eſt, vbi non apparet, quid, quale, quantumque eſt in ſtipulatione. Quod fuſiſſima exponitur in leg. 75. ff. de verb.obl. Adde & l 68. ff. eo. tit. Atq; hinc incerti actio ex ſtipulatu datur, l.4 ff. de vſur. inſt. de verb. obli. in princ. incerti actiones etiā condictioneſque illę omnes appellantur, ex quibus aliquid incertum, & quod neque demonſtrari, neque tanto poſſis, petitur. l.1. ff. de vſuf. le. l.46 §.1. & l.59 §. ex aſſe. ff. de iure dot. l.5. in fi & l.8 ff. de actio. empt. l. pen. ff. depoſ. l 1. §. aliud, ff. de don. l 3. ff de condit. ſine cauſ. l. 12. ff. de nouat. l. 22. in fin. l. 40. § pen ff. de cond. indeb. l. 16. §. Pomp. ff. de min. l. 5. §. 1. & l 8. ff. de vſufruct. ear. rer. l. 55 ff. de ſeru. vrb. l. 12 in fin. ff. de cōd. furt. l. 75. §. vlt. ff. de leg li. 1. l. 27. in fin de recep. qui arb. l. vlt. ff. ſi quis in ius voc. non ier l 8 §. pen ff de liber. le. Nonnunquam incerti actio, pro præſcrip. verb. actione ſumitur, vt in l.6. & l.16. ff. de præſcr. verb. l. 19. in fin. ff. de precar. l. 23. in fi. ff. commun. diuid. l. 7 ff. de pact. l. 6. C. de rer permut. Briſſ.

INCERTA pars, quæ quota ſit non apparet: veluti quidquid mei iuris in eo fundo eſt, quidquid Titius poſſidet, l. 1. §. incertam, l. 26. ff. de adquir. poſſ. l 52 §. vlt. ff. de vſuc. Sic & in l. 76. §. 1. ff. de rei vind. l. 21 §. ſi cum eſſet, ff de interrog. in iur. fac. l. 1. §. vlt. ſi pars hæred. petatur, l. 8. §. 1 ff. commun. diuid. Briſſ.

INCERTA perſona videtur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubiicit: veluti ſi quis ita dicit. Quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundum dato, ait Imp. in §. incertis, 25. inſtit. de legat. Hot.

INCERTI quando agi dicatur: vide ſupra in voce Certi contractus.

INCERTI condictio, ibidem

INCERTI contractus qui dicantur, ibid.

INCERTITVDO eſt ſubſtantiua tranſactionis: vide poſt rem iudicatam ea nullius momenti eſt, l. res iudicata de reg. iur. Spie.

INCERTITVDO reprobatur primum in contractibus, l. 1. inter ſtipulantem, §. inter Stichum, ff. de verb. obl. l. cum duob. ff. de in diem addict. Deinde in vltimis voluntatibus, l. duo ſunt Titij ff. de teſt. tut. l. quæſitum, §. ſi quis eo. ff. de fund. inſtr. l. ſi quis de pluribus, & l. ſi fuerit, ff de reb. dub. Denique in iudiciis nullo modo admittenda eſt, l. 3. C. de Sentent. quæ ſin. cert. quant. profetuo. l. quid tamen § Pompon. ait ff. de recept. arb. l. idem Pomponius ſcribit, ff. de rei vind. Spieg. Prat.

INCERTVM confitetur, qui ſe illud aut illud debere confitetur, 6.§ 1. ff. de confeſſ. Briſſ.

INCERTVM eſt quod neſcitur, quid, quale, quantū́q. ſit aut ſuit, l. 74 & l. 75. ff. de verb. obl. Goth. ad l. 1. §. 2. ff. de acquir. poſſ.

INCERTVM abſolute plerunque iuriſcōſultis vſurpatur pro ipſa incertitudine. Sic conditionis incertum, l. 11. ff de ſecun. tab. l. 1. C. de pact. incertū cautionis, l. 16 § idem quærit. ff ad Treb. pro incerto euentu, vt in l. 6. ff. quod falſo tut. auctor. incertum rei, l. 11. ff. de hæred. vend l. 12. ff. de act emp. incertum ſucceſſionis, l. 14. ff. de tranſact. incertum litis, l. 20 C. mandati. incertum ætatis, l 49. ff. de fideiuſſorib. Antiquitatis incertum l. 1. de reſponſ. pruden in C. Th. incertum contentionis, l. 1. de equis curulib. in C. Th. Et incertum maris apud Tacit. l. 3. Belli incertum apud eundem lib. 4. Quo ex genere loquendi ſunt & illa. Lubricum tutelę, l. 4. §. cum Pollidius, ff. de vſur. Lubricum ætatis, l. 11. § ſi locupleti, ff. de minor. Lubricum linguæ in leg. 7. in fi ff. ad leg. Iul. maieſt. Lubricum conſilij, l. 5 §. lege Iulian. ff. de teſtib. Briſſ. Adde Forcat. Necyom. dial. 51. n 2.

INCERTVS homo legari promittive dicitur, qui generaliter & indiſtincte legatur, promittitve, l. 13. ff de l li. 1. l. 25 §. ſi incerto, ff. fam. erciſc. l. 3. ff. qui ſine manumiſſ. incertas res eodem modo dixit Mecianus in genere relictas, l. 50 §. incertæ, ff. ad l. Falcid. Et incertum corpus Pomp. in l. 85. ff. de leg. li. 5. Briſſ.

INCERTVS poſſeſſor eſt, quem ignoramus, l. 59. §. vlt. de verb. ſig. incerta ſententia, l. 21. §. Pompo. ff. de recept. qui arbit. leg. 59. ff. de re iud Briſſ.

INCERTVS contractus in l. 1. §. debitum, ff. de conſtit. pec. l. ff. de reb. credit. leg. 18. de acceptilatio. qui proprium & ſpeciale nomen non habet, Briſſ.

INCERTVS contractus vocatur ἀνώνυμος, quia nomine vacat, Cuiac. l. 74. de verb. obl.

INCESTA, eſt etiam ſine ſtupro, quæ cupit ſtuprum, auth. Senec. lib. Declam. 6. Spieg.

INCESTARVM nuptiarum appellatio eſt vel generalior vel ſpecialior. in genere, inceſtæ nuptiæ dicuntur, quæ factæ ſunt inter neceſſarios, iure prohibente: in ſpecie ſunt nuptiæ inceſtæ iure ciuili, veluti cum filia vel nepte ſororis ſuę, Vult. in comment. inſt. de nupt. §. 2. n 2. & 4.

INCESTAS nuptias Iuſtinian. vocat, quas ſanguinis coniunctio prohibet. inutiles vero quæ cum iis ſunt contractæ, cum quibus iure ciuili non licet, Conn. lib. 8. c. 6. n. 1.

INCESTI filij dicuntur nati ex eo concubitu, quem vel conſanguinitatis vel religionis lex prohibet, vt ex ſorore conſobrina, nouerca, ſacra virgine, &c. Conn. lib. 8 c. 16. n. 2.

INCESTVS, vel inceſtum, dicitur id crimen, quod committitur cum ea, cum qua illicitum alioqui matrimonium fuiſſet. Notum eſt, Ciceronem adulterium & inceſtum, ſtuprum ſæpe appellare. Crimē inceſti grauius eſt adulterio, l. ſi adulterium, §. 1. verſ. duplex, de adult. Vnde qui inceſtuoſus à noſtris dicitur nec hæres inſtitui poteſt, nec ei legari poteſt: quinetiam ab accuſatione, & ferendo teſtimonio repellitur. Vide Abbat. in c. tranſmiſſæ, de eo qui cog. conſang. vx. ſuæ Spieg. Olim inceſti pœna erat deportatio, l. ſi quis viduam, ff. de quæſt. Cuiac. in expo. Nou. Iuſtin. 12. de inceſt. nup.

INCESTVS idem eſt quod pollutus & non caſtus, Vnde Plin. inceſtas noctes appellat. Dicitur & inceſtus ſubſtantiue, vel inceſtum, pro ipſo fœdo impudicitiæ crimine, vbi cum iis rem habemus, quas aut legibus, aut moribus prohibemur habere vxores. Extat in Codice tit. de inceſt. nupt. Et Nouell. Iuſtin. conſt. 12. περὶ αἰθεμιτογαμιῶν. Sunt qui inceſtam coniunctionem dici putant, quæ contracta eſt ritibus & ceremoniis nuptialibus non adhibitis: quod Κεστὸς ſignificet Zonam ſponſæ nuptialem, Bald. tit. nupt.

INCESTI crimen vel ſolum eſt, vel adulterio coniungitur, Briſſ.

INCESTVM vt Paul. in l. 39. ff. de ritu nupt. tradit. committere intelligitur, qui ex his, quas legibus aut moribus prohibetur vxores ducere, aliquam duxerit, Connan. li. 8. c. 6. n. 1. Vlp. quoque in inſtit. tit. 5. Si quis eam, ait, quā non licet, vxorē duxerit, inceſtum matrimonium contrahit, idem & Gaius inſtit. lib. 1. tit. 5. Sed & Papinian. in l. 38. §. 1. ff. de adult. per illicitam matrimonij coniunctionem inceſtum admitti docet. Quod & verbi notatio oſtendit. Nam vt Iſid. lib. 5. c. 26. & lib. 10. tradit, inceſtum propter illicitam coniunctionem vocatur, quaſi incaſtum, inceſtum autem committit, qui cognatam violat contra fas, leg. 5. ff de quæſtionibus. Cæterùm inceſtum vel iure gentium, vel ciuili committitur, iure gentium quidem, quotiens ex gradu aſcendentium vel deſcendentium vxor ducitur, iure verò ciuili, quoties ſola iuris ciuilis obſeruatio interuenit, veluti cùm ex latere eam ducimus, quam vetamur, vel adfinem, quam propter publicam honeſtatem impedimur l. vltim ff. de ritu nupt. l. 38 §. 1. de adult. inceſtum ergo & cum priuigna, nuru, nouerca, ſocero committitur. Et quidem iure gentium, vt Papin. in l. vlt. ad fin ff de condict. ſine cau. ſcribit, ea quemadmodum exiſtimo ratione, quod hæ perſonæ inter ſe parentum liberorumque loco ſint l. 16. ff. ſolut. matrim. §. ſocrum, inſt de nupt. Sed etſi concubinam quis habuerit ſororis filiam, licet libertinam, inceſtum committit, l. 56 ff. de rit. nupt. Briſſ.

INCESTVOSI & adulterini, ab omni ſucceſſione & paterna & materna ſunt excluſi, adeò vt ne alimentis quidem iure ciuili digni eſſe cenſeantur, Vult. in comment. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. in pr. n. 27.

INCHOARE incipere eſt, ſeu noui aliquid aggredi, Rem cœptam perficere & nouam inchoare aduerſantur, l. 42. ff. de adq. vel omit. Noua negotia inchoare, & vetera explicare, opponuntur l. 21. ff. de neg geſt Briſſ.

INCHOATA lis, l. 18. C. qui dat. tut. vel cur. poſſ. & l. 1. C. de hæred. tut. inchoatum crimen, l. 11. C. ad l. Iul. de adult.

INCIDENTIS, hoc eſt, intercidentis quæſtionis, & emergentis materia, tractatur vtiliter S. Bart. in l. 1. C. de ordin. iud. & in l. viro atque vxore, ff. ſolut. matr. & Felin. in c. ſuborta, de re iud. Spieg.

INCIDERE pro contingere, accidere, euenire. Quicunque caſus inciderit, l 50. ff. de fideicomm. libert.

INCIDERE dicimur in ea quæ caſu & euentu, magis quàm voluntate, aut iudicio deuenimus, incidere in latrones, leg. 51. ff. pro ſocio, Briſſ.

INCIDERE pro cadere, decidere. Si bos meus in foueā inciderit.

INCIDERE in Edictum, legem, SCtum, dicitur, qui in ea committit peccatum, Briſſ.

INCIDO penultima producta, ſignificat excido, exſeco, incidere, tabulas, leg. vlt. D. de iniuſt. rupt. non eſt ipſas ceratas tabulas ipſumve lignum concidere, & in partes ſecare, ſed linum quo ligatæ erant tabulæ, ſeu quod tabulis rex quarèrve erat circumductum, incidere & rumpere, Briſſ.

INCIDERE

Incidere, inſculpere ſignificat in l. 2. §. ſed nec diutius, ff. de orig. iur. l. 2. Alb.

Incidere in criminis ſuſpicionem, l. 2. C. de furt.

Incidere in eam valetudinem, propter quam operæ inutiles fiunt, vide Labeonem, l. pen. de rei vindic. Spieg.

Incidere in captionem, l. 1. ff. de in integr. reſtitut.

Incidit ſæpe, pro euenit, vel fere fit, Non quod prout res incidit. Hæc Vlpiani verba in l. ſi quis id de iuriſd. omn. iud. Accurſius non percepit, Senſus eſt, exponente Hegendorph. Non ſi res quæpiam non ita magni momenti eſt.

Incientas Varr. lib. 2. de re ruſt. cap. 2. de ouibus loquens, pro ouibus partui propinquis, vt exponit Feſtus Prat.

Incile, inquit Vlpianus l. 1. de riuis, locus eſt depreſſus ad latus fluminis. Ex eo dictus, quod incidatur, inciditur enim lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit. Foſſæ ſunt, per quas aquæ pluuiales deducuntur ex ſatis. Dioryges à Græcis dictæ. *Ein kleines VVaſſergrablein, dadurch man das VVaſſer auſz einem Fluſz leytet auff eine vvieſe oder Acker.* Nebr.

Incile incilia, inquit Feſtus, ſunt foſſæ, quæ fiunt in viis ad deducendam aquam: ſiue deriuationes de riuo communi factæ, vtitur hoc verbo & Cato de re ruſtic. cap. 155. Apulle lib. 9. de Aſino aureo. Rurſum ad viam producunt lacunoſis incilibus voraginoſum, Briſſ.

Incipere & finiri aduerſantur, l. 1. §. æſtatem, ff. de aqua cottid.

Incisa ſpes lucri, quæ decidit, & qua fruſtramur, Spieg.

Incisum dicitur, quod ſcalpro ſcriptum aut ſcalpum eſt Spieg.

Incitare eſt adhortari, inſtigare, extimulare. Hinc incitationes, & incitamentum, quod commouet, incitat, & accendit ad aliquid faciendum. Notum eſt incitare currentem, pro vltro promptum adhortari. Spieg.

Inciuile dicitur, quod iniquum, inuſitatum, inconueniens eſt, & contra ius, mores, inſtitutaque ciuitatis, l. vlt. §. pen. ff. quod met. ciuil. 11. ff. de procu. l. 3. ff de extr. cog. l. 24. ff. de legib. inciuiles pœnæ, in leg. 9. ſunt autem. ff. de pœn. Briſſon. inciuilem rem deſiderare, l. 2. C. de furt. inciuilis audacia, l. 3. Cod. de nauf. ſæ.

Inciviliter & ciuiliter opponuntur, l. vlt. § vlt. ff. quod met. cauſ. vbi inciuiliter extorta dicuntur, quæ quis ab aduerſario per vim, apparitione Præſidis interueniente, coactus eſt dare, Briſſon.

Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quando reſp. conſtitutio tenorem ſuum iam non amplius ſeruat, ſed ad mutationem ſpectare videtur, Spieg.

Inclinat in hanc ſententiã iudex, in contrarium pater, Briſ.

Inclita vrbs, Conſtantinopolis Seruius in 6. Æneid. Græcum eſſe vocabulum putat. Nam κλυτὸς glorioſum dicunt, Briſ.

Inclusa auro gemma, l. gemma, ff ad exhib.

Incognita cauſa condemnare: incognitum legibus l. 21. in fin C. de legib.

Incola eſt, quem alioqui peregrinum dicimus, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit, l. pupil. §. incola. de verſigo. qui in alienam ciuitatem venit diu habitaturus: nec tamẽ ius ciuitatis habet, nec ciuiles capit honores, tributis pendendis obnoxius, quod tributum μετοίκιον dicitur: nam illi incolæ denotur à Græcis μέτοικοι frequentius, quam πάροικοι. Recte tamen incolam πάροικον vocari Pompon. tradidit: vnde in ſacro Euang. Lucæ, σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλήμ? Tu ſolus peregrinus es, aut peregrinaris id eſt aduena es, vt Eraſmus Roterod. in eundem locum interpretatur. Nam & incola & aduena eiuſdem ſunt ſignificationis. D. Luc. in act. Apo. τοὺς ἐπιδημοῦντας aduenas dixiſſe videtur, e. s. qui etiam ἀποικοι, Bud. eſte. Aduena etiam ἔπηλυς apud Iſocratem dicitur, vt ipſe Budæus adnotauit, quem tamen πάροικον Pomponius dici cenſet. Budæus legit ἐνοικον, de qua re permulta in hunc locum eleganter ſcripſit, In Græca verſione Pſalm. 119. παροικία pro incolatu ponitur: [illegible] hic παρῴκησεν vertunt Latini interpretes, peregrinata eſt, vel incola fuit, &c. Brechæus l. pupillus, §. incola, ff. de verb. rerum ſignificat. Nec tantum qui in oppido morantur, incolæ ſunt, ſed etiam, qui in alicuius oppid. finibus ita agrum habent, vt intra eum ſe, quaſi in aliquam ſedem recipiant, l. pup. ff. de verb. ſign. Nulli autem, vel ſcholares ſint & ſtudiorum gratia aliquo in loco morentur, contulere domicilium dicuntur, vt incolæ ſint, niſi decem annis tranſactis ſteterint, l. 2. C. de incol. Quã ob cauſam D. Alciatus de verb. ſig. incola, ait, proprie eſt, qui cum aduena eſſet in aliquam ciuitatem ea mente habitarum venit, vt ibi perpetuo ſit, ſummamque rerum ſuarum ibi habeat, idem, in parerg. Sciendum (inquit in iure noſtro incolas eſſe, non ſimpliciter alienigenas habitatores, ſed eos, qui domicilium, ſedemque rerum ſuarum, animo permanendi fixerint.

Incola eſt, qui aliqua regione domicilium ſuum contulit, qui Græci πάροικοι appellant. Nec tantum hi qui in oppido morantur, incolæ ſunt, ſed etiam qui alicuius Oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum ſe quaſi in aliquam ſedem, recipiant. l. 239. ff. de verb. ſignif.

Incolam non domus aut poſſeſſio facit, ſed domicilium, l. 7. & paſſ. de incol. lib. 10. C. Cicero, in offi. Peregrini autem, inquit, & incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque in aliena Repub. curioſum eſſe: vide l. 25. ff. ad municip. Prat.

Incola à ciue & municipe ſeparatur, l. 29. ff. ad municip. l. 6. in fin & l. vlt. §. pattim. ff. de munerib. & honor. Nam Ciues, origo, vel manumiſſio, vel adoptio, incolas vero domicilium facit, l. 7. C. de incol. incola porro habetur [illegible] incola, l. 35. ff ad municipal. Mulier quamdiu nupta eſt, incola eiuſdem ciuitatis videtur, cuius maritus eius eſt, l. vlt. §. item reſcripſerunt ff. ad municip. Et ita incolam accipe in l. 2. ff. de veter. & l. 34. ff. ad municip. Briſſ.

Incolatus, vrbs cuius quis non ciuis, ſed incola eſt, Modeſt. l. 34. ff. de mu. hon. incola iam muneribus publicis deſtinatus, niſi perfecto munere, incolatui renunciare non poteſt. Hot.

Incolatus ius eſt arbitrij cuiuſque: eo quis ſe ſua voluntate obligat vel liberat, domicilio mutato, Cuiac. in leg. ſi in patria tit. de incolis, & vbi quis domicilium hab. vide C. lib. 10.

Incolorate, id eſt ſine cauſa, ſine iuſta occaſione, aut prætextu, ſine colore, l. minor. 18. ff. de minor. Glabrionem Acilium diuus Seuerus & Imp. Ant. non audierunt, incolorate reſtitui deſiderantem, aduerſus fratrem, Prat.

Incolumes id eſt ſani, & ſalui, incolumes filij, l. 1. C. de ſumpt. recuper.

Incolumia manere, id eſt ſalua integra, Briſſ.

Incolumes ædes, i. e. integræ, non vitioſæ, l. 13. ff. de damn. infe.

Incommodare nauigationem, l. 1. ff. de fluminib. id eſt difficiliorem facere vel prorſus impedire.

Incommodum commodumque perſonæ opponuntur, l. 137. ff. de verb. oblig.

Incolumis pars, i. integra, l. 2. C. de inoffic. donat.

Inconciliare eſt accuſari, inſimulari, in concilium vocari, vide ſupra poſt incerti appellatio.

Includere hominem, feras viuariis, rem ædificio, Briſſ. ex ff.

Inclytus à vocabulo κλυτὸς deducitur, κλυτὸς autem famam laudemque ſignificat, & eam dictionem auget abdita præpoſitio, ita vt ad magnos vſque perueniat, qui in terra ſunt: ac etiam interdum maius quid laude hac & fama conſequatur. Diuſæus in Methodo iuris.

Incompertum, de quo nullam certitudinem habemus.

Inconcussa inuiolata. Sic inconcuſſa firmitas, l. 30. in fin. C. de donat. & inconcuſſa poſſeſſio. l. 4. C. quib. non obiic. long. tem. præſcr. inconcuſſe, quiete, & ſine interpellatione. c. illud & c. auditis, de præſcript. & pacifice ea cum veniſſent, extra de in integr. reſtit. Prat.

Inconditum, abſurdum, abſonum, Papin, l. 95. §. 1. de ſolut. Etenim inconditum eſt, ſubuenire ſexui mulieris, quæ ſuo nomine periclitetur. Hot.

Inconobuans eſt, vxorem marito annum præſtare, l. 33. ff. de donat. inter vir.

Inconsequens, cum ſequens non reſpondet ſuperiori. Græci ἀνακόλουθον vocant, Spieg.

Inconstantiam recuſare, l. pen. ff. de procur. Spieg.

Inconsulta facultas damni reſtitutionem indulget, nõ euentus damni, autore Vlp. l. verum, §. ſciendum, de minor. Spi. Pra.

Inconsulta, id eſt, inconſulta facilitate, vel leuitate, Briſſ.

Inconsulte iotate l. 2. C. ad leg. Iul. maieſt. id eſt [illegible] ſeu calore quodam, Briſſ.

Inconsulto, id eſt, imprudenter, inconſiderate, per imprudentiam, Vnde

Inconsulto hæredis nomen delerum, l. 1. ff. ſi tab. teſt. ext. l. 2. de his quæ in teſt. del. l. ſi vnus, §. 1. Cod. de teſt. Alb. exponit inconſulto, id eſt, non ſtudio. Spieg. Prat.

Inconsulto aliquo fieri dicitur, quod eo prius non conſulto neque eius explorata voluntate factum eſt, Briſſ.

Inconveniens, id eſt, incongruens & indecorum, l. 34. ff. de oper. libert. inconueniens bellico operi, id eſt. inhabilis, Briſſ.

Inconsultus, & eum à quo conſilium non eſt petitum, & eum, qui cum quæreret conſilium, non accepit tamen, ſed quaſi pro indigno habitus eſt, ſignificat. Prat.

Inconsultus calor, id eſt temerarius, & præceps veniam continet, & non calumniam, ff. ad Turpil. l. 1. in fin. Alber.

Inconsultus dolor, l. Gracchus, C. de adult.

Inconsultus fecit, oppo. Optimo conſilio vſus eſt. l. pen. § fi. ff de rit. nupt. Prat.

Incontinanti, id eſt, ſtatim. Iuſt. Ex continenti dicere ſolet. Non autem intelligendum ad punctum, ad momentum, ſed ciuiliter, moraliter. Ea enim incontinenti fieri dicuntur, quæ vt ſupra attigimus, explicantur, antequam partes ad extraneos actus veniant: ita eſt text. in l. reos, §. cum duo rei, ff. de duobus reis ſtipul. Spieg.

Incontinenti, variam ſecundum rem propoſitam interpretationem recipit. incontinenti, cũ aliquo moderato ſpatio in-

terpretamur in l.1.§.item ſi ita legatum ff. ad l.Falc. At in leg. Iulia de adulteriis qualiter hoc verbum accipiendum ſit expouitur in l.25 §. vlt. ff. de adult. incontinenti quod ad pacta quæ in ſunt, interpretantur ICti & Impp. in ingreſſu contractus, vel ante contractum, aut ſtatim poſt l.7.§. quinimo, ff. de pact.l.3.Cod.de ædil.act.l.21.C.de vſur.l.27 C.de pact. Cui opponitur, Poſtea, &, Ex interuallo, d.§ quinimo, & l.27.ff. de contr.emp. Briſſ.

INCONTINENTI reſiſtere dicitur, qui etiam interuallo aliquot dierum reſiſtit: & homo vulneratus, ſi intra tres dies moriatur dicitur incontinenti mortuus, vt colligitur ex l. ſciendum, ff. de ædil.edict.& eſt gl. ſingularis in l.1 C.de emend.ſeru. Spieg.

INCORPORALES res ſunt, quæ tangi demonſtratiue non poſſunt, cerni tamen animo, atque intelligi poſſunt: quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus, eſt quædam tamen conformatio inſignita & impreſſa in intelligentia, quam notionem voco, inquit Cic.in Top. & in eandem ſententiam Cuiacius lib.1.ff de rer.diuiſ. Eiuſmodi ſunt hæreditas, vſusfructus, vſus, obligationes, &c.Prat.

INCORPORATIO in rub.C.de bon.vac.& incorporat. vſurpatur pro confiſcatione, ſiue in fiſcum relatione; cùm damnati alicuius bona in fiſcum rediguntur: quod quemadmodum fiat, declarat l.7.C.de bon.damn.Prat.

INCORRIGIBILES dicuntur, qui non poſſunt corrigi, e. vt ſacræ, de ſentent.excomm cap. Ioan.Bello.Etymol.

INCREMENTUM generaliter pro quolibet augmento ſumitur. Et ita alluuio definitur, eſſe incrementum latens, ſpecialiter pro acceſſionibus, velut fructibus vel vſuris, vſurpatur, Briſſ.

INCRUSTARE, eſt cruſtam parieti, vel alicui alteri rei inducere ſiue id fiat ex calce, gypſo, argilla, lapide, vel alia materia. Proculus de ſeruit.vrb.præd l.quidam, Parietem, inquit, communem incruſtare licet. Et paulo poſt: Quod obſeruari in incruſtatione oportet. item de verb ſign.l. impenſæ. Paulus ait, incruſtationes, loricationes, & picturæ, Nebr. Corsaf. Miſcellan.libr.4.c.26.

INCRUSTATIONES, tectoria ſunt parietum, ex cruſtis marmoreis facta. Proculus in ſi leg quidam Iberius, quod obſeruari ait, & in incruſtatione oportet. Vide Alciatum in l. impenſæ ad fin ff.de verb.ſign.Spieg.

INCRUSTATIONES à tectoriis eo differunt, quod illæ ſolido de marmore ſubductis & detractis cruſtis parietes operirent: his verò è marmore contuſo crebriſque exterto, & harenato cum calce mixto, parietes inducebantur, diligentique fricatione leuigabantur, Briſſ.

INCUBARE poſſeſſionis eſt tam naturalis, quam ciuilis, vt & habere: ſed in malam partem incubare ſumitur pro mala fide poſſidere, Prat.

INCUBARE. Seruius lib.aduerſ.11.c 7. incubare proprie eos putat, qui dormiunt ad accipienda reſponſa: vnde eſt, ille incubat Ioui, i.dormit in Capitolio, vt reſponſa poſſit accipere, Turneb.aduerſ.lib.11 c.8.

INCUBATIO, in l.vlt.C. ne rei dom. vel templ. pro poſſeſſione malæ fidei. incubator imperij, Seruio, pro tyranno, qui alias ſubſeſſor dicitur. Hinc illud Aerotelcutioo Vergilij: deuicta Aſia ſubſedit adulter. Prat.

INCUBUS, ægritudo quæ ſit, docet medicorum princeps Auicenna tertio primæ, & Rhodig.lib.14.item Dæmones ab incubando, qui mulieribus commiſcentur, à ſuperuentu incubi dicuntur: qui viris, & patiuntur muliebria, Succubi Quanquam Ægyptij, dæmonicum ſpiritum miſceri viro poſſe, negant. Annalibus proditum eſt, Hunnicam gentem, ſuam referre originem à Dæmonibus. Quod certè turpius videtur, quam referre nobilitatis ſuæ initia, in piratas, aut latrones, aut ſicarios inſignes: quod, Viue reſte, multi faciant, Spieg.

INCULPATUS qui culpa caret, l 34 ff. de leg 34.ff.de leg.2.

INCULPATIM, l.20.ff.de palatin.ſacr.largit.

INCULPATUS, pro culpatur, accuſatus, lib.feud.1.tit.19 §.1. Si v. inculpatus fuerit, vna de his nominatis culpis. Sic leg.Sali.tit. 43.Si cuius ſeruus in furtum fuerit inculpatus, &c.item leg. Burg.tit.8.de ingenuis inculpatis, Prat.

INCULTI agri, l.7.de iur. deliber.

INCUMBERE pro incubare, i.obtinere, poſſidere, conſeruare, ſolidè (vt ij, qui rei alicui incubant) tenere. Hinc creditor dicitur incumbere ſuo pignori, qui acriter illud conſeruat: vt apud Vlp.l.55.ff de furt. Hinc incumbere poſſeſſioni apud Impp.l. 8.C.quomodo & quand.iud.Prat.ex Hot.

INCUMBERE alicui dicitur, id cuius onus ei iniunctum, neceſſitáſve impoſita eſt, vt hæredi defenſio mortis incumbebat, l.5. §.vlt.ff de SC.Silan.Briſſ.

INCUNABULA, ſeu cunabula, initia, primordia diſciplinæ tradendæ: quo verbo vſus eſt Tert.lib de patientia, his verbis: Per hæc impatientiæ tunc infantis quodam modo incunabula. Cunabula legitur in procemio. inſt. §. cumque hoc, quod exponit Theoph. ἡ πρώτη τῶν νόμων ἀκρόασις. Hoc verbo vſus etiam eſt Cic.lib.1.de diuin. Qui cum eſſet in cunabulis, inquit, de Roſcio loquens, educareturque in Selonio.&c.Prat.

INCUNCTABILE eſt l.21.ff.de teſtib.i.nullam habet dubitationem, Briſſ.

INCUNCTANTER, lib.20.ff.de manu.vindic.

INCURIA idem eſt quod negligentia, c. quæſitum de pœn.& remiſ.Ioh.Bell.Etym.incuria necatus l.5.§.vlt.ff.de Senat.Silan. i.per ſeruorum negligentiam, Briſſ.

INCURRERE.i.incidere, Sic incurrere aculeos legis. Maieſtatis crimen. Briſſ.ex C.

INCURRIT, i.emergit, incidit, interuenit. Sic incurrit tractatus hæſitatio, vitium, Briſſ.ex ff.

INDAGARE, eſt ἐξιχνιάζειν. Hinc μετα φορικῶς indagare crimen, eſt patefacere: cuiuſmodi eſt illud Ciceronis pro Milone: Cum illa iudicia communis exitij indagaui & patefeci, protuli, extinxi, &c.

INDAGABILIS ex ambitu, apud Varro.li.4.ling.Lat. ἐξεταστικός, ἀνιχνευτικός, ἐνοχος. Qui aliter faxit, indagabilis ex ambitu cauſam dicit, huiuſmodi illud eſt in legibus ſcribendis familiare: Qui aliter faxit, capitale eſto: item illud in Numæ regis legibus. Si qui aliud faxit, ipſius Ioui ſacer eſto. Niſi mendum ſit in verbo indagabili, quod eſt apud Varronem, Prat.

INDAGATIO, i. inueſtigatio & inquiſitio.

INDAGO, venatio, quæ fit plagis circum ſaltum extenſis, Vlp. in l. 11. §. 18. de act empt. Veluti cum futurum actum retia à piſcatore emimus: aut indaginem plagis poſitis à venatore, vel pantheram ab aucupe, Prat.ex Hot.

INDAGO eſt retium, ſeu plagarum ambitus, quo ſiluæ colleſque à venatoribus ferarum includendarum cauſa cinguntur, Briſſ.

INDEBITUM, aliud eſt natura, aliud iure gentium, aliud iure ciuili, aliud iure honorario, l.1 & 3.ff. de conſtit. pecun. l.47.de condict.indeb.

INDEBITUM accipimus, non ſolum ſi omnino non debeatur, ſed etſi per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat, l.26 § 3 D.de cond.indeb.Prat.ex Hot.

INDEBITUM eſt, non tantum quod omnino non debetur, ſed & quod alij debetur ſi alij ſoluatur: aut ſi id quod alius ſoluebat, alius quaſi ipſe debeat, ſoluat, l.in ſumma, 65 ff. de cond. indeb. Prat.ex Briſſ.

INDEBITUM trifariam accipimus I.Quod neque naturali neque ciuili iure debetur, h.e. quod plane non eſt debitum: aut fuit quandoque vtroque iure debitum, ſed nunc ſolutione vel acceptilatione ſublata eſt omnis obligatio, vt tractatur in titul. inſtit.quib.mod.toll.obligat. Ad hoc genus indebiti pertinet id quod pendet ſub conditione, quæ an impleatur, incertum eſt: vt, ſi nauis ex Aſia venerit. Secus eſt, ſi talis fuerit conditio, quæ omni modo extatura ſit Vt in l.ſub conditione, & l. ſeq ff.de cond.indeb. Ratio eſt, quia priore caſu, propter incertitudinem, ante conditionis euentum nullo modo debetur, l.Græce, §. vlt.ff de pignor, l.ſi quis reum, §.hinc, ff.de liber legat. Accedit lex, Sufficit, ff. de cond. indeb, in poſteriore vero ſpecie, certitudo euentus efficit obligationem putam cenſeri, l.ſi pupillus §. qui ſub conditione, ff.de nouat. Sic & In diem debitor ſi ante diem ſoluat, non poteſt repetere, quia certum eſt diem futurum, quo debebitur, l.in diem, ff de cond. indeb. Huc item pertinet indebitum, quod pupillus, furioſus, vel is cui bonis interdictum eſt, ſine tutoris vel curatoris autoritate ſoluerit, cùm non ſit factus locupletior euidenter. Nam his perſonis iudicio plane carentibus, regulariter locus eſt repetitioni, cum nec natura debeant, l.interdum, l. quod pupillus, ff eod.tit.l.pupillus, ff de oblig.& actio.l. more noſtro, ff de acqu.hered. §.nunc admonendi, inſtit quib.alien.lic. vel non. Verum ſi locupletiores facti ſint, & in pubertate ſoluant, non repetunt, quoniam tunc naturaliter obligantur, leg. naturaliter, §.vlt.& l.ſeq.ff. de cond.indeb. Secundum iſtam diſtinctionem, vt non obſtet, quod Vlpianus dicit, Pupillum ſine tutoris autoritate promittentem, naturaliter obligari, in l.1 in ſi ff.de nouat. II. Indebitum eſt, quod ciuiliter quidem debetur, ſed non naturaliter, veluti, cùm quis ſcribit ſe debere, ſcilicet ſpe futuræ numerationis, quæ ſecuta non eſt, aut ſi quis pacto vel iureiurando ſe liberet, iuxta tit.de liter.obligat. & l.vlt.in prin ff.de iureiur.l.Stichum, §.naturalia, ff de ſolution. Et huc referendæ ſunt omnes ſpecies exceptionum, quæ ad elidendas ſummi iuris actiones perpetuo obſtant ex naturali æquitate, Vlp in l.ſi non ſortem, ff de condict.indeb. Indebitum autem, inquit, ſolutum accipitur, non ſolum ſi omnino non debetur, ſed & ſi per aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat. III. Indebitum accipitur, quod naturaliter quidem, ſed iure ciuili non debetur, vt inter patrem & filium, ac inter fratres ſub eadem paterna poteſtate, in l. frater à fratre, ff de cond.indeb.item inter dominum & ſeruū l.naturaliter, & l.ſi id, quod, ff.eod.tit. Eodem modo vetus debitor in iudicio abſolutus, obligatur adhuc, l. Iulianus ff.eod. tit. Licet enim abſolutus ſit, inquit Paulus, natura tamen debitor permanet. item legatum minus ſolenne, aut ſolenne quidem, ſed quod per legem Falcidiam minuendum eſt, naturaliter debetur, Marcianus in l.fideicommiſſum, ff.de cond. indebit. Fideicommiſſum, inquit, in ſtipulatione deductum, tametſi

tameſi non debitum fuiſſet, quia tamen à ſciente fidei explendæ cauſa promiſſum eſſet, debetur Old.

INDEBITI ſolutio promutuum eſt, ſi ea ſoluantur, quorum datione in creditum itur. Cuiac obſeru. li. 8 c. 14 cuiuſmodi ſunt ea, quę numero, pondere & menſura conſtant. Vulte. in comm. inſtit. de oblig. quaſ. ex contr. §. final. n. 3.

INDEBITVM ſolutum accipimus, non ſolum ſi omnino non debeatur, ſed & ſi per aliquam exceptionem perpetuam peti non poſſit, l. 26. §. vlt. ff. de condit. indeb. Briſſ.

INDECORA Briſſ. ex ff.

INDECORVM eſt patrem à filio regi, l. 12. de tutu. & cur. dat.

INDEFENSVS, qui non defenditur, indefenſus ſeruus quem dominus, vel quis alius noxali iudicio non defendit. Briſſ.

INDEFENSA Reſp. perſonæ minores, ius, Briſſ. ex ff. & C.

INDEFENSVS dici non poteſt, qui dominum præſentem non habuit, l. 1. C. de cuſtod.

INDEFINITA capitur pro oratione, cui non præponitur ſignum vniuerſale, vel particulare: & æquipollet vniuerſali, not. Bart. in l. ſi pluribus ff. de leg. 3. Ioa. Bell. Etymolog.

INDEMNATI dicuntur ij, qui cauſam non dixerunt, id eſt, qui in iudicium vocati non ſunt, etiamſi partes iniuſte dederunt: vt apud Ciceronem in oratione pro domo ſua, Spieg. Indemnatus eſt defunctus, id eſt, antequam de eo iudicium redditum ac pronunciatum eſſet, Briſſ.

INDEMNES fieri & damnum ſentire opponuntur, l. 5 §. pluris ff. de tributor.

INDEMNITATEM alicui repromittere, & de indemnitate cauere dicunt Iureconſulti, pro eo quod eſt ſatiſdato, vel ſimplici & nuda promiſſione cauere alicui, indemnem eum ſeruatum iri ex eo negotio quo de agatur, l. 26 §. idem quærit ff. ad Trebell. l. 8 § 1 ff. ad Velleia. Et ſic indemnitatis cautio in l. 14 in fi. ff. ad Treb. Indemnitatem præſtare, l. pen. ff. de magiſtrat. conuen. Briſſ. Prat.

INDEMNIS, qui damnū nō ſentit, qui nullo dāno adficitur. Briſſ.

INDEMNITATI conſulere, proſpicere, ſatisfieri, conſuli poſſe, apud Papinianum in l. fideiuſſor. de neg. geſt. Briſſ.

INDERE dotali inſtrumento, l. 6. C. ſolut. matr. & indere precibus, l. 18 C. de teſt. & indere quid in æs, in aurum. Ea quæ precibus indidiſti, id inſtrumento inditum ſuit, ex ff. Briſſ.

INDEVOTIO, apud Iuſtinianum in l. ſi quis argentum, §. vlt. C. de don. Spieg. Eſt reus indeuotionis. Diu. Ambroſ. & ſignif. receptum bibendi pro ſalute principis morem, Briſſ.

INDEX pro tabula quæ præponitur libris, vt & numerum, & ordinem, tam librorum, quam rerum, per capita indicet. Martialis pro inſcriptione, qua vniuſquiſque ſummatim liber demonſtratur, vſus eſt: Et cocco rubeat ſuperbus index, Spieg.

INDEX eſt breuis quædam ſubnotatio ex latiori ſcriptura, nec idem quod exemplum, exemplum enim ex integro deſcribitur totum. Hinc l. 2. ff de fide inſtrum. Quicunque à fiſco conuenitur, non ex indice & exemplo alicuius ſcripturæ: ſed ex Auth. conueniendus eſt. Cicer. Philip. 1. de lege loquens, quam tulit Ant. de tertia decuria iudicum. Hic enim eſt legis iudex, vt ij res in tertia decuria iudicent, qui libere iudicare non audeant. Hinc per indicem exponere, prouerbiali ſermone vſurpatur, pro ſummatim, & [Greek]. Aſconius in 3. Verr. Antequam, inquit, cauſa ageretur, quaſi per indicem rem exponebant. Et Iuſtin. in l. 1. §. noſtram, C. de ver. iur. enucl. & §. vlt. de publ. iud. Vt vobis inquit, poſſibile ſit, quaſi per indicem ea recogniſſe, quod ita Græce Theoph. interpretatus eſt, [Greek]. Dicitur etiam periculum, vt Græcis [Greek], ita enim Plut. in Apophtheg. [Greek]. de iudicibus loquens: quod Æmilius Probus in Epaminonda periculum vocat, Prat.

INDEX legis, i. ſummarium. Leges non per commentarios, ſed per indices ac [Greek] exponere, ex ff. Briſſ.

INDEX ab indicio olim dicebatur, qui crimen aliquod cuius ipſe eſt conſcius iudicat, impunitate propoſita. Græci [Greek] ab eadem origine dicunt, vt Pedianus ait: & ita ſæpiſſime à Tito Liuio, Salluſtio, Cicerone, Tranquillo & aliis claſſicis accipitur, indicaſſe enim, interprete. Vlpian. detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe & conuiciſſe eſt, l. 187. ff. de verb ſign. quæ referenda eſt ad l. 3. §. ſi ex ſtipulatu, & §. verum id, ff. ad Senatuſconſ. Sillan. Græci in eundem ſenſum [Greek], vt patet ex l. 3. ff. de via public. Eſt & index digitus poſt pollicem primus. Vide l. 2. ff. de fide inſtr. & §. fi. inſt. de publ. Spieg. Briſſ.

INDICARE idem eſt quod deferre, id eſt accuſare. Vide Gœdd. ad l. iudicaſſe 197 per tot ff. de verb. ſign. Cicer. in Orat. pro Q. Ligario. Nouum crimen C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Aphrica fuiſſe, &c. Quintilianus, in tormentis pauper diuitem detulit reum, id Græci dicunt [Greek], quibus noſtrum deferre (ait Budæus in comment. linguæ Græcę) videtur reſpondere. Eſt igitur indicare, accuſare, [Greek]. Vlp. in l. Lex Cornelia, ſub fi. ff. de iniur. & famoſ. libellis. Et ei (inquit) qui indicaſſet, ſiue liber, ſiue ſeruus ſit, pro modo ſubſtantiæ & accuſatæ perſonę, æſtimatione iudicis præmium conſtituitur, &c. indicaſſet, i. detuliſſet ſeu accuſaſſet. Quanquam & inter pleraſque alias ſignificationes, indicare, ſit æſtimare & preciū rei venalis ſtatuere: quod Græci [Greek], quod inſtitoris eſt, & venditantis merces, vt Budæus eleganter adnotauit in comment. linguæ Græcæ, & in adnotationibus in Pand. Quo loco ſcribit, indicare eſſe verbum vendentis ſicut mercari & liceri emptoris. ita licat igitur venditor, i. [Greek]. quod vulgo dicunt. Qui bouem venalem habet, is precium imponit, Cic. lib. 3. offic. Scæuola Publij filius, cum poſtulaſſet, vt ſibi fundus, cuius emptor erat, indicaretur, idque ita venditor feciſſet, dixit ſe pluris æſtimare, Vlp. in l. Iulianus § quod autem diximus, ff de act. empt. inter hunc igitur & eum qui ſcit, intereſt: quoniam qui ſcit, præmonere debuit furem eſſe: hic non debuit facilis eſſe temerariam indicationem, indicationem autem dixit Vlp. pro æſtimatione & probatione, vt nos admonuit ipſe Budæus ex Plinij autoritate li. 22. c. 14 in quam etiam ſignificationem, idem ipſe Plin. iudicaturam dixit. Hæc eſt (inquit) fiducia operis, hæc indicatura, id eſt precium & æſtimatio operis, & quo maxime opus probatur & cenſetur, idem Bud. alio loco in l. teſtium, ff de teſtibus, cenſuit indicare, eſſe rem ſimpliciter enunciare: non figuratè aut ornatè dicere: & ita interpretatur locum quendam Quintiliani li. 8. in hæc verba ſcribentis Nam mihi aliam quandam videtur habere naturam ſermo vulgaris, aliam viri eloquentis oratio. Cui ſi res indicare modo ſatis eſſet, nihil vltra verborum proprietatem laboraret. Brechæus l. indicaſſe, in tit. de verb. & rer. ſign. Hinc indicatio & indicatura, i. precium & æſtimatio operis, Budæ. in l. Iulianus. quod autem diximus, de act. empt.

INDICARE, eſt precium rei vendendæ ſtatuere. Mercari vero & liceri eſt aliquid minus offerre, quam indicatum ſit, donec in precium conſentiant emptor & venditor. itaque indicare, venditoris eſt: Liceri & mercari, emptoris. Aliter enim indicatio ſumitur. De quo vide, Confiteri, Spieg.

INDICASSE interprete Vlpiano, eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe & conuiciſſe, l. 197. ff. de verb. ſignif. Græci in eundem ſenſum vtuntur verbo [Greek]. Sic ac indicare fugitiuum, vel furem, conſcios, Briſſ. ex ff.

INDICATIONEM, apud Vlp. in d. l. Iulianus. §. quod autem, Prat. interpretatur verboſam illam ac ſcurrilem propemodum Venalium rerum commendationem, qua venditores vti ſolent ad emptores eliciendos.

INDICES res dicuntur, à quibus crimina nunciantur, & ad Magiſtratus deferuntur, l. 1. & 3. item qui, ff. de ſicar. & l. 3. §. nunciatores, ff. ad Turpil. Atque vt de iudicum officio aliquid dicamus. Charondas ille Catanæus, cuius Ariſtoteles & Cicero pluribus locis mentionem fecerunt, ſtatuit ne indicare homines etiam ſanguine maximè coniunctus affines alieni culpæ haberet in ſe dedecus ac turpitudinem vllam. Eius hæc ſunt verba apud Stobæum. [Greek passage]. Sic Cicer. in eos, qui cum accuſarentur, quod peſſimum ciuem & inutilem Reipub. defenderent, ita ſe purgabant: Meus cognatus eſt. An poteſt, inquit Cicero, cognatio propior vlla eſſe, quàm patriæ, Prat.

INDICERE operas l. 13. §. indictum, l. 23. § 1 & l. 24 ff. de oper. lib. eod ſenſu. indicere munus, l. 5. ff de iur. immu. Et indictæ collationes, l. 8. cui muneris, ff. de va. muner. Prat.

INDICERE operas liberto patronus dicitur, dum illi operas quas edat ac præſtat imponit, diemque illarum præſtationi ſtatuit, l. 13 ff de oper. libert. Briſſ.

INDICERE viduitatem, l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. & l. 2. in pr. C. de indict. viduit. tollend.

INDICERE, i. iniungere, imponere. Briſſ. diem & locum ſtatuere libertis ad operas, &c.

INDICTVM bellum, i. enunciatum, Briſſ.

INDICTVM ei nomen eſt, i. inditum, ex ff. Briſſ.

INDICENS forum dicitur Magiſtratus in prouinciis, cum & locum & tempus deſignat, quo cauſę in conuentu agantur, Virg. Æneid. 5.

Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.

vbi Seruius, i. tempus & locum deſignat agendorum negotiorum, qui Conuentus vocatur. indicit autem verbum iuris eſt, & hoc potentem vult ſignificare ciuitatem. Vide ſupr. Forum agere: item ſupra Conuentus, Horum Prat.

INDICIVM eſt ſignum, ſiue demonſtratiuum domicilium delicti, vel alterius rei, de quo, vel de qua quæritur, & adminiculum probationis. Gandinus in tit. de præſumpt. & indictis. col. 4. Brunus in tract. maleſ. col. 1. in ſua materia, Felin. c. quanto, col. 1. de præſumpt. quos refert Ægidius Boſſius in tract. crim. in tit. de iudiciis, n. 2.

INDICIVM criminis nunciatio magiſtratui facta, Briſſ.

INDICIVM tam mercedem præmiumque quod ad indicandum furem fugitiuúmve dant, quàm ipſum indicationis & delationis factum, ſignificat. Prioris ſignificati exemplum eſt in

Digitized by Google

l. 4. § vlt. ff. de condict. ob turp. cauſ. & in l. 15. ff. de præſcr. verb. vbi, Si merces, ait iuriſconſ. interceſſit ob indicium, hoc eſt, vt ſi indicaſſet adprehenſuſque eſſet fugitiuus, certum aliquid daretur. Apul lib 6. de Aſino aur. Mercurium præmium inueſtigationis Pſyches publice præconio ſuo edicentem facit in hæc verba S quis à fuga retrahere vel occultam demonſtrare poterit fugitiuam regis filiam conueniat Mercurium prædicatorem accepturus indicij nomine ab ipſa Venere ſeptem ſuauia. Sic Paul. li. 1. Sent. tit. pen. Ob indicium comprehendendi furis præmium promiſſum dixit. Idem Apul. lib. 7. de Aſino aur. Indicinæ præmium vocat. Poſteriore ſenſu Vindicem Vitelliorum ſeruorum coniurationem Indicio ſuo deteхiſſe, ait Pomp. in l. 2. §. initium, ff. de orig. iur. Sic indicium profiteri in l. 24. ff. de falſ. l. 1. ff de ad leg. Corn. de ſica. & aliis locis. Et indicia ſeruorum in l. 1. §. item Seuerus, & l. 9. § pen. ff. de quæſtio. indicia pro argumentis in l. 6. C. de dolo, l. C. de teſtibus, l. 19. C. de rei vind. Briſſ.

INDICTA cauſa damnari dicuntur, qui ad iudicium vocati non affuerunt, abſenteſq; ſententiã paſſi ſunt. Bud. in poſter. annor.

INDICTIO, eſt denuntiatio, Vlp. de oper. lib. l libertus Cui poſt indictionem, inquit, operarum. Atque alicubi: Si indictiones temporariæ indictæ ſunt, Nebr. apud Paul. in l. quæro, ff. de vſufr. Spieg.

INDICTIO pro munere ſeu onere, quod patrimoniis indicitur, annuaque penſitatio, quæ pro poſſeſſionib. præſtatur, Briſſ.

INDICTIONES nihil aliud ſunt, quam annonæ ſeu tributa: i. e. annonaria & tributaria functio, rebus non perſonis indictę, id eſt, impoſitæ, l. 3. C. de annon. & tribut. qui titulus à tit. de indict. hoc tantum differt, quod ille eſt de iis quæ indicuntur, hic vero de indictionum ratione & forma. Plinius ad Traianum de nouis indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiunt. indictiones extraordinariæ, l. 10. C. de mun. patrim. ſunt, quæ ad tempus præter morem indicuntur: veluti angariæ belli tempore aut equi, muli, veredi. Porro indictiones cum eſſent anniuerſariæ, inde cœperunt anni per indictiones numerari, quas vocant ἐπινεμήσεις, ita vt earum numerus non excederet 15. ſed idem ſemper reuoluerunt. Cœpit hic mos Theodoſij magni temporibus, vt Cedren. ſcribit. vel Conſtantini potius, vt ex Faſtis quibuſdam Græcis Onuphrius, vir doctus & diligens prodidit, in quibus Conſtantini 2. & Licinij 2. ita eſt: ἰνδικτιώνων Κωνσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχή. Eas vero incipere menſe Septembri indicat l vlt. Cod. de ann. & tribut & lex 1. de mil. Veſt. & Nou. 128 & ſpecies quam Græci ponunt ad l 13. ff. de iuriſd. omn. iud. de Gaio magno Durgatio, cui princeps Titium ſucceſſorem dedit, vt ab initio menſis Septembr. ſexta Indictione magiſtratum inchoaret: Non poſſe Caium Sempronium iubere iudicare poſt menſem Auguſtum quintæ indictionis. Sed tamen iuſſus iudicare menſe Aprili quintæ indictionis cœperit, nec dum veniente Septembri pronunciauerit, iudicium non ſolum. Hæc tria ſunt paria, anno quinto, indictione quinta, fuſione quinta, l. 6. C. Theod. de indul debita ex quo apparet ratio nominis Onuphrij, etymologia non mihi probatur, vt nec ea, quam adfert Cedrenus in Theodoſio cuius verba hæc ſunt: ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἰνδικτιῶνες, ἀρξάμενοι ἀπὸ Αὐγούστου ... ἐν ... ἀπὸ ... ἀναγκαίως ... Sciendum potius ab eo die, quo victus eſt Maxentius, ſcilicet anno Chriſti 313. ante 8. Calend. Octobr. quod tunc demum religio Chriſtiana, in libertatem vindicata ſit, quaſi ab ipſius primordiis libertatis Nicæni conuentus auctoritate initiatum eſſe, vt ſublatis Olympiadibus annorum ratio ab eo tempore iniretur, Prat.

INDICTIONES, anniuerſariæ tributorum & annonarum præſtationes quarum onus quiſque pro modo poſſeſſionum agnoſcebat. Hæc munera & onera non erant perſonarum, ſed rerum, patrimoniorum, & omnino fructuum, Briſſ Quod præter morem augmenti nomine indicebatur, ſuperindictum dicebatur, Briſſ.

INDICTIO etiam ſpacium eſt 15. annorum in ſeſe & in orbem reuolutorum, qua partitione tempora computari Conſtantinus inſtituit, ait Briſſ. vlt. editio. Lexici.

INDICTIONVM collationes ac penſitationes quæ ex lege fiebant, quædam per magiſtratus ex improuiſo indicebantur. Et quædam erant Canonicæ, quædam extraordinariæ, Briſſ. ibid.

INDICTIONES extraordinariæ ſunt, quæ ad tempus ex improuiſo præter morem indicuntur, veluti angariæ belli tempore, aut equi, muli, veredi. Hi parere omnes poſſeſſores debent, etiam eccleſiæ, l. neminem, C. de ſacroſanct. eccleſ. & cæteri municipes vel incolę, l. vlt §. patrimoniorum, ff. de mun. & honor. Cuiac. l. vlt. de mun. patrim. C. lib. 10.

INDICTVM, & quod non dictum eſt, &, quod ſolenniter promulgatum eſt, ſignificat.

INDIFFERENS. Quære, Medium.

INDIFFERENTER, pro indiſcriminatim, promiſcue, ſine vlla differentia apud Vlp. de offi Quæſtor. vſurpauit Suetonius pro ſuſque deque annotante Eraſmo, Spieg. Briſſ.

INDIGAT venia, fortuito factum incendium: auxilio, refectione, Briſſ. ex ff.

INDIGITARE deos pro eo accipere debemus, quod eſt indigetem & diuinum comprecando reddere. Nam eos fere dicimus indigetes, vt à multis traditur, qui nullius rei egeant, de qua re latius Petr. Crinit. de honeſta diſcipl. lib. 1. c. vl. Qui comminationi ſuæ non indignatur, ex Briſſ.

INDIGNATIO, eſt oratio per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offenſio concitetur, autor Cicer. lib. 1. de inuent. Bart. in comment. ad conſtit. Qui ſint rebelles, circa fin. ſuper his verbis: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram, &c. Huius, inquit, verbi nullum effectum inuenio, niſi quatenus verbum ſonat. Quia Imperator indignatus ex hoc facto, non exhibebit ſe gratioſum, Spieg.

INDIGNVS, non ſemper eſt reprobus, ſed proprie immeritus, qui dignus non eſt ſeu qui non meretur, id quo de agitur, Briſſon. Hinc venit nomen Indignitatis, affine admodũ contumeliæ. Notus eſt tit. in Pand de his quibus vt indign. l. auferuntur, vide Bart. in l. hæreditas, C. de his quibus vt indign. Spieg.

INDIGNOS tutores, i. minus habiles, l. 2. ad SC. Tertyl. Briſſ.

INDIGNI hæredes, non digni iudicio teſtatoris, Briſſ.

INDIGNI hæredes ſunt qui eam Hæreditatem acquirere & poſſent & vellent, ad eam tamen non admittuntur, aut vt illam acquiſiuerint, tamen eiſdem aufertur. Vulte. in Comment. inſtit. quibus modis Teſt. infir. §. 4. num. 8. & ex his cauſis habetur, ſi defuncti mortem vlti non ſunt, vel iudicium eius oppugnauerunt, vel id egerunt, vt per negligentiam & culpã ſuam defunctus moreretur vel in fraudem fiſci fidem accommodauerunt, vel bona viuentis adhuc alienarunt; vel contra mandata Senatuſconſulta ve nuptias contraxerunt, l. 8 §. meminiſſe, ff. de inoffic. l. 33 ff de relig. l. 17. §. in tacito, ff. de vſur. l 35. §. eos quaſi, & l 46. ff. de iure fiſc l. 29. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de donat. l. pen. ff. de iure patrn. l. pen. ff. de SC. Silania. tot. tit. de his quæ vt indig. aufer. & apud Paul. lib. 3. ſent. tit. 13. l. 22. C. de appellat. l. 32. §. vlt. ff de donat. int. vir. Briſſ.

INDOTONS præteritum, id eſt, immerentem: nullo merito ſuo, ex Briſſ.

INDILIGANTIA publicani ex ff. Briſſ.

INDIPISCI pro adipiſci, vel gerere, l. vlt. C. de profeſſ. & med. indepta adminiſtratione, i. e. geſta adminiſtratione. Perperam enim quidem in eo loco indempta legunt, ſeu ademptæ ſic l. vlt. C. de fund. patr. indepto pro canone, i. e. adepto Prat.

INDISERATA cautio, quæ abſque cauſa eſt, l. cum de indebito. §. fin. ff. de probat. Alb.

INDISCRETA, inordinate, confuſe, l. ſi quis ad declinandum, §. vbi autem C. de epiſc. & cler.

INDISCRETIM, ex Briſſ.

INDISCRETVM, h. e. maxime coniunctum: contrariũ diſcreto.

INDISCRETVM, pro nondum decreto, deciſo, in Authen. de nupt §. quia vero hactenus.

INDISTINCTA ſcribit Paul. l non diſtinguemus, § Iulianus, ff. de recept. indiſtincte alias, i. e. generaliter: alias, i. e. abſolute, omnino, ſine vlla diſtinctione, alias, id eſt, indefinite, vel ſimpliciter, non ſpecialiter. Indiſtincte ſoluitur, l. 5. de ſolut. cum debitor ex pluribus cauſis vnum debitum ſoluit, nec dicit quodnam potius debitum voluerit ſolutum l. ff. eod. Briſſ.

INDIVIDVVM appellatur quod diuiſionem non recipit: interdum ſignificat non quod diuidi non poteſt, ſed quod indiuiſum eſt. Plane matrimonium definitur eſſe indiuidua vitæ conſuetudo, l. 1 ff de rit. Nupt. non quod diſſolui aut ſeparari non poſſit: dirimi enim diuortio poteſt vel morte: verum ob eam quæ inter coniuges, quam diu matrimonium manet, intercedit vitæ iuriſque diuini & humani ſocietas, Briſſ.

INDIVIDVVM, quod diuidi non poteſt: indiuiſum, quod non eſt diuiſum. Sed hæc indiſcriminatim poni Alberic. indicat, & ſimul omnes ſeruitutes eſſe indiuiduas, excepto vſufruct. l. 1. ff. ad leg. Falc. cum ſimil. Spieg. Item Ræuard. l. ea quæ in partes, ff de regulis iuris.

INDIVIDVVM quinque vocibus à Dialecticis addi ſolet: nõ quia ſit communis vox (prædicatur etenim de vna re tantum) ſed quia in definitione ſpeciei eius fit mentio, vt, Tutela teſtamentaria Seij, Dominium directum Caij, obligatio naturalis Pamphili, vide, Genus pro ſpecie, Spieg.

INDIVIDVVM, quod Dialectici appellãt, id eſt, quod nec de ſubiecto vllo dicitur, nec in ſubiecto vllo ineſt, veluti Stichus, aut Pamphilus: id Iuriſconſulti vitandæ ambiguitatis cauſa ſpeciem appellant: quo nomine fere ſpeciem infimam intelligunt, nam indiuiduum nomen in iis rebus ponunt, quæ neque naturales neque intellectas partes recipiunt: veluti ſeruitutes, vel conſtat ex l. 4. & 72 ff. de verb obligat. Stichum igitur indiuidui nomine non intelligemus: quia diuidi in partes intellectas poteſt: at viam, iter, aquæductum, nauem, equum indiuidua dicimus, ex quo illud Caſcellianum. Nauem ſi diuidis, nec tu, nec ſocius haberis, apud Macrob. lib. Satur. 2. Hotomannus, Prat.

INDIVISI

INDIVISI appellatione interdum ſignificatur quod diuiſum non eſt indiuiſam ſucceſſionem habuiſſe, l.5. C. qui teſtament. ſic interdum indiuiſum appellatur quod diuiſionem non recipit Viæ, itineris, actus, aquæ ductus, vſus indiuiſus eſt leg.17. ff. de ſeruitutib. Briſſ.

IN DOCTI, hoc eſt, imperiti, qui, quicquid ſemel inſedit animo, nunquam patiuntur reuelli: ſtupidiores, quam vt ipſi recte iudicare queant: & idem præfractiores, quam vt alienæ ſententiæ veliot accedere: quod quidem hominum genus omnium extremum, ac prorſus inutile, merito iudicauit Heſiodus. Spiegel.

INDOLES, & ſpecimen virtutis, hoc eſt, initia, & plenam interdum virtutem ſignificat.

INDOTATA quæ dote caret, indotata conſtitui filia, l.77. §. pater, ff. de leg.1.

INDOTATVS, contrarium dotato. Non cogitur quis indotatam vxorem, h.e. quæ non adfert dotem, ducere, l. ſi donaturus, ff. de condict. cauſ. dat. & l. iubemus, 11. §.1. C. de repud.

INDVBIÆ probationes l 51. C. de fide inſtrum.

INDVBITATIOR fluxus, indubitabile ſignum, indubitatus ſtatus Briſſ. ex ff. & C.

INDVBITATA id eſt ſine dubio, l.7. ff. fam. erciſc.

INDVBITANTER id eſt indubitate, Briſſ.

INDVBITATÆ obligationes, l.22. C. mandat. indubitatæ probationes l.10 in fin. C. de ſecund. nupt. indubitatum matrimonium, l.1. C. de Carbon. edict.

INDVCERE præter alia ſignificata, eſt etiam expungere, & cancellare calamo tranſuerſo, Vlp. de his quæ debentur, l. cancellaverat autem quis teſtamentum, vel induxerat. item, Si nomina omnia induxerat, vt proponitur. item, Quę in teſtamento legi poſſunt, ea inconſulto deleta, vel inducta, nihilominus valent: conſulto inducta non valent. Hinc inductio pro abolitione & litura ponitur, Nebriſſ. Prat.

INDVCERE ſententiam, aut decretum, vulgo eſt, ad nihilum ponere. Eſt enim inducere proprie, ducto per ceras ſtylo tegere, interlinere, & memoriam ſcriptorum obliterare, *auſzu ſtreichen*, Bud. in l. vlt. de Senatoribus. Vide gl. ſingularem in l. ſi quis libertatem, ff. de petit. hæred. & gloſ. in l. inductum, C. de ſolut. Spieg.

INDVCERE ſignificat noui aliquid introducere, ſeu inſtituere, vt Conſtitutio D Pij hoc induxit l.37.§ paret. ff. de leg. 3.

INDVCERE interdum ſignificat intro remittere, vt inducere fabrum ad refectionem domus, l.67. ff de rei vindic. Briſſ.

INDVCERE vitricum filiis, mater dicitur quæ ad ſecundas nuptias conuolat extantibus ex priore matrimonio liberis, l.1. C. vbi paup educ. deb.

INDVCERE etiam eſt illicere & impellere. Si generum ſocer, ſpecie futuræ dotis induxerit, l.64 § pen. ff. de iur dot.

INDVCERE in poſſeſſionem, vide l.52.§.2. ff de acquir. poſſ. l.2. C. pro ſocio l.3. C. de contrah. empt. l.3. C. vt in poſſeſſ. legat. l.2. C. qui potior. in pign. hab.

INDVCI, id eſt impelli, illici, Briſſ.

INDVCI in mores aut in ciuitatem & Rempubl. dicitur Cicero. quod ſemel atque iterum factum relinquit omnibus imitādi exemplum: At legem inducere nemo dixit, qui Latine locutus eſt, Conn. lib.10. c 4 n.1.

INDVCI negotio dicitur, quæ ex actis tollitur & aboletur, l.9. ff. de iure fiſc Dicitur & circumduci eodem ſenſu, l. 27. de liber. cauſ. l.73. §.1. ff. de iud. l.45 ff. de re iud. Briſſ Prat.

Vtuntur & iureconſulti perducendi verbo in hoc ſignificato, l. 2 ff. de his quæ in teſt. delent. l.8. § ſed & cum voluntate ff. de ſecund. tab. l.20 §. deteſt. milit Briſſ Prat.

INDVCIÆ ſunt, inquit Varro, pax caſtrenſis paucorum dierum, item, induciæ ſunt belli feriæ. Hæc Gell. lib. 1 cap. 25. Vbi has Varronis definitiones tanquam haud plenas & probas reprehendit, nec enim paucorum dierum ſunt induciæ, & teſtatur C. Pontium Samnitem à dictatore Ro. ſex horarum inducias poſtulaſſe. Græci, vt idem inquit, ceſſationem iſtam pugnæ paſtitiam *ἐκεχειρίαν* dixerunt, quaſi dicant, manus cohibitionem, ibibi hoc quoque adſcribit, inducias ſic dictas arbitramur, quaſi tu dicas, inde vti iam. Pactum induciarum eiuſmodi eſt, vt in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur: ſed ex eo die poſtea vti iam omnia belli iure agantur. Quod dicitur, dicacerim, præfinitus, pactumque fit vt ante eum diem ne pugnetur, atque is dies vbi venit, inde vti iam pugnetur: ideirco ex iis quibus dixi vocibus quaſi per quendam coitum & copulam, nomen induciarum connexum eſt. Aurelius autem Ophilius in primo librorum, quos Muſarum inſcripſit, induciæ, inquit, dicuntur, quum hoſtes inter ſeſe vtrinque alteri ad alteros impune, & ſine pugna ineunt. inde ab eo, inquit, nomen eſſe factum videtur, quaſi initus atque introitus, Hor. Prat.

INDVCIAS pro interuallis ſed intermiſſione furoris Imp. dixerunt, in l. furioſum 9. C. qui teſtam. fac. poſſ. interpretatur Gothofr. ibid. dilucida interualla.

INDVCIÆ breues & maiores morborum, vide l.6. in prine. C. de præd. & al. reb. minor.

INDVCIÆ ſunt quintuplices: Reſtitutoriæ, præparatoriæ, citatoriæ, deliberatoriæ, & iudicatoriæ, ſiue executoriæ. Reſtitutoriæ ſunt arbitratoriæ, citatoriæ ſunt vnius, vel duorum vel trium menſium: præparatoriæ erunt anni, & dimidij, vel vnius anni & ſex menſium, deliberatoriæ ſunt 20. dierum: citatoriæ 30. dierum: iudicatoriæ quatuor menſium, notat. glo. in ſumma 3 n.2. Io. Bell. Erym.

INDVCIÆ, inquit Paul. de capt. l. poſtliminium ſunt cum in breue, & in præſenti tempore conueniunt, ne inuicem ſe laceſſerent hoſtes. Nebe.

INDVCIÆ nomen ab eo ſumpſerunt, quod in diem ducantur, id eſt, differantur: quo tempore à bello & vindicta ſuperſedere æquum eſt. Alias barbare Treuga. Alciat. in l. cum proponat. 1. C. de pact. Præterea quid ſint, & vnde dicantur induciæ Aul. Gell. lib. 1. c. 25. tradit. Has quidem Treugas vocant, quid & cur ita vocent, ignorantes. Eſt autem Germanorum militum, qui vel ante Chriſti natalem in omnibus prœliis primi nominis fuere. vocabulum: quo fidem illi, ſeu fiduciam ſignificant, cuius obſeruandæ tenaciſſimi fuerunt. Hodieque vocantur, *Trevv*, vel *Travv*. Fides induciarum autem nomen Germanis nunc frequens eſt, *ein Anſtandt*. Autor Paulus Volzius, Spieg.

INDVCIÆ etiam pro qualibet dilatione vſurpantur, & ita induciæ quadrimeſtres, vide l. 3. C. de vſu. rei iud. Briſſ.

INDVCIÆ quinquennales, quæ debitoribus à Principibus largiri ſolent, vulgo, *Quinquernel* appellantur. Sunt qui putant, quod & verius eſt, Principem non poſſe eis abſolute concedere, id eſt, ſine conſenſu maioris partis creditorum, Spieg. De iſtis induciis, debitoribus datis, vide etiam Cuiacium obſeruat. lib. 2. cap. 10. qui exiſtimat, illam conſuetudinem originem contraxiſſe ex l. vniuerſa, C. de precibus Imp. offer. & l. vltim. C. de ceſſ bon. allegans autoritatem Caſſiodor. li.2. Variar. qui affirmat, Theodoricum Italicæ, Gothiæ regem obſeruaſſe.

INDVCTA, inuecta, illata in vrbanum prædium, tacite obligantur, domino etiam ignoranti, l.5. C. de loc. l 4. ff. de pact. l.4. ff. in quib. cauſ. pign. in ruſticum ſcienti tantum, §.7. inſtit. de act. Cuius rei differentiam Cuiacius refert ad ſolos mores populi Romani. vide Forcat. dial.29. Neryomant. in Gothof. ad d. l.5. C. de locat.

INDVERE imaginem nauicularij, nomen ſucceſſionis, veſtem, Briſſ. ex ff.

INDVLGENTIA, Paul. is cui alimenta relicta fuerant in metallum damnatus, indulgentia principis reſtitutus eſt, Spieg.

INDVLGENTIA, Latinis eſt, permiſſio, obſequium, & lenitas quædam propenſior, ſiue patrum in filios, ſiue quorumvis in alios. Sic reperitur in Conſtit. & multis legibus. Canoniſtæ pro venia vſurpant, tum aliis modis: ſed barbare, vt Dd. vide Archidiac. c. 1. de pœn. c. vlt. lib.6. Spieg.

INDVLGENTIA dignitatis, bonorum & omnium amiſſorum (vt vno nomine dicam) recuperatio eſt, l. in quæſtion. 13. §.6. C. de ſent. paſſ. & reſtit.

INDVLGENTIA dicitur eam relaxatio pœnæ, quam quis iuſte pro culpis propriis facere debuiſſet de theſauro Eccleſiæ ad diuinam iuſtitiam perſoluendam ſumpta gl. in extr. de pœnit. & remiſſ.

INDVLGENTIA Principis, id eſt, benigna conceſſio per quam pœnæ liberatio contingat. ita enim deportati, in metallum damnati aut alias. Serui pœnæ effecti, reſtitui dicuntur, l.2. l.3. l.11. C. de ſent. paſſ. Briſſ.

INDVLGENTIA pœnæ gratiam facit, non infamiam criminis tollit, Briſſ.

INDVLGERE, id eſt, clementer & facile concedere, tribuere, dare, l.2. ignominiæ cauſa, ff. de his qui not. infam. Spieg.

INDVLGERE humanitatis intuitu, l.9. in princ. C. de impub. & al. ſubſtit.

INDVSIVM quaſi intuſium ſuper quo mox ſubucula ſumitur. Nam Varro lib.2. de ling. Latin. intuſium vocat, ita ſcribens, vnum quod foris à palam palla: alterum quod intus, à quo intuſium. Plaut. in Epidico, induſiatum vocat ſubſtantiue. vbi tamen Varro intuſiatum legit: Nonius Marcellus ſcribit induſium eſſe veſtimentum, quod corpori intra plurimas veſtes adhæret, quaſi intuſium, inde autem induſiarius dictus Plauto. qui huiuſmodi induſia conficit, & poeti induſiati, Apuleio lib.2. Metam. vbi pleriquelegunt incluſiati: vt reſtatur Tiraq. in 3. connub. gl. 1 part. 3.

INDVSTRIA ſingularis, l. nulli, §. fin. C. de epiſc. & cleric. Donatus ſcientiam & prouidentiam interpretatur, Etiam pro ingenij, ſiue artis exercitatione accipitur, Spieg.

De INDVSTRIA id eſt data opera, l.61.§ 1. ff. de iudict. Donat in Andr. Terent. A 5. Sc.6 de induſtria ait, id eſt, ſcientia & prouidentia. Ea enim quæ diſcimus, & ſcimus, operatione genita, induſtria quadam ſcimus, Briſſ.

INDVSTRIVS. Briſſ.

INDVSTRIALES fructus ſunt, qui principaliter requirunt diligentiam, culturamque hominis, quæ niſi continuo interueniat, natura nihil operatur, l. bonæ fidei, ff. de acqu. rer. domin.

INEFFICACITAS condemnatus, ex ff. Briſſ.

INEFFICAX, actio, ſententia, decretum, traditio, pactum ex ff. Briſſ. non ineleganter dicitur, probatur, videtur, ex ff. Briſſ.

INEMPTVS a, um, fundus, res, villa, prædium, cuius venditio ex lege dicta reſoluitur, ſeu conditione aliqua exiſtente pro infecta habetur: & ita ad venditorem priſtinum eius dominium redit. Breſſ.

INEXSTVPEROSVS, Vide Victorioſus.

INEPTAS voluntates defunctorum circa ſepulturam: veluti vt veſtes, aut quæ alia ſuperuacua ei in funus impendantur, non valere, Papinianus autor eſt, teſte Martiano in fin. l. ſeruo alieno. de legat. 1. Spieg.

INEPTIÆ ſunt ſatuitas, ca. qua traditione 22. diſtinct. Ioan. Bello. Etymol.

INESSE dicuntur pacta, quæ continentur contractu, quæ legem dant, veluti quæ in ingreſſu contractus fiunt, l. 7. §. quinimo. ff. de pact. l. 72. ff. de contrah. empt. Briſſ.

Sic pacti & doli exceptiones bon. fid. iudiciis ineſſe dicuntur, l. 3. ff. de reſcind. vend. l. 21. ff. ſoluto matrim. quod contineri dicit, l. 48. §. qui ſeruum ff. de leg. lib. 1. Sic doli præſtatio & bona fides ineſſe contractibus, l. 112. in fin. ff. de diuerſ. reg. iur. Sic Arbitrium boni viri ineſſe ſtipulationi, l. 3. §. ſi legatarius, ff ſi cui pluſquam per l. Falc. Briſſ.

INEXCVSABILIS neceſſitas: inexcuſabilia onera, Briſſ. ex ff.

INEXORABILIS cauſa l. 5. §. illud etiam merito 4. Cod. de temp. appell.

INFAMARE eſt alicuius famam & exiſtimationẽ dicto vel ſcripto, factove laceſſere, lædere, pudorem eius ſuggillare, Briſſ.

INFAMIA non niſi ex delicto irrogatur, leg. 1. vbi Bart. de his qui notantur infamia, Spieg.

INFAMIA notari, Nota laborare, Notari, Exiſtimationem lædere, Famoſum eſſe, Vlp. in l. 2. ff. de his qui not. infam. Prat.

INFAMIA à nota diſtinguitur in l. 3. §. lege, ff. de teſtib. infames hi ſunt quibus lex infamiam irrogauit. Notati vero non ſunt ipſo iure infames, hæret tamen in iis macula quædam, vt qui iudicio publico rei in vinculis ſunt, vel qui ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe conuicti, nec damnati ſunt, vel qui inter requirendos adnotati ſunt, Cuiac. in l. 2. C. de dignitatibus, lib. 12. in princ.

INFAMIA, famæ exiſtimationiſque & pudoris labem ac maculam ſignificat. Proinde, ad infamiam alicuius fieri (quod generaliter Edicto Prætor vetuit) intelliguntur hæc ſi ad inuidiam alicuius veſte lugubri vtatur, aut ſqualida, aut ſi barbam demittat, vel capillos ſubmittat, vel ſi tamen conſcribat, aut proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem alicuius lædat. Briſſ.

INFAMIA etiam ignominiam & famæ inflictam notam demonſtrat. tot. tit. de his qui notant. infam. Briſſ.

INFAMIA & ignominia, inquit Corn. Fronto ſic differunt ignominia imponitur ab eo, qui poteſt animaduerſione notare: Infamia ex multorum ſermone naſcitur. Prat.

INFAMIA duplex eſt: iuris & facti. Infamia iuris ſola auctoritate legis nominatim infligitur. Vnde ex famoſis actionibus condemnatus iuſtam contrahit nominis maculam, infamia facti, ex ipſa rei indignitate ſecundum cenſuram bonorum virorum eſt, l. 2. ff. de obſeq à liberi. & libert. parent. & patr. præſtand. Licet enim, inquit Paulus, verbis edicti non habeantur infames ita condemnati, re tamen ipſa, & opinione hominum, non effugiunt infamiæ notam, Prat.

INFAMIS generaliter is dicitur, quem lex, vel SC. vel decretum principis, vel edictum prætoris, ex cauſa aliqua turpi notauit, vt ignominioſum, quam pœnam Varro ita deſcribit eleganter. Tertia pœnarum infamia, ſtans nexa in Vulgi pectore fluctuanti intonſa coma, ſordido veſtitu, ore ſeuero. Vide Iulian. l. 1. ff. de iis qui not, infam. Iuriſc. tot. tit. ff. eod. Prat.

INFAMIS, id eſt, famoſus, & ignominioſus, qui integræ famæ non eſt, ſed notatus. Proinde infames perſonæ, & integræ dignitatis homines opponuntur, l. C. de infam Briſſ.

INFAMIA variis modis quis notari poteſt: Nam is qui apud bonos & graues viros male audit, infamis dicitur, licet ei iure & legibus nulla irrogetur infamia, leg. ob hæc verba, ff. de his qui not. infam. l. ea, l. verbum, l. interlocutio, C. ex quibus cauſ. irrog. infam. l. honori, ff. de obſeq. à lib. itaque eum, qui reſtitutus eſt famæ, hac nota adhuc laborare exiſtimo: verumque eſſe, quod ait Plautus in Perſa.

Hominum immortalis eſt infamia,
Etiam tum viuit, cum eſſe credas mortuam.

Hinc Claudius Cæſar, cum cuidam notam appoſitam deprecantibus familiaribus ademiſſet: Litura tamen (inquit) extat: ſentiens, remiſſa culpa infamię prioris veſtigium manere. Hęc infamia rametſi neminem à poſtulando repellat, nec tam efficax ſit, quam ea quæ iure irrogatur: effecta tamen non caret. Alterum eſt genus infamiæ, quæ irrogatur alicui iure ciuili, & forte apud bonos viros non ſit grauata eius exiſtimatio, eaque iuris infamiæ vulgo appellatur, ſuperior vero facti. Dupliciter autem id contingit, vno modo cum Lex factum ipſum notat, non ſententia, l. palam. §. quæ in adulterio ff. de ritu nupt. l. Imperator. ff. de his qui not. infam. vt ſi quis ab exercitu ignominiæ cauſa dimiſſus ſit: Si artis ludicræ cauſa in ſcenam prodierit: Si lenocinium fecerit. idque prætoris edicto expreſſum eſt, l. 3. ff. de his qui not. infam. Aliquando factum, & perſonam notat non lex, ſed ſententia, d. §. quę in adulterio. Vt is demum hanc notam ſubeat, qui feciſſe iudicatus eſt, cum in exemplis ſupra ſcriptis factũ ipſum ſufficiat, nec ſit neceſſaria ſententia. Cuius rei exempla in Prætoris edicto extant, d. l. 1. ff. de his qui not. infam. Quibus addendum eſt, eum qui iudicio publico damnatur, infamia quoque notari, l. infamem, ff. de public. iudic. Nam damnatus ex crimine quod publici iudicij non eſt, ita demum notatur: ſi ex eodem maleficio ciuiliter, & priuato iudicio damnatus, infamis eſſet, d. l. infam. Itaque Stellionatus crimine regulariter dicitur famoſum eſſe, quia publicis iudiciis non annumeratur, Duarenus, lib. 1. diſp. anniuerſ. c. 41.

INFAMIA hominis caput non minuit. Vult. in comment. inſt. de cap. dim. §. 5 n. 3.

INFAMIA, bonæ famæ contraria eſt: poniturque pro omni turpitudinis, dedecoriſque genere.

INFAMARI eſt detrimentum exiſtimationis pati, in l. 3. C. de calum. Labem pudoris contrahere, l. 27. C. de excuſ. tut. Maculam ſubire infamiæ, l. 1. C. de natur. liber. & matr. inuri perennibus notis, l. 15. de appell.

INFAMATVS à litigatoribus, l. licet, ff. de recept.

INFANS in iure noſtro dicitur minor annis ſeptem. Vult. in Comment. inſt. de nupt. in pr. n. 6.

INFANS, præter communem ſignificationem, etiam eum ſignificat. qui cum ſit filius, frater, hæres, tamen adminiſtrationem haud conſequitur, dum aut pater, aut frater natu maior viuit: quaſi pupillus adhuc ſub cura tutoris. Dicitur autem infans, quod fandi non habet copiam in cura adminiſtranda, hoc eſt, ſua non refert. Ideo nominatur à nobis proprie *Vnmundig*: ſicut is qui curat res, vocatur *Vermunder*, vel potius *Mundbar*, mos fuit apud Germanos vſque ad noſtram ętatem, vt regente ac viuente patre vel fratre natu maiore, reliqui fratres omnes, ſeu filij, Infantes eſſent. Vnde ſolus pater, vel frater, regens Dominus, vel Herus, cæteri Heruli, vel Domicelli vocabantur, Vulgo qui regebat, *ein Herr*, cæteri *Iung Herren* vocitabantur. Idque non ſolum in præclaris familiis, ſed vel in vrbibus accidit, vbi Prætor aut Conſul, Dominus, *ein Herr*: filij eorum *Iung Herren* vocati fuere. Conſtat item, quod de pleriſque domini familiarum, Comitum, & Baronum, ſcriptum legitur hoc vocabulum *Iung Herr*, inde eſt etiam, quod ii oe hodie Iungheri vocantur, & vocari contendunt, qui tamen nobilitatis à genere nihil habent. Sed & in hoc abuſus eſt, quod omnes à genere nobiles Iungheri vocantur, & vocari contendunt, cum tamen res adminiſtrent ipſi; & ſint præ ſenio cani. Hoc autem Iungherorum nomen celebrius effectum eſt. Et reliquis Volcianarum Obſeruationum. Apud Iuriſc. infans & qui infantię proximus eſt, non multum à furioſo diſtant: quia huiuſmodi ætatis pupilli, nullum habent intellectum, ait Iuſtinianus in §. pupillus, inſtitut. de inut. ſtipul. Spiegelius.

INFANS ſeruus, nondum anniculus. Vide Paul. ad fin. l. ſi ego emi. ff. de publ. actio. Spieg.

INFANS, quaſi fandi impos intelligitur, qui ſeptem annis minor eſt l 18. C. de iure delib. 1 §. ſufficit, ff. de adminiſt. tut. infantes Theoph. in §. Pupillus, inſtit. de inutilibus ſtipular. ait, dici ζῶν ἐν ψελλίζοντας ἢ μικρὸν μειζόνας Infantem ἄνηβον interpretatur Conſtantin. lib 6. Epit. tit. 6. Eoque modo infantis ætas exaudienda eſt in l. 55. ff de vſufr. Proximos vero infantiæ Theoph. in ſupradicto loco accipit, τοὺς ἀρτι ... infantilis veſtis in l. 25 §. muliebri, ff. de aur. arg. Briſſ. Adde Cuiacium in παρατιτλοις ſua de diuerſ. tempor. præſcr. & termin. qui ad hoc allegat l. 14 ff. de ſponſ. & addit Anagnoſten non fieri ante annos octo Nou. 125.

INFANS expoſitus à Græcis appellatur, ἀπόθετος ad l 2. ff. qui ſine man. ad lib. per ideoque apud Harmenopolum lib. 5. tit. vlt. perperam ἀπόθετος definitur eſſe furioſus & demens: nam certe furor non liberat à ſeruitute. Non poſſunt etiã expoſitorum educatores, eorum dominium ſibi vindicare, l. vlt. C. de infa. exp & de iis qui ſang. nut. accept. vbi infantes recens nati, ſanguinolenti vocantur, vt l. 2. C. de pat. qui fil. diſt. Donatus in Andriam à matre ſanguinolentum non pulchrum, ſed ſcitum pronunciat. Iuuenalis, A matre rubentem. Prudentius contra Symmachum, Quos ſanguinolentos edendi mos iuuac Cuiac, in expoſitio. Nouell. Iuſtin. 135. de infantibus expoſitis, in fin.

INFANTIA, id eſt, prima ætas, l. 8. §. vbi autem in vnum, Cod. de bon. quæ liber.

INFANTIA, primus ætatis gradus, eſt intra annum ſeptimum. Recte autem infans dicitur, quaſi nullis idoneus officiis: quia conſilio prorſus caret, ac primæuæ innocentiæ, qua Deus ab initio

ſinitiu creauit hominem, exemplum nobis refert. Quamobrem etiam nullius delicti culpam admittit, l. infans, ff. ad leg. Corn. de ſicar. Spieg.

INFAVSTAS voces iactare, l. 1. ff. de his quibus, vt indig.

INFECTA, corrupta, l. 1. C de cond. in publ. horreis lib. 10. Prat.

INFECTA emptio, l. 5. ff. de reſc. vend.

INFECTA materia dicitur rudis, & in opera nulla coniecta, vt Arnob loquitur, quæque adhuc in maſſa habetur, Briſſ.

INFECTOR, qui lanas inficit & imbuit aliquo colore.

INFECTVM, id eſt, non factum, Hinc

INFECTI argenti appellatio rudem materiam contineri, i. non factam, l. cum autem, de auro argento mundo, l. 6. ff. de rei vindi, Græcis ἄσημον dicitur eodem ſenſu infectum æs, quod ſignato opponit Feſtus in voce Raudus. Sic infecta lana, infectumque linum dicitur, l. 50. ff. de legat. 3. & infecta purpura l. 1. §. quis argentum, ff. depoſiti, Prat. Briſſ.

INFECTVM damnum, nondum factum ſed quod futurum, veremur, l. 2. ff de damn. infect. l. 3. §. pen. ff. de riuis. Alias infectum apud Saluſtium in Iugurtha, quod fieri non poteſt, Sed rex nibil iam infectum Metello credens, i. e. nihil eſſe putans, quod non efficere Metellus poſſet.

INFIMVM pro vltimo, l. ſi neutri, ff. de priuil. cred. Alber.

INFERIVS & ſuperius opponuntur l. 4. ff de Senatorib.

INFERIORA prædia, quæ ſui natura profluentem aquam excipiunt, l. 1. §. ſed ſi vicinus, ff de aqua pluu. arcen. Spieg.

INFERIORES magiſtratus, id eſt inferiore dignitatis gradu poſiti, Briſſ.

INFERIORES creditores, id eſt poſteriores, Briſſ.

INFERIVS Teſtamentum pro poſteriori. Eoque modo ſuperiori, id eſt priori, aduerſatur, l. 3. ff. de iniuſt. rupt.

INFERRE id eſt importare, ſic inferre merces in tabernam. Briſſ.

INFERRE mortuum, pro ſepelire vulgo notum eſt. Quod fit cum terra conditur corpus, l. diui fratres, ff. de relig. & ſumptibus funer. Spieg. Prat.

INFERRE pœnam, l. 12. ff. de manumiſſ. leg 29 in fin. ad l. Corn. de falſ 3 § non perpetuæ, ff. de ſepul. violat. Briſſ.

INFERRE reliqua, l. 40. § ſeruus teſtamento, ff. de ſtatulib. 4. C. de teſtam. manum.

INFERRE penſiones, l. 38. ff. de vſufruct Briſſ.

INFERRE pecuniam rationibus, l. 38. ff. de neg. geſt. l. 32. §. idem quæſiit. ff. de vſufr. leg.

INFERRE portionem virilem, l. 101. ff. de ſolut.

INFERRE vſuras, l. 12. ff. de vſur.

INFERRE vectigal. 7. in fin. ff. de publ.

INFERRE in ſepulchrum, l. 3 §. ſi quis in hæreditarium, ff. de ſepul viol. l. 6. § ſi quis in communem, ff. com. diuid. l. 4. l. 6. & alias paſſim, ff de relig. Briſſ.

INFICERE proprie eſt tingere & colorare, per metaphoram vero polluere, maculare & corrumpere. Vnde oleum infici dicitur, quando per alterius rei admixtionem natura eius corrumpitur, & admixtæ rei naturam accipit, Spieg.

INFICIARI, l. 2. in fin. ff. de exceptio. l. 14. ff. depoſ. l. 67. ff. de furt. Creditum depoſitumve abnegare ſignificat. Hinc inficiatio, l. 16 ff. iud. ſol. & d. l. 67 & §. quædam. Inſtit. de actio. verba autem hæc in malam partem capiuntur, itaque Feſt. lib. 9. inficiari, ait, eſſe creditum fraudare: Et Iſidor. l. 15. Etymol c. 26. inficiationem eſſe rei debitæ negationem, cum ea à creditore repoſcitur, Martial.

In ius fallax atque inficiator eamus.

Quintilian lib. 7. cap 2 A perſonis, an illum depoſuiſſe apud hunc, vel hunc credidiſſe credibile ſit, an petitorē calumniari, an reum inficiatorem eſſe, vel furem, Cicer. 1. de Orat. Vt ſi ille inficiator probaſſet iudici ante petitam pecuniam, quam eſſet cœpta deberi: Vbi Inficiatorem pro eo vnde petebatur accipit. inficiatione creſcentem cauſam, l. 7. ff. de ſolutio. accipe ex ea actione, quæ aduerſus fatentem in ſimplum, aduerſus negantem in duplum competit; qualis eſt Aquiliæ actio. leg. 23 § vlt. ff ad l. Aquil. Briſſ.

INFICIATIO, eſt negatio. Neratius l. iudicatum, ff. iud. ſolui. Ad inficiationem, inquit, compelli eum, qui ſine iudicio partem dare paratus eſt, Neb.

De INFICIATIONIBVS literarum, aut numerationum, atq; rerum ex quibus detinent, extat peculiaris conſtitutio, Nou. 18.

INFICIATOR eſt, qui negat ſe vel debere quod actor petit, vel commiſiſſe quod accuſator obiicit. Non. Marcellus locum Ciceronis ex ſecunda in Catil. inuect. citat, vt doceat inficiatores eſſe falſi criminis obiectores, ſed apparet erudito viro F. Sylvio, Marcellum non eſſe Ciceronis mentem aſſecutum, Spiegel.

INFIGERE vulnera, lege 32. ff. ad l. Iul de adult. infixa, inædificatis coniunguntur: inficta vanis, Briſſ.

INFINDERE, qui ſyluam infindunt, l. vlt. ff. de iure immunit.

INFINITIVI ea eſt natura, vt omnes ipſe ſequatur modos, atque cum ipſis coaleſcat ad ſignificandum, itaque Græci ἀπαρέμφατον appellarunt, quippe quod nihil indicet aut finiat, ſuus non eſt, ſed aliorum, vide Scaliger, cap. 14. de cauſis linguæ latin. Gothofr. ad l. 4. §. 6. ibi et ſi non adiecerit, Cod. de recep. arbitr.

INFINITVM, quod finem aut modum certum non habet, Briſſ.

INFINITVM, pro indefinitum, nullo certo termino circumſcriptum, Cic. in partit. Quid, quæſtio quaſnam habet partes? infinitam, quam Conſultationem appello: & definitam, quam Controuerſiam nomino. item alibi locis innumeris. Celſus leg. 9. de ſeruit. Si cui ſimpliciter via per fundum cuiuſpiam cedatur, vel relinquatur, in infinito, videlicet per quamlibet eius partem ire agere licebit. Vlp. l. 13 in fin. ff. de damn. infect. Neque enim infinitum obligatus eſſe debet ſtipulatione Marcianus l. 91. ff. de cond. & dem. Tempus autem vel certum vel infinitum comprehendatur. Sic accipitur in leg. hæc adiectio. ff. de verb. ſign. l. qui reſtituere. ff. de rei vind. poterit aduerſarios in litem ſine vlla taxatione infinitum iurare, id eſt, quod Græci dicunt ἀπεριόριστον. minime circumſcriptum, minime tamen intemperatum, Hot.

INFINITVM in §. & vnum hominem 2. inſtit. de hæred. inſtit. accipiendum eſt, non pro multitudine, quæ extremis careat. vt recte interpretatur Eguinarius Baro, ſed pro numero incerto, vt qui lege definitus non eſt, definiatur voluntate teſtatoris. Sic etiam alibi infinitum accipitur. vt in l. qui reſtituere. 68. ff. de rei vindic. l. videamus 4 §. deferre, ff. de iur. iur. vide Vulte. in comment. Inſtit. ad d §. vnum hominem, n 1.

INFINITVM pro immenſo & immodico, l. 61. ff. ad l Falcid. l. 40. ff. de dam. infect. l. 192. ff. de verb ſign. infinita vel immoderata æſtimatio in l. 40. ff. de dam. infect. infinito, in l. 9 ff. de ſeruitut. l. 1 §. apud Viuianum. ff. de ædilit. edicto l. 24 ff. de ſeruitut. vrban. l. 1. § ſi cui ita ſit legatum ff vt leg. ſeu fideicom. in infinitum l. 11. § ſi quis decem, ff. de leg. lib. 3. l. 4. §. parentem, ff. de in ius vocan. & apud Vlp. inſtit. tit. 6. Quod & infinite ab eodem Vlp. inſtit. tit 5. Briſſ.

In INFINITVM iurare, pro in immenſum. Briſſ.

INFIRMA, i. imbecilla. Sic infirma ætas autore Paulo, in l. ciuitatibus, de leg. primo, ſeniores, pueri, & puellæ ſunt accipiendi, Spieg. Briſſ.

INFIRMÆ ſententiæ, vide leg. 7. Cod. quand. prouoc. non eſt neceſſe.

INFIRMARE teſtamentum, vide auth. hoc inter, & l. 25. §. 3. C. de teſt. confeſſionem, factum, fideicommiſſa, Briſſ. ex ff.

INFIRMITAS, mala valetudo, propter quam, vt ait Paulus, curator dari ſolet, l. item, ff. de poſtul. item imbecillitas, debilitas, de qua Caius in l. idem iuris, ff. ad l. Aquil. ita ſcribit: Nec videtur iniquum, ſi infirmitas culpæ adnumeraretur: cum affectare quis non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem ſuam alii periculoſam futuram, Spieg.

INFIRMITAS nec de perſonis tantum, ſed & de his quæ anima carent infirmitatis nomen vſurpatur. Nam & ædificij infirmitas dicitur, l 42. ff. de dam infect Briſſ.

INFITIARI interdum eſt ſimpliciter negare: interdum vero eſt creditum vel depoſitum abnegare, Briſſ.

INFITIATOR qui debitum inficiatur, qui debere ſe negat, nec bonam fidem agnoſcit, ſed fruſtratur, & tergiuerſatur, Briſſ.

INFIXA, leg. cum fundus, de inſtrum. leg. ſunt ea, quæ adfixa, inædificata, & alligata ſunt ædibus, quæ & alias fixa iunctaque dicuntur, l. 38 § vlt. ff de actio. empt. Notandum tamen, pro infixa poſſe etiam inficta legi, quum & tertio, de re ruſtica Varro dixerit ficta, afficta, deficta: & Diomedes, Scaurusque probarunt: & in leg. ut quid, ff. de incend. ruin. naufr. Hor. ſit eodem ſenſu ſcriptum, Nauis inficta Caper Grammaticus, Fictum, inquit, rationis, fixum voluntatis, Cuiac. Obſeru. lib. 9. c. 9. circa finem, Prat.

INFLIGERE alicui pretium rei, hoc eſt inferre, Iulianus l. 30. de negotiis geſtis. Pretium, inquit, ſiliginis, quæ in publicum empta erat, curatori inflictum eſt Prat.

INFORMARE, eſt Latinis in animo inſtituere, aut concipere contractum, eſt facere eum pinguiorem, auctiorem, & magis extentum, atque informatus contractus, i. valde formatus, ſcilicet auctiore forma efficax factus. Hoc fieri dupliciter, pulchre Zaſius docet in longe difficilima leg. lecta. ff ſi cert. pet. Reformare autem contractum, eſt eum circa qualitates modificare, perputare, moderari formam contractus aliquantiſper alterare, retento tamen contractu. item informare actiones, eſt in formam eas extenſim deducere. Siquidem, vt Alciatus refert, quartaos l in bonę fidei, actiones ex contractibus tertiis formulis continebantur, quas à M. Manilio compoſitas, Varro autor eſt. item in Rubrica de pactis: informatur, ait, id eſt, ampliore forma inſtituitur, Spie. Adde Forcat. dial. 99. Necyomant. n. 1.

INFORMARE nouum opus, vide l. 5. C de oper. publ.

INFORTIATVM. Haloander indicauit, vna eademq; opera Bulgari & Azonis, ſeculo natas voluminum appellationes, ff. Vetus, infortiatum & Nouum, præter barbariem nihil olentes: & quidem recte cenſet, in partiendo Digeſtorū opere, plus apud nos valere debere Imperatoria autoritatem, quam imperitiam vulgi, adeoque ſine ratione, receptam conſuetudinem, Spieg.

INFORTVNII nomen pleriſque diſplicet: cum tamen illo vſi ſint Terentius, Liuius, Imperator: qui in authentica de nupt. cenſuit ingratos filios, patri eſſe infortunium, Spieg.

INFRA, id eſt, alio poſteriori capite legis, l. 2. ff. ad l. Aquil.

INFREQVENS exponit Accurſ. in l. 1. ff. de migrando, pro valde frequens, contra vim vocabuli, ac apertam alioqui Vlpiani mentem, cur ſit, parum frequentatum id interdictum, indicantis, Spieg.

INFIRMARE actionem, æquitate defenſionis, officium tutoris, teſtamentum teſtimonio ſuo, Briſſ. ex ff.

INFRVCTVOSVS fundus, l. 13. ff. de reb. eor.

INFVLÆ ſunt faſciæ in modum diadematum, l. fin. Cod. de quad. præſcript. Io. Bell. Etym. Hinc infulæ conſulatus, l. 66. C. de decurion. infulæ honorum, l. 1. C. de temp. appell. infulæ imperiales, l. 3. in fin. C. de quadr. præſ. infulæ maioris adminiſtrationis, l. 1. in pr. C. vt omn. iud. tam ciuil.

INFVNDIBVLVM, inſtrumentum ad liquores infundendos. Catoni, ab infundendo, vt Egnatius arbitratur, dictum, Spieg.

INFVNDERE quid in ædes inferiores, l. 44. ff. de iniuriis, id eſt, effundere, Briſſ.

INGENIVM propriè natura dicitur cuique ingenita. Terent. rurſus ad ingenium redit, id eſt, ad naturam. Conna. l. 2. c. 11. n. 1. Vel, eſt vis quædam naturalis nobis inſita, ſuis viribus præualens, ad inueniendum, quod ratione indicari poſſit. Cato contulit ingenium hominis cum ferro: quod ſi exerceas, vſu quidem omnino nihil atteritur: ſi non exerceas, magis conſumitur rubigine. ingenium vbi intendens, valet, not. in Ruth. de exhib. reis, §. illud. Spieg.

INGENIVM etiam ingenitam cuique animali vim denotat, vt in l. 34. §. quæſitum, ff. de ædil. edic. Si nata ſit mula eo ingenio, vt alterum iugum non patiatur. Quinetiam nomen hoc ad ea quoque, quæ anima & ſenſu carent, transfertur, vt leg. 6. Cod. de bonor. proſcript. ingenium aruorum apud Vergil. 2. Georg. Nunc locus aruorum ingeniis. Sic Plin. lib. 14. c. 1. ingenium ſoli ſiue terræ. Tacit. lib. 5. Locorumque ingenio ſeſe contra imbelles regias copias tutabantur. Saluſt. lib. 3. Hiſt. Caſtriſque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebantur, Prat. Briſſ.

INGENIO magno, l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſt. Spieg.

INGENIO ſubtili extorquendum eſt aurum à Barbaris, l. 2. C. de Commerc. & mercat. Vide Zaſium in Apologia ad Eckium. & infra, Subtile ingenium.

INGENS, plus eſt magno, & quaſi diceres, ſupra vel vltra gentes. Hinc, ingens contentio, in §. retinendæ, inſtitut. de interdict. Spieg.

INGENVI dicebantur antiquitus, qui patrem ciere poſſent, hoc eſt ex legitimo matrimonio ſuſcepti, qui iidem & patritij dicebantur, Hot.

INGENVI ab ingenio dicuntur, quod Latinis naturam ſignificat. ita ingenuus eſt, qui ſuo arbitratu, & ingenio poteſt viuere: aut qui naturæ bono fruitur, nulla vi afflictæ & mutatæ, vt Lucretius:

Vnde mare ingenui fontes, extremaque longe
Flumina ſuppeditant.

INGENVOS Fontes vocat nullo opere atque artificio coactos & anguſtatos, & tanquam in ſeruitutem redactos, ſed ſua ſponte naturalique alueo fluentes, quomodo Iuuenalis ait: Nec ingenuum violarent marmore tophum. Qua ſignificatione ingenui dicebantur olim, qui ipſi maioreſve ipſorum ſeruitutem nunquam ſeruierant, maiores autem vſque ab auo repetebant. Liu. li. 10. An vnquam fando audiſtis patritios primum eſſe factos, non de cælo demiſſos, ſed qui patrem ciere auumque poſſent: hoc eſt nihil vltra quam ingenuos, &c. Connan. lib. 2. c. 12. n. 2.

INGENVI & gentiles iidem non ſunt, quia capite diminutus manet ingenuus, quanquam gentem ſuam amittat, & nouam aſſumat. Sed ingenuitas ornamenta ſua habet à natura, ſolamque libertatem reſpicit, quam ab auis ducit. Idem eodem loco: & num. 6. vſus inquit tandem obtinuit, vt is ingenuus dicatur, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino, & altero ingenuo. Et Martian. de ſtatu hom. leg. 5. ingenui ſunt, qui ex matre libera nati ſunt. Sufficit enim liberam fuiſſe matrem, eo tempore quo naſcitur, licet ancilla conceperit, & contrario ſi libera conceperit, & ancilla facta pariat, placuit eum qui naſcitur liberum naſci: nec intereſt, ex iuſtis nuptiis conceperit, an vulgo: quia non debet calamitas matris nocere ei qui in vtero eſt. Conn. lib. 2. cap. 11. num. 5.

INGENVVM etiam eum accipi ait Vlpianus ad leg. Iuliam & Papiam, lib. 1. de quo ſententia lata eſt, quamuis fuerit libertinus, quia res iudicata pro veritate accipitur leg. 25. de ſtatu. homin. idque eo pertinet, quod Senatores lege Iulia prohiberentur libertinas vxores ducere, leg. 44. de ritu nupt. Eaque de re differens ad leg. Iuliam & Papiam lib. 1. Vlpianus, ſcripſiſſe videtur, mulierem, de qua ſententia lata eſt, pro ingenua haberi, ſi modo in ea re per colluſionem nihil factum fuerit, l. 4. de colluſ. deteg. Nam vt ait eleganter Donatus, quod in iure ſemel iudicatum eſt, reſcindi, & iterum agi non poteſt. Indeque Prouerbium, Actum agere apud Terent. natum putat, pro eo quod eſt nihil agere. Eaque etiam ratio eſt, cur de re iudicata paciſci nemo poſſit, ita enim Alexandrum Imperatorem reſcripſiſſe, ex iis incertis titulis conſtat, qui Gregoriano Codici à Cuiacio tribuuntur, &c. Ræuard. l. Non poteſt videri, ff. de reg. iur.

INGENVVS, ingenuus eſt, qui ex matre libera natus eſt. Aliter ingenuus eſt, cui ex natiuitate competit libertas, qui non eſt factus liber, ſed natus. l. & ſeruorum, § 5. 2. ff. de ſtat. hom. inſt. de ingenuis, in princip. Erat igitur ingenuus, quem nos hodie gentilem vocamus. Ab ingenuorum enim antiquitate (vt Boetius ſcribit in Topic. gentilitas ducitur. Videamus autem, quid apud antiquos iuriſconſultos gentilitatis ipſa fuerit. Cicero in Top. & poſt eum Budæus, in Annot. ad Pandect. ex l. 1. de iuſtit. & iur. Gentiles ſunt (inquiunt) qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, qui capite non ſunt diminuti. Nihil enim video ad hanc definitionem Scæuolam pontificem addidiſſe. Gentiles ſunt (inquit etiam Boetius) qui eodem nomine inter ſe ſunt vt Bruti, vt Scipiones. Quod ſi ſerui ſint, nulla gentilitas eſſe poteſt. Quod ſi libertinorum nepotes eodem nomine nuncupentur, gentilitas nulla eſt, quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas ducitur. Quod ſi rurſum in familiis gentis ſuæ non manſerint, gentiles tam eſſe nõ poſſunt. Non temerè igitur (ait idem Budæus in d. Annot paulo poſt d. l. e. de iuſtit. & iur.) lingua vernacula Gentiles homines pro nobilibus appellat, quaſi ingenuos, ab origine gentis, & quorum maiores ſeruitutem nullam prorſus ſerulerunt, videlicet ab aſcriptitiis, & cõditione quadam obnoxiis diſtinguere eos volens, qui ob id eadem lingua villani dicuntur, quod villæ (vnde villici dicti) aſcripti, & colonariæ conditionis addicti aut ipſi ſint, aut eorum maiores fuerint. Quod tamen nomen loquentium inſcitia in contumeliam iam vertit. Villanum enim & vilem vernacula ſimplicitas confundit. Fuit autem ius gentilitatis, vt ius ſtirpis apud antiquos. Vnde Cicer. li. 1. de Orator. Nõnne in ea cauſa fuit Oratoribus de toto ſtirpis, ac gentilitatis iure dicendum? Verum, tria hæc erant iura apud antiquos: agnationis, ſtirpis, & gentilitatis. Hinc Papinianus l. 1. de probat. Quoties (ait) quæritur, genus, vel gentem, quis haberet, necne, eum probare oportet. Sed nobiliorum videtur fuiſſe gentilitas (vt ex illa definitione Ciceronis apparet) eorum ſcilicet qui imagines generis ſui proferre poterant. Inde Tranquillus in Veſpaſian. Flauia gens (inquit) obſcura illa quidem, ac ſine vllis maiorum imaginibus, ſed tamen reipubl. nequaquam pœnitenda. Itaque, imagines pro nobilitate accipi ſolent & Fumoſas imagines appellat Cicero Ipſe antiquiſſimi generis ſtemma, vt legi omnino debent apud Iuuenal.

Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros.

Plin. 9. libr. Epiſt. ſubitaneas imagines appellat, nobilitatem parum antiquam, ſed repente fortunæq; beneficio quæſitam. Ex vltima autem in Verrem actione apparet ex honoribus geſtis imagines familiarum comparari, aut etiam retineri ſolitas eſſe. Quod & ſcribit idem met Budæus in loco ſupradicto. Hinc erat, quod qui ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant, terræ filij, & à ſeſe orti, & homines noui vocitarentur. Quibus locutionibus Cicer. non ſemel vſus eſt, vt lib. 7. Epiſtolar. Cornelius quidem tuus familiaris ſummo genere natus, terræ filius. Ab eo autem dictum eſt per ironiam, ſummo genere natus. Hæ autem imagines ſtemmata vocabantur, vt in illo Satyrici loco.

Stemmata quid faciunt?

Tranquillus quoque in Galba. Neroni (inquit) Galba ſucceſſit nullo gradu contingens Cæſarum domum, ſed haud dubiè nobiliſſimus, magnaque & veteri proſapia, vt qui Imperator in atrio ſtemma propoſuerit, quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Paſiphaen Minois vxorem, referret. Mos autem fuit olim Romæ, vt imagines maiorum in funeribus ducerentur ad gentilitatem oſtendendam. Id quod Cicero indicat in 2. de Oratore, & in oratione pro Mil. item Plin. lib. 35. Pro iis imaginibus (vt opinor) poſteriora tempora inſignia gentilitia habuerunt, quæ arma vulgo vocantur, quæ ipſa quoque primum (vt veriſimile eſt) virtutis præmia fuerant, ac rerum præclare geſtarum decora. Hæc verò (vt Cicero docet in prin. legis Agrariæ) geſtantium nonnulli, atque etiam plerique moribus, ac vitæ inſtituto hoc certè proficiunt, vt tãtum maioribus eorum honoris debitum eſſe videatur, vnde etiam quod poſteris ſolueretur, redundaret. Huiuſmodi imaginum iura, ac nobilitatis inſignia, damnatione reorum amittebantur, idque Cicero multis in locis docet, & maximè in oratione pro Sylla, iis verbis. Omnia (iudices) hæc amiſſa ſunt: omnia generis, honoris, nominis inſignia, atque ornamenta vnius iudicij calamitate ociderunt. Etiam nobilitas tranſit in filios, niſi propter eorum delictum eam amittant. Nam ob delictum quis infamis efficitur, & propter infamiam

perditus

perditur nobilitas, & dignitas, l. 2. & l.quoties, & ibi Bartol. Co.de dignitatibus. Itaque nobilitas non generis eſt tantùm, ſed etiam alterius rei excellentia, dignitas, item fama nominiſque celebritas. Et eſt nobilitas ipſa triplex: vna generis, virtutis altera, tertia ex vtraque hac mixta conſtans. Primam ſine altera paruifacio, vel eam nullam prorſus eſſe verius eſſe dixero. Qui enim duntaxat genus iactat ſuum, aliena laudat. Hinc eſt quod in hanc ipſam ſcribit Liuius libr. 10. in perſona P.Decij his verbis: An vnquam fando audiſtis Patricios primo eſſe factos, non de cœlo demiſſos? Sed qui patrem ciere, auumque poſſent, id eſt nihil aliud, quàm ingenuos. Conſulem iam patrem ciere poſſum auúmque iam poterit filius meus. Hæc ille, iſtas ergo eſt huius hodie (vt ſcribit Budæus in Annotat. ad Pand. ex l. vltim. de ſenator.) quod locorum quorundam moribus receptum eſt, vt ne iuſta nobilitas eſſe cenſeatur, niſi in pronepote, & deinceps eo, qui natalibus teſtatoros eſt. Quod ſi vera eſt huiuſmodi ſententia, & admittendum hoc iudicium, certe nondum ſunt ij veri nobiles, qui noſtris exiſtentes temporibus, & ignotis natalibus orti, ne auum quidem aut etiam patrem ciere, aut poſſunt, aut audent: ſed qui (vt cum ipſo Budæo in dictis ſuis Annotat. loquar) principum beneficijs, & aulicorum ſuffragationibus ſupra ciuile faſtigium euecti, ingentium, ſplendidarumque gentilitatum fundamenta iecerunt: partim eorum tantis ornamentis digni, partim indigniſſimi, quæ magna eſt multitudo. E contrario, ſi, qui patrem, auum, proauum, abauum, aut etiam atauum, ciere poſſunt, nobiles ſint, & in nobilium numero computandi, certè non pauci hodierno die villici dicentur iure optimo nobiles, egoque ex ipſorum nobilium calculo minime expungendus: tametſi à neſcio quo malo diuite, paupertas generis ingenui in nobis accuſari poteſt: & hæc aſperior multoque durior fuerit, quàm quod nunc fit, ſuperis gratia. Eſt tamen aliquid laude & virtute dignum, fuiſſe nullum facinus, probri loco, maioribus meis obiectum. Nec profectò Ariſtotelæus ſum, vt difficile putem eſſe res præclaras agere, cui magnæ opes deſunt: ſed Chriſtianus, vt qui nunquam paupertatem malum putauerim, Anchoran.

INGENVVS & libertinus opponuntur, leg. 7. ff. de recept. qui arbitr.

INGENVITAS ingenuorum ſtatum & conditionem ſignificat, l. 2. §. vlt. ff. ſi ingen. eſſe dic. Briſſ.

INGERANS operam ſuam inuito, ſuſpectus eſt Vlp. in l. quæ omnia. §. nec ferendus, de Procurat. Ingerere plerunque in iure noſtro vitium ſonat, Spieg.

INGRAXS libellus appellatorios, vide l. 18 C. de appel. l. 26. D. de admin. tut.

INGRATA plane non eſt liberta, eo quod arte ſua contra patroni voluntatem vtatur, l. vltim. ff. de obſequ. lib. Hinc ingrati actio vel accuſatio contra libertos patronis competent. leg. 1. & 2. Cod. de libert. & eorum lib. & Nouell. Valentinian. titul. 6 Briſſ.

INGRATA teſtamenta ſunt ea, in quibus de nobis bene meritis nihil reliquimus, ſiue liberi ſint, ſiue extranei, Suet. in Caligula: Teſtamenta primipilarium vt ingrata reſcidit. Prat. v. Cuiac. lib. 3. obſeru. Briſſ.

INGRATI loco habetur, qui mortem fratri procurauit, qui ſe aduerſus eum criminaliter inſcripſit, qui omnium bonorum litem ei dictauit, Gothof. ad Nou. 22. c. 7. in pr.

INGRATITVDO propriè eſt acceptis beneficiis non reſpondere: Eſtque lata huius verbi ſignificatio, vt non ſolum illiberalis, ſed quicunque nobis moleſtus eſt, ingratus dicatur, Terent. in Eunocho, Opus faciam, vt defatiger, vſque ingratiis vt dormiam, i. inuitus & velim nolim. Quare cum his moribus filij non placeant patri, quo nolente tam ignominioſum vitæ genus agunt: merito cenſentur ingrati præſertim cum ex eorum turpitudine, nonnulla patri infamia aſpergatur, cuius negligentiæ peccatum filij imputatur, &c. Connan. lib. 10. c. 10. num. 6.

INGRATITVDO eſt Acerbitas conuitij in parentes: contumacia liberorum, l. 1. Cod. de ingrat. lib. Item ceruicem erigere iactantia & contumacia quadam aduerſus patronum, l. 2. C. de libert. & eor. lib. vide Bred. in lexic.

INGRATITVDINEM vitium cenſeri longe peſſimum vulgo quidem ſed veriſſimè dici ſolet. Nam cætera delicta aduerſus proximum quidem malè committuntur, ſed fortaſſis nec benè nec malè meritum. Ingratus autem contemnit eum, à quo beneficiis adfectus eſt. Quid hoc facto committi poteſt fœdius? Si quæ igitur actio iure propoſita eſt vnquam certe actionem ingrati iuſtiſſima ratione introductam eſſe, fateri oportet, Prat.

INGRATITVDINES inſigne exemplum eſt apud Val. Maximum, lib. 5. c. 3. Cn. Popilij Lenatis: quem M. Cicero rogatu M. Cœlij non minore cura, quàm eloquentia defendit, ac cauſa admodum dubia fluctuantem, ſaluum ad penates ſuos remiſit. At hic Popilius poſtea nec re, nec verbo à Cicerone læſus, vltro illum perſequi & iugulare ſtuduit, Prat.

INGRATITVDO tam pernicioſum eſt crimen, vt nulli ſit ſecundum. Quæ non exceptionem ſolum, ſed etiam actionem producit, de qua tractatur in l. 1. Cod. de libert. & eor. liberi. Spieg.

INGRATI liberi qui ſint, Iuſtinianus docet ſingula, tit. Cod. de ingrat. lib.

INGRATES aduerbialiter, præter gratiam & meritum, t. quæſt. s. gratia, D. Hieronymus alicubi pro eo quod eſt nolenti, vſurpauit.

INGRATVS in l. 36. §. vlt. ff. mandat. pro inuitus & nolens, Briſſ.

INGRATVS eſt, & qui non meminit accepti beneficij & gratiam vllam non habet, *ein vndanckbarer, ein vnhold ſeliger.* Seneca. ingratus, inquit, eſt, qui beneficium accepiſſe ſe negat, quod accepit: ingratus eſt qui diſſimulat: ingratus, qui non reddit: ingratiſſimus omnium, qui oblitus eſt. Beneficium enim cui collatum eſt, ad remetiendum, naturæ lex obligat, & deuincit. De quo pluribus Alex. Neapol. c. 1. lib. 5. Certe vulgatam mortalium ingratitudinem, perſtringit exemplum Euangelicum, quod è decem lepra Chriſti beneficio liberatis vnus duntaxat reuerſus eſt, qui egerit gratias. Porro ſunt qui negant in eum actionem proditam, qui non meminit accepti beneficij: at in eum qui illum lædit à quo beneficiis affectus eſt, competere actionem ingrati, & condictionem. Ad priorem puto Alexandrum reſpexiſſe: cuius verba, in dictione, Actio pro ſocio, adduximus, Spieg.

INGRATVS libertus eſt, qui patrono obſequium non præſtat, vel res eius, filiorumve tutelam adminiſtrare detrectat, leg. 19. ff. de iure patron. l. 6 § vltim. ff. de liber. agnoſc. Sic in l. 4. de obſeq. l. 1 & 2. C de libert. & eor. lib. l. 8 1. ff quod met. cauſ. Moris autem erat, vt domini ſeruos manumittentes iis gratiæ alicuius referendæ cauſæ imponerent donum, munus operas, leg. penult. ff. de obſeru. par. præſtan. & alibi perſæpe, Hotom. Prat. Briſſ.

INGRATVS erga parentes quis dicatur, vide Nou. 22. c. 36 in fin. ingratus in parentem cenſetur, qui pro eo carcere incluſo fideiubere noluit, Goth. ad Nou. 115. c. 3 § 8.

INGRATI in iure duæ ſunt tantum actiones, aduerſus donatarium & aduerſus manumiſſum. Nam aduerſus alios actionibus ingrati, vt quondam loco Seneca ait fora non ſufficerent. Cuiac. in expoſit. Nouell. inſtit. 78. de dotal. inſtrum. & manumiſſ.

INGRANT Conſultum, pro inire, Marcellus, in l. 36. ff. de condi. & demonſt. Hot.

INGRESSVS non ſolum introitum, & gradiendi initium ſignificat, ſed ipſum quandoque ingreſſum, Cicero officio. 3. Quod omnibus eſt ſciendum, qui vitam honeſtam ingredi cogitant, id eſt vita honeſta viuere. Et de Oratore. Tantus enim curſus verborum fuit, & ſic euolauit oratio, vt eius vim & incitationem aſpexerim, veſtigia ingreſſumque non viderim. Ingreſſum orationis dixit, vt Vlpian. in leg. iuris gentium de pactis, ingreſſum contractus. Male ergo qui ingreſſum initium contractus interpretantur. Nam & ſi in fine tantundem valet. Male & qui ingreſſum accipiunt pro eo quod ſecundum naturam contractus eſt. & vt dicitur, ad propoſitum eius rei, qua de contrahebatur, vt digreſſioni opponatur. At iſta ſignificatione nemo Latinorum ingreſſum dixit: neque tamen conſentanea aut vera eſſet huiuſmodi expoſitio, &c. Connanus libr. 5. cap. 2. numer. 8. Vide & Alciat. libr. 1. parerg. cap. 24.

INHABILIS tueri. in l. 11. ff de decur. pro inhabilis ad tuendum, Briſſ. in parerg.

INHABITARE domum, inhabitator ædium, Briſſ. ex ff.

INHABITATIONES perpetui, qui habitandi cauſa in caupona ſunt. l. 1. § vlt ff furti aduerſ. naut.

INHIATIO eſt vehemens cupiditas, vt in l. 1. Cod. de petit. bonorum ſublat. lib. 10. Io. Bell. Etym. &c.

INHONESTVM h. e. quod honeſtè fieri non poteſt, & iure noſtro quia penitus fieri non poteſt, inhoneſtum impoſſibile dicitur, l. filius qui, ff. de cond. inſtit.

INHONESTVS locus veluti Popina, vel Lupanar, Briſſ.

INHONORATÆ perſonæ quæ ſint, Alciatus indicat in comment. in tit. de verb. ſign. Spieg.

IN horas, pro ſæpiſſime. Eſt aduerbium temporis, ſicut in dies quaſi tu dicas, in horis ſingulis, Spieg.

INIECTA, illata pignori eſſe locatori, l. item quia, ff. de pact. Spieg.

INIECTIO manus, ius prehendendi, adducendique, verbum, ex 12. tabul. Aeris confeſſis, rebuſque iudicatis 30. dies iuſti ſunto: poſt deinde manus iniectio, Prat.

IN-IECTIONEM manus excepiſſe venditor dicitur apud Vlp. in l. ſed ſi hac lege, ff. de in ius voc. qui legem in vendendo mancipio dixit, vt ſi mancipium proſtitueretur, manus in id inijcere ſibi liceret & id abducere, Briſſ.

INIECTA manum propriè fit verbo antiqui iuris, quoties nulla iudicis expectata authoritate, rem nobis debitam, aut etiam noſtram vendicamus, l. ſed ſi hac ff. de in ius voc. leg. penultim. de ſeru. export. inijcitur etiam manus in aliquem, vel in eius

bona vel merces aliquas: quando ille inde abire, vel ees inde moueri, authoritate aliqua vetatur: quod nos Arreſtare dicimus. Seruius in illud Ænei. 3. iniecere manum Parcæ: Traxerunt inquit, debitum ſibi, Budæ. in l. vlt. ff. de Senat. Vide, Pudor. Spieg. Prat.

INIMICITIÆ capitales. Solent Veteres, ſi quæ graues inter eos inciderint ſimultates, amicitiam, ſolenni quadam ratione renunciare, & inimicitias præſentibus ſuperſtitibus profiteri. Quem morem euidenter viſus eſt Suetonius expreſſiſſe in vita Claudij, cum ſcriberet Germanicum Piſoni amicitiam renunciaſſe. Verba Suetonij hæc ſunt: Ac ne tunc quidem vltera progreſſus, quam vt & amicitiam ei renunciaret mandaretque domeſticis vltionem, ſi quid ſibi accideret. Ad hunc morem videtur etiam Valerius Maximus reſpexiſſe, lib. 4. Ait enim Tiberium Gracchum Tribunum plebis inimicitias ex profeſſo, cum Africano & Aſiatico Scipionibus geſſiſſe. idem Valerius in eodem libr. ſic de Metello Macedonico ſcribit: Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus diſſenſerat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio ad graues teſtataſque inimicitias progreſſa fuerat. Nec id quoque viſus eſt Sidonius Apollinaris ignoraſſe, qui ſic Epiſtolarum libro 7. ſcribit inimicitias indictas honeſte exercet, tardè credit, celeriter deponit. Cicero etiam auctor eſt, inimicitias olim denunciari ſolitas: Sic enim pro Lucio Flacco ſcribit: Etenim cùm à clariſſimis viris iuſtiſſimas inimicitias ſæpe cum bene meritis ciuibus depoſitas eſſe vidiſſem, non ſum arbitratus quemquam amicum reipublicæ, poſteaquam L. Flacci amor in patriam perſpectus eſt, nouas hinc inimicitias nulla accepta iniuria denunciaturum: His addatur ſic etiam libr. 10. Epiſtol. Senecam ſcripſiſſe: inimicitias mihi denuntias, ſi quicquam ex his quæ quotidie facio, ignoraueris. Et de ira lib. 3. Hortenſius inquit, ſimultates tibi indicerem, & Cicero, ſi deriderers carmina eius, inimicus eſſet. Et hæc quidem cum ita ſint, nunc mihi videor intelligere, quales inimicitias appellauerint ICti capitales l. 18. in ſi de procur. l. 15. de recept. arbitr. l. 6. de excuſ. l. 3. §. 9. de adim. vel transf. leg. 9. de his quæ vt indign. §. item ſi propter inſtit. de excuſa. Eas nimirum, quas alter alteri teſtato denuntiauerat. Certè quia ſanguinem & vindictam ſpirabant ex profeſſo, indeque capitales appellatę omnino videri poſſunt. Nec aliud mihi voluiſſe viſus eſt Seneca cum ſic de ira lib. 3 ſcriberet. Quid iuuat tanquam in æternum genitos iras indicere, & breuiſſimam ætatem diſſipare: Ræuar. var. lib. 5. c. 15.

INIMICVS & amicus opponuntur, l. 3. ff. de teſtib.

INIQVITAS pro prauitate illa naturæ, qua ſibi tantum homines ſtudent, ab omni beneficentia erga alios alieni: qua abundante, neceſſe eſt vtique charitatem refrigeſcere, apud Matthęum 24. Latinis proprie ſignificat læſionem, iniuriam, minus aut plus, ſicut in negotiis fieri ſolet: Ariſtoteles autor eſt: iniquitatis eſſe mores ritusq́ue patrios pręuaricari, legibus & authoritati publicæ ſubeſſe non velle, mentiri etiam ac peierare, pactaque tranſgredi, & fidem fallere. Hanc calumnia, iactantiaq́ue ac humanitatis ſimulatio, peruerſitas, doluſq́ue malus ſequuntur, Spieg.

INIQVITAS loci, & aſperitas idem ſunt, ff. ſi quadrup. pauper. fec. dicat. l 1 §. 1. Albet.

INIQVVM petendum, vt æquum feras, Prouerbium, quod Eraſmo explanante doctum videri poteſt à negotiatoribus, qui callide merces longe minoris licentur, & multo pluris indicant, quam pro dignitate, quo pretium ſaltem æquum accipiant, Spieg.

INIQVVS eſt, qui lucrum captat de ſuo ſcelere, & ſibi plus quam par eſt aſſumit, Conn. lib. 1. c. 2, n. 9. Sic iniquus auctor in l. 10. C. de furtis: Et iniquus comparator, i. emptor. in l. 2. C. ne rei domin. vel templor.

INIQVI modius: iniquæ menſuræ, non iuſtæ nec ęquæ, Briſſ.

INIQVVM pretium, id eſt, immodicum, cui iuſtum opponitur, Briſſon.

INIRE verbum non iungitur fere niſi rebus aliquid momenti habentibus, grauibus & non minutis: vt inire rationem, fœdus, pacem, ſocietatem, bellum, cōſilium, vt apud Iuriſconſul. inire conſilium diuortij, l ſi concubina, §. 1. ff. rer. amot. inire furti conſilium, l. merito, ff. pro ſocio, inire cubile alicuius, pro cum eius vxore dormire, apud Ciceronem legitur. Eraſmus monet, inire prandium, cœnam, dormitationem, non ita rite dici, Spieg. Prat.

INIRE ingredi & capeſſere ſignificat. Sic inire conſolatum, magiſtratum, officium, Briſſ.

INIRE alias contrahere ſignificat, vt inire matrimonium, i. nuptias contrahere, l. 22. C. de nupt. Briſſ.

INITIARI, hoc eſt, ſacris imbui, Lex 12. tabul. Néve initiantur, aie. Sic & nunc dicimus initiare, vel initiari ſacris ordinibus eum qui ſacris imbutus ad ordines deputatur. Vide Olden. c. 7. tit. 1 Spieg.

INITIARE litem, l. 11. C. qui dare tut. vel curat. poſſ.

INITIATVM iurgium, l. 3. C. qui legit. perſon. ſtandi,

INITIVM pro principio & origine alicuius negotij, Briſſ.

Ab INITIO & poſtea aduerſantur, l. 3. ff. de pign. actio.

INIVDICATVS, adiectiuè, pro non iudicato, indemnato, apud Gellium, Spieg.

INIVNGERE, id eſt, mandare, vt iniungit Prætor ſatiſdationem, Briſſ.

INIVRIA ex eo dicta eſt, quod non iure fiat. Nam generaliter iniuria dicitur omne, quod non iure fit, l. 1. ff. de iniur. Specialiter autem iniuria, alias contumelia, à contemnendo dicta eſt, Græcis ὕβρις, alias damnum culpa datum, vt in leg. Aquilia dicimus damnum iniuria datum Græco verbo ἀδίκημα, l. 1, & l. 5. ff. ad l. Aquil. vt ſi quis iniuria, i. culpa occiderit, alias iniquitatem iniuriam vocamus & iniuſtitiam. Nam cùm iudex inique vel iniuſte dixerit ſententiam: ex eo dicimus iniuriam, quod iure & iuſtitia caret, quaſi non iuriam, l. 1. in pr. ff. de iniur. & famil. libel. l. 45. §. procurator. ff. de procur. & alibi ſæpe, Briſſ. Hot. & Prat.

INIVRIA & ius aduerſa ſunt. Vnde & iniuriam facere bruta negantur, quia nec iure quicquam facere poſſunt, leg. 1. §. 1. ff. ſi quadr. paup. fec. dic. Prat. ex Briſſ.

INIVRIA diuiditur in furtum, rapinam, damnum, adulterium, homicidium, & quidquid tandem non iure fit atque in iniuriam, h. e. contumeliam, l. 1. in princ. de iniur. Sic enim, vt idem admonuit, præualuit hodie, vt hæc ſpecies priuati delicti, iniuria potius quàm contumelia appelletur, Spieg.

INIVRIA, ablatiuus, qui aduerbialiter ponitur pro eo quod eſt, ſine cauſa & immerito. Sed & authore Donato.

INIVRIA ex affectu fit, damnum ex culpa, l. qui ſeruum, ff. de actio. & oblig. Prat.

INIVRIA affici, i. damno, l. 11. §. ſi cred. ff. de pign. act.

INIVRIA ſecundum Labeonem, aut re fit aut verbis. Re, quoties manus inferuntur. Verbis verò quoties non inferuntur manus, vt cum conuicium fit, d. l. e. 1. §. 1. Ad infamiam fit iniuria, cum pudicitia attentatur, Prat.

INIVRIA ſecundum Vulteium committitur verbis, literis, atq; iterum committitur iniuria in corpus, aut extra corpus. Re committitur vel corpore in corpus, vt ſi quis pugno pulſatus aut fuſtibus cæſus ſit vel verberatus, vel ſi cuius honeſtæ matronæ aut virginis pudicitia attentata ſit. Corpore cōmittitur ſed non in corpus, ſed in dignitatem alicuius, vt ſi comes matronæ abductus ſit vel abductæ. Verbis fit iniuria conuitio vel maledicto vel turpi appellatione virginis habitu matrisfamilias induæ. Literis, id eſt, vel famoſis libellis, vel famoſo carmine, ſiue componendo, ſiue edendo, ſiue ſcribendo, ſiue procurando. Vulte. in commen. inſtitut. de iniuriis, §. t. n 2.

INIVRIA grauis videtur Imperatoris, quæ inani honeſtatis colore velatur, l. pen. C. de contrahend. empt. Putat tamen Old. hanc l. ſi ad naturam exigatur, aliàs defendi iure non poſſe. Spieg.

INIVRIA minus eſt quàm contumelia, inquit Nonius Pacuuius Peribœa, Patior facile iniuriam, ſi eſt vacua à contumelia, Hotom. Prat.

INIVRIÆ ſcriptæ vel pictæ, dicuntur perpetuæ: quia in eis animus non tranſit, Zaſ. in l. cum lex. ff. de legib. Spieg. Prat.

INIVRIÆ ſunt, quæ aut pulſatione corpus, aut conuitio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuſpiam violant, ait auctor Rhet. ad Her. lib 4 Hot. Prat.

INIVRIAM in l. Aquil. damnum accipimus culpa datum, etiam ab eo qui nocere noluit, l. 5 §. 1. ff. ad l Aquil. Hot.

INIVRIAM atrocem, quaſi contumelioſiorem & maiorem accipiemus, aut perſona, aut tempore, vel reipſa fieri Labeo ait: perſona atrocior fit iniuria cum Magiſtratui, cum parenti patronóve fiat, tempore, cum in ludis etiam in conſpectu fiat. Num prætoris in conſpectu, an in ſolitudinem iniuria facta ſit, multum intereſſe ait: atrociorem, quæ in conſpectu fiat: Rem atrocem iniuriam haberi, Labeo ait, vt puta ſi vulnus in latum os alicui percuſſum ſit: vulneris magnitudo atrocitatem facit: & nonnunquam locus vulneris, veluti oculo percuſſo: ſed eſt quæſtionis, quod dicimus, re atrocem iniuriam fieri, vtrum ſi corpori inferatur, atrox ſit, an & ſi non corpori, vt puta veſtimentis ſciſſis, comite abducto, vel conuitio dicto, & ait Pomponius, etiam ſine pulſatione poſſe dici atrocem iniuriam perſona atrocitatem faciente. Sed & ſi in theatro, vel in foro, cædit & vulnerat, quanquam non atrociter, atrocem iniuriam, vt Vlpianus de iniuriis ait, Maffeus. Hanc eandem Imper §. vltim. inſtitut. de iis qui ſunt ſui vel alieni iuris. Infamem quoque vocat, id eſt intolerabilem, Aldobrand. ibidem.

INIVRIAS actione exequi, hoc eſt, vt ornauit Old. actionem iniuriarum dictare, vt ſequatur executio. l. non ſolum, § ego autem, ff. de iniur. Spieg. Prat.

INIVRIA tollitur ipſo iure ex l. duodecim tabularum: per pactum leg. ſi tibi decem, 17 § 1 l. ſi vnius, § pactus, ff. de pact. Deinde per ſatisfactionem, l. ſed ſi vnius, 17. §. ſi ante iudicium, ff. eodem. Tertio remiſſione tam tacita, quam expreſſa, adeo vt ſemel remiſſa, ex pœnitentia reuocari non poſſit. Quarto præſcriptione de qua Vulteius in commens. inſtit. ad §. pœna autem

autem, num. 8. inſtit. de iniur. Quinto diſſimulatione, l. non ſolum, §. 1. ff. eod. qui colligitur ex familiari ſalutatione, coniunctione, & ſimilibus actibus, quos hunc effectum operari arbitror, antequam in iudicium cauſa ſit deducta: ſi deducta ſit iſta, diſſimulationem non amplius inducunt. Denique morte alterius tollitur iniuria ante litem conteſtatam, l. iniuriarum, 13. d. l. item apud Labeonem, 15 §. iniuriarum, ff. eod l. ſi cum §. qui iniuriarum, ff. ſi cautio. imo ante in ius vocationem, qua facta continuatur actio, tametſi lite non conteſtata, per ea quæ tradit Gail. 2. obſeruat. pract. 64. num 4. & ſeq. Vide Vultei ad §. fin. inſt. de iniur.

INIVRIVM id eſt, iniquum, vim aduerbij habet, Spieg.

INIVRIOSVS, qui infert iniuriam apud iuriſconſ. in l. vlt. ff. de off. procuratoris. Cæſ ſi tamen, inquit, quaſi tumultuoſum, vel iniurioſum, aduerſus Colonos Cæſaris prohibuerint, Spieg.

INIVRIOSVS l. vltim. ff. de off. procur. i. e. facilis ad contumeliam faciendam, conuitiumque dicendum. Impune tibi eum iniurioſum eſſe non patietur, l. 8 Cod. de ſeot. paſſ. id eſt, non feret eum iniuriam tibi inferentem, Briſſ.

INIVRIOSA, id eſt per iniuriam ſeu iniuriæ cauſa.

INIVRIOSA vita, pro plena ſceleribus & iniquitatibus nempe alijs noxia. Vide Ciceronem lib. 1. de finib. Spieg.

IN ius vocare eſt ad prætorem, vel eum qui iuriſdictioni præeſt, vocare, iuris ſui experiundi cauſa, l. 1. ff. de in ius voc. nimirum ad facultatem agendi impetrandam, & iudicium accipiendum: à quo iure diuerſum erat iudicium, quod agitabatur apud iudicem, in iure à prætore datum Vultei. ad §. pœnales quoque 12. n. 2. ff. in l. de act. & ad princip. n. 54 inſt. eod.

IN ius vocatio an editionis actione prior ſit, vide eundem Vultei. in comm. ad pr. inſt. de act. n. 44.

IN ius vocatio & citatio differre videtur: in ius vocatio fit ad prætorem ſeu magiſtratum à quo actio erat impetranda: citatio fiebat ad iudicem à prætore ſeu magiſtrato datum, qui de cauſa, propter quam actio impetrata erat, cognoſceret In ius vocatio poterat fieri ab ipſo actore: ita vt aduerſarium, ſi ſponte ad Magiſtratum ſequi nollet, obtorto collo & vi ad eum raperet, Vul. d. n 54.

IN ius vocare licet actori quemuis, niſi vocare prohibitum, vt colligi poteſt ex tit. ff. & Cod. de in ius voc. Excipiebantur tamen nonnullæ perſonæ, quæ ob reuerentiam ſeu honorem ipſis debitum ſine venia ſeu permiſſu prætoris in ius vocari non poterant, idque propter morem in ius vocandi olim vſitatum, quem non ſine vi auctoritate priuata nullo magiſtratus auxilio implorato fieri ſolitum, maxima interpretum pars exiſtimat, contra diſputante Rob. 3 ſent. 2. inter perſonas exceptas potiſſimum locum habebant parentes vtriuſque ſexus, tam legitimi quam naturales & patroni: illi quidem ob naturale ſanguinis vel ciuile agnationis, quod in adoptiuis eſt, vinculum, hi vero propter libertatis datæ incredibile beneficium, in ius quidem vocari illi poterant à liberis & libertis, ſed non niſi venia à prætore petita: nec petita tantum ſed etiam impetrata, Vulte. ad d. §. pœn. n. 2 t. 22. 21. inſt. de act.

INIVSSV, prætoris principis, Briſſ. ex ff.

INIVSTA appellatio, non iure neque recte, nec iuſta ex cauſa interpoſita, l. 6 ff. de his qui not. infam.

INIVSTA libidinum deſideria, id eſt, concubinatus, l. 7. circa fin. C. de natur. lib.

INIVSTITIA, iuſtitiæ contraria, de qua Dd. vt fere omnia, confuſe. in ſumma tria iniuſtitiæ genera reperiuntur ſecundum Ariſtotel. impietas, arrogantia, contumelia. impietas quidem erga deos, diuoſque, aut etiam erga mortuos tum erga parentes & patriam, rectum non ſeruans. Arrogantia vero circa contractus commerciumque vitæ, ſupra quam merita eſt, præpollere volens. Contumelia verò voluptatem ſibi ſtruens, in probrum ac dedecus alios vt ducat, recteque de ea ſic Euenus. Tametſi nil ſibi commodet, inquit, iniuria gaudet tamen, itaque iniuſtitia vitium animi eſt, quo amplius, quam par ſit, qualibet in re habere pollereque volunt, eo teſte Ariſtot. in de virtutib. Spieg.

INIVSTVM teſtamentum non iure factum, puta in quo ſolemnia defuerunt, l. 1. ff. de iniuſt. rupt. l. 6 ff. de falſ. Appellatur & non iuſtum, l. 1. ff. de excep. rei iud. l. 3. de confirm. tut. l. 22. de acqu. hæred. iniuſtum teſtamentum dicitur & illud, quod inutile & nullius momenti eſt, puta ob præteritionem eius, qui in poteſtate eſt, l 3. §. ex his, l. 6. §. ſi pater, ff. de iniuſt. rup. Prat. Tria ſunt vitia, quibus Teſtamenta omnino infirmantur, vitium, ſcilicet iniuſti, rupti, & irriti: quamuis autem poſſimus, & quod irritum eſt, ruptum vocare: & quod ruptum eſt, irritum: & quod iniuſtum eſt, aut ruptum, aut irritum: atque iis nominibus plerunque ſine differentia vtamur: commodius tamen viſum eſt, ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: ideo quædam non iure facta dicuntur, quædam iure facta rumpi, vel irrita fieri, §. alio autem mod. quib. mod. teſtament. infirm. inſtit. Quid ruptum, quidve irritum fit teſtamentum, ſuis locis diximus. Cæterum, ſi quid eorum, qui ad ſolennitatem obſeruationemque iuris ſpectant, omiſſum fuerit, dicitur teſtamentum non iure factum, aut, verbi compendio, iniuſtum, ita Theoph in §. 1. inſtit. eod. V. g. ſi teſtator filium, quem in poteſtate habebat, hæredem non inſtituerit, aut nominatim non exhæredarit, l. inter cætera, de lib. & poſthum. ff. Qua in lege aduerte, rumpi verbum pro iniuſtum eſſe accipi, confundique, vel ſi legitimus teſtium numerus teſtamento defuerit, §. ſed cum paulatim de teſtam. inſt. vide Antonium Auguſtinum, ad l. Gallus §. idem credendum eſt, ff. de lib. & poſth.

INIVSTVM matrimonium contra leges contractum, l. 1. ff. vnde vir. & vxor. Prat.

INIVSTVS filius eſt, qui ex aliis quam viro & vxore naſcitur. Si tamen patrem edere poteſt, naturalis: ſi non poteſt, vulgo conceptus & ſpurius nominatur, Conn. lib 2 c. 16 o. 1.

INIVSTA VXOR. Budæus iniuſtam vxorem interpretatur pro pallaca ſeu concubina, vxoris loco habita, idque efficit ſermo ille quem Achilles in præſentia Legatorum Græcorum ad ſe miſſorum habuit, inquiens ſe dolere. Briſeida captiuam ſibi ab Agamemnone ademptam eſſe. Sed hanc Budæi interpretationem, neque iuriſconſultus. l ſi vxor. ff. de adulter. voluit, neque ante ipſum Achilles: ſed dicit ſolum captiuam Briſeida non minus amari à ſe, quam vxorem à Menelao. Addit idem Budæus hodie iuſtæ vxoris aut nullam appellationem eſſe, aut eam eſſe, quæ iuſtis ſponſalibus, & palam in viri manum conuenit, non occulto conſenſu. Accurſius iniuſtam accipit eam, quæ facta ſit vxor iure prohibita: quod ineptum eſſe videtur, nam ſi quis inceſtas nuptias contraxerit, iure prohibitam vxorem retinet, nec vt maritus accuſationem de adulterio inſtituere poteſt, d. l. ſi vxor. §. ſed ſi ea, quod vtique faceret, ſi duntaxat iniuſta fuiſſet, nimirum vbi inceſtum interuenit, ibi pluſquam iniuſtæ nuptiæ ſunt. Itaque iniuſta vxor cenſetur, quæ ſecundum præcepta legis data non eſt, quamuis iuſtam & legitimam fieri poſſe certum ſit, vt eam quæ ſine patris conſenſu nupſit, vel ætatis illegitimæ, quantumuis hæc palam ducta ſit. l. quod Seruius, ff. de condict. cauſ. dat. §. 1. de nuptiis. l. minore, de rit. nupt. hoc ſatis indicat, iuriſconſultus d. l ſi vxor. §. diuus. Cum ait nec matrimonium violari oportere, nec ſpem matrimonij; nam qui impuberem duxit, ætate iuſta ipſius puellæ, tandem perficiet matrimonium: & forſitan Achilles futurum ſpectabat vt captiuam ſuam nobilem fœminam aliquando pro iuſta vxore duceret: argum l ſi quis in & l. ſi ſenator, ff. de ritu nupt. Forcatul. in ſuo cupidine Iuriſperito, c. 5. n. 9.

INLACRYMARI precib. calamitoſorum, l. 10. ff. de off. præſid.

INLÆSA exiſtimatione, l. 27 ff. de procur. id eſt integr. Briſſ.

INLÆVATES in lege Dei tit. 10. id eſt ſaluæ, Briſſ.

INLEX in lexico antiquo, ἀφῆλιξ [illegible]

INLICERE apud Varro. lib. 5 de ling. lat. prouocare, Quare non dubium eſt, inquit, cum hoc inlicitum ſit, cum circum muros itur, vt populus illiciatur ad magiſtratus conſpectũ, Prat.

INLICIVM, cum populus per accenſos vocabitur, apud eundem ab alliciendo dictum. Dicitur & illicium: hinc Pompei, illicium dicitur: cum populus ad concionem elicitur, i. vocatur. Et alio loco: illicium vocare, antiqui dicebant, ad concionem vocare Huius autem hæc erat formula: Quod bonum fortunatum felixque ſit populo Rom. Quiritium, reique publ. popul. Rom. Quiritium mihique collegæque meo, fidei, magiſtratuique noſtro. Omnes Quirites, pedites armatos, priuatoſque curatores omnium tribuum, ſi quis pro ſe, ſiue pro altero dartrationem volet, voca inlicium huc ad me Ex Varrone libro de ling. lat. 5. & Liu. lib. 40. Prat.

INLIDERE. Si quis puerum ſaxo inliſiſſet, l. 7. §. ſed ſi quis, ff. ad leg Aquil.

INNATVM in publico, l. 65. §. vlt. ff. de acqu. rer. dom.

INNOCENS, expers criminis, ſceleriſque vt Horat. loquitur purus, l. 5. ff. de pœnis.

INNOXII id eſt innocentes. Vnde innoxij, & Nocentes opponuntur, l. 12 §. 11. ff. de publ. iud. Innoxium eſſe delictum non debet, id eſt vacuum a crimine & pœna. Briſſ.

INNOTESCERE, notum fieri, *an tag kommen*, l. 1. in prin. §. 2. ff. de qu. teis. Et intelligitur quoquo modo, vt ait Alber. citans l. quidam decedens ſub fin ff. de admin. tut. Spieg.

INNVBERE, eſt in mariti domum tranſire. Enubere, è patris domo exire. Liuius lib. 1. Ea cum innupſit: & lib. 10. Virginem quod e patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant. Hot.

INNVPTÆ nuptiæ, id eſt, falſæ, Cic. lib. 3. de Orat. Spieg.

INOFFICIOSA donatio, ad exemplum inofficioſi teſtamenti dicta eſt. quæ contra rationem officij facta eſt: Cum ſcilicet liberi debito bonorum ſubſidio, i. legitima ſita excluduntur, leg. 1. & paſſ C. de inoff. donat. Itaque actio aduerſus eam inſtituta eſt, quæ querela inofficioſæ donationis appellatur: quæ à querela teſtamenti inofficioſi hoc differt, quod hæc non niſi aduerſus teſtamentum factum & iure factum conceditur, illa vero & ex teſtati & ex inteſtati cauſa permittitur, l. precibus C. eod. Prat.

INOFFICIOSA dos dicitur, cum mater in fraudem liberorum, id eſt, vt eos debitis emolumentis ſpoliet, omnia ſua bona, vel magnam eorum partem, ſecundo marito dono dat, pactum cum eo de dote lucranda faciens, l. 1. C. de inoffic. dotib. Prat.

INOFFICIOSVM teſtamentum eſſe illud oportet in quo teſtator

contra officium ſuum, quod alteri debebat, fecit. Sed quanquam hoc modo multa inofficioſa teſtamenta futura ſunt, veluti quibus amicis & bene merentibus nihil relinquitur, quod olim inhoneſtum probatur (vt ex Philippicis & Suetonio conſtat) tamen per excellentiam ea demum inofficioſa dicta ſunt, quibus officium in liberos, parentes, & fratres neglectum eſt: nam qui erga eos inofficioſus eſt, in ſemetipſum quodammodo inofficioſus & inhumanus videtur, quapropter iis ſolis poteſtas permiſſa eſt, petendi à Centumuiris, vt ſi officium violatum cognoſcant, illud reſciſſum & irritum factum velint, quod enim impetrant, tum illud ſimul impetrant, vt ſibi hæreditas adiudicetur, cum huius iudicij exitus hic ſit, vt ab inſtituto in exhæredatum hæreditas transferatur: qua de cauſa hæreditatis petitio appellatur in l. ſi quis 34. C. de inoffic. teſtam. l. qui repudiantis, 17. l. mater, 19 ff. eod. l. pen. § ſed quemadmodum, ff. de bon. poſſ. contr. tab. Prat. ex Hotomanno.

INOFFICIOSVM teſtamentum appellatur, quod recte quidem factum eſt, ſed non ex officio pietatis, vt loquitur Mart. l. 2. de inoffic. teſtam. vel, vt Paul. li. 4. ſentent. tit. 5. defin. quod fruſtra liberis exhæredatis, non ex officio pietatis videtur eſſe conſcriptum, Briſſ.

INOFFICIOSVM teſtamentum. Poſſunt parentes in condendis teſtamentis liberos ſuos hæredes non ſcribere, ſed vel exhæredare, vel preteritionis ignominia afficere, in quibus ſcilicet, præteritio pro exhæredatione accipitur, vt puta in matre, auoq́ue materno, §. fin. de exhær. liber. inſtit. Sed quoniam parentes, hinc arrepta poteſtate, filios ſuos grauiter lædebant, relinquentes eos in inopia. Nam ſi quis ex aſcendentibus per maſculos, aliquem ex liberis exhæredaſſet, neque ipſo iure inualidum erat teſtamentum, neque ab inteſtato filius venire poterat, nam quomodo, cum teſtamentum extaret? neque Prætor bonorum poſſeſſionem contra tabulas dabat, præteritis enim, non exhæredatis, ea dabatur. Quod ſi mater erat teſtatrix, ne cogitare quidem poterant ij, qui per matrem deſcendebant, de bonorum poſſeſſione contra tabulas, aduerſus enim teſtamentum fœminæ liberis bonorum poſſeſſio contra tabulas non datur. In extremum igitur ſubſidium inductum eſt, vt liberi de inofficioſo teſtamento agere poſſint, qui queruntur, aut inique ſe exhæredatos, aut inique præteritos: hoc colore, quaſi non ſanæ mentis fuerint cum teſtamentum ordinarent, vt qui naturam ſine cauſa odiſſent. § 1 & ibi maxime Theophilus de inoffic. teſtament. Cęterum, vt liberis inofficioſi teſtamenti querela competat, duo maxime requiruntur. Primum enim, ita demum de inofficioſo teſtamento agere poſſunt liberi, ſi nullo alio iure ad defuncti bona venire poſſint, nam qui ad hæreditatem totam vel partem eius alio iure veniunt, de inofficioſo agere non poſſunt, §. tam autem eod. tit. inſtit. Secundo, ſi nihil eis penitus à teſtatoribus teſtamento relictum eſt, ſi enim quantacunque pars hæreditatis, vel ius fuerit eis relicta, de inofficioſa querela quieſcente, id, quod eis deeſt, vſque ad quartam legitimæ partis repletur, licet non fuerit adiectum boni viri arbitrato debere eam compleri, §. ſed hæc eod. titul. inſtit. igitur quartam quis debet habere, vt de inofficioſo agere non poſſit, ſiue iure hæreditario ſiue iure legati, vel fideicommiſſi, vel ſi mortis cauſa quarta ei donata fuerit, vel inter viuos, §. igitur, eod. tit. inſtit. quod tamen verum intellige, ſecundum diſpoſitionem Auth. nouiſſima, eod. tit. C. illud ſciendum tam adoptiones, quã naturales liberos querela inofficioſi teſtamenti agerę poſſe, d. §. tam autem. Poſthumi quoque, qui nullo alio iure venire poſſunt, de inofficioſo agere poſſunt, §. poſthumi quoque eod. tit. inſtitut. Sed & non liberis tantum permiſſum eſt, teſtamentum parentibus, dict. § 1. Nam licet non ſic parentibus liberorum, vt liberis parentum, debeatur hæreditas, parentes tamen ad bona liberorum ratio miſerationis admittit, ſicut liberos naturę ſimul & parentum commune votum. l. ſcripto hærede, ſi tab. teſtament. nullę exta. ff. ſed & ſoror & frater, turpibus perſonis ſcriptis hæredibus ex ſacris conſtitutionibus pręlati ſunt, d. §. 1. queſtionemque de inofficioſo mouere poſſunt, l. fratres, eod. tit. C. Non ergo liberi inofficioſi querela contra omnes hæredes agere poſſunt. Vltra fratres igitur & ſorores cognati nullo modo, aut agere poſſunt, aut agentes vincere, d. §. 1. in fin. Ex iis itaque apparet dici inofficioſum teſtamentum, quod non ex officio pietatis parentum factum ſit, filiis ſine legitima cauſa exhæredatis, eſſeque querelam inofficioſi teſtamenti, qua liberi contra parentes agunt, vt qui eos vel ſine iuſta cauſa, vel iniuſta, ſed non probata, exhæredauerint, vel indigne præterierint, § 1. inſtit. l. nam & iis, § huius verbi, l. ſi mater, cum aliis iuribus, C. de inoff. teſtam Anchor. inofficioſum teſtamentum, ſecundum Iſido. li. 5. c. 14. eſt, quod fruſtra liberis exhæredatis ſine officio naturalis pietatis in extraneas perſonas redactum eſt, vel ſic: inofficioſum teſtamentum dicitur, in quo officij religio violata eſt: veluti pietas erga parentes: aut charitas erga liberos, Prat.

INOFFICIOSVM teſtamentum dicere, hoc eſt, allegare quare exhæredari vel præteriri non debuerit, l. 3. ff. de inoff teſtam. item docere immerentem ſe, & ideo indigne præteritum vel etiam exhæredatione ſummotum, l. 5. eod. tit. Hot.

INOFFICIOSVS, qui in officio debito peccat, Briſſ.

ΗΝΩΜΕΝΟΝ vocat Pomponius omne corpus quod perpetuo opere vnum & continuatum eſt, ab ἑνὸω, quod ad verbum dicitur vnio: vt male huius loci quidam φυσικὸν reponant, quia non tãtum naturalia, ſed manu etiam facta opera ἡνωμένα tamen ſunt, vt columna tota ex gypſo, aut cera aut ære & ſimili re continuo opere ducta, aut conflata. Quare Plutarchus hæc corpora duplici nomine appellat, τὰ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ: id eſt, vnita & congenita vt oſtendat, non modo iſta naturæ eſſe poſſe, ſed etiam artis: Connan. lib. c 14. n. 6.

INOPIA, egeſtas, paupertas, penuria, l. 28 §. ſi quis, ff. de donat. inter vir. Briſſ.

INOPIA laborare, Modeſt. l. vlt. de in ius voc. vel à præfecto vrbi quaſi inofficioſus caſtigator, ſi inopia dignoſcitur laborare: Et Imp. in l. 22. in princ. C. de furt. Niſi inopia dignoſcatur laborare: Sic inopia fatigari, in l. 23. §. 2. C. ad SCtum Velleian. & ad inopiam peruenire in d. l. 22. in pr. C. de furt.

INOPINABILE, quod quis nunquam exiſtimaſſet futurum, Imp. indicat in Authen. Vt hi qui obl. ſe hab. perh. §. & pro hoc dicimus. Adſtipulatur lex 2. §. ſed quia diuinæ, C. de vet. iur. enucl. naturam producere inopinabilia, Alber.

INOPINATA & incerta turbant Prouinciales, l. vltim. D. de offic. præſ. vig. & l. obſeruare, §. recta, de offic. Proconſ. Alber.

INOPINATVM, idem eſt quod præter ſpem accidit, & non de nouo, vt interpres putat in l. oratione, ff. de feriis. Siquidem haud raro noua cum ſpe etiam contingere ſolent, Spieg.

INOPINATA verba, quæ impræmeditate & improuiſe effluunt.

INOPS dicitur is, qui ſolus eſt, qui nec amicos, nec propinquos habet, quorum ope, id eſt, auxilio tutari ſe poſſit, Cicero inopiam & ſolitudinem fere in eadem re dicit. Rupeus inopia, hoc eſt, egeſtate laborans in corpore puniendus eſt, l. ſi quis, id quod §. in ſeruos, ff. de iuriſdict. Porro quo diſtet à penuria, docet Gloſ. in auth. vt iud. ſine quoque ſuffrag. Prat.

INOPS, pauper, egenus, non idoneus nec ſoluendo, l. 26. ff. de neg. geſt.

INPORTARE actionem, item Inportare crimen, pro inferre, l. fi. §. fi. ff. de diuortiis, l. 14. §. 1. ff. de bon. lib. 9 §. 1 ff. de ſtatu lib. Crimina ignominiam importare dicuntur, quæ infamant l. 5. ff. de Decurio. Prat.

INPROCINCTV, eſt, in ipſo militum adparatu, ſeu expeditione, cum vel ſeſe accingerent, vel accincti hoſtem expectantes ſtarent, prælium iamiam ingreſſuri. Vultei. in commen. inſt. de teſt. ord.

INPROCINCTV teſtamentum appellabatur à veteribus, quod à cinctis iam militibus, & è caſtris in prælium iamiam exituris fiebat, Vult. in comment. inſt. de teſtam. ord. §. 1. n. 5.

INORDINATVM, eſt omne confuſum: ſed non conuertitur, §. inordinatum auth. de hæred. & Falcid.

INQVANTVM id eſt, tantum quantum, Spieg.

INQVIETARE turbare, vexare eſt, Briſſ.

INQVIETARI id eſt interpellari, vexari, infeſtari, Briſſ.

INQVIETARI dicitur is cui controuerſia fit & quæſtio infertur. Nec perſonæ modo ſed & bona inquietari dicuntur ob debita, l. 5. C. an ſeruus ex ſuo fac. Briſſ.

INQVIETO, pro, moleſtus ſum, plerique ſubdubitarunt: ſed Eraſmus ſic accipi apud Suetonium annotauit: & Inſulanus indicat ſic apud Liuium & Plinium paſſim inueniri. Imperator dicit, inquietati ſumus aſſiduis adulationibus mulierum, in l. aſſiduis, C. Qui potior, in pig. hab. Spieg.

INQVIETVDO apud eundem in l. 2. C. de Carbon edict.

INQVILINVS, ab in & colo, hoc eſt habito, is dicitur, qui in alieno habitat, ſiuę ruri, ſiue in ciuitate, quanquam frequentius ad ciuitatem referatur. *Ein Hauſzmann, der vmb ein Zinſe in eins andern Hauſe ſitzet.* Olim ex inquilinatu etiam addicebantur agricolationi, nec diſcernebant ab Adſcriptitiis, vel Originariis, leg diffinimus, C. de agric. & Cenſit. Nec nunc eſt, quod prohibeat aliquem in ciuitate habitantem, aſtrictum eſſe perſona ſua ad colendum agrum, vt atteſtatur Oldendorp. Spieg.

INQVILINVS dicitur, qui in vrbe domum alienam mercede incolit. Et ideo quoq; vrbani prædij conductor hoc verbo ſignificatur, vide l. vltim ff. de migran. l. 4. §. prætor ait, ff. de dam. infect. l. 37. ff. de acq. poſt. Appian. lib. ἐμφυλ. β. ἐνοικήσων, οἱ ῥωμαῖοι ... ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. Colonus autem is eſt, qui ruri prædium alienum incolit, Hot.

INQVILINVS eſt, qui gratis vel precio habitat in alieno priuato, proprie tamen qui ſolus habitat, & totam domum occupat. Nam ſi cum domino aut eo, qui domus vſum habet, non tam inquilinus, quam hoſpes dicendus eſt, etiamſi mercede habitet, &c. Connan. lib. 4. c. 5. n. 4. Itaque cum Labeo dixiſſet, vſuarium ædium, qui modo ipſe habitaret, poſſe inquilinum quoque recipere, Proculus enim notauit, quod non belle inquilinus dicatur, qui cum eo habitat: ait Vlp. l. 2. & 4. ff. de vſu & habit. Hot.

INQVI-

Digitized by Google

INQVILINVS eſt, qui conductis ædibus habitat: & proprie vrbani prædij conductorem ſignificat. Nec vero tantum inſulæ, ſed & Cœnaculi conductor inquilinus appellatur, leg.3.vlt.ff. de offic.præf.vig. Briſſ.

INQVILINI etiam pro his qui prædiis adſcribuntur, iiſque adhærent, in leg.112.ff.de leg.1. Sane eleganter Seneca Epiſtola 108 eos qui multis annis apud Philoſophus perſederint, pertinaciſſimos quidem & aſſiduos, ſed, qui ne colorem quidem duxerint, non diſcipulos Philoſophorum ſed inquilinos vocat Briſſ.

INQVINO, Iouian. Pontanus libr. de Aſpiratione 2. Inquino, inquit, aut ſimplex verbum eſt, aut ſi eſt compoſitum minus apparet, eius compoſitio. Verbum enim illud, ex quo Grammatici quidam trahi voluerunt hoc verbum Inquino, ne temporibus quidam Cicer. erat in vſu. Id autem fuit canio. Dicebant canire, ſtercus facere. Caius in l. C. de colluſ. deteg. inquinare ampliſſimum ordinem dixit, quære Coinquino, Spieg.

INQVIRERE, inueſtigare, excutere, ſcrutari, Briſſ.

INQVISITIO, eſt criminis alicuius per torturam inueſtigatio, ſed aliter Canoniſt. Spieg.

INQVISITIO eſt merum officium iudicis, quod exercere debet ad inueſtiganda delicta, vt boni mores conſeruentur. Putant autem nonnulli, regulariter inquiſitionem prohiberi, per leg. vlt. C. de accuſat. Ego nihil dubito, eam regulariter permitti, iuxta leg. Congruit, ff. de offic. præſid. Nam quod ipſi diſtinguunt inter generalem inquiſitionem, ſomnium eſt. Quomodo enim in genere aliquid perueſtigabit magiſtratus, quod fructum adferat Reipublicæ, niſi perueniat tandem ad ſpecialem inquiſitionem aduerſus hunc vel illum: Quod item dicunt, ſine legitimis indiciis ſpecialem inquiſitionem non procedere: id obſeruandum eſt etiam in illa, quam ipſi vocant generalem. Nam nullus omnino poteſt in ſuſpicionem adduci, niſi ex cauſa ſecundum iuris definitionem veriſimili: quæ cum adeſt, quilibet iudex poteſt, ſiue dicas generaliter, ſiue ſpecialiter inquirere veritatem. Solum id obſerua, quid requiratur ad legitimam inquirendi cauſam, ne credas aniles rumores ſufficere ad lædendam hominis famam, conditionem, vel vitam. Multò minus ſatis eſt illa, quam nunc videmus frequentari, malorum hominum diffamatio, qui vel inuidia, vel quauis fraude proximum necare conatur falſis delationibus, Old. Prat.

INQVISITIONE dari confirmariue tutor curatórve dicitur, qui cauſa cognita & moribus, fide, facultatibus eius æſtimatis magiſtratus decreto datur & confirmatur, l.2. l.7. fin. ff. de confir. tut. Prat. ex Briſſ.

INSANIAM antiqui, mentis quamcunque vocarunt ægrotationem & morbum, quaſi dicas inſanitatem: quoniam omnes animi perturbationes, vt ſunt formidines & libidines, Græcis πάθη appellantur, id eſt, verbum è verbo, morbi. Sed in cõſuetudinem latini ſermonis nõ cadit, quo omnea huiuſmodi præter ratione͂ concitati motus, perturbationes nominantur, quibus nullus ſtultus caret. Ex quo Græcæ linguæ ſimilitudine ducti Latini, omnes inſipientes, ſtultos & inſanos vocauerũt, propterea quod in perturbato animo, ſicut in corpore male conſtituto, ſanitas non ſit. Et fere ſemper ſanitas dicitur animorum apud Ciceron. nec vnquam niſi ſemel aut iterum pro corporis valetudine vſurpauit. Itaque furoris nomine cõprehenditur quæcunque amentia, cum ſcilicet mens fertur extra ſe: vnde mentis emotæ eſſe dicuntur, qui furore agitantur. In ſtultis autem & inſanis eos poſuerunt, quorum mens aliquo cupiditatis motu conturbata, in tranquillitate animi conſtantiaque non permanet, qui tametſi nec ſani ſunt, nec ſapientes, tamen ad res ſuas adminiſtrandas ſatis habent prudentiæ, iſto modo inſanus appellatus eſt olim Domitius, inſignis Grammaticus, quoniam natura erat intractabilior, & moroſior, vt ſcribit Gell. lib. 18. Quare mihi non probatur, quod quidam in hoc Ciceronis loco ſtultum dici tradunt, qui vulgo ſimplex græce εὐήθης, Latine Fatuus, ſtupidus, imperitus, & deceptu facilis nominatur. Imo vero ex Philoſophorum doctrina ſtultum appellat Tullius, cuius quidem animus eſt aliqua libidine male concitatus, communis tamen vitæ hominum particeps & idoneus, &c. Conn. l.b.9 c.4. n.10.

INSANVS, qui non eſt ſani conſilij, & qui non habet mentem integram. Vide l. ob quæ vitia, ff. de ædil. edict.

INSCIENS pro ſciente, l. ſi ſeruus 34. ff. de vſucap. Si ſeruus inſciente domino rem peculiarem vendidiſſet, emptorem vſucapere poſſe. Eſt enim hic in Articulus ſτερητικός, nam ignorante domino ſi vendiderit ſeruus, vſucapioni obſtat lex 12. Tab. & lex Atinia. Sic & in capitulo legis Maniliæ condition. agr. Qui termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis quem eorum eiicito, neve hoc moueto inſciens dolo malo: Si quis aduerſus ea fecerit, is in terminos quos eiecerit, locuve mouerit inſciens dolo malo. Sic enim Heruetij liber habet.

INSCIENS, id eſt ignarus, vt Donatus interpretatur in Phormionem Ter. Act.1. Sc.2.

INSCIENTIA in l.88. in fin. ff. de iud. Hoc verbum in Cicer. Rhetoricis frequens librariorum ignorantia deprauauit, vt & Georg. Fab. admonuit, Briſſ.

INSCITIA, i.e. ignorantia, c. ſi in ſicis, 38. diſt. in. Bell. Etym.

INSCRIBERE, ſubſcribere accuſationi, i.e. ſuum nomen accuſationis libello adſcribere, quæ res ſimilitudine ſupplicij accuſatores obligat, l. vlt. C. de iniur. vnde libelli inſcriptionũ, l.3. §. 1. ff. de accuſ. l.5. §. vlt. ff. eod. l.3. C. qui accuſ. poſſ. Prat. ex Briſſ.

INSCRIBERE eſt obligare ſe, ſi non probauerit ad eam pœnam quam reus debet pati, vel quam accuſando inferre intendit, ſi probauerit accuſatur, vt in c. ſuper his, de accuſ. in gloſſ. & 2. q.8. quiſquis. Nam calumniantes ad vindictam poſcit ſimilitudo ſupplicij, vt ibi dicitur.

INSCRIPTIO, libellus eſt accuſatorius, ſuper crimine ab aliquo commiſſo: quod vbi accuſans non probauerit, ad talionem tenebitur, l. pen. C. de accuſ. l.2. §. fi. ff. de adult. inſcriptionum pagina, l.3. qui accuſ. poſſ. Prat.

INSCRIPTIO etiam titulum operi præfixum ſignificat. Briſſ.

INSCRIPTI maleficij actio, apud declamatores vſitata, vt apud Senecam libr.3. Declamat inſcripti maleficij ſit actio. Ea autem (vt opinatur Turneb. aduerb. lib.10. c.6. & iam ſupra annotauimus) maleficij erat legibus nominatim, diſerteque non comprehenſi, neque cauti, cuius tamen actio dabatur. Quæ quidem moribus Græcorum comparata videtur fuiſſe, nõ Romanorum: apud quos ſcholaſticum hoc & declamatorium erat, non in republ. vſitatum: Huius rei mentio eſt apud Heſychium & Suidam. Sic enim ſcribitur: ἀγράφου ἀδικήματος δίκη, ὧν ὁ νόμος οὐ γέγραπται. Hinc ille Senecæ iocus, Ceſtum declamatorem irridentis: Deinde libuit, inquit, Ciceroni de Ceſtio in foro ſatisfacere; ſubinde nactus eum, in ius ad prætorem voco, & cum quantum volebam iocorum conuitiorumque effudiſſem, poſtulaui, vt prætor nomẽ eius reciperet lege inſcripti maleficij. Tanta illi perturbatio fuit, vt aduocatione͂ peteret. Deinde adultum prætori dixi, & ingrati poſtulaui. Sed ecce apud Ciceronem in orat. pro domo, vbi inſcriptum contrariam habere ſententiam videtur. L. Cotta dixit, nihil de meo capite potuiſſe ferri, nihil eſſe inſcriptum, aut poſſe valere omnia contra leges, moremque maiorum temere, turbulente, per vim, per furorem eſſe geſta, locus difficilis videtur & fortaſſe mendoſus eſt: vt iure ſcriptum potius legendum ſit, inquit Hotomannus, de quo tamen nihil affirmat. Prat.

INSEQVI qui tacitus frequenter inſequitur, l.15. §. aliud eſt, ff. de iniuriis.

INSEQVI dicitur quod poſtea contingit & euenit: vt antequam mors inſequatur: morte inſecuta, Briſſ.

INSEQVENS gradus id eſt ſequens apud Vlp. tit.27 Regul.

INSERERE conditionem teſtator, l.59. §.1. ff. de oblig. & act. i.e. addere, Briſſ.

INSIDIARI: ex ff eſt inſidias ſtruere, ſeu ex animo nocere, *einem nach ſeinem leben ſtellen*, ex interpretatione Salomonis ſuper illud vulgatum in l 3. ff. de Iuſtit. & iur. Hominem homini inſidiari nefas eſſe. Calliſtratus in l. 28. §. 9. de pœn. inſidiare pro inſidiari vſurpat, igni cremantur plerunque ſerui, qui ſaluti dominorum ſuorum inſidiauerint. Prat ex Hot. Briſſ.

INSIDIATOR proprie dicitur qui vias inſidet, vt ex improuiſo ſecurum opprimat viatorem. Generaliter tamen accipimus eum, qui vitæ noſtræ periculum intentat, Bald. ad l. Aquil.

INSIGNIA gentilitatis, arma ſunt militiæ: quæ ipſa primum, vt ſimile eſt veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclare geſtarum decora, vt ſentit Bald. in l. poſteriore de orig. iur. Aſtipulatur Aleiatus, apud quem extas lib. 5. Parerg. elegans c. de inſignibus & armis. Spieg.

INSIGNIA magiſtratuum, l.1. §. caſum, ff de poſtul. inſignia proconſularia, l.1. ff. de offic Proconſ. Prat. ex Briſſ.

INSIGNIA militaria detrahere, apud Vlp. in l.5. §. ſed & ſi ita, de his qui not. infam. Spieg.

INSIGNIS calamitas, l.10. ff. qui ſatiſd. cog. id eſt notabilis, Briſſ.

INSIMVLARE, eſt crimen ingerere, Donatus.

INSINVARE, lege Profiteri, Spieg.

INSINVARE proprie ſignificat publicare, & apud acta coram iudice teſtari Goth. ad l.23. C. de teſt. Ariſt. ἀπογράφεσθαι Iuſtin. in Nou. ὑπομνήμασιν ἐμφανίζεσθαι, dixit, fuitque inſinuationia vſus introductus, ne quis facile circumueniretur, in prodigia maioris alicuius rei donatione, cuius temere profuſæ ſtatim comites eſſe ſolent. μετάνοια & πενία. Bald. in tit. de donat.

INSINVARE pro notum facere in l.22 §. ſi quis ita, ff. de leg. 3. Quod alias notificare in l.5. §. demonſtrauit, ff. de iur. immun. Briſſ. in parerg.

INSINVARE voluntatem ſuam teſtator, l.22. §. ſi quis ita, ff. de leg. 3. id eſt hæredibus notam facere, Briſſ.

INSINVARI donationes, id eſt interueniente actorum ſeu geſtorum teſtificatione confici, Briſſ.

INSINVATIO eſt eius quod traditur ſiue agitur, coram quocunque iudice in ſcripturam redactio, Vulte. in Comment. inſtit. de donat. §.3. n.9.

INSINVATIVA. Quæ dicantur inſinuatiua ex coniecturatã mente Imperatoria Iuſtiniani ex titul. 9. Authenticorum colum. 5.

conſtare poteſt. Ex quo loco, nec non ex titulo, De ſanct. Epiſcopis auth. col. 9. item ex c. ſicut epiſcopatum, 1. quæſt. 2. & ſimilibus aliis colligere poſſumus, inſinuatiua dici dona & munera, ad aliquem dignitatis gradum (maxime in ſpiritualibus) conſequendum, largita, & quidem non recta, ſed per quoſdam ſinus, & quaſi diuerticula. Et hæc non poſſunt exigi à clericis ordinatis, exceptis his, qui ordinati ſunt in maiori Eccleſia, à quibus ſecundum conſuetudinem accipere licet, l. vnic. Auth. vt ea, quæ vocan. inſinuatiua, col. 5. quod ſcilicet & voluntarie eſt oblatum, c. ſicut epiſcopatum, 1. q. 2. à iure ſtatutum eſt: prout textus eſt apertus in dicta Authent. De ſanctiſſimis epiſcopis, colum. 9. Vbi ſcribitur Epiſcopum ipſum non per pecuniã, ſed meritis eligi debere, & notatus qualis ille debeat eſſe, & quantæ ſanctitatis. Quod vtinam hodierno die ſeruaretur, & quæ illic præcipiuntur ſedulo executioni mandanda apud ſeſe (vt par eſt) conſtituerent epiſcopi noſtri, Auctor.

Inſitatara rei. Secundum naturam, quæ ſemper eſt ſimpliciſſima, non eſt niſi vnus poſſidendi modus, puta inſiſtere rei: ſicut ſedibus ad hoc vtimur, vt nos aliquo loco ponamus. Quemadmodum ſolent multis in locis hæredes, quo magis ius ſuum ſuccedendi declarent, ſedem ponere in domum hæreditariam, Old. Prat.

Inſita conditio legato, l. 81. ff. de cond. & dem. id eſt iniecta, ſeu incerta, Briſſ.

Inſitæ picturæ, quas Vlpian. in l. 23. § 1. ff. de aur. & argent. veſtis legato contineri ait, effigies eſſe videntur certarum rerum, vt florum veſtibus intertextæ, vnde pictæ togæ, quibus triumphantes amicti vrbem inibant. Acu facere id Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones appellati ſunt, ait Plin. lib. 8. cap. 48. Cuiac. inſtitæ legit, pro inſitæ. Vide inſtitæ Prat. ex Hotom.

Inſolare verbum, à ſole dictum, pro eo quod eſt ad ſolem explicare & ſolem recipere. Vnde inſolatio qua voce Plin. maior vſus eſt Spieg.

Inſolita dicuntur, quæ fieri non conſueuerunt, quæ & inſueta. Hæc non eſſe veriſimilia, ſed potius habere imaginem falſitatis. Bald. docuit in l. 1. C. de furt. Vnde prudentium eſt Magiſtrorum Sacr. Scrinior. fugere inſuetas clauſulas, niſi oraculo principis promanent: quod per eiuſmodi inſolitas clauſulas præſumatur fraus, per Gloſ. ab omnibus commendatam, in l. quæ ſub conditione, in fin. ff. de condit. inſert. Cenſuit Bald. ſperni poſſe literas etiam Roma. Pontiſ. ſi habeant pœnam inſuetam, Spieg.

Inſolutum inconſulte date, apud Vlp. in l. minor. 5. de minoribus, Spieg.

Inſolidum: Quod vulgo dicimus, ex pleriſque cauſis, hæredes in ſolidum teneri, non ſimplicem ſignificationem habet. Alias enim, hæc verba, in ſolidum, hanc contradictionem habẽt, in partem: veluti in executione harum obligationum. Ædes fulciri, aut per te non fieri, quo minus eam agam. Ex quibus hæc, omnes vel vnius facto obligat: illa, & ſingulos ad totam rem præſtandam tenet, l. in exec. de verb. oblig. Alias, illam, quatenus ad eos peruenit. Eſt enim ſciendum, cum quæritur de dolo defuncti ea diſtinctione nos vti ſolere: vt ſi quidem ex mero delicto, id eſt, cui nulla ſpecies contractus ineſt, res deſcendit. Hæredes non amplius teneantur, quam pro eo, quod ad eos peruenit. Sin vero ex contractu reique perſecutione, in ſolidum: pro ea parte, qua quiſque hæres eſt, l. ſi hominem, depoſ. l. ad ea de reg. iur. etiam ſi tantum ad eos ex dolo defuncti non peruenit. Cuia. lib. 2. ἐξηγήσ. cap. 5.

Inſpectari conditio, i. e. inſpici, & ſpectari, l. 12. ff. de vſur.

Inſpectio, cognitionem & iudicium ſignificat, vt ait Bud. eſt enim diligens rei alicuius conſideratio. Inſpector autem nomen eſt artificij, atque etiam muneris & officij, vide Albert.

Inſpectio apud Ciceron. Philip. 2. Nos enim augures ob nunciationem ſolam habemus: conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem: id eſt ἐπιτήρησιν. Eſt etiam inſpectio, diſputatio, diſquiſitio, conſideratio, viſio, vt alibi appellatur. Paulus l. 91. § 3. ff. de verb. oblig. Nunc videamus, in quibus perſonis hæc conſtitutio locum habeat, quæ inſpectio duplex eſt, idem l. 44. ff. de oblig. & act. circa diem duplex inſpectio eſt. Sic in l. 63. § quod ſi n. ff. de acquir. rer. domin. l. 5. § 1. ff. depoſ. Prat. ex Hotom.

Inſpectio in quæſtione tituli quemadmo. teſt. aper. etiam lectionem tabularum indicat, Briſſ.

Inſpector, cui res inſpicienda datur, l. 17. § Papin. de præſ. verb. inſpectores alio ſenſu in rubr. de cenſibus & per æquo. & inſpect. lib. 11. C. qui ad inſpicienda prouincialium prædia reuelandaque mittebantur. Sic inſpectio l. 6. C. de aduoc. diuer. iudicio. inſpectio in l. 2. § ſi dubitetur, ff. quemadm. teſtam. ap. etiam lectionem indicat, Prat. ex Briſſ.

Inſpecere, i. e. ſpectare, inſpici, i. e. ſpectari. Sic conditionem teſtium tunc inſpicere debemus, l. 22. § 1. ff. Qui teſt. fac.

Inſpicere, eſt rem diligenter conſiderare & æſtimare, vt faciunt emptores. Caius de peric. & com. rei vend. l. ſi poſt inſpectum prædium, antequam emptio contraheretur, arbores ventorum vi deiectæ ſunt. Sic inſpicere hominum penitus, Plin. lib. 10. epiſt. 99. Id eſt, pernoſcere. Et inſpicere agrum, quem velis mercari. Cic. ad Varr. Illud enim adhuc præmium ſuum non inſpexit, Prat.

Inſpicere, id eſt deſpicere, excutere, examinare, Briſſ.

Inſpicitur, pro inſpici debet, l. conqueritur, C. de inoff. teſta.

Inſpoliatus, ſpoliato contrarium.

Inſtans annus, apud Vlp. in l. fructus eſſe, Papin. ſolut. matr.

Inſtans periculum, id eſt imminens & impendens, Briſſ.

Inſtant creditores id eſt vrgent, l. 1. § hoc autem, ff. de ventr. in poſſeſſ.

Inſtantaneum, & moraliter, & naturaliter accipiendum eſt. Moraliter quidem non ad punctum, non ad vnguem, vt ea quæ ſunt modicæ, & modiciſſimæ durationis. In naturalibus non ita: quia in eis præciditur ad punctum, ad momentum. Ita eleganter dicit Balduin. in cap. 1. de nou. form. fidel. in Placit. Feud. Ex Zaſ. Spieg.

Inſtantia dicitur tempus exercendi iudicij, videlicet à litis conteſtatione ad ſententiam vſque. In cauſis criminum intra biennium diffinienda eſt, leg. vlt. C. vt intr. cert. temp. crimin. quæſt. termin. in ſimilibus cauſis vetat Imper. vltra biennium cauſam prorogari, leg. properandum, in fin. C. de iudic. Quamuis neutram præſcriptionem in exercẽdis iudiciis corruptum hoc ſeculum ſeruat, vt vere dixit Oldend. quẽ vide in de Formula. action. Leges quæ inſtantiam iudicialem triennio finiri ſanxerunt, melius quam Canones diſpoſuerunt, qui perpetuam eam eſſe voluerunt. Vlpian. in l. & poſt edictum, § pen. ff. de iudic. Circumducto, inquit, edicto, videamus an amplius reus conueniri poſſit: an vero ſalua quidem lis ſit, verum inſtantia tantum edicti perierit, hoc eſt, tempus illud circumducti, ſeu deleti edicti, quo iudex peremptorie citauit reum, Prat.

Inſtantiam, aſſiduam debiti flagitationem exactionemque ſignificare liquet, l. 32. & 33. ff. de vſur. Quandoque litem pendentem ſignificat, l. 75. ff. de iud. inſtanter & ſæpius, leg. vnic. ff. lib. dimiſſ. Prat.

Inſtar, ſimilitudinem, ſeu magnitudinem, vel menſuram reſpicit, Vlp. l. ſtipulatio de oper. nou. nunc Si proponatur inſtar quoddam operis quaſi facies quædam facti operis. Idem in l. aut facta de pœnis in princ. Quoſque alios ſuadendo iuuiſſe, ſceleris eſt inſtar. Admittit interdum præpoſitionem Ad, apud doctiſſimus: quorum aliquot exempla proferre licet è Theſauro Stephani Roberti. Sic ad inſtar edicti ſeu actionis permiſſę, in l. 17. C. de action. empt. & vend. & l. 1. C. de liber. exhib. Sic ad inſtar præſidialis decreti conceſſio Principalis accedit, in l. 2. C. quand. decret. opus.

Inſtare, ſignificat etiam moleſtius & vrgentius, & quod dicitur, inſtanter aliquem ſollicitare, Spieg.

Inſtaurare eſt redintegrare, ſeu ex integro quid facere. Sic inſtaurato matrimonio, l. 26. ff. de don. inter vir. i. redintegrato, Briſſ.

Inſtauratio cauſæ, litis, militiæ, negotij, Briſſ. ex ff. & C.

Inſtaurare, proprie, i. quod rem, quæ prius erat, in priſtinum ſtatum reducere, Alc. 6. ad ſi lib. 5. Paradox. Spieg.

Inſtaurare accuſationem, vide l. 3. Cod. ad SCtum Turpil. inſtaurare ædificia, l. 29. C. de lineat. inſtaurare veterem domum, l. 12. § 2. C. de ædil. priuat.

Inſtigator, ſuaſor, impulſor, incitator, Papin. in titul. de his qui not. infam. Ob hæc, ait, verba ſententiæ præſidis prouinciæ callido commento videris accuſationis inſtigator fuiſſe: pudor potius oneratur, quam videtur irrogari ignominia, Spiegel.

Inſtigatura pro inſtigatione, l. 1. § ſed etſi, ff. ſi quadrup.

Inſtigatus, Vlp. in l. 1. ſi quadrup. paup. fec. dicat. Sed &, ait, ſi inſtigata alterius fera damnum dedit.

Inſtipulari, per interrogationem ſtipulari. Fiebat enim ſtipulatio per interrogationem, vide inſt. Stipulatio.

Inſtipulari Iulianus dixit in leg. additio, § vlt. ff. de acquir. hæred. ſicut, inquit ſtipulando & per traditionem accipiendo, ſtipulari autem, inſtipulari, & reſtipulari idem eſt, quod promittere & repromittere. Cuiac. ad l. ſi vnus, § pactus ne peteret, ff. de pact.

Inſtitor qui eſt Tabernæ, locóve, ad emendum, vendendumve præponitur: quique ſine loco, ad eundem actum præponitur l. 18. ff. de inſtitoria, appellatus ex eo, quod negotio gerendo inſtet: nec multum facit Tabernę ſit prępoſitus, an cuilibet alij negotiationi, Briſſ.

Inſtitor & Procurator hoc differunt, quod is qui quæſtuariæ negotiationi præfectus eſt, inſtitor dicitur: qui vero negotio cuipiam non quæſtuario præficitur, Procurator potius appellatur. lib. 5. § 3. ff. de inſtit. act. Hot.

Inſtitor ait Vlpia. in l. 5. § 1. 6. & ſeqq. ff. de inſtit. actio recte appellatur quicunque negotio præpoſitus ſit. Nam & Seruius, l. 1. ad Brutum, ait: Si quid cum inſulario geſtum ſit, vel eum eo, quem quis ædificio præpoſuit, vel frumento emendo. In ſolidum eum teneri, Labeo quoque ſcribit: ſi quis pecuniis fœnerandis, agris colendis mercaturis redemptusuſque faciendis præpoſuerit, in ſolidum eum teneri. Sed & ſi in menſa

quis

quis habeat ſeruum præpoſitum, nomine eius tenebitur. Sed etiam eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarij, vel linteatij dant veſtem circumferendam, & diſtrahendam quos vulgo circitores appellamus: ſed & muliones quis proprie inſtitores appellat. Item & fullonum & ſarcinatorum præpoſitus. Stabularij quoque loco inſtitorum habendi ſunt: ſed & ſi tabernarius ſeruum ſuum peregre mitteret ad merces comparandas & ſibi mittendas, loco inſtitoris habendum. Labeo ſcribit. idem ait, ſi libitinarius quos Græci νεκροθάπτας, id eſt, mortuorum ſepultores vocant, ſeruum pollinctorem habuerit, iſque mortuum ſpoliauerit, dandam in eum inſtitoriam actionem: quamuis & furti: & iniuriarum actio competeret. Hæc Vlp. d. loc. quem vide.

INSTITORIA actio tunc locum habet, vt Iuſtinian. in §. 1. inſtit. quod cum eodem ſcribit, cum quis tabernæ forte vel cuilibet alij negotiationi ſeruum ſuum præpoſuerit, & quid cum eo eius rei cauſa, cui præpoſitus erit, contractum fuerit, tit. de inſtitor. leg. 5. §. contractum, ff. quibus ex cauſ. in poſſ. l. 4. ff. de minorib. Briſſ.

INSTITÆ. Segmenta ſunt & limbi, id eſt oræ vel ornaturæ, vt Iſidorus ait, ſiue ſius veſtibus aſſuti (vt forte in lege veſtis, §. 1. ff de aur. & arg leg. ſcribendum: Quæ veſtibus accaſſinnis vice cedunt, inſtitæ, picturæ, clauique qui veſtibus inſuuntur: Vt Paulus Diaconus, veſtimenta ornata inſtitis latioribus) ſiue non ſint aſſuti veſtibus, vt Scribonius Largus dixit ad ventrem conſtringendum inſtita longa. Et Petronius Arbiter: Duas inſtitas ancilla protulit de ſinu, alteraque pedes noſtros alligauit, altera manus Acro inſtitam [Greek] interpretatur, quod extrema ea parte veſtis inſuatur, quę pertingit pedes, Pr.

INSTITRIX ancilla, quæ pro domina negotiatur, Spieg.

INSTITOR mercis, id leg. 57. ff. de adm. tut. mercibus emendis, vendendiſque præpoſitus, Cauponæ quoque & ſtabuli inſtitor dicitur, l. 1. §. emptores, ff. nautæ, caupo. l. 13. & l. 15. ff. de inſtitum. vel inſtr. Briſſ.

INSTITOR eſt ille, qui tabernis, vinis vendendis, vel alicui alteri negotio eſt præpoſitus, l. inſtitor, 1. ff. de inſtit. act. vbi dicitur, inſtitor appellatus eſt ex eo, quod negotio gerendo inſtat, ſiue tabernæ, ſiue alij negotiationi ſit præpoſitus, Idem in eo. tit. In l. inſtitor, 3. dicitur is, qui tabernæ locove ad emendum, vendendumve præponitur quique ſine loco ad eundem actum præponitur, vide totu tit. ff & C. eod. ex Prat.

INSTITVERE proprie non eſt ponere & collocare, vt quidam tradunt; ſed parare, vnde inſtituere adoleſcentem, eſt fingere & parare ad eruditionem & virtuten. Hinc inſtituere filium, pro adoptare in Orat pro domo ſua, & inſtituere tutorem liberis, in libro de Orat. 1. Cicero dixit, & Verrinis inſtituere amicos, pro cōciliare & comparare, vt facile appareat, inſtituere hoc differre à Ponere & collocare, quod in illo iter eſt, in his meta. nam cum teſtamento nobis hæredem inſtituimus, non tamen eum continuo in ſede noſtra collocamus, non enim ſemper, olim certe perraro, teſtamenta à moribundis fiebant, paramus ergo & reſeruamus, vt cum vſus venerit, nobis ſucceſſor ne deſit, quocirca qui ſubſtituti à nobis dicuntur, verius inſtituti, h. e ad omnes caſus parati & deſignati dicerentur, his enim ſubſtitutionibus nobis in longinquum proſpicimus, accedit eo quod ſubſtituere proprie eſt, in eius qui iam certum locum obtinet, alterum ſupponere, vt com Verrem Cicero ſcribit in Marcellorum locum patronum Sicolis ſubſtitutum eſſe: & in piratarum locum ciues R. ad ſuppliciū ſubſtituiſſe: & ciuitati Verrem alterum ſubſtituiſſe: cum de filio loqueretur: de iis loquitur, qui eorum in locum ſufficiuntur qui prius erant. Veluti ſi in filij mei, ſi hæres erit, & hæres exiſtens Impubes moriatur, alterum inſtituam: ſubſtituere proprie dici poſſum: quia non in meum, ſed filij locum ſuccedit. At cum, ſi Titius hæres non erit, hæredem inſtituo, mihi eum non Titio inſtituo: &, ſi ſubſtitutus dicendus eſt, meum in locum ſubſtitutus dicendus eſt, non autem in illum Titij. Vnde intelligi poteſt, hoc inter inſtitutum & ſubſtitutum intereſſe, non quod ille primo, hic ſecundo gradu ſcriptus ſit: ſed quod Inſtitutus paratus & deſignatus eſt ad locum obtinendum: ſubſtitutus autem iam eum occupauit. vt omnis inſtitutus cum hæreditatem adit, ſubſtitutus proprie dicendus ſit: & inſtitutus, qui teſtamento nuncupatus aut ſcriptus eſt: ſubſtitutus, qui ſucceſſit, ita inſtitutus, in ſpe: ſubſtitutus, in re ac poſſeſſione eſt. Hæc cum ita ſe habeant: Subſtituti tamen vocabulo ſic abutimur, vt cum qui ſecundo tertio ve gradu in aliorum defectum deſignatus & inſtitutus eſt, ſubſtitutus dicatur. Hot. Adde Forc Necyoman. dial. 23. n. 2.

INSTITVERE generaliter eſt in locum vel rem aliquam introducere: ſed in doctrina ſucceſſionis ex Teſtamento, ſicut etiam ſucceſſio Ipſa reſtringitur, vt ſit hæredem in iure quod quis habet eodem ſtatuere, Vult. inſtit. de Ea hæred. n 4.

INSTITVERE, eſt quaſi hæredes domini intus ſtatuere, ac defuncti locum ſubintrare, ſuccedereque. Vigl in tit. inſtitut. de hæred. inſtit. Eſt etiam Budęo inſtituere aliquid, autorem, quaſiq; conditorē alicuius rei fieri, exemplumque poſteritati relinquere. Porro inſtituere, & inueſtire iuxta traditionem Feudiſtarum, Idem ſonant, niſi quod quis inſtitui dicitur præſentialiter, inueſtiri autem etiam abſens: hoc eſt, in poſſeſſionem ſtatui, vel poni. Vnde inſtitui dicuntur hæredes, ab aliquo in hæreditatem ducti, & hoc in primo gradu, ff. de vulg ſubſtit. l. 1. in princ. Subſtitui vero, qui in locum inſtitutorum deficientium, id eſt, morientium, ad hæreditatem inſtituuntur, vt in ſubſtitutione pupillari inſtit. de pupil. ſubſtitut. in princ. Obſeruandum, quod non tantum inſtituere hæredem, ſed etiam creare & facere dicimus. Nihil enim refert quibus verbis deſignetur inſtitutio, verū dicatur, Hæredem facio, vel volo, vel mando vel cupio: an Hęres eſto, vel erit, l. quoniam indignum C. de teſtam. Quinimo & parentes ſi dicant, Relinquo liberis meis omnia bona mea: ſatis eſſe videtur ad inſtitutionem, qui niſi hoc titulo relinquant liberis legitimam, adeo corruit teſtamentum, vt non ſit opus expugnare per querelam inofficioſi. §. ad hæc aliud capitulum. Nou. Vt cum de appellat. cog. nam hoc titulo & honeſtius & commodius tribui ſolent hæreditates: quippe quod magis honorati cenſentur inſtituti, quam legatarij l. filium, §. ſed & ſi portio. ff. de lega. pręſt. Spieg. Prat.

INSTITVERE etiam ſignificat noui aliquid inducere & inchoare, ordinare, diſponere, Briſſ.

INSTITVERE in l. 21. §. 3. C de teſt. id eſt proponere. Teſtator ſecundo teſtamentum facere inſtituit.

INSTITVERE etiam accipitur pro inſiſtere ſiue inſtare, ſicut conſtituere pro conſiſtere ſiue conſtare, Cuiar. ad leg. 23. ff. de excuſat.

INSTITVERE interdum ſignificat intendere, inferre, mouere & ita inſtituere actionem, l. 8. ff. de action. ter. amot. Briſſ.

INSTITVERE accuſationem, eſt iudicium dictare, actionem vel crimen intendere, Vlp. Si maritus præuenerit, accuſareque inſtituerit, tempora non cedunt patri: quia accuſationem inſtituere non poteſt Bud. Qui & annotauit, inſtituere accuſationem vſurpari pro incœptare, occupare, priorem incipere. Vlpi. Si extraneus inſtituerit accuſationem, ac ſuperueniente marito, accuſatio permittatur, vtuntur & hic verbis Imperatores, in l. 15. C. de his qui accuſ. poſſ. l. 4. C. ſi reus vel accuſ. mortuus, l 18 ad leg. Cornel. de falſis in C.

INSTITVERE hæredem, id eſt ſcribere, facere, & quaſi ſuo loco ponere & collocare, Briſſ.

INSTITVERE litem, Papin. Non enim ſufficit, inquit, litem inſtituere, ſi non in ea perſeueret, l. nam & ſi o. ff. de inoff. teſtam. Spieg.

INSTITVERE alias eſt incipere, Cicero pro Cluentio: Quæſo, inquit, vt me, iudices, ſicut facere inſtituiſtis, benigne, attenteque audiatis. Alias & proprie, inſtituere, eſt aliquid grauiter decernere: vt inſtituta maiorum. Alias denique accipitur pro docere: vnde inſtitutiones iuris appellantur, Old. Prat.

INSTITVERE procuratorem, l. facere ſeu dare, Paul. lib. 2. ſenten. tit. 12.

INSTITVERE vineas, in fundo ponere, & plantare ſignificat, leg. ſ peu. ff. loca l. 8. de rei vind in Cn. Greg. Cic. in Rullum, vtrum hæc lex eſt, an tabula Neratianæ auctionis? in qua ſcriptum fuiſſe aiunt: Iugera 150. in quibus oliuetum fieri poteſt. Iugera 300. vbi inſtitui vineæ poſſunt. Sic inſtituere ſalictum, l. 1 ff. de arb. furt. cæſ. inſtituere æris auri, argenti fodinas, l 13. §. inde quæſitum, cum ſeq. ff. de vſufruct. inſtituere fullonicas, l. 3 ff. de aq. & aq plau. Et ita inſtituere abſolute poſitum accipe in l. 97. §. 1 ff. loca. Briſſ.

INSTITVTVS filius poteſt etiam cum conuitio, l. his verbis, §. 1 ff de hæred. inſtit. patri enim impune licet in filium maledicta obiicere. Non ſic extraneus, l quotiens, §. ſi quis, ff de lib. & poſthum. quod odio teſtatoris introductum eſt, l. turpia. ff. de leg. 1. valde enim odioſum hoc eſt, vt per cauſam inſtitutione dolati honoris teſtator hæredem ſcriptum contumelia afficiat. Itaque ea inſtitutio pro non ſcripta habetur, Cuiac. ad leg. 3. ff. de lib. & poſth.

INSTITVTA morum, l. 8. in pr. C. de his qui ven. ætat impetr.

INSTITVTIO Duobus accipitur modis inſtitutio. Primus eſt vt inſtitutio ſit principalis hæredis poſitio, hoc eſt natura primus gradus hæredis, l. 1. ff de vulg. & pupil. Et vt huiuſmodi inſtitutio valida ſit, neceſſum eſt, vt inter cætera quę agat teſtator ab eo nomen hæredis exprimatur in teſtamento condendo. vel ſaltem indubitabili ſigno hæredem ipſum, ſiquidem eius nomen non dixerit, demonſtret. Quo caſu valebit inſtitutio, ſecus autem minus, l. quoties, §. ſi quis de hæred. inſtit. ff. Hinc igitur ea ſunt verba, quibus vtuntur notarij, in ipſis teſtamentis teſtantium: *Au reſidu de tous ſes biens, noms, droits & actions, ledit teſtateur a fait, nommé & inſtitué de ſa propre bouche, ſon vray & loyal heritier, ſeul & pour le tout, Aſſauoir, &c* Secundus modus eſt vt inſtitutio ſit alicuius beneficij verbalis collatio. Quomodo accipitur in titulo, De inſtitutionibus, lib. 4. Decretal. & Sext. Et ſumitur inſtitutio, pro inueſtitura: c. ad hæc, de offic. archid. c. cum veniſſet, d. titul. de inſtitutionibus, ſiquidem verbali collatione inueſtitur clericus de beneficio per anuli, pilei, calami, aut alterius cuiuſvis rei traditionem, c. cum olim, de re iudic. cap. ex ore, de iis quę fi. à prælat. ab archidiacono, qui iure communi hanc facultatem habet, d. c. ad

hæc, &c. vt noſtrum, de off. Archid. Anchora. Captatoria inſtitutio ea eſt, quæ non ex animi ſententia procedit, ſed veluti vitiata eſt, vt quæ ex hac cauſa fit à teſtante, vt ſuo prouocatus exemplo, inſtitutus, nos alius, in quem captatio directa eſt, idem faciat, ſic dicta quod ea teſtator captet, hoc eſt venetus hæreditatem aut aliud quodcunque lucrum. Corraſ. li. 5. Miſc. c. 25. n. 3. vide & ſupra in verbo Captatoria.

INSTITVTIO eſt datio hæreditatis nulli alij ante delatæ: ſubſtitutio datio hæreditatis dilatæ vel acquiſitæ alteri. vulgaris delatæ non acquiſitæ, pupillaris delatæ & adquiſitæ, Cuiac. ad African. tract. 3. o. 16.

INSTITVTIONES in rubr. C. de inſtit. & ſubſtit. intellige conditiones inſtitutioni & ſubſtitutioni adiectas. Gothof. in d. rubr.

INSTITVTIONES Imperiales ſunt diuerſæ ſanctiones, decreta, præceptiones, diſciplinæ, traditiones & axiomata publicis inſerta monumentis. Quæ græcis, [illegible], ſunt ordinationes, placita, conſtitutiones, quas ad cupidam legum iuuentutem. velut quoddam enchiridion legale, & epitomen Iuſtinianus miſit, & xeniorum vice, & ampliſſimi loco muneris. Taboet. in topico militiæ & leg. diſc.

INSTITVTIONES in omnibus ſtudiis primum ſibi vendicare locum dubio procul neceſſe eſt, vtpote prima veſtigia cuiuſque ſcientiæ mediocriter tradentes, conſtit. ff a §. itaque cum dubio. Loquitur autem de inſtitutionibus non tantum iuris, verum etiam aliarum diſciplinarum. Old. Prat. Eas autem ab inſtituendo dictas apparet ex l. Medicos. C. de profeſſ. & Medic. li 10. & clarius 10 §. itaq; in procem. ff. Differunt a. inſtitutiones ab inſtitutis: quod inſtituta, mores ſunt conſilio & ratione inſtituti: inſtitutiones vero præceptiones, quibus inſtituuntur & docentur homines, quomodo hic accipies: quamuis Cœlius Rhodig. l. 18. c. 19. ea etiam voluit inſtituta dici, quæ ſunt principum inſtitutiones, quæ ad optimum illum legis ſcopum certa ratione nos non dirigant, quæ quaſi legis nomine indigna ſint, ſacro illo legis nomine priuata, potius, quam decreta & edicta nuncupentur, quod non probat Aldob.

INSTITVTVM, eſt ius non ſcriptum, quod certum autorem habet, id eſt, magnum aliquem autorem, quem reliqui imitari non erubeſcant. Budæus in l. ius ciuile, in fin. de iuſtitia & iure, Spiegel.

INSTITVTVM hæredem eum quoque dicimus, qui ſcriptus non eſt, ſed ſolummodo nuncupatus, l. 1. ff. de hæred. inſtit. Prat. ex Briſſ.

INSTITVTVS dicitur, qui in ipſo ſuccedendi gradu & capite conſtitutus eſt. Subſtitutus verò, qui ſubiungitur, & ſubtus, hoc eſt, in ima cera ſcribitur. Vig. in inſtit. de Vulg. ſubſtit. Hinc ab inſtitutis exhæredatus, à ſubſtitutis præteritus. Item per contrariũ, ab inſtitutis præteritur, à ſubſtitutis exhæredatus, legimus. Vt ſi teſtator ſcripſit, Titius & Seius hæredes ſunto, Sempronius autem filius meus exhæres eſto, h. e. exhæredatus ab inſtitutis, i. e. à patre, quatenus ad inſtitutos attinet. Si vero dixerit: Titius & Seius ſi hæredes non fuerint, Caius hæres eſto, vel Caium ſubſtituo: hic nulla ſit mentio Sempronij filij. Ergo à ſubſtitutis, hoc e. quantum pertinet ad ſecundum gradum ſubſtitutionis, præteritus eſt à patre, l. 3. Si venter, ff. de ventr. in poſſ. mitten. Old. Prat.

INSTITVTI item dicuntur primo gradu. Subſtituti ſecundo. Et inſtituti vocantur primi hæredes. Subſtituti ſecundi aut tertij, & ita deinceps toti dicuntur, quoto ſunt adiecti gradu, Connan. lib. 10. c. 7. n. 2.

INSTRATVM ait Vlp. in l. inſtratum 45. ff. de verb. ſig. omne veſtimentum continere, quod iniicitur.

INSTRVCTAM tabernam Vlp. in l. 185. de verb. ſig. appell. quę & reb. & hominib. ad negotiationem parata cõſtat. Quod vt accipi debeat, inibi declarat Alc. vid. & l. 13. ff de inſt. vel inſtr. Pr.

INSTRVCTA prædia quæ ſint, vide l. 2. C. de verb. ſign. inſtructis prædiis legatis, ait ibid. Gotho. ea tantum cedunt, quæ ibi fuerunt perpetui vſus cauſa ad tempus repoſita, venalia nõ cedũt,

INSTRVCTA domo ita, vt eſt cum omni iure ſuo legata, Papin. reſpõdit vrbanam familiam, item artifices quorum operæ cæteris quoque prædiis exhibebantur, legato non contineri. Oſtiarij autem, inquit, vel topiarij, bædriarij, dietarij, aquarij domui tantum deſeruientes continebuntur. Sed quod de artificibus ait, falſum eſt: ſi eius domus cauſa parati ſunt, licet aliis quoque prædiis commodabantur. Idem reſpondit domo inſtructa legata, menſas eboreas, & libros non contineri: ſed & hoc falſum eſt Nam omne quidquid in domo fuit, quo inſtructior eſſet Paterfam. continebitur. Supellectilem autem patrisfam. inſtrumentum eſſe, nemo dubitat. Denique lib. 4. epiſtolarum Neratius Marcello fratri ſuo reſpondit, & veſtem domus inſtructæ legato contineri. Vlp. hoc eo. tit. l. quæſitum. Item Pomponius eod. tit. l. 13. inſtructa, inquit, domo legata, reſponſum eſt, ſuppellectilem legatam, non etiam vina, quia domus vinis inſtructa, intelligi non poteſt. Maffeus.

INSTRVCTIO alias pro Inſtitutione, Briſſ.

INSTRVCTVM ab inſtrumento ſic differre arbitrur, vt totum à parte, nam inſtructi nomine, non modo, quæ fundo neceſſaria ſunt, continentur: verumetiam quæ præterea teſtator habuit, quibus ſuum fundum inſtruxit. Inſtrumenti vero, ea duntaxat ſine quibus fundus dici inſtructus non poteſt, Vlpia. l. 12. §. 35. ff. de inſt. vel inſt. Sed ſi fundus non ſit cũ inſtrumento legatus, ſed ita vt inſtructus ſit: quæſitum eſt an plus contineatur, quã ſi cum inſtrumento legatus eſſet, & Sabinus ſcribit ſatendum eſſe plus eſſe quum inſtructus fundus legetur, quam ſi cum inſtrumento. Hoc ergo legato non agri inſtrumentum, ſed proprium ſuum inſtrumentum reliquiſſe videtur. Vide cætera, & ſimul coniunge l. 1. & 2. C. de verb. ſig. Hot. Prat. Adde Cuiac. in l. 2. de bon. vac. C. lib. 10. qui dicit inſtructum latius patere quam inſtrumentum. Idem affirmat in expoſitio. Nou. Iuſtin. 128. de exactione publicorum tributorum, circa medium, vbi ponit hoc exemplum: pecora inquit, paſcendi cauſa parata vt ex iis fructus capiantur, inſtructo continentur non inſtrumento: ſic ſuppellex inſtructo non inſtrumento.

INSTRVCTVS fundus dicitur, cum ſuppellex ibi continetur quę illic fuit vſus gratia ipſius patrisfam. & veſtes, menſæ quoque, item vitrea & aurum & argentum, vina quoque ſi qua fuerint vſus ipſius patri fam. gratia, & ſi quid aliud vtenſilium. Omnia igitur quæ in eo ſunt collecta, vt inſtructior eſſet paterfamil. inſtructo continebuntur, i. quæ ibi habuit, vt inſtructior eſſet. Hoc ergo nomine fundi inſtructi, non tantum agri inſtrumentum, ſed & proprium ipſius patrisfamil. continebitur, l. quæſitum, §. ſed ſi fundus, ff de fund. inſtruct. Io. Bello. Etym.

INSTRVCTVM fundum legare eſt cum omni inſtrumento, & vti inſtructus eſt, legare, Briſſ.

INSTRVCTO fundo (ait Vlp. in ead. l. quæſitum, §. contubernales 33. & ſeqq. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg.) contubernales quoque ſeruorum, i. vxores & natos contineri, verum eſt. Inſtructo autem fundo & bibliothecam, & libros qui illic extãt, vt quotiens venisset vteretur, contineri conſtat: ſed ſi quaſi apotheca librorum vtebatur, contra erit dicendum Neratius quoque lib. 4. epiſtolarum. Rufino reſpondit: Inſtructo fundo & ſuppellectilem, & vina & mancipia non ſolum ad cultũ cuſtodiamve villæ, ſed etiam quę vt ipſi patrifamil. in miniſterio ibi eſſent, legata cedere. Imagines quoque hæ ſolæ legatæ videntur, quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt. Sed ſi qua eo congeſſerat non vſus ſui cauſa, ſed cuſtodiæ gratia, non continebuntur, vina etiam quæ in Apothecis ſunt, non cedent, & hoc iure vtimur, vt ea quæ ibi paterfam. quaſi in horreo habuit, non contineantur. Celſus quoque lib. 19. ſcribit fructus ibi repoſitos, vt venirent, vel in alium vſum quam fundi conuerterentur, inſtructo fundo non contineri.

INSTRVERE eſt certiorem facere. Sic inſtruere emptorem, religionem, Briſſ. ex ff.

INSTRVERE accuſationem, vel actionem, vel litem, eſt literis, ac teſtibus, cæteriſque ad probandum neceſſariis eam adornare. Sic inſtruere litem præparatam ſecundum leges ait Imp. Iuſt. in l. 28. in prin. C. de admin. tut. vel cur. Vnde inſtrumentum litis vocat Quintilia. quicquid ad inſtruendam litem, id eſt cauſam pertinet: quod nos Productionem dicimus, Old. Prat.

INSTRVMENTA, ſpecialiter pro ſcripturis accipienda ſunt, quibus legitima ratione fides eſt adhibenda. Veluti quę per tabelliones publicos, ſeu notarios, vt nũc vocamus, ſcribi ſolent, de quibus in Authent. de inſtrum. caut. Vel quæ ſigillo, ſeu annulo ſignatorio confirmantur ab Epiſcopo, Magiſtratu, aut etiam ab iis qui publici alicuius officij autoritatem habent Indubitatam, Old.

INSTRVMENTVM domus id eſt, quod tempeſtatis arcendæ, aut incendij cauſa paratur, non quod voluptatis gratia. Inſtrumenti enim ea eſſe, quæ ad tutelam domus pertinent: ornamenti quæ ad voluptatem l. 12. §. ſi domus, ff. de inſtruct. vel inſtrum. Et ita, inſtrumentum & ornamenta villæ ſeparat Cicero pro domo ſua, Briſſ.

INSTRVMENTA domus quæ ſint, quæ relicta domo inſtructa ad nouum dominum tranſeant, adnotauit Iuriſconſ. in l. quæſitum eſt, §. ſi domus inſtrumentum ſit legatum, ff de fund. inſtrut. Breuiter & præter imagines, & affixa ſpolia, iſta etiam Paul. de inſtruct. fund annotauit: Specularia, Pegmata, Canales, Harpagones, Hamas, Centones, Siphones, Scalas, Perticas, Spongiaſque, quibus inſtrumentis domus contra vim ignis ad incertos caſus defenditur, ſqualor abluitur, & immunditiæ purgantur, Spieg.

INSTRVMENTA forenſia & publica [illegible] dicuntur, Nou. 49. 53. 73. 117. 142. diuerſa ab [illegible], quorum fit mentio in l. 18. C. qui potior in pig. Gothoſ. ad l. 20. ibi ex forenſibus vel publicis inſtrumentis, C. de fide inſtr.

INSTRVMENTA Iuſtinianus à literis ſeparat in l. 1. C. de iuram. propt. cal. In omnibus cauſis, ſiue propter literas fuerit certatum, ſiue propter inſtrumenta, ſiue propter quicquam aliud, &c. Inſtrumenta ergo ſunt, quas Cicero literas publicas appellat: hoc eſt, quæ vel à perſona publica, veluti ſcriba magiſtratus, vel tabellione ſcripta ſunt. Literæ vero hic appellantur priuatæ: veluti rationes, breuiaria, codex accepti & expenſi, ſyngraphę, & cautiones à patrefam. conſcriptę, Prat. ex Hot.

Instrumenta noua intelliguntur nuper reperta, tametſi antiqua ſint. Gloſſ. in l. Imperatores, ff. de re iudic. & Gloſſ. in l. admonendi in fine. ff. de iureiur. Spieg.

Instrumenti cauponij nomine ſerui & ancillæ continentur. Vlp. l. 43. §. 3. ff. de ritu nupt. Multæ adſolent ſub prætextu inſtrumenti cauponij proſtitutas mulieres habere. Hot. Prat.

Instrumenti nomine aliquando intelligitur monumentorum ſcripturarum ad res geſtas pertinentium. Vnde inſtrumentum vetus & nouum. Suetonius in Veſpaſiano. Vndique inueſtigatis exemplaribus inſtrumentorum imperij, pulcherrimum ac vetuſtiſſimum confecit. Spieg.

Instrumento lanionis, teſte Paulo in leg. eum de lanionis, relinquimus menſas, pondera, ſertamenta, & alia, quæ laniandæ carnis cauſa parata ſunt: Item trutinas, cultros, dolabras, ff. de fun. Inſtruct. in princ. citatæ. l. Spieg.

Instrumento piſcatorio legato contineri Ariſt. ait nauicellas, quæ piſcium capiendorum cauſa paratæ ſunt: ſed & piſcatores contineri, verius eſt teſte Martiano. l. item pictoris. ff. de fun. inſtr. Spieg.

Instrumento legato aliquando & perſonas legãtium neceſſe eſt inſpici, vt docet Paul. in l. eum de lanion. ff. de inſtr. Sp.

Instrumento fundi quid comprehendatur, exponitur pleniſſime in l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. l. 25. ff. de inſtruct. vel inſtrum. l. 33. circa fin. ff. de ædil. edict. l. 17. ff. de act. empt. Briſſ.

Instrumenta fundi conſeruãdi fructus cauſa veluti granaria (quia in his fructus cuſtodiuntur) vrceus, capſella, in quibus fructus componuntur, ſed & ea, quæ exportandorum fructuũ cauſa parantur, Inſtrumenti eſſe conſtat, veluti iumenta, & vehicula, & naues, & cuppæ, & culei. Alphenus autem ſi quoſdam ex hominibus alijs legauerit, cæteros qui in fundo fuerũt, non contineri inſtrumẽto ait, quia nihil animalis inſtrumenti eſſe opinabatur, quod non eſt verum. Conſtat enim eos, qui agri gratia ibi ſunt, inſtrumento cõtineri. Saltuarium autem, Labeo putat eum demum contineri, qui fructuum conſeruandorum gratia paratus ſit, non eum, qui finium cuſtodiendorum cauſa: ſed Erarius etiam hunc: & hoc iure vtimur, vt omnes ſaltuarij contineantur. Trebatius amplius etiam piſtorem & tonſorem, qui familiæ ruſticæ cauſa parati ſunt, putat contineri. Item fabrum, qui villæ reficiendæ cauſa paratus ſit, & mulieres, quæ panem coquant, quæque villam ſeruent. Item molitores, ſi ad vſum ruſticum parati ſunt. Item focariam & villicam, ſi modo aliquo officio virum adiuuent. Item lanificas, quæ familiam ruſticam veſtiunt, & quæ pulmentaria ruſtica coquant. Cellarium quoque (id eſt, qui ideo præpoſitus eſt, vt rationes ſaluæ ſint.) Item oſtiarium mulionemque inſtrumenti eſſe conſtat: & mulas, & machinas, fœnum, ſtipulas, aſinum machinarium, machinam frumentariam, vas æneum, in quo ſapa coqueretur & defrutum fiat, & aqua, quæ ad bibendum, lauandamque familiam paratur, inſtrumenti eſſe: & cribra, & plauſtra, quibus ſtercus euehatur. Ea vero quæ ſolo continentur, inſtrumenta fundi non eſſe Caſſius ſcribit: Veluti harundineta & ſalicta, antequam cæſa ſint, quia fundus fundi inſtrumentum eſſe non poteſt, ſed ſi cæſa ſunt, puto contineri, quia quærendo fructui deſeruiunt Idem & in pallis erit dicendum. Si in agro venationes ſunt, puto venatores quoque & veſtigatores, & canes, & cætera, quæ ad venationem ſunt neceſſaria, inſtrumento contineri, maximè ſi ager ex hoc reditum habet: ſed ſi ab aucupio reditus fuit anceps, & plagæ, & huius rei inſtrumentum agri inſtrumento continebitur, nec mirum, cum & apes inſtrumento exemplo apum contineri, Sabinus & Caſſius putauerunt. Hæc Vlpian. in l. quæſitum, 12 § 1. 2. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. ff. de inſtru. vel inſtrum. leg.

Instrumento tabernæ vel inſtructæ tabernæ appellatione quid contineatur, vide l. 13. de inſtruct. vel inſtrum. l. 185. ff. de verb. ſign. Sunt & cuiuſque profeſſionis, & artificij inſtrumenta, veluti medicorum, pictorum, balneatorum, piſcatorum, lanionum, de quibus tractatur in l. 17. & l. 58. de inſtr. vel inſtr. l. & apud Paul. lib. 3. ſent. tit. 6. Briſſ.

Instrumenta in re iudiciaria ea omnia accipiuntur, quæ ad inſtruendam cauſam pertinent. Et ideo tam teſtimonia, quam perſonæ inſtrumentorum loco habentur, l. 1. ff. de fide inſtru. Vt cum dilatio inſtrumentorum cauſa petitur, etiam in præſentiam ius perſonæ, quæ inſtruere poſſit, puta qui actum geſſit, vel qui actor fuit conſtitutus, dilatio quaſi inſtrumentorum cauſa datur, l. 99 §. vlt. ff de verb. ſign l. 1. Cod. de dilatio. l. 18. quor. appellat. non recip in C. Th. Briſſ.

Instrumentum eſt commentarius, ſiue deſcriptio eorũ, quæ inter paciſcentes; vti contrahentes placita ſunt, ac conuenta Græci συμβόλαιον, vocant. Nam illa deliberationum & perſonarum contractus ineuntium commiſtio συμβολὴ dicitur: & qui ſuper ea commentarius cõponitur συμβόλαιον appellatur. Id vero oportet ternario teſtium numero niti, vt fidem faciat, & ſit omni exceptione. ac calumnia maius. Etenim in contractibus, & inſtrumentis, rerum veritas conſideratur potius, quàm ſcriptura. l. in contractibus, C. plus valere quod agitur, & facit. l. ſi. C. ſi certum petat. l. ſcripturas §. vl. C. qui potio. in pign habeantur. Præterea nemo ex inſtrumentis domeſticis, vel ſua annotatione idoneam debiti facit probationem. l. inſtrumenta §. exemplo. Cod de probat. Hinc eſt, quod in omni inſtrumento, prius ab eo, qui id produxit probationes exigimus, deinde ab eo qui falſum illud arguit, l. vlt. C. de crimin. falſi. Anchora.

Instrumentum aliàs eſt apparatus rerũ diutius manſurarum, ſine quib. exerceri nequiret poſſeſſio l. 12. ff de inſtr. vel inſtr.

Instrumentum vnum dicitur in l. cum plures fundi. 72. ff. de euict quod ſimul abſoluitur, licet obligationes plures complectatur, Goth. in eam. d. l. 22.

Instrumentum cultuiq; eſt ſententia Vlpian. apparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus exerceri poſſeſſio nequiret, l. quæſitũ eſt, de fund. inſtr. Idem oſtẽdit in §. ſi domus d. l. inter fundi inſtrumentum & ornamentum multum intereſt. Spie.

Instrumenti ea eſſe, quæ ad tutelam domus pertinerent, dicit Caſſius l. quæſitum, ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. Spieg.

Instrumentum nuptiale, i. dotale, in l. 1. C. de dot. prom. ſ.

Instrumentum & inſtructum ſeparantur in l. 12. de inſtruct. vel inſtrum. l. Plenius n. eſt, & vberius inſtructi quàm inſtrumenti legatum, cum illo non loci tantum, ſed & patrisſ. ipſius inſtrumentum, quod vt inſtructior eſſet, habuit continetur. l. 55, § ſed ſi fundus ff de inſtr. vel inſtrum. Vide etiam l. 1. & 2. C. de verb. ſignif. & l. 1. l. 15 §. 1. l. 20. l. pen. ff. de inſtruct. vel inſtrum. Briſſ. Vide ſupr. Inſtructum ab inſtrumento.

Instrumenta ſtatus vocat Paulus in l. iſti quidem, 8. §. 1. C. quod met. cauſ quib. continetur aliquem liberum eſſe. Aldob. tit. de excuſa. tut. §. item ſi propter. Vide & Goth. ad l. ſicut inſtrumenta 25. C. de liberal. cauſ.

Instrumenta cognoſcere, eſt relegere & recognoſcere ſe, quod vulgo dicitur collationare l. cognoſcere, ff. de verb. ſig.

Insubtiliter apud Vlp. quum ait in l. iuris gentium, §. adeo autem, ff. de pact. quod non inſubtiliter dici poteſt. Spieg.

Insueta, vide Inſolita.

Insula vulgari ſignificato locum ſignificat, qui vndique aquis ambitur. Briſſ.

Insulæ quemadmodum ſcribit Feſt. appellatæ ſunt, quæ communibus parietibus non iunguntur cum vicinis, circuituque publico aut priuato cinguntur: à ſimilitudine earum terrarum quæ vndique aquis circumdantur. Cui adde quod Tacit. li. 15. refert, Neronem conſtituiſſe, vt ne communione parietum, ſed proprijs quæque domus muris ambirentur. Briſſ.

Insula, olim non erat niſi maris, quod ſit in ſalo poſita, rauiata a litera in u. Hodie appellatur inſula cuiuſuis . . . . . Domus item principum, potentiorum, diuitumque inſulæ vocantur, quod ſint à priuatorum domibus diſiunctæ. Ex Budæo. Alciat. in comment. de verb. ſig.

Insularum magna fuit Romæ multitudo, vt tutiores eſſent ab incendijs: atq; ita à ſimilitudine Inſularum, quæ circumquaq; aliquo amne ambiuntur, inſulæ appellatæ tum primæ, tum vero etiam reliquæ omnes domus, quamuis inter ſe coniunctæ eſſent: Connan. li 2. c. 2. n. 5. & li. 4 c. 10. n. 10

Insularum in mari, vel flumine enatarum meminere l. 17 de leg. 3. l. 26. ff. de excep. rei iud Plin. li. 2. c. 86 Inſulas in l. 33. Co. de appellat. in mari Ægeo & Ionio, & circa Aſianum tractum intelligi oportet, veluti Cycladas, Rhodum, Cyprum. Eodem modo præſidem inſularum intellige, l. pen. C. vbi de cauſ. ſtat. & nouel 8 & l. 4. ff de nauicul. lib. 11. C. Prat.

Insula inquit Gœdd. l. 166. de verb. & rer. ſign. 8. eſt ædificium quod proprio ambitu conſtat. Inde

Insularius eſt, qui cuſtos inſulæ præpoſitus eſt. Ibidem.

Insularius, ſeruus inſulæ, i. ſeparatæ dom. cuſtos. Pomp. l. 16 §. 1. de vſu & hab. dominus proprietatis etiam inuito vſufructuario vel vſuario, fundum vel ædes per ſaltuarium vel inſularium cuſtodire poteſt. Vlp. l. vlt. ff. de off. præſ. vigil. Inſularios, & eos qui negligenter ignem habuerunt apud ſe, poteſt fuſtib. & flagellis cædi iubere. Hot. Vide & l. 5. ff. de inſtruct. l. 166. & l. 203. ff. de verb. ſig. & Petron. Arbiter. Interim coctonaes inſularii que multant excluſum, & alius vera teſtis ſtridentibus plenum in oculos eius intentat. Briſſ.

Insularii ij ſimiles ſunt, qui noſtra lingua Conciergerij nominantur, nec ij ſunt, qui, vt Cœlius putat, deportati aut relegati in Inſulam eſſent, quod ij iam inſulares facti eſſent, & ſemel perge. Sed inſularios Accurſius intelligit eos, qui domini ſunt inſulæ. i. domus, Conna. l. 2. c. 2. n. 5. Adde Fr. Balduin. comment. in l. 12. tab. c. 7.

Insulæ Italiæ, pars Italiæ ſunt, & cuiuſque prouinciæ, inquit Vlp in l. inſulæ 9. ff. de iudic.

Insula iuncta domus, quandoque appellatione domus legata eſſe videatur, Paul. tradit in ſi. l. prædijs de legat. 3. Spieg.

Insulam ſolent cõmẽtatores diuidere in Naturalem, Caſualẽ, Accidentalem. Per naturalem intelligunt perpetuam; Caſualem vero appellant, quam alij dicunt natiuam: Rectius alij.

Insula eſt duplex; Perpetua & Natiua. Inſula perpetua pars eſt cuiuſlibet prouinciæ l. inſulæ. Dig. de iudic. Natiua vero

Digitized by Google

quaſi naſci raro contingit. Inſt. de rer.diuiſ.§.inſula, l. adeo §.inſula, & l.inſula, ff.de adqu.rer.dom.

INSVLA in flumine, vt Pompo.in l ergo.ſa §.1.ff. de acquir.rer. dom.ait, fit tribus modis: vno modo, quando agrum qui alaei non fuit, amnis circumfluit: altero modo, quando locum qui alaei eſſet ſiccum reliquit, & circumfluere cœpit. Tertio cum paulatim coalluendo locum eminentem, ſupra alueum fecit, & eum alluendo auxit Duobus poſterioribus modis priuata inſula fit eius, cui ager propior fuerit, cum primum extitit. Nam & natura fluminis hæc eſt, vt curſu ſuo mutato alaei cauſam mutet, nec quidquam interſit, vtrum de alaei dumtaxat ſolo mutato, an de eo, quod ſuperfuſum ſolo veteri ſit, quæratur, vtrumque.o.eiuſdem generis eſt. Primo autem illo modo cauſa proprietatis non mutatur.

INSVPER, i. præterea & hoc amplius, l.5. §. qui pecuniam, ff. de ſuſpect.tutor.

INSVPER habere. eſt omittere, aut ſuſque deque habere. Pap. in l. ſunt perſonæ. ff de relig.& ſumpt.fun. Nam propter publicā vtilitatem, ne inſepulta cadauera iacerent, ſtrictam rationem inſuper habemus, quæ nonnunquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet. Idem Papin. in leg. hæredem, ff.de his quæ vt indign. Hæredem, inquit, qui ſciens defuncti, vindictam inſuper habuit fructus omnes reſtituere cogendum exiſtimaui. Sicque l.2.C ſi omiſ.cauſ.teſt. legendum. Quod ſi cum neque adiri ex teſtamento hæreditas, neque bonorum poſſeſſio peti poſſet, iudicium defuncti non inſuper habitum ſed a ſtrictiorum iuris ratione vocatum eſt, Apuleius lib 4.de aſino aur. Quod ſi pergas vlterius, iam faxo lacrymis iſtis, quas parui pendere latrones conſueuêre, inſuper habitis viua exurere. Symmac. in epiſt. ad patrem. Hæc me & alia huiuſmodi perpulerunt ſcribendi munus inſuper non habere Hotoman. Briſſ & Cuiac.5.obſeru. 22. Vide & Gutb. ad l.43.ff.de relig. & ſumpt.

INTEGER, i. ſaluus, inlæſus, inoffenſus, nulla infamia notatus.

INTEGER homo, pro firmo, non ſaucio. in §. his autem verbis. Inſtit. de leg. Aqui. pro non infamiæ nota maculato. Spieg.

INTEGER quadrans, id eſt, illibatus. Vlp.

INTEGER tiuus, i. qui nulla refectione indiget. Briſſ.

INTEGRA cauſa, pro bona, & quæ nondum decidit. & integra fama pro exiſtimatione, l.1 de excuſa. veter. C.lib.10.Spieg.

INTEGRA exiſtimatio l.15.Co.de his qui accuſ.non poſſ. id eſt, inuiolata. Briſſ.

INTEGRA perſona, id eſt, cui per edictum poſtulare licet. l.4 ff. de popularibus actionibus.

INTEGRI reſtitutio, vt Paul lib.1.Senten tit.7.tradit, eſt redintegrandæ rei, vel cauſæ actio: vel ſic: Integri reſtitutio eſt actio prætoria, qua rem certam aut ius, aliamve quamlibet cauſam ſed integrati poſtulamus: cum quæ per metum, dolum, ſtatus permutationē, iuſtum errorem, abſentiam neceſſariam & infirmitatem ætatis geſta eſſe dicuntur l. 1. & 2 ff. de in integr. reſt. Eſt autem in integrū reſtituere nihil aliud, quàm in priſtinam cauſam priſtinumq; ius reſtituere. In integrum pro in ſolidum in l.15 ff.de re iud.l.122.ff de verb.obl. Briſſ. Prat.

EX INTEGRO pro ruſus & denuo, & vt vulgo loquimur de nouo. Sic ex integro agere, experiri, petere. Briſſ. ex ff.

INTEGRVM variis modis accipitur, vt not. Inſtit. de rer.diuiſ.§ Apinm. C.de rei vend.l.iudicia. Alber.

INTEGRARE in l.8.ff de tut & rat. diſtrah. l.21.§. pen. ff. de SC. Syllan.& apud Paul.li.5.ſentent.tit.15 Briſſ.in parerg.

INTEGVMENTVM. Integumenta vocabantur etiam tegmenta, operimenta ſcutorum, & ſagmata Cæſar li.2. Temporis tanta fuit exiguitas, hoſtiumque tam paratus ad dimicandum animus, vt non modo ad inſignia accommodanda, ſed etiam ad galeas induendas, ſcutiſque tegmenta detrahenda tempus defuerit. Turneb.li.24.c.11.

INTELLIGENTIA cōmunis, vulgi & populi intellectus, habetur, quæ præfertur proprio ſignificato vocabuli, ſecundum Panor. in c.quamuis de verbo.ſign. Quod tamen intelligendum eſt, quando receptus vſus loquendi & intelligendi, contrarius & repugnans propriæ ſignificationi vocabuli, tam viget in ſenſu peritorum, quàm imperitorum, ſecundum Bald. in c.1. de ſucceſſ feud. in vſib. feud. Vide, Vſus vulgatus loquendi. Spieg.

INTELLIGERE eſt animo conſequi & mente percipere quod agitur, l.208 ff.de verb.ſign.

INTELLIGITVR, i. videtur, cenſetur, creditur. Briſſ.

INTELLECTVM habere in l.124 ff.de diuer.reg eſt intellectum & cognitione præditum eſſe Briſſ.

INTEMPERANS. Si quis (inquit Corn li.1.c.2.n.9) lucri ſui cauſa ſtuprum inferat: Alter cupiditate incenſus: hic intemperatos, ille auarus potius nominabitur: Sic intemperans fœmina, in l 22 cir.ſi.C.de admin.tut. vel cur.

INTEMPESTIVA cultura l.25.§.conductor. ff.locati, i. non ſuo tempore facta, ſeu ſera Briſſ.

INTEMPESTIVE, i. non opportuno nec congruo tempore, Briſſ.

INTENDERE hi dicuntur, qui rei diligenter incumbunt. Vnde cum actor multa opera intendere & incumbere ſeu petitioni debeat. Intentio pro Actione vſurpata eſt, l.ſi quis intentione ambigua ff.de iud. item l.2.in pr. vbi eſt rex.elegan, l. generaliter, ff.de excep.cum ſimil. per Zaſ.citatis in l. qui ſe debere. de conſ.cauſ data, cauſ.non ſecuta. Sic Cicero docet, ſtatum cauſæ & controuerſiam conſiſtere in intentione & reſponſione, i. in actione, & defenſione, Spieg. Prat.

INTENDERE crimen, i. obiicere l.14 §. vlt. ff. de bon. liber.

INTENDERE præciſè pro actionem intendere, i. agere, & vt vulgo loquimur, concludere, l.8 ff. ſi ſeruit. vindic. l.5 ff ſi vſufru. pet. l.139. ff. de verb.oblig. Sic Cicero in Quintiana. Sibi eum nuper edidit ſocium, quem, quomodo nunc intendit ne in virorum quidem numero tum demonſtrat fuiſſe. Prat.

INTENTARE actionem, pro inſtituere, vt vulgo dicitur, reſpuunt eruditi. Suetonius, Intendere formulam, dixit Spieg.

INTENTIO, eſt prima pars cum ſcilicet actor proponit, & facit litem: ſirmaturque hæc actio ex αἰτίᾳ. i. ex cauſa. Depulſio reſponſio rei, quæ ex contineri ad refutandam cauſam accipitur, iuxta rhetorum doctrinam, à quibus, Alciato indicāte, accepta videri poteſt continentia cauſæ. Nulli, inquit lex, audientia præbeatur, qui cauſæ continentiam diuidit, l.nulli. C. de iudic. Doctores Intentionem quandoque pro Exceptione aduerſus ſermonis proprietatem accipiunt, quamuis etiam alia ſignificet. Sciendum etiam, quod intentio vel actio edita potius eſt ICtis veteribus (qui non ſecundum Pontificum, aut Iuſtiniani in Authenticis idioma, ſed earum lingua intelligendi ſunt, quæ apud doctos tempore ſuo in vſu erat) qui libellus Conuentionalis vulgo dicitur. Rubr. ext. de Libell. oblat. Auth offeratur. C. de lit. conteſt Spieg. Prat.

INTENTIO, pro actione, quæ in iudicio inſtituitur, aut certe pro libello actionis l.68 ff.de iud.l.9.§.proinde ff. ad exhib.l.55.ff. comm præd.l.6.§.hæc actio.ff.ſi ſeruit.vind.l.57.ff.de euictio. §.ſi quis agens. Inſtitutio.de act. Briſſ.

INTENTIO appellatur, quod actor vel accuſator iudicio intēdit. In vſu noſtro forenſi, fines & concluſiones vocamus, Briſſ.

INTENTIO pro voluntate & mente, l.10.ff.de alim.leg.l.14.§.ſed interdum, ff.de religioſ.& ſumptib. Briſſ. (de teſtam.

INTENTIO voluntatis, l.77.§.donationis. ff.de leg.l.3.& l.15.C.

INTER, particula, non ſignificat æqualitatem: & per hoc natus inter ſeruos non intelligitur ſeruus.

INTER bonos bene agier. Hoc exemplo Manutius demonſtrat à Cicerone priſcorum ICtorum formulas ſine verbo citari. Proindeque voces illas, vt & oportet, ab imperitis, qui locutionē patum integram crederent, additas. Eſt autem egregium præceptum, ad omnem vitam pertinens: & vox plena humanitatis: vt inter bonos bene agatur, h.e. vt Philippus ait, bonos ex fide debere præſtare etiam quæ non aperte lingua nuncupata ſint, *Daſs keiner den andern geſahren ſoll.* Spieg.

INTER cæteros exhæredare, & nominatim exhæredare, de quo ſuo loco dicemus. Contraria ſunt. Cæterorū appellatio in hac formula inde fluxit, quod iure antiquo filij præteritio teſtamentum faciebat nullum: filia autem cæteriſque liberis, i. nepotibus, neptibus &c. præteritis teſtamentum valebat; item, ſi filij ſi non inſtituebantur, nominatim exhæredandi erant, filiæ cæterique liberi etiam inter cæteros exhæredari poterāt, his verbis: CÆTERI Exhæredes ſunto. qua vulgari formula non tantum liberi, ſed & parentes, conſanguinei, agnati, cognati, affines, amici exhæredari poterant. l. Luc.53.de hæred.inſt. hæc ex Vlp. inſtit.c.21.& l vlt.C.de lib.præt.§.nominatim, §.poſthum. Inſtit.de exhæred.lib 4.Prat.

INTER ſicarios, pro, de ſicariis, Latini autores dicunt. Cic. lib.2. de inuentio. Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficij, de quo inter ſicarios quæritur præiudicium fieri. Idem in orat. pro Cluentio in Q. Sergij Senatoris eius qui inter ſicarios damnatus eſt, manus incidit. Et li.1.de finib. inter ſicarios quæſtionem exercere. Briſſ.

INTERCALARE, interſerere eſt. Et menſis Februarius intercalarius ob hoc dicitur, quod ei dies vnus interſeritur: Dieſque ipſe inſititius Intercalaris Latine dicitur, & Græce ἐμβόλιμος, & intercalatio ipſa ἐμβολισμός. Quæ in re militari fit, cum inſerimus per directam interualliſ præpoſitorum militum aliquos ex iis, quos poſtponi placuerat. Sed & ἐξαιρέσιμοι, dies exēptiles propterea dicti ſunt, quod e menſe eximi ſolebant, vt annus cum ſolis lunæque ratione congrueret Bud. in l. 5 §. minorem, de minor. Cæterum menſis intercalaris ſublatus eſt à Iulio Cæſare, vt Suet. Tranquill. ſcribit, qui non ex 29. vel vt alij ſcribunt ex 21 aut 23: ſed 28. diebus conſtabat: ideoque cū ante Iulium Cæſarem non conſtaret annus niſi 355. diebus, incidente intercalari menſe annus dies habebat 383. Eius vero menſis initium erat pridie Kal. Mart vt ex Q. Mutio Celſus refert. Nunc ex inſtituto Iulij Cæſaris annus dies habet 365. l. cum bis §. Stichus. ff de ſtatulib l. ita vulneratus §. æſtimatio. ff. ad l. Aquil. l. anniculus ff. de verb ſign. & quarto quoque anno ad 6 Kal. Mart dies vnus intercalatur. Cuiac. ad l. ideoque ff. de vſurp. & vſucap.

INTERCALATIONIS origo hæc fuit Omnium primū (inquit) Liuius (Numa in 12. menſes deſcribit annum Romulus annum

inſti-

inſtituerat decem menſium, hoc eſt, trecentorum & quatuor dierum Numam his adiecisse dies 50. quib. duodecim curſus Lunæ confici credidit, ait Macrobius. Quid igitur? Si anno tribuantur dies 354. qui ſint in duodecim menſes diſpertiendi, oportet ſingulis menſibus tribuere 29. dies & ſemiſſem: vel ſenis menſibus dies 30. & ſenis viginti nouem. Macrobius adiicit. Numam poſtea adiecisse vnum diem Ianuario, in honorem imparis numeri, ita vt 355. dies in anno computarentur. Hæc adiectio plane fuit inepta, & rem totam conturbat. Neque ſane eius meminit Plut. Itaque & ego eam nunc omitto, & annum à Numa conſtitutum ſimpliciter eſſe dierum 354. quibus Luna duodecies conficit ſuum curſum, exiſtimo. Sed cum vellet Numa annum etiam congruere cum ſolis curſu, neceſſe fuit ſubinde aliquot dies adiicere. Solis periodus continet 365. dies & quadrantem. Quid igitur? Liuius ait, Numam intercalares menſes interponendo annum ita diſpenſaſſe, vt vigeſimo quoque anno (ſic enim legitur in melioribus libris) ad metam eandem ſolis, vnde orſi eſſent, plenis annorum omnium ſpatiis dies congruerent. Quæ tandem hæc intercalatio eſt? Plutarc. ait, Numam cum exiſtimaret anno ſuo deeſſe dies vndecim, confeciſſe menſem intercalarem 22. dierum, quem ἐμβόλιμον appellat. Obſcure id quoque dicitur & mutilate. Deerant dies vndecim, & vnius dies quadrans. Macrob. ait placuiſſe Romanis, alternis annis binos & vicenos, alternis ternos vicenosque dies intercalares adiici: ſicuti & Cenſorinus ſcribit, placuiſſe, intercalario menſi 22. dies vel 23. alternis annis addi, vt ciuilis annus ad naturalem exæquaretur. Hoc eſt, placuit, ſecundo quoque anno adiici menſem vnum intercalarem, qui modo eſſet dierum 22. modo 23. Sic enim ſingulis quadriennis, ſupererant dies 45. cum ſingulis annis ſupereſſent vndecim & vnius diei quadrans: Fiebatque etiam hac ratione, quod Liuius ſcribit, vt vigeſimo quinque anno lunaris annus cum ſolari congrueret: hoc eſt, dies illi 225. qui viginti annis deerant, quinque menſium illorum intercalarium adiectione ſupplerentur. Alij legunt apud Liuium, vigeſimo quarto quoq; anno. Quod ſi recipiamus, audiendus eſſet Macrobius, qui ait, annum à Numa inſtitutum eſſe dierum 355. & ea intercalatio fingenda, qua annis 16. ſicuti dixi, adiicerentur dies 170. hoc eſt, ſingulis bienniis modo dies 22. modo 23. Sed octo deinde annis non niſi dies 60. hoc eſt, ſingulis bienniis dies 15. Sic enim, ſi annus alioqui erat dierum 355. dies 244. qui deſunt annis viginti quatuor, anno vigeſimo quarto reperientur non deeſſe. Sed tam inæqualis intercalatio poſſet abſurda videri. Prior certe eſt ſimplicior, videturque magis recepta fuiſſe vſque ad Iulium Cæſarem, qui tandem rem hanc totam facilius etiam compoſuit: & vt dies tantum, non etiam vt menſes intercalares eſſent, effecit. Iuſſit annum eſſe dierum 365. vt ad ſolis periodum referretur, & quia deerat adhuc quadrans, voluit ſingulis quadriennis adiici diem vnum. Sic intercalarium menſem ſuſtulit, vt Suetonius ait: Sed quo tempore anni erat intercalatio? Cenſorinus ait, etiam olim menſe Februario inter Terminalia & Regifugium intercalatum fuiſſe. Macrob. ſcribit Romanos non confecto Februario, ſed poſt 23. diem intercalaſſe, Terminalibus iam peractis: deinde reliquos Februarij menſis dies, qui erant quinque, poſt intercalationem ſubiunxiſſe, vetere religionis ſuæ more, vt Februarium omnino Martius ſequeretur. Ergo cum inſerebantur intercalares dies 22. Februarius erat dierum 50. cum adiiciebantur dies 23. erat dierum quinquaginta & vnius, qui tantum alioqui eſſe ſolebat dierum 28. Apud Ciceronem pro Quintio legimus, ante 5. Calend. intercalares, & pridie Calend. intercalares. Videtur Calendas intercalares appellare primum diem intercalarem, qui erat vigeſimus quartus Februarij. Cum poſtea, Iulius Cæſar ita annum produxiſſet, vt non niſi diem vnum ſingulis quadriennis addi eſſet neceſſe: retinuit eundẽ intercalationis diem, vt Macrobius ait, eumque Biſſextum cenſuit nominandum: quia tunc bis dicebatur, 6. Calend. Mart. Nunc videamus a quid hæc conueniant cum noſtris Pandectis, hoc eſt, libris iuris Ciuil. Non poſſum hæc conferre cum 12. Tabulis, quæ quid de ea ſtatuerint, neſcio. Sed quia intercalationis tamen eas aliquam mentionem feciſſe audio, rem hanc quæ iam neceſſaria eſt, nec eſt tamen vulgo ſatis nota, prætermittere non poſſum. Celſus noſter in l. cum biſſextum 98. de verb. ſignif. ita ſcribit: Cato putat menſem intercalarem additicium eſſe: omneſque eius dies pro momento temporis obſeruat, extremoque diei menſis Februarij attribuit Q. Mutius. Menſis autem intercalaris conſtat ex diebus 28. Hæc ille. Primum hic obſeruemus Catonem & Mutium diu ante Cæſarem vixiſſe. Si loquuntur de menſe intercalari, qui eorum tempore adiiciebatur, non video quomodo poſſimus dicere, eum fuiſſe dierum viginti octo. Repugnant enim & reclamant, quæ dicta ſuperius ſunt. Sed ſi Februarium ipſum in quo intercalatur, & cui quid adiicitur, appellemus menſem intercalarẽ, recte diceremus alioqui eſſe dierum viginti octo. Certe & Macrobius videtur menſem intercalarem appellare Februarium, cui intercalatio aliquid addere ſolet. Frequẽtius tamen ipſe menſis, qui inſerebatur, appellatus olim fuit intercalaris. Quod Mutius menſem intercalarem additicium extremo diei Februarij attribuit, parum etiam conuenit cum iis quæ ſupra dicta ſunt. Non enim pridie Calendas Martias, ſed ſexto Calendas Mart. intercalabatur & interſerebatur aliquid. Sed videtur Mutius maluiſſe in fine anni intercalari. Quod omnes additicij menſis intercalaris dies pro momento temporis obſeruat, conuenit cum eo, quod etiam diem intercalarem non ſolent Iuriſconſulti numerare. Nam id biduum quod eſt in Biſſexto pro vno die haberi Celſus ait, in d. l. 98. de verb. ſign. & l. 3. §. 4. de minorib. Cumque id dicit, adiicit, propterea nihil intereſſe, vtrum priore an poſteriore die Biſſexti quis natus ſit: poſteriorem tamen diem intercalari. ideoque (inquit) natus ſexto Calend. Mart. quo anno non fuit intercalatum, cum erit Biſſextus, priorem diem natalem habet. Sed cum hoc biduum pro vno die habeatur, nihil intereſſe dicimus: neque qui priore die natus eſt, citius complebit annos 25. quam qui poſteriore: & qui natus eſt poſteriore, tam cito complebit, quam qui priore. Sed quæritur an dies intercalaris nunquam numeretur, & pro nullo ſemper habeatur. Certe ſi poſtremus dies temporibus de quo quæritur, ſit Biſſextus: ſemper hoc biduum pro vno die habetur, & inter priorem ac poſteriorem Biſſexti diem nihil intereſt. ſed ſi dies intercalaris incidat in medium tempus aliquod, de quo agitur: alia eſt adhibenda diſtinctio. Marcelius l. 2. de diuerſ. temp. præſcript. quinque huius generis quæſtiones & exempla proponit. In primo & poſtremo exemplo videtur diem intercalarem numerare: hoc eſt, ſignificat in tempora conſtituta iudicatis, quod erat 30. dierum, & in lege commiſſoria, veluti ſi quis fundum ea lege vendat, vt niſi in diebus triginta precium ſoluatur, fundus ſit inemptus: diem intercalarem non proficere iudicato vel emptori, h. e. in diebus illis 30. numerari. Sed ſi agatur de tempore ſtatuto, quo lis perit: vel de vſucapione quæ tempore conſtituto expletur: vel de actionibus, quæ certo tempore finiuntur, vt ædilitiæ: diem intercalarem non numerari aut imputari, ſed eo tale tempus augeri, & eum prodeſſe actori vel domino ſignificat: nempe ſi incidat in medium illud tempus. Nam alioquin vbi ſatis eſt attingere diem poſtremum, & poſtremus dies eſt Biſſextus, non refert prior an poſterior biſſextus ſit. Et vbi poſtremum diem omnino impleuiſſe oportet, cum quæritur, an quis ſit minor 25. annis, oportet totum Biſſextum implere, ſic vt tunc dies intercalaris non ſolum in medio, ſed & in fine augeat tempus. Quod dicendum eſſe videtur & in omnibus temporalibus actionibus. Nam in iis niſi nouiſſimus totus dies compleatur, non finiri obligationem, ait Paul. in l. 6. de oblig. & act. Porro quod dicitur de vno die intercalari, olim dici quoque poterat & de pluribus cum erant plures, vt diximus fuiſſe modo 22. modo 23. Quod attinet ad Cæſaris conſtitutionem, dies 365. anno ordinario tribuentis: conſtat à Iuriſconſultis poſterioribus eam eſſe receptam, & tribus locis in Pandectis comprobari poſſe. l. 51. ad leg. Aquil. 4. §. 5. de ſtatulib. l. 54. de verb. ſign. Sacerdotes Romæ quibus Cæſar procurationem intercalationis reliquerat, initio quid agerent, nihil intellexerunt: Nam cum deberent ad finem anni quarti intercalare, ad principium intercalabant. Sed Auguſtus tandem eos caſtigauit & aperte edixit, vt incipiente anno quinto primum intercalarent: & hanc legem in æs incidit, ad memoriam ſempiternã, vt Macrobius ſcribit. Mitto, quod ſubtiliores mathematici deinde obſeruarunt illum quadrantem diei cum diebus 365. in ſolidum vno anno non occupari aut conſumi à ſole, ſed ſupereſſe quaſdam (vt appellant) minutias, quæ iam pepererint & confecerint dies tredecim: qui, quia redundant, detrahendi nunc eſſent. Intercalationis verbum ex eo deſcendere, quod calatis comitiis, vel populo conuocato, adiiceretur, quod anno adiiciendum erat, dubium non eſt. Franciſc. Balduin. in ſuo comment. l. 12. tabul. c. 48.

INTERCAPEDO pro interuallo. Intercapedo temporis, l. 3. §. quotiens. ff. ſi cui plus.

INTERCEDERE eſt interponi & interſeri. l. 3. §. minorẽ ff. de min. Alias pro interuenire, l. fructus eſſe. §. diuortio. ff. ſolut. matr. Sumitur & pro contradicere, impedire Papinia. in l. ſi. ff. famil. ercisc. Si non intercedat, inquit, ætatis auxilium. Prat.

INTERCEDERE eſt alienam obligationem recipere, i. e. ſe vel res ſuas obligare pro alio. Hinc interceſſor eſt inter duos veluti medius quidam & ſequeſter. Cuiac. ad African. tract. 4. n. 40.

INTERCEDERE eſt quaſi medium ſe interiicere, ſiue vt noceas ſiue vt proſis: vnde contrariæ ſignificationis eſſe reperitur. Intercedere legi, aut ſententiæ alicuius, idem eſt, ac quod vulgo dicitur ſe opponere. Et apud Terent. Si nulla ægritudo huic malo interceſſerit, i. e. nocuerit & interuenerit. Aſt & fauoris eſt & beneuolentiæ. Intercedere enim pro reo fideiuſſor apud creditorem dicitur, quia pro eo rogat, vt detur ei mutuo pecunia, vel illud quicquid eſt, quo opus habet, quare quod iuſſu & rogatu ipſius factum datumve eſt, fide ſua, præſtare

Digitized by Google

cogitur. Sic Tullius ad Attic. Adſcribit etiam, & quaſi calcat admonet, interceſſiſſe ſe pro eis, &c. Connan lib. 6. c. 8. n. 2.

INTERCESSIO proprie fuerat Tribunorum plebis, quibus ius intercedendi concedebatur. Nam in hoc creatos dicit Gellius, non vt ius dicerent, ſed vt intercederent opponerentque ſeſe iniuriis ac violentiis. Intercedere enim poſt alia ſignificata, accipitur pro inhibere, coercere, vetare. Vnde interceſſionem vulgo oppoſitionem dicimus. Cæſar Bell. ciuil. primo. Refertur ſtatim (ait) interceſſione Tribunorum. Old. Prat.

INTERCEDERE pro alio, h. e. fidem ſuam interponere, ſpondere, obligari. vt apud Iuriſcoſſ. per totum tractatur ad S. C. Vellei. & Bart. in l. 2. §. omnis. ibid. Spieg. Briſſ.

INTERCESSIO pro interuentu, vt præſes interceſſione autoritatis ſuæ proſpiciet. C. de abolitio.

INTERCESSORES pro interuentoribus, fideiuſſorib. & expromiſſorib. l. 23. ff. de hæred. vend. l. 5. §. ſi filiusfam. ff. de pecul. Et interceſſio pro fideiuſſione, l. 3. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. Briſſ.

INTERCIDERE legatum, pro deficere. Vlp. de cond. & demonſtr. Intercidit legatum, ſi ea perſona deceſſerit, cui legatum eſt ſub conditione. Spieg.

INTERCLUDERE ædes, aquæductum, l. 7. §. eſt & alia. ff. quod vi aut clam l. 29 § 1. l. 49. §. vlt. ff. ad leg Aquil. Briſſ.

INTERCIDERE rationes, codicillos, l. 1. §. vlt. ff. de ſeruo corrupt. l. 4 l. 23. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Briſſ.

INTERCIPERE dicitur qui lucri faciendi gratia, i. e. ea mente vt lucretur, interuertit & contrectat. l. 1. §. 1. l. 44. §. 1. ff. de furt. l. pen. ff de liber. cau. l. 38 §. ſi debitorem, ff. de ſolut. l. 44. §. vlt. ff. de adquir. rer. dom. Hinc interceptarum pecuniarum reus apud Suet. in Domitia. Vtuntur & in eadem ſignificatione Iuriſconſulti verbo interuertendi. l. 20. l. 69. ff. de furt. l. 18. ff. de ſolut. Briſſ.

INTERDIARIVS eſt ἡμεροφύλαξ, cui contrarius eſt νυκτοφύλαξ, dormitator, fur nocturnus Cuiac. obſ. lib. 11. c. 27. circa med.

INTERDICERE antiquè dicitur, pro vehementius & imperioſius decernere. nam vox inter nonnunquam vim augendi obtinet, vt in verbis interficere, interimere, interturbare, & aliis huiuſmodi. Prætor enim his in rebus, vel maxime ac diligentiſſime decernebat. Cic in orat. pro Cecinna: Prætor interdixit, vt vnde deiectus eſſet, reſtitueretur: id eſt, edixit. Alias prohibere ſonat. Prat.

INTERDICERE a præciſa locutione dicimus, pro per prætorem interdicere, vel interdicto agere. Iulia, l. 6. ff. de quid. in loc. pub. Et qui hoc interdicto experitur, ne quid in loco publico interdicat, nihilominus procuratori dandi facultas eſt. Vlp. l. 3. § 5 ff. vti poſſidetis. Labeo quoque ſcribit, ex ædibus meis in ædes tuas proiectum habeo interdicis mecum, ſi eum locum poſſideamus, qui proiecto tegetur: an quo facilius poſſim retinere poſſeſſionem, eius poſſeſſionis interdico tecum, ſicut nunc poſſideris ædes eas, &c. Item in l. 1. §. 22. ff. de aq quot. & æſti. Item l. 3. §. 4 ff. quod vi aut clam, & aliis locis innumeris. Fab. lib. 5. cap. 6 Non debuiſti interdicere, ſed petere, an recte interdictum ſit, ambigitur, id eſt, non debuiſti interdicto vti, ſed actione: an recte actum ſit interdicto, ambigitur. Prat.

INTERDICERE aqua & igni, formula legitimi exilij, priſcis temporibus vſitata. Quoties enim quis exilij pœna dignus videbatur, ei, nulla facta exilij mentione, tecto, aqua, igni interdicebatur, ita earum rerum, quæ maxime ſunt ad vitam ſuſtentandam neceſſariæ, vſu priuatus, cum vnu aeris alimento contentus eſſe non poſſet, abire cogebatur. Ex quo exulare ciues Romani dicebantur. Patet hoc in orat. Cic. pro domo ſua, vbi ita ſcriptum eſt. Qui erant rerum capitalium condemnati, nõ prius hanc ciuitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, h. e. mutandi ſoli cauſa venerant. Id autem vt eſſet faciundum, non ademptione ciuitatis, ſed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant. Ac ne ciues quidem omnium improbiſſimi atque audaciſſimi, cum in ſuos inimicos acerrimo incitati odio, non leges ſed priuilegia ferrent, exilium nominabant, ſed iis aqua & igni interdicebant. Huc adiunge quod ſcribit Lactant. lib. 2. inſtit. diuinarum, cap. 10. & illud Seruij lib. 12. Æneid. ad facienda fœdera, inquit, aqua, & ignis adhibentur. Vnde contra, quos arcere volumus à noſtro conſortio, eis aqua & igni interdicimus, i. e. rebus, quibus conſortia copulantur. Sic de ipſo Cicerone, quod in iam citata orat. legimus: P. Clodius trib. pleb. cui nihil in tota vita modeſtiæ fuit, qui in tribunatu pro ſua libidine, neglecto more maiorum, abiectis legibus, cuncta geſſit, ita populum rogauit: velitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua & igni interdicatur. Neque ſolum Clodius, ſed antea quotquot homines maxime ſeditioſi, C. Gracchus, & L. Apuleius, Saturninus, de ſuis inimicis eodem modo tulerunt, vt ex eadem orat. colligi poteſt: & minorem ſiue mediam capitis deminutionem, cum ciuitas etſi non verbo, re tamen adimebatur, ita fieri ſolitam, tradit Iuſtin. Inſtit. de cap. demin. § 1. Minor ſiue media capitis deminutio eſt, cum ciuitas quidem amittitur, libertas vero retinetur, quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, vel ei qui in inſulam deportatus eſt. Erat autem, vt neque flagitia ſunt paria, ſic hoc pœnæ genus, neque loci ſpatio, neque temporis æquale, quibuſdam enim tantum intra vrbem, hoc eſt, intra pomærij fines: aliis longius, aqua & igni interdicebatur: quod vt exemplis non indiget, ita per ſe ſatis notum eſt. Vide Manut. lib. de legib. Rom. Prat.

INTERDICERE, natiua ſignificatione eſt prohibere, & ne aliquid fiat, vetare. Vnde interdicta proficiſcuntur, quorum natura eſt prohibitoria. Quapropter ſunt, vt refert Iuſtinianus, qui putant interdicta tantum ea vocari, quæ prohibent, reliqua, vt ſunt reſtitutoria & exhibitoria propriè decreta eſſe. Sed vſu frequentatum eſt, omnia vno vocabulo interdicta appellari. Abuſio huius verbi, ſcilicet pro edicere, notatur Inſtit. de interd. Old. gradus generaque pœnarum tractans: Interdicere, inquit, eſt maxime prohibere: & conſtruitur cum ablatiuo, vt interdicere loco, perſonis vel rebus. Vnde interdicti paſſiue dicuntur illi, quibus ſit prohibitio. l. relegatorum §. interdicere. ff. de interd & releg. Spieg. Briſſ.

INTERDICERE aduocationibus, l. 9. ff. de pœnis, id eſt, prohibere aduocationem, ſeu patrocinium præbere, & vetare ne quis cuiquam adſit. Briſſ.

INTERDICERE foro, id eſt, prohibere forenſibus negotiis ſeſe accommodare. ibid. (ibid.

INTERDICERE prouincia eſt vetare in ea prouincia cõmorari.

INTERDICERE Prætorem de vi, id eſt, interdicto de vi conceſſo iubere eum, qui vim fecerat, reſtituere. teſte Budæo. Spieg.

INTERDICERE, pro interdicto vti, & eſt Prætoris. Vlpian. in l. locum, §. ſi quis dolo. de tab. exhib. Si neque amouerit, inquit, tabulas, neque celauerit, ſed idcirco alij tradiderit, ne eas interdicenti exhiberet. Pompon. in l. 1. de loc. & itin. publ. interdicitur pro eo quod eſt, interdictum redditur, dixit, vt Accur. ſentit. Indicat & alia exempla Budæus, quibus accipitur pro eo quod eſt, interdicto agi. Spieg.

INTERDICERE alicui arte ſua, Paul. dixit in l. fi. de pœn. Spieg.

INTERDICERE foro. Lege, Aduocatione.

INTERDICERE patria quid ſit, not. in l. nulli. C. de ſent. & interd. loc. omn. ind. Spieg.

INTERDICI honore. Vnde interdicti in rubr. de interdictis & releg. accipiendi ſunt, quibus vrbe, patria, regione ve aliqua interdictum eſt, aut qui certæ rei interdictione puniti ſunt. Briſſ.

INTERDICI quoque bonis dicebantur, qui adminiſtratione bonorum ſuorum, ob id interdicebantur, quod neque modum neque finem expenſarum facerent: Cuius interdictionis ſolennia verba à Paulo lib. 3. Sent. relata, ſunt hæc: Quando tua bona paterna auitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi, ea re, commercioque interdico. Exempla huius locutionis ſunt in l. 26. ff. de contr. empt. l. 18 ff. de teſtam. l. 6. de verb. oblig. l. 9. §. ſed & ſi ff de reb. cred. Briſſ. Adde Cuiac. ad l. 6. ff. de verb. oblig. qui recitat ibi effectum interdictionis.

INTERDICERE igni & aqua. Old. de priſcis temporibus alicubi loquens: Nefas videbatur, ait, quamuis malos, tamen homines ſupplicio capitis afficere. Itaque maximam pœnam exiſtimabant interdictionem ignis & aquæ Quum enim earum rerum vſu in hac vita nemo carere poſſit, perinde habebant, ac ſi eſſet is, qui eam ſententiam exceperat, morte multatus. Proinde Vlpian. in l. 1. de leg. 3. Hi, inquit, quibus aqua & igni interdictum eſt fideicommiſſum relinquere non poſſunt, quia neque teſtamenti faciendi ius habent, cum ſint ἀπόλιδες. Quod igitur ſupra in dict. Aqua & igni interdici legis, ne demum vltimo ſupplicio ſecundum Iuriſcoſſ. adfici, de poſteriorib. temporibus, quibus pœnæ capitales introductæ ſunt, accipiendum eſt. Vide Lactant. c. 10. lib. 2 Diuinat. Inſtit. Bud. item ad fin. annot. prior. Spieg.

INTERDICTA ſub edictis contineri, Bart. docuit: cuius tamẽ de interdictis diffinitio Alciato diſplicet. Spieg. Differunt Edicta ab Interdictis. Nam edicta generalia erant, non ſicut Interdicta perſonalia. l. 1. ff. de interdict. Quæ proponebant Prætores & magiſtratus, vt intelligerent ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, id eſt, de quibus rebus actiones & interdicta daturi eſſent, aut denegaturi, l. 2. §. eod. tempore. ff. de orig. iur. Interdicta vero propriè erant formulæ à prætore iudici Pedaneo inter duos de poſſeſſione contendentes datæ, quibus cognoſcendi pronunciandique ratione ei præſcribebat: vt ex Theophilo docet Duaren. lib. diſp. anniuerſ. 2. c. 19: vide & ſupra in voce edictum ab interdicto.

INTERDICTA ab edictis differũt in hoc quo diſtat ipſa actio ab edicto, quo actio promittitur, & rurſus, quo cauſa diſtat ab effecta. Vult. in comment. Inſtit. de interdict. n. 41. in prin.

INTERDICTA formulæ ſunt, quibus Prætor iubet aut vetat aliquid fieri, quæ dantur illi ad quem ea res pertinet, aduerſus eum cũ quo ille de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, vel iure aliquo ſuo aut publico contendit. Eadem dicta recte dixeris, vt l. 82. ff. de verb ſign. Cum prætor dicat, vt opus factum reſtituatur, id eſt, interdicat, interdicto puta, de operis noui nunciatione, vel quod vi aut clam, & quod in loco ſacro, ſancto, religioſove, & quod in flumine publico, ripave publica: &c.

&in

n

& in l. videmut, ff. de vſur. verbum reſtituas, quod in hac re prætor dixit, i. interdixit, interdicto fraudatorio ſc. & l. vlt. ff. de precario, recteque dici, Quod precario habes. Iuſtin. §. ſunt tamen. de interdic. Interdictum dici vult, quod inter duos dicatur. At illud ſcite magis quam vere: verius enim vt interlocutiones quod interim rogentur, vt loquitur l. 3. §. vlt. ff. de hum. lib. exhib. Vt Græci etiam ipſi verbo ἐξουσία vtuntur, quodque dicantur interim à prætore, quaſi momento valitura niſi ſecundum eum iudicetur: qui vtitur interdicto. qui ordo in actionibus non obſeruatur. Nihil ante actionem interim quod obtineat, dicitur, decernitur ve. Idem videtur Iſidor. ſenſiſſe lib. 5. c. 24 Alij interdictum à prohibitione duci volunt, quæ prætorum edictis plerunque inerat. Porro interdicta dicuntur fere omnia à primis verbis vnde incipiunt: vt, vti poſſidetis, de quo l. 1. ff. eod. & Feſtus Pompeius li. 10. Vnde vi. de quo idem l. 1. ff. eod & Cic. in orat. pro Cecinna. Sic Quorum bonorum, Quod legatorum, vtrubi, Quod vi aut clam, Quod precario, &c. Sunt & interdicta quæ ab inuentoribus nomen ſortiantur, vt Saluianum: Alia etiam, quæ à materia de qua in iis tractatur. Vt Ne quid in luco publico fiat, De locis & itineribus publicis, &c. Prat. Briſſ.

INTERDICTVM eſt cenſura eccleſiaſtica in pœnam contumaciæ vel offenſæ lata, arcens præcipue populum non communicari ſacramentis. Io. Andr. in tract. de interd. in pr.

INTERDICTA reddi olim ideo dicebantur, vt momentanea quadam cognitione dirimerentur controuerſiæ, præſertim poſſeſſionum. Item dicebantur pronunciari, in l. 1 §. nunciatio. ff. de oper. nou. nun. Item dicebantur edi. l. 2. in fi. ff. quod legat. Spieg.

INTERDICTI adpellatio obſcura eſt iis, qui rem ex antiquitate non ſatis fideliter perpendunt. Ecce autem: ſicut duplex cenſetur bonorum poſſeſſio: videlicet, Edictalis & Decretalis: ita docendi gratia ſtatuamur duplex hac conſideratione interdictum, ſc. Edictale, quod prætoris edictis præponitur, vt ſciant omnes ea forma poſſe implorari: & Decretale, quid Prætor pro re nata implorantib. decernit: ſicut noſtrorum magiſtratuum interdicta ſunt decretalia, exemplo edictorum prætoriorum, quoties hodie ad vſum rei incidentia adcommodantur. Et iſta obſeruatio magnam tibi lucem adfert, quoties legis iſtas voces, Prætor interdictum proponit. Item, Cum quo interdicit: ſcil. aduerſario Item, Sed ſimul veniant ad interdictum monendum. Item, Vim fieri interdicam: Cum tamen iam ſit propoſitum interdictum. Item quodlibet poſtulante, interdicitur l. prima ff. de loc. & itineribus publicis, l. 2. §. reſtituas ff. ne quid in locis vel itinerib. publicis fiat l. 1. ff. vt in flum. publ. & alibi ſæpe Oldend.

INTERDICTI in tit. ff. de interd. & releg. ſunt, quibus verbis patriæ, religionis ve alicuius interdictum eſt aditu: veluti ſi quis Roma abeſſe iubeatur à Conſule: vt L. Lamia eques Romanus, quem P. Gabinius conſul iuſſerat ab vrbe abeſſe, millia paſſuum ducenta. Item ſi cui à præſide Prouinciæ, veluti Siciliæ, aditu ſuæ prouinciæ interdicatur: cuius rei exempla ſuppeditant, l. 6. §. 4. l. 5. & 6. ff. eod. l. 8. ff. de teſtament. Prat.

INTERDICTORVM perſecutiones non ſolum ſecundum formã actionis, verum etiam ad imitationẽ antiquitatis inhibẽdo cum clauſula citatoria expediri & poſſunt, & ſolent. Ergo ſicut olim erat ingens vtilitas vti interdictis: quoniam tangebatur læſa aduerſarij conſcientia per mandatum Prætoris, & ſæpiſſime à moleſtationibus deſiſtebat, vt nullo alio ſumptu, & iudicio eſſet opus: ita & hoc ſæculo eadem vis eſt mandatorum iudicialium, quibus frequenter ſolent iniqui homines terreri: Quia ordinatio Dei eſt, & tacitã in ſe vim habet. Old.

INTERDICTVM pro prohibitione dixit Paul. lib. 2. ſent. tit. 20. Qui filiofamil. contra interdictum ampliſſimi ordinis pecuniam mutuam crediderit. Sic apud Horat. In ſermonibus interdicto huic adimat ius Prætor, id eſt, interdictione bonorum. Prat.

INTERDICTVM eſt modo edictum, modo decretum, modo actio, atque ita non vno & eodem modo definitur. Quatenus enim edictum eſt definitur interdictũ, eſſe edictum, quo Prætor ſe de poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione controuerſa cogniturum pro re nata in albo pollicitus eſt. Quatenus decretum aſt definitur decretum, quod Prætor facit de poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione in certa ſpecie, cum ſtatuit, apud quem poſſeſſio rei controuerſæ inter duos eſſe oporteat, interim dum litigabitur de proprietate apud iudicium pedaneum ad id cognoſcẽdum datum: & ad hanc ſignificationem interdicti definitiones Theophili Iuſtiniani, aliorumque Interpretũ colliment omnes. Quatenus denique actio eſt, nihil eſt aliud, niſi actio de poſſeſſione, vel quaſi rei controuerſæ litigantibus à prætore accommodata. Vult. in comment. Inſtit. de Interdictis, n. 38 & ſeq.

INTERDICTVM eſt decretum Prætoris, ad tempus, h. e. interea dum principalis cauſa diſceptetur, interpoſitum, ex quo intelligi debet inter Decretum & Interdictũ tantundem intereſſe, quantum inter genus & ſpeciem, nam decreta alia perpetuæ, alia temporalis iuriſdictionis cauſa interponuntur, illa ſuum nomen retinent, hæc interdicta nominãtur, qui inter illa duo tempora interiiciuntur, neque diſplicet, vt quomodo alluſionis cauſa Veteres in Teſtamento mentis teſtationem, in Sacello ſacram cellam notabant: ſic in interdicto, interim & dictum (verbi vim potius, quam etymologiam attendentes) notemus. Simul & illud conſtat, quemadmodum Interdicere eſt plerũque prohibere, vt interdicere bonis, interdicere aqua & igni: ſic illa decreta eo magis interdicta nominata eſſe, quia magna ex parte prohibitoria ſunt: ſi minus, verbis & formola, vt quidem ipſa & effectu ac facultate. Tribus autem de cauſis inſtituta reperio, Prima eſt, ad vim vlciſcendã & coercendã, nam qui vi quid fecit, vſq; eo coercetur, vt quamuis id iure fecerit, tamẽ interdictũ aduerſus eum detur: vt l. 1. §. 2. ff. de itin. actuq; pri. l. 1. ff. de fonte. l. 1. de cloac. & alibi perſæpe. item qui vi de ſuo deiectus eſt, vel prohibitus ad ſuũ accedere ſi in rẽ actionẽ inſtituerit, tametſi ea ratione aduerſariũ poſſeſſorẽ conſtituat, tamen interdicto vti, & per illud poſſeſſionẽ perſequi non prohibetur, quod ſane ius quoddam ſingulare eſſe conſtat in odiũ vis illatæ cõparatum, l. cum fundũ 18. vlt. ff. de vi, & vi ar. l. naturaliter §. 1. ff. de acq. poſ. vbi is qui egit in rem, poteſt tamen interdicto Vti poſſidetis vti: quia nõ videtur VTI POSSID. tenũtiaſſe, qui in rẽ egit. quomodo exiſtimaui aliquando illo in loco legendum eſſe. Altera cauſa eſt, propter commodum poſſeſſionis, veluti vt is cui colonus res ſuas obligauit, poſſeſſionem adipiſcatur: quamuis Seruiana vel certi condictione agere poſſet, ſic ſuperficiarius eiuſdem habet actiones, ſed quia melius eſt poſſidere potius, quam in perſonam experiri, propterea interdictum proponitur l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic. Tertia cauſa eſt, propter proprietatem vti docet Paulus in l. 2 §. quædam ff. de interdict. vbi ait, ea interdicta quæ rei perſecutionem continent, proprietatis cauſam continere, & ea quæ ad rem familiarem pertinent, proprietatis, non poſſeſſionis cauſam habere Hotom.

INTERDICTVM eſt, ὁμιλία, id eſt effatum Prætoris indicãtis, de ſola poſſeſſione vel quaſi. Huiuſmodi ὁμιλία οὐ τέμνει τὴν ὑπόθεσιν id eſt, non decidit cauſam proprietatis, ſed ῥυθμίζει τὴν δίκην, i. informat iudicem, ad quem litigatores remittũtur, quis litigantium futurus ſit actor, quis reus, non eſt effatum Prætoris iudicem inſtruentis, quemadmodum in cauſa poſſeſſionis ſit iudicandum, quod male exiſtimat Duaren. 1. diſp. 20 Et ita intellige Theoph. Inſt. de interdict. Ideoque interdictum eſt ordinatio ſiue rhythmus futuri de proprietate iudicij Cuiac. Cod. eod. Hinc conſtat Interdicta non ideo dici, quod inter duos dicantur, ſed quod interim, dum de proprietate litigatur, reguntur, l. 3. ff. de lib. exhib. vt interdicta ſint interlocutiones & ſententiæ Prætoris latæ in cauſa poſſeſſionis. Notandum eſt interim nulla interdicta de proprietate ſola plura de poſſeſſione ſola, quædam partim de poſſeſſione & proprietate reddi: vide Cuiac. eod. Formula interdicti ea erat: vnde tu vi illum deiecisti, eo reſtituas. actionis hæc ſi pater illum dare oportere vide Cuiac. 5. obſeru. 7. Goth. ad rubr. ff. de interdict. ſiue extraord. act.

INTERDICTA vnde vocata ſint, vel nomen acceperint, autores variant. Inſtitutionum architectus arbitratur ſic appellari, quod inter duos dicantur. Sed hoc, vt Ferrar. Inſtit. de interd. admonet, eſſet nimis remote atque improprie verbũ aliorſum detorquere Quaſi ipſe, vt & alij quamplurimi, puta dicta ab interdicendo, h. e. prohibendo & vetando, ſicuti vulgo dicere ſolemus interdicere aqua & igni, & interdicere bonis, loco, ciuitate ac patria: Idq; ea de cauſa, quod interdictorum prima prohibitoria fuẽre, aut omnibus tacita quædam prohibitio inſit. Nam prætor ſi quando ei quæ vt de poſſeſſione fundi deiectus ſit, reſtitui poſſeſſionem iubet, tamen prohibet ne poſſeſsionem vi occupatam diutius detineat, vimq; faciat l. pen. §. cum prætor ff. ne quis &c. Item ei qui libertos exhibere iubetur, ne exhibendos detineat & ſic vim faciat, prohibetur. Et hoc eſſe videtur, quod Vlp. nonnulla interdicta mixta eſſe ſcribit, prohibitoria ſcilicet & exhibitoria, l. 1. & 3 ff. de lib. exhib. Eaque ſententia eo veroſimilior videtur quod ipſemet imp. in §. ſumma, Inſt. de interdictis refert, fuiſſe qui putarent proprie interdicta ea vocari, quæ prohibitoria ſint, quia interdicere ſit denunciare & prohibere, reſtitutoria autem & exhibitoria, proprie decreta vocari. Andreas Alciat. in l. 178. pecuniæ verbum, §. actionis, ff. de verborum ſignificat. Interdicta dici tradit quaſi interim dicta, cum enim poſſeſsionem reſpiciant, totam litem non perimunt, quin de dominio quæri poſſit. Quapropter & præiudicia quandoque appellantur. Interdicere autem apud veteres id ſignificaſſe, quod interim dicere Ciceronis ad Herennium lib. 2. cap. 11. autoritate comprobat. Franciſcus autem Hotomannus dict. tit. de interd. §. ſequitur, exiſtimat. decreta prætoris certa, & vt ita dicam imperioſa ab antiquis interdicta nominata eſſe: ſiquidem particula, Inter, nonnunquam ab antiquis augendi & amplificandi cauſa vſurpata fuit, veluti cum dicimus: Interficere, interimere, internecio. Sic Donat. in illud Terent.

C. Quis iſthic? P. Dauus? C. Dauus? P. Interturbat: inter, inquit, modo ſignificat nō mediocritat, eſt enim adauctiua particula. Sic ergo & interdicta à ICtis vocata, ea eſſe, quæ iis de rebus interponi ſolerent, quæ cum priuatæ non eſſent, iudicis priuati hominis arbitrio diſceptandę non eſſent, ſed magiſtratus imperio & cognitioni relinquendæ. Nam rebus paulo attentius conſideratis, earum tria videntur genera. Sunt enim aliæ ſacræ & religioſæ, aliæ publicæ, aliæ de vi, quæ quidem in poſſeſſionum controuerſiis vel facta eſſet, vel ne fieret, cauendum videretur. Nam priuatas ad res, & rei familiaris controuerſias, actiones accommodatæ ſunt. At ſi quis loco vel ſacro, vel religioſo, vel publico, veluti flumine, aut ripa, quid feciſſet, quod eius loci ius imminueret: item ſi qua vis in pacata & libera ciuitate committerentur, ęquum fuit, Prętorem ipſum, imperium ſuum interponere. Qua de cauſa cum alia decreta prætoris iudicio & prudentiæ pro re nata concipienda relicta eſſent: tamen hæc digna viſa ſunt, quæ non modo certis verborum formulis conciperentur, & vti concepta erant à Prætore pro tribunali pronunciarentur, verum etiam totidem verbis in edictum referrentur, adictique Prætorij pars quædam eſſent, vti patet ex l. 1. C. de Interd. & omnib. inſcriptionib. libri Pandectarum 41. vt iam quæ inter actiones & interdicta, tum ſimilitudo tum differentia ſit, exiſtimare aliqua ex parte poſſimus. Nam ex vtriuſque formulæ certæ conceptęq; in edictum Prætoris relatæ fuerunt: ex vtriſque iudicia recuperatoria naſcebantur: interdum etiam conſtituebantur. Vnde illa in edicto, vnde vi, & de vi arm. VNDE TV ILLVM DEIECISTI, DE EO QVOD IBI TVM HABVIT, &c. IVDICIVM DABO. & l. 1. ff. ne vis fiat ei: Si quis dolo malo fecerit, &c. in eum in factum iudicium dabo. Quin etiam videmus frequenter, id quod paulo ante Interdictum appellatum eſt, continuo poſt modo Actionem, modo Iudicium appellari: vt l. 15 qui s. §. ſi fundus, ff. quod vi aut clam. Ipſe vtile interdictum habebit, ſed eam actionem præſtare cogetur. Verum hoc ita ſæpe occurrit, vt plura hoc loco exempla commemorare nihil neceſſe ſit: præſertim cum Vlpia. in l. actionis, ff de oblig. & act. ſcribat. Interdicta etiam actionis verbo contineri. Hot. Differebat autem Interdictum ab Actione, quia ſolēnitas actionum erat inducta de iure ciuili. Interdictum autem à iure prætorio. Vel ſecundum Azonem quia in actione verborum ſolennitas non formabatur in ſingulorum perſonis, ſed erant generaliter in omnium perſonis formata ſolenniter verba. In interdictis autem, quot erant homines, qui volebant eam proponere, tot iis deſiderantibus & petentibus formabant ſolennitates, vel conceptiones, quibus contra ſuos aduerſarios in cauſis ſuis vtebantur, quas interdicta vocabant, de hoc not. Inſt eod. tit. in princ & ff. eod. ſuper rubr. Hodie autem inter Actiones & interdicta, nulla eſt differentia, vt Inſt. eod. tit. §. fin. Interdictum igitur eſt actio in factum prætoria, id eſt à prætore inuenta. Vide Vult. in comment. Inſtit. de interdictis, in princ. n. 41.

INTERDICTORVM & actionum hæc differentia eſt, ait Goth. ad l. 1. §. ſi ſeru. vind. In actionibus de iure quæritur principaliter, in interdictis de facto ſeu poſſeſſione.

INTERDICTORVM autem variæ ſunt ſpecies, 1. Quædam enim ſunt, in quibus de dominio, & proprietate, ſeu iure quæritur: vt de itinere actuque priuato, de arboribus cædendis, l. 2. §. quædam, ff. de interdi. l. 3. §. hoc autem, ff. de itinere actuque priuat. l. 1. ff de arbor. cæd. Quædam in quibus de proprietate & poſſeſſione, vt ff de aq. quot. & æſt. l. 1. § ſi. Quædam in quibus de poſſeſſione ſaltem. Inſt. de interd. §. ſequens diuiſio. Et huius Interdicti poſſeſſorij tria ſunt membra: quia aliud eſt, Adipiſcendæ, aliud Recuperandæ, tertium Retinendæ. Primum competit ei qui non fuit ante nactus poſſeſſionem, & illud eſt triplex. Quorum bonorum. Quorum legatorum, & Saluianum: de quibus infra ſuo loco. Secundum Recuperandæ ſcilicet poſſeſſionis, & hoc triplex eſt: nimirum. Vnde vi de poſſeſſione immobili, vt bonorum raptorum ſpoliatoria mobili, &. Quod vi aut clam, contra eum qui in ſolo alicuius ædificauit. Tertium ſcilicet pro retinenda poſſeſſione, duplex eſt. ſcilicet vti poſſidetis, & vtrubi; de his vide gloſſam quartam & ſeptimam in cap paſtoralis, de cauſa poſſ. & propr. vbi plene, & nota gloſſam optimam & magiſtralem in l. ſi quis in tantum, C vnde vi.

INTERDICTORVM quædam reſpiciunt religionem, quædā vero ius humanum. Religionem reſpicientia ſunt, de mortuo inferendo, de ſepulchro ędificando, ne quid in loco ſacro fiat vel immittatur, l. 2. §. 1. ff. de interdict. Quę humanum ius reſpiciunt: rurſus aliam diuiſionem faciunt.

INTERDICTA enim humanum ius reſpicientia, aut ſunt publicæ, aut priuatæ vtilitatis. Publica interdicta nouem ſunt in vniuerſum aut ſecundum Spec. tract libel. tit. de cauſa poſſ. & proprietatis, §. quia vero. Alia omnia ſunt interdicta priuata, quia propter priuatam vtilitatem inducta, & ſunt in toto 28. ſecundum Spec. ibi. § priuata.

INTERDICTA omnia aut ſimplicia ſunt, aut duplicia: Simplicia, ea ſunt, in quibus actor à reo facile diſtinguitur, vt in reſtitutoriis & exhibitoriis interdictis, & etiam in aliquot prohibitoriis, §. Summa. Inſtit. de interdict. Duplicia vero ſunt ea, in quibus vterque actoris & rei partibus fungitur: quo in numero ſunt vti poſſidetis, & vtrubi interdicta. §. retinendæ. Inſtitutio de interdictis. In illis etenim vterque actor eſt & reus. Quod ſic eſt accipiendum, vt ſi is qui ad iudicium prouocatur, de ſua poſſeſſione non docuerit, à reo tamen poſſeſſionis probationem exigimus, alioqui res apud iudicem tanquam vacans remanebit. Faber hic notatur in l. in tribus, ff de iudic.

INTERDICTA aut ſunt prohibitoria, aut reſtitutoria: aut exhibitoria. Prohibitoria ſunt ea, quibus prætor aliquid fieri prohibet, cuiuſmodi eſt retinendæ poſſeſſionis interdictum. Et etenim qui poſſidet, prætor vim fieri prohibet. §. retinendæ Inſt. de interd. vbi notatur Theophilus hic circa mediū. Eiuſmodi eſſe interdictum de mortuo inferendo, deque ſepulchro ædificando, toto tit. de mortuo inferendo. ff. Etenim ſi is, cui ius erat mortuum inferendi, ſuo iure vti prohibeatur: hic interdicto huiuſcemodi adiuuari poterit. l. 1. §. prætor ait, ff. de mortuo inferendo. Eiuſmodi eſt & interdictum, quo aliquid in loco ſacro, toto tit. ne quid in loco ſacro fiat, aut itinere publico, tot. tit. ne quid in loco publico: aut flumine publico: tot. tit. ne quid in flumine publico fieri prohibetur. Eiuſdem notæ eſt interdictum illud, quo creditores miſſi in poſſeſſionem debitoris, à prætore in ſua poſſeſſione ſeruantur, tot. tit. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt. Sunt & reſtitutoria quædam interdicta, quibus nobis poſſeſſio reſtitui iubetur, hoc textu in verbo, Reſtitutoria, cuiuſmodi eſt, vnde vi interdictum l. 1. C. vnde vi. l. 1. ff. de vi & vi arm. & interdictum quorum bonorum: quod qua ratione reſtitutorium ſit, Accurſius ſatis recte hoc loco proſecutus eſt, gloſſ. in verbo bonorum, circa fin. quam ſequitur Faber. & Aretin. Sunt & alia interdicta exhibitoria, quibus liber homo, qui ab alio inuitus detinetur, exhiberi cogitur, l. 1. ff de libero homin. exhib. Eiuſdem notæ eſt interdictum de liberis exhibendis, quo pater filium, qui ab alio detinetur, exhiberi poſtulat, petitque, vt filij deducendi libera facultas concedatur. Parum etenim fuerit filium exhibitum eſſe, niſi & eum nobis deducere concedatur toto tit. de liber. deducen. & exhibend. Bart. & ibi gloſſ. in l. 1. per hanc, ff. de rei vindic. communiter interpreter in §. præiudiciales, Inſtit. de act. & l. 3 de liber. exhiben. Briſſ. Vult. in comment Inſtit. de interdict. §. 1. n. 1.

INTERDICTORVM quædam annalia ſunt, quædam perpetua, l. 1. ff. de interd. ſeu extraord. action.

INTERDICTORVM quædā concepta ſunt in præſens, quædam in præteritum. Vult. in comment. Inſt. de interd. in pr. n. 48.

INTERDICTVM de aqua quotidiana & æſtiua ei datur, qui aquam, quam anno proximo duxit, ducere prohibetur: dummodo iure vti ſe putet, aut ſine vitio eodem anno duxerit. Eſt prohibitorium, & reſtitutorium, pertinetque ad aquam non modo quo agris, verum etiam quæ nobis vrbaniſque prædiis vſui ſit. l. 1. & paſſ. ff. de aqua quot. & æſtiu. Sed adiungitur his aliud hoc titulo interdictum prohibitorium. de aqua publica, quæ ex caſtello, id eſt, diuidiculo aquarum publico ducitur permiſſu principis: quod tamen non ad poſſeſſionem, ſed ad tuendum ius aquæ pertinet magis, quam princeps aſſignauit atque de iure, non de facto eſt. Piat.

INTERDICTVM de aqua caſtello ducenda, datur habenti ius autoritate publica ducendi aquam de canali vel caſtello, quod eſt diminutiuum à canua, ad irrigandum. Vide Specul. ff. de aqua quot. & æſtiu. l. 1. §. ait prætor a. §. 3 & ſeq. vſque ad fin. l. vbi dicitur. Hoc interdictum neceſſario propoſitum eſt. Nam quia ſuperiora interdicta ad eos pertinent, qui à capite ducunt, &c. æquiſſimum viſum eſt ei quoque qui ex caſtello ducit (id eſt, ex eo receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit) interdictum dari, idque à principe conceditur, alij nulli competit ius aquæ ducendæ. Vide ibi pulchrum textum. Caput autem aquæ illud eſt, vnde aqua naſcitur. Si enim ex fonte naſcatur, vt duci poſſit, ipſe fons dicitur caput: Si ex flumine vel lacu: prima incilia vel principia foſſarum, quibus aqua ex flumine, vel ex lacu in primum riuum compelli ſolet, capitis appellatione continentur. Caſtellum vero receptaculum eſt, quod aquam publicam ſuſcipit arte quadam in hoc conſtructum. Interdicta priora de aqua cotidiana & æſtiua, loquuntur de aqua ducta à capite ſeruitute priuatim conſtituta: hoc vero ad illos pertinet, qui ex caſtello ducunt autoritate publica. Oldend.

INTERDICTVM de aqua pluuiali arcenda, de aqua pluuia: imo non eſt interdictum, ſed actio ciuilis deſcendens ex l. 12. tab. vt ff. de aqu. plu arcend. l. ſi vſusfructus, & ibi not. ſuper verbo legitima, vbi allegatur l. Labeo, ff. de ſtat. liber. Et dicit ibi text. Sed etſi fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluuia alicui noceat, erit quidem actio legitima cum domino proprietatis, an vero etiam vtilis in fructuarium actio aquę pluuię arcendæ ſit danda, quæſitum eſt: & magis eſt vt datur, ſupple dicendū. Si ergo facis aliquod opus in fundo tuo, propter quod

aqua

aqua pluuialis nocere poteſt fundo vicini tui, datur contra te actio aquæ pluuiæ arcendæ, per quam tuis expenſis opus tenetis deſtruere, & damnum contingens emendare. Si vero poſſideas opus ab alio factum, teneris patientiam præſtare, vt deſtruatur, arg. l. 1. & 2. §. 3. in fin. & l. ſi tertius colonus, alias, vicinus, §. Celſus ſcribit, ver. ſi quis alius. ff. eo. tit. & Spe. Et dicit Vlp. in l. 1. in prin. ff. eod. Aquam pluuiam dicimus, quæ de cœlo cadit & quæ imbre excreſcit ſiue per ſe hæc aqua cœleſtis noceat, ſiue cum alia mixta ſit. Et ſequitur ibi ſtatim: Hæc autem actio locum habet in damno nondum facto, opere tamen iam facto, ex quo damnū timetur, l. 1. §. 1. ff. de aq. pl. arc. Atqui §. in hoc iudicium, ff. eod. tit. toties[que] locum habet, quoties manufacto opere, agro aqua nocitura eſt, i. e. cum quis manu fecerit quo aliter flueret quam natura ſoleret, ſi forte mutando (alias immittendo) eam aut maiorem fecerit, aut citatiorem vel rapidiorem aut vehementiorem, aut ſi comprimendo redundare fecerit eam. Nam ſi natura aqua noceat, ea actione non continetur & in ea l. dicitur: De eo opere, quod agri colendi cauſa aratro fit, Qu. Mutius ait non competere hanc actionem. Sciendum autem actionem aquæ pluuiæ arcendæ non in rem, ſed perſonalem eſſe, l. ſi tertius, ff. de aqu. & aq. plu. arc. Old. Recte quidē: Veruntamen cum ante ſuſceptum iudicium poſſeſſorem ſequatur, oportet eam in rem ſcriptam cenſeri, l. emptor. l. poſt vendit. ff. eod. tit.

Interdictvm de arboribus cædendis duo capita habet: primū vt arbores ædibus alienis impendentes adimantur: ſecundum vt agro vel ruri alterius impendentes ſuccidantur: quorū duorum capitum, vt Vlp. inquit, differentia hæc eſt. Siquidem arbor ædib. impendeat: ſuccidi eam præcipitur. Si vero agro impendeat: tantum vſq; ad quindecim pedes à terra coërceri. Et hoc interdictum prohibitorium eſt. Si autem arbores ædibus alienis impendeant, vtrum totas iubeat Prætor adimi, an vero id ſolum, quod ſupra exiterit? Rutilius ait à ſtipite excidendas: idque pleriſque videtur verius. Et niſi adimeret dominus arborē. Labeo ait, permittī ei, cui arbor officit, ſi velit, ſuccidere eam, ligna[que] curtare, vt eſt textus in l. 1. §. hoc interdictum, ff. eod. tit. Non ſolum autem domino ædium: ſed etiam ei, qui vſumfructum habet, competit hoc interdictum, vt ibi. Old. illud tamen obſeruandum eſt, non antea recte conueniri dominum hoc iudicio, quam vbi admonitus vt adimat, recuſauit adimere Quamobrē Bart. huius admonitionis probandæ gratia conſulit inſtrumentum eſſe ſcribendum, l. 1. §. ait Prætor. ff. de arb. cæd. Huic autem conforme eſt

Interdictvm de arboribus collucandis & ſublucādis. Sublucare autem eſt compeſcere luxuriem ramorum, quod vſq; ad 15. pedes vt fiat definitum eſt, à terra videlicet. Sublucare enim eſt veluti ſubtus lucem mittere. Collucare vero eſt vel ſuperiores ramos lumini officientes ſuccidere, vel ipſam arborem ex ſtirpe penitus excindere. Cuiac. recept. ſen. li. 5. c. §. arbor.

Interdictvm de cloacis ad vrbanas referri debet, nec ad retinendam poſſeſſionem datur, qua de re prætori interdicere dedignatur, l. 1. ff. vti poſſ. Sed quod maxime pertinet ad publicā ſalutem ſecuritatemque, ad reficiendas & purgandas Cloacas: in quo hoc proprium eſt, vt detur etiam ei qui ab aduerſario vitioſe poſſidet. Eſt autem prohibitoriū & de cloaca priuata. Sed eſt & aliud prohibitorium & reſtitutoriū de publica. Ne quid fiat in cloac. publ. & ſi quid in ea re factum erit, quo vſus eius deterior ſit, fiat, vt reſtituatur. Vide l. 1. de Cloac. Pr.

Interdictvm de fluminib. prohibitorium & reſtitutoriū eſt, & aduerſus eum competit, quicquid in flumine publico ripáve eius facit aut immittit, quo ſtatio iterve nauigio deterior ſit. l. 1. ff. de fluminibus. Quod & de mari intelligendum eſt, ſi quid in eo fiat, vt litore quo portus, ſtatio, nauigatioque deterior ſit, fiat, & in flumine non nauigabili, ſi quid fiat, quod exareſcat, vel aquæ curſus impediatur: non ſi in torrente, id eſt, quod flumen hybernum dixit Horatius, Prat.

Interdictvm de fonte eſt, quo is qui fonte alióve loco, vnde aqua viua naſcitur, quo anno proximo ſine vitio vſus eſt, vti prohibetur, adiuuatur l. 1. ff. de font. Prat. Hoc interdictū proponitur ei, qui fontana aqua vti prohibetur, ſiue haurire, ſiue pecus ad eam appellere. l. vnica præallegat. in princ. Et de iſtis omnibus ſeruitutib. datur hoc interdictum, ſi tamen perpetua ſit cauſa, vt colligitur ex §. 1. d. l. vnic. & §. hoc interdictum de ciſterna. in ver. deniq; à cōtrario ſenſu. Non autē datur reſciſſoria actio. vt d. §. hoc interdictū, vbi dicunt, quod de ciſterna non competit. Nam ciſterna nō habet perpetuam cauſam, nec viuam habet aquam, ſed locus eſt ad colligendum aquam pluuiam aptus, l. 1. §. hoc interdictum, ff. de fonte. inde ſic dictum quod ſit ciſ, h. e. infra terram. Ex quo apparet in his exigendū vt viua aqua ſit. Ciſternæ autem imbribus concipiuntur. Cætera vide in d. l. vnic. ff. de fonte. vbi dicitur in §. 1. de laco puteo, & piſcina reficiendis, purgandis, interdictum competit, & omnibus perſonis datur, quibus illud de aqua æſtiua. Old.

Interdictvm fraudatoriū dicitur, quo Prætor ea quæ in fraudem cuiuſpiam geſta erant reſcindit, veluti pupilli, aut creditorum Papi. l. 96. ff. de ſol. Sed & interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenebitur. Valēs l. 67 ff ad SC. Trebel. Etiā eo tempore, quo creditorum fraudandorum conſilium inibis, circa periculū interdicti fraudatorij, hæreditatē inſpectā adibis. lic, Vix fraudatario interdicto locus erit. Hot. Prat. Huic

Interdicto etiam locus eſt, vbi debitor rem alienam alienauerit l. pupilli debitor. ff. de ſol. Et in debitore fiſci & ciuitatis, l. ſatis notum, C. in quib. cauſ. pig. tex. l Moſis, in prin. ff. de iure fiſci, l. 2. vbi Bart. not. C. de debit. ciuit. lib. 11. Idem & in eo, qui cum hæreditatem reſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, rogatus erat, bona aliquot alienauit, in Auth. Contra rogatus in verbo, aut deficiente. C. ad Trebell.

Interdictvm de glande legenda prohibitorium eſt, & competit ei, cuius ex agro glans, i. e. fructus cuiuſuis arboris, in alienum decidit, vt ei tertio quoque die legere auferreve glandem ſuam liceat, l. 1. ff. de gland. leg. Frontinus maluit fructum quam glandem dicere. Prat.

Interdictvm de in possessionem misso, datur ei, qui dolo malo fecerit, quo minus qui permiſſo Prætoris, eiúſve cuius ea iuriſdictio fuit, in poſſeſſionem bonorum ſit miſſus l. 1. ff ne vis fiat ei. Prat. ex Hot.

Interdictvm de itinere actuq; priuato reſtituendo prohibitorium, ad tuendas tantummodo ruſticas ſeruitutes, datur contra prohibentes aliquem vti ſeruitute ſua. vt ff. eo. tit. l. 1. § 1. & datur confeſſoria contra negantem ſeruitutem, vt l. § forte § ſciendum. ff. ſi ſer. vend. Et etiam aduerſus eū, qui aliū iniuſte prohibet ſua vti ſeruitute. In eo etiam tunc datur confeſſoria. vt d. §. ſciendum l. præalleg. Vnde datur mihi, quia in itinere, actu vel via priuata vſus ſum hoc anno triginta dieb. non vi, non clam, non precario. Idque in quacunque anni parte, præſente aut præterita, vt ff. eod. tit. l. 1 §. hoc interdicto, & hoc ſi fuerit iure ſeruitutis, alias ſecus, vt ff de aqu. plu. arcen. l. 1. in fin. & ideo à te non debeo prohiberi, quo minus vtar interim, vel tanto tempore, quoad vſque de ſeruitute conſtet. Ait enim Prætor. Quo itinere, actuque priuato de quo agitur, hoc anno nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario vſus es, quo minus ita vtaris, vim fieri veto, vt ff. eod. tit. l. 1. in pr. Old. Datur autem non ſolum ei, qui ſuo nomine & per ſe ipſum vſus eſt itinere, vel actu: Verum etiam qui per colonum, aut hoſpitem aut alium amicum id non ignorantem vtitur, l. 1. §. Is cui colonus, & l. 3. §. vti videmur, ff. eod. tit.

Interdictvm de libero homine exhibendo competit vnicuique de populo ad petendum in publicum hominem liberum, contra & aduerſus eum, qui liberum hominem inuitum captum dolo malo detinet in ſeruitute. Et proponitur hoc interdictum tuēdæ libertatis cauſa, videlicet ne homines liberi retineantur à quoquam, pro exhibitione facienda, vt homo producatur in publicum, & tangendi videndique hominis facultas præbeatur. Et exhibere eſt extra ſecretū habere. ff. eod. tit. l. 3. §. Ait prætor. hoc etiam interdictum competit aduerſus abſentem, vt in l. præalleg. § 1. & à quocunque hoc interdictum proponi poteſt, quia cuilibet de populo competit, & cuiuſlibet intereſt ne hoc fiat. Nemo enim prohibendus eſt libertati fauere, vt ea l. §. Hoc interdictum 1. & nihilominus lex facit accuſari. vt eo. tit. l. 2. in pr. vbi textus inquit. Quem liberum dolo malo retines, exhibeas, & ff. Ad l. Fauiam de plag. l. Non ſtatim, § fin & C. eo. tit. l. ſi fratrem. Oldend.

Interdictvm de liberis exhibendis eſt quo is qui filiumfa. apud ſe quauis ex cauſa retinet, eum patris voius poſtulatu exhibere cogitur: niſi ſi honeſti matrimonij dirimendi cauſa pater filiam nuptam deſideret. l. 1. ff. de lib. exhib. Hot.

Interdictvm de liberis exhibēdis ſeu deducendis datur patribus vel parentib. cōtra eos, qui liberos vel nepotes in poteſtate eorum exiſtentes, ſiue eorum voluntate detinent. Vnde l. 1. ff. eod. tit. ſic ait: Ait Prætor, qui quæve in poteſtate Lucij Titij eſt, ſi is eáve apud te eſt, dolóve malo tuo factū eſt, quo minus apud te eſſet, ita eum eámve exhibeas. Hoc interdictū, & illud de vxore deducenda non ſolum ſunt exhibitoria, ſed etiam deductoria ſeu deductiua, quia per ea vxor & liberi non tantum exhibentur, ſed etiam deducuntur, vt ff. eod. tit. l. 3. §. 1. Et de interdicto de vxore poſtea dicetur. Old. De hoc etiam interdicto, quibus perſonis illud competat, quibus non, vide Cuiac. Iul. Paul. recept. ſent. lib. 5. tit. 6 §. Bene concordans.

Interdictvm de loco publico fruendo eſt publicæ vtilitatis cauſa propoſitum, quia tuentur vectigalia publica, quo prohibetur quis vim facere ei, ſociόve eius, qui conduxit locum publicum fruendum, ab eo, qui locandi ius habuit, quo minus loco publico ſibi frui liceat ex lege locationis vel conductionis, vt hæc habentur in l. 1. §. 1. & in prin. ff. de loc. pub. fru. aduerſus eum qui vim facit ſeu prohibet conductorem frui loco publico, ſiue ipſe procurator rerum publicarum id faciat, ſiue alius.

Interdictvm de loco ſacro aduerſum eum datur, qui in ſacro loco aliquid fecit, immiſit, vt id reſtituat, l. 1. ff. ne quid in loc. ſacr. Prat. ex Hot.

Interdictvm de migrando datur aduerſus locatorem eiúſve hæredes inquilino, vt ipſe liberè cum rebus ſuis poſſit de ha-

Digitized by Google

bitatione migrare, ſi tamen locatori ſatisfaciat, & de penſione totius temporis, vt ff. eo. tit. l. 1 §. ſi penſio. & de damno ſi quod in domo conducta dederit. Sed etiam gratuito inquilino datur, colono autem non datur, vt ff. eod. tit l. 1. §. 1. Sed alias ei iuxta nidinem iudicis ſubuenitur, ſi velit non dico migrare, ſed colonariam poſt tempus exactum derelinquere. Dicitur enim in textu: Hoc interdictum proponitur inquilino, qui ſoluta penſione vult migrare. Nam colono non competit, cui etiam extra ordinem ſubueniri poteſt officio iudicis, vt tanto celerius expediatur cauſa migraturi. l. 1. §. 2. ff. de migr. Ergo infrequens eſt hoc interdictum. Si tamen gratuitam quis habitationem habet: hoc interdictum vtile ei competit. Old.

INTERDICTVM de mortuo inferendo habet locum, vt quis non prohibeatur mortuum inferre & ſepelire, quo licet ei inferre & ſepelire, vt ff. de mortuo infer. l. 1. in prin. vt ſi in via prohibeatur vel ſepulchrum ædificare, vel lapides ad ædificandum per fundum ducere, vt ff. eod. tit. l. 1. §. Prætor ait, & §. Si iter mihi §. Vim habere. & §. fin. &c. Olim enim quo quiſque vellet, poterat inferre mortuum & ædificare ſepulchrum, modo id in ſuo faceret, ſine alterius detrimento & extra ciuitatem. l. 2. in princ. & §. 1. ff. de relig. &c. Old. & Prat.

INTERDICTVM momentaneæ poſſeſſionis eſt, quo agitur de poſſeſſione retinenda, ſicut Vti poſſidetis, vt ff. Vti poſſ. l. 1. §. 1. & Vtrubi. de quib. infra dicetur, vel quo agitur de poſſeſſione adipiſcẽda, vt ff. Quorum bonorum, l. 1. § 1. vt eſt, Quorum bonorum, Quorum legatorum, vel quo agitur de poſſeſſione recuperanda, vt Vnde vi. ff. eod. tit. l. 1. §. 1. Et dicũtur momentaneæ poſſeſſionis: quia licet obtineat aliquis in poſſeſſione, tamen continuo elapſo momento, ſuccumbere poterit in iudicio proprietatis, vt C. Si de momen. poſſeſſ. fuerit appell. l. 1. Et quod hæc ſint interdicta momentaneæ poſſeſſionis, dic vt not. C. qui legit. perſo. habent in iudicio ſtandi, l. Momentaneæ. Et naturam illorum prædictorum proſequere. vt not. in c. Paſtoralis de cauſ. poſſ. & prop. inſt. de interd. per tot. prout etiam ſupra dictum eſt, in prin. de interdictis. Hoc autem interdicto poteſt quilibet minor etſi impubes ſit, etiam ſine tutore vti. ff. Vnde vi. l. 1. § ſi filius. Old.

INTERDICTVM autem momentaneæ poſſeſſionis, aut ſceleris reformatio, vt annotat Cuiac. in l. ſi coloni. C. de agric. & cenſ. lib. 11. omnem rationem ſignificat repetendæ poſſeſſionis vi, vel alio modo perturbatæ, & ideo non tantum interdictum vnde vi, ſed & interdictum de tabulis exhibendis: itidem interdicta vti poſſidetis, Vtrubi, Saluianum, quorum bonorum ex ſententia Pauli comprehendit.

INTERDICTA noxalia ſunt ea quæ ob delictum eorum, quos in poteſtate habemus, dantur, veluti cum deiecerunt, aut vi aut clam opus fecerunt, l. interdicta ff. eod. tit.

INTERDICTVM ne quid in loco ſacro fiat, & ſequentia, omnia huiuſmodi dantur cuilibet ex populo ad prohibendum ne fiat. Contra quam prohibitionem ſi quid factum fuerit, interdicto. Quod vi aut clam, ſuis ſumptibus vel deſtruere cogetur omne quod factum fuerit, aut in priſtinum ſtatum reducere, vel reddere tenetur, vt ff. ne quid in loco public. l. 2. §. Ait Prætor quod in via. Hoc autem verum eſt de hoc quod ipſe fecit vel mandauit, alias ſecus eſſet: vt ff. Quod vi aut clam. l. Alios. Vbi hæc interdicta locum habeant, ſignificatio ipſorum nominum denotat, vt pupillaris actio eſt, quæ ius pupilli tuetur, vt ff. de pupill. act. l. 1. Et dic ibi in rubr. ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi quis illud. Et dantur etiam ad intereſſe, vt ff. Ne quid in loco publ. l. 1. §. Old.

INTERDICTVM ne quid fiat in loco ſacro, de loco ſolum ſacro non ſacrario cõperit, l. 1. Et quod ait Prætor. Ne quid in loco ſacro fiat: non ad hoc pertinet, quod ornamenti cauſa fit, ſed deformitatis cauſa vel incommodi eſt, vt l. 1. §. quod ait ff. eo. tit. vbi etiam l. ſecunda dicit: In muris itemque portis, & aliis ſacris locis aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur, l. 2 Ne quid in loco ſact. ſi. Old.

INTERDICTVM ne quid fiat in loco religioſo, patet ſimiliter.

INTERDICTVM ne quid fiat in loco publico vel itinere, interdictum prohibitorium eſt, & tam publicis vtilitatib. quam priuatorum per hoc proſpicitur: loca enim publica vtique priuatorum vſib. deſeruiunt iure ſcilicet ciuitatis: vt l. 1. §. 2. ff. eod. tit. vbi ſequitur: Publicum locum Labeo diffinit, vt ad areas, ad inſulas, ad agros, & ad vias publicas, itineraq; publica pertineat. Hoc autem interdictum ad ea loca, quæ ſunt in fiſci patrimonio, non pertinet. In his enim neq; facere quicquam, nec prohibere priuatus poteſt. Res enim fiſcales quaſi propriæ & priuatæ principis ſunt. Si quis ergo in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictũ locum habet, ſed in hac controuerſia præfecti eorum iudices ſunt, quia hoc interdictum ad ea loca pertinet, quæ publico vſu deſtinata ſunt, vt l. 1. præalleg. §. 2. & 3. De hoc vid. ibidem plura ea l. eod. tit. Old.

INTERDICTVM ne quid in loco publico vel itinere fiat, aduerſus eum redditur, qui quid in loco publico fecit, inve eum locum immiſit, qua ex re quid illi damni datur, præterquam quod lege, SCto, edicto, decretóve Principum ei conceſſum erit, l. 1. ff. ne quid in loc. publ. Prat. ex Hotomann.

INTERDICTVM ne quid fiat in mari vel flumine publico, ripave eius, quo peius nauigetur, aut in via publica, quo peius eatur. Hoc interdictũ datur perpetuo omnib. & in omnes habet cõdemnationem in id, quod actoris intererat: vt l. 1. in fin. ff. de via publica & itinere publico reficiendo, & ſi quid in ea factũ eſſe dicatur, vbi lex ſecunda ponit, quod viã publicã populus nõ vtendo amittere nõ poteſt, & l. fin. dicitur, Qui viam publicam exarauerit, ad munitionem eius ſolus compellitur.

INTERDICTVM ne quid fiat in flumine publico, vt aliter fluat quam priori æſtate fluxit, (id eſt, vt aqua fiat altior, depreſſior, aut rapidior cum incõmodo accolentium, vt ff. ne quid in flumine publico, l. 1. in pr. §. quod autem ait) aduerſus eum datur, qui in flumine publico, ſiue ripa eius facere, aut in flumen ripámve eius immittere, quo aliter fluat, quam priore æſtate fluxerit, inſtituit. Publicum flumen hic intelligendum eſt perenne. Et quanquam prætor de flumine nauigabili ſtricta interpretatione loqui videatur, vtiliter tamen hoc interdictum porrigitur ad flumen quod nauigabile non ſit. Old.

INTERDICTVM ne quis via. Et qui via publica vti prohibetur, interdictum & ex cauſa interdicti actio datur, l. 1. ff. §. 1. vt in fin. publ. nauig. lic. l. 2. §. vlt. ff. ne quid in loc. pub. ſed & huius rei cura mãdata eſt vincuris ſiue curatorib. viarum, à quarum munitione nemo excuſatur, niſi qui muneris publici vacationẽ impetrauit. l. cui muneris, ff. de mun. & hon. Qui autem in via publ. opus fecit, quo via deterior fiat, id per interdictũ reſtituere & demoliri cogitur, l. 2. §. præt. ff. ne quid in loco public. Cuiac. lib. 5. Recept. Sent. Iul. Paul. tit. 6 §. vt interdictum.

INTERDICTVM de noui operis nuntiatione datur ei qui prohibetur ædificare poſtquam ſatiſdederit. vt ff de ope. nou. nunciat. l. Prætor ait §. hoc autem interdictum. Nam hoc interdictum competit, ſi in ſolo ſuo ædificat, aut locum habet remiſſio, vt ff eo. tit. l non ſolum, §. ſciendum. Et tunc non poteſt vltra ædificare, niſi conſtet eum habere ius ædificandi, vt in § præall. Hoc interdictum etiam datur in eum, qui non ſatiſdedit vt ædificet, vt ff. eod. tit. l. de pupillo §. ſi plurium & §. meminiſſe, & tenetur denunciare, etiam ſi ius ædificãdi habet vt ea l. §. 1. & ſi is, cui. Et ſi poſt ædificauit, totum ſuis ſumptibus tenetur demoliri, vt ff. eo. tit l. ſtipulatio § ſiue autem. Et interdictum de nou. oper nuncia. imperator nominat edictum, l. 1. ff. eod. tit. vbi dicit, Hoc edictum, remediumque operis noui nunciationis aduerſus futura opera inductum eſt, non aduerſus præterita, hoc eſt, aduerſus ea, quæ nondum ſunt facta. Nam ſi quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit, ceſſat edictum de noui oper. nunt & erit transeundum ad interdictum, Quod vi aut clam factum erit, vt reſtituatur. Et hæc nunciatio non habet neceſſariam aditionem prætoris poteſt enim quis nunciare nouum opus, etſi prætorem non adierit. Item poteſt fieri proprio & alieno nomine, & omnib. dieb etiam aduerſus abſentes, inuitos & ignorantes, vt hæc clare ponit textus l. 1. poſt pr. ff. eod. tit. vbi ſubditur: Opus nouum facere videtur, propter quod locum habet nunciatio, qui aut ædificando de nouo, aut detrahendo aliquid, priſtinã faciem operis mutat: ſiue intra oppida, ſiue extra oppida in villis, vel in agris, l. 1. §. opus nouum & §. ſiue autem, ff. de nou. oper. nun. Et hoc interdictum non omnia opera complectitur, ſed ea ſola, quæ ſolo coniuncta ſunt, quorum ædificatio vel demolitio videtur opus nouum continere. Ergo non pertinet ad hoc edictum, ſi quis in fundo alterius meteret, vel arborẽ ſuccideret, vel vineam putaret, licet opus faceret, quia ſolum ad ea opera, quæ in ſolo fiunt, pertinet: nec locum habet, ſi quis vetus ædificium fulciat, quia non opus nouum facit, ſed veteri ſuſtinendo remedium adhibet. vt l. 1. præalleg. §. opus nouum cum ſequentib. Subdit. Nunc videamus quibus ex cauſis fiat hæc nunciatio, & quæ perſonæ nuncient, & quibus nuncietur, & ſic quibus locis nunciatio fiat, & quis ſit effectus nunciationis, quæ per ordinem vide ibidem in d. l. Old. Prat. Vide infra Nunciatio noui operis.

INTERDICTVM de precario (quod reſtitutoriũ eſt, vt ff. eod. tit. l 2. §. 1.) datur ei qui precario dedit roganti vſum vel poſſeſſionem rei etiam alienæ. l. quæſitum eſt, in pr. ff. de prec. vel creditori, qui rem quam pignori accepit, precario cõceſſit. l. certe ſi interim §. quæſitum eſt. ff. eod. Precarium autem videtur rogare & habere, ſi rogauit pro ſe, & habet pro ſuo, vel rogauerit procurator ſuus, negotiorum geſtor, & ipſe ratum habet, vt ff. eod. tit l. recte. §. 1. dum tamẽ accipiat in perſonam ſuam contractum: aliter non. vt ff de acq. poſſ. l. poſſeſſio, §. ſi. Datur etiam cõtra eum qui dolo fecit, vt ff. de acq. poſſ. l. ſi in infinitum §. 1. Et illud eſt regulare, quod dolo deſinens poſſidere, pro poſſeſſore habeatur, vt ff de pet. hær. l. etiam. §. item ſi quis dolo. ff. de rei vend. l. qui reſtituere & ſic pro poſſeſſore habetur de reg. iur in rubr. lib. 6. Si nõ ſit proximus pubertati, quia tunc ſicut quilibet maior tenetur de dolo & lata culpa, vt ff. cõmoda, l. 5. in pr. alias ſecus, vt ff. de rei vendic. l. quod infans & in pupillum, qui rogauit precarium ſine tutoris autoritate. Et quid ſit precariũ, require loco ſuo. imo dic. vt legitur, ff. de preca-

precar.l.1.vbi ſtricte accipitur, ſecundum Accurſ. & C. de præſcript.30.annos,l.2.vbi large accipitur. Old.

INTERDICTVM quod vi aut clam datur domino prædij, vel ei qui deſiit dominus eſſe, forte ſi propter opus nouum minoris vendidit prædium,l.is qui in puteum,§.ſi poſteaquam, ff. h.t. aduerſus eum, qui in loco alterius aliquod opus cõſtruxit vel deſtruxit,dum tamen ſit factum in ſolo.ff.eod.tit.l.1.§.hoc interdictum. Et etiam ſi vi,id eſt, per violentiam, aut clam. i.e. occulte ſine notificatione alteri facta fecit, cum timeret ne ſi ſciret,ſibi prohiberetur, vt ff.eod.tit.l.3. Compellitur autem per hoc interdictum,quod deſtruxit, ſuis ſumptibus reponere in priſtinum ſtatum,vel quod conſtruxit, deponere. Idem ſi alteri mãdaſſem opus fieri:quia ego teneor ad opus deſtruendum,& ad impenſ.: ff.eod.tit.l.aut qui aliter Hæc verba. Si eam eo alius fecit, & ego poſſideo, tunc teneor ad patientiam præſtãdam,vt opus tollat.ff.eod.tit.l.fin.§.alius in prin. Et eſt hoc interdictum reſtitutorium, per quod occurſum eſt calliditati eorum, qui vi aut clam quædam moliuntur & deſtruſit, iubentur enim reſtituere ea,& parum refert verum ius faciendi habuerit quis,an non. Siue enim ius habuerit, ſiue non, tamen tenetur interdicto hoc,qui vi aut clam fecit. Tueri enim ius ſuum debuit,non iniuriam committere,vt l.1.§.1.ff.quod vi aut clam.& ſeq.§. Quare vi faciens, vel clam, opus perfectum in priſtinam formam reſtituere cogitur. Cæterum ſi quis nec fecit,nec conſenſit facienti opus, quod tamen poſſidet,petendum eſt vt patientiam præſtet reſtituendi alienis impenſis. Quod ſi non reſtituat,aut patientiam præſtet, tum agi poteſt vt ſoluat id quod actoris intereſt, opus factum non eſſe.l.ſemper aduerſus,§.hoc interdicto ff.h.t. Hoc interdictum ad ea ſola opera pertinet, quæcunque in ſolo vi aut clã fiunt. Et infra: Vi factum Qu.Mutius ſcripſit, ſi contra quam quis prohibetur,fecerit.Et placet hæc diffinitio Vlpiano, Pedio, & Pomponio, vt ibidem dicitur. Sed Ariſto ait eum vim facere, qui ſciens ſe prohibitum, per vim molitus eſt, ne prohiberi poſſit.Et idem ſentit Labeo ibidem. Sed l.3 § fi.eod.tit. etiam facere videtur, ſi quis contra denuntiationem reſtationemq; fecerit,ſiue iactu lapilli,ſiue alio quolibet actu declaretur voluntas prohibendi.Clam facere Caſſius ſcripſit eum, qui celauit aduerſarium,nec ei denuntiauit,ſi modo timuit eius controuerſiam,aut debuit timere.Ariſt.putat eum quoq; clam facere, qui celandi animum habet eum, quem prohibiturum ſe intellexit,& exiſtimat,aut exiſtimare debet, ſe prohibitũ iri. Olden.Concorrit autem hoc interdictum cum interdicto. De noui oper. nunc. inter quæ tamen hæc intercedit differentia, quod hoc latius pertineat quam illud de oper.non.nunc.Nam & poſſeſſori hoc datur,& nõ poſſeſſori,illud non poſſeſſori, & de arbore ſucciſa,vel de fracto ſurculo,non etiam illud.Prat.

INTERDICTVM quorũ bonorum à Prætore inuentum eſt, & datur ei,qui bonorum poſſeſſionem agnouit apud iudicẽ, hoc eſt, qui declarauit apud magiſtratum ſe talem eſſe, qui poſſet ac vellet iure prætorio amplecti hæreditatem defuncti, nondum tamen cõſecutus eſt corporalem rerum hæreditariarum poſſeſſionem aduerſus hæredem vel poſſeſſorem, vel cõtra illum, qui pro hærede vel poſſeſſore poſſidet, ad vniuerſa bona adipiſcenda, non ad ſingulas res: niſi forte eueniat vnius tantum rei controuerſia cuius poſſeſſionem nondum adeptus ſit, l.hoc amplius,cum leg.ſeq.ff.de furt.Bart.in l.1.§.hoc interdicto.ff.quor.bonor.Et cum ſit quoddam directum,& quoddam vtile:directum datur ei, qui eſt bonorum poſſeſſor. Vtile datur ei,qui ſuccedit iure ciuili ex teſtamẽto,vel ab inteſtato,& hoc eſt interdictum reſtitutorium, & adipiſcendæ poſſeſſionis ff.quo. bon. l.1.§.hoc interdictum. Sunt ergo interdictorum quædam recuperandæ poſſeſſionis, quædam retinandæ, & quædam adipiſcendæ, vt ſupra in principio præmiſſum eſt, Old. Differt autem hoc interdictum à petitione hæreditatis in pluribus,vt notat Bart.gloſſ.& Dd.in l.2.C.eod.& in l.3.& ibi Bart.ff.eod.idem Bartol.in l.fin.C.de edi.diu. Hadrian.toll.& potiſſimum in modo proponendi libellum, & per conſequens in modo ſententiæ ferendę. Nam in petitione hæreditatis peto me declarari hæredem, & per officium iudicis fit reſtitutio rerum,vt l.licet.C.de per.hær. ſed in hoc interdicto, peto me reſtitui in poſſeſſionem,vel poſſeſſionem mihi tradi. vt l.1. C. eod.Et ſic etiam declaratur diuerſitas in modo ſentẽtiæ.Quia in petitione hæreditatis declaratur quis ſit hæres·ſed in interdicto condemnatur ad reſtitutionem rerum: Ang. §.quadrupli.n,57.inſt.de actionib.

INTERDICTVM quorũ legatorum competit hęredi ad repetendum legata, quæ ſine voluntate eius legatarius propria autoritate occupauit.Repetet itaq; hæres,vt deducat Falcid.Alioquin ſi repeteret ſtatim repetiturus, exceptione doli poterit remoueri. Et hoc interdictum vulgo ſic appellatur à primis verbis edicti prætorij, & eſt etiam adipiſcendæ poſſeſſionis,i. e.mandabatur olim legatario vt reſtitueret poſſeſſionem hæredi,vel bonorum poſſeſſori: qui cum nunquam habuiſſet, adipiſcebatur eam,l.1.in prin.ff.quo.legat.& qui non reſtituit, in id quod intereſt debet condemnari. vt l. fin.§. ex hoc interdicto. ff. eodem titulo.

INTERDICTVM de remiſſionibus tunc valet, cum operis noui nuntiandi ius nullum fuit,nam operis nunciatio catenus duntaxat valet,quatenus nuntiandi ius fuit. Prætor enim vbi ius non fuit,nunciationem ipſo iure miſſam facit.l.1.ff.de remiſſ. Remiſſio itaq; eſt nunciationis relaxatio, quæ ſcilicet in hoc fit magiſtratus autoritate, vt vicinus cui nunciatum eſt opus nouum, nunciationem negligat, & opus inſtitutum exequatur.Eſt & de opere reſtituendo ſatiſdatio remiſſionis loco.Igitur qui ædificare vult contra quam ei denunciatum ſit,vel remiſſionem impetrare debet, vel ſatiſdare de opere demoliendo,ſi iudicatum fuerit iuſtam eſſe nunciationem, l.1.§.1.ff. de remiſſ.De quo latius Cuiac.lib 1.Obſeru.c.16.

INTERDICTVM de ripa munienda datur ei, qui in flumine publico,ripave eius opus facere vult,ripæ agrive, qui circa ripã eſt,tuendi cauſa.Hoc autẽ interdictum merito propoſitũ fuit, nam ripas fluminum publicorum reficere & munire, vtiliſſimum eſt,ne ob id omiſſum nauigatio deterior fiat,vt l.vnica. §.1.de ripa muniend.& ſequitur in § 2. De interdicto expreſſum eſt, vt damni infecti in annos decem viri boni arbitratu vel caueatur,vel ſatiſdetur.Dabitur autem ſatis vicinis. Et in fine dicit text. Illud notandum eſt,quod ripæ, lacus,foſſæ,ſtagni muniendi cauſſa nihil prætor cauit,ſed idẽ erit obſeruandum, quod in ripa fluminis munienda. Old. Ripa autem definitur,id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens,l.1.§.ripa autem,ff.de flum.Et hoc eſt quod Paulus dicit: ripas eas eſſe, quæ pleniſſimum flumen continent.

INTERDICTVM de riuis eis conceditur,qui ea,quibus aquarum ductiones continentur,reficere purgareve prohibetur, ſi modo eo anno ſine vitio aquam etiam ſine ſeruitute duxerit. Hoc.Eſt autem vtiliſſimum hoc interdictum: quia riuos,ſpecus,& ſepta reficere & purgare prætor aquæ ducendæ cauſſa permiſit,dum tamen non aliter aquam ducat, quam priore æſtate duxit,vt l.1.in prin ff.de riuis. Et ſequitur in §.2.Conceditur autem aduerſus quemcunque. l.1.hoc interdictum, & l.3.§.iiſdem.ff.de riuis.

INTERDICTVM de ſuperficiebus, quod etiam actio nuncupatur; proponitur duplex,exemplo interdicti Vti poſſideris. Tuetur itaq; prætor eum,qui ſuperficiem petit,& defendit, veluti Vti poſſideris interdicto,& omnia,quę in Vti poſſideris interdicto ſeruantur,hic quoq; ſeruabuntur,vt in l.1.§. proponitur, ff.de ſuperficie.vbi etiam in l.2.dicitur:Superficiarias ędes appellamus,quæ in conducto loco poſitæ ſunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius & ſolum Et competit ei, qui ſuperficiem alieni ſoli conductam vel emptam,aut a ſe extructam habet,& turbatur à domino ſoli,vel ab alio poſſidente,aduerſus eum qui turbat eum in poſſeſſione, ne amplius in ea turbetur,quam retinere commodiſſimum eſt.Old.

INTERDICTVM Saluianũ ſuſpicatur Cuiac.a Iuliano inuentum conditore edicti perpetui: Eſtq; quod competit domino fundi aduerſus colonum in ſua domo habitantem, & eius hæredes,de reb coloni tacite pignoratis pro mercedib. quas colonus in fundum intulit, vt ff.eod.tit. vbi textus inquit: Si colonus ancillam in fundum pignoris nomine induxerit & eam vẽdiderit,quod apud emptorem ex ea natũ eſt,eius apprehendendi gratia vtile interdictum reddi oportet. Nam vtile datur ei contra extraneum poſſeſſorem pro adipiſcenda poſſeſſione eorum,quæ tacite locatori ſunt obligata. Differunt autem interdictum Saluianum,& actio Seruiana,quia intentans actionem Seruianam, ad rem ſibi obligatam reſtituendam, debet probare huiuſmodi rem in bonis coloni fuiſſe eo tempore quo res ſuit illata. Sed hoc non eſt neceſſarium in interdicto Saluiano, ſed ſufficit,probare talem rem fuiſſe illatam, ita dicit gl.in §.item Seruiana,Inſtit. de act. quod in Seruiana oportet quod creditor probet de rebus domini fuiſſe tempore obligationis:ſed in Saluiano ſufficit,quod probet eũ poſſediſſe.Nam omnia poſita ab ipſo colono, tacite ſunt domino fundi obligata. Huius interdicti iudicium poſſeſſorium eſt, Seruianæ vero petitorium:quod notandũ propter appellationes. Quia in iudicio Seruiano poſſet appellari,ſecus in interdicto.Bar.l. 1.ff.de Sal.interdict.Actio Seruiana eſt in rem,hoc vero remedium in perſonam,vt omnia interdicta.Differt autem hoc interdictum quoque ab interdicto de migrando, quod hoc (de migrando) debitori detur ad retinendam poſſeſſionem,Saluianum vero creditori, ad adipiſcendam: Illud exhibitorium & prohibitorium, hoc reſtitutorium: Illud de reb. inquilini pignoris nomine illatis in habitationem: hoc de rebus coloni natis in agro conducto,vel nominatim pignori obligatis.imo vtiliter, & de rebus cuiuſcunque debitoris pignori obligatis, l.1.ff.de Saluian.l.1.C.de precar.Prat.

INTERDICTVM de ſepulchro ædificando locum habet, vt quis nõ prohibeatur ædificare ſepulchrum, quo licet mortuum inferre,vt ff.de ſepulch.ædific.& mor.infe.per totum. Eſt enim mortuum inferre idem quod ſepelire.Quod fit cum terra conditur corpus. leg.diu.fratres.ff.de relig.& ſumpt.fun. Differt autem hoc interdictum à ſuperiore de mortuo inferẽdo, quia

Digitized by Google

hoc ſaltem exigit vt eo mortuum inferre, illud de ſepulchro ædificando vt eo loci monumentum ædificare liceat. quia religionis intereſt (vt IC. inquit) monumenta & extrui & exornari, l. 1 atque aliis, ff. de mort. infer. Ferrarius. § prohibitoria, inſtit. de Interdictis. Olden.

INTERDICTVM de tabulis exhibendis datur omnibus, quib. aliquid eſt ſcriptum in tabulis vel pure, vel in diem, vel ſub cōditione, ſiue ſint hæredes, ſiue legatarij, ſiue fideicommiſſarij. Et pertinet hoc interdictum non tantum ad teſtamenti tabulas, verum etiam ad omnia quæ ad cauſſam teſtamenti pertinent, ſci. Codicillos, vt l. 2 §. hoc interdictum, ff. de tab. exh. Old. Adde Cuiac. lib. 4. recep. ſen. Iul. Paul. tit. 7. qui dicit interdicto de tabulis proferendis teneri eum, qui tabulas ſupprimit. Exhibere autem eſt materiæ ipſius apprehendendæ copiam facere apud prætorem, vt ex eius autoritate ſignatores admoniti, veniant ad recognoſcenda ſigna l. 3. ff de tab exhib.

INTERDICTVM de via publica & itinere publico, prohibitorium & populare eſt, ne vis fiat ei, qui viam publicam iterve publicum aperire & reficere velit, dum tamen ne ea via, idve iter deterius fiat, l. 1. ff de via publ. Prat. ex Hotom.

INTERDICTVM vt in flumine publico nauigare liceat, eſt quo proſpicitur, ne quis in flumine publico nauigare, nauim, ratemve agere, vel in ripa onerare prohibeatur, ſed vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat, vt l. vnic. §. 1. in prin. ff. eod. tit.

INTERDICTVM Vnde vi, locum habet, cū quis poſſeſſionem ſoli per vim amiſit: & datur directe contra deiectorem, vel cū qui mandauit, ratum habuit, aut perſuaſit fraudulenter deiectionem illi, qui vi de poſſeſſione ciuili vel naturali, l. 1. §. hoc interdictum, ff. l. 1. alienius rei immobilis deiectus eſt ſine omni cauſa, vt reſtituatur ei poſſeſſio de qua deiectus eſt, & omnia ablata. imo dato quod ibidem eſſent aliqua, quę penes violentū fuerint mortua, vel aliquæ res, quæ caſu fortuito perierunt, non propter hoc liberabitur, ſed in totum condemnabitur ad earum æſtimationem, quia nec mortalis, nec fortuitus caſus liberat deiectorem. Dicit enim l. 1. C. vnde vi. Recte poſſidenti, ad defendēdam poſſeſſionem, quam ſine vitio (ſcil. maximo) tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulſare licet, & ibi not. & ff. de vi & vi arma. l. 1. §. Vim vi. Quid ſit vim vi repellere eod. tit. l. 3. §. armis deiectum, dicit, quod arma ſunt omnia tela, fuſtes, lapides, gladij, haſtæ, framea, & rhomphææ. Et eſt hoc interdictum annale, quia poſt annum non tenetur, niſi quantum peruenit ad eum, l. 3 § 1. ff. de vi & vi arm. Ex conſtitutione autem grauius tenetur, qui mihi feciſſe detegitur, vbi dolus prohibetur perenniter, & ignorantia excuſatur. Old. Vis autem hoc loco atrox intelligenda eſt authore Vlp. quæ inde æſtimatur, quod armis incruenientibus poſſeſſor expellitur, ſiue ad vſum armorum proceſſum fuerit, ſiue terrore eorum fugatus. Nam etſi inermes venerunt animo deiiciendi, & in ipſa concertatione tandem eo peruentum eſt, vt fuſtes, aut lapides in manus ſumerent, vis erit armata.

INTERDICTVM de vi & vi armata, cum interdicto Vnde vi, datur & proponitur ei, qui vi deiectus eſt. Fuit enim æquiſſimū, vi deiecto ſubueniri. Ergo ad recuperandam poſſeſſionem hoc Interdictū inuētū eſt. Ne quid. n. per vim admittatur, in legib. proſpicitur publicorum & priuatorum, nec nō conſtitutionibus principum, vt l. 1. ff. eod. tit. §. hoc interdictum, & §. ſeq. vbi dicitur: Hoc interdictum non ad omnem vim pertinet, verum ad eos tantum, qui vi de poſſeſſionib. deiiciuntur, & ad ſolam atrocem vim, & ad eos qui de ſolo deiiciuntur, vel de re ſolo inhærenti, vel de ædificio, etiamſi à ſuperficiaria inſula quis deiectus fuerit, apparet hoc interdictum locum habere. Sed ad res mobiles non pertinet, vbi furti vel vi bonorum raptorum actio competit. Cætera vide in leg. præall. Old. Adde Cuiac. Iul. Paul. recept. ſent. d. lib. 5. tit. 6. §. de naui vi deiectus.

INTERDICTVM vti poſſidetis, locum habet in reb. immobilibus, ſcilicet ſi de fundi vel ędium poſſeſſione contenditur, inſt. eo. tit. §. ſed interdicto. Nam ibidem in §. retinendæ dicitur. Et quia longe commodius eſt, potius poſſidere quam petere, ideo plerunque & fere ſemper ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſſione. Habet etiam locū in incorporalibus: vt in quaſi poſſeſſione, & datur poſſidenti ciuiliter, & naturaliter, vel etiam quaſi poſſidenti gratia retinendæ poſſeſſionis. Et proponitur quoties inter litigatores contentio eſt vtrum poſſideant, quia alteruter magis ſe poſſidere affirmat. Eſt autem hoc nomen Vti poſſidetis, proprie ad immobilia accommodatum, quia ſolum illa dicuntur proprie poſſideri, eo quod eis quis pedib. inſiſtat. Inde. n. appellata eſt poſſeſſio, vt in l. 1. ff de acq. poſſ. Old. Eſt ergo hoc interdictum prohibitorium retinendæ poſſeſſionis. Tametſi per conſequentiā quandam cenſeri poſſet etiam habere vim recuperandæ poſſeſſionis, teſte Vlp. l. 1. §. eſt igitur hoc interdictum: ff. vti poſſid. Declaratur in l. 3. in prin. ff. eod. tit. Datur autem hoc interdictum & aliis caſibus quampluribus quos accurate enumerat Old. Claſſe 2. actio. 4.

INTERDICTVM vtrubi, idem eſt cum interdicto vti poſſidetis, niſi quod in hoc differunt, quia illud locum habet, cū quæſtio eſt de retinenda poſſeſſione rerum immobilium, vt ſupra dictum eſt. Et componitur ſecundum Azon. & Accurſ. in gl. 1. l. præall. ex Vtrum, & ibi, & ponitur Vbi pro Apud, & Vtrū pro Quem, quaſi dicat Prætor: apud quem eſt res mobilis, nec vi, nec clam, nec precario: ab aduerſario tempore litis motæ ei vim fieri veto, quominus eum inducatis. Rite enim hoc nomen Vtrobi eſt ad mobilia introductum vel attributum. Nam mobilia proprie dicuntur apud vel penes nos eſſe. Vnde Acc. in gl. Vbi ſupra quęrit, quare diuerſa nomina dantur his interdictis? Et reſpondet: quia immobilia improprie dicuntur poſſideri. Nam poſſeſſio dicitur quaſi pedum poſitio: Ergo merito datur eis Vti poſſidetis, quod ad mobilia aptari non poteſt, niſi hodie, quando abuſiue mobilia dicuntur poſſideri. Vel ſecundum alios dicitur interdictum Vtrobi, propter verba ſolēnia olim in hoc iudicio vel edicto reddita, ſcilicet Vtrobi, i. e. vtrum ibi vel ibi fuerit poſſeſſio, vel alibi: & plures ſolennitates circa hoc, quæ hodie non ſunt in vſu, fuere: Et hoc interdicto Prætor iubet induci eum in poſſeſſionem, qui ex duob. potior fuerit, & per maiorem partem anni poſſederit, ſecundum Accurſ. in gl. 1. l. præalleg. ff. eod. tit. Old. Hoc interdictum Vtrubi Imp. in l. ſi coloni, de agric. cenſi. & colo. C. lib. 11. celerem reformationem vocat, id eſt, momenti actionem, quam nec appellatio remorari poteſt. l. 1. C. de mo. poſſ. nec compenſatio. l. vlt. C. de compenſ. Cuiac. ad ſupra alleg. l. ſi coloni, de agric. cenſ. & colo. C. lib. 11.

INTERDICTVM de vxore ducenda à marito, datur marito aduerſus eum, qui dolo eam obtinet, ſine voluntate mariti, licet ipſa volente. Datur autem pręcipue marito aduerſus ſocerum, ne contra quam D. Pius conſtituit, bene concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis diſſoluantur, l. 1. §. vlt. ff. de lib. exhib. l. ſi inuita. C. de nupt. l. 2. ff. de lib. exhib. & l. vlt. C. eo. Cuiac. in Paul. recept. ſent. tit 6 §. bene concordans.

INTERDICTVM & Ceſſatio quomodo differant, patet: quia per interdicta prohibetur adminiſtratio ſacramentorū, paucis exceptis: quod tamen non fit per ceſſationem, in qua ſolum ceſſatur à diuinorum ſolennitate. Old. Item interdictum generale dicitur, quando regnum, terra aut villa interdicitur: Particulare vero quando vna Eccleſia interdicitur, & hoc modo ſumendum Interdictum pro cenſura Eccleſiaſtica.

Ad INTERDICTVM venire, eſt venire in ius ad Prętorem, Petronius, vt ſi nollet rem alienam domino reddere, ad interdictum veniret. Prat.

INTERDICTVM Eccleſiaſticum quid ſit, & quid ab excommunicatione differt, vide cap. ex parte de verb. ſign. & extra de ſent. excommunicatio. in antiq. & 6. Prat.

INTERDIV, in die, l ſi communē, §. ſi is qui noct. ff. quemad. ſer. amit. quandoquidem in diem, l. ſi interdiu. ff de fur. baln. Prat.

ID quod intereſt, nihil aliud eſt quam vtilitas, quæ mihi abeſt, quamq; adipiſci potui, quæ vel iureiurādo actoris, vel officio iudicis æſtimatur, l. 15. §. 7. ff quod vi aut clam. Et modo tanti, quanti res eſt, vt ita plane tunc idem ſit rei precium, & id quod intereſt, modo minoris eſt quam res, l. 9 in fi. ad exhib. modo pluris, vt l. 1. de act. empt. Et hoc poſtremo genere pluris æſtimata vtilitate quam ſit res, ſane quod excedit verum precium, pœna eſt, Goth. ad d. l. 1. in prin. ff de act. empt.

INTERESSE tam publice quam priuatim dicitur. Publice intereſt, quod in commune expedit, & ad totius Reipub. vtilitatē pertinet: veluti rerum iudicatarum auctoritatem ſeruari, partus non ſubiici, dotes mulieribus ſaluas eſſe, & alia id genus, quæ publice vtilia ſunt, l 65 §. cum prætor ff. ad Treb. l. 1. §. ſed etſi ſeruus, ff. de vent inſpic. l. 1 ff. ſol. matri. l. 18. ff. de reb. auct. iud. l. 16. ff. de appell. l. 44. ff de vſuc. l. 1. ff. de incen. ruin. Priuatim vero intereſt, quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat. l. 71. ff de euictionib. l. 8 §. mandati l. pen ff. ad exhib. l. pen. §. vlt. ff. ne quis eum, qui in ius vocand. l. 2. in fin ff. ſi quis in ius voc. In his autem omnib. locis pecuniariter intereſſe accipimus. Et ita in eo iure quo dicitur in rem pacta omnibus prodeſſe, quorum obligationem diſſolutam eſſe eius qui paciſcebatur, intereſſuit, l. 21 §. vlt. ff. de pact. non quoquo modo cuiuſq; intereſt, ſed ita, ſi alioquin pecuniarium damnum immineat, l. 23. ff. de pact. Sed nec quod dicitur furti actionē dari ei, cuius intereſt, ita accipiendum eſt, vt cuiuſcunq; interſit rem non perire ei ea actio detur, ſed qui ob eam rem tenetur quod eius culpa ea perierit. l. 14 §. an pater. ff. de furt. niſi ſi mala fide eam rem poſſideat. l 15. ff de furt. Briſſ. & Prat. Eius autem quod intereſt triplicem facimus ſpeciem. Primam eius quod neq; à lege neq; ex partium conuētione definitum eſt, ideoq; probandum, & quantumcunq; erit (ex regula tamen l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.) adiudicandum. Quæ quidem prima ſpecies in generis ſui nomine ſtat, & appellatur id quod intereſt. Alia autem ſpecies eius eſt, de cuius ſumma integra, & quantacunque futura eſt, inter partes conuenit: quæ in iure appellatur pœna. l. vlt. de præt. ſtip. l. procurator ad exhib. §. 2. ff. rem rat. hab. quæ quanquam id quod intereſt terminet, tamen quia in fauorem ſtipulantis adiicitur, nunquam aduerſus eum retorquetur adeo vt ſi paratus ſit probare quanti ſua interſit,

terſit, admitti debeat. l. prædia. ff. de act. empt. l. ſi quis à ſocio, & ſeq. ff. pro ſocio. contra, in hoc ſtipulanti prodeſt, quod quamuis minus interſit: debitor tamen tergiuerſari nõ poſſit, & ad ſolutionem pœnæ condemnetur. Atque hoc ipſum eſt, quod Vlp. ait In pœnis nõ amplius quid interſit quæritur (hoc enim in conuentione definitum eſt) ſed quantum conuentum ſit. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig. Tertia ſpecies eius eſt, de cuius ſumma non integra, nec quantacunque ad extremum eſſe poteſt: ſed quanta ſit per ſingulos menſes, ipſo iure definitum eſt, ita vt quamuis vel plus, vel minus interſit, ſola tamen ſumma præſtetur, ſicuti apparet ex l. vlt. de commod. & per rei vend. & hæc à nobis, quoniam ex vſus diuturnitate pendet, vſura ſiue interuſurium appellatur. Hoc ita verum eſſe apparet ex eo, quod quibuſdam caſibus id quod intereſt peti permittitur vel tanquam id quod intereſt. Quod ſi tanquam vſura, quamuis plus interſit quam vſurarum modo exigi poſſit: tamen vſque ad modum illum legitimum dumtaxat exigitur. Si vero quaſi quod inte. eſt, quantumcunq; intereſſe probabitur: exempli cauſa, Papinianus ait in l. 1. §. 1. ff. de vſur. ſocium qui pecuniam communem in vſus ſuos conuerterit, vſuras debere: Pomponius vero in l. ſociũ. ff. pro ſoc. quum idem dixiſſet, adiecit, Sed non tanquam vſuras, ſed quod ſocij interſit, moram eum non adhibuiſſe. Quid eſt hoc? Nimirum idipſum, quod diximus: ſi tanquam vſuras petat, quamuis plus interſit, nihil tamen amplius exacturum. Si vero tanquam, id quod intereſt, quantumcunque. Id quod perſpicue Papin. docet in leg. ſi fratres, § idem reſpondit huius nominis ſecundus, ff. pro ſoc. Hoto. lib. 1. de vſur. cap. 5.

INTERESSE verbum nouo conſtructionis genere à Paulo in l. 21. in fin. ff. quando dies legat. ced. vſurpatum obſeruaui. Nec multum, ait, intereſſe tale legatum ab hoc. Si hæres erit dato Idem verbũ ſcite disiunxit & diſparauit Modeſtinus in l. 6. ff. de publican. Inter criminis ait, reos & fraudis participes multum ſtatuerunt, id eſt multum intereſſe. Briſſo. in lib. Pareg.

ID quod intereſt, à re reique æſtimatione ſeparatur, l. 2. §. conſiderandum, ff. de tutor. & rat. diſtr. l. 1. ff. de actio. empt. Et proinde id quod intereſt, & quanti ea res eſt, diuerſa noſtri auctores faciũt, l. vn. in fi. ff. ſi quis ius dic. l. 4. §. in eum. ff. de damn. infect. l. 56. ff. ad leg. Aquil. His enim verbis verũ rei pretium, illis omnis vtilitas, quæ modo circa rem cõſiſtat, continetur. l. 193. ff. de verborum ſignific. leg. 21. § cum peremptorem, ff. de actio. empt. Exempla eius quod intereſt peti poſſunt ex l. 21. §. vlt. cum l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. l. 3. ff. de condict. furt. l. 8. ff. de euiction. l. 10. §. cum autem, ff. de eden. leg. vltim. ff. de eo, per quem fact. erit. l. 33. ff. loca. Briſſ. Prat.

Quorum intereſt, pro, Ad quorum officium ſpectat, & pertinet, dixit Paul. in l. 36. ff. loca. & Impp. in l. 5. C. de confir. tut. l. 6. & l. 7. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 2. ad leg. Iul. de amb. in Cod. Theod. & l. 4. de fabricenſib. lib. 11. C. hoc modo & Iuſtinian. Græce loqui ſolet in Nouel. ἐξῄει τῇ σῇ ὑπεροχῇ, pro eo quod eſt, ſpectabat celſitudinis tuæ officium. Prat. ex Briſſon.

INTERESSE, ſiue id quod intereſt, genere ſummo ſic definiri poteſt. Æſtimatio eius damni, quod in re alicuius familiari per alterius culpam contigit. Eius duæ ſunt ſpecies, quarum vna in generis ſui nomine conſiſtit, quæ ſcilicet omnibus in rebus præterquam ſpeciebus ſiue frugibus verſatur: altera vero in pecunia numerata, quæ proprie vſura dicitur. Intereſſe igitur ſpecialiter ſumptum, eſt diſcrimen, quod inter eam conditionem, quæ in re familiari alicuius, vel antea fuit, vel omnino futura erat, & eam quæ nunc eſt, per alterius culpam contigit. Huius autem intereſſe duæ ſunt partes: nam interdum in ſola re principali conſiſtit: interdum, & multo frequentius, in eius acceſſione. l. 1. ff. de act. empt. Prat.

INTERESSE definiri poteſt id, quod alicui debetur, vel quia damno affectus eſt, vel quia lucrum aliquod impeditum eſt, l. ſi commiſſa ff. ratam rem haber. In tantum (inquit Paulus) cõpetit, in quantum mea interfuit, id eſt, quantum mihi abeſt, quantumque lucrari potui. Obſeruabis igitur diligenter, quod cum quæritur, quid interſit actoris, duplex eſt conſideratio: Altera de damnis & diſpendiis rerum, quas amiſit: Altera de lucris, & vtilitatibus non adquiſitis. Qua ratione interdum vtilitas amiſſa, maioris erit, quam res ipſa. l. Iulian. ſcribit. §. vlt. ff. ad exhib. Sabinus autem, l. ſi is. ff. de furtis. Intereſſe, inquit, eius videtur, qui damnum paſſurus eſt: non eius, qui lucrum facturus eſt. Oldendorp. Prat. Adde Forcat. Necyom. dial. 41. numero primo, & ſeq. Huius vt inſolentis voculæ, Alciatus veniam petiit, quia non putauit Latine dici poſſe. Sed doctiſſimus Iuriſconſultus Antonius Fumeus, eam à Iuriſconſultis vſurpatam oſtendit, in l. quod ſæpe. in fin. Digeſt. de contrah. empt. in l. debitor decem ff. de leg. 2. Is eius quod intereſt, quam nemo ex interpretibus adhuc attigit, talem affert definitionem. Id quod intereſt, eſt damni dati, vel lucri ceſſantis æſtimatio. Sed illam dubia induxit Paulus in dict. leg. ſi commiſſa, Spieg. Oſtendit etiam idem Corraſius lib. 1. Miſcel. cap. 20. Intereſſe in ſubſtantiuo, Latine dici poſſe: vide & Gœddæum in comment. ad l. cum prætor. 81. numer. 4. Digeſt. de verborum ſignificationibus.

INTEREVNT homines vel morte, vel maxima & media capitis minutione: Res vero cum aut nullæ relinquuntur, aut conditionem mutant. l. 6. §. vlt. ff. pro ſoc. Itaq; fundum inundatione aquarum vel chaſmate alioue quo caſu interire dixit Vlp. in l. 10. in fin. ff. de peric. & commo. & l. 1. C. de iur. emphyt. vel perire, in l. 47. §. vlt. ff. de legat. 1. Interiiſſe & tabulæ dicuntur, quæ interciderunt & perierunt l. 1. ff. ſi tab. teſt. null. ext. Briſſ.

INTERGERINVS paries idem qui Papin. in §. item ſi cõmunem, in l. ſi fratres, pro ſocio Concaratitius eſt. De quo latius in poſteriorib. annot. Bapt. Pius c. 83. Alciat. item qui ſit oſtendit, interpretans l. maiore parte. de verb. ſig. vbi varia exponit parietum genera. Vulgus medianum appellat: cũ medianus Latine aliter accipiatur, quod & Budæus monuit. Intergeries vocatur in antiq. lexic. & exponitur τοῖχος ἀνὰ μέσον διορίζων. Prateius Quare parietum varia ſunt genera. Spieg.

INTERIM in l. 37. ff. de noxal. act. ſignificat quandiu res apud eos manet. Similiter in l. 12. in fin. ff. de diſt. pign. Interim eſt donec res euincatur. Alias interim eſt pendente die vel conditione. l. 46. ff. famil. erciſc. l. 25. ff. manda. l. 13. § ſi ſub condit. ff. de pign. l. 10. ff. de aſſignan. libert. l. 36. § vlt. ff. ad leg. Falcid. l. 96. §. pen. de leg. lib. 1. interim eſt pendente iudicio lege 91. §. vlt. ff. de leg. lib. 1. Interim, dum apud hoſtes eſt. l. 6. in fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. Interim in l. 8. ff. ad l. Pompon. de parricid. eſt in reatu, & pendente criminis quæſtione. Interim, id eſt, quamdiu volet in l. 41. §. pen. ff. de legat. 3. Briſſ.

INTERTINIMENTVM à verbo Intertinire deriuatur, quod partium coram iudice mutuum certamen ſignificare videtur, l. 4. tit. de reſcript. Droſæus in Methodo Iuris.

INTERLEVERIT, Deleuerit. l. 11. §. 1. ff. de ſeruo corrupt. l. 2. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Rationes interleuiſſe, l. ſeruus vni ex hæredib 67. ff. de leg. lib. 1. Briſſ.

INTERLINERE, eſt atramento, aut aliqua re alia ſuperinducta, picturam vel ſcripturam deſtruere. Iulianus in l. qui tabulas ad leg. Aquil. Corrupiſſe enim tabulas, inquit, recte dicetur, & qui eas interleuerit.

INTERLINERE eſt variis locis delere, ait Gut. ad l. 32. C. de teſt. per iam d. l. qui tabulas. l. 11. §. 1. de ſeru. corrup. l. 67. de l. 1. &c.

INTERLOCVTIO eſt pronũciatio iudicis præſidiſve, in exordio mediove litis interueniens: quæ principale negotiũ plerumque non omnino finit, vel perimit, l. 9. C. de ſent. & interlocut.

INTERLOQVI Latini dixerunt pro eo quod eſt loquentem interpellare & alterius ſermonem interrumpere. Terent. Siccine me interloquere? Connanus lib. 1. cap. 16. n. 5.

INTERLOQVI Prætor iudexque dicitur, cum quid interea, dum principalis cauſſa plene diſceptetur, pronunciat: vel cum quid inter cognoſcendum pronunciat. l. 1. § quærit. ff. ad Turpil. l. 32. ff. de pœn. l. 15. §. in venditione. ff. de re iud. l. 9. §. ſed ex facto. ff. quod metus cauſa. l. 6. §. eius qui ff. de iniuſto rupt. leg. 1. § hunc conſequenter ff. de appellat. Briſſ.

De plano, interloqui, l. 1. ff. de conſtit. prin.

INTERLOCVTORIA ſentẽtia eſt præceptũ iudicis in principio aut medio litis interpoſitũ, quod ad finiendæ litis præparationem ſpectat: non etiam dirimit aut finit. Id & præiudiciũ dicitur, & articulus & impropriè ſentẽtia & ſuaſio, l. 7. C. de ſent. & interloc. omn. iud. Cuiacius & Gothof. ad l. 9. C. eod.

INTERLOCVTORIA ſententia, quæ non totũ negotium definit & perimit, ſed aliquid obiter ad cauſſam pertinens decernit, & ita definitur interlocutoria (per gl. in clem. vic. de ſequeſt. poſſ. & fruct.) quæ inter principium & finem cauſæ fertur, ſuper iis quæ incidunt, vel emergunt. Ioan. Bello. Etymolog.

INTERLOCVTORIAS varias recenſet Bart. in l. quod iuſſit ff. de re iud. Prat.

INTERMISCERE actum alienum teſtamento, leg. 21. §. 1. ff. qui teſtam. fac.

INTERMISSIO, vacatio ab aliquo munere ad tempus. *Einſtelldandt.*

INTERMITTERE pro non continuare, in l. nam & ſeruus, §. ſuo. ff. de neg. geſt.

INTERNECINVM teſtamentum, eſt falſum teſtamentũ, propter quod, vt ſcilicet ex eo acquiri hæreditas poſſit, dominus occiditur. Hinc eſt accuſatio internecini, de qua in leg. qui vel internecini. C. Theod. de accuſ. cuius præmium eſt bonorum poſſeſſio: vt Iſidorus lib. 5. Etym. c. 26. ſignificat his verbis: Internecini (ſic legit Cuiacius, non Internecivi,) iudicium in eum dabatur, qui falſum teſtamentum fecerat, & ob id hominem occiderat. Accuſatorem eius bonorum poſſeſſio ſequebatur. Idem lib. 10. Internecida eſt, qui falſum teſtamentum fecit, & ob id hominem occidit. Briſſ.

INTERNECIDII autem ſignificatio eſt quaſi hominis quædam necatio. Nam præpoſitionem inter veteres præponebant. In decima quarta autem in Antonium bellum internecinum dicitur non teſtamentum: ſic enim ſcribitur, quæ ſunt vrbanorum maledicta litium: non iuſtæ.

INTERNECINA certamina apud Ammian. lib. 23. In princip. in quibus multi homines occiſi ſunt: Sextus Pompeius, lib. 9.

INTERNECINVM, inquit teſtamentum, propter quod dominus interemptus eſt, Prat.

INTERNOSCI, l.31.ff.locati.

INTERNVNCIVS, qui inter alios medius eſt, ad aliquid tractandum, & modo huic, modo illi per vices nunciat. Quem hoc vocabulo vtitur P. Bembus Latine, tam barbare nunc receptum eſt in aulis principum nomenclatoris.

Per INTERNVNCIVM iuſſum fieri poteſt, l.21. §. iuſſum, ff. de adquir. vel omitt. Sponſalia conſtitui, l.vlt. ff. de ſponſalib. vbi coram & per internuncium opponuntur.

INTERNVNDINVM ſpatium quod inter nundinas eſt veteres Latini vocauerunt: vt intermenſtruum quod inter menſes. Varro: quoties priſcus homo ac ruſticus Romanus internundinum barbam radebat. Lucilius, paucorum, atque hoc pacto, ſi nihil guſtat internundinum, quod Nonius duobus verbis diuiſum internundinum, legit. Turneb. aduerſ. lib.2. c.5.

INTERNVNDINIVM, inquit Victorinus Afer, ſcribendum, vt Interluuium, & Trinoctium. Ita Internundinium, quod nouem dies inter ſe continuos habeat, non quod nono die fit. Hæc ille in lib. de Orthograph. Prat.

INTERPELLARE, ad tribunal ire. Oppo. Interpellare ad tribunal per iniuriam mei vexandi cauſſa. l. non ſolum §. ſi quis per iniuriam. ff. de iniur.

INTERPELLARE, ponitur pro poſtulare iuſtitiam, & inuocare officium iudicis, in l. diffamari. C. de ingen. manum. Vide Old. in eandem. Spieg.

INTERPELLARE eſt extra iudicium petere Briſſ.

INTERPELLARE alias interrumpere ſignificat. Ita interpellari poſſeſſio vſucapione dicitur, l.14 ff. de ſeruitutib. l.32 §. vlt ff. de ſeruit. vrb. l.33. §. qui pign. ff. de vſucapio. l.2. §. vlt. leg 7. § procurator. l.pen. ff. pro empto. leg.2. ff. pro hæred Briſſ.

INTERPELLARE alias ſignificat rogare quadã inſtantia. Valer. lib. 3. Cato rogatus, vt ſocios apud auunculum iuuaret: conſtanti vultu, non facturum ſe reſpondit. Iterum deinde ac ſæpius interpellatus, in propoſito perſtitit. Interpellare alias eſt loquentem, vel aliquid agentem interrumpere. vide c. potuit de locat. leg. 14. de ſeruitut. leg. 38 ff. de ſeruitutib. vrban. Prat.

INTERPELLARE debitorem, Budæus inquit, eſt in iudicium vocare. Id autem proprium eſt creditoris, qui ſua nomina exigit, præſertim cum in mora ſunt debitores. Sunt enim quædam nomina quæ non ante diſſolui debent, quam debitor interpellarit. Rurſus quædam ſunt, in quibus dies ipſa, hoc eſt, temporis lapſus, pro homine interpellat: adeo vt in mora eſſe videatur, ſi vltro debitum non obtulerit. Spieg.

INTERPELLARE, id eſt appellare de ſtupro Briſſ.

INTERPELLATIO eſt iudicialis conuentio vel admonitio, quæ fit reſtato, ſoluendi vel accipiendi eius quod debetur. Mora autem contemptio huius admonitionis, l.23. de iudic. Prat.

INTERPELLATORES. Paulus in l.1. ff de extraord. crim Sollicitatores, inquit, alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores. Prat.

INTERPOLARE, eſt in aliam formam mutare. Vlp. de ædil. edict. l. præcipiunt. Interpolant, inquit, veteratores, & pro nouitus vendunt, id eſt in habitum nouitiorum mutant. Nebr. Prat.

INTERPOLATORES etiam Latine vocari poſſunt quos vulgus noſtrum regratarios nominat. Brechæus l. mercis appellatione. ff. de verb. & rer. ſignif.

INTERPOLVM, poliendo propemodũ renouatum, in alterã formam è vetere mutatum. Marcia. l.45. ff. de contrah. emp. Si veſtimenta interpola quis pro nouis emerit. Trebatio placere, ita emptori præſtandum quod intereſt, ſi ignorans interpola emerit. Sic interpola veſtis. Iſidor. lib.9. c.17. Hot. & Prat.

INTERPONERE, h.e. accommodare debet prætor partes ſuas. §. ſin autem. Inſtit. de ſatiſd. tut. Sic Interponere appellationem. l.3. C. de appellatio. Interponere pactum, l.2. C. de iur. dot. & Interponere prouocationem. l.1. C. ſent. reſcind. non poſſ.

INTERPOSITA dicitur perſona, quæ nomen ſuum alteri accommodat per interpoſitam perſonam, l.87. ff ad L. Falcid.

INTERPRETANDO neque lex torquenda eſt, vt facto deſeruiat, neque factum variare oportet, vt legi reſpondeat. Nam in torquendo iure, committet fraudem: in variando facto mendacium. Vtrobique ergo ſeruanda eſt ſimplex veritas. Reſponſa enim & traditiones Iuriſconſultorum ſic oportet interpretari: vt potius conueniant, quam diſcrepent. l. ſi quia cum teſtam. ff qui teſtam. fac. poſſ Old. Prat.

INTERPRETARI, eſt rẽ obſcuram vel ambiguã explanare. Prat.

INTERPRETARI verbum ſæpius ponitur paſſiue. Iulian. in l.13. in fin. ff. de reb. dub. Sed procliuior eſt ſententia teſtatoris ſic eſſe interpretanda Paulus in l.12. de reg. iur. In teſtamẽtis plenius voluntates teſtantium interpretantur. Sic & apud Suet. in Neron. cap.13. Dein precanti tiara deducta diadema impoſuit: verba ſupplicis interpretata prætorio viro multitudini prononciante Briſſ in lib. Parerg.

INTERPRETATIO benigna l.2. ff. de lib. & poſthum. Humanitas Opp. Subtiliſſa iuris regula l. ſi ita ſcriptum, ff. de lib. & poſt. Oldend. Prat.

INTERPRETATIO benigna nominatur, quod non intercluſa ſit verborũ anguſtiis & angulis literarum nec ſtricte ducta, ſed vt noſtri dicunt largo modo. Cicero laxamentum legis vocat pro Cluent. Non modo cauſſæ, ſed ne legi quidem quicquam per tribunos plebis laxamenti datum eſt, id eſt ſummo iure egerunt. Sic æquitas dicitur benigna & liberalis, quod plus præſtet ipſa, quam verba legis concedant. Veteres enim vt teſtatur Ascon. bonos pro magnis, & honeſtos pro diuitib. dixerunt: Vnde benignitas pro liberalitate, beneficentia. Itaque bonus & benignus vocatur, qui facilis eſt, & de ſuo multa remittit: contra malignus qui ſui iuris paulo retinẽtior eſt. Atq; hæc benignitas proprie eſt legum, & earum ſi non verbis continetur, attamen ſententia & mente intelligitur. Quod ipſum illud eſt, vt arbitror, quod reſpondet Modeſtinus. Nulla iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione producamus ad ſeueritatem, &c. Connan lib.1. c.11. n.3.

INTERPRETATIO eſt, quæ exponit id quod dictum vel ſcriptũ eſt aliis verbis, quæ idem valeant. Salomonius inquit: Vbi verba ſunt aperta, interpretatio contra manifeſtam vim vocabulorum nihil valet. Neque communis opinio efficere poteſt, quod verba dicant, id quod non ſignificant. Haloander in celebranda illa Nuncupatoria præmiſſ. Nou. Conſtit. commemorat, quatuor genera interpretandi apud veteres fuiſſe. Officium veri interpretis explicat Diuus Hieron. in epiſtola inſcripta. De optimo genere interpretandi. Spieg.

INTERPRETATIONEM extenſiuam recentiores appellant, quam Cicero Ratiocinatiuam nominat, quod ratione diſſeruit Fortunatianus collectiuam, quod ex eo quod ſcriptum eſt, colligimus id quod ſcriptum non eſt, vt perinde eſſe dicamus, ac ſi ſcriptum eſſet. Ab interpretibus modi petendi ſunt, quibus collectio fieri poteſt. Contraxit illos Salomonius lib. 5 Commen in l. omnes populi Spieg.

INTERPRETATIONEM iuſtam Iulianus intelligit pro vera & idonea, ac etiam plena & propria. Iuſtum enim ſignificat id, quod eſt numeris omnibus plenum abſolutumque & perfectum, quod Græci Ακριβὲς dicunt Budæo teſte in annotationibus ad l.3 ff. pro ſocio. quo loco plurima de vocis huius interpretatione, ff. de verb. & rer ſignif. &c.

INTERPRETATIONEM meram in leg ſi imperialis 12. §.1. circ. fin. interpretatur ibid Gotb. in ius interpretandi.

INTERPRETATIO ſingulorum verborum gloſſa eſt, ſeu gloſſema, nomẽ à lingua tractum, quaſi lingua obſcurior dilucidiore declaretur, vt homo ferreus & præfractus, hoc eſt durus & inflexibilis. Aliquanto fuſius eſt Scholium, ab exercitatione ſcholarum deductum, quod conſtat oratione facili, ac demiſſa omni prorſum cultu atque apparatu nuda. Commentarij à commentando nuncupantur, quod eſt diſſerere. Hi ſunt duorum generum, vel ſimplices, vel in aliud ſimplices, in quibus breuiter adnotantur admonẽdæ memoriæ nonnulla quomodo id fiat, Viues docet lib.3. de Ratione dicendi. In aliud verò ſunt, quam ſenſus autoris cuiuſpiam inquiritur, atque explicatur, qui ſunt breues & contracti. Diffunduntur vero, ſi de propoſita materia diſputatur, & quid adferre queat commentator, aperitur: quales fere ſunt in Ariſtotelem, in Hippocratem, in Galenum, in Magiſtrum ſententiarum. In iure etiam Ciuili, ad 12. tabul. & ad edicta Magiſtratuum omnium. Huius notæ ſcriptores, idem Viues ait, non alieni operis expoſitio dici debeant, quam autores proprij. Ideoque ad 12. Tabul. & ad Edictum Prætoris ædilitium commentarios ſuos inſcribunt. Spieg.

INTERPRETATIO legum ab initiis repetenda eſt. Quia cuiuſque rei potiſſima pars principium eſt. Caius in l.1. ff. de orig. iur. Repetit autem ille ius ab incunabulis Romanæ vrbis: Sed nos, qui verum iuris fontem Deum ipſum cognoſcimus: Exordium iuris longe altius oportet repetere, h.e. à prima inſtitutione, Old. Prat.

Ius INTERPRETANDI leges, eſt penes eundem, qui habet ius ferendi leges. Vult. comm. Inſt. l.1. tit.2. §.9. n.1.

INTERPRETATIO deſiderat prudentiam & autoritatem. Prudentiam, h.e multarum rerum memoriam, & vſum plurium negotiorum teſte Cice. Autoritatem, venerationẽ, per quam à maioribus declaretur in aliquo prudentia, ne ambitione quadam & philautia vindicetur priuatum. Old. Prat.

INTERPRETATIO omnis in iure, niſi deſeruiat foro, hoc eſt vſui rerum quotidianarũ, inutilis eſt & perniciosa. Vnde Pomp. interpretationem decemuirorum eleganter vocat diſputationem fori, in l.2. §. his ll latis, ff. de orig. iur. Old. Prat.

INTERPRETATIO nimium ſubtilis, & à facti conſideratione recedens fugienda eſt. Sic Nerua ICtus olim deriſus eſt, qui per feneſtram monſtrauerat ſeruos detentos ob penſionem liberari poſſe, quaſi tunc ſcilicet non viderentur alienari ex ædibus, quia non eſſent egreſſi ianuam. Vlp. in lege. Eſt differentia. ff. in quib. cauſ. pignus vel hypoth. tac. contrahat. Old. Prat.

INTERPRETATIONEM benigniorẽ in re dubia ſequi, non mi-

nus

nus iuſtum eſt, quam tutum, l. Proximè. ff. de his, quæ in teſta. delen Old. Prat.

INTERPRETATIO ſemper ea lege & æquitate producenda eſt. Quocirca quod dicunt, communem opinionem in iudicio ſemper eſſe præferendam, id ego ſimpliciter intellectum, (ſicut ipſi certe non diſtinguunt) non modo falſum, verum etiam perniciosum in Republica iudico. Nam ſi conſentanea fuerit legibus aut rationi naturali, iam non quia communis eſt, ſed magis quia iuris eſt, obtinebit: quanquam certe aliquid ſit, cum multis ſentire. Sin autem repugnet iuri & æquitati, omnibus modis repudianda eſt: vt rectiſſime ſentit Zaſius in l. 2. ff. de orig. iur. Probatur pulchre in l. 1. §. quumque hæc materia. C. de ver. iur. enuc. Sed neque (inquit Imp.) ex multitudine autorum, quod melius & æquius eſt, iudicatote: quum poſſit vnius forſan & deterioris ſententiam, & multas & maiores in aliqua parte ſuperare. Accedit l. ob carmen, in fin. ff. de teſtib. Vnde ſcriptum eſt turbam ne ſequaris. Falſum igitur & hoc eſt quod iudex recedens à communi opinione, facit litem ſuam, niſi prædicto condimento accipias, vt in l. vlt. C. de pœn. iud. qui mal. iudica. Old. Prat.

INTERPRETIVM vox legitur apud Caſſiod. lib. 2. Variarum. Græcis ἑρμηνεία, gloſſis interpondium, Goth. ad l. 64. in prin. ff. de rei ſt.

INTERPRES appellatur is, cuius miniſterio ad alienam & extraneam linguam intelligendam vtimur l. 1. §. vlt. ff. de verb. obligat. l. 5. in fin. ff. de captiu. & poſt. Liu. lib. 7. Gallus proceſſit magnitudine atque armis inſignis, quatienſque ſcutum haſta cum ſilentium feciſſet, prouocat per interpretem vnum ex Romanis. Firmicus lib. 3. Matheſ. c. 8. Reddit etiam ſic per noctem collocatus Imperatorum aut potentiſſimorum iudicum interpretera. Plin. lib. 25 c. 2. de Mithridate. Illum ſolum mortalium viginti duabus linguis locutum certum eſt, nec de ſubiectis gentibus vllum hominem per interpretem appellaſſe. Briſſ.

INTERPRES etiam is eſt, qui inter aliquos vel conditionis vel amicitiæ, vel adſeſſuræ, vel cuius alterius huiuſmodi proxeneta eſt, cuius præmium ἑρμηνευτικὸν Græci appellant, quaſi æs interpretitium & pararium dicas, leg. 3. ff. de proxenet. Prateius.

INTERREGES initio dicebantur centum Patres, qui mortuo Romulo donec alius rex crearetur, Rempublicam gubernabant, quiſque duntaxat quinque diebus per ordinem. Verum poſtea interregis creandis hæc fuit ratio: Cum Reipublicæ cauſa abeſſent conſules, nec habendis comitiis intereſſe poſſent: ſiue ſi quando coss. vitio creati eſſent, nec placuiſſet, aut non expediuiſſet comitiorum, duntaxat gratia Dictatorum dici: Item, ſi graues diſcordiæ incidiſſent, tunc res ad interregem deducebatur, qui conſularia comitia haberet, teſte Feneſtella. Oldend. vide & Petronium lib. 3. de magiſtr. Roman.

INTERREGNVM, appellatur id tempus, quo regnum vacat, hoc eſt, antequam in demortui locum nouus rex præficiatur. Hinc inite interregnum, regia demortui vice fungi: & interea, qui regis demortui locum tenet, donec alius ſubſtituatur, cuiuſmodi vacante imperio apud nos, ſunt è Septemuiris, Magnus Comes Palatinus ad Rhenum, ac Saxoniæ Dux, Conſtitutione diui Caroli IV. Spieg.

INTERREGNVM primum inſtitutum eſt mortuo Romulo: vt Liu. Dionyſ. & Plutarch. ſcribunt. Patres tum inter ſe decem decurii. factis ſinguliſq. in ſingulas decurias creatis, qui ſumma rerum præeſſent, conſociarunt: decem imperitabant, vnus cum inſignibus Imperij, & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in vrbem ibat, annuumque interuallum regni fuit. Id ab re quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum. Hæc ille Prat.

INTERROGARE ex Inter & Rogo, eſt petere aliquid, ab aliquo noſcendæ veritatis gratia. Prat. Hinc

INTERROGARE legibus, eſt legis alicuius auctoritate aliquem interrogare, nunquid facinus aliquod admiſerit. Aſconius: Quid eſt, inquit, reum fieri, niſi apud Prætorem legibus interrogari? Quum enim in ius ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem reo, Aio te Siculos ſpoliaſſe: ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur vt victo: ſi negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum eius criminum. & inſtituebatur accuſatio. Cicero pro domo ſua, Eſto: non fuit in me pœna vlla peccati, at fuit iudicij, cuius? quis me vnquam vlla lege interrogauit? quis poſtulauit? quis diem dixit? Liuius lib. 8. belli Macedon. Neminem vnum tantum eminere ciuem debere, vt legibus interrogari non poſſit. Hot. Prat.

INTERROGANS etiam dicitur, qui quæſtionem habet. Briſſ.

INTERROGARE quoque dicitur, qui ſtipulatur: & Interrogari, qui ſpondet. Briſſ.

INTERROGATIONES in iure (de quibus tractatus eſt libro Pandectarum 11) ad rei pecuniariæ cauſas pertinebant: erantque olim inſtitutæ, vt ne male agendo cauſa perderetur, liceret apud eum qui ius dicebat, aduerſarium certis de rebus, antequam actio inſtitueretur, interrogare. Sed hoc tempore (inquit idem) interrogatoris actionibus non vtimur: quia nemo cogitur ante iudicium de ſuo iure aliquid reſpondere. l. 1. ff. de interrog. & interrog. action. Prat.

INTERROGATIO eſt remedium quoddam tollendæ dubitationis gratia in iudiciis neceſſario introductum, ne litigantes ob defectum probationis iniquum patiantur damnum. Old.

INTERROGATIONES, cum explorandæ veritatis gratia fiant, duplicem habent effectum. Alterum, quia ſuccedunt loco probationum ipſis litigatoribus deſeruientes: Alterum, quia inſtruunt animum iudicis de qualitate rerum, perſonarum, vel temporis, ſæpe dubitantem, vt non poſſit dicere ſententiam antea quam certior reddatur. Old. Prat.

INTERROGATIO iudicis vna plus confert ad cognoſcendam in iudicio cauſam, quam viginti poſitiones (vt vocant) & articuli litigatorum. Nam iudex interrogando, ſcopum intentionis, vel defenſionis ſtatim poteſt attingere. At partes euitant rerum cauſæ ſcopum, & ſolum id nituntur, quomodo digreſſionibus mendaciis, & multitudine articulorum imponant iudici. Quocirca errant tota via noſtri iudices, qui putant loco interrogationum ſucceſſiſſe poſitiones & articulos partium: ipſi interim ſedentariam exercentes functionem, prorſus obmuteſcunt, tantum recipientes ſcripta, & detinentes (ſicut formularij dicunt) copias productorum, Olden. Prateius.

INTERROGATORIAS olim fuiſſe actiones, apparet in tit. ff. de interrogat. in iur. faciend. & de interrogat. acti ſubla. hoc eſt, ius perſequendi, vt aduerſarius interrogaretur de eo, quod actor fortè proponeret, ad aliquam futuram actionem pertinens. Sed has actiones tanquam ſuperuacaneas ad deſuetudinem abiiſſe probat Calliſtratus in l. 1 ff. eod. tit. Cum enim ad effectum & tollendæ dubitationis & probationis, ſufficiat declaratio ſimplex ipſius partis in iudicio: quid opus eſt ſolenni actionis formula exigere reſponſionem admodum breuem, quæ vel officio iudicis poteſt obiter expediri, magno tempori & ſumptuum compendio? Old.

INTERROGATORIA, *Fragſtuck*, dantur ab eo, contra quem teſtes producuntur, quibus ius aduerſarij ſui in articulis deductum infringi poſſe ſperat. Vult. in comm. Inſtitut. l. 4. de act. ad prin. num. 83.

INTERROGATORIA ſunt, quæ facit pars teſtibus productis contra ſe: & dantur ſuper articulis, de quibus permiſſum eſt, & formantur per circumſtantias cauſæ & perſonarum, gl. in cap. præſentium de teſtib. lib. 6 Spieg. Prag.

INTERROGATVR, intelligendum, à iudice, vel à parte. gloſſ. in pr. l. ſiue ff. de interrog. act. Spieg.

INTERRVMPERE, id eſt, interpellare. Briſſ.

INTERRVMPITVR aduerſus omnes, h. e. exponente Old. Omnes vti poſſunt beneficio interruptionis. Hæc Iuriſconſulti verba, in l. naturaliter ff. de vſucap. Accurſius voluit emendare, hanc phraſim non percipiens. Spieg.

INTERRVPTIO vſucapionis, eſt vſurpatio. l. 2. ff. de vſurp. Vide Bart. in l. vt perfectius C. de ann. excep. Eſt autem duplex interruptio, naturalis & ciuilis. Naturalis contingit, extinctis his, quæ ad ſubſtantiam vſucapionis naturalem requiruntur: vt ſunt, poſſeſſio, titulus, bona fides, & res ipſa non vitioſa. Hæc tam late patet, vt exinde nulla præſcriptio, ſiue aduerſus interrumpentem, ſiue aduerſus quemcunque alium procedat, niſi denuo cœpta & continuata l. naturaliter, ff. de vſucapio. Naturaliter interrumpitur poſſeſſio, inquit Caius, cum quis de poſſeſſione vi deiicitur vel alicui res mobilis eripitur, vel naturalis interruptio dicitur, cum de facto, vt loquitur, poſſeſſio alicuius interpellatur & interuertitur. Paulus vſurpationem nominat, id eſt, adeptionem & occupationem poſſeſſionis, quæ plus facti habet quam iuris, cum à domino capiatur. Connan. lib. 3. c. 14. num. 1. Ciuilis interruptio eſt, quæ per autoritatem iuris impedit vſucapionem, etiamſi prædicta ad naturam eius requiſita non deſiciunt: Veluti per vocationem in ius per litis conteſtationem: vel ſi facto aliquo interpelletur præſcriptio, vt ſi debitor præſcripturus iamiam actioni tradat pignus, vel aliam cautionem, vel ſoluat vſuras creditori. Ipſe enim aduerſus ſe vſurpat præſcriptionem ciuiliter, l. cum notiſſimi. §. imo & illud. C. de præſcript. 30. annor. Hæc autem ſoli interpellanti prodeſt, aduerſus alios interim nihilominus procedente præſcriptione l. intra quatuor. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. Spieg.

INTERSCALMIVM, inter remiges ſpatium, qua figura dicuntur intercilia, ac interfinia. Quære, Remigea.

INTERCISI dies erant, quaſi diis & hominibus communes. Nam quibuſdam horis fas erat ius dicere, quibuſdam vero nefas erat. Spieg.

INTERTRIMENTVM, vet. gloſſ. ἀποτριβή. Varro ſic explicat. Detrimentum, inquit à detritu, quod ea quæ trita, minoris ſunt precij: ab eadem mente intertrimentum, ab eo, quod duo quæ inter ſe trita etiam deminuta ſunt. Aſconius autem ſic: Detrimentum, inquit, vel vnius partis eſſe poteſt: Intertrimentum,

vero dantis & accipientis. Dicitur etiam Intertritura. Eſt itaq; intertrimentum, diminutio ſiue detrimentum, quæ ex duorũ corporum vſu & attritu accidit Scæuola l. vlt. §. 11. ff. de pign. act. Quæro intertrituram, quæ ex operis eullentum facta eſt vtrum Titius debitor, an Seius creditor agnoſcere debeat, reſpondit ſecundum ea quæ proponerentur, ob id, quod eo nomine intertrimenti accidiſſet, non teneri. Intertrimentum aliàs ſumitur pro euanida argenti parte, quæ in excoctione deperit. Liuius lib. 42. Carthaginienſes eo anno argentum in ſtipendium primum impoſitum aduexerunt. Id, quia probum non eſſe Quæſtores renunciauerunt, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua ſumpta intertrimentum argenti suppleuerunt. Sic lib. 44. In auro vero, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti ſit, quæ malignitas eſt. Prat.

INTERVALLA honorum in l 6. ff. de legatio. & l 4 ff. de muneribus & honoribus non cont. int. pet. & fil. & de interuallis li. 10 Cod ſunt vacationum conceſſa tempora his qui ad eoſdem vel alios honores eademque vel alia munera denuo vocantur, vt traditur in l. 1. C. de muneribus, lib. 10. Et ſignificatur in l. 12 ff de vacat. mun. Eaque eſt temporum præſcriptio, quam in honoribus repetendis vel aliis ſuſcipiendis dari Papinianus ſcribit in l. 17 §. præſcriptio. ff ad municip. Briſſonius.

INTERVALLVM ita & temporum tractum ad ſpacium ſignificat Briſſ.

INTERVALLVM, ſpacium, quod eſt inter palos, vallum Caſtrenſe conſtituentes: à quo omne ſpatium, interuallum eſt appellatum. Vide l. per interualla ff. de iudic. l 1. Cod. de bonor. non cont. int. patr. & l fil. 1. ſiue. Reipubl. cauſ. abſ. Albericus. Spieg.

INTERVALLVM modicum dicitur, quod non tantum eſt, vt ſtipulanti cogitationem adimere poterit. vide infra modicum tempus. Connanus lib. 6 c. 1 n 4.

INTERVALLA velorum ſepimenta, eaque ſi paria & ſuppars tenalota, quæ in medio velorum collocantur. Ioann. Bapt. in comment. Epiſt Sidon Apollina ad Domitium lib. 2.

INTERVENIRE, eſt interponi, intercedere. Et tam de perſonis, quàm de locis, temporibus, vſurpatur. Ac de perſonis quidem non vno modo Nam & hi, qui in iudicio, ſiue intercedentem adirent, conſiſtunt, quique alienæ litis executionem vel defenſionem ſuſcipiunt.

INTERVENIAS autoritatem perperam, vel non interuenire, paria ſunt l 2. ff. de Authorit. tutor. Pratæius.

INTERVENIRE, id eſt ſupplicare, in l. 5 §. 2. Cod. ad legem Iul. maieſt.

INTERVENIRE pro intercedere & acceſſionis nomine promittere, vel etiam nouandi animo alienam obligationem ſuſcipere in l. vlt. ff. de minorib. l. 3 § filiusfam. ff. de pecul. l. 6 §. ſi paſſus. ff. de mand. l. 1. C. de reputatio. vnde

INTERVENTORES, qui alieno nomine obligantur, l. 3. §. ſed ſi filiusfam de pecul. l. 7. in fin. ff. de obſeq. a lib. par. l. vlt. §. vlt. Cod. de vſur. rei iudic. Et interuentiones in leg. 7. § non ſolum ff. de minoribus. Interuenire etiam dicuntur qui pro alio in iudicio conſiſtunt. l 11. §. agere ff. de iniur. l 5. §. nunc videamus § iudic. ſol l. 10. in fi. ff de in ius vocand. Interuenire & hi dicuntur, qui litibus cauſiſve ſeſe immiſcent, cum ſua intereſſe putant. Briſſ. & Prat. Non ſolum qui fideiubet, intercedere ſiue interuenire dicitur, ſed & qui pro alio res ſuas obligat, etiam interuenit. l. 7. §. 1 de minor. multoque magis qui pro alio ſoluit. Quod ab iis plerunque fieri ſolet, qui donationis cauſa interueniebant l. 6 §. 2. ff. Mandati. Si debitor pro ſuo creditore interueniens ſoluerit, vti aduerſus creditorem compenſatione poterit, ſi modo creditum tale ſit, quod admittit compenſationem: ſin aliter, ſui crediti habebit creditor petitionem, & creditum conſecutus debitori negotiorum geſtorum ex cauſa interuentionis agenti tenebitur ſatisfacere. l. 2. de neg geſt. Nec ad eam rem pertinebit, ſi dixerit creditor pro ſe ſine mandato ſuo interuentum eſſe, l. 5. dicto titulo. Semper enim qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur. Atque ita quidem ſcripſit Vlpianus libro decimo, Ræuard. leg. ſemper qui non prohibet. Digeſt. de regul. iur.

INTERVENTOR proprie, qui interuenit & impedit agentem aliquid Vlpianus pro fideiuſſore, id eſt, eo qui alieno nomine obligatur, in l licet & obſeq. à lib. & liber. præſtand. vtitur, vt Lampridius in Commodo. Budæo annotante. Spieg.

INTERVERSA pecunia domini l. ſi ff. de fugitiuis.

INTERVERSORES in l 8 Cod. de iur fiſci. ſunt adminiſtratores. qui dolo malo dilapidant rem pecuniamve fiſcalem. Euerſores in l. 8 Cod. de palat. ſacr. larg. lib. 12. l. 1. C. Theodoſ de ſuſcept. eadem ratione, qua & in ſchola Rhetorum quidam olim euerſores dicebantur, auctore Auguſtino tertio Confeſſionum cap. 3. & lib 5. cap. 12. Decoctores in l quilibet, de decur. lib. 10. leg ſi aliquid de ſuſcept. Cod. eodem lib. Præter, Hi in quadruplum tenentur, l. 1 de his, qui ex public. rat Cod. libro decimo, leg. 1. de fiſc. credit. præf. Codic, eodem l. in fraudem §. penultim. ff de iure fiſci. Imo in duplum, l. defenſionis facultas, C. de iur. fiſc. li. 10. l. aufertur §. 1. ff. eod. in iis ſcilicet, quæ fiſco nondum acquiſita ſunt. In acquiſitis locus eſt actioni in quadruplum. Cuiac. in l. qui in contractibus. Cod de iur. fiſc. lib. 10.

INTERVERTERE, modo callide eſt ſurripere: quod plerunque fit, cum rem commodatam aut creditam, dolo, ne reſtituatur domino, efficimus. Vide Vallam libro quinto, Tryphon. l. fin. de ſeru. fugit. Quoniam interdum aut pecunia interuerſa eſt. Modo ſubuertere, & euertere. Paul. de cap. demin. Quæ ſalua ciuitate accidit, per Quam publica iura non interuerti conſtat. Idem: Legitimæ tutelæ interuertuntur eadem ratione, qua & hæreditates. Scæuola: Cui per fundum aquæductus debetur, quacunque vult, in eo vinum facere licet, dum ne aquæductum interuerterit, l. ſi. ff. de aqua quot. vetitur & Imper. C. de Iuſtinia. Cod. confir. & in l 1. de iud. Hinc colonus poſſeſſionem interuertere dicitur, vt refert Cyn. ad l. 2. C. com. de ſucceſſionib. qui dominum ad fundum reuertentem non admittat, vt & cenſuarius, ex quo domino petenti ſolutionem denegat. Prat.

INTERVSVRIVM, vſur medij temporis. Vlp. l. 9 §. 7. ff de pecul. Vt medij temporis interuſurium magis creditor cõſequatur. Frequens eſt apud pleroſque Interuſurij mentio: qui tamen quid Interuſurium ſit, Curtij ſententia neſciunt. Et eſt huic ſimile vocabulum, Interlunium: quo coitus Lunæ, vt ait C. Plinius, & tempus quod inter vtramque lunam eſt, veterem ac nouam ſignificatur. Interſcalpium apud Hyginum, pro Valle quæ inter ſcapulas iacet. Interordinium Iunio Columellæ, vacuus locus, qui inter ordines. Intercolumnium, Valerio Maximo, ſpacium quod inter columnas; & interuenium, Rutilio Tauro, venarum inter ſe interualls: Prouidendum (inquit) ne inuentæ aquæ, per rimas refugiant, & per interuenia dilabantur Eſt ergo

INTERVSVRIVM, tempus & interuallum quo vſuræ non currunt. Veluti ſi dicas, Dominum quidem & agrorum, ac quidquid eſt aliud id genus poſſeſſionum reditus, naturalem ac perpetuam cauſam habet. Nummorum vero fœnori, vel (ſicut vtimur fere) ad vectigal collocatorum fructus, ſæpius vt fieri poteſt remunerata inire, per interuſuria dilabi ſolet. Domitius Vlpianus, l. citra legem Falcid. ſi decem ſub conditione fuerint relicta, eaque conditio poſt decennium forte extiterit Nam videntur decem huic legata, ſed minus decem. Nam interuallum temporis & Interuſurium huius ſpacij minorem facit quantitatem: Iulius Paulus diſſentit ab eis, qui putant, cum quod poſt annum debetur, præſenti die legatur. Interuſurium tantum in legato eſſe leg debitor. 10. de lega. 2. Quo loco. Interuſurium videtur pro eo commodo repræſentatæ ſummæ, in diem debitæ, vſurpauiſſe, quod medium tempus & anni ſpacium interceptum erat. Ea figura, ni fallor, qua paſſim nunc diligentiam, oune negligentiam præſtare, pro eodem Iuriſconſulti dicunt. Curtius lib. 2. ... cap. 10. Vide & Cortaſium Miſcellan. l 1 c. 10.

INTESTABILES, apud Latinos priſcos, Bud. teſte, fuerunt iis ſimiles, quos Græci ἀτίμους vocarunt, hoc eſt, præſidij legum exortes.

INTESTABILIS eſt, qui teſtimonij dicendi ius non habet, &, vt Lexicon Latino græcum Germanienſe, μὴ ... εἰς μαρτυρίαν. Plane cũ lege quis inteſtabilis eſſe iubetur, (veluti lege 12. Tabul. Cuius verba à Gellio lib. 15 cap. 13. referuntur) eo pertinet, vt ne teſtimonium eius recipiatur, neve ipſe, vt quidam exiſtimant, dicat teſtimonium, l. 26. ff. de teſtament. §. teſtes autem Inſtit. eodem, proinde cum Senatuſconſulto expreſſum ſit, vt ob carmen famoſum damnatus inteſtabilis ſit, ex eo infert Vlpianus, nec teſtamentum eum facere poſſe, nec ad teſtamentum adhiberi. l. 18. in fin. ff. de teſtament. Sic & in leg. 5 § penult ff. de iniur l. 21. ff. de teſtibus. Eoque alludens Plaut. Curculio. Semper curato, ſit, ne ſit inteſtabilis. Quod amas ama teſtibus præſentibus. Briſſonius.

INTESTABILEM Theophilus eum vocat, qui cum ſuo teſtimonio, ſigno & ſubſcriptione teſtamentum comprobarit, poſtea mortuo teſtatore idipſum abnegat, quo teſtamenti ſolenne infirmet. Hunc inquit lex improbum inteſtabilemque eſſe iubet, nec teſtari, aut teſtamento quicquam capere, aut teſtis adhiberi poteſt, &c. Quoniam aut inuiſi erant, qui inteſtabiles eſſe iubebantur, ideo factum eſt, vt pro execrando, & abominando ac deteſtabili verbum hoc acciperetur, vt apud Hora. in ſermonib. Sacer, inteſtabilis eſto. Tacit. li. 15. Incuſat, vltro inteſtabilem & conſceleratum. Plin li. 30. c. 15. de Magia, Proinde ita perſuaſum ſit, inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quaſdam veritatis vmbras. Gell. lib. 7. ca. 18. Eos tamen qui ad Hannibalem non rediſſent, vſque adeo inteſtabiles inuiſoſque fuiſſe, vt tædium vitæ cæperint. Connanus lib. 9. c. 3. n. 1. Briſſ.

INTESTATO, aduerbium, ſine teſtamento, Scæuola. Lucius Titius inteſtato moriturus. Sic Paulus. Vt legata, quæ ei dederat, inteſtato morturus reſtitueret. Spieg.

INTESTA-

Digitized by Google

INTESTATVS vt quis dici poſſit, neceſſe eſt, vt reliquerit hæreditatem, & vt de hæreditate teſtari potuerit iure. Si enim iure teſtari non potuit, hæreditatem tamen relinquat, is quidem eſt inteſtatus, ſed minus proprie, vt intelligitur ex l. 1. ff. de ſuis & legit. quia Inteſtatum eſſe eſt priuatio, quæ præſupponit habitum, nimirũ teſtari potuiſſe. Impuberes igitur, furioſi & eiuſmodi perſonæ aliæ, quas recenſet Iuſtin. inſt. quibus non eſt permiſſ. facere teſtament. proprie loquendo inteſtati non decedunt: Sed tamen hos quoque pro inteſtatis, accipere debemus, ait Vlpian idque propter effectum, cum non minus hæreditas ipſorum accipiatur, atque eorum qui proprie teſtati deceſſiſſe dicũtur. Proprie autẽ inteſtatus is dicitur vel qui cum poſſet iure teſtari, tamen teſtatus non eſt, forte noluit, aut quia impeditus, puta morte, non potuit, quid ſi codicillos fecerit, an dicendum eſt illum deceſſiſſe teſtatum? non ita: quia teſtatum aut inteſtatum eſſe adiunctum eſt hæreditatis, hæreditas codicillis autem non datur. §. codicillis. Inſtit. de codicill. & faciendo codicillos creditur quis ſponte ſua relinquere hæreditatem legitimam ſucceſſuris ab inteſtato, vt ait Paulus Iuriſconſ. in l. conficiuntur 8. ff. de iur. codicill. vel qui teſtamentum quidem fecit, ſed non iure, puta, ſi ſeptem teſtes non adhibuerit: ſi filium, quem in poteſtate habet præterierit, & in ſumma ſi quas alias ſolemnitates in teſtamentis conficiendis à iure requiſitas, non obſeruauerit. l. ſi vnus. C. de teſtam. vel qui teſtamentum quidem iure fecit, ſed quod ex poſtfacto infirmetur. quod fit, ſi rumpatur vel irritum fiat, vt expoſuit Iuſtinia. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. Irritum fit teſtamentum capitis deminutione, & ſi hæreditas ex teſtamento adita non ſit, quorum alterutrum ſi fiat, teſtator inteſtatus redditur iure ciuili. Dico iure ciuili: quia fieri poteſt vt aliquis iure ciuili ſit inteſtatus: qui tamen iure prætorio ſit teſtatus. Interpp. ad princ. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. ſecuti gloſſ. in verb. extitit addunt etiam eum, cuius teſtamentum per inofficioſi querelam, vel per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, euerſum eſt inteſtatum deceſſiſſe. Non placet de eo enim nihil omnino Iuſtinian. in dict. princ. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. qui tamen omnes caſus, quibus quis decedat inteſtatus exprimere voluiſſe videtur. Sed nec ratio iuris hoc patiebatur vt id exprimeretur: querela enim inofficioſi teſtamenti non datur, niſi hæreditas fuerit adita l. Papinia. 8 § ſi condit ff. de inoffic. teſtament. vt autem hæreditas adiri potuerit, neceſſe eſt, vt teſtamentum eo tempore quo teſtator moriebatur, valuerit. At cuius teſtamentum ipſo mortuo valuit, is non poteſt dici deceſſiſſe inteſtatus. Teſtatus igitur deceſſerat, & teſtatus manſiſſet niſi poſt hæreditatem demum aditam per inofficioſi querelam inteſtatus factus fuiſſet. Bonorum autem poſſeſſio dependet ex iuriſdictione prætoris, qui à iure ciuili conſtituta, qualis eſt hæreditas teſtamentaria iure ciuili delata, euertere non poteſt: at teſtamento non euerſo, is qui teſtamentum fecit, manet teſtatus: v. de Vuiteium in comment. ad d. princ. n. 7. 8. 9. Inſtitut. de hæreditat quæ ab inteſtat. defer. Rumpitur teſtamentum agnatione, vel mutatione teſtamenti prius conditi. Vult. ibidem, quem conſule.

Sunt porro, qui differentiam faciunt inter inteſtatus, & ſine teſtamento, & inter hos Imol. in l. Centurio ff. de vulg. & pup & Raph. Fulg. in l. generaliter in princ. col. 1. verſi. ouo primo quod non eſt, Cod. de inſtitut. & ſubſtit. & Rom. in l. in teſtamento. l. 1. col. 3. verſic. aduertendum tamen C. de teſtam. milit. Sed contra hos eſt text. in ea ipſa l. generaliter, & ibi gl. in verbo, ſine teſtamento: quæ eſt 1. Quinetiam qui teſtamentum facere non potuere, pro inteſtatis accipiuntur. d. l. 1. de ſuis & legit. Inteſtatus quoque, quantum ad tutelam attinet, deceſſiſſe dicitur, qui teſtamento liberis ſuis tutores non dedit, l. 6. ff de legit. tutoribus. Briſſ.

INTESTATVS in doctrina tutelarum is deceſſiſſe dicitur, non tantum qui teſtamentum omnino non fecit, ſed etiam qui teſtamentum fecit, ſed in eo liberis tutores non dedit, Vult. ad § primum, n. 1, Inſtit. de legit. agnat. tutel.

INTESTATVS quatuor modis dicitur. Primo qui omnino teſtamentum non fecit, ſecundo, qui non iure fecit, tertio cum id quod fecerat, ruptum irritúmve factum eſt, quarto, ſi ex eo teſtamento nemo hæres extitit. vt in Inſtit. de hæred. ab inteſtato. in princip l. inteſtatus. ff. de verb ſign. l. 1. ff. de ſuis & legit. hæred. Ioh Bellon. Etymol.

INTESTATVS is quoque dicitur cuius verbis non adhibetur fides, quive teſtis eſſe non poteſt: Pompo. Pictoribus: Ipſus cum vno ſeruo ſenex inteſtato proficiſcitur. Nonius. Eſt & inteſtatus, teſtato non conuentus, cui opponitur Anteſtatus. Plautus in Curcul.

Hoccine pacto indemnatum atque inteſtatum me arripi.

Alij aliter exponunt, ſed perperam. Prat.

INTESTATVM oppono anteſtato, vt Plautus, quod anteſtati definitionem meam plane confirmat Anteſtatum enim dicimus eum qui teſtato conuenitur, qua ratione & pater fiduciarius anteſtatus dictus eſt olim, auctore Gaio in Inſtitutionibus: ſuperſtites autem in ſiue teſtes non dicuntur anteſtati, & anteſtatorum non attrectatur auris, ſed teſtium. Cuiac. obſeru. lib. 7. cap. 16.

Ab INTESTATO dari dicimus, ſi teſtamento clauſula codicillaris ſit iniecta, vide l. 13. C. de teſtam. manumit. l. 41 § 3. ff. de vulg. Papon. 20. Arreſt. 3. num. 5. Goth. l. ad 19. C. de fideicommiſſ.

INTESTINVM, pro maximo, & periculoſiſſimo, & pro occulto accipitur. Sic inteſtinum vulnus, inteſtina prædia, apud Imper. Cod de legit hæred. l. leg. 12. Tabul l. 2. in princ. de Ver. Iur. enucl. Spieg.

INTEXERE purpuram veſtimento l. 7. ff. ad exhibend.

INTIMA, pro arcanis apud Vlpia. in l 3. de recept. qui arbitr. recep. Finge enim, inquit, poſt cauſam iam ſemel atque iterum tractatam, poſt nudata vtriuſque intima & ſecreta negocij aperta &c.

INTIMARE, denuntiare, in l. 2. C. de indic. Ioſulanus obſeruauit, hoc verbo vſum eſſe Plinium, ante Apuleium & Gellium vide Clem. cauſam de elect. Pract.

INTIMARE actis, id eſt inſinuare in l. 25. C. de donat. inter vir. & vt Intimatę donationes, i. inſinuatæ in l. 19. in pr. C. de ſacroſ. eccleſ. Et intimatio. i. inſinuatio. l. 23. C. de teſtam.

INTOLERABILIA ſeruitia, in §. ſed & maior. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Spieg. Prat.

INTRA, Apud veteres tres erant propoſitiunculæ diuerſo ſenſu, Ius, Vls, Cis: quæ quoniam obſcuro ſonitu promebantur, euphoniæ cauſa additionem eandem receperunt, dicique intra vltra citra, cœptum eſt, ſicque intra idem ſignificat quod in. vnde recte dicemus, Brigantium intra Alpes eſt, i. in Alpib. ipſis: ſicut Seguſium citra Alpes Vocentij vltra. Sic & qui dicit ſe intra calendas facturum, in ipſis calendis dicere videtur. Ex Alciato. Spieg. De hac dictione INTRA, vide etiam l. ex facto §. item quæro de vulgari & pupill. ſubſtit. & l. ſi ſtipulatus fuero decem, ff de verb. oblig.

INTRA ſine caſu, contrarium eſt. Extrinſecus.

INTRA diem mortis vt aliquid fiat, ſi quis dixerit, ipſe quoque dies, inquit Vlp. quo quis mortuus fuerit numeratur. Spieg.

INTRA fidem, ſignificat credibile eſſe.

INTRA, incluſionis nota l. ſi quis ſic ff. de verb ſig. Vnde tamen pro re propoſita accipitur. Quandoq; ſignificat citra l. fin. vbi Accurſ. C. de poſtu. hæred. Aliquando per, vt in legib. Longobard. l. ſi quis caballum, de furt. Quandoq; ſonat iuxta, l. vxorem § legauerat. ff. de legat. 3. Prat.

INTRA excludere videtur in caſu l. qui Romæ §. Callimachus ff. de verb. oblig. Quandoque accipitur pro coram §. ex his in authent. de hæredib. ab inteſt. venient. Prat.

INTRA Kalendas facere quid iuſſus, an etiam Kalendis ipſis recte faciat, dubitat Gell lib. 18. c. 13. Sed hoc duobus Iuriſconſultorum locis apertiſſime determinatur Vnus eſt in l. 133. ff. de verb. ſignif. alter in l 1. § ſi intra ff. de ſucceſſ. edict. cuius verba ſubieci. Quod dicimus intra dies centum bonorum poſſeſſionem peti poſſe, ita intelligendum eſt, vt & ipſo die centeſimo peti poſſit, quemadmodum intra Kalendas etiam ipſæ Kalendę ſunt. Briſſ. Prat.

INTRA modicum tempus, i. e. Iuriſconſult. exponente, dum hoſpitium quis condicit, ſarcinulas cõponit, quærit aduocatum. l. ab hoſtibus, § ſed quod in fi. ff. ex quib. cauſ. maior. Spieg.

INTRA quam modicũ, pro eo quod eo, minus quam modicum.

INTRA parietes agere, vel experiri, id eſt, inter amicos diſceptandam rem permittere citra iudicium & extra cancellos forenſes, ſicut prudentes viri, vt vere dicit Oldeo. ſolent optare: contra ſtulidi ad iudiciariam propeterant moleſtiam. Spieg.

INTRA quatuor annos & A quatuor annis hoc differunt: quod intra quatuor annos, idem eſt quod triennio nondum finito, A quatuor annis, i. e. iam elapſo tempore quadriennij Spieg.

INTRA verba, id eſt, non vltra verba.

INTRIBVARE pro contribuere in l. 9. § vlt. ff. de tribut. Traia. Plinio: Ne quid Ideo, inquit, intribuant. Briſſ. Prat.

INTRIBVTIO, collatio, contributio, l 6. §. fi. ff. de mun. & hon. & Vlp. in l. ager §. ſtipendium, de verb ſign. Tributum ſane appellatur ab intributione, & in l. 4 de veter. Nam nec ab intributionibus quæ in poſſeſſionibus fiunt, veteranos eſſe excuſatos, palam eſt: vide & l. 21. §. vlt ff. ad municip. Briſſ & Prat.

INTRICARE peculiũ dicitur ſeruus qui in ære alieno eſt, & res quaſdam pignori oppoſuit. Vlp. l. 1. ff. de ſerv. corrup Is quoq; deteriorem fecit, qui perſuadet, vt peculium intricaret. Idem l. 51. ff de pecul Sed & ſi eum intricare peculium in necem creditorum paſſus eſt, &c. Intricationem hanc Cicero pro Seſtio implicationem appellat. Magna inquit multitudo eſt eorum, qui aut propter metum pœnæ, &c. aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malint, quam ſuo deflagrare. Hinc Marcellus TRICAS impedimenta & implicationes interpretatur; vnde dictum putat extricare & intricare. Lucilius apud eundem Tricones appellat, qui magis homines remorentur. Et tricinus quæſtus pro tardo ſeu ſicco. Vide Eraſm. explicantem adagium Tricæ apinæ, & infra Peculium intricare. Spieg.

INTRINSECVS, quod barbari ab intra dicunt: qui contrarium

eſt, extra ſaccus, vide l. denique, § fin. de pecul. legat. Spieg.

INTRODVCERE, ponere, inſtituere, conſtituere: quod & in medium afferre, aliquando ſignificat, teſte Bud.

INTRODVCERE, alias eſt intromittere. Briſſ.

INTROIRE, id eſt, intrare, ingredi.

INTROITVS militiæ, apud Scæuolam, in l. pen. de legat. tertio.

INTRVSI dicuntur, qui non per electionem canonicam, ſed per violentiam occupant honores, officia, vel Eccleſiaſtica beneficia. Prat.

INTRVSVS eſt qui obtinuit dignitatem à non habente poteſtatem conferendi. c. cum veniſſent. de in integ. reſt. Prat.

INTVERI, pro attendere. Paul. in l. promittendo, in princip. ff. de iur. dot. Magis enim, inquit, res quam verba intuenda ſunt.

INTVITV, id eſt, contemplatione, ratione, gratia. Briſſ.

INVADIARE pecuniam, eſt vel ex commiſſo, vel ex condemnatione debere, lib. Feud 2. tit. 27. § 4. Quicunque iudici ſuo pro exceſſu viginti libras inuadiauerit, prædium ſuum pro pignore illi tradat: & intra 14. ſeptimanas inuadiatam pecuniam perſoluat. Sumitur etiam pro oppignerare. Sigeb. in Chro. ann. 1110. Wilhelmus Comes Pictauienſis inuadiauit eandem ciuitatem Raymundo Comiti, propter pecuniam, quam idem Wilhelmus in expeditione expoſuit. Hinc

INVADIARE hominem, pro obſidem dare. In Lombard. li. 1. tit. 15. l. ſi quis liber. Semetipſum inuadiare ſtudeat, vſque dum plenam compoſitionem adimpleat. Prat.

INVALETVDINIS nomen nec Cicero abhorruit. Inſulanus citat verba ex Epiſt. ad Attic. lib. 7.

INVALIDITAS inter remedia iuris numeratur, quæ aduerſus iniquitatem iudicum introducta ſunt, de quo late Bart. in l. ſi expreſſim. ff. de appell. & in l. cum quærebatur ff. de re iudic. l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. Spieg. Prat.

INVECTA, illata à Iuriſconſultis appellantur quæ ab inquilinis in ædes conductas inducuntur importanturque. l. 4. ff. de pact. l. 11. § ſolutam. ff. de pignor. act. l. 1. & l. 3. & l. 4. & l. 7. in fi. ff. in quib. cauſ. pign. l. 32. ff. de pign. l. pen. quib. mod. pign. l. 1. ff. de migran. l. 14. § 1. de relig. Briſſ.

INVENDITA prædia, l. vlt. ff de reſcind. vend.

INVENIRE Sypontinus opinatur, eſſe artis & induſtriæ, reperire autem caſus & fortunæ. Sicque interpretatur illud Ouid. Metamorph. 1.

Tu non inuenta, reperta es

Quem tamen opinione falli, vel ex illo ipſo Ouidij loco planum eſt: vbi, cum Inachus filiam à Ioue raptam, diu multumque à ſe quæſitam, inueniſſet quidem, ſed mutatam in vaccam & ea ſpecie atque forma, vt filia inuenta carendum illi eſſet, ſic erumpit.

——Tune es quæſita per omnes
Nata mihi terras? Tu non inuenta reperta es.
Luctus erat leuior.——

Vt ſit reperire amiſſam rem quoquo modo recuperare. Dicitur enim Feſto repertum quaſi reparatum & reperarunt: Inuenire autem eſt in rem venire, eiuſque quaſi poſſeſſionem adipiſci. Itaque Inachus repererat filiam, ſed non inuenerat, quia non poterat frui reperta. Cic. 2. Academic. Nemo inuenit falſa, nec ea, quæ incerta permanent, inuenta eſſe poſſunt: ſed ea, quæ quaſi inuoluta fuerunt, cum aperta ſunt, tum inuenta dicuntur. Hinc Latinis inuenire plerumq. ſignificat idem quod nanciſci. Cic. de finib. Propter hæſitantiam linguæ ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia inuenit. Et in Epiſt. Scis meam fortunam neſcio quomodo facile obtrectatores inuenire. Eadem ſignificatione dicitur Græcis εὑρίσκειν, vt multis exemplis docet Bud in ſuis comment. D. Lucas: εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ. Inueniſti gratiam apud Deum, id eſt, adeptus es. Et Demoſt. τοὺς λειτουργίας εὑρημένους [illegible] vocat [illegible]: καὶ λαβόντας ἀφ' ᾧ ἐποιήσαντο, quibus pro beneficiis in Remp. collatis munerum vacatio data eſt. Et contr. Dimocratem, eos appellat ſimpliciter εὑρημένους, [illegible] Vbi Vlpianus interpres εὑρέσθαι [illegible] τὸ λαβεῖν παρ' ἄν τις ἐθέλῃ. Inuenire eſt præmium ab aliquo accipere, pro beneficiis in eum collatis, quaſi quod des perdas, niſi tibi eius aliqua referatur gratia, quæ eum rependitur, tum inuenire dicatis quod donaueras, &c. Connan. lib. 3. c. 3. n. 4.

INVENTARIVM eſt legitima bonorum in hæreditate repertorum annotatio & in ſcripturam redactio. Hoc inchoari debet intra triginta dies ab adita hæreditate citatis ad hoc iis, quorum intereſt, vt ei interſint adhibito Notario & teſtibus ac intra dies 60. aut ſi bona in eodem loco ſita non ſint, intra annum abſolui, & ſubſcriptione confirmari quemadmodum illa plenius deſcribuntur in l. fi. C. de iur. delibe. Nouell. 1. c. 2. Vult. in comment. ad § extraneis autem, t. n. 6. Inſtit. de hæredit. qualit. & differentia.

INVENTARII beneficium hæredibus à Iuſtiniano datum eſt in locum ſpatij ad deliberandum petendi l. vlt. C. de iur. deliber. Eſt autem huiuſmodi: vt hæres inſtitutus intra 30. dies, quibus ſe inſtitutum ſcierit ſi res propinquæ ſint, vel intra annum, ſi longè abſint, inuentarium omnium hæreditariarum rerum, tabellariis teſtibuſque præſentibus conficiat: ipſe manu ſua id ſubſcribat: vel à certo tabellario adhibitis teſtibus ſubſcribendum curet, atque hoc modo pro earum rerum ratione, tantum creditoribus teneatur: quartamque Falcidiam retinere poſſit. Hot. adde Cuiac. in ἀσυγκρίτῳ de diuerſ. temp. præſcript. & term. cap. 15. qui dicit, inuentarij tempus eſſe trium menſium. Vt ibi per eum in ſupra allegat loco.

INVENTARIVM inſtrumentorum debitoris faciunt creditores in poſſeſſionem miſſi l. cum plures, 15. ff. de reb. auct. iud. poſſid. Ne corrumpantur, inquit, rationes, vni hoc negotium à creditoribus dandum eſt, quem maior pars creditorum elegerit, vt inſtrumentorum ἀναγραφὴν faciat. Prat.

INVENTARIVM rerum pupilli, quod tutor: rerum adulti: quod curator facit: vt adminiſtrationis ratio conſtet. l. tutor qui repertorium, ff de adm. tut. l. tutores. C. eo. Prat.

INVENTARIVM confiſcationis, quod in bonis proſcriptorum fieri ſolet, vt fiſco ſua ratio conſtet l. ſi quis poſtbac, l. ſi quis inita. C. de bon. vacan. Prat.

INVENTARIVM rerum quarum in poſſeſſionem venter miſſus eſt quod à ventris curatore fieri ſolet, l. 1. § penult. ff. de vent. in poſt. mitt. l. 1. de cur. bon. dand. Prat.

INVENTARIVM pro repertorio & deſcriptione bonorum. l. 7. ff de admin tuto. vbi de pœna eius, qui inuentarium non fecit agitur. Sic l. 3 § officio. ff. de tut. & rat. diſt. Alias ſynopſi vocatur. l. magis puto, § in primis, ff. de reb. eor. alias etiam ἀναγραφή. Prat.

INVENTARIVM, vt definitur pro glo. in § ſi vero abſunt, in auth. de hæred. & Falc. coll. 1. eſt ſola ſcriptura, in qua rei inuentæ in hæreditate conſcribuntur, hoc idē appellatur repertorium. l. tutor, qui repertorium ff. de adm. tut. In an. Bellon. Etym.

INVENTA ſunt reddenda, alioqui rapina eſt. Quæ inueniſti, inquit D. Auguſt. reddenda ſunt: quod ſi non feceris, ea rapuiſti: cum feceris, quantum potueris, vt ſi plus inueniſſes, plus rapuiſſes, c. ſi quid inueniſti. 14. q. 1.

INVENTIO theſauri ea eſt accipienda, quæ fortuito contingat, non data opera, de quo tractatur in l. 3. § vlt. ff. de iur. fiſc. l. 1. C. de theſaur. lib. 10. Spieg. Prat.

INVENTIO eſt occupatio rerum aliarū quam animatarum. Hac res fiunt occupantis quæ vel aliquando alicuius fuerunt, eius autem eſſe deſierunt: ita vt eum occupantur, nullius ſint, vel nullius vnquam fuerunt, alicuius tamen eſſe poſſunt. Vult. ad § feræ in n. 5. & ad § 18. n 1. Inſtit. de rer. diuiſ.

INVENTOR idem quod auctor, hoc eſt, qui primus aliquid, & præcipuus inſtituit, &c.

INVERECVNDE poſtulare, l. 1. ff. de poſtul.

INVERECVNDVM deſiderium, vide Paul. in l. ſi & tam. ff. de pet. hæred. Spieg.

INVESTIGARE rationem non ſolum dicimus: verum etiam inueſtigare eum, qui ſeſe celare tentauerit, l. non diſtinguemus, § ſi arbiter. ff. de recept. Spieg. Prat.

INVESTIMENTVM principalis domini in feudo requiritur. Plerumque pro inueſtimento traditur ſcipio aut fuſtis, quo genere & traditio olim ex cauſa emptionis fiebat, vt eſt in antiquo contractu emptionis: Tu Paſcuti fuſte illum inueſtito. Tu Segniti illum mano capito. Helmoldus in hiſtoria Sclanorum, vt dominus meus accipiat virgulam, & det in manum veſtiam, pro ſigno inueſtituræ. Cuiac. obſerua. lib. 8 c. 14.

INVESTITA res dicitur, de qua inueſtitura facta eſt, ſiue in feudationis titulo ſiue alio quouis. lib. Feudorum 2. tit. 8. & tit. 35. Sic inueſtitus dicitur, cui quid ſolenniter traditum, & quaſi mancipatum eſt, quamuis id feudum non ſit. Sic reueſt ius. Fui res aliqua reddita cuiuſcunque generis illa ſit. Prat.

INVESTITVRA cæremonialis (quam vulgo abuſiuam vocant) qua dominus vti ſolet in conceſſione feudi, ſignificat totam hominis conditionem, transformati in fidem, & obſequium erga dominum. Siquidem inueſtire, à Veſtio eſt, eleganti tropo ſeu figura denotans maximi fœderis vltro citroque contrahi negotium, in quo non ſufficiat vulgare hominis officium exhibere, ſed exigatur oprima & animi & corporis virtus. Quemadmodum fere veſtis habitu diſcernere ſolemus, qualis quiſque ſit, eximiæve dignitatis, an plebeius. Quamobrem & Chriſtus ſeruator noſter, Amice, inquit, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? hoc eſt animum vera fide adornatum. Old.

INVESTITVRA, ſeu forma concedendi feudi eſt duplex: Impropria vel cæremonialis & propria ſeu naturalis. Old.

INVESTITVRA impropria, ad præparationē ſolet his verbis fieri interueniente aliquo externæ cæremoniæ argumento: Inueſtio te hoc annulo, enſe vel haſta, aut alia re pro conſuetudine loci porrecta. Idque præſentibus ſaltem duobus curialibus, quos Pares curiæ vocant. Aut ſi pares non habeat, coram duobus bonis viris, vt breue teſtatum ſcribatur. c. 1 in princ. quid ſit inueſt. Princip. conceduntur regalia beneficia, vel tenonatur inueſtitura per Imperatorem porrecto vexillo. Vnde dicuntur *fahnenlehen*, antiquo Saxonum vocabulo. Neque vero in re tanti momenti otioſæ ſunt huiuſmodi externæ cæremoniæ, quarum fit mentio in c. ex ore. de his, quæ fiunt à maio part. capit. Et in cap. ex literis, de conſuetud. Hac autem

tem

rem Cæremoniali inueſtitura non traditur vera beneficij poſſeſſio ſicut nec per præparatoria cuiuſlibet rei ſit res ipſa, ſed præparatur. Veruntamen hunc habet effectum: ne dominus pœnitentia forte ductus poſſit mutare voluntatem: ſed omnibus modis teneatur poſſeſſionem vel corporalem & vacuam tradere: non audiendus etiamſi velit ſoluere beneficiario id, quod eius intereſt, ea. s §. ſi facta, ſi de feud. defunct. contro. ſic inter do. & agnat. vaſall. Siquidem impropria inueſtitura, aliquo modo, inſtar bonorum poſſeſſionis per iudicem decretæ (ſi perpendas) obtinet, quæ & ipſa non dat poſſeſſionem corporalem. Old. Prat.

INVESTITVRA, vt quidam volunt, à teſtamento & veſtitura dicitur, vel inueſtimento, qua dictione vſus eſt Liuius lib. 4. Legem promulgat, inquit, ne cui album inſtrumentum addere petitionis liceret cauſa. Alij barbaricum nomen eſſe volunt, tum barbaricam quoque notationem habere. Itaque in legibus barbaricis veſtitura & veſtitu ſæpe legitur, pro poſſeſſione & poſſeſſus. Dicitur autem inueſtitura proprie, (inquit Feudiſta lib. 2. tit. 2.) poſſeſſio: abuſiuo autem modo dicitur, quando haſta vel aliud corporeum traditur à domino: i. ceſſio feudi, quæ fit à domino porrecta haſta, aut vexillo, vel qua alia re coram paribus curiæ, vel aliis teſtibus. Prat.

INVESTITVRA vera eſt, cum traditur poſſeſſio rei beneficiariæ, idque multis modis. I. Si præcedens cæremonialis inueſtitura fiat in ipſo feudo, vel oculis ſubiecto Argu. l. clauibus ff. de contrahen. empt. & l. quod meo. §. ſi per venditorem ff. de acquiren. poſſeſſ. II Si dominus proprie inueſtiendo, vtatur verbo tradendi, poteſt Vaſallus propria autoritate ingredi poſſeſſionem vacuam, vt tradit Aluarottus in ca. 1. quid ſit inueſtit. arg. l. prædia ff. de acquir. poſſ. III. Si dominus coram paribus curiæ aut aliis honeſtis viris iuberet beneficiarium ingredi poſſeſſionem feudi: alioquin non ſolennis iuſſus nihil efficeret. Sic conciliabiſe. s. in prin. de conſuetud. rect. feud. & c. 2. quib. mod. feud. conſtit. Accedit c. 1. §. 1. de natu. feud. c. 1. §. fin. quid ſit inueſtit. IV. Si beneficiarius per dominum ipſum, aut iuſſu eius per alium introducatur in poſſeſſionem feudi. Old. & Prat.

INVETERARA, i. ad vetuſtatem ſeruare. inquit Bud. Prat.

INVETERATVM malum, pro antiquo.

INVETERATVM, & recens, contraria.

INVETERATA conſuetudo cur pro lege merito cuſtodiatur, Iulianus eleganter declarat l. de quib. cauſis ff. de legib. Spieg.

INVETERAVIT, opinio, conſuetudo: pro inoleuit, inualuit.

INVICEM canere, i. inter ſe canere, vt loquitur l. 73. ff. ad l. Fal.

INVICEM ſe impedire, apud Iulian. l. quoties. ff. de vſufru.

INVICEM periculum ſuſtinere, i. inter ſe. l. 2. C. de diuid. tutel.

INVICTVS pro valde victo in l. pen. ff. de leg. Feb. Briſſ. in par.

INVIOLABILITER, apud Haloan. in §. conſtituto, l. pen. de legat. 2. quem vertit Latine Quære non autem volo.

IN VIRILES, id eſt, pro numero perſonarum, l. virilis. ff. de leg. præſt. Alber.

INVITARE, prouocare ad bonorum poſſeſſionem apud Vlp. in l. 1. vnde cognat. Prat.

INVITATORES erant in officio ſacri palatij, qui eos, qui vocari iubebantur, vocabant, l. fi. C. de diuerſ. offic. lib. 12. Prat.

INVITVS, qui per vim aliquid facit, non libenter, tergiuerſans, contra voluntatem, repugnans, coactus. Vide l. filiusfam. ff. de procur. l. inuitus, vbi Bart. C. eod.

INVITVS, non tantum qui contradicit, ſed & qui conſenſiſſe non probatur, l. 8. ff. de proc. Inuitus & qui ignorat, l. 40. ff. de rit. nupt. Inuitus l. 6. §. ſi paſſus, ff. mandat, qui vetat & prohibet Prat. ex Briſſ.

INVITVM duobus modis accipimus, eum qui omnino non vult, & eum, qui coactus vult. l. ſi metus. ff. de acqu. hæred. adeo vt diuerſa ratione dici poſſit quis idem voluiſſe & noluiſſe. In edicto de furtis & vi bonorum raptorum, inuitus eſt is, qui omnino non vult. In edicto vero quod metus cauſa, is qui coactus vult. neque enim vis hic pro rapina accipitur, ait Vlp. in l. 1. ff. quod metus cauſa. Cuiac. in rubr. tit. ff. quod met. cauſ. geſtum erit. Hinc inuita vxor, in l. dotalem. ff. ſol. matr. teſte Seneca in lib. 9. de beneſ. c. 7. dicitur non quæ non conſentit. Sed quæ contradicit. Cuiac obſeru. l. 2. c. 34.

INVITVM in ſeruitutib. accipere debemus non ſolum eum, qui contradicit, ſed & eum qui non conſentit, l. 5. ff. de ſeru. præd. vrb. Ideo Pomp. lib. 10. & infantem & furioſum inuitos recte dici ait, non enim ad factum, ſed ad ius ſeruitutis hæc verba referuntur, quod id quod factum eſt, non contradicit, niſi qui id expreſſe facit, non autem is qui nihil dicit, & qui neque ait, neque negat: aliud eſt enim non conſentire: aliud contradicere. At ſi ius ſeruitutum ſpectes, habetur non conſentiens pro inuito, & contradicente, quia ſeruitus imponi non poteſt ſine conſenſu. Nam ſeruitus, aut ſeruientis libertas prædio ipſi hæret, vt neutrum tolli poſſit, ſi non adſit manifeſta dominorum voluntas, &c. Conna. lib. 4. c. 9. n. 14. &c.

INVITVS nemo in communione perſiſtere cogitur, l. fi. C. de act.

INVITVS ſolutionis, vide l. 2. ff. de poſ.

INVITVM crimen, de quo non eſt ſumptũ ſuppliciũ, l. quod cuirandi C. de cond. ob turp. cau. l. 1. C. de his quib. vt indig. Spie.

INVMBRATA quies falſa, opinata tantum, falſo credita, Celſus l. 18. §. 1. ff. de acq poſſ. Si furioſo, quem ſanæ mentis eſſe exiſtimas, eo quod forte in conſpectu inumbratæ quietis fuit conſtitutus, rem tradideris, i. quia tum erat eo ſtatu & figura, vt mente conſtare videretur Prat. ex Hot.

INVNDARE flumen aliquam terram dicitur, cum abundans, ſeu incremento ſuo, eam aqua operit, l. 1. §. ſi foſſa, ff. de fluminib.

INVNDARI dicitur prædium, cum vno eodemque impetu aqua cooperitur, l. 7. §. aliud l. 30 §. alluuio. ff. de acq. rer. dom. Prat.

INVNDARE, proprie fluminum eſt, quæ dum vndas ſuas latius emittunt, omnia deuaſtant, vt, inundatus ager. Inſtit. de rer. diuiſ. §. alia ſane cauſa eſt Spieg.

INVNDANS aqua, Iuriſconſ. in l. ſi quando, §. ſecundum, ff. ſi ſeruit. vendic. Quoniam inquit, damna inundantis aquæ latenter euenire ſolent: & malle debemus inundationem auerti, quam poſtmodum de damni æſtimatione litigare. Spieg.

INVNDATIO fundi ſpeciem non commutat. ibid. ea tamen poſſeſſio amittitur. Nam vt Paulus ait ad fi. l. cum vnus de bon. aut. iud. poſſid. Si propter naturam rei, veluti ſi prædium inundatum ſit, aut propter latronum potentiam, non poteſt poſſideri, recte dicitur, non eſſe quod poſſideatur. Spieg.

IN VNIVERSVM, pro eo, quod eſt generaliter. Spieg. (cau.

INVOCARE audientiam, vide l. vnic. C ne liceat in vna eademq;

INVOCATIO brachij ſecularis dicitur, cum Iudex Eccleſiaſticos inuocat gladium ciuilis magiſtratus, vt ſententiam eius exequatur l. Epiſcopale, C. de Epiſc. audien. c. 1. de offic. ordin. Vide Bar. in l. vnic. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Spieg Prat.

INVOLARE, eripere, & ſecum auferre, l. 6 ff. de incend. ruin. & nauf. & vide C. de iis qui pueros inuolant. Prat.

INVOLVNTARIVM eſt, quod per vim, vel per ignorantiam fit. Quod ergo, neque vi, neque ignoranter fit, voluntarium, neceſſario dicitur. Salomon. de voluntario & inuoluntario.

INVRERE, etiam eſt ita imprimere, vt deleri nequeat vt ſtigma in armo equi inuſtum, aut in femore. Itaque inuſtum, quod ignito ferro impreſſum eſt, vt ſtigma fronti. Spieg.

INVRI probroſis notis, vide l. 2. C. de ſecun. nupt. Et Inuri perennibus notis in l. 15. C. de appell.

INVSITATO recedere veſtigio, l. 2. in pr. C. de conſt. pec.

INVTILIS contractus à ſimulato differt: In illo enim non deficit conſenſus: in hoc deficit: vide Goth. ad l. 55. ff. de contr. emp.

INVTILA non aecreſcit vtili. Vulr. in commen. Inſtit. l. 3. tit. de inutil. ſtip. § 3. n. 8.

INVTILIS, pro pernicioſum, & ab vtilitate communi alienum, Vlp. l. 1. §. 3. ff depoſ. Eſt enim inutile in cauſis huiuſmodi fidem frangere. Loquitur de iis quę incendij & ruinę cauſa deponuntur. Paulus l. 12. § 1 ff. de admin. tut. nam & inutile eſt pupillis ſi adminiſtratio eorum non ſeruatur a nemine ſcil. e mente Hoto. Vide Duaren. lib. diſput. anniuerſ. s c. 14. Sic leges inutiles dicuntur Ciceroni, non quæ non proſunt, & nullius ſunt vſus, ſed quæ nocent patriæ: Cicer. in parti orator. Quærenda etiam ratio, ſi qua poterit inueniri, quare non ſit exceptum: aut iniqua lex aut inutilis futura dicetur. Et lib. 2. offic. Publ. Sulpitij eloquentiam accuſatio illuſtrauit, cum ſeditioſum & inutilem ciuem C. Norbanum in iudicium vocauit. Inutilem pro pernicioſo dixit Connan. lib. 7. c. 4. nu. 15. &c. Inutiles nuptiæ, vide inceſtæ nuptiæ.

I O.

IOANNES Andreas Iuriſconſultus nobilis. Bononiæ natus, ibidem ius ciuile publice docuit, gloſſaſque ad iuris pontificij libros, multoſq; præterea de iure cõmentarios conſcripſit, tandem peſte oppreſſus anno 1348. vita exceſſit. Prat. ex Hot.

IOANNES Blenaſcus Iuriſc. nobilis, Burgũdus, Bononiæ circiter annum 350. ius ciuile profeſſus eſt, ſcripſitq; de actionib. & alia nonnulla quæ ad ius ciuile omnia pertinent. Prat. ex Hot.

IOANNES Imolenſis Iuriſconſultus nobilis Patauij iura publice interpretatus eſt: compluribuſque de ea diſciplina editis commentariis, anno 1435. vita eſt functus. Prat. ex Hot.

IOANNES Odofred Iuriſc. nobilis, Azonis & Accurſij præceptor circiter ann. 1109. in Italia docuit, ſummaq; Pandect. ſcripſit. Eius perſæpe Accurſ. in gloſ. mentionem facit. Prat. ex Hot.

IOCA, ſeriaq; conferre dicimur, quoties omnia noſtra cum aliquo communicamus. (iocoſi. Iocundus non item.

IOCOSVS, Latinum eſt. Hora. Oderunt hilarem triſtes, triſtemq;

IOCVM vocamus, quod eſt contrarium ſerio. Hinc ioci gratia facta obligatio non valet. l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. & obligat. Differt autem iocus à ludo, quod ludus factis, iocus præcipue verbis fieri dicatur. Spieg. Prat.

IOCVLATOR, vox non admodum proba, vt volunt, locum apud Canoniſtas ſortitum eſt, c. cum decorem, ext. de vit. & honeſt. cler. & eo tit. c. 1. lib. 6. Cicero tamen alicubi ioculatoriam diſputationem dixit, pro nec grauem, nec ſeria. Spieg.

IOTA, & Apex quid ſit, in Ann. Noui Teſtam. Eraſmus indicauit, ſuper quibus, vt & Theologi nonnulli, lapſus eſt Archi. Spi.

I P.

ΙΠΑΓΟΡΕΥΕΙΝ, vide inſt. Nuncupare.

ΙΠΠΑΡΧΟΣ magiſter equitum, & ἱππαρχία præfectura, & quaſi

magiſterium equitum. Quidam pro ala 1 a 11. equitum accipiunt.

Ipsa re, in l. fi. ff. de edend. Inſtit. quib. ex cauſ. maior. § in fraud.

Ipsa dixit, vſurpari ſolitum, quoties ſententiæ rationem ignoramus, vel defenſionem à nobis ad ipſum autorem reiicimus. Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Spieg.

Ipse curandum, apte tum conuenire videtur, cum coniecturas ſequi fas eſt, vbi nihil adfertur, quod ſequaris.

Ipsi, pro ipſi, antiqua conſuetudine. Paul. l. 66. ff. de verb. oblig. Sed ſi ipſorum viginti ann. erit, non impedietur manumiſſio. Cicero ad Attic lib. 3. Epiſt. 21 Triginta dies erant ipſi, cum has dabam literas, per quos nullas à vobis acceperam. Hot. Prat.

Ipsis rerum experimentis cognoſcere, vide l. 5. C. vt in poſſeſſ. legator. Ex ipſis rerum documentis inuenire, in l. & ab antiquis 31. C. de teſtam.

Ipsis placet. His verbis prouerbialiter ſignificamus, cauſam nihil ad nos pertinere. Cætera Eraſmus in Chiliadibus. Spieg.

Ipso die & ſumere lugubria & deponere, apud Vlp. in l. genero. de his qui not. infa. Spieg.

Ipso facto, id eſt, abſque ſententia l. vlt. C. loca. Vide Bart. in l. 5. ff. de his qui not. infa. Prat.

Ipso iure conſiſtere dicitur id, quod ex ſola legum poteſtate & autoritate ſine magiſtratus opera conſiſtit. Prat.

Ipso iure aliquid fieri, vel ope exceptionis, nihil intereſt. l. nihil intereſt. de regul. iur. nempe quo ad effectum, conſequendamque ipſam rē. Sed quo ad alia, multum per omnem modū intereſt inter hæc duo. Vide poſt Bart. in l. ſi mater. C. de ſuis & legit. hæred. Zaſ. in §. bonæ fidei de act & Fert. d. l. nihil intereſt, interpretantem Bellonium ca. 10. lib. 1. ſupputat. Verba ipſo iure intelliguntur, ait, ſæpe, id eſt, ſine facto hominis, Spieg. In primis animaduertendum eſt ius Ciuile vetuſtius veteres Iuriſconſultos ad differentiam iuris Prætorij ἐμφατικῶς ipſum ius vocare ſolitos fuiſſe, quod à paucissimis animaduerſum eſſe ſcio. Prætor. n. qui iuris Ciuilis cuſtos dicebatur, tollendi quidem aut abrogandi ius Ciuile & P. R. Leges ius non habebat l. 1. de ſer. l. 1 ex quib. cauſ. ma l. cū ſponſus de pub. ſed interpretatio emendatioque illa, quæ ex Bono & Æquo fit, quam Ariſtotel. ἐπανόρθωμα τοῦ νομίμου δικαίου vocat, ipſi permittebatur, l. ius autem, de iuſt. & iur. Quod igitur emendando illo veteri Iure hoc modo ſtatuerat, licet ius diceretur, tamen quia legib. & iure ciuili erat inſerius, & quaſi vox quædam viua, interpretatioq; iuris Ciuilis, Ius illud primarium, ex quo Prætorium originem ducit, exprimere volentes Iureconſulti, ipſum Ius appellarunt: Quod & Græcus auctor Harmenopulus aperte oſtendit lib. 1. tit. 9. Sed & merum Ius, l. in cauſa, de minor. aut ſtrictum, l. pen. de conſt. pec vel Solenne, l. nec ex prætorio. de reg. iur. nonnunquam etiam Ius ſimpliciter, & ſine adiunctione ab eiſdem dici ſolet, l. vbicunque de fideiuſſ. vnde Vlp. interpretans Edictum de ſuperficiebus, Seruitutes, inquit, l. 1. §. fi. de ſuperf. prætorio quoque Iure conſtituuntur, & ipſæ ad exemplum earum, quæ ipſo iure conſtitutæ ſunt, vtilib. actionibus petuntur. Idem l. 5. ff. quod ſal. tut. Si prætor decreuerit ratū ſe habiturum, id quod his auctoribus geſtum eſt, tunc valebit per Prætoris tuitionem, non ipſo iure. Idem l. 1. quib. mod. vſusfruct. amit. Parui refert, vtrum Iure ſit conſtitutus vſusfructus, an tuitione Prætoris l. ſi vſusfruct. vſufru. quemad. ca. Idem, Illud ſciendum, ſiue ipſo Iure quis vſumfructum habeat, ſiue per tuitionem Prætoris, nihilominus cogendum eſſe fructuarium cauere, aut actiones ſuſcipere. Eodem pertinet quod Paul lib. 3. ad edictum ſcribit, l. ſi vnus, §. pactus de pact. prius pactum per poſterius ipſo iure non elidi, ſicut ſtipulatio tollitur per ſtipulationem. Non enim vt de ſtipulationibus, ita etiam de pact. conuen. quicquam Legib. Romanis vnquam cautum fuiſſe legitur. Nam quæ lex (inquit Annæus Seneca) ad id præſtandum nos, quod promiſimus, alligat? Sed Prætor æquitate motus, & Iuris Ciuilis aſperitatem in ea parte corrigens, pacta tuetur. Valent ergo non ipſo Iure, ſed per tuitionē Prætoris. Quare Langebecus non male interpretari videtur ipſo iure fieri, quod iuris ac legis poteſtate & vi ita eſſe intelligi ſus cap. 17. Variat. annot. Sic Paulus in l. 9. §. de diſtract. pign. Quod in pignoribus dandis adiici ſolet, vt quo minus pignus veniſſet, reliquum debitor redderet, ſuperuacuum eſt: quia ipſo iure ita ſe res habet, etiam non adiecto eo. Caius l. 29. ff. de vſu & vſufru. Licet iure ciuili morte, & capitis diminutione ex perſona legatarij pereat vſusfructus, quod huic ipſo iure acquiſitus eſt; tamen Prætor iuriſdictione ſua id agere debet, &c. Vlp. in l. 1. in fin. ff. de exercit. act & l. 17 in fi. ff. pro ſocio. Hot.

Ipso iure dotem minui Imperator ſcribit in §. præterea. Inſtit. de act. quaſi dicat per ſe, & ſine repetitionis auxilio. id quod intelligitur ex leg. voluptariæ. ff. de impenſ. in reb. dot. ſact. Hotoman.

Ipso iure in l. 2. Cod. per quas perſo. nob. acquir. interpretatur ibid. Gothof. directo, ſine ceſſione.

Ipso iure non ſimpliciter ſignificat iure ciuili; ſed definite iure duodecim tabular. nam ius ciuile non modo pro eo iure ponitur, ſed & pro iuriſprudentium inuentis, Papinianus l. 49. §. 1. ff. de fideiuſſ. Habeat quidem decem, quo ipſo iure non debuit, condictionem Hotom.

Ipso iure actionem non habemus, quam Ius nominatim negat. Habet enim emphaſim Ipso, h. e. expreſſionem alicuius latentis rei: ſcilicet, quando ſumma iuris autoritas ſola ſic obſtat poſtulanti, vt nullo ſit opus adminiculo defendendo reo conuento. Actionem itaque (vt craſſius dicam) ipſo iure non habet, qui negotium in iudicio proponit, cuius nomine ius nunquam introduxit actionem, neque æquitas. Idque vel ratione perſonarum l. lis nulla ff de iudic. Vel rerum l. 1. §. idem Pompon. ait. ff. de dol. mal. l. non ideirco. C. de reſcin. vend Old.

Ipso iure, & iure Prætorio, vel per tuitionem Prætoris, opponuntur, l. 1. ff. quib. mod. vſusfr. amit. l. 1. in fin. ff. de ſuperfic. & alibi: Item hæc ipſo iure & per exceptionem, l. 4. ff. de ſeruit. l. 34 §. 1. ſeui ff. de oblig & act. l. 18. §. 1. ff. de ſolut. Sed & ipſo iure & per fideicommiſſum opponitur Vlp. in l. 19. ff de teſtam. milit. Ipſo iure directo & imperatiuè valent inſtitutiones & legata, quæ lege 12. tabul. confirmantur: cum fideicommiſſa ſola Prætoris fideicommiſſarij tuitione conſiſtant. Itaque in eo quod ipſo iure fit, partes Prætoris ceſſant. l. 4. & l. vlt. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. l. 3. C. ſi aduerſ. libert. Prat.

Ipso iure nullum dicitur id, quod nulla iuris ratione ſubſiſtit. Vt ſententia contra ius expreſſim dicta, quæ ſine appellatione reſcinditur. Huc pertinet phraſis, Nihil agitur, Nullius momenti eſt, & ſimiles, l. penult. & l vlt. ff. quæ ſentent. ſine appel. reſcin l. ſi expreſſim. ff. de appell Oldend.

Ipsum pro res ipſa de qua agimus apud Ciceronem. Interdum emphaſim habet demonſtratiuam, vt apud Pomponium in §. deinde: quia neceſſitas ipſa, inquit, curam reipub. ad ſenatum deduxit, l poſter. de orig iur. Quippe nullos hominum, ſed duntaxat neceſſitas, quæ contradictionem non admittit, anſam dedit Senatuſconſultis paulatim inſtituendis. Solet enim, vt egregie dicit Oldend. multa nos vel inuitos docere neceſſitas, ſicut & exitus ſtultorum magiſter. Spieg.

I R.

Ira, de cauſa eſt: Iracundia, de vitio multum iraſcentis, ſine de motibus, autor Donatus. Iram flecti clementia, dixit Alexander in l. in ipſius, Co. famil. erciſc. De iracundis not. ff de ædil. edict. l. 1 §. fin. Et iratum, hoc eſt, ira commotum iudicem, non eſſe timendum pro debitis publicis, Conſtantinus ſanxit. l. 2. C. de exact. trib. lib. 10

Ire agere, coniunctim in libris noſtris crebro legimus, pro disiunctim, aliud enim eſt Ire, aliud Agere. Ire hominis eſt: Agere iumenti. Qui actum habet, iter habet: at non econtra. Ergo Ire, Agere paſſim coniunguntur, vt tres ſeruitutes compendio ſermonis comprehendantur, Iter, via, & actus, nam ſub verbo agere, tacite quoque vehere comprehenditur, cuius rei ratio hæc eſt, quia qui vehiculum ducit, iumentum, id eſt, vel equum, vel bouem, qui vehem trahit, agit, vnde lex in XII. Si via ſit immunita, qua volet iumentum agito, quare cui agendi ius abſolutè conceſſum eſt, ei non modo armentum aut gregem, verum etiam vehiculum agendi facultas permiſſa intelligitur, vide Iter Hot. & Prat.

Ire etiam & ambulare ſeiunguntur in l. 3. ff. de ſerui. ruſtic. Hac nimirum differentia, quod qui it porro pergit, & vlterius progreditur: Qui vero ambulat, ſpatiis factis in ſua veſtigia ſæpius recurrit & regreditur. Cæterum qui ſella vel lectica veniunt, ire non agere dicuntur, l. 7. ff. de ſeruit. ruſtic. Inde iter ſeruitus ruſticorum prædiorum quam noſtri definiūt ius eundi, ambulādi hominis. l. 1 ff. de ſeruit. ruſtic. Iter n. eſt, quo quis pedes vel eques commeare poteſt. l. 1. ff eod. Cuius latitudo certa & determinata non eſt, ſed prout demonſtrata eſt, vel ab arbitrio definita, ita ſeruatur l 13. § latitudo. eo. Briſſ.

Ire in duplum, ſponſionem dupli facere. Cicero pro Flacco, Frater meus pro ſua æquitate prudentiaque decreuit, vt ſi iudicatum negaret, in duplum iret. Hot.

Ira ad iudicem, ob reuerentiam dicitur ia, qui adminiſtrationem iuſtitiæ deſiderat humiliter à iudice, tanquam à vera lege de ſacroſancta iuſtitia. Sic accipe tit. de quibus rebus ad eund. iud. eatur. Prat.

Ire in creditum Vide, Credere.

Ire in Ius: quære, Venire ad iudicium. Spieg.

Ire in bona alicuius dicuntur, qui in eorum poſſeſſionem à magiſtratu mittūtur, l. 1 § vlt & l. vlt. in fin. ff. de lib. hom exhib. Et ire in poſſeſſionem, l. 30 §. item cum prætor. ff. de adquir. poſſeſſ. l. 3. § pen ff de itinere actuq. Briſſ. Differunt vero manifeſte ire in poſſeſſionem, vel eſſe in poſſeſſione, & poſſidere: vt apertè Prætor notat hoc diſcrimen in edicto: quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur & repetit. Vlpia. l 15. §. 10. ff. de damno infecto. Non ſtatim (inquiunt) vbi miſit Prætor in poſſeſſionem etiam poſſidere iubet: ſed tunc demum cum iuſta cauſa videbitur. Ergo interuallum aliquod debebit intercedere, quod aut pro derelicto ædes longo ſilentio dominus videatur habuiſſe, aut miſſo in poſſeſſionem, & aliquandiu immutato, nemo caueat, &c

Irenar-

IRENARCHA. Duplex in iuris libris inuenitur ſignificatio irenarchi: Vna eſt, vt irenarcha dicatur, qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur, & præſertim, vt inter ciuibus pax, & ſecuritus conſeruetur, inuigilat, l. munerum ciuilium, §. irenarchæ, ff. de muner. & honorib. l. D. Adrianus, ff. de cuſtod. & exhib. reorum. Et hic mihi eſſe videtur, quem vulgo dicimus præpoſitum Mareſcalorum. Hæc enim ſunt verba Martiani Iureconſulti in d. l. D. Adrianus. Eirenarchæ cum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis, & de receptatoribus, & interrogationes literis incluſas atque obſignatas ad magiſtratum mittant. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi ſunt, & ſi per literas miſſi fuerint, vel etiam per irenarchas perducti. Hæc ille. Altera eſt ſignificatio irenarchæ, vt dicatur is, qui ad tollendas diſcordias, & pacandos ciuium animos, in ciuitate præficitur. Græci enim εἰρήνην pacem, ἀρχὸν præfectum ſeu principem vocant. Et hoc modo accipitur C. in tit. de irenarchis. Et Irenarcha olim præfectus vrbis dicebatur, quantum aſſequor ex l. 1. ff. de offic. præf. vrb. Non malè omnino huiuſmodi irenarcha diceretur pro eo, quem capitaneum vrbis etiam hodie vocamus. Nam & huius officium eſt, ciues alioquin digladiaturos ad concordiam reducere, de eorum querelis cognoſcere, vrbem aduerſus hoſtiles incurſus tueri, excubias ciuibus imperare, & alia huiuſmodi ſimilia aut non longè diſtantia ab Irenarchæ cura, officio & dignitate. Authora.

IRENARCHÆ olim creabantur periculo decurionum & ex diſpoſitione præſidum, l. 1. de Irenarchis, C. lib. 10. & in l. diuus. ff. de cuſtod. reor. ita definiuntur: εἰρηνάρχαι οἱ τῆς δήμου εὐταξίας ἐπιμελούμενοι. Cuiac. l. ſuper creandis. C. de iur. fiſc. lib. 10. Sunt autem, vt opinor, Irenarchæ dicti ἀπὸ τοῦ ἄρχειν τῆς εἰρήνης. Idem Cuiac obſ. li. 1. c. 33. Irenarcham lex 4. vocat φύλακα τῆς εἰρήνης, leges Gottorum, pacis adſertorem, de quo eſt titulus lib. 10. C. l. vlt. §. irenarchæ. ff. de mun. & honor. Idem Cuiac. obſeru lib. 9. c. 35. in fin.

IRINVM à Pompon. tit. de aur. & arg. leg. l. in argento inter vnguentorum ſpecies refertur, §. vnguentis legatis de cuius confectione vide apud Dioſcoridem. Hunc §. quia mendis ſcatet, Bayſius in de Vaſculis emendauit Spieg.

IRNARIVS Iuriſconſultus nobilis, Bononiæ anno à Chriſto nato 1080. floruit. Cum ibi bonas artes publicè profiterentur, & eo tempore Pandectarum libri ex Malfitana vrbis direptione à Piſanis Victoribus Piſas deportati eſſent: captus eorum lectione, iuris ſtudio operam operam, tandemque illos libros publicè interpretari cœpit. Gloſſas etiam multis in locis eorum librorum adſcripſit: & ex Nouellis Iuſtiniani, quæ ad Codicis Conſtitutionum quarundam argumentum pertinerent, decerpſit, ſuoque loco appendiculam quandam attexuit. Prat. ex Hoto.

IRONIAM, quam Latini diſſimulationem nominant, eſt & quandoque reperire, cum verba oppoſitum eius indicant, quod nos reuera ſentimus. Vt cum lex: Pater, inquit filium exhæredauit. l. cum quidam. C. de legat. maximam ſcilicet ad illum affectionem oſtentans. Ex Alciato lib. 4. de verb. ſign. Indicat & Albericus exempla ſimilia. Extat & nobile quidem teſte Haloandro in l. Ofidius, de leg. 3. vbi Imperator obliquè perſtringit actoris illius impudicam auaritiam Spieg.

IRONICA locutio non habet conſenſum: vt ſi offerenti ridiculum emptori precium, aut ſi id voluerit expectari, dicat venditor: Age, cras redi *morgen gibt man zu borgen*. quaſi dicatur, nunquam. Sic & quæ ioci cauſa, vel docendi gratia proferuntur, extra obligationum ſunt conſenſum, l. obligationum ſubſtantia §. vlt. ff. de actionib. & oblig. Spieg.

IRRECVSABILIS occaſio, l. 13. §. 8. C. de iud.

IRREPERE per ſacras literas, l. 1. C. ad l. Iul. de ambitu.

IRREPTOR agrorum, l. 4. C. fin. regund.

IRREPREHENSA voluntas, id eſt, integra, l. fœdiſſimam 20. C. ad l. Iul. de adult.

IRREVERENS miles punitur, l. milites agrum. §. irreuerens, ff. de re militari. Spieg.

IRRIGARE, id eſt, adaquare, & quaſi riuos in agrum aut hortum, per rigationem vel rigando deducere. l. 1. §. idem Labeo. ff. de aqu. quot. & æſtiu. Spieg.

IRRIGVÆ fontium aquæ l. 1. C. de munici. colon. patrim. lib. 11. Alberic.

IRRIGVA loca, per quæ aqua riuos producit ad irrigandum. Papin. in l. diuortio. ſol. matr. Si bis in anno fructus capiantur, vt eſt in locis irriguis. Spieg.

IRRITA ſententia, l. 6. C. de ſent. & interloc. omn. iud.

IRRITÆ venditiones, l. 1. C. de contrah. empt.

IRRITARE, non ratum eſſe velle, vel oſtendere, vel facere, l. 1. ff. de feriis. Ab irrito frequentatiuum, incitare, prouocareque ſignificat, vt irritare canem in l. item Mela. §. item cum eo. ff. ad l. Aquil. Prat.

IRRITÆ pœnæ, in caſſum rogatæ, ad nihilum redactæ.

IRRITÆ preces, vanæ, & quæ principis aures ſurdas offendunt.

IRRITI appellatio aliquando eſt generalior, vt ea non tantum illa teſtamenta, quæ propriè dicuntur irrita fieri, contineantur, ſed etiam quæ ſunt iniuſta, ait Vulte. in comment. ad §. alio autem modo 4. n. 1. Inſt. quib. mod. teſt. infir.

IRRITVM dicitur, quod effectum firmum non eſt 21. quæſt. 4. c. irritam.

IRRITVM teſtamentum. Tria ſunt vitia, quibus teſtamenta omnino infirmantur, vitium ſcilicet iniuſti, rupti, & irriti. Quamuis autem poſſimus & quod irritum eſt, ruptum vocare: & quod ruptum eſt, irritum, & quod iniuſtum eſt, aut ruptum aut irritum: atque iis nominibus plerumque ſine differentia vtamur, commodius tamen viſum eſt, ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: ideo quædam non iure facta dicuntur, quædam iure facta rumpi, vel irrita fieri, § alio autem modo quib. mod. teſt. infi. Inſt. Quid iniuſtum, quidve ruptum ſit teſtamentum, ſuis locis diximus.

IRRITVM fieri teſtamentum dicitur, quoties ſtatu teſtatoris mutato, ipſo iure teſtamentum concidit. l. ſi quis 6. ff. de iniuſt. rupt. veluti ſi capite deminutus fuerit. Iſidorus lib 5 Etymolog. cap. 24. Irritum fit teſtamentum, quoties teſtatori quid teſtamento facto accidit, vel quando ex eo adita non eſt hæreditas, l. 1. ff. eod. Vel eorum qui ſibi mortem conſciuerunt. dict. l. 6. §. eius qui. Itaque rumpi & irritum fieri ſic differunt, quod irritum ſtatus teſtatoris immutatus facit: rumpit autem caſus extrinſecus contingens, vt agnationis, adoptionis, teſtamenti noui. Rurſus inter irritum eſſe & irritum fieri hoc intereſt, quod ita fieri ea demum dicuntur, quæ cum antea iure conſtarent, euerſa ſunt. Irrita vero vel iniuſta eſſe dicuntur, quæ nunquam conſtiterunt, ſed infirma ſemper ſua ſponte fuerunt, l. 1 ff. eod. Prat.

IRRITVM fieri teſtamentum dicitur, cum id quod iure factum erat, infirmatur, ait Imperator §. 3. quib. mod. teſt. infirm. Prat.

IRROGARE pro infligere. Vlpian in fin. l. peh. de calum. Pro modo, ait, delicti pœnam irroget. Sic dicitur irrogata deportatio, in l. ſi debitori. ff. de fideiuſſ. Prat.

IRROGARE leges, pro conſtituere.

IRROGARE mulctam, idem quod dicere mulctam, autore Budæo. C. de vſur. fiſcal. lib. 10. Inſt. de publ. iud. §. pen. Quære, Mulctam irrogare. Spieg Prat.

IRROGARE præiudicium, l. 2. C. quib. res iudicat. non nocear.

IRROGARE priuilegia, eſt quod vulgus priuilegiare vocat.

IRROGARE, id eſt, inferre, vt in tit. C. ex quib. cauſ. infa. irrogat. Io. Bello. Etym.

IRROGASSIT, antiquum verbum, pro quo apud Ciceronem in Legib. corruptè legitur interrogaſſit.

IRRVERE in res iuris alterius, vide l. cum per abſentiam 2. C. quib. non obiic. long. temp. præſcr.

IRRVPTIO hoſtilis, vide l. ſi quos. 19. C. de poſtli. reuerſ.

IRRVPTIO, impetus, incurſio. Vnde irruptionem facere, *ein Angriff thun.*

I S.

Is qui per partem itineris it, totum ius vſurpare videtur. Paul. ait l. ſi ſtillicidij quemadm. ſeruit. amit. Spieg.

ISAVRORVM fit mentio in l. vlt. C. de feriis. l. vlt. C. ad l. Iul. de vi publ. l. vlt. de quæſt. Hi infami latrocinio iam inde à priſcis temporibus nobilitati ſunt, vt Dio lib. 55 oſtendit, ἰσαυροὶ γὰρ, inquit, οἱ λῃστείας ἀρξάμενοι, καὶ ἐς πολέμου δεινότητα προεχώρησαν. Confirmat & Amm. Marcell. lib. 14. Namque & Iſauri, ait, quibus vſitatum eſt ſæpe pacari, ſæpeque inopinis excurſibus cuncta miſcere, ex latrocinis occultis alente impunitate adoleſcentem in peius audaciam ad bella grauia proruperunt. Eorum furta & latrocinia, quibus finitimos adflictabant, idem auctor lib. 19. memorat Quamobrem à Zonara, ἔθνος ληϊστικόν merito appellantur. Briſſ.

ISAVROS ad l. prouinciarum. C. de feriis. Græci interpretantur ληϊστάς, φονέας καὶ ὡς ὑπεναντίους φασίν. Apud Nicetam καρσάγιοι ſunt piratæ & ita vulgo hodie appellantur. Cuiac. in παράτιτλον de diuerſ. temp. præſcript. & term. c. 11. de dieb. 40. Probus Imperator, vt de illo Flauius Vopiſcus refert, dixit, facilius eſſe ex Iſauria latrones arceri, quam tolli, voluitque, vt Iſaurorum filij ab anno decimo octauo in militiam mitterentur, ne ante latrocinari diſcerent, quam militare. Eius etiam prouinciæ fit mentio in l. 2. de mil. veſt. lib. 12 C. Alc. lib. 3. diſpunctionum, c. 20 Forcat. Necyomantiæ dial. 97. n. 12.

Ἰσάζον, paritas, par vtriuſque ratio. Vlpian. l. 13. ff. de ſtip. ſer. At hic τὸ ἰσάζον corrumpit ſtipulationem. Loquitur de duobus dominis, quorum ſeruus ſub disiunctione iis ſtipulatus erat: quos pares eſſe ait inter ſe, quia vterque capax erat obligationis: quum vnus dominus & extraneus adiectus pares non ſint. Hotom. Prat.

Τὸ ἰσάζον, in plerisque cauſis rem totam viciat & corrumpit. l. 3. de ſtip. ſer. iis præſertim, quæ niſi vel vni acquiri vel geri per vnum non poſſunt. Eſt autem τὸ ἰσάζον par cauſa & æquale ius eorum, quos caſus aut ratio iuris ad eandem rem concurſum iungit. Nimirum ἀπὸ τοῦ ἰσάζειν, id valet æquare, ſicut & ἴσος. nam ἀπὸ τοῦ ἴσου vtrumque venit. Hinc tractari poteſt, ſi ſocios aut hæredes, quibus operam meam & ſtudium, certo annui honorarij lege addixi, iis aliqua, vt ſolet, vel ſimultas

Digitized by Google

inter ſe committat: quid mihi in tali re agendum ſit. Pleriſque noſtrum gratificationi, vt apud Scæuolam eſt, locum faciunt. l. fin. de religio. Nam illud durius ac parum humanum eſſe, vt qui, cum duobus non poſſet adeſſe, vnum elegit, cui adeſſet: crimen ab ea electione contractum eſſe credamus. Et mehercle, ſi circa communem rem ea quæſtio non verſatur: nec enim vt ſocio vel hæredi, ſed tanquam τῷ τυχόντι, & quaſi cuilibet, intelligendus ſum adeſſe, quod ſine dubio ad honorarij legem non pertinet. Sed & in lite, quæ communem rem tangit, ideo in honorarij legem videri poſſum non peccare, quod inter alia, quæ tacita quadam exceptione (vt Celſus tradidit, l. ſi cui. ff. de ſeruit.) in omni ſermone intelliguntur eſſe exempta, & perſona eius cum quo res geritur, pro excepta eſſe ſoleat, gloſ. l. plane quod cuiuſ. vni. no. Eo accedit, quod ratio iuris, (vt Priſco videtur. l. eum qui de vſucap. non admittit, vt ſinguli, quos omnes vniuerſitatis nomen continet, niſi per artes ſolutæ vniuerſitatis, ac ſublata pro tempore τῇ συστάσει eius, intelligantur. Quid ergo, ſi ſingulis quoque non tantum vtique ea conuentione operam meam promiſi? Sed & hic (dicet aliquis) τὸ ἰσάζον omnem obligationem diſcutit, vt quia vtrique non poſſum adeſſe, cum tamen vtrique & obligationis ſit capax, & agere ex conuentione velit, ne alteri quidem obligatione vlla tenear, l. 1. in fin. & l. 2. de ſtip. ſeru. Niſi ſi tutius eſt, vt in ea vel ſimili re, neutrum vel vrgeam, vel leuem: ſed velut medium me feram, & vtriq. æquus ex pari, quieſcam. Nam propius eſt, vt in ſpecie eius exempli, quod retuli, duo ſint præcepta, vnum vt operam illis: alterum, ne aduerſus eos dem. Quapropter, vt me τὸ ἰσάζον illud ab eo liberet, vt ipſis dem operam: non tamen ab eo me liberat, ne aduerſus eos dem. Præſertim cum admodum diſpar ſit, omiſſo & facto peccantis cauſa. Curt. lib. 1. οἰκονομ., cap. 20.

ISICIVM farciminis genus eſt, quod vulgus falſitiam vocat, vt docet Iul. Scal. in comm. in Hipp. lib. de inſomn. Hanc vocem quidam latinam eſſe volunt, putantque dici Iſitium, quaſi Inſititium, quod fiat inſitis in inteſtinum minutis ſuillæ fruſtulis. Sed minus hoc mihi probabile videtur, quod id Alexand. in probl. ἰσίκιον, Athenæus ἰσίκιον nominat, vt vel Iſitum vel Iſicium ſcribi debeat. Idem tamen Scal. fieri poſſe dixit, vt hyſicium ſcribatur, vt à ſuilla nomen ductum putetur. Prat.

ISONOMIA, id eſt, æquabilis bonorum honorúmque diſtributio, in qua omnia omnibus paria, ac demenſa reſpondent. Bud. in l. ius ciuile. de iuſt. & iur. Spieg.

Ἰσοτελὴς. dicitur, qui iiſdem legibus cum ciuibus viuit, ἰσοτελεῖς erant Athenis, nec ciues, nec μέτοικοι, ſed ciuili iure inhabitantes. Spieg.

ISOSTATAS, æqualitatis recognitor. nam ἴσος, æqualis. C. de pond. & aur. illat. l. quoties. Quoties, inquit, de qualitate ſolidorum orta fuerit diſputatio, placet, quem ſermo Græcus appellat Iſoſtaten, pro ſua fide & induſtria, vt neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere. Nebriſſ.

ISTHMVS, propriè, vt Bud. ſcribit, collum ſignificat: à cuius ſimilitudine terra oblonga & anguſta inter duo maria, Iſthmos etiam dicitur. Cui Porthmos, id eſt, fretum opponitur. maris ſcilicet inter duo continentes anguſtiæ. Sic autem Iſthmus à latiore terra protinus gracileſcit, vt ceruix à corporis compage deducta ſeminet. Paul. in l. pen. de ſeruitut. ruſt. præd. Iuxta Haloandri (quæ vbique lucidior eſt) verſionem. l. Titius ait, C. Seio fratri S. P. De aqua fluente in fontem, quem pater meus in Iſthmo inſtruxit, do, concedóque tibi gratuito digitum, ſiue ad domum, quam in Iſthmo tenes, ſiue quocunque tandem volueris. Spieg.

ISTIVSMODI, id eſt, iſtius formæ & ſpeciei, vel talis. Spieg.

I T.

ITA, regulariter ponitur, pro ſic, modúmque denotat. Exempla indicat Alberic. Eſt tamen reperire, vbi conditionem facit, vt docet gloſſ. in l. Iulianus. ff. de cond. & demonſtr. Spieg.

ITER fieri, non eſt reficere, vel conſtruere viam, ſed exhiberi ſeruitutem itineris. quo nomine iſta ſunt paria: Iter fieri, vel non fieri, Quo minus ire, agere liceat: niſi quod primum eſt contractius, alterum vero explicatius. Zaſius in §. Cato. quod Doctor. non intellexerint hunc ornatum loquendi modum, oſtendit eos in magnum errorem incidiſſe. Spieg.

ITA atque, l. 1. §. ſi vir. ff. de SC. Silania.

ITALICA terra, vide Briſſ.

ITA vati, pro ad hoc: quod barbari ad eum finem dicunt.

ITA vt eſt, in l. quæſitum, §. pero. & l. qui habebat. ff. de legat 3. Barbarè vulgò dicitur, Vt de facto eſt. Spieg.

ITA vti, ita demum, ita tamen, regulariter verba præcedentia coarctant. l. Lucius, § qui habebat. ff. ad Trebell. l. libertat. §. 2. ff. de manum. teſt. cum ſimilibus.

ITEM, hæc dictio inducit repetitionem præcedentis qualitatis. not. Bart. in l. repetendis, ff. de leg. 3. Io. Bell. Etym.

ITEM, nota additionis, coniunctionis, ſeu repetitionis, Bart. in l. 1. ff. de public. Repetitionis l. cum de lanionis. §. aſinam. verſ. item. ff. de inſtr. quæ leg. Iaſon in §. item ſi quis in fraudem. Inſt. de act. Prat.

ITER, ab eundo dictum eſt & eſt ius eundi hominis. Actus. ab agendo: vnde ius iumentum agendi actus eſt. Via, à vehendo: & ideo ius in ſe continet etiam vehiculum ducendi. Semita ſemis via, per quam ſcilicet incedunt homines ſtrictiori itinere, Alciat. de verb. ſig.

ITER intempeſtiuè facere. Vide Iaculantes.

ITER agentes pro viatoribus. l. vnic. in fin. ff. furti aduerſ. naut. Prat.

ITER aquæ in l. pen. ff. ſi ſeruit. vind. l. 16. in fin. & l. 16. ff. quemadm. ſeru. amitt. l. vlt. ff. de aqua cottid. l. 19. §. vlt. ff. com. diuid. l. 40. §. 1. ff. de contr. empt. Briſſ.

ITER præterea eſt ſeruitus ruſticorum prædiorum, quam noſtri auctores definiunt, ius eundi, ambulandi, hominis, non etiam iumentum agendi. l. 1. ff. de ſerui. præd. ruſt.

ITER enim eſt, qua quis pedes, vel eques commeare poteſt.

ITINERIS latitudo certa & determinata non eſt, ſed prout demonſtrata eſt, vel ab Arbitro definita, ita ſeruatur, l. 13. §. latitudo, ff. de ſeru. præd. ruſt.

ITER dari, & iter fieri: De iſtis duabus ſtipulationibus: vide Cuiac. ad l. 2. ff. de verb. obl. §. item ſi in factu.

ITERATIONE inquit Vlp. inſt. tit. 3. fiebat ciuia Rom. qui poſt Latinitatem, quam acceperat maior 30. annorum, iterum iuſtè manumittebatur ab eo, cuius ex iure Quiritium ſeruus fuerat. Sed huic conceſſum eſt ex SC. etiam liberis ius Quiritium conſequi. Ex quo interpretationem recipiunt hæc Iuſtiniani Nouell. 78. verba: καὶ τοῖς λατινικοῖς τοῖς ἁπλῶς ἐξεβάλλομεν, καὶ τοῖς ἰτερατιόνας ἀφεῖναι τὰς ἀναφοράς. Briſſ.

ITERATO, id eſt, iterum, & vt vulgo loquimur, pro ſecúda vice.

ITERVM duas res ſignificat: alterum, qua demonſtretur tempus ſecundum, quod Græci δεύτερος dicunt: alteram, quæ ad inſequentia quoque tempora pertinet, quę Græcè dicitur πάλιν: quod ita accipitur quoties opus erit. Itaque iterum pro ſæpius accipitur l. 7. ff. de edend. Iterum conſul pro ſecundo conſul, ſæpe apud optimos autores. Prat. ex Hotom.

ITINERE vnius diei 20. millia paſſuum computantur, ita tamen, vt ſi poſt hanc dinumerationem minus quam 20. millia ſuperſint, integram nihilominus diem occupent. l. 1. ff. ſi quis caution. l. 2. §. præſens. ff quis ordo in bonor. poſſeſſ. l. 13. ff. de verb. ſigu. §. qui excuſare. Inſt. de excuſ. tutor. Briſſ.

I V.

IVBAR propriè ſtella quæ ante ſolis ortum lucifer, poſt ſolis occaſum veſper appellatur, vel quod iubata appareat, vel vt Feſtus ait, ſplendorem diffundat, in modum iubæ Leonis, radios. Iuba vero crines ſunt animalium à collo pendentes. At per metonymiam pro ſplendore lucis accipitur. Droſæus in methodo iuris.

IVVENTIVS Celſus, l. 7. ff de oper. libert.

IVBERE, nonnunquam decernere, inquit Feſtus, hinc illud apud Imp. § 2. de teſtam. Inſt. Neque ij, quos leges iubent improbos inteſtabiléſque eſſe, poſſunt in numerum teſtium adhiberi, id eſt, quos ſtatuunt ac decernunt. Caius in l. 26. ff. de teſtam. Cum lege quis inteſtabilis iubetur eſſe, eo pertinet, &c. Prat. ex Hot.

IVBERE a Latinis non tam mandantis eſt & imperantis plerumque, quam promittentis & reddentis ſecurum, vt apud Ciceronem: Iubeo te ſine curæ eſſe, valde iubeo gaudere te vel bene ſperare, id eſt in me recipio cauſam non eſſe cur ſis ſollicitus, cur non gaudere & ſperare debeas. Quod vero idem ſæpe dicit, illum ſalutaui, & iuſſi valere, hunc iube valere, aliunde natum eſt, & aliam habet ſignificationem, quandoquidem nec imperantis eſt, nec promittentis: cum nemo ſalutem alicui aut valetudinem poſſit promittere, ſed potius optantis. Quia vero ſolemus imperandi verbis ea in re vti (ſic enim loquimur, vale, ſalue) ideo vſurpatum eſt hoc loquendi genus. Connan. lib. 6. c. 6. n. 1.

IVBERE & vetare opponuntur l. 14. ff. de re iudic.

IVBET lex, vtpote quæ imperatiuè loquitur. Legis enim virtus eſt imperare, l. 7. ff. de leg.

IVDEX à iudicare, dicitur qui iudicem dat. l. vlt. ff. de offic. præfect. vrb.

IVDÆI à Iuda filio Iacob dicti ſunt, qui fuit vnus ex duodecim patriarchis: quia de ſtirpe eius regnum eius veniebat Iudæis, de quibus in Rubr. C. de Iud. & extra eodem tit. Ioan. Bello. Etymol.

IVDEX dicitur, quaſi ius dicens populo, ſiue quod iure diſceptet: Iure autem diſceptare, eſt iudicare. Et iudex eſt, qui iuriſdictione propria, aut ſibi delegata & commiſſa, ius habet ſuper cauſas litigiorum cognoſcendi. Et qui ex propria iuriſdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius: qui vero ex delegata, dicitur delegatus. extraordinarius, Interdum impropriè ponitur l. pen. ff. de arbitr. Dicitur & iudex animarum ius. Μεσοδίκης Græcè. quaſi Mediurios Latinè quis dicat, à Medio & iure compoſito vocabulo: quoniam inter vtramque partem medius, iuſtitiæ miniſter eſt. Cuius etiam Antiſtes ſolet dici. Ideo etiam (inquit idem) δικαστὴς dicitur, quaſi δίχαστος, hoc eſt, bipertitum, & iudex δικαστὴς quaſi διχάζων, hoc eſt, bipertiens. Iudices autem non temerè olim legebantur.

Primum

Primum enim in iis cenſus ſpectabatur. Hinc Cicer. in Antoo. In iudice ſpectari debet & fortuna & dignitas. Item l. Pompeia, vt ampliſſimo ex cenſu legerentur iudices, ſancitum, vt teſtatur Aſconius. Hinc illud Plin. lib. 14 in procem. Poſteris, inquit, laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit, poſtquam ſenatur cenſu legi cœptus, iudex fieri cenſu. Seneca. Cenſu ex toto iudex legitur. Deinde vero ætas: nam vigioti quinque annos natum iudicem oportuit. Auguſtus tamen teſte Suetonio, à triceſimo ætatis anno iudices allegit. Prat.

Ivdex appellatur, qui de re aliqua vel iure ſuo vel magiſtratus, qui iubendi poteſtatem habet, auctoritate cognoſcit, & iudicat. Prætor ipſe iudex olim appellabatur Auctore Liuio. & ita magiſtratus qui tribunali & iuriſdictioni præſunt, iudices appellantur, in Rubr. de iuriſdict. omn. iudic. & de rebus auct. iudic. poſſid. l. 1. ff. de iudic. l. 22. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matr. l. 3. ff. ad l. Iul. repet. Plerumque vero magiſtratus & iudices ſeparantur, l. 2. ff. de diuerſ. reg. iur. Iudicumque nomine accipiuntur, & qui iudices dati & ſpeciales iudices, & pedanei, & delegati appellantur, l. 46. ff. de iudic. l. pen. ff. iud. ſol. l. vlt. ff. de offic. præf. l. 4. ff. de tut. dat. l. 3. ff. ne quis eum qui in ius voc. l. 5. ff. de offic. præf. Et ita iudiciales ſtipulationes à prætoriis ſeparari videmus, l. 5. ff. de verb. obligat. Inſtit. diuiſio. ſtip. Iudiciales ſique eas accipimus quæ ex mero iudicis, qui actioni addictus eſt, officio proficiſcuntur. Quanquam & prætoriarum ſtipulationum, quædam iudiciales eſſe dicantur, quæ ſcilicet propter iudicium interponuntur. Velut de rato, item iudicatum ſolui l. 1. §. 1. ff. de prætor. ſtipul. Varro lib. 4. de lingua latin. iudicem à dico ducit, quod ius dicat accepta poteſtate, id eſt, quibuſdam verbis dicendo finiat. itaque definitur l. 1. in princip. ff. de iuriſdict. Prat. & Briſſon. vide paulo poſt: Iudicium nomen generale eſt.

Ivdex, Iudicis nomen in titulo, vt omnes iudices, &c. lib. 1. C. omnes comprehendit dignitates: itaque iudices illic, hoc eſt, præſides, proconſules, rectores prouinciarum, & cæteri id genus. Et hic (maxime iudex & arbiter) qui ob rem dicendam accepiſſe pecuniam conuictus eſt, lege 12. Tab. punitur. Peſſimum enim delictum eſt, venalem habere iuſtitiam; fonſque omnium malorum recte vocatur à Iuſtiniano Non. & ind. ſine quo ſuff. Igitur lex tam ſeueram cõſtituit pœnam, nempe capitis. Vult enim iudicem & arbitrum puras habere manus, ne quid ob rem dicendam hoc eſt, ob adminiſtrandã iuſtitiam & veritatem tuendam pecuniæ accipiat. Nam qui ius dicit nihil magis curare debet, quam vt rem ipſam dicat ſine vllo fuco iniquitatis aut calumniæ. Inſtit. de offic. iudic. in princ. Quamuis autem lex 12. Tab. capite puniret iudicem ob pecuniam male iudicantem: tamen alias pœnas poſteri legumlatores iudicibus iniquis impoſuere. Nam iudex qui in cauſa pecuniaria nummos vel promiſſionem ſuſcipit, ea Iuſtin. conſtitutione dati triplo, & promiſſi ſimplo, amiſſa dignitate, mulctatur. In cauſa vero criminali, perditis omnibus bonis, in exilium mittitur. Aſt iudex pretio, aut ſorde aliqua perperam iudicans, Conſtantini ſanctione veram litis æſtimationem præſtat, & ſecundum Martianum, Marcellumque, & alios lege Iulia repetundarum extra ordinem, & ex l. Cornelia de falſis, deportatione, & omnium bonorum publicatione, aliiſque modis punitur. Quod ſi iudex per imprudentiam peccaret, in quantum de ea re æquum religioni iudicantis viſum fuerit, Caij reſponſo & authoritate Iuſtin. pœnam per actionem in factum ſuſtinet. Ancho. Hinc iudex litem ſuam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, ſi euidens eius arguatur ſententia, vel gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes, vt veram æſtimationem litis præſtare cogatur. l. ſi filius, ff. de iudiciis.

Ivdex ordinarivs ſi inutiliter iudicauit, poteſt iterum iudicare vtiliter, nõ etiam iudex delegatus, vt no. in l. poſteaquã iudex. & ibi gl. & Dd. ff. de re iud & in l. ſi vt proponis, la 1. & ibi Bald. col. 3. ver. 2. op. & verſ. item Iuriſdict. C. quomodo & quando iud. & in l. qualem, in fin. ff. de arbit. & in l. abſentem, ff. de pœnis & in c. cum terra, de electio. & in c. ſignificaſti, de offic. iud. deleg. & per Innoc. in c. in literis. col. 1. & ibi quoque Io. Andr. in verbo fructus, eo. tit. Io. Monac. in c. cum expediat. col. 1. ver. item qui facit, de electio. lib. 6. & in c. ſi tibi, ad fin. de præbend. lib. 6. & Dd. vbique: vt annotauit Tiraq. in l. Boues §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. limit. 1. n. 40.

Ivdex in priuatis cauſis dicitur, eiuis aliquis priuatus, cui Prætor ex reorum conſenſu de lite cognoſcendi, ſententiamque ex formulæ preſcripto pronunciandi poteſtatem dedit. Cic. in Cluentiana, Neminem voluerunt maiores noſtri non modo de exiſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecunia quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet. vbi fortaſſe Qvem pro Qvi ſcribendum fuit. Priuatus autem dixi, quia dati, qui cum imperio vel poteſtate erant, iudices non poterant: vt ex Vertina 2. conſtat. Quod autem de conſenſu diximus, non eſt contrarium ei quod ſcribit Pomponius in l. ſi iudicis, 80. ff. de iudic. ibi enim conuentio intelligitur, quum ipſi rei antequam in ius ventum eſſet, certum iudicem legiſſent. Vtriuſque autem conſenſum requiri dixi propter l. obſeruandum, 47. ff. de iudic. Vbi Calliſtratus ſcribit, obſeruandum eſſe, ne is iudex detur, quem altera pars nominatim petat. Dixi de lite cognoſcendi: quoniam iudex alia de re, quam quæ nominatim in iudicium à Prætore deducta eſt, cognoſcere non poteſt l. vt fundus, 18. ff. comm. diuid. vbi Iauol. ait, vltra id quod in iudicium deductum eſt, excedere poteſtatem iudicis non poſſe. Itaque neque ea quæ ante, neque ea quæ poſt acceptum iudicium euenerunt, ad eius officium pertinent. l. ædiles, 25. §. ſciendum, 4 ff. de ædil. edict. l. non poteſt, 23. de iudic. Poſtquam autem ſemel ſententiam dixit, iudex eſſe deſinit. nam ſiu bene, ſeu male dixerit, officio ſuo functus eſt. l. iudex, 55. de re iudic. Quid enim pertinet ad officium iudicis futuri temporis tractatus? ait Paulus, in l. 1. ff. de vſur. Eius porro ſententiam exequebatur is magiſtratus, qui eum dederat l. à Diuo Pio, 15. ff. de re iudic Hot.

Ivdex à Græco verbo δικάζω, & poſtea hinc etiam illa antiqua, dicitur in imo, & dicis cauſa, & addictus, δίκη etiam hinc dicitur, id eſt, iuſtitia, aut iudicium, vel iudicialis actio, & δίκαιον ius vel iuſtum: quod nomen Latinis pro eo quandoque ponitur, & quod perfectum eſt, & omnibus ſuis numeris abſolutum: velut cum Vlpianus ſcribit Teſtamentum eſſe iuſtam defuncti ſententiam, id eſt, legum regulis congruentem, ſic vt nullum ſolenne iuris omiſſum ſit aut neglectum Connan. lib. 7. c. 3 n. 2.

Ivdex in facto tria animaduertet, Vult. in comm. Inſt. l. 4. tit. 17. n. 12. Primo, An narrata facti vera ſint vel falſa d. lo. nu. 15. Secundo, Quod ſit facti meritum, num. 14 Tertio, Quomodo pronunciandum ſit, n. 18.

Ivdex & arbiter inter ſe multis in rebus & ſimiles, & diſſimiles ſunt, nam vt ex vtriuſque conſenſu iudex dandus eſt, ſic etiam arbiter l. litigatores, 32 §. 3. ff. de arbit. Vterque minor annis 20. eſſe non poteſt l. cum l. 4. eod. Vterque præterea de re ſola, de qua lis conteſtata erat, cognoſcebat, l. vt fundus, 18. ff. comm. diuid. l. non diſtinguemus, 32. in fine l. de his rebus, 46. de arbitr. vterque ſententia dicta vel iudex vel arbiter eſſe deſinebat, l. qualem, 19. ff. de arbitr. vtriuſque ſententiam Prætores exequebantur, l. à diuo Pio, 15. de re iudic. ſi tres dati ſint, duorum conſenſus abſente tertio non valet. l. item ſi. 17. in fin & l. ſeq. de arbitr. Vterque incertam ſententiam inutiliter pronunciat. l. quid tamen, 21. eod. vtriuſque ſententiæ quamuis iniuſtæ parendum eſt l. diem, 27. eod. Cuiac. nota ad 4. lib. Inſtit. tit. de act. in pr. duplicem facit inter Iudices & arbitros differentiam. Iudices, inquit, adduntur actionibus ſtrictis, Arbitri actionibus bonæ fidei & arbitrariis. Illis ex formula, hi ex bono & æquo iudicant, ſic in l. à Diuo Pio ff. de re iudic. l. 7. ff. ad l. Iul. repetund. Differunt autem in eo, quod is qui propriè iudex appellatur, ad certam Prætoris formulam aſtrictus eſt: in eaque ipſa verba quib. Prætor vſus eſt, proferre ſententiam debet. Arbiter autem eſt, qui totius rei habet arbitrium & facultatem: vt Feſtus & Donatus ſcribunt. Itaque qualem ſententiam ferat, Prætoris nihil intereſt, d. l. qualem, de arbitr. Iudex, ſi conuenerit inter litigatores quid pronuncietur, eiuſmodi ſententiam proferre poteſt. l. ſi conuenerit, 26. de re iud. at ſi ſic fuit in arbitrum compromiſſum, vt certam ſententiam dicat, nullum eſt arbitrium. d. l. qualem, de arbitr. Iudex, vt antea dicebamus, priuatus eſſe debet: arbiter autem etiam qui cum imperio eſt, dari poteſt. l. 2. & 3. de arbitr. Ignominioſus iudex eſſe non poteſt. l. cum Prætor, 12. de iudic. arbiter poteſt, l. Pedius, 7. ff. de arbitr. Iudicis ſententiæ propter Prætoris imperium parendum eſt: arbitri vero propter compromiſſum, l. 1. & paſſ. eod. Atq; hæc quidem hactenus de iis arbitris, qui Compromiſſarij appellantur, de quibus pleni ſunt Pandectar. & Codicis libri. Intelligendum eſt autem aliud preterea Arbitrorum genus eſſe qui vique eo iudicum ſimiles ſunt, vt internoſci vix, ac ne vix quidem poſſint. Hinc in formulis illud vſitatum, Iudicem ſiue arbitrum dicere oportet. Cicero in Muræn. Tot homines per tot ætates conſtituere nondum potuiſſe, vtrum iudicem an arbitrum dici oporteret. Ij vero erant qui bonæ fidei & arbitrariis iudicis adhibebantur, nam qui ſtricti iuris iudicium exercebant, quoniam ad certam formulam adſtringebantur, arbitri dici non poterant. Quibus vero liberam atque infinitam poteſtatem Prætor permittebat de re controuerſa ex æquo & bono arbitratu ſuo diſceptandi, ij Arbitrorum erant ſimillimi, eoque nomine appellabantur: quemadmodum in Quintianæ comm. expoſuimus Hot.

Ivdex in accõmodanda æquitate ad factũ duo obſeruare debet, Tempus & formam. Tempus, quãdo æquitas adhiberi debeat, & aut lex eſt obſcura & ambigua, aut plana, vt ex ipſis verbis legis, quid iubeat, vetet ve, certum ſit. Cum lex eſt obſcura & ambigua, iudex adire debet legiſlatorem ipſum, vt is legẽ interpretetur, cùm eſt plana, iudex cõſilium legis pro ſua æquitate ſequi debet, non vt eã verbis & ſyllabis includat. ſed relaxet, quantũ queat, quantum ratio legis permittat: alioqui cur-

Digitized by Google

piter ſub ſpecie iuris peccabitur. Formam obſeruabit iudex ſecundum præceptum Modeſtini in l nulla 55. ff.de ll.vbi dicit,nullam iuris rationem aut æquitatis benignitatem pati,vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur,ea nos duriore interpretatione producamus ad ſeueritatem. Vult. in comm.Inſt.l 4.tit.17 n.17.

IVDEX appellationis.Papinianus,Qui prouocauit,ait,pactus eſt intra diem certum pecunia,qua tranſegerat, non ſoluta,iudicatis ſe ſatisfacturum.Iudex appellationis nullo alio de principali cauſa diſcenſo,iuſtam conuentionem,veluti confeſſi,ſequetur.l.tale pactum,§.1.ff.de pactis.Spieg.

IVDEX quæſtionis is erat, qui quæſtionibus præerat, i. publicis iudiciis,iudicumq́ decurias cogebat. Præcone namq; iudices teſtes citante.ipſe reſpondentes obſeruabat, eorumq́ue quaſi cuſtos erat.Iuratus ſententiam vna cum aliis ferebat:&,vt ex eo conijcere libet,quod iudicum Princeps ab Aſconio vocatur,primus omnium ferebat. vide Cic. in prætura vrbana, & in orat. pro Cluentio. Quintil. eum à prætore diſtinguit, huncq;dicit impeditum fuiſſe in iis rebus,quæ Imperij erant: illum in iis,quæ ad cauſæ cognitionem pertinebant. Prat.vide paulo poſt Iudicem quæſtionis.

IVDEX boni & innocentis viri officio fungi debet, cuius primæ partes ſunt curare,vt lites ſine calumnia procedant. Vlpianus in l.cæteræ ff.fam.erciſc.Et in l.ſi extraneus, ff. de iure dotali Old.Prat.

IVDEX compromiſſarius,i.arbiter,l.41.de recept.arbitr.Prat.

IVDEX conſcientiam ſuam ex manifeſta rei veritate natam ſequi debet, imo non habet quod tutius ſequatur in omni re. Et medius fidius qui tradunt duplicem in Iudice conſcientiam, nihil aliud docent, quàm ipſam fallendi artem, & æquitatis euerſionem. Oldend. vide infra Iudicis conſcientia duplex.

IVDEX non competens,idem qui non ſuus.Notus eſt apud Iuſtinianum titulus,Si à non comp.iudic.eſſe dicatur Spieg.

IVDEX,iuſtitiæ antiſtes. Hunc verò ſeu iuſtitiæ antiſtitem,oportet eſſe grauem,ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem,contraque improbos nocenteſque immiſericordem,atq; inexorabilem,erectumque,& arduum, & potentem,vt & maieſtate æquitas veritatiſque terrificum,vt ait idem Budæus in L.iuſtitia.de iuſt. & iur.

IVDEX limitaneus,qui habet limitatam iuriſdictionem vſque ad certam pecuniarum ſummam:vt Argentorati ſenatus minor, qui iudicat vſque ad ſummam 600. florenorum, & intra eam ſummam, non vltra. Vide Zaſium in l. quidam exiſtimarunt ff.ſi cert.pet.Spieg.

IVDEX ordinarius,qui à Romano pontifice, vel Imperatore legitimam poteſtatem accepit.Quare,Ordinarij iudices.Spieg.

IVDEX etiam Ordinarius,aliquando incompetens cenſetur,cum alibi ſit competens rei conuenti,vt in tit.Co. ſi à non compet. iud.iudic.eſſe dicat.Old.Prat.

IVDEX pedaneus. Cur ita fuerit appellatus, ſua cuique eſt ſententia. Cantiunculæ viro doctiſſimo non admodum arridet, ad exemplum pedariorum ſenatorum dictos fuiſſe, quum pedarij ſenatores non minores reliquis ſenatoribus extiterint, ſed ex facto, imitatione ſucceſſiua nullo non die mutabili nominarentur: nempe quod qui hodie Catonis ſententiam ſecuti,ad eum pedibus tranſierant, die inſequente in Cæſaris: & contra qui hodie Cæſaris orationem amplexi, eras in Ciceronis ſententiam pedibus ire poterant. Spieg. Cuiac. verò oſtendit, Anianum in lib.5. Iul Paul.recep. ſent.tit.28 rectè pedaneos interpretari Iudices delegatos, qui ideo pedanei dicuntur, quod non ſint à tribunalibus, vel ſellis curulibus vel ab inferioribus ſubſelliis, Cuiac.d. lib.5.recept.Iul. Paol. titul.28.

IVDEX interdum etiam dicebatur recuperator, à recuperando, quod per eum ſuum quiſque recuperare poſſet ſecundum Hot. vel, vt ſcribit Corraſius l.3.miſc.c 8 nu.6. quod de bonorum iniquè ablatorum recuperatione, æſtimandiſque iniuriis cognoſcerent, vnde iudicium recuperatorium dicebatur, quia exercebatur per iudices datos. Vult. in comm. Inſtit.l.4.tit.6. §.s.n.45.

IVDICARE à verbo Dico,Dicas ductum putat Varro lib.5.ling. Lat,quod tunc ius dicatur. Iudicare apud veteres accipiebatur pro conſulere. Vnde conſilium dicebant iudicium,quod ex animi conſilio prodiiſſet. Eamq́ue ob rem SCta, verbo ſcilicet maieſtatis pleno, adpellata ſunt, quaſi iudicia ſeu ſtatuta. Quid enim inter iudicium conſilij & animi refert? Prat.

IVDICARE,pro condemnare,vt apud Ciceronem reperitus: ita Iudicatus,pro condemnatus,apud Iuriſconſ. in l.ſi pro aliquo ff.ad SC.Vellei.& l.grege.de pign.

IVDICARE,pro æſtimare,in l.hac edictali §. his illud,Cod.de ſecund.nup Sic apud Horatium ſat. 7. lib. 2. Iudex rerum, pro æſtimatore.

IVDICARE capitis, vel pecuniæ, eſt diem rei capitalis, & multam dicere,vel capitis, vel pecuniæ anquirere. Liuius lib.26. Quoad vel capitis vel pecuniæ iudicaſſet priuato. Hot.

IVDICARE quid diſtet à Ius dicere,eleganter oſtendit Franciſcus Duarenus Diſput.lib.2.c. 53. Ius magiſtratus dicere dicitur, puta prætor, vel alius ſimilis, cum in cauſis priuatis & pecuniariis, Iudici à ſe dato Ius quoddam quaſi conſtituit, & formulam iuris & æquitatis ei præſcribit, quam ſequatur, & à qua iudicando cognoſcendoq; recedere non poſſit. Nam Prætor cauſas priuatas iudicare non ſolebat, ſed Iudicem dare, qui accepta formula & præſcripto quodam iuris, de facto tantum cognoſceret. Hinc dicitur, in Iure fieri, quod apud prætorem fit. Nec verum eſt,quod plerique opinantur rebus iudicandis eum præpoſitum fuiſſe legibus Romanis. Iudex enim datus qui & Pedaneus dicitur, nec ius dicit,nec iuriſdictionem habet, ſed notionem tantum, & cognoſcendi iudicandiq; facultatem,l.ait Prætor.ff.de re iudic quam à iuriſdictione differre,arguit etiam titulus:Ne qui in ſua cauſa iudicet,vel ius ſibi dicat lib.C.Inſti.5. Huius rei quoque argumentũ eſt,quod licet ſuis nemo poſſit Ius dicere, in eorum tamen cauſa Iudex eſſe poteſt.l.qui iuriſd.ff.de iuriſd.l.in priuatis ff. de iud. Proinde ſententiam ſuam non exequitur, ſed magiſtratus qui eum dedit.l. à diuo Pio.ff. de re iudic. Nam quod Vlp.ait,Qui reſtituere iuſſus,iudici non paret: manu militari officio Iudicis ab eo poſſeſſionem transferri, &c.l. qui reſtituere, ff de rei vind.id de pronuntiatione & ſententia iudicis, non de ipſius executione accipiendum eſt.Hoc amplius, Magiſtratus ſi quando cognoſcat,& iudicet (quod olim certarum perſonarum fauore,aut cauſarum faciebat.l.1.ff.de extraord. cog.) ne tum quidem Ius dicere propriè intelligendus eſt, tametſi latius eo verbo vſus ſit.Vlpian. Spieg.

IVDICARE in libris feudorum pro teſtamento legare:in l. Aſtulphi regis Longob.tit.4.Si quis Longobardos decedens,voluerit vxori ſuę vſumfructum de rebus ſuis iudicare non amplius iudicare poſſit.Iudicare feudum pro anima,id eſt,Eccleſiæ adicere,vel legare ſub conditione precationum,quæ pro domini conſtituentis anima fieri debeant.lib. Feu.2.tit 9.§.2 & tit. 55.§ Longobard.Prat.

IVDICARE, munus publicum eſt, ait Paul.l.quippe. ff. vbi quis ager Spieg.

IVDICARE de re aliqua grauius,ſic dictum, vt grauius ſtatuere. (Budæus.

IVDICARE de turri,ſiue de muro dicuntur,qui ſpectant in tuto pericula aliorum. Adi Chil.Eraſ.Spieg.

IVDICASSIT,pro iudicauerit,antiquum verbum in l. XII. Tab. Quum magiſtratus iudicaſſit,irrogaſſitve per populum, mulctæ pœnæ certatio eſto.

IVDICATA res accipitur, quæ finem controuerſiarum iudicis pronuntiatione accipit, quod contingit abſolutione vel condemnatione,l 1.ff.de re iud Briſſ.

IVDICATI actio,& actio facti, diuerſa ſunt nomina, ſed eadem res: niſi in iuramenti delatione, ibi propriè venit actio in factum: Zaſius in l intra ff.de re iud Old. rectè notat, iudicati, ſeu rei iudicatæ actionem non in factum nuncupandam, vt Accurſ.putat. Non enim,ait, quia factum eſt, agitur, ſed quia iudicatum eſt,Spieg.

IVDICATI actio appellatur,quæ ex ſententia datur, l.28 § igitur ff.de iureiur,l.34.ff.de donat.l 4.& 6.§.vlt.ff de re iud.l.31. ff.de procur. l 8.C de reb cred. l 86 ff.de ſolut.l.14.§. quid ſi homo,ff.quod met.cauſ. Et iudicati agere l 28. ff. de procur.l. 69.ff.de ſolut.Briſſ.

IVDICATIO,cognitio.l.epiſc.C.de epiſc.aud.

IVDICATIO,pro propria iuriſdictione Vlp.l aliud fraus eſt, 131. ff.de verb.ſig.Multam is dicere poteſt, cui iudicatio data eſt. Magiſtratus ſolus & præſides prouinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt Similiter in l.2. in fin. ff. de iud His dator multæ dicendæ ios, quib. publicè iudicium eſt, i.e.qui iure magiſtratus ſūt, quem à principe vel populo acceperunt,iudicium exercent:non autem qui ab ipſo magiſtrato iudicandi poteſtatem acceperunt. Hot.

IVDICATVM, inquit Cic.lib 1.de Inuent.eſt res, aſſenſione, authoritate,aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata Id tribus in generibus ſpectatur,religioſo,communi,approbato. Religioſum eſt, quod iurati legibus iudicauerunt. Commune eſt,quod omnes vulgo probarunt,& ſequuti ſunt, huiuſmodi; vt maioribus natu aſſurgatur, vt ſupplicum miſereatur. Approbatum eſt,quod homines,cum dubium eſſet, quale haberi oporteret, ſua conſtituerunt autoritate. Veluti, Gracchi primum factum: quem populus ob id factum, quod inſciente collega in cenſura nihil egiſſet, poſt cenſuram conſulem fecit. Res iudicatas nomine religioſi comprehendit, quod ab iis manarunt,qui religione iudicandi tenentur. Commune quod vocat,conſuetudinis proprium eſt Approbatũ autem conſuetudini ſimile: ſed in eo diſpar,quod certũ habet autorem,cuius exemplo ſtatim conſtituitur. Reſponſa ergo prudentũ,quę omniũ aſſenſo fuerũt pro certo iure approbata,& religioſi & approbati nomine continebuntur, & hæc omnia ſub iudicato tanquam ſub ſuo genere ſubiiciuntur, quod nõ certa lege,ſed communi omnium iudicio conſtituta ſunt. Nam iudicatũ vocat Tullius,quicquid alicuius,vel aliquorũ authoritate factũ, & exemplo inductum, à populo Romano receptum eſt & ap-

pro-

Digitized by Google

probatam: quod item ipſum ius conſtitutum appellatur: quia non certa lege, non plebiſcito aliquo vel SC. aut edicto iuſſum, aut veterum, ſed tacito & magna voluntate ab omnibus receptum, & penè appetitum, &c. Conn. lib. 1. c. 15. n. 6.

IVDICATVM item eſt, iuxta Ciceronem de Inuent. de quo iam ante ſententia alicuius, aut aliquorum conſtituta eſt, ibidem. Iudicatum eſt res aſſenſione, aut autoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Vide gl. in l. ſi & iure ff. qui pot. in pign. hab. & Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obl. Spieg.

IVDICATVM, ſeu res iudicata dicitur, quæ finem controuerſiarum pronũtiatione iudicis accepit. Quod vel cõdemnatione, vel abſolutione contingit, videlicet iuſta ac valida. Alioqui ſi nullius momẽti ſit, non poteſt temerè condemnatio, vel abſolutio dici. l. 1. & l. 3. §. condemnatum. ff. de re iud. Spieg. Prat.

IVDICATVM facere, pro parere iudicato, ſiue perſoluere, quod iudex dependendum eſſe pronunciauit. Inter alia n. facere, vt ſupra indicauimus ſignificat ſoluere, vt in l. vlt. C. de reb. cred. & in l. ſunt qui. ff. de re iud. vide Gell. l. 19. Formula autem iudicatum facere ex 12. Tab. dimanauit: in quib. ita ſcriptum erat: Ni iudicatum faxit, ſecum ducito. Qua vſus eſt M. Cicero in orat. pro Flacco. Differt autem iudicatum facere, à iudicium facere: Nam iudicium facere idem eſt quod iudicare, in tit. de ſer. & ſi cert. pet. Iudicatis ſatisfacere dixit Papin. pro iudicatum facere in l. tale pactum, §. 1. ff. de pact. Prat.

IVDICATVM ſolui dicebant veteres eam ſatiſdationem, quæ de ſoluendo per reum fiebat l. iudicatum. ff. iudicatum ſolui. Quære Stipulatio iudicatum ſolui, Spieg.

IVDICATVM ſolui. Quod in hac ſatiſdatione Latini dixerunt iudicatum, Græci propriè appellarunt τὸ κεκριμένον. Et ſignificatur non id modo, quod verborum proprietas complecti poteſt: ſed & hæc cautio quippiam aliud continebat, quod ſcilicet impedit, ne iudicetur: nempe clauſulam de reo defendendo, & de dolo malo. Adeo vt ex ſtatutum ſit, hic contineri ſatiſdationem iudicio ſiſti, quia non videatur quis rectè defendi, qui abſens eſt, ſaltem vbi eius præſentia opus eſt. Alioqui fatendum eſt aliquem defendi, & ab alio quocunque: Porro hic notandum, hanc ſtipulationem, ſi ex vna cauſſa ſit commiſſa, amplius ex alia non committi: vt ſemel tantum ea re aduerſus eundem agi poſſit. Balduinus tit. de ſatiſd.

IVDICATVM ſolui ſtipulatio tres clauſulas in vnum collatas habet. l. 6. ff iud. ſolui, puta de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo. Prat.

IVDICATVS, addictus. Plautus Menæch. Nam ego ad Menæchmum nunc eo, quoniam diu ſum iudicatus: vltro eo vt me vinciat. Prat. ex Hot.

IVDICANDI munus graue olim detrectandumque fuiſſe probat Cic. in prætura vrbana. Hoc ſi vobis (inquit ad iudices) leuius videtur, quod putatis onus eſſe graue & incõmodatum, iudicare, intelligere debetis, primum intereſſe, verum id onus voſmetipſi reieceritis, An quod probare populo Rom. fidem veſtram, & religionem non potueritis, ideo vobis iudicandi poteſtas erepta ſit. Auguſtus decurias iudicum nonnihil immutauit, redacta Tribunitia poteſtate, diſtinxit, vt ſinguli Senatores, Tribuni, & equites, ex ſingulis Decuriis iudicarent, rurſuſq; immunitate potirentur, ſuccedentib. ordinibus ſeu decuriis in orbem. Neque. n. vniuerſæ Decuriæ ſigillatim ad iudicandum ſedebãt, ſed ea ex decuria, cuius vices tum erant, iudicandi certus ac conſtitutus numerus aſſumebatur, ſortibus ex vrna ductis, ſcilicet cum res aliqua nata iudiciũ poſcebat. Idq; officio Prætoris expediebatur. Prætor enim ſummam poteſtatem habebat iudicium, præeratque ſortitioni, & reiectioni, ſeu, vt nunc dicimus, recuſationi ſuſpectorum iudicũ, rurſuſq; ſubſortitioni in locũ reiectorũ per actorem ſcilicet, vel reum. Proinde ipſe Prætor pro tribunali ſedebat, cum interim Iudices in ſubſellis eſſent. Ab hac conſuetudine retinemus vocabulum iudiciale, Sortiri forum, ſortiri iuriſdictionem, adeoq; rem quamlibet ſortiri effectum. Cum vero ante Auguſti tempora equeſtres propriè dicerentur, qui equo publico merebant, poſtea dici cœperunt omnes quibus vti annulo aureo liceret: vt Senatores dicebantur, qui lato clauo vterentur. Hinc apparet quid ſit quod Arcad. in l. vlt. § iudicandi. ff. de munerib. & honorib. dicit, iudicandi neceſſitatem publicum munus eſſe, non quaſi iudex cogi poſſit iudicare, Vnde ducunt Iuriſperiti multa argumenta, ſed quod Senatores, Equites ac alij in quatuor decurias diſtributi, quorum in albo Decuriarum ſcripta, & ad ærarium delata erant, parere prætori conſilium agenti ad iudicium publicum exercendum, adſtringerentur, ſicut ad alia munera publica. Prat.

IVDICEM quæſtionis alium fuiſſe à Quæſitore, qui capitali iudicio præerat, locus in extrema Verr. 3 perſpicuè declarat. Eũ autem Aſconius eodem loco principem iudicum appellat, nunc quærendũ eſt, quæ inter vtrumq; differentia fuerit. Quæſitor igitur magiſtratus erat, &, vt ait Cornificius, accuſatorẽ, defenſorem, teſtẽ in officio continebat, vim ac poteſtatem iudicum coercendorum, h. e. ſub pignoribus cogendorum, habebat, in ſella curuli eburnea, pro tribunali ſedebat ipſe, nec iuratus erat, nec ſententiam ferebat: ſed vrnæ in quam & eauſſarũ ſortes conijciebantur, & iudices ſententiam ferebãt, præerat. iudices in conſilium vocabat videri feciſſe reum, vel non feciſſe pronunciabat. Hinc Verg. Quæſitor Minos vrnã mouet: ille ſilentum Conſiliumque vocat quod Seruius eodem modo explanat. Atq; hæc quidẽ Prætor. Iudex autem quæſtionis priuatus erat, vt patet ex l. 1. ff. de ſicariis, at ex Bruti coniecturã capio, poſt Ædilitatẽ interea dum Præturam petiturus erat, ſeſe in iudiciis tractandis exercebat, ea namque quæ Prætoria præſentiam atque imperium non requirebant, ipſe quaſi eius vicarius, in tribunali, nõ tamen in ſella curuli ſedens, adminiſtrabat. quod ex Vatiniana interrogatione cognoſcitur. Præcone namque Iudices teſtéſve citante, ipſe reſpondentes obſeruabat, eorumq; quaſi cuſtos erat. iuratus ſententiam vna cũ aliis ferebat, &, vt ex eo conijcere libet, quod iudiciũ princeps vocabatur primus omnium ferebat. Quæri autem poteſt, cum Prætor vrbanus iudices rerum capitalium ſortiretur ac ſubſortiretur, quemadmodum Cic. in Cluent. & Pedian. Verr. 3. teſtantur, quid ſit, quod idem Aſcon. ſcribit, iudicem quæſtionis Iunium ſubſortitũ fuiſſe in locũ non reiectorum ſic enim apud Aſconium legẽdum Cluentiana oratio demonſtrat. ſed, vt opinor, ita non incommodè reſpondebitur, Aſconium ſubſortiri dixiſſe pro ſubſortitorum citationi & reſponſioni præeſſe: nam paulo ſuperius ſic loquitur, Princeps illorum iudicũ damnatus eſt Iunius quod diceretur alios ſuppoſuiſſe qui reũ damnarent, non eos quos Prætor fuerat ſubſortitus. Hæc cum ita ſe habeant, video tamen & Quæſitorem ipſum Iudicem quæſtionis dici, & viciſſim iudicẽ quæſtionis, Quæſitorẽ. nam Cic. in Cluent. de Prætore, Q. Voconio Naſone loquẽs, Iubet, inquit, ea lex, qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt, Iudicem quæſtionis, h. e. Q. Voconium, cum iis iudicibus qui ei obuenerant quærere de veneno. Pedianus autem Verrin. 2. Iunius, inquit, Quæſitor fuit in Cluentij cauſa Verre Prætore. Quod autem Aſconius his verbis ſcribit, Q. Curtius iudex quæſtionis ſubſortiebatur, impropriè locutus eſt, pro ſedere, quaſi ſubinſtitoductum, patiebatur. Atque hæc quidem mea de iudice quæſtionis ſententia eſt: quam ſiue aliorum reprehenſione, quemadmodũ & natura & conſuetudo mea fert, breuiter expoſui. Marcian. l. 1. §. 1 ff. ad l. Cornel. de Sicar. Quíve magiſtratus iudéxve quæſtionis ob capitalẽ cauſam pecuniẽ acceperit, vt publica lege reus fieret. Nã paulo ante dixerat. Quíve quum magiſtratus eſſet, publicove iudicio præeſſet, Hoto.

IVDICEM collocare apud Feſtum eſt inter iudices ponere. Sic apud D. Viglium, Arbitrum collocare. Prat.

IVDICEM religioſum ſortiri, apud Vlp. in l. diu l. denunciaſſe de adult.

IVDICEM autem accipere & ſumere dicuntur, qui litigant. l. 1. C. de in lit. iur. l. 1. ff. de quibus reb. ad eum iud. l. pen. l. ff. de iud. l. 2. C. eod. l. 6. ff. de fideiuſſ. curat. l. 8. §. 2. ff. de vſur. l. 22. §. officium. ff. de aq. & aq. pl. a. l. 38. ff. mand. l. 9. §. ſi teſtamento ff. de tutel. & rat. diſtr. Briſſ.

IVDICES pedaneos, l. 2. C. de exhib. reis hos Iuſtin. conſtit. 134. χαμαιδικαστὰς appellauit. Prat.

IVDICIA ex forma aut ordinaria ſunt, aut extraordinaria. Ordinaria aut publica, aut priuata, aut centumuiralia. Publicorũ cognitio, eſt Principis, vel Senatus, vel prætoris, aut præſidis, qui legib. quærit: Priuatorum cognitio, eſt iudicum datorum. Centumuiralium, Centumuirorũ & prætoris, qui his iudiciis ex more præſidet. Separat priuatum iudicium à Centumuirali Plin. his verbis: In priuati iudicij formam Centumuirale vertitur. 6. Epiſt. Atque etiam in primo, quum in aliis iudiciis die actioni dicto petentibus demõſtret indulgeri adhuc dilationem poſſe, Centumuiralia nullo modo poſſe differri: quemadmodũ illud etiam præcipuè ineſt, vt alio iudicio non poſſit eis præiudicium afferri, ſed integra debeant omnia ſeruari, quod Centumuiri de hæreditate iudicauerint. l. 5 ff de pet. hær. l. vlt. C eod. Porro cognoſcebant Centumuiri de hæreditatib. quæcunque ex cauſa peterentur, ſiue inofficio, ſiue iuſti, aut iniuſti aut falſi teſtamenti, ſiue ab inteſtato. Paulus in ſententiis, Centumuiri, inquit, ſi de hæreditatis rebus vel fide generalis inſtrui non poſſunt. Et in Quæſtionibus ſi (inquit) obtinuerit in querela inofficioſi teſtamenti, vt rei iudicatæ auctoritate, quaſi cẽtumuiri hunc ſolum filium in reb. humanis eſſe, tunc quum faceret inteſtatum, crediderint. Et hac ratione querela inofficioſi teſtamenti, ſiue (quod idẽ eſt) petitio hæreditatis de inofficioſo, Centumuirale iudicium dicitur in libris noſtris, & haſtæ iudiciũ Val. Maxim. duob. locis, & quadruplex vel duplex iudicium Plin. & Quintil. Nam (vt iidem declarant) diuidebantur centumuiri in conſilia & tribunalia modo duo, modo quatuor. Et hinc eſt quod propoſitum in l. quum filius ff. de leg. 2. diuiſis tribunalib. actũ querela inofficioſi teſtamenti. Quo genere interdũ eueniebat, vt duob. cõſiliis (conſtabat vnumquodque pari iudicũ numero) vinceret actor, & iſdẽ vinceretur, & vero ita ſentẽtiis partib. eius partis ſi duplex iudicium centumuirale fuerit, vel earum partium ſi quadruplex, ſententia præualet, quæ tuetur defuncti voluntatem. Hoc enim humanius eſſe ait, l. ſi pars. ff de inoff. teſta.

Digitized by Google

quæ partem iudicantium dicit, vt partes centumuiralium, Quintil.lib.5.Cuiac.obſeru.lib.20.c.20.in princ.

IVDICIA Fiduciæ eſſe dicuntur ea, quæ de mandato ſunt & depoſito: & damnato infamiæ notam irrogant: vt & ea quæ ſunt ſocietatis & tutelæ, Cicero pro Roſcio Comœdo: ſi qua enim ſunt priuata iudicia maximæ æſtimationis, & penè dicam capitis: Tria hæc ſunt, Fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. Æquè enim perfidioſum & nefarium eſt fidem frangere, quæ continet vitam humanam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, & ſocium fallere, qui ſe in negotio coniunxit. Vide copioſius ſupra in verbo deponere. Connan.lib.7.c.4.n.1.

IVDICIA omnia ſunt abſolutoria: id eſt, iudici à Prætore dato tacitè permittitur, reum, qui ante ſententiam actori ſatisfacere paratus eſt, liberatum ab actione dimittere: ne in infamiam, quæ ex quibuſdam iudiciis contrahitur, incurrat. vti docet Imper. §. vlt. de perpet. & temp. & patet ex l. 73. ff. de procur. Hotom. Prat. Et Duaren. de in litem iurando n.42.

IVDICIA principum nominantur cognitiones, quod iure ordinario iuriſdictionem nullam habebant, vt nec populus, in cuius locum venerant: ſed de quibuſdam extra ordinem cognoſcebant, quæ ſcilicet ſuæ cognitioni reſeruauerant, aut quæ noua erant, nullis dum iudiciis definita, &c. Brechæus l. notionem accipere poſſumus, ff. de verb & rer. ſign.

IVDICIA priuata & publica differunt. Priuata ſunt, in quib. iniuria quæ homini priuato illata eſt, vindicatur: Publica, in quibus quæ Reipub. Plato lib. de ll. 6. Cæterarum rerum duo iudicia ſunto. alterum quum quis priuatus à priuato quopiam iniuria ſe affectum queritur, cumque in ius educens, de ea diſceptari poſtulat, alterum quum Rempub. à quopiam ciuium læſam eſſe aliquis exiſtimat, & vult Reipub. perſequi iniuriã. Itaque illa Rei priuatæ à Cicerone nominantur: hæc autem, Reipubl. Quæ vero ſint iniuriæ, quibus Reſpublica, ſiue populus vniuerſus lædatur in ipſius arbitrio ac voluntate poſitum eſt. Itaque non modo peculatus, aut repetundarum, aut ſimilia crimina, ſi populus volet, publica nominabuntur, eorumque quæſtiones cauſæ publicæ: verum etiam furti, rapinæ, damni iniuria dati, iniuriæ: & omnia denique quæ non ſua ſponte, ſed prudentũ interpretatione maleficia nominantur, quod ex l. Lectoria planiſſime intelligitur, quæ aduerſus eos lata eſt, qui minorem circumueniſſent. ſi quidem lege lata ea cauſa, quæ priuata ſemper antea fuerat, publica facta eſt. Cic. de nat. deor. 3. Inde, inquit, iudicium publicum rei priuatæ, l. Lectoria. Rei priuatæ, id eſt, quæ ſemper antea priuata fuerat. Quæ quum ita ſint, falſam certè eſſe apparet Iuſtin. ſententiam, qui iudicia publica ea eo dicta putauit, quod cuiuis de populo agere liceat. non enim publica ſunt, aut dicũtur, quod cuiuis de populo liceat agere: ſed contra, quia cauſæ publicæ ſunt, id eſt, quia quiuis de populo læſus eſt, quia cuilibet de populo iniuria facta eſt, quia denique cuncta Reſpub. læſa eſt: propterea licet cuiuis de populo, quaſi pro ſua virili parte, ſuam Reique publicæ perſequi iniuriam, etenim ob eam cauſam vnicuique accuſandi poteſtas permiſſa eſt, quod ad vniuſcuiuſque ſingulatim, & publicè ad vniuerſum populum ea pertinet iniuria. Hotom.

IVDICIA populi, & iudicia publica differunt. nam illa dicuntur, quæ populus in foro per tribus, in campo per centurias diſtributus exercebat: hæc vero, quibus Prætores qui & Quæſitores dicuntur ſella in foro poſita cum conſilio iudicum præerant de quibus ſuo loco explicauimus. Illiuſmodi fuerunt illa, quibus quis ius ciuitatis ac libertatis imminuiſſe dicebatur, vt ex Verrina 3. cognoſcitur. Erant autem hæc vehementiſſima grauiſſimaque iudicia. Solus. n. populus in ciuem Ro. verberib. & ſecuri animaduertendi poteſtatem habebat. Repetundarum vero & aliorum criminum quæſtionem ad populum non pertinuiſſe, item Verrina 5. his demonſtrat verbis: Quo confugient ſocij? quem implorabunt? ad Senatum deuenient, qui de Verre ſupplicium ſumat? non eſt vſitatum, non Senatorium ad populum Rom. confugient? facilis eſt cauſa populi. Legem enim ſociorum cauſa iuſſiſſe, & ei legi cuſtodes ac vindices præpoſuiſſe dicet. hæc ille. Præter hæc autem populi iudicia lege lata conſtituta, illud ſcire oportet, licuiſſe Tribunis plebis, Ædilibus, Quæſtoribus iudicium populi omnibus de rebus conſtituere, & cuiuis ciui diem ad populum dicere, vt de eo quæſtio exerceretur, cuius rei cum alibi pleraque exempla ſuppeditant, tum vero apud Val. Maxim. lib. 4. c. de pudicit. & apud Cic. in Verrinis, vbi ſæpe populi iudicium Verri minitatur. Quæ ſanè populi iudicia, ſi quis publica quoque nominanda contendat, duntaxat ob eam cauſam, quia non intra domeſticos parietes, ſed palam ac ſub dio (item vt alia) exercentur, non magnopere luctabor: præſertim quum ita Liuius quoque lib. 2. ea nominet. Nam de Caſſio damnato & necato commemorans, quem nonnullos à patre domi cauſa cognita verberatum necatumq́; dixerat, Inuenio, loquit, apud quoſdam à Quæſtorib. Cæſone Fabio, & L. Valerio diem dictam perduellionis: damnatumq́ue populi iudicio, dirutas publicè ædes. Cæterum ſiue illud domeſticum, ſiue publicum fuit iudiciũ damnatur S. Cornelio, Q. Fabio Coſſ. Hot. Horum autem populi iudiciorum quadripartitam rationem fuiſſe Cic. pro domo demonſtrat: primum vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur: Deinde ne niſi producta die quis accuſetur: tertio vt ter ante magiſtratus accuſet: intermiſſa die, quam mulctam irroget; quarto, vt ſit accuſatio trinum nundinum, producta die, qua die iudicium ſit futurum: hoc eſt, vt ea iudicia tribus actionibus conſtent, & per trinundini ſpacium producantur. Prat.

IVDICIALE pignus Dd. noſtri. appellant, cum iudicati cauſa, bona alicuius, quod licet, capiuntur. Nam ſi poſt ſententiam, qua ſum tibi pecuniæ condemnatus, alicui bona mea obligem, is erit præferendus; Si tu poſtea captione bonorum me velis ad iudicatum faciendum cogere. Iſtud enim pignus, in contumaciam eorũ, qui iudiciis parere nolunt, eſt inductum: Quæ contumacia, antequam ventum ſit ad poſſeſſionem aut captionem bonorum, non planè redargui poteſt. Imp. Anton. l. 1. C. ſi in cauſ. iudicat. pignus capt. ſit: Si in cauſa iudicati pignus captum ſit: res ob cauſam iudicati datas eius iuſſu, cui ius iubendi fuit, pignoris iure teneri, ac diſtrahi poſſe ſæpe reſcriptum eſt, &c. Connan. lib. 4. c. 17. n. 10.

IVDICIALE forum, locus in quo iudicatur, l. vlt. ff. de iuſt. & iur. eleganter appellatur ius, quod in eo redditur. Prat.

IVDICIALES ſtipulationes à Prætoriis ſeparantur, l. 5. ff. de verb. ob. Inſt. de diuiſ. ſtip. Iudicialeſq́; eas accipimus, quæ ex mero iudicis, qui actioni addictus eſt, officio proficiſcuntur. Quanquam & Prætoriarum ſtipulationum quædam iudiciales eſſe dicantur, quæ ſcilicet propter iudicium interponuntur, vt Ratam rem haberi & iudicatum ſolui l. 1. §. 1. ff. de ſtipulat. prætor. Briſſ.

IVDICII perſonæ quædam principales ſunt, quędam acceſſorię. Principales ſunt litigantes, i. Actor, & Reus & deinde iudex. Acceſſoriæ ſeu minus principales ſunt Adſeſſores, Aduocati, procuratores qui ſunt ab actis, denique viatores & pedelli. Vult. in comment. Inſt. l. 4 tit. 6. ad pr. n. 14 & ſeq.

IVDICIORVM alia criminalia dicuntur, alia ciuilia. Criminalia ſunt, quibus iniuriam Reip. factã vlciſcimur. Ciuilia, quibus ſuam quiſque ciuis priuatam ac propriam iniuriam perſequitur: nam ex eo Ciuilia dicuntur quod ciuibus priuatiſque hominib. vlciſcendis dantur l. 9. ff. de pub. & vect. Itaque quum hæc De re familiari appellentur à Paulo l. 4. ff. de public. iud. illa fortaſſe non male De re publica nominarentur. Vnde criminaliter & peculiariter agere opponuntur, l. vlt. ff. de priuat. delict. & l. 1. ff. de teſtib. quod ciuiliter alibi dicitur in l. vn. C. quan. ciuil. act. crim præ. & l. vlt. ff. de furt. Nihilne igitur inter publica & criminalia iudicia intereſt? imo vero intereſt. criminalia namque iudicia generaliter dicuntur, tum quæ lege lata exercentur (quæ publica Macer nominat, l. 1. ff. de public. iudic.) tum quæ nulla lege, ſed extra ordinem dicuntur: qualia ſunt furti, rapinæ & ſimilia. Vlp. vlt. ff. de furt. Meminiſſe oportebit, nunc furti plerunque criminaliter agi, & eum qui agit in crimen ſubſcribere: non quaſi publicum ſit iudicium, ſed quia viſum eſt temeritatem agentium etiam extraordinaria animaduerſione coercendam. Paul. l. 9. §. 5. ff. de public. & vect. Per vim vero extortum cum pœna tripli reſtituitur, amplius extra ordinem plectuntur, alterum enim vtilitas priuatorum, alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat. Imp. autem in l. vn. C. quando ciuil. act. iudicia publica legib. conſtituta manifeſta criminalium appellationem complectuntur. Ex quibus omnibus illud conſtat, Criminalia ſpecialiter ac propriè ea dici, quæ non lege aliqua publicorum iudiciorum, ſed extra ordinem magiſtratus imperio ac poteſtate exercentur Macer in l. 1 ff. de pub. iud. Non omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, publica ſunt: ſed ea tantum quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt. Hot. Prat.

IVDICIORVM quædam ſunt præparatoria quæ alias Antecedentia iudiciorum appellantur, quædam iudiciũ finitum ſequuntur, quæ conſequentia vocantur. Præparatoria ſunt illa, quæ aguntur antequam litis fiat conteſtatio: conſequentia ſunt quæ aguntur, poſteaquam ſententia de re controuerſa lata eſt. Vult. in comm. Inſt. l. 4. tit. 6. ad pr. n. 40.

IVDICII initium eſt à litis conteſtatione, finis eſt ſententia ſiue ius, ex quo etiam nomen habet. Vult. d. l. n. 41.

IVDICIA ſacra appellationũ ſunt, quæ in cõſiſtorio ab ipſo principe per conſultationẽ diſceptantur adhibitis proceribus palatij & ſenatorib. l. 2. C. de leg. Nou. 62. & huius generis erant appellationes non tantũ ab ſpectabilibus, ſed etiam à clariſſimis iudicib. nam & à præf. annonæ appellabatur princeps, l. vlt. ff. quod cũ eo qui in alien. poteſt. Sed cũ nõ poſſet audiendis omnib. appellationũ cauſis ſufficere princeps, placuit conſultationũ & ſacrorũ iudiciorum loco haberi, ſi appellaretur ab ſpectabilib. iudicibus, iudicũ præſ. præt. & quæſtoris l. præcipimus. C. de appell. & in hac ſignificatione ſacra iudicia dicuntur in Nou. 20. quæ & ſpecie principalia iudicij retinuiſſe dicitur ſæpius, propterea quod perinde ac ſi præſente principe eiſdẽ verbis, eod. in ordine, forma & obſeruatione peragebãtur eadẽ, & idẽ erat in iis exercendis indumentorum & calciamentorũ vſus, quod tamẽ ſuſtulit Nou. 126. Cuia. in expoſ. d. Nou.

d.Non.Iuſtin.20.de his qui in cauſis appellat. appar offi fung.

IVDICIS quale arbitrium ſit, hoc eſt quid oporteat iudicem ex iure arbitrari ac pronuntiare, videamus Vlp. in l.1.§. ſi qui in fraudem. ff. ſi quid in fraud.patr. Prat.

IVDICIS arbitrium, boni viri arbitrium cenſetur. Vnde Religionem iudicantis Papio. dixit in l.quæſitom. ff. de teſtib. Ol Pr.

IVDICES arbitrio reſtituere (vnde actiones arbitrariæ vocantur) eſt tantum reſtituere, quanti iudex ſecundum conſcientiam boni viri, quicquid partes allegauerint ſua intereſſe, duxerit condemnandum. Paul. in l.arbitr. §.dolo cuius ff de dol.malo. Trebatius ait: De dolo dandum iudicium: non vt arbitrio iudicis res reſtituatur, ſed vt tantum actor conſequatur, quanti eius intereſuit, id non eſſe factum. Old. Prat.

IVDICIS conſcientia duplex quam Accurſius cum ſuis diſtinguit: alteram, quam velut iudex habet, h.e. eorum quæ videt aut intelligit tempore iudicij: Alteram, quam habet de iis, quæ priuatim ſcit. Sed hoc eſt contra naturam, ius, & æquitatem. Nam conſcientia eſt tacitum animi iudicium, per quod aut accuſatur falſitas, turpitudo: aut defenditur veritas, honeſtáſque ſecundum infallibilem iuſtitiæ à Deo nobis inſculptæ formulam. Vnde dici rectè ſolet: Conſcientia mille teſtes. Si quidē res eſt ſimpliciſſima, nec diuidi poteſt in vno eodemq; homine. Quicquid enim fit contra conſcientiam, contra veritatem fit, & ædificat ad gehennam, vt rectiſſime dicit Innocēt. poſt Apoſtolum, in c.literas, de reſt. ſpol. Veriſſimum igitur eſt, ſecundum ſententiam Martini gloſſatoris, quod iudex velut vnus homo non habet, niſi vnam conſcientiam, quam ſemper debet ſequi adhibitis legum formulis. Nam primarium officium iudicis eſt, in iudiciis amplecti veritatem facti, eamque ad æquitatem exigere. Non poteſt autem id fieri niſi conſcientiæ iudicio. Hæc eleganter & late probantur in libello. De iure & æquitate, & de formula inueſtigandæ actionis. Old. Huc adde illud Cic. lib.3.Offic. Cum iudici dicenda eſt ſententia, meminerit ſe Deum habere teſtem. Itemq; illud Agapeti ad Iuſt. Im. τοὶ ἐχέτω αἰχοδιδαι δὶ τοῖς τῷ πραγμάτων χεῖρας. Pr.

IVDICIS officium varij varie definierunt F. Martinus Accurſij Coætaneus ita definiebat, vt ſit poteſtas iudicis adſumpta Bart. ſic: eſt, inquit, ius faciendi quæ iudici facienda incumbunt. Alcia.in c. quod ſedem, de offic.ord.n.3.hoc modo: Eſt, inquit, quid extraordinarium, & non datur, niſi vbi non eſt aliquod nomen ſpeciale petitionis. Bartoli definitio cæteris verior, perfecta tamen non eſt. Tentabam igitur ſic definire: Vt ſit id quod iudex cognoſcens, definiens & exequens facere debet. Prat. Oldend. hoc modo definit; iudicis officium eſt ius, quod ad dirimendas lites tollendaque grauamina, quomodolibet ſecundum æquitatem exercetur, vt per hoc omnium tranquillitati priuatim & publice conſulatur.

IVDICIS officium Prætor diſtinguendum putat in duo ſumma genera. Vnum eſt generale & late patens quod Vlpian. latiſſimum appellauit. l.1.ff.de iuriſd. Alterum ſpeciale, cum nulla obligatio, actione data eſt nec oritur ex negotio, quod tamen dari fieri æquum eſt: de quo accipiendus eſt Pompon l.Quintus. ff de ann.legat. idque Bernard. gloſſematarius recte ſenſit in c. 2. de offic.ord. Quod ad primum articulum diuiſionis attinet. Vlp.l.1.ff de iuriſd. ita ſcribit: iudicis officium latiſſimum eſt. Nam & bonorum poſſeſſionem dare poteſt, & in poſſeſſionem mittere, pupillis non habentibus tutores conſtituere, & iudices litigantibus dare. Quod ait, bonorum poſſeſſionem dare, hoc iuriſdictionis eſſe, Caius Harmenop. lib. 1.tit.4.credidit. Sic enim apud eum ſcriptum eſt, τὸ γὰρ διδόναι διακατοχὴν δικαιοδοσίας ἐστίν. quod ex nouiſſimis quidam probauerunt, cum tamen miſti imperij eſſe Vlpianus dixerit l.3.& l.4. ff.de iuriſd.om ind.Prat alias.

IVDICIS officium doctores varie diuidunt. Bartol. putat triplex eſſe officium iudicis: videlicet, nobile, mercenarium, & aduerſarium. Alij communiter ſtatuunt duplex genus officij iudicialis: ſcilicet, Nobile & Mercenarium. Et quoniam hæ voces ſunt vulgo notæ, docendi gratia ſequemur eas. Old. Prat.

IVDICIS officium nobile (quod tamen rectius dixeris merum officiū) dicit Bartol. id eſſe, quod per ſe ſtat. Explica ſic apertius: officium nobile eſt quod iudex ſua, h.e. iuriſdictionis autoritate exercet, etiamſi nulla proponatur actio, & interdum motu proprio nemine petente. Siquidem iudex ſeu magiſtratus eſt animata lex. Ius n. cum mortua litera deſcriptum ſit, producitur in forum viua quadam iudicis exercitatione, cum iuſtitiam adminiſtrat, cum diſtribuit vnicuique ſuum. Quare Iuſtinianus exemplo Iuriſconſultorum, tractans de offi. iudicis lib.4. Inſt.tit.pen. rectiſſime ſic incipit: Et quidem in primis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet, quam quod legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. Quæ verba Accurſius frigidiſſime diſputat: quaſi iudex non etiam cognoſcendo cauſam, adhibere debeat iuris ſanctiones eo pertinentes. Old. Prat.

IVDICIS officium Mercenarium eſt quod actioni deſeruit. Metaphora ab obſequio famulitio ducta. Quemadmodum enim is, qui operam ſuam locat, bona fide, & libens eam præſtat, nec alio modo quam dominus præſcribit: ita iudex actionib. in iudicium perductis aut perducendis impertit officium ſuum vlt. quidem, ſed non niſi ad normam actionis eaq. ceſſante ceſſat l. ædil §. item ſciendum ff. de ædil. edict. in quib. autem verſetur officium iudicis vtrumq; doctiſſime & latiſſime tractat Old. In præfationibus Claſſium ſtatum de officio iudicis. Prat.

IVDICIS officium apud Romanos tribus verbis, in tria iuris capita digeſtum fuit eleganter: ſcilicet, Do, dico, addico. Alias enim iudex dat actionem dat alium iudicem. l. 3. §. mixtum. ff. de iuriſd. Alias cognoſcit de controuerſiis. & dicit ius. Alias denique addicit & transfert poſſeſſiones rerum ab vno ad alium. Old. & Prat. vide infra iudicium dici.

IVDICIS præſentis iuſta cognitio, cū primis eſt de ſubſtantia iudicij: quam tamen formularij non dignantur inter partes iudicij adnumerare. Siquidem meminiſſe oportet, omnē iudiciorum vim & poteſtatē ſtatim atq; lis eſt conteſtata, iudiciū humeris incumbere coram Deo & hominibus. Iuſtæ autem cognitionis duæ ſunt partes. Altera, vt perſpectam habeat iudex cauſam circumſtantiis. Altera vt celeriter eam diffiniat: quia ad officium eius pertinet lites dirimere, vt dicit Iul. in l.quidā exiſtimauerunt. ff ſi cert. pet. cond. Priorem autem cognitionis partem feliciter abſoluet, ſi vtatur ſæpe interrogationibus de his quæ neſcit. Cognoſcere. n. id dicimus, quod antea non ſciuimus. Proinde alieni facti circumſtantias neq; citiùs, neque commodius inueſtigare licet, quam interrogando. Quamobrem ſapientiſſimi legiſlatores interrogationes adeo frequentes eſſe voluerunt, vt apud omnes æque magiſtratus fierent l.veluti Prætor. l. vbicunque. ff. de interrog. Poſteriorem vero partem officij ſui iudex recte expediet tribus modis: videlicet, iureiurando, transactione, ſententia. Old. Prat.

IVDICIS religio & diligentia, cuius fit mentio in d. l. eum quem temere. & in l. 3. §. idem diuus. ff. de teſtibus, eſt ſolicita & anxia conſcientiæ cura, quæ propter iuſtam muneris functionem ſuſcipitur, quam grauiter depingit Papin. in l. quæſitum eſt. ff. de teſtib. Vt vel hinc appareat ſole clarius quam longe commentatores abſint à veritate, & quantā attulerint humanæ ſocietati peſtē: tradētes Iudicem debere ſemper ſecundū acta & probata, non autē ſecundum conſcientiam pronunciare. Nam ſi actionū ſeries aduerſus cognitam veritatem eſt obſeruanda, quid aliunde poteſt iudex rimare, aut quid interrogare? Ol. Pr.

IVDICIVM nomen generale eſt, quo continētur tam magiſtratus, quam iudices pedanei: hi ſunt iudices dati qui quaſi plano pede iudicant, non pro tribunali, & à Græcis χαμαιδικασταὶ dicūntur, & διαιτηταὶ χαμαιδικασταί Continentur etiam eo nomine iudices compromiſſarij. qui διαιτηταὶ αἱρετοὶ dicuntur. Pedaneis dantur ἐμπολία ſiue ſportulæ: magiſtratib. non dantur, quia ampla ſalaria habent, pedanei permodica. & ſimiliter ſportulas permodicas: pedanei non habent adſeſſores, magiſtatus habent adſeſſores: magiſtratus plerumque erāt viri militares, legū ignari: pedanei periti νόμων & πείρας vt ait Iuſtin. in Nouel. 82. de iudicibus, ſicut adſeſſores, qui nihil à pedaneis diſtant Nou. 60. Nam ex eodē corpore ſtudioſorum iuris adſumuntur & pedanei iudices & adſeſſores. Et hi debent præſtare ſcientiā legum & morum, non magiſtratus, l.2. ff quod quiſque Iur. Magiſtratus habent tribunal, pedanei non habent tribunal, ſedere tamen eos Iuſtinianus vult à matutino ad occaſum ſolis: & locum notat, In porticu regia, qua etiam Agathias ſcribit ſe libellis litigatorū dediſſe operam ab ortu ſolis ad occaſum. Hiſtoriæ 3. Significat igitur ſe ex pedaneis, vel ex pedaneorū notariis fuiſſe. Iulianus ait, In baſilica, quod ferme idē eſt nā baſilicæ adiacebat porticus, Sedere autem vel litigatorib. conducentib. ſubſellia, vt olim fieri ſolebat, auctore Suet. in Nerone, vel ærarii probante gratuita. Cuiac. In expoſitio. ſupra de Iuſtin. Nouell. 82. de iudicibus in princ.

IVDICIVM dici putat Marcus Varro, quaſi ius dicendi, hoc eſt poteſtatem audiendæ cauſæ, & ſententiam iuſtam proferendi, quam denique & exequi poteſt, & quod ſuum eſt cuique addicere. Quod pertinent tria verba Prætoris, Do, dico, addico Do iudicium poſtulantibus. Dico ſententiam poſt litem conteſtatam & cognitam. Addico rem victori, & exequor ſententiam, transferendo rerum dominia. Quod poſtremum, dicitur legis actio: quaſi iuſſu plane legis id fieri neceſſarium ſit, incumbatque iudici, veluti miniſtro & antiſtiti iuſtitiæ, ſed non niſi ordinario iure. Old.

IVDICIVM frigide diffiniunt Doctores, dum dicunt eſſe actum trium perſonarum: Videlicet, Iudicis, Actoris, & Rei, Quare ſic rectius dixerimus: iudicium eſt actus legitimus, quo mediante iudex de cauſa propoſita cognoſcit, & ſecundum æquitatem pronunciat. In iis enim verſatur omnium iudiciorum, inquiſitionum, adeoque conſiliorum vis atque poteſtas. Et ceſſabunt omnes diſputationes, ſi recte intelligas. Si quidem in nullo controuerſiarum genere prodeſt cauſam deferri ad iudicem niſi cognoſcatur de ea. Sic nihil profuerit eſſe cognitum, niſi pronuncietur Denique pronunciatum quoque inutile erit, niſi ex bono & æquo procedat. Old. Prat.

IVDICIVM eſt legitimus actus, in quo tres perſonæ primariæ

intercedunt judex, actor, reus. Et non niſi poſt litis conteſtationem proprie, dici, omnes fatentur. Alc. in commen. ad ti. C. de in ius voc & c. 2. li. 1 Parerg. Spieg.

IVDICIVM vocatur quaſi iuris dictio. Iudicium autẽ prius inquiſitio appellabatur, vnde & auctores iudiciorum quaſi præpoſitos quæſtores vel quæſitores vocamus. Definitur autẽ per glo. in c. forus, in verbo, judicium, de verb. ſig. eſſe actus legitimus duarum perſonarum actoris & rei ſuper ead. quæſt. contracta ſub eodem iudice. Sed gl. in extra de jud. definit ſic: Iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris & rei: quæ definitio vulgo recipitur. Iudicium habet 15. ſignificationes. Primo modo eſt actio, vt judicium famil. erciſcundæ, i. actio l. in trib. ff. fam. erciſc. Secundo modo, eſt lis ſiue controuerſia, vt judicium pendet de hæreditate, l. 5 in fin. ff. ad Treb. SC. Tertio modo eſt auctoritas, vt negotia Eccleſiaſtica non ſunt judicio laicorum diſponenda, c. decreuimus. extr. de iud. Quarto modo eſt forus: vt cauſa iuris patronatus debet definiri judicio Eccleſiaſtico, ſc. in foro Eccleſiæ, c. quanto. extr. de judiciis. Quinto modo eſt arbitrium. Si n. arbiter eſt iudex ergo arbitrium eſt judicium. Sexto modo eſt vltima voluntas: vt judicium teſtatoris non debet eſſe quaſſum l. 1. C. de ſacroſ. eccl. Septimo eſt quæſtio: vt judicium ambiguum eſt ad Papam referendum. Octauo modo Iudicium dicitur eſſe diſcretio, vt furioſus & impubes non poſſunt eſſe judices, quia carent judicio, diſcretione, l. cum prætor, ff. de iud. Nono eſt ſententia: vt judex punire poteſt eos, qui ſuo parere neglexerint judicio, i. ſententiæ. Decimo eſt inſtantia: vt judicium perit triennio, l. inſtantia. Vndecimo eſt diſcuſſio d. c. forus & ita accipitur in rubr. de judic. extr. Duodecimo eſt poteſtas judicandi: vt judicium ſoluitur vetante eo, qui judicare iuſſerat, l. judicium ſoluitur, ff. de judic. Tertiodecimo eſt pernicies: vt qui manducat & bibit corpus & ſanguinem domini indigne, judicium, i. perniciem ſibi manducat & bibit, primæ Cor. 11. c. Quartodecimo eſt pœna: vt qui occiderit, reus erit judicio, i. pœna Mat. 5. c. Vltimo judicium dicitur eſſe proceſſus judicialis. Has ſignificationes not. gl. in extrava. de iud. in rubr. & ibi vide locos allegar. & vide etiam gl. & not. per Doct. in §. præterea. inſt. quib. non eſt permiſſum facere teſta. vide Marant. in ſuo Speculo aureo abſolutiſſime. Iudicia publica dicta ſunt, quia cuiuis ex populo executio eorum plerunque datur. Publicorũ judiciorum quædam ſunt capitalia, & quędam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo ſupplicio afficiũt homines, vel aquæ & ignis interdictione, deportatione vel metallo. cætera, ſi quam infamiam irrogent, cum damno pecuniario, hęc publica quidem ſunt, non tamẽ capitalia: h. e. capitalia ſunt, in quibus pœna, mors, aut exilium eſt, h. e. aquæ & ignis interdictio: per has n pœnas eximitur caput de ciuitate. Non capitalia ſunt, in quib. pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio pœna eſt. De quib. agitur in l. publicorum. ff. de publ. jud. & §. 1. Inſt. eod. Publica autem iudicia hæc ſunt. Lex Iulia Majeſtatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem vel rempublicam aliquid moliti ſunt, ſuũ vigorẽ extendit. Itẽ Iulia de adul. quę temeratores alienarum nuptiarum punit. Item Lex Cor. de ſic. quæ homicidas perſequitur. Item lex Pompeia, de Parricid. Item lex Corn. de falſis. Item lex Iulia, de vi publica ſeu priuata, aduerſus eos exoritur qui vim vel armatam, vel ſine armis cõmiſerint. Itẽ lex peculatus quæ eos punit, qui publicam pecuniam, vel rem ſacram, vel religioſam furati fuerint. Eſt & inter publica judicia lex Flauia de plagiariis. Sunt præterea publica judicia, lex Iulia de ambitu, lex Iulia repetundarũ, & lex Iulia de annona. & lex Iul. de reſiduis, quæ de certis capitib. loquũtur & animæ quidem amiſſionem non irrogant, aliis autem pœnis afficiunt eos, qui præcepta earum neglexerint, de quib. vide per tot. tit. de publ. iud. in Inſt. Ioh. Bello. Etymol.

IVDICIVM & conſilium haud ita multum differunt. Siquidem priſcis conſulere fuit judicare. Inde SCtis, & fortè etiam conſultum nomen. Nunc ſi quid intereſt, h. e. quod iudicium adhibemus obuiis & expoſitis, conſilio vtimur in reconditioribus ac dubiis. Ex Eraſm. Spieg.

IVDICIVM agnoſcere dicebantur judices à prætore dati, ſi cognoſcendi prouinciam ſuſcipiebant, l. pen. ff. de vac. & excuſ. Hot. in pr. tit. de act. Iuſt.

IVDICIVM & actio differunt, vt pars & totum. Vt. n. pars in toto continetur, ita actio in judicio, ac proinde vox iudicij patet latius. vox actionis anguſtior eſt Vult. in Comm. Inſt. l. 4. ad prin. tit. 6 n. 16.

IVDICIVM centumuirale, quod Romanæ ciuitatis abſolutiſſimum erat *Der Stat gericht zu Rom.* Old. vide ſupra Centumuiralis haſta. Item ſupra judicia aut ordinaria.

IVDICIVM commiſſum. Cic. in orat. pro Sexto Roſc. dixit: quod litem iam conteſtatam dicimus: ſumpta à re militari tranſlatione, in qua bellum commiſſum pro eo quod vulgo apertum, atque inceptum vocant, eleganter ponimus. Hot.

IVDICIVM contractum, in quo aduerſarius eſt ad differentiam voluntarij l. cum de conſuetudine, ff. de legib. Olden.

IVDICIVM æquum, conuenientiſſime interpretatus à nonnullis Germanis, *Ein bider, oder ehrbar Vrtheil*, vt æquus vir, *in Biderman*, e in i longa die commutata. Nam *Bedermann* dicendum erat, quod inter duos ſuum cuilibet conſeruat. Spieg.

IVDICIVM humanum, quo quis ab hominibus bene vel male audit, cui contrarium eſt judicium Domini, qui intima cordis ſcrutatur & iudicat. Vnde quæ not. in §. ſi miles ruſticum in vſibus feud. tit. de pace & violat. Spieg.

IVDICIVM, legitimã contentionem ſignificat, & diſceptationem, quæſtionem, ſiue litem: Cognitionem item, notionem & exiſtimationem, ſiue opinionem. Itaq. primo ſumptum modo, judicia publica dicta quia publicam quærunt vindictam. Spieg.

IVDICIVM ordinarium, hodie nuncupamus ab ordine procedendi. Extraordinarium vero, quod non ita juſtam omnibúſque numeris abſolutam ordinis rationem exigit. Alioqui antiquitate reſpecta poſſemus omnia nunc judicia vocare extraordinaria propter remiſſam ſolennitatem nimis curioſam. §. fin. Inſt. de interdict. Old.

IVDICIVM priuatum, pro judicio ex contractu & obligatione nato, apud Vlp. in l. 3. ff de crim. ſtellion. Quod n. ait, in priuatis iudiciis eſt de dolo actio. hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio. Crimen à priuato iudicio ſeparat, cum tamen hoc publicum non ſit judicium. Prat. ex Hot.

IVDICIVM proluſorium, dictum eſt [illegible]: eſt. n. præiudicialis cauſa, quæ hoc verbo ſignificatur. Budæ. in poſter. annot. Spieg.

IVDICIVM reſcindens, eſt in judice, in prætore viuo: qui imploratus per eum qui læſus eſt, propter abſentiam alterius reſtituit in integrum eum qui læſus fuit: & reſcindit, annullat, caſſat, ſuſtollit, quicquid illud eſt, in quo alius ſe conqueritur læſum, tollitq; ei omne obſtaculum. Zaſ. in t. Inſt. de act. §. curſus. Sp.

IVDICIVM de morib. Olim, vt Gel. li. 4. c. 20. teſtatur: Cenſor ſolenne juramentum agebat à maritatis ciuibus Romanis ſingulis de vxorib. earúmq; moribus. Cum autem ſolenne iuramentum illud exigebatur, tunc ſi ex animi ſententia vxorem ſe non habere, aut vxori iuſſiſſe propter eius mores prauos res ſuas ſibi habere, cenſorib. reſponderet maritus, videtur ad iudicium cenſorium etiam pertinuiſſe, de morib. vxoris inquirere, cognoſcere, & ſi res ita poſtulare videretur, pronuntiare, imo etiam vxores coërcere. Eóque viſus eſt reſpexiſſe Paulus qui de pacto dotali diſſerens, ait conueniri non poſſe, ne de morib. agatur, ne publica coërcitio priuata pactione tollatur. l. 5. de pact. dot. Haud dubiè per publicam coërcitionem, cenſorium judicium intelligens. De quo judicio accipiendum etiam videtur quod ſic Papinianus ſcribit: viro & vxore mores inuicem accuſantibus, cauſam repudij dediſſe vtrumque pronuntiatum eſt, l. 39. ſol. mat. Et ſic quidem ſatis eſſe perſpicuum puto, de vxorum maritorũmq; morib. olim apud cenſores litigari conſueuiſſe. An autem ſtatuto, an vero ſolenni tempore judicium iſtud conſueuerit exerceri, antiquiores literæ nõ declarant, etiamſi de juramento ſolenni ſcripſerit expreſsè Gellius. Cæterum quis fuerit judicij de morib. effectus, optime explicat in fragmentis Vlp. tit. 6. Morum, inquit, nomine grauiorum quidem ſextæ retinentur, leuiorum autem octauę: grauiores mores ſunt adulteria: leuiores omnes reliqui. Eóq; referri poteſt lex 47. de ſoluto matr. & l. 11. §. fin. ad l. Iul. de adult. Igitur ſi moribus vxoris diuortium factum eſſe à cenſorib. pronunciaretur, tunc maritus ſextam aut octauam dotis partem, tanquam diſſidij pœnam retinebat, l. 8. ff. de cap. & poſtlim reuerſ. Sin contra mariti morib. accidiſſe, vt à marito diuerteret, ad amicos vxor, quo minus parti rationi rerum propter nuptias donatarum, certam aliquam partem vxor conſequeretur, nihil mihi videtur obſtitiſſe. Si autem viro & vxore mores inuicem accuſantibus, vtrumque cauſam dediſſe repudij, pronunciarent cenſores, nec ex mariti bonis vxor, nec ex bonis vxoris maritus quidquam conſequebatur. d. l. 39. Eſſe autem judicium de moribus perſonale, nec hæredi, nec in hæredem tribui, auctor eſt Conſtantinus, qui ſic ſcripſit: De moribus actio vltra perſonam extendi non poteſt, nec in hæredem habetur, nec tribuitur hæredi, l. 4. C. Th. de inceſt. nup. Et ex his quidem omnib. ſatis eſſe perſpicuum puto, quo ſenſu accipiendus ſit hic titulus: De repudiis & judicio de moribus ſublato qui extat in Codicis Iuſtiniani Cæſaris li. 5. Ræuard. Variorum li. 4 c. 13.

Erat ergo hæc quęſtio, ſiue IVDICIVM de malis moribus coniugum: ſicuti & in Scholis erant quæſtiones malæ tractationis, vt Quintilianus ſcribit. Tam autem fuit hoc judicium olim in vſu, vt in Pandectis etiam Paulus ſcribat, conuenire non poſſe, ne de moribus agatur, vel plus vel minus exigatur, ne publica coërcitio priuata pactione tollatur. l. 5. de pact. dot. Mirum verò Tribonianum id Pandectis aſſuiſſe, cum Iuſtin. non modo teſtatus eſſet, hoc judicium plane abolitum eſſe: ſed etiam eſſet profeſſus, illud poſitum eſſe quidem in antiquis legibus, ſed (vt loquitur) non frequentari iam pridem. Sed & ex eiuſdem Pauli eodem libro relatum eſt in l. 15. §. 1. ſolu. matrim. hæredem mariti non habere coërcitionem morum. Atqui nec maritus ipſe hanc habebat tempore Iuſtiniani.

Extat

Extat & Conſtantij Imper. Conſtitut. quæ ait, de motibus actionem vltra perſonam extendi non poſſe, nec in hæredem haberi, nec tribui hæredi. Baldum.

IVDICIVM reſciſſoriũ, i. a. cum via agendi aperta eſt, ſublatũ eſt obſtaculum: quod is qui læſus eſt, poteſt rẽ ſuam petere, ac ſi nunquã fuiſſet vſucapta: & damnum reponatur, ac ſi nunquam fuiſſet læſus. Hinc ita dictum, quod reſcindat obſtaculum, & caſſat quod obſtabat læſo, Zaſ. in tit. Inſt. de act. d. §. atq; id duplex: ſcilicet Inſtitutorium & reſtitutorium. Vide ibid. Spieg.

IVDICIVM ſuum vocant vltimam voluntatem, l. 3. ff. de teſtam. mil. vnde & pro noſtræ voluntatis ſententia ponitur in l. 22. in fin. ff. de adopt. l. 8. in fin. ff. de vulgar. Prat.

IVDICIVM turpe, quo damnatus infamia & turpitudine afficitur. Cicero pro Flacco, Iratus Flacco dixit Marcus Lurco, quod(vt ipſe aiebat)libertus erat eius turpi iudicio condemnatus, &c. Pro Sexto Roſcio, Itaque mandati conſtitutum eſt iudicium non minus turpe, quam furti. Item. In minimis reb. qui mandatum neglexerit, turpiſſimo iudicio condemnetur neceſſe eſt. Pro Cæcinn. Eſt enim turpe iudicium, & facto quidem turpe. Prat. ex Hot.

IVDICIO ſiſti, in iudicium exhibere, idem ſignificant. l. ſi cum iudicio. ff. ſi quis cautioni. Aliud autem eſt Stare in iudicio, aliud ſiſtere. Vlp. in l. ſi quis in fine. ff. ſi quis cautioni. Old. Pr.

IVDICIVM facere, eſt iudicare, vt facere pugnam, prælium, coniecturam, finem, conuitium, furtum, pactionem, aliaque eiuſdem generis. Spieg.

IVDICIVM dare dicitur prætor, cum agendi poteſtatem facit, in eamq; rem iudices dat, l. 26. ff. de dolo. l. 2. ff. nautæ, caupon. & alias paſſim. Dicitur & iudicium reddere prætor. l. 21. ff. de negot. geſt. l. 2. ff. de bonis eorum qui ſibi ante ſentent. Vt autem prætor dat, & reddit, ita litigatores accipiunt & ſuſcipiunt iudicium. l. 9. §. Labeo ff de dolo. l. 36. ff. famil. erciſc. l. 7. ff de aqua & aqua pluu. l. 2 §. idem Pompon. ff. de ædil edict. l. 24. ff de liberali cauſ. l. 7. §. ita demum. ff. de pet. hæred. l. 3. ff. de iudic. l. 4. § non ſolum. ff. finium regundorum. Briſſ.

IVDICIVM profiteri, eſt vltro ſeſe conſorteſque criminis deferre. Bud. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 1. Old. Prat.

In IVDICIVM actionem producere: & rem in iudicium deducere idem valent. l. 31. ff. de Iud. l. 66. & l. vl. ff. de procuratoribus. l. 13. ff. de pact. l. 17. §. penul. ff de iureiuran. Res autem in iudicium deducta non videtur, ſi tantum poſtulatio ſimplex celebrata ſit, vel actionis ſpecies ante iudicium reo cognita. l. 1. C. de lit. conteſt. Briſſ.

IVDICIVM manet & pendet: quamdiu ſententia dicta non eſt. l. 60. ff. de cond. indeb. l. 45. ff. mand. l. 14. ff de interru. in iur. fac. l. 18. in fin. ff. de vi & vi arm. finitur vero ſentẽtia lata. Briſ.

IVDICII ſubſtantialia (vt apppellant) tractant Doctores argute quidem ac ſummo iure, ſed inutiliter: quia non ſecundum æquitatem, nempe quod optimam iuris partem prætermittant circa perſonam iudicis, vnde tamen tota vis dependet. Pomp. in l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. Per eos, inquit, qui iuri dicundo præſunt, effectus rei accipitur. Parum eſt n. ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura reddere poſſint. Itaq; exiſtimo, ad iudicij formam ſubſtantialem pertinere perpetuo & immutabiliter hæc quaſi principia naturæ, i. a. vt in ius vocetur ille qui iudicari debet. In ius. n. vocare eſt, iuris experiundi cauſa vocare. l. 1. ff de in ius vocand. II. Editio actionis, hoc eſt, talis intentio actoris ad iudicium exigitur, quæ ſi vera ſit, conſequatur iure, condemnatum eſſe reum, ſiue ex ſcripto, ſiue ex non ſcripto tractetur cauſa. III. Litis conteſtatio neceſſaria eſt in iudicio. Nam ratio naturalis dictat, vt nemo violenter aut tumultuarie obruatur iuriſdictione, quæ ordinatio Dei eſt, Romanor. 13. IV. Iuſta præſentia iudicis cognitio, cum primis eſt de ſubſtantia iudicij: Siquidem meminiſſe oportet, omnem iudiciorum vim & poteſtatem, ſtatim atque lis eſt conteſtata, iudicum humeris incumbere coram Deo & hominib. V. Concluſio in cauſa pertinet ſemper ad formam iudicij, nec poteſt omitti: non ea ratione, quam formularij comminiſcuntur, ſed ideo, quia humanos affectus ex natura corrupta procliuos eſt ad controuertendũ, litem ſi vnas. §. vlt. ff. de recept. arbitr. VI. Sententia ad iudicij conſtitutionem haud dubiè pertinet neceſſario, vbi cauſa non poteſt aliter tranſigi: Quandoquidem tota iudicis cognitio manca eſt, niſi ſequatur res iudicata, quæ finem controuerſiis imponat. Pulchre itaq; cohærent iſtæ partes. Citatio enim vocat iudicandum. Editio actionis inſtruit. Litis conteſtatio confirmat iudicium. Cognitio aperit negotium. Concluſio interrumpit diſceptationem. Sententia diffinit totam litem. Hæc omnia latius tractantur in libello de iure & æquitate, Oldendorpij. qui ratione iudicium in ſex partes diuidit. Bartol. in tractat. iudiciorum in decem tempora diſtribuit: Equidem iudicij tres partes verius putat Prat. quas exponit in libell. qui forenſis diſpoſitio inſcribitur c. 1. per Nouell. illud quod probat. Alex. conſi. 128. nempe har. litis conteſtatio, cognitio cauſæ, ſententia.

IVGARIVS, i. e bubulcus, & auriga boum, qui iuga ducit & regit.

IVGATIO, vectigal, quod iugeratim, hoc eſt, de ſingulis iugeris præſtabatur. Eiuſque immunitas niſi à principe ſpecialiter conceſſa ſit, nullius momenti habebatur. l. immunitates C. de agric. & cenſit. lib. 11. Spieg.

IVGATIO agrorũ poſſeſſionumq; menſuram ſignificat, pro cuius modo certa Cæſaribus penſitatio præſtabatur, l. 1. de quib. muneribus vel præſtat. li. 10. C. l. 10. de ſuſceptorib. eod. li. l. 4. de indulg. debit. in C. Th. a iugis animaliũ, quib. poſſeſſiones exercebãtur, quæ & capita vocabantur, pro quorum num. ea præſtatio inſerebatur, l. 6. de extraord. munerib. in C Theo. l. 1. de impon. lucrat. deſer. in eod. C. ita iuga & iugationẽ & iugorum captationem accipe in l 1. Co. de epiſc. & cler. in l. 1. & 2. de immunit. conceſſa. C. Theod. leg. 2. l. 2. l. 3. ne collatio, tranſl. poſtul. l. 1. de protect l. 1. de priuat. dom. Auguſt. C. Theod. l. vnic. ne conlat. per logograph. celeb. in eod. C. l 6 de conlat donat. l. 11. de exactionib. & l. vnic. ſi per obreptio. in eod. Cod. Theod & l. 1. de imponenda lucrat. deſer. li. 10. C. l. 9. de agric. cenſit. lib. 11. Iuſtin Nou. 17. [Greek text illegible] Iugatio autem eadem ratione dicitur qua veteres id agri ſpacium, quod iuncti boues vno die exarare poterãt, iugum appellaſſe accepimus. Quemadmodũ Varr. lib. 1. de re ruſtic. cap. 10. in Hiſpania vlteriore ſeruatum tradit. Cic. 3. in Verr. Quid? qui in ſingulis iugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt. Caſſiod. lib. 4. variar. epiſt. ad Geberichum. Conſtantij ſupplicatione comperimus ſacroſanct. Eccleſiæ ipſius vnum iugum veterum principum pietate collatum, nunc quorundam violenta vſurpatione detineri. Briſſ. vide & Gothofr. ad Nou. 128 c. 1. ibi, pro vnoquoque iugo.

IVGATORIVS h. e. qui iugo ſubditur.

IVGERA vineæ vel oliueti, l 4. §. vlt. ff de act. empt. iugerib. enim & arua, & prata, & paſcua metiebantur. Vnde Vlp. id aruum, quod in decem annis proximos ſatum erit, quot iugerum ſit: Vinea, quot vites habeat: Oliue, quot iugerum, & quot arbores habeat. Pratum, quod intra decem annos proximos ſectum erit, quot iugerum. paſcua quot iugerum eſſe videantur. l. 4 ff. de cenſib.

IVGARVM dictum, quod vno boum iugo per diem exarari poteſt. Vide Alc. interpretantem l. mille paſſus. de verbor. ſignif. Alexan Neapol. c. 20. lib. 1. Spieg.

IVGERVM, menſura agreſtis, quæ eſt in longitudinem pedum 240. in latitudinem 120. Gloſſæ vocant Arupendium, & πλέθρον interpretantur Prat.

IVGIS aqua, profunda.

IVGIS puteus, altus. (de verb. ſign.

IVGLANS nucis genus eſt, vide Goth. ad d. l. 205. verb. nuces. ff.

IVGVLVM petere, in agendis cauſis tunc dicitur cauſidicus, quum, id, quod eſt potiſſimum, validiſſime inuadit. Non abludit, quod vulgo dicitur: *ich vvil ihm das Laben treffen.* Ita ſuis verbis hominem iugulare, pro conuincere notum eſt.

IVGVM, pro pari duorum animalium plerunque accipitur, vt ſæpe apud Vlp. Eſt tamen iugum non modo ſeruitutis, verum etiam beneuolentiæ. Sic enim Horat.

Diffugiunt cadis
Cum fece ſiccatis amici
Ferre iugum pariter doloſi. Ac rurſus.
Diductoſque iugo cogit aheno.

IVGVM idem trahere, pro eo, quod eſt, negotij vices pariter ſuſtinere. *Zu gleichem gevvin vnd verluſt.*

IVLIÆ leges referuntur à Iulijs, id eſt, C. Iul. Cæſare, & Octau. Auguſto, quas recenſent Zaſ. in catalog. legum antiquarum, & Hot. in tr. de leg. Prat.

IVLIÆ Kalendæ. vide Kalendæ Iuliæ.

IVLIVS Paulus, æqualis Vlpiani temporum: quem iuriſperitiſſimum Lampr. in Alexand. vocat, Imperatorique Alexandro in conſilio fuiſſe refert. Briſſ.

IVMENTA à iungendo appellari Nonius putat, quod curru iungerentur: Bioch. autem in l. boues. de verb. ſig. à iuuando. Boues vero armenta potius dicebantur arando, quod is ſit principalis eorum vſus: Vnde iumentis legatis non debentur boues, l legatis ſeruis §. iumentis. ff. de leg. 3. Prat.

IVMENTORVM appellatione equus, equa, mulus, mula &c. νωτοφόρα & dorſuaria animalia continentur. Boues vero licet collo domantur, quia tamen collo nõ ferunt, eadẽ appellatione nõ continentur l 38 § iumentorum ff. de ædil. edict. l 89. de verb. ſig l. 65. §. iumentis. ff. de leg. lib. 3. Elephanti & Cameli iumentorum operam præſtant. l. 2. in fin ff ad leg. Aquil Briſſ.

IVNCIANVM Senatuſconſ. l. 51. § ſed ſi ff de fideic. libert.

IVNGERE litem inter ſe l 1 ff. de litig.

IVNCTA ſiraque. l. 18 §. vlt. ff de act empt. vide Ruta cæſ. Prat.

IVNCTVM, ſine interuallo.

IVNCTVS mulus à clitellario differt: h. e mulus, qui iugo aſſueuit.

IVNIORES, quos Seruius Tullius Reip. idoneos eſſe arbitratus ab anno 17. vſque ad annum 46. ſupra cum annum maiores appellat Gellius lib. 10. c. 28.

IVNCTORES, in l. in lege Cenſoria. de verb. ſig. ij erant, qui iungebant mulas ad rhedam vel carrucam, qua vehebatur paterfa. quos eſſe de vrbano miniſterio conſtat ex l. ſeruiaſ. mulioues ff. de leg 3. veteres gl. iunctorem ζεύκτην exponunt. Alij in d l. iul. Vnctores legunt, alij Actores, Aleiatus Vectores. vide Vnctores. Prat. ex Cuiac. 14. obſer. 3.

IVNIVS Maurieianus IC. Imperatoris Antonini temporibus, vt apparet ex l. 23. ff. de vſu & vſufr. Briſſ.

IVRA prædiorum, ſunt ſeruitutes propriè, l. s. de ſeruit. ruſt præd. vt ait Conna. li. 4. c. 7. n. 7. Dominium vero, ius prædij non eſt, ſed ius ipſius domini. Spieg.

IVRAMENTI adiectio, quod ſanctum eſt, ſacrum reddit: vnde & iuſiurandum appellatur ſacramentum, &c. Conn. li. 3. c. 1. n. 5.

IVRAMENTVM affirmatio eſt, vel negatio ſacræ rei aſſertione, vel atteſtatione firmata. Dicitur autẽ, vt & iuſiurandum à iuro quod proprie ſignificat (teſte Old.) promitto me adhibitis etiam teſtibus ita ſeruaturum, ac ſi ius eſſet: cúmque nullũ ſit præſentius teſtimonium, quam diuini nominis ſit, vt tum iurare dicamur, cum DEVM inuocamus teſtem. Et eſt multiplex, Voluntariũ, quod & conuentionale dicitur, eſt, quãdo extra iudiciũ abſente iudice pars parti defert iuramentum, ad confirmandum contractus, & quæcunque negotia, videl. vt promiſſa ſeruentur. Et hoc iuſiurandum dicitur extraiudiciale & voluntarium, de quo tamen non loquitur Paul. in l. iuſiur. quod ex conuentione, in pr. ff. de iureiur. vt quidam. Olden. teſte, falſo putant: ſed l. 1. & conſt. Friderici Imp. C. ſi aduer. vend. Ex hoc autem iuramento non naſcitur actio, vt dilucide tractat idem Old. act. 9. claſſ. 1. Iudiciale iuramentum aliud ſit, quando in iudicio coram iudice, & eo approbante, pars parti iuramẽtum defert. Tertium iuramentum eſt neceſſarium & hoc in triplici differentia. Aut. n. ſuppletiuum eſt, vel in ſupplementum, quod à iudice defertur in defectum probationum. Aut iuramentum neceſſarium, quando æſtimatur lis ex affectione iurantis. Zaſ. inſt. de act. §. item ſi quis poſtulante. Sed melius puto, vt eundem Old. loco iam indicato, adeas, vt cognoſcas, iuramentorũ genera per interpretes obſcure magis, quàm vtiliter tractata. Porro iuramenti voce vſi ſunt & Seneca de clementia, & Vlp. in l. iuſiurand. 3. §. ſi de qualitate iuram. de iureiurand. Sicque in Florentinis libris legi teſtatur. Bud. Spieg.

IVRAMENTVM affectionis, Quære paulo ſupra In litem iurare.

IVRAMENTVM calumniæ eſt quod præſtatur de bona conſcientia, ſuæq; cauſæ bonitate, quam quis opinatur. Nou. 50. l. 2. C. de iureiur. propter cal. dand. & tantum eſt de credulitate, d. l. 2. § quod obſeruari, non de veritate, c. dudum de electione. Quod cur ita dictum ſit, ex ipſa appellatione ſatis eſt manifeſtum nempe quod iuramentum illud eo ſpectat, ne per calumniam quis litem moueat, aut eandem excipiat. Quoniam vero litigantes nõ ſemper per ſe, ſed plerumq; per procuratores & aduocatos cauſas ſuas agũt, ſalubriter iura conſtituerunt, vt hoc iuramentum non tantum ab ipſis perſonis litigantibus, h. e. ab actore & reo (quæ comparatæ cum aduocatis & procuratorib. dicuntur principales, quia principaliter earum cauſa in iudicio agitur) præſtetur, verumetiã ab ipſorum aduocatis & procuratoribus; idq; iure ciuili indiſtinctè, ſiue iuramentum illud expreſsè petitum fuerit, ſiue non petitum: quo caſu poſteriore iudex ex officio litigantib. id iniungere debet, d. l. 2. §. ſed quia vetemur. Quod iure canonico ſecus eſt. Eo. n. iure niſi petatur ab alterutra partium, iudex id exigere non cogitur, c. 1. de iuramento calumniæ in 6. Petitum autem omnino præſtandum eſt, neq; ſi petitum ſit, vel à iudice, vel à parte deferente, remitti poteſt. quo iure hodie in foro vtimur, per ea, quæ docet Ande. Gail. li. 1. obſeru pract. obſer. 84. Formam ſeu potius materiam iurandi præſcripſit Iuſtinian. in l. 2. Actori quidem eiuſmodi, vt iuret, quod non animo calumniandi litem mouiſſet, ſed exiſtimando, ſe bonam cauſam habere. Reo autem vt iuret, quod putet ſe bona conſcientia actori contradicere. Interpretes eam formam ad quinque capita reuocarunt, quorum vnum eſt, quod iurans credat ſe bonam habere cauſam: Secundum, quod reſponſurus ſit veritatem de omnibus de quibus interrogabitur: Tertium, quod non ſit vſurus falſa probatione: Quartum, quod non ſit corrupturus iudicem nec tabellionem: & Quintum, quod calumnioſam dilationem non ſit petiturus, prout hæc refert Maranta in praxi ſua aurea de iuramen. cal n 20 Speculator de iur. calum. §. nunc dicamus. in pr. atq; ita quidem ab ipſo actore & reo iuramentum calumniæ præſtatur in perſona propria. Non eſt neceſſarium, vt ipſæ perſonæ principales in perſona propria illud præſtent (niſi cauſa ſit quæ iudicẽ moueat vt id per ſe ipſas præſtent) ſed præſtare etiam illud poſſunt per procuratorem, ſpeciale ad id præſtandum mandatum habentem, qui ita iurat in animam ſui principalis, ex c. ſi. de iuram. calum. in 6. Gail. d. lib. 1. obſer. 83. Sane ſi is, qui calumniæ iuramentum defert, offerat ſe id in propria perſona eſſe præſtiturum, iam non per procuratores, ſed per ipſas perſonas principales id præſtandum eſſe verius eſt. Alia eſt huius iuramenti forma in perſona aduocatorum & procuratorum: Nam hi iurant, quod ſiot omnes id, quod exiſtimauerint æquum eſſe, ſuis clientib. ſuggeſturi, nec aliquid iniqui illaturi, & vbi cognituri ſint cauſam, cui patrocinantur, iniuſtam eſſe, ſe illi non patrocinaturos, ſecundùm ea, quæ conſtituuntur à Iuſtin. in l. rem non nouam. § patroni. c. de iudiciis. Præſtatur vero hoc iuramentum non tantum in exordio litis. l. 3 §. vl. eo. ſed etiam poſt lit. conteſt. d. l. rem non nouam. imo in qualibet parte litis, d. l. 2 §. 1. & vlt. c. 1. in prin. de iuram. cal. in 6. adeo vt etiamſi petitum ſit, & per incuriam partium non præſtitum, atque ita in cauſa concluſum, iudex ex officio concluſionem factam reſcindat, & per ſententiam interlocutoriam iuramentum calumniæ partib. iniungat. Quid autem, ſi hoc iuramentum alterutra partium præſtare recuſet? & conſtituerunt iura, vt ſi quidem actor recuſet, cauſa cadat, ſi verò reus recuſet, tum non aliter, ac ſi confeſſus eſſet, condemnationem ſuſtineat. Auth. principales C. de iurei. propter calum. dand. Vult. in commen. ad prin. iuncto §. 1. n. 8. cum ſeqq. Inſti. de pœna temere litigant.

IVRAMENTVM calumniæ ita dicitur eſſe pœna, non vt aliqua corpori infligatur, ſed vt litigans coerceatur metu religionis, ob quam religionem violatam ſit ſequuta pœna. Vult. ibidem num. 7.

IVRAMENTVM de calumnia datur variis ex cauſis: nam & is, qui iuſiurandum aduerſario defert, iurat ſe id non deferre calumniandi animo, l. 1 c. §. pen. ff. rer. amot. l. 34. §. qui iuſiurandum. l. 37. de iureiur. l. vlt. Co. de fideic. delata. C. de reb. cred. & qui poſtulat, vt ſibi theſaurum ſuum, qui eſt in alieno fundo, effodere liceat, ſe id non poſtulare calumniandi animo. l. 15. ff. ad exhib. & ſimiliter qui poſtulat ſibi copiam fieri inſpiciẽdarum & deſcribendarum tabularum teſtamenti. l. pen. C. quemadm. teſta. aper. & qui probationes petit, velut teſtes & inſtrumenta, vel qui ſeruos in quæſtionem petit. l. 1. Cod. de iureiur. propter cal, l. vlt Co. de quæſt. vel qui petit comparationem literarum fieri. Nou. 73. & qui ſatiſdandi cauſa in municipium euoc. l. de die §. iubetur. ff. qui ſatiſdat. cog. & qui nouum opus nunciat l. de pupillo. §. qui opus. ff de nou. oper. nunt. & qui petit inſtrumentum exhiberi, quod falſum dicat, & ſi fides eius approbata iam ſemel iudici fuerit, l. vlt. C. de fide inſtr. & qui poſtulat edi ſibi rationes argentarias. l 6. §. exigitur l. quædam §. vlt. ff de edendo vel caueri ſibi damn. infecti, l. qui bona §. quis damni. ff. de dam. infec. Item initio litis cuiuſq; vtraque pars iurat, ſe non calũniandi animo litem conteſtari: quod iurisiurandi etſi videtur ſibi Iuſtin. vindicare l. 2. C. de iureiu. propter calum. tamen & in Pandectas relatum eſt, l. inter cohæredes. §. qui familiæ. ff. fam. erciſc. Hoc tamen nouè adiecit Iuſtin. in Nou. 49. vt & initio litis iuret vtraq; pars, ſe differendi negotij cauſa probationes ab aduerſario minimè petiturum, quod ſingula quæque momenta, quib. probationes ab aduerſario deſiderabuntur. Petita tamen comparatione literarum iurabitur iterum, quia & de dolo iuram. Nouel. 73. Petito item iureiurando, vt Leonis Nouel. 99. Aliæ probationes vel productiones ſi petantur, ſufficiet iuſiurandum datum litis initio. Iuſiurandum igitur calumniæ, quod dicitur vulgo, non eſt generale de quacunque re, ſed de litis conteſtatione tantum: & datur in cauſis ciuilibus tantum, non in criminalibus, vt conſtat ex Leonis Nou. 107. & 97. nam in criminalib. ſufficit inſcriptio. Fridericus tamen Conſtit. de pace tenenda, & de incendiariis, id etiam exigit in cauſis criminalibus, non (vt plerique opinantur) etiam Henricus li. 2. legum Longobardorum, cuius Conſtitutionem retulit Honorius cap. 1. de iur. calum. Cuiac. in expoſit. Nouel. Iuſtin. 49. de appell. & de priuat. ſcript. & iureiurand. dilat.

IVRAMENTVM calumniæ dicebatur olim, quod litigatorib. ita deferebatur, vt actores quidem iurarent, ſe non calumniæ cauſa litem intendere: Rei vero non calumniæ cauſa ad inficias ire l. 44. §. 4 ff. fam. erciſc. Idque Cicero iurare in litem dixit in ea pro Q. Roſcio. Proh, Dij immortales, eſſéne quemquam tanta audacia præditum, qui quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat? quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? Iuſtiniani autem conſtitutione & rei, & actores, & aduocati iurare coguntur, ſe non calumniandi animo, ſed bona fide & ex animi ſententia litigare. l. 2. C. de iuram. propter calum. dand. § 1. de pœn. temer. litig. l. rem non nouam. 14. §. patroni. C. de iud. Prat.

IVRARE ex animi ſui ſententia (ſic. n. nuper ſententia pro ſcientia reſtitutum fuit) fuiſſe ex antiqua Romanorum formula. teſtis eſt Cic. in Acad. quæſt. Bal.

IVRAMENTVM ſolenne vocatur, quod barbari iuramentum corporale dicunt. Old. vid. Iurare corporaliter.

IVRAMENTVM ſemper habet hanc in ſe clauſulam iuris: Salua ſuperioris magiſtratus iuriſdictione. Ideo qui iurarunt ſeruare, ſtatuta & conſuetudines: hi poſſunt nihilominus & debent admittere cognitionẽ ſuperioris iudicis. Item qui iuramento promiſit ſtare iuri apud aliquẽ, is vtiq; non renunciat iudicio maioris magiſtratus, c. venien. de iureiu. l. is cui bonis ff de ver. obl. Et de pact. iuramenta ſitin §. ſacramenta, cap. conſtitutus, de reſcript. l. Imperatores. ff ad municipal. Et Fridericus in ſua

Conſti

Digitized by Google

Conſtit. de feud. §. vlt. Adde c. cum te. de iure iur. lib. 6. Old.

IVRAMENTVM informe. Quære Iuſiurandum ſimplex.

IVRAMENTVM litis deciſionum nihil aliud eſt, quàm iudiciale, per quod lis deciditur. Zaſ. Inſt. de act. §. item ſi quis poſtul.

IVRAMENTVM veritatis appellatur, quod iudex cognita cauſa defert actori, ad ſupplendam probationem eius.

IVRAMENTVM referre, vide referre Iuſiurandum.

IVRAMENTA remittere, lege Iuſiurandum remittere.

IVRAMENTVM habet vim iudicati l. 2. ff. de iureiur.

IVRANDI formulæ apud Ethnicos erant variæ: Nam quibus dij erãt plures, iurabant vel per vnũ ex illis, vel per plures, vel per omnes: vt videre eſt apud Alex. ab Alc. li. 5. dier. genial c. 10. & apud Plaut. in Bacchi. act. 9. ſcen. 8 vetuſtiſſimus autem & maxime ſolẽnis iurandi ritus, erat per Iouẽ lapidem, vt teſtatur Gel. lib. 1. Noct. Att. c. 21. Cic. lib. 7. epiſt fam. epiſt. 12 Apul. de Deo Socratis. Feſtus lib. 11. Plutar. in Sylla. Polyb lib 3 Plaut. in Amphyt. act. 5. ſcen. 2. Cuia. 8. obſ at. At Iouis nomen vt Ethnicum Chriſtianæq; religioni aduerſarium Tribonianus ſuſtuliſſe, & in eius locum verbum Dei poſuiſſe, in l ait Prætor. 3. §. vlt. l. qui per ſalutem. 33. ff. de iureiur. putat Ræuar. lib. 5. varior. ſiue ambiguitatum iuris; & eſt probabile: vide Vult. ad §. Item ſi quis poſtulante, tu. n. 7. Inſt. de action.

IVRARE corporaliter Impp. in Codicis pleriſq; conſtitutionib. dicunt omnes. Ethnici quidem de iis, qui aras in iurando tenebant: Chriſtiani verò de iis, qui Euangelij codicem attingebant. Velut Diocl. l 3. C. ſi minor. ſe maio. dix. Huiuſmodi autem ſacramento corporaliter præſtito, nullũ tibi ſupereſſe auxiliũ perſpicui iuris eſt. Iuſtin. l. 1. C. de iureiur. propter calũ. Non aliter concedimus, qui quæſtionem ſeruorum expoſcunt, ad hoc venire, niſi prius tactis ſacroſan. ſcripturis deponant, &c. Item in l. 8 C. ſi aduerſ. ven. & l. properandum. 2 C de iud. Cic. pro Flac. Ergo is, qui ſi aram tenẽs iuraret, crederet nemo, per epiſtolam, quod volet, iniuratus probabit? Liu. lib. 21. Fama etiam eſt, Annibalem annorum fermè nouem pueriliter blandientem patri Amilcari, vt duceret in Hiſpaniam, cùm ſacrificaret, altarib. admotum tactis ſacris, iureiurando adactũ ſe, cum primum poſſet, hoſtem fore populo Rom. Hot. Iurare porro corporaliter plus eſt, quam inſtrumento, aut nuda voce ait Gothof. ad l. 3. C ſi minor. ſe maior. dix.

IVRAT corporaliter, qui iurat tactis ſacroſanctis Euangeliis, vel manu ſublata, quos Balſamo vocat σωματικοὺς ὅρκους. Cuiac. ad Nouel. Iuſtinian. 51 de mulieribus ſcenicis.

IVRARE quoties iubetur hæres, daturum ſe aliquid, vel facturum, quod non improbum eſt: actiones hæreditarias non alias habebit, quam ſi dederit, vel fecerit, id, quod erat iuſſus iurare, l. quæ ſub conditione. § quoties, ff. de cond. Inſt. Prat.

IVRARE per ſalutem ſuam, l. qui per ſalutem. 33. de iureiur. Et Iurare per ſalutem principis.

IVRARE in litẽ, eſt per religionem iuriſiurandi declarare, quanti æſtimemus totã rem controuerſa ab actore. Cum enim iudex in hoc iuramento affectum actoris & fidem ſequatur in litis æſtimatione propter contumaciam non obtemperantis, merito dicitur iuſiurandum in litem, quaſi in vniuerſam æſtimationem litis, nulla certa conſideratione in vnam aut alteram rem facta Quemadmodum fere in factum agere dicimus eum, qui in totam facti ſeriem experitur, nulla ſpecialiter introducta ex facto perſequendi formula. Quare aliàs in litem, aliàs affectionis iuramentum dicitur. Vlp. in l. ſi per alium, §. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocat. l. 1. & l. 2. ff. de in litem iur. Olden. Vide & l. videamus eodem. vbi Bartolus, Bal. & Duare. Prat.

IVRARE per genium principis, in l. 15. in fi. ff. de iureiur. Accurſ. interpretatur Deum principis, Bartolus genium, principem ipſum exponit. Accurſius forte ineptè interpretatus non eſt. Nam & ridicula antiquitas Deos ſibi, quos volebat, fingebat eoſque geniales, idque ex Alexand. ab Alex. lib. 6. c 4 liquet. Huiuſmodi iuſiurandum commemorat Tertul. lib. ad Scapulam: Sed aic, iidem ipſi, qui per genios eorum in pridie vſque iurauerant. Alij eum genium volunt intelligi, qui eius ſaluti præeſſe credebatur: vide Vult. ad §. item ſi quis poſtulante. 10. n. 7. Inſtit. de actionib. Prat.

IVRARI cõceptis verbis ita ſolet, vt is, qui iuſiurandũ deferebat, verbis, quib. iurari vellet, præiret. Eiuſque iuriſiurandi extat apud Plaut. in Ruden. alegãs formula. Cæterum ſi nec verbis conceptis, nec aliud aliquod ſpecialiter aduerſario delatum eſſet iuſiurandũ, ſed dictum ſimpliciter. Iura per Iouem, tunc vſitata & ſolenni quadam Iouem lapidem iurandi formula vtebantur Romani. Auctor eſt enim li. 10. Feſtus iuraturũ per Iouẽ, lapidem ſilicem tenuiſſe. hęc ſolennia verba dicentem: Si ſciens fallo, tũ me Dieſpiter, ſalua vrbe arcéque, bonis eiiciat vt ego hunc lapidem. De quo iureiurando viſus eſt ſentire. Plin. ſec. in Paneg ſcribens: Quin etiam ſedens præbuit iuſiurandum, & ille iurauit & expreſſit, explanauitq. verba, quibus caput ſuum, domũ ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, Deorũ iræ conſecraret. Qui autem ſic iurabant, eos dici Iouem lapidem iurare, teſtatur Cicer. ſic. n. Trebat. ſcribit epiſtolarum li. 7. Quo modo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare, cum ſcias, Iouem iratũ eſſe nemini poſſe? Probari id etiam ex Gellio poteſt. qui de Phauorino Noct. Atticarum li. 1. c. 21. ſcribit. Et ita per Iouem iurare, nihil aliud fuiſſe videtur veteribus, quàm Iouem lapidem iurare. Intelligi id etiam ex Plauto poteſt in Aulularia. Cũ n. Strophilus Lyconidi adoleſcenti iuſiurandum ad hunc modũ detuliſſet, Iura per Iouem, & inter cætera reſpondiſſet Lyconides, Sed me ciru expedi ſis, ſubiecit Strophilus: Hem ſilicẽ tibi. Tunc accepto ſilice iurans per Iouem, hac formula vſus eſt Lycon, Si te ego ſciens fallo, ita me eiiciat Dieſpiter bonis, ſalua vrbe & arce, vt ego hunc lapidem. Hæc cum ita ſint, nunc videor mihi intelligere, quidnam Vlp. ſibi voluerit, quum ita ſcriberet; Qui per ſalutem ſuãm iurat, licet per Deũ iurare videatur (reſpectu n. diuini numinis ita iurat) attamen ſi non ita ſpecialiter iuſiurandum ei delatum eſt, iuraſſe non videtur, & ideo ex integro ſolenniter iurandum erit l. 33. de iureiur. Senſus n. eſt: Si ſic delatum tibi fuerit iuſiurandum Iura per Iouem, & tu per ſalutem tuam ita iuraueris. Ita mihi Iouem velim propitium: Iupiter mihi iratus fiet: quamuis per Iouem iurare videaris: attamen eius, qui iuſiurandum tibi detulit, intentioni non ſatisfacis. His n. verbis, Iura per Iouem, ea eſt (quemadmodum ex ſuperiorib. cõſtat) deferentis intẽtio, vt Iouem velit lapidem iurari. Nec aliter per ſalutem ſuam reo iurare permittitur, quam ſi ab actore ſpecialiter, i. nominatim his verbis: Iurare per ſalutem tuam, ei delatum eſſet iuſiurandum. d. l. 5. Qua de cauſa, ſi iuſſus per Iouem iurare per ſalutem ſuam iurauerit, iuraſſe non videtur. & ideo ex integro iurandum erit, inquit. Vlp. h. c. ad ſolennem vſitatamque Iouem lapidem iurandi formulam confugiendum. De qua formula etiam Paulus ſentire à Cuiacio & Ruſſardo Ictis doctiſſimis eſt obſeruatũ in l. 26 ff. de iureiur. Auſim dicere in ſi. l. 3. de iureiuran ſic apud Vlp. etiam ſcriptum fuiſſe: Cæterum ſi ego detuli, vt per Iouem iurares, eaque verba ad hanc formulã omnino referenda videri. Et certe Iouis nomen, vt Ethnicum, Chriſtianæque religioni aduerſarium, ex prudentum reſponſis ſuſtuliſſe Tribonianum, & eius loco Dei verbum poſuiſſe, ex eo poteſt euidenter intelligi, quod in iiſdem reſponſis, crucis nomen in furcam idem Tribonianus omnino mutauerit. Quæ res efficit, vt quoties in prudentum reſponſis Dei occurrit mentio, verbum illud ex prudentum intentione ad Iouem ſemper referendum videatur. Igitur per Deum iurare nihil eſſe aliud in illis reſponſis ex intentione prudentum poteſt, quam iurare per Iouem, h. e. Iouem lapidem iurare. Et ita mihi videtur Ræuard li. 5. c. 5. Vide iuſiurandum.

IVRATI teſtes, Vide infra teſtes iurati.

IVRATISSIME vocem qui vſurpant ex veterib idoneos profetant authores. Certè apud Plin. in præfatione locus corruptus eſt quem Rhenanus reſtituit. Spieg.

IVRATORES propriè cenſores erant, qui eum, quem cenſebant, iureiurando adigebant: vt ex ea intelligi poteſt formula: Et tu ex animi tui ſententia vxorem habes? Eam qui iurauit iuratus dicitur: qui ad iurandum adigit, iurator dici videtur. Hinc per tranſlationem iuratores dicti veluti arbitri & cenſores fabulæ Plaut. in prolog. Pœnul & in Trinummo Prat.

IVRATO promittere Paul. l. vl. qui ſatiſd. cog. Qui iurato promiſit iudicio ſiſti, non videtur peieraſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit. Spieg.

IVRE belli träſfugam recipi, quid ſit, vide l. transfugam. ff. de acq. rer. dom.

IVRE communi qui vtitur eſt, priuilegiis non indiget. Id autem intelligitur, quum aliud ius non exprimitur. Inſtit. de iur. nat. §. quoties, l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr. Spieg.

IVRE pro iure ipſo. Papin. l. 95. §. 1. ff de ſolut. Aditio hæreditatis nonnunquam iure confundit obligationem. Prat.

IVRE legitimo. l. ſi naturalis. ff. de adopt.

IVRE publico, i. ciuili. l. placet C. de epiſc. & cleric. Alber.

IVRE reuocandi domum, eſt poſſe petere, vt cauſa, ob quam alibi conueniuntur, remittatur domum, & ad locum, in quo domicilium habent, l. 2. §. legatis. ff. de iudiciis Spieg.

IVREIVRANDO decidere, l. 22. §. vlt. ff de noxalib.

IVREIVRANDO firmare. Cic. lib. de ll. Plurima firmantur iureiurando inter ipſos homines. Diis immortalibus interpoſitis, dum dixit Liuius reddere & exigere. Spieg.

IVRE ipſo: vel iure, in lib. noſtris fieri dicitur, quod ipſo iure ciuili, i. lege, ſine auxilio tuitioneque magiſtratus, & ipſa legis poteſtate ac authoritate fit. Nã ipſo iure ciuili accipimus non prætorio. Denique aduerſa hæc facimus, Ipſo iure, &, Iure prætorio, vel per tuitionem pig oris l. 1. ff. quib. mod. vſufr. am. l. t. in fi: de ſuperf l. 1 §. pen. ff quod falſ tut. l 9 §. illud ff. vſufru. quemadm caueat. inſtit de perpet. & temp. act. in pr. Briſſ.

Opponuntur item hæc, IVRE ipſo, & per exceptionem l 4. ff. de ſeruit. l. 14. §. ſi is cui. ff de obl. & act. l. 60. ff. de fideiuſſorib. l. vlt. §. cum mihi ff. de verbor. obl g. l 18 § 1. ff. de ſolut. l. 2. §. penult. ff ratam rem hab. l. 1. § quæ vacuandæ. ff quarum rerum act. non det. § in bonæ inſt. de act. Sed & ipſo iure, & per fideicommiſſum, oppoſuit Vlp. in l. 19. ff. de milit. teſtam. Nam

Digitized by Google

ipſo iure & directo & imperatiuè valent inſtitutiones & legata quæ l. 12. tab confirmauit, cum fideicommiſſa ſolum prætoris fideicommiſſarij tuitione conſiſtant. Qua ratione etiam legitime, & ex cauſa fideicommiſſi opponuntur in l. 3. §. ſi vſufr. pet. Reliquum eſt igitur ipſo iure fieri, quod legib. fit, veluti li. 12. tab. l. 1. cū l. 15. §. idem iuris. ff fam. ercisc. l. 6. C. eod. tit. l. 49. §. 1. ff de fideiuſſorib. l. 62. Co. de pactis. l. 1. §. qui minorem. ff. vt leg. nom. cau. item lege Ælia ſentia l. 3. C ſi aduerſ. libert. Ipſo iure etiam fit, quod lege Falc. fit. l. 73. §. 1. ff ad l. Falcid. l. 1. §. ſi quis ex mortis. ff quod legator. Poſtremo in eo, quod ipſo iure fit, partes prætoris ceſſant, nec ſe interponit prætor. l. 4. & l. vl. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. l. 3. C. ſi aduerſ. liber. Briſſ.

Ivrgare, quaſi de iure agere, & contendere. Iurgare enim, inquit Varro lib. 6. de ling. lat. ab iure dictum eſt, cum quis iure litigaret, à quo obiurgat, qui id facit iniuſtè. Prat. Hinc

Ivrgivm, quaſi iuris agium. c. forus §. iurgium. de verb. ſig. quo pertinet, quod ait Feſt. li 9. iurgium, iuris actio. Cic. de republ. 4. Admiror nec rerum ſolum, ſed verborum elegantiam. Si iurgant, inquit. Beneuolorum concertatio non lis, ſed iurgium: Inimicorum lis dicitur: & in ſequenti: iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare. Prat.

Ivrgivm quoque iram & animorum contentionem inter coniuges ſignificat, l. 17. ff. de pact dot. Iuuenal. ſatyr. 3.

Semper habet lites, alternaque iurgia lectus,
In quo nupta iacet.

Ivrgivm a diuortio ſeparat ICtus, l. quod ſi non diuortium. ff. de iure dotium, pro iracundia non durante. Prat.

Ivri operam daturum prius noſſe oportet, vnde nomen iuris deſcendat: videlicet reſpecta ciuiliter rei ſignificatione, non autem Grammatica verborum ſtructura. Vlp. l. 1. in prin. ff. de iuſt. & iur. l. 3. in fi ff de iur dot. Ius autem à iuſtitia appellatum d. l. 1. ſicut effectus à cauſa efficiente dicitur. Nam (vt eleganter Celſ. definit) ius eſt ars boni & æqui. Prat.

Ivridici, dicundo iure præfecti Italiæ, ab Adriano principe inſtituti apud Capitolinum, annotante Egnatio, intelligendi. Notus tit. Iuridicus dies, quo ritè ius dici poteſt. & iuridica actio, quæ ſecundum ius eſt, & iuridicus conuentus, in quo redduntur, veluti noſtrate lingua, *Rhat, Gericht, Hoffgericht habent* vbi plures de cauſa deliberantes, tandem eam per ſententiam decidentes conueniunt. ff. de offi. iuridic. quem vide & l. Thais. de fideic. liber. Spieg.

Ivridicinæ verbo vſus eſt Tertull. lib. de Pall. Prat.

Ivridicvs Alexandriæ eſt, qui demandatam iuriſdictionem à principe in ciuitate Alexandrin. Ægypti habet. Et hic ex equeſtris ordinis viris creabatur, quod Tacitus ſignificat lib. 12. Eſt autem Alexandria vrbs Ægyti, non longe à Nili oſtio, ab Alexandro Macedone (vnde illi nomen) condita, ante Seruatoris aduentum anno 20. ſupra 300. Habuit olim ſcholas omnium diſciplinarum liberalium: fuitque ob commoditatem maximum totius orbis emporium, quemadmodum & præclara alia ſcribunt Hiſtorici & Coſmographi, maximè verò ij, quos ſupra nominauimus in dictione Alexandria: quib. addo hic Solinum. Author.

Ivris alia quæſtio eſt, alia facti. vide Quæſtio Hotom.

Ivris quæſtio eſt, cùm conſtat factum eſſe id, de quo lis eſt, nec vlla eſt inter litigantes controuerſia, an factum ſit, ſed cauſæ ſtatus finitiuus eſt aut iuridicialis, vt eſt Rhetorum loquendi conſuetudo. Facti quæſtio dicitur, cùm non conſtat, an id factum ſit, ſuper quo lis orta eſt, quodq; inficiatur reus. Et hanc cauſæ conſtitutionem Rhetores vocant Coniecturalem, quod coniectura tunc verum quæratur. Qua in re nullus ſanè eſt iuris ſcientiæ locus, vt permultis in locis teſtatur Cic in Topic. Nihil hoc ad ius. Ad Ciceronem (inquiebat Gallus noſter) ſi quis ad eum tale quid retulerat, vt de facto quæreretur. Qua de re latius Franc. Duaren lib 1. anniuerſ. diſpu. c. 48.

Ivris ſpecies hæ ſunt; Diuinum, Humanum, Legitimum, Conſtitutum, Licitum, Antiquum, Vetus, Nouum, Receptum, Commentitium, Commune, Singulare, Proprium Ordinarium, Publicum, Priuatū, Summū, Strictum, Merum, Subtile, Solenne.

Ivre ciuilis nomine, ius ciuitatis Romanæ intelligitur. § 2. inſtit. de iur. natur Sed quoties non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis, noſtrum ius ſignificamus. Hot.

Ivris ciuilis intellectus ex Rhetoricis præceptis magna ex parte petendus. Vide infra Negatio pura.

Ivris nomine continentur ſeruitus, hæreditas, dos, peculium, poſſeſſio, obligatio, Hæc n. omnia iuris nomina ſunt. Cuiac. Not. ad lib. 2. Inſt. tit de reb. corporalib. & incorporalib.

Ivris profeſſores. Quære, Profeſſores iuris.

Ivris quæſtiones ſunt duæ, vt eleganter Fabius tradit lib. 5. c. 2. quarum vna verborum proprietate continetur, finitione explicatur: altera æqui diſputatione continetur, qualitate explicatur. Addi poteſt & tertia quæ facti ſiue voluntatis, atq; adeo in æſtimatione iudicis quæſtio eſt, l. voluntaria. C. de fideicomm. & coniecturis explicabitur. Omnis itaque quæſtio iuris in hæc tria genera deduci poteſt. Cuia. Iulius Paulus recept. ſenten. lib. 3. tit. 6. §. dulcibus legatis.

Ivris origo duplex eſt, naturalis & ciuilis: ergo cauſa efficiens iuris natura & magiſtratus: Iuris cauſa materialis verſatur in trib. in perſonis, rebus & actionib. l. 1. ff. de ſtat. hom. §. omne autem Iuſtit. de iure natur. gent & ciuil. Iuris cauſa formalis, per quam cognoſcimus, quid vnaquæque lex in vnoquoque negotio, de quo loquimur, ordinet. Iuris finis eſt, vt pacificè tranſigamus hanc vitam vmbratilem, & perducamur ad Chriſtum & æternam vitam. Prat.

Ivris ſtricti vocabulum peculiare eſt ICtis. Reliqui ſcriptores Budæ. ait, ſummum ius appellant. Inde ſummo iure agere, pro eo quod eſt, non ex æquo & bono, ſed iniquiore quodam iure & præfracto. Ius ſtrictum, in l. placuit. 8. Co. de iud. non eſt ius ſcriptum, ſed iuris ſcripti prædura & ab humanitatis regula aliena interpretatio: ſtricta ratio. l. 43. in fi. ff. de relig Ius ſummum. Cic. Apices iuris. l. 29. §. 4. ff mand meta cognitio. l. 14. §. 33. ff. de relig. ſubtilitas verborum. l. 40. in fi de reb. cred. Opponitur æquitati, vt humini politico & humano barbarus, vt ſpiritui litera, Gothof ad d l placuit. 8. C. de iudic.

Ivris ſtudioſi appellatione, Iuris interpretes conſultique ſignificantur. Cuiac. in expoſ Nouel. Iuſtin. de inſtrumentis, & vt protocollo inſtrum. reliq. &c.

Ivriconsvlti iuſtitiæ ſunt ſacerdotes, Vult. in comm. Inſtit. 1. c. 4. in prin. 3.

Ivrisconsvltvs (ſic enim ſcribi debere contendit Prat. nō Iureconſultus, licet Cicero pro Muræna ita dixerit, & Lucilius ſecundo, & iure peritus, vt not. Chariſius li. 3) eſt (inquit Antonius apud Ciceronem li. de orat. 1.) qui legum & conſuetudinis eius qua priuati in ciuitate vtuntur, & ad reſpondendum & ad agendum, & ad cauendum peritus eſt. Sed videamus, ne quid huic abſit definitioni: quum Pragmaticis hæc eadem quadret definitio. Iuriſconſulti. n. ius in ciuitate conſtituunt, de negociis, de quibus ius certum eſt nullum, conſulti. Itaque eorum reſponſa iuris ciuilis in parte numerantur. Conſulebantur autem (vt Fabius ait) aut de verborum proprietate, veluti ſi de teſtamenti ſtipulationiſve verbis eſſet controuerſia, vel de æqui diſputatione, vt in Sergij & Oratæ cauſa illa nobili: aut de voluntatis coniectura, vt cum teſtatorem aliquid amplius voluiſſe, quam dixiſſe contenditur. Cic. pro Planc. Quæris num ICtus: quaſi quiſquam ſit, qui ſibi hunc falſum de iure reſpondiſſe dicat. Omnes. n. iſtiuſmodi artes in iis reprehenduntur, qui cum profeſſi fuerint, ſatisfacere non poſſunt: non in iis, qui abfuiſſe ab iſtis ſtudiis confitentur. Verior itaque hæc fuerit Hotommanoi definitio: ICtus eſt, qui tum iuris ciuilis, tum æqui bonique peritus, populo ſe ad agendum, cauendum, interpretandum, reſpondendumque dedit: nam his omnibus in rebus ICti officium verſari, in ICto ſuo copioſè oſtendit Hot. & Prat.

Ivrisconsvlti etiam Conſulti iuris appellantur, & iuris periti l. 27. §. 1. ff. ſi ſeru. vind. Periti iuris à Plin. Epiſt. l. 4. iuris item auctores, & ſtudioſi, & iuriſprudentes vocantur. Horum partes annotantur hæ, Cauere de iure, Reſpondere, Scribere, Conſilium dare, in Conſilium adhiberi à Magiſtratibus, iiſque adſidere, Reſcribere, Libellos agere, Vadimonia concipere. Briſſ.

Ivrisconsvlti nonnunquā figuratè loquuntur. Alciat. exempla proponit lib 4 de verb. ſig. latè oſtendens, quib. figuris vſi ſint. Sed & ipſe legiſlator ironicè loquitur, quod & ab Apello animaduerſum eſt; in l. antepen. Co. de leg. Idem ait in l. 1. §. beſtias. verſic. denique. ibi, niſi in arena paſſi ſint ſe honorati. de poſtul. in l. ſicut autem, in princ. ſi ſeruit. vend. in l. Offilius verſi. pone, inquit. de leg. 3. Cæterum qua lingua intelligendi ſint veteres ICti, ſuperius in voce Intentio indicauimus. Spieg.

Ivrisconsvltorvm vel prudentium triplex eſt differentia, quam obſcurè confundit Tribon. Iuſt. de iur. nat. gent. & ciu. I. Fuerunt prudentes, qui leges 12. Tab. interpretabāntur, quorum diſputationes fori dicuntur ius ciuile, l. 2. § his legib. latis. ff. de orig. iur. II. Fuerunt prudentes, qui priuati reſpondebant conſulentibus authoritate probabili, non autem neceſſaria, III. Cœperunt publicè Imperatoris authoritate ſignatis ſcriptæ reſpondere ſub Auguſto, à quorum reſponſis non licebat recedere, d. l. 2. §. 2. D. Auguſtus. Prat.

Ivrisconsvlti ſæpe à Iuſtiniano legum latores appellantur. Cuiac ad l 2. ff. de excuſ. prope fin.

Ivrisconsvltorvm ſucceſſio quare demonſtranda ſit, optimæ ſunt rationes: Primum, quia dignatio perſonarum, fides item & eruditio authorum, non mediocriter commendat leges ab eis latas. Deinde, qua forma, quo ſtudio & deliberatione traditæ ſint ab eis: nemo ſatis admirari poteſt, qui non totam profeſſorum iuris ſeriem perſpexerit, quomodo aliud alia in re plus præſtiterit. Old.

Ivrisconsvltorvm ſucceſſiones, vide in l. 2. per tot. ff. de orig. iur. confer. Hot. & Prat. in Lexic. hic.

Ivrisconsvltorvm & Imperatorum Roma. lectioni aſſueſci quantum profuerit, incredibile dictu eſt, imo nec dici quidem ſatis poteſt. Primū quod autoritas eorū certa eſt & neceſſaria: cū interim Doctorum præceptiones non niſi probabiles ac incertæ,

certæ. Deinde, quod ingenia ſtudioſorum transformari ſolent in mores & phraſin loquendi præceptorum. Atque illa eſt cauſa quod Romani iuris proceres tanta Latini ſermonis puritate, ac phraſis ſimilitudine, eademq; grauitate ſcripſerunt, & velut vno ore interpretati ſunt leges. Nam magna pars eorum ab vno Papin præceptore imbuti, non niſi doctiſſima iuris monumenta in manibus verſabant: Contra vero, quòd recentiores iuriſperiti, neglecto paulatim Romanorũ exempla, longéque ab eorum imitatione diſcedentes, degenerarint, non dico, quo tandem, ſed res ipſa nos ſatis admonet, niſi planè in vtramque aurem dormiamus. Oldendorp.

IVRISCONSVLTORVM proprium munus eſt reſpondere, cauere, & ex iure formulas componere, quod eſt ſcribere. Cicero pro Muræn. vrbanam militiam reſpondendi, cauendi, ſcribendi. Idem in Topic. cum tu mihi meiſque multa ſæpè ſcripſiſſes: ſic legendum ex veteribus libris. Quod & iura condere Iuſtinian. dixit in §. reſponſa Inſtit. de iur. nat. & inde ab Eutropio lib. 8. Vlpian. iuris conditor appellatur. Cuiac. ad l. Gallus. ff. de lib. & poſth.

IVRISCONSVLTI profeſſio & officium poſtulat (ait Gœd. com. ad l. 177. n. 7. ff. de verb. ſign.) vt ab omni cauillatione, præcipuè verò fallaci ſorte, quo ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, diſputatio perduci poſſit, prorſus abſtineat, per text. in d. l. 177. & l. 65. de reg. iur. l. pen. verſ. non oportet. ff. ad exhiben. l. ſi ſeruum. 91. verſ. eſſe enim hanc quæſtionem, de verb. obl. l. 5. ff. de tranſact.

IVRISCONSVLTO maximi nominis reddidit ſcientia iuris, quę ſemper ſummo honore eſt habita. Et profecto, ſicut corpus noſtrum ſine mente cadauer eſt: ita ciuitas ſine legib. certis perniicioſa cenſetur hominum colluuies, hoc eſt, multitudo ex diuerſis locis velut ſordes coacta. Cic. pro Cæcinna: Nihil enim, inquit, tam diligenter retinendum, quam ius ciuile: quo ſublato, nihil cuiquam exploratum eſſe poteſt, quid ſuum quid alienum ſit. Old.

IVRISDICTIO & Notio ſeparantur, l. 5. ff. de re iud. Iuriſdictionẽ enim habẽt, qui iuri dicundo præſunt, qui vel ipſi extra ordinem cognoſcere, vel iudices dare, iuberéq; iudicare poſſunt.

IVRISDICTIO, Iuriſdictio poteſtas eſt de publico introducta, cum iuris dicendi (vnde vocata eſt, non autem à ditione, vt annotat Alc. ad fin. c. 24. lib. diſpunct. 2.) & æquitatis ſtatuendæ neceſſitate, gl. & ibi Bart. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. gloſ. in auth. de defenſor. ciuit. § iuriſiurand. in gl. mag. circ. med. col. 5. Quare allucinatus Accurſ. dum iuriſdictionem à iuris ditione dictam putat, ex quo infert abſurdum, h. e. merum imperium ſub iuriſdictione contineri, cum potius ipſa iuriſdictio ſub imperio comprehendatur, vt patet in l. 3. ff. de iuriſdict. ibi, mixtum imperium, cui etiam iuriſdictio ineſt. Accurſ. ſententiam etiam ipſe Bart. multique alij ſequuntur, cum tamen, ſi quis diligenter aduertat, non dicatur iuriſdictio à ditione, ſed à dictione: nam per c ſcribi ſolet, nec conſiderant, ditionem ſiue poteſtatem iuris non eſſe apud iudicem, qui tamen dicitur habere iuriſdictionem, ſed apud ſolum principem. Iudex vero habet iuriſdictionem, quia ius dicit. Quare etiam ius dicens appellatur in l. 1. ff. de iuriſd. & in l. ſi conuenerit, eod. tit. & totit. ſi quis ius dic. non obtemp. Ad hoc facit Columell. lib. 11. c. 2. Quod nõ ſcilicet faciunt magiſtratus aſſidua iuriſdictione vim legũ cuſtodientes, Quamobrem cũ Suetonius in Caligula ait: Magiſtratibus liberã iuriſdictionem conceſſit ſine ſui appellatione, non intelligit poteſtatem iuris condendi, ſed iuris dicendi. Nam quum iudex iuriſdictionem exercet, dicitur ius dicere. Plautus in Bacchid. Itur illinc iure dicto Cicero ad Q. Fratrem: Sic ſumma in iure dicendo ſeueritas. Liuius lib. 2. Ius de creditis pecuniis dicere. Quod Herodotus dixit: [illegible]. Sic enim in Thalia loquens de ſupremis iudicibus apud Perſas, ait: [illegible]. Ferrand. l. 1. explicatio. c. in l. 3. de iuriſdict.

IVRISDICTIO eſt poteſtas: ſed huiuſmodi quæ aut imperando expeditur, aut ab imperio eſt nuda poteſtas; vti in iudice dato accidit, qui plus imperij non habet, quam quatenus ei ſatis eſt ad cauſæ datæ examen, executio vero eſt & maoet dantis. Gœdd. de verb. ſign. ad l. 215. n. 9.

IVRISDICTIO nomen generis eſt ac ſpeciei, ſicut adoptio, l. 1. ff de adopt. Generaliter accipitur pro omni notione, quæ magiſtratus iure competit, vel cognitione, pronuntiatione, decreto, in quacunque cauſa, ſiue ea ſit ciuilis, ſiue criminalis: quo ſenſu non diſtinguitur ab imperio: quinimo imperio vtens magiſtratus iuriſdictionem exercere dicitur l. ff. de offic. eius. Nec item à cognitione: nam cognoſcens etiam prætor dicitur ius dicere, aut iuriſdictionem exercere. Pompon. l. 2. de orig. iur. Decem, inquit, & octo prætores in ciuitate ius dicunt. Sic Vlp. l. 1. de extraor. cogn. Sed & Suetonius in Claudio, cognitionem extraordinariam de fideicommiſſis iuriſdictionem vocat, quum tamen prætor fideicommiſſarius iudices non daret. Quoties igitur quis authoritate publica aliquid ſtatuit, quod ad ius & iuſtitiam pertineat, ius dicit, nec refert, iuſtè an ſecus: quandoquidem hæc conſuetudo loquendi ad id refertur, quod magiſtratum facere conuenit. l. pen. ff. de iuſt. & iur. Hinc actus legitimi, manumiſſio, emancipatio, adoptio ad iuriſdictionem pertinere dicuntur. l. 2. ff. de offic. proc. & leg. Altera ſignificatio huius vocabuli ſpecialis eſt, ſecundum quam iuriſdictio diſtinguitur ab imperio, l. imperium. l. iubere. ff. de iuriſdictione. nam poteſtas animaduertendi in facinoroſos homines imperium dicitur, non iuriſdictio. l. imperium. Ex quo apparet, iuriſdictionem tantum in cauſis priuatis & pecuniariis verſari Prat.

IVRISDICTIONIS præcipuus ſcopus eſt, vt eius magiſtratus & quę autoritas pœnali aliqua ſemper defendatur iudicio l. 1. ff. de offi. eius cui mand. eſt. Pro tuenda autem iuriſdictione eiuſq; maieſtate potiſſimum hæc faciunt edicta, vt iudex datus iudices, vt in ius vocatus veniat, aut ſatiſdet, vt quiſque iuriſdictionis extremum faciat, vt fugitiuum apud ſe quæri non prohibeat, ſed in publicum ducat, vt iuſſus cauere caueat, vt in poſſeſſionem contra ſe miſſum admittat, vt album prætoris non corrumpat, vt munera ſibi iniuncta ſuſcipiat & adminiſtret, vt pareat magiſtratui, &c. Gœd. de verb. ſign. ad l. 1. n. 9.

IVRISDICTIO pro iuris ratio, æquitas, recta ſententiæ ferendæ ratio. Vlp. l. 10. ff. fam. erciſc. nam imperitia, inquit, coheredum iuriſdictionis formam mutare non potuit. Alias iuriſdictionis forma pro iudiciorum ordine apud Imper. l. 1. C. vbi in rem actio ex. Nec enim iuriſdictionis forma in eadem prouincia conſtitutis, tam petitore, quam poſſeſſore, ob auctoriam perſonam, quam in alia prouincia dicis conſiſtere, debet commutari. Prat. ex Hot.

IVRISDICTIO pro iudiciali cognitione, ſed quam exercet magiſtratus. Scæuol. l. 88. ff de ſolut. Claudius. ſubeſt enim illa ex iuriſdictione pendens quæſtio, an pretia rerum, quæ ſciebant eſſe pupillæ, bona fide matri ſoluerint. Sumitur & pro ſimplici notione, l. 5. ff. de re iud. l. 8. § ſed nec. ff. de tranſact. Prat. ex Ho.

IVRISDICTIO pro vniuerſo prætoris officio & munere. Gal. verba prætoris ex edicto perpetuo adſcripſi. Sacerdotem Veſtalem, & Flaminem Dialem in omni mea iuriſdictione iurare non cogam. Hæc lib. 10 c. 15. Prat. ex Hotom.

IVRISDICTIO quædam eſt contentioſa, quædam voluntaria, hęc inter volentes locum habet, eáq; explicantur emancipationes, adoptiones, manumiſſiones. Illa vel in nolentes imperij vi exercetur. vide l. 2. ff. de offic. procon. & ibi Doctores. Prat.

IVRISDICTIONEM Accurſ. definit, l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. poteſtatem de publico introductam, cum neceſſitate iuris dicendi & æquitatis ſtatuẽdæ. Quę definitio ſatis eſt bona, ſi quis eam rectè intelligat. Diuiditur autẽ iuriſdictio à Zaſio in tres ſpecies: imperium merum, mixtũ & ſimplicem iuriſdictionem, quæ eſt iuris dicẽdi poteſtas ad vtilitatem priuatã, officio ſuo actioni deſeruiens. Hanc in ſex gradus ſecat Bas. quos Zaſius doctè cõtrahit in tres, in l. cui iuriſdictio data ſit. eod. tit. Prat.

IVRISDICTIO Anomala, quæ & Extraordinaria dici poteſt, quę conſuetudine, non iure ſubſiſtit: cuiuſmodi eſt iudicium curiatum dominicalium, qui circa feuda tantum, emphyteuſes, & pacta curialia cognoſcunt. Prat.

IVRISDICTIO libera dicitur, cum is, qui eam habet, non impeditur maiori aliqua poteſtate, quo minus agat pro imperio, & legi agi iubeat. Ex Budær. in poſter. annot.

IVRISDICTIO reſtituit, vel abrogari vt dicatur, vnde loquendi modus ille inoleuerit, oſtendit Alciat. c. 1 lib. 3. parerg. Spieg.

IVRISDICTIO, facultas atque poteſtas eſt iuris dicendi. Nam ius dicere, eſt præeſſe iuri dicendo, & legibus gubernare, ac iuſtitiam miniſtrare. Spieg.

IVRISDICTIONEM ſolorum magiſtratuum, non iudicũ datorum conſtat. l. 1. l. 57. ff. de re iud. & alibi Iuriſdictionem definit Vlp. l. 3. in fin. ff. de iuriſd. omn. iud. quam ſequitur C. Harmenopulus li. 1. tit. 4. [illegible], ait, [illegible]. Prat. ex Briſſ.

IVRISDICTIO pacto priuatorum dari non poteſt, l. priuatorum. C. de iuriſd. omn. iud. licet in illum, qui iuriſdictionem habet, pacto conſentire permittatur. l. 1. C. eod.

IVRISIVRANDI illiciti abſolutionem petere vanum eſt Vlpian. De hoc iureiurando, ait, remittendo, nec eſt neceſſe adire prætorem. Semel enim in perpetuum à prætore remiſſum eſt, nec per ſingulos remittendum. Oldend. Iuſiurandum autem illicitum Iuriſconſultus interpretatur improbatæ publicè religionis. l. ſi duo patroni. §. vlt. ff. de iureiurando.

IVRISIVRANDI religione, non vt cibo, verum ſicut cõdimentis vti oportet ad neceſſitatem: iuxta præceptum Dei. Et rectè Iuriſconſulti, tradunt grauiſſima præcepta de euitando, vt (quoad fieri poſſit) parciſſimè eo vtamur, velut condimento.

IVRISIVRANDI religio expediendarum litium maximũ remedium in vſum venit, qua vel ex pactione ipſorũ litigantium, vel ex autoritate iudicis, deciduntur controuerſiæ, vt dicit Gaius in l. 1. ff. de iureiur. Et profectò his verbis magnam vtilitatem iuramentorum explicat: nam ad dirimẽdas lites, quarum alioquin nullus inueniri poſſet finis, deſeruiunt. Et ſanè prodeſt Reipubl. ſi controuerſiæ hominum celeriter expe-

Digitized by Google

diantur, ad retinendam ſalutarem concordiam. Quamobrem non ſolum vtilis, verum etiam neceſſarius eſt iuriſiurandi vſus, velut vltimum inter mortales præſidium tuendæ veritatis, quoties omnia probationum genera deficiunt. Credendum enim eſt homines, qui aliquid frontis habent, diuini nominis teſtimonium non falſo inuocaturos. Old. Prat.

IVRISIVRANDI vſus triplex eſt, ex quo tria iuramentorum genera. Alias enim iuratur extra iudicium ad confirmandum contractus & quæcunque negotia: videlicet, vt promiſſa ſeruentur. Et hoc iuſiurandum dicitur Extraiudiciale & Voluntarium: quia dependet planè ex arbitrio inuicem negotiantium, quatenus ſit dandum & concipiendum. De quo tamen non loquitur Paulus in l.iuſiurandum quod ex conuentione. in princ. ff. de iureiurand. vt quidam falſo putant: ſed l. 1. & Conſtitut. Frideric. Imperatoris. Alias exiguntur iuramenta ad præparationem, vel etiam cognitionem iudiciorum rectè exercendam, ne quid per fraudem eorum, qui in iudicio verſantur, incidat, quod euertat veritatem, Vt ſunt ea, quæ dantur, vel calumniæ, vel teſtimonij dicendi, vel cautionis, vel æſtimandæ rei gratia, iuxta l.ſi tutor. ff. de in lit. iurand. item iuſiurandum iudicis vel aduocati. l. rem non nouam. C. de iudic. Et ſi quæ ſunt his ſimilia. Hoc autem iuramentorum genus iudiciale & neceſſarium rectè poteſt appellari: quoniam non vt præcedens relinquitur prorſus priuatorum arbitrio, quatenus dandum ſit, vel non ſit, cum ex iure certam formam habeat, ac plerunque neceſſario ſuſcipiatur in iudiciis. Alias denique iuramentis vtimur deferente iudice: vel etiam litigatoribus ipſis conſentientibus, iniurandi conditionem (ſemper tamen adprobante iudice) ad explicandam ſemel totam litem. Vnde nuncupantur deciſoria, quod finem imponunt controuerſiæ, vt auctori decernatur, quod intendit, aut reo, quod excepit. Paulus eleganter dicit, eo modo propter rem iurari, in l. quoties. ff. de iureiuran. Propter rem autem (inquiens) iuſiurandum exigitur (veluti de pecunia credita) cum iurat actor, ſibi dari oportere, vel reus ſe dare non oportere. Idem eſt, cum de peruoia conſtituta iuſiurandum exigitur. Old. & Prat. vide & Forcat. in Necyom. dial. 54.

IVRISIVRANDI gratiam facere. Gratia iuriſiurandi ſolet aut ad delatum & ſuſceptum, aut ad præſtitum iuſiurandum referri. Qui iuſiurandum remittit, gratiam iuriſiurandi facere dicitur. Qui præſtiti iuriſiurandi religione aliquem liberat, is etiam iuriſiurandi gratiam facit. l. 38. in princip. ad municip. Remittens iuſiurandum, non aliter gratiam facere intelligitur, quam ſi deferente ſe aduerſarius iurare paratus, ſuſcipiat iuſiurandum, l. 6. ff. de iureiur. Eáque res efficit, vt huiuſmodi gratia iuriſiurandi, nec abſenti, multóque minus ignoranti fieri poſſit. Nam quomodo ab ignorante ſuſcipi iuſiurandum, aut quomodo ignorans eſſe paratus actore deferente ad iurandum poteſt? Et idcirco nequaquam ambiguum videri debet, quin peſſimè de iuriſiurandi delati remiſſione Pomponium acceperint interpretes, Labeonis ſententiam ad hunc modum referentem: Labeo etiam abſenti & ignoranti iuriſiurandi gratiam fieri poſſe reſpondit: ſed & per epiſtolam iuriſiurandi gratia fieri poteſt. l. 4 s de iureiur. Proinde non delati ſuſceptíque, ſed præſtiti iuriſiurandi abſenti & ignoranti gratiam fieri potuiſſe, eſt veriſimilius, idque ſibi Pomponium & Labeonem voluiſſe, dici non poteſt, quum idipſum Plauti auctoritate confirmetur. Poſtquam enim apud Plaut. in Rudente, iureiurando per Veneris aram conceptis verbis præſtitum talentum argenti magnum Gripo promiſiſſet Labrax leno, hanc ſummam Dæmones lenoni à ſeruo ſuo piſcatore Gripo remitti volens his verbis vſus eſt:

Res ſoluta eſt Gripe, ego habeo Gr. At ego me manulo.
Da. Nihil hercle hic tibi eſt, ne tu ſperes, iuriſiurandi volo
Gratiam facias. -- --.

Ex quo loco euidenter apparet, cum id quod iuramento promiſſum eſt, vltro, ſiue (vt hic apud Plaut.) pactione aliqua remittitur, tunc etiam iuriſiurandi gratiam fieri. Sic iuriſiurandi gratiam viſus eſt etiam accepiſſe Sueton. ad hunc modum Tiberio ſcribens: Equiti Romano iuriſiurandi gratiam fecit vxorem in ſtupro generi compertam dimittere, quam ſe nunquam repudiaturum ante iurauerat. Quod igitur Pomponius & Labeo de iuriſiurandi gratia ſcribunt in d. l. 41. hoc ſic videtur accipiendum, quaſi dixerint, id quod iureiurando promiſſum eſt, abſenti ignorantíque, & per epiſtolam remitti poſſe Ræuard. var. lib. 1. c. 2.

IVRISIVRANDI formulas, vide ſupra Iurandi formulæ.

IVRISPERITI, apud Alfenum, ff. ſi ſeruit. vendi. Annio, inquit, conſilium omnes iuriſperiti dederunt, vt cum eo agerer, ius ei non eſſe, in eo loco ea poſita habere, inuito ſe. Spieg.

IVRIS præcepta tria ſunt: honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere. Iuris autem, intellige naturalis. Et quam huc omnes referantur humanæ leges, Old. demonſtrat breuiter. Honeſtè viuendo, caſtratur libido: ſi neminem lædimus, coercetur ira: ſi cuique ſuum ſinitur, reprimitur cupiditas. Quæ fiunt iniuſtè, ferè ab his vitiis oriuntur, quæ his præceptis Vlp. prorſus explodit. Spieg.

IVRISPRVDENTIA, eſt diuinarum & humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia, h. e. ipſa ἐγκυκλοπαιδεία, diſciplina rotunda, integra, & ſine offenſione. Bud. in l. 1. de iuſt. & iur. Vel eſt ars boni & æqui. Neque enim voluit Iuriſconſultus hac poſteriore definitione ius definire. ſed ipſam iuriſprudentiam, quæ eſt habitus animi, ipſius videlicet intellectus. Ius vero nihil aliud eſt, quam relatio. Nam & obligatio eſt ius, & actio eſt ius, & dominium, & vſusfructus, & pleraque in legibus infinita, nimirum ſpecies ipſius iuris. Ex Apello Spieg. Vide omnino Iuriſprud. definit. Vult. in comment. ad §. 1. inſtit. de iuſtit. & iure.

IVRISPRVDENTIA cur præ cæteris artibus tam ſit obſcura, cauſa eſt: Primum, quia Iuriſperiti non rectè docuerunt ab aliquot annis, partim vana ambitione gloriæ, partim ignorantia ſeducti: Tum id quod in vna ac ſimplici cognitione erat, in infinita torſerunt, vt nulla hominis ætas ſufficiat nunc lectioni, vel ſolius Baldi aut Iaſonis. Deinde quoniam non obſeruarunt forum, h. e. traditiones ſuas non exegerunt ad vſum forenſem, nec perpenderunt, quid huic ſeculo conueniret: quid obſeruatum eſſet: quid mutatum aut abolitum videtur, idq; breuiter. Denique, quod non adhibuerunt methodum, ſed omnia confusè tractarunt, Imo in quib. maxima vis erat gubernandæ Reipublicæ, & legum interpretandarum, de his aut nihil aut erronea tradiderunt. Contra, quæ obliteranda potius erant, ſcripſerunt ſæpius, ordinē planè inuertentes. Vt igitur emendemus hunc errorem, ante omnia fugere oportet vanā rixandi libidinem, ſcilicet res ciuiles, tum publicæ, tum priuatę magna grauitate atque ad captum iuuentutis ſimpliciter & craſsè tractentur. Deinde methodus ſeruāda fuerit, vt prius fontes, quā riuuli perſpiciantur: & prius diuini, quā humani iuris formulæ concinna quadam breuitate ſtudioſis proponantur. Old.

IVRIS ignorantia eſt, veluti ſi compertum habeam Titium inteſtatū vita functum eſſe, ſed iure cognationis ſuccedendi mihi copiam eſſe ignoro: aut ſi alium, qui non proponi queat, iră prępoſitū mihi exiſtimo. l. 1. ff. de iur. & facti ignoran. Anchor.

IVRIS ſcientiam appellat Paulus de verb. obligat. exactam illam verborum omnium atque adeo literarum obſeruationem, &c. Connan. lib. 1. cap. 11. n. 4.

IVRIS ſcrupuloſitatem vulgo appellant id, quod iuris regulæ non admittunt, vt ad æquitatem prætoriam ſit recurrendum, Connan lib. 10. cap 4 n. 5. &c.

IVRVLENTA, Iuſculenta, iure & brodio præparato carnulentóque conditiora: Sic poſitum reperio apud Apuleium lib. 2. de aſino aureo: Pulpam fruſtatim confectam, abacum paſcuæ iurulenta. Iurulenta pro iuſculentis Varr. in 1. de ling. Lat. Vaſa in menſa eſcaria, vbi pultem, aut iurulenti quid ponebant. Diminutio iuris eſt iuſcum Apulein, etiam ſi non deſint, qui ibidem viſcus interpretentur. Etiam guſtum legere nil obſtat pro condimento, de quo Apitius lib. 3. Ioan. Bapeiſt. in comment. epiſtol. Sidon. Apollin ad Domicium. lib. 2.

IVS idem eſt quod lex, à iuſſu per apocopen dictum, quoniam propriè nihil aliud eſt quam quod natura iubet ſequi aut vitari Quanquam vulgo, ſicut & lex, ius etiam appellatur, quicquid vel gens vel populus vel conſuetudo iubet: tametſi non ſit negandum iuris nomen generale, legis ſpeciale: tum etiam ius ad non ſcripta pertinere, legem ad ius ſcriptum. Alij ius à iubendo dici volunt, quia iubet in foro, exequitur id, quod iuſtitia dictat in animo ſeu voluntate. Prat.

IVS generaliter appellatur, quicquid lege præcipitur, habita rationeeius, quod fieri debuit, non eius quod factum eſt: quo pacto iudex jus reddidiſſe dicitur, etiam cùm iniquè decreuit vt ſcribit Paul. Neque tamen, quod iniquè iudicatum eſt & conſtitutum jus eſt, ſed ita appellatur, quia putatur ius eſſe, & tanquam ſit eiuſmodi parendum ei eſt, & obtemperandum Connan. lib. 1, c. 1. n. 5.

IVS eſt ars boni & æqui: Vlp. in l. 1 de juſtit. & jure. Si ars: ergo conſtat ex præceptis. Sed præcepta oporter eſſe certa: igitur non ex opinione hominum vaga, quæ neque bonum neque malum facere poteſt eum, qui non eſt: ſed ex præſcripta diuinitus ratione naturali colligenda ſunt. Nam vbi id factum fuerit, tum per ſe conſequitur bonum & æquum. Natura enim non poteſt eſſe non bona lex, quæ ad honeſtatem accedit, nec poteſt non eſſe iniqua, quæ cum honeſtate pugnet. Prat.

IVS Vlpianus à iuſtitia appellatum ait, id vero nonnullis dignum conſideratione viſum eſt. Cùm enim ius iuſtitia prius ſit, & antiquius, quomodo illud à iuſtitia deſcendere potuit? Rœuardus varior. lib. 1. c. 2. exiſtimat per hoc, quod à iuſtitia ius deſcendere contenderit Vlp. eum non negaſſe, ius eſſe prius iuſtitia, ſed nomen illius iuris, quod iuſtitia prius eſt, & antiquius à juſtitia exiſtimaſſe deſcendere. Ius. n. in imaginatione poſitum eſt, nec certo nomine alio, quam juris aut æquitatis deſignari poteſt. Iuſtitia eſt quædam virtus, qua in reddendo jure conſtituendoq; fungimur. Hæc juſtitia dat nomen juri, non vt ius duntaxat appelletur, quod per eam exercetur: verum ita, vt jus per juſtitiam ſpeciei inſuper adſciſcat expreſ-

ſam

ſam deſignatiouem. Nam cum ius ad actionem & exercitium trahimus, tunc iuſtitia, ſiue virtus illa, qua id fit, imponit nomen iuri, & ſi quidem inter ciues illud fiat, non ius ſolum, ſed ius ciuile, ſin inter gentes, ius gentium vocabitur. Quom enim ius nihil aliud ſit, quam iuſſus, iuſtitia vero virtus, qua qui ſic iubet, præditus eſt: ſequitur, vt qui iuſtitia fungitur, nomen imponat iuri. Et Vlpiani quidem deriuatio autoritate Cic defendi poterit. Nam apud eum lib. 3. de Rep. Scipio dicit ius ex iuſtitiæ fontibus emanare: quem locum citat Auguſtinus li. 15. de ciuit. Dei. Et faciunt huc, quæ Iſidorus lib. 10. etymolog. ſic ex boni alicuius & Latini autoris lib. diſſeruit: annotata ab Ant. Coutio lib. 2 lectionum ſubſec. c. 16. Licet origo nominum (inquit) vnde veniat à Philoſophia eam teneat rationem, vt per denominationum diminutionem, homo ab humanitate, ſapiens à ſapientia nominetur, quia prius ſapientia, deinde ſapiens: tamen claret alia ſpecialis in origine quorumdam nominum cauſa, ſicut homo ab humo, vnde propriè eſt appellatus. Ex quibus verbis intelligimus, duplicem etymologiam reperiri: Philoſophorum vnam, eámque maximè Stoicorum, vt Cic 1. de Offic. ait, ſecundum quam ius à iuſtitia, pactum à pactione Vlpiano, Vanus à venuſtate Ciceroni, item homo ab humanitate, ſapiens à ſapientia, ſedere à ſeſſione Ariſtoteli nominatur. Alteram Grammaticorum, quæ non tam originem ſectatur rerum, quam vocabulorum, ſecundum quam iuſtitia à iure, vel quaſi iuris ſtatio, vt Iſidor. vel quod vim ſiſtat, vt Alciatus noſter, melius putat dici: item humanitas ab homine, venuſtas à Venere, ſeſſio à ſedere, ius à iuſſu dici videntur. Nam iura, vt ait Feſtus, dicta ſunt quaſi iuſſa. Quare Vlpianus, qui rei naturalem ordinem demonſtrare volebat, nomen iuris à iuſtitia quaſi diminutum rectè deſcendiſſe ſcripſit Prior ſiquidem ipſa iuſtitia in illis, vt cum Poetis loquar, aurei & argenti ſæculi heroibus fit. Priores ipſæ iuſtæ actiones in administranda Rep. & priuato negotio componendo editæ fuerunt. Eæ deinde tum, cum illa ſcribi poterant:

—Extrema per agros
Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit. Et
—Nec ferrea iura
Inſanúmque forum, aut populi tabularia vidit.

Virgil. lib. 2. Georg. à callidis viris notatæ artem non minore, quam ſyllabis ab archetypa iuſtitia diminutam comprehenderunt, quæ eſt ius. Hoc ipſum de Medicina Plin. lib. 29. c. 1. refert. Idem de omnibus artibus ac ſcientiis Ariſt lib. 1. in prin. τῶν μετὰ τὰ φυσικά. Licet autem ius à iuſtitia Vlp. deriuarit, complures tamen id potius à iubendo dictum volunt. Ius enim ſiue pro iure naturæ à quo tanquam fonte iura alia promanarunt, accipiamus, ſiue pro Iuriſprudentia & arte, iubet ac præcipit. l. leg. ff. de leg. vel quia ſecundum ea, quæ iuris ſunt, ciues inter ſe iubentur viuere. l. 1. ff. de leg. Et hanc ſententiam ſequitur Iacobus Curtius li. 1. εἰκασμῶν, c. 1. Hieronymus Maioragius lib. 4. Miſcellaneor. c. 8. Galeotus Martius in libro de doctrina promiſcua, cap. 28. à iuuando dictũ contendit. Quod ſicut corpus noſtrum iure iuuetur & nutriatur, ita & ciuitates, quæ vt corpus coaluerunt, legibus tanquam iure quodam alantur & iuuentur: ita vt ius corporis, cum de pulmentariis & ciuitatum legibus dicitur, nutrimentum iuuamentúmque eſſe noſcatur. Vide de Etymologia iuris plura apud Alciat. lib. 1 parerg. c 29 Antonium Vacc. in comment. ad l. 1. ff de iuſt. & iur. Conn. lib 1. c. 2. Agricola quoq; lib. 3. de Inuent Dialect. Ius vim quandam cogendi in ſe habere dicit, vnde & nomen traxerit, vt à iuſſu ablatione poſterioris ſyllabæ ius factum ſit: cui reſpondet, quod idem Feſt. ait, antiquos iura nuncupaſſe iuſſa. Hæc tamen origo vocabuli non conuenit iuri, ſed legi potius quæ Lex definitur eſſe generale iuſſum ſuperioris. In quo & ipſe Agricola videtur falſus fuiſſe, qui quum ius diffiniendum ſuſcepiſſet, non iuris ſed legis definitionem tradidit. Dicit enim, ius eſſe decretum maioris poteſtatis: niſi fortè populariter eum fuiſſe locutum exiſtimemus: quod non eſt alienum ab oratore. Vulgus enim hominum id ſolum ius vocat, quod poſitum eſt in conſtitutione. Ius naturæ quod penè cum lacte nutricis ſuxerunt ſine doctrina naturam vel rationem naturalem appellant. Et ideo ſi quando incidit quæſtio, ſe quanquam iuris ignaros, tamen ſolo naturali iudicio facilè dicunt perſpicere, quid in ea re iuris ſit, &c. Conanus autem & alia videmur tradi poſſe ratio huius vocabuli, vt ius nominetur, quod iuxta ſit. Latinis enim iuxta idem eſt quod æquè & pariter. Vnde illud Saluſtij: Ciues hoſtes iuxta metuere, & Omnes mecum iuxta intelligitis, i. e. æquè & pariter. Quod autem par eſt & æquabile, ius eſt, id enim iuxta eſſe dicitur, quod bene prope eſt: Quoniam quæ prope ſunt, quod ad loci diſtantiam attinet, æqualia ſunt. Si ius neque ſuperat, neque deficit, ſed eſt propè & iuxta rem, cui accommodatur, vſq; eo vt æquale ſit omnino: quod tum fit, cũ in eo nihil minus eſt aut maius. Quæ enim excedit res alia aliam magnitudine, ab ea videtur recedere tanto interuallo, quanto eam ſuperat. Ideo & Columellæ iuſtæ dicuntur operæ, quæ diei ſunt æquales. Quæ ſimilitudine putat Ariſtoteles appellatum δίκαιον, quaſi δίχαιον, id eſt, diuiſum: quia nihil aliud ſit quam mediũ quoddam damni & lucri: quod vt obtineant ij qui controuerſia implicantur, ad iudicem, inquit, tanquam ad legem loquentem confugiunt, qui medius ſit, & ad æqualitatem reuocet, perinde ac ſi lineæ inæqualiter ſectæ eam detrahat particulã, qua præſtat maior dimidiatam, & ad eam quæ minor eſt addat, tum medium eſt & æquabile conſecuti, ius ſuum ſe obtinuiſſe dicunt. Hinc Δικαστής iudex, quaſi Διχαστής, quod duobus inter ſe diſſidentibus & diuiſis medius eſt, quaſi honorarius quidam arbiter conſtitutus, vt ei, qui plus iuſto conſecutus eſt, auferat quod addendum ſit ei, qui minus. At Plato vt diuinus ſemper, à cælo iuris originem repetit, vt Διαϊὸν id eſt, diſcurrens: & inde venuſtioris ſcilicet appellationis cauſa, κ addito, Δίκαιον factum. Ius n. eſſe mentem diuinam, mundi animam, naturam artificiosè ambulantem, & omnia cientẽ agitantémque, motibus ſuis, nihil habentem admixtũ, aut concretum, ſed incorruptum & ſimplicem, &c. Connanus lib. 1. c. 2 num. 4. & 5. &c. Sunt etiam, qui Ius tranſpoſitione literarum interpretentur pro vis: vt contra vis pro Ivs. de tutelis. Inſtit. in pr. Tutela eſt vis. vbi vertit idem Theophil. δύναμις. Initio namque homines manu ſuum, vt Cicero de Finib loquitur, vel, vt apud Simonid. eſt, τὸ ὅρμα λόγιον aut, vt apud Platonem, [illegible] conſequebantur, poſtea autem id, quod Vis dicebatur, voluntati contrarium ius appellatum eſt. Terent. in Adelphis.

Hem illæc fidem nunc veſtram implorat Demea,
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.

Hotom in princ. tit. de actionu.

Ivs modo eſt æquum ac bonum, vt ius naturale: Modo quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt: vt ius ciuile: Modo quod prætor edicit aut decernit, etiamſi inique decernat: vt ius honorarium. Hotom.

Ivs nonnunquam ipſam iuriſprudentiam ſignificat l. 1. ff. de iuſtit. & iur. vnde iuris ſtudioſi pro iuriſperitis in l. 1. ff. de offic. adſeſſor. l. 9. ff. de pœnis l. 4. ff. de variar. extr. cog. Et apud Suetonium in Neron. & Gell. lib. 12. c. 13. Sic alia ſignificatione ius dicitur locus, in quo ius redditur appellatione collata ab eo, quod fit in eo, vbi fit: quem locum ita determinare poſſumus, vbicunque prætor, ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluó que more maiorũ, ius dicere conſtituit, is locus rectè ius appellatur. l. pen. ff. de iuſtit & iur. Itaque quod ait prætor; qui in iure interrogatus reſponderit, ſic accipiendum eſſe Vlpian. ait; apud magiſtratus populi Rom. vel præſides prouinciarum, vel alios iudices. Ius enim non ſolum locum eſſe, vbi iuris dicundi vel iudicandi gratia conſiſtat. l. 4 §. vlt. ff de interrog in iur. fac. Sed & Victorin. in lib. 2. Rhetor. Cicero in iure interpretatur apud prætorem. Quæ etiam interpretatio facienda eſt in l. vlt. de ceſſ. bon. l. 56. §. 1 ff. mandat. l. 1. ff. ad Velleian. l. 2. §. ſanè. ff. de ſoc. ad. l. 6. ff. de feriis. l. 1. §. quod ſi in lite. ff. ſi quid in fraud. patr. l. 29. §. 1. ff. de donat. l. 56. ff. de re iud. l. 15. §. poteſt. ff. de liber. cauſ. & in illa vetere formula: Quando ego te in iure conſpicio. Cuius Cicero in Muren. meminit. Et apud Plautum Rudente: qui falſas lites falſis teſtimoniis petunt, quique in iure abiurant pecuniam, Notandum autem eſt. In iura, & in iudicio ſeparari l. 12. ff. de interrog. in iur. fac. Et apud Cic. lib. 1. de Orat. Quandoquidem in iure fit apud magiſtratum, in iudicio, etiam apud iudicem datum. vt ex l. 1. §. 1. ff de poſtul. & ex l. 3. ff. ne quis eum qui in ius voca. colligi poteſt. Magiſtratum autem accipe vrbis prætorem, qui ius dicebat, actionémque dabat: ſic enim Fabius Victorinus in Ciceronia de Inuent. lib. 2. Prætores, ait, qui ius dicebant, iudices etiam cauſæ dabant, & controuerſiæ, vel agendi genus inſtituta actione formabant. Itaque Iuriſconſ. cum in l 1 §. 1. ff. de ventr inſpic. ad prætorem mulierem euocari poſſe dixiſſet: paulo poſt ait, eandem cogendam eſſe in ius venire. Ius igitur, vt apparet, dicebat vrbis prætor, actionémque dabat, & vt ait Pomp. in l. veluti. ff. de verb. oblig. officio prætoris continetur actionem dare, vel denegare. Hoc amplius. Ius poteſtatem ſignificat. Ex eo perſonæ quædam ſui iuris eſſe, quædam alieni dicuntur tit. de his qui ſunt ſui iuris: id eſt, ſuæ poteſtatis eſſe, vel alienæ poteſtati ſubeſſe, l. 4. ff. eod. tit. l. 22. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. 5. ff. de adopt. Briſſ.

Ivs quoque idem eſt quod iuſtum, vt in tit. Inſt. de iur. natur. & in l. fin. ff. de iuſtit. & iure. Eodémq; pertinet phraſis illa, qua vtimur in magiſtratibus ius dicentibus; quod ab ipſis dictum ſemper ius eſſe intelligitur, ſiue re ipſa tale ſit, ſiue non: quia ſi dictum ſit iniuſtum, relatio fit non ad id, quod factum eſt, ſed quod fieri debuit, l. 65. §. cum prætor. ff. ad Trebell. Ius in l. fin. ff de iuſtit. & iur. accipitur pro neceſſitudine, nimirum, quæ eſt cognationis vel affinitatis. Ius quoque ſignificat facultatem, vt in definitione vſusfructus, & ſimilium, vt & nonnulli in definitione actionis, in prin. Inſt de act. ius interpretantur facultatem. Item ius accipitur pro rei alicuius qualitate, quomodo ſeruitutes appellantur iura prædiorum, l 86 de verbor. ſignif. l. 1. in fin. de rer. diuiſ. &c. Vide Vult. in comment. ad iuris precep. 3. n. 2. Inſt. de iuſt & iur.

Ivs eſt, quod vel natura, vel ciuitas, aut populus, vel gens, vel

conſuetudo iubet. Sic autem exactè definieris ſecundum Apellum: Ius eſt facultas & autoritas agendi ſecundum legem. Vlpian. autem: Ius ait, eſt ars boni & æqui, h.e. collectio omnium præceptorum boni & æqui. In hac autem Celſi definitione multi ſe miſere torquent, dum, quomodo illa intelligenda ſit, laborant. Quippe nec Brutus, cum prætor ius diceret, artem tradebat: & Scæuola de iure conſultus, forſan ex arte, ſed nihil de arte reſpondit. Quid ergo? Et Cott. lib. 1. εἰσαγωγῶν, c. 5. Celſum ius definiiſſe exiſtimat ea acceptione, qua dicimus iuri operam dari, &c. Hinc colligit Alciat. quo loco in Parerg. hanc defendit Vlpian. diffinitionem iuris, id feciſſe Iureconſ. quod tantopere exoptauit videre Cic. lib. de Orat. 5. Salamonius exiſtimat, Vlpianum ſiue Celſum loqui de officio boni & æqui viri, quod in actione verſatur: & ideo Ius eſt ars, intelligit exercitium boni & æqui viri, velut virtus dicitur ars boni hominis: philoſophia ars ſapientiæ ſtudioſi: & iniqui ars, nequitia. Nec enim hic agitur de Iuriſconſultorum ſcientia, quæ eſt, non ignorare, quicquid legibus ſcriptum, moribus receptum, prudentúmve autoritate digeſtum eſt: in qua cognitione nullum artificium requiritur, præter aſſiduam lectionem. Ariſt. 5. Ethic. dignoſcere iuſta & iniuſta, nullam ſapientiam putat: quoniam de quibus rebus leges loquuntur, non difficile eſt intelligere: ſed iuſta facere, maius negotium eſt Spieg.

Ivs per ſe dictum, genus eſt: Ius ciuile, ſpecies: ius ciuile Roman. indiuiduum, quod non niſi vt totum in partes ſecatur, in leges, Senatuſc. edicta magiſtratuum, & cæteras partes diuiſum eſt. Spieg.

Ivs per ſe quæſtionem nullam habet, ſed id ſemper eſt certum, & generaliter ſine vlla circumſtantiarum determinatione conſtitutum. At eo demum caſu ius quæſtionem habet, quando de applicando iure quæritur ad factum. Vult. in com. Inſt. l. 4. tit. 6. in pr. n. 23.

Ivs omne (quantum ad mores hominum formandos attinet) diuiditur in ius naturale ſeu diuinum, & ius poſitiuum ſeu humanum. Ius naturæ, quod alias ius gentium vocant, conſiſtit in notitiis illis à natura, hoc eſt, à Deo mentibus hominum inditis. §. ſed naturalia, Inſt. de iure natur. gentium & ciuil. Eſt enim proditum cum ipſo humano genere. l. 1. ff. de acquir. rer. dom. & §. ſingulorum Inſtit. eod. tit. Hoc autem ius naturale, cum eſſet ſimplex & paucis præceptionibus contentum (quas tamen vt rectè perciperemus, Deus ipſe viua voce renouauit in Decalogo) certè non videbatur omnibus humanis negotiis, propter corruptos adfectus, quos ex Adæ lapſu contraximus, ſufficere, niſi latius determinaretur, & per ſingulorum circumſtantias diſtribueretur. Ius itaque poſitiuum huiuſmodi naturales notitias latius extendit, format, diſtribuit, applicat ad humanas functiones: obſeruans ſemper eas veluti Theſei filum in maximo Labyrintho. Poſitiuum quippe ius dicitur, quaſi ab hominibus poſitum ciuili quadam & politica argumentatione ad extendendum ius naturæ, vt eſt pulcherrimum exemplum in l. bona fides. ff. depoſit. & in omnibus humanorum negotiorum aut formis, aut pœnis obſeruare licet. Quid igitur dicimus de iure gentium? Eſtne tertia ſpecies? Reſpondeo: ſi propriè loquamur, alias refertur ad ius naturale, alias ad ius humanum: per ſe autem ſpeciem non facit. Verum craſſius & populariter loquendo nihil obſtat, quo minus docendi gratia, quaſi tertiam ſpeciem eam proponamus ſtudioſis, ſicut Iuriſconſulti faciunt. Prat.

Ivs à iudicio diſtinguitur à Paulo manifeſtiſſimè in l. amplius. 85. ff. rat. rem habet. illud enim ad prætorem, hoc ad iudicem ab ipſo datum pertinet. Amplius, inquit, non peti, verbum Labeo ita accipiebat, ſi iudicio petitum eſſet, ſi autem in ius eum vocarit, & ſatis iudicio ſiſtendi cauſa acceperit, iudicium tamen receptum non fuerit, ergo puto non committi ſtipulationem amplius non peti: hic enim non petit, ſed petare volt. Cic. lib. 2 de Inuent. 2. Tranſlationes, inquit, in iure plerumque verſantur, ibi enim exceptiones poſtulantur, & quodammodo agēdi poteſtas datur. In ipſis autē iudiciis rarius incidunt. Pra.

Ivs nihil reſpicit, niſi vtilitatem hominum honeſtam: in primis publicè, deinde priuatim. Hinc duæ ſunt iuris poſitiones, h.e. duæ ſunt ponendæ partes, circa quas totius ſtudij ſeu diſciplinæ ciuilis tractatio verſatur: videlicet Publicum & Priuatum, l. 1. ff. de iuſt. & iur. Prat.

Ivs accreſcendi, eſt ius, quo portio deficiens, vel quæ repudiata eſt, alij, qui partem agnouit, acquiritur; de quo apud Iuriſconſultos frequens eſt mentio: vel eſt augmentum partis vacantis, per repudiationem, vel mortem vnius coniuncti, quod alteri coniuncto aduoluitur: quod locum habet, quando pars vacat antequam alteri ſit quæſita: vt puta cum coniunctus ſuam partem repudiat, vel illa deficit: tunc enim alteri coniuncto accreſcit: de quo §. his ita definitis. l. vnic. C. de caduc. tollend. Hoc ius Theophilus in Inſtit. tit. de exhered. liber. ἀποκηρύξεων vocat, ait eſſe μέρος ἀφαίρεσιν. Hoc autem ius inter coniunctos verbis, & re & verbis locum habet: in quibus præfertur, qui re & verbis coniunctus eſt. l. re coniuncti, 89. ff. de legat. 3. l. triplici, 142. ff. de verb. ſign. niſi ſine parte ſit inſtitutus, alij vero partes habeant ex verbis teſtatoris. l. item quod Sabinus, §. 1. ff. de exhæred. inſtit. Prat.

Ivs accreſcendi exercetur, quia pars parti accreſcit: at vbi pars eſt, ibi etiam totum eſt, vbi totum, ibi etiam partes. Sic enim rectè Ramus docet, partem contineri à toto, & totum continere partes, Vult. Inſtit. l. 2. tit. 7. § fin. n. 2.

Ivs accreſcendi in qua coniunctione locum habeat, vide Vult. d. loc. n 9.

Ivs accreſcendi cohæredis hæredem ſequitur, ad quem portio hæreditatis peruenerit: ius ſubſtitutionis cohæredis hæredem non ſequitur, licet portio hæreditatis, ex qua ſubſtitutus cohæres adiectus eſt, ad eum peruenerit. Ius accreſcendi reale eſt, ius ſubſtitutionis perſonale. Cuiac. ad lib. 4. Iul. Paul. recept. ſent. tit. 8. §. fin.

Ivs Ælianum, liber erat, in quo Sext. Ælius noua quædam actionum genera præter legis actiones perſcripſerat: quem librum populo tradidit, l. 2. §. 5. ff. de orig. iur. Prat. ex Hot.

Ivs augurale, ab auguribus, qui futura quomodocunque, maximè tamen ex garritu auium prædicebant, nominatum, diuerſum à pontificio fuit: de hoc varij complures ſcripſerunt. Ciceronis libros augurales laudant Seruius & Chariſius. Ad Ciceronem collegam Appius pulcher augur etiam ſcripſit librum auguralem, vt Cicero in epiſtolis fatetur. Scripſit & eodem tempore Marcellus.

Ivs agnationis pacto repudiari non poteſt, ait Modeſtinus.

Ivs Albanati a Romanis (credo) acceptum obſeruamus, vocamúſque jus Albanati, quaſi jus albi nati, & extranei, quod in eius ſucceſſione locus eſt Fiſco, niſi beneficio principali fuerit regni iure donatus: vnde reſcripta principis, quæ in eam rem conceduntur, literæ naturalitatis appellantur, quod in eadem eum iis, qui nati ſunt in regno, iura & priuilegia cooptantur, &c. Connan lib. 9. c 4 n. 7.

Ivs Analogū diſtributiuum eſt, proportione conſtitutum. Quod ſi præter analogiam diſtributum fuerit, non ius, ſed iniuria eſt: vt cum poſteriores bonorum patres fuerunt, quibus priores iure debentur: contráque malorum priores, quibus conueniunt poſteriores. Vide Budæum in vulg. l. ius ciuile. Spieg.

Ivs Antiquum, in tit. de diuerſ. regul. iur antiq. vocatur ius, quo tam diu populus eſt vſus, minimè abrogatum conſtitutionib. Iuſtiniani. Item illud, quod nec leges, nec conſtitutiones induxerunt; ſed antiqua prudentia iuris authorum, vt eſt in l. 21. C. de furtis & conſona ICtorum definitio, in l. vlt. C. Theod. de diu. reg. qualis eſt regula Catoniana & quæ certiſſima iuris regul. §. non autem. Inſtit. de perpet. & tem. act. Ex delicto pœnalibus actionibus hæredes non teneri, & aliæ, quæ à Cuiac. in paratit. ff. d. tit. de diuerſ. reg. iur. recitantur. Prat.

Ivs Apertum. l Apertum iur.

Ivs applicationis. Meminit huius iuris Connan. lib. 2. c. 7 nu. 5. in hunc modum. Familiarium adiectionibus ſimili quidem, ſed tamen aliud eſt, Ius applicationis, de quo Cic. lib. 1. de Orat. Quid, quod ita centumuirali iudicio certatum eſſe accepimus? qui Romam in exilium veniſſet, cui Romæ exulare ius eſſet, ſi ſe ad aliquem quaſi patronum applicuiſſet, inteſtatóque eſſet mortuus, nonne in ea cauſa ius applicationis, obſcurum ſanè & ignotum, patefactum in iudicio, atque illuſtratum eſt à patrono? Quod ius ſi temporibus Ciceronis obſcurum vel ipſi Ciceroni tanto viro fuit, par eſt vt nobis ignoſcatur, ſi id ſine vlla explanatione relinquamus. &c. Connan. loc. cit. Vide ſupra in voce Applicationis.

Ivs aquæ, pro violentia, ſiue controuerſia aquę poni. in l. 2. §. item Varus ait. ff. de aqua plu. arcend. ſub hac litera monuit Albericus, quum verior lectio habeat, Vis aquæ deiecit. Ius autem aquæ habere, pro ſeruitutem, in l. in concedendo. eod. tit. rectè iudicauit. Spieg.

Ivs aureorum annulorum erat, quod liberis hominib. concedebatur à principe, vt ſcilicet eodem iure eſſent, quo equites ij, quibus aureum annulum geſtare licebat. Nam etſi aureus annulus inſigne ordinis equeſtris erat (vt teſtatur Plin. lib 33 c. 1 vbi de annulorum origine fuſiſſimè ſcribit) non omnibus tamen equitibus, ſed iis tantum, qui quingenta ſeſtertium in cenſu habebant, eum licuiſſe geſtare, vel ex eo intelligi poteſt, quod Sueton. in Cęſar. c. 39. & Macrob. lib 2 s. Sat. c. 7. de Laberio ſcripſerunt: qui quum Cęſaris poſtulatu mimum egiſſet, ab eo aureo annulo, & H. S. quingentis donatus ſeſſum in 14 ex ſcena in orcheſtram tranſiit. Sed aliud eſt ius annulorū, aliud annulos habere: item vt ius liberorum & liberos. Non enim quibus ius annulorū dabatur, ij continuo equites erant. Nam, vt ait Vlpian. in l. 4. ff. de iur. aur. annul. etiam fœminę ius illud impetrare poterant. At quibus annulus dabatur, ij continuo equites fiebant, & in 14. conſidebant, vt de Q. Roſcio Comœdo memoriæ proditum eſt, qui annulo aureo, & quingentis H. S. à victore Sylla donatus eques factus eſt. In eo igitur poſitum hoc ius eſt: vt idem liceat ei, qui hoc impetrauit, quod ei licet, qui reuera aureo annulo donatus eſt, i.e. vt pro ingenuo habeatur, neque patrono vllum officium (excepta

ſeuerrn-

reuerentiæ) obſequium, operámve debeat, duntaxat quandiu in vita manebit. Nam (vt ait Vlpianus) quaſi ingenuus viuit, tanquam libertus moritur. l.3. ff. de hon. lib. l. 4. de iur. aur. annul. i. e. aduerſus eius tabulas patronus præteritus bonorum poſſeſſionem obtinet. Item Vlp. l. 10. §. 2. ff. de in ius voc. Sed ſi ius annulorum accepit, puta eum reuerentiam patrono exhibere debere, quamuis omnia ingenuitatis munia habeat. Similiter Tranquillus Menam Sex. Pompeij libertum, quem poſt claſſem patroni ſui proditam aureorum annulorum iure ab Auguſto donatum, Dio ſcribit: ingenuitatem ab eodem aſſertum teſtatur. Sed de Mena Dio apertius elocutus eſſet: ſi aureo eum annulo non iure aureorum, ab Auguſto donatum dixiſſet: cum Horat. id perſpicuè oſtendat. Zonaras autem lib. 2. ſic ſcribit: Ἀντώνιος δέ τις Μούσας ... id eſt: Sed quidam Antonius Muſa Auguſtum ita malè affectū frigidis lotionibus & potionibus curauit, qua de cauſa pecuniam tum ab ipſo tum à ſenatu accepit: ius quidem quamuis libertino homini aureorum annulorum datum eſt: vacationem præterea tum ipſi tum aliis medicis non modo, qui tum erant, ſed & poſt futuri eſſent, conceſſerunt. Hot. vide ſupr. Aurei annuli.

Ivs aureorum annulorum honorem & iura ingenuitatis tribuit: manomiſſio libertinos facit: reſtitutio natalium ingenuos facit. Hodie ex Nouell. 78. etiam manumiſſio ſola ingenuos facit, & ſuperuacaneum eſt petere ius aureorum annulorum reſtitutionémve natalium. Manumiſſio igitur matris ſola, & contractus dotis cum ea habitus filios naturales ingenuos & ſuos facit. Cole in expoſ. Nouell. 12 de inceſt. nupt. prope fin.

Ivs Canonicum diuiditur in decretum, & decretales: quartum volumen dicitur extrauagans, in 5. libris, maximè reſpectu iuris ciuilis. Quilibet autem liber habet plures rubricas ſiue titulos. Sub qualibet autem rubrica ſunt vnum aut plura capitula, quæ dicuntur decretales, vel conſtitutiones: & aliquando in capitulis ſunt duo paragraphi. Quando igitur ex decretalibus aliquid allegabis, non librum, ſed titulum & capitulum allegabis: & ſi caput ſit longum, dices, c. tali, circa principium, medium, vel finem: vel ſi ſint paragraphi. §. 1. vel 2. Hi quinq; libri compoſiti ſunt à Raymundo Capellano Gregorij IX Papæ, circa annum Domini 1231. ipſius Papæ iuſſu, idq; ex quinque compilationibus priorib. Bernardi ſcilicet, Ioannis Galenſis, Petri Beneuentani Subdiaconi, & Notarij, Innocentij III. Tancredi & Honorij His poſtea anno 1298 Pontificatus Bonifacij VIII, anno 4. acceſſit liber. 6. continens etiam quinque partes, ſupplens defectus caſuum emergentium in libris Decretalium non comprehenſorum. Clementis Conſtitutiones à Clemente V. Papa anno 1311. in concilio Vienenſi conceptæ ſunt, & à Iohanne Papa XXII. promulgatæ anno 1319. Vide gloſſ. in proœmio Clementin. ſuper verbo Nouembris, & verbo Pontificatus. Hic liber non dicitur ſeptimus, ſed Clementinæ Conſtitutiones vocantur. Decretum autem à Gratiano circa annum 1109. cōpilatum diuiditur in tres partes: prima dicitur diſtinctiones: diſtincta enim eſt per 101. partes, quæ in Canones, qui in paragraphos & verſiculos ſubdiuiduntur. Secunda pars vocatur Cauſæ, quia continet 36. cauſas, eæ in quæſtiones, hæ in canones, qui in paragraphos & verſiculos ſubdiuiduntur. Tractatus autem de pœnitentia inſeritur cauſæ 33. q. 3. Et habet 7. diſtinctiones quæ item in canones cum paragraphis, & verſiculis diuiduntur. Tertia pars decreti, de conſecratione, habet ſub ſe 5. diſtinctiones cum canonibus vel capitulis, cum paragraphis vel verſiculis. Old.

Ivs ciuile varios habet ſignificationes. Interdum enim opponitur naturali ſeu gentium: & tum ius ciuile accipimus in ſpecie, pro eo, quod à Romanis primum & inuentum & conſtitutum eſt. Deinde ius ciuile accipimus interdum generaliſſimè, vt vtrumque illud, & ius naturale ſiue gentium approbatum, & ius ciuile ſpeciale contineat. Quandoque etiam ius ciuile opponitur prætorio iuri, atque tum eius ſignificatio eſt ſpecialiſſima. Vult. in comm. Inſt. l. 1. tit. 2. §. 1. n. 1.

Ivs ciuile quid ſit, & quatenus valeat, nemo grauius deſcripſit, quam Vlpianus de iuſtitia & iure. Ius ciuile, inquiens, eſt quod neque in totum à naturali iure, vel gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit. Itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, i. e. ciuile, efficimus.

Ivs ciuile nil aliud eſt, quam determinatio iuris naturalis. Si igitur in totum recedit à naturali ratione, non determinat, ſed magis affingit aliquid incognitum natura, h. e. quod nullam cauſam in natura habet. Ergo non lex, ſed tyrannis eſt cenſenda. Ex diuerſo, ſi per omnia deſeruiat naturæ, ſi idem dicter, quod communis ſenſus & formula, iam non ciuilis, ſed naturalis lex eſt Prat.

Ivs Ciuile Romanorum eſt, quo Romana ciuitas ſeparatim vtitur, quod partitione ſic definitur à Papiniano. Ius autem ciuile eſt, quod ex legibus, plebiſcitis, SCtis, decretis Principum, authoritate prudentū venit. Quæ tamen definitio imperfecta in eo eſt, quòd comprehendit ſolum ius ſcriptum. Melius Cicero in Topicis, hoc ipſum ius definit eſſe, quod ex legibus, Senatuſconſultis, rebus iudicatis, Iuriſperitorum autoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtat. Legum appellatione plebiſcita etiam complectitur, quia reuera leges ſunt. De principum decretis ſilet, quod nondum Romani ſubiecti erant principibus. Sit igitur ea definitio partitio iuris, qua res, quæ proponitur, quaſi in membra diſcerpitur. Propria & definitio ea eſt, quæ formas rei omnes amplectitur: vt ſi dicamus. Ius ciuile Romanorum eſſe, quod ipſa ſibi ciuitas conſtituit ad publicum Reipubl. ſtatum pertinens: Conſtituiſſe autem dicetur, quod vel ipſa communi conſenſu, vel ij, quibus eam poteſtatem dedit, conſtituerunt, &c. Connan. lib. 1. cap. 15. num. 1. &c. Idem Connanus lib. 1 capit 15 num. 3. de eodem iure ciuili ita ſcribit. Eſt & non minima pars iuris prudentum authoritas: & ob id maximè neceſſaria, quod non potuerunt tam planè legibus aut edictis, & explicate tradi omnia quin multa fuerint, quæ prudentum Conſultorúmq; hominum interpretationem deſiderarent. Quod Pompon. dicit 12. tabularum legibus latis, tum qui eas interpretarentur, neceſſariam fuiſſe prudentum authoritatē & diſputationem fori. Hæc autem, inquit, diſputatio, & hoc ius, quod ſine ſcripto venit, compoſitum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, vt cæteræ iuris ciuilis ſuis omnibus deſignantur, ſed communi nomine appellatur ius ciuile. Quod ius ciuile quale fuerit, ex Pandectis cognoſci poteſt, in quibus multorum conſulta ponuntur, multa reſponſa, & ad veterū edicta explanationes, &c.

Ivs ciuile dicitur Iuſtiniano, quicquid legibus aut moribus Romanis inductum eſt, non à prætore. Conn. lib. 1 c. 1. n 6. &c.

Ivs ciuile, in l. ſi de bonis. 10. C. de iure deliberan. interpretatur ibidem Gothofr. leges 12 tabul.

Ivs ciuile pro iuriſdictione præturis. Cic. Verr. 3. Petere auxilium à Chelidone, quæ iſto prætore non modo in iure ciuili priuatorūmque omnium controuerſiis populo Romano præfuit, &c. Prat. ex Hot.

Ivs ciuile tres habet communiſſimos locos. Omne enim Ius, ſcriptum & non ſcriptum quo vtimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones § vlt. inſtit. de iur nat. gent. & ciu. l. 1. ff. de ſtat. hom. In perſonis conſiderantur, Status, Ordines, Officia. Inſt de iure perſo. & ff. de ſtat hom. & toto lib. 1. Hic locus oritur ex quarto præcepto diuinarum tabularum. In rebus verſantur, Acquiſitio. Conſeruatio Alienatio. l. vlt. ff. de legib. Colligitur hic locus ſecundus ex ſeptimo præcepto, & ſequentibus. In actionibus perpenduntur, authoritas, materia, forma, exitus. Harum fons eſt octauum præceptum. Vt interim intelligas ius Naturale eodem pertinere, quo pertinet ius ciuile: ſcil. aut ad perſonas, aut ad res aut ad actiones, Pauci autem id animaduerterunt: quia relegatæ prorſus erant à ſcholis Iuriſperitorum tabulæ diuinæ decem præceptorum, admiſſis potius immenſis Baldi & aliorum commentariis. Videbatur enim ad Theologos pertinere, nec quicquam conferre ad Iuriſprudentiam Decalogus. Verum ſi præcepta Decalogi diligenter excutias, ex his ius noſtrum ciuile dimanaſſe perpendes. Qui igitur libros iuris ciuilis tollere volunt, iura quoq; diuina eos tollere voluiſſe neceſſario fatendum eſt. Oldend & Prat.

Ivs ciuile diuiditur in quatuor libr. principales, ſcil. Digeſtum, Codicem, Inſtitutiones, Authenticas, Quibus additur collatio decima, ſeu liber Feudorum. Digeſtum continet leges & ſtatuta Romanorum & diuiditur in tres libros principales ſcilicet Digeſtum vetus, quod habet libros partiales 24. Infortiatum, quod habet libros partiales 14. Et Digeſtum nouum, quod habet libros duodecim: ita vt in vniuerſum Digeſtorum ſeu Pandectarum ſint libri 50. Codex continet ſtatuta, ſanctiones & præcepta Imperatoris. Fuerunt autem tempore Iuſtiniani tres codices: Gregorianus, Hermogenianus & Theodoſianus: ex quibus diuus Iuſtinianus vnum fecit, vt in rubric. proœmij Codicis. Hic in 12. libros diuiditur. Tertius liber principalis dicitur Authenticorum, qui diuiditur in 9. collationes, quarum quælibet ſubdiuiditur in titulos, & tituli non in leges ſed in paragraphos. Et differunt Authenticum & Authentica, quia Authenticum volumen eſt per ſe, ſed Authentica eſt lex vna vel paragraphus incorporatus libro Codicis, antiquo iuri ſuperadditus, & allegatur ſic: C. de epiſc. & cler. Authen. generaliter. C. de ſacroſ. eccl. Auth. multo magis. Sed in authentico ſimpliciter allegatur titulus & paragraphus, vt in Auth. Vt iud. ſine quoque ſuffr. §. tali vel tali, & ſufficit. Item decima collatio intitulatur liber feudorum, & habet duos libros partiales, quorū quilibet ſubdiuiditur in titulos & iſti in capitula & paragraphos. Quartus liber principalis legum dicitur Inſtitutiones, vel Inſtituta. Et iſte diuiditur in 4. libros partiales, & eſt introductorius in ius ciuile, maximè quoad declarationē terminorū in vtroque iure vſitatorū, qui tanquam oſtium in domum præbet introitum ins picui auturis. Old.

Ivs ciuile nomen generale eſt, & commune legibus, plebiſcitis, &c. eo tamen nomine indefinitè vſurpato intelligitur diſpu-

ratio furi, & ius, quod ſine ſcripto à prudentibus eſt compoſitum. l. 2. §. 2. & §. 6. de orig. iur. Hot.

Ivs ciuile, pro Iuriſconſultorum reſponſis vel conſuetudine, Paul. lib. ſent. 4. cap. 8. Fœminæ ad hæreditates legitimas vltra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur: idque iure ciuili vel Voconia rogatione videtur effectum. Hot.

Ivs ciuile, cum aliquid communi iuri vel additur vel detrahitur, h. e. cum populus ſibi conſtituit, quaſi proprium ius ciuitatis. Hoc autem ius ciuile anonymum dicitur, quod in genere ſine aliquo ſpeciali nomine comperitur: ſcilicet, quod nec ſit lex, nec edictũ prætorium, nec plebiſcitum, nec cõſtitutio, nec conſuetudo. Vide Zaſ. in l. 2. §. hæc diſput. ff. de orig. iur. Spieg.

Ivs ciuile Flauianum, liber erat, in quo Appius Claudius legis actiones compoſuerat, & ad formam redegerat, inde dictum quod Cneus Flauius eius ſcriba ſurreptum librum populo tradidit, leg. ſecunda, §. tertio. ff. de orig. iur. Prat. ex Hot.

Ivs ciuile Papyrianum (inquit Pomponius) dicitur non quia Papyrius de ſuo quicquam ibi adiecit, ſed quod leges ſine ordine latas in vnum compoſuit. Prat. ex Hotom.

Ivs ciuitatis tradere, idem quod ciuitate donare, id eſt, planè ciuem facere. Vide Rhenanum in ludum Senecæ. Erat autem id propriè in peregrinis, ſicut Ius Quiritum in libertis. Spieg.

Ivs commentitium dicitur id, quod noue & recens excogitatum eſt, quaſi fictitium, vtpote non aliunde tranſlatum, ſed ſine vllo prorſus exemplo introductum. Paul. l. ſi pœna alicui, ff. de pœn. Si pœna alicui irrogatur, receptum eſt commentitio iure, ad hæredes tranſeat. Prat.

Ivs commune eſt genus ſeu materia, ex qua ius ciuile conficitur: & per hoc potiſſimè iuris ciuilis pars eſt ius commune, quo ſeiungi non poteſt, veluti reliquæ ſpecies à ſua materia ſunt inſeparabiles Ex Salom. Vide infr. Ius Quiritium. Spieg.

Ivs commune vocat Paulus ad differentiam Senatuſconſulti, quod in ſpeciem factum eſt de ſcripturis famoſis, ſcil. editis nullo nomine adiecto. Cæterum, inquit, ſi nomen adiectum: & iure communi iniuriarum agi poteſt, l. quod Senatuſconſultum. ff. de iniur. Prat.

Ivs compaſcendi habere, Scæuola in l. pen. ff. ſi ſeruit. vend. Plures, ait, ex municipibus, qui diuerſa prædia poſſidebant, ſaltum communem vt ius compaſcendi haberent, mercati ſunt, Spieg.

Ivs compaſcuum apud eundem Scæuol. in d. l. pen. vbi inquit, aliquid ſecum compaſcui iuris traxit. Spieg.

Ivs conſtitutum pro ſingulari accipit ICtus in l. ſi peculium. de ſtatu liber. Ius enim conſtitutum eſt quod placito quodam & conſenſu recipitur communiter, Paul. l. t. in fin. rer. amot. l. t. §. item cum contra ff. quæ ſent. ſine appell. reſc. Prat.

Ivs conſuetudinis eſſe putatur id quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobauit: quo in genere & alia ſunt multa & eorum multo maxima pars, quæ prætores edicere conſueuerunt, ait Cic. lib. de Inuent. 2. quibus verbis edicta tranſlatitia ſignificat. Prat. ex Hot.

Ivs conſideratum vt animal, Naturale vocatur: item vt homo, Humanum, ſiue Ius gentium: tertio vt ciuis, Ius ciuile appellatur. Salom. in Pand. de iur. ciuil.

Ivs crediti amittere, in ſi. l. ſed & partus, ff. quod met. cauſ. Spieg.

Ivs controuerſum. Iura controuerſa & dubia dicuntur ICtis, de quibus inter eos eſt diſſenſio: vt cum aliud videtur Mutio, aliud Bruto, aliud Manilio. Cic. pro Muræna: ſi id quod oportet reſponderis, idem videare reſpondiſſe quod Seruius: ſin aliter, etiam controuerſum ius noſſe & tractare videare. Ius autem controuerſum iuri certo opponitur. Turn. lib. 20. c. 15.

Ivs dicere tranſlatè, pro prætoris imperium ſibi vſurpare. Vlp. l. 1. ff. quod legato. Æquiſſimum prætori viſum eſt, vnumquemque non ſibi ipſum ius dicere occupatis legatis, ſed ab hærede petere. Calliſt. l. pen. ff. de vi priu. Quiſquis probatus fuerit rem vllam debitoris temerè poſſidere, ſibique ius in eam rem dixiſſe, ius crediti non habebit. Alias propriè ius cuipiam dicitur, cum ei per ſententiam quid adiudicatur, aduerſum eum, cui quid adiudicatur, quod vulgo dicunt, Cauſam obtinere, & ſuccumbere in cauſa. Vlp. Eſt, inquit receptum, vt poſſit ei & aduerſus eum ius dici de iur. om. iud. Prat. ex Hot.

Ivs dicere quiſque debet loco conſueto intra fines ſuæ iuriſdictionis: Extra terminos. n. ac fines iuriſdictionis, ſicut illi impunè non paretur, l. fin. ff. de iuriſdict. Ita quoque irritum eſt, quod ab eo non fit in loco ſolito, puta in foro pro tribunali, in curia, vide Gœdd. in comm. ad l. 2. n. 1. 2. 3. ff. de verb. ſign.

Ivs dicere & reddere, & tribuere magiſtratus dicuntur, & repræſentare, in l. 1. C. vbi de cauſa ſtat. Atq; ius dicebant hi ſolum, qui tribunali & iuriſdictioni præerant. l. 5. ff. de feriis. l. pen. ff. de iuſt. & iur. l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. l. 3. ff. de offi. eius cui mandat. l. 10. l. 18. ff. de iuriſdict. l. 7. in ſi. de offic. proconſ. l. 1. in pr. & l. 2. ff. quod quiſq; iur. l. 1. § an autem. ff. de poſtul. Itaque ius dicere & iudicare ſententiámque proferre diuerſa faciunt, l. 4. in ſi. ff de interrog. in iur. fac. l. 57. ff. de re iud. Rub. ne quis in ſua cauſa iudic. vel ius ſibi dic. Ius dicere enim eſt actiones & iudicia dare, eáque omnia facere, quæ ad officium ius dicentis pertinere ſcribit Vlp. in l. 1. ff. de iuriſdict.

Vbi ius dicens pro Prætore accipi poteſt, vt in l. 1. ff. de iur. delíber. & l. 11. ff. de vulgar. & pupill. Briſſ.

Ivs διορθωτικὸν vide Diorthoticum ius, &c.

Ivs docendi leuis, & ſimplex via cuius meminit Iuſtinian. Inſtit. de iuſt. & iur. hæc eſt: Primum incipere à naturalibus & diuinis præceptis: deinde progredi ad capita humanarum legum, & demum ad propagatas gentium & magiſtratuum conſtitutiones. Oldend. Prat.

Ivs ædilitium honorarium quidem dicitur. §. prætorium. de iur. nat. gent. & ciuil. prætoriũ nunquam. Cuiac. l. 5. de verb. oblig.

Ivs æquabile. vide Æquabile ius.

Ivs eſto, i. e. vim atque autoritatem legis habeat. Cicer. in legib. lib. 2. Quod is, qui bellum gerit, imperaſſit, ius, ratúmque eſto, Verba ſunt 12. tab. Bud. Spieg.

Ivs ἐμφυτευτικὸν ius prædij eſt, non ſeruitus, quod & ἐμφυτευτικὸν dicitur in l. ſed ſi pecunia. §. ſi res. ff. de rebus cor. Eſt autem, vt vulgo dicitur, ius ἐμφυτευτικὸν, vel ἐμφυτευτικὸν ius perpetuarium, quinimo temporarium eſſe poteſt, l. vlt. ff ſi ager vect. id eſt, emphyt. pet. videlicet ſi non ad modicum tempus prædia fruenda tradantur. Sic. n hæc verba, ad tẽpus, in ea lege Interpretes accipiunt, argumẽto ſuperficiarij, l. 1. § quod autem, de ſuperfic. & rectè: nam idem ferè ius eſt ſuperficiarij & emphyteuticarij. Vterq; in rem actionem habet & Publicianã, & Vti poſſidetis, vterq; ſeruitutẽ imponere poteſt, vterq; poſſidet, vterque nouum opus nunciare poteſt, vterque ius alienandi, vterque ſeruitutum vindicationem habet: Ille tamen in ſola ſuperficie, hic in vniuerſo ſolo ius habet Locationes ferè vt à cenſoribus, ita & à priuatis in luſtrum fiebant, vt non fruſtra Iuſtinian. in Nouell. 120. nominatim Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ permiſerit locationes vltra luſtrum. Atq; ex eo fit, vt putem, eas locationes, quæ luſtrũ egrediuntur, ius ſuperficiarium vel emphyteuticarium conſtituere. Cuiac. not. ad lib. 3. Inſtit. tit. de locat. & conduct. ſuper verb. de prædiis quæ perpetuo.

Ivs & Fas quo ad originem ſignificationis, non paruo diſtant interuallo. Nam fas, ſicut fatum, nomen mutuatur a fando, & vtrumque in mente diuina cenſetur æternum. Fas appellatur ſacrum æternæ iuſſionis oraculum, quaſi præfatione, notitia, & publica lectione digniſſimum. Vnde manauit ad homines ratio & æquitas, mater iuris: cuius idea, typus, & exemplar nunquam incepit eſſe, nec patietur interitum. Ius autem quaſi per apocopen à iubeo ſuam capit originem, ex tempore & poſt peccatum emerſit, quia omne delictum à iure patitur emendationem. Nullum quippe malum remanet impunitum iuris interuentu. Ius igitur dicitur ſanctio iuſta, quæ nemini parcit Tabor. in topic. milit. for. & leg. diſcip.

Ivs facere dicitur, quod iuris atque legis vim habet. Vlp. l. non ambigitur, Ius ſenatum facere poſſe, h. e Senatuſconſ. pro lege haberi; Verbum eſt, inquit Budæus, Iuriſperitis notum. Spieg.

Ivs feciale, quo tempore, vel à quo inuentum ſit, inter auctores nõ conſtat Fecialis. n. ſacerdotij vſum omnium vetuſtiſſimum apud Romanos fuiſſe, Feneſtella docet, eum Tulli *Hoſtilij* tempore fuerit, cui tamen nequaquam aſcribit Alex. ab Alex. Sed à Tullo Hoſtilio ſeu Anco Martio, vt vero alij à Numa Pompilio Feciales inſtitutos putauit, qui ab Equicolis iura & verba ſolennia quibus res repetuntur, & bella indicuntur, accepere, Heſo auctore. De hac re copioſè Plut. in vita Camilli. Dion. lib. 2. Gell. lib. 16. c. 4. Seruius lib. 9. Æneid. Principium pugnæ. Blond. lib. 4 Rom. triumph. Cæl. Rhodig. lib. 21. c. 5.

Ivs fiſcale non commune eſt, ſed proprium principis: vt autem alienum ius, ita fiſcale pactionibus noſtris lædi non poteſt, Cuiac. ad l. inter debitorem. ff. de pact.

Ivs fundi, in l. 5. C. quorum appell. non recip. id eſt, poſſeſſ.

Ivs gentium (inquit Vlpian. in l. 1. §. vlt. ff. de iuſt. & iur.) eſt quo gẽtes humanæ vtuntur quod à naturali recedere facilè intelligere licet: quia omnib. illud animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit. Pompo. in l. 2. adiicit exempla: veluti, erga Deum religio: vt parentibus & patriç pareamus. Iuſtin. Inſt. eod. tit. rectiſſimè ſentit, Ius gentium eadem ratione generaliter dici, qua ius ciuile in ſpeciem nuncupatur. Nam ſicut à populo alicuius ciuitatis tractum eſt nomen iuris ciuilis: ita ius gentium ab omnib. populis vocatur. Quod vero naturalis ratio, ait, inter omnes gentes cõſtituit, id apud omnes populos peræquè cuſtoditur: vocatúrque ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur. Illud diligentiſſimè obſeruandum eſt, quod multis errandi cauſam dedit ius gentium alias accipi apud ICtos pro vero naturæ iure, alias pro eo iure, quod plurima hominum pars vbique recepit. Quod niſi rectè diſcernas nunquam peruenies ad veram iuris cognitionẽ. Veteres enim rati ſunt, quicquid ab omnibus gentibus pro iure ſeruaretur: id quoque ex naturali ratione productum fuiſſe: cum nõ crederent, omnes homines in deligendo iure prorſus erraſſe. Hoc modo loquitur de iure gentium Vlpianus in loco citato, iuxta exempla Pomponij, & quidem rectè, in l. veluti. l. vt vim. & l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure. Iuſtinianus in §. venditæ. Inſtit. de rer. diuiſ. Religio enim erga Deum, pietas in parentes, cognatio inter omnes homines, verè ſunt iuris naturalis: quod

quod quia ſolis hominibus commune eſt, ius gentium vocat. Cæterum in l. manumiſſiones, ff. de tit. quatenus loquitur de affectibus, & prædura ſeruitutis forma: ſi accipias ius gentium naturali ratione conſtitutũ eſſe, errabis tota via. Nam ea ſeruitus pugnat cum iure naturali, recteque fuit emendata. Quanquam tolerabilis ſeruitus, quali nunc vtimur, ſecundum naturam eſt, vt grauiter probat Ariſtoteles in Politicis: nec id negat Vlpianus in eadem l. manumiſſiones ſi ex æquo & bono intelligatur, collatis aliunde ſententiis ſuis. Neque enim ex vno ſtatim dicto totus Vlpianus indicari poteſt, quid ſentiet de iure naturali. Videndum enim etiam eſt, quid alio in loco dicat. Accipitur ibi ius gentium, pro iure, quod omnium gentium autoritate paſſim receptum fuit vbique. Quare cum audis hanc vocem, Ius gentium, non ſemper extendendum eſt Ius naturale, ſed plerunq; Ius humanum, vt Liuius recte appellat. Neq; enim ſequitur: Gentes id conſtituerunt aut in vſum admiſerunt: Ergo eſt ius naturale aut æquum: imo ſæpe iniquiſſimum eſt. Ego ſane multum tribuo humanæ authoritati, ſed non præfero eam naturæ. Olden. & Prat. Etſi vero magna ſit cognatio Iuris gẽtium & iuris naturalis, vt dictum eſt, tamen illud ab hoc diuerſum eſt in eo, quod naturale eſt hominis, qua animal eſt, prouidum quidem & ſagax, cæterum incluſum domi, paulum admodum differens à brutis: Ius hoc gentium hominis eſt, qua, homo, plenus rationis & conſilij, & item hominum ſocietate implicatus, vt ex Vlpiano explicat Connanus lib. 1. c. 5. n. 2. Hinc non inſcite adnotauit Salomonius in l. ius naturale. ff. de iuſtit. & iure inſtar triplicis, quæ in homine eſt conſiderationis, triplex quoq; ius conſtitutum eſſe: aut enim hominem, ſicut animal diſpicimus & fit Ius naturale, quod in appetitu & ſenſu tantum conſiſtit. Si vero vt hominem conſpiciamus, fit ius gentium, quod naturalis ratio tantum inter homines conſtituit. Quod ſi, vt ciuis, in conſideratione habeatur, ius ciuile conficiemus, quod extra ciuem eſſe non poteſt. Sunt ex iuris interpretibus, qui hoc ius gentium duplex ferebant: primæuum, quod ab initio creationis hominum animis diuina quadam vi inſitum inſculptumque fuerit, quod naturale etiam vocari oſtenſum eſt: Secundarium, quod malitia hominum ingruente, contra naturam plerumque inductum, & in iuris conſtitutiones redactum, ita enim humanis neceſſitatibus, vſu exigente, ſeruiendum fuit. §. ius gentium, de iure naturali: inde coorta bella, captiuitate ſequutæ, ſeruitutes victo ductæ, res maxime iuri naturali contrariæ, l. manumiſſione. ff. de iuſtit. & iure. Cæterum hanc diſtinctionem præter alios reiicit Coraſius Miſcellaneorum lib. 6. cap. 25. ac Connanus lib. 1. c. 5. n. 2. Interpretes videntur non tam ipſum Ius gentium diuiſiſſe, quam ætatem rerum ab eo inuentarum, progreſſumque notare voluiſſe. Cum enim omne procedat à fonte naturæ, ſitque nihil aliud, quam quod ſua cuiq; ratio præſcribit faciendum, aut non faciendum, nihil in eo prius eſſe poteſt, nihil poſterius. Sed hoc voluerunt ſcilicet, quæ ab iſto iure manarunt in communem vtilitatem, non ſimul ea atque eodem inuenta eſſe tempore, &c.

Ivs gladij eſt poteſtas animaduertendi in facinoroſos, quæ meri imperij eſt, l. 3 ff. de iuriſd. Tractum autem illud videatur ex ea conſuetudine, quod principes Romani præſidib. & præfectis prætorio, iiſque quibus hoc imperium eſſe volebant, gladium dabant. Id facile eſt conijcere è verbis Papinij, ſic ſcribentis:

Felix qui magno iam nunc ſub præſide iuras,
Cuique ſacer primum tradit Germanicus enſem.

Sed & Imperatoris gladius vnius erat curæ commiſſus, præfecti ſcilicet prætorio, cum Imperator etiam multo magis merum imperium teneret, quam quibus eam poteſtatem in prouinciam euntibus mandabat. Prat. Philoſtratus; βούλει δὲ ... ξίφος ... φέρειν. Vt autem maioribus illis poteſtatibus gladius eiuſq; poteſtas dabatur: ſic tribunis pugio, quod παραζώνιον dicitur. Martiel.

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris
Arma tribunitium cingere digna latus.

Dio Traianum ſcribit dixiſſe, cum parazonium Suræ cingeret hoc pro me, ſi recte impero, vtaris: ſin ſecus, in me. Ita in his meritum honorum diſtinguebat, magnitudo ferri, ac gladio accingebantur imperatores, duces, præſides: pugione tribuni. Vt autem in honoribus mandandis his armis accingebantur: ita cum ignominioſe mittebantur, & honoribus priuabantur, diſcingebantur, cuius rei multa paſſim in iure aliiſque ſcriptoribus extant exempla, vt annotauit Turneb. aduerſ. lib. 12. c. 6.

Ivs haſtæ fiſcalis. De iure haſtæ fiſcalis, id eſt, de iure venditionis rerum fiſcalium, quæ haſta in foro poſita, fiebant, meminit etiam Cicero libro Officiorum ſecundo, Vbi eſt auſus (inquit) dicere haſta poſita, cum bona in foro venderet, & bonorum virorum, & locupletum, & certe ciuium, prædam ſuam ſe vendere? Anchoran.

Ivs honorarium, id eſt prætorium, ait Iuſtiolan. idcirco quod qui honores gerunt, i. e. magiſtratus, authoritatem huic iuri dederunt, §. 6. de iur. nat. Ius honorariũ idem quod prætorium, ab honore prætorũ ſic nominatum, l. 7. de iuſt. & iur. vel quod ab honore prætoris venerat, l. 2. § 5 ff. de orig. iur. Prat. ex Hot.

Ivs honorarium viua vox eſt iuris ciuilis, l. nam & ipſum ff. eod. tit. Old. vide Honorarium.

Ivs Italicum quidem nihil aliud eſſe volunt, quam à tributis immunitatem: tributorum duo genera conſtituentes, vnum agris impoſitum, alterum capitib. Cuiac. 21. obſ. 35. id falſiſſimum opinatur. Nam, inquit, & quæ ius Italicum non habent, quædam coloniæ prouinciales immunes ſunt, vt Cæſarienſis colonia prima Flauia, quam Veſpaſianus deduxit, auctore Plinio 5 c. 13. & Non. 103. immunis eſt, l. vlt. ff. de cenſibus, remiſit n. ei Veſpaſianus tributum capitis primum; & quia non ideo etiam remiſſum videbatur tributum ſoli, poſtea Titus etiam ſolum Cæſarienſis coloniæ immune factum interpretatus eſt. Non ideo tamen Cæſarienſis colonia ius Italicum habet, l. 1. ff. eo. Et ita recte Plin. 3. c. 21. ciuitates aut colonias immunes ſeparat ab iis, qui ius Italicum habere. Poſſet quidem vna eademque ius Italicum habere, & eſſe immunis, ſed non quod immunis, veluti Barcino, d. l. vlt. aut Ilium: ideo & Iuris Italici: idemque ex diuerſo dicendum eſt, plus eſt, eſſe immunem ciuitatem vel coloniam, quam habere ius Italicum. Nam ius Italicum leuamen tantum conditionis eſt, puta vt idem in conditione ius experiantur, quod coloniæ Italicæ: nec id tantum, ſi colonia ſit immunis, ſed etſi ſit immunis, facit vt in reliquis eodem iure ſit eius coloniæ Reſp. quo ipſa Italia puta in traditionib. nexi, in vſucapionib. in annali exceptione, itemque in iure capiendi. Nam hac de cauſa cum tractaret Celſus de fideicomm. relicto coloniæ Philippenſium, l. Balliſta. ff. ad Trebell. adiecit ſe cum opinor coloniam Philippenſem eſſe iuris Italici. Atque ita multo plura conferebat ius Italicum, quam immunitas: ſed in cauſa tributorum (vt diximus) plus certe erat immunem eſſe, quam habere ius Italiæ. Prat.

Ivsivrandvm offerre & deferre. Quintilian. in l. 5. iuſiurandum litigatoriaut offerunt ſuum: aut non reſpuunt oblatum: aut ab aduerſario exigunt: aut recuſant, cum ab ipſis exigatur. Seniores præcipere ſolebant, ne vnquam iuſiurandum deferremus. Spieg.

Ivsivrandvm diuidit Abbas Panor. in c. fin de iureiurand. in iudiciale, & extraiudiciale. Iudiciale ruſſus in neceſſarium, & iudiciale: quod dicit vindicare nomen ſui generis.

Ivsivrandvm adactum. Quære, Adactum iuſiurandum.

Ivsivrandvm ſimplex, Doctor. informe vocant, non eſt, vt ipſi tradidere, quod prorſus adiecta cauſa detur: ſed quod innominatim cauſam complectatur. Quia in iudiciis nihil debet admitti ſine generali vel ſpeciali, vt ait Oldend. indies ne errotis neceſſionem, quod Doctores phraſin horum verborum: Si iuraueris te Stichum mihi dare oportere: non perceperunt: Spieg.

Ivsivrandvm vnde dicetur, vide ſup. Iuramentum affirmatiu (eſt.

Ivsivrandvm vt definit Ariſtot. μετὰ θείας ... Vt Clemens Alex. ὁμολογία ... Vel vt Cic. lib. 3. Offic. adfirmatio religioſa, quoties quid quaſi Deo teſte adſeritur. Vnde & ſacramentum dici ſolet, quaſi ſacræ rei arctiſſimũ vinculum, quod nullo modo ſit ludendum, teſte Cicerone ibidem ſic dicente: Nullum etiam vinculum ad adſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt: id indicant leges in XII. Tabul. indicant ſacra; indicant fœdera, quibus etiam cum hoſte deuincitur fides, indicant notationes, animaduerſioneſq; Cenſorum qui nulla de re diligentius quam de iureiurando iudicabant. Ideoque etiam tanta erat apud priſcos iuriſiurandi religio, vt ſi quis quem re aut verbo læſiſſet, interpoſitione iuriſiurandi, quo eum, qui læſus erat, adiurabat indignum ea iniuria eſſe, & ſe nolle fecitam, ſatisfaciebat atque purgabat. Plautus in Amphitryone:

An ſatisfaciat mihi atque adiuret inſuper
Nolle eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit.

Itaque apud Terentium in Adelph.

Ego veſtra hac nomi, nollem factum:
Iuſiurandum dabitur, eſſe te indignum iniuria hac.

Ivsivrandvm turpe vel illicitum non eſſe ſeruandum. Non ne à mulieribus, quæ ſe proſtitu. §. 1. conſtit. 51. Euidentiſſimum peccatum eſt, id iuſiurandum inferre, quod ſtatim atq; præſtitum eſt, violandum ſit. Nouell. Vt ſine vllo impedimento. § quia vero magne veſamus. conſt. 94. Prat.

Ivsivrandvm calumniæ. Vide, Iuramentum calumniæ.

Ivsivrandvm in litem eſt, quod à iudice defertur actori eius rei, quæ in iudicium deducta eſt æſtimandæ cauſa. Et defertur plerumq; ob dolum & contumaciam aduerſarij, ne in poteſtate eius ſit, per fraudem ab inuito domino rem iuſto pretio comparare, l. 1. & 7. ff. de in litem iur. Actori licet pretium facere iniuſtum, nec in omnibus iudiciis paſſim, ſed vt lex, prætorve, aut princeps permiſerit, leg. videamus. §. iurare. ff. eod. & in actionib. eod. Prat. Vide & ſup. iurare in litem.

Ivsivrandvm defert qui aduerſario ſuo iurandi conditionem fert. Delatum vero iuſiurandum dari, præſtari, ſuſcipi, remitti, recuſari, referri dicitur: iuſiurandum autem remittie

T 3

qui cum paratus eſſet aduerſarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate ſuſcepti iuſiurandi, l. 6. ff. de iureiur. l. 1. Co. eo. Refert, qui delatam ſibi iuriſiurandi conditionem in aduerſarium transfert, Prat.

IVSIVRANDVM eſt iudiciale, vel extraiudiciale. Vult. in comm. Inſt. l. 4. §. item ſi quis 10. n. 8.

IVSIVRANDVM extraiudiciale eſt, quod extra iudicium è voluntate partium dependet, idque tantum eſt voluntarium, vtpote quod ex conſenſu vtriuſque præſtatur: vnde etiam aliquando dicitur conuentionale. Vult. dicto loco.

IVSIVRANDVM iudiciale eſt, quod in iure ſeu iudicio coram magiſtratu ſeu iudice interponitur. Vult. d. loco.

IVSIVRANDVM in libris Feudiſticis aliud eſt ſimplex ſiue ſolitarium, quod ſolus litigator, ſiue dominus, ſiue vaſallus præſtat: Aliud coniunctum ſiue commune, quod quidam ſacramentalium diſtinguendi cauſa nominant, propterea quod coniuratores certo numero id præſtant, qui ſacramentales (vt ſuo loco dicemus) appellantur. lib. feud. 1. tit. 4. §. 2. & tit. 26. & lib. 2. tit. 33 §. 2. Ruſſus aliud eſt liquidum, quod feudalitij ſcriptores appellant, ſine mentione conſcientiæ: cum quis liquido factum, aut non factum iurat, de ſuo videlicet facto affirmans. Aliud fortaſſis arbitrarium dici poteſt, quia per verbum antiquæ Romanorum formulæ ARBITROR, concipitur: cum quis iurat ſe arbitrari non factum: quod iidem ſcriptores, iuramento conſcientiam ſolam apponere. lib. feud. 2. tit. 33. §. 2. & tit. 28. §. 6. Prat. ex Hot.

IVSIVRANDVM & ſacramentum differunt. Differentiam inter ſacramentum militare, & iuſiurandum eſſe non obſcure Liu. lib. 22. innuit. Quæ vero ea fuerit, inter doctos diſceptatur. Quidam enim exiſtimant, cum ante certa formula iuriſiurandi comprahenſa fuiſſet, de qua Gellius lib. 16. ex lib. 5. Cincij de re militari, hoc tempore, quod nunquam antea factum, fuerat, eam adauctam, acceſſione horum clauſularum fuiſſe: de quo Sigonius non ſolum in annotationibus Liuianis, ſed & de antiquo iure Ciuium Rom. lib. 1. c. 15. Verum non obſcure Liuius dicto libro oſtendit, ſacramentum voluntarium, iuſiurandum neceſſarium fuiſſe. Dionyſ. ait, ſacramentum Romanis gentilitium fuiſſe, iurare per bonam ſuam fidem.

IVS iniquum ideo dicitur, quia iuſſum eſt, non quia iuſtum: vt Zaſio teſte, homines Latini probant. Spieg.

IVS Latinitatis. Vide Latini, & Latinitatis ius.

IVS in manibus habere dicuntur, qui vi rem gerunt, & quibus, vt Ennius ait, ferro geritur res, quibus ius eſt in armis, & quibus leges inter arma ſilent. Ex Chiliad. Eraſm. Spieg.

IVS liberorum, vt Iſidorus li. 5. inquit, eſt coniugum ſine liberis inuicem pro loco pignorum hæreditatis alterna conſcriptio. Quam definitionem confirmat Nou. Valent. de teſt. & l. valeat. C. Thod. de his qui ſub tyran. iuſſit. Et hoc quidem ius liberorum Impp. omnibus dant, in l. 1. C. de iur. lib.

IVS merum pro communi & vſitato, ſiue quod nulli ſingulari ac precipuo iure mixtum eſt. Vlp. l. 16. ff. de minor. Nam ſi minor communi auxilio, & mero iure munitus ſit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium. Prat. Hot.

IVS meum, dicitur non ſolum, quod mihi competit iure communi, ſed etiam quod ex pacto vel conſuetudine debetur, c. conſtitutus. extr. de relig. dom.

IVS militare, quo ſoli milites ſunt adſtricti. Old. in Reſtauratione Politiæ indicat quondam appellatum eſſe ius militare, rem militarem: quod & ipſum quanquam in armis verſaretur, & vi exercendum eſſet, nihilo tamen minus haberet rationem iuſtitiæ, ſecundum quam ſuſciperetur & ſuſceptum procederet. Quo ſecundum eum reſpexit Iuſtinian. in proœmio Inſtit. cum dicit: IMPERATORIAM MAIESTATEM NON SOLVM ARMIS DECORATAM, SED ETIAM LEGIBVS OPORTERE ESSE ARMATAM. Spieg.

IVS MILITARE. Fuit. n. & inter cæteras hæc lex militaris, ne dolo malo, neve aliena iniquitate, ſed iure, & propria virtute bellum gereretur, quam diligenter à Romanis obſeruatam, Liuius lib. 6. teſtimonio eſt. Manutius de legibus Romanis.

IVS moribus introductum, item ius moribus receptum, & ius morib. conſtitutum, in iure noſtro legimus: quod pleraq; non cauta legibus in mores recepta ſunt, hoc eſt, hominum obſeruationem, Spieg. Sic ius ex more maiorum fuiſſe notat Papi. vt licet iuriſdictio mandari poſſet, non poſſet tamen animaduerſio lege vel Senatuſconſ. mandari. l. 1. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſd.

IVS mulctæ dicendæ datur, quibus publicum iudicium eſt, & non alijs: niſi hoc eis ſpecialiter permiſſum eſt, in fin. l. 2. ff. vbi quis aget. Spieg.

IVS naturale. Vlpia. in l. 1. ff. de iuſtitia & iur. eumq; ſecutus Iuſtin. Inſtitut. de iure natur. definiunt, quod natura omnia animalia docuit: late quidem, improprie, & abuſiue, ne dicam licenter: ſed ita tamen, vt eis condonandum ſit, quod forte tenetis ſtudioſorum ingeniis inſeruire, & populariter rem explicare voluerint, vt Old. exiſtimat. Neque etenim rarum eſt, vt aliquando maioris cuiuſdam & clarioris demonſtrationis cauſa, & vt amplior, certior, & dilucidior doctrina ſit, qui eam tractant, aliqua vel abuſiue ſumpta, vel populariter, & tranſlatiue ponant. Cum. n. (Cicerone authore) homo ſolus ex tot animantium generibus atque naturis particeps ſit rationis & cogitationis, ſequitur quod in quib. ratio non ſit, nec ius eſſe proprie poſſit; ſed cum ad bruta referimus, rationis & iuris nominib. abutimur, vt alibi de virtute ſimili fere modo dixit Cic. Cum ergo legis ius naturale commune brutis, tum affectum, iuſtum inſtinctum naturalem inclinationem vel propenſionem & motum quendam neceſſarium (quo omnia paſſim animantia aliquid faciunt, vel non faciunt naturali quadam propenſione, non quidem ad beluinos affectus rapiente, ſed cum ratione conueniente, & ad conſeruationem vniuerſitatis tendente intelligas; non ius & rationem. Sunt enim quædam affectiones, & inſtinctus naturæ, quib. impellimur ad agendū aliquid ſecundum ipſam naturam, qui motus nobis cum cæteris animantib. cōmunes ſunt: Talis eſt: vt quælibet natura velit eſſe conſeruatrix ſui, vt ſalua ſit, & in ſuo genere conſeruetur. Non n. vt ait Tullius pro Milone, lex ſcripta, ſed nata eſt, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, &c. Talis eſt cupiditas liberorū procreationis: Vnde Ariſt. etiam dixit. In animalib. eſſe opus φυτευτικόν, generare ſimile: & Iuſtin. Nouella conſtitutione 89. ἡ φύσις (inquit) ἐξ ἀρχῆς ... παιδοποιίας ... De qua re Tullius latius lib. 2. de nat. Deor. Eiuſdē etiā eſt generis naturalis quædā propēſio ad educandū fœtū: quare etiam Iuſt. l. vn. §. taceat. C. de rei vxor. actio. præclare ait, naturalem ſtimulum hortari ad liberorum educationem: de quo affectu plura Plut. in libello περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας. At vbi motus huiuſmodi naturæ ad homines redigis, pariunt illi quidē ius quoddam naturale, ſed nō cōmune cæteris animantib. quia tunc eſt ratio quædam inſita homini à natura, quæ non poteſt eſſe in brutis, & hoc ius gentium eſt, quod ius naturale pariter appellatur. Ergo meminerimus, cū agitur de motib. nobis cum animantib. communib. non proponi prorſus beluinos affectus, & qui nihil penitus habeant rationis aut iuris, ſed adfectus illos, inſtinctus, & propenſiones, ſiue, vt Philoſophi appellant, ὁρμὰς φυσικάς, quæ omnib. animantib. inditæ ſunt ad conſeruationem huius vniuerſitatis, eumque ratione conueniunt, erantq; futuræ in natura hominis, etiamſi in illa innocentia, in qua creata fuerat, manſiſſet. Sed poſtquam illam diuinam innocentiam exuit, ac propter vitium morbi originalis contaminata eſt: neceſſe eſt, vt mens & ratio humana affectiones has & inſtinctus naturæ regat & moderetur, ſuaq; vt in officio retineat, præſtetque quodammodo, quod ipſa innocentia præſtitura fuiſſet, quod quia ratione in hominib. ſit, ius naturale dicitur, & pariter ius gentium, quod nihil aliud eſt, niſi iudicium illud rationis, quod nobiſcum naſcitur, non aliqua arte, aut ſtudio addiſcitur. Quo fit vt inepta nimis videatur diſtinctio doctorum de iure naturali primæuo & ſecundario: primæuum intelligentium, quo pecudum affectus continentur. Cum vere ius non ſit, vbi bruta ſint. Eſſet enim, vt vere in hoc propoſito accuratiſſimus Oldendorpius dixit, ex brutis homines facere, ex hominibus bruta. Quāuis. n. in brutis appareant igniculi quidam, & imagines ingenij & rationes, vt quādoq; videantur hominis prudentiam, ſi non aſſequi, ſaltem imitari, tamen nihil neq; intellectu, nihil cogitatione perficiunt, nec vlla ratione, vel honeſtatis formula prædita ſunt, vel quidquam iuris habent. Quare Cicer. eleganter, Quibus. n. (inquit) ratio à natura data eſt, iidem etiam recta ratio data eſt. Ergo & lex, quæ eſt recta ratio in iubendo & vetando. Si lex, ius quoque. At omnibus ratio: Ius igitur datum eſt omnib. Quare ſecundum eundem, ius vel lex naturæ proprie ſic diffinitur. Eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria. Huc accedit id quod. Iuſtinia. dicit in §. pen. Inſtit. de iure nat. gentium & ciuili, Sed naturalia quidem (inquiens) quæ apud omnes peræque obſeruantur, diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent. Ea vero nullibi, quam in corde & mente hominis, velut in quibuſdam viuis tabulis ad imaginem Dei creatis, impreſſa extant. Prouidebat enim clementiſſimus pater, nihil in hoc mundo æque homini opus eſſe, quam regulis atque principiis quibuſdam recte viuendi, quæ præter eum nemo dare poſſet. Atq; hæ ſunt leges, de quib. ſenſit Apoſtolus ad Rom. ſecundo, cum de gentibus loquens dixit: Quod cum legem nō haberent, ipſæ ſibi lex fuerant, atteſtante ipſorum conſcientia & cogitationibus inter ſe accuſantib. & excuſantibus, vt tradidere Oldendorpius & poſt eum Aldobrandinus. Quare ius naturale nihil aliud eſt quam ratio & æquitas, quam nobis innata quædam vis affert, & qua beſtiis maxime præſtamus. Idem & Ius gentium dicitur in l. iuris gentium, ff. de pactis. quo in loco non tantum contractus, ſed & pacta iuri gentium adſcribuntur. Vt autem ius naturale æquitas naturalis appellatur, ita non inficior, quin etiam poſſit Ius ciuile æquitas ciuilis appellari. Nam & M. Tullius ius ciuile ita definit æquitatem conſtitutam his, qui eiuſdem ciuitatis ſunt ad res ſuas obtinen-

obtinendas. Plerunque tamen æquitatem cum diximus, naturalem intelligimus, & id quod Ariſtoteles vocat ἐπιείκεια. Cicero ad vnguem conuenienter in Topicis, dum iuris tres eſſe partes ait: legitimam, conuenientem, moris vetuſtate confirmatam. Nec enim pars conueniens pertinet ad pacta conuenta, ſed ad æquitatem, vt repetita ab eodem in eod. lib. diuiſio in legem, morem, æquitatem, manifeſto declarat, Cuiac. ad l.1.poſt prin.ff.de pact.

Ivs autem NATVRALE Heliodorus (vt de eo teſtatur Forcatulus dial 37 Necyomantiæ) triplex eſſe diſſeruit; primum commune homini cum Deo: alterum, commune homini cum brutis: tertium commune homini cum homine, quod idem ius gentium appellatur. Et ducamus primum ius naturale, quod quidem à Doctoribus prætermiſſum eſt, à parte nobiliore ipſius hominis, quæ cum Deo communis eſt, & appellemus id ipſum æquum & bonum cum Paulo, in l. pen. de iuſtit. & iur. id eſt, meram æquitatem l. 1. ff. eod. quæ etiam ratio vocabitur l.cum ratio ff. de bon. damnat quæ non differt à lege Euangelica, ſi excipias Sacramenta, capitulo nouit. §.1.6. diſtin.gl.ibi & 7.diſtinct.canon.qui iure. Hinc eſt illud: NON FACIAS ALIIS, QVOD TIBI FIERI NON VIS, canon.1.prima diſtinctio, quam ſententiam adeo dilexit Alex. Seuerus imperator, vt de illo ſcribit Lampridius, vt & in palatio & in publicis operibus præſcribi iuberet. Hoc ius quam rationem ſeu æquitatem vocamus, leges omnes temperat, & modificatur l.2.§.item Varus,ff.de aqu pluu.arc Ex eo ſunt: nihil magis eſſe conueniens naturæ, quam pacta ſeruare l.1.ff. de pact. & minorum defenſio. l. 1. ff. de minor. & bene mereri de parentibus, l. venia. C. de in ius vocand. & non locupletari cum aliena iactura l. iure naturæ, ff. de regul iur. Secundum ius naturale, quod Heliodorus dixit, homini commune cum brutis eſſe, eiuſmodi eſt, vt neque per ſe æquum, neque iniquum ſit, ſed inſtinctus quidam naturæ, qui nos ad aliquid præcipue procliues facit: ex eo deſcendit maris & fœminæ coniugatio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. l.1. §. Ius naturale. ff.de iuſtit & iur. Cic.1. Officiorum, Commune omnium animantium eſt coniunctionis appetitus procreandi cauſa, & cura quædam eorum quæ procreata ſunt. Grammaticus ille Valla lib.4.cap.48. negat appetitum coeundi, eſſe ius naturale: ſicuti nocendi imbecilliori animali, & ridiculum arbitratur, dicere ius naturale eſſe, quod omnia animalia in natura docuit, vt in §. 1. Inſt. de iur.nat.& d.l.1.§ ius naturale, ff.de iuſtit. & ius. Cæterum Iuriſconſulti ius accipiunt pro quodam impulſu, & immutabili prouocatione naturæ quo ſignificatu vſus eſt C. Cotta in quadam oratione, quæ nunc inter opera Saluſtiana legitur: nam vita & mors iura naturæ ſunt, inquit: vt ſine dedecore cum ciuibus, ex fama & fortunis integer viuas, id dono datur, & accipitur Videte, quomodo Cottæ vita & mors à iure naturali ſunt: non quia æqua aut iniqua, ſed quia omnibus præfinita naturaliter, & qui mortem vult conſciſcere, ius naturæ violat. Auguſtinus libro de Ciuitate Dei, cap.18 licet Iuriſprudentes admiſerint, vt quis ſibi manus inferret ſi non criminis conſcientia, ſed tædio vitæ, aut vt fortis videatur & mortem contemneos, vt Empedocles, Proteus & pleriqu͏e alij Philoſophiæque iactabundi, l. ſi quis filio, § eius qui, ff. de iniuſt.teſtam. qui omnes ius naturale violant, tum ius naturale, quod nuncupatur æquum & bonum, quia non patitur ratio iniuſſu principis vel ducis à ſtatione diſcedere, & manes anticipare, & qui ſibi iniquus eſt, quanto æquior aliis eſſet futurus? l.fin. §.pen. ff.de bonor.eor. qui mort. ſibi conſc. Tum ius naturale commune cum feris violat, quæ omnes mortem exhorrent, vitam & dulce ſolis lumen complectantur l. hac conſultiſſ. C. qui teſt.fac.poſſ. Virg. lib.6.

Proxima deinde tenent mœſti loca qui ſibi lethum
Inſontes peperere manu, lucemque peroſi,
Proiicere animas quam vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!
Fata obſtant.

id eſt, inquit Seruius, iura naturæ, quia mors tali præmatura præter naturam eſt. Cum alias ſit ſecundum naturam, vt oſtendit Galenus exemplo pomi maturi, cum legitur ſuo tempore: ſi aute, pomum carpſeris, acerbum inuenies, vnde idem Poeta lib. 4. Æneidos de Didone ſeipſam occidente, amoris impatientia.

Nam quia nec fato merita nec morte peribat.

Emerſit tertium ius naturale, quod cum ipſo genere humano proditum eſt, §.ſingulorum. Inſtit.de rer.diuiſ.naturale dictum eſt, quoniam ratione naturali ignota feris, ſeruatur inter homines l.1. ff. de acqu. rer. dom. non enim feræ norunt contractus, ſeruitutes & bella inducta à iure gentium l. ex hoc iure. ff.de iuſt.& iur. §.ius autem gentium. Inſtit. de iure natur. neque talia iuri diuino, aut naturali, quod æquum & bonum vocauimus, ſine delectu grata & accepta ſunt: ſed aut indifferentia aut ingrata protſus, Horat.

Nam proprie telluris eam natura, nec illum,
Nec me, nec quenquam ſtatuit, nos expulit ille.
Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris,

Seneca in Octauia.

Deterior ætas eruit ferrum graue,
Aurumque, ſæuas mox & armauit manus,
Partita fines regna conſtituit, nouas
Extruxit vrbes

Atqui iure naturali, id eſt, æquitate, ſiue naturæ ductu omnia erant communia. Can.ius naturale, prima diſtinct nec licebat ſe inuicem decipere contrahentibus l. iure naturæ, ff. de reg. iur. iure gentium, quod eſt ius naturale tertium, licet l.in cauſæ, §.ſi ff de minoribus, inde fit vt propter æquitatem ſeruandam, ad ius illud communionis ſanctum & præcipuum regrediamus. Canon. dilectiſſimis 12.qu. 1. denique, inquit ibi Clemens: quidam ſapientiſſimus Græcorum ait, AMICORVM ESSE COMMVNIA OMNIA. Platonem intelligit, qui libro quinto de leg. probat illud ſummopere in repub. ἐσὶ κοινὰ τὰ φίλων. Idem Plato felicem putauit Reip.ſtatum in qua non audirentur hæc verba: MEVM, TVVM. SVVM, quæ dominium inferunt, l. ſolum. ff de rei vend & quæ iure gentium comparata ſunt, de quo Cic. 1. Tuſcula. quæſt. ius gentium ſiue hominum eſt in humani generis ſocietate: & mox, omni in re conſenſio hominum lex naturæ putanda eſt. Sed & hoc ius gentium & ſecundum ius naturale, cuius feræ ſunt participes iuri potiſſime naturali ancillantur, & ei obſequuntur per omnia, neque enim dare operam liberis debemus, ſi æquitas reſiſtat, puta cum Veſtali, cum cognata, ſed vaga libido rationis freno regitur. Forcat. in loco ſup.citato.

Ivs NIORVM, quod Philoſtratus ait in Lacedæmoniorum phiditiis, cœnæ caput fuiſſe, à Græcis dicitur eſſe quod in conſuetudine αἱματία vocabatur. Ex quo ſuſpicantur ſanguine vel mixto vel incocto atrum colorem iuris illius redditum fuiſſe: cuiuſmodi ius botulorum videmus. Hoc autem ius in menſa Lacedæmoniorum erat præcipuum, vt ſenes eo cibo acquieſcerent plerumque, vt ait Plutarchus, nec obſonium aliud deſiderarent. Turnebus aduerſariorum lib.7.c.16.

Ivs NON DECRESCENDI eſt ius quo duobus re aliqua legata, non repente vno, ſolida res apud alterum remanet, non quaſi accreſcens ei, vt legatum augeri videatur, ſed quaſi nullius concurſu diminuta. d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin vero nemo C.de caduc.tollend. Quod quidem inter coniunctos re locum tantum habet ex diſtinctione Iuſtinian, d. verſ ſin vero nemo. Quanquam & veteres hic etiam dicebant partem deficientem accreſcere, magis quam non decreſcere, nec tam ſubtiliter hæc diſtinguunt, quam à Iuſtiniano factum; l.1 §.interdum, ff. de vſufr. accreſ.l hæc ſcriptura, l.ſi.ſeparatim ff. de conſt & demonſt, Prat.

Ivs NOVVM in l.1. ff. quod quiſque ius appellatur, quod nec in ſcriptis redactum, nec conſuetudine corroboratum eſt. Videtur tamen in d l.1. ius nouum accipi pro iure iniquo, & ab vſu forenſi abhorrente, Old. Ius nouum, ait Gothof. ad l.11.C. de legib. eſt contra rationem iuris communis introductum, per l.14.15.ff.de leg.

Ivs παροικικὸν id eſt, Colonarium vide ſupra Colonarium Ius & adde Goth.ad Nou.110.c.1.& ad l.24.§.1.C.de ſacr.eccl.

Ivs patronatus in l Adoptiuum, §. patronum, ff. De in ius vocando. Vlpian. Patroni (inquit) hic accipiendi ſunt, qui ex ſeruitute manumiſerunt, vel qui colluſiones detexerunt; vel ſi quis iudicio pronunciatur libertus eſſe, cum alioqui non fuerit, aut ſi iurauit libertum eſſe meum. Alias, patronus non tantum dicitur, cui libertus ſubiicitur. ſed etiam dicitur defenſor eorum quos in clientela habet, primumque locum poſt patrem in officio apud clientem, obtinere patronus debet. Hinc dicitur ius patronatus, quod vel in libertos, vel in clientes habemus. Et de huiuſmodi iure in libertos (de quo etiam ipſi iureconſulti, lib.37. Pand & Imperatores lib 6. Cod.tit 4.) videre eſt, quæ de antiquis & variis legibus refert Alexander ab Alexandro. lib. Genialium dierum. 1.cap 10. Ius vero patronatus (quantum ad ius Pontificium ſpectat) ius eſt præſentandi clericum ad Eccleſiam vacantem, ex gratia ei conceſſum, qui conſentiente epiſcopo, vel fundauit, vel conſtruxit, vel dotauit Eccleſiam, c. piæ mentis, & C. filiis. 16 quæſt. 7 Acquirunt enim hoc ius, qui de Epiſcopi conſenſu vel fundant Eccleſiam (hoc eſt, locum, in quo templum extruatur, aſſignant ca.3.ca. nobis, de iure patronat.) vel eccleſiam ædificant, cap monaſterium, 16.q.7.d.c. nobis, vel etiam conſtructas eccleſias ante conſecrationem dotant, ca. cum abbatem 18.q.2.dicto c.piæ mentis & cap filiis, 16 q.7. Itaque non mirum, cum à laicis poſſideatur, cap. querelam, de elect. atque in hæredes tranſeat, cap 1.de iur.patronat. d.ca. filiis.16.q.7.ſi qui dicant ius ipſum patronatus non eſſe ſpirituale, ſed temporale, vt etiam fatentur eximij Doctores, Panormitanus, Philippus Decius & communiter Canoniſtæ, in c. quanto, de iudiciis. Rochus Curt in tractat. de iure patron. ver. 108. Porro, cum ſpiritualia nec à laicis tractentur, nec in eos ſucceſſionis, conſanguinitatiſve iure deſcendant, c 1. de præbendis: nequaquam mirum eſt, ſi tamen ſecundum eos ſpirituali ſit annexum, vtque proprius loquuntur Thomas Aquinas in 4. Senten-

Digitized by Google

& reliqui Theologi, ad ſpiritualia ordinatum: non ergo Spiritualeeſt, vt dixi. Anchora.

Ivs patronatus conſiſtit in duobus, nimirum in operis, & in bonis libertorum. Vult. in comment. Inſt. l. 3. c. 9. ad pr. n. 1.

Ivs patriciorum, vt Cic. commonſtrat. lib. 1. de oratore. in gente poſitum fuit. Plebeiorum autem in ſtirpe, vt citat Brechæus l. Sæpe ita compertum eſt, ff. de verb. & res. ſig. &c.

Ivs piſcandi in portu fluminibuſque omnibus commune eſt. Ius piſcandi in diuerticulo fluminis proprium vnius eſſe poteſt, & hoc quidem fit aut permiſſu principis, aut longa conſuetudine l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. temp. præſcr. Cuiac. ad l. præſcriptio. verſ. vel ſi quis quod in flumine. ff. de vſurpat. & vſucap.

Ivs poſitum, vide ſuperius: Ius omne quantum ad mores.

Ivs poſtliminij vnde dicatur, vide inf. in voce poſtliminiũ. Id quidem vetuſtiſſimum eſſe videtur, ſed quis eius fuerit autor, incertum eſt. Quod ad verbi vim & notationem attinet. Cic. in Topicis ait, Seruium in eo nihil putaſſe notandum niſi Poſt. Nam Liminium tantum eſſe productionem verbi: Scæuolam autem Publij filium putaſſe iunctum eſſe verbum, vt ſit in eo & poſt & limen, vt quæ à nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem peruenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, dein cum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio videantur rediiſſe. Scæuolæ Etymologiam Iuſtin. lib. 1. Iuſt. probaſſe videtur, Alij Seruium magis ſequuntur. Sunt & qui poſtliminium dici exiſtiment ab eo, qui pos, hoc eſt, compos liminis eſt factus. Bald. in Scæuola

Ivs poſtulare, eſt requeſtam rationabilem facere, Budæus in lib. poſt de Orig. iur.

Ivs prædij, eſt poteſtas in alieno prædio aliquid agendi quod alteri agere non licet, ab ipſius domino data & permiſſa. Prat. ex Hotom.

Ivs prædiorum, quod ſub tit. de iure dotium memoratur, fuiſſe videtur de conditionibus & ſeruitutibus prædiorum de aquæductibus, & limitibus, & eius generis aliis quæſtionibus de quibus etiamnum extant libelli Siculi Flacci, Iulij Frontini, Aggeni Vrbici, Hygeni & ſimilium, Bald. in Scæuola.

Ius Prætorium, nominantur edicta magiſtratuum, prætorum, præſidum, ædilium. Zaſius Inſtit. de act. §. ſed iſtæ. Spieg.

Ivs Prætorivm dicitur ius ſcriptum vetus, quod prætores introduxerunt ſupplendi, adiuuandi vel corrigendi Iuris Ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam quod & honorarium dicitur ad honorem Prætorum ſic nominatum, l. 7. de Iuſt. & iur. Ius prætorium adiuuat Ius Ciuile, dando remedium aliud: veluti à iure Ciuili datur petitio hæreditatis, & à iure prætorio vltra illam petitionem, tribuitur poſſeſſio bonorum. Cuius beneficio tantum conſequuntur hæredes, quantum hæreditariæ petitionis interuentu. Ius prætorium ſupplet omiſſiones iuris Ciuilis: veluti in furto, pro quo ius Ciuile miniſtrat actionem in duplum, nec diſtinguit vtrum ſit furtum manifeſtum, an non manifeſtum. Atqui ius prætorium diſtinguit, vt pro furto non manifeſto detur actio dupli: pro furto vero manifeſto detur actio quadrupli, quod ſuppletur à iure prætorio. Ius prætorium corrigit Ius Ciuile, tam in ſucceſſionibus ex teſtamento, quam ab inteſtato: quippe de Iure Ciuili liberi emancipati nihil capiunt in bonis paternis §. emancipati. de exhæred. liber. quod ius, vt iniquum, patitur emendationem à Iure prætorio, à quo duo remedia prodeunt bonorum poſſeſſio contra tabulas patris, qui deceſſit facto teſtamento, & bonorum poſſeſſio vnde liberi. §. emancipatos, de exhere. liber. & §. emancipati de hæreditatib. quæ ab inteſtato deferuntur apud Iuſtin.

Ivs primæ ætatis, i. primogenituræ dicitur Connaturale, adeoque inſeparabile, vt in nullo alio ſubiecto verificari poſſit, l. nam quod. de penu. leg. l. 3. in pr. de cur. Vide Peonatem in l. 1. de priuil. eor. qui in ſacr. pal. milit. lib. 12. C. Spieg.

Ivs Primogenitvræ, eſt ius ſingulare, & leg. 12. tabul. incognitum, quin etiam iuri Iuſtinianeo incognitum, quod ius eiuſmodi eſt, vt filius primogenitus omnibus ſuis fratribus & ſororibus in ſucceſſione præferatur, aut certe partem aliquam de hæreditate percipiat, antequam ad eius diuiſionem deueniatur: quod Ius etiam in Republic. Moſaica receptum erat vt videre eſt Deuter. cap. 21. Atque hoc ius ita proprium eſt primogenitorum, vt pater illud nec dare nec adimere poſſit, vt dicitur in cap. 21. & Exemplum eſt Eſau, qui ſine impedimento patris ſui ius ſuum primogenituræ vendebat Iacobo fratri ſuo. Nec obſtat, quod Iacob moriturus partem iſtam transfert in Ioſephum, quam Ruben habere debuerit, quia hoc non pertinebat ad ius primogenituræ: dicit enim Iacob ſe hanc partem bonis ſuis ex præda adieciſſe, & in Meſopotamia acquiſiuiſſe. Hoc ius primogenituræ nobis Germanis non vſurpatur: vſurparunt Gallis & Hiſpanis. Eſt tamen eiuſmodi aliquid in Germaniæ Principibus quo de re dicere non eſt huius loci. Volt. ad §. cum filius 7. n. 3. Inſtit. de hær. quæ ab inteſtat.

Ivs ex adiunctis diuiditur in publicum & priuatum. Ius priuatum eſt, quod pertinet ad ſingulorum vtilitatem: quod & ipſum eſt publicum, ſi autoritatem ſpectes; qua conſtitutum eſt, & præterea, quod omnes Reipublicæ Romanæ ciues eo vti teneantur, ſed priuatum dicitur ratione habita cuiuſque priuatim vtilitatis; cum in hominum ſingulorum rebus atque bonis parte ſui maxima occupatum ſit, Vult. In comm. Inſt. l. 1. §. huius ſtudij, n. 1. t. 1.

Ivs privatvm diuiditur in ſcriptum & non ſcriptum, vel ſine ſcripto, vt Haloandri, ſeu Noric. habet text. Ius autem priuatum eſt, quod peculiariter, & cùm analogia quadam, ad ſingulorum priuatam vtilitatem pertinet: vel vt Vlp. inquit, ſingulorum vtilitatem ſpectat. Vide Cl. Cantiun. in §. huius ſtudij, Inſt. de iuſtit. & iur. Huius vero tres ſunt ſpecies. Nam illud aut ex naturalibus, aut gentium, aut ciuilibus præceptis collectum eſt. Spieg.

Ivs pro hærede poſſidere, l. regulariter. ff. de pet. hæred.

Ivs proprium. Nam quod quiſq; populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius ciuitatis proprium eſt, vocaturque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Caius l. Omnes populi. ff. de Iuſt. & iur. Hoc igitur ius noſtrum conſtat, aut ex ſcripto, aut ſine ſcripto, vt apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. l. ius ciuile. ff. eod. tit. Old.

Ivs προτιμήσεως, id eſt ius prælationis, quod etiam vocant ius congrui, competit vel iure propinquitatis, vel ſocietatis, vel vicinitatis: Puta, Vendidi agrum meum alicui extraneo: frater meus idem pretium vult dare, quod extraneus: quæritur an contracta inter me & extraneum emptio à fratre meo retrahi poſſit? Quod iure antiquo fieri poterat, ſed conſtitutionibus Imperatorum eſt ſublatum. text. eſt in l. dudum. C. de cond. ſtip. hac ratione, quia contractus conſtare debent conſenſu: At ſi ego rem meam velim transferre in alium, non in propinquum: Et hic meus conſenſus inhiberi poſſit ab alio, iam hoc videtur repugnare naturæ communi huius contractus. Eſt autem hoc ius προτιμήσεως tacita conſuetudine confirmata conſtitutione Friderici imperatoris iterum introductum: Sed remoueri poteſt tum, cum ter publice fuit proclamatio de re vendenda facta præſentib. propinquis, ſociis, & viciniis. Vult. in comm. ad pr. n. 70. Inſt. de vendit. vide & Cuiac. ad l. 122. §. cohæredes, ff. de verb. oblig.

Ivs publicum eſt, quod eſt ad ſtatum rei Romanæ ſpectat: cuius ſpecies ſunt, Sacrorum conſtitutio, legum deſcriptio, magiſtratuum creatio, deliberatio de rebus ad Rempub. pertinentibus, ius belli inferendi & finiendi, præmiorum & pœnarum irrogationes, denique legis actionum executio, Vult. in §. huius ſtudij, d. t. n. 1.

Ivs publicum conſiſtit in Sacerdotibus, Magiſtratibus, in ſacris, & toto Reipub ſtatu l. 1. § ius publicum, ff. de iuſtit. & iur. Publicum: quia ad ſalutem non vnius vel alterius, ſed totius populi omniumque gentium pertinet. Quanto igitur maior eſt omnium hominum æſtimatio aliis rebus, diligentius publici iuris habenda eſt ratio cum in ſcholis tum in foro. Hoc tempore rem plane inuertimus. De iure priuato, de ſtillicidiis (vt Cicer. lib. 1. de legibus, ſuos illos deriſit) & cæteris popularibus commodis curioſè diſputamus. De iure publico, hoc eſt, de magiſtratibus, nemo curat, quales ſint Old. Prat.

Ivs Quintæ relationis. Romanis Imperatoribus initio principatus quintæ relationis contribui Senatus decreto ius ſolitum: ceu honor foret ares quæſitus. Propterea in Pertinace Capitolinus, quartæ relationis ius illi fuiſſe omne ſcribit: quoniam, vt eruditis placet, in numero diminuto fuerit imperij breuis, ac Thebani plane præſagium. Nam & Probo Imp. cui tertium iure relationis fuiſſe additum prodit Flauius Vopiſcus id ipſum fere viuuenit. Ius autem quintæ relationis, teſte Cælio Rhodigino, intelligunt vti quinquies ſuper re iudicata iam, referre ad Senatum poſſent præiudiciis nil officientibus. Quam tamen ſententiam non ſatis probat Alciatus, qui maximum ius Cæſareum in eo eſſe ſentit, quod reſcindere rem iudicatam ſemel valeant. l. fin. C. vt lite pend. l. cauſas Cod. de tranſact. nec opus eſſe quinquies variare probabiliuſque interpretatur. Si id ius eſſe exiſtimemus, vt ab eorum ſententia nulla ſit prouocatio. Cum enim nemini liceat tertio prouocare, ſi aduerſarius meus bis obtinuerit, & ego tantundem: conſequens eſt, vt vltima ſententia, quæ in hac cauſa quinta erit, executionem habeat. Erit ergo ius quintæ relationis, perinde ac res iudicata, de quo adhuc ſemel cognoſci poteſt, & alius ſuperior magiſtratus adiri. Spieg.

Ivs Quiritium. Obſeruandum, ius commune ex quo quiſque populus ius ſibi conſtituit, duplex eſſe. Vnum lattiſſimum, quod gentium dicitur. Alterum Rom. quod commune eſt inter omnes Rom. Imperij populos: Quo vero iure ſoli Quirites tenentur. i. qui domicilium Romæ obtinent. Ius Quiritum vocatus. Cæterarum vero ciuitatum, appellantur iura municipalia. Noſtra, ait Salomon, Quiritia longe ab his abſunt, & imperite à quibuſdam municipia nominantur, cum Roma non ſit municipiũ, reliqua quippe oppida à munerib. in vrbe Roma capiundis dicta ſunt municipia. Paul. in l. ad mun. Gell.

Ivs autem Quiritum olim pro beneficio dari ſolebat, vt teſtatur Cuia.

Digitized by Google

Cuiſ. in expoſit. Nou. Inſt. 78. de dotal. inſtrum. & manumiſſ. in fin. Spieg.

Ivs Reale, i. iur ratione rei competens. Conna. lib. 5. c. tr. n. 4.

Inter Ius in re & ius ad rem, hoc intereſt: Ius in re non poteſt quæri conceſſione beneficij, vt res collatario quæſita dici queat, c. ſi tibi abſenti de præb. in 6. fallit ſi collatarius ratam conceſſionem habuerit. Ius in Re, is habere intelligendus, qui ius proprietatis habet. Ius ad rem habet is, cui pignori oppoſita eſt, vſufructuarius, colonus, & cæteri huiuſmodi. Prat.

Ivs in re: diuiditur in dominium, Quaſi dominium, & in ius in re ſpecificum: id videlicet, quod habet creditor pignoris, vel hypothecæ, is cui, vel cuius prædio debetur ſeruitus, is qui tantum habet retentionem, non etiam actionem. Huc accedunt, quæ indicante Apello Bart. Iaſonque in rubr. ff. ſolut. matr. ſuper Gl. fin. ſcripta relinquere. Spieg.

Ivs in re ſortius dicitur eo, quod ad rem competit. Vide ca. pen. de præb. lib. 6.

Ivs reuocandi domum habere. Exceptionis eſt ſurl. Vide §. ſi eum ad fin. l. ſed & ſi ff. ex quib. cauſ. maior. Spieg.

Ivs ſacratum apud Vergil. & alios eſt ſacramentum militare, cuius religione olim tenebantur: Nam ſacrabagne iureiurando, id eſt, fide. Prat.

Ivs repræſentationis an ſicut locum habet in nepotibus & nepotibus ſucceſſurus cum ſuis patruis, ita idem etiam locum obtineat in pronepotibus, & his qui gradu ſunt vlterioris? vide Vult. in comm. Inſt. l. 3. c. 1 in pr. n. 35.

Ivs Saxonicum non agnoſcit repræſentationem: quod ex ipſo ſum iure addiſcendum eſt.

Ivs ſingulare eſt, quod contra tenorem rationis, propter aliquam vtilitatem, autoritate conſtituentium, introductum eſt. Ius ſingulare. ff. de legib. Old.

Ivs ſingulare appoſitiſſimè dicitur, quod conſtituentis eſt ſeorſum & ſigillatim. Et contradicit quidem in ſpeciem rationi communis iuris: cæterum generaliter conſideratum, voluntati non contradicit, ſed conuenientiſſimum eſt. Alio autem & antiquiore verbo priuilegium dicitur, quaſi priuata lex, quæ cum diuerſos habeat effectus benefaciendi, eximendi, innouandi, relaxandi: diuerſis quidem appellationibus eam nuncupaſe putes, res tamen eadem eſt, nec aliter differt priuilegium a priuilegio, quam lex generalior à lege ſpecialiore. Old. Prat.

Ivs ſingulare eſt, quod ad ſingulos in ſpeciem refertur: puta ad vnum corpus, vel genus hominum, aut etiam ad vnum duntaxat hominem, vel ad vnam cauſam. Old.

Ivs ſpecificum in re. Vide paulo ante Ius in re.

Ivs ſcriptum, à partibus definiendo, eſt lex, plebiſcita, ſenatuſconſulta, Principum placita, magiſtratuum edicta, & reſponſa prudentum, §. ſcriptum autem. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.

Ivs non ſcriptum, ſiue ſine ſcripto, quod exempli & actuum vniformium ſequentia comprobatur. Quod & dicitur, Ius moribus conſtitutum, vt eleganter explicat Cl. Cantiuncula in §. ex non ſcripto. Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. Spieg.

Ivs ſolenne, ius XII. Tab. & aliarum legum populi Rom. Pomp. l. 27. ff. de reg. iur. Nec ex prætorio nec ex ſolenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt. Hot. Prat.

Ivs ſtrictum, id eſt, ius ſummum. Paul. l. 10. ff. de pecun. conſt. Si quis duobus pecuniam conſtituerit, Tibi aut Titio, & ſi ſtricto iure propria actione pecuniæ conſtitutæ manet obligatus, etiam ſi Titio ſoluerit, tamen per exceptionem adiuuabitur. Hot. Prat.

Ivs ſummum bifariam accipitur, alias proprie, alias improprie. Oldend.

Ivs ſummum vocatur id, quod ſupra ſe nullum habet: quia in ſuo genere conſideratum abſolute, non eſt vllis cauſarum circumſtantiis attemperatum, deflectumque vt foro deſeruiat. Prat.

Ivs ſummum proprie dicitur, certa honeſtatis ſententia, quæ ſuo generaliter officio in republica fungi poteſt, ſiue à naturali, ſiue à ciuili ratione petatur. Exempla eſſe poſſunt omnes regulæ & theſes iuris. Nam hæ in ſuo genere rem, de qua tractant, ſuprema atque ſtrictiſſima ratione diffiniunt quidem, ſed ſimpliciter ac ſine vlla circumſtantiarum conſideratione futuri facti. Vt ecce, Serua pactū: Neminem læde: theſes ſunt ſummi iuris, in genere ſuo iuſtiſſimæ, adeo, vt ſecundum naturam æquiores dari non poſſint, l. 1. ff. de pact. Cæterum nulla hic perpenditur circumſtantia pacti vel læſionis. Nam illud pertinet ad æquitatis officium, cum caſus incidit. In hac itaque propria iuris ſignificatione falſiſſimum eſt, quod vulgo dici ſolet: Summum ius, ſumma iniuria; quoniam in genere loquendo, eſt iuſtiſſima ratio, vel naturalis, vel ciuilis: tantum abeſt quod cenſeri poſſit iniuria, donec non torqueatur ſpecialiter ad aliquam facti inconuenientem circumſtantiam: veluti, cum turpis res, vel Reipub. pernicioſa, continetur pacto: tunc ſi ad hanc ſpeciem torquere volueris prædictam regulam, Serua pactum, efficies ex ſummo iure ſummam iniuriam, non quod in ſeſe vitium habeat ſummum ius, ſed quia tu errando vel calumniando affers perniciem, & non bene diiudicas circumſtantias facti, in quibus ius eſt poſitum. l. ſi vnus, §. pacta ff. de pact. Old.

Ivs ſummum improprie appellatur, quod prædura interpretatione trahitur ad ſpecies factorum inconuenientes, vel quod ſimulatis quibuſdam argumentis colligitur ſophiſticè in fraudem legis. l. Inciuile. & l. ſeq. ff. de legibus. Exempla ſunt paſſim in iure multa. Lex enim eſt C. vt nemo inuitus agere vel accuſare cogatur. Iam pone, Sempronium innocentem in ius vocatum à Titio, qui formulam actionis adfingit ſpecioſam. Sempronius negat. Titius videns tandem mendacij ſui nullam eſſe probationem, deſerit litem. Reus inuocat officiū iudicis, vt contumaciam actoris coerceat. Actor calumniam ſuam nititur defendere hoc iure, quod nemo cogendus ſit ad agendum. Audieturne? Reſpondet Iuſtinianus: inſulſam eſſe, minimeque admittendam actoris interpretationem. Nou. de litig. Conſtitu. 112. Secundum hanc ſignificationem recte dici poteſt, Summum ius, ſumma iniuria. Quanto enim ſubtilius argumentetis, quanto plura congeris ad fulciendum tale ius, tanto maiorem effeceris iniuriam. Cic. lib. Offic. 1. Exiſtunt etiam ſæpe, inquit, iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione. Ex quo illud ſummum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tetro ſermone prouerbium. Menandes admodum ſcite: Leges ait, optimæ ſunt, ſed qui nimis acute eas inſpiciunt, fiunt ſycophantæ, hoc eſt, calumniatores, qui lites leuiſſimas obſeruant. .... enim ſi ius eſt, res nihili, vt vulgo quoque dicimus, *Er iſt nicht einer Feigen vverch.* Huius farinæ ſunt cautelæ, ſingularia & reliquæ commentariorum præſtigiæ, quibus nihil fit aliud, quā quod vſus æquitatis ſaluberrimus intercipitur. Tametſi enim numeroſa Doctorum ſcripta habeant multas theſes, excurrāſque in omnes angulos humanorum negotiorum: tamen quia non ſunt certa, nec retinent modum: ideo tenebras offundunt, dant anſam calumniandi, & nocent Reipubl. Hæc hactenus Oldend. Ac paulo ſecius Budæus in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. ſtrictum ius accipit, peculiare (inquiens) eſt vocabulum Iur. conſult. ſignificans ius pr...um, exactum, rigoris plenum, & propemodum iniquum. Oppoſuerunt quippe iuris autores ſtrictum ius æquitati, l. 2. §. item Verius, ff. de aqu. pluu. arc. l. placuit. C de iudiciis, & bono & æquo l. in ſis, ff. de cond. & demonſt. Illud quandoq; Iuriſconſulti dixerunt, ius ſubtile l. ſi ita ſcriptum. ff. de libe. & poſth. l. generaliter. §. ſi quis ſeruo. ff. eod. Reliqui vero boni autores Summum ius appellant. Summum autem ius appellant, cum de verbis tantum contenditur, neque ſpectatur quid ſenſerit qui ſcripſit, aut qui locutus eſt, in quo genere plerunque ſub autoritate iuris ſcientiæ pernicioſe erratur, vt Celſus adoleſcens dicebat, l. ſi ſeruum, § ſequitur. ff. de verb. oblig. Coraſ. Miſcellaneor. lib. 5 c. 8 n. 12.

Ivs ſummum Ariſtoteles vocat ἀκριβοδίκαιον, ius acerbum nullius temperamenti particeps, repugnans æquitati. l. 1. C de legibus.

Ivs ſummum & æquitas in hoc differre inter ſe videntur: Quod Ius ſummum in vniuerſum ſtatuit, veluti certior terriens & inflexibilis, futuris ſemel negotiis conſulit, honeſtatis clementia producit vniuerſalia, & theſes catholicas ſeueritatis & acrimoniæ plenas, à quibus ne latum vnguem deflectere aut declinare ſinit. Æquitas autem appoſite comparatur eleganti ſutoris officinæ, in qua multiplices calceorum, & pedum formulæ, reperiuntur, quæ tametſi non congruunt omni pedi ſingulæ: viſo tamen & cominus inſpecto pede gigantis, aut pueri, & illius circumſtantia diligenter ſpectata, conformis aliquis calceus inuenietur & giganti, vt Herculi, Goliæ, Theſeo, & contra nano, & cuilibet homuncioni conſentaneus. Confertur etiam non inepte Pharmacopolio, in quo multæ medicamentorum ſpecies adſcriptæ viſuntur ad futuras hominum neceſſitates paratæ: quæ tamen ſi generaliter miſceantur ordine confuſaneo, vice ſanitatis immedicabilem morbum e veſtigio producent. Nam in illis apte miſcendis atque congruè temperandis, opus eſt induſtria & diligēti medicantis arte, quæ dicitur æquitas diſcernens, atque temperās venenū bonum à malo. Sic in negotiis publicis & priuatis æquitas ſingulatim & accurate perpēdit cauſas, momēta, circūſtantias, ſpecies, & differentias perſonarū & rerum & ex iam natis aut præiudicatis controuerſiis deciſionem rei dubiæ & quæſtionis controuerſæ luculentā concilia atq; colligit. Taboetius in Topico militiæ forenſis & legalis diſciplinæ, &c.

Ivs ſui pro quod vulgus Suitatem appellat. Vlp. in l. 1. §. vlt. ff. de lib. agnoſc. Nihil præiudicatet filio, nō tantum in iure ſui, verum ne in alimentis quidem. Idem in l. 9. §. ſi filium, ff. de lib. & poſth. Rumpit enim his caſibus nepos teſtamentum, quod moriente auo ſui ius perpendarit: vbi tamen Filij ius, legitur, ſed mendoſe, vt in comm. docet. Hot. Prat.

Ivs ſuum, id eſt, meritum. Quemadmodum dicebat Ariſtoteles, iuſtitiam eſſe virtutem animi cuique ſecundum merita diſtribuentem. Diuus Auguſt. lib. 19 de Ciuitate, hoc verbum exponens, Ius ſuum vnicuique tribuere: Iuſtitiæ, inquit, munus eſt, ius ſuum vnicuiq; tribuere. Vnde fit in homine iuſtus quidam ordo naturæ, vt anima ſubdatur Deo, animæ caro, ac per hoc Deo anima ipſa & caro: proinde vna omnium virtutum iuſtitia, alienum bonum eſſe videtur, quoniam ad alium pertinet

Quippe multi in propriis virtute vti potuerunt, nihil quod vitio verti poſſit admittentes: at vero in iis, quæ cum aliis tranſigenda ſunt, non item. Quapropter nemo iuſtus erit, niſi in alterum tribuendo ei quod ſuum eſt: in quo omnis legum ratio conſiſtit. Spieg.

Ivs ſuum obtinere non poſſe dicebant, quem nunc iuſtitiam habere, vel conſequi non poſſe dicimus. Budæ. in annot. prior. Spieg.

Ivs tibi non eſſe parietem illum ita habere, apud Papian. l. ſi cum meus ff. ſi ſeruit. vend.

Ivs togæ dicebatur, quod Principes peregrinis dabant, vt iis veſtitu ciuium Rom. proprio vti liceret. Hoc ius peregrini non habent. Plin. 4. epiſt. Carent, inquit, togæ iure, quibus aqua & igni interdictum eſt. Et generaliter quicunque ciues Rom. non ſunt, licet ſocij ſint & amici populi Rom. togæ ius non habent. Cic. 4. Verr. Cum vtriſque ſatisfacere non poſſent & togatis & Siculis. & in eod. Quem voles eorum teſtium quos produxero, qui ex Sicilia teſtes ſunt, ſiue togatum, ſiue Siculum: ſic legendum eſt ex vet. libris. Togatos eos dicit, ciues Rom. dicit. Cuia. ad l. obſides. ff. qui teſta. facere poſſunt.

Ivs trium liberorum lege Papia Poppæa inſtitutum eſt, vt qui quæve tres liberos ex iuſto matrimonio ſuſcepiſſent, iis pluſima præcipuo quodam & ſingulari iure præter cæteros concederentur, veluti vt mulieres viuo patre teſtamentum cõdere, & rem ſuam ſine tutorũ auctoritate adminiſtrare poſſent, quod Plutarch. in vita Numæ teſtatur. Vt viri excuſarentur ab omnibus ciuilibus muneribus, quæ patrimonij non eſſent, l. 1. ff. de vacat. mun. Vt qui Romæ tres liberos ſuperſtites haberet, à tutelis & curationibus excuſarentur. §. 1. de excuſ. tut. Id autem ius etiam iis qui tres liberos non habebant, concedi. tur, aliud enim eſt tres liberos habere: aliud Ius trium liberorum. Extatque Plinij Iun. ad Traianum epiſtola, qua Suetonio ſuo ius illud petens: Hinc, inquit, ius trium liberorum neceſſarium faciunt duæ cauſæ: nam & iudicia amicorũ promeretur, & parum felix matrimonium expertus eſt, impetrãdumque à bonitate tua per nos habet quod illi fortunæ malignitas denegauit. De hoc iure Imp. tit. de S. Tertyll. in prin. & l. 1. C. de legat. Hot. Prat. Suſtulerat autem ius trium liberorũ Theod. Imp. l. 1. C. de iur. liber. non ſimpliciter, ſed ob illam auaritiã, quæ per legem Iuliam Papiam olim difficillimis temporibus, cum Reſp. Rom. laboraret inopia, conſtitutum erat, vt maritus & vxor non poſſent ſe inuicem hæredes inſtituere, niſi haberent liberos, alioqui decima pars bonorum cedebat fiſco, quo caſu voluit Theod. vt ſine deminutione illius decimæ partis vxor & maritus inter ſe ſolidum capere poſſent, etiamſi liberos non haberent, Vult. in comm. ad §. 1. nu. 1. Inſt. de SC. Tertyll.

Ivs autem trium liberorum admodum vetus eſt, nempe à tempore illorum Tergeminorum, in quorum gratiam fuit ſtatutum, vt quibus trini eſſent liberi, cum ex publico illi alerentur, vſque ad pubertatis annos, tribueretur poteſtas patria ſine onere & ſumptu educationis. Dionyſius Halycarn. li. 3. ait, hanc legem ſuo quoque tempore obſeruatam fuiſſe. Loquens enim de Horatiis Tergeminis ſic (inquit) [illegible]. Sed & Q. Numidius Cenſor, & poſtea Iulius Cæſar, itemque Auguſtus, voluerunt ancillæ, quæ tres peperiſſet, vacationem, quæ quatuor, libertatem dari. Et olim mulieribus, quæ trium liberorũ matres eſſent, ex SC. Tertul. concedebatur inteſtatorum filiorum ſucceſſio: ſi modo eſſent ingenuæ. Sane & qui trium liberorum incolumium pater, legationibus publicis liberabatur. Atque hoc quidem ius trium liberorum latiſſimè patuiſſe indicat etiam Plinius Secundus, qui lib. 2. Epiſtolarum de quodam Voconio loquens: ait, ſe ius trium liberorum ei impetraſſe ab optimo principe, quanquam id alioqui parce & cum delectu daret. Idem ad Traianum li. 10. verbis exprimere ſe non poſſe ait, quantum ſibi gaudium attulerit quod dignus viſus eſſet iure trium liberorum. Sed & olim apud Lacedæmonios trium liberorum parens immunis erat ab vrbis cuſtodia & excubiis, & qui quatuor haberet liberos, ab omni prorſus onere. Sic enim Ariſtoteles lib. 2. Polit. ſcribit, ἔστι γὰρ αὐτοῖς νόμος τὸν μὲν γεννήσαντα τρεῖς υἱοὺς, ἄφρουρον εἶναι: τὸν δὲ τέτταρας, ἀτελῆ πάντων. Balduin. de excuſat. tut. vel cur. Vide & Duarenum anniuerſariarum diſp. lib. 2. c. 41.

Ivs tuum quid ſit, vide Cod. ad exhib. l. inſtrumenta. & Inſtit. vi bon. rap. § fin. Aliquando pro ipſo iudice, hoc eſt, ius dicturo, quod & Albericus indicat, accipitur, vt in §. fin. Inſt. de pœn. temp. litig. & l. 4. de inventione ſct. Spieg.

Ivs vetus appellatur, quod ab vrbe Roma condita, & à Romuli tempore, ad ſeculum vſque Iuſtiniani ferme per M. CCCC. annos confuſiſſime ſparſum erat. Vide Hegend. in tit. Cod. de vet. iur. enucl. Ius vetus in l. 4. §. 8. C. de bon. libert. interpretatur ibid. Gotofr. 12. Tab.

Ivs vlciſcendi naturale non eſt: Ius tuendi ſe ſuaque & contra vim vim repellendi & naturale eſt & gentium & ciuile: ideoque ei qui vim fecit, & mox paſſus eſt, ex edicto reſtitutio non competit, nam vim illicitam exigimus. Cuia. ad l. ſed & partus. ff. quod metus cauſa.

Ivs vſusfructus, quo differt à perceptione fructuum, colligitur ex verbis Iuriſconſ. in l. vſufr. de iure dot.

Ivs vxoris eſt viuere ſub eodem tecto, ibi eſſe Caiam, vbi maritus eſt Caius, pro ſua proportione adminiſtrare rem domeſticam, occupare partem lecti, poſcere debitum, frui ſocietate fortunarum omnium. Spieg.

Ivs svvm, pro nomine accipimus, l. ſed & ſi quis. §. ſi duos fructuarios, ff. de vſufr. Spieg.

Ivssvs pro permiſſu & voluntate accipitur in l. ſi ſuſpecta, §. quoniam, ff. de inoff. teſt. & Inſt. de nupt. in pr. Prat.

Ivssvs actum præcedit: Ratihabitio ſequitur, Autoritas in ipſo actu interuenire debet. Mandatum ad futura: Autoritas ad præſentia. Ratihabitio ad præterita refertur. Conſenſus autem fere ad hæc omnia. Vigl. in tit. Inſtit. de hæred. inſtit. & Vult. in comm. Inſt. de nupt. in pr. n. 12.

Ivssvs, pro imperio, apud idoneos ſcriptores raro reperitur præterquam in ablatiuo iuſſu. Noſtri iuſſus, cum obliquis, vt iuſſum, & iuſſionem vſurpant, Vt iuſſus Prætoris excuſatio. l. ſi quis eum. ff. ſi cert. pet. Spieg.

Ivssvs vel iuſſum multum ab auctoritate diſtat. Auctoritas enim perfecto negotio interponi poteſt; cum iuſſus præcedere debeat l. 25. §. iuſſum. ff. de acquir. hær. §. tutor. Inſtit. de auct. tut. l. 25. ff. de legat. lib. 1. Iuſſus neque verba, neque ſcripturam deſiderat, quia & nutu fieri poteſt, 93. §. 2. ff. de acq. hæred. In actiuue. Quod iuſſu, Iuſſum accipimus ſiue teſtato quis, ſiue per epiſtulam, ſiue verbis, aut per nuntium, ſiue ſpecialiter in vno contractu, iuſſerit, ſiue generaliter. Sed & ſi mandauerit pater dominuſve; Item ſi dominus ſerui chirographo ſubſcripſerit, vel ratum habuerit quod ſeruus eius geſſit, vel alias voluntate eius contractum ſit, Quod iuſſu actio datur l. 1. in princ. cum §§. ſeq. ff. quod iuſſu, l. 5. §. quod ſeruus. ff. de in rem vet. Briſſ.

Ivssvs in effectu idem eſt quod mandatum, & vtrumque præcedit contractum, qui futurus eſt: Verum iuſſus vt amplior eſt, ita etiam latius aliquanto patet, cum omnis qui iubet, etiam mandet, non rurſus omnis qui mandat, iubere etiam videatur: quandoquidem iubemus iis tantum qui in poteſtate noſtra ſunt, mandamus etiam illis qui liberi ſunt ſui iuris, Vult. in comm. Inſt. l. 4. t. 7. in pr. n. 8.

Ivssio. A verbo iubeo fit iuſſio. id eſt, priuilegium, in quo princeps aliquid iubet, vel concedit in fauorem. Ita interpretatur Azo in Auth. vt diuinæ iuſſiones ſubſcriptionem habeant glorioſis q. col. 8. Quæ autem dicitur diuina iuſſio, Auth. in titul. vt diuinæ iuſſiones, &c. col. 8. item ſacra forma. Auth. in tit. in med. litis, &c. col. 8. mihi dici videtur reſcriptum & quas nunc dicimus literas regias. Itaque id reſcriptionẽ habet quæſtoris, hoc eſt conſulis. Denotatur eo inter quos agatur, per quam perſonam, & ad quem iudicem dirigatur. Cæteras verbi Iubeo ſignificationes hic adferre (quod Grammaticis relinquendæ videntur) non admodum refert ex vtilitate Auth.

Ivsta ſunt, quæ neque legibus, boniſve moribus repugnant, ab æquitate abhorrent. vt l. 95. §. naturalis. ff. de ſolut. l. 7. §. art. ff. de pact. Eodem ſenſu iuſtæ exceptiones, l. 17. de reg. iur. Iuſta cauſa conuentionis, l. 56. ff. de pact. Iuſta obligatio, l. 1. C. ſi in cauſ. iud. pign. Prat.

Ivsta, operæ debitæ. Cic. offic. 1. Eſt autem infima conditio & fortuna ſeruorum, quibus non male præcipiunt, qui ita iubent vti, vt mercenariis ad operam exigendam & iuſta præbenda. Hot. Prat.

Ivsta, ſacra & ceremoniæ quæ placandis manibus fiebant. Vlp. l. 2. ff. de in ius voc. Iuſta vel mortuo facientem ſubaudi, in ius vocare non oportet. vbi Accurſ. intelligit obſequia, vt lauare corpus quod pollincturis eſt officium, ignorans quid ſint iuſta funebria, hoc eſt, exequiarum ritu: Oldend. iuſta mortuo facit, hoc eſt, exequias apparat, vt nunc dicimus. Sic item Vlpian. in l. pro hærede ff. de acquirend. vel amit. hæred. Iuſta peragere dixit pro parentare, id eſt, funerandi officium implere. Spieg. ex prior annot. Budæi. Iuſta autem parentalia dicebantur, quia pietate vti erga defunctus, etiam Ethnicis erat vnum iuſtitiæ genus, vt Ariſtoteles teſtatur ſectione 30. problem. 9. & in lib. de virtutibus. Similiter & Cicero in Topic. æquitatem, id eſt, pietatem tripartitam eſſe dicit. Vnum ad ſuperos Deus, alteram ad manes, tertiam ad homines pertinentem: de qua re latius Maiorag. lib. Miſcel. 2. cap. 19. Hot. exiſtimat fictum inde vocabulum quaſi manibus darentur, itaque τὰ νομιζόμενα Græci appellant. Demoſth. [illegible]. ἐπειδὴ τελευτήσειεν τις αὐτῶν, καὶ τὰ νομιζόμενα αὐτῷ φέρειν, ἀκολουθεῖν ἐπὶ τὸ μνῆμα. Poſt vero, quam eorum aliquis eſt mortuus, iuſtaque ei fiunt, ipſe medius ad ſepulchrum ſequitur, &c. Cic. pro Sex. Roſc. Hunc miſerum luctu perditum, qui nondum, etiam paterno funeri iuſta ſoluiſſet, nudum eiicit domo. Feſtus lib. 11. Membrum abſcindi mortuo dicebatur, cum digitus eius decidebatur, ad quod ſeruatum iuſta fierent, reliquo corpore combuſto. Idem lib. 14. Præcidanea agna

agna vocabatur, quæ ante alia cædebatur. Item porca quæ Cereri mactabatur, ab eo qui mortuo iuſta non feciſſet, id eſt glebam non obieciſſet, quia mos erat eis id facere prius quam nouas fruges guſtarent. Hot.

IVSTA cauſa dicitur, quæ legitima eſt, & iuris authoritate comprobatur, etiamſi minus vera ſit. Vt cum putans me tibi debere ſoluero tibi, datur mihi condictio indebiti, ex quo ſatis apparet, tranſlatum fuiſſe in te rei dominium, quam tibi dedi, quia nemo condicit rem ſuam, præterquam à fure: tameo fuit falſa cauſa neq; iuſta, ſi veritatē ſpectes, nihil enim debuit: Sin legis authoritatem attendas, iuſtiſſima, quia ſoluendi debiti cauſa dedi, quia nulla eſſe iuſtior poteſt, &c. Con. li. 13. c. 7. n. 1.

IVSTA cauſa traditionis, nempe cōtractus, Delictum, vel quaſi, vt emptio, donatio, dotis conſtitutio, permutatio, tranſactio, negotiorum geſtio, iuſiurandum, ſententia, contumelia, damnum, imperitia Iudicis, deiectio cœnacularij. Ex Apel. Spieg.

IVSTA diſſidia, pro æquis, & iure factis, apud Cicer. intelligenda, de Amicitia. Spieg.

IVSTA exigere, inquit Budæus, eſt ſummo iure agere cū aliquo.

IVSTA ætas, dicitur, pro cuiuſque quæſtionis ratione, ea quam leges in ea cauſa exquirunt: veluti in nuptiis 12. & 14. annor. vt eſt apud Neratium in l. quod Seruius. § ff. de cond. cauſ. dat. Sic iuſta ætas cui pupillaris opponitur: pro pubertate apud Vlp. l. 16. ff. de iur. fiſc. Nec non illud æquè non intereſt, cuius ætatis ſit is qui ſe defert, verum iuſtæ an pupillaris: nam pupillis etiam permittitur deferre. Hot. & Prat.

IVSTA ætas pleruṁque 25. annor. accipitur lege Lætoria adoleſcentibus ad rerum ſuarum Adminiſtrationem conſequendam præſtituta. l. 56. ff. de iur. fiſc. l. 2. § 1 ff. de vacat. muner. Ex mente tamen teſtatoris ad pubertatem ſolam refertur. l. 50 fin. ff. de leg. lib. 3.

IVSTA conuentio in l. tale pactum. §. qui prouocauit ff. de pact. dicitur conuentio vera, non iniqua, non iniuſta: non improbata, & in ſumma iuridica. Corraſ. Miſcell. lib. 1. cap. 1.

IVSTA defenſio in l. miles. §. defuncto ff. ad l. Iul. de adult. id eſt, non improbata ſed conceſſa legibus. Corraſ. ibid.

IVSTA hæreditas, quæ iure legitimo, id eſt, agnato proximo obuenit. l. 3 §. de illo. ff. pro ſoc. Atque ita iuſtum ſucceſſorem pro legitimo, & qui ab inteſtato rem habiturus erat, dixit Anton. in l. 1. C. de his qui ſibi adſcrib. Et iuſtum hæredem, Iuſtin. lib. 25. Epit. Trog. Georalius à Vaim lib. 2. de re ruſt. c 10. Iuſta hæreditas dicitur, quæ iure defertur vel ex teſtamento vel ab inteſtato. Briſſ.

IVSTA ignorantia. l. 76. in fin ff. de rei vind. l. 4. ff. de diuerſ. reg. Iuſtum pretium, id eſt, æquum & verum l. 3 9. diui fratres. ff. de iure fiſc. l. 66. ff. de legat. lib. 2. Contrarium huic eſt iniuſtum pretium. Briſſ.

IVSTAM interpretationem Iul. de verb. ſig. appellat legitimam, quæ in legum expoſitione locum habere debeat. Sunt enim leges breues per ſe, & quæ verborum compendio multa comprehendant, ideirco eis vim naturamque ſermonis potius quam vſum & conſuetudinem vulgi obſeruamus. Conn. lib 1. c. 1. n. 3.

IVSTA libertas plena, abſoluta & perfecta libertas eſt, ex qua nimirum ciuitas Romana contingebat, vt eueniebat, cum teſtamento, vindicta, cenſu, ab eo, qui & dominus ex iure Quiritium, & maior 20. an. erat. libertas ſeruis 30. annor. maiorib. & quorum extrinſecus ſtatus nō erat ſuſpenſus, dabatur: Quemadmodum Cic. in Topic. & Vlp. in Inſtit. tit. 1. & Theoph. in §. vlt. Inſt. de libertin. ſignificant. Atque ita verbum iuſtæ libertatis accipimus in l. 59 ff. qui & à quib. l. 1. ff. ſi quis teſt. li. l. 12. ff. vt in poſſ. leg. l. 16. in fi. ff. ad Treb. l. 5. C. de fideic. lib. & inſtit. de ingenu. & apud Senec. in lib. de beata vita, cum ait, Hominibus prodeſſe natura iubet, ſerui liberíve ſint hi, ingenui an libertini, iuſtæ libertatis, an inter amicos datæ. Nam qui inter amicos manumittebantur, ij Latini tantum, non etiam ciues Rom. fiebant Vlp. teſte in Inſt. Sic & apud Sueton. in Auguſto verbū hoc interpretandum eſt, cum ait ſeruos non contentos multis difficultatibus à libertate iuſta remouiſſe, &c. Sic & iuſta manumiſsū accipe apud Vlp. in Inſtit. tit 3 cū, qui vindicta, vel teſtamento, vel cenſu manumiſſus eſt. Briſſ.

IVSTA pacta vulgari ſignificatione accipimus, quæ neque legibus neque bonis moribus repugnant, nec ab æquitate naturali abhorrent. Qualia ſunt ea, quę Prætor ſe ſeruaturum edixit, l. 95. §. naturalis, ff. de ſolut. l. 39. ff. de minor. l. 7 §. ait Prætor. l. 40. §. 1. l. 52. §. pen. ff. de pact. l. 3. in fin. de reſcin. vend. Briſſ.

IVSTA perſona in litibus dicitur idonea & legitima ad agendum. l. vniuerſis. C. qui dare tutores poſſunt. Aldobran.

IVSTA poſſeſſio dicitur, quæcunque ex cauſa & ſine vitio apprehenditur. l. 15. §. 1. ff. de public. l. 24. ff. de acq. poſſ. Briſſ.

IVSTA poſſeſſio, poſſeſſio bonæ fidei. Iauolen. l. quod ſeruus. 24. ff. de acquir. poſſ. Is qui in tua poteſtate eſt, ignoranti tibi non corporalem poſſeſſionem, ſed iuſtam poteſt acquirere. Iuſtin. §. penult. per quas perſon. cuique acq. Item per alienos ſeruos in quibus neque per vſumfructum haberis, neque poſſeſſionem iuſtam. Hot. Prat.

IVSTA præbere dicuntur mercenarij, qui quod pacti ſunt ſe facturos, præſtant fidemque ſeruant. Hot.

IVSTÆ ſepulturæ traditum, id eſt, exponente Martiano, terra conditum corpus, inquietandum non eſt, videtur autem, idem ait, terra conditum, etſi in arcula conditum hoc animo ſit, vt non alibi transferatur, l. diui fratres. ff. de relig. Spieg.

IVSTA ſententia. l. 1. ff. de teſtam. appellatur teſtamentū, i. plena & omnib. iuris regulis innixa & ſolemnis. Aldo. Inſt. de libert.

IVSTA ſeruitus pro ſeruitus bona fide vſurpata, i. e. quæ conſiſtit gentium vel ciuili iure l. 6 ff. de ſtatu hom. l. 28. l. 34. ff. de noxalib l. 34. ff. de ſtip. ſeru. Inſt. de libertin. in prin. Et apud Cicer. pro Cæcin. Cum hi, ait, qui in ſeruitute iuſta fuerint, cenſu liberentur. Planè apud Terent. Andr. Scen. Iuſta ſeruitus pro facili, humana, & clementi vſurpatur. Briſſ.

IVSTAM, iniuſtamque vxorem, in l. vxor ad l. Iul. de adult. Accurſius copioſè enarrauit, & in omnib. adſtipulatorem habet Bartol. Budæum vero in nulla aſſenſorem. Nam iuſta mulier ſic, vt filius, iuſtus, dicitur, de quo vocabulo ipſe ſatis multa in priorib. annot. dixit Vlp. in l. ſi ſenatoris. 31. de rit. nupt. Si ſenatori indulgentia principis fuerit permiſſum, libertinam iuſtam vxorem habere, poteſt iuſta vxor eſſe. Sueto. in Calig. Mox Lucio Caſſio Longino Conſulari collocatam abduxit, & in modum iuſtæ vxoris propalam habuit. Hodie iuſtæ vxoris appellatio aut nulla eſt: aut eius eſt vxoris, quæ iuſtis ſponſalibus, & palam in viri manum conit, non occulto conſenſu. Breuiter iuſta vxor appellatur ea, quæ omni legum perfecta ſolennitate ducta eſt: Aldob. d. loco. Iniuſtam vxorem in iam citata l. Vlpia pallacem, vxoris numero locoque habitam intellexit. Spieg.

IVSTA poſſidens, qui ex cauſa titulóve poſſidet. l. 3 & ll. ſeqq. ff. de public. & vide l. 11. ff. de acq. hæred. & l. 22. §. 1. ff. de noxal. Iniuſtè poſſidet, qui vi aut clam. l. 1. ff. vti poſſid. Prat.

IVSTE appellare, id eſt, rectè. Iuſtè petere, exigere, dubitare, ex ff. Briſſ. Iuſti procreati, id eſt, ex iuſtis nuptiis, ex ff. Briſſ.

IVSTI dies dicebantur, qui iudicatis ad ſoluendum ex leg. 12. tab. dabantur, vt eſt apud Agell. lib. 20. c. 1. iuſti quoque dies appellabantur & illi quibus, exercitu imperato, vexillum in arce ponebant, vt Feſt. Pomp. l. 9. & Macro. l. 1 c. 16 docent. Iuſtos autem dies pro ſtatis ac ſolemnibus, dixit Cicer. lib. 2. de legib. his verbis, Prætor Iudex natis famulos, eoſque iuſtis diebus, ne quis ſtipem cogito. Briſſ.

IVSTIVS facere prætor. iuſtiſſimè noluerunt, allegauerunt, ex ff. Briſſonius.

IVSTITIAM Iſidorus dictam putat, quod in ea ius ſtet: quaſi iuris ſtatum. Quam notationem vt inſulſam irridet Maiorag. Miſcel. lib. 4. c. 1. circa finem. Fuere item qui iuſtitiam dictam putarent, à vi per ἀντίθεσιν, id eſt, literarum tranſpoſitionem: vt ſit iuſtitia quaſi Viſtitia, quod vim ſiſtat, quas literarum inuerſiones Latini habuere in multo vſu, cum ex Græcis Latina facerent, vt author eſt Feſtus Pompeius: & annotauit Connanus lib. 1. c. 3 n. 4 Etſi autem hæc Etymologia non diſplicet Alciato, quod iuſti dies dicti ſint illi 30. dies, qui iudicatis dabantur, quia interim omnis executio ſuſpenderetur, fieretque ceſſatio iuris: Aldobrandinus tamen ad Inſtitu. tit. de iuſtitia & iure eius ſententia reprobata non malè exiſtimat iuſtitiam, ſicut lætitiam, triſtitiam, amicitiam deductam eſſe à genitiuo ſui adiectiui iuſtus iuſti: additis his literis (Tia) quemadmodum etiam in auaritia & mœſtitia factum videmus. Nec enim verbum ſiſtendi in iuſtitia reperitur. Iuſtitiam itaque cenſet vel primitiuum nomen, vel à iuſto dictam. Eſt enim iuſtitia legis & iuris finis quidam. Iuſtum autem à iure, quaſi quod ſecundum ius fit: id quod voluit Auguſt. in Pſal. 145. dum interpretatur verba illa. Facit iudicium iniuriam patientibus. Cæterum deriuationem ſuam pulchrè & ingenioſè (vt ſemper) defendit Alciat. lib. 1. Parerg. c. 29. Alij iuſtitiam ex eo dictam exiſtimant: quod cuique ius ſiſtat: Vnde Cotta lib de nat. deorum primo, negat ibi iuſtitiam eſſe, vbi ius eſt nullum. Eſt enim, inquit pietas iuſtitia aduerſus Deos, cum quibus quid poteſt nobis eſſe iuris, cum homini nulla cum Deo ſit communitas.

IVSTITIA, vt Tullius lib. de Inuention. 2. ait, eſt habitus animi communi vtilitate conſeruata, ſuam cuique tribuens dignitatem. Et ad Herennium dicitur eſſe æquitas vnicuique tribuens pro dignitate ſua cuiuſque. Quo ſanè pertinet illa Triphonini diſputatio nobilis, in l. 31. ff. depoſ. Et probo, inquit, hanc eſſe iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit vt non diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore repetitione. Quibus definitionibus congruit ea, quam Vlpianus tradidit. Iuſtitia, inquit, eſt conſtans & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens. Sed hoc non placet Agricolæ, tamen ignoſcit Vlpiano, cæteriſque Iuriſconſultis, qui in definitionibus errarunt, quod vt doctiſſimus eorum quiſque eſt habitus, ita maximis ſemper Reipub. occupationibus diſtentus fuit, nec otium habuit perpoliendis inuentis ſuis. Quod vt ei concedat Connanus, in reprehenſione tamen huius definitionis non concedit, quæ & non differt ab ea, quam Tullius poſuit, & ea quæ ab Ariſtotele tradita eſt omnino videtur congruere: præter quam quod Iuſtitia dicitur eſſe habitus animi, vt eſt pro-

fecto. At Vlp. appellat eam, conſtantem voluntatem. Atqui vix diſcerni poterit, quid aliud ſit habitus animi quam conſtans & perpetua voluntas. Is enim qui virtutis habitu eſt ornatus, non alia re diſtinguitur ab eo, qui continens ab eodem Ariſtotele dicitur, quam perpetua quadam ſuæ egregiæ voluntatis conſtantia. Quod enim hic vult aliquando, & ſæpè quidem, ille ſemper & continenter vult in rebus iuſtis & honeſtis, tum operibus, tum animi cogitatione ſibi conſtans. Connan. lib. 1. c. 3. nu. 7. &c. Ad extremum iuſtitiæ proprium officio circumſcribitur. Cum enim vel Cicerone interprete in lib. 5. de finibus nulla ſit virtus, quæ non aliquanta ſecernatur, nonnihilque præ cæteris habeat, ſicut prudentia in delectu bonorum & malorum, fortitudo in rebus aduerſis, ſucil infractoque animo perferendis, temperantia in coercendis illis plus quam beluinis voluptatibus: ſic proprium iuſtitiæ munus eſt ſuum cuique tribuere, l. bona fides, verſ. Et hanc probo eſſe iuſtitiam. ff. mandati. Tribuitur autem vnicuique ſuum, cum diis religionem & fiduciam, parentib. honorem, & reliqua vitæ adminicula, Magiſtratibus vero reuerentiam & obedientiam præbemus. Item & cum beneficium acceptum penſamus Cic. 1. offic. idque maiore menſura, quam acceptum. Poſtremo ſi omnes etiam eos, qui de nobis nihil benè meriti ſunt, opera ac ſtudio noſtro adiutare contendamus: quod & homini Chriſtiano conuenientiſſimum eſt Matth. 5. c. ſub fin.

Ivstitia ſicuti & ius duplex eſt: Vniuerſalis, quam τελείαν vocat Ariſtoteles, & particularis, ἡ κατὰ μέρος ἀρετὴ [illegible] eidem appellata. Vniuerſalis quidem illa virtus eſt abſoluta & perfecta domina & regina virtutum, qua neque Heſperus, neque Lucifer maiorem excitat admirationem, & quæ omnes virtutes omniumque legum obedientiam complectitur; hæcque vna eſt ex qua viri boni appellamur, de qua dicitur teſte Ariſtot. Ethic. 5.

Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.

Omnes, inquit rectiſſimè Connan. lib. 1. c. 2. nu. 7. quæ mutis ſunt. Nam quæ ſunt in ratione & intelligentia poſitæ, ſicuti prudentia & ſapientia, nihil autore Ariſtotele habent cum iuſtitia commercij. Quia tamen ab iſtis quoque nonnulla bene agendi præcepta ſumimus, valeatque plurimum, tum in iubĕdo quod iuſtum eſt, tum in vetando contrarium, iſtis quoq; nonnullam iuſtitiæ communionem fuere qui dederunt, non tam verè quam ſimilitudine quadam. Idcirco autem hæc ſpecies iuſtitiæ perfecta eſt, quod in ea inſit vſus virtutis vndique perfectæ, & qui ea prædiuus eſt, non in ſe ſolum virtutem exerceat, ſed in alios etiam. Curat enim hæc aliorum res: aliorum commodis vel principis vel Reipubl. ſeruit, & ob id optimus exiſtimatur iuſtus, quod virtutem non modo ad ſuam, ſed ſuorum & aliorum etiam vtilitatem referat. Vnde rectiſſimè Iuſtinianus ſcribit Conſtit. 68. Quod vna omnium perfectiſſima cenſenda eſt, quæ ius ſuum cuique tribuens, & ex re ipſa nomen ipſum trahit, appellaturque iuſtitia. Niſi enim cæteræ virtutes hanc habeant comitem, amittunt vim ſuam. Inde fortitudo iuſtitiæ coniuncta, virtus eſt militaris, cui ſi iuſtitiam detrahas, improbitatis anſa cenſetur.

Ivstitia particularis, quam præcipuè Iureconſulti conſiderant: eſt conſtans & perpetua voluntas, ius ſuum cuique tribuens, vt Vlp. & Iuſti. Simonidem & Platonem imitati eam definierunt, l. Iuſtitia, ff. de iuſt. & iur. Iuſt. de iuſt. & iur. §. 1. Hæc ab vniuerſali in hoc differt, quia finis huius eſt ſeruare æquitatem erga omnes priuatim, quod etiam non bonus vir facere poſſet, qui iuris peritus eſſet. Vniuerſalis autem illa iuſtitia bonum virum exigit, quinimo & illum qui in ſe omnes virtutes complectatur. Et hæc quidem ſpecies iuſtitiæ ab Ariſto. rurſus diuiditur in diſtributiuam, quam appellat διανεμητικὴν & commutatiuam, h. e. συναλλακτικήν. Prior pertinet ad præmia & pœnas diſtribuendas pro ratione & varietate meritorum: altera verſatur circa contractus & æquabilium rerum permutationes, pareſque compenſationes: Vtramque autem & magiſtratus, & priuatus colere debet; Nam & commutatiua vtitur magiſtratus, cum ius dicit de ſarciendo damno dato. Et diſtributiua vtitur priuatus, cum gradus officiorum obſeruat erga parentes, liberos, amicos, hoſpites. Vtriuſque medium eſt idem, nempe æqualitas. Sed iubet Ariſtoteles hanc æqualitatem in diſtributiua iuſtitia ſumi proportione Geometrica: in commutatiua vero proportione Arithmetica. Nam ſi vel munera decernantur, vel pœnæ infligantur: alia munera ſenibus: alia iunioribus competunt, l. ſemper, ff. de iur. immunit. Et in pœnis non omnes iiſdem coercentur, l. non omnes ff. de re milit. At in contractibus & commerciis omnia ad proportionem Arithmeticam exiguntur: vt in homicidio nihil intereſt, ſeruus an liber occiſus. Nam quantum ad l. Corn. de ſicar. omnes æqualiter ſunt homines, l. 1. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Porro quæ dicatur proportio Geometrica & Arithm. vide infra in verbo Proportio.

Ivstitia particularis eſt duplex. Diſtributiua, quæ vnicuique ſuum tribuit meritum, & pœnam, habita perſonarum ratione. Commutatiua, quæ rerum communicationem per formas conſtituit, æqualiter ab omnibus ſeruanda, non diſtinguens, perſonas. Quod tyro iuris diligenter obſeruabit. Prat.

Ivstitiam edicere, & intermittere iuriſdictionem, apud Cic. de Aruſp. reſp. iuſtitiam remittere apud Liu. ſicut iuſtitiam indicere, teſte Bud. Spieg.

Ivstitiarii hodie ſunt vmbra quædam illorum, qui olim νομοφύλακες apud Græcos dicebantur, deſignati ad cuſtodiam iuris & æquitatis, c. ex literis, de pignorib. Prat.

Ivstissima abſentiæ cauſa ſtudiorum, l. nec non, ff. ex quibus cauſ. maior. Spieg.

Ivstitium, diem adicen Lucianus appellat. de Iuſtitio, Liuius, Lucanus & cæteri quoque meminerunt. Clauſaque iuſtitio triſti fora: Lucanus, Sinceriora exemplaria ſeruant adhuc non iuſtitio, ſed iuſtis, hoc, eſt feralibus parentationibus, cadauerinis ſupplicamentis. Apollin. Iniuſtè tibi iuſta perſoluta. Ioh. Bapt. in comment. epiſt. Sid. Apoll. ad Deſideratum lib. 2.

Ivstitium iuris ſtatio eſt, quaſi inhibitio. Quod verbum olim licet publicam iuris ceſſationem ſignificaret, quo tempore lege agi non poterat, nec tria verba Prætori dicere licebat: Do, dico, addico. Poteſt tamen & priuatam iuris ceſſationem moribus noſtris ſignificare, vt exiſtimat Bud. in prioribus annot. &c.

Ivstitium indicere. Suet. in Galba. quando ius ſtat. Briſſon.

Ivstitium, iuriſdictionis intermiſſio, quas vulgus Vacationes vocat, Cicero ad Attic lib. 4. epiſt. 26. Fauere iuſtitio, & omnium rerum licentiæ. Gellius lib. 20. c. 1. velut quoddam iuſtitium, id eſt, iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam & ceſſationem. Tertul. lib. de reſurrect. carn. vbique ait, iuſtitium eſt, quies rerum Prat.

Ivstiniana Carthaginen fuit in Africa No. 131. ex eo nomen adepta Iuſtiniani, quod is eam Romano Imperio vindicarit & reſtituerit, vt Phocius ſcribit. Alia Iuſtiniana ſecunda in Cypro inſula patria Theodoræ vxoris, vt Nicephorus Calliſtus ſcribit. Omnes donatæ archiepiſcopo primæ Iuſtinianæ, de quo in d. N. 131. in qua pro [illegible] legendum [illegible], id eſt, præualitanæ. Alia Iuſtiniana noua in notitia Nouel. 8. & alia Nouel. 28. Cuiac. in expoſitin. Nou. Iuſtin. 11. de prima Iuſtiniana.

Ivstos dies, in ll. 12. Tab. dictos ait Gell. lib. 20. c. 1. qui iudicatis dantur: quia interim ſuſpenditur omnis executio, fitque quædam interſtitio ſeu ceſſatio iuris, vnde & iuſtitium dictum Quo fit, vt ſicut à dictione mœſtus, ſtultus, lætus, deducitur mœſtitia, ſtultitia, lætitia: eodem modo à Iuſto deduci iuſtitium, dicendum ſit, quod quidem iuſtum dicatur, & quo vis omnis ſubmota eſt. Feſtus Pomp. lib 9. Macrob. lib. 1 c. 16. iuſti, inquit, dies dicebantur 30. cum exercitus eſſet imperatus, & vexillum in acie poſitum. Opinatur Alciat. quod interim vis omnis ſiſteretur. Vnde conſequens eſt, à iuſtitia ius ipſum dictum: non econuerſo, vt Grammatici exiſtimant, à iure iuſtitiam. Lege cap. 29. lib. 1. Parerg. Spieg. Briſſ.

Ivstvm, iniuſtumque, duo in Iure ſignificant. Interdum id quod rationi atq; æquitati innixum eſt: ita iuſtum & iniuſtum poſſeſſorem vocamus, & iuſtam ac iniuſtam petitionem & cauſam. Interdum vero, quod ſecundum Legis ſolennem ritum ordinatum eſt, ſic iuſtæ nuptiæ, & vxor ea: item iuſti filij, iuſta ſententia, & iuſtum quoque ac iniuſtum teſtamentum. Spieg.

Ivstvm appellatur, quod ſecundum iuris ciuilis regulas contractum eſt: veluti iuſtæ nuptiæ, id eſt, legitimæ, quæ ſecundum iura ciuitatis Rom. inter puberes ciues contrahuntur, Inſt. de nupt in princ. l. 5. l. 12. 18. ff. de ſtat. hom. l. 18. 54. ff. de rit. nupt. l. vlt. C. qui per rut. l. 38. de legat. 1. l. 6. C. de nupt. Eodemque ſenſu iuſtum matrimonium, l. 13 ff. de his quæ vt indig. l. 1. ff vnde vir & vxor & apud Quint. lib. 5. c. 10. & apud Suet. in Neron. c. 18 Briſſ.

Ivstvm generaliter dicimus, quod eſt numeris omnibus abſolutum, ait Balduin. tit de nupt.

Ivstvm & honeſtum ſicut non ſeparantur, ita nec vtile & honeſtum, aut vtile & iuſtum, l. quamuis mulier, ff. ſolut. matr. ſemper in coniunctionibus, ff de ritu nupt. Prat.

Ivstvm matrimonium eſt, ſi inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium ſit, & tam maſculus pubes quam fœmina potens ſit: & vtrique conſentiant, ſi ſui iuris ſunt: aut etiam parentes eorum, ſi in poteſtate ſunt. Vlpian. cap. Inſtit. 5. Hot. Prat.

Ivstvm pactum IC in l. Stichum, ff de ſolut. vocat. non ſolum legitimum, ſed & plenum: ac non nudum, vt annotat Aldobrand. Inſtitut. de libert §. libertinorum autem.

Ivstvm prælium, Iuſtum exercitum hiſtorici dicunt, id eſt magnum Aſconius, iuſtas inimicitias, pro magnis apud Cic. expoſuit. Spieg.

Ivstvm precium, id eſt, currens in eo loco, vbi diſtrahitur l. ſancimus, 28. §. hiſque adiicimus, 5. C. de adminiſt. tut.

Ivstvm precium rei non eſt eius dimidium, ſed integrum & verum Goth. ad l 50. de furtis, & ad l. 2. C. de reſcind. vend.

Ivstvm autem bellum (quod & pium dicebatur) quod indicebatur rebus repetitis, non ex libidine ſumptum. Cum autem iuſta bella ſuſcepta ſunt, ſunt etiam iuſtè gerenda, non perfidioſè, non fœdifragè, non acerbè, non ad internecionem.

IVSTVM dominium pro legitimo in l.pen. ff. de publican. l.57. ff. mandat.

IVSTVM ſepulchrum, quod religione tenetur, l.43. ff. de relig. Lucan. lib. 9. Iuſto dare thura ſepulchr. Iuſta funerum ſolennia Latini vocant, ab eo forte quod l. 12. tab. præſcripta eſſent, vt apud Athenienſes Solonis legib. Sic iuſta facere l.2. in fin. ff. de in ius voc. l.20. ff. de acq. hære. quod & Cic. pro Sext. Roſc. Iuſta ſoluere dixit.

IVSTVM teſtamentum, iure factum, & in quo ſolennia interuenerunt, l.22. de acq. hæred. Briſſ. Prat. vide Iniuſtum teſtamentum.

IVSTVM vadem, idoneum ſponſorem interpretatur Feſt. lib. 9.

IVSTVS qui præcepta iuris ſeruat. Nam à Iure dicitur. Ponitur & pro mediocri, h. e. quod nec debito minus eſt, nec modico excedit. Sic iuſta menſura dicitur, h. e. æqua, & quæ neque maior, neque etiam minor eſt, quam debeat. Spieg.

IVSTVS, pro vero. Vnde apud Iuriſconſ. qui filium adoptat, interrogatur: an velit eum, quem adoptat, iuſtum ſibi filium eſſe, id eſt, verum filium. Bud. contra. Iuſtus apud Iuriſconſ. frequens, non ſatis (vt arbitror) intelligitur. Caius de arrogatione loquens: Is qui adoptat, inquit, rogatur, an velit eum, quem adoptaturus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe. Iuſtum intelligo, non verum, vt aliqui cenſent, ſed omnibus partibus (vt ita dicam) filiationis, vt filij vicem obtinentem, naturalis & legitimi filij loco ſedentem. Spieg.

IVSTVS dolor, qui ex magna cauſa ortus eſt, & excuſationem meretur, l. ſi adulterium, §. Imperatores, ff. ad leg. Iul. de adult. Prat.

IVSTVS error, probabilis & excuſabilis, l.2. ff. de minor. l.15. ff. de vſuc.

IVSTVS hæres differt à legitimo, vt iuſtus filius differt à legitimo. Natus enim ex concubina ſecuto poſtea matrimonio, legitimus eſt filius, §. vlt. de nupt. non tamen dicitur iuſtus. Iuſti enim filij dicuntur, qui poſtea nati ſunt. Quam diuerſitatem ſentire viſus eſt Iuſtinianus in l. Cum quis, §. 1. C. de natural. lib. Sed clarius Apuleius 2. apolog. dum loquitur de patruo, qui fratris filio parabat inſidias, vt ei hæres eſſet. Sciebat (inquit) inteſtati pueri legitimum magis quam iuſtum hæredem ſe futurum. Aldobran.

IVSTVS hæres dicitur, qui pleniſſimo titulo & legitimo, hoc eſt, cognationis nomine accepit hæreditatem inteſtato, quaſi omnib. iuris partib. pene hæret, l.3. §. de illo ff. pro ſoc. Prat.

IVSTVS pater, & iuſtus filius dicitur, qui ex legitimis nuptiis pater filiúſve eſt, l.23. ff. de capt. l.44. ff. de rit. nupt. l.11. & 12. ff. de ſtatu hom. Hot. Prat.

IVSTVS poſſeſſor & petitor eſt etiam, qui ex liberalitate accepit. vt ait Vlp. l. ſed etſi §.1. ff. de Publicia. actio. Spieg.

IVSTVS tutor iure datus, l.27. ff. de teſtam. tutel.

IVVANCVS, quem bos peperit, l.10. § fin. ff. de vſurpat. Briſſ.

IVVENILI leuitate ductus, §. Scæuola, l. quod ſi minor. ff. de minor. Spieg.

IVVENIS talis ſi interueniat, cui præſtanda ſit reſtitutio: ipſo poſtulante præſtare debet: auctor Caius, l. illud nullam, ff. de minor. Spieg.

IVVENIS plerunque eſt adoleſcens, qui nondum eam attigit ætatem, qua virilis vigor completur. Sic curator iuuenis, l.14. §. vlt. de appellat. Briſſ.

IVVENES Iuriſconſ. dicuntur, qui adoleſcentium exceſſerunt ætatem, quod incipiant inter ſeniores numerari, ff. de leg. 3. l. non aliter, §. 1. cum ibi, §. modus, ff. de tranſact. Quamuis Vlpian. pro adoleſcente vſurpat, in l. ſi pecuniam, ff. ſi cert. pet. Bald. in l. cum antiquiorib. C. de iure delib. dicit, vmbram ſenis doctoris eſſe potiorem, quam doctrinam alicuius iuuenis: tametſi Gloſſ. in Aut. de Monach. §. ordinationem: col. 1. velit, quod excellentis doctrinæ iuuenis, & nobilitate conſpicuus, præferendus eſt ſeni. Fr. Syluius annotauit, Adoleſcentes & iuuenes eoſdem eſſe, hos ſcilicet, qui annum 17. exceſſerunt, nec dum 47. attigerunt. Spieg.

IVVENES ait Callistratus in l. 28. §. 3. ff. de pœnis, qui ſe vulgo quidem appellant, ſolent in quibuſdam ciuitatib. turbulentis ſe acclamationib. popularium accommodare: quod ſi amplius nihil admiſerunt, nec ante ſint à præſide admoniti, fuſtibus cæſi dimittuntur, aut etiam ſpectaculis eis interdicitur: quod ſi ita correcti in eiſdem deprehendantur, exilio puniendi ſunt: nonnunquam capite plectendi, ſcilicet, cum ſæpius ſeditioſè & turbulentè ſe geſſerunt: & aliquoties deprehenſi tractati clementius in eadem temeritate propoſiti perſeuerauerunt. Dicuntur autem in d. §. 3. iuuenes, ad circum ac Theatra pertinebant, vnde & ſpectaculis eis interdicitur. Suet. in Neron. Iidem Auguſtani apud Tacitum & in quodam lapide Capuano vocantur. Iuuenes quorum hic fit mentio apud Harmenop. 6. tit. 7. νεωτερικοὶ dicuntur. Gothoſt. ad d. §. 3.

IVXTA, quot modis accipiatur, Bar. exponit in l. 1. ff. de Teſt. & in Extrauag. Ad reprimendum. Quo vero modo, Iuxta, Penes, & Apud, differant, declarat Iuriſconſ. in l. penes, de verb. ſig. vide infra, Penes te. Albericus indicat, quibus locis, iuxta pro ſecundum ponitur. Spieg. Iuxta ædificium, monumentum, ex ff. Briſſ. Iuxta conſtituta, id eſt, ſecundum. Sic iuxta iuris publici authoritatem, ex ff. Briſſ.

K.

K Litera, Latinis in vſu non eſt: niſi in dictionibus Græcis, quibus tanquam Latinis vtimur. Græci Cappa vocant: apud quos iactatum olim ænigmatis vice, τρία κάππα κάκιστα, i. e. tria peſſima Cappa, Eraſm. in Chiliad. indicat & explicat. Sp.

K, Quorundam nominum notam eſſe M. Fabius ſcribit lib. 1. c. 4. inter redundantes collocans. Eod. lib. c. 7. idem in hæc verba: K quidem, ait, in nullis verbis vtendum puto, niſi quæ ſignificat, etiam vt ſola ponatur. Hoc eo non omiſi, quod quidam eam, quoties A. ſequatur, neceſſariam credunt, cum ſit C litera, quæ ad omnes vocales vim ſuam perferat. Verum Orthographia quoque conſuetudini ſeruit: ideoque ſæpe mutata eſt. Hactenus ille Priſcianus lib. 1. K, inquit, & Q. Quamuis figura & nomine aliquam videantur habere differentiam, cum C. tamen eandem tam in ſono vocum, quam in metro continent poteſtatem: & K quidem ſuperuacua eſſet. Prat.

K ſola litera, in ſubſcriptionibus Conſtitutionum C. Theod. & Inſt. ſignificat Kalendas, vt refert Magn. in Notis iuris. Significat etiam chariſſimè; in earundem inſcriptionibus geminata KK chariſſimi, eodem interprete. Prat.

K A.

Κακοτεχνία, ars ad perniciem hominum intenta, κακοτεχνοῦντες & κακομήχανοι, ſunt qui noxiis artibus vtuntur: qui coerceri iubentur, ff. de extraord. crim. Spieg.

Κακοξενίας apud Lucanos tenebatur, qui, occaſo ſole, diu errantes homines notos, ignotoſq; domo non exciperet (ſic enim apud Alex. Neapolitanum lib. 4. c. 11. legendum putem: non exigeret) mulctamque eo nomine pendere cogebatur. Prat.

Κάδισκος, vrna ſuffragiorum, Iulius Pollux lib. 8. c. 1. περὶ καδίσκων δικαστικῶν: καδίσκους μὲν οὖν, ait, ἐπὶ ἀγγεῖον ᾧ τὰς ψήφους ἐγκατέθεντο. Duo fuerunt cadiſci apud veteres, in quos calculos mittebant iudices. Alterum κύριον vocabant, alterum ἄκυρον. Sunt & pocula ex hoc nomine. Bud. Spieg. Prat.

Καιρός, tempus, id eſt, occaſio & opportunitas. Quamuis omnino plus quiddam eſt quam tempus: nempe articulus, Ipſumque momentum, ac punctum (quod aiunt) in quo res ſit agenda. Spiegel.

KALENDÆ, inquit Varro lib. 5. de ling. Lat. primi dies menſium nominati, ab eo, quod his diebus kalentur dies menſis Nonæ à Pontificibus quintanæ ve, an ſeptimanæ ſint futuræ Quinque Kalo Iuno Nouella. Septem Kalo Iuno Nouella. Macrob. autem in 1. Saturn. ſic priſcis temporibus, antequam faſti à C. Flauio ſcriba inuitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ lunæ primum obſeruaret aſpectum, viſamque Regi ſacrificulo nunciaret. Itaque ſacrificio à Rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex, Kalans, id eſt, vocata in Capitolium plebe, quot numero dies à Kalendis ad Nonas ſupereſſent pronunciabat: & quintanas quidem, quinquies dicto verbo Kalo ſeptimanas, repetitio ſepties prædicebat. Et hunc diem, qui ex his diebus, qui Kalarentur primus eſſet, placuit Kalendas vocari. Hot. Calendis ſi quis ſtipuletur ſibi dari, nec aliud adiiciat, quid actum eſſe, intelligi, vt quæritur: Et ait Vlp. ſi non poſſit apparere quid actum ſit, de primis Calend. verba accipienda eſſe. Nihil enim occurrit veriſimilius: quia ſi ex mente promiſſoris interpretemur, facilè fiet, vt inutilis eluſoriaque reddatur ſtipulatio, contra præſumptam contrahentium voluntatem, l. Quoties, ff. de verb. obl. Si vero nulla veriſimilitudo ſtipulatorem iuuaret: contra ipſum potius, quam contra promiſſorem interpretaremur, l. ſtipulatio iſta §. in ſtipul. ff. de verb. obl.

KALENDÆ primæ, ſecundæ, tertiæ, quintæ, dici putantur à Iuriſconſultis pro vno, duobus, tribus & quinque menſibus, Celſus l. liber. 59. § ſi ita, de hæred. inſtit. Titius ſi intra tertias Kalendas nauis ex Aſia venerit, hæres eſto. Vlp. l. 1. §. ſi quis, de verb. obl. Si intra interrogatus, intra Kal. quintas, reſponderit, Dabo idibus: non obligatur. Martial. lib. 1.

Atque intra, puto, ſeptimas calendas
Mortes hæc tibi quatuor dederunt.

Franciſ. Duaren. d. l. 1. §. ſi quis. Alij autem Calendas quintas interpretantur menſis Quintilis ſeu Iulij: ſed Duareni interpretatio iuuatur conſuetudine loquendi veterum, apud quos primarum, ſecundarum & tertiarum Cal. frequens eſt mentio. Vidi tamen Catonem in re ruſtica primas Kalen. dicere, pro Primo die cuiuſque menſis. Hot.

KALENDARII nomine, Accurſ. intelligit generatim debitorum nomina: Cum Iureconſultis, apud quos vocabulum hoc in vſu eſt, tantùm, & propriè, fœnebre debitum notet. Spieg.

KALENDARIO præpoſitus ſeruus, in l. pen. ff. de reb. cred. pro fœnerandis exigendiſque pecuniis. Et

KALENDARIVM exercere, l. vxorem, 41. §. legauerat, ff. de leg. 3. Hinc

KALENDARIO deſtinatæ pecuniæ, id eſt, fœnerationi, l. 62. ff de lega. 3. In Kalendarium conuerſa pecunia, id eſt, fœnerationi,

à labendo dicta: Vlpian. l. 15. §. Seruius, & l. vlt. ff. locati. Notantur in Theſauro Ciceronis duo ex lib. 1. de diuin. loci. Tantos terræ motus in Liguribus, Gallia, compluribúſque inſulis, totâque in Italia factos eſſe, vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ ſint, terræque deſederint. Et alio eiuſdem libri loco. Delata etiam ad Senatum labes Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terræ deſediſſet. Sic etiam apud Liuium lib. 42. Dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. Et in libro Varior. auct. de limitibus. Tum etiam terra à tempeſtatibus vel imbribus plerunque labe mouebitur. Maximè autem ad d. §. Seruius, faciunt hæc Quintil. Declamat. verba. Non enim vulgaris illa labes frumenti fuit, nec qualis alias accuſari ab agricolis ſolet perfidia terrarum. Briſſon.

LABES pudoris, in l. 17. C. de excuſat. tut. id eſt, infamia: Labes maleficiorum, l. 9. C. de malefic. & mathem.

LABES item eſt, vt ait Feſtus, macula in veſtimento, & deinde metaphoricè tranſfertur in homines vituperatione dignos. Vnde Labes hæretica dicta Canoniſtis, c. vt officium, §. 1. ext. de hæret. lib. 6. Spieg.

LABI dicuntur facultatibus, qui ad inopiam rediguntur, ſiue caſu id acciderit, ſiue bona prodegerint, ſic, vt non ſoluendo fiant, l. 2. §. ſi eo tempore, ff. de admin. rer. ciuit. l. 9. §. 1. ff. de admin. tut. Etiam labi ſimpliciter in eundem ſenſum noſtri dicunt, l. 14. ff. de admin. tutor. Ineſt autem hoc in verbo repentini caſus ſubitæque mutationis ſignificatio. Itaque labi facultatibus belliſſimè cum Papiniano interpretabimur rem familiarem inopinato fortunæ impetu amittere, l. 4. ff. vt in poſſeſſ. legat. Briſſ.

LABI, cadere, corruere. Labitur ædificium, id eſt, ſubito ruit, 3. Labi, id eſt, errare. Labitur in perſona, id eſt, errat. 4. Errore, vel iuris imperitia, alióve quo caſu imprudenter peccare. Br.

LABI in hæreſim, pro deficere ab Orthodoxis, in Decretis Pontificum. Labi in impudentiam, apud Varronem legimus. Dicuntur Labi & ij, qui ad egeſtatem vergunt iactura, & infortunio. Vlp. in l. 5. §. ſi magiſtratus, de magiſtr. conuen. Quod ſi, inquit, idoneum exegerit, quamuis poſtea facultatibus lapſi ſunt tutores, nihil eſt quod ei qui dedit, imputetur. Non enim debet magiſtratus futuros caſus & fortunam pupillo præſtare. Spieg.

LABI mente, pro delirare Spieg.

LABI vetuſtate dicuntur oppida, in l. 11. C. de oper. publ.

LABIA doloſa. Vide Dolus. Diuus Auguſt.

LABOR, eſt functio quædam vel animi, vel corporis, grauioris operis & muneris, auctor Cic. 2. Tuſc. Briſſon.

LABOR corporis quamuis exiguus, maior cenſetur quolibet precio. De qua re latius Bart. diſſerit in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. profert. Obſeruandum quod tam labor, quam pecunia diuiſionem recipiat, eius exemplum habes apud Papinianum, de ann. legat. l. Seio amico. Spieg.

LABORARE aduerſo caſu, egeſtate, infamia, nota, morbo, ex ff. Briſſ.

LABORARE, pro angi, ſolicitum eſſe. Vlp. in l. 1 § idem Pompon. ff. de dol. mal. Veluti (inquit) ſi ſtipulatio tam turpis de dolo malo facta ſit, vt nemo datutus ſit ex ea actionem: non debere laborari, vt habeam de dolo malo actionem. Old. Prat.

LABORANTE naue, pro periclitante, Paulus dixit in l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iact. Spieg.

LABORATI libri, id eſt, elucubrati, multóque labore ac induſtria facti.

LABOREM ferre dicuntur, qui fruſtra laborant: quaſi nihil fructus è labore reportantes, præter laborem ipſum.

LABORIOSO deſidioſus opponitur. Briſſ.

LABORVM ſeu Labarum magnum erat vexillum, vulgo etiam laborũ ſolutio, ſiue [illegible] dictum, vt Nazianzenus ſcribit in l. 1. Stelitentica: & Sozomen⁹ lib. 1. c. 4. [illegible] vocat. Vnde in actis Nicenæ II. vt teſtatur Iacobus Cuiac. ſignum quod Sozomenus hiſtoriographus Conſtantinum in crucis vſum conuertiſſe memorat, dicens: iuſſit viros eruditos ex auro & lapidibus precioſis in vexillum Crucis transformare, quod laborum vocatur. Hermias huius verbi meminit his verbis: [illegible]. Quidam volunt laborum fuiſſe exercitus ſummum vexillum, quod imperatori præferri, & à militibus adorari ſolebat, & circiter Adriani tempora vſurpari cœptum. Labara in plurali nominat Tertul. in Apologet. Sipara illa vexillorum, & candes labarorum Stolæ crucium ſunt: ita enim legendum vult Ioſ. Scal. in Feſt. in voce ſtipatores. Vet. cor. labarorum cantabrorum, quod & extulit Arnobius his verbis: Nam & ſigna ipſa & cantabra & vexilla caſtrorum quid aliud quam inauratæ cruces ſunt & ornatæ? Prudentius in carmine de Conſtantino, qui Crucis ſigno laborum ornauit:

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum —

Hinc tamen Græcorum illorum opinio refutari videtur, qui laborum præcisè dici putant, pro ſolutio laborum, [illegible], vt ſupra oſtendimus. Formam eius copioſè deſcribit Euſebius lib. 1. de vita Conſtant. vim autem & effectum, eiuſque cuſtodes lib. 11 Prat. Hinc

LABORVM præpoſiti, ſub C. de præpoſ. labor. lib. 12. qui laborum, vt quæque pars in acie laboraret, in eam quaſi auxilij & liberationis vice inſerebant: huiúſq; rei, Euſebio teſte, iam olim à Conſtantino præpoſiti erant milites 50 qui vt ex C. Theo. liquet, ex protectoribus & domeſticis erant: & ob id poſt tit. de domeſt. & protect. datur titul. de præpoſ. labor. Prat.

LABORVM præpoſiti l. 1. C. de præpoſ. labor. lib. 12 Signiferi in exercitu Romano, qui ex bellicis ſignis præcipuum & ſummæ dignationis habitum geſtabant Briſſ.

LABRA apud antiquos in balneis foſſæ lapideæ dicebantur, vt ſcribit Vitruu. Cotta.

LABRATVM oſculum appellatur principis ab antiquo Gloſſematum ſcriptore his verbis: labratum, [illegible] ſed patiendi ſenſu accipiendum eſt, vt id accipiat princeps, non det. Dicitur autem à labris, vt oſculum ab ore. Id in Conſtitutionibus Codicis appellatur adoratio & veneratio principis purpuræ & imperij, l. 3. C. de conſulib. l. 1. C. de appel. præf. præt. l. 1. C. de app. præf. vrb. l. 1. de præp. ſacr. cub. & aliis pleriſque locis Prat.

LABRVM, idem quod Labium. Vnde primoribus labris, ſiue labris deguſtare, pro eo quod eſt, breuiter ob quippiam attingere, dicimus. Reperitur tamen Labrum, pro marginibus & extremis oris fluminis, lacus, fontis, & huiuſmodi, quæ leni aquæ motu perluuntur Bald. admonuit. Labra ſignificare apud Vlp. in l. fundi, alias l. limes, de act. empt. cratere lapideos, quibus aqua ſaliens ex ſiphunculis concipitur. Alphenus in l. ſi quando, §. 1. ff. ſi ſeru. vend. Labra, pro vaſis vinitoribus accommodatis, vſurpaſſe videtur. Arcenſ. biſariam interpretatur: poſtremum quidem more ſuo ſcilicet genus herbæ: quod Labrum aſininum vocetur, Plin. meminit Labri venerij herbæ in flumine naſcentis. Nebr. ait, Labrum vas eſt patulum grandioris aquæ capax. Spieg.

LABRVSCA ficus connumeratur inter genera ficorum à Gothofred. in not. ad l. 205. ibi duraciuor, ff. de verb. ſignific.

LABYRINTHVM & hodie vocant Cauſarum patroni rem quampiam vehementer & impeditam, & inextricabilem. Canoniſtæ habent ſuum erroris Labyrinthum Spieg.

LAC, ſuccus maternus quo animalia nutriuntur. Lac in pecoris fructu eſt, §. in pecudum, Inſt. de rer. diuiſ. l. in pecudum, de vſur. Bartolo Lac inter fructus induſtriales numeratur, in repetit. l. ex diuerſo, ff. de rei vend. Modicum lac intelligitur, quod non ad compendium, ſed ad vſum præſtatur, l. plenum, ff. de vſu & habit. Spieg.

LACCARIJ in l. 1. C. de excuſ. artif. qui lacus, foſſas, vel puteos effodiunt, [illegible], vt interpretantur Baſilici interpretes. Prat. Briſſ.

LACVS: vide infra ante verbum Lædere ad omne.

LACERATVM, pro diſciſſo, vulneratóve, apud Vlp. de ædil. edict. in l. item Ofilius ait Spieg.

LACERTVS, piſcis qui à Græcis σαῦρος dicitur. Dictus Lacertus, quod ad ſimilitudinem lacertorum picturas habet. Commendabantur autẽ lacerti Sexitani ex Hiſpaniæ vrbe Sexi. Martial.

Et Sexitani ponatur cauda lacerti.

Ex lacertis autem fieri ſolita eſſe ſalſamenta, oſtendit Cornel. Celſus dicens: Piſcium qui ex media materia ſunt, ex quibus ſalſamenta quoque fieri poſſunt, qualis eſt lacertus. Sexitanorum ſalſamentorum meminit Strabo Huius piſcis meminit Iuriſconſul. in l. qui penum, de penu leg. lacertos, inquit, cum muria ſua contineri. Nebr. & Maiorag. Miſcell. lib. 2. c. 9. Adde Forcat. in ſuo penu iur. ciu. c. 20.

LACERTÆ. Lacertas cum muria. Ita legit Briſſ. & alij in d. l. qui penum.

LACESSERE famam patroni, Papin. ait, in l. ſi adulterium, de adul. non facilè liberto conceditur, quod nobis eſt, *Antaſten, anmaſſen, anreizen, verunglimpffen*, inſectari, ſuggillare. Briſſ. Laceſſimus autem, hoc eſt, prouocamus, ſiue impellimus, ſcripto, voce, verbo, facto, & tam in bonum quam in malum accipitur. Spieg.

LACETANI, populi: Sic enim legit Hugo à Porta l. 8. in princ. ff. de cenſib. vbi Cuiac. 10. obſ. 35. Iaccetanos legendum putat. Vide Gothof. in d. l. 8. in prin.

LACHANIZARE, vulgo dicebant Languere, teſte Sueton. in vita Octauij Cæſaris: pro quo Auguſtus notauit Betizare: adnotauit Eraſmo Natalem Bedam. Spieg.

LACHRYMÆ fœminarum ſimulata l. 1. §. ſerui quotiens, ff. de SC. Silan. His hodie negligentiam iudicum vehementer impugnant tenuiores. Old

LACONISSARE, non eſt paucas ſyllabas ſcribere, ſed de rebus plurimis paucas, auctor Gregorius Theologus iudicante Eraſm. Spieg.

LACTANS dicitur, quod lac reddit & præbet. Lactens vero cui præbetur, & quod lac ſugit.

LACTANTIA Celſus vocat omnia, quæ lac emittunt, vel pro iis, quæ vulgo Lacticinia dicuntur, accipit vel pro cibis lactariis. Dicitur vero Lactariũ, & quod ex lacte confectum eſt, & quod

ex ſe ac producit. Hermol. Barbarus non probat eos qui ex lacte quoquo modo cibum vocant Lacticinia. Spieg.

Lacvna vbi aqua contineri poteſt, Varro 4. de ling. Latin. & Goth. ad l. 1. §. lacus eſt, 3. ff. vt in flum. publ.

Lacvnam explere, pro ſarcire damnum, etiamnum in ſulis vſurpatur. Gell. lib. 1. cap. 3. famæ lacunam dixit, pro macula. Quin & in libris, teſte Eraſm. mendum dicitur, quod deprauatum eſt: lacuna, vbi deeſt aliquid: illud eluitur, hæc expletur. Spieg.

Lacvnar, Laquear, ſiue Lacus, eſt tecti elegantior fabrica, Vlp. de fund. inſtruct. l. quæſitum. Scalæ, inquit, quæ lacunaribus admouentur. Nebr.

Lacvs, ait Varro lib. 4. de ling. lat. lacuna magna, vbi aqua contineri poteſt. Seruius in lib. 8. Æneid. Lacus eſt quidem adhuc latentis aquæ receptaculum: & dictus, quaſi lacona quædam, ex qua erumpens aqua efficit fontem: qui cum fluere cœpit, alueum facit. Briſſ.

Lacvs eſt, in quem quidem aquæ & flumina labuntur, ſed nullibi redeunt, ita vt ſemper ſtare videatur: aut, ſi aqua tranſeat, per medium lacum, eius tamen aqua hinc neque augeatur, neque minuatur, neque etiam palam refluere videatur. Vnde auctore Eraſmo in Chiliadibus vinarium vas, quod vuarum liquorem è torculari profluentem recipit, per metaphoram lacum dici, in l. ſi ſeruus, §. fin ad leg. Aquil. D. Gœdd. in comment. ad l. litus publicum, 112. n. 2. ff. de verb. ſign.

Lacvs duplici in ſignificatione apud Iuriſconſultos reperitur: interdum enim laeus vaſis genus eſt. Vnde apud Vlp. in l. ſi ſeruus ſeruum, §. fin ff. ad leg. Aquil. legitur. (licet alij pro lacu laccum hic legant: vide paulo poſt Laccus) Si victori locaueris lacum vino plenum curandum, & ille eum pertuderit, vt vinum ſit effuſum, Labeo ſcribit in factum, agendum Eraſmus indicat, vinarium lacum dici, in quem exprimitur vuarum liquor. Interdum vero lacus eſt quod perpetuam habet aquam l. 1. §. lacus vt in flum. publ. ff. facit. l. lacus, de acq. rer. dom. ff. Et tunc ſeparatur à ſtagno, quod temporalem aquam tenet, d. §. lacus. Planè lacus dicitur, etſi aquam perpetuam non habeat, ſed quæ aliquando areſcat, l. 12. ff. de acquit. rer. dom. l. 24 de aqua & aqua plu. l. 28 ff. de ſeru. vrban. præd. Pr. Lacum autem in ſuo facturus, cum interualla à fundamento vicini cubitorum ſex & beſſis extruito. id enim ſpacium ſatis idoneum eſt, ad impediendam aquam à vicini pariete. Conſtantin. Harmenop. in ſua Epitom. iuris, tit. 4. lib. 2. de nouis operib. Auchuran.

Lacvs perpetuus dicitur, qui ſua natura talis eſt, & qui raro, nec niſi magnis caloribus exareſcat. Con. lib. 4. c. 9. n. 1.

Lacvs piſcatorij, l. 4. §. lacus, ff. de cenſib. Huiuſmodi olim erat lacus Lucrinus, qui publicè fruendus dabatur, auctore Feſto lib. 10. ad fin. Prac.

Lacvs publicus, à priuato differt: quod publicus eatenus publicum litus habet, quatenus hybernus fluctus maximus exæſtuat. At in priuato id tantum littoris conſtituitur, quatenus actum eſt, & in eius venditione tempus contractus obſeruatur, l. Rutilia, ff. de contrah. empt. Spieg.

Laccvs. Iſidor. lib. 15. Etymol. c. 16. Laccum dictum ſcribit, quod ibi decurrat frugum liquor.

Laccvs pro vaſe torculario, vt exiſtimat Bud. ad l. 27. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. Item ſi tectori, inquit Vlpian. locaueris laccum vino plenum curandum, & ille eum pertudit, vt vinum ſit effuſum. Iacob. Cuiac. obſer. lib. 10. c. 9. labitur eo, vt exiſtimet Laccum eo in loco aliud nihil eſſe, quam quæ vini Ciſterna dicitur, l. vulgaris, §. ſed ſi de naui, ff. de feriis: quam in terra defoſſam tectorio inducere & incruſtare intus forisque ſolebant, quod his Suidæ verbis confirmat: Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλοι τὴν ἰταλίαν ὀρύγματα ὑπὸ τὴν γῆν ποιοῦντες, ἀσφαλίζοντες καὶ γυψώσαντες καὶ περιχρίοντα, καὶ τοῦτο ποιοῦντες εἰς ὑπεδέχοντο καὶ ἔλαιον εἰς αὐτά. ἐ ζῶντα λάκκους ἐκάλουν. V. paulo ante Lacus duplici.

Lædere ad omne genus offenſionis transfertur. Qui dolo lædit aduerſarium, infamis eſt: adi Spec.

Alterum non Lædere l. 10. §. 1. ff. de Iuſt. & Iur. id eſt, alterum damno vel iniuria non afficere.

Lædere famam, pro detrahere famam, quam quis iam omnium conſenſu obtinuerit: Quod & de poſſeſſione deiicere dicitur: ex ſermone Iuriſconſultorum, vt oſtendit Eraſm. Spieg.

Lædere fidem. *Trevvloſs vverden.*

Lærtas. Nannius lib. 5. Miſcellan. addit Lucomones dici ſolitos Reges Hetruſcorum, qui 12. erant, ſecundum 12. populos, qui autem iſtis omnibus imperitabat, Laetem appellabant, vnde adhuc Angli ſatrapas ſuos Lordas vocant.

Læsio pro damno & iniuria: vt inferre læſionem. Briſſ.

Læsvs qui damnum paſſus eſt. læſus minor dicitur, qui captus fraudatúſque eſt. Briſſ.

Læsva enormiter dicitur, quando fit exceſſus vltra dimidiam partem, l. 27. §. 2. ff. ad arb. Gothof. ad l 80. ff pro ſocio.

Læsoa ex delicto, vel quaſi ex delicto, venire etiam nomine creditorum, omnium Doctorum conſenſus eſt, Rofredi ſententia exploſa: qui ſolus diuertebat, quod iſta res habere damnum pecuniarum: Vide Enarrat. Zaſij in §. item ſi quis. Inſtit. de act. Spieg.

Lætho dare, id eſt, interficere, in l. 1. C. de cuſtod. reor.

Lætoriæ legis capita quædam exponit Briſſ. lib. 3. ſelect. Antiquit.

Lagena, genus vaſis teſtacei, non tam ad aquam quam ad vinum, & alios humores continendos accommodatum. Menſuræ etiam nomen eſſe, Budæus in de Aſſe, oſtendit ex Athenæo. Sic Scæuolam accepiſſe, rectè monuit Interpres, in l. cum quis decedens, §. Sciam, de legat. 3. Et Mæuio, inquit, liberto meo, nihil de meo merito, dari volo lagenas vini vetuſti 150. Alias Lagena vas eſt vinarium. Vide Bayſium. Spieg.

Lagivm. Vide Cambio.

Laici, opponuntur iis, qui ſacris initiati ſunt. His prohibuit Marian. Imp. de fide. Catholica diſſerere. Verum hoc non contentus Romanus Pont. Alexander eo nomine IV. prohibuit illis omnino, hoc eſt publicè, vel priuatim, ea de re diſputando verba facere, c. 2. de hæret. in 6. Certè, quod eleganter ab Alciato dictum eſt, Chriſtiana pietas fide, non ſyllogiſmis conſiſtit. Budæus inquit, Laicum vulgo attrectabile ſignificat, ſicut Sacrum dicitur & Sanctum, cuius tactu populo interdictum eſt. Spieg.

Lamallæ argenti pauca, i. e. paruæ laminæ, ex Seneca Briſ.

Lamna, pro lamina, ex ff. & Vitruu. Briſſon. Argentum factum quod neque in maſſa, neque in Lamna inſit, l. 27. §. vlt. ff. de auro, arg.

Lamina, an lamna, legendum ſit apud Vlp. in l. Qu. Mutius ad fin. ff. de aur. & arg. leg. quæri ſolet, dum inquit: Argentum factum rectè qui ita definierit, quod neque in maſſa, neque in lamina, neque in ſignato, neque in ſuppellectili, neque in mundo, neque in ornamentis ſit. Ego antiquæ lectioni inhæreo, & puto laminam poſſe appellari auream, argenteam, electream, aurichalceam, æream, ferream, plumbeam, ſtanneam, ligneam & corneam, ſiue ex quauis alia materia. Plin. lib. 16. de cornea: Vrorum cornibus barbari ſeptentrionales potant, & mox: apud nos in laminas ſecta tranſlucet. Idem de ferrea. Decuſſi, inquit, fragmenti paululum, quod in lamina ferrea teratur, efficaciſſimum experimentum excuſant mangones gemmarum. Ouid. Metamorph. lib. 9.

Ipſe cruor gelido ceu quondam lamina candens.

Q. Curt. lib. 8. de geſtis Alexandri: Itaque necubi vinceretur, cum cæteris præſtaret, ſcutis argenteas laminas addidit. Differt autem à bractea (vt etiam docet Laurent. Valla) quia lamina craſſior eſt: bractea vero tenuis, & ſua ſponte plicabilis, propriéque ex auro, argento, & electro conficitur: cum lamina ex quacunque materia conſtet. Ex lamina armatura conficitur, hac incenſa olim homines torquebantur, vt teſtatur Leonida ſeruus apud Plaut. in Aſinaria. quod etiam tempeſtate noſtra factitatum eſſe à barbaris, non eſt in obſcuro. Hæc non crepitat, vt in bractea, præ tenuitate apud Verg. Æneid. 6. legimus, dum inquit.

Talis erat ſpecies auri frondentis opaca
Ilice, ſic leni crepitabat bractea vento.

Verumtamen ita tenuis nonnunquam bractea eſt, vt crepitare non poſſit. vt illa; ex qua fit auratura, & argentura. Bracteis enim antiqui inaurare ſimulacra ſolebant, vt ſcribit Valer. Maxim. ſed vnguibus plerunque auferebantur, & ideo dixit Martial.

An magis aſtuti deraſa eſt vngue magiſtri
Bractea. Et ob id (vt refert Suet. Tranq.) damnatus eſt quidam ſeruus, quia bracteam deraſerat. Diuus tamen Hieron. ad Fabiolum, innuit bracteam & laminam idem eſſe, cùm inquit: Auri laminæ, i. bracteæ, mira tenuitate tunduntur. Cotta.

Laminæ etiam, quarum mentio fit apud M. Tullium, ferreæ velut cruſtæ erant, quæ candefactę admouebantur noxiorum corpori. Prudentius:

Nec ſi uſta lamina ardet cutis,
Et febris atro felle Venas excedet.

De hoc Turneb. aduerſ. lib 4. c. 3.

Lampadarii in l. ſi. C. de diuer. offic. lib. 12. qui curabant, lampadas accendi in ſcriniis. Alij fuerunt Lampadarij in officio præfecti prætorio, vt refert Iulian. Patritius in Epit. Nou. 38 & vide Iullin. in edictis, Prat.

Lampadarii qui lampadibus ſeu facibus accendendis deſeruiunt. Briſſ.

Lana à Græco λῆνος deducitur, vt vult Ioſ. Scal. in Var. ſeu λάνος Doribus, quod & lanam ſignificat, vt ex Polybio & Callimacho probat Varr. ling. lat. li. 4. Addam & ex Æſchylo in Eumenidibus, his verbis: λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον, Ἀργῆτι κλάδῳ τῇ γὰρ ὧδ' ἐρῶ τάδε. Hinc & λανισταί apud veteres dicebantur, qui carpebant, id eſt, carminabant lanam. Lanę antè appellatione (inquit Vlpian. l. 70. ff. de legat.) id continetur quod tinctū non eſt, ſed αὐτοφυής, ſiue ea facta ſit, ſiue infecta: ſed & ea quæ nata eſt, hoc nomine comprehenditur. Itaque lanæ appellationē eatenus extendi idē Vlpia. vult,

que

Digitized by Google

quo ad iuſtam perueniſſet, ſiue ſuccida ſit, ſiue lota, modo tincta non ſit. Vide etiam Paul. lib. 3. ſent. tit. 6. Briſſ.

Lana de ligno, Græcè ἐριόξυλον, vt ſcribit Vlp. l. 70. §. 2. de leg. 3. alias βαμβάκιον, & βάμβαξ ſiue πάμβαξ. Eſt autẽ lanugo, quæ ex fructus interiore bombyce goſſipij ſeu xyli fruticis cuiuſdam apud Arabas, & eos qui ſub cynoſura ſunt, oritur, qui inſtar barbatæ nucis aut cotonei mali eſt: vnde & nonnulli cotoneum vocant. Huius meminit Plin. lib. 19. c. 1. & Pollux lib. 7. c. 17. Theophraſtus quoque apud Indos & in Arabia arbores ἐριοφόρας, i. e. laniferas eſſe ſcribit, lib. 4. c. 9. hiſtoriæ. Prat.

Lana tingendæ purpuræ deſtinata, purpuræ appellatione non continetur, auctor Vlp. in fin. d. l. ſi cui lana, de leg. 3.

Lana leporina, anſerina, caprina, d. l. ſi cui lanæ. Hinc prouerbium, De lana caprina diſceptare, id eſt, de re inutili ac minimi momenti.

Lanæ appellatione, an veniat lana, quæ nata eſt, vt puta ſtamen & ſubſtamen, quæſiuit Vlp. in l. ſi cui lana, de leg. 3. apud quem verba hæc variè reperiuntur in vetuſtis codicib. Quidam habent ſubſtamen, vt dixi, quaſi non omnino ſtamen, & ita facit natura huius dictionis ſub, vt ſubdubito, ſubrideo, Verg. Æn. 1. ex Iouis perſona ad Venerem,

Olli ſubridens hominum ſator atque deorum Cott.

Lanarius, qui lanam curat. Lanatus, qui lanam gerit.

Lanatæ pelles. Et hæ lanæ appellatione continentur: Qui lanatæ legunt apud Iuriſconſ. contaminant veram lectionem inſulsè. Spieg.

Lanatus, à cana lanugine creſcente. Vnde etiam Capitolio. Lanaricus eſt dictus. Sic quoque Columella de re ruſtica, vuas amineas lanatas, à naſcente lanugine vocat, &c.

Lance & licio dicebatur apud antiquos: quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemq; ante oculos tenebat propter matrumfamiliæ aut virginum præſentiam. Feſtus. Suſpicor tamen id fuiſſe, quod per ſimulationem religionis amicti licio ſacerdotes deprehendere ſolebant, quũ panem aetite lapide conditum, & in lance ceremoniæ cauſa delatum, eũ qui furti ſuſpectus erat, deuorare iubebant. Qua de re Dioſcoridis verba ſubſcribemus, ἐν δὲ κατηλέγχειν, εἰ ἐνθρυπτόμενος τις, εἰς δὲ ἄρτον φερόμενος ἄρτῳ, ὁ γὰρ κλέψας οὐ δύναται καταπιεῖν τι ... φασὶ δὲ ὅτι καὶ συνεψόμενον ὁ λίθος ... ἐλέγχειν, ... ὁ γὰρ κλέψας ... αὐτοῦ. i. e. Furem quoque Aetites deprehendit, ſi quis in pane conditum offerat: fur enim manſum deuorare nõ poterit: quin etiam concoctus furem coarguit, quippe decocta cum eo deuorare non poterit. Eius autem rei rationem opinor eſſe, quod cum metu affectis fauces anguſtarentur, tum etiam puluis aetitis deuorandi difficultatem affert. Iam vero quo maior adhiberetur terror, religionem quoque interpoſitam eſt veriſimile: vt ſacerdos licio amictus panem aetite lapide conditum in lance ceremoniæ cauſa deferens, ei qui furti ſuſpectus erat, deuorandum offerret. Similiter autem licio tranſuerſo cinctos fuiſſe, qui magiſtratibus miniſtrabant, Gell. auctor eſt lib. 12. c. 3. Hot. vide ſupra Furta per lancem.

Laneum, quod ex lana eſt. Vlp. Veſtimentorum ſunt omnia lanea, l. veſtis, de aur. & arg. leg. Genera lanarum doctè expoſuit Bayſius c. 5. de re veſti. Spieg.

Languor, torpor, & deſidia, item defectus virium, & ſucci naturalis: transfertur autem ad animum, vt in l. iuſtu. §. cum qui. ff. de vſucap. Spieg.

Lanicium, ipſa lana. Dicitur autem lanicium ſicut à fuga effugium, teſte Seruio 3. Georg. comment.

Lanificæ mulieres, quæ lanæ artem exercent. Alphenus de fund. inſtr. l. villæ inſtr. Conſultus, ait, de mulieribus lanificis, an inſtrumento continerentur. Spieg. Prat.

Lanii victimarij l. vlt. ff. de iur. immun. Varro lib. 2. de re ruſtic. cap. 5. Lanij qui ad cultrum bouem emunt, & qui ad Altaria, hoſtiæ ſanitatem non ſolent ſtipulari. Feſtus, Lacerare, diuidere, comminuere eſt: Ex quo dictus eſt Lanius, qui diſcindendo lacerat pecora. Donatus in Eunuch. Terent. Act. 2. Scen. 2. Lanij, qui laniant pecora. Vnde & Laniſtæ dicti, qui laniandis præſunt gladiatoribus. Briſſon.

Lanionem à laniandis pecoribus dictum tradunt Latini autores & Zaſ. in l. 2. idem aſſerit, eumque eſſe Laninuem, quem vulgo Macellarium vocant. Brechæus l. inde taberoacula, ff. de verb. & rer. ſign.

Lanipendia mulier, Paulo in l. ſed ſi vir ex lana, de don. inter vir. & vxor. non eſt, quæ lanam pectit, aut carpit, ſed quæ lanificia lanam præbet, totiuſque lanificij curam gerit. Prat.

Lanipendia quæ operas ad lanam veſtimentum conficiendum præſtat, aut, vt alij ſentiunt, quæ lanam carminandam, pectendam, nendam, texendam ve lanificiis præbet. Briſſ.

Lanssoi faſciculæ coloriſiæ dependentes ex coronis, propterea, quod antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum. Sic ex Feſto & Plin. lib. 21. c. 3. Maiorag. Miſcell. lib. c. 17.

Laniſtæ, magiſtri atque inſtitutores gladiatorum dicebantur, teſte Bud. Horum genera, cum in iure ciuili fiat eorum mentio haud infrequens, idem diligentiſſime explicauit in priorib. annotat. ad leg. athletas, de his qui not. infam. Spieg. Prat.

Lanius, vel Lanio, qui carnes in carnario vendit, à laniandis pecoribus, quod eas concidat, laniet que. Paulus de fund. inſt. l. cum de lanionis inſtrumento quæreretur. Laniona vero, menſa eſt carnificis, qui mutilandis damnatorum membris præficitur. Vide Zaſ. in l. 2. ff de orig. iur. & Beroal. in Suet. Spieg.

Lanx, quæ & Laugula, à latitudine dicitur. Iuuenalis.

Aſpice quam magno diſtendat pollice lancem.

Eſt denique vas diuinis aptum lanx. Auſonius.

Thuribula & pateræ, quæ tertia vaſa Deum lanx.

Erant autem Lances maximæ, mediæ, & minimæ, vt ait IC. in l. qui lancem, de aur. & arg. leg. Earum quadratæ aliæ quarum Vlp. meminit in d. l. veſtis, & aliæ rotundæ: vt hæc ICti verba indicant in l. ſi rem, de rei vend. Quamuis & in vaſis occurrat difficultas, verum lancem duntaxat dici oporteat, an etiam quadratam vel rotundam. Nos cum Gallis, teſte Bayſio, rotundis vtimur, appellamuſq; *Platten*: illi vero Platum, à latitudine, vt idem opinatur. Lances libræ partes, quibus pondus & res ponderandæ imponuntur, etiam dici, apud antiquos notum eſt: quod ad lancium formam factæ eſſent. Sic ea voce Iuſtinianus vtitur in fi. l. cum quis. C. de uni. lib. Spieg.

Lapicida qui lapides cædit ex Varro Briſſ.

Lapidare. Multiplex ac diuerſa ſignificatio eſt in iis verbis quæ lapidare & lapidationes dicimus. Nam de cœlo lapidatũ inter prodigia legimus, pro eo quod aſt lapides pluiſſe, vt apud auctores frequenter comperies. Hinc illud apud C. Suetonium de Germanici Cæſ. obitu Quo defectus eſt die lapidata ſunt templa, ſubuerſa Deorum aræ, lares à quibuſdam familiares in publicum abiecti. Lapidationem vero factam in aliquem intelligere debemus, cùm in eum lapides coniecti ſunt: quod ipſis Principibus Romanis alicubi accidit, vt conſpiratione facta, impetum atque lapidationes contra eos populus faceret. Marcus Tull. hoc verbo vtitur multis locis, & in geſtis Clodij. Marcellinus, inquit, cum grauiter queſtus eſſet de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus, ſententiam dixit. Macrobius autem, vt interdum audacior, nimiuſque nouitatis affectator, paulo durius, Lapidare pro incenſere & notare vſus eſt Nam cum de Liberij poetæ mordacitate diſſerit, eiuſque verſiculis in C. Cæſarem: vniuerſus, inquit, Rom. populus ad vnum Cæſarem oculus & ora conuertit, notantes eius impotentiam hac dicacitate lapidatam. Crinitus lib. 15. c. 6. de honeſt. diſciplina. Lapideſcere vero apud Sext. Pomp. nihil eſt aliud quam obdureſcere, & in lapidem conuerti, quod Græci λιθοῦσθαι dicunt. In flumine, inquit, Silere vltra Surrentum, non virgulta modo immerſa, verum & folia lapideſcunt, Crinitus ibid.

Lapidarii in l. 5. §. ſed interdum, ff commod. l. fin. ff. de iure immun. l. 2. C. de excuſat. artif. C. Theod. qui lapidibus excidendis operam ſuam locaut. Prat.

Lapide empti, pro viliſſimis homunculis accipiuntur. Adi Chiliad. Eraſm.

Lapides interdum, id eſt, lapideæ columnæ. 2. id eſt, marmora. 3. id eſt, termini finium cauſa poſiti, id eſt, lapilli precioſi, Briſſ.

Lapides inædificati. Paul. de rei vindic. Quæ religioſis adhærent, inquit, religioſa ſunt, & ideireo nec lapides inædificati, poſtquam remoti ſunt, vindicari poſſunt. Spieg.

Lapidicinæ, aut lapicædinæ loca cæſis lapidib. exacta. Græci λατομίας, & λιθοτομίας appellant: vnde vocabulum fictum apparet, vt corruptè legi vulgò videatur Lapidicinæ: cùm apud alios auctores, tum apud ICtos in l. nona. §. 2. & l. 13. § 5. ff. de vſufruct. l. 32. ff. de iure dot. Hot. Prat. adde Brechæum l. iorex publica in tit. de verb. & rerum oblig.

Lapidis appellatione generaliter ſaxum quodlibet ſiue ad ædificandum aptum ſiue non, continetur. Briſſ.

Lapidibus ſolebant veteres Latini itinera diſtinguere, vt cuilibet milliari, ſiue ad ſingula paſſuum millia, lapis eſſet poſitus. Gœdd. in Comm. l. 5. n. 7. verb. & rer. ſign. vide lapis.

Lapidicinæ marmoreæ in l. vlt. ff. de pact. dotal. l. 7. §. ſi vicio fundo. ff. ſolut. mat. Nam & marmorum lapides dicuntur. l. vlt. §. vlt. ff. qui potior. in pign. Briſſ. Prat.

Lapilli iactus prohibendi gratia, operiſque inhibendi cauſa fiebat. l. 5. §. meminiſſe ff. de operis nou. nunc. l. 1. §. ſed ſi quis, l. 20. ff quod vi aut clam. l. 6. §. 1. ff. ſi ſeruit. vind. Briſſ.

Lapilli, quo diſtent à gemmis, & quo ab his margaritæ, Paulus oſtendit in l. & ſi non ſunt, §. perueniamus, verſ. gemmæ autem de aur. & argen. leg. Adi Vallam ad fi. lib. Elegant. ſexti. Bart. annotauit in l. fi. §. ſpecies, ff. de publ. lapillos non venire lapidum appellatione. Prat.

Lapis præter vulgatam ſignificationem ſumitur etiam pro loco eminenti & tanquam ſuggeſto, vnde præco prædicabat atque vendebat. Pollux, ὁ δὲ ... λίθος ... πωλητήριον. Inde emptos de lapide Tribunos, vt ſeruos venales dixit contumelioſiſſime Cicero & Plaut. In eo ipſo aſtas lapide, vbi præco prædicabat. Sic Columella li. 3. ſeruum de lapide noxium appellat, i. e. non frugi bonæ, ſed qui noxiæ deditus ſit. Vel de

lapide noxium, inquit, poſſe comparari putat. Athenienſes ſic interdum ſuggeſtum vocabant, vt apud Ariſtophanem: [illegible] Prat. Interdum etiam ſumitur pro lapillo, & vt vulgo loquimur, lapide precioſo, Briſſ.

LAPIS pro milliario, h.e. millibus paſſibus aliquando accipitur, quoniam antiquiores ſoliti erant millia quæque paſſuum lapidibus ſignare: Id quod videmus in via, quæ ducit Salamãticam ex Emerita Auguſta, argenteam vulgus appellat. Martia.

Rura nemuſque ſacrum, dilectaque iugera muſæ
Signat vicina quartus ab vrbe lapis. Idem alibi:
Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum.

Martian. de excuſ. l. propter litem. Ne vltra centeſimum lapidem tutelam gerat. Nebr. Sic §. qui excuſate. Inſt. eod. Hujus cauſam explicat Briſſ. lib. 3. Antiq. D. Gœd. in com. ad l 3. n. 7. ff. de verb. ſign.

LAPIS molaris, qui Græcis μυλίτης dicitur, ob duritiem ad turres mœniaque conſtruenda vtiliſſimus cenſetur. Brodæus lib. Miſcel. 6. c. 11.

LAPIS ſtratus, quadratus, ſtructilis l. 6. §. modus, ff. ſi ſeruit. vin. l. 17. §. 1. ff. de aq. & aqu. plu. Prat. & Briſſ.

LAPSA hæreditas quæ ſit, interpretatur Vlp. in §. ſi locupleti, & in l. verum, de minorib. Spieg.

LAPSVS ſui facilitate, ff de minorib. l. 1. Circumſcriptus vero, dicitur dolo deceptus, l. 1. ff de in integr. reſtit. Alber.

LAQVEIS juris liberari, l. 1. C. Si rector prouinciæ.

LAQVEO vitam finire. Id genus mortis apud Romanos veteres turpe habitum eſt, quod animam, i. ſpiritum occluſa via in pectore interire putabant. Itaque in lib. Pontificalibus, vt ait Seruius, cautum erat, vt qui laqueo vitam finiuiſſet, inſepultus abjiceretur. Vnde nec apud illos intelligendum ita ſuſpendi, vt fune fauces conſtringantur, fiatque ſuffocatio. Sed intelligendum eſt eorum, qui cruci ſuſpenderentur, brachia & crura funibus cruci alligari ſolita. Spieg.

LAQVEOS judicij declinare, i. periculum vel pœnam. Vide Sylvium in orat. pro Milone.

LAQVEVM appellamus, quo damnatorum gula ſtringitur. Eſt & decipulum auium, & ferarum. Vnde metaphoricè pro inſidiis ponitur. De laqueo pulchrè Auſonius ſic,

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum,
Theſaurique loco depoſuit laqueum.
At qui condiderat poſtquam non repperit aurum,
Aptauit collo quem reperit laqueum.

LARDVM appellatione carnis an veniat, docet Bar. l. 1. C. de erogat. milit. annon. per illum text. Prat. vide paulo poſt Laridum

LARIDVM, l. 1. C. de erogat. milit. anon. lib. 12. Macrob. lib. 7. c. 12. Salitam carnem quam laridum vocamus, vt opinor, quaſi large aridum. Briſſon.

LAREM pro ſede & domicilio, tam Iuriſconſulti, quàm Impp. vſurpant Larem matrimonio collocare, l. 1. §. domum, ff. de agnoſc. liber.

LAREM fouere, in l. ciues, C de incolis, li. 10. Impp. Diocl. & Maxim. non pro domicilio, ſed magis, vt erant paganiſmi propugnatores pertinaciſſimi, vel pro domeſtico deo, cui focus ſacer erat, vel pro igne poſuiſſe videntur. Lares. n. priuatorum domibus etiam præeſſe credebantur. Hinc à Lare ordiri, vt dicitur vulgo, pro à domeſticis ac familiaribus initium ſumere, quod Cæſar Sigiſmũdus fruſtra expectabat apud Synodum Conſtantienſem. Nimirum fouere larem, i. quod etiamnum appellant Germani, *Rauch und Liecht halten.* Lares à Lare nympha: reputabantur apud veteres genere gemini dij familiares, alter bonus, alter malus, vnicuiq; homini deſignati, vt curam ejus peculiarem haberent: ideo Genij, & Penates appellati. Hos. n. domi colebant, quaſi peculiares Deos in larario, h. e. loco & ſacrario domeſtico. His ara & focus conſecratus erat, ex quo illud, pro aris & phocis pugnare Itẽ illud Celſi l. 38. ff. de rei vind. Finge pauperẽ qui ſi reddere id cogatur, laribus, ſepulcbris auitis carendum habeat. Refert Lampridius, Alexãdrum Seuerum Imperatorem, primum in larario ſuo coluiſſe Abrahamũ, & Chriſtum: ſed Philippus deinde Imperator religionem Chriſtianam ſecutus eſt. Ex his, Old. inquit, facile accipitur id quod Vlp. in l. ſi duo patroni, §. vlt. de jurejuran. Si quis, ait, jurauerit in re pecuniaria per Genium Principis, ſe dare non oportere, & perjurauerit. Spieg.

LARES marini ſunt, vt vetus lexicon interpretatur, [illegible], vt annotat Turneb. lib. 20. aduerſ. c. 35. Gyraldus hiſtor. deorum ſyntagmate 15. putat. quod vt antiqui domib. publicis priuatiſque, ac compitis lares, ita etiam nauibus attribuiſſent, vnde ſint permarini lares.

LARGIANVM SCtum de libertorum ſucceſſione ſcriptum, quo cauebatur, vt liberi manumiſſoris non nominatim exhæredati in Latinorum libertorum bonis extraneis eorum hæredibus præferrentur, §. vlt. Inſt. de ſucceſ. libert. l. vnica, in prin. C. de Latin. liber. tollen. N. Iuſtin. 78 Briſſ.

LARGIRI alias ſignificat pati, ferre, admittere. Si auus largiretur l. 14 §. in cauſæ, ff. quod met. cauſ.

LARGIRI pro ſufficere nonnullis Iureconſultorum locis vſurpatum obſeruaui. l. 11. §. ſi filio, ff. ad leg. Falcid. l. 14 §. poſt annum, ff. quod met. cauſ. l. 30. ff. de minoribus, l. 35. ff. ad leg. Iul. de adul l. 7. ff. de fideicom. liber, l. 2. §. 1. ff. ſi tabul. teſtam. null. ext. l. 1. C. de in integr. reſt. l. 1. C. ſi aduerſus rem jud. Briſſ.

LARGIRI annuam præſtationem dicitur reditus in l. 25. in fin. ff. ad leg. Falcid. & l 21. §. 1. ff. de annu. lex quo annua præſtatio redigi poteſt. Briſſ. Prat.

LARGITAS, id eſt, liberalitas, ſeu indulgentia. Briſſ.

LARGITAS doralis donatio in dotem eſt. Hoc fere ſemper ſub prohibita per legem alienatione non comprehenditur, l. fin. C. de litig. & Nouell. de non alienand. §. alienationis. Spieg.

LARGITER eſſe, pro intereſſe, in l. 82. pro ſocio. Largiter refert id eſt, multum intereſt. Large autem & largiter hoc differre Iulius Modeſtus exiſtimabat, quod, large ſit Qualitatis, largiter Quantitatis Briſſ.

LARGITIO, id eſt, donatio l. 24. C. de don. int. vir. & vxor.

LARGITIO, quod vix vnquam gratuita eſt, propior corruptelæ eſt. Quin & jure. Pontanus inquit, corruptela dicta eſt à majoribus, quæ vt malos ad ſe trahit, ſic bonos detorquere à recto quærit. Si quidem largitioſi, liberalitatis prætextu fauorem popularem aucupantur, vt appareat, non dare eos, ſed vendere: vnde factioſi plerunq; euadunt ad occupandam publicam libertatem. Obſeruandum, nullam vnquam in ciuitatibus aduerſus liberalitatẽ ſcriptam legem eſſe. At ambitus, ac repetundarum leges, largitioſos præcipue coercent. Spieg.

LARGITIO proprie eſt expenſa, quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magiſtratuum. Cic. de legib. lib. 3. Itaque vt omittam largitiones corrupta ſuffragia, non video, ſi quãdo ambitus ſileat, quæri in ſuffragiis, quid optimi viri ſentiant? Notum Prouerbium. Largitionem fundum nõ habere. Impera. hanc vocem pro donatione vſurpant interdum. Spie.

LARGITIONES principis, l. 21. Cod. de appell. l. 11. §. ſin autem vtraque, C. de jud. Briſſ.

LARGITIONES, ſacræ pro theſauris munerationum principis, &, vt vulgo loquimur finantiis, vlt. de his qui ex public. ratione lib. 10. C. de ducendo, largit. tit. lib. 11. & aliis infinitis illorum librorum, & C. Theod. à locis. Interpretatio autem noſtra probatur ex l. 10. C. de palat. ſacr. largit. lib. 12. Nam qui in ea rubr. palatini ſacrarum largitionum vocantur, hi in d. l. 10. palatini ſacrarum munitionum rationem tractantes appellantur, quemadmodum eo loci ſcripti libri impreſſis emendatiores ſcriptum habent. Symmach. lib. 1. Epiſt. 29. Palatini munerationum ſacrarum Amicus & Caſtor quæſtus publicos ementes &c. Sed & munerationum ſacrarum Comites in l. 1. C. de commeatu. lib. 12. appellantur, qui alias Comites largitionum vocantur. Briſſ. Prat. Hinc

LARGITIONALES tituli l 12. C. de vectig Et largitionale aurum, l. 3. C. de ſuſceptorib. lib. 10. G. Briſſ.

LARGITIONALES, Comitum apparitores, Cujacio in rubric. de palat. ſacr. largit. lib. 10. C. Hi etiam Priuatiani dicuntur, vt idem refert. Prat.

LARIBVS, auitiſque ſepulchris carere. Celſus in l. in fundo alieno, de rei vind. prouerbiali ſchemate, pro re chara protulit teſte Eraſm. Spieg.

LARIDVM, vt Macrobius ait, eſt caro ſalita: ſic dictum, quaſi large aridum. Dicimus etiam Lardum abſque i. Martialis. Et pallens faba cum rubente lardo. Quo verſu clare patet, Lardum eſſe ſalitam carnem: non autem pingue illud ſuillum, quod vulgo Lardum dicunt. Hanc ſalitam carnem Succidiam quoque nominant, item & neutro genere Succidium. Succidia autem continet pernam, petaſonem & lardum Spieg.

LASCIVIA, incontinentia, petulantia quædam hominis alacritate omnia intemperantis. Vlpia. l. 4. §. 1. ff. ad l. Corn. de ſicar. Quum quidam per laſciuiam cauſam mortis præbuiſſet, quod Cujac tractat. 8. de Africa cap. & hæc diſtinctio. refert ad id, quod de Othone ſcribit Sueto. c. 2. eum vagari ſolitum noctibus, atque inualidum quemque obuiorum, vel potulentum corripere, atque diſtento ſago impoſitum in ſublime jactare; Alij ita exponunt, veluti ſi quis cantharidas alicui Veneris excitandæ cauſa dederit. Idem l. 15. §. 1 ff. locati. Idemque dicendũ, ſi exercitus præteriens per laſciuiam aliquid abſtulit. Hoto. poſt Ant Aug. lib 4 emendat. c. 11. Sic plebem laſciuire apud Liuium lib. 4 i. e. plebẽ nimio ocio ſe petulantẽ præbere magis, quam veram ſeditionem meditari, nulla ſatis digna injuria nobilitatis concitatam. De plebe enim tanquam de equis, qui ab aurigante reguntur, locutus eſt. Bud. ibid. Briſſ.

LASCIVIÆ nomen non in homines modo, ſed in cætera quoque animalia cadit. Animalium nomine, quæ ratione carent, ſi qua Laſciuia, pauperiem fecerint. Inſtit. ſi quadr. paup. Briſſ.

LASER in l. 5. ff. de penu leg. l. vlt. § ſpecies. ff de public. ſuccus eſt herbæ, vel radicum virgulti ejus, quam Latini Laſerpitiũ, Græci σίλφιον vocant, Plinio lib. 9 cap. 3. adſtipulante Col. lib. 6 cap. 17. Vide & Iſidor. lib. 17. cap. 9. Hoc verbum è Latino in Græcum verteus Trallian. lib. 11. [illegible] vocat. Meminit hujus ſucci B. Auguſtin. In lib. de Morib. Manichæor. Carnes

quinque

quoque laſere infectas dixit Apul. lib. 10. de Aſino aur. Briſſ.

Lasarpitium quod Græci σίλφιον vocant, in Cyrenaica prouincia repertum, cuius ſuccus vocatur Laſſes. Magnificum in vſu, medicamentiſque, & ad pondus argenti denarij penſum, multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani qui paſcua conducunt, maius ita lucrum ſentientes, depopulantur pecorum pabulo. De natura & genere laſſerpitij lege Plin. lib 19. ca. 3. quę omnia de verbo ad verbum ſibi aſſcribit Sipontinus Pontiſ. in ſuis in Martial. Commentariis ad ſi. 56. Epigrammatis. Laſſer itsque, vt dicit à Gręcis Silphion dicitur, hæc inter herbas primam obtinet gloriam, vnde Ampalinię, quę Aphicæ genus eſt, Delphis ſilphij caulem ſaceatum ſuſpenderunt, auctor Alexandrides. Huius herbæ meminit pluribus verbis Ariſtophanis interpres in Pluto, vbi Poeta ſic: θεὶ πλοῦτον, αὐτὸν καὶ τὸ Βάττου σίλφιον. ipſumqua Plutum ipſumque Batti ſilphion. Negat ſycophanta ſe quieturum, etiamſi Plutus ipſe, qui diuitiarum Deus eſt, vel laſſerpitium, quod precioſiſſimum eſt, ſibi detur. Hinc nata parœmia apud Græcos, Βάττου σίλφιον, vt per Roterodamum Chiliad. 2. adagio 94. Huius etiam vocabuli Laſſer meminit Catul. Laſſerpiciferis iacet Cyrenis. Briſſ.

Lata vel latior culpa in l. 32. ff. depoſ. l. 3. §. culpam, ff. de ædil. edict. l. 8. §. ſi ſeruitute, ff. de precar. l. pen. ff. de incend. rui. l. 1. §. hæc actio ff. ſi menſur falſ. mod. l. 7. ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. 2. C. arbitr. tut. l. 2. C. de in lit. iur. l. 1. C. de hæred. tut. l. 2. C. de magiſt. conuen. quę & lata negligentia in l. 8. §. competit. ff. de adm. tut. l. 7. §. 1 ff. de ſuſpect. tut. Et magna culpa in l. 226 ff. de verb. ſign. Craſſa eſt, & ſupina & diſſoluta negligentia & proxime ad dolum accedens, veluti ſi quis minorem rebus depoſitis quam ſi quis diligētiam pręſtet. d. l. 32 depoſ. Vnde dolo proxima culpa appellatur, l. 22. §. ſed enim. ff. ad Trebel. l. 4. ff. de magiſt. conuen. Briſſ. Vide ſupr. Culpa.

Lata culpa eſt, quæ minimę diligentiæ eſt (vt Latini Dialectici loquuntur) repugnans: vt Gręci μαχόμενον: quippe quæ ſummæ diligentiæ, cui minima diligentia opponitur, ſit conſequens. Itaque qui minimam diligentiam debebat, eam ſi non adhibuit, non culpa lata eſſe dicitur: quæ dolo finitima eſt: quod & Celſus in l. quod Nerua. ff. depoſ demonſtrat: vbi ait eum qui minimam diligentiam non adhibet, ſi fraude non carere. Atq; hoc nimirum illud eſt, quod ait Paul. in l. 226. ff. de verb. ſign. Magna negligentia culpa eſt: magna culpa dolus eſt. Quod ſic accipiendum, vt minima diligentia pro nulla numeretur: ſed magis negligentia duntaxat, quæ, ſiue ſumma, ſiue mediocris, ſiue minima diligentia pretermiſſa ſit, culpa eſt; magna autem culpa doli ſpeciem habeat: vt l. 1. ff. ſi menſ. falſ. & l. ſi fideiuſſor. 29 §. mandati: vbi Vlp. ait, diſſolutam negligentiam prope dolum eſſe. Itemque l. 1. §. is quoque 3. de oblig. & act. & l. quæſitum 8. §. 3. ff. de precar. vbi idem ſcribit, eum qui precario rogauit, nullius culpæ nomine teneri, niſi latæ, quæ dolo proxima eſt, quod nemo non videt ad latiſſimam culpam & minimam diligentiam pertinere, & item in l. 213. & l. 223. ff. de verb. ſig. Lata culpa eſt, non intelligere id quod omnes intelligunt, veluti meum frumentum aut vinum apud te depoſitum corrumpi: niſi illud interdum moneatur, hoc replicatur. Si tamen hanc quidam diligentiam in tuo adhiberes, extra culpam eſſes: Quoniam (vt Iuſtin. ait) qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, non ei, ſed ſuæ facilitati id imputare debet, §. pen. eod. Item ſi cum tibi mandaſſe, vt mihi certum hominem emeres, & tu gratia ductus, paſſus ſis alium emere, Vlp. in l. procurator, 8. in fin. ff. mand. ſcribit, hanc latam eſſe culpam. aut cum fideiuſſor pro debitore ſoluiſſet, neque eum cum poſſet, certiorem redderet, l. ſi fideiuſſor, 29. ff. eod Prat.

Lata fuga, ſpecies eſt exilij, cuius meminit Marcian. in l. exilium, ff. de interdict. & relig. Qui autem exilio damnabantur, aut certus eis locus à iudicibus deſtinabatur, quo exularent, quod eſt relegatio: In eum locum cum veniebant, ſiebant eius ciuitatis ciues, & tum demū Romanam ciuitatem amittebant. Aut locorum omnium, præter certum quendā, aditus permittebatur, quod erat aquæ & ignis interdictio: Ammia. Marcell. In corpore, inquit, immaculato lata fuga dimotus eſt. Quod relegationi diuerſum videtur, quod intelligunt IC. cum in inſulam aliquis vel locum alium mittitur ad tempus: ſicut in quinquennium. Vide Vlp. in l. relegatorum, eod. tit. Spie. Prat.

Lata negligentia, l. 7. §. competet. ff. de admin. & peric. id eſt, magna culpa. Manifeſta negligentia; ſeu craſſa, ſupina, & diſſoluta negligentia & proxime ad dolum accedens, quæ & latior culpa.

Lateralia viatoria (alij lateralis) capſulæ videntur eſſe in quibus ad ephippium vtrinque loro ſuſpenſa ea, quæ nobis in itinere neceſſaria ſunt, recondimus. Scæuola l. bis verbis legauit 102. in pr. & ibi Goth. ff. de legat. & fid. 3. Vxori meæ lateralia mea viatoria, & quicquid in his conditum erit, quę mēbranulis mea manu ſcriptis continebantur. Item. Hic chirographa debitorum & pecuniam, quum eſſet profecturus in vrbem, in lateralibus condidit, Item, Alia chirographa prędiorum & pecuniam in lateralia condidit. Prat. ex Hoto. Briſſ.

Laterani, dicuntur ſatellites, qui Principis alicuius latus tuentur, *Trabanten*, qui etiam Laterones dicuntur.

Lateranus, nomen proprium Conſulis Romani, vnde Lateranenſe Palatium. Item Lateranenſis baſilica S. Ioannis vocata eſt. Quia Lateranenſium familia adeo inſignis Romæ fuit, vt magnæ vrbis parti nomen dedarit. Certe Rom. Pontiſ. Lateranenſis quandoque dictus Epiſcopus, Egnatius in D. Ant. Philoſopho. Spieg.

Laterculus eſt camera deputata ad theſaurum principis accipiendum, & not. gl. in l. 1. C. de offic. quæſtor. In. Bell. Etym.

Laterculum, & Laterculenſis: vide paulo poſt.

Latere hoc, & latere contrario, pro hac vel contraria parte ICti vſurpant, quum duæ contrariæ ſunt certi generis ſpecies, quarum contraria ratio eſt, veluti in l. 118. ff. de verb. oblig. vbi de contractu ſtipulationis agitur, cuius duæ eſſe poſſunt in eodem homine ſpecies: ſi promittat ſcilicet, & ſi ſtipuletur. Papinianus autem hoc ſignificans, quod ad ſtipulationem hominis liberi pertinet, ſic loquitur: Hoc itaque latere, fructuario ſeruo comparabitur. Nam vterque à poſſeſſore ſtipulans, non obligat: ex contrario vero latere, id eſt, ſi promittat, non comparabitur, hic enim obligatur: ille non obligat. Similiter Vlp. in l. 11. ff. de damn. infect. vbi de pignoratitio creditore diſputat, vtrum ipſe cauere, an ei caueri debeat, nam quum de illo dixiſſet, Quæ ſpecies, inquit, eſt in contrario latere apud Marcellum agitata, an creditori pignoratitio caueri debeat. Ergo duo contraria accidentia, actionis ſcilicet & perpeſſionis, vt obligare aut obligari, cautionem dare aut accipere, duo latera contraria ICti appellant. Eandem vſurpat locutionem Papin. l. 49 §. 2. ff de fideiuſſ. & mand. Ex vtroque latere, id eſt, ex vtraque parte & vtrinque in l. 39. §. ſi ſtatus, ff de procu. l. 3. § ſi quis ita, ff. de neg. geſt Briſſ. ex Hoto.

Laterculum, codex in quo ciuilium & militarium dignitatū adminiſtrationumque ratio, ita mandatorum principalium & promotionū, & cōſuetudinum notitia perſcripta eſt. Sic dictū, quod in eo lateant arcana, vt volunt quidam. Hinc etiam Græci ad l. 5. C. qui milit. poſſ. l. vlt. C. de off. mag. off. λατέρκουλον videntur interpretari. Alij tamen dictum volunt, quaſi πλινθίον, i. quadrum, quod ſacri laterculi fuerint ſcrinia quattuor, vt conſtat ex Nou. 8. Huc adde hæc Cedreni verba, ὁ οὕτω λεγόμενος λατέρκουλος, laterculum ... Duplex autem memoratur laterculū: Maius, quod apud principē ſeruabatur ſub cura primicerij notariorū. l. 1. C. de offic. præſ. prat. Afric. Minus quod ſub cura & ſollicitudine quæſtoris erat, l. 1. & l. 2. Co. de off. quæſt. vbi Theodoſius: Totius minoris laterculi dignitates, hoc eſt, inquit, præfecturæ tribunatus omnes, & præpoſituræ caſtrorum Laterculū ſcrinium ſacrum memoratur in l. vlt. C. de offic. magiſt. offic. Eo hoc ſenſu Tertul. aduerſus Valent. Ex eorum laterculo, id eſt, ex eorum albo, & in reges & in ſacerdotes allegare conſueuerunt. Teſtatur etiam Cuiacius habere ſe librum Victurij de ratione Paſchali, in cuius extremo per iudicem conſulum dies Paſchalis ſubnotatur, iiſque index Laterculus Paſchalis inſcribitur, quem Sigebertus Theophilo Alexandrino tribuit. Laterculum autem vet. gloſ. eſt. πλινθίον καὶ σπανία. Prat. Briſſ.

Laterculensis appellabatur cui Laterculi cura & cuſtodia mandata erat, vt colligitur ex l. 13. & l. vlt. C. de prox. ſacr. ſcri. lib. 12. & l. 5. in fi. C. qui mil. poſſ. Briſſ. vel, vt aliis videtur.

Laterculenses qui præerant codicibus edendis, l. 13. Cod. de Præp. ſacr. ſcrin. lib. 12. Prat.

Latere, id eſt, deliteſcere. Briſſ.

Ex Latere ſiue ex transuerſo venire coniungive nobis dicuntur fratres, ſorores, liberiq; eorum, & conuenienter patrui, amitę, auunculi & materteræ, quiq; ex his procreantur, l. 1 ff. de gradib. Inſt. de gradib. cognatio. l. 1. ff. de rit. nupt. § inter eas. Inſt. de nupt. quos ex laterib. cognatos vocat Paulus in l. vlt. §. ſunt & ex laterib. ff. de gradib. & ex transuerſa linea venientes Imp. in l. 21. C. de inoff. Vnde transuerſos gradus idē Paulus in d. l. vlt. § idē in transuerſis, Conſtan. lib. 4. Epit. ſecutus Iuſtin. in Nou. 89 & Nou. 108. ἐκ πλαγίου vocat, & ita definit, ... Theophilus vero ... ἐκ πλαγίου. Briſſ. & Prat.

Lateres, ſimpliciter non ſignificant lapides, vt Interpres exponit in l. ſi venditor hominis, §. ſirmius, de act. emp. Nam hi ex terra albida, & cretoſa ſiebant, ſiue etiam rubrica, aut maſculo ſabulone. Vide poſt Vitruu. lib. 2. c. 3. quod eſt de lateribus, Budæum in l. ſi fratres, pro ſocio. Spieg & Prat.

Lateres Iſidor. lib. 15. orig c. 8. & l. 19 c. 10. crudos eſſe ait, inde nominatos quod lati ligni formis efficiuntur, formenturque circumactis vndique quatuor tabulis. Briſſ.

Laticlavi meminit l. 41. ff. de donat. inter vir. & l. 9 C. de teſt. miſit. Fuit hoc ſenatorum ornamentum, de quo lib. 3. Select. Antiq. dixit Briſſ.

Latia duo in Iure legi ſcribit Seruius in illud Virgilij: Quis Latio antiquo fuerit ſtatus. Vetus & nouum: ſic ſane vt duo ciuium genera, veteres & noui. Et noui ſunt qui per Latium aut beneficio Principis in ciuitatem venerunt, vt Plinius definit in Panegyr. Hi cognationum iura non habebant, illi habebant. Et hac ratione illis quidam hæreditatum vicesima remittebatur, his irrogabatur quaſi extraneis hæredibus, ante conſtitutionem Traiani, quæ onere viceſimæ etiam nouos ciues liberari voluit, quibus beneficio Principis aut per Latium ciuitas obuenisset. Latium antiquum definit Plin. lib 3. c. 5. Latium antiquum à Tiberi Circeios ſeruatum eſt mille paſſuum quinquaginta longitudine. Prat.

Latina pro lingua latina l. 11. ff. de leg. 3. Briſſ.

Latina libertas dicta eſt, qua quia viuens liber erat, ſed moriens rurſus in ſeruitatem reiiciebatur. Et hanc merito tollendam eſſe ſtatuit Imperator Cod. de Latina libertate tollenda. Memini ſupra in dictione Dedititia libertas.

Latinæ feriæ. Pompon. l. 2. §. 17. ff. de orig. iur. Quoties autem (magiſtratus extra vrbem) proficiſcuntur, vnus relinquitur, qui ius dicat, is vocatur Præfectus vrbi, qui Præfectus olim conſtituebatur: poſtea fere Latinarum feriarum cauſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur. Hæc ille. Celebrabantur hę feriæ à Latinis ciuitatibus ſeptem & quadraginta, quæ cum populo Roma. in Albanum montem quotannis conueniebant ad taurum Ioui Latiali ſacrificandum: ex Tarquinij Superbi inſtituto, vt Dionyſ. Hal. tradit. lib. 4. Prat. Hot.

Latinæ feriæ ea de cauſa à Superbo rege inſtitutæ fuerunt, vt quemadmodum Latini rerum publicarum cauſa ad lucum Ferentinæ conuenirent, ſic ſacrorum gratia in montem Albanum cogerentur. Hoc ſolenne etiam Latiar appellatum, ad extrema vſque Reipub. tempora eſt conſeruatum. Neq; enim ante Conſules exire paludat, in prouincias conſueuerunt, quam ferias Latinas indixiſſent, atque iis in monte Albano cum Latinarum ciuitatum Magiſtratibus operam dediſſent. Hinc eſt, quod Liuius lib. 22. ſcripſit Latinas ferias inſtauratas, quod Legati ab Ardea queſti in ſenatu eſſent, ſibi in monte Albano Latinis, carnem, vt aſſolet, datam non eſſe. Et li. 37. Latinas inſtauratas, quod Laurentibus carnis, quæ dari debet data non erat. His vero feriis vnum diē dicauit Superbus, exactis autem regibus alter additus eſt, Poſt fœdus cum Latinis à Sp. Caſſio conſule actum tertius, anno demum vrbis 396. compoſita, quæ diu ciuitatem turbauerat, de plebeio conſulatu ſeditione quartus Id quod apud Dionyſ. & Plut inuenitur.

Latina loqui, nihil aliud eſt, quam vti lingua Latia & Romana Nam Cicero inquit, non tam præclarum eſt ſcire latine, quam turpe neſcire: neque tam id mihi Oratoris boni, quam ciuis Romani proprium videtur. Interdum tamen latine loqui ſumitur pro eleganti ſermone vti. Olim Latina ſuis finibus exiguis ſane continebantur, Græca autem in omnibus ferè gentibus legebantur, vt teſtatur Cic. pro Archia. Vt autē linguæ Latinæ honos per omnes gentes diffunderetur, Romani magiſtratus Græcis nunquam, niſi latine reſponſa dabant, eoſque per interpretem loqui cogebant, non Romæ tantum, ſed etiam in Græcia, & in Aſia, vt eſt apud Valer. Max. lib 2. de Inſt. antiq. Vide poſt Alcia. in dictione, Sermo Latinus. lib. 2. prætermiſſ. Caranæum Comment. primo in Plinian. Epiſt. vt cognoſcas (ſi forte requiris) an aliud ſit latine loqui, aliud Grammatice. Spiegelius. Sed tamen interdum latine loqui eſt vere & ſimpliciter loqui, nihilque mentiri, nec ſupra verū rem efferre Cicero in Verrem: Non enim in verbi neque criminis cauſa augendi complector omnia, cum dico nihil iſtum eiuſmodi rerum in tota prouincia reliquiſſe. Latine me ſcitote, non accuſatorie loqui. Bene ſcilicet Latini de Latinis exiſtimabant, eos ſimplices & ingenuos, minimeque ſimulatos, & fallaces mendaceſque exiſtimabant, vnde illa loquendi ratio manaſſe videtur, Sed Martialis latinè loqui dixit, pro ſimpliciter & aperte & ingenue & diſſimulatione & integumento verborum loqui. Nam ſe latine dicit loqui, cum obſcæna & laſciuia obſcænis & laſciuiis petulantibuſque verbia aperte proloquitur. Eius verba ſunt in epiſtola. Si qui tamen tum ambitioſe triſtis eſt vt apud illum in nulla pagina Latine loqui fas ſit, poteſt epiſtola, vel potius titulo contentus eſſe. Nam epigrammata ſine circuitu vllo aperte laſciuiunt, & petulanter loquuntur.

Cæſaris Auguſti laſciuos liuide verſus
Sex lego, qui triſtis verba latina legis.

Vbi verba Latina appellat, quæ aperte & ingenue laſciuiam & flagitia enunciant: qualis eſt epigrammatum lingua Turnebus lib. 24. c. 5.

Latina ſcire l. vlt. §. vlt. ff. de ædil. edict. id eſt, latinum ſermonem tenere: & contra, latine neſcire. Briſſ.

Latini, dicti ſunt quidam populi, qui a Romanis ſuis legibus relicti, liberique erant: ſed iura ciuitatis Romanæ non habebant; adeo, vt ſi qui Romani in colonias Latinas mitterentur, ius ciuitatis Romanæ amitterent, & Latinam ciuitatem adipiſcerentur. Quod Cicero in orat. pro Domo ſua ad Pontif. oſtendit, quod latinitatis ius, inferius quidem ciuitate Romana, ſed tamen ignominioſum non erat. ex Parerg. Alciat. Spieg.

Latinitatis ius erat ius petendi magiſtratus, & eadem quæ Itali ante habuerant. Auctor eſt Aſconius Pedianus Spieg.

Latini Iuniani liberti dicebantur olim, qui medium libertatis gradum erant adepti: vt ait Iuſtinian. ſub tit. de liber. quod vt intelligamus, illud ſcire oportet, olim in Latium deduci ſolitas colonias, partim eorum qui nomina dabant, partim eorum quibus aqua & igni interdicebatur: auctore Cicerone in ea pro Cecinna, & pro domo ſua; vbi hoc adſcribit, eos qui deducebantur, cum eſſent in eas ciuitates recepti, Romanam ciuitatem amiſiſſe. Et hoc eſt quod ait Boetius in Topica Ciceronis, iſta in Latinas colonias profectione mediam capitis diminutionem contingere. Quæ cum ita ſint, apparet eos, neque connubij, neque teſtamenti, aut mancipij, aut nexus, aut patriæ poteſtatis ius, quod proprium erat ciuium R. habuiſſe. Cum enim Romana ciuitas eis adimeretur, ea quæ ciuitatis illius erant propria (vt hæc quæ diximus) amittebant. Hi dicebantur Latini colonarij, itaque ab Vlpiano c. 19. appellabantur. Auguſtus autem cum ciuitatem Romanam ſeruis contaminari videret (quod etiam Dionyſ. Halycarn. lib 4. conqueritur) eos multis difficultatibus à libertate iuſta remouit: nam & de numero, & de conditione, & differentia eorum, qui manumitterentur, curioſe cauit: vt Suetonius in eius vita teſtatur. Hinc nata lex Ælia Sentia. hinc Furia Caninia, de quibus ſuo loco diximus. Hinc Iunia Norbana quatuor poſt eius mortem annis imperante Tiberio à M. Iunio Silano, L. Norbano Balbo Coſſ. lata: quos æuo ſuo Conſules fuiſſe Plin. lib. 2. c. 87. teſtatur, qua lege conſtitutum eſt, vt ij ſerui, qui neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamento, ſed aut per epiſtolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione liberi fierent, non ciues Romani, ſed eodem iure, quo Latini coloni, eſſent. Vlpianus autem in Inſtitutionibus diſperſe variis locis declarat eos neque teſtamenti faciendi, neque connubij, neque patriæ poteſtatis, neque tutelæ recipiendę ius habuiſſe, eoſq; Latinos Iunianos ad colonorum ſimilitudinem appellat. nam & Iuſtin. in l 1. C. de Latin. lib. Latinos libertos ad ſimilitudinem antiquę Latinitatis, quę in colonias miſſa eſt, inductos ſcribit. Hot. Vide & Iſidor. lib. 9 c 3. Prat.

Latini & Dedititij libertini, de quibus Politianus in Miſcellaneis, à Iuſtiniano ſublati ſunt reducente omnia ad priſtinam eandemque ſimplicem vrbis Romæ libertatem, vt patet in §. Libertinorum autem ſtatus, Inſt. t. de Libertinis. Spieg.

Latinitas, pro latino ſermone: cuius contemptores arguit Budæus in prioib. Annot. Sed & noſter Zaſius locis non paucis, euidenter planum fecit, quando exponat or pericolo, quiſquis iuta ciuilia, nudus res Latinæ, profiteri peragat. Spieg.

Latinorum duo erant genera, vnum eorum qui in Colonias Latinas deducebantur, quos Latinos Colonarios vocat Vlp. tit. 22. Regular. Alterum eorum, qui, quod iuſtis legitimiſque modis manumiſſi non eſſent, ad iuſtam, plenam, perpetuam, perfectam & omnibus numeris abſolutam libertatem, ex qua & ciuitas Romana contingebat, non perducebantur: ſed minorem, inferiorem, & imperfectam, hoc eſt ciuitatis Romanę expertem, atque adeo vt Plautino verbo vtar, vſuariam tantum libertatem conſequebantur, quos Latinos Iunianos appellat idem Vlp. tit. 1. 12. 22. Regul. Nimirum quod eorum origo ex leg. Iulia deſcenderet. Briſſ.

Latinitas §. vlt. Inſtit. de ſucceſſ. liberr. Latinorum libertorum ſtatum, ſeu latinam conditionem ſignificat. Briſſ.

Latinitate donati. in l. 3. de raptu virg. in C. Th. eſt iure ſeu beneficio latinæ libertatis donari. Briſſ.

Latinorum libertorum origo quæ fuerit Iuſtinian. ſignificat ſub titul. de Lat. libert. tol. Cum, inquit, Latini liberti ad ſimilitudinem antiquæ Latinitatis, quę in colonias miſſa eſt, videantur eſſe introducti, ex qua nihil aliud reipub. niſi bellum acceſſit ciuile: ſatis abſurdum eſt, ipſa origine rei ſublata, eius imaginem derelinqui. Sciendum eſt igitur, cum Romani vicinos ſibi populos, quicunque in Latio erant, bello perdomuiſſent, eos omnes ciuitate Romana donare noluiſſe, quod periculoſum videretur, tot extraneis populis, quanquam vicinis, ius honorum & ſuffragij communicare, præſertim de repub. nihil meritis, nec ſatis cognitis, quo animo futuri erga eam eſſent, vt tamen eos aliquo ſibi amicitiæ vinculo adiungerentur, ſocietatem cum iis fecerunt permiſeruntque vt in legione Romana militare, in eaque honores gerere poſſent. Quod ius vocabatur primum ius Latij, vel ſimpliciter ius Latinitatis: in qua præter militię dignitatem, nihil fuit eximium. Poſt multis bellis ciuilibus, aut potius ſocialibus (ſic enim appellant) obtinuerunt Latini locum ciuium, vt ſuffragij honorumque vrbanorum omnium, iuxta ac ciues, eſſent participes: quod appellatur ius Latij ſecundum, vel ciuitatis: vt Vitellius annotauit in Metulam. Hinc Plin. commemorat quædam oppida antiqui quędam Veteris Latij. Itaque Latina libertas ſeruorum ſimilis erat antiquę Latinitatis, à qua etiam videtur principium habuiſſe, cum ciuitate donabantur

Latini

Latini, populi Romani ſocij, & coloniæ quædam ex iis populis deductæ, vt dicit Iuſtinianus. Nam coloniarum eadem & ſociorum diſtinctio fuit, vt quædam iuris veteris Latij tantum, quædam ciuitatis eſſent participes. Hotom. ex Connani Comment. lib. 2. c. 6. n. 10.

LAVTIVS viuere dixit Vlp. l. 58. ff. de pet. hæred. pro eo quod eſt lautius & laxius, prout oſtendit Duar. li. 1. Anniuerſ. diſp. c. 5.

LATITARE dicuntur, ait Bud. qui ad iudicem vocati fruſtrantur & ludificant. Vide l. 5. de iudic. & l. ſolemus, ff. ex quib. cauſis maior. & inf. Tyrannul vocabulum. Spieg.

LATITARE eſt, ait Vlp. non, vt Cicero definit, turpis occultatio ſui. Poteſt enim quis latitare non turpi de cauſa: velut qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones. l. 7. §. 3. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. §. 4. Latitare autem eſt, cum tractu aliquo latere: quemadmodum factitare frequenter facere. Pro latitante etiam habitus eſt, qui ſe in Romano foro circa columnas occultaſſet, euitandi creditoris cauſa, l. cum qui. ff. de reb. auct. iud. poſſ. quod & notauit D. Ambroſius in lib. de Tubia cap. 7. his verbis: Ille, inquit, greſſus debitoris ſingulos enumerat, aucupat deflexus. Iſte continuo poſt columnas caput obumbrat. Sicque Baſil. in Pſal. 14. ὁ δανειζόμενος ... ὑποφεύγει, ... Et Lucianus Lapithis: ... Sic d. l. 7. §. illud ſciendum, dicitur is latitare, qui in eodem foro agit, ſi circa ſtationes ſe occultet. Vbi tamen ſtatuas legerim, ex ſuperioribus. Notandum etiam ex d. l. eum qui eum latitare dici, qui vrbe profugit fraudandi cauſa, qui honeſtus eſt ſeceſſus & honeſta latitatio. Hinc Afranius Diuortio: Qui conetis noctu clanculum rus ire, dotem ne repromittas vafer honeſte vt latites, & nos aludas diutius. Plures ſunt ſpecies latitationis. Vna fraudationis cauſa, quæ edicto, Quibus ex cauſ. in poſſ. eat. continetur, quæ fit eo animo, vt fraudentur creditores. l. 7. §. quid ſi autem latitare, cum §. ſequ. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 30. ff. de pecul. Fraudationis plane cauſa latitare non videtur minor, qui ſui idoneus defenſor non eſt l. 5. ff. de reb. auct. iud. Briſſ.

Alia eſt fruſtrandæ actionis cauſa latitatio. l. 3. ff. de iudic. cum quis ne ſecum aliqua actio moueatur, vel vt actio eximatur, latet. Sed & fideicommiſſi fraudandi gratia latitat, qui, vt libertatum præſtationem differat, ſui poteſtatem non facit, l. 5. l. 26. §. pen. & l. vlt. l. 57. 28. & paſſim, ff. de fideicom. lib. l. 11. C. eod. tit. Vide & Ant. Auguſt. lib. Emendat. 4. c. 9.

LATITARE plane dicitur qui ſe occultat, qui non comparet, qui ſui copiam poteſtatemque, vt ſecum agi, vel is ad exitum deduci poſſit, non facit: qui, ne actio aliqua ſecum moueatur, vel vt actio eximatur, eiuſque dies cedat, vrbe profugit, vel ſe occultat. Briſſ. (cauſ. in poſſ.

LATITATIO, id eſt, occultatio ſui, l. 7. §. ſed is qui ff. quibus ex

LATOMIÆ apud antiquos locus dicebatur, vbi lapides cædebantur. Liu. in 8. lib. belli Punici: Comprehenſa poſtea priuata ædificia, comprehenſæ latomiæ, forumque piſcarium. Meminit & apud nos Calliſtratus in l. ſuccurritur, ex quib. cauſ. maior. licet in vulgaris codicibus Latumiis mendoſe ſcriptum ſit. Ad has Latomias damnari ſolebant hi, qui in opus metalli condemnabantur. Plautus: Tiotiarus in latomias ab Egione damnatur. Idem in Pœnulo. ita me dij, inquit, ament, in latomiis vel in piſtrino malim agere ætatem. Erat etiam locus in vrbe prope Tullianum, qui latomia dicebatur. T. Liuius lib. 5. belli Macedonici: Triumuiri, inquit, carceris latomiarum intentionem cuſtodiam habere iuſſi, & in 7. lib. Macedonici belli, de princip. Ætolorum loquens: Romam inquit, deducti & in latomias coniecti ſunt. Latomiæ præterea hæc etiam dicebantur carcer quidam Syracuſis, lingua Siculorum, in quas (teſte Tullio) ſi qui publice cuſtodiendi erant, ex omnib. oppidis Siciliæ detrudebantur. Hoc exemplum ætate noſtra renouatum eſſe dicitur à Florentinis, qui captiuos Piſanos in latomias ad opus vbi lapides cædebantur, condemnarunt. Et de his clare ſenſit Iureconſult. vt etiam apparet ex illis verbis: quia nihil intereſt, parietibus an compedibus teneatur. Et eodem modo caſtiganda ſunt verba Vlp. in l. 1. ad fin. ff. de aleæ luſu, & aleatoribus Cotta.

LATOR, pro tabellario reperitur apud Sueton. in Caligula, Budæo indicante. Dicuntur & Latores, quos vulgus minores procuratores appellat in iudiciis Prouincialibus & Conſiſtoriis Epiſcoporum. Horum officium Zaſius indicat in §. quadrupli. Inſt. de act. Spieg.

LATOR legis, qui & legiſlator vno verbo dicitur: qui legem tulit, hoc eſt, promulgauit vel inſtituit. Spieg.

LATRO, obſeſſor viarum, h. e. qui per vim furatur (*Straſſenrauber*) impune occidi poteſt. Sic Iſaurus: latrociniis infames, Arcad. & Hono. Impp. nulla feriarum ratione habita, permiſerunt duci ad ſupplicium, etiam venerandis Paſchatis feſtis, l. prouinciarum. C. de feriis. Spieg.

LATROCINIVM à furto ſeparatur, l. 52. §. damna. ff. pro ſocio.

LATRONES quaſi Laterones, vel quod latentes itineribus publicis inſidientur viatoribus. Dicuntur etiam latrones ſtipatores, οἱ σωματοφύλακες, qui tutelæ gratia dominorum ſuorum laterib. aſſideant: ſeu mercede conducti milites, vt ait Seruius, παρὰ τὸ λατρεύειν, quod ſeruire ſpe mercedis, & obſequi ſignificat. Nam moris erat, vt hos Imperatur & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen Latrones, ait Varro in lib. de ling. latin. dicti ab latere, qui circum latera erant Regi, atque ad latera habebant ferrum: quos poſtea à ſtipatione ſtipatores appellarunt, & qui conducebantur. Ea enim merces dicitur Græce λάτρον καὶ λάτρευμα. Ab eo veteres poetæ nonnunquam milites appellant latrones: quod item vri milites cum ferro. aut quod latent ad inſidias faciendas. Virgil. 12. Æneid. Latronem pro venatore vſurpauit his verbis:

———*Pœnorum qualis in aruis*
Saucius ille graui venantum vulnere pectus
Tum demum mouet arma Leo, gaudetque comantes
Excutiens ceruice toros, fixumque Latronis
Impauidus frangit telum

Brechæus & Gœddæus l. hoſtes. ff. de verb. & rer. ſign.

Feſtus Pomponius: Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant ἀπὸ τῆς λατρείας. At nunc viarum obſeſſores dicuntur, quod à latere adoriantur, vel quod latenter inſidientur. Atque hoc vocabulum ex eorum numero eſt, quæ ab honeſta origine in inuidiam poſtea abierunt: quo ex genere ſunt & Tyrannus & Sophiſta. Briſſ.

LATRONES ſiue Latrunculi appellantur, quibus bellum publicè pop. Rom. decreuit, vel ipſi pop. Romano, quique non iuſto indicto bello prædantur, l. 6. & l. 24. ff. de capti. l. 118. ff. de verbor. ſign. l. 1. ff. de legat. lib. 3. l. 13. §. pen. in fin. ff. de donat l. 3. §. Labeo, ff. de incend. ruin. l. 9. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 3. §. aduerſus ff. de ſepul. viol. Itaque ab hoſtibus perpetuo ſeparantur, l. 18. ff. commodati. l. 9. §. ſed licet, ff. quod met. cauſ. l. 13. ff. de teſtam. l. 3. ff. de iure doc. l. 20. & l. 21. ff. ſol. matr. l. 30. ff. ad l. Falc. l. 12. in fi. ff. de reb. auctor. iud. Et apud Paulum li. 1. ſent. tit. 7. & lib. 5. tit. 21. Quamobrem non vt ab hoſtibus capti, ita qui à latronibus detinentur, libertatem amittunt, l. 13. ff. qui teſta. fac. l. 19. §. à piratis ff. de capti. & poſtlim. reuerſ. Briſſon. Cic. lib. de offic. 3. Si prædonibus pactum pro capite precium non attuleris, nulla fraus eſt: ne ſi iuratus quidem id non feceris. Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium, cum hoc non fides eſſe debet nec iuſiurandum commune. Prat.

LATRONVM leges Cicero appellauit, quib. parent, quaſque obſeruant. Aldob. de iure nat. gent. & ciuil. § lex eſt quæ. Vnde

LATRVNCVLATOR in l. 61. §. vlt. ff. de iudic. qui ad conquirendos & perſequendos latrones à Principe mittitur, quem Iuſtian. λῃστοδιώκτην vocat. Nou. 8. Eſt autem

LATRVNCVLATOR in iure iudex, qui de criminibus tantū, non verò de pecuniaria, iudicare poteſt, l. ſolemus, § fi. ff. de iudic. Igitur rerum capitalium iudex, ſiue quæſtor accipitur. Interpretes iudicem maleficiorum vocant. Imaginem hodie etiam referre videtur qui à militibus Germanis *Profoſs*, voce Gallica parum deflexa, *Preuoſt*, appellatur. Quamuis magis placet Alciat. dici præfectum apparitorum & militum, qui latrones conquirunt, quod & annotat Spieg. in Lexico eiu. Corraſ. Miſcellan. lib. 3. c. 27. n. 9.

LATVRVM nomen meum. Vlpia. in fi. l. hoc iure vtimur, de donat. Denique Pegaſus putabat, inquit, ſi tibi centum ſpopondero hac conditione, ſi iuraſſes, te nomen meum laturum, non eſſe donationem. Spieg.

LATVS, ait Iſidor. lib. 11. orig. c. 1. læua pars corporis: quia iacentib. nobis latet. Briſſ.

Hoc LATERA pro hac parte, l. 118. ff. de verb. ſign.

A LATERE ſeu ex latere, i. tranſuerſo Briſſ.

LATVS CLAVVS, Senatorij ordinis inſigne erat: & calceus lunatus qui tum communis etiam nobilitati fuiſſe putatur. Alias Laticlauium dictum. Bud. in l. vlt. de Sen. vocatur & alio nomine Clauius. Vide Clauus.

LATVS clauus, quemadmodum diximus in verbo Clauus, nodus erat ex purpura, ſiue ex auro veſti intertextus, & qui poterat vti huiuſmodi veſtibus, tum Laticlauij, tum Auguſticlauij dicebantur. Erat autem veſtis ſenatoria vt exponit Acro. in illud Horatij primo Serm. Quo tibi Tulli, &c. Plin. lib. 8.

Tunicam laticlaui in modum gauſapi texi.

Ouid. 4. de triſtibus:

Induciturque humeros cum lato purpura clauo.

ICtus in quadam lege, cuius initium eſt: Imperator. Vt ecce, inquit, ſi vxor viro laticlaui, petenti pro laticlauio. Nebriſſ. Græci tunicam hanc palmatam, ſiue latum clauum Platyſemon appellabant, quaſi latis ſignis aut clauis ſignatam. Atque hæc laticlaui perpetuo geſtandi auctoritas inter primas dignitates habebatur, vt Herodia. lib. 1. autor eſt. Quinetiam ſæpenumero latus clauus pro ſenatoria dignitate ponitur, ſic vt illius annulli aurei, pro equeſtri ordine Plin. lo epiſt. Ego ſexto latum clauum à Cæſare noſtro impetraui. Hæ vero tunicæ, in luctu publico deponebantur, vt Liu. li. 9. &c. vide Goth. ad l. 4. C. de teſtam. milit.

LATVS digitus eſt, & minima menſurarum: à qua natum prouerbium, latum vnguem diſcedere. Vide Eraſm. hoc ipſum Adagium explicantem cent. 5. decad. 1 Spieg.

LAVARE veteribus ſignificat corpus aqua in balneo abluere. in publico balneo lauare l. 2. §. ſi quis, ff. ne quid in loc. publ. Briſ.

LAVATIONEM Vlpia. in l. 25. § 4. ff. de aur. arg. recenſet inter ea, quæ mundi ſunt muliebris, quibuſque mulieres, mundiores fiunt: veluti, inquit, Lauatio, riſcus. Arculam fuiſſe ſuſpicor lauandæ faciei, aut alteri corporis parti paratam: in qua ſpongia aut tale quippiam immergeretur, quam λουτρίδα non diſſimili ratione Græci nonnunquam appellaut. Aleiatus autem, Baifius & alij aut Alabaſter, aut Alabaſtriſcus, aut Alabaſtrites reponunt, à quibus diſſentio: tum quod vaſa vnguentaria Vlpianus proxime nominarat: tum quod Alabaſtriſcus ἀλαβαστρίσκος non diceretur, ſed Alabaſtellus potius. Hotom.

LAVACRVM, ſtubam, ſiue ſtupham interpretantur, in l. iubemus. C. de epiſc. aud. Siquidem à nobis alemanis ita locus appellatur, in quo quis lauari commode poteſt. Spieg.

LAVACRVM pro balneo, l. 8. Co. de oper public. & pro ſacro Baptiſmate, quod Cœleſte appellatur, l. 3. de ſpectacul. in Cod. Theod. Briſſ.

LAVERNA eadem quæ Diana, deaque furum: Eo nomine erat portus, & circa eum arx fortiſſima Athenis, quæ ciuib. tumultuantibus, & externis hoſtibus timorem incutere poſſet.

LAVDARE, antiquo verbo iuris, citare ſiue ſignificat & nominatim appellare & nominare, hoc eſt, iudicio dictato interpellare, Gell. lib. 2. cap. 6. Feſt. libro 10 Pomponius in l. tenetur. de act. empt. Si tibi, inquit, iter vendidero, ita demum auctorem me laudare poteris; ſi tuus fuerit fundus, cui acquirere ſeruitutem volueris, ſic l. Herennius, §. 1. Et quæſtione mota fiſci nomine auctorem laudaueras, & euictione ſecuta fundus ablatus. Vide Budæum in Annot. prior. Aleiat. quoque in parergis ſcribit, quod nominatim approbare, in iure ſignificat: & ſimul adnotat, ab hoc verbo Commentatores dixiſſe Laudum, pro arbitri ſententia: cuius ſubſtantiuæ vocis exemplum apud Latinos nullum eſt, de quo vide Bart. in l. quod ſi Epheſi ff. de eo quod cert. loc. & an venias ſententiæ appellatione, Bart. in auth. ſi vero, C. de iud. Prat. Vide Gell. lib. 2. noct. Att. c. 6. Macrob. lib. 6. c. 7.

LAVDARE auctoritatem, eſt iudicio dicere titulum ſuæ poſſeſſionis: & eſt antiquus ſermo Iuriſcoſ.

LAVDARE cum exceptione, id eſt, non integre.

LAVDARE leges pro eo, quod vulgo dicimus citare, apud Quintil. declamat. 308.

LAVDARE teſtem, in Nouellis Martiani, prouocare teſtem, vt rei veritatem dicat: Quod inde ductum credit Turneb. aduer. 2. c. 12 quod quem quis teſtem nominabat, vna & laudem quoque eius commemorabat, ne indignus cuius audiretur teſtimonium videretur Hinc Fabius declamat. Si ab vniuerſa ad ſingulos vocamur, & tyrannum teſtem dabo: Illum quidem neque ego laudo, ſed ipſa vitia, ipſa ſcelera facient huic rei auctoritatem. Prat.

LAVDATIONIS vocabulo, Cicero pro oratione funebri vſus eſt. Itali, qui & barbare norunt loqui, vulgo dicunt, orare pro funere. Cætera apud Rhenanum in Annot. ad Liuium libro 21. decad. 1. Spieg.

LAVDATOR huius propoſiti, Non oportet laudando augere malitiam, apud Vlp. in l. 1. §. ſed verum. ff de ſer. corr. Spieg.

LAVDE dignum dicere, eſt non verba illi benigna hominum, ſed iudicia hominum promittere. Vide Senecam Epiſt. 103. Spieg.

LAVDIMIVM, quidam accipiunt præmium illud, nempe quinquageſimam, quod præſtatur iuxta ſanctionem Iuſtinia. in l. 3. C. de iure emph. pro renouatione emphyteutica. A verbo Laudo deducentes: cum Latinius eſſet Laudatiuum, ſicut Donatiuum. Prat. Spieg. Vide late Connan. lib. 7. c. 5. n. 4.

LAVDOMENIVM. De hoc fieri mentionem in l. diuortio. §. quod in anno ff. ſol. matr. Zaſius monuit. qui neſcire ſe ingenue fatetur, an habeatur alibi text. Nominatur autem Laudominium id quod datur ſupra penſionem certo annorum curriculo: prærogatiua, quæ fit à colono & certo tempore domino, vulgo *Ehrſchatz*. Et tale Laudominium comparatur etiam in fructu, vt pulchre declarat ipſe Zaſius iam citato loco. Spieg.

LAVDVM eſt ſententia arbitrorum ſuper eo: ad quod de conſenſu partium pronunciandum fuerunt electi, §. reſponſa, vbi gl. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuili. Hæc vero lea barbara eſt & inepta, vt paulo ſupra admonuimus, qui cum ius cognoſcendi habeant, propriè dici poteſt eos pronunciaſſe, vel ſtatuiſſe: quod & in arbitratoribus Alciatus admittendum putat. Tametſi negent Doctores, in l. 1. de re iud. ſententiam proprie dici, quod ab arbitrio pronunciatum eſt. quo tamen ipſi Alciato non fit veriſimile, cum id quod vnuſquiſque etiam priuatus ſentit, Latine & eleganter, Sententia dicatur: nec aliter ſoleant Iuriſconſ. arbitrorum definitiones, quam ſententias appellare, l. litigatores, l. qualem, de arbitr. Adde quæ idem adnotauit c. 45. lib. 1. parerg. Spieg. Prat. Vide & Corraſ. lib. 4. Miſcell. c. 38. vbi ſententiam Alciati refutat.

LAVERNÆ plagiarij ſunt, qui ingenuorum liberos aut ſeruos alienos vendunt vel ſupprimunt aut. Goth. ad rubr. C. ad leg. Fab. de plagiat.

LAVREATÆ tabellæ idem ſunt, quod litteræ Laureatæ. Vide Literæ laureatæ.

LAVTIA, lautiorum: lautia etiam fœminine, munera dicebantur, quæ Romani per quæſtores legatis exterarum nationum mittebant. Itaque Lautiæ appellatione, teſte Budæo, continetur ea pecunia, quæ in legationes ſuſcipiendas quouis modo conſumitur. Sicque vſurpauit Liuius lib. 35. Et ædes inquit, libera Attalo ac lautia decreta.

LAVTICA dicuntur, quæcunque ad lautitiam atque elegantiam cultus & menſæ pertinent. Interpreſ. de aur. & arg. leg. l. argumento, Mundo, inquit, muliebri continentur lautica, acus, reticula, & huiuſmodi. Nebriſſ. Lautica vocem, ni fallor, nihili Nebriſſ. interpretatur: pro eo enim reponendum eſt vocabulum calantica, vt habet editio Noriberg. cuius non tantum hic, ſed & alibi meminit Vlp. Erat autem tegmen muliebre capitis, vt Bayſius ex Cicer. docet. Spieg.

LAVTIORES ſerui, id eſt elegantiores. Lautus proprie dicitur diues & nitidus, non in veſte modo, ſed in victu quoq; delicato.

LAVTIVS. In eo quod ab Vlpia. dictum eſt, quem re ſua lautius vſum, l. ſed etſi lege, §. ſi quis. re ſua ff. de pet. hæred. recte nobis interpretatus videtur illic Accurſius. Lautius idem ſignificare quod ſplendidius, nec aberraſſe autem, aut Haloandrum, ſeu quemlibet alium vulgatam hanc eius vocis lectionem tribus illis apud Vlpia. locis ſecutum d. l. ſed et ſi §. ſi quid & §. quod autem quis cum iis vocibus in eodem ſenſu paſſim reliqui auctores vtantur. Lautius re ſua vti, lautius impendere, laute erogare. Sic Cic lib. 2. de legib. Hanc, inquit, vides villam, vt nunc quidem eſt, lautius ædificatam patris ſtudio. Et lib. 2. off. s. Liberalitatis duplicem eſſe rationem ait: nam aut opera benigna ſit indigentibus aut pecunia: faciliorem eſſe hanc poſteriorem locupleti præſertim: ſed illam lautiorem ac ſplendidiorem, de viro forti claroque digniorem. Idem, in eam ſententiam lauta patrimonia copioſa ſiue ſplendida ſe vocare interpretatus eſt orat. pro C. Rabir. Poſthu. in oratione pro L. Flacco. Briſſonius. Et lautum quoque negotium dixit, pro digno, in quo quis induſtriam ſuam collocet, lib 6. Epiſtol ad Atticum Et Terentianus ille Syrus Chremetem alloquens Heautontimor. act. 4. ſcena 5. Omnes, inquit, te in lauta, ac bene aucta parte putant. Eſt autem hoc & voce & ſignificatione affinis dicto Late: Similiter enim late & latius nonnunquam ita vti dicimus, pro eo quod eſt ſplendide, & ſplendidius, ſiue copioſius, aut laxius. Cum autem ea dictio frequentior ſit, & vim omnem dictionis illius Lauti, minime referat, nulla ratione à recepta & vetuſtiorum Codicum teſtimonio, iuxta Haloandri emendationem comprobata lectione diſcedunt, qui aliter legere malunt.

LAVTVMIÆ (ſic Pand. Flor. ſcriptum habent) Aſconio in 5. contr. Verr. Ora. interprete, lapidibus cæſis exciſa loca appellantur in quæ noxij damnari ſolebant, l. 9. ff. ex quibus cauſis maior. leg 1, in fine ff de aleæ luſu. Vide Paulo ante Latumiæ.

LAXAMENTVM, ſiue laxitas, quies dicitur ſiue ceſſatio à labore. Neratius, de vacat & excuſat. mun. l. tempus. Cum laxamento quodam, inquit itineris. Nebriſſ. Laxamentum etiam vocat Lex inducias duum menſium, quæ dantur tutoribus ad pecuniam collocandam, Auth. vt ij, qui oblig. hab. perhi. tert. n. in. § quoniam autem vidimus. Spieg.

LAXAMENTVM legis Cicero pro Cluentio vocat, quod noſtri dicunt largo modo, quod non interclusum eſt verborum anguſtiis & angulis literarum, nec ſtricte ductum. Connanus li. 1. c. 11. n. 3.

LAXAMENTVM temporis, ſpatium & temperamentum ſignificat. l. 7. §. vſuræ, ff. de admin. & peric.

LAXARE & Adſtringere contraria.

LAXITAS, eſt naturalis libertas animantum. Inſtit. de rer. diuiſ. §. plane, Alberic.

LAXIVS tempus pro longius, apud Proculum in l. cum ſtipulatus ſim, de verb. obli. Cum ipſe arbitrio meo alium diem operi faciundo laxiorem dederim: i. cum diem protulerim. Spieg.

LAZICVS. Iuſtinianus in Nouel. Conſtit. 43. ſuis titulis adiicit prænomen Lazici quia domuerat Lazos gentem Scythicam, vt teſtatur Agathias lib. 3. & Procopius lib. 1. & 2. de bello Perſico. Apud quos etiam ſcriptores legere eſt bella & victorias, ex quibus tot ſibi titulos congeſſit Iuſtin. & Balduin. in proœm. Inſtit.

L E.

LEBEDA, vrbis nomen, alias Leptis magna l. 8. §. 11. ff. de cenſib. l. 2. §. 1. C. de offic præf. vrb. & vtrobique Goth.

LECTICA, cathedra & ſedes, qua ferebantur diuites & potentes, in qua puluinar & Lectulus ſtratus erat. Græcis ἑξαφόρον quod à ſex ſeruis portaretur: Hodie nobis dicitur, *ein Senfft*, qua valetudinarij non quidem ab hominibus, ſed binis equis commo-

commodius vehuntur. Panſ. de ſeruit. ruſt. præd. l. qui ſella, inquit, aut lectica, vehitur, ire, non agere dicitur Accurſ. Sella, id eſt, equo lectica, id eſt, curru, interpretatur. Quod vtrumq; vt oſtendit Nebriſſ. falſum eſt. Spieg.

Lacticaria. Vide, Muliercularius.

Lectica conſularis Corn. Tacito Græcis ἀ̓φορεῖον ὑπατικὸν ſella opertū, vt eruditè obſeruat P. Faber ad l. 2 ff. de orig. iur. Prat.

Lecticarii ſerui, qui lecticam geſtabant & portabant, eam humeris ſubeuntes. l 8 §. vlt. ff de leg. lib 1. l. 65. ff. de leg. lib. 2. l. 49 ff de leg lib. 3. l. 14. ff de aur. & arg Lecticis enim delicatas matronas vehi, ſuccollantibus ſeruis, conſueuiſſe, indicat Tertull. lib. ad vxor. Et diuites Rom. vehi ſolebant. Seneca Epiſt. 29. lib. 4. Non turba ſeruorum lecticam tuam per itinera vrbana ac peregrina portantium, & lib 19. Epiſt. Cohors culta ſeruorum lectica formoſis impoſita calonibus. Quod ex Tertulliano quoque in lib. ad vxor. Briſſ.

Lecticarii etiam qui lecticas faciunt, l. 1. ff. de leg. lib 3. Etiam lecticarij ſeu Decani olim eccleſiaſticum munus ſunt, qui efferendis cadaueribus deſeruiebant. Nouell. Conſtit. 43 qui & κοπιάται vocantur ἐπὶ τῶν νεκρῶν κηδείας ἀ̓γόμενοι. Briſſ.

Lectisternium ritus ſupplicandi dijs Romæ frequentiſſimos, cum videlicet ſtratis in tēplo lectis omnia ſibi propitia rebus gerēdis expoſcerēt, vel auerruncandæ peſtilentiæ opera quærerent. Lectiſternia, inquit Seruius in 12. Æneid. dicuntur, vbi in templo homines ſedere conſueuerunt. Legimus Lectiſternium in Capitolio ſic celebrari ſolitum. Stratis tribus lectis, conuiuium Deis apponebatur, Ioui, Iunoni & Mineruæ, Iouis ſimulachrum in lectulo reponebatur, Iuno vero & Minerua in ſellis ſic appoſitis epulia, non Dei, ſed 7 ipſi epulones celebrabant. Vide de hiſce Gyrald. hiſtoriæ Deorum Synt. 17.

Lectissimi, pro egregijs & eximijs vſurpantur à Cicer. Quod nomen dicitur ſæpius, quam Electiſſimum. Vide orationes pro Cœlio, & pro M. Fonteio. Spieg.

Lectus Iudex à Cicer. dici ſolet, qui Græcia ἐκκλητὸς & ἀ̓πόλεκτος dicitur.

Lecto teneri, pro morbo vexari.

Lectoris officium, vt innuit Iuſtin. in l. 34. §. 3 C. de epiſc. aud. in eccleſia fuit, vtpote ex Biblijs ſcripturas legere & hymnos & odas canere. Eo munere Iulianus cognomento Apoſtata, quondam functus eſt. Theod. 3. c. 2. & lectoris quidem videtur genialis appellatio, propriè ſumpta, pronunciatorem ſignificat: alias modulatorem, qui cantor Goth. ad d. l. 14 §. 3. in fin

Lectores in Clericis numerantur l. 6. C. de Epiſ. & Cler. Et quidem inter ordines Eccleſiaſticos tertio gradu conſtituuntur apud Iſid. lib 7. Orig. c. 12.

Lectulus. Cic. inuectiua quarta diſtinguere videtur lectulum & cubile: vt lectulus ſit interior & charior quam cubile. Virg. Georg primo. Cubilia talpæ, & corui cubilia dicit, vt ne putes, moriente Franc. Syluio hominū tantum dici Cubilia. Spie.

Lectum, neutro genere protulit. Vlp. in § fin. l. librorum, de leg 3. Vt Lectum, inquit, legatum continet & fulcra. Bartolus autem Lectus, ſuper quo quieſcimus (quem cubicularem vocat Cicero, ad differentiam triclinaris lecti, ſuper quo ſedebant antiqui ad menſam) continetur appellatione alimentorum in Llegatis, ff de alim. & cib. leg Nec venit in hypotheca. bonorum generali l. 1 C quæ res pign. oblig poſſunt. Spieg.

Legalis ſcientia, eſt res ſanctiſſima. Vide Vlp. l. 1 § proinde, de extraord. cognit.

Legandi verbum, licet olim latæ ſignificationis fuerit, tamen hodie ad ſolas donationes poſt mortem ab hærede præſtandas refertur. Vigl. in tit. Inſt. de teſtam. ord. Vide infra, Verba quibus Subſtitutiones. Spieg.

Legare eſt teſtamento aliquid relinquere Briſſ.

Legare, idem eſt quod decernere, & mandare: vnde & delegare dicimus. In teſtamentis tamen, in quibus verba ſecundum teſtatorum conſuetudinem accipiuntur, verbum legandi obliquum eſt. Vide Alc. in l. verbis legis, de verb. ſign. Spieg.

Legare à filio. Lege, A filio legare.

Legasset vtiquis ſuæ rei, ita ius eſto: de hac leg. 12. tab. paulo poſt Legatum dicitur à lege.

Legata electione ſerui, ſemel duntaxat optare poſſumus, Paulus ait l. 5. ff. de leg. Spieg.

Legatarii à parte. Quære, Suggeſtum eſt.

Legatarius, cui legatum datum eſt Briſſ.

Legati, inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. dicebantur, qui lecti publicè, quorum opera conſilióque vterentur peregrè magiſtratus, quive nuncij ſenatus aut populi eſſent, & lib. 5 Legati, quod vt publicè mittantur, leguntur. De his ſic Cic. in Vatin. Adeóne tibi ſordidum conſilium in publicum viſum eſt, adeo afflictus Senatus, vt non nuncios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici conſilij auctores, non miniſtros conſilij prouincialis ſenatus more maiorum diligere poſſet? Quis legatum vnquam audiuit ſine Senatuſconſulto? Prat. Sic Legatio legatorum munus Eaq; aut publica erat, aut votiua, aut libera. Publica mandabatur publico nomine: votiua, & libera priuatim impetrabatur, aut voti ſoluendi cauſa, aut alio priuato nomine. Legationem veteres, vt rem ſacram habuerunt, cui deum Mercurium præfecerunt; ideóq; Legatos violare, impium habebatur. Verum legationes liberæ olim dicebantur, quæ ornamenti tantum cauſa ab ſenatu impetrabantur: quemadmodum honorarij magiſtratus à principibus honeſtamenti cauſa conceduntur, titulóque tenus obeuntur & geruntur. Hæ autem ab ijs ſenatoribus impetrabantur, quib. negotia futura erant in prouincijs, vt qui hæreditates perſequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in prouincijs, legatorum perſonis acceptis commendabiliores controuerſias haberent, atque fauorabiliores. Legati autem in libris noſtris appellantur, qui à Municipio, Ciuitate, Republica, Patria ſua, vel Prouincia cum mandatis ad Principem mittuntur, l. 8 § 1 l 8. & l 14 ff. de iudic. Et ita Legatum ad principem ſalutandum, omnibus annis à Byzantijs mitti ſolitum, oſtendit Plin Epiſt 52. lib 10. Quinetiam ad eum, qui Myſiæ præerat, publicè ſalutandum, legatum ab iiſdem miſſum, ibidem teſtatur Briſſ.

Legati Cæſar is præſidum nomen ſibi vendicant. l. 1. ff. de offic. præſidis. Ac planè qui Cæſarum Prouincias, cum Imperio obtinebant. (quibuſue attributas Prouincias regebant, Legati Cæſaris dicebantur, l. 4 ff de offic. adſeſſ. Briſſ.

Legatio libera, ait Carb. ad l. 14 de legat. dicitur, quæ à ſenatu vel Imperatore donabatur clariſſimis viris titulo tenus ad res proprias ac priuatas gerendas, veluti ad adeundas hæreditates. Cic. 3. de legib. Libera dicitur, quod nullo ſit finitá tempore. Interdum etiam legatis libera mandata de ſumma rerum ſenatur conſtituebat Liu lib. 7. de bello Maced Spieg.

Legatio. ipſum munus & officium, quo legati funguntur.

Legati ſacroſancti. Erat enim veteribus ius Legatorum ſanctum & inuiolabile, cum hominum præſidio munitum, tum diuino iure defenſum, quod etiam in medio belli furore, & inter hoſtium tela incolume ſeruabatur, teſtis Alex. ab Alexand. li. 5. c. 3. Verum vt Romani hic pro modeſtia ſua ſtatuerunt: Sic alia exempla in contrarium ſunt. Nam & Athenienſes intercaeperunt Legatos Lacedæmoniorum, euntes ad Regem Perſarum, vt eum ſibi adiungerent contra ciuitatem Atticam, vt teſtatur Thucydid lib 2 Et Romani ceperunt Legatos Hannibalis, euntes ad regem Macedonicum, vt narrat Liu. lib. 4. Decad 3. Quæ exempla oſtendunt, fuiſſe vſitatum, Legatos hoſtium perferentes mandata nuncitura patriæ intercipere.

Legationes liberæ dicebantur, quas Senatores priuati negotij cauſa à Senatu ad aliquod tempus impetrabant. Cicero eas annuas lege ſua fecerat: ſed poſtea (vt ſcribit lib ad Attic. 15.) lege Iulia quinquennium ijs præfinitum fuit. Vlp. l 14 ff. de legat. Qui libera legatione abeſt, non videtur Reipubl cauſa abeſſe, hic enim non publici cauſa, ſed ſui abeſt. Tribus autem ferè de cauſis poſtulari liberas legationes reperio. Voti ſoluendi, vnde etiam Votiuæ plerunque appellantur periculi vitandi, & hæreditatis nominúmve perſequendorum. Voti ſoluendi exemplum Cic lib. ad Attic. 2. ſuppeditat, vbi cum Clodiani periculi tempeſtatem vitare cuperet, votiuæ legationis ſpecie ac nomine vti voluit. A Cæſare valde liberaliter inuitor in legationem illam, ſibi vt ſim legatus: atq; etiam libera legatio voti cauſa datur. Item lib. 3. Ego me à Pompeio legari ita ſum paſſus, vt nulla re impedirer, quin ſi vellem, voti cauſa legationem ſuſcipere poſſem. Periculi vitandi exemplum Plutarchus in Gracchis prodit. vbi ait Senatum Scipioni Naſicæ liberam legationem in Aſia decreuiſſe, cum ob mortem Tyberij Gracchi, cuius auctor Naſica fuerat, videlicet plebem male in illum animatam, & publicum ei iudicium molientem. Cicero etiam in prima Philippica propter Antonium ſcribit ſe ius liberæ legationis habuiſſe. Et lib. Epiſt. fam. 14. Meum fuit officium vel legatione vitata periculum, vel diligentia & copijs reſiſtere, vel cadere fortiter. Hæreditatum & ſyngrapharum idem meminit in Rullum, vbi ſic loquitur Hæreditatum obeundarum cauſa, quibus vos legationes dediſtis, qui & priuati & priuatum ad negotium exierunt, non maximis opibus, neq; ſumma auctoritate præditi, tamen auditis profecto, quam graues eorum aduentus ſocijs veſtris eſſe ſoleant. Idem in tertio de Legibus. Iam illud apertum profecto eſt: nihil eſſe turpius, quam quenquam legari, niſi Reipub. cauſa. Omitto quemadmodum iſti ſe gerant atque geſſerint, qui legatione hæreditates aut ſyngraphas ſuas perſequuntur. Memorabile eſt autem, quod ex ipſius ad Cornificium Epiſt. 52. lib. 12. obſeruauimus: eos qui cum libera legatione mittebantur, lictores à prouincialibus magiſtratibus & inſignia cæterorum legatorum accepiſſe. Hot.

Legatis ſeruis exceptis negotiatoribus Labeo ſcripſit, eos legato exceptos videri, qui præpoſiti eſſent negotij exercendi cauſa: veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpoſiti eſſent: cubicularios autem, vel obſonatores, vel eos qui piſcationibus præpoſiti eſſent, non videri negociatorum appellatione contineri & puto, Marcianus ait, veram eſſe Labeonis ſententiam. Spieg.

Legativum eſt Viaticum, quod legati interdū ſolent accipe-

re, qui ad ſacrarium principis mittuntur, Arcad. in l. muneſum, 18. §. legati. 55. ff. de muner. & honor. Legati quoque, inquit, qui ad ſacrarium principis mittuntur, quia viaticum, quod legatiuum dicitur, interdum ſolent accipere. Vlp. l. 2. ff. de legat. His qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuum ex forma reſtituatur. De hoc ipſo viatico Modeſtin. loquitur in l. 36. ff. ad municip.

Legator eſt qui aliquid legat. Legatarius cui ex teſtamento aliquid legatur.

Legatorum genera tria in libris noſtris reperiuntur. Legati enim plerunque dicuntur ij, qui à Senatu lecti in prouinciam vnà cum proconſule negotiorum publicorum miniſtri mittuntur, qui tamen iuriſdictionem niſi à proconſule mandatam non habent. Iis autem proconſul criminum cognitionem, non tamen gladii poteſtatem mandare poteſt. Denique legati, qui mandatam iuriſdictionem ſuſceperunt, proprium nihil habent, ſed eius qui mandauit iuriſdictione vtuntur, l. 4. & l. 6. ff. de offic. proconſul. l. 1. ff. de offic. eius cui. Legati vero etiam alij dicuntur, qui à municipio vel prouincia ad principem cum mandatis publicè mittuntur, l. 1. §. 1. l. 8. & l. 54. ff. de iudic. l. 8. ex quib. cauſis maior. Poſtremò legati Cæſaris dicuntur ipſi præſides, vel correctores prouinciæ qui à Cæſare cum imperio & poteſtate miſſi ſunt, l. pen. ff. de offic. præſid. l. 4. ff. de offi. aſſeſ. l. 12. ff. de accuſ. Sicque Aquitaniæ legatum accipio. l. 15. ff. de cuſt. reor. & apud Plin. lib. 26. c. 1. Et legatum Numidiæ ac Ciliciæ, l. 7. ff. de legat. præſt. l. 3. ff. de teſtib. l. 1. in fin. ff. de iur. immun. Et Galliæ Lyciæq. legatum apud Plin. lib. 9. c. 5. & 12. c. 1. Et legatū Lygdonenſe in l. 15. § vlt. ff. de excuſ. tut. Prat.

Legatum dicitur à lege, vt Eutyc. lib. 2. de diſcern. coniug. ſcribit. Porro & fideicommiſſum, & mortis cauſa donatio, legati appellatione continentur, leg. 87. ff. de lega. lib. 3. In generali quoque repetitione legatorum etiam libertates datas contineri ex mente leg. 12. Tab. traditur, quæ his verbis, vti quiſq. legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto, latiſſimam tribuit poteſtatem & hæredes inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi, l. 80. & l. 120. ff. de verb. ſign. l. 65. ff. de leg. lib. 3. Briſſ. In qua leg. 12. Tab. vox ipſa Legaſſe accipiebatur non ſolum pro eo, quod ſpecialiter in vltima voluntate donabatur, relinquebatur, diſponebatur: verum etiam pro eo, quod eſt tutorem dare hæredem inſtituere, exhæredare, præterire, ſubſtituere, §. 1. Inſt. de leg. Falc. rex. in d. l. 180. Vigl. de teſt. ord. in prin. n. 33. Hinc. Liu. lib. 1. de Proca Albanorum rege diſſerens, Numitori, inquit, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Syluiæ gentis legat. vide omnino Gœdd. in comment. ad d. l. 120 n. 1. & ſeqq. ff. de verb. ſign.

Legatum, vt vult Florentinus, in l. legatum eſt 16. de legat. 1. ff eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum foret, alicui quid collatum velit. Vel, vt vult Modeſt. in l. legatum, de lega. 2. ff. legatum eſt donatio teſtamento relicta. Vel, vt latius explicat Imperator, in §. legatum itaque, de legat. Inſt. legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtanda. Et olim quidem erant legatorum genera quatuor, per vindicationem ſcilicet, per damnationem, per ſinendi modum, & per præceptionem, § ſed olim, eod tit. Inſt. Paul. l. 3. ſent. tit. 6. & Vlp. in Epit. tit. 19 Et certa quædam verba cuiq. generi legatorum ſignificabantur, quæ doctiſſimè explicat Theophil. in d. §. ſed olim. Cæterum, hodie omnibus legatis vna atq; eadem eſt natura, quibuſcunq; verbis relicta ſint. ibi.

Legatum eſt quod legis modo, id eſt, imperatiuè, teſtamento relinquitur. Nam ea quæ precatiuo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur, Vlp. tit. 24 Hot.

Legatum annuum, quod in ſingulos annos, hoc eſt, omni anno debetur, l. legatum, §. vnic. ff. de ann leg. Paulo teſte, Sabinus eiuſmodi legatum, plura legata eſſe ait: & primi anni purum, ſequentium conditionale. Videri enim hanc ineſſe conditionem, ſi viuat, & ideo mortuo eo, ad hæredem legatum non tranſire l. 4. de ann. leg. Spieg.

Legatum annuum relictum ſine adiectione ſumma. Vide Vlp. de ann. legat.

Legatum ademptum eſt illud, quod Teſtator adimit legatario, voluntate mutata: Tranſlatum eſt, quod teſtator legatario ademptum transfert in alium. Briſſ.

Legatum caducum variè dicitur. Primo ſi defuncto ſit relictum, quem tamen teſtator in viuis eſſe credebat: aut ei, qui prius quam teſtator deceſſerit. Secundo quando res, quæ relicta eſt atque legata, non inuenitur. Tertio, ſi graues inimicitię inter vtrumq; oboriantur. Quarto, ſi legatarius legatum reſpuat. Quinto, ſi conditio, ſub qua ſit relictū, deſit. Vide l. vnic. Co. de caduc. tollen. & Vlpian. Epit. tit. de cadue vide caducū.

Legatum & donatio cauſa mortis quomodo differant. vide ſupra in verbo Donatio, &c.

Legatum factum Titio de poſſeſſionibus in gaudimentum, an comprehendat proprietatem, & an tranſeat ad eius hæredes, Bald. ſingul. in l. ſi habitatio. §. 1. ff. de vſu & habit. tenet quod ſic, & pro ſing. commendat. Crem. not. 39. lego vxori, & Iaſon in Leum hi, §. ſi vni. verſ. circa primum nunquid, ff. de tranſact. & latius in l. vl. in 5. not. C. de leg. vbi ponit de veritate. Cort.

Legatum in aliena voluntate poni poteſt, in hæredis non poteſt. Paul. in l. Senatum, de leg 1. Spieg.

Legatum inutile in ſex caſibus locum obtinet, Primo, cum deficit legatum ex perſona legantis: puta ſi eſt ſeruus. Secundo propter rem quæ legatur, qualis eſt ſacra, vel ædibus iuncta. Tertio, ob perſonam cui legatur, præſertim ſi proprius eſt ſeruus. Quarto quando vterque & qui legat, & cui legatur, inhabilis cognoſcitur. Quinto, inutile eſt legatum in re propria eius cui relinquitur, cum æſtimatio rei potuiſſet legari. Sexto ſi cui legatur, qui eius minus eſt capax. Cuiuſmodi eſt deportatus, pœnæ ſeruus, & id genus homines, quibus neque teſtamenti actio relicta eſt Spieg. Prat.

Legatum operarum & vſusfructus differunt. Nam illud facti eſt, & ad rem potius refertur, vt quoadiu ipſa durat, tandiu debeatur. At vſusfructus ius eſt perſonæ fructuarij tam coniunctum, vt cum eo extinguatur, & multis item aliis caſibus intereat: vt capitis deminutione, & non vtendo. Conna. lib. 4. cap. 1. n. 9. &c.

Legatum pium, quod religioni, bonis literis, & paupertati relinquitur.

Legatorum olim genera quatuor erant: per Damnationem, Vindicationem, Sinendi modo. & per Præceptionem. Et certa quædam verba cuique generi adſignata erant, vt Iuſtinian. ait. §. 1. Inſtit. de legat. Briſſ.

Legatorum ſtipulatio. l. 19. ff. 1. ff. de verbor. oblig. appellatur, quæ legatorum in diem, vel ſub conditione relictorum, vel etiam præſentium nomine interponitur. Briſſ.

Legatum per damnationem, huiuſmodi fiebat verbis: Hæres meus illi dato, dant, Illi ab hærede dari iubeo: aut, Hæres damnas eſto dare. Huiuſmodi autem legatum veteres Iuriſconſ. indebitè ſolutum, repeti nolebant, quod Iuſtinian. ſuſtulit. Id duntaxat legatum, non debitum ſolutum repeti vetans, quod religionis & pietatis intuitu ſacroſanctis Eccleſiis, venerabilibuſve locis ſit expenſum: quod tamen ſummo iure magis quam iure conſtituiſſe videtur. Spieg.

Legatum per ſinendi modum, ſic legabatur: Hæres meus, rem illam Titio permitte ſumere. In quo legato hæres rem tradere non tenetur, ſed vendicanti legatario non permittitur prohibere. Spieg.

Legatum per vendicationem dicebatur, quod legatarius poſt mortem teſtatoris, non etiam ſpectato hærede, ſtatim ſibi aut præſumebat, aut defunctus ad hæredem eius tranſmittebat: & his fiebat verbis: Stichum ſeruum tibi do, lego, vel illam rem tibi præſume, habe, vindica Nec in eo traditio hæredis expectanda eſt, ſed ipſe legatarius poſſeſſionem accipit: quam in rem miſſionem (vt ait Alciatus) videtur Iuſtinian. appellaſſe, l. 1. in prin. C. commun. de legat. Spieg.

Legatum perceptionis, non niſi vni ex hæredibus dari poteſt, vt aliquid ex hæreditate præcipuum habeat: quod ſi coniunctim multis, aut diſiunctim ſingulis relinquatur, omnib. vna tantum res, quæ nominata eſt, ſicut & in legato vindicationis, debetur, leg. ſi pluribus, de legat. 1. non vni rea, & alij æſtimatio. Lege cap. 1. lib. 3. Parerg. Alciat. Spieg. Prat.

Legatum præſens, id eſt, purum, Conditionali opponitur, L. 1. ff. de cond. & demonſtr. Spieg.

Legatum relictum in ſingulos annos, ſimile eſt vſuifructui, cum morte finiatur, Caius auctor eſt ff. de ann. legat. Spieg.

EXEMPLA ALIQVOT LEGATORVM IVXTA Alphabeti ſeriem collecta Lector prudens rem ipſam expendas.

Ad quemcunq; ex teſtamento meo, vel ab inteſtato, vel ita, Ad quemcunq; quoquo iure bona mea peruenient. Hęc verba quid velint, Marcianus de legatis 3. leg. ſi ita fuerit, oſtendit.

Æliæ Dorcadi matri meę dari volo, quoad viuet, vſumfructum bonorum meorum, ita vt poſt obitum eius ad liberos meos aut ad eum, qui ex his viuet, pertineat. Vide l. generali. ff. de vſu & vſufruct. Spieg.

Agri plagam, quæ eſt in regione illa, Mæuiis, Publio & Caio transferri volo, precio facta viri boni arbitratu & hæreditati illato, duplæ euictione expromiſſa à reliquis hæredibus, ita vt ſub pœna centum promittant eam agri plagam, partémve eius ad Seium poſterósve eius non peruenturam quaquam ratione. Vide Scæuolam in l. vxorem, de legatis 3. Spieg.

Amplius, quam Titio legaui, hæres meus Seio decem dato. African. in leg. ſi ſeruus legatur, § ſi ita ſcriptum, de legat. 1.

A quibus (ſcilicet libertis) præſtari volo hæredi ex reditu eius fundi decem per annos ſingulos vſque ad annos triginta quinque à die mortis meæ, Scæuola reſpondet in l. codicillis, de ann. legat.

A te autem fili chariſſime quæcunque legaui, præſtari volo: Et ſi quid euenerit æris alieni, quod in tempore pro mortuo acceperam, & debuero, à te ſolui volo: vt quod ſorori tuæ reliqui, integrum ad eam perueniat. Ad hoc thematium reſpondet Scæuola in fin. §. leg. nomen. de legatis 3. Spieg.

A te peto Sei, vt ab annis duodecim ætatis ad ſtudia liberalia

lia fratris tui inferas matri eius tot annuos, vſq; ad annos quatuordecim, ea amplius tributa fratris tui pro cenſu eius dependas, donec bona reſtituas, & ad te reditus prædiorum illorum pertineant, quoad perueniat frater tuus ad annos quatuordecim. Scæuola explicat ad fin. l. liberto ſuo, ff. de ann. leg. Spieg.

A te peto, tuæque fidei committo, vt quidquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, reſtituas filio tuo, retentis tibi hortis meis. Declaratur per Scæuolam de leg. 3. poſt emancipationem. Spieg.

A te Petroni peto, vti ea duo millia ſolidorum reddas collegio cuiuſdam templi. Vide Scæuolam in l. pater filium, §. Tuſculanus, de leg. 3.

A te hęres peto, quicquid ad te peruenerit, vt tantum ei des. Idem exponit, eod tit. ad fin. l. Mæuio fundi. Spieg.

A te peto marite, ſi quid liberorum babueris, illis prædia relinquas, vel ſi non habueris, tuis, ſiue meis propinquis, aut etiam noſtris libertis. Hiſce verbis non eſſe datam electionem, ſed ordine ſcripturæ factam ſubſtitutionem, Papinianus reſpondit in fine leg. cum pater filios, ff. de lęgat. 2. Spieg.

A te Mæui ex reditu fundi, Speratiani præſtari volo Attio Pamphilo, & Attio Sticho, die mortis meæ annuos ſexcentos quotannis, quoad viuent. Adi Scæuolam de ann. lega. l. Titiu hærede. Spieg.

A te autem Mæuia filia chariſſima peto, vt Stichum ſeruum tuum manumittas, cum in miniſterium tuum totu capita ſeruorum tibi bis codicillis legauero. Vide Modeſtin. in l. Titia cum teſtamento, de leg. 2. Spieg.

A te Seia peto, vt quicquid ad te ex hæreditate mea peruenerit: exceptis his, quæ tibi ſupra legaui, reliquum omne reddas & reſtituas Mæuiæ infanti dulciſſimæ. A qua Seia ſatis exigi veto, cum ſciam, etiam potius rem aucturam, quam detrimentu futuram. Vide Scæuolam in l. vxorem, §. fin. de legat. 3. Spiegel.

A te autem Sei peto, vt cum ad annum viceſimum quintum perueneris, militiam ei compares: ſi tamen te ante non reliquerit l. libertis ff. de alim. legat.

A te peto Cai Sei, quidquid ex hęreditate mea redegeris, illis meis alumnis des, & cætera, quæ ſequuntur verba Papinianus exponit in l. alio hærede ff. de alimen. legar. Spieg.

A te peto vxor, vti ex vſufructu, quem tibi præſtari volo in annum viceſimum quintum, contenta ſis annuis quadringentis. Quod amplius fuerit, rationibus hæredis, hæredúmve meorum inferatur. Vide Scæuolam in l. generali. ff. de Vſu & vſufruct Spieg.

A te vxor chariſſima peto, ne quid poſt mortem tuam, fratribus tuis relinquas. Habes filios ſororum tuorum, quibus relinquas. Scis vnum fratrem tuum, filium veſtrum occidiſſe, dum ei rapinam fecit: ſed & alius deteriora mihi fecit. Exponitur à Scæuola de legatis 2. in fine, l. penult. §. matre. Spieg.

A vobis quoque cæteri hæredes peto, vt vxori meæ præſtetis, quoad viuet, annuos decem aureos: vxor ſuperuixit marito quinquennio, & quatuor menſibus, &c. Modeſtinus reſpondit, integri ſexti anni legatum deberi, l. 5. de ann. lega. Spieg.

A vobis peto, vt quicquid vobis legaui, eo contenti ſitis viuentes: vt poſt vos filiis meis reſtituatis. Scæuola mentem aperit huius fideicommiſſi in fin. l. vlt. § pen. de leg. 2.

Attiæ, donec nubat, hæres meus quinquaginta dare damnas eſto: neque adſcriptum eſt. In annos ſingulos, nihilominus ad legatum in annos ſingulos deberi, Iabolenus auctor eſt. Spieg.

Auibus legatis, anſeres, phaſiani, & gallinæ, & auiaria debentur: phaſianarij autem, & paſtores anſerum non continentur, niſi id teſtator expreſſerit. Vt Paulus de leg. 3. tradit. Spie.

Balneas legatę domus eſſe partionem ſi per domum intrinſecus adibantur. Vide Paulum in l. prædiis, de legat. 3. Spieg.

Caius Seius pronepos meus hæres mihi eſto ex ſemiſſe bonorum meorum, excepta domo mea & paterna, in quibus habito, cum omnibus, quæ ibi ſunt. Quæ omnia ſcias ad portionem hæreditatis, quam tibi dedi, non pertinere. Vide Paul. de legat. 2. l. Caius Seius. Spieg.

Caio Seio illud & illud hæres meus dato: & te Sei rogo, fideique tuæ mando, vti ea omnia, quæ ſcripta ſunt, reddas ſine vlla mora, & reddas ipſe. Habes ſententiam Marcellini in l. Lucius Titius cum duos, de leg. 1. Spieg.

Centum, quæ in arca habeo, aut, Quæ ille apud me depoſuit, Vlp. ait, ſi nulla ſint, nihil deberi conſtat, l. 1. ff. de dot. releg. Spieg.

Ciuibus meis do lego chirographum Caij Seij.

Conſtitui, daſque volo Callimacho mercedis loco decemmillia denarium Vide Scæuolam in §. pen. l. cum quis decedens. de leg. 3. Spieg.

Corpus meum vxori meæ volo tradi ſepeliendum in fundo illo, & monumentum extrui vſque ad quadringentos aureos, Scęuola ad propoſitionem reſpondet in l. Titius hęredis, de legar. 1. Spieg.

Cui bis legauero ſemel deberi volo, Quomodo intelligendum ſit, Hermogenianus docet. l. ſi quis in principio, de leg. 3.

Cum his, quæ ibi erunt Pompon. hęc verba in legatorum exemplis declarat l. fundus, de leg. [illegible]

Cum is in tutelam ſuam peru[illegible]rit. Item in ſuam tutelam & in ſuam poteſtatem. Item, cum ſui iuris fuerit factus. Item. cum ad pubertatem peruenerit. Item & ſi cum ſuæ ætatis fuerit factus, vel legitimæ ętatis. Cum iuſtæ ætatis factus, vel cum maturæ ætatis ſit, vel cum adoleuerit. Vide Vlp. in l. cum filiofamil de legat. 3. Spieg.

Cum morietur ipſe ſeruus. Vide Africanum de leg. 1. l. ſi à pluribus hæredibus.

Cum omnibus quæ domi ſunt. Quo ſenſu hęc verba veniant accipienda, declarant Iuriſconſ. in l. Seius. in princ. cum ibi not. C. de leg. 2.

Cum pater moreretur. vide Vlpianum hęc exponentem verba in l. fideicommiſſa § ſi filio de leg. 2.

Cum volet. l. vxorem § Scæuola. de leg. 3.

Cum voluerit, ad tempus [illegible]tæ extenditur, teſte Vlpiano in l. fideicommiſſa, §. ſic fideicommiſſum, de leg. 3. Spieg.

Dactyliothecam meam & ſi quos præterea annulos habeo. Vide Vlpianum in l. librorum, § fin. de leg. 1. Spieg.

Item dare damnas eſto. Iul. de leg 3 hęc verba, quę adiici ſolent in repetendis legatis exponit iuxta Sabini ment. Spieg.

Damnas eſto hęres, Titium ſinere in illa domo [illegible] quoad viuet, Marcello vnum videtur eſſe legatum, l. damnas, ff. de vſufruct. per leg. dat. Spieg.

Decem quę in arca habeo, ita legaui, vel ſtipulanti promiſi, ſecundum Africanum, & legatum & ſtipulatio valebit. Vide §. qui quinque, l. ſi ſeruus legatus, de leg. 1.

Decem aut quindecim hęres dato, ſecundum Pomponium perinde eſt, ac ſi decem ſola legata ſunt, in l. ſi ita relictum, §. ſi. ff. de leg. 2. Spieg.

Domina ſanctiſſima, ſcio te de amicis meis curaturam, ne quid his deſit, verumtamen & Marco dari octingenta Scęuola reſpondet in l. Titia hærede, ff. de ann. leg Spieg.

Domo inſtructa, ſupellectilem legatam, non etiam vina accipimus: quia domus viuis inſtructa, intelligi non poteſt, auctor Pomponius, l, ſi ita teſtamento, ff. de ſund. inſtruct. Spie.

Domum meam cum horto applicito libertis meis concedi volo, & alio cap. Fortunio liberto meo ex domo mea, quam libertis meis dedi, diætam, in qua habitabam, item cellarium iunctum eidem diætę ab hęrede meo concedi volo, l. vxorem, de leg. 3.

Domum, quęque mea ibi erunt, cum moriar. Proculus exponit, in l. ſi ita de leg 3. Spieg.

Et domus eam partem, in qua morari conſueuimus. Scęuola declarat de legat. 3. l. vxori ſuę, in princ. Spieg.

Dulciſſimis fratribus meis, auunculis autem tuis quęcunque mihi ſuperſunt in Pamphylia, Lycia, vel vbicunq; de maternis bonis, concedi volo, ne quam cum his controuerſiam habeas Senſum indicat horum verborum Iuriſconſ. in l. cum pater filios, §. dulciſſimis, de leg 2 Spieg.

Eiſque mancipiis, quę ſupra legaui, [illegible] ab hęredib. meis pręſtari volo, quę me viuo accipiebant. Explicat hoc thema Scęuola in l. à filio, §. teſtator, ff. de alim. leg. Spieg.

Equis legatis, & equę continentur. Martianus de legatis 3.

Ex illo dolio amphoras decem, etſi non decem, ſed pauciores inueniri poſſunt: non extinguit legatum, ſed hoc tantummodo accipit, quod inuenitur, ait Paul. in l. ſi quis ſeruum de leg. 3. Spieg.

Et peracto quinquennio, cum eius vſusfructus eſſe deſierit, tunc eum ſundum illi & illi libertis dari volo, l. vxori vſumfructum, ff. de vſu & vſufructu. Spieg.

Felici, quē liberum eſſe iuſſi, vſumfructum fundi Veſtigiani lego, cuius proprietatem puto te Felicem conſecuturum, ſi non contenderis cum hęrede meo, ſed potius concordaueris. Sed & tu hęres omnia fac, vt amici ſitis. Hoc enim vobis expediet. Vide l. generali. ff. de vſu & vſufruct. Spieg.

Fidei hęredum meorum committo, vti ſinaos eum habere domus meas, in quibus habito, nullo omnino excepto, cum omni inſtrumento, & repoſitis omnibus. Paulus his verbis non videtur teſtatorem de pecunia numerata, aut inſtrumentis debitorum ſenſiſſe, l. ſi mihi Męuia, ff. de leg. 3. Spieg.

Fidei hæredum meorum committo, ne fundum Tuſculanum alienent, & ne de familia nominis mei exeat. Vide Papinianum in l. cum pater filio, de legar. 2. ibidem & quę ſequuntur verba per eundem exponuntur, nempe Fidei tuę committo vxor, vt des, reſtituas filię meę, cum morieris, quicquid ad te quoque nomine de bonis meis peruenerit. Spieg.

Fidei tuę committo filia, vt cui in familia nubes, & quotieſcunque nubes, pariaris de dote tua, quam dabis, partem dimidiam ſtipulari fratrem tuum; & Seiam matrem tuam, pro partibus dimidiis dari ſibi, ſi in matrimonio eius, cui nubes, ſiue diuortio facto, priuſque dos tua reddatur, eóve nomine ſatisfactum erit, morieris nullo filio filiave ex eo relicto. Vide Scęuolam in l. vxorem, § teſtamento 2. de legat. 3 Spieg.

Fidei tuę committo Sempronia ſoror, vti legata, quę alum-

nia meis reliqui, ex medio recipias, & apud te habeas, quoad eos commendatos habes, l. codicillis, ff. de ann. leg. Spieg. Fidei autem veſtræ Verè Sapidè committo, ne eum fundum vendatis: cúmque, qui ex vobis vltimus deceſſerit, cum morietur, reſtituat Symphoro liberto meo & ſucceſſori & Beryllo & Sapido, quos infra manumiſi, quive ex his tunc ſuperuiuent. Explicantur hæc à Paulo de legat. 2. in l. Titio Seio. §. Seia. Spieg.

Fili contentus eris pro tuo ſemiſſe ducentis aureis, & vos filiæ pro veſtris quadrantibus centenis aureis. Quid hæc ſibi velint, declarat Papinianus paulo ſupra finem benè longe l. cum pater filius, ff. de leg. 2. Spieg.

Filij filiæque meæ ibi ſunto, vbi eos mater ſua eſſe volet: eiſq; hæres meus in annos ſingulos, inq; pueros puelláſque ſingulas, damnas eſto dare cibarij nomine aureos decem. Vide Pomponium in l. Quintus Mutius, ff. de Annuis leg. Spieg.

Filiis maribus domum meam inſtructam, do, lego, daríque iubeo. Vide §. ſed & ipſe Papin. l. quæſitum, ff. de fun. inſtruct.

Filia mea Criſpina, quam cupiebam collocare nuptui, cuicunq; amici cognatíque mei adprobaſſent, vt rectè collocetur, prouidebit Pollian. cum is mentem meam cognitam habeat de æqualibus portionibus in dotem dandis, quibus & ſororem eius collocauit. Speciem horum verborum, quæ Græcè reſeruntur in l. Theopompus, ff. de dot. releg. Scæuola explanet. ibidem Latine verſit, vt eitata ſunt per Haloand. Spieg.

Filia mea percipiat, ſibíque habeat volo rem matris ſuæ. Papinianus explicat in l. cum pater filio. §. filia, de legat. 2.

Filiæ, Pomponius de Legat. 2. l. ſi ita ſcriptum ſit, filiabus meis centum aureos do. An, inquit, maſculini generis & fœminini liberis legatum videatur? nam ſi ita ſcriptum eſſet, Filiis meis hoſce tutores do: reſponſum eſſet, etiam filiabus tutores datos eſſe: quod non eſt ex contrario accipiendum, vt filiarum nomine etiam maſculi contineantur. Exemplo enim peſſimum eſt, fœminino vocabulo etiam maſculos contineri.

Fornacator: Paul. de fun. inſtruct. Inſtrumento, inquit balneario legato, etiam balneorum contineri, Neratius reſpondit: continentur autem & fornacator. Eſt autem idem qui fornacarius. Spieg.

Fundum in Appia cum villico ſuo & contubernali eius & filiis dari volo. l. vxorem. §. concubinæ, de leg. 3.

Fundum meum illi do. Iabolenus, qui fundum ait, mandato meo in ſocietatem mihi & ſibi emerat: deinde eum ſe diuiſerat, & prius quam mihi traderet, ita eum tibi legauerat. Fundum meum illi do, negaui amplius parte illi deberi. Rationem apud eum leges, l. qui concubinam, de leg. 3. Spieg.

Fundum Cornelianum de nomine meo exire veto, l. pater filium, §. duobus, de leg. 3.

Fundum Trebatianum, qui eſt in regione Areſata: fundum Satrianum, qui eſt in regione Nypbana, cum taberna dari volo. Scæuola in l. patronus. §. libertis, de legat. 3. Spieg.

Fundi Trebatiani reditus vxori meæ quoad viuet, dari volo. Vide Scæuolam, ff. de vſu & vſufruct.

Is enim fundus propter illam ad me peruenit. Vide Vlpianum in l. 1. §. ſi quis vxori. de dot. releg. Spieg.

Hæres cum morietur, Lucio Titio dato decem. Paulus explicat l. ſi pecunia de leg. 2. Spieg.

Hæres meus aureos centum Licino damnas eſto, neque adſcripſiſſet Dare: deberi ei legatum conſtat. Alfenus.

Hæres dare damnas eſto, ſi in Capitolium non aſcenderit, vtile legatum eſt, quamuis in poteſtate eius ſit, aſcendere vel non aſcendere, vt Paul. dicit in l 3. de leg. 3 Spieg.

Hæres meus damnas eſto Lucio Titio, Stichum ſeruum meum reddere. vel ita, Illum ſeruum meum illi reddito. Caſcellius, Iaboleno teſte, ait deberi, neque id Labeo improbat: quia qui reddere iubetur, ſimul & dare iubetur, l. hæres meus in princ. de leg. 3. Spieg.

Hæres meus damnas eſto dare aureos quinque: non quilibet hæres, ſed omnes videbuntur damnati, vt vna quinque dent, auctor eſt Pompon. in l. ſi pluribus hæredibus, ff. de leg. 2. Spieg.

Hæres meus dato. Paulus de legat. 3. l. ſi plures ait, gradus ſint hæredum, ad omnes gradus hic ſermo pertinet, ſicut hæc verba, Quiſquis mihi hæres erit. Quære, Præſtatio. Spieg.

Hæres meus illi fundum dato, Seio hoc amplius decem non erit dubitandum, quin Seius & fundi partem, & decem ex teſtamento percipere debeant, teſte Martiano, l. ſi ſic loquutus, de leg. 3. Spieg.

Hæres meus Titio decem trima die dato. Vlp. exponit, l. 3. de ann. legat.

Hæres meus Titio dato, quod mihi ex teſtamento Sempronij debetur. Vide Papin. in l. cum filius. §. hæres meus, de l. 2. Vbi notandum egregiè dictum Papiniani, nempe nec in totum falſum videri, quod veritatis primordio adiuuatur. Spieg.

Hoc amplius filio meo. Vide Papinianum de leg. 1. l. quid ergo, & Africanum, l. ſi ſeruus legatus. §. ſed ſi ei.

Hoc amplius Publia Clementiana percipiet ſibi vſumfructum quartæ partis hæreditatis meæ, ex qua Iulium Iuſtum, filium meum hæredem inſtitui: petóque à te Publia Clementiana, vti fratrem tuum Iulium Iuſtum alas, tuearis, dependas pro eo (pro quo tibi vſumfructum eius portionis reliqui) donec mentis compos fiat & conualeſcat.

Hoc amplius, ſi nauis ex Aſia venerit, hæres meus ei fundum dato. Vide Pomp. de leg. 3. l. ſi tibi purè. Et ibidem Luc. Titius plebi quina dedit, hoc amplius Seius, & inſ. Titius, accepit quinque, Seius hoc amplius fundum. Spieg.

Hortus quando domus legato continebitur, docet Paul. in l. prædiis ad fin. ff. de leg. 3.

Ille, aut ille hæres, Seio centum dato. Poteſt Seius, Paulo tradente, ab vtro velit, petere. Cum verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæſtio l. ille, ff. de leg. 3. Spieg.

Illi, aut illi, vter eorum Capitolium prior aſcenderit, vtile legatum adſerit. Africanus in l. ſi ſeruus legatus vivo teſtatore, ff. de leg. 1. Spieg.

Illi cum illo habitationem lego, perinde eſt, ac ſi ita, Illi & illi legaſſet; auctor Iulianus.

Cum ita legatus, Illi hoc amplius fundum illum cum omnibus rebus, quæ in eodem fundo erunt: mancipia quoque contineri, Modeſt. reſpondit, l. omnia, de leg. 2. Spieg.

Illi, quantum plurimum per legem accipere poteſt, dari volo: vtique tunc eum quandoque capere poterit, videtur ei relictum: ſed & ſi dixerit, Quam maximam partem dare poſſum, damnas eſto dare ei hæres meus, idem erit dicendum, teſte Vlp. de leg. 2. l. ſi ita quis. Spieg.

Illi ſi demeruerit, omnimodo Vlp. ait, fideicommiſſum debebitur: ſi modo meritum, quaſi apud virum bonum, collocare fideicommiſſarius potuit, & ſi ita ſit: Si te non offenderit, æquè debebitur. nec poterit hæres cauſari, non eſſe eum meritum, ſi alius vir bonus, & non infeſtus, meritum potuit admittere. Spieg.

Illum tibi commendo. Teſte Vlp. in l. fideicommiſſa. de leg 3. Diuus Pius reſcripſit, fideicommiſſum non deberi. Aliud eſt enim perſonam commendare, aliud voluntatem ſuam fideicommittentis hæredibus inſinuare. Spieg.

Illud, aut illud vtrum elegerit legatarius, nullo à legatario electo, legatum ad hæredem tranſmittitur: auctor Paul. in l. illud ff de opt. leg Spieg.

Infans dulciſſima. Scæuol. de leg. 3. reliquum omne, inquit, reddas & reſtituas Mæuiæ infanti dulciſſimæ. Spieg.

In primis ſciant hæredes mei nullam pecuniam eſſe penes vxorem meam, ſed nec aliud quicquam, ideóq; eam hoc nomine inquietari nolo. Hęc verba quem ſenſum habeant, Modeſtinus indicat, de leg 2. l. Titia, § cum Seius. Spieg.

Lances numero duas leues, quas de ſigillaribus emi, dari volo. At inde natum thema Scæuola reſpondet in l. penult. de leg. 3. Accurſ. Iuriſconſ reſponſum non intellexit, vt nec vis quidam doctus, multíſque nominis inter cauſidicos, de quo latius Alex. lib. 3. c. 4. Spieg.

Lecticarias octo, aut pro his in homines ſingulos certam pecuniam, verum legatarius volet. Vide Pomponium in l. ſi ex toto, §. ſi ita legatum ſit, de leg 1 Spieg.

Libertis dari volo, quæ viua præſtabam. Vide Papinianum in fin. l. Seio amico, ff. de ann. leg. Spieg.

Libertus medicus, medicamentorum ſumptum quando non rectè petit, Papin. Indicat in prę allegata leg. Seio. Spieg.

Libertis meis omnibus alimentorum nomine ſingulis annuos denarios duodecim ab hærede dari volo, ſi ab vxore mea non receſſerint. Hanc ſpeciem Scæuola expedit in l. Mæuia, de ann. leg. Spieg.

Libertis meis, quibus nominatim nihil reliqui, quæ viuus præſtabam, dari volo, l. Sempronius, ff. de vſu & vſufruct.

Libertis libertabúſque meis, & quos in codicillis manumiſi, fundum vbi me humari volui, dari volo, vt qui ab his deceſſerit, portio eius reliquis adcreſcat, ita vt ad nouiſſimum pertineat, poſt cuius nouiſſimum deceſſum ad Rempublicam Arelatenſium pertinere volo. Hoc amplius libertis libertabúſque meis habitationes in domo, quandiu viuent. Sed Pactix & Trophimæ diætas omnes, quibus vti conſuerit. Quam domum poſt mortem eorum ad eandem Rempublicam pertinere volo. Scæuola explanat in l. codicillis, ff. de vſu & vſufruc. Spiegel.

Lucio Titio prędia mea illa cum pręterio, ſicut à me in diem mortis poſſeſſa ſunt, do. Paulus protulit inſtrumentum ruſticum, & omnia quę ibi fuerunt, quo domus fuiſſet inſtructior, deberi conuenit: colonorum reliqua non debentur, l. prędiis, de leg. 3 Lege, Reliqua actorum & colonorum. Spieg.

Lucio Sempronio lego omnem hæreditatem Publij Mæuij. Papinianus elucidat, in l. cum filius de leg 2.

Lucio Titio, ſi ei hæredi meo tabellas, quibus ei pecuniam expromiſerat, dederit, centum dato. Hoc legatum explicat Iuriſconſultus in l. ab omnibus, §. primo, de leg. 1. Spieg.

Lucio Titio fundum Seianum, vel vſumfructum fundi Seiani lego, Marcello reſpondente de legatis 2. poteſt legatarius,

vel

Digitized by Google

vel fundum vindicare vel fructum : quod facere non poteſt is, cui tantum fundus legatus eſt. Spieg.

Lucio Titio marito meo, cui maximas gratias ago, dari volo ſupra dotem, quam ei dedi, tot aureos. Vide Paul. in l. Seia cum nuberet, ff. de dot. releg.

Lucio & Titio eorúmve cui fundum do, lego, Iuliano teſte, vtiliter legatur his verbis, Et ſi vterque vixerit, vtrique: ſi alter, alteri totum dabitur, l. ſi quis teſtamento, §. his verbis, de leg. 2. Spieg.

Lucio Titio tot, & hoc amplius, vxori & liberis ejus tot. African. dubitandum non eſſe ait, quin legatum maneat, quem vide de leg. 1. §. ſi ita ſcriptum.

Lucio Titio tritici modios centum, qui ſinguli pondo centum pendant, hæres dato. Vide Iabul. in l. quidem, ff. de tritic. legat. Spieg.

Lucio Titio auri pondo tria, quæ viua præſtabam. Scæuola enarrat thema §. fin. l. Titia hærede, ff. de ann legat. Spieg.

Lucius Titius hæres meus quinque aureos Thitaſo dare damnas eſto: deinde alio loco ita legatum fuerit, Publius Mæuius hæres meus Thitaſo quinque aureos dare damnas eſto, Pompon. interpretatur de leg. 2. Spieg.

Lucius Titius & Caius Seius Publio Mæuio decem dare damnas ſunto. Paulus oſtendit ex Sabini mente, l. ciuitatibus de legat. 2.

Lucio Titio bono viro, cujus obſequio gratias ago, dari volo annuos (quamdiu viuet) aureos decem, ſi rebus nepotis mei interuenerit, omnémq; adminiſtrationem rerum nepotis mei ad ſolicitudinem ſuam reuocauerit. Scæuola caſum elegantem extricat eleganter in l. Mæuia, ff. de ann legat. Spieg.

Lucius Titius Seiæ hæredi ſuæ, quam pro parte dimidia inſtitui, ſalutem. Mæuium libertum meum, quem in teſtamento pro parte dimidia hæredem inſtitui, eam partem hæreditatis veto accipere: cujus in locum partémve ejus Publium Sempronium dominum meum hæredem eſſe volo. Vide Scæuolam in l. cum quis decedens, §. Seiam & Mæuium, de legatis, 3. Spieg.

Lucius Titius hæres meus, aut Mæuius hæres meus, decem Seio dato. Legatum hoc interpretatur Pompon. in l. ſi ex toto, de legat. 1. Spieg.

Lucius Titius hoc meum teſtamentum ſcripſi ſine vllo Iuriſperito, rationem animi mei potius ſecutus, quam nimiam & miſeram diligentiam. Et ſi minus aliquid legitimè minúſve peritè fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis ſani voluntas, l. pen. § fin. de leg. 1.

Mando filiæ meæ, pro ſalute ipſius ſollicitus, vt quoad liberos tollat, teſtamentum non faciat. Item enim poterit ſine periculo viuere. Senſum pete à Papiniano, de leg. 2. l. cum pater filios, §. mando. Spieg.

Medico Sempronio quæ viua præſtabam, dari volo, juxta Papinianum in l. Seio amico. ff. de ann leg. ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. Spieg.

Mæui fili, quod jam tibi maximam partem facultatum dederim, contentus eſſe debes fundo Semproniano cum ſuis inhabitantibus, id eſt, familia, & quæ ibi erunt, & inſ. Argentum omne & ſupellectilem (quodcunque habeo) tibi do, & quidquid in prædio Semproniano habeo. Vide Paulum in leg. quæſitum eſt, de leg. 3. Spieg.

Mæui & Semproni dulciſſimi & filij præcipitote omne, quidquid ex hæreditate boniſve Titij domini mei patris veſtri ad me peruenit mortis ejus tempore: ita tamen vt omne onus ejuſdem hæreditatis, tam in præteritum, quam in futurum, nec non etiam ſi quid poſt mortem Titij domini mei ſolui, agnoſcatis. Extant hæc verba apud Scæuol. quorum & ſenſum ille aperit in l. pen. de leg. 2. Spieg.

Mæuio infanti alumno meo, quadringenta dari volo, quæ ad te Seia ſuſcipias, & vſuras ejus quincunces in annum vſque vigeſimum ætatis præſtes, eúmque ſuſcipias, & tuearis. Vide Scæuolam in l. à filio, ff. de alim. leg. Spieg.

Mæuio liberto meo nihil de me merito dari volo lagenas vini vetuſti centum quinquaginta, leg. cum quis decedens, §. Seiam & Mæuium, de leg. 3. Spieg.

Mulos duos, qui mei erunt, cum moriar, Seio hæres dato, Iulianus interpretatur, de leg. 3. Spieg.

Nigidium, Titium, Dionem, libertos meos ſenes, & infirmos peto, in locis, in quibus nunc agunt, ſeneſcere patiamini. Vide Scæuolam in l. Sempronio, ff. de vſu & vſufruct. Spieg.

Niſi hæres meus voluerit, illi decem dare volo, quaſi conditionale fideicommiſſum eſt Vlpiano: quem vide in l. fideicommiſſum, de leg. 3. Spieg.

Non volo autem, vt à meis hæredibus ædes meæ veneant, illarúmve nomine pecunia mutua accipiatur: ſed vt apud eos (ſiue filij, ſiue nepotes ſint) in omne æuū inuiolabiliter permaneant. Si quis vero eorum partem ſuam vel vendere, vel in cauſam motui obligare voluerit, ſaltem cohæredi ſuo ejus vendendi vel obligandi poteſtatem habeto. Quod ſi aduerſus ea quis fecerit, quicquid ejus rei geſtum eſſe dicetur id infirmum atque irritum eſto. Hæc Græce extant in §. inſtituto filio. l. Lucius Titius, de leg 2. Haluander nuſſes ea verrit proximè Iuriſconſultorum phraſim attingens, ab Alciato neglectam Scæuola vero interpretatus eſt ibidem. Spieg.

Nullo modo prædium ſuburbanum aut domum hæres alienet. Hæredis hæres alienauit. Quid juris? Scæuola reſpondet in l. Lucius Titius, de leg. 2. ff. Spieg.

Omnibus libertis libertabúſque meis cibaria & veſtiaria, quæ viua præſtabam, dari præſtaríque volo. Adi Scæuolam in l. à filio. §. fin de alim. leg Spieg.

Omnibus libertis meis cibaria præſtabitis pro arbitrio veſtro: non ignorantes, quos ex his charos habuerim, cætera quæ huc faciunt, explicat Modeſtinus, l. verba teſtamenti, ff. de alim. leg. Spieg.

Omnibus autem libertis meis, & quos viuus, & quos his codicillis manumiſi, vel poſtea manumiſero: contubernales ſuas, item filios, filias lego, niſi ſi quos quáſve ad vxorem meam teſtamento pertinere volui, vel ei nominatim legaui legauero, l. vxorem, de leg. 3.

Omnibus, quos, quáſve manumiſerim, ſiue his tabulis, ſiue quibuſcunque aliis filios filiáſve ſuas omnes concedi volo. Scæuola exponit in fin. l. cum quis decedens, de legat. 3. Spieg.

Ouium grege legato, & arietes & agnos deberi nemo dubitat. Modeſtinus ait, in fin. l. ſeruis legatis, de legatis, 3 Spieg.

Pamphilo liberto hoc amplius, quam codicillis reliqui, dari volo centum: & ſcio omnia, quæ tibi Pamphile reliqui, ad filios meos peruentura, cum affectionem tuam circa eos bene perſpectam habeam. Quid his verbis veniat accipiendum, Scæuola aperit, de legat. 3. in princ. l. Pamphilo. Spieg.

Patrimonij mei reditum omnibus annis vxori meæ dari volo. Ariſto reſpondit, ad hæredem vxoris non tranſire: quia aut vſufructui ſimile eſſet, aut huic legatu in annos ſingulos. Vide Vlpianum de vſu & vſufruct. Spieg.

Pecuniam, quam Titio liberto meo & alumno legaui, eſſe volo penes Publium Mæuium vſque ad vigeſimum quintum annum ætatis eius, próque ea computari cum eo vſuras quadrantes. Quantum autem ei ſtatuendum ſit in ſumptum, tu Publi Mæui (cum patris affectum ei præſtare debeas) æſtimabis. Leg. Scæuol. de ann. leg. liberto ſuo, §. Largius Euripian. Spiegel.

Pertinent hi codicilli ad vxorem & filium. Primum rogo, ſic inter vos agatis, vt me viuo egiſtis. Itémque rogo, Quicquid aut ego reliquero, aut vos ipſi habetis, commune vobis ſit. Scæuola explicat l. fin. §. Lucius, de leg 1. Spieg.

Peto à te domina vxor, ne ex fundo Titiano partem tibi vendices, cum ſcias me vniuerſam eius fundi emptionem feciſſe, ſed beneficio affectionis & pietatis, quam tibi debui, eandem emptionem (cum nummis meis comparaſſem) tecum communicaſſe. Vide l. vxorem, de leg. 3. in princ. Spieg.

Peto à te filia, vt acceptis ex hæreditate mea in portionem tuam centum aureis & prædio Tuſculano, partem hæreditatis reſtituas matri tuæ. Hæc verba Papinianus interpretatur mox à princ. l. cum pater filios, de leg 2. Spieg.

Peto à te filia mea, vt dotalem cautionem poſt mortem meam mutes, & ita renoues, vt fratres tui dotem ſtipulentur hoc caſu, vt ſi ſine liberis vno pluribúſve in matrimonio morieris, dos ad eos perueniat. Ibid. §. fideicommiſit.

Peto à te Titi, fidéique tuæ committo, vti curam condendi corporis mei ſuſcipias, & pro hoc decem aureos è medio præcipito. Scæuola exponit l. pen. de leg. 2.

Peto, cum morieris (licet alios quoque filios ſuſceperis) Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei Papin. enarrat in l. cum filius, § pater, de legat. 2. Spieg.

Peto vt fundum meum Campanum Geneſiæ alumnæ meæ adſcribatis ducentis aureis, vt eſt, l. quæſitum, de leg. 3.

Peto fundum meum ita, vti eſt, alumnæ meæ dari. Scæuola interpretatur, l. qui habebat, de leg. 3. Spieg.

Peto Luci Titi, vt contentus ſis centum aureis, item peto pro parte tua contentus ſis Luci Titi centum aureis. Papinianus hæc verba explicat in princ. leg. peto Luci Titi, de legat. 3. & paulo poſt illud: Peto pro hæreditate, quam tibi reliqui, quæ ad fratrem meum iure legitimo rediret, contentus ſis centum aureis Spieg.

Peto vti velis cohæredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem amplius te recipere iuſſi, Clodium verum nepotem meum, cognatum tuum. Bart. Ex his apud Scæuolam verbis in fin. l. Lucius Titius colligit, verba Inſtitutionis ad alium, quam inſtitutum directa habere vim fideicommiſſi, & §. fin. l. pater filium, de leg. 3.

Quanta pecunia dotis nomine, & reliqua: pro ea quinquaginta hæres dato, l. cùm ſcriptum eſſet, ff. de dot. releg.

Prædia quæ ad eos ex bonis meis peruentura ſunt, nulla ex cauſa abalienent, ſed conſeruent ſucceſſioni ſuæ, déque ea re inuicem ſibi caueant, l. pater filium, §. pen. de leg. 3. Spieg.

Prædiolum meum dari volo libertis libertabúſq; meis, &

quos hoc teſtamento manumiſi, & Seiæ alumnæ meæ, ita ne de nomine familiæ meæ exeat, donec ad vnum proprietas perueniat. Leg Scæuolam, de leg. 2. l. pen §. Lucius Titius, 1. Spie.

Præſentibus & conſentientibus fratre & matre puellam nubere, apud Scæuolam in thematis, l. vxorem, §. teſtamento, 2. de leg. 3. Spieg.

Præſtari volo Philoni, vſque dum viuit, quinquageſimam omnis reditus, quæ ex prædiis à colonia vel emptoribus fructus ex conſuetudine domus meæ præſtatur, Scæuola declarat in liberto ſuo, de ann. leg. Spieg.

Proprietatem autem eorum, quæ ſupra ſcripta ſunt, reuerti volo ad filias meas, quæve ex his tunc viuent. Vide Scæu. in l. filios hæredes. ff. de Vſu & vſufruct.

Propter res vniuerſas, quæ mihi cum fratre meo, patruo veſtro, communes ſunt, quas æſtimationis conſtiterit eſſe vniuerſas, duo millium aureorum fidei veſtræ committo, vt pro portione veſtra mille aureos à Lucretio patruo veſtro accipiatis. Scæuola ſenſum indicat l. fin. §. 1. de leg. 2. Spieg.

Publio Mæuio dominulo meo ab hæredibus meis dari volo, pueros quinq; ex meis, duntaxat intra annos ſeptem. Scæuola elucidat in l. vxorem, §. teſtamento, 2. de legat. Spieg.

Publico Mæuio omnes iuuenes, quos in miniſterio habeo, dari volo. Vide l. non aliter, ff. de leg. 3.

Quæ vxori meæ iure donauero, ea ei lego: vel ita, Quæ vxoris manumiſſionis cauſa donauero, Africanus inutile legatum pronunciat, l. ſi quando quis de legat. 1. Spieg.

Quanta pecunia ex hæreditate Titij ad me peruenit, tantum hæres meus Seio dato, Hæc verba interpretatur Iabol. in l. qui concubinam, §. cum ita, de leg. 3. Spieg.

Quantam pecuniam hæres meus à Titio exegerit, tantum Mæuio dato. Paul. exponit de legat. 2. Quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino, damnas eſto, l. 2. ff. ad leg. Aquil. Spieg.

Quantum hæres meus habebit, tantum Tithaſo dari volo: pro eo eſt, quaſi ita ſit ſcriptum, Quantum omnes hæredes habebunt. Quod ſi ita fuerit, Quantum vnus hæres habebit, tantum Tithaſo hæredes meos dare volo: minor pars accipienda erit, quæ venit in legato. Pomponius auctor de legat. 2. Spieg.

Quæ à filio meo legaui, quæque eum dare iuſſi, ſi mihi hęres eſſet: id hæres meus iiſdem diebus dato. Sed ſi ita repetita fuerint, Legata quæ filio meo legaui, hæres meus dato: purè repetita videbuntur legata, duntaxat monſtratione eorum facta, l. ſi quis filio, de legat. 1 Spieg.

Quæ Lucius Titius mihi debet, ea hæres meus Cornelio dare damnas eſto. Vlp. ait nihil amplius ex hoc legato, quam actiones ſuas hæredes præſtare debere.

Quæ legata pero decuriones, & rogo, ne in aliam ſpeciem aut alios vſus conuertere velitis. Vide Scæu. in l. quidam prædia. ff. de Vſu, & vſufruct. Spieg.

Quæ pecunia propter vxorem meam ad me peruenit, quinquaginta, tantundem pro ea dote hæres meus dato. Iulian. explanat in l. cum ſcriptum eſſet, in princ. ff. de dot. releg. Spieg.

Quas pecunias legaui, quib. dies appoſitus non eſt, eas hæres meus, annua, bima, trima die dato. Talis ſcriptura, teſte Vlpiano, ad corpora legata non pertinet; ſed ad ea, quæ pondere, numero, menſura, continentur: ad ea tantum legata pertinent, quibus dies non eſt appoſitus, de legat. 1. Spieg.

Quęque eius cauſa parata ſunt. Paulo teſte, hæc adiectio, legatum alias plenius efficit, alias exiguius. Id enim ſignificat, & ſi quid præter ea, quæ dicta ſunt, eius cauſa paratum eſt minuitur, detracta coniunctione Que: quia ex omnibus ſupra comprehenſis ea ſola definiuntur, quæ eius cauſa parata ſunt, l. ea tamen, de leg. 3. Spieg.

Quæcunque in legatis reliqui, vel dari præcepi, ab Atticiano filio meo & hærede dari pręſtariq; iubeo. Deinde ſubiecit in præceptione relinquenda filiæ ſuę hæc verba: Paulinæ dulciſſimæ filię meę ſi quę me viuo comparaui, dedi, ſibi habere iubeo: cuius rei quęſtionem fieri veto, & peto à te filia chariſſima, ne velis iraſci, quod ampliorem ſubſtantiam fratri tuo reliquerim, quem ſcis magna onera ſuſtenturum, & legata, quæ ſupra feci, pręſtaturum. Spieg.

Quos liberos meos, vbi corpus meum poſitum fuerit, ibi eos morari iubeo, vt per abſentiam filiarum mearum ad Sarcophagum meum memoriam meam quotannis celebrent, l. libertis, § fin. ff. de alim. leg.

Quęcunque primis tabulis dedi, eadem omnia ab hęredibus quoque heredis mei in duplum dari volo. Vide Scęuolam, de legat. 2.

Qui meus erit, cum moriar, heres, dato: exponitur à Paulo in l. 5. de legat. 2. Iulian. l. ſeq. conditionem huiuſmodi legato iniectam putat. Spieg.

Quidquid in horreo meo erit, modo non ſit legatarij dolo, hoc eſt, ampliandi legati gratia in horreum illatum. Spieg

Quidquid propter Titiam ad Seium dotis nomine peruenit, tantam pecuniam Seius heres meus det Titiæ. Vide Modeſtin. in l. Męuio fundi, de legat. 2.

Quicquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego, nec adieciſſet, Pręſens in diem ve. Scęuola in l. ſi ſcripſiſſet de legat. 2. docet. Spieg.

Quidquid in patria Gadibus poſſideo, Scęuola exponit de legat. 3. l. vxorem, §. legauerat. Spieg.

Quidquid ex hæreditate boniſve meis ad te peruenerit, cum morieris reſtituas. Modeſtin. elucidat in l. quod his verbis, de legat. 3.

Quidquid erit, cum moriar, in illa regione: & quidquid in quacunque ſpecie erit in illa regione, & quod meum erit, l. nepoti, de inſtruct.

Quidquid ex bonis meis ad te peruenerit, reſtituas. Hęc verba & fructus à morte teſtatoris perceptos comprehendunt. Alber. pleraque indicat loca. Spieg.

Quidquid ex hęreditate mea ad te peruenerit, exponitur in §. fin. l. poſt emancipationem, de legat. 3. Spieg.

Quidquid ex hęreditate ſuperaerit, quid ſignificet, exponitur in l. deducta, §. fin. ff ad Senatuſconſultum Trebell. Spieg.

Quidquid mei iuris eſt in illo fundo, trado. Hæc vt incerta traditio, vana eſt, l. locus, ff. de acqu. poſſ. Spieg.

Quiſquis mihi ex ſuprascriptis hæres erit, aut ſi hęres erit Seius, vel ſi hęreditatem adierit ſubiectum legatum, vel fideicommiſſum non faciunt conditionale, teſte Vlp. in l. 3. de legat. 1. Spieg.

Quiſquis mihi alius ex ſupra ſcriptis cum patruo meo heres erit, ab eo ſeruos illum & illum Titio lego, quos ſingulos ęſtimo vicenis aureis. Interpretatur Iulianus in l. ſi quis teſtamentu, § ſi libertus, de legat. 1. Spieg.

Quiſquis hæres mihi erit, proximus hęres tantum ſignificatur, vt dicit Paulus in l. ex illa parte, de verb. ſignif. Spieg.

Quiſquis mihi erit hęres, omnes gradus hęredum complectitur, excepto ſubſtitutionis caſu, l. ſi plures, ff. de legat. 3. nam in eo non omnem patris heredem ſignificat, ſed teſtamentarium tantum, l. ex illa, ff. de verb. ſign. & ſimilibus locis per Albericum indicatis. Spieg.

Quiſquis mihi heres erit, damnas eſto, Attio hæredi decem dare. Item, Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto heredi meo decem dare. Item ſi hæres non fuerit. Quo ſenſu accipienda ſint verba horum legatorum, aperit IC. ab omnibus, de legat. 2. Spieg.

Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto dare: fideſque eius committo, vt det, quantas ſummas dictauero, dedero, Mæriano teſtetente, de leg. 3. His verbis Ariſto. res quoque corporaler contineri ait, quia & hoc verbum, Quantas, non ad numeratam duntaxat pecuniam referri, ex dotis relegatione & ſtipulationibus emptæ hæreditatis appareret, & Summæ appellatio ſimiliter accipi deberet, vt in his argumentis, quę relata eſſent, oſtenderetur. Spieg.

Quiſquis mihi hæres erit, fidei eius committo, vt det ex reditu cœnaculi mei & horrei, poſt obitum, ſacerdoti & hierophylaci, & libertis, qui in illo templo erunt, denaria decem die nundinarum, quas ibi poſui. Ex his verbis, & Scæuolæ reſponſo de ann leg. l. annua Bar. colligit, relictum ſacerdoti, vel miniſtris Eccleſiæ, ipſi Eccleſiæ videri relictum. Spieg.

Quiſquis mihi Gallicanarum rerum heres erit, damnas eſto dare, ab omnibus hæredibus videri legatum, quando ad omnes eos res Gallicanæ pertinent, teſte Vlp. in l. 4. de leg. 2.

Quiſquis mihi liberorum meorum heres erit, eius fidei committo, vt ſi quis ex his ſine liberis decedat, hereditatis meæ beſſem, cum morietur fratribus ſuis reſtituat. Marcellus declarat in l. Lucius Titius cum duos paulo ante fin. tit. de legat. 1. Spieg.

Quiſquis mihi heres, heredéſve erunt, hoc amplius Lucius Eutychus, quam quod eum heredem inſtitui, è media hæreditate ſumito, ſibique habeto vna cum Pamphilio: quem liberum eſſe iubeo, inſtrumentum tabernæ ferrariæ, vt ita negotium exerceant. Adi Scæuol. in l pen. de leg. 2. Spieg.

Quiſquis mihi heres erit, ſciat me debere Demetrio patruo meo denarium tria millia, & depoſita apud me Seleuco patruo meo tria millia, quę etiā reddi & ſolui ei iubeo. Sunt apud Scæuolam hæc ipſa verba interpretantem in l. pen. de leg. 2.

Quiſquis mihi heres erit, omnia libertis meis, quos hoc teſtamento manumiſi, & quos ante habui, quoſque vt manumittantur petij, alimentorum nomine in menſes ſingulos certam pecuniam dato. Vide l. Lucius Titius, de legat. Spieg.

Quoad ſeruiet, vel ſi fortè ſeruus Titij erit, apud Martian. ratum eſt, l. ſeruo alieno, de leg. 1 Spieg.

Quod in rerum natura adhuc non ſit legari poſſe. Pompon. auctor eſt: veluti quicquid illam ancillam peperiſſe conſtiterit, vel ita: Ex vino, quod in fundo meo natum erit, vel fœtu, tantum dato, de legat. 1.

Quod mihi Caius debet, id hæres meus Sempronio dare damnas eſto. Quod mihi Lucius debet, id heres meus Męuio dare damnas eſto, l. non quocunque, §. qui Caium, de leg. 1. Sp.

Quod ſi aduerſus voluntatem meam facere volueris, fundum

Digitized by Google

dum Titianum ad fiſcum pertinere. Ita enim fiet, vt fundus Titianus de nomine noſtro nunquam exeat. Vide Scæuolam de leg.3.l.pater filium,§.fundum Titianum.Spieg.

Quod ſi conditiona ſupra ſcripta recipere legatum, legaſam ſi vbi pecuniam ciuitas Sebaſtenorum ſoluerit, nullo modo hæredes meos ei obligatos eſſe volo, ſed habere ſibi pecuniam. Scæuolam vide in l.liberto ſuo, de an.leg. hanc ſpeciem ſcite explicantem Spieg.

Quod mihi Titius debet, Mæuio hæres meus dato: quod Mæuius, Seio dato. Declarat Pompon. in l. qui duos reos, de legat.2.Spieg.

Quod Titio inf. legauero, id neque do, neque lego. Vide Pompon.ad fin.l.ſi mihi & tibi, de leg.1.Spieg.

Rogo,reſtituas libertis meis,quibus voles.

Marcellus putauit hæredem poſſe etiam indignos præferre. At ſi ita fideicommiſſum reliquiſſet, His quoque dignos putaueris: petere poſſe ait eos, qui non offenderint. Vide IC. in l.cum quidam ita de leg 2.Spieg.

Rogo filia, vt bona tua quandoque diſtribuas liberis tuis, vt quiſque de te meruerit, Quid hæc velint verba,Papin. iudicat in l.cum pater filios de leg.2.Spieg.

Rogo fundum, cui voles, aut quibus voles ex familia, relinquas: Papin. ait, rem in expedito fore. Quod ſi talia verba fuiſſent, Peto ne fundus de familia exeat: hæredis hæredem propter ſequens fideicommiſſum, quod in externum collatum eſt oneratum, intelligi, l. ſi vnum ex familia, §.ſed etſi fundum Spieg.

Rogo fundum,cum morieris,reſtituas ex libertis,cui voles. Idem Papin.eleganter interpretatur.

Rogo te Titi, vt acceptis centum, illum ſeruum manumittas, vel Sempronio quid præſtes: parum quidem apte ſcribi, fatetur Iuriſconſ verum æque intelligendum hæredis fideicommiſſum ad fin.l.ſeruos legatos,ff.de leg.1.Spieg.

Rogauit Titius, ſpopondit Mæuius. Hæc verba, Vlp.ait, non tantum pactionis loco accipiuntur, ſed etiam ſtipulationis, l. juris gentium,Quod fere,ff de pactis Spieg.

Marcellus de leg. 1 Si quid relictum ſit ciuitatibus, omne valet, ſiue in diſtributionem relinquatur, ſiue in opus, ſiue in alimenta ſiue in eruditionem puerorum,ſiue quid aliud.Spieg.

Item rogo, vti reliquum æs alienum, quod ex bonis Aretonis debetur, omnibus creditoribus ex reditibus eorum bonorum ſoluas, reddas, ſatiſque facias,l.nomen,§.vlt.de legat.3. Spiegelius.

Seiæ vxori meæ, ſi omnes res, quæ tabulis dotalibus continentur, hæredi meo exhibuerit & tradiderit ſummam dotis quam mihi pro ea pater ejus intulit, dari volo. Hoc amplius decem. Vide Sceuolam in l.qui dotem,ff.de dot.releg Spieg

Seio amico fideliſſimo,ſi voluerit,ſicut meis interueniebat eodem modo filiorum meorum negotijs interuenire, annuos ſenos aureos, & habitationem, qua vtitur, pręſtari volo, Pap. exponit,ff.de ann.legat.Spieg.

Seio ſeruos decem do, patet eos decem, quos Titio legaui. Item illi, ſi volet, Stichum do: Caius declarat in l.ſi ita legatum ſit,de legat.1.Spieg.

Seio, ſi mihi hæres non erit, & vxori ejus Marcellæ argenti libras 15.dari volo. Vide Scęuolam in l.vlt.§.Seio quem de leg.2.Spieg.

Sempronio ea quę viuus præſtabam, dari volo. Vide Scęuolam,ff de vſu & vſufruct.

Sempronio alumno meo illud & illud, Et cum per ętatem licebit, militiam illam cum introitu comparari volo. Hęcque omnia integra Item Seio liberto meo militiam do lego,quam & teſtator habui.Vide l.pen de leg.3.Spieg.

Sempronio decem, aut ſi noluerit, Stichum hominem lego: hoc caſu duo ſunt legata, ſed vno contentus eſſe debet, teſte Paul.l.ſi quis ſeruum,de legat.2.Spieg.

Sempronię mulieri meę reddi jubeo ab hęredibus meis centum aureos,quos mutuo acceperam.Vide Scęuolam de legat.3.l Lucius Titius.

Sempronius ſumito pręedia mea omnia, quę ſunt vſque ad prędium, quod vocatur Gaas in finibus Galatię, ſub cura villici primi, ita vt hęc omnia inſtituta ſunt. Scęuola de leg.3. reſpondet l patronus,§.Sempronio ita legauit Spieg.

Seruius Iuriſconſult. exæquat quadrupedes, quæ pecudum numero ſunt & gregatim habentur: veluti oues,capræ,boues, equi,muli,aſini,l.2 ff.ad leg.Aquil Spieg.

Si ad pubertatem peruenerit. Vide l ſemo alieno,de leg 2.

Si aliter feceris, exhæres eſto, vel perdito legatum apud Scæuol.in l.vxorem,§.hæredes de legat.3.Spieg.

Si cui bis legauero,ſemel ei hæres dato,vel ſemel debeatur: Vlpia.tractat in l.ſi ita ſit ſcriptum de legat.1.

Si cui legetur, cum quatuordecim annorum erit. Vtrumus ait Vlp.certo jure, vt tunc ſie 14.annorum,cum impleuerit:& ita Imperatorem decreuiſſe, Martianus ſcribit, cum ſic relictum eſt. Cum ad quatuordecim annos peruenerit, annua,bima,trima die.legatum eſt conditionale, & in diem, vt Vlpian. docet in l.ſi cui legetur, de leg.1, Spieg.

Si exiſtimauerit hæres, ſi comprobauerit, ſi juſtum putauerit. Vide Vlp. in l ſi ſic legatum, de leg.1. & decem quæ mihi Titius debet lego, & Titio 10.quæ mihi Seius debet legauero. Item Stichum aut eo vtrum ego velim,ibid. Spieg.

Si filiæfamilias ita legatum ſit, Cum in tutelam ſuam peruenerit: tunc debebitur, cum viripotens facta fuerit: auctor Paul.de leg.3.Spieg.

Si ita Titio legetetur, fundum Sclanum, vel vſumfructum ejus ſibi habeto: duo eſſe legata,& in arbitrio ejus eſſe,an velit vſumfructum vindicare. Sed & ita leget: Titio fundum do lego vt eum pro parte habeat: mihi videtur, ait Vlpian. poſſe dici partem habiturum. Videri enim fundi appellatione non totum fundum, ſed partem appellaſſe; nam & pars fundi fundus recte appellatus,in fine,l.plane,de legat.1.Spieg.

Si nemo filiorum volet, idem eſt, ac diceret. Si quis filiorum non volet,vt Bellon.recte tradit,c.14.lib 14 Supput.Spie.

Si mei erunt, cum moriar, ſerui ſcil ita relicti. Vlp. deberi negat, ſi modo ſeruus ſit teſtatrix, vt ita deberentur, ſi in ſolidum ejus fuiſſent,l Iuliano,juxta Nor,text.de legat.3. Spieg.

Si moriatur cum matre mea,quam pro parte hæredem inſtitui,exponit Scæuola de ann leg l.annua.Spieg.

Si morte patris, ſui juris effectus fuerit.

Si Nerua conſul factus erit, Titulus hæres Attio det fundum: ſi non erit Nerua conſul factus,Seius hæres Mæuio 100. dato:Celſus exponit in l.ſi illud,ff. de leg.2.Spieg.

Si nupſerit. Vide Caium,l.non dubium,de leg 3.

Si primus mihi hæres non erit, ſecundus Titio 10.dato: ſi ſecundus mihi hæres non erit, primus Seio fundum Tuſculanum dato Vtrique omittentibus hæreditatem, primo & ſecundo quærebatur, ſubſtituti,quos eis dederat, an & cui legata præſtare debeant. Paul. reſpondit, ab vtroque ſubſtituto legata deberi,l.debitor decem § ſi primo,de leg 2 Spieg.

Si quæ filia mihi gignitur, ei hæres meus centum dato.Declaratur per Vlp.l.qui filiab.de leg.1.Spieg.

Si quid in teſtamento, quod ante hoc tempus feci, legaui, cui dare volui: peto ab his vti tertiam partem pecuniæ filiæ meæ reddant, l liberis, §.poſthumis,ff.de alimen leg.Spieg.

Si quid cui liberorum meorum dedi, aut donaui, aut in vſum conceſſi, aut ſibi acquiſiuit, aut ei ab aliquo datum, aut relictum eſt, id ſibi præcipiat, ſumat,habeat. Senſum oſtendit Sceuola in l penult.de leg 2 Spieg

Si (quod abominor) neque filia mea, neque nepos meus, hæredes mei erunt, tunc portionem meam partis dimidiæ fundi illius ad libertos meos pertinere volo, extat apud Scæuol.in l pen.de leg 2

Si ſine filijs decedat. Hanc conditionem in teſtamēto patris filio appoſitam, aliqui de maſculis tantum accipiendam putarunt, vt refert Alc quibuſdam coniecturis.quod videlicet propriam filiam teſtator excluſerat, & quod ex lege municipali maſculi fœminis præferrentur, conſuluit ipſe (tū enim jus dicebat) quam plurimos notę prudentię, patresfamilias: an ſi ipſi illis verbis teſtarentur, decedente filio neptem ſuam excludi vellent. Negauerunt omnes, & huiuſmodi ſermone de vtroque ſexu ſe communiter intelligere profeſſi ſunt, ſcrupuloſam recentiorum interpretationem omnes vno ore damnārēt.

Si Stichus Seij factus, juſſu ejus hęreditatem adierit, rogo der. Paul oſtendit, cur non valeat eiuſmodi fideicommiſſum, l.ſed etſi ſic,de leg 3.

Si Titius hęredi meo cauerit centum Męuio ſe daturum,& hæres meus Titio centum dato.Item ſi Titius hęredi meo cauerit,ſe in municipio ex centum aureis opus facturum: tunc ei centum aureos hęres meus dare damnas eſto. Item, ſi tabulas chirographi mei hęredi meo reddiderit, hęres meus ei decem dato.Item Stichum aut Pamphilum, vtrum hæres meus volet Titio dato. Item fundum Cornelianum & mancipia,quę in eo fundo dum moriar, mea erunt, hęres meus Titio dato. Item Titio & Męuio ſingulos ſeruos do lego.Item Titio ſeruum do lego, Męuio alterum ſeruum do lego. Hęc legata per Iulianum explicantur in l.huiuſmodi legatum ff.de leg. Spieg.

Si volueris,Vlp. tradente quanquam fideicommiſſum non debeatur ita relictum, tamen ſi ita aſcriptum fuerit,Si fueris arbitratus, ſi putaueris, ſi exiſtimaueris, ſi vtile tibi fuerit viſum, vel videbitur. Non enim plenum arbitrium voluntatis hęredi dedi, ſed quaſi viro bono fideicommiſſum relictum, l. fideicommiſſa,§ quanquam,de leg.3.Spieg.

Si mihi Męuia & Nigidia filię meę hęredes erunt, tunc Męuia è medio ſumito, pręcipito, ſibiq; habeto fundos meos illum & illum, cum caſulis & cuſtodibus omnium horum fundorum, & cum omnibus his agris, qui ad conjunctionem cujuſque eorum fundorum emptione, vel quolibet alio caſu obtigerint. Item cum omnibus mancipijs, pecoribus, jumentis,cæteriſque vniuerſis ſpeciebus,quæ in iiſdem fundis quoque eorum cum moriar erunt: vti optimi maximi que ſunt vti ea eos in diem mortis meæ poſſedi, & (vt plenius dicam) ita vti clauduntur. Speciem horum verborum Paulus recitat, de

leg. 3. & enucleat. ibidem Spieg.

Si te hæredem ſolum inſtituam, & ſcribam: vt monumentum mihi certa pecunia facias. Pompo. declarat. in l. Q. Munus de ann. leg Spieg.

Sibique eos habere, poſſidere volo, ea lege & conditione, ne quis eorum partem ſuam vendere, donare, aliudve quid facere alij velit. Quod ſi adverſus ea quid factum erit, tunc eas portiones prædiumve cum taberna ad Rempub. Tuſculanorum pertinere volo. Ad ſpeciem, quam ſubdit Scæuola in l. pater filium, §. quindecim, reſpiciendum tibi eſt Spieg.

Si Stichus & Dama ſerui mei in poteſtate mea erunt, cum moriar, tunc Stichus & Dama liberi ſunto; & fundum illum ſibi habento. Iabolen, elucidat in l. qui concubinam, de leg. 3.

Sticho ſeruo meo hæres quinque dato: & ſi Stichus hæredi meo per biennium ſeruierit, liber eſto, l. qui concubinam, §. cum teſtam de leg 3. Spieg.

Stichum Sempronio do lego. Si Sempronius Stichum intra annum non manumiſerit, eundem Stichum Titio do lego. Vide Iulian. in l. ſi quis teſtamento, de leg. 1 Spieg.

Stichum aut decem hæredes danto. Celſus ait, non poteſt alter hæredum quinque, alter partem Stichi dare: ſed neceſſe eſt vtrunque, aut Stichum totum aut decem ſoluere.

Stichus outricis meæ nepos liber eſto, cui decem aureos annuos dari volo, l. Stichus, ff. de alim. leg.

Taberna purpuraria. Paul de legat 3. Pater filiæ tabernam purpurariam, cum ſeruis inſtitorib. & purpuris, quæ in diem mortis ibi fuerunt, legauit: neque pretia purpuræ condita, neque debita, neque reliqua legata contineri placuit, auctor eſt. Spieg.

Tabernam meam, vti nunc eſt, do lego. Vide Pompo. in l. 1. de ſeru. leg.

Titio fundum do lego, ſi hæredi meo decem dederit. Vide l. ſi quis teſtamento, de leg. 1.

Titio cum Seio do lego Martian. ait, vtriſque legatum eſt, ſicut ſi fundus cum domo Formiana legatus eſſet. Spieg.

Titius & Sejus hæredes ſunto: Si Titius & Seius hæredes non erunt, Caius hæres eſto, quo ſenſu hæc verba accipienda ſint, pulchre diſſerit. Alciat Pareig. lib. 5. c. 7. Spieg.

Titio filio nomina ex Calendario, quæ elegerit filius meus ſibi viginti dare damnas ſunto ſine dol. mal.

Titio fundum detracto vſufructu, lego, vel Seio ejuſdem fundi vſumfructum hæres dato, l. ſi alij. ff de vſu & vſufruct.

Titio Seiana prædia, ſicuti comparata ſunt do lego. Calum habes apud Paul. in l. prædijs, de leg. 1. Spieg.

Titio Stichum do lego, ſi Pamphilum non elegerit: ſimile eſt, atque ſi ita legatũ fuiſſet, Titio Stichum aut Pamphilum, vtrum eorum volet, do lego, l. cum ita, ff de opt. leg. Spieg.

Titio vſumfructum fundi lego: quotieſque capite minutus erit, eundem vſumfructum ei do. Cajus explicat in l. in ſingulos. ff. de ann. leg Spieg.

Titio hoc amplius dari volo decem aureos, quos mihi hæredes Caij Seij debent, aduerſus quos ei actionem mandati volo, eique eorundem pignora trad. Vide Scæuolam de leg. 3. l. omneo.

Titio centum aureos hæres præſenti dato. Vide Papinian. de legat. 3.

Titia vxor mea tantulam partem habeat: quantulam vnus hæres. Adi Iabolenum de leg. 3 l. qui concubinam, § 1.

Titiæ textores meos omnes, præterquam quos hoc teſtamento alijs legaui, lego. Plotiæ vernas meos omnes, prætorquam quos alij legaui, lego. Vide Pomponium de lega. 1. ibidem in fin. l. Titiæ, nihil differt, idem Pomponius ait, vtrum ita legetur Titio & Mæuio: an ita, Titio cum Mæuio: vtrobique enim cõjunctim legatum videtur. Bart. ex hoc textu colligit, inter & Cum nihil diſtare ad perſonas relata Spieg.

Titio amplius, quam dotem, aureos tot hæres meus dare damnas eſto: manifeſtum eſt, inquit Iulian. dotem quoque relegaſſe, l. qui ita legat, ff. de dot. rel.

Titiæ vxori meæ quanta pecunia ad me ex ſtipulatione dotis ejus nomine peruenit, quæ dos eſt dotalibus duob. conſignata inſtrumentis centum aureorum, l. vlt. ff. de dot. releg.

Stichum aut Pamphilum, vtrum hæres meus volet, Titio dato: dũ vtrum velit dare, eo die quo teſtamentum meum recitatum erit dicet: Pomp. Interpretatur in l. ſtatu li. de l. 2. Spie.

Stichus, ſi decem Titio dederit, vel Capitolium aſcenderit, liber eſto. Legatum eſſe vtile, auctor eſt Iulian. in l. quæſitum eſt, §. 1. de leg. 1 Spieg.

Stichus liber eſto: & vt eum hæres artificium doceat, vnde ſe tueri poſſit, peto. Verba huius fideicommiſſi interpretatur Caius de leg. 3. l. Stichus.

Te Titi rogo, ſi fidei tuæ committo, vt margaritas, quæ tibi pignori dedi, vendas: & deducto omni debito tuo, quod amplius erit, id omne filiæ meæ reſtituas. Africanus quomodo ſit accipiendum, tradit in l. ſi ſeruus legatus, §. qui margarita, de leg. 1. Spieg.

Te rogo Luci Titi, vt ab hærede tuo petas dari Mæuio decem aureos. Paul. reſpondit, vtile futurum fideicommiſſum ſcilicet vt mortuo Titio, ab hærede ejus peti poſſit, l. ſed & ſi ſic, de leg. 3. Spieg.

Te fili rogo, vt prædia quæ ad te peruenerint, pro tua diligentia diligas, & curam eorum agas, vt poſſint ad filios tuos peruenire. Secundum Vlpian. magis conſilium exprimunt, quam fideicommiſſum. Cætera vide in l. fideicommiſſa, §. hæc verba, de leg. 3. Spieg.

Tu fili hoc amplius de medio ſumito legata mea, quæ mihi tam pater tuus præſens, quam Clælius juſtus frater patri reliquerunt. Scæuola explicat de leg. 3. in l. vxorem § fœliciſſimo.

Vt habeant, vnde ſe paſcant. Aburnio exponente l. peo. de alimen. leg. hæc adiectio magis ad cauſam prælegandi, quàm ad vſumfructum conſtituendum pertinet. Spieg.

Ventrem cum liberis in poſſeſſionem eſſe jubeo. Vid. Martian. in ſi quis legauerit, de legat. 1.

Veto autem ædificium de nomine meo exire: ſed ad vernas meos, quos hoc teſtamento nominaui, pertinere volo.

Vina mea & veſtem meam. Vide Pompon. in l. nuper. ff. de legat. 3. Spieg.

Volo prædia dari libertis meis. Quod ſi quis eorum ſine liberis vita deceſſerit, partem ejus ad reliquos pertinere volo, vide Papia in l. cum pater filios, §. volo, ff de lega. 2. Spieg.

Volo, vt omnia quæ ſubiecta ſunt, firmitatem habeant. Maximo domino meo denaria 15. millia, quæ depoſiti nomine à Iulio Maximo patruo ejus accepi, vt illi cum in virum prouectus eſſet, reſtituerem: vt maxime cum vſuris in triginta millia excurrant, ei reſtitui volo, ſic enim patruo ejus juraui. Hunc locum Haloander noſter ita vertit Latine, qui Græce extat apud Scæuolam in l. cum quis decedens, §. codicillis, de leg 3. Spieg.

Vxori præter id, quod à Mæuio annui nomine accipiebat, aureos centum dari volo. Papin. ait. annuum: videtur, & ſemel centum aureos reliquiſſe, l. Seio amico, ff. de ann. leg.

Vxori meæ vſumfructum lego bonorum meorum, vſque dum filia mea annos impleat octodecim. Vide Scæuolam, ff. de vſu & vſufruct Spieg.

Vxor mea, quicquid ei comparaui, & quod mihi dedit, à medio ſibi ſumat, l. vlt. ff de dot. releg.

Vxori meæ, dum cum filio meo Capuæ erit, hæres meus ducenta dato. Iabol. exponit in l. qui concubinam, §. fin. de legat 3. Spieg.

Vxori meæ quicquid viuus dedi, donaui, vſibuſque ejus comparaui, concedi volo. Scæuola declarat in l. vxori ſuæ, §. 1. de legat. 3.

Vxoris cauſa parata. Vlp. de leg. 3. hoc legatum ait, generale eſt, & continet tam veſtem, quam argentum, aurum, ornamentum, cæteraque quæ vxoris gratia parantur. Sed quæ videntur vxoris gratia parata? Sabinus ita ſcripſit: Quod in vſu frequentiſſime verſatur, vt in legatis vxoris adijciatur, quod ejus cauſa paratũ ſit, hanc interpretationẽ obtinuit, quod magis vxoris, quam communis promiſcuique vſus cauſa foret paratum. Legetiam. Quæque ejus cauſa parata ſunt, & Emptum, Spieg.

Vxori meæ veſtem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentũ, quod ejus cauſa factum, paratumque eſt, omne do lego Trebatius hæc verba, Quod ejus cauſa factum, paratumque eſt: ad aurum & argentum duntaxat referri putat, Proculus à domina. Quod & verum eſſe, Iabolenus teſtis eſt, de legat. 3. Spieg.

Vxori meæ lateralia mea vintoria, & quicquid in his eo die tum erit, quæ membranulis mea manu ſcriptis continebantur, neque exacta erunt, cum moriar, licet in rationes meas tranſlata ſint, & cautiones ad actorem meum tranſtulerim. Ad caſum horum verborum ergo Scæuola reſpondet in l. pen. de legat. 3. Spieg.

Finis legatorum.

LEGATVS dicitur ille, qui miſſus eſt, & cui mandat proconſul. juriſdictionem & dicitur legatus proconſulis, l. legatus, ff. de offic. proconſ. Eſt igitur legatus inter cætera. Vicarius quem cedere oportet redeunte Imperatore aut conſule. Eſt enim locũ tenens, & fiduciariam ſuperioris operam obtinens, Bud. in l. poſteriore, ff de orig. jur. Solent proconſules ob rerum gerendarum multitudinem in prouincia legatos ſtatuere, qui non propria, ſed mandata juriſdictione vtuntur, quos prius quam in prouinciam peruenerint, ſibi ſubſtituere poſſunt. Atque hoc modo intelligitur legatus, ff. & C. titu. de officio proconſ. & leg. Vbi ea, quæ de legato adfert officia Feneſtella, lib. de magiſt. Rom. c. 27. colliges, & plura alia. Cæterum jure canonico, tit. de officio leg. aliter accipitur legatus. Pro cujus rei intelligentia, promittendum eſt ex D. Io. Corraſio, quod ille ſcribit c. 3. ejus paraphraſis ſacerdot. nempe legatorum triplex fuiſſe jus. Aut enim dicuntur à latere, aut miſſi, aut legati. Quorum illi proximi pontificiæ poteſtati ſunt, c. mandata, de præſum. Sic vocantur Cardinales, qui à Papa latere in certam prouinciam deſtinantur, cap. ad eminentiam, de ſen.

Digitized by Google

de ſenten. excomm. Reliqui vero, qui à ſede Apoſtolica mittuntur, non ex principis latere aſſumpti, miſſi appellantur ab interpretibus, incognito legiſlatori vocabulo: qui nos non miſſos, ſed legatos ſimpliciter vocat, tot. tit. de offic leg. Sunt & alij, qui ſuarum prætextu eccleſiarum legatione funguntur cap. 1. de offic. leg. in 6. vt Eboracenſis archiepiſc. cap. 1. de appel. & Cantuarienſ. cap. 1. de offic. leg. quos ideo Hoſtienſ. & alij nouo vocabulo, natos vocant, quia legati naſcuntur, dum his eccleſijs præficiuntur. Io. Monachus c. de offic. leg. in 6. Eſt & legatus, qui mandata ſui principis refert, & nunc orator appellatur, l. Iulia ff. ad leg. Iul. de vi publ. Cæterum legatus, & Tutoris Iudicis dandi Ius habebat l. 15. & l. 15. ff. de off. proconſ. Animaduertendi vero, coercendi, vel atrociter verberandi jus non habebat: ſed ſi quid eſſet, quod maiorem animaduerſionem exigeret, rejicere ad Proconſulem debebat. Briſſonius.

LEGATVS mandata ſibi juriſdictione, judicis dandi jus non habet ſecundum Paul. in l legatus, ff. de offic. proconſ. & leg. Inuenio tamen, quod Politianus vir doctiſſ. in ſuis Miſcellaneis, cent. 1. c. 78. refert. in archetypis Piſanis negatiuam. Non minime legi, maleque hic ſecundum eum additam eſſe. Et hoc etiam ſenſit eodem loc. gloſſator noſter, quod ad multa conferre videtur: & maxime, quia euadimus difficile contrarium l. à judice, C. de jud. & l prætor, circa princ eod. tit. in Pandect. cum quibus juribus hoc modo concordabitur, & iſtam lectionem etiam approbat Lud. Bolognīnus, Corra.

LEGE agere, eſt in jure agere ex formulis à lege inſtitutis, ex præſcripto legis impetratis ſolenniter actionibus apud magiſtratum experiri, Goth. ad l. 125. de reg. jur. Itaque legis actiones ſunt formulæ agendi in jure apud eum, qui juri dicundo præeſt, veluti. Emancipatio abdicatio, adoptio, manumiſſio per vindictam in jure ceſſio, Tutoris in jure datio, poſtulatio judicij recuperatorij, poſtulatio bonorum ex edicto, ſtipulationes & ſatiſdationes, quæ in jure fiunt. Vopiſc. in Aurel. Iube igitur, vt lege agatur, ſicque Aurelianus hæres ſacrorum nominis & bonorum, totiuſque juris, Lege agatur dixit, pro adoptio ex lege celebretur. Cic. lib. 1. de Orat. Agerant enim rerum lege, primum Pythagorei omnes, atque Democritici, &c. Hinc magiſtratus, apud quem legis actio eſt, dicitur is, apud quem aliquid eorum agere jus eſt, Modeſtin. l. 4. ff. de adopt Magiſtratus apud quem legis actio eſt, & emancipare filios ſuos, & in adoptionem dare poteſt, Martian. l. 2. ff. de offic. pro conſ. Apud legatum vero proconſulis nemo manumittere poteſt, quia non habet juriſdictionem talem. Vlp. Nec adoptare poteſt: omnino enim non eſt apud eum legis actio. Idem l. 1. ff. de offic. jurid. Adoptare quis apud juridicum poteſt quia data eſt ei legis actio. Paul. ſent. lib. 2. Apud magiſtratus municipales, ſi habent legis actionem, emancipari & manumitti poteſt. Sed de legato quæſitum eſt, propter l. apud proconſulem, ff. de manum. vind Ego rem ſic diſtinguerem, vt ciuis Roman. ciuem Romanum facere apud legatum non poſſet: peregrinus vero liberum è ſeruo facere etiam apud Proconſulis legatum poſſet. Legatum enim proconſulum jus dicebant: vt ex Pandectis patet, & ex Epiſt. Cic. lib. 13. & orat. pro Flacco Legis autem actionem ciuium Romanor. propriam fuiſſe, locus ex eadem oratio. quem ſubjiciam, demonſtrat. Q. Naſo judex ſumitur, qui cum ſententiam ſecundum Plotium ſe dicturum oſtenderet, & ab eo judice abijs, & quod judicium lege non erat, cauſam totam reliquit. Sic enim vetus codex legis, cum in vulgatis AGERAT, nullo ſenſu ſcriptum ſit. Loquitur autem de Heraclide peregrino qui cum ciue, ſenatore. C. Plotio agebat. Patet etiam ex Fabij lib. 3. c. 6. infames lege agere non potuiſſe. Non habes jus abdicandi: quia ignominioſo non eſt actio, habeo jus quia abdicato actio non eſt, quæritur quid ſit actio: id eſt quid ſit legis actio. Hoto. & Prat. Sic Liu. lib. 26. Lictorem lege agere juberet, id eſt ex officio ſuo agere, & ſententiam in damnatos exequi, τὸν νόμον χρῆσθαι. Valerius lib. 3. aliter accipit. Deligatis ad palum, hoſtibus, literas à Patribus conſcriptis ne quicquam Capuanis ſalutaris accepit. In ſiniſtra enim manu, ſicuti erant traditæ, repoſuit, ac juſſo lictore lege agere, tum demum aperuit. Lege agere pro vinctos virgis cædere, & deinde ſecuri ferire poſuit, exequendo ſcilicet ſententiam, quas eis tulerat, Bud in prior. not.

LEGE hac, pro hoc jure, hac conditione, vel hoc pacto, Alber. indicat exempla. Spieg.

LEGE obuenire, hoc eſt, per legem contingere, vt obuenire hæreditate dicitur, quod nobis per hæreditatem contingit, Vlp. Excipiuntur autem arma, quæ quis commercij cauſa habuerit, hæreditateve ei obuenerint, Spieg.

LEGE rogatum eſt, hoc eſt, ſolenniter decretum.

LEGE vendere, vt lege agere, id eſt, legitime.

LEGE antiqua, quæ Regia nuncupatur, omne jus omniſque poteſtas P. R. in Imperatoriam tranſlata eſt poteſtatem. Conſt. ff. 1. §. cum enim lege. Certe dici id ſolet potius modeſtiæ cauſa, quam quod vlla vnquam lex libere fuerit lata de conſtituendo imperio, quod diuina potius voluntate proceſſit ſub autoritatem Chriſti ſeruatoris noſtri. Old. Prat.

LEGE judiciaria quid diſponeretur, legitur apud Ciceronem, aliuſque auctores, in varijs locis. Cum Sylla ad diminuendam plebis potentiam multos ei magiſtratus ademiſſet, Aurelius Cotta prætor legem tulit, vt plebi liceret interceptos magiſtratus reaſſumere. Et ob hanc legem communicata ſunt judicia ſenatui, & equitibus Romanis, & tribunis ærarijs, vt ex his tribus ordinibus lecti judices res judicarent. Et hoc factum eſt eo tempore, quo Verres à Cicerone accuſatus eſt, vnde & lex judiciaria, Aurelia dicta eſt. Corra.

LEGEM ædium dixit Paul. in l. 33. ff. de ſeruit. vrb. Et Vitru. lib. 1. c. 1. Et Plin. lib. 36. c. 23. Briſſ.

LEGEM dicere in l. 10. C. de euict id eſt, paciſci.

LEGEM dici, dari, conſcribi, inſeri. conſignare juris auctores dixerunt l. 25. § fi. ff. de ſtat. lib. 14. ff com. præd. l. 13 §. idem Iulianus, ff. de act. empt. l. 40. de pact. l. 16. ff. de manu. vind. l. 15 § ſi quid de dam. infect. l. 42. ff. de mort. cauſ. dona. Briſſonius. Prateius.

LEGEM dare contractui eſt formam dare, per l. in conuentionali, ff. de verb. oblig. id eſt, metam præfigere, quatenus ea via contractus, l. legem, Cod. de pact. Forcat. in Necyo. dial. 89. num 4.

LEGEM dominari vult Ariſtoteles non hominem. Qui legem, aut, volunt ciuitati dominari, hi videntur Deum ac leges dominari velle. Qui vero hominem dominari volunt: hi beluam præficiunt. Legem accipi vult, pro naturali ratione diuinitus indita, ex qua ducatur certa viuendi forma: Per hominem intelligi ſolam auctoritatem humanam quia ſic placeat, ſic receptam ſit. Non vero quod magiſtratum damnare velit, quem mirum in modum extollit vbique. Oldendorpius. Prateius.

LEGEM Græci olim, Demoſthene teſte, ſic ferebant ad populum: In primis à Legiſlatore palam recitabatur. Deinde in loco maxime conſpicuo proſcribebatur ad tertiam concionem vſque. Tum à ſcriba legebatur, vt quiſque ſi quid non è Republica exiſtimaret, libere proferret. Poſtremo nomothetis, qui ex judicibus jurati deligebantur, dari conſueuit, vt eam denuo perpenderent vel exequerentur, vel antiquarent. Oldendorp. Prateius.

LEGEM, hoc eſt, pactum, pactionem, apertius conſcribere apud Papin. l. veteris ff. de pact.

LEGEM Locris fuiſſe Demoſthenes ſcribit, vt ſi quis nouam legem laturus eſſet, exponeret eam prius populo, inſerto collo in laqueum, qui, ſi lex diſplicuiſſet, ſtatim conſtrictus auctorem nouæ legis ſtrangularet. Old. Prat.

LEGEM naturæ appellant Theologi rationem communem, cultum vnius Dei dictantem, hominumque mutuam charitatem, quam in communem ſenſum, id eſt, notiones anticipatas cadere volunt. Cic. ſummam & æternam legem appellat prudentiam illam, rationemque communem naturæ humanæ ingenitam, quaſi particulam quandam diuinitatis, quæ ſectandæ nobis auctor eſt juſtitiæ, auerſandæque injuſtitiæ. Vidi Bud. in prim annot Spieg.

LEGEM ſaluti datam dicit Gordianus in l. 2. Codic. de noxal. Briſſonius.

LEGEM ſcripturus magiſtratus, apud Rom ſcribebat eam domi, & cum peritis conſultabat, ne quid contra populi rem, aut voluntatem ſanciret: ne forte pugnantia capita ſimul ferret, neue quid, quod vetus aliqua lex, ſi ferretur, inane infirmumque juberet eſſe? (etſi, quæ poſtea ferretur lex, ſuperiores omnes præter ſacratas, abrogaret) ne curationem, poteſtatem, commodumve aliquod ipſe ſibi ſua lege, aut collegis, cognatis, affinibus mandaret: ne pluribus de rebus, quæ non eiuſdem generis viderentur, vna rogatione ferretur: addebaturque illa exceptio, vt ſi quid jus non eſſet rogari, nec eſſet rogatum. Item, ſi quid contra alias leges ejus legis ergo latum eſſet, vt ei, qui eam legem rogaſſet, impune eſſet, Hotomanus.

LEGEM venditionis, locationis, donationis, traditionis legimus in tit. de contr. emp. paſſim & in l. 26. §. vlt. ff de ſeruit vrb l. 29. ff. de ſeruit. ruſt. l. 6. ff. com. præd. l 27 ff. de man. vind. l. 1. ff de loco publ. l. 3. § cæterum, ff. vti poſſid. l. 5. ff. de ſuperficiebus, l. 77. ff. pro ſoc. Theoph. Inſt. de ſucceſſ. bonor. legem venditionis bonorum ὅρον τῆς διαπραγματεύσεως vertit. Sic legem oleæ vendendæ apud Cato de re ruſt Et Manilianas venalium vendendorum leges accipe apud Cicer. libro 1. de orator. Briſſonius.

LEGERE vulgari ſignificatione eſt ſcriptum aliquod oculis perſpicere, quod vel tacito murmure quis apud ſe facere poteſt vel clara voce recitando. Briſſ.

LEGERE aliquid contingit tribus modis: aut oculo mentali tantum, abſque aliquo exteriori actu, aut oculo corporali tantum juxta illud vulgatum: aliud eſt legere, aliud intelligere: Aut mixtim corporali & mentali, vt etiam videtur conſideraſſe in pulchra quæſtione And. Steul. in reper. l cum acutiſſimi, colum. 75. C. de fideicommiſſ. Proinde in propoſito decidit

Digitized by Google

ſing. Bald. in c.conſtitutis, el.2. circa fi.de teſt. quod qui curſu fortuito legit tranſcurſoriæ atteſtationes, nō dicitur didiciſſe teſtificata, & pro ſing. commendat Felin. ſuper prima gloſ. Decretalium in pro. col. verſ. adde primo, & alibi etiam elegantet decidit Gem. in cap. cum perſonæ, ad fin. principij, per gloſſ. ibi de priuileg. in 6. quod non dicitur informatus, nec dicta teſtium perſcrutaſſe, vt excludi debeat à noua productione, qui ſimpliciter & tranſcurſorie proceſſum legiſſet: quem refert, & alijs ſimilibus comprobat Decius conſil. 82. viſo proceſſu, in 2.col. vbi etiam citat Bal. in l.1.§. inſpectio. ff. quemadmod. teſtam. aper. dicentem per illum textum, quod non videtur inſpexiſſe dicta teſtium, quia ea non legit ad intellectum, & Dec. vbi eadem reaſſumit, conſ. 214 in 3.dub. Et ideo opportune dicebat Salic. in l.ſi ex cautione, in vlt. col. C de non num. pec. Sileant qui ſcripta tantum diſcentrunt, & propter frigiditatem ſtomachi in eis contenta non digerunt: quod dictum reaſſumit etiam D. Alexan. in l.ſi ita ſtipulatur, §.Chryſogonus, col.18. circa medium, ff de verb.obl. & Iaſon Inſtit. de act. rubr. in 2. col. & in l. non dubium, in primo not. C. de legibus, & alibi ſæpe. Sunt enim multi, vt etiam teſtatur Innoc. in præfatione Decretalium, qui multa legunt, ſed vacui recedunt: qui mente quidem intellectum percipiunt, ſed in cordis deſiderio ſeruanda non ponunt: ſimiles illis qui (vt dicit Hieremias) venerunt ad hauriendā aquam. ſed vaſa ſua vacua reportauerunt. Et ideo text. multum ſing. in cap. omnes, 38. diſt. diſponit, quod Metropolitanus diligenter inquirat, an Epiſcopus conſecrandus habeat legem in promptu ſcrutabiliter, & non tranſitorie, & eſt ſing. text. in hoc ſecundum Andr. Sicul. in tract. de præſtan. Card. in 10 quæſt. 1. partis, in prima col. Et per ſupradicta ab aliquibus mod. reprobari ſolet notabile dictum D. Antonij in c. fraternitatis, de teſtibus, vbi dicebat, quod etiam qui mente ſolum legit dicta teſtium, non poteſt alios teſtes producere: tamen judicio meo, diuerſum eſt tranſcurſorie legere, & legere mentaliter: quia primo caſu non ita præſumitur bene intellexiſſe, ſicut in 2. & hoc dictum Antonij in ſpecie commendat Andr. Sicul. in commento d. l. cum acutiſſimi, col.7. circa med. & col. 75. C. de fideicomm. & ſecundum hoc dictum Antonij debet intelligi, quod alibi notat Bald. in l. non eſt ferendus, per illum textum in 1. not. ff. de tranſact. quod ille qui vidit teſtamentum, præſumitur habere notitiam totius teſtamenti, quem ſequitur Alexander conſil. 102. viſis & ponderatis his, col.1. verſic. & iſtud ſufficit, lib. 1. Cotta.

Leges agris dicuntur de eorum conditionibus, l.1.§. fin. ff. de aqua quotid. ab ijs, qui agros conſtituerunt & finierunt, vt Hyginus lib. de limitib. agrorum ſignificat.

Leges araneatum telis non oportet eſſe ſimiles, vt potentioribus facile cedant, tenuiores autem retineant. Prat.

Leges cancellos eleganter Iſocrates appellat, flagitijs hominum circumdatos, ne tranſiliant mali, quibus ſolis lex eſt poſita. Rom. 13. Old. Prat.

Leges condere, pro componere, vel ſcribere, apud Cic. in de legib. & Iuriſconſ. in l. omnes populi. de juſt. & jur. Solius autem Principis eſt, condere leges communes. An autem quælibet communitas poſſit condere jus proprium, id eſt, ſtatuta, & ſuper quibus rebus, & an poſſint mutari, & qualiter intelligantur, cum quibuſdam alijs, Bar. in d. l. omnes populi, effuſe tractat. Pro morib. autem noſtræ Germaniæ. Decuriones, ſeu primores ciuitatis, qui nomine populi in maioribus negotijs cōuocari ſolent (quos dicimus Mains Concilium) hi cum totum repræſentant populum, ſufficiunt ad condendam Legem, ſeu Statutum: imo quæ partes ſufficerent, dum omnes eſſent vocati, l. nominationum, C. de decur. lib. 10. l. nulli. ff. quod cuiuſque vniu. nom. Super his tamen, quæ ſunt juris diuini, & reſpiciunt ſpiritualia, non poſſunt ſtatuere. Quod latius tractant Dd. Juris quidem pontificij, in c. Eccleſiæ S. Mariæ, de Conſtitut. Ciuilis autem, in l. iam allegata. Sane ſciendum, quod leges condere, vt tradiderunt quidam, in manu fuerit cuiuſque Iuriſconſulti, non tantum earundem promulgandarum, mos non recipit, qui patet in l.2.§ 1. ff. de orig. jur. ſed etiam Iuſtiniani verba reclamant. Nec enim ocioſe dicit in §. reſponſa prudentum, Inſt. de juſt. & jur. Quorum omnium ſententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, vt judici recedere ab eorum reſponſo non liceret, vt eſt conſtitutum. Alioqui verbum, Omnium, quod hic colligit, non diſtribuit, fruſtra fuiſſet poſitum poſt dictionem, Quorum, Præterea, Ab eorum reſponſo, ſcilicet omnium, & non Reſponſis, ſcriptum eſt. Vnde notabiliter Doctiſſ. Salomonius colligit: Quod ſicut vna dicitur ſententia, in quam omnes conſentiunt, §. Senatuſconſultum, Inſtitut. de jur. nat. gent. ita vnum reſponſum in quod plures reſpondendo conſentiunt, quemadmodum communis opinio, vna opinio. Vide Alexan. Neapolit. c.23. lib. 6. Sciendum tamen, quod nulla legum erit vtilitas, ſi in literis tantum conſiſtat, non etiam per ipſa facta atque opera ſubditis vtilitatem de ſe præbeant. Nou. de Pro. præſ. conſtat, c.61. Spi.

Leges, Dei verbo confirmatæ, quas in animis hominum inſculpſerat: quoniam propter originis vitium, obſcurata eſt in hominibus naturalis notitia, viua voce renouatæ ſunt, atque in Tabulas lapideas decem præceptorum deſcriptæ: quæ monitore Old. diligenter perpendendæ ſunt, ceu fontes 12. Tab. & totius juris Gentium & Ciuilis. Spieg.

Leges 12. Tab. appellatæ ſunt ex accidenti. Nam Decemuiri qui publica auctoritate petierunt leges à Græcis ciuitatibus, decem eboreas tabulas perſcriptas pro Roſtris poſuerant, quibus cum aliquid deeſſe animaduertiſſent, anno inſequenti alias duas Tabulas adiecerunt: vnde leges 12. Tabul. nominatæ ſunt, l.2.§.1. ff. de orig. jur. Hotom. Harum commeminere M. Cicero varijs in locis. & libri noſtri Digeſta & Codex, Nouellæ & Inſtitutiones. Has ſacratas appellat. Cic. lib. 1. de legib. vbi falſo his ſacratis legib. pro 12. ſacrat. legib. ex quib. jura noſtra dimanaſſe conſtat.

Leges explicantem ſemper rationem dubitandi (ſic enim vocant) & decidendi oſtendere oportet, nedum ponere ſimpliciter caſum, vt vulgo faciunt. Hoc eſt, oportet primum regulam ſummi juris vnam aut plures indicare, quarum ductu diuerſum viderentur dicendum. Deinde demonſtranda eſt æquitas ex qualitatibus facti, quæ talem definitionem pepulauerint. Sic enim totum apparebit legiſlatoris conſilium, quod Celſus vim & poteſtatem legis appellat, in l. ſcire leges, ff. de leg. Old. Prat.

Leges ferebantur, non niſi à magiſtratibus nec niſi in comitijs. A magiſtratibus, maioribus quidem quatuor, Prætore, Conſule, Dictatore, Interrege: Minore vero, vno: nimirum Tribuno pleb. nam Ædiles, Curules. Quæſtores, Ædiles pleb. cæterique minores, leges non ferebant. Hotom.

Leges humanæ. Vide ſupra, Humanæ leges, & paulo poſt, Lex humana.

Leges mulctatiæ. Tres leges de re mulctaria latæ fuiſſe inueniuntur. Ex quibus primam tulit Tarpeius Capitolinus, & A. Aterinus Fontiualis Coſſ. Vnde etiam ipſa lex, tam Tarpeia, quam Ateſina dicitur. Quare autem lata ſit, oſtendit Gellius lib. 11. c.1. Alteram autem legem Feſtus latam ſcribit, de modo mulctarum à T. Menenio Lanato, & P. Sextio Capitolino, &c.

Leges municipales vocantur, quæ municipijs erant, l. 25. ff ad municip. l. 1. ff. de alb. ſcrip. l.3. & l. vlt. ff. de decret. ab ord. fac. l.11.§.1. ff. de mu. & ho. l.3. §. diuus, ff. de ſepul. viol. l.10. ff. de decur. l.6. quod cuiuſque vniuerſ. l.3.§. plane, ff. quod vi aut clam, & ea lex ſignificatur in l.3. ff. quod cuiuſque vniuer. l. 12. ff. de appell. Briſſ.

Leges neceſſariæ in republica: quia impoſſibile eſt ciuitatem ſine legibus diu conſtare: nec magis, quam ædificium ſine fundamento. Et populus Romanus 20. vix annis potuit ſine certo jure viuere, quin leges à Græcia peterentur. Videbat enim futuram, niſi certis vterentur legibus, extremam Reipublicæ calamitatem, l.2.§. exactis deinde regibus, ff de orig juris. Old. Prat.

Leges naturæ definiuntur, quod ſint notitiæ diuinitus impreſſæ mentibus hominum nobiſcum naſcentes: hoc eſt, Judicia quædam de moribus, quæ ſunt quoddam mentis lumen, ſicut oculis ſuum lumen inditum eſt. Idem appoſite explicat ibi, quæ ſint præcipuæ leges naturæ: indicatque totam Philoſophiam moralem, re ipſa, & vere eſſe explicationem legis naturæ. Vide inſt. Lex naturæ, & Olden. tit.1. in Iſagog. ibi Jus autem, vel Lex natur. Spieg.

Leges perpetuas, Doct. vocant, in corpore juris incluſas.

Leges Romanorum, & præſcripta juris, commentatores, relicto æquitatis ſtudio, adeo multiplicarunt, & altercationibus obſcurarunt, vt neque principium, neque exitum inuenias æquitatis. Nam humanus animus alioquin fragilis confunditur tanta traditionum multitudine: & cum incidit caſus, neſcit, quo ſe vertat, nec poteſt certam tenere rationem ad inueſtigandum bonum & æquum. Paucitas itaque legum & certitudo, longe vtiliſſima eſt. Old.

Leges ſcriptæ ſunt propterea, ne quis ab eis diſcedens, arbitrio ſuo figat atque refigat æquitatem, vt Vergi. dixit: Quamobrem Athenienſes, qui certas habebant inter mediocritatem deſcriptas legum formulas, ad quas exigerent æquitatem incidentium negotiorum, præferendi ſunt Lacedæmonijs, qui committebant omnia non ſcriptis moribus, quibus ſæpenumero gliſcentibus, pernicioſe admodum errabant. Oldendorpius Prat.

Leges ſcriptas habere neceſſarium, quia non poſſet politia feliciter conſeruari, niſi ſcriptæ eſſent. Idque conſtat multis rationibus. I. Homo eſt fragilis, poteſt falli, & propter corruptam Adæ lapſu naturam, omnes (vt Dauid dixit) ſumus mendaces. Igitur non eſſet tutum Magiſtratui committere omnia pro arbitrio ſtatuere ſine ſcripto. Quo pertinet, quod Ariſt. lib. Ethicor. 5. dixit: Non homo imperet ſed ratio. II. Exemplum nobis edidit Deus in veteri teſtamento. Nam. cùm vellet Hebræos rectiſſime inter ſe conſentire: certas leges tulit, vt ex præſcripto res judicarent. Qua de re Moſes gloriatur,

tur enim autor populo, Dent. 4. 111. Tam magiſtratuum, quam ſubditorum intereſt, vt habeant ſcriptas leges: Magiſtratuum, quo ſciant, quid imperandum: Subditorum vt intelligant, quatenus obtemperandum ſit, quum ſciant eum juxta legem imperare. Nam & ipſum jus honorarium, viua vox eſt iuris ciuilis ſcripti: inquit Martian. ff de juſt. & jur. Loquens de jure Prætoris Romani magiſtratus. Oldendorpius. Prateius.

LEGES tenere non eſt verba earum ſcire, ſed vim ac poteſtatem earum cognoſcere: itemque quid ex eis per conſequentiam trahi ac colligi poſſit intelligere: Dioſæus in method. juris.

LEGI, i. e allegi & conſcripti. Legi in ordinem l. vlt. ff. de vetera.

LEGI etiam milites & Tyrones dicuntur, vtpote quorum delectus habetur.

LEGI derogare eſt, cum pars detrahitur: abrogare vero legi eſt, cum prorſus tollitur, l. derogatur. ff. de verb. ſign.

LEGIBVS & præmia propoſita ſunt virtutibus, & ſupplicia vitiis, h. e. per leges. Fuit conſuetudo Athenis, vt ciues benemeriti donarentur immunitate: quam Demoſth. defendit aduerſus Leptinem, qui contra immunitatem Legem ferre volebat. Meminit eius Cicero in Orat. Spieg.

LEGIBVS ſoluere, Budæo, quod diſpenſare eſt apud recentiores. Porro, Legibus ſolutum eſſe Principem, Vlp. auctor eſt tit. de legibus. Vnde quidam, haud ſcio quam recte, plenitudinem poteſtatis deriuant: quæ ſi eſt in Imperatore, vt certe eſt; ſed ad bonum duntaxat. Nam, vt Papin. tam eleganter, quam vere dixit, Quæ facta lædunt pietatem, æſtimationem, verecundiam noſtram, nec facere non poſſe credendum eſt. Quia & illud Alexan. Imp. notum eſt in l. filius, de cond. inſtru. Nihil tam proprium imperij eſt, quam legibus viuere. Cuſtos itaque non violator legum Princeps eſſe debet: qui diuerſum loquuntur, ait Salomon. Principibus adulantur. Spieg.

LEGIBVS ſolutum eſſe, Legibus non teneri, Oppo. Legibus alligatum eſſe, legibus teneri, ſubmittere legibus, l. princeps & l. reg. ff. de leg. b. l digna vox, C. eod. tit. Prat.

EX LEGIBVS Moſis multas in ſuas leges tranſtulit Solon, quod & Diodor. Sicul. ſcribit.

LEGIO diuidebatur in decem cohortes, cohors in 30. manipulos: manipulus 25. milites continebat. Totum quoque exercitum in cohortes diuidere conſueuerunt, vt ſingulis centuriis ſinguli præficerentur centuriones. Primam autem centuriam, quæ & numero militum, & dignitate præcedebat, Primipilum vocabant: vnde centurio primipilaris appellari cœpit. Gubernabat autem quatuor centurias, hoc eſt, quadringentos milites in prima acie, habebatque præcipuum Romani imperij ſignum Aquilam. Prat.

LEGIO, incerto numero militum & peditum conſtabat Romulo primum regnante, Legio ex peditibus MMM. equitibus verò CCC. fieri cœpta eſt: quam quod ex lectis militibus confecerat Legionem appellari maluit. Alex. Neapol. Genial. dier. lib. 1. c. 5. poſtea auctæ ſunt Legiones. Vide ibid. apud eundem. Porro legionem eandem haberi, ex qua multi deceſſiſſent quorum in locum alij ſubjecti eſſent: & populum omnem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuiſſet, cum ex illis nemo nunc viueret, auctor Alfenus l. proponebatur, ff. de jud. Spieg.

LEGIONEM tamen ad quatuor millia initio redactam, hiſtoriæ multis locis teſtantur. vnde & quadrata Feſto dicta eſt, variatam tamen eam pro vſu reipublicæ & ſenatus arbitrio, vt modo quatuor, modo quinque, modo ſex millium ſcriberetur, Liuius plurimis locis teſtatur. Nam lib. 25. bello Punico legionem quinque millium peditum, lib. 42. bello Perſico itidem legiones quinorum millium conſcriptas tradit. Libro verò 44. exercitum in Macedoniam miſſum, ita vt in ſingulas Romanas legiones non plus quam ſena millia peditum, ccc. equites eſſent. Quinetiam Polybius memoria ſua legiones ex quinis millib. conſcribi retulit. Et Feſtus C. Marium primum legionem ſex millium conſcripſiſſe teſtatur, quod non ſenatus decreto, ſed Imperatoris conſilio factum ex Salustio docet Sigonius, lib. 1. de antiquo jure Quiritium c. 15.

LEGIO ait Iſidor. lib. 9. orig cap. 3. ſex millium armatorum eſt, quæ 60. habet Centurias: Manipulus 30. Cohortes 10. Turmas 200. Briſſ.

LEGIO a legendo, hoc eſt, eligendo dicta eſt, vario ſemper numero. Nam talis exercitus delectiſſimis conſtabat militibus, *Ein außerleſen Kriegsheer*. Vnde miles legionarius, qui ad legionem pertinebat: & miles auxiliarius qui ex auxiliis erat, vide gl. in l. 2. ff. de his qui not. infa. Prat.

LEGIONVM cognomenta varia nemo Dione Niceo clarius diffuſiuſque explicauit li. 55. hiſtoriar. teſte Alciato. li. Parer. 6.

LEGIS vocabulum Iuriſconſultis accipitur non ſemper eodem modo & ſignificatione. Generaliſſima eſt, qua omne id, quod pro jure vtimur, legem appellamus. Hac ſignificatione etiam conſuetudo lex eſt, & jura municipalia, eandemque agnoſcit Cicero lib. 2. de legibus. Deinde lex eſt quodlibet æqui præceptum, ſanctione publica receptum, qua ſignificatione continentur, non quidem conſuetudines: attamen omnes juris ſcripti ſpecies modo enumeratæ. Ita legis vocabulum accipitur in l. legitima, ff. de pact. l. de quibus, 32. ff. de legib. l. 1. de offic. eius cui mand. eſt juriſd. Quo pertinent appellationes legis Falcidiæ, & legis Aquiliæ, & legis Atiliæ, & ſimilium quæ magis proprie plebiſcita ſunt, vt apparet ex l. 1. ff. ad leg. Falcid. & l. 1. ff. ad leg. Aquiliam. & Vlpianus in fragm. tit. 12. eademque ratione prætorum etiam edicta legis nomine continentur in l. 1. §. 1. ff. vnde cog. & apud Paul. 3. ſent. 3. Tertia ſignificatione lex definitur, quod ſi præceptum æqui, quod populus Romanus Senatorio magiſtratu interrogante, veluti conſule, conſtituebat. Recte, veluti, quod & alij eſſent magiſtratus Senatorij præter conſulem, qui interdum interrogaſſent, puta, Prætor, Dictator, Magiſter equitum, Tribunus plebis, præfectus latinarum feriarum cauſa, qua de re videndus eſt Anton. Auguſt. in lib. de legib. c. 7. In hac ſignificatione lex accipienda eſt, quoties à Senatuſconſultis, plebiſcitis & cæteris juris ſcripti ſpeciebus ſeparatur, vt in l. ius autem ciuile, 7. ff de juſtit. & jur. l. jus gentium, 7 §. ait prætor, ff. de pac. l. 5. in fin ff. ex quibus cauſ maior. & infinitis locis aliis. Non diſſimilis eſt legis deſcriptio ab origine petita apud A. Gellium 10. Noct. Attic. ar. 10. vbi Ateius Capito Magni nominis apud veteres Iuriſconſultus ait, quod lex ſit generale juſſum populi rogante magiſtratu, ex quo etiam lex rogationis nomen obtinuit. Specialiſſime denique lex accipitur pro lege 12. tabul. idque κατ᾽ ἐξοχὴν fortè quod Romanis poſt Reges exactos hæc lex duodecim tabularum prima fuerit: quomodo lex plerumque eſt interpretanda in libris juris, ſi legis abſolutè fiat mentio, vt in d. leg. jus gentium, §. ſi paciſcar l. certo, 13. in fi. de ſeruit ruſticor. prædior. l. 1. ff. de curat. furioſ. leg. iscui, l. 18. ff qui teſtamentum fac. poſſ. l. 5. in fin. ff. de acquire. vel omit. hæred. l. 4. §. ſi condemnatus. l miles. 6 § 1 & l ſequ. ff de re judic. & alibi ſæpius. Tametſi pro materia ſubiecta interdum etiam de alia quam de lege duodecim tabularum accipiatur, quemadmodum de lege Ælia Sentia interpretanda eſt, in l. ſi minor ff de ſeruis exportand. l. ſi quis integris, 7. in fin. l fin. in princ. ff. qui & à quibus manumit. & l Iul. a Papia Poppæa in l. 2. ff. de minor l. 38 § 1 ff. ex quibus cauſ. maior leg. qui libertinus 37. §. ſi creditors. ff. de oper. liber & de leg. Iulia de adult in l. proſpexit 12 ff. qui & à quibus manum l. index his, 28 ff. ad leg. Iul. de adulter. Atque ex bis legis ſignificationibus id, quod lege introductum, confirmatum approbatumque eſt, itemque quod eſt factum ſecundum leges, legitimum dicitur: quod multis exemplis confirmauit vir omni laude digniſſimus Barn. Briſſ lib. 10. de verb. ſig. verbo. Hinc legitimo. Porro lex alio ſenſu etiam ſignificat pactum & conditionem obligationi alicui adiectam, quoniam pacto illo quaſi ius quoddam obligationi præſcribant, quod infinitis juris locis comprobatur, quæ diligenter congeſſit idem Briſſ. eodem loco verb. lex quoque familiari. Leges autem latæ ſuis nominibus diſtinctæ ſunt, dictæ vel ab auctore, vt omnes fere leges à Romanis latæ, vel à tabulis, quibus inciſæ vel inſcriptæ ſunt, vt lex 12. tabul. vel ab eo quod jubent, vt Leges Agrariæ, ſumptuariæ, frumentariæ maieſtatis, ambitus &c. vel denique à loco vel modo rogandi, vt ſacratæ vel Rhodia de jactu, & ſimiles. Vult. in commen. ad §. lex eſt. 4. nn. 2. & 3. Inſtit. de iure natural.

LEGIS multiplex eſt acceptio, quandoque enim pactum ſignificat, & conditionem obligationi dictam, l. 22. ff. de ſtat. hom. l. 1. ff de in rem verſ. l. legem, C de pact.

LEGIS. actio, pro formula perſequendi, quæ ex lege ciuili componitur, l 2. § deinde ex his legib. ff. de orig. iur. & appellabatur, inquit Pomp hæc pars juris, Legis actiones, Prat. Porro ſup. 10 §. Lege agere, indicauimus, Legis actionem apud judicem eſſe vel magiſtratum, eſt eum habere legitimam & ordinariam juriſdictionem. Martian. in l 3. ff de off. Proconſ. diſtinguens inter Proconſulem & legatum eius. Quia, inquit, non habet juriſdictionem talem, ſcilicet ordinariam. Quod declarans Vlp. in l. ſeq. Omnino enim, ait, non eſt apud eum legis actio: quaſi dicas, non habet quicquam poteſtatis proprio jure, ſed alieno Spieg ex Budæo.

LEGIS actio quid, & quo olim verborum ſolennitate fiebat, Alc. indicat in l. pecuniæ, de verb. ſign.

LEGIS ferendæ locum interdum Prata Flaminia, qui poſtea Circus Flaminius dictus eſt, interdum etiam Lucum Petelium, quandoque Capitolium, ſed plerumque forum, aut Campum Martium fuiſſe legimus. Locum autem ſacrum potius quam profanum fuiſſe crediderim: primum quod in Roſtris, qui locus erat auguratus, templumque dicebatur, ſæpe à magiſtratu ferretur: deinde, quod leges à P. Clodio tribuno plebis, in templo Caſtoris lata inuenio. Ferebat ergo magiſtratus legem in templo: ferebat ſuffragia de lege populus circa templum. Locum enim tantæ multitudini vllo in templo fuiſſe credibile non eſt. Cum vero lex à magiſtratu ferretur; eodem in templo alios quoque magiſtratus aſſediſſe, eos nimirum, qui eum magiſtratu legem ferente conſentirent, legimus in Orat. in Vatinium. Cum autem in campo Martio centuriatis comitiis lex ferretur, tum in templis Deorum ferri conſueſſe, non exiſtimo quo

Digitized by Google

in campo nulla fuiſſe legimus: qua tamen in loco à magiſtratu ferretur, cum locum ante auguratum fuiſſe: crediderim. Nam ſi tributis comitiis ſemper in templo: cur centuriatis, quæ maiorum rerum cauſa habebantur, profano in loco lex ferretur? Hot. ex Paulo Manutio.

Legislatoris boni officium in his duobus potiſſimum verſatur primum vt ſtatuta ſuo loco, tempori, perſonis, ac rebus accommodet: deinde vt aperta ſint, & ſi dubitatio incidat, ab ipſo auctore interpretentur, non ab alijs pro ſuo adfectu. Ideo appellatur à Pomponio in l.2. de orig. jur. diſputatio fori. Vide Old. in reſtaur. Polit. Spieg.

Legis mens & verba, ad titulum, ſub quo ſita eſt, accommodanda, & ex ſubiecta materia vel amplianda eſt, vel reſtringenda, l.3. ff de ſtatu hom. in l. inſulam. ff. de præſcript. verb. Spieg.

Legis officium & natura eſt, vt generaliter ſtatuat de negotijs hominum & in commune. Quod eleganter probat Ariſtot. in Polit. Celſus ff de legibus Nam ad ea, inquit, potius debet aptari jus, quæ & frequenter & facile, quam ad ea, quæ per raro eueniunt. Spieg. Prat.

Legis perlatæ vis erat ſumma non ſolũ quia, quod erat lege ſancitum, Quirites omnes tenebantur (paucas tamen excipimus) verum etiam, quia, non vt Prætoris edictum, item lex annuo ſpatio terminabatur, ſed vigebat, vſque dum alia lege abrogaretur. Abrogari vero omnes licuit, præter ſacratas: quæ violatę ſæpe, abrogatę nunquam ſunt: abrogantι vero non eadem, quę violanti legẽ, pœna ſancitur. Cęteræ leges & abrogari omnes potuerunt, & abrogatæ multæ ſunt: tametſi nulla iſta lex eſt, quæ ipſa ſe contra abrogationem quaſi ſanctionis ſeptimento non muniret, graui pœna, multaue ei, qui abrogaſſet, irrogata: at multi multas abrogarunt, neque tamen vllam propterea ſubiere pœnam: dixi iam plus fuiſſe poteſtatis in eo, quod poſtremum populus juſſiſſet, quam in eo, quod antea juſſerat? id leg. 12. tab. ſancitum eſſe juſſum autem populi & ſuffragia fuerunt, quibus abrogabantur leges. Itaque nõ quid antea populo placuiſſet, ſed quid ei poſtremum placeret, ſpectari ſolebat. Senſit autẽ in hoc genere populus, non ſemper è Repub. nam quemadmodum ſæpe malas leges bonus populus ſic interdum bonas malus abrogauit. A Senatu vero nunquam lex vlla, niſi Reipub. cauſa, ſublata eſt. Erant enim quatuor omnino genera, quibus per Senatum more maiorum ſtatueretur aliquid de legibus: vnum eiuſmodi, placere legem abrogari: atque hoc genere non abrogabat legem Senatus (nam abrogare proprie populus dicebatur) ſed vt abrogaretur ſtatuebat. Alterum genus erat, quę lex lata eſſe diceretur, ea non videri populum teneri. Tertium de legum derogationibus: quo de genere perſępe SCta ſiunt. Quartum genus ſuſpicor hoc eſſe, vt cum aliquem Senatus hoſtem judicaret, ſimul ejus quoque leges, quæ quidem aduerſus Rempub. eſſent, eodem SC. aut alio, proxime facto tolli juberet: quarum enim maxime legum cauſa perniciοſus patriæ ciuis damnatus ſit, & à Repub. remotus: eas ipſas leges in Repub. non hæſiſſe, ſed abiectas illico eſſe, veriſſimillimum eſt. Recte igitur ſemper & juſtiſſime Senatus. A populo vero, aut ab ijs, qui mercede conducti ſpeciem quandam populi præ ſe ferebant, temeritate potius aut fraude, quam conſilio aut ratione, ſalutares ciuitati leges nonnunquam abrogatæ ſunt. Poſtremum illud eſt, cum verbo quidem, neque à Senatu, neque à populo, tacito autem omnium conſenſu per deſuetudinem leges abrogabantur. Hot.

Legis non ſolum maxima, ſed etiam perpetua vis erat: ſi quidem vetuſtate neque tollebatur lex, vt edictum: neq; debilitabatur, vt SCtum niſi ſi leges eſſent eiuſmodi, vt Reſpublicæ minimum conſulere viderentur. Nam has contrario vſu non ſolum debilitatas, verum etiam plane extinctas, neque damnatũ eſſe quenquam, quia feciſſet aduerſus legem eã, quæ iam exerceri deſiiſſet, ſatis conſtare video: leges autem multæ, quandiu Reſpub. ſtetit, perpetuo jure valuerũt. Cum ipſo libertatis initio, à primis conſulibus, ac iam ante à primis Regibus latæ eſſent, quibus ego de legibus loquor, cum perpetuam vim legibus tribuo: nã pernicioſas leges, nec jure rogatas, non perpetuo jure eſſe, ſed tolli quamprimum vtile eſt: cuiuſmodi multæ SC. ſublatæ ſunt. Populus autem, quẽ ſæpe à Reipublicæ commodo malæ rationes auerteret, rectam in dijudicandis legibus normam non agnouit, ſed vtiles ſæpè abrogauit, ſæpe ſciuit inutiles. Illud etiam in legum ſanctione aſcribi ſolebat, ne per Saturam abrogari, derogari ſe liceret, erat enim Satura ex multis alijs conferta legibus, accepto nomine à genere cibi, ex varijs rebus condito. Id autem eo placuit in ſanctione aſcribi, quia in lege multis legibus permiſta & confuſa ſubeſſe fraus, quæ populum falleret, facile poterat: at in ſimplici lege: ſi de abrogando, derogandove populus rogabatur, non difficile erat, id quod derogabatur, quale eſſet intelligere. Addam & illud, factam eſſe legis vim, non modo cum alia lege nominatam abrogaretur, ſed etiam cum non omnino tota, ſed ejus pars lege poſteriore lata tolleretur: quod derogare dicebatur aut cum nulla ſuperioris legis mentione facta aliquid ei contrarium poſteriore lege rogaretur: quod erat abrogare. Quod autem dictum eſt legis vim maximam fuiſſe, eo dictum eſt, non ſolum quia nihil eſſet lege grauius, & in publicis actio nihil obſeruaretur magis: verum etiam quia legis ſententia pertineret ad omnes ciues, & omnibus aqua jura deſcriberet. Verum tamen duo genera legum excipio: alterum quod omnes ciues, alterum quod omnes quidem, ſed diſpari jure comprehenderet. Hot.

Legis rogandæ forma apud Romanos hæc erat: Primum deliberabatur à ſenatu conſultante, nu. vtilis eſſet lex: tum ferenda. Deinde, ſi è Republica videbatur, proponi ſolebat populo tribus nundinis: tertio autem nundinarum foro rogabatur populo à Conſule, hoc eſt interrogabatur, an id placeret, quod patres ſtatuiſſent. Cicero pro Flacco: O morẽ, inquit, pręclarum diſciplinamque quam à maioribus accepimus, ſiquidem teneremus: ſed neſcio quomodo iam de manibus elabitur. Nullum illi noſtri ſapientiſſimi & ſanctiſſimi viri vim concionis eſſe voluerunt. Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus juberet, ſummota concione diſtributis partibus, tributim & centuriatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata & cognita juberi vetarique voluerunt. Hinc apparet differentia inter promulgationem & rogationem: promulgatio fiebat binis nundinis: rogatio in tertijs nundinis. Promulgationi item intercedere licebat: rogationi nullo modo. Inde rogatio pro lege accipitur. Cicero Phil. 1. hodie vocem hanc promulgare: tenemus quidem quanquam non ſatis intellectam: rei vero ipſius ne vmbram quidem ſequimur. Vide M. Fabium li. 2. c. 4. in fi. Old. Prat.

Legis textus omnem dubitationem tollit. Vide Bald. in l. ancillæ, C. de fur. Siquidem gloſ. nullam nobis neceſſitatem imponit, cum ſit tantum probabilis: vt dicit Bar. l. 1. ff. ſi cert. pet. Veritatem, dicebat ſemper Zaſius ex legum textibus, ex æquo & bono quærendam, non ex conſpirato, plauſibilique huius, vel alterius, gloſſæ, aut Doctores fauore, eſſe proſtituendam. Spie.

Legis virtus eſt, ait Iureconſ. in l. legis, ff. de legib. imperare, vetare, permittere, punire. Prat.

Legitima, eſt portio hæreditatis, jure naturali liberis debita, minuſcula dicta. Sic appellata, quod ſecundum naturales leges, alimentorum vice ſubrogatur. Ferr. Inſt. quib. mod. teſt. infirm. § igitur quartam. Poſtea dubitat, an hæc portio hodie Quartæ nomine venire debeat.

Legitima eſt quarta portionis ab inteſtato debitæ, deducto ære alieno, funeris impenſa, & pretijs ſeruorum manumiſſorum. Vulte Inſtit. de inoffic. teſtam. § 5. num. 2.

Legitima aſcendentium ſeu parentum, h. quam liberi debent parentibus, eodem modo aucta eſt hodie, ſicut de legitima liberorum dicemus, vt communiter probant Dd. per l. nam etſi. C. de inoff. teſt. Nam etſi, inquit Imperator, parentibus non debeatur filiorum hæreditas, propter verũ parentum, & naturalem erga filios charitatem: turbato tamẽ ordine mortalitatis, non minus parentibus, quam liberis pie relinqui debet, ex Pra.

Legitima ætas, quæ lege aliqua præſcripta & præſtituta eſt: veluti in maribus annorum 14. in fœminis 12. nuptiarum cauſa, item ad res adminiſtrandas 25. l. vlt. § diuus, ff. de publi. l. vlt. in fin. ff. de appell. l. 1. C. de cur. fur. l. 4. C. de traſa. Hot. Prat.

Legitima conuentio eſt, quæ aliqua lege confirmatur. Auctor Paul. in l. legit. ff. de pact. Spieg.

Legitima crimina, de quibus lege aliqua quæſtio conſtituta eſt, vel quæ lege aliqua vindicantur, vt ſunt publica, l. 3. § pœna. ff ſtellionat. coniuncta l. 13. ſtellionatus, ff. de his qui not. infam. Briſſon.

Legitima generaliter dicuntur omnia quæ ex lege aliqua inſtituta ſunt: plerunq; tamen de leg. 12. Tab. intelliguntur. Prat.

Legitima hæreditas proprie dicitur, quæ ab inteſtato defertur l. 1. de ſuis & legit. quoniam eam Lex ipſa abſq; facto hominis defert. Sed & quæ ex teſtamento defertur, legitima quoque non improprie, latiore tamen ſenſu dicitur, ea enim à lege 12. Tab. confirmatur, dum in illa conſtitutum eſt? Vti quis rei ſuæ legaſſit, ita jus eſto, l. verbis, de verborum ſignificationibus.

Legitima hæreditas, ait Briſſonius, eſt quæ lege 12. Tabul. defertur. Item quæ ex nouis legib. obuenit, l. 1. 2 & 3. ff. de petit. hæred. l. § capitis. ff. ad Tertul. l. 7. de ca. minut. Briſſonius.

Legitima hominis ætas, post quintum & vigeſimum annum reputatur. Interim namque Minores appellantur, juuandi propter ætatis imbecillitatem, l. vltim. C. de his, qui ven. ætat. impet. l. 1. ff. de minorib. 25. ann. Spieg.

Legitima interpellatio quænam dicatur, Bart. docet in l. vlenum. ff. ſi cert. pet. Spieg.

Legitima judicia, Bud. interpretatur, juri ſcripto, aut moribus ff. recepto aſtricta. Spieg.

Legitima latitudo in l. 13. § latitudo, ff. de ſeru. ruſtic. quæ lege 12. tab. comprehenſa, definita ac determinata eſt, l. 8. ff. eod l. 6. § nec video, ff. quemadmod. ſeru. amit. Briſſ.

Legitima liberorum dicebatur olim pars hæreditatis quarta, quam conſuetudinem ex legis Falcidiæ ratione manaſſe, Pau. lib. ſent. 4. ca. 5. non obſcure demonſtrat. Cum enim inſtituti partem nunquam minorem quarta juſſiſſet eſſe, ſi filius minus ex patris teſtamento conſecutus erat, quod ei deerat ſupplebatur

Digitized by Google

tur. Hinc pars illa, quia non ex teſtamento, ſed ex lege manabat, Legitima dicta eſt, quo modo legitima hæreditas dicitur, quam lex, non teſtamentum defert. Atque hæc quidem olim, poſt vero Iuſtinianus duas Cõſtitutiones edidit: quarum priore ſtatuit, vt idem in exhæredatis iuris eſſet, quod in inſtitutis: nimirum vt ſi exhæredato filio vel minima res, veluti ſolidus vnus legatus eſſet, inofficioſi agere non poſſet, ſed quod legitimæ parti, hoc eſt, quartæ deeſſet, ſuppleretur, idque etiam ſi teſtamento cautum non eſſet, l.omnimodo 30. C. de inoffic. teſtam. ex quo intelligi poteſt quam falſa ſit eorum opinio, qui jus hoc ſuppletionis in inſtitutis, quam in exhæredatis à Iuſtiniano inductum exiſtimant. Poſteriore autem Conſtitutione quæ Nouellarum eſt 18. modum hunc legitimæ adauxit, vt ſi vnus, duo, tres, quatuorve liberi eſſent, triens illis relinqueretur: ſin plures quatuor, ſemis. Hot. De qua re etiam diſputat Goueanus lib. 2. Variar. lect. c. 2. Vel ſic:

LEGITIMA liberorum olim erat, quæ pater tempore mortis reliquiſſet, deducto ære alieno & impenſa funeris, l. Papin. §. quarta autem, ff. de inoffic. teſt. l. cum quæritur, C eod. tit. Hodie vero cum quatuor ſunt filij vel pauciores, tertia pars eſt, cum plures, extant, dimidia pars paternæ ſubſtantiæ legitima cenſetur, §. ſequenter igitur. Nou. de trient. & ſemiſſ. & §. poſt hanc particulam. Nouel. conſt. 22. Prat.

LEGITIMA nepotum variat. Alias ſoli ſunt, non cum mortuorum fratrum filijs, ſuccedùntque in capita. Eodem modo ex numero eorum colligenda eſt triens, hoc eſt, tertia, ſi quatuor vel pauciores fuerint aut ſemis, id eſt, dimidia pars bonorum auitorum, ſi plures ſint. Nou. de Trient. & ſemiſſ. in princip. Alias cum primarij ſunt mortuorum nepotum filij, & ſic pronepotes, aut deinceps: hi in ſtirpes ſuccedunt, & tantam partem accipiunt pro legitima, quantam pater eorum fuiſſet accepturus, §. neque illo Nou. eod. tit. Alias denique nepotibus ſupereſt filius vnus vel plures defuncti. Quo caſu omnes nepotes in ſtirpes ſuccedunt. Nouel. de hæred. ab inteſtat. §. ſic tamen. Prat.

LEGITIMA obſeruatio, quæ diuortio faciendo vel l. 12. tab. vel l. Iulia de adult. præfinita eſt, l. 35. ff. de donat. int. vir. l. pen. ff. ad l. Iul. de adult. Briſſ.

LEGITIMA pœna in l. 7 §. 1. ff. de condict. furt. l. 9 C de furt. quæ furto imponitur. Eſt dupli eſt ex 12. tab. teſte Gellio, Legitima vero pœna in l. 1. §. ſed non vtique, ff. ad Turpillia, eſt, quæ lege Remmia calumniatoribus irrogatur. Briſſ.

LEGITIMA quantitas in l. 15. C. de donat. inter virum & vxor, quæ legibus conſtitutionibuſque definita eſt, l. 34. C. de don. Prat. Briſſ.

LEGITIMA tranſuerſalium, hoc eſt, fratrum ab inteſtato ſuccedentium, & olim & nunc eſt quarta bonorum pars, argum. l. Papinia. §. 4. ff. de inoffic. teſtam. Et quanquam huius quartæ non fiat expreſſa mentio in jure ciuili: non tamen fuerit abſonum, per naturalem æquitatem interpretando ſic colligere: quoniam frater debet fratri alimenta, per l. non omni & l. cum plures, §. In ſoluendis, C. de admin. tut. arguendo ab alimentis ad quartam. Hot. Prat.

LEGITIMA tutela dicitur, quæ lege defertur. Legem autem excellentiæ cauſa, l. 12. Tabul. intelligimus. Vlp. l. 1. ff. de legit. tut. Legitimæ tutelæ l. 12. Tabul. agnatis delatæ ſunt, & conſanguineis: item patronis, id eſt, his, qui ad legitimam hæreditatem admitti poſſunt. hoc ſumma prouidentia, vt qui ſperarent hanc ſucceſſionem, ijdem tuerentur bona ne dilapidarentur, hæc ille. Legitimam tamen Patronorum tutelam dici tradit in l. 3 non quod nominatim id lex caueriit, ſed quod legis id tacite flagitare viſa eſt: vt vbi hæreditas, ibi tutela eſſet. Item legitima tutela dicitur, parentum, qui filiorum quos impuberes emanciparunt, tutores ſunt: qui vere legitimi non ſunt, ſed legitimorum vicem obtinent: vt ait Vlp. d. l. 3. vlt. ff. eod. legitimæ, inquam, illæ tutelæ præſtantia quadam legis veteris dicuntur: quod hinc licet intelligatur, quia tutelæ quæ l. Attilia, Iulia, & Titia mandantur, legitimarum nomine non intelliguntur, vt apparet ex l. 7. ff. de cap. minut. Hot. & Prat.

LEGITIMA verba dicuntur, quæ formularum ſunt, quæ & concepta, & directa, & ciuilia, & ſolennia quoque appellantur, Cic. Phil 1. Cedo illa legitima. Conſules populum jure rogauerunt, populuſque jure ſciuit. Legitima verba dicuntur Latina in l. fin. C. de teſtam. tutel. vide Vlp. Inſt tit. 25 Prat.

LEGITIMA vxor, quæ rite ex præſcripto legum in matrimonium conuenit: vel quæ nobis ſecundum leges & ciuiliter nupſit, l. 4. ff. de tit. nupt. Prat. Briſſ.

LEGITIMÆ actiones legibus proditæ & ex jure ciuili deſcendentes, §. ſed iſtæ Inſt. de actio. l. 2. l. 11. & l. 15. §. de præſcript. verb. l. 21. §. vlt. ff. de aqu. pluu Briſſ.

LEGITIMÆ vſuræ dictæ ſunt centeſimæ, quæ & maximæ & grauiſſimæ nominantur. Nempe legitimæ per excellentiam, ſupra quas aliæ legitimæ non eſſent. Sed vſurarum modum poſtea lege lata aliter Iuſtin. conſtituit, l. eos. C. de vſur. Donellus. Cæterum Hot. lib. 1. de vſura c. 7. non centeſimas voce legitimarum intelligi exiſtimat, ſed minores centeſimis. Iutores ſ. idem ſolent, ff. de admin. tut. vbi manifeſtiſſime legitimæ diſtinguuntur à grauiſſimis, vide Gothof. ad l. 2. C. de vſur. pupillaribus.

LEGITIMÆ cognationes, quæ adgnatorum jus habent, quod ipſum ciuile, & l. 12. Tab. introductum eſt, l. 11. § vlt. ff. de rit. nupt. §. vlt. Inſt. de cap. dim. Etiam Modeſtinus legitimam cognationem ſiue ciuilem interpretatur, quæ per adoptionem contingit in l. 4. cognationis, ff. de gradibus & adfinibus. Briſſonius.

LEGITIMÆ nuptiæ, quę ſecundum jura ciuitatis Romanę contractę ſunt. Inſt. de nupt. in pr. Caius lib. 1. Inſt. tit. 4. l. 19. ff. de ſtatu hom. Briſſ.

LEGITIMAM debere, relinqui jure inſtitutionis, hoc eſt, iure hereditario. Hoc enim voluit Imp. in Nou. vt cum de appel. cog. § aliud quoque capitulum. Lege, inſtituere.

LEGITIMARVM actionum verbo, intelliguntur leges 12. tabul. Zaſ in §. ſed iſtæ. Inſt. de act. Spieg.

LEGITIMATIO eſt legis actio, qua liberi naturales efficiuntur legitimi. Ex nuptijs nata eo ipſo momento, quo naſcitur, ipſo jure, ſine vllo hominis facto legitimus naſcitur: per legitimationem nemo naſcitur, ſed fit legitimus. Vult. in comm. aliquando autem vlt. n 1 Inſtit. de nuptijs.

LEGITIMATIONIS quod nulla apud IC. mentio fiat, ſciendum eſt hoc juris adoptionem tribuiſſe, quę de naturalibus filijs fieri poterit, vt vidimus in ea ſpecie quam ponit Vlpian. vlt. cap. quo in capite filium in ſeruitute patris conceptum, ab eo liberum factum adoptari poſſe dicit. Quod multo magis licuiſſe arbitror in naturalibus liberis ingenuorum hominum, dum ne procreati eſſent ex nefario concubitu: in quo tamen fuit arbitrium principis. vt in omni arrogatione erat, &c. Conn. lib. 2 c. 16 n 5.

LEGITIMATIONES vel τὰ γνησίωμα duos Iuſtinia. modos tradit, quibus filius naturalis tantum, fit quoque legitimus & ſubijcitur patrię poteſtati. Eoſdem repetit & alio poſtea loco in Inſtitutionibus: Eandem rem late tractat in Nou. Conſt. 89. explicās has, vt ita loquar, legitimationes, διὰ τῆς βασιλικῆς ... διὰ τῆς ... addit & tertiā rationem. διὰ ... cuius frequens eſt vſus. Refert enim Maritanus, Marcum & Luciū Imperatores, reſcripto ſuo confirmaſſe ſtatum quorundā filiorum qui ex matrimonio parum legitimo erant ſuſcepti. Eſt pręterea & alia quædam quarta & omnium quidem expeditiſſima ratio, quam Iuſtin. in Nou. Conſt. 117. introduxit. nempe cū pater ſpurium dignatur filij nomine. Nam inde conijcere poſſumus, non omnino ſemper habuiſſe ejus matrem pro cōcubina. &c. Bald. tit. de adopt.

LEGITIMA cõſiſtere poteſt, recte agere poteſt l. grege pignorib. & in ſuperficiarijs, ff. de pign. Opp. Non recte agi ſubmoueri exceptione, l. ſi ſuperatus, § fin. ff eod tit. ex Copia. Old. Speg.

LEGITIME, idem eſt quod, iuſte, vel ratione legum obſeruata. Vide Authen. de hęr. & Falcid. §. ſiquis autem. Item l. Orachus, C. de adult. Spieg.

LEGITIME natus. *Geſatzlich, Ehelich geboren.* Opp. Illegitime natus, ſiue Spurius, *Vnehlich geboren.* l. 3 §. 1. ff. de Decur. Old.

LEGITIME ordinarij inſcriptionum libelli dicuntur, qui ſecundum formam l. Iulię publicorum judiciorum præſcriptam concepti ſunt, l. 3. §. 1. ff. de accuſation. Briſſ.

LEGITIMI dies, qui in lege permittuntur partibus ad conſequendum jus ſuum, *Ordenlich Zeit zu Gericht handeln.* Old.

LEGITIMI dies dicebantur, quas nunc dilationes & terminos appellamus quando vel accuſatori ad accuſandum vel Reo ad reſpondendum certi dies dabantur, & pręfiniebantur. Et legitimum diem comitijs habendis dixit Cic. act. 4. in Verr. in quo ſecundum leges haberi poterant. Briſſ.

LEGITIMI hęredes paſſim appellantur, quos lex 12. Tab. inteſtatis attribuit, hoc eſt, proximos agnatos, quanquam ejus legis exemplo etiam nouæ leges & Senatuſconſulta ſignificentur, l. 2. §. vlt. ff. vnde legit. Prat.

LEGITIMI liberi naturalibus oppoſiti eos ſignificant, qui iure, id eſt, ex juſtis legitimis nuptijs ſunt quęſiti, l. 45. ff. de vulga. Interdum etiam legitimi adoptione quęſiti accipiuntur, Briſſ.

LEGITIMI Ciues. defenſores, magiſtratus ex ff. Briſſ.

LEGITIMI, quibus legitima potius defert hęreditas Vlp. l. 2. ff. vnde legitimi, & vnde agnati, Old.

LEGITIMI teſtes, qui ex legib. teſtamento adhibendi ſunt, l. 16. §. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Briſſ.

LEGITIMI tutores ſunt, ait Vlp. Inſt. tit. 11. qui ex l. 12 tab. introducuntur, ſeu palam, quales ſunt agnati: ſeu per conſequentiam, quales ſunt patroni Et horum exemplo parentes, tot. tit. Inſt. de legit. parent. tut. Briſſ.

LEGITIMOS actus quoſdam enumerat, l. 78 ff. de diuerſ. reg. Legis actiones quę ſint, quid item ſit lege agere, vide ſupra Lege agere.

LEGITIMVM quod lege aliqua vel Senatuſconſulto introductū, inſtitutum confirmatum, comprobatumque eſt. Ita legitima

Digitized by Google

conuentiones pacta Paul. definit in l.6.ff.de pact. quales ſunt, quæ de furto & iniuria fiunt. Hæc enim lex 12 Tabul. comprobat: ita legitimum jus, quod ex lege deſcendit, quale eſt jus agnitionis quod ex 12. Tab. deſcendit, l.3.§.de illo ff. pro ſoc. l. 69. in fin pr. ff. de leg. lib. 2. l. 1 §. vocantur. l. 11. § vlt. ff. de contr. tab. l. 22. ff. ſi quid in frau. pat. l. 6. ff. de bon. poſſ. l. 1. §. non quærimus, ff. ſi quis om. cau. teſt. Et apud Vlp. in Inſt. tit. 28. ad fin. & l. vlt. C. de legit. hæc. Et quodcunque aliud jus quod ex legibus proficiſcitur legitimum vocatur, l.4.§.vlt.ff.de fideiuſſ.tut. l.vlt.C de teſtib. Briſſ.

LEGITIMVM jus dicitur, quod ab initio nihil intererat hoc an illo modo fieret: poſtquam autem conſtitutum eſt, refert, Conn. lib. 1. c. 6. n. 5.

LEGITIMVM ſpatium in l.14. ff. de ſeru. vrb. quo lex 12. tab. ambitum ædificiorum definit. Briſſ.

LEGITIMVM tempus in l.8. C. de non nu. pec. quinquennij, intra quod ex principalibus conſtitutionibus non numeratæ pecuniæ exceptio apponi debuit, l.9. & l.14. C eod. tit. Inſt. de liter. oblig. l. 1 de cauta & non num. pec. in fragmentis C. Theop. in §. idem juris. Inſtit. de except. Quomodo etiam ſtatutum tempus interpretari oportet, in l vl. C. de cond. ex leg & l.5.C. ſi cert. pet. Briſſ.

LEGITIMVM tempus in l.3. ff. de vſuf. l. 5. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. l. 24 ff. de donat. int. vir. l. 12 §. ſi quis ſeruum, ff de captiu. l. 12. tabularum, vſucapioni præfinitum tempus ſignificat. Cicer. top. & pro Cæcinna, l.3. ff de vſucap. quod alias conſtitutum tempus appellari docuimus. At in l.3. ff. de vſur. & l. 4. §. ſi quis condemnatus ff. de re jud. & l. 1. C. de vſur. vel re judic. Legitimum tempus intelligitur, quod condemnatis ad ſoluendum, l. 12. tab. datur. Eadem lege ſtatutum ad dotem reſtituendam tempus legitimum appellatur in l. 24. §. Siue autem matri. ff. ſol. matr. l. 7. §. adeo ff. de pact. Briſſ.

Simili modo legitimum tempus in l.19. ff. de minoribus Legibus ſtatutum tempus ad petendam in integrum reſtitutionem. l. 1. C. ſi minor ſe maior. Et legitima tempora, quibus de diuerſ. & temp. l. 7. ff. de munar. & honor. l. 11. ff de jud. l. vn. C. vt intra cert. temp. legitima tempora in l. 32. ff. de judic. ad judicandum lege, credo, Iulia judiciaria præſtitura, Briſſon.

LEGITIMVM tempus luctus, l.8. l. 10. l. 11. ff. de his qui not. infam. l. 2. §. 1. C. de ſecun. nupt. ideirco opinor quod Numę Pompilij lege decem menſium ſpacium ad lugendos viros mulieribus præſcriptum fuit, quod poſtea duobus menſibus auctum eſt Apul. lib 8. de aſino aur. Boni ergo & optimi conſules, ſi luctu legitimo miſerrimæ fœminę neceſſarium conceſſeritis tempus, quod reſiduis menſibus ſpacium reliquum compleatur anni Senec. lib. 7. epiſtol. Annum fœminis ad lugendum conſtituere.

LEGITIMA tempora apud Quintilian. declamatio. 6. l. puta Pompeia ad dicendum & orandum præſtituta, Briſſ.

LEGITIMVM teſtimonium Connanus dici ait, quod duorum ſine comprobatur, etiam ſi mulieres ſunt aut peregrini, & non rogati, Theodoſius tamen Imperator volunt adhiberi quinque teſtes, rogatos aut fortuitos, cuius conſtitutio eſt hic vltima, Conan. lib. 9. c 6. n. 2.

LEGITIMVS. *Geſetzlich, ordentlich, nach dem Geſetze.*

LEGITIMVS curator ad quem è lege 12. tab. curatio furioſi, aut prodigi pertinet l. 13. ff. de curat. furioſ. Briſſ.

LEGITIMVS hæres pro parte factus. Papinianus. Quia credimus eum, inquit, legitimum hæredem pro parte eſſe, & ideo pars hereditatis in teſtamento remanſit, nec abſurdum videtur, pro parte inteſtatum videri, in fin. l. nam et ſi, ff. de inoff. teſtam. Spieg.

LEGITIMVS modus in l. 1. §. 1. de murt. inf. quo abeſſe ab ædificijs buſta monumenta lex 12 tab. conſtituit, Cic. lib. 3 de legibus legitimus modus in l. 21. ff. de donat qui donationibus lege præſtitutus eſt, olim erat, cuius memoriæ, l. 24 ff. eod. tit. & l. 56. ff. de mort. cauſ donat. l. 5. §. ſi donaui, & § ſi eum qui de doli excep. l. 8. ff. quib. modis pign. Quod & illa Pauli verba comprobant, quæ ſunt lib 5. ſent. tit. 11. Et qui aliquem à latrunculis vel hoſtibus eripuit, in infinitum donare non prohibemur. Briſſ.

LEGITIMVS modo honorarij in ſingulis cauſis vſque ad centum aureos, l. 1. § in honorarijs, & §. licita, ff. de extr. cognitio l. 3. C. de poſtul. quem SC. conſtitutum Tacit. lib. 10. auctor eſt, Briſſ.

LEGITIMVS numerus in l. 2. ff. de decr. ab ordin. fac. eſt municipij lege præfinitus, l. 3. eod. tit.

LEGITIMVS numerus apud Paul. lib. 4. ſent. tit. 1. eſt lege Caninia præſcriptus, Briſſ.

LEGITIMVS ſtatus, C. quand. dies leg. ced l. pen, Alber.

LEGVLÆ ſunt viriolæ, hoc eſt, vittæ paruulæ, ſiue ligulæ fimbriatæ, reticulatis, ſcutulatis cancellatiſque plagulis orbicularibus veſicæ capillorum aſſeruatrices. A legendo legulæ vocitatæ, quemadmodum leguli à legendis vuis ſunt appellati. Io. Bapt. in comm. Epiſt. Sid. Apollin. ad Agricol. lib. 1.

LEGVLEIVS, in legibus verſatus, Cic. Ita & tibi Iuriſconſultus per ſe nil niſi leguleius quidam cautus, & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. Leguleios retulit Quintilianus ad leges 12. tab. vt formularios ad prętorias formulas: Quorum alij, inquit, ſe ad album ac rubricas tranſtulerunt & formularij, ac (vt Cic. ait.) Legulei quidam eſſe maluerunt. Legũleios autem diminutionis formam habet, vt equuleos, & binnuleus, Prat.

LEGVLVS Varro lib. 4. de ling. lat. proprie olearum collector, vt vindemiator vuarum. Idem etiam ſenſit Cato. ſunt tamen qui vindemiator illo Varronis loco non legant, legulum in vna etiam probent, ex veteri lege: itaque videtur vſurpaſſe Vlp. l. ſi cuius, §. ſi tamen, ff. de vſufr. & quem. Si tamen inquit, quæ inſtituit vſufructuarius magnum apparatum ſit deſideratura. opificum forte vel legulorum (corrupte autem quidam figulorum legunt) quæ non poteſt ſuſtinere proprietarius, non videbitur boni viri arbitratu frui. Proprie autem legulus eſt, qui manu legit caducam, & verberando decuſſam, vt & olea legi debet, quam Cato ſtringi vetat, id eſt, ea arbore nuda manu detrahi, vel cum digitabulis preſſam detrahi, quia læditur: hinc ſtrictores, qui propterea à legulis ſeparantur, Prat.

LEGVM correctio magnopere fugienda eſt: quia mutationem juris ſequitur mutatio morum: mutationem morum comitatur nouitas quædam ſubita: hæc autem ſolet mouere & conquaſſare Rempubl. Quare Ariſt. lib. Polit. 2. dicit: Receptas leges non eſſe mutandas, etiamſi quid incommodi habeant. Et Vlp. in l. 2. ff de conſtit. prin. In rebus, inquit, nouis conſtituendis euidens eſſe vtilitas debet. Euidentem autem vtilitatem ſic intelligit, vt ſi lex aut conſuetudo, niſi corrigeretur, paulatim eſſet corruptura jus naturæ, quod immutabiliter retinere oportet. Prat.

LEGVM obſeruatio, & compoſita bene viuendi ratio in Republica ſolet augere populum: & frequentia populi ſolet amplificare imperia. Incipiendum ergo eſt in omni Republ. conſilium à recta traditione juris. Prat.

LEGVM ſtudioſi relicto Latinæ linguæ nitore, inepti plerunque, teſte Alex. Neapol. lib. 5 c. 4.

LEGVM tabulas Moſem à Deo accepiſſe, nemo eſt, qui neſciat, à quo tota juris ſcripti leges proſeruntur. Quicquid enim poſteri legum ſcriptores in monumentis reliquere, id totum tanquam ſimiæ à Moſe primum Græci, deinde à Græcis Romani mutuati ſunt, Ficino & Euſebio adſtipulantibus.

LEGVM vſus ad formandos hominum mores pertinet: non ad oſtentationem aut quæſtum, vt quidam abutuntur, non aliter quam Anacharſis diait: Athenienſes ad nihil vti nomis niſi ad numerandum. Proinde cum Hebræos Deus inter ſe quam conjunctiſſimos, rectiſſimeque conſentire vellet, certas leges tulit, vt ex præſcripto res judicarent, ne quando jus controuerſum diſſidium pareret. Schard. ex Prat.

LEGVMEN eſt fruges ſine ariſtia, quæ ſiliqua, id eſt, theca modo rotunda, vt cicere, modo cbylindracea, vt ipſo, modo etiam longiſſima & pro menſa ſeminum lata (Franciſcus Marius Graſald. Parmenſ. lib. 2. de partibus ædium c. 11.) continetur, Plin. c. 7. lib. 18. Varro lib. 1. c. 32. Huius ergo generis ſunt fabæ, lupinum, eruum, lens, cicer, linum, Plin. d. c. 7. 8. 9. 10. 11, 12. & ſeq lib. 18.

Αντιμαρτυρίας [illegible], Athenienſib. actio eſt aduerſus eos, qui teſtimonij dictionem defugiunt: qualem in teſtamentorum cauſa 12. tab. introductam oſtendit Iac. Cuiac. his verbis: Qui ſe ſierit teſtarier: vel potius qui ſe ſirit teſtarier, in teſtimonium fatiatur, improbus inteſtabiliſque eſto. Sirit autem pro ſiuerit, vt alibi ſæpe apud veteres. Prat.

LEMNISCI dicebantur faſciolæ ex coronis longiſpendentes. Hinc longas coronas quidam dici putant lemniſcatas. Quales autem fuerint longæ coronæ annotauit. Fr. Balduin. in l. 12. tab. c. 31. circa finem.

LEMVRIA, dicta ſunt parentalia, quæ Romulus cum Remi occiſi manes placatos vellet, inſtituit, ſic dicta quaſi remoria, menſe Maio per triduum celebranda anniuerſario ritu, ob quam rem nubere illo menſe religioſum fuit. Vnde Ouid.

Menſe malum maio nubere vulgus ait.

Connan. lib. 8. c. 3. num. 1.

LENAS, ait Vlp. eas dicimus quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt: Lenam accipimus & eam quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet: & quæ cauponam exercens, in ea corpora quæſtuaria habet, l. 43. §. Lenocinium ff de ritu nupt.

LENAS vaſis eſt genus, relatum ab Alfeno. l. 27 §. 1. ff. ſi ſeru. vind. Et Seius in eo ſyluam ſeuiſſe, in qua labra & lenes, cucumellas poſitas haberet, quanquam in pandectis Florent. pro lenes, renes legatur, nec enim ſunt, quas Tinas Nonius nominat: Illius meminit Martialis lib. 1.

Tepida natabis lene Congedi vada.

Vlp. l 15. ff. de act. empt. Lines & labra ſalientes fiſtolæ, quæ ſalientibus junguntur, &c. Sunt qui indifferenter ſcribi debere, leues, linet, aut lenis exiſtiment: illam tamen ſuperiorem ſcripturam potiorem exiſtimo, vt deducatur à Græco ληνὸς

quod

quod torcular & lacum ſignificat, ſiue vas quo aqua recipitur. Prat. Vide inſr. Lenes.

LENITAS. Proniores ad lenitatem quam ſeueritatem judices eſſe debent, l. 11. ff. de pœnis.

LENITUDO, l. vnic. C. de mend. val. inertia eſt & ignauia. Quiſquis huiuſmodi lenitudinem prodiderit & probauerit. Sic l. lu, quos. C. Th. de accuſ. Huius autem fuit olim propria actio quædam, quæ dicitur. τῆς ἀργίας γραφή. Non. 10. Pollux lib. 8. τῆς ἀργίας ἐκάλουν ὁ βουλόμενος, ἀτιμία δὲ τὸ τίμημα, Σόλων, οἱ τρὶς ὡς ἀλόντα ... Nicolaus apud Strobæum. ... ... Plutar. de Dracone, ... Prat.

LENO, Lenocinari per tranſlationem, blandiri eſt. Inde leno dicitur ab alliciendo, quod adoleſcentulos alliciat, vel à leniendo dictus. Eſt autem proprie leno ſcortorum. Scribit enim Pædianus, lenones ſcortorum dici, productores vero, etiam ingenuitatum perſonarum, & in quibus ſtupra exercita legibus vindicantur. Nam & in Verrinis ab Cicerone diſparantur verba hæc. Inde lenocinium, lenocinandi actus. Vlpian. in l. athletas, ff. de his, qui notant, infam. Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habet. Eſt autem lenocinium ipſum peius, quam adulterium, quia & ſe & alium leno corrumpit: vnde plus punitur, vt in Auth. vt jud. ſine quoquo ſuffrag. § eos, colluuim. s. li, de malo ſiot exemplo, de vrbibus pelluntur, in Auth. de lenonibus in fin. & meretrices de vicinia pudicarum. In multis tamen vrbibus publica proſtibula tolerantur, non quod ſcortationem approbent, ſed quod, cùm ſit infrenata iuuenum libido, maluni vrbes hæc loca tolerare, quam facere, vt ciuium & vxores & filiæ paſſim ad ſtuprum abripiantur. Anchora. Lenocinij duas eſſe ſpecies, ait Goth. ad l. 2. 2. ff. ad l. Iul. ad adult. Manifeſtum, quoties maritus palam quæſtum facit ex adulterio vxoris: Tacitum quoties adulterium retinet.

LENO eſt, qui proſtitura habet mancipia, vt Seneca lib. 6. de benefic. definit. Lenocinium itaque facere cum Vlp. ad edictum Prætoris interpretatur, qui quæſtuaria mancipia habet, ſiue principaliter hoc negocium gerat, ſiue alterius negociationis acceſſione vtatur, l. 4. §. 2. ff. de his qui not. infam l. 2. in fin. ff. de extraor. crim. Idem Vlp. libr. 1. ad l. Iul. & Pap. Lenas eas dici ſcribit, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt, etiam ſi alterius nomine hoc vitæ genus exerceant, l. 43. §. 1. ff. de ritu nupt. Briſſ.

LENOCINII crimen contrahit maritus, qui deprehenſam in adulterio vxorem retinuerit, adulterumque dimiſerit. quæſtumve ex adulterio vxoris ſuę fecerit, l. 29. in pr. & §. qui quęſtum, ff. ad l. Iul. de adult. l. 2. C. eo. tit. Briſſ.

LENOCINIUM facere, Vlp. inquit, non minus eſt, quam corpore quæſtum exercere.

Cum mulier viri lenocinio adultera fuerit, nihil ex dote retinetur, l. 47 ff. ſoluto matrim.

LENTUM debitorem Cicero vocat eum, qui libenter ſubterfugit, tergiuerſatur, & diem ex die ducit, neque promptus eſt ad diſſoluendum quod debet. Teneris, inquit, illa lentum ſane negotium. At contra Lucilius leuum ſoluere accepit pro eo, qui facile ſolueret, bonumque nomen eſſet. Credo quod leuia quæ ſunt facile ſequuntur quo velis: leuum quoque vocauit eum, qui facile ad ſoluendum adducaretur: ejus verba vide apud Nonium ſatyr. lib. 9. Prat.

LENUNCULI actuariæ naues quas Græci ... vocant, vel ..., vt annotat Brodęus lib. Miſcell. 6. c. 27.

LEONINA ſocietas eſt, qua alter lucrum tantum, alter damnum ſentit: qualis jure coiri non poteſt: & vt Eraſ. in Chilia. dicit, ſolet eſſe cum regibus, aut præpotentibus plebeiæ ſortis hominibus. Extat in l. ſi non fuerint. § Ariſto. Pro ſocio. Notum ex Apologo, quod leo communem ex venatu prædam ſic diuiderit cum vulpe, vt ſibi ferme totam retineret, vulpi vix minimam concedens partem. Spieg. Adde Tiraq. comm. in 5. l. connub. gl. 1. part. 6. n. 14.

LEONINA lex. Imperatoris Leonis. l. 38. C. de epiſc. & Clericis. l. 10. C. de pactis conuentis.

LEPADNA, Græci dicunt coria lata circa pectus equorum. Vide Alc. in l. quoniam. C. de curſu publ. lib. 12.

LEPRA duplex eſt: vna, quæ mala ſcabies, hoc eſt, incurabilis ab Horat. nominatur:

Aut mala quæ ſcabies aut morbus regius vrget.

Ejus meminit Imperator, in Auth. Iuſiuran. quod præſt. Altera lepra eſt, quæ poteſt curari. Plin. libr. 34. Lachrymæ, vitiunt veluti gemma, lepras, & lichenas, & pſoras, nitro ante præparatas ſanat. Eſt itaque lepra morbus, qui alio nomine dicitur elephantia, à quo leproſi dicuntur, qui eo morbo afficiuntur. De quibus tit. eſt lib. Decret. de coniugio leproſorum, vide D. Gœd. in comment. ad l. ſtuprum. 101. §. 2. nu. 8. de verb. ſig.

LÆSUM jus, in l. 1. ff. ex quibus cauſis maior, non amiſſum vt Interpres exiſtimat ſignificat. Vt non reſpexit ad Lædere verbi elegantiam, ita nec vim verbi Amittere intellexit. Siquidem vere amiſſa, perditave, aut quæ irrecuperabilia ſunt, corrigi non poſſunt. Intercepta vero, & occupata, poſſunt. Spieg.

LESSI voce lex decemuiralis vſa eſt teſte Cicerone: Quid autem per Leſſum decemuiri intellexerint, veteres interpretes Sextus Ælius, Lucius Ælius, non ſatis ſe intelligere dixerunt, inquit Cic. ſed ſuſpicari veſtimenti aliquod genus funebris fuiſſe. Lælius leſſum interpretatur quaſi lugubrem eiulationem, ut vox ipſa ſignificat. Illudque eo magis verum Ciceroni videtur, quod Lex Solonis id ipſum vetet: eoque ſenſu Plautus leſſum videtur accepiſſe, cum ſic in Trucul. ſcriberet:

Thetis quoque etiam
Lamentando leſſum fecit filio.

quaſi dicat Plautus lamentis gemituque & fœmineo vlulatu, vt vtat poetæ verbis filium defleuit Thetis: & tamen ſuis illa lachrymis, quod factum erat infectum reddere non potuit. Et ſic quidem hunc Plauti locum accipiendum eſſe euidenter in lib. de anima docet Tertul. autore Rævar. in li. 12. tab. cap. 15. Adde Fran. Balduin. comment. in l. 12. tab. cap. 31. circa princ.

LEVAMENTUM in l. quoties in fin. ff. ſi fam. furt. fac. dic. pro auxilio. Hujus edicti leuamentum, non tantum ei qui ſeruos poſſidens, condemnatus præſtitit tantum, &c. Sic & pro beneficio vel excuſatione, l. 1. C qui morbo ſe excuſ. libr. 10. Atque ita l. cum duobus, §. ſi in coeundo, ff. pro ſoc. Alij tamen velamentum legunt: vide inſr. velamentum, Prat.

LEVARI, vel onerari culpa, apud Macrum. de offic. præſid. l. diuus, § fin. Spieg.

LEVATO velo cognoſcere, Honorius Imp. dixit prouerbiali figura, ſi Alc. credimus, quod vulgo dicunt, de plano fieri, h. e. quod facile, & abſque cognitione cauſæ conceditur: quod iudices grauiores & arduas cauſas, pro tribunali ſedentes, cognoſcant: vbi vero deſcenderint in plano conſtituti, leuiora negocia decidant. Spieg.

LEVEM culpam præſtat, qui rebus ſuis conſuetam diligentiam & eam quam quilibet paterf. mediocriter circumſpectus adhiberet, præſtat, l. 20 C. de neg geſt. l. 22. §. ſed enim. ad Treb. Leuiſſimam vero, qui exactiſſimam rei cuſtodiendæ diligentiam exhibere debet, l. 44 ff. ad l. Aquil. Briſſ.

LEVEM eſſe, inter animi vitia ponit Vlp. l. 1. §: apud Viuian. ff de Ædilit. edicto. Vnde etiam Leuis con... aut adueſatur, l. 18 ff. eod. Si patet ſit vitæ probatæ: filia, leuis mulier, l. 22 §. nec non illud, ff. ſolut. matr. Briſſ.

LEVIDENSE munus, prouerbialiter, vile, & minimi precij vocat Cic vt Eraſ. in Chil. tradit cuiuſmodi magiſtratibus accipere licet. Nam illis, vt admonet adagium vetus ab Vlpiano Græce citatum, de offic. procunſ. in l. ſolet etiam, §. non vero, nec omnia; nec paſſim, nec ab omnibus, niſi verecunde, atque quodam cum delectu, accipere non licet Spieg. Prat.

LEVE brachio quid facere, id eſt, non vere neque ex animo. Conna. lib. 7. c. 3. n. 3.

LEVIORES vſuras IC. in l. tutor, §. ex cæteris cauſis, ff. de admi. tut. appell. Quincunces & Trientes ex ſententia. Hot. lib. 1. de vſur. c. 7. earuſnque appellatione putat Africanum trientes ſignificaſſe. l. ſi ſeruus legatus, ff. vlt. ff. de leg. 1. De quincuncibus fit mentio in l. eum quidam, ff. de vſur. l. à filio, & l. ſeq. §. Baſilicæ, ff de alim. & cib. leg. De trientib. quoque fit mentio in l. Firmio. §. 1. ff. quand. dies leg. ced. Vlp. autem clare ſemiſſes à leuioribus diſtinguit in l. ſi legatum, ff. de oper. pub.

LEVIR in Leon facile, ff. de gradibus eſt viri frater, apud Græcos δαήρ appellatus, vt eſt apud Homerum relatum. Sic enim Helena ad Hectorem dicit.

Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς, κακομηχάνου, ὀκρυοέσσης, hoc eſt,
Leuir mei canis, omnis mali conſatricis horrida. Prat. & Hot.

LEVIS caſtigatio, duntaxat conceſſa eſt docenti, l. ſed & ſi quæcunque, fin. ff. ad leg. Aquil. Spieg. Prat. Leuem coercitionem vtique patrono aduerſus libertum dabimus, l. 7. § præterea, ff. de Iniurijs.

LEVIS febricula, non conſideratur, l. ob quæ vitia, ff. de ædil. edict. Spieg.

LEVIS offenſa non adimit legatum, l. 3. de alim. leg. Spieg.

LEVITÆ ex nomine authoris ſunt vocati. De Leui enim Leuitæ ſunt exorti, à quibus in templo Dei myſtici ſacramenti miniſteria explebantur, hi miniſtri dicuntur, c. cleros, 21. diſtin. Io. Bell. Etym.

LEVITER, pro parum, vel mediocriter. Vlp. l. prætor. §. præterea: de injur. vel quod leuiter pulſauerit, vel emendauerit.

LEVISSIMA libertatis conditio intelligenda eſt, quæ ad libertatem perducit, quamuis natura grauior, & durior, l. 35. ff. de cond. & dem. Briſſ. Prat.

LEVISSIMA ſcriptura in libertatibus ea intelligitur quæ manumiſſo facilior eſt, l. 9. ff. de manumiſſ. teſt.

Λείψανα, reliquię Harmenopulo, lib. 3. tit. 3. μηδεὶς λείψανα ἁγίων μεταφερέτω ſic vertit. l. nemo Martyres, C. de ſacr. ſanct. eccl. In libris λείψανα intelligimus, carnem, corium, cornua, l. mortuo de leg 2. ff.

LEX eſt mens ſine cupiditate, Lege, Scriptum jus.

LEX, generale nomen eſt, dictum à diligendo, vt magis videtur Ciceroni, quam à diſtribuendo. νόμος Græcis appellatur.

Nam vt illi æquitatis (inquit) ſic nos delectus vim in Lege ponimus: & proprium tamen vtrumque Legis eſt. Omnis ergo Inſtitutio, quam ſecuti, eligimus quod faciamus, & contrarium vitamus, communi appellatione Lex dici poteſt. Sic accepto vocabulo, Lex diuiditur in Diuinam, Humanam, & Diabolicam. Diuina rurſus diuiditur in legem Naturæ, & Latam. Lata iterum in Veterem, & Nouam. Vetus in Moralem, Iudicialem, & Ceremonialem: quæ ſuo loco breuiter, pro inſtituto noſtro declarabuntur: ne mutetur ordo, qui ſcripti huius generi debetur. Lex eſt ſententia, qua bona tam præcipiuntur, tum mala prohibentur. Ius eſt autoritas ſeu facultas agendi ſecundum legem. Iuſtitia eſt virtus perducens iſta ad exercitationem. Proinde quoties audis has voces, Lex, Ius, Iuſtitia, ſtatim cogita, monente Old. te diuinum aliquid, atque excelſum audire, hoc eſt veram, & à Deo ipſo dictatam honeſtatis formulam. Loquitur autem de propria ſignificatione, & eminentiſſima iſtorum verborum poteſtate. Non prætereundum quod Lex, vocabulum in contractibus, in toto Iure noſtro accipitur pro conuentione, vt docet Zaſ. in l. ciuitas, ff. ſi cert. pet. Bart. ignorantia huius vocabuli deceptus, in l. eorem ferro, ff. de publ. tradidit Contractum per ciuitatem factum, habere vicem & pondus legis: quod ipſe Zaſ. audacter dicit non eſſe verum, nec hoc vſquam dici: & idipſum ſenſiſſe Bald. contra Bart. in l. 1. C. ne fil. pro pat. quod longe alia conditione contrahatur inter partes, & alia conditione ſtatuatur lex, Spieg. Adde Connan. lib. 1. c. 8. num. 1. & 2.

Lex eſt creatura & ordinatio Dei, id eſt, conſeruatio ciuilis juſtitiæ. Nam politicus ſtatus eſt Dei opus, etiamſi perſonæ ſint impiæ, & abutantur tali ordinatione. Rom. 13. Non eſt poteſtas niſi à Deo. Et Pſalm. 82. Ego dixi, dij eſtis, hoc eſt geritores officia diuina, quæ ſunt, Conſeruare juſtitiam & judicia, defendere innocentes, punire delicta, militiam legitimam exercere ad defendendum bonos. Prat.

Lex βασιλικὸς, id eſt, Regia, vel imperialis, Xenophonti in Oeconomico, quæ injuſtos punit, & juſtos adiuuat. Sic enim ait: οἱ δὲ βασιλικοὶ νόμοι οὐ μόνον ζημιοῦσι τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλὰ καὶ ὠφελοῦσι τοὺς δικαίους.

Lex naturæ, inquit Cicer. de legib. 1. ratio eſt ſumma, inſita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria: à legendo ducto vocabulo, quoniam delectus vis in lege eſt, jubet enim recte facere, vetat delinquere. Græcis νόμος vocatur, ἀπὸ τοῦ νέμειν à ſuum cuiq. tribuendo. Et eod. lib. Ea mens ratioque prudentis, ea juris atque injuriæ regula. Apoſt. Rom. 2. hoc modo colligit. Eſt in gentibus conſcientia, factum accuſans vel defendens: eſt igitur lex. Quaſi dicat: conſcientia cuilibet indicat, num bene an malè fecerit, etiam homini planè agreſti, & indocto. Sed tale judicium non poteſt fieri in conſcientia, ſine aliqua formula legis, quæ indicet in corde hominis eſſe juſtum aut iniquum quod fecit. Ergo eſt in homine lex, quam etſi nuſquam ex ſcripto legit, habet tamen à Deo inſculptam ad formandos mores. Prat.

Lex, (vt definit Papinianus, l. 1. ff. de legib.) eſt commune præceptum, virorum prudentum conſultum, delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis reip. ſponſio. quod vt dilucidius intelligatur, colligamus ex hac diffinitione ſubiecta ἀξιώματα, quæ priuatim jura repetens collegi.

1 Lex communis eſſe debet.
2 Ergo de vno ferenda non eſt.
3 Lex præceptum eſt.
4 Virorum prudentum decretum.
5 Ergo à mulieribus ferenda non eſt.
6 Sed nec ſine Iuriſconſultis.
7 Delicta legibus coercenda ſunt.
8 Ergo non aliter judicanda, expiandave ſunt quam legibus.
9 Delicta conſulto, ſponteque admiſſa puniuntur.
10 Sed & ſi quid ignorantia admiſſum ſit, plectitur. Igitur ignorantia punibilis.
11 Rogante magiſtratu, populus ſpondebat ſe ratam legem habere, tumque conſtituebat.
12 Ergo à populo ſciſcebatur lex.

Primi axiomatis ea poteſtas eſt, vt lex ab omnibus obſeruanda ſit l. 3. C. de legib. Nam (vt ait Chryſippus apud Marcianum, l. 2. ff. eod.) πάντων ἐστὶ βασιλεύς. Igitur omnes tenet vt Iuſtinianus paſſim in nouellis conſtituit. Hinc à contrario ſenſu axiomate ſecundo colligimus Legem de vno homine ferendam non eſſe, quod & ante legem cauerat Solon apud Demoſth. μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι. Ait Papinianus, legem eſſe præceptum: ſtrictior & anguſtior videtur definitio re definita contra definitionum regulas, de quo Bart. l. 1. de dol. Nam legis virtus eſt Imperare, vetare, permittere, punire, l. 7. de legib. ſed & tribuere & adimere M. Fabio lib. 6. c. 6. Verbo præceptum omnes legis virtutes contineri rectè animaduertit Accurſ. in d. l. 1. de legib. & Bart. eum ſecutus. Lex eſt decretum, hoc enim ſignificat verbum Conſultum quo vſus eſt Papinianus hoc loco, quo ſenſu & Horatius lib. 1. Epiſt. ad Quintium ſ.

—vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum qui leges juráque ſeruat.

Conſultum igitur ſignificat decretum & ſtatutum. Ait VIRORVM. Hinc colligebamus mulieres in ferendis legib. adeſſe non debere, quod & rectè Bartolus adnotauit, d. l. 1. ff. de legibus ad leges municipales producens quod & P. Decius probat d. l. 2. ff. de diuerſ. reg. jur. Cur igitur Theodoram vxorem ſuam conſilio ferendæ conſtitutionis Nou. 8. adhibuit? Conciliet hæc pugnantia qui volet, cogitandum relinquo. Quod ait Papinianus, PRVDENTVM, hoc probari poteſt ex l. 8. C. de legibus. Delicta legibus expianda eſſe ex legis definitione conſtat. Huc videtur reſpexiſſe Horatius lib. 2. Epiſtol. ad Octauium.

Res Italas armis tuteris moribus ornes,
Legibus emendes.

merito. Nam vt lege juſſit Solon apud Æſchinem, τὸν κακόν ἀπηρεμένον ζημίαν ψηφίζεσθαι κατὰ τοὺς νόμους. Delicta conſulto admiſſa puniri volt Papinianus hoc loco, quod & Marcianus probat. l. 11. §. pen. ff. de pœn. Rectè autem adiecit Papinianus, contrahuntur: qui enim delinquit, obligatur, quod Bart. plus tradidit, l. ex hoc jure, de juſt. & jur. Accurſium ſecutus, qui & in ea eſt ſententia, l. omnem, ff. de jud. Non ſolum autem conſulto delinquentes puniri vult Papinianus, ſed & qui ignorantia deliquerunt, ignorantia igitur eſt punibilis. Quod mirum videri poſſet, cum ignorans deliquiſſe, intelligi non poſſet, vt ſcribit Gaius l. 5. §. longè magis, ff. de obligat. & act. non eſt igitur ignorantia punibilis. Hic varias ἀντινομίας adferunt Accurſius & Bartolus, quas conciliare nituntur. Sed de ignorantia inexcuſabili, quod dicit Papinianus, accipiendum eſt, idque Baldus recte exiſtimat, in d. l. 1. verſ. vlterius, noto, ff. de legib. cum Papiniano ignorantiam ponendam autore, pugnat l. 53. ff. de furt. & l. 7. ff. de juriſdict. omn. judic. & l. 18. ff. de iis qui not. infam. Horum contrariorum conciliatio latiſſimam exigit tractationem. Tu in illis locis interpretes conſule. Prat.

Lex prima juris ciuilis ſpecies, primum à regibus originem habuit, mox à populo proceſſit. Nam ſunt leges Principis, ſicuti liberi populi, vt Valla tradidit. Sed quæ ab rege conduntur, alterius conſenſum non requirunt, quæ autem à populo ſanciuntur, conſulis interrogato egent. Et propterea, priſcis temporibus lex erat, quod populus Romanus Senatorio magiſtratu interrogante, veluti conſule, conſtituebat. Quæ definitio leges à Regibus conditas non comprehendit, eo quod cum ſuis latoribus exoleuerant vt ſcribit Riuallus ad fin. lt. 1. hiſt. jus. ciuil. Legem non malè ſic ipſe Cicero definit, quod ſit recta ratio è mente diuina manans, quæ recta ſuadeat, prohibeatque contraria. Quo fit, vt Demoſthenes orator legem eſſe dixerit, cui omnes homines deceat obedire, cum ob alia multa, tum vel eo maximè, quod lex omnis inuentum quondam ac munus deorum eſt, l. 2. ff. eo. Prima autem fertur Ceres dediſſe leges mortalibus, poſtea ipſi ſapientes: Phoroneus Argiuis dedit, Moſes cælo lapſas Hebræis, Ægyptijs Mercurius. Draco & Solon leges tulere Athenienſibus, Minos Cretenſibus, Lycurgus Lacedæmonijs, Turijs Carmidas, Romanis Romulus. Aneb.

Lex (inquit Ateius Capito) eſt generale juſſum populi, aut plebis, rogante magiſtratu. Sed hæc definitio, vt & aliæ, (ſecundum A. Gell. Noctium Atticarum lib. 9.) ſi probe factæ ſunt, neque de imperio Pompeij, neque de reditu M. Ciceronis, neque de cæde P. Clodij quæſtio, neque alia id genus populi plebiſve juſſa leges vocari poſſunt: Non ſunt enim generalia juſſa, neque de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta: quocirca priuilegia potius vocari debent, quia veteres priua dixerunt quæ nos ſingula dicimus. Cicero pro domo ſua: Quo jure? quo more? (quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tuliſti? vetant leges ſacratæ, vetant duodecim tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari id eſt enim priuilegium. Idem de proſcriptione ſua loquens: Licuit tibi ferre non legem, ſed nefarium priuilegium. Hoc verbo etiam vſus eſt Lucius in 1. Satyr. lib. Abdomina thynnia venientibus priua dabo, cephaleamque carnem. Sed quanquam hæc ita ſunt, in veteribus tamen ſcriptis non magnam vocabulorum iſtorum differentiam eſſe animaduertimus. Nam & plebiſcita, & priuilegia tranſlato nomine leges appellarunt, eademque confuſo & indiſtincto vocabulo rogationes dixerunt. Saluſt. quoque proprietatum in verbis retinentiſſimus, conſuetudini conceſſit; & priuilegium, quod de Cn. Pompeij imperio ferebatur, legem appellauit. verba ex ſecunda ejus hiſtoria hæc ſunt: Nam Syllam conſulem de reditu ejus legem ferentem, ex compoſito Tr. Pl. C. Herennius prohibuerat: idem fecit apud nos (ne longè exempla petamus) Pompon. in l. poſtliminij jus. ad fin. ff. de cap. & poſtlim. reuer. & in l. vlt. ff. de legation. Numantini (inquit) deditum Hoſtilium Mancinum non receperunt, de quo tamen lex poſtea lata eſt, vt eſſet ciuis Romanus, & præturam quoque geſſiſſe dicitur.

Lex aut Rogatur, id eſt, fertur: aut Abrogatur, id eſt tollitur: aut Derogatur, id eſt pars primæ tollitur: aut Subrogatur, id eſt adjicitur aliquid primæ legi; aut Obrogatur, id eſt mutatur aliquid ex prima lege. Vlp. cap. Inſtit. 1. Vel ſic, Lex rogatur, cum populus rogatur vt nouam legem accipiat: Derogatur legi, cum rogatus, vt capita quædam è lege vetere detrahat: Abrogatur cum rogatur vt legem veterem omnino tollat: Prorogatur, cum differtur. Irrogatur, cum in aliquem propriè fertur: vt cum multa alicui à magiſtratu dicebatur. Hot. Prat.

Ληξίαρχοι, Magiſtratus quidam Athenis, qui tum alios tum eos, qui iam ſuæ tutelæ facti erant, & iam poterant, [illegible], eſt hæreditatis paternæ in album ciuitatis inſcribebant, vide Poll. Prat.

Ληξιαρχικὸν autem eſt (ſicut annotauit eleganter & ſcite Budæus, vir erat Latinæ iuxta ac Græcæ linguæ peritiſſimus Mercurius) [illegible]. Album ſeu liber, in quem puerorum nomina referebantur, qui iam tutelæ ſuæ facti erant, hoc eſt [illegible] ſui juris, & qui de ſuis facultatibus ſtatuere poterant, [illegible], hoc eſt, [illegible], &c. Brechæus l. Nihil aliud, ff. de verb. & rer. ſig. Vide Poſtellum de magiſtratibus Athen. c. 11. & c. 18.

L I.

Libare, eſt ſacrificare, Lactan. lib. 6. Nihil enim ſancta & ſingularia illa maieſtas aliud ab homine deſiderat, quam ſolam innocentiam, quam ſi quis obtulerit Deo, ſatis piè, ſatis religioſè libabit, Old. Prat.

Libella in l. judices 9. C. de epiſc. audient. dimidia eſt chœnicis pars, vt exponit Alc. lib. Parerg. 17. Eſt autem Chœnix demenſum & cibus diurnus, vt apud Hom. Odyſſ. [illegible]. Et illud Pythagor. ſymbolum: chœnici ne inſideas. Iubet igitur lex duas libellas, id eſt, Chœnicem victualis ſubſtantiæ cuſtodiis præſtari: Aulus Gellius lib. 20. c. 1. legis 12. tab. verba de addictis hæc refert: ſi volet, ſuo viuito: ni ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato. Aliàs libella eſt fabrile inſtrumentum: aliàs etiam nummi minuti Romani genus. Prat.

Libellaria conceſſio dicitur, cum Emphyteuta transfert jus ſuum in alium: hoc eſt ſubſtitutio quædam Emphyteuſis, teſte Old. Spieg.

Libellaria, pro allode, ſiue allodio vſurpatur: (verum vt opinantur quidam) pro eo tantum quod ſub illa leuicula penſione annua locatum eſt. vt lib. feud. 2. tit. 26. §. 3. H. vbi feudum & libellaria opponuntur: Agnatis feudum, filiæ verò allodium, ſiue libellarium eſſe aſſerentibus. Item domino feudum filiæ allodium ſiue libellarium eſſe allegante. Et lib. 1. tit. 5. §. 2. H. Si fidelis feudum libellario nomine dederit. Item poſtquam ad libellariam dederit. Prat.

Libellarium apud Cic. in orat. pro Milone, Ciſta, in qua conditi ſeruantur libelli. Exhibe, inquit, libellarium illud legum veſtrarum. Prat.

Libellarius à libello, id eſt, breui ſcriptura deductum Hioc.

Libellarius contractus, id eſt, venditio (alij tamen conuentionem eſſe volunt) quæ fit ſcriptura, interueniente certo pretio, & hoc amplius certa penſione, conſtituta in annos ſingulos: & hæc plerunque lege, vt ſtatu, conditóque tempore contractus renouetur, ſurſus numerato pretio certo vel arbitrio. Venditionem autem dicimus, vt tit. 9. §. 2. lib. 2. Alij locationem eſſe exiſtimant. Alij etiam Emphyteuſim ex Nou. Leonis 13. tum & Lombardos pro Emphyteuſi libellarum contractum dixiſſe. Sed in hoc eſt differentia (ait Cuiac.) quod non ſoleat emphyteuſis reuocari non mutato poſſeſſore: Libellaria renouatur ſtatis certiſque temporibus: etiam non mutato poſſeſſore data certa pecunia, vel quam bonus vir arbitratus fuerit ſecundum qualitatem rei in libellum datæ: quod quidem renouationis pretium Leo [illegible], vocat. Et emphyteuſis contrahitur ſub lege meliorandæ rei, puta ædificij in area ponendi vel reficiendi, vel agri excolendi & recreandi: Libellaria hanc legem nõ habet: Et libellaria in perpetuum fit ſemper vt tit. 8. lib. 1 Feud. C. emphyteuſis nonnunquam ad tempus. Et ſi credamos antiquis Feudorum conditoribus in libellaria eſt commiſſio locus poſt biennium, ſicut in locatione, cum in emphyteuſi triennij ceſſatio exigatur: & is qui per libellum à domino poſſidet, vendere poteſt ſine conſenſu domini: emphyteuticarius non item. Fit libelli huius ſiue libellariæ mentio ſæpè his libris, vt Feud. 1. t. 8. & 2. tit. 9. & 4. tit. 4. 53. 57. C. & in conſt. de pace Conſtantiæ & in Langobardis, & in aliis etiam auctoribus. Caſſiod. 5. Variar. Competimus patrimonij noſtri prædia te Thomaci libellario titulo commoiſiſſe Gregorius 8. epiſt. cap. 61. voluerat poſſeſſiones ſub ſpecie libellorum renere. Hinc etiam libellum facere, id eſt, leui libellarum, ſiue centenarium annorum pretio vendere. Feud lib. 2. tit. 39. §. 1. H. ſi libellum vnus alteri fecerit de feudo paterno, non eſt libellus, ſe quaſi refutatio. Prat.

Libellarius Contractus eſt quando emphyteuta, vel vaſallus dat rem emphyteuticam, vel feudalem alteri in emphyteuſim, vel feudum, c. 1. §. donare, c. 1. §. fin de prohib. alie. feu. Doct. com. c. 1. §. aut ſi quib. mod. feu. amit. Iaſon auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccl.

Libellus eſt ſcriptura, quia id quod nobis debetur perſequimur, noſtriſque vocatur *Die Klage*. Vult. in comm. Inſt. de act. in prin. 46. vel ſic.

Libellus eſt quædam ſcriptura, in qua continetur nomen actoris & rei, res quæ petitur & cauſa petendi. Vnde Hoſtienſis,

Quis quid, coram quo, quo iure petatur & à quo
Rectè compoſitus quiſque libellus habet.

Paulo autem aliter definitur ab alijs, ſed in idem cadere videtur definitio Gallia vicia pragmaticis, & in foro verſantibus dicitur *Vne demande*. De huius vero materia extat titulus libro decretalium. 2. De libelli oblatione: & habetur 5. quæſt. 8. per totum, & 81. diſtinct. Maximianus Cæterum, vt quod notatu dignum eſt, ſubjiciam, cum de iis locus ſeſe offerat, quos à libellis miniſtros appellamus, à Plinio in epiſtolis dici videntur conſules Senecio (inquit) cum exploraſſet conſules poſtulationibus vacaturos, conuenit me. Sunt autem à libellis miniſtri, qui principi in reſpondendis requeſtis ſubſeruiunt. Lampridius in Alex. Poſtmeridianis horis ſubſcriptioni, & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita vt ab epiſtolis, a libellis, & a memoria ſemper aſſiſterent.

Libellus, eſt formula ſcripti complectens actionem, & futuræ litis ſpeciem in judicio, l. 1. C. de edend. Neque vero tam curioſè laborandum hic eſſe, vt quidam faciunt Nam libellus nihil aliud facit quam quod jus illud perſequendi exhibet judici cognituro de cauſa: Siquidem non poteſt cognoſcere, niſi intelligat actionem: Et intelligere non poteſt, niſi aut dicatur, aut ſcribatur. Ex ſcripto conſtat libellus: ex non ſcripto, cauſæ nudis verbis controuertentium tractantur: vide Specul. de libell. concept.

Libellorum autem variæ ſunt ſpecies. Quidam enim libelli ſunt ſupplices qui & queruli appellantur. Cuiuſmodi erant qui principibus, præſidibuſve dabantur. Huius generis libelli nihil aliud erant quam preces & deſideria, vt apparet ex l. 15. ff de in jus vocando. Quidam vero libelli ſunt accuſatorij, quibus crimina deferuntur, & denuntiantur, l. 17. & 29. §. hoc amplius, ff. ad l. Iul. de adult. Sunt & libelli Appellarij, Item Dimiſſorij, qui & Apoſtoli dicuntur, de quibus paulo infrà, Briſſ.

Libellus appellatur commentarius in ſacras literas. c. 2. in pr. De ſum. trinit. & fid. cathol. Damnamus ergo (inquit Innocentius) & reprobamus libellum ſeu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit, Spieg. Prat.

Libellus appellatur, quem maritus vxori, aut contra vxor marito repudij cauſa mittit, cuius fit mentio in l. fin. pœnituit, ff. de diuort. his verbis: Si pœnituit eum qui libellum tradendum diuortij dedit, & Chriſtus Matthæi 5. Quicunque inquit, repudiauerit vxorem ſuam, det illi libellum diuortij, Old. Prat.

Libellus appellatur etiam Scheda Intimatoria, videlicet quæ in foro, aut valuis eccleſiarum proponitur: inueniſſe puta Sempronium annulum aureum, eique cuius eſt, redditurum, vt dixit l. falſus, ff. de Furt. amor. Old. Spieg. Prat.

Libellus cenſetur ineptus, ſiue inutilis duobus modis: Altero propter defectum formæ, cuius maxima pars eſt petitio ſeu concluſio: Altero, ob materiam vel cauſſam petendi quæ in narratione verſatur, nec eſt talis vt producat jus agendi. Et hoc eſt, quod experientes aduerſus tenorem libelli, dicunt eum peccare in materia & forma: his quippe verbis vtuntur ex vſu magis, quam quod res ita habeat plerunque, Old. Prat.

Libellus dicitur oratio conſultoria, qua boni Imperatores olim complecti ſolebant ea, quæ de rebus arduis ad Senatum Romanum cenſenda referebant, vt in l. item veniunt, §. præter hæc, ff de petit. hæred. Pridie Idus Martias, inquit, Quintus Iulius balbus, & Publius Iuuentius Celſus, Titius Aufidius, Onetius Seuerianus Conſules, verba facere de his quæ Imperator Cæſar Traiani Parthici filius, Diui Neruæ nepos, Adrianus Auguſtus Imperator maximuſque princeps, propoſuit quinto nonas Martij, quæ proximæ fuerunt, libello complexus eſt quid fieri placeat. De qua re ita cenſuerunt. Huius orationis in eo tit. fit mentio l. illud quoque in prin. Illud quoque aic, quod in oratione Diui Adriani eſt, Old. Prat.

Libellus aut eſt ſummarius: ſi nimirum continua ſerie & narratione factum propoſitum eſt: Aut articulatus ſeu poſitionalis, ſi circumſtantiæ facti certis quibuſdam enunciatis, quæ vocamus articulos vel poſitiones, comprehendantur: Alias vero alius ciuilis eſt, quam etiam conuentionalem vocant, alius criminalis, quem etiam vocant accuſatorium ex cauſa materiali, quæ in judicium deducitur, Vult. in comm. Inſt. action. in pr. n. 47. 48.

Libelli requiſita neceſſaria ſunt quinque: Nomen Actoris

nomen rei, nomen aut certę aliqua demonſtratio judicis quid petatur & quo iure. Quorum ſi vel vnum deficiat, libellus eſt ineptus & imperfectus: In libello vero criminali ſiue accuſatorio alia etiam deſiderantur, videlicet præter nomen judicis, nomen accuſantis, nomen accuſati, etiam menſis & locus in quo commiſſum eſt crimen, non etiam dies, niſi petatur eius declaratio à Reo: de quibus tractant noſtri ad l. fin. ff. de priuat. delict. & in l. libertorum, ff. de accuſ. & in §. ſuſcepto, Authen. de exhib. reis, Vult. dicto loco. n. 30. & 31.

Libellus pro tabella fideicommiſſaria, hoc eſt in qua fidei commiſſum ſcribit teſtator, accipitur in l. 1. in pr. ff. de tabul. exhib. Item ſi libellus, inquit, aliudve relictum eſſe dicetur, decreto comprehendam. Et in l. & in Epiſtola C. de fide c. Et in epiſtola (dicit Imperator) vel breui libello, vel ſine ſcriptura, imo etiam nutu, fideicommiſſum relinqui poſſe, adhibitis teſtibus, nulla dubitatio eſt.

Libellus appellatur ſcheda ſupplex, quam vulgo ſupplicationem dicimus, qua populares poſtulata ſua principibus exponere ſolent, in tit. C. quan. libel. princ. dat. litis conteſt. fac. & in l. non diſtinguemus, § cum quidam, ff. de arbitr. Libello, inquit, cuiuſdam id quærentis Antonius ſubſcripſit. Hac ſignificatione Iuriſconſultus in l. nec quicquam, §. vbi decretum. ff de offic. proconſ. & lega. & in l. omnia, ff. de regul. jur. ſic tradit: quod omnia quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt, hoc eſt per ſolam ſupplicationem præſtari nequeunt, non audita parte aduerſa. Quas leges non alioqui obſcuras, Accurſius inuoluit ignorantia huius ſignificationis. Adde l. ſemper, §. demonſtratur, ff de jur immun. Sicque vſurpauit Sueton. in Auguſto: promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, vt quendam corripuerit, quod ſic ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem. Prat.

Libellus rerum, l. ſi ego Seiæ §. plane, ff de jur. dot. in quem conferebat mulier ea, quæ præter dotem in domum mariti inferebat: quem & ideo marito offerebat, vt is eum ſubſcriberet, vt certum eſſet in domum eius ea fuiſſe illata, & ne ſi quando ſeparatio fieret negaret, Prat.

Libellus pro aſſertoria epiſtola accipitur, quam vulgo credentiam vel certificationem vocamus: cum ſuperior magiſtratus fidem facit pro ſubdito, vel etiam pro alio, l. ſi publicanus, §. de rebus, ff. de pub. & vectig. Hanc aſſertoriam epiſtolam ab Epiſcopo clerici habere ſolent, l. ſi qua per calumniam, § præterea jubemus, C. de epiſc. & cler. & in l. 1 C. de mandat. princ. Omnes, inquit, ſciant, nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probauerint, eſſe credendum, Prat.

Libellus dicitur qui judicis recuſandi cauſa porrigitur, à litigantibus, l. apertiſſimi, C. de jud. Liceat, inquit, ei qui ſuſpectum judicem putaut, antequam lis inchoetur eum recuſare, vt ad alium recurratur, libello recuſationis ei porrecto.

Libelli appellatorij vocantur porrecti ab eo, qui appellat ei, à quo appellabat in l. 1 § vlt. ff. de appellat. Libelli, inquit, qui dantur appellatorij, ita ſunt concipiendi vt habeant ſcriptum, & à quo dati ſunt, hoc eſt, quis appellet, & aduerſus quem, & à qua ſententia. Et alibi ſæpè in eod. tit. ſic dicuntur libelli, vel ſic. Libelli vocantur literæ dimiſſoriæ, ſiue Apoſtoli, in tit. de libell. dimiſſ. Poſt appellationem enim interpoſitam, literæ dandę ſunt ab eo, à quo appellatum eſt, ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, quarum ſenſus talis eſt: appellaſſe puta Lucium Titium à ſententia illius, quę inter illos dicta eſt, l. 1. ff. d. tit. Prat.

Libellus Abſolutus eſt, quando caſum ſeu factum ſummatim vno orationis contextu complectimur, Prat.

Libellus dubius interpretatur ſecundum intentionem libellantis, l. ſi quis intentione ambigua, ff de judic & in pulchra quęſt. tradit Corn. conſ. 18. in præſenti conſultatione 102. & 3. colum. in 3. lib. & conſ. 91. in cauſa vertente, in 2. col. in vlt. libr.

Sed an hoc procedat etiam in libello criminali, quia lex prælegata loquitur in ciuilibus, & in criminal. verba libellorum ſtrictè debent intelligi, ſecundum Bald. in l. 1. adſin. C. de verb. ſign. in hac quæſt. Lud. Ro. not. firmat quod non. in l. diuortio, in pr. ff. ſol. matr. motus ex vna ſing. deciſione Bald. ibi. Addo quod idem videtur ſentire Bald in l. quotiens. §. ſi quis ita, ff. de hæred. inſtit. vbi dicit, quod ſi teſtes depoſuerint, quod primo inſultauit S. poſtea vulnerauit: cum dictio poſtea ſit dubia, & poſſit accipi quod ſtatim in ipſo inſultu vulnerauerit, & ſic erit vnum delictum tantum, juxta gl. ſing in l. qui de crimine C. de accuſ. item poſſit intelligi cum interuallo, & ſic erunt duo delicta: quod tamen interpretantur, quod in continenti vulnerauerit, ad hoc vt teſtes concludant vnum delictum tantum, & ſequatur condemnatio in mitiorem partem fauore rei. Sed in hoc contrarium expreſsè tenet ſing. Bart. in libellorum, in princ. in vlt col. verſ. quæro cum annus, ff. de accuſat. & pro ſi g extat D. Iaſ. in rub. C. de edend. in fin. & hanc opinionem contra Lud. expreſſe firmat Alex. in l. diuortio, in 5. col. verſ. ex huiuſmodi

ff. ſol. matr. vbi reſp. adductis in contrarium, & ponit tres notabiles declarationes ad d. l. ſi quis intentione ambigua, Corn.

Libellus familiæ, l. 99. ff. de lega. 3. l. 8. C. Theod. de cuſto. reor. Prat.

Libellus conuentionis, §. Tripli, Inſt. de act.

Libellus famoſus dicitur ſcriptura famoſa, hoc eſt in contumeliam alterius edita. Imperator, l. vnic. C. de fam. lib. Azo, ibidem. Item Iuriſconſult. l. lex Cornelia, de injur. §. fin. Spieg.

Libellus memorialis, ſcriptum memoriæ cauſſa paratum.

Libellus poſitionalis, aut (vt dicunt) Articulatus, vocatur, qui ſingulas partes, & circumſtantias facti, ſeu caſus breuiſſimis pronunciatis complectitur, adjectis nihilominus, quæ ad libellum ſequiruntur. Vide Old. in de Formula Libelli Spieg.

Libellus, ſyllogiſmus quidam juridicus eſt, cuius propoſitio axioma juris continet, aſſumptio ſpeciem facti, concluſio petitionem, Vult. in d. tit. de act. num. 49. Zaſ ibid. Vt cum ita dicimus: Iure ſtatutum eſt, poſſeſſorem iniuſtum rei alienæ, teneri ad reſtitutionem eius domino recte vendicanti. Sed Titius poſſidet me inuito, & iniuſtè rem meam, nec vult reſtituere, Quare peto Titium condemnari & compelli, vt mihi eandem rem reſtituat. Hinc vides maiorem propoſitionem, Minorem, & Concluſionem. Ex Zaſio, & Oldendorpio, Spieg.

Libellenses ſunt, qui libellis aut ſuſpiciendis aut recitandis præerant, l. 32. C. de appel. Noſtri vero libellenſes (inquit) quæ apud arbitros geſta ſunt ſuſcipiant, cognitiones reducant, & ea quę geruntur excipiant, ſcribant, ſcriptaque, litigatoribus edant: qui etiam apud arbitros (licet illuſtres ſint) ex delegatione noſtra cognoſcentes excipiunt, ſi in ſacratiſſimo noſtri numinis comitatu cauſæ dicantur. Hi etiam vocantur. libellenſes ſacri ſcrinij, l. ſi C. vbi Senato. Prat.

Libellos agere, id eſt libellis principi datis ſubſignandis aut recitandis præeſſe, l. 12. ff de d ſtra. pign. Libellos agentes Papinian. Prat.

Libellos dejicere, apud Senecam, is dicebatur qui Creditoribus ſe obligare paratus erat, vel ſoluere parabat: vel debitorem cuius bona proſcribebantur, defendere parabat. Et Inſpentus, inquit, amici bonis libellum dejicio, creditoribus eius me obligaturus. Sic. Cicero pro Quintio: Libello Sex. Alphenus procurator P. Quintij, familiaris & propinquus Sex. Neuij dejicit, Prat.

Liber. Omnes homines aut ſunt liberi, aut ſerui, l. 2 ff. de ſtatu homi. Liber dicitur, qui ex naturali facultate facere poteſt quicquid libet, niſi quod vi aut jure prohibetur, l. 4 ff eo Seruus autem dicitur, qui ex conſtitutione juris gentium alieno dominio contra naturam (id eſt, contra jus naturale) ſubjicitur, ibidem. Liberi homines in duplici ſpecie reperiuntur. Aut enim ſunt ingenui, qui ex matre libera nati ſunt. Inſt. de ingenu. in pr. l. ingenuorum, de ſtatu hom. ff. Aut libertini, qui ex ſeruitute manumiſſi ſunt. Cæterum, juſta ſeruitus intelligitur plena, omnibus juris partibus nixa, quemadmodum & juſtam hæreditatem interpretatur Budæus, in l. 3. ff. pro ſocio. Anchora.

Liberorum Hominum plures ſunt differentiæ. Iuſtinianus ait, Alios eſſe ingenuos, alios vero libertinos. Sed recte adjiceremus & alias differentias. Homines aut tantum conceptos eſſe aut jam ortos. Item, aut mares eſſe, aut fæminas: alios eſſe ſpurios, alios ex juſtis nuptiis conceptos: alios eſſe ciues, alios vero peregrinos, & in ciuibus alios eſſe patricios, alios plebeios, &c. Obſeruandum autem obiter eſt, interdum ingenuum dici pro libero, & è diuerſo liberum pro ingenuo. Inſt. de nupt. ad fid. & l. 42. De hæred. Inſt. Sed & ingenuis proximos eos fuiſſe, qui jura ingenuitatis conſequuntur: habuiſſe tamen interdum aliquid diſſimile. Si patronus libertum ſuum adoptet non facit eum omnino ingenuum l. vlt. de ſtat. hom. Sed ita filium ſuum facit, vt ei in ſua familia tribuat jura ingenuitatis l. 32. De ritu nupt. Et Libertinus qui jus aureorum annulorum à principe impetrauit, ita ingenuitatis jura conſequitur, vt tamen ſaluum maneat præcipuum jus patroni, l. 5. & 6. De jure aur. annul. Hoc eſt licet nullas operas, obſequium nullum debeat patrono, reuerentiam tamen debet, l. 10 §. 2. De in jus vocan. & cum moritur, integra ſunt jura patroni. Nam etſi quaſi ingenuus viuat, tamen tanquam libertus moritur, l. 3. de bonis lib. l. 4. De jure aur. annu. Sed & qui ex libertino patre naſcitur dicitur naſci ingenuus, habet tamen aliquid libertinæ conditionis, quia patronus in liberti quoque ſui filium habeat aliquid juris. Sanè ex Cicerone & Liuio ſatis intelligi poteſt, olim ingenuos non fuiſſe, qui patrem ciere non poſſent, vel quorum maiores ſeruitutem ſeruiſſent: ſicuti & Suetonius ſcribit, olim Libertinos dicto fuiſſe, non ii ſos qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos. Quod Claudium Cæſarem ignoraſſe etiam notat: ſed ſatis ſignificat, jam ſuo tempore ex libertinis natos fuiſſe ingenuos. Sed & ingenuus etiam eſſe dicitur,

dicitur, qui quoquo modo liber naſcitur adeo ut ita dicatur, etſi ex ſeruo natus ſit, ſi mater libera fuit vel conceptionis vel partus, vel etiam medio aliquo tempore. Nam ventrem partus ſequitur (quia mater ſemper certa eſt) & ex quo eſt conceptus, vſque ad natiuitatem, inſpicitur tempus optimæ matetnę conditionis. Si non de prima & naturali conditione filij agatur, verum de ea quæ Iure Ciuili magis tribuitur, velute de dignitate, aut familia, aut origine patris, cuius magis ea eſſe videntur, ſtatum potius ſpectamus, l. 10. De Senat. l. 1. Ad munic. Sa tem vbi pater legitimus eſt; qui magis eſt certus l. 19. & 24. de ſtat. hom. Atqui hic quidem etiam ſpectabimus, vel conceptionis tempus, vel partus prout filio erit vtilius. Vt ſi eum primum conciperet, pater meus Senator erat ſed eſſe deſierat, cum naſceret: dicar nihilominus eſſe filius Senatoris, non dicere tamen, ſi, antequam conciperet, Senator eſſe deſiiſſet, lib. 7. de ſenat. Poſtremo illud eſt obſeruandum, etſi filio non proſit libertas matri obueniens poſt partum, prodeſſe tamen patris dignitatem. Nam reſponſum eſt, nihil intereſſe, an me ſuſceperit pater iam Senator, an ante dignitatem Senatoriam, l. 5. de Senat. Nam etſi ſummo Iure vix dici talis filios poſſit ſanguinis Senatorij, tamen reſcriptum eſt benignius eſſe, vt ei paternos honores non inuideamus, l. 11. C. de dignit. Fr. Bald. in ſua Catecheſi Iuris ciuilis, cap. 2.

LIBER ſingulari numero, pro nato apud Iuſtin. in l. 33. C. de inoffic. teſtamen. Si quis ſuo teſtamento, inquit, maximam quidem portionem libero relinquat, minuſculam autem alij, vel aliis de ſtirpe ſua progenitis. Cicero de nat. Deorum II. Hinc Hercules, hinc Caſtor & Pollux, hinc Æſculapius, hinc Liber etiam: hunc dico liberum Semele natum, non eum, quem noſtri maiores auguſte ſancteque Liberum cum Cerere & libera conſecrauerant, ſed quod ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati ſunt liber & libera, quod in libero ſeruant, in libera non item, Hot.

LIBER dicitur is, cui ius eſt arbitrio ſuo viuere, quatenus lege aut inſtituto permiſſum eſt: nam, vt in Cluentiana Cicero teſtatur, idcirco omnes legum ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus, Hot.

LIBER, pro certa parte operis, vt Pandectæ iuris in quinquaginta libros diſtinctæ ſunt. Budæus obſeruauit, Ciceronem alicubi vſurpaſſe Librum, pro inuentario, vt vulgo dicitur, vel Regiſtro, Spieg.

LIBER rationum, ſiue Ratio, vltro citroque dandi, accipiendi, credendi, ſoluendi ſui gratia negociatio, l. ſi quis ex argentariis, § rationem. ff. de Eden. Spieg.

LIBER à fide, qui fidem ſoluit, dicitur.

LIBER homo. Oppo. ſeruus, Vlp. l. 1. de His qui deiec. § hæc in factum verſ. Sed cum quis in libero homine, inquit, nulla corporis æſtimatio fieri poteſt, ſed quinquaginta aureorum condemnatio fit, Spieg.

LIBER populus, is eſt, ait Proculus, l. 7. ff. de capit. & poſtlim. qui nullius alterius poteſtati eſt ſubiectus, ſiue is fœderatus eſt, item ſiue æquo fœdere in amicitiam venit, ſiue fœdere comprehenſum eſt, vt is populus alterius populi maieſtatem comiter conſeruaret, Hot.

LIBERA adminiſtratio, quæ plenā rei adminiſtrandæ poteſtatem habet, fraude remota, l. ſi pater, ff. quæ in fraud. cred. Spieg.

LIBERA iuriſdictio: Vide, Iuriſdictio libera.

LIBERA peculij adminiſtratione conceſſa, quid contineatur, exponitur in l. 7. ff. de donat. l. 12. quæ in fran. credit. l. 42. § vlt. ff. de rei vind. l. 1. § 1. quæ res pign. l. 29. de pact. l. 4. ad Maced. l. 8. § 1. an paciſci quib. mod. pign. l. 24. de acq. poſſ. l. 10. C. quod cum eo Briſſ.

LIBERA legatio, ſoluta, nec adſtricta, ſuæ ſpontis, ſuique non alieni arbitri: Quo nomine appellabatur ea legatio, quam quis rei ſuæ ergo, ſeu rerum priuatarum cauſa, ſiue mandatia obibat, quemadmodum Cic. lib. 3. de leg. & in Rullum loquitur. Vnde merito. Vlp. eum qui libera legatione abeſt, non videri Reipublicæ cauſa abeſſe pronuntiat: Hic enim non publici commodi cauſa, ſed ſui abeſt, l. 14. ff. de legat. Huiuſmodi legationes decerni ſibi ſatagebant ſenatores, qui vel voti cauſa, vel hæreditatis ſyngraphæve perſequendæ vel aliarum rerum priuatarum gratia in prouincias proficiſci neceſſe habebant, vt ſub ea muneris publici (quod eis Titulo tenus iniungebatur) ſpecie, negocia ſua, ſalua dignitate, conficerent, Cic. lib 3. de legibus & libr. 2. Epiſtol. ad Attic. & in Orat. pro Flacco. Suet. in Tiber. Brut. epiſt. ad Cic. lib. 11. Epiſt. Briſſ.

LIBERALE reſponſum, hoc eſt, ingenuum, & minus diſſimulanter prolatum.

LIBERALI cauſa manu aſſerere dicebantur, qui liberum hominem iniuſta ſeruitute oppreſſum in libertatem vindicabant: vnde & Aſſertores & Liberalis cauſa dicebatur, Plaut. in Pœn.

Manu eas aſſerat.

Suas populares liberali cauſſa. Itemque paulo poſt:

Sed & præcita locutione in Curcul.

Si quiſquam hanc liberali aſſeruiſſet manu.

& paulo poſt.

Promiſiſti ſi quiſquam hanc liberali aſſereret
Manu

Nam Donatus auctor eſt ordinem eſſe, hunc, Aſſerere manu aliquem in cauſa liberali, Hot.

LIBERALIS cauſa Libertatis iudicium prætor non inuenit, ſed lex, quæ partim communem, partim propriam ſtatus conditionisve diſtinctionem in Romanam Rempublicam inuexit. Nam qui hominem liberum liberali cauſa manu aſſerebat, quod ea lege Quiritium, vel iure Romano ageret, legitimam actionem impetrabat: ſiquidem vt liberos homines alienare prohibitum erat, ſic alienatos ciuili iudicio manu aſſerere permiſſum. Plautus in Curculione:

Qui ſciat mercari furtiuas atque ingenuas virgines,
Ambula in ius.

Terentius in Adelphis.

Quid ſi ego illam tibi nolo vendere.
Coges me? Æſch. Minime. S. namque id metui. Æſch. neque vendendam cenſeo.
Quæ libera eſt, nam ego illam liberali aſſero cauſa manu.

Ex quibus verſibus ſatis intelligi poteſt, actionem liberalem ciuilem eſſe. Quum enim dixiſſet Æſchinus Liberam mulierem vendi non poſſe, ſubiecit: nam ego illam liberali aſſero cauſa manu. Quaſi diceret, quia liberam mulierem quæ vendi non poteſt, alienare vis, ego illam liberali cauſa: h. e. directa legis, quas liberos homines alienare prohibitum eſt, actione aſſero manu. Cæterum ſi quærebatur, an quis libertus eſſet, an ſeruus, ideo ex prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiebat hæc quæſtio, quod ea ex nudo facto conſtaret. Quum enim quærimus, an quis libertus ſit, an ſeruus in effectu quærimus, an quis ſit manumiſſus, & ita de facto. Simili modo quoties de hoc contenditur, an quis ſit filius, non de iure, verum de facto omnis eſt contentio. Et idcirco hæ quæſtiones duæ ex prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiebant, hoc eſt, viua iudicis quem prætor decernebat, voce, ſine aliquo iuris auxilio expediebantur. Nam quæ ex nudo conſtabant facto, nuda ſolebant prætoris iuriſdictione definiri. Errant igitur, qui exiſtimant, actionem de partu agnoſcendo ex SC. naſci, id enim nullis rationibus probari poteſt, tum quod huius actionis cauſſa ex nudo meroque facto, non ex certa aliqua iuris aut SC. definitione conſtaret, tum etiam quod nec SC. Plautianū nec illud SCtum, quod temporibus diui Hadriani factum eſt, quicquam aut adderet actionis ſubſtantiæ aut detraheret, ſed dies conſtituebat denunciationi certos. Ergo quum ante huiuſmodi ſenatus conſtitutionem, nullo certo ordine aut tempore denuntiationi conſtituto, paſſim etiam ſine denuntiatione maritos pro arbitratu agnoſcendi, alendique partus gratia fœminæ ſuos prouocarent: voluit Senatus intra dies 30. poſt diuortium connumerandos fœminas ſuis maritis denunciare, ſi ſe prægnantes exiſtiment, vt poſſent mariti cuſtodes mittere. Nam quod Plautianum Senatuſconſultum de liberis agnoſcendis nihil ad actionis ſubſtantiam pertineat, ex Vlpiano nemo eſt, qui non iudicet. Ordinem enim ſenatuſconſultis de liberis agnoſcendis exponi, Vlp. auctor eſt l. 1. §. ex hoc reſcripto. de vent. inſpic. Vt ſi ante Senatuſconſulta, quib. ſic ordo erat conſtitutus ſine ordine de agnoſcendo partu veteres contendiſſe videri poſſint. Si leges ad leges trahi ſolebant, l. 26. de legib. Si prætoria edicto ad Iuris conſtitutiones trahenda nonnunquam ſunt, l. 2. ex quib. maior. ſi denique de his, quæ primo conſtituta ſunt, certius quid ſtatui poterat, l. 11. de legib. cur non circa prætoria de partu agnoſcendo actionem certius quid ſenatus potuiſſet ordinare? Eſt igitur de partu agnoſcendo iudicium honorarium non ciuile. Ræuard. variur. lib. 2. cap. 18.

LIBERALIA iudicia, & liberales cauſæ proprie appellantur, in quib. de libertate quæſtio vertitur, rub. de liber. cauſ. l. 42. § 1. ff. ſolut. matr. l. 32. §. de liberal. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. 6. § 1. ſ. de Carb. ed. l. 3 §. ſi ſeruus, ff. de adqu. poſſ. leg. 36 & l. 38 ff. de re iud. l. 5. ff. de ferijs, l. 7. § 1. ff. de petitio. hæred. Ita liberale, iudicium apud Quintil. lib. 6. cap. de riſu Briſſ.

LIBERALIA, Vlp. ait, ſtudia accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια μαθήματα appellant. Ciceroni ingenuæ artes dictæ: Plinio, Liberales: quæ autore diuo Auguſtino lib. 6. de Ciuit. Dei, ſeculares à recentioribus vocatæ ſunt. Cur dictæ ſint Liberales Budæus indicat in poſterior. Annotat. Sed & Seneca, cur ſint liberalia ſtudia dicta, eaque non ad virtutem ducere, ſed præparare tantum, oſtendit epiſt. 89. Spieg.

LIBERALITAS, id eſt, munificentia l. 1. de ſponſal. l. 2. de ſecund. nupt. in Cod. Theod.

LIBERALITAS fraudulenta, quæ nocet aliis, vt ſi quis debitum condonans debitoribus, nolit creditoribus ſolutum iri. Vide l. vlt. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. Spieg.

LIBERALITATE frui dicitur is, in quem liberalitas confertur, non qui ea ſtudioſè vtitur P. Victorius.

LIBERALIS nemo exiſtit in neceſſitatibus, l. 18 ff. de admin. leg.

LIBERARE, libertate donare: liberari, libertatem conſequi, l. 12. manumittendo, ff. de captiuis, l. penult. ff. in quibus cauſ. Prat. ex Briſſ.

LIBERARE eſt luere, & nexum pignoris diſſoluere, l. 57. ff. de le. 3. Prat.

LIBERARE prædia, ſeruitutem debitam remittere, l. 1. ff. ſi vſuſfr. Prat.

LIBERATIONIS verbum (ait Paulus) eandem vim habet, quam ſolutionis, l. 47. ff. de ſolu. In rubrica tamen de ſolut. & libera. diſtinguitur, ac tanquam generis loco ponitur: vt Solutio pecuniaria ſit: Liberatio, quæuis altera diſſoluendæ obligationis forma: vt confuſio, & compenſatio, Prat. ex Briſſ.

LIBERE, & ſine exceptione fideiuſſor promiſiſſe intelligitur. Libere, quantum ad ius & naturam fideiuſſionis. Sine exceptione ſcilicet friuola. Non tamen per hoc legitimis exceptionibus renunciat. c. ex parte 2 de offi. de leg. Vide Iaſ. in l. 1. C. de ſacr. eccl. Spieg.

LIBERI alij dicuntur legitimi, alij illegitimi. Legitimi ſunt à lege ſiue iure probati, l. 5. ff. de in ius voc. l. 12. de ſtat. hom. l. imperialis, §. fi. C. de nupt. atque à lege ſiue iure vel ſolo, quod accidit in adoptatis, vel vnacum iure etiam natura quod fit proximis, cum quis naſcitur ex nuptiis, vel poſt interuallem legitimatione. Illegitimi ſunt liberi, nati ex concubitu legibus improbato: quos natura quidem ita nouit, ſed non lex: & rurſus ex concubitu improbato quidem, permiſſo tamen, vel improbato ita vt etiam ex damnato: Vult. in comm. ad Inſt. ad pr. de patr. poteſt. n. 9. & 9.

LIBERI, nedum filij, ſed & nepotes, pronepotes & deinceps nati dicuntur, l. 220. ff de ver. ſig. §. vl. Inſt. Qui teſt. tut. Vlp. de Pollic. l. inter liberos, nepotem quoque contineri. D. Pius reſcripſit Paulus. Liberi vocantur vſque ad trinepotem l. ICtus, §. parentes, ff. de gradib. affinit.

LIBERI à Græcis, τέκνα, ἢ παῖδες, appellantur, filij verò υἱοί.

LIBERI, ſemper plurali numero proferuntur, ſicut & pugillares, Codicilli, Gaius in l. non eſt, ff. de verb. ſing. quo multitudinis numero etiam vnum filium filiamve ſignificari veterib. dixit A. Gell. lib. 2. c. 13. & vide l. 148. ff. de verb. ſig. Old.

LIBERI quod ad Sc. tum Tertullian. attinet, non ſunt qui contra formam humani generis procreati ſunt, l. 14. de ſtatu hom. Paul. lib. 4. Sent. tit. 9. Hos partus monſtroſos appellat Romulus primus Romanorum rex lege lata, cuius hæc verba ſunt. Monſtroſos partus ſine fraude necanto Spieg. Prat.

LIBERI populi & liberæ Ciuitates, quæ nec tributa nec vectigalia ſoluunt. Cic. de leg. Agr. contra Rullum.

LIBERI populi, qui ſuis legib. erant relicti, quales Ætoli apud Liuium: populi tamen Romani maieſtatem comiter obſeruare tenebantur, Prat.

LIBERI & hæredes. Verus eſt quæſtio, multique incerti eam rem certant, vt Vulcatiano verbo vtamur. Cautio his verbis concepta, Ad liberos & hæredes, quam ſignificationẽ habeat, l. Gall. §. etiam, de lib. & poſt. Nam alij eius orationis hunc eſſe effectum putant, vt vtrumque fiat nec proſit ex liberis eſſe, niſi & hæres ſit, nec rurſus hæredem eſſe, niſi ex liberis quoque ſit. Alij contra. Tam. n. adiectione huius ſyllabæ. Et, orationẽ augeri ac plenius intelligendã eſſe, quam detracta coniunctione minui. & velut in anguſtiam cogi, l. ea tamẽ de leg. 3. Nec certe dubium ea res habet, quin pleraq; vt ait Iulianus tali coniunctione in ambiguitatem incidant. Quid agimus? Ego non dubito, ſi ea res, quæque, de qua in agendo cautum eſt, ita per hæreditatem obtingit, vt id quod capitur, in rei perſecutione conſiſtat, & precium hæreditatis augeat; in liberis, id quoque ſpectandum eſſe, vt hæredes ſint: qui vero ex liberis non eſſent, & eos ex ſequente orationis parte, περισσῶς & tanquam ſublata coniunctionis parte admitti. Nam quamuis dictio. Et, coniunctionem faciat: tamen pleriq; ea vtuntur, non tam vt coniungant, quàm quod in pauca rem conferre, & compẽdioſè loqui ſtudeant, l. ſi quis Sempron. de hære. Inſt. Sed & in dubia cauſa hæ ſyllabæ Et, Que, Cum ſingulas res per ſe demonſtrant, l. ſi is qui ff. de reb. du. Quid quod & illud fieri poteſt, vt priùs loquẽdo de liberis, de its qui primum ſucceſſionis tenent, ordinem, cautum, & deinde plenius ſub verbo hæredum, cæteris qui illos ſequuntur, proſpectum ſit: Sic enim id Pomponiano quodã reſponſo. è liberis ad Q. Mutium, in ſpecie quidem non planè ſimilis, ſed tamen qui huc non ineptè trahere in exemplum poſſis, traditum eſt, l. Herennius de verb. ſign. Quid ergo ſi iis de reb. concepta ſit cautio, quæ rei perſecutionem, & quaſi pecuniæ præſtationẽ non continent: Et quoniam ea res iure hæreditario non contingit: In liberis, immiſtionem requiri non opinor. Plane in cæteris, ſumma eſt ratio, quæ aditionum, vt quamuis conditionem expectet, l. 3. §. 1. de hæred. inſt. Sed liberis, ad illam quæcunque eſt, prærogatiuam ex lege admiſſis, in extraneorum perſona, ea lex locum habere non poteſt. Nam propius eſt, ſicut & Papi. reſpondit, l. cum pater, §. fi. de leg. 2. & noſtri interpretantur, gl. ibi, vt Coniunctione iis perſonis, inter quas gradus affectionum ſunt, adiecta: ordine ipſo ſcripturæ, velut ſubſtitutionem aliquam factam intelligamus. Nec mutat, quod Papin. ſpeciem ſuam, per diſiunctionem vel aut exponat: nam ſæpè id ita compertum eſſe, vt ſecundum rem, de qua agitur, coniuncta pro diuiunctis accipiantur, l. ſæpe de ver. ſig. nemo eſt omnium, qui ignoret. Cuſ. lib. 1. εἰκαστικῶν c. 34.

LIBERI & poſteri. Quid, quantumque liberi à poſteris diſtent ac differant, haud Hercle tam facile eſt diſtincta, quam multis videri poſſet. Nam, qui hoc ſolum dixerit, Liberũ nomen anguſtius eſſe, & poſterorum latius patere, grammaticis forte ſatiſfeceris, Iuriſconſultis non item. In liberis potio videtur ij eſſe, quos parentes in poteſtate habere poſſunt. Quod genus, Filius, Nepos, & pronepos. Rarus eſt autem, vt cum quis videat cuius ſit abauus: ſed quia fieri poteſt, ſit ſanè & abnepos inter liberos: facta ſcilicet diſtinctione à ſeruis: in quos non maior Veterum, quam in Liberos ſuos poteſtas erat, Ius ſc. & in hos vitæ ac necis. Quin etiam, cum ſupra Tritauum fere maiores, ſint apud veter. dicti: Iure ac regula τῶν πρὸς ἄλληλα eorum erunt liberi, qui illis parentes: & quibus hi maiores eorum poſteri. Ita & trinepus in Liberis erit. Sed C. Caſſius & parentes ſupra Tritauum. & Liberus infra Trinepotem accipiendos putabat, l. 4. §. 2. de in ius voc. Verum, vt proprius ad ea, Iuriſconſulti ſunt, veniam & illa eſt inter Liberos & poſteros differentia: Quod maior in poſteris ratio ſit generis familiæq; & gentis: in Liberis affectionis & naturæ, ſiue vt græcis dicitur, στοργῆς. Itaque Poſterorum nomen, ad eos qui ex fœminis nati ſunt, non pertinet, l. 1. de iure immun. Inter liberos & nepos ex filia eſt l. fin. de poſtl. Videtur autem hæc Generis & Naturæ cauſſa, totius differentiæ habere poteſtatem. Quo fiet, vt eam pro varietate rerum nunc intendat, nunc remittat. Curt. lib. 1. εἰκαστικῶν cap. 45.

LIBERORVM appellatione nepotes & pronepotes, cæterique ex his deſcendentes, continentur, l. 220. de verb. ſign. l. 47. ſolut. matr. l. 16. de teſt. tut. l. 9. §. pen. de pœn. l. 3. in fin. de aſſig. liber. §. vltim Inſt. qui teſt. tut. l. 12. liberos, ff. de in ius voc. primum quod Lex 12. Tabularum hos omnes appellat liberos: Deinde, quod natura nos hanc interpretationem docet: quum videamus pios parentes, liberorum procreandorum animo & vero vxores ducere, vt non filios ſolum, ſed etiam nepotes & deinceps alios concipientes atque edentes, ex prole vtriuſque ſexus, diuturnitatis memoriam in æuum relinquant. Et inde in communem vſum receptum eſſe, quod filiorum appellatione omnes, qui ex nobis deſcendũt, cõprehendantur. Neque enim dulciori nomine poſſumus nepotes noſtros, quã filij appellare Iure tamen non fruſtra ſunt inuenta ſingulatum cognationum nomina, vt aliter filij, aliter nepotes, pronepotes, & cæteri ex his deſcendentes, appellentur. Nam toties his vtendum eſt neceſſario, quoties lex non omnibus deſcendentibus præſtitum aliquid voluerit, ſed ſolis his, qui nominatim enumerantur. At vbi non perſonis certis, ſed omnibus, qui ex eodem genere orti ſunt, præſtatur, conuenit, liberorum appellatione generaliter intelligi nepotes, pronepotes, & cæteros, qui ex his deſcendunt. Calliſtr. in l. Liberorum Vlp in l. cognoſcere, §. vlt. Paulus, in l. Filij, ff de verb. ſign. §. vlt. Inſt. t. Qui teſtam. tut. dari poſſ. Eadem iuris Naturalis ratione receptum eſt, vt patris nomine auus quoque demonſtrari intelligitur, l. Iuſta. ff. de ver. ſign. Old. Adde Pet. Trinit. l. 15. c. 8. de hon. diſcip. Prat.

LIBEROS in contra tabulas bonorum poſſeſſione accipimus, ſiue naturales, ſiue adoptiuos, ſi neque inſtituti neque exhæredati ſint, l. 1. de contr. tab. l. 1 §. liberos, ſi tab. teſt. null. Alias liberorum nomine naturales tantum & iuſti, non etiam adoptiui exaudiuntur, l. 51. in fin ff. de leg. 2. l. 75. de cond. & demonſt. vt in ea conditione, Si ſine liberis deceſſerit, quæ ne naturalibus quidem liberis relictis deficit, niſi his quoque ſenſiſſe eum, qui conditionem iniecit, approbetur, l. 17. §. ſi quis rogatus, ff. ad Treb. Briſſ.

LIBEROS Senatorum accipere debemus, non tantum Senatorum filios: verum, omnes qui ex his geniti, exve liberis eorum dicantur, ſiue naturales, ſiue adoptiui ſint liberi ſenatorum, ex quibus nati dicuntur l. 10. §. liberos, ff. de Senat.

LIBEROS habere qui dicuntur oſtendit Alex. Neap. c. 15. li. 1. Sp.

LIBERTAS directa nuncupatur, quam dominus ſtatim contribuit. Sicuti obliqua ſeu fideicommiſſaria, quæ danda mandatur hæredi, Old. adde Ferret. tit. qui teſtam. tut. dat. poſſint.

LIBERTAS etiam auibus & feris quæ cuſtodia humana non coercentur tribuitur. Naturalem enim libertatem accipere aves, feræque intelliguntur, cum in ſuam naturalem laxitatem peruenerunt, vel oculos noſtros effugerunt, vel ita ſunt in conſpectu noſtro, vt difficilis ſit earum perſecutio, l. 44. & l. 55. ff. de acqu. rer. do. l. 3. §. item feras, ff. de adqu. poſſ. §. feræ in fin. Inſti. de rer. diuiſio, Briſſ.

LIBERTAS opponitur ſeruituti. Vnde conuenire non poſſunt, C. de Latin lib. tollend. l. ergo, ff. de fideic. libert. Porro ſub appellatione libertatis, non ſolum accipienda eſt, quæ ſeruili conditioni opponitur, ſed omnis conditio alieno iuri ſubiecta. Contra quoque ſub ſeruitutis appellatione omnes omnino ſpecies ſubiectionis ſunt intelligendæ, quæ iuris ac poteſtatis aliquid in perſonam producunt, Hot.

LIBERTAS non priuata, ſed publica res eſt. Martianus in l. Siquis, ff. de fideicomm. libert.

LIBERTAS relicta videtur hiſce verbis Nolo aliquando tibi ſeruiat, leg. quidam teſtamento, ff. de fideicomm. libert.

LIBER-

LIBERTATEM Cicero Paradoxis definit poteſtatem viuendi vt velis. Noſter Florentinus libertatem ait eſſe naturalem facultatem eius, quod cuique ſacere liber, niſi ſi quid vi aut iure prohibeatur l.4.ff.de ſtatu hom.§.1. Inſt.de iure perſ. Eſtque illa nihil gratius, leg.Paulus,§.1.de fideic.lib. l. libertas de reg. iur. Quod Perſius his verſibus expreſſit.

Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi.
Cur mihi non liceat iuſſit quodcunque voluntas,
Excepto ſi quid Maſuri rubrica vocauit?

Pleniſſima libertas in tit. de libert. Inſt. & in l. 1. §. ſin autem ſocius, C.de comm.ſer.man. accipienda eſt, ex qua ciuitas Ro. competit: quam & iuſtam appellari diximus, & ex iure Quiritium. Vnde Senec.lib.5. contr. quæſtio. Quid eſt præcipuum? Imprimis liberum animum habere: Hæc res efficit non è iure Quiritum, vt ſis liber. ſed ex iure naturæ. Briſſ.

LIBERTATEM imponere dicunt noſtri auctores, l.41.in fin.ff.de bon.liber.l.4.ff.de man vind.l.15.§.1.ff.de minoribus l. vlt. in pr.C.de teſtam.manumiſſ.l.vlt.ff.qui ſine manumiſſ.l.10.Cod. qui teſtam.fac.l.vlt.C.de fideic.libert.l.vn.Cod. de comm.ſer. man.l.1.& 2.C.com. de manumiſſ. ab eo quod capiti ſerui, qui manumittebatur vindicta lictoris virga imponi ſolebat. Briſſ.

LIBERTATIS appellatione contineri ciuitatem Romanam, l. vnica, iam citati tit. C. indicat.

LIBERTAS Res inæſtimabilis, §.fi. Inſtit. Quibus ex cauſ.manumit.non licet l.8.§.vlt.ff.rem.ratam haberi leg.176.§.vlt.ff. de Reg. Iur. Ideoque pecunia lui non poteſt nec reparari, l.91.§.illud tractatum, ff.de ſtatu liberis Briſſ.

LIBERTAS pro ingenuitas, Hermog. l. cum pacto 40. ff. de lib. cauſ. Cum pacto partitionis pretij maior viginti annis venalem ſe præbuit, nec poſt manumiſſionem ad libertatem proclamare poteſt. Nam, vt ait Modeſt.l.21.ff.de ſtat.hom. Homo liber qui ſe vendiderit, manumiſſus non ad ſuum ſtatum reuertitur, ſed efficitur libertinæ conditionis. Prat. Hot.

IN LIBERTATEM eripi, l.vlt.ad fin.C.de pet.hæred.ſerui dicuntur, quib. lex libertatem, quæ præſtari debuit, repreſentat. Prat

LIBERTATEM imponere, ad libertatem perducere, peruenire ad libertatem ex teſtamento.

DE LIBERTATE iudicium, vide iudicium de libertate.

LIBERTI ſunt, qui deſierunt eſſe ſerui l.4.ff.de iuſt.& iur.

LIBERTI, qui dicuntur Orcini ab ipſo defuncto ſunt libertatem conſecuti, vt ſunt omnes quibus directo data eſt libertas, dicti quaſi mortem domini vrgeant, & quam proxime ſequantur. Veteres enim orcum dictum eſſe putauerunt, quod vrgeret ad mortem. Probabilius erit fortaſſe Orcinum hinc dicere, quod à domino iam mortuo & in orci poteſtate conſtituto, tanquam ab ipſo orco libertatem conſecutus ſit, vt videatur eſſe, quodãmodo orci libertus. Cono li.2.c.4.o.5. Vide Orcini.

LIBERTI ſunt, quos domini ex iuſta ſeruitute ſoluerunt, ac manumiſerunt, vnde etiam illorum patroni, quaſi patres, qui à morte in vitam illos reuocarunt, appellabantur. Eorum autem tria genera fuere, vt refert Vlp. Inſt.tit.1.nam alij ciues Romani, alij Latini Iuliani, alij Dedititiorum numero erant. Et ciues Romani quidem ſunt (vt idem ſcribit) liberti qui vindicta cenſu aut teſtamento, nullo iure impediente manumiſſi ſunt. Latini Iuliani, qui ex lege Iunia inter amicos manumiſſi ſunt: Dedititiorum numero ſunt, qui pœnæ cauſa vincti ſunt à domino, quibus veſtigia (aliquibus ve ſtigmata) ſcripta fuerunt, qui propter noxam torti nocentesque inuenti ſunt, qui ve traditi ſunt, vt ferro aut cum beſtiis depugnarent, vel in cuſtodiam coniecti fuerunt, deinde quoque modo manumiſſi ſunt: vide manumiſſi. Notandum autem in patronorum libertis (vt obſeruat Turn. Aduerſ. 18. cap.3.) ordinem quendam fuiſſe, & quoſdam primos, quoſdam ſecundos vocatos fuiſſe, quod alteri apud patronum priorem locum obtinerent, alteri proximum. Martialis.

Libertum docti Lucenſis quære ſecundum.

Ergo primi & ſecundi dicebantur, vt alij omnibus potiores. Ac fortaſſe inde factum eſt, vt apud iuris conſultos tam ſæpe nomen primi & ſecundi legatur. Teſtantur id veteres inſcriptiones quarum in vna ſic reperitur: Soſtonia O. L. tertia ſibi & P. Sextilio primo aruſpici & in illa: Se viuo fecit ſibi & Petiæ, C. L. primæ vxori, Prat.

LIBERTI admiſſionum, apud Plin lib 33.c.3. gratioſi ſunt liberti, qui homines ad principem admittebant, admiſſionibuſque præerant. Fuit, inquit, & alia Claudij principatus differentia inſolens his, quibus admiſſionum liberti ius dediſſent imaginem principis in annulo ex auro gerendi, ſic enim legi vult Turneb. aduerſar. lib. 19. cap. 12. quanquam ſenſus aliquis ex vulgata lectione elici poſſit, Prat.

LIBERTINI ab ingenuis iden diſtinguebantur, quod non eodem vterentur iure. Libertini enim agnoſcebant patronum, qui operas & alimenta debebant, atque id genus alia, quo pertinent priores quinque tit.lib.38.ff.& tit.3 & 4.lib 6. C.& tit.8. & 9. lib. 3. Inſtit. quæ non faciebant ingenui. Hinc ingenui erant, vt ita dicam, aliquanto liberiores quam libertini: vnde in iure noſtro vocem LIBER interdum interpretamur ingenuum, ... vt in §. ſed poſtquam, Inſtit. de libertinis, leg cum pacto 40.ff. de liberal. cauſ. Quocirca vt libertini ingenuorum iura conſequerentur, & cum non eſſent reuera ingenui, pro ingenuis tamen haberentur, ius annulorum aureorum impetrare ſolebant, l.1.C.de iur. aur. annul. l. falſa. 33.§.1.ff. de cond.& demonſtr. ſaluo tamen iure patronatus, l. ſed ſi 10. ff. de in ius vocan. tot. tit. ff. de iure aur. annul. idque ſummi beneficij loco habebatur, non promiſcue concedi ſolitum, ſed quibus id aliqua ex cauſa eſſent meriti. Cæterum vt non iura tantum ingenuorum haberent, ſed reuera etiam eſſent ingenui, nec vllos agnoſcere cogerentur patronos naturalibus, id eſt, ingenuitati reſtituebantur, idque non niſi cum patroni conſenſu, cui inuito ius ſuum auferri nec poterat nec debebat. tot.tit.ff.& C.de nat.reſtit. Manumiſſio itaque libertinos faciebat: ius annulorum aureorum nõ quidem ingenuitatem ipſam tribuebat, ſed ingenuitatis iura, reſtitutio vero natalium etiam ipſam ingenuitatem. Vult. in comment. Inſtit. tit. de libertinis in princ. o.5.

LIBERTINI ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt, l. 6. ff. de ſtatu hom. Libertini enim manumiſſione tantum conſtituuntur l.9. C.de ingen. manumiſſ. Eſtque libertinus relatiuum ingenui: ſicut libertus Patroni. olim vero, id eſt, Appij Cæci temporibus, & deinceps aliquandiu Libertini dicebantur, non ipſi qui manumittebantur, ſed ingenui ex his procreati: vt ſcribit Sueton. in Claudio. quam differentiam obſeruare Modeſtinus videtur in l.1.ff de excuſat. inter ἀπελευθέρους & ἀπελευθερικούς hoc modo: ἀπελευθέρων παισὶν οὐ ... Et paulo ante, ... id eſt. Libertinis enim libertos ſolus dare tutores oportet. Item, Libertinis pupillis magiſtratus tutores ingenuos non dabunt Hotom. Hodie tamẽ Libertinus & Libertus is dicitur qui ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt Hoc tamen intereſt quia Libertus tunc dicitur, cũ vel de patrono, vel iure patronatus agitur, vt in tractatu de iure patronatus, de operis libertorum, &c. Non enim dicimus cuius eſt Libertinus ſed libertus. Id quod obſeruauit Plaut in Aſin. (cum inquit) Magis decorum eſt libertum potius quam patronum onus in via portare, &c. Libertinus autem tunc dicitur, cum ſtatum hominis ſignificare volumus ad differentiam ingenui vel ſerui: Dicimus enim Seruus an Libertinus, libertinus an ingenuus? At præter hanc relationis, nulla eſt differentia, vt Valla exiſtimat l.4. Olim in proprias tribus diſtribuebantur. cũ manumiſſorũ filij libertini vocabantur. Flor. in Epit. li. 20. Libertini (inquit) in quatuor tribus redacti ſunt, cũ antea diſperſi fuiſſent. Eſquilinam, Palatinam, Suburanam, Colliam. At poſtea in dominorũ tribus aſciſcebantur, id quod ex Tertul. annotauit olim Polit. c.31. Miſcell. Prohibebantur autem olim libertinæ nec non libertinorum, filiæ Veſtales fieri, vt eſt apud Gell. lib.1.c.12.

LIBERTINITAS, id eſt libertinorum ſtatus & conditio, l.14.ff.de prob.l.2.C.de pedan.Iudic.l.15.C.de ingen.manu. Briſſ.

LIBERTINORVM & Libertorum appellatio, quamuis ICtis ſit promiſcua: ſubtilius tamen diſtinguitur ab aliis, vt Liberti ſint illi ipſi, qui manumiſſi ſunt Libertini illorum liberi nimirum poſt manumiſſionem nati: Nam antea nati, niſi & ipſi manumittantur, ſerui maneant, nec quod parentes adipiſcuntur beneficium ex eo, etiam ipſi habent. Hinc liberti ſiue libertini ſunt homines liberi, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. Nam qui liber errore facti ſeruit, ſi manumittatur, ingenuus manet, nec natalibus ipſius obeſt, quod manumiſſus ſit: §.fi.in fi. Inſt. de ingenuis. Vult. in commen. Inſt de libert. in pr n s.

LIBERTINORVM autem ſtatus tripertitus fuit. Erant enim libertini ciues Romani, Latini & dedititij. Ciues Romani vt tradit Caius lib. 1. ſuarum inſtitutionum, erant qui teſtamento, aut in templo, aut ante conſulem manumitterentur. Latinos autem fuiſſe ſcribit, qui aut per epiſtolam aut inter amicos, aut in conuiuio libertatem conſequebantur. Dedititios vero, qui poſt aliquod facinus admiſſum ſupplicijs afficiebantur, publiceq́; pro criminib. cædebantur, aut in quorum facie, vel corpore aliqua nota vel igne, vel ferro ita impreſſa foret, vt deleri non poſſet, & poſtea manumittebantur. Addique ciues Romanos potuiſſe teſtamento facere & aliis ex teſtamento ſuccedere, quæ Latini ſiue Dedititij nequaquam poterant, quamuis Latini ſi iterum aut teſtamento, aut in Eccleſia, aut ante conſulem manumiſſi fuiſſent, ciuium Romanorum iura conſequerentur. At cur Ælius Sentius tertiam ſpeciem Dedititios nominarit late ſcribit Theophilus, dicens, ita fuiſſe nominatos exemplo quorundam peregrinorum, qui cum Romanis vectigal penderent, quidam tyrannicum cogitantes in Romanos arma ſumpſerunt, cum quibus congreſſi, victi ſunt. Cum enim eorum fortitudinem ferre non poſſent, armis abiectis ſe dediderunt. Verum Romani humanitate vſi eos viuere permiſerunt, hanc ſolam eis iniuriam inferentes, quod quoniam ſeſe dediderunt, eos dedititios appellarunt, vt cum turpitudinis participes eſſent, eodem quoque nomine vocarentur. Quam Theophili doctrinam tanquam lectiſſimum dicem. Angelus Politianus vir erudiſſimus inſe-

ruit Libro ſuo, quem Miſcellaneæ inſcripſit. Ferrandus tamen lib. 2. Explicationum cap. 18. in §. libertinorum, de libert. potios dedititios dictos exiſtimat, quod ad aliquod ſupplicium prius dediti fuiſſent, quandoquidem vt Caius & Theophilus ſcribunt, huiuſmodi libertini antequam manumitterentur, publice delictorum ſuorum pœnas luebant. Cicero quoque in Topicis ait, fuiſſe tres modos manumittendi. Si neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamento liber factus eſt, non eſt liber, nec vlla eſt earum rerum, non eſt igitur liber. Sed hic Caſus nullum verbum de manumiſſione, quæ cenſu fiebat. Qualis autem foret, docet in commentariis ſuis Seuerinus Boetius his verbis, cenſebantur enim antiquitus ſoli ciues Romani, ſi quis ergo conſentiente, vel iubente domino nomen detuliſſet in cenſum, ciuis Romanus fiebat, & ſeruitutis vinculo ſoluebatur, atque hoc erat cenſu fieri liberum, per conſenſum domini nomen in cenſum deferre, & effici ciuem Romanum. Triplicis quoque libertatis mentionem facit Auſonius Gallus in Crippo.

Triplex libertas, capitiſque minutio triplex

De manumiſſis vindicta, alibi dicetur, in quorum etiam corpus feſtuca iniiciebatur, vt eſt apud Plutarchum in lib. περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων, nam hæc ſunt illius verba, [illegible], hoc eſt, Romani quos ad libertatem perducunt, in illorum corpora tenuem feſtucam iniiciunt. Quare Plautus in Milite Glorioſo:

Quid ea ingenua, an feſtuca facta, ſerua an libera eſt?

Et Perſius Satyr. 5.

Non in feſtuca lictor, quam iactet ineptus.

Et qua Satyra conſtat etiam eos qui manomittebantur circum agi ſolitos.

Verterit hunc dominus momento turbinis exit.

Marcus Dama.

Quod pariter docet Seneca lib. 1. Epiſtolarum. Philoſophiæ ſeruias oportet, vt tibi contingat vera libertas: non differtur in diem, qui ſe illi ſubiecit & tradidit, ſtatim circumagitur, hoc enim ipſum philoſophiæ ſeruire libertas eſt. Radebant quoque manumiſſi caput, & pileum geſtabant: quocirca Plautus in Amph.

— quod illo facit Iupiter.

Vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum.

Et Liu. lib. 24. Poſtero die ſerui ad pileum vocati, & carcere vincti emiſſi, ac Suetonius in Tiberio, ſeruiſque ad pileum fruſtra vocatis in Siciliam profugit. Sic Quintilianus in Declamatione 9. ſi veriſimile eſt Quintilianum tam inepte declamaſſe, Terentium, quam inter cæteros captiuos ſecundo Punico bello Scipio Africanus vinculis exoluerat, memoriæ tradidere maiores inſignæ receptæ libertatis pileo teſtantem in triumpho duci eſſe conſpectum, hæc quippe faciebant manumiſſi, quod eſſent à ſeruitute tanquam ab aliqua tempeſtate liberati: nam idem agebant, qui tempeſtatem maritimam effugiſſent, Iuuenal Satyr. 12.

Tunc ſtagnante ſinu gaudent ibi vertice raſo.

Garrula ſecuri narrare pericula nauta.

Ait Dion Brutum geſtaſſe pileum, & duos pugiunculos, ſignificare volens à ſe & Caſſio in patriam in libertatem, vendicatam, quod etiam hodie in illius nomiſmatis viſitur. Contra vero apud Laconas coma ſignum erat libertatis, vt refert Ariſt. lib. 1. rhet. Aſſumebant etiam liberti patronorum nomina, vt author eſt Artemidorus Daldianus in ὀνειροκριτικοῖς. Quo autem differant libertus & libertinus: docuit Laurentius Valla Elegantiarum lib. 4. Per libertinum enim ſignificatur hominis conditio, ſicut per ingenuum: per libertum priuatus quidem reſpectus quemadmodum per patronum: Tamen nonnunquam in eodem ſenſu capitur libertinus, vt licet videre apud Caium, qui in Inſtitutionibus ſub tit. 1. ſæpe libertinum pro liberto vſurpat Sic Plautus in Perſa.

Sed ita pars libertinorum eſt niſi patrono, qui aduerſus eſt.

Nec ſatis liber videtur nec frugi, nec honeſtus ſatis.

Nec illi offecit ni ei maledixit, ni ingratus repertus eſt.

Sciendum eſt Suetonium in Claudio tradere temporibus Appij, & deinceps aliquandiu libertinos dictos non ipſos, qui manomitterentur, ſed ingenuos ex eis procreatos. Illud quoque non omittendum videtur, quod tradit Iulius Pollux li. 3. apud Græcos fuiſſe quandam hominum ſpeciem, qui tanquam libertini, nec liberi, nec ingenui erant, ſed illorum conditio media erat, quia Lacedæmoniis εἵλωτες, à Theſſalis πενέσται, à Cretenſibus, κλαρῶται καὶ μνοῖται, à Mariandinis δωροφόροι, ab Argiuis γυμνῆτες, à Sicionis κορυνηφόροι vocabantur. Sciendum quoque Iuſtin. lib. 41. perhibere apud Parthos non licuiſſe quemquam manumitti, & Val. Max. lib. 2. ſcribere apud Maſſilienſ. licuiſſe ſolum ter manumiſſionem reſcindi. Ferrand. loco ſupr. citato. De Libertis Latinis tribus legibus cautum erat, lege Iunia Norbana, SC. Largiano, & edicto D. Traiani Lege Iunia Narbona cauebatur, vt manumiſſores bona libertorum Latinorum iure quodammodo peculij vendicarent, SC. Larg. id additum fuerat, vt liberi manumiſſoris in bonis Latinorum præferrentur: Edicto diui Traiani, quod Latinus qui ignorante vel inuito patrono ciuis Roman. fuerat effectus beneficio Principis, viuus quidem durarer ciuis Romanus, moriens autem moreretur Latinus non obſtante Imperatoris beneficio. Quæ omnia Iuſtiniani conſtitutione ſublata fuerunt, §. vlt. Inſt. de ſucceſſ. libert. in Fragmentis Inſtitut. Vlp. legimus Latinos libertos ius Quiritium conſecutos eſſe, beneficio Principali, iteratione, liberis, militia, naue, ædificio, piſtrino. Et addit naue accepiſſe ciuitatem Romanam, ſi non minorem, quàm decem millibus modiorum nauem fabricauerit, & Romam ſex annis frumentum portauerit, ex dicto Claudij Bald. tit. de Libertinis. Porro quod circa dedititios ſtatutum eſt, id omne à lege Ælia Sentia diſpoſitum fuiſſe certum eſt: quæ rogata fuit à Sexto Ælio Catulo, & C. Sentio Saturnino Coſſ. anno ab vrbe condita MCCLVI. ita vt longè alia ſit ab ea, cuius meminit Cicero in Topicis, & ibi Boetius, & propterea fallatur Alciat. in leg. Sciendum, §. 1. ff. de verb. ſign. eandem eſſe exiſtimans, de qua meminerit Cicero. Cum hic 40 annis antea fuerit Occiſus Hircio & Panſa Coſſ. menſe Septembr. Quod autem id ſtatuerit Auguſtus, docet Tranquillus in Auguſto his verbis: Seruos, non contentos multis difficultatibus à libertate iuſta remouiſſe, cum & de numero & conditione, & differentia eorum, qui manumitterentur curioſe cauiſſet, hoc quoque adiecit, ne vinctus vnquam tortuſue quis vllo libertatis genere ciuitatem adipiſceretur. Ecce modo dedititios, circa quos notandum eſt, quod Paulus lib. 4. ſen. dedititios etiam fieri dixit, qui iuſſu domini in vinculis aliquandiu fuiſſent, dum dominus furioſus aut pupillus non fuerit, quo ſpectat locus Vlp. in l. verum eſt, ff. de verb. ſign. Aldobr. ad Inſt. de libertinis, §. libertinorum autem.

Libertorvm appellatione etiam libertæ continentur, leg. 172. de verb ſignif. At libertorum noſtrorum liberti non continentur, l. 58. in fin. l. 172. ff. de verb. ſign. Briſſ.

Libertvs ingratus dicitur is, qui patrono obſequium non præſtat: vel res eius, filiorumve tutelam adminiſtrare detrectat. l. nullum. ff. de diuort.

Libertvm in l. Iul. de adult. cap. de Diuortiis accipiemus etiam eum qui à patre, auo, proauo. & cæteris ſurſum verſus manumiſſus eſt l. 9. ff. de Diuort. Briſſ.

Liberum pro filio in numero ſingulari, protulit Modeſtinus Iureconſult. in leg. ius autem, ff. de pactis, & tamen ſecundum communes Grammaticæ & Romanæ linguæ regulas, hoc nomen recipit ſolummodo pluralem numerum. Et ideo non eſſe ſine liberis dicitur (ſecundum Caium Iureconſult. in leg. non eſſe ſine liber. ff. de verborum ſignificat.) cui vel vnus filius ſolus, vel vna ſit filia. Hæc enim enunciatio, habet liberos non habet liberos, ſemper multitudinis numero profertur: ſicut pugillares, codicilli, & nuptiæ, abſurdum enim eſſet, vnum pugillarem, vnum codicillum, & vnam nuptiam dicere: & ideo quem ſine liberis dicere non poſſumus, hunc neceſſe eſt vt dicamus liberos habere: vt etiam apud Sempron. Aſellionem rerum geſtarum lib. 5. obſeruauit Gellius: qui de Tiber. Graccho Trib. pl. ita ſcripſit: Orare cœpit, vt ſe defenderent, liberoſque ſuos: eum, quem virilis ſexus tum in eodem tempore habebat, produci iuſſit, populoque commendauit prope flens. Hoc titulus de lib. & poſthum. hinc l. liberorum appellatione, ff. de verb. ſign. & id generis multa.

Et ob id Bartolus, in d. l. ius autem putauit liberum pro filio in num. ſingul. alibi obſeruari non poſſe. Sed quod eius pace dictum ſit, inuenio hoc etiam apud Vlpianum in l. nemo prædo, §. locuplet. ff. de reg. iur. Proinde Sipontinus in ſuis in Martialem commentariis, ſuper ea epiſtola, Spero me ſecurum: dicit, quod ſingulari numero aliquando reperiatur. Laurentius etiam Valla, vir de literis bene meritus, in lib. elegantiarum Latinæ linguæ 3. cap. 106. refert ſe liberum pro filio & apud Quint. & Paulum, Caiumque Iureconſult. adnotaſſe: hoc tamen (quod eorum pace dictum ſit) falſum eſt. In pandectis enim noſtris liberum in ſingulari numero in hac ſignificatione, prætetquam apud Modeſtinum & Vlpianum non lego: niſi malimus dicere ab impreſſoribus inſcriptionem auctoris in his locis immutatam: quod credendum eſt, ex quo alibi in Pandectarum libris non licet inuenire. Nec inficior in conſtitutionibus Imperatorum, de quibus in Iuſtiniani principis codice, apud quos non ſeruatur dignitas Romanæ linguæ, multis in locis poſſe hoc obſeruari, vt in §. hoc quoque a nobis: Emancipando (inquit) liberum Inſtitut. per quas perſonas no. ius acquir. & in l. ſi quis prioris, §. vltim. Talem (inquiens) liberum, & ibi etiam Bald. adnotauit C. de ſecundis nuptiis, & in l. ſi quis ſuo teſta. in princ. dum inquit, Portionem libero, quo in loco Accurſ. in verb. Libero, hoc obſeruauit, Cod. de inoffic. teſt. & in multis locis, quos breuitati inſeruiens omiteam. Et ideo oportune dixerit Bald. in cap. 1. §. & quia vidimus, in 6. col. ibi. & interdum, in titul. qui feud. dat. poſſunt, quod Imper. quandoque loquitur groſſo modo: quæ verba reaſſumit etiam Andræ. Sicul. in reper.

sub. C.

cub.C.qui adm. in 9. colum. Proinde excuſari poſſunt ætatis noſtræ Iureconſulti. ſi linguæ Latinæ normam præterennt: quia permiſſum eſt homini loqui eo modo, quo lex loquitur vel Imperator: ſiue proprie, ſiue improprie, vel eleganter dicit Bald.in l. 1. C. vnde lib. Cicero quoque (quem diſertiſſimum inter Romuli nepotes appellat Catul.) excuſat ſe in primo de Legibus, quod quoniam in populari ratione omnis ſua verſatur oratio, populariter loqui ſibi neceſſe erit. Corra.

LIBERVM agere, Zaſius ait, nihil aliud eſt, quam nullum habere dominum, cui ſubiectum eſſe oporteat. Nec qui liber tantum à natura, verum etiam qui abſque dolo malo in libertate diu moratus eſt, liber eſſe præſumitur: niſi probetur eſſe ſeruus, l. intereſt, §. fin. l. igitur § poteſt, ff. de Liber. caut. Spieg.

LIBERVM prædium dicitur & quod nulli ſeruit, & quod nulli obligatum eſt, l. 8. l. 52. §. 1. ff. de act. empt. l. 6. §. ſi in venditione, ff. comm. præd. l. 90. ff. de verb. ſign. Briſſ.

LIBET, idem quod placet: à labendo, vt Varro inquit, quod quæ placent, in mentem prolabantur. Sic accipitur Iurisconſ. in definitione Libertatis, & quod ab Alber. obſeruatum eſt. Spiegellius.

LIBIDO, pro venereæ voluptatis ſtimulis, appetituque vſurpatur, l. 81. §. Qui Ancillam non meretricem libidinis cauſa ſurripuerit, ff. de furtis. Qui fores effregit libidinis cauſa l. 1 ff eod. Qui hominem libidinis cauſa caſtrauit, l. 3. §. item 13. ff ad l. Corn. de Sicariis. Briſſ.

LIBIDO, pro voluntate interdum, vt apud Ciceronem inuenire licet, accipitur. Nam ab eo quod liber, dicitur. Donato eſt quælibet voluntas temere ſuſcepta. Et quamuis in mala re ſere ſemper dicatur, tamen in re honeſta à Saluſtio dicitur: quod F. Syluius ante monuit.

LIBIDINOSÆ ſententiæ, quæ pro libidine cuiuſque feruntur.

LIBITINA ſumitur pro ſepulchri & impenſis Vix libitina ſuffecit Liu. 40. Macedon. Pro arte ſepeliendi: hinc libitinam exercere, 5. Vall. 1. Libitinæ quæſtus Horat. 2. ſerm 6. Pro lecto mortuorum, Horat. 3. carm. 3. Goth. ad l. cuicunque 5. §. idem ait 8. ff. de inſt act.

LIBITINARII Græce [illegible] teſte Vlpiano in l. quicunque, §. idem ait, §. ff. de inſt. act. dicuntur, quaſi defuncti feri, qui Sandapilarij, & veſpillones dicuntur, non multum diſſimiles his vulturiis Codinophoris, id eſt, tintinnabula geſtantibus, quos anteambulones atratos Latine appellare poſſumus: & ferales præcones, authore Budæo. A Græcis etiam [illegible] &c. Brech. l cum in teſtamento, ff. de verb. & rer. ſign.

LIBITINARIVS is dicitur, qui quæſtui inſeruiens libitinariam exercet: quique neceſſaria funeribus vendit: vel qui curam mortuorum ſepeliendorum habet, ſeu qui conducit funera, & qui rationibus præerat Libitinæ deæ, vide Plutarchum in Probl. Rom n. 23. An tu Aruntium, & Aterium & cæteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores & libitinarij vota? Senec. 6. de benef. 38. Gothofr. ad d. l. cuicunque §. idem ait 8.

LIBITINARII dicti ſunt à libitina, id eſt funere, dicta Libitina à Venere Libitina, quæ Romæ habuit templum, iuxta quod vendebantur quibus erat opus ad funus, puta vnguenta, lichni, papyri, cerei, funalia. Sed cur ea iuxta Veneris templum, quæ iocorum voluptatumque dea eſt, vendebantur? Plutarch. in Problematis cauſam narrat, vt videlicet cum homines libidinibus dant operam, meminerint ſe aliquando morituros, &c. Nebr. vide autem & Ant. Auguſt. lib. 4. Emendat. 10. c. 9. Tiraqu. in 13. l connub. gl. 1. parte 15.

LIBITINENSIS Porta apud Lamprid. in Commodo, amphitheatri porta, per quam cadauera interfectorum gladiatorum efferebantur. Prat.

LIBONIANVM SCtum de falſis factum opinatur. Hotom. Hadr. Imper. 1. Nonio, M. Antonio Libone Coſſ. ann. 390. Vt pœna legis Corneliæ de falſis teneatur, qui ob inſtruendam aduocationem, teſtimoniave, pecuniam acceperit; pactuſve fuerit ſocietatem coierit ad obligationem innocentium: qui ſibi, eive, qui in poteſtate ſua eſt, legatum fideicommiſſumve adſcripſerit in teſtamento militis aut etiam alterius: dummodo id ſignatum perfectumque fuerit, qui ſe teſtamento pupillo tutorem ſcripſerit: qui hæres inſtitutus exhæredationem nominatim filij, vel aliarum perſonarum aſcripſerit, qui libertatem manu ſua ademerit ſeruo teſtatoris, & maxime cui à ſe legata vel fideicommiſſa data erant. Prat.

LIBRA inſtrumentum eſt, quo res cum lancibus ponderantur, & alio nomine Bilancem vocant. Inſtrumentum vero quo res ſine lancibus ponderantur, Statera dicitur, at Trutina propria foramen eſt, in quo examen regitur. Examen vero dicitur proprie lingua, qua trutina regitur. Spieg.

LIBRA quæ & pondo dicitur, in duodecim vncias diuiditur. Eius partes ſunt, Vncia 1. Sextans 2. Quadrans 3. Triens 4. Quincunx 5. Semiſſis & libra 6. Septunx 7. Bes, 8. Dodrans 9. Dextans 10. Deunx 11. Vide As Hot.

LIBRA & ære librate. Quemadmodum in emancipatione non minus quam quinque teſtes ciues Romani puberes adhibebantur, & is qui libripens dicebatur, eo, qui mancipium accipiebat æs tenente, atque ita dicente: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære æneaque libra: ſic & in mancipatione hæc eadem ſolennitas obſeruabatur. Meminit æris & libræ & Iuſtinianus. Teſtamentum, inquiens, aut in pace fiebat, quod calatis comitiis vocabatur: aut cum in prælium eſſent exituri, quod procinctum dicebatur: aut per æs & libram, id eſt, emancipationem, nimirum imaginariam venditionem, quæ fiebat præſentibus quinque teſtibus, vt dictum eſt. Itidem adoptio per æs & libram interdum fiebat. Suet. in Auguſto: Caium & Lucium adoptauit domi per æs & libram emptos à patre Agrippa, idem etiam in nexu & venditione fiebat. Omnia autem iſta eadem iuris ſolennitate ſoluebantur. Nihil enim tam naturale eſt, quam eodem genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt vt inquit Vlp l Nihil. tam naturale, ff. de reg. iur.

LIBRAMENTA imponere, id eſt, finire, in leg. 4. §. 3. Cod. de recept. arbitr.

Ad LIBRAMENTVM propriũ viam redigere, l. 1. § 1 ff. de vi pub.

LIBRAM argenti conſtituunt quinque ſolidi: dicente Imperatore Iubemus vt pro argenti ſumma, quam quis theſauris fuerat, illaturus inferendi auri accipiat facultatem, ita vt pro ſingulis libris argenti, quini nos ſolidus inferat, l. vnic. Cod. de præt. quod theſaur. infert lib. 10. Spieg. Prat.

LIBRAM auri, ſeptuaginta duo aurei conſtituunt, l. quotieſcunque C. de ſuſcept. Propoſit. & Arcar. lib 10. Vide Iaſ. in l. ſi. ff. de in Ius voc. & quære infra Solidus, Spieg. Prat.

LIBRARIA, librorum officinam ſeu librariorum tabernam & ſtationem ſignificat Agell. l b 5. c 4 & c 19 Briſſ.

LIBRARII in caſtris fuere Veget. lib 2. cap. 7. qui rationes ad milites pertinentes in libros referebant. Hinc Librarij depoſitorum apud Tarruntenum in l. vlt. ff. de iur. immunit. ij erant inquit Budæus, qui perſcribebant quid quiſque apud ſigna depoſuiſſet, cuius inſtituti morem & rationem docet idem Veget. lib. 2 c 20 Antiquitus enim (inquit Vegetius) inſtitutum eſt, vt ex donatiuo quod milites conſequuntur, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, ibidemque militibus ſeruaretur, ne à contubernalibus per luxum abſumi poſſet inaniumque rerum comparationem. Sepoſitio autem ipſa pecuniæ primum ipſis contubernalibus docebatur accommodata: nam cum publica ſuſtenentur annona, ex omnibus donatiuis augetur eorum pro media caſtrenſe peculium. Miles deinde qui ſumptus ſuos ſcit apud ſigna ſua depoſitos, de deſerendo nihil cogitat: magis diligit ſigna: pro illis acie fortius dimicat, more humani ingenij, vt pro illis habet maximam curam, in quibus ſuam videt eſſe poſitam ſubſtantiam. Denique decem folles per cohortes ſingulas exponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam ſaccus vndecimus, in quo tota legio particulam aliquam conferebat, ſepulturæ ſcilicet cauſa. Et ideo ſigniferi, non ſolum fideles, ſed etiam literati homines eligebantur qui & ſeruarent depoſita, & ſcirent ſingulis reddere rationem. Hoto. Huius etiam meminit Tiraqu. in Dom c 7. Geminari legionem caſtra prohibuit: nec pluſquam mille nummos à quoquam ad ſigna deponi paſſus eſt, Prat.

LIBRARII inter decuriales vrbis Romæ ponuntur ab Imperatoribus l. 1. de Decuriis vrbis Romæ in C. Theod. aut certe inter ordines decurionum, cum ſcribis adiunguntur, l. 3. de lucris offic. in eod. C.

LIBRARIVS ver. gl. Librarius, [illegible] ſubſtantiuum, qui libros, contractus, pactiones inſtrumentaque conſcribebat, l. 92. de reg. iur. l. 19. ff. de rei vind. Hieronym. ad Niciam: Nam & rudes illi Italiæ homines, quos Caſcos Ennius appellat, qui ſibi ritu ferino victum requirebant, ante chartæ & membranarum vſum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutua epiſtolarum alloquia miſſitabant. Vnde & portatores earum tabellarios, & ſcriptores à libris arborum librarios vocauere, Vlp in l. Vt Iuriſiurandi, §. Dabitur, Gaius in l. Duorum libertus, ff. de oper. liber. Veluti, ſi, ſi librarius ſit, & alij patrono librorum ſcribendorum operas edat. Adde l. Sed etſi § 1. ff. de vſur. Prat.

LIBRARIOS Græci [illegible] notarios [illegible] vocabant. Hi notas: illi literas: vt tabularij rationum ſupputationem ſcribebant, Goth. ad l. ſi librarius, 92. ff. de reg. iur. vid. Anton. Auguſt.

LIBRARIOS caducariorum (quorum in l 4. §. eandem, ff. de fideicommiſſ hæred fit mentio) definit Gothof. in l. 2. C. de hæred. decur. qui rationes conſcribebant eorum quæ morte militum in legionem cadunt.

LIBRARIVS etiam non tam ſcriptor dicitur, quam librorum compoſitor. Martial. de libris ſuis: Non meus eſt error, nocuit librarius illis, Cicero 3. de orat. Neque librariorum notis, &c. Calliſt. tit. de iur. Immun. l. quibuſdam, & ſæpe alias. Nebriſſ. Vel.

LIBRARIVS apud Romanos erat, qui libros tranſcribebat, eoſque vendebat. Librarij autem Romæ in Argileto tabernas habebant, Martialis.

Argiletanas mauis habitare tabernas,
Cum tibi paruæ liber ſcrinia noſtra vocent.

LIBRARIOS item recepta nunc voce appellant Librorum excuſores, hoc eſt, Typographos. Cuius artis inuentum. Elſaciis noſtris, ante alias nationes donatum, apud Argentoratum IOANNI MANTALINO Prototipographo, SCHOTTORVM familiæ proauo, ſub annum Chriſti, M.CCCCXLII. licet eius publicatio, ſed haud abſque ingenio Moguntiacis tribuatur. Spie.

LIBRAA vulnera Statius in Achilleide poëtico more eleganter dixit, pro rotate ciaculatique tela factura vulnera Adria. Iunior lib. animad. 1. c. 1.

LIBRATORES aquæ, in l. 1. C. de excuſ. artif. qui aquarum inneoros ductus, & modo docili libratione oſtendunt, vel qui peritiam habeot aquam libraadi ad libellam Vocantur à Græcis ξυγοστάται d. l. 1. quanquam alio ſenſu. Plin. lib. 10. ad Traianum. Supereſt vt libratorem vel architectum, ſi tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, ſitne lacus altior mari. Frontin. lib. 1. de aquæ ductibus: Procuratorem, ait, oportet calicem eius moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus ſignare. Sunt & libratores apud Tacit. lib. 13 qui (inquit Turneb.) ex tormentis miſſilia excutiunt. Alij volunt ſignificari eos, qui lapides in bello emittebant. verba Taciti: Remotiſque paolatim legionibus funditores, libratoreſque excutere tela & proturbare hoſtem iuber miſſæ è tormentis haſtæ. Prat.

LIBRATORES, id eſt, menſores, in leg. 1. C. de Excuſ. artif. lib. 10. Nam Librare, eſt libra metiri. Libra autem, ſiue Libella menſorum inſtrumentum, & Libramentum, certa menſura, l. cum anterioribus io pr. C. Tempor. appell. Spieg.

LIBRI eadem origo eſt, quæ codicis, ab arborum corporibus & interioribus earum corticulis deſumptum vtrumque. Has enim materias prima hominum ætas habuit ad ſcriptionem literarum. Cunnan. lib. 9. c. 7. n. 1.

LIBRIPENS, qui in mancipationibus ſtateram tenebat Gaius lib. 1. Inſt. tit. 6. apud quem deeſt, vox æneam, & Priſcianus lib. 6. ducit à pendendo. Proprie autem dicitur militum ſtipendiorum, hoc eſt, ſtipis ponderandæ, penſator: Quia conſuetudine in his emptionibus, quæ mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur, inquit Plin. lib. 33. c. 3. & Boet. lib. 3. in Topic. Vtitur hoc verbo Iuſtinianus in §. acceſſit, vbi Vigil. Inſt. de teſtam. & Tertullianus lib. 2. aduerſus Marcionem. Briſſ. Corraſius lib. 5. Miſcell. c. 12. Prat.

LIBRIPENS, à libra, & pendendo ſiue ponderando, dictus eſt, quaſi ponderator. Veteres enim primum ære graui non ſignato vſi ſunt: atque in emptione & venditione pretium numerabant, ſed precium appendebant. Itaque emptor hæreditatis hæc verba ſolennia dicebat: Huius ego familiam, quæ mihi empta eſt, hoc ære æneaq; libra iure Quiritum meam eſſe aio. Deinde ære percutiens libram, id æs dabat ei, à quo hæreditatem expectabat quaſi loco precij. Sic enim & ſeruorum & liberorum emancipationes fiebant. Imaginaria enim ſolennitas erat, quam Boet. in Top. Ciceronianis, nexum appellatum fuiſſe dicit. Porro, venditor nihil emptori tradebat: ſe hæredem eum tali modo conſtituebat, ſcilicet, vt poſt mortem venditoris, poſſet iure hæreditatem adire. Sed abiit & hæc cæremonialis nimiaque curioſitas in deſuetudinem. Solum hoc animaduertere licet manſiſſe, & quidem pulchrum eſt ſcitu: quod ſeptem teſtibus teſtamenta ſcribi omnes legiſlatores poſtea voluerunt. Erant enim & in illa imaginaria venditione, ſeptem videlicet quinque ciues Romani, libripens, & emptor. Old.

LIBRI improbatæ lectionis, veluti magici, l. 4 §. 1. fam. erciſc. protinus corrumpendi, Quære Medicamentum.

LIBRI publici, & ſcripturæ, accipiendi ſunt, qui in publicam cuſtodiam, rerum geſtarum gratia, repoſiti ſunt: quibus & integra fides habenda eſt l. Cenſus, ff. de cenſibus. Aut Adhæc. C. de Fid. inſtr. Obſeruandum autem, quod iuxta Vlpiani reſponſum libri nec dum perſcripti, non continentur librorum appellatione non magis, quam veſtis appellatione nondum detexta. Sed perſcripti libri nondum malleati, vel ornati continebunt, proinde & nondum conglutinati, vel emendati continebuntur. Spieg.

LIBRI E Elephantinis diu ſcribi ſolita fuiſſe illa Senatuſconſ. quæ ad principes pertinebant, teſtatur Cona. lib. 1. cap. 14. n. 5.

LIBRI Sibyllini, quos Tarquinio regi oblatos, Romani ſumma religione, ac obſeruantia colebant, & ab aliis, quam duum viris primum, deinde decem viris, poſtremo 15. viris aſpici aut legi nefas, vt Lactant. tradit. Imo nihil Romani neque ſanctum, neque ſacrum ita cuſtodiebant, quemadmodum hæc Sibyllina diuinitus (vt exiſtimabant) miſſa oracula, & cum dij immortales de rebus aduerſis conſulendi eſſent, remediumque aliquod malis quærendum, quindecim viri hos libros, quaſi oraculum præſentaneumque remedium adire ſolebant. Cæterum iis Tarquin. qui eos emit, vt eos in manib. habuit, ſtatim duos viros ex illuſtrioribus patritiis creauit, quib. horum librorum cuſtodiam tradidit, appellatique ſunt duum viri ſacris faciundis. Quorum munus erat, hos ſacros libros cuſtodire quoties opus eſſet, adire legere, interpretari, & quæ iubebantur, vt perficerentur, curare. Apollinis ſacrarumq; ceremoniarum antiſtites eſſe, & quoties fames, peſtilentia, bella ciuilia, & externa vrbem vexare contigiſſet, vel prodigia, aliqua nunciata eſſent apparuiſſe, eorum omnium malorum, ex oraculis Sibyllinis remedia interuenire lectiſterniis ad deorum puluinaria factis, Deum iram placare proſpera omnia precari, aduerſa vt tollerentur rogare: & poſtremo deos omnes iratos ſacrificiis factis mitigare. Plura de hiſce lib. vide in lib. Onuphij, de ludis ſecularibus, non contemnenda de Sibyllis & Sibyllinis carminibus ex Varrone, Dionyſio, Solino, Plinio, Gellio, Lactantio & Suida exponentis.

LIBRORVM appellatione contineri omnia volumina, ſiue in charta, ſiue in membrana, vel tilia aut Phylira aliave materia ſcripta ſint, memoriæ ſcriptum reliquit Vlp. in tit. de legat. 3. lege librorum appellatione. Nullus eſt qui inficietur, mendam hoc loco ineſſe; tamen quomodo verba ſint caſtiganda, adhuc non conuenit. Equidem veram lectionem puto, ſi ita caſtigamus: etiam ſi id philura, aut tilia, vt nonnulli coniiciunt. Philura enim ſiue mauis philyra (nam vtrumque idem) Græcum vocabulum eſt, ſignificans folium chartæ non colligatum, Plin. li. Natur. hiſt. 13. c. 15. Præparantur, inquit, ex eo chartæ diuiſæ acu, in prætenues, ſed quam latiſſimas philuras, idem lib. 16. c. 56. E quibus vincula tiliæ vocantur, tenuiſſimum corium philyræ coronarum lemniſcis celebres antiquorum honore, & li. 20. c. 3. P. Claud. Pulcher. bracteaſque etiam Phyliræ dedit.

LIBRVM, Valla interpretatur partem operis. Volumen vero minus eſſe Libro; conſutans Vlpiani ſententiam, qui, Si centum, inquit, libri legati ſunt, centum volumina ei dabimus: non centum quæ quis ingenio ſuo meritus eſt. Ac quid ſibi vellet Iureconſ. neſciuiſſe Vallam, Alciatus demonſtrat, lib. de verb. ſig. 4. Spieg.

LIBVRNI, olim Romanis, qui priuatim quoſcunque in iudicium vocabant, iuſſu magiſtratuum (quod viliſſimorum hominum officium erat) dicebantur, quod fere è Liburnia eſſent.

LICEAT ire, id eſt poſſit ire. Eſt enim elegans, Zaſio teſte, loquendi figura, cum licere, pro poſſe vſurpatur. Vade, qui promittit ire, agere licere, intelligitur ſtipulatori dediſſe poteſtatem & facultatem eundi, agendi. Spieg.

LICENTIA quandoque pro facultate, quandoque pro poteſtate vſurpatur: pro facultate, vt l. 1. ff. de liberali cauſa licentiam dare litigandi, id eſt facultatem. Pro poteſtate, vt in l. 1. ff. de offic. præfect. prætor. Præfectis prætorio à principibus data eſt plenior licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem. Briſſ.

LICENTIA, Vallæ eſt impunita facultas loquendi, vel agendi quæcunque placent. Vlp. tit. de Minoribus hac voce in bonam partem vſus eſt. In verbis Semper in malam partem accipi, ſcilicet pro temeritate loquendi quæ velit: In factis in malum accipi, nonnunquam in bonum, vt apud Vlp. in l. 3. de iuriſd. omn. iud. vbi hæc vox ablatiuo caſu poſita eſt: quod interpretes, multos fefellit, ſicut particula. In apud alios multos latin. linguæ ſcriptores, & maxime veteres, ſubauditur. Id quod primus omnium oſtendit, Alc. in Paradox. Item & apud Triphonium in l. qui ſine de minor. pro licita facultate ponitur. Vide Bar. in l. alio, de elim. de leg. Spieg.

LICENTIA auferre pro auferendi in l. 5. C. de rei vind.

LICENTIATI vulgo in ſcholis dicuntur, qui annis quatuor in legum ſtudio conſumptis, ab illa perſcripta & definita ſtudiorum lege quam Iuſtinianus ſtatuit, ſoluuntur: quaſi qui licentiam ac miſſionem à magiſtrorum caſtris impetrarunt. Vide Prolutæ. Hot. Prat.

LICITOR ceris, citus, ſignificat pretium deferro in auctione, hoc eſt, venditione publica, quæ ſic fit, vt plus offerenti detur res. Prat.

LICERE, dicimus, quod legibus, moribus, inſtitutiſque conceditur. Nec enim, quod quiſque poteſt, id & licet, nec ſi non obſtatur, propterea permittitur, ait Cic. Philip. 13. In eamque ſententiam Vlpianus clauſulam illam edicti, Quod eius licebit, ſic interpretatur: Quæ clauſula non illud pollicetur, reſtiturum ſi leges permittant: ſed ſi leges non prohibeant, l. nec non 28. § quod eis, ff. ex quib. cauſ. actio. Et ita in l. 7. § ſi paciſcat: quod mer. cauſ. licere dicitur, quod lex 12. tab. & lex Iulia de adulteriis permittunt. Licitum itaque eſt, quod per leges permittitur: illicitum quod prohibetur, l. 1. ff de iuſt. & iur. Vbi licitum ab honeſto ſeparatur, & in l. 42. ff. de ritu nupt. l. 158. ff. de diuerſ. reg. l. 1. C. de lib. cauſa. Nec enim quicquid licet, honeſtum eſt, l. 108. ff. de diuerſ. reg. Cic. pro Corn. Balbo. Eſt aliquid quod non oporteat tametſi licet: Quicquid vero non licet, certe non oportet. Briſſ. & Bech. l. Verbum oportere, ff. de verbor. & rer. ſign.

LICERE, ire, agere, ex natura & origine non eſſe ita perſonale, quod ad hæredes non tranſeat, ſed iuris præſumptione non eſt tranſitorium, niſi hæres exprimatur. Quod obſeruatu dignum eſt. Vt licet ire agere per viam publicam, vide l. 2. §. vlt. ff. Ne quid fiat in loc. publ. Spieg. Prat.

LICERE vti frui. ex ſui natura non tranſit ad hæredes, adeo vt ſi etiam hæres exprimatur adhuc maneat perſonale. Vnde iſtæ

duæ

duæ Stipulationes, Licet ire, agere. Licere, vti, frui, non in omnibus aſſimilantur, quod à paucis quoque animaduerſum eſt. Spiegelus.

LICARI, idem eſt quod licitari, hoc eſt, deferre precium, precium augere in auctione facienda, hoc eſt, in venditione, quæ publice fit. Vlpian. Si res eius venierit, & exiſtat, qui plus liceator.

LICARI quandoque ſignificat in licitationem ponere, & ſubiicere auctioni & venditioni, Connan lib. 3. cap. 8. n. 1.

LICENTER animoſe. Paulus, n. l. ſi pignori, ff. famil. ercisc. Niſi obiiciatur, alt creditori, quod animoſe licitus ſit. Spieg.

LICET, pro quamuis, aduerſatiua particula eſt, de qua vide Archid. cap. licet, de Iureiur. lib. 6. Spieg.

LICINNIA lege ei qui communi diuidundo eultandi cauſa alienauerit, interdicitur ne communi diuidundo iudicio experiatur, l. vlt. ff. de alien. iud. mutand. Briſſ.

LICINIOS Romani vocabant, qui paruulis oculis naſcerentur. Alex. ad Alexan. lib. 1. c. 9.

LICITANI coloni, l. vlt. in pr. ff. de cenſibus. Sed vide num legendum ſit Illicitani, ab Illicitano ſinu. colonia immonis Plinio lib. 1. c. 3. an Acitani eidem eodem in loco colonia iuris Italici. Acitania enim in Plinio legendum ex vet. lib. non Accitana. Acitani autem inquit Macrob. Satur. 1. Hiſpana gens, Prat. vide Coiac. 10. obſ. 33. & Goth. in not. ad d. l. vlt.

LICITARI, eſt ſæpe augere precium. Inde licitatio, precij auctio, ſicut ſolent emptores oblato precio aliquid addere. Old. Prat.

LICITATIO de aliis quoque rebus intelligi poteſt, quam pecuniarlis emptionum precia, vt ſi aliis cohæres alio maiorem offerat cautionem, ob cuſtodiam inſtrumentorum, Vlpianus in leg. nam ad licitationem, 4. ff. Famil. erciſcun. Nam ad licitationem, inquit rem deducere, vt qui licitatione vicerit, hic babeat inſtrumenta hæreditaria: non placet neque mihi, neque Pomponio. Olden. Prat.

LICITATOR, qui precium aufert in auctione pro re venali. Hinc Licitatio, ſubbaſtatio, hoc eſt, venditio propoſita, quæ pretio ementis augetur, l. licitatio, ff. de public. & vectig. Spieg.

LICITVM dicitur, quod iure licet, hoc eſt, quod honeſtum ſit. vt Modeſtinus interpretatur, l. ſemper, de ritu nupt. Spieg. Illicite ergo fit quod contra leges, conſtitutiones, decreta, edicta principum ſit, vt in l. vlt. in fin. ff. de his quæ vt indign. l. 11. §. ſi quis illicite, ff. de leg. lib. 3. coniuncta l. 2. §. idem ait, ff. ne quid in loco publ. & l. 1. §. nuntiatio, ff. de oper. no. nun. Licito iure in l. 3. ff. quod met. cauſ. l. 9. §. 1. ff. de donat. int. vir. l. vlt. ff. de dam. inf. l. 1. ff. de proxenet. l. 20. ff. de liber. cauſa, l. 10. C. de his, quæ vt indign. Briſſ.

LICTOR, ῥαβδοῦχος, ſeruus erat publicus ex collegio viatorum, officium ligandi habens, vnde etiam dictus eſt. Cum enim magiſtratus populi Rom. virgis quempiam verberari iuſſiſſent, brachia eius & manus ligari ab hoc vincirique ſolebant. Hinc illud Ciceronis in orat. pro Caio Rabirio perduellionis reo: I. lictor, colliga manus, caput obnubila, arbori infelici reſte ſuſpendito. Tiro autem Tullius M. Ciceronis libertus lictorem, vt refert Gellius lib. 12. c. 3. vel à limo, vel à licio dictum ſcripſit. Licio enim tranſuerſo quod limum appellatur (de quo vide infra) qui magiſtratibus perminiſtrabant, cincti erant. In officio autem magiſtratuum lictores quidam dicebantur proximi, qui quam alij interiores magiſtratui erant, eique ſemper præſto erant, & apparebant ante alios ſui ordinis: vt in inſcriptione peruetuſta L. Valerius Achilleus lictor proximus laureus. Cicero etiam lictorem primum ad Qu. Fratrem ſcribens vocauit, de Octauio loquens. Apud quem, inquit, primus lictor quieuit, tacuit accenſus: niſi ſi quis proximum primo adiunctum putet & ſecundum, quod non probatur Turnebo aduerſ. 13. cap. 9. Salluſtius eodem quoque locutus eſt modo in bel. Iugurthino. Sed Hiem. Pſalm. in oppido Thumida forte eius domo vtebatur, quod proximus lictor Iugurthæ carus acceptuſque ei ſemper fuerat: Eſt in veteribus Gloſſis, lictor ſummus, Græci ἀρχιῥαβδοῦχος dictus. Notandum etiam eſt, poſterioribus temporibus manumiſſionem per lictorem ſolitam fieri, vt videre eſt l. 8. & 23. ff. de manumiſſ. vindic. Prat.

LIGARE, hoc eſt, vincere hominem, eſt diligentis cuſtodis leg. 1. § penult. ff. de Fugit. l. ſi hominem, ff. depoſiti. Spieg.

LIGARE funes arboribus Inſtit. de Rer. diuiſ. § ripatum.

LIGATVRÆ tabulæ teſtamenti, lino, quo traiiciebantur, l. 1. §. ſi linum, ff. de bon. poſſ. ſec. tab. Briſſ.

LIGATI videntur, qui domi ſemper manere coguntur. Auth. Quum oportet, epiſc. § ſi vero nemo. Spieg. Prat.

LIGATVRA, quo quid ligatur.

LIGIVS homo, ſeu vaſallus, is dicitur in ſcholis, qui contra omnes, ne rege quidem excepto vel antiquiori domino, fidem & operam omnem promiſit: non Ligius, qui nominatim aliquem excipit: ſic vt vnus duorum vaſallus ligius eſſe non poſſit, duorum vaſallus non ligius eſſe poſſit: aut vero vnius ligius, alterius non ligius, glo. c. paſtoralis, de ſentent. & re iud. in Clement. Hinc nomen Homoleugius. Hoto. in ſuis feud diſput. hoc totum commentitium eſſe arbitratur: neque alium eſſe ligium, niſi qui idem vetere Germanica lingua Vaſius aut vaſallus, aut valuaſor dicebatur, dummodo vetus ac proprius vaſallus ſit, hoc eſt, qui beneficio alicuius feudum verum, rectum ac proprium ſit adeptus. Ac primum omnium, inquit Albert. Krant. lib. Nortman. 4. cap. 7. Italicum eſſe hoc vocabulum ſignificat, quaſi liga, & quaſi obligatum dicamus. Et Guiſcardus (inquit) ſeſe conſtituens Romanæ ecclesiæ vaſallum, vel (quod eius regionis verbum eſt, ligium) Romano Pontifici quæcunque peteremur præſidia mittere, ac quando opus videretur, cum omnibus copiis afferre præſidium ſpopondit, Item cap. 9. Quo in conuentu Robertus ligium ſe (quod eius regionis verbum totalem ſignat ſubiectionem, Pontifici & Eccleſiæ iterum fecit, & B. Petri vexillo à Pontifice donatus eſt. Albert. Argum. in Chron. Quamuis etiam principes ipſum Francum ipſis grauem & exoſum haberent: cuius cauſa omnes quaſi eius eſſent vaſſalli non ab Imperatore mouerentur, cuius eſſent Ligij, inuadendi eum occaſionem aliquam non habebant. Quo in loco ligium & vaſallum pro eodem vſurpari perſpicuum eſt. Hinc pro homo ligius fictum nomen, homoleugius, coniunctè, vel ſeparatim homo & leugius Anton. Florent. hiſtor. part. 2. tit. 17. cap. 6. §. 1. Factus eſt autem ibidem comes Bertrandus Regis Hieroſolymitani homoleugius. Item cap. 9. Eodem anno Rex Philippus cum Rege Angliæ colloquium habuit, ſubmouens illum tanquam ſuum hominem leugium, vt pro comitatu, &c. Et mox bi tres erant ipſius regis Angliæ leugij homines. Hinc factum nomen homoleugia, vt apud eundem cap 8 §. 3. Tunc viſum eſt arbitris, quod dominus princeps ad Imper. accederet, atque cum debita ſolemnitate debitam homoleugiam exhiberet & fidelitatem. Et alio loco fidelitas ligia, part. 3. tit. 19. c. 1. §. 2. Ex his concedi poſſet homoleugij nomen ab ὁμολόγος Græco deduci præſertim cum Coloni homologi mentio fiat in l. vlt. C. Th. de patroc. vnic. & ὁμολογεῖν χεῖρας, & ὁμολόγως προσχωρεῖν, pro deditionem facere apud Græcos vſurpetur, niſi etiam multis in locis ab Hotom. vbi ſupra adductis, legij nomen in patroni perſona ſumeretur. Itaque à liga verbum hoc ab Italis hominibus confictum eſt: quaſi legius ſit idem quod ligatus, id eſt, proxime, & (vt vulgo loquimur) immediate iunctus, Prat.

LIGNA coacta ſunt, quæ igne vel ſole ita toſta, exſiccata & peculiari ſtudio arida reddita, vt nihil ſucci inſit, quo fumus excitari queat, maxime ſi habeantur amurca (hoc eſt fece & ſorde olei) conſperſa: vt ex Plinio & Catone aſſerit. Franc. Marius de partibus ædium, cap. 4. lib. 2. quæ ideo etiam acapna nuncupantur eo quod Græcis fumus ſit καπνός Gœddæus in comment. ad l. carbonum 167. num. 1. de verbor. ſignif. Vlpia. l. 55. §. 4 ff. de legat. 3. Sed & ritiones, inquit, & alia ligna cocta ne fumum faciant, verum ligno, an carboni, an ſuo generi adnumerabimus? item in l. 167 ff. de verborum ſignif. vbi hæc ipſa verba inculcantur. Martialis epigramma quod inſcribitur ligna acapna, in xeniis ad hæc ipſa ligna pertinens hoc eſt.

Si vicina tibi Nomento, rura coluntur,
Ad villam moneo ruſtice, ligna feras:
Hotom. Prat.

LIGNA mortua vulgus appellat arida ſiue illa caduca ſint, ſiue ſubſiſtentia. Nam (vt inquit Ariſtoteles in libro de ſpiratione) ariditas ſtirpibus eſt quod in animalibus mors ſiue obitus.

LIGNARII fabri in leg. 235. ff. de verb. ſignific. Et apud Paul. lib. 3. Senten. tit 6. Et Pallad. libr. 1. cap. 6. Iſidor. lib. 19. c. 19 Lignarius generaliter ligni opifex appellatur. Sic & apud Veget. lib. 2. c. 11. hoc verbum accipe. Briſſon.

LIGNATIONEM dixit Vitruuius lignorum ſtruem & congeriem quam paterfamilias & Oeconomus optimus ad locum deſtinatum cumulauit, vel eum locum, in quo ligna ad comburendum ſuerendas, & inde exportes. Columella lib. 1. rei ruſticæ. Sit autem, inquit, vel intra villam, vel extrinſecus inductus fons perennis, lignatio pabulumque vicinum: Brechæus l. Carbonum, ff de verborum & rerum ſignificat.

LIGNI appellatio generalis quidem eſt: ſed illud rurſus diſtinguitur: vt aliud lignum ſit materia: aliud ſimpliciter lignum vocetur, generis nimirum nomen retinens. Materia proprie eſt lignum ad ædificandum fulciendumque neceſſarium, ſeu quod ædificandi fulciendique cauſa habetur, l. ligni 55. ff. de legat. 3. Lignum vero eſt, quicquid comburendi cauſa paratum eſt, d. l. ligni 55. Hinc Varro ligna à legendo dicta docet, quod ea, quibus ad focum vterentur olim, caduca legebant in agro: quod & Franc. Marius lib. de partibus ædium cap 4 probat nec Brechæo diſplicet. Eodem ſenſu lib. 17. ad Sabinum Vlpianus de vſufructuario diſſerens pronunciauit, nec materia eum pro ligno vſurum, ſi habeat, vnde vtatur ligno, l. arboribus 12. de vſufruct. D. Gœdd. ad l. Carbonum 167. num. 1. de verb. ſignific. Legendum itaque eſt in l. 12. C. de excuſ. mun. Materiam, lignum, tabulata; vt etiamnum in l. 15. C. Th. de extraord. mun. legitur. Non, vt in Codice Iuſtiniani vulgo ſcriptum eſt Matariam lignorum. Nam & illam leg

ctionem, l.18.C.Th.extraord.mu.comprobat. Briſſ. Vide latius Connan.libro 4.c.ſ.o.7.

Lignorvm appellatione in quibuſdam regionibus (vt in Ægypto) vbi arundine pro ligno vtuntur; & arundines & papyrus comburitor & herbulæ quædam, vel ſpinæ, vel vepres continebuntur, Spieg.

Lignvm tabulæ ligneæ, Tryphon.l.19. de bon. poſſeſſ. cont. tab. Quod vulgo dicitur, liberis datam bonorum poſſeſſionem contra lignum eſſe, ſic intelligendum eſt, &c. Id enim ſignificat contra teſtamentum, quod ligneis tabulis quibus deſuper vacua cera, obducta erat, deſcribi ſolebat, vt teſtatur Vlpian.l.1.de bon.poſſ.ſec.tab. Paulo poſt d.l.19. idem Triphon. dixit, contra tabulas, Hotom. Prat. Briſſ.

Ligvsticon, vocabulum detorſit Galenus vnius inuerſione literæ, & Libyſticon appellauit. Pro pipere eo vſa eſt antiquitas, & nunc ruſtici Ligures pro pipere in condimentis vtuntur, vt teſtatur Muſa Ferrarien. Paulus in l. non omne quod bibitur de pen.leg. Sed quod quidam, inquit, negauerint, piper, & liguſticum, & careum, & laſer, & cætera huiuſmodi in penu non eſſe, improbatum eſt. In qua lege non omne Liguſticum olus eſſe Iſidor.lib.17.cap.vlt. ſcribit, odore aromatico & guſtu acre: quod è regione ſua nomen accepit. Naſcitur enim plurimum in Liguriæ montibus, vt & Plin lib.19, capi.8. tradit. Briſſ.

Lima eſt inſtrumentum fabrile & ferreum, quo metalla raduntur, poliuntur, minuuntur, & purgantur, not.glo. in Clem. paſtoralis de ſent.& re iudic. in clem.Ioan.Bell. Etymol.

Limen dictum eſt, qualis finis quidam, & terminus domus vel Imperij 6. qui ab hoſtibus, Inſtit. quibus mod. ius pat. poteſt, ſoluit. Ioann. Bello Etymol.

Limen pro domo accipi poſſe, teſtis eſt Virgilius illo carmine.

Perge modo atque hinc te regina ad limina perfer.

Et Propert ad Gallum.

Ah mea contemptus quoties ad limina curres.

Sic & intellige Vlpia. in leg. illicitas, 9. ne potentiores, tit. de off. præſid. dum inquit: Ne tenuis vitæ homines ſub prætextu aduentus officiorum, vel militum, limine vnico, & ideo Iuuen.

——— Pendentia linquit.

Vela domus, & adhuc virides in limine lauros,

Perſius Satyra 1.

——Vide ſis ne maiorum tibi forte

Limina frigeſcant.

Et ibi aliqui interpretes. Ex his apparet, an intelligentia Accurſij poſſit ſubſiſtere: cum quo tamen per tranſibat Bald. in Authent. ſed nouo iure in l.vltim.col. Cod.de ſeru. fugit.& in Auth. niſi breuiores, C.de ſent.ex breuic recit. Cotta.

Limen, ait Marcellus, omnium ingreſſum denotat; ſed & limen metaphorice, pro introitu & primordio cuiuſque negotij vſurpatur. Sic in ipſo limine contractus, in limine litis: receptæ formulæ loquendi ſunt apud ICtos l.24. C.de euictionibus l 1.C.de ſatiſdat.

Limenarchæ, λιμενάρχαι, qui portuum præſidiis præſunt, vel portus cuſtodiæ cauſa creari. Paulus in l. limenarchæ, ff. de ſeru.fugit. Limenarchæ, inquit, & ſtationarij fugitiuos deprehenſos recte in cuſtodia retinent. Sic Imperator in l.non idcirco 38.C.de liber.cauſ.& Arcad. in l.vlt §. qui annonam ff. de mun. & hon. Dicti ſunt mere Græca; λιμὴν enim portus eſt. Hos Ariſtot.lib 6.Politi.circa fi. Limenophylacas vocat, quaſi portuum cuſtodes. Prat. Poſſet etiam forte dici limenarchas, abſque aſpiratione: ideo ſic vocitatos, quia ad hoc conſtituebantur, vt hoſtes à limine arcerentur, & ſic erit vocabulum Latinum, & compoſitum: & communis lectio ſeruabitur, & ſecundum hæc caſtiga verba Imperatoris in leg. 1. C. de offic. Comit.ori. vbi alicarchia mendoſe legitur, pro liminarchia, eſt liminum præfectura. Cotta.

Limina imperij non eo modo dicuntur, quo limen domus: vnde ſeruus ad limina dictus, pro atrienſi. *Ein Portner.* Sunt enim loca, quæ nos *Außlaß & Frontier*, etiam voce iam Germanitate (ſi dicere liceat) donata nuncupamus. Spieg.

Limine hoc eſt ingreſſu iudiciorum expelli, in fio. C. ſent. reſcind.non poſſe, Spieg.

Liminvm. Cum poſtliminij vis, hoc eſt, origo nominis quæritur, Seruius recte Cic. in Topic. nihil putat (vt ipſe Cic. opinatur) notandum, niſi poſt, & liminium illud productionem eſſe verbi vult, &c. Scæuola autem P. Fil. iunctum putat eſſe verbum, vt ſit in eo & poſt & limen: vt quæ à nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem peruenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, hinc cum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio videantur rediiſſe, Spieg.

Limitanei milites, qui in limitibus excubabant, eorumque defenſioni operam nauabant. l.vltim. C.de offic.milit.iud.l.3. C.de fund. limitroph.lib. 11. Huiuſmodi limitibus attributi agri, limitanei vocantur. d.l.3. & Rub. C. de fundo limitroph. vide paulo poſt limitrophi.

Liminare iter apud Varron. libro 4. ling. lat. eſt ſemita modica, quæ relinquitur inter duo confinia, lata pedes 5. ex duodecim tab. præſcripto, Perperam vero in eo loco Verranius legit Militare iter. Prat.

Limitare, partiri, diuidere ſiue diſtinguere Latinis eſt, quod interpretes, ſed barbare, pro moderari vſurpant. Petr. Victorius: Limitare eſſe exiſtimo, inquit, limites & terminos collocare, Spieg.

Limitati agri appellantur, qui propriis limitibus & finibus circumſcripti & in centurias diuiſi erant, vt Feſtus libr.4 ait: Limitatus enim ager Decumanis, & Cardinibus continetur, vt Frontinus ait. Sic accipe limitatum agrum in l.16. ff. de acquir.rer.domin.& leg.1.§. ſi inſula, ff de flum. Hunc metatum vocat Horatius Satyr. 2. Hotomanus Limitatum agrum definit, qui ab hoſtibus captus vel coloniæ alicui totus, vel ciuibus ipſis ac militibus, per partes aſſignatus eſt. Iulius Frontinus. Agrorum qualitates ſunt tres, vna agri diuiſi & aſſignati: altera menſura per extremitates comprehenſi: tertia Archifinij qui nulla menſura continetur. Ager ergo diuiſus aſſignatus, eſt coloniarum: hic habet conditiones duas: vnam qua plerunque limitibus continetur, alteram qua per proximos poſſeſſionum rigores aſſignatus eſt. Ager eſt menſura comprehenſus, cuius modus vniuerſus ciuitatis eſt aſſignatus. Tributarius ſolus per vniuerſitatem populis eſt definitus; eadem ratione & priuatorum agrorum menſuræ aguntur. Hunc agrum multis modis menſores, quamuis extremum menſura comprehenderint, ita formam, in modum limitum condiderint. Hotom. Prat.

Limites, vt Sicul. Flacc. in lib. de conditio, agror. ſcribit, à Liminibus vocabula acceperunt. Quemadmodum enim limina introitus exituſque locis præſtant, ſimiliter introitus exituſque, qui in agris diuiſis & adſignatis ſemper peruij eſſe debent tam itineribus, quam menſuris agendis, limites appellantur. Hyginus vero à limo verbo antiquo, quod tranſuerſum & obliquum ſignificat, Limites dici vult: vnde Feſtus libro decimo ait, Limites nunc terminos, nunc vias tranſuerſas ſignificare. Denique quicquid ad obſeruationem finium in agro opera manuum factum eſt, Limes, autore Aggeno Vrbico, appellatur. Horum autem duo præcipui ſeu maxime dicuntur, Cardo & Decumanus, vt Plin li.18 cap.35. Feſtus libro 4 Iſidor libro 15. Etymol.cap.14 poſt Sicul. Flacc. Gygen & alios tradunt: Et cardo quidem eſt qui à Septentrione in Meridiem dirigitur, ab eo quod à cardine cœli ſit. Nam in Septentrionali axe nobis cœlum vertitur. Decumanus vero qui ab Oriente in Occidentem per tranſuerſum dirigitur, qui ex eo quod formam denarij numeri faciat, Decumanus eſt appellatus. Limites autem ſeu termini territoriorum, qui vocantur à Iuriſcoll. in l. 5. de iuſt. & iur. teſte Zaſio, originem acceperunt à iure Gentium: Nam quo tempore diſtincta ſunt dominia, cœpit eſſe Meum & tuum. Obſeruandum vero, quo limites faciunt res certas in genere tribus modis: aut natura, aut hominis facto, aut adiectione qualitatem fungibilium. A natura res prope omnes natæ accipiunt limitationem. Homo limitatur per ſuam naturam, equus pariter, & ſic de aliis. Quicquid manu hominis fabricatur, erigitur, perficitur, hoc dicitur limites accipere facto hominis. Sic domus limites accipit, ſecundum quod ædificata eſt. Sic fundus, ſic nauis limites accipiunt ex opere. Quod fundus eſt latus, vel arctus, modicus, vel ingens, hoc eſt facto hominis, l.quod in rerum, de legat.1. Tertio aliquæ res accipiunt limites per numerum, pondus & per menſuram: vt ſunt omnes res fungibiles. Vide Zaſ. in l. mutuum §. mutui, ff. ſi cert petat. Prat.

Limites etiam Romani Imper. fines dicuntur, l.5. de anno.lib. 10 C. vnde Illyricianum, Ægyptiacum, Rheticum limitem legimus, l.1.C. quibus muneribus aut præſtat.lib.13. C.de aduoc. diuerſ.iud.lib.13.C.de excuſ.mun.lib.10. Briſſ. Prat.

Limites in agris limitatis ſunt, ait Gothofr. ad l.16.ff.de acqu. rer.dom. qui populo iter præbent ex lege Sempronia, Cornelia & Iulia: Et ideo in modum agri non cedunt: l.1.§.1. de petit. Ex his decumani pedes 40. cardines 20. actuarij 20. ſubrunciui 8. id eſt legitimam viæ latitudinem habent, autore Hygeno lib. de limitibus agror. Vide Cuiac.2.obſeru 9.

Limitrophi (Prateius Limitrophi) & Limitanei fundi, ſub rubr. Cod. de fund. limit. lib. 11. Sic diſtinguendi ſunt: Vt hi dicantur ad milites limitaneos pertinere, id eſt eorum domini & proprietarij eſſe: vt paludes & paſcua, leg.9. eod. tit. & fundi caſtellorum, ad milites caſtellanos, leg.2. eod. t. Limitrophi vero, quod ex eorum fructibus limitanei milites dantur, non quod ad milites Limitaneos pertineant. Limitrophi enim verbum ἀπὸ τοῦ τρέφειν deducitur, quod alere ſignificat. Nec aliter hoc verbum vſurpatur l.nulli C. de fundo part. Limitanei autem milites erant, qui in imperij finibus excubabant, eorumque defenſioni operam nauabant, l.vlt. Cod. de offic. præfect. prætorio, Afric. l.fi. de offic milit. iudic. quorum etiam meminit Spartianus in Peſcennio Nigro, & Lampridius in Alexandro, itemq, Suidas his verbis: [illegible]

μάλιςα ἐσηγεῖσθαι ὑπὸ ἐπίδας τῶν αὐτῶν ἐ συμπλεκόμενα, ἢ τῆς λαμπετίας εἰπεῖν, Prat.

Limitrophi autem dicuntur ij, qui in imperij limitibus ſunt teſte Droſæo in method. iur.

Limus apud Gellium lib. 12. cap. 3. ex Tirone Ciceronis liberto, veſtis eſt, (vt ſcribit Iſidorus) quæ ab vmbilico vſque ad pedes producitur. Item Limus cingulum eſt, quod ſerui publici cingebantur, obliqua purpura. Item Limus eſt cinctus: quem publici habent ſerui, dictus quod tranſuerſas habet purpuras. Item: Hæc autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limã, id eſt, flexuoſam. Hinc ver. Gl. Limis flexuoſis oculis Prat.

Linea apud Antiquos funiculum ſignificabat, quo & ad perpendiculum vtebantur. Vitruu. lib. 2. cap. vlt. Ab oculo lineæ duæ ſi fuerint extenſæ, & vna tetigerit imam operis partem, altera ſummam: quæ ſummam tetigerit, longior fiet. Hoc ſenſu aliis quoque locis hoc verbo ille idem auctor vſus eſt: vt & noſter Paul. in l. 29. ff. de acquir. rer. dom. velut linea in directum per Inſulam tranſducta & Martialis Epigr. 57. libro 3. Tremulane captum linea trahis piſcem. Gratius de venat. Illa opera pattens, illa vſus linea longi. Et ita lineam margaritarum accipi oportet in l. 26. ff. ad leg. Falcid. l. 27. §. ſi cum marit. ff. ad leg. Aquil. l. vlt. §. vlt. ff. de aur. arg. l. 52. § ſi lin. ff. de furt. Margaritæ enim lino inſerebantur, vt Tertull. lib. de cultu fœminar, ſignificat his verbis: Vno lino decies ſeſtertium inſeritur & B. Hieronym. in vita Pauli eremitæ, Vno filo villarum inſuunt pretia. Plin. lib. 32. cap. 2. Muteriæ amplius deuorant, quam hamum, admouentque dentibus lineas, atque ita erodunt. Colomell. lib. 3. cap. 15. Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur, quippe linea per totidem pedes inſuitur. Adde quod Iſid. libro 19. Etymolog. c. 18. Lineam à genere appellatam ſcribit, quod ex lino fieret. Briſſonius. Linea autem agri diuidebantur, eaque erat longitudinis decem pedum, ſeu duorum paſſuum, vnde & Decempeda dicta eſt, & qui eo genere menſuræ vtitur, decempedator Coraſius.

Linea ſanguinis & cognationis dicitur, qua cognati inter ſe cohærent. Paul. in l. 9. ff. de gradibus. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas ſeparantur: quarum altera ſuperior, altera inferior. Ex ſuperiore autem, & ſecundo gradu tranſuerſæ lineæ pendent. Item in l. Iuriſconſultus. §. ſed & ex lateribus, eod. l. vacantia, C. de bon. vacant. l. ſi quis, §. in illo, C. de ſecund. nup. Statius lib. Sil. 3 Prat.

Linellus differt à Feudo, primo, quia in eo iuratur ſecus quam in linello. Item feudum datur amore, linellus vero pro mercede. Item in feudo non ſuccedunt fœminæ in libello ſecus, Et de multis aliis differentiis, vide Felin. in c. cæterum, col. 5. & ſeq. in verſ. 9. fallit de iud. forte legendum Liuellus vel potius libellus. Spieg Prat.

Linas, vaſa fuiſſe videntur ad fontes pertinentia. Vlpianus l. 15. ff. de act. emp. Lines, & Labra, ſalientes fiſtulæ, quæ ſalientibus iunguntur, &c. Quo tamen in loco Lenes corrigendum putarem, nam apud Nonium Lenis vaſis eſt genus, vbi tamen Lenas corrupte legi ex duobus auctorum quos citat, locis intelligitur. Eodem modo legendum apud Alfenum putarem in l. 27 §. 1. ff. ſi ſeruit. vind. & Seius in eos ſiluam ſeuiſſet, in qua Labra, & Tanet, encumellas poſitas haberet. Corrigendum enim putarem Lenes. Quin & Tinas vaſis genus fuiſſe, idem Nonius teſtatus; ſed ſuperius verbum, propius ad veſtigia veteris lectionis accedit. Hoto Vide & ſup. Lenes.

Lineum, quod ad linum attinet. Hinc lineæ veſtes, quarum vſus etſi nunc vilis ſit & plebeius, tamen is olim nobilium erat, & honoris cauſa primum datus eſt ſacerdotibus: ac proinde nulli monachorum conceſſus, niſi inter obeunda ſacra eſſe Eraſmo in vita D. Hieronym. Inter lineas autem veſtes Bayfius c. de re veſt. Biſſum numerat. Quære Byſſus. Spieg.

Liniftarsi, l. 15. C. de murilegul. lib. 11. id eſt, Linificies qui & Linificij, l. 8. C. eod. in C. Th.

Lino legato tam factum, quam infectum continetur, quodque netum, quodque in tela eſt, quodque nondum eſt detextum. Tinctum plane non continetur, l. 70 §. lino, ff de leg libro 3. Lini autem, quo traijci teſtamentorum tabulas ſolitas, & Paul. Lib Sent. & Suet. in Nero. Oſtendunt, meminit, l. 3. §. ſi quis tabulas, ff. de SC. Silan. l. 1. §. ſi linum, & §. vlt. ff. de ſerun, tabul. l. 20. C. de teſtam. l. 28. §. teſtamentu, ff. de liber, l. Quintilianus lib. 12. cap. 8. Denique linum ruptum, aut turbata cera, aut ſine agnitione ſigna frequenter inuenies, Briſſ.

Lingua, id eſt ſermo, eadem an alia lingua reſpondeatur nihil intereſt. Proinde ſi quis latine interrogauit, reſpondeatur ei Græce l. 1 §. eandem ff. de verb. oblig. Sic.

Lingua Romana, id eſt, Latina. Auth. de mandat. Princ. in Pr, Alber. Pro differentia ſermonum apud Vlpianum accipitur in prin. l. fideicommiſſa, ff. de leg. 3. Fideicommiſſa, ait, quocunque ſermone relinqui poſſunt: non ſolum Latina, vel Græca, ſed etiam Punica, vel Gallicana, vel alterius cuiuſcunque gentis lingua. Linguis abſceſſis pœnas loqui Iuſtin. in l. 1. §. 1. C. de offic. præfect. præt, Aphricæ. Spieg.

Lingvam etiam Liuius li. 44. vocat terram in mare prorenſam ſpecie linguæ. Nam lingua ſiue lingula, inter promontorium, vel alta quæuis terra longa & anguſta dicitur, quæ in modum linguæ exectæ in mare excurrit. Cæſar lib. 3. de bello Gallico. Erant. Eiuſmodi fere ſitus oppidorum, vt poſita in extremis lingulis, promontoriiſque neq; pedibus aditum haberent, &c.

Lintea veſtis, id eſt lino contexta.

Linificia textrina lineæ veſtis, vt in l. 16. de murileg. in Cod. Th. Qualia multa in partibus Orientis & Occidentis Impp. habebant vt ex Notitia Imp. Rom liquet, quæ & Procuratores Linificiorum multos recenſet Briſſ.

Lintei libri erant, in quibus Imp Rom. facta continebantur, vt tradit Gyrald. hiſt. Deor. Syntag 3.

Linteones in l. 8. de murile, in C. Th. l. 13. de nauicul in eo C. Sunt qui opifices linteæ, id eſt, lino contextæ, veſtis appellantur in l. 6. de mur leg. in C. Th. quomodo & linteæ (ſic enim legendum eſt) veſtis magiſtros interpretor in l. pen. C. de murileg lib. 11. Et lintearum apud Sido. Apoll. lib 8. Epiſt. ad Leonem, linea velle indutum. Inuenitur autem linteonum nomen apud Lamprid. in Alex. & apud Firmicum lib. 8. Matheſ. Seruius quoque in 7. Æneid. Aut quia, ait, maiores ſtantes texebant, vt hodie linteones videmus, Appellantur & Lintearij in l. 5. ff. de inſtitor. & l. 16. C. de murileg. Briſſ.

Lintrarii, quorum meminit Vlpian. in l. 1. naut. caup. ſtab. horum ſunt exercitores Lintres autem ſunt inter fluuiatiles naues, quæ remiis agebantur: vt palam fit ex Cæſare in 7. commentar. Spieg.

Lippi: qui à Græcis γλαμῶντες ἢ λημῶντες dicuntur, ſunt quibus ex oculis defluit humor putris, veluti lacrymæ quidam. Brechæus l. inter ſtuprum, §. verum eſt, ff de verb. & rer. ſign.

Lippitudo, oculorum ex ſtilis, aſſidue manantibus lachrymiſque exulcerantibus, ſordes: Græci ψωρίαν, nec non ὀφθαλμίαν vocant. Briſſ.

Liquamen, dicitur pinguitudo, ab igne liquata, & coquinatio vſus pro condiendis edulijs reſeruata. Accipitur tamen aliquando etiam pro aliis quæ in ciborum vſum non veniunt. Hoc vocabulo ambigue vſi videntur Imperatores in l. 1. Quæ res export. non deb. Græci Liquamen interpretantur Garum, & id recte. Cœlius enim Aurelianus tr. Chronic. Garum, inquit, quod appellamus liquamen ex piſce ſiluro confectum. Et paulo poſt: Ex garo quod vulgo liquamen appellant. Hinc Cœlius Apicius Oxigarum, liquamen acetoſum interpretatur. Acro teſtatur nimirum antiquos dixiſſe liquamen, & Syrorum lingua ſic dici. Prat.

Liquere dicitur quod conſtat, l. 5. § 1 ff quib ex cauſ in poſſeat. l. 7. ff de ſupel. leg. l. 2. §. ſi dubitetur, ff. quemad. teſt. aper l. 1. §. item illud ſciendum, ff. ad SConſ. Silan. l 47 §. Sticho, ff de fideic. lib. l. 27. in fi. ff. de liber. cau. l. 85 §. 1. ff. de adquir. hæred. Briſſon.

Solebant autem iudices in re ambigua & dubia ita ſe iudicandi neceſſitate expedire, vt pronunciarent, ſibi non liquere l. 13. §. vlt. ff. de arbitr. l. 36. ff. de re iud. Alcon. in Diuinatio. Gell. lib. 14. cap. 2. Senec. Epiſt. 66. Aut fer ſententiam, aut, quod facilius eſt, nega tibi liquere. Cicer in Cluent. Deinde homines ſapientes ex vetere illa diſciplina iudiciorum, qui neque abſoluere hominem nocentiſſimum poſſunt, neque eum de quo eſſet orta ſuſpicio pecunia oppugnatum, re illa. Ex quo emendandus eſt Quintiliani locus Declamat. 365. vbi ita vulgo ſcribitur. Quid enim aliud diceres, ſi nondum pronunciaſſent, ſi negaſſent dicere ſibi de ſupplicio tuo? Legendum enim eſt, liquere Briſſ.

Liquido, id eſt euidenter & manifeſte. Sic.

Liquido iurare in l. 18. ff. de iureiur. eſt vere & aperta ac manifeſta veritate iurare. Eodem modo apud Terent. Chærea in Eunucho Liquet. ait, mihi deierare, id eſt, veriſſimum iuſiurandum dare poſſum. Sic apud Terentium in Andria: Quia ſi forte opus ſit ad herum iurandum mihi. Non appoſuiſſe, vt liquido poſſim: vbi Donatus: Liquido, inquit. id eſt pure ac manifeſte. Sic Ouid. lib 3. de Ponto epiſt. 3 ad Maxim. Scis tamen & liquido iuratus dicere poſſe, Non me legitimos ſollicitaſſe toros. Prat. Quamobrem magis probo has notas. Q D R. P. L. I. veteribus ſignificaſſe: Qua de re peto liquido iures, quam vt in Valerio probo ſcribitur, Laudabiliter iura, Briſſ.

Liquido compertum, liquido adprobatur, comparet, conſtat, probatum, &c. ex ff. Briſſ.

Liquidum facere, etiam de auro, vel plumbo, ac ſimili diſſoluto dicitur, Spieg.

Ad Liquidum diem & conſulem exquirere, l. 8. §. idem Labeo, ff. de aqua pluu. Quod explicat l. 28 ff. de prob. Velleius Paterculi priore lib. Neque mihi temperare, quo rem ſæpe agitatam animo meo neque ad liquidum ratione perductam ſignem ſtylo, Briſſon.

Lis, eſt iurgium, de re quapiam inter aliquos apud Iudicem inſtitutum, non enim omne iurgium lis eſt: ſed illud demum, quod apud iudicem exercetur: quo verbo & magiſtratus & arbitros pinguiore Minerua complectimur, vel ſic ex Varrone

Digitized by Google

lib. 5. ling. lat. Quibus res erat in controuerſia, ea vocabatur Lis. Ideo in actionibus videmus dici. Quam rem ſiue litem dicere oportet. Hæc Varro, quibus ex verbis intelligimus quod ait Cicer. in Murænian. Tot homines, tam ingenioſos ſtatuere non potuiſſe vtrum diem tertium, an perendinum iudicem, an arbitrium: item an litem dici oporteret. Hinc coniunctim legimus in l. ſi defunctus, 9. C. de ſuis & leg. Rei vel Lit. Et quæ lis inofficioſi vocatur in l. pater, ff. de collat. dot. eadem dicitur res inofficioſi in l. Papinian. 8. §. 1. ff. de inoffic. Si quis, inquit, poſt rem inofficioſi ordinatam, litem dereliquerit, poſtea non audietur. Prat.

Lis, eſt grauior quædam controuerſia & diſſenſio, quam iurgium, quod inter beneuolos quoque contingit. Dicta autem eſt à limite, id eſt, termino: quoniam primæ inter homines controuerſiæ de limitibus, & amplificandis rerum dominij cœperunt. Vnde illud: Limes erat poſitus, litem vt decerneret agri, vnde paulo poſt Litis appellatio vna. Alciat. in l. cauſas, C. de tranſact. Lis, inquit, actio eſt, ſiue in rem, ſiue in perſonam, quæ in iudicium deducta eſt: & proprie poſt litem conteſtatam. Cauſa vero, receptius & generalius vocabulum eſt, tam ad ciuilia, quam ad criminalia pertinent: tam ante conteſtationem litis, quàm poſt. Lis ait Corn. Front. de nom. ver. diff. naſcitur, controuerſiam pertinacia efficit, litigant homines, res in controuerſiam deducitur. Ira controuerſia patris eſt, Lis ſummæ. Proprietasque lis dicitur, antequam conteſtatio ſit. Controuerſia vero potius poſt iudicium acceptum. Alciat. lib. 5. Diſpun. capit. 24. Vide infra litem poſt conteſtationem Spieg.

Lis etiam actionem ſignificat ſiue in rem, ſiue in perſonam, l. 16. ff. de verb. ſign. Et huic verbo veteres S. literam præpoſuiſſe Feſtus lib. 17. notat. Inde in Inſcriptionibus antiquis. Decemuiri ſtlitibus iudicand. Briſſ.

Lis æſtimari dicitur, cum ea res quæ in iudicium venit, à iudice æſtimatur, l. 9. ff. quod certo loco, l. 15. §. in hac, ff. quod vi aut clam, l. 19. ff. de neg. geſt. Senec. lib. 2. de Clem. Et ſoluere ei licet, & quanti vult æſtimare litem. Lis autem interdum tanti æſtimatur, quanti ea res eſt, de qua agitur. Tanti litem æſtimandam quanti fuiſſet, eo die quo dare reus debuit, l. vlt. ff. de condict. Tritic. Interdum vero tanti æſtimatur, quanti actoris intereſt, l. 8. ff. De eo quod certo loco. Nec ciuilibus duntaxat in cauſis, ſed & in capitis iudiciis lis victis æſtimari dicebatur, vt Cicer. pro Cluent. & Liuius multis locis & Aſconius in Verrin. oſtendit Briſſ.

Lis æſtimari dicebatur, cum reo repetundarum damnato, inibatur fortunarum eius omnium ratio atque æſtimatio: ex qua ſumma quædam pecuniæ conficiebatur, vel ſociis ereptæ pecuniæ reſtituerentur. Nam continuo damnati bona ſectoribus auctione vendebantur, qui eam ſummam. Quæſtoribus ærarij repræſentent Macer. l. 7. ff. de leg. Iul. repet. Neve ob litem æſtimandam, iudicium ve capiat, pecuniæve faciendum Hotom.

Lis æſtimata, pro iudicis ſententia numeraria de eo quod intereſt actoris, l. hæc ſi res. ff. de rei vendic. Quam æſtimationem eum bona fide fieri oporteat, Lex Iul. de repetun. punit iudicem qui ob litem æſtimandam aliquid acceperit. Vide ibi. Lt. Spiegelius. Cæterum, æſtimare litem, eſt (non vt Spiegel. voluit) taxare ad expenſas, ſed rem ipſam, quæ principaliter in iudicium eſt deducta, certo pretio redimere. Plus quam manifeſtiſſimum eſt ex l. 3. ff. de empt. l. ex diuerſo, §. fin. de rerum Anch.

Lis conteſtata dicitur, cum accepto à Prætore iudicio vtraque pars teſtibus præſentibus pronunciat, Teſtes eſtote, Gallus Ælius Reos tum demum dici putauit, cum lis conteſtata eſt. Hæc Feſtus. Hot. Sed poſtea.

Lis conteſtata formulis ordinariisque iudiciis ſublatis dicta eſt, quæ apud iudicem agi cœpta erat. Impp. Seuerus & Anton. l. 1. C. de litis conteſt. Res in iudicium deducta non videtur, ſi tantum poſtulatio ſimplex celebrata ſit, vel actionis ſpecies ante iudicium reo cognita. Inter litem enim conteſtatam & editam actionem permultum intereſt. Lis enim tunc conteſtata videtur, cum iudex per narrationem negotij cauſam audire cœperit, h. e. nec flagitatio, nec actionis editio, niſi cauſa in iure agi cœperit, litis conteſtationem efficit. Hotom.

Lis conteſtata, ſecundum Virgilium in ſuo de litis conteſtatione libello, dicitur, cum acta iudici recitantur iamiam dicturo ſententiam, vide Gothofr. ad l. 1. C de litis conteſt.

Lis in iudicium & condemnationem deduci dicitur, leg. 32. §. litem, ff. de neg. geſt. l. 3. §. ſi per venditorem, ff. de act. empt. l. 2. C. de petit. hæred. Et res in litem deduci, in l. 31. §. ſi duo, ff. de nouat. Briſſ.

Lis moritur, cum legitimis tranſactis temporibus perit, l. 3. §. 1. ff quæ in fraud. cred. l. 2. ff. iud. ſol. 19. §. ſi cuius dolo, ff. de dolo, l. 11. § fin. autem reus, ff. de iudic. vt ex contrario, lis viuere dicitur, l. vlt. in fin. C. de fide Inſtru. Briſſ.

Sic Lis mortua à ICtis noſtris dicitur, quæ amiſſa reſtitui non poteſt, l. properandum, Cod. de iud. d. l. 3. §. 1. & d. l. 2. Curac. 9. obſeru. 30. Goth. ad l. 7. §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor.

Lis muta cenſetur, etiamſi ſolus actor egerit, Gothofred. ad l. 4. C. de pact.

Lis pendere non dicitur, niſi lite conteſtata, arg. l. amplius non peti, ff. rem rat. hab. Putatur vero lis conteſtata, quando, iudex petitione propoſita, & reſponſione audita, cauſam cognoſcere incipit. Conteſtata quoque lis dici poteſt, iudicio iam conſtituto, hoc eſt diiudicatis, ac diſceptatis exceptionibus litis auſpicatum morantibus. Spieg. Perire vero lit in l. 1. §. qui autem, ff. de calumniatoribus, id eſt, amitti, l. 2. in fin. ff. de condict. ob turb. cauſ. Briſſ.

Lis vindiciarum eſt, inquit Aſconius, cum litigatur ea de re apud Prætorem, cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor. Cætera apud Bud. l. 2. de origin. iur. Spieg.

Litania, λιτανεία in l. 3. C. de hæred. ſolennis precatio, ſupplicatio, litatio, vt eſt in ver. gloſſ. Prohibentur enim hæretici conuentus & litanias facere. vnde λιτανεύω [illegible], ſupplico, precationem adhibeo. Iuſtinianus enim, λιτὰς appellat. Nou. de Eccleſ. diu. capit. 6. [illegible] vbi vetat litanias fieri ſiue epiſcopo & clericis & ſine ſacris crucibus: quas, dum in Pompa inceditur, deferri iubet. Prat. ex Hotom.

Litare ſacrificiorum verbum eſt, deſumptum à Græcis λιτανεύειν. Eſt verò litare rite ſacrificare & impetrare. Nihil enim ſacris mancum, nihil monſtroſum conueniebat, nam ſi viſcera palere, tetriſque maculis ſuffuſa apparuiſſent, ſi iecur tabidum, ſi pulmonum fibræ defuiſſent, non litandum veteres gentium ſacerdotes exiſtimarunt. Hinc Martial.

Non quacunque cadit hoſtia cæſa litat &c.

Litem addicere, qua formula ex lege Decemuirali Gellius lib. 16. cap. 2. vtitur, quidam interpretandum ſecundum præſentem rem abſente iudicare. At Ræuard. c. 7. ad ll. xii. tab. putat nihil aliud eſſe quam litigandi poteſtatem facere.

Litis cecidiſſe dicitur Feſto qui eius rei de qua agebat, cauſam amiſit. Prat. ex Feſto. & Hot. Adde Ræuard. l. non fraudantur creditores, §. nemo ex ſuo, ff. de reg. iur.

Litem à cauſa ſeparare videtur Imper. l. cauſas. C. de tranſact. Litem iurgium interpretatur Varro lib. 6. Linguæ, his verbis. Quod ait de iurgio, id eſt, litibus: itaque quibus res erat in controuerſia, ea vocabatur lis. & ideo in auctionibus videmus dici, quam rem, ſius litem dicere oportet. Prat.

Litem æſtimari aduerſus aliquam pluris vel non pluris, quam debet, l. ſi inter, §. ſi res pignorata ff. de pignora.

Litem capitis æſtimandam petere dicebantur, qui non ciuiliter, ſed (vt nunc loquuntur) criminaliter concludebant actionem Old.

Litem in rem ſuam vertere, id eſt rem inter duos controuerſam, quodammodo adiudicare ſibi: Quod fit cum iudex ita cum litigantibus agit, vt ei iure ſuo cedant. Old. Prat.

Perdere autem litem & amittere pro eodem 1. c. dicunt, l. 19 ff. ſi ſeruit. vindic. l. 8. §. 1. rem rat. hab. Briſſ.

Litem deſeruiſſe dicitur, qui biennium ceſſat in cauſa appellationis Gothofre. in not. ad Nou. 49. cap. 1. pt. ibi ſiue inuentore eum valuerit.

Litem petere, pro rem petere apud Plaut. in Rudent. Qui falſas lites falſis teſtimoniis petunt, Quippe in iure abiurant pecuniam. Et mox. Qui hic litem adipiſci poſtulant periurio. Mali res falſas qui impetrant apud iudicem. Iterum ille eam rem iudicatam iudicat. Maiore mulcta mulctat, quam litem auferunt. Prat.

Litem poſt conteſtationem ſolum dici, cauſam vero etiam ante, Doctores fere tradiderunt. Vlpiani tamen verba in l. litis nomen de verbor. ſignific. indicant, quando adhuc conteſtata non erat nihilominus litem fuiſſe. Idemque de Controuerſia Fortunatianus ſcribit: videturque etiam extra iudicium litem dici. Abb. c. ex parte, extra eodem, proinde Alciat. Has, inquit, dictiones eiuſdem fere ſignificationis eſſe credere pronius ſit Spieg.

Litem præparaſſe in quæſtione de inofficioſo teſtamento intelligitur, qui vſque ad denunciationem vel dationem libelli proceſſit l. 7 l. 15. §. 1. ff. inoff. teſtam. Sic litem præparari accipe in l. 7. § vlt. ff. de liber. cauſ. Briſſ.

Litem ſub iudice eſſe, vt Abb. indicat, & Gloſſæ, & Aduocati vſurpant pro eo quod vulgo dicitur opinionem adhuc manere dubiam. Spieg.

Litem ſuam facere dicitur, in quem litis damnum transfertur, quod vel imperitia, vel dolo malo, vel ſordibus, vel euidenti gratia male iudicarit, l. 4. § ſi iudex, ff. de oblig. & act. in l. 15. ff. de iud. l. vlt. ff de var. & extr. Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex delic. Gell. lib. 10. c. 1. Et ego aduerſus eum, qui ductus eſſe videbatur. Litem meam facere nolui. Theoph. vertit. [illegible]. Litem etiam facere lex dicitur, quæ iudicium conſtitutum eſt: Quintil. lib. 7. cap. 1. Briſſ.

Litem ſuam facere iudex male iudicando propterea dicitur, quia partes eius quem iniuria abſoluit, ſuſcipere, ipſiuſque cauſam pro ſua defendere cogitur. Cicer. lib. de Orat. 2. Quid ſi cum pro altero dicas, litem tuam faciat, aut læſus efferatur iracundia,

Digitized by Google

iracundia, cauſam relinquas, nihilne noceas? Hotom.

LITEM ſuam iudex facere tunc intelligitur, cum dolo malo, in fraudem legis ſententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, ſi euidenter arguatur eius gratia: vel inimicitia, vel etiam ſordes, autore Vlpiano in l. ſi filiusfam. ff. de iudic. Spiegellus.

LITEM quoque ſuam iudex olim feciſſe videtur, qui ad conſtitutum tempus, & qua hora iudicare debebat, in comitium non veniat, cum iudex eſſet datus aut ſumptus: vt poteſt colligi ex C. Titij apud Macrobium lib. 2. Satur. capite 16. his verbis. Inde ad comitium vadunt, ne litem ſuam faciant. Briſſonius.

LITERÆ elementa ſignificant, & à notis ſeparantur, l. 1. §. iud. ff. de var. & extr. l. 40 de teſtam. milit. Notæ enim literæ non ſunt, l. 6. §. vlt. ff. de bon. poſſeſſ. Quamuis literarum appellatione notas exaudire debemus, apud Manilium, hoc verſu, cui litera verbum eſt. Briſſ.

LITERA dicitur, quæ oculo corporeo legi poteſt ita notab. Bal. in l. 2. in vlt. col. C. de patrib. qui fil. diſtr. & Ang. in l. ſi ita ſcriptum, in princ. de lib. & poſthum. & Modet. ſequuntur in locis quæ nota ſunt.

LITERÆ mutui compaſſus ſunt, quæ emittuntur ad magiſtratum loci, ſub quo teſtes domicilium habent, in quem iudex committens non habet iuriſdictionem, vt vel ipſe teſtem audiat, vel ad comparendum coram cauſæ commiſſario teſtimonium daturum cogat, Vult. in commeot. Inſtit. de actio. in princ. n. 81.

LITERÆ refutatoriæ in Nou. 134. c. 5. appellantur, ἐπιστολαὶ ἀπολυ-σίας. Hæ locum habent in euocandis teſtibus alterius prouinciæ, l. 3. in fin. ff. de teſtib. & eorum depoſitione tranſmittenda, l. 7. ff. de teſtam. quemadm. aper. Goth. ad l. 15. §. 1. ff. de re iud.

LITERA ſalutaris, apud veteres erat A, & Abſolutionem: triſtis vero C. condemnationem notabat: Cicero pro Milone: Nec vobis, inquit, tam ſalutarem hanc in iudicando literam, quam illam triſtem dediſſet. Intelligit autem tabulam ſalutarem, vide ſupra in vocali A. in princ. De quo vide in hunc locum Bart. Lamnium Scholiaſten impenſe doctum & diligentem: Græcis verò θ nigrum, mortem ſignificabat, ſuiſſet Perſ. ſat. 4. Et potis es nigrum vitio præfigere θ Bud. in prior. annot. Spieg.

LITERÆ, pro inſtrumentis, documentis, monumentiſque accipiuntur, vt notat in l. ſi procur. abſentem, ff. de procur. Spieg.

LITERÆ, pro proſcriptionibus & pactis, *verſchreibung.* in l. qui mutuam, ff. mandati.

LITERÆ, licet aureæ ſint, tamen chartis membranisque cedunt l. 9. §. 1. ff. de acq. rerum dom. §. literæ, Inſt. eod.

LITERÆ laureatæ. Moris fuit apud Romanos vt quoties Imperator hoſtium exercitum deleuiſſet, aut vrbem expugnaſſet, Lauro victrice ſigno literas inuolutas ad ſenatum mitteret. Laurus enim, vt & palma victoriam ſignificat. Hinc Ouid. annot. 1. Eleg. 2.

Non ego victrices lauro redimere tabellas.

Sic etiam fasces laureati dicuntur Plinio, aureola corolla Cicer. 2. Epiſt. ad Cælium. Vide Brodæum lib. 1. Miſcell. capite 33.

LITERÆ compulſoriales, vid. Compulſoriales literæ.

LITERÆ dimiſſoriæ eo dicuntur, quod per eas cauſa ad eum iudicem, qui appellatus eſt, dimittitur. Quarum tenorem & ſententiam exemplo illuſtrat Marian. lib. 2. appellationum: Sic enim ait, poſt appellationem literæ dandæ ſunt ab eo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue Principem, ſiue quem alium: quas literas dimiſſorias ſiue apoſtolos appellant. Senſus autem literarum talis eſt: Appellaſſe puta Lucium Titium à ſententia illius, quæ inter illos dicta eſt, Gœdd. ad l. 106 n. 3 de verb. ſig.

LITERÆ naturalitatis quæ dicantur, vide Connan. lib. 9. cap. 4. num. 7.

LITERAM, R. Appius Claudius inuenit, vt pro Valeſiis Valerij eſſent, l. 2. §. & quidem, ff. de orig. iuris.

LITERARVM ſtudia quantis laudibus & præmiis apud Roman. honorata ſint, tacet innumerabilia fere exempla, hoc mihi præclarum videatur, quod in laudem Taciti Imperatoris olim acclamare ſolebant: Quis melius, quam literatus, imperat: quaſi vero hanc omnium maximam eius virtutem, ſicut certe erat, exiſtimarent. Et profecto habent bonæ literæ naturalem quandam & præpotentem in rebus mortalibus vim atque energiam, vt Cicero eas rectiſſime conſueuerit appellare, Diuinæ virtutis ſempiternas teſtes Oldend. Prat.

LITERARVM ſtudiis totuplicibus iuuatur: Primum ad cognitionem Dei, deinde ad vitam recte inſtituendam: denique ad conſeruandam omnium virtutum æternam memoriam. Ergo non abs re, optimus princeps Fredericus optimas literas ſuis priuilegiis fouere curauit, quibus ſublatis, actum fuerit de vera hominum felicitate. Old.

LITERARVM diuinitus inditam maieſtatem, nulla vnquam vis aut incuria hominum poterit abolere. Nam vnicum immortalitatis præſidium Deus optim. Max. in virtute ac bonis literis collocauit. Old.

LITERAS neſcire aliud eſt, aliud vero literarum imperitum eſſe: Ille non ingenio eſt, hic literis non inſtitutus. Iuſtinianus, §. 9. Inſtit. de excuſ. tut ſimiliter eos, qui literas neſciunt, eſſe excuſandos D. Pius reſcripſit: quamuis & imperiti literarum poſſint ad adminiſtrationem negociorum ſufficere. Modeſt. l. 6. in fin. ff. eod. Eius qui ſe neget literas ſcire, excuſatio accipi non debet: ſi modo non ſit expers negotiorum, Hotomannus.

LITERAS plane neſcire in libris noſtris dicuntur, qui neque legere ſciunt, neque ſcribere l. 3. ff. de accuſatio. l. iu. & l penult. C. de teſtam. §. ſimiliter. Inſt. de excuſ. tut. Et ita ignorantiam literarum accipimus in l. 11. §. 1. ff de inſtitut. l. 92. §. 1. de adq. hæred. l. vlt. §. ſin autem dubius C. de iure delib. Briſſon.

LITERAS antiquas in Nou. 47. cap. 2. vocat Iuſtinianus, puta C. auerſum hoc modo ad iuſtas apoſtrophi, & I. & V. hoc modo IV. pro quatuor, & π inter ſe δ complectus pro 50. Goth. in not. in d. c. 1.

LITERATOS pro peritis ſcribendi & legendi, l. vltim. Cod. de teſtam. Quanquam aliquando literatus literis multum ſignificat: quomodo literatum ſeruum pro ſtigmatico dixit Plautus, & literatum Cilicem Seneca in lib. de morte Claud. Briſſ. & vide de hac re latius Connan lib. 2. c. 6 n. 4.

LITERATVRA, literarum cognitio & ſcientia. Cum Alphonſus Aragonum Rex ille clariſſimus audiſſet, vnum aliquem ex Hiſpaniæ regibus ſolitum dicere, non decere generoſum & nobilem virum eſſe literatum: exclamaſſe fertur, vocem hanc non regis, ſed bouis eſſe. Cæſar Sigiſmundus recte literatos cenſuit præferendos iis, qui imaginibus tantum nituntur, cum literatura æquipolleat nobilitati, & hominem nobilitet, iuxta gloſſ. in verbo literas, in cap. de multa de præbend. in c. per lectis 25. diſt. in l. cotſi, ff pro ſocio, fac. lex. prouidendum, ibid. nobiliſſimos. C. de poſtul. Spieg.

LITERIS conuenti accipiuntur, qui literis ad magiſtratum, vbi conſiſtunt, factis, iudicio adeſſe monentur, vel adnotatos ſe eſſe requirendos certiorantur, l. 1. §. 1. & l. 4. ff. de requir. vel abſent. l. 8. C. quomod. & quan. iud. Paul. lib. 5. ſent. titul. 5. Briſſonius.

LITERIS, pro ſcriptis ſimpliciter Papinianus accipit, in l. qui mutuam. Digeſt. mandati. Vnde iterum diuinat interpres, literis, id eſt, pacto intelligens. Sic Cic. ad Attic. Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude eſſet perſtrictus. Quanquam & pro epiſtola, & mandato non abſurde accipi poteſt. Spieg. Prat.

LITHOTOMOS qui lapidem ſecat, vulnerarius Medicus, & lithoſtrota lapillis pauimenta atque teſſellata Ioh. Bap. in com. Sid. Apoll. ad Vnic. lib. 1.

LITIGAT, qui iudicio certat & contendit, cuique adhuc ſub Iudice lis eſt, lib. 30. ff. de liber. l. 18 ff. rem ratam haberi.

LITIGATORIS temeritas vnde deprehendatur, Bart. explicat in l. properandum §. ſin autem. C. de iud.

LITIGASSE temere videri non poteſt is, qui celebris alicuius toconſilium, licet infelici euentu, ſequutus eſt, Abb. c. calumniam, in fi. de pœn. Alciar. in l. 1. de reb. cred. Spieg.

LITIGIOSA res intelligitur, ſiue mobilis, ſiue immobilis, ſiue ſeipſam mouens, de cuius quidem dominio inter actorem, & reum mouetur quæſtio, ſiue citatione ad magiſtratus facta, ſiue precibus imperatori oblatis, & iudici inſinuatis, & per ipſum aduerſario eius, qui principem adijcit, cognitis Nou. de litigioſ. & de caut. §. 1. conſtit. 112. Vide ff. & C. de litig. Litigioſam autem rem non facit, inquit Vlpianus l. 1. ff. eod. denunciatio impediendæ venditionis cauſa fit. Prat.

LITIGIOSVS, hoc eſt, qui frequens in litibus verſatur, vel qui quauis de cauſa litem facit. Iuxta prouerbium; Litem mouebit, ſi vel alius mordeat carnem. Talis ſacris initiari prohibetur 46. diſtin. Sed & Imper. lib. 4 Inſtit. ſingulari pœna arcuit temeritatem litigantium: quam nec Ethnici bene ferre poterant. Cicer. Litigioſi vocem in orat. pro Muræna, pro Iuriſconſulti. multum verboſo vſurpat. annotante Siluio. Spieg.

LITIGIVM pendens. Iulianus. Quod ſi furioſus curatorem habeat, vel habuerit, adhuc litigio pendente, poteſt quidem præſente curatore ſententia dici l. ſed & interpellatur, ff. de recept. Spieg.

LITIGO verbum, à lite & agendo videtur: ſicut & nauigo, ab agenda naui. Sed tamen, vt nauem agere, rectum ac Latinum eſt, ita an litem agere quis dixerit, mihi non conſtat. Cæterum quin cauſam agere, rectum & elegans ſit, nemo dubitat. Nauigium quoque dicimus: Verum an litigium probe dicatur, in incerto eſt niſi quod Eraſmus noſter, & quidam alij Recentiores eo vtuntur, quamuis à Valla damnetur ceu barbarum. Certe nec Saluius Iulianus id refugit, l. ſed interpellatur, de arbitr. Plin. lib. vlt. Curt. lib. 2. ἀνέγκλητος cap. 17.

LITIS appellatio vna vulgaris, altera iuridica eſt, vtriuſque appellationis ratio à vocis origine ſumitur. Lis enim dicta eſt quaſi licet, media litera in T. mutata. Omnis enim concerta

Digitized by Google

tio omnis diſcordiæ, omne ius, de quo litis nomen profertur, ſe ad licitum & illicitum habet, tanquam effectus ad ſuam cauſam: & quemadmodum voce lis litis, S. præpoſuere, vt author eſt Alciat. ad l. 36. de verb. ſign. ſic etiam S. licet, vel vt alij volunt ſe licet, veteres pro licet, dixere. Quare id facile conceſſero, Iſidori Etymologiam ſiue notationem, qua à limite deducit & extat in c. forus, extr. de verb. ſign. à vero non nihil aberrare, nec eam Virgiliano illo quod citat, confirmari. Vulgaris ergo & prope frequentior ſignificatio ad iurgium & rixam inter duos pluresve, ſiue ad concertationem & controuerſiam atque diſcordiam refertur. Anton. Schot Theſaur. Cice. vocab. lis: Alciat. in d. l. 36. Quo ſenſu Cicero dixit. Philoſophos ætatem in litibus conſumere. Et Ouidian. ille Paris:

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Quod Iuuenalis ita expreſſit,

——— Rara adeo eſt concordia formæ

Atque pudicitiæ,

Virgil. lib. 12. Æneid.

Limes agro poſitus litem vt diſcerneret aruis.

Rurſus lib. 1. Metamorph. de creatione mundi Ouidius:

Hanc Deus & melior litem natura diremit.

Et idem lib. 2. De arte amandi:

Dos eſt vxoria, lites

Et Nonius Marcellus c. 5. de indiſcret. gener. iurgium & lis, inquit, hanc habent diſtantiam: quod iurgium lenior res eſt: ſiquidem inter beneuolos, aut propinquos diſſenſio vel concertatio iurgium dicitur: inter inimicos diſſenſio lis appellatur, M. Tullius, de repub. lib. 4. Admiror nec rerum ſolum, ſed verborum etiam elegantiam. Si iurgant, beneuolorum concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur. Et in ſequente: Iurgare igitur inter ſe vicinos lex putat, non litigare. Hoc ſignificatu accipiunt ICti, quando aiunt, iuſiurandum eſſe optimum remedium expediendarum litium, l. 1. ff. de iureiur. officiumque prætoris eſſe, lites, h. e. controuerſias minuere, l. quidam, 21. in fin. ff. de reb. cred. ſi cert. pet. Et Alphenus, ſed ſi aliqua rixa, inquit, ex litibus & contentione nata eſſet, aut aliqua vis iuris retinendi cauſa facta eſſet, & ab his rebus facinus abeſſet, &c. l. ſi cum, 20. de action. & oblig. Iuridica litis ſignificatio duplex eſt, vna quæ in d. l. 36 ff. de verbor. ſignific. proponitur, altera quæ in properandum, C. de iudiciis. Aut enim actionem ſignificat, aut inſtantiam. Actionem etiam criminalem, leg. in Senatuſconſultum, 15. §. ſi propter, ff. ad SCtum Turpil. tam perſonalem quam realem: l. vnic. Cod. de lit. conteſt. d. l. properandum, l. ſi mater, 11 §. hoc iure, ff. de iud. except. Vnde dicimus litem nobis cum aliquo eſſe, lis nulla, 3. ff. de iudic. litem edere, litem audire, litem in iuditium deducere, d. l. ſi mater, §. hoc iur. ff. de rei iudic. except. litem redimere. litis æſtimationem differre, l. 3. §. 1. ff. commnd. l. ſi propr. 20. ff. rerum amot. lite cadere: Feſtus. Eſt enim actio, & ipſum litigandi inſtrumentum, & cauſa litis, & controuerſiæ materi, l. cauſas vel lites, vbi Doctores C. de tranſact. dict. l. properandum, Cod. de iudic. pro inſtantia, ſeu iudicio, quod conſtat iudice, actore & reo, ponitur in cap. forus, to. de verb. ſign. l. rem non nouam, verb. non aliter litium primordium & §. patroni d. l. properandum, C. de iudic. & ſignificat omnem illum tractatum, qui à litis conteſtatione incipiens durat & exercetur, vſque ad ſententiam definitiuam, d. l. properandum, d. l. 2. C. Theod. ad legem Cornel. de falſ. l. vnic. C. vt intra cert. temp. crimin. quæſt. term. l. 1. l. 2. Cod. Theod. vt intra ann. quæſt. crimin. term. qui ſenſu nulla lis eſt antequam litis conteſtatio fiat. Bart. & Alciat. in ſæpe d. l. 36. l. amplius non peti, ff. rem ratam habe. l. vnum, vbi Dd. ff. de rebus cred. Alciat. Iaſon. & alij ad d. l. cauſas vel lites. Quo referendum eſt illud in l. & poſt edictum, ff. de iudic. Circumducto edicto, perempta lite, ſiue inſtantia, nihilominus durare litem, h. e. actionem vt reus conueniri poſſit. Vtramque ſignificationem expreſſit Iuſtinianus in l. properandum, C. de iudic. ne lites, inquit, pene fiant immortales: & paulo poſt: Cenſemus itaque omnes lites ſuper pecuniis non vltra triennij metas poſt litem conteſtatam eſſe protrahendas: item litem protelare: vbi pro inſtantia litem accipit, pro ipſa actione vtitur ne eadem l. properandum, § & ſiquidem verſ. Sed actor contumax cadat omnino de lite (hoc eſt actionem amittat) ſi reus abſoluatur: & paulo poſt: nullo modo iterum eandem litem (hoc eſt actionem) reſuſcitare concedimus, &c. Gœdd. in comment. ad l. litis nomen, 36. n. 3. 4. 5. de verb. ſign.

LITIS appellatio tam ciuilem quam criminalem poteſt complecti, vt bene ſentit Accurſ. Et probatur Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex del. in pr. Quanquam alibi diſcernuntur ſignificationes ciuilium & criminalium cauſarum, l. 1. de teſtib. Old.

LITIS æſtimatio, proprie rei æſtimatio, ſiue quanti quæque res eſt, quæ in controuerſiam deducta eſt. Itaque litis æſtimationem ſoluere, eſt tantum ſoluere quanti controuerſa res eſt, vel quanti actoris intereſt, l. 8. ff. de eo quod certo loco, l. vlt. ff. de cond. tritic. Si merx aliqua quæ certo die dari debebat, petita ſit: veluti vinum, oleum, frumentum, tanti litem æſtimandam. Caſſius ait, quanti fuiſſet eo die quo dari debuit. Vlpian. l. 21. ff. de euict. Si emptor hominis mota ſibi controuerſia venditorem dederit procuratorem, iſque victus litis æſtimationem ſuſtulerit, ſtipulationem duplæ non committi. Paul. l. 2. §. vlt. ff. pro emp. Si rem alicuiam emero, & quum vſucaperem, eandem rem dominus à me petierit: non interpellari vſucapionem meam litis conteſtatione, ſed ſi litis æſtimationem ſufferre maluerim, ait Iuſtinianus cauſam poſſeſſionis mutari ei, qui litis æſtimationem ſuſtulerit, Vlp. l. 3. §. 2. ff. de reb. eor. Si fundus à tutore petitus ſit pupillaris, nec reſtituatur, an litis æſtimatio oblata, alienationem pariat, Seruius Sulpit. apud Gell. lib. 4 cap. 4. ſed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, Iudex quamobrem data acceptave non eſſet vxor, quærebat, ſi nihil iuſtæ cauſæ videbatur, litem pecunia æſtimabat, quantique interfuerat eam vxorem accipi non dari, eum qui ſpoponderat aut qui ſtipulatus erat condemnabat. Hot. Vel ſic:

LITIS æſtimatio, eſt rei quæ in controuerſiam adducta eſt vna cum eo quod propter eam actoris intereſt, incertam pecuniæ ſummam redactio. Eius autem duæ ſunt partes: æſtimatur enim primum quanti res eſt, deinde quanti actoris intereſt, l. vlt. ff. de cond. tritic. Quanti autem res eſt, ſic æſtimatur, vt verum rei precium exquiratur, l. inter. 179. ff. de verb. ſign. l. §. hæc autem, ff. vi bon. rapt. l. arbitrio, ff. de dol. mal. Id autem quod intereſt, duabus conſtat rebus: nam & damni propter rei culpam, dolumve accepti, & lucri amiſſi ratio ducitur. l. 5. C. de ſentent. quæ pro eo, l. ſi commiſſa, 13. ff. rem rat. hab. l. ſi fundus 33. ff locat.

LITIS autem æſtimatio ad iudicem pertinet, qui de damnis & intereſſe actoris taxatione facta pronunciat. Prat.

LITIS conteſtatio non eſt controuerſiæ conſtitutio, ſed teſtatio actionis in iudicium ſiue litem deducendæ, l. 36. ff. de verb. ſig. l. properandum, & l. rem non nouam, §. patroni, C. de iudic. l. 1. C. de litis conteſtat. l. 2. in prin. § ſin autem adfuerit, Cod. de iureiur. pro calum. dand. Hoc eſt: Litis conteſtatio nihil aliud eſt, quam eius rei (hoc eſt actionis & cauſæ) de qua controuerſia eſt apud iudicem ex vtraque parte teſtato facta narratio d. l. vnic. C. de litis conteſt. Cuiac. obſ. 21. lib. 9. Non enim ſatis eſt aliquid ex alterutra parte negatum vel narratum eſſe, ſed neceſſe eſt vt id vtroque teſtato factum ſit, d. l. vnic. C. de lit. conteſt. cap. vnic. ext. eodem Maranot. part. 6. tit. de litis conteſt. numer. 3 4. 5. Et certe antiquæ conteſtandi litem formulæ hanc definitionem competere, non ambigitur, per ea quæ Cuiacius antiquitatis obſeruantiſſimus in d. obſeru. 21. lib. 9. ex Feſto, Plinio, Macrobio, Cicerone, Aſconio, Pædiano congeſſit. Præſenti etiam foro conuenire non dubito. Etſi enim ſolennitas illa impetrationum & formularum eſt ſublata teſtiumque conuocatio à foro receſſit: eadem tamen res in effectu durat, & teſtatio fieri eam oportet, cum animus conteſtandi litem vel ſaltem præſumptus requiratur. Mynſ. conſ. 2. nu. 6. conſ. 8. num. 2 3. 4. 5. 6. 7. Panor. ad cap. vnic. de litis conteſt. licet is exprimatur diſerte, non ſit neceſſe. Ioan. Sichard. ad d. l. vnic. nu. 5. C. de litis conteſt. Andr. Gail. obſer. 73. lib. 1. pact. obſ. Hunc animum ſubeſſe oportere, vel inde paret. olim hæc teſtatio ſiue conteſtatio palam facta, ideo requirebatur, ne viderentur inuiti & non ſua ſponte ad iudicem datum iuiſſe. Quamobrem litis conteſtatio erat quædam nouatio, l. aliam, ff. de nouat. Cuiac. d. obſeru. 21. Vt nouationem indicat, adhuc hodie litis conteſtationis proprium eſt. Gail. obſeru. 74. lib. 1. nu. 6. & ſeqq. Quare vt ſe inſtar conuentionis nouæ habeat, vt habere oportet, l. delegare, 11. ff. de nouat. l. aliam, ff. eod. l. 1. l. 2. C. de iudic. l. ſi. C. de vſur. l. conſtitutionibus, l. ſciendum, ff. de oblig & act. Dd. ad l. inter ſtipulantem, §. 1. ff. de verb. obl. animus & conſenſus aliquis requiritur, etiam à lege præſumptus. Bald. ad l. vnic. col. 1. de lit. conteſt. Nec hunc conſenſum tollit, quod hodie ſolent per interlocutoriã, iudices pronunciare, litem conteſtari oportere. Nam qui recuſat allegatis exceptionibus dilatoriis, vel litis finitæ: videtur ea conditione vti, & tacite concedere, quod ſi illæ telegantes iudici non appareant, nolit litem fugere. Nihil itaque in hac definitione contineri puto, quod cum nouo iure & d. l. vnic. & c. vnic. de litis conteſt. non conueniat. Nec ſine cauſa pro illis Cuiacij verbis, teſtibus præſentibus, repoſui Teſtato, nam vt teſtato fiat adhuc iuris eſt: vt vero teſtibus præſentibus, qui olim ſpecialiter requirebantur, hodie non eſt neceſſe: cum non apud alium, quam eundem, qui in iure cognoſcit, atque ita in publico cauſam audit, hodie litem conteſtentur: Hæc ſola ſolennitas teſtium, verborum ac formularum à foro remota; eſt reliqua iudiciorum ſarta tectaque manſerunt Gœdd. ad dict. leg. 36. n. 9. ff. de verb. ſign.

LITIS conteſtatio dicitur: cum ab actore primum, deinde à reo, negotij principalis facta narratione, iudex de cauſa cognoſcere incipit, l. 1. C. de lit. conteſt. Hot.

LITIS conteſtatio originem traxit à libertate Romana: Videlicet, ne quid per iudicia violentum introduci videretur in ciuilibus negotiis (porro crimina nullam habent libertatem

ſed omnis

Digitized by Google

ſed omnia volentibus partibus fierent, & ſolenniter ſecundum jus. Quare olim poſt adfirmationem actoris & reſponſionem rei conuenti, eo animo factam, quod vellent per judicem cognoſci ac definiri litem: conſuetum erat teſtari, hoc eſt, in teſtimonium rogare aliquos: ſicut iam nunc quoque notarij in judicijs rogare plerumque ſolent teſtes ad maiorem fidem. Inde dicta eſt litis conteſtatio, quaſi duorum aut plurium aduerſariorum teſtata ordinatio judiciaria. Sic enim dicere ſolebant: Teſtes eſtote, Scilicet, conteſtando ſe judicium accipere vtrinque. Hot. ex Old. de lit. cont. in claſſe 1.

Litis conteſtatio aliud eſt, aliud litis conſtitutio: nec veteribus litis conteſtatio fuit litis conſtitutio: Lis à Prætore conſtituitur: litis conteſtatio ab vtroque Reo: Litis conſtitutio præcedit: ſequitur litis conteſtatio. Conſtitutio litis formulam futuri judicij & quæſtionem exprimit: conteſtatio litis de formula & quæſtione data interponitur. Conſtitutio judicij eſt extremus prætoris actus quem in jure facit: conteſtatio litis eſt primus actus judicij, & quidem ille, quo ad datum judicem in judicium itur, Gœdd. in comment. ad l. 36. o. 15. de verb. ſign.

Litis conteſtatio neceſſaria eſt in judicio. Nam ratio naturalis dictat, vt nemo violenter aut tumultuarie obruatur juriſdictione, quæ ordinatio Dei eſt Rom. 13. Quare ſicut olim, certa ſcientia, & ſolenniter teſtibus adhibitis conſueuerant accipere judicium (vnde litis conteſtatio eſt:) ita & hodie diligenter obſeruari, & apud acta nominatim deſcribi debet, l. 1. C. de lit. conteſt. l. ſed etſi reſtituatur, § ex quibus autem, ff. de jud. Inde Iuriſconſ. principium judicij metiuntur ex litis conteſtatione, quæ eſt libertatis: finem vero ex ſententia, quæ facit neceſſitatem, l. vbi cœptum, ff. eod. tit. l. 1. ff. de re jud. Hot. Neceſſaria, inquam in judicio eſt litis conteſtatio, adeo, vt, ſi ſit omiſſa, judicium nullum ſit, gl. in cap dudum extr. de elect. Dd. in l. prolatam, C. de ſent. ſiquidem dicitur baſis & fundamentum judicij, c. de cauſis, de offic. de leg. c. cum cauſam, extr. de app. Et totius judicij lapis angularis, Bald. in c. 1. extr. de litis conteſt. Vult. in comm. Inſtit. ad tit. de action. in pr. n. 73.

Litura, Le § & iden. ff. de iis quæ in teſt. delent. Briſſ.

Lituraxios pro aduerſarijs dixit Auſon. 10 epiſt. Centoni nuptiali præfix. Briſſ.

Liturgus Græce dicitur, qui publice operatur, circa res ſacras præſertim. Λειτουργὸς enim miniſter publicus eſt. Cujus etiam in epiſtolis Plin. Cæcil. meminit. Qui & Lituchus non abſimili ſignificatione dici poteſt, habens curam rei ſacræ, [illegible]. Sic etiam Rabduchus, dicitur præſes curatorque athletarum, [illegible], Suida & cæteris. Alcia. in l. omnes judices, C. de cupreſſis. li. 11.

Littus ſolebat Aquilius Gallus per tranſlationem definire qua fluctus eluderet, vt Cic. 10 Topic. auctor eſt. Quint. li. 5. c. vlt. Etiam ipſi Iuriſconſulti, quorum ſummus circa verborum proprietatem labor, Litus audent eſſe dicere, qua fluctus alludit. Celſus vero litus eſſe ſcribit, quouſque maximus fluctus à mari peruenit: idque eundem Cic. primum conſtituiſſe, cum arbiter ſumptus eſſet, l. 96. ff. de verb. ſignif. Vlp. litus publicum eſſe eatenus, quatenus maximus fluctus exæſtuat, & effluit, L. 112. ff. eod. tit. Briſſ.

Lituus. De Lituo vide Macrob. lib. 6. Saturnal. cap. 8. Gel. lib. 5 cap. 8.

Livoras. Vide, Plaga.

Lixæ dicti ſunt ſerui qui victoris quæſtus gratia Exercitum ſequuntur, vt aquam deportent. Lix enim aqua dicebatur. Sunt qui deflectant à Lica qui ſecutus eſt Herculem. Io. Baptiſt. in comment. Epiſtol. Sidon. Apollin. ad Lupum. lib. 6.

Lixivium, neutro, vel Lixivia, fœmino genere, cum x, & non ſ. ſcribendum, vt Albec. & cæteri interpretes communem ſecuti errorem, protulerunt. Eſt aqua in qua lauandi gratia decoctus eſt cinis. Spieg.

L O.

Locare eſt aliquid loco ponere.

Locare eſt vtendum vel faciendum aliquid dare: Conducere eſt rem vtendam, opuſve faciendum mercede accipere: vide Budæ. in prioribus ad Digeſta annot.

Locare domum, *Das Hauß vermiethen* Eſt inhabitandas inquilino certa penſione concedere. Locare opus, *Das werck verdingen.* Dicitur qui cum fabro, artificeque, de opere aliquo efficiendo mercede præſtita paciſcitur. Locare operam, *Behulfflich ſeyn mit Arbeit* Old.

Locare ſe vt ad beſtias depugnet, l. 3. §. lege, ff. de teſtibus. Locare operas, vt cum beſtijs pugnet, l. 1. §. qui operas ff. ad SC. Tertull. Prat.

Locare Vectigal, prædium, inſulam, veſtem funebrem vel ſcenicam, aquæductum, &c. ex ff. Briſſ.

Locarii apud Martialem ſunt, qui in ſpectaculis loca populo locant. Hermes, inquit, diuitiæ locariorum Prat.

Locarium apud Varronem libr. 4. ling. Latinæ dicitur merces, quæ datur ab eo, qui locum quo conſiſteret conduxit in taberna vel in ſtabulo, adde vel in naui, vt leg. 2 §. 1. Digeſt. ad l. Rhod. Græci [illegible] vocant ad Nou. 56. Leonis Interpretes [illegible]: vide Cuiac. obſer. lib. 10. c. 1. Prat.

Locati actio ſiue actio ex locato, aut locati conducti datur locatori eiuſque heredi aduerſus conductorem eiuſve heredem, qua in primis agitur ad mercedem de qua conuenit. Secundo ad vſuras mercede poſt moram, l. 54. ff. loc. l. præſes, C. eod. Tertio ad damna conductoris culpa contracta, l. 43. eod. Paul. 2. ſentent. titul. 18. §. vltim. Quarto ſi quid factum ſit contra legem conductionis, l. 11. vlt. loc. Quinto ad id quod intereſt, ſi forte conductor ante tempus locationis finitum, rem deſerat, l. 44 § ſi domus, l. 55. §. vltim. eod. Sexto vt res reddatur non ſolum tempore locationis finito, d. l. 11. §. penult. l. ſi quis cognitionis, C. eod. Sed etiam ante tempus illud exactum aliquando forte ſi dominus probat, ſe re locata ad ſuos neceſſarios opus habere, vel ſi dominus velit domum corrigere, id eſt reficere, l. 3. C. eod. l. 3. §. cum inquilinus, ff. vti poſſid. Vel ſi conductor rem faciat deteriorem, vel ea non vtatur ita vt oporteret, d. l. 54. §. inter. Idem dicendum ſi conductor penſionibus, non pareret, d. l. 3. C. de loc. Herm. Vult. in comm. ad §. ſequens illa, 16. n. 114 Inſtit. de action.

Locatio conductio eſt contractus ex conſenſu, certa mercede faciendi aliquid vel vtendi: Ejus partes ſubſtantiales ſunt tres Conſenſus, res & precium, hæc enim vt ad perficiendam emptionem, & ad locationem requiruntur. Vlt. Inſtit. de locat. in pr. n. 4 & 8.

Locatio, eſt perſonæ vel rei ad vſum facta conceſſio, vel mercede, vel pecunia numeranda conuenta, vel vt Iſidor. lib. 15. Orig. Locatio dicitur res ad vſum data, cum definitione mercedis. Briſſ.

Locationis & Conductionis appellationibus promiſcue veteres vtebantur, l. 10. ff. de act. empt. l. 1. ff. de ſuperficiebus. Itaque ex locato conducto agere dicebant, l. 5. §. nunc videndum, ff. commodat. l. vltim. §. 2. ff. de lege Rhod. Eaque confunduntur in l. 2. §. 1. ff. eod. Euenit autem plerunque, vt idem alia atque alia ratione & locator & conductor dicatur. Vt ecce, qui inſulam ædificandam vel aliquod aliud opus faciendum in ſe recipit, conduxiſſe opus, dominus vero locaſſe dicitur, l. 22. §. cum inſulam, l. 36. l. 51 §. locationi, l. 59. ff. loc. l. 2. §. conductore. ff. de adm. tut. ad ciuit. l. 27. in fin ff. ad l. Aquil. Vice verſa artifex operas locare, dominus qui mercedem pro his præſtat, conducere dicitur, l. 22. §. 1. ff loca. l. 2. C. eod. tit. L. 37. ff. de aur. arg. Non tantum autem quotiens faciendum aliquid, ſed & quotiens vehendum datur, locatio eſt. Dominus ergo mercium vehendas merces locare l. 1. ff. de præſcript. verb. L. 2. ff. de l. Rhod. Nauicularius vero Aurigariuſve conducere dicuntur, l. 12. §. qui vinum l. 13. §. 1. l. 19. §. ſi quis mulierem, ff. loca l. vltim. ff de l. Rhod. L. 5. ff. ad exhib. Velleius Patercul. Mummius tam rudis fuit, vt capta Corintho, cum maximorum artificum profectas manibus tabulas & ſtatuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, nouas eos reddituros. Briſſ.

Locatio & conductio eſt contractus bonæ fidei, de re aliqua certa mercede vel faciunda, vel ad tempus vtenda inter quos jura ciuili licet, factus. Emptioni autem & venditioni in quibuſdam eſt ſimilis; nam vt venditor & emptor rei commercium habere debet, ſic locator & conductor: vt in emptione res certa certumque precium, ſic in locatione res opuſve certum, item certa merces exquiritur, quemadmodum conſenſum vtriuſque in emendo, ſic in conducendo certam vtriuſque voluntatem interuenire oportet: & vt illis, ſimiliter etiam hic ex bona fide omnia exiguntur, denique tanta inter vtrumque contractum ſimilitudo eſt, vt interdum internoſcī alter ab alterno non poſſit libro ſecundo Digeſt. locati vide & l. ſciendum, §. deinde, ff. de ædil. edict. Pratejus. Hotomannus.

Locati actio, locatori competit, conductori vero conducti, Inſt. de locat. & conduct.

Locationis & conductionis verba bifariam vſurpantur: in rebus vtendis, & operibus faciundis. Inquilinus qui domum vtendam accepit conductor dicitur, dominus qui dedit, Locator. Sed in opere faciundo communis vtriuſque hujus verbis vis & ſignificatio eſt, nam quatenus ſuam operam vendunt, Locatores dicuntur, vnde Locare operas vulgo dicimus, quatenus opus faciendum ſuſcipiunt, Conductores, libr. 22 §. 1. & §. cum inſulam, l. 36. l. 51. Digeſt. locat. L. 37. ff. de aur. & argent. leg. 2. Cod locat. L. 27. in fin ff. ad l. Aquil. Hinc Vlpianus in l. 1. ff. de æſtimat. ſcribit dubitatum fuiſſe, cum res æſtimata vendenda datur, vtrum ex locato eſſet actio, quaſi rem vendendam locaſſe videar, an ex conducto, quaſi operas conduxiſſem. Hinc Paulus in leg. 2. ff. ad l. Rhodiam, ita Locati & Conducti actionum appellationes permiſcet, vt nullam ſtatuere inter eas differentiam videatur. Hotomannus.

Locatio in longum aut longiſſimum tempus dicitur aliena-

rio quoniam dat jus in re, alioqui is qui locat, non cenſetur alienare, l. codicillis, §. inſtituto, ff. de legatis 2. Spieg.

Locatio perpetua. Quære, Perpetua locatio.

Locationis contractum naturalem & omnium gentium Paulus appellat in l. 1. ff. locat. idem epitheton adjicitur emptioni & venditioni in l. 1. in fin. ff. de contrab. empt. Spieg.

Locator regulariter dicitur qui precium accipit, conductor, qui dat, vt ſit locator dominus, conductor inquilinus. Sed nonnunquam etiam viceuerſa euenit, vt locator precium det, & conductor accipiat. Bod. in l. 2. ad l. Rhod. de iact. in princ. Adi Old. Claſſ. 4. actio. 9. Idem non temere monuit, idque memori mente tenendum, videlicet verti nonnunquam apud Iuriſconſultos verborum ordinem, vt locator ſit, quem tu prima fronte conductorem judicares, & contra conductor cenſeatur, qui tibi videatur locator. Nam tunc opus reſpicitur, non perſona, vt in l. dominus horreorum, §. vltim. l. ſed adde, §. illud, l ſi quis domum, §. ſi colonis, ff. locat. Quæ formula non pertinet ad l. veteres de actio. empt. & l. ſi dominus, ff. de vſufruct. Quod Bar. fefellit in l. 2. C. de loc. & conduct. Spieg.

Loci adiectio ſignificat diuerſimode diſponi, l. quidam teſtamento, ff. de legat. 1. l. Lucius, ff. de aliment. & cibarijs legatis. Prat.

Loci, ſunt argumentorum ſedes, vnde probabilia educuntur argumenta, ad id quod in controuerſia, poſitum eſt comprobandum. Cicer. in Topic. Nam locus nihil aliud eſt quam communis rei nota, cujus admonitu, quid & quomodo in quaque re probabile ſit, poteſt inueniri, vel in ipſa cauſa, vel extra cauſam, de qua quæritur. Prat.

Loci appellatio, non ad ruſtica tantum, verum ad vrbana quoque prædia pertinet, ait Vlp. in l. 60. ff. de verb. ſign.

Loci appellatio & ad areas, & ad agros & vias, itineraque porrigitur, l. 2. §. 1. Ne quid in loco publ. Briſſ.

Loci mulieris, dicuntur vterus, quem vulgo matricem vocant, & à Celſo vulua etiam nominatur: licet Plin. hanc in reliquis animalibus eſſe dicat. Spieg.

Loci ſeruator. Loci ſeruatorem exponit Ange. in Authent. ad. rit. vt nulli judicum, &c. vicarium. Nullus enim (inquit) judex poteſt in loco cujus ſibi gubernatio commiſſa eſt, committere loci conſeruatorem, id eſt, vicarium, niſi Imperator, tempore expeditionis aut neceſſitatis, ei conceſſerit. Sic Nouella Conſtit. 134. cui titulus eſt, Vt nemini judicium liceat habere loci ſeruatorem. Prouinciales magiſtratus in vniuerſum prohibet in prouincijs ſibi creditis vicarios inſtituere. An ergo legatos habere poterunt, quæri poteſt, & poſſe arbitror, qui ſcilicet proconſulibus adſint, vel ab ipſis ad res gerendas pro tempore deſtinentur. Sed non vicarios illos quos tunc temporis vſurpata conſuetudine in ſingulis ciuitatibus ob auaritiam inſtituere ſtudebant, hoc ſignificat illa conſtitutio. Nec enim legitimum & antiquum adjutorem adimere voluit præſidi prouinciæ Imperator, ſed corruptum duntaxat morem tollere, & velut inueteratum morbum ſanare: quod & ſcribit Antonius Vacca in ſuis expoſit. locorum obſcuriorum tit. 16. de offic. proconſ. & lega. Anch.

Loco plus petitur: veluti cum quis, id, quod certo loco ſibi ſtipulatus eſt alio loco petit, ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus fuerit § loco, Inſt. de Actioo.

Loco motus dicitur theſaurus, id eſt, occupatus & apprehenſus, nam quandiu eſt in eo loco vbi reconditus fuit videtur adhuc eſſe theſaurus, & vt ita dicam in naturali ſua manere libertate, ſicque nullius eſſe. Conn. li. 3. c. 4. n. 1.

Locorum varietates multæ exiſtunt: diuerſique generis loca habentur, veluti publicus, priuatus, ſacer, ſanctus, religioſus, ſeruiens, profanus, purus, opacus, ſolis plenus. Vrbanus, peregrinus, inſidioſus, certus, ſecretus, &c. Briſſ. ex ff. & Codic.

Loculi in l. 51. in fin. ff. de leg. lib. 3. l. 53 §. 1. de pecul. leg ſacculum prenniæ, & crumenam ſignificant. Briſſ.

Locuples, firmus, certuſque ad rem quamlibet. Vnde locupletem autorem dicimus, locupletem teſtem, locupletem tabellarium, & locupletem fidejuſſorem.

Locuples fidejuſſor judicio ſiſtendi cauſa, pro rei, quæ petitur, qualitate recipiendus eſt: nec ex facultatibus modo, ſed & ex conueniendi facilitate locuples æſtimatur, lib. 1. ff. in jus voc. vt eant, l. 2. & 5. §. 1. ff qui ſatiſd. cog. præterquam in neceſſarijs perſonis, in quibus quilibet fidejuſſor pro locuplete habetur, l. 3. ff. in jus vocat. vt eant. Pro locupletibus certe habentur ab arbitrio, ad eos probandos dato, approbati fidejuſſores, l. 10 ff qui ſatiſdat. cog. Prat. ex Briſſ.

Locuples hæreditas, quæ opes adfert, vel onari, vel incommoditati, ſeu vt vulgo dicunt, vexationibus conjuncta Opulenta vero dicitur, quæ his caret, l. ſi quis mihi bona, §. 2. ff. de acquir. hæred. Azo locupletem hæreditatem accipit, quæ maior eſt centum aureis, in rubr. C. de bonis libert. Spieg. Prat.

Locuples reus intelligitur, qui ſoluendo eſt, l. vlt. §. vlt. ff ſi cert. pet. l. 3. ff. de manumiſſ. l. 57. ff. de manumiſſ. teſtam. Nec vnquam rei alienæ defenſor locuples videtur, quia ſemper neceſſe habet ſatiſdare, l. 127. ff. de diuerſ. reg Briſſ.

Locuples eſt, qui ſatis & idoneè habet pro magnitudine rei quam actor reſtituendam eſſe petit, l. locuples, ff. de verb. ſignif. Alias pro eo ſumitur qui multas habet poſſeſſiones, & à loco deducitur, quaſi dicas locorum (id eſt agri ſeu poſſeſſionum) plenum, vt ſcribit Cic. in Caton. maior. & Plin. lib. 18. c. 3. & Gellius lib. 10. c. 5. Quintil. lib. 5. c 10. Nam in locorum poſſeſſionibus (ait Nonius) veterum diuitiæ erant. Antiquiſſima juris naturalis regula eſt, neminem cum alterius iactura fieri locupletiorem l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. l. jure naturæ de reg. jur. Quod ſi quis locuples fieri velit, naturæque legem contemnere, aduerſus eum jure noſtro varijs modis prouidetur: quos attingunt interpretes in l. ſi me & Titium, ff. ſi cert. pet. Spieg.

Locupletare id eſt locupletior fieri, l. 17. ff. de donat. int. vir. & vxor.

Locupletem lex Papia definijt, qui centum millia ſeſtertium poſſiderit, §. 2. de ſucceſſ. libert. Prat.

Locupletam vtique M. Craſſius negabat eſſe, niſi qui reditu annuo legionem tueri poſſet, vt refert Plin. lib. 33. c. 10. Cui Plut. & Dion. conſentiunt. Briſſ.

Locupletior generaliter dicitur is, qui non eſt pauperior factus, vt in l. in pupillo ff. de ſolut. verum non oportet ſic intelligere, cum dicitur ditari aut locupletari, ex re aliena. quod verbum variam habet interpretationem. In ſumma: Quicunque aliquid acquiſiuerit, quod bona ejus augeat, is haud dubie reputabitur factus locupletior, & tenebitur ei, ex cujus rei acquiſiuit, l. cum fundus, §. ſeruum tuum, ff. de act. empt. Vide ibi Bart. & Old. act. 2. Claſſ. 3. Spieg.

Locupletior non videtur facta vxorem pecunia ſibi à marito in vnguenta donata, etiamſi ea mox ſe mulier à creditore liberaon, ſi de ſua pecunia deinde tantundem impenderit in re mortua, l. 7 §. maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor. Cujac. 9. obſ. 30. in prin.

Locupletior videtur factus tam qui penes ſe rem habet, quam qui in corpus patrimonij quoquo modo conuertit, aut cujus in rem verſum eſt, licet malo euentu perierit, l. 18. ff. quod met. cauſ. l. 46. ff. de ſolutionibus. Locupletior vtique factus intelligitur, qui debito liberatus eſt, l. 50. ff. de donat. int. vir. l. 66. ff. de ſolutionibus, arg leg. 2. ff. de calumniatoribus. Qui vero liberum hominem acquiſiit, vel rem aliquam donauit, nec ἀντίδωρον accepit, locupletior non exiſtimatur, l. 169. §. 1. ff. de diuerſ. regul. l. 25. §. conſuluit, ff. de pet. hær. Atque hæc interpretatio locum habet in pupillis, bonæ fidei poſſeſſoribus, maritis, hæredibus, qui in quantum locupletiores facti ſunt, tenentur. Id quod eo tempore diſpiciendum eſt, quo judicium accipitur, l. 47 ff. de ſolutio. l. 34. ff. de minoribus l. 39 ff. de neg. geſt. l. 7. ff. de dona. int. vir. excepto eo quod in bonæ fidei poſſeſſore rei judicatæ tempus ſpectatur, l. 36. §. quo tempore, ff de pet. hæred. Briſſ.

Locupletiſſimus, l. 58. ff. de procurat.

Locus, vbi quid collocari poteſt, dicitur. Ejus autem metaphorice varia eſt ſignificatio, vt cum dicimus quem loco obſcuro natum, vel loco ſtatris fuiſſe: illud enim ad genus, nobilitatemque refertur, hoc vicem denotat. Ex Aleiat Spieg.

Locus, eſt fundi portio aliqua non fundus: & plerunque locum ſine villa accipimus: Cæterum & modicus locus fundus dici poteſt, ſi fundi animo eum habuerimus: Non enim magnitudo locum à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio: Nec non & fundus locus conſtitui poteſt: Nam ſi eum alij adjunxerimus fundo, locus fundo adijcietur. Vlp. in l. locos eſt 60. ff. de verb. ſign. Porro locus & latere poteſt, quia fines ſuos adhuc non habeat: ideirco determinandus diffiniendusque eſt. Fundus vero omne eſt, quod ſolo continetur. Ager, ſpecies eſt fundi: quæ ad vſum hominis comparatur. Alciatus inde quinque ped. præſc. Accipit autem locus in jure ex mente proferentis interpretationem, quandoque enim generaliter ponitur, l. fundi de verb. ſign. Qua ratione in prædijs vrbanis locus ſine ædificio dicitur Area: in ruſticis, Ager. At cum ſpecialiter reſpectu fundi locum dicimus, de portione aliqua recipimus. Ex eodem Spieg.

Locus eſt, ait Varro, lib. 4. de ling. Lat. vbi quid collocatum eſſe poteſt, vbi quicquam conſiſtit, ab eo præeo dicitur locare, quoadusque id emitur, quoad in aliquo conſiſtit precium, loquitur de redemptionibus. Hnt.

Locus non ſolum eſt id, in quo conſiſtimus, verum totus, ambitus, quod ante & poſt eſt, & quod ad dextrum & ſiniſtrum ſupra & infra eſt: neque tantum ambitus ſed totum interius, quo continemur, ſpacium: ſurſum deorſum, locique medium, vt late Philip. Agricol. Latom. in prædicamento vbi: P. Ramus & ejus commentatores lib. 1. Dialect. c. 10. vel, vt ſubtilius Iul Cæſar Scaliger ad Cardan. exer. 5. ſect 3. Locus eſt, non illa exterioris corporis ambiens ſuperficies ſed id quod intra eam ſuperficiem continetur, & vbi continuatum

vt idem

vt idem exer. 358. ſed.8. Vide Gœdd. ad d.l.locus eſt 60.n 2.de verb.ſign.

Locvs eſt duplex: Intraneus ſeu artificialis, in ipſa hærens cauſa.& artificio quodam excutiendus: vt apud Papin.in l.1.ff.de offi.eius, cui mandat. eſt juriſd. Hujus rei, inquit, fortiſſimum argumentum eſt, quod lege Iulia de vi nominatim cauetur. Extraneus, qui ex alijs rerum adminiculis ſine vlla arte ſuggerit probationem, vt ſunt, Rumor, ſeu fama, Tormentum, Tabulæ ſiue inſtrumenta ſcripturum, Iuſiurandum, Teſtes. Prat.

Locvs, in l.aut facta, ff.de pœn. pro ſua eujuſque rei quam obtinet ſede accipitur. Et iſta eſt vulgaris loci ſignificatio.

Locvs in l.4.ff.de his qui not. inf. pro officio & miniſterij patre accipitur. Briſſ.

Locvs occupatus, quondam cœpit eſſe ſolis plenus. Vide Vlp.in l.ſi arborem, ff.de ſeru vrb.præd.Spieg.

Locvs facit, vt idem vel furtum vel ſacrilegium ſit, l.16 §.locus, ff.de pœnis §.Atrox.Inſtit.de Injur.

Locvs ſacer dicitur locus conſecratus. Sacratium verò, in quo ſacra reponuntur. Conn.li.3.c.1.n.6.

Locvs in quo jus redditur.l.11.ff.de Iuſt. & Iur.l.21.§.ſi arbiter, ff.de Recept.qui arbit. Briſſ.

λογάρια Vlp. l.3.de penu.leg. Sed & chartas, inquit, ac ratiunculam; vel ad λογάρια parata, continent appellatione penuris. Videtur ea voce, vt monuit Alciat, intelligi, non codices, veraſque rationes, ſed potius quædam aduerſaria, quæ ſiunt cauſa deſcribendi, quod quotidie in victualibus expendatur, quale eſt quod Diurnum veteres dixerunt, Spieg.

Logice, appellatur ab Ariſt. diſſerendi ratio, hoc eſt diſputandi & rem dubiam argumentis probandi.

Logista is dicitur, qui reddendis rationibus præeſt. Hinc logiſtice ars ipſa computatoria, vulgo Algoriſmus dicta. Inſt in tit.de Mod.mulct. Lentatur. Curator, inquit, Reipu.qui Græco vocabulo Logiſta nuncupatur, mulctandi jus non habet. Neb.

Logistæ ſunt, qui rationales alibi dicuntur. In hoc diſtantes à logographis, quod illi libros rationum ſcribebant logiſtæ curabant. Alciat. C.de tabul ſcrib.& logog.lib.10.

Logodædalvs, verborum nundinator inanis, qui venuſtatem verborum, non ſenſuum acumen conſectatur: aut qui orationis concinnitatem potius, quam pondera ſententiarum præſtare poteſt: loquendi quidem peritus, ciuilium vero rerum ignarus. Bud.in l.jus ciuile de juſt.& jur.

Logographvs. Alciat. Co.de tabul.ſcrib.& logog li.10. logographi (inquit) dicebantur, qui libros rationum ſcribebant, vel qui (vt in differentijs Ammonjus author eſt) διαγράφουσι λόγους, id eſt, judiciaria acta. Meminit Arcad.in l.fin.§.1.Dige. de mun. & honor. Bud etiam in reliquis annot. logographi (ait) à rationibus publicis conficiendis, perſcribendiſque dicti ſunt: quanquam apud oratores hæc dictio aliter accipiatur. Idem ferme eſt, qui tabulam, qui in tabulas publicas referunt, quæ ad rempublicam pertinent. Cæterum ea vox ſignificat & oratorem verſutum: ſeu, vt Græci loquuntur λογοδαίδαλον, qui eunuchó ſe mutuo impetunt. Æſchines & Demoſt. vt ex Thoma Grammatico annotauit Poſtellus de magiſtratibus Athe.c.17.

λόγος ἀσυλίας jus aſyli in Nouell.17.128. λογοθεσία, in l.15.de excuſ. ſunt rationes. Prat.

Logos, Alb. ait, multa ſignificat, ſed parum competenter declarat. Græcis autem Logos eſt verbum, oratio, ſermo, ratio, modus, ſupputatio: nonnunquam & pro libro vſurpatur, à verbo λέγω, quod eſt dico, ſiue colligo. Vide Eraſm. in Annot. Noui Teſt. Spieg.

Lombardia. Lomburdia regio Italiæ, quæ Ciſalpina Galli vocatur. Ejus fines ſunt Apenninus & Alpes, & quicquid inter Alpes Benacúmque Mincium, continetur, cujus metropolis eſt Mediolanum. A populis, qui Lingones Germaniæ & Bardi Galliarum ſunt ſimul miſti, vnde nomen: non autem à longis barbis, vt ſolent viri docti ridere. A.Calepin. Aueb.

Longa abſentia obliuionem inducit, l.finitum, §.ſundi, ff.de vſucap.

Longa conſuetudo, velut tacita ciuium conuentio habenda eſt, teſte Hermogeniano in l.ſed & ea, de legibus. Spieg.

Longa manu traditum, Iabolenus explicat in l.pecuniam, ff. de ſolut. vt breui manu datum. Vlpia. in l.licet, ff.de jur.dot. Spieg.

Longa peregrinatio apud Vlp. de procur.in cauſis refertur, quæ non ſinunt procuratorem compelli ad ſuſcipiendum judicium. Vide l post litem, ib. Spieg.

Longe aduerbium pro valde poni Seruius notat, citátque illud Saluſtij ex bello Catilinar. Longe alia mihi mens eſt. Briſſ.

Longe latéque rem meliorem facere apud Scæuolam, l.intra, ff. de minoribus Spieg.

Longe ab inſidijs, l.ita vulneratos, §.omnes, ff.ad l.Aquil.

Longe quandoque in infinitum, l.a Diuo, § ſi poſt, ff.de re jud. quandoque longiſſime, l.apparet, ff de itin.actuq; priu. quandoque magis, aut valde, l.1.§. qui ſuperficiem, ff.de ſuperfic. Prat.

Longa latéque Vlpia, in l.ſi habitatio, de vſu & habit. Si vſus fundi, ait, ſit relictus, minus vtique eſſe, quàm vſumfructum: longe lateque diſtare, nemo dubitat. Sic ab Eraſmo citatur in Chiliad. Haloander legit, Longéque diſtare, exempta voce, Late. Spieg.

Longe magis, l.Frater à fratre, ff.de cond.indeb.

Longe minus, l.qui pignoris ff.de acquir.poſſeſſ.

Longinquæ excurſiones, l.13.§.vlt.ff.de alim.vel cibar.

Longinquitas ſoli l.1.ff. de dam.infec.temporis, l.vlt. Co.de longi temp.præſcrip.

Longinquo abfuturus, apud Vlpia.in l.vel ſi longinquo, ff.de procur.

Longinquo abſens ſeruus legatus requirendus, l.cum ſeruus, de leg.1.

Longissimvm tempus eſt 30. vel 40.ann. C.de long.tem. præſcript.

Longvm ſilentium, i.quinquennium, l.non tenetur, §.præſcripto, poſt prin.ff.ne de ſtatu defunct.

Longvm tempus, decennij inter præſentes, vicennij inter abſentes ſpatium comprehendit, auctore Paul.lib.5 Sent.titu.2. & tit.5. Et Iuſtinian. Inſt. de vſucap. in princ. Et ita Longum tempus & Longam poſſeſſionem in Pandectis accipere oportet. In quibus hæc verba vſucapioni tributa ex Triboniani adiectione legimus: qui poſt vſucapionem à Iuſtiniano transformatam quod Iureconſulti biennio capere dixerant, id ipſe longo tempore vel longa poſſeſſione capere dixit, vt Pandectis cum Codice conueniret, l.2.§. cum Stichum, l.4. pro empto, l 76 in fine, ff de contrahend. emption. l.3.l.11. in fin ff.de diuerſ.& temp.l. 15. In fin.ff. de condict. indeb. l.13.§. idem Iulian.ff.de jurejur.l 10.ff.ſi ſeruit.vind.l.15, ff.de damn. infect l 3.§. vltim.ff.de acquir.poſſeſſ.l.17.& l.33.§ ſi dominus ff.de vſuca.l.7.& l.10.C.de pet.hæred.l.1 C.de ſein. Briſſ.

Longvm eſſet dicere, inquit Cic.id eſt, ſuperfluum. Conn. lib.8. c.6.n.8.

Longissimvm vero tempus 30.vel 40.annor.eſt, tit. de longi temp.præſcr. Briſſ.

Lolivm herbæ genus, alio nomine aizania dicitur, vt etiam declarauit gloſſator, in cle.dudum.in dic.zizaniæ, de ſepultu. & D.Ambroſ. in Hexaem. Lolium, inquit, & reliqua adulterina ſemina quæ frugibus ſæpe miſcentur, zizania nuncupari Euangelij lectione cognouimus, ſed ea proprium quoddam genus habent, cum ex tritici ſemine in aliud genus ſeminis decolera mutatione tranſlata degenerem traxere naturam. Hnt.

Eſſet ador, loliúmque meliora relinquens.

Proinde corrigenda ſunt verba Celſi apud Vlp. in l.ſi ſeruus ſeruum §.inquit lex, ff.ad l Aquil. dum quærit: Si lolium, aut auenam in ſegetem alienam miſceris. Corra.

Lolivm inter frugum peſtes apertè ponit Plin. lib.22.c. vlt.lib 18 c 1. Lolium, vt & tribulos & carduos inter frugum morbos numerandum cenſet. Briſſ.

Λωποδύται, Vlpiano ſunt atrociores fures, in l.1. de effrac. quam dictionem Græcam Nor.text. habet: & eo modo reponendam, Alc. firmat in Parerg.cum alij aliter, vt ait, conjectura inani commiſcerentur. Spieg. Erant autem indumentorum ſuppilatores.

Loqvelæ vocabulum: tametſi id inter obſoleta habendum exiſtimetur, propriè non eſt accipiendum (teſte Inſulano) pro ſingulari aliquo, ac veluti patrio aut gentilitio more loquendi, ſicuti Barbari ſolent dicere loquelam Germanicam, aut Gallicam: quin potius, eſt ſeries aliqua verborum. Ita Maro, Funditque has ore loquelas. Spieg.

Loqvi propriè hi dicuntur, qui cum quodam judicio voces proferunt, atque ideo ſingula ordine collocant, autore Varrone: cui accedit l.5 de reg.jur. l.2.& 6.ff.rem pupill.ſal. for. Gœdd. ad l.217.in pr.num 5.ff.de verb.ſign.

Loqvi & Fari diuerſa facit Varro, lib 5. de ling. Lat. his verbis, Loqui ab loco dictum, quod qui primo dicitur Fari, & vocabula, & reliqua verba dicit ante, quam ſuo quidque loco dicere poteſt. Hunc Chryſippus negat loqui. Quare vt imago hominis, non ſit homo, ſic in coruis, cornicibus, pueris primitus incipientibus fari verba, non eſſe verba, quod non loquantur. Igitur is loquitur qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit. Briſſ.

Loqvi quando quis dicitur, vide l.Labeo, ſub fin.ff.de ſupel.leg. & ſupra, Fari.

Loqvitvr res ipſa, hoc eſt, apertiſſima eſt, & ſermone non eget.

Loricatio, tectorium eſt, parieti modum in loricæ inductum: idem ferè quod incruſtatio. Paulo de verborum ſignif. l.impenſæ. Incruſtatio, inquit, loricationes, & picturæ. Hanc legem explicans Alciat. Loricationes, ait, ſunt ſuperficies integendi cauſa: quæ ad pauimenta maximè pertinent, ſiúntque ex calce & arena. Eſt & Lorica, quæ vallis caſtrorum

vel podijs opponebantur, alio ſignificatu. Varro libro 1. de re ruſtic. cap. 57. Parietes & ſolum opere tectorio marmoreo loricandi, ſi minus ex argilla, id eſt, tegendi, incruſtandi. Pratejus.

Loricas Vitruuius vocat. l.7.c. tectoria, corium incruſtationes & coronarum proſecturam, quæ fieri ſolet in parietibus, vt ab aqua pluuia defendantur, Idem Vitru. li.2.8. Cum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à ventis deiectæ, qui poſſit ex imbribus aqua perpluere, non patietur Lorica teſtacea lędi lateres: Sed proiectura coronarum reijciet extra perpendiculum ſtillas, & ea ratione ſeruauerit integras lateritiorum parietum ſtructuras: vnde Loricare, ſupertegere, Quo verbo vſus eſt Plin. de Ichneumone loquens li. 8.c. 44. Loricula autem apud Vegetium li.4. rei militaris, ſignificat id munimentum, quod vrbium obſeſſores vltra iactum teli ædificant foſſa, vallo, ludibus & turriculis inſtructa, vt erumpentibus è ciuitate poſſint obſiſtere. D. Hieronymus aduerſus Pelagianos li.1. Deut c.22. Loriculam vertit murulum, qui in circuitu tectorum fit: ne quis in praeceps labatur. Quod interpretes ſeptuaginta στεφάνην dixerunt. Brech. l. impenſæ, §. voluptariæ, ff. de verbor. & rer. ſign &c.

L V.

Lubricum, ſecundum Grammaticos dicitur, quod labitur, dum teneri creditur: vt piſcis, ſerpens, tranſlatè: Lubricum linguæ, quod incautè excidit verbum, interpretantur: quod in periculum trahendum non eſſe, etiamſi ad maieſtatem pertineat, Modeſt. ait l. famoſi, ad l. Iul. maieſt. Spieg.

Lubricum pro loco lubrico: l.7.§. ſed ſi quis plus, ff. ad l. Aquil. Si negligentius per Lubricum tranſierit.

Lubricum ætatis, i. leuitas, mobilitas, inconſiderata ratio temeritas. Vlp. l. 11.§.4 ff. de minoribus. Neque, n. ætatis lubrico captus eſt adeundo locupletem hæreditatem. Hot.

Lubricum adoleſcentiæ, conſilij tutelæ Briſſ. ex ff.

Luceres vnde Author, de viris illuſtrib. à Lucomone Thuſco, qui Romulo aduerſus Tatium Sabinorum regem pugnanti auxilium tuliſſe fertur. Luceres appellatos putat. Sed Feſtus ait, quoſdam fuiſſe, qui non tam à Lucomone, quàm à Luco, in quo vrbs Roma, aut prima ejus pars aſylum fuit conditum, dictos exiſtiment. In qua ſententia etiam eſt Prædianus, qui Luceres à Loco aſyli dictos ſcribit. Coniecti enim erant in hanc centuriam Thuſci. Latini & reliqui omnes, qui ad aſylum confugerant, vt etiam præter Pædianum, Plutarchus teſtatur. Sunt præterea qui à Lucero Ardeæ rege Luceres dictos putent. Quod verò Liuius Lucerum nominis & originis incertam eſſe cauſam putet, id Sigonius ita accipiendum arbitratur: non quod nullam ipſe tenuerit, ſed quod incertam eam diuerſos feciſſe autores exiſtimarit & c.

Lucrari eſt lucrum facere, l.15. ff. Rem ratam haberi.

Lucratiua cauſa appellatur ex qua accipienti nihil abeſt, veluti donationis vel legati, l.82.§. fundus, ff. de leg. li. 1. l. 5. ff. de vſucap. l. 12. §. ſi fundum ff. de act. emp. l. 4. § ſi quis autem, ff. de doli excep. l. 81 §. ſi rem, ff de verb. obliga. l. 3. § 1. ff. de Publicis. l. 4 in fi. ff de manumiſſio. l 32. in fi. ff. de capti. & §. ſi res aliena. Inſt. de legat. Paul lib. 4, Sent. tit. 1. Iuſtinianus plene in l. vnic. de lucrat. deſcripto li. 10. C. Ex promiſſione plane dotis lucratiua cauſa non eſt, ſed quodammodo creditor aut emptor intelligitur, qui dotem petit, l. 19. n. de oblig. & actio. Briſſ.

Lucratiua poſſeſſio, quam quis ex Lucratiua cauſa nactus eſt l. 2. ff ſi quis om. cauſa teſt. Briſſ.

Lucratiui tituli ſunt hæreditas, legatum, fideicommiſſum, donatio cauſa mortis, donatio inter viuos, dos, donatio propter nuptias: non autem emptio, nec permutatio: vide Cuiac. ad l. vnic. C. de imponen. lucrat. deſcr. Gotb. ad l. 22. C. de ſacr. eccleſ.

Lucrifacere injuriam, eſt Bud. teſte injuriam impune committere, & pœnam non luere. Spieg.

Lucrifacere dotem, ſeruum ſuperficiem, Briſſ ex ff.

Lucroſum, fructuoſum, quæſtuoſum, vtile, Cajus in l. obligari. 9 § 2. ff. de aucto. tut. Hæreditatem adire pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt, quamuis lucroſa ſit. Idem l ſi quis, 17. ff. ſi quis omiſſa. Liberum cuique eſſe debet etiam lucroſam hæreditatem omittere. Got.

Lucrum à luendo dicitur, inquit Varro li. 4. ling. Lat. ſi amplius ex eo luerit emptor quam quanti res eſſet. Lucrum autem ex circumſtantijs variè accipi conſtat ex ijs quæ refert Aleiat. l. continuus, § cum ita, n. 17. 18. de verbo. ob. primo ſi ad tempus præſens referatur probatio: cum variatione temporum variatur rerum conditio. Secundo cum non de communi æſtimatione tractaretur, ſed de eo caſu, in quo ad id, quod particulariter intereſt, haberetur reſpectus. Prat.

Lucrum, eſt nomen generale, l. coiri, l. ſeq. ff. pro ſocio. Nam generaliter lucrum accipitur, pro omni acceſſione gratuita vel onetoſa, l. actionum genera §. actionem autem, ff. de obligationibus & actionibus, l. ſi cum dotem, § ſi paret, ff ſol. ma. Old. Maxime autem id lucrum eſſe intelligitur, quod omni damno deducto ſupereſt, l. Mutius, ff. pro ſoc. Donellus de fructibus circa finem.

Lucrum, ait Goth. ad l. 13. ff. rem rat. haberi, eſt compendium quod quæri potuit, neque eſt adquiſitum.

Lucrum non intelligitur niſi omni damno deducto, neq; damnum, niſi omni lucro deducto, lo. 3. ff. pro ſocio.

Lucrum amplecti qui velit, onus autem ferre recuſat, ferendus non eſt, l. 1. §. pro ſecundo, C. de caduc. tollen. Spieg.

Lucrum ceſſans, appellatione damni recte venire, Alciatus putat: quod tamen ſubſiſtere non poteſt, niſi latiſſime acceperis damni ſignificationem. Siquidem in damni definitione lucrum ceſſans non comprehenditur. Sic enim Vlp. in l. Proculus, ff. de dam. infect. Longe intereſt, inquit, an quis ex alicuo facto damnum patiatur an lucrum, quod adhuc faciebat, vti prohibeatur. Lucrum ceſſans poſt moram, hoc eſt, cum debitor non ſoluit conſtituto die, cadit in rationem damni emergentis poſt moram. Nam & hoc eſt, non ſoluere conſtituto die. Spieg.

Lucrum facere dicitur, qui honeſtis rationib. acquirit, l. cura, §. deficientem, ff. de mun. & hon. Quæ vero lucra honeſta ſint, refert Spec. tit. de cler. conuen. Spieg.

Luctatores qui luctando certabant, alio nomine paleſtritæ, Cortaſ. li. 4 Maſcel. c. 14.

Lucubratio, i. ſtudium Iuſtin. Inſtit. de legatis. Noſtra autem conſtitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, &c. Proprie autem eſt lucubratio, ſtudium nocturnum, non ſolum circa literas, ſed etiam alias res. Vide Cataneum comment. 3. Qui per g ſcribunt, quaſi à lugubre deductum ſit vocabulum plane errant. Spieg.

Luctus Connano li. 8. c. 7. n. 8. dicitur ſqualor ille & mœror qui ex communi calamitate, aut triſti aliquo amicorum caſu non obſcure ſuſcipitur. Valla definit luctum eſſe mœrorem qui exterius proditur, vultu ipſo atque aſpectu.

Luctus judicia in l. 15 §. hæc autem ff. de injur. hæc ponuntur: vt ſi lugubri & ſqualida veſte vtatur, & eo habitu ſequatur nos aſſidue, vt apud Senec. proponitur 30. controu lib 6. vel ſi publice lugeat conditionem noſtram, qui rei judicio delati ſimus, quo genere quodam modo teſtatur vere nos eo crimine teneri. Item ſi demittat barbam, ſubmittat ve capillos, id eſt, ſi non tondeat: quod etiam luctus & mœroris fuiſſe ſignum idem Seneca eodem loco declarat. Barba, inquit, demiſſa ſordidatus ad vos veni. Et Sueto. in Auguſt. Adeo conſternatum ferunt, vt barba capilloque ſubmiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans, Quintili Vare, redde legiones, diemque cladis, quæ damnis mœſtum ac lugubrem habuerat memorans, Cuiac. 6. obſ. 5.

Luctus, ægritudo ex ejus qui charus fuerit, interitu acerbo autor Cicero Tuſcul. 4. Vſurpatur tamen etiam extra lethalem caſum. Lex civilis notat infamia nubentem intra tempus luctus, auferreque ei omnia lucra nuptialia, l. 1. & 2. C. de ſecund. nuptijs. Viri vero non lugent vxores, l. vxores, ff. de nuptijs, Spieg.

Lucus dicitur, quod non luceat, non quod ſint ibi lumina cauſa religionis, vt quidam volunt, quos Old. ſequitur & Conn. lib. 7. c. 7. n. 4. Semper tamen ſequitur lucum conſecratio, etiam in ſacris literis: vt teſtatur Nebriſſ. Haud ſcio, an nemus tantum publicum ſignificet. Paulus in l id quod poſt empt. de per. & comm. rei vend. Veluti, ait, viæ publicæ, limites luci, qui fundum tangunt Spieg.

Luci ſyluæ erant in conſpectu villæ ſundique intæduæ dijs conſecratæ, quas ferro temerare nefas erat. Plin. de arboribus. Hæc fuere numinum templa priſcoque ritu ſignificat rura: etiamnum Deo præcellentem arborem dicant, nec magis auro fulgentia atque ebore ſimulachra, quam lucos, & in ijs ſilentia ipſa adoramus. erant enim in vrbe luci, non tantum in agris, &c.

Lucumonas principes olim vocabantur Hetruſcorum populi, quorum duodecim ſunt.

Ludere Pila. l. 11. & l. 52. §. vltim ff. ad legem Aquil. Ludere Aleam, l. 26. ff. de Injurijs. Aleæ ludendæ cauſa, l. 1. ff. de Aleator. Briſſ.

Ludibrio non debent eſſe leges. h. e. irrideri ab aliquo, vel vane haberi. Co. de bon. quæ lib. l. fin. §. ibi autem. Sic nec decreta Prætorium, l ſi prætor. ff. de judic. Alberic.

Ludibrio habere filium vel ſeruum, l. 26. ff. de Injurijs, Briſſ.

Ludicra ars, quæ ludi gratia fit, vt ſcientia & hiſtrionica. Poſſidonius, autore Seneca, quatuor ait eſſe genera artium. Nam ſunt vulgares: quæ & ſordidæ vocantur, ſunt ludicræ, ſunt pueriles, ſunt liberales. Ludicræ ſunt, quæ ad voluptatem oculorum: auriumque tendunt, qualis ſcenica, & hiſtrionica noſtro jure infames, l. qui autem, l. athletas, de his qui not. infam. Spieg.

Ludificatio, apud Impp. in l. cum de C. de pact. int empt. & vend. pro ſtriuola dilatione, *Gefarlichen vmbzug*. Et ideo (inquientes) aditus competens judex, fundum, cujus mentionem facis, reſtitui tibi cum fructibus ſuis, ſine vlla ludificatione,

Digitized by Google

tione ſua auctoritate perficiet. Spieg.

Lvdvs, Omnem ſcholam ludum dixere Romani: & magiſtri ludi dicuntur, qui primas litteras docent. Autor eſt Aſcenſius Martia.

Quid tibi nobiſcum eſt ludi ſcelerate magiſter.

& per tranſlationem Terent. in Hecyra. In eodem mihi omnes videmur ludo doctæ ad malitiam & ei ludo, ſi vllus eſt ludus, magiſtram hanc eſſe ſatis certo ſcio. Vlp. de var. & extra.cog l.1 Ludi literarij magiſter,&c.

Lvdorvm ſpecies, quibus veteres Romani vſi ſunt, vide apud Alex. Neap. lib. Genial. dierum 5.cap. 51.ad longum,& lib. 5. cap. 8.

Lvdvs aleæ. Vide ſupra, Aleatores. Quum inhoneſtum cenſeant leges immodicum ludi abuſum, ex eo patet: quod cum regulariter omnibus actionibus perſonalibus præſcribatur 30. annis, in hoc caſu repetitio extenditur ad annum 50. l. ſicut. C.de preſcript.30.ann. Repeti autem poſſunt, quæ in ludo vltra aureum perduntur, l. vlt. C.de relig. & ſumpt.fun. Spieg.

Lvdvs aleæ inſanus eſt, ait Goth. ad l.14. §.1. C. de epiſcop. aud. io quo & manus & oculi & aures hominum polluuntur.

Lvdvs noxios, vel potius luſus, vt Not. tex. habet, quod ob noxam, hoc eſt, culpam puniatur. Vnde & Iuriſconſ. familiariter in culpa eſſe dicitur, l.nam nudus, ff.ad l. Aquil. Et Iuſtin. in proœmio, ff. non procul à fine: Quis ludos, inquit, appellet eos, ex quibus crimina oriuntur? Scimus placitis feudalibus ſancitum, ſi vaſallus cum domini vxore turpiter luſerit, eum feudo priuandum. Qua de re eleganter diſſerit Baro à Tautenberg. Spieg.

Lvdvs, pœnæ genus mediocre numeratur à Paulo lib. Sent. 5. c. 17. Duplex autem fuit: Venatorius & Gladiatorius; In vtrunque damnati ſerui pœnæ efficiuntur. Venatorius erat, cum ludicra beſtiarum venatio exhiberetur; qua pœna iuniores affici ſolere, ſcribit Vlp. in l aut damnum, 8 §.9 & 10. ff.de pœn. Gladiatorius autem fuit, cum ſerui inter ſe populo inſpectante pugnarent; quæ pœna à Conſtantino ſublata eſt, l.1 C.de gladiat. Paulus loco præcitato damnatos in gladiatorium ait eſſe intra annum conſumendos. Hujus etiam meminit, l.1.C. Th. ad l. Falcid. Iſidor. lib. 18 Etymol. cap. 52. Tertul. lib. de ſpectac. Etiam qui damnantur in ludum, quale eſt, vt leuiore delicti in homicidias emendatione proficiant.

Lvdvm iocumque intelligit Liu. lib. 28. rem abiectam ac parui precij, quæ merito contemni ludibrioque haberi poſſit. Phraſis Latinis auctoribus vſitata, ſicuti Græcis γέλως καὶ φλυαρία De quo loquendi modo Petrus Victorius lib. 6. Variar. lect. cap.19.

Lvdorvm variæ ſunt differentiæ Sunt enim quidam Circenſes: quidam Palatini? Quidam ſcenici? Quidam Apollinares? ſeculares, gladiatorij, Venatorij,&c. Briſſ.

Lvdi Circenſes (de quibus mentio fit in l.15.§.equitij, ff.de vſu & habit. l.1. ff de mun. & hon. l. 155. ff.de legat. primo ijdem erant, qui & Magni dicebantur: quod (vt ſcribit Pedianus) magnis impenſis dati ſunt. Inſtituti autem ſunt à Tarquinio Priſco, & propterea Circenſes dicti ſunt, quod primi in circo, qui maximus dictus eſt, dati ſunt. Solennes deinde annui manſerunt: & Ioui, Iunoni, ac Mineruæ ab ædilibus curabantur, vt patet ex lib.1. T. Liuij & Verrina 7 Prat.

Lvdi Palatini, apud Suetonium in Caligula: cum placuiſſet Palatinis ludis ſpectaculo egreſſum meridie aggredi. Sunt autem ludi, qui in Palatio fiebant in honorem Cæſaris, qui primus Romæ imperauit, vt à Ioſepho ſcribitur lib. 19. tum tamen, vel idem ſcribit, cum occiſus eſſet Caligula, in honorem Auguſti celebrabantur Prat.

Lvdi ſeculares à ſeculo, quod eſt ſpacium vitæ humanæ longiſſimum, dicti, ſingulis centum annis celebrabantur. In quibus triduum, & trinoctium ſacris intus populus operabatur ad aras Iouis & Apollinis, quibus mactabatur candidus taurus, & hinc canebatur carmen, à pueris ac puellis matrimis patrimiſque: Deinde Iunonis, cui iuuenca itidem candida & hæc quidem interdiu, noctu vero Dianæ, Proſerpinæ, Terræ & Parcarum, quibus furuiæ hoſtiæ, luminaque accendebantur. Porro præco cum ad hos ludos conuocabat, ad eos, vti ludos venirent, dicebant, quos nemo ipſorum antea ſpectaſſet, nemo eſſet poſtmodum ſpectaturus. Primus hos ludos fecit Publicola, Anno ab vrbe condita 244. Secundi facti ſunt ab vrbe condita 502. B. Claudio Polchro L. Iunio Bruto Coſſ. vndecimo anno, primi belli Punici. Tertij, primo anno tertij belli Punici, M. Manlio, M. Cenſorino, Coſſ. Quarti non expectato iuſto tempore L. Æmilio Lepido, L. Oreſte Coſſ. Quintos Auguſtus & Agrippa fecerunt Furnio & Syllano Coſſ. reductos ad æquum tempus, in quibus cantatum eſt in Capitolio à virginibus pueriſque carmen Horatianum, quod ſeculare inſcribitur. Sextos Claudius Cæſar anticipatos ſe 3. & L. Vitellio principis patre 3 Coſſ. Septimos Domitianus veriore computatione ſe 14. & L. Minutio Ruffo. Coſſ. Hoto.

Lvdi Romani magni. Erat autem is ludus, vt equi & muli juncti & ſoluti, in circo maximo, magno ſpectantium ſtudio currerent. Indicta vero fuiſſe conſualia finitimis populis à Romulo anno Imperij quarto Dionyſius Halicarnaſſeus tradit, euſque etiam ſua ætate ludos fieri ſolitos dicit: Lucius Tarquinius annuos eos fecit, qui ijdem & magni, & Romani vocantur. De qua re Terentius Varro lib. 5. de ling. Lat. Alex. ab Alexan. lib. 5.cap. 26 Bondus lib 2. Romæ triumph. Volaterranus li. 59 cap.11. Ouid. lib. 3. Faſtorum. Notandum tamen pleroſque eſſe, qui dum dijs Laribus Romani ludos celebrarint Romulum Sabinas rapuiſſe dicant. Inter ludos vero, qui plurimi Romæ fuerunt ſpectatiſſimi fuerunt Romani, à regibus primum inſtituti, Ioui, Iunoni & Mineruæ celebres. Nam ſingulis dijs, ſinguli dicati ludi erant, quos ad placanda numina cura ſacrificijs, cumque cantu & tibia celebrabant, prætoris edicto id decernente. Tarquinius igitur Priſcus cum ludos magnos opulentius, inſtructiuſque inſtituiſſet, quam priores fuiſſent, Magni dicti ſunt, in eos enim ducenta millia nummûm impenſa ſunt. Vnde deinde quoque poſt pugnam ad Thraſymenum celebrati ſunt ludi Magni, æris 333. millibus, bobus albis 400. multiſque alijs hoſtijs, & diuitijs, in quorum celebritate, præcipua per ſingula puluinaria mittebantur munera. Verum de Romanorum ludis & ſpectaculis. Plin, lib.7. c.66. li. 36. c.15. &c.

Lvdi Scenici quibus Scenici agones exercebantur, qui & Muſici agones dicebantur, & Dionyſiaci, quaſi Libero patri dicati. Quare & homines ſcenici vno verbo à Græcis Dionyſiaci artifices dicuntur, auctore Ariſtotele & Gellio libr. 20 prout annotat Budæus in l. Athletas, ff. de his qui not. infam. Ludi vero publici apud Romanos, circo & cauea diuidebantur. Circo curricula circenſia, & pugillatio, luctatioque continebantur. Cauea theatralia & ſcenica ludicra: cauea enim dicebatur ea theatri pars, vnde populus ſpectat. De Ludorum Scenicorum vero origine Cælius lib 8.c.7. lectio, antiq. & c.8. lib. ejuſdem, vbi tradit ſcenicos dici à ſcæua, id eſt, centurio, à ruſticis inumbrationis cauſa excitari ſolitos.

Lvdiones. Ludij, inquit Dionyſius Halicarnaſſeus adoleſcentes erant tunicula ſinuata inſignes, galeati & enſiferi, peltatique. qui omnibus Circenſibus & Theatralibus pompis in verſum incedebant, ipſius velut pompæ duces, ſalus ſimiles: Ludij ex eo vocati, quod à ludis hoc genus Ludicri inuentum videretur Turneb. lib.6. aduerſar. lib. 19. c. 10.

Lvdi Apollinares. Ex vaticinio Marcij vatis, carmineque Sibyllino, cum repentino hoſtis aduentu, plebs ad arma concitata, hoſti occurreret, & nubes ſagittarum in aduerſos viſa feriret, hoſtes fugarit. Vnde Macrobius exiſtimat victoriæ, non peſtilentiæ cauſa ludos inſtitutos. Hi vero prius incerto tempore celebrati fuerunt poſt à Licinio Vato prætore lege lata. IV Nonas Quintilis celebrati, boue aurato, capris duabus albis auratis. Seruius in 6. Æneid. Feſtus hos ludos laureatum populum ſpectaſſe ſcribit, ſtipe data pro cuiuſque copia.

Lvdovicvs Romanus Iuriſconſultus nobilis, nomen habuit Pontani: ſed quia Senis jus ciuile profeſſus Romam commigrarat, cognomen ex eo deportauit. Baſileæ mortuus eſt, cum eo publicè ad comitia Eccleſiaſtica veniſſet, anno 1439. Æneas Syluius eum tanta memoria fuiſſe tradidit, vt nulli veterum ceſſiſſe putetur: quippe qui memor eſſet omnium, quæ ipſe vnquam aut legiſſet, aut audiuiſſet, nec oblitus eſſet eorum aliquid quæ vnquam vidiſſet. Prat.

Lvere, vt ait Appellus, nihil eſt aliud quam ſoluere, à Græco verbo λύω. Virg. 1 lib. Æneid.

Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.

Lvere tamen legiſlatori hoc tantum ſignificat, cum hæres jus pignoris ſoluit ejus rei, quæ alicui legata eſt. Imper. §. ſed etſi rem ſuam Inſtit. de legat. Sed etſi rem obligatam creditori aliquis legauerit, neceſſe habet hæres eam luere: ſi tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expreſſerit, non debet hæres eam luere. Sic l 6. C. de fideicommiſſ. l. 55. ff.de pignor. action. l.7.§ inter, ff. common. diuid l 52. §.1 ff. de action. empt. Eſt & luere, precium redemptionis redemptori afferre. Vlpian. l. qui ſtatus, ff.de re milit. Qui ſtatus controuerſiam patiuntur, licet reuera liberi ſint, non debent per id tempus militiæ dare, &c. ſed nec qui ab hoſtibus redempti ſunt, priuſquam ſe luant. Prat.

Lvere aliàs puniri ſignificat. Hinc luere pœnas quod & dare pœnas dicitur, ferre ſupplicium eſt. Hinc illud: ære luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras. Seruius autem in lib. Æneid. decimo lui pœna, inquit, ſed melius lui peccatum dicitur, nam peccatum ſoluitur pœna: qui enim crimine tenetur obnoxius, pœna eum liberat à priſtiſſima obligatione Contra luo pœnam ſi dixeris, non procedit, quare pœna ſoluatur: tamen auctoritas iſta licenter confundit more, quo ſolet poni, vel à ſequenti quod præcedit, vel à præcedenti quod ſequitur.

Lvere etiam purgare eſt, & abluere. Cicer. Verrin. 3. Verreſne tibi tanti fuit, vt ejus libidinem hominum innocentum ſang.

Digitized by Google

guine ſui velles? Hinc Lue dea apud veteres quæ præerat luſtrationibus & luſtris Liuius li.8. Armorum vis magna inter cæſa corpora hoſtium, tum in caſtris inuenta eſt. Ea Luæ matri dare ſe conſul dixit. Prat.

Lvitio, nexus ſolutio l.2. §. ſi filius, ff. de ſuis & l. Si e l ſi patre, ff. de captiu. & poſtlim. Si patre redempto & ante luitionem defuncto, filius poſt mortem ejus redemptionis quantitatem offerat, dicendum eſt, ſuum ei poſſe hæredem exiſtere. Sic & Paulus lib. 4. Sent. tit. 6. Si res obligata creditori, cujus cauſam teſtator non ignorat, per damnationem legata ſit, Luitio ad hæredis ſollicitudinem ſpectat. in quibuſdam tamen exemplaribus ſolutio legitur. Hinc lib. 8. cod. tit. de Luitione pignoris, id eſt, liberatione. Prat.

Lvi etiam dicuntur, qui alterius pecunia ab hoſtib. redempti ab eo ſe liberant: quia nexu quodam pignoris pro ea pecunia tenentur, l. 15. ff. de captiu. l. 8. ff. de re milit. Qui etiam capite vel alio ſupplicio crimina luere dicuntur, id eſt, puniri, l. 16. §. locus, ff. de pœn. Luere pœnam, l. 29. ff. ad l. Cornel. de falſ.

Lvitio pignoris Rubr. de luitione pign. C.

Lvgdvnensis colonia, quæ Lugdunum cognominatur ciuitas eſt nobiliſſima Heduorum in Gallia Lugdunenſi ab ipſa cognominata. Meminit Iuriſconſ. in l. 8. in pr. ff. de cenſibus. Nebriſſ.

Lvgere, hoc eſt, in luctu eſſe. Marcellus, ff. de relig. Minime inquit maiores lugendum putauerunt eum, qui ad patriam delendam, & parentes & liberos interficiendos venit, &c. Mos erat Romanorum, vt mortuos maritos, vxores omni auro purpuraque poſita, annum lugerent, eumque annum viduæ manerent. Quum annus decem menſium erat, decem menſes lugebatur. Poſt annum licebat ijs iterum nubere. Quæ vno autem contentæ erant patrimonio, corona pudicitiæ honorabantur. Vide Val. Max. lib. 2. Tit. de Inſtit. antiquis. Sed hodie jure Codicis hoc correctum eſt in l. Decreto, C. eod. tit. Ius vero pontificium abſoluit mulierem à legali pœna, ſi intra annum nupſerit cap. penult. & cap. fin. de ſecund. nupt. Spieg.

Lvgvbria in l. 8. ff. de ijs qui not. infam. pro veſte lugubri, & cæteris luctus inſignibus. Sic l. 15. C. ex quib. cauſ. infam irrog. l. 15. § generaliter, ff. de injur. Paulus l. b. 1. ſent. tit. vlt. Prat. Briſſ.

Lvgvbria ſumere. Oppo. Deponere lugubria, *Das leidkleidan thun*, *Das leidkleid hinvveg thun*. Eodem modo, in luctu eſſe, Lugere. Oppo. Luctum ponere; Elugere. Romanæ matronæ Brutum tempus annum luxere. Cicero: Patriam eluxi iam, id eſt, luctum, quem pro patria ſumpſeram, depoſui. Vlpianus in l. genero ff. de his qui not. infam. Sed cum tempus luctus, inquit, continuum eſt, merito & ignoranti cedit ex die mortis mariti. Et ideo ſi poſt legitimum tempus cognouit, Labeo ait, & ſumere ipſam lugubria, & deponere. Prat.

Lvmbi, ea pars corporis eſſe dicuntur, quæ complectitur inferiores vertebras Spinæ, qua libido in ſacris literis deſignatur, quia ſunt circa renes. Vnde illud Geneſ. 35. Reges de lumbis tuis egredientur. Et Pſalm. 131. De fructu lumbi tui ponam ſuper thronum tuum. Ita enim eum locum tradonit D. Hieronymus in illud cap. 2. Naum, enarrans illud ejuſd. c. in pr. Contemplare viam, tene lumbum. Et illud quoque D. Pauli ad Hebræos 7. Et ipſi exierunt de lumbis Abrahæ. Et iterum 10. cap. In lumbis patris erat. Proinde cum volunt prohibere libidinem, jubent accingi, vel ſuccingi, vel præcingi lumbos: vt Iob. 38. & iterum 40. Eccleſiaſtæ 31. eodemque vltim Eſaiæ 32. Hieremiæ cap. 1. & Prouerb. c. vlt. vbi de muliere forti & pudica, Accingit fortitudine lumbos ſuos: Et Lucæ 12. & ad Epheſ. 6. c. 2. & 1. Petri 1. & alibi ſæpe. Diuus autem Gregorius, Lumbos ait, præcingimus, cum carnis luxuriam & incontinentiam coarctamus. Cæterum ſunt, qui lumbos à lubidine, hoc eſt libidine dictos putent. Nam veteres luber &, liber, lubidinem & libidinem promiſcue dixerunt, vt Annotauit Tiraq. in l. 15. connub. gl. 1. parte 15.

Lvmen, pro oculo, quod oculorum beneficio lumen conſpiciamus, in l. 1. §. caſum, ff. de poſtul. Et ita luminibus captus, l. 17. ff. ad municipalem, l. vn. qui morbo ſe excuſ. l. 5. C. qui dare tutor. Briſſ.

Lvmen pro luce, ac die. Hinc luminibus obſtruere, verbum antiquum juris, quo poſt Ciceronem vſus eſt Iuriſconſ. in l. æquiſſimum § ſi ædium, ff. de vſufr. Vide Bud. in eand. & infra, Obſtruere.

Lvmen, id eſt, vt cœlum videretur l. 16. ff. de vrban. Goth. ad l. 1. C. de ſeruit. & aq.

Lvmen & proſpectus differunt: Nam proſpectus etiam ex inferioribus locis eſt, lumen ex inferiore loco eſſe non poteſt l. 16. ff. de ſeruit. Vrban. præd. Briſſ.

Lvminvm autem ſeruitus ex communi ferme omnium ſententia cæteris minus continet. Tenetur quippe duntaxat qui mihi eam ſeruitutem debet, lumina mihi neceſſaria præſtare per feneſtram puta factam in muro. Vnde altius ædificare poteſt, etiamſi officiat luminibus meis, dum quod ad viſum domus meæ mihi neceſſarium eſt, ſeruet lumen. Carraſius dicto loco.

Lvmen vnicum *μονοκάθεμνον*, pro exiguo cubiculo quod vnica feneſtra tenuiter illuſtratur, quales tenues & inopes homines habere conſueuerunt. Vlp. l. 6. § 5. ff. de off. præſ. Ne tenuis vitæ homines ſub prætextu aduentus officiorum vel militum, lumine vnico vel breui ſuppellectili ad aliorum vſus tranſlatis, injurijs vexentur, Præſes prouinciæ prouidebit. Haud ſcio tamen, an Lumine vnico verius legeretur. Alij homine vnico magis probant. Malim tamen aut Lumine, aut Limine, & vtrumque *μονοκάθεμνον*. Prat. ex Hot.

Lvmina immittere in l. 13. ſed ſi ædium, ff. de vſur. l. pen. ff. de ſeruit. vrb. Ita luminibus officere, obſtruere, obſcurare que lumina dicimus, l. 25. §. ſi vicino, ff. loca. l. 23. ff de ſeruit. vrb. Cic. 1. de Orato. Lumina vti eſſent, ita recepit. Briſſ. Vide Feneſtras immittere.

Lvminvm ſeruitute conſtituta, id adquiſitum videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat, vtque jus ſit immittere lumina noſtra in alienum: At cum ſeruitus imponitur ne luminibus officiatur, hoc agitur, ne quoquo modo vicino obſcurare minoreve lumina noſtra liceat, l. 4. ff. de ſeruit. vrb. l. 1. in fi. ff. ſi vſusfruct. pet. Briſſ.

Inter lumen autem & proſpectum hoc intereſt, hoc etiam ex inferioribus locis proſpectus eſt, Lumen ex inferiore loco eſſe non poteſt, l. 16. ff de ſeruit. vrb. Deinde in proſpectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem aſpectum. In luminibus autem, ne lumina cuiuſquam obſcuriora fiant, li. 5. de ſeruitut. vrban Briſſ. & Hot. & Conan. lib. 4. c. 10. n. 14. Corraſ. in rubr. de ſeruitut. n. 20.

Lvminibvs non officere & proſpiciendi ſeruitus, differunt. Nam ſeruitus, proſpectum habere, aliquanto latius eſt: ſcilicet vt cœlum non ſolum videatur, ſed & procul ſpectemus etiam alia ædificia. At ſeruitus, Ne luminib. officiatur, intelligitur lumini cœleſti, quod ex cœlo habetur. Vnde tunc dicimur lumini non officere, quando damus vicino tantum ſpatij, vt cœlum videat, autor Bart. poſt gloſ. in l. inter ſeruitutes, ff. de ſeruit. vrban. præd. Luminis autem habere ſeruitutem, aliud eſt. Nam quando vicinus cogitur habere feneſtram apertam, foramen in muro apertum, etiam cœlum non videatur, tamen ſatis eſt habere lumen, vt aliquanto lucidior ſit domus. Sunt quaſi tres gradus comparatiui. Proſpectus eſt latiſſimus. Officere luminibus minus latum. Seruitus luminis, tota arcta & ſtricta Et Zaſ. Spieg.

Lvna viceſima, pro viceſimo die poſt nouam lunam.

Lvnatici dicuntur, in quos luna agat, & vt Apulejus ait, qui curſum lunæ patiuntur: quales ſunt potiſſimum qui comitiali morbo laborant, aut inſania, aliove morbi genere quopiam certis lunæ temporibus grauantur & agitantur. Vnde Paulus mancipium furioſum, aut lunaticum redhibendum cenſuit. l. bouem § aliquando de ædil edic. Spieg.

Lvnaticvm morbum quidam explicant inſaniæ genus, qua ægri per interualla diuexantur. Alij hujus morbi nomine Epilepſiam ſignificari cenſent, vel quod Lunæ incremento inuadat, vel quod interlunio nati, eo modo obnoxij ſint. Briſſ.

Lvpata fræna ſunt lupos habentia, & duriora aſperioraque. Eſt autem lupus ferreum inſtrumentum vncum, ſimile dentium lupinorum: Liuius; in alios lupi ſuperne ferrei injecti, vt in periculo eſſent ne ſuſpenſi in murum extraherentur, *λύκος* eodem modo dicitur ferrum quoddam fræni, vnde lupatum: atque hinc *λυκοστομεῖς*. equi a nonnullis explicantur. Ouid. ex parte totum frænum ſignificauit cum dixit.

Duros accipit ore lupos.

Eſt & lupus ferrula manubriata apud Palladium: fræni autem lupati ad os equi quantumuis ferocis temperandum domandumque aptiſſimi ſunt. Turnebus aduerſar. libro. 12. cap. 78.

Lvpanarivm, idem Iuriſconſulti dicunt quod alij Lupanar. l. 12 § In aliquem ff. de Recept. qui arbit. ſignifi. atque locum in quo diuerſantur meretrices. ſeu vbi corpore quæſtum faciunt meretrices. Qui eandem & Proſtibulum dici putant falluntur, quum hæc vox ipſum ſcortum notet, Mip. in l. ancillarum, de pet. hær. Licet à Lupanario perceptæ ſint. Nam & in multorum honeſtorum virorum prædijs lupanaria exercentur. Lactan. li. 1. Inſt. Fuit, inquit, Acca Laurentia, Fauſtuli vxor, & propter vulgati corporis vtilitatem, lupa inter paſtores, id eſt, meretrix nuncupata eſt: vnde etiam Lupanar dicitur. Et Hieron. in Chron. Euſeb. Acca Laurentia propter pulchritudinem & rapacitatem corporis quæſtuoſi Lupa a vicinis appellatur. Vnde ad noſtram vſque memoriam meretricum cellulæ, lupanaria dicuntur.

Lvpercal. Lupercal indicatum Liuius lib. 1. intelligit locum ſub Palatino monte ſacratum ab Euandro Pani Deo, qui Lycæus vocatur. Luperci autem, qui & Fauiani & Quintiliani appellabantur, auctore Sexto Pompeio, à Fabiano & Quintilio propoſitis ſuis, ſacerdotes omnium vetuſtiſſimi fuerunt, ſolenni ex Arcadia tranſlato, in Palatino monte inſtituti. De quibus

quibus Dionyſ. lib. 2. Iuſtinus lib. 43. Varro lib. 4. de ling. lat. Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. Lupercalia itaque erant feſta, quibus ad expiandos manes Pani Lyceo iuuenes Romani nudi canem & capram immolabant. Deinde facie ſanguine fœdata, ſe his pellibus cingebant, lotiſque è pelle factis currebant nudi circa Palatium obuios quoſque coriis illis verberantes, & præſertim mulieres grauidas, quæ vltro obuiam occurrebant facilem partum percuſſione ſperantes. De qua re Ouid. lib. 2. Feſtorum. Meminit Lupercaliorum etiam Plutarchus in Romulo. Complura de hiſce habet Gyraldus hiſtor. deor. Syntag. 17. ſub cap de celebritatibus & Feſtis.

Lupinum, ſeu, vt aliqui contendunt, Lupinus eſt genus leguminis, non minus terram apperens quam lupus pecudes: & inde nomen aſſumſit. Tellurem mirum in modum amat, vt quamuis ſolo fruticoſo, coniectum inter folia vepreſque, ad terram tamen radice perueniat, & inter fruges enumeratur à Iuliano in l. frugem, ff. de verb. ſign. Scribit Plin. ab omnibus animalibus eius amaritudine eſſe tutum. Hinc apud Virgil. Georg. 1.

...Triſtiſque Lupini

Suſtuleris fragiles calamos ſyluámque ſonantem, vide Dioſc. lib. 2. & Plin lib 18. qui de illo admiranda ſcribit. Iulianus rectè in frugib. lupinum Seruius in frumento, ſed malè, contineri putauit. Nos *Fergonem* appellamus Spieg.

Luſcitionem quibuſdam dicit Vlpian. ſcribit, vbi homo lumine adhibito nihil videt, l. 10 §. pen. ff. de ædil. edict. Cui & Nonius conſentit: luſcioſos ſeu luſcitioſos dictos notans, qui ad lucernam non viderent, quos Græci μύωπας vocant. Citatque illud Varronis lib 8. diſcipl nat veſperi non videre quos appellant luſcitioſos: vide Bald in d. §. penult. At Feſtus lib. 10. Luſcitionem vitium eſſe oculorum definit, cum quis clarius veſpertino tempore, quàm meridie cernit. Quo morbo laboraſſe Tiberium Dio. lib. 57. ita ſcribit, [illegible] A quo Sueton. non abhorrens eundem Imperatorem etiam nocte in tenebris vidiſſe refert. Feſto Fulgentius Placiades in libello vocum Antiquatum ad Chalcidium concordat: Luſcitioſos enim dictos tradit interdiu parum videntes. Vnde & Plautus in Mercator. Comœdia. Mirum lolio victitare te, tam vili tritico, quia luſcitioſus es. Aiunt enim lolium comedentibus oculos obſcurari. Hæc in huius verbi ſignificatione inter auctores eſt conſtituta diſſenſio. Briſſon.

Luſcum, Modeſt. in l. ſtuprum, cod. tit. inter vitioſos numeratur: non qui ſtrabis ac diſtortis oculis, ſit, ſed qui altero captus eſt oculo: qui & Vnoculus, & Cocles: qualis fuit Hannibal, Sertorius, Philippus, Antigonus, omnes optimi Imperatores, Spieg.

Luſitani, Paulus in princ. l. nam & Seruius, ff. Neg. geſt cum à Luſitanis, inquit, tres capti eſſent. Luſitania à Septentrione habet Tarraconenſem Hiſpaniam diuiſam ab ea flumine Durio, ab Occaſu Oceanum occiduum, à meridie Anam fluuium, ab Ortu lineam ab Ana ad Durium ductam. Hanc regionem aliquando maiorem facit Strabo. Et noſtra quoque ætas. Portugallia enim vocatur regnum nobile, cuius ſolertia factum eſt, vt ab Hiſpania in Indiam hodie nauigetur. Cuius regia in ea eſt Vlysbona, quam Plinius Olyſſiponem vocat, ex cap. 14. Glareanicæ Geograph. Spieg.

Luſorie agere dictus, qui cum aduerſario colludit, l. 50. §. 1. ff. de legat 1.

Luſorium eſt diriſorium, inane & ſine effectu, l. vlt ff. ne quid in loco pub. Luſorie agere dicitur, qui cum aduerſario colludit, l. 50. §. 1. ff. de legat. lib. 1. Luſoriæ naues quæ ſint vide in verbo Nauis, Briſſ. Sic.

Luſorium edictum, inane, ludibrio habitum, omnium irriſione delatum, l. 73. ff. de iudic. Alioquin luſoria erunt huiuſmodi edicta & declarata Prætorum, Prat.

Luſtrale aurum de quo tit. de luſtr. auri collat. lib. 11. Cod. χρυσάργυρον dicebatur. Id Euagrius & Zonaras deſcribunt eleganter, & quinto quoque anno pendi ſolitum, narrant, id eſt, ſingulo luſtro. Onus erat negotiatorum & mercatorum (ob idque aurum negotiatorum à Lampridio dicitur in Alexandro) quorum appellatione etiam tenuiores continebantur, quicquid corrogata ſtipe ſibi comparabant, meretriculæ puellæ, & fœneratores, non tamen qui vernacula diſtrahebant, vel qui manu ſibi victum adquirebant, veluti figuli & fabri, non veterani, clerici, copiaræ intra certum pecuniarum numerum. Erant & res quædam huic muneri obnoxiæ, ex lege teſtatoris vel fiſci, vt conſtat ex l. vlt. C. Th. de luſtral. conlat. Erant & propria quædam eius penſationis ſcrinia. De ea accipienda eſt l. 3 Cod. de epiſcop & cleric. & l. 1. Cod. de commerc. & mercat. quæ ſumpta eſt ex l. 5. C. Th de luſtrat. conlat. ſicut & l. 1. C. de epiſcop. audien. quæ tamen ita à Triboniano compoſita & concinnata eſt, vt ad auratiam penſionem referri nullo modo poſſit. Hanc auratiam collationem ſuſtulit Anaſtaſius Imperator, vt ſcribunt Euagrius, Zonaras & multi alij auctores. Prat.

Luſtralis cenſus Vlp. in Epit. tit. 1. quod vnoquoque luſtro fieret, dictus Prat.

Luſtralis poſſeſſio, Id eſt, Quinquennalis, l. vn. de Quinquennali præſcript. in Cod. Theod. Nou. Theod. Valen. de Lenonibus, Briſſ.

Luſtramentum, Hotom. intemperans & effrænata rei venereæ cupiditas. Luſtrari enim apud Plautum in Pſeudolo 10 & Caſina 6. Scortari ſignificat, & in luſtris meretricum, ac lupanaribus verſari Martian. l. 3. §. 2. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Pigmentarij, ſi cui temerè cicutam, ſalamandram, aconitum, pytiocampas, bupreſtim, mandragoram, & id quod luſtramenti cauſa dederint cantharidas, pœna teneantur huius legis. Cantharidum quidem hæc vis eſt, vt ad rem veneream incedant; Sunt tamen qui luſtramentum hoc loco ſumi velint pro purgatione facta per veneficium, maleficis ſcil. grata, cum luſtrare nonnunquam ſumatur, pro carmine maleficio afficere. Alij ed in loco vlceramenti legunt, Prat.

Luſtrare, idem eſt quod expiare, à luendo, id eſt, ſoluendo & luendo, apud Virgil.

......& cum luſtrabimus agros.

Luſtratio claſſis, vt certis ſacrificiis exercitus luſtrari ſolebat de quibus apud Liuium ſæpe dicitur: ſic morem luſtrandi claſſem, fuiſſe legimus. Nam in litore maris altaria poſita marinis vndis alluebantur, omniſque circumſtabat multitudo linguis fauens, tum ſacerdotes in mari ſtantes, ſacrum faciebant, ſeſque per claſſem ſcaphis circumuecti, ſacra piamina ferebant, ducibus & Nauarchis vna nauigantibus, ipſaque piamina attollentibus, vt ab exercitu totáque claſſe infelicia cuncta auerterentur ac depellerentur.

Luſtrum, tempus quinquennale. Feſtus. Dicitur autem à luendo, hoc eſt, ſoluendo, vt ſcribit Varro lib. 5. de ling. latin. quod quinto quoque anno vectigalia, & vltra tributa per cenſores perſoluebantur. Hoc etiam factum, cum veteres vere ſolerent locare prædia, tum vrbana, tum ruſtica ita quinquennium, vt apparet ex l. ſi in locationis, §. ſi domus vel fundus & §. ſeq. ff. locat. aliiſque locis, & apud Hygen. lib. de limitat. vt hoc tempus locationis vocauerint luſtrum: cuius fit mentio à iuriſconſult. in l. 4 §. res pignori, ſi cert. petat. Nam etſi colonus, inquit poſt luſtrum completum fructus perceperit, condici eos conſtat. Item l. 30 ff. de legat. 3. Qui hortos publicos à Republ. conductos habebant, eorum hortorum fructus vſque ad luſtrum, quo conducti eſſent, Aufidio legauerat. Et l. 67. §. vlt de furt. Nunc autem, inter ternos, id eſt, nouenos in emphyteuticis: Prædia autem verba vrbana nunc ſolemus locare in annum, Ruſtica vero in triennium: Notandum autem, cum luſtrum tempus quinquennale eſſe dicimus, de quinquennio integro non intelligere, vt nec ij qui ita definierunt, ſed de quadriennio exacto & quinto anno incipiente: quod & in Olympiadib. intelligi volumus, quas nihilominus πενταετηρίδας Græci à quinquennij ſpacio vocitarunt, cum ſatis conſtet, quinto quoque anno non exacto, ſed ineunte celebrari ſolitas, Plin. lib. 2. c. 47. Omnium quidem (ſi libeat obſeruare minimos ambitus) redire eaſdem vices quadriennio exacto: Eudoxus putat, non ventorum modo, verum & reliquarum tempeſtatum magna ex parte. Eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno Caniculæ ortu. Hinc & Olympiada, refert Suidas, eſſe certamen, quod quinto quoque anno ineunte celebraretur, [illegible] Prat.

Luſtra Romani rationem Carolus Sigonius, vir ſumma Romanarum antiquitatem cognitione præditus, ſic ex Liuio & Dionyſio obſeruauit: ciues omnes bona ſua æſtimare rex iuſſit, atque eorum æſtimationem iureiurando conſtrictos ad ſe deferre: præterea nomina, & ætatem vxorum, liberorum, libertorum, ſeruorúmque profiteri, quaque vrbis in regione habitarent indicare: qui ſecus feciſſet, bona eius publicari, ipſum verberatum venire, & ciuitatem amittere voluit: prout autem varius erat cuiuſque cenſus, ita varias etiam deſcripſit ciuium claſſes, ita vt in primam claſſem, ditiſſimum, in ſextam egentiſſimum quemque conijceret. Ditiſſimos autem, quos militaribus muneribus, & bellicis ſumptibus, eoſdem domeſticis etiam ornamentis, atque inſignibus affecit, in ſuffragiis enim ferendis maximam prærogatiuam primæ claſſis eſſe, tum ſecundæ, tum tertiæ, deinceps vſque ad ſextam voluit. Cum autem ad ciues omnes in campo conuenire iuſſiſſet, atque ibi cenſum egiſſet, ibi exercitum omnem ſiue, auribus, id eſt, ſiue, oue, tauro, luſtrauit. Cenſa ſunt ciuium capita 8000. ad luſtrum Romæ primum conditum eſt. Cuius condendi munus, quemadmodum poſt à regibus ad conſules, à conſulibus ad cenſores peruenerit infra oſtendam. Nunc quia luſtrum à cenſoribus quinto quoque anno plerumque eſt conditum, hinc luſtrum, pro quinquennali ſpatio ſumptum eſt. Hot.

Luſus inter ea numeratur, quæ cenſentur nomine tituli lucratiui, etiamſi multa perdiderit luſor. Nam iſta illicita media non ſunt in conſideratione, Bal. in l. 1. ante ff. C. ſi quis in frau. Spie.

Lutarium, quod in luto degit. Hinc lutariæ teſtudines, marinis oppoſitæ: quod in dulci aqua & luto viuant. Spieg.

Luteus homo, pro contempto, nulliúſque precij. Vt enim aurea, pro egregiis, ita lutea, pro vilibus accipimus apud probatos autores. Quin & Eraſmo teſte, hodie quoque aurea verba, gemmeoſque amores dicimus, Spieg.

Lutum à luo eſt, quod terram dilutam ſignificat, Conn. lib. 5. c. 8 num. 1.

Lux pro publico.

Lux indubia probationis, apud Impp. in l. 3. C. de condict. ob turp. cauſ.

Lux dignitatis, l. 1. ff. de off. præf. prætor. In lucem producere, l. 1. § & generaliter, ff. de ventre in poſſeſſ. mittendo, Briſſ.

Luxuria, Latinis impenſam profuſam ſignificat ſuperuacaneámque rerum abundantiam: cui contraria Frugalitas, vt in l. ex damni. ff de damn. Infect. Et etiam redundantia geminis, quæ Plinio inter vitia frugum ponitur. Pro crapula vero & vinoſitate, nemo Latinus autor vſurpauit, tametſi hoc ſenſu Vlp. poſuiſſe in l. 1. ad fin. de ædil. edict. Accurſ. putauit. Quamuis Bud. ibid. non luxuriam, ſed pluriſatiam, legendum exiſtimat.

Luxuria, pro petulantia, incontinentia, effuſa quadam & intemperanti inſolentia, Vlp l. 1. in fin. ff. de ædil. edict. Cæterum ſi nihilominus permaneret in eo vitio, vt circa fana bacchari ſoleret, & quaſi demens reſponſa daret, etiamſi per luxuriam id factum eſt, vitium tamen eſſe, ſed vitium animi, non corporis. Marcian. l. penult. ff. de incend. nauf. Si fortuito incendium factum ſit, venia indiget: niſi tam lata culpa fuit, vt luxuriæ, aut dolo ſit proxima. Vbi tamen vt pro aut. legendum videtur. Hot. Adde Forcat. in Necyomantiæ dialogo 28. n. 3. Prat.

Luxuria conuiuiorum & veſtium: quam ægræ ciuitatis indicium eſſe, ait Sen. Epiſt. 114. Et Cic. lib. 3. de finibus, tria peſtifera vitia ſtatuit, Luxuriam, Auaritiam, & Crudelitatem, Liuius quoque lib. 4 Diuerſiſque duobus vitiis, Auaritia & Luxuria, ciuitatem laborare: Quæ peſtes omnia magna imperia euerterunt, Briſſ.

Luxurioſus, opponitur homini, quæ eſt vitæ emendatioris, l. non debet dari, ff. de dolo Seuerus Imp. reſcripſit: Si adoleſcens luxurioſus mandet tibi, vt pro meretrice fideiubeas idque tu ſciens, mandatum ſuſceperis, non habebis mandati actionem: quia ſimile eſt, quaſi perdituro pecuniam ſciens credideris; Sic Iulian in l. 8 ff. pro emptor. Quomodo enim mala fide emiſſe videtur, qui à domino emit? niſi fortè & is, qui à luxurioſo, & protinus ſcortu daturo pecuniam, ſeruos emit, non vſucapiet, Prat.

L Y.

Lycia Eius Papinianus meminit in §. dulciſſimis, l. cum pater filios. Quæcunque inquiens, mihi ſuperſunt in Pamphylia, Lycia, vel vbicunque de legat. 2. clariſſima quondam Aſiæ regionum, & ſexaginta oppida complexa: è quibus tamen Vadiano teſte. Pauli apoſtoli ætate triginta ſex tantum extiterint: reliquia partim bello, partim terræ motu diſiectis. Spiegelius.

Lychnobii à Pedone Albinouano græca voce dicuntur, qui noctes euigilant, dies integros dormiunt, Ab Annæo Seneca Lucifugæ appellati, de quibus latius. P. Crinitus de honeſta diſciplina lib. 16. c. 6

Lychnuchos deprauata vox eſt in C Suetonij Codicib. quam facilè agnoſcent hi omnes, qui & Græcæ literaturæ haud imperiti omnino ſunt, & veſtuſtatis non initiati: nam verbum quod eſt Lychnuchus, tam exemptum eſt è vita Iulij Cæſaris, quam è Flauij Domitiani: pro quo eo Lychnos inerudite ac perperam ſubſcripſerunt: cum codices ferè omnes vetuſtiores Lychnuchos retineant. Qua in re non minus antiquitati concedendum videtur, quam autoritati. Ad hunc igitur modum Tranquillus: C. inquit Cæſarem dictatorem Capitolium aſcendiſſe, ad lumina elephantis dextra ad ſiniſtra lychnuchos geſtantibus. Ita enim veteres & probati Codices in Vaticana etiam bibliotheca habent. Neque eſt aliud Lychnuchus quam laterna, quæ græcè φανὸς aut λύχνος, etſi facem vel lucem quidam interpretantur. De quibus permulta ſint in Suidæ collectaneis. Sed & Pollux ad Commodum, & Athenæus in dipnoſophiſtis meminit: tum multos ad id autores aduocat, vt Alexin & Ariſtophanem, veteres poëtas: apud quos pro laterna videatur lychnuchus accipiendus. Et Alexis quidem perlepide ſic iocatus eſt, de lychnucho in fabulis:

Qui primus excogitauit vt noctu cum lychnucho deambularet,
Is profecto immitor aliquis digitorum fuit.

Dictum vero id verbum eadem figura, qua Cerüchon, Sceptuchon, Ophiuchon & alia eiuſdem generis. Sed & poëta Lucretius nihil aliud nobis inſinuat, quam iſtos lychnuchos qui in ædibus nobiliorum viſerentur, vnde lumen ad nocturna conuiuia ſuppeditari poſſet.

Si non aurea ſunt (inquit) iuuenum ſimulachrum per ades,
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis quis ſuppeditentur
Nec domus argento fulgens, auróque renidet.
Nec citharis reboant laqueata auratáque templa

Nam & C. Plin. Lychnuchos penſiles nominat: vbi lychnos falſo legebatur: quod Hermolaus fatetur: ex quo etiamnum Romæ lapis hoc titulo inſculptus: Pantheis cum ſuis parergis, & Cupidines duo cum ſuis lychnuchis, Pet. Crinit. lib. 1. c. 6. & Turneb. aduerſ. lib 3. c. 5.

Lychni, in l. ſtatuæ, 245. de verb. ſignif. nihil aliud ſunt, quam candelabra, quæ contignationibus & parietibus affixa, vel laquearibus religata dependent: juxta illud Virg lib. 1. Æneid.

- - Vocemque per ampla voluunt
Atria dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.

Hinc fit per metonymiam ut λύχνος pro lucerna, quam lichno imponere ſolemus accipiatur, veluti apud D. Lucam c. 15 verſ. 8. Et Cic. pro M Cælio: Lux denique longè alia, inquit, eſt ſolis & lychnorum. Et Sueton. in vita Domitiani lib 12. Nam venationes, inquit, gladiatoreſque & noctibus ad lychnos, &c. Nomen autem accepit à lychnide, hoc eſt, marmore in Paro inſula nato, ex qua olim lychni fiebant: vnde & lychnides & lychnuchi vocari queunt, D. Gœdd. ad d. l. 245. nu. 2. de verb. ſignif.

Lymphones pro ventoſis & furibundis quidam exponunt, de qua voce Crinitus de honeſta diſciplina lib 24. c. 15.

Lymphati Græci nympholeptos vocant, quaſi nympharum ſpiritu correptos, vt Budæus tradit in prioribus annotationibus, Fuit vero lympha etiam ſylueſtris dea, ex quarta cœli regione, vt tradit Gyraldus hiſtoriæ deorum Syntagmat. 1. Turnebus aduerſariorum lib. 10. c. 56. annotauit Lymphaticos eſſe plerumque homines mente commotos & laruatos, Eo nomine etiam comprehenduntur hydropici. Serenus de hydrope loquens, Helleboro quoque purgatur lymphaticus error. Sunt & lymphatici etiam apud Iſidorum, qui à rabioſo cane morſi aquam metuunt. Adſcribam eius verba, vnde & Latini hunc morbum ob aquæ metum lymphaticum vocant.

Lintrarii, l. 1. §. de Exercitator. D. Naut. caup. ſtabul. qui Lyntres agunt, ſeu Lyntrium exercitatores, quod nauis fluuiatilis genus, indicat Cæſar lib. 1. de bello Gall. his verb. Id flumen Heluetij Ratibus ac lyntribus iunctis tranſibant, Briſſ.

Lysitania pro Luſitania in l. vlt. ff. de cenſib Fuit enim olim Latino I magna & ad commutationem procliuis cum vocali V. cognatio. Briſſ. in parerg.

λύτρον pecunia redemptionis qua venia recedendi impetratur, l 1. & 2. de Iudæis, &c.

Lytæ dicebantur, qui triennium in legum ſtudio verſati, quartum etiam adjungebant Imper. ad Antecesſores, §. 5. Sed quia ſolitum eſt anni quarti ſtudioſos Græco & conſueto quodam vocabulo λύτας appellari: habeant quidem, ſi maluerint, hoc cognomen &c. Λύται autem dicti videntur, vt λύται, id eſt, ſolubiles, quaſi jamiam, à certa illa & præſcripta ſtudiorum ratione ſoluendi & legendi libertate, ac licentia donandi quaſique miſſionem à magiſtrorum ſuorum caſtris, id eſt, ſcholia impetraturi: nam cum ad finem libri Pandectarum trigeſimi ſexti peruentum eſſet, qui poſtremus anni quarti liber erat, ſtatuit Imperator: vt reliquos quatuordecim libros ſtudioſi per ſe domi legerent, neque ex præceptoribus interpretantibus eos audirent: Ex libris autem quinquaginta, inquit, noſtrorum Digeſtorum ſex & triginta tantummodo ſufficere tam ad veſtram expoſitionem (Antecesſores, id eſt, Doctores alloquitur) quam ad iuuentutis eruditionem judicamus, & §. 5 Vt ex triginta ſex librorū recitatione fiant iuuenes perfecti, & ad omne opus legitimum inſtructi. Duabus aliis partibus, id eſt, ſexta & ſeptima noſtrorum Digeſtorum: quæ in quatuordecim libros compoſitæ ſunt, eiſdem poſitis, vt poſſint poſtea eos & legere, & in judiciis oſtendere. Turneb λύτας interpretari mauult, quaſi ſolutores & interpretes quæſtionum juris, de quibus Iuuenalis dixerit. Qui juris nodos, legúmque ænigmata ſoluat. Sed in parum attentè, eiuſdem honoris, nomen tyronibus præberi non poſſit, quod ſummis Iureconſultis, Prat.

Quid ſit Lycuſticum haud facilè reperies, & ideo arbitror dictionem eradendam eſſe, & eius loco linguſtrum reponendum. Quid id ſit, oſtendit. Plin. lib. 12. cap. 35. huiuſmodi verbis, Cyprus in Ægypto eſt arbor, ziziphi foliis, ſemine coriandri, flore candido, odorato, coquitur hoc in oleo, premitúrque poſtea, quod Cyprus vocatur, precium ei in libras quinque, optimum habetur à Canopis, in ripis Nili nata ſecundum Aſcalone Iudææ, tertium Cypro inſula odoris ſuauitate, quidem hanc eſſe dicunt arborem, quæ in Italia Linguſtrum vocetur. Hæc Plin. cui non diſſidet Dioſcorides, qui vbi de odoribus mentionem facit, inter eos illud numerat. Sunt tamen qui è linguſtron literam eliduut.

M.

MLitaram ex duobus aa conſtare B. Irenæus jam olim Lugdunenſis Epiſcopus ſcriptum reliquit, id quod verum animaduerti ex vetuſtiſſimo C. Thod. manuſcripto ante annos 1130. quem aliquando penes me habui, Prat.

Digitized by Google

M. M. P. NOTÆ ſunt, apud Paulum Diaconum, pro manu, mancipio, poteſtate, Vlpia. ep. Inſtit. 54. Et cuius in poteſtate, manu mancipióve eſt hæres ſcriptus, legari non poteſt. Idem autem c. 9. & 10 oſtendebat in manu eſſe vxores, & matresfa. in poteſtate libero, & filiosfam. in mancipio ſeruos. Ergo apud Paulum Diaconum Malo mancipio poteſtate, corruptè legitur, Scard. ex Pratero.

MACEDO primus omnium inſigni quadam auaritia inductus, mutuam cœpit dare pecuniam filiis familiaſum, vt poſt mortem patrum ſoluerent ſub magno fœnore, quod ne traheretur ad exemplum, & paulatim ad conſuetudinem, fuit autor Senatuſconſulti ſanè grauiſſimi, per quod pecuniam mutuo datam, amitteret ſceleſtus creditor: vide l. 1. ad S. C Macedon. Sueton. in vita Macedonis c. 11. ita prædicat. Auctor fuit Senatui cenſendi, ne filiorum familiasfœneratoribus exigendi credita jus vnquam eſſet, ne poſt patrum quidem mortem. Ceſſa autem hoc SC. in 11. caſibus, quos refert Gloſſ. in § illud pro pter Inſtit. Quod cum eo, qui in alieo. pot. & Suet. c. 11. in diuo Veſpaſiano. Spieg.

MACEDONIAM, quam Romani viginti annorum bello, vario caſu, nec parua ſuorum clade deuicerunt, Impp Theodoſius, & Valent. recenſent inter alias illas ſuas prouincias, eaſdemque inclytas, in l. vlt. C. de diuerſ. offic. lib. 2. quæ omnes Pannonia excepta, nunc alienæ à CHRISTI nomine ſunt; Pannoniam ſuperiorem non niſi magno dedecore, ſi non potius ſcelere, amittere poterimus. Item Macedonum, id eſt eorum qui Macedoniam, quę hodie vniuerſa Turcicę ditionis eſt, inhabitant. Impp. meminere in l. vlt. de Annon. & trib. lib. 10. Plinius autor eſt, quinquaginta populorum frequentia habitatam fuiſſe. Deſcribitur pulchrè per Varia, Spieg.

MACEDONIANVM Senatuſconſultum is ſolus offendit, qui mutuam pecuniam filiosfamiliaſ dedit, non qui alias contraxit, puta vendidit, locauit, vel alio modo contraxit. Nam pecuniæ datio pernicioſa parentibus eorum viſa eſt, l 3. §. is autem, ff de S. nat. Maced. Briſſ.

MACEDONIANVM SCtum, vt ſcribit Suetonius autore Veſpaſiano factum eſt, vel vt Corn. Tacitus autore Claudio, quod probat Petr Faber lib. 1. Semeſt. c. vlt. non vt Theophilus exiſtimat, à prodigo adoleſcente, ſed vt Vlpian. refert in l. 1. ff. quod cum eo: a Macedone fœneratore improbo, qui filiis familias pecuniã credebat nominibus incertis, id eſt, ſub grandi & illicito fœnore tacito, in ipſius odium & per conſequens in pœnam creditorum aliorum, qui mutuam filiisfamilias darent pecuniam, Vult. ad § 5. n. 1. 2. Inſt. quod cum eo qui in alien.

Senatuſconſulti appellatione Macedonianum accipi, l. 11. §. vlt ff de minor l. 12. § ſi quis mandauerit, ff mandati, l. 3. ff. de Except. Briſſon.

MACELLARIVS, qui in macello non ſolum carnes, ſed omnia obſoniorum genera, quinetiam panem, & frumentum vendit, vnde autem Macellum dictum, Feſt. & Varro lib. 4 de ling Lat. docent, Spieg.

MACELLARII à mactandis pecoribus dicti qui vendunt carnes Cl. 1. de vit. & honeſt. Cler. Iob. Bel. Etymol. adde Turnebum aduerſariorum lib 8. c. 7 8.

MACELLVM dictum (vt ait Donatus) ab Romano in Macello ſingularis latrocinij viro, cuius in exilium ob facinora acti, ædes publicatæ ſunt, ... vt ibi venirent, quæ veſcendi cauſa eſſent. Dicitur etiam macellum de piſcibus, Paulus:

Ecce Macellum vt piſcium quicquid eſt pretio præſtinem.

Forcat in Penu. Iuris Ciuilis c. 22.

MACERIA eſt paries, qui ex alia materia quam cæmentis & lapidibus ritè diſpoſitus factus eſt l. pen. ff. comm. prædio. l. æde 73 de contrah. empt. Quo ſpectat illud Siculi Flacci de condition. agror. Aut congeries, inquit, lapidum aceruatim congeſtæ ſunt, quos ſcorpiones appellant: aut in effigie maceriarum, quæ Arcinæ appellantur, item Maceriæ quinque, quę ex congeſtione lapidum ſiunt, & quæ manu, &c. Nam neglectim & quaſi per congeriem coniecti lapides in ipſis finibus qui agrorum, licet per ſubſtrictionem non mori, non abſolutè parietes ſed maceriæ perhibentur. Quemadmodum autem paries, cum ſemper duobus paribus, vel a fronte, vel à latere ſe conſpicientibus conſtet, etiamſi tetragonum aut hexagonum fiat in materia à longitudine, à voce nempe Græca μακρὸς, id eſt, longum, nuncupata videtur: eo quod magis in longum ſiue latitudinem quam altitudinem porrigatur. Atque ea aliter inter quemlibet alium parietem, & maceriam, differentia conſtituitur. Quamobrem paries, qui vineam, qui hortum ambit vel inſulam murus, ſi murus non ſit: aut intermedius in ædificio aliquo: vel a latere aut fronte ſit latius, quam altius patens, proprio ac ſpeciali ſuo nomine, maceria appellabitur: Qui paries ædibus iunctus altius ſe extollit, quam in longum dimanat, improprie maceria dicetur, Goedd. ad l. paries eſt, 157. num. 3. ff. de verb. ſign Varro de re ruſtica cap. 14. lib. 1. maceriam docet in fundo eſſe facile, fabrile ſepimentum cuius ſpecies ſunt quatuor: quod fit è lapide, quod è lateribus noctilibus, quod è lateribus crudis, quod ex terra & lapillis compoſitis informe. Hinc maceriam ducere apud Caium l. 17. ff. com. præd. Si precario vicinus in tuo maceriam duxerit, &c. id eſt, impoſuerit, vt paulo poſt loquitur Virg. Æneid. lib.

... ... Pars ducere muros.

Molirique arcem. Hotom.

Vide Conn. lib. 4. c. 11. num. 6. Huic adde Forcat. in Aniario, c. 13. num. 2.

MACHINA Vlpiano dicitur, vbi non tam materiæ ratio, quam manus atque ingenij ducitur. Hinc in l ſi vt certo, § ſed interdum, ff. commodat. in Machina operari, eleganter oppoſita de plano opus facere: inibique pro inſtrumento, quo commodius moles impellitur, Machinam accipit. Sic l. 1. ff. de mort. infer. videntur & machinæ fuiſſe, quibus ſerui in ergaſtulo, aut alibi continerentur, & coercentur etiam liberi interdum. Plinius: Paucis diei horis pingebat, id quoque cum grauitate, quod ſemper togatus, quanquam in machinis, Carcer eius artis domus aurea fuit, Prat.

MACHINA frumentaria, apud Vlp. in l. quæſitum, § 2. de Fund. inſtru. pro inſtrumento, quo frumenta facilè in granaria impelluntur, Spieg.

MACHINALIA pondera vocat Auſon. piſtrinalis pondera. Quæ inquit, machinalia ſexu volunt ponderis ſic amica de machinis empta à Q. Cicero. fortaſſe dicitur, id eſt de piſtrino vel moletrina. Eſt & catuſta machina de qua emi potuit, ſed in ſingulari numero loquendum videretur. Turnebus aduerſariorum lib. 8 c. 9.

MACHINARVM bellicarum varias ſpecies vide apud Crinitum l. 19. de honeſt. diſcipl. c. 2. propriè autem Machina ſignificat inſtrumentum quo commodius moles quo volumus impellitur, Corr. lib. Miſcell. 5. c. 31.

MACHINARI aduerſus hoſtem latronémve, l. 1 § non fuit, ff. de dolo.

MACHINARIVS Aſinus, Alfeno in l. 60 §. 5. de legat. 3. Vlpian. l 12. §. 7. de inſti. generaliter is dicitur, quo ad omnis generis machinas vti poſſumus, ſiue tractatorias ſiue vectorias. Hot. Turnebo autem d. c 9 dicitur molendarius, qui molit, id eſt, qui molam machina quadam incluſam voluit & torquet.

MACHINARIVS, faber, qui tractoria machina onera in altitudinem ſublata collocat, Paulus l. 31. ad leg. Aquil. Si putator ex arbore ramum cum deiiceret, vel machinarius hominem prætereuntem occidit, Hot.

MACHINARIVS menſor, qui norma in metiendo vtitur, vt ij qui probant opera à fabris materiariis facta. Vlpian. leg. 7 ff. ſi menſor falſ. mod. Et ſi menſor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur. nam μηχανὴν verbo hanc normam nominauit, vt artificioſam à decempedali diſtingueret. Illius formam cognoſce ex Vitruuij lib. 9. c. 2 Prat Hotom.

MACHINATIO, dolus, techna Vlp. l. 36 ff. de verb oblig. Si quis quum aliter eum conueniſſet obligari, aliter per machinationem obligatus, &c. nam paulo poſt infert. Quia enim per dolum obligatus eſt. &c Prat Hot. vel.

MACHINATIO dicitur imaginatio & cogitatio ad faciendum bonum vel malum, vt in l. 1. § dolum, ff de dol. mal. Io. Bello. Etym.

MACHINATOR pro inuentore & autore accipitur, qui & Architectus dicitur Raro in bonam partem vſurpatur. Si quidem machinari propriè eſt dolo, atque aſtutia inuenire.

MACROCHERA, tunica manicata, Spieg.

MACROCOLLA, Lege, protocollum.

MACTE cum à mactus venit, vox eſt cohortantis, non tamen ferè niſi in vocatiuo à Latinis vſurpata, cum genitiuo, ſed raro: interdum cum ablatiuo, vt frequenter iuncta. Ponitur & aduerbialiter Macte, pro eximiè, vel egregiè: quod pauci obſeruarunt, Spieg.

MACVLA, propriè eſt ſordes, & turpitudo, quæ pannis inſici poſſit. vt apud Plinium. Fullones, inquit eas maculas è veſtibus tollunt. Tranſlata autem ſignificatione, ponitur pro turpitudine, infamia, ignominia, & dedecore. Hinc apud Cicer aſpergere maculis, & afficere macula, & ſimilia legimus. Et Macula infamię, pro nota, in l. 5. C. de Nat. li. Sic macula turpis coniunctionis in l. 5. C. de colluſ. deteg. Et macula violati pudoris in leg. 11. C. de quæſt. Modeſtinus per tranſlationem dixit. Maculam ſeruitutis ſuſtinere, in l. fin. de Nat reſtitut. Libertinus, qui natalibus reſtitutus eſt perinde habetur, atque ſi ingenuus natus eſt, medio tempore maculam ſeruitutis non ſuſtinuiſſet, Schard. ex Prat.

MACVLATVM ſeruili conditione dicit Imp. in l. 3. pr. C. de infantib. expoſ. Sicut maculatum adulterio ſeruum apud Iuſtinianum. Inſtit. de Hær. inſtit. § eſt tamen caſus: eum traductum hoc eſt, promulgatum, tum pro in iudicium tractum intelligimus, & accuſatum. Et frequent apud Cicer. vt hominem infamem ac ſceleroſum maculam, labem, ſordes, lutum appellat. Spieg.

MÆNIANA ſunt tabulata proiecta, leg. 20. ff. de ſeruit vrb. l. 2. §. cum quidam, ff ne qui in loco pub. l. 242. § 1. ff de verb. ſignif. & apud Plin. lib. 35. c. 10. & Valer. Maxim. lib. 9. c. 12. Sic

autem appellata fuiſſe ædificia à Mænio Cenſore Feſtus lib. 11. ſcribit, quod is primus in foro vltra columnas tigna proiecit quo ampliarentur ſuperiora ſpectacula. Quod & Iſidor. lib. 15. Etym. cap. 3 probat Mænium eum Collegam Craſſi fuiſſe, addens quod aliquatenus ex Plin. lib. 34. cap. 6. confirmari poteſt. Quanquam Aſconius aliam nominis huius rationem adfert, Græci ἐξώστας appellant auctoribus Honor. & Theod. in l. penult. C. de ædific. priu. Etiam Solaria quod ſoli pateant ea appellari Iſidor. in ſupradicto loco ſcribit: Atque ita à Zenone in Conſtitutio. [illegible] non ſemel nominatur, μηδ' [illegible], att, μηδ' ἐξ ἑτέρου μέρους σολάριον, [illegible]. Et alio loco, [illegible] σολάρια μὴ ἐκ [illegible] Briſſ.

MANI, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur, hi ſunt, qui permiſſu Dei elementa concitant, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac ſine vllo veneni hauſtu violentia tantum carminis interimunt. Dæmonibus autem accitis, audent ventilare, vt quoſcunque ſuos perimant malis artibus inimicos, ij & ſanguine vtuntur, & victimis ſæpe contingunt mortuorum corpora. c nec mirum 26. quæſt. 5. Hæc ſunt verba Auguſtini in lib. de Ciuit. Dei Ioan Bello. Etym.

MAGI, in quacunque parte ſint terrarum, humani generis inimici credendi, ſunt l. 7. Cod. de malef. & mathema. Briſſ.

MAGIA improbatur *Zauberung*. Nam eſt magia quædam Philoſophica ſeu naturalis, quæ ab antiquis ſanctiſſima, ac pro ſumma ſcientia habita eſt. Vnde apud Perſas Magus dicitur, quem Græci Philoſophum appellant: ſicut in Euangelio quoque accipiuntur. Sed de illa Magia, quę dæmonum potentia fit, loquitur Vlp. in l. Cæteræ, §. 1. ff. Fam. erciſc. Tantundem, inquiens, debebit facere in libris improbatis, magicis forte, vel ſimilib. Hæc enim omnia protinus corrumpenda ſunt. De his duabus Magiæ ſpeciebus v. Cælium Rhodiginũ li. 9. c. 23. Prat. & Old.

MAGICAM ſuperſtitionem, hoc eſt, eas præſtigias quæ extra publicum ritum certis quibuſdam incantationibus, & neſcio quibus ineptiis fiebant, damnandas eſſe, Gentes tametſi veram religionem ignorarent, ac in idololatria prorſus eſſent demerſi, attamen lumine quodam naturali intelligebant. Diuus Auguſtinus, in libris de Ciuitate Dei, laudãs veteres Romanos, quod licet multa impia ſacra amplexi ſint, ſemper tamen reiecerint Magiam, omneſque Chaldæorum præſtigias, ait, Legem fuiſſe in XII Tab. aduerſus artes magicas: Plinius quoque lib. 30. cap. 1. loquens de magia ſcribit in hæc verba; Extant & apud Italas gentes veſtigia eius in XII. Tab noſtris. Idem lib. 8. c. 2. cum probare vellet magicarum incantationum aliquam eſſe vim, ait, legem ipſarum in XII. Tab. verba fuiſſe; QVI FRVGES EXCANTASSIT. AT QVI MALVM CARMEN INCANTASSIT. Quales primum in Perſide Magi fuerint, ignotum non eſt. Ex Perſide magia in Græciam allata primum dicitur per quendam Oſthanem, qui Xerxen in eo quod Græci intulit bello comitabatur. Paulo poſt Romani ſuna legatos ad leges petendas in Græciam miſerunt, quo tempore magia, quæ iam degenerat maximè colebantur à Democrito Romani rectè intelligentes eam eſſe, quæ eſſet, & dici vere deberet [illegible] ſiue [illegible] totum hoc malum tollere & ex ſua vrbe profligare voluerunt. Virgilius de magicis incantationibus loquens, ait;

Atque ſatas alio vidi traducere meſſes.

eo multas eius generis incantationes Romani viderint, neſcio, ſed de iis coercendis vehementer ſollicitos fuiſſe, vel vnius C. Furij Craſini exemplum teſtimonio eſſe poteſt. Poſtea Cæſares, qui alioqui ſeueriſſimi erant aduerſus omnes magos & incantatores, videntur tamen aliquando fertilitatem aliqua huius generis arte procuratam, vel ſterilitatem depulſam non improbaſſe. Nam Conſtantinus leg. 4. C. de malef. poſteaquam eos grauiter puniri iuſſit, qui magicis artibus contra ſalutem hominum aliquid moliti ſunt, aut pudicos animos ad libidinem deflexerunt, adjicit; Nullis vero criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandiniſque lapidatione quaterentur. Sane noſter Vlpian. l. 1 §. medicos, ff. de extraord. cog. exorciſtas videtur impoſtores appellare; quamuis fateatur, ſe audiuiſſe quoſdam ab iis ſanatos eſſe: neque medicorum nomine ornari patitur; ſed nulla tamen alioqui pœna afficit. Idem, conſtitutionibus principum eos teneri ait, qui aliquam illicitam diuinationem pollicentur, leg. idem apud Labeonem, §. ſi quis De iniur. Sed quænam fuerit illicita diuinatio, non ſatis intellexerunt Romani, cum ſuos tantopere colerent augures atque aruſpices. Et quam Cicero in hoc genere tribuet, teſtes ſunt eius libri de diuinatione Cæſares qui poſtea ſecuti ſunt, dum totum vſum diuinationis tollere voluut, ipſa etiam propè mathemata ſuſtulerunt Sed rerum bonarum vſum ab abuſo diſcernere oportet. Liuius cum de Bacchanalibus loquitur, teſtis eſt, olim ex Senatuſconſulto conquiſitos Romæ fuiſſe omnes veneficiorum, & vaticiniorum libros vt comburerentur. Ergo Balduinus curioſus aut longior eſſe non vult, in iis magicis artibus explicandis, quas ignorari voluot leges Romanas. Solum addit prohibuiſſe quoque Leonem Imperat. nequis in ſuo fundo arte aliquã magica reconditos theſauros conquirat, l. 1. C. de Theſaur. In Alexandro Lucianus deſcribit quendam Tyanæum, quem cum infami nota inſignire vult, vocat [illegible], Μαγείας, & [illegible], & [illegible]. Et Balduinus in l. 11. Tab. c. 10.

MAGICA Carmina l. 7. C. de malef. & Mathemat. magici ſuſurri, §. eadem lege Inſtit. de pub. Iudic. Briſſ.

MAGICÆ artis libros, apud ſe neminem habere licet: Magici enim libri, inter libros improbatæ lectionis habentur, l. 4. §. 1. ff. fam. erciſc. Briſſ.

MAGIDIS fit mentio in l. 36. ff de condi. indeb. Eam, pro inſtrumento coenquinatorio ſeu lance quadam accipi poſſe docet Plin. lib. 33. dum refert Cornelium Nepotem tradere, tympana ſe iuuene appellata ſtateras & lances, quas antiqui magidas appellauerant. Magidem quoque inter eſcaria vaſa Varro lib. 4. de ling. lat. ponit, & à magnitudine ita appellatam dixit. Græcum tamen hoc verbum eſſe ſignificatque [illegible], quod & [illegible] appellatur, Pollux lib. 6. Onomaſt. c. 10. & lib. 7. c. 5. ſcribit, Idemque lib. 6. c. 12. [illegible] ſuo tempore appellatas ſcribit [illegible], repertaſque apud Sophoclem hoc verbum notat, cuius verba, emendatius apud eundem auctorem referuntur lib. 10 cap. 25. illo loco, [illegible]. Budæus hac voce ſignificari poſſe ait orbiculatum inſtrumentum, quo paniſices & dulciarij piſtores ſubigendis farinis opificij ſui gratia vtuntur. Briſſ. ad de Forcat. in penu. iur. c. 25.

MAGIS, aduerbium interdum ſubauditur. Vlp. in l. 7. ff. depoſit. Quum poſſet non ſuſcipere talem cauſam, quam decipere Idem in l. 2. §. 6. ff de iudic. Aliquis compelletur iudicium accipere, quam inuenire eos qui ſatis pro eo dent. Paulus in l. 2 § 1. ff. de reb. cred. Quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quam ſpecie. Et hoc quidem Hebræorum more, qui ſæpe hanc particulam ſubaudiunt, Vide Ant. Auguſt. lib. emend 4. c. 8. Prat. & Hot.

MAGIS, & electionẽ (vt in l. iubere cauere, ff. de iuriſd. omn. iud. alibi ſæpiſſimè in iure noſtro occurrit) & comparationẽ ponitur, vt in l. 1. §. Mutui datio, ff. ſi cert. pet. ſecundum vulgatam lectionem. Haloandri namque variat. Zaſius oſtendit in commen. ſen. Magis & Minus, diuerſas ſpecies non facere. Old. Prat.

MAGIS eſt, vel MAGIS eſt vt, locutio ICtis familiaris quæ ſignificat, verius eſt, potius eſt vt dicamus, l. 17. §. de eoque, ff. ad l. Iul. de adult. l. 38 & l. 72. § Stichum ff. de ſolut. Briſſ.

MAGIS eſt apud Paulum in ſententi. ſæpe ponitur pro præſtat vel receptius eſt. Vxores eorum, qui operantur, magis eſt, vt instrumento cedant. Prat.

MAGIS magiſque, hoc eſt, frequentius Imp. Conſtantin. in l. 1. C. de veter. lib. 12. Spieg.

MAGIS impendere, quam adquirere apud Martianum, l. ſtatuæ, ff. de vſufr. Spieg.

MAGIS verum pro verius, & apud Andriam Terent. Spieg.

MAGIS verbum in l. 6. ff. de legat. 1, non ſenſit Accurſ. [illegible] verum [illegible] accipiendum eſt, & in §. is quoque. Inſt. quib. mod. re contrah. obl. & apud Paul. in l. 1. ff. com. diuid. In l. iubere autem, ff. de iuriſd ſumitur [illegible]. Vtramque huius verbi ſignificationem eleganter expreſſit Diog. Laert. in Pyrrhone Heliensi, vide Cuiac. 8 obſeru. 39.

MAGISTER eum ſignificat cuius autoritatem & exemplum ſequimur, vel cui rei alicuius præcipua cura incumbit, l. cui præcipua, ff de verb. ſign. Feſtus Magiſtros inde voluit dictos quod cæteris magis poſſint, vel quod magis quam cæteri diligentiam & ſollicitudinem rebus, quibus præſunt, debent. Quidam deriuant à voce Magorum. Nam Laertius ſcribit Magos apud Perſas dictos fuiſſe viros doctos, qui populo præfuerunt doctrina, & ſimul Aſtrologi fuerunt, de anni vicibus & tempeſtatibus homines commonefacientes. Hinc factum eſt, vt magiſtri dicti ſunt ij, quorum exemplum & inſtitutionem iuuenes ſequi debent. Cicer. lib. 11. epiſtol. famil. in hoc fere ſignificatu vtitur, cum inquit: plura ſcribere non debeo, præſertim ad te, quo magiſtro breuitatis vti cogito: Alciat. d. l. cui præcipua. Magiſtri nomine ſeu generico contineri poterit Baccalaureos, Licentiatores, Doctores, ſicut enim Athletæ tribus coronis more Græciæ antiquo inſigniri debebant, l. 1. C. de Athl. ita in Agone literario tres ſunt diſtincti gradus.

MAGISTER Nauis accipitur, cui tota nauis cura mandata eſt, leg. 1. ff de exercit. act. Item § 3 Magiſtrum accipimus non ſolum quem exercitor præpoſuit, ſed & eum quem magiſter. Hic magiſter nauis à Procuratore quid differat per Bartolum inter primarios legum antiſtites præſidem ſatis declaratur;

notando

notando quod Magiſtri certæ negotiationi præponantur: vnde, cum plena quodammodo in eos efficaciſſimè adminiſtratio transferatur, quicquid adminiſtrationis nomine geſtum fuit, ad officij præceptum referri debet, vt directè dominus obligari poſſit. In procuratore vero ideo aliud conſtitutum arbitratur, quod jus aliquod tam plenariè in eum tranſmiſſum non ſit, ſed cum ſemper domini nomine contrahere debeat, l. eum qui, ff. de conſtitut. pecu. ordinarius adminiſtrator non videtur, atque dominium directè obligari non poteſt. Qua ratione cum magiſtrorum poteſtas ordinariæ, procuratorum vero delegatæ pluribus juriſdictioni, per quam ſit ſimillima, accidit, quod hi in partes, illi vero in ſolidum conſtitui cenſeantur. Quam Bartoli opinionem quamvis pro communi quam plurimi ſequantur: Fulgoſius tamen non probat. Etenim, inquit, quod ſemper officij nomine contrahat magiſter, perpetuum verum non eſt, vt nec illud quoque quod directo exercitor obligetur. Vide Peck, comment. l. 1. § præſentem. n. 3. in tit. de exercit. act. Meminit quoque Magiſtri nauium, l. 1. § 1. ff. naut. caup. l. 1. in prin. & §. vlt. ff. de leg. Rhod. l. 1. ff. de præſcrip. verb. l. 13. § ſi magiſter, ff. locat.

MAGISTER in auctionibus dicebatur vnus aliquis è creditoribus, qui debitoris bonis auctione diuendendis ita præeſſet, vt ei qui plurimo liceretur, rem addiceret: Nam cum in ea cauſa erant debitoris bona, vt venirent, ſolebant creditores vnum eligere, per quem diſtraherentur, l. vlt. ff. de curat. bon. dand. qui Magiſter dicebatur. Cicero epiſtol. ad Attic. prima, Vna, inquit, agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus & P. Scipio, & is quem putabant magiſtrum fore ſi bona venirent, L. Pontius: Hunc Magiſtrum æſtimat Hotomannus in libris noſtris Curatorem bonorum appellari, vt in leg. cuius 9. digeſt. de cur. fur. vbi Neratius ita ſcribit: Cuius bonis diſtrahendis curatores facere Senatus permiſit, eius bona creditoribus vendere non permiſit: quamuis creditores poſt id beneficium bona vendere mallent. Et in l. vlt. ff. de curat. bon. Si debitor foro ceſſerit & creditores elegerint vnum per quem bona diſtrahantur, mox extiterit alius qui ſe creditorem dicat, bona debitoris vna cum curatore vendere poterit. Cicero in Quintiana: Cui magiſtri fiunt, & domini conſtituuntur, qui qua lege, & qua conditione pereat, pronunciant, &c. Magiſtrum enim actionis ſignificat, qui cum bona proſcripta eſſent, rerum omnium vendendarum curationem ſuſciperet. Hot. Solebat autem is in compitis celebribus & frequentibus vrbis locis tabulam proponere, ſe debitoris bona venditurum his fere verbis: Titius debitor noſter incidit in cauſam venditionis bonorum: nos creditores eius bona vendimus; qui volet, emptor accedat. Hancque proſcriptionem opinatur Turn. aduer. lib. 23. c. vlt. carmen à Cic. vocari 1. de Orat. his verbis. Vt totum illud vt lingua occupaſſit, non in xii. tab. quas tu omnib. bibliothecis anteponis, ſed in magiſtri (ſic enim legi vult) carmine ſcriptum videretur. Prat. vide & Gœdd. in comm. ad l. 57. n. 2. 5. de verb. ſignif.

MAGISTER ſocietatis, vnus aliquis è ſociis dicebatur, qui Romæ ſocietati alicui, id eſt, aut ſcripturæ, aut portorij, aut vectigalium, ita præerat, vt & Decumanos quaſi tenatum cogendi, & ad eos de ſocietatis negotiis referendi poteſtatem haberet: eiúmque omnem generet tabularum, & rationum quæ vndique ab iis qui operas dabant, Romam mitterentur. Hic Promagiſtrum in prouincia habebat, ſui quaſi muneris vicarium & ſocietati præfectum, qui etiam Magiſter interdum appellatur. Vlpian. l. 14. ff. de pact. Item magiſtri ſocietatum pactum & prodeſſe & obeſſe conſtat. M. Tullius ad Craſſipedem: P. Rupilius qui eſt Magiſter in ea ſocietate: & in 4. Verrin. ſæpe, Hot. & Prat.

MAGISTRI cenſus ij erant, apud quos profeſſiones, teſtamenta & tabellionum inſtrumenta edi ac publicari ſolebant. N. de tabel. 44. l. teſtamenta, 18. l. conſulta, C. de teſt. l. orphanotrophos, 30. C. de epiſc. & cler. l. ſecundum, 32. C. de donat. l. vlt. C. de jure Emphyt. Hic magiſtratus erat in vrbe, quem poſterior ætas [Greek], appellauit, auctore Leone No. 44. & Suida in Artemio, & locum etiam ipſum quo acta & inſinuationes fiebant, quod & Cedreno eſt [Greek], in prouinciis partes eius ſubſtinebant defenſores ciuitatum, Prat.

MAGISTRUM conuiuij, Cic. in Cato. maior. dicit, quem ſympoſiarchum Græci vocant, Briſſ.

MAGISTER curiæ apud Plautum in Aulularia, videtur eſſe, qui Græcis [Greek] dicitur. Et vt pagorum erant magiſtri, ſic curiarum. Vide [Greek]. Sumitur & magiſter curiæ in libris Feudiſticis, pro eo qui in domo & familia principis aut nobilis, ſecundum dominium primas tenet: qua in re differt à patribus curiæ, qui parem & æquabilem, conſiliorum dignitatem obtinent, vt ſuo loco diximus. Albericus Krantz lib. 9. cap. 1. Grauis ſimultas inter militem quendam Regis proximum, qui magiſter curiæ illius dicebatur, & alium quendam militem, &c. Item appellatur ab aliis maior domus: quemadmodum & pares domus dicuntur. Vide Francogalliam, Hot.

MAGISTER equitum dicebatur, inquit Varro lib. 4. ling. latin. quod ſumma poteſtas huius in equites & accenſos, vt eſt ſumma in popul. Rom. Dictatoris: vnde is quoque magiſter populi appellatus eſt. Moris autem erat, vt à dictatore diceretur noctu ſimulatque creatus dictator fuerat Liuius lib. 4. Dictator è conſule dictus: ipſi deinde C. Seruilium Ahalam, magiſtrum equitum dixit. Item & Senatus dictatorem dici Mamercum Æmilium juſſit. Is magiſtrum equitum L. Quintium Cincinnatum dixit. Item Virginius dum collegam conſuleret moratus permittente eo, nocte dictatorem dixit. Is ſibi magiſtrum equitum Poſthumium dixit. Pomponius leg. 2. de orig. jur. Et his dictatoribus magiſtri equitum jungebantur; ſic quomodo Regibus Tribunum celerum, quod officium fere tale erat, quale hodie Præfectorum prætorio. Aurelius leg. 1. ff. de off. præfect. prætor. Cum apud veteres dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur: & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui aſſociati participes curæ militiæ gratia, ſecundum poſt eos poteſtatem gererent, Prat.

MAGISTER vtriuſque militiæ l. vn. de offic. Iudic. milit. lib. 6. ff. de domeſt. & protect. lib. 12. C. de veteran.

MAGISTRI Scriniorum dicebantur, qui capſulis in quibus Principum reſcripta conſeruabantur, præfecti erant; quo in honore Vlpianum Iuriſc. apud Imp. Alexandrum fuiſſe, Lampridius teſtatur. Vt autem ſcriniorum (quemadmodum ſuo loco dictū eſt) ſic magiſtrorum varia genera fuerunt, comitúmque & ſpectabilium nomine dignabantur; Imperatoriæ maieſtatis aſſeſſores erant; eoque honore defuncti, ciuilium munerum omnium vacationem obtinebant, leg. vnic. Cod. de magiſtr. ſacr. ſcrin. leg. eos qui, 11. Cod. de excuſat. mun. qua in leg. item vt alibi perſæpe, tres hi memorantur. Hos ſimiles quidam eſſe dicunt Protonotariis, alij vero magiſtris computorum, Prat.

MAGISTRIANI ſunt agentes in rebus, vt eſt in veteri ſaxo. Sic autem videntur dicti, quod ex eorum ſchola executores litis magiſtro officiorum attribuerentur, vt Marianus Scotus teſtatur, Iuſtinianus in Auth. de mand. Princ. vel potius præcept. præſidum. Deinde conueniens eſt, ait, ne eos, qui huc commeant, ſiue magiſteriani ſint, ſiue ex quocunque alio judicio, permittas ſubditos noſtros ſuperexigere. Sic Haloander noſter vertit, cuius editione libenter vtimur. Interpretes, & eum ſecutos Alberic. Magiſterianos inter Magiſtratus genera referri monuerunt. Spieg.

MAGISTER populi, Dictator dicebatur, vt ex Augutalium librorum auctoritate. Seneca lib. 19. Epiſt. comprobat: teſtimonium etiam illud adferens, quod qui ab eo nominabatur, eique jungebatur, Magiſter Equitum vocabatur, de quo ſit mentio l. 2. §. populo deinde aucto. ff. de orig. jur. l. vn. ff. de off. præfect. præt. Briſſ.

MAGISTER autem populi Dictator eſt appellatus, quod ſumma eius poteſtas in populum eſſet: Vnde reliqui quidem minores, quam hi magiſtri magiſtratus. Prat.

MAGISTER vniuerſitatis ab Vlpiano dicitur in l. 9. ff. rat. rem hab. pro eo quem magiſtrum ſocietatis in l. 14. ff. de pact. idem appellat. Hot.

MAGISTERIUM, magiſtri dignitas, ſeu officium.

MAGISTRI admiſſionum l. vn. C. Theod. qui à præbitio Tiron.

MAGISTRI æris l. vn. C. de anno. & cap.

MAGISTRI cæremoniarum, hodie vocantur, qui in regum aulis, cum pompa ſit, vnicuique incedendi locum ordinémque præſcribunt. Eos, & quidem rectè veteribus dictos eſſe deſignatores, Bud. adnotauit in l. athletas, de his qui not. infam. prolato, quod in prologo Pœnuli apud Plautum inuenit, exemplo. Spieg.

MAGISTRI Epiſtolarum, qui ciuitatum legationibus, poſtulatis ac precibus audiendis, & ad Principem referendis præerant. Horum meminit Spartian. in Hadriano & Sido Apoll. li. 9. Epiſt. Erant & magiſtri epiſtolarum Græcarum, qui, vt notitia habet, eas epiſtolas quæ Græce ſolebant emitti, aut ipſi dictabant, aut Latine dictatas transferebant in Græcum. Prat. Briſſ.

MAGISTRI inter agentes, §. ad iſtum, epiſt. de Iuſtinian. C. confir. Briſſ.

MAGISTRI legum appellantur in procemio Pandect. quos hodie doctores dicimus. Brechæus l. cui præcipua, ff. de verb. & rer. ſign. Hinc credendum eſt fluxiſſe appellationem hanc vt Romanæ Rotę adjutores adhuc Magiſtros appellent, quaſi ad eam legum peritiam deducti, vt magiſterio fungi poſſint, ſeu magis, quia doctoratus inſignia aſſecuti ſunt. Galli enim pleroſque Doctores Magiſtros appellant, & appellationem hanc curia ſeruauit, dum Gallia Romam reuerſus aſſer. Aldob. in procem. Inſt. in verb. Magiſtro.

MAGISTRI libellorum ſunt, qui ſupplices libellos à priuatis oblatos tractabant: quo in honore fuiſſe Papinianum apud Imper. Seuerum Pertinacem licet cognoſcere ex l. reſcriptum, l. 12. ff. de diſtract. pign. Libellos, inquit Tryphoninus agente Papiniano. Vocantur etiam Chartophylaces, & Galli, Magiſtri requeſtarum. Prat.

MAGISTRI memoriæ epiſtolis & libellis præerant, l. 12. de ex-

euſ.muner.lib.10. C. Ammia, lib.27. Treuellius Pollio in Claudio. Et apud Auguſtinum Epiſt.55. Hi, vt eſt in notitia, adnotationes omnes dictabant, & emittebant, ſed & precibus reſpondebant. Eumenius Rhetor in Orat. pro Scholis inſtaurandis magiſtrum ſe ſacræ memoriæ fuiſſe & trecenta Seſtertia annua accepiſſe ſcribit, Briſſ.

MAGISTRI militum, qui [illegible] in Nouellis, ſæpe in conſtitutionibus Impp. nominantur, Eminentiſſimique & magnifici, excelſi, & illuſtres appellantur, leg. 8. C.de modo mult. leg.2. C.de offic. præfect. præto. Eos in locum legatorum, qui ex conſularibus ad exercitus mittebantur, ſubſtitutos, Veget. lib.2.c. 9. ſcribit. Erant autem magiſtri tam equitum quam peditum: Quarum quatuor erant præſentales ſiue in præſenti, Duo in Oriente, totidem in Occidente. His adjuncti ierant alij, Equitum & peditum per Illyricum; equitum & peditum per Gallias, quæ omnia ex notitia liquent. Habebant autem hi inter militares viros vel priuatum actorem & reum militarem, etiam ciuilium quæſtionum audiendi facultatem, l.6.C.de juriſdictionib. Briſſ.

MAGISTRI officiorum erant, qui procurabant, vt milites in acie cæteros antecederent, quibus ſtipendia meliora darentur, vel labor prolixior faceret anteire vt in leg.2. C.de offic. magiſtr. Tum ad magiſtros officiorum pertinebat ſignificare quotannis Cæſaribus, vt ſe numerus militum haberet caſtrorumque ac clauſularum jura procederent, vt ex l. 4 eadem titulo colligere licet. Porro, ni fallor, tum magiſtri officiorum erant hi, qui à Pomponio Læto præfecti caſtrorum vocantur quibus (eo dem authore) curæ erant caſtrorum poſitiones, valli, foſſæ, tentoria, tabernacula, tormenta bellica, & cætera. Hæc Hegendorph in Exegeſi, ne quem gloria debita fraudem, Author.

Erant & MAGISTRI officiorum, in Oriente vnus, in Occidente alter, leg. 2.&.3. Cod. vbi ſenatur l.36. Cod.de appellat. leg 2.5. ſin autem, C. de temporibus appell. leg.2. C. de his qui permit. jud. Et apud Ammia. lib 20.& Ambroſ Epiſt 53. lib.7.& in Notitia, & Nicephor. lib 8. Eccl. hiſtor. c.11. ſub horum diſpoſitione erant fabricæ. Item Scrinia memoriæ, ſcilicet, Libellorum Epiſtolarum, & Diſpoſitionum. Scholæ item Scrutariorum, armaturarum, ſeniorum, agentium in rebus, & deputatorum, eiuſdem ſcholæ. Admiſſionales item, & Cancellarij. Item curſus publici poteſtas, vt apparet ex l.9. de concurſu publ. li.12, C. Briſſ.

MAGISTRI ſcripturæ dicebantur, qui eius vectigalis ſocietati præerant. Cicer. Epiſtol. 63. lib.13. famil Qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat Et li.3. in Verrem. cum eſſet magiſter ſcripturæ, & ſocietatis Publicanorum. Et 4. in Verrem. In Scriptura Siciliæ, pro Magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. Briſſ.

MAGISTRI paganorum fit mentio apud Sicul. Flac. in lib. de conditiono. agr. & in fragmento quod ei ex libris Magnuis & Vegoiæ conjunctum eſt. Briſſ.

MAGISTER rei priuatæ vide l.5. C. vbi de cauſ. ſtat. l.2. C. Th. de jur. fiſc. Briſſ.

MAGISTRI Scrinij libellorum, §. ad iſtum, in Epiſt. de Iuſtinian. C. confir. Nou. Valentinian. tit.3 & apud Caſſiod. lib 6. var. hiſtor. cognitiones & preces tractabant, Briſſ.

MAGISTER Veſtium, l. pen. C.de ſacrileg.

MAGISTRI vicorum fit mentio apud Suetoo. in Aug. cap.30. & cap. fin & in inſcriptione, quæ Romæ eſt ante portam palatij: quos vno vocabulo vico magiſtros Publ. Victor appellat. Briſſ.

MAGISTRI etiam appellantur, qui bonis debitoris diſtrahendis communi creditorum conſenſu præficiebantur. Quod verbum apud Cicer. Epiſt. ad Attic. frequens eſt. Thophil. in titul. de ſucceſſio. bonor. de creditoribus miſſis in bonorum poſſeſſionem debitoris latitantis agens, [illegible] Eſt in hoc verbo elegans Ciceronis a Quintiliano lib.6. notatus locus in Pletorium Fonteij accuſatorem, cujus matrem dixit dum vixiſſet ludũ, poſtquam mortua eſſet, magiſtros habuiſſe. Quòd infames fœminę ad eam conuenire ſolitæ eſſent, poſt mortem bona ejus venirent. Videtur autem hujuſmodi magiſter Curator bonorum in libris noſtris appellari, vt ex leg. vlt. ff. de curat. bon. dan. patet. Præterea magiſtros ſcripturę appellabant, qui ejus vectigalis ſocietati præerant. Cic. lib.13. Epiſt. quas familiares vocant, ad Silium: Terentius operas in ſcriptura pro magiſtro dat. Et lib.5. Epiſtol. ad Attic. pro magiſtris ſcripturæ, & portus, & noſtrarum Diœceſium & 4. in Verr. in Scriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius. Vide ſupra Magiſter in auctionibus.

MAGISTRI vocem, proprio nomini antepoſitam, de literarum magiſtro Pontificij juris Interpretes accipiunt: quum vero ſequitur, vt de fabro, opifice, artificéve intelligunt. ut ſed quam rectè ipſi videtint: Magiſtri etiam dicuntur, qui bona ſub haſta vendunt. Vide Cælium lib.11.c.5. Spieg.

MAGISTRO debetur reuerentia, l. à quib. ff. de Don. Alber. Spie.

MAGISTRVM excuſare debet diſcipulus exemplo Ceſſij, l. dicere, de recept. arbitr. Spieg.

MAGISTRATVS Paulus dici ſcribit, quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & ſollicitudinem rebus, quibus præſunt, debent. Ipſoſque adeo Magiſtratus per deriuationem à Magiſtris cognominari, l.57. ff.de verbo. ſign. Feſtus vero lib.11. Magiſtrare ait, eſſe moderari: Indeque magiſtros non ſolum doctores artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dici: quia omnes hi magis cæteris poſſunt, Briſſ.

MAGISTROS ſuo tempore Conſtantinopoli fuiſſe vigintiquatuor Luitprandus lib.6.c.5. ſcribit.

MAGISTROS pro cuſtodibus accipi, Seru. lib.5. Æneid. notat, citàtque illud Terentij Phorm. Ac. 1. ſec.2. me filios relinquunt quaſi magiſtrum.

MAGISTERIVM poteſtas, l. 6. C de juriſdict. l. vlt. C. vbi de curiali vel cohort. l.3. C. vbi ſenator, l. 33. C.de appellatio. l. vlt. C. de fide inſtrum. l. vlt. C. de offic. milit. jud. quam Suidas [illegible] vocat. Et Magiſterium militare, l.25. C.de procuratib. Latini auctores etiam Magiſteria numero multitudinis dicunt vt Cicero in Cato. Me vero & Magiſteria delectant. Et apud Suetonium in Octauio c.8. Magiſteria municipalia, Briſſ.

MAGISTRATVM eſſe, eſt vel ordinaria juriſdictione fungi, vel merum imperium obtinere, quod ſatis arguunt verba Iuriſconſult. in l. eum qui de juriſd. omn. judic. quum ait, Magiſtratus qui in aliqua poteſtate ſunt, &c. Nam poteſtas in perſona magiſtratuum imperium ſignificat. l. poteſtatis, de verb. ſignif. Iidem probant exempla, quæ inibi Iuriſconſ. adducit, quum ea ſint magiſtratuum, quibus merum imperium conceſſum eſt, Spieg.

MAGISTRATVM imminuere dicebant veteres, quod tunc derogare juribus, & prærogatiua officij dicunt. Spieg.

MAGISTRATVM inquietare in l. 1 ff de Poſtul. Ibidem inſignia magiſtratus videre & reuereri non poſſe, § origo vero. Spieg.

MAGISTRATVS, inquit Varro lib. 4 de ling. lat. à magiſtro dicitur: ſicut Albatus, ab albo. Quam deriuationem etiam Paulus noſter approbat in l.56 ff. de verb. ſign. Eſt enim Magiſter populi, Dictator, cui ſummum & vniuerſum imperium commiſſum eſt, cujus cęteri omnes magiſtratus partem obtinent. Feſtus verò a magiſtrando magiſtratus dictos ait, qui per imperia potentiores ſint, quam priuati. Dicebatur autem olim quidem magiſtratus, is qui judicium auſpiciúmque haberet, quemadmodum Cicero in Legibus ſcribit, Magiſtratus omnes judicium auſpiciumque habento. Poſtea verò dicti ſunt magiſtratus, quibus Reſpub. vel omnino vel ex parte à populo vel principe commiſſa eſſet. Omnino. vt Dictatores; item primis temporibus Conſules, qui regio imperio erant: aut cum SC. extremæ neceſſitatis factum eſſet. Ex parte vero vt Conſules, poſteaquam alij, magiſtratus creati ſunt, qui partem ijs ſuæ poteſtatis ademerunt: item Prætores, alijque inferiores omnes, Hot.

MAGISTRATVS apud Pomponium, l. 2. de Orig. jur. ſignificat omnes quibus judicandi functio commiſſa fuerat: non vt jus conſtituerent, ſed vt id quod conſtitutum eſſet dicerent, quaſi viua vox juris Ciuilis, nam & ipſum, ff. de judic. & jur. §. Prætorum quoque, Inſtit. de jur. nat. gent. Spieg.

MAGISTRATVS vocabulum, P. Bembus in Epiſtolis, quas Leonis Pont. nomine, plane Ciceroniane ſcripſit, numero multitudinis eleganter vſurpat pro Dynaſta, vel magis Poteſtate, quæ vox hodie Italis vulgo denotat eum, apud quem eſt arbitrium moderandæ Reipublicæ vel ciuitatis. Cæterum magiſtratus fiducia injuria non licèt, l. nec magiſtratib. ff. de injur. Spieg.

MAGISTRATVM & ciuilem ordinationem Deus inſtituit ſub ipſum ſtatim creationis tempus, quando poteſtatem tradidit Adæ in ea omnia, quę in terra & mari ſunt, Prat.

MAGISTRATVVM gradus omnes & publica imperia ex fonte quarti pręcepti, Honora patrem & matrem promanarunt, & Deo placent, Prat.

MAGISTRATVS audientiam prębere debet, & rectè ſecundum leges, & abſque omni affectu judicare. Nouel. de pretore Thrabię. §. Oportet inſuper Conſtit. 26. Old.

MAGISTRATVS honeſta ſemper debent præcipere: omnes ſubditi obtemperare debent magiſtratibus. Sicut enim magiſtratuum eſt, rectè imperare: ita ſubditorum eſt, humiliter obſequi. Parentum & liberorum exempla vtriſque verſari debent ob oculos, Prat.

MAGISTRATVS imperiaque approbat Deus, ſine quibus nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt, vt Cicero dicit. Porro non magis ſine magiſtratu ciuitas, quam nauis ſine gubernatore, ſalua eſſe poteſt. Magiſtratuum itaque hæc eſt vis, vt præſint, præſcribant, quę ſunt recta & vtilia, & coniuncta cum legibus. At enim (ait Cicero) Magiſtratibus lege, ita populo præſunt magiſtratus: veréque dici

poteſt

Digitized by Google

poteſt, Magiſtratum legem eſſe loquentem: Legem autem mutum magiſtratum, Et profecto quod profuerit multas habere Leges, niſi ſint qui moderentur ac recta diſtribuant? Quocirca Pomponius in l.2. §. poſt originem, ff.de orig. jur. loquens de magiſtratibus. Quia, inquit, per eos qui juri dicendo præſunt, effectus rei accipitur. Parum eſt enim jus in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui jura reddere poſſint. Vide quam pulchre accedant hæ ſententiæ Apoſtoli, Rom. 13. qui tradit: poteſtatem ordinationem Dei eſſe. Quis igitur non obtemperet jus dicenti, autoritati omnipotentis Dei? Nec vero ſolum vt obtemperent obediantque Magiſtratibus, ſed etiam vt eos colant, diligantque, requiritur, teſte Cicerone. Nam ait, & qui imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt, & qui modeſtè paret, videtur, qui aliquando imperet dignus eſſe. Bone Deus, quam ſunt iſtæ voces dignæ, vt ſemper meditemur. Plus enim conferunt lucis ad Ciuilem diſciplinam, quam omnes Doctorum juris verboſi commentarij. Vetus autem inter ſapientes quæſtio fuit, vtrum magiſtratus, præeſſe legibus, an leges magiſtratibus deberent; quam totam ſedat Stoicæ ſummę ſapientiæ Chryſippus, cujus verba recitat Marcianus in l.2. de legibus. Ex illis autem manifeſtum fit, magiſtratus ciuitatis ſubeſſe legibus oportere. Nec mirum. quia legum miniſtri ſunt vt docet Cicero. Vide Salomonium in dict. l.2. de legib. Old. Prat.

MAGISTRATVS in adeundo ſe exhibere debet facilem, in reſpondendo grauem. Calliſtratus in l. obſeruandum, ff. de offic. præſ. Old. Prat.

MAGISTRATVS non debet velle videri humanior, quam lex, vbi aliquid conſtitutum eſt, Nouel. de judicibus, § Vt autem omni modo, conſtit. 82. Omnia enim judex, ſiue magiſtratum gerat, ſiue aliter judicet, leges obſeruare, & ſecundum illas proferre ſententias debet. Et quamuis in medio litis Imperatoriam accipiat juſſionem, aut ſacram formam licet pragmaticam: lex tamen præferenda eſt ibi. §. fin. Old. Prat.

MAGISTRATVS plurimum debet proſpicere fœminis, pupillis, vel alijs debilibus perſonis, etiamſi nemo petat. Vlpianus in l. nec quicquam, §. obſeruare, ff. de offic. proconſ. Old. Prat.

MAGISTRATVS qui ciuilia adminiſtrant officia puris vti manibus, & omni præda abſtinere debent, conicuti ordinatio tributo. Nouell. vt præſid. abſque vlla datio. §. ſubit igitur, conſtit. 8. Si enim magiſtratus lucro intenti ſint, multos reos ſontes accepta pro delicto pecunia abſoluunt, multos rurſus inſontes condemnant. Nam omnium flagitiorum principium & finis eſt, pecunias ex officijs conquirere. Auaritia quippe omnium malorum mater exiſtit: & maxime cum in animis magiſtratuum innaſcitur. Si quidem magiſtratus, omnia auro habens venalia, delinquendi anſam præbet. Ibid. Old. Prat.

MAGISTRATVS Romæ hos habitos Pom. in l.2. ff. de orig. jur. tradit Dictatores, Conſules, Cenſores, Prætores, Ædiles, Tribunos plebis, Quæſtores, Decemviros, Præfectum vrbi, Tribunos militum: Alios autem fuiſſe, qui etſi magiſtratus non eſſent, extra ordinem tamen, vtilitatis cauſa conſtituti jus dicebant, vt Præfectum annonæ & Præfectum Vigilum, de quibus accipiendum eſt quod in l 7. In fin ff. de offi pro conſ. ſcriptum eſt, Briſſ. Adde Corraſ. lib Miſcell. 3. c. 3.

MAGISTRATVS populi Romani poſt prouinciarum diuiſionem ab Auguſto factam, dicti ſunt, qui tum in vrbe, tum in populi prouincijs, qui pro conſules mittebantur, jus dicebant. Ob eamque cauſam à Præſidibus prouinciarum diſtinguuntur in Pandectis. Nam hoc nomen ad Prouinciarum Cæſaris rectores conſtringitur, Vlpian. in l.4. §.1 ff. de inter. in jur. Quod ait Prætor in jure, ſic accipiendum eſt apud Magiſtratus populi Romani, vel præſides prouinciarum vel alios judices. Niſi forte populum Romanum, qui in vrbe eſt ſignificet. Hotom. Magiſtratus autem qui in prouincias cum Imperio mittebantur, non Conſules, Prætores, Quæſtoreſve appellabantur, ſed Pro Conſule, Pro Prætore, Pro Quæſtore, cum eorum vicem in prouincijs repræſentarent. At poſtea coaleſcentibus in vnum vocabulis, Proconſules, Proprætores, Proquæſtores dicti ſunt, Briſſ.

SIC MAGISTRATVM poteſtatemque, vt diuerſa disjungi videmus in l.1. ff. quod quiſque juri, l.3. in fin. ff. de arbitr. l.8. ff. de accuſat quod non omnes publica poteſtate prædıti magiſtratuum nomen obtineant. Magiſtratuum tamen generaliter Vlpian. à propria ſignificatione paululum recedeas, eum interpretatur, qui in poteſtate aliqua ſit: veluti Proconſulem, prætorem, & alios prouinciarum rectores, l.12. ff. de juriſdict. Et omnes, qui tribunali ac juriſdictioni præſunt, judices. Magiſtratuum etiam nomine nonnunquam municipales intelligendi ſunt, l.27. l.31. ff. de neg. geſt. l.11. l.33. ff. ad municipal. tit. de magiſtratibus conueniendis. Briſſ.

MAGISTRATVVM multiplex diuiſio eſt. Alij erant maiores, alij minores. Maiores dicebantur, qui imperium poteſtatemque habebant, id eſt, qui nec obedientes & noxios ciues multa & vinculis coercendi poteſtatem habebant vt Cic. lib. de legib. 3. declarat. & intelligitur ex l.2. ff. de in jus vocand. l.32. ff. de injur. l.131. ff. de verb. ſign quales ſunt in vrbe Conſul, & Prętor, & præfectus vrbi: in Prouincijs Proconſules, aut Proprætores, item pręſides. Minores dicebantur, quibus neque imperium neque poteſtas data erat, ſed minor aliqua Reipubl. procuratio. Itaq; aperte deſcribuntur id d.l.32. ff. de injur. qua de cauſa de ſe Cicero Ædile (qui minor magiſtratus eſt) Verrin. 2. loquens: Erat, inquit, tum Conſul. Hortenſius cum ſummo imperio ac poteſtate: ego autem Ædilis, hoc eſt, paulo amplius quam priuatus. Itaque in jus Ædiles vocari potuiſſe, conſtat ex Gell. lib 13. c. 13. & l. cumque, 13. ff. de peric. & commod. In his numerantur à Cicerone Tribuni ærarij, Quæſtores, Triumviri capitales, item procurator Cæſaris, ex l. non licet, 47. de contr. empt. Hotom. Prat.

MAGISTRATVS qui maiores, item qui minores dicerentur, Gellius (exponens hæc verba; Ne quis Magiſtratus minor de cœlo ſervaſſe velit) ex his M Meſſalæ verbis docuit, lib. 13. c. 14. Patriciorum auſpicia in duas ſunt poteſtates diuiſa. Maxima ſunt Conſulum, Prætorum, Cenſorum. Neq; tamen eorum omnium inter ſe eadem, aut ejuſdem poteſtatis: ideo quod collegæ non ſunt Cenſores Conſulum, aut prætorum Prætores Conſulum ſunt. Ideo neque Conſules aut Prætores Cenſoribus, neque Cenſores Conſulibus, aut Prætoribus turbant, aut retinent auſpicia. At cenſores inter ſe, rurſus Prætores Conſuleſque inter ſe & vitiant & obtinent. Prætor etſi collega Conſulis eſt, neque Prætorem neque Conſulem jus rogare poteſt: vt quidem nos à ſuperioribus accepimus, aut ante hæc tempora ſervatum eſt. Et vt in commentario XIII. C. Tuditani patet, quia imperium minus Prætor, majus habet Conſul: & à minore imperio majus, at à maiore collega rogare jure non poteſt. Nos his temporibus Prætores Prætore creante veterum auctoritatem ſumus ſecuti: neque his comitijs in auſpicio fuimus. Cenſores æque non eodem rogantur auſpicio atque Conſules & Prætores. Reliquorum magiſtratuum minora ſunt auſpicia. Ideo illi minores, hi maiores magiſtratus appellantur. Minoribus creandis magiſtratibus, Tributia comitijs magiſtratus, ſed iſtius curiata datur lege: Maiores Centuriatis comitijs fiunt. Quod autem collega Conſulis Prætor dicitur, ideo dictum eſt, quod eodem auſpicio crearentur, vt ibidem ſcribit Gellius, Hot. & Prat.

MAGISTRATVS vtiq; pop. Rom. proprie dicebantur, qui in vrbe jus dicebant. Eaque de cauſa à Præſidibus prouinciarum ſeparantur, l.3. §.1. ff. quod met. cauſ. 191. in fi. ff. de verb. ſign. Et ideo qui in prouincias cum imperio mittebantur, non Conſules, Quæſtores, Prætoreſve appellabantur: ſed pro Conſule, pro Quęſtore, pro Pręture, cum eorum vicem in prouincijs repræſentarent. Ac poſtea coaleſcentibus in vnum, Proconſules, Proquęſtores, Proprętores dicti ſunt, Briſſ.

MAGISTRATVS alij Vrbani ſunt, alij Prouinciales, alij Municipales. Prouinciales proprie Poteſtates dicuntur, l. eum qui, 13. ff. de juriſd. ibi pro PRÆTOR, legendum putarem vel PRÆSES vel Proprętor. Itaque ſępe imperium à poteſtate diſtinguitur, vt l.13. ff. de arbitr. l.1. ff. quod quiſque jur. l 8. ff. de accuſat. Municipales autem ſunt veluti Duum-viri, magiſtratuumque nomine ſępe municipales intelliguntur: vt in rubr. de magiſt. conuenienḋ. & l.27. l.31. ff. de negot. geſt. l.11. & l.13. ff. ad municip.

MAGISTRATVVM alij ordinarij ſunt, alij extraordinarij: Ordinarij dicuntur, qui ordine legibus inſtituto ſolenni more creantur, & perpetuo vſurpantur: vt Conſul. Pętor, Ædilis, Quęſtor. Extraordinarij vero, qui cum vſus Reipub. poſtulat, pręter vſitatum ordinem conſtituuntur: quales erant Dictatores, item Pręfecti annonę, & Præfecti vigilum: vt ait Pomp. leg. 2. ff. de origin. jur. Item qui in prouincias Proconſulari aut Proprętorio, imperio aut antequam Conſules Pręturesve fuiſſent, aut non ſtatim poſtquam vrbanum illum magiſtratum in vrbe geſſiſſent, mittebantur. Quod enim nonnulli tradunt, Prouinciarum adminiſtrationes omnes extraordinarias fuiſſe falſum eſt: eaque de re copioſe in Commentarijs Manilianæ Orationis diſputauit. Hot.

MAGISTRATVS plebeij, vt Manutius exponit, dicebantur, qui plebis cauſa, & ex ipſa plebe. Patritij vero qui patritiorum cauſa, & ex patricijs familijs primum erant inſtituti.

MAGMENTARIA fana dicuntur vaſa ſacra, quibus magmenta & extra ſacra impoſita aræ inferebantur. Turnebus aduerſar. lib. 22. c. 7.

MAGNA & evidens calliditas apud Vlp. de Dolo. in fin. l. & elegantet. Spieg.

MAGNA cauſa, quæ ſit apud Iuriſconſultos, nec Gloſ. nec interpretes certo tradidiſſe, Zaſ. ex eo docet, quod exempla ab eis poſita, ſint improba. Vnde ipſi dici vult ſuo periculo, & quidem noue, quod magna cauſa poteſt verti in eo, qui eſt condemnatus, vt pecuniam ſoluat: cæterum quia confeſtim cogitur proficiſci in neceſſitatem reip. hic ceſſare ordinem executionis contra eum: modo paratus ſit dare fidejuſſores, vel pignora, ne neceſſitas reipubl. impediatur. Cæterum inter magni ponderis, ſiue grauiores cauſas, in jure Ciuili referuntur ab

idoneis interpretibus cauſa matrimonij, item ſtatus, atque famæ, & qui ... omnes cauſæ criminales, vid. Bart. in l. admonendi, ff. de jurejur. Spec. tit. de aduoc. verſ. cum autem Pr.

MAGNA dos ſecundùm qualitatem perſonæ intelligitur, C. de Collat. Aut quod meum, & ibid. not. Prat.

MAGNA machinatio, apud Iuriſconſ. in l. qui enim de dolo.

MAGNA mora, ſex menſium dicitur, l. vlt. C. de cenſib. Spieg.

MAGNA poſſeſſio l. 5. §. Idem prætor, ff. de rebus cor.

MAGNA negligentia culpa eſt: magna culpa dolus eſt: Paulus in l. magna, ff. de verb. ſignif. vide Lata culpa Prat.

MAGNÆ facultates recipiunt æſtimationem, partim ab arbitrio judicis, partim à vulgi opinione, partim à qualitate perſonæ. Vide quæ not. in §. ſed hoc jure vtimur: Inſtitut. de Attil. tut. Spieg. Prat.

MAGNARII negociatores, qui trans mare ad ſe deuehi ſpecies curant, vere, & vt ita dicam, Alciatus ait, ἐμφατικώτερον mercatores ſuat, Spieg.

MAGNANIMITAS, id eſt, ſublimitas & præſtantia animi, propriè Imperatoris eſt Seneca autumat Magnanimitatem & fortitudinem idem eſſe, nihilque aliud in rebus humanis magnum, niſi animum magnum deſpicientem. Spieg.

MAGNAS fraudes in rationibus committere. Vide Vlpianum in l. vnde Neratius, in §. idem Iulianus, ff. ad leg. Aquil. Spieg.

MAGNI, id eſt, Imperatores, apud Marcianum in l. 1. ff de requis. reis. Briſſ.

MAGNI facere, l. 4. ff. de offic. procon. Magni pretij eſſe, l. 14 ff. de furt..

MAGNI FACERE, non eſt vt Interpres exponit apud Vlp. in l. 1. §. fin. quod vi aut clam valde diligere, ſed in precio habere vulgò dicunt, reputare. Idem in l. obſeruare, §. ingreſſus, de offic. procon. Magni enim faciunt, ait, prouinciales, ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam. Prat.

MAGNI arbitrari dicitur. vt magni ducere, magnificare, Spiegel.

MAGNIFICARE verbum, deuitatur à nonnullis, nec patiuntur dici, Magnificat anima mea Dominum, cum Terentium ea vox non puduerit. Ex Inſulano Spieg.

MAGNIFICENTIA eſt, (inquit Cicero de inuent. lib. 2.) rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione, agitatio atque adminiſtratio.

MAGNIFICENTIA mea, in l. 1. C. de Veteran. libr. 12. Magnificentia veſtra, C. de offic. ejus qui vic. alt. jud. obt. Spieg.

MAGNIFICENTIA public. Hujus meminit Cicero pro L. Flacc. Hæc, inquit, ratio ac magnitudo animorum in maioribus noſtris fuit: vt quum in priuatis rebus, ſuiſque ſumptibus minimo contenti, tenuiſſimo cultu viuerent, in Imperio, atque publica dignitate, omnia ad gloriam ſplendoremque reuocaſent. Quæritur enim in re domeſtica continentiæ laus, in publica dignitatis. Spieg.

MAGNIFICENTISSIMVM Senatuſconſultum, pro ampliſſimo & nobiliſſimo, apud Cic. lib. 2. de diuinat.

MAGNIFICENTISSIMVS, ab Imperatore exequæſtor appellatur in Authent. Vt diuinæ juſſiones, quod & ab Alberico adnotatum eſt. Spieg.

MAGNIFICORVM titulus tribuitur præfectis prætorio, magiſtris militum, magiſtris officiorum, magiſtris ſoret agentes, quæſtoribus, comitibus domeſticorum, l. 16. C. de teſt. milit. l. vlt. C. vbi Senator, l. 33. C. de appellation §. ad iſtum epiſt. de Iuſtinian. Cod. confir. Et in epiſt. Inſtit. in §. cumque, l. 8 C. de modo mult. l. 6. & l. vlt. C. de aduocat. diuerſor. judicior. l. 6. C. de aduocat diuerſ. judicum. Briſſ.

Ita MAGNIFICOS viros magnificoſque judices interpretabimur in l. 33. in fin. & l. 34. C. de appellat. Briſſ.

MAGNIFICVS dicitur, autore Ariſt. qui in magnis pro dignitate ſumptum facit, vel qui res præclaras gerit. Interdum tamen Catanæo teſte, pro glorioſo & iactabundo ponitur. Vide Abb. in c. nouit. de off. deleg. Cæterum in quibus Magnificus cum liberali conueniat, in quibus etiam ab eo differat, pulchre demonſtrat Pontanus in de Magnificentia: quam ille definit, ... ſumptuoſæ fructum eſſe, Spieg.

MAGNI item æſtimare: vide Paul. in l. puta enim ff. ad legem Aquil. Spieg.

MAGNITVDO, æris alieni, Impendiorum, patrimoniorum, pecuniæ aquarum Rei, fluminis, tempeſtatis, facinorum, vulneris, operis, doliorum, loci, &c. Briſſ. ex ff. & C.

MAGNVM tempus, quadriennium accipitur, l. vxor, C. de tep. Pr.

MAGVS eſt qui contra ſalutem hominum aliquid molitur; quique pudicos animos ad libidinem deflectit, text. in l 4. Cod. de maleſic. & mathem. Plura vide paulo ante in voce Magia.

MAIESTAS dicitur à magnitudine autore Feſto, quam amplitudinem ac dignitatem vocat Cic. de Orat. & nunc latius capitur, nunc anguſtius. Latius transfertur ad Deos, vt in l. non diſtinguemus, 32. §. ſacerdotium, ff. de recept. arbitr. Nobis autem Chriſtianis DEVS vnus eſt. Vnde eſt crimen læſæ maieſtatis diuinæ, vt ſunt blaſphemiæ, perjuria, incantationes magicæ, & ejuſmodi infinita alia, quæ vel capitaliter puniuntur vel præciſione linguæ, vel qua pœna arbitraria, Sed vbi nunc lex Iulia dormit? Liceat enim mihi ita querelam exordiri de peſſimis horum temporum moribus, quibus hæc crimina ferè pro criminibus non habentur, imò etiam laudi habentur, nedum vt puniantur. Quotuſquiſque enim eſt, qui puniatur ob abuſum nominis Diuini? Magos & incantatores nonulli ne peccare quidem putant, hominum genus dignum, quod vel ob ſolam objurationem Dei capitali ſupplicio afficiatur. Auguſtius ad homines, ad locum, ad orationem, ad naturam, & alias res animatas. Vult. ad §. publica autem, 3. num. 3. & ſeq. inſtit. de publicis jud.

MAIESTATEM vt Deam, honoris & Reuerentiæ filiam, priſci coluerunt. Dicitur autem maieſtas maximè ipſorum Deorum ſicuti cum Cicero dixit, Deos non cenſere eſſe maieſtatis ſuæ præſignificare hominibus, quæ futura ſunt, & I. C. in l. non diſtinguemus §. Sacerdotio, ff. de recept. arbitr. inquit. Id enim non tantum honori perſonarum, ſed & maieſtati Dei indulgetur. Quamuis & pro humana veteribus vſurpata legatur, vt Cic. Magnum nomen eſt, magna ſpecies magna maieſtas conſulis. Hunc Vero titulum poſtea Roman. Impp. ſibi vendicarunt, vt frequentiſſimè legitur l. ſi quis ex grege C. de cohort. & pr. cornic. l. 1. C. de ſilent, lib. 12. l. vlt. C. vbi & apud quem in l. bene à Zenone, C. de quadr. præſcript. Quantò autem moleſtius Tyberius Cæſar, ſi id non feciſſet ex ſimulatione, qui cuidam, à quo fuerat dominus appellatus, denunciauit, ne ſe amplius contumeliæ cauſa nominaret? Docuit hoc Homerus, cum Græcè tamen, ſic inquit, Nullum ego ſum numen: quid me immortalibus æquas? quo verſu vtendum nobis eſſe inſtruit Plutarchus ſi in eo libro cujus tit. eſt; Quo pacto quis intelligat ſe profeciſſe aduerſus adulationis venenum, vbi quis nos magnificentius quam promitto laudat. Optimè Horatius:

Curæ eſſe quod audis

Plurimi enim refert Herculea ſcabie minimè laborare. Aldobrand ad Ioltit.

MAIESTAS auctoritatem & amplitudinem ſignificat vel Dei l. 32. §. ſacerdotio ff. de arbitr. vel principis, vel populi Rom. vel magiſtratus l. 7. §. 1. ff. de captiu. l. penult. ff. de juſtit. & jur. l. 9. ff. de juriſdict omn. jud. l. 13. ff. de injur. toto, tit. ad leg. Iul. maieſt. Cic. pro Cornelio Maieſtatem in imperio eſſe dixit atque omni populi Rom. dignitate, vt & Quintil. refert libr. 7. c. 3. maieſtatis crimen illud eſſe definitur quod aduerſus populum, vel aduerſus ſecuritatem ejus committitur leg. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. In hoc quoque crimen cadit, quod aduerſus principem, in quem populus omne ſuum imperium tranſtulit, committitur. Cic. libr. 2. de inuentin. Maieſtatem minuere definit, de dignitate aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum quibus populus poteſtatem dedit, aliquid derogare. Olim autem, vt Tacit. lib. 1. ſcribit. in judicium maieſtatis hæc tantùm crimina veniebant, ſi quis proditione exercitum, aut plebem ſeditionibus denique malè geſta Repub. maieſtatem populi Rom. minuiſſet: facta arguebantur, dicta impunè erant, quæ poſtea in judicium vocari cœpere. Briſſ.

MAIESTATIS crimen apud veteres videtur idem fuiſſe cum crimine perduellionis: Hodie tamen ſubtilius diſtinguitur in id crimen maieſtatis, quod propriè appellatur crimen perduellionis: quaſi dicas hoſtilitatis, cum quis animo hoſtili in principem vel populum animatus eſt, & ſtatum ſeu ſummam Reipubl. labefactare conatur; vt eſt in leg. vlt. Digeſt. eod. Et in id crimen maieſtatis, quod tantum maieſtatis crimen appellatur, & ſuperiori leuius eſt, vt quo non ſumma Reipubl. labefactatur, ſed ejus pars quædam duntaxat, cujus vtriuſque criminis reos Cicero defendit, Prioris C. Rabirium, pro quo extat oratio. Poſterioris Cornelium, pro quo non extat oratio integra, ſed lacera apud Aſconium Pædianum. Et ejus ſpecies à juriſconſultis ff. de publicis jud. in prioribus ſex legibus proponuntur & explicantur, & ſunt ſpecies vigintiduæ. Hujus criminis pœnam Iuſtinianus ponit duplicem, vnam mortem naturalem: alteram damnationem memoriæ etiam poſt mortem, Ea pœna non eſt ex lege Iulia, ſed ex poſteriorum Imperatorum conſtitutionibus l. quiſquis, C. eo. Lex. 12. tab. pœnam capitis ſanciuerat, l. 3. ff. hoſtit. At verò tempore Cæſaris vigebat adhuc lex Porcia item Sempronia quæ omnibus ciuibus capitali noxa damnatis exilium decernebat: tametſi crimen perduellionis tempore Ciceronis pœna crucis punitum, videatur probari ex oratione Ciceronis pro C. Rabirio, & Val. Maximo lib. 6. c. 5. ideoque & ipſe Cæſar pœnam huic crimini addiderat, aquæ & ignis interdictionem. Itemque vt condemnato ad populum prouocare non liceret, Vult. d. §. publica autem, num. 8 & 9. inſtit. de public. judic.

MAIESTAS prætoris, id eſt, dignitas, autoritas. Paul fortaſſe quis hic, & contempta maieſtas prætoris violetur, quem certe non liceat contemnere, vt rectè annotauit interpres, adſtipulante Vlpian. in l. de ætate §. qui tacuit, ff de interrog. act. Sp. Add. l. ſi familia, ff. de juriſd. omn. jud. 25. ff. de Injur. & l. 11, ff de juſtit. & jur.

MAIESTAS, eſt in imperij atque omni populi Rom. dignitate

quam

quam minoris, qui per vim multitudinis rem ad ſeditionem vocauit Cic. in partit.

MAIESTAS Imperij varijs modis minuitur, vt Zaſ. in catalogo de lege Iulia maieſtatis eruditè explicat. Inter cæteros vero hoc modo minuebatur, ſi quis imperio atque poteſtate præditus, exercitum extra ſuam prouinciam, injuſſu populi obduxiſſet, autore Cicerone in Piſon. Maieſtatem autem Victorinus Ciceronis interpres, amplitudinem & magnificentiam eſſe ait, in quavis totius ciuitatis conſiſtit. [Inſtit.

MAIESTAS Imperatoria, l. 1. de Theſaur. C. lib. 10. & in proœm.

MAIESTAS Regia l. 1. C. vt omnes priuatus maieſtas publica, l. 3. ff. ad leg. Iul. maieſt. Briſſ.

MAIESTATIS judiciorum, maieſtatis reus: & legis Iuliæ maieſtatis reus, ex ff. & Iul. Paul. Briſſ.

MAIOR. Hæc dictio ſimpliciter prolata, de maiore 25. annor. eſt accipienda, l. ſi maiore, C. de tranſact. l. fin. de his qui ven. æt. impet. Spieg.

MAIOR amita, aui & auiæ amita.

MAIOR auunculus, aui & auiæ auunculus.

MAIOR ſocer, vxoris meæ proauus.

MAIOR ſocrus, vxoris meæ proauia.

MAIOR, ad annos relatum, pro longiori æuo intelligendum.

MAIOR cauſa impedit contumaciam, l. contumax, §. 2. ff. de re jud.

MAIOR cauſa, criminalis: Minor, ciuilis dicitur. Imperat. in Authent. Vt omnes obed. jud. prouinc. § ſi igitur ambo.

MAIOR eccleſia. Maior eccleſia intelligitur Conſtantinopolitana ciuitas: cæteræque eccleſiæ ſubiecto patriarchatu conſtitutæ. De hoc vero numero habet. C. de ſacroſ. eccleſ. l. non plures. Concordat & cum hoc titulo Authent. quoniam vt ait ext. de vita honeſt. cler. &c. conſtituit. cum gloſſ. 1. extr. de reſcript. Anchora.

MAIOR pars quando potior habenda ſit, Bart. declarat in l. quod maior, ff. ad munic. Item quando minori obſit, in l. reſcriptum, ff. de pact. §. Quæ vero maior pars judicium dicatur, not. in l. Pomp. de re jud. Spieg. Prat.

MAIOR propoſitio, ſeu [illegible] in ſyllogiſmo aliàs ſimpliciter propoſitio dicitur, Concluſio autem complexio: cui ſi quid demas, [illegible] appellatur: eſt enim id argumentum ex vno adſumpto concludens: quod Oratoris, Iuriſconſultiſque proprium eſt. Spieg.

MAIOR etiam minori oppoſitus intelligitur, qui viginti quinque annos natus eſt l. 3. §. vlt. l. 24. ff. de minorib. & qui ejus ætatis ſunt, majoris ætatis eſſe dicuntur, l. 25. ff. eod. tit. Briſſ.

MAIOR Centenario, in l. Papia, dicebatur Libertus, qui ſupra ſeſtertium centum millium, rem ſeu patrimonium reliquerat, l. 16. §. 1. ff. de iure patronat. Conjuncto §. poſtea, Inſtit. de ſucceſſ. libert. Briſſ.

MAIOR pars creditorum, in ſpecie, leg. 9. in fin. de pactis pro modo & cumulo debiti, non pro numero perſonarum accipitur, l. 8. ff. de pactis. Quod ſi æquales ſint in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus præferendus eſt: In quo ineundo, plures ejuſdem pecuniæ reos ſtipulandi, pro vno computamus, l. 8. l. 9. eod. tit.

MAIOR ſeptuaginta annis non eſt, qui annum agit ſeptuageſimum, l. 3. ff. de jure immunit. Quemadmodum contra minor 20. annis non eſt, qui diem primum anni viceſimi agit, l. 1. ff. de manumiſſion. Briſſ.

MAIOR ſumma, propriè minorem continet, l. 3. §. ſi plus, ff. de ſtatu liber. l. 1. § ſi ſtipulandi de verb. oblig.

MAIORE parte anni poſſediſſe intelligitur etiam, qui duobus tantum menſibus poſſedit, ſi modo ejus aduerſarius paucioribus aut etiam nullis poſſedit, l. 156. ff. de verbor. ſignif. Quod pertinet ad interdicti Vtrubi explicationem, l. 1. ff. de vtrubi, § quorum jus, Inſtit. de interdict. Briſſ. Prat.

MAIOREM partem, in ejus legis interpretatione, quę quod major pars judicum ſtatuerit, id ratum patri jubet. Quintilian. Declam. 365. interpretatur, in qua plures idem ſentiunt, eandem pœnam pronunciant, in eadem verba jurant. Ita in ea legis verba, quę Cęlio lib. 8. epiſt. referuntur accipe. Briſſ.

MAIOREM partem hęredum, non ex numero perſonarum, ſed ex magnitudine portionum hęreditariarum, intelligimus, l. 14. ff. depoſiti, Briſſ.

MAIORES apud Romanos nominabantur parentes ſupra tritauum, qui ſpeciale nomen non haberent, l. 4. §. parentem, ff. de in jus vocand. l. vlt. §. parentes, ff. de grad. & adf. Seruius in 8. Æneid. adverſum. Aetique minores. Minores, ait, non dicimus, niſi quotiens deſicit graduum nomen, vt filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos: vbi iſti gradus defecerunt, merito iam dicimus minores, hic majores dicimus poſt patris, proaui, abaui, ataui vocabulum. Quamquam majoribus crebrius Latini Poſteros opponunt. Plin. in Paneg. Cum diuus Nerua ſanxiſſet, vt paternis bonis neceſſitate viceſimæ ſolverentur, congruens erat eandem immunitatem parentes in liberorum bonis habere. Cur enim poſteris amplior honor quam majoribus haberetur? Vincent. Lirinenſis lib. aduerſar. profan. nouatio. Idque eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ & grauitatis non ſua poſteris tradere, ſed à majoribus accepta ſeruare, Briſſ.

MAIORES aliàs generaliter appellantur omnes, qui ante nos fuerunt vel ante aliquot ſecula: licet nullo nobis ſanguinis vinculo ſint deuincti. Majores noſtri pene eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant l. 5. in pr. ff. de jur. immunitat. l. 3. ff. de donat. inter vir. & l. 18. §. vltim. ff. de pœnis. Contrà Poſteriores vel Poſteri, qui ſequuntur, in infinitum vſque. Prat. Briſſ.

MAIORES aliàs cenſentur, qui annum ſeptuageſimum egreſſi ſunt. Vt in l. majores, ff. de jur. immunit. Prat.

MAIORES aliàs denique cum nihil addunt, ſolent ſignificari extra minores, hoc eſt, legitimæ ætatis homines, qui annum vigeſimum quintum ſunt egreſſi, vt in tit. ff. ex quib. cauſ. ma. in integr. reſtit. Old. Prat.

MAIORES ad annos relati dicuntur Vlpiano, qui annum exegerunt ſeptuageſimum, l. 3. de jur. immunit. Spieg.

MAIORES, Flamines appellabantur patricij generis; Minores, plebeij.

A MAIORE parte curiæ factum dicitur, cum duæ partes adfuerunt, aut amplius quam duæ, ff. quod cujuſque vniuerſi. l. 3. ff. ad municip. l. 181. §. 1. de diuerſ. reg. l. 45 de decurion. lib. 10. C. l. penult. de præd. decurion. eod. Major pars creditorum in ſpecie l. 7. in fi. ff de pact. pro modo & cumulo debiti non pro numero perſonarum accipitur, l. 8. de pact. Quod ſi æquales ſint in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus præferendus eſt, in quo ineundo plures ejuſdem pecuniæ reos ſtipulandi, pro vno computamus, l. 8. & l. 9. ff de pact. Ita maiorem partem accipio & in l. 2. ff. de curator. bon. dand. & l. vlt. C. qui bon. ced. poſſ. Eodem autem modo & in depoſiti repetitione maiorem partem hæredum non ex numero perſonarum, ſed ex magnitudine portionum hæreditariarum intelligimus, l. 14. ff. depoſ. Briſſ.

MAIORI & imperiosis Cæſari, obediendum eſt, c. qui reſiſt. 10. q. 3. l. contra pupillum, §. ſi qui ad majas, ff. de re judic. Bart. l. 2. §. fin. ff. de cuſtod. reor. Bald. l. Senatos, de accuſ.

MAIORINA pecunia, & maioris pecuniæ figuratio, vetita ex C. Th. Briſſ.

MAIORITAS vox à pontificibus & interpretibus vſu recepta. à maiori more Græco ducta, extra de maiori. & obed. quam in pluribus conſiſtere ſcribit Ioann. Andr. cap. ſi pluribus de præbend. In quibus ſpectetur, indicat latius Albericus in Alphabeto. Prat.

MAIUMA genus ludi & indecori ſpectaculi fuit, l. 1. Cod. de majum. quod à Suida ita deſcribitur: [illegible] Briſſ.

MAIUMA, feſtiuitas eſt, quæ fit Romæ maio menſe. Nam Romani maritimam vrbem adeuntes Hoſtiam, inter aquas voluptatibus incumbebant, inuicem ſeſe inuadentes Quam quidem ſolemnitatem ſuſtulit Anaſtaſius Imperator. Sed & in præſentem diem, quercum Kal. Maij ludentes in vrbem iuuenes portant. Alc. in tit. C. de majoma. lib. 11. Idem quale feſtum eſſet, ex Suida latius aliquanto demonſtrat, cap. 5. lib. pareng. 5. Spieg. Hæc eadem Floralia dici, quod omnes Majuma floribus celebrent, teſtis Gyrald. hiſtor. Deor. ſyntag. 1.

MAIUS auditorium impedit contumaciam, l. contra ff. de re jud.

MAIUS conſilium: Vide leges condere.

MAIUS ad ſe trahit minus, hoc eſt. quod prouerbialiter dicitur, Mores maiores expellunt minores. Vnde quando ſunt duæ actiones, quarum altera eſt maior, altera minor, iſtæ non poſſunt cumulari, per l. minorem, ff. de judic. vbi dicitur: Si incidat maior & minor actio, tunc maior trahit ad ſe minorem. Sic ſi incidat actio criminalis, & actio ciuilis in judicium, tunc criminalis præcedit, & ciuilis differtur: Vide Zaſ. enarrantem, §. ſi minus, Inſtit. de act. Spieg.

MALABATHRUM in l. vlt. §. ſpecies, ff. de publ. (Licet alij hic legant Malobathrum, Malobaſtrum, Malabuſtrum, Malauſtum) Dioſ. li. 1. cap. 11. folium id eſſe ſui generis ſcribit, quod Indicæ gignunt paludes, lentis paluſtris modo innatans aquis ſine radice, quod collectum ſtatim lino transſuebant, & ſiccatum recondebant. Plin. lib. 12. cap 26. Dat & malabathrum Syria arborem folio conuoluto arido colore, ex quo exprimitur oleum ad vnguenta, fertilior eſt ejuſdem Ægyptus. Laudatius tamen ex India venit, in paludibus ibi naſci tradunt, lentis modo, odoratius croco, nigricans ſcabrumque quodam ſalis guſtu. Meminit etiam Malabathri idem auctor lib. 14. cap. 16. & 23. cap. 4. Et Horatius quoque tinctos Aſſyrio Malobathro capillos dixit in Odis. Inde Malobathrati, qui malobathrino oleo delibuti ſunt apud Sidon. Apollinar. libr. 8 epiſt. ad Leon. Briſſon. Guarchias ab Orto Malabathrum in procera arbore procul ab aquis naſci ſcribit mali medicæ folio ſimile, anguſtius tamen per extremum colore viridi tribus per longitudinem excurrentibus coſtis (qua nota facile

dignoſcitur, odoratum garyophyllos redolens, quodammodo, non tam vehementis odoris vt nardus & macis, neq; tam ſubtilis aut acuti, vt eſt canella. Prat. vide inf. Malobathrum.

MALA manſio gcous videtur fuiſſe momenti. Vlp. in l.7. ff. depoſ. Si hominem apud ſe depoſitum, vt quæſtio de eo haberetur, ac propterea vinctum vel ad malam manſionem extenſum ſequeſter ſoluerit. Idem in l.15. §.3 ff de injur. Quæſtionis verbo etiam ea, quam malam manſionem dicunt, continebitur. Quidam eculeum hac periphraſi ſignificari volunt. Alij tamen metaphoricos intelligi arcas volunt, in quas conjectabantur ſerui & alij malefici, de quibus erat quæſtio habenda: quarum meminit Cicero in Miloniana: Subito, inquit, arrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur à cæteris & in arcas conjiciuntur, ne quis cum his colloqui poſſit. Robur has videntur Valerius & Feſtus appellaſſe, quoniam erant ex robore. Robur, inquit hic, in carcere dicitur locus is, in quo præcipitatur maleficiorum genus, quod ante roburteis arcis includebantur. Valerius. Quin etiam familiares eorum, ne quis Reip. inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt, Prat.

MALA fides eſt læſa conſcientia, quæ accuſat & conuincit aliquem non ignorare rem alienam eſſe, quam per fraudem vel tradit, vel accipit. Prat. Vult comm. Inſt. tit. de vſucap. num. 59.

MALA fide quis emiſſe dicatur, collige ex text. & gloſſ. l. ſi quis cum ſciret, ff. pro empt. Prat.

MALA medicamenta Lege, Medicamentum.

MALA, pro gena & maxilla. Qui curauit, vt cui mala pugno percuteretur, l.11. in princ. ff de Injur.

MALAM, id eſt, eam faciei partem, quæ mali ſpeciem præ ſe fert, hoc eſt, rotundam. Cicero à maxillis deducit, cum inquit: Quin etiam verba ſæpe contrahuntur, non vſus cauſa, ſed aurium. Quomodo autem veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris, quam literam etiam à maxillis, & axilla, & vexillo, & pauxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit? Ea ſunt vſi voce Iureconſ. in l. non ſolum, ff. de injur. & Imp. in § fin. Inſt. eod. Spieg.

MALA vicinitas. Propter hanc, vt dicit Terentius Clemens, ſæpe confinea etiam ſupra juſtam æſtimationem intereſt noſtra acquirere: haud dubie inſinuans, malam vicinitatem eſſe perniciosum damnum. Accedit l. quod ſæpe, § fin. ff. de contrah. empt. Spieg.

MALA accipere aliquem verbis, pro injuria afficere. Subauditur tamen aliquando, verbis, Spieg.

MALA audire, infamari, inquit Valla, crimina noſtra audientes. Et opponitur Male dico, Spieg.

MALA agere quem vel nihil agere ſæpe jure noſtro dicitur, quibus verbis nihil aliud intelligi volunt, Alciatus Parergon. lib. 4. c. 14. Duarenus in l.4. ff. de pactis, quam quod eum qui nullam actionem habet, nihil agere: illum autem qui actionem quidem habet; verum exceptione repelli poteſt, male agere exiſtiment. Langebeccio autem c.17. in anno. ad ll. difficiliores hæc verba maiorem vim ac poteſtatem habere videntur, atque olim cum adhuc judicia ordinaria in vſu erant: illum male petere, vel male agere fuiſſe dictum, qui per hoc incidebat in pœnam plus petitionis, remque conſumebat: illum autem nihil facere vel agere, cui ex eo nullum erat periculum, idque probat ex l.4. ff. de compenſat. l. vnica, ff. Quando dies vſusf. ced. l. pecuniam quam, ff. ſi cert. pet. cum ſimilibus.

MALA cedere, id eſt, male ſuccedere: ſiue accidere alicui, quod non ſperabat.

MALA emere dicitur, qui immenſo pretio: vel non æquis conditionibus, aut etiam à malo auctore emit, Briſſ.

MALA cogitare, de ijs qui odium aut ſimultatem aliquam animis ſuis conceperunt, ſolemus dicere: ſed præſertim cum premitur odium, vltionis autem tempus atque occaſio obſeruatur. Exempla producit Ioſul Spieg.

MALA conceptum inſtrumentum dicitur, in quo barbariſmus eſt admiſſus, ſeu vt interpretes dicunt, mala grammatica, l. imperator, ff. de ſtatu homin. & l. qui habebat, ff. de manum. teſtam.

MALA conſumere. Paul. ſolutæ ſunt adoleſcenti pecuniæ debitæ, eaſque male conſumpſit, l. minor. 3 de minor.

MALA fide emptor quis dicatur, pete à Iuriſconſ. in l. ſi quis cum ſcire, ff. pro empt. Spieg.

MALÆ fidei poſſeſſor. Lege, Bonæ fidei poſſeſſor. Et quomodo probetur in poſſeſſore. Bart. in l. Celſus, ff. de vſucap Spieg.

MALA mereri pro nocere & incommodare. Triphonius in l. bona fides, ff. depoſiti. Male meritus publice aciam egeſtate laborare debet, Spieg. Prat.

MALE promiſſum, accipitur aut ſuper re mala, vel turpi: aut pro male concepto. Archidiac. monuit, Spieg.

MALAUICARE, vt plurimum vnico verbo ſcribitur.

MALEDICTA. Verba Ciceronis pro M. Cœlio ſatis arguunt, anteactæ vitæ crimina, quæ cauſæ propria non ſunt, appellari maledicta. Ejus autem verba ſunt: Quod obiectum eſt de pudicitia, quodque omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictiſque celebratum eſt, id nunquam tam acerbe feret M. Cœlius, vt eum pœniteat non deformem eſſe natum. Sunt enim iſta maledicta peruulgata in omnes, quorum in adoleſcentia forma & ſpecies fuit liberalis. Sed aliud eſt maledicere, aliud accuſare. Accuſatio crimen deſiderat, rem vt definiat, hominem notet, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ ſi petulantius iactatur, conuicium: ſi facetius, vrbanitas appellatur: Vide Syluium in Orat. pro M. Fronteio, Spiegel. Tranſtulit autem hunc locum Cic. ex oratione Demoſth. περὶ στεφάνου, vt annotauit Muretus lectionum variar. lib. 8. c. 19. adde Franc. Bald. in ſua Catecheſi juris ciuil. c. 41.

MALEDICTUM eſt infamandi cauſa dictum: quod tum demum in conuicium tranſit, cum in cœtu & cum vociferatione dictum eſt. Vlpian. in l.15 §. ex his apparet, ff. de injur. Briſſ.

MALEDICTUM, à contumelia diſtat: quod hæc hæredis inſtitutionem vitiat, circumſcribitque. Id Vlpianus indicat in §. ſi quis nomen, l. quoties, de hæredib. inſtit. Illud vero nihil impedit, quo minus eadem recipiatur, conſtetque, vt etiam diſerte ponit Marcianus, in l. his verbis, §.1. eod. Spieg. Prat.

MALEDICUS eſt, qui maledicit quantum poteſt, & ſcit, vt in tit. extr. de maledicis, Ioan. Bellon. etym.

MALEFICIA dicuntur ea delicta, quibus quia dolo malo interueniente læduntur: vt ſunt, furtum, rapina, damnum, injuria datum, & injuriæ. Porro publicæ diſciplinæ vigor poſtulat, vt malefici puniantur, l. locatio, §. quod illicite, ff. de publican. Spieg. Vel ſic: Maleficium proprie vocari ſolet delictum, quod ex dolo malo ad lædendum proximum proficiſcitur: Id eſt priuata noxia, qua priuatim quiſque læditur, veluti furtum, injuria, &c. vide l. dolum, Cod. de dolo. Quid autem differat à crimine: vide ſupra Crimen.

MALEFICIA impunita eſſe non oportet, l.51. §. vltim. ff. ad leg. Aquil. l.18 §. c. ff. de judic. Briſſ.

MALEFICIUM dicitur, quicquid improbe admiſſum eſt. Vlp. l. 1. in princip. ſi fam. furt. fec. dic. Vtiliſſimum id edictum prætor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum, hoc eſt, quaſi malefacta. Quamuis & quæ dicta, ſcripta, conſulta crimenoſe fiunt, vt ſentit Alciatus, maleficij nomine, præcipue in legali pœna veniant. Quamuis haud raro tegitur per officium, l. non æſtimo, ff. de admin. tutor. & l. tres tutores: cod. Spieg. Quidquid maleficiorum admittitur, id bifariam contingit, videlicet aut aperte aut occolte: Apertum maleficium eſt, quod nullo prætextu poteſt excuſari, quia minus omnes, qui vident vel audiunt factum ipſum, ſtatim intelligant, & dijudicent contra legem perpetratum eſſe: vt ſunt furta, cædes, conuicia, damna data, quæ ſuas habent nominatas actiones. Occultum vero maleficium eſt, quod cum admittitur, non ſtatim redargui vel damnari poteſt: quaſi ſit contra jus, vel bonos mores factum: ſed ſub aliquo honeſto prætextu, per multos ſæpe dies ſerpit, ac tandem perniciem affert ſummam. Hæc labes quia varij generis eſt, dicta eſt, Suſpecti crimen, Oldend.

MALEFICIUM in l.7 C. de præſcript. long. temp. interpretatur ibidem Goth. inſtrumenti fraudulentam ſubtractionem.

MALEFICOS ſpeciali nomine incantatores antiqui intellexerunt Rubr. C. de malefic. Sed verior eſt expoſitio Hegendorfini, quem vide in Exegeſi, cod. cit. Generaliter autem maleficorum nomine accipiendi ſunt, qui damnum inferunt, qui nocent alteri, Spieg.

MALEFICOS à magis & mathematicis ſeparant Impp. in tit. de malefic. & mathem. B. Hieronymus in Daniele c.2. maleficos ait eſſe, qui ſanguine vtuntur & victimis & ſæpe corpora contingunt mortuorum: quos etiam ab incantatoribus qui rem verbis peragunt, & Chaldæis & magis diſtinguunt Impp. Conſtantin. & in l.5. C. de malefic. Magi ajunt, & cæteri, quos maleficus ob magnitudinem facinorum vulgus appellat. Idem in l.7. eod. tit. Si quis magus aut magicis carminibus adſuetus, qui maleficus vulgi conſuetudine nuncupatur. Eadem & B. Auguſt. tradit in lib. de Ciuit. Dei, cujus verba referuntur in c. nec mirum, 26. quæſt. 5. Briſſ.

MALEVOLENTIA: Vide Beneuolus.

MALEVOLUM propoſitum l.6. ff. de ſuſpectis Tutor.

MALITIA peruerſitatem ſonat, cum quis data opera male agit. Hæc ætatem ſupplere dicitur: & alij damnoſa. Dolus. Bald. in l. quæ fortuitis, C. de pig. act. Idem in l. Macedoniani, C. ad Macedonian. & alibi, Spieg.

MALITIA callidorum eſt, vatiorum & doloſorum, contra quos prætor edictum propoſuit, de dolo malo, Spieg.

MALITIAM Cic. lib. 3. de Natura Deor. definit verſutam & fallacem nocendi rationem: cui ſimplicitas opponitur, l.1. ff. de Dolo. Sic malitia fidejuſſoris, l.11. ff. Quod met. cauſ. Briſſ.

MALITIOSE, id eſt, doloſe, callide, inſidioſe, fraudulenter apud Cic. lib. 3 offic. Sic.

MALITIOSE, edere rem mandatam, idem eſt quod decipere, malitioſe edere dicitur, qui dolo malo non edidit, l. vbi exigitur ff de eden. Spieg.

MALIGNE, pro peruerſe. Marc. de cuſtod. reor. l. diuus. Sed ſi quid maligne, interrogaſſe, aut non dicta retuliſſe pro dictis

cum

eum comperterit. Item Maximè, l.4. de in offic.teſtam. Maligne, ait, circa ſanguinem ſuum inſerentes judicium. Spieg.

Sine MALIGNITATIA interpretatione, ex C.Th. Briſſ.

MALIGNVS etiã dicitur qui ſui juris paulo retinentior eſt. Sicut benignus qui de ſuo jure multa remittit, Con.lib.5.c.11.n.3.

MALI homines, Paul. in l.3.de offi.præſid. Vt curetis, inquit, qui prouinciæ præeſt, malis hominibus purgari prouinciam, hoc eſt, improbis, ſceleratis, & ijs quos perditos homines appellare ſolet Cicero: raro autem malos, quo nomine vulgo appellamus. Sunt autem mali puniendi, quod & eorum exemplo cæteri à peccato deterreantur, & improbis hominibus ciuitas purgatur. Sed & ciuitates trupo nomine gubernari Plato ſcribit in Amatoribus, quum nocentes pœnas expendunt. Spieg.

Malisu. Veteri Scæuola Græca hac voce, quę maxime ſignificat, ſecundum Noricum textum in l.Pamphilo, de legat.3 Spieg.

MALITATES legimus apud Vlp. in l.5.ff. quod met. cauſ. eodem modo vt Bonitas dicimus. In vulgatis tamen, Mali ſcriptum fortaſſe fuit Calamitatis. Legimus tamen Sceleratia in l.3. ff. de bon.eorum qui ant.ſent.Hot.

MALO verbum de ijs, quorum electio libera eſt, vſurpari conſueuit, l.ſtipulatio. §.fin.ff.de non.oper.nunt.l.pen.ff.de pollicitatio. Forcat.in Necyomant.dial.13.n 3.

MALLEATVM, quod malleo factum eſt. Vlp. de l.3. librorum. §.ſed nec cepit. Sed perſcripſit, alt, libri nondum malleati, vel ornati continebuntur libri.Spieg.

MALOBATHRVM, arbor eſt odorato ex Syria, quę nomine ſpeciali folium appellatur, vnde fiunt vnguenta, quę dicuntur foliata. Horat.in 2.carm.

Nitentes malobathro Syrio capillos.

De folio malobathri meminerunt ſępe Galenus & Apitius Martian.de publ.l.interdum. Malobathrum, aroma Indicum, non malobaſtrum, Nebr. Eſt autem Malobathrum folium innatant Indicis paludibus, ſine radice, quod collectum & lina traiectum ſiccatur & ſeruatur: nardum ſapore imitatur, vincit etiam, & odoratiſſimum eſt, teſte Dioſcoride, vt de eo refert Forcat. in ſuo penu.jur.ciuil.c.22.vid.Malabathrum ſup.

MALORVM varia genera: vide apud Gothofr. in l.qui fundum, 205.ff.de verb.ſignif.

MALVM committere, pro delinquere.Spieg.

MALVM ſubſtantiue poſitum, damnum eſt, incommodum, & detrimentum, Spieg.

MALVM naſcens & inueteratum.Cic.in Phil. Omne malum naſcens, facile opprimitur; inueteratum, fit plerunque robuſtius.

MALVM eſt, quicquid herba & fructu virens lignoſo operculo caret, extra habens, quod eſui aptum eſt, licet durum quando que etiam intus contineat, cujuſmodi perſica ſunt: aut acinos, cujuſmodi ſunt pecunia mala. Macrob.Saturn. lib.3. c.19. Pomum namque generale nomen eſt omnium fructuum, qui ex arbore eſui apti prouenjunt, ſiue molles, ſiue duri ſint: Idque (pomum) diuiditur in nucem & malum, Gœdd.ad l.qui fundum, 205.num.2.ff.de verb.ſign. [ficat.

MALVM venenum. vid.l.ejuſdem, §.adiectio.2.ff.ad leg. Cor. de

MALVS eſt arbor nauis fixa, in altum directo porrecta cui annectuntur vela & funes cum rotulis, inde dictus quod ſit inſtar mali ſummitate, vel quod cingatur quaſi quibuſdam malis: quorum volubilitate leuantur vela: vnde Horat. lib. 1. carm.Od.14.

Et malus celeri ſaucius Africo.

Differt autem malus ab artemone, quod malus vere ac proprie ſit nauis: artemon vero non ſit: Ratio eſt, quia plerąque naues omnes ſine malo eſſe nequeunt; ſine artemone eſſe poſſunt: dicitur ἱστὸς ναός. Goth. ad l.malum nauis, 242.in pr. num.1.ff.de verb.ſign.

MALVS ſeruus creditus eſt, qui aliquid facit, quo magis ſe rebus humanis extrahat: vt puta laqueum torſerit, ſiue medicamentum pro veneno biberit, præcipitemve ſe ex alto miſerit, aliudve quid fecerit, quo facto ſperauit mortem peruenturam tanquam nihil non in alium auſurus, qui hoc aduerſus ſe auſus eſt, text. in l.cum autem, 23.§. excipitur & ille, 3.ff.de ęd.edict.

MAMAVROSVM, curatio. In formula regni accepti à Boſone apud Gulielmum Paradinum Annal. Burg. lib. 1. omnibus, vt monuiſtis, legem, juſtitiam, rectum mamburgium auxiliante Deo, conſeruabo. Dicebatur & mamburgium: vt paulo ſupra in formula Regni delati, defenſionem & mandiburgium ſingulis exhibentes. Et apud Ioan. Tritem pag 88. vnus aureus Romę perſoluatur quotannis, vt cœnobium ſub Rom. Eccleſię mandiburgio & maieſtatis ſecurum ſemper ſtabiliatur & defendatur.Prat.

MAMBVRGVS, Feudiſtis idem fere qui ijſdem aduocatus, videlicet pro curatore alicujus negotij. Itaque qui curator Reip. libris Pandect. dicitur, Mamburgus Feudiſticis temporibus appellatus eſt, Prat.

MAMMILLARE, faſcia, qua mulieres mammas, id eſt, vbera tegebant. Id ſi cui legatum eſſet, etiam detractis ornamentis deberi videtur, quemadmodum Paulus de inauribus reſpondit in §.fi.l.pediculis, de aur.& arg.leg.Spieg.

MAMMA, Gręca dictio, i. avia, patris, ſeu matris mater: ſicut ſicut Tata, pro patre accipitur apud Martialẽ. Eraſm.in ſcholiis epiſt.10. Hieron. Mammam, inquit, antiqui, matrẽ vocabãt, vt auiam Tatam. Cæterum Mammam dare, notæ ſignificationis eſt Grammaticis: id vero haud æque, ſcil. cum infantem quis vxori ſuæ lactandum tradit. Etenim illa mater eſſe incipit, & ipſe loco patris eſt. Plautus in prologo Mænech. Adeo forma ſimili pueri, vt mater ſua non internoſſe poſſet, quę mammam dabat? Neq; adeo mater ipſa, quæ eos pepererat. Iis quidem jure noſtro debetur reuerentia, l.1.ff.de obſq à liber.& liber. vt in jus abſque venia citati non debeant, l.fi.C.de in jus voc.Sp.

MAMMAM per patrem, Amitam vocat Connan. quæ & πατραδέλφη: Μαμμὴν vero per matrem, Materteram vocat, quę Gręce μητραδέλφη dicitur. Eſt autem μάμμη generale nomen, ad nutricem, auiam, prouiam, materteram, amitam & quaſcunque mulieres quæ maternæ dignitatis habent aliquid: tanquam ὑποκόρισμα μητρός, id eſt, diminutiuum quoddam à matre Connan.lib.8.c.5.n 8.

MANALIS fons ex quo aqua perpetuo manat.

MANARE aqua l.11. ff. de aqua & aq. plu. Aqua ſudoribus manando, l.1.§.caput, de aqu.cotid. Briſſ.

MANCEPS, inquit Feſtus, dicitur, qui manu capit: qui quid à populo emit, conducitve, quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe; qui idem præs dicitur, qui iam debet præſtare populo quod promiſit, quam qui pro eo præs factus eſt, Prat. Briſſ.

MANCIPARE à Manu & Capio, pro vendere, adpropriare, *verkauffen, zueygen, zu eygenthumb geben.* Idem emancipare. Nam omnis alienatio ſic fit, vt aliquid per manum capiatur vel adquiratur. Item mancipio dare, *frey eygen geben, zuſtellen.* Mancipium cujuſlibet rei dominium, quod per nexum adquiſitum eſſet, appellabatur *ein Eygenthumb.* Item poſſeſſio libera. Vnde mancipio accipere, mancipio promittere: pro eo quod nunc dicimus, ſic alienari, vt præſtetur euictio. Oldend. Adde Tiraq.in tract. *le mort ſaiſit le vif.* 1.dec.num.1.

MANCIPATIO, inquit Vlpianus, Inſtit.c.19. propria, eſt ſpecies alienationis & rerum mancipi: eaque fit certis verbis, libripende, & quinque teſtibus præſentibus. Bœtius ex Caio ita ſcribit: Mancipatio eſt imaginaria quædam venditio, quod, ipſum in jus Romanorum eſt ciuium: eaque res ita agitur. Adhibitis non minus quinque teſtibus ciuibus. Roman. puberibus, & præterea alio ejuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipium accipit æs tenens ita dicit. Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum aio: Iſque mihi emptus hoc ære & libra ænea, idque æs dat ei à quo mancipium accipit quaſi pretij loco. Cuiac. obſ.lib.11.c.37. ſeſtertium vnum fuiſſe dicit. Hæc autem imaginaria venditio locum tantum habebat, vt annotat Turn.adver.li.20.c.19. inter ciues Romanos, Latinos colonarios, & Latinos Iunianos, eoſq; peregrinos, quibus datum erat commercium, Prat.

MANCIPATVS, id eſt, venditus, apud Paul. lib.1.ſent.§.ſeruus per metum, de in integ. reſt. Seruus per metum mancipatus, quicquid acquiſierit, vel ſtipulatus ſit, ei adquirit, qui vim paſſus eſt, Prat.

MANCIPES ſunt publicanorum principes, Romani homines, qui quæſtus ſui cauſa, ſi decimas redimunt, decumani appellantur: ſi portum aut paſcua publica, Portitores, aut pecuarij, quorum ratio ſcriptura dicitur. Dicuntur & hi qui quinto quoque anno à cenſoribus publica, id eſt, populi vectigalia redimebant: hi verò ſi vectigales agros, vt decumani redimebant, eos poſtea colonis & aratoribus elocabant. Papinianus l.53.ff. locati. Qui fidejuſſor extiterit apud mancipem pro colono locauit: Reipubl. non tenetur, Cicero Verrin.3 publicanorum principes ſimiliter Mancipes appellat. Hot. Prat. Adde Forcat.in Necyom dial.21.n.6.

MANCIPES etiam Conductores Salinarum interpretantur, l.11. C.de vectigal. Inde in l.3.C.de collac. donat.poſſ.in C.Theod. Salinis, ajunt. Impp. omnibus præter mancipium quæ populi Romani lauacris deſeruiunt. Ex quo mendum eluam, quod eſt apud Symmach. lib.1. epiſt. 44. in qua non ſemel municipes ſalinarum pro Mancipes cum vitio ſcriptum eſt. Patet autem ex ea epiſtula Mancipes eos obnoxios fuiſſe functioni lignorum, quæ lauacris vehebantur, vt idem actor epiſt. 13. oſtendit. Erant tamen & mancipes thermarum, qui earum exhibitionem Romæ curabant, vt l.1. de mancipib.therm. in C.Theod. oſtendit. Præterea Romanis mancipes appellatos ... Socrates lib. 5. hiſt. Eccleſ. ſcribit. Eoque ſenſu verbum hoc accipitur in l.1.& l.2.C.C.de frumento vrb.Conſtantin.lib.11. & l.2. & l. vlt.eod.tit. in C.Theodoſian. & in l.vnica, C.de piſtorib.lib.11. In qua tamen Mancipijs vulgo vitioſe pro Mancipibus legitur. Briſſ.

MANCIPES mutationem apud Caſſiod. lib.4. var. epiſt. ad Godiſcal. qui equorum ad celeritatem, commutari ſolitorum curam gerebant: de quibus Zeno ſentire videtur in l.18.C.curſu publ.lib.12.Briſſ.

Mancipia vicaria, id eſt, quæ vicem alterius repræſentant, in l 5. vni Gnrb. C. de ſeru. fugit.

Mancipas viarum, Tacitus lib. 3. id eſt, redemptores. Briſſ.

Mancipas curſus clabalarij, curſus publici ex C. Theo. Briſſ.

Mancipatus, functio & munus quo mancipes funguntur ex C. Th. Briſſ.

Mancipio dare, & accipere, frequens & vſitata boni auctoribus locutio: Cicer. Topic. Finge mancipio aliquem dediſſe id, quod mancipio dari non poteſt, Tacit. lib. 3. Seruos quoque Syllani actor publicus mancipio acceperat: & alijs multis locis, quæ Bud. in annot. in Paodect. congeſſit. Hinc & res mancipi appellantur, quæ ex jure Quiritium abalienari, & in alterius dominium, vel nexus, vel ceſſionis in jure ſolennitate transferri poterant, vt bene Boet. in Cicero. Topic. ſenſit. Nec mancipi vero res, quæ his modis alienari non poterant: eujuſmodi erant omnia prouincialia prædia ante Iuſtiniani conſtitutionem: Nam cum tributaria vel ſtipendiaria ea eſſent: non poterant mancipio à prouincialibus dari, vſus duntaxat & fructus ἐχρῆτο eorum, prouincialium erat mancipiũ & proprietas populi. Ex quibus rubr. de vſuc. & tranſf. & de seb mancip valde illuſtratur, quæ magnas ſuperioribus temporibus exhibuit non modo bonarum literarum rudibus & imperitis, ſed & ipſis melius inſtitutis hominibus difficultates. In Italico vero ſolo prædia omnia jure mancipij jureque optimo haberi poterant. Feræ vero beſtiæ nec mancipi erant, auctore Vlp. in Inſt. Briſſ.

Mancipio vendere, eſt eas res quæ mancipi ſunt, ita vendere libra & ære adhibitis, vt euictionis periculum præſtetur, verum hoc amplius animaduertis moris fuiſſe, vt Auctor, id eſt, venditor nexu ſe dicit cauſa obligaret, ad rem mancipi, hoc eſt, emptori perpetuo præſtandam. Cic. pro Muræna, Quod ſi in ijs rebus petendis quæ mancipi ſunt, is periculum judicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit: profecto etiam rectius, &c. Hinc mancipio & nexu conjungi videmus. Varro lib. de ling. 6. Manlius ſcribit omne quod per libram & æs geritur, in quo ſint mancipi nexum eſſe. Mulius Scæuola, quæ per æs & libram fiant, vt obligentur, præterquam quæ mancipio dentur. Hoc verius eſſe ipſum verbum oſtendit, de quo quæritur. nam idem quod obligatur per libram, neque ſuum fit, inde Nexum dictum. Hæc ille: quæ ſic intelligo, vt ex Mutij ſententia ex Nexa dicantur, non tantum quæ abalienata ſunt, ſed etiam quæ oppignorata, Cicero 7. Famil. Attici proprium te eſſe ſcribit mancipio & nexu: meum autem, vſu & fructu. Et de Reſp. haruſp. Multæ ſunt domus jure mancipij, & jure nexi. In Topic. Abalienatio eſt ejus rei quæ mancipij eſt aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, quo ex loco conjuncto cum altero libri 3. de legibus animaduerti cum qui mancipabat, nexu obligatum rem mancipi tradidiſſe: idem in Paradox. Non enim ita dicunt eos eſſe ſeruos, vt mancipia quæ ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure ciuili, id eſt, in jure ceſſione & vſucapione. Verum hæc hactenus. Deinceps eum qui mancipi vendebat, euictionis periculum in ſe recepiſſe ex Plauto demõſtrabimus Is igitur in Perſa ſic loquitur.

Ac ſuo periculo is emat qui eam mercabitur
Mancipio neque promittet, neque quiſquam dabit.

Et paulo poſt.

Nihil mihi opus eſt litibus,
Niſi mancipio, quid eo mihi opus
Mercimoniost? Tet nihil pericli videtur ne mutuas
Ne quo vero ex Arabia pentiſſima perſequatur eam

Item, Dorpalus:

Ago inaica propugnanter.
Segar, Primo dico hanc mancipio nemo tibi dabit, iam ſcis

Item:

Tuo periculo ſexaginta hac datur argenti minis.

Item:

illo quipem iam ſcit negotij geſſerit
Qui mihi furtiuam meo periculo vendidit,
Argentum accepit: alij nunc ego ſcio,
An iam aſſeratur hac manu quo illum ſequar?
In Perſa? nugas.

His ex locis facile perſpicitur, cum res mancipio non dabatur, periculo emptoris eam fuiſſe, neque euictionem à venditore præſtari ſolitam. Quod ſi mancipatio adhiberetur & res poſtea euinceretur: Paul. li. ſent. 2. c. 16. ſcribit venditorem auctoritatis nomine duplo tenus obligari. Ex quo conſuetudo illa fluxit, jure poſtea confirmata, vt iam in alijs emptionibus ſtipulatio duplæ interponeretur, ſiquidem pretij alicujus res eſſet. Sin minus ſimplæ, l ex empto, 37. ff de euict. Quæ cõſuetudo in quotidiana & vſitata fuit, atque (vt Vlpianus ait) aſſidua, vt etiam ſi forte amiſſa fuiſſet, nihilominus in actionem ex empto propter bonæ fidei naturam, tacite veniret. Ea enim, inquit, quæ ſunt moris & conſuetudinis, in bonæ fidei judicijs debent venire, l. quod ſi, 31. § qui aſſidua, ff. de ædil. edict. l. 2. ff de euict. l. ex empto. 11. §. Caſſius, ff. de actio. empt. Mancipationis igitur & vulgaris emptionis illa fuit differentia quod in illa euictionis periculum præſtabatur, in hac non præſtabatur: in illa dupla ipſo jure auctoritatis nomine debebatur, in hac primum non niſi ſtipulata fuiſſet: Poſtea tamen propter conſuetudinis aſſiduitatem, in empti venditi judiciũ etiam, tacite & vi bonæ fidei actionis veniebat. Prat. & Hot.

Mancipi res ſunt, inquit Vlpianus, cap. inſtit. 19. prædia in Italico ſolo quæ adquirebantur mancipatione, traditione, vſucapione, jure ceſſione adjudicatione, leg. (prouincilia enim quę ſtipendiaria & tributaria erant nec mancipi habebantur, quia propria non erant eorum qui ea poſſidebant, propter ſtipem & tributum quod pendebant principi & populo, quaſi non mancipárentur eorum domino, & traditione alienabantur) tam ruſtica, qualis eſt fundus, quam vrbana bona, qualis eſt domus. Item Iura prædiorum ruſticorum velut via, iter, actus, aquæductus. Item ſerui & quadrupedes, quæ dorſo collove domantur, velut boues, muli, equi, aſini: cæteræ res nec mancipi ſunt. Elephanti & Cameli, quamuis collo dorſove domentur nec mancipi ſunt, quoniam beſtiarum numero ſunt: vide rubr. Cod. de vſuc. transfor. vbi hæc rerum differentia tollitur: & Th. §. per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ.

Mancipium inquit Iſidorus. eſt quicquid manu capi, ſubdique poteſt, vt homo, equus, quis, hæc enim animalia ſtatim vt nata ſunt, mancipium eſſe putantur: nam & ea quæ in beſtiarum numero ſunt, tunc videntur mancipium eſſe, quando demanari ſiue capi cœperint. Sic Florentinus, mancipia dicta ſunt, quod ab hoſtibus manu capiuntur in leg. libertas, Digeſt. de ſtatu hominis. Mancipia autem veteres appellabant, quæ poſteriores mobilia. prædia vero, quæ ijdem immobilia Modeſtinus l. 3. Digeſt. de diuerſ. temporum præſcriptione. Longæ poſſeſſionis præſcriptionem tam in prædijs, quam in mancipijs locum habere, manifeſtum eſt. Cicero libro. 3. Officiorum: Nec vero in prædijs ſolum jus ciuile dictum à natura, malitiam fraudémve vindicat: ſed & in mancipiorum venditione venditorum fraus omnis excluditur. Idem in Oratione in Rullum ad populum. Qui agri, quæ loca, ædificia: Quid eſt præterea, multa in mancipijs, in pecore, auro, ebore, veſte, ſuppellectili, ceteris rebus. Hotmannus.

Mancipium interdum pro abalienatione, dominijque ex Iure Quiritium, per mancipationis ſolennitatem facta tranſlatione vſurpatur. Paulus in lege Dei, tit, 16. Poſt mortem patris natus, vel ab hoſtibus reuerſus, vel ex primo, ſecundove mancipio manumiſſus Briſſ.

Mancipia Grecis ἀνδράποδα vocata, Iuſtinianus in §. ſerui autem. Inſtitutis, de jure perſonarum. dicta tradit, eo quod ab hoſtibus manu capiuntur. Cui alluſioni aſtipulatur Marcus Varro, item Auſonius cum ait: capta manu, ſed miſſa manu neſcium herile,, Imperium dominæ vult domina eſſe manus. Quamuis & mancipia dici poſſint eo quod capta ſeruitusi manciparentur, vel vt Alciatus voluit, quod eos in manum, id eſt, poteſtatem emptoris agerent: in qua Aldobrandinus deſiderat alluſionem. Inſtit. de Inc. Hutc.

Mancipia alia ſunt veterana, quæ anno continuo in vrbe ſeruiunt, alia nouitia, quæ anno nondum ſeruierunt l interdum, §. quoties, ff. de publicanis, leg. final ff. de ædilitio edicto.

Mancus, proprie ſignificat eum, qui ſine manu eſt. Iuriſcoſſ. tamen eſt, in l. qui clauum. §. pen. & l item Offilius, & l. quæritur, §. ſi quis digitis, de ædil. edict. qui imbecillitate dextræ ſiniſtra vtitur, Prat.

Mandare verbum protritum quidem eſt, ſed ineptiſſime tractatum à formularijs. Et res certe cottidie in foro verſatur, vt merito debeamus eam plenius explicare tyronibus juris.

Mandare, à manu danda compoſitum eſt, quod in mandatis dandis accipiendiſque manus ſibi inuicem dari mos erat, quem iam nunc in mutuis promiſſionibus vulgo videmus obſeruari. Sunt autem pleraque verba ſimili modo ab vſu porrigendæ manus producta. Old. Prat.

Mandara, itaque generaliter ſignificat, alieni perſonæ gerendum aliquid, exequendumque committere, leg. 1. ff mandat. ſicut vrbit. Quintiliani refert Valla libro. 5. *vetrannlich, befehlen, aufflegen*, Quod his verbis explicari ſolet, Mando, Rogo, Volo, Peto, l. 12. §. cum quidam, & l. 59 §. ille alij & l. vlt. §. vltim. ff. mandati. Hoc autem alias fit publice, alias priuatim. Publica mandata vocantur proprie præcepta magiſtratuum, quæ ſunt neceſſitatis. Inde dicimus mandare *gebieten*. Sic accipiendum eſt in titul. Cod. & Nouell. de mandat. Princip. contitus. 17. Priuata vero mandata vulgo dicuntur commiſſiones; quæ cum late pateant, multa comprehendunt, Oldendorp. Prat.

Mandara dicuntur & qui jubent abire in creditum. Vnde mandatores ſimiles ſunt fidejuſſoribus, niſi quod mandatum præcedit obligationem debitoris, hoc eſt, mandator ſua fide mouet, inducit aliquem ad contrahendum cum alio, aut ad ſolutionis terminum prorogandum. l. ſi vero non remunerandi, §. ſi poſt creditam, ff. mandati. Fidejuſſor vero ſequitur obligationem, & accedit ei, quæ iam contracta eſt, l. ſi fidejuſſores, ff. de fidejuſſ. & mandar. Old.

Mandare hoc eſt, committere, omnem ſeu vniuerſam juriſdi-ctionem, aut ſpeciem vnam prætor poteſt, leg. ſolet Prætor & leg. ſeq. ff. de juriſd. omn. jud. Nec tamen ſi totam delegat, committit, prorſus ab ea recedit, aut eam amittit. Etenim aliud eſt committere, & aliud amittere, l. judicium ſoluitur, ff. de jud. Si quidem quod tota Iuriſdictio delegari poſſit, firmat Iuriſconſ. memoriali ratione in citata l. Solet Prætor. Spieg.

Mandare inſuper de reb. inanimatis elegantes dicimus, Mandare literis, pro ſcribere. Mandare terræ, pro ſeminare. Mandare fugæ, pro fugere. Old. In quo autem differant mandare, præcipere, jubere, impetrare, Valla docet lib. 5. & gl. in l. ſæpe ff. de offic. præſid. Inſulanus obſeruauit hoc verbum apud Ciceronem ſæpe accipi pro eo, quod ſit, per alium nunciare, ſeu alieno ore notum facere. Mandare item creditur, qui non prohibet pro ſe intercedere: Vlpian. ait, hoc eſt, qui patitur alterum pro ſe intervenire; aut quod geſtum eſt, ratum habet, à mandati conſenſu non fieri alienum. Quaſi perinde ſit, non prohibere aliquem interuenire, vel negotia ejus ſubire, aut quod geſtum eſt, ratum habere, atque ſi id fieri mandauerit. Iul. hæc verba, ff. de his qui not. infam. traditur aliud eſſe mandare, quam inſtigare, vel hortari, conſiderare, vel commendare, promittere, vel demonſtrare. Spieg.

Mandare etiam delegare ſeu ad alium transferre ſignificat, vt loquitur l. 1. ff. de off. proconſ. l. 1. ff. de offi. ejus, cui mandat. eſt juriſd. l. 8. §. ſed nec mandare, ff. de tranſ. l. 8 ff. de tut. dat. Briſſ.

Mandare ſolemus ei, cui negotium aliquod in judicio vel extra judicium, noſtro nomine conficiendum, amicè & bona fide commendamus. Nam & commendare à mandato fit, *befehlen vnd vertrauwen*. Vnde Mandatarius dicitur Procurator, à Pro & Curo, *ein Verwalter, Verſorger, Befelchhaber mit fleiſs*. Non enim eſt otioſum, iſtud Pro, ſed diligentiam quandam & prudens amici officium ſignificat. Old. Prat.

Mandare cædem, vel aliud delictum. Paulus ff. de Senatuſconſulto Silan. Etſi (inquit) certus ſit percuſſor: tamen habenda eſt quæſtio, vt cædis mandator inueniatur. Old. Prat.

Mandare eſt præſtare & exhibere actiones, l. 25. ff. de admin. tut. l. 1. § plane, ff. de tut. & rat. diſtrah. Hinc mandatum actionum, l. 76 ff. ſolutionibus. Mandare tamen actiones, & cedere differunt, l. data, C de oblig. & act. Prat.

Mandare delationem, pro impellere aliquem, vt deferat Lex quibuſdam, ff de jure fiſc. Et delator mandatorem edere debet. Oldendorp.

Mandare etiam dicuntur teſtatores, l. 55. ff. de Adimend. legat. Et apud Mart. Epigr. 89. lib. 1. Ouid. Eleg. 2. lib. 1. triſt. Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſepulcrum. Sic in Carmine Auguſti de Æneid. Virgilij.

------ *ſuprema à voluntas.*

Quod mandat fierique jubet. Briſſ.

Mandare actiones, id eſt cedere & præſtare, l. 11. ff. de pec. l. 51. ff. pro ſocio, l. 13. ff. de pign. act. l. 57. ff. ad SC. Trebell.

Mandare magiſtratum pro decernere. Cic. de legib. Old.

Mandaſſe negotium ſuum ille intelligitur, qui ſciuit negotium ſuum geri, & cum puſſet, geſtorem gerere non prohibuit, per text. in l. ſi remunerandi, §. qui pactus, & in l. 8. ff. mandat. Vult. in comment. Inſt. §. 1. n. 7. de obl. quaſi ex contract.

Mandat tacite, qui patitur pro ſe fidejuberi, vel ratum habet. Vnde tacitum mandatum. Old.

Mandata appellantur præcepta principum, quæ præſidibus in prouincias proficiſcentibus dabantur, quibus omnis eorum poteſtas omneque munus continebatur, l. 4. & leg. 19. ff. de offi. præſid. l. 27. in fin. & l. 35 ff. de pœn. l. 7 §. 1. ff. de jure patron. l. 231. in fin. de verb. ſignif. l. 4. §. 1. ff. ad l. Iul. pecul. l. 1. ff. de colleg. & corp. l. 6. ff. de extr. crim. l. 1. ff. de milit. teſt. l. 5. ff. de ſeru. export. Plin. li. 10. Epiſtol. epiſt. ad Traian. Nã ſicut mandatis cuis cautum eſt, ne teſtitur, Iuſtin. Nouell. 17. [illegible], mandata principis, [illegible]. Idẽ 31. [illegible], mandata principis. Atque interdum hæc mandata à præſidibus in prouincijs ſub edicto proponebantur, vt apparet ex l. 6. §. 1. ff. de cuſtod. reor. Briſſ. Mandata principum ait Gothof. ad rubr. C. de mandat. princ. ſunt præcepta ſiue monita, quæ certis perſonis dantur à principe veluti præfectis & procuratoribus. Dion. 5. [illegible] vocat Græci etiam [illegible] & [illegible], & Nouel. 26. [illegible]. & Nouell. 25.

Mandata juriſdictione totum officium juris dicendi tranſit, l. 5. de damus, ff. de ſuſp. tut. Nec nudam notionem duntaxat, ſed juriſdictionem, non quidem proprio ſed alieno beneficio is, cui juriſdictio mandatur, habet, l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appel. Briſſon.

Mandata denique Iuriſdictione, quæ transferantur & transferant, vide l. 1. in pr. & §. vlt. l. 2. & l. 4. & l. vltim. ff. de offi. ejus mand. l. ea. ff. de off. proconſ. Briſſ.

Mandatam rem, adjectiue, nonnunquam dicimus: ſicut rem commiſſam, rem depoſitam, vt apud Ciceronem. Qua locutione generaliter ſignificatur, quicquid vllo modo mandatum fuerit. Quod non percipiens Accurſ. malè torquet ad ſpeciem empti, in l. vlt. § vlt. ff. de cond. ob turp. cauſ. Old. Prat.

Mandatarius eſt, qui mandatum ſuſcipit ad implendum. Et quando mandatarius accuſatus de crimine conueniri poſſit ex ſua perſona, vide leg. non ideo minus, C. de accuſ. & inſcript. & in cap. mulieres, & cap. vt famæ, de ſent. excommun. Et inter iſtos oriuntur actiones hinc inde: quia ille qui ſic mandat alteri, contra illum, qui mandatum ſuſcipit adimplendum, comprius cogi non poſſet. quod reciperet mandatum, competit actio mandati directa, in quantum ejus intereſt factum fuiſſe quod mandabatur. Rurſus ipſi mandatario, qui mandatum ſuſcipit, competit actio mandati contraria, ſi quas expenſas fecit, vel impenſas ratione mandati ſuſcepti, in quantum non exceſſit fines mandati. Si vero mandatum exceſſit in impenſis factis, ipſas non repetet per actionem mandati contrariam, Sed in quantum vtiliter expendit, per actionem negotiorum geſtorum repetet. Placet igitur quæ mandatario datur lex in Tragœdia Sophoclis: [illegible]. Prat.

Mandati actio eſt directa aut contraria. Directa datur mandatori contra mandatarium, qui vel negotium non geſſit, l. 6. §. 1. vel non exhibet domino, quod ex negotio adeptus eſt, l ſi procuratorem, §. fin. ff. eod. vel mandatum non implet. Sicut enim liberum eſt mandatum non ſuſcipere, ita ſuſceptum conſummari oportet, niſi renuntiatum ſit. Renunciari autem ita poteſt, vt integrum jus mandatori reſeruetur, vel per ſe, vel per alium eandem rem commode explicandi: aut redundet in eum captio, qui ſuſcipit mandatum. Et quidem ſi is cui mandatum eſt, vt aliquid mercaretur, mercatus non ſit, neque renunciauerit ſe non empturum, idque ſua non alterius culpa fecerit: mandati actione teneri eum conuenit. Hoc amplius tenebitur, ſi eo tempore per fraudem renunciauerit, cum jam recte emere non poſſet. Sane ſi valetudinis aduerſæ vel capitalium inimicitiarum, ſeu ob inanes rei actiones, ſeu ob aliam juſtam cauſam excuſationes alleget, audiendus eſt, l 22 § fin. cum 3. legib. ſequentib. ff. mandat. Idem quoque dicitur in l. ſi quis 27. § 2. eod. Datur etiam hæc actio contra procuratorem, qui inſtrumenta cauſæ non reddit, aut per colluſionem aduerſarium abſolui paſſus eſt, l. 8. eod. Non autem datur hæc actio contra eum qui non animo procuratoris interuenit, ſed affectionem amicabilem promiſit in monendis procuratorib. & actoribus & in regendis conſilio, l. idemque, 10. §. 6. eod. Datur autem actio hæc ad id quod intereſt mandatis, d. l. 8. § mandati, & d. l 27 § 2. & ad ipſam rem conſequendam, de l. 8. §. fi. Item ad fructus & vſuras, l. idemq. 10. §. ſi ex fundo, eod. Contrario judicio experiuntur, qui mandatum ſuſcipiunt: vt puta qui rerum vel rei vnius procurationem ſuſceperunt, leg. 12. §. contrario, eod. Fidejuſſor quoque ſi ſoluit habet actionem mandati, d l. 10 §. 10. modo anteceſſerit mandatum, aliàs negotiorum geſtorum eſt actio, leg. ex mandato 20. §. 1. eod. Hæres quoque fidejuſſoris, ſi ſoluit, habet actionem mandati, l. hæredem, 14. eod. Habet autem fidejuſſor actionem, ſi cum debitor ſoluiſſet, ignarus ſoluerit, l. ſi fidejuſſor, 29. §. cum debitor, eod Item ſi ipſi donationis aut mortis cauſa acceptum factum ſit à creditore, dict. l. 10. § fin. cum 2. legib. ſequentibus. Non habet autem actionem, ſi ſciens prudenſque auxilium appellationis omiſit. Item ſi ſciens prætermiſit exceptionem quæ debitori competebat, d l. 29 §. 3. item ſi ignorauit intelligere ſe obligatum de jure, d. l. 29. §. non male: item ſi cum ſoluiſſet, non certiorauit reum, & ſic deinde reus ſoluit, d. l. 29. §. ſi cum debitor: item ſi pro inuito & vetante fidejuſſit, l. ſi pro te 40. leg. qui fide, 53. eodem: item ſi mercedem pactus eſt ob ſuam fidejuſſionem, & litem redemit, d. l. 6. §. Marius Mandati item actio contra eum qui commendauit aliquem, non datur, d. l. 12 §. cum quidam. Datur autem ad ſumptus bona fide neceſſario factos, leg. qui mutuam, 56. §. ſi & leg. ſi quis, 7. §. impendia, eod. Reputationes enim hoc judicium admittit: & ſicuti fructus cogitur reſtituere is qui procurat, ita ſumptum quem in fructus percipiendos aut vecturas ſuas, dum excurrit in prædia, facit, deducere oportet niſi ſalarium fuit: & hoc conuenit, vt ſumptus de ſuo faceret ad hæc itinera, d. l. 10. §. idem Labeo: idem eſt de vſuris, d. l. 12 §. ſi mihi. Non tamen omnia quæ impenſurus non fuit mandatori imputabit mandatarius veluti quod ſpoliatus ſit à latronibus aut naufragio res amiſerit, vel languore ſuo ſuorumque apprehenſus quædam erogauerit: Nam hæc magis caſibus quam mandato imputari oportet, d. l inter 26. §. non omnia. Vtilis actio competit deportato, id eſt, ei cujus bona publica ſunt, ſi mandet alicui vt ea bona emat, iſque fidem non præſtet, dict. l. 22. §. 12 cujus. Freig. in parat. ff mandati.

Mandati obligatio, Paulus inquit leg. 1. Mandati conſenſu contrahentium conſiſt. Ideo per nuncium quoque, vel epiſtolam, mandatum ſuſcipi poteſt. Item ſiue rogo, ſiue volo, ſiue mando, ſiue alio quocunque verbo ſcripſero, mandati actio eſt. Mandatum niſi gratuitum, nullum eſt. Nam origi-

nem ex officio, atque amicitia tradit. Contrariũ porro eſt officio merces. Interueniente enim pecunia, res ad locationem & conductionem potius reſpicit. Bud. in annot. prior. Spieg.

MANDATOR eſt, qui aliquid agendum committit. Paulus ad Senatuſconſultum Syllan. Etſi certus ſit percuſſor, tamen habenda eſt quæſtio, vt cædis mandator inueniatur. Mandatarius eſt, qui mandatum ſuſcipit ad implendum. Spieg.

MANDATORES qui alicui ſunt autores, mandantque, vt pecuniam det mutuo, aut tempus ſolutionis proroget, l. ſi verò non remunerandi, §. ſi poſt creditam, ff. mandati. Itaque ſimiles ſunt fideiuſſoribus: niſi quod præcedunt ſui principalis obligationem, l. ſi fidejuſſores, ff. de fideiuſſ. & mandat. Conſtitutores ex diuerſo, qui pro alio ſe ſoluturos conſtituunt, ſequuntur obligationem. Id quod nudo tantum pacto, vel etiam per epiſtolam fieri poteſt, vt in l. quidam, ff. de conſtit. pec. Diſtant autem multum à fideiuſſoribus, quia ex quocunque debito poteſt quis conſtituere, non tantum id quod ipſe conſtituens, ſed & quod alius debet. Sunt etiam mandatores, vt Bud. monuit, impulſores delatorum, interque delatores referuntur. Vnde & apud IC. Mandator delationis, in l. ex quibuſdam, de jure fiſci. Et delator mandatorem edere debet. Spieg.

MANDATOR, ſit Gothofr. in rubr. ff. de fidejuſſor. eſt, qui vel fideiuſſorem fideiubere, vel creditorem alij credere rogat.

MANDATOR dotis dicitur, cujus mandato vxor dat viro dotem Goth. ad rubr. C. ne fideiuſſor. vel mand.

MANDATOR, fidejuſſor, & is qui conſtituit, conueniunt in eo, quod pro alio hi omnes interueniunt. Differunt autem: Mandamus namque credi etiam abſentes: fidejubemus quidem præſentes tantum, ſed tamen verbis, l. 11. C. de fideiuſſ. l. 12. ff. mandat. l. 3. in fin. ff. de adminiſtr. rer. Conſtituimus nudo conſenſu eoq; ſufficiente ad actionem producendam, §. 9. Inſt. de act. Goth. ad l. 5. in fi. C. de conſt. pec. vide & ſup. Fideiuſſor.

MANDATORES dicuntur quorum mandato alij pecunia credita eſt, l. 41. in fin. l. 23. in fi. l. 71. & rubr. ff. de fideiuſſorib. & mandator. l. 28. l. 60. ff. mand. l. 1. §. ſi fideiuſſor. ff. ſi quid in fraudẽ pat. l. 95. §. ſi mandator & §. pen. ff. de ſolut. l. 8. C. de pignorib. l. 12. C. de non num. pec. l. 30. C. de locat. & cond. Qui à fideiuſſoribus eo diſtant, quod auctores ſint contrahendi negotij, cum plerumque fideiuſſores contractæ jam obligationi accedant. Cæterum mandator non eſt, qui faciendi nominis cauſa, quaſi proxeneta interuenit. Hic enim monſtrat magis nomen quam mandat, tametſi laudet, l. 2. ff. de proxenetic. Mandator quoque cauſæ dicitur, qui mandat alicui, & inſtruit eum ad accuſationem dando probationes, & allegando accuſationes, l. 2. §. diuus cum § ſeq. l. 22. in fin. l. 23. & 24. ff. de jure fiſc. l. 1. §. incidit, ff. ad Turpil. Suet. in Tit. c. 8. Inter aduerſa temporum delatores mandatoreſque erant ex licentia veteri. Meminit huius & Conſtantin. lib. 1. tit. 5. Eumque ita definit, quamr ectè, ex ſuperioribus apparet, [illegible] Cæterum qui ſine mandato duntaxat hortatus eſt ad accuſationem ſuſcipiendam pro mandatore non habetur, l. 20. ff. de his qui notant. in fam. Briſſ.

MANDATI iudicium quam turpe olim fuerit conſtitutum. Cic. elegantiſſima declarat in Orat. pro Roſc. Amer. In priuatis rebus ſi qui rem mandatam non modo malitioſius geſſiſſet, ſui quæſtus aut commodi cauſa, verum etiam negligentius: eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Itaq; mandati conſtitutum eſt judicium non minus quam furti. Credo propterea, quod omnibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in jis operæ noſtræ vicaris fides amicorum ſupponitur: quam qui lædit, oppugnat commune omnium præſidium: & quantum in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem: non enim poſſumus omnia per nos agere; alius in alia eſt re magis vtilis. Id circo amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gubernetur. Paulo poſt: Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt, quod duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam & fidem; nam neque mandat quiſquam fere niſi amico: neque credit, niſi ei, quem fidelem putat. Item aliquanto poſt idem tractat: De forma autem mandati ſeruanda, vide Cuiac. obſeru. lib. 12. c. 34. Prat.

MANDATI ſpecies, rerum conſideratione duæ ſunt, generalis & ſpecialis, l. 12. §. 7. ff. mandat. conſenſu inſpecto, tres, l. 1. in pr. & §. 2. eod. puta ſi quis vel mandet vel non prohibeat, vel ratum habeat, l. 60. de reg. jur. Perſonarum verò contemplatione quinque, l. 2. ff. mand. Inſtit. eod. in princ. Gothofr. ad l. 12. §. 7. ff. mandat.

MANDATVM contrahitur, ſiue mea tantum gratia tibi mandem ſiue aliena tantum: ſiue mea & aliena, ſiue mea & tua, & ſiue tua & aliena: quod ſi tua tantum tibi gratia mandem: ſuperuacuum eſt mandatum: & ob id nulla ex eo obligatio naſcitur. Mea tantum gratia interuenit mandatum: veluti ſi tibi mandem vt negotia gereres mea, vel vt fundum mihi emeres, vel vt pro me fidejubeas. Alieno tantum, veluti ſi tibi mandem vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundum emeres, vel pro eo fidejubeas. Mea & aliena veluti ſi mandem, vt mea & Titij negotia gereres, vel vt mihi & Titio fundum emeres, vel vt pro me & Titio fidejubeas. Tua & mea veluti ſi mandem tibi, vt ſub vſuris crederes ei qui in rem meam mutuaretur. Tua & aliena, veluti ſi tibi mandem, vt Titio ſub vſuris crederes, quod ſi vt ſine vſuris crederes, aliena tantum gratia interuenit mandatum. Tua autem gratia interuenit mandatum, veluti ſi mandem tibi, vt pecunias tuas potius in emptiones prædiorum colloces, quam fœneres, vel ex diuerſo, vt fœneres potius quam in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum magis conſilium eſt quam mandatum; & ob id non eſt obligatorium, quia nemo ex conſilio obligatur, etiamſi non expediat ei, cui dabatur, quia liberum eſt cuique apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium, text. in l. 2. ff. mandat.

MANDATVM, commiſſio eſt, vel quod committitur. Sunt qui volunt mandatum eſſe dictum, quaſi ex mea manu datum; ſed an id verum ſit. Tiſſinus aliorum, inquit, eſto judicium. Spieg. Vide ſupra mandare à manu.

MANDATVM definit Accurſius Inſtit. de mandat. officium gratuitum ab eo, qui ſuſcepit exhibendum. Hotomannus autem ſic, Mandatum, inquit, eſt contractus bonæ fidei de eo quod fieri ſine mercede vlla conuenit, periculo mandatoris exequendo inter quos jure ciuili licet, factus. Mandare namque eſt negotium dare: ſed cum ſine mercede addidimus, à locatione illum diſtinximus. Conueniſſe autem, hoc eſt, non modo datum, verum etiam ab eo cui datur, receptum eſſe oportet. Prius enim non naſcitur obligatio, l. 1. & paſſ. ff. mandati. Differt autem à Conſilio, primum quod mandatum pars quædam imperij eſt, aut potius voluntatis, vt quid fiat. Conſilium ab imperio prorſus alienum eſt, nec vllam voluntatis ipſius ſignificationem habet; itaque rem conſultoris arbitrio permittit: nec verum fiat, nec ne, laborat, eoque non eſt obligatorium, l. 2. in fin. ff. eodem, & leg. conſilij, de reg. jur. Imperium autem illud idcirco ſocietas humani generis comprobauit, quoniam ad mandatorem periculum omne pertinet, nulla ex parte ad mandatarium. Hot.

MANDATVM aliud eſt generale, cum nimirum omnium negotiorum, aliud ſpeciale, cum certæ rei adminiſtratio eſt mandata, l. ſi remunerandi, 6. §. apud, ff. mand. vide Freig. in parat. eod. tit.

MANDATVM ſoluitur vel morte mandatoris, niſi per ignorantiam impletum ſit: tum enim competit vtilis actio, l. inter cauſas, 26. in princ. ff. mandat. quia mandatum, non etiam mandati actio morte mandatoris ſoluitur, l. ſi præcedente, 58. in princ. ff. eod. niſi item mandatum contineat aliquid, quod omnino poſt mortem mandantis faciendum ſit, vt monumentum, l. ſi vero, 10. §. fin. ff. mand. vel ſoluitur morte mandatarij, ſi is integro adhuc mandato deceſſerit: Nam tum etiam hæres eius licet executus fuerit mandatum, non habet mandati actionem, leg. ſi quis, 27. §. 3. ff. eod. Is tamen per errorem exequendo bonæ fidei emptori conditionem vſucapiendi tribuit leg. mandatum 57. ff. eod. Extinguitur quoque mandatum mutatione voluntatis ſeu reuocatione, d. l. 12. §. pen. modo res ſit integra ne damno afficiatur is qui mandatum ſuſcipit, leg. ſi mandaſſem, 15. ff. eod. Freig d. loc.

MANDATVM egreſſus dicitur qui aliud fecit, puta qui fundum alium emit, non qui pluris. Ille non poteſt agere, vt ſibi fundum habeat mandator, & reſtituat pretium, quia nullam partem mandati adimpleuit, & tamen ex ea cauſa conueniri mandati neglecti poteſt: At qui pluris emit, remittens quod excedit de pretio, reliquum juſte petet, Conn. lib. 7. c. 14. n. 9.

MANDATV meo, ſicut juſſu meo apud IC. Iabolen. Qui fundum mandatu meo in ſocietatem mihi & ſibi emeras, leg. qui concubinam, de leg. 3. Veteres ſolebant dicere (mandatu) in ablatiuo, cum mandatum priuatum intelligi vellent, mandatum vero publicum, per ablatiuum (mandato) denotabant. Inde eſt illa locutio, quam Haloander diligenter obſeruauit in Pandectis vbique, mandatu meo Titij, Spieg.

MANDRAGORA herba ſoporifera & venenata, vt ſcribit Plin. l. 25. c. 13. Itaque à Marciano in leg. 3. §. 3. ff. ad leg. Cornel. de ſic. inter venena commemoratur. Eius duo genera traduntur à ſcriptoribus: candida quæ mas eſt, & nigra quæ fæmina eſt. Vide Æginet. c. 5. de re med. Colum. lib. 44. c. 20. Eadem dicitur [illegible] Pythag. an ab humana ſpecie, quam ea radix, impoſtorum arte vulgo repræſentat? an quod rerera generalis radix, à medio ad imum bifida, bifurcaque prouenıat, adeo vt Crura, humana figura, habere videatur? Briſſ. [illegible] à fructu malo ſimili [illegible] à veneficiis quibus Circe claruit, vide Goth. in not. ad d. l. 3. §. 3.

MANENT nummi ſui, pulchra locutio, in l. 1. de ſtip. ſeruorum & Alber. obſeruauit. Spieg.

MANERE eſt morari, & vt Non. Marcell. explicat, loco inſiſtere. Si pater eius in adoptione manſiſſet, l. 7. §. qui habebat, ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. Briſſ.

MANERE etiam dicuntur res incorporales, veluti Actiones, Obligationes, & jura quæ non corrumpuntur, nec depereunt, ſed ſalua, integra & illæſa permanent, quæcunque in ſuo ſtatu & priſtina cauſa durant, Briſſ.

MAN

Manseres nomen dicitur; quod nondum eſt enectum, leg. 43. §. vlt. ff. adminiſt. & perie.

Manere promiſſis, idem quod ſtare promiſſis.

Manere rem apud aliquem, id eſt, rem ei ſolui, tele, §. fin. ff. de pact. Alb.

Manere ſignificat: expectare, vt laicos neceſſitas obſequendi manet, non authoritas imperandi cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, ext. de conſtitutionibus Io. Bello. etymol.

Manes animæ melioris meriti. Briſſ.

Manes olim, hoc eſt, animas è corpore volantes, quod vbique manerent, quaſi Deos colebant: ideo iura eorum voluerunt eſſe ſancta, id eſt, ab iniuriis hominum defenſa atque munita. Hinc eſt in 12. tabulis, Deorum manium iura ſancta ſunto. Spieg. ex Old. Prat.

Mangones, appellatione venaliciariorum veniunt: quonam vanalicia, id eſt, ſeruos venales expoſitos, ipſi emere præoccupant, vt carius vendant. Cum enim mercis nomen in huiuſmodi ſeruis locum non habeat, leg. ſeruos in ſi delegat. 3. conſequens eſt, vt ſaltem venalicij appellatione cenſeantur, teſte Alciat. tametſi mango, vt Nebrii. indicat, non modo ſeruorum creditor ſit, ſed aliarum quoque rerum. In quo autem diſtet à Venaliciario, vide Africanum de verb. ſign. mercis appellatio. Senec. in epiſt. Mangones, ſi quid eſt quid diſplicet, aliquo lenocinio abſcondunt. Sic. Plin. lib. 37. gemmarum politores, mangones vocantur. Prat. Vide & Gœd. ad d. l. mercis appellatio. 64. n. 2.

Mangonium artificium quod ad res facilius vendendas adhibetur, Vnde.

Mangonizare componere rem aliquam ad alliciendos emptores, *Auffmutzen*, quemadmodum videmus equos venire mangonizatos. Spieg. Prat.

Manicus communibus pro non lotis, vt exponit Alb. Spieg.

Manibus pedibuſque, extremum conatum ſignificantes dicimus. Spieg.

Manibus ſuis facere, quandoqidem eſſe, quod alij mandare. Albert obſeruauit in l. ſi quis id quod, ff. de juriſd. omn. jud. Spieg.

Manicæ ferreæ, pro catenis, quibus manus reorum vinciuntur l. 1. C. de cuſtod. reor.

Manifeſtare id eſt, manifeſtum facere & aperte declarare. Sic Opinionem ſuam per relationem manifeſtare, leg. 9. ff. de appellationibus. Briſſ.

Manifeſtarium pignus, pro manifeſto & diſerto obligatum Paulus l. 9. ff. in quibus cauſis pign. Eſt differentia obligatorum propter penſionem, & eorum quæ ex conuentione manifeſtarij pignoris nomine tenentur. Prat. & Hot.

Manifeſte conſtare dicitur, quod etiam ex conjecturis probabilibus conſtat l. 1. C. de teſtam vbi Iaſon. Spieg.

Manifeſtum eſt publica vel clamoſa proclamatio ex certa ſcientia, & certis auctoribus proueniens, vide Speculat. in tit. de noto. crim. § ſequitur de manifeſto. Dicitur que vulgo notoriū. Bart. in l. ſcriptus hæres. ff. de relig. & ſumpt. fun. diſcernit pulchrè notorium à manifeſto. Vide inſt. Notorium. Spie.

Manifeſtum crimen eſt Bartolo, in quo quis deprehenditur, in l. ſi fur. ff. de furt. Vide eundem in l. heredes palā, de teſt. Spie.

Manifeſtum furtum intelligi voluere priores, vt Maſſurius ſcribit, quod deprehenderetur, dum perpetraretur, extat elegans cap. de de furtum ſpeciebus apud Rhodig. lib. 20. Spieg.

Manifeſtum furtum intelligitur, quamdiu fur rem furtiuam tenens, viſus vel deprehenſus fuerit, ſiue in publico ſiue in priuato, vel à Domino vel ab alio, antequam eo peruenerit quo perferre ac deponere rem deſtinauerit. Briſſ.

Manifeſtum quaſi ad manus foris ſtans, dicitur quod clarum & apertum: vt manifeſta cauſa cap. de manifeſta. 2. quæſt. 1 & manifeſta turpitudo, l. manifeſtæ, ff. de jureiur. & manifeſtum jus dicitur l. manifeſtiſſimi, C. de furt. & offenſa manifeſta intelligitur, quæ vel per confeſſionem, aut euidentiam rei, vel probationem legitimam nota fuerit, cap. cum olim, de verb. ſignific. extr. Io. Bellon etymol.

Manifeſtus fur eſt, qui cum furto deprehenditur, & vt Græci dicunt, ἐπαυτοφώρῳ l. 3. l. 4. & l. 5. cum ſeq. ff. de furt. Gaius lib. 2. Inſt. tit. vlt. Inuenias ſæpe apud Plautum in eandem cum Græco ſententiam dici manifeſto teneri. manifeſto quoque rerum capitalium dixit Salluſt. in coniurat. Catilin. qui manifeſto in ea noxa tenerentur. Briſſ.

Manipulos ait Varro lib. 4. de ling. lat. appellabant exercitus minimas manus, quæ vnum ſequuntur ſignum Idem lib 5. cum jungit plures manus, manipulus, vnde manipularis miles. Briſſ.

Manipulus leuis, ex viginti militibus, & turbis ſecutatorum ſit. Huic Centurio præerat, qui manipularis vocabatur. Dictus autem leuis, quod haſtis miles, cæſiſque, non armis grauioribus muniretur. Alex. genial. dier. lib. 1. cap. 5. Prat. Adde Brech. in l. princeps, in tit. de verb. & rer. ſign.

Manser, eſt illegitimus proprie de ſcorto natus, ſecundum Hoſt. quaſi vulgo quæſitus. Vnde ſecundum Abbat.

Manſeribus ſcortum, ſed mœcha nothis dedit ortum
Vt ſeges à ſpica, ſic ſpurius eſt ab amica.
Dant naturales, quæ nobis ſunt ſpeciales.

cap. niſi cum pridem, de renum. in §. perſonæ, in fi. vbi gl. Old. Prat. Iſidorus Manſeres eos dici putat qui naſcuntur ex virgine vel vidua nobili, patre verò ignobili: quod tamen non eſſe perpetuum apparet eu d. c. niſi cum pridem. Herman. Vult. in comment. Inſt. de patr. poteſt, in prinс. n. 10. circa fin.

Manseris nomen barbarum eſt, nec alijs notum eſſe poteſt, quam quorum eu lingua deſumptum eſt. Connan. lib. 2. c. 16. num. 2.

Mansio & Deceſſio, contraria. Sic manſio in vita: cui contrarium eſt exceſſus è vita. Eſt item manſio, iter vnius diei. Plin. Manſionibus octo diſtat regio thurifera à monte excelſo. Sic & apud Arcadium; Manſiones in leg. fin. de muner. demenſa, militum itinera, intelligenda ſunt *ein Tagreiſs*, Bud. admonet, quos hodie Galli Mareſchallos hoſpitiorum Germani *Forirer* vocant. Latine appellari poſſe Manſionarios deſignatores, & ceterarios deſignatores, à cetra qua vtuntur. Spieg.

Mansio mala, iumenti ſpecies eſt. Vide ſup. mala manſio.

Mansiones, ad iter metiendum diſpoſitas hominum & animalium curſui publico deputatorum ſtationes appellabant, l. vlt. ff. de muneribus & honor. l. 7. ff de annon. lib. 10. Co. 2. de condit. in publ. horr. eod. l. 9. de annon. & tribut. in C. Theo. l. 9. de ſuſceptorib. lib. 10. C. l. 2. de lucris aduoc. lib. 1. C. Lamprid. in Alex. Illa die, illa hora ſum exiturus, & ſi Dij voluerint in prima manſione manſurus. Deinde per ordinē manſiones, deinde ſtatiuæ, deinde vbi annona eſſet accipienda. Ambroſius in oratione de morte Valentiniani. Ecce poſtridie literæ de inſtruendis manſionib. inuectio ornamentorum regalium aliaque eiuſmodi, quæ ingreſſurum iter Imperatorem ſignificarent. Et in Panegyrico incerti auctoris, qui Conſtantij filio dictus eſt, itinere confecto conſumptis copiis manſionū, ne quis conſequi poſſet, exercitus repente intra parietes conſederat. Symmac. in epiſt. Diligentiæ tuæ, ratio derogetur, quæ poſſit oſtendere, quot numero animalia collocaris, & quo paratu inſtruxeris manſiones. In has autem manſiones etiam milites diuertebant, l. 11. C. de re milit. lib. 12. l. 2. C de lucr. aduoc. cod. Vnde annonis & pabulis inſtruebantur, vt ex Caſſio. libr. 5. varia epi. ad Gepidas, & libr. 10. epiſt. ad Sen. & populum patet. Idem Lampr. in Alex. Milites expeditionis tempore ſic diſpoſuiſti, vt in manſionibus annonas acciperent. Briſſ.

Mansio & in plurali Manſiones, μοναὶ ſunt diuerſoria, in quæ ſe recipiebant milites expeditionis tempore, vel ſacer comitatus, quæ annonis & pabulis inſtruebantur, ex collatione, vicinorum, à manendo ſic dictæ. Suet. in Tito Veſpaſiano, Deinde, inquit, ad primam ſtatim manſionem febrim nactus, cum inde lectica transferretur, &c. Manſio quoque pro domo & ædibus ſumitur in lib. Feud. Greg. Turon. l. 3. At illa ingreſſus manſionem domini ſui, apprehendit ſcutum eius, & frameam. Helmodus in hiſtor. Slauor. c. 50. occupauit montem, qui antiquitus Alberg. dicitur, impoſuitque illic manſiunculas, intendens ibidem communire caſtellum. Prat.

Mansionatici, ſunt manſiones apud ſcriptores barbaricos: cuius verbi duplicem vſum oſtendit Hotto. in comment. feud. pro manſione hoſpitali, ſiue diuerſorio, & pro munere ac ſumptu recipiendorum hoſpitum. Illius ſignificationis exemplum eſt apud Aymonium lib. 5. c. 31. Indeq; (de Carolo Caluo Francorum rege loquitur) per Attiniacum, & conſuetos manſionaticos compendium adiit. Et apud Carolum in conſtitutionibus Cæteri per ſingula territoria habitantes, diſcurſiones eſque manſionaticos, Et apud alios paſſim. Huius autem apud eundem lib. 5. c. 34. in priuilegio Abbatiæ S. Germani pratenſis: ſed neque ſeruitia ex iis exactis, vel paueredos aut expenſas ad ſuas vel ad hoſpitum ſuſceptiones recipiat, ſiue manſionaticos inde exigas, ſicut nec conſuetudinis vnquam fuit, id eſt, ſumptus pro diuerſorio & hoſpitibus recipiendis.

Mansuarii, iidem qui manentes vel commanentes, vel villi: Græci ὁμοχωρίτας vocant, vt ſynodi Chalcedonenſis cap. 2. à χώρα villa. Alij maſſarios: nam & manſum dixere maſſam Caſſiod. Greg. & alij, pro quo gloſſ. vet. συγκτήσιν reddunt. Prat.

Mansuetarii qui feras manſuefaciunt. Firmicus: Septentrione Orientenati, erant manſuetarij ferarum.

Mansueta feræ quatenus intelligendæ. Iuſtin. declarat, Inſtit. de rer. diuiſ. §. pauonum, quoque. Vide Feræ. Prat.

Mansuetum dictum putat Paulus apud Feſtum lib 11. quaſi ad manum venire ſuetum, vel (vt aliis placet) neque ex miſericordia mœſtum, neque ex crudelitate ſæuum, ſed modeſtia temperatum. Prat.

Mansuetus fero aduerſatur. Briſſ.

Mansus vel manſum, ſeu maſſa Caſſiodoro, & Gregorio, neque domus eſt, neque area, neque hortus: ſed ager certi modi ac menſuræ, qui propterea meratus ab antiquis dicebatur, quoniam in agrorum diuiſionibus & aſſignationibus menſores adhibebantur, qui & finitores à Cicerone in Agr. or. appellantur: quanquam in ſecunda mendum eſt in illo loco: ſanitores ex illo ordine ducentos conſtituit. Legendum enim eſt finitores. Manſus autem vel in priuati hominis patrimonio eſt vel

Eccleſiæ, ad cleri victum cultumque attributus, leg. Fsane lib. 1. cap. 85. Sancitum eſt vt vnicuique eccleſiæ vnus manſus integer, abſque alio ſeruitio attribuitur: & presbyteri in iis conſtituti non de omnibus neque de areis, vel hortis juxta eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo aliquod ſeruitium faciant præter eccleſiaſticum. Albertus Krantzius in Vandalia lib. 4. c. 5. aſſignatur q. trecentos manſos eccleſiæ in perpetuum ſeruituros. Item, Adolphus trecentos quoque manſos permiſit duci, vt per manum eius aſſignentur in dotem eccleſiæ. Et c. 55. Fiat Epiſcopus in Vagriam: adhibitis viris induſtriis æſtimari faciat prædia: quod defuerit de trecentis manſis ego ſupplebo. Veniens epiſcopus deprehendit prædia vix centum implere manſos. Quamobrem comes volens redarguere agrimenſores, adhibuit menſuram ſuam funiculo breui & hominibus incomperto. Helmoldus in hi. Slau. c. 10. Pauperibus ortus natalibus primo ſeptem manſis, totidemq; manentibus ex hæreditate patrum fuit contentus. Et mox dicitur manentes ſuos pro furto delatos damnaſſe ad mortem. nec tamen eo in loco manſum pro villa poni, quod docti quidem Germani ad marginem annotarunt, ſed pro jugero cenſet. Hur. in comm. verb. feud. à quo fere hæc omnia ſunt deſumpta: qui etiam addit, placere ſibi eorum ſententiam, qui manſum à menſura dici volunt: quia, ſi ager, inquit, eſt certo modo præſcriptus (vt illa lex oſtendit) neceſſe eſſe certæ menſuræ fuiſſe, lib. feu. t. tit. 4. §. 4. Si quis de manſo vno feudi nomine inueſtituram acceperit. Nam cum manſum vnum duo, tria numerantur, certi agrorum modi perſpicue ſignificantur. Manſum Baldus definit prædium, in quo manent homines. Aluarottus, fundum qui duobus bobus ad laborandum ſufficit. Hinc fortaſſe oritur (inquit Zaſius) quod nos Germani prata diuerſa nominamus *Manſmatt* Iacob. Cuiac. Manſus eſt, inquit, fundus, vnde quis ſe & familiam ſuam tueri ſatis commode poteſt, ac præterea vectigal, ſiue cenſum domino referre, & quod veteres dixere hæredium: nam hæreditates Carolus Magnus interpretatur manſa in ſuis conſtit. à manendo ſc. Childebertus in quodam pragmatico apud Aunonium: Cum manſis, & cum manentibus meis. De his judicent lectores.

MANSVM aliud eſt dominicatum, ſeu indominicatum, quod in principis, aut Eccleſiæ, aut nobilis cuiuſdam dominio eſt neq; vel in Feudum, vel in precariam, vel alio titulo alteri conceſſum. Aliud ingenuum, quod eſt nobiliũ, & colono alicui locatum, qui Manſuarius vocatur: aliud ſeruile, quod in feudum datum eſt, ſub certi ſeruitij conditione, apud Annon. vbi ſcribit Carolum Caluum in Francia & Burgundia tributum exegiſſe hunc modum: E manſis dominicatis ſolidus vnus, de vnoquoque manſo ingenuo, denarij quatuor: de cenſu dominico, de facultate manſuarij, totidem e manſo ſeruili denarios duos de cenſu dominico, de facultate manſuarij totidem. Quæ diſtinctio manſorum inuenitur etiam 2. epiſt. Greg. ad finem. Prat.

MANTELLVM à tegendis manibus dictum volunt. Polluci *μανδύη* id genus coopertorium, ſed villoſum, cuius & Varro meminit: quale eſt noſtrarum mulierum tegumentum, quod vulgus *Kurſen* nominat. Vnde inferius, Reuoluto mantello. Spieg.

MANTICA ars ipſa diuinandi. Vide Cic. 1. de nat. Deor. Spieg.

MANTICVLARIVS dicitur fur, qui inferens ſe confertæ multitudini, marſuppia aut ſecat, aut artificio doloſo aperit, & euacuat, ablata pecunia. Vide Feſtum. Spieg.

MANVCIÆ pro ſpoliis. Vnde manubias facere, pro ſpoliari Imp. in leg. eos, C. de modo mulctat. Authent. de trien. & ſemiſſe. § hic à nobis Spieg.

MANVBIAS à præda hoc diſtare Gellius lib. 13. c. 23. ſcribit, vt ſit præda corpora ipſarum rerum, quæ capiuntur Manubiæ vero pecuniæ ex præda vendita redactæ: quanquam tropica quadam figura alterum pro altero nonnunquam ſumptum à quibuſdam annotat. Sic Cic. de leg. Agrar. Prædem, manubias, ſectionem caſtra denique C. Pompeij ſedente Imp. vendent. Vide Turn. aduerſ. lib. 21. c. 21. Prat.

MANV breui pro diſcreto, & per compendium, & vitata circuitione: quoties ſcilicet celeritate coniungendarum inter ſe actionum vna actio occulatur, vt loquitur Vlpian. l. 3. §. ſed ſi debitorem, de donat. inter vis Hac phraſi vſus eſt idem Vlpian. leg. 43. §. 1. de jure dot. Quoties, inquit, extraneus accepto fert debitori doris conſtituendæ cauſa, ſiquidem nuptiæ inſecutæ non fuerint, liberatio non ſequetur: niſi forte ſic acceptum tulit, vt velit mulieri in totum donatum tunc enim ere dandum eſt, breui manu acceptum à muliere, & marito datum. l. 43. §. 1. de jure dot. id eſt Hoc ita accipiendum eſt, quaſi mulier non per acceptilationem & circuitionem illam, ſed directa per manum ipſius creditoris pecuniam accepiſſet, & marito dediſſet. Itaque quod Iuriſconſult. Directo dare libertatem dicunt, ac non per fideicommiſſum: efferri hoc eodem modo ſic poſſet. Manu breui libertatem dare: cui contrarium eſt manu longa, vt mox dicemus. Hotom. Briſſ.

MANV longa Iauolenus ſignata locutione poſuit, pro flexuoſe & oblique: non autem quam minimo potuit negotio. Pecuniam, inquit, quam mihi debes, aut aliam rem ſi in conſpectu meo ponere te iubeam; efficitur vt & tu ſtatim libereris, & mea eſſe incipiat: nam tum quod à nullo corporaliter eius rei poſſeſſio detineretur, acquiſita mihi & quodammodo manu longa tradita exiſtimanda eſt, id eſt, quaſi menſa vbi ponere te iuſſit manus tuæ pars fuiſſet: & longa iſta manu porrecta mihi tradidiſſet. Nam breui manu dediſſes, ſi directo de manu in manum nulla menſa aut alia re interpoſita tradidiſſet. Locus eſt in l. 79. ff. de ſolutionib. Cic. Verr. 4. Quum ob tua decreta, ob imperata, ob judicata pecunia dabantur, non erat quærendũ, cujus manu numerentur, ſed cuius iniuria cogerentur, comites illi tui dilecti, manus erant tuæ: præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, haruſpices, præcones, manus erant tuæ: quo quiſque te maxime cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur: cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quam ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent, tua manus ſiue controuerſia fuit, quicquid ab horum quopiam captum eſt, id non modo tibi datum, ſed tua manu numeratum iudicari neceſſe eſt Hot. Briſſ.

MANV nocens aqua pluuia eſt, quæ ita aliquo loco excipitur, vt inde profluens vicino noceant, ſi locus is non ſit naturaliter talis, ſed manu hominis excipiendæ aquæ fuerit apparatus. Briſſ.

MANV ſata excipi intelligimus, in l. 80. ff. de contrah. empt. non quæ in perpetuum ſata ſunt, ſed quæ ſingulis annis ſeri ſolent, ita vt fructus eorum tollantur. Prat.

MANVFACTVM opus, opponitur naturali, l. 1. §. ff. de aq. pluarcend Spieg.

MANVMITTERE eſt de manu, id eſt poteſtate emittere, ſeu poteſtate liberare & dimittere, Briſſ.

MANVMISSIO eſt datio libertatis, vt Inſt. de libertinis, §. 1. leg. manumiſſiones. ff. de iuſtitia & iur. Dicitur autem propterea manumiſſio authore Feſto, quia dominus caput ſerui, quem in libertatem venire volebat, vel eius aliud membrum manu tenens dicebat: hunc ego hominem liberum eſſe volo, emittebat: cum de manu. Alij ex eo dictum putant, quod qui emancipabantur, manu dicis cauſa cædebantur ab emptoribus, quæ *ῥαπισμὸν* vocat Iuſtinianus in leg. vlt. C. de emanc. liber. Tres autem legitimas manumiſſionis formas tempore Ciceronis fuiſſe conſtat ex Topicis ipſius: Poſtea Conſtantinus aliam adiecit in ſacroſ. Eccleſiis ex ſacris conſtit. ſub aſpectu plebis aſſiſtentibus Chriſtianorum antiſtibus, & vice actorum interpoſita qualicunque ſcriptura, l. 1. C. de iis qui in Eccleſ. manum. Sed & alijs multis modis libertas ſeruo competere poteſt. Inſtit. de libert. § multis autem modis. Quos omnes colliges ex toto tractatu C. quibus ex cauſis ſer. pro præm. lib. accip. ex l. vlt. C. de manum. Ex Nou. de mœchis, §. ſancimus, collat. 1. ex l. vlt. Co. de libert. toll. & l. cum Stichum, C. de lib. cauſ.

MANVMISSIO tripliciter fiebat: cenſu, vindicta & teſtamento. Cenſu manumitti dicebantur qui luſtrali cenſu Romæ, iuſſu dominorum inter ciues Romanos cenſum profitebantur, vt author eſt Vlp. in epit. tit. 1. Alter modus vindicta dicebatur, primum inductus à Vindicio ſeruo, qui ob patefactam indiciis ſuis Reipubl. proditionem hoc genere libertatis donatus eſt. Aliis placet à virgula, quæ in hac manumiſſione ſolennis fuit, nomen impoſitum fuiſſe, de qua vide inf. in verbo vindicta. Tertius modus eſt, qui teſtamento vel codicillis, fit; idque dupliciter: Directè aut oblique: Directe dari libertas dicitur, cum verba teſtatoris ad ſeruum diriguntur, ſine vlla circuitione aut anfractu, vt Stichus liber eſto: Oblique autem cum non recta tendunt ad ſeruum, ſed ad hæredem aut alium feruntur, vt tandem ad ſeruum perueniant. Vide Conn. lib. 2. cap. 4. num. 2. 3. 4. 5. Adde Franciſ. Balduin. catecheſin. iur. ciuil. c. 1. Hoc.

MANVMISSI ciues Romani dicebantur, qui teſtamento vindicta aut cenſu (ſic enim apud Gaium lib. prior. tit. 1. non eccleſia legendum ex Vlp. Inſtitut. tit. 1. animaduerti) vel ante conſulem aut prætorem erant manumiſſi. Latini autem Iuliani, qui aut per epiſtolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione, ex l. Iunia Norbana, quæ conditionem eorum prima repetit, manumittebantur: Dedititij, qui poſt admiſſa crimina, ſuppliciis ſubditi, & publice pro criminibus cæſi eſſent, aut in quorum facie, vel corpore, quæcunque notæ, ſeu ſtigmata, igne aut ferro impreſſæ erant, ita vt deleri non poſſint; hi poſtquam à dominis ſuis manumittebantur, Dedititij vocabantur, ex lege Ælia Sentia, vt quorum turpitudo communis erat, eorum & nomen commune eſſet: Vide Vlp. epit. tit. 1. Prateios.

MANVMISSIONIS inſignia recenſet Tertull. lib de reſurrect. carn. puta albam veſtem, aureum annulum, patroni nomen, tribum, menſam. Prat.

MANVMISSIONES verbum etiam in libris legitimus, l. 2. ff. de off. proconſ. l. 28. ff. de adopt. l. 107. de verb. obl. & ff. ſi à parent. quis manum. ſuer Prat.

In MANVMISSIONIBVS hoc nominatim adſcribi moris erat, vt ex antiquo manumiſſionis exemplo citat Cujac. obſeru. lib. 14 c. 27. Ille ciuis Romanus eſto, ita vt ab hodierno die ingenuus

Digitized by Google

nuas, atque ab omni ſeruitutis vinculo ſecurus permaneat, tanquam ſi ab ingenuis parentibus fuiſſet procreatus. Eam denique pergat partem, quamcunque elegerit, vt deinceps nec nobis, nec ſucceſſoribus noſtris vllum debeat noxiæ conditionis ſeruitium: ſed omnibus diebus, vitæ ſuæ, ſub certa pleniſſimaque ingenuitate, ſicut alij ciues Romani, per hunc manumiſſionis atque ingenuitatis titulum, ſemper ingenuus & ſecurus exiſtat. Hinc à Suida ἐλεύθερος id eſt liber definitur, ἐλεύθερος ὁ ἐκ χειρὸς ἀφεθείς, Prat.

Manumitti etiam dicuntur filij filiæque familias, pro emancipari: propterea quod dicis cauſa ter à patre venduntur, & in imaginariam quandam ſeruituris conditionem rediguntur, vt in verbo Emancipatio docuimus. Prat.

Manum alicui afferre, nihil aliud eſt, quam vim inferre. Conn. lib. 2. c. 1. nu. 4.

Manum conſerere dicimur cum hoſte: Indeque tracta eſt appellatio judicialis, manum conſertum: quoniam & in judicijs digladiari videmus. Prat.

Manumittere manum porrigere, *χειροτονεῖν* in l. 15. §. ſed ſi emptor. ff. de re jud. l. 14 §. 1. ff. de relig. l. 2. C. quo quiſque ordinem lib. 11. l. vlt. C de petre. nominator. lib. 11. Briſſ.

Per Manum id eſt, per lapilli jactum, prohibere l. 5 §. meminiſſe ff. de oper non nunc.

Manus audaces ingerere, id eſt, verberare, in l 8 §. 3. C de repud.

Manus apud Pompon in l. 2. in princip. de orig. jur. non pro tyrannica violentia intelligenda, cum pleriquc reges inter optimos principes numerentur, ſed pro ſuprema regis poteſtate, ſeu autoritate, qua jubebat, aut vetabat aliquid ſecutus tantum naturalem rationem. Vnde Ouidius regum poteſtatem denotaturus inquit:

An neſcis longas regibus eſſe manus?

nimirum quod per ſuos magiſtratus ſe patronos fide ſibi obſtrictos, quibus rex manuum vice fungitur, poſſit etiam procul diſſitos affligere, fortunas ſuorum tueri, procul denique authoritate ſua, ac majeſtate conſeruare: Sic & Perſius Saty. 4.

Ergo, vbi commota feruet plebecula bile,
Fert animus calida feciſſe ſilentia turba.
Majeſtate manus--------

Hinc cum manus poteſtatem ſignificet, Manumiſſionem dictam noſtri ſcribunt, quod per eam de manu ac poteſtate dominorum ſerui dimitterentur, l. 4. ff. de juſt. & jur. Et ſi Feſtus à miſſionis de manu ſolennitate verbum hoc deriuatum putet. Manumittere enim Comici frequenter Emittere è manu dicunt. Manumitti autem tam liberi quàm ſerui in libris noſtris dicuntur, l. 28. ff. de adopt, l. 2. ff de off. procon. l. 107. ff. de verb. oblig. rub. ſi à paren. quis manum fuer. Nec mirum, cum in imaginariam ſeruilem cauſam liberi in emancipationis ſolennitate peragenda deducerentur, diſtraherenturque, ac manumitterentur non aliter atque ſerui. Vnde pater qui emancipatat, manumiſſor appellabatur, l. 16. §. 1. ff. de inoff teſt. Crebrius tamen manumiſſio de ſeruis, emancipatio de liberis vſurpatur, l. 1. §. alienatio, ff. quando act. de pecul. Briſſ. Pet Vult. in comment. Inſt. tit. de libert. in princ. n. 3.

In Manum quoque venire olim vxor dicebatur, quæ in poteſtatem viri per cœmptionem vel confarreationem tranſibat, vt ad Cic. in Topic. Boet. & Vlpian. in Inſt. tit 9. exponitur. Apul. lib 8. de Aſino aur. At dum herilis puella in bona Tlepolemi manum convenerat. Idem lib. 6. Sic ecce Pſyche conuenit in manum Cupidinis, & naſcitur illis maturo partu filia. Inde vxor in manu viri eſſe dicebatur, vt idem Vlp. 10 Inſtit. tit. 22. probat. Manus præterea pro turba & coactis hominibus accipitur l. 9 §. idem ait, ff. quod met. cauſ. & forte in l. 3 ff. de offic. præſid. & leg. 60. ff. de acquir. rer. domin. Ita manuſacta, id eſt, collecta in l 6. ad leg Iul. pecul. & apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 19. & tit. 20. Plane in l. 5. §. meminiſſe, ff. de nou. oper. nunciat. & in l. 6 § 1. ff. ſi ſeruit. vindic. Per manum, eſt per lapilli jactum. Briſſ.

Manu armata, l. 3 §. adverſus, ff. de ſepulchr. viol.

Manupretium dicitur, inquit Aſconius, vbi non tam materiæ ratio, Quam manus atque artis ducitur. Alſenus l. 30 §. 3. ff. locati. Qui ædem faciendam locauerat, in lege dixerat, Quoad in opus lapidis opus erit, pro lapide & manupretio dominus redemptori in pedes ſingulos ſeptem dabit. Vlp. l. 13. §. res abeſſe, vbi eleganter Gœdd. num. 5. ff. de verbor. ſign. Quoniam pleronque plus eſt in manus precio quam in re. Hot. & Briſſ. lib. 4 ſelect. antiq.

Manus injectio, eſt jus prehendendi abducendique: Eſtque verbum ex 12. Tab. Æris, inquit lex, confeſſis rebuſque jure judicatis 30. dies ſuntu: poſt deinde manus iniectio eſto. Sic apud Vlp. 10 l. 10 §. 1. ff. de in jus voc. Manus injectionem excipere dicebatur, qui jus ſibi prehendendæ atque abducendæ rei retinuerat. Si venditor, inquit Vlpianus, qui manus injectionem excepit, ipſe proſtituit, &c. id eſt, qui ſibi reſeruauit jus prehendendi mancipij abducentique, ſi emptor proſtitueret, Paulus quoque in l. pen. ff. de ſeru. exporta Titius, inquit, ſeruum vendidit ea lege, vt ſi Romæ moratus eſſet, manus iniiceret liceret. Eodem modo intelligo in l. 22. §. 1. ff. de manumiſſionibus l. 7. ff qui ſine manumiſſion. l. 1. §. ſimiliique modo. C. de Lat libert. toll. leg. 2. C. ſi ſeru. exp. Seruius in illud Virgilij 10 Æneid.

Iniecere manum Parcæ-------

vſus eſt, aſt, ſermone juris, protraxerunt debitum ſibi: Nam manus iniectio dicitur, quotiens nulla judicis auctoritate expectata rem nobis debitam vindicamus. Quem Virg. verſ. etiam enarrans Macrob. lib. 3. Saturn. c. 7. Et hic, ait, proprietatem humani & diuini juris executus eſt. Nam ex manus injectione pene mancipium deſignauit. Quintil. lib. 7. c. 7. Patri in filium, patrono in libertum manus injectio ſit. Vtitur & hoc verbo Ouid. eleg. 4. lib. de Amos,

Fat dicam, ait, mea ſunt-----
Iniiciamque manus--------

Idem lib. 2.

Iniiciam dominas in mea iura manus.

Liuius lib. 3. ab vrb. cond. Virginij miniſter libidinis Decemviri manum injecit, ſerua ſua natam, ſeruam appellans. Quintil. declam. 359. Publicanus noluit ſcrutari: tranſlatis manus injicit, & ſuos dicit Impp. in leg. 15. de bon proſcript. in C. Th. vxor proprias res velut manu injecta mox vindicet. Et in l. 3. de his qui ad eccle conf ad priſtinam ſortem velut manu mox injecta reuocentur. Nam breui fieri quid dicitur, quotiens celeritate actionum conjungendarum, vnus actus occultatur, & interceſſiſſe jure ciuili fingitur, l. 44. §. 1. ff de jure dot. l. 3. §. ſed ſi debitorem, ff. de don. inter vir. vt accedit & in ſpecie l. 85. ff. ſi cert. pet Briſſ.

Manus præterea, pro turba & coactis hominib. accipitur Briſſ.

Manus nonnunquam pro violenta actione accipitur, quoniam manu ſolet expediri, quicquid fit ab homine. Inde manu committere, pro delinquere violenter in l 3. de off præſid. Prat.

Manus communes non loras interpretatur Alber.

Ad Manus venire, l. 11. § pen. ff. de pœn.

Manus pro cautione & chirographo, item ſcriptura alicuius manu ſubſignata aponitur, l. 25. ff. de probat. l. 5. Co. de m. tar. & epiſ. lib. 12. Briſſ.

Manus militaris, l. penul. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. & l. qui reſtituere, ff. de rei vind. id eſt, vſus miniſteriorum militarium.

Mappa, in l. ſuppellectili, ff de ſuppelle. leg. menſæ ſtragulum eſt, raſum, vel villoſum alias Mantile, ſiue Tobal. Mappa item, Budæo annotante, Circenſium committendorum ſignum erat. Apud Iuſtin. in Nou. de Conſulibus ponitur pro ipſo ſpectaculo. Haloandro interprete.

Marchio alias ad vulgarem trahitur ſignificationem judicis, cuius iuriſdictio ſit certo loco reſtricta, *Marggraff, ein Richter ſo v eit als ſeine Marck gehet.* apud Saxones. Old.

Marchio alias dignitatem militarem ſignificat, appellatione ab equis tracta: Marca enim equum dicebant. Vnde Marcomanni, equitatu præcellentes populi: & Marcoboduus rex, cui corpus inſtar equi eſſet.

Marchio vocatur, qui à principe de marchia aliqua inneſtitus eſt. Dicitur autem marchia ſecundum nonnullos eos, quod marchia (vt plurimum) juxta mare ſit ſita, à mari & aschi..., id eſt, principatus maris.

Marchionas, ſeu Marggraphij, vt Iuriſconſ. Boniſac. Amerbachius monuit: originem ex Limitaneis præpoſitis traxerunt: quod limitibus, quos vulgò *Marcken* appellamus, graphij, id eſt, præpoſiti fuerunt. Vide Zaſ. in tit. qui feud. dat. poſſ. Quidam à marca, quod equum ſignificat, equorum ſtabul. magiſtrum, *Marſtaller*, & equorum perfectum *ein Marckgraffen* exiſtimant appellatum. Sed magis eſt vt Amerbachij ſententiam ſequamur. marchio autem & Comes, propriè regni, vel regis Capitanei dicuntur. Qui ab his Feudum accipiunt, propriè regis, vel regni Valuaſores, quaſi ad valvas ſtantes: qui & ipſi Capitanei nuncupari poterunt, cap. ſi Capitanei de feud. marchiæ. Rurſum feudum capientes ab eis minores Valvaſores appellantur. Vide Baron. à Tautenberg. de his eui feud. dare poſſ. Alciato l. 1. parerg. c. 19 videtur Celticum vocabulum eſſe marchio, quo præfectus equitum ſignificetur: quod autem Rhenanus admonuit, & Althamerus latius explicat in comment. Germaniæ annotauit in Parerg Alc. & apud Gallos hodie vſurpari marcare, pro eo quod eſt equitare: & Pauſaniam ſcribere triplicem Equitum ordinem a Celtis, qui in exercitu Brenni erant, Trimarciſiam dictam, fuiſſeque hanc vocem & rerum in Italia potientibus Longobardis, & deinde Francis regibus (origine Germanis) magiſtri ſtabuli, ſeu equitum nomen: deinde in propriæ juriſdictionis appellationem tranſiiſſe, ſicut & duces & comites. Spieg. Brod lib. 2. miſcel. c. 35. Dio ctinitas à marcellino appellatos exiſtimat. Vide com.

Marcianistæ hæretici ſunt; eorum ſit mentio in leg. 5. in princ. C. de hæret.

Mare dicitur, omnis aquarum congeries, Gen. 1. Maris Rubri (quod Hebræi ſide tranſierant, Ægyptiis devoratis, Hebr. 11.) ſit mentio ad fin. l. & non ſunt de aur. & arg. leg. & Spieg.

Mare ciſtes naturalis, per ſe ad doctrinam Iuris non pertinens

Digitized by Google

& IC. illud non conſiderant tanquam Mare, & in ſe ipſo, ſed in poſſeſſione & dominio. Mare reſpectu dominij, nullius eſt, quia proprietas eius eſt nullius §. & quidem de Rer. diuiſ. reſpectu poſſeſſionis, eſt omnium, non vnius. Mare igitur eſt res publica, non jure Ciuili, ſed jure Gentium. Vult. in Commen. Inſt. de Rer. diuiſ. in princ. n. 14.

Margarita. Romani margaritas appellauerunt vniones, ab eo, quod nulli duo indiſcreti reperiantur. Margaritam & lapillum generali nomine vocamus. Nam lapillus gemmarum & margaritarum commune eſt nomen, ſubintelligiturq; precioſus. Quod ſi majuſculi fuerint, precioſi lapides dicuntur. Hæc Calepinus. Verum, margaritæ Iureconſ. nec lapillorum nomine, nec gemmarum veniunt. Valla diſſentit ab eis, ſed perperam: nam de proprietate illi loquuntur, ipſe de abuſu & tranſlatione. Vide Alc. lib. 4. de verb. ſign. Margaritæ extricatæ pro mundatis & purgatis in l. ſi ſeruus ſeruum, ff. ad leg. Aquil. Legitur margarita pluratiue apud Vlp. in l. ſi Græcula ff. de præſcript. verb. Si margarita tibi (inquit) æſtimata dedero, aut vt talem mihi adferas, &c. Margarita fortaſſe μὴν ἢ margaritæ legitur vitio typographorum. Quanquam margarita tæ, & margarites & margaritum in nominatiuo declinari poteſt. Seruius declinat margaris, idis & idos, cuius genitiuo Græco Latinè formatur margarida.

Margarita & Margaritas promiſcuè Latini auctores dicunt & à Gemmis & lapillis ſeparat. l. 19. §. pen. l. 25. §. pen ff. de aur. & arg. Seruius verò in 1. Æneid. Gemmas à margaritis eo ſeparari ait, quod illæ diuerſi coloris, hæ albæ: vel quod illæ integræ, hæ pertuſæ. Sed enim cum Margaritorum & vnionum crebra fiat in libris noſtris mentio, non abs re fuerit eorum ortum ſubjectis Ammiani Marcellini verbis quæ hoc ipſum planum faciunt patefacere. Sic autem ille lib. 23. ſcribit. Apud Indos & Perſas margaritæ reperiuntur in teſtis marinis robuſtis & candidis, permixtione roris anni tempore præſtituto, conceptæ. Cupientes enim velut coitum quendam humoris ex lunari aſpergine capiunt denſius oſcitando. Exindeque grauidæ edunt minutas binas aut ternas, vel vniones ſic appellatas, quòd eius terræ conchulæ ſingulas aliquoties pariunt, ſed maiores. Idque indicium eſt æthereâ potius deriuatione, quam ſaginis pelagi hos oriri fœtus & veſci, quod guttæ matutini roris iiſdem infuſæ claros efficiunt lapillos & teretes, veſpertini verò flexuoſos contra & rutilos, & maculoſos interdum. Quod genus gemmæ etiam in Britannicis receſſibus maris gigni legique, licet dignitate diſpari, non ignoramus. Idem etiam Plin. fuſiſſimè perſequitur lib. 9. c. 35. Cui & Solinum adde c. 54. Polybiſtor. & Athen. lib. 4. Dipnoſoph. Et Iſid. lib. 16. Etym. c. 10. Inde Tertul. in l. de habitu mulieb. Sed ſi quid, ait, de mari Britannico aut Indico ambitio paſcatur: Conchæ genus eſt non dico conchylio aut oſtreo, ſed nec Pelotide grattus de ſapore. Ad hoc enim conchas nouerim maris poma. Quod ſi concha illa aliquid intrinſecus poſtulat, vitium eius magis debet eſſe quam gloria. Et licet margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum quam conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca Briſſ. Adde Tiraq. in 3. l. connub. gl. 1. part. 1. n. 17.

Margaritarius, negociator margaritarum: quarum originem, naturamque pete ex nono Plinij, c. 34. vt intelligas l. pediculis, ſub fin. de aur. & argent. leg. de qua lege vide & Bayfium in lib. de vaſculis.

Marinum & maritimum, interpretes, vt apparet ex ſcholiis confundit. Quod mare incolit, vel quod ex mari eſt, marinum, quod verò mare accolit, vel quod ad mare eſt: vel quod ad mare fit, maritimum accipiendum, vt apud IC. in l. 2. ſi quis cautionibus. Tempeſtatem, inquis, intelligere debemus, ſiue marina, ſiue terreſtris ſit. Spieg.

Maris appellatione venit flumen, quia mare quamcunque aquarum congregationem ſignificat. Bart. in tract. de Inſula in princ. & in Euangelio, Ioh. c. 6. mare Tyberiadis, cum ſit lacus, quem Iordanis fluuius facit, habens vrbem Tyberiadem ab occidente in Galilæa, longitudo lacus eſt 16000. paſſuum, latitudo. 6800. Geneſara vocatur ſeu Tarichea ab vrbe quæ ei eſt à meridie. Tandem Aſphaltitem lacum ingreditur. Neque ſolis Hebræis licuit lacus & flumina maris nomine nobilitare, ſi Seruio fides datur in 1. Æneid in illis verſie.

Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis
It mare præruptum & pelago premit arua ſonanti.

id eſt, inquit Seruius, flumen, quod, vt Varro atteſtatur, accolæ mare vocant. Sanè de Timauo loquitur Virgilius: & fontem, inquit, ſuperare Timaui, quod eſt nomen fontis & fluuij, qui nomen capitibus exurgens interfluit, ſecundum Melam in libr. 11. de ſitu orbis, capit. 4. Forcatul. in Necyomant. dial. 34. num. 6.

Maritam etiam pro conjuge & vxore dicunt. Horat. Epod. 8. Ouid. in Epiſt. Medeæ. Cæterum lex marita, apud Horatium in carmine ſæculari eſt Iulia de maritandis ordinibus. Briſſ.

Maritare, locare in matrimonium.

Maritimæ vſuræ, nauticæ, l. fœnerator, ff. de naut. fœn. Prat.

Maritimi mores, pro varijs & inconſtantibus. Quemadmodum enim mare, vt inquit Eraſmus, nunquam conquieſcit, & ſubinde mutat faciem: ita fuerunt, homines maritimos nonnihil ex maris ingenio referre. Spieg.

Mariti affectio dicitur in vxorem, vxoris verò in maritum animus, teſte Vlpiano in l. 5. ff. de bon. dam. Spieg. Prat.

Mariti pro conjuges, in leg. 52. in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Prat.

Mariti lenocinium ipſum onerat, non vxorem excuſat, leg. 2. § ſi publico, ff. de adult. Spieg. Prat.

Maritis ad exemplum propinquorum, conceditur quidem jus emendandæ vxoris: ſed certè non adeo eſt extendendum, vt domeſticam correctionem excedat, & in atrocitatem veſtatur, l. 1. Co. de emend. l. propinquor. Neque verò bonus vir, aut vlli homini in foro profuturus exiſtimari poteſt, qui domi tam moroſus eſt, vt nec vitæ ſociam ferre poſſit forte per imprudentiam leviter peccantem. Leuiorum autem vitiorum, propter quæ fuerit vxor emendanda, non poteſt certa tradi definitio. Charitas multa condonabit, quatenus fieri poteſt, ſexus fragilitati: cætera judicabit ſobrium mariti ingenium. Old. Prat.

Inter Maritos, id eſt, inter vir. & vxo. l. 52. ff. de don. int. vir.

Marito incumbit onus alendi, vxorem cum liberis, & tota familia, l. dotis fructus, ff. de jure dot. l. pro oneribus. C. eod. tit. l. ſi familia, ff famil. erciſc. Old. Prat.

Maritus, propriè à contractis nuptiis dicitur: licet pro ſponſo etiam ponatur, vt in l. non ſine C. de bon. quæ lib. mariti enim appellatione ſponſus continetur in leg. Iul. de fundo dotali, non item in l. Iul. de adulterijs, quæ marito adulterij accuſandi poteſtatem cum dedit, idem ſponſo conceſſiſſe non intelligitur. Briſſ. Obſeruandum, quod ex vxoris nobilitate maritus fiat auguſtior, hominum opinione. Coruſcat enim, vt inquit Bald. radijs vxoris, l. 1. C. de præpoſ. lib. 12. Vide Alciat. in l. 1. C. de in jus voc. Spieg.

Maritus & vxor vnum corpus cenſetur, l. 1. § ſeruum mariti, ff. de quæſt. Domeſtici vocantur, & ſocij vitæ diuini atque humani juris conſortes, l. 1. ff. ad Senatuſconſultum Syllan. l. 5. ff. de ritu nupt. l. aduerſus, de crim. expilat. hæreditatis. Prat.

Marmorarii qui marmorum in cruſtas ſecandorum artem tenent. l. 1. de excuſ. artiſ. lib. 10. C. l. 2. eod. tit. in C. Th. & apud Caſſiod. libr. 2. var. epiſt. ad Agap. Briſſ.

Marmoreæ lapidicinæ in l. 7. §. ſi vir. ff. ſolut. matrim.

Marmoreum metallum l. 13. de metall. in C. Th. Briſſ.

Marmoris appellatione rudem tantùm materiam contineri docet Iuriſconſ. in l. quæſitum §. illud, de legat. 3. Hinc marmoreum, quod ex marmore eſt: & marmoratum, quod ſuperficiem tantum ex marmore habet: & marmoratiæ laudes apud Cicer. pro Archia, pro ſtatuis marmoreis in alicuius honorem decretis, ponuntur. Marmoroſum autem, quod Marmoream formam, vel duritiem habet. Spieg. Prat.

Marte ſuo litem decurrere. Tribon. dicit pro ad exitum ſine vllo impedimento perduci ſuum tractum capere. Briſſ. Si neque per alterutram litigantium partem nec per judicem ſteterit, quominus lis ſuo Marte decurrat, &c. in l. properandum. §. illud proculdubio SC. de jud. Prat.

Marte ſuo, Imp. in l. 1. C. ne lic. pot. inquit, cauſæ diſcurrant, id eſt, viribus ſuis. Nam vt in Chiliad. Eraſmus monuit, quoties nullis auxiliis adjuti, noſtropte ingenio, propriiſque viribus rem peragimus, noſtro marte peragere dicimus. Spieg.

Martia, Catonis filia minor. Quæ quum quæreretur ab ea cur poſt amiſſum maritum denuo non nuberet: reſpondit, non ſe inuenire virum, qui ſe magis vellet, quam ſua. Quo dicto oſtendit diuitias magis in vxoribus eligi ſolere, quam pudicitiam Diuus Hieronymus recenſet aliquot matronarum Apophthegmata, lib. 1. aduerſus Iouinianum. Et Eraſmus lib. Apophtheg. 8. Spieg.

Marinus Iuriſconſultus nobilis. Italis. æqualis eorum ætatis, qui primi gloſſulas ad jus ciuile ſcripſerunt circiter annum 1190. vixit, iuriſque diſciplinam magna cum laude exercuit, Eius perſæpe Accurſ. mentionem in gloſſis interpoſuit. Prat.

Martius menſis. Vide Albericum. Cui illud Ouidij ex 3. Faſt. addi poteſt.

A te principium Romano ducimus anno,
Primus de patrio nomine menſis eris. Spieg.

Martyr, Latinè dicitur. Vnde nobis martyres, qui fuſo ſanguine, Christum illum Seruatorem eſſe reſtati ſunt horum fit mentio ab Impp. in l. 2. & 3. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. quarum verum intellectum, vndequaque doctiſſimo Alciato debemus. Impius Vigilantius, omni honore martyres priuauit. Vetuſti Eccleſiæ ſcriptores martyrem etiam appellant, qui nondum martyrium fecit, ſed deſtinatus eſt ad ſupplicium, & illud æquo animo expectat. Vide Ioann. Franc. Picum in comment. ad 2. Hymnum, & Rhenan. in annotat. ad Tertull. Hieron. in vita Hilarionis vſurpat pro monumento aut ſacello martyri dicato. Spieg.

Martyrion, templum martyri factum, dicatum, l. generali C. de ſacroſ. eccleſ.

Mas dicitur, quod fortior ac generoſior ſit. A mare maſculus diminutiue, qui non pôt ſignificantius exprimi & demonſtrari, quam per ſexũ dicẽdo virilis ſexus; quæ, quod ſit debilior vox ad excludendas fœminas, cõtra naturã & vim vocis eſt, vt docet Salmonius in Commentario ad l. Gallus non temerè diſſentiens ab omnium ſententia: & in ſcholis, & iudiciis recepta nempe ea, tradiderunt, eſſe eiuſdem ſignificationis hos ſermones, Stipulari pro deſcendẽtib. in virilis ſexus, & deſcendentib. per virilem ſexum, & deſcendentibus per lineam maſculinam: quod hiis caſibus veniunt fœminæ ex maribus deſcendentes, & non maſculi ex fœminis. Diuerſum autem eſſe, ſi dixeris, pro deſcendentib. maſculis, quod non fœminæ, ſed ſolum maſculi continentur. Quod Caſtrenſis quoq; locum habere putat, ſi dixeris: Ex linea, ſeu de linea maſculina. Nũquã igitur Salmonius ait, fatebor, ex ſignificato verborum non idem eſſe dicere, vel ſtipulari, pro deſcendentibus, ſeu liberis virilis ſexus, & liberis maſculis: imò plenius dicimus, virilem ſexum, quã maſculos, nã ſolo ſexu mares à fœminis diſcernuntur, & nominantur. Mas enim dicitur, quod fortior & generoſior ſit, vt iam dictum eſt. Tameſi maſculus non ſemper ſexus eſt, ſed interdum quicquid vegetum ac robuſtum eſt, maſculum dicitur. Vide Nonium Marcellum. Obſeruandum vero, ſub maſculi vocabulo fœminam nonnunquam continere, vt not. in c. Rainal. & ibi Abbas de teſt. Itaque feudum maſculinum, *ein mannlich Lehen*, ad fœminas extendi nequit. Spieg.

Mascvlinvm regulariter concipit fœmininum, l. 1. cum ſimil. ff. de verb. ſignif. Sed hæc regula recipit multas declarationes, inter alias limita, non procedere in officiis, ita ſingul. Bald. in c. ad audientiam, el. 2. in vlt. quæſt. extra de reſcript. ex quo infert, quod ſi teſtator dixit, relinquo fratres meos executores mei teſtamenti? non intelligitur de ſororibus l. cuius bonis, ff. de curat. fur. quia fœmina habet inualidum conſilium. Sicut etiam de pupillo dicendum eſt, qui habet conſilium imperfectum, l. vlt. Cod. de leg. tut. & hoc dictum Bald. pro ſing. approbat D. Iaſ. in l. ſi quis id quod in 5. col. in 4. lim. ff. de iur. omn. iud. vbi iſte tractat iſtam materiam, & Dec. in l. 2. colum. pen. de reg. iur. Iaſ. vbi putat ſingul. in l. ex facto, in princip. in penult. col. de vulga. & pupil. Et ideo dicit alibi eleg. Bald. in l. 2. vlt. col. C. qui adm. quod mulier licet affinis non poteſt conſentire alteri mulieri contrahenti, ſtante ſtatuto quod in contractu mulieris requiritur conſenſus affinis: quia conſilium propriè eſt virorum, de qua vlt. deciſ. ſcripſi inf. in verb. Statutum requirens in contractu. Hinc eſt, quod mulieres, non poſſunt eſſe de conſilio, neque interuenerunt in condendis legibus vel ſtatutis, ſecundum Doct. in l. 1. per illum text. ff. de legibus vbi etiam Bart. qui magis in ſpecie colligit argumentum, quod vſus mulierum non inducat conſuetudinem quia lex & conſuetudo æquipollent, l. de quibus vbi late ſcribit, eod. tit. quod vlt. ſequitur, & not. Ludou. Rom. ſingul. 44. ad hoc, & Martian. Soc. conſ. 7. nunc quæſitorum, col. pen. verſ. circa 2. li. poſt. Abb. conſ. 53. attingendo, circa prin. lib. 2. Cott. Adde Tiraq. comment. in c. l. connub. gl. 2. part. 1.

Mascvlino ſermone ſexus fœmininus non modo extenſiuæ ſignificationis beneficio, ſed maxime ſermonis proprietate comprehenditur per l. 1. ſ. hominis, l. patroni, l. pronunciatio. Seruius, 152. ff. de verb. ſig. ſi quis, 7. ff. de iuriſd. omn. iud. c. l. au dinus 16. ff. de iure fiſci. l. hæc autẽ ſatiſdatio. 10. l. ſeq. ff. de adopt. l. 2. §. de eod. ff. de pecul. l. ibique Bart. ff. de conſtit. pecun. l. ſi quis in tantum, C. vnde vi. l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. l. qui domum. 8. iuncta l. mater. 10. § 1. ff. ad leg. Iul. de adul. Decius ad l. fœminæ, nu. 90. & ſeqq. de regul. iur. Iac. Areiin Cyn Alberic. in l. ſi ita ſcriptum ſit, 45. ff. de legat. 2. Cyn. in l. 1. col. vltim. C. quæ ſit long. conſuetud. Bald. in d. l. ſi ita ſcriptum, 45. & ad l. 10 multis, ff. de ſtatu hom. Autor. namque naturæ Iehova præpotens hominem ad imaginem ſuam creauit: hominem vero maſculum & fœminam, & quidem ita, vt ſi creationis ordinem intueamur, ex maſculo prius creato fœmina tanquam eius pars ſit effecta. Materia quædam quaſi rudis, conſta in maſculo creata erat, ſexus tantum forma illi deerat, qua propriè mulier à viro differt. ac diſtinguitur, Geneſ. c. 1. verſ. 27. c. 5. verſ. 2. D. Gœdd. ad d. l. 8. n. 23. ff. de verb. ſign.

Mascvlinvs ſermo in cauſis & deciſionibus etiam pœnalibus ad vtrumque ſexum regulariter pertinet, per modo d. l. de ver. ſign. l. ſi quis, 7. ff. de iuriſd om. & ibi Iaſon. n. 1. & 2. l. ait diuus, ff. de iur. fiſc. Philipp. Port. lib. 2. commun. opin. concl. 7. Zuchard. ad l. fin. num. 51. vſque ad nu. 61. cap. de edict. diu. Adrian. tollend. Hoc egregiè corroboratur per l. qui domum 8. iuncta l. mater, 10. §. 1. ff ad l. Iul. de adulter. Neque profecto propter rigorem legis ceſſat verborum proprietas, argumento l. proſpexit, ff. qui & à quibus manum. Rectè igitur gloſſa in l. vni. C. de rapto virgin. illius legis diſpoſitionem voluit etiam valere & locum habere, ſi mulier ſponſum ſuum vel iuuenem rapuiſſet, idque frequentius receptum teſtatur Eman. Suarez in theſau. commun. opin. verbo mulieres, num. 51. Quod autem Brechæus in dict. l. 1. ſecutus alios, vult eandem legem in pœnalibus non habere locum, illud ex genuina eius legis interpretatione, refutetur, & per iam citatos textus euertitur. At dici ſolet mulieres in eodem delicti genere minus peccare, minuſque puniri, l. ſacrilegij, ff. ad legem Iul. pecul. l. ſi adulterium § ſtuprum §. fratres, §. inceſtæ. ff. ad legem Iul. de adul. & vt Virg. Æneid. 2. nullum memorabile nomen fœminea in pœna eſt: veruntamen puniuntur. Aiunt quidam in odioſis diſpoſitionib. maſculinum non concipere fœmininum, per glo. in ſæpe d. l. de verb. ſig. & Dd. in l. ſi ita ſcriptum, 45. ff. de leg. 2. glo. in l. 1. §. toties verb. vilia vbi Bart. ff. de ventr. in poſſ. mitten. Atqui pœnalis materia cenſetur odioſa, tum ex parte accuſantis, argum. l. fi. C. de probat. l. tranſigere. C. de tranſact. quam ex parte rei, propter odium pœnæ, famæ periculum, & dignitatem ſanguinis dict. l. tranſigere, l. propter andum Co. de iudic. l. fi. ff. de feriis & dilat. vnde Domin. ad cap. indemnitatibus, §. ſane de electio. in ſext. & Alex. conſ. 153. circa primum dubium, col. 4. verſ. alia ratio eſt, lib. 1. tradidere, ſtatutum loquens de adultera corquendo non habere locum in adultera. Vtrumque falſum: periculum namque pœnæ, quod accuſatori calumnianti vel reo conuicto, ob maleficium vel temeritatem infligitur, ideò odioſum videri non poteſt, quia ipſis datum ſit. Quinimò Reipubl. re vera eſt ſalutare & ſummo feruore efficiendum, ne leues exiſtant hinc inde accuſationes, nec rei maneant publice impuniti, l. ita vulneratur, ff. ad l. Aquil. c. vt famæ, de ſenten. excommun. Bart. in l. quemadmodum, C. de agric. & cenſib. lib. 11. l. ſi quis in graui, § verum, ff. ad Senat. Syllan. Zueb. d. loc. Quare etſi faterer (quod abſit) verum eſſe, quod aiunt per glo. dict. l. 1. conuinci, nondum tamen illud efficere poſſent, quod conantur: ne dicam illius aſſertionis autores idem teſtari ge re ad odioſa odio irrationabili: in odioſis vero odio rationabili, huius reſponſi deciſionem retinere authore Bald. ad l. ſi ita, ff de iniuſt. rupt. teſtam. Caſtrenſ. Fulg. Angel. ad l quicunque, C. de ſeru. fugit. Bart. in ſæpe d. l. 1. de verb ſign. & c. per d. l. ſi quis. 7. ff. de iuriſd. iuncta, l. 1. §. quare, ff. de vent. in poſſeſſ. mit. nihil pro his facit d. l. 1. quare, quæ neque hanc diſtinctionem probat, neque ea confirmat, quæ illi prætendunt. Quo autem Vlp. in d. l. 1. § quare dicit: quia filia naſci poteſt, non eam (vt multi malè) habet ſententiam, quaſi poſthumi & filij appellatione non debeant contineri filiæ & poſthumæ in materia exhæredationis: facilius enim filiæ & poſthumæ poterant exhæredari etiam inter cæteros, §. ſed non ita, §. ſed fœminæ. Inſtit. de exhæred. liber. ſed hoc argumento euincit Iuriſconſultus non obſtante tali exhæredatione tanquam vana, incerta & dubia, ſine iudicio prope facta, partum in poſſeſſionem mittendum eſſe. Eiuſdem farinæ eſt l quiſquis, §. ad filias, Cod. ad legem Iul. Maieſt. de qua vide fuſius D. Gœdd. in ſæpe d l. 1. numer. 33. & multis ſequentibus, ff. de ve verb. ſign. qui hunc locum accuratiſſimè & doctiſſimè expoſuit, teſte Vulter. in Comment. Inſtit. de patria poteſt in pr. n. 7.

Massa, i. pila argenti legata, ſcyphi ex ea facti debentur. Eius cauſam habes in l. lana in fi. quæſitum, §. illud. de leg. 3. Propriè dicitur farina omnis ad piſendum macerata, & aqua ſubacta, Spieg.

Massa, rudem materiam auri, argenti, æris ſignificat, l. 10. §. ſi maſſæ. ff. quib. mod. vſusfr. amit. l. 59. & l. 58. §. ſi quis maſſam. ff. de fur. l. 7 §. cum quis, ff de acq. rer. dom. l. 27. in fi. ff de aur. & arg. l. pen. ff. pro ſoc. l. 3. §. vlt. ff. de rei vind. l. 88 ff. de leg. li. 3. l. 44. 3. ſi pocula. ff. de leg. lib. 1. l. 9. §. ſi quis rem. ff. ad exhib. Briſſ.

Massa apud Caſſiodorum, Gregorium, & alios idem quod manſus: hinc maſſarij vt manſuarij, gl. vet. maſſam exponunt *συγκτῆσιν*, vide Manſus, Prat.

Massaritiæ, vocabulum è vulgi triuio ſumptum, vt pleræque eius notæ apud Dd. reperiuntur, Bartolo dicuntur ſupellectilia ad domum pertinentia, quod & alibi Zaſ. indicauit. Prat.

Massæ ſunt olim Romanis Imperatoribus quaſdam prouincias penſitare ſolitas, vir doctiſſ. Beatus Rhenan. ad Tertul. adnotauit, Spieg.

Massvrivs Sabinus l. 59. ff. locati ICtorum ſuæ ætatis facilè princeps fuit Ateio Capitoni ſucceſſit in equeſtri ordine manſit, & publicè primus ſcripſit poſtea cœpit hoc beneficium dari à Tiberio Cæſare, l. 2. § hi duo, ff. de orig. iur. huius auditores Scholæ ſectatores, Sabiniani appellantur. Briſſ.

Masti fiſtulæ ſunt, Vitru. lib. 10. Vbi Athenis ex huiuſmodi locis & fontibus maſti, vſque ad portum Pyrenæum ducti ſunt ſalientes. Varro de re ruſt. papillas vocat, Caſſiodo. vbera. Dum quanto, inquit, pulchrius eſt Claudiam aqua per tot ſicca montium iuga, lauacris & domib. liquores puriſſimos fiſtularum vberibus emiſiſſe. Alciat. in l. eos qui aquæ C. de aquæduc. li. 11.

Mastlas nuncupatur, ait Rhodigin. qui nil firmum meditatur nil ſtabile: vnumque dicit, mox aliud facit, Spieg.

Mastigophori, lictores qui virgas in ſacris certaminibus ferebant, quibus inſolentiam certatorum ſpectatorumque coercent: de quibus Arcadius, leg. vltim. §. 1. ff. de muneribus Maſtigophori quoque qui Agonothetas in certaminibus comitantur, & ſcribæ magiſtratus perſonali muneri ſeruiunt; Iulius Pollux ad finem libri tertij, *μαστιγονόμους* ferè à Xenophonte quodam loco *μαστιγοφόρας* appellari tradit: Horum

Meminit & Xiphilin. in Neron. Et Suidas ſcribit fuiſſe. [Greek text] Hot. Prat.

MATARIS telÿ genus, paulò quam lancea minus: cuius Siſenna apud Nonium meminit, Cæſ. li. 1. de bello Gallico. Et è loco, inquit, ſuperiore in noſtris venientes tela coniiciebant, & nonnulli inter carros, rotaſque mataras ac tragulas conÿciebant. Mataeis apud Heſychium eſt haſta Perſica, cuius tamen formam non exprimunt auctores. Turne. li. aduer. 9. c. 7. Materas in Cæſare legendum cenſet, ita autem vocabant iaculum lingua Gallorum, vt ſcribit Strabo: videri autem poteſt nomen Gallicum, quo ſagittam capitatam hodie appellant.

MATER quæ quodvis animal partu edit, author Nonius. Noſtri interdum hoc nomine etiam auiam accipiunt, licet impropriè. Matris autem loco ſunt Socrus & Nouerca. Briſſ. Vide Bart. in l. liberorum ff. de verb. ſig. Spieg.

MATERCVLA quidam legunt in l. 5. C. de off. præf. vrb. vbi alij matricula. Vide paulò poſt in voce Matricula.

MATERFAMILIAS appellatur ea ſolum, quæ in mariti manu, mancipioq. aut in eius, cuius maritus, manu mancipioque eſt. Quoniam non in matrimonium tantũ, ſed in familiam quoq; mariti, & in ſui hæredis locum veniſſet. Lege Vxor iuſta. Spieg.

MATERFAMILIAS olim quid à Matrona differret, infra ſub voce vxor explicauimus; nunc autem admonere illud opus eſt in Pand. matremfa. & Matronam pro eadem vſurpari, h. e pro muliere lecta, pudica & honeſta, ſiue ea vidua eſſet, ſiue nupta. Sed quod de Matreſ. idem ſcribit, ad antiquorum conſuetudinem referendum eſſe, poſterior eod. loco dicebimus, nunc promiſcuè verbum vtrumque vſurpari, demonſtrandum eſt. Cic. pro Cœlio: Petulanter facimus, ſi matremſa. ſecus, quam matronarum dignitas poſtulet, nominemus. Quo in loco matronam omnem appellari Cicero ſignificat, quæ bona & honeſta exiſtimatione eſt. Marcellus in l. probrum, 41. ff. de ritu nupt. Si qua ſe in concubinatu alterius, quam patroni tradidiſſet, matriſſ. honeſtatem non habuiſſe. Vlp. autem in l. ſi vxor, 13. ff. de adulter. Si modo ea ſit, quæ in concubinatu ſe dando, matronæ nomen non amiſit, vt putà quæ patroni concubina fuit. Plautus Ciſtel. Matronæ magis conducibile eſt iſtuc: mea Silenium, Vnum amare & ætatem cum illo exigere, cui nupta eſt ſemel. Verùmenim meretrix fortunati eſt oppidi ſimillima, Non poteſt ſuam rem obtinere ſola, ſine multis viris. Vlp. in l. item apud, 15 §. ſi quis virgines, ff. de iniur. Multò minus ſi meretricia veſte fœminæ, non matrum familiarum veſtitæ fuiſſent: ſi igitur non matronali habitu fœmina fuerit, & quis eam appellauit, vel ei comitem abduxit, iniuriarum tenetur. Vlp. l. pronunciatum, 47. ff. de verb. ſig. Matremſ. accipere debemus eam, quæ non inhoneſtè vixit, matrem enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant. proinde nihil intererit, nupta ſit, an vidua ingenua ſit, an libertina nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfam. ſed boni mores. Idem l. 3. in fin. ff. de lib. exhib. Cùm audis, inquit, Matremfamiliàs; accipe notæ auctoritatis fœminam, Schard. ex Hot.

MATREMFAMILIAS accipimus eam, quæ non inhoneſtè vixit: nec intereſt nupta ſit an vidua, ingenua, an libertina, l. 46. §. 1. ff. de verb. ſign. l. 3. §. vlt. ff. de lib. exhib. l. 41. ff. de ritu nupt. l. 29. C. ad l. Iul. de adul. l. 20. ff. eo. tit. l. 15. §. ſi quis virgines, ff. de iniur. Feſtus tamen lib. 11. hoc nomine eam, quæ vidua eſt, contineri negat. Cic. planè in Topic. Matresfam. ait eſſe, quæ in manum conuenerunt, quomodo in l. 1. ff de concubin. accipi videntur, Eoque à Matrona matremſam. differre Gell. libr. 18. cap. 6. tradit. Quod matrona ſit, quæ in matrimonium cum viro quoquomodo conuenerit, Matrefam. verò ea ſola, quæ in mariti manu mancipioque ſit. Quæ eadem verba Seruius in 11. Æneid. tranſcripſit. Nonius autem dum hanc ipſam differentiam exponere ſtudet, errore ſe obruit niſi ille in poſterioribus verbis mendoſus eſt, perinde vti eſt in eo quod pro matronæ nomine, M. Tullium impreſſi codices ſcriptum habent. Enim verò matronam, vt & matremfa. notæ auctoritas ſpectatæque honeſtatis noſtri auctores accipiunt, l 13. ff. de adul. l. 8. §. omnem, ff. de iniur. l. 1. §. & notandum, ff. de ventr. inſpic. Id quod Feſtus quoque lib. 11. ſignificat, cùm ait matronas appellatas eas fere, quibus ſtolas habendi ius eſſet. Vnde Matronalis habitus in l. 13. § ſi quis virgines. ff. de iniur. De quo vide Briſſ lib. 1. Select. antiqu. Nunc ad matrem. fa. redeamus. Matresfa. certè dici conſtat, quæ ſuæ poteſtatis ſunt, l. 41 ff. de his qui ſui, vel alieo. iur. l. 30. §. 1. l. 34. ff. ſolu. mat. Eaque ratione etiam virgo Materf appellabitur, ſi morte patria vel emancipatione ſui iuris facta ſit quemadmodum etiam pupillus patresfam. probe dicitur. Briſſ. Helius Meliſſus Grammaticus docebat, matremf. eam eſſe, quæ ſæpius peperiſſet: Cum matrona, quæ ſaltem ſemel: ſicuti ſus? quæ ſemel peperit porcetra, quæ ſæpius ſcropa. Sed Hanc Helÿ Meliſſi vanam differentiam ſatis refutauit Gellius d. c. 6. Curiae. obſeru. 18. c. 3. Conna. lib. 2 c. 3. n. 2. & 3. vide Gœdd. in comment. ad l. 46. §. 1. nu. 4. de ver. ſign.

MATRESFAMILIAS quæ dicantur. Si Nonio credimus, eã duntaxat vxorem matremf. veteres dicebant, quæ ſæpius peperiſſet. Quo ſenſu matremſam. definiuit etiam Feſtus: Materfamiliæ inquit non ante dicebatur, quam vir eius paterfamiliæ dictus eſſet. Nec poſſunt hoc nomine plures in vna familia præter vnam appellari. Sed nec vidua hoc nomine, nec quæ ſine filiis eſt, appellari põt. Ciceronis tempore hac voce Materfamilias latius paululum vſus eſt populus Rom. omneſq; fœminas quæ in manum conuenerant, matresfam. appellabant, etiam antequam peperiſſent, etiamſi in parentum eſſent poteſtate. Hinc illa coemptionis antiqua formula: Vis mihi eſſe materfamilias? Idipſum teſtatur expreſſe Cic. in Topic. Genus, inquit, eſt vxor, eius duæ formæ: vna matrumfa. hæ ſunt, quæ in manum conuenerunt; altera earum, quæ tantummodo vxores habentur. Eoque arbitror Gellium reſpexiſſe lib. 18. cap. 6. cum ait, matremfamilias appellatam eſſe eam ſolam, quæ in mariti manu mancipioque eſſet quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum veniſſe. Deniq; iuriſconſulti non ſpeciei amplius, ſed generis loco matriſſam. vocabulo vſi ſunt. Illi enim genere quodam, non in manus ſolum conuentiones, aut natales, ſed honeſtatem etiam matremfam. facere definierunt, l. 2. in fin. de lib. exhib. l. 15. §. 11. de iniuriis, l. 46. §. 1. & l. 195. §. 1. de verb. ſig. Adeo quidem, vt viduas libertaſque patronorum concubinas, puellas, quæ ſui iuris ſunt, & omnes notæ auctoritatis fœminas etiam matresfam. appellarent, l. 41. de ritu nupt. l. 4. de his qui ſunt ſui, l. 30. §. 1. & l. 34 ſolut. matr. l. 3. in fi. de lib. exhib. Idq. nec Tertull. viſus eſt ignoraſſe, cum ſic in lib. de virginibus veland. ſcriberet: Materfamiliæ vocatus licet virgo, & paterfamiliæ, licet Impubes. Proinde quis eſt, qui non intelligat, quam hi inconſultè & inique fecerint, qui Nonium, Feſtum, Gellium, & ipſum etiam Ciceronem ignorantiæ lapſu notare non verentur? Ræuard. Varior. lib. 4. c. 12. Adde Tiraquell. comment. in l 4 connub gl. 1. parte 4.

MATERFAMILIAS & filiafamilias opponuntur. Itaque nondum viripotens aut virgo, Materfamil. appellabitur, ſi morte patris emancipationeve, ſui iuris facta ſit, quemadmodum pupillus quoque & impubes ſui iuris, Paterfamilias rectè dicitur, l 1. l. 4. & l. 139. ff de verb. ſignif. Briſſ.

MATER, & materfamilias ſeparantur. Nam eam matremfamiliàs appellamus quæ ſui iuris eſt, l. pronuntiatio, §. familiæ. ff. de verb. ſign. cum ſimpliciter matrem dicimus, eam ad filios referimus, quæ & in aliena poteſtate, putà patris eſſe poteſt, ex Antonÿ Auguſt. lib. ſing. ad Modeſt l. 2. ff. de excuſat. Prat.

MATER matrima illa dicitur, quæ cum mater ſit, adhuc habet matrem viuentem: ſicut patrimi, & patrimes, quorum patres viuunt. Spieg.

MATERIA, generaliter dicitur, ex qua aliquid fit. l. 7 §. cum quis ex aliena, ff. de adqui. rer. dom. Materiam itaq; propriè autem & informem accipimus, & operi faciundo deſtinatam. Sed & materiam à ligno iureconſulti ſeparant: hoc vocabulo ea, quæ comburendi cauſa parata ſunt, ſignificantes: illo verò ea, quæ ad ædificandum fulciendumq; accommodata ſunt, l. 55. de legat. lib. 1. l. 12. ff de vſufruct l 167. ff de verb. ſignif. l. 18. §. ſi quis cauerit, ff. d. pignor. act. l. 45 § penultim ff. de iur. fiſc. l. 14. §. 2. de peric. & comm. l. 47. ff. de act. empt. Vnde legata materia nauis, arca, armariumve ex ea factum non vindicabitur, l. 57. §. 88 ff de leg libr. 3. Paliceæ & perticæ in numerum materiæ rediguntur l. 56. ff. de leg. libr. 3. l. 168 ff. de verb. ſignif. Briſſ. Sic Iuriſconſuls. in l. vrbana. ff. de verb. ſignif. materiam vocat cæmenta, lapides, ligna, & cæteras res quibus ædificia fiunt, vt ſit ſenſus, vrbana prædia à ruſticis materia, qua res conſtat, diſcerni non loco. Donell. de pign.

Quemadmodum autem paries, cum ſemper duobus partibus, vel à fronte vel à latere ſe conſpicientib. conſtet, etiamſi tetragonum aut hexagonum fiat: ita materia à longitudine, à voce, nempe Græca [Greek], id eſt, longum, nuncupari videtur: eo quod magis in longum ſiue latitudinem, quam altitudinem porrigatur Gœdd. ad l. 157. n. 5. de verb. & rec. ſignifi.

MATERIA in l. 198. ff de verb. ſign. pro qualitate & genere vſus accipitur, vt patet ex l. 166 ff. eod. tit & l. 16. C. de præd. minor. Briſſ. & Conn. lib. 4. c. 10. n. 7 item, lib. 4. c. 1. n. 6.

MATERIA eſt, ex qua ſpecies fit & ſine qua ſpecies eſſe non poteſt, l. adeo §. cum quis, ff de acqui. rer. dom. Et vbi hæc non eſt, nec materiarum adeſſe poteſt, ſecundum Bald. in Auth. Offeratur, poſt. pr. C de lit. conteſt. qui allegat l. qui res, §. arenam, ff. de ſolut. l. quæſitum, §. illud, ff. de legat. 3. male materiatum dicitur, quod compoſitum eſt ex mala materia, vt ædes ex lignis non cæſis tempeſtiuè. Spieg.

MATERIA propriè dicitur, ait Nebriſſ. circa quam verſatur faber lignarius, tign lignarius. Paul. de peric. & com. rei vendit. l. quod ſi Neq. materia empta ſi furto periſſet. Alcia. Materia eſt, inquit, vnde quid conficitur, vt in ſcypho metallum, in contractu conſenſus. Subſtantia, per quam materia in certam ſpeciem deducitur: vt in vaſis vel veſtis artificium, in emptionis contractu pretium. Forma, quæ certæ illi ſpeciei nomen dat. Solennitas actui perfecto extrinſecus accedit: vt authoritas tutoris in pupillorum, agnati conſenſus, in mulierum contractibus. Item materiæ appellatione ligna omnia comprehendit,

quod

quod Græci ὕλην & ſyluam & materiam vocent, alij monuerunt. Adde Spiegel. Brechæum in l. Carbonum, in tit. de verb. & rer. ſign. & Taboet. in Topico mixt. fori & l. diſcip.

Materia, pro tractatu ſuper re, vel facto quopiam Alb. citat l. 5. ff. ſi pars hæred. pet. Spieg.

Materia & cauſa omnium actionum colligitur partim ex dominio rerum, vel ex iure quod in rebus aſſerunt, vt in vendicationibus: partim ex obligatione dictorum, factorumve, ſicut in condictionibus iuxta mentem Imp. in §. omnium, in prin. Inſt. de act. Spieg.

Materiæ infectæ, pondus: ſignatæ numerus: factæ ſpecies appellatur, l. 6. §. de rei vindicat. Prat. Hot.

Materialiter, vt vocant, & demonſtrationis ſolius cauſa, pleraq; à Iureconſ. poni adnotarunt Appellus & Alc. Hic. c. vlt. 2. parerg. ſimili modo declarat interdicta poſita: vbi defendit quod ſeriu pulchrum eſt receptam Doctorum noſtrorũ, à primæ vocis initio, adducendi reſponſi conſuetudinem, Spieg.

Materiam ſuccedere quantum ad villæ refectionem ſatis ſit. Vide Vlp. l. arbor ff. de vſufr. Spieg.

Materiarii, à Tertulliano eleganter dicti ſunt, adnotante Rhenano qui negabant Deum: quod tamen nos vere profitemur, omnia ex nihilo protuliſſe, Spieg.

Materiarios dicere poſſumus eos, quos vulgo hodie & noſtrate lingua Carpentarios nominamus: quos etiam Caius lib. 3. ad leg. 12. Tab. fabros lignarios dicit: ſed non eos duntaxat qui ligna dolarent: ſed omnes, qui ædificarent, leg. fabri §. fabros, &c. Brechæus, l. ligni, ff. de verb. & rer. ſignif.

Materiari; id eſt, lignari & materiam ad munitiones faciendas cædere: Siquidem materia propriè ea vocatur, ligna quæ ſtructuris ſeruiunt. { Briſſon

Maternum appellatur quod à matre proficiſcitur & deſcendit,

Matertera matris ſororem ſignificat, l. vltim. § amita, ff. de gradib. & ad fin. l. pen. ff. de leg. tut. quaſi mater altera, vt Feſtus lib. 11. ſcribit, Briſſ.

Matertera magna, auiæ ſoror eſt, l. 1. §. 4. & l. vl. §. matertera, ff. de gradib. Atque hoc loco obiter Feſti verba reſtituemus, qui vulgo ita habet, Matertera patris & matris mihi magna mater eſt, cum legendum ſit, mihi magna matertera eſt. Matertera maior, proauiæ ſoror eſt, patris vel matris matertera magna. Maxima rurſus abauiæ ſoror, patris vel matris matertera maior, vt in ſuperioribus locis traditur, Epiſt. Briſſ.

Mathematicus, In tit. de maleficis, & mathematicis, li. 1. C. Mathematici ibi dicuntur, non qui honeſtiſſima mathematum ſtudia docent, ſed qui diuinationibus & auſpiciis homines ludificantur, vt genethliaci, aſtrologi, Chaldæi. Quorum ars iure noſtro improbata eſt, vt naturas hominũ ex vultus inſpectione pronuncient, Magicos quoque & mathematicos Plinius & Cicero impugnant, & de his Vlp. ſentire viſus eſt, cum incantationem, aut imprecationem, aut exorcizationem, nõ eſſe medicinæ genera de variis cognitionibus dicit, tametſi quidam ſint, qui hac arte vtentes ſibi profuiſſe cum prædicatione aſſirment. Neſcio tamen qua arte id, quod de Veſpaſiano (vt legitur) iactum fuerit, vt quidam è plebe luminibus orbatus oculos inſpuendo pro concione reſtitueret, & crus alterius debile calce contingendo confirmauerit, cũ hæc à Deo aut Dei nomine, duntaxat fieri poſſint, vt à quatuor hiſtoricis, qui facta geſtaque Chriſti ſcripſerunt memoriæ traditum eſt, Anchora.

Mathematici. Artem mathematicam minus propriè Imp. nominauit artem prædicandi & quam Perſæ Magiã vocarunt. Sic etiam Cuntianus in l. ei ſi, C. de malefi. & math. qui eas artes profitentur. Mathematicos dixit, cũ propriè Mathematica vocentur illæ quatuor Diſciplinæ, Geometria, Arithmetica, Muſica & Aſtrologia: quib. nihil eſſe illuſtrius in eodem loco affirmat Cic. Hæ ſolæ diſciplinæ perſpicue diſcuntur, & per demonſtrationẽ percipiuntur, & qui eas profitẽtur, Mathematici vocantur. Nam Gell. li. 1. c. 9. ita ſcribit, hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοὶ, ſcilicet ab iis artibus, quas iam diſcere atque meditari inceperant. Quoniam Geometriã & Gnomonicam Muſicas, cæteraſque item diſciplinas altiores μαθήματα veteres Græci appellabant: vulgus autem quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit. In ea parte et ſignificatione videtur accipere Iuuenalis, Satyr. 14.

Nota Mathematicis geneſis tua.

quamuis Iohannes Britannus, quem ſequitur Dominicus Nanus Mirabellius, aliter arbitretur. Verum cauſæ, cur hæ artes prohibeantur, pulchre exprimuntur in l. eorum, C. de malef. & mathem. quæ etiam habetur in Cod. Theodoſ. ſub eod. tit. Ferrand. lib. 2. Explicat. in l. 2. de malef. & Mathemat. c. 12.

Mathematici, ait Gothofr. ad l. 10. C. de epiſcop. audien. ſunt impoſtores, qui mathematicorum liberali nomine adumbrantes ineptias ſuas, profitentur ſe fata cuiuſque nodi, & natalitias ſyderum obſeruationes: quibus ſimiles ſunt arioli, aruſpices, augures, vaticinatores, ſomniorum interpretes.

Matricarii in Nouel. 13. quæ eſt de Prætore plebis. Hoc verbum in notis quibuſdã vetuſtis ad Iuliani Patricij Epitomem ſic expoſitum inuenio: Matricarij dicuntur illi, quos videmus ad incendia currentes & portantes ſpongias cum ferramentis & alia, per quæ poſſunt de pariete in parietem tranſire, & ita incendium extinguere. Sic dicti, quod in matriculam prætoria plebis relati erant, Briſſ.

Matrices aquarum, Alberic. indicat pro fiſtulis poni, in l. eos, C. de aquæduct. quæ nimirum in capite ductus aquæ, caſtelliue poſitæ collocatæque ſunt, ex quibus aliæ quodammodo prodeunt, quæque quaſi primordiales & originales ſunt, Briſſ. Maſtos appellauit Vitruu. l. 8. Caſſiod. vbera Varro in lib. de re ruſt. papillas. Erant etiam matrices libelli, in quibus Cæſareo fiſco penſitantes deſcripti continebantur. Habebant & nomina militum inſcripta matrices, ſiue matriculæ, per diminutionem, cuius vocis frequens eſt mentio in poſterioribus lib. C. Vnde & matricolariorum vocabulum. Præterea matrices, vrbes Latine dicuntur, quas Græci metropoles appellant. Quinetiam matrix, vterum, & quod Græci μήτραν vocant, ſignificat. Item nutricem pullorum, apud Colum. Et generaliter quamcumq; educatricem. Item cohortium ducem, quem Græci ἡγεμόνα appellant, tranſtulit Gaza matricem. Vide Alciat. in l. eos qui aquæ, C. de ſpectaculis, lib. 11 Spieg.

Matricida, Oreſtes, qui flammeus & excandeſcens emancipatam & addictam Ægiſthi libidini matrem Clytemneſtram cum Ægiſtho, qui patrem Agamemnonem obtruncaſſet, funaliter interemit. Pius appellatus quod patris necem iuſte ſit vltus, Ioan. Bapt. in comm. Panegyr. Sidon. Apollin. &c.

Matricula pro catalogo, deſcriptione, indiceque ab Impp. vſurpatur, l. 3. de agentib. in reb. lib. 12. C. l. 13. Cod. de aduoc. diuerſ. iudicior. l. 10. de cohortalib. lib. 10. C. l. pen. & vlt. Cod. de commeatu, lib. 12. Matriculæ militares pro numeris, l. 16. C. de teſt. milit. Nã puncturis in cute punctis. Milites ſcripti, & Matriculis inſerti iurare ſolent: vtitur hoc verbo Modeſt. in Epito. de re milit. Matricularij, Oeconomi Eccleſiarum appellantur, quos nunc *Marguilliers* vocamus, Goth. ad l. 26. in pri. C. de ſac. eccl. & ad l. 1. C. de patrib. qui filios ſuos diſtrax. Aimonius Monach. li. 4. de geſtis Frãco. c. 31. Prædia vero tã innumera fratribus in eodem loco Deo famulantib. ſiue matricularijs eccleſiæ contulit, vt deuotio animi eius plurimis admirabilis eſſet. Et in libro veteri formularum: Nos in Dei nomine Matricularij S. Martini, dum mane ad hoſtia ipſius eccleſiæ obſeruanda conueniſſemus, ibi infantulum ſanguinolentum inuenimus, Briſſ.

Matricula decurionum, in qua decurionum nomina ſecundum cuiuſque ordinem ſcribuntur; album curiæ appellatur, Vultei. in comment. Inſtit. de actionib. §. . . .

Matrimonia ſecundum naturam eſſe, oſtendit Lex, non moechaberis, vt vnuſquiſque habeat ſuam, retineaturque in voluptatibus modeſtia quædam & certitudo. Vagi enim concubitus incertam facerent de ſobole opinionem, eleuarentque curam alendi partus, Old. Prat.

Matrimonii contractus, inter omnes longe eſt ſaluberrimus, quo ſolo humanum genus (quoad Deo placuerit) pulchro conſeruatur ordine ac prorogatione. Proinde nulla res eſt, in quam legiſlatores, iuris ſingularis beneficia tam liberaliter contulerint, atque hæc matrimonialis: omnem captantes occaſionem, vt huic ſacroſancto contractui nihil obſtaret, ad replendas ciuitates liberis hominibus, Old.

Matrimonio quantum tribuerint olim, Lex 12. Tabularum oſtendit, quæ cœlibem vitam prohibet, nuptiaſque præcipit, ſecuta Platonem, qui à trigeſimo anno vſque ad annum trigeſimum quintum ducendam eſſe vxorem putauit, alioquin puniendum eſſe matrimonij contemptorem. Et cum hæc lex à quibuſdam iniquitatis inſimularetur, reſponſum eſt à Cenſoribus: Naturam ſicut naſcendi, ita gignendi procreandique legem præſcribere. Recte quidem illi. Nam naturæ autor Deus, creato homine dixit: Creſcite & multiplicamini, Old.

Matrimonium appellatur viri & vxoris coniunctio, l. 1. §. 1. de iuſti. & iur. Ex eo autem dictum quibuſdam videtur matrimonium quod propterea nubat mulier, vt mater fiat, quemadmodum Auguſtinus lib. 19. contra Fauſtum ſcribit, quod & Accurſius docet matrimonium ideo dictum eſſe, quaſi propterea nubat mulier vt mater fiat. At Gregorius in c. vlt. de conuerſione infidelium, datum hoc laboribus, quos in partu mulieres ſuſtinent, tradit, vt ab ipſis potius, quam viris, eorum coniunctio nomen accipiat, Briſſ. Infans enim materno magis indiget ſolatio quam paterno, & matri in partu doloroſus, & poſt partum doloroſus exiſtit, c. 2. de conuerſ. infidel. Abbas Panorm. quaſi matris munium, i. officium ineptiſſime dici putauit. Rectius Aulus Gellius li. 17 c. 6. Enimuero (inquiens) idonei vocum antiquarum enarratores tradiderunt matronam dictam eſſe propriè quæ in matrimonium cum viro conueniſſet, quoad in eo matrimonio maneret, etiamſi ſibi liberi nondum nati forent, dictamque ita eſſe à matris nomine non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi: vnde ipſum quoque matrimonium dicitur: De quo latius Connan. lib. 8. cap. 5. num. 2. Vulte. in Comment. Inſtit. de patria poteſt. § 1. num. 5. ait, matrimonium dicitur à matre, non quod iam ſit, ſed quod mater ex nuptiis fore ſperetur. Quandoque Matrimonium ſignificat rem relictam à matre, ſicut patrimonium rem relictam à patre, vt Suetonius in Auguſto: cum pleriqne

equitum attrito bellis matrimonio ſpectare ludos è quatuordecim non auderent, &c. vbi Matrimonium interpretatur Connanus bona materna, lib. 5. c. 5. n. 8. Sic Senec. libr. 1. de beneſic. c. 5. Quia latè patet vis matrimonij ſit.

MATRIMONIVM eſt diuini & humani iuris communicatio inter virum & fœminam, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, §. 1. Inſt. de pat. poteſt. & l. 1. ff. de ritu nupt. Per diuinum ius accipiunt ſacra quæ cuiuſlibet familiæ olim propria fuerant. Nos autem veram pietatem & ius naturæ, per ſacra intelligere poſſumus in foro Chriſtiano, Old. Indiuiduam vitæ conſuetudinem intellige non aptam diuidi, quantum ad affectionem attinet, licet quandoque actu diuidatur iure permittente, puta per diuortium, l. 1. de diuort. & repud. Bellonius.

MATRIMONIVM dicitur à Iaſone contractus bonæ fidei in §. fuerat, Inſt. de act. præterea ſpecies ſeruitutis eſt, l. 2. ff. de lib. hō. exhib. Et propriè quod dura ſit ſeruitus dicit Bal. in l. bonæ fidei. ff. de reb. cred. quia maritus non dicitur habere plenam ſui corporis poteſtatem, c. diuerſis ext. de cler. coniugat. Spie.

MATRIMONIVM hominum longè aliud eſt quam brutorum coniugium: vt Dionyſ. Halyc. inquit, *Ἐν τῇ τῶν διαφόρων ἰνυμφέρων τὸ οὐ ζῶντα αὐθαίρετοις μίξεσιν καὶ κοινωνίας, ὅτι τῶ μὲν ἄλογον καὶ ἀτάκτου μέγιστη, ὁ δὲ ἀνθρώπων μίξις ὅσιά καὶ νόμου ἔξασθαι τὸν γάμον*, &c. Balduin. tit. de iure nat. gen. & ciuil.

MATRIMONIVM aliud iuſtum eſt, aliud iniuſtum. Iuſtum quidem, quod iure & licite, iniuſtum vero quod iniuſtè in fraudem legum Romanorum contrahebatur, &c. Ræuard. l. nuptiæ non concubitus, ff. de reg. iur.

MATRIMONIVM putatiuum dicitur quando ſeruus cum libera, vel libera cum ſeruo, vel conſanguinei ignorantes in gradu prohibito contrahunt matrimonia. Nam comperto errore, comperto impedimento, iam matrimonium diremptum eſt. vnde dicitur matrimonium putatiuum, ſicut homo pictus, vt Zaſius tradidit. Inſtit. de action.

MATRIMONIVM, coniugium, connubium, & nuptiæ, ſæpe promiſcue vſurpantur, propriè tamen differentia reperitur inter matrimonium & nuptias, vt l. 1. pen. ff. de don. int. vir. & vxor. Vbi Scæuola Matrimonium eſſe oſtendit, conuentionem inter virum & vxorem: eamque conuentionem ſolo conſenſu contrahi, hoc eſt, neq; rei interuentum, neq; certa & concepta verba, neque literas, l. licet. 8. C. de inceſt. nupt. leg. nuptias, de reg. iur. l. 3. ff. de ſponſa. l. neque ſine, 13. C. de nupt. Nuptias autem ibidem Scæuola eſſe oſtendit, ritum illum qui pro cuiuſq; gentis inſtitutis palam & publice adhiberi ſolet: Veluti apud Romanos, deductionem in mariti domum: item aquæ & ignis interuentum. Similiter Paulus matrimonium à nuptiis diſtinguit, in l. ſi ita, 10. & l. Iulianus in l. ſeq. ff. de ritu nupt. & Iuſtinianus in §. ſi aduerſus ea, de nupt. & in l. inter eos 27. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 13. de nupt. Prat.

MATRIMONIVM vt diuo Auguſtino placet, dictum eſt, quod fœmina ob id potiſſimum nubere debeat, vt mater fiat. Matrimonij vocem latius patere, quam matrimonij ſacramentum, Theologi demonſtrant. Conſtat autem, matrimonij inſtitutionem omnium antiquiſſimam eſſe, & Deum autorem referre, Gen. 2. Præterea negotium matrimonium, atque fata pendere à Domino, & prouenire, Gen. 24. Spieg.

MATRIMONIVM inuito patre vel matre, neque iure naturali & diuino, neque ciuili, neque Pontificio valet, quanquam Doctores communiter diuerſum tradant. Iuſtinianus, Inſtit. de nupt. in princ. Paulus in l. 2. ff. de rit. nupt. Romanus Pontifex Euariſtus, 30. q. 5. c. 1. Apoſtolus 1. ad Corinth. 10. Old.

MATRIMONIVM, Dos, & dotis actio, poteſt eſſe ſine copula carnali, vt vxor virgo ſit, l. deniq; Cinna & l. ſeq. ff. de rit. nup. Ol.

MATRIMVS ac patrimus dicuntur quibus patres ac matres adhuc viuunt, ait Feſtus. Prat.

MATRIX Eccleſia, quæ dicitur matrix: quia ſicut mater generat: Sic & illa regenerat per baptiſmū. Dicitur maior, & baptiſmalis Eccleſia, gl. in cle. 1. de ſent. excomm. Io. Bello. Etymol.

MATRONA aliquit, Feſtus, cui ius erat ſtolæ referendæ. Cic. Philipp. 2. Sed cito Curio interuenit, qui te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locauit. Hot. Gell. lib. 18. c. 6. Matronam propriè dictam vult, quæ in matrimonium cum viro conueniſſet, quoad in matrimonio maneret, etiamſi liberi nondum nati ſuiſſent: dictamque eſſe ita à matris nomine, non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi. Prat.

MATRONA Recte: prehenſus eſt, inquit Connam. lib. 8. cap. 3. n. 2 Helius Meliſſus, qui matronam definiebat eſſe, quæ ſemel peperiſſet, matremfamilias quæ ſæpius.

MATRONÆ quoq; dicuntur dominæ, nō reſpectu maritorū duntaxat, quomodo ipſi quoq; mariti ab vxorib. domini appellantur, ſed etiā per ſe, vt in l. pater, § Iulius de leg. 3. Iulian. dominam: niſi dicas dominam ſupereſſe, ex l. Lucius Titius eod. Ita.

MATRONA ſpectatæ honeſtatis & pudicitiæ mulierem ſignificat quod & Feſtus quoque lib. 11. ſignificat, cum ait, Matronas appellabant eas ferè, quibus ſtolas habendi ius eſſet. Briſ.

MATRVELEM à Patruele ſeparat Marcianus l. 1. ff. ad l. Pom. de parricid. Et vt, patrueles, qui ex fratribus, ita Matrueles, qui ex Matris fratre nati ſunt, dicuntur. Briſ.

MATRVELIS, ex matris meæ fratre natus, Marcian. l. 1. ff. de leg. Pomp. de parricid. Si quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, ſororem, patruelem matruelem occiderit, &c. Hot. Prat.

MATRVALIS, idem quod matertera. Et Matrueles dicuntur filij & filiæ materteræ, in l. 1. ad leg. Pompeiam. Spieg.

MATVLA vaſis genus eſt ad vrinam & aquā tenendam. Proinde mundo muliebri continetur, vt ſcripſit Vlp. in l. argumento, §. mundus, ff. de aur. & arg. alio nomine matella & metallio dicitur: Iulio Polluci [Matula dicitur ἀμίς, gloſſis ampolla olearia: vide Cuiac. 10 obſ. 17. Plautus in Amph. Nec ta poſtulas matellam vna tibi aquæ infundi in caput. Martial.

Diſpeream ſi tu Pylade præſtare matellam.
Dignus es.

Inde à matula fit diminutiuum matellio. Varro de vita patrum. Poſtulaſſet trulleum, matellionem, peluim, & de his etiam diximus ſupra in dictione Argento facto, & in dictione Scaphia. meminit etiam Pompon. in l. etſi non ſunt §. 1. ff. de auro & arg. leg. Certa, Matulæ inter ornamenta muliebria numerantur l. 26. §. mundus ff. de aur. arg.

MATVRA mulier non dicitur, quæ minor eſt 12 annis, l. cum hic ſtatus, §. ſi quis ſponſam, ff. de donat. int. vir. & vxor. Spieg.

MATVRARE, non eſt abbreuiare, ſed accelerare: ita vt adhibeatur induſtriæ celeritas, & diligentiæ tarditas. Cætera apud Ferrarium in §. his igitur. Inſt. de Iuſt. & Iur. Spieg. Prat.

MATVRE fieri dicitur, iuxta ſententiam Cæſ. Auguſti, quod nec citius fit, nec ſerius, ita vt per hæc (vt ipſa dicere ſolebat) tarda acceleratio exprimatur. Id quod Seruius & Donatus ſuper Æneide Virgilij, & alij tradiderunt. Hoc & Bald. ſentit in l. 2. §. ſi quis tamen, ff. ſi quis cautionem. Spieg.

MATVRI fructus propriè dicuntur, qui neque crudi, neq; mites, neque caduci, neque nimium cocti, ſed in tempore temperati proueniunt, vt in l. Iulian. §. ſi fructib. ff. de act. emp. §. is verò ad quem, Inſtit. de rer. diuiſ. Spieg. Quare hoc ſcias (maturè dictionem) ſemper properationem quandam habere in ſe, modo tamen remiſſiorem, modo concitatiorem. Remiſſiorem: vt quando Virgil. inquit, cœlo properanda ſereno Maturare datur: Vehementiorem, cum inquit, maturate fugam, quamuis aliter exponat Sipontinus, quem meritò irridet Toletus. Vide Gellium lib. 10. c. 11. Macrob. lib. 7. c. 8.

MATVRISSIME, quo ſuperlatiuo vtitur Papinianus in l. aliquando de offic. proc. Tardiſſime opponitur. Dicitur etiam maturrimè, per contractionem, celerrimè, Spieg.

MATVRVM, item Maturitas, per tranſlationem de aliis quoq; dicuntur, vt maturus homo, maturum ſupplicium apud Cic. matura viro virgo, apud Gell. maturitas mētis, maturitas temporis, apud decreta pontificum, Specul. tit. de aduocat. §. 5. v. cum autem, maturi viri iudicium colligit, vultu, geſtu, voce, Spieg.

MATVTINO tempore & Veſpertino opponuntur, leg. 10. § 3. de Myope, ff. de ædil. edict.

MAVRITANIA duplex, Tingitana, quæ & Bogudiana. Mauritania, Sitifenſis, Hiſpania Transfretana, Hiſpania Tingitana, inferior Mauritania. Hodie regnum Marochi nuncupatur, ſi Antonio Corinui: regnum Fezæ, ſi Nigro credimus. Altera Cæſarienſis, quæ Maſſilia & Maſſeſylia: hodie regnum Tremeſſenum. Cothofr. in not. ad l. 2. § 1. C. de offi. præf. vibi.

MAXIMA capitis diminutio. Vide, Peregrini.

MAXIMA munera quæ ſint, vide C. de veteran. lib 12.

MAXIMÆ & grauiſſimæ vſuræ appellatione centeſimam noſtri ſignificant, l. Qui ſine ff. de neg. geſt. l. Nouiſſimo, ff. de admin. tut. Vlp. autem 10 l. Tutor qui repertorium, §. idem ſolent, ff. eo tit. grauiſſimam eam appellant. Hot. lib. 1. de vſur. c. 7.

MAXIME, dictio implicatiua caſus etiam non expreſſi, vt in leg. ſunt qui & l. cum ex cauſa, ff. de Re iudicata de cuius efficacia cum Alb. tum interpretes multa, quæ grammaticos latent: vt vocum magis, quam tarū ſignificationis peritos. Porro Glo. in l. mox cit. ſda, indicat hoc verbum maxime. aliquando abūdare in iure. allegat bonum tex. in l. fin. §. fi. C. de teſtam. manu. cum dicit, maxime propter libertates, quoniā propter nullū alium caſum quā libertatis ea Imperatoris prouiſio inuenta eſt. Vide Zaſium in l. 1. §. quæſitum eſt, ff. quod Legatorum, Spieg. Prat.

MAXIME, vox hæc plerumque ita accipienda eſt, non quaſi alias idem ſit, ſed quaſi alias idē non ſit. Et item valet quod Vtique, veluti in l. 9. ff. de vſucapio. Vſucapiuntur res maxime corporales, quod non ſic accipiendum eſt, quaſi etiam incorporales vſucapi poſſint. Hoc. n. à iuris ratione alienum eſt, ſed quaſi corporales ſolæ Sic & in l. 3. ff. de concubi. Ingenuā in concubinatu eſſe poſſe, tradit maxime eā, quæ obſcuro loco nata eſt vel corpore quæſtū fecerit: vbi Maxime eam, pro eam demum dictū ſequētia verba declarant. Alioquin ſi honeſtæ vitæ & ingenuam mulierem in concubinam habere maluerit, ſine teſtatione hoc manifeſtū faciente nō conceditur. Similiter in l. 2. C. ad ſeruus ex ſuo fac. Creditorib. ait Imp. qui tibi in ſeruitute mutua pecuniā crediderunt, nulla aduerſus te actio cōpetit, maxime cū ibi peculiū unu eſſe legatū proponas. Maxime enim ſi peculiū legatū proponeretur, contra eſſet dicendum l. 2. § per contrarium, ff. de dote releg. Idem ipſum Petrus Faber ſingularis

ſingularis vir. ingenij & doctrinæ, appoſitiſſimo exemplo confirmauit. ducto ex l. tr. §. ſi in agro, ff. de fun. in t. vbi veſtigatores & canes, & cætera ad venationem neceſſaria inſtrumenta agri contineri Vl. tradens, Maxime, addit, ſi agar ex hoc reditum habuit: qua de re Paulus in l. 22. eod. tit. & libri 3. Sentent. tit. 5. agena retia apiaria & cætera venationis inſtrumenta ad inſtrumentum fundi pertinere ita definit. Sed quæſtus fundi ex maxima parte in venationibus conſiſtat. Sic etiam, vt hunc locum concludam, vox maximè interpretanda eſt, in l. 37 §. para 2, in fi. ff. de legat. lib. 3 & leg. 2. § illud ff. de hæred. vend. & l. 4 C. de pact. conuent. & forte in l. 42. ff. de re iudic. leg. 5. §. pen. ff. de doli except. Briſ.

MAXIMVM eſt, quo maius colligi non poteſt, Gloſſ. in l. qui ſina, ff. de Negor. geſt. Spieg.

MAXIMVM remedium dirimendarum litium, eſt iuriſiurandi religio, l. t. ff. de iureiur. Caius ait. Eſt autem hodie multis in locis duplex error in deferendo iureiurando. Cuius cauſam ipſiſſimam Oldendorpius demonſtrauit in de Probationibus dictorum, factorumque, Spieg.

MAXIMVM Principem Papiñ. in l. extraneo, ff. de quæſt. vocauit Seuerum Imperatorem, l. in honorib. de vocat. mun. l. qui ſolidum, §. t. de leg. 2. Eidem Papiniano Optimi & Maximi Principes ſunt Seuerus & Antoninus in l. Iuriſperitos, de excusat. l. eum tabulis, §. t. ff. de his quib. vt indig. l. 7. ff. de vacat. mun. Cuiac. 2 obſ. 33.

M E.

MEA memoria, memoria tua, h. e. quantum meminiſſe poſſumus, Bart. in l. ſi. ff. de Alim. leg. dicit: Memor quis eſſe præſumitur eorum, quæ alia tenuit. Quanquam aliud eſt meminiſſe, aliud ſcire. Meminiſſe, n. Seneca ait, eſt rem commiſſam memoriæ cuſtodire. At contra, Scire, eſt ſua facere quæque, nec ab exemplari pendere, & toties ad magiſtratum reſpicere, Spieg.

MEA pecunia, pro mihi debita, Alberic. allegat. l. ſi & me, & Titium, ff. ſi cert. pet. l. eius qui in pecunia, co. ſit. & leg. 2. Quod cum eo, Spieg.

MEA res amplius quam ſemel eſſe non poteſt, ſæpius deberi poteſt, leg. Et an, ff. de Exceptione rei iudic. Spieg.

Μηχανικὴ, dicitur eſſe habitus ad faciendum aliquid vera cum ratione idoneus, Conn. lib. 1. c. 8. nu. 10. Item: Autore Io. Bapt. in comment. Epiſt. Sidon. Apollin. ad Heronium, libro. 1. Ars Mechanica bifido ſecatur diſcrimine, in rationalem atque Chirurgicen. Chirurgica eſt manganaria, per quam vi tractili & attractoria grauia pondera tolluntur in ſublime: eſt quoque mechanopœtica antliis aquas hauriens: eſt & organopoetice, quæ poliorcetica, hoc eſt, oppugnacula propugnaculaque adfabre fabricat: eſt thaumaturgica botologia, Cucurbitulas cutæ cæſim ſacrificia ſanguinem exugentes, hydraulica, & id genus reliqua ſtuporem incutientia præparans. Reperitur & ſphæra parai, qualis Archimedis orbis ille notiſſimus. Mechanicam igitur machinationem vertes: ita Græci ſcribunt Μηχανικὴ. Machinarum faber Μηχανοποιὸς appellatur. Mechanicæ artis partes enumerat Polianus in Pancpiſt.

MECHANICVS, dicitur opifex eorum operum, quæ ingenio ſimul ac manib. fiunt, [illegible], quod inuentionem ſignificat, l. a. C. de excuſat. artif. lib. 10 Sic Sueton. in Veſpaſ. a. 18, Mechanico quoque, inquit, grandea columnas exigua impenſa perducturum in capitolium pollicenti, &c. Prat.

MECHANICI, machinarij, machinarum & eorum quæ mechanica inſtrumenta vocantur ſtructores, aut etiam periti machinarum mouendarum, quorum opera & induſtria Machinarum vſus exhibetur, l. vlt. C. de excuſa. artif. Enimuero Seneca Epiſtola 88. Machinatores appellat, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant, & tabulata ſilentio in ſublime creſcentia, Briſ.

MECVM facit, pro mecum ſenſit. Inſulſe dicitur, Facis pro me, quemadmodum frequens eſt reperire apud ſuperioris ætatis Interpretes.

MEDELA remedio pro opem ferre temperamento, apud Iuſt. in §. ſi. Inſtit. de Donat. Spieg.

MEDERI alicui, i. ſuccurrere, l. 6. in ſi. ps. C. de inſtit. & ſubſti.

MEDIA vocabula, quæ in vtramque partem intelligimus: vt vis, fama, dolus, periculum, medicamentum, venenum.

MEDIA via conſilium capiendum, non ſolum politici, ſed & iureconſulti tradiderunt in l. adeo, de acquir. rer. dom. vbi Caius & ipſe hanc diſtinctionem ſequitur: Accurſ. in §. cum ex aliena, Inſtit. de rer. diuiſ. At non tamen eam ſententiam, quæ media eſt, ſed quæ grauioribus & melioribus rationibus nitatur, Iuris Pontificij interpretes recte ſcribunt in cap. 1. de conſtit. Verum ſi media ſententia iuſtior & æquior fuerit, in eam ibimus, vt Iuſtinian. d. §. Quum ex aliena. Sic & apud Liuiu libr. 26. P. Valerij Flacci ſententia contra P. Cornelij Aſinæ, & Q. Fabij Maximi, quod medium eſſet, præualuit. Sic & apud eundem, lib. 36. in Medionorum conſilio Clyti ſententia, quæ media fuit, accepta eſt, vt & ſenatus lib. 31. Conſulibus diſcutientibus, de tertia illius pecuniæ penſione: quam priuati M. Valerio, & M. Claudio conſ. in bellum Punicum mutuam dederant; quod medium inter vtila & æquum erat, decreuit. Quæ de ſe non contemnenda notauit Feſtandus Abduenſis in §. Quum ex aliena, Inſtitut. de rer. diuiſ.

MEDIA iuriſprudentiæ appellatione, Viglio videtur potius ſignificari prudentium interpretationes, quas communi nomine ius Ciuile nominamus. Accurſius autem mediam iuriſprudentiam id ius intellexiſſe arbitratur, quodcunque fuit, quod poſt 12. Tab. & ante Principum conſtitutiones eſt editum, §. & hæc quidem, Iuſtit. de legit. ag. ſuc. Spieg.

MEDIANVM vocabulum, in leg. ſi vero ff. de his qui deiecerunt, Bud. accipit pro mediano cubiculo cœnaculi: id eſt, ſuperioris membri domus, quod inquilini Romæ habitare ſolebant, quaſique corpuſculum ſuis quoque membris conſtans, cubiculo, exhedra, cella, & huiuſmodi cubiculi appendicibus: Medianum. item pro medio, indicat architectonicum verbum, eſſe. Vt apud Vitruuium medianæ columnæ ab angularibus diſtinguntur, & medianæ teſtudines. Spieg.

MEDIARE & Mediator, quibus interpretes, & vulgus cauſidicorum vtuntur, barbara ſunt vocabula, Spieg.

MEDIA res vocatur, quæ quaſi interpoſitus, & intericitus medio. veluti ſi petis à me fundum, & tranſigimus, vt illum tibi habeas, & des mihi ſummam decem aureorum, ea ſumma dicitur media, quod ea mediante vt vulgo loquuntur confecta eſt tranſactio, Conn. lib. 5. c. 6. n. 4.

MEDIA verba. Suadere, inquit Vlp. [illegible] eſt, l. 1. §. 1. de ſer. corrup. [illegible] ſeu media verba dicuntur, quæ communem, aut bonum, aut malum, honeſtum, aut turpe, proſperum aut calamitoſum, habent ſignificationem. Quod genus ſunt: Tempeſtas, Dolus, l. 1. de dol. Facinus, & apud Metellum, vt Aul. Gellius animaduertit, honos. Sic Donatus, ex Æmilius Aſper Ornatus, [illegible] eſt, ad decus, & ad turpitudinem Seruius Marius: Ars [illegible] eſt. Rurſus, Pirate [illegible] eſt. Iterum, Fatale [illegible] eſt & quarto, Fluere [illegible] eſt: & quinto denique, Monſtrum [illegible] eſt: dictum à monſtrando Curt. li. 3. [illegible] c. 11. tom. 1.

MEDIASTINVS, mancipium viliſſimum, quod mediis in ædibus ſtat, vt ad cuiuſuis iuſſa & imperata præſto ſit, Vlp. l. 15. §. 31. ff. de iniur. Etenim multum intereſt, qualis ſeruus ſit, bonæ frugi, ordinarius diſpenſator: an vero vulgaris, vel mediaſtinus, ne qualis: Idem l. 1. §. 4. ff. naut. caup. ſtab. ſi qui opera mediaſtini fungitur, nõ continetur, vt puta atriarij, & focarij, & his ſimiles: item, in l. 1. §. 4. ff. de op. ſeru. Columel. l. 1. c. 9 Mediaſtinus qualiſcunque ſtatu poteſt eſſe, dummodo percipiendo labori ſit idoneus. Nõnulli per mediaſtinum ſeruum balneatoris ſignificari putant. Cato ille ſuper. tu illi à cæteris mediaſtinus. Nonius.

MEDIASTINOS, non ſolum balneariũ, ſed ædium quoque miniſtros & curatores legimus Lucill. 17. Villicum Ariſtocratam, mediaſtinum atque bubulcũ commanducatus corrupit, ad incita adegit. Eſt autem hæc vox compoſita à medio & ſtando, non à Græco [illegible]. vt nonnulli vaticinantur, quanquam alij in hoc verbo, vocum medium notandum volunt, reliqua productionem eſſe verbi, Prat. Priſc. in libr. 12. carmin. Mediaſtinus quoque nit, inde videtur componi, qui medias partes balnei tenet, hoc eſt, in medio lauantium ſtat. Vſus eſt hoc verbo Cic. in Catilin. & Plin. l. 29 c. 1. Briſſ. & Connan. lib. 2. c. 2. n. 4.

MEDICARI Græci dicunt φαρμακεύειν, quod pro hac ſignificatione familiare eſt Hippocrati. In lib. 1. Aphoriſmorum [illegible], &c. [illegible]: ſic enim φαρμακεύειν Gal. in Hippocratem interpretatur. Et idem Hippocrat. l. 4. [illegible], &c. Vtero gerentes medicari oportet, id eſt, medicamento purgantur vti. Brechæus in l. qui venenum, in titul. de verb. & rer. ſignif. Prat.

MEDICAMEN quod ad ſalutem hominis, vel, vt remedium datum ait, Briſſ.

MEDICAMENTA continentur etiam victus appellatione, Gœdd. in comment. l. 44 n. 4.

MEDICAMENTVM, quo homines & cætera animalia curantur. Nonio etiam venenum eſt. Vlp. diſtincte protulit in l. 4. ff. ſi. regund. Mala, inquiens, medicamenta & venena veniunt quidem in hoc iudicium, ſed iudex omnino interponere ſe in iis non debet: boni enim & innocentis viri officio eum fungi oportet. Tantundem debebit facere in libris improbatæ lectionis, magicis forte, vel ſimilibus: hæc enim omnia protinus corrumpenda ſunt, Sping. Briſſ.

MEDICAMENTARIVS, in Cod. Theodoſiano, qui malo medicamento aliquem potionauerit, adnotauit Alciat. lib. 2. Parerg. Sp. id eſt veneficus, Briſſ.

MEDICA poteſt eſſe mulier. Imp. in l. t. C. de commun. ſeruo manumiſſ. §. de autem, Spieg.

MEDICI accipi poſſunt ij, inquit Vlp. in l. t. §. 3. ff. de extraord. cognit. qui alicuius partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur: vt puta ſi auricularios, ſi fiſtulæ, vel dentium non tamen ſi incantauit ſi imprecatus eſt, ſi exorcizauit: non ſunt iſta medicinæ genera, tametſi ſint, qui hoc ſibi profuiſſe cum prædicatione adfirment.

MEDICINÆ tres ſunt partes, inquit Corn. Celſus in præfa. primi libri, nã vna eſt quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu medetur, primã [illegible], ſecundã φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν Græci nominarunt. Itaque medici nomen apud Iuriſconſultos ſumitur pro iis, qui medicamenta conficiunt

vulnera conficiunt, cucurbitas admouent; item qui circumcidunt aut caſtrant. Pro chirurgis apud Paul. lib. 5. ſent. 23. Item apud Vlp. in l. 4. in fi. ff. ad leg. Corn. de ſicar. Medico, inquit, qui virilia exciderit, capitale erit: idem in l. qua actione, 7. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. Si medicus ſeruum imperite ſecuerit, φαρμακεύσαντι vero ſignificatur in leg. ſequenti, vbi Caius de medico loquens, Idem iuris eſt, inquit, ſi medicamento perperam vſus fuerit. Vlp. in l. 3. ff. de extraord. cognit. Si medicus cui curandos ſuos oculos commiſerit Hot. Prat.

MEDICINAM facere, exercere, Briſſ. ex ff.

MEDIOCRITATIS vocabulo, quaſi timide vſus ſit Cicero, Ioſolanus obſeruauit, cuius ille verba refert ex lib de vniuerſitate. Dimidietatem nihil eſſe, & alij monuere. Spieg.

MAPTI actus homo ab Imperatore appellatus ſeruos, neque magnæ alicui curationi præpoſitus; qualis eſt diſpenſator vel atrienſis: neque viliſſimo muneri deſtinatus, qualis eſt mediaſtinus, aut ſcoparius: ſed mediæ inter illas functiones curationi alicui præfectus, in §. 6. de iniur. Hot. vide latius Ferretum, tit. de iniur.

MEDICAMENTVM pro tinctura purpuræ, aut ſucco quem bibit purpura, Seneca dixit lib. 1. Nat. quæſt. c. 3.

MEDIMNVS, modios ſex continet. Modium conficiunt ſextarij ſedecim. Sextarius, quintædecimæ vnciæ: ſic dictus; quod ſit ſexta pars congij. Ex Al. Spieg.

MEDIOCRITATE non gerere differt Scapha à Naui, l. vlt. ff. d inſtru. Briſſ.

MEDIO tempore, id eſt, pendente appellatione, l. 13. §. vlt. ff. Qui teſtam. facere poſſ.

MEDIOLANENSES. In vſib. feudorum, lib. 1. extat titulus, De vſu Mediolanenſium. &c. Stephanus Byzantius excellens chorographus. Μεδιόλανον, αἳ πόλις ἀ... οἱ πολῖται Μεδιολανῖται, ἡ πόλις ἄλλη τῆς Ἰταλίας ... 1. Mediolanũ ciuitas Aquitaniæ, & incolæ Mediolanenſes, & ciuitas alia Italiæ clariſſima. Hæc vero ciuitas ciſalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertiſſima eſt, dicta à ſue mediatim lanata, vt in quadam Epiſtola noua apud Ambroſium legitur. Et ſecundum eam ipſam Mediolanenſes in præſenti tit. dicuntur.

MEDIOXVMI DEI vocantur poteſtates mediæ. De quib. hæc Lucius lib. de dogmate Platonis. Deorum Plato trinas nuncupat ſpecies, quorũ eſt vnus ſummus primus, & ſolus ille, vltra mũdanus, incorporeus, quem patrẽ & Architectum huius Diui orbis eſſe dicunt. Aliud eſt genus, quale aſtra habent cæteraque nomina, quas cœlicolas vocant. Tertium habent, quos Medioxumos Romani veteres appellant, quod ex ſui ratione & loco & tempeſtate, diis ſummis ſunt minores, hominũ natura proſecto maiores. In hanc ſententiam Seruius li. 8. Æneid. Herculem communem Deum dixit veriſq; natum medium. Et inter mortalitatem & diuinitatem eſſe numina aliqua tantum cœleſtia, aliqua tantum terreſtria, aliqua media, quos Deos Apuleius Medioxumos vocat. Plautus nominat Deos ſummos, medioxumos, patellarios. Sunt qui Semones hos medios velint. Super his hæc Placiades: Semones dici voluerunt deos quos cœlo nec dignos aſcriberent ob meriti paupertatem, ſicuti, Priapus, Hippo, Vertumnos: nec terrenos eos deputare vellent pro gratiæ veneratione, ſicut Varro in Miſtagogæ lib. ait: Semoneq; inferius derelicto, Deum de piniato attollam, orationis eloquio, &c. Plura de his vide in Io. Bapt. comment. Epiſt. Sidon. Apollin. ad Fauſtum Papam lib. 9.

MEDITVLLIVM, non medium terræ dicitur, inquit Feſtus, ſed procul à mari, quaſi meditellium, ab eo quod eſt tellus. Cicero in Topicis ſcribit tollium in hoc verbo extenſionem eſſe vocabuli, nihil ſignificantem.

MEDIVM proprie dici, quod dimenſum æqualiter ab extremis diſtet vt Ariſt. in Ethic. definit, idque contractiore vocabulo.

MEDIVM dicitur etiam, quicquid inter duo extrema eſt, etiamſi non æqualiter diſtet, § adiectio, in l. 3. ff. ad l. Corn. de Sic. Seneca Epiſt. 118. Id mediũ, atq; indifferens, ait, vocamus, quod tam malo contingere, quam bono poteſt: tanquam pecunia, forma, nobilitas. Medium quoque vſurpatur pro manifeſto & certo. Vnde dicimus, rem in medio relictam, ſuper qua nondum conſtitutum eſt. Sed & medium pro tertio quod quædam contraria habet, etiam in iure noſtro intelligimus, vt inter eſſe meum, & eſſe tuum, eſſe Caij, vel Titij, l. ſed & ſi poſſeſſori, in pr. de interiut. l. ſi inter me & te de except. rei iud. Inter adſenſum, & contradictionem, patientia, l. 1. § ſententiam, de tribut. act. inter dubitate progredi, & diplomate vti, eſt maturare, l. continuus §. 1. de verb. obl. Inter donatiom & commodatum, precarium, Arg. l. 1. de prec. Inter ſacrum & profanum, ſanctum, l. ſacra, de ret. diuiſ. Inter liberum, ſiue ingenuum, & ſeruum, libertinus, l. manumiſſiones, de inſt. & iur. Inter venenum bonum & venenum malum, amatorium, l. eiuſdem, §. 2. vbi Bart. de Sicar. Inter negligentiam craſſam, ſiue nimiam ſecuritatem, & delatoriam curioſitatem ſcientia, l. nec ſupina, de iur. & fact. ignor. Inter bonam fidem, & malam fidem dubietas, Gloſſ. §. generali. 3. de acquir. poſſeſſ. Ex Apollo. Spieg. Prat. Circa vero extrema ſciendum eſt, quædam eſſe locorum, quædam temporum, de quibus Corrabus in §. publicu, n. 7. in rubr. de ſeruitut.

MEDIVM ingenium, hoc eſt, mediocre vel vtrique ſententiæ fauens æque.

MEDIVM nomen l. 3. §. 2. ff. ad l. Corn. de Sicar. i. e. τὸ μέσον. Media autem appellantur vocabula, quæ in bonam & malam partem accipiuntur. Ideoque boni vel mali adiectione diſtingui & diſcerni ſolent: qualia ſunt Dolus, valetudo, venenum, Briſſ.

MEDIVM reſponſum pro dubio. Maximilianæi aulici vocabant, *Steffan Mofers beſcheſd*,

MEDIVM tempus interpretatur Iuſtin. §. ſi exhibendum. Inſtit. de offic. iud. tempus illud quod eſt inter litem conteſtatam & ſententiam, Vlp. ſecutus, qui medium tempus appellat quod eſt inter initium, & finem actus l. ſi libertinus, ff. de colluſ. deteg Prat.

MEDOGRAMMATÆI ſunt, quos ſcribæ conſulebant. Nam μεδοβουλία ſignificat Suidæ. Alc. C. de tabul. ſcrib. & logograph. lib. 10. Hæc vox in l. 4. C. eod. corrupte ponitur pro Demogrammatei. Sunt autem δημογραμματεῖς plebis ſcribæ, Prat.

MEDOGRAPHIA, id eſt, litera. Inde Medographus, id eſt, medicinæ ſcriptor, ſic accipitur C. de tabul. ſcrib. &c. lib. 10.

Mat vſus cauſa paratum, vt intelligendum ſit, Iuriſconſ. declarat in l. cum in teſtam. ff. de aur. & arg leg. Spieg.

Μειλάδιον. Vide Caramidiati.

MEL, notæ ſignificationis, Vlp. Si reditus ex melle conſtat, etiam alnei apeſque continentur. Vide Forcat. in ſuo peno Iuris Ciuilis, c. 25. Et ex melle multum, Hydromeli & œnomeli manant: de quibus vide ſuis locis, Briſſ.

MELANCHOLICI ſunt, qui morbis Melancholiæ, i. atræ bilis vexantur Melancholici, item dicuntur manici & maniaci: quem enim nos furorem dicimus, Græci Melancholiam vocant. Cicero Tuſcul. 3. Græci autem maniam vnde appellent, non facile dixerim: eam tamen ipſam diſtinguimus nos melius, quam illi. Hanc enim inſaniam, quæ iuncta ſtultitiæ patet latius, à furore diſtinguimus, Prat.

MELETIANI, hæretici, vide Epiphan. 2. tom. 2. hæreſ. 68.

MELINVM, genus coloris candidi, Plin lib. 35. c. 6. Melinum candidum & ipſum eſt optimum in Melo inſula. Paulus l. 78. §. 5. ff. de legat. 3. Quinimo porro carracinum, aut hyſginum, aut melinum; ſuo nomine quam coccum, purpurave deſignatur. Prat. Hot. Μήλινον χρῶμα. Briſſ.

MELIOR conditio adferri videtur, ſi priori precio aliquid additum ſit: aut ſi perſona emptoria melior, vel ſolutio precij modior obuenerit. Et generaliter, ſi quid acciderit, quod ad vtilitatem venditoris pertineat, l. cum qui, § vlt. cum l. ſeq. ff. de in diem addict.

MELIOR conditio, quod ad pactum additionis in diem attinet, adferri videtur, ſi pretio quid addatur. Sed etſi nihil pretio addatur, ſolutio tamen offeratur facilior precij, vel maturior, vel locus opportunior ſoluendo pretio dicatur, vel ſi perſona idonetior, vel quæ lenioris. conditionibus emat, & ſatiſdationem nullam exigat, melior conditio adferri intelligitur, l. 4. §. vlt. ff. de in diem addi. & omnino quidquid ad vtilitatem venditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet Briſſ.

MELIOR conditio & deterior pugnant, l. 133. de diuerſ. reg. iur.

MELIORAMENTA & meliorationes dicuntur ea, quæ emphyteuta in re ipſa habet, & percipit pro ſuo iure emphyteutico, vt in l. vlt. C. de iure emphytent. Inde, quod agri vectigales ſolebant ſumptu ac opera conductorum, ad meliorem frugem reduci ea ſpe, quod ad vtilitatem ſuam & ſuorum ſemper eſſent illis vſuri. Old Prat.

MELIORARE, pro meliorem & fructuoſiorem efficere. Vl. l. 13. §. 5. ff. de vſuſr. Siquidem vſufructuario permittitur meliorare proprietatem. Hot. Prat.

MELIORASCERE, craſſeſcere, ſolideſcere, lapideſcere, herbeſcere, nullis autoribus olim plus, quam Plinio auunculo, & Columellæ fuerunt familiaria verba, teſte Inſulano Spieg.

MELIVS eſt, i. longe vtilius, aut commodius, l. 57 ff. de hær. pet.

MELIVS æquius, formula erat iudicij rei vxoriæ, quæ ſoluto matrimonio repetebatur, Cic. lib. de Offic 3. Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maxime excellunt: in arbitrio rei vxoriæ, melius æquius. In Top. In primiſque arbitrio rei vxoriæ, in quo eſt quod æquius melius. Iauolenus, l. penul. §. vlt. Solut. mat. Quia nec melius nec æquius eſſet, quod exigere vir ab vxore non potuiſſet, & cæt. Proculus leg 82. ff. de ſolu. Nec meliua nec æquius eſſe exiſtimarent cum fundum Seiæ reddit. Hot. Prat.

MELIVS fieri non videtur, quod contra domini voluntatem fit: vt recte ex Celſi reſponſo colligitur, l. quamuis, ff. de vſuf. Spieg.

MELIORATA proprietatem, rem, prædium. Briſſ.

MELIORATIONES Græcis dicuntur ἐπικαρπίαι. Briſſ.

MELIORES pro Proceribus ſiue primariis eadem ratione, qua Seniores, Tacitus libr. 13. Et commotus his Auitus, patienda meliorum imperia. Otto Friſing. lib 1. c. 20. Gladio exerto in meliorem & nobiliorem omnium Rauennatenſium manum miſit. Apud Radeuicum lib. 2. cap. 50 Dominus imperator magna eſt in gloria, quoſdam de melioribus ex mediolano & Brixia in vinculis retinet. Et alibi ſæpiſſime apud autores barbaricus. Prat.

MELLAPHEBVM pubertati proximum Cenſorinus vocat. Prat.

MELLOPROXIMI ait Briſſ. qui in ſequenti anno futuri ſunt proximi ſcriniorum, l. 5. l. 7. & l. 14. C. de proxim. ſacror. ſcrin.

MELOPROXIMVS apud Iuſt. eſt, qui ſe cum proximo Scrinij ſacri exercebat, curamque cum eo gerebat, velut ſubadiuua. Alciat. in l. peculiari C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. deducit à verbo μελετᾶν, quod exercere ſignificat, vel à μέλει, quod curæ eſſe denotat. Sic dicitur primarius à ſecretis, hoc eſt, ſummo Cancellario proximus. Cuiacius vero rectius putat Meloproximum dici, qui ſequenti anno futurus eſt proximus, ἀπὸ τοῦ μέλλειν. Prat.

MELLARIA, μελιττῶνες & μελιτοτροφεῖα appellat, Varr. 3. de re ruſt. 16. locum in quo apes nutriuntur, Goth. ad l. 3 §. quidam 16 ff. de acquir. vel amit. poſſ.

Μελλέφηβος Græcis dicitur Puer, qui ætatis progreſſu annum decimum attigit. Brechæus in l. Pueri in tit de verb. & ſer. ſign.

MEMBRANA, tenuior animalium pellis. Corium vero craſſior, quæ vulgò pergamena virginea dicitur. Obſeruandum tamen quod hodie in membrana, quæ pergamenum vulgo à noſtris dicitur corrupte; vel in charta, quæ papyrus dicitur ſeu papyrum, omnia inſtrumenta ſcribuntur; quanquam injungi etiam notarijs tabellarijſq; ſolet in ipſo ſacramento ſecundum Speculat. vt inſtrumenta in membranis conficiant, quod & ipſa formula, qua hodie ſacri palatij comites à principe conſtituuntur diſerte cauet: ſed tamen error, teſte Viglio in commentarijs in §. nihil autem intereſt. Inſt. de Teſt. ord. non læduntur partium jura: etiamſi ad memoriæ cuſtodiam hoc proficiat, cum materia ſit durabilior. Extat Iuſtini Nouella conſtitutio tabellionibus præſcribens, quibus vti chartis debeant, cujus tamen nulla eſt hodie obſeruatio. Spieg.

MEMBRANÆ ſunt ex genere & numero materiarum ad ſcribendum, quæ à chartis ſeparantur l. 52. ff. de leg. 3 Briſſ.

MEMBRVM pro cubiculo ſiue parte ædificij apud Vlp. de manumiſſ. teſtam. l. ſi ita fuerit, §. Idem quæri poteſt, inquit, & ſi ſabris duobus, vel pictoribus ſi membrum depinxiſſent, vel ſabricaſſent tantum. Vulgati codices corrupti, non membrum, ſed templum habent: Græci οἶκον vocant. Quin & partem Columella, cum Plinio Juniore, & Apuleio membrum nominant. Briſſ. Vide Cuiacium Comment. §. qui aliud exemplar ſecutus, Iuriſconſ. verba ſic citat. Quæri, inquit, poteſt, ſi fabris duobus, vel pictoribus templum, vel membrum depictum eſſet. Spieg

MEMBRVM in 12. tab. pro corporis parte accipitur, pro manu, pede: Verba legis hæc ſunt: Membrum rupſerit (alias rupit) ni pacit, talis eſto: vide Gellium li. 20. c. 1. Prat.

MEMINISSE ait Senec. Epiſt. 33. eſt rem commiſſam memoriæ cuſtodire. Briſſ.

MEMORIA eſt, Cicero inquit, per quam animus repetit ea, quæ fuerunt. Idem bona memoria, dixit ad Attic. lib. 8. Sola præterita eſſe ſubjecta memoriæ. Themiſtius oſtendit lib. 2. c. 3. de memoria. Eleganter dixit Imp. C. de vet. jur. enucl. Memoriam omnium habere, potius eſt diuinitatis, quam humanitatis. Spieg.

MEMORIA Principis, genus eſt procurationis eorum, qui adnotationes omnes dictabant, & emittebant, ſed & precib. reſpondebant: vt eſt in Notit. Rom. Imp. Prat.

MEMORIA mortuorum damnantur eorum, qui maieſtatis & perduellionis criminibus poſt mortem arguuntur, l. 32. §. ſi maritus, ff. de don. int. vir. l. 6. §. quod ſi quis, ff. de injuſto rup. l. 78. in fi. ff. de legat. lib. 2. l. 2. C. de teſta. man Briſſ.

MEMORIA etiam pro honore nominis exiſtimationeque & pia recordatione defunctorum vſurpatur. Briſſ.

MEMORIA etiam pro Commentarijs in quos referebantur ea quæ ad perennem memoriam pertinebant, aut quæ memoriæ ergo literis mandata aſſeruari principes curabant proprio ac ſpeciali ſcrinio, quod ejus rei ergo comparatum erat: memoriæque, ſeu ſacræ memoriæ dicebatur: & inter quatuor ſacra ſeu Palatij ſcrinia primum locum obtinebat. Atque hoc memoriæ ſcrinium magiſtrum habebat qui memoriæ præeſſe dicebatur, l. 11. C. de excuſat. muner. Briſſ.

MEMORIALES, inter antiquarios cenſeri poſſe, eruditus Iuriſconſ. Anglebermeus exiſt. mat. Quære, Antiquarij. Spieg.

MEMORIAM hominum excedere. Quære tempus quod excedit.

MEMORIAM retractare in l. 2. ff. ne de ſtatu def. eſt de ſtatu defuncti quærere. Memoriales in ſcrinijs memoriæ militantes, l. 10, C. de proxim. ſacr. ſcr. lib. 12. l. 2. D. de priuileg. eor. qui in ſact. pal. l. 9. & l. vlt. C. de diuerſ. offi. li. 12. l. vlt. C. de inoffi. teſt. & Nouel. Valentinia. tit. 3. Hi vero reſcripta excipiunt l. vlt. de petit. bon. lib. 10. C. Ad memoriam parentes, Spart. in Peſcen. Nig. de Paulo & Vlp. agens, appellare videtur. At poſtea ait: cum vnus ad memoriam, alter ad libellos paruiſſet, ſtatim præfecti facti ſunt. Hinc & Memoriæ magiſter, qui vt ait L. 11. C de excuſat. muner. lib. 10. C. nomine magiſtrorum memoriæ præfuerunt: Inde ſacrum ſcrinium memoriæ in l. vlt. de decurionib. eo. lib. & alijs prope innumerabilibus locis. Conn. lib. 9. c. 6. n. 1. vide. ſup. Codex. Briſſ.

MEMORIALES adjutores, inquit Prat. erant quæſtores ex diuerſis ſcrinijs aſſumpti, qui leges & reſcripta excipiebant, & implenda curabant, id eſt, perſcribebant, aut perſcribi curabant. Vide l. vlt. C. de prox. ſacr. ſcrin. Græci ad leg. ſecundam, C. de pet. bon ſub. hos interpretantur, τοὺς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, & ad leg. eos, C. de excuſ. mun. τοὺς τῶν ὑπομνηματικῶν [illegible]. ad l. 3. Cod. qui mil. poſſ. τοὺς τῶν [illegible] φύλακας. vide Nouell. Valent. tit. 3. Prat Briſſ.

MENDA, & mendum error ſiue erratum.

MENDACII circumſtantia variat jus commune, l. cum indebito, D. de probat. Spieg.

MENDACII pœnam ferre apud Vlp. in l. de ætate, in prin. de interrog. action.

MENDACIVM, eſt aliud dicere quam ſcias, præſertim cum alicujus detrimentum ſequitur. Id autem criminoſiſſimum erat apud Perſas: & jure noſtro, hoc eſt, Ciuili, quod potiſſimum ex ethnicorum reſponſis natum eſt, qui inficiando rem aduerſario duriorem facit, comperto mendacio punitur. Nam velut delictum habetur mendacium l. ſi ex parte §. 1. ff. quod cum eo qui in alien. poteſt. vbi Accurſius citat ll. eodem pertinentes. Vide ambos qui & verba magiſtri, ac omni exceptione majoris legiſlatoris, qui ipſiſſima veritas eſt, jurauimus, mendacium eſt longè fugiendum: cujus octo genera explicantur in Decretis Canonicis, 22. q. 2. Spieg.

MENDACIVM tribus modis ſolet ab interrogato committi, diſſimulata veritate: non aliter ferè atque temeritas accuſatorum trifariam detegitur, l. 1. in pr. Et §. 1. ff. ad SC. Turpil. Aliàs enim impudenter negatur veritas fallaci quadam fiducia non probandi contrarium ab aduerſario. Alias tacetur, callido ſcilic. conſilio, vt liberum ſit poſtea effugere ignominiam, detecta veritate. Alias, qui tam reſpondendo mendacium, quam tacendo contumaciam puniri verentur: bi deligunt mediam obſcuritatis viam: vt ſub verborum involucro, ſaluam habeant interpretandi libertatem, ſi opus fuerit, l. de ætate, §. nihil intereſt, D. de interrogat. Qua igitur impoſtura veritas celetur ad detrimentum proximi, nihil prorſus intereſt, quod diligentiſſime notat. Old. Prat.

MENDACIVM eſt falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi, ſecundum Auguſt. c. beatus Paulus. 22. q. 2. Briſſ. gl. id ætate, §. ſi cum eſſet, D. de interrogat. act. Eſt autem triplex: Malignitatis quod fit cauſa decipiendi: jocoſitatis, vbi nemo læditur. Benignitatis ſiue pietatis, quod fit pro ſalute alicujus gl. c. ne quis arbitretur, 22. qu. 2. Tu autem dic eſſe multa genera mendacij ſecundum eundem Auguſtinum. Primum eſt capitale mendacium, quod fit in doctrina religionis. Secundum, vt ſi aliquem lædat injuſte, quod tale eſt, vt nulli proſit, & obſit alicui. Tertium, quod proſit alteri, ita, vt obſit alteri: quamuis non ad immunditiam obſit corporalem. Quartum, ſola mentiendi, fallendique libidine, quod merum mendacium eſt. Quintum, quod fit placendi cupiditate, de ſuaui eloquio. Sextum genus, quod nulli obeſt: veluti ſi quiſpiam pecuniam alicujus injuſte tollendam, vbi ſcit neſcire ſe mentiatur. Septimum genus mendacij eſt quod & nulli obeſt, & prodeſt alicui: veluti ſi nolens hominem ad mortem quæſitum prodere mentiatur. Octauum genus mendacij eſt, quod & nulli obeſt, & ad hoc prodeſt, vt ab immunditia corporali aliquem tueatur. Hæc ſunt verba Auguſtini, c. primum ead. cauſa & quæſt. Idem alio loco in d. cap. ne quis arbitretur, ait duo genera mendaciorum eſſe, in quib. non eſt magna culpa: ſed tamen non ſunt ſine culpa: cum aut jocamur, aut proximo conſulendo mentimur. Ioan. Bello. Etymol.

MENDAX precator, id eſt, fraudulentus, careat impetratis l. & ſi legib. C. ſi contr. jus, vel vtil. publ. Spieg.

MENDICANTES validi qui accipiendi ſint in rub. C. de mendican. valid. lib. 11. res ipſa docet. Porro mendicos eos intelligimus, qui (vt Ariſtophanica Penia in Pluto ait) viuendo nihil habent:

Πτωχοῦ μὲν γὰρ ὁ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστι μηδὲν ἔχοντα.

Atque à pauperibus ſeparantur ab eodem. Validos autem interpretari videtur Nou. 80 Robuſtos ex interpretatione Iuliani Patricij.

MENDICITAS incerta in l. vn. de mendi. valid. quia, inquit Accurſ. ibi ignoratur, an vere egeant. Prat.

MENDOSI mores pro vitioſis. Naſo, Non ego mendoſos auſim defendere mores. Sic apud Horatium in ſerm. Si vitijs mediocribus, aut mea paucis Mendoſa eſt natura, id eſt, vitioſa. Budæus: Ad libros mendoſos vel imperfectos redhibitoriam, & quanto minoris porrigunt doctores, ſaltem vtiliter, in l. 1. in pr. ff. de ædil. edict. arg. l. ob quæ, §. idem Pomp. ff eod. tit. Spie.

MEO jure, eſt aliquid agere, facereve, mea facultate, vel autoritate, vel conceſſa mihi omnium conſenſu libertate, & poteſtate. Sic tuo jure, ſuo item jure, verba apud juriſperitos frequentiſſima. Bud. in Annot. ad l. vſufructuarius, de vſufruct. Spieg.

MENIANA Accurſius à mœnibus dicta putat, cui tamen Alciato teſte in l. Malum nauis, ff. de verbor. ſignificat. doctiſſimi

Grammaticorum, merito aduerſantur. Verum vt ſcribit Feſtus, appellata ſunt à Menia Cenſore, qui primus in foro vltra columnas tigna proiecit, quo ampliarentur ſuperiora ſpectacula. Idem tradidit Iſidorus lib. 15. Etym. c. 3. Menium illum Craſſi fuiſſe collegam, addens: tum & ſolaria vocari poſſe, quod ſoli pateant, quod confirmari poteſt Zenonis conſtitutione περὶ καινοτομιῶν. Prat.

MENIANUM, opus pergulis extra ædificium proiectis factum. Aſconius verbi originem ſic explicat: Menius, quum domum ſuam venderet Catoni & Flacco Cenſoribus vt ibi baſilica ædificaretur, exceperat jus ſibi vnius columnæ, ſuper quam tectum projiceret ex prouolantib. tabulatis, vnde ipſe & poſteri ejus ſpectare munus gladiatorium poſſent. Ex illo Menia columna vocitata eſt. Idem tradunt Feſtus & Porphyrius. Paulus l. 20. ff. de ſeruit. vrb. Idem eueniet & ſi Menianum in tuum emiſſum habuero, aut ſtillicidium in tuum proiecero. Idem Iauolen. l. 242. ff. de verb. ſign. Vlp. leg. 2. §. 5. ff. ne quid in loc. publ. ampl. l. pen. C. de ædific. priuc. Meniana quæ Græci ἐξώστας appellant. Nonnulli tamen ... alij ... legunt. Hot. Prat. Hinc ſummœnium & ſummenianæ vxores Martiali, quod ſub his, vt ſub fornicibus, proſtibula eſſent. Spieg. ex Nebriſſ. Mœniana autem niſi decem pedes liberi aëris habeant, omnino præcipit detruncari Imp. l. Meniana. C. de ædiſ. priu. Suggrundia verò proiectæ ſunt & prominentes tecti ſtillicidio arcendo deſtinatæ ne vitientur parietes, pariter, Cotraſ. ex Bud. lib. Miſcell. 3. c. vlt.

MENS interdum ſignificat intellectum, & animi judicium, quo furioſi, dementes, & inſani carent. Lactantius lib. 7. c. 12. Non idem eſt mens & Anima: aliud enim eſt quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens non anima ſopitur, & in furioſis extinguitur mens, anima manet. Briſſ.

MENS, voluntas, ſententia, & quam vulgus Intentionem vocat. Quomodo vero mens legis certa dicatur, exacte tradidit Alc. in Comment. de verb. ſignif. Cæterum eadem videtur eſſe mens, ſeu ſententia, & ratio legis: aliqua tamen eſt differentia. Sententia enim legis eſt, quam verba oſtendunt l. proſpexit, ff. qui & à quibus. Ratio vero ejus per conjecturas conſtat. Baldus in l. ſi quis ſeruu. Cod. de fur. mentem, rationemque legis haud abſurde animam legis appellat, atque ob id cenſuit eam magis attendendam, quam ad verba, quæ illi corpus ſint. Maxime loca in juriſperitorum ore verſantur. Qvvm mens patet de verbis curandum non eſt, Gloſſ. in l. ſi in venditione, ſub ſi. ff. commu. præd. Bald. l. quamuis, C. de fideicom. l. 1. C. plus val. fac. leg. 3. §. Condiſin, ff. de adim. leg. ca. intelligentia de verb. ſig. text. in l. ſi vno, in pr. l. ff. locat. l. inſulam, ff. de præſcr. verb. cum vulg. Spieg. Prat.

MENS & ſententia legis ſpectanda, l. ſcire, ff. de legibus: l. nominis, §. 1. ff. de verb. ſig. & Teſtatoris notatur in l. non aliter, ff. de leg. 3. quibus autem argumentis, & rationibus eam colligere poſſis, pete ab Accurſio l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat. Principio ſpectandam ait conſuetudinem teſtatoris, II regionis, III. ex præcedentibus actum, & ſubſequentibus mentem inſpiciendam ait. IIII dignitatem, V. charitatem, VI. neceſſitudinem, VII. vicinitatem ſcripturæ ſpectari debere ſcribit, quod legibus probat. Hæc memori menti conſecta. Nam quotidiana ſunt. Neque hæc aduertunt pleríque judices aut aduocati: tametſi nihil aliud frequentius habeant, quam hoc. Ita diſponens intellexit, nec tamen mentem expectarant. Res ſanè ita ſe habet, Prat.

MENS alias pro voluntatis intentione, animo, affectu, cogitatione, ſententia ponitur, Briſſ.

MENTE captus dicitur cui ſana & integra mens non eſt, quod etiam morbi vi quandoque accidit, Briſſ.

MENTIS compos non dicitur qui furore laborat, Briſſ.

MENSA pro tabula, qua argentarij vtuntur, apud Pap. l. pater filios, §. menſæ, de leg. 2 Prat.

MENSA auguſtata, apud Macrobium eſt ea quæ Auguſta facta eſt, id eſt, quæ conſecrata eſt. In templo, inquit, Iunonis populoniæ auguſtata menſa eſt. Turneb. aduerſ. lib. 18. c. 4.

MENSAS non vnjus materiæ, luxuria in ſupellectilem Romanam inuexit: vt colligitur ex libris noſtris, in quibus menſæ argenteæ memorantur, l. 28. ff. de aur. arg. item Citreæ, necnon Eboreæ, Briſſ.

MENSÆ eboreæ l. 12 § idem reſpondit domo, ff de inſtruct. vel inſtr. l. Menſæ citreæ, in l. 21 §. quamuis, ff. de act. empt. Menſæ argentariæ nummulariæque fit mentio in l. 4. ff. de eden. leg. 47. ff. de pact. l. 27. ff. de furt. l. 5. §. 2. l. 19. §. 1. & l. vlt. ff. de inſtit. l. 3. C. eo. tit. l. 77. § menſæ. ff. de leg. li. 2. l. 19. §. 1. ff. de liberat. l. & apud Gell. lib. 14. cap. 2. & apud Iuſtin. Nou. 137. Briſſ. Adde Fortac. in Cupid. Iuriſperit. cap. 8. num. 5. Obſerua in d. l. 27. locum videri deprauatum ibi, menſæque ſcripturam, quem Baſilici ita verterunt, ... Prat.

MENSÆ Siculæ & Italicæ prælautæ atque opiparæ dicebantur, vt copioſè docet Athenæus lib. 2. & annotat Brodæus l. 2. Miſcel. 5. cap. 33.

MENSARII qui numariam negotiationem exercent. Liuius lib. 7. Solutiones æris alieni in publicam curam verterunt, quinque viris creatis, quos Menſarios ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt. Cic. pro Flacco: Cum ciuitate mihi res eſt acerrima & conficientiſſima literarum, in qua nummus moueri nullus poteſt, ſine quinque Prætoribus, tribus Quæſtoribus, quatuor Menſarijs, qui apud illos à populo creantur: apud menſarios pecuniæ deponendæ duplex ratio. Qui autem cuſtodiæ cauſa pecunias apud menſam deponebant, hi fidem publicam ſequebantur, & ijs, qui id ipſum fœnoris gratia faciebant, alijſque creditoribus cunctis præferebantur, l. 24. §. 2. de rebus author. jud. poſſid. Quo ſenſu, in loco publico pecuniam deponere conſignatam, viſus eſt etiam Hermogenia. dixiſſe, l. 64. de fidejuſſor. Tabernas etiam argentarias publicas fuiſſe, expreſſè teſtatus eſt Vlpian. leg. 32. de contrah. empt. d. § 2. Et certe duplex olim fuiſſe, cuſtodiæ cauſa, rerum fide publica deponendarum ratio videtur. Aut enim in loco publico apud menſam nummulariorum, aut in loco ſacro apud ſacerdotem ædis alicujus vel fani, pecuniæ deponebantur. De pecunijs quæ in æde cuſtodiebantur, ſcribit eleganter hunc in modum Plaut. in Bacchid.

Nos ibi apud Theotimum omne aurum depoſuimus,
Qui illic ſacerdos eſt in Diana Epheſia.
Et paulo poſt.
Quin ipſa in æde Dianæ conditum eſt, ibi,
Domum publicitus ſeruant.

Eoque ſenſu, rem pecuniamque in æde deponere, viſus eſt etiam Vlpianus ſcripſiſſe, l. 1. § 24. cum §. ſeq. depoſ. Per ædem enim, ædem ſacram apud Vlpianum intelligi docet his verbis Iulius Paulus: Sed conſtat, vt ante litem conteſtatam præſes jubeat in æde ſacra pecuniam deponi, l 73. de procurat l. 5 ad l. Iul. pecul. Porro hæc omnia in æde, in fano, apud ædituum, & apud pontificem deponere eadem ſunt. De pecunijs quæ in fano ponebantur, ſic ſcribit lib. 5. epiſt. famil. Cicero: Nam de Luccio eſt ita actum, vt autore Cn. Pompeio iſta pecunia in fano poneretur. Et paulo poſt: Illud me non aduertiſſe moleſte ferrem, vt adſcriberem te in fano pecuniam juſſu meo depoſuiſſe. Idem Cicero libro 15. ad Atticum ſic ſcribit: Cum ex reliquis, quæ Nonis April. fecit, abundarem, cogor mutuari, quodque ex iſtis fructuoſis rebus receptum eſt, id ego ad illud fanum ſepoſitum putabam. Eos quoque, qui apud Pontificem pecuniam deponebant, eam in æde, ſiue in fano depoſuiſſe non eſt obſcurum, ſi conſideremus, ſacerdotes etiam pontifices veteribus appellatos fuiſſe, quo ſenſu collegium ſacerdotum, collegium pontificum appellatum eſt à Pomponio, Renatus Varint. libr. 1. cap. 15. Fuere qui exiſtimarunt, argentarios eoſdem fuiſſe cum menſarijs, ſed plurimum inter eos interfuiſſe, oſtendit Sigonius libro 1. cap. 11. De jure ciuium Romanorum. Menſarij ſiquidem publicam rationem conficiebant, argentarij priuatam, illi rei nummariæ publicæ curatores, hi negotiationis priuatæ erant. Vide ſupra, Diſtractores.

MENSIA lex quid jubeat, docet Vlp. in tit. Inſtit. de ijs qui ſunt in alien. poteſtate ex alterutro ſcilicet parente peregrino natum, deterioris conditionem ſequi jubet. Briſſ.

MENSIS abſolute cum ſit mentio, 30. dies computari traditum eſt, l. ſi. §. 1 C de jur. delib. tot. n. diebus cum tardiſſimè à coitu ſolis luna remotatur, ad ſuas vices redit, curſumque conficit. Quod ſi materia fauorabili agatur, vbi lex duorum menſium mentionem facit, & qui 61 die venerit, audietur: quod etiam procedere exiſtimat Alciatus, ſi lex duorum menſium vtilium terminum ſtatuat. Quod ſi certa die terminus menſis aſſignetur, vt ſi quinta die Auguſti judex dicat ſe mihi menſis terminum conſtituere, vſque ad 5 Septembr. durabit, complectiturque hac ratione vnum & 30. diem. Verum menſes ante anni à Iul. Cæſar. correctionem, fuere tantummodo 29. dierum. Vide Macrob. lib. 1. c 4. Spieg.

MENSIUM duo ſunt genera: nam alij naturales ſunt, alij ciuiles: naturalium ſpecies duæ quod partim ſolis, partim lunæ eſſe dicuntur: Secundum ſolem fit menſis, dum ſol vnumquodque in zodiaco orbe ſignum percurrit. Lunaris autem eſt temporis quoddam ſpatium à noua luna, Ciuiles menſes ſunt numeri quidam dierum, quos vnaquæque ciuitas ſuo inſtituto obſeruat: vt nunc Roma à Calendis in Calendas. Naturales & antiquiores, & omnium gentium communes ſunt: Ciuiles & poſterius inſtituti, & ad vnamquamque pertinent ciuitatem. Hæc Cenſorinus libr. de die nat. cap. 18 Hot. Prat.

MENSOR agrimenſorem ſignificat, in tit. ſi menſor falſ. mod. & in l. 4. §. 1. & l. 8. §. vlt. ff. fin reg.

Sunt & MENSORES operum, quorum Plin. lib. 10. epiſt. ad Traie. meminit. Item Menſores frumenti, quorum meminit l. 10. §. 1. ff. de vacat. muner. l. 49. ff. de excuſ. tut. leg. 1. de condit. in pub. horre. libr. 11. C. Quorum Romæ certum fuiſſe corpus apparet ex dict. l. 10. §. 1. & ex inſcriptionibus Antiq. Plane in leg. vlt. ff. de jure immunit. in qua de militaribus muneribus agitur. Menſores cum Vegetio lib. 2. c. 7. interpretari poſſumus qui caſtris ad podiſmum demetiuntur loca, in quibus milites

tes tentoria figant. Leo. Imp. in lib. de bellico apparatu cap 3 [Greek text, illegible] Quamquam & menſores frumenti d. l. vltim. intelligi nihil prohibet: de quibus, l. 15. in fin ff. de re milit. & leg. vltim. ff. de appell. recip. Briſſ. Adde Turneb. ad verſ. lib. 24 cap. 16.

MENSOR machinatius dicitur, qui machinula vtitur, ad deſignandum agrum quadratum aut trigonum, ſicut menſor decempedator nuncupatur, quod decempeda ad hoc vti ſoleat, ſeu pertica. Nam geometræ & gæodetæ, hoc eſt, terræ diuiſores & agrimenſores, alias pertica & decempeda, alias machina ſiue norma (quam vulgo quadram vocant) vtuntur. Menſor autem non ſolum is eſt, qui agros metitur, ſed & qui pronunciat, & non de menſoris tantum, ſed etiam de ſeruitutibus. Vide Aggen. Vrbic. lib. de conſt. agror. & Cujac. obſer. lib. 12. c. 2.

MENSORES quoque vocantur, qui hoſpitia in ciuitatibus præſtant & notant, qui & metatores vocantur, Alc. in tit. Cod. de menſor. lib. 12. vide l. 2. & l. 5. de metatir. Prat.

ENSTRVVM, quod eſt vnius menſis, Lucanus lib. 1. Menſtruos in factis diſtinguit ſecula conſul. Ponitur aliquando menſtruum pro alimento in ſingulos menſes legato, annuum quod in ſingulos annos. Vlp. in l qui bonis, ff. de ceſſ. bon. Si quid (ait) miſericordiæ cauſa relictum fuerit, puta menſtruum vel annuum, alimentorum nomine, non oportet propter hoc bona ejus iterato venundare. Idem Vlpian. in l. ex annuo, ff de don. int. vir. & vxor. Ex annuo vel menſtruo, quod vxori maritus præſtat, tunc, quod ſupereſt, reuocabitur. Eſt & in neutro genere menſtruum, purgatio, mulierum menſtrua, dictum, quod id mulieres ſemel ſingulis menſibus patiantur: quæ enim bis in menſe purgatur, ſana non eſt, item quæ non purgatur, niſi per ætatem accidat, l. quæ bis, ff. de ædil. edict. Anchoran.

MENSTRVVM, quod per ſingulos menſes præſtatur, vt loquitur l. 8. § cum tranſactio, ff. de tranſact. item quod in ſingulos menſes alimentorum vel cibariorum nomine præſtatur, l. 15. ff. de don. int. vir. & vxor. Sic & menſtruum pro ſalario in ſingulos menſes, dixit Caſſiod. epiſt. 38. Briſſ.

MENSVLARII appellantur (ait Briſſ.) qui menſam exercent, qui & menſarum præpoſiti à Firmic. li. 3. Mathe. c. 8. & alias Nummularij in l. 47 §. 1. ff. de pactis, & in l. 25 §. in bonis, ff. de reb. auct. jud. Qui & ab alijs auctoribus Menſarij vocantur. Liuius lib. 7. Solutionem æris alieni in publicam curam conuerterunt. Quinqueuiris creatis, quos menſarios à diſpoſitione publicæ pecuniæ appellarunt. Idem lib. 23. Et Romæ quoque propter penuriam argenti triumuiri Menſarij rogatione Minutij Tr. pleb. facti. Sic & apud Sueto. in Auguſt. cap. 4. Neruloneſis Menſarias: & apud Capitolin. in M Anto. Philos leges de Menſarijs & auctionibus tulit. Verum igitur Menſularij dicti ſunt à menſulis, quas in minore negotiatione, quam illi, qui argentarij aut [Greek] dicebantur exercebant: an interdum pro argentarijs ſumantur, equidem neque negare neque affirmare auſim Donatus. Tunc; inquit in foro & de menſæ ſcriptura magis, quam ex arca domoque vel ciſta pecunia numerabatur, Hot.

MENSVLARII, ait Prat. & argentarij proprie ij eſſe videntur, qui non tam pecuniarum permutationem, quam maiorem negotiationem exercent, quibus olim moris fuit pecunias cuſtodiendas dari fœnerato interdum, interdum gratuitò.

MENSVRAM agri agere, apud Paulum in leg. 2. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.

MENSVRARVM nomina apud veteres hæc ſunt fere: Digitus minima menſurarum eſt, quorum 4 palmum efficiunt, 16. pedem. Pes autem tanquam as in numeris: atque ideo dimidius pes Semis vulgo appellatur, quantum ſcil. pugno, extenſoque pollice metimur. Sicut & Spithama, vox Græca, quæ & ipſa vulgo ſeruat nomen, quantum extenſis articulis, à minimo ad pollicem amplecti poſſumus: Latine Dodrans dicitur, & Palmus maior quibuſdam. At cubitus ſeſquipedalis eſt. Greſſus vero 2 pedes & ſemiſſem continet. Paſſus 5. pedes, ſic dictus, quod paſſis, id eſt, dilatis brachijs & manibus, hanc dimenſionem conficiamus. Vlna ſex pedibus conſtat. Pertica duos paſſus in ſe habet, hoc eſt, pedes decem: vnde & Decempeda dicitur. Plethrum pedes centum. Iugerum longitudine pedibus 240 in latitudinem dimidio minus conficitur, duoſque in ſe Actus continet. Stadium paſſus 125. habet: qui ſunt plus paulo pedes 600. Diaulus duo ſunt ſtadia. Miliarium, ſunt mille paſſus, hoc eſt, ſtadia octo. Dolichus, ſtadiorum eſt duodecim. Leuca, dictio eſt Gallica, mille & quingentos etiam ipſa paſſus habet: licet alicubi amplior ſit. Paraſanga vocabulum Perſicum, 30. cenſetur ſtadijs, quæ menſura paulo minor eſt miliario Germanico. Schœnus apud Ægyptios 60 eſt ſtadiorum. Stathmus, id eſt, manſio, miliaria habet viginti duo ſemis. Hujus mentio habetur in Nouel. vt om. obed. judicibus §. ſe igitur. Eſt vulgaris vox Manſum, qua tantam agri ſignificatur, quantum ſingulis annis per boum arare, colereque poteſt. Hinc fortaſſe oritur, vt ait Zaſius, quod nos Germani Prata dimenſa, *Manſmat* nominamus. Vide Alciat. in l. mille paſſus de verb. ſig. Bud. in l. vlt. Si menſ. falſ. mod. dix. & Old. Act. 2. Claſſ. 3. Spieg. Prat.

MENSVRAS finium, & multa ad id congrua lege ad amuſſim reſoluta apud Alex. de Alex. Gen. dier. lib. 2. c. 9.

MENTE capti ſignificatione omnes comprehenduntur, qui quomodocunque mente carent. Videtur tamen aliquando dubitaſſe Vlpianus, an, quod de mente capto ſtatutum eſſet, in furioſo obtineret. Poſt Bartolum in l. ſi furioſi. C. de cupt. vide Viglium in §. item furioſi. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. Mente autem captus dicitur (autore Feſto) cum mens ex hominum poteſtate abijt. Hinc quibus non deeſt omnino mens, ſed qui tamen ſunt ſubſtupidi, non minus facere teſtamenta creduntur, quam fœminæ poſt duodecimum annum. in qua ætate ſcimus nondum plenum eſſe animi robur. Alciat. arbitratur mente captum dici, qui morbo oppreſſus eſt, quem Græci [Greek] dicunt: cui [Greek], id eſt, rationalis animæ pars labefacta eſt, prouenitque, vt Gal. definit, ex ſolo humenti maloque temperamento in capite hærente. ex Prat.

MENTEM dare, vel inijcere mentem, formula dicendi probatis autoribus viſitata, ſunt Græcis [Greek] ſiue [Greek], de qua formula vide Victorium lib. 7. variar lect. c. 3.

MENTIS compos, ſanæ mentis, vel ſuæ mentis, hoc eſt, prudens & ſagax.

MENTIS emotæ dicuntur, qui furore agitantur. Conna. lib. 9. c. 4. num. 10.

MENTIONEM facere nullam, hoc eſt, non commemorare, in l. 1. C. de poſt. hered. inſtit. Sic ventris non habuit mentionem, l. 36 §. miles, ff. de teſtam. mil. i. e. ſilentio præterijt. Briſſ.

MENTIRI, hoc eſt, mendacium dicere, & non dicere verum, differunt, c. cum contingat. extr. de jurejur. Qui mentitur, ipſe non fallitur, ſed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipſe fallitur: item, qui mentitur, fallit, quantum in ſe eſt: at qui mendacium dicit, ipſe non fallit, quantum in ſe eſt. Briſſ. Porro mentitur non ſolum qui falſum dicit, verum etiam qui ſimulat, vt Faciem mentita Creuſę, & Æs mentitur aurum Spieg. Prat. & Goth. ad leg. 2. C. ſi contra jus vel vtilit.

MENTIRI, eſt contra mentem ſuam ire. Conuan. l. 1. c. 3. nu. 1. ſe Raphael Cumanus in l. ſi quis extraneus, ff. de acquir. hæred. mentiri. & non verum dicere, differre tradit: poteſt enim ſine dolo non verum dixiſſe, qui ita ſe rem habere credebat: de qua differentia vide Coraſ. in l. ſi tam anguſti, n. 5. in Rubr. ff. de ſeruit.

Μήνυτρον, præmium, quod datur indicanti & nuntianti. Significat tam indicium, quam indicis præmium. Budæ. manubias plurales dici. Eſt etiam impunitas conſcio propoſita, ſi indicauerit alios.

MEO jure agere, ſummo jure agere, hoc eſt, rigorem poteſtatis ſequi ad vnguem, *Glatt dem rauchen nach*. Oppo. Iure ſuo decedere, Non omnia pro jure ſuo exigere: quod bonorum eſt virorum, vbi cauſa deſiderat, vt Old. in topia ſcribit. Vide & infra Summo jure. Spieg.

MEORVM, vel ſuorum appellatione non ſolum intelliguntur, quæ noſtra ſunt, ſed etiam ea, in quibus jus aliquod habemus. Quod Zaſius adverſus Stellam vere euicit, ex verbis Iuriſc. poſt gl. & Bald. in l. 2. de orig. jur. Spieg.

MEORVM & ſuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum: ait Paul in l. meorum, 91. ff. de verb. ſig. & Martian. in l. 30 §. 1 ff. ad Treb.

MERCALEM vxorem, id eſt, meretricem, Alberic. exponit, C. de condict. ob turp. cauſ. l. 5.

MERCARI, pro emere: vt mercari domum, fundum, prædium Briſſ. ex ff.

MERCATIONEM, h. e. ipſum mercandi actum, Patres cenſuerunt periculoſam, c. qualitas, de pœnit. diſt. 5. Spieg.

MERCATOR, mango, venalitiuſque non eſt quilibet, qui aliquid emit vel vendit, ſed is tandem, qui res mobiles lucri faciendi, negotiandique cauſa eo animo comparat, vt rurſus diſtrahat, importet, exportetque vænum, l. vnic C. de nul. Alciat. in l. mercis, 66 & in l mercis, 207. de verb. ſig. Itemque Fornet. per eoſdem text. l. ſuos ſeruos, §. ſi. ff. de leg. 3. l. generall. 32. §. vxori. vbi Bart. ff. de vſu & vſufruct. legat l. ſemper §. negotiatores, ff. de jure immunit. l. in lege 207. ff. de verb. ſig. D. Gœdd. in comment. ad d. l mercis. 66. n. 6.

MERCATORES, non, vt quidam volunt, à merce, ſed à verbo mercari, quod eſt, emere, deducitur, ſunt enim hi, qui res emunt, quas in eadem ſpecie carius vendant, vt ait Alciat. Cur inter ſordidos, mercatores tenues habentur. Contrà, copioſi mercatores, non viles cenſentur. Fœnerator mercatoris nomine non venit, per l. quæſitum, §. ſed & ipſe Papin. paulo ante ſi. ff. de ſand. inſtr. Spieg. Prat.

MERCATORES dicuntur, qui mercibus negotiantur, vt apparet ex l. 208. ff de verb. ſig.

MERCATVRAS diuerſos à negotiatorib. eſſe docuit. Hotom. in comm. Verri. 3. & Orat. pro Fonteio: vide i. in voce Negotiat.

MERCATORES dicebantur, qui cùm Romæ domicilium haberent, interdum tamen exportandarum vel importandarum mercium cauſa in prouincias ad aliquod tempus excurrebant. Sabinus autem in l.4 ff. de penu. leg tempus illud vt longiſſimum definit eſſe non plus annuum. Negotiatores verò ciues quidam erant Romani, ſed in prouincijs ſedem fortunarum ſuarum conſtituerant, ſic, vt rarò in vrbem, nec ferè niſi cenſendi cauſà redirent: quales erant aratores, pecuarij, argentarij, &c. Cicero in Verrina 3. Ciues, inquit, habent propinquam fructuoſamque prouinciam, quo facilè excurrant, vbi libenter negotium gerant: quos illa partim mercibus ſuppeditandis, cum quæſtu compendioque dimittit: partim retinet, vt arare, vt paſcere, vt negotiari libeat, vt denique ſedes ac domicilium collocare: vide Negotiatores. Hotoman. Prat.

MERCATVS, pro loco in quo res venduntur, qui & emporium dicitur. C. de Nundinis, leg. 1. Spieg.

MERCENARII appellabantur, qui operas ſuas mercede locabant, l.1.§.ſi filius. ff de vi & vi arm. l.5 § ſi quid ſeruus, ff. quod vi aut clam, l.6. ff. de donat. l.50. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. l.91. ff. de furt. l.11.§.5. ff. de pœnis. Plerunque autem ita ſeruos alienos, quorum conductis operis vtebantur, vocabant. Vnde Valer. lib.5. c.4. Villirum, ait, in agello, quem ſeptem jugerum in Pupinia habebat, mutuum eſſe, occaſionemque nactum mercenarium amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe. Quod idem Seneca in lib. de Conſolat. ad Albin. referens, mercenarium ſeruum dixit. Idem lib.6. de benefi c.3. Nec conductum meum quanquam ſit dominus, intrabis, nec ſeruum tuum mercenarium meum abducet. Seluia. Maſſil. lib.6. de vero Dei jud. ad fin. Illorum more dominorum nobiſcum barbari agunt, qui mancipia obſequijs ſuis non neceſſaria mercedibus pro merendis locant. Sed & liberi homines ſi operas locarent ſuas eodem nomine appellabantur, vt ex Varro. li.1. de re ruſt. ca.17. patet. Briſſ.

MERCENARIVS opponitur gratuito. Eſtque is, qui alicui operas ſuas locat, l. reſpiciendum, §. penult. ff. de pœn. Vbi Marcellus etadit, domeſtica furta vocari, quæ ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarij his, apud quos degunt, ſurripiunt. Spieg Prat.

MERCES propriè laboris eſt præmium: quæ ideo magis videbitur vltrò ſoluenda, quam petenda quoniam perſona, quæ operam præſtat, longe dignior eſt, quàm vlla res, quæ viciſſim ſolui poſſit. Vnde ſacra ſcriptura non vno loco præcepit. Dignus eſt operarius mercede ſua. Et vulgo non abs re dicimus; Merces operarij clamat in cœlum. Ex Oldendorp. Spieg.

MERCES ferè dicitur pecunia, quæ ex prædiorum ruſticorum locatione percipitur: quæ verò ex vrbanorum, penſio. vide l. 27. & leg. 29. ff. de hered. pet. & leg. 2. §. 1. ff. locat. Vide Cujac. libro 4. obſer. c.26. Vult. in comment. princ. numer. 17. Inſtitut. de locat.

MERCES interdum appellatur pretium operæ, & quod artifici pro opera præſtatur: interdum id quoque, quod nautæ, vel magiſtro, exercitoriue nauis pro vectura præſtatur. Briſſ.

MERCES eximij laboris à IC. eleganter interpretatur, quæ pro ſalute alicujus datur, l. ſi pater, §. ſi quis, de donat. veruntamen & pro defenſione accipi ſolet, atque annuo reditu, apud Cic. ſicut & in jure accipitur. Prat.

MERCEDEM habitationis Græci proprio nomine ἐνοίκιον appellant, mercedem operæ μισθὸν. Clemens Alex. lib. 1. ſtrom. [illegible] Sed & [illegible] mercedem habitationis, quæ ab inquilino datur, appellat Juſtinianus, Nou. 43. & 88 & 120. & Harmenop. lib.3. ἐνοίκιον autem in eadem ſignificatione apud Theoph. & Plut. obſeruauit Victorius lib.16. c.11 Prat.

MERCEDIS verbo non tantum pecunia numerata, ſed generaliter quodcunque præmium, quod pro labore ſeu ſtipendio datur, intelligitur, vt ex Varrone annotat Coraſius Miſcell. lib. 2. c.11. & 12. Vveſenbec. in Paratit. ff. de location. n.7. Vult. in comm. Inſtit. de locat. in pr. n. 18.

MERCEDES pupillorum, l.3. ff. vbi pupil. i. quod in diſciplinam pupilli impeditur. Briſſ.

MERCES conductionis locationiſque pretium ſignificat. Cujus rei exempla non affero. Mercedem autem ex operis libertorum qui capere dicantur, exponitur in l.25. §. 1. & § vlt. ff. de oper. liberi. & l. vlt. § 1. & §. vlt. ff. qui & à quibus. Mercedea etiam appellantur τὰ διδακτρα, quæ liberalium artium præceptoribus præſtantur. l. 12. §. vlt. ff. de adminiſtr. tutor. l. 4. ff. vbi pupill. educ. l. 1. princ. ff. de extraord. cognit. Iuuenal. Satyr. 7.

Scire volunt omnes mercedem ſoluere nemo.
Mercedem appellat, quid enim ſcio?
Arguitur ......

Latini Mineruale quoque has mercedes appellant. Tertullianus in lib. de Idolol. Quis ludi magiſter, ſi non tabularia idolorum quinquatria tamen frequentabit? Ipſam primùm noui diſcipuli ſtipem Mineruæ & honori & nomini conſecrat. Et mox, tam mineruale Mineruæ quam Saturnalia Saturni. Briſſ. Varias autem ac plurimas mercedis ſpecies vide apud Goth. in notis ad edict. Iuſtiniani 13. c.7. in princ.

MERCES ſoli, l.17. ff. de pign. act. quæ pro ſolo ex vectigali, vel ſuperficiario puta prædio penditur. Briſſ.

MERCIS appellatio ad res mobiles tantùm pertinet, veluti vinum, oleum, frumentum l.66. ff. de verb ſign. l. vlt. ff. de condi. trit. & paſſim in tit. de inſtitor. ff. ad ſeruos vero non pertinet, l.1. §.1 ff. de tribut. Ob eamque rem Mangones, non mercatores, ſed venalitiarij appellati ſunt l. 207. ff. de verb. ſign. quamuis & ſerui mercis loco haberi dicantur l. 73. §. vlt. ff. de leg. li. 3. & edictum de peculiaris mercis tributione ad omnes negotiationes porrigitur, d. l. 1. & l. 28. ff. de pecul. Generaliter autem Merx quæcunque res in emptionem deducta appellatur, l.1 ff. de rer. permut. Et mercis cauſa parata dicuntur, quæ idcirco parata ſunt, vt veneant l.32 § vxori, ff. de vſufruct. lega. Briſſ vide eleganter & fusè Ioh. Godd. in comment. ad l. mercis, 66. ff. de verb ſig

MERCES eſculentæ, quæ hominum vſui accommodatæ venduntur. Spieg.

MERCES venaliciæ. Si nauem venaliciarum perforaſſet quis, Aquiliæ actionem eſſe, quaſi ruperit, Viuia, ſcribit: teſte Vlp. in l. ſi ſeruus ſeruum, ff. ad l Aquil.

MERCIMONIVM, eſt contrectatio quædam mercium.

MERCVRIALES, mercatores ſunt: nam à Mercurio, quem coluerint, Mercuriales appellatos à Cicerone in Epiſtolis ad fratrem ſuſpicatur Sigonius lib. 2. de jure antiquo ciuium Romanorum, M. Furium Flaccum, inquit Cicero, equitem Romanum hominem nequam Mercuriales & Capitolini de collegio ejecerunt. Nam capitolinorum collegium à M Camillo dictatore ludis Capitolinis, Liuio teſte, conſtitutum ſatis conſtat, &c.

MERE aduerbium eſt, quo frequenter vtuntur ætatis noſtræ Iurecconſulti pro puro, & in hanc ſignificationem etiam accipitur apud Papin in l. Aquilius Regulus, de donatio & à M. Tullio in 2. de Oratore: Ecce (inquit) tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorum omnium, cujus è ludo tanquam ex equo Trojano meri principes exierunt, & Vlpian. in l.1. ff. ſi cert. pet. apud quem (ſecundùm Pandectas Piſanas) legendum eſt non ex re neque here, vt putauit Accurſius: ſed mere eſt. Terent. in Phorm. Nihil habet niſi ſpem meram: hinc Merula auis dicta, quod ſola volet, & ſolitaria paſcatur. de qua Plin. Cotta.

MERERE, verbum eſt militare, quod Græci [illegible] dicunt Luca. Ære merent paruo Iuriſconſ. in l. municeps 23. § 1. & ibi Goth. in notis ff. Ad municipalem. Miles, inquit, ibi domicilium habere videtur, vbi meret. Pro quo hactenus Accurſiani ineptè legerunt, vel inhæret, vel haberet. Inde emereri verbum, vt elugere: & emeriti milites, itemque ſtipendia emerita Ciceroni, quam vocem Modeſtin. de Re milit. pro commodis veteranorum accipit. notum, merere etiam eſſe quæſtum facere. Spieg.

MERERE ſeu mereri interdum ſignificat dignum eſſe: & eſt [illegible]. Etenim tam qui præmio, quàm qui pœna dignus eſt, mereri dicitur Briſſ.

MERERE, etiam ſtipendia merere in l.16. §. vltim ff de caſtr. pec. l.26 §. vlt ff. de excuſ. tutor. l.8. ff de accuſatio. l.18. ff. de jure fiſc. l.23. in fin. ff ad municip. Briſſ. vide Connan. lib 8. c.21. numer. 2.

MERERE aliquid ex judicio patris dicuntur, qui aliquid teſtamento ejus acceperint, l.13. ff. de doli except. Sic Merere legatum dicitur, cui id teſtamento relinquitur l. 21. ff. ad legem Falcid. Adde etiam l.10 de piſtoribus, in Cod. Theod. Briſſ.

MERVISSE legatum dicitur is, quem teſtator legato proſecutus eſt.

MERVISSE judicium patris, vel ex judicio dicuntur, qui aliquid ex teſtamento ejus acceperunt. Briſſ.

MERVISSE quoque ſententiam deportationis dicitur, qui eam acceperit, l.3 C de inſtit. & ſubſtit. Briſſ.

MERERI, inquit Valla, mercede operari, laborare, atque alteri inſeruire. Propriè tamen ſpe ſtipendij ac præmij: quod dicitur ſtipendia facere. Donatio item eſt, dignum eſſe: vt apud juriſconſ. in l. cum pater, §. rogo, ff. de leg. 2. Hinc lora meritoria, quæ mercede locantur forte viatoribus, vel peregrinantibus. Hinc & meritoria ſcorta, meritoriæ rhedæ & muli meritorij, Alc. de verb. ſig.

MERETRIX eſt, quæ multorum libidini patet, c. vidua 34. diſt. vbi gl. addit. quæ admiſerit plures quàm 23000. hominum: vel quæ admiſit 60. Io. Bell Etym.

MERETRICEM (quæ à merendo dicta eſt, quod mercede ſuam exerceat militiam, vt Valla ait) Impp. legibus excludunt, argu. l. ſi ea quæ, C. de adult. Nec IC. agnoſcendum ei cenſuit, quæ paupertatis obtentu turpiſſimam vitam elegit, l. palàm, ff de ritu nuptiar. Quis verò meretrices publicitus inſtitue-

rit primus, Rhodigin. refert c. 4. lib. 8. Alciat. item in comm. de verb. ſignif. Porro elegantem meretricum deteſtationem habes apud Salomonem cap. 5. Prouerb. Et de earum natura Cameretem in comment. in tab. Cebetis. Obſeruandum tamen, quod meretrix non eſt, quæ cum vno aut altero, etiam pecunia accepta, ſe commiſcet, ſed ea, quæ palam & pluribus ſe proſtituit, c. viduam, 35. diſt. c. meretrices, 29. qu. 4. Solamque huiuſmodi de vicinia poſſe expelli, Alc. exiſtimat, ne probis mulieribus malo ſit exemplo Spieg.

MERETRIX, vel aliter luxurioſe viuens non debet gaudere beneficiis conceſſis matribus famil. & ideo poteſt extrahi de domo propria & etiam perſonaliter detineri, ita ſing. Bald. in l. conſentaneum, colum. vlt. circa med. per gl. ibi, C. quomodo & quando iud. & pro ſing. commendat, & ſequitur Alex. in l. pletique, in vlt. col. ff. de in ius vocand. vbi tamen limitat poſt Iud. Rom. in l. ſi vero, §. de viro. In 2. fallent, ff. ſoluto matrimon. non procedere in ea, quæ maritum haberet: per ſingul. dictum Io. Andr. in paraphraſi ſua ad Spec. in rubr. de tutor. & dam. dat. vbi decidit, quod ſtatutum permittens meretrices percuti, non habet locum in coniugata, argumento text. in l. ſi vxor, §. 1. ff. de adulteriis, vbi matrimonium in meretrice conſideratur, ita quod locus eſt accuſationi adulterij & hanc limitationem reaſſumunt certatim Alex. & Andr. Sicul. in d. l. conſentaneum, in paraphraſi ad Baldi monumenta & idem Andre. Sicul. in c. paſtoralis de iudiciis, vbi Felin. in 4 col. verſ. ſubdit hic late proſequitur limitantes, ſingul. dictum Ioann. Andr. de quo ſuprà, non procedere in iis, quæ ſunt fauorabilia meretrici coniugatæ: quia idem de illis diſponitur, prout de ſolutis, & propterea tenet, quod mulieri nuptæ luxurioſe viuenti, dari debeat curator: quod nota pro ampliatione l. & mulieri, ff. de curat. furioſ.

Et ideo Baldus in l. vlt. in vlt. verbis, ff. de rerum diuiſ. ſcribit, quod licet apponens ſcalas ad muros, vel ad feneſtras alicuius mulieris, puniri debeat pœna capitali, l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſcopis & clericis tamen ſecus eſt in meretrice, quo caſu ſolum punitur extra ordinem: ſecundum eum: & in pulchro ſimili notat Mart. not. 103. nota vnum. Prædicta procedunt, tenendo opinionem Accurſ. in d. l. ſi vxor, qui vulgarem vxorem meretricem interpretatus eſt: cum tamen etiam vulgaris vxor dici poſſit, quæ ex humili plebe nata ſit: vt legitur apud Tranquil. id vita Bul. Vitellij: nam nimis durum videtur punire aliquem pœna adulterij, quia meretricem vitiaſſet. Coſta. Meretrix non eſt materfamiliâs, quamuis nupta ſit, nec in eam committitur, quoad pœnam ordinariam, adulterium. Gœdd. in comment. l. 46. nu. 4. 5. de verb. & rer. ſign.

MERETRIX proſtituta, quæ palam quæſtum corpore facit, vt loquitur l. 43 ff. de ritu nupt. Briſſ.

MERETRIX etiam dicitur, quæ aliter quam mariti conſuetudine viuit. Connan. lib. 8, c. 13 n. 2.

MERITA militiæ, commoda præmiorum, quæ emeritis, & impletis ſtipendiis veteranis dantur, l. 18. §. veterani, ff. de iur. fiſc. Briſſ.

MERITO, id eſt, iuſta ex cauſa, l. 8. §. vltim. ff. ſi pars hæred. pet. Briſſ.

MERITORIA, abſolute ſunt diuerſoria, vel fullonica, vel ſtabula vel quæ alia loca, quæ mercede locantur, à merendo dicta, l. 91 § balneas, ff. de legat. lib. 3, l. 13. §. vltim. ff. de vſufr. l. 52. §. ſi quis ex ſociis, ff. pro ſocio. l. 198. ff. de ver. ſign. l. 3. § domum, ff. de instr. Prudentius in Amartigenia: Balnea propolas, meritoria, templa theatra. Vopiſc. in Tacito, Meritoria intra vrbem ſtare vetuit. Spartian. in Peſcennino Nigro: Pro tricliniis popinas habeat, pro cubiculis meritoria. Dixit & Meritoria cœnacula adiectiue Suet. in Vitell. c. 7. Et Meritoria balnea, Plin. lib. 2. epiſt. ad Gallum: & meritoriam rhedam. Idem Suetonius in Iul. c. 57. Briſſ.

MERITORIÆ tabernæ, ipſa tabulæ dicuntur, hoc eſt, cauponæ, à verbo mereri, quod eſt, quæſtuæ cauſa aliquid operari.

MERITORIA vehicula, Suetonius in Caligula dixit, quæ mercede locantur. Coraſius in rubr. ff. de ſeruit. l. 1. n. 11.

MERITORII pueri à Cic. 2. Philip. dicuntur, qui proſtant, corporeque ſuo turpem quæſtum faciunt, & merentur: de his vide ſupra in voce Catamiti & concubini: & late Maioragium Miſcell. l. 1. c. 3.

MERITVM dicitur id, quod congruum & conueniens eſſe cenſetur cuilibet perſonæ. Ideoque eſt vocabulum τῶν μέσων. Nam & in bonam & in malam partem accipitur, poteſt enim quis bene, poteſt quis male mereri. Old. Briſſ.

MERITVM pro culpa, notum eſt. Pro mercede à Terentio in Phor. accipi Bud. annotauit.

MERENTI minori, non debet tribui extraordinarium auxilium, in l. cauſæ cognitione, 2. ff. de minor.

MERVM, vt Iſidorus lib. 8 Etymol. c. 4. ſcribit, purum ſignificat. Merum etiam Nonio interprete, ſolum ſignificat, Vnde Merulam, quia ſola volet, dictam ex quorundam opinione Quintil. lib. 1. c. 6. tradit, quaſi meram volantem. Atque ita meram rationem interpretamur in l. 2. § ſi bar. ff. mandat. & l. 6. ff. de pœn. Et meram ſubtilitatem in l. 3. §. 2. ff. de admin. legat. & l. 32. in fin. ff. de vſucap. Et meram actionem, in l. 14. §. idem Labeo. ff. de religio. ſic & Merum officium prætoris, in l. 2. ff. de verb. oblig. & Inſtit. de diuiſ. ſtipul. quod, vt Theoph. interpretatur, ἐκ μόνης ἀρχῆς δεσποτείας ἀπαιτεῖν proficiſcitur. Merum officium iudicis, non, vt quidam interpretantur nobile, ſed potius, vt idem Theophilus μόνον. Mera quoque voluntas nuda, ſoluta & libera, in l. 75 ff. de legat. lib. 1 & leg. 18 ff. de adim. leg. Mera pœna, in l. 1. in fine, ff. ſi quis ius dic. l. 1. ff. de eo per quem factum, quæ rei perſecutionem non continet. Merum factum quod dationem mixtam non habet, l. 96 § mihi Romæ, ff. de ſolutionibus. Mera æſtimatio, in l. 63. in fin. ff. de iure dot. Merum principium, in l. 12. §. codicilli, ff. de captiu. Mera donatio, in l. 28 ff. de pact. dotal. l. 27 ff. de donat. Merum denique imperium, in l. 3 ff. de iuriſdict. om. iud. & l. 1 §. vlt. ff. de offic. eius cui mandat, quod in animaduerſione non in dictione iuris conſiſtit, vt à mixto ſeparetur, cui etiam iuriſdictio ineſt. Meram etiam ſpem, nudam, ſolam, & ſine re dixit Terent. in Phormio. Act. 1. Scen. 3. & Meras vires, Ouid lib. 10. de Arte Amandi. Briſſ.

MERVM, ait Feſtus, antiqui dicebant ſolum, vnde & auis Merula nomen accepit, quod ſoliuaga eſt, & ſolitaria paſcitur: at nunc merum, purum appellamus Briſſ.

MERVM imperium, eſt habere gladij poteſtatem ad puniendum facinoroſos morte, exilio, & relegatione, ff. de publ. iudic. l. 2. Mixtum verò imperium poteſtatis mediæ eſt, ex iuriſdictione & mero imperio omnia potens, præter pœnam capitalem. Alc. Pareig. lib. 2. c. 7. Dictum autem eſt merum imperium, vt tradit Coraſius lib. 3. Miſcellaneor. c. 17. tum quod ſummum ſit & excellens. Nam & hoc ſenſu Plautus in Milite glorioſo meros bellatores, & Cic. in 2. Orator. meros principes dixerunt: tum quod ſolum ſit & purum cum officio ius dicentis nihil commune habens, vt quod à iuriſdictione ſeiunctum ſit, & ſeparatum omnino.

MERVM ius gentium parum, ſolum, ſimplex, & quod à ciuilibus inſtitutis ſeiunctum eſt l. 31. ff. depoſ. Prat. Briſſ.

MERVM ius ipſum ſtrictum, ſubtileque ius, ſeu ſtricta iuris ratio, l. 16 ff. de minor. l. pen. §. vlt. ff. de contr. tab. l. 4. §. ſi viam. ff. de vſucap. l. 37. ff. de adminiſt. tut. Hot.

MERVM mixto opponitur, l. 28. ff. de cond. & dem. Martial.

Cum peteret mixtum vendidit ille merum. Briſſ.

MERX & mercatura differunt inter ſe: quod merx eſt ſpecies ipſa, quæ emitur, venditurve: mercatura, actus mercandi. Et dicimus mercaturam facere. Eſt autem merciæ appellatio anguſta, l. prima, §. 1. de Exercit. nec ea continentur homines. Aliquando tamen, vt Alberic. indicat, omnem complectitur negotiationem. Pro penſione etiam, & annuo reditu accipi, Bud. authoritate Cic. probat: Adde Bart. in l. iubemus, l. 1. C. de ſacr. eccl. ad res mobiles tantum pertinet, authore Vlpia. Vnde ſi lex municipalis (vulgus ſtatum vocat) à ſocio nitrum mercatum tantum haberi mandat, de re tantum mobili intelligendum eſſe, ſunt qui tradidere, & vt Aleiato viſum eſt, minimè abſurde: quandoquidem mercatus à merce deducitur. Per locum ergo, qui à coniugatis dicitur, vbi merx non eſt, ibi nec mercatus. Vide Topic. Cant. Quamuis Alciat. à verbo mercari potius tralatum id nomen credit, quod mercari verbum ſimpliciter emere plerumque ſignificat: atque ita vulgaris loquendi vſus ſeruat. Spieg. adde Gœdd. ad l. mercis, 66. ff. de verb. ſign.

MERX aliqua, veluti vinum, oleum, frumentum, l. vlt. ff. de condict. trit. Briſſ.

MERX peculiaris, dicitur res, in qua dominus permittit ſeruum ſuo proprio nomine negotiari, etiamſi nihil ſit in peculio. Merx dominica autem, in qua nomine alieno, hoc eſt, domini vice gerit negotium. Prat. Spieg. Adde Petr. Peck. l. 1. §. ſi is, nu. 8. ff. de exer. t. act.

MESOCHORVS dicitur Fiſtulator, citharista, modificator in medio ſaltationum choricarum. Ioh. Bapt. in comment. Epiſt. Sidon. Apollin. ad Agricolam lib. 2.

MESODICVS, Lege, Index.

MESONAVTA, in naui vilis mancipij nomen eſt, vt modeſtinus domi. Eſt enim mediaſtinus: mancipium abiectius, quod viliſſima & ſordidiſſima miniſteria obire domi cogitur, domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, &c. Budæus in l. prima, de Arbitr. Item meſonautæ ſunt, qui in nauibus cuſtodiæ gratia præponuntur: vt ſunt diætarij μεσονάυται Græcè. Alciat. libro 3. Diſpunct. cap. 21. Idem quoque, vt ipſe fatetur in Pareig. dubitabit quandoque, quid meſonautæ appellatione ſenſiſſet: quoniam Herm. Barbar. mancipium ea voce intelligit, in medio nauis vnicuique deſeruiens: quales ſunt mediaſtini in principum domibus. Sed ipſe hanc ſententiam non probat, cum Vlp. l. ſi. ff. Naut. caup. ſtab. Et quid, inquit, ſi quis ſit ex his, quos vulgò μεσονάυτας, Græci ναὸς ἐπιβάτας dicunt. Quibus verbis ſignificatur, meſonautam vulgari voca eum dici, qui nauem aſcendit: & ne quid nauli nomine domino nauis ſoluat, ducendo remis operatur. Epibates enim propere nauis aſcenſorem ſignificat: vnde & milites, qui

Digitized by Google

lo naui pugnant, eo nomine vocantur, & ἐπιβατίδες naues. Vlp. in l.1.§.igitur de exercit.act. id eſt, conſcenſoriæ, & transportandorum hominum cauſa factæ. Spieg.

Mesonavta, qui medium inter nautas locum obtinet, id eſt, inter ſummos & imos: ſummos, vt gubernatores & proretas imos, vt remiges: & reliquis remigandi ſignum præbet: eodem, opinor, modo dictus, vt μεσόχορος Vlpia. l.1.§.2.ff. naut. caup. ſtab. Sed de exercitore ſolummodo Prætor ſentit: nec enim debet inquit Pomponius, per remigem aut meſonautam obligari: ſed per ſe, vel per nauis magiſtrum. Hot. Prat. & Goth. ad dict.§.2.ff.naut.caup.ſtabul. Brodæus li. Miſcell.4. capit. 11. Meſonautæ (inquit) dicuntur, qui partim vt nautæ regendæ naui operam ſuam impartiunt: partim etiam vt vectores, nonnihil nauiculatoribus aut nauarchis pendunt, μεσόναυται vero non dicuntur: hi namque in media naue remigant ζύγιοι ibidem nuncupati.

Mesonavta, l.1.§ nautam, ff.naut.caup.eſt, qui partim nautæ miniſterio fungitur, partim vectoris locum obtinens, aliquid pro vectura præſtat. Briſſ.

Meſſer eſt ein diebiſche morderiſche VVehr: & vtrum ex eo præſumi debeat animus occidendi vel verberandi, arbitrio iudicis relinquitur, Gœd.in com.l.41.n.13.14.

Messis à metendo: alias pro tempore accipitur, quo frumenta ſcinduntur, *die erndzeit, ſo man ſchneidet*: ſicut vindemia pro tempore, quo colliguntur vuæ, *die herbſtung, die VVeinleſung.* vt in leg.1.in princ.& l. præſides, ff.de feriis. Alias pro re, hoc eſt, pro ſegete ipſa iam matura, idque dupliciter: Aliquando ſolum pro frugibus: nonnunquam vero laxius tam pro fruge quam pro vua.l.fructos eſſe,§.item ſi meſſes, ff.ſoluto matrim. Old.Prat.

Messem facere, l.1.§. hoc autem, ff.de oper.no. id eſt, maturas ſegetes deſecare. Briſſ.

Messaliani, hæretici ſunt: eorum fit mentio in l. 5. poſt pr. C. de hæretic.

Messoria falces, quod ad meſſem, id eſt, tempus metendi pertinet. Spieg.

Meta, vide, Catillos.

Meta dicitur inferior pars molæ, & catillus ſuperior, l. cum de Lanionis, ff.de fund.inſtr.

Metallarii & Metallici dicuntur: qui ſunt damnati ad metalla, hoc eſt, ad offodiendam terram ex metallis. Quandoque tamen ſimpliciter accipiuntur pro effoſſoribus metallorum, *Bergknappen*, vt apud Iuriſconſult.tit.de pœnis, & lib.11. C.de metallar. Nebriſſ.

Metallvm genus pœnæ mediocris numeratur à Paulo lib. 5. ſentent.titul.17.cum nocentes ad eruendas metallorum venas damnabantur: velut eſt in baſilicis lib. 60.tit. περὶ μεταλλιζομένων eſt: [Greek illegible]. Huius quoq; pœnæ fit mentio in l.24 §. quid ergo, ff.de fideicommiſſ.lib.l.46. ff.de manumiſſ.teſtam. quam à Tarquinio Superbo excogitatam Eutropius libro 1.capit.10. & Suidas in verbo [Greek illegible] ſcribunt. Quanquam ille huius pœnæ auctor atque inuentor primus non fuit, cum ante eum Semiramis metalla inueniſſe, eaque per captiuos exercuiſſe feratur, vt à Diodoro Siculo & eodem Suida in verba, Semiramis, notatur. Habebant autem Romani metalla multa, libr.6 §. vlt.ff.ad l.Iul.pecul. vt in Macedonia, Epheſi, in Hiſpania, vt Liuius & Vitruuius libro 7.capite 9.teſtantur. Duo etiam alia Iuſtiniani Nouel. Conſti. 22. refert, [Greek illegible]. Proconneſi metallo Docimenum & Troadenſe adiungitur, in l. 9. & L.11.de indulgent.debit.in C.Theodoſ. In hac metalla ſontes vinculis additis ad inquirendas eruendaſq; venas damnabantur. Quo reſpiciens Tertullianus in lib. de Cultu fœminarum, ſic ait: Terra ſcilicet plane generoſior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis pœnali opere deplorata nomen terræ in igne relinquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de ſuppliciis in delicias, de ignominiis in honores metalli refuga damnatur. Per damnato enim & noxios metalla in honorem deinde ventura effodiebantur. Inde totiens in libris noſtris: In metallum dari damnarique legimus: Qua pœna damnati metallici appellabantur, quaſi metallo addicti & mancipati, leg.8 §. in miniſterium, l.10.§.1.l.36.ff. de pœnis. Adimebat vero hæc pœna libertatem, & ſeruitutem irrogabat. l.8.§.eſt pœna, & l.17.l.36.ff.de pœnis l.3.ff.de his, quæ pro non ſcrip.hab. Cæterum diuerſa ſunt, in metallum, & in opus metalli damnati, l 8.§.eſt pœna & l.9.§.iſtæ feræ, l. 29.§. dinot, ff de pœn.l.pen.in fin ff.de var. & extr.leg.3 §. vltim. ff. de re milit.l.3.§.pœn.ff.de crimin. ſtellion.l.5.ff.de manumiſſ. differentia vtriuſque pœnæ eſt in vinculis. Nam qui in metallum damnati ſunt grauioribus: qui in opus metalli leuioribus vinculis premuntur. Item refugæ ex opere metalli in metallum dantur. Refugæ vero metalli grauius ac durius coercentur, l.8.§. inter eos, 6. ff.de pœn. d.l.pen. in fin. ff.de var.& extr. Briſſ.

Metalla accipere debemus, non ipſam æris, auri argenti, materiam, ſed æris, auri, argenti, ferri, ſulphuris, & cæterorum id genus fodinas. Briſſ.

Metallica Georg. Agric. quæ vel metalla ipſa ſunt, vel iuxta metalla reperiuntur, vel dum in fornacibus alia excoquuntur, fiunt, vel aliqua alia præparatione ex eiſdem conſiſtunt: operæ pretium eſt, vt rerum metallicarum appellationes iuxta noſtratem linguam authore Plateano, recenſeamus:

Æs purum, *Gediegen Kupffer.*
Alueus, *Ein trog.*
Argentum quod ſtatim ſuum eſt, *Gediegen Silber.*
Argentum rude, *Silber Ertz.*
Argentum rude puniceum. *Rodtguldin Ertz.*
Argentum rude plumbei coloris, *Glaſſ Ertz.*
Argentum rude nigrum, *Schvvartz Ertz.*
Argentum rude purpureum, *Braun Ertz.*
Argentum rude cinericium, *Gravv. Ertz.*
Argentum rude ruffum, *Rothvendig Ertz.*
Argentum viuum purum, *Gediegen Queckſilber.*
Anthrax, ſiue vena minij, *Queckſilber, Ertz.*
Caput dimenſionum, *Fundgrub.*
Carbones foſſiles, *Steinkolen.*
Caſa, *Kaun.*
Ceroleum, *Laſur.*
Chryſocolla, *Berggrun, oder Schyfergrun.*
Cobaltno, *Cobalt.*
Cuniculus, *Stollen.*
Cattus *Karren.*
Dæmon metallicus, *Das Bergmennlin.*
Decliue montis, *Das geheng deſs gebirgs.*
Dimenſio, *Maſs.*
Excoquere, *Schmeltzen.*
Exitus venæ, *Das auſgehen deſs gangs.*
Extenſio venæ, *Das ſtreichen deſs gangs.*
Ferrum purum. *Gediegen eyſen.*
Fibræ, *Klufft und geſchicke.*
Fluores *Fluſs.*
Fodina, *Grub oder Zech.*
Funis ductarius. *Stal.*
Foſſam agere, *Schroffen.*
Galena, ſiue Molybdæna, *Glantz und Bleyertz: Auch. Bleyſchvvayſſ.*
Gypſum foſſile, *Gyps.*
Iacens, *das Liggende.*
Iurati, *die Geſchvvornen.*
Iurati duum-viri, *Zvvey Geſchvvornen. die ſein geber befahen.*
Lapis ſpecularis, *Vnſer lieben frauven eyſs.*
Lapilli nigri, *Zvvitter.*
Ligo, *Rotthau.*
Lythargyrum, *Glett.*
Machina tractatoria, *Haſpel.*
Magiſter Metallicorum, *Der Bergmeiſter.*
Malleus, *Berghammer, oder Fauſtel.*
Metallici, *Bergleut.*
Minium, *Bertzynober.*
Ochra natiua, ſiue Sil, *Berggeel Ochrageel.*
Ochra factitia, *Bleygeel.*
Pendens, *Das hangend.*
Plumbum candidum, *Zin.*
Plumbum nigrum, *Bley.*
Præſes fodinæ, *Styger oder Hutmann.*
Præfectus rationibus, *Schichtmeiſter.*
Puteus, *Schacht.*
Pyrites, *Kys.*
Pyrites colore argenteo, *VVaſſerkys, oder VVyſſerkys.*
Pyrites colore aureo, *Ein geelerkys, oder Kupfferkys.*
Pyrites prorſus aurei coloris, *Kys der gantz goldfarbig iſt.*
Pyrites colore galenæ ſimilis, *Ein glantziger kys.*
Pyrites cineraceus, *Ein grauver kys.*
Recrementum, *Schlacken.*
Rubrica fabrilis naturalis, *Bergrotel.*
Rubrica fabrilis factitia, *Rotel.*
Sandaraca foſſilis, *Bergrodt.*
Sandaraca, adulterina, apud Plinium & Vitruuium.
Sandix apud Dioſcoridem, *Patysrodt.*
Saxum ſciſſile, *Schyfer.*
Saxum corneum, *Hornſtein.*
Saxum harenoſum, *Sandſtein.*
Situlus, *Kobel.*
Sparum, *Spat.*
Splendor, *Glimmer oder Katzenſilber.*
Specus, *Schacht.*
Terminus, *Lochſtein.*
Tumulus è fodina egeſtus, *Halde.*
Vena, *Gang.*
Virgula diuina, *Die Ruthe.*

Metallici dicuntur, qui in metallum damnati datique ſunt l.8.§.miniſterium, ff.de pœn. Briſſ.

Metallicvs ſubſtantiuum, qui in metallis operatur. Imp. Conſtant.

Digitized by Google

ſtant. de Pœn. Apparebit eam non oportuiſſe in miniſterium metallicatum damnari. Sic & apud Plinium inuenitur. Spieg.

METALLVM, pro vena perſcrutata, complexum eſt, id eſt, quod non deficit inclinatione: ſed quæ metonymice metalla dicuntur, carent plurali: vt aurum, argentum, & ſimilia. Laurel. lib. 7. Hujus vocabuli appellatione, vt Alber. indicat, continentur lapidicinæ, l. 3. § fin. ff. de reb. eor. qui ſub tut. Vide Bart. in l. lege, ff. de contrah. empt.

METALLORVM appellatione continentur quæcunque mineralia ex auri fodinis, argenti fodinis, æris fodinis, lapidicinis, & ejus generis alijs erui poſſunt: in tantum, vt marmora, & alios lapides complectamur, l. 1. l. 2. l. 3. & ſeqq. C. de metallar. & metallis, lib. 11. l. aut damna, § in calcaria, ff. de pœn. l. ſed ſi pœnam, § ſi. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. Metalla enim alia ſunt ductilia, alia fabrilia. Ductilia ſunt cum naturalia, vt aurum, argentum, plūbum, æs, ferrū, electrum: tum factitia, vt chalybs, ſtannum, aurichalcum. Fabrilia ſunt, tum terra metallaris, puta argilla, terra lemnia, bolus Armenus, calx: tum ſucci in terra concreti, alumen, bitumen, calcanthum, ſalpetrum: tum metallica, vt auripigmentum, chryſocolla, ſtibium: tum colores, vt ocra, cinnabaris, vt Plinius præcipue lib. 35. & Io. Freigius in phyſicis. Goedd. ad l. inter publica, 17. n. 10. 11 ff. de verb. ſign.

METALLVM diuiditur in aurum, argentum, ferrum, plumbum, &c. l. in venditionibus de contra. empt. & vnde dicatur, l. inde Scypteria explicatur. Spieg.

METALLVM minutarium vocatur argentum, cum quo effoditur minium. Vide Plin. lib. 33. c. 7. Spieg.

METAPHORA, tranſlatio à Cic. dicitur, ſine qua nec quotidianus ſermo conſiſtit, cum propter vocabulorū anguſtiam ſimilibus plerunque vti cogamur, vel quia proprium deficiat, vel quia tranſlatum proprio elegantius ſit: vt cum Iureconſ. adulterinam monetam, adulterinam ſcientiam vocant: & adulterari rationes dicunt; id eſt, conturbari, vel falſo deſcribi. l. 1. in fi. ff. de ſeru. corrupt. Sic ambulatoriam voluntatem, actionem, legis poteſtatem, ſtipulationem dicimus, ſic viā apertā: ſic calcem, pro fine; cunabula, pro initijs plerumque reperire eſt. Hinc anfractus litium antiquare, id eſt, extinguere: hinc defloratæ ſpecies, enucleatum jus, freni temperies, nuda conuentio. Sic in promptu dicimus, ad manū, impendenti prima facie, laquei legum. Sic inhiare commodis, quod à lupis tranſlatum eſt: Sic temp. florere, dotē & donationem propter nuptias, æquis paſſib. ambulare, tempora largiri: cauſam capitalē, quæ ad ſtatum pertinet, dicimus: & ſi qua ſimilia quę nuſquam in quocunque authorum genere non occurrunt. Ab hac non multum diſtat, quæ κατάχρησις, i. e. abuſio dicitur, cum omiſſo proprio & peculiari nomine aliud apponimus: vt cum lex Iulia ſtuprum appellauit, generaliſſimo nomine vſa, cum ſpeciale crimen inſequeretur. Merito, Pap. Lex, inquit, Iulia ſtuprum & adulterium promiſcue, & καταχρηστικώτερον appellat: quod Græci φθορὰν. Qua figura etiam parricidam dicimus, qui matrem interfecit. Sic & Cajus: Inter geſtum & factum, inquit, καταχρηστικῶς, nihil intereſt. Ex Alc. lib. 4 de verb. ſign. in princ. Spieg.

METARI, eſt futurum hoſpitium, nota poſtibus ianuiſque adſcripta deſignare, Briſſ.

METARI proprie eſt locum deſtinare, demetiri ve figendis militum tentorijs: vnde dictum, caſtra metari, annotante Rhenano in lib. Tertull. aduerſus Valentinian. Spieg.

METATA ſunt hoſpitia, quæ militibus prouinciales præbent, ait Goth. in l. 26. § 8. C. de epiſc. audient.

METATORES, in l. 3 & l. 5. C. de aduoc. diuerſ. judic. l. 9. Cod. de proxim. ſacr. ſcrin. li. 12. Veget. li. 2. c. 7 Metatores, ait, dici eos, qui præcedentes locum eligunt caſtris, item qui diuerſoriorum & hoſpitiorum deſignant loca, quales ſunt, quos vulgo mareſchallos hoſpitiorum & fourerios dicimus. Nam & deputatas ſingulis domus manu ſua denotaſſe, & poſtibus hoſpitatum nomē adſcripſiſſe nos diſerte tradit l. 2. C. de metat. & epid. lib. 12. Iſid. lib. 10. Etymol. Metatores, ait, appellantur, qui caſtra deſignant: à metiendo ſcilicet, vt Lucanus: Heſperios audax veniam metatur in agros. Cypr. epiſt. 1. lib. 4. Primum hoſpitium vobis in carcere præparatant, & metator quodammodo veſter nunc quoque vos antecedit, Briſſ. Μηνάτωρ inquit Suid. [illegible]. Optatus li. 3. cū ante milites metatores, vt fieri ſolet, mitterentur. Prat. in d. l. 1. C. de metat. mēſores appellari putat. Videtur etiam hoc nomen pro hoſpitibus ſumi. l. 9. C. eod. Omnes, inquit, qui metata in ſuis domibus præſtant, ſiue hoſpitia præbuerint metatoribus, ſeu quolibet pacto ſatis eis fecerint. Metatus dicitur miles in terminis caſtrorum, qui caſtra vallo vndique circundabat. Vnde illud. caſtra metati ſunt filij Iſrael. Prat.

METAXA, non eſt ſericum quoduis, ſed rude & ἀκατέργαστον, nondū neque tinctum, neque in fila deductum: ideo ſeparatur à nemate ſerico. l. vlt. ff. de publ. & l. 10. C. de ſacrileg. à ſerico blatta, id eſt, à ſerico in purpureum colorem conuerſo. Iſid. lib. 19. Etymolog. cap. 29. Metaxam dici vult à circuitu filiorum, aut quod transferatur ἀπὸ τῆς μεταξῆς. Lini metaxā dixit Lucilius apud Non. quomodo etiam Vaſcones Pirenæi loquuntur, ſed da ſerico dicitur frequentius. Hujus verbi meminit Muſeopulus: [illegible]. Zonaras in Nicc. [illegible]. Et ſic quoq; Suidas, [illegible]. Et mox, [illegible]. Iuſtiniani enim temporibus primū ex India inuecta eſt metaxa: vt Nicep. ſcribit, & Zona. in Iuſtiniano his verbis. [illegible]. Fit & metaxæ mētio in l. vlt. § ſpecies, ff. de publ. in qua tamen à Triboniano inſertum hoc verbum, cum Iureconſultorum tempore metaxę ignotum nomen eſſet, mihi fit veriſimile. Briſſonius & Pratejus.

METAXARII, in l. vlt. C. de pignoribus nuncupantur ſericum negotiantes, quod metaxam vocant Græci. Spieg.

METICVLOSVS eſt, qui fruſtra aliquid timet, l. nec timorem § 1 ff. de eo quod met. cauſ. Prat.

METIRI, menſuram agere, & admetiri ſignificat. Briſſ.

METOECIA, Athenis dies feſtus. Item ſacrificia de receptis in ciuitatem colonis. Author Plutarch. in Theſeo.

METOECIVM, locus carceris Athenis. Eſt & tributum, quod Metœci, hoc eſt, extra patriam habitantes, perſoluunt. Autor, Suidas. Soluebant autem inquilini quotannis ſummam 12. drachmarum.

METOECVS qui ſedes mutat, & de loco ad alium tranſit. Latine tranſmigrator, ſeu incola. Hunc Pompon. de verb. ſign. l. pupillus, μέτοικον appellat. Alc. C. de jur. fiſc. libr. 10.

Μέτοικοι, in l. 4. C. de jur. fiſc. lib. 10. coloni ſunt, qui ex vna ciuitate in aliam migrant: quod non fit niſi juſſu principis, l. idem Vlp. § vlt. ff. de exc. tut. Autor Panegyrici Flauienſium ad Conſtantin. imp. Diuus pater tuus Flauiam ciuitatem Heduorum voluit cuſtodire metœcis vndique transferendis. Apol. Tyaneus inquit. [illegible]: Alij enim ſunt in eadem ciuitate originarij, alij μέτοικοι, qui & incolæ dicuntur. Poſterior ætas aduenas eos appellaſſe videtur. Prat.

METHODICE, lege Via, inquit Paulus.

METHODVS, id eſt, juſtus ordo tractandi: vt nihil effeciſſe, qui ſine ordinato progreſſu ſcribit; aut docet, rectiſſimè judicetur. Spieg.

METIENDO metiri, Paul. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. Siue, inquit, de itineris latitudine, ſiue ſeruitutem immittendi, projiciendique quæratur: ſiue aream, vel lignum, vel lapidem metiendo metitus fuerit. Spieg.

METRETA, vt ait Iſid. lib. 16. Orig. c. 25. eſt menſura liquidorum. Hæc à menſura accepit nomen, Μέτρον enim menſuram dicunt Græci: licet & vrna & amphora, & reliqua hujuſmodi, nomina menſurarum ſint, tamen iſta hoc nomen à denarij numeri perfectione accipit. Briſſ.

METRETAS, ἀμφορεὺς, vaſis genus, quod Cadus Latine dicitur, decem congiorum capax Cajus l. 35. § 5 ff. de contrahend. emption. Quod ſi vinum ita venierit, vt in ſingula amphoras: item oleum, vt in ſingulos metretas. Item, Quia venditio quaſi ſub hac conditione videtur fieri, vt in ſingulos metretas, &c. Et Scæuol. l. pen. § 1. ff. locati, de naue loquitur, in quam olei metretum tria millia, frumenti modium octo millia imponebantur. Hotn. vide & Caton. lib. de re ruſt. c. 100. & Columell. lib. 12. c. 51. Nicandri interpres Metretem ſextarios duos & ſeptuaginta complere ſcribit, vt animaduertit Iunius lib. anim. 4. c. 5. Agric. lib. 1. de menſuris. Prat.

METROCOMIA, Accurſ. metrocomias villas interpretatur, quæ ex juſſu principis metœcis, id eſt, peregrinis trāſmigratoribus diſtributæ ſunt, ἀπὸ τοῦ μέτρου καὶ κώμης, hoc eſt, à menſura & villa, quaſi villam menſam diceres. Quam interpretationem, vt in re tam obſcura (neque enim id nomen apud alius autores reperire facile eſt) improbare firmis argumentis non auſim, ita & aliunde etymum deduci poſſe conſtanter affirmare non poſſum. Scire itaque debemus, eos, qui in ciuitatibus habitabant capitationibus nō fuiſſe ſuppoſitos, qui verò ruri erant, contra. Sed quia erant pagi quidam, qui licet ciuitatum nomine cenſerentur, villis tamen nobiliores erant, & propterea qui in his habitabant, capitatione etiam ipſi eximebantur. Negat Imperator ſe paſſurum, vt in ijs pagis extrĕ admittantur, ne fraus fiat fiſco. Itaque intelligo per metrocomiam pagos hoſce majores, qui paulū infra vrbis dignitatē ſunt: vt ſicut μητρόπολις dicitur ciuitas matrix, h. e. maior cæteris, ita etiā μητροκωμία, pagus cæteris maior, & caput aliarum villarum. Nam & hodie quoq; ſunt in Mediolanenſi agro hujuſmodi metrocomiæ, ſicut matrices pagi, quos vernacula ſimplicitas capita plebis appellat. Haſce autem metrocomias D. Marcus in Euang. videtur appellaſſe κωμοπόλεις. Hæc ex Alcia. l. vnic. Cod. non licet. habitator. metroco. &c. libro 11. Anchor. Qualis, inquit,

Cujac. in l.c. C. de exact. trib. eſt metropolis inter vrbes, talis eſt metrocomia inter vicos. Metropolis, caput materve provinciæ, vel vt Solin, Florus, Marcellinuſque loquuntur, mater vrbium: Metrocomia mater vicorum: vt vrbes à capitatione immunes ſunt, ita & metrocomiæ, non etiam reliqui vici.

Matrocomiæ ſunt matres vicorum ſeu capita, l. vlt. Cod. de exact. tribut. Briſſ.

Metropolis, μητρόπολις, ex μήτηρ & πόλις, id eſt, matrix & vrbis juncto nomine, dicitur ea civitas vnde colonia deducta eſt. Thucyd. lib. 4. ἀποικίαι αἱ μὲν πάσχουσαι, τιμῶσι τὴν μητρόπολιν, ἀδικούμεναι δ' ἀλλοτριοῦνται, id eſt, Colonia beneficio affecta, honorem vrbi matrici tribuit: injuria verò affecta, abalienatur. Itaque Vlp. l. 4. §. 4. ff. de officio proconſul. Epheſum metropolim appellat: Proconſuli, inquit neceſſitatem impoſitam, per mare Aſiam applicare, καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον primam attingere, id eſt, Epheſum prius quam alias metropoles accedere. Modeſt. l. 6. ff. de excuſat. tut. [illegible] μητροπόλεσι τῶν ἐθνῶν, [illegible] τρίτον ἐπὶ λοιπῶν, id eſt. Docet maximo quidem numero vii nationum metropoles; ſecundo, eas quæ forum judiciorum habent: tertio verò cæteras. Sed Iſidorus ſoleis etymologicus, cujus ex ſchola, tanquam ex equo Troiano canoniſtæ ſe profectos gloriantur, [illegible] id eſt, ex menſura fictum vocabulum tradit, quod homines ingenioſi [illegible] exceperunt: item vt illud ejuſdem Cephas, id eſt, caput. Hot. Adde Forcat. in Necyom. dial 62. num. 4.

Metropolis caput provinciæ appellatur, l. 4. §. ingreſſus, & l. 7. ff. de offi. proconſ. l. 6. ff. de excuſ. tut. l. vn. C. vt omnes jud. l. 11. ff. de med. & profeſſ. in C. T. quaſi mater provinciæ, vt Th. in l. vn. C. de metrop. Beryto verbi notationem perſtringens, quam tametſi vulgatam, Iſidor. ignoravit. Propterea autem Metropoles, Suida interprete, erant [illegible]. Hę enim matrum loco coloniciis civitatibus habebantur, vt Halicarn. lib. 4. ſcribit. Ita provincię Ponti metropolis erat Neocęſarea, vt Iuſtin. in N. de moderato. Helenoponti ſcribit, & Syriæ Antiochia vt Xiphil. & Spart. in Hadr. Epheſus Ioniæ, d. §. ingreſſum. Sic in d. l. vn. Beryto (quæ civitas Phœnicię fuit, in qua jus civile Iuſtin. temporibus docebatur, vt ex l. 1. Cod. qui ær. vel profeſſ. ſe exc. lib. 10 & Epiſt. Pandect. præpoſita & ex Niceph. libr. 14 hiſt eccleſ. 52. liquet) Metropoleos nomen ac dignitas ſalvo Tyri jure tribuitur.

Metropolitani Epiſcopi, qui in illis civitatibus epiſcopatum gerebant: quorum hæc fuit ratio, vt vnus illorum aliquis de collegarum ſententia, quaſi magiſter collegij conſtitueretur, qui quoties res poſtularet, collegas quaſi ſenatum cogendi & ad eos de eccleſiarum negotijs referendi poteſtatem haberet, ita plane, vt neque illi ſine hujus, neque hic ſine illorum conſenſu & autoritate gravius quicquam gereret: item vt ſi creandus eſſet epiſcopus, eo præſente & actore crearetur: ſin ipſe creandus, ab ipſa Synodo duntaxat: ſin abdicandus, de communi totius ſenatus ſententia removeretur, vide Antiocheni Concilij κεφαλ. 9. κεφ. 15. Niceni κεφ. 2. Cõſtantinopolitani & Epheſienſis vltimum, quib. in locis Metropolitam modo [illegible] appellantur, modo [illegible], modo [illegible], modo [illegible], modo [illegible] Vide inf. Patriarchę Prat.

Metropolitanus is eſt, inquit Goth. ad l. 29. §. 5. C. de epiſcopal. aud. qui poteſtatem habet in minorum civitatum epiſcopos: cui definitioni convenit c. cleros, §. ordo, verſ. metropolitani 21. diſtinct. [pignor. Prat.

Metvi, pro metui, ſcribitur in Pand. Flor. l. 26. §. præter. ff. de

Metus eſt inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio, l. 1. §. 1. ff. quod met. cauſ. vel ſic: demiſſio animi propter expectationem futuri mali. Ariſt. li. 3. Ethic. [illegible] definit, & paulo poſt: [illegible] Sic Cic. in Tuſc. Metus eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videtur. Metus autem alius eſt probabilis, & cadit in hominem conſtantem ac diſcretum. Alius non probabilis, & cadit in hominem miſerum, timidum & inconſtantem, l. 5. 6. & 7. ff. eod. Eſt autem quintuplex: Primus minarum, qui non parit actionem: quod minæ non incutiunt terrorem. Secundus facti, quando præſervatur periculum ſalutis, vel cruciatus corporis, & is cadit in conſtantem virum. Tertius potentiæ, qui ſcilicet incutitur à principe, magiſtratu, ſuperiore, &c. ſubditis. Quartus Reverẽtię, vt libertus habet erga patronum, filius erga patrem, vxor erga maritum, &c. Quintus eſt perfidiæ: vt cum aliquis promovetur ab alio, quia timet ejus perfidiam. Zaſ. in tit. Inſt. de act. §. quadrupl. Iul. Scalig. Metum [illegible] deduxit, quod ex eo amittatur conſtantia, & omne conſilium abjiciatur. Sumitur autem tam activè, quam paſſivè. Nam metus hoſtium rectè dicitur, & quum timent hoſtes, & quum timentur. Capitur & interdum metus pro religione, quoniam (vt docet Servius) nata eſt ex timore. Virgil. lib. 7.

——Multoſque metu ſervata per annos Ancbor.

Metus captioſus, l. item ſi §. vnde quidem ff. quod met. cauſ. Spi.

Metus juſtus, ob quem conductor ex domo conducta migrare poteſt, eſt damni infecti, l. 13. §. 2. ff. de damn. Ignis, l. 49. ad legem Aquil. Exercitus, l. 13. §. 7. locat. Peſtis. Bart. ad l. 8. C. eod.

Metus cauſa abeſſe videtur, qui juſto timore mortis, vel cruciatu corporis conterritus abeſt. Autor Vlp. l. 3. ff. ex quib. cauſ. maior. Spieg.

Metus cauſa geſtum eſt, quod per vim geſtum eſt, Cujac. 1. ſent. Paul. tit. 7. §. vis eſt maior.

Metum etiam præſentem accipimus, non ſuſpicionem inferendi ejus, l. 9. ff. quod met. cauſ. Briſſ.

Metum in edicto prætoris, quod metus cauſa accipere debemus, non quemlibet timorem, ſed maioris malitatis: nec vani hominis, ſed qui merito in hominẽ conſtantiſſimũ cadat. Briſſ.

Metum in actione, quod metus cauſa intelligimus non reverentialem, qualis eſt liberorum erga parentes, vxorum erga maritos, nec quemvis vanum timorem, ſed, vt loquitur Iuriſconſultus, maioris malitatis, l. metum, 5. quod metus cauſa, id eſt; conſternationem, & mentis trepidationem propter periculum, ex quo animum abjiceret, etiam is, qui pro viro cõſtãti habetur: cujuſmodi eſt metus mortis, aut cruciatus corporis, aut ſervitutis, aut ſtupri, vt multis exemplis ſub tit. ff. & Cod. quod metus cauſ. confirmatur: tametſi minor metus in muliere & impubere ſufficiat, ob ſexus vel ætatis imbecillitatem gloſſ. in c. cum locum, de ſponſal. neque etiam ſufficit ſuſpicio metus, ſed quod illatus ſit requiritur, l. metum 9. quod met. cauſ. Volt. ad § omnes, 19. cum ſeqq. n. 26. 27. Inſt. de act.

Meum rectè nomino, in quo jus habeo. Sic ruſtici agrum, quem colunt, ſuum eſſe dicunt, Accurſius autor, qui citat l. cum aliquis, C. de jur. delib. Spieg.

Meum eſſe, quod ex re mea ſupereſt, cujus vindicandi jus habeo, Celſus ait l. ſolum, ff. de rei vend. Spieg.

Meum id dicere poſſum, in quo mea vtilitas conſiſtit. Vide gl. l. prætor. ff. de edend. Prat.

Meum id eſſe intelligitur, cujus proprietas ad me pertinet. Briſ.

Meum eſt etiam id, quod ex re mea ſupereſt, cujus vindicandi jus habeo Briſſ. ex l. 49. ff. de rei vend. [tur. Spieg.

Meum prævalet noſtro: glo. 1. l. quoties, ff. de adminiſtr. & periculo.

Meum, quandoque demonſtrat, quandoque taxat, quandoque conditionem facit, l. nuper, de leg. 3. Spieg. Prat.

Meum & tuum, duo pronomina, ſi e medio tollerentur, homines quietiſſime viverent, juxta Senecam. Prat.

Meum, tuum, ſuum, noſtrum, verba hæc ad jus dominij pertinent, & ea, quæ debentur, noſtra tamen nondum facta ſunt, non continent. l. 27. §. argento, l. 34. ff. de auro, arg. Cic. Topic. Non ſi vxori vir legavit omne argentum quod ſuum eſſet, idcirco quæ in nominibus fuerunt, legata ſunt. Multum enim differt, in arcam ſit poſitum argentum, an in tabulis debeatur. Et id proculdubio noſtrũ eſt, cujus proprietas ad nos pertinet, & ſi vſusfructus alienus eſt, l. 25. ff. de verb. ſign. l. 2. ff. de condit. inſtit. Noſtrũ eſt & id, quod nobis cum alio commune eſt, pro ea vtraque parte, quæ ad nos pertinet. Vnde ſi ita teſtator legaverit, Stichum qui meus erit, cum moriar, etiam ſi vſumfructum in eo alienaverit, peti Stichus poterit. Sed etſi is mortis tempore communis ſit, pars debebitur, niſi teſtator voluerit pro hac conditione hæc verba inſerere: Si totus ſervus in dominio meo remãſerit, d. l. 2. & l. 5. §. 1. ff. de leg. lib. 1. Hęc n. verba, Qui meus erit, ſic exaudienda ſunt, quatenus meus erit, ſi modo teſtatoris voluntas non refragetur, l. 6. ff. de leg. libr. 1. Briſſ. Adde Brech. in l. meorum. in tit. de verb. & rer. oblig.

Meorum, tuorum, ſuorum appellatione deſignantur omnia bona, non ſolum corpora & res, ſed etiam actiones: ſeu quod eſt in actionibus, l. nam quod, 14. §. fin. ll. ſeqq. l. ſi legatus, 30. §. ſi quis bona, ff. ad SCtũ Treb. vbi Martianus: ſi quis bona inquit, ſua vel omnia ſua rogaverit reſtituere, fideicommiſſariam reſtitutionem eſſe, intelligendum eſt: nam meorum & tuorum appellatione actiones etiam contineri dicendum eſt, d. l. ſi legatus 30. §. ſi quis bona, ff. ad SCtum Treb. Nam meum, tuum, ſuũ, id omnino deſignat, quod jure dominij, vel quaſi, aut jure poſſeſſionis, vel obligationis alicujus eſt, l. cum ſuæ, 72. l. ſeq. l. ſuos autem ſervos, 73. ff. de leg. 3. etiamſi id cũ alijs cõmune habeat, l. ſi quis ſuos, 74. ff. de legat. 3. l. duo, ff. de hered. acqu. l. ſervus communis omnium, ff. de ſervorum ſtipul. l. ſervi electione, §. Labeo, ff. de leg. 1. Bald. ad l. 1. C. de com. rer. alien. vel hypothecæ pignorive alteri dederit, d. l. ſuos 73. §. 1. ff. de leg. 3. Quod adeo verum eſt, vt quamvis creditor in ſuum appellare non poſſit, quod ſibi hypothecæ pignorive datum eſt, d. l. ſuos, 73. §. 1. ff. de legat. 3. l. 9. §. fin. de ſupellect. leg. jus tamen hypothecæ pignorisve, quod in illa re habet, rectè ſuum appellitet d. l. bonor. 49. l. creditores 10 cum ſeqq. de verbor. ſign. eadem plane ratione, qua vſufructuarius ſuorum appellatione non comprehendit res ſibi ſervientes, ſeu corpus, ex quo vſumfructum percipit, d. l. ſuos, 73. ff. de leg. 3. rectè vero ipſum vſusfructus jus, ſuum ſuamque rem appellitat, quia in bonis patrimonioque ſuo habet. l. bonor. 49. l. rectè dicimus. 25. cum ibi annot. ff. de verbor. ſign. l. fin. ff. vti poſſidet. Ratio eſt manifeſta: quoniam jura & actiones facultates noſtras augent, & pars ſubſtantiæ noſtræ cenſentur. Vide Gœdd. ad leg. 4. l. 5. l. 6. l. 10. & ſeqq. d. l. bonorum, 49. ff. de verbor. ſignific. Proinde meum,

tuum,

tuum, ſuum, diſtinguunt rerum proprietates, poſſeſſiones, & jura à poſſeſſione, dominioque rerum permanantia, vt vel ex illo diui Auguſtini ſi Auguſtini eſt, in cap. quo jure, diſtinct. 8. l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jure, d. l. ſi legatus, 30. §. ſi quis bona, non obſtat, l. Quint. 26. §. argento, ff. de aur. arg. legat. Argento, ait Vlp. omni legato, quod ſuum eſſet, ſine dubio non debetur, id quod in credito eſſet: hoc ideo, quia non videtur ſuum eſſe, quod vindicari non poteſt. Minimè igitur hinc efficitur, ſuorum appellatione generaliter prolata actiones non contineri. Nam cum ad certam rerum ſpeciem, nempe ad argentum referatur, ſatis deſignatur, teſtatorem non de omni argento, quod habet, quodque habere vel aliquo jure conſequi poteſt agere, ſed de eo, quod nunc ipſius ſit, quando debeti incipiet, Gœdd. ad l. meorum, 91. n. 1. 2. 3. de verb. ſign.

Meorum, tuorum, ſuorum appellatione non ſolum intelliguntur, quæ noſtra ſunt, ſed etiam ea, in quibus jus aliquod habemus, Prat.

Mevm rectè dicitur, quod mihi commune cum alio eſt, l. illud dubitationis, ff. de tit. nupt. l. ſerui electione, §. 1. ff. de leg. 1. & ibi Bart. interdum refert inter meum & commune, l. legatis vxoris, ff. de leg. 2. Prat.

Mevm, tuum, ſuum, regulariter denotant non ſolum directum dominium, ſed etiam quaſi dominium, l. ſeruus autem ſuus, ff. de leg. 3. l. Quint. Mutius, §. argento, ff. de aur. & arg. Sp. Prat.

Mevm non eſt, cujus nomine nulla mihi ſupereſt actio, Cujac. 13. obſeru. 28.

M I.

Migrare inquilini dicuntur, cum ex acto locationis tempore & habitatione cum ſuis rebus illatis inductis, diſcedunt. Vnde Rubr. ff. de migrando. Notat tamen in comment. Verr. 4. Hot. Ciceronis & Plauti locos in quibus migrare vſurpatur pro vaſis relictis ad tempus diſcedere. Exire verò, pro vaſa efferre. Itaque ait Cicero, iſte hoſpiti infenſus hoſpitium renunciat, domo ejus emigrat, atque adeo exit: non iam ante migrarat: Quando autem migrare ſolerent inquilini, vide ſupra Calendæ Juliæ Prat.

Migrare dicitur inquilinus, ſeu conductor, qui è prædio vrbano, vel ruſtico, quo conduxerat, diſcedit, & alio ſe confert. Vet. gloſſ. in grat. [illegible], migratio, [illegible]. Br.

Miles appellatur à militia, i. duritia quam pro nobis ſuſtinent: aut à multitudine, aut à malo, quod arcere milites ſolent: aut à numero mille hominum: dictum à græco verbo, tagmate. Nam Græci mille hominum multitudinem [illegible] appellant, quaſi milleſimum quemque dictum: vnde ipſum ducem [illegible] appellant, l. 1. §. 1. de teſtam. mil. Prat. Briſſ. Varro milites appellatos eſſe ait, quod trium millium legio primo fieret, ex tribubus Tatienſium, Rhamnenſium, & Lucerum: quarum ſingulæ millia ſingula militum mittebant Connan lib. 9. c. 5. n. 1. Quam eandem etymologiam etiam ſequitur Maiurag. lib. Miſcellan. 4. c. 1 & Forcat. in Necyom dial. 13. n. 5 Militem Ælius a mollitia [illegible], dictum putat, eo quod nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat, Iſid. lib. 9. Orig. c. 3 Miles dictus, quia mille erant ante in numero vno, vel quia vnus eſt ex millibus electus. Romulus autem primus ex populo milites ſumpſit & appellauit. Miles aut ordinarius dicitur, aut extraordinarius. Ordinarius eſt, qui per ordinem militat, nec adhuc aliquem conſecutus eſt gradum honoris, eſt enim gregarius, id eſt, humilis militiæ. Extraordinarius eſt, qui ob virtutem Promouetur ex ordine, Briſſ.

Miles, ſi pagano, id eſt, non militi conferatur, dignior exiſtimabitur: vt docuit Bartolus in l. 1. §. nec caſtrenſe, de collat. bonorum, quod & in doctoribus dicendum, qui & ipſi dignitatem longo modo habere dicuntur, cap. quanto de magiſtrat. Propriè enim dignitates in jure noſtro ſunt, quæ clariſſimatus, equitatus, perfectiſſimatus gradibus continentur, de quibus copioſe diſſerit Alc. oſtendens, quantum hæc in re aberratum à doctoribus hactenus ſit. Milites autem olim qui dicerentur, declarat Spec. in tit. de procur. §. Et Accurs. in l. pen. ff. ex quib. cauſ. maior. Hodie verò, quanquam circa militarem obſeruantiam multa nobis è manibus fœdiſſimè elapſa ſint, conuenit tamen communiter inter doctores, etiam milites noſtros priuilegia habere (quæ rectè placuit olim legis latoribus condonare illis) non pauca, l. ſermonis in prin. C. de jur. de lib. ſi modo militiam exerceant En Old. Spieg.

Miles commeatalis is eſt, cui in ſtipendij partem dantur alimenta ex commeatu ac alimento publico, Goth ad l. 1. §. & vnumquemque, C. de offic. præf. præt. Afric.

Miles vt ſi quis dicatur, ſex ſunt neceſſaria: primò, vt miles non ſit negotiator. Secundo, quod examinetur. Tertio, quod præſtet ſacramentum, per genium principis, & Deum omnipotentem, quod mortem Reipubl. cauſa euitabit. Quarto, quod et enſis cingatur. Quinto. ſtigma, i. e. nota publica debet ejus brachijs inſcribi vel imponi. Sexto in numerum aliorum debet poni & ſcribi, not. l. penult. ff. ex quibus cauſis major. viginti quinque annis in integr. reſtituunt In. Bello. Etymol.

Miles ſanè caligarum gregariumq. peditē ſignificat, quum equo militantem, & honoratum. Diſtinguitur autem à rogato, & vt recentiores loquuntur, à Pagano. Bud. in l. vlt. de Senat. Spieg.

Miles caligatus, cui caligis militaribus vti permiſſum erat, vel ſic: Miles caligatus à caliga, hoc eſt, tibiarum tegumento, quo crura ſolebant armare, milites infimæ conditionis, l. 8. ff. de cuſtod. & exhib. reor. Tametſi pro Caligatis omne militum genus, à militari Caliga multi accipi contendunt, vt doctiſſimus Alecan. Neapol. ſcribit, lib. 6. Caliga vero fuit calceamentum militare, quod ferreis clauis multiplicibus muniebatur: Inde caliga pro militia, dicta eſt. Vnde Auximi, quod eſt oppidum in Piceno, id eſt, Marchia, vt nunc loquuntur in quodam veteri epitaphio, legitur ſic: Omnibus officijs in caliga defuncto. Id quod Romæ in altero epitaphio ſic legitur: Omnibus expeditionibus defuncto. Inde etiam a militibus tunc vocatus fuit C. Caligula, per diminutionem, cum eſſet corpore vaſto, & ideo caligas haberet enormes: Vid. Beroal. apud Suet. Ceterum caligæ à multis vocantur tibialia, vulgo *Hoſen* Caligatorum meminit Imper. in Auth. quibus modis nat. Spieg.

Miles in libris feudorum & Vaſallus ſynonyma ſunt: itaq. miles & ſenior tanquam relata opponuntur, vt lib. 3. tit. 1. §. 1. ad reconciliandos animos ſeniorum & militum, & §. 2. ſi contratio emerſerit inter ſeniorem & militem. Feudum quippe clientela militaris eſt, qua de cauſa beneficia feudalia propriè dicuntur ea quæ militibus attribuuntur, Albert. Krantz lib. Dan. 6. c. 19. omnis inter regem Daniæ, & Adolphum Holſatiæ Comitem controuerſia ſuſtollitur: & primum amicus, deinde miles etiam regis conſcribitur. Porro, qui Romanorum mos fuit in militari cingulo certis attribuendo, cæteriſque qui cincti non eſſent, à militia prohibendis, eundem à barbaricis retentum atque vſurpatum fuiſſe, docet Hoto. diſſ. feud. c. 23. Tantum in cinguli jure Romani poſuere, vt ſi quis in caſtris diſcinctus vertatem aut vallum ſubiret, piaculi inſtar haberetur. Cujus rei exemplum extat apud Cor. Tac. lib. 11. qua de cauſa, qui ſub jugum mittebantur, diſcincti erant, vt Feſtus. lib. 9. demonſtr. Am. Marcellinus, lib. 22. proſequere, ait, mulier, ſi quid te læſam æſtimas, hic enim ſic cinctus eſt, vt expeditius per ludum incedat. Neque illud prætermittendum eſt, quod Friderici II. conſtitut. ſancitum eſt, ne cui militare liceat, niſi quis vel de militari genere ſit, vel militarem ordinem ab Imp. impetrarit Neap. conſti. li. 3 tit. 59 & 60. itaque Petrus de Vin. lib. epiſt. 6. c. 17. quanquam, inquit, pater ſuus miles non fuerit, & noſtris conſtitutionibus caueatur, quod milites fieri nequeant: qui de genere militum non naſcuntur: ipſe tamen de culminis noſtri licentia decorari valeat, cingulo militari mandamus; vide & Neap. Conſtit. lib 2. tit. 30. Prat.

Miles veteranus, qui poſtquam plures annos militauit veluti rude donatus, ſuis ſedibus degit. Corraſ. Miſcellan. lib 6 c. 11.

Miliarenses, numiſmatis Conſtantinopolitani genus, quod permiſſum erat conſulibus, vt in populum ſpargere poſſent. §. hocque ipſos ſpargere: in Nou. de Conſul. Haloander vertit, in miliarenſibus, id eſt, in didrach. Eſt autem didrachmum nummus, vt ait Bud. binas drachmas valens: Vide eum lib. 5. de aſſe. Spieg Vide Cujac. ad l. 7. C. de palat. ſacr. larg. Briſſ.

Miliarium, ex l. 21. §. ſi cui forte, ff. de aur. arg. leg. & Athenæo, lib. 3. Vas eſſe coquendum apparet, quod non in coccinatorio tantum, ſed & in balneatorio inſtrumento ponitur à Palladio vt & à Seneca, lib. 3. Nat. Quæſt. cujus hæc ſunt verba: Quemadmodum in balneis facere ſolemus Dracones, Miliaria, & complures formas. Sic Athen. lib 3. [illegible], inquit, [illegible]. Inuenitur & hoc verbum apud Senecam lib. 4. Natur. Quæſt. & apud Catonem de re ruſt. c. an. 22. & 135. & apud Paulum, lib. 3 Sentent. tit. 6. Briſſ.

Milliarivm vrbis, in l. 154. ff. de verb. ſign. columnam in capite fori Romani ſtatutam accipimus, à qua omnes Italiæ viæ initium & finem capiebant, & à qua itinerũ menſura ſumebatur. Quod cum Ant. Aug. lib 4 Emend. iam notatum fuerit, prætermiſſis ab illo adductis locis, duos actuarij loco adijciam, vnam ex Dione qui hanc columnam ab Auguſto primum erectam, lib. 54. his verbis tradit: [illegible]. Alterũ verò ex Publio Victore, qui in libell. de regionib. vrb. Ro. miliarium aureum in 7. regione vrbis ponit, in quo & forum fuit. Porro cum miliarium hoc aureum à Sueton. & Victore, & à Dione [illegible] & à Plutarcho in Galba [illegible], vocetur, efficitur, apertiſſime columnam iſtam auream fuiſſe, Briſſ.

Miliarivm argenteum, in l. cum aur. & arg. §. ſi cui ſcaphium, ff. de aur. & arg. Iuriſconſ. ait. Certè ſi cababos argenteos habebat, vel miliarium argenteum Bayſius annot. Quod hic Pompon. miliarium vocat, Paul. in l. cum de lanionis: æneum appellat, quod ſupra locum pendet, in quo aqua ad potandum caleſit. quo in loco ipſe putat legendum, Ahenum: idque autoritate Horatij comprobat: vt & quod miliarium ſit vas ad parandum aquæ calidæ potum, ex Athenæo docet Haloand. noſter totam citatam l. pro æneo Ahenum legit.

MILLIA paſſus, milliare, & milliarium, idem ſignificant. Gœdd. in comment. l.3.n.8. de verb. & rer. ſign.

MILIARIUM cocinatorium, ait Cujac. 2. obſerv. 6. nihil aliud eſt, quam aheneum, in quo aqua ad potandum calefit.

MILLIARIUM, ſive milliare, à mille paſſibus dictum eſt. Sunt autem mille paſſus, ſtadia octo. Stadium autem paſſus centum vigintiquinque habet, qui ſunt plus paulo pedes ſexcenti. Paſſus ſunt quinque pedum. Leuca dictio eſt Gallica: cujus tamen Ammianus Marcell. meminit. Mille & quingentos etiam ipſa paſſus habet, vt Antoninus in Itiner. oſtendit: licet pleriſque in locis ſit amplior. Quia vero milliarium lapidibus diſtingui ſolet, ſæpe dicimus ad vigeſimum lapidem, hoc eſt, ad vigeſimum milliare. Juriſconſultus inquit, Vltra centeſimum milliarium ab vrbe tutelam ſuſcipere non coguntur. Spieg. l. propter litem, ff. de excuſat. tut. vel curator. l.2. C. de erogat. milit. annon. lib.12.

MILIARIUM, quia lapidibus diſtingui ſolet, ſæpe dicimus ad vigeſimum lapidem, hoc eſt, ad vigeſimum milliare, l.154. ff. de verb. ſign.

MILIARIUM, columna aurea, in capite Romani fori ſtatuta: de qua Plin. lib.3.c.5. ſic ſcribit: Roma dividitur in regiones quatuordecim, compitalarium, 265. paſſ. ejuſdem ſpatij menſura currente à miliario, in capit. Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie, n.37. Cornel. Tac. libr.17. Otto innixus liberto per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad miliarium aureum ſub ædem Saturni pergit, Prat.

MILITIÆ appellatione latiſſime vtitur Iuſtin. Nunc etenim vocat militiam armatam, nunc metaphorice cœleſtem, alias literariam. Sic militiam ſcriniorum vocat in l. in ſac. ſacr. in fi. C. de prox. ſac. Scrin. lib.12. Eadem metaphora, militiam ſcholaſticam appellat in l. hac lege, C. de prim. ſchol. eod. lib. Spieg.

MILITARE vulgo eſt, ſub armata militia ſtipendia merere, l.4. in pr. & §. ignominia, ff. de re milit.

MILITARE etiã dicuntur, qui circa latus principis agentes, munus aliquod, officiumve, in palatio, aut comitatu principis gerunt, & aliqua dignitate, vel adminiſtratione funguntur, Briſſ.

MILITARE delictũ, in l.6. §. irritum, ff. de injuſt. rupt. l.1. de vet. l.13. C. de teſtam. milit. quod quis vt miles admittit, & quod aliter, quam diſciplina communis exigit, committit. Cujuſmodi eſt, deſertio, emanſio, proditio, & alia quib. diſciplina militaris violatur, l.2. & l.6. ff. de re mil. l.22. §.1. ff. de leg. l.3. Briſſ.

MILITARE advocatos, Meſtro, ajunt Imperatores, advocatos quoque militare: Quid enim tantopere bello ſimile videri poteſt, quam lis & judicium? Bellum movent partes, ſimiliter & litem: ibi duces quorum imperio res adminiſtretur, hic advocati diliguntur: ibi milites operam ſuam præſtant, hic procuratores, & alieni negotij curatores: ibi armis contenditur, hic ſcriptis & teſtibus: ibi de civitatibus & regnis diſceptatur, hic pariter poſſeſſiones, & cæteræ opes in controverſia verſantur: ibi ſpeculatores magnopere proſunt, hic quoque vt quid adverſarij cogitent, quid moliantur, intelligatur: Duces ſtratagematis vtuntur, advocati conſilijs, in bello vigilantia plurimum juvat, itidem in judicio. In hoc igitur tantum differunt, quod in bello caſus multum valent, hic nihil poſſunt: ibi ſolum viribus contenditur, hic ratione, ibi judex fortuna, hic gravisſimis viris. Quo fit, vt advocati ducibus, & militibus longe præponendi videantur, cum illi etiam contra, hi vero tantummodo pro juſtitia pugnent. Ferraud. libr.2. explicat in l. advocati, de advoc. divers. judicium, c.6.

MILITARE jus, ait Iſid. lib.5. c.7. eſt belli inferendi ſolennitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato congreſſio in hoſtem, vel commiſſio, item ſigno dato receptio, flagitij militaris diſciplina: cætera quoque ad rem diſciplinamque militarem pertinentia eo jure continentur. Militare jus in tit. de milit. teſtam. Ius eſt proprium militum, quo eis teſtari, prout libuerit, Imperatorum conſtitutionibus conceſſum eſt. Briſſ.

MILITARE ſtipẽdium quantum fuerit, haud proclive dictũ eſt. Polybius n. diurnum peditis quæſtum obolos duos ſtatuit. Centurionis duplex. Equitis drachmam, quæ eadem fere eſt apud Græcos, ac denarius apud Romanos. Poſtremorum autem tẽporum conſuetudine diurnum peditis Romani ſtipendium fuiſſe denarium, ex Tac. lib.1. apparet, vbi Percennius miles conqueritur denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari, hinc veſtem, arma, tentoria: hinc ſævitiam centurionum, & vacationes munerum redimi. Denarius autem decem aſſibus æſtimatus eſt, atque ſemper in militari ſtipendio pro decem aſſibus datus, quamvis bello Punico ſecundo placuiſſet, vt ſexdecim aſſibus permutaretur, vt tradit Plin. lib 33.c.3.

MILITARES viæ, id eſt, publicæ, apud Paulum declarantur in l. vlt. de locis & itiner. publ. Spieg.

MILITARIS ætas decem & ſeptem annor. cenſebatur olim, vt refert Connan. lib 9.c.5.n.4.

MILITARI manu, quando judex vti debet, Vlp. demonſtrat in l. qui reſtituere de rei vend. Spieg.

MILITARIS judex eſt qui de curialib. vel privatis perſonis habet cognoſcẽdi judicandiq; poteſtatẽ l.1. & 5. C. de off. mil. jud.

MILITARITER, pro militari more, l.4. §. qui poſt de re mil. Sic militariter ornatus apud Tac. lib.16. Et militariter ambulare, apud Vop. in Aurel. Et militariter armatus, apud Apul. libr.9. de aſino aur. Briſſ.

MILITES hi demum appellantur, qui ſacramento rogati, adactique & in numeros relati ſunt, vt l.b.2. Antiqu. expoſuit. Briſſ. Quod verò in l. vnic. in fin. ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. mil. ſcribitur, Militem eſſe, quamvis in numeris non ſit, ad eum pertinet, qui ex vno numero vt in alium reponeretur exemptus, eo nondum pervenerit, Interim enim miles eſt quamvis adhuc non ſit in aliquo numero. Porro milites Iuſtin. definit, tam eos, qui ſub magiſtris militum militiam tolerant, quam qui in vndecim ſcholis taxati ſunt, nec non eos, qui ſub diverſis optionibus fœderatorum nomine decorantur, l. vlt. Co. de locat. & cond. In claſſibus nautæ & remiges & trierarchi milites ſunt, d.l. vnic. §. pen. Vigilum item militia quædam Romæ erat, vt alias diximus. Briſſ.

MILITES vel armati ſunt, vel togati. Vult. in Comment. Inſt. de teſtam. mil.

MILITES evocati. Milites evocati dicti fuere, qui propter aliquem caſum repentinum ex agris evocabantur, & ad bellum ire cogebantur. Quorum facit mentionem Cic. in epiſt. & Sueton. in Auguſt. & in Galba Ferrand. libr.2. expoſit. in l. advoc. de advoc. divers. jud. c.6.

MILITES ære diruti Auſonio dicuntur, quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahitur: de quibus P. Criu. de honeſt. diſcip. lib.18.c.6.

MILITES expediti. vide Expediti.

MILITES extraordinarij, qui extra ordinem adjiciebantur, vt Cornicines, Tibicines, & alij id genus. Coraſ. lib.5. Miſc. c.22.

MILITES, in l. obſervare, ff. de offic. proconſ. imperite pro viatorib. interpres accipit, quũ inſerire illi milites juſtitiæ ſunt. Nam Iuriſconſ. de militib. ſentit, qui provinciam tuebantur. Vnde nomen traxerint, Vlp. docet in l.1. de teſtam. mil. Vide Liu. lib.9. & Bart. in l.1. C. de dign. lib.12. Spieg.

MILITES cincti: vide Cinctus & Diſcinctus, & Connan. libr.9. c.5.n.8.

MILITES limitanei. Quære, Stationarij milites.

MILITES literati, dicuntur doctores & advocati: tametſi ad eos militare privilegium de foro non pertineat: quod eis turpe, ſit, jus, in quo verſantur, ignorare, l.2. §. Servius autem Sulp. ff. de orig. jur. Eadem ratione neq; militibus Eccleſiaſticis, hoc eſt, clericis, competit, vt eſt communis & vera ſententia doctorum. Nam clerici non debent ignorare literas & jura ſcripta, imo rudes & indocti ad ordines nullo modo ſunt admittendi, vt No. de ſanctiſſ. epiſc. §. clericos autem non aliter, cap. ſi de ætat. qual. Spieg.

MILITES omnes, qui diſcedere à ſignis ſine periculo non poſſunt, reipub. cauſa abeſſe intelliguntur, ait Scæuol. l. pen. ex quib. cauſ. major. Spieg.

MILITES, per quos adverſus hoſtium injurias & inſultus publicus ſtatus conſervatur, varijs in jure noſtro epithetis deſignantur, Cincti ſcilicet Sagati, Caligatique dicti: de quibus copioſiſſime ſcribit Alex. c.22. l.6. Genial. dier. Meminit item Volturius. Milites autem olim qui dicerentur, declarat. Spec. in tit. de procur. & Accurſ. in l. pen. ff. ex quib. cauſ. major.

MILITES, qui latrocinantur, Cæſ. Maxim. *Heckenreuter* appellabat, hodie *Schnaphanen*: ſicut milites ignominioſe miſſi, potius pœnis quam beneficijs afficiendi ſunt: vt probat l. milites, C. de quæſt. Spieg.

MILITES ſubſidiarij apud Romanos olim dicebantur ij, qui vt ait Livius, integri ſervabantur ad longioris pugnæ caſus, veluti Triarij. Baldu. tit. de ſatiſdat. tut. & cur.

MILITIA, inquit, Goth. ad l.2.e. ff. de leg. 2. eſt officium eorum, qui in aliqua ſchola inter ſtatuta relati ſunt, ex quo commoda & ſalaria a principe conſequuntur.

MILITIA non ad arma ſolum ſpectat, ſed & vniverſitatem quoque deſignat. Hinc militia advocatorum Impp. Leonis & Anthemij conſtitutione militia Palatina, pro omnibus qui in Palatio, in Breviario Theodoſij: militia literata, Cæſarum reſcriptis, in tit. de prox. ſacr. ſcrin. militia negotiatorum Iuſtin. C. lib.8. Vide Alc. libro prætermiſſa. Spieg.

MILITIA duplex in libris noſtris reperitur: vna Armata, quæ belli cauſa ſuſcipitur: de qua mentio fit in l.1. C. de jur. & fact. ign. leg. 18. ff. de re jud. l.4. C. qui dat. tut. altera vero civilis, quam ſic deſcribere poſſumus: Miniſterium publicorum Principis negotiorum, cujus cauſa ſalaria vt commoda à principe tribuuntur. Hot. Prat.

MILITIAM armatam dicimus ad differentiam palatinæ, l.6. l.18. ff. de re jud. l.1. C. de jur. & fact. ignor. l.4. C. qui dare tutor. Nã qui cunque munus aliquod in Repub. gerebant, aliquamve adminiſtrationem habebant, militare poſteriorum Impp. temporibus dicebantur. Militiæ item appellabantur cõmoda illa annonarum ſalariaque quæ armatam vel inermem militiã exercentibus publice præſtabantur. Et ita militiæ nomen accipiendum eſt in l.12. & l.49. §.1. ff. de leg. lib.2. leg. 12. §. ſi ſervo. l. pen.

l.pen. §.pen. & vlt.ff.de leg.lib.3.l.18.§.ab hæredib.ff.de alim. legat.l.53.§.inter, ff.de act.empt.3.§.ſi quid minori, ff.de minoribus.l.30.C.de inoffic.teſt.l.6.C.de aduoc.diuerſ.jud.Briſſ.

MILITIA literata apud Th. tit. de prox.ſacr. ſcrin.l.proximos, de qua Duar.lib.anniuerſ.diſp.c.3.

MILITIAM vrbanam Cic. patronorum, qui poſt aduocati dicti ſunt, labores & aſſiduitatem appellat: non aſſirmans, vt quidam putant, ſed eos eludens potius, quum ita res & tempus poſtularet: In Murænianæ enim ſic loquitur, Seruius hic, inquit, nobiſcum hanc vrbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cauendi, plenam ſolicitudinis & ſtomachi ſecutus eſt, jus ciuile didicit, multum laborauit, præſto multis fuit. Sed Impp. quidam poſtea nihil ſimulantes, in l.14.C.de aduoc.diu.jud.ſic loquuti ſunt. Nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis & thoracibus nituntur, ſed etiam aduocatos: militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt, Hot. Prat.

MILITIÆ caſus, cum alicujus militia, hoc eſt, munus alicujus eorum, qui publica principis negotia gerunt, per ejus mortem cecidit: quaſi dicas, Caducam militiam. Conſtitutum igitur fuit, milite aliquo mortuo, vt liberi, vel vxor, vel heredes ejus, de commilitonum ſententia, vel (vt vſitatis verbis vtamur, ex communi eorum, qui in eadem ſchola, id eſt, ordine ſtatuti ſunt, placito) beneficium aliquod à principe impetraret. Hoc beneficium ſiue commodum Caſus militiæ dicebatur præciſe, pro Commodum caducæ militiæ, quod non hæreditario jure, ſed priuilegio & beneficio principis tribuebatur. Iuſtin. autem ind. Nouell.5. conſtituit, ne creditores defuncti militis, cujus bona ſoluendo non ſunt, caſum illum militiæ pignori capiant, extra quam ſi eorum pecunia eam militiam defunctus emerit: vide l.ſi quis, 13. C.de prox.ſacr. ſcrin.lib.12.l.vlt. C.de pign.l. omnimodo, 30.§.vlt. C.de inoffi.teſtam. Hotom. vide latius Connan.lib.4.c.15.n.12.& 13.Prat.

MILITIÆ Romanæ ordinem Polyb. lib.6. deſcribit, legionem quatuor millium peditum fuiſſe ait: eam vero in quatuor partes diuidit, Velites, quos *[Greek]* appellat, haſtatos, principes, & triarios, primos natu minimos, extremos maximos, medios inter vtroſq; interiectos fuiſſe. Præterea Triarios ſexcentos Principes; itemq; haſtatos ſingulos mille & ducentos, velites inde mille: ſin autem legio major fuerit, tum præter haſtatos reliquarum trium partium numerum proportione auctum fuiſſe. Haſtatos præterea in decem partes diſtributos, ac ſingulis earum centuriones duos præfuiſſe, itemque in principibus ac Triarijs: velites porro in partes æquales diuiſiſſe, ipſique ſeparatim centuriones duos præfeciſſe: partes has *[Greek]*, præfectos, *[Greek]* nominat. Hot.

MILITIAS, quæ in jure legari, alienari, & oppignerari dicuntur, Fr. Connan. vir eruditiſſimus, arbitratur eas fuiſſe, quæ vulgo officia vocamus, quorum ſe fructus fuit ex ſalario annuo, aut annonis publicis, præterea ex emolumentis, quæ quiſque ſibi poterat occaſione militiæ honeſte facere. Et eæ duntum fuerunt generum: quædam enim tranſibant ad hæredes, & quoſlibet alios ſucceſſores, erantq; communis hominum commercij, vt ſunt cæteræ res patrimonij noſtri. Paul.l.49.§.1.de legat.lib.31. Si Titio teſſera frumentaria, vel militia legata ſit, & is deceſſerit, quidam putant extingui legatum, ſed hoc non eſt verum. Item apud Scæu.l.52.§.2.ff.de act.empt. & Celſum l.11.ff. de leg. lib.31. Aliæ ſunt militiæ, quæ vt cæteræ omnes dignitates, morte militis amittebantur, & tanquam vacantes fiebant denuo beneficij principis, cujus erat in locum demortui alium ſubſtituere, quod nunc his fere militijs commune eſt. Atque has fuiſſe putat idem Connanus eas militias, quæ ex caſu appellantur: nempe quod in eis caſus plurimum valeret: & prout quiſque longiſſime viueret, ita diutiſſime ipſis fruebatur: morte militis redibat ad principem. Hotom.

MILITIÆ genera tria, videlicet ſacramentum, conjurationem, & euocationem, Seruius in 8. Æneid. declarat. Et Bud. in annot. ad l.1. depoſiti. Spieg Prat.

MILITIÆ cohortales, aut certe pleræque earum, ſeruiendi neceſſitate adſtringebant, non ipſos cohortales modo, ſed etiam eorum liberos. Connan.lib.4.c.15.nu.2.

MILITIÆ imaginariæ genus Cæſ. Claud. inſtituit; quod vocauit ſuper numerum, quo abſentes & titulotenus fungerentur. Sic nunc in pleriſque collegijs eccleſiaſticis Canonici ſupernumerarij nuncupantur, donec imagine poſita, præbendam, vt vocant, ſuus conſecuti. Spieg.

MILITIBVS, vt ait Vlp. de teſtam. milit. liberam teſtamenti factionem primus quidem Iulius Cæſar conceſſit: ſed ea conceſſio têporalis erat. Poſtea vero primus D. Titus dedit, poſt hos Domitianus. Poſtea D. Nerua pleniſſimã indulgentiam in milites contulit: eamque & Traianus ſecutus eſt: & exinde mandatis inſeri cœpit capitulum tale: Cum in notitiam mea prolatum ſit, ſubinde teſtamenta à commilitonib. relicta proferri: quæ poſſunt in controuerſiam deduci: ſi ad diligentiam legum reuocentur, etiam obſeruantiam ſecutus animi mei integritatem erga optimos fideliſſimoſque commilitones ſimplicitati eorũ conſulendum exiſtimaui: vt quoquo modo teſtati fuiſſent, rata eſſet eorũ volũtas: faciant igitur teſtamẽta quomodo volent, faciant quomodo poterunt, ſufficiatque ad bonorum ſuorum diuiſionem faciendam nuda voluntas teſtatoris, Maſſ.

MILITVM loco habentur aduocati, & magiſtratus vrbani, quia vrbanæ militiæ nomen dederunt, &c. Connan.lib.1.c.8.n.6.

MILITVM appellatione, etſi generaliter continentur omnes illi qui in negotijs ad Reipublicæ vtilitatem pertinentibus occupati ſunt, ex quibus milites quidam armati, quidam togati ab officijs ſuis, vel ſuis vel domi præſtandi dicti ſunt: in doctrina tamen de teſtamentis illos ſolos milites accipimus, qui in armis militant, neque tamen etiam hos omnes, ſed eos duntaxat, qui ipſo actu militant, atque in expeditione degunt. Vult. in comment. ad princ. num.30. Inſt. de teſtam. ordinand.

MILITVM appellatio poſtremis temporibus quaſi pro ſingulari Imperatorum beneficio ad eos translata eſt, qui in pace & otio procuratione aliqua Reip. fungerentur: quod tamen non omnibus, ſed certis duntaxat honoribus tribuebatur: vnde Iuſtin. l.3. de numerarijs, lib.C ta. Numerarios, inquit, ampliſſimæ tuæ ſedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere jubemus. Idem eo. tit. Nemini licere deinceps jubemus in quacunque militia connumerato, ſolitudinem actvarij ſubire, vel poſt depoſitam eandem curam ad militiam adſpirare: quaranas inter priuatos agent, omnique militari priuilegio denudatur, nihil nundinationis vel fraudis circa commendata ratiocinia, quibus obnoxius eſt, attentare valeat. Harum autem militiarum aliæ Palatinæ dicuntur, eorum ſc. qui in principis palatio muneri alicui præfecti erant; aliæ Comitatenſes eorum, qui in ejuſdem erant comitatu: aliæ Prouinciales eorum, qui prouinciarum magiſtratibus apparebant; quibus omnibus aditus etiam mercatoribus atque negotiatoribus patebat: duntaxat, qui ſuſdidorum opificum numero non eſſent; quales ſunt fabri, & alij omnes, qui in ergaſterijs, id eſt, officinis operarijs exercentur, aut merces venales quotidiani quæſtus cauſa proſtituunt: vti patet ex l.ante pen.C.de cohortal. Hoto. ex lib.4. Connan.c.15.n.1.& 4 Prat.

MILIVM, genus frugis, nomen à maxima numerorum ſumma, quæ eſt mille, cepiſſe quidam putant, teſte Feſto. Vlp.ad leg. Aqu. Sed & ſi quis milium, vel frumentum meum effuderit in flumen, ſufficit Aquiliæ actio.

MILLE paſſus, milliare, & milliarium idem ſignificant, illud nempe terræ ſpatium, quod mille paſſus habet. Apud noſtros autem milliariorum eadem ratio non eſt: & quamuis à Geometris noſtris plerunque quatuor millia paſſuum pro vno milliario Germanico numerentur: id tamen regionum mos & vſus paſſim non obſeruat. Vnde eſt, quod Myſingerus conſ. 54.nu.8. quinque Italica vulgaria, ſiue, quod idem eſt, quinque millia paſſuum numerat pro vno milliario Germanico: vide Goedd. in comment. ad l.3.n.8.9.ff.de verb.ſign.

MILLE paſſus non à muro vrbis, ſed à continentibus ædificijs numerandi ſunt, vt ait Marcellus de verb.ſign. Maffæus.

MIMI ſunt ioculatores, vel dominorum ſeruitores ſeipſos inuitantes juxta illud.

Muſca, Canes, Mimi ſunt ad conuiuia primi,
Non inuitati veniunt prandere parati.

De quibus dicit Lado. de Roma. Si tales ducunt animalia fera (prout communiter fit) videlicet, leones, vrſos, ſimias, &c. & ab his aliquis occiditur, puniri debent pœna ducentorum ſolidorum, text. eſt ſingularis in leg. qui vulgo, ff. de ædil. edict. junctis legibus præcedentibus, & non debetur ei pœna mortis. Quamuis enim qui occaſionem mortis dat, occidiſſe videatur: tamen hoc eſt propter tacitum conſenſum ciuium, qui illos cum animalibus ciuitatem intrare, & in ea manere permiſerunt, Old:

MIMI ſerui, l.37.§.vlt.de ædil.edict. Mimi ſunt dicti Græca appellatione, quod rerum humanarum ſint imitatores, Briſſ.

MIMVS etiam poematis nomen eſt, in quo habetur imitatio cujuſlibet ſermonis vel facti, ſiue reuerentia: nam etſi aliæ comœdiæ idem faciant, ſolus tamen Mimus quaſi priuilegio quodam quod commune erat poſſedit, & quaſi ſuum vindicauit. Hanc fabularum ſpeciem Latini vocant Planipediam. Hujus poematis ſcriptores dicuntur mimographi, vt Philyſtion, vt Publius, vt Laberius: quorum apud Gellium pluſima mentio. Suet. in Cæſar. Decius Laberius Eques Romanus mimum ſuum egit. Plin. nat. hiſt. lib.7. Mythicum pantomimum, hoc eſt, fabulatorem quendam vocauit: ecu pantomimorum duo ſint genera, ſcenici & mythici: quod & Tranquillus fere demonſtrat, qui ait: Primis temporibus quæcunque in ſcena fierent, in comœdia quoque agitari conſueuiſſe; nam & pantomimos (inquit) & choraules in comœdia canebant: poſtea ſeparata ſunt comœdorum à pãtomimis artificia. Cauſam Diomedes Grammaticus exequitur. Mimorum autem apud Græcos multæ ſunt ſpecies: quas ex Athenæo Polluce & Strabone refert Hermolaus, & ſecundum prædicta corrigenda ſunt verba Iuliani in l.g. ſi libertus artem: de oper. libert.

& Vlp. in l. ædiles ajunt, in fi. ff. de ædil. edict. apud quem nu. mi mendoſe legitur: ſed mimi caſtigandum eſt. Et Iure conſult. in l. 3. §. ſi liber homo, ff. de condit. ob cauſ.

MIMI, non ioculatores, ſed effictores Latine dicuntur, qui vel intra vel extra ſcenam geſticulationes exercent, imitanturque dicta factaque, moresve hominum, & naturas cum laſcivia. à μιμοῦμαι quod ſignificat imitor. Author. Diomed. Vide ſupra, Archimimi.

MIN facere, vt à Varrone relatum eſt, dicuntur, qui vix proloqui audent, ſed ſummuſſando hæſitant. P. Crinitus de honeſt. diſcipl. lib. 18. c. 5.

MINA, aut Mna, annotant recentiores Vocabularij ex varijs auctoribus, diligenter verba eorum adſcribam: Mina Græca μνᾶ Atticum eſt vocabulum, quo tam in appellatione rei nummariæ, quam ponderalis, Athenienſes vtebantur. Conſtabat autem ex drachmis Atticis centum: atque mina Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc contagiota ſex tantum pendebat drachmas Fannius apud Priſc.

Accipe præterea, parvo quam nomine Graij
Mnam vocitant, noſtrique Minam dixêre priores.
Centum hæ ſunt drachmæ: quod ſi modo dempſeris illis
Quatuor, efficies hanc noſtram denique libram.

Sed hoc de mina nova intelligi debet, quæ & Solonis mina à quibuſdam appellatur. Conſtat enim, minam Atticam antiquitus fuiſſe drachmarum tantum 73. quæ auctis poſtea à Solone ponderibus. Mina vetus appellata eſt, de qua intelligi debet, quod ſubdit Fannius apud Priſcian.

Attica quæ fiet, quartam ſi dempſeris, hinc Mna.

Quo tamen in loco Fannius ſentire videtur, Minam Atticam eam eſſe, quæ conſtat 75 drachmis, quam nos Minam veterem vocavimus: alteram vero, quæ 100. conſtat drachmis, Minam Græcam vocat. Sed hoc non eſſe verum, facile Plinij authoritate convinci poteſt: qui lib. 1. c. vlt. vbi ex profeſſo Atticorum ponderum interpretationem tractat, ſubdit in fine capitis: Mna quam noſtri Minam vocant, pendit drachmas Atticas 100. Vide plura ejus rei teſtimonia, tam Græca quam Latina apud Georgium Agricol. Quoties autem apud ſcriptores Minæ mentio occurrit, de mina nova intelligendum eſt, quæ epitriti portionem habet ad minorē ſeu veterem Minā: quemadmodum & Talentum majus ad Talentū minus. Continet itaque Mina, ſi de pondere intelligas, vncias duodecim, & ſemiſſem. Quod ſi de re nummaria ſit ſermo Mina ad monetæ Gallicę eſtimationem reducta, valebit circiter libras Turonenſes 17 & ſemiſſem. Tantum enim conficiunt centum drachmæ, ſingulę tribus ſolidis Turonenſib. & ſemiſſe ęſtimatę. Budęus ęſtimat Minam aureis coronatis 10 quod in idem recidit, modo ſane intelligas, ſingulos coronatos ab eo 35. duntaxat ſolidis Turonenſibus ęſtimari. Mina etiam menſurę genus eſt, qua agri metiuntur, qui & Modius dicitur, & actus quadratus. Habet in latitudine pedes centum viginti, & in longitudine totidem: Vide Varronem de re ruſtic. lib. 1. c. 10.

MINÆ, id eſt, comminationes, & metus incuſſiones per verba aut ſigna, non raro juſtum metum faciunt. De quo vide Bart. in l. 1. §. quę onerandę, in fin. quar. ter. act. non dat. Spieg. Prat.

MINÆ cluſorię, pro vanis, apud Paul. in l. hæc autem, in princ. ſi cui plus quam per Falcid. de hujuſmodi minis vide Iuriſconſ. in l. 3. juncta gl. ff. ex quib. cauſ. maior. Spieg.

MINARI verbum frequens eſt apud D. Hier. & in legibus antiquis Langob. Burgund. Alemannorum, & in lege Salica, agegere, & ante ſe pellere ſignificat. Hinc Avianus: Actos, quo pecora minare conſuevimus, Apul. lib. 3. Nos duos aſinos minantes baculis exiguis. Prat.

MINARI, id eſt, Comminari, Briſſ.

MINERA. Hęc maiore conſenſu, ſive communi, vt ajunt, opinione interpretatum, in regalibus, terræque fructibus numeratur, cap. 1. in verb. Argentariæ, in vſib. feod. leg. dinoſtin, §. ſi via, ſolet. marcini. l. 3. §. fin. cum ſeq. de reb. eorum qui ſub tut. non alien. Spieg. Prat.

MINIOGRAPHIUS appellatur, qui minio quid inficit, & illinit, l. 3. de indolg. debit. lib. 11. C. Theod. Minium vero vnde enatur, & quomodo paretur. Vitruv. lib. 7. c. 8. docet, Briſſ.

MINIATOR corporiſta vulgo eſt, qui capitales literas ſcriptis libris minio aut rubrica proponit. Vlp. de operis libertorum, leg. vt juriſiurandi. Si forte, inquit, librarius, vel miniculator, vel calculator, &c. Nebriſſ.

MINIMA cauſa, quæ duûm aureorum tantum eſt, quæve judiciales ſumptus ferre non poteſt, l. 9. ff. de dolo ſecundo, qu. 7. autentorum, §. illud. Sed & quæ decem libras auri non excedit hoc nomine venit: de qua in noviſſimis Iuribus tractatur, quę etiam duos aureos non excedit Alberico: & vide Speculator. tit. de dolo. §. 1. Prat.

MINIME omnium, pro nullo modo. Minime gentium enim dicebant veteres, pro eo quod eſt, omnium gentium judicio minime faciendum eſſe. Feſtus author interdum plus eſt quam non, nempe in reſponſione negativa: id quod vulgo dicitur, abſit. Pro non apud Iuriſc. frequens eſt. Spieg.

MINIMUM peculium habens; etiam peculiatus intelligitur. Cajus ad fi. l. ſi quid venditor, de ædil. edict. Æque ſi quis, inquit, ſimpliciter dixerit, peculiatum eſſe ſervum; ſufficit, ſi is vel minimum habeat peculium. Adverbialiter ſignificat, quod barbari dicunt. Ad minus, Spieg.

MINISTERIA, pro ſervis, qui in miniſterio habentur, Briſſ.

MINISTERIALES interdum dicuntur ſervi domeſtici, qui ſuas operas & miniſteria dominis præbent vt in Spec. Saxon. lib. 9. artic. 18. Miniſteriales hæreditatem accipiunt, ſicut liberi, ſecundum jus provinciale excepto, quod extra dominium ſuorum dominorum nemini ſuccedunt, nec habent ſucceſſorem, vt in Lambar. lib. 1. tit. 8. De aldis & ſervis miniſterialibus dicimus, qui dicti domi, & nutriti, aut probati ſunt. Item lib. 1. tit. 12. Si quis ſervum miniſterialem probatum [vt ſupra] & doctum domi, occiderit, componat ſolid. 50. de alio vero ſecundo miniſteriali, quod ſecundus ejus invenitur, tantum nomen miniſteriale habet, ſi quis occiderit, componat ſolid. 25. Interdum dicuntur homines liberi, qui in potentiorem familia munere & procuratione aliqua funguntur, vt lib. feud. 2. titulo 27. §. penul. Si miniſteriales alicujus domini inter ſe guerram habuerint. Comes ſive judex, in cujus regimine eam fecerint, per leges & judicia ex eo ordine proſequatur. Item lib. feud. 3 l Fridericus: ſi liber homo, ingenuus, miniſterialis, vel cujuſcunque conditionis fuerit, &c. Otto Friſing. lib. Chron. 7. c. 8. orta ſeditione Sigebarbus Comes à familia Principum, qui miniſteriales dicuntur, eo quod juſtitiam eorum infringere diceretur, occiſus eſt. Prat.

MINISTERIUM publicum, in l. 1. ff. ad l. Iuliam, repet. non accipio pro ſcribis, viatoribus, præconibus, alijſve miniſtris magiſtratuum, ſed pro ijs, qui ſub titulo miniſterij in provincias mittuntur cum jure prætorio aut conſulari, vt de M. Catone Vellejus ſcripſit, l. laia, à P. Clodio miſſum eū fuiſſe in Cyprum publicandæ pecuniæ regiæ, & conſtituendæ provinciæ cauſa, ſub honorificentiſſimo miniſterij titulo: quo loco puto delenda hæc verba: in ſenatu, ex ſuperiore clauſula repetita. Puto & paulò ſupra, vbi eadem de re ſcribit Vellejus, pro Plebeſcito corrupte legi, SC. Cypri, inquit, de victæ nulli aſſignanda gloria eſt, quippe SC. miniſterio Catonis, regis morte facta provincia eſt. Conſtat enim Clodiano Plebiſcito non SC. hujuſmodi miniſterium Catoni mandatum. Sic & alio loco apud Vellejum cum de bello Piratico ſcribit Pompeio & mandato lege Gabiola vulgo male ita legitur: Quo SC. pene totius terrarum orbis Imperium vni viro deferebatur, emendo, P.S. Miniſterij autem verbo id ſignificari, quod initio propoſuimus, etiam judicio ſunt in ea lege verba quæ ſequuntur, vel cum ex cohorte cujus eorum eſt: igitur, qui miniſterium funguntur, cohortem & officium habent, Cujac. 7. obſ. 9.

MINISTER nudus, merus executor eſt, vt Bartol. docet in l. ſi quis Titio, de leg. 2. Quamvis IC. ſimpliciter miniſtrum legatario oppoſuiſſe videtur. Quod minime Interpres animadverterit, quiva ſecuti ſunt. Prat.

MINISTER dicitur, qui minorem quam cæteri diligentiam in re aliqua debet: ſicut Magiſter qui maiorem, l. cui præcipua, de verb. ſign. Curt. lib. 1. ...c. 12.

MINISTERIUM, pro opera, quæ interventu cæteræ perſonæ præſtatur, Briſſ.

MINISTERIUM, pro omni ponitur operatione; vt in leg. quod, ff. de acq. poſſ. Inde damnari in miniſterium metalli, in l. aut damnum, ff. de pœn. Interdum pro ipſis miniſtris accipitur Briſſ. Paol. Vrbica miniſteria dicimus etiam, quæ extra vrbem nobis miniſtrare conſueverunt. Sic in l. 2. de ſer. fug. l. 1. in eadem. Ex quib. cauſ. maior. & ſim. Spieg. Hinc,

MINISTERIA militaria, municipalia, publica prætoria, pro ipſis miniſtris dicimus, l. 7. ff. de offi. procon. l. 6. §. illicita, ff. de offi. præſid. l. 10. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 2. ff. de ſerv. fugit. l. 3. §. qu. pecuniam, ff. de ſuſpect. tut. Et apud Tertull. aliquotiens Apul. l. 10 de aſino aur Ræuard. ad l. fœminę, ff. de reg. jur. Donec juſſu magiſtratuum miniſteria publica contrectatis nequiſſimi ſervi manibus annulum ferreum deprehenſum cum ſigno ſaeculi conferunt. Miniſteria etiam pro ſervis & mancipijs, in l. 6. & l. 8. ff. de pignor. l. 21. ff. de donat. int. vir. l. 27. §. ſi fornicarios, ff ad l. Aqu. l. 12. §. ſed ſi fundus, ff. de inſtruct. vel inſtrum. l. 24. §. 1. ff. de jud. l. 41 §. pen hærede, ff. fideic. libert. Miniſtratores ſervi, l. 203 ff. de verb. ſign. Seneca lib. 15. epiſt. Tranſeo piſtorum turbam, tranſeo miniſtratorum, per quos ſigno dato ad inferendam cœnam diſcurritur, Briſſ.

MINISTERIANUS. Habetur tit. lib. 12. Cod. ſi conceptus de caſtren. & miniſterianis. Quem titulum D. Alciatus rectius inſcribi putat, de caſtrenſibus miniſtris. Et de horum officio Lampr. in Alexand. ita ſcribit. Aulicum (inquit) miniſterium in id contraxit, vt eſſent tot homines in ſingulis officijs, quot neceſſitas poſtularet: ita vt annonas, non dignitatem acciperent, fullones, & veſtitores, & piſtores, & pincernæ, omnes caſtrenſes miniſtri. Hæc ille Miniſteriani igitur hoc in titulo erant homines, qui præerant caſtris principum. Hoc autem nomine à miniſtrando dicti, Aoch.

Digitized by Google

MINISTRARE, eſt miniſterium exhibere & præbere. Briſſ.

MINISTRATORES proprie dicuntur, qui patrifamilias in menſa miniſtrant, A manibus ducto nomine, Alc. de verb. ſign. Cœnantibus apud Angliam Prælatis ac Baronibus miniſtratores flexis genibus officium ſuum faciunt, teſte Ænea Sylvio, qui nec Imperatori, nec Regi tantum adulationis à noſtris impendi, prandeteque prandente domino, famulis duobus, tribuſve, qui vel vina vel cibo apponant, expectantibus per continentiouem. Aut. Panorm. oſtendit, e 34. lib. 2. comment. in dicta & facta Alphonſi regis, Spieg. Connan. lib. 2. c. 7. n. 4.

MINISTRI pro ſemis, l. 22. §. tu autem. ff. ſol. matr.

MINOR Latine loquentibus res dicitur, quæ mediæ magnitudinis eſt. Hinc minore lance legata, in l. qui lancem, ff de aur. & arg. leg. recte reſpondetur, hæredis electionem non eſſe, cum conſtet de lance legata. Sic minorem libertatem dicimus, quæ eſt inter juſtam & dedititiam. Eodem quoque ſenſu minorum capitis diminutionem appellamus mediam, minorem ordinem equeſtrem. Martial. lib. 4. Cum pleba & minor ordo, maximuſque, Th. Hermopolites in l. 150. ff. de verb. ſign. Minus tria ſignificare ait: τὸ ἐνδεὲς, τὸ μὴ παντελῶς, τὸ μηδ᾽ ὅλως. Si à te, inquit Gajus, ſtipulatus fuero, quanto minus à Titio conſecutus fuero tantum dare ſpondes: Prat.

MINOR Longobardico jure dicitur is demum, qui decem & octo annis minor eſt: nam poſt eum annum ætas legitima dicitur: In Longobard. de prohib. alien. min. l. 1. §. 1. & l. ſi in fratris, & l. de puero. Prat.

MINORES & pupilli damno adfecti, duplex habent remedium, videlicet, vt aut reſtitutionem petant, aut curatores tutoreſque negligentiæ accuſent. Nouel. de hær. & Falc. §. pupillus ſane. conſtit. Prat.

MINORES magiſtratus dicuntur, l. nec magiſtratibus, ff. de injur. qui ſine imperio aut poteſtate ſunt. Vide ſupr. Magiſtratus.

MINOR dicitur, qui nondum annum 25. exceſſit, de quo tractant tituli de in integ. reſt. de filioſam. minor. de fidejuſſ. minor. & ſi tutor vel curat. interu. oſtenderet, quæ priuilegia minorib. læſis impartiantur, juxta, quibus remedijs minorum conſulatur: his enim vt cæteris hujuſce ætatis abſolet eſſe conſilium & fragile & infirmum, l. 1 §. nam cum de minor. Ætaſque illa tum imposturis, tum captionibus ſubjacet, §. nam eum. Dico autem læſis, eo quod non omnia, quæ à minoribus 25. annis geruntur, irrita ſunt, ſed ea tantum, quæ, cauſa cognita, hujuſmodi deprehenſa ſunt, vt ab alijs vel circumventi, vel ſua facilitate decepti ſint, d. l. non omnia, ff. de minorib. Nempe videlicet, rem majoris valoris eſſe, quam vendita ſit, donatione contractus venditionis deſcripta clare oſtenditur. Indeque minorem aut circumuentum, aut ſua facilitate deceptum eſſe. Minor autem 5 & 20. ann. minus vendere, permutare, vel donare non poteſt, alienare quidem ſine decreto non poteſt, juris. vulg. neque quoque & ſi curatore careret, poteſt, maxime, quæ immobilia ſunt. ff. de reb. cred. per tot. & l. non ſolum & l. ſi minor, l. Faber. in §. nunc admonendi ſumus, Inſt. qui alie. lic. vel non. etiam permutare non poteſt immobilia ipſa ſine judicis decreto, quemadmodum Bald. tenet in l. 1. num. 6. C. ſi aduer. tranſ. cum permutatio nihil aliud ſit, quam alienationis ſpecies, c. nulli liceat, de reb. eccleſ. non al. cap. 1. 2. & 3. de rer. permut. extr. emptioniq; vicina, l. 2. ff. de rer. permut. imo & emptionis vicem obtinet, l. 2. C. eod. tit. l. Titia, & ibi. Bald. ff. de jur. dot. & l. apud Celſum, §. ſi quis autem, ver. actoris, ff. de dol. excep. quique rem accipit permutatam, emptori ſimilis eſt, l. vlt. ff quib. ex cauſ. in poſſ. eat. & l. ſciendum, §. deinde de ædil. ed. ff. Ex quo & merito quidem permutatio pro venditione à probatiſſimis ſcriptoribus vſurpatur. Tullius ad Att. li. 2. epiſt. totius operis 230 incipit. Quæ dudum, ibi ſcripſerat: vt H. S. 18. permutare, tantum eſſe reliquum de argento. Plin. frequentius, quam quod hic locus deſideret. Duo tamen aut tria ad ſummum addam ne imponere videar. Primum erit, lib. 7. cap. 38. Praxiteles (ait) marmore nobilitatus, Gnidiaque Venere, præcipuè veſano amore cujuſdam juuenis inſigni, & Nicomedis æſtimatione regis grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati. Alterum, lib. 9. c. 55. Sex millia numero monetarum mutuo appendit: nam permutare quidem pretio noluit. Poſtremum verò lib 55. cap. 9. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quod ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret: quod noſtros quoque IC. tos feciſſe credibile eſt, Paul. ad Sab. libro 7. Quia & permutatio dotium conuentione fieri poteſt, l. ſi ei nuptura de jur. dot. ff. Modeſt. lib. regular. 1. Ita conſtante matrimonio permutari poſſe dotem dicimus ſi hoc mulieri ſit vtile, l. ita conſtante, de jur. dot. ff & l. Iolia. lib. ff. 87. Non enim conſtat, poſſe inter virum & vxorem conueniri, vt dos, quæ in pecunia numerata eſt, permutetur, & transferatur in corpora, cum mulieri prodeſt, l. ſi mulier dotis, ff. de pact. dotal. Ad hæc, donare minor non poteſt: donare etenim perdere eſt. Pompon. in l. filiusfam. de donat. ff. filiusfamilias (ait) donare non poteſt, neque ſi liberam peculij adminiſtrationem habeat. Non enim ad hoc ei conceditur libera peculij adminiſtratio, vt perdat, Quod cum ita ſit, hos omnes contractus venditionis, permutationis, & donationis, nullos & irritos eſſe relinquitur. Quantum autem ad venditionem, nemo ſane eſt omnium, qui neſciat illam nullam eſſe, neque quicquam, quod haberet minor, ſine decreto vendere potuiſſe: quippe quæ alienationis ſpecies ſit, imo vero omnem amplexatur alienationem, l. ſtatu liberi, ad fin. de ſtat. lib. Alex. & recentiores in l. filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. Venditionis itaque appellatione omnem actum, per quem dominium transfertur, contineri, Martian. reſpondit, l. ſicut re corporali, § venditionis autem: & ibi Bart. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit. Nam qui alienare prohibetur, ei quoque interdicitur. ex quo alienatio ſequitur: tanquam nihil interſit alienes, an id facias, ex quo ſequatur alienatio, l. codicillis, §. matre, & ibi Bart. ff. de leg. 2 & l. vlt. C. de legit. tutor. & c. 1 §. vlt. de inueſtitur. de re alien. fact. in vſib. feud. gloſſ. in l. ſi ita quis, §. ea leg. & ibi Bald. qui eam dicit notabilem Raph. Cum. & Franciſc. a rer. Præter hæc quoque quod ſolennitatibus caret. Matthæus de Afflict. in conſt. reg. Siciliæ, quæ incip. minorum jura. in gloſſ. fin. tenet jura tantum fauere minoribus 25. annis, vt aduerſus rerum immobilium venditionem, etiamſi in venditione ipſa ſolennitates à jure requiſitæ interuenerint, aut judicis decretum (modo de læſione conſtiterit) reſtituantur. Neque proculdubio dubitationi locus eſt. minorem reſtitui poſſe, idque principis beneficio, quod fieri debere, antequam quintus & trigeſimus annus elabatur, legibus regijs ſtatuitur, art. 8. in rubr. de reſtit. & renel. in or. reg. De jureiurando autem remittendo (quod poſtremum eſt) princepe juriſiurandi gratiam facere poteſt, vt probat text. in l. Impp. ff. ad munic. & not. Guid. Papæ in q. 178. & q. 184. Accuſiunt autem, l. adigere ff. de jure patron & Bald. l. patronus, ff. de oper. libert. legem tradunt vim habere apoſtolici reſcripti, ad juriſiurandi remiſſionem: & ſi peruulgata conſuetudine epiſcopi, & archiepiſcopi. ſacramenta remittant, cauſa non cognita, hæque relaxationes in foro & laico, & eccleſiaſtico tollerentur. Guid. Pap. quæſt. 40. apponaturque in reſcriptis clauſula, vt reſtitutionem impetrans, ab idoneo pontifice juriſiurandi religione exoluatur, Anchor.

MINOREM 25. annis in edicto de minoribus accipimus, qui nondum viceſimum quintum annum agit, momentis quoque temporum ad hoc ſubductis, l. 3. §. minorem, ff. de minoribus. In lege vero Ælia Sentia, qua minor 20. annis manumittere vetatur, qui Kalend. Januar. natus fuerit poſt horam noctis ſextam, pridie Kalend. manumittere poterit, incipiente plano non exacto die. Non enim jam minor 20. ann. eſt, qui ſupremum diem anni viceſimi agit, l. 1. ff. de manum. Sic & in l. 8. ff. de muner. & honor. cœptus annus viceſimus quintus pro pleno & completo habetur.

MINORES annorum, vetus locutio, quæ ſæpe à Iuriſconſultis vſurpata. Varro. lib. de re ruſt. 1. c. 17. Operarios parandos eſſe, qui laborem ferre poſſint, ne minores annorum 22. Hotom. Connan. lib. 8. c. 5. num. 1.

MINORES mores, id eſt, leniores apud Vlp. tit. 7. Regul.

MINORES ſpecialiter conſiſtunt intra annum ætatis ſuæ decimum quartum & 25. ſi mas ſit aut annum duodecimum & 25. ſi ſit fœmina. Vult. in comment. Inſtit. de tutelis, in princ. n. 1.

MINORES ſummæ pecuniarum quæ ſint, docet Iuriſconſ. in l. 1. C. de defenſoribus ciuitat. Quo loco Solidi, pro aureis non aliter accipiuntur, quam in §. vlt. Inſt. de pœn. tem. litig. Alio modo intelligendus eſt Solidus in l. ſi libertus ff. de in jus voc. Quære infra, Solidus. Spieg.

MINOR majori oppoſitus minorem 25. annis ſignificat, l. 21. ff. de acquir. vel omitt. Briſſ.

MINORIS empturum me fuiſſe. Vide, Quanto minoris.

MINTURNÆ oppidum: & Minturnenſe flumen, vide apud Vlpia. in l. item quæritur 13. §. 1. ff. locat. Sic Ariſto. apud Vlpian. in l. 8 §. Ariſto. 5 ff. ſi ſeru. vindi. Qui, inquit, tabernam caſeariam à Minturnenſibus conduxit, ad ſuperiora prohiberi poſſe fumum immittere. Minturnæ oppidum in Campania, habens propinquas paludes, in quibus Marios delituit fugiens perſecutionem Syllæ, nunc Tajetum caſtellum eſſe dicunt, Spieg. Prat. Briſſ.

MINUERE pro commutare dicitur: ſunt enim gradus quidam commutandi ſtatum, per quot aliquid de conditione hominis minuitur. Inſtit. de cap. diminut. Old. pro diminuere & alienare, l. 38. ff. de reb. auct. Briſſ.

MINUI capite, ſtatum mutare. Briſſ.

MINUI legata in l. quantitate §. vltim. ff. ad leg. Falcid. dicuntur detrahi, quod eſt retineri, deduci, recidi: quod aliud nihil eſt, quam ex lege Falcidia quartæ retentionem eſſe, leg. ſeruus quem, ff. de act. empt. Prat.

MINUS quod eſt in dubio aſſumendum, l. qui concubinam, §. cum ita 1. ff. de leg. 3. Spieg.

MINUS ſoluiſſe dicitur qui ſua die non ſoluit, qui integram ſummam non obtulit, qui partem debiti ſolummodo præſtitit, Gœddæus ad l. 12. §. fin. ff. de verb. ſign.

MINUS, vim comparatiui non ſemper retinet: vnde quod non

recepi rectè dixero minus recepiſſe: & minus tribuere videtur, qui nihil tribuit, l. illud §. 1. ff. de tribut. Minus poſitiuo adjunctum contrariæ ſignificationis, comparatiuum demonſtrat, vt minus ſtultus, id eſt, prudentior. Spieg.

Mɪɴᴠs ſcriptum & plus dictum, C. de Teſt. & quemadm. ord.

Mɪɴᴠᴍ malum quod iniquitatis minimum habet ac in ratione boni computatur, intelligimus. Vide Salom. in l. Gallus. Spieg.

Mɪɴᴠs ſolutum tributumque videtur, etiamſi nihil tributum ſolutumve ſit. l. 32. ff. de verb. ſignif. l. 7. § minus, ff. de tributor. Briſſ. Adde Brechæum in l. non poteſt, in tit. de verb. & rerum ſignif. num. 1.

Mɪɴᴠᴀ tria ſignificare ait Theod. Hermopolites leg. 150. ff. de verb. ſig. τὸ ἐνδεῶς, τὸ μὴ πλήρως, τὸ μηδὲν ὅλως. Prat.

Mɪɴᴠs ſoluit, qui tardius ſoluit, nam & tempore minus ſoluitur, vt Gajus de verb. ſign. M. ff.

Mɪɴᴠs ſoluiſſe videri non poteſt is, adverſus quem amplioris ſummæ actio non competit: ita Modeſt. tit de verb. ſignif.

Mɪɴᴠᴀᴇᴠʟᴀ. Lege, Legitima.

Mᴀɴᴠsᴄᴠʟᴀʀɪɪ aquæductus, l. decernimus, 10. C. de aquæduct. i. e. minuti & tenuiores, vt in l. 1. C. de defenſ. ciu. l. 3. C. Theo. de indeb. D. Auguſt. 7. de ciu. Dei, c. 8. Tanquam minuſculariꝰ vectigalium conductores. Paulò poſt, in d. l. 10. hi minuſcularij aquæductus Paragogi vocantur, id eſt, traductitij. Prat.

Mɪɴᴠᴛᴀ alimenta, Vlp. interpretatur eſſe decem aureorum annorum, in l. 3. §. quamvis, ff. ſi cui plus quam per leg. Falcid. Spieg. Prat.

Mɪɴᴠᴛᴀᴛɪᴍ, id eſt, particulariter. Sic minutatim ſingulos convent. l. difficile, 8. §. cauſæ, ff. de tranſact.

Mɪɴᴠᴛᴀᴛɪᴍ, id eſt, per minutas partes non ſunt alimenta legata præſtanda, l. 3. ff. de alim. & cib. l. cum ſim. quæ Alberic. citat. Spieg. Prat.

Mɪɴᴠᴛᴀ pecuniæ l. ſi plures §. 1. ff. de pactis.

Mɪɴᴠᴛᴠᴍ Lege, Momenta.

Mɪᴏᴘs: vide infra Myops.

Mɪʀᴀʙɪʟᴇᴍ partum Imp. appellat, qui à majore 50 annorum editur, l. ſi major. C. de legit. hæred. Spieg. Prat.

Mɪʀɪᴏɴᴇs appellauit antiquitas, qui ob oris diſtorti deformitatem, admirationi forent. Spieg.

Mɪsᴄᴇʟʟᴀ doctrina Gellio lib. 10. cap. 12. dicitur varia & quaſi confuſanea, omniſque generis argumentis mixta, quod genus ſcripti plurimi noſtra ætate tentarunt, inprimis Crinitus & Cælius, & poſt hos P. Victorius, & Adrian. Turneb. vterque ſuæ gentis doctiſſimus.

Mɪsᴄᴇʀᴇ interdum eſt permiſcere & ſimul jungere res diverſas. Interdum verò miſcere eſt, ſe immiſcere, vt miſcere ſe adminiſtrationi l. 13. & l. 17. §. is qui, ff. de excuſationibus.

Mɪsᴄᴇʟʟᴀ lex appellatur Iulia Papia Poppæa ob varietatem rerum quæ illis legibus continebantur, l. vlt. C. de indic. vid. tol. Briſſ.

Mɪsᴄᴇʀᴇ & confundere, quo differant, explicat gloſſ. in l. idem Pomp. § ſi plumbum, ff. de rei vend. Spieg.

Mɪsᴄᴇʀᴇ contractum pro facere contractum & contractu eum aliquo implicari, Paul. in l. 9 ff. de confirmand. tut. Prat.

Mɪsᴇʀᴀʙɪʟɪᴜᴍ perſonarum nomine, etiam ſi opulenti ſint, propter fortunæ injuriam, veniunt perpetuo morbo detenti, ſenes, valetudinarij, furioſi, mente capti, viduæ, pupilli, orphani, & quæ perſonæ his debent cenſeri ſimiles: quod relinquitur arbitrio judicis, ex ſententia Bart. in l. 1. C. quand. Imp. int. pupil. & vid. e. ea tenore, de foro comp. Ægroti autem, quorum hic fit mentio, accipiuntur, qui morbo gravi ſunt adfecti, propter quem cuilibet rei agendæ ſunt impares, l. 2. §. ſi quis in judicio, ff. ſi quis caut. l. morbus, de verb. ſign. Spieg. Adde Abbatem in cap. ſignificantibus, ext. de offic. deleg. Prat.

Mɪsᴇʀᴀᴛɪᴏ, ſignificatio miſericordiæ, qua ex alicujus infœlicitate movemur. Triphoninus: Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem produxerit, l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. 25. Spieg. Briſſ.

Mɪsᴇʀɪᴄᴏʀᴅɪᴀ, eſt ægritudo cordis, ex miſeria alterius, injuria laborantis: vulgo compaſſio dicitur. Lege Cic. 4. Tuſcul. & Senec. 2. de Clement. Spieg.

Mɪsᴇʀɪᴄᴏʀᴅɪᴀ & Clementia longe diverſa ſunt, quia vtraque harum plus quam juſtum æquumque eſt, remittit. Clementia enim eſt, per quam animi in odium alicujus concitati enmitate retinentur: Miſericordia autem ægritudo ex miſeria alterius injuria laborantis, &c. Connan. lib. 1. c. 11. n. 10.

Mɪsᴇʀɪᴄᴏʀᴅɪᴀ cauſa dare, apud Paul. in l. ſi quis, ff. de calumn. Spieg.

Mɪsᴇʀɪᴄᴏʀᴅɪᴀ ductus fecit. l. lege, §. idem Labeo quærit, l. & eleganter, ff. de dolo, Spieg.

Mɪsᴇʀᴠᴍ eſſe dominus dicit, qui prematur calamitate, qua indignus ſit. Itaque nocens, ſceleratuſque vere miſer non eſt, quomodo vulgo dicitur, cum calamitate premitur: tametſi natura nobis inſitum eſt, vt eorundem atrocioribus ſupplicijs illachrymemus, Spieg.

Mɪsᴏᴄᴀʟᴠs, Græce μισόκαλος oſor honeſti dicitur, atque is, qui omnem literarum elegantiam, nitorumque dicendi peroſus ab omnibus doctrinis humanioribus abhorrens, ruſticus inuenuſtus, illepidus, & hircoſus eſt. Is inquam, qui & Iuris decorum aſpernatur, ſeu barbarie contentus. Bald. in l. 1. de juſt. & jur.

Mɪssᴀ. Frequens in ore omnium eſt miſſæ vocabulum, etiam ab ijs, qui eleganter & Latine Theologiæ ſtudia attigerunt, vſurpatum. Nec tamen ſatis conſtat, quæ ſit ejus vocis origo. Poteſt quidem videri hanc vocem à Græcis emanaſſe, qui eum ſacris operati eſſent, miſſum populum faciebant, nec abeundi poteſtas prius cuiquam erat, quam ſacrificulus pronuntiaſſet, λαοῖς ἄφεσις, id eſt, populis miſſio, quod Latini vno verbo, ilicet, dicebant, quod eſt ire licet, vnde ſub ejus ſacri finem etiamnum ſolet ſacerdos dicere: Ite miſſa eſt: miſſam, vt videtur, promiſſione accipiens. Neque vero eſt prater conſuetudinem, quod miſſa non miſſio pronuntietur, quandoquidem veteres promiſcue miſſionem & miſſam vſurparunt. Dicit enim Cyprianus, ad Fortun. de exhortat. martyrij in aquæ (inquit) baptiſmo percipitur peccatorum remiſſa. Hinc ergo totum ſacrificium à Pontificijs miſſa eſt nominatum. Quod vocabulum Io. Reuchlinus, homo Germanus & literarum Hebraicar. cum primis ſciens libro de rudit. Hebraicis 2. docet Hebraicum eſſe, non Græcum, nec Latinum. Alciato probabilior eſt prior opinio, & Polyd. de inuentoribus rer.

Mɪssᴀ vocabulum pro ſacro piaculari in Dictionario Alberici, ſeu Græcum falſo interpellatio, exponitur. Hoc autem vt barbarum, nonnulli etiam magnum nomen in bonis literis conſecuti, rejiciunt licet alijs quibuſdam viris, impenſe item doctis, maxime autem Reuchlino noſtro viſum eſt Hebræũ: tamẽ certum eſt, à mittendo miſſam dictam promiſſione, ſicut remiſſam pro remiſſione apud Tertullianum & Cyprianum legimus. In ſacro hoc enim, quod Miſſa vocatur, duplex quondã fuit miſſio, hoc eſt, dimiſſio. Nam mittere, & miſſum facere pro dimittere legitur apud idoneos authores: ſicut miſſio pro dimiſſione cujus apud veteres Iuriſconſ. mox vt dicemus, plura genera extiterunt. Erant autẽ hujus ſacri duę partes apud Pontificios: Prior fuit, ab introitu vſq; ad Offertoriũ incluſiue, in qua fiebat confeſſio, cantio, lectio, interpretatio, increpatio, adhortatio, oratio, oblatio. Quib. conſummatis, Diaconus ex more, ac edito loco, ſublata voce clamabat. Si quis non communicat, det locum, teſte diuo Gregorio Dialog. lib. 2. cap. 23. vel vt Iſidorus, VVilhelmus Durandus in ration. li. 6. ſcripſere. Si quis eſt Catechumenus, exeat foras. Tum enim dimittebantur & Cathechumeni, & qui alioqui vel ſuo vel eccleſiæ judicio, communione corporis Cʜʀɪsᴛɪ cenſebantur indigni. Indeque vocata eſt hæc prior hujus ſacra pars, miſſa Catechumenorum. In altera parte hujus ſacri fiebat panis fractio, corporis & ſanguinis Cʜʀɪsᴛɪ communio, Agape, Eucharistia ſiue gratiarum actio. Quibus exactis jam altera fiebat miſſio, quando fideles Chriſtiani (qui ſolt nosſe, vt diuus Auguſtinus ait, quid ſit edere corpus Cʜʀɪsᴛɪ, & ſanguinẽ ejus bibere) quoque dimittebantur, iterum clamante Diacono: Ite, Miſſa eſt ſcilicet Eccleſia, quę eſt fidelium cõgregatio, quam & Latini Collectam & Græce Synaxin vocarunt. Et ab hac miſſione dicta eſt hæc vltima ſacri pars, miſſa fidelium, quod fideles mitterentur ad ſua quiſque negotia priuata. In ſacris quoque gentium non admodum diſſimiliter agebatur. Nam ſacrificaturus diuinam facturus, dicebat τίς τῇδε id eſt, Quis hic? Qui aderant reſpõdebant, πολλοὶ κἀγαθοί, id eſt, multi & boni. Hęc vero dicebantur vt ſi quis eſſet ſibi conſcius admiſſi piaculi, à myſterijs diſcederet. Peracta vero re diuina, converſus ad plebem ſacerdos ajebat, λαοῖς ἄφεσις, i. e. populi miſſio: vt apud Apuleium lib. 11. Vt autem hoc factum ſit Miſſa vocata, longo die factum eſt, dominatione deducta à fine vbi dictum eſt: Ite, miſſa eſt. Siquidem à fine plerunq; denominationem fieri, nemo doctus ignorat, propter geminam illam miſſam, hoc eſt, miſſionem, ſiue dimiſſionem, populi in eodẽ ſacro factum eſt, vt ſolennia miſſarum dicant veteres pluraliter, de vno & eodem ſacrificio loquentes, B. Gregor. lib. Dialog. 3. c. 3. Protinus, inquit, venerandus vir orationi incubuit, & miſſarum ſolennia exorſus eſt, ſacrificium in conſpectu Dᴇɪ omnipotentis immolauit. Item alijs in locis, quæ recitare longũ eſſet. Idem etiam & poſteriores factitarunt & antiquiores Seuerus Sulpitius in vita diui Martini li. 2. Deinde, inquit, paulò poſt Archidiaconus ingreſſus admonet pro conſuetudine populum in eccleſia expectare illum ad agenda miſſarum ſolennia debere procedere: vbi clare vide eum de vna Liturgia loqui. Georg. Vicelius in typo prioris Eccleſię, quod exprimit quantũ Cʜʀɪsᴛᴠᴍ faciat, Euchariſtiam ab Ignatio martyre vocatã innuit Miſſam, epiſt. ad Smyrnenſ. 6. num. illic legitur. Propterea non licet ſine epiſcopo, neque offerre neq; miſſas celebrare. At cum Ignatius (vt Rhenanus in alia quadam ad eundem Volzium epiſt. ſcribit) Græce ſcripſerit, veriſimile eſt: Latinum interpretẽ exponere ea, quæ precedunt. Offerre ſcilicet & ſacrificium immolare. Nam Liturgias pauci intellexiſſent. Confirmata eſt autem miſſæ denominatio per ſacri hujus vulgationem, quando ſine delectu, illotiſq; manib. ſacra initiari ſunt. O-

Digitized by Google

ſunt. Oſi non ad quæſtum etiam, quilibet vſq; ad nauſeam, & contemptum: quem rempub. Chriſtianam, in ſummum diſcrimen quandoque adductu iri, ſæpenumero prædixerat. Iacobus Banoiſſius, patronus noſter: quo noſtro æuo omnino neque vir experientior, nec incorruptior priuſquam in aula, nec Rom. Eccleſiæ ſtudioſior, atqi addictior fuit, priuſquam etiam Lutheri nomen audiretur. Atque ita ex arcano myſterio nata eſt, quam hodieque videre licet, vulgaria illa miſta ſacrificiorum, cujus filia eſt miſſa illa mercatorum. Sic enim vocantur nundinæ, emptorcumata, mercatus, negotiationes: quæ ferè in templorum dedicationibus anniverſarijs, aut ſanctorum natalitijs habentur. Et planè dubium eſt. Volrius ait, virum miſſæ negotiatio lucroſior, aut abuſus damnabilior. Vt verò digreſſi paulum redeamus, quod dimittitur ceu finitum atque completum eſt, ideirco maiores noſtri ſubinde miſſam eſſe pro finite. & miſſam, pro fine, ſeu completione vſurparunt. Ir. Ioh. Caſſ. lib. 3. c. 7 de eo, qui ad orationem tardius occurrit: Si congregationis, inquit, miſſam ſtans pro foribus præſtolabatur. Et c. 8. Vt contentus, ait, ſomno, qui nobis poſt Vigiliarum miſſam, vſque ad lucis indulget adventum. Et paulò inferius: Niſi, inquit, poſt Vigiliarum miſſam, ſomni quantumcunque guſtarit, &c. Sanctus quoque Benedictus in regule ſua, de publ. precibus dicit c. 9. finiantur, & c. 12. 13. completum eſt, hoc c. 17. ſemel dicit. Miſſæ ſint: & bis, Fiant miſſæ. Ex quo luculenter oſtenditur, quod miſſum eſſe, vel fieri, pro finitum, atq; completum eſſe, vel fieri intellexerunt. Et ita forte quidam acceperunt, quod dictum erat: Ite, miſſa eſt, id eſt, finita, completa: Inde & complen. la dicta videri poteſt Spieg.

Missar qui ſuos ad gratulandum principi Reipubl. cauſe abeſſe dicuntur, teſte Paul. in l. qui mittuntur, ff. ex quib. cauſ. major. Spieg. Prat.

Missibilia apud Iuſtin. in Nou. de armis, quæ manu mittuntur & procul iaciuntur tela. Et ita apud Vegentium in veterib codd. vbi ſcriptū obſeruaui, vbicunq; vulgo Miſſilia legitur. Briſſ.

Missilia, a mittendo, dicimus variarum rerum donaria, quæ Hopp atque olim Coll. liberalitatis gratia, idq; in perpetuam rei memoriam, populo colligenda ſpargere ſolebant: vt puta bellaria, linea, odores, vnguenta, l. 9. § pen. ff. de acq. rer. dom. l. 8. ff. de contrah. empt. de quibus ſic Martialis li. 8 Epigram:

Omnes habet ſua dona dies, nec linea dives
Ceſſat, & in populum multa rapina cadit.

Hæc habemus pro derelicto, ſiuntque occupantis, §. hoc amplius, Inſtit. de rer. diuiſ. Cal. Decemb. Domitianum legimus, ſub noctem iuſſiſſe ſpargi omnis generis miſſilia in populum. Porro, miſſilia pro telis quæ in hoſtem emittantur, ſciunt omnes. Vide Rhodig. c. li. 14. Spieg. Connan. lib. 7. c. 6. n. 7.

Missilia quæ in vulgus, à magiſtratibus, principibuſve, ludos edentibus, aut aliàs in publicam prodeuntib iactantur Briſſ.

Missio olim legatario non fiebat copia agendi vendicatione, pro re ſibi legata, niſi in poſſeſſionē mitteretur, gl. in l. 1. in ver. miſſionis, C. commu. de leg. fideicomm. &c. Hæc verò in rem poſſeſſio ab Imperatore tollitur, eo tit. C. in ſi. Communia de legatis, & fideicommiſſis: & data rem miſſione tollenda, ſtatuens vt qualitercunq; aliquid legetur, dentur legatario actiones, ſc. actio in rem, & in perſonam, & hypothecaria in alijs rebus defuncti. Itaque, miſſio eo in loco, i. conſtitutio.

Missio, quæ militibus datur, qua ſacramento ſoluuntur, & ab exercitu dimittuntur; quod interdum fit honeſte, interdum

Missio etiam gladiatoribus dari dicebatur. Briſſ. (inhoneſte.

Missio in poſſeſſionem bonorum fit triplicem ob cauſam, vel rei ſervandæ cauſa, vel legatorum conſeruandorum gratia, vel ventris nomine, l. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Goedd. ed l. 10. num. 4. ff. de verb. ſign.

Missionum militarium tria ſunt genera. Eſt honeſta miſſio, quæ emeritis ſtipendijs legitimoq; militiæ tempore expleto datur, l. 5. C. de teſt. milit. l. 7. C. de fide inſtrum. Quam Quintil. declama. 13. & Liuius multis locis iuſtam appellant. Eſt cauſaria, quæ ante tempus iuſta aliqua de cauſa & honeſte datur: veluti ob valetudinem, Apul. lib. 4. de Aſino aur. Rebar enim meiam debilem proſtitui, & exanimatum mereri cauſariam miſſionem. Vnde cauſarios milites, quib. morbus cauſa erat ne militarent, Liuius vocat. Tertia eſt ignominioſa miſſio cum quis propter delictū ſacramento ſoluitur. Et is qui ignominia miſſus eſt, neq; Romæ neque in ſacro comitatu egere poteſt: & ſi ſine ignominiæ mentione iuſſus eſt nihilominus ignominia miſſus intelligitur, text. expreſſus in l. milites agrum, 3. § miſſionum, 3. ff. de re mili. adde l. 2. §. ignominiæ, ff de his qui not. infam. l. 4 ff de milit. teſt. l. 4. & l. 27. ff. de inoff. teſtam. l. 10. in pr & §. qui autem, ff de exeuſ. tut. l vlt. ff de furib. balneat. Briſſ.

Missio ignominioſa toties eſt, quoties qui mittis addidit nominatim, ignominiæ cauſa ſe mittere. Eſt & quartum genus id eſt, ſpecies miſſionis ſi quis euitandorum numerum cauſa militiam ſubijſſet, l. 2 §. ignominiæ, ff. de his qui not. infam. Alijs verbis hæ ſpecies definiuntur in l. milites agrum. §. miſſionum, ff. de re militar. Vbi Martian. ait: Miſſionum generales cauſæ ſunt tres: honeſta, quæ tempore militiæ impleto datur, Cauſaria, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus renunciatur: Ignominioſa cauſa eſt, cum quis propter delictum ſacramento militiæ ſoluitur. Io. Bello. Etymo. adde Rænardum, l. in toto jure. ff reg. jur.

Missos pro vocatis lo l. vlt ff. de munec. Accurſ. intellexit, cum Budæo teſte, ſignificet tranſmiſſos & prætericos. Prat.

Mistim. Vlp. l. ſi mulieri, ff. de vſufruct ad creſcen. Quid ſi, ait, miſtim fuerint liberi & extranei hæredes. Spieg.

Μίσθωμα ſumitur pro eo quod datur ſuffragij & locationis cauſa, ait Goth ed Nou 120. c. 11.

Μισθωτής qui aliquid conductum habet. Modeſtin. In l. 49. ff locat οἱ ἐπὶ τρονοί ... μισθωταὶ ... id eſt, ratores creati prohibentur aliquid à Cæſare conductum habere Et paulo poſt, οἱ ... μισθοῦσθαι ... Sunt prohibiti fiſci poſſeſſiones conducere. Hoto.

Mitræ inter ornamenta muliebria enumerantur ab Vlp. in l. arg. §. muliebri, ff. de aur. & arg. leg. ſed magis capitis regendi quam ornandi cauſa comperantur, ſecundum Vlp. in l. veſtis, §. muliebria, eod. tit. Mitræ, ait Gothof in jam d. §. muliebria, veſti annumerantur, ſi capitis regendi cauſa eis mulieres vtuntur: ſin venuſtatis, ornamentis. Hæ apud Mæonios primum in vſu fuerunt: deinde Ægyptijs, Syrijs, Phrygijs, & Lydijs, erat autem pileus incuruus, quo etiam hodie Dux Venetorum vtitur. Quamuis & pro muliebri corona, ad ornatum capitis adoleſcentularum accipiatur, & ideo D. Hieron. inquit: Auferet dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras. Noſtra quoque tempeſtate videmus Pontifices cum rebus diuinis præſint, mitris vti Papin. tamen Perſarum more mitram pro ſole poſuit, Thebard. 1. dum inquit:

Indignata equi torquentem cornua mitram Cotta.

Mitram intelligenant ſolem quaſi rerum omnium parentem: Hinc Mitriaca ſacra quorum prolixe meminit Origenes in Celſum Cynicum. & Lampridius nec non Eunapius in vita Maximi philoſophi. Eorum vero non apud Perſas modo, ſed & apud multas gentes ſacroſanct fuit religio. Schard. Huic adde Tiraquellum in 3. l. connub gl 1. part. 3 n. 27.

Mittendarii vocabantur Palatini milites, quod plerumque in prouincias mitterentur Connan. lib. 4. c. 15. n 4 l. 5. l. 7. l. 8, C. de palatin ſacr. largit. lid 12. Caſſiodor. lib. 11. varior.

Mittere ex primo decreto in poſſeſſionem Prætor dicitur, quum quempiam in poſſeſſionem ducit rei cuſtodiendæ cauſa. Vbi autem iuſſerit ex ſecundo decreto poſſidere, jam ſunt veri poſſeſſores appellandi Zaſius noſter ſingulariter docuit. Non tantum cum jus noſtrum miſſos in poſſeſſionem ſimpliciter nominat, eos intelligi, qui ex primo decreto miſſi ſunt, vt fuit communis doctorum ſententia: ſed & hos, qui ſecundum decretum obtinuerunt, in poſſeſſionem ſimpliciter eſſe miſſos, dici debere. Atque ita hæc verba, Mitti in poſſeſſionem, pro ſubjecta materia ad vtrumque decretum referre. Spieg.

Mittere in conſilium, eſt dimittere judices ad ſententiam dicendam. id eſt. cogere eos, inter ſe vota conferre, Salomonio exponente. Idem ſcribit, hoc in ſacro apoſtolico conſiſtorio (vulgus judicium Rotæ vocat) etiamnum obſeruari. Decanus enim (vt ait) auditis omnibus cauſæ argumentis, colleges cogit ire in conſilium ad ſententias conferendas. Cætera apud eum vide in l. mandate juriſdictione, ff. de offic. ejus cui mandat. Bub. in l. 2. de origine jur dicit: Mittere in conſilium, eſſe perinde ac ſi Græce dixeris ... ψῆφον, hoc eſt ſententiandi poteſtatem facere, & calculum proponere, calculum porrigere & judicandi facultatem permittere: vulgo *Zu Recht ſprechen. Vrtheylgeben* Spieg.

Mittere in poſſeſſionem, Prætor dicitur, cum ſeruandi crediti cauſa, vel dotis legatorumve nomine, damnive infecti cauſa rerum cuſtodiam alicui mandat, non vt poſſideat, ſed vt in poſſeſſione ſit. l. 1. ff. quib. ex cauſ in poſſeſſ l. 3 § vlt l. 10 ff. de acquirend. hæred. l. 26. & 27. ff de jud. l. 1. ff. de feud. dotel verbi gratia, contendiſti mecum feudum Caſtellanum eſſe tuum, & probaſti. Iudex per executorem mittit te in poſſeſſionem. id eſt, facit te poſſeſſorem. Item volui agere cum Titio, qui citatus noluit venire ad judicium: Iudex me mittere debet in poſſeſſionem fundi, quem petebam, non vt poſſideam, ſed vt cuſtodiam rem: & maneam in fundo, vt ipſe Titius tandem tædio affectus veniat, & litem ſuſcipiat, donec probauero illam rem eſſe meam. Vide gl. fin. in c. contingit de do. & contu. quod operatur miſſio in poſſeſſionem in actione reali & perſonali ex primo & ſecundo decreto. Et note quod Prætor miſſionem in poſſeſſionem ex ſecundo decreto ſibi ſpecialiter reſeruauit, & ſic legatis aut ſubdelegatis non eſt conceſſum dare vel confirmare miſſionem in poſſeſſionem, vt no. in gl. fi. c. quod tranſlationem, de off. de leg. De hac materia vide in cap. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt circa medium, vel poſt. & glo. in c. contingit. prælleg. Old. Prat.

Mittere in poſſeſſionem nomine ventris eſt mittere in poſſeſſionē nomine eius qui eſt in ventre, vt cum mulier prægnans mittatur in poſſeſſionem nomine filij vel filiæ hæredis, quam

Digitized by Google

Modo meo, id eſt, vt volo, Donat.

Modvm mutare, ff.de tranſact l.cum hi, §.penult.

Modvs, proprie rationem ſignificat, id eſt, menſuram, ſiue formam. Ratio vero jubet, ne quid nimis, ſed omnia cum moderamine fiant. Proinde modus qui finem exceſſit, vt conſiſtat, ad modum reducendus eſt per l.placuit, ff.de vſur.& not.ibi. Sic intellige modum legati: modum vſurarum: modum manumittendi, l.demonſtratio, §.fi ff.de condi. & demonſt.l.1.& a. C.de iis quæ ſub mod.placuit, ff.de vſur. & §. cum ergo. Inſtit. quib.ex cauſ.manum.non lic.Prat.

Modvs menſuram, & ſpatium agri ſignificat, tit. ſi menſor.falſ. mod. dix.l.40.ff.de contrah.empt.l.4 §. vltim. de actio. empt. l.64 ff.de euict. in & alias ſæpe. Proprie autem agri modum renunciare menſores dicuntur, l.1.l.3.8 ff ſi menſor. falſ.mod Hygen.lib 2.de limitib. agr. Longitudinem autem, quotiens egeram, ego ita renunciabam, iugera tot, vel verſus tot.Briſ.

Modva in rub.C.de his qui ſub modo legata: eſt finis propter quem legatur: vel eſt cauſa legandi collata in futurum, Gothofr in d rubr.

Modvs apud Latinos authores varie accipitur, ſed (præter vulgares eius ſignificationes cum de eo agitur in tractu conditionum, ſignificat moderationem quandam rei de qua agitur adjectam: vt qui rem illam conſecutus fuerit, aliquid vel laciat vel det. Ac interdum quidem etiam conditio appellatur à vera tamen conditione multum differt. Nam neque obligationem differt ſuſpenditve, neque impedit diem cedere. Bald. tit.de legatis.

Modvs legatis conſtitutus dicitur lege Falcidia: quæ ita cui que libere legare permiſit, dum ne minus quarta parte hæredi ſatis apud hæredem remaneret, l.1.in pr. §.interdum, & l.81.in fi.ff.ad l.Falcid & l.36 §.1.ff. de Hal b l.24. ff. de dolo. Atque ita accipio quod eſt à Tacito lib.1.ſcriptum, Legata non vltra ciuilem modum reliquit. Non abſimiliter recenſionis modum interpretandum exiſtimo in l.16. C.fam.ercisc. Sic & modum vſurarum crebro in libris noſtris legimus, Briſ.

Modva prædiorũ in l.12.vbi Goth.C.de ſeruit. & aq. i. quãtitas.

Modvs olei & aquæ dicitur l.12.ff.de act.empt.l 1. §.illud tan e, ff.de aqu.cotid, Modus etiam legem præceptã vſus & qualitatem ſignificat in l.4.§.1.ff.de ſeruitutib.vbi Modus adjici ditur ſeruitutib.eum definitur, quo genere vehiculi per quam partem fundi eatur, agatur qua hora, quibus temporibus qua parte aqua ducatur, l.13 §.1.de ſeruit.ruſtic l.11.ff.quemad ſeruit. amit Et ita apud Iuſtin.in §. finitur, Inſtit. de vſufr. non vtendo per modum, intellige non vtendo ſecundum modum legemque d ctam in conſtitutione vſusfructus, Briſ.

Modvs pro fine. Hinc admodum exilij, pro ad finem dixit Papin.l.qui neceſſitas, ff de liber.cauſ.Prat.

Modvm ſcenatilem. Varro in medio, pro verſu ſcenico, vt Iambico, quo in Comœdiis & Scena Poetæ vti ſolent, poſuit, prout annotat Turneb.lib.12.aduerſ.cap.16.

Modva per particulam, vt Conditio, per ſi. Cauſa, per quid, vel quoniam: Vide Bart.in l.quibus diebus, §. fi.ff.de cond.& demon.Alper.in rubr.C.de his quæ ſub modo.

Modvs inſtitutionib.legatis, donationibus, adjici dicitur, cum ſub ea cauſa quid datur relinquiturve, vt aliquid fiat, titul.de donat. quæ ſub modo, C.l.29.ff.de legat a.vbi à conditione ſeparatur, vt & in tit.de condi.de mon & modo Modus tamen, vt tradit Cujac. 14.obſ.24.conditioni reſpondet: & eſt modus quaſi conditio, l.1.C.d.t.de donat. quæ ſub modo: vocaturque modus ſæpe conditio, l. Titio centum, §.1.& l, libertis, de condi. & dem.l,2.§.vlt.l.3.de don.l.liberto, §.Lucius, de ann.legat. l.Mæuia, de manu teſtam.l.8.pen.de cond.inſt,

Mœniana Alciatus quorundam obſcuriorum Grammaticorum ſententiam contra Accurſium ſecutus, à Mænio juuene cum homine prodigo & luxurioſo nomen accepiſſe ſcribit, qui cum omnia ſua bona abligurrilet, domum tandem in foro vendidit, ſed vnam columnam excepit ex qua protecit ligna, quo amplius podium efficeret, vnde gladiatorias ludos conſpiceret. Iſid.lib.15.Etym.c.3.Mœniana, inquit. dicta ſunt quod Mænius.Mænianus collega Craſſi in foro projecit Materias, vt eſſent loca in quib.ſpectantes inſiſterent, quæ ex nomine eius mæniana appellata eſt. Hæc & ſolaria, quia patent ſoli: poſt hæc alia lapide, alij materia ædificare porticibus mæniana & foribus & domibus adjecerunt. Hanc etiã notationem confirmat Feſtus Pompeius, qui teſtatur a Menio cenſure appellata eſſe, An hic Mænius poſtea bonorum ſuorum decoctor exſtiterit, an vero ſit ex eius, de quo Horat.li.1. epiſt. familia nõdum ſatis conſtat. Mæniana igitur ſunt projecta, quæ ſpectandi cauſa facta ſunt, & vt Iſidorus inquit, loca columnis ædificij ſque projecta, in quibus ſpectantes inſiſterent, quoque amplıarentur ſuperiora ſpectacula, vt Pompeius dicebat Vulgo etiam Podioli & lobiæ vocantur, hoc eſt, loci ad ſpectandum apti. Franciſcus Marius Grapal.de partibus ædium lib.2.cap.1. vnde Iuuenalis 2 Omnibus ad podium ſpectantibus. Et Sueton.Spectabant omnes à mænianis. Fiunt igitur mœniana extra domus parietem vel columnam, inſtar pulpiti mutulis è marmore ſuppoſitis, facit l.ſi quando, 17.ff de ſeruit.vendit.D. Gœddæus ad l.malum, 245.§.1.n 2.de verb.ſign.

Mola aſinaria, ſupplicij genus peculiare Palæſtinis, vt indicat, Hieronymus, quod ob enormia crimina ſolet exigi, vt apud nos rotæ ſupplicium. Seruator noſter apud Lucam cap.17. ex atrocitate pœnæ eo caſu populo demonſtrat culpæ magnitudinem, quum ait: Expedict ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collum ejus. Spieg. Hilarius autem dicit Aſinariam poni pro grandi, quam ſcilicet ab aſinis aut alijs jumentis verſari oporteat: & non ſit parua quam truſatilẽ vocant, quæ manibus hominum trudi poſſit. Aliqui exponunt de inferiore mola, quæ quia ignaua manet, ſuperiore celerrime volante, ὄνος aſinus vocatur, & plerunqs maior eſſe ſolet, ſiue quia plus atteritur, ſiue quia non eſt neceſſe eam eſſe tractabilem vt inferiorem, ſiue denique quia maiori ſumptum cõmutatur: Pomponius Sabinus: vſus mularum ad manum in Cappadocia inuentus, inde inuenitis vſus earũ ad ventum & ad equos, paulo ante Auguſtũ molæ aquariæ aquis actæ, Romæ in Tyberi primum factæ.

Molæ multiplices ſunt, puta manuariæ ſeu manuales, quæ manu verſantur. Truſatiles, jumentariæ, aſinariæ, & aquariæ. Iabolenus de fund.inſt.l dolia. Molas, inquit, manuarias ſupellectilis, iumentarias autem inſtrumenti eſſe Ofilius ait. Molas aquarias, hoc eſt, aqua verſatiles, ante Iuſtiniani tempora fuiſſe nondum legi. Ia enim in tit.de Aquæduc.l.decernimus, molæ aquariæ meminit. Nebriſ.Quod multis caret, non eſt molendinum, Bald.ait in c.1.§.ſi quid de contr.inter dom.& val.de inueſt. Spieg.de molis: vide Caton.c.11.rei ruſticæ.

Molæ Oliuariæ, l.21. ff.de ruſtic vel inſtrum. & apud Paul. l.3.Sent.tit.6 quas & trapeta à Latinis dici Seru. in lib.2.Geor. ſcribit. Cuius verbi fit mentio in l.21.§.illud nobis, ff.loc.Briſ.

Molæ ſuperior pars catillus: inferior meta dicitur, l.18.§.idem conſulius, ff.de fund inſtru.

Molandinarivs, non molitorem, ſed quod ad molendinum pertinet ſignificat. Paulus, annam molendinariam, & molam negat ea appellatione.Spieg.

Moles dicuntur etiam ſtructuræ, quæ fiunt ad arcendum fluctus, Vlp in l.1 de Impenſ.in re dot. fact. Inter neceſſarias impenſas eſſe, Labeo ait, moles in mare, vel flumen projectas, l.52.§. ante domum, ff de act emp.Spieg.

Molas in mare projiciunt, ſecundum Vlpian. in l.1.§.vlt.ff.de impen apud quem tamen aliqui codices fide digni meras, non moles legunt. Sed prior lectio magis placet, quia Liuius ab vrbe condit.lib 2 refert, inſulæ in Tiberim ex frumenti aceruis factæ additas moles, manuque adjutum.Cotta.

Molam ſingulari numero dixit Vlpian.in l. 1.§. aduerſus, ff. ne quid in loco pub. Sueton. in Caligula. Et jactæ itaque moles profundo atque infecto mari.Patereulus vol. poſter.de Lucullo. Quem ob injectas moles mari & receptum ſuffoſſis montibus in terras mare: haud infacete Pompeius Xerxem togatum vocare conſueuerat. Senec lib.5.Declarat. Maria projectis molibus ſubmouentur. Idem lib. 14. Epiſt.Quid lapideas moles in rotundum ac leue formatas, quibus porticus & capacia populorum tecta ſuſcipimus? Iaci autem dicuntur moles in mare, Actone interprete in 3.Odar. Horat. quoties excluditur aqua. Pilarum quoque in mare jactarum fit mentio in l. 30. §.vlt.ff.de acquir. do. & l.1. ff ne quid in loco publ.Sunt vero pilæ grandiora ſaxa aceruatim congeſta ad contignationem aliquam ſuſtinendam. Plin.lib.6. Epiſt.Saxis deinde pilæ adjiciuntur, quæ procedente tempore enatam inſulam imitentur. Dionyſ. Halycar. lib.3. Horatiam pilam γωνιαῖον στύλον interpretatur.Sic pilæ lapideæ apud Vitruu.lib.2.c.9 Briſſ.

Molas, ait Feſtus, pro magnitudine fere poni ſolet.

Molestam tunicam. Seneca & Iuuenalis Satyra 8. dixere tunicam alimentis ignium & illitam & intextam.Brodæus Miſcell.lib.2.cap.9.

Molestari. Modeſtinus: Ab Aurelio Semptonio fratre meo neminem moleſtari volo: hoc eſt, alicui grauem eſſe, ſeu exhibere alicui moleſtiam, vt Cicer. ad Atticum dixit: Vide l.illud & not.ff.de tribut.Spieg.

Molestvs, qui alicui grauis eſt, nec ſinit eũ quieſcere: in Aut. de fidejuſſ. in princip. Porro quæ moleſta ſunt, recte per pactum excipiuntur, l.ſi quis ſub hoc, ff.de contr.empt.Spieg.

Molaatrina, à molendo, piſtrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non autem molebantur Seruius enim nobilis grammaticus autor eſt, apud priſcos molarum vſum non fuiſſe, Aquatiarum autem molarum loca, quibus Itali in Pado, vt Bart.indicat, nos in Rheno, Danubioque, ac alijs noſtris, vt & Galli in ſuis fluminibus vtimur moletrinas appellari poſſe. Budæus ex Nonio colligit, Spieg.

Momentvm vltimum temporis expectandum, quo aliquid neceſſario vel fit, vel datur, & lex docet, & doctores exacte tradidere.Spieg.

Moliri, proprie eſſe volunt, quod cum difficultate conari, operari, vel facere, ſiue ingenio, ſiue corpore. Macer tamen in l. diuus, ff. de offic præſid pro perpetrare vſurpaſſe videtur. Item, moliri, eſt moles ad ædificium aliquod coaptare. Vlp.in l.1. de

Nou,

Digitized by Google

Non.oper.nunc. Qui forte in publico, vel in priuato quid molitur. Inde molitio, ipſe apparatus ædificandi, vt eod.tit.l. ſtipulatio. Molitio, inquit, non impeditur. Demoliri vero, diruere, & Demolitio, dicuntur oppoſita ſunt, Nebriſſ.

Molitor, qui aliquid ſtruit, conatur, & machinatur.

Molitores, rerum nouarum.

Molli brachio, & leui brachio. Cum tacite innuimus leuiter attingere articulo, vt Quintilianus ait, non diligentem operam præſtare, molli vel leui brachio, id facere dicimus.

Mollem animum, in fin. C. de compenſ. Imp. eleganter oppoſuit ſeuero & forti. Quamuis apud Cicer. mollis animus pro facili & tractabili, lib. 2. Epiſt. ad Attic. in bonam partem legatur, Spieg.

Momenta, pro horis & articulis temporum in l.3.§ minorem, ff. de minorib. l.6. ff. de vſucapio, l.23. ff. de acq. rer. dom. l.44 in pr. & §.1 ff. de adq. poſſ. l. pen. ff. de diuerſ. & temp. l.134. ff de verb. ſign. l.3. in fin. ff. vt in poſſ. leg. l.3 §.1. ff. quod vi aut clam, l.63 in fi. ff. ad l. Falcid. Briſſ.

Momenta decem, punctum conficere, & quatuor puncta horam Accurſius putat, Latiores tamen autores momentum ſimpliciter accipiunt pro breui tempore, ſicut & punctum. Alciat. citat Horatium & Terentium. Cæterum minutis ſexaginta conſtare horam, receptum eſt. Boetius, vt ab Alciato citatur, lib. Geomet. vlt. puncto minus eſſe minutum, rurſus minuto momentum, autor. Spieg.

Momentaria poſſeſſio ſiue momenti beneficium eſt celeris reformatio & reſtitutio poſſeſſionis per vim vel alio modo ablatæ aut interpellatæ. Poſtulatur autem poſſeſſio momentaria per interdictum, vel actionem ex cauſa interdicti, ab eo qui poſſeſſione, vi, dolo, aut metu aut iniquo judicio ſpoliatus eſt. Et quia ea ſtatim ſine vlla cunctatione ſpoliato reſtituenda eſt, dilata Domini quæſtione, ideo dicitur momentaria. Idque Iſidor lib. 5. Etym. his verbis rectiſſime notat. Momentum, inquit, dictum eſt à temporis breuitate, vt tam cito, quam ſtatim ſaluo negotio reformetur, nec in vllã partem produci debeat quod repetitur. Poteſt autem momenti beneficium per quamcunq. perſonam poſtulari etiam per ſeruum, l. vlt. C. qui legit. perſ. in jud. hab. l. 1. ſi per vim vel alio modo, l.4. C. Th. vnde vi: & poſtulatur ab ejus loci Iudice in quo ſtatus poſſeſſionis perturbatus eſt, l.1. C. vbi de poſſ. agi opor. Eſt vero vſque adeo celeris hæc reformatio (ſic enim appellatur in l. Si colonus, C. de agricol. & cenſit.) vt nec eam appellatio retardare poſſit, l.1. C. Si de momen. poſſeſſ. appell. fuer. Symmachus libr. 1. Epiſt. in cauſis (inquit) quibus momenti reformatio poſtulatur, appellationes recipi non oportet. Meminit & Caſſiod. lib. 4. epiſt ad Antonium plura. Cujac. lib. 1. obſeru. c. 10. quem vide.

Momentarius vſusfructus, l. vlt. §. vlt. ff de bon. quæ lib.

Momentariam vitam, pro breui: & momentarium maritum, in eundem ſenſum Apulejus dixit. Sic momentarium venenum intelligendum, quod ſtatim interficeret: & momentariam ſalutem, quantulamcunque. Ex quarto commen. Catanæi. Sic.

Momento fieri, in jure noſtro intelligitur, quod nullo extraneo actu interueniente fit. Ex Alciato. Spieg.

Momentum accipiunt juris noſtri autores pro ἀτόμῳ, i. breuiſſimo & indiuiſibili tempore propter temporis breuitatem: vt cum id quod filiusfamilias acquirit ſcribunt ne momento quidem in ejus perſona ſubſiſtere, & confeſtim patri acquiri, l. placet, ff. de acquir. hæred. l.3. Cod. de offic. comm. rer. priuat. Accipitur tamen interdum ἀκριβῶς pro latiore quodam temporis ſpatio, l. penultim. de condic. tritic. & pro hora inter dum, l.1 § Minorem, ff. de minor. plura de hoc Cujac. in ἀρχ... de diuerſis temporum præſcript. & terminis. Et ſic accipiendum eſſe momentum in l. Continuus, ff. de verb. oblig. admonuit Spiegel. more interpretari ſuos Doctores contra vocis ipſius latinam ſignificationem, pro occupatione naturaliter neceſſaria, veluti in ægrotis, dum catapotia medicamentumve hujuſmodi aſſumunt.

Momentum alias vtilitatem, & emolumentum, aut etiam vim & effectum ſignificat. Ita momentum juxta eum modum dicitur, quo multi dicunt, Res parui momenti, id eſt, quæ vim & effectum non habet, quæ nulla eſt, & inefficax, & inutilis. Item magni momenti, id eſt, quæ magnum pondus & vim habet: Vide quæ not. in l.1. C. de nouat. & l. ſi poſt mortem de leg. 1. cum ſeq. Spieg. [de dou. int. vir.

Momenti nullius eſſe, & valere opponuntur, l.32. §. ſi ambo, ff.

Momentum habetur in conſideratione propterea ſingul. decidit Bud. in c.1.§. quin etiam, verſ quæro quid ſi maſculus, in tit. epiſcopum vel abb. quod ſi teſtator ſubſtituit filio Titium, ſi moreretur ſine filiis de tempore mortis habuit filium qui momento tantum vixit, tamen ſubſtitutio expirat: & hoc dictum pro ſingul. late ſeri. Iaſ. in l. inter ſtipulantem, § ſacram. colum. 8. in princ. ff. de verb. oblig & in l. antepen. col. 21. in princ. C. de inſtit. & ſubſtis. & ante eum commendat etiam Aret. conſil. 50. copioſe & eleg. in vlt. col. & Deci. conſil. 509. viſo puncto in vltim. colum. & conſ. 623. columna prima. Socyn. in ſepet. l. cum auus, column. 96. verſic. poſtremo aduertendum. de cond. & demonſtr. Secundo per hoc ſingula decidit Bald. in l. non tantum: per illam text. C. de legat. quod ſtante ſtatuto, quod mortua vxore in matrimonio vir lucretur dotem vel partem, quod ſtatutum eſt quaſi vbique, procedit etiam in eo qui fuit in matrimonio per momentum; & pro ſingulari ſimpliciter approbat Iaſ. in l. ſi donaturus, §.1. ad fin. ff. de condict. cauſa data: & late de veritate diſputat in dict. l. non tantum: vbi tamen putat falſam. Tertio accedat, quod ſingulariter decidit Bald in l. in quibus, verſ. ſed hic concurrit alia quæſtio, Cod. de ſecund. nupt. per gloſſ. ibi quod ſtante ſtatuto quod filia dotata extantibus maſculis non ſuccedat: ſufficit momento temporis maſculum vixiſſe, vt filia dotata perpetuo excludatur: niſi ſtatutum requireret perſeuerentiam liberorum, vt per eum, & idem etiam firmat Bald. in authent. ſed & ſi quis, column. 3 verſic & per hoc infertur, eod. titul. cum his quæ pulchre ex facto eum incidiſſet, ſcripſit Marianus Socyn. conſ. 5 præſens conſultatio in 1. libr. & ſequitur etiam Alexan. conſil 29. quoniam abunde, circa fin. in 1. volum & Aret. in loco præallegato, ſcilicet conſ. 50. in vlt. column. Deci. conſil. 87. pro reſolutione, in 2. dubio. Et idem etiam decidit Bald. in l. ſi quis poſthum § 1. in vltim. colum. circa med. ff de liber. & poſthum. cujus deciſionem pro ſingula. commendat Iaſ. in l. inter ſtipulantem, §. ſacram. in 8. column. ff. de verbor. oblig. & eſt etiam de mente eiuſdem Bald. in l. ſi quis hæredem, in ſecunda oppo. C. de inſtit. & ſubſtit. quia in conditionibus ſufficit ſemel pro ſemper, ſecundum com. cum ſimilibus quæ late ſcribit Cornel. conſ. 7. rudis & incompoſita, & in 1. & 2. & in vlt. column. in 1. lib. & prædicta nota, quia dictum lucrum, quod marito per ſtatutum defertur, licet à marito non repetatur acceptatum, tamen tranſmittitur, ſecundum Alexand. in l. cum antiquioribus column. 4. C. de jur. delib. Iaſ. in l. ſi arrogator. col. 7. ff. de adopt. Cotta.

Monachatus an liberet à patria poteſtate, Ego hoc affirmare non auſim, tametſi communior ſit doctorum opinio, monachum liberari poteſtate patria, quia ingreſſu monaſterij in poteſtatem Abbatis conijcitur, à cujus, non autem à patria ſui natura nutu & arbitrio dependet, Vult. in comm. Inſtit, l. 1. tit. 12. § 3. n. 5.

Monachio, ſodalitas & conuentus monachorum, apud Impp. l. generali, 13. C. de ſacroſ. eccl. Hotoman.

Monachus. Monachi proprie & ſtricte appellantur, qui virtute regulæ ſolitariæ ſtant in monaſterio, d. cap. placuit communi: nec immiſcent ſe prædicationibus, cap. Monachus, cap. juxta Calcedonenſis, &c. adjicimus, 16. quæſt. 1. niſi adminiſtrationem habeant. Cujuſmodi ſunt, quos ſecundum communem loquendi vſum appellamus monachos de ordine ſancti Benedicti, cap. juxta Calcedonenſis, habentes bona in communi, cap. ſtatutum, 18. quæſt. 1. Nec ij appellantur fratres, ſed religioſi. Clemen. vnic. de exceſſ. prælat. Alios autem, vtpote mendicantes, appellamus fratres, in clement. exiui de paradiſo, de verbor. ſignif. Verum, quod monachi, quandoque appellentur fratres (quod nomen dedignari videntur, ac eo nolunt appellari, neſcio, qui monachi, ſed domini) eſt textus in cap. Cauſam, quæ ext. De judic. libr. 2. Decretalium; & ibi Abbas, pulchre explicans, qui dicantur monachi, & qui fratres item & quo diſtent. Generaliter autem omnes monachi religioſique profitentes tria regulæ ſubſtantialia, ſiue ſint mendicantes, ſiue habeant bona in communi, poſſunt dici fratres, cap. nimis iniqua, & cap. nimis praua, de exceſſibus prælat. Clement. dudum, de ſepult. dic. Clement. exiui de Paradiſo. Verumtamen puto, quod in ſtatutis diſpoſitionibuſque odioſis, & (vt vtar vocabulo ipſius Abbatis Panormitani in d. c. cauſam, quæ) reſtringibilibus, appellatione fratrum non veniant monachi, eo quod debet attendi communis vſus loquendi, l. Labeo, ff de ſuppell. leg. Facit l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtruct. & inſtr. leg. l. liberorum, § quod autem. Caſſius de leg. tertio. Notat Bartolus & idipſum præſertim in materia ſtatutorum, in l. omnes populi, ff. de juſtitia, & jur. Monachi igitur, id eſt, ſolitarij nominantur, ſed quemadmodum tutores vocamus, qui pupillos negligunt, ita falſo retinent id nominis, qui (contra c. Si cupis eſſe quod diceris cap. placuit communi, cap. juxta Calcedonenſis, &c. qui vere, 16. q. 1.) in frequentibus locis conſpiciuntur, & quibuſcum, malo Chriſtianæ ſanctitatis exemplo palam victitant, &, ſi fas eſt dicere, concumbunt pellaces mulieres (quamquam nullæ monaſteria religioſorum introire debeant, 18. q. 2.) pariuntque filios, quos nepotes vocamus? Quæſo, quid facies? dicet aliquis. Ita veteres patrimonij reditus annuos templis tam magnifice profuſeque donarunt (id quod vbique intueri licet) vt hinc maxime ſit monachorum otium, illiterata, inertia, craſſitudo, & ſumma cum rerum, tum corporis luxuries. Hi mihi videntur in animo habere, quod vulgo dici ſolet, Si res ſuppetit domeſtica, quorſum opus literis? Si deeſt, quo pacto pauper philoſophari poteſt? Certe non obſtat, quod dicitur, monachum poſſe eſſe expertem literarum, gloſſ. capit. legi. 16. quæſtione 1. cum id ad jus antiquum (quo

vel quam habet in vtero ex marito præmortuo. Et notat. Ad hoc quod judex actorē mittat in poſſeſſionē, vel bona vendat, vel eum ſoluat, requiruntur quatuor neceſſaria. Primo, quod citet reum abſentē trina citatione, vel vna peremptoria ad domum. Si non reperitur, citentur amici vel affines generali interdicto. Et ſi nō comparet aliquis procurator vel defenſor, ex primo decreto, ſeu mandato, mittitur actor in poſſeſſionē cauſa rei ſeruandæ, quæ miſſio nō tribuit jus, ſed ſolum detentionē, vt reus tædio affectus veniat reſponſurus. Quare dicitur poſſeſſio tædialis ex primo decreto. Secundo requiritur congruum tempus inter primam & ſecundam miſſionem, quod eſt arbitrarium, poſtquam in jure non inuenitur determinatū, vel annale, &c. Tertio, quod abſens malitioſe noluit comparare, & animo fraudandi creditores. Secus ſi malitioſe tantum, vide licet propter maleficium aliquod, non tamen animo fraudandi. Quarto, quod conſtet de debito legitime per veras & plures probationes, nec ſufficit iuramentum calumniæ, cum agitur de magno præjudicio rei abſentis, quibus omnibus habitis, mittitur actor in poſſeſſionem verè ex ſecundo decreto. Et ſic miſſus in poſſeſſionem, habebit omne jus dominij, vel quaſi, quod habuit reus, imo reus poſtea non eſt audiendus, niſi non fuiſſet per contumaciam abſens, vt in cap. conſultationibus de offic. de leg. cujus eſt hæc materia, & ibi glo. bona. Old. Prat.

Mittans plenam opinionem, pro eo quod vulgo dicitur, totalem facere informationem apud Vlp. in l. interponas, de interdict. & relegat. Spieg.

Mitti in poſſeſſionem dicuntur à Magiſtratibus, quib. cuſtodia rerum & obſeruatio, vel crediti ſeruandi cauſa, vel dotis, vel ventris, legatorumve nomine, aut damni infecti cauſa conceditur: non vt poſſideant, ſed vt in poſſeſſione ſint, tædioq; perpetuæ cuſtodiæ vel cautionem, vel quod ſibi debetur extorqueant & exprimant, l. 3. § vlt. & 10 ff. de adq. hæred. l. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 2. ff. de feriis, l. 9. ff. de rei vendic. l. 16. & l. 17. ff. de jud. Liuius li. 49. In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publice Quæſtores Prætor miſit. Qui verò mittuntur in poſſeſſionem, ire in bona & ire in poſſeſſionem dicūtur, vt alias dixi. Miſſum damni infecti in l. 7. § plane, ff. commun. diuid. interpretare ex cauſa damni infecti in poſſeſſionem miſſum. Briſſ.

Mitti ad judicem, l. 8 & l. 9. ff. de liber. cau. l. vlt. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eat. l. 2. ff. de judic. Mitti ad arbitrum, leg. 1. §. cum dicitur, ff. ſi quis plus quam per l. Falcid. Ire ad judicem etiam non in ea rubr. duntaxat, ſed & in l. 5. C. arbit. tut. & l. 3. ff. judic. ſol. Sed & mitti ad actionem dixit Gajus in l. 16 ff. de ædilit. edict. & remitti ad interdictum Vlp. in l. 1 §. ſed ſi inter, ff. vti poſſid. l. 2. in fi. ff. teſtam. quemad. aper. Et per interdictum ad jus ordinarium remitti in l. 1. § 1. ff. ſi muli. vent. nom. Briſſ.

Mixtæ actiones, quæ tam in rem ſunt, quam in perſonam: quales ſunt familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum, §. quædam, Inſt. de action. l. 1. ff. finium regund. L. 37. in fin. ff. de obligat. & actio. Item hæreditatis petitio. l. 7. C. de pet. hæred. Briſſ.

Mixtæ etiam actiones appellantur, quæ partim rem, partim pœnam perſequuntur, §. ſequens, & §. rei perſequendæ, & §. ex maleficijs, Inſtit. de actionibus, Briſ.

Mixta interdicta appellantur, quę & prohibitoria ſunt & exhibitoria, l. 1. §. interdictorum. ff. de interdict. Briſſ.

Mixtum ſub ſimplici non comprehenditur, gloſſ. eſt quæ ad hoc ſemper allegatur, in §. omnium, Inſtit. de actiō. & propterea Bald. eleganter conſ. 141. præmiſſis verbis col. vlt. lib. 1. dicebat, quod ſi ſunt duæ cauſæ ſimul Complicatæ, quarum vna appoſitionem reſpuit, alia autem admittit; & ſententia ſuper vtraq; ſimul feratur, poterit ab vtraque ſimul appellari, maxime ex cauſis expreſſis in jure, & eſt memoria dignum: & vidi pluries diſputari in hoc, & conueniunt quę late tradit Iaſ. conſ. 74. in caſu præſenti, lib. 3 vbi conſuluit, an in tranſactione ſub ſimplici comprehenditur mixtum: & dicit etiam Baldus in præallegato conſilio in 1. col. quod eadem ratione in cauſa mixti poſſeſſorij poterit appellari, quod nota ad leg. vnic. C. ſi de momen. poſſeſſ. fuer. appel. Cotta.

Mixtum imperium eſt, cui etiam juriſdictio ineſt, quod in danda bonor. poſſeſſ. conſiſtit, & in judicis danda licentia, imperium, 3. ff. Alc. in Parerg. lib. 2. cap. 8. Zaſius, doct. & Bart. ſuam diſtinctionem relinquens, per tres gradus mixtum imperium diſtinguit. Magnum, quod in officio nobili conſiſtit: plenam tamen cauſæ cognitionem exigens, realemque vel perſonalem coërcitionem, l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de Off. Procon. Mediocre, quod abſque reali coërcitione, plenam cauſæ cognitionem exigit. Paruum, in ijs conſiſtit, quæ officio judicis, itidem nobili, cum ſummaria aliquando cognitione explicantur. Exempla per ex lectione eius perquam luculenta, in l. cui juriſdictio data eſt, ff. de juriſdict. Spieg.

Mixtura in l. 82. ff. de condit. & dem. l. 30. ff. de vſucap. Briſſ.

M N.

Mna Græci, Latini Minam vocant. Hęc varia admodum eſt, vt late explicat doctiſſ. vir Georgius Agric. Apud Græcos idem eſt, quod libra, & pondo apud Romanos: hæc centum drachmas continebat, hoc eſt, centum denarios Romanos ſeu quadringentos ſeſtertios. Mina igitur decem aureos coronatos valuit, & drachma tres ſol dos Turonenſ. & ſemiſſam, quanti ſcilicet denarius Romanus æſtimatur à doctis, qui de hac re ſcripſerunt, hoc eſt, quaterni nummi Ex Bad. Spieg.

Mnema, ſepulchrum quæ ſit indicat Rhodigin. lib. 14 c. 49.

Mnesteres ſponſus, qui matrimonio vinctus eſt, l. 1. ff. de excuſ. tut. Prat.

M O.

Mobiles res propriè ac præcipue appellantur, quę anima carent, vt vaſa, veſtes, & alia id genus: Mouentes verò, quæ per ſe mouentur, omnium animalia, ſeruí, quadrupedes, pecudes: & ita hęc duo ſeparantur, l. 1. ff. de ædil. edict. l. pen. C. de jure dot. l. vn. §. cum autem, C. de rei vxor. act. l. 2. & 3. C. de quadrien. præſcript. l. 37. C. de epiſ. & cle. l. 13. C. de ſeruit. l. 4. C. fam. erc. Briſ.

Mobiles ſunt quę ſupellectilis, quę inſtrumenti penuſve nomine continentur, vt veſtis, lectus, menſa, &c. Mouentes ſe animalia ſunt omnia quæ poſſidemus. Immobiles quæ ſolo hærent, vt domus, fundus, &c. Connan. lib. 3. c. 2. n. 11.

Mobilia, licet paſſiuam ſignificationem reſpiciant, ſicut mouentia actiuam, tamen pro eodem accipiuntur, niſi aliter de mente conſtet, l. mouentium, de verb. ſign. Celſus in l. ſi chorus, de leg. 3. ait his verbis, Quæ ibi mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repoſitos vt mutui darentur, non eſſe legatos. At Proculus ait eos, quos præſidij cauſa repoſitos haberet, legatos contineri: & ſæpe audiuiſſe ruſticos ſenes ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe: peculium appellantes, quod præſidij cauſa ſeponeretur.

Mobilium nomine annui reditus breui tempore duraturi veniunt. Contra, qui perpetuo debentur, immobilib. æquiparantur. Quod Alciatus ita intelligendum putat: Vt ſi dies ceſſit, incipiantq; iam liberi, mobilibus ęquiparentur. Nam cum actio inde competere videtur res ipſa haberi: alioquin immobilium potius ſimilitudinem in eis approbat. Idem animaduerſionum monuit, quod ex ſententia Pauli, l. ſi chorus, de lega. 3. mobilibus legatis, aurum vel argentū non debetur, niſi de his quoque manifeſte ſenſiſſe teſtatorem, poſſit oſtendi. Old.

Mobilis homo, Conſtanti opponitur. Inde mobili animo eſſe, pro leui & inconſtanti accipimus. Cujuſmodi ſolet eſſe vulgi. Proinde recte vocantur à nobis, meliore loco nati, *Die veſten*, ceu à vulgi leuitate alieni. Spieg.

Mobilium appellatione etiam animalia veniunt, l. 1. ff. de rei vind. l. 3. §. Nerua. l. 30 §. item quod mobile, ff. de acquir. poſſ. Mouentium quoque idem quod mobilium appellatione ſignificatur, ſi non appareat teſtatorem animalia duntaxat quæ per ſe ipſa mouentur, mouentia vocitaſſe, l. 93. ff. de verb. ſig. l. 15. §. in venditione, ff de re jud. l. 12. §. vlt. ff. de vſufruct. leg. vlt. ff. de requirend. vel abſentibus, l. 2. § certe, ff. de furt. Denique continguntur in l. 7. C de bonis matern.

Mobilium appellatione continentur etiam nummi, aurum, argentum, Gædd. ſign. ad l. 93 n. 4.

Moderamen inculpatæ tutelæ, l. 1. C. vnde vi, vt vulgo dicitur, tunc fieri intelligitur, quando aliter ſe quis defendere, aut periculum rerum ſuarum effugere non poteſt. Quæ defenſio vſque adeo permiſſa eſt, vt is qui vim inferre non vereretur, etiam impune occidi poterit, ſi nulla alia ratione fugæ ſit locus. Spieg. Prat.

Moderamen ſuę voluntatis, id eſt, teſtamentum in l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ.

Moderata caſtigatio, hoc eſt, correctio, emendatio, extra ſæuitiam, conceſſa eſt patrisfamilias, l. reſpiciendum §. furta, ff. de pœnis. Docenti leuis caſtigatio permittitur, l. ſed & ſi quemcunque, in fin. & l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. Adde l. 3. Cod. de patr. poteſt. l. cum oporteret, § non autem, C. de bon. quæ liber. l. 1. C. de emendat. propinq. Spieg. Prat.

Moderatam æſtimationem facere, apud Vlpian. in princ. l. ex damni, ff. de damn. infect.

Moderata tutela, qui vim auertit moderata tutela, non admittit injuriam: quoniam vim vi repellere jure licet, vulgat. l. vt vim, ff. de juſt. & jur. & l. ſciendum, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. Spieg.

Moderationem, temperantiam, modeſtiam Græci, vt lego alicubi obſeruatum, vnius verbi enunciatione comprehendunt, quæ eſt *σωφροσύνη*. Hac voce libentius vtuntur, vt video, recentiores noſtri interpretes, pro ea quam veteres vſurparunt, limitatione, à qua nec Zaſius noſter abſtinuit; vt pleraque alia prorſus barbara, tantum vſui tribuens, retinuit. Spieg.

Moderationis eſt, temperare modos in factis, & dictis, & cæteris talibus, quę agendi officio viuuntur, arg. l. fin. §. 1. ff. de bonis damnat. vt ab Alberico citatur. Spieg.

Moderator, modo rector, modo gubernator, modo arbiter apud Impp. in Conſtitutionibus accipitur. Spieg.

Moderatores in Codice prouinciarum rectores vocantur: quos Græci *ἁρμοστὰς* vocant. Tribuit autem ſpeciatim hoc nomen Iuſtinianus præſidibus prouinciarum Heleſponti & Arabiæ. Nou. Conſt. 28 & 102. Briſſ.

Modera-

Moderatum ſpacium à judice ſtatuendum, l. de die ponenda, ff. qui Satiſd. cog. Spieg.

Moderatur actio in l. 15. in fi. ff. de neg. geſt. pro modus actioni præſcribit, Briſſ. in pareig.

Modernus, reproba vox eſt. As idoneè in eadem ſignificatione Neotericus, Nouellus, Hodiernus, noſtri temporis, vel tempeſtatis Pontifex, Cæſar, Præſul, &c. dicitur, Iolulaous.

Modestiam omnium eſſe clementiam ad eos potiſſimum, qui cæteris poteſtate præſtant, pertinere, Alber. rectè monuit, citans l. in ipſius, Cod. famil. erc. ſeuo. Eſt autem modeſtia virtus docens omnibus in rebus temperamentum modumque ſeruare: Vide Camertem in Tab. Cebet. Spieg.

Modiala vt dicimus, quod modij habet menſuram. Eſt autem modius aridorum maxima menſura, duos ſemodios, id eſt, ſedecim ſextarios continens: quod ipſius ſemodij vox ſatis indicat. Dictus enim eſt ſemodius à ſemis, & modius. quaſi ſemimodius, eliſa ſyllaba vna: quod etiam in ſemuncia fieri videmus, ex Georg. Agricola. Obſeruatum & neutro genere dici modium, Spieg.

Modiatio in l. ſuper naufragiorum, 18. C. de naufrag. & apud Caſſiod. lib. 4. Variarum. Cujacius modium frumenti interpretatus. Ant. Auguſt. l. 2. emend. cap. vltim. frumenti penſitationem interpretatur, quod Ia. Cujac. in dict. l. ſuper reprehendit. Cujacij interpretationem probat Simon Schard. in adnotat. ad leges Nauales, Prat.

Modi quibus jus vritus, ad hunc vel illum effectum producendum accurate diſtinguendi ſunt, tametſi jus ſit idem. Vult. in Com. in Inſt. l. 3. tit. 14. in pr. n. 13.

Modi acquirendi aut ſunt juris gentium aut juris ciuilis, §. ſingulorum, Inſtit. de rer. diuiſ. §. fin. inſt. de vſu & habita. Iuris gentium modi quatuor ſunt: occupatio, acceſſio, ſpecificatio, traditio. Occupatio complectitur ſub ſe venationem, inuentionē, captionem ex hoſtib. l. 3. naturalem, ff. de acq. rer. dom. §. feræ, §. item lapilli. §. item ea quæ, §. hoc amplius, §. theſauros, Inſt. de rer. diuiſ. Nec ad rem facit, theſaurum in proprio loco pro toto quidem, in alieno autem fortuito inuentum, pro parte ſaltem fieri inuentoris. Nam id quod ſuum in eo facit, nihilominus, inuentionis atque ita occupationis jure acquirit, d. §. theſauros, l. nunquam, §. theſaur. de acq. rer. dom. Acceſſio varia eſt, aut enim principalis eſt, aut minus principalis & rurſus continua aut diſjuncta: comprehendit enim ſub ſe alluuionem, ædificationem, fructuum perceptionem (cum rem ſequantur, l. fructus, l. præterea, ff. de rei vindic.) plantationem, natiuitatem cum partus ventrem ſeparatur, l. cum legitimæ, l. lex naturæ, de ſtatu homin. d. l. præterea, l. doce, C. de rei vend. & fœtus in pecudum fructu habeatur, l. in pecudum, ff. de vſur. ſcripturam & ſi quæ ſunt alia, §. item ea quæ ex animalib. § præterea, § inſula. § ſeq. § ſi tamen alienam, §. cum in ſuo §. ſi Titius, § literæ §. ſi quis à non. Inſt. de rer. diuiſ. Specificatio alia propria eſt, alia impropria: propria, quoties noua exiſtit ſpecies, per formæ commutationem, §. cum ex aliena, Inſt. eod. Impropria ſi noua quidem ſpecies non efficiatur, attamen confuſione rerum quæ ſeparari à ſuis corporibus non poſſunt, inſtar ſpeciei quid factum ſit, §. ſi duorum, Inſt. eod. Sed de hac vide Gœdd. in l. 53 §. 1. l. 14. ff. de verb ſign. Traditio ſi dat animo alienandi, §. per traditionem, §. venditæ, Inſt. de rer. diuiſ. l. nunquam nuda ff. de acq. rer. dom. l. traditionibus, C. de pact. ..qua ratione, §. ha quoque, ff. de acquir. rer. dom. l. quod meo, §. ſi venditorem, l. quorundam, ff. de acquir. poſſ. Iuris ciuilis modi alij ſunt vniuerſales, alij particulares: Particulares ſunt, vſucapio, donatio, jus accreſcendi, legatum fideicommiſſum, d. §. fin. Inſtit. de vſu & habit. cum multis ſeqq. Et certe de vſucapione non eſt dubium, quin juris ſit ciuilis, vtpote, quæ ex l. 12. tabular. deſcendat, & bono publico quam naturali æquitate, potius introducta, l. 1. ff. de vſucap. ſic jus accreſcendi à media juriſprudentia: legata à l. 12. tabul. & fideicommiſſa omnibus inuenta ſunt, l. ſæpe 63 l. verbis, ff. de verb ſignif. §. 1. Inſt. de jur codic. cum ſimilibus. At de donatione acerrime à pleriſque diſputatur: vide Gœdd. ad l. 23. n. 4 de verb ſign.

Modiatio tritici menſuram ſignificat, l. cum non frumentum. C. de vſur. & l. emptionem, C. de rer. permut. & l. 11. C. de naufrag. & l. 1. C. de annon. & alijs multis locis, eadem forma qua ponderatio in l. ſi olei, C. loc. Caſſiod. lib. 4 Modiationem tritici quam ſub hac ſorte perſtyle probauerint, profecturoribus ſine aliqua facias cunctatione reputari. Male autem quidam modiationem penſitationem eſſe frumenti, rurſus male hanc penſitationem eſſe quinquageſimam ex l. 9. C. de ſuſcept. hæc enim quinquageſima [illegible] eſt. Male etiam modiationem alij ad æſtimationem numeratam referunt in lege Rhodia: [illegible], quæ manifeſto nauem capacem modiorum mille æſtimat aureis L. Prat.

Modica caſtigatio: vide l. ſed & ſi cui, de vſufr. Spieg

Modica cauſa, id eſt, quæ non excedit centum aureos, Gothof. in not. ad l. 2. C. ſi ex pluribus tutos.

Modica coercitio, leuem caſtigationem ſignificat, l. vlt. ff. de off. ejus cui mand. l. 12. ff. de juriſd. l. 2. §. ſi in locum, ff. de relig. cujuſmodi eſſe cenſeo fuſtiū admonitionem: flagellorum certe atrox animaduerſio caſtigatioq; habetur, l. 24. §. vlt. ff. de vſuf. l. 15. §. ſi communem, ff. de injur. l. 55. ff. de off. procon. l. Briſſ.

Modica ſumma in jure, quandoque duo aurei accipiuntur, l. idem, 10. ff. de Dolo. Quandoque quarta pars ejus de quo agitur, l. ſi quis in ſuo 1. ff. de Inoff. teſt. Quandoque quod infra ſextam eſt, l. ſocietatem, §. arbitrorum ff. Proſocio. Quandoq; quod minus centum aureis eſt. Quandoque quod 10. libras non excedit, l. ſed & ſi §. 1. de Iudic. Spieg. Adde Brechæum in l. hæc adjectio. in tit. de verb. & res. ſignif. Prat.

Modicam ſummam item accipimus, quam ex qualitate perſonarum jus dicentis religio conſtituit. Nam & pauperi viro maximum erit, quod locupleti & aſſiduo modicum, l. legitimos, ff. de Legis. tut. Vide Bart. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. in fi. ff. de Iud. Spieg. Prat.

Modica, non ſemper à pauco, ſed à modo quandoque deducitus: vt modeſtiam deſignet, quæ inter paruum & nimium verſatus non paucitatem. Hinc modice facere, id eſt, cum modo æquo, & pari: Vide Gellium lib. 11. c. 13.

Modico honoris gratia poſſeſſori dato: vide Vlpian. l. item ſi §. item ſi forte, ff. de rei vend. Spieg.

Modicum interuallum dicitur, l. 1. §. 1. ff. de verb. obli. quod non tantum eſt, vt ſtipulandi cogitationem adimere potuerit: adeo vt ſi non ita longum tempus fuerit aliud tamen agere inceperit, poſt interrogationem inutiliter poſtea reſpondeatur, quia non continuo actu perfecta eſt ſtipulatio. Conn. lib. 6. c. 1. n. 4.

Modicum proprie dicimus, non cui aliquid ſit imminutum, ſed quod non excedat modum, modeſtumque & temperatum Spieg.

Modicum tempus ex anno vtili habere l. interdum. ff. de Minor Spieg

Modicum tempus quandoque 10 dierum, l. promiſſor 21. §. 1. ff. de conſtit. pecu quandoque 30. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. act. pr. quandoque quatuor menſium, l. ſi debitori, ff de judic. quandoque trium, aut quinque dierum, l. & ſi plures, ff. ſi quis caui. quandoque vnius anni. Goth in not. ad Auth qui ſem. C. de ſacroſ. eccleſ. quandoque quinquennium, l. 1. ff de ſepar. quandoque duorum menſium. l. ſancimus, C. de fidejuſ quandoque trium, l. de operis, C. de oper. priuat. quandoque relinquitur arbitrio judicis, l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cauſ. major. Prat.

Modicum tempus: Vide ſcholium ſuper eiſdem verbis in §. ſi. vxor. in l. ſi conſtante, ff ſolut. matr. & infr. Temp. modicum.

Modiolos inter præparatoria ad bibendum, enumerat Iureconſ. in l. Seiæ dulciſſimæ, de aur. & arg. leg. apud quem tamen modiali mendoſe legitur. Sunt autem modioli, vaſcula quadrata, quibus cum tympanis ad auriendas aquas ex puteo, ſiue fonte vtimur. Horum alius eſt erogatorius, alius acceptatorius: vt ſcribit Frontinus de aquæ ductibus, & meminit Vitruu. in 10. lib. de organis hauſtorijs loquens: Cū autem altius inquit, extollendum erit, eadem ratio cōmunicabitur ſic, Rota fiet circum axem eadem magnitudine, vt ad latitudinem quam opus fuerit conuenire poſſit: circum extremum latus non figenter modioli quadrati, pice & cera ſolidati: cum tota à calcantibus verſabitur, modioli pleni ad ſummum elati, rurſus ad imum reuertentes infundunt in caſtellum ipſi per ſe quod extulerint. Forma hujus rotæ etiam hodie videtur in monaſterio diui Petri Glariati, Mediolani, & diui Benedicti, notiſſimo in agro Mantuano: à regina Mathilda conſtructo: & alibi in pluribus hortis, & per eam aqua per omnia cœnacula ſubminiſtratus & de hoc monaſterio intellexit gloſſatos in leg. ſed etſi ſuſceperit, §. 1. in gl. vlt. ff. de jud quam pro ſingul. citat. Fel. In c. cauſam quæ, col. 13. verſ. quib. adde extr. de reſcr. Gott.

Modiolus, interdum eſt vaſculum ad hauriendam aquam ex puteo, aut lacu, aut flumine, vt in l. damni infecti, 2. ff. de dam. infect. Sunt enim qui pro modulorum, inibi modioſorum legendum putant. Interdum vas potui paratum, non tamen poculum, vt inquit Scæuola in l. Seiæ, de aur. & arg. leg. Spieg.

Modius (ſecundum Gothofr. ad Nou. 32. c. 1 continet ſextarios ſedecim) denominari videtur à modo: quod interea non raro menſuram ſignificat. Inde moduli vocantur illæ particulę, ad quas opus totum dimetiuntur architecti Paulus in l non ſolum, de Oper. nou. nun. Sed vt probari poſſit, quid poſtea ædificatum ſit, modulos ſumere debet is qui nunciat. Spieg.

Moduli menſuræ operis admetiendi cauſa paratæ, quibus ſolent vti architecti. Paul. in l. non ſolum, 8. §. pen. ff. de nou. oper. nunc. Sed vt probari poſſit, quid poſtea ædificatum ſit modulos ſumere debet is, qui nuntiat: Vide Vitruu. lib. 1. c. 2. l. 3. c. 2. & lib. 4. c. 3. Prat.

Moduli aquarij, vt Budæus indicat, à Principibus impetrabantur, quibus priuatis licebat aquam publicam in priuata loca ducere e caſtellis aquæ ductuum: citatque Vlpian. in l. damni infecti, 2. Vnde apparet, ea probare lectionem priorem, quam nec Holoander mutauit. Spieg. Sic Frontinus, lib. 1. de aquæduct. Aquarum moduli aut digitorum, aut ad vnciarum menſuram conſtituti ſunt.

vel quam habet in vtero ex marito præmortuo. Et notat. Ad hoc quod judex actorē mittat in poſſeſſionē, vel bona vendat, vel eum ſolnat, requiruntur quatuor neceſſaria. Primo, quod citet reum abſentē trina citatione, vel vna peremptoria ad domum. Si non reperitur, citentur amici vel affines generali interdicto. Et ſi nō comparet aliquis procurator vel defenſor, ex primo decreto, ſeu mandato, mittitur actor in poſſeſſionē cauſa rei ſervandæ, quæ miſſio nō tribuit jus, ſed ſolum detentionē, vt reus tædio affectus veniat reſponſurus. Quare dicitur poſſeſſio tædialis ex primo decreto. Secundo requiritur congruum tempus inter primam & ſecundam miſſionem, quod eſt arbitrarium, poſtquam in jure non invenitur determinatū, vel annale, &c. Tertio, quod abſens malitioſe noluit comparare, & animo fraudandi creditores Secus ſi malitioſe tantum, vide licet propter maleficium aliquod, non tamen animo fraudandi Quarto, quod conſtet de debito legitime per veras & plures probationes, nec ſufficit iuramentum calumniæ, cum agatur de magno præjudicio rei abſentis, quibus omnibus habitis, mittitur actor in poſſeſſionem verè ex ſecundo decreto. Et ſic miſſus in poſſeſſionem, habebit omne jus dominij, vel quaſi, quod habuit reus, imo reus poſtea non eſt audiendus, niſi non fuiſſet per contumaciam abſens, vt in cap. conſulationibus de offic. de leg. cujus eſt hæc materia, & ibi glo. bona. Old. Prat.

Mittere plenam opinionem, pro eo quod vulgo dicitur, totalem facere informationem apud Vlp. in l. interponas, de interdict. & relegat. Spieg.

Mitti in poſſeſſionem dicuntur à Magiſtratibus, quib. cuſtodia rerum & obſervatio, vel crediti ſervandi cauſa, vel dotis, vel ventris, legatorumve nomine, aut damni infecti cauſa conceditur: non vt poſſideant, ſed vt in poſſeſſione ſint, tædioq; perpetuæ cuſtodiæ vel cautionem, vel quod ſibi debetur extorqueant & exprimant, l. 3. § vlt. & 10 ff. de adq. hæred. l. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 2. ff. de ſerv. l. 9. ff. de rei vendic. l. 26. & l. 27. ff. de jud. Livius li. 49. In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publice Quæſtores Prætor miſit. Qui verò mittuntur in poſſeſſionem, ire in bona & ire in poſſeſſionem dicuntur, vt alias dixi. Miſſum damni infecti in l. 7. § plane, ff. commun. divid. interpretare ex cauſa damni infecti in poſſeſſionem miſſum. Briſſ.

Mitti ad judicem, l. 8. & l. 9. ff. de liber. cau. l. vlt. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eat. l. 1. ff. de judic. Mitti ad arbitrum, leg. 1. § cum dicitur, ff. ſi quis plus quam per l. Falcid. Ire ad judicem etiam non in ea rubr. duntaxat, ſed & in l. 5. C. arbit. tut. & l. 3. ff. judic. ſol. Sed & mitti ad actionem dixit Gajus in l. 26. ff. de ædilit. edict. & remitti ad interdictum Vlp. in l. 1. § ſed ſi inter, ff. vti poſſid. l. 2. in fi. ff. teſtam. quemad. aper. Et per interdictum ad jus ordinarium remitti in l. 1. § 1. ff. ſi mul. vent. nom. Briſſ.

Mixtæ actiones, quæ tam in rem ſunt, quam in perſonam: quales ſunt familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum, §. quædam, Inſt. de action. l. 1. ff. finium regund. l. 37. in fin. ff. de obligat. & actio. Item hæreditatis petitio. l. 7. C. de pet. hæred. Briſſ.

Mixtæ etiam actiones appellantur, quæ partim rem, partim pœnam perſequuntur, §. ſequens, & §. rei perſequendæ, & §. ex maleficijs, Inſtit. de actionibus, Briſ.

Mixta interdicta appellantur, quę & prohibitoria ſunt & exhibitoria, l. 1. §. interdictorum, ff. de interdict. Briſſ.

Mixtum ſub ſimplici non comprehenditur, gloſſ. eſt quæ ad hoc ſemper allegatur, in §. omnium, Inſtit. de action. & propterea Bald. eleganter conſ. 141. præmiſſis verbis col. vlt. lib. 1. dicebat, quod ſi ſunt duæ cauſæ ſimul Complicatæ, quarum vna appoſitionem reſpuit, alia autem admittit; & ſententia ſuper vtraq; ſimul feratur, poterit ab vtraque ſimul appellari, maxime ex cauſis expreſſis in iure, & eſt memoria dignum: & vidi plurica diſputari in hoc, & conveniunt quę late tradit Iaſ. conſ. 74. in caſu præſenti, lib. 3. vbi conſuluit, an in tranſactione ſub ſimplici comprehenditur mixtum: & dicit etiam Baldus in prææallegato conſilio in 1. col. quod eadem ratione in cauſa mixti poſſeſſorij poterit appellari, quod nota ad leg. vnic. C. ſi de nomen. poſſeſſ. fuer. appel. Cotta.

Mixtum imperium eſt, cui etiam juriſdictio ineſt, quod in danda bonor. poſſeſſ. conſiſtit, & in judicis danda licentia, imperium, 3. ff. Alc. in Parerg. lib. 2. cap. 8. Zaſius, doct. & Bart. ſuam diſtinctionem relinquens, per tres gradus mixtum imperium diſtinguit Magnum, quod in officio nobili conſiſtit: plenam tamen cauſæ cognitionem exigens, realemque vel perſonalem coercitionem, l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de Off. Procons. Mediocre, quod abſque reali coercitione, plenam cauſæ cognitionem exigit. Parvum, in ijs conſiſtit, quæ officio judicis, itidem nobili, cum ſummaria aliquando cognitione explicatur. Exempla pete ex lectione eius perquam luculenta, in l. cui juriſdictio data eſt, ff. de iuriſdict. Spieg.

Mixtura in l. 82. ff. de condit. & dem. l. 30. ff. de vſucap. Briſſ.

M N.

Mna Græci, Latini Minam vocant. Hęc varia admodum eſt, vt late explicat doctiſſ. vir. Georgius Agric. Apud Græcos idem eſt, quod libra, & pondo apud Romanos: hæc centum drachmas continebat, hoc eſt, centum denarios Romanos ſeu quadringentos ſeſtertios. Mina igitur decem aureos coronatos valuit, & drachma tres ſol. dos Turnenſes, & ſemiſſem, quanti ſcilicet denarius Romanus æſtimatur à doctis, qui de hac re ſcripſerunt, hoc eſt, quaternos nummi Ex Bud. Spieg.

Mnema, ſervitus quæ ſit indicat Rhodigin. lib. 24. c. 49.

Mnestor ſponſus, qui matrimonio vinctus eſt, l. 1. ff. de excuſ. tut. Prat.

M O.

Mobilia res proprie ac præcipue appellantur, quę anima carent, vt vaſa, veſtes, & alia id genus. Moventes verò, quæ per ſe moventur, nimirū animalia, ſervi, quadrupedes, pecudes: & ita hęc duo ſeparantur, l. 1. ff. de ædil. edict. l. pen. C. de jure dot. l. vn. §. cum autem, C. de rei vxor. act. l. 2. & 3. C. de quadrien præſcript. l. 37. C. de epiſ. & cle. l. 13. C de ſervit. l. 4. C. fam. erc. Briſ.

Mobilia ſunt quę ſupellectilis, quę inſtrumenti penuſve nomine continentur, vt veſtis, lectus menſa. &c. Moventes ſe animalia ſunt omnia quæ poſſidemus. Immobilia quæ ſolo hærent, vt domus, fundus, &c. Connan. lib. 3. c. 2. n. 12.

Mobilia, licet paſſivam ſignificationem reſpiciant, ſicut moventia activam, tamen pro eodem accipiuntur, niſi aliter dementē conſtet, l. moventium, de verb. ſign. Celſus in l. ſi chorus, de leg. 3. ait his verbis, Quæ ibi mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repoſitos vt mutui darentur, non eſſe legatos. At Proculus ait eos, quos præſidij cauſa repoſitos haberet, legato contineri: & ſępe audiviſſe ruſticos ſenes ita dicentes, peculium ſine peculio fragilem eſſe: peculium appellantes, quod præſidij cauſa ſeponeretur.

Mobilium nomine annui reditus brevi tempore donatori veniunt. Contra, qui perpetuo debentur, immobilib. æquiparantur. Quod Alciatus ita intelligendum putat: Vt ſi dies ceſſit, inceperintq; iam liberi, mobilibus ęquiparentur. Nam cum actio inde competere videatur re ipſa habent: alioquin immobilium potius ſimilitudinem in eis approbat. Idem animadvertendum monuit, quod ex ſententia Pauli, l. ſi chorus, de lega. 3. mobilibus legatis, aurum vel argentū non debetur, niſi de hia quoque manifeſte ſenſiſſe teſtatorem, poſſit oſtendi. Old.

Mobilis homo, Conſtanti opponitur. Inde mobili animo eſſe, pro levi & inconſtanti accipimus. Cujuſmodi ſolet eſſe vulgi. Proinde recte vocantur à nobis, meliore loco nati, *Die veſten*, ceu à vulgi latinitate alieni. Spieg.

Mobilium appellatione etiam animalia veniunt, l. 2. ff. de rei vind. l. 3. §. Nerva, l. 30. §. item quod mobile, ff. de acquir. poſſ. Moventium quoque idem quod mobilium appellatione ſignificatur, ſi non appareat teſtatorem animalia duntaxat quæ per ſe ipſa moventur, moventia vocitaſſe, l. 93. ff. de verb. ſig. l. 15. § in venditione, ff de re jud. l. 12. §. vlt. ff. de vſufruct. leg. vlt. ff. de requirend. vel abſentibus, l. 2. § certe, ff. de furt. Denique continguntur in l. 7. C de bonis matern.

Mobilium appellatione continentur etiam nummi, aurum, argentum, Gœdd. ſign. ad l. 93. n. 4.

Moderamen inculpatæ tutelæ, l. 1. C. vnde vi, vt vulgo dicitur, tunc fieri intelligitur, quando aliter ſe quis defendere, aut periculum rerum ſuarum effugere non poteſt. Quæ defenſio vſque adeo permiſſa eſt, vt is qui vim inferre non veretur, etiam impune occidi poterit, ſi nulla alia ratione fugæ ſit locus. Spieg. Prat.

Moderamen ſuę voluntatis, id eſt, teſtamentum in l. 8. Co. qui teſtam. fac. poſſ.

Moderata caſtigatio, hoc eſt, correctio emendatio, extra ſævitiam, conceſſa eſt patriſfamilias, l. reſpiciendum §. furia, ff. de pœnis Docenti levis caſtigatio permittitur, l. ſed & ſi quemcunque, in fin. & l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. Adde l. 3. Cod. de patr. poteſt. l. eum oportet, § non autem, C. de bon. quæ liber. l. 1. C. de emendat. propinq. Spieg. Prat.

Moderatam æſtimationem facere, apud Vlpian. in princ. l. ex damni, ff. de damn. infect.

Moderata tutela, qui vim avertit moderata tutela, non admittit iniuriam; quoniam vim vi repellere iure licet, vulgat. l. vt vim, ff. de iuſt. & jur. & l. ſciendum, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. Spieg.

Moderationem, temperantiam, modeſtiam Græci. vt lego alicubi obſervatum, vna verbi enunciatione comprehendunt, quæ eſt *σωφροσύνη*. Hac voce libentius vtuntur, vt video, recentiores noſtri interpretes, pro ea quam veteres vſurparunt, limitatione, à qua nec Zaſius noſter abſtinuit: vt pleraque alia prorſus barbara, tantum vſui tribuens, retinuit. Spieg.

Moderatione, i. eſt, temperare modus in factis, & dictis, & cæteris rebus, quę agendi officio vtuntur, arg. l fin. §. 1. ff de bonis damnat. vt ab Alberico citatur. Spieg.

Moderator, modo rector, modo gubernator, modo arbiter apud Impp. in Conſtitutionibus accipitur. Spieg.

Moderatores in Codice promotorum rectores vocantur: quos Græci ἁρμοστὰς vocant. Tribuit autem ſpeciatim hoc nomen Iuſtinianus præſidibus provinciarum Helenoponti & Arabiæ. Nov. Conſt. 28 & 102. Briſſ.

Modera-

Digitized by Google

MODERATUM ſpacium à judice ſtatuendum, l. de die ponenda, ff. qui Satiſd. cog. Spieg.

MODERATUR actio in l. 15. in fi. ff. de neg. geſt. pro modus actioni præſcribit, Briſſ. in pareg.

MODERNUS, reproba vox eſt. At idoneè in eadem ſignificatione Neotericus, Nouellus, Hodiernus, noſtri temporis, vel tempeſtatis Pontifex, Cæſar, Præſul, &c. dicitur, Iatulaus.

MODESTIAM omnium eſſe elementiam ad eos potiſſimum, qui cæteris poteſtate præſtant, pertinere, Alber. rectè monuit, citans l. in ipſius, Cod. famil. erciſcun. Eſt autem modeſtia virtus docens omnibus in rebus temperamentum modumque ſeruare: Vide Camerrem in Tab. Cebet. Spieg.

MODIALE vas dicimus, quod modij habet menſuram. Eſt autem modius aridorum maxima menſura, duos ſemodios, id eſt, ſedecim ſextarios continens: quod ipſius ſemodij vox ſatis indicat Dictus enim eſt ſemodius à ſemis, & modius. quaſi ſemimodius, eliſa ſyllaba vna: quod etiam in ſemuncia fieri videmus, ex Georg. Agricola. Obſeruatum & neutro genere dici modium, Spieg.

MODIATIO in l. ſuper naufragiorum, 11. C. de naufrag. & apud Caſſiod. lib. 4. Variarum. Cujacius modium frumenti interpretatur. Ant. Auguſt. l. 2. emend. cap. vltim. frumenti penſitationem interpretatur, quod Ia. Cujac. in dict. l. ſuper reprehendit. Cujacij interpretationem probat Simon Sebard. in adnotat. ad leges Nauales, Prat.

MODI quibus jus vtitur, ad hunc vel illum effectum producendum accurate diſtinguendi ſunt, tametſi jus ſit idem. Vult. in Comm. Inſt. l. 3. tit. 14. in pr. n. 13.

MODI acquirendi aut ſunt juris gentium aut juris ciuilis, §. ſingulorum, Inſtit. de rer. diuiſ. §. fin. inſt. de vſu & habita. Iuriſ. gentium modi quatuor ſunt: occupatio, acceſſio, ſpecificatio, traditio. Occupatio complectitur ſub ſe venationem, inuentionē, captiuitatem ex hoſtib. l. 3. naturalem, ff. de acq. rer. dom. §. feræ, §. item lapilli. §. item ea quæ, §. hoc amplius, §. theſauros, Inſt. de rer. diuiſ. Nec ad rem facit, theſaurum in proprio loco pro toto quidem, in alieno autem fortuito inuentum, pro parte ſaltem fieri inuentoris. Nam id quod ſuum in eo facit, nihilominus, inuentionis atque ita occupationis jure acquirit, d. §. theſaurus, l. nunquam, §. theſaur. de acq. rer. dom. Acceſſio varia eſt, aut enim principalis eſt, aut minus principalis & rurſus continua aut diſiuncta: comprehendit enim ſub ſe alluuionem, ædificationem, fructuum perceptionem (cum rem ſequantur, l. fructus, l. præterea, ff. de rei vindic.) plantationem, natiuitatem cum partus ventrem ſeparatur, l. cum legitimæ, l. lex naturæ, de ſtatu homin. d. l. præterea, l. duce, C. de rei vend. & fœtus in pecudum fructu habeatur, l. in pecudum, ff. de vſur. ſcripturam & ſi quæ ſunt alia, § item ea quę ex animalib. §. præterea, § inſula, § ſeq. § ſi tabula alienam, §. cum in ſuo §. ſi Titius, § literæ §. ſi quis à non. Inſt. de rer. diuiſ. Specificatio alia propria eſt, alia impropria: propria, quoties noua exiſtit ſpecies, per formæ commutationem, §. cum ex aliena, Inſt. eod. Impropria ſi noua quidem ſpecies non efficiatur, attamen confuſione rerum quæ ſeparari à ſuis corporibus non poſſunt, inſtar ſpeciei quid factum ſit, §. ſi duorum, Inſt. eod. Sed de hac vide Gœdd. in l. 13 §. 1. l. 14. ff. de verb. ſign. Traditio ſi dat animo alienandi, §. per traditionem, §. venditæ, Inſt. de rer. diuiſ. l. nunquam nuda ff. de acq. rer. dom. l. traditionibus, C. de pact. qua ratione, §. hæc quinque, ff. de acquir. rer. dom. l. quod meo, §. ſi venditorem, l. quorundam, ff. de acquir. poſſ. Iuris ciuilis modi alij ſunt vniuerſales, alij particulares: Particulares ſunt, vſucapio, donatio, jus accreſcendi, legatum fideicommiſſum, d § fin. Inſtit. de vſu & habit. cum titulis ſeqq. Et certe de vſucapione non eſt dubium, quin juris ſit ciuilis, vtpote, quæ ex l. 12. tabular. deſcendat, & bono publico quam naturali æquitate, potius introducta, l. 1. ff. de vſucap. ſic jus accreſcendi à media juriſprudentia: legata à l. 12. tabul. & fideicommiſſa omnibus inuenta ſunt, l. ſæpe 63 l. verbis, ff. de verb. ſignif. §. 2. Inſt. de jur codic. cum ſimilibus At de donatione acerrime à pleriſque diſputatur: vide Gœdd. ad l. 23. n. 4. de verb ſign.

MODIATIO tritici menſuram ſignificat, l. cum non frumentum. C. de vſur. & l. emptionem, C. de rer. permut. & l. 1. C. de naufrag. & l. 1. C. de annon. & alijs multis locis, eadem forma qua ponderatio in l. ſi olei, C. loc. Caſſiod. lib. 4. Modiationem tritici quam ſub hac ſorte periſſe probauerint, proſecutoribus ſine aliqua faciat cunctatione reputari. Male autem quidam modiationem penſitationem eſſe frumenti, rurſus male hanc penſitationem eſſe quinquageſimam ex l. 9. C. de ſuſcept. hæc enim quinquageſima πεντηκοστή eſt. Male etiam modiationem alij ad æſtimationem numerariam referunt in lege Rhodia: τὴν πλοίου τῶν χιλίων μοδίων ... , quæ manifeſto nauem capacem modiorum mille æſtimat aureis L. Prat.

MODICA caſtigatio: vide l. ſed & ſi enti, de vſufr. Spieg.

MODICA cauſa, id eſt, quæ non excedit centum aureos, Gothof. in not. ad l. 5. C. ſi ex pluribus tutor.

MODICA coercitio, leuem caſtigationem ſign ficat, l. vlt. ff. de off. ejus cui mand. l. 12. ff. de juriſd. l. 2. §. ſi in locum, ff. de relig. cujuſmodi eſſe cenſeo fuſtiū admonitionem: flagellorum, certe atrox animaduerſio caſtigatioq; habetur, l. 24. §. vlt. ff. de vſuf. l. 15. §. ſi communem, ff de injur. l. 11. ff. de off procon. Briſſ.

MODICA ſumma in jure, quandoque duo aurei accipiuntur, l. idem, tit. ff. de Dolo. Quandoque quarta pars ejus de quo agitur, l. ſi quis in ſuo 1. ff. de Inoff. teſt. Quandoque quod intra ſextam eſt, l ſocietatem, §. arbitrorum. ff. Proſocio. Quandoq; quod minus centum aureis eſt. Quandoque quod 10. libras non excedit, l. ſed & ſi §. 1. de Iudic. Spieg Adde Becchæum in l. hæc adjectio. in tit. de verb & rer. ſignif. Prat.

MODICAM ſummam item accipimus, quam ex qualitate perſonarum jus dicentis religio conſtituit. Nam & pauperi viro maximum erit, quod locupleti & aſſiduo modicum, l. legitimos, ff. de Legit. tut. Vide Bart. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. in fi. ff. de Iud Spieg. Prat.

MODICE, non ſemper à pauco, ſed à modo quandoque deducitur: vt modeſtiam deſignet, quæ inter parum & nimium verſatur non paucitatem. Hinc modice facere, id eſt, cum modo æquo, & pari: Vide Gellium lib. 15. c. 13.

MODICO honoris gratia poſſeſſore dato: vide Vlpian. l. item ſi §. item ſi furte, ff de rei vend. Spieg.

MODICUM interuallum dicitur, l. 1. § 1. ff. de verb. obli. quod non tantum eſt, vt ſtipulandi cogitationem adimere potuerit: adeo vt ſi non ita longum tempus fuerit aliud tamen agere inceperit, poſt interrogationem inutiliter poſtea reſpondeatur, quia non continuo actu perfecta eſt ſtipulatio. Conn. lib. 6. c. 5. n. 4.

MODICUM proprie dicimus, non cui aliquid ſit imminutum, ſed quod non excedat modum, modeſtumque & temperatum Spieg.

MODICUM tempus ex anno vtili habere l. interdum. ff. de Minor Spieg.

MODICUM tempus quandoque 10 dierum, l. promiſſor. 21. §. 5. ff. de conſtit pecu quandoque 30. l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. act pr. quandoque quatuor menſium, l. ſi debitori, ff de judic. quandoque trium, aut quinque dierum, l. & ſi plures, ff. ſi quis caut. quandoque vnius anni. Goth in not. ad Auth qui rem, C. de ſacroſ. eccleſ. quandoque quinquennium, l. 1. ff de ſepar. quandoque duorum menſium, l. ſancimus, C. de fidejuſ. quandoque trium, l. de operis, C. de oper. priuat. quandoque relinquitur arbitrio judicis, l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cauſ. majus Prat.

MODICUM tempus: Vide ſcholium ſuper eiſdem verbis in §. ſi. vxor. in l. ſi conſtante, ff. ſolut. matr. & inſt. Temp. modicum.

MODIOLOS inter præparatoria ad bibendum, enumerat Iureconſ. in l. Seię dulciſſimæ, de aur. & arg. leg. apud quem tamen modiali mendoſe legitur. Sunt autem modioli, vaſcula quadrata, quibus cum tympanis ad auriendas aquas ex puteo, ſiue fonte vtimur. Horum alius eſt erogatorius, alius acceptatorius: vt ſcribit Frontinus de aquæ ductibus, & meminit Vitruu. in 10. lib. de organis hauſtorijs loquens: Cū autem altius loquit, extollendum erit, eadem ratio cōmunicabitur ſic, Rota fiet circum axem eadem magnitudine, vt ad latitudinem quam opus fuerit conuenire poſſit: circum extremum latus non figenter modioli quadrati, pice & cera ſolidati: cum rota à calcantibus verſabitur, modioli pleni ad ſummum elati, rurſus ad imum reuertentes infundūt in caſtellum ipſi per ſe quod extulerint. Forma hujus rotæ etiam hodie videtur in monaſterio diui Petri Glattati, Mediolani, & diui Benedicti, notiſſimo in agro Mantuano; à regina Mathilda conſtructo: & alibi in pluribus hortis, & per eam aqua per omnia cœnacula ſubminiſtratur & de hoc monaſterio intellexit gloſſator in leg. ſed etſi ſuſceperit, §. 1. in gl. vlt. ff. de jud quam pro ſingul. citat. Fel. In c. cauſam quæ, col. 13. verſ. quib. adde extr. de reſcr. Gott.

MODIOLUS, interdum eſt vaſculum ad hauriendam aquam ex puteo, aut lacu, aut flumine, vt in l. damni infecti, 2. ff. de dam. infect. Sunt enim qui pro modulorum, ibi modiolorum legendum putant. Interdum vas potui paratum, non tamen poculum, vt inquit Scæuola in l. Seiæ, de aur. & arg. leg. Spieg.

MODIUS (ſecundum Gotho fr. ad Nou. 35. c. 1. continet ſextarios ſedecim) denominati videtur à modo: quod inter cętera non raro menſuram ſignificat. Inde moduli vocantur illæ particulę, ad quas opus totum dimetiuntur architecti. Paulus in l non ſolum, de Oper. nou. nun Sed vt probari poſſit, quid poſtea ædificatum ſit, modulos ſumere debet is qui nunciat. Spieg.

MODULI menſuræ operis admetiendi cauſa paratæ, quibus ſolent vti architecti. Paul. in l. non ſolum, 8. §. pen. ff. de nou. oper. nunc. Sed vt probari poſſit, quid poſtea ædificatum ſit modulus ſumere debet is, qui nuntiat: Vide Vitruu. lib. 1. c. 2. l. 3. c. 2. & lib. 4. c. 3. Prat.

MODULI aquarij, vt Budæus indicat, à Principibus impetrabantur, quibus priuatis licebat aquam publicam in priuata loca ducere è caſtellis aquæ ductuum: citatque Vlpian. in l. damni infecti, 2. Vnde apparet, cum probare lectionem priorem, quam nec Holoander mutauit. Spieg Sic Frontinus, lib. 1. de aquæduct. Aquarum moduli aut digitorum, aut ad vnciarum menſuram inſtituti ſunt.

MODO meo, id eſt, vt volo, Donat.

MODVM mutare, ff. de tranſact. l. cum hi, §. penult.

MODVS, proprie rationem ſignificat, id eſt, menſuram, ſiue formam. Ratio vero jubet, ne quid nimis, ſed omnia cum moderamine fiant. Proinde modus qui finem exceſſit, vt conſiſtat, ad modum reducendus eſt per l. placuit, ff. de vſur. & not. ibi. Sic intellige modum legati: modum vſurarum: modum manumittendi, l. demonſtratio, §. fi. ff. de condi. & demonſt. l. 1. & 2. C. de iis quæ ſub mod. placuit, ff. de vſur. & §. cum ergo. Iuſtit. quib. ex cauſ. manum. non lic. Prat.

MODVS menſuram, & ſpatium agri ſignificat, tit. ſi menſor. falſ. mod. dix. l. 40. ff. de contrah. empt. l. 4. §. vltim. de actio. empt. l. 64. ff. de euiction. & alias ſæpe. Proprie autem agri modum renunciare menſores dicuntur, l. 1. l. 3. §. ff. ſi menſor. falſ. mod. Hygen. lib. 2. de limitib. agr. Longitudinem autem, quam iuſſus egeram, ego ita renunciabam, iugera tot, vel verſus tot. Briſſ.

MODVS in rub. C. de his qui ſub modo legata: eſt finis propter quem legatur: vel eſt cauſa legandi collata in futurum, Gothofr. in d. rubr.

MODVS apud Latinos authores varie accipitur, ſed (præter vulgares eius ſignificationes) cum de eo agitur in tractu conditionum, ſignificat moderationem quandam rei de qua agitur adjectam: vt qui rem illam conſecutus fuerit, aliquid vel faciat vel det. Ac interdum quidem etiam conditio appellatur, à vera tamen conditione multum differt. Nam neque obligationem differt ſuſpenditve, neque impedit diem cedere. Bald. tit. de legatis.

MODVS legatis conſtitutus dicitur lege Falcidia: quæ ita cui que libere legare permiſit, dum ne minus quarta parte hæreditatis apud hæredem remaneret, l. 1. in pr. §. interdum, & l. 81. in fi. ff. ad l. Falcid. & l. 36. §. 1. ff. de ſtat. lib. l. 24. ff. de dolo. Atque ita accipio quod eſt à Tacito lib. 1. ſcriptum, Legata non vltra ciuilem modum relinqui. Non abſimiliter retentionis modum interpretandum cenſemus in l. 16. C. fam. erciſc. Sic & modum vſurarum crebro in libris noſtris legimus, Briſſ.

MODVS prædiorum in l. 12. vbi Goth. C. de ſeruit. & aq. i. quātitas.

MODVS olei & aquæ dicitur l. 32. ff. de act. empt. l. 1. §. illud tamē, ff. de aqu. cotid. Modus etiam legem præſcriptā vſus & qualitatem ſignificat in l. 4. §. 1. ff. de ſeruitutib. vbi Modus adjici dicitur ſeruitutib. cum definitur, quo genere vehiculi per quam partem fundi eatur, agatur qua hora, quibus temporibus qua parte aqua ducatur, l. 1. §. 2. de ſerui. ruſtic. l. 12. ff. quemad. ſeruit. amit. Et ita apud Iuſtin. in §. finitur, Inſtit. de vſufr. non vtendo per modum, intellige non vtendo ſecundum modum legemque dictam in conſtitutione vſusfructus, Briſſ.

MODVS pro fine. Hinc ad vnum eum caſij, pro ad finem dixit Papin. l. qui neceſſitas, ff. de liber. cauſ. Prat.

MODVM ſcenatilem. Varro in medio, pro verſu ſcenico, vt Iambico, quo in Comœdiis & Scena Poetæ vti ſolent, poſuit, prout annotat Turneb. lib. 12. aduerſ. cap. 16.

MODVS per particulam, vt Conditio, per ſi. Cauſa, per quid, vel quoniam: Vide Bart. in l. quibus diebus, §. fi. ff. de cond. & demon. Alpet. in rubr. C. de his quæ ſub modo.

MODVS inſtitutionib. legatis, donationibus, adjici dicitur, cum ſub ea cauſa quid datur relinquiturve, vt aliquid fiat, titul. de donat. quæ ſub modo, C. l. 19. ff. de legat. 2. vbi à conditione ſeparatur, vt & in tit. de condi. de mod. & modo Modus tamen, vt tradit Cujac. 14. obſ. 24. conditioni reſpondet: & eſt modus quaſi conditio, l. 1. C. d. t. de donat. quæ ſub modo: vocaturque modus ſæpe conditio, l. Titiu centum, §. 1. & 2. libertis, de condi. & dem. l. 2. §. vlt. l. 3. de don. l. liberto, §. Lucius, de ann. legat. l. Mæuia, de manu teſtam. l. 8. pen. de cond. inſt.

MŒNIANA Alciatus quorundam obſcuriorum Grammaticorum ſententiam contra Accurſium ſecutus, à Mæuio iuuene homine prodigo & luxurioſo nomen accepiſſe ſcribit, qui cum omnia ſua bona abligurriſſet, domum tandem in foro vendidit, ſed vnam columnam excepit ex qua protenderet ligna, quo amplius podium efficeret, vnde gladiatorios ludos conſpiceret. Iſid. lib. 15. Etym. c. 3. Mœniana, inquit, dicta ſunt quod maneamus. Mænianus collega Craſſi in foro projecit materias, vt eſſent loca in quib. ſpectatores inſiſterent, quæ ex nomine eius mæniana appellata eſt. Hæc & ſolaria, quia patent ſoli: poſt hæc alia lapide, alij materia ædificare porticibus mæniana & foribus & dominibus adiecerunt. Hanc etiā notationem confirmat Feſtus Pompeius, qui teſtatur à Mænio cenſore appellata eſſe. An hic Mæuius poſtea bonorum ſuorum decoctor extiterit, an vero ſit ex eius, de quo Horat. li. 1. epiſt. familia nōdum ſatis conſtat. Mæniana igitur ſunt projecta, quæ ſpectandi cauſa facta ſunt, & vt Iſidorus inquit, loca eulumnis ædificijſque projecta, in quibus ſpectatores inſiſterent, quoque amphiteatris ſuperiora ſpectacula, vt Pompeius dicebat. Vulgo etiam Podioli & Iobiæ vocantur, hoc eſt, loci ad ſpectandum apti. Franciſcus Marius Grapal. de partibus ædium lib. 1. cap. 1. vnde ſuocnales; Omnibus ad podium ſpectantibus. Et Sueton. Spectabant omnes a mænianis. Fiunt igitur mœniana extra domus parietem vel columnam, inſtar pulpiti mutilis è marmore ſuppoſitis, facit l. ſi quando, 17. ff. de ſeruit. vendit. D. Gœddæus ad l. malom, 241. §. 1. n. 2. de verb. ſign.

MOLA aſinaria, ſupplicij genus peculiare Palæſtinis, vt indicat Hieronymus, quod ob enormia crimina ſolet exigi, vt apud nos rotæ ſupplicium. Seruator noſter apud Lucam cap. 17. ex atrocitate pœnæ craſſo populo demonſtrat culpæ magnitudinem, quum ait: Expediet ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius. Spieg. Hilarius autem dicit Aſinariam poni pro grandi, quam ſcilicet ab aſinis aut alijs jumentis verſari oporteat: & non ſit parua quam truſatilē vocant, quæ manibus hominum trudi poſſit Aliqui exponunt de inferiore molā, quæ quia ignaua manet, ſuperiore celerrime volante, ὄνος aſinus vocatur, & plerunq. maior eſſe ſolet, ſiue quia plus atteritur, ſiue quia non eſt neceſſe eam eſſe tractabilem vt inferiorem, hac denique quia maiori ſumptum cōmutatur: Pomponius Sabinus: vſus molarum ad manum in Cappadocia inuentus, inde inuentus vſus earū ad ventum & ad equos, paulo ante Auguſtū molæ aquariæ aquis actæ, Romæ in Tyberi primum factæ.

MOLÆ multiplices ſunt, puta manuariæ ſeu manuales, quæ manu verſantur. Truſatiles, jumentariæ, aſinariæ, & aquariæ. Iabolenus de fund. inſtr. l. dulia. Molas, inquit, manuarias ſupellectilis, iumentarias autem inſtrumenti eſſe Ofilius ait. Molas aquarias, hoc eſt, aqua verſatiles, ante Iuſtiniani tempora fuiſſe nondum legi. Is enim in tit. de Aquæduc. l. decernimus, molæ aquariæ meminit. Nebriſ. Quod molis caret, non eſt molendinum, Bald. ait in c. 1. §. ſi quid de contr. inter dom. & val. de inueſt. Spieg. de molis: vide Caton. c. 11. rei ruſticæ.

MOLÆ Oliuariæ, l. 21. ff. de inſtruct. vel inſtrum. & apud Paul. l. 3. Sent. tit. 6 quas & trapeta à Latinis dici Seru. in lib. 2. Georſcribit. Cuius verbi fit mentio in l. 21. §. illud nobis, ff. loc. Briſſ.

MOLÆ ſuperior pars catillus: inferior meta dicitur, l. 18. §. idem conſultus, ff. de fund. inſtru.

MOLENDINARIVS, non molitorem, ſed quod ad molendinum pertinet ſignificat. Paulus, annam molendinariam, & molam negat ea appellatione. Spieg.

MOLES dicuntur etiam ſtructuræ, quæ fiunt ad arcendum fluctus, Vlp. in l. 1. de Impenſ. in re dot. fact. Inter neceſſarias impenſas eſſe, Labeo ait, moles in mare, vel flumen projectas, l. 52. §. ante domum, ff. de act. emp. Spieg.

MOLES in mari projiciuntur, ſecundum Vlpian. in l. 1. § vlt. ff. de impen. apud quem tamen aliqui codices fide digni metas, non moles legunt. Sed prior lectio magis placet, quia Liuius ab vrbe condit. lib. 2. refert, inſulæ in Tiberim ex frumenti aceruis factæ additas moles, manuque adjutum. Corra.

MOLEM ſingulari numero dixit Vlpian. in l. 1. §. aduerſus, ff. ne quid in loco pub. Sueton. in Caligula. Et jactæ itaque moles profundo atque infeſto mari. Paterculus vol. poſter. de Lucullo. Quem ob injectas moles mari & receptum ſuffoſſis montibus in terras mare: haud infacete Pompeius Xerxem togatum vocare conſueuerat. Senec. lib. 5. Declarat. Maria projectis molibus ſubmouentur. Idem lib. 14. Epiſt. Quid lapideas moles in rotundum ac leue formatas, quibus porticus & capacia populorum tecta ſuſcipimus? Iacī autem dicuntur moles in mare, Actone interprete in 3. Odar. Horat. quoties excluditur aqua. Pilarum quoque in mare jactarum fit mentio in l. 30. §. vlt. ff. de acquir. do. & l. 3. ff. ne quid in loco publ. Sunt vero pilæ grandiora ſaxa aceruatim congeſta ad conjugationem aliquam ſuſtinendam. Plin. lib. 6. Epiſt. Saxis deinde pilæ adjiciuntur, quæ procedente tempore enatam inſulam imitentur. Dionyſ. Halycar. lib. 3. Horatiam pilum γωνιαῖον ... interpretatur. Sic pilæ lapideæ apud Vitruu. lib. 2. c. 9. Briſſ.

MOLES, vt Feſtus, pro magnitudine fere poni ſolet.

MOLESTAM tunicam, Seneca & Iuuenalis Satyra 8. dixere tunicam alimentis ignium & illitam & intextam. Brodæus Miſcell. lib. 2. cap. 9.

MOLESTARI. Modeſtinus: Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari volo: hoc eſt, alicui grauem eſſe, ſeu exhibere alicui moleſtiam, vt Cicer. ad Atticum dixit: Vide L. illud & not. ff. de tribut. Spieg.

MOLESTVS, qui alicui grauius eſt, nec ſinit eū quieſcere: In Aut. de fidejuſſ. in princip. Porro quæ moleſta ſunt, recte per pactum excipiuntur, l. ſi quis ſub hoc, ff. de contr. empt. Spieg.

MOLETRINA, à molendo, piſtrinum olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non autem molebantur. Seruius enim nobilis grammaticus autor eſt, apud priſcos molarum vſum non fuiſſe, Aquariarum autem molarum loca, quibus Itali in Pado, vt Bart. iudicat, nos in Rheno, Danubioque, ac alijs noſtris, vt & Galli in ſuis fluminibus vtimur moletrinas appellari poſſe. Budæus ex Nonio colligit, Spieg.

MOMENTVM vltimum temporis expectandum, quo aliquid neceſſario vel fit, vel datur, & lex docet, & doctores exacte tradidere. Spieg.

MOLIRI, proprie eſſe volunt, quod cum difficultate conari, operari, vel facere, ſiue ingenio, ſiue corpore. Macer tamen in l. diuus, ff. de offic. præſid pro perpetrare vſurpaſſe videtur. Item moliri eſt moles ad ædificium aliquod coaptare. Vlp. in l. 1. de

Nov.

Nou.oper.nonc. Qui forte in publico, vel in priuato quid molitur. Inde molitio, ipſe apparatus ædificandi, vt eod.tit.l ſtipulatio. Molitio, inquit, non impeditus. Demoliri vero, diruere, & Demolitio, dirutio, oppoſita ſunt, Nebriſſ.

Molitor, qui aliquid ſtruit, conatur, & machinatur.

Molitores, rerum nouarum.

Molli brachio, & leui brachio. Cum tacite innuimus leui attingere articulo, vt Quintilianus ait, non diligentem operam præſtare, molli vel leni brachio, id facere dicimus.

Mollem animum, in fin. C. de compenſ. Imp. eleganter oppoſuit ſeuero & forti. Quamuis apud Cicer. mollis animus pro facili & tractabili, lib. 8. Epiſt. ad Attic. in bonam partem legatur, Spieg.

Momenta, pro horis & articulis temporum in l.3.§ minorem, ff.de minorib. l.6.ff.de vſucapio, l.25.ff.de acq. rer. dom. l.44. in pr. & §.1 ff.de adq.poſſ.l.pen.ff.de diuerſ.& temp.l.134. ff.de verb.ſign.l.3.in fin.ff.vt in poſſ.leg.l.3 §.1.ff.quod vi aut clam, l.63 in fi.ff.ad l Falcid.Briſſ.

Momenta decem, punctum conficere, & quatuor puncta horam Accurſius putat, Latini tamen autores momentum ſimpliciter accipiunt pro breui tempore, ſicut & punctum. Alciat. citat Horatium & Terentium. Cæterum minutia ſexaginta conſtare horam, receptum eſt. Boetius, vt ab Alciato citatur, lib. Geometr. vlt. puncto minus eſſe minutum, rurſus minuto momentum, autor. Spieg.

Momentaria poſſeſſio ſiue momenti beneficium eſt celeris reformatio & reſtitutio poſſeſſionis per vim vel alio modo ablatæ aut interpellatæ. Poſtulatur autem poſſeſſio momentaria per interdictum, vel actionem ex cauſa interdicti, ab eo qui poſſeſſione, vi, dolo, aut metu aut iniquo judicio ſpoliatus eſt. Et quia ea ſtatim ſine vlla cunctatione ſpoliato reſtituenda eſt, dilata Domini quæſtione, ideo dicitur momentaria. Idque Iſidor lib 5. Etym. his verbis rectiſſime notat. Momentum, inquit, dictum eſt à temporis breuitate, vt tam cito, quam ſtatim ſaluo negotio reformetur, nec in vllã partem produci debeat quod repetitur. Poteſt autem momenti beneficium per quamcunq. perſonam poſtulari etiam per ſeruum, l. vlt. C. qui legit. perſ. in jud. hab. l 1. ſi per vim vel alio modo, l.4. C Th vnde vi: & poſtulatur ab ejus loci Iudice in quo ſtatus poſſeſſionis perturbatus eſt, l.1. C. vbi de poſſ. agi opor. Eſt vero vſque adeo celeris hæc reformatio (ſic enim appellatur in l. Si coloni, C. de agricol. & cenſit.) vt nec eam appellatio retardare poſſit, l.1. C. Si de momen. poſſeſſ. appell. fuer. Symmachus libr 1. Epiſt. in cauſis (inquit) quibus momenti reformatio poſtulatur, appellationes recipi non oportet. Meminit & Caſſiod. lib.4. epiſt ad Antonium plura. Cujac. lib.2. obſeru. c.20. quem vide.

Momentarius vſuſfructus, l. vlt. §. vlt. ff de bon quæ lib.

Momentariam vitam, pro breui: & momentarium maritum, in eundem ſenſum Apulejus dixit. Sic momẽtarium venenum intelligendum, quod ſtatim interficeret: & momentariam ſalutem, quantulamcunque. Ex quarto commen. Catanæi. Sic.

Momento fieri, in jure noſtro intelligitur, quod nullo extraneo actu interueniente fit. Ex Alciato. Spieg.

Momentum accipiunt juris noſtri autores pro ἀτόμῳ, i. breuiſſimo & indiuiſibili tempore propter temporis breuitatem: vt cum id quod filiusfamilias acquirit ſcribont ne momento quidem in eius perſona ſubſiſtere, & confeſtim patri acquiri, l. placet, ff. de acquir. hæred. l.3. Cod. de offic. comm. rer. priuat. Accipitur tamen interdum ἐν ῥοπῇ pro latiore quodam temporis ſpatio, l. penultim. de condic. tritic. & pro hora interdum, l.3 §. Minorem, ff. de minor. plura de hoc Cujac. in παραγραφῇ de diuerſis temporum præſcript. & terminis. Et ſic accipiendum eſſe momentum in l. Continuus, ff. de verb. oblig. admonuit Spiegel. non vt interpretati ſunt Doctores contra vocis ipſius latinam ſignificationem, pro occupatione naturaliter neceſſaria, veluti in ægrotis, dum catapotia medicamentumve huiuſmodi aſſumunt.

Momentum alias vtilitatem, & emolumentum, aut etiam vim & effectum ſignificat. Ita momentum iuxta eum modum dicitur, quo multi dicunt, Res parui momenti, id eſt, quæ vim & effectum non habet, quæ nulla eſt, & inefficax, & inutilis. Item magni momenti, id eſt, quæ magnum pondus & vim habet: Vide quæ not. in l.1. C. de nouat. & l. ſi poſt mortem de leg. 2. cum ſeq. Spieg. [de don. int. vir.

Momenti nullius eſſe, & valere opponuntur, l. 32. §. ſi ambo, ff.

Momentum habetur in conſideratione propterea ſingul. decidit Bald in c.1 §. quin etiam, verſ quæro quid ſi maſculus, in ſit. epiſcopum vel abb. quod ſi teſtator ſubſtituit filio Titium, ſi moreretur ſine filiis & tempore mortis habuit filium qui momento tantum vixit, tamen ſubſtitutio expirat: & hoc dictum pro ſingul. hic fert. Iaſ. in l. inter ſtipulantem, § ſacram. colum. 8. in princ. ff. de verb. oblig & in l. antepen. col. 21. in princ. C. de inſtit. & ſubſtit. & ante eum commendat etiam Aret. conſil. 50. copioſe & eleg. in vlt. col. & Deci. conſil. 309. viſo puncto in vltim. colum. & conſ. 623. columna prima. Socyn. in repet. l. cum auus, column. 96. verſic. poſtremo aduertendum de cond. & demonſtr. Secundo per hoc ſingula decidit Bald. in l. non tantum: per illum text. C. de legat quod ſtante ſtatuto, quod mortua vxore in matrimonio vir lucretur dotem vel partem, quod ſtatutum eſt quaſi vbique, procedit etiam in eo qui fuit in matrimonio per momentum; & pro ſingulari ſimpliciter approbat Iaſ. in l. ſi donaturus, §. 1. ad fin. ff. de condict cauſa data: & late de veritate diſputat in dict. l. non tantum: vbi tamen putat falſam. Tertio accedat, quod ſignanter decidit Bald in l. in quibus, verſ. ſed hic concurrit alia quæſtio, Cod. de ſecund. nupt. per gloſſ. ibi quod ſtante ſtatuto quod filia dotata extantibus maſculis non ſuccedat: ſufficit momento temporis maſculum vixiſſe, vt filia dotata perpetuo excludatur: niſi ſtatutum requireret perſeuerentiam liberorum, vt per eum, & idem etiam firmat Bald. in auth cot. ſed & ſi quis, columu. 3 verſic & per hoc infertur, eod. titul. cum his quæ pulchre ex facto cum incidiſſet, ſcripſit Marianus Socyn. conſ. 5 præſens conſultatio in 1. libr. & ſequitur etiam Alexan. conſil 89. quoniam abunde, circa fin. in 1. volum. & Aret. in loco præallegato, ſcilicet conſ. 50. in vlt. columm. Deci. conſil. 87. pro reſolutione, in 8. dubio. Et idem etiam decidit Bald. in l. ſi quis poſthum § 1. in vltim. colum. circa med ff de liber. & poſthum. cuius deciſionem pro ſingula. commendas Iaſ. in l. inter ſtipulantem, § ſacram. in 8. culumn ff. de verbor. oblig. & eſt etiam de mente eiuſdem Bald. in l. ſi quis hæredem, in ſecunda oppo. C. de inſtitut. & ſubſiſt. quia in conditionibus ſufficit ſemel pro ſemper, ſecundum eum, cum ſimilibus quæ late ſcribit Cornel. conſ. 7. rudit & incompoſita, & in 1. & 2. & in vlt column. in 1. lib & prædicta nota, quia dictum lucrum, quod matri per ſtatutum defertur, licet à matre non repetiatur acceptatum, tamen tranſmittitur, ſecundum Alexand. in l. cum antiquioribus column 4. C. de jur. delib. Iaſ. in l. ſi arrogator. col. 7. ff. de adopt. Contra.

Monachatus an liberet à patria poteſtate, Ego hoc affirmare non auſim, tametſi communior ſit doctorum opinio, monachum liberari poteſtate patria, quia ingreſſu monaſterij in poteſtatem Abbatis conijcitur, à cuius, non autem à patria ſui natura is nutu & arbitrio dependet. Vult. in comm. Inſtit. l.1. tit.12. § 3. n.5.

Monachio, ſodalitas & conuentus monachorum, apud Impp. l. generali, 13. C. de ſacroſ. eccl. Hotoman.

Monachus. Monachi proprie & ſtricte appellantur, qui virtute regulæ ſolitariæ ſtant in monaſterio, d. cap. placuit communi: nec immiſcent ſe prædicationibus, cap. Monachus, cap. juxta Calcedonenſis, & c. adijcimus, 16. quæſt. 1. niſi adminiſtrationem habeant. Cuiuſmodi ſunt, quos ſecundum communem loquendi vſum appellamus monachos de ordine ſancti Benedicti, cap. iuxta Calcedonenſis, habentes bona in communi, cap. ſtatutum, 18. quæſt. 2. Nec ij appellantur fratres, ſed religioſi. Clemen. vnic. de exceſ. præl. Alios autem, vtpote mendicantes, appellamus fratres, in clement. exiui de paradiſo, de verbor. ſignif. Verum, quod monachi, quandoque appellentur fratres (quod nomen dedignari videntur, ac eo nolunt appellari, neſcio, qui monachi, ſed domini) eſt textus in cap. Cauſam, quæ ext. De judic. libr 2. Decretalium: & ibi Abbas, pulchre explicans, qui dicantur monachi, & qui fratres item & quo diſtent. Generaliter autem omnes monachi religioſique profitentes tria regulæ ſubſtantialia, ſiue ſint mendicantes, ſiue habeant bona in communi, poſſunt dici fratres, cap. nimis iniqua, & cap. nimis prana, de exceſſibus prælat. Clement dudum, de ſepult. & c. Clement. exiui de Paradiſo. Verum tamen puto, quod in ſtatutis diſpoſitionibuſque odioſis, & (vt vtar vocabulo ipſius Abbatis Panormitani in d. c. cauſam, quæ) reſtringibilibus, appellatione fratrum non veniant monachi, eo quod debet attendi communis vſus loquendi, l. Labeo, ff. de ſuppell. leg. Facit l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtruct. & inſtr. leg. l. liberorum, § quod autem. Caſſius de leg. tertio. Notat Bartolus & idipſum præſertim in materia ſtatutorum, in l. omnes popult, ff. de juſtitia, & jur. Monachi igitur, id eſt, ſolitarij nominantur, ſed quemadmodum tutores vocamus, qui pupillos negligunt, ita falſo retinent id nominis, qui (contra c. Si cupis eſſe quod diceris cap. placuit communi, cap. juxta Calcedonenſia, &c. qui vere, 16. q. 1.) in frequentibus locis conſpiciuntur. & quibuſcum, malo Chriſtianæ ſanctitatis exemplo palam victitant, &, ſi fas eſt dicere, concumbunt pellaces mulieres (quamquam nullæ monaſteria religioſorum introire debeant, 18. q. 2. parituræ filios, quos nepotes vocamus? Quæſo, quid facies? dicet aliquis. Ita veteres patrimonij reditus annuos templis tam magnifice profuſeque donarunt (id quod vbique intueri licet) vt hinc maxime ſit monachorum otium, illiteratura, inertia, craſſitudo, & ſumma cum rerum, tum corporis luxuries. Hi mihi videntur in animo habere, quod vulgo dici ſolet, Si res ſuppetit domeſtica, quorſum opus literis? Si deeſt, quo pacto pauper philoſophari poteſt? Certe non obſtat, quod dicitur, monachum poſſe eſſe expertem literarum, gloſſ. capit. legi. 16. quæſtione 1. cum id ad jus antiquum (quo

monachi clerici non erant, c. hinc eſt etiam & capit. generali ter 16. q. 1.) reſerendum ſit. At hodie, cum non poſſint illiterati ſacris officiis apti eſſe, c. illiteratos, 36. diſtin. item, cum omnes promoueantur, c. adiicimus, c. doctos, c. ſi monachus, c. moderamine, c. ſunt nulli, c. ſic viue in monaſterio, c. ſi clericatur, c. ſi quis Monachus, & c. monachos, 16 q. 1. Panorm. c. cum illorum, col. pen. de ſent. excomm. literati procul dubio (tametſi plures idiotæ, & ignari ſint, locumque diuerbio plerumque faciant, monacho indoctior) eſſe debent. Cum illiteratos ab ordinibus etiam lex pontificia repellat, & multo magis à beneficiis. Verum, quod beneficiis eccleſiaſticis monachus presbyter libere fruitur, hoc demum intelligitur, cum probi & docti ſunt, non alias, id quod, c. doctos, 16. q. 1. (à quo deriuatur & pendet c. ſi monachus, eod. 16. qu. 1.) manifeſte oſtendit, & latius explicat c. ſic viue in monaſt. & c. legi epiſtolam, ibi, 16 q. 1.

MONACHI quando cœperint, inter autores non conſtat etiam Hieronymo in vita Pauli Eremytæ teſte, cum ſic ſcribit, Inter multos ſæpe dubitatum eſt à quo potiſſimum monachorum eremus habitari cepta ſit. Quidam enim altius repetentes à Beato Helia & Ioanne ſumpſere initium: Quorum & Helias plus videtur fuiſſe quam monachus, & Iohannes ante prophetare cepiſſe quam natus eſt. Alij autem (in quam volgus omne conſentit opinionem) Antonium aſſerunt huius propoſiti fuiſſe caput: quod verũ ex parte Hieronymus eſſe fatetur: cui aſtipulatur Calliſtus, Nicephorus lib. 11. c. 25 ſuæ hiſtoriæ Antonium nominans vitæ monaſticæ autorem. Dicuntur autem monachi à ſolitudine & vnitate, quia ſoli & triſtes debent morari in clauſtro, vt notatur C. de epiſcopis & clericis, l. decernimus, & 16. quæſt 1. c. placuit, c. adiicimus, c. doctos, c. ſunt nonnulli, & c. de præſcorium: cum multis ſimilibus, c. eadem cauſa & quæſt. Itaq; memorabile eſt quod ſcribit Theod. eccl. hiſt. l. 4. c. 28. Monachum fuiſſe, qui totos 60. annos neque à quoquam viſus ſit, neque cum quoquam collocutus. Et monachus debet vitare hominum multitudinem, 16 qu. 1. c ſi cupis. Et præcipue dicitur, quod monachus clauſtro ſit contentus: quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita: ita monachus ſine clauſtro, d. cap. placuit. notatur per Archidiaconum, ext. de ſtatu regul. in pr gl. Et hoc potiſſime: Et omnis monachus ad hoc debet intendere, vt eius ſtatus concordet cum nomine 16. qu. 1. c. placuit omnibus, & C. de epiſc. & cleric. decernimus, Hæc ex iis, quibus iners inertium monachorum vita placet.

MONACHI, cum ſeruis æquiparentur, per doctrinam Bart. in l. 1. ff. de ſtipul. ſeruor. inferri poſſe videtur, in teſtam. teſtes adhiberi non poſſe, quod etiam nonnulli cenſuerunt, tamen pleriſque contrarium verius aſſerentib. Bald. in l. 1. & in Authent. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Iul. Clar. in § teſtamentum, q. 55. n. 7.

MONARCHIA, id eſt, vnius principatus, primas tenet in tribus ſpeciebus gubernationum, quas iuſtas cenſuerunt philoſophi. Hæc vere legitima poteſtas: quæ ſi innocua fuerit, Dei typum in terris refert: nunc proprie eſt apud Romanorũ, h. omnium Chriſtianorum Imperatorem regemve, qui abſq; Auguſto rerum potitur. Facti n. non iuris eſt, quod cæteri reges Imperatoriæ maieſtati detrahunt. Alc. de Francis occidentalibus loquens. Qui licet, inquit, regib. Germanorum, quos Imperatoris titulo Romani pontifices inſignierunt, non ſubſunt, Romani tamen imperij & ipſi pars, eoque iure viuunt. Monarchiam orbis Imperatori elegantert aſtruit Baro Taurenbergius ex patrum ſententiis, interpretans tit. de feud. Marchiæ libr. 1. Feudorum. Nec refragatur, olim gentes nonnullas ditionem Imperatoris non agnouiſſe, ſicut & hodie nonnulli agnoſcere recuſant, de Iure tamen dubio procul agnoſcere debere, ſecundum Iaſ. in l. cunctos populos, de Summ. trinit. per Gl. minime recognoſcat, in c. per venerabilem, Qui filij ſunt legit. Spieg.

MONAS, ſiue vnitas, apud Arithmeticum eſt principium numeri, & non eſt numerus: quemadmodum Geometræ punctus principium lineæ, non tamen linea eſt: à quibus perquam acuto ingenio vir Salomonis, cenſet fœminam differre non videri: cum ipſamet ſola ſit caput & finis ſuæ familiæ, l. pronunciatio, §. ſi & l. familiæ, de verb. ſign. Proinde nihil ſibi videri fœmina ex maribus nata, non vere & proprie ex linea, ſiue de linea maſculina dici poſſit, licet in ea deſinat linea maſculina, Spieg.

MONERE ſcientem, vel memorem facere.

MONEAS, & inducas, an per hæc verba detur poteſtas eligendi not. per Archid. extr. de præb. cap. ſi pauper clericus, lib 16. & Spec. de reſcript. præſent § ratione formæ, iuxta fin. verſ. Item ſi Papa roget. & de conceſſ. præb. c. cum noſtris, in fin. Spieg.

MONEMVS, an hoc verbum firmet iuriſdictionem, differunt non omnino inutiliter Canoniſtæ, in c. ſolitæ, de major. obed. Spieg.

MONETA, vt Conſtant. lib. 3. Epit. tit. 13. definit, [illegible Greek]. Suidas Iunonem monetam cultam à Roma, ſcribit quaſi [Greek], quod in bello aduerſus Pyrrhum, & Tarentinos de pecunia laborantes benigno reſponſo, ope conſilioq; iuuiſſet. In cuius templo nummum cudi inſtitutum fuit, Briſſ. Veteres etiam monetam deam eſſe dicebant, quæ pecuniæ curam haberet, grauiter animaduertentem in eos, qui dolum malum in pecunia committerent. Qua etiam ratione doctiſſimi Grammaticorum cenſuerunt, Monetam dici, quod moneat, nequid fraudis in ære, ſigno pondereve fiat. Corraſius lib. 3. Miſcell. c. 13. Adde Turnebum aduerſariorum lib. 4. cap. 3.

MONETA dicta, quod nos ſigni impreſſione vel autoris, vel precij moneat. Accipit autem legem valoris à ſuo ſuperiori: vnde nec reprobari poteſt, niſi per ipſum ſuperiorem, argum. l. eleganter: §. qui reprob. de pig. Spieg.

MONETA adulterina, pro falſa, l. 1. 10 pr. C. de falſ. monet. ſicut & ſcientiam adulterinam in §. hæc autem in proœm. Pandectar. pro non vera. Monetam autem adulterinam ſeu falſam dicere poſſumus, ſi hæc tria abſint: nempe ſi non ſit ſpecies proba, nec debitum pondus, nec ea forma excuſa, quæ iuſta ſit ac legitima: Bald. tit de publ. iudic. Vide Impp. in tit. Cod. de falſ. monet.

MONETA vſualis, in c. 2. extr. de maledict. Galli Monetam currentem vocant: Prat.

MONETA in l. 1. C. de falſ. monet. id eſt, locus in quo cuditur moneta.

MONETALES triumuiri dicti ſunt, æris argenti atque auri conflatores, vt ait Pompon. in l. 2. de Orig. iur. Obſeruatu dignum eſt, quod Zaſ. hæc Pomponij verba explanans, indicat, cur æs pro auro dari non erat inſuetum, vt intelligas l. quid tamen, ff. de Contrahend. empt. & l. ſi id quod aurum, de verbor. oblig. cum ſimilibus: vide Triumuiri auro, argento, Prat.

MONETALIS cuſio, l. 18. de extraord. ſiue ſord. muner. in C. Th.

MONETARII, qui vt Iuriſconſ. loquitur, in moneta publica operantur, l. 6. §. 1. ff. ad l. Iul peculat. Sic in l. 2. Cod. quibus ex cauſ. ſer. pro præm & in l. 1 & l. 7. & l. 13. de muriilegul. lib. 11. C. l 6. C. de dignitatib. lib. 11. & apud Firmicum, lib. 8. cap. 17. Et Topiſcum in Aureliano. Cui adde hæc Suidæ verba, [illegible Greek], Briſſ. Græci [Greek] vocant, & falſos monetarios [Greek].

MONETARIVS dicitur proprie, qui monetam (hæc autem dicitur ſignum principale, quo forma nummi exprimitur) cudit. Quomodo accipiunt Cod. in tit. De falſ. moneta, vbi Conſtantinus Imperator fabricantes falſam monetam puniendos eſſe cenſet vltimo ſupplicio omniumque eorum bona confiſcanda eſſe. Aliter monetarij dicuntur, qui textrini quodam officio fungebantur. Itaque ſunt monetarij viles homines, texendis ſcilicet veſtibus idonei, quique lanam ducant, & textricium faciant. Dicti fortaſſe monetarij ab officij ipſius vilitate, [Greek]. Nam & hodie huiuſmodi homines lanifices in minimo ſunt precio. De hoc poſtremo vide Alciatum in leg. Ballutia, C. de metallariis, lib. 11. & Egnatium in Annotationibus ad Vopiſcum: Vide & Coraſium Miſcell. lib. 3. c. 13.

MONHEMERIVM, ſpectaculi genus, quaſi vnius diei dictum apud Iuſtinianum in Nouel. de Conſulibus, §. Ac primos quidem iuxta interpretationem Haloandri, Spieg.

MONILE, ornamentum quod ſolet de collo virginum pendere, dictum, quod virtutis admoneat: nam primo ob aliquod egregium factum dari ſolebat etiam ingenuis iuuenibus, Spieg.

MONIMENTA, teſte Varrone, à monendo, quæ ſunt in ſepulchris: & ideo ſecundum viam, quo prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. Alij ſcribendum volunt monumentum, per u, quicquid nos monet, ſiue monere poteſt alicuius rei præteritæ: vt tituli, ſepulchra, ſtatuæ, ſtoa porticus, carmina, hiſtoria, documenta, doctrina, libri, cæteraque huiuſmodi. Porro monumentum, Vlpian. inquit, ſepulchrum eſt, vbi corpus mortui, oſſave hominis condita ſunt. Monumentum autem dicitur, quod memoriæ ſeruandæ cauſa exiſtet, Marcell. tit. de Sumpt. fun. Monumentum ſepulchri id eſſe diuus Adrianus reſcripſit, quod monumenti, id eſt, muniendi eius loci cauſa factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit Florentinus ibidem: Monumentum generaliter, res eſt, memoriæ cauſa in poſterum prodita: in qua corpus vel reliquiæ ſi inferantur, fiet ſepulchrum: ſi vero nihil eorum, monumentum erit, quod Græci cenotaphium appellarunt, Spieg.

MONVMENTVM à ſepulchro diſtat, quod monumentum ſit, quod Græci Κενοτάφιον dicunt, id eſt, inane ſepulchrum, & quod ſine corpore ſit, quod Suetonius Tranquill. in Claud. honorarium tumulum vocat. At ſepulchrum locus eſt religioſus, propter mortuum, qui in eum ipſum locum intulimus, eſtque ſepulchrorum ius longe potius ac idem permanentius, &c. Brech. l. Cum in teſt. ff. de verborum & rerum ſign.

MONITIO ſit ante commiſſum, & eſt neceſſaria apud Iuriſconſ. in l 1. §. magiſtratibus, ff. de Magiſtr. conuen. Objurgatio vero poſt turpe factum. Cic in libr. de amicitia: Primum vt monitio acerbitate, deinde vt objurgatio contumelia careat. Monitionis à iudice factæ efficaciam Bart. oſtendit in auth. ceſſante, Codice. Quom. & quand. Iud. Hanc vocem pro ſententia

poni

Digitized by Google

pous volunt, ad fin l.quoties, C.de Dignit. lib. 12. Spieg.

Monitoriæ literę, quæ ſint, item quæ præceptoriæ, quarum mentio fit in c.capitulum ſanctæ eccleſ. extra de reſcrip. petendum eſt à Canoniſtis, Spieg.

Monitores, ſerui à colono præfecti, vt operariorum, veluti vinitorum & aratorum turbam obeuntes vnumquemque moneant, & ſegniores caſtigent. Vlp. l.8. ff. de inſtr. vel inſtr. leg. Quærendi veluti homines, qui agrum colunt, & qui eos exerceant, præpoſitive ſunt his, quorum in numero ſunt villici, & monitores, Col.lib.1.c.vlt. Et in turba, inquit, & ſub monitore vinitor opus facere debet. Item Decurias appellauerunt antiqui, & maxime probauerunt, quod is numeri modus in opere commodiſſime cuſtodiretur, nec præeuntis monitoris diligentiam multitudo confunderet. Erant etiam monitores in ſcena, qui, vt inquit Feſtus, actoribus ſuggerebant, quæ dicturi eſſent. Itemque monitores, Quint. lib.6. cap.5. ſunt, quos Greci Pragmaticos vocant, qui iura ac fori conſuetudines oratoribus ſummiſſa voce ſuppeditant. Cic. Verr. 1. Video mihi non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus hic tenet, Prat.

Monitu agere, quo diſtet à mandato agere docet Accurſ. in l.ſi ſerui mei, ff.de tut. Spieg.

Monitus, in l.6.§ 3. C.de his qui ad Eccleſ. confuger. id eſt, citatus idcirco judicio, Goth.

Monogynta. Expunge apud Alb. & repone, Monazonton. Extat vox apud Impp. in l. quidam ignauiæ, C. de Decurion. lib. 10. Significat autem ſolitarie viuentes. Alciato monazonij vocabulum magis placet, quod & interpretatur locum in eremo, in quo monachi congregantur, Spieg.

Monomachiam Baro à Tautemberg. ait, ſingulare certamen interpretamur, quod duellum alij vocant. Inde & Monomachus dictus, h. qui ſolus cum ſolo pugnat. Ea autem fieri conſueuit, ad ineundam rei alicuius probationem aut purgationem indorendam: ita videlicet, vt qui ſe ſit probaturum purgaturumve aliquid obtulerit, & vicerit, probaſſe credatur: ſi non vicerit, in probatione defeciſſe putetur. Verum hæc monomachiæ probatio non diuina tantum, ſed & ciuili lege eliminata eſt, nam in otio ciuili, & domeſtica quiete, cruenta ſpectacula ſibi non placere Imp. Conſtantinus atteſtatur: eaque de cauſa omnino gladiatores eſſe prohibet, in l. vn. C. de Gladiat. lib. 11. Per quam legem & publica illa, cruentaque pugilum in Pancratio certamina prohiberi non ambigitur, quæ Vlpiani tempore Romanorum leges nondum damnauerant, l. qua actione, §. ſi quis in colluctatione, ff. de ad leg. Aquil. Spieg.

Monomachiam genus ſanguinolentum omni modo canonica ſanctio vetat. cap. monomachiam, 2. quæſt. 4. vbi in fine dicitur, quod hanc ſectantes Deum ſolummodo tentare videantur, & in c. 1. extr. de Purg. Aliquatenus duella tolerari non debere, diffinitur, Spieg.

Μονομερῆ, vocem Græcam apud Vlpian in §. item Iul. ſcribit, l. ſi duo patroni, de Iureiuran. Alc. 10 Diſpunct. interpretatur ad verbum vnius partis. Quod nec Accurſium fefellit. Spieg. Scriptum eſt apud Iul. Paul. l.5. de cond. fur. Condictione furtiua furem & hæredem furis teneri. Quid ergo qui iurauit ſe furtum feciſſe, hoc ſolo nomine exceptione contra condictionem vtetur: verum ſi contendat, qui condixit quaſi cum hærede ſe furis agere, repelli non debebit? Et verius eſt, quaſi μονομερῆ condictionem dare debere, vt aduerſus furis hæredem. Hæc Vlp. l. ſi duo, §. ſecundo, de jureiur. Quod reſponſum non male ab Accurſianis acceptum eſt. Quia, cum duæ ſint Condictionis furtiuæ partes, ſicut ex Paulo jam dictum eſt: Vna, quę aduerſus furem: altera quæ aduerſus furis hęredem datur: condictione ex priore parte, qua furi condici ſolet, ſublata, ea pars remanet ſalua & intacta qua hęres tenetur. Pro eo alibi lectum eſt, ſine alternatione agere. Cum enim ex Edicto de ſeruis actio ſit duplex ac διμερής, nempe tam recepti furti, quam corrupti, exiſtimabat Iulianus pro ſeruo communi, cum ſocio ſine alternatione agendum eſſe: id eſt, ſi corrumpit: nam eam Edicti partem, qua recepti qui tenetur, in ſocium non cadere: non enim videri ſuum à quo quam recipi, l. ſi quis ſeruum, de ſer. cor. Id Theophilus in tractatu. Cauſa plus petendi μονομερῶς dixit, Inſtitut. de action. Quod verſum eſt, Sublata alternatione. Cur. lib. 1. εἰκασμῶν, cap. 42.

Μονομερῶς agere dicitur is, cuius aduerſarius judicio non adfuit: id eſt, abſente altera parte: ex quo eremodicium contingit. nam (vt ait Heſychius) ἐρήμην μονομερῆ δίκην, Paul. l. vlt. ff. ad SC. Trebell. Polycrates fideicommiſſum petierat, & obtinuerat apud Aurelium Proculum, Proconſulem Achaiæ, appellatione facta, cum ſolum Phœbus egiſſet μονομερῶς victus eſt. Subaudi Polycrat. Alio tamen ſenſu μονομερὲς, interdum à rhetoribus vſurpatur, vt cum Fortunat. li. 1. ſic loquitur. Materia μονομερὴς quæ non conſiſtit eſt eiuſmodi: veluti cum ex prima tantum parte conſtat, nec quicquam ex ſecunda afferri poteſt: vt ſunt loci communes, verbi gratia: Leno qua parte venturos ad ſe adoleſcentes ſciebat, nocte foueam fecit occultam, ea iuuenes perierunt: accuſatur, quod mortis cauſam præſtiterit: hic enim Lenoni nulla defenſio eſt. μονομερὰς autem etiam appellant ἀνταγωνιστὰς & ἀνταγωνιζομένας, Prat.

Monopodia Turnebo auctore menſæ ſunt, quæ vno pede ſuſtinentur, quę ea tempeſtate pulcherrimæ lautiſſimęque cenſebantur. Idem ante eum annotauit Bayſ. in lib. de vaſculis.

Monopoliorum negotiationem naturæ contrariam & damnandam eſſe optimi legiſlatores probarunt, quod ſecundum naturam ſemper conati ſunt, eſſet facilis rerum communicatio, Prat.

Monopolium (quod ἀπὸ τοῦ μόνου, vnus & πωλέομαι vendo dicitur,) eſt, cum penes vnum aliquem tantum vendendi poteſtas exiſtit, id ſit, cum vnus ſolus, vel vt fieri ſolet, cum paucis ſecum admiſſis, exercet ac emit aliquod genus mercaturæ vniuerſum, vt ſolus ſuo arbitrio vendat, & precium ſtatuat. Is enim augens precia rerum, ſuæ deſeruit auaritiæ, ac aliis nocet omnibus: tollit rerum permutationis & ſurredentia contractus emptionis venditionis vſum. Ideo recte prohibentur monopolia in tit. C. de Monopol. Vtinam haberemus nomophylaces, hoc eſt, legum cuſtodes, qui exequerentur ſancita illius tituli. Locus eſt in eo, vbi de monopoliis echinorum agitur: quem interpretes ridicule tractarunt: Vide Hegendorf. adde Forcat. in penu iuris ciuilis capit 20. Hoc verbo etiam Plin. vtitur l.8.c.37. de echini cute loquens: Magnum fraus & ibi lucrum monopolio inuenit. Erat & Monopolium oneris vel penſionis genus, quod ab eo exigebatur, qui monopolium beneficio Principis exercebat. Caſſiod. lib. 2. Qui ita commercium negotiationis exerceat, quatenus nec monopolij, nec ſiliquatici, nec auſariæ aliquid penſionis impendat, Prat.

Monopolium, ait Goth. ad rubr. C. de monopol. eſt jus vendendæ certæ mercis, quod vnus certive homines ſibi vendicant permiſſu Principis ſub onere vectigalis.

Μονάζων, eremus, & locus in quo monachi congregantur, l. quidam ignauiæ De decurion. Horum maximus perſecutor Valens Imp. Lege Eutrop. & Oroſium.

Mons facer in via Tiburtina vltra Anienem 3. mil. conſpicitur: dictus facer, quod Ioui conſecratus eſſet. Huc plebs Romana olim ſeceſſit, teſte Pomponio l. 2. de Orig. jur. Tribunoſque ſibi in eo creauit, Spieg.

Monstrare, pro probare, indicare, oſtẽdere, *Beweiſen Bezeigen*, l. actor. C. de probat. in Auth. Litig. jur. §. 1. coll. 9. Albe.

Monstroſe in parte virili, vt ſi membrum excedat juſtam quantitatem: antiquo verbo dicebantur, *allzu viel*, quaſi dicerent, *Sie haben zu viel*. Old.

Monstroſi partus, qui ſint in Romuli lege, diſces ex l. quæret, ff. de verb. ſign. & l. 5. C. de poſtu. hær. & G. Bened. rep. cap. Raynutius, parte 3. verb. qui cum ad num. 50. 25. &c. de teſtam. Prat.

Monstrum definiri poteſt id quod formam ortus ac generationis ſuæ mutauit aliena ac peregrina prorſus ſpecie aſſumpta: Vt ſi ex homine generetur corpus leporinum, aut equinum, ex oue lupus, ex aqua lepus, ex vacca leo: cuius multa exempla narrat Liuius in ſingulis fere libris: vide Gœdd. ad l. 38. n. 10. de verb. ſignif.

Monstrum proprie & ſæpius dicitur de hominibus & pecudibus ſeu brutis. Vnde Virgilius: Monſtrum horrendum, informe, ingens, &c. Brechæus l. oſtentum, ff. de verb. rer. ſignif. Nam in his ſe maxime potentem natura oſtendit, & monſtrari cupit, vt nos intellectus capaces moneat noſtri, noſque ad gratitudinem erga Deum incitet, quod pro benigna ſua miſericordia nos ſartos rectoſque, integros, non mutilatos, non beſtias generari & edi voluit. Quoties autem monſtrum, ad rem inanimatam, ad ſpectrum, ad imaginationem quandam, ad miraculum rei inanimatæ reducitur, à natiua ſignificatione receſſiſſe dicendum eſt. Gœd. ad d. l. 38. nu 17. de verb. ſign. Eſt autem monſtrum apud Latinos proprie quod præter naturam genitum eſt, vt inquit Donatus in Terent. & habetur in l. 3. in fin. C. de poſthum. hær. inſtit. Sine ergo contra ſiue præter naturam ſit, monſtrum dicitur, in quo videtur deceptus Accurſius §. minorem. Inſt. de adopt. Dictum autem eſt monſtrum à pręmonſtrando, vt Cic. in lib. de natura Deorum dixit.

Montem à mouendo Bartol. ducit per antiphraſim, ſicut bellum, lucus, & ſimilia. Sed magis ab eminendo dici videtur mons: cuius nomine etiam quicquid eminet dici poteſt, Spieg.

Monumentum generaliter, res eſt memoriæ cauſa in poſteros prodita: in qua ſi corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet ſepulchrum: ſi vero nihil inferatur, erit monumentum memoriæ cauſſa factum, quod κενοτάφιον appellatur, l. 42. ff. de religioſis, Briſſ.

Monumentum. Monumenta (inquit Valla lib. 4. elegan. c. 75.) i. mutata in u, ſepulchra, ſtatuæ, tituli, libri, cæteraque quę nos alicuius pręteritę rei moneant. Vixque monumenta dixerim, niſi literę, aut alij tituli appareant: quę ſi deſint, magis ſepulchrum, quam monumentum erit. Hęc ille. Certè monimentum dicitur, quicquid mortui gratia factum erit, etiamſi

conditus eo loco non ſit. Cicero videtur velle idem eſſe, ſepulchrum, buſtum, & monimentum. Is lib. 2. de legibus, ſic ait. De ſepulchris autem nihil eſt apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat, pœnaque eſt, ſi quis buſtum (nam id putatur appellari τύμβον) aut monimentum, inquit, aut columnam violarit, dejecerit, fregerit. Plinius lib. 8. epiſtol. in epiſtola ad Montanum, Cognoviſſe (inquit) jam ex epiſtola mea debes, adnotaſſe me nuper monimentum Pallantis ſub hac inſcriptione: huic Senatus ob fidem, pietatemque erga patronos ornamenta prætoria decreuit, & ſeſtertium centies quinquagies, cuius honore contentus fuit. Si quidem monumenta propriè dicuntur ſtatuæ, imagines, columnæ, pyramides & baſes extructæ in honorem memoriamque viri alicuius præclariſſimi ob virtutis & rerum geſtarum excellentiam, & bene de Reipubl. meriti. Ob id ſuperponebatur titulus, ἐπίγραμμα, & inſcriptio ſeu honorifica, quæ viatores commonefaceret, à Græcis μνημεῖον λόγος: vnde à monendo monimenta dicta. Varro lib. de lingua Latina tradidit. Monere, inquit, ab eadem memoria; ſic monimenta quæ in ſepulchris. Et ideo ſecundum viam, quo prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe & illos eſſe mortales. Ab eo quæ ſcripta ac facta memoriæ cauſa, monimenta dicta. Sic Græci μνημεῖον, quod nos monimentum, ac ſi dicas memoriale, ἀπὸ τοῦ μνᾶσθαι. Nam & ipſi eleganter dicunt, ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν, quod Cicero à memoria exponere dixit: hac voce in Euangelio D. Marcus eſt vſus c. 16. καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς· τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου: Et summo diluculo diei primi ſabbatorum veniunt ad monumentum exhorto ſole, dicebantq; inter ſeſe: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et Ioan. vndecimo cap. Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον. ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo venit ad monumentū. Erat autē ſpelunca & lapis ei impoſitus. Quo tamen loco docemur D. Iohannem τὸ μνημεῖον id eſt, monumentum dixiſſe pro ſepulchro & humatione ipſa, non autem pro cenotaphio & honorario, tumulo, memoriæ cauſa condito: quod monumenti dictio ſignificat. τὸ μνημεῖον. Nam erat ſpelunca (ait) cui ſuperpoſitus erat lapis, vbi ſitus & conditus ac humatus erat Lazarus. Sic igitur differt ſepulchrum à monimento, quod ſepulchrum ſit locus, quo mortui plures religionis gratia condi & humari ſolent. Quare monumentum non ſolum id quod memoriam alicuius repræſentat, ſignificat, ſed & ſepulchrum, vt annotauit Franciſc. Conn. l. 9. c. 3. nu. 1. in teſtamento, §. In monumento, 1. de verbor. & rer. ſign.

MONVMENTVM mutum eſſe poteſt, quod probatur, l. 5. §. conceſſum, ff. de donat. int. vir. & l. 6. in fin. ff. de religioſ. Vnde Cicero ad Atticum. Sed ego, ait, quæ monumenti ratio ſit nomine ipſo admoneor. Ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quam ad præſentis temporis gratiam. Bene itaque Feſtus lib. 11. Quamvis, ait monumentum mortui cauſa, factum ſit, non tamen ſignificat ibi ſepultum. Alibi alluſione quadam ſcriptum eſt, monumentum ſepulchri, id eſſe, quod monumenti, id eſt, cauſa muniendi eius loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit, l. 37. ff. de religioſ. Briſſ. & Conn. l. 3. c. 1. num. 4. Hinc forte Apuleio lib. 1. Floridorum Siticines dicuntur monumentarij, de quibus Maſoragius lib. 1. Miſcell. c. 13. quod ad monumenta, id eſt, ſepulchra canerent: vide & ſupra Monimenta.

MONVMENTA etiam dicuntur tabulæ publicæ ac priuatæ, quæ tamen ab Inſtrumentis publicis differunt. Nam publica monumenta ſunt, quæ actis publicis profeſſa ſunt, &, vt poſteriores Imperatores locuti ſunt, actis inſinuata, id eſt, accepta, & comprehenſa publicis actis. Inſinuantur autem per eos, apud quos, & qui auctoribus his in acta publica ſeſe. runtur: Huius generis ſunt, quæ iudicio acta ſunt & ſcripta, ac deinde in eum locum relata ſunt, vbi publice earum rerum acta aſſeruantur: extra iudicium ea, quæ quis apud Magiſtratus profeſſus eſt, aut eos, ſi qui ſint, qui actis publicis, id eſt, archiuis præſunt, & curant, vt iis auctoribus monumentis publicis rei geſta traderetur. Extat ſub titulo de donationibus, Cod. Conſtantini conſtitutio de iis, apud quos donationes inſinuarentur, id eſt, acciperentur actis, quas inde publicari ille ait, l. 10. hæc, Horum monumentorum fides publica eſt: & eiuſmodi, quæ negatione noſtra infirmari non queat, ac ne teſtibus quidem, Publica autem inſtrumenta vt dicuntur, ex his rebus maxime efficitur. Primum perſona tabellionis inſtrumentum excipientis, quæ publico officio, vel miniſterio lo catefungitur, l. 3. de tab. lib. 10. C. Nam ſi id de argentariis dictum eſt, quod ſingulorum rationes conficerentur. l. 5. §. 1. l. argentarius: de eden. non minus juſte de tabellionibus dicetur, qui rerum ad ſingulos pertinentium conficiunt inſtrumenta. Deinde tabularijs certa forma præſcripta eſt, quam in inſtrumento conficiendo obſeruare debeant ſi modo tanquam tabulario ſcriptum ex fide publici muneris haberi contrahentes velint. Forma expreſſa eſt Conſtitutione Iuſtiniani nouel 47. cuius titulus eſt, vt nomen Imperatoris. Præterea hoc ad fidem rei geſtæ, & auctoritatem inſtrumenti ab eodem Iuſtiniano inductum eſt, d. conſt. nouel. 73. §. ſed etſi inſtrumenta, vt teſtes non minus quam duo adhiberentur, quorum nomine tabellio inſtrumento adſcriberet. Si qui contrahent, imperiti ſint literarum, teſtes quinque adhiberi voluit, ſi modo res vnam libram auri excederet, & res in vrbe gereretur. Alioqui ſi aut de vna libra auri ageretur, aut negotium gereretur in villis, numero vſitato teſtium contentus fuit, Quod & in priuatis multo magis intelligendum eſt, §. oportet autem eadem conſtit. Si hæc obſeruata erunt, tum recte inſtrumenta ex fide officij, & muneris publici, publice confecta, atque adeo etiam publica eſſe dicentur Donell. de fide inſtrum.

MORA videtur eſſe, ait Pompon. in l. 3. §. ff. de act. empt. ſi nulla difficultas venditorum impedimt, quo minus traderet: præſertim ſi omni tempore paratus fuit tradere.

MORA, id eſt, dilatio, modici temporis non habet periculum, l. ſi debitori, ff. de Iud. Mora enim duplex nominatur ab interpretibus. Vide Iaſ. in l. ſi vero, ff. Qui ſatiſdar. cog. Et vt mora rei nocet fideiuſſori, l. mora, ff. de verb. oblig. & dict. l. de vſur. §. fin. ita difficultati cedit, ac quidem magnæ, & quæ ſere caſui fortuito æquiparetur, l. non dubium, in fin. ff. de Legat. 3. Spieg.

MORA dupliciter ſit, ex re, & ex perſona. Ex re mora, ſit cura, ipſo jure ac ſolo temporis decurſu, ſine vlla creditoris appellatione, prætermiſſio illius officij reprehenditur, quaſi res ipſa interpellet: quæ & mora in rem appellatur, l. 3. ff. de minorib. l. 26. §. apparet, ff. de fideicomm. lib. l. 3. §. 1. ff. de adim. leg. l. 23. l. 38. ff. de vſur. Ex perſona vero ſit mora, quotiens opportuno loco & tempore debitor interpellatus non dat, non ſoluit, l. 32. ff. de vſur. Vide Gœdd. in comment. ad l. 12. §. 1. nu. 7. ff. de verb. ſignif. Vnde Paul. lib. 3. Sentent. tit. vlt. Moram fieri videri definit, cum poſtulanti non datur. Itaque vbi nulla petitio eſt, ibi mora committi non intelligitur, l. 89. ff. de diuerſ. reg. jur. Quod ſic meo quidem judicio accipiendum eſt, vt a quo exceptione, aliqua pecunia peti non poteſt, is moram facere non videatur, vt Paul. tradit in l. 40. in fin. ff. ſi cert. pet. quanquam aliter quidam illam regulam interpretantur. Moram plane feciſſe videtur, qui litigare maluit, quam reſtituere, l. 82. in fin. ff. de verb. oblig. niſi ſi ſine dolo malo fruſtrationeque ad judicium prouocauit, l. 46. ff. de diuerſ. reg. Briſſ.

MORA rei nocet fideiuſſori nempe ſi poſt moram rei res debita ſit perempta, vt tum teneatur etiam fideiuſſor ad æſtimationem, etiamſi ipſe moram non adhibuerit. Vult. in com. Inſtit. l. 3. tit. 21. § 3. n. 7.

MORA eſt ceſſatio & fruſtratio, ſiue improba dilatio, prætermittendi officij in ſoluendo recipiendove debito, alteri damnoſa, l. 3. in fin. l. cum quidam, 17. §. pupillo, l. ſciendum, l. ſeq. l. mora, 32. ff. de vſur. l. 5. ff. de minorib. l. 3. §. 1. ff. de adimen. leg. Gœdd. in comment. ad l. ſi cal uitur 233. num. 1. de verbor. ſign. Moræ autem duæ ſunt ſpecies: quarum vna in debito non præſtando, altera in non recipiendo, quod oblatum eſt, verſatur, Hotoman.

MORA non præſtandi debiti, eſt culpa debitoris prætermittentis ſoluere, quod ſoluere & debuit & potuit: cum aliquo creditoris incommodo coniuncta. Hot.

MORA non recipiendi debiti, eſt culpa creditoris non recipientis ſolutionem quæ à debitore idonee oblata eſt, vnde aliquid incommodi ad debitorem peruenit. Hot. Inter moram, quæ ex re ſit & ex perſona, hoc maxime intereſt: quod cum in re ſolum mora eſt, finita cauſa, propter quam mora recipitur, deſinit mora fieri: vt ſi minor deceſſerit, ſi viceſimum annum exceſſerit. Quia reuera mora non fuit, ſed beneficium tantum perſonæ. Mora autem ex perſona interueniente, ſemel cœpta deinceps in re perſeuerat, etiam in heredes, nec tempore, aut perſonis poſtea mutatur, niſi ſi purgetur, l. Titia Seio, §. vſuras, de legat. 2. Donellus de mora.

MORA, vt grauamine diſtet, colligitur ex l. omni modo, C. de inoffic. teſtam. Spieg.

MORA abuſiua, quæ ſit, tradunt doctores in l. minorum, Cod. in quib. cauſ. Porro quomodo mora debitoris & creditoris, emptoris idem & venditoris conſiderentur, tradit Zaſius, in l. vinum, ff. ſi cert. pet. Spieg. Prat.

MORA irregularis quæ ſit, vide Molinęum 40. de vſuris n. 205.

MORA litis, l. 26. C. de rei vind. l. 15. ff. vt legat. nom.

MORA, temporis dilatio, tarditas item atque procraſtinatio. De ea, eiuſque efficacia copioſe ſcribit Bart. in l. non citanda, Hęc nullis certis finibus concludi poteſt, vt eſt elegans textus in l. mora, ff. de vſur. Spieg.

MORA purgatio circa conditionis implementum non admittitur, quia forma, quam induceit conditio, ſeruata non eſt, & forma quæ vt plurimum in fine conſiſtit, deficiente, ipſa deficit res, Gœdd. ad l. 1. n. 18. in comm. de verb. ſign.

MORAM committit, ait Goth. ad l. 3. §. ff. de act. empt. qui nulla difficultate impeditus, cum potuit, non tradidit.

MORAM

MORAM feciſſe apud IC. in l. eum qui, ff. de Iuriſd.om. jud. vt apud Cic. moram faciendam, moram fieri, Spieg.

MORAM purgare, eſt re integra contractam ex mora culpam ſe eluere, vt ejus omnis pœna vitetur: nam oblatione ſolutionis omne periculum futurorum caſuum à debitore in creditorem transferrur, l. interdum, 73. §. 1. ff. de verb. obl. l. cum decem, 72. §. 1. ff. de ſolut. Quod idem etiam creditori conceſſum eſt, vt ei moræ purgandæ facultas, vt agere poſſit, permittatur, l. ſi ita quis, 135. §. 1. ff. de verb. oblig. Hot. Hoc idem dicitur & moram emundare, eluere, atque delere, vt annotat Donell. de Mora.

MORALIS. Cic. in princ. de Fato, primam huius nominis inuentionem impoſitionemque à ſe factam fatetur: tanquam ab eo qui omnibus modis conatur augere linguam Latinam. Quia pertinet, inquit ad mores, quod illi vocant, nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus; ſed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem: Vide Philoſophia moralis. Spieg.

MORARI, pro habitare Paul. in l. Titius, de ſer. export. Hac lege proditum eſt fugitiuos nuſquam morari, hoc eſt, habitare, ſicut colligunt doctores, nec proſcripti, quos ipſi Bannitos vocant, nec hæretici in locis vbi ſunt, ceu fugitiui, morari videntur. Quos nec recipiendos recte cenſuerunt. Attamen moram ducere, traheréve, male intelligitur, pro perpetua ſtabilique commoratione. Eſt illud potius cum tempus in longum deducimus, *Auff die lang banck legen.* Sic & Imp. Antoninus Pius, Morari eius, pro habitatis vſurpauit, vt Scæuola refert in l. Caio Seio, de Alim. l. quæ non grauabor adſcribere. Imp. Anton. Pius, libertis Sextæ Baſiliæ Quamuis verba teſtamenti ita ſe habeant: vt quoad cum Claudio juſto morati eſtis, vobis alimenta & veſtiaria legata ſint: tamen hanc fuiſſe defuncti cogitatione interpretor: vt poſt mortem iuſti eadem vobis præſtari voluerit, Spieg.

MORARI verbum paſſiue intelligendum eſt, apud Papin. in l. 5. §. 1. ff. vt legato, nomin. caueat. ſi, inquit, petitionis dies moraretur, pro retardaretur & differretur. Et apud Paul. in l. 85. §. de reg. jur. Quoties æquitate deſiderij naturalis ratio aut dubitatio juris moratur, Briſſ. in parerg.

MORARI, pro retardare, differre in l. ſi ea. Cod. de Accuſ. Item pro habitare inuenitur & pro expectare, tamen magis poeticè, quam oratoriè, Prat.

MORATORIA cautio. Paulus: Quo minus prædium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur, h. e. cautio quæ datur, vt quis differat & exſpectet, Spieg. Prat.

MORATORIA præſcriptio interprete Aniano in lib. 1. C. Th. tit. 2. eſt, quæ cauſam prolongat. hoc eſt, quando induciæ à litigatore petuntur à iudice. Sic in l. 2. Cod. de precibus Imp. offer. Briſſ. Prat.

MORATOREM Paulus in l. inter ſtipulantem, 83. §. Stichum, de verb. oblig æquiparat furi: vt quemadmodum fur tenetur ex ſtipulatu, etiamſi homo morte perierit, ita etiam is qui moram commiſerat. Gœdd. ad l. 233. n. 1. de verb. ſign.

MORBI graues, ſiue aſperrimi recitantur à Plin. c. 3. li. 25. Spieg.

MORBI genus eſt, nec veſpertino nec matutino tempore videre, l. item Offilius, ff. de ædil. edict.

MORBO dare veniam, de Offic. Præſ. l. diuus, Spieg.

MORBOSVS, pro morbo obnoxius. IC. de Ædil. edict. oſtendit qui, quæve hoc nomine veniunt, Spieg.

MORBVM, ait Cicero de lib. Tuſcul. diſputat. 4. appellant totius corporis corruptionem: Ægrotationem, morbum cum imbecillitate: Vitium, cum partes corporis inter ſe diſſident: ex quo prauitas membrorum, diſtortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur, vitium autem integra valetudine ipſum ex ſe cernitur, ſed in animo tantum modo cogitatione poſſumus morbum ab ægrotatione ſeiungere. Hactenus Cicero, Gellius quoque lib. 4. c. 2. locum Sabini, ſed integrum, retulit. Hotom. Furos. morbus dicitur, l. 14. de offic præſid. l. 22. §. ſi maritus, ff. ſol. matr. leg. 2. §. ſi non propter, ff. ſi quis caut.

MORBVM, inquit Mod. eſſe temporalem corporis imbecillitatem: vitium vero perpetuum corporis impedimentum: veluti ſi talium excuſſit: nam & luſcus vtique vitioſus eſt, l. 101. § 2. ff. de verb. ſignif. vbi tamen oculum excuſſit, legendum putarem, Hot.

MORBVS, vt ait Vlp. in l. 1. § ſed ſciendum, 7. ff. de ædil. edict. eſt habitus cuiuſque corporis contra naturam, qui vſum ejus ad id facit deteriorem, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit.

MORBVS maior idem qui comitialis, teſte Budæo.

MORBVS perpetuus exponitur quando nulla ſpes ſanitatis ſubeſt, l. ſi cum dotem, ſi maritus, ff. ſol. matr. l. penult. ff. de excuſ. men. Non igitur idem eſt morbus perpetuus: & ſonticus: ſed in quo nulla ſubſit ſpes ſanitatis: ſique talis vt expediat, ne quis ſuis rebus ſupereſſe poſſit: poteſt enim ſonticus eſſe morbus, non tamen perpetuus. Is enim ſonticus dicitur morbus, qui is eſt, vt impediat rem de qua agitur expedire, lege Morbus. ff. de verb ſign.

MORBVS ſecundum medicos varie accipitur & definitur. Interdum pro eo, quod diſpoſitum eſt, vt lædere poſſit corporis animique operationes. Quo ſenſu Galenus lib. 2. Method. c. 1. Nemo, inquit, ipſam claudicationem ſanat, hoc enim eſt ridiculum ſed affectionem, quæ eam efficit, vtpote eo ſublato redditur rectus inceſſus. Auicen. libro 1. fen. 2. doct. 1 cap. 1. ægritudinem, ait, ſeu morbum eſſe diſpoſitionem in humano corpore ſanitati contrariam. Alij imprimis veteres, accipiunt, non pro diſpoſitione illa lædente operationem, neque pro eo quod ad lædendum diſpoſitum eſt, ſed pro ipſa læſione: vt ex Galeno contrarium aſſerente manifeſtum fit. Galenus libr. 5. de Hippocrat. & Plato. decret. cap. 3. definit animæ partiumque diſſidentiam & ſeditionem: vbi & in prima & poſtrema ſignificatione, quæ veterum eſt, morbum definit, atque ita quidem generaliſſime. Rurſus in lib. de humoribus: Morbus, inquit, eſt, cum in corpore quædam affectio eſt, quæ non ex accidenti ſed primum & per ſe lędit operationem, & in lib. de different. ſymptom. Affectus eſt, inquit, corporis quicunque, præter naturam actionem aliquam vitians: quod in lib de ſanit. tuend. 1. capit. 5. idem Galenus ita exponit, quaſi dixiſſet, morbus eſt omnis actio affectionem præter naturam impediens, Hippocrat. definit, quicquid homini moleſtiam infert. Quæ definitio etiam generaliſſima: non ſolum diſpoſitionem per quam læditur operatio: verum etiam ipſam diſpoſitionis læſionem & læſam diſpoſitionem comprehendens: Et ſi verum fateamur, Galenus in vtraque ſignificatione hac ſubtilitate neglecta vtitur. Alij denique morbum à contrario definiunt, per priuationem nimirum ſanitatis. Sanitatem definit Auicenna libro 1. fen. 2. doct. 1. capite 2. diſpoſitionem per quam corpus hominis in ſui complexione & compoſitione tale exiſtit, vt ex eo omnes diſpoſitiones proueniant ſaluæ & incolumes. Galenus libr. 1. de ſanit. partium ſimilarium, calidi, frigidi, humidi, ſicci, ſymmetriam, ſiue conuenientiam quandam, inſtrumentalium verò ex ipſarum ſimilarium compoſitione, numero, magnitudine & figura conſtantem. Atque ita à medicis ad ſanitatem non tantum bona actio, verum pulchra etiam membrorum compoſitio requiritur. Quicquid autem ſanitati contrarium eſt, & cum ea pugnat, morbum vocant & definiunt. Galen. lib. de differ. morb. capit. 2. eiuſque interpp. Quare ſi vel actionum perfectio vel compoſitionis elegantia ſiue pulchritudo vitietur & deprauaretur ſtatim morbum ortum eſſe dicemus: & morbus erit cùm operationis, tum ſtructuræ læſio: ſeu talis affectus, qui non ſolum partium operationem, ſed earundem quoque conſtructionis elegantiam euertit & deſtruit. Vnde efficitur, morbum eſſe triplicem, ſimilarem, organicum & communem: & quicquid vitij eſt, id etiam morbum eſſe: omne enim vitium vel animi eſt, vel corporis, vel vtriuſque: neque fanaticus, neque fatuus: neque balbus à morboſis excipitur, vt nec atypius & mutus, cum vitium illud per malam conſtructionis diſpoſitionem ſecundum medicos cenſetur: quod & in ea, qui non longe videt, vel lippus eſt, vel myops, nyctalopia laborans, vel ſcabioſus eſt, verum credimus, Gœdd. l. inter ſtuprum, 101. §. 2. num. 1. & 2. ff. de verbor. ſignif.

MORBVS ſonticus, ait Feſtus, lib. 9. ex Ælio Stilone, in 12. tab. ſignificabat certum cum juſta cauſa: quem nonnulli putant eſſe qui noceat, quod ſontes ſignificat nocentes. Næuius, ait, ſonticam eſſe oportet, quamobrem perdas mulierem. Venuleius l. vltim. ff. de ædil. edict. Quoties morbus Sonticus, inquit, nominatur, cum ſignificari Caſſius ait, qui noceat (quod & à Iaoleno, citatur ex eod. l. 3. l. verb. ſignif.) nocere autem intelligi, qui perpetuo, non qui tempore finitur. Sed & morbum ſonticum eum videri, qui inciderit in hominem, poſtquam is natus ſit: ſontes enim nocentes dici, Gell. lib. 20. c. 1. ſonticum morbum appellat, qui vim grauiter nocendi habeat, & ita vſurpatum à ſcriptoribus 12. tabul. Vlpia. l. 2. §. ſi quis judicio Si quis cautus in iudic. ſonticum morbum adcisam valetudinem exponit, hæc citans 12. tab. verba. Si judex vel litigator morbo ſontico impediatur, Dies judicij Diffiſus Eſto. Iul. l. 60. de re iud. Sonticum morbum exponit, qui cuiuſque rei agendæ impedimento eſt: nec de leuiſſima febri, aut quartana inueterata, in qua omnibus negotiis ſupereſſe ſoleat, intelligi vult Plinius tamen in libr. 36. cap. 19. de Gagate lapide loquens eo nomine intelligit comitialem: cum ita ſcripſit. Deprehendit ſonticum morbum: nam Dioſcord. ſcripſit [illegible].

MORE maiorum, id eſt, more à Maioribus recepto & introducto, l libertorum autem, ff. de his qui not. infam. Quid autem ſit, more maiorum facere, & de moribus, quam ipſi rima oſtendit Alc. cap. 21. lib. 4 parerg. Spieg.

MORE maiorum cognoſcere eſt iudicibus prius auditis, de re capitali cognoſcere: nec enim prius nomen cuiuſquam inter reos recipiebatur, quam iudicium factum eſſet, l is qui reus, ff. de Pub. iud. Spieg.

Digitized by Google

Mores majorum puniri, quid ſit, explicat Sueton. in Nerone his verbis, Legitque ſe hoſtem à Senatu judicatum, & quæri vt puniatur more majorum: interrogauitque quale eſſet id genus pœnæ, & cum comperiſſet, nudi hominis ceruicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi, conterritus, duos pugiones quos ſecum extulerat, arripuit, Hot. Prat.

Mores majorum quod ſit: recte ac decenter ſit: nam populus Rom. majorum inſtituta atque exempla pro legibus ducebat Cic. de legibus tr. Ergo adeo expectatæ leges, quæ genus illud optimum Reip. contineant: & ſi quæ forte à me hodie rogabuntur, quæ non ſint in noſtra Rep. nec fuerint, tamen erant ferè in more majorum, qui tum vt lex valebat Paulus l. 11. ff. de juſt. & jur. Vbicunque prætor ſalua majeſtate imperij ſui, ſaluoque more majorum jus dicere conſtituit, is locus recte jus appellatur. Iulian. l. 5. ff. de juriſd. More majorum ita comparatum eſt, vt is demum juriſdictionem mandare poſſit, qui eam ſuo jure, non alieno beneficio haberet. Vlp. l. 11. ff. de his qui not. infa. Si talis maritus, quem more majorum lugeri non oportet, &c. Hot. Prat.

Mores malo & improbato, ſignificat aſtute, callide, malitioſe, dolo malo, improbe & inciuiliter, l. 19. §. 1. ff. de neg. geſt. l. 8. ff. quod metus cauſſa, leg. 1. §. litis, ff. de extraor. cog. aliàs ſonat mala ratione, l. 40. de ſtatu. lib. Prat.

Mores Romani non ſine prouerbij ſpecie dictum à Tullio ſæpe comperimus, pro eo quod eſt. Eraſ. exponente, ſimpliciter & abſque fuco potius quam erudite. Tales enim fuerunt illi Romani priſci, Græcorum diſſimiles.

Morem gerere, pro obſequi facile voluntati alicujus, autore Paulo l. quod ſi poſſeſſor. ff. de rei vendic.

Morem gerere, vno verbo morigerari dicitur, hoc eſt, obſequi, & quaſi ad alterius voluntatem mores transformare, Cicer. autoritate probat, Old. Spieg.

Morem, hoc eſt characterem dicendi, cujuſque autoris eſſe attendendum, cum prudenter, tam ſcitè admonet Salmonius, citant ca. ſolidæ, de major. & obed. Morem agentium ſequi debemus, Papin. inquit, in l. Laben. de Statulib. Spieg.

Mores vel ſingulorum ſunt vel publici. Mores grauiores, ſeu majores: inter virum & vxorem; leuiores ſeu minores, Briſſ.

Mores vel boni ſunt, vel mali, Briſſ.

Mores Vlp. in Inſtit. tit. de legibus & moribus definit tacitum conſenſum populi longa conſuetudine inueteratum. Seruius in. 7. Æneid. Varronem tradere ſcribit, morem eſſe communem conſenſum omnium ſimul habitantium, qui inueteratus conſuetudinem facit. Pleraque autem, vt Quintil. li. 5. cap. 10. ſcribit, in jure non legibus, ſed moribus conſtant. Exinde jus quoddam moribus conſtitutum dicitur, §. ex non ſcripto, Inſt. de jur. nat. l. 31. & l. 32. ff. de legibus, verbi gratia, patriæ poteſtatis, item poſtliminij jura moribus recepta dicuntur, l. 8. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. l. 19. ff. de captiu. Moribus etiam pupillaris ſubſtitutio introducta eſt l. 1. ff. de vulg. & pup. Briſ.

Mores Græcis dicuntur ἤθη quod ἐξ conſuetudine, appetitus aſſueſcat parere rationi. Conn lib. 1. c. 10.

Mores bonis aliter à legibus, aliter à canonibus conſiderantur. Contra bonos mores Canonico inſtituto ea ſaltem ſunt, quæ natura improbantur, & peccatum fouent, vel peccati ſuſpicionem inducunt: quę vero ſolo ciuili inſtituto improbantur, Canones, vt bonis moribus contraria, non attendunt. Goedd. ad l. 3. in pr. n. 28. de verb. ſignif.

Mores bonos cum dicimus, non vnius hominis, ſed totius ciuitatis intelligimus, l. 15. §. item ait aduerſus, ff. de injur. Ita aduerſus bonos mores factam injuriam accipimus, d. §. item aduerſus, & apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 4. l. 1. §. 2. ff. de extraor. crim. Et conditionem ſcripturamque contra bonos mores in l. 9. & l. 14 ff. de conditio. inſtit. l. 182. §. pen. ff. de l. br. s. M. ſtipulationem ex bonis moribus conceptam, l. 121. §. 1. ff. de verb. oblig. Et ſtipulationem contra bonos mores interpoſitam, l. 5. C. de condict. ob turp. cauſam. Et pacta contra bonos mores, l. 6 C. de pact. qualia ſunt, quæ de viuentis ſucceſſione fiunt, l. vlt. C. de pact. l. 30. vlt. ff. de donat. Item ea, quibus euentus litis redimitur, l. 7. ff. de mandat. l. 53. Cod. de procur. Vnde malo more dicitur verſatus, qui de litis ſocietate pactus eſt, l. 1 § litis cauſa, ff. de var. & extraord. Sed nec ea ſecundum bonos mores interpoſita ſtipulatio videtur, qua vinculo pœnæ matrimonij libertas obſtringitur. l. 134. ff de reb. oblig. Briſſ.

Mores honeſto vocabulo ICti, conjugum vitia, & minus honeſtas actiones appellant. Vlpian. c. Inſt. 6. Mores grauiores ſunt, adulteria tantum: leuiores, omnes reliqui. Maritus propter majores preſentem dotem reddit, Hot. Prat.

Mores mutare. Vlp. Sed etſi bouæ frugis ſeruus intra annum mutatis moribus occiſus ſit, precium id æſtimabitur, quanti valeret priuſquam mores mutaret, l. vnde Neratius, ll. ad leg. Aqu. Spieg.

Morganatica, vt ais. Hot. in lexic. verb. feud. vulgo corrupte ponitur pro *Morgengabe*, quod vulgari lingua Germanica matutinum munus ſignificat: à *Morgen* quod eſt mane & *gabe*, donum, Voce *Morgengabe* vtitur Gregorius Turonenſis, lib. 9. Tam in dote, quam in *Morgengaba*, hoc eſt, matutinali dono certum eſt acquiſiſſe: *Morgangabs* autem eſt, quod Donalitium quidam vocant, alij vitalia, alij Doarium, Græci ἀποβι-ώσιμον boc eſt, vnde ſe tueri mulier mortuo marito poſſit, & quicquid nuptiali conuentione conceditur vxori, vel liberis ex matrimonio naſcituris, Prat.

Morganaticum jus apud Albertum. Argentin. & Chron. Ioannes autem aſſerens dominium ad ſe ſpectare, tanquam matri ſuæ per Rodolphum regem olim morganatico jure donatum. Hoc etiam jus lex Salic. comprobabat.

Moribus. Hæc dictio & ad rationem naturalem, juſque gentium referri, & ad jus ciuile etiam plerunque referri poteſt, Quod poſt l. 12. Tab. prudentum conſuetudine introductum eſt, l. 2. §. iis legibus, ff. de orig. jur. Vnde popillaria ſubſtitutio moribus inducta dicitur, ff. de leg. 2. de Vulg. & more noſtræ ciuitatis pupillos abſque tutoris autoritate obligare ſe non poteſt, l. more, ff. de acquir. hær. Prat.

Moribus conſtitutum jus, l. 31. & l. 32. ff. de leg §. ex non ſcripto, Iuſtit. de jur. nat. gent. & ciuil. moribus conſtituto jure maxima Galliarum pars regitur, marchia noſtra, Boni, Bituriges, Pictones, Turones, Lutetia, Aurelia, &c. qui quidem mores in ſcriptis redacti ſunt. Prat.

Moribus inductum, cum quid Iuriſconſ. dicunt, eos ſignificare velle arbitratus Viglius, id jus ante 12. Tab. fuiſſe, vna cum vrbis primordijs obſeruatum, vel poſtea vſu & conſuetudine receptum: cujus interpretationis teſtem citat. Theophilum, ſcitè refellens, quod moribus dicatur eſſe introductum, illico, Lacedæmonijs acceptum ferendum, quod ſolis moribus Lacones vt Athenienſes ſolis legibus Rempubl. gubernarint, §. & non ineleganter, Inſt. de Iur. nat. gent. & ciuili. Aſtipulatur in Parerg. Alc. indicans & Accurſium quadam in jure noſtro prodita referre ad Spartanorum conſuetudines, quæ tamen minime ad jus noſtrum pertinent. Nam ſi aliquid, vt idem ait, ab eis decem viri acceperunt: id in 12. Tab. relatum juris ſcripti pars apud nos eſſe cœpit, lib. 4. cap. 21. Spieg.

Moribus inter virum & vxorem donationes prohibitæ, l. 1. ff. de don. int. vir. moribus prodiga bonorum adminiſtratione interdicitur, l. 1. ff. de cur. fur. moribus conqueruntur datur mulieri pupillove, qui aduerſus tutores ſuos aliquam actionem habent, Vlp. in Inſtit. 11. moribus, ciuilia officia fœminis adempta, l. 1. ff. ad Velleia. l. 12. ad fin. ff. de iud. Sunt & alia multa ex moribus, l. 8. ff. de acq. hær. l. 13. §. item hi, ff. de iud. l. 3. ff de juriſd. l. 34 §. omnium, ff. de contr. empt. l. pen. ff. ad l. Pom. l. 1. §. qui mandatum, ff. de offic. ejus cui mand. l. 21. §. 1. ff de his qui not. infa. l. 35. ff. de religioſ. l. 26 §. hæc clauſula, ff. ex quib. cauſis majo. l. pen. in fi. ff. de iuſt. & iur. l. 25 ff. ad munic. l. 8 l. 38. in fin. ff. de nupt. l. 42. ff. de verb. ſign. Briſſ.

Moribus, pro more & conſuetudine, vt apud Cicer. Iuriſconſ. etiam familiare eſt, vt in l. moribus introductum eſt, de Vulg. & pupill. & ſimil. Hinc in mores, pro in conſuetudinem inducere accipimus, Spieg.

Ex bonis moribus eſt maritorum & patronorum reuerentia l. 15. §. 1. ff ſol. matr. l. 1. C. de in jus voc. Vis & metus bonis moribus aduerſantur, l. 17. ff. de diuerſ. reg. Briſſ.

Moris eſt, elegans & nota locutio, frequens in iure noſtro, l. moris: de Pœnis, l. moris fuit veteribus, de his qui not. inf. & ſimil. Et ex morib. pro conſuetudine, in l. eum Prætor, §. pen. de Iud. vbi dicitur concedi iuriſdictio ex moribus, Spieg.

Mori, eſt actus inſtantaneus: qui mox explicatur, vſque adeo vt nec moriendi tempus conſideretur: Vnde cum teſtator dicit, eſto liber, cum morier: intelligitur, poſt mortem, l. qui duos, §. 1. ff. de manumiſſ. teſtam. Spieg. Prat.

Mori proprie eſt vita decedere, Briſſ.

Mori non res tantum animales dicuntur, ſed & quæ anima carent. Briſſ. Briſſ.

Mori dicuntur non modo res corporales, ſed & incorporales.

Moriones ſunt fatui, quos in deliciis Principum eſſe videmus, l. 4. §. Idem Pompon. ff. de ædil. edict. Prat.

Moritur viuens, & viuit moriens, id eſt, qui duus, §. 1. de manumiſſ. teſtam. l. peculium, §. fin. de leg. 2. Ratio, nondum mortuus eſt, qui moritur, ergo viuit. arg l. hæc verba ille aut ille: de Verb. ſign. ex Alberico & Solomonio, Spieg. Prat.

Morosus, hoc eſt, qui in mora eſt, & ſuis ſimilis iuris interpretatione cenſetur, l. inter ſtipulantem, §. pen. & ibi Gloſſ. ff. de verb. oblig Spieg.

Mors aut naturalis eſt, aut ciuilis. Naturalis eſt diſſolutio animæ naturalis à corpore, qua regulariter extinguntur. Mors ciuilis eſt, qua quis ciuis Romanus è numero ciuium Romanorum tollitur. Ita ciuiliter mortuus eſt, cui vel adempta eſt ciuitas, vel ciuitas & libertas ſimul. Vult. ad prin. & §. 2. & §. n. 2. Inſtit. quib. mod. jus poteſt, ſolu.

Mors proprie eſt σύνεργον τῆς ψυχῆς ἀπόλυσις, vt Gell. lib. 2. c. 8. tradit, id eſt. vt Cic. 1. Tuſcul. exponit, diſceſſus animę à corpore. Eaque vera & naturalis mors eſt, Cuius exemplo & alia à Conſultis finguntur, quæ ſalua vita ciuitatem libertatemque adimit. Intereunt enim homines maxima & media capitis diminutio

minutione, vt & morte, dicuntur l. 64. §. vlt. ff. pro ſoc. Itaque deportatos & aqua & igni interdictos & omnes quorum bona publicantur, mortuorum loco habemur, l. 1. §. vltim. ff. de contr. tab. l. 4. ff. de bon. liber. l. 65. §. publicatione, ff. pro ſoc. l. 29. §. & quod ſi tantum, ff. de liber. & poſth. Seruitus quoque mortalitati comparatur, l. 209. ff. de diuerſ. reg. Briſſ. & Conan. li. 8. c. 10. n. 2.

Mora ſignificatur etiam per illa verba. Si quid accidit filio meo, l. in vulgari, ff. de verb. ſig. l. Publica, ff. depoſ. Spieg. Prat.

Mortalitata, pro morte & naturali fato, apud Iuriſconſultos in l. vlt. ff. de vi & vi armat. l. vlt. ff. ad l. Iul. maieſt. l. 22. in fin. pr. ff. ad Treb. l. 15. ff. quando dies legator. l. 6. §. ſicut, ff. de off. præſid. l. 40. ff. de petit. hæred. l. 2. ff. de pact. dot. & apud Iuſtin. Inſt. quib. mod. teſt. infir. & aut mortalitate præuentus. Sic apud Suetonium in Claudio repetitur, & Triphonius in l. pen. ff. de vi & vi armat. ſubtractus mortalitate ſeruos, dixit. Spieg.

Mortalium vas eſt lapideum, ſiue æreum, in quo tunduntur teruntur ve piſtillo quæ reſoluenda ſunt, autor, Nonius.

De Mortario vide quod annotauit Turneb. adu. li. 16. c. 27.

Mortem exequi, pro inſtituere actionem de parricidio perpetrato, apud Pomponium in l. 1. de accuſ. Spieg. Prat.

Mortem ſibi conſciuiſſe, dicuntur, qui ſibi manus intulerũt. Br.

Morticinum, pro exangui, corrupto, & per ſe mortuo: vocabulum ſacræ; ſcriptoræ familiare. Vnde morticinam carnem dicimus, animalium, quæ non ſunt mactata: ſed per ſe mortua. Haloander noſter in l. pen à ſe tranſlata, ff. de via pu. in fi. Sed neque rixari in itineribus, neque ſtercora projicere, neque morticina aut pelles jactare permittatur. Prat. Vide Gothofr. ad leg. 1. §. ſi. ff. de via public. & ſi quid in ea factum.

Mortifere vulneratus. Vlp. in l. ait lex, ff. ad l. aquil. Quod ſi mortifere, inquit, fuerit vulneratus, & poſtea poſt longum interuallum mortuus ſit, inde annum numerabimus ſecundum Iulianum, ex quo vulneratus eſt. Spieg.

Mortiferum dicitur, quod mortis cauſam præſtat, vt loquitur l. 7. §. ſed ſi quis ſeruum, ff. ad l. Aquil.

Mortiferum vulnus, Celſus ſcribit: Si alius mortifero vulnere percuſſerit, alius poſtea examinauerit priorem quidem non teneri quaſi occiderit, ſed quaſi vulnerauerit, quia ex alio vulnere periit, &c.

Mortis appellatione proprie tantum venit naturalis, per quam diſſecatur anima à corpore, l. ſi ita quis, de legat. Et in hunc ſignificatum Salom. ait, omnia iura loquuntur. Vide eum in Paradoxis, vbi acutè diſſerit, An ſint plures ſpecies mortis, item an mors ſit genus, aut Ens per ſe: ibique diſces multarum legum veros intellectus: vt tantam oſcitantiam & interpretum & doctorum mirari poſſis: colligeſq, mortis appellatione multos caſus venire, non vi vocabuli, ſed ſimilitudinis præcipuè autem ſunt, naturalis, juris gentium, ciuilis, & ſapientum, hoc eſt, vt ipſe interpretatur, Theologorum. Porro mors eorum laudatur, qui pro repubi. ceciderunt, Inſti. §. hi tom, de excuſ. tut. vel cur. l. qui actione, §. ſi quis in colluctatione, ff. ad l. aquil.

Mortis verberum terrore pecuniam alicui extorquere, in ſine l. 3. quod met. cauſ. Spieg Prat.

Mortis cauſa capimus, non tunc ſolum cum quis ſuæ mortis cauſſa nobis donat, ſed etſi propter alterius mortem id faciat: veluti ſi quis filio, vel fratre ſuo moriente, donet Mæuio ea conditione, vt ſi conualuerit alteruter eorum, reddatur ſibi res: ſi deceſſerit, maneat apud Mæuium.

Mortis cauſa capitur, cum propter mortem alicujus capiendi occaſio obuenit, exceptis ijs capiendis figuris, quæ proprio nomine appellantur l. 31. ff. de mort. cauſ. don. l. 8. §. item ſi ita leg. l. 13. ff ad leg. Falc. veluti quod conditionis implendæ cauſa datur, l. 55. ff. de cond. & demonſt. vide l. 12. l. 18. & l. 36. ff. de mort. cauſ. donat. Briſſ.

Mortis cauſa donatio eſt, cum quis ita mortis imminentiſve periculi cogitatione donat, vt habere ſe malit, quam eum, cui donat: magiſq; eum, cui donat, quam hæredem ſuum l. 1. cum ſeq. ll. ff. de mort. cauſ. don. Mortis cauſa ſtipulatio exiſtimatur fieri, vt Feſt. lib. 41. & Antiſti. Labeo tradit, quæ ita fit, vt morte promiſſoris confirmetur, vt in l. 34 ff. de don. cau. mort. aut, vt quidam dixerunt, cui ſtipulationi mors fuit cauſa Bri.

Mortis conſciſcendæ cauſa, qui propter nequitiam, maloſque mores, flagitium ve aliquod admiſſum, mortem ſibi conſciſcere voluit, niſi dolorem corporis ſuſtinendo id fecerit. Paul. in l. bouem, de ædil. edict. Vide C. de his qui ſibi mort. conſciu. Sp.

Mortis cauſa capio generis nomen eſt, quod omnes ſpecies complectitur, quibus quid propter alicujus mortem capiuntur: veluti hereditatis, legati, fideicommiſſi, mortis cauſa donationis. Sed cum illarum quæque proprium nomen haberet, factum eſt, vt quæ ſpeciale nomen non habet, ea ſcilicet de qua nunc dicemus, communi nomine appellata ſit, leg. mortis cauſa 31. ff. de mot. cauſ. donat. Eſt autem mortis cauſa capio, acquiſitio propter alterius mortem obueniens: vel cum quid propter mortis alicujus cauſam, ſed non ex patrimonio ipſius accipitur, vt ſi moriens legauerit Titio fundum ſub conditione, ſi dederit Gaio decem, eam pecuniam capit Gaius mortis cauſa non jure legati vel fideicommiſſi, vel donationis mortis cauſa, hæc enim peti poſſunt: mortis cauſa capionis petitio non eſt. Vel cum quid iuſtituo hæredi vt adeat, aut non adeat, datur, quod à ſtatu libero conditionis implendæ cauſa capitur, vel à legatario, l. qui pretio 8. leg. ſi mulier. 11. leg. mortis cauſa 18. leg. mortis cauſa 31, in princ. & §. 2. inter mortis, 38. ff. eod. quibus locis ſpecies enumeratæ omnes aliunde quam defuncti patrimonio proficiſcuntur, hoc eſt extra donationis cauſa mortis, & teſtamenti cauſam: vt leg. Mæuius 55. ff. de cond. & de monſtr. l. ſi quis 8. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. & leg. id autem 76 ff. leg. Falc. vbi mortis cauſa capere, & hæreditario jure capere opponuntur. Mortis autem cauſa donatio à Capione hoc differt, quod illa ſemper à defuncto proficiſcitur, hæc ab alijs, illa ſemper de patrimonio defuncti, hæc ſemper aliunde. Azonis autem definitio eſt hæc: Quod à defuncti liberalitate proficiſcitur, nec vt debitum peti poteſt, ſic enim legitur in eius ſumma in tit. C. ad leg. Falcid. cum apud Accur. l. ſi mortis, 5. C. ad l. Falcid. legatur cum negatione: Non proficiſcitur. Neutra autem ſatis idonea videtur: quia neque ſemper, neque nunquam ex ejus liberalitate proficiſcitur: cum interdum, alter ſine ipſius voluntate det: interdum autem ipſe dari jubeat, & dandi conditionem imponat. Prateius.

Mortis cauſſa ſeruus manumitti poteſt, videlicet in extremum tempus vitæ manumiſſoris collata libertate. Briſſ.

Mortis tempore fuiſſe intelligitur, qui in vetero erat, l. intelligendus eſt. Idque per fictionem legis: quæ licet per naturam impoſſibile ſit, ante ſeptimum menſem eum naſci & viuere, hoc fingit: vt omnino verum non ſit, Alciato teſte, quod vulgo traditur, legem nunquam fingere impoſſibilia. Fingit enim dum ſubſit æquitas. Sed an aliud ſit dicere tempore mortis, aut cum decedit, Bar. diſſerit in l. quod de pariter, ff. de rebus dubijs. Spieg.

Mortua manus, locutio eſt Gallis vſitata de iis quorum poſſeſſio (vt ita dicam) immortalis eſt, quia nunquam hæredem habere deſinunt: vt de eccleſia dicitur, lib Feud. 2. tit. 13. Qua de cauſa res nunquam ad priorem dominum reuertitur: nam manus pro poſſeſſione dicitur, & mortua pro immortali. Sic municipium dicitur non mori, l. an vſusfructus, 56 ff. de vſuſruct. l. ſi vſusfruc. ff. de vſuſruct. leg. quoniam hominibus alijs ſuccreſcentibus idem populi corpus videtur, l. proponebatur, 76. ff. de judic. Ciuitas autem mori dicitur, vrbe diruta & inducto aratro, l. ſi vſuſfruct. 21. Quibus modis vſuſſr. amitta nam quę prius fuit ſpecies interijt, alia autem exorta eſt: vt de domo dicitur, l. qui vſumſruct. 19. ff. de vſuſruct. l. quid tamen 10. §. pen. ff. quibus mod. vſuſruct. ammitta. Theod. Nihem in nemore vnion tract. 6. c. 33 Et ſic ad manum mortuam regnum & principatus hujuſmodi deuenerunt, quia ipſi reges Francorum dicti Auguſti, conſanguinei & propinqui fuerunt, & in cap. Caroli magni & leg. Franc. lib. 4. vbi verò mortua manus interiacet, aut alia quęlibet cauſa irrationabilis inuenta fuerit, &c. vſurpatur autem hæc locutio primum in corporibus & collegiis, quæ immortalia ſunt, vt ciuitates, cœnobia, l. ſicut, §. in decurionibus, ff. quod cujuſque vniuerſ. l. proponebatur. ff. de judic. Polyd. Virgil. lib. hiſt. 17. legibus magnæ chartæ ſancitum eſt, vt nemini liceret dare prædia collegiis monachorum & legem hanc ad manum mortuam vocarunt, quod res ſemel datæ collegijs ſacerdotum non vtique rurſus venderentur veluti mortuæ, hoc eſt vſui aliorum mortuorum in perpetuum ademptæ eſſent. Et aliquando poſt: Epiſcopi capto inter ſe concilio poſtularunt, vt legem ad manum mortuam, quam ordini ſuo valde nocere perſpexerunt, antiquarent. Vſurpatur quoque locutio hęc in Gallia, cum tenera manus, id eſt poſſeſſio, mortua eſt: vt cum quibuſdam Galliæ locis conſuetudo eſt, vt poſſeſſore ſine liberis mortuo, poſſeſſio ad territorij dominum reuertatur. Prat.

Mortua res dicitur, qua quis locupletior non eſt, vel quæ amiſſa reſtitui non poteſt, eadem forma qua mortualis, l. quod autem ſpectatur tempus, l. ſi maritus, ff. de donat inter vir. & vxor. l. properandum, Cod. de iud. l. 2. ff. iudic. ſol. l. 3. ff. quæ in fraud. cred. Plautus. & rem mortuam, & rem occiſam dixit, pro fracta & perdita. Idem vocat Mortuaris, res inanes & nugatorias, quæ Græci eodem ſenſu νεκρὰ. Prat. ex Cuiac. 9. obſeru. 30. adde Goth. ad l. 7. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Mortuam rem Connanus interpretatur eam, quæ non extat: quę perijt lib. 8. cap. 12. n. 3.

Mortuarium, pro derelicto in morte, vocabulum nouum & barbarum. Mortualia in Aſinaria Plautus dixit, pro vanis & inanibus, qualia ſunt. quæ de mortuis referuntur, vel pro iis quæ ad mortuos pertineant, aut mortuos dixiſſe putes, vt Pylades interpretes indicat. Spieg.

Mortui qui naſcuntur, non videri vnquam natos, Pauli ſententia receptum eſt. & ideo teſtamentum eorum præteritione non rumpi certum eſt. Sed magis dubium de iis, quia tametſi viui naſcuntur, ſecundum naturam tamen viuere non poſſunt: cujuſmodi habentur ante ſeptimum menſem nati. per l. quod

Digitized by Google

dicitur, ff.de lib. & poſthum. Et crebrius receptum eſt, non rumpere: quia abortiuorum nomine continentur, leg. vxoris C.de poſthum.hæred Spieg.

Mortui loco exhæredatum filium eſſe habendum, authoritate tam Gloſſæ, quam Bart. hactenus receptum eſt: attamen in contrarium mouetur Salom. per textus apertiſſimos, quos citat coarrans §.in omnibus, in l Gallus. Spieg.

Mortuis viris, interne gaudere interdum vxores, interpres adnotauit, in leg.fin.Codic de jur.dot.item in leg. pater Seuerinam, ff.de cond.& demon. Alber indicauit. Spieg.

Mortuo æquiparat eum Iuſtinianus, qui neque ſcribere neque articulare loqui poteſt, in princ.l.jubemus de teſtam.

Mortuo proximior dicitur, qui agit animam, imò inter mortuos connumerandus: quia non habet velle, neque nolle: atque ideo non adit, non diſponit, l. quoniam indignum, C. de teſt. Spieg

Mortuus quo diſtet ab occiſo, not. in leg.proinde, ff. ad leg. Aquil.

Mortuus dupliciter intelligitur in iure, ſcilic.naturaliter, cum anima ſeparatur à corpore: & ciuiliter, vt puta, deportatus, qui pro mortuo habetur fictione juris ciuilis, l.1 § fin.de bon.poſſ. ſecund tab & Monach.c.placuit,16.q 1. Iac.Bello Etymol.

Morum nomine, vel ob mores, retentio fieri olim diſcebatur, cum propter malos & improbatos vxoris ſuæ mores qui diſcidij cauſam præſtitiſſent, maritus ex dote quid retinebat l. vn §.taceat, ff de rei vx actio. Vlp.in Inſt.tit. tit.6. Hinc actio de morib. inter conjuges, l.vn C.quan. crim.act.l.vn. Cod Th. victum ciuilit.crimen.ag.& l.vlt.de ſucceſſ.nupt.cod. Meminit l.6.ff.de pact.dotalibus. Briſſ.

Mos, *μέσον* vocabulum eſt. Hinc non pauci vel bonum, vel malum adiiciunt, vt eorum mens facilius innoteſcat, ſicut faciunt juriſconſulti, titul de iniur.tit.de extraordin.crim.aliiſque multis in locis. Eſt autem mos, vt ex Varrone recitat Macrobius, in judicio animi, quem ſequi debet conſuetudo, vnde cultus moris dicitur conſuetudo, mos eſt inſtitutum patrium, pertinens ad religionem ceremoniaſque maiorum. Cætera vide apud Budæum in prior.Annot.Spieg.

Mos à modo dictus eſſe videtur Connano lib 1.c 10.n.5.

Mos, crudeliſſimus tyrannus, obtrudens ſæpe nobis iniquiſſimas leges.

Motus in l.20.ff commun.diuid. pro indignatione ſumitur. Si is, inquit Pompo. cum quo fundum communem habes, ad delectum non reſpondit, & ob id motu judicis villa diruta eſt, aut arbuſta ſucciſa ſunt, &c. Alij pro motu judicis reponunt magiſtratus imperio, ſed perperam, vt vult Cuiac.13. obſ.29.

Motus aliter ſumitur l.ob carmen 21.ff. de teſtib. Si teſtes, inquit Arcadius, eiuſdem honeſtatis & exiſtimationis ſint, & negotij qualitas ac judicis motus cum his concurrit, ſequenda ſunt omnia teſtimonia: Et paulo poſt. Confirmabitque judex motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis. Prat.

Motus animi: id eſt, commotio, perturbatio, pro eo quod vulgo dicitur paſſio. Macer de offic.Præſid. l.obſeruandum. Non eſt, inquit, conſtantis & recti judicis cujus animi motum vultus detegit. Motus animi Græci vocant *πάθη*, quos Latini tum morbos, tum cupiditates vocant: ſed aptiſſime, teſte Roterod. affectus, quod genus ſunt, ira, miſericordia, amor, odium: ſed præcipui metus, ſpes, dolor, gaudium. Qui hic carent, *ἀπαθεῖς* dicuntur. Et *ἀπάθεια* quibuſdam Stoicis probata eſt. Quum alieno dolore dolemus, *συμπάθεια* dicitur, Spieg.

Motus pro cauſa Plinius in ſi.1.epiſt.4. li.3. Audiſti conſilij mei motus Sic quidam latentem in principe rationem, cauſamve: haud ſcio tamen an ſatis latine, motum proprium vocant. Quatenus illi tribuendum ſit, à Pontificij juris in quo natus eſt, interpretibus potiſſimum petendum eſt Iam melior orbis pars, vt quidam dicit, comperium habet, reſeruatum in pectore Iulij ſecundi, inuentum eſſe veteratorium. Spieg.

Motu proprio, ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtate, leg. prægnantes clauſulæ. Porro docent inter, ceter tantam vim habere Motus proprij clauſulam, vt in contrarium nemo audiatur Bald. teſte Old.nihil vnquam rectius dixit, quam hoc quod hæ voces (motu proprio, ex certa ſcientia) omnib.modis relegandæ eſſent ex curiis principum. Quanquam motus proprius principis aliquo modo colligi poteſt ex repetita eius conceſſione. Argum. Nou. vt nul.judic.ſic hab.loc. ſeru §.præterea hoc quoque. Vide c.ſi motu proprio, de præbend. in 8. & ibi.Dd.Prat.

Movemus controuerſiam agendo, & reſiſtendo, l. non ſolum §. ſi ſtatus, C de procur. juncta Gloſ. Alber.

Mouentia: vide l.mouentium, de verb.ſig. & ſuperius, Mobilis nec non Alc.in l.jam citata, Spieg.

Movere, id eſt, agere, l.4 C.de præp.ſacr.cob. Vt ſi medio tempore mouere diſtulerint. Sic l.3. C.de præſcrip.30. Nulli mouendi vlterius facultatem patere. Et in leg 3 C.de quadrien. præſc. Omnis motus, id eſt, omnis actio *πᾶσα κίνησις*. Prat.

Movere etiam eſt ſcrutari, pelli, eiici. Briſſ.

Movere, aliàs eſt inſtituere & intendere. Briſſ.

Mouentia dicuntur proprie animalia quæ per ſe mouentur vt ſerui, jumenta, pecora. Mobilia vero, quæ anima carent, vt vaſa, veſtes & alia id genus. Sed hæc differentia plerumque confunditur, l.2. ff.de ſupell leg. Briſſ.

Movere quæſtionem, apud Paul. in l.cum poſt mortem pupilli, de admin.iſt.tut. Prat.

Movet me, Papian.in leg. parui refert, de condit.furt. Nec me mouet, præſens homo fuerit, ner ne, Caius in l.ſi ædib de dam. infect. Sed mouet me, quod ipſe meas ædes reficere poſſim.

Mox dictio accipitur variis modis, ſecundum ſubjectam perſonam, vt latè ponunt moder. in l 1.ſuper gl. in verbo mox, ff. ſi cert.per.& Albet. in dictum. Inter eius diuerſos effectus notat, quod per hanc deciſionem ſing. decidit Bald. in l. quoniam, leg.1.C.de appellat quod appellatione deſerta non datur judicatis tempus quatuor menſium, ad ſoluendum ſecundum diſpoſitionem l.1.& 2.C.de vſur.rei judic. Sed debet fieri executio ſtatim per illum textum qui dicit, moxque debitum exigetur, hoc dictum multum commendat Ludou.Rom in l.1.§. qui præſens, ff.de verb.oblig.& D.Alex.qui dicit quod procedit in quocunque debitore, conſ.61.& ſi puto col fi.li.3.per gl.ord.& communiter approbatam in l.2.C.de temp appell. Tamen non eſt verum, niſi in fiſco, & reprobatur per Alex. in l.4. §. ſi quis condemnatus in 1. col. & in l.debitorib. in 3.col.v.item fallit, ff.de re judic.& Aret.in l.1.§.1.in 2.col.in ps. & in l.continuus, §.illud in pen.col.verſ.& adde, ff.de verb.obl.Iaſ.vbi dicit ſing. in l.ſi arrogator.in 4 col.circa med & in l.vlt.col.verſ.3.lim.ff. de adopt.& in l.fructus, in 1.col.ff.ſol.matr Felin.in c.quærenti, col.5.verſ.2.fallit, de offic.deleg. junctis his quæ retuli infra in d.Protinus. Et vlterius dicit etiam in propoſito Corn.conſ. 267. in hac conſultatione in 2. col. in 3.lib. quod iſta dictio mox, etiam juncta verbo futuri temporis, facit pœnam cenſeri irrogatam ipſo jure, & de hoc facit vnum ſingo. Fran. Crem. not. 7. tu ſcis quod verbum quod eſt notandum ad ea quæ ſcribit Felin.in cap.Rudolphus, col.2 de reſcript.vbi idem dicit de dictione Omnino. Cotta.

Mox particula in jure noſtro, pro poſt aliquod temporis interuallum, accipienda eſt, ſicut apud probatos ſcriptores ſumitur, quod ſecundum cuiuſque rei naturam vel plus, vel minus temporis recipit.

MV.

Muciana cautio, l.101.§. ſocius, ff.de condit & ſatiſdatio, l. 106.ff.eod.

Mucor, in l.4.§.pen ff.de per & comm.rei vend. lanuginem ſignificat quæ ex nimia vetuſtate vino accedit, aut quæ alio vitio contrahitur Columel.lib.12.c.43. Ne ſitu penora mucorem contrahant. Prat.

Mucro, pro enſe proprie ſumitur à Canoniſtis, vt pleraque alia, quibus ſcatet vulgatum Lexicon juris. Nam proprie eſt cuſpis, & acumen enſis & telorum. Vſurpatur etiam pro quarumvis rerum acumine, vt docet exemplis Rob. in Theſau. Spieg.

Muginari quo Cicero in epiſt.ad Atticum vtitur, eſt idem Proſpe ac muſare & muſſitare, & ſubmuſſando hæſitare. Petrus Crinitus lib.18.cap.5.de honeſta diſciplina.

Mulæ carrucariæ, l. 8. §. quæſitum, ff. de ædilit. ed. Rhedariæ, apud Varronem. l 3.c.vlt.

Mulctam (ait Feſtus li. 11.) Oſce dici putant pœnam quandam, M.Varro ait pœnam eſſe, ſed pecuniariam Mulcta Varroni li. 4. ling. lat. pecunia à magiſtratu dicta, vt exigi poſſit ob peccatum. Addit deinde, quo ſingulæ dicuntur appellatæ eſſe multæ, quod olim vnum dicebant multa. Itaque cum in dolium, aut culeum vinum addunt ruſtici, prima vina addita, dicant etiam nunc multa. Ad idem 19. rerum humanarum apud Gellium lib.11.cap.1.vocabulum ipſum mulctæ non latinum ſed Sabinum eſſe dicit: idque ad ſuam memoriam manſiſſe ait in lingua Samnitium, qui ſunt à Sabinis orti. Sed turba Grammaticorum nouitia (addit ibidem Gellius) *κατ' ἀντίφρασιν*, vt quædam alia hoc quoque dici tradiderunt. Sed vereor ne hoc ſuperioribus Varronis dictis repugnet; nimis enim tenus & *λογοπλόκος* eſt in illa etymologia Varro. Illud enim multa quod veteres vſurparunt, cum veteres culeos in vnum Dolium inditure eſſent, ſignificat numera *ἐξαίρετον* Sic Plautus in Sticho cum quo multas vna multaui miſerias. Pro en Galli dicunt, Enprun. Mulcta eſt ſpecialis peccati, cujus animaduerſio hodie pecuniaria eſt: Sic Vlp.l. aliud, 131.§. 1.ff.de verb. ſign. qua in re Varroni & Feſto conſentit: qui & alibi de ratione mulctandi antiquis vſurpata: Ouibus duabus, inquit, mulctabantur apud antiquos in minoribus criminibus, in maioribus autem triginta bobus, nec vltra hunc numerum excedebat mulctatio, qua poſteaquam, ære ſignato vti ciuitas cœpit, pecoraque, mulctatitia incuria corrumpebantur (vnde etiam Peculatus nomen vſurpari cœptum eſt) facta eſt æſtimatio pecoralis mulctæ, & boues centenis aſſibus, oues denis æſtimatæ. Inde ſuprema mulcta, id eſt, maxima, appellata tria millia æris. item viceſſis, minoribus delictis. Idem ſcribe A. Gell.lib.11.c.1. Prat.

Mvlcta tum demum locum habet, quando aliqua fraus, aliqua culpa commiſſa eſt, quæ ex lege, conſtitutione, S. to, edictove, non haberet publicam vel priuatam animaduerſionem, vt in caſu leg in rauſç 16. ff. de minoribuc vel dolus circuemptionem venditionem eſſet adhibitus, vel locus foret l. s. C. de reſciod. veod. Gœdd ad l. c31. ff. de verb. ſign §. t.

Mvlcta & pœna differunt pœna genus eſt : mulcta ſpecies, id eoque omnis mulcta pœna eſt, at non omnis pœna mulcta. Et enim quicquid moram, culpam, delictumve vel temeritatem coërcet, pœnam appellabimus : ac idem de mulcta affirmare non licet : vnde etiam in leg. 111. tab. iuſta imperia ſunto, iiſque ciues modeſte ac ſine recuſatione parento. Magiſtratuc nec obedientem & nocuum ciuem mulcta, vinculis verberibuſque coercento, &c. ſcriptum erat, vt cæteris pœnis vinculorum verberũ ac ſimilium per αἰκισμοὺς καὶ ζημίας mulcta disjungeretur. Secunda differentia eſt in materia: Mulcta ſpecialia peccati (ſcilicet pœna eſt) cujus animaduerſio hodie pecuniaria eſt (quia olim pecuaria erat, autore Feſto, in cujus locum ouns pecunia ſucceſſit, Gellius cap. t. lib. t t. nam & in commerciis loco pecudum hodie ſignata pecunia ſubſtituta eſt, l. t. ff de contrah. empt. l. 4 & l. 5. ff. de verb. ſigni.) pœna autem non tantum pecuniaria (vt olim pecuaria Feſtus ac Gellius ex Varrone) verum capitis & exiſtimationis irrogari ſolet. Mulcta igitur duntaxat eſt pecuniaria pœna, & in ſola pecunia conſiſtit: at pœna non ſolum eſt pecuniaria, verum etiam capitalis, & ſi quæ alia corporalis coercitio, cujuſmodi eſt fuſtigatio, excoriatio, relegatio, deportatio, vltimum ſupplicium, leg. t. leg. t. tot. tit. ff. & C. de pœnis, l. fin. ff. de feriis & dilation. Tertia differentia in eo conſiſtit, quod mulcta damnum famæ damnato non infert, l. 1, C. de mod. mulct. pœna delicti reo non poteſt non ignominiam afferre, l. non poteſt, 63 ff. de furt. leg diuus 40. ff de injur. Forner hic leg. infamem, de public. judic l. palam, de ritu nupt. eſt enim omnis infamia juris pœna, at non mulcta tot titul. ff. & C. de his qui notant. infam. Succedit deinde quarta differentia à cauſa efficiente principali: nam mulcta proprio mulctantis arbitrio ſine omni juris neceſſitate vel authoritate infligitur: pœna autem reliqua omnis, quæ mulcta non eſt, ſiue ea ſit capitalis, ſiue non capitalis, ſed pecuniaria, aut alterius alicujus generis, nequaquam punientis arbitrio mero executioni traditur, ſed legis, SCti, conſtitutionis, conſuetudinis edictive authoritate & juſſu infligitur. Gœddæuc ad leg. 131. ff. de verb. ſign. §. inter mulctam, nu. 2.

Mvlctam dicere antiqui tum dicebant, cum ad populum & in comitio mulcta diſceptanda irrogabatur : quod ipſi mulctam certare dicebant: Liuius li. 25. Sp. & L. Caruilij, cum rem inuiſam infamemque cernerent, ducentum millium æris mulctam Marco Poſthumo dixerunt : Cujus certandæ cum dies aduenisset, conciliumque frequens plebis adeſſet, &c. Cato libr. 4. Originum, vt refert Gellius lib. 11. cap. 1. Mulctam facere dixit: Imperator, inquit, noſter, ſi quis extra ordinem depugnatum iuit, ei mulctam facit. Poteſt autem videri conſulta elegantia vitaſſe verbum, cum in caſtris & in exercitu mulcta fieret, non in comitio, nec ad populum diceretur. Prat.

Mvlcta modica, quæ eſt ſex ſolidorum aureorum minorum eſt judicum, leg. 2. C. de Sport. & leg. coc, C. de modo mulct. Spieg.

Mvlctam committere, eſt, vt nunc vulgo dicitur, incurrere pœnas. Sic mulcta commiſſa quando quis aliquid commiſit propter quod mulcta eſſet afficiendus. Mulctam autem irrogare, non eſt judicis mulctantis, ſed actoris, aut poſtulantis & accuſantis. Vide Bud. in Annot. ad l. 2. de Iud. Spieg.

Mvlctam certare. His verbis apparet, moris fuiſſe, vt Tribuni plebis mulctã dicerent, vel vt alij loquuntur, infligerẽt, poſtea populi ſuffragiis in comitio, vel irrogaretur vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, quo tempore multa certari dicebatur, Non enim Tribuni damnare mulctæ poterant, ſed tantum rogare populum, apud quem cũ reus non jure mulctarum ſe contenderet, lis illa mulctaria diſceptabatur: hæc Budæus.

Mvltam dicere, pro mulctare Iuriſconſulti noſtri vbique vſurpant. Vlp. l. 1. § 8. ff. de re judic Hic datur multæ dicendæ jus, quibus publicum judicium eſt. & nunalijs niſi hoc ſpecialiter eis permiſſum eſt. In P. Flor. legitur Pvblic nulla, aut certe abſurda ſententia. Nam Qvibvs p. e act, Vlpianus dixit, pro qui publici judicij habent exercitium, vt Papian. leg. 1. ff. de offic. eius cui mand. Venuleius l. 10. ff. de cuſt. reor. Si quos ex his qui in ciuitatibus ſunt, celeriter & ſine cauſa ſolutos à magiſtratibus cognoueris, vinciri iubebis, & his qui ſoluerint, multam dices, id eſt, multam ſtatues, multabis. Sic enim Vlpian. leg. 1. ff. de ſer. fug. Senatus cenſuit ne fugitiui admittantur in ſaltus : neque protegantur à villicis, vel procuratoribus poſſeſſorum : & multam ſtatuit. Venul. lib. 2. ff quis & à quo app. Appellari à legatis Proconſul poteſt : & ſi multam dixerit, poteſt Proconſul cognoſcere. Hot. Eum tamen locum de mulctis quæ delictis irrogantur intelligendum putat Goueanus capit. 46. Var. lect. Nam alias legati mulctas non obtemperantibus ſuæ iuriſdictioni, aut iis, qui citati neque reſpondent, neque excuſantur, dicere poteſt, vt ſcribit Gellius lib. 10. c. 6. Cum enim cui mandata juriſdictio, eſt, modicam coercendi habet poteſtatem ſine qua vana & illuſoria eſt omnis juriſdictio, l. vlt. ff. de offic. eius cui mandat eſt, juriſd.

Mvlctam grauiſſimam, pro morte accipi, Albericus indicauit, ſed id minime ex l. quam citat, colligi poteſt. Præterea mulcta damnum famæ non irrogat, vt Impp. conſtituunt, Cod. de modo mulct. l. 1. Hæc autem jam plane perire vltimo ſupplicio plectendis. Spieg. Prat.

Mvlctam irrogare, Bud. inquit, hodie forenſi noſtrorum vocabulo dicitur, concludere ad mulctam, & concluſiones mulctatiuas aſſumere, quod & pœnaliter intendere dici poteſt Latino loquentib. Spieg.

Mvlctam irrogare, eſt rogare populum vt mulctam alicui velit imponere, irrogabant autem ſoli magiſtratus. Cicero lib. 3. de Legib. Cum magiſtratus judicaſſet, irrogaſſetve, per populum multæ pœnæ certatio eſto. Idem in Orat. pro domo, rationem harum irrogationum fuiſſe tradit, vt ter. ante Magiſtratus accuſaret intermiſſa die, quam multam irroget aut judicet, quarta ſit accuſatio trinundinum pro dicta die qua judicium ſit futurum. Hot.

Mvlctam judicare, dici poſſe ſcribit Iac. Cujac. obſ. l. 11. c. 9. ſolum enim ei mulctæ dictio eſt, qui judicare poteſt cuive judicatio data eſt, id eſt, qui publice judicium exercet, l. 2. §. vlt. ff. de judic. l. aliud eſt, §. vltim. ff. de verb. ſig & ita l. Silliana, de ponderibus. Eum quis volet magiſtratus mulctare, tantum minore, patrisfamilias taxat liceto : Siue quis in ſacrum judicare voluerit, liceto: Iudicari enim mulctam minorem & jam in ſacrum poſſe ſignificat, id eſt, vt ſacro applicetur, non ærario. Atque in hoc M. Tullij de legibus loco, Cum magiſtratus judicaſſet irrogaſſetque per populum mulctę, pœnæ certatio eſto : judicandi verbum, ad mulctam, irrogandi ad pœnam, idem Cuiac. referri vult. Prat.

Mvlctam quæ appellatur ſuprema, Gell. ſcribit inſtitutam in ſingulos dies duarum ouium, triginta boum, pro copia ſcilicet boum, proque ouium penuria. Sed cum ejuſmodi Mulcta pecoris armentique à magiſtratibus dicta erat, adigebantur boues ouesque, alias precij parui, alias maioris: eaque res faciebat inæqualem mulctæ punitionem. Idcirco poſtea lege Aterina conſtituti ſunt in oues ſingulas æris deni, in boues æris centeni. Minima autem mulcta eſt ouis vnius. Suprema mulcta eſt eius numeri cujus diximus: vltra quam mulctam dicere in dies ſingulos, jus non eſt: & propterea ſuprema appellatur, id eſt, ſumma & maxima. Quando igitur nunc à magiſtratibus populi Rom. more majorum multa dicitur vel minima vel ſuprema, obſeruari ſolet, vt oues genere viri appellentur. Atque ita M. Varro verba hæc legitima, quibus minima multa diceretur, concepit: M. Terentio quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ego ei vnam ouem mulctam dico : ac niſi eo genere diceretur, negauerunt iuſtam videri mulctam. Hot.

Mvlctare verbum, condemnare eſt, & punire. Sic Plautus, Mulctare matrimonio, pro diuortium facere. Virg. Mulctari patria, pro priuari. Cicero : Mulctarum exilio maleficium, Spieg.

Mvlctaticivs, quod nomine mulctę exigitur. Spieg.

Mvliebria paſſus prætor remouet à poſtulando, l. 1. ff. de poſtul. Huic ſceleri, quod non proficit ſcire, Impp. in Leum vir. C. de adult. gladium vltorem conſtituunt. Huius infandæ rei inuentum quidam in Orpheum referunt. Sunt tamen qui exiſtimant, ad liberalem magis honorem referendum quo etiam Socratea adoleſcentes ingenioſos complexus eſt. Spieg. Prat.

Mvliebria pati dicuntur mares, qui pudicitiam ſuam præpoſteræ libidini ſubſternunt, & ſtupro effœminantur, l. 1. remouet, ff. de poſtulan. B. Auguſt. lib. 6. de C. Dei, cap. 8. Viros muliebria pati, non eſt ſecundum naturam, ſed contra naturam.

Mvliebria veſtimenta ſunt, quæ matrisfamilias cauſa præparata ſunt, quibus vir non facile vti poteſt, ſine vituperatione: velut ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitrę, plagulæ, penulæ, ait Vlp. in l. veſtis, ff. de aur. arg. mundi ornam. Old Pra.

Mvlier maieſtatem iudicantis contemnens, non minus grauiter deliſe peccat, quam maſculus Gœd. ad l t. de verb. ſign.

Mvlier ICis, vt ICto, homo eſt. Gœdd. ad d. l n. 31.

Mvlier quælibet indiſtinctè ob ſexus fragilitatem & honeſtatem, conſiliique facilitatem ab omnibus muneribus ciuilibus ac viribus remouetur, l. 2. ff. de reg. iur.

Mvlier ſuæ familiæ & caput finis eſt: caput, hoc eſt principium : quia vna cum marito dominium in domo habet, eiuſque familiam conſtituit ſobolis procreatione ac propagatione: finis ; quia quam ſobolem enixa fuerit, non in ſui patris, ſed mariti poteſtatem familiamque protulerit. Gœd. ad l. t 95. §. 7. de verb. ſig.

Mvlieris, Lactant Firmianus lib II. de opificio Dei à molitie dici exiſtimat, veluti mulier, detracta mutataque litera. Quæ etiam opinio fuit M. Varronis in lib. de lingua latin. Quem-

admodum Cicero virtutem à viro dictam contendit. Mulier à Græcis γυνὴ ἀπὸ τῆς γῆς, ἢ ἀπὸ τοῦ γόνου, γονὴ γυνή. Vnde Plato exiſtimat γυνὴ quaſi γονὴ dici, quod in eá generetur ſemen & fœtus hominis, mutata Æolice ο in υ, vt eſt in Etymol. quemadmodum annotauit Bicchæus in l. mulieris, ff. de verb. & rer. ſign. Nam & ab Homer. li. 8 Iliad. mulieres peculiari epitheto θηλύτεραι vocantur tanquam molles.

Θηλύτεραι δὲ γυναῖκες ἐπὶ προθύροισιν ἑκάστη

Πὰρ μέγα θαύμαζον,

Et idem in hymno Veneris virgines ἁπαλόχροας id eſt, molles corpore appellat:

ᾗ δ' ἐνὶ παρθενικῇσιν ἁπαλόχροας ἐν μεγάροισιν

ἀγλαὰ ἔργ' ἐδίδαξεν.

Hæc annotauit Tiraq. in l. connub. gl. 1. parte 1.

MVLIER, Vlp. dicitur, quæ virgo non eſt. Quod ſi, inquit, ego me virginem emere putarem, cum eſſet mulier, emptio non valebit. Tamen & virginem viripotentem dici mulieris appellatione contineri. Sed hoc Alciat. intelligit, ſi verba proprie accipiantur: alioquin ex lata interpretatione etiam non viripotens mulier eſt, nimirum quia muliebris eſt ſexus: nec Etymologia repugnat, cum à mollitie dicatur. Autores Varro & Lactantius. Mulier etiam dicitur ea, quæ virum non cognouit, Vlp. de ædil. edict. Mulierem ita arctam, vt mulier fieri non poſſit, ſanam non videri conſtat. Itaque diuiditur mulier in puellam viripotentem, virginem, & mulierem non virginem, Spieg.

MVLIER bona, ſua, etiam vniuerſa, in dotem dare poteſt, l. mulier, 72. ff de iure dot. etiam immobilia. Mulier tamen minor ſi bona ſua vniuerſa in dotem dederit, reſtitui poteſt in integrum, l. ſi ex cauſa. v. §. in dotis, ff. de minoribus: imò etiam mulier maior, ſi ſit decepta, 1. iure, 6 10 fine.

MVLIER tacitam habet hypothecam in bonis mariti. Vultei. in com. Inſt. l 4 1. 6 § 86. n. 7.

MVLIERI eratis nupt. 31 poteſt res donationis propter nuptias mariti immobiles poſſidere, illiſque vti frui. Si verò mobiles ſint aut mixtæ, habet electionem, vtrum reditus ex bonis, an ipſas res cum cautione de reſtituendo poſt mortem accipere maluerit, Nouel. de mulier quæ nupt. ite, §. aliud, vers. conſt. 2. Prat.

MVLIER, pro vxor. apud Scæuol. in l 9;. §. 1. de lega. & fid. lib. 33. Semproniæ mulieri meæ reddi iubeo ab hæredibus, &c. De Græcis fontibus deriuata locutio videtur. Hot.

MVLIER ſubintroducta (cuius fit mentio diſt. 32. c. inte. dixi per omnia) quid ſit, diligenter explicat Rhenan. inſigni ſcholio, quod adiectum eſt c. 26. li. 7. hiſt. Eccl, quod & Gloſſematarius ſileat, & Lexicon Suidæ vocabulum tantum annotet. Spi. Pr.

MVLIER vulgaris, id eſt, vilioris vitæ & proſtitutæ pudicitiæ mulier, ſed nondum ita notata infamia, vt matrisfamilias nomen amiſerit: Balduin. tit. de publ. iudiciis.

MVLIER quæ ſecundum pactum non affert dotem per ſe vel per alium, ea ſoluto matrimonio nihil lucratur ex donatione propter nuptias. Si autem aliquid attulerit, tunc quatenus dedit catenus accipiet lucrum ib. §. illud quoque dudum, conſt. 2. & nouel. de prim. & ſecund. dot exactio. §. ſed & illud quod conſt. 91. Prat.

MVLIER villæ cuſtos perpetua, l. ſi ita teſtamento, ff. de fund. inſt.

MVLIERCVLA & pro impudica & libidinoſa, & pro muliere deſtituta auxilio, inope ſcilic. & imbecilli accipitur. Exemplum prioris ſignificatus habes in l. pen. ff. de ſeru. corr. poſterioris apud Cicer. Spieg. Prat.

MVLIERCVLARIVS qui alienas mulieres affectatur: ea forma qua vxorius, qui propriam vxorem amat. Vox eſt à Conſtant. Imp. vſurpata: ſicut ancillarius, ſeu θεραπαινίδας ancillariolus, apud Martialem, qui ancillas ſequitur, & in eis inſanit. & lecticaria, quæ lecticas nobilium non aſpernatur. Ex Alciat. Spieg.

MVLIERES dicuntur omnes quæcunque ſexus fœminini ſunt, cuiuſcunque ſint ætatis l. arg. 25. §. 8 ff. de aur. & arg. itaq. mulieris appellatione virgo viripotens continetur, l. mulieris, 13. ff. de verb ſig & mulierib. legatis etiam virgines debentur, l. ſeruis, 81. ff. de leg. 3. Conſuetudo tamen tulit, vt nuptæ mulieres, innuptæ virgines appellentur. Itaq. Cic. Verrina 3. Negotium, inquit, dat illis ſuis comitibus, vt videant & inueſtigent ecquæ virgo ſit aut mulier digna, quamobrem iſte Lapſaci diutius commoreretur. Et paulo poſt, Eius eſſe filiam, quæ cum patre habitaret, propterea quod virum non haberet, mulierem eximia pulchritudine. Significat enim illam à viro ſuo diuertiſſe. Item aliquanto poſt: Qui lege ſua hæreditatem ademit nulli neq. virgini. neque mulieri. Sanxit in poſterum, ne quis hæredem virginem, ne ve mulierem faceret. Hot.

MVLIERES ſuæ pudicitiæ memores & operum, quæ eis natura permiſit, arbitrium ſuſcipere, vel alio modo iudicium exercere non poſſunt, l. fin. Cod. de recept. arbit. Et hoc iuſtius eſt quicquid diſtinguat c. dilecti filij, extr. de arbitr. Prat.

MVLIERES lanificæ an villæ inſtrumento contineantur: vide Alphenum in l. villæ inſtrum. ff. de fun. inſtruct. Prat.

MVLIERVM genus auariſſimum, gl. ſuper verbo, donat, in l. ſed ergo, ff. ab SC. Vellei. Spieg.

MVLIERVM nomina in Pandectis inueniuntur vulgata quidem hæc Mæuia, Titia, Seia, Sempronia. Minus trita vero hæc, Antonia Montana Antonia Tertylla, Fatta Seulla, Flauia Tertulla, &c. Briſſ.

MVLIO perpetuarius, aut qui in ſolidum, aut ſemper ſit vector, aut quod Rhenano magis arridet, qui perpetua, nec interrupta vectatione ſuos vectores aliquo perducat. Ad vehicula mulis vſi ſunt antiqui, non equis. Vnde muliones vehicularij, quinque mulis quæſtura faciebant. Spieg.

MVLIO, qui & mulus dicitur, qui mulos curabat & agebat: Hunc Bart. in l. cum quæritur, §. ſeruus, de l, 3. ſeruorum appellatione recte comprehendit. Siquidem veteres ſolebant vel lecticis deuchi, vel curribus, vnde ſerui vectores dicti: quo genere lecticarij, agaſones, mulioneſque ſunt. Prat.

MVLOMEDICVS apud Firmicum lib. 8. Matheſ. c. 14. Quomodo etiam in l. 1. de excuſat. artific. lib. 10. C. legendum non librorum modo ſcriptura, ſed & Accurſianæ interpretationis auctoritate conſtat. Briſſ.

MVLORVM appellatione etiam mulæ, quemadmodum appellatione ſeruorum & ſeruæ, plerunq. continentur. Id autem eo venit, quod ſemper ſexus maſculinus fœmininum continet, vt ait, Iulia. in l. qui duos mulos, de leg. 3. l. 38. de ædil. edict. Prat.

MVLSVM, potio eſt ex vino & melle concinnata. Vlp. de tritic. & vin leg. l. ſi quis Si mulſum, inquit, ſit factum, vini appellatione non continebitur. Idem de rei vendi. l. idem. Si ex melle meo, & vino tuo mulſum factum ſit, Græcis οἰνόμελι & μελίκρατον, vt Pollux lib. 6. tradit. Legimus autem multos ſenectam longam mulſi tantum intinctu toleraſſe, nec præterea cibo aliquo celebri, Pollionis Romuli exemplo quem centeſimum annum excedentem, quum interrogaret Auguſtus, quanam ratione maxime vigorem illum animi corporiſque cuſtodiſſet reſpondit: Intus mulſo, foris oleo. Spieg. Prat.

MVLSVM Veteres Romani in deliciis habebant, & in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur,

Sed ſpectatores vos nunc ne miremini

Quod non triumpho, peruulgatum eſt, nihil moror

Vernum tamen accipitur mulſo milites.

Mulſum vero ex pluuia aqua fieri ſolitum, ex Galeni lib. 4. tuendæ ſanitatis annotat Cælius li. 23. c. vlt. Sed & ex vino vetere factum ad appetentiam & auiditatem cibo reuocandam; auctor eſt Plin. lib. 22. de natura mellis. Vide etiam de hoc Petrum Crinitum de honeſta diſcipl. lib. 4. c. 8. vbi tradit veteres mulſo etiam ſacris vſos.

MVLTA: vide paulo ante Mulcta.

MVLTI & plures differunt: plures non ſunt pauciores, quam duo, multi non ſunt pauciores quam tres: illud patet per l. vbi numerus, de teſtibus, hoc per l. 1. §. hoc reſcriptum, ad SC. Syllan.

MVLTI qui dicantur, docet. Bart. in l. Prætor. ff. vi bon. rapt. An non multi dici poſſunt, differit Abb in cap. ad nos, de reb. eccleſ. non alien. Vide. §. ſi. inſt. de iur. perſ. iuncta gl. Prat.

MVLTIFARIAM, id eſt. vario multis modis, l. ne quid, ff. de fœnen. nau. cauſ. Sic pluriſariam, in l. 1. ff. de in integ. reſtit. & triſariam, in l. ſi pro plurib. & tribus: vt omniſariam, pro omnibus modis in l. optimam, C. de contrah. & com. ſtip. quæ & ab Alber. annotata ſunt. Spieg.

MVLTIPLEX, omne dubium eſt, quemadmodum omnia generalia ſunt obſcuriora Bald. in l. 1. C. de ſer. fug Boetius quoque ait: Eſt in eo, quod multiplex eſt, veritatem eſſe ambiguam, tametſi etiam obſcuritate impediatur. Obſeruandum tamen, inter ambiguum & obſcurum hoc intereſſe, quod in ambiguo plura ſe oſtendunt, quorum quid potius accipiendum ſit, ignoratur: in obſcuro autem nihil, aut parum, quod attendatur, apparet. Ex Fortunatiano. Sp.

MVLTIS partibus plures, & multis partibus inferior, teſte P. Manutio, elegantiſſ. Ciceronianæ ætatis viri, dixerunt pro eo quod eſt, multo plures, & multo inferior. Spieg.

MVLTITVDO, pro turba hominum, nullum habet conſilium prona ſemper ad diſſentionem Nou. de reſcr. ſacr. palat. conſt, 31. Vide item Old. in §. poſtea aucta l. 2. de orig. iur. Spieg.

MVLTITVDINEM conſtituunt mille viri, per l. 1. §. 1. ff. de excuſ. tut. lit. §. fin. de teſtam. milit. Interdum quod turbationi plerumque obnoxia ſit, nec ſerena, tranquillaque mente polleat (quali ad contemplationem rerum ſubtilium in primis, opus eſt turba ſolet appellari: rem ſignificatam nomine ipſo vt pulchre dicit Inſulanius Hutteous, veriſſime tuente, comprobanteque. Spieg.

MVLTO poſt, triennio alii quinquennio alii claudunt. Vide quæ not. in §. ſi multo poſt, l. ſi vous, ff. de arbitr. Sp. Prat.

MVLTVM eſſe, pro multum intereſſe, l. 6. ff. de public.

MVLTVM temporis in l. 1. C. de fideicom. id eſt, triennium:

MVLTVS clitellarius, qui fert onera. Clitellæ enim ſunt quibus onera imponuntur, ſicut in equis ſellæ. Cælius ſcribit cur mulus non ſit vitioſus, citante eum Vlp. in leg. ædil. aiunt, §. ſed enim, de ædil. edict. Sp.

MVNDAN

Mvndani in l.55 §.1.C.de epiſc.& cler. ſunt laici, qui & idiotæ Nouel.6.cap.1. & ſecularis conuerſationi dediti in l.56.C.d.tit. Goth.ad d.l.55 §.1.

Mvndæ ſcripturæ meminit Iuſtinian, in l. contractus, C.de fide inſtr. Spieg.

Mvndi dicitur cœlum, & terra, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Iterum alia ſignificatione, dilectores mundi, mundus dicuntur. Diuus Auguſtinus autor. An ſit æternus mundus, Bart.attingit, in l.1.C.de dign.Spieg.

Mvndus eſt communis patria omnibus: vt inquit Bald.in c. 1. §.dominus, de forma fidel.ex hoc inferens, quod domini territorium non poſſunt expellere mercatores forenſes ex ſuis terris, ſine cauſa,& ſequitur Ioan. Baptiſt. Seuer. in rep.l.omnes populi, colum. 32. verſic.item quæritur nunquid domini, de juſt.& jur.

Mvndus ait Feſtus dicitur lautus & purus.

Mvndus muliebris,eſt quo mulier mundior fit,inquit Vlp.l.25 §.4.ff.de aur. & arg.Cato.apud Liuium: Munditiæ, ornatus & cultus fœminarum inſignia ſunt: his gaudent & gloriantur, Hinc mundum muliebrē appellarunt noſtri maiores. Sic Varro de ling.latin.4. Mundus muliebris, dictus à munditia.Hinc.n. maxime ſumitur, quod eam deceat. Poſtea ornatum à Mundo diſtinguit, quod idem Iureconſulti faciunt: Nam in mundo muliebri hæc enumerant: Speculum, vnguenta,vaſa vnguentaria, argentum balneare: non etiam ornamenta, veſtes, monilia, anulos l.27.§.mundus,& l.34.§.Titia,ff de aur.& arg. Sic Paul. lib. ſent.3.c.6. Mundo,inquit,muliebri legato ea cedunt per quæ mundior, mulier, lautiorque efficitur: veluti ſpeculum conchæ, ſituli, item buxides, vnguenta, & vaſa in quibus ea ſunt. Ornamentis legatis ea cedunt per quæ ornatior efficitur mulier: veluti anuli, catenæ, reticula, & cætera quibus collo, vel capite, vel manibus mulieres ornantur. Sic Tertul in lib.de habitu mulieb. Habitus, inquit, fœminæ duplicem ſpeciem circumfert, cultum & ornatum: Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant. Ornatum quem immundum muliebrem conuenit dici. Iſte in auro,& argento,& gemmis,& veſtibus deputatur:ille in cura capilli,& cutis,& earum partium corporis quæ oculos trahunt.Hor.Prat.

Mvndvm neutro genere dixit Lucilius apud Gell.lib.4.c.1.

Mvndvm in quo contractus,ex ſceda redigitur l. 16. C. de fide inſtr. [Greek] Iuſtinian.vocat Nouel.44 Briſſ.

Mvnam ſignificare certum eſt officium, vnde è contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio, Feſtus, Prat.

Mvnam rem, l.fraudati, ff.de publ.& vectig. exponunt quidam rem obligatam fiſco, contra Baſilicorum interpretationem nam Munem rem vertebant, τὸ κοινὸν [Greek] vt teſtatur Cuiac, 9.obſeruat.24.Hinc & municare dixere Latini pro Communicare, autore Feſto, & Mentum pro Commento. Prat.

Mvnera & honores imponuntur ratione fortunarum, ætatis, originis, morum. Itaque circa honorum, munerumque conceſſionem conſiderantur dies cuiuſque natales, an ætate ſit grandior, quam vt muneribus onerari debeat, an minor viginti quinque annis, vt honores ſuſtinere prohibeatur, vel illud munus ſubire nequeat. Gœd. ad l.98.n.1.

Mvnera, ſunt procurationes quædam Reipubl. quæ ſine imperio poteſtateve alicui mandantur: quarum aliæ induſtria & opera, aliæ ſumptibus faciendis adminiſtrantur, aliæ communiter. Patet ex l.vlt.ff.de muner.& honor. Hor. Prat.

Mvnera autem alia priuata ſunt,alia publica. Priuata ſunt, quæ cuiuſque officio priuatim incumbunt. Publicum vero munus eſſe definiunt officium priuati hominis, ex quo commodum ad vniuerſos ſinguloſque ciues remque eorum imperio magiſtratus extraordinario peruenit, leg.239.§. munus, ff de ver. ſign.Publica verò munera eadem & ciuilia & municipalia appellantur, leg.vlt.§.hæc autem, ff.de muner. & hon. l. 2.ff.de diuer.reg.jur.l.1.C.quod cum eo.l.2.§.ſi quis municipalis,ff.ſi quis cautio,l.21.§. idem reſpondendi conſtante, ff. ad municip.l.3 §.his qui, ff.de muneribus & hon.Briſſ.

Dicuntur & onera ciuilia in l.6.ff.de cur.l.9.C.quando prouoc. non eſt nec Briſſ.

Illud etiam munus publicum eſt autore Calliſtrato quod in adminiſtranda re aliqua publica,cum ſumptu ſine titulo dignitatis ſubibatur Rævar.d.l.fœminæ ab omnib ff.de reg.jur.

Mvnervm publicorum alia perſonalia ſunt,alia,patrimonialia: Perſonalia ſunt, quæ cum corporis labore & animi ſolicitudine ac vigilantia principaliter ſine detrimento gerentis pertractantur, l.vltim.ff.de munerib. & hon. veluti defenſio ciuitatis, legatio ad cenſus accipiendos, patrimonij deſcriptio, exactio pecuniæ pro capitibus, curatio operum, camelaſia, ſitonia, eleemporia, angariæ, productio tironum, rerum tranſuectio, cura cuſtodiendi aquæductus, cura venalium inſpiciendorum, & alia id genus, leg.1.l.3.§.cura,ff 6.§.ſciendum,l.vlt. ff.de muneribus. In hoc numero & tutela & cura ponitur, quę munera eſſe ciuilia & publica dicuntur in §.1. Inſti. de excuſ. tuto.& dict. leg. 1.Cod. quod cum eo, quanquam qui immunitatem ciuilium publicorumve munerum habent, à tutela non excuſator, leg.15.§.qui accipit, ff. de excuſ. tut. niſi nominatim hoc priuilegium eis indultum ſit,l.6 §.grammatici, l. 189.§.non omnia, ff.de excuſ. tut. Hæc porro perſonalia munera etiam corporalia vocantur, l.3.§ corporalia,ff.de muner. & hon.l 8 de muner. patrim.li.10.C.Quorum nonnulla ſunt, quæ ſordida vocantur, l. 8.§. Philoſophos, ff.de vacat.muner. l 2 C.de Epiſc. & cler.l.13.l.14.l.15.l.vlt.de excuſ.muner.li.10. C.l 4 C. de dignitatib.lib.12.l.1.de ſuariis, lib. 11.C l.1.Cod. de priuil. dom.Aug.lib.11.l.2.C.de præpoſ.ſac.cubic.lib.12.l.3.C. de ſilentiar. lib.12.l.15.& l.8. ſordid. muner. lib. 11.C. Th. ex quib. didici inter ſordida munera habita conficiendi pollinis curam, panis excoctionem, paraveredorum, parangariarum, carbonis,materiæ,item ligni,& tabulatorum præbitionem piſtrini quoque & excoquendæ calcis obſequia,temonariamque functionem in ſordidis muneribus habita. Briſſ.

Exactio vtique tributorum,inſtructioq; pontium ac viarum inter ſordida munera non habebatur l.17.§.exigendi,ff.ad municip. l.7.C.de ſacr.eccl.l.4.C.de priuil. dom. Aug lib 11.Briſſ.

Patrimoniorum vero munera ſunt,in quibus maxime ſumptus poſtulatur: cujuſmodi ſunt, quæ patrimonijs indicuntur contributiones, velut rei vehicularis, vel nauicularis munus, exſolutio tributorum, hoſpitum receptio, viarum munitiones, & prædiorum collationes, decaprotiæ & protoſtaſiæ munus, & alia omnia patrimoniorum poſſeſſionumque onera,l.1 l.3 §.exactionem, §.decaprotoi,& §.munus,leg. 14.§ viarum,l. vlt.C.de muneribus & hon. leg. 3.ff ad munic.l pen. & vltim. ff.de priuil. veter. l.2.& l 8.C de munerib patr m lib 10. Addit Arcadius Chariſius tertium genus munerum,quæ mixta vocat. quæ partim labore corporis & ſollicitudine animi, partim ſumptu obeuntur, veluti exactio annonarum: Nam pro deſertis prædijs exactores fiſco ſatiſfacere coguntur, & ſic ſumptu præter miniſterium corporis grauantur, l. vlt.§. vlt.de munerib.& honor. Briſſ.

Mvnera militaria, ſunt excubiæ, angariæ geſtationes in vſum belli, decurſio campi, erectio valli,atque id genus ſimilia. Qui ab his munerib. immunes erant, beneficiarij dicebantur: qui ſubibant, munifices Alc.de verb.ſign.

Mvnera ſolennia in l.g. cum plures, §.cum tutor ff de adminiſtrat. videntur eſſe ſecundum Varronis, Feſti, & Seruij interpretationem,anniuerſaria,eaque munera quæ quotannis more recepto ſibi inuicem cognati natali cujuſq; die miſſitabant. De quib Martial.li 9 Epigram. Charitæ clares ſolenne tibi cognatio munus. Et alio loco. Luce propinquorum qua plurima mittitur ales, Dum ſtellæ turdos, dum tibi Flacce paro.Prat.

Mvnervm etiam alia ordinaria ſunt, quę lege, Senatuſconſ. conſtitutioneve principis injunguntur. Alia extraordinaria, quæ extra ordinem indicuntur,l.1 de vacat.pub.mun lib.10. G.l 1.& l.31.§.pen.Cod.de epiſc.& cler. Briſſ Adde Rævard.l. fœminæ,ff.de reg iur.

Mvnera etiam ludos gladiatorios veteres vocabant. Vide infra Munus ſpectaculum. Ac propriè funebres illud ab officio, vt Tertull.in lib.de ſpectac. actor eſt,ita appellabantur, quoniam officium mortuis ſe talibus ſpectaculis facere veteres arbitrabantur. Briſſ.

Mvnera etiam hæreditaria pro oneribus dicimus, l. 33. in fi. ff. de leg.lib.2.l.1.ff.ad Senatuſc.Treb.vt munus collationis in l. 54.ff.ad Trebel.Munus Falci.in l.77.§.ſi pars,ff.de l.lib.2.Briſ.

Mvneralis lex dicitur,quę cauet,ne cui liceat munus accipere.

Mvnerare, id eſt, donare, *Verehren*. Solebant autem populi Romani Imperatores à ſocijs, vel regibus, vel populi liberis, quum per eorum regionem iter facerent, aliquo munere ornare, vt eorum cum popul. Rom. amicitia ſignificaretur Munerare actiuum, & munerari deponens, in eadem re dicimus, ex Sylvio. Aliud eſt autem munerare, aliud remunerare. Illud ſignificat ſimpliciter donare aliquid, *ſchencken*, nullius prioris officij aut beneficij accepti compenſandi reſpectu, quod hi faciunt, qui priores aliquem dono aut beneficio ſibi demerentur & obligant. Remunerat autem, qui acceptum beneficium, aut quod velut ſibi impenſum tulit, tametſi alioqui ejus vtilitas ad ſe non pertineat, compenſat, atque ejus reſpectu benemerito aliquid retribuit. Spieg.

Mvnerari, pro munus gerere ac ſuſtinere. Vlp. l.1. §. 2. ff. de vocat. & excuſ. Qui in fraudem ordinis in honoribus gerendis, cum inter eos,ad primos honores creati poſſint,qui in ciuitate munerabantur, micandorum majorum onerum gratia, &c.Hor.

Mvnerarii: vide paulo poſt in voce Munus ſpectaculum.

Mvnia vocitantur munera ſpectacula, in quib. edendis aſſiduus erat in tantum Cajus Cæſar, vt populus auerſatus & abhorrens alioquin ejuſce diritatem, illum doluerit extinctum veluti oblectaminis theatralis adminiſtrum: Io. Baptiſt. in comment. Panegyr. Sid Apollin. ad Socerum.

Mvniceps, vt ait Ælius Gallus, qui in municipio liber natus eſt. Item municipes erant, qui ex aliis ciuitatib. Roman. veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tantum muneris partem. At Seruij filius aiebat initio fuiſſe qui ex eo

ditione ciues Rom. fuiſſent, vt ſemper Rempub. ſeparatim à populo Rom. haberent, Cumanos videlicet, Acerranos, Atellanos, qui æque ciues Rom. erant, & in legione merebant, ſed dignitates non capiebant. Hæc Feſtus Hotoman. Vt ergo municipales homines pro veris ciuib. Romæ non habebantur etſi donata ciuitate omnia municipia erant: ſic & equites municipales pro ignobilibus equitibus ponere ſolebant, quod eorum non eſſet tantus ſplendor, nec tantæ diuitiæ quantæ vrbanorum equitum. Iuuenalis, municipalis eques, de Cicerone, & Tacitus lib. 4. municipalem adulterum pro ignobili & obſcuro dicit, ſeque ac maiores & poſteros municipali adultero fœdabat. Turnebus aduerſ. lib. 3. cap. 9.

MVNICIPALE ius, dicitur priuatum ius vniuſcuiuſque ciuitatis, Municipalia magiſteria vocantur adminiſtrationes & officia ſui municipij. Spieg.

MVNICIPALES leges, id eſt, ſtatuta probantur in tit. ff. de Decr. ab ordin. faciend. recte enim appellauerimus & hodie magiſtratus ciuitatum, ordines decurionum. Vlp. in l. 1. § ſi quis apud, ff quod quiſqu. iur. At defenſores ciuitatum, non ex decurionibus, ſed ex aliis deligebantur tres numero: qui hoc agerent, ne tenuiores & infimi à nobilibus læderentur. Alciat lib. 4. Diſpunct. cap. 5. Spieg.

MVNICIPALIS lex eſt propria cuiuſque municipij lex. leg. 3. §. plane, ff. quod vi aut clam, leg. 3 §. diuus, ff de ſepulch. viol. & alibi. Briſſ.

MVNICIPALES magiſtratus, ciuitatum Decuriones dicuntur, qui vnum ordinem referentes, ſic adminiſtrant, vt vnius hominis vicem ſuſtineant, l. magiſtratus, ff. ad municipal. Et C. de magiſtrat. municipal. Sunt autem adminiſtrationes Reipublicæ cum dignitatis gradu, ſiue ſumptu, hoc eſt, ſine erogatione ſeu collatione in publicum contingentes, l. honor. ff. de munet. & honor. Ideoque honores quoque dicuntur. Prat.

MVNICIPES ab onere officioque dicti ſunt, quia in eadem Rep. eorundem honorum, officiorum, onerumque ciuilium, quæ munera appellantur publica, ſunt capaces. Do. Gœd. ad leg. 18. n. 55. de verb. ſign.

MVNICIPES (inquit Gellius li. 6. c. 13.) erant ciues Romani, ex municipiis ſuo iure, & legibus ſuis vtentes, muneris tantum cum populo Rom. honorarij participes, à quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neq; vlla populi Romani lege adſtricti, cum nunquam populo eorum fundus factus eſſet: Poſtea abuſiue ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues municipes dicti ſunt, l. 1. ff. ad municip. ab eo quod munera ciuilia capiant, l. 18. ff. de verb. ſig. Primos autem Municipes ſine ſuffragij iure, Cærites eſſe factos dicit. Appellus autem annotauit, municipes dictos olim muneris participes, qui recepti in ciuitatem cum aliis munera facerent. Sed nunc abuſiue municipes, ſuos cuiuſq; ciuitatis ciues appellari, vtpote Campanos, Puteolanos, l. 1. ad municip. Municipem autem, vt ſit Vlp. ibid. aut natiuitas facit, aut manumiſſio, aut adoptio ſeu electio. Patris autem non matris municipium liberi ſequuntur niſi forte priuilegio aliquo materna origo cenſeatur. Prat.

MVNICIPES intelligendi ſunt & hi, qui in eodem municipio nati ſunt, municipes, ff. ad municip. Prat.

MVNICIPIVM pro ipſa ciuitate ponitur in l. de die, §. totor. qui ſatiſdat. cog. Paulus Iureconſultus, Hæres quoque (ait) vt legatorum nomine ſatiſdet, audiendus eſt, vt in municipium remittatur, vnde & Plin. in Epiſt. Iam Communi, quam Mediolanum municipia nomina. Vide Crinitum lib. 7. c. 6. de honeſta diſcipl. Connanum lib. 5. c. 6. o. 5. Cotta, li. 3. Miſcel. c. 6. n. 3. Adde Brechæum in l. munus, in tit. de verb. & rer. ſig.

MVNICIPIA & coloniæ differunt: Municipia namque ſunt ciuitates à populo Romano in ſocietatem ſuorum munerum ac honorum receptæ, ſuo interim iure vtentes: Coloniæ verò, quæ ex vrbe Roma originem habent: vide l. 15. & l. ſi. de cenſibus, Liu. & Cic. paſſim, Gell. d. lib. 16. c. 13. Gœd. ad l. 18. nu. 7. de verb. ſig.

MVNICIPIA, coloniæ, oppida, præfecturæ, vici, caſtella, conciliabula, fora, baſilica. Hæc in legibus coniungi & ſingulatim enumerari conſueuiſſe, duobus ex locis intelligitur, primus eſt apud Paulum lib. ſent. 4. c. 6. alter eſt in lege Fabia de terminis Hot.

MVNICIPIVM ait Feſtus: id eſt genus hominum dicitur, qui quum Romam veniſſent, neque ciues Rom. eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum vna cum Romanis ciuibus præterquam de ſuffragio ferendo aut magiſtratu capiendo: ſicut fuerunt quondam Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, Tuſculani, qui poſt aliquot annos ciues Rom. effecti ſunt. Alio modo quum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuerſa in ciuitatem Roma. venerunt: vt Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio definitur, quum id genus hominum, qui ad ciuitatem Rom. ita venerunt, ſic vt municipia eſſent ſua cuiuſque ciuitatis & coloniæ: vt Tiburtes, Præneſtini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepeſini, Sutrini, Lucreſes. Hæc Feſtus. Hot.

MVNICVLATOR, vocabulum nihili Alber. vt probum indicat in l. fin. ff. de lib. cauſ. Sed vel miniculator ex Nebr. vel potius nomenclator, vt apud Haloandrum, eſt legendum Spieg.

MVNIFICES dicuntur, qui munera faciunt, Feſto. Vnde milites dicebantur munifices, qui propter munera militiam facere coguntur, vt teſtis eſt Vegetius lib. 1. de re milit. Sicut candidatos milites, principales dici idem Vegetius auctor eſt, qui priuilegiis muniuntur. Qui igitur munera faciunt, milites munifices (vt repoſuit Budæus) non munificos Paul. vult appellari. Sic & munificium prædium dicitur in l. 5. de præd. & omn. rebus nauicula, li. 11. C. ὃ λειτουργικὸν καὶ συντελές ait Budæus, id eſt, Publicæ functioni & vectigalis collationi ſubditum. Sic & munificum intelligit Paulus Iuriſconſultus in l. ſi publicam ad l. ſi ff. de public. & vectigal. Gœddæus & Brechæus leg. munus, ff. de verb. & rer. ſignifi. Contra beneficiarij nuncupabantur, qui vacabant muneris officio, Sicut ergo municeps in Republica: ita munifex in militia nominari ſolebat, Old. Vide paulo poſt Munus à dono.

MVNIFICVS eſt, qui ad munera, ſiue illa ſint officia, ſiue onera. obligatus eſt. Idemque munifex appellatur, quia ejuſmodi munus ſolet expedire, & agere & ſubire. Siue iam munifices, ſiue munificos legamus, res eodem redibit, ne nimia emendandi libertate vexemus, nec in defendendo, nimia placeat pertinacia. Gœd. ad l. 18. n. 6.

MVNIMENTA dicuntur ea, quæ cauſam muniunt, vt probationes & inſtrumenta, glo. in verbo Munimentis cap. quamuis, de electio, lib. 6. Ioan. Bello. Etymologiæ,

MVNIMENTVM differt à monumento, ſiue monimento, quod monumentum eſt ſepulchrum, quod erigitur in defuncti memoriam, ſiue illud ſit inane, ſiue cadauer complectatur: Munimentum vero in ædificio illud, quod ab inferendo damno defendit, dictum à muniendo, Marcellus de religioſis & ſumptibus funerum, l. funeris ſumptus, &c. Nebriſſ.

MVNIRE ripam, rubr. de ripa munien. & l. 1. C. de alluuio, l. 1. §. ripa autem, ff. de fluminib. Aggen. Vrbic. in li. de limitibus agror. Quæ res, ait, neceſſitatem ripæ muniendæ in cogit: ita tamen, vt ſine alterius damno quicquam fiat. Sic & aggerem munire, l. 1. §. vlt. ff. aeq. & aq pluu. Briſſ.

MVNIRE viam, l. 31. ff. de damn. infect. Et munitio viarum, l 18, de muneribus, & honor. Briſſ.

MVNVS, officium eſt priuati hominis, quo commodum ad ſingulos vniuerſoſq; ciues, remq; eorum, imperio magiſtratus extra ordinem peruenit, l. pupillus, de verb ſig. Vide Donum. Sp.

MVNVS dicitur, quaſi mutuo animo officiiſque cauſa datum, autore Varrone.

MVNVS, inquit Vlp. proprie eſt, quod neceſſario obimus, lege, more, imperiove ejus qui jubendi habet poteſtatem. Dona autem proprie ſunt quæ nulla neceſſitate juris, officij, ſed ſponte præſtantur, quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt: & ſi præſtentur, plerunque laus ineſt. ſed in ſumma in hoc ventum eſt, vt non quodcunque munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus recte dicatur, l. 214. ff. de verb. ſig. Vide hac de re quæ dixi ſub voce Donum. Hot.

MVNVS. Munus diuiditur in donum, onus, & officium, l. munus, de verb. ſign. iiſdemque trib. modis dicitur ſiue etiam quatuor, vti mox explicabitur. Primo. n. pro dono, vnde munera dari ac mitti dicuntur. Dictum munus (inquit Varro) ab eo, quod qui mutuo animo ſunt, id dant officij gratia. Quomodo accipitur in l. plebiſcito, ff. de officio præſidis: vbi Modeſtin. Plebiſcito (inquit) continetur, ne quis præſidium munus donumve caperet, niſi eſculentum, potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur. Altero, pro onere, quod, cum remittitur, vacationem militiæ præſtat, [illegible] nam munera, id eſt, officia, ſine labore atq; onere exerceri non poſſunt, vnde immunitas appellatur, & immunis. Hoc pacto accipitur munus C. variis in tit. veluti in hoc Sumptus injuncti muner. ad omnes collegas pertinere. Hinc dicitur publicum munus, quod in adminiſtranda republica conſumpti, ſiue titulo dignitatis ſubimus, ſiue obimus, quum præſtamus debita officia, vt pendere vectigal, præſtare cuſtodiam, & huiuſmodi: vnde tit. lib. 10. C. de vacatione publici muneris. Tertio, veluti in tit. de excuſa. munerum. C & in tit. li. 10 C. de municip. & originar. Vbi Imperator Alex. in l. 1. Cũ te Bibliũ (inquit) origine, incolam autẽ apud Berytios eſſe proponas, merito apud vtraſque ciuitates, muneribus fungi compelleris, Sic ab ipſis muneribus, h. e officiis, munera militaria vocamus, & milites quidam municipes dicuntur, qui in ciuitatem recepti, munera cum ciuib. faciunt, i. officia. Itaque in his duab. poſtremis ſignificationibus munus officium eſt priuati hominis, quo commodum ad ſingulos vniuerſoſque ciues, remque eorum, imperio magiſtratus extra ordinem peruenit, l. pupillus, de verb. ſignif. Ad hæc, munus quarto ſumitur pro ſpectaculis ſeu ludis, quæ à principe populis quaſi muneris loco exhibentur Namque id genus oblectamenti antiqui munera nominarunt, quod populus tali ſpectaculo, perinde ac munere quodam capiebatur. Martialis,

Priſca fides taceat, nam poſt tua munera Cæſar,
Hæc iam fœminea vidimus acta manu. Anch.

MVN

Mvnvs interdum aliud, nihil eſt quam officium. Idque ex eo conſtat, quod iudicare ab Vlpiano in hac lege & à Paulo ad publicum munus referatur, cap. 78. de iudic. Eoque pertinet illud Feſti Munus ſignificat officium, cum dicitur quis munere fungi. Interdum ab officio ſeparatur munus, quod tunc accidere ſolet, cum munus aliquod patrimonio indicitur, non ſine ſumptu, & periculo. Huius conſentaneum eſt illud Apuleij de Aſino lib. 4. nec nos denique latuit, Chryſeros quidam numularius copioſæ pecuniæ dominus, qui metu officiorum, ac munerum publicorum magnis artibus magnam diſſimulabat opulentiam. Et hac ratione omnis publica functio, aut fuiſſe videtur munus publicum, aut officium publicum, aut denique publicum miniſterium.

Mvnvs publicum, auctore Calliſtrato, illud erat, quod in adminiſtranda re aliqua publica cum ſumptu ſine titulo dignitatis ſubibatur, l. 14. de muner. & honor. Quæ definitio eam videtur habere ſententiam, vt hi qui rem aliquam publicam, hoc eſt, rem ad ciuitatem pertinentem ſumptibus ſuis factam tectamque ſuſtinent, & conſeruant, non priuatum, ſed publicum munus ſubire videantur, quales ſunt qui rei vehicularis, & nauicularis, extruendique, vel reficiendi in ciuitate operis curam gerunt, l. 1. in princ. & l. 4. ff. de munerib. & honor. Et hoc inde potiſſimum, quod olim inter Iuriſconſultos magna fuiſſe videatur controuerſia an à ciuilibus muneribus publica diuerſa ſint. Quod ipſum Iuſtinianus his verbis teſtatus eſt: Et tutelam, & curam placuit publicum munus eſſe, §. 1. Inſtitutionum de excuſat. tutor. Hoc enim verbum Placvit, denotat fuiſſe diſputationem. In hac diſputatione à reliquis diſſenſiſſe viſus eſt Calliſtratus, & exiſtimaſſe, licet tutela ciuile munus ſit, non tamen publicum munus eſſe, ſed priuatum. Ait enim Calliſtratus, eum qui ædilitate fungitur, tutorem dari idcirco recte poſſe, quod ædilitas inter eos magiſtratus numeretur, qui priuatis muneribus excuſati ſunt, l. 17. §. 5. de excuſat. Ex quo loco euidentiſſimum eſt, in ea perſuaſione Calliſtratum fuiſſe, vt exiſtimauerit, tutelam non publicum, ſed priuatum munus eſſe, & per conſequens inter publicum & ciuile munus aliquam ſtatuendam eſſe differentiam. Excuſatio enim manifeſtum tutoris iure dati argumentum eſt, l. 15. §. pen. ff. de excuſat. Eaque res efficit, vt mihi perſuadeam, hæc Calliſtrati verba vitioſa eſſe; Eos qui in corporibus ſunt, veluti fabrorum immunitatem habere dicimus; etiam circa tutelarum exterorum hominum adminiſtrationem habebunt excuſationem, niſi, ſi facultates eorum adauctæ fuerint, vt ad cætera quoque munera publica compellantur, d. l. 17. §. 2. Non enim dubito, quin ſic Calliſtratus ſcripſerit; vt ad munera quoque publica compellantur: & verbum Cætera, Tribonianiſſe ſatis haud dubie perſuaſi placuiſſe, h. e. receptum fuiſſe, tutelam munus publicum eſſe. Alioqui ſibi ipſi Calliſtratus in vno eodemque reſponſo contrarius eſt. Tutelam eſſe munus ciuile, neminem arbitror inficiari. Cum igitur receptum ſit aduerſus Calliſtratum inter ciuile munus & publicum, nullam ſtatuendam eſſe differentiam, vtique ex eo etiam neceſſario videtur conſequi, tutelam, quæ ciuile munus eſt, publicum quoque munus ſic eſſe, vt hi qui ad publica munera vocantur, vocentur etiam ad tutelam, & qui muneribus iis excuſantur, hi quoque tutela debeant excuſari. Et quamuis hæc ita ſcripſerit Calliſtratus, nihilominus tamen ſatis conſtat, pleroſque Iuriſconſ. nullam inter ciuile & publicum munus differentiam feciſſe. Nauicularios enim ciuili munere fungi, teſtis eſt Hermogen. l. 1. in princ. de muner. & honor. Illud idem ciuile munus appellat publicum munus Seruidius Scæuol. l. 5. d. tit. Et huiuſmodi publicorum ſiue ciuilium munerum alia erant ordinaria, alia extraordinaria.

Ordinarium ciuile munus eſt, quod lege, vel more ciuitatis, ſecundum ætates & dignitates inter ſe municipes ordine, hoc eſt, per vices gerunt, l. 1. Cod. de muner. patrimon. Cuius generis eſt munus hoſpitis in domum recipiendi, l. 3. §. 11. de muneribus. Idque teſtatur M. Cicero, ſic in Verrin. 3. ſcribens: Quod vbi Philodamo nunciatum eſt, tametſi non erat ignarus, quantum ſibi ac liberis ſuis iam tum mali conſtitueretur, tamen ad iſtum venit, oſtendit munus ſuum, id non eſſe, ſe cum ſuæ partes eſſent hoſpitium recipiendorum, cum ipſos tantum Prætores & conſules non legatorum aſſeclas recipere. Hæc Cicero, id per partes intelligens, quod vices appellant Iuriſconſulti. Sic enim ad illum locum partes interpretatus eſt Aſconius Pedianus.

Mvnvs publicum extraordinarium, definit Pomponius officium priuati hominis, ex quo non ordine, hoc eſt, per vices, ſed extra ordinem commodum ad ſingulos vniuerſoſque ciues remque eorum magiſtratus imperio peruenit, l. 239. §. 3. de verb. ſign. Huius generis eſſe arbitror, publicæ viæ munitiones. Vicinus enim ſuis ſumptibus aut operis eam tunc reficere imperio magiſtratus extraordinarie conſueuiſſe, cum illis exemptus eſſet commeatus: ex eo facile patet, quod veterani viæ ſternendæ immunitatem non habuerint, l. 4. de veteran. nec eſt quod quis obiiciat, publicæ viæ munitiones inter perſonalia munera ab Hermogeniano referri l. 1. de muner. Illud enim non de eo, qui viam ſternit, ſed de eo accipiendum eſt, qui electus eſt, vt compellat eos qui prope viam publicam poſſident ſternere viam. Huiuſmodi enim munus perſonale eſſe, teſtis eſt Arcadius Chariſius, l. fin. §. 2. de muner. & honor. eoſque qui tali munere funguntur, magiſtros pagi appellat Siculus Flaccus li. de conditionib. agrorum. Cæterum officium publicum, quin differat ab officio ciuili non dubitatur, eo non obſtante, quod inter munus ciuile & publicum vix vllam admittant Iuriſconſulti differentiam. Quis enim credat interuenire officium publicum? Et ideo dicendum eſt, omne quidem officium publicum ciuile eſſe, ſed non contra omne ciuile publicum. Magiſtratum gerere, iudicem eſſe, munera publica ſunt, h. e. officia publica & ciuilia ſimul, l. 78. de iud. l. fi. §. 1. de muner. l. 6. in fi cum ſeq de cap. diminut. Interuenire, poſtulare publica officia non ſunt, ſed ciuilia. Et ita functio publica, aut ex munere publico, aut ex officio publico olim videri poteſt conſtitiſſe. Tertiam publicæ functionis ſpeciem diximus eſſe miniſterium publicum, eiuſque miniſterij munerio diuerſa fuiſſe genera duo: vnum honorificum, & cum poteſtate: alterum ſeruile ac mercenarium. De priore obſeruatum eſt, Martianum ſenſiſſe, l. 1. de l. Iul. repet. Per miniſterium enim in ea l. 1. intelligit magiſtratum illum Martianus, qui ſub titulo miniſterij in prouincias cum poteſtate & imperio mittebatur. Et hanc quidem interpretationem vehementer probat Valerius Maximus; ſic de M. Catone ſcribens in Cyprum conficiendæ pecuniæ regiæ cauſa miſſo: Vnde cum pecuniæ deportandæ miniſterium ſuſtineret tam auerſum animum ab omni venere, quam à lucro habuit. Alio ſenſu per miniſterium publicum ſerui intelliguntur pop. Romani, aut ciuitatum publici. Sic miniſterium publicum accepit in ea declamatione. Quintilianus, cui titulus eſt. Prægnans adultera his ſerbit fortiter tamen decrem omnes leges quæcunq. de ſuppliciis ſcripta ſunt, ad eos pertinere, qui damnata ſunt, qui in iudicio conuicti, qui per miniſteria publica, & carnificum manus occiduntur. Et ſic quidem ſatis eſſe perſpicuum puto, qua ratione omnis olim publica functio, ex munere publico, ex officio publico: & denique ex publico miniſterio conſtiterit. Ab omnibus officiis publicis & ſimilibus fœminæ remotæ ſunt, non vtique ab omnibus muneribus publicis. Quatenus enim ſunt perſonalia munera, publica, ab iis fœminæ remotæ ſunt, quatenus patrimonialia non omnino ſunt remotæ. Idque illud eſt, quod ſic Vlp. ſcribit: Corporalia munera fœminis ipſe ſexus denegat. l. 3. §. 3. de muner. Idem ſexus fœminis ad publicum aliquod miniſterium non patitur admitti: & ſic à muneribus perſonalibus, omnibuſque ciuilibus ac publicis officiis, & denique ab omni miniſterio publico, ſexu remoueri fœminæ ſolent. Nam, vt ait Ambroſius de Paradiſo, c. 11. ſicut vir publicis officiis, ita mulier domeſticis miniſteriis habilior æſtimatur. Et hæc quidem adeo vera ſunt, vt ſcripſerit expreſſe Calliſtratus, ab omni opera virili fœminas remoueri conſueuiſſe, & idcirco ad officium argentarij admittendas non eſſe, l. pen. de edend. Rævard. ad l. fœminæ, ff. de reg. iur.

Mvnvs à dono ſeparant, l. 6. circa fin. de offic. proconſ. l. 18. ff. de offic. præſid. l. 37. & l. 47. ff de oper. libert. l. 44. §. licet. l. vlt. §. 1. ff. de liber. cauſ. l. 6. in fin. ff. ad leg. Iul. repetund. l. 33. ff. de verbor. ſign. Inter donum vero & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam donum genus eſt, munus vero donum eſt cum cauſa, vt puta natalitium nuptiale, l. 194. ff. de verbor. ſign. l. 31. §. ſi vir vxori munus, ff. de don. int. vir. Alio modo munus onus dicitur, quod cum remittitur, vacationem militiæ munerisque præſtat. Vnde immunitas appellatur, d. l. 18 ff de verbor. ſign. Tertio modo officium: vnde munera militaria & quoſdam milites munificos vocamus, qui munera Reipub. faciunt, d. l. 18. & à Feſto lib. 11 traditur. Iul. Firm. lib. 1. Matheſ. c. 3. Conn. lib. 5. c. 9. n. 2. & 3. Quidam vero volentes hunc locum ſubtilius explicare, terna munera ſingulis decanis applicarunt, quos munificos appellandos eſſe voluerunt, h. e. ſynergos. Veget. lib. 2. c. 19 Faſcicularia tamen, id eſt lignum, fœnum, aquam ſtramen etiam legitimi milites in caſtra portabant. Munifices enim ab eo appellantur, quod hæc munia faciant. Quibus contrarij erant Beneficiarij qui muneris officio vocabant, vt idem Feſtus lib. 9 ſcribit. Hinc & munificium vel munificum quod muneribus obnoxium eſt, l. 4 §. 1 de public. l. 31. de ann. & trib. in C. Th. l. 9. & l. 11. de indulgent. debit. in eo. C. Munus autem ab honore eo diſtat: quod honor appelletur adminiſtratio Reipub. cum dignitate; Munus vero quod cum ſumptu ſine titulo dignitatis in Rempub. inivi, l. 14 ff. de mune. & honor. Ita munera & honores diuerſa ſemper noſtri auctores faciunt, l. 2 § vlt. l. 7. ff. de decurion. l. 3. §. ſi in metallum, ff. de muner. & honor. l. 2. ff de priuileg. veter. l. 5. C. qui bon. ced. poſſ. l. 2. ff. de his qui non implent ſtip. Briſſ. Vide ſupr. Domum.

Mvnvs ſpectaculum gladiatorum. Cicero Varroni: Etſi munus flagitare, quamuis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet niſi concitatus, Paul. l. 181 ff. de l. & ſid. libr. 30. Ciuitatibus ad honorem legari poteſt, puta, quod ad munus edendum, ſena-

Digitized by Google

cionemve ludos ſcenicos, ludos Circenſes relictum fuerit. Quibus verbis Paul. Ludorum genera manifeſto diſtinguit. Marcell l. 35. ff. de cond. & dem. Vino Mæuio Seius conſul deſignatus eſt, & munus edidit. Paul. l. 49. in fin. ff. de leg. & fid. Si teſtator dari quid iuſſiſſet, aut opus fieri, aut munus dari: pro portione ſua, &c. Quibus omnibus ex locis apparet, Munus generale nomen eſſe, quo genera omnia ludorum complectuntur, tametſi Lactantius libr. de Vero cultu, 6. cap. auſcribat, Muneris nomine propriè venationes intelligi: Nam Cicero in lib. de offic. 2. ita ſcribit: Craſſus functus eſt Ædilitia maximo munere non enim ſolam, vt opinor, venationem Craſſus præbuit. Quinetiam Paulus in d. l. 122. apertiſſime munus à venatione diſtinguit. Seneca autem lib. de benefic. 1. & gladiatores & venationes en verbo comprehendit: Nemo, inquit, tam ſtultus eſt, vt monendus ſit, ne cui gladiatores aut venationem iam munere edito mittat. Suetonius autem in Nerone, Veſpaſiano, Domitiano, & alibi perſæpe, munus perſpicue dixit, cum de gladiatoribus ſentiret. Hinc munerarij apud Senecam lib. declam. 4. qui eiuſmodi munera populo exhibebant. Quod, inquit, munerarij ſolent facere ad expectationem populi detinendam, noua paria per omnes dies diſpenſant, vt ſit quod populum & delectet, & reuocet: hoc ego facio, &c. Hot. Prat.

MVNVS honorarium, hoc eſt, gratuitum donum. Barbari vocant, *ein verehrung.* Vetuſtiſſimus autem mos eſt, præcipue vero Orientalium, id quod paſſim teſte Areio ſcriptura indicat, munerum oblatione animi beneuolentiam erga principes, & quibus velit ſe quis videri vnice addictum, profiteri & teſtari. Spieg. Inter publicum & ciuile munus quamuis differentiam ſtatuiſſe videatur Calliſtratus: Nihilominus tamen ſatis conſtat pleroſque ICtos nullam inter ciuile & publicum munus differentiam feciſſe. Nauicularios enim ciuili munere fungi teſtis eſt Hermogenianus, l. 1. in princ. de muner. & honor. Illud idem munus ciuile, appellat publicum munus, Scæuola l. 5. d. tit. Ræuard l. fœminæ, ff. de reg. iur.

MVNVS venalitium. Lege, Venalitij.

MVNVSCVLARII aquæductus, in l. decernimus, de aquæd. C. li. 11. Albet. ſunt, qui modicam aquam ducunt. Attamen veroſcin lectionem Alciat. muſcularios indicat & Haloander ſic habet: Nimirum ſic dicti aquæductus hi, quod ex muſculis dilaberentur. Muſculus autem inſtrumentum eſt ad ſimilitudinem muris, quo in bellis vehebantur ad æquandas foſſas, vt Vegetius tradit. Erant autem tubi in ductibus, ad ſimilitudinem muſculorum, Spieg.

MVNVS dari, apud Paul. in l. mortuo, § fin de legat. 2. non ſimpliciter qualibet largitione, ſed de gladiatoria intelligi debere, pulchre declarat. Alciat. in paterg. Spieg.

MVNVS fati implere, id eſt, mori, in l. 6. C. de collat.

MVRA, pro Myrrha, apud Pomponium in l. 21. §. 2. ff. de aur. arg. item vt μύῤῥα Ionice pro μυῤῥά. Pomponius recenſet inter ea vnguenta quæ valetudinis cauſa parata ſunt. Ergo ſignificat vnguentum ex eo liquore confectum, qui ex myrrhæ arboris cortice inciſo defluit; qui etiam Myrrha vocatur: vt auctor eſt Plin. 12. c. 15 & 16 Hotom. Prat.

MVREX, l. 5. C. de veſtib. holober. lib. 11. & in l. 1. C. de apparitorib. præfect. vrb. lib. 12. & in l. 9. de murileg. in C. Th. Conchæ genus cuius cruore rufici ac tingi veſtes ſolebant, vt Plin. lib. 9. cap. 23. vberrime docet. Poetæ Phocaicum, Getulum, Aſium, Sidonium, & Tyrium muricem memorant Briſſ. Connan. 7. comm. 7. num. 1. Murices autem baphiis & coloribus ſunt ſimiles, ac tanti habitæ, vt nefas viſum ſit alios quam Principes iiſdem refulgere coloribus, l. temperent, C. de veſtib. holober. Muricum porro & purpurarum eadem eſt materia quamuis temperamentum diuerſum ſit. Murices verno tempore congregantur mutuoque attritu lentorem ac liquorem tingendis veſtibus expetitum ſaliuant. Murex autem ſcabrior eſt cortice, & qui purpuræ facile cedit, Forcat. in ciuil. cap. 23.

MVRCIDO dicitur ille, qui iners eſt ac deſidioſus, apud Vlp. in l. 4. §. idem Pomponius, ff. de ædil. edict. Licet quidam ibidem reponant Morionem, vt intelligamus de fatuis, quos in deliciis Principum etiam hodie eſſe videmus: de quibus Plin. in epiſtolis. Scurræ, cinædi, moriones, menſis inhærebant. Idem, Si quid molle à cinædo, petulans à ſcurra, ſtultum à morione proferetur. De his etiam Lampridius in Alexand. Nanos (inquiens) & nanas, & moriones. Moriones autem circus principum legimus ideo admiſſos, quia veriratem liberius principi ſignificent, & aperiant. Corrà.

MVRI vrbis ſunt termini, iiſdemque ipſa finitur, l. vt Alphenus, l. collegarum, §. 1. de verb. ſign.

MVRIA in l. 3. ff. de penu. l. Ita proprie appellatã aquam ſale commixtam Iſid. lib. 20. c. 3. ſcribit. Sed & ſolutorum & ſalſamento piſciculorum humor Muria eodem auctore dicitur. Auſonius epiſt. 7. ad Paulin. Veritus diſplicuiſſe oleum quod miſeras, munus iteraſti, addita etiam Barcinonenſis muriæ condimenta cumulatius præſtitiſti. Scis autem me id nomen muriæ quod in vſu vulgi eſt, nec ſolere poſſe dicere: cum ſcientiſſimi veterum & Græca vocabula faſtidientes Latinum in Gari appellatione non habeant. Sed quocunq; nomine loquar, liquor iſte ſociorum vocatur. Briſſ. vide & Nebriſſenſem ac latius Maiorag. Miſcell. lib. 2. c. 9. vbi oſtendit quod veteribus duplex muria fuit, altera qua in condimentis vini vtebantur, cuius confectionem vſumq; edocet Columella, lib. 13. c. 16. Altera quæ dura dicebatur: cuius vſum idem autor docet lib. eod. cap. 6. & 7.

MVRILEGVLI, in rubr. C. de murileg. lib. 11. dicuntur qui legunt murices, piſces, qui in mediis faucibus habent purpuræ florem tingendis expetitum veſtibus. Alio nomine appellantur in iure Conchylioleguli, ſiue conchyliorum piſcatores. Huic autem muneri originis & conditionis iure addicebantur, adeo vt non poſſent ad dignitatem vllam vel militiam aſpirare; vel ſi ad eam aſpirauiſſent: reuocabantur, redditis bonis, ſi qua eiuſdem originis & conditionis homines aliquo titulo poſſiderent. Quod ſi ea exteri poſſediſſent, maluiſſentque eidem conditioni ſe ſubiicere, quam ea bona reſtituere, audiebantur, ita vt in futurum eſſent murileguli. & in præteritum reliqua publico canonis fiſco perſoluerent. Prat.

MVRINA ſiue Myrina vini potio à myro, non à myrra dicta, μύρῳ γὰρ οἶνον μεμιγμένον ..., vt li. 12. inquit Ælianus. Meminere eius vini Plin. lib. 14. cap 13. & in Pſeudolo Plautus, vinum dulce eſſe teſtantes. De quo latius Had. Iunius lib. animad. 3. cap 19 vide & Ræuard. ad ll. 12. tabu. 13. de ſumptib. fun.

MVROS ſine præſidis aut principis autoritate reficere non licet, l. ſacræ, 9. §. muros autem, ff. ne quid in loco publ.

MVRORVM violatori vrbis Romanæ, capitis pœna conſtituta eſt, ex qua pœna ſancti videntur dici muri, leg. fin. ff. de legat. quod etiam in muris alicuius municipij obtinet, vt etiam prohiberi oporteat, ne quid in his committatur, l. ſanctum, 8. §. in municipiis quoque, ff. eo. alioqui huiuſmodi temerarius murorum violator extra ordinem coercendus erit.

MVRORVM maior & antiquior eſt ſanctitas, quam portarum, & in Pontificum libris itemque ab Ælio Gallo ſoli muri dicuntur eſſe ſancti, & in ritualibus libris Etruſcorum, ſanctitate muri ſeparantur à portis.

MVRRHA lapillus ſplendidus, & in pretio habitus. Hinc.

MVRRHINA vaſa, l. 3. ff. de ſup. lega. quæ in gemmis eſſe negantur, licet perlucida ſunt: recte quia nec cryſtallina, vtraque ſicut vitrea, fragilia, Plin. 33. lib. Murrhina & Cryſtallina ex eadem tellure effodimus, quibus pretium faceret ipſa fragilitas. At Propertius videtur exiſtimaſſe murrhina fuiſſe fictilia, cum in Parthorum caminis coqui ea ſcribat, lib 4. eleg. 5.

Seu quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ
Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.

De his Seneca lib. 7. de benefic. cap. 9. Capitol. in M. Antoni. Philoſopho, & in Ælio Vero, & Lamprid. in Heliogabalo. Pr.

MVRRHEA vaſa in l. 18. ff. de ſupell. leg. quæ magno in pretio habita, & ex gemma ſolis calore denſata conficta inlita variaſque ſpecies reddidiſſe, Plin. 37. c. 2. tradit Briſſ. ex Nebriſſ.

MVRVS proprie dicitur publicus, qui vrbem munit & mœnia concludit: Vide Bart. in l. ſacram, ff. de rer diuiſ. & in l. hac iure, de iuſt. & iur. & l. ſi quis violauerit, & l. ſi. eo. Spieg.

MVSARII, C. de excuſ. artif. lib. 10. qui & Muſiuarij, Græcis μουσουργοὶ & μουσωταὶ, ſunt ij, qui muſea ſeu ψηφοθετήματα conficiunt, id eſt, ea, inquit Sipontinus, quæ in ædificiis e punicibus dependentia fiunt, ad imaginem ſpeluncæ reddendam, vulgo Muſeaca dicta: quorum meminit Plin. lib. 36. c. 21. Spartian. in Peſcennino Nigro Muſina vocat. Prat. vid. paulo poſt Muſiuarij.

MVSCVLARII aquæductus dicuntur ij qui ex muſculis dilabuntur. Potius muſculi tubi erant in ductibus ad ſimilitudinem muſculorum. Droſæus in methodo iuris.

MVSIVARII, in l. 1. C. de exc. artif. quemadmodum illic legendum eſſe docet l. 2. eod. tit. in C. Theod. à muſiuo opere, cuius meminit Spartia. in Peſcennino Nigro Hunc, ait, in Commodianis hortis in porticu curua pictum de muſiuo inter Commodi amiciſſimos videmus. Greg. Turonenſis lib. 3. hiſt. c. 45. Eccleſiam fabricauit, quam columnis fulciuit, variauit marmore, muſiuo depinxit. Sic enim illic emendandum eſt, quemadmodum recte apud Aimonium lib. 4. de geſt. Francor. c. 42. ſcribitur, Græci μουσεῖον. Briſſ. Cuiacius teſtatur in veteribus libris Muſinarij legi, & ita ſcribendum contendit apud Firmicum in fin. c. 4. lib 2. Aut Inauratores aut muſinarios.

MVSTVM ex vuis factum, l. 15 §. 1. ff. ad exhib. Muſtum euehere, l. 25. de act. empt. Seneca epiſt. 83. Muſto dolia ipſa rumpuntur Iſid. l. 20. Orig. c. 3. Muſtum eſt vinum, è lacu ſtatim ſublatum: cuius vt addit, tanta vis feruoris eſt, vt vaſa quamuis grandia ex eo plena, abſque ſpiramine relicto, illico dirumpat, Briſſ.

MVTABILIS quid ſit, & quomodo accipiatur, Bartol. differit in l. naturaliter, §. apium, ff. de acquir. rer dom. Spieg.

MVTARE aliquid cum aliquo, aliud pro alio accipere.

MVTARE cauſam poſſeſſionis tunc dicitur aliquis, quando id quod poſſidet precario, vult iam poſſidere pro donato. Iſta mutatio non eſt recepta, teſte Zaſio in l. quod meo, ff. de acquir. poſſ. Spieg. Prat.

MVTARE ære, pro vendere.

Digitized by Google

MVTARE ſolum, idem quod vertere ſolum.

MVTARE ſtatum, pro perdere, amittere, in §. Pompon. ait, l. ſi ex cauſa, ff. de minor. Alb.

MVTARE, in l. 24. C. de admin. tut. id eſt, corrumpi.

MVTARE actio propriè dicitur, quum vetere omiſſa, alia proponitur. Regulariter autem permittitur ante litis conteſtationē, exceptis caſibus, qui ab interpretib. recenſentur: qua de re vide l. edita & ibi Bart. Bald. Ceſtren. Salic. & Alciat. C. de edend.

MVTARE ciuitate, Bud. pro alterius ciuitatis ciuem fieri. Cicer. pro Balbo: Iura præclara atque diuinitus à maioribus noſtris inuenta, ne quis inuitus ciuitate mutetur, ne inuitus in ciuitate maneat. Spieg.

MVTARE iudicium, quomodo mutationem aliquorum iudicium dicatur: vide Alphenum, cuius elegans eſt hæc quæſtio in l. proponebatur, ff. de iud. Reſponſum eius refert & declarat Alciat c. 17. lib. 6. parerg. Spieg.

Nec MVTAT, id eſt, nec refert l. 32. fideiuſſores, ff. de fideiuſſor.

Nec MVTAT, id eſt, non mouet, non obeſt, nec ad rem facit, l. 11. ff. vſufructuar. quemadm. Nec quicquam mutare arbitror, l. 3. §. vlt. ff. de peculio: videtur mutare, id eſt, intereſſe, l. 36. §. 2 ff. de teſtam. milit.

MVTATIO ciuitatis fit trib. mod. vt ex Cicer. oratione pro Balbo colligitur. Dicatione, i. e. deſtinatione, cum quis in aliam ciuitatem voluntate adſcitus eſt. Calamitate, h. e. damnatione, quia in ſignificatione ſæpe idem vtitur: ſicut & incolumes appellat eos, qui nondum damnat, aut abſoluti ſunt. Præterea postliminio, vt ſcil. ciuis permaneret, qui animum redeundi habuiſſet: Vide Sylu. interpretem, & Bud. in annot. Prat.

MVTATIO modica vel verbi, vel particulæ, ſtatum & veritatem orationis demutat, l. ea tamen de legat. 3. l. ſi in emptionem, §. penult. ſub fin. l. cum ab eo, de contrah. empt. l. 3. da in diem adiect. l. ſi quis à filio verſ. ſed ſi ita, de l. 1. cum ſimi. Itaque quod non mutatur, ſtare permittendum eſt, l. ſancimus, C. de teſta. l. præcipimus ſub fin. & ibi gl. in verb. intelligunt, C. de appel. & conſule Spieg. Prat.

MVTATIONE rumpitur teſtamentum, id eſt, ſi poſtea aliud teſtamentum iure factum ſit, Vlp. c. 24. Regular.

MVTIANA cautio à Q. Mutio Scæuola nomen accepit, vt Iuſtin. in Nou. 22. tradit, l. 7. & l. 72. in pr. & §. 1. l. 73. l. 77. §. 1. l. 79. §. qui poſt, cum ſeq. & l. 91. §. pen. ff. de cond. & demonſtr. Hæc cautio in omnibus conditionibus, quæ morte hæredis, vel legatarij finiuntur, interponitur. Verbi gratia, Caio legatus eſt fundus, ſi nunquam in Capitolium aſcenderit, quia ea conditio tractum habet ad mortem Caij vſque, neque prius finietur, quam Caio mortuo, tenebitur Caius cautionem, quæ Mutiana dicitur, hæredi præſtare, ſe fundum legatum reſtituturum, ſi in Capitolium aſcenderit, l. Titio fundus, de condit. & demonſt. ff. Idem erit, ſi ex hæredibus alter ſub eadem ſit inſtitutus conditione, l. 4. §. fin. de condit. inſtit. ff. Anchor.

MVTII duo ICtorum albo aſcribuntur, Publius, & Quintius.

MVTILATI, id eſt, diminuti corpore, non facile extra ſuperioris relaxationem ſacris admouentur in noſtra religione. Id ipſum & veteribus cautum, monet Declamationum quarto Seneca, vbi de Metello inquit, Sacerdos integer ſit, Metellus Pontifex, cum arderet Veſtæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdit, ſacerdotium illi negatur. Ex mox contra Metellum Sacerdos, non integri corporis, quaſi mali ominis res, reuocanda eſt; vide Rhodig. c. 4. lib. 7. Spieg.

MVTILARE in vetuſto Senatus decreto quod à Gellio lib. 2. cap. refertur, mutua inter ſe conuiuia agitare ſignificabat. Quo verbo idem auctor vſus eſt lib. 8. c. 2. Briſſ.

MVTVA petitio eſt conuentio ex parte actoris, & reconuentio ex parte rei. Nam reconuentio eſt ſecunda conuentio. Sunt ergo duæ petitiones. Hinc in decret. tit. eſt, de mutuis petitionibus: & de hac materia in qu. 8. cuius in agendo. Illud non omittendum, mutuas petitiones coram eodem iudice expediri debere, l. ſi idem, §. ſed & ſi mutuæ, de iuriſd. omn. iud. ff. Anchor.

MVTVAM pecuniam per anticipationem, ſeu prolepſim dicimus, quæ adhuc mutuo data non eſt, ſed ea deſtinatione habetur, vt mutuetur, l. malum, §. 2. de verb. ſign. Spieg.

MVTVARE, dare mutuo, vel mutuo. Interdū pro mutuo ſumere, vt mutuari deponens ſumitur. Eſt etiam, vt Bud. mutuari, quæ ab aliis inuenta ſunt, in ſcripta ſua vertere, ita vt ſui videri velit, qui hoc facit: nec modo mutuum, ſed etiam furtum. Spieg.

MVTVATIO, ſumptio mutuæ pecuniæ. Cicer. pro Flacco, Quum multos minutis mutuationibus fraudauiſſet. Et ſic id SC. Vell. apud Vlp. l. 1. ff. ad SC. Vell. Quod ad fideiuſſiones & mutuationes pro aliis quibus interceſſerint fœminæ pertinet. Sic namque legendum eſt, non mutui dationes. Prohibet enim SC. ne mulieres pro aliis mutuam pecuniam accipiant: non autem vt ne dent. Hot.

MVTVS ſatis apte non poteſt dici præſens, quia non intelligit quid agatur: aut actum peragere non poteſt, nec animi ſenſum coram referre quit. At præſentia non ſolum eſt corporis, ſed & animi, imo maximè animi. Itaq; mutus interdum pro abſente; interdum pro præſente habetur, Goed. ad l. 146. n. 2. de verb. ſig.

MVTVO, id eſt, inuicem. Briſſ.

MVTVVM (inquit Paulus) damus recepturi non eandem ſpeciem quam dedimus (ſic enim commodatum erit aut depoſitum) ſed idem genus. Nam ſi aliud genus, veluti ſi pro tritico vinum recipiemus: non erit mutuum: (ſed contractus innominatus, l. naturalis ff. de præſcr. verb.) Hactenus Paulus vbi notandum quod genus hic μονοειδῶς pro rebus ſub genere contentis accipitur. Old. (comm. Inſt.

MVTVVM eſt contractus ſtricti iuris. Vult. lib. 3. c. 16. in princ. l. 3.

MVTVVM eſt contractus verus & proprius, non vero, vt quidam putarunt, improprius. Vult. d. lib. 3. c. 14. in pr. n. 32.

MVTVVM, vt volunt quidam, dicitur quaſi viciſſitudinaria commutatio & functio rerum in eodem genere.

MVTVVM cum propriè dicitur quaſi viciſſitudinarium, mutuum definit Cuiac. obſer. lib. 11. c. 37. creditum quantitatis datæ ea lege, vt eadem ipſa quantitas reddatur in genere non in ſpecie eadem. Huius definitionis rationem & explicationem vide pleniſſime loco præcitato. Addit ibidem Mutui nomen à mutatione formam habere, quod mutetur hoc genere pecunia cum pecunia, dum par quantitas accipitur & redditur: quod conſiſtat in his rebus, quæ facile mutationem & promiſcuum vſum recipiunt: nec exiſtimat à nomine Siculo μοῖτον deductum, vt vult. Varro libro 4. ling. Latin. quod Siculi Roma oriundi, mutui nomen inde potius tulerint, quam ab illis Latini. Prat. vide paulo poſt mutuum quod Siculi.

MVTVVM ait Hermann. Vult. ad Principium Inſtit. quib. modis re contrah. obl. num. 7. eſt contractus realis nominatus, in quo rem noſtram, quæ in quantitate conſiſtit, ita alicui damus, vt eandem rem nobis reddat non in ſpecie ſed in genere.

MVTVI forma in eo reſidet, vt numeri ad numerum, menſuræ ad menſuram, ponderis ad pondus ſolutio explicetur: quæ & formalis in mutuo qualitas nominari poteſt, teſte Zaſio in intellectibus. In creditum autem ire, dixit, pro mutuum contrahere, ſicut & in debitum ire, l. quod ſi ab initio, ff. de reb. credit. Quanquam & ex alio contractu in creditum ebire dicit, in l. procuratoris §. ſed etſi, ff. de tribut. actio. Prat.

MVTVVM etiam accipitur pro promutuo, in l. fin. Cod. de ſuſc. vel Conſtantin. lib. 11. quod interpres δανεισμοὺς vertunt προχρείαν, & vide infra promutuum. Prat.

MVTVVM, eſt, tantum rerum mobilium, & quidem earum quæ abſumuntur vtendo. Vult. lib. 3. tit. 15. in pr. n. 12. in com. Inſt.

MVTVVM à credito, aliiſque contractibus variis modis differt. I. enim mutuum è credito differt quo genus à ſpecie. Nam creditum aliquo contractus exercentur in omnibus plane rebus etiam extra eas res, quæ pondere, numero, menſura, conſiſtuntur, ſicut & ſi eandem rem recepturi ſumus, creditum eſt. Sed mutuum non contrahitur extra res ponderandas, numerandas, vel menſurandas. II. Mutuum non poteſt eſſe niſi proficiſcatur pecunia & naturalis ac vera rei interuentio accedat Inſtit. quibus modis re contrah. oblig. Creditum autem fit interdum, etiam ſi nihil proficiſcetur, veluti ſi dos promittatur poſteaquam nuptiæ contractæ ſunt. Nam maritus hic eſt creditor: quanquam nihil dederit vxori, l. ſtipulationem l. promittendo, in pr. ff. de iure dot. III. In mutui datione oportet dominum eſſe dantem, hoc eſt talem, qui per ſe vel per alium poſſit rem transferre in accipientem. Ex aliis vero contractibus pleriſque etiam ille, qui non dominus ſit, poteſt fieri creditor. IV. Et verbis poſſumus credere ſecundum formulam iuris interrogando, & reſpondendo, quæ dicitur ſtipulatio Inſtit. de verb. oblig. in princ. Sed certe verbis, niſi res interueniat, non contrahitur mutuum. Oldend. ex Paulo eius verba declarans: actione 17. claſſe quarta.

MVTVVM inde appellatum eſt, quod ita à me tibi detur, vt ex meo tuum fiat, Connan. lib. 4. c. 14 nu. 5. & lib. 7. c. c. num. 1. §. 1. quib. modis re contrah. oblig. Inſtit. l. 2. §. appellata eſt, ſi cert. petat, ff. quod & Nonius Marcellus ſequi videtur: Honeſtum inquit, mutuum eſt, quod ſub amico affectu fiat meum tuum vſu temporis neceſſarij: Vide de hac notatione Cuiac. 12. obſ. 37. & Vulteium ad pr. nu. 8. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. Mutui autem datio conſiſtit in iis rebus, quæ pondere, numero, menſurave conſtant, d. §. 1. & d. l. 2. §. 1. quia eæ res ſcilicet in ſuo genere functionem recipiant, d. §. 1. l. 2. pure, vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: vt quæ ſcilicet numerare, metiri, & appendere poſſimus, d. §. 1. inſtit. In mutui datione nobis non eadem res, ſed aliæ eiuſdem naturæ & qualitatis redduntur, dict. §. 1. Inſtitut. Cæterum, cum quid mutuum dederimus, & ſi non cauimus, vt æque bonum nobis reddatur, non licet debitori rem, quæ ex eodem genere ſit deteriorem reddere: veluti, vinum nouum pro vetere. Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum eſt. Id autem agi intelligitur, vt eiuſdem generis, & eadem bonitate ſoluatur, qua datum eſt, l. cum quid, eod. tit. ff. Ex hic apparet mutuum contractum eſſe, quo dominus is fit, qui accepit, & nobis obligatur non ad eadem ille, ſed ad alia eiuſdem ſubſtantiæ & quantitatis, ita Theophil. in d. §. 1. Inſtit. §.

Ex quo contractu naſcitur actio, quæ certi condictio appellatur. d. §. 1. Inſtit. quam ſpecialem vocant doctores: generalis enim certi conditio competit ex omni cauſa, & ex omni obligatione, ex qua certum petitur, ſiue ex certo contractu petatur, ſiue ex incerto: Licet enim nobis ex omni contractu certum condicere, dummodo præſens ſit obligatio, l. certi condictio, ſi cert. pet. ff. Anchora. Adde Franc. Balduini Catecheſin. iuris ciuilis, c. 4.

Mvtvs etymologiam à Paulo traditam Conn. lib. 7. ſcribit non ſic accipiendam eſſe vt dicatur mutuum, quod à creditore transferatur rei creditæ in debitorem dominium: nam iſto modo legatum, donatio, venditio, mutuum dici poſſet, quod in his ſimiliter tranſmittatur dominium: ſed hoc mea quidem ſententia vult Paulus, mutuum eſſe earum rerum, quarum eſt eam commutabilis natura, vt altera alterius omnino vicem ſuppleat, ſic vt quod meum eſt ſit tuo ſimillimum, ac prope idem, cum eiuſdem ſit naturæ, eiuſdem qualitatis, quantitatis, tantamque vtilitatem, atque eundem prorſus vſum tibi ac mihi afferat: nam & ſi miſceantur non poſſis quod tuum aut meum eſt ſecernere: & adeo meum tuum eſt, & tuum meum, velut ſi 10. aureos tuos cum totidem meis admiſceam, ſingula tuorum corpora non queas internoſcere. Nec vero cauſa eſt cur eos malis tibi dari quam meos, hoc ſolum intendes, ex illis 20. aureis decem eſſe tuos, tibique reddendos. Sed mediam partem illius ſummæ recte etiam vendicabis. Hot.

Mvtvvm & commodatum differunt. Nam mutuum earum rerum eſt, quæ pondere numero, menſurave conſtant: commodatum vero aliarum rerum omnium præter illas. Secundo: in mutuo res ſit accipientis: in commodato nequaquam. Tertio qui mutuum accepit, fortuito rei interitu non liberatur: commodatarius liberatur, Hot. ad §. item is §. Inſt. quibus mod. re. contr. oblig.

Mvtvvm ab vſufructu differt, quod illud non requirit eam ſatiſdationem quam hic. Deinde in mutuo idem genus eiuſdemque omnino bonitatis redditur. Bald titul. de vſufructu. Secus autem eſt in vſufructu: ibi enim cautio & eadem ſpecies reſtituitur.

Mvtvvm improprium eſt, cum hoc titulo: facio quidem pecuniam tuam ſed quæ mea non erat, veluti ſi tibi delegauero debitorem meum, vt ab eo exigis, & quod exegeris habeas mutui loco. Sed & ſi pecuniam iure mihi debueris, conuenire poſſum vt crediti nomine eam retineas: & hoc quoque mutuum benigne iudicabitur: ſaltem ſi appareat, non tam agi de dilatione ſolutionis, quam de nouatione eius quod debetur. Bald tit. quib. modis re contrah. oblig.

Mvtvvm, quod Siculi μοῖτον. Ita ſcribit Siphron, μοῖτον ἀντὶ μοίτου. Vere autem ſic ſe res habet, vt mutuum in eius perſona proprie ſit, qui reddit. Plaut. Trinum.

Lesbon quid agit filius?

P. Bene vult tibi L. Ædepol mutuum mecum facit.

Idem in Curcul. Eam vult meretricem facere, ea me deperit. Ego autem cum illa facere volo mutuum. Pa. quid ita? Ph. Quia proprium facio amo pariter ſimul. Cicero Q. Metello: Quod autem ita ſcribis: Pro mutuo inter nos animo: quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum, neſcio, equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur & redditur. Hot.

Mvtvvm non eius eſt qui credit, ſed eius qui reddit: vt mutuo dare non ſit, ex meo tuum facere: ſed credere rem vt mutuum ab eo qui creditur fiat. Hot.

Mvtvvm certum dicitur, quia idem debeatur in genere: quod cum perire non poſſit, certum hic eſt, ſemper quod debetur. Sic & Senec. lib. 3. de beneficiis vocat actionem certæ pecuniæ, quam dicimus certi condictionem, nempe qua petitus id quod creditum mutuove datum eſt, &c. Bald. titul. quibus modis re contrah. oblig.

Mvtvs proprie, qui eloqui nihil poteſt, non qui tarde loquitur: Inſtit. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. §. Item Surdus, l. diſcretis, C. qui teſtam. fac. poſſ. Interpretes obſeruarunt, quod mutus, infans, abſens quandoque æquiparantur, l. ſeruo inuito, §. ſi pupillo, ff. ad Trebel. Spieg.

Mvtvs magiſtratus. Cicero de legibus 3. Vt enim magiſtratibus lege, ita populo præſunt magiſtratus: vtferque dici poteſt magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum. Spieg.

M Y

Mya, genus conchæ circa Boſphorum Thracium, quem nunc, teſte Maſſario, Strictum Conſtantinopolis vocant: vniones rufos ac paruos gignens: Vide Plin. lib. 9. Huiuſmodi My. Latini mytulos interpretantur: de quibus idem Maſſarius diligenter ſcripſit in annot. ad eum librum. Spieg.

Myoparo, ſiue vt Græci myoparon, genus nauigij eſt, ad curſum & celeritatem paratum, Eraſ.

Myoparones lembi ſunt piratici, nomen adepti è Paro inſula & Myunte vrbe: nam & paron nauigij genus eſt, & compoſito nomine Myoparon. vt annotauit Turneb. aduerſ. lib. 3. c. 7

Myopas morboſi ſunt, quia ſi fors & viſus præſtantiſſimi illius membri, oculorum nimirum, inutilis ipſis eſt. Gœd. ad l. inter ſtuprum, 101. §. 2. nu. 4. de verb. ſign.

Myops in l. 10. §. de myope, ff. de ædil. edict. r. Latinis eſt luſcitioſus, Gell. lib. 4. cap. 2. Is ea, quæ prope ſunt, cernit, quæ procul, non videt, Ariſtot. Probl. 31. Ætius 2. Tetrab. 3. c. 45. ait Myopes dici qui ex natiuitate, parua quidem prope vident, magna vero procul videre non poſſunt: & alios inæquales, alios æquales oculos habere, eamque affectionem incurabilem eſſe. Sic Ariſtot. in Probl. ſect. 31. q. 38. & Paul. Æginet a lib. 3. μυωπιάζειν δὲ λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες, ἀνάπαλιν δὲ ἐστὶν ἡ ὑπερωπία διὰ ἣν τῶν αἰσθητῶν μακρόθεν ἀπολαύουσι. ὥσπερ δὲ πάσχουσιν οἱ γηρῶντες τὰ μὲν ἐγγὺς μὴ ὁρῶντες τὰ δὲ πόρρω βλέπουσιν. Oribaſ. quoq; li. 8. μύωπας vocari ſcribit eos, qui ita nati ſunt, vt quæ prope ſunt, videãt: quæ procul, non itẽ: μύωπας vero à Lacedæmonibus αἰσχύνω vocatũ: Heſychius auctor eſt Briſſ. Goth. ad d. §. de myope, & Gœdd. d. loc.

Myriades, l. 2. C. de veter. iur. enucl. quod vulgo *vn million*. Pr.

Myrobrechari, vnguentorum venditores, μύρον cum vnguentum: βρέχω aſpergo, madefacio dicitur. Et proprie appellantur, qui capillos delibutos gerunt. Alciat. C. de excuſ. artif. lib. 10. Spieg.

Myropolæ Græcis, qui nobis vnguentarij dicuntur, effœminandorum animorum artifices: quos vrbe expulſos à Lacedæmoniis, autor eſt Seneca. nat. quæ. lib. 4. Spieg.

Mysiam prouinciam diuiſam & ſub duobus præſidibus conſtitutam ſignificat Macer in l. 3. ff. de off. adſeſſ. Myſia itaque duplex fuit. Inferior & Superior. Illius meminit l. 9. ff. de captiu. Fit & mentio Myſiæ mediterraneæ ſeu Dardaniæ in l. 4. de metallar. lib. 10 C. & Myſiæ primæ, in l. vlt. C. de diuerſ. offic. lib. 12. In Myſia porro incenſores vitium grauiſſime plecti traditur in l. 16. in fi. ff. de pœn. Briſſ.

Mystagogi, qui & ἱεροφάνται ſunt, qui ſecretiora cujuſcunque religionis myſteria tractant, oſtentant, relegunt, colenda exhibent, cæteroſque myſterijs initiant, de quibus Poſtellus in lib. de magiſtratib. Athenienſibus, c. 20.

Mysteria veteres ſacra Cereris dicebant, quaſi initia. Inde vox trahi cœpta ad quoſcunque cultus. Myſtæ dicuntur initiati & ſymmiſtæ, conſectanei Hieronymo. Imperatores hac voce vtuntur, C. de ſumm. trinit. Nullus hæreticis myſteriorum locus, nullo ad exercendam animi obſtinationis dementiam pateat occaſio. Ita legendum, non miniſteriorum Alciat. monuit: exiſtimans hinc colligi argumentum, quod poſſit Romanus Pontifex diſſoluere quaſcunque congregationes, ſi male de eis ſuſpicetur. Haloander veterem lectionem probat, quæ non aduerſatur apoſtolicis literis, quarum periti fuere, quibus autoribus principes hanc legem ſanciuere. Spieg.

N.

N L. hiſtoriis ſignificabatur probationes, & argumenta ſatis apta non eſſe ad condemnandum, quod pluribus in prioribus indicat Gœd. Budæus ex Gell. lib. 11. cap. 2. ad fin. cujuſmodi inter locutionis adhuc veſtigia ſuperſunt in l. Pompon. ff. de re jud. & l. 12. §. fin. ff. de arbit. & apud Senec. lib. 8. ept. Pr.

N literam inter E. & S. ponebant veteres vt mollius proferrent. auctor eſt Ant Aug. lib. 2. c. 6. emen. vt in dictione quotiens & vicenſimus, trigenſimus & quadrageſimus perpetuo Pand. Florent. Prat.

N A.

Næus Suidæ ἱερεῖον ἄγαμον ſeu ἄζυγον. Prat:

Næniæ dicuntur à Græco νεάτης authore Feſto, id eſt, extremum, vel quod νεάτη χορδή ſit chordarum vltima ſoni acutioris, &c. Brechæus l. cum in teſtamento, ff. de verb. & rer. ſign.

Nam particulam plerumque cauſalem eſſe, Bart. judicat in l. demonſtrat. & in §. quod autem, ff. de cond. & dem. Initialis interdum eſt. Pro certe ita quandoque ponitur. Ac etiam pro deinde continuationem ſignificans, vt oſtendit per exempla Alber. Namque ejuſdem efficaciæ eſt, ſed quæ ſecundo loco ponenda eſt, cum Nam, antecedat ſemper. Spieg.

Nam in l. omnes, 4. C. de annonis & tributis, accipitur. ὑποσυνεχτικῶς, id eſt, ſubcontinuatiue.

Nam ecce. Vl. d. dolo, in fi. l. ſi quis, Neque enim, ait, paſſim hæc actio indulgenda eſt, nam ecce in primis ſi modica ſumma ſit.

Nam vox nonnunquam αἰτιολογική eſt, ſed & plerumque inceptiua: & idem valet, quod plane, vt Donatus in Hecyram Terentij, Actu ſecundo, Scena 2. notat. Pluribusque teſtimonio comprobat. Sic in l. 1. §. vlt. ff. de rer. diuiſio. l. 83. §. ſactam, ff. de verb. oblig. l. 10. C. ſi cert. pet. Sic & apud Valer. lib. 8. c. 3. & alibi ſæpe. Briſſ. Connan. lib. 6. c. 4. nu. 4.

Nam, pro ſed, apud veteres vſurpari ſolitum, in Verrinarum commentarijs expoſuit Hot. Itaque Paul. locutus eſt. l. inter ſtipulantem, 83. §. ſactam, de verb. obl. & Papinian. in leg. Stichum. 95 §. vſumfructum, ff. de ſolut. Hot.

Namvsam cum audis in l. 2. § apud Namuſam, ff. de aeq. & aqu. pluu. l. 3. §. ſed interdum, ff. commodati, Aufidium Namuſam accipe è Seruij auditoribus vnum, l. 2. §. Seruius, ff. de orig jur. qui & Aufidij nomine intelligendus eſt, l. 52. §. vlt. ff. pro ſocio. l. 20. ff. de optio. vel elect. Briſſ.

NANCISCI, non eſt ſimpliciter acquirere. Sed, vt Donatus in Hecyram Terentianam adnotauit, nanciſci proprie dicitur, qui paratus ad recondum, antequam poſſit reperire quod tensat ſtatim quod occurrerit, prehendi. In iure noſtro pro conſequi ponitur. Vide Alex Neap.c.5 Gen.dies.lib.5.Prat.

NANCISCI dominium, l.1 ff.de acquir.rer.domi.

NAPHTHA, inquit Plinius, appellatur, circa Babyloniam & in auſtagenis Parthiæ profluens bituminis liquidi modo: quod item fere è Dione Xiphilinus, his verbis ſcribit, [illegible] Huic, inquit Plinius, magna cognatio ignium, tranſiliuntque protinus in eam vndecunque viſam. Ita ferunt à Medea pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta. Hæc Plinij verba plurimum afferent lucis, ac veluti prælucebunt Horatio ſic ſcribenti.

Hoc delibuta vlta donum pellicem.

Serpente fugit alite.

Etſi locatur alio non naphtha imbutam fuiſſe coronam. Appellare videntur Latini hoc genus bituminis, liquidi oleum viuum Gratius.

Vulcano condita domus, quam ſubter euntis

Stagna ſulent viuo alioque manantia viuo.

De hoc Turneb.aduerſ.lib.6 c.9.

NAPONENSES vel Nauonenſis colonia: vide l.1 §.9. ff. de cenſib.

NARBONENSIS prouinciæ, quæ ſtramnum Prouinciæ nomen retinet, & olim Germanicis iuris fuit, meminit Iuriſconſ. in l. 2.de orig.iuris.§.17.Vadian.in Epitome orbis, illuſtres recenſet eius vrbes. Quo titulo olim a Gallis tenebatur, ex ſcriptoribus patet, Spieg.Prat.

NARDI ſtachys, pro corrupto, Nardiſtachis apud Alber. legendum, in l.vlt. ff. de Publicanis, quo loco Iuriſconſult. nomina ſpecierum enumerat, quem correctiſſimum nobiles triumviri nobis teſtificarunt Alciat.Italus, Ruellius Gallus, & noſter Haloander. Stachys nomine ſuo Græco ſpicam ingenue fatetur, autor idem Ruellius. In elegantibus Cod. Humalbergij Commenti. lego nardum fruticem eſſe odoratum, in India naſcentem, cuius ſpicæ & folia in honore ſunt, & celebrantur: aliequi nardi huius ſpicam longe aliam ab iis, quæ vulgo vocantur ſpica nardi & lauendula. Spieg. Spica autem nardi nos carere late proſequitur Brunfelſius in herbarij ſui tomo ſecundo Eſt autem radix licet ſpica dicatur: vide Matthiolum, libr.1.Comment.Dioſcor.

NARDVS herba eſt ſpecioſa, vnde à Græcis vocatur [illegible], alia Indica, alia Syriaca, non quod in Syria naſcatur, ſed quod mons in quo inuenitur, alio latere Indiam ſpectat, alio Syriam. eſt autem Indica multiformis, ſed melior Syriaca, leuis, fulua, comoſa, ſpicoſa, parua, odoratiſſima. Eſt & nardus Celtica, ſiue Gallica, quæ naſcitur in Liguriæ alpib. vid.Iſid.17.c.9.

NARDVM Pomponius in l.21.§.1 ff.de aur.argent.numerat inter ea vnguenta, quæ valetudinis cauſa parata ſunt. Ea nardo igitur confectum vnguentũ ſignificat, quod Plinius li.13.c.1. Nardinum appellat ſed PVRVM addidit Pomponius, vt ab illo Pliniano diſtingueret, quod aliis permixtis conſtat, & voluptatis ne ſanitatis cauſa tantummodo paratur: tametſi hoc quoque puto elegantiores vngi mulieres ſuauitatis tantum cauſa ſubiungat, quod etiam Tibull.lib.2.Eleg.2.perſpicue ſignificat.

Illius puro diſtillent tempora nardo. Hot. Prat.

NARDVS autem piſtica cuius ſacræ literæ mentionem faciunt, Ioan.12.proba, fidelis, & non adulterata interpretatur. Quidam ei loco nomen id fuiſſe putant.

NARDVM piſticam Marcellus libr 1.de medicam, & Theophylactus vocat [illegible]: & gloſſæ veteres nardum piſticam balſamum ſiue vnguentum: vide Curas. & ad Aſt.fol.164 Goth.ad l.in argento 21.num.1.ff. de aur.arg mund. Adde Forcat. in ſuo Cupidine iuriſperito c.21.n.6.

NARRATIO omnis eſſe debet breuis, vt libentius audiatur: manifeſta, vt intelligatur: veriſimilis, vt probetur. Cæterum quando narrata videantur à principe conceſſa, item vt eorum probatio fieri debeat, interpretes late ſcribunt. Donatus in Andriam Terent. ait, Narrare aliena, & quæ nobis non ſunt neceſſaria, dicimus. In aula nunc nihil magis tritum eſt hoc verbo: Qui bene narrat, bene impetrat. Fit autem narratio veriſimilis, ſi cauſam, quæ impulit, dicamus: ſi perſonæ, quæ fecit, mores ita deſcribamus, vt ab ſe facta aliena non videantur, ſi loci & temporis opportunitatem oſtendamus, Spieg.

NASITERNA, à naſo, genus eſt vaſis aquarij, quod tres naſos, id eſt, anſas habet. Ita Vatinianis calicibus affingit naſos Martialis & Iuuen. Siccabis calicem naſorum quatuor: Vide Ioſephum Scaligerum apud Feſtum in dictione Naſiterna, Goth. ad l.ſed ſi 26.§.1.ff.de acquir.rer.dom.

NASCI in ciuitate dicitur, qui in territorio eius naſcitur, & filios, C.de municip.& orig.lib.10.

NASCI ſuum, vel agnaſci ſuum, paria ſunt, quoad vim ſuccedendi, vel inſtituendi, vel exhæredandi, ex lege Velleia. Salomon.in §.etiam l.Gallus, Spieg.

NASCI qui ſperatur, pro ſuperſtite eſſe dicitur: quod tunc verum eſt, cum de ipſius iure quæritur: aliis autem non prodeſt, niſi natis, Maff.

NASCI ſe veteres non ſolum eo die credebant, quo in lucem exibant, vitamque accipiebant, ſed etiam cum in Repub. honores ampliſſimos, vt conſulatum conſequebantur: qua quidem ex opinione à Cicerone in oratione poſt reditum ad Quirites dictum exiſtimo, à parentibus, id quod neceſſe erat, paruus ſum procreatus, à vobis natus ſum conſularis. Sed & clarius multo apud Salluſtium in oratione. Cottæ his verbis: nam ſi parricida veſtri ſum, & his genitus hic, deos penates meos, patriamque & ſummum imperium vilia habeo. Et qui ab exilio reuertebantur, tanquam renaſci videbantur certe diem, quo redibant, natalem reditus ſui vocabant. Cicero ad Atticũ. Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, vt facit, diemque natalem reditus mei cura, vt in tuis ædibus amœniſſimis agam tecum & cum meis. Turnebus aduerſ.lib.3.c.4.

NASCI non corporales modo res, ſed & incorporales dicuntur, vt iura, Briſſ.

NASCI obligatio, l 5.ff de præſcript. verb. Obligationes aut ex contractu naſcuntur, aut ex maleficio, l.1.ff.de obl.& act.

NATALES, pluraliter tantum, ſignificat, inquit Valla, conditionem ſanguinis ac familiæ: vt generoſi natales, natales obſcuri. Interdum offendes pro diebus natalibus vſurpari. Pro nobilitate vero poni, receptum eſt Hermogen. Conſideranda eſt origo natalium, & C.de iur.annul. Natales antiquos, & ius ingenuitatis, non ordo præſtat deſuetionum, ſed à nobis petitur, imperatoribus. Tertull. Fuerunt leges, quæ honeſtorum natalium inſignia non temere vſurpare ſinerent. Spieg.

NATALEM diem in l.cum quidam ff.de annu.leg.& fideicomm. Accurſius inſulſè interpretatur diem mortis. Diem vero natalem celebrem apud antiquos fuiſſe, magnaque hilaritate agi conſueuiſſe cognoſcere licet apud Lucianum in Demoſthenis Encomio. Ouid. lib. 4. Triſt. Eleg. 13. & lib.5.Eleg.5. Maioragius Miſcell.lib.1.cap 2. Adde Forcat. in Necyom. dial.1. num.31. In die natali etiam dona miſſitari ſolebant ab amicis & notis. Inde Perſius ſcribit. Et natalitia tandem cum Sardonyche albus. Et Cenſorinus ſuum de die natali librum, quem ad Cerelium de ipſius natali mittit, natalitium vocat: quodcunque inquit, hoc libri eſt meis opibus comparatum, natalitij titulo tibi miſi, quo quidem natale munus ſe miſiſſe intelligit, vt annotauit Turneb.aduerſ.lib.7.cap.14.

NATALIBVS reddi, reſtituique liberti dicebantur, qui ad ingenuitatis ſtatum à Principe reſtituebantur, perinde atq. ſi nunquam maculam ſeruitutis ſuſtinuiſſent, l. 10. §. ſed & ſi ius ff. de in ius voc.l.3.ff.de bon. libert.l.4. ff.de iur. aur. anul. l.3. & l vlt.ff. de natal. reſtit. Vis autem huius verbi illa erat, quod illis natalibus reſtituebantur, in quibus omnes homines initio fuerant, l.1.ff.de natal.reſtit. Briſſ.

NATALIBVS reſtitutos hodie nobilitate vocamus, & nobilitatem natalium reſtitutionem, quod & ſcribit Budæus in annot. prior ad Pandect. Reſtitui autem natalibus dicuntur ij proprie duntaxat, qui ſerui nati ſunt, & tamen ingenuitatis iura acquirunt. Itaque, ſolus princeps ſicuti & hodie ſolus nobilitat, ſolus olim natalib. reſtituebat, l.ſed ſi hac lege, § aliud eſt, de in ius voc. ff. hoc eſt, ingenuitati. Hinc autem orta eſt natalium appellatio, quod olim cum quis natus erat, ſtatim ſcribebatur: quod talis natus erat tali anno, & tali tempore; &c. vt. de probat.l.neque nata. Sic iure gentium natales erant tales. Natalibus reſtituti eo loco habebantur, quaſi ſerui nunquam fuiſſent l.3.de bon lib.l.4.ff de iur.aur. Ideoque iuris plus habebant, quam quibus ius aureorum anulorum dabatur: quia ab horum ſucceſſione patroni non excluduntur: ab illorum vero excluduntur, l. 2. de nat. reſt. Quia autem iure naturali quilibet erat liber & ingenuus, ideo, qui reſtituitur ingenuitati, & reſtitui dicitur natalibus, hoc eſt, (vt loquitur Petrus de bella pertica, in ſua lectura ad lib.1.Inſt.tit.de ingenuis) conditioni, quam habet à natiuitate. Anchor. Hoc ius Iuſtinian. [illegible] vocat Nou.conſtit.78.Briſſ.

NATALIA conditionem ſignificat qua quis naſcitur. Tacitus Cornelius Fuſcus vigens ætate clarus natalibus. Inde natalia conditionem demonſtrant eius qui ingenuus natus eſt, &c. Ferret.tit.de ingenuis.

NATALIA ſunt ius libertatis, quod natura principio generi humano æquabiliter tribuit, vt alter alterius ne pareret imperio: quemadmodum docet Martianus, l.2.de nat.reſt.Plin. ad Traianum. Poſtulantibus quibuſdam, vt de agnoſcendis liberis, reſtituendiſque natalibus, ſecundum epiſtulam Domitiani, ſcriptam Minutio Ruffo. & ſecundum exempla Proconſulum ipſe cognoſcerem, reſpexi ad Senatuſconſultum pertinens ad genera earum cauſarum. Prat.

NATALICIVS dies, in quo quis natus eſt. Natalicia ſanctorum in decretis eccleſiaſticis dies accipimus, quibus pro nomine CHRISTI ſancti mortui ſunt. Spieg.

NATI accipiuntur etiam ij, qui exſecto ventre editi ſunt: quin etſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen natum

dicimus, l. quod dicitur, ff. de libert. & poſthum. præterea qui ſtatim poſtea quam editi fuerunt, mortui ſunt, nati dicuntur, l. 3. Cod. de poſthum. hæred. at qui mortui, aut monſtruoſi, aut prodigioſi editi ſunt, pro natis non habentur, d. l. 3. & l. qui mortui, 129. ff. de verb. ſignif. Natum tamen ab eo qui exſecto matris ventre extractus eſt, diſtingui videmus in l. 6. §. 2. ff. de inoff. teſtam. l. 13. §. ex omnibus, ff. de Publician. Hot. Prat.

Natorvm appellatio latiſſime patet, comprehendens eos, quicunque nobis nati ſunt, at qui ex filiis aut nepotib. noſtris naſcuntur, etiam naſci dicuntur. Illo tamen nomine vtuntur rarius Latini, quod brutorum nati quoque vocantur, vt Columella ſcribit: Equas omne natorum niſi ſiat poteſtas, noxam trahere. Et Cicero vix vnquam nominat quin addat eos à quibus ſunt procreati, vt de amicitia. Ea charitas eſſe debet inter natos & parentes. Et de finibus. A primo ſtatu diliguntur nati à procreatoribus: Item Virgil.

Nate patris ſummi ---

Illud autem male, mea quidem ſententia tradunt nonnulli, quod τέκνα & παῖδας appellentur Græcis, qui filij & liberi Latinis. Imo vero quod illi τέκνα, nos proprie natos vocamus. Et habet vtrunque nomen eandem originem, quod illud τίκτω, id eſt, pario, hoc autem à naſcor verbo Latino ducitur, &c. Connan. lib. 10 c. 1. n. 1.

Nati ex corpore. Lex ita agenda te dicta eſt, Tibi Corneli Balbe, & qui ex corpore tuo naſcuntur. Tractatum eſt, an nepos his verbis comprehendatur. Et negat Papius, qu. 353. At facit ratio, nam ὠδῖνας illa. Ex pleruuque τὴν ἄμεσον cauſam, non eam, quæ velut per longam ſeriem fit, demonſtrat. Sed & hæc dictio, Tuum, potius ad ea quæ perſonæ ſunt, pertinet. Sed ego, in promptu contradictionem eſſe video. Quia ius aui erga nepotem, ex iure patris erga filium pendet, & ſicut filius ex patre eſt, ita & nepos per patrem ex auo videtur eſſe. Deniqu. vt ait Celſus, l. dedit, de coll. bon. quod pater filio, id auus propter filium eſt nepoti. Quid quod & Scæuola, verba hæc, Ex ſe natos, generaliter de liberis, viſus eſt intellexiſſe, l. Lucius, 2. de hæred. inſtit. Cuic. lib. 1. ... cap. 44.

Nati liberi: vt apud Terentium perſæpe. IC. tamen ad eos qui ex ancillis naſcuntur vocem hanc contraxerunt. Imp. §. 18 de leg. Si quis ancillas cum ſuis natis legauerit, etiam ſi ancillæ mortuæ fuerint, &c. Hotom.

Natio, pro gente, quæ ſeorſim habitat in aliqua regione, Feſtus accipit, licet apud Clr. frequentes pro ordine & ſocietate ponatur. Nationem pro ſecta quidam hodie, nec ineleganter vſurpant. Neuizanus multos citat more ſuo autores, qui in literas retulerunt, quæ cuique nationi vitia peculiaria ſint. At cuncta illa nihil eſſe videri, reſpectu Italorum, vt ipſe ait, maledictæ partialitatis. Vlp. quoque de ædil. edict. in §. qui mancipia vendunt, l. quod ſi nolit oſtendit, nationes quaſdam infamatas eſſe: atque pro tuende noſtra intereſſe, nationem ſcire seruorum. Spieg.

Natiuum, in quo aliquid naſcitur: vt natiui coloris, in l. ſi cui, §. lana, de leg. 3. Haud ſcio an recte natiui, pro naturalis, ibid. accipitur. Siquidem naturale proprie, quod ſecundum naturam eſt, ſignat. Sic naturales filij dicti. Spieg.

Natum dicitur de rebus repentinis, autor Donatus. Id autem occupantis fit, vt de nata inſula cenſuit Imp. §. inſula, Inſt. de rer. diuiſ.

Natvra eſt, quicquid eſt in hoc mundo: quia ens eſt: vnde fortuna eſt natura, multas euoluens mutationes. Et licet perpetua intentio naturæ ſit, ſemper generare, quamuis ex accidente etiam corrumpat propter motus ſui inquietudinem, & attribuatur benigno Ioui: tamen fortunæ intentio contraria eſt in hoc ſcilicet prius corrumpere, poſtea generare, & ideo (vt etiam cecinit Lucanus) negatum eſt ſummis ſtare diu, neque eſt poſſibile in rectiſſimo ordine perſeuerare currentibus curſu naturæ, iſta ſunt elegantiſſima verba Bald. in l. ſi viua matre, circa med. C. de bon. mat. quæ ſunt memoria digna, ad multa & præſertim ad ea quæ ſcripſi infra in verbo. Sagitt. Quibus etiam conueniunt quæ in Thyeſte ſcripſit Seneca.

Nemo confidat nimium ſecundis.
Nemo deſperet meliora lapſis.
Miſcet hæc illis, prohibetque Clotho
Stare fortunam. & reliqua Cotta.

Natvra omnia producit: quicquid enim oritur, quicquid accidit, qualecunque id demum ſit, à natura cauſam habere neceſſe eſt: vt quamuis præter naturæ conſuetudinem extiterit, contra vel ſine natura non ſit. Nam veriſſime perhibetur: ἡ φύσις οὐδὲν ποιεῖ μάτην. Natura nihil fruſtra & temere facit. Gœddæ in ad l. 38. n. 5 de verb. ſign.

Natvram Accurſius. §. 1. Inſtitut. de iure nat. gentium & ciuili Deum interpretatur. Vis enim illa, inſtinctus, affectio & inclinatio tota à Deo creatore rerum omnium opifice eſt. Audi Senecam in lib. de benefic. Quid aliud eſt (inquit) natura quam Deus & diuina ratio toti mundo, partibusque eius inſerta? Ergo nihil agis ingratiſſime mortalium, qui te negas Deo debere, ſed naturæ quia nihil natura ſine Deo eſt, nec Deus ſine natura, ſed idem eſt vterque, nec diſtat officio. Attamen naturam ſolemus appellare naturalem illam Dei operationem, quæ mentibus noſtris inſedit, cuius ipſe Deus auctor eſt, vt inquit Auguſt. lib. 3. confeſſionum. Habetur in cap. flagitia, 32. quæſt. 7. Et Cicero de natur. deor. inquit. Namque alij naturam cenſent eſſe vim quandam ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſario, alij autem vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem, declarantemque quid cuiuſque cauſa efficiat, quid ſequatur. Sed quantum ad hunc locum pertinet, primo modo natura intelligenda eſt. Natura igitur ipſa ingenitum in animis hominum amorem indidit ſui ipſius, & ita ad ſe, ſuoſque amandum ſua vi impulit, vt & alium appetat ſui ſimilem ad procreandum, quem tandem appetitum conſequitur cura eorum, quæ generata ſunt, vt & Cicero inquit. Naturæ vocabulo ICti ſecundum ſubiectam materiam vſi ſunt, modo pro naturali vi, modo pro naturali ratione, modo pro conditione, modo pro moribus, modo pro induſtria, inclinatione, indole, conſuetudine. Sed nec vnam tantum rem nomen naturæ apud philoſophos ipſos ſignificat, vt docet Temiſtius in 2 Phyſic. Sumitur item natura pro cauſa prima, à qua omnes cauſæ profluxerunt, id eſt, à Deo, hoc eſt, ab eſſentia Dei, quæ per naturam ſignificatur. Recentiores philoſophi duplicem eſſe naturam tradunt. Naturantem, id eſt, primam cauſam, nimirum Deum. Item naturatam, quæ aliunde cauſam trahit, id eſt, à prima. De his vide quæ not. in l. reſpiciendum, ff. ſi certum pet. l. ſed & ſi, §. pater. ff. de iud. Exponitur hæc vox pro vi diuina apud Florentinum in vulgatiſſima, l. vt vim Iſidorus 5. Etymologiarum: Lex diuina, inquit, fas eſt lex humana ius eſt. Et ideirco quod in eadem l. dicitur, hominem homini inſidiari, nefas eſſe, id eſt, contra legem Diuinam fore, hominem homini inſidiari, id eſt, & animo nocere, Salomonius, doctus & diſertus iuris interpres exponit. Præterea obſeruandum, naturam hominum pro voluntate prona ad malum (quæ ei per primi parentis lapſum, & Satanæ impoſturam indita eſt) a Iuriſconſultis etiam accipi, teſte Oldendorpio. Vlpianus in lege item ſi vnus, §. principaliter, de Rec. arbit. Quia res, inquit, fere ſine exitu futura eſt, propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem. Item Iuſtinian. in l. ſecunda, in princ. Cod. quand. & quibus quar. pars deb. lib. 10. Naturale quippe vitium eſt (ait) negligi, quod communiter poſſidetur. Spieg.

Natvra, vt belliſſime dicit Old. poſuit fundamentum in toto iure. Ciuilis vero autoritas latius porrigit naturæ axiomata, accommodat negotiis, & diſpenſat ſecundum immenſam varietatem vnicuique. Spieg.

Natvram Auguſtin. in lib. 2. de moribus Manichæor. nihil aliud ſignificare, quam id, quo in vnoquoque genere intelligitur aliquid eſſe. Vnde Natura vim, conditionem, qualitatem cuique rei inſitam, innatam, attributamque ſignificat. Sic Naturam agrorum in l. 1. §. ſi. l. 1. §. Labeo, ff. de aq. & aq. plu. Natura item ſua rem interiiſſe Gaius dicit, quæ fato ſuo functa ſit, l. 14. §. vlt. ff. depoſ. vt & ſua natura corrupta vina in l. 15. ff. de peric. & commod. Acceptilatio non ſua natura agit in l. 5. ff. de reſc. vendit. id eſt, non propria vi & poteſtate. Rerum denique natura illa eſt qua res quæque conſiſtunt, l. 38. ff. ſi cert. pet. l. 15. ff. de ſtatu hom. l. 28. §. vlt. ff. de iudic. Hæc natura communis eſſe dicitur, l. 12. §. pen. ff. de accuſatio. quoniam in omnes ex æquo vim ſuam diffundit, & liberum à ſeruo non diſtinguit. Itaque affectus illi & ſtimuli naturales hominibus cum brutis communes inſi naturæ tribuuntur, l. 1. ff. de iuſtit. & iur. Inſtitut. de iur. natur. gent. Ius tamen naturæ pro naturali ratione & iure gentium plerumque accipitur, l. 1. ff. de adq. rer. dom. l. 3. & 4. ff. de rer. diuiſ. §. ſingulorum, Inſtit. eod. l. 50. ff. ad leg. Aquil. Eademque valent in libris noſtris hæc, Natura, Naturaliter, Naturale ius, Naturali ratione, & ius gentium. Nec immerito. Nam, vt præclare Cicero pronunciat, omni in re conſenſus gentium lex quædam naturæ putanda eſt. Et quod ius gentium eſt, hoc idem & naturæ eſſe, idem Tull. 3. Offic. ſcribit, propterea quod quæ ex communi ratione notione quæ animis hominum indita proficiſcuntur, ea ad ius gentium pertineant. Quamobrem eum natura debere definimus, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus, l. 85. in fin. ff. de diuerſ. reg. iur. Briſſ.

Natvra hominis ex Adæ lapſu adeo corrupta fuit, vt vix igniculi remanerent, ex quibus tam magnifica diuini & naturalis iuris bonitas cognoſci poſſet. Obſcurata enim fuit ratio naturalis, & excæcata per inobedientiam primi illius parentis, & impoſturam Satanæ. Et cum ratio dominari debeat, ac ſecundum formam honeſtatis voluntatem manuducere: contrarium euenit, vinciturque frequenter carnalis voluntas prona ad malum. Vnde fit, quod Iuriſconſulti ſæpe Naturam hominum pro corruptela tali accipiunt, vt paulo ante diximus, Old. Prat.

Natvra φύσις dicta eſt ab eo, quod aliquid naſci faciat, cuius proprietatem cauſamque non inuenimus, præterquam quod ita natura comparatum ſit, Oldend. Prat.

Natvra

Digitized by Google

NATVRA prima eſt cauſſa, à qua omnes omnium cauſſæ proficiſcuntur. Vnde ſumma naturæ ſignificatio accipitur pro Deo ipſo creatore cœli & terræ, §. In pecudum, Inſt. de rer. diuiſ. Et de jur. natu. gent. & ciuil. Inde Florentinus dixit grauiter: Naturam conſtituiſſe inter nos cognationem quandam. In l. 3 ff. de inſtit. & jur. Paulus in l. Sed etſi reſtituatur, §. fin. ff de jud. Nec rerum naturam, ait, intuendam, in qua omnia certa eſſent, cum futura vtique fierent: ſed noſtram inſcientiam aſpicere debere. Old. Prat.

NATVRA ſui aperiæ dicuntur tabulæ in l. 10. §. 1. ff quemad teſt aper. Sic Natura ſua res intercidere in l. 41. §. 1. ff. depoſ. id eſt, naturali morte. Biſſ.

NATVRÆ inferiores ſignificationes, ſubiectæ materiæ accommodantur. Nam alijs denotat rationem boneſti, à Deo hominibus inditam ad imaginem ſui. Vnde dicitur naturalis æquitas, quam ſecundum conſtantem ac perpetuam voluntatem ſequitur Magiſtratus, l. 1. ff. de minoribus, Inſt. de rer. diuiſ. §. Singulorum. Alias inclinationem affectuum humanorum vitiatam, & Adæ lapſu corruptam, l. Item ſi vnus, § Principaliter, ff. de recept. arbitr. ibi: Propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem. Et Iuſtin. in l. 2. in pri. C Quand. & quib. quæ pars debet, veriſſime dicit: Naturale quippe vitium eſt negligi, quod communiter poſſidetur. Alias vim genuinam omnibus animantibus inditam, vt tractatur in §. Apium quoque & ſeq. inſt. de rer diviſio. Alias denique natura ſignificat conditionem ſeu qualitatem omnium rerum corporalium & incorporalium, ex primordijs ſubhærentem. Vnde naturale loci vitium dicitur in l. Fluminum, in princ. ff de dam. infect. Et natura rerum in l. 4. ff. de præſcrip. verb. Prat.

NATVRÆ quatuor ſunt Senecæ arboris, animalis, hominis Dei, de quibus graviter diſſerit epiſt. 125. Spieg.

NATVRÆ concedere, in l. 5 C. ad Tertul. pro naturæ ſatisfacere, id eſt, mori. Spieg.

NATVRA contractuum quæ ſit, Lege, Nolle & Veſte.

NATVRA diſpoſitionis dat verbis intellectum, l. ſi vna, ff Locati. l. inſulam, de præſcript. verb.

NATVRALEM æquitatem ſequitur Prætor, l. 1 ff. de minor. Sp.

NATVRALES liberi legitimantur tribus modis, nimirum per ſubſequens matrimonium, per reſcriptum Principis & per oblationem curiæ Vult. in comm. Inſt. l. 1 t. 1. in prin. n. 24

NATVRALI vitio patendum, per l. fluminum, §. vitio, ff. de dam. infec. Cæterum naturæ vitia an ſint accuſanda, vel an ſit accuſandum, quod natura produxit, tractat eleganter, vt omnia doctiſſimus Baro à Tautenberg. in luculentiſſima interpretatione Viu Feud. lib. 1. Spieg.

NATVRALIA quemadmodum à ciuilibus paſſim in libris noſtris diſtinguuntur, operæ pretium arbitror, accuratius exponere, & quoniam id accurate traditum eſt ab Hotomanno, nec fere ab alio quouis, quod videam, ejus hic ſubijciam verba. Tribus, inquit, modis de naturali & ciuili jure diſſeritur. Primus modus hic eſt. Res omnes, de quibus Iuriſconſulti diſputant, aut Naturales eſſe dicuntur, aut Ciuiles, aut Mixtæ. Naturales dicuntur, quæ cum vere ſint & extent, tamen populi Romani legibus & forma Reipubl. qua populus Romanus vſus eſt, receptæ non ſunt: veluti cognatio ex eo concubitu contracta, qui à legibus Romanis prohibitus eſt, l. ne quattuor ſecundo, De gradibus. Nam ſiue liber ex ſerua, ſiue tutor ex pupilla, ſiue ſeruus ex ancilla, ſiue ſenator ex liberta liberos ſuſcipiat, ij naturæ jure atque ordine, & vere liberi ſunt illorum, & viciſſim illi eorum parentes; ſed quia contra populi Romani leges id factum eſt, propterea ſimpliciter naturales liberi & parentes appellantur l. adoptiuus. De ritu nupt. & toto titulo C. de naturalib. liber. Naturaliter it. fieri dicitur à noſtris, id quod revera factum eſt: & (vt vulgus loquitur) de facto, vnde naturaliter & apertæ & naturaliter clauſæ tabellæ dicuntur ab Vlp. in l. 3. § 12. ff. de Sen. Sila. & naturaliter interrumpi poſſeſſio dicitur, quum non ſit civilis dicis cauſſa, vt moris erat. deſtringitur, ſed ſi de poſſeſſione quis dejiciatur, vel alicui res eripiatur, l. 5. ff. de vſurpat. Vnde paſſim ea quæ naturaliter fiunt, in jure dicuntur eſſe facti, veluti traditio, leg ſi rem, 28. & leg. in conventionalibus, 52. §. 1. ff. de verb. oblig. item poſſeſſio, l. 29 §. itemque, quibus cauſſis maior, l. 1. §. ſi vir, l. 1. & l. cum hæredes, 23. & l. poſſeſſionem, 29 ff. de acqu. poſſeſſ. item ſolutio, venditio, traditio l. 7. ff. de curat. fur. item legatum in annos vel menſes ſingulos, l. 10 ff. de cap. minu. Ciuiles dicuntur eæ res, quæ cum revera non ſint, in ijs tamen quæ ſunt, jure Quiritium habentur atque numerantur, veluti cognatio ex adoptione contracta, d. l. 4. de gradibus. Et hoc exemplum ita perſpicuum eſt, vt explicatione non egeat, Conſtat enim Æſchinum Mitionis filium non eſſe vere, ſed jure factum & actione. Item vſusfructus peculiæ, l. 2 ff de vſufru. ear. rer. Mixtæ dicuntur, quæ cum revera ſint, tum etiam à jure Quiritium comprobatæ ſunt: veluti cognatio ex legitimis nuptiis contracta, puta ex Cicerone & Terentia, d. l. 4 eodem: hic Matrimonium naturale dici poteſt, quod cum revera contractum ſit, à jure tamen Quiritium approbatum non eſt, ac propterea injuſtum vulgo appellatur, l. ſi vxor, 13. §. 1. ff. de adult. l. ſi quis, 27. l. ſi Senator, 31. de rit. nupt. veluti ſi ſenator libertinam duxerit: aut tutor pupillam curator ve adoleſcentem. Item ſi liberta quæ patrono nupſerit, diuortio facto alteri nubat, l. vlt. ff. de diuort. Ciuile eſt, quod etſi revera, id eſt, eo modo quem natura inſtituit, contractum non eſt, tamen pro contracto habetur; veluti cum in abſentis & volentis domum vxor deducta eſt, adeo vt ſi rediens moriatur, ab vxore lugendus ſit, l. 5. & 6. De rit. nupt. Item cum apud hoſtes eſt maritus, l. 6. de diuor. vbi Iauolenus ait, vxores eorum qui in hoſtium poteſtatem peruenerunt, poſſe videri nuptiarum locum retinere eo ſolo, quod alij temere nubere non poſſunt Nunc exemplum de poſſeſſione proponamus. Poſſeſſio naturalis dicitur, cum quis corporaliter quidem, hoc eſt, manibus ac pedibus, ſed tamen aut injuſte, aut non accommodate, ad juris ciuilis rationem rem aliquam obtinet. Injuſtè, vt qui liberum hominem vinxit, leg. cum hæredes, 23. §. 2. ff. de acqu. poſſeſſ qui vi poſſeſſionem inuaſit, qui quem alienam furatus eſt, at vxor, cui conſtante matrimonio maritus (quod prohibitum eſt) donauit, l. 1. §. 5. de vi & vi arm. l. ſi eum. ff. de donat int. vir. & vxo. l. 1. §. 1. l. vxor. ff. de acq. poſſeſſ. l. nec vllam, ff. de petit. hæred. Non accommodate ad juris ciuilis rationem, id eſt, vtiliter ad vſucapionem: vt coloni, inquilini, fructuarij, depoſitarij commodatarij, emphyteutæ, conductores, creditor qui pignus accepit &c. l. communi, 7. §. 6 ff. commun. diuid l. 2. ff. pro hærede, l. 31. 16. ff. de vſucap. Nam hi omnes vſque adeo ciuiliter non poſſident, vt plerunque dicantur non poſſidere (quod tamen ita intelligendum eſt non poſſidere ciuiliter.) Vide l. ſciendum eſt. §. ſi creditor. ff qui ſatiſd. cog. l ſi ſeruus depoſitus, §. 1. ff. de noxal. act. l. 6. §. 1. ff de precario, l. 1. Cod. commun. de vſu magis quippe tenere dicuntur. l. 1. § 4. ff. quor. legatorum. Hinc poſſeſſio naturalis dicitur eſſe facti, l. 1. § ſi vir, l. cum hæredes, 23. l. poſſeſſionem, 29. ff. de acquir poſſeſſ. Quia magis in corpore conſiſtit, hoc eſt in facto quam in jure. Vult. in comment. Inſt. tit. de Interd. num. 10. De naturali poſſeſſione vide etiam Cujac. 9 obſeru. 33. Ciuilis poſſeſſio dicitur, cum quis non corporaliter quidem, ſed tamen & animo & accommodate ad vſucapiendi finem poſſidet: veluti debitor qui pignus creditori dedit, l. ſerui, 16. ff de vſurpat. l. qui pignoris, l. 1. ff de acqu. poſ. Item qui ab hoſtibus captus eſt, l. in bello, 18. §. facti, ff. de cap. & poſtlim. Item qui ad nundinas profectus eſt, l. clam poſſidere, 6. §. 1 ff. de acquir. poſſeſſ. Atque hinc ciuilis poſſeſſio in jure magis, quam in facto conſiſtit. Ideoque hæc proprie poſſeſſio eſt, vtpote firmior & ſtabilior; illa etiam quidem proprie, ſed minus firma, propter Iuris dominij defectum. Mixta autem poſſeſſio eſt, quam quis & corpore & animo, juſte & congruenter juri Ciuili poſſidet. Deinceps exemplum de naturali obligatione proferamus. Naturalis obligatio eſt, quæ cum vere contracta ſit, à jure tamen Quiritium non approbatur, veluti ſeruus alicuius ciui Romano mutuo centum aureos dedit, ſi naturam ſpectemus (quæ parem omnium hominum conditionem ſtatuit, l. 32. ff. de reg jur.) nemini dubium eſt, quin ciuis ille ſeruo illi ſit obligatus. Id quod ex præſenti rerum ſtatu qui nunc in Europa eſt, clariſſime quiuis poteſt intelligere. At jus populi Romani (quod ſeruos nullos numero habebat, l. quod attinet, ff. de reg. jur. l. ſeruitutem, eodem) nunquam actionem & judicium dediſſet ſeruo aduerſus illum debitorem. Prætor enim Vrbanus, non ſeruis, ſed ciuibus Romanis jus reddebat. Hinc ergo dicuntur ſerui in contractibus naturaliter & obligari & obligare, l. ſerui, 14. ff. de oblig & acti. leg. ſi quod dominus, 64. de condict. indeb. l. nec ſeruus, 41. de pecul. Hinc debitum quod dominus ſeruo debere in tabulis ſcripſerat, non ciuile, ſed naturale eſſe dicitur in l. quibus, 40. § dominus, de condit & demonſtr. Hinc Vlpianus in l. fidejuſſor, 16. §. 2. ff. de fidejuſſ. ſcribit abuſionem eſſe vocabuli, cum dicimus ſeruum debere, ſed ſeruo deberi: nimirum quia deberi proprie id demum intelligitur, quod apud Prætorem peti poteſt, ſeruus autem nec agere apud Prætorem nec conueniri poteſt. Eadem eſt ratio ſi qui ejuſdem familiæ ſunt, inter ſe contrahant, veluti duo fratres, qui in ejuſdem patris poteſtate ſunt: vel pater cum filio, vel filius cum patre, ſeruus cum herili filio, vel hic cum illo, l. frater à fratre, & alibi ſæpe. ff. de cond. indeb. Meminiſſe autem oportet, in iſta diſputatione regulæ cujuſdam ab Vlpiano nobis traditæ in leg. Si ſtichum, 95. §. naturalis, ff. de ſolut. vbi ait, Firmamentum quo ſolo nititur naturalis obligatio, eſſe vnicam æquitatem, facit l eas obligationes, 8. ff. de capit. minu. vbi Cajus ſcribit, actionem de dote in bonum & æquum conceptam ejuſque obligationem habere naturalem præſtationem, facit l. ſi noxali, 31 ff de pecul. l. nam hoc, de condictione indebit. quapropter vbicunque æquum eſt, ibi naturalis obligatio eſt: tanquam ejus obligationis cauſa efficiens aut certe cauſa ſine qua non, ſola ſit æquitas. Hinc illud apud Saluſtium in Catil. Ius bonumque apud maiores noſtros, non legibus magis quam natura valebat. Quo ex præcepto triplex effectus naturalis obligationis naſcitur: primum, vt ſolutum ab imprudente, non reputatur à

Digitized by Google

l. fidejuſſor, d. l. ſi quod dominus, item l. naturales, de oblig. & act. ſecundum, ut compenſandi jus præbeat, l. etiam, ff. de compenſat. tertium, ut ad conſtitutum valeat, l. 1. ff. de conſt. pecun. Civilis autem obligatio eſt quæ vel nunquam revera contracta eſt, vel cum revera contracta eſſet, facto tamen aliquo, ſed ad juris Civilis rationem non accommodato, diſſoluta eſt. Quæ nũquam cõtracta eſt, veluti ex inani chirographo: nam ſi ſcripſi me centũ abs te mutuo accepiſſe, quę tamẽ nunquam credideris: tamen chirographum atq; cautionem meam habeas, re quidem vera tibi obligatus non ſum, at civiliter obligatus ſum. §. item juris eſt, de exce. li. Inſt. 4. Item obligatio vi, metu, dolove malo contracta propterea naturalis non eſt, quia ęquitati contraria eſt. Dicebamus autem paulo ante obligationis naturalis robur & firmamentum eſſe ſolam æquitatem. leg. Stichum, de ſolut. attamen obligatio hæc civiliter contracta eſt, ut §. 3. & 4. De except. l. 1. & paſſ. ff. de doli except. unde conſtat propter iſtas obligationes, actionẽ dari, pacto verò aliquo naturaliter quidem diſſoluta obligatio, civiliter autem manere dicitur, veluti cum pactum eſt ne peteretur. Nam pactum nudum, id eſt, ſine ſtipulatione factum, cives Rom. neque obligabat, neque ab obligatione diſſolvebat, l. juriſgentium, ff. de pact. & tamen propter iſtud factum, naturaliter & ex æquo & bono diſſoluta erat. Nihil enim magis æquum & naturale eſt, quam facta ſervari, l. 1. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pec. Item ſi judicatum eſt, & vere quidem judicatum, pecuniam non deberi, nam etſi æquum eſt naturam obligationem diſſolvi, manet tamen civilis l. 3. ff. de except. l. 1. & paſſ. ff. de except. rei judic. Mixta autem obligatio eſt, quæ cum revera & æquiſſime contracta ſit, tam etiam à jure Civili comprobatur, & confirmatur. Poſtremum exemplum ſequitur de ſolutionibus. Naturalis ſolutio eſt, quæ cum revera facta ſit, rata tamen à jure civili non habetur: veluti cum pactum de non petendo factum eſt, aut juſtum juſjurandum datum leg. Stichum, 95. §. naturalis, de ſolut. Solutio civilis eſt, quæ cum revera facta non ſit, tamen pro facta numeratur: veluti cum dies actionis præteriit, leg. 1. & paſſim, ff. de diverſ. & temp. act. item cum falſo judicatum eſt, non deberi, leg. judex, leg. Julianus, ff. de condict. indebit. item cum falſo juratum eſt rem petitoris non eſſe, vel nihil ei deberi, l. ult. de jurejur. Item cum debitori maxima & media capitis diminutio contingit, l. ſi debitori, 47. ff. de fidejuſſ. l. ſervus, 30. ff. de oblig. & act. ult. ff. de duobus reis. Mixta ſolutio eſt quæ cum vere facta ſit, tum à jure civili rata habetur: veluti ſolutio pecuniæ, vel acceptilatio, quæ ideo juriſgentium appellatur, leg. an inutilis, 8. in fine, ff de acceptil. cum tamen per ſtipulationem (quæ civilis eſt) fiat: & a C. Aquilio Juriſconſ. primum excogitata ſit. Secundus modus, quo Juriſconſulti de naturali & civili jure diſputant, non ad res omnes, ſed ad paucas, & certas duntaxat pertinet: eas nimirum quæ utriuſque juris ſunt participes. In iis igitur duo conſiderantur, ortus & materia, quæ naturæ attribuuntur: deinde incrementum & forma, quæ à jure civili profecta ſunt. Cujus rei aliquot exempla ſubjiciemus. Matrimonium dicitur eſſe juris naturalis in l. 1. ff. de juſt. & jur. conſtat enim viri & uxoris ſocietatem à natura inſtitutam, & à gentibus omnib. comprobatam atque uſurpatam fuiſſe. Itaque naturale jus & pudor in matrimoniis contrahẽdis dominari dicitur in l. adoptionis, 14. §. 1. De rit. nupt. verum ut matrimonia fierent per confarreationem, coemptionem, uſum, ut ſponſa obvoluta & tecta velamine in domum mariti deducerentur, ut aliæ matresfam. eſſent, aliæ matronæ tantum, ut per coemptionem contractum matrimonium jura ſui & viro & mariti tribueret, ut uſum contractum non tribueret, ut nuptiæ ſint conſortium omnis vitę, divini & humani juris communicatio, ſicut ait Modeſt. leg. 1. ff. de rit. nupt. ut ſenatores, eorumque liberi libertinam uxorem ne ducant, leg. 23. eod. hæc, inquam, omnia quæ formam quandam matrimoniis afferunt, nequaquam à natura ſunt, aut gentium plurimarum communia, ſed ab iis qui Reipubl. Romanæ formam inſtituerunt, excogitata, & ſuorum civium cauſa propriè introducta ſunt. Sequitur alterum exemplum. Patria poteſtas à natura ſine dubio inſtituta eſt, & ab omnibus gentib. uſurpata: cujus rei præclara diſputatio eſt apud Ariſt. lib. Politi. 1. cap. 3. Juſtinianus tamen ſub tit. De patria pot. & Dionyſ. Halic. lib. 2. & Cajus ſub tit. De his qui ſunt ſui vel al. nominatim affirmant eam eſſe Iuris Civilis, etenim ut pater in filium vitæ neciſque poteſtatem haberet, l. ult. C. de pat. pot. l. 2. ff. de liber. & poſthum. ut ter poſſet filium vendere, eundem poſſet noxæ dedere, abdicare, emancipare, nunquam à natura inſtitutum, ſed à Romulo (ut ait Dionyſ.) excogitatum. & in ſuæ civitatis uſum introductum eſt. Eodem pertinet patris conſenſus in filiifam. nuptiis, quæ poteſtatis illius pars eſt. Juſtinianus autem ait eum & naturalis & civilis juris eſſe, §. 1. de nupt. Nam hoc fieri debere, inquit, & civilis & naturalis ratio ſuadet. Ac de naturali quidem & gentium jure inter omnes conſtat. Verum ut in filiifam. nuptiis conſenſus ille deſideretur, in emancipati vero nequaquam, l. filius, de rit. nupt. ut patria captivi aut in peregrinitatem redacti conſenſus non ſit neceſſarius, l. in bello, 2. §. medio, ff. de capt. & poſtlim. ut furioſi filius ſine patris interventu matrimonium ſibi copulare poſſit, §. 1. Inſtit. de nuptiis: hæc, inquam, omnia ex jure Quiritium manaſſe nemo non videt. Sequitur exemplum de tutela. Tutelam naturæ maxime conſentaneam eſſe, & ab omnibus gentibus uſurpatam, nemo ignorat, itaque juris naturalis dicitur à Juſtinian. §. ult. de legit. agnat. tut. Quid igitur eſt quod in l. 1. ff. de tut. dicimus tutelam eſſe jure civili datam ac permiſſam? Reſpondetur hoc ad formam à Romanis Juriſconſult. excogitatam referendum eſſe: veluti ne quis peregrinus civis Romani tutor ſit: ut certæ tutelę ſint legitimę, fiduciarię quaſi legitimę, Attilianę, tutor ſuam pupillam uxorem ducere, aut filio uxorem accipere non poſſit, leg. tutor. 13. De ſponſ. tutoris unius auctoritas vel ſatis ſit, vel non ſatis ſit, l. ult. C. de auct. tut. ut capitis diminutione nonnullę pereant, nonnullę vero amittantur, hęc inquam, omnia aliaque innumera Juriſc. Romanorum inventa eſſe conſtat. Jam vero agnatio juris civilis dicitur eſſe ab Imp. §. ult. De legit. agnat. tut. Atqui dubium nemini eſt quin communio ſanguinis, quę verbo ipſo ſignificatur, à Juriſc. Rom. excogitata non ſit, quinetiam certum eſt ante fundamenta urbis Romę jacta, nomen illud agnationis in Latio uſurpatũ fuiſſe pro ſanguinis communione: Verum ut agnatis remotioribus potius quam cognatis propinquioribus hęreditates & tutelę deferantur, ut agnationis in Latio uſurpatum fuiſſe pro ſanguinis communione: verum ut agnatis remotioribus potius quam cognatis propinquioribus hęreditates & tutelę deferantur, ut agnationes per omnem capitis diminutionem intercidant, non a gentium aut à naturę jure, ſed a pop. R. inſtitutis profectum eſt. Ejuſdem generis eſt Suitas, hoc eſt, jus illud quod habent filiifa. in parentum ſuorum inteſtatorum hęreditatibus, hoc naturæ congruit, ut nihil magis, patet ex l. ult. ff. de bon. dam. & Ariſto. in Eth. verũ ut ea per adoptionem & per emancipationem acquiratur, ut per emancipationem & peregrinitatẽ amittatur, ab ingeniis Juriſcon. Ro. excogitatum eſt. COGNATIO quoque, cum ſanguinis communionem ſignificat, naturalis eſt, §. ult. de leg. agna. tut. Itaque naturalis eſt ut filius inteſtatę matri ſuccedat: quoniam tamen per leges 12. tab. neque mater filio, neque filius matri ſuccedebat, idque poſtremis temporibus per SC. Orficianum & Tertyllianum introductum eſt: propterea dicimus, cognationem altam materiam, & ortum a natura, incrementum autem a jure civili accepiſſe. Nemo enim hęc quæ ſcribit Ulp. initio leg. 2. ff de SC. Tertyll. dicet ex naturæ inſtituto fluxiſſe: Si, inquit, vel filia libertini ſint effecti, mater legitimam hæreditatem vindicare non poterit: quoniam mater eſſe hujuſmodi filiorum deſiit. Item illud ex eadem l. §. ſi mater non petierit tutores idoneos filiis ſuis, vel prioribus excuſatis rejectiſve non confeſtim altera nomina ediderit: jus non habet vindicandorum ſibi bonorum inteſtatorum filiorum. TERTIUS modus quo Juriſconſulti de naturali & civili jure diſputant, eo pertinet, ut Naturalia dicantur ea, quæ gentium omnium communia ſunt: Civilia vero, quæ civium Rom. propria. Communia gentium omnium in libris noſtris commemorantur hæc: Legatorum ſanctitas, l. ult. ff. de legat. Et apud Cice. multis locis. Emptio, venditio. l. ex hoc jure. De juſt. & jur. Locatio & conductio, ibid. precarium, leg. 1. ff. de precar. Societas, Mandatum, Mutuum, Commodatum, Depoſitum, Pignus, Traditio nuda, Poſſeſſio naturalis, Donatio, Pactum, l. juriſgentium, l. ſi unus, de pact. Tranſactio, Dominium in bonis, Cognatio, Civilium autem tria genera reperio: Legis actiones, privatas ſive extrajudiciales civium actiones, & jura civilia. Legis actiones ſunt formulæ agendi in jure apud eum qui juri dicundo præeſt: veluti emancipatio, leg. 4. de adopt. leg. 2. & 3. De offic. proconſ. Adoptio, leg. 4. de adopt. leg. 2. & 3. de off. proc. Manumiſſio per vindictam, leg. 4. Codic. de vindict. liber. In jure ceſſio, apud Ulpian. in Inſtitut. capit. 26. & Boetium in Top. Cicer. ubi nominatim ait hanc fuiſſe legis actionem, Tutoris in jure datio. Nam primum magiſtratuum maiorum fuit propria: poſt in pupillorum favorem etiam omnibus magiſtratibus municipalibus permiſſa eſt, l. 1. & 3. De tut. dand. Poſtulatio judicis recuperatorii, quæ propterea legis actio ſæpe nominatur propriè, ut Val. 3. & apud Valerium, Plinium, & alios Cic. pro Cæcin. Jam vero ut omnes qui in eadem cauſa ſunt, & lege agant, & ſuum jus perſequantur, & omnes jure civili ſine cujuſquam aut magiſtratus, aut judicis, aut petitoris, aut imperii dubitatione utantur, quid ego commemorem? ſcio. Poſtulatio bonorum ex edicto, ſtipulationes & ſatiſdationes tum prætoriæ, tum etiam judiciales: quoniam quod apud Judicem fit, fieri apud Prætorem videtur: cujus imperio & auctoritate judex ſedet. Nam de Prætoriis quidem Ulp. ſic loquitur in l. actionis, 37. ff. de oblig. & act. Actionis verbo, inquit, continentur etiam ſtipulationes, quæ Prætoriæ ſunt, quia actionum vices obtinent. Privatæ autem civium actiones a nobis dicuntur, quæ extra judicium ſunt, veluti ſtipulatio vulgaris, id eſt neque prætoria, neque judicialis, nam in ſolos

ſolos cives R. convenit ea obligatio. l. vlt. de duob. reis, l. ſi debitori, 47. de fidejuſſ. Item mancipatio & nexus, auctore Cic. in Top. in Orat. pro Cæc. Varr. lib. de re ruſt. 2. In manum conventio, teſtamenti factio, vſurpatio, id eſt, vſurpationis interruptio, cum ſurculus defringeretur. Teſtamenti factio per æs & libram, Cretio, Acceptilatio Aquiliana, Manumiſſio per cenſum, & Teſtamentum, l. 2. de interd. & releg. Acquiſitio per legem, auctore Vlp. in Inſtit. Operis novi, nunciatio & remiſſio, Bonorum omnium emptio, & Sectio: Varr. auctore lib. de re ruſt. 2. Iura autem civilia nunc dicimus, non actiones, ſed vim quandam civium R. propriam, cujus peregrini omnes expertes ſunt, hujus generis ſunt Agnatio, & Gentilitas, Patria poteſtas. Suitas, ſive jus ſui. Vſucapio, id eſt jus per vſum capiendi. Dominium jure Quiritium, Teſtamenti factio, id eſt, capiendi ex teſtam. jus, acquiſitio lege, de qua Vlpian. in Inſt. Inquitur Poſtliminium. Atque hæc quidem hactenus. Nunc illud animadvertendum eſt, eorum quæ civilia ſunt, quædam magis, quædam vero minus civilia dici poſſe. Minus civilia ſunt, quæ per ſolam civitatis amiſſionem intereūt, quæ media capitis diminutio appellatur: veluti cognatio quatenus civilis eſt. hoc eſt ex novis legibus ſive Senatuſconſ. inſtituta: mater enim filij in peregrinitatem redacti, mater eſſe deſinit, l. 2. & l. 1. § capitis, ff. ad Tertyll. 7. ff. l. de capit. minut. item Teſtamenti factio, l. 8. ff. de teſtam. Tutela prætoria & teſtamentaria, d. l. 7. Vſucapio, auctore inoffic. Cicer. Obligationes civiles, l. vlt. de duob. reis: l. ſi debitor, 47. de fidejuſſ. Item Societas, leg. verum eſt, 63. in fin. ff. pro ſocio: nam illa emancipatione non tollitur, l. actiones 65. §. ſocietas, ff. eod. Item matrimonium, quatenus eſt juris civilis, l. in bello, 12. §. 3. l. 8. & l. 14 ff. de capt. & poſtl. l. ſi quis, 56. ff. ſolut. matrim. nam quatenus naturale eſt, per civitatis amiſſionem non tollitur, l. 1. Co. de repud. l. res vxoris, 24. C. de don. int. vir. l. 5. ff. de bon. damna. Atque hoc eſt quod ait Paulus in leg. Sunt quidam, 15. ff. de pœn. Civitate ſpoliatos ea quæ juris gentium ſunt: retinere. quæ verò Civil. juris ſunt, amittere. Magis verò civilia dicuntur, quæ non tantum civitatis, verum etiam familiæ amiſſione, id eſt, emancipatione (quæ minima capitis diminutio vocatur) intereunt: cujuſmodi ſunt Agnatio, §. vlt. de legit. agnat. tut. Patria poteſtas, l. 12. ff. de captiv. & poſtlim. §. cum autem, Quibus mod. jus Suitas, l. ſed cum. 6. §. 1. ff. de bon. poſſeſſ. Teſtandi facultas, §. 1. Quibus non eſt permiſſ. Tutelæ legitimæ & fiduciariæ. Vſusfructus olim auctore Paulo, lib. ſentent. 3. c. 6. Poſtremò quaſi corollarij nomine illud adjicimus: In hoc diſputationes genere contraria contrarijs tolli quę modo ejuſdem generis ſunt. Nam exempli cauſa, contractus jurisgentium per diſtractum, id eſt, per ſolam contrariam conventionem extinguitur, leg. ab emptione, 58. ff. de pact. Item pactum per pactum contrarium, leg. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. l. Stichum, 95. § naturalis, ff. de ſolut. Item obligatio naturalis per juſtum juſiurandum, d. l. Stichum, & l. vlt. ff. de jurejur. Itemque per acceptilationem, quatenus non formulam, ſed materiam ſpectamus: id eſt, remiſſionem, l. 8. in fin. de acceptilat. Eodem modo etiam Nuptiæ per divortium, quod verbis certis, & ſeptem teſtibus adhibitis fiat, dirimuntur, l. 1. & 7. ff. de divors. & apud Cicer. lib. de Orat. 1. Item civilia per contraria civilia diſſolvuntur: veluti, obligationes civiles per acceptilationem & novationem, l. 1. & paſſ. ff. de acceptil. & de novat. At neque civilia naturalibus, neque naturalia civilib. extinguuntur, §. vlt. de legit. agn. tut. l. 8. ff. de cap. minut. Hæc Hot. Adde Conn lib. 2. c. 3. num. 2. & 3.

Natvralia actionem privilegia ſunt earum formæ & effectus eis à lege tributi ait Goth. ad leg. 2. in princ. ibi natural. privilegijs, C. de conſt. pecun.

Natvralia numero multitudinis tantum dicuntur pudenda, vt & natura aliquando pro eiſdem, id eſt, genitalibus locis accipitur, Spieg.

Natvralia Nativa, potiora ſunt adventitijs, l. quæritur, ff. de Stat. homin. Text. in Auth. ſi teſtis, C. de Teſtibus. Siquidem res in dubio potius præſumitur retinere ſuum eſſe, quam de novo in novam qualitatem mutari, l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur. Spieg.

Natvralia ex cōcubina nati dicuntur legitimorum nomine privati, aliquando de nuptijs. Inſtit. Corr. lib. 1. Miſcell. c. 3. Qui, quomodo & quibus modis legitimentur, vide ſupra naturales liberi.

Natvralis ætas eſt, quæ minor eſt triginta annis: legitima vero, quæ maior eſt anno trigeſimo. Non quod ætatem maiorem triginta annis natum, natura non agnoſcat (quoniam omnis ætas naturalis eſt) ſed quod ſpecialiter lex ætatis, quæ annos triginta excedit, meminerit, ideo dicitur, hæc eſſe legitima Vide Theophilum, Inſtit. de Libertin. & ſupra, Legitima hominum ætas. Spieg.

Natvralis condictio, vt eſt indebiti ſoluti: dicta, quod ex æquitate naturali proficiſcatur. Spieg.

Natvralis filius, à vulgo barbarorum dicitur, vt Inſulanus atteſtatur, qui fit ex illegitimo toru ſuſcitatus ſed parum aptè. Eſt enim propriè filius naturalis, qui ſanguine & natura fit tuus, non adoptione factus. Hinc diſtinctionem idem firmat ex verbis Tranquilli in Tiberio. Iuriſperitis tamen naturales filij dicuntur, qui ex concubina ea, quæ ex matrimonio duci poterat, naſcuntur, de quo vide Couuaru. lib. 2. c. 16. num. 1. Vulgo concepti, qui ex vago concubitu ſunt, neque patrem oſtendere poſſunt, vt quem nuptiæ ſolum oſtendunt: ſpurij latine, græce ἀπάτορες dicti, quaſi ſine patre, Nothi vero vulgata voce illegitimi vocantur. Manſeres, qui ex ſcorto vulgo concipiuntur. Spurij, ex his qui ſacris initiati, aut religionem profeſſi ſunt. Nothi, ex adulterino concubitu, jure Pontificio. Lege & Spurium, item Nothia, Spieg.

Natvralis fructus. Quære. Fructus naturales.

Natvralis hominum ad diſſentiendum facilitas, lege item ſi vnus, §. principaliter, ff. de recept. Spieg.

Natvralis interruptio. Vide ſupra, Interruptio Vſucapionis.

Natvralis juſtitia teſte Olden. pro æquitate, apud Modeſtinum, in l. ſcire oportet, § ſufficit, ff. de excuſ. tut. Spieg.

Natvrales obligationes vocamus eas ex quibus nulla fit actio, ſed ſi quid propter eas ſolutum fuerit, repeti non poſſit, leg. naturales, ff. de oblig. & act. quæ ex eo naſcuntur, ſi quis in aliqua re alterius fidem ſecutus ſit, l. cum amplius, §. is natura, ff. de reg. jur. Certum eſt itaque, quod obligatio naturalis ſola regulariter non producit actionem, niſi magna cauſa ſubſit. Quia ſi paſſim extra ſolennes, & certas commerciorum formas ex omni conventione & pacto nudo fuiſſet conceſſum jus perſequendi in judicio, res prodijſſet in infinitum, & ad perniciosiſſimam confuſionem, cum ſingulis plane oris oportuiſſet variare, ac multiplicare actionum formulas, ſecundum immenſam pactorum circumſtantiam, quod abſurdiſſimum, & impoſſibile fuiſſet, arg. in Auth. vt determ. ſit nume. cleric. in princ. Et de referend. ſacr. pelat §. vlt. Cæterum obligationis naturalis officia ſunt, primum parere exceptionem l. jurisgentium, §. ſed cum nulla, de pact. Quod intelligendum eſt, vt Appellus declarat, ἐξ ἴσου ἀναλόγως c. 2. 4. de effectu. Deinde, vt ſit ſatis ad novandum, l. 1. in fin. de novat. Tum ad conſtituendum, l. 1. §. debitum de conſtit. pecun. Præterea, vt accedat fidejuſſor, l. ſtipulatus ſum, cum l. ſeq. de fidejuſſ. l. naturaliter, de cond indeb. Rurſum vt accipiatur pignus, ead. leg. naturaliter: poſtremo ad compenſandum, l. etiam, de compenſ. Old. Porro vero an ad jus naturale, vel jus gentium naturalis obligatio referenda ſit, magna inter jurisauctores controverſia exiſtit. Siquidem Proculeiani eam ad jus illud naturæ videntur retuliſſe, quod homini humano generi innatum eſt. Sabiniani ad nudum jus gentium. Eaque ratio eſt, cur ſcripſerint Neratius & Rufinus pupillū nec natura debere, l. 41. in princ. ad l. Falc. l. 16. quando dies legat. Erat enim Neratius Proculeianus, & ob id ſcholæ ſuæ traditiones ſecutus, negavit propter ætatis imbecillitatem natura æquum eſſe pupillum obligari, quam contra Vlp. Scævola, & Papinianus contendunt obligari naturaliter jure gentium poſſe, Sabinianos ſecuti. Iure gentium enim obligationes ſunt introductæ, nulla perſonarum, nulla ætatis, ſed rei ſolius quæ obligatur habita ratione. Proinde ſi quid in bonis habuerit ſervus aut pupillus, Sabinianis quidem obligari poſſe, dicentur naturaliter, ſolam obligationis, quæ jurisgentium eſt, originem intuentibus: Proculeianis vero non omnino videbuntur obligari naturaliter, non tam jus gentium nudum, quam æquitatem naturalem expendentibus. Idque illud eſſe omnino videtur quod Vlp. ſibi voluit. cum ſcriberet: ſi filiusfamilias, vel ſervus pro aliquo fidejuſſerint, tractatum fuiſſe, an ſit de peculio actio, & Celſum definiuiſſe, cauſſam fidejubendi ſpectandam eſſe, l. 3. § 5. de peculio. Quia enim Proculeianum conſtat Celſum fuiſſe, certo veriſimile videtur hanc quæſtionem inter Sabinianos & Proculeianos tractatam fuiſſe & cum Sabiniani contenderent, nudum jus gentium inſpiciendum eſſe, obtinuiſſe Celſum, hoc eſt. Proculeianos non factum ſive jus gentium nudum ſua (ita enim factum accipit Vlp. l. 41. de peculio) ſed cauſſam ſive naturam eſſe inſpiciendam, & per cauſſam, naturalem juſti debiti cauſſam eundem Celſum intellexiſſe. Eamque cauſſam naturam appellari, ex eo patet, quod natura operas deberi ſcripſerit. Vlp. leg. 26. §. 12. de cond. indeb. Per naturam enim cauſam obligationis operarum naturalem eo modò intellexeris. Vlpianus, quod ex Neratio pupillum oſtendimus natura non obligari. quo item Vlpianus ait ad remunerandum naturaliter aliquem obligari, l. 41. de cond. indeb. l. 25. §. 8. de pet. hæred. Hujus loci & illud eſt, quod ait Vlpianus, Neratæ filio & ſibi videri ex compromiſſo ſervi non dandam eſſe de peculio actionem, l. 3. §. 6. de pecul. Inter Sabinianos enim & Proculeianos hac de re fuit agitatum, & Sabinianis videtur placuiſſe de peculio actionem dari, Proculeianis non dari: illi quidem nudum jus gentium, ſive factum nudum, hi vero æquitatis vinculum, ſive obligationis cauſſam vrgentibus. Si nudum reſpexeris gentium jus certe cum Sabinianus recte dices, dandā de peculio actionem. Peculium enim hac ſpecie ſubſtantia eſt, quæ occurrit cum conſenſu, iiſque duobus ſimul contur-

Digitized by Google

rentibus locus eſſe obligationi juris gentium ſolet, & ſic per conſequens naturali obligationi, quia nihil aliud Sabinianis quibuſdam eſt naturalis obligatio, quam obligatio juris gentium, l.1.ff.locat.l.vlt.de act.empt. Si cauſam reſpexeris obligationis hujuſmodi naturalis, certe nihil minus quam de peculio dandam eſſe actionem, cum Proculeianis has ſpecie conceſſeris. Obligationis enim cauſa, compromiſſi cauſa eſt, quæ cauſa tam gentium quam ciuili jure in ſeruum non cadit. Et quia ſine cauſa nullam omnino obligationẽ voluerunt ſubſiſtere Proculeij mirum non eſt, eoſdem contra Sabinianos definiuiſſe ex compromiſſo ſerui non dandam eſſe de peculio actionem, idque Neruæ, qui Proculeianus erat, placuiſſe d.§.1 quod ipſum in nouationibus interuentu ſerui factis etiam Iuliano viſum fuit. Licet enim ille Sabinianus eſſet, in hoc tamen Proculeianis omnino ſubſcripſit, cauſſam obligationis juſtam, nõ factum nudum expendentibus, l.30.§.1.de pact. Eadem quoque ratione videntur Proculeiani, quibuſdam ex Sabinianis diſſentientibus definiuiſſe, ex jurejurando quod ſeruus obtulit actori in dominum de peculio actionem non dari l.22 de jurejur. Ex hujuſmodi enim juriſjurandi delatione, ſi nudum reſpexeris factum, naſcitur actio de peculio, ſi cauſam obligationis juſtam, euaneſcit eadem actio. Cauſſam hujuſmodi omnes fere Proculeiani ſemper examinant, ad quam nõ reſpicit ſchola Sabinianorum. Et quamvis hæc ita diverſa ſint, in eo tamen videntur cum Sabinianis Proculeiani conuenire, quod ſeruus, qui nullum peculium habet, non poſſit fidejubendo naturaliter obligari, l.19 & l.20.de fidejuſſoribus. Non enim rerum natura patitur, vt re & perſona deficientibus aliqua ſubſiſtere poſſit obligatio. Perſona ſerui eſt omnino exempta eſt perſonali obligationi. ea enim ſui juris non eſt. Iam ſi nec peculium habuerit ſeruus, quinam quæſo poterit fieri, vt hujuſmodi ſeruus naturaliter obligetur? Hæc ſi vera ſunt, in ſum igitur nõ eſt Iabolenum & Iulianum, qui Sabiniani erãt, cum Celſo diuerſæ ſcholæ ſectatore in hac ſpecie omnino cõſentire, d.l.19. d.l.20. & l.3.§ 3. de pecul. Cæterum compoſiti Iuliani induſtria & auctoritate Hadriani Imperatoris propoſito perpetuo edicto, diuerſæ ſcholæ ſectatores eſſe tandem deſierunt, adeo quidem, vt Papinianus, Paulus, Vlpianus, Cajus, & alij qui deinceps ſubſequebantur prudentes juris, nullius omnino ſectæ profeſſio nomen darent, ſed interdum Sabinianorum, interdum Proculeianorum traditionibus acquieſcerent: nonnunquam ab vtraque ſchola recederent, nonnunquam vtriuſque ſententias, licet diuerſas, ſpeciebus tamen diuerſis accommodarent, eaque ratione ſola factum eſt, vt Papinianus & Tryphoninus, fere ſemper ad naturalem obligationis cauſam, Proculeianos ſecuti, obligationem retulerint naturalem, l.95.§.3. de ſolut. l.64.de condic. indeb. Quo ſenſu ſcripſit etiam Pomponius nudam rationem non facere aliquem debitorem, l.49.in fi.de pecul. Per nudam enim rationem jus gentium nudum, ſine vlla naturali cauſa, ſine vinculo æquitatis intelligit Pomponius. Paulus contra Martianus, magis Sabinianorum ſententiam videntur acquieviſſe, l.13.de condict. indeb. l.11.de acqu.rer.dom. leg.15.de præſcript.verb. l.vlt.de act.empt. Vlpianus denique, modo ad naturalem æquitatis cauſam, modo ad jus gentium nudum, prout aut ad Sabinum aut ad Proculum ſcriberet, naturalem retulit obligationem. Et id quidem ex eo patet euidentiſſime, quod ille ſic ad Sabinum li.30.ſcripſerit. Etiam quod natura debetur, venit in compenſationem, l.6. de compenſat. Dubium.n. non eſt, quin per naturam hoc in loco ex Sabini ſententia jus gentium intellexerit Vlp. Rurſus cum ſcriberet idem Vlpianus; eos quibus natura debetur non eſſe loco creditorum, l.10.de verb.ſig Nonne ex Proculeianorum definitione, per naturam cauſam aliquam intellexit naturalem à gentium & ciuili jure ſejunctam ac ſeparatam? Nam ſi naturam cum Sabinianis in hoc loco recoleret ad jus gentium, certe omnino erunt creditorum loco, quibus natura debetur: ſiquidem id quod ita debetur, venit in compenſationem d.l.6. quod vtique non fieret exiſtente creditore nullo. Eſt enim compenſatio debiti & crediti inter ſe contributio, l.1.de compenſat. Et ſane interdum tam Sabinianos, quam Proculeianos in definienda naturali obligatione, ſecutum eſſe Vlpianum, adeo verum eſt, vt ſcripſerit ille naturales obligationes non eo ſolo æſtimari, ſi actio aliqua earum nomine competit, videlicet; vt Sabiniani putant jure gentium, verum etiam eo, ſi ſoluta pecunia repeti non poſſit, hoc eſt, ſi, vt contendunt Proculeiani, aliqua naturalis exiſtat cauſſa, quæ licet à jure gentium remota ſit, impediat tamen ſoluti repetitionem, l.10.de oblig.& actionib. Rævard. in leg. cum amplius, §. is natura debet, ff.de reg.jur. Quare, vt tradit Duarenus in leg. ſi pupillus, ff.de verb. obligat. cum ſpecies aliqua proponitur, in qua quæritur, an qui naturaliter obligatus ſit, nec ne: conſiderandum eſt, quid veriſimiliter reſponſurus ſit Ariſtoteles, aut Cicero, aut alius vir prudens, & in Philoſophia eruditus, magis quam quid legibus, & jure ciuili conſultum ſit. Diſputant autem Philoſophi de his, quæ ſcilicet ad viri boni officium pertinent, & quæ fides & honeſtas alteri præſtanda eſſe ſuadet. Quare dubitandum non eſt, ſi conuenerit inter aliquos pacto tantum conuento non ſtipulatione, vt alter alteri quicquam det, vel faciat, quin ex ea conuentione naturalis naſcatur obligatio: quoniam fidem ſeruandam eſſe nos docet natura, & Philoſophia. quæ naturam maxime ſequitur, leg.1.de pact. l.1.de conſt.pec. Hinc etiam conſequitur ſtatus, & conditionis perſonarum nullam rationem habendam eſſe, nec ſeruum à libero, aut filiumfamilias à patrefamilias diſtinguendum eſſe: quia naturalis ratio, ſeu jus naturale harum perſonarum diſtinctionem non nouit, leg. ſi id quod dominus de condict. indeb. l.frater, cod. tit. Quæri ſolet de eo, in quem beneficium collatum eſt, an natura ad remunerandum teneatur. Et certum eſt, gratitudinem, vt rem longe honeſtiſſimam à philoſophis commendari. Vnde à noſtris dictum eſt, naturaliter nos ad remunerandum obligari, l.ſed & ſi lege, §.conſuluit, de pet. hær. Verum hic nulla proprie naturalis obligatio eſt. Nam hoc nõ agitur inter dantem beneficium & accipientem, vt aliquid eo nomine, is qui dedit, recipiat. Cum enim de naturali obligatione loquimur, eam intelligimus, propter quam ſi non experiri in judicio, ſaltem petere & flagitare, quaſi debitum ac ſi non præſtetur conqueri poſſumus: vt ſi quis aliquid ſe daturum promiſerit, &c. Turpe eſt autem ac viro prudenti non conuenit, ab eo, in quem beneficium collatum eſt, *ὡς ὀφειλόμενον* aliquod, ceu debitum, petere. Alioquin beneficium non eſſet, ſed creditum, vt diſputat Seneca lib. 3.de beneficijs. Omnes enim obligationes, quæ vere & proprie naturales dicuntur, ita contrahuntur, vt quod ad propoſitum, voluntatemque contrahentium attinet, neceſſariam præſtationem habeant. At cum liberalitatem exercemus in alium damus vel perdituri, & totum permittimus accipientium arbitrio, vt idem Senec. ait.

NATVRALIS poſſeſſio, pro corporali, l.poſſideri, ff.de acqu.poſſ. Spieg.

NATVRALITER poſſidere dicitur, cũ quis corpore poſſidet, vſumque rei apprehenſæ percipit. Quod ſi quis vere rei non inſiſtit: neque vſum percipit, is per interpretationem legis ciuiliter poſſidere dicitur, l. Pompon. ff. Fam. erciſc. l.naturaliter, ff. de acquir.poſſ. Spi. vide & paulo poſt, Naturaliter poſſidere.

NATVRALITER verbũ interdum naturali ratione ſignificat, vt in l.25 §.conſuluit, ff.de pet.hæred. l.26.§. pen. ff.de minorib. l.5.§.vlt.ff.loca. Interdum vero per rerum naturam, vt in l.7. ff.de diuerſ. reg.jur. Interdum ex naturali cauſa & à natura nõ manufacto opere, l.20.§.1.ff.de ſeruit. ruſt. l.1. §.1. & § idem ajunt, ff.de acqu.&aq.plu. Poſtremo Naturaliter ſignificat corporaliter & vt ita dicam, realiter, vt in l.53.ff.de acqu.rer.dom. quod naturaliter adquiritur, id eſt, facto ipſo, realique & corporali apprehenſione & in l.49.ff.de ſolut. Solutam pecuniam intelligimus vtique naturaliter, ſi numerata ſit creditori. Ita dicimus naturaliter tenere, poſſidere, apprehendere, i.corpore & actu. l.35.ff.fam.erciſc.l.5. §.vlt ff ad exhib. l.2.§ quod vulgo, ff.pro hærede, l 7 §.neque colonus ff.comm.diuid. l.1.l 22. l.23.ff. de adqu. poſſ.l. vlt.§ vlt. ff.de precar. l.rem in poteſtatem, ff.de vſucap. Qui enim poſſeſſioni incumbit, atque inſiſtit, eamque corpore contingit, is naturaliter tenere poſſidereque dicitur. Ita naturalem poſſeſſionem accipimus, l.38.§.ſi poſſeſſionem, ff de vſufr. l.1.§.dicitur, ff.de vi & vi arm. Corporalem & facti poſſeſſionem Iuriſconſulti appellant, l.1.§.per ſeruum, l.23.§.1 l.24.l.25.§.vlt. l.29.l.51.ff.de acq. poſſ. l.40.§. vlt.ff. de pign. act. Nec vero aliter naturalis poſſeſſio dicitur, quam naturalis datio, l.8. ff.de pecul. Briſſ. adde Connan. lib.3. c.9.n.4.

NATVRALITER interrumpitur poſſeſſio, id eſt, facto naturali & corporali, cum ſcilicet quis de poſſeſſione vi dejicitur, vel res mobilis ei eripitur, l.5. ff.de vſucap. Naturaliter obligatio ſolui dicitur numeratione, præſtatione, vel ſolutione rei debitæ ante moram, l pen. ff.de ſolut. l.vlt. C.ad exhib. Sic etiam naturalem obligationem Paul. in l.126. §.ſupereſt, ff.de verb. obli. dixit, quæ ex naturali facto, id eſt, numeratione oritur, ad differentiam ejus quæ verbis fit, ex Briſſ.

NATVRALITER videtur ad mortuum pertinere locus, in quem infertur, l. 4.ff.de religioſ.

NATVRALITER poſſidere eum conſtat, qui contra leges donatum accepit, vt ſi quid vxor viro donauerit, id vir non poſſidet jure dominij, cum ſciat, aut ignorare non debeat, inutilem donationem eſſe, ſed naturaliter volente domino, qui ei poſſeſſione ceſſit & competunt ei interdicta poſſeſſoria, l.1.§. ſi vir, de acqu. poſſ. l. 1.§.dejicitur, ff. vnde vi. Naturaliter quoque non ciuiliter poſſidet is, qui precario rogauit, vt ſibi poſſidere liceret, l.& habet, §.eum qui, ff de precar. Cuiac. 9.obſ.33.

NATV in quarta declinatione, ſolum in auferendi caſu inuenitur. Grandis natu, maior natu, vel maximus natu. De primo ſic Cic. in Catilinam: Quanquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, ſed tamen jam ætate prouectum. Calliſtratus de Decur. Non tantum, inquit, qui teneræ ætatis, ſed etiam qui grandes ſunt natu, decuriones fieri prohibentur. Reliqua duo, Tiſſino teſte paſſim obuia ſunt legentibus. Spi.

NATV-

NATVS etiam dicitur, qui cæſo vtero matris naſcitur viuus, l. quod dicitur, de lib. & poſth. Vide hic Bart. Notum eſt. Beroaldum conuelleſſe eos, qui Iulium Cæſarem dictatorem ſic natum prodiderunt, Spieg.

NATVS, qui confeſtim moritur, pro non nato habetur, in l. Titius §. Lucius, aod. tit, Propoſito Pauli Iuriſconſul. themate, quod non alibi repetire licet, vt Baldus adnotauit. Sic qui mortuus naſcitur, natum minimum intelligimus, l. qui mortui, l. nunculus, §. fi. ff de verb. ſign. Vide quæ in vtramque commentatus eſt Alciat Spieg.

NAVALIA, vaſa, in quibus onera recondita in naues imponuntur Vlpian l. 19. §. 5. ff. de aur. arg. Vaſorum appellatio generalis eſt: dicimus vaſa vinaria, & vinalia. Nonnulli reponunt NIVALIA, pro calo niuario: quod & Vlpiani ſententia repudiat, & loquendi conſuetudo. NIVARIA enim per R. legendum eſſet. Prat. ex Hot.

NAVALI functio: vide paulo poſt Nauicularia functio.

NAVARE verbum à nautis tractum, eſt alicui ſtudioſe adjumento eſſe. Naues enim, cum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. Spieg.

NAVARCHVS nauis princeps, qui in naui nautis imperat: ejus meminit Vlpian l. vnic. §. 1. ff. de bon. poſſ. ex teſt. milit. Et Cic. in Verr. ſumptum omnem, inquit Cicero, in claſſem, frumento, ſtipendio, cæteriſque rebus nauarcho ſuo quæque ciuitas ſemper dare ſolebat. Prat. Briſſ.

NAVCALA & piſcium capiendorum cauſa præparatæ, l. 17. §. 5. ff. de inſtr. vel inſtr. leg.

NAVCLERI in l. 1. 2. & l. 3. C. de nauicul. & l. vnic. C. de litor. & itin. cuſtod. lib. 12. & Nauicularij in rubr. C. de nauicul. eadem fere ſignificatione ſunt: alius tamen Græcis ναύκληρος eſt, alius κυβερνήτης, ſic enim eos Plutarch. in Polit. diſtinguit, [illegible] Et Athe. li. 15. [illegible] Ammonio Naucleri ſunt, nō ſolū qui naues poſſidēt, ſed ædium locatores: Heſych. verò Nauclerus eſt ὁ [illegible], ſiue [illegible], ſcilicet, qui ea hoſpitibus domum ſuā quaſi locat, vt nauicularius vectorib. Demarchi itē Athenis ναύκραροι dicebantur, vt ex Hyperide obſeruat Hyppocrates, Prat.

NAVIS in edicto de exercitoria actione accipi debet ſiue fluuialis, ſiue marina, ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſchedia ſit Marinarum autem nauium (quæ & maritimæ vocantur, l. 54. durum, ff. de jure imm.) quædam actuariæ dicuntur, quædam onerariæ, quædam [illegible], Naues actuariæ, quas Græci [illegible], vel [illegible] vocāt, dicuntur, quæ præter vela remis etiā agūtur, ſed proprie dicuntur, quæ voluptatis cauſa paratæ ſunt Marcel. l. 2. ff. de capt. & poſtlim. Nauibus longis atque onerarijs propter belli vſum poſtliminium eſt: non piſcatoriis, aut ſi quas actuarias voluptatis cauſa parauerunt. Nauis oneraria quæ oneri ferendo parata eſt, quæ non remis, ſed velis vehatur. Vlp. l. 1. 6. §. de exerc. act. Quædam n. naues onerariæ, quædam, vt ipſi dicunt, [illegible]. Marcel. lib. 2. ff. de capt. & poſtlim. Nauib. longis atq; onerarijs propter belli vſum poſtliminium eſt. [illegible] autem naues ſunt idoneæ ad vectores trajiciendos, l. 1. §. ſed & ſi vt certis, ff. de exerc. act. [illegible] colūt vectores appellantur. Vide [illegible]. Inter fluuiales naues ſunt rates, quas nauigij appellatione etiā contineri Vlp. ſcribit l. 1. §. nauigij, ff. de flum. quamquā à nauibus ſeparantur, in l. 1. §. de exercitoribus, ff. nautæ, caupo. Vnde Ratiarius qui rates ducit, l. 10. ff. de pign. act. vt linterarij, qui lintres, in d. §. de exercitoribus ff. Erant & Codicariæ naues, quo nomine appellatæ, quæ per Tiberim commeatus ſubuehebant. Sunt & ex Nauium genere Dromones. Ejuſdē generis ſunt Pontones, de quib. Paul. l. vlt. ff. de ſeruit. ruſt. & Cæſar. li. 3. de bello ciuil. & Gell. li. 10. c. 25. & Auſon. in Monoſyll. & Iſid. lib. 19. c. 1. Prat. ex Briſſ.

NAVES luſoriæ, apud Veget. lib. 2. c. 1. & lib. 4. c. vlt. eæ erant quibus in Danubio quotidianis vtebantur excubijs, quarū etiam titulus eſt lib. 7. C. Theo. Hujuſmodi nauigiorum meminit etiam Ammian Marcell. lib. 17. his verbis, Luſorijs nauibus diſcurrentes flumen vltro citroque milites ordinauit. Et lib. 27. Collecti nocte prouecta impoſitique omnes, quod luſoriæ naues quadraginta, quæ tunc aderant, ſolæ ceperunt, decurrere jubentur per flumen. Senec. lib. 7. de beneficijs, c. 20. Triremes & ceratas non mitterem, luſorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari laſciuientium mitteam, Briſſ.

NAVEM per auerſionē cōducere, exponitur ſuperius in dictione Auerſione. Dicimus & nauim. ut apud Iuriſc. reperitur, Paul. ad fi. l. ſi vnus, ff. de pact. ant ne nauim ædificaturi que peteretur.

NAVAM ſuam aliena materia refecerat: vide Iulianum l. Minutius ff de rei vindic. Spieg.

NAVES biremes, quæ duos remorum ordines habent.

NAVES captiuæ ipſæ, quæ ab hoſtibus captæ dicebantur, & merito poſtliminium habebant, vt docet Marcell. l. 2. de capt. & poſtli. rev. Tull. in Top. Poſtliminio redeunt, hæc, homo, nauis, mulus, clitellarius equus, equa quæ freno accipere ſolet. Spieg.

NAVES ceratæ à quibuſdam dicuntur, quaſi cera & ebore tinctæ id eſt, vermiculo pictæ, Brodæus Miſcell. lib. 4. c. 13. Briſſ.

NAVES piſcatoriæ, naues piſcibus capiendis accommodatæ. Marcellus l. 2. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Nauibus longis atque onerarijs, propter belli vſum poſtliminium eſt non piſcatorijs. Liuius lib. 33. ni mare propinquum & haud procul litore naues piſcatoriæ plerique conſpectæ peritis nauigandi dediſſent effugium Hot.

NAVES quadriremes, quæ quatuor remorum ordines habent.

NAVES vinariæ in quas vinum effundebatur, l. 1. §. ſed & ſi de naui, ff de furt. de quibus hæc Varronis lib. 2. de re ruſt. cap. 1. verba accipienda credit Briſſ. Nauibus vindemiam condimus ex inſula Choa & Chia.

NAVFRAGIVM, nauis fractio, vt notat gl. in rub. C. de naufrag. lib. 11. Ioh. Bello. Etymol.

NAVFRAGIVM, inter fortuitos caſos quando ſit numerandum, docet Bart. in l. 1. & 2. de naufr. Frid. Imp. in Aut. nauigia C. de furt. damnat eos, qui bona naufragorum ſibi adpropriant, prætextu conſuetudinis, quæ certe crudelis eſt, & impia. Spieg.

NAVFRAGIVM colligere, ſupprimere. Briſſ. ex ff.

NAVICELLA, diminutiuum à naui, Marcell. lib. 17. §. 1. ff. de inſtr. vel inſtr. Inſtrumento piſcatorio contineri Ariſto ait nauicellas, quæ piſcium capiendorum cauſa comparatæ ſunt. Legitur tamen Naucellæ. Hot.

NAVICVLAM duorū ſcalmorum vocat Tul. 1. de Oratore; quod nauigiolum dixit Lentulus in epiſt. familiarib. lib. 12. Spieg.

NAVICVLARIA functio in l. 2. & l. vlt. C. de præd. nauic. lib. 11. l. 3. C. de cohort. lib. 12 quæ & Naualis functio vocatur, in l. 15. C. de omni agr. deſert. lib. 11.

NAVICVLARII, vt Budæus tradidit l. 1. ff. nau. caup. ſtab. nauium ſunt domini, qui Græce Naucleri dicuntur, mercatorias naues habentes, quos patronos appellamus. Tacitus. Atque inde decurſu in littora vim in mercatores aut nauicularios audebant. Veget. tamen lib. 4. eos, qui in claſſe ſingulis nauibus præſunt, quos Græci Nauarchos vocant, noſtrum vulgus Capitaneum, aut caput armatæ marinæ nauis vocat. Peckius comment. lib. 1. n. 1. C. de nauicul. lib. 11.

NAVICVLARIVS ſeu nauicularior dicitur, qui nauem regit, Græce ναύκληρος. Hunc patronū appellamus. Bud. in l. 1. de arbitr. Nauicularium eum autem nominē qui veniunt, Calliſtratus explicat in l. ſemper, ff. de jure immun. meminitque nauiculariæ, hoc eſt, artis ipſius regendæ nauis, poſt Bud. in Annot. priores vide Bart. in l. 1. C. de nauic. qui eſt primus tit. lib. 4. Anch.

NAVICVLARIVS dicitur, qui nauem agit, exercetque, & onus aliquod vehendum naui ſuſcipit. l. 1. §. ac ſunt, ff. nauta, caup. Bri.

NAVIGABILIS Nauigabile flumen. Briſſ.

NAVIGATIO prima olim dicebatur, cum poſt ſæuitiam hyemis, qua mare clauſum erat, vere nauigantibus primum aperiebatur. De ea quiſpiam æſtimare poſſet Ciceronem loqui lib. 2. Epiſtol. ad Q. Fratrem: Iidem aiebant nunciare te prima nauigatione eſſe tranſmiſſurum Nam paulo ante dixerat: Atq; adhuc clauſum mare fuiſſe ſcio. Iterum, Tu mi frater, ſi mul ac ille venerit, primam nauigationem (dūmodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris. Eſſe & prima nauigatio poteſt, cum dicimus nos quamprimum nauigaturos & primam quamq; nauigandi occaſionem arrepturos. Prima etiā nauigatio dicitur, cum ei in ſecundæ comparantur, quæ & temeraria magis plerunque & improuida eſt: & ſecunda non raro ejus peccatum corrigit & emendat Vnde & prouerbio Græcō celebratur ὁ δεύτερος πλοῦς ſunt tamē qui primam nauigationem velificationem interpretantur, ſecundam remigationem, vt Suidas eſt auctor. De eo autem tempore, quo aperiebatur mare, primumque tentabatur & nauigabatur, ita ſcribitur in epigrammatis Græcis;

Ὥρη πλωΐζεσθαι [illegible]
[illegible]
Ἤδη καὶ [illegible]
[illegible]

De ea & Vegetius ita ſcribit. Poſt natalem vero, vt ita dicam, nauigationis, qui ſolenni certamine publicoque ſpectaculo multarum gentium celebratur. Iterum, Pleiade exortu, i. e. poſt ortum pleiadum, à die 6. Calend. Iuniarum vſque in Arcturi ortum, id eſt, in diem octauum decimum Cal. Octobrium ſecunda nauigatio creditur. Turneb. aduerſ. lib. 24. c. 34.

NAVIGARE dicuntur nautæ & vectores. Sed & ipſa nauis nauigare dicitur, l. 1. §. nauem, ff. de exercitoria. Merces quoque nauigare dicuntur, l. 1. ff. de nauti. fœno. Briſſ.

NAVIGARE eum dicunt decreta noſtra Canonica ex D. Auguſtino, qui matrimonium contrahit, in c. nos nouimus, & ibi gl. in verbo, nauigaſti, 27. q. 2. tanquam ſic diceret vtroque modo multa pericula & plerunque naufragia ſubeamus, vt annotauit Tiraq. in tract. l. Boues, §. hoc ſerm. ff. de verb. & rer. ſign. 158.

NAVIGIVM, pro nauigatione, & eo, quem Græci πλοῦν dicunt apud Iuriſc. in l. qui Romæ, §. Callimachus, de verb. oblig. Sed Prætor in interdicto, Ne quid in flumine publ. ſic vſus eſt, vt ſit ſenſus, Olden. expoſitore, Ne iter fiat deterius nauigationi, vel naui. Nauigium. n. genus eſt continens naues, rates, & cæteras ſpecies, quibus ad nauigationem vtimur. Spieg. Vſus eſt itaque tam pro nauigatione ipſa, quam naui quacunque, Old.

NAVIGIVM in edicto de fluminibus, in verbis (quo ſtatio iterve Nauigij deterior fiat) pro nauigatione poſitum eſt: imo Nauigium ſolemus dicere etiam ipſam nauem. Nauigij appellatione etiam rates continentur. Briſſ.

NAVIGIVM, quaſi nauis ductio.

NAVIS vide Bayſium in de re nauali. Conatus puppim, clauim, nauim, non puppem, clauem, nauem, dici oportere præcipit. Findimus autem, & partimus nauem, in proram, puppim, malum, & reliquas partes, l. malum nauis de verb. ſign. Diuidimus in ſchediam, hoc eſt, inelaboratam, & elaboratã, l. 1. §. nauem, de exercit. Præterea in onerariam, & ... quam aſcenſoriam poſſis interpretari, d. l. 1. §. 1. Rurſus in onerariam, & ſcapham, l. fin. de fund. inſtruct. Inſuper in in onerariam, piſcatoriam, & actuariam, l. a. de capt. & poſtlim. tenet. Spieg.

NAVIS ad hoc paratur, vt nauigetur, dicit Vlp. l. arboribus, §. nauis vſufr. ff. de vſufr. Spieg.

NAVIS Bona dicitur, vt ad Lucilium 77. Epiſt. lib. 5. Annæus Seneca ſcribit, non quæ precioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum roſtrum eſt: ſed ſtabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus ſpiſſa, ad ferendum incurſum maris ſolida, gubernaculo parens, velox, & non ſentiens ventum. Peckius comment. l. 4. §. cum autem, ff. ad l. Rhodiam.

NAVES oratiæ apud Plinium quæ ſint, cum in epiſtola Traianum ſcribit. Nunc deſtino partim nauibus oratis, partim vehiculis prouinciam petere: Turnebus aduerſariorum liber. 1. c. 20 actuarias & paruas eſſe exiſtimat, quibus ſecundum oram nauigatur: nam maioribus pelagus tentatur: neque enim paruo nauigio quiſquam ſe magno committere mari audet, ſed littus legit: proinde Cicer. ad Attic. ſcribit: Cogitaremus corbitane Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum. nam ſi traijciendum fuiſſet mare: corbita ac oneraria, id eſt, magna naui fuiſſet opus: ſin ad Leucopetram eundum, ac ſecundum littus nauigandum fuiſſet, ei nauigationi commodior erat littoralis nauigatio, quam pelagia, Turnebus ibid.

NAVIS quaſi membra ſunt, gubernacula, malus, vela, antennæ, l. 44. ff. de euict. Artemon vtique nauis pars non eſt, l. 242. ff. de verb. ſig. Scapha etiam nauis pars non eſt, ſed acceſſio, l. vlt. ff. de inſtruct. vel inſtrum. Paul lib. 2. ſent. tit. 7. Nam ſcapha ipſa per ſe parua nauicula eſt. d. l. 44. ff. de euict. l. 3. §. armamenta, ff. de rei vindic. & l. 4. ff. de leg. Rhod l. 16. §. ſi nauis tua, ff. ad l. Aqu. Briſſ. adde Gœdd. ad l. 242. in pr. ff. de verb. ſign.

NAVIS ſi adeo ſæpe refecta eſſet, vt nulla tabula eadẽ permaneret, quæ non noua fuiſſet, nihilominus eandem nauem eſſe exiſtimari, autore Alpheno, l. proponebatur, ff. de iudic. Spieg.

NAVES totius proprietas, carinæ cauſam ſequitur teſte Iuliano, l. ſupra citata, Spieg.

NAVES triremis, quæ tres remorum ordines habet, *Ein ſchiff daß die Ruderbanck hat.* Triremium nauium princeps a Seneca li. 7. de benef. vocatur Trierarchus. Ejus quoque fit mentio in l. Sejus 46. ff. ad Treb. Vide & Demoſthenem orat. contra Æſchinem & in Androtionem, & Poſthell. de magiſtr. Ath. c. 9.

NAVLVM, merces quam vector nautæ diſſoluit. Vlp. l. 8. ff. qui pot. in pign. Si quia in merces ſibi obligatas crediderit, vel vt ſaluæ fiant, vel vt naulum exoluatur, Vlp. l. 39. ff de leg. & fid. lib. 1. Erit in operis ſeruorum, vel vecturis iumentorum, vel naulis nauium dicendum. Vecturarum verbo pro naulo vtitur Vlp. in leg. 29. de petit. hæred. item vecturæ nauium & iumentorum, Prat. & Hot. Briſſ.

NAVMACHIA dicitur naualis, luſoria ſeu imaginaria pugna, quæ fit in Euripis & canalibus animi gratia, alias, etiam pro loco capitur, vbi pugna committitur. Do tibi Naumaciam, tu das Epigrammata nobis, Martialis inquit. A naumachia, naumachiarius inclinatur, res notiſſima. Io. Baptiſta in commentario Epiſtolarum Sidonij Apollin. ad Heroinum lib. 1.

NAVPACTI in l. fin. ff. de iur. immu. & apud Firmic. li. 4. Matheſ. cap. 7. dicuntur, qui naues compingunt & fabricant. Naupegus hodie apud Venetos vulgo appellatur *Calafato*, voce à recentioribus Græcis mutuata, qui nauium artifices καλαφάτας appellant, teſtatur Michaelis Imp. nomen qui Calefates vocatus fuit, quod parentes ipſius naues ad Paphlagoniam conſtruxiſſent. Prat.

Ναυφύλακες leg. 1. §. & ſunt quidam, ff. nau. cap. ſtab. qui cuſtodiæ gratia nauibus ab exercitoribus præponebantur, Prat.

NAVTA vel per epenthesin Nauita proprie is eſt, qui nauim exercet, quamvis nautæ appellantur omnes, qui nauigandi cauſa in naui ſunt. Vlp. in l. 1. §. qui ſunt igitur, ff nautæ, caupones &c. vide Alciat 3. diſpunct. c. 21.

NAVTAS in edicto nautæ, caupones, accipimus qui nauem exercent, l. 1. §. 1. ff. nautæ, caupo. Qui & nauicularij dicuntur, l. 9. in fin. ff. de decurionibus, l. 5 ff de muneribus & hono. l. 17 §. 1. ff. loc. l. 5. §. negotiatores, ff de iur. immunit. l. 7. C. de hæred. dec. Rubr. de naucul. & de præd. nauicul. lib. 11. Vopiſcus in Aureli. Quod vt eſſet perpetuum, nauicularis Niliacos apud Ægyptum nouos, & Romæ amicos poſuit. Nauiculatores etiam Cicero pro lege Manilia dixit, Briſſ.

NAVTIPIRATÆ in l. debet, §. hæc actio, ff. nau. canp. ſtab. ſunt Alciato teſte, qui nauem inſcendunt, & pro precio vecturæ, ſeu naulo, ipſi nautarum officio funguntur. Quod autem ναυτοπείρατας & ναυτοβάτας eadem eſſe Vult. li. 1. parerg. c. 48. perperam. Naurobatas, hoc eſt, eos qui funes nauium inſcendunt à Iuriſc. ſenſu alienos eſſe, idem tradit in fin. li. 3. diſpunct. Prat.

NAVTICA pecunia quæ & traiectitia dicitur, eſt, quam creditor negotiatori trans mare nauigaturo vſque ad certum locum, vel in eiuſque itionis & reditionis tempus ſuo periculo præſtat, qua de cauſa permiſſum eſt, vt ejus nomine & ex pacto vſuram petat, & vſuram grauiſſimam petat, leg. 1. & paſſ. ff. de nau. fœn. Dicitur & nauticum fœnus, & vſura maritima, l. 6. ff. illo tit. Hot. Briſſ.

NAVTICÆ vſuræ apud Iuriſconſultos dicuntur centeſimæ, magnæque. Sed ad tituli, De nauticis vſuris, faciliorem intelligentiam: vide Bud. lib. de aſſe. vbi de multiplici vſurarum ſpecie tractat. Anchor.

NAVTICVM fœnus eſt, quod propter nauticam pecuniam, vel quaſi nauticam exigitur. Cum enim qui nauticam exercent negotiationem, ſe ſuaque ventis & vndis committant, fœneratores maiorem vſuram exigebant. Nauticum autem fœnus Pollux lib. 8. duorum generum ponit, heteroplum, & amphoteroplum. Heteroplum eſt, cum commeatus tantum periculum fœnerator ſuſcepit. Amphoteroplum cum remeatus quoque, veluti, ſi negotiator Venetus pecuniam acciperet reddendam Brugis, hoc genus negotiationis, quod vtriuſque periculo fit a Græcis dicitur ἀμφοτερόπλουν, idque mutuum vocabatur ἔκδοσιν ναυτικόν. Vſus eſt Demoſthenes in orat. aduerſus Dionyſiodorum. Dicebatur & ἔκδοσις, quo verbo idem vſus eſt Demoſthenes ipſe contra Aphobum, quod fœris daretur. Eam pecuniam Modeſtinus vocat traiectitiam, ſed non ſolus Paulus appellat vſuras maritimas. Anchora.

NAVTICVS panis eſt, quem milites noſtri peregrina voce, hoc eſt, Italica *biſcotto* appellant Spieg. Alias buccellatus panis dicitur, Ammianus Marcellinus ad vſus diuturnitatem excoctum vocat, Brod. Miſcellan. lib. 4 c. 25.

N. E.

NE, pro an, non raro apud Iuriſconſ. occurrit l. in perſona, ff. de pact. l. 3. §. fin. ff. de don. int. & vxor. Quando vero ne cauſam, modum, conditionem in iure noſtro inducat, vide Bart. in leg. ſi quis poſſeſſ. ff. de acqu. Prat.

NE plerumque non verandi, ſed negandi vim habet, & pro Non ponitur. Quod donat. in Terent. And. & Eunuch. notat, & illo Neuij verſu confirmat. Vtinam nam memore Pello. Sic in l. 13. §. idem Iulianus, ff de iure iur. Iuraverit ſe furtum ne feciſſe, & in l. 62. §. vlt. de condit. & demonſt. Si à liberta ne nupſerit. Et in l. 21. § 1. ff. rer. amot. Pedius putat ne furtum eum facere. Adde & l. pen. §. non danda. C. de erog. milit. an lib. 12. Itaque qui hoc non vident, ſine cauſa emendant illud Ciceronis in Verrem. Qui ita dicunt, Ne coltãm potius quam paciſcat: & pro ne Non ſubſtituunt Briſſ. Vide Budæum in annot. prior. ad leg. in eo iure, ff. de ritu. nupt.

NE cui officium publicum vel damno vel compendio ſit, Africanus l. vide licet ex quib. cauſ. maior. Spieg.

NE dum, pro tamen, expont in §. ſed nedum. Inſt. de vi bon. rap. ridiculum eſt: ſunt enim (quod nec pueri ignorant) duo eo loci particulæ. Porro Nedum, coniuncta particula, duobus tantum modis vſurpatur: altero, cum vtramque ſententiam eodem claudimus verbo: altero, cum ſuum vtrique ſententiæ verbum accommodamus. Vide Vallam lib. 2. Spieg.

NE diphthongum, affirmantis aduerbium eſt, certe & valde ſignificans. Spieg.

NE facies furem, vel fugitiuum ſeruum meum, h. e. exponente Vlpiano, ne ſollicites, vt fur fiat, vel fugitiuus fiat: ne ita negligas ſeruum, vt fur efficiatus, l. nõ impoſſibile, ff. de pact. Sp. Pr.

NE iudicatum ſit, pro, Ne valeat ſententia. Vlp. de ferijs: Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudicatum ſit, id eſt, ne valeat. Bud.

NE luminibus officiatur, hoc maxime adeptum videbitur, ne ius ſit vicino, inuitis nobis altius ædificare atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum, teſte Paulo leg. 3. ff. de ſeru. vrb. præd. Spieg.

NE non. Sub hac particula aſſeueratigrem eſſe docliſſ. Zaſ. exemplis è Iuriſconſul. peritia planum facit, in ſcholis ad §. Cato l. eadem dicemus, ff. de verb. oblig. Spieg.

NE, & quidem. aſt traditum, inter hæc verba, ne & Quidem, ſemper interueniente aliquid neceſſario debere: quum tamen reperiatur & apud Ciceronem, & Liuium inter ne & Quidem nihil medium eſſe.

NE paſſim, id eſt, indiſtincte, l. fi. C. de iur. & fact. ignor.

Νέαιρα, eſt tertia præcila, quæ anno ceſſeum, quam Latini noualem vocant, qua dictione vſus eſt Gaius in l. ſylua 30. ff de verb ſign. Alij eo in loco pro νέαιρα, legunt νεαρά, vide Bud. in verbo νέαιρα & Alc. lib. 2 præterm.

NEBVLO, antiq. Lexic. ὁ διὰ λαΐγμα ...μφαγών. Hæc addo quoniam parum ſunt vſitata, Prat.

NEC, particula, ex vi ſua verb repetitionem inducit: vt nec ne

ama

Digitized by Google

amas, nec Tirium, ſubauditur enim amas: Vide Alciatum in l.duob.negatiuis verbis de verb.ſign.quem enarrando pulchre declarat, id perpetuum non eſſe. Duæ negationes affirmatiuam inducunt:quin & tres negationes non plus efficere, quam duas, vt cum lex dicit, in fugitiuo locum non habere, nec vſucapionem, nec præſcriptionem, l.1.C.de ſeru. fug. Spieg.

NEC abſciſſe: Vide ſupra Abſciſſe.

NEC eius rei dominus effectum eſt, cum lex dicit, aliquem non eſſe dominum, vel accepiſſe à non domino. Item non eſſe factum dominum, & cætera id genus verba accipienda ſunt, quatenus ad ipſam legem loquentem attinet, de caſibus, qui ſic euenire ſolent frequenter & cum eueniunt, apud naturam ſunt certi: non autem referenda ſunt ad opinionem actoris qui ignorare poteſt, verum tradens fuerit dominus, an non fuerit: Vide Oldend. Action.3.Claſſ.3. Spieg.

NEC mirum, in l. Labeo, ff. de ſupell. leg. pro non nouo, vt apud Cic. vel citra rationem: quemadmodum Mirum in modum, quod infra rationem eſt, Spieg.

NEC neque, diſiunctiuas eſſe in Grammatica, quam ſcripſit diuus Auguſtinus, putauit. Quod noſtri non admitterent, teſte Alciato. Coniunctim enim negant, & ideo quamuis alterum non fiat, committitur ſtipulatio, l. ſi ir qui ducenta, §. cum ita ff. de rebus dub. Spieg.

NEC non affirmat, vt etiam Grammatici fatentur. Quamquam non perpetuum eſt in iure noſtro, duas negationes inducere affirmatiuam, vt in particula nec Iſtius indicauimus. Spieg.

NEC in l. vnic. §. & cum lex C. de rei vxor. act. pro nec quidem, poſitum ſcribit A. Auguſt. lib.2.emend.c.3.Prat.

NEC pro non in 12. ſæpe poſitum Feſtus ſcribit, & ex earum capitibus, quæ hodie extant, liquido apparet. Sic in l. 3. §. ſi duo impuberes, ff. de Carb. ed. l. 1. §. ſi ad ſitcum, ff. vt legat. nom. cau. & alias ſæpe. Briſſ. Idem refert Conn. lib. 4. c. 3. 11. 3.

NEC rato, pro Et rato, poſitum videtur à Celſo geminata negotiatione ex Græcorum conſuetudine, pro ſimplici. Si tibi nupſero, inquit, decem dari ſpondes? cauſa cognita denegandam actionem puto, nec rato probabilis cauſa huiuſmodi ſtipulationis eſt, l. 87. §. 2. ff. de verb. oblig. vbi optimus Accurſ. inſolentia locutionis offenſus, nec rato, inquit, id eſt, nunquam, ſed & NEC RARA legi quibuſdam in libris teſtatur: quod abſurdius multo eſt. Hot. Prat.

NECARE videtur non tantum is qui partum præfocat, ſed & is qui abiicit, & qui alimoniam denegat, & is publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet, autor Paulus, ff. de lib. agnoſc. Spieg. Prat. Briſſ.

NECARE veneno. Briſſ.

In NECEM Iureconſultis ſignificat, in perniciem, fraudem, & damnum, l. 1. ſi fideiuſſerit, ff. ſi quid in fran. pat. l. 10. §. verſum, ff. de in rem verſ. l. 13. ff. de minor. l. 11. ff. de pec. l. 4. ff. ſi quis omn. cauſ. teſt. l. 5. § dolum, ff. vt in poſſ. legat. ff. de lit. l. 14. ff. de appell. l. 3. §. item ſi quis, ff. de crim. ſtellio. Briſſ.

NECESSARIA artificia, in l. ſeruos pignoratos, in princ. ff. de pignor. act.

NECESSARIÆ impenſæ: vide Impenſæ neceſſariæ.

NECESSARIÆ perſonæ, vel ſanguine, vel affinitate nobis coniunctæ. Earum fit mentio in l. quamuis, 2. C. de adul. & in gloſſ. l. Imperator Antonius. ff. de pactis. Specialiter autem neceſſariæ perſonæ quæ ſint, indicant Paulus & Calliſtratus l. 1. & l. ſeq. ff. in ius vocat. vt eant. Spieg.

NECESSARIÆ perſonæ quomodo accipiendæ in l. 1. ff. de in ius voc. colligitur ex l. 2. cũ. tit. l. 1. § ait Prætor, ff. qui ſatiſd. cog. l. 2. § vlt. ff. quand. appell. l. 28. ff. ſolut. matrim. Briſſ.

NECESSARIAM peregrinationem allegare, l. aut ſi valetudinem, ff. de procur. Spieg.

NECESSARIO, id eſt, neceſſario. Briſſ.

NECESSARII pro propinquis, l. 5. §. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. & ſunt, vt Gallus Ælius ait, qui aut cognati, aut affines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur, præter cæteros. Hæc Feſtus: vt ſuſpicari aliquis poſſit. Neceſſarios hæredes dici liberos, in quos neceſſario ex officio hæreditas confertur: Vide Hæres ſuus & neceſſarius. Hot. Item Rævard. l. hæredem eiuſdem poteſtatis, ff. de reg. iur. Briſſ.

NECESSARIVS hæres. Quamuis lex Ælia Sentia ſeruorum iſtorum libertatem impediat, qui à dominis in fraudem creditorum manumittuntur. Licet tamen domino, qui ſoluendo non eſt (is autem ſoluendo non eſt, qui plus debet, quam in bonis habet, ita Theophil. in §. 1. quibus ex cauſ. manum. Inſtitut.) in teſtamento ſeruum ſuum cum libertate hæredem inſtituere, vt liber fiat, hæreſque ei ſolus, & neceſſarius. Idque ea lege Ælia Sentia prouiſum eſt, & recte. Valde enim proſpiciendum erat, vt egentes homines, quibus alius hæres extiturus non eſſet, vel ſeruum ſuum neceſſarium hæredem haberent, qui ſatisfacturus eſſet creditoribus, aut hoc eo non faciente, creditores hæreditarios ſerui nomine vendant, ne iniuria defunctus afficiatur, dict. § 1. Neceſſarius ergo hæres eſt, ſeruus à domino, qui ſoluendo non eſt: cum libertate inſtitutus, qui ſolus, & neceſſarius hæres dicitur. Solus, quoniam vnum & eum ſolum, et qui ſoluendo non eſt, hæredem licet inſtituere: nam vſque ad vnum lex ſuam conſtitutionem vitiat, atque corrumpit: Ita Theol. in d. §. 1. quodque ita demum ſeruus neceſſarius hæres exiſtat, ſi modo ei nemo alius ex teſtamento hæres extiterit, aut quia nemo hæres ſcriptus ſit, aut quia is, qui ſcriptus eſt, qualibet ex cauſa ei hæres non extiterit, d. § 1. Neceſſarius vero hæres ideo appellatur, quia ſiue velit, ſiue nolit, omnino poſt mortem teſtatoris, protinus liber, & neceſſarius hæres fit. Vnde qui facultates ſuas ſuſpectas habent, ſolent, ſeruum ſuum primo, aut ſecundo, aut etiam vlteriore gradu hæredem inſtituere: vt ſi creditoribus ſatis non fiat, potius eius hæredis bona, quam ipſius teſtatoris à creditoribus poſſideantur, vel diſtrahantur, vel inter eos diuidantur. Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum præſtatur præter libertatem, quam neceſſario cum inſtitutione conſequitur, vt ea quæ poſt mortem patroni ſui ſibi acquiſierit, ipſi reſeruentur. Et quamuis bona defuncti non ſufficiant creditoribus, iterum tamen ex ea cauſa res eius, quas ſibi acquiſierit, non veniunt, §. 1. de hæred. qualitate & different. Inſtitut. lib. 1. Anchoran Neceſſarius hæres voluntario opponitur, l. 18. ff. de vulg. & pupil. Briſſ.

NECESSARIORVM hæredum alij neceſſarij tantum ſunt, alij ſui & neceſſarij, vt Iuſtin. in Inſtit. tit. de hæred. qualit. tradit Neceſſarij tantum hæredes; quemadmodum Gaius lib. 2. Inſtit. tit. 3. exponit, ſunt ſerui, qui cum libertate, hæredes inſtituuntur: quia velint nolint, neceſſe eſt eos hæredes eſſe, l. 12. tit. de teſtam. l. 8. §. ſed quod Papin. ff. de minorib. & tit. de hæred. inſt. ſatis multis legibus. Sui & neceſſarij ſunt liberi, qui in poteſtate morientis fuerunt, l. 30. §. 1. ff. de vulg. Quorum vtrumque Vlpian. expreſſit in Inſtit. tit. 25. Briſſ.

NECESSE, Neceſſum à Ceſſo deductum eſt, quia non ſit in eo ceſſandum, inquit Donat. in Terent. Id ergo eſt, quod vi aliqua cogente fieri opus eſt. Neceſſitas, ipſa vis, quæ nos cogit, vt aliquid faciamus: Poëtæ neceſſitatem Deam faciunt, Philoſophi Fatum appellant. Adi Chiliad. Eraſm. Porro neceſſitas non habet legem, iuxta gloſſ. in l. 1. de off. conſ. l. 2. §. inde iuncta gloſſ. in verb. communia, ad leg. Rhod. de iact. Nec Rom. Pont. vult ligari neceſſitatem & pietatem, cap. 2. & vlt. de fer. Quia in re Iudæi, cum plane cæci eſſent, à Chriſto apud Lucam reprehenduntur: Vide Bar. in l. 1. C. de oper. ſeru. & Bald. de ineuitabili neceſſitate: vide in c. ſuſcitatus, de reſcript. Eſt autem duplex neceſſitas: quædam dicitur abſoluta, quam primogeniam Zaſius vocat. De hac intelligi debet l. ſicut, C. de actio. qua nemo aſtringitur ad mutuandum. Alia reſpectiua, vel conſecutiua vocatur, qua pacta libere initia complere adſtringimur. Neceſſitas item coniunctionem ſanguinis, vel amoris, h. e. affinitatem, vel ſtrictam amicitiam ſignificat. Sic neceſſarij, pro conſanguineis. Inſt. ti. eo. Adde, ſi vis, & Feſtum, & Gellium, qui lib. 13. deridet Grammaticos, qui neceſſitudinem & neceſſitatem inter ſe differre putant. Spieg.

NECESSE eſt rei cedere id, quod ſine illa eſſe non poteſt; autore Paulo l. in rem actio. ff. de rei vindic. Spieg.

NECESSITAS contradictionem non habet nec admitti. Solet enim multa nos vel inuitos docere neceſſitas, ſicut & exitus ſtultorum magiſter. Prat.

NECESSITAS iudicandi apud Iuriſconſ. in l. vlt. ff. de muneribus, § iudicandi quoque neceſſitas, ex quo ſane non recte percepto commentatores parum firmum, vel potius falſum ducunt argumentum in tabularios atque ſyngrapharios, vt id quod ſuæ functionis eſt, conficere ipſi cogantur, cum meliore interprete Budæo reuera Arcadius Iuriſconſ. hoc ſignificare voluerit, hominem politicum, ac ciuili more viuentem, vt cætera munera ciuilia; ita iudicandi quoque munus agnoſcere, obireque debere, ad idque cogi poſſe. Spieg.

NECESSITAS vis quædam, ait Non. Marcell. quæ alterum cogere inuitum poteſt. Briſſ.

NECESSITAS legem ſæpe obtrudit inuitis: quemadmodum olim curam Reipublicæ magna hominum turba, vt euitaretur confuſio ad Senatum deducit, l. 2. §. deinde quia difficile, ff. de orig. iur. l. illicitas, §. vlt. ff. de offic. præſ. Old. Prat.

NECESSITAS non habet ferias: vt ſunt exempla in l. ſolet etiam, ff. de feri. Prat.

NECESSITAS ſtillicidiorum excipiendorum: Vide Vlp. in l. ſi arborem, §. hæc lex, ff. de ſeruit. verb præd. Spieg.

NECESSITVDINEM *ab eruditis*, *pro eo quod neceſſum eſt vſurpari*, Cataneus exemplis monſtrat. Arrianus pariter pro neceſſitate vſurpat, in l omnes, de re milit. Ponitur quoque pro cognatorum propinquitate, ſed iure & vinculo coniunctionis, vel ſanguinis, vel affinitatis, vel amicitiæ, l. vlt. ff. de inſt. & iur. l. ſi tutor. ff. de ſuſpect. tut. l. in fideicommiſſ. §. cum Polidius, ff. de vſur.

NECESSITVDO pro coniunctione ſanguinis & propinquitate, l. 5. § 1. ff de quib. ex cauſ. in poſſeſſ. Briſſ.

NECESSITVDINEM perſonarum ſcire, l. 2. ff. in ius vocat. vt eant. Eſt etiam, vt ait Fronto neceſſitudo vel ſanguinis, vel meritorum cum præceptoribus, cum amicis, vnde Paulus in l. non eſt ſingulis, §. infinita, ff. de reg. iuris, non immerito infinitam neceſſitudinis æſtimationem dixit, cum Feſtus ſcripſerit, in

neceſſarior, qui aut cognati aut affines ſint, neceſſaria officia, conferri præter cæteros. Rænardus d.l. non eſt ſingulis. Eius porro dictionis vim explicat Gellius lib.13. c.3. Corraſius lib. 4. Miſcell. c.10.n.5. & 6.

NECI datus, ait Feſtus, proprie dicitur, qui ſine vulnere interfectus eſt, vt veneno, aut fame: qui quid fecerit contra hominis necem, quod legibus permiſſum non ſit, l.4. ff. ad leg. Cornel. de ſicariis, Briſſ.

NECROMANTEI ſunt quorum præcantationibus videntur reſuſcitati mortui, diuinitate, & ad interrogata reſpondere, νεκρὸς enim Græce, Latine mortuus: μαντεία diuinatio nuncupatur, c.nec mirum 26.q.5. Io. Bello. Etymol.

Νεκροθάπτης ὁ τοὺς νεκροὺς θάπτων, id eſt, qui mortuos ſepelit. Vlpia. Libitinarium Latine dici teſtatur: Si Libitinarius, inquit quos Græce νεκροθάπτας vocant ſeruum pollinctorem habuerit, &c. l.5. de inſt act. Hot. Briſſ.

NECTERE artibus mores, eleganter Imperatores dixerunt in l. vnica, C. de ſuffragio, pro ſolutionem differre dulis. Spieg. Nectere alias pignori obligare ſignificat. Briſſ.

NEFARIÆ nuptiæ: vide paulo poſt.

NEFARIUM crimen, vt nefarium ſcelus apud Ciees. l. ſancimus, C. de pœnis, l.2. C. ſi nupt. ex reſcript. pet. Major autem eſt vis nefarij, quam illiciti. Sic nefariam conjunctionem, l.1.§.1. ff. de concubinis. Nuptias item nefarias, plus quam illicitas intelligimus, Spieg.

NEFARIA. ſceleſtati, ſacrilegi: Vide Nonium & Varronem.

NEFAS eſſe dicitur, quod eſt contra fas, vt loquitur l.5. ff. de quæſtionibus. Briſſ.

NEFAS impium quoddam & execrabile denotat, de quo ne fari quidem liceat, quod cum majus ſit (potius enim ciuile eſt) temperamentum theoricum ei ſubijcit. Druſæus in methodo juris.

NEFASTI dies, lege, Faſti dies.

NEFASTI dies vocantur Varroni, per quos dies nefas fari prætorem Do, addico, Ouid.

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.

NEFARIÆ nuptiæ ſunt, quæ ſiunt inter parentes & liberos, in infinitum, l.fin. ff. de ritu nupt. inter fratres & ſorores, quod adeo verum eſt, vt ne vulgo quæſitam quidem ſororem in vxorem ducere liceat, per l. nihil. habet, 54. & l. adoptiuus, 14. §.2. ff. de ritu nupt. Et ex affinib. inter vitricum & priuignam, aut priuignæ filiam, inter priuignum & nouercam, adeo vt coniunctio illa prope nefaria dicatur, ſi filius eam fœminam in vxorem ducat, quæ patris ſui fuit concubina, l.1. pen. ff. de concubinis: inter ſocerum & nurum, inter generum & ſocerum, d.l. fi. ff. de condict. ſine cauſa, l. fin. ff. ad leg. Iul. de adult. Vult. ad §.1.n.3. Inſtit. de nuptiis.

NEGANTIS nulla eſt probatio, l. adſeueratio, & l. actor. Cod. de probat. per rerum enim naturam fieri non poteſt, vt non entium vllæ ſunt qualitates. Quoties vero vel tempore vel loco coarctatus negatiua, probationem recepit, l. Paonimmus, § perduellionis, ff. de aeq. hæred. l.2. C de error. aduoc. Old. Prat.

NEGARE, nihil aliud eſt quam dicere aliquod non eſſe. Et proprie eſt credita, vel data negantium. Sic judicatum negare pro eo, quod falſum judicatum dicere, accipiendum eſt. Vlp. Nihil intereſt, ait, neget quis an taceat interrogatus, an obſcure reſpondeat, vt incertum dimittat interrogatorem, l. de ætate, §. quod autem, ff. de inter. act. Spieg.

NEGARE, id eſt, denegare; vt Prætor actionem ei negare debet, l. 1.§. In operis, ff. de oper. non nun.

NEGARE filium, in l.9. C. de patr. poteſt. i. abdicare.

NON nego, medium quiddam eſt inter negantem, & vere affirmantem, cap. Is qui tacet de reg. jur. l. ſi putas, C. de petit. hæred. Prat.

NEGATIO pura, vel ſimplex appellatur, qua neque expreſſe, neque tacite quicquam aſſeritur, ſed intentio tantum actoris in judicio fit dubia, l. vltim. C. quib. ad libert. procl. non lic. cum multis ſimilib. legib quas non fruſtra congerit. Oldend. lo co. Reg. in de probat. dict. & fact. Zaſ. c. vlt. lib.2. Intellect ſingul. quod hactenus traditum eſt, negationem non eſſe exceptionem, adſtruit contra Rhetorica præcepta, contra jus, & contra rationem dici, & ſimul deprehendi, quantas nugas innocent. Specul. Abb. & Canoniſtæ ea in re ſparſerint: & quam omnino ſibi non conſtiterint Bart. & legiſtæ reum tamen nos ex Rhetoricis doctrinis, ex quibus jura noſtra ciuilia, magna ex parte, vt veriſſime dixit, radicantur. Porro Alciatus oſtendit c. parerg. lib.5. non eſſe veram Dialecticorum differentiam an negatio verbum præcedat, an ſubſequatur: Vide Laurent. Vall. lib.1.c.16. Spieg.

NEGATIO negationi poſtpoſita non ſemper affirmat, ſed & negat magis, cum altera pro vniuerſali ponitur, & particulares ſequantur. Vna ſola negatio poſtpoſita negationi non affirmat, ſed negat: ita tamen vt ſequens jungatur cum particula quidem, interdum tamen ſine hac particula duæ negationes negant, cum vna particularis omittitur. Si duobus verbis aut poſitis aut intellectis addantur duæ negatiuæ, non dubium eſt quin negent. Hermogenes Rhetoric. vltim. Negatione, inquit, quandoque eodem ſenſu vtimur: quaſi affirmatiue locuti eſſemus, quandoque minus ſignificamus, aliquando etiam amplius eodem ſenſu. Spieg.

NEGATIONES duæ affirmant, tres negant, Paul. l.24. ff. de recep. Sed ſi poſtea ille paratus ſit, accipere, non impune me non daturum. Videre tamen licet multis in locis apud Iuriſconſultos negationes duas repetitas more Græco pro vna. Vlpian. l. fluminum in princ. de damnat. infect. Cum nemine nihil faciente locus ipſe publicus damnum inferat ſui natura. Sic l. neminem Cod. de re mil. lib.12. Neminem in nullo numero equitum vel peditum, &c. ſociari concedimus. Item l. deuotum, C. de metat. Prat.

NEGATIO geminata affirmat interdum, interdum non: illius exemplum eſt in l.1. C. de ſeruis fugit. hujus in l. ejus eſt, 3. ff. de reg. jur. Godd. in d. com. l.237. num.1.

NEGATIVA regulariter dicitur improbabilis, leg. actor. Cod. de probationibus. Eſt autem multiplex, facti, juris, qualitatis. De quibus copioſus Specul. ſcribit. tit. de probat. §.1. verb. Negatiua. Spieg.

NEGATIVA facti eſt, vt ſi dicat aliquis ſe non fuiſſe citatum, vt ei qui negat factum non incumbit onus probandi, 2. ff. de probat. l. actor. Cod. eod. tit. ſi negatiua non habeat adjunctam determinationem loci & temporis. Ergo coacta loco & tempore poteſt probari. Negatiua juris eſt, vt ſi quis aduerſarium ſuum dicat ab aliquo jure prohibitum eſſe ſpecialiter lege, vel conſtitutione, vel ſi quis negat emancipationem recte factam, & debet probari ab eo qui eam negat, l. ab ea parte, ff. de probat. Negatiua qualitatis dicitur illa, vbi qualitas negatur, vt cum dicitur iſte non eſt idoneus, non eſt dignus, non eſt ſoluendo. Et hæc debet probari ab eo, qui eam proponit, gloſſ. in d.l.2. ff eod tit. Ioan. Bellon etymol.

NEGATIVA vniuerſalis omnia poſt ſe deſtruit, h. e. & actum & potentiam, vt dicunt Logici quod verum eſt in jure noſtro, ſi omnia principalia ſecundum materiam ſubjectam deſtrui intelligimus. Quippe quæ per accidens veniunt, & ſuppoſititia iſta non deſtruuntur, vt docet Zaſ. in intellect quo loco tractat propoſitiones vniuerſales quomodo intelligantur. Spieg.

NEGATORIA actio eſt vendicatio ſiue actio in rem, qua rem noſtram aduerſario vel fundo eius ſeruitutem debere negamus. Eam Iuſtinianus in §. æque a. Inſt de action. vocat negatiuam Briſſon. ſicut Vlpianus in l. vti frui 5. ff. ſi vſusfr. petatur Vno loco ſcio eam etiam appellari contrariam, l. ſicut, 8. ff. ſi ſeruit. vindic. Quam in rem eſſe & quidem vindicationem expreſſus eſt textus in l. Seruitut, 3. § pen. ff de titul, & §. æque, quod tamen aliquis miretur, quomodo fieri poſſit, cum de ſeruitute ſit, l.4.§. competit autem, ſi ſin. ſeru. vind. & tamen ſeruitutem non vindicet. Quomodo igitur in rem erit: & dicendum eſt in rem eſſe hanc actionem, qua qui ea agit intelligitur vindicare libertatem, quæ ſeruituti eſt oppoſita: ſicut vero illa duo inter ſe opponuntur, ita quoque confeſſoria & negatoria: ſicut ſeruitus eſt res quæ vindicatur actione confeſſoria, ita etiam libertas res eſt quæ vindicatur actione negatoria, ac proinde recte tam hæc quam illa in re eſſe dicitur. Neque tamen propterea neceſſe eſt, prædium eius qui ſeruitutem negat, omnino eſſe liberum. Liberum enim eſſe dicitur reſpectu aduerſarij, atque ita non ſimpliciter ſed relatiue, vt puta, ſi prædium meum medium ſit inter Sempronianum & Sejanum, & debeat ſeruitutem Semproniano, non Sejano, recte agam negatoria aduerſus prædij Sejani dominum, licet meum prædium in totum non ſit liberum. Quamuis enim non ſit liberum à Semproniano: liberum tamen eſt à Sejano, d.§. competit. Vnde eſt quod vulgo dici ſolet, Quo ad te, liberas ædes habeo: Ex quo colligitur etiam eum, cujus res ſeruitutem debet, nihilominus recte agere negatoria, nimirum reſpectu ejus, cui ſeruitutem non debet, Quinetiam idem vſu venit aliquando, vt negatoria detur etiam aduerſus eum cuius tamen prædio ſeruitus debetur, ſi forte aduerſarius aliter ſeruitute vtatur, quam eſſe jus ſit, puta ſi quis habeat jus itineris, qui ædificet in toto ſeruitutis. Etſi enim hic iter debeatur, ac proinde res non ſit libera: recte tamen dominus prædij ſeruitutem debentis intendit jus ibi non eſſe ei ædificare, l. ſi eo loco, 9. l. ſi cum me 14. ff. ſi ſeru. vind. l.4. ff. de ſeruit. l. gaia. Atque inde eodem modo formulæ in hac actione concipiuntur indefinite, ſicut in confeſſoria, puta, in ſeruitute perſonali, ſi quis intendat jus non eſſe vtendi, fruendi; quam refert Inſt in d.§ æque. vel non eſſe ei jus vtendi, fruendi inuito ſe, d.l. vti frui, l. ſi is qui 16 § 1. ff de pign. & in ſeruitute reali, vt ſi quis intendat, jus non eſſe aduerſario eundi agendi, l. ſi quando 17. l. ſicut autem 8 & paſſim in tit. ff ſi ſeru. vind. l. ædificatum 43. ff. de damn. infect. l. binas 36. ff. de ſeruit. vrban. prædiorum. l. quemadmodum 29. §.1. ff de ad leg. Aquil. l. ſi plures, 6.§. fin. ff. arbor. furt. Hic ergo primum requiritur, vt actor probet dominium rei cuius libertatem aſſerit, aut ſaltem jus aliquod in eo habeat: quod dominium aut jus, cum in controuerſiam venit, etiamſi multi egregij Iuriſconſulti in eam ſententiam inclinent, vt omnino ſit probandum: in Camera tamen Imperiali refert Myſingerus, centuria prima, obſeruat. 19. circa quæſtionem aliam aliquando in qua-

dam

Digitized by Google

dem cauſam obſeruatam fuiſſe diſtinctionem Bart. in l. ſi priuſquam, ff. de operis noui nun. & in l. ſicut, §. ſi quæratur, ff. de ſeruit. vind. vt, ſi actor ſe in fundi poſſeſſione eſſe probare poſſit, vel etiam ipſe aduerſarius fateatur, id ſufficiat, ſi quidem ex ea præſumeretur dominium, ſi autem in poſſeſſione non ſit, probet dominium rei, ſiue jus quod in re habet: hoc ſi probauerit, non eſt neceſſe, vt probet libertatem. Cum enim quælibet res præſumatur eſſe libera, & eius quod negatur, per rerum naturam probatio non ſit, niſi aduerſarius de jure ſuo prætenſo doceat, actor obtinet: Alterum eſt, vt reus ſe ſeruitutem in re actoris habere prætendat. Datur autem hæc ſoli domino, ſed non in ſolum dominum, verum in quemlibet interpellatorem ſiue vſurpatorem ſeruitutis, Vult. ad d. §. æque, nu. 18 & ſeqq. Inſt. de action.

NEGLIGERE eſt contemnere, aſpernari. Si judex conſtitutiones principũ neglexerit, punitur, l. 1. §. 1. ff. de leg. Cor. de falſ. Briſſ.

NEGLIGERE videtur, qui ſæpe conuentus ſui præſentiam non facit per l. de vno quoq; §. qui apud, ff. de re judic. Spieg. Prat.

NEGLIGENS, qui in rebus ſuis diligentior non eſt, §. fin. Inſtit. pro ſoc. Negligentem, quaſi non eligentem, Iſidorus interpretatur. Iuriſperitis negligens etiam plerumque dicitur, eo ipſo, quod quis non facit, quando agendum quid eſt certo tempore & loco: niſi de impedimento doceat, vt per Felin. traditur in verb. negligentia, de reſcript. Spieg. Adde negligentiorem cenſeri qui non totum exequitur officium, tametſi pro parte præſtet, l. cum hi quibus, § ſi prætor aditus, ff. de tranſact. Old.

NEGLIGENTIA deſidiam & ſegnitiem ſignificat. Briſſ.

NEGLIGENTIA, id eſt, per negligentiam, vt curatores qui tutelam ad ſe negligentia non tranſtulerunt, l. 36. §. adoleſcens, ff. de adminiſt. & peric. Briſſ.

NEGLIGENTIA, magna culpa eſt, quæ modo leuis, modo magna pro ſubiecta materia accipienda eſt, magna culpa, dolus eſt, ait Paulus l. 226. ff. de verb. ſig. vide Culpa Hot. Spec. tit. de reſtit. in integr. §. 8. verſ. vt autem Prat.

NEGLIGENTIA manifeſta in l. 2. C. arbitr. tut. id eſt, lata culpa.

NEGLIGENTIA noſtra ad alienam injuriam referri non debet. Scæuola in l. 9. de tranſact. Spieg.

NEGLIGENTIA quanto tempore indicetur, docet Bart. in l. 2. ff. de his quib. vt indign. & in l. cognitiones. ff. ad Syll. Prat.

NEGLIGENTIA aliquot epitheta attribuuntur: & dicitur negligentia craſſa, diſſoluta, lata, magna, nimia, Briſſ.

NEGLIGENTIA nimia, pro lata culpa, l. mitteris, ff. de cuſto. reor. Alb. Spieg.

NEGLIGENTIA ſimplex eſt, quam culpam leuiſſimam vulgo vocant: Vide Connan. lib. 7. c. 9. n. 7. Negligentia magna, culpa eſt, quæ modo magna pro ſubjecta materia accipienda eſt: Vide ſupra Culpa Spieg.

NEGO omnia prout narrantur, animo litem conteſtandi, Cautela eſt calumnioſorum aduocatorum prorſus impia, nata in Iuriſperditorum ſcholis non ſacroſanct. juris officina: Vide Oldend. in act. on. 1. claſſ. 9. Spieg.

NEGOTIA ſunt plura quam vocabula, l. nam natura, ff. de neg. geſt. Spieg.

NEGOTIA ſic accipe, ſiue vnum, ſiue plura. Vlpian. de neg. geſt. leg 9. Spieg.

NEGOTIARI eſt negotiationem aliquam exercere. Briſſ.

NEGOTIARI animas, venuſte Plinius de medicis dixit, pro eo quod eſt, lucrum facere in occidendis animabus. Accidit, quod nobis frequens in ore eſt, impune hominem occidere, licere medicis, Banniſianum verbum è Cæſare Maximiliano probatum. Super paniam noſtram medici ludunt, itaium apud Italos verbum. Spieg ex Old.

NEGOTIATIO, mercaturam ſignificat, de qua vide Bartol. in l. legatum, de leg 3. & in quibus conſiſtat, eundem in l. quicunque, ff. de Inſt Spec. titu. de clar. conjug. Abb. c. 1. & c. ſacerdotibus ne cler. vel mon.

NEGOTIATIO ſagaria: vide l. 5. §. ſi plures 25. ff de tribut. actio. & l. cum duobus, 52. § quidam ſagariam, ff. pro ſocio.

NEGOTIATOR, qui in aliorum negotiis ſe exercet: Vnde Labeo. Negotiatores ſerui videntur, qui præpoſiti ſunt negotij exercendi cauſa: veluti qui ad emendum, aut locandum, aut conducendum præpoſiti ſunt. Noſtri mercatores, Factores vocant: Vide quæ notant in l. legatis, ff. de leg. 3. & l. ſi hoc. 49. ff. pro ſocio. Spieg.

NEGOTIATOR veſtiarius, *der mit Kleidern handelt.* Veſtiarius, *ein Kleidermacher, Gevvandſchneider.* Scæuola in l. libertus negotiatoris, ff. de ope. libert.

NEGOTIATORES, in Iuſtiniani conſtit. lib. 12. C. negotiatores ne militent, intelligendi ſunt, qui ergaſterio præſunt, quod Latini officinam aut tabernam nominant. Igitur non tantum negotiatorum nomine mercatores ſunt accipiendi, ſed omnes opifices: qui & ſi ante Iuſtinian. militare poterant, raro tamen adſumpti ſunt, niſi quod in Gallico tumultu ſcribit Liuius opifices & ſellularios minime militiæ idoneum genus, rei neceſſitate excitos. Sic & ſeruos aliquando legere, libertorum penuria neceſſe fuit. Hodie vero nec opifices arcentur à militia, niſi in defectu, *in der Muſterung*, quaſi non idonei rejecti fuerint: quod militum vulgus *auſmuſteren* vocat. Sed id ad alia vſus quoque in noſtrate lingua tranſtulit. Viglius recte cenſere videtur, opificibus militaria priuilegia tribuenda: quando ipſis nunc iterum militare conſuetudine noſtra conceſſum eſt. Spieg.

NEGOTIATORES non iidem ſunt, qui mercatores: vt vulgo creditur. Negotiatores enim dicuntur ciues Romani, qui in prouinciis ſedem ac domicilium fortunarum ſuarum habent: neque Romam fere niſi cenſus tempore, hoc eſt, quinto quoque anno ventitabant. At Mercatores ſunt, qui cum Romæ domicilium familiamque ſuam habeant, interdum ad aliquot menſes in prouincias excurrunt mercium exportandarum aut importandarum cauſa. Ex negotiatoribus autem in prouinciis conuentus conſtabant, hoc eſt, Proprætores ac Proconſules cum forum haberent ac jus dicebant, in priuatis quidem cauſis, Recuperatores ex eo numero dare ſolebant: in capitalium vero rerum quæſtionibus, eos in conſilium adhibebant, ſi cui patronus dandus eſſet, ex eodem numero rogatum aliquem dabant. Hæc ex longa obſeruatione Varr. 6. in qua rerum iſtarum vſus perſpicitur. Nunc quærendum eſt negotiatorum nomina, an etiam publicani & argentarij, qui in prouincia domicilium habebant, continuantur. Sed de publicanis facilis & expedita ratio eſt: nam in epiſt. 1. ad Q. Fratrem apertiſſime diſtinguuntur, vbi ſic ſcribit: Conſtat Aſia ex eo genere ciuium, qui, aut quod publicani ſunt, nos ſumma neceſſitudine attingunt: aut quot ita negotiantur, vt locupletes ſint, &c. Item in Manilian. Nam publicani ſuas rationes & copias in illam prouinciam contulerunt: deinde cæteris ex ordinibus homines graui & induſtrij partim in Aſia negotiantur, partim ſuas & ſuorum in ea prouincia pecunias magnas collocatas habent. Denique tum ex illa orat. tum ex ea pro Fonteio plane conſtat, Negotiatores dici Aratores; præſertim & pecuarios: Publicanos vero eos fuiſſe, qui ab Aratoribus decimas, à pecuariis ſcripturam, à mercatoribus autem portorium exigebant. Nunc de argentariis & Fœneratoribus videamus: nam hic ſane locus, quem modo ex Manil. protulimus, Argentarios à negotiatoribus diſtinguere videtur. Sed hoc reſtricta & anguſta ratione intelligendum eſt, nam in ea pro Fonteio, Fœneratores & argentarij perſpicue Negotiatorum nomine ſignificantur, à quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe dicunt? Referta Gallia negotiatorum: plena ciuium Rom. nemo Gallorum ſine ciue Rom. quicquam negotij gerit: nummus in Gallia nullus ſine ciuium Rom. tabulis commouetur, vnæ tabulæ proferantur, in quibus veſtigium ſit aliquod, quod ſignificet pecuniam Fonteio datam. vnum ex toto negotiatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum numero teſtem producant. Hot.

NEGOTIATORUM onera tria ſunt, Monopolij, ſi certæ perſonæ vel certo corpori conceſſerit princeps, vt ei ſoli jus ſit vendendæ certæ mercis, quæ conceſſio principis non erat improbata ante conſtitutionem Zenonis de monopolis, ſub onere conferendæ in fiſcum penſionis certæ. Et aliud eſt onus auraria functionis ſiue luſtrati auri & argenti collationis, de quo eſt primus titulus lib. 11. C. eſt & tertium onus ſiliquatici, de quo ita Caſſiodorus lib. 4. variar. ſiliquatici præſtationem rebus omnibus nundinandis prouida definiuit antiquitas. Cujac. 16. obſ. 23.

NEGOTII vocabulum latiſſime patet. Negotium enim dicitur illud quod non habet occupatos, proprie tamen mercaturis accommodatur: ſcribit Connan. lib. 7. commen. jur. ciuil. c. 2. In jure autem capitur aliquando ſpecialiter, neque tamen ſemper ſignificatione eadem. interdum enim negotium interpretamur litem, vt in l. error facti. Cod. de juris & facti ignor. interdum contractum omnem & quemvis in genere, vt l. 1 ff de æſtimator. ad ſolent, 15 & d l. rogaſti, ff. de præſcript. verb. l. 5. ff. de rebus autor. judicia poſſid. l. in negotiis, 5. ff. de reg. jur. Ex quo vulgata illa Iuriſconſultorum phraſis promanauit, negotium contrahere pro contrahere, d. l. ſi in area, l. pen. ff. quod juſſu, l. fundum, 50. ff. de jure dotium, l. ſi ſeruus, 70. ff. de legatis, 1 l. ſi quis abſentes, 5. §. tutelæ, ff. de action. & obligation. adeo vt actio etiam, quæ datur ex contractu vero dicatur dari ex negotio geſto in l. 1. §. ſi filiusfam. & ſeq. ff. de his qui dejecerint omnium vero frequentiſſime accipitur pro eo negotio quod quis ſine mandato domini, imo vero etiam ipſo ignorante adminiſtrat, quomodo negotium in titulis, ff & Cod. de neg. geſt. accepimus. Vultej. ad §. 1. num. 1. Inſt. de oblig. quaſi ex contract.

NEGOTIIS alienis offerre ſe, immiſcere, interuenire. Briſſ. ex ff.

NEGOTIORUM geſtio, eſt contractus improprius, quo quis alterius ignorantis negotium gerendum abſque mandato ſuſcipit, quod Iuſtinianus d. §. igitur cum quis, eleganter his verbis expreſſit: ſi quis ſine mandato alienis negotiis gerendis ſe offert. Dico ignorantis. nam ſi quis ſciat negotium ſuum geri, & cum poſſet, geſtorem gerere non prohibuerit, eum intelligitur ille negotium ſuum mandaſſe, per text. in l. ſi remunerandi, §. qui paſſus, & in l. qui patitur, 18. ff. mandati, atq; hanc

etiam puto eſſe rationem, cur plerumque in legibus noſtris, ſicut etiam in principio, §. igitur cum quis, Inſtitut. de oblig. quaſi ex contractu, dicantur geri negotia abſentis: quia abſentes, vt plurimum negotia ſua geri ignorare ſolent: vix autem eſſe vt quis præſens ſit, & negotium ſuum geri ignoret. Si tamen qui præſens eſt ignoret, negotiorum eſt geſtio ex mente legum, ſicut è contrario ſi quis abſens ſit, & negotium ſuum geri ſciat, nec tamen gerentem cum poſſet, ſi prohibeat, contractum mandatum iniiſſe intelligitur. Quod in definitione dixi abſque mandato, in eo hujus contractus forma potiſſimum conſiſtit, qua diſtinguitur à mandato & qua negotiorum geſtor diſtinguitur à procuratore. Eadem fere vtriuſque eſt ratio: differunt tamen quod procurator eſt mandatarius, negotiorum geſtor eſt voluntarius: ille de mandato ſuo certus eſt, ideoque habet actionem mandati, hic ex opinione gerens, non mandati ſed negotiorum geſtorum habet actionem, l. 5. ff. de negotiis geſtis. Ille de mandatis perſona ſemper certus eſt, hic non ſemper eſt certus de perſona eius cuius negotium gerit. Quid enim ſi quis gerat negotia Sempronij, quæ ipſe gerens putabat eſſe Titij, & nihilominus ſic ſibi non Titium, ſed Sempronium obligat, vt docet ICtus in d. l. 5. & ſeq. Vult. ſupra d. loc. nu. & ſeqq.

NEGOTIORVM geſtio & mandatum in hoc conueniunt, quod vtrumque ſit gratuito, vtrumque etiam ſit voluntate, ſed mandatum eſt, inter ſcientes, & ipſo facto vtrique conſentientes: Negotiorum geſtio eſt inter ignorantes & non reuera, ſed fictione juris conſentientes, Vultejus ibidem, n. 3.

NEGOTIORVM geſtor, qui ſe alienis negotiis vltro & ſponte offert & immiſcet, l. 3. §. interdum, ff. de negot. geſt. Briſſ.

NEGOTIORVM geſtorum actio eſt perſonalis, orta ex eo quod quis alterius ignorantis negotia expedienda ſponte in ſe ſuſcepit. Cum enim quis negotia abſentis geſſerit, vltro citroque inter eos naſcuntur actiones, quæ appellantur negotiorum geſtorum: ſed domino quidem rei geſtæ aduerſus eum, qui geſſit, directa competit actio; negotiorum autem geſtori contraria, quas ex nullo contractu proprie naſci manifeſtum eſt: quippe ita naſcuntur iſtæ actiones, ſi ſine mandato quiſque alienis negotiis gerendis ſe obtulerit, ex qua cauſa ij, quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque vtilitatis cauſa receptum eſt, ne abſentium, qui ſubita feſtinatione coacti nulli demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione peregre profecti eſſent, deſererentur negotia, quæ ſane nemo curaturus eſſet, ſi de eo, quod quis impendiſſet nullam habiturus eſſet actionem. Sicut autem is, qui vtiliter geſſit negotia, dominum habet obligatum negotiorum geſtorum, ita & contra iſte quoque tenetur, vt adminiſtrationis reddat rationem: nec ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet, ſi modo alius diligentior commodius adminiſtraturus eſſet negotia, §. igitur, de oblig. quæ ex quaſi contract. naſcun. Inſtit. 3. Anchora. latius de hac actione vide Freigium in parat. ff. de negotiis geſtis, & Vultejum ad §. actionum, numero vigeſimotertio & ſequentibus. Inſt. de actionib.

NEGOTIVM pluribus modis dicitur: vno, cum res ſignificamus: & ita adminiſtrare, & gerere dicimus, altero negotium pro negotiatione ponitur, l. 3. & 5. ff. de inſtitor. Tertio negotium contractum, tractatum vltro citroque habitum ſignificat, quod Græci συνάλλαγμα, vt loquitur Vlpian. l. 7. ff. de pactis. Quarto negotium dare eſt mandata dare, ſeu oneris aliquid imponere Quinto negotium moleſtiam ſignificat. Briſſ.

NEGOTIVM ad omnem cauſam pertinet, h. e. ciuilem, criminalem, priuatam, & publicam. Idem in l. 1. §. 1. ff. de calu. Spieg.

NEGOTIVM enim (inquit Quintilianus) eſt congregatio perſonarum locorum, temporum, cauſarum, modorum, caſuum, factorum, inſtrumentorum, ſermonum, ſcriptorum & non ſcriptorum. Quæ Quintiliani definitio fere conuenit cum Ciceronis verbis. Cauſa (inquit in lib. Topicor.) certis perſonis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Id autem diſcriminis inter Cauſam & Negotium credit ille Quintilian. libr. 4. quod cauſam ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν intelligamus, id eſt, Thema ſeu propoſitum, & circumſtantias. Brechæus l. litis, in tit. de verb. & rer. ſignif.

NEGOTIVM dictum eſt, id eſt, ſine otio; & multa ſignificat, modo actum alicuius rei, cuius contrarium eſt otium: modo actionem, quod eſt jurgium litis. Negotium autem in cauſis, negotiatio in commerciis dicitur: vbi aliquid datur, vt majores lucrentur, cap. forus, verſ. negotium, extra de verb ſig. Ioan. Bellon. Etymol.

NEGOTIVM quandoque accipitur pro cura ſeu occupatione. Hinc negotium dare, pro mandare, committere. Paulus in l. item, eorum qui, §. 1. D. quod cuiuſque vniuerſ. quandoque pro moleſtia & vexatione. Hinc.

NEGOTIVM facere, apud ICtos in l. 1. de calumniat. pro moleſtiam facere alicui, accipiendum: non vt Roffredus cum aliis putat judicium. Nec probant hoc leges ab eo citatæ. Neque enim dicimus, Iudicium facere, pro vexare: ſed negotium facere in cauſis judiciariis, ciuilibus, vel criminalibus, Budæus. Facere negotium, pro accuſare, apud Vlp. in l. qui judicio, de accuſat. obſeruauit. Spieg. ex Old.

NEGOTIVM facit, qui per calumniam fingit litem, cum jure nullam habeat: vel eam quam exercere debeat, diſſimulat, in detrimentum alterius vtroque caſu corruptus pecunia. Vlp. vocat ſordidam concuſſionem, in l. 1. de calumn.

NEGOTIVM meum dicitur, quum lucrum & damnum ad me pertinet. Vlp. in l. 1. §. 10 proprie, ff. quan. appel. ſit. Negotium autem alienum quatuor modis dicitur: cura, ſine ſolicitudine, reipſa, ratihabitione, & ipſo geſtu: Vide gl. in l. ſi pupilli tui, in fi. §. pen. Spieg. Prat.

NEGOTIVM plura ſignificat, laborem, occupationem, curam, moleſtiam, ſollicitudinem, cauſam, poteſtatem, litem, contractum: vide Bart. in l. ſi pecuniam, C. de neg. geſt. Spieg.

NEGOTIVM pro negotiatione in l. 3 & 5. ff. de inſtitor. l. 19. t. ff. de judic. l. 4. §. 1. ff. de his qui not. infa. l. 69. § pen. de leg. lib. 1. l. quiſquis, ff. de leg. lib. 2. Briſſ.

NEGOTIVM vtiliter cœptum ſufficit, licet diuerſus exitus ſit ſecutus, in fin. l. ſucceſſori, ff. neg. geſt. Spieg.

NEMA ſericum in l. interdum, 16. §. ſpecies, §. 8. ff. de publica. id eſt, filum, ſeu ſtamen, quod apud Seras conficitur, cujus meminit Suidas in verbo σηρικόν, vt indicat Alciat. in prætermiſſis. Νῆμα autem deducitur ἀπὸ τοῦ νέω, quod eſt filum è colo, duco ſeu retorqueo. Prat.

NEMO, idem eſt quod nec homo quidem. Videtur enim compoſitum ex ne & homo. Pluraliter formari non poteſt, quia intelligatur pro nullo. Albericus annorauit ſignum eſſe vniuerſale negatiuum, citatque c. nemo, extra de elect. lib. 6. l. item ſi vnus, §. item ſi plures, ff. de arbitriis. Notum eſt, nemo homo, pro nemine omnium: & nemo hominum, pro nemine omnium, vſurpari. Spieg.

NEMO vox vniuerſalis reſtringitur ad paucúlas admodum perſonas in l. ſtipulatio iſta, §. ſed ſi quis, ff. de verb. oblig. Quippe propter rationem æquitatis ita exigentem. Quod diligentiſſime obſeruat. Old.

NEMO alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur, aut Caius l. qui proprio, §. qui alium, ff. de procur. Spieg.

NEMO delictis exuitur, quamuis capite minutus ſit, l. 2. ff. de capit. minut. Spieg.

NEMO prædo eſt, qui pretium numerauerit, teſte Vlp. l. nec vllum, §. ſed ſi quis ſciens, ff. de petit. hæred. Spieg.

NEMPE eleganter expoſitiue ſumitur, ex obſeruatione Eraſmi vt Zaſius admonuit. Pompo. cod. teſte, pro certo accepit. in l. poſt. de orig. jur. Spieg.

NEMVS, pabulo idoneum, ἀπὸ τοῦ νέμω, paſco: quod in eo greges atque armenta depaſci ſoleant Feſtus: Nemora ſignificant ſyluas amœnas, lucus religioni ſacer. Spie. Conna. lib. 4. c. 9 n. 5.

NEOCÆSAREA, cujus meminit Imp. in Nouel. 28. c. 2. metropolis eſt Ponti Polemoniaci.

Νεώνητος, nuper emptus, nouitius, nouus miniſter, quaſi nuper emptum mancipium, à νέον, nuper, & ὠνέομαι, emo. Spieg.

NENIÆ, dicuntur canticorum flebiles, prouerbialiter à Græcis celebratus, ἀδμήτου μέλος, luctuoſa cantilena, ob Alceſten quæ recuſante pro Admeto mori, patre vna cum matre, illa ſe expoſuit vltroneam, Ioann. Bapt. in comment. epiſt. Sidon. Apollin. ad Hieronymum, lib. 1. &c.

Νεοδαμώδεις dicebantur quidam manumiſſorum apud Lacedæmonios, vt ſcribit Athenæus lib 6. de quibus vide ſupra, Libertorum genera quod ſint: Balduin. tit. de libertinis.

Νεωκόρον Græci dicunt æditumum. quem Gellius lib. 12. c. 8. Varronem ſecutus admonet rectius dici æditimum quaſi ædis intimum, & æditui vocabulum recenti nouitate fictum, quaſi à tuendis ædibus. Veruntamen vſus (penes quem eſt ratio & norma loquendi) magis probauit vocem æditui.

Meminit Vlpianus ædituorum, & ait his demandam curam locorum ſacrorum, Meminit & Papinianus. Plin. lib. 14. cap. 7. appellat tutelarium eum, qui tuetur ædes ſacras publicaſque. Erat autem alius ædium ſacrarum cuſtos, quem Ariſtoteles ἱεροφύλακα, noſter Scæuola appellat ἱεροφύλακα, &c. Balduin. in l. qui teſtam. tuto. dat poſſ.

NEOPHYTVS nouellus, quaſi νέον φυτὸν, id eſt, nouum germen. In ſacris literis dicitur, qui nuper ad fidem acceſſit: quaſi nuper inſitus. Sic enim diuus Paulus cap. 4 ad Timoth. vocat recens baptizatum, quod à baptiſmo cenſeantur Chriſtiani. Eraſmus noſter pro neophyto vertit nouitium. Etymologiam, quam Albericus affert, eruditorum aures ferre non poſſunt. Vide capitulum quoniam, 28. diſtinctio.

NEPOS, non proprie, ſed per interpretationem ſub filio continetur. Proprie igitur eſt filius filij, vel filiæ, Inſtit. de patr. poteſt. §. final. l. 1. §. ſecundo, & l. tertia, in fin. de grad. Aliquando dicitur filius fratris vel ſororis, l. cum quis decedens de legat. 3. Vide Bart. in l. ſi inſtituta, ff. de inofficioſ. teſtamen. Nepotes tamen, & pronepotes, cæteriſque deſcendentes, liberorum appellatione continentur exemplo duodecim Tabul. quæ primam ſucceſſionis cauſam liberorum eſſe volebant,

Digitized by Google

bant, & de omnibus deſcendentibus intelligebant. Nepos autem æque ac filius, imo plus ab auo diligitur; quod per eum diutius ſe victurum, & in ſempiternum æuum memoriam ſui extendi ſperat. Acutiſſimo Baldo, nepotes ex corpore aui dicuntur nati, etiamſi ſint nepotes ex filia, l. 1. C. de cond. inſer. Idem in c. 1. ad fi. de feud. ſuca. Nepos autem quando ad pronepotem protenditur, Aleiatus in comment. oſtendit. Præterea nepotem ex fratre, aut ex ſorore, à juriſperitis imperite dici admonent eruditi, cum fratris aut ſororis filius dici ſolet à doctis. Nepos autem reſpectu aui, vt filius reſpectu patris dicitur, Spieg.

Nepos dupliciter intelligitur: ex filio vel filia natus: item & in Nepte, l. 10. §. 1. ff. de gr. dib. & adfinit. Briſſ.

Nepos qui ex filio, filiave natus eſt, quod natus ſit poſt patrem quaſi filius, vt ait Feſtus: qui etiam deduci ſubindicat à voce ..., quod fundamentum ſignificat; & à Græcis dici, νεποδες quod ... ipſe, id eſt, fundamentum generis non eſſent, ſed ἀπόγονοι citatq; hac Callimachi de Simonide: ... Sic enim legendū docuit Scalig. itemque Theocritum & Apollonium, qui id nominis hoc ſenſu vſurpant. Nepos autem ex fratre, idem prorſus eſt qui nepos fratris: Vulgata tamen opinio eſt, Nepotem ex fratre aut ex ſorore eſſe, qui filius fratris aut ſororis ſemper ab antiquis appellant. Paul. in l. vlt. ff. de gradibus. Illud notandum eſt, non quemadmodum patris matriſque fratres & ſorores, patrui, amitæ, auunculi, materteræ dicuntur, ita fratris ſororiſque filios, filias nomen ſpeciale cognationis habere: ſed ita demonſtrari, fratris ſororiſque filios, filias. Nepotem autem ex fratre poſt fratris filium conſtitui, docet aperte Caius: in l. 7. ff. de leg. tut. Veluti, inquit, frater eodem patre natus fratris filius, nepoſve ex eo. itē Imp. §. 1. de legit. agnat. tut. totidem verbis. Item in l. nemini, 17. C. de nupt. Nemini liceat contrahere matrimonium cum ſorore, ſororis filia, & ex ea nepte: præterea fratris cui filia, & ex eo nepte, vt facile appareat Nepotem ex fratre eundem omnino eſſe, qui nepos fratris dicitur. Neque ſatis intelligere poſſum, quid eruditis quibuſdam hominibus in mentem venerit, cum in Teſtamento C. Cæſaris, quod ita ſcriptum eſt, Sororum nepotes hæredes inſtituit C. Octauium, &c. ita interpretantur, Nepotes ex ſororibus, id eſt, ſororum filios: cum ſatis conſtet Octauium ex Accia Iuliæ C. Cæſaris ſororis filia natum eſſe, qua de cauſa paulo ſupra Suetonius Octauium ſororis eius neptem appellarat. Hot.

Nepotem, qui recte locuti ſunt, proprie vocant: ex filio natum, quem Modeſtinus l. natorum, de verbor. ſignific. Cornel. conſil. 143. l. 3. Theophilus & Harmenopulus: ... quidam ... Demoſthenes de Hagniæ hæreditate ... Sed vt ex filia natus etiam nepos dicitur: ita an ... quoque vocari poſſit, vel ..., non conſtat. Nam Demoſthenes eo non contentus, ..., inquit, ... Et ideo quod aliter Græcis appelletur filius, i. e. υἱός, & aliter filia nempe .... Porro, an & fratris filius nepos vocari poſſit, quæſitum eſt. Et ſcimus id Gallis familiare eſſe: ſed illi, parentis quoque ſignificationem ad quemvis cognatum tranſtulerunt. Eo errore, quo Trebellius Pollio, Ragonium Clarum præfectum Illyrici: & Flauius Vopiſcus, Valerium Flaccum nobilem adoleſcentem, patrores Valeriani Cæſaris in hiſtoriis vocarunt. Sed & Dominus Vlpianus cum ait de inofficioſo teſtamento nepos contra patruum ſuum, vel alium ſcriptum hæredem proportione egerat & cætera, l. ſi inſtituta de inofficioſ. teſtament. nepotem ex fratre videtur intelligere: Quia per ſe nec patruus, nec nepos dicatur: ſed alter ab altero, quod its vocetur, habet; quod genus ſignificationis, ſcholæ Dialecticorum ... numero ponunt: niſi verius eſt, nepotis appellationem in ea ſpecie ad auum, de cujus teſtamento agitur, referri. Quid ergo eſt? Et animaduertiſſe poſſumus, non adeo ſtricte appellationes iſtas accipi, quibus cognationum gradus diſtingui ſolent, quin ſæpe latius ſe porrigant. Curt. lib. 2. ... tomo 2. c. 14.

Nepotes, omnes poſteros vocari notius eſt, quam vt exemplis probari debeat. Appellantur etiam conſumptores à Nepa, quæ (vt ait Plin.) denotat omnes filios ſuos, vno ſolum ſaluo, Siue dicuntur luxurioſæ vitæ homines, quibus non aliter rei ſuæ familiaris cura ſit, quam iis quibus pater & auus viuunt. Spieg. Adde Brechæum in l. filij, in tit. de verb. & rer. ſig. n. 4.

Neptis appellatione venire etiam proneptem, Budæus tradidit in l. Gallus, §. inſtituens, & §. idem de liber. & poſthum. Neptis ex filio, in l. auus, ff. de pact. Spieg.

Nequam homo, i. prodigus, aſotus, libidinoſus, improbus, nihili & ſceleſtus. Frugi opponitur: quo verbo, Iuriſconſulti ſæpius vtuntur: Vide Budæum in prior. annot. Spieg.

Nequando, vllo tempore. Spieg.

Nequaquam pro non, l. 3. verſ. partes autem, ff. de duobus reis. Alber.

Nequa, id eſt, quod non, l. ſtipulatio, §. habet, ff. de verb. non. nunc. Alber.

Nequa enim modo, pro nullo modo, in l. aue, ff. locati, Alber.

Neque impetrare ſibi, neque prohibere quiſquam poteſt, ita Marcianus, l. pen. ff. de arbitr. Spieg.

Neque jure vllo neque æquitate tale deſiderium admitti in fin. l. epiſtola, ff de pact. Item: Neque æquam, neque vtilitatem rem deſiderare, l. 1. C. ſi cert. pet. Spieg.

Neque non, i. & non, in Authent. de non alien. § primo, Alber.

Nequis doli præmium ferat. Vlpian. in princ. l. ita demum, ff. de recept. Spieg.

Nequitia, inquit Donatus, proprie libidinoſa inertia dicta eſt, quod nihil queat, nullique rei apta ſit. Gellius lib. 7. cap. 11. luxum vitæ prodigum vocat & effuſum. Hinc formula prætoris: Quando tu bona patria auitaque nequitia tua diſperdis: Opponitur autem frugalitati: Vide Connanum lib. 4. capitulo 7. nu. 7. Ciceronem tertia Tuſculan.

Nequicquam, fruſtra. Celſus in l. ſi cert. pet. Alioquin nequicquam mihi caueatur. Spieg.

Nequid his deſit. Quid hæc verba ſibi velint, exponit ICtus in l. Titia, § qui Marco, ff de ann. leg. Spieg.

Nequeo eiuſdem ſignificationis eſt, cuius non poſſum, eam quoque vim habet, vt tollat omnem potentiam ſiue poteſtatem & juris & facti, vt tradit. Ioan. Andr. cum plures, & ibi etiam Domin. col. 2. verſ. vltim. col 2. verſ. in §. porro de offic. deleg. lib. 6. & idem Domin. in cab. qui generaliter, verſ. col. 2. de procura. cod. lib. 6.

Nequitiam, pro libidine antiquiores proprie dicebant. Propertius lib. 2.

> *Quod ſi tam facilis ſpiraret Cynthia nobis,*
> *Non ego nequitia dicerer eſſe caput.*

Et Ouid. lib. 2. Amor eleg. 1.

> *Ille ego nequitia Naſo poeta mea.*

Traquel in l. 15. connub. gl. 1. part. 15.

Neroniano Senatuſconſulto cautum eſt, vt quod minus pactis verbis legatum eſt, perinde ſit ac ſi optimo jure legatum eſſet: Vlp. tit. 55. Regular. Briſſ.

Nerva Imperator, Domitiani ſucceſſor, qui primus ex aduenis imperium rexit. Narnienſi oppido genitus. Briſſ.

Nervi bellorum potiſſimum ſunt homines fortes, animoſi, ſagaces, diuitiæ, rerumque abundantia: quę ideo aliter ſanguis paſſim in noſtris legibus appellantur, veluti in l. aduocati: vbi gloſſ. in verb. vitam, C. de aduoc. diu. judic. l. ſi. §. fin. autem, de bon. autor. jud. poſſ. teſte Ioan. Andrea in addit. ad Speculat. tit. de ſenten. § ſpecies, verb. eſt autem differentia, col. 4. Gœd. ad l. 3. § 1. nu. 7. de verb. ſign.

Neſcire & ignorare differunt, C. per quas perſ. nobis acquir. l. 2. C. de rei vxor. act. l. 1. §. 1. Qui neſcit, experiundi poteſtatem non habet, teſte Cajo, in l. annus, de calumn. Spieg. Ignorare enim eſt id neſcire, quod ſciri debet. Inde eſt quod qui ignorat ignorabitur. Neſcire vero latius patet quam ignorare, quippe omnia qui ignorat, neſcit, ſed non conuertitur. Ita enim hæc duo verba copulantur: Ignoro & neſcio.

Neſcire & Scire opponuntur, l. ff. de iur. & fac. ignor.

Neſcire literas. Inſ. tit. de excuſat. tutor. § ſimiliter.

Neſcientia, ignorantia, error, titubatio, quæ ſint, not. in rubric. Cod. de iur. & fact. ignorant. Adde quod Neſcientia definiatur intellectus ad verum vel falſum minime determinatus ſecundum Bald. l. ea quidem, col. 2. C. de excuſat. & dici poteſt quod differat ab ignorantia, licet quandoque promiſcue vnum pro alio accipiatur, quia ignorantia eſt eorum, quæ ſcire tenemur: Neſcientia vero eorum eſt, quæ ſcire non tenemur, vnde ignorantia in malam partem: neſcientia vero in bonam partem gl. l. de ſtatu, de teſtam, gloſſ. rubr. de iur. & fact. ignor.

Neſcius, qui & neſcit, & qui ignoratur, id eſt, qui incognitus eſt, dicitur in l. fin. § fin autem neſcius, C. de furt. Poſterioris ſignificationis exemplum habes apud Plaut. & Gellium Spieg. Prat.

Neta lana dicitur, quæ ſtamen & ſubſtamen eſt. Detexta dicitur, cum perfecta eſt, & à textrinis inſtrumentis detrahi poteſt, l. ſi cui lana, ff. de legat. 3. Spieg.

Νεοδαμώδεις, apud Lacedæmones dicebantur ij, qui ex Helotis manumiſſi erant. Spieg.

Neutrubi, idem eſt quod neutro, id eſt, nec ad vnam partem, nec ad aliam. Spieg.

Neva, ne etiam ſignificat.

Neutrum, nec hoc, nec illud. Neutrales, qui neutri parti ſtudent: Vide gl. in l. pen. ff. rem rat. hab. Spieg.

Nex à Græco νεκρός, vt vult Feſtus. Eſt autem mors, ſiue cædes quæ ferro fit, aut alia vi. Quamuis neci datur, autore eodem proprie dicitur, qui ſine vulnere interfectus eſt, vt veneno aut fame. Vlpianus in necem alterius dixit, Budæo annotante pro in damnum & fortunarum euerſionem, in l. 3. §. ſed & ſi quis, de crim. ſtellion. Prat.

Nexa res alicui dicitur, quæ ei pignori obligata eſt, l. 1. §. ſi quis ideo, ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. Et Nexa pignori in l. 2. & l. 7. C. de diſtract. Pignor. l. 22. §. 1. ff. de iur. fiſc. Briſſ.

Nexi ob æs alienum. Erat hoc jus iam inde a condita fere vrbe, vel lege, vel more, conſtitutum, vt liberi qui pecuniam deberent, cum ſoluendo non eſſent, contrahi à creditoribus

atque ad operas in ſeruitute præſtandas cogi poſſent, qua licentia abuſi melius in terga miſerorum crudeliſſime ſæuierunt. Idque ita obſeruatum eſſe ante 12. Tab. Liuij locus libro 2. hiſtoriarum indicio eſt. Poſt autem in eas hæc verba relata ſunt, teſte Gellio libro 20. cap. 1. Æris confeſſi, rebuſque jure judicatis 30. dies juſti ſunto. Poſt deinde manus injectio eſto, in jus ducito, ni judicatum facit, aut quis pro eo in jure vindex ſit, ſecum ducito, vincito, aut neruo, aut compede 15. pondo ne minore, aut ſi volet majore vincito. Si volet, ſuo viuito, ni ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, libram farris in dies dato. Si volet, plus dato. Et hæc quidem Gellius: Quia vero hanc legem mendoſiſſimam & mutilatam veriſimilibus conjecturis reſtituit Iacob. Reuardus cap. 8. 12. Tabular. Itaque Gellij verbis ex ipſo adijciendum. Tertijs nundinis partes ſecanto ſi plus minuſve ſecuerunt, ſine fraude eſto. Vt autem poſterior pars legis de ſecandis debitoribus, atteſtante Cæcilio Iureconſulto, nunquam vſurpata, ſed more publico, vt Quintil. lib. 3. ſcribit, repudiata fuit, ſic prior nimirum, vt debitores addicti in vincula adducerentur, necterenturque vſque ad annum 427. obſeruata eſt, quo anno, vt inquit Liuius, initium libertatis Coſs. L. Papirio Mugillano & C. Petilio Viſolo factum eſt, quod necti deſierint. Plura de nexorum ſtatu, nectendi ratione, alijſque ad hunc locum facientibus, vide apud Cælium lib. 12. lectionum antiquarum, cap. 10. Reuardum loco præallegato. Quid vero addicti à ſeruis differant, Quinti. lib. 8. cap. 4. Faciet quoque non parum ad hujus rei intelligentiam, hiſtoria Manlij Centurionem liberantis apud Liuium lib. 6. Vide de nexis ſiue addictis etiam Maiotagium lib. 1. Miſcellan. cap. 8. vbi oſtendit legem 12. tabul. de addictis non fuiſſe ex Solonis aut vllius Græci nomothetæ legibus deprom̃ptam conſtare enim ex Liuij libr. 2. multo antequam legati Romani in Græciam legum cauſa mitterentur conſueuiſſe necti debitores.

Nexu ſolutus, eſt qui cum addictus eſſet creditoribus, poſtea ære alieno diſſolutio ipſe necti deſijt. Tuſanus.

Nexum prædiorum facere in l. vlt. C. ſi aliena res pignori, id eſt, pignori obligare. Briſſ.

Nexum, vt Ælius Gallus ait, quodcunque per æs & libram geritur: idque necti dicitur, quo in genere ſunt hæc, Teſtamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexum æs apud antiquos dicebatur, pecunia quæ per nexum obligatur. Moris autem erat vt manceps, id eſt, is cui res abalienabatur, dici cauſa alterum alligaret ac necteret (vnde Obligationis verbum apud IC) nam qui non ſatisfaciebant, nexi addicebantur, abducebanturque. Liuius lib. 8. Nexu vincti ſoluti que ſe vndique in publicum proripiunt. Quum autem rem Manceps accepiſſet, debitorem ſoluebat. Hoc patet ex libro Ciceronis de legibus, 2. vbi legatarius qui non vult accipere quaſi ex teſtamento, ſtipulatur ab hærede, & per æs & libram ab eo accepit. Ita legatarius, inquit, hæredem ſoluit. Qui vero abalienabat, eſt à libripende, vt Gaius oſtendit, accipiebat. Hot.

Nexum Mamilius, quemadmodum Varro lib. 6. de lingua Latina ſcribit, interpretabatur omne quod per æs & libram geritur, in quo eſſent mancipi. Quam interpretationem Ælius Gallus ſecutus eſt auctore Feſto lib. 12. At Mutius Scæuola quæ per æs & libram fierent, & obligarentur, præterquam quæ mancipio darentur, hoc nomine ſignificari exiſtimabat, Quod verius eſſe ex ipſo verbo Varro oſtendit. Nam idem quod obligatur per libram neque ſitum ſit, inde nexum dictum. Liber, qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quam debet, dat dum ſoluat. Nexus vocatur, vt ab ære obæratus. Cicero pro Muræna: Quod ſi in his rebus repetendis, quæ mancipi ſunt, is periculum judicis præſtare debet qui ſe nexu obligauit. Idem in Topic. Abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, vbi Boetius. Nexum quandam ait juris fuiſſe ſolemnitatem, quæ ære & libra, & certis verbis explicabatur, eo quo mancipationem fieri alias docuimus modo. Idem Cicer. lib. 7. epiſtol. Cujus quando te proprium eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem vſu & fructu. Sic reddidit quod Curius dixerat [illegible] Nexus hujus in libris noſtris nulla fit mentio, ſed duntaxat Nexus pignoris. Nexu injure, Budæus ait, eſt lege nexus addici. Hoc jus reuocatum eſt per Diocletianum, in l. ob æs alienum, C de act. & obl. Nexus etiam Neruus vocabatur à Plauto in Pœnulo. Spiegel. Nexus ineundi duplex fuit ratio. Aut enim pacto fiebat, cum ita conuentum eſſet cum creditore, vt non bona modo, ſed corpora quoque debitoris ipſi obligaretur, aut certe judicis autoritate condemnatus pecuniæ non faciebat judicatum tempore legibus deſinito. Connan. lib. 4. c. 14. n. 9.

Nexus venditio pro vinculo obligationis quæ ex venditione proficiſcitur in l. 36. §. adeo, ff. de condict. indeb. Briſſ.

N I.

Ni particula in reſponſionibus vtebantur antiqui, & judicio recuperatorio. Bud. ex Cic. profert exempla Spieg.

Ni fallor, affirmat elegans ſpecie dubitationis: importat enim apud prudentes philoſophicum temperamentum, & deprecatur temeritatem. Proinde Zaſius exiſtimat non eſſe verum quod Bald. & Ang. volunt, ſcilicet dictum teſtis valere, ſi affirmaret verbum, Ni fallor. Quia dictum teſtis debet eſſe certum, & neceſſario concludere. Sed Iuriſprudentes poſſunt ſub ſpecie dubitationis decidere. Nam ſub dubio forte dixerunt ſæpe periti. Spieg.

Nicænsas, quorum meminerunt Imperatores in poſterioribus libris, dicti ſunt à Nicia, ſeu Nicea (vtroque enim modo dicitur) nomine duarum vrbium: quarum vna eſt Galliæ, quam vulgus, eius vocat Nice; nos Niſam: alia Aſiæ, & Bithyniæ metropolis, quæ & Antigonia nominatur. In hac vrbe ſynodus Nicena, imperante Conſtantino anno à nato Chriſto 325 prima videlicet ab eo conuentu, quem Apoſtoli Hieroſolymis egerant, celebrata eſt. Quid in fide noſtra ſit obſeruandum, ex Nicenæ ſynodi autoritate, ſtatuit Imp. in l. nullus, C. de ſum. trin. & fide cathol. Vide Vadianum in Bythinia. Spieg.

Nicaterια Budæo in prioribus annot. Victoris præmium, vel ſacrificium & epulum victoriæ cauſa factum: Iuuen. ſat. 3. Et ceromatico fert niceteria collo, Prat.

Nicolaus, quaſi victor populi non laudis, vt Alber. dicit: Nicolaus in actis Apoſtol. habitus eſt hæreſiarches: quanquam annotante Eraſm. Clement apud Euſebium ipſum diligenter excuſat 24. quæſt. 3. cap. quidam, verſ. Nicolaitæ, vt ab Alb. citatur. Spieg.

Nidi dicuntur, in quibus merces in tabernis ſeparatim tenentur. Spieg.

Nidus, à nidore, quod mali odoris ſint auium cubilia, §. apium Inſt. de rer. diuiſ.

Nihil & inutile paria ſunt, per jura vul. l. quoties, ff. qui ſatiſd. cogant. Prat.

Nihil, quidam interpretantur peccatum aut malitiam: quod ea ſola ſint, quæ natura ſunt, & ob id bona ſunt. Peccatum eſſe quiddam priuatiuum, ſophiſticum eſt magis, quam theologicum: Vide Eraſmum in annotat. ad cap. 1. in Iohan. Verum Nihil, interdum ſonat id, quod omnino non eſt in rerum natura, hoc eſt, quod neque ſubſtantia ſit, neque accidens. Interdum quod pro nihilo ducitur. Nonnunquam quod ex comparatione nihil eſt: velut homo comparatus ad Deum, nihil eſt: & hominis ſapientia ad diuinam collata ſapientiam, ſtultitia eſt. Spieg.

Nihil ad rem, pro alieno à re propoſita: Vide Eraſm. in Chiliad. Spieg.

Nihil agere dicuntur, qui ſumunt operam inanem. Sic ſeruus, in caſu l. 1. de ſtipul. ſeru. inutiliter ſtipulando, nihil agere dicitur: Vide Chiliad. Eraſm. Spiegel. Vide ſupra in male agere. Nihil agi, inquit Briſſ. noſtri dicunt, cum fruſtra inutiliter & in caſſum quid fieri ſenſerint, l. 2. & l. 5 ff de reſcind. vend l. 51. loca. l. 74. ff. pro ſoc. l. 9 §. 1. de auct. tut. l. 13. de acq. hæred. l. 16. l. 18 ff. de opt. leg.

Nihil amplius quam pro tantum, apud Marcellum in l. 3. ad finem, de obſeq. par. præſt. & Pompon. in l. ergo, de liberat. leg. Spieg.

Nihil eſt, pro non prodeſt, non opus eſt, ſæpe occurrit, Spieg.

Nihil facere, & male facere, quod diſtent, colligitur ſub fin. l. 1. ff quand. dies vſufruct leg. ced.

Nihil habet, qui libertum habet, l. ſeruum, ff. quibus ad libertat. proclamat. non licet. Vide quæ gloſſa ſapit hac voce diſſerit, in l. ſacrilegi, ad fin ff. ad leg. Iul. peculat. Spieg.

Nihil hoc ad jus, ad Ciceronem inquiebat, C. Aquilius Gallus ſi quis ad eum quid tale attulerat, vt de facto quæreretur.

Nihil poteſt nec addi, nec adimi. Hoc de re quæ bene habet, dicitur.

Nihil, quod eſt, nullum operatur effectum, argum. l. ſi §. fin. de aur & arg. leg. Ex nihilo enim nihil efficitur, l. item videndum, in princ. ff. de pet. hæred. l. contracſtus imaginarij, ff. de act. & obligat. Hinc quod firmum eſt, non poteſt per id quod eſt nullum, vel tolli, vel limitari: Vide Bart. ibid. Item, Nihil quod eſt, dicitur eſſe minus etiam l. illud, §. minus, de tribut. l. minus, de reg. iur. Spieg.

Nihil valere, ICtis eſt. quod interpretes dicunt, nullum operari effectum. Sic in l. fin. ad fin. de manum. teſt. apud Pomponium alibi reperies. Spieg.

Nihili coactio eſt, vt citat è Plauto Alciat. lib. de verb. ſignific. 4. vel potius, vt Eraſ. in Chil. ſcribit, nihili cocio eſt, veteri prouerbio dictum videtur in eos, qui pollicentur in futurum: nec exhibent rem præſentem, Spieg.

Nihilo deterius apud Aſconium pro nihilo ſecius legitur, petebat, inquit, nihilo deterius conſulatum. Turneb. aduerſ. lib. 14. cap. 17.

Nihilo magis quaſi in nihilo poſſit eſſe magis, aut minus, autor Donatus. Alberic. ſecutus Accurſium in §. 1. Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. tum alibi, nihilo magis exponit, pro non ideo magis. Quod idem dicunt, nihilo magis vim habere negantis. id ſciunt non eſſe perperuum, qui Latinos autores viderunt. Spieg.

Nihilominus, id eſt, nullo modo, l. qui fundum, pro empt. l.

prope

Digitized by Google

ſuperandum, §.fin ff.de jud. l. Alexandrinis, Cod. de decur. Quandoque ſignificat hoc non obſtante. nihilominus etiam in re adfirmatiuam habet, §.prætereà. Inſtitut. quibus non eſt permiſſ.fac.teſt.

Nilva, nilus Ægypti fluuius, vnus ex maioribus totius orbis, habens ſeptem oſtia, vel à Nileo Rege ſic dictus, vel à nouo inferendo luto, quod ſua inundatione totam feracem reddat Ægyptum. Vnde Seruius, nilum dici exiſtimat, quaſi νέαν ἰλὺν hoc eſt, nouum trahentem limum, quo oblimet, hoc eſt limo obturet Ægyptum & oppleat. Cum enim deſtituta à cœleſti humore ac pluuia Ægyptus eſſet, natura optima parens omnium, ei fluuium dedit, qui ſegetibus ac plantis alimenta traderet. Nam & innumerabiles fluminum curſus (vt ſcribit P.Senenſ. in lib. de repub.) ad ſubjecti ſoli vtilitatem diuina prouidentia tradidit, ne qua regio eſſet, quæ omni ex parte naturali ope fraudaretur. Quam ob cauſam Imperatores, Honorius & Theodoſius in leg. vnic. C. de nili agger. non rump. flammis conſumendos eſſe ſtatuunt rumpentes aggeres nili, vel ejus aquam vlitra ſolitum occupantes, atque prætereà ejus criminis participes deportatos eſſe ſine ſpe veniæ. Præter Pom.Melam, nili meminit Plato in Timæo. Plurima autem cognitione digniſſima de Nili alluuionibus & aggeribus, ac Ægyptiorum fletu nili irrogationem precantium, Majorag. Miſcellan. lib. 1. cap. 10. Tam ſeueris autem legibus aggerum Nili effractio prohibita eſt ob rem frumentariam: quam tanto ſtudio Romani coluere, vt alueos à ſingulis regionibus, Ægypti ære publico in Nilum ducendos cauerent: quibus frumenti ingens vis Alexandriam, ac demum Romam conueheretur. Accurſius autem in l. ſaecularij, §. 10 Ægypto, ff.de extraord. not. duplices eſſe nili aggeres: & quidem de aliis agi in leg. vnica. Cod. de nili aggeribus, de aliis vero in d. l. ſaecularij, §.10 Ægypto, quod quidem verum eſt. Proinde vt hæc planius explicentur, ſcire oportet Nilum eſſe vnum è quatuor fluminibus, quæ oriuntur è paradiſo voluptatis Geneſ. 2. cap de illo loquitur can. Eccleſia, de conſecr. diſtinct. 4. & appellatur Geon. Inde factum eſt, vt caput & origo nili lateat Philoſophos. Is rigat & alluit Ægyptum d. canon Eccleſia. Lucretius.

Nilus in æſtate accreſcit, campiſque redundat,
Vnicus in terris Ægypti totius amnis.

Hinc patet Ægypti colonum Nilum areſcentibus alijs fluminibus exundare & totam Ægyptum complecti atque increſcere. Refert Diodorus Siculus libro primo. Reges Ægyptiacos per epiſtolas mandaſſe, vt deprehenderetur, quot cubitorum incrementum Nili eſſet: & varium fuiſſe ſucceſſu temporum: ſi ad quatuordecim cubitos creuerit, ſatis vbertatis futurum eſt, in ſedecim cubitis hilaritatis multum, vt ait Plin. in 12. fames ſentitur, hujus incrementi cauſa, duplices ſunt aggeres Ægyptijs, alij altiſſimi ſunt, qui arcent aquæ impetum, ne vrbes & Villas obruat, quæ vt idem Diodorus ait, tanquam Cyclades inſulæ apparent in medio fluctuum, & de his aggeribus loquitur l. 1. C de nili agger. cum dicit eis diruptis imperij ſecuritatem minui: & qui eos rumpunt igni cremantur. Alij aggeres ſunt minores, qui paſſim per agros fiunt à priuatis, vt limus quem flumen creſcens aduehit, retineatur & reſtagnando glebam fertiliorem faciat: de his agitur, d. l. ſaecularij, §.in Ægypto, ff.de extraordin. crim. & pro his ruptis, ad ſummum, pœna metalli ſequitur, quia minoris quoque emolumenti ſunt, appellantur autem χώματα i. aggeres ſiue terræ cumuli, & vt ibi ait Vlpianus, Diacopi, id eſt, intercisi meatus, qui fiunt in aggeribus, vt Nili incrementa diſpenſentur & immittantur in agros. De Nili aqua multa Cœlius Rhodiginus lib. antiquarum lectionum 24. cap. 35. qui ex Galeni aliorumque medicorum autoritate, dicit eam fœcundam, ſuauem & potu innoxiam, hoc poto dum efferbuit, nam cum æſtate Nilus creſcit, Ægyptij aquam in vſum annuum hauriunt, & ciſternis adſeruant, quæ non habent aquam viuam l 1 §.hoc interd. ff. de font. & ideo ibi aqua venalis eſt l. Mela. §. fin. ff.de alim. & legatis alimentis, aqua deberetur l. 1. ff eodem, & aquæ furtum fieret, l. vulgaris, §. ſed & ſi, ff.de furtis. Aquæ naturaliter calidæ, qua irrigantur agri in Hierapoli vrbe Phrygiæ, fit mentio in leg. 1. §. Idem Labeo, ff de aqua quotid. Vitruuius lib. de architect 8. cap. 3. In Hierapoli Phrygiæ efferuet aquæ calidæ multitudo quæ circum hortos & vineas foſſis ductis immittitur. Forcatulus in ſuo penu juris ciuilis.

Nilum autem Græcam dictionem eſſe, Latineque Mellonem vocari à Seneca & Seruio in quarto Georgicorum relatum eſt Briſſ.

Nimbum pro re friuola & nugatoria poſuiſſe videntur veteres vt proinde nimbatam dixerit. Plautus vilem & contemnendam. Quam magis, inquit, aſpecto, tam magis eſt nimbata & nugæ meræ non tamen me fallit hic ab Iſidoro nimbum explicari faſciolam tranſuerſam ex auro aſſutam linteo, quod eſt in fronte fœminarum, vt etiam annotauit Turn. adu. l.19.c.7

Nimia indulgentia pro immodica l.1, in pr. ff.de colluſ. deteg.

Nimietatem pro ſuperfluitate non tantum juriſperiti accipiunt, ſed etiam ab alijs idoneis autoribus ſic vſurpatur. Si tamen retro ad ætatem Ciceronis reſpicias, in vſu non fuiſſe videatur: quod & verbo Contrarietas Inſulanus obſeruauit. Spieg.

Nimium eligantèr in l.3.de aur & arg l.ad reſponſionem adhibitum videri poteſt. Quanquam nihil moratur ſenſum, ſi vt alibi non raro occurrit, pro ſine dubio, vel pro certo acceperit. Spieg.

Nimia, hoc eſt, plus ſatis, aduerbium augeſcendi. Alberico aliquando nomen eſt indeclinabile, & ſubſtantiuum. Nimium, nomen pro aduerbio nonnunquam apud probatiſſimos autores ponitur Spieg.

Nimis large videtur loqui IC. cum nullam exceptionem facit à ſigno vniuerſali. Vide Alber.

Nimis prope, l.1.C.de execut. rei jud.

Nimium, & exceſſum & ſuperantiam ſignificat, ab eo quod eſt nimis: quamvis nonnunquam amplitudinem rei quoque ſignificet, & idem ſit quod valde: vt O nimium dilecte Deo.

Nisi exceptionis nota eſt, & quandoque refertur ad omnia præcedentia, l.poſtquam de pact. quandoque non ad omnia ſed ad partem tantum, l 1.§.idem Pomponius, ff.de dot.Præl.

Nisi, dictio exceptiua, regulariter cæteris paribus ponit contrarium ſui per l.2. ff.de cuſtod. reor. § fin. & ſimilibus. Alb. exemplis demonſtrat, quibus refertur modo ad omnia præcedentia, modo ad eorum partem tantum, item in quibus locis niſi non reſoluatur. Quando autem adfirmet, vel neget, aut excipiat, not. in l.ſi eum, ff.ſi quis caut. §.injuriarum autem. Vide Dyn. in cap. peccatum, de reg. jur. in 6. Bart. in l.fundum, de adimen. legat. & Connan. lib. 4. cap. 3. n. 3. Iaſon copioſius in l ſectio C. de tranſact Spieg. Adde Forcat. in Necyon. dial. 93. num. 4.

Nisi interdum pro quam ponitur. Alius niſi, id eſt alius quam l.8 ff.de minoribus ad nullum alium vſum niſi, l.13.§.puerilia ff de aur argent. Prius niſi, id eſt prius quam. Niſi, pro aliter quam, vel aliter atque. Briſſ.

Nisi fallor. Vlp. in l.1.de juſtit. & jur. Veram (niſi fallor) philoſophiam, non ſimulatam affectantes. Vide, Ni fallor.

Nisi contrarium ſpecialiter ab hærede probetur, in fin. l. defuncto, ff de vſufr. Spieg.

Nisi ipſe ſubripuit, & poſtea ab eo ſubripiatur, vide l.4. ff. naut. caup. ſtab. Spieg.

Nivarium colum cujus meminit Pomponius. vas quo aqua ex niuibus colari ſolebat. Vtebantur Romani & ſacco niuario, quo liquidius merum potarent: & erat lineus. Lege Nebriſſ. poſt Accurſij ſomnium, item Bayfium: & vide ſupra, Colum niuarium. Niuatum autem, quod eſt niue refrigeratum, accipimus. Spieg.

Nix quid & cur hyeme ningat, pete ex naturalibus quæſtionibus, quæſt. Senec lib.4. Quod nix corrumpat ſegetes, nec Iuriſconſultis ignotat l.fiſtulas, §.ſi de contrah. empt Galenus, teſte Eraſmo, refert, quoſdam Anaxagoram citaſſe, qui pronunciaſſet, niuem non eſſe albam. Nimirum ſimiles iis hominibus, qui dicunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Id quod in eos dicendum, qui non verentur & confeſſa negare, & manifeſtio falſa pro certis affirmare. Spieg.

N O.

Nobile officium judicis, quod IC. appellant perſecutionem, eſt extraordinarium remedium, quod aduerſus eos datur, quibus cum nobis de ſtricto jure nulla actio eſt, ſed qui interim ex ſola æquitate, & quod dicitur de bono & æquo nobis obnoxij ſunt. Vide Alciat. enarrantem l. actionis de verb. ſig. Aliter nobile officium eſt, quod à ſolo judicis executiuo officio pendet, l.jubere ff. de juriſdict. Hoc judex nunquam defungi poteſt. Nam quod dici ſolet, Iudex ſemel pronunciando functus eſt officio ſuo: ad mercenarium referendum eſt officium, quod actioni ſubſeruit: vide Bart. in l.3. ff.de juriſdict. Prat.

Nobilem antiqui dixerunt pro noto: vide Feſtum lib. 12.

Nobilem fieri quemuis poſſe docet Seneca epiſt. 44. Nobilem autem & ſe dicens & fingens, cum non ſit, crimen falſi ſubit. Fac. l.eos, §.vlt. ad l. Corn. de falſ. Vide Bald. in l.qui ſub prætextu. C de ſacroſ. eccleſ.

Nobiles Romæ dicebantur, quorum parentes aut majores magiſtratum curulem geſſerant: & nouis hominibus opponebantur: Cicero in Verrina 7. videmus quanta ſit inuidia apud quoſdam homines nobiles, nouorum hominum virtus & induſtria: Item, vt iſta præclara nobilitas deſinat quæri, populum Roman. hominibus nouis atque induſtrijs honores mandare. Et famil. 5. adeptus es, quod non multi homines noui, amiſiſti quæ plures homines nobiliſſimi. Fuit autem nomen hoc generale & commune omnium quorum majores magiſtratum (vt diximus) curulem geſſerant: ſiue ij patritij eſſent, ſiue plebei. Poſtea tamen accidit, vt illi nomen gentis ſui retinerent, ac ſpeciali & proprio nomine nobiles dicerentur, qui plebeiæ generis cum eſſent, majores tamen curulibus magiſtratibus honoratos habuerant. Itaque Pedianus perſpicue

Digitized by Google

ac dilucido Patritios à nobilibus diſtinguit. Sex, inquit, competitores Cicero habuit: duos patritios, Galbam & Catilinam, quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles, &c. non quod patritij nobiles non ſint: ſed quia è generali nobilium nomine, alij Patritiorum honorabile nomen ſibi retinebant, factum vt alij generis nomen ſibi attribuerunt. Sic Liuius 39. omnes patritios plebejoſque nobiliſſimarum familiarum M. Porcius longe anteibat. Sic Fuluiorum familia, quam plebejam fuiſſe conſtat, Nobilioris cognomentum ſumpſit. Sic in Sextiana: voſque adoleſcentes & qui nobiles eſtis, ad majorum veſtrorum imitationem excitabos & qui ingenio & virtute nobilitatem poteſtis conſequi, ad eam rationem, in qua multi homines noui & honore & gloria floruerunt, cohortabor. Nemo enim patritius vt eſſet, ſua virtute conſequi poterat. Huc pertinet l. mortis cauſa capimus, 31. ff. de mortis cauſa don. ex Hotom. Prat.

Nobiles pro patritiis & ſenatoribus poni ait Connan. libro 5. c. 12. nu. 1.

Nobilas, ingenui & gentiles homines propterea nuncupantur vt nunc quoque in Italia: quoniam majores eorum illibatam ſeruarint natiuitatem, & nunquam ſeruitutem ſeruierint. Itemque immaculato ac legitimo quoque nati ſint thoro. Nec certe iſta ſunt ſomnia, vt quidam phanatici putant, confundentes jura perſonarum. Verum ſi his dotibus omnibus addant bonarum literarum ſtudia, & optimum vitæ ſpecimen: bone Deus, quam vere tum dici poſſunt hi nobiles. Vide Andream Tiraq. tr. d. de Nobilit. Prat.

Nobilis. Libellus extat Cretilij cujuſdam boni & Nobilitate. Sed & ab alijs in eam rem vulgo multa à multis traduntur, prope vt juſtum tractatum res haberet. Neque eſt omnium quiſquam quem non is nodus torqueat exerceatque: Quis nobilis ſit intelligendus. Ego non dubito, quin nobilis à noſcendo dictus, ſicut & Nomen: vt ſtabilis & ſtamen à ſtando. Cui ergo homini, rei, vel loco res geſtæ virtuſque aut fortuna, magnam & latam per gentes circumfundere famam, id eſt, quem norunt complures, ac multi nominis, non hercle video, cur Nobilis dici non poſſit. Itaque vel pejorem in partem, vt nobile ſcortum, nobilem ſcurram, vel latronem, & clade Romana nobiles Cannas dicimus. Eſt enim vox ea nobilis ... vt alia quædam. Quid ergo? At Ennius & alij illi non fama, nomine & æſtimatione quenquam æſtimant, ſed naſcendi locum, & velut ordinem quendam, vt non de plebe ſit, exquirunt. Atqui hos veteres patritios dixere: quam appellationem diu hæſiſſe conſtat, in poſteritate eorum, quos primum Romulus, & hujus deinde exemplo Tarquinius Priſcus, mox Seru. Tullius Reges, ac tandem poſt liberatam Regio dominatu Rempubl. L. Brutus in Senatum lectos a ſimilitudine curæ, vt ait Velleius, patres vocarunt. Poſtea vero Iulius Cæſar, mox Auguſtus Octauianus, & Tiber. Claudius, jam exhauſtis, vel paucis reliquis familiarum, quas reges & Brutus in patres legerant: & ipſi honeſtiſſimum quenque è Senatu, vel quibus clari parentes fuerant, in numerum patritiorum adſciuerunt. Hinc patriciatus, dignitas, ſtatus & ordo patritiorum. Tranquillus lib. 2. Ea gens (Octauiorum dicit) a Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in ſenatum, mox à Seruio Tullio in patritias tranſducta, procedente tempore ad plebem ſe contulit: ac rurſus magna vi per diuum Iulium in Patritiatum rediit. Porro non omnes qui nobiles ac claro genere forent, in patritiatum tranſiiſſe, vt Claudia familia Marcelli teſtes ſunt: qui quanquam multa ac vetere generis claritudine, ita vt Pulchrorum ac Neronum gemi Claudiæ patritiæ, nec potentia, nec dignitate cederent, plebeij tamen fuerunt, vt tradit Tranquillus, & ante eum Cicero. Caſſij quoque quibus cognomen eſt, Longinis, plebij generis erant vt ſcribit Tacitus ſed antiqui (inquit) honoratique, ſicut & Cæcilij Metelli, Calphurnii Piſones, Licinii Craſſi, ac multi alii. Igitur quos vulgo Nobiles & jure Nobilitatis donatos vocant, hi patritij, aut traducti, vel allecti in patritiatum dicendi ſunt: genus hominum iure ciuili incognitum. Ius enim ciuile claros & honeſtiores à ſellulariis, tabernariiſque, & populi fæce, quos humiliores vocat, diſtinguit inter honeſtos autem vel claros etiam de plebe homines, quos ſua vel majorum virtus ac merita, aut vetuſtæ opus, vel honores geſti commendant, numerandi ſunt. Illud haud ſcio an operæpretium ſit tentare, monendam eorum eſſe opinionem, qui populi nobilitatem putant, ſi difficultatem rei familiaris, mercaturis faciundis, aut publico redimẽdo leuet patritius. Neque id enim patitur M. Æmilius Scaurus: princeps temporibus belli Iugurthini, ciuitatis Romanæ, cujus nobilitati nihil officit, quod pater ipſius paupertate coactus, carbonariam exercuiſſet. Tametſi hoc veriſſimum eſt, Neceſſitate, decora à majoribus parta oneri eſſe: impudentiam, in quæſtu habere. Cuic. lib. 2. c. 29.

Nobiliſſimos exponno, id eſt, primos & excellentes: quod aliqui aſſequuntur merito, cum præſtantiſſimi ſunt, alij in vetuſtate, quæ homines inqualis arte, niſi ſint admodum inertes, reddit præclaros & excellentes: Sic Cicer. de orat. libr. 1. multi in Philoſophia præclari & nobiles. Et lib. 2. Tres illius ætatis nobiliſſimos philoſophos. Et de fin. b. bon. & mal. libr. 2. Philoſophus nobilis à quo non ſolum Græcia & Italia, ſed etiam omnis Barbaria commota eſt. Idem pro A. Cluentio: In morbis corporis vt quiſque eſt difficilimus, ita medicus nobiliſſimus atque optimus quæritur. Macrob. quoque lib. 7. Satur. cap. 15. Eraſiſtratum veterum medicorum nobiliſſimum appellanit. Sed & medicina nullus dicitur nobilitari, quia nullum tribuit honorem, neque dignitatem, vt not. Ioan. Andr. in tit. de judic. Vbi refert Iudæum effici poſſe medicum, cum ex hoc nullum conſequatur honorem, non autem poſſe creari Iureconſultum, nec Aduocatum, nec Scribam Pontificis Maxim. ſeu alicujus Principis, quia hæc attribuunt dignitatem. Tanto magis hoc fuit apud antiquos, cum medici vt plurimum eſſent ſerui: vt habetur in l. ſi duodus infra communi de legat. fuerunt etiam ſerui plurimis ſeculis ante. Ferran. li. 2. expol. in l. prouidendum, de poſtul. c. 5.

Nobilitare, nobilem facere dignitatem augere, decorare Apuleius Quem non excellentia generis, ſed mores virtuteſque nobilitarunt. Quære, Natalibus reſtituere.

Nobiliſſimus appellatur imperator noſter in l. 3. ff. de natal. reſtituen. Briſſ.

Nobilitas non generis eſt tantum, ſed etiam alterius rei excellentia, dignitas, item fama, nominiſque celebritas. Annotauit Spiegelius in Ligurinum, triplicem nobilitatem. Vnam generis eſſe, de qua dictum eſt. Qui genus jactat ſuum, aliena laudat. Virtutis alteram. Tertiam ex vtraque conſtantem Barto. in l. 1. Cod. de dign. lib. 12. plura congerit de nobilitate. Quia nobilitatis ſunt tria genera. Vnum, quod ex virtute ex optimis actionibus noſtris oritur. Proximum, quod ex cognitione honeſtiſſimarum diſciplinarum proficiſcitur. Tertium, quod ex opibus, aut natalium picturis, & majorum ſtemmate æſtimatur. Quod vltimum nullum omnino erit, niſi à virtute fuerit profectum, vnde latis æſtimauit Iureconſultus in leg. 3. de oaca teſt. appellare Imperatorem nobiliſſimum. Prædictis etiam conuenit, quod notabiliter decidit Bald. in l exemplo. in vltima quæſtione. C. de probat. quod ſi Cardinalis, tanquam legatus de latere, aſſereret ſe habere ſpecialem commiſſionem, puta ad legitimandum vel diſpenſandum, vel reſtituendum famæ: & proceſſerit ad executionem illarum, licet literæ commiſſionis non appareant, valent tamen publice & plures geſta per eum: non ratione communis erroris, ſed præſumptæ veritatis, propter aſſertionem talis & tanti viri, juxta notata in cap. tum ex literis, de in integr. reſtit. in Nou. & putat Bald. eſſe memoria dignum ſequiturq. D. Abb. in cap. quod ſuper his in 2. col. de fid. inſtru. & late de veritate diſputat. And. Sicul. in tract. de præeſt. Card. in 1. quæſt. 2. part. in 2. memb. & conſuluit Corn. conſuluit. 243. videtur prima facie, ad fin. in 3. lib. & quæritur Felin. in cap. 1. cum in iure, col. 5. ad fin. de offic. de leg. Et vltra eos confirmari poteſt. ex ſing. dict. Specul. in tit. de jud. de leg. §. ſupereſt videre in ver. quid ſi non eſt conſanguineus, de quo vltimo ſcripſi ſup. in verb. Legalitas. Et ſecundum hoc dictum notab. Baldus debet declarari, quod ipſe generaliter decidit in l. ſi qua per calumniam, in vlt. col. verſ. deinde quæro, C. de epiſc. & cleric. & in l. iuriſiurandi, col. 1. verſ. quæritur vtrum, C. de teſt.

Nomina ſunt omen venturi præſcius Idmon.
Fertur, & Hippolytus dilaceratur equis.

Et ideo, ſi poſtumus vocetur eo nomine quo pater vocabatur, præſumitur ejus filius, tex eſt ſing. & mirabilis, in l. vxorem prægnantem, in princ. ff. man. teſta. quem pro ſing. citat. Bal. in c. tuam, col. 2. verſ. ſi autem, extra de ord. cogn. & Iaſ. in rub. ſol. matr. in 4. col. & in l. neque profeſſio, col. 1. C. de teſta. & vtrobique dicit, quod ille text. ſibi non probatur propter alia quæ ibi concurrunt.

Nobilia à priſcis dicebantur ea loca, quæ in metandis caſtris omnino vitari debent: ſcilicet, ne mons caſtris immineat, per quem ſuperuenire hoſtes aut perſpicere poſſint, quid in caſtris agitur: ne ſylua celatura hoſtes adjaceat; neve foſſa ſeu valles, per quos obruti caſtris occumbere poſſint: ne vicina fluminis torrentiſve ſubita tempeſtate caſtra inundatione intereant. Autor Higinus in Grammat. Spieg.

Nocens, qui injuriam aut maleficium commiſit, qui alteri nocuit, damnumque intulit. Nam nocere proprie dicitur is, qui nocet perſonæ, non rebus, l. 1. §. huius autem verba, ff. de his qui deiec. vel effud. Spieg.

Nocere, eſt damnum dare, incommodum adferre, obeſſe, l. 1. §. hæc autem, & §. in ſumma, ff. de aq. & aq. pluu. l. 2. §. deinde, ff. Ne quid in loco publ. Briſſ.

Nocere & non prodeſſe diuerſa ſunt: Nocere enim eſt damno adficere. Non prodeſſe eſt neque lucro afficere, neque damno eximere. Nonnunquam tamen nocere ſignificat prodeſſe: vt puta cum dicitur, Ignorantiam juris non nocere, ita accipiendum eſt non prodeſſe, l. regula, in prin. ff. de jur. & fact. ignor. vide Cuiac. 5. obſ. 39.

Nocens morbus intelligitur, qui perpetuus eſt, non qui tempore.

Digitized by Google

pote finitur, l.ſi.§.1.de ædil.edict.Spieg.

NOCERE noxam. Paul. leg. 63. ad l. Falc. Eadem cauſa eſt eius ſervi, qui noxam nocuit; nec enim deliquendo quiſque pretioſior fit. Hotom.

NOCVIT, nocebit. Adi Chiliad. Eraſ.

NOCTES & dies, id eſt, continuo, ſemper.

NOCTV, pro nocte vel paeris notum eſt: & nox, pro noctu, in duodecim tab. vſurpatur Si nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit, iure cæſus eſto. Vbi im, accuſatiuam dixerunt ab is,& occiſit pro occidit. Iureconſult. in leg. hoc edictum, §. Labeo. eod. Et nocte, inquit, homines ire non debent.Spieg.

NOCTVRNVS fur. l.9.ff. ad l. Corn. de Sicar.l.1. ff. de furib.bal neat. i.e.noctu deprehenſus, vt loquitur l.4.ff.ad l. Aquil.Briſ.

NODVM quærere in ſcirpo, hoc eſt, ex re facili reddere difficilem quod Accurſio familiare eſt. Adi Chiliad. Eraſm.

NOLLE proprie dicitur, qui ſciens nec coactus expreſſim vel palam vetat aut refragatur, notat Goth.ad l.3.de reg.iur.

NOLLE & velle duo illa verba, vt Ferrat. admonuit, in comm ad reg. iur. quodammodo relatiuorum more ſe habent, quorum alterum ſine altero non ſtatim exiſtit. Ex eo ſiquidem non velle aliquid exiſtimamur, quia hoc & velle poteramus & ſic ad arbitrium, licet diuerſi effectus, liberum tamen vtrumque referantur. Vnde fruſtra dicitur noluiſſe id, quod non potuit quis velle: cum relatiuorum natura ſit, vt inuicem conſiſtant, pariaque habeantur. Verum quod interpretes nolle & velle inter contraria referunt (vt iam mox dicetur) intelligendum eſt, quod actu ſint contraria, aut diuerſa. Quemadmodum & Boetius relatiua contraria appellat, in 2. Topic Comment. Nam habitu magis relatiuorum naturam ſapiunt quando nemo dicitur nolle, qui non poſſit & velle. Si quidem vulgatum illud. Eius eſt nolle, qui poteſt & velle parum conſiſteret, quod vtrumque ſimul ponit, id quod contra naturam eſt contrariorum, quorum non conſiſtente, alterum reſſet, neceſſe eſt. Spieg.Prat.

NOLLE & non velle diuerſa ſunt: Nolle eſt tacere & pati, vel ſecundum Ariſtotelem nolle dicitur is, quem pœnitet eius quod per errorem fecit, quem & nos venia dignum iudicamus l.ſi adulterium,§. inceſt.ff.ad l. Iul.de adult. l.aliam, C.de his quæ vi indig.auf. Non velle dicitur is, qui non corrigit factum Nolle tamen ſæpe ſignificat non velle, l. in eo iure, §. immo, ff.de rit.nupt l.iuſtum,ff. de ſeruit.vrb præd.l filius fam.§.inuitas, ff.de procur.Cuiac.5.obſ.39.& 15.obſ.13.

NOLLE dicimus, cum contrarium poſſumus, leg.17.§.7. de ædil edict. nolle non dicimus quoties velle contrarium vtiliter non poſſumus, l.101.de cond.& demonſtr. Gothof.ad d.l. 3.de reg.iur.

NOLLENS volens, locutio prouerbialis, ſi Donato credimus. Videtur autem id genus ſermonis, quia ex contrariis conſtat, ænigmaticum quiddam habere, vt admonuit Eraſ. in Chilia. Alber. annotat, nolens & volens idem eſſe in iure noſtro, per gl.in l.1.ff.quod metus cauſ.Spieg.

NOLO adire, & non volo adire. Super his verbis doctores plane ſtundunt in l. qui ſe patris, C.vnde liber, Decius, vt teſtatur Nicolaus Bellonus, petat faciendam differentiam, an quis dicat: Nolo adire,& inducatur repudiatio aut dicat, non volo adire. & non inducatur. Ea ratione, quod verbum, Nolo. indicat præciſam voluntatem, ſecus verbum Non volo: cum ſit medium inter velle & nolle. Hæc differentia Doct. licet communis habeatur non ſatisfacit Bellono. Pendet enim ex eo, vt idem refert libr.4.ſupputat. ca. 14. quod crediderint. Doct. aſſe differentiam inter velle, & non velle,& non velle eſſe medium inter velle & nolle: quo ſenſu ipſe nihil à veritate magis alienum. At in contrarium facit ſignificatio ipſorum verborum: & Grammatici nullo modo admitterent hoc, qui dicunt & verum eſt, Nolo eſſe compoſitum ex non & Volo, & ſic idem eſſe. Quod probatur in §. filius, l. filij mater, ff.ad Tertull. Licet in contrarium adducatur, quod quam docte tam vere ipſe Bellonus loco modo citato refellit. Porro Nolo adire, hæc verba ſunt ſuſpenſiua, & inferunt tantum ad primum motum voluntatis ſecundum doctrinam Bartol. in l. gerit.ff.de adquir. hæred.& l. in l.ſerui electione, ff. de legat. 1.Prat.

NOLLE facere videtur, qui poteſt facere, & non facit, §. ſi quis fugitiuus, §. idem ait, ff.de ædil edict.Spieg.

Νομάρχαι regionum præfecti, Bud.in prior.annot.

NOMEN quid proprie ſignificet vide Alc.lib.4.diſpunct.

NOMEN accipere, pro eo, quod eſt recipere militem in cenſura publica, *in der Muſterung annemmen*, ad nomen mittere, vel ire, *Zu der Muſterung geben*.

NOMEN dare militiæ, eſt in militiam ſcribi facere, aut in communem ſocietatem conſpirationis coire, leg.43 ff.de oper.libert.l.8.ff. de re milit.l. 4. in fi. de mun. & honor. Vide Dare nomen.

NOMEN deferre, eſt quodámodo accuſare, Lege, Deferre nomé.

NOMEN edere. l.1.ff de offic.conſ.l.2.C.qui petitur. leg.a.ſi mater, ff.ad Tertyll.Briſ.

NOMEN quilibet ſortitur ab eo, quod principaliter agit: vnde qui ampliorem ſubſtantiæ partem in mercimoniis non habet, non recte mercator accipi poſſe videtur. Quanquam, ſi quis citra fraudem in album mercatorum fuerit aſſumptus, ejuſque negotiationis ſe profiteatur, mercator proprie exiſtimandus erit, tametſi non magnam Fortunarum ſuarum partem in quæſtum deduxerit l. ſi quid, in fin. de ædil. edict. Spiegel.

NOMEN ait Diomed. lib. 1. Grammat. dicitur, quod vnamquamque rem monſtret ac notet, quaſi notamen. Connotat quicquid rem propriè notat nomen appellat, & vt ait Plato in Cratylo quod naturæ rerum diſcernendæ eſt indicandæque inſtrumentum. Quod opinionem Feſto Pompeio attulit vt putaret dictum quaſi nouimen, quia notitiam reſpræbeat. Veriſimilius eſt ſumptum à Græcis à quibus ὄνομα appellatur ἀπὸ τοῦ νόμου id eſt, lege, vel conſuetudine: quoniam vſa conſtant nominum appellationes penes quem arbitrium, lex eſt & norma loquendi, aut vt Platoni videtur, quod non natura ſint ipſa hominum nomina, ſed hominum inſtituta ab ipſis legiſlatoribus inſtituta. quorum munus eſt vel hoc præcipuum & maximum, rem ſuo quanque proprio certoque nomine appellare, ne quam peccandi materiam det ambiguitas verborum. Nomen igitur eſt quod cujuſque rei comprehendit notionem, ſeu vno ſeu duobus pluribuſve id fiat vocabulis. Cic. lib. 1.de Inuent. definit eſſe quod vnicuique perſonæ datur, quo ſuo quæque proprio & certo vocabulo appelletur. Qua definitione, prænomen, nomen, cognomen & agnomen complectitur,&c. Connan.lib 2.cap.11.n.4. vide & Ferretum tit. de legat. §.ſi quis in nomine.

NOMEN plerunque accipitur pro appellatione perſonarum & rerum, l.nomen, l.pecuniæ, de verb.ſign. & Gajus in l. nomine eodem. Nominis inquit, appellatione rem ſignificari. Proculus ait: Nomen quandoque intelligitur pro ſimplici cauſa nullo obligationis reſpectu.Prat.

NOMEN ſimpliciter poſuit pro cauſa Arrianus in l. 4. de re milit Exauctoratus, inquit, eo nomine, non vtique infamis erit, Spieg.

NOMEN familiæ eſt, & omnia quæ ad vnamquemque noſtrum differendam excogitata ſunt, à nomine different: quia eo gens cognoſcitur, ideoque gentilitium dicitur Cætera ordine variantur. Nam quod præponitur, prænomen: quod poſtfertur, cognomen: quod ad vltimum additur, agnomen eſt, vt C. Iulius Cæſar: Iulius nomen eſt familiæ Iuliorum, C. prænomen, Cæſar cognomen. Vide Alciat. lib. diſpunct. 4. propria nomina, inquit Chariſius, in quatuor ſpecies diuiduntur: prænomen, nomen, cognomen, agnomen, vt Publius, Cornelius, Scipio, Africanus. Prænomen eſt, quod nomini præponitur, vt Publius, Nomen, quod familiæ originem declarat, vt Cornelius, Cognomen quod nomini ſubjungitur, vt Scipio, Agnomen quod extrinſecus adjici ſolet, vt Africanus. Sic Camerarius: Omnia quidem, inquit, quæcunque de cauſa homini impoſita nomina, cum certum quendam hominem deſignent, propria ſunt. Prima tamen Romanorum appellatio vere propria in viris quidem videtur eſſe. Quippe qua inter ſe, qui non ſolum diuerſarum familiarum, ſed ejuſdem etiam eſſent, diſcerni poſſent, vt M. Tullius Cicero, & Q. Tullius Cicero. Spieg.

NOMEN generalis appellatio eſt, quæ & prænomen, & nomen familiæ, & cognomen complectitur. Seneca lib. de benefic.4. Si quod à Seneca accepiſſes, Annæo te diceres debere; vel Lucio, non creditorem mutares, ſed nomen. Quoniam ſiue prænomen ejus, ſiue nomen dixiſſes, ſiue cognomen, idem tamen illi eſſet. Proprie tamen Nomen à prænomine, cognomine, agnomine diſtinguitur, vti patet ex l. 4. C de teſtam & §. ſiquidem, 27.Inſtit.de legat. Hoto.ex Connan.lib.2.cap.11.n.3. & 4.

NOMEN eſſe capitis, pro delatum eſſe, & receptum in reos capitis. Plautus Aſinar. Nam jam ex hoc loco ibo ego ad Treſviros, veſtraque ibi nomina ſaxo erunt capitis. Prat.

NOMEN facere, dupliciter accipi ſolet, hoc eſt, vt Grammaticorum verba vſurpem, actiue & paſſiue: actiue dicitur qui nomen facere, quam mutuat: paſſiue cum mutuatur. In prima ſignificatione capit Cicero epiſtolarum libr. 8. Accepi Attiani literas, in quibus hoc inerat liberaliſſimum, nomina ſe facturum, qua ego vellem die. Sic Seneca de beneficiis libro. 1. Sed nomina facturi diligenter in patrimonium, & vaſa debitoris inquirimus. Idem lib. 1. de vita beata, nunquam magis nomina facio, quam cum dono. In ſecunda ſignificatione vtitur Cicero lib.3. offic. Emit homo cupidus & locuples tanti quanti Pythius voluit, & emit inſtructos, nomina facit, negotium conficit. Hunc ergo locum, ſi ad creditorem reſpicias, actiue; ſi ad debitorem, paſſiue accipiemus. Quare talis Vlpiani ſenſus erit, ſi proxeneta interuenerit, & hortatus fuerit, creditorem, vt pecuniam debitori mutaret, non poterit contra eum agi. Inde autem hæ locutiones natæ ſunt, quoniam creditores nomina debitorum in codicem referebant, vt oſtendit Cicero in oratione pro Roſcio Comœd. Hinc creditor dici-

tur facere nomen, quia credit, debitor, quia mutuatur. Nomina igitur creditorum ſunt credita, debitorum verò debita Creditorum: veluti quum ait Cicero in orat. pro Roſcio Comœd. Non refert parua nomina in codices? & paulo poſt, quæro quampridem hoc nomen Fan. in aduerſaria retuliſti? & in Verrem, act. 3. Quum per eos ipſos dies, per quos cauſa in Deo diceret reperiretur pecunia ſumpſiſſe mutuas, nomina ſua exegiſſe. Sic Columella de re ruſt. lib. 1. vel optima nomina non appellando fieri mala fœnerator Alphius veriſſime dixiſſe fertur. Debitorum autem, vt apud Cic. pro Quintio debere certis nominibus grandem pecuniam. At vbi Bud. in hac lege Philanthropiæ legi jubet, Pandect. Flor. habent Philantropi; quem locum ego ita exponi poſſe cenſeo, ſi proxeneta quicquam accepit, ſiue mercedis nomine, ſiue aliter, propterea quod debitorem amauit & laudavit, id reſtituere non cogitur, eſt enim Philanthropos homo benignus & hominum amator Ferran. Explicat. lib. 1. in l. 2. de proxenet. cap. 54.

Nomen hæredis inane habetur, cum hæreditas relinquitur immenſis donationibus exhauſta, Gothof. ad l. 5. C. de inoff. dona.

Nomen expungi dicitur debito ſoluto. Plaut. Ciſtel. act. 2. ſcen. 1. Nunc quod reliquum eſt, volo perſoluere vt expungatur nomen ne quid debeam.

Nomen, pro debitore, maxime in re fœneratoria, apud Iuriſconſ. ſæpiſſime inuenitur. Hinc pecuniæ in nominibus dicuntur, quæ datæ ſunt fœnori. In hac quoque ſignificatione accipitur nomen ab Vlp. l. ſi quis vxoris, de furt. Si quis, inquit, ſeruo meo perſuaſerit, vt nomen ſuum ex inſtrumento tolleret. Nebr. Sed & Bud. Nomina, inquit, pro debitoribus ponuntur, vel pro ſyngraphis creditarum pecuniarum. Sic accipitur nomen, teſte Alciato. in l. nominis, de verb. ſign. Idem nomina intelligit cautiones fœneratorias, non admodum abſimiles his, quas hodie literas cambij dicimus: vnde & fide nominum traiici, apud Cic. aduerſus Salluſtium, pro eo quod eſt pecunias per literas cambij tranſmittere. Quomodo vero nomina diſtrahantur in cauſam judicati, id eſt, tanquam pignora vendantur. explicant interpretes in §. fin. famoſæ, l. à diuo. ff. de re jud.

Nomen, pro obligatione debitoris accipitur, ſicut cum dicimus, vendo nomen. Sic & cauſam, ſic accepti expenſique titulum, ſic ſingula in conficiendis rationibus negotia appellamus, l. penult. & fin. C. de conuentio. fiſc. deb. Sic in SC. dicitur incertis nominibus pecuniam à Macedone filijsfamil. credi ſolitam, l. 1. ad Maced. Quandoque & agnationem ſignificat, vt cum prohibemus fundum de nomine noſtro exire §. ts qui de legat. Alciat. de verb. ſig. Adde Forcat. in Necyomantiæ dial. 98. nu. 1.

Nomen gentilitium erat & commune totius gentis, familiæ, adgnationiſve: vnde ab Halicarnaſſ. libro tertio [illegible] appellatur. Hoc prænomini ſubjungebatur, cognomen vero fere ſemper antecedebat. Tribus enim nominibus vſos Romanos notius eſt, quam vt à me confirmari debeat, leg. 1. de lib. & poſt leg. 28. ff qui teſtament. fac. leg. 8. §. ſed & cum in prænomine, ff de ſecund. tabul. §. ſi quis in nomine Inſtitut. de legat. vb. Theophil. nomen interpretatur [illegible] Briſſ.

Nomen interdum cauſam ſignificat. Sic acceſſionis nomine, l. 27. ff de Ædilit. Edict. Ceſſationis nomine, l. 1. ff de oper. pub. culpæ nomine teneri, l. 25. §. Item, ff. famil. erciſc. negligentiæ nomine teneri. l. 4. Dieg de Magiſt. conueni operarum nomine condemnatur l. 97. §. ſed ſi D. de oper. liber. Hypothecæ nomine res obligatæ, l. 4. ff. de pignor. leg. 4. ff. de tuſt. pignoris nomine. l. 8, ff. de operis noui nunt. Briſſ.

Nomen, Cognomen, Prænomen & Agnomen differunt. Quod differat ſenſu inter nomen, cognomen, prænomen & agnomen ſumma controverſia eſt inter ſcriptores: Id ſane fere conſtat inter omnes, prænomen eſſe, quod alijs pla ponitur; agnomen verò quod ab euentu imponitur. At maior difficultas eſt in nomine & cognomine. Accurſ. Priſciani ſententiam amplexus putat nomen eſſe proprium. In cujus ſententiam acceſſerunt pariter omnes hujus loci interpretes, Theophilus quoque: dum hunc locum vertit, idem ſentire videtur Alc. lib. 4. diſpunct. cap. 1. ſecutus Diomedem Grammaticum & Nicolaum Perottum è contrario nomen cenſet eſſe familiæ, cognomen verò proprium. Laurent. Vall. nomen & cognomen tradit eſſe familiæ, prænomen proprium ſingulorum. Anton. Auguſt. latius præ cæteris omnibus, & proſequitur lib. 3. c. p. 8. qui ferme in omnibus Alciati opinionem videtur approbare. Ego, vt Vallæ potius ſententiam probem, facit Appianus Alexandr. qui proœmio hiſt. Rom. ita ſcribit: [illegible] Tempus autem in omnibus recenſere ſuperuacaneum exiſtimarim; ais in rebus clariſſimis interualla monebo & nomina. Romanis olim vnum erat, ſicut omnibus hominibus, poſtea aſſumpſere duo, nec multo poſt tertium propter virtutem, vel aliquod [illegible] aliquibus, vt dignoſcerentur, imponi cœptum, juxta Græcorum morem, quibus vltra nomina erant etiam cognomina. Ex quo patet decipi Accurſium vna cum Pinciano, & Iuriſperitis, qui hunc locum interpretantur, quia nomen non eſt proprium: eſt enim proprium, quod primo tantum habebatur, & primo loco poni conſueuit, quod nunc prænomen appellamus. Patet etiam falli Alciat. cum Diomede & alijs, qui cognomen proprium eſſe tradunt, cum Appianus dicat id vltimo habitum, & in virtutis [illegible] vt cognomen imponi cœptum. Quod etiam ex multis præſtantiſſimis ſcriptoribus probari poteſt. Cic. pro L. Muræna: Quam laudem ille Africa oppreſſa cognomine ipſo præ ſe ferebat, eandem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit. Idem libro 1. de finibus. Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenit. Ex lib. 3. de offic. Atque hic T. Manlius is eſt, qui ad Anienem Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto cognomen inuenit. Et de ſomnio Scipionis: Eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc hæreditarium. T. Liu. libro 1. Manſit Syluius poſtea omnibus cognomen idem lib. 7. æmulumque decoris ſui abſentem M. Valerium Coruinum, id enim illi deinde cognominis fuit ſummo fauore populi, tres & viginti natum annos conſulem renunciauit. De quo etiam Propert. libro 3. & cui cognomen coruus habere dedit. Idem Liu. libro 9. loquens de L. Papyrio Curſore, præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit. Et libro 19. Id vectigal commentum alterum ex cenſoribus ſatis credebant, populo iniquo, quod iniquo judicio quondam damnatus eſſet, & in precio ſalis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Liuio inditum cognomen. Sic libro 20. Africani cognomen militaris prius fauor, an popularis aura celebrauerit, an ſicuti Felicis Syllæ Magnique Pompeij patrum memoria cœptum, ab aſſentatione familiaris ſit, parum compertum habeo. Primus certe hic Imperator nomine à ſe deuictæ gentis eſt nobilitatus, exemplo deinde hujus nequaquam victoria pares inſignes imaginum titulos, claraque cognomina familiæ facere. De quo etiam Saluſtius in bello Iugurt. ita ſcribit: Maſiniſſa rex Numidarum in amicitiam receptus eſt à Publio Scipione qui cognomen poſtea Africano à virtute fuit: poſt quem multi à domitis prouinciis cognomen aſſumpſere. Sic illius frater L. Scipio cognominatus fuit Aſiaticus Scipio. Æmilianus Numantinus P. Seruilius Hauricus, C. Metellus Macedonicus & ejus filij: alter Creticus, alter Balearis. Druſus Germanicus, Varus Quintilius Geroliens, Seuerus Arabenicus, Parthicus, & Arabicus. Alioqui quoque à capitis paſcibus, ita Sergius Orata, & Licinius Muræna cognominati fuere. Præterea ſi cognomen, quod eſt tertium, eſſet proprium, ſequeretur, vt qui ſolum duo nomina habebant, veluti C. Marius & Q. Sertorius, proprio caruiſſent, quod eſt abſurdum, quo argumento vſus fuit. Poſſidonius teſte Plutarcho in vita C. Marij, contra eos qui tertium nomen proprium eſſe putabant. Facit etiam contra eos, quod cognomen vltimo loco ponebatur. Quod autem neque nomen ſit cujuſquam proprium præter rationem ſupra dictam ſatis videtur Alciatus ibi probare, quod etiam ex multis alijs ſcriptorum locis conjicere licet. Sic action. 1. in Verr. Scit is, quem adeſſe video, Cn. Lentulus Marcellinus, quorum fide atque præſidio Siculi maxime nituntur, quo omnium Marcellorum nomini tota illa prouincia adjuncta eſt, idem in Brut. Multa enim ſcripta ſunt in eis, quæ facta non ſunt, falſi triumphi, plures conſulatus, genera etiam falſa, & ad plebem tranſitiones, cum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis infunderentur genus. Liuius libro 1. tamen in re tam clara nominum error manet, vtrius populi Horatij, vtrius Curiatij fuerint. Idem lib. 2. Furios Fuſios ſcripſere quidam, id admoneo, ne quis in mutationem virorum ipſorum eſſe, quæ nominum eſt, putet. Et iterum in eodem libro ſe quoque id generi, ac nomini dare, & L. Florus libro 3. loquens de Mario ſubrogare conatus eſt in ejus locum C. Gracchum hominem ſine tribu, ſine nomine, ſed ſubito titulo in familiam ipſe ſe adoptat. Reſtat igitur, vt prænomen quod primum eſt, proprium ſit, vt Poſſidonius tradit. nec moueor, quod in hoc Plutarchus eum reprehendat, propterea, quod eo modo mulieres nomine proprio caruiſſent, quibus proprium nomen non imponebatur. Namque falli videtur in hac re Plutarchus, vt Virgilius ex Plinio & Feſto docet, tit. de exhæred. lib. & Anton. Auguſtin. quoque affirmat. Non ignoro quandoque nomen vſurpari loco prænomen, vt in Leum filius §. cum pater, de legat. 2. & in leg. facta, §. ſub conditione, ff. ad Senat. Treb. Capitur. & aliquando pro cognomine, vt patet, in loco Liuij de Africano adducto. Sic apud Horat. carm. lib. 4.

Non incendia Carthaginis impia,

Eam

Digitized by Google

Eius qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit.

Vt Majoragius vere dixerit, nomen eſſe genus, quandoquidem hæc omnia nomina dicuntur, tamen propriè pro familia capi ſolet. Cum igitur ab initio omnes homines vnum tantum nomen haberent, vt Appianus ait, & ex hiſtoriis conſtat, præter Troglodytas, & Atlantes, illos enim Herodotus, iſtos Plinius ſcribit ſine nomine fuiſſe, quod etiam de Apharantibus Nicol. in lib. [illegible], Neceſſe erat, vt id eſſet proprium ſingulorum. Additum poſtea fuit ſecundum, præcipuè & Romanis, quod eſt familiæ nomen. Verum vt primum à ſecundo dignoſci poſſet, Prænomen vocatum fuit. Et in hoc decipitur Theophilus, qui prænomen tertium eſſe putat, cum primum ſit. Cicero libr. 4. ad Attic. de Eutychide gratum, qui vetere prænomine, nouo nomine T. erit Cæcilius. Et Plutarchus [illegible] ait prænomina Latinos integra non ſcribere, ſed aut vna ſolum litera, vt T. L. M. aut duabus, vt Cn. aut tribus, vt Sex. Ser. ex quibus apparet, vt dixi contra Theophilum, primum eſſe prænomen. Poſt autem tertium non omnibus, ſed aliquibus tantum impoſitum, ex rebus geſtis, vt ait Plutarchus, vel ex natura, vel ex aliqua corporis figura, quod cognomen appellatur. Et hoc quemadmodum etiam ſecundum erat hæreditarium. Ideo Valla optime dixit cognomen eſſe familiæ, nam nomine familiæ, à familia differebat, cognomine vero pars familiæ ab altera, ſiue ab aliis diſtinguebatur. Et ideo errauit Accurſius & cæteri, qui cognomen proprium familiæ nomen eſſe crediderunt, cum ſit quidem familiæ nomen, ſed non proprium, verum ab euentu, vt ſupra docuimus. At quoniam aliquando contingebat, vt ei, qui tria nomina habebat, propter aliquem euentum quartum nomen & ſic alterum cognomen adderetur, ad primi cognominis differentiam, proprio vocabulo agnomen illud dicere. Nec me præterit à pleriſque cognomen pro agnomine vſurpatum fuiſſe, ſicut apparet ex locis ſupra recitatis, in quibus Africani mentio facta eſt: eadem enim ratione, qua tertium quartum quoque cognomen dici poteſt. Sed vt vltimum à tertio differret nomine, agnomen nuncupatum fuit. Quamobrem hic labitur Anto. Auguſt. qui ſcribit agnomen non reperiri nec eſſe neceſſarium Cicero libro ſecundo de inuent. Nomen autem cum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. Verum ait locum eſſe deprauatum, quod tamen nulla ratione probari poteſt, nec mihi veriſimile videtur: cum omnes Rhetores & Grammatici præter linacrum ita locum illum legerint, vt patet ex eorum ſcriptis. Fit etiam illius mentio à Gordiano in l. ſi in nomine, Cod. de teſtam. Quinimo Ouidius libro 3. de Ponte, in elegia ad Cottam ait, adjectique probent genetiua agnomina Cottæ. Quod autem in Pandectis agnomen non legatur, id non me mouet: quandoquidem ibi agnomen ſub cognomine comprehenditur, Idem etiam reſponderi poteſt ad Theophili Inſtit. quia in re dubia ſtandum non eſt, ſed potius Latine ſcriptis, à quibus illæ ſumptæ fuerunt. Sed hoc pluribus verbis diſputare minime neceſſe videtur: Cum Pauſan. ſcriptor probatiſſimus in Arhaicis ita ſcribat: [illegible Greek] Tunc autem mittunt Athenienſibus exercitum & Ducem Attilium, hoc enim illi erat aliorum nominum clariſſimum, quoniam non vocantur à patribus Romani, ſicuti Græci, ſed aliquando tria, aliquando pauciora, aliquando plura nomina cuilibet imponuntur. Ergo præter tertium nomen eſt & quartum, quod quandoque neceſſarium eſt, vt ipſa dictum fuit. Quare multos quatuor nomina habuiſſe legimus, vt P. Cornelium Scipionem Africanum, cujus primum prænomen fuit, ſecundum nomen, tertium cognomen, quartum agnomen. Nam P. erat propium, Cornelius familiæ. Scipio quoque familiæ à caſu, quod P. Cornelius patrem ſuum, qui luminis auſerat loco baculi regeret. Africanus ab Africa deuicta. Idem dici poteſt de Scipio Aſiatico, & Scipione Naſica. Ex quibus etiam liquido conſtat, non eſſe veram diſtinctionem Vigilij antes cognomen, & agnomen. Dixit enim cognomen eſſe familiæ agnomen vero ab euentu, quod Priſcianus quoque retulit. Patet etiam deceptum fuiſſe Odofredum, qui ſcribit cognomen eſſe à matre, agnomen autem à patre. Conſtat pariter labi Carolum Sigonium, qui in lib. de nominibus Romanorum, nihil putat differre cognomen ab agnomine: Sciendum eſt autem liberos vt plurimum habuiſſe tria nomina, libertos duo, ſeruos vnum: quamvis nonnulli ſcripſerint libertos quoque tria nomina habuiſſe, vt notauit Politianus in Miſcell. ſuis capit. 51. non ignoro à nonnullis quampluima alia de nominibus recenſeri, ſed ea ſolum, quæ magis neceſſaria mihi viſa fuerunt, hic adponere ſatius eſſe duxi, Fertan. lib. 1. explic. In §. ſi quis in nomine, de leg. cap. 30. Vide etiam latiſſime Cuſt. [illegible] libro 2. capit. 26.

Nomenclator à nomine calendo qui ciuium nomina omnium tenebat, & quum opus eſſet pronunciabat. Iis veteres dum ambitioni ſeruiebant, vtebantur. Cic. in Muræn. Monitores eos appellat. Quid? (inquit) quod habes nomenclatorem? in eo quidem fallis, & decipis: nam ſi nomine appellari abs te ciues tuos honeſtum eſt, turpe eſt eos notiores eſſe ſeruo tuo, quam tibi: ſi etiam noris, tamen per monitorem appellandi ſunt, cur non ante petis, quam inſuſurrauit, aut quid, cum admoneris, tamen quaſi tute noris, ita ſalutas? Idem ad Atticum lib. 4. Ad vrbem veni ita, vt nemo vllius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. Prat. Hot.

Nomenculator in l. 7. §. dabitur, ff. de oper. lib. l. vlt. in fin. ff. de liber. cau. Sic appellabatur, qui nomina tranſeuntium ſalutantiumve domino ſuggerebat. Senec. lib. 2. epiſt. 19. Alioquin habebis conuiuas, quos ex turba ſalutantium nomenclator decuſſerit. Et Epiſt. 27. lib. 3 Nemo vetulus nomenculator qui nomina non reddidit, ſed accipit. Quint. lib 6 cap. 4. vt Afer ingrato litigatori conſpectum ejus vitanti in foro per nomenculatorem miſſum ad eum. Amas me, inquit, quod te non vidi. Plut. in Cato. [illegible Greek] vocat, [illegible] ait, [illegible Greek]. Briſſ.

Nomenculatoriis quoque veteres in librorum appellationibus ſuppeditandis vſos. Sen. lib. 6 de beneſ. c. 33. his verbis indicat: Iſtos tu libros quos vix nomenclatorum complectitur aut memoria, aut manus, amicorum exiſtimas eſſe? Briſſ.

Nomina vel rerum ſunt vel hominum, l. 4. ff. de leg. lib. 1. Illa à Grammaticis Appellatiua vel Communia vocantur, quæ ſcilicet indicandæ deſignandæque rerum naturæ & ſubſtantiæ cauſa inuenta ſunt, vt homo, veſtis, domus. Hæc propria vulgo dicuntur, quæ ad ſingulas ſpecies ejuſdem generis ambitu comprehenſas diſcernendas pertinent, velut. Lucius, Titius, Gajus, Sejus, Gaja, quæ nomina ICtis familiaria & vſitata fuiſſe Plutarc. [illegible], & Cic pro Muræn. oſtendit: ex eoque dilucide colligitur quod his verbis Prætores in edictis vſi ſunt, l. eo quæ in fraud. cred. l. 1. ff. de tabul. exhib. leg. 2 §. cum quidam, ff ne quid in loco pub l. 1. ff. de liber. exhib. Quæ nomina ingenuis tribuuntur, vt & Seruis Stichi, Damæ, Pamphili, Erotis, Articulæ. Briſſ.

Nomina etiam, fœneratitias cautiones ſignificant, interprete Iuſtin. in l. vlt. C. de pact. conuen. ſicut & ICto. in l. ſolutum. §. 1. de pign. act. Cujus ſignificationes rationem exponens. Aſcon. in 3. Verr. titulos debitorum nomina appellata ſcribit ab eo, quod Kalendaria ſolent eorum, quibus pecuniæ credebantur, nomina præſcribi. Ex quo factum eſt, vt nominis appellatio ad omnem obligationem, omnemque contractum pertineat, l. 4. ff. de verb. ſig. Vnde locus elegans Bibaculi in Grammaticum, qui villa ſua creditoribus ceſſerat Miſariſſimus, ait.

Vnicum magiſtrum,
Summum Grammaticum optimum poetam,
Omnes ſoluere poſſe quæſtiones,
Vnum difficile expedire nomine.

Ita Nomina exaudienda ſunt in l. 31. ff. de pet. hæred l. 6. & leg. 17. & l. 23 in fin ff. de hæred. vend. l. a. ff. de don. l. 3. ff. de vſufr. ear. rer. l. 1. l. 6. l. 7. C. de oblig. & actio l. 1 C. de nouatio. leg. 4. C. quæ res pig. l. 18. ff. de pignor. act l. 18. ff. C. de legat. l. 77. §. hæreditatem ff. de legat. lib. 5. Briſſ.

Nomina bona & idonea appellantur, cum ſoluendo eſt debitor. l. 19 ff. ad Vellejan. l. 101. ff. de ſolutionibus, l. 13. §. 1. leg. 35. & l. 41. ff. de admin. tutor. leg. 21. §. Lucius ff. de annu. leg. l. 89. ff. ad leg. Falcid. Vbi quidam codices idoneis hominibus ſcriptum habent eodem errore, quo in Pandec. Flor. hominibus ſub fidejuſſore factus pro nominibus in l. a. in fi ff. de cuſtod. reor. Secundum hoc genus loquendi in SC. Macedoniano ſcriptum eſt, bonum nomen filiifam. fieri non poſſe. l. 5. ff. de SC. Macedon. In quo verbo elegans eſt Cicer jocus libr. 4. epiſt. ad Planc. qui poſt expoſitam æris alieni, quo premebatur magnitudinem, ſe tamen hoc conſecutum ait, vt bonum nomen adeptus exiſtimetur. Bonum nomen facit creditor, qui delatum ſibi debitorem admiſit, eoque contentus fuit, leg. 26. §. abeſſe, ff. mand. Briſſ. Contra deteriora pejoraue dicuntur nomina, quorum difficilior exactio eſt, propter inopiam debitorum, qui facultatibus boniſque lapſi ſoluendo non ſunt, l. 35. ff. ſi cert. pet. l. 30. ff. ad l. Falc. l. vltim. §. pen. ff. de admin. rer. ad ciuit. Sic apud Columel. Alphius fœnerator optima nomina non appellando fieri mala dicit. Briſſ.

Nomina Confeſſa dicuntur, quæ quis fatetur ſe debere: quibus aduerſantur nomina quæ negantur, ſeu ſi negat quis ſe debere, l. 15. §. ſi quoque, ff de re judicata.

Nomina nubia, debitum ſignificant, quod eſt in controuerſia vt loquitur l. 1. ff de Solution.

Nomina, ait Vult. inſtit. de literar. oblig. nu. 3. nihil aliud ſunt, niſi ipſa debita, & dicuntur nomina, propterea quod moris erat, vt is qui pecuniam accipiebat, nomen ſuum in tabella

Digitized by Google

ejus à quo pecuniam accipiebat, & ſimul etiam nomini ſuo deſcriberet id quod deberet.

NOMINA debitorum non veniunt in ſtatuto, neque comprehenduntur à judice publicante bona ſua. Bald. ſing. in leg. 1. ff. de ſtat. homin. Item non veniunt in donatione omnium bonorum, præſentium & futurorum. Ita conſuluit ſingul. Bald. conſil. 232. ſoper infra ſcriptis dubiis, in ſecundo dubio, in ſecundo lib.

NOMINA facere, eſt pecuniam mutuam dare, aut alias debitorem ſibi aliquem facere. Petrus Marſus, & Fr. Maturantius, nomina facta ſunt, apud Cicero, libr. offic. 3. intelligunt pro eo quod eſt, ſufficientem cautionem datam, *man hat die Verſchreibung gegen einander gemacht*. Nomina facere & contrahere pro eodem dicuntur, l. 17. de adminiſtr. tut. l. 39. de neg. geſt. leg. 9. de pact. l. 64. de l. 3. l. 4. l. 32. §. 1. de pec. l. 2. de proxen. l. 1. de ann. leg. l. 41. §. vlt. de fideicomm. lib. leg. 3. §. multa ff. de jur. fiſc. Senec. lib. 1. de beneſic. Nomina facturi ſoqaitimus in vaſa debitoris, & alias ſæpe. Briſſ.

Incerta NOMINA dici poſſunt eorum debitorum, quorum dubia eſt fides propter impedientem inopiam aut alium fortuitum caſum. Certa vero dicuntur Horatio, quæ valde bona ſunt. Connan. lib. 7. c. 2. nu. 4.

NOMINA juris, alia ſunt particularia: vt obligatio, ſeruitus, dominium. Alia vniuerſalia. Ea triplicirer aſſumuntur. Aut enim vniuerſitas ſolius facti, ſeu corporum eſt: vt grex, chorus, familia. Aut juris & facti mixtum: vt peculium, dos, matrimonium. Aut ſolius juris, vt hæreditas: ea enim nomen ſeruat, etiam ſi nulla corpora hæreditaria ſint l. hæreditas, de petit. hæred. Vide Alciat. in comment. de verb. ſignific. Spieg.

NOMINA Vlpian. in l. 1. ad Macedon. vſurpat pro cauſis ipſis, ſeu tit. particularibus cujuſlibet pecuniæ, quæ in rationibus accepta fertur. Nos ejuſmodi nomina, id eſt, titulos, eum erogationum, tum acceptorum vocamus. Spieg. Adde Ferret. tit. de liretatum oblig.

NOMINA numeralia colligunt, non autem diſtribuunt aut diuidunt: vt docet Bart. in l. ſi ex toto, §. fin. de leg. 1. Spieg.

NOMINA pulchra multo pretio eſſe comparanda. Ita Ioann. Andr. de Milentia vxore ſua recitat, in c. 1. de depoſ. vbi dicunt Card. & Imola: ſi quis deponat rem ſuam apud hominem illoti, turpis nominis. & res perdatur, eſſe imputandum deponenti, qui nomen turpe non abhorruit.

NOMINA in jure alia ſunt naturalia, alia ciuilia. Peculium eſt naturale nomen, patrimonium ciuile. Contubernium naturale, matrimonium ciuile. Cognatio naturale, agnatio ciuile Goth. ad l. 17. ff. de pecul.

NOMINA quædam in Pandectis leguntur non niſi in perſonis ſeruorum & libertorum, vt Statius, Eroter Pamphilus, Stichus, & alia multa: & ex contrario Cajus, Sejus, Mævius Sempronius, Titius, nomina ſunt libertorum: quamvis Statius Cæcilius comicus, & Statius Papinius heroicus, poetæ celebres fuerint, nihilominus alter ſeruilis, & alter libertinæ conditionis memoratur. Vide Alexandrum lib. Gen. dier. cap. 20. Crinitum de poetis Latinis, & infr. Seruorum nomina. Spieg.

NOMINA reſpectiua quæ ſint, vide Cod. de ſeruis ſugit. l. pen. & ibi not & l. vnica, de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, profert Spieg.

NOMINA tria Romani vſurpare honeſtum putarunt, quaſi vnum ab auo: aliud à patre, à ſe ipſis inuentum tertium haberent, Connan. lib. 2. c. 11. n. 83.

NOMINA 35. Romanarum tribuum. Quære in verbo. Tribus.

NOMINARE nihil aliud eſt quam creare, leg. 14. §. plebeij, ff. de muner. honor.

NOMINARI dicimus magiſtratus, tutores, & alios, qui ad munera publica aliquo ſuggerente vocantur. l. 1. §. ſi eo tempore, ff. de adminiſtr. rer. l. 11. & l. 13. ff. ad municipal. leg. 14. Cod. de excuſ. tut. Briſſ.

NOMINARE eſt præſentem ſiſtere, & vt juris Pontificij ſcriptores dicunt, jus patronatus habere, hoc eſt, nominare deſignandum, Budæo teſte. Cæterum nominare, fidejubere, & in ſe periculum recipere, non diſtare indicat Albericus, per §. fin. in l. cum oſtendimus, ff. de fidejuſſ. tut. Spieg.

NOMINARI etiam dicuntur, qui vt conſcij & participes facinoris, à reis apprehenſis indicantur, deſcribuntur, arguuntur l. 11. §. in quæſtionibus, ff. ad Municipal. l. 2. ff. de bon. eorum, l. 2. § cum quis, ff. de quæſtionibus. Briſſ.

NOMINATI contractus ſunt; qui & jure & natura ſua nomen habent proprium, propriamque formam: Sic enim & nomen & formam peculiarem, qui differt à cæteris omnibus contractibus, habet mutuum §. 1. Inſtit. quib. mod. re. contr. depoſitum §. Inſt. eod. ſtipulatio. § 1. & 2. Inſt. de verbor. oblig. &c. Goedd. ad leg. 12. num. 6. de verb. ſign. Nominatos contractus Vult. in pr. Inſt. de oblig. nu. 40. diſtinguit in juris gentium & juris ciuilis.

NOMINATIM hoc eſt, expreſſè exhæredatus quis ſit, vide in l. 3. §. nominatim, ff. de iniuſt. teſtam. item §. nominatim. Inſt. de exhæred. lib. Nominatim etiam intelligitur expreſſus, qui non nomine proprio, ſed demonſtratione corporis, aut opificij, officii ve, neceſſitudinis, atque affinitatis, aut alio modo deſignatur, l. 2. de legatis, & ſimilibus, quæ Alber. citat. Bart. in l. ſiue à certis, ff. de duobus reis. nominatim quod dicitur explicat, & in l. turpia. §. fin. de leg. 1. quid ſi nominatim fieri, docet. Spieg.

NOMINATIM legatum accipiendum eſt, quod à quo legatum ſit, intelligitur, licet nomen pronunciatum non ſit, autor. Paul. in l. 90. ff. de legat. 3.

NOMINATIM exhæredatus filius videtur nomine vel prænomine, vel cognomine ſimul adſcripto, vel altero ex his, l. 1. ff. de lib. & poſthum. ſed & illa nominatim videtur facta exhæredatio, quæ ita facta eſt, Filius meus exhæres eſto, licet nomen ejus expreſſum non ſit, dummodo vnicus ſit, l. 2. ff. eo. §. nominatim. Inſtit. de exhæred. lib. Quod & Seruius quoque ad illa Virgilij verba, quæ ſunt 4. Æneid. Ac morientem nomine clamat, tradit. Quin etiam ſi quis filium habens ita exhæredauerit, Cæteri omnes filij filiæque meæ exhæredes ſunto, nominatim exhæredaſſe videbitur. l. 25. ff. eod. tit. Poſthumus quoque nominatim exhæredatur, ſiue ita dixerit teſtator. Quicunque mihi naſcetur, ſiue ita, Quicunque ex Seia naſcetur, vel ita: Venter exhæres eſto, l. 3. § nominatim, ff de injuſt. rupto. Et ita verbum nominatim accipiendum eſt in l. 1. ff. de hæred. inſtit. & in leg. 3. & l. 13. ff. de injuſt. rupt. leg. 21. ff de liber. & poſth. leg. 4. ff. vnde lib. l. pen. §. videamus, ff. de contra tab. leg 20. §. exiſtimo, ff. de bon. liber. leg. 10. §. qui filium. ff. de teſtam. tut. leg. 2. Cod. de lib. præterit. l. vlt. Cod. de bon. Poſſ. contr. tab. Cui opponuntur inter cæteros ab Vlp. in Inſtit. titul. 22. & à Iuſtin. in §. nominatim & §. poſthumorum. Inſtit. de exhæred. liber. & ibi Theoph. & l. vltim. Cod. de lib. præterit. Briſſ. Connan. item libr. 10. cap. 5. num. 5. his adde Balduini comment. ſuper. Inſtit. Iuſtin. libro 2. titul. 13. de exhæred. lib.

NOMINATIM legatur alieni, quod proprio ejus nomine expreſſo vel per demonſtrationem corporis, artificij, officii ve vel affinitatis, vel neceſſitudinis relinquitur l. 34. ff. de cond. & demonſt. Demonſtratio enim nominis vice fungitur, l. 6. ff. ſi cert. pet. l. 9. §. ſi quis nomen, ff de hæred. inſtit. Nominatim etiam ab aliquibus relictum intelligitur, quod non ſub appellatione hæredum in hunc modum, Quiſquis mihi hæres erit, ſed propriis nominibus expreſſis, vel indubitabili ſigno demonſtratis relinquitur, l. 1. §. id quod ex ſubſtitutione, ff. ad l. Falcid leg. 124 ff. de l. lib. 1. l. 28 § vltim. ff. de l. lib. 2. leg. 54 ff. ad Treb.

NOMINATIM obligari res dicitur, quæ ſpecialiter obligatur, non quæ traditur, ait Goth. ad Nouel. 112. c. 1. mouentes nominatim.

NOMINATIM vti ſit accipiendum in l. Fuſia Caninia, quæ ſeruis libertatem teſtamento nominatim relinqui cauebat, exponitur à Paulo lib. 4. ſent. tit. 14 & in l 24. l. 37. & leg. 59. ff de manum. teſt. Secundum quod in §. libertas. Inſtit. de leg. & apud Vlpian. Inſtit. tit. 1. ad fin. verbum hoc exponendum erit. Briſſ.

NOMINATI (inquit Hotomannus) in criminibus non dicuntur ij: quorum nomen delatum eſt, quique rei facti ſunt: ſed ij quorum nomen ab altero reo appellatum eſt. Sic Papian. leg. 17. §. 20. ff. ad municip. In quæſtionibus nominatos capitalium criminum, &c. & leg. 2. ff. de bon. eor. qui ant. ſent. Cicer. pro poſthumio: Neminem vnquam, qui ea pecunia perueniſſet, cauſam dixiſſe, qui in æſtimandis litibus appellatus non eſſet. In litibus autem nemo appellabatur, niſi ex teſtium dictis, aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuitatum. Itaque in ferendis litibus adeſſe ſolebant, qui aliquid de ſe verebantur: & cum erant appellati, ſi videbatur, ſtatim contradicere ſolebant. Tranqu. in Calig. Quæſtorem ſuum in conjuratione nominatum flagellauit, veſte detractaud eſt ab vno ex conjuratis indicatum. Briſſonius his omnibus in locis nominatos ſumi vult, pro ijs, qui rei criminum facti poſtulatique ſunt.

NOMINATIVVS pro Genitiuo, elegantiſſima eſt figura loquendi, qua frequentiſſime vtuntur IC. in leg. quæſitum, § idem Celſus, ff. de fide inſtrum. vbi dicitur. Hoc genus ſeruos, id eſt, ejus conditionis ſeruos, ſic & in l. ita, § 1 naut. caup. ſtab. vbi dicit IC. Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum, id eſt, ejus generis, ejus conditionis Spieg.

NOMINATIO dicitur de magiſtratibus, tutoribus, & aliis, cum ad munera publica alio ſuggerente vocantur, leg. 2. §. 1. ff. ad municip. & l. 1. ff de filiisfam. lib. 10. l. vlt. Co. qui æt. ſe excuſ. eod. lib. Aliquando ſignificat publicationem quandam, vt quando excommunicatus nominatur in Eccleſia, glo. in cap. 1. de except. lib. 6. Nominationum acceptiones fuſius recenſet Petr. Rebuff. in tract. nominationum quæſt. 5. vbi nominationum genera recenſet accuratiſſime, & diligentiſſime explicat. Prat.

NOMINATORES apud Iuriſconſultos dicuntur, qui cum aliqui ad munus aliquod eligendi ſunt, certorum hominum tanquam

quam idoneorum nomina edunt, & quaſi eorum creandorum autores ſunt. Hinc nominatores tutorum ſub rub. ff. de fide iuſſor. & nominat.tut. vbi in l. 4. ad fin. affirmatores appellari videntur. Qui eum idoneos eſſe tutores affirmarunt, fideiuſſorum vicem ſuſtinent. De nominatione tutorum extat mentio in l.1.§.3.& §.5.ff. de magiſt.conuen. Hinc.

Nominatores dicuntur ſub rubr. C.de peric. nomin. qui cum duumviri eſſent, ſucceſſores ſibi deſignabant, quorum fidem Reipublicæ ſuo periculo præſtabant. Et ſic accipienda eſt l. 2.in princ.ff de magiſt.conuen.l. 3. C. de conuen. fiſc. debit.l. vnic.C.de ſumpt.recup. Hi etiam creatores dicuntur in l.1.§.ſi eo tempore, ff.de admin.rer.ad ciuit.pertinen. Prat.

Nominatum delictum Interpretes appellant, quod Iuriſconſulti generalis delicti nomine intelligunt: vt in dictione Delictum, indicaui. Speciale vero dictum videtur, quod innominatum dicunt; vt cum quis in ius vocatus non paret, cum temere appellat, cum iuſ dicentem contemnit, cum in munere ſibi impoſito per deſidiam quis ceſſat: eiuſmodi enim facta pluribus verbis ſpecialiter deſignantur, non vno generali. Ex Alciato Spieg.

Nomina legato, id quod debetur, & quod in actionibus eſt, legatum videtur, vt actiones aduerſus debitorem hæres cedere & mandare neceſſe habeat, l.46.§.cum qui, ff. de leg.lib.1.l.59. ff.de legat.lib.3. Nominibus enim fieri dicebatur obligatio, quæ hodie literis fieri dicitur, Inſtit. de liter. oblig. in princip. In nominibus eſſe dicuntur, quæ ſunt in obligationib. petitionibus, perſecutionibuſque, l.37 ff.de adq.hæred.l.38.ff.ad Treb. Briſſ.

Nomine, ſubauditur apud Iuriſconſultos plerumque vt in conſuetudine ſermonis Græci: velut quum dicimus, Noxæ dedere: Damnati ceperunt datum, &c Pompon.l.2.ff. de naut.fœn. Si nemo ſit, qui à parte promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſſit. Alfenus l.60.§.3. ff. de leg. & fid.lib.30. Topiarium enim ornandi, ſalutarium autem tuendi & cuſtodiendi fundi magis quàm colendi paratum eſſe. Item, l.2. ff. de proxenet. & l.30.§.2.ff.de iureiurand.l.18.ff.de pignorib.in fin.l.75. ff. quib. mod.pig.Hot.

Nominatim propriis verum ſubſtituat teſtator, an vero appellatiuo & communi nomine, hæredis intereſt. Etenim ſi propriis nominibus tantum vtatur, æquale erit ex ſubſtitutione omnium commodum. Videtur enim magis habita ratio perſonarum quam datarum portionum. Rurſus cùm ſingulorum hæredum nomina propria expreſſa ſunt, poterit is ex ſubſtitutione habere commodum, qui ſuam partem ex inſtitutione repudiauit, &c. Balduin.tit.de vulgar.ſubſtit.

Nominibus obligatio, ſcriptura fiebat: vt ait Iuſtinian. ſub tit. de liter.oblig. Eam vt intelligamus, illud ſcire oportet, Romæ moris fuiſſe, vt vnuſquiſque paterfam. tabulas domi haberet, in quibus quicquid per ſingulos dies aut acciperet, aut expenderet, perſcribebat: vt Cicero in ea pro Cluentio demonſtrat. De earum tabularum fide cenſores quinto quoque anno ciues ad iuſiurandum adigebant, vt Dionyſ. Halic. lib. 4. teſtatur. Hinc fidem in iudiciis facere ſolebant vt in Orat. pro Q. Roſcio demonſtrat. Hot. Vlp. in l.4.ff.de pecul. Si vero nomina ita fecerit dominus, vt quaſi debitorem ſe ſeruo faceret, cum re vera debitor non eſſet, non obligatur: re enim, non verbis peculium augendum eſt Pompon. in l. f.ff.de annuis leg. Cum in annos ſingulos quid legatum ſit, neque adſcriptum, quo loco detur, quocunque loco petetur, dari debet: ſicuti ſi ex ſtipulatu aut nomine facto petatur. Extat etiam apud Scæuolam faciendi nominis mentio in l. Thais, 41. in fin.ff.de fideicom. libert.& alibi nonnullis locis. In quibus Triboníanum hallucinatum, nec ſatis ſpeculatoribus ſuis vſum fuiſſe, veriſimile eſt: cum aliis in locis eam vocem expunxerit, vt in l. 5. ff. de nouat. l. Græce, ff. de fideiuſſ. l. 1. ff. de oblig. & act. Nomina autem in tabulis dicebantur tituli debitorum (vt ait Aſconius) præſertim in iis debitis, in quibus hominum nomina ſcripta ſunt, quibus pecuniæ commodatæ ſunt. Plaut. in Curcul. Nimis ædepol. nomen nam mihi iſtoc non.ine dum ſcribo, explent ceras ceras quatuor. Ergo Nominibus obligatio contrahebatur, cum expenſum quid alicubi in tabulas referebant. Referri autem ſolebat, vel ab reis ipſis, vel ab argentariis, vel ab amicis. De reis exemplum oratio pro Comœdo ſuppeditat: & loci ex Pomponio & Vlpiano ſuperius adſcripti. De argentariis patet ex his Donati verbis in Terentium: Tunc, inquit, in foro & de menſæ ſcriptura, magis, quam ex arca domoque vel ciſta, pecunia numerabatur. Veteres enim fere ſuam pecuniam apud argentarios habebant: eiuſque rei veſtigium ſupereſt in l.7. § quoties, ff.depoſ. De amicis exemplum habemus initio eiuſdem Orationis pro Comœdo, & in epiſt. vltim. lib. ad Attic. 4. item apud Senecam lib. de benefic. 3. Ille per plurium tabulas nomina interpoſitis parariis facit, ex Hotom.

Nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet, l.6.ff.de verb.ſign.

Nominis appellatione Rem ſignificari, Proculus ait, l.4. ff. eod. tit.

Nominis eius quod quis inficiatus eſt diem petere, in Orat. pro Quintio. Nominibus multis eos homines pecuniam à Capitonatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. Verrin 4. in Nominibus pecuniam nobis eſſe numeratam in præſentia non habere, ibid. Hot.

Nominis ſinitio præcedit definitionem rei. Neque enim probe definieris cancrum, niſi primum conſtitueris, an de animali, ſiue terreſtri, ſiue marino, an vero de cœleſti ſidere loquaris gloſſ. l. quoties, de verb.oblig. Spieg.

Nomisma, idem quod numus, Græce νόμισμα. Pomponius de vſufruct. Nomiſmatum, inquit, aureorum, vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti ſolent, vſusfructus legari poteſt. Spieg.

Nomisma vetus, Nomiſmata adulterina, ex C. Briſſ.

Νομοφυλακία, legum morumque regimen & tutela. Hinc nomophylaces, legum præſides & cuſtodes: & non ſolum de iis dicitur, qui literas legis, ſed qui etiam hominum facta obſeruabant, & ad leges reuocabant, Bud. in l.vlt.ff.de ſenat. Spieg.

Νόμος, Græcis dicitur lex à tribuendo ſuum vnicuique, vt Romanis à diligendo, nemo enim ſui cuique tribuere poteſt niſi quæ recta ſunt deligat, reiiciat contraria. Hac ratio c νόμος antiqui Græcorum appellarunt eam vocum varietatem quæ … numerum aut laxatur, aut attenuatur. Aut vt quidam ſcripſerunt, νόμους appellarunt, quas iidem ᾠδὰς nominant, quod leges … memoriæ mandarent, vtebantur publicis, & priuatis cantibus. Atque hinc νόμοι Terpandri & Euripidis, … Differt autem νόμος ἀπὸ τῆς θεσμοῦ. Nam νόμος magis ſcriptam legem ſignificat. Sed θεσμὸς legem non ſcriptam, & quandam potius conſuetudinem refert Alciat. lib. 2. diſpunct c.5. Budæ. in commentariis ſuis refert quoſdam ex Andocide annotaſſe θεσμοὺς dici leges Draconis, νόμους Solonis, idque vt credit Connan. lib. 1.c.8. quod illæ duriores eſſent, & omnibus criminibus pœnam capitis adiungerent: vt earum æquitatis nulla ratio reddi poſſit, præterquam quod ſcriptæ eſſent, & numero legum poſitæ: At Solonis fuere mitiores & diſtinctiores leges, & quæ ſingulis delictis pœnas dignas imponerent, grauiores maioribus minores leuioribus, ἀπὸ τῆς νόμου dicunt.

Nomothetæ ſunt non ſimpliciter legum autores, ſed & ipſi qui principaliter leges ſuas promulgabant: quales apud Græcos Solon, Draco, Minos, Lycurgus: apud nos Pompeius, qui tulit legem Pompeiam: Iulius qui legem Iuliam: Cornelius Sylla legem Corneliam, &c. Ipſi vero ICti, vt Vlpianus, Paulus, Scæuola & cæteri non ſunt νομοθέται, ſed legum interpretes. Nam vt ex Demoſthene Bud. commemorat, Solon inter alia ſuis legibus hoc quoque inſtituit, cum lex aliqua ad populum ferretur, vt à legiſlatore primum recitaretur, deinde in loco maxime celebri totius vrbis maximeque conſpicuo proſcriberetur ad tertiam concionem vſque, inde Scribæ, vt daretur palam pro concione legenda, vt ſi cuiquam quid non placuiſſet, in medium id proferret: & ſi ea tum populo placuiſſet, ita demum nomothetæ dare ad poſtremum probanda, qui vti eam probaſſet improbaſſetve, ita ferretur, antiquaretur ve. Ipſi autem nomothetæ ex iudicum numero deligebantur, vt eam operam populo iurati ipſi nauarent. De his Alciat. lib. 2. diſp c.8. Budæus in l.1.ff.de iuſt.& iur. Poſtellus de magiſtratibus Athen. lib. 1.c.5.

Nomophylaces à nomothetis quibus à legibus ſeruandis vt nomen ita & officium erat. Fruſtra enim fuiſſent à nomothetis leges exploratæ probatæque, niſi præſcripti illarum ſint vſus, ſecundumque eas iudicaretur: quod nomophylaces vt fieret curabant. Cicer. lib. de legib. 3. illorum officium diligenter explicat. Græci hoc diligentius, ait apud quos νομοφύλακας creabant, nec ij ſolum literas (nam id quidem etiam apud maiores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſeruabant ad legeſque reuocabant. Hæc Cicero. Secundo dignitatis gradu erant Athenis νομοφύλακες, vt qui προεδρίας (quorum nomen à primis ſedibus, quas illi ante cæteros habebant, deductum eſt) aſſiderent ſtrophio quodam linteo capite redimiti: tantus erat honos priſcis incolumitatis reipublicæ conſeruatoribus, tantum legum ſtudium.

Non particula negatiua turbat ſenſum adiecta, in tit. de off. proconſ. Legatus, inquit, mandata ſibi iuriſdictione iudicis dandi ius non habet. Cæterum in Pandectis Non, particula Non habetur. Notauit primus hunc errorem Aug. Polit. in quadam obſeruatione eius centuriæ, quam nunquam nobis videre contigit. Nebriſſ.

Non pro non ſolum, vel non tantum, l.9.ff de vi publ.l.4.l.96 ff. de verbor.ſignific. & alibi: Vide Anton. Auguſt. lib. 2. emend. Cicero tum alias ſæpe, tum lib. 4. ad Atticum. epiſt. vltim. ſic vſurpauit: Hæc pactio non verbis, ſed nominibus & præſcriptionibus multorum, cum eſſe facta diceretur. Prat.

Non, pro non tam, l.1.2.ff.de off. præſ.l.20.in princ.ff.de acq. vel omit. Briſſ.

Non, particula regulariter negat, ſed quæ præpoſita, alium habet ſenſum ab eo, quem poſtpoſita notat, l.quædam. ff de rei vend. Cætera. Alber. Spieg.

NON conſentire, non eſt diſſentire, l. aliquin, ff. de contr. empt. eſt enim medium inter conſentire & diſſentire, l. in bello de capt. & poſt l. reu. Ex Albet. Spieg.

NON differendarum litium cauſa ſed tollendarum ad arbitros itur, Celſus l. quamuis, ff. de recept. Spieg.

NON dubitare ſe quodcunque vxor eius cepiſſet, liberis ſuis redditurum. Hæc verba teſte Papiniano, Marcus imp. interpretatus eſt, pro fideicommiſſo accipienda: Vide l. ſi vnum ex familia, in fin. ff. de legat. 2. Spieg.

NON eſſe, & non apparere, paria ſunt, l. in lege, ff. de contrah. empt. Spieg.

NON eſſe actorem vel ſyndicum tunc intelligimus, ait Caius, cum is abſit, aut valetudine impediatur, aut inhabilis ſit ad agendum, l. 1. quod cuiuſcun. vniuerſ. nom. Spieg.

NON eſſe ad fontem Pomponius: Si is qui hauſtum habeat, per tempus, quo ſeruitus amittitur, non erit ad fontem, l. Labeo ait, ff. quemadmodum ſeruit. amit.

NON honeſtus quæſtus. Hermogenianus: Ne honeſta, ait, interpretatio non honeſti quæſtus lucrum poſſeſſori faciat, l. ſi poſſeſſor, ff. de petit. hæred. Spieg.

NON ideo, pro non continuo. Iuriſconſ. Tum decem tu dari ſtipulatus ſis, non ideo poſſe te decem dare oportere intendere: quia, &c. Spieg.

NON iuſtum & iniuſtum, qui negant idem eſſe falluntur. Qua de re Valla lib. Dialect. 2. cap. 35. recte diſſerit & vere, teſte Alc. in fin. c. 17. lib. 5. parerg. Spieg.

NON negare & fateri diuerſa ſunt, l. qui tacet, de reg. iur. Cuiac. 5. obſ. 59.

NON negligentia, ſed temporis anguſtia non potuiſſe litem conteſtari. Paulus in lege non enim. Ex quibus cauſ. maior. Spieg.

NON nimis, pro non tam, apud Vlpian. in l. iuregentium, §. verum autem, ff. de pact. more Græcorum, qui οὐ λίαν dicunt vt Haloander monuit, & obſeruauit Hegendorph. Spieg.

NON nolle medium eſt inter nolle & velle. & ſignificat pati & permittere, l. tertia, de regulis iuris, l. tertia, §. ſcientiam, ff. de tribut. Gœdd. ad l. 130 de verb. ſign. num 5. Verba hæc, SI NON FECERIS, SI NON DEDERIS: hanc habere ſignificationem. ſi interpellatus non dederis, feceris, ſolueris: nec eſt omne vitæ tempus expectandum, ſed protinus atque per promiſſorem factum eſt, quominus ſtipulationi pareret, ſtatim eiuſmodi conditiones committuntur, l. 115. ad fin. ff. de verbor. oblig. l. 17. in fin. ff. de fideiuſſor, l. 54. ff. quand. dies leg. ced. Briſſ.

NON nolle. Cicero ad Attic. lib. 13. Proximis tuis literis primum te non nolle cognoui, hoc eſt, pati & non contradicere. Iuriſconſulti non nolle, & velle ſic interpretati ſunt, vt velle eos dicant, qui voluntatem ſuam declarant, ſiue quid fieri velint, ſiue quid fieri iubeant. Non nolle: qui quid ſciente diſſimulant, hoc eſt, non declarant ſe vel nolle, vel quod fit, fieri velle, &c. Ræuard. l. eius eſt non nolle qui poteſt velle, ff. de reg. iur.

NON nominatim, id eſt, in genere, l. hæres ſeruum, ff. de euict. Spiegel.

NON perinde, id eſt, non æque, probe. Pompon. Nam ſenatus, ait, non perinde omnes prouincias probe regere poterat. Adi Old. in Reſtaur. Politiæ. Spieg.

NON prodeſſe & nocere diuerſa ſunt: vide ſupra, Nocere & non prodeſſe.

NON omnes, id eſt, nulli Virg. Non omnia poſſumus omnes, id eſt, nulli. Conan. lib. 6. c. 6 n. 8.

NON omnimodo, id eſt, non ſemper generaliter & indiſtincte, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. §. 1 & ibi Aldobran. l. vbi autem § fi. ff. de verb. oblig. l. in nauem, in fi. ff. locati. Plinius lib. 16. cap. 14.

NON per omnia verum eſt, l. ait prætor, §. ſed quod Papin ff. de minorib. Spieg.

NON pluris quam res eſt, id eſt, quanti aduerſarij intereſt: Vide Vlp. l. qui reſtituere, ff. de rei vind. Spieg.

NON poſſe dimitti in ſolidum creditorem, eſt non poſſe creditorem totam ſolutionem conſequi. Spieg.

NON poſſe, præciſam neceſſitatem inducit, generaliterque modum omnem remouet, vnde effici diſpoſitio poſſet, glo. c. 2. de reg. iur. lib. 6. Spieg.

NON pro modico beneficio datur, apud Vlp. in l. athletas, ff. de his qui not. infam. Spieg.

NON reddita res proprie dicitur, quæ deterior facta redditur, l. 3. §. ſi reddita, ff. com. Spieg.

NON ſoli Atridæ vxores amant: Achillis dictum, qui Vlyſſis orationi reſpondens, à quo vt in caſtra reuerti vellet (vnde propter Briſeida ſibi ad Agamemnone ademptam diſceſſerat) rogabatur, ſic inquit:

> —— Τί δὲ λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀγείρας
> Ἀτρεΐδης; ἦ οὐχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο;
> ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
> Ἀτρεΐδαι; ἐπεὶ ὅς τις ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων
> τὴν αὐτοῦ φιλέει, καὶ κήδεται: ὡς καὶ ἐγὼ τὴν
> ἐκ θυμοῦ φίλεον, δουρικτητήν περ ἐοῦσαν, id eſt:

> *Cur autem populum adduxit huc congregans*
> *Atrides? annon Helenæ gratia pulchri comæ?*
> *An ſoli amant vxores diuerſi vocorum hominum*
> *Atridæ? quippe qui bonus & prudens eſt.*
> *Suam amat, & curat vt ego quoque hanc.*
> *Ex animo amabam quamuis captiuam.*

Sextus Cæcilius hoc dictum venuſte tranſtulit ad eos qui vxores quamuis iniuſtas habent: vt adulterij accuſatio non minus ipſis, quam iis qui iuſtas vxores habent, permittatur. Vlp. l. 13. ff. de adult. Planè ſiue iuſta vxor fuit, ſiue iniuſta: accuſationem inſtituere vir poterit: nam (vt Sex. Cæcilius ait) hæc lex ad omnia matrimonia pertinet: & illud Homericum adfert. Nec enim ſoli, inquit, Atridæ vxores ſuas amant, ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι. Non ſoli amãt vxores Atridæ. Quod enim cum interrogatione pronunciauit Achilles hic negatiue retulit Hotom.

NON ſolum, hæ particulæ ſemper æqualia recipiunt, in l. non ſolum de vſu & habitat. dicitur, quod ſi relictus ſit vſus domus mulieri, non ſolum cum marito, ſed etiam cum libertis habitabit, non tamen eodem iure cum libertis, neque eadem conſuetudine, & l. non ſolum de iniur. l. non ſolum tenetur iniuriarum, qui fecit iniuriam, ſed etiam qui fieri curauit, diuerſimode tamen, vt ibi per gl. Forcat. in Necyomantiæ dial. 50. n. 4.

NON temere in agendis negotiis computantur, quæ raro accidunt. Ræuard. l. Ea quæ raro, ff. de reg. iur.

NON vere dicitur reipubl. cauſa abeſſe, qui ſui priuati negotij cauſa in cauſa eſt: autor Alphenus. Spieg.

NON velle. Hæc verba (falſo traditum eſt) iuxta ſententiam doctiſſimi Bellonij, inter nolle & velle medium eſſe, cum medium ſit, non nolle, l. 1. § ſcientiam: vbi caſus & Gloſſ. in verbo velle, ff. de tribut. act. l. 3. ff. de reg. iuris, vbi Fran. Duar. Pet. Faber, & alij. Cuiac. obſ. 23. lib. 15. Quin & ratio accedit. nam inter affirmatiuum & negatiuum medium non ſumitur ex affirmatiuo, ſed ex negatiuo. Exemplum: Inter proprium & improprium datur medium: non improprium: non autem datur non proprium, quoniam non proprium idem eſt, quod improprium, l. 1. in pr. ff. de Suis & legit. Sic inter doctum & indoctum, datur non indoctum. Idem in verbo placere & diſplicere: quorum medium eſt, non diſplicere leg. 1. §. is qui nauem, ff. de Exercit. Spieg.

NON vtiliter negotia gerit, qui non neceſſariam rem, vel quæ oneratura eſt patremfamilias, aggreditur, teſte Vlpiano, l. ſed an vltro, §. fi. ff. Negot. geſt. Spieg.

NON vtique, non reſtrictè, non præciſè. Vlp. l. 22. ff. mand. Sed ſi non vtique vnius, ſed vtriuſque mandatum intuitus id fecerint. Sic Pompon. l. 43. ff. ad leg. Aquil. Dominum enim lex Aquilia appellat, non vtique eum qui tunc fuerit, cum damnum daretur. Hot. Aldobr. Inſtit. de legit. ag. tutel. non vtique, id eſt, non ita ſimpliciter paſſim & indiſtincte interpretatus.

NON vtitur vſufructuarius, ſi nec vtatur, nec nomine eius alius, puta qui emit, vel qui conduxit, vel cui donatus eſt, vel qui negotium eius gerit. Conn. lib. 4 c. 7. n. 11.

NONÆ dicuntur in Martio, Maio, Iunio & Octobri ſex illi dies, qui primum ſequuntur: in reliquis vero menſibus, quatuor tantum illi dies primum ſequentes. Vide l. item veniunt, §. pridie idus ff. de petit. hæred. Varr. lib. 5. de ling. Lat. Nonæ appellatæ aut quod ante diem nonum idus ſemper, aut quod vt nouus annus Kalendæ Ianuariæ à nouo ſolo appellatæ, nouus Menſis, noua Luna nonis.

NONARIÆ meretrices, quod hora nona cellas aperirent, & proſtare inciperent, dictæ ſunt, Bud. Perſium citat.

NUNIANUM SCtum de colluſione detegenda. Sic enim legendum in l. vlt. Cod. de colluſ. deteg. nomen ſuum ſortitum eſt à Nonio Aſprenate, quem ſub Domitiani temporibus, quo etiam hoc SCtum factum eſt, vt conſtat, &c. l. 1. ff. de cod. conſulatum geſſiſſe inuenio. Briſſ.

NORMA pro formula præſcripta. vt in §. pen. Inſtit. de Attil. tut. Normalem tamen pro recto poſitum, qualem norma, hoc eſt, fabrorum regula efficit, alicubi Bud. obſeruauit. Spieg.

NOSOCOMION (deductum à voce νόσος, morbus & κομέω curo) locus eſt conſtitutus propter pauperes ægrotantes, & languentes, quo infirmis alimenta ſubminiſtramus, de eo meminit imperator in l. illud, § 1. & in l. penult. Cod. de ſacroſ. eccleſ. & in auth. de alie. & empt. § emphyteuſea vero per totum: quamuis exemplaribus impreſſis menda inſit. Huius loci meminit diuus Hieron. dum inquit: Quæ habere poterat, diſtribuit, dilapidauit, ac vendidit & in pecuniam congregatum vſibus pauperum præparauit, & primo omnium noſocomion, id eſt, languentium villam inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & conſumpta languoribus atque inedia miſerorum membra refoueret. Cotta.

NOSSE qui ea non dicitur, quæ duntaxat per tranſennam ac iter faciens audiuit: vide t. Harmen. 6. Goth. ad l. 16. C. de teſtib.

NOSTRUM proprie dici non poteſt, quod ex caſu nobis auferri poteſt Spiegel. Patro aliud olim fuit dominium, quo res noſtra eſſet Iure Quiritium: aliud, quo in bonis noſtris tan-

tum

tum eſſe dicebatur. Verum Iuſtinianus hoc diſcrimen ſuſtulit. l.1.C.de nudo iure Quirit. Quod naturaliter noſtrum factum erat, tantum eſſe dicebatur in bonis noſtris. Quod vero ciuiliter, hoc eſt, ſolenni ſuo ritu, & legitimo (vt loquebantur) aliquo actu (cuius generis transferendorum dominiorum ritus Romani olim multi fuerunt) in nos translatum erat, erat noſtrum iure Quiritium. Quod vtroque modo, pleno iure id noſtrum eſſe dicebatur, cap. 29. Qui à quibus. Fr. Balduin.in ſua Catheche ſi Iuris Ciuilis.

NOSTER plerunque non dominij, aut ſanguinis, Iure vel amicitiæ vinculo, ſed profeſſionis ſocietate dicitur. Nam & de his qui non erant eiuſdem temporum æquales, vſurpatur. Sic Caius noſter, ait Pompon.leg 39.de ſtipul. Briſſ.

NOTA, pro infamia, ignominia, probro, l.5.& 8.& 2.ff.de his qui not.infam. Sic notæ cauſa facta exhæredatio, id eſt, iniuriæ inferendæ cauſa & notæ inurendæ, l.8.ff. de lib. & poſthum. Alias quodcunque ſignum ſignificat. Ouid. ad laudem retulit in Aut. vt præpoſ. not. Imp. & iic Tabellion. pro ſcriptura notarij vſurpauit. Spieg.

NOTAM aſcribere, nihil aliud fuit, quam cauſam infamem & ignominioſam edere. Vnde perſpicuum eſt, differre, notare, & ordine mouere. Ob leuiores ſiquidem cauſas mouebant tantum Cenſores, ſicuti Liuius l.br.14. ſcribit Fabricius P. Cornelium Ruffinum conſularem mouit. Grauioribus autem polluros ſceleribus notabant, & notatos quoſdam tribu etiam motos, & ærarios factos, lib 42. Liuius commemorat. Verum tamen ſciendum, quod Cenſoriæ animaduerſionis notæ non veſe iudicia ſed præiudicia quædam fuerint, itaque qui notatus fuerat, poſtea in iudicium vocabatur, vt Cicero ſcribit lib 4.de Republ. Cenſoris iudicium nihil aliud fere damnato affert, præter ruborem. Itaque quod omnis ea iudicatio verſatur tantum in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt. Adeo vero ſeuerus in delinquentes Cato Cenſor fuit, vt inde Cenſorij nomen adeptus ſit. Plinius lib.19. cap.1. & lib.14.c.4. Sabell.lib 8 c.5.Fulgoſus lib.2.c.4.

NOTA, ait Gœddæus ad rub.ff.de verb.ſign.num.7.eſt quodlibet cuiuſque rei ſignum, non ſolum illud quod mentis icones refert; verum aliarum etiam rerum. Sic ruga nota eſt ſenilis ætatis: animi triſtis vultus & facies contracta: hilaritatis facies expedita: Sic maculæ pecorum, quibus à ſe inuicem diſtinguuntur, notæ earum ſunt, & inde notæ, vt nomina plerunque ex iis ſortiantur.

NOTABILE, eſt concluſio, quæ à deciſis, aut decidendi ratione ingenioſe colligitur. Salom. in leg. Gallus, ff. de libs. & poſthum. Prat.

NOTÆ literæ dicuntur ſingulariæ, ex quibus verba conficiuntur. Sed & literarum notæ intelliguntur quibus ad occultanda conſilia, maximè in bello, propter hoſtium inſidias, milites vtebantur. Vegil. in tit. Inſtit. de Milit. teil. vulgo nunc ziphræ vocantur. Eas primum commentum fuiſſe Tyronem M. Tullij Ciceronis libertum, autor eſt Euſebius Spieg.

NOTÆ verbo etiam cicatrices continentur. Vlp. in fin. l.5. ff. de Fugitiuis.

NOTÆ in leg.2.ff. de ſeru. fugit. ſigna, ſtigmata, puncta, ſeruis ſcripta atque inuſta ſignificant. Sic Cic.2.Offi. Thracem compunctum notis Threiciis dixit. Et Plin. in panegyrico. Exanguem ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant. Valer lib.6.cap.8.Seruus ab eo vinculorum pœna coercitus inexpiabilique literarum nota per ſummam oris contumeliam inuſtus. Græco ſtigmatum verbo vtuntur Impp. in l.3.de fabricenſ.libr.12. Et ſtigmatum quoque notas dixit Sueton. in Calig. c.27. Quintil.lib.7. cap 4. Si quis fugitiuo ſtigma ſcripſerit. Vnde ſtigmatici ſerui reſte Polluce lib. 3. Onoman. notis compuncti appellantur, quos Plautus literatos vocat. NOTÆ etiam dicuntur compendia quædam dictionum, ſiue vt Plutarchi in Catone verbis vtar, [illegible] vel etiã, vt alij, [illegible]. Sic accipiuntur NOTÆ in leg.33.ff ex quibus cauſ.maior. l.9.§ 1. ff.de hæred.inſtitut. l.41. ff de milit. teſtam. & l.6. in fid. ff. de bonor poſſeſ. vbi notas literas non eſſe traditur. Qua de cauſa à literis ſeparantur in l. 1. § ludi. ff de vas. & extr. cognit. & d.l 41. Seneca lib.14. Epiſt. Quid verb. notas, quibus quamuis citata excipitur oratio & celeritatem linguæ manus ſequitur. Huiuſmodi vero notis olim pleni erant Iureconſultorum libri. Sed Iuſtinian. quicquam in libris ſuis notis ſcribi vetuit, l.2.§ penult. ff. de ver. iur. enucl. Qua de re Iſidor. libro 1. tractat. NOTARUM autem inuentionem alij Tullio Tironi tribuunt, alij, & in his Dio Mecœnati. Prat. ex Briſſ. vide & Brodæum Miſcell.lib.4.cap.9.

NOTAS quoque appellabant illas, quæ Iureconſultorum ſcriptis vel reprehendendi cauſa vel explicandi artexebantur interpretationes, l.50.ff. de caſtr. pec. l.2. Cod. de ver. ius. enucl. l. vn. de reſponſ. prud. in Theod. Quod ex inſcriptionibus multarum legum apparet, vt ex NOTIS Pauli ad Neratium, Marcelli ad Iulium, &c. & eo ſenſu verbum, NOTAS, accipimus in l.1.§ Paulus notat. ff. de offic. eius cui mand. l.39. ff de hæred; inſt. l. vlt. ff. de his qui in teſtam. delent. l.16. ff. qui teſt. fac. poſſ. Briſſ.

NOTARE in noſtris libris, ICti dicuntur, qui alterius ſcripta opiniones ſuas adſumſit & attexunt: vel improbandi reprehendendique cauſa, vel addendi de ſuo. Sic Proculus apud Labeonem notat l.10.§.1.ff. de negot. geſtis, l.69. ff. de condit. & demonſtr. Briſſ.

NOTARE accipitur pro animaduertere determinare, vt noſcatur, l. Liberto, vel amico, §. litem in iudicium, ff. neg. geſt. Ibi Vlp notat, l ſi quis ſeruum, ff. de act. empt. dum dicit: Marcellus notat; l. non ſolum is, ff. de iniur. Alias ponitur pro reprehendere, l. metum autem præſentem, §. fi. ff. quod met. cauſ. Ibi Non immerito Iulianus a Marcello notatus eſt. Alias ſignificat diligenter aliquid obſeruando inſcribere, l. item apud Labeonem, §. ait prætor, ff. de iniuriis. Alias notare, eſt ab alio dictata per notas & compendia conſcribere. Vnde NOTARIJ vocabantur, vt leg. Lucius Titius, ff. de milit. teſt. l. ſed cum patrono, § fin. ff. de bonor. poſſ. Alias denique NOTARE vſurpatur pro infamia adficere, infamem cenſere, lædere exiſtimationem, vt in tit. ff. de his qui notant infamia. l.5. ff de obſequi. à libert. & libert. l.1. §. ſecundo loco, ff. de poſtulan. Ibi: Item perſonas turpitudine notabiles, l.18 ff. de lib. & poſthum. Old.

NOTARE notis quibuſdam eſt compendiis literarum aliquid breuiter perſtringere, non omnibus literis integrum perſcribere. Suet. in Galba c.15. Quia notata non præſcripta erat ſumma. Sic Fabian. quantum notando conſequi poterat. Prat.

NOTARII à notis literariis: quod notis quibuſdam verbum ſemper ſignificantibus, Catonis luculentam in ſenatu orationem collegiſſent, originem traxiſſe dicuntur, huiuſmodi notæ ſunt, quæ ſigla appellauit Iuſtinianus l.1. & 2. in fin. C. de vetere iure enucleando: Dicuntur autem plurifariam vt refert Gloſſ in Rub. C. de tabellar lib 10 NOTARIORUM iura ſcire præſumi, magiſter Practicæ autor eſt, in titulo de inſtrum. edit. §. octauo. in fin. In verſicul. ſed nunquid tabellio: Baldus, notariorum imperitia mundum deſtrui autor eſt in Reſponſis. NOTARIOS, & librarios, idem genus hominum fuiſſe, quibuſdam videtur: A quibus diſſentit Inſulanus, ita ſens, notariorum genus maiore in precio fuiſſe, ob velocitatem eorum in excipiendis transcribendiſque dictatis: quod etiam artificioſis & breuibus quibuſdam notis quondam fieri ſolitum, autor eſt Plutarchus in vita Catonis iunioris. Librariorum autem illi (inſulano) quondam profeſſio videtur fuiſſe, vt certi pretij cauſa libros, ac quæcunque ſcribenda ſcriberent: nec breuiculis ipſos notis, aut decurtatis verbis vſos fuiſſe. Seneca & Tranquillus notarios appellant actuarios: quod in acta referrent actiones, quæ dicebantur in ſenatu & ad populum. Idem vocabulum pro NOTARIO ſumptum, apud Plautum quoque inuenies in fine Aululariæ. Longo tempore poſt dicti ſunt notarij, quibus publica cura ſtipulandorum inſtrumentorum ab Imperatore commiſſa fuit. Dictos notarios à notis, Hammonius credidit. Spieg.

NOTARII autem proprie dicuntur, qui excipientes verba dictantis per notas ac compendia ſcribunt: Plautus in l Lucius Titius, ff. de milit. teſt vt ſingularij, qui ſingulis ſcribũt. De NOTARIIS eleganter Baſilius in epiſtolis: [illegible]. Græcis notarij [illegible]. Hos ita exprimit Auſon.

Puer notarum præpetum. Et Martialis:

Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Alias li.12.C. tit. de primicerio & notario: verbum hoc pro ſecretariis Principis vſurpatur. Lampridius in Alexandro: Eum notarium, qui falſum cauſæ breuem in conſilio imperatorio ſcripſiſſet, inciſis digitorum neruis ita vt nunquam poſſet ſcribere, deportauit. Spartianus in Diadum: iſtæ literæ per notarium proditæ, illi puero multum obfuiſſe dicuntur. Plin. in epiſt. Ad latus notarius cum libro & pugillaribus. Prat.

NOTARII Principum, hoc eſt, Imperatorum ac Cæſarum ſoli dicuntur habere dignitatem, l. vnic. Cod. de mand. princ. Cæteri enim publici ſerui quod populariter rogentur, nuncupantur, l.2. rem pupil. ſalu. fore. At vbi doctores rite appellati, decurionesve citati, aut factis notati fuerint, rogati non coguntur ad præſtandum officium, vt Bartolo viſum eſt in leg. vniuerſitates, C. de decurionibus. Sed & notarij dicti ſunt olim, qui notarent in ſenatu. Tabelliones autem hodie latine diximus id genus ſcribas à tabulis, hoc eſt, teſtamentis, & publicis ſcripturis, quas conficiunt: Vide ipſa Tabelliones. Spieg Ræuard. l. ſi librarius, ff. de regul. iur. Anton. Auguſt. libr. ſingulari ad Modeſtinum, c.54.

NOTARIO dicenti, etiam in articulo mortis, ſe falſum fabricaſſe inſtrumentum, non creditur in præiudicium partis. Maſc. de probat lib.2. conſil.77.44.nu.2. text. in l. ſi quis in graui, §. ſi quis moriens, ff. ad Syllan.

NOTARIUS fabricans falſum inſtrumentum punitur amputatione manus, & amplius priuatur officio notariatus, ita vt non poſſit illud in futurum exercere, Farin. conſ.48 n.9.

NOTARIUS dicitur oculus iudicis, & propterea debet illi &

Digitized by Google

partibus fidelis eſſe, & mundas manus habere: Proſper. Farin. conſ.5. crim.n.5.

NOTATI, in l.8.C.de dignit.lib.12. differunt ab infamibus, Infames enim ſunt, quibus lex infamiam irrogat; Notati vero non ſunt ipſo iure infames, hæret tamen in eis macula quædam, vt qui iudicio publico rei in vinculis ſunt, vel qui ob teſtimonium dicendum vel non dicendum pecuniam accepiſſe conuicti, nec damnati ſunt, vel qui inter requirendos damnati ſunt. Peat.

NOTIS ſcribere. Lege, Hieroglyphicæ.

NOTIFICARE. Hoc verbum à pleriſque reprobatur: nec vero facile admittitur, niſi ſorte autore. Ouid. ſe tueri quis velit, qui ſic habet lib. 1. de Ponto: Atque modum pœnæ notificate velis. Pro eo autem verbo ſubiiciunt alij, notum facere, quo nihil receptius in ſummorum aulis principum, ſeu euulgare, aut palam facere, *Verkunden meniglichen, oder kundt thun allen meniglich.* Spieg.

Νοθεύειν, decipere, corrumpere, & adulterare ſignificat: ex quo νόθος, quiſquis ſcelerate natus eſt. Connan lib.2.c.16.n.2.

NOTHIA Græci appellant neutro genere, & in numero plurali, eam partem, quæ ex bonis paternis, lege Athenienſium, nothis dari poterat. Hinc factum, vt Græci nothum appellent, quidquid non legitimum eſſe volunt nec verum. Ita nothus dicitur filius ante legitimum natus. Bud. in Annot. prior. ad l. vulgo concepti, de ſtatu hominum. Spieg.

NOTHI. Titulus eſt, in Nou. 89. περὶ νόθων, vbi tamen τῶν νόθων & τῶν φυσικῶν appellationes confunduntur, νόθον, qui non è iuſtis nuptiis natus ſit, Græci dixere. Nos Latinum rei, vt Cato teſtatus eſt, nomen non habemus: vt neceſſe ſit peregrino nomine vti. Hæc M. Fabius Inſt. lib. 3. Sunt autem nothorum, vt video, tres vere ſpecies. Vna eſt eorum, quos Cœlibes ex amicis & pallacis in concubinatum aſcitis tollunt: quos bonè viles, & abominandi nominis, veteres pene vxorum loco, nec ſine dignatione quadam domi habebant: hos Cæſar Naturales vocat not. 89. ab eo quod natura à iuſtis liberis non differant, Ius tantum hoc quotidianum & commentitium, quod matrimonia ſolenni ritu & ordine conſtant, repugnet. Quo nomine, ſi iuſti filij non ſuperſint, & ſextantem hæreditatis paternæ cum matre capiunt. Sed quando hodie, non domi habere ſemper, ſed plerumque ſoris alere, amicas ſolent, alij ne forte honeſtiorum oculos, vel infirmiorum mentes vulnerent: multi etiam, vt alacres ſemper, ac velut recentes, nec nimio vſu (qui ſere cupiditatem exhaurit) fracti, ad eas ſe conferant: belliſſime agi tecum eſt, ut & ex iis nati, ad ſextantem hunc vocentur, quod magis negatum eſt. Cæterum & iſtos, & qui alij ex ea naſcuntur, quæ viri cognita, alij ſeſe non præbet, Naturalium nomen mereri, id vero conuenit quod apud me valde dubium eſt, haud ignarum in toto hoc genere à Cæſare Iuſtiniano (cui eares præter cæteros πολιτικὴ videtur, & curæ fuiſſe, vt tanquam in iuſt. ciuilit partem reciperetur (diſerte τὴν μετὰ [illegible] χάριν exigi non contento τὴν παιδῶν εἰκότων γονῆς περὶ φύσ.). Nam & in concubinatu ſpecimen quoddam vel exemplum non iure contracti matrimonij, & quale contubernium ſeruis fuerat, imaginatur. Quod vero ſimile facit & Demoſthenes Orator, qui ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας ad quotidianum corporis curam: amicas in concubinatum aſciſci ait: his verbis, [illegible] Curt. lib. 3. [illegible] cap. 8. Vel.

NOTHEVA dictus [illegible], vt ait Suidas, quod priuatus ſit eo, quod diuinum cenſemus, id eſt, legitimis nuptiis, vel [illegible], vt Phauorinus ſcribit, & in Etymologico magno habetur, quo nomine ſignificantur omnes, qui non ſunt ex iuſtis nuptiis procreati, vt docet Iulius Pollux, Suidas & Heſychius, quamuis Heſychius νοθογενεῖς appellat. Vſus eſt Homerus Iliados Δ.

> Ἀλλ' ἤτοι [illegible] νόθος [illegible]
> Αἰπὺς ὁ [illegible] Ἀντιφον [illegible]
> Τὼ δύο [illegible] νόθον, [illegible] ἀμφω
> Εἰνεὶ [illegible] νόθος [illegible]
> Ἀντιφος αὖ: ———

Et Pindarus in Olympiis, &c. Vſus eſt & Plutarch. in Theſeo. Ἀλλ' [illegible]. Et Dionyſius Areopagita in lib. περὶ τῆς ἱεραρχίας, c. 2. quamuis in alio ſenſu. At Philoſtratus [illegible] βίον, lib. 2. νόθον appellat catulum, quem leæna ex pardo conceperit, quod Alemannus Riuoccinus perperam interpretatus videtur, qui matrē nothā vocari crediderit. Inde νοθεῖα ſiue νόθεια dicta ſunt, pecuniæ, quæ talibus filiis relinquebantur, quæ lege Athenienſium mille drachmas excedere non poterant: quarum mentionem fecit Demoſthenes in oratione contra Ariſtocratem, & Ariſtophanes, ac plerique alij, quos Suidas refert. Hinc etiam νόθος dicitur omnis res non legitima, ſicut νόθος [illegible], & ſimilia, vt docet Budæus, qui ſcribit hanc dictionem apud Græcos eandem habere vim, quam ſpurius apud Latinos. Namquamuis Plutarchus in [illegible], de ſpuriis mentionem faciat, tamen illi nomen non tanquam Græcum, ſed tanquam Latinum vſurpauit. Ibi enim tradit quomodo à Latinis prænomina ſcribantur. Vſus fuit hac dictione Ouid. in Epiſtolis Phædræ ad Hippolytum.

> *At ne nupta quidem tædaque accepta iugali.*
> *Cur niſi caperes regna paterna nothus?*

Vſurpauit pariter Virg. Æneid. lib. 7. loquens de equis:

> *——patris quos Dædala Circe*
> *Suppoſita de matre nothos furata creauit.*

Et Columella lib 8. c. 2. vbi de gallinis loquitur: Omnium tamen horum generum nothi ſunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus noſtrates ediderunt. Plinius quoque lib. 8. c. 2. ſcribit elephantes minores apud Indos etare, & ab illis nothos appellari. Verum in hoc loco Iuſtinianus non ita late hanc dictionem accepit, quemadmodum Græci quippe qui nomine nothorum intelligit ſolum eos, quos naturales vocant, cum dicat cæteros non eſſe dignos hoc nomine, & modo νόθους, modo φυσικοὺς vocat. Ex quo patet decipi Alciatum qui libr. 3. parerg. cap. 5. ſcribit eos differre. Patet etiam decipi Haloandrum qui dum hæc converteret, modo naturales, modo ſpurios dixit. Cum ſpurij non dicantur ex concubine nati. Quos errores Alc. & Haloand. notauit Gabriel Palæotus in lib. de Nothis & Spuriis, c. 17. Attamen & ipſe in eo fallitur, quod putat eos tantum nothos à Iuſtiniano vocari, qui naſcuntur ex concubina. Quandoquidem Iuſtin. etiam eos nothos vocat, qui gignuntur ex ancilla, quod patet in ea parte, in qua tractaturi, quomodo qui offerens ſe curiæ legitimus reddatur, cum tamen ancilla non poſſit eſſe concubina. Ferrand. libro 2. explicat in conſtit. quibus mod. natu efſic. ſui cap. 41.

NOTHOS, Cuiacius 5. obſ. 6. definit, quod ſint, qui ex concubina dum ſine nuptiis vxoris loco retenta, nati ſunt. Sed Haloander nothos voluit eſſe ſpurios, quem reprehendit Cuiacius in expoſitione Nou. 12. part. 2. & hodie nullos eſſe nothos, quia nulli ſint naturales, idem Cuiac. in fine d. obſer. 6. opinatur. Iſidor. diſtinguit, vt ſi virgo vel vidua, in quam ſtuprum committitur, ſit ignobilis, mas vero ſtuprum in eam committens ſit nobilis, qui inde naſcuntur, dicantur proprie Nothi, & vice verſa, ſi virgo vel vidua ſit nobilis, pater vero ignobilis, inde natu dicantur Manſeres, Vult. ad princ. num. 10. Inſtit. de patria poteſt. NOTHEVA dicitur, qui ex vxore non legitima natus eſt: Vide gl. in cap. niſi cum pridem verſic. perſonæ vero, extr. de renunciat. quæ dicit nothum eſſe eum, qui de adulterio natus eſt, qui videtur verus filius, ſed non eſt, Ioan. Bello. Etym.

NOTIO, nihil eſt aliud quam poteſtas quædam cognoſcendi, examinandique factum, l. 3. §. cauſæ cognitio, §. ſeq. ff. Carbon. edicto, l. 4. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Gœdd. ad l. 99. n. 5. de verb. ſign.

NOTIO, alias cognitio prætoria à Iuriſconſultis vocatur, cum ſine ſcripto libello ſiue ſolennitate iudiciaria tantum ſimpliciter inuocatur officium iudicis vel magiſtratus. Spieg.

NOTIO diuiditur in cognitionem & iuriſdictionem, l. notionem, de verbor. ſignif. Eſt autem notionis verbum generale: & non ſolum ad eos pertinet, qui iuriſdictionem habent, ſed & qui ſimplicem cognoſcendi facultatem. Quare aſſeſſores, ſiue amici qui in conſilium proconſulum adhibentur, cum etiam ipſi cognoſcant: dicuntur habere notionem. Arbitri quoque, quos ex compromiſſo edimus, habent notionem. Cum enim ex pacto priuatorum iuriſdictio conferri nequeat, conſequens eſt, vt ſaltem notionem habere dicantur. Ex Alciat. comment. de verb. ſign. Spieg.

NOTIO & cognitio differunt. Notio enim eſt qualibet cauſæ cognitio, ſiue ea iure magiſtratus expediatur ſiue abſque iuriſdictione, hoc eſt, ſiue magiſtratus iure, per text. in l. notionem 99. de verb. ſign. ait Prætor. 5. & ibi Duar. & alij de re iud. Cognitio ſeriem ea cauſarum notio eſt, quæ iure magiſtratus vi iuriſdictionis exercetur. Itaque omnes, qui cognitionem habent, habent etiam notionem: ſed non contra, per d. l. 99. l. ait Prætor. l. 15. de re iud. l. ſolent de offic. proconſ. tantum igitur inter notionem & cognitionem intereſt, quantum inter genus & ſpeciem, Gœddæ. ad l. 99. nu. 3. de verb. ſign. vbi plura vide.

NOTIONIS verbum latiſſimum eſt: nam & in ciuilibus, & in criminalibus cauſis vſurpatur. Itaque Notio dicitur Prætoris, qui verum actio danda an deneganda ſit, cognoſcit, l. vlt. in fin. ff. de obligat. & act. Sic in l. fi. ff. de tranſact. Prætoris dicitur eſſe notio, cum de habitatione aut veſtiario, aut alimento relicto tranſigendum eſt, & in l. 6. Cod. quomodo & quand. iud. At in l. 1. §. 1. ff. de offic. præf. vrb. Notio ad cauſas & animaduerſiones capitales refertur: vbi Vlpianus ſcribit, ea quæ vltra centeſimum lapidem fiunt, egreſſa eſſe Præfecti vrbis notionem: itemque in leg. penult. ff. de calumn. Proprie tamen Notio videtur eſſe rerum quæ neque criminales ſunt, & in facto, non in iure conſiſtunt: veluti cum Cicero in orat.

pro

Digitized by Google

pro nemo ſcribit, unicem eſſe notionem Pontificum eum quis adoptarit, quæ cauſa euique ſit adoptionis, quæ ratio generis ac dignitatis, quæ ſacrorum. Item cum ſuſceptatur apud Prætorem, vtrum qui filius eſſe dicitur, in poteſtate ſit, an non ſit: Prætoris notio eſſe debebit, inquit Vlpian.l.3.§.1.ff.de lib. exhib. aut eum de illius ætate qui manumittit, vel de manu mittendi cauſa quæritur. Atque hæc quidem ita ſe habent, cum propria verbi cuiuſque ſignificatio exquiritur. Vlpian. autem in leg. notionem, 99. ff. de verbor. ſignific. Notionem ſic poſſe accipi ſcribit, vt & Iuriſdictio & Cognitio intelligatur. Itaque idem in l. ait Prætor, 5. ff. de re iudic. cum Prætor dixiſſet, CVIVS de ea re iuriſdictio eſt. Melius, inquit, dixiſſet, CVIVS de ea re notio eſt: etenim Notionis nomen etiam ad eos pertinet, qui iuriſdictionem non habent, ſed habent de quauis alia cauſa notionem. Hot. & C... nan. lib. 1. c. 16. n. 4.

NOTIONIS verbum non tantum cognitionem & iuriſdictionem ſub ſe continet, ſed etiam aliquando imperium tam merum quam mixtum: quo caſu, non in cognoſcendo ſolum, ſed imperando ſimul notio conſiſtit. Gœdd. ad dict. l. 99. nu. 7. de verbor. ſignif.

NOTITIA ab Impp. recentiorib. appellatur breuia, ſeu libellus in quo deſcriptio ſtatus adminiſtrationis, & diœceſeos alicuius continetur l. 1. §. 8. C de offic. præf. præt. Afr. l. vnde excuſ. artif. lib. 10. C. l. 3. & l. 5. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. pen. & vlt. de diuerſ. off. lib. 12. C. Hinc de ſtatu Imperij ſub Conſtantinopolitanis Imp. agens liber Notitia Imperij Rom. inſcribitur. Briſ. adde & aliam notitiam in l. 1. §. 9. C. de offic. præf. præt. Afr. l. 7. C. de palat. ſacr. largit. Non. 8. c. 1. §. 1. Gothofr. ad d. §. 8. Alias notitia eſt cognitio, intelligentia, notio, Cic. lib. offic. 3. Explica atque excute notitiam tuam, vt videas quæ ſit in ea ſpecies forma, notio boni viri. Oldend.

NOTORIA, procelogiis & iudiciis quibus crimina ad magiſtratus deferuntur, l. 6 §. nuntiatores, ff. ad Turpil. l. 7. C. de accuſ. l. 31. de epiſc. & cler. in Cod. Theod. l. diuus, ff. de cuſtod. reor. D. Aug. in epiſt. 160. Notoria in ſingulari & Notoriæ dixit. Circumcelliones, inquit, quoſdam, & clericos Donatiſtas, cura eorum, qui publicæ diſciplinæ inſeruiunt præmiſſa notoria ad iudicia legeſque perduxit. Et in epiſtol. 159. Qui non accuſantibus noſtris, ſed illorum notoria, ad quos tuendæ pacis vigilantia pertinebat, præſentari videamur examini. Notoriam quoque vſurpat Apul. lib. 7. de aſino aureo. Sed ille, ait, qui commodum falſam de me notoriam pertulerat. Et Trebellius Pollio in Claudio ad fi. Nihil me grauius accepit, quam quod notoria tua intimaſti Clodium parentem amicumque noſtrum inſinuatis ſibi falſis pleriſque grauiter iraſci. Briſ. & Cuiac. 3. obſeru. 3.

NOTORIVM eſt, quod omnibus conſtare poteſt, & colore nullo obfuſcatur, nec probatione indiget: Alciatus autem libr. 1. de verb. ſignif. Notorium dicit id quod palam conſtat, cum veteres notorium pro denuntiatione facinoris acceperint. Eſt autem hoc.

NOTORIVM triplex, Præſumptionis, Iuris & Facti.

NOTORIVM Præſumptionis, quod eſt de euidentia iuris vehementis præſumptum, vt paternitas, filiatio, vbi non requiritur alia probatio niſi præſumptiones & coniecturæ, c. quoniam de fil. presbyt. Nam hoc quod quis ſit alicuius filius, non poteſt vere probari, leg. Lucius, ff. de condit. & demonſtr. Vnde filius eſt, quem nuptiæ demonſtrant, ff. de in ius voc. l. quia ſemper in fin. Nam ſi vir & vxor aliquem infantem nutriunt, & dicunt eum filium eorum eſſe, tunc præſumitur eorum filius. Eſt ergo notorium præſumptionis euidentia ſet euidentes à iure præſumpta.

NOTORIVM iuris eſt clara iudicialis confeſſio, inconuincibilis probatio, & irretractabilis definitio, de quo ſcilicet notorio quis damnatus eſt, vel in iure confeſſus. Et ſic illud eſt duplex, videlicet per confeſſionem factam in iure, & per ſententiam iudicis, vt in capit. veſtra de cohab. cleric. & mu.

NOTORIVM facti ſcilicet, quod commiſſum vel factum non dubitatur à populo, vel maiori populi parte, & per euidentiam rei nulla poteſt tergiuerſatione celari, nec oportet omnes circumſtantias facti eſſe notas, vt cap. vlt. de cohab. cler. & mu. c. cum dilectus, de purg. can. in fin. 2. q. 1. de manifeſta. & c. ſequ. Et illud notorium eſt triplex, ſecundum triplicem diſtinctionem facti: quoddam eſt facti permanentis & continui, vt quod palatium eſt in vrbe, id non eget probatione. Aliud eſt facti tranſeuntis, vt quod quidam in publico occiditur coram populo. Tertium eſt facti interpellati, vt quia vſurarius vna die tenet menſam paratam, alia non: vide plene Abb. ad cap. veſtra, n. 14. extr. de cohab. cler. & mul. Old.

NOVA rigna dicuntur, quæ inſtituuntur contra priorem formam: ſicuti ius nouum dicimus, & opus nouum. Pompon. in leg. ſi cum meus, ff. ſi ſeruit. vindic. Oldend.

NOVÆ leges interdum intelliguntur, quæ poſt leges 12. Tab. latæ ſunt, l. 7. ff. de cap. minut. l. 11 ff. de ſuis & legit. Quo ſenſu & nouum ius accipiendum eſt, in l. 1. ff. de pet. hæred. Et nouæ hæreditates quæ ex huiuſmodi legibus ſenatus conſultiſve poſt Tab. 12. factis deferuntur, l. 1. capitis, ff. ad Tertyll. Denique ad quaſcunque recens latas leges ea appellatio pertinet, l. 1. ff. de condit. ex lege. Et ita nouæ leges Papias ſignificant, l. vlt. ff. de reg. Cat. Briſ. & Ferrat. Inſtit. de ſenatuſconſ. Orphitiano, in verbo nouæ hæreditates.

NOVÆ tabulæ appellabantur, quibus publice propoſitis æs alienum obæratis remittebatur ac condonabatur. Meminit. Cic. 2. offic. & inuect. 2. in Catil. Et epiſt. vlt. lib. 5. ad Attic. & Cæſar in prin. lib. 3 de bello ciuili. Et Seneca lib. 1. de benef. c. 4. Quint. Declamatio, 335. Et Suet. in Iul. c. 42. Briſſ.

NOVÆ hæreditates ſunt, quæ vel ea lege vel ex Senatuſconſultis deferuntur: eæque veteribus, quæ l. 12. Tab. deferebantur, opponuntur, l. 1. §. capitis, ff ad SCtum Tertyll. l. 11. ff. de capite min Briſſ

NOVALEM Iuriſconſ. in l. ſylua, 30. ff. de verb. ſign. definit terram præſciſſam (hoc eſt, nonc ante, ſuperiore nempe anno, aratro cæſam & ſciſſam, verſam & cultam: rectius enim legitur præſectſa vel præciſa, quam proſciſſa aut reſciſſa: Et hoc fortaſſe voluit Alc. lib. 2. prætermiſſor.) quæ anno ceſſat, hoc eſt, alternis annis ceſſare ſolet, Plin. 18 c. 19. Accedit Varronis authoritas dicentis: ager reſtibilis, qui reſtituitur ac reſeritur quotannis, contra qui intermittitur, à nouando noualis ager. Laur. Valla lib. 6. elegant. cap. 41. Hoc vt exactius Iuriſconſultus in dict. leg. ſylua probet, adducit Græcorum authoritatem, qui eiuſmodi fundum ſiue terram appellant νεατὸν, vel vt habet Græca paraphraſis, νέαν, quaſi nuper verſum agrum: vel vt alij legunt νέωμα, à verbo, νεοῦν, quod quaſi ad culturam omiſſam reuertatur. Male à quibuſdam reponitur νεαγλὸν, quaſi dicatur noua terra. Errant fortaſſe Accurſius & Alciat. in d. l. ſylua, qui per l. fin. in fin, ff de termin. moto. noualem interpretantur prædium, quod iam primum coli cœptum eſt, quia iam primum ex ſylua cædua aut nemore fit, & culturæ ſubiicitur. Nihil eius d. lex fin. habet. Non enim ad tempus & initium illa denominatio à Iuriſconſulto in d. l. fin. refertur, ſed ad intentionem, finem, deſtinationem, ad cuius modum & formam poſtea hic fundus coli & a veteribus fundis, tanquam ſua forma propria diſtingui debebat, idque patet ex verſ. aut aliquid, in dict. l. fin. Eadem mens & expoſitio eſt Virgilij in Bucolica I. Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Deplorat agrum, in quo inſtruendo noui magnopere laboraſſet, eo animo, vt ſibi perpetuo noualis eſſet. Hæc & Quintiliani loco, de quo Valla dict. cap. 41. adferri poteſt explanatio. Nam & Columella, & Virgilius, & Varro, & Plinius lib. 18 capit. 19. noualem vocant veruactum, ſiue (vt Ramus legit) vernactum agrum, qui a vere proſciſſus anno ceſſauit. Sic enim Virgil. lib. 1. Georg.

Alternis idem eſt tonſas ceſſare nouales.
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum:
Aut vbi flaua ceres mutato ſidere farra.
Vnde prius latum ſiliqua quaſſante legumen,
Aut tenues fœtus viciæ triſtiſque lupini.
Suſtuleris fragiles calamos, ſyluamque ſonantem:
Vrit enim lini campum ſeges, vrit auena.

Quibus verbis deſcribit varios modos recreandi nouales, & tandem ſubiicit:

Sed tamen alternis facilis labor, &c.

Et vulgo nota ſunt illa:

Alternis etiam feſſas ceſſare non nouales
Expedias——

Nec verum eſt, quod Seruius ibi putabat, nouales eſſe arua proſciſſa primum ſegetes ferentia: & erroris conuincitur, dum alio loco aſſerit, noualia eſſe rura, quæ per ſingulos annos per ſemina nouantur. Sic omnia rura ac prædia noualia dici poſſent. Neque etiam reſiſtit ille Virgilij verſus,

— Syluamque ſonantem:

Vbi metaphorice per ſyluam intelligit copiam & magnitudinem calamorum veluti in illo eodem lib. 1. Georg.

——Intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua.

Item——*Cum nux ſe plurima ſyluis*
Induit in florem.——

Vno loco Plinius ab adiuncto temporis noualem vocat eum agrum, qui ex ſylua iam primum fiebat libro nimir. 17. cap. 5. Talis (inquit de odore terræ agens) fere eſt in noualibus, cæſa vetere ſylua; ſed ... qui hoc etiam nomen breui amitteret, ſi quotannis coleretur, vt ex Feſto, & Varrone, & ipſo Plinio lib. 18. c. 19 conſtat. Quare Canoniſtæ perperam. Seruij authoritatem ſecuti, erroris rei fiunt, quod noualem definiunt agrum, qui cum nuſquam, nullaque hominum memoria cultus veloci exciſa demum ſylua, nuper ad cultum proſciſſione vocatus eſt, c. qui per naualem, h. t. c. vlt. de priuil 6. Qui igitur noualis fundi vſumfructum habet, non poteſt ſingulis annis colere ac proſcindere, nulla vacatione data: ita enim vir bonus non vteretur, frueretur: cum nihil aliud ſit, quam ager qui alternis annis ſeritur, & ab Ouidio quietus ager dictus: Gœdd. ad d. l. ſylua, n. 9. 10.

NOVARE, ICtus eſt prius debitum in aliam nouam obligatio

Digitized by Google

nem transferre, & transfundere, l.17.ff.de pact.l.8.§.1,& l.14. 20.21.ff.de nouat.Briſſ.

Novare & nouum, ſiue recens facere & immutare ſignificat, l. cum Aquil.ff.de tranſact. l. ex chirographis, ff. de admin. tut. Hinc dicitur, legum nouationem, hoc eſt, mutationem periculoſam eſſe: nec temere quidem, quia mutationem iuris ſequitur mutatio morum, quam comitatur nouitas quædam ſubita. Hæc autem ſolet mouere & conquaſſare remp. Old.

Novatiani hæretici, quorum meminit l.5. in pr. C.de hær. vide Euſeb.7.hiſt.7.

Novari dicitur priſtina obligatio, quæ in ſecundum poſteriorem ve deducitur, l.75 §.1.ff.de ſol.l.4 §.7.ff.de nouat.

Novari, id eſt, innouari, l.1 ff nihil innouan.appell.Briſſ.

Novatio eſt prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem vel naturalem transfuſio: alias tranſlatio. Fit autem cum ſtipulatione, vt cum ſtipulator à Titio, quod mihi Seius debet animo nouandi, hoc modo tollitur obligatio, quæ tenebatur mihi Seius, & tunc mihi incipit teneri Titius aut naturaliter aut ciuiliter, l.1 ff.de nouat. Fit etiam nouatio per litis conteſtationem, cum videlicet pro ſuo debitore conuentu, ſeſe offert Titius,& litem mecum conteſtatur,l.delegari,ff.de nouat. & de leg.& l.ſolutionem, ff.de ſol. Aliter etiam nonnunquam accipitur nouatio,& tunc dicitur fieri, cum nihil accedit obligationi contractæ, licet ea non perimatur, veluti cum litem cum debitore meo conteſtor, l aliam, ff.eod.& l.1 C. de iud. & hæc nouatio vulgo dicitur neceſſaria, quod reddatur iudicium in inuitum, l.inter ſtipulantem, §.1. de verb. obl. Omnis obligatio nouari poteſt, etiamſi non verbis ſed re aut conſenſu contracta ſit, d.l.1.ff.eod Nec refert an pure, an in diem, aut ſub conditione ſit contracta obligatio, niſi quod eius obligationis, quæ pure contracta eſt, aut in diem, ſtatim nouatio fiat, l in diem, de cond.in deb.l.ſi Stichum, §.1. & l. quoties, ff eod. Sub conditione autem contracta obligatio ita demum nouatur, ſi extiterit conditio. Obligatione verborum fit nouatio, modo ea aut ciuiliter aut naturaliter teneat. Nam licet obligatio nouans naturalis tantum ſit propter perſonam cum qua contrahitur, atque ideo minime efficax ad agendum, nihilominus prior obligatio tollitur, l.1.ff.eod. & §. præterea. Inſtit. quib.mod.tol.oblig. Nouat autem ſtatim ſi pura eſt, ſi vero ſub conditione, cum extiterit conditio, d.§ præterea, l. ſi Stichum, & l quoties, l. nouatio, l.ſi rem, ff eod. Et animaduertendum eſt ſtipulationem nouantem præcedere poſſe ſtipulatam nouatam, veluti ſi quis ita ſtipulatus fuerit: Quod à Titio ſtipulatus fuero mihi dari ſpondes? l.ſi Stichum, §.ſi quis ita: ff eo. Item notandum eſt vltra ſtipulationem plures obligationes nouari poſſe, l.vlt.§. vlt. Quid ſi ſtipulatus ſum à Titio ſub alternatione, quod mihi Seius aut Sempronius debet? Reſponden eius obligationem perimi & nouari, quem Titius elegerit, & cui ſoluere maluerit, d.l.ſi Stichum, §.ſub conditione, & l. ſi is cui, d. ſi à te, ff. eod. Tractatur & illa Iuris controuerſ. quæſtio, an obligatio principalis per ſtipulationem pœnalem nouetur: Sed Alciati & Zaſij opinionem probo, exiſtimantium non nouari. De hac re fuſius diſputatur in l. 1. ff. de pen. leg.l.cum ſuis,l.ſi pœnam quam.§.vlt.l.obligationum ferè, tit. de oblig.l.1.§. item ſi ita, 1.ad leg. Falcid. l. ſi quis eo ſocio ff. pro ſocio Duar.ad tit.ff de nouat.& deleg c.1.

Novatio in genere conſiderata, quædam eſt voluntaria, quædam neceſſaria, vt apparet ex l. fin. de ſeparatione bonorum. Nouatio voluntaria fit ſtipulatione. Nemo enim cogitur promittere inuitus. Neceſſaria eſt illa quæ fit litis conteſtatione: litis enim conteſtatio fit iudicio accepto: iudicium autem datur in inuitum,l.inter ſtipulantem, 83.§ 1 ff. de verb.obl. quomodo vulgo intelligitur, ſed ſi penitus rem inſpiciatur, erroneum eſt litis conteſtatione nouationem fieri. Nouatio voluntaria eſt obligationis veteris in ſtipulationem tranſlatio. Quo genere vetus obligatio ipſo iure perimitur, l. ſi vnus, 27. § pactus, ff.de pactis,l.2.& 3.C.de nouationibus. Hanc nouationem quatuor modis fieri eleganter notauit Cuiac. in parat. tit. Cod.de nouat. Vult.in comment. Inſti. ad §. præterea, Inſtitut.quibus modis toll. obligat. Primo modo fit ſine delegatione, cæteris tribus delegatione præcedente. Primo modo fit nouatio mutata cauſa vel ſtatu prioris obligationis, eadem manente perſona creditoris & debitoris, puta ſi id quod mihi debes ex mutuo abs te ſtipuler, ita vt mihi non debeas amplius ex mutuo,ſed ex ſtipulatione, vel etiam vt id quod mihi debes ex ſtipulatione, idem de nouo abs te ſtipuler, ita vt ex ſtipulatione iterum debeatur, ſed ex ſtipulatione poſteriori non priori. Vbi tamen hoc obſeruandum eſt, poſteriorem illam ſtipulationem debere habere aliquid noui, vt nimirum habeat aliquid, quod non habuit prior, vel aliquid non habeat, quod prior habuerit, puta ſi in ſtipulatione poſteriori, vel pignus, vel fideiuſſor, vel dies, vel conditio adiiciatur, quæ 1. priori non fuit,ſed detrahatur,quæ in priori fuit. Item ſi poſteriori debito quantitas augeatur vel minuatur, l. fin. C.de non Si enim eadem ſit perſona, à qua poſtea ſtipuleris, inquit Iuſtinianus, ita demum fit nouatio, ſi ſtipulatione poſteriori ſit aliquid noui. Secundo nouatio fit mutata perſona creditoris, vt ſi quod tibi debeo, promittam alij, qui tuus creditor non eſt, quod fit, ſi tu, qui es meus creditor, mihi mandaueris, vt debitum tibi, promittam alij. Tertio fit mutata perſona debitoris, vt ſi quod tibi debeo, ſtipuleris ab alio, qui debitor meus non eſt, iſque ſuſpiciens quod ego debebam, locum meum ſubit, quod fit, ſi ego alij qui debitor meus non erat, mandauero, vt quod ego debeo, promittat creditori meo. Poſtremo, nouatio fit mutata perſona vtriuſque & debitoris & creditoris: puta ſi ego debeam Titio, Mæuius autem debeat mihi, & ego mandem Mæuio, vt quod ipſe mihi debet, promittat Titio creditori meo: hoc ſi fiat, vt ego liberor à Titio,& Titius liberatur à me,ſed non à Mæuio, rurſus Mæuius, liberatus à me, ſed non à Titio, atque ita neque ego Titij ſum debitor, neque Titius eſt amplius meus creditor, & rurſus ego Mæuij creditor amplius non ſum, nec Mæuius debitor meus; ſed Mæuius incipit eſſe debitor Titij. Titius incipit eſſe creditor Mæuij. Vult.ad §.3 n.7.Inſt quib.mod.obl.toll.

Novationis forma duplex eſt: Altera vt creditor ſtipuletur à delegato debitore id ſibi ſolui, quod prior debitor ſoluere tenebatur animo nouandi. Omnes enim obligationes, verbis, conſenſu, aut re contractæ poſſunt in nouationem deduci, l.2. ff. de nouat. Dummodo (ait Vlpianus) ſciamus nouationem ita demum fieri, ſi hoc agatur, vt nouetur obligatio. Et quidem conſentiente etiam priore debitore, qui delegatur, l.1.C. eod. tit. Delegare autem eſt alium dare vice ſua reum creditori, vel ei, cui creditor iuſſerit. Quod non ſolum verbis, ſed ſcriptura quoque & nutu, vbi debitor delegans fari non poteſt, fieri permittitur auctore Vlp.l.delegare eſt, leg. delegare ſcriptura, ff.de nouat. Et ſic delegatio eſt ſpecies nouationis. Altera forma Nouationis eſt, ſi quis in iudicio litem pro debitore vltro ſuſcipiat ſuo nomine ſolenniter. Vnde dicit Vlpianus d.l.delegare eſt. Fit autem delegatio, vel per ſtipulationem, vel per litiscontestationem. Et Paul.ff.eod. tit. Aliam (dicit) cauſam eſſe nouationis voluntariæ, aliam iudicij accepti, multa exempla oſtendunt. Hanc certe formam nouandi non mutauit lex prima, C.de nouat. Accedit lex ſi pro patre, in pr. ff. de in rem verſo. Vlp.ff. de ſolut. Solutionem (inquit) vel iudicium pro nobis accipiendo, & inuiti, & ignorantes liberari poſſumus. Quis hoc naturæ axioma recte prohibeat, Cæterum Nouatio hodie nullis indiciis præſumitur, niſi animus nouandi nominatim fuerit expreſſus, l.ſi. Cod.de nouat. vnde, ſi hoc non agetur, duæ erunt obligationes ſicut & fideiuſſorum acceſſio, non facit nouationem, l.2.in fin.ff.eod.tit.

Novellæ cur dictæ ſint, diuerſi diuerſa tradere. Cedrenus ſic dictas putat, quod noua eis atque à veteribus diſſidentia iura conſtituantur. Hæc enim ſunt eius verba in Iuſtiniano: τὰς νεαρὰς νόμους καλουμένας ... Sed id non omnibus exempli gratia 91.& 92. Verior itaq. altera ratio, quam profert Cuiacius, quod nouiſſime promulgatæ ſint poſt C.Iuſtin. repetitæ prælectionis. Ideoque vocantur à Græcis νεαραὶ μετὰ τὸν κώδικα. Sic olim nuncupabantur conſtitutiones quædam Theodoſij, Valentiniani, Leonis, Marciani, Maiorani, Seueri, leg. quoniam nouella, C. de inoffic. teſt. Quæ ſcilicet promulgatæ erant poſt C.Th. Sic etiam nuncupabantur Iuſtiniani Conſtitutiones quædam, quæ ſcilicet promulgatæ erant poſt primam editionem Codicis, l. 1. §. ſed cum nouellæ de emend. C. Iuſt. Sed ex his quæ nunc ſunt relatæ in Codicem repetitæ prælectionis, proprie Nouellæ eſſe deſierunt. Nouellæ enim ſunt, quæ in ipſo volumine conſtitutionum Principalium non continentur ex emergentibus poſtea cauſis factæ, quæ extra corpus conſtitutionum vagantur. Et ita quoque poſt liberos βασιλικῶν Conſtitutiones Leonis, Nicephori, Michaelis Alex. & aliorum quorundam Imperatorum Nouellæ appellatæ ſunt. Eodem igitur modo poſt Codicem Iuſtiniani editas conſtitutiones, Nouellas appellamus, veluti Iuſtiniani, Iuſtini & Tyberij. Et hæ quidem Nouellæ, vulgo plerìſque libris vno volumine continentur, additis etiam quibuſdam formis præfectorum prætorio, quæ dicuntur ... Nam conſtat formas præfectorum prætorio habere vim legis, l.1. C.de offic. præf.præt. aperiſſimi, C.de iudic.l.penult.C.de fideiuſſ. Cuiac.

Novellas confuſaneè editas eſſe, omnes conſentiunt: eas igitur methodice, & in artem hac via redigi poſſe putat Pardulphus Prateius. Primum omne ius in publicum & priuatum diſtribui deberi, ad publicum pertinent ſacra, ſacerdotes, magiſtratus. In primo genere collocanda erit Conſt.140. περὶ ἑρμηνείας, de interpretatione librorum ſacrorum, cui ſubiicietur Nou. 133.cap.1.de Canonibus Eccleſiaſticis. Subſequentur Epiſcopi, & Clericorum ordines reliqui, Nouell.131. & 56. & 6.133. & 2. 175. Subnectendæ ſunt oratoriis domus & templa, Nouel. 58. quibus adiicias res Eccleſiaſticas. Nou 7.120.& 46. Earum priuilegia, Nouell.135.§. ... & Nou.131. ſacra ſacerdoteſq; ſequuntur magiſtratus, ordines, eorum officia, Nouell.195.80. 31. 11. & 59. poſt hos iudices Nouell. 81. Præſides Nouell. 8. mandata 17.& Ciuitatum defenſores, Nouell.15. Magiſtratus

exequun-

exequuntur crimina; ideoque ponatur hic Nouel. 79. puniunt hereticos. Nou.42. Ad milites & eorum tranſitum perueniendum, ideoque ad Nouell. 116. Hi arma tractant atque ideo ad Nou.85. ſubjiciendæ eſt. Subſequantur decuriones, Nou.101.& 70. Tabelliones ſunt perſonæ publicæ, §.item cum. Inſt. lib.1 tit.25. Igitur hic ponatur Nou.44. Hi ſcribunt teſtamenta, quæ & ipſa publici juris ſunt, l.3. ff. de teſtam. Idcirco huc referatur Nou.1. in princ. Quantum libris teſtamento relinqui debeat, conſtituit Nouel.8. teſtamenta inter liberos. Nouell.107 Hi inſtituendi, non prætereundi: ſed nec parentes. Nouel. 115. Tutores teſtamentarij. Nou.117. fideicommiſſa. Nouell.108.& 159. jus deliberandi 158. poſt teſtatos collocauit præter inteſtatos. Sic Imperator Nou.118 84.127.& 68. Hactenus de jure publico. Transgrediamur ad priuatum. Porro omne jus quo vtimur, vel ad perſonas, vel ad res, vel ad actiones pertinet. leg 1.ff.de ſtatu hum. Primum de jure perſonarum, quarum cauſa jus eſt conſtitutum, l.2. ff. eod. A nuptijs incipiemus Nouell. 22. Nefariæ, inceſtæ, damnatæque nuptiæ. Nouell. 12.& 154. de ea quæ raptori nubit Nou.150. Nuptiarum comes, dos: de hac Nou.90. huic adjicias, 2.§.fin. & 100 91. 129. & 39. Ex nuptijs liberi, de quibus Nouell. 89. & 74. nati ex libero & adſcriptitio, Nou.54. Explicatur Nou.156 Infantes abiecti, Nou. 153. Liberis dantur tutores, & ſic tutelæ, Nou.94.72.& 155. clatigatio, Nouell.52. Perueniamus ad res, ideóque ad contractus, obligationes, & actiones, Nou.52.98.88. 136. & 119. Solutiones, Nou.4. Actiones in judicio proponendæ, §.1. Inſtit. de act. de hoc Nou.96. qui prius conueniatur, reus an fidejuſſor, Nou. 4. Per procuratores agi poſſe, Nou.71. Initio litis jurandum, Nou. 124. Quid ſi actor abſit, Nou.53. atque ibi qui expliceantur judicia. Monachi apud quos conueniendi, Nou.79. Iudex competens præſes Nou. 69. De præſide ſuſpecto, & negligente; Nou.89. Litigioſa res, Nou.112. Teſtes, Nou.90. Sententia Nouell.82. Appellatio, Nouel.82.22.& 116. Executio, Nou.134. Hęc Pardulph.Prat.

Novellarvm nomen nouum non eſſe, nemo vel in jure ciuili mediocriter verſatus eſt qui neſciat, cum ipſe etiam Imp. in 3.conſtit. quæ præfationis loco repetitæ Codicis prælectioni præmittitur hoc nomine ia futurum id operis confirmet. Et Azo teſtatur, ex Nouellis in collationes collectas conſtitutiones quæ hodie in ſcholis ac foro circumferuntur. Et ante trecentos adhuc annos nouellæ in vſu ſint habitæ, ſi non omnes, attamen pleræque, quæ hodie non extant. Et vt de Accurſio taceam, qui ſæpe collationarias illas, in multis perobſcuras, ex nouellarum contextu illuſtrare ſolet, paſſim in doctoribus adducuntur, in teſtimonium de adjutoribus quæſtoris, de appellationibus ex Sicilia, de priuilegijs Archiepiſcoporum, & infinitis alijs. Ex quibus tametſi pleræque generales non ſunt, tamen eas propter cognitionem rerum, & exemplum omiſſas non oportuit. Sunt qui in l.non plures & l.qui ſub prætextu C.de ſacroſ.eccleſ. interpretantur Decanos, pro clericis: quod neutiquam feciſſent, ſi copiam nouellarum habuiſſent conſtitutionum. Idem poſſumus dicere de ſexcentis alijs, teſte juriſperitiſſimo Haloandro, cujus hactenus verba adſcribere libuit. Spieg.

Novallare, proprie nouum agrum colere, ſeu nouas vites pangere.

Novelletvm (veteres gloſſæ νεόφυτον) ſumitur pro vinea ex nouellis vitibus conſita, vt apud Paulum, de imp. in reb. dot. fact. l.6. Si Nouelletum in fundo factum ſit, & Alphenum de fund.dot.l 8.Spieg. Briſſ.

Novendialivm ſacrorum conſuetudinem inde natam tradit Cœlius lib.17.cap 21. quoniam moris Ethnicorum fuerit, diebus nouem mortuos flere. Dupliciter vero Nouendiale ſacrum actum eſt apud Romanos, vno modo cum defunctis parentabant, ſeque luſtrabant: altero cum prodigium aliquod accidiſſet, quod nouendiali ſacro expiare ſolebant. Ita vero perficiebatur, vt doctis placet: Nouem dies aſſiduè Deis ſacrum faciebant, quod ſacrum judici ſolebat, vel à Pontifice Maximo, vel à Prætore vrbano Senatus decreto, prout tradit Gyraldus hiſtoria deorum Syntagmate 17.

Noverca patris vxor liberis ex alia vxore natis ita appellatur, l.4. ff de gradib. & adf. Sed & aui proauique vxor nouercæ appellatione cum de prohibendis nuptijs agitur, continentur. l.14.§. nunc videamus, ff.de rit. nupt. Nouercæ quoque loco habetur ea, quę adoptiui patris vxor fuit. Briſſ.& Conn.lib.8. c.5. n.2. Nouerca, autore Feſto dicitur, quam quis ſublati liberis nouam vxorem ducit, accerſendæ familiæ gratia.

Novarca, noua vxor ſublatis filijs quaſi νέα ἀρχή noua princeps accerſendæ familiæ gratia ducta. Accurſius nouercam dictam vult quaſi ſit nocens arcus vel noua arca ſine fructu, quod plerumque priuignis noceat l.4.ff.de inoff.teſtam. Quod ad affectum attinet, nouercale odium in prouerbium tranſiuit, cujus meminit Tacitus libro 1. annal. Plerunque enim ſanguini ſuo injuriam faciunt, vt dicit text.d.l.4. Quo factum eſt vt nouercam pro contraria atque inimica accipere ſoleamus: vt nouercam vmbram dixit Plin.lib. 17.cap.12. Vnde & Euripides in Alceſtide, Hoſti enim (inquit) conſequens noverca liberis prius genitis Vipera nihilo maior.

Novercalibvs delinimentis, inſtigationibuſque corrupti parentes plerunque malignè circa ſanguinem ſuum inferunt judicium, vt eſt apud Maximum in l non eſt enim, ff.de inoffic. teſt. Spieg.

Novi homines dicebantur apud Rom. qui nullis maiorum imaginibus & nobilitate commendabantur, aditumque ad amplitudinem & nobilitatem poſteris ſuis patefecerant: vt M. Cato Cenſorius, qui patre ignobili natus, ipſe nouus poſteritati ſuæ nobilitatem reliquit: quemadmodum & Cicero de lege Agraria loquens ſeipſum appellat hominem nouum. Nouitas itaque media erat inter Nobilitatem & Ignobilitatem. Plutarchus in Catone Maiore nouos homines appellatos ſcribit, qui non ex genere commendationem haberent, ſed ex ſe primum cognoſci inciperent. Prat.

Novi operis nunciatio, eſt ædificanti in alterius præjudicium facta prohibitio, de qua fuſius Iuriſconſ. tit.de nou. oper.nun. Spieg.

Novi operis nunciationis hæc vis eſt, vt non ante poſſit vicinus facere nouum opus, quam remiſſionem à magiſtratu impetrauerit, Cuiac.lib.1.obſ.16.

Novissima, pro poſtrema, & in Pand. & Conſt. Principum reperire eſt; ſicut & apud Ciceronem, tametſi Gellius autor eſt, ipſum hæc voce vti noluiſſe. Exempla Syluius citat in enarrat. Orat pro Q.Roſcio Comœdo.

Novissima ſententia, pro definitiua in Aut. Vt defuncti ſeu funeros § ſancimus igitur. Alberic.

Novissime, aduerbium eſt, quod barbare finaliter dicitur, rectius poſtremo ſeu nouiſſimo loco. Spieg. De hac voce nouiſſime vide Cuiac.lib.3.obſ.36.

Novissimvm, extremum, vltimum, poſtremum, ſignificat Varro lib. 5.de ling.lat.Briſſ.

Novissimvm ſupplicium, pro morte, in Aut de Leonibus, Sp.

Novissimvm judicium in l.9.C. de collat & l.3. C.quemad. teſtam.aper. id eſt, teſtamentum.

Novitas (quæ nutrit diſcordiam, l.in reb. nouis, ff. de Conſt. Princip.) tunc fieri dicitur, quom quæ ſunt, ſtatu ſuo mouentur, l.petitiam C.de in integ reſtit Spieg.

Novitii ſerui proprie dicuntur, recentes: Veteratores verò, ſiue Veterani, Inueterati Vlp l 37.ff.de ædil. edict. Præcipiunt Ædiles, ne veterator pro nouitio veneat. Item, Quia venalitiarij ſciunt facile decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro nouitijs vendunt. Item, Trita verò mancipia & veterana difficile eſt reformare. Sed Vennlejus in l.vlt. ſubtilius rem explicat, nam veteratorem ſeruum eſſe ait turpi alicui ac ſordido miniſterio, quamvis recens, addictum: Novitium vero, qui vel nulli adhuc, vel nobili alicui & liberali homine dignæ arti, quamuis multo ante, deditus fuit: veluti picturæ, medicinæ, muſicæ; quod Valla, opinor, non viderat. Hos Budæus autem tanquam contraria illa citat in annot. ad Pandectas. Ad Donell tit. de ædil. edict. nullam arbitratur eſſe diſſenſionem. Nouitium enim Vlpianus appellat rudem. Erudis eſt non qui diu ſeruiuit, ſed qui ita ſemper eſt habitus à Venalitio, vt nulli miniſteria præponeretur. Ille veteratorem ait tritum. Recte, ſed teritur ſeruus non tempore ſed genere ſeruiendi. Et cum hoc probari facile non poſſit, an exercitus ſit ſeruus in re aliqua, annon ſit, ejus rei inde fides ſit, ſi miniſterio alieni præpoſitus ſit. Et dicitur quidem Nouitium, non quod magis nouum ſit; ſed quod à nouo dictum inclinatumque ſit, vt annotauit Gellius.

Novvm non eſt, quod eſt vitatum, l.non eſt nouum, ff.de ll.Spieg.

Novvm non facit, qui deregit quod vetus eſt, l.adeo, §.cum quis ff.de acq.rer.dom Spieg.

Novvm interdum dicitur, tametſi quid de veteri extet argum. l.prætor, § fi.ff.de damn.infect. Inſtit. quibus mod. toll. oblig. §.ſed ſi eadem. Prat. (caut.

Novvm æs alienum contrahere in l.ſi quis quempiam, ff. ſi quis

Novvm feudum eſt, quod ei primom, quo de agitur attributum eſt: cui opponitur paternum: vide ſup. Feudum antiquum.

Novvm jus pro iniquo, l.1.§.1.ff. quod quiſque jur. veluti ſi quis impetrauerit, ne debitor aduerſus eum exceptione vtatur, l.3. ff.eod.Prat.

Novvm jus dixit Irnerius in Epit Nou. quas Authenticas vulgus appellat, patet in Auth. ſed nouo jure C.de ſeru.fugit.Prat.

Novvm opus nunciat aut dicit, qui alteri ne nouum faciat opus denunciat & prohibet. Nouum autem opus facere, quod Iuſtinianus lib. τῶν νέων conſtit. 63. [illegible] appellat, eſt, ædificando, vel detrahendo aliquid, priſtinam, loci, vel operis faciem mutare, l.1.§ opus, de oper. nou. nun. Proinde qui vnum, vel alterum cæmentum imponit, aut qui vetus ædificium ne corruat, ſuppoſitis tibicinibus fulcit & ſuſtinet nouum opus facere non dicitur, leg.1.§. ſi quis ædificium, l.ſtipulat. §. opus, eod. tit. Cæterum nunciatio noui operis ſpeciem quandam appellationis habet. Nam vt interpoſita appellatione, ſiue jure, ſiue injuria, nihil nouari oportet, l.1 nihil nouari app. pend. ita etiam à nunciatione, quamuis non jure facta, nihil noui

Digitized by Google

operis facere permittitur. Et ſi factum quicquam fuerit: id poſtea deſtruitur, eoque nomine aduerſus eum qui fecit, interdictum datur à Prætore, cujus verba hæc ſunt: *In quem locum nunciatum eſt, ne quid noui operis fieret, qua de re agitur, quod in eo loco, antequam nunciatio remiſſa fuerit, aut in ea cauſa eſſet, vt remitti deberet, factum eſt, reſtituas*, l. prætor, de oper. nou. nunc. Quod ſi nunciatione ſibi facta quieverit, mox Iudice cognoſcente appareat, juſtam nunciandi cauſam non fuiſſe, merito condemnabitur nunciator legitimis actionibus, ſi quæ fortaſſis ei competant, plerunque integris manentibus, l. ſciendum eod. tit. Nam ſi quis, exempli gratia, ob ſeruitutem viæ nouum opus nuntiauerit, eoque ſuccubuerit, quod ea ſeruitus juſta nunciationis cauſa non videretur, non quod omnino ei non competeret, actione confeſſoria vti non prohibetur, l. qui viam, eod. tit. Verum hæc res multas habet cautiones, ac pleriunque ſpreta nunciatione ei qui condidit jure ſuo, cœptũ opus impune perficere licet. Veluti cum Reip. intereſt, vt primo quoque tempore opus fiat. Vt ſi quis riuos, aut fontes purgare, vel reficere velit, quibus non refectis, vſus aquæ auferetur, & homines ſiti necarentur, l. 5. §. ſi quis riuos, eod. tit. l. vlt. de riuis, l. 1. de fonte. Aut cloacas, quarum immunditiæ (vt Vlp. ait, c. 1. de cloacis) nõ modo cœlum peſtilens, ſed etiam ruinas minantur. Id autem ad veteris Romæ ſitum referri debet, quę tot, tantiſque cloacis, & aquę ductibus abundabat, vt eam ob cauſam penſilis à Plinio & ſubter nauigata dicatur lib. 36. c. 15. Qua de re etiam librum Iulius Frontinus conſcripſit. Sed & cum juſſu Prætoris, cujus juriſdictioni poſt nunciationem ſeſe ſubjiciunt litigatores, d. l. 1. §. & poſt operis, remittitur nunciatio: tunc ea perfectionem operis non impedit: idque verbis Prætoris ſignificatur. Antequam nunciatio remiſſa fuerit, d. l. prætor. Quæ remiſſio his demum prodeſt, quibus jure non eſt facta nunciatio. Cum enim ad obtinendam remiſſionem Prætorem adire ſufficiat, ne contemni ejus auctoritas videatur: neque ſumma de jure litigatorum diſceptetur, eatenus remiſſio facta intelligi debet, quatenus nunciator Ius nunciandi non habuerit, l. 1. in princ. l. 5. §. 1. ſi cui, l. non ſolum, §. ſciendum, eod. tit. Quod formula ita Prætoris, de remiſſionibus ſatis expreſſum eſt: *Quod Ius ſit illi prohibere, ne ſe inuito fiat, in eo nunciatio teneat*. Duaren. diſputat. anniuerſ. lib. 2. c. 16.

Novvm vectigal intelligitur, nunc primum inuentum, vel modum prioris excedens, Goth. ſr. ad Nou, 43. c. 1. §. 1.

Novvm riuum parietibus vſufructuarius non poteſt imponere, Neratio autore, l. vſufructuarius, ff. de vſufruct. Spieg.

Novvm temporis eſt, inauditum & inuiſum, id eſt, non ante viſum, ignotationis, & rei quæ non venit in ſenſum. Ita quædam priſca poſſunt eſſe noua. Tamen aliquando confunduntur, vt in l. 1. in pr. ff. de vent. inſpic. notum pro audito. Spieg.

Novvs homo dicitur ſeruus manumiſſus, poſtea in ſeruitutem redactus, l. ſi ſeruus, in fi. ff. de adimen. lega. Prat.

Novvs homo Plutarcho in Catone maiore, eſt, qui non ex generis commendationem habet, ſed ex ſe primum cognoſci incipit. Prat.

Nox mori dicitur, vt voluit Bart. in ſequi duos, §. 1. de manum teſt. & per hoc aurora eſt noctis, quia eſt noctis morientis. Salomonius, ſubtile hoc quidem, at non verum ſibi perſuadet, quod aurora ſit potius diei initium, ſic veſper initium noctis. Spieg.

Noxa vox generalior eſt, quam delictum. Delictum enim non omnis dolus, nec omnis culpa, ſed quæ in ſpeciem vel ſimilitudinẽ criminis incidit, & vi criminis, quod ineſt facto, coerceri debet, vocari poteſt: At noxa de omni dolo, omni culpa, omnique negligentia dici poteſt: quia nocitum eſt alij vel contra conuentionis legem, aut naturam actionis, vel quolibet alio modo: adeo etiam vt Ouidius de nocumento potius nocturni & diurni loquens dixerit.

Sunt noxæ luce bibuntur.

Et Cicero: Quod in minimis, inquit, noxis, & in leuioribus peccatis maxime quæritur, id Brutius in parricidio, quæri non putat oportere. Deinde noxa & noxia etiam de quadrupede profertur, l. 1. in princ. & §. & cum etiam, ff. ſi quadr. pauper: vt quamuis injuria in quadrupedem non cadat, cum ſenſu careat; ideo nec deliquiſſe, ſed pauperiem feciſſe dici queat d. l. 1. §. 1. §. pauperies autem Inſt. eod. attamen noxę, noxiæque rei perbibeantur quadrupedes, ſi contra naturalem feritatem damnum pauperiemque dederint, dict. leg. 5. id & generaliter Iohan. Gœdd. in comment. ad l. 31 nu. 25. de verb. ſign.

Noxa & noxia differt. Noxa enim tum corpus quod nocuit, (hoc eſt, damnum dedit, pœnaque reum eſt) tum pœnam delicti ac ipſum delictum ſignificat, §. 1. Inſtit. de nox. act. l. 1. 4. & l. ſi ff. eod. l. 1. ff. ſi quadrup. pauper. l. ſi à ſubſtituto, 43. ff. de leg. 1. Sed noxa & pœnam, & ipſum delictum, non ſolum priuatum, ex quo noxalis eſt actio, verum etiam publicum, quod crimen vocamus & noxam, hoc eſt, pœnam mererur tantum, non etiam hominem, qui nocuit, ſignificat, l. quia ſit fugitiuus 17. §. quod ajunt, ff. de ædil. edict. d. §. 1. d. l. fin. d. l. a ſubſtituto, §. 1. Notandum tamen eſt noxam & noxiam ſæpe pro eodem accipi per metonymiã; ſicut etiam eodem tropo genere noxa dicitur ipſum corpus, quod nocuit noxæque dedendum eſt, per text. in l. plebs, 238 §. 3. & l. ſtipulatio 200. l. aliud fraus 131. l. aliud eſt 74. de verb. ſign. d. §. 1 & ibi Cuiac. Inſtit. de noxal. act. l. 1. §. 4. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. vide Gœdd. in d. l. plebs. 238 §. 3. & in d. l. ſtipulatio 200. ff. de verb. ſign.

Noxa caput ſequitur, id eſt, obligatio ex noxa contracta facti autorem ſequitur: nam ſiue alienetur ſeruus, in nouum dominum transfertur actio: ſiue ipſe manumittatur, in ipſum demigrat, vt docet Imp. in §. 5. Inſtit. de noxal. act. & Vlpian. in l. 1. §. 6. ff. ſi quadr. pauper. feciſſ. & leg. 1. §. 14. ff. depoſ. item Cajus in l. 20. & l. ſi ff. de noxal. act. l. 4. ff. ſi ex noxal. cauſ. l. ſed ſi vujus, §. ſi juſſu domini. ff. de injur. l. ſervum mihi, §. in exercitu, ff. commod. l. licet. C. an ſerui ẽ delict.

Noxa plane etiam maleficium & peccatum ſignificat. Eaque appellatione omne delictum in 12. Tab. continebatur, l. 237. in fin. ff. de verb. ſign. Et ita Noxam noxiamque nocere, l. 43. § 1. ff. de leg. lib. 1. l. 4. ff. de noxal. Noxam committere, l. 32. ff. de noxalib. act. Briſſ.

Noxa ſignificat in Iure pœnam, ex facto fraudulento imponendam, vtique non capitali: vt cum noxam dicimus, videamur ſimul & damnum fraudulentum, & pœnam pro eo vindictæ nomine infligendam, innuere juris intellectu. Quemadmodum pœna quoque non eſt ſine fraude. Vnde noxæ dedere, Iudicium autem, in quo ſic dedere liceat, noxale nuncupatur. Vlp. in l. quis fugitiuus §. quod ajunt, ff. de ædil. edict. adde Furcat. in Auario Iuris Ciuilis, nu. 6. Prat.

Noxa apud poetas & oratores ponitur pro culpa: at noxa peccatum, aut pro peccato pœna: vt Accius Menalippe, Te eſſe huic noxæ obnoxium. Item quum lex jubet noxæ dedere pro peccato dedi jubet. Feſtus, Hot.

Noxæ dedere, in noxam dare ſignificat, l. 7. §. 1. ff. quod vi aut clam, & ad noxam dedere in l. 20. §. 19. ff. de noxalibus. Noxæ autem dedere, eſt animal, mancipiumve viuum demum tradere, l. 1. §. noxæ, ff. ſi quadrup. Quintilia. Declamatio 9. Alebat deuotum corpus grauior nunc fame ſagina, & inter noxæ dedita mancipia, contemptiſſimus typo gladiator. Vtitur & hac locutione Columella in præfat. lib. 1. Briſſ. Sic & noxæ eximere eſt eximiois admiſſi gratiam facere, hoc eſt, vt ſcribit Budæus, remiſſionem dare. Brechæus l. aliud eſt fraus, §. inter mulctam, ff. de verb. & rer. ſign. &c.

Noxa ſolutus in ſtipulationibus ædilitijs intelligitur, non qui noxam nunquam cõmiſit, ſed qui ob eam rem noxali judicio ſubiectus non eſt, l. 7. §. quod ajunt, ff. de ædil. edict. leg. 174. ff. de verb. ſign. l. 72. §. pen. ff. de ſolut. l. 3. ff. ſi fam. furt. fec. dicat. l. vlt. ff. de rer. permut. & Noxijs ſolutus, leg. 45. §. 1. ff. de leg. lib. 1. Plane noxis ſolutum præſtari ſeruum, qui promittit, de priuatis, non etiam his quę publicam executionem & coercitionem capitalem habent, promiſiſſe exiſtimatur, dict. l. 17. §. quod ajunt, l. 11. §. vlt. ff. de euict. l. 200. de verb. ſign. Briſſ. Noxis quoque ſolutus ſeruus dicitur noxio contrarius, ob cujus noxam nihil debetur, vel qui nemini eſt obnoxius (nam hinc quoque fictum obnoxij vocabulum videtur) quaſi liber & ſolutus omni obligatione, quæ ex noxa contrahitur, ſiue quod nullam admiſerit, ſiue quod eo nomine ſatisfactum ſit, Vlp. ex ædilium edicto, in l. 1. ciuiores faciant emptores, quis fugitiuus errore ſit, noxaque ſolutus non ſit. Et in ſtipulationibus apud Varronem libro de re ruſtic. ſecundo, illoſce boues, ſanos eſſe noxiſque præſtari, id eſt, ſolutos: & ſupra, Illaſce ſues, ſanas eſſe, habereque recte licere, noxiſque ſeſt. præſtare ſpondes? Vbi tamen S. litera deſideratur: hæc enim ſtipulationis erat formula, vt conſtat ex l. 3. & 30. ff. de euict. Hotom.

Noxalis actio eſt actio in perſonam domini ex priuatis delictis veris ſeruorum, quæ commiſerunt inſcio, aut ſciente & vetante domino, aut vetare nequeunte, qua hoc agitur, vt dominus damnetur damnum ſarcire, quod ſeruus fecit, pœnamque præſtare, vt definiuit Cujac. in parat. C. de nox. l. act. ex l. 1. ff. eod. tit. & l. penult. Cod. eod. Noxalis, dicta eſt à noxia id eſt, à maleficio commiſſo, l. 1. ff. de noxal. act. l. plebs, 238. §. vlt. ff. de verb. ſign. leg. 1. §. 1. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur. Vult. in comment. Iuſtit. de noxal. actionib. n. 34.

Noxalis actio non eſt proprium & ſpeciale aliquod actionis nomen, ſed quædam actionum ex delictis ſeruorum & filiorumfamilias aduerſus dominos patreſve competentium qualitas, quæ ideo actioni adjungitur, quo diſcernatur actio, quæ competit in reum ex ipſius delicto, ab actione quæ aduerſus eum competit, ex delicto alieno. Vult. d. loc. n. 1.

Noxali actione agebat ex maleficio læſus ipſe, vel eius hæres, &, vt puto, ad emendationem damni, ad quam reus eſt omnino damnandus, atque eam tenetur ex ſententia, ſed facultatem habet à lege, noxæ deditione defungi, id eſt, ſeruum, qui maleficium commiſit, læſo dando ſe liberare, quia cum fieri poſſet, vt emendatio damni longe eſſet exceſſura precium ſerui, iniquum videbatur, nequitiam ſerui vltra ipſius corpus domino eſſe damnoſam judex igitur reum condemnabat ſub

diſiun-

disiunctione, puta decem dare, aut noxæ dedere Inſt. de offic. iudic.priuc. l. miles, 6. §. 1. ff. de re iudic. Conueniebatur tamen reus actione iudicati ad decem, & ad ea omnino tenebatur, vt quæ eſſent in obligatione, at noxæ deditio erat in ſolutione, l. 1. ſi ſeruus communis, ff. de noxal. act. l. ſi ſeruus ſeruum, §. item, ff. ad leg. Aquil. Quam facultatem tam diu habebat, quandiu in actione iudicati lis non eſſet conteſtata, ea conteſtata, decem non tantum erant in obligatione, ſed etiam in ſolutione, vt noxæ dedendo ſe amplius inuito actore liberare non poſſet, l. item veniunt, 20. §. idem recte ff. de petit. hæred. Sed & quia ex noxali cauſa conueniebatur, ſi nollet ſuſcipere iudicium, in ea erat cauſa, vt deberet ſeruum noxæ dedere, l. quoties 21. ff. de noxal. act. & exponit Barnab. Briſſ. lib. 5. de form. pag. 490. ex d. l. quoties, §. quod ſi ſeruus, §. quod ſi reus §. dominus, l. electio 26. §. neque hæred. l. vltim. l. non ſolum, 13. l. noxali, 33. l. ſi qui in aliena, 32. l. ſi ſeruus, 52. iterum, dict. leg. electio, §. neque hæredi, §. vltim. l. & generaliter, 28. ff. de noxal. act. l. item ſi 6. ff. de public. l. 2. § vlt. ff. ſi ex nox. cauſa ag. l. in noxalib. 30. ff. de nox. act. Verum ſi ſciente & patiente domino, nec prohibente, cum poſſet, ſeruus deliquerat, damnumque dederat, dominus non actione noxali ſed ſuo nomine in ſolidum conueniebatur, l. ſi verò 5. §. poſitum, ff. de his qui effud. vel deiec. l. 2. l. ſi pluuiam, ff. de noxal. act. d. l. ſi ſeruus ſeruum: quemadmodum etiam in id, quod ex delicto ad damnum peruenisſet, l. penult. ff. de noxal. act. Vult. d. loc. n. 19. & ſeqq.

Noxalis quoque illa appellatur actio quæ ob pauperiem datur, l. 1. § & cum etiam, & §. ſi commun. ff. ſi quadrup. paup. & Inſt. eod. in pr. Briſſ.

Noxalia interdicta ſunt, quæ ob delictum ſeruorum, quos in poteſtate habemus, aduerſus non competunt, puta ſi quem vi deiecerint, vel vi aut clam opus fecerint, l. vlt. de inter. Briſſ.

Noxiæ eſſe, vt fraudi eſſe pro vitio & culpæ dari, Bud. admonuit. Verum pro noxa, id eſt, peccati pœna aut damno alibi rato ſcriptum reperias. Spieg.

Noxiam ſarcire, aut noxam dedere oportere, apud Vlpian. l. 1. §. cum arietes, ff. ſi quadrup. paup. fec. dic. Spieg.

Noxios ſeruos habere, apud Vlp. in l. ſi ſeruus ſeruum, §. Proculus, ff. ad l. Aquil.

Noxius l. 1. C. de cuſtodia reorum ſignificat, nocentem, vitioſum ac criminis reum noxæque deditum, veluti furem, percuſſorem, quique forte virginem conſtupiarit. De lapide noxium apud Columellam lib. & c. 3. mortis damnatum ac de Capitolino lapide deiectum aut dignum qui iam præcipitetur, complures exponunt Grammatici. Brodæus Miſcellaneor. lib. 6. c. 5. de lapide intelligendum putat, in quo ſtante & precium faciente præcone, venibant ſerui probi malique, &c.

N V.

Nvbendi verbum, quod nunc latini ſermonis vſus proprium fecit fœminis, vnde & nuptiæ dicuntur, olim erat viris fœminiſque commune. Obnubere autem veteres dicebant, obtegere, ſiue obuoluere, quod olim nupturæ caput flammeo obtegeretur: ſiue, quemadmodum Paulus Apoſtolus interpretatur, vt admoneretur, quod iret in poteſtatem viri: ſiue pudoris gratia, quemadmodum ſentit diuus Ambroſius, tractans de coniugio Abrahæ, lib. 1. Quanquam operiendi ſignum proprie datum eſt fœmineo ſexui, tamen res ipſa competit in vtrumque, teſte Eraſm. in de Chriſtiano matrim. Spiegel. adde Connan. lib. 8. cap. 3. num. 5.

Nvbere dicitur mulier viro, quæ in matrimonium conuenit, quæque vxor ducitur, l. 23. ff. de condit. inſtit. Briſſ.

Nvbere, viro tradi: quod ſponſæ apud veteres dum viro tradebantur, nubere, hoc eſt, velare capita ſolebant. Sunt qui dicant virum tum nubere, cum ſeruit vxori, velut illa potius vir ſit quam ille. Spieg.

Nvbere virum, Imperatores dicunt, l. cum vir nubit. C. ad l. Iul. de adulteriis. Eam Conſtitutionem Accurſius ad eos traxiſſe videtur, qui muliebria patiebantur. Quæ quidem interpretatio, licet reiicienda omnino non ſit, verbis tamen & Imperatorum intentioni non ſatisfacit. Proinde quod ex iis qui muliebria patiebantur, nonnulli habitum, vultum, & inceſſum muliebrem ſic olim fingerent, vt ſub falſa quadam muliebri ſpecie, viris viri impudenter nuberent, dubium non eſt, quin de iis ſolis Imperatores hic ſenſerint, de quibus lib. 7. de Prouidentia Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus, Ræuard. var. l. 4. c. 20. De huius verbi ſignificatione vide etiam Tiraquellum in 5. l. connub. gl. 5. partem quintam. Vbi annotauit quod nubere interdum de viris dicatur, allegans autoritatem Feſti ex Pomponio Pannuceatis. Et ita quoque vſum eſſe inquit Cornelium Tacitum lib. 15. cum ſcribit de Nerone: Ipſe per licita atque illicita fœdatus, nihil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret, niſi paucos poſt dies vni ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum ſolemnium coniugiorum denupſiſſet. Et Suetonius de eodem: Cui etiam, ſicut ipſi Sporus ita denupſit. Et Iuuenalis, Quid quæris? nubit amicus. Eſt è noſtris quoque voluit Baldus in l. cum teſtator, C. de teſta. manu. Sicut è diuerſo nonnunquam de fœminis Ducere dicitur, vt in l. ſi ignorans. C. ſolut. matr. vbi id not. Bald.

Nvbere in familia. Græca locutio.

Nvbilem ætatem fœminis duodecimus annus, viris decimus quartus affert. Conn. lib. 8. c. 4. n. 3.

Nvcem definit D. Gœddæus ad l. qui fundum 205. numer. 5. ff. de verbor. ſignific. omne pomum quod foris duro operculo tegitur, & intus habet, quod eſui aptum, ſecundum Varronem lib. 1. de re ruſt. c. 11.

Nvces, cæteroſque fructus non minus proprie pomi nomine comprehendi quam mala, indicat Alciat. interpretans, l. qui fundum, de verb. ſign. licet hodie in vulgari vſu loquentium aliud ſit. Spieg. Briſſ.

Nvces flagitabantur nuptiis, & pueris ſpargebantur, vt ait Feſtus, vt nouæ nuptæ domum mariti intranti ſecundum fieret auſpicium, hoc enim tanquam Iouis omine celebrabatur matrimonium, vt noua matrona eſſet, ſicut Iuno: vt notat Seruius ad Virgil. erant enim nuces Ioui ſacræ. Et Plinius dicit honorem his naturæ peculiarem eſſe, quod gemino tegantur operimento, puluinati primum calicis, mox lignei putaminis. Quæ cauſa inquit eas nuptiis fecit religioſas tot modis fœtu munito, quod eſt veriſimilius, quam quia cadendo tripudium ſonumque faciant. Hanc nucum ſparſionem notauit Virg. illo carmine. Mopſe nouas incide faces, tibi ducitur vxor: Sparge marite nuces. Fuit enim mos etiam Romanis accendi faces ex ſpina flexibili, vt idem ait Plinius quoniam inde fecerint paſtores qui Sabinas rapuerunt. Et vnam ex facib. præferebat quidam puer, & item alij duo, qui nuptam ferebant, omnes patrimi & matrimi. Conn. lib. 8. c. 3. n. 1. 4. 5.

Nvclevs interdum ſignificat illud, quod duro contegitur dulce in nucibus prunis & oliuis: interdum vero corticem, qui oliuis aliiſque ſimilibus detractus eſt ſuffimenti cauſa, & in hac poſtrema ſignificatione ſumitur apud Vlp. in l. carbonum, 167. vbi Gœddæus ff. de verb. ſign.

Nvda à magiſtratibus reſpublic. per tranſlationem, pro deſtituta.

Nvda cautio, quæ ſolam repromiſſionem habet, leg. 1. §. ſed vtrum, ff. de iudic. vt & nuda repromiſſio in l. 36. ff. de euictio. l. 1. §. ſtipulationes, ff. de prætor. ſtip. ad differentiam ſatiſdationum. Briſſ.

Nvda conuentio, id eſt, ſolus conſenſus abſque traditione, in l. 33. §. ſi rem de viucap. l. 1. de pign. act. l. 4. de pignoribus l. 5. in fin. de reſc. vend. Briſſ.

Nvda poſſeſſio, quæ ſine proprietate obtinetur l. 66. ff. de euict. l. 51. §. 1. ff. quod met. cauſ. Hot.

Nvda proprietas dicitur, qui vſusfructus deeſt, leg. 29 ff. de vſufruct. l. 8. ff. de vſufruct. leg. l. 43 ff. de rei vindic. Hot.

Nvda ratio, dicitur à Pomponio nomen æris alieni in codicem accepti, ſic relatum, vt quia de cauſa debeatur adſcriptum non ſit. Si dominus, inquit, in rationes ſuas referat ſe debere ſeruo ſuo, quum omnino neque mutuum acceperit, neque vlla cauſſa præceſſerat debendi, nuda ratio non facit eum debitorem, l. 49. ff. de pecul. Idem in leg. 6. ff. de donat. Nuda ratio non facit aliquem debitorem, vtpote quod donare libero homini volumus, licet referamus in rationes noſtras, debere nos tamen nulla donatio intelligitur. Hot. Per nudam rationem iua Gentium nudum ſine vlla naturali cauſſa ſiue vinculo æquitatis intelligit Pomponius. Paulus contra & Marcianus, magis Sabinianorum ſententiæ videntur acquieuiſſe, l. 13 de condict. indeb. l. 11. de acq. rer. do. l. 25. de præſcript. verb. l. vlt. de actionib. empti, &c. Ræuard. l. Cum amplius, ff. de reg. iuris.

Nvda ratio, vbi aliquid quaſi debitum in rationes refertur, cum tamen nulla debiti cauſa præceſſerit Briſſ.

Nvda traditio in l. nunquam de acq. rer. dom. dicitur, quæ iuſta & ad dominium transferendum idonea cauſa non nititur. Briſſ.

Nvda vacatio muneris, l. 13. §. duo, ff. de vacat. mun. Nuda & ſola ſcientia, l. 1. §. ſed ſi ſciente ff. de ædil. ed. Nuda debiti ſolutio, l. 6 §. rationem, ff. de eden.

Nvda venditio, pro fictitia & ſimulata, leg. nuda, ff. de contrah. empt. Spieg.

Nvda verba, mera, ſiue certa & ſolenni conceptione, Paul. libr. 1, ſentent. tit. 4. Prat.

Nvda voluntas tunc intelligitur, quum quid fit citra exteriorem interuenientem formulam, quæ interdum ſufficit, vt apud Iuſtinianum in §. interdum. Inſt. de rer. diuiſ. Vide Cantiunculam ibidem. Spieg. (Briſſ.

Nvdæ res abſque fructibus & cauſa, l. 1. §. hanc, ff. depoſit. Prat.

Nvdata, indicata, patefacta. Vlpian. de Recep. poſt nudata vtriuſque intima, atque ſecreta aperta.

Nvdvm, inquit Seruius, dicitur, quod nunquam tectum eſt, vt facies. Verum nudum dicitur noſtris quod neque rei traditione, neque pignore, neque fideiuſſore eſt veſtitum C. de pact. l. traditionibus l. ſancimus, C. de verb. ſign. Spieg.

Nvdvm ſimplex ſolum, purumque ſignificat: veluti nudum pactum, cui nulla cauſa ſubeſt, præter conuentionem, & quod placiti fine ſtetit, l. 7 ff. de pact. l. 27. C. loca. l. 5 C. de contrah. ſtip. l. 10. §. interdum, ff. de recept. qui arbitr. Conſtant. libro

Digitized by Google

s.tit.6. ψιλὸν ἢ σύμφωνον εἶναι ... αὐτῇ ἐπιδίδοται. Nudum enim pactum non eſt quotiens pecunia datur & aliquid de reddenda ea conuenit, vel alias quotiens certa lege data res probatur, l. 10 C. de pact. l. 8. in fi. ff. de præſcript. verba nuda denique conuentio non eſt, quæ habet in ſe negotium aliquod, vt Græci dicunt συνάλλαγμα l. 1. ff. de præſcript. verb. Plane in l. traditionibus, Cod. de pact. nuda pacta magis eſt, vt traditione nuda interpretentur. Briſſ.

Nvda pacta, Bartolus & alij in l. iuriſgentium, §. igitur nuda, ff. de pact. definiunt, vt ea ſint quæ in ſimplicibus & puris finibus conuentionis ſtant, nihil circum ſe habentia, vel nomen ſpeciale, vel cauſam vel contractum quo ſe tegant, l. ſi tibi C. de Inc. exemplo hominis qui tunc nudus dicitur, cum talis eſt, qualis ex matris vtero proceſſit. Brenius Scalicet. in l. legem, C. de pact. Pactum nudum, inquit, eſt conuentio ſtans in ſine ſolius placiti, Corraſ. 1. Miſc. 1. n. 5.

Nvda pactio, cum nulla ſubeſt cauſa, propter conuentionem, cuiuſmodi pactio obligationem non parit, ſed exceptionem, l. 7. §. igitur, ff. de pactis. Briſſ.

Nvda pactio, h. e. tenuis, deſtituta, tam nomine proprio quã cõmutatione rerum & factorum, manens in ſimplici paciſcentium colloquio, Sic enim nudum μεταφορικῶς ſeu tranſlatione accipi oportet in d. l. iuriſgentium §. ſed cum nulla. Prat.

Nvda promiſſio, quæ ſine vllo fideiuſſore, aut iureiurando præſtita eſt, apud Imp. §. 1. Inſt. de ſatiſd. l. 2. §. ſed vtrum, ff. de iud. Prateius.

Nvdo conſenſu contrahi dicuntur emptio, venditio, locatio, conductio, mandatum, & ſi qui ſunt contractus, qui nomen ſuum habent, cum nulla rei datio interuenit, vt expreſſiſſimè declarat Paul in l. 1. ibi, nudo conſenſu de rer. permut. Vnde axioma colligitur: Omnis contractus nominatus eſt pactum nudum Ergo emptio, venditio, contractus nudus eſt, d. l. 1. Falſum igitur eſt quod Accurſius conſenſu veſtiri pactum dixit, Inſt. de oblig. ex conſenſ. nam ioquit veſtitos eſſe hos contractus cum tamen nudi ſint, vt Paul. dixit & verum eſt. Nam conſenſus ſimul cum ipſo contractu conuentione naſcitur. Accurſij tamen errorem ſequuntur omnes fere interpretes. Mirum tamen eſt, eos ita hac in re excæcatos eſſe, cum ſatis apertum explicitumque ſit Pauli Iuriſconſulti reſponſum. Prat.

Nvdvm μεταφορικῶς ICti pro mero & ſolo vſurpant. Briſſ.

Nvdvm præceptum probabili nulla cauſa adiecta, l. 114. §. 5. ini. ff. de leg. lib. 1. l. 38 § Iulius, ff. de leg. lib. 3. Briſſon. & aore cum Corraſ. lib. Miſcell. 1. c. 1.

Nvdvm ius Quiritium, Iuſtinianus ceu verbum vacuum & ſuperfluum ſuſtulit, lib. 7. Co. tit. 25. quod animi iuuenum. qui ad primam legum veniunt audientiam, perterrit, ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquæ diſpoſitione accipiunt, Spieg.

Nvdvm miniſterium, apud Paulum l. 1. ad Velleian.

Nvdvm teſtimonium, quod caret religione iuriſiurandi. Vide c. tua ext. de cohabitat. cleric. Spieg.

Nvdvs, id eſt, bonis carens, qui nudus amiſſis bonis exulat, l. 7. ff. de cap. minut. Briſſ.

Nvdvs conſenſus dicitur qui neque ſolennitate verborum eſt neque traditione rei munitur, Conn. lib. 5. c. 2. n. 13.

Nvdvs conſenſus, hoc eſt, qui ſtipulatione ceſſitoſus eſt, ſufficit in conſtituendis ſponſalibus, l. 4. ff. de ſponſa. Spieg.

Nvdvs conſenſus, id eſt ſolus, ſiue verbis, literis, ſcriptura, Briſſ.

Nvdvs ſermo, qui dicto, finitur, ſimplici q; affirmatione conſtat ſine aliqua promiſſione, l. 19. §. dictum, ff. de ædil. edict. Prat.

Nvdvs vſus, qui ſine fructu eſt, l. 1. ff. de vſu & habit. Iiſdem autem modis & conſtitui & finiri ſolet, quibus modis vſusfructus conſtituitur, teſte Caio, l. 3. in fin. ff. de vſufruct. Spieg.

Nvgatorivm vel quod eſt nugarum plenum, vel quod eſt nugatum, h. e. leuium rerum ac nullius ponderis, vt apud Vlpianum in §. errorem, l. ſi quis ſit fugitiuus, ff. de ædil. edict. Spieg.

Nvgas autem appellat. Martialis ornamenta muliebria. Ita enim peculiariter ea antiqui vocabant, vana prorſus, inutilia que atque futilia. Hincque Plautus in Aulularia nugiuendos vocat, qui res huiuſmodi vendunt mulieribus vt teſtatur Nonius Marcellus. Verba Plauti ſunt hæc, Nugiuendis res eſt ſoluta omnibus. Tiraq. in l. connub. 3. gl. 1. parte 3.

Nvlla aditio eſt l. 51. § vlt. ff. de acquir. rer. domin. id eſt, nullas vires habet Briſſ.

Nvllam dici ſententiam decem ex cauſis tradit copioſe Speculator in 2 parte, tit. de ſent. & quæ ipſam ſequuntur, § 8. Spieg.

Nvllatenvs negatiuum verbum importat, quod factum contra non valet gl. in Clem. vnic. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. Io. Bello. Etymol.

Nvllitas ſententiæ eſt, ſi ſit lata contra leges canonesve, ca. 1. de re iud & ſi lata ſit ab alio, quam à Iudice, c. fin. de re iud. lib. 1. 6. Io Bello. Etymol.

Nvlli alij, quam mihi. Hæc verba non innuunt actum perfectum, l. ſi ſterilis, §. ſed ſi, ff. de act. empt. Prat.

Nvllivs, pro non vllius, Iuriſconſ. in l. 1. ff. de interd. Nullius ſunt liberæ perſonæ. Sic Imp. Inſtit. de rer. diuiſ. quod diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſſe cenſuit. Spiegelius.

Nvllivs eſſe res dicuntur, quæ in nullius priuatim bonis ſunt, ſed iure gentium omnibus vacant, & occupanti conceduntur, l. 51. ff de contrab. empt. §. litorum, & §. feræ. Inſt. de rer. diuiſ. Alias nullius eſſe dicuntur, quæ in patrimonio commercioque hominum non ſunt, veluti res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, §. nullius. Inſt. de rer. diuiſ. Briſſ. adde Conn. lib. 3. cap. 3 num. 4. & Ferretum tit. de rerum diuiſione.

Nvllo iure, id eſt, non obſeruatis ſolennibus, Goth. in l. 2. Cod. ſi vendito pignore agatur.

Nvllo modo prædium ſuburbanum, aut domum hæres alienet. Hæredis hæres alienauit, quid iuris, Scæuola reſpondet. in l. Lucius Titius, de leg. 3. Spieg.

Nvllo exemplo aliquid facere, id eſt, nouum aliquid facere, & inauditum.

Nvllo numero homo, pro nullius precij, eſt, apud Ciceronem 3. Philip. Spieg.

Nvllo pacto, pro nullam in partem, *keins theils* l. pupillus. Quæ in fraud. cred.

Nvllvm, pro nullius momenti & vtilitatis, ſiue irritum, & inani quod non valet, neque conſiſtit. Briſſon. Vnde interpretibus Nullum & Inutile æquipollent, ff. Quod cuiuſ. vniuerſ. l. 1. §. et quidem, & Qui ſatiſd. cog. l. quoties. Spieg. Adde Forcat. in Necyomantiæ dial. 99 n. 4.

Nvllvm item pro imperfecto dici, Alberi. admonuit ex verbis Iuſtin. §. penul. Inſtit. Quib. mod. teſt. infir. Num, inquit, imperfectum teſtamentum ſine dubio nullum eſt? Spieg.

Si Nvllvs ſit, id eſt, non ſit in rerum natura, l. 8. ff. de hæred. vel act. vend.

Nvllvs natus eſt, ſi dolus interceperit, vt dicit Vlp. l. 5. ff. Ex quibus cauſ. maior.

Nvm, id eſt an: & ita num non, id eſt annon, l. 25. §. adeo, ff. de hæred. pet. Briſſ.

Nvm particulæ, ſubintelligitur negotio, vt apud Vlpian. in l. in cauſæ cognitione, 2. 1. p. de Minorib. Spieg.

Nvman, ait Feſtus, quaſi nutus Dei ac poteſtas dicitur. Briſſ.

Nvmeraria ſimplicia Iuriſperiti nominant, quæ Latinis nomina cardinalia ſunt, ſcilicet vnum, duo, tria, &c. Nam non poſſet addi pœna nec in factis, nec in ſpeciebus, per nomina numeralia multiplicatiua, ſc. duplum, triplum, quadruplum, &c. Vide Zaſium enarrantem § omnes Inſt. de act. Spieg.

Nvmerandi verbum ad rem ipſam præſentem refertur, l. ſi ex cautione, C. de non num. pec. Elegans eſt Alexandri dictum & à magni nominis interpretibus receptum, Numerare eſſe naturæ potius, quam iuris verbum, Conſ. 179. nu. 2. Vol. Quod & Alciatus probat, niſi cum conſtaret nullam numerationem factam tunc fuiſſe, ſed delegationem. Prateius.

Nvmerare interdum eſt, adnumerare, connumerare, computare. Briſſ.

Nvmerare etiam eſt ſoluere, dare Briſſon.

Nvmerare pecuniam pro præſentem pecuniam dare. Plurifariam vero numerata dici poteſt, vt oſtendit Azo in Sũma. Spie.

Nvmerariorvm officium erat chartas publicas adminiſtrare, l. 6. C. Th. de num. tum & rationes ſupputare, quod nomen ipſum notat: à numerandis enim ſic dicti ſunt. Hinc Auguſtin. lib. 2. de lib. arb. Multos noui numerarios, aut numeratores, vel ſi quo alio nomine vocandi ſunt, qui ſumme atque mirabiliter computant, Prat. adde Corraſ. 3. Miſcell. c. 15. n. 4.

Nvmerarii, l. 3. C. de priuileg. eor. qui in ſacr. ſcrin. lib. 12. l. vlt. C. de priuileg. ſcholar. l. vlt. Cod. de fabricenſ. lib. 11. hi tabulariorum munere funguntur: vt oſtendunt l. 2. & l. 4. C. de numerar. lib. 12. & l. 1. Cod. de apocb. public. lib. 10. & l. vlt. de executoribus, & exactorib. eo. Itaque in l. 13. Cod. de ſuſceptoribus ſi in. tabularios, aiunt Impp. ſeu numerarios. Quæ tamen poſtrema verba à Triboniano addita eſſe liquet ex l. 30. eodem tit. in Theod. Iſidorus autem lib. 6. Etymo. cap. 3. numerarios vocatos ſcribit eos qui publicum numerum ætatis inferunt. Inuenimus apud Marcellinum numerarios appatitionis magiſtri equitum, lib. 19. Inuenitur & hoc verbum apud Sidon. Apoll. lib. 5. Epiſt. ad Montium. Ita numerorum ſollicitudinem accipe in l. vlt. C. de primicer. & ſecundic. lib. 12. Briſſon. adde Conn. lib. 4. c. 15. n. 1. Corraſ. Miſcell. lib. 3. c. 11.

Nvmerata pecunia duobus modis dicitur. Vno modo reſpectu creditoris, cui proprie dicitur numerare pecunias debitori, vt ſibi reddantur. Alio nomine reſpectu debitoris, qui proprie dicitur ſoluere creditori, & impropriè dicitur debitor numerare, cum ſoluit quod debet. Non numeratæ pecuniæ exceptio datur principali debitori vel fideiuſſori à creditore. Prat.

Nvmerationis appellatione, ſpeciei datio continetur, l. 1. C. de Dote caut. non num. Spieg.

Nvmeratio precij declarat, cuius ſit dominium, l. ſed, & ſi quis, §. 1. ff. de Vſufruct. Spieg.

Nvmeri milites, inde, vt Egnat. opinatur, dicti, quod ad numerum omnia præſtarent, vel quod eorum certus quidem numerus eſſet: quod hodie Turcæ, Gallique, & Ægyptij reges Burgundionumque apud nos principes maximi potentiſſimique,

que obſeruant, certum quendam militum numerum alentes pacis etiam temporib. Spieg.

Nvmeri pro albo, in quo lecti milites conſcribuntur: quem Græci [illegible] appellant, & recentiores matriculam. Vlp. l. ex eo 42. ff. de teſt. milit. Ex eo tempore quis jure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt, ante non. proinde qui nondum in numeris ſunt, licet etiam lecti tyrones ſint, & in publicis expenſis iter faciant, nondum milites ſunt, debent enim in numeros referri. Sic in l. 4 l. 39. §. 5 43. ff. de milit. teſtam. l. 16. C. eod. tit. l. vnic. in fin. de bon. poſſ. ex teſtam. mil. Lamprid. in Alexand. Milites ſuos vbique ſciuit, vt haberet in cubiculo & breues & numerum & dignitates. Plin. lib. 3. Epiſt. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum eſt. Quo factum eſt vt numeri pro ſocietatibus, ordinibus, turmiſque militum acciperentur, leg. 2. § exercitum, ff. de his qui. not. infam. l. 8 §. veterani, ff. de procur. l. 4 §. qui poſt deſertionem, ff. de re milit. l. 31. C. de locat. l. pen. C. de exactor. l. 2. C. vbi de ratiocin. Plin. lib. 10 Epiſt. Vt jam ſacramento dixi rant, ita nondum diſtributi in numeros erant. Lamprid. in Macrino. Quod ſi vnius numeri conſenſus acceſſiſſet. Militares etiam numeros apud Marcellinum legimus. Vnde Tribunatus numerorum in l. vlt. C. de teſt. milit. l. 3. C. de inoffic. teſtam. Briſſ.

Nvmeri quoque chartas & rationes publicas ſignificant, l. vlt. C de primicer. & ſecundic.

Nvmero conſtare, conſiſtere, contineſve dicuntur ea corpora quæ adnumerantur vt pecunia l. 28. ff. de judiciis. Briſſ.

Nvmero & loco haberi dicuntur tam perſonæ, quam quælibet corpora, id eſt, loco eſſe, locum obtinere. Briſſ.

Nvmero eximere, eſt eximium & egregium, ac ſingularem aliquem conſtituere.

Nvmero plurali, pro ſingulari, l. non eſt ſine liberis, & contrà ſingulari pro plurali, l. in vſu juris, de verb. ſign. figurate Iuriſconſ. vtuntur, quod & Appellus annotauit. Spieg

Nvmerosæ provinciæ in Conſt Iuſtin. de confirm. Inſt. tot. ſcilicet, vt vix adnumerari queant: vt tit. l. 1. C. in quib. cauſ. in integr. numeroſa reſcripta, ſic enim vtrubique legendum eſt, & in hac ſignificatione multi vſurparunt autores. Prat.

Nvmervs etiam catalogum militum, ſeu breuiculum, quo militum nomina continentur, ſignificat: recentiores Impp. matriculam vocant, Briſſ.

Nvmmaria quæſtio pro pecuniaria in l. vlt. ff. ne de ſtatu defunct. Briſſ.

Nvmmarii judices l. 1. C publ. lætit. vel conſul. nunciat. vel inſinuat. lib. 12. lucri auidi, eſt, quorum judicia venalia ſunt pecunia. Sic Hieron. ad Oceanum. Volo in nummarios inuehi ſacerdotes: & Sueton in in Domitian. Nummarios judices notavit, Prat. qui de re pecuniaria cognoſcunt.

Nvmmarivm tribunal, Seneca 1. de beneficijs vocat, intelligi volens, vt B roald. ait, judices judiciumque corruptum. Spieg.

Nvmmarivm judicium, quod fit acceptis nummis, apud Cic. in Verr. & nummarij judices, præmio corrupti & ſordidi, Cic. pro A. Cluentio: Varia judicum genera, nũmarij pauci, ſed omnes irati. Spieg.

Nvmmi appellatio ſtrictior eſt, quam pecuniæ, l litigatores, §. quod ait Prætor de arbitris, l. 1. de contrah. empt. ex Alc. Spieg An autem nummi præſidij cauſa depoſiti, mobilium appellatione veniant tractat poſt Cuiac. lib. 5. ſentr. Paul. tit 6. §. mobilibus, Gœddeus in comment. ad l. Mouentium 93. numer. 4 de verb. ſign.

Nvmmi valorem Alc. explicat in l. lecta eſt, ff. ſi certum pet Idem in d comment. ait, eos vulgarem doctrinam plane oſtendere, qui vulgaris ſermonis argumento idem arbitrantur denarium & nummum eſſe, quod pleriquæ Doct. tradiderunt, in l. quæ extrinſecus de verb. oblig.

Nvmmus exiguiores Vlpian. terunceios ſemiſſe aut aſſes mutr. Quintium appellat. Et interdum regionis, more nummos coriaceos. Ræuard. l. ſemper in obſcuris, ff. de reg. jur.

Nvmmi adulterini bonis opponuntur.

Nvmmi aurei & argentei æs dicuntur: quia prius ærea pecunia in vſu fuit, poſt argentea, deinde aurea ſubſecuta: ſed ab ea quæ cœpit, nomen retinuit. Godd. ad 159. n. 8. 3. de verb. ſig.

Nvmmi inueterales, l. vlt. ff bon damnat.

Nvmmi repoſiti Lege Mobilia.

Nvmmi ſepti bi, apud Vlpian. in l. eleganter, §. de pign. act.

Nvmmis colere dicuntur coloni, non quod numerata pecuniæ penſio, quam debent, ſemper ſolui debeat, ſed alia certa re quæ pondere & menſura conſtat, Connan. lib 7. c 15. n. 13.

Nvmmis indiſtincte legatis, hoc receptum eſt: vt exiguiores legati videantur, autor Vlpia. ead. l. de leg. 3.

Nvmisma idem quod nummus. Vide Bart. Rob. C. de vet. numiſ. poteſt. per tot. tit. Spiegel. Numiſma, ſolidus, & aureus idem eſt, not. gloſ. in rubr. C de vet. numiſm. poteſt libr. 11. Io. Bell. Etym. In numiſmate autem tria requiruntur: metallum, figura & pondus. Gœddæ. in comment. l. 159 num. 4 de verb. & rer. ſignif.

Nvmmo addicere, aut mancipio dare, eſt ita dare, aut attribuere, vt quamvis vendita res non ſit, vendita tamen eſſe videatur, nam dicis cauſa, & vt vulgo loquimur) pro forma nummus vnus dabatur. Vitruvius lib. 1. c. 4 in fi. Secundum mare mercatus eſt poſſeſſionem loco ſalubri, (de M. Hoſtilio loquimur) ab Senatu populoque R. petijt, vt liceret transferre oppidum conſtituitque mœnia, & areas diuiſit, numoque ſeſtertio ſingulis municip. mancipio dedit. Cic. pro Poſthu. Ecquis eſt ex tanto popul. qui bona C. Rabirij Poſthumi numo ſeſtertio ſibi addici velit? Vlpianus l. 46. ff. locat. Si quis conduxerit nummo vno, conductio nulla eſt: quia & hoc donationis inſtar inducit: id eſt, quia non eſt vera conductio, quippe quæ mercedem duntaxat dicis cauſa conſtitutam habet. Hotomannus.

Nvmmo vendere. Pomp l. 66. ff. de jur. dot. Quidam ergo remedij loco recte putauerunt introducendum, vt vel locet hunc vſumfructum mulieri maritus, vel vendat numo vno. Hoto.

Nvmmis colere dicitur colonus, qui ad pecuniam numeratam conduxit, l. 16. ff de furtis, Briſſ.

Nvmmos aureos æs dici Vlp. autor eſt, l. 159. de verb. ſign. & ibi Alciat. in Comment. Nummus autem aureus, cujus hic eſt mentio, ſeſtertios æris centum valebat, hoc eſt, denarios argenteos 25. quod idem in Diſpunctionibus annotavit. Spieg.

Nvmmos corraſos dare, apud Vlp. in l. 3 plane, de ſtatu lib.

Nvmmos lege communi gentium inductos ait Connan. vt æſtimandis rebus dominium rerum quaſi traderet & transferret Connan. lib. 5. c. 2 nu. Idem nummus & ſeſtertius eoſdem eſſe tradit lib. 7. c 1. num. 8.

Nvmvlarii, à numulis dicti, collybiſtæ, permutatores nummorum: qui maioris precij numis acceptis, numulos, id eſt, minuſculam monetam per partes reddebant: aut certæ regionis acceptam pecuniam, regionis alterius pecunia permutabant: item vt Collybiſtæ: Erat autem eorum conditio aliquanto inferior argentariorum, vt patet ex l. 9. § 2. de edend. nec enim publica autoritate pecuniam tractabant: ideoque eorum rationes minoris erant fidei & autoritatis. Sic Paul. l. 9. §. 1. ff. de edend. Numularios quoque non eſſe iniquum cogi rationes reddere Pompo. ſcribit, quia & hi numularij ſicut argentarij rationes conficiunt: quia & accipiunt pecuniam & erogant per partes quarum probatio ſcriptura codicibuſque eorum maxime continetur: & frequentiſſime ad fidem eorum decurritur. Vlp. autem in l. 7. § 2. numularios pro argentariis ponere videtur. Numularios præterea pecuniam ſpectaſſe ac probaſſe patet ex l 39. ff. de ſolut. Hot. Meminit eorum in l. 1. §. hoc quoque, de offic. præf. vrb.

Nvmmvs antiquitus duas valebat drachmas. Plaut. in Trinummo. De mina vna deminui modo quinque nummos, mihi dextrai partem herculeam. Cum enim Grammatici Græci tradant minam centum eſſe drachmarum partem autem herculanam fuiſſe decimam, nummus erat quinquageſima pars minæ, vt drachma centeſima, ſic in nummo fuerunt duæ drachmæ. Denarius tamen drachmam valet cujus æſtimatione & precio inferior eſt nummus: igitur hic nummus eſt didrachmum, aliter quam vulgo loquentibus ſoleat vſurpari: nam vulgo ſeſtertius eſt. Nummi autem vocabulum Siculum eſſe vult varro lib. 4. de ling. lat. vt & Pollux lib. 9. his verbis: [Greek illegible] quod Epicharmi exemplo probat, [Greek illegible] inquit, [Greek illegible]. Ergo vt ab [Greek illegible] & Dorice [Greek illegible], fecerunt ſic à [Greek illegible], vnde [Greek illegible] poſſet videri deductus. Quod tamen improbant aliqui, cum à Romanis Siculi potius ſint oriundi. Atque hoc vtut ſe habeat, per m. genium ſcribi debet: etſi Tranquillos à Numa deduci velit, vt refert Suidas his verbis: [Greek illegible] quod ineptum prorſus cenſetur. Prat.

Nvmmvm à Numa Rege, qui nummos primum apud Latinos imaginibus notauit, & titulo nominis ſui præſcripſit, vocatum tradit Iſidor. lib. 16. Origin. c. 17. Briſſ.

Nvmmvs os inveterales (ſi modo dictio incorrupta eſt) exponit Calliſtratus in l. divus, de bonis dam. quas victus ſui cauſa in promptu habuerit: ſubaudi, damnatus ad ſupplicium: Haloander noſter indicat ſcholio marginali, cui pro inueterales, legi poſſit, ventrali. Nempe quod ſolent plerique à lateribus in ſemicinctio, quod idem & ventrale dicimus, ſubtus occultos habere loculos, quibus non ſolum ſudariola, ſed etiam leves nummulos in quotidianæ vitæ vſum geſtant. Ventralis etiam meminit Plin. lib. 8. vbi ait: Patris mei memoriâ cœpere Amphimalla noſtra ſicut villoſa, & etiam ventralia. Spieg.

Nvmmvm pluſique ἀπὸ τῦ νόμου deductum videri volunt. Cum enim initio rerum mortales in mutuis commerciis permutatione mercium vterentur, magnæque ex ea re difficultates exiſterent, quia non ſemper eueniret, vtque in abundares, & eo

Digitized by Google

ego egerem, lege prouiſum eſt, vt nummus, tanquam συμβολόν quoddam, publica forma cuderetur, qui vſum dominiumque non tam ea ſubſtantia præberet, quam ex quantitate, vt ait Iulius Paulus l.1. de contrah. empt. Quid tamen ſi vocem Latinam à verbo & ipſo Latino deriues, nempe à numero; Nam nummi ſunctio, non minus opinor, numero conſtat quam pondere. Quicquam non ignoro M. Varronem à Quintiliano riſum quod Agrum à verbo Latino, quod ſcilicet in eo agatur, dictum videri velit, ac non potius ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ & rideri poſſe quod noctem à Nocendo, & ipſo Latino verbo deducat & non potius ἀπὸ τοῦ νυκτός, Nec etiam moueat me ſyllaba quam breuem numerus habet, nummus longam. ceu verò cuiquam ignota ſint Moleſtus à mole: ſic enim Seruio Honorato placet: laterna à latendo, lucerna à lucendo, & multa talia. Curtius libro [illegible], cap.23 Brechæus in l.pecuniæ 178. ff.de verborum ſignificat, nummum deriuat ἀπὸ τοῦ νομίσματος quæ vox monetam ſignificat legitime ſignatam. Cæterum priori deriuationi Ariſtoteles ſubſcribit [illegible] (inquiens) [illegible], cui Vlpian. quoque accedere videtur, l.1. ff. de contrah.empt.pecuniæ vim non tam ex corpore, quam ex impoſita æſtimatione, & vt Ariſtoteles inquit, ea lege conſtare tradens. De quo nonnulla vide etiam apud Hotom. ad tit.de act. §. curare ibi, magna cauſa erroris, vide & Duar. de in lit.juran.num.5.

NVMMVS aſper à veteribus dicebatur, recens, noua, beneque percuſſus, non vſu attritus, ſed qui formam haberet expreſſam & notas claras, minimeque fugientes. Prat.

NVMMVS Decargyrus, l. fin.C.Th.ſi quis pec.conſla.

NVMMVS reuera non eſt natura, ſed hominum inuento & in conſtitutione, ſed quæ omnium eſt communis, propterea quod ejus vtilitas cunctorum populorum moribus excepta eſt, &c. Connanus lib.1.c.5. num.9.

NVNQVID, id eſt, vtrumne l.2.ff.quis ordo in poſſeſſ. Briſſon.

NVNC, particula eſt dilationis excluſiua l. ſcimus, §. cum autem C.de inoff. teſtam. Propriè namque præſens reſpicit tempus l. vrbe, ff.de ſtatu hom.& ſimilibus. Et tamen reperire, vbi in futurum protenditur, vt in decretis Pontif. exempla citat Alberic. Aliquando nullum tempus denotat, & pro ſed accipitur. Lege Vallam in Elegant. lib.2. Spieg.

NVNC PRO VT EX TVNC. De hac clauſula vide Barth. in princ. l. ſtipulatus, de verb obl. Spieg. (Bell.Ετym.

NVNC, id eſt, vſque in futurum not. gloſſ.c.ſi audieris, 25 q.5. Io.

NVNC, non eſt hoc momento temporis, ſed laxius accipitur, pro hodie, ſiue hoc tempore, l.1.§.vlt.ff. de ædil.edict. Briſſ.

NVNCIARE cauſam, id eſt, deferre, l. 39. ff.de jur.fiſc.

NVNCIARE opus novum eſt denunciare, ne quid operis noui fiat, l.3.§.vlt.ff.de alieu.alias nunciare eſt fiſco deferre. Briſſ.

NVNCIATIO noui operis, id eſt, denunciatio, vt loquitur l.5. meminiſſe, ff.de oper.no.nunciat.

NVNCIATIO noui operis in Pandectis ſic accipienda eſt. Prætor edixit, vt ſi quis puret vicinum nouum aliquod opus molientem non habere jus id faciendi, liceat ei denunciare vicino, ne id faciat, itaque eum prohibere: vetatque ei cui denunciatum eſt, ſiue jus habeat, ſiue non, tamen ne quid inſtituat: quod ſi edictum neglexerit, Prætor aditus interdicit, vt opus factum reſtituat, id eſt, interim id decernit, dum apud judicem à Prætore datum planum faciat ſibi jus eſſe ſic ædificare: omnino autem diruere id cogitur, propter edictum prætoris ſiue jure, ſiue injuria ædificauerit. Quod ſi nunciator velit remittere nunciationem, licebit ædificare, licebit etiam nouatori ſatisdare ſe opus demoliturum: ſi nunciator actione ſua negatoria (quam continuo poſt nunciationem debet intendere) probarit apud judicem id illi non licuiſſe. Hæc ex tract. De noui oper. nunciat. ſummatim. Prat.

NVNCIATIO, (in materia maleficiorum) quam commentatores denunciationem vocant, magnam habet differentiam in jure pontificio, & in jure Ciuili. Nam Romani Pontifices admitunt quemlibet ad nunciandum judici crimen alterius: modo illum prius admonuerit emendationis, c.qualiter & quando de accuſat. Et c. licet Heli de ſimoni. Et tunc poteſt judex procedere per inquiſitionẽ, ſi voluerit, nulla mentione facta nunciatoris, Poteſt idem procedere ſuper nunciatione inquirendo crimen, h. eſt, vt nominatim exprimat nunciatorem, ſicut conſuetudo obſeruat. Iure autem ciuili nemo Idoneus cẽſetur ad nunciandum niſi ſpecialiter deſignatus fuerit ad id munus. Olim enim inſtitui ſolebat hominum genus, arcanis ſceleribus inquirendis, & offerendis operam impendens: vt crimina publice innoteſcerent. Per hoc enim antiqui bonos mores mirum in modum tuebantur: quales & nunc quibuſdam in locis videmus deſignati. Cæterum ne talis delatio in adulationẽ degeneraret ſicut tyranni quoque hujuſmodi indicibus abutebantur, quaſi emiſſarijs dũtaxat & auſcultatoribus: ideo ſancitum fuit, primum, vt nunciatores quodam teſtificari genere vterentur ad inueſtiganda commiſſi criminis iodicia, priuſquam aliquid efferrent, ne errantes ipſi, magiſtratum quoque ſeducerent. Deinde, vt notorijs ſuis (ſic enim tota illa criminis per teſtificationem inquiſitio vocabatur) nunciatores adeſſent. Nam falſis ne ne notorijs inſimulatus quis eſſet, perpenſo iudicio diſpiciebatur, l.ea quidem, C. de accuſat. Quamobrem Romanæ leges per nunciationem non admittunt aliter inquiſitionem fieri aduerſus criminoſum, niſi facta mentione nuncianais: vt reo copia fiat defendendi legitimis exceptionibus, quemadmodum etiam de Irenarchis, ſeu publicæ pacis cuſtodibus traditur in l.diuus Hadrianus, ff.de cuſtod. & exhibit. reorum l.ab accuſatione, §.nunciatores, ff.ad SC. Turpil.Old.

NVNCIATIO dicitur etiam fieri ad fiſcũ, quoties bona vacantia vel caduca vel ex alijs cauſis in fiſcũ cadentia deferuntur. Briſſ.

NVNCIATORES, dicuntur emiſſarij, internũcij, & delatores criminum: ex quo eorum iudicia, notoria dicuntur. Paul. l.6.ff. ad SC. Turpill. Nunciatores qui per notoria iudicia produnt, notoriis ſuis adſiſtere iubentur. Iidem ad Imp. denunciare dicuntur in l.7.C. de accuſat. Hotom. Indicium autem prodere, auctore Budæo, eſt rem arcanam aliunde, quam ex criminis conſcientia compertam in medium afferre. Quare eius loci hic ſenſus eſt. Nunciatores, h.e. emiſſarios, & internuntios in id publice conſtitutos, vt reos per notoria, h. e. per id genus teſtificationis deferant. Quod munus, vt Alciatus docet, in pagorum ſyndicos, vt plurimum hodie tranſlatum eſt: licet citra calumniæ metum accuſent, quoniam per officium præſidibus denuntiantur l.ea quidem, C. de accuſ. Debere tamen aſſiſtere ſuis iudiciis, id eſt, ea quæ attulerunt notoria tueri interim, dum quæſtio de crimine habetur.

NVNCIVS, & res ipſa, & perſona dicitur: vnde dicimus bonum nuncium afferre, i. bona noua nuntiare: Cicero: Domeſticarum rerum tuarum ſcriptores & nuntios. Vide Feſtum. Briſſ.

NVNCIVS communis, id eſt, viator, ſeu præco, vt vulgari ſermone accipitur, multa habet nomina, quæ notat Authent. de iudic §.de vnoquoque, & C. de ſportul.l.2. Spieg.

NVNCIVS cui ſpecialiter certi negotij gratia ad aliquem deſtinatur & abſenti miniſterium præbet, leg.1. ff de pactis, & alibi ſæpiſſime. Hunc

NVNCIVM etiam pro repudio vſurpant. Hinc nuntium mittere & remittere coniuges dicuntur, qui libello repudij miſſo, à ſe inuicem diuertunt, l.6.& l.10. ff. de ſponſ.l.5.& leg.7.ff. de iure dot. Cic.in Topic. ſi mulier cum fuiſſet nupta cum eo, qui connubij ius non eſſet, nuncium remiſit. Inde nuncios repudia interpretantur Impp. l.3. C.de repudia. Prat. Briſſ.

NVNCII etiam ſunt, quos jus ciuile viatores, & adparitores, Pragmatici Galli *Sergentes* vocant, c.prudentiam, de offic.& pot. ind.delegat Prat.

NVNCIVS ad emendũ miſſum, differt à procuratore. Nam quando nuncius mittitur, ex eo cõtractu directo, acquiritur obligatio ei, qui miſit nuncium, l.2.§.vlt. de contr.empt.l.qui autem, §.vlt. de conſtit. pec. Non enim nuncius ipſe emit aut vendit, aut aliud negotiũ contrahit, vt poſſit dici contrahendo acquirere domino, ſed nudum miniſterium præſtat, l. licet de conſtit. pecu. i.e. nunciat; monet, ſignificat abſenti, ad quem mittitur, quid dominus petat, aut velit, & monentis tantum officio fungitur, ſed herus potius hic emere intelligitur. Atque ideo verba contractus in perſonam domini, non nuncij concipiuntur, d.l.& licet. Hic ſiquidem nuncius ſimilis eſt quadantenus epiſtolæ, qua abſens abſenti voluntatem ſuam declarat, vt non inſcite nec inepte nuncius epiſtola loquens, epiſtola vero nuncius mutus dici poſſit. Nam etſi per epiſtolam contrahatur emptio, non ideirco tamen epiſtola acquirit ei, qui eam miſit, ſed ipſe potius per epiſtolã, quaſi inſtrumentum quoddam, ſibi acquirit. Sic nuncius pro inſtrumento quodam habetur, adeo, vt nihil referat cuius conditionis ſit, ſaltem vt cõtractus miniſterio eius initus, valeat. Multũ ergo intereſt, an quis mihi actionem acquirere, an vero facto eius aliquo mihi actio acquiri dicatur; l.ſi quis ſolutioni de vſu. Cum autem mando alicui, vt emat nomine meo, hic procurator eſt, non ſimplex nuncius, quoniam emptio ipſa non nuda & ſimplex nunciatio ei cõmittitur. Itaq; emit ipſe, & verbo concipit in perſonam ſuam non domini l. cum quis §. Iulianus, conſt. pecun. Sed quia alieno mandato, ac nomine alieno emit, cogitur mandati actione ſibi quæſita cedere, l.poſſeſſio quoque §. vlt. de acquir. poſſ. Quod ſibi verba contractus in perſonam domini concipiat, nihil agitur, cum quod hic geritur, ex ipſius contractu originem trahat. Vnde Paul.c.10.de oblig.& act. Quæcunque, inquit, gerimus cum ex noſtro contractu originem trahunt, niſi ex noſtra perſona initium obligationis ſumant, inanem noſtrum actum efficiunt: & ideo, neque ſtipulari, neque emere, vendere, contrahere, vt alter ſuo nomine recte agat, poſſumus l. quæcunque. De nuncio, quia non ipſa contrahit, ſed quaſi organi cuiuſdam vice fungitur, quod domini vox ad abſentem perferatur, idem dici non poteſt, l.1.§ ſi re depoſit. Duar.

NVNCVPARE, eſt voluntatem circa hæredis inſtitutionem, legatorum dationem, cæteraſque teſtamenti partes, lingua & voce exprimere nominareque. Hinc teſtamentum nuncupatorium, quod fit ſine ſcriptis, coram ſeptem teſtibus, viua voce: & eſt iuris ciuilis, teſte Viglio.

NVCV-

NVNCVPARE hæredem, pronunciare eſt, & verbis exprimere, ac palam nominare: opponiturque ſcriptura nuncupationi, ſicut & ſcriptus hæres nuncupato: vide l.21.l.25. ff. de teſtam 20. ff. de vulg. & pup. l.8. §. vlt. ff. de ſec. tab. l.5. §. vlt. ff. de jure codicil. l.58. ff. de hæred. inſt. l.11 §. pen. ff. ad l. Falcidiam, l. vltim. Cod. de codicill. Vnde per nuncupationem teſtamenta, id eſt, ſine ſcriptura, interpretatur Theod. in leg. 21. §. per nuncupationem, C. de teſtam. l.8. C. qui teſtamen. fac. Sic per nuncupationem ſubſtituere, l.8. §. vlt. ff. de ſec. tab. vbi ſcripto nuncupatus opponitur. Sueton. in Calig. 38. Quin metu iniecto, eum jam & ab ignotis inter familiares & à parentibus inter liberos palam hæres nuncuparetur, deriſores vocabat, quod poſt nuncupationem viuere perſeueraſſent. Vt autem ſecundum tabulas, ita & ſecundum nuncupationem bonorum profeſſio datur. Briſſ.

NVNCVPARE Budæo idem eſt quod ὑπαγορεύειν, hoc eſt, non ſcripto, ſed voce & verbo cauere & dicere. Connan. lib. 9. cap. 1. num. 3.

NVNCVPARE vota, eſt aliqui diuinum vota polliceri & deſtinare Cajus de verborum ſignificationibus. Poſt Calendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur. Spieg. Hinc.

NVNCVPATA vota dicuntur quæ conſules prætoreſve in prouinciam proficiſcentes faciunt, quæ in tabulas, præſentibus multis referebantur. ſic dicta non quod ſcriptis mandarentur, ſed quod certis verbis & claris vota eſſent facta. Connan. libr. 9. c. 1. n. 3.

NVNCVPATA pecunia dicitur, quæ (vt Cincius ait lib. 2. de offi. IC.) nominata & certa eſt, propriiſque nominibus pronunciata. At Santra libr. 2. de verborum antiq. vt refert Feſtus, ſatis multis colligit, nuncupata non de recto nominata ſignificare, ſed promiſſa, & quaſi teſtificata, circumſcripta, recepta, etiam in votis nuncupantis eſſe conuenientius. Spieg. Connan. lib. 9. c. 1. n. 3.

NVNCVPATA voluntas, pro expreſſa, § fin. Inſt. de teſtament. Spieg.

NVNCVPATIO, ſcripturæ opponitur. Briſſ.

NVNCVPATIVVM teſtamentum illud eſt, ad cuius firmitudinem & ſubſtantiam neceſſaria non ſit ſcriptura: tametſi nunc ad perpetuam rei memoriam, faciliorem que probationem ſoleat in ſcriptis redigi. Item eſt teſtamenti genus quod appellatur in Scriptis: quia ſine ſcriptura inualidum ſit. Eius forma traditur Cod. de teſtam. Quære, Teſtamentum nuncupatiuum. Spieg.

NVNCVPATIVVM teſtamentum primum eſt & antiquiſſimum, & jam tum quidem cum nondum repertæ eſſent literæ, vero ſimillimum. Initio enim homines ſignis, & incerto vocis ſono, poſtea ſermone, & verbis diſtinctis, ſignificantibuſque animi ſui ſenſa explicare didicerunt, ita cogente humanæ ſocietatis vſu: Deinde literas quoque inuenerunt, neque id ſtatim ſed longo poſt homines natos interuallo. Aſſyrij, vt vult Plinius, aut ſi Gellio credimus Mercurius apud Ægyptios inuenit: à quibus ex Phœnicia Cadmus in Græciam eas aduxit, Pelaſgi poſtea in Latium: vbi dubium non ſit primas Teſtamentorum conſtitutiones nuncupatione, id eſt, verbis & voce fuiſſe factas. Connan. lib. 9. c. 1. n. 3.

NVNCVPATVR teſtamentum in hunc modum: tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit. Hæc vti in his tabulis ceriſve ſcripta ſunt ita do, ita lego, ita teſtor: itaque vos Quirites teſtimonium præbetote: quæ nuncupatio, & teſtatio, vocatur, Vlp. c. Inſt. 26. quod & ab Iſidor. lib. 5. Etym. c. 24. traditum extat. Sic Iulian. l.8. §.5. ff. de bonor. poſſeſſ. ſec. tab. Quidam teſtamentum in tabulis ſibi fecit, filio autem impuberi per nuncupationem ſubſtituit. Item, Nam quemadmodum ſcripto filij hæredi, ſeparatim ab hæredibus patris, ita nuncupato poteſt videri ſeparatim, &c. Hoto. Vide etiam Bald. in Iuſtinianum, de jure nouo, lib. c.

NVNDINÆ appellantur generale forum in poſſeſſione, vel villa, vel caſtro, vt ponit gloſſ. in l. 1. ff. de nundi. & hæ à principe impetrantur, d. l. 1. ff. & l. 1. C. eod. tit.

NVNDINÆ, id eſt, vacationes (vulgo à nobis feriæ dictæ) de quibus Rubrica extat lib. Pandect. 50. & Cod. 7. & quas Græci [Greek illegible] vocant, ad l. 5. C. de nund. abuſiue dictæ ſunt mutata re, nomine autem retento. eum proprie mercatus appellandæ ſunt. Vnde Rubr. C. de nundinis & mercatibus: non vt vulg. Mercationib. id quod vel ex legis vnicæ lectione poteſt intelligi: nam à poſterioribus Cæſarib. inſtitutum fuit, vt ex certo eorum beneficio & munere, certis in oppidis, ſtatis temporibus mercatus celebrarentur, cum omnium portoriorum & vectigalium immunitate: quinetiam Impp. Valens & Valentin. in l. 1. Cod. de nundin. immunitates illas vſque eo amplificarunt, vt etiam eos quibus ius nundinarum conceſſum eſſet, vetuerint mercatus tempore nundinatoribus vllis aut propter merces aut propter portorium, aut propter priuatum aliquod debitum negotium faceſſere. Obſeruatum eſt etiam Nundinarum jus à Senatu impetrari ſolitum. Plin. lib. Epiſt. 5. Solers, inquit, vir Prætorius à Senatu petiit, vt ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur. Prat.

NVNDINÆ inquit Macrobius lib. Sat 1. c. 16. primum à populo Romano inſtitutæ ſunt, inquit Rutilius, vt octo quidem dieb. Ruſtici opus facerent, nono autem die intermiſſo iure ad mercatum, legeſque accipiendas Romam venirent. Accedit Vlp. in l. 1. ad fin. de ferijs: item eo eum ait, qui nundinarum nomine aduerſum communem vtilitatem accepit omni tempore, jus datur. Porro ſi quid ſuffragiis pop. Romano ferendum erat, id per ternas nundinas recitabatur, ac promulgabatur. Id tempus trinundinum & duobus vocabulis trium nundinum dicitur. Vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die promulgarentur. Columella autem lib. 1. de re ruſt. nundinarum, inquit, conuentus, manifeſtum eſt propterea vſurpatos, vt nonis tantummodo diebus vrbanæ res agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſticæ. Illis enim temporibus proceres ciuitatis in agris morabantur: & cum conſilium publicum deſiderabatur, à villis arceſſebantur in ſenatum. Ex quo qui eos euocabant, viatores nominati ſunt. Prat.

NVNDINAS, ait Feſtus feriatum diem eſſe voluerunt antiqui, vt ruſtici conuenirent, mercandi, vendendique cauſa, eumque nefaſtum, ne ſi liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. Briſſ.

NVNDINAS neceſſarias ac hominibus perquam vtiles eſſe oſtendit Plato lib. 2. Ciuilis conuerſationis, inquiens, in ciuitate bene beateque inſtituta negociatores imprimis neceſſarios eſſe.

NVNDINARI, venditare, inquit Bud. precio addicere, inſtitorio more aliquid ad quæſtum exercere: quod & nundinum, nas, dicitur. Cicero tamen ſæpius pro emptitare vtitur, vt idem exemplis probat. Spieg.

NVNDINARIVM, quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum eſt.

NVNDINAS impetratas à principe, Modeſtinus ait, non vtendo qui meruit, decennij tempore vſum amittit. Legimus. Claudium quamvis Imperatorem, tamen jus nundinarum in priuata ſua prædia à Coſſ. petiiſſe, Spieg.

NVNQVAM, non vllo, vel nullo tempore l. prouidendum, ff. de poſtulatio. l. locum, ff. de vſufruct. Alberic. Spieg.

NVNQVID, num aliquid? per interrogationem, l. 1. ad fin. ff. de pignor. act. Spieg.

NVPER, non longo tempore. Neque vero ad horas refertur, ſed vel ad paucos dies, vel ad paucos menſes, l. nuper conſtitutum, ff. de leg. 3. Inſtit. de vſucap. §. fin. Spieg.

NVPER, ait Feſtus, quaſi nouiter. Briſſ.

NVPTA Labeoni non videtur, quæ virum pati non poteſt, l. pen. ff. quando dies leg. ced. Item nec ſponſa intelligitur, l. in eo iure, §. hoc caput, ff. de ritu nupt. Spieg.

NVPTA verba, inquit Feſtus, dicebantur ab antiquis, quæ virginem dicere non decebat. Plaut. in Dioſculo. Virgo ſum, non didici verba nupta dicere. Prat.

NVPTALITIVS, nuptialis. Vlp. l. 194. ff. de verb. ſign. nam munus eſſe donum cum cauſa, vt puta natalitium, nuptialitium. Hoc.

NVPTAM à Græco duci, ait Feſtus, lib. 12. Illi enim nuptam appellant νύμφην, quo verbo vſus eſt Solon in legib. Sic enim apud Plaut. in eo. [Greek illegible] Hanc explicui lib. 2. veteris juriſprud. Prat.

NVPTAM a nuptu, id eſt, opertione Varro deducit. Idque Cælius & Cincius probāt apud Feſtum, quod caput nubentis flammeo obuolueretur. Santra autem ab eo quod Nympham dixerunt antiqui Græci [Greek], vnde nouam nuptam νέαν Νύμφην Conniſtus, quod noua petantur conjugia. Cujac. quod noua ratio fiat. Sed verior eſt Varronis opinio. Mulier enim nupta, id eſt, obuoluta & tecta velamina ducebatur in domum viri. Erat autem coloris velamen, vt ait Plinius, Lutei, inquit, video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Virgines vero nubentes colus compta, & fuſus cum ſtamine, recta tunica & toga pura indutæ domumque viri intrantes ſolenne habebant poſtes adipe ſuillo attingere, aut vt tradit Maſſurius, lupino, ne quid mali medicamenti inferretur, non manu tamen ipſæ, ſed lana poſtes contrectantes, quod lanæ authoritatem veteres Romani religioſam habuere, à quo vxores quaſi nuxores dictæ, quæ omnia eiuſdem Plinij teſtimonio comprobantur. Quamobrem quamuis dicat Feſtus nubere tam mulieres quam viros dixiſſe antiquos, vt etiam nunc Itali inquit, quomodo & Græcis [Greek], tamen proprie dicitur mulier nubere. Vnde illud Martialis:

Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? vxori nubere nolo meæ.

Vt ſi proprie loqui velimus, nuptias appellare debeamus tantummodo primum illum matrimonij diem tantis ceremoniis celebrem. Hinc nuptiales faces Cicero dixit, & quotidianis nuptiis gaudere eam, quæ quotidie mutat adulterum, quoniam nuptiis primus fiebat viri & vxoris congreſſus, quod in mariti domum ducta eſſet. Connanus libro 8. cap. 5 num. 5. Et illa quidem obnubendi atque velandi mos à temporibus ante Moſen deductus eſt, vt doces exemplum Rebeccæ ſu

obnubendis, ſtatim ac vidit Iſaac, vt habetur Geneſeos c. 24 vnde & jure canonum ſtatutum erat, vt nouæ nuptæ velo obtegerentur. c fœminæ, 3. quæſt. 5. c. mulier. 33. quæſt. 5. cap. quæcunque, 3. diſtinct.

NVPTIÆ per coemptionem quibus fiebant verbis, Boetius docet lib. comm. in Topic. Cic. 2.

NVPTIÆ nefariæ propriè dicuntur, quæ inter aſcendentis, & deſcendentis lineæ homines committuntur l. quinetiam, ff. de ritu nupt. Eæ vero nuptiæ inceſtæ habentur, quarum collaterales in vetitis gradibus autores ſunt, atque item affines. Reliquæ vero modo illicitæ, modo inutiles vocantur. Quamuis promiſcuus huiuſmodi vſus eſt apud Iuriſconſ. Spiegel. Dictæ autem ſunt nefariæ auctore Varrone libr. 2. de vita populi Romani, vt eum refert Nonius, eo quod farre, id eſt, vita indigni ſint, qui tantum ſcelus admittunt. Hinc Virg. lib. 6.

Qui thalamos nata inuadit, vetitoſque hymenæos,

& poſtea:

Auſi omnes immane nefas, auſoque potiti.

Hoc olim prohibitum erat tantum vſque ad neptes, vt Plutarchus docet in Problemat. Romanis, cap. 6. Inceſtæ vero quaſi quæ à ceſto cingulo illo Veneris quo in nuptiis honeſtis vtebantur, abhorreant, & propria verbum hoc ad prohibitas nuptias inter eos, qui ex tranſuerſo gradu conjunguntur referunt à Suet. In Calig. Super ſororis inceſtè dixit, & in Nerone, Majeſtatis quoque & adulteriorum inceſtique cum ſorore Lepida ſub exceſſu Tiberij mutatione temporum euaſit. Inceſta etiam in Domitian. appellauit Veſtalium ſtupra: quamuis, vt dixi proprius eius ſenſus is ſit, vt prohibitam ſororum, & aliorum collateralium commiſtionem ſignificet.

NVPTIÆ dicuntur propriè ceremoniæ & hilaritates in ducendis vxoribus, à nubendo: quia ſolebant olim puellæ, pudoris gratia caput obnubere: ſignificantes, verecundiam nuptiis præire debere. Hinc Cicero pro Cluentio dicit: nuptias plenas dignitatis, plenas concordiæ ac pudoris. Hinc etiam nubere propria de mulieribus dicitur.

NVPTIÆ ſiue matrimonium eſt viri & mulieris conjunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, vt Imp. de nupt. in princ. vide ſupra Matrimonium. Mode. Nuptiæ ſunt conjunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis vitæ: diuini & humani juris communicatio, l. 1. ff. de ritu nuptiar. Conjunctio vt l. 1. ff. de juſt. & jur. Conjunctio maris & fœminæ quam nos matrimonium appellamus. Duplex enim habent nomen, matrimonij & nuptiarum, l. 20. ff. de ritu nupt. & inſtitut. de pat. poteſt ex quo loco etiam conſortium omnis vitæ interpretari licet, indiuiduam vitæ conſuetudinem, quod vitæ ſocietatem, l. ſi rerum, ff. de re jud. leg. 1. ff. rer. amot. quod Halicarnaſſeus [illegible] vbi etiam vxorem facit [illegible]. Imp. Gordianus ſimiliter ſociam rei humanæ ac diuinæ. Obſeruandum autem, Modeſtinum in nuptiarum definitione, vt Ethnicum loqui apud quos quæuis familia habebat ſpecifica ſua ſacra. Prat.

NVPTIÆ juſtæ, hoc eſt, legitimæ ſunt, ſi Romanus Romanam, liberæ conditionis maſculus liberam ducat vxorem. Præterea oportebit vt conſentiant, non ſolum qui junguntur ſed etiam parentes, ſub quorum ſunt poteſtate, l. nupt. ff. de rit. nupt. l. nec filium, C. de nupt. Cum autem nuptię celebritas ipſa conjugij ſit cùm mulier obnubitur, id eſt, velata facie ad maritum deducitur, propriè non dicimus ſolùm nuptias, ſed ipſum matrimonium, rub. ff ſol. matr. Prat.

NVPTIÆ ſeruiles: jure ciuili conſtat matrimonium inter ciues Romanos & liberos duntaxat eſſe. Inſt. de nuptiis, in princip. Seruos vero haudquaquam poſſe in matrimonium conuenire, l. cum ancillis, C. de inceſt. nup. Sane jure Pontificum, c. 1. de conjugio ſeruorum approbatæ ſunt ſeruiles nuptiæ, citra tamen domini fraudem. Prat.

NVPTIALIS currus, &c. In Gręcia ſeruatum morem Pauſanias ſcribit, vt in nuptiali curru tręs modo ſederent. Media ſponſa. A lateribus ſponſus, & quem vocant Parochum, qui amicitiæ vel ſanguinis nexu colligatus eſſet, cuique deferrent plurimum. Eius rei etiam teſtes ſunt Cælius Rhodig. lectionum antiquar. lib. 21. & Alciat. Prætermiſſorum lib. 1, & ecchus l. pupillus, § incola, ff. de verbor. & rer. ſig. &c.

NVPTIARVM mentio ad primas nuptias referenda eſt, quod & Albericus indicat. Pomponius in l. boues, de verbor. ſignific. Hoc, inquit, ſermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ ſignificantur. Cujus rei rationem pete ex commentariis Alciat. in eandem. Spieg.

NVPTIARVM tempus, eſt ipſa nuptiarum feſtiuitas, l. ſancimus, C. de nupt. Itaque pro ſpe nuptiarum impropriè accipiuntur, l. 2. in fin ff. de priuatis delictis. Spieg.

NVPTIAS à nubendo, id eſt, velando dictas Feſtus, Iſidor. & alij tradunt, quod olim nouæ nuptę velatæ ad viros deducerentur: vnde propriè nuptiarum nomen mulieribus conuenit: non temere enim viros nubere Latini auctores dicunt. Et ideo ſecundum perſonas vtriuſque ſexus nuptias & matrimonium in aliquot locis diſtingui ex Triboniani tamen quantum exiſtimo, ſubtilitate magis quam Iureconſultorum videmus, l. 10. & l. 11. ff. de ritu nuptiar. §. ſi aduerſus ea, Inſtitut. de nuptiar. §. quibus communeta ri. Inſtit. de hæred. quę ab int. vide ſupra in verbis Nubendi & Nubere. Porro hæc conditio, SI NVPSERIT, non impletur qualicunque conjunctione. Etenim ſi nondum nubilis ætatis ducta ſit, vel ei conjuncta cujus nuptiis interdictum eſt, non paruit conditioni, l. 20. ff. de condit. & demonſtr. Sed & ſi pupillæ legatum ſit, QVANDOQVE NVPSERIT, ſi ea minor duodecim annis nupſerit, legatum non conſequentur, antequam, viripotens facta ſit: quia non poteſt videri nupta, quæ virum pati non poteſt, l. pen. ff. quando dies leg. ced. Briſſon. Vult. in comment. Inſt. de patria poteſt. §. 1. n. 2.

NVPTVI collocare, eſt contrahere nuptias, matrimonium. Vlp. in l. liberorum, ff. de his qui notantur infamia: quod & nuptiis collocare paulo poſt dixit.

NVRVS appellatur filij vxor. l. 4. ad fines, ff. de gradibus & adf. Sed & ſponſa, licet minus propriè, nurus appellatione continetur, l. 6. & l. 8. ff. de gradib. & adf. l. 2. §. 1. ff de rit. nupt. Nurus autem appellatio & in edicto de poſtulando, & in quæſtione prohibitarum nuptiarum, & alias fere porrigitur, licet has pronurus quidam rectè appellent, l. 50. ff. de verb. ſign. l. 1. in fin. & l. 3. §. vlt. ff. de poſtul. l. 8. §. penult. ff. de legat. præſt. l. 14. §. vlt. ff. de ritu nupt. Ideoque nepotis ex filia noſtra nati vxorem nobis nurum eſſe traditur in l. 6. ff gradib. & adf. Briſſ. Adde Brechæum, l. nurus, initi de verb. & rer. ſign.

NVSQVAM nullo in loco, quod nuſquam relatum eſt, nec vſquam receptum, l. 1. ff. de SC ex Alberico. Spieg.

NVSQVAM eſt, id eſt, non eſt, Briſſ.

NVTRIMENTVM vocatur omne id quod nutrit ac ſuſtentat corpus, veluti cibus, potus, medicamenta, quæ quaſi in ſubſtantiam corporis tranſeunt ac mutantur, l. proponebatur, & in fin. ff. de judic. Gœddę. ad l. &c. 44. num. 5. ff. de verbor. oblig.

NVTRIRI debitum dicitur, cum vſuræ non ſoluuntur, l. 2. C. de debit. ciuil. lib. 10. Spieg.

NVTRIRI, infantium, ali adultorum eſſe monuit Interpretes in l. penul. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. Iur. l. 2. Cod. de infant. expoſ. jubet nutrire ſobolem ſuam Spieg.

NVTRITIA apud Vlp. in l. 1. ad fin. ff de var. & extraord. crim. dicuntur mercės, quæ datur nutrici: Græce vocantur [illegible] vide Budæ. in annot. prior. & Alciat. in l. inter dolium, ff. de verb. ſign. Spieg. Briſſ.

NVTVS, id eſt, voluntas quæ ſigno declaratur: quod fit, vel oculis, vel capite, vel manibus. Nutu relinqui poteſt fideicommiſſum, l. nutu, ff. de legat. 3. verum hæres nutu inſtitui nequit, l. jubemus, Cod. de teſtament. Plin. docet libr. 1. Epiſtol. nutum dici, cum quis annuit: & renutum cum recuſat. Namque ego, inquit, ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Porro cui ſummam potentiam adſcribimus, eius nutu ac renutu omnia geri dicimus. Multum eſt verbo efficere, quod velis, at plus eſt idem efficere nutu ac renutu, inquit Eraſm. Prat.

NVTVS non eſt rerum nota, licet conſenſus quoddam ſit indicium. Gœdd in comm. rubr. n 8. de verb. & rer. ſign.

NVX eſt omne pomum, quod foris duro operculo tegitur, & intus habet quod eſui aptum. Gœdd. in comm 205. n. 2. de verb. & rer. ſign.

NYCTALOPS, Νυκτάλωψ, qui occaſo ſole oculis eſt hebetioribus Plin. libr. 8 cap 15. Caprinum jecur veſcentibus reſtituit veſpertinam aciem his quos Nyctalopas vocant. Vlpian. l. 10. §. 2. ff. de ædil. edict. Sed & [illegible] morboſum eſſe conſtat, id eſt, vbi homo neque matutino tempore videt, neque veſpertino, quod genus morbi Græci vocant [illegible]. Ariſtotel. problemat. ſect. 31. [illegible] Nyctapolas appellant cum accidit, vt interdiu quidam cernant, occidente vero ſole, hebetius: nocte vero neutiquam. His etiam verbis [illegible] definit Aetius libr. 7. morborumque [illegible] ait, hunc contingere propter imbecillitatem capitis, & organi viſus craſſitiem tunicaſque & humiditates, quæ circum oculum ſunt: vide Cuiac. in Nouell. 15.

NYCTALOPS Vlpiano eſt, qui neque matutino tempore videt, neque veſpertino, l. 10. §. de myope, ff. de ædil. edict. Briſſ.

NYCTOSTRATEGI, nocturni magiſtratus in prouinciis, qui armati noctu vrbem perluſtrant publicæ quietis gratia. Arcadius, l. vltim. §. 1. ff de mun. & honor. huius verbi meminit: Nyctoſtrategi & piſtrinorum curatores perſonale munus obeunt. In aliis exemplaribus, Nycoſtrategi habetur corrupte. Nyctoſtrategus enim, eſt idem, qui præfectus vigilum in vrbe dicitur: vt in Ægypto Straboni [illegible], & Conſtantinopoli [illegible]: qui poſtea prætor plebis dictus eſt, cap. 1. ex Nou. 13. Prat.

NYMPHA Latinè ſponſa dicitur.

NYMPHÆVM, locus, in quo mulieres lauabantur. Ioſephus lib. 2. de

1:de bello Ind. Apud Aſcalonem nym phæa condidit & lacus ornatiſſimos Iul. capitol. Opera Gordiani Romæ nulla erant, præter quędam nymphæa, & balneas. Alciat. in l. ſi qui diurnam, C. de aquęduct. lib. 11.

Νυμφοληπτοί, vt Suidas interpretatur, οἱ ὑπὸ νυμφῶν κατεχόμενοι ἢ ἀπὸ νυμφῶν λαμβανόμενοι. Prat.

NYMPHEUM à Thermis, i. e. balneis calidis diſcrepare oſtendit l. ſi quis per. C. de aquæduct. libr. 2. vbi præfectus curare jubetur, ac diligenter prouidere, quantum aquæ thermis, quantum Nymphæis pro abundantia ciuium deputari conueniat, exiſtimat Altiatus, fuiſſe locum, in quo mulieres lauarentur: Forcatul. vero non aſſentitur, non quod neget mulieribus in Nymphæo lauari vetitum, ſed quod putet viris etiam permiſſum extitiſſe, ſeparatim habere ſua Nymphæa. Eſt itaque Nymphęum, lauacrum ſiue balneum, aquam tepidam habens non valetudinis, ſed voluptatis cauſa paratam: ideo prius, conſulitur thermis, mox Nymphæis, poſtremo aliis vſibus, in dict. leg. ſi quis per Strabo libro 7. tradit, in Apolloniatum finibus lucum extare, quem Nymphæum vocant, vbi ſaxum eſt ignem vomens, cui fontes ſubſunt aquis tepidis, & bitumine ſcatentes. Pindarus Olymp. 12. θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, id eſt, calyda Nympharum balnea frequentas, de viro loquitur. Nomen inde ſumptum eſt, quod per æſtatem promeridiana hora Nymphæ ſeſe fontibus abluerent, Dianæ, puta, comites, in ſecietis nemorum fontibus, vt ſe oblectarent tantum. Quod & Romani ſeruarunt, in octauam diei horam lotionem differentes, quæ eſt ſecunda poſt meridiem. Martialis libro 10.

Octauam poteris ſeruare lauabimus vna.
Scis, quam ſint Stephani balnea iuncta mihi.

Forcat. in ſuo Cupid. Iuriſperit. c. 10. n. 2. Briſſ.

O.

O Literæ cum ac voce commercium quoddam eſt: nam veteres, plodo, cloſtra, coda, pro plaudo, clauſtra, cauda, dixere. Diomed. lib. 1. Gramm. Prat.

O.C. id eſt, ope conſilio, quam locutionem exponit Paulus in l. 53. de verb. ſign. vide & §. interdum, Iuſtit. de oblig. ex delictis, vbi hæc locutio ter repetitur cum conjunctione: & corrupte, mea quidem ſententia, & reclamantibus libris ſcriptis probationibus. Itaque Vlpian. l. 6. de condit. furt. ope conſilio dixit, Non dubium autem, quin apud Paulum Diaconum mendum ſit, vbi O. C. ore conſilij, vel ore conſilio interpretatur: vide Cujac. ad d. §. interdum, Prat.

O.D.M. operæ, donum, munus: nam apud Paulum Diaconum corrupte legitur Domus. Hæc tria (vt ait Paulus noſter in l. ſæpe, 53 ff. de verbor. ſignific.) ſine diſiunctione ita pronunciabantur. Erant autem ea, quæ patronis ſuis libertis, quum eos libertate donabant, imponere conſueuerant: vt ex tractat. de operis libertorum facile intellectu eſt, in quo mundum harum notarum ignoratione natum eſt apud Paulum in l. qui libertinus, 37. vbi l. Papiam edit: Ne quis eorum operas, doni, muneris, aliudve: pro operas, donum, munus, aliudve. Hotom.

O.L.O. Con. opere locato, opere conducto. Adſcribi autem ſolebat, Effecto probatoque, cum perfectum eſſet: & hoc eſt, quod Paulus ſignificat in l. 5. de verb. ſignif. Opera locatio, conducto: his verbis ἀποτέλεσμα ſignificatur. Nam conciſe Paulus loquitur, pro opere locato effecto, opere conducto effecto. Quare apud Val. Probum pro Operas conduxit, Operas locauit, reponerem. Opere conducto, Opere locato. In lapide autem vetuſto legi operis faciundi adſcriptum eſt. Altera pecuniæ pars dimidia ſoluetur opere effecto probatoque: vt apud Macrum in leg. 7. §. 1. ff. de repetund. Illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, approbandum, ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita lege erunt. Hot.

O A.

OAATA, pœnæ genus, quæ Græci interpretes infeſtam fuiſſe culicibus & muſcis grandioribus notant: eius meminit leg. 7. §. 5. vbi Gothofr. ff. de interdict. & releg. vide Cujacium 8. obſeruat. 27.

O B.

OB, in 12. Tab. ſignificat Ad Verba legis hæc ſunt: Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obuagulatum ito: Eodem modo dicitur Ob abſoluendum, pro Ad abſoluendum, vel vt abſoluat: Ob iacendum, pro Ad iacendum, vel vt taceat. Sic Suet. in Veſpaſian. Ob ſubterfugiendum jus fiſci, id eſt, vt ſubterfugeret, Prat.

OB. præpoſitio, ait Feſtus, alias ponitur pro circum, vt cum dicimus, vrbem obſideri, obſignari, obuallari. Alias ponitur in vicem præpoſitionis quæ eſt propter, vt ob merita, ob ſuperatos hoſtes. Briſſ.

OB, propter ſignificat: Alberic. ex ICtis exempla ponit. Ob an conditionem faciat, cauſamque proximam denotet, docet Bartol. in l. 1. Cod. de legat. lib. 10. & l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod ter eſt. Prat.

OB rem datur, vt aliquid in futurum ſequatur: quo non ſequente, repetitio dari comperit. Ob cauſam vero damus, quę præterita eſt: veluti cum ideo do, quod aliquid à te conſecutus ſum, vel quia aliquid à te factum eſt, l. 1. ff. de condict. ob turpem cauſam, l. damus, ff. de condict. indeb. Spieg.

OBÆRATUS, qui ære alieno jam obligatus eſt, quaſi ære alieno obſtrictus. Bud. in priorib.

OBAMBULARE, eſt aduerſus alios ambulare, & quaſi ambulanti ſe opponere, ſiue circumire, aut obuiam ire. Feſtus.

OBAUDIRE, eſt de mente deducere, Io. Andr. in c. fundamenta, de elect. in 6. Prat.

OBCÆCARE foſſas, hoc eſt, obtegere, & deſuper claudere, ne pateant. Bud.

OBDORMIRE, non vita defungi eſt, quod nullo idoneo authore Eccleſiaſtici recepere, ſed dormire ſignificat. Vlpian. ad l. Aquiliam l. ſi ſeruus ſeruum. Si fornacarius, inquit, ſeruus coloni ad fornacem obdormiuiſſet, & villa fuiſſet exuſta, &c. Spieg.

OBEDIENTIA eſt actus intellectus, & voluntas humiliter obtemperans ſuperiori, ex debito, & conſiſtit in mandatis, vt habetur 93. diſtinct. in ſumma, &c. ſi inimicus, de quibus non eſt exquirenda ratio à ſuperiore, niſi quando contra jus mandat: vt notatur per Innocentium in cap. 2. de reſtitut. in integrum: ita eleganter Baldus in l. liberti libertæque, in 1. colum. circa medium, C. de oper. libertor. Cotta. Eſt autem obedientia erga magiſtratum naturalis, naturalique ratione inter omnes ratione vtentes humana recepta, omnes ad obedientiam obligat.

OBEDIRE, obtemperare, obſequi, & vt Feſtus ait, ob audire, id eſt, dicto audientem eſſe. Sic obedire legibus patriæ. Briſſ. ex ff.

OBEDIRE malo principi, ſerue eſt: Vide Eraſmum ſuper illud Apoſtoli ad Roman. Ideoque neceſſitati ſubditi eſtote, cap. 13. Spieg.

OBERTUS, de Orto, qui librum 2. & 3. feudorum compoſuit, Conſul fuit Mediolanenſis, vt tradit Cujac. libro 1. feudor. in proœ.

OBESSE, id eſt, obſtare, officere, nocere. Non debere obeſſe ſeruo factum domini, leg. 5. §. ſi ſeruum, ff. de his quæ vt indig. Briſſ.

OBEUNDA, vt Alber. citat, pro exequenda ſiue peragenda, in l. eſt verum, C. de incol. libro 10. Haloander, ſubeunda repoſuit, ſenſu eod. Spieg.

OBEX ſignificat cuiuſcunque rei objectionem ſiue obſtaculum, l adulterij accuſatione, C. de adult. Spieg. Briſſ.

OBIRE proprie eſt circum aut obuiam ire, & omnino adire. At hic vere obit mortem, qui ſua ſponte & vltro eam adit, quod proprium eſt eius, qui ſeipſum interficit. Conn. lib. 5. c. 7. n. 1.

OBIRE diem deſtinatum, id eſt, præſto eſſe ad diem deſtinatum.

OBIRE, id eſt, fungi, Obire munus conſulis, fungi officio conſulis, *ein regierender Burgermeiſter ſeyn*. Briſſ.

OBIRE hæreditatem, pro acquirere poſſeſſionem hæreditatis, eſt apud Ciceronem pro Lege Agraria, & pro frequentare, pro M. Cælio, eadem figura, qua dicimus, obire prouinciam. Spieg.

OBIRE vadimonium eſt ad diem ſe ſiſtere. Lege, Vadari. Spieg.

OBISSE, pro deceſſiſſe, l. 3. ff. de cond. indeb.

OBJECTI beſtiis dicebantur, qui feris deuorandi tradebantur, vt de Daniele legimus leonibus objecto: & Cicero pro Sexto Roſcio Amer. dum de pœna parricidarum loquitur. Noluerunt maiores corpus feris obiicere, nec beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigeſſent, immanioribus vteremur, & Spartianus loquens de Caracalla: Si quando (inquit) feris objectos vidit, fleuit, &c. Subjiciebantur autem beſtiis qui in ludum venatorium damnabantur, vt ſcilicet in theatro feras conficerent, & cum eis pugnarent, qui ad beſtias damnati dicuntur, in l. ad beſtias, ff. de pœnis. Aldobrand.

OBIIT diem, pro mortuus eſt, leg. 1. C. de condit. inſert. Albert. Spieg.

OBITER, pro interim, incidenter, l. 1. in fin. de reſcind. vend. Interpres pro ſtatim accipit.

OBITER liberari, id eſt, per conſequentia, leg. 1. ff. de reſcind. vend. Briſſ.

OBJURGATIO poſt turpe factum caſtigatio. Feſtus.

OBLATIONES dicuntur, quæcunque a piis fidelibuſque Chriſtianis offeruntur Deo & Eccleſiæ, ſiue res ſoli ſiue mobiles ſint. Nec refert, an legentur teſtamento, an aliter donentur, cap. qui oblationes, cap. clerici, 13. quæſt. 2. not. in cap. cauſa, cap. cum inter. de verbor. & hoc vocabulo vſus eſt Vlpian. cap. 5. tit. de donat. int. vir. & vxor. veteres offerumenta vocarunt, authore Feſto: verum etiam inualuit conſuetudo loquendi, vt oblationes ſpecialiter dicantur, quæ altari offerantur in ſacra liturgia, quam vulgus miſſam, Iuſtinian. noſter ἁγίαν ἀναφορὰν appellat. Nouell. 123. Huiuſque oblationis, quæ apud veteres vſitata fuit, Theodoſ. meminit, cap. de his, 10. quæſt. 1. omnis de conſecr. diſtinct. 1. libro quinto

Eccleſ. hiſtor. cap. 18. & hæ omnes oblationes ſicut & decimæ inter res ſacras ſpiritualeſque numerantur: adeo vt clerici tantum non etiam laici, eas capiant, c. qui ſacerdotes, c. ſanctorum, c. vlt. 10. qu. 1. Franc. Duaren. lib. 7. de ſacr. Eccleſ. miniſt. ac benef. c. 3.

OBLATI actio competit, oblatumque furtum dicitur, quum res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eaque apud te concepta vtique ſi eo mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quam apud eum, qui dedit, conciperetur. Eam tibi apud quem concepta ſit, propria aduerſus eum, qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio quæ appellatur oblati. §. oblatum de oblig. quæ ex delict. naſc. Inſtit. 4. Sed hæc actio in deſuetudinem abiit. Cum enim requiſitio rei furtiuæ hodie ſecundum veterem obſeruationem non fiat, merito ex conſequenti etiam præfata actio ab vſu communi receſſit, cum manifeſtum ſit, quod omnes, qui ſcientes rem furtiuam ſuſceperint, & celauerint, furti nec manifeſti obnoxij ſunt, §. ſed hæ actiones, eod. tit. Inſtit. Anchor.

OBLATI curiæ dicebantur, vt cum naturales eſſent nati, per oblationem curiæ legitimarentur, §. ſi igitur, in Authen. quibus mod. nat. effic. ſui, cùm prius hoc idem Theodoſius ſtatuiſſet; Cum enim curialium ordo ampliſſimus, olim tam in municipiis, quam coloniis ad peſſimam conditionem eſſet redactus, temporibus Leonis & Majorani, idque propterea, quod cum inter alia onera hoc quoque ſuſtinerent, vt tributa omnia exigerent, ita vt quæ à tenuioribus ſeruare non poſſent, ipſi de ſuo penderent: multi patriis dcſererent natalium ſplendore neglecto, ac occultas latebras & habitationem eligerent iuris alieni, adeo Impp. conati huiuſmodi morbo prouidere, ſtatuerunt, vt naturales filij per oblationem curiæ legitimarentur. Aldobrand. ad tit. Inſt. de nupt. §. aliquando autem.

OBLATVM furtum: vide Oblati actio.

OBLIGARE ſe, eſt aliquo juris vinculo ſe obſtringere. Briſſ.

OBLIGARE etiam eſt pignori opponere & hypothecæ dare. Briſſ. Præterea eſt obnectere.

OBLIGARI judicio, id eſt teneri, l. 45. ff. de oblig. & act.

OBLIGAMVR aut re, aut verbis, aut ſimul vtroque, aut conſenſu, aut lege, aut jure honorario, aut neceſſitate, aut ex peccato, l. 52. ff. de oblig. & act. Obligamur præterea aut naturaliter, aut ciuiliter, ſeu ciuili jure, Briſſ.

OBLIGARI apud aliquem, id eſt, alicui, in l. 7. de fideiuſſoribus.

OBLIGARI lege dicitur, qui in legem commiſit & incidit, l. 36. ff. de falſ. Modeſtin in l. 52. ff. de verb. oblig. Lege obligamur, cum obtemperantes legibus aliquid ſecundum præceptum legis velcontra facimus. Sic Gellius furti ſe obligare, vel furtum facere, in lib. 7. c. 15. dixit Briſſ.

OBLIGATA durare. Vlp. in l. item quæritur, 13. §. qui impleto, ff. locat. Qui impleto, inquit, tempore conductionis, remanſit in conductione, non ſolum reconduxiſſe videbitur, ſed etiam pignora videntur: durare obligata.

OBLIGATIO eſt juris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicuius ſoluendæ rei, ſecundum noſtræ ciuitatis jura: ita definit. Imp. in pr. Inſt. de oblig.

OBLIGATIO eſt vinculum iuris, quo quis aſtringitur ad ſoluendum id, quod debet. Ea recte diuidi poteſt in ſimplicem & mixtam: & iterum ſimplex in naturalem tantum, & ciuilem tantum, mixta in naturalem & ciuilem ſimul. Vult. in Comment. Inſt. de oblig. in pr. nu. 17.

OBLIGATIONES autem aut ciuiles ſunt, aut prætoriæ. Ciuiles ſunt, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certo jure ciuili comprobatæ ſunt. Legibus, vt legis Aquiliæ obligatio: & de pauperie, per leg. 12. Tabul. & furti nec manifeſti, §. ſunt autem, Inſt. de noxal. act. Certo jure ciuili, vt ſunt obligationes iure gentium inuentæ, quæ à jure ciuili comprobatæ ſunt. Prætoriæ ſunt, quas Prætor ex ſua juriſdictione compoſuit, quæ etiam honorariæ vocantur, vt obligatio ex furto manifeſto, & ex rapina, d. §. ſunt autem. Hæc diuiſio ponitur ab Imp. in d. tit. de oblig. in § 1. Sequens diuiſio in quatuor ſpecies deducitur: Aut enim ex contractu ſunt, aut ex quaſi contractu: aut ex maleficio, aut ex quaſi maleficio, eod. tit. in l. §. ſequens. Earum vero, quæ ex contractu ſunt, quatuor ſunt ſpecies, aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut conſenſu, § final. eod. tit. al. Re contrahitur obligatio quinque modis, veluti mutui datione, & ex indebiti ſolutione, ex commodato, ex depoſito, & ex pignore recepto, vt patet ex toto contextu tit. quibus mod. re contrah. oblig. Verbis obligatio contrahitur, vt ex interrogatione & reſponſione, cum quid dari fieriue vobis ſtipulamur, vt in princ. de verb. oblig. in Inſt. &c. Literarum obligatio fit, ſi quis debere ſe ſcripſerit, quod ſibi numeratum non eſt, & poſt biennium de pecunia non numerata opponere poteſt: vt in inſtit. de litera. oblig. poſt princ. Conſenſu fiunt obligationes, in emptionibus, venditionibus, locationibus, ſocietatibus, mandatis: quæ qualia ſint, ſingula ſuis locis ordine literario explicita reperies. Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu contrahi, quia neque ſcriptura, neque præſentia omnimodo opus eſt ac nec dari quicquam neceſſe eſt, vt ſubſtantiam capiat obligatio; ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt conſentire: vt in tit. de oblig. ex conſenſ. Obligationes, quæ ex quaſi contractu naſcuntur, ſunt, vt obligatio ex negotiis geſtis, ex tutela, ex re communi, ex hereditatis aditione, ex indebiti receptione, vt patet per tot. tit. de oblig. ex quaſi contractu in Inſt. Obligationes ex delicto vnius generis ſunt: nam omnes ex re naſcuntur, id eſt, ex ipſo maleficio, velut ex furto, rapina, aut damno, aut iniuria: quę exempla, qualia ſint, ſuis locis ordine literario explicantur. Obligationes ex quaſi delicto patent in his exemplis, vt ſi judex litem ſuam fecerit, & per imperitiam male judicauerit. Item quando ex alicuius domo aliquid proiicitur, quod noceat: vel ſi ſupra viam eſt aliquid appenſum, quod poſſit alicui nocere: item, pro furto commiſſo in naui, vel in ſtabulo, vel in caupona: qui caſus numerantur in tit. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcuntur, in Inſtit. Cæterum noſtri tres obligationum ſpecies conſtituunt; quarum vnam naturalem, aliam ciuilem, aliam naturalem & ciuilem ſimul appellant. Naturalis obligatio & jure gentium, quæ naſcitur ex conſenſu, quæ ſolo æquitatis vinculo ſuſtinetur, vt l. Stichum aut Pamphilum, §. naturalis, ff. de ſolutionibus: vnde is natura debitor eſt, quem jure gentium dare oportet, & cuius fidem ſequuti ſumus, l. cum amplius, §. is natura debet, ff. de regulis juris, vt puta, ſi pupillus pubertati proximus ſine tutoris autoritate promiſerit, naturaliter obligatur, l. primu, ff. de nouation. & effectus eſt duplex naturalis obligationis. Primus eſt quod ſoluta pecunia repeti non poteſt. Secundus, quod aliquando nomine eius aliqua actio competit: vt ex pacto nudo donationis; quæ duo ſigna ad cognoſcendam naturalem obligationem tradit Iuriſconſultus, naturales obligationes, ff. de action. & obligat. Regulariter tamen ex naturali obligatione, ſiue ex pacto nudo non oritur actio ciuilis, & efficax ad exigendum; vnde abuſiue debitores naturales debitores appellantur, l. 1. fideiuſſor obligari, §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſoribus. Obligatio ciuilis eſt, quæ poteſt parere actionem: vt obligatio literarum. Obligatio naturalis & ciuilis ſimul eſt, quæ à jure gentium eſt inuenta, & cui jus ciuile formam dedit, vt obligatio ex conſenſu: vide gloſſ. in dict. tit. de obligat. in Inſtit. &c. Ioan. Bello Etym. Adde Connan. lib. 2. c. 3. num. 1. & 3. & Balduin. in comment. ſuper Inſtit. Inſt. in l. 3. de oblig. tit. 13.

OBLIGATIONVM hæ ſunt ſpecies, naturalis, ciuilis & honoraria. Briſſ.

OBLIGATIO. Nulla actio eſt quæ non aliquam originem trahat ex obligatione. Et rurſus: Obligatio ex aliquo negotio, imo reales actiones, ſi actorem reſpicias, habent perſonalem obligationem, ſin autem in reum conuentum, aliter eſt. Nemo enim dominium rei, vel ius in re poteſt habere, niſi ex precedente conſecutus ſit geſto negotio. Ita recte ſentit Roffredus & Old. in ſua copia. Spieg.

OBLIGATIO verbum generale eſt, & diuiditur in eam, quæ ex contractu eſt, vel quaſi, & ex delicto vel quaſi. Obligatio ex contractu ortum. Cum enim introductæ jam eſſent multæ commerciorum formæ, naturalis ratio, ac imminens rerum neceſſitas dictabat, æquum & bonum eſſe, vt conſtitueretur ne quis in huiuſmodi mutuis negotiationibus ſecundum humani affectus inconſtantiam, detrimento ulterius temere variaret: imo magis, vt aſtringeretur vnuſquiſque ad id, quod ſemel placuiſſet ſeruandum. Vnde generaliter introductum eſt naturæ vinculum, id eſt, naturalis obligatio. Vt rectiſſime videatur dixiſſe Vlpian. in l. 1. in princ. ff. de pact. Quid enim tam congruum eſt fidei humanæ, quam ea quæ placuerunt inter eos, ſeruare? Verum, naturalis ratio omnium rerum optima moderatrix, cum tam immenſa, & varij diſcriminis eſſent hominum negotia & facta, facile ſuaſit, adeoque propter neceſſitatem exigit, ne eodem modo omnes ex omnibus negotiis paſſim obligarentur. Eſt enim inconuincibile axioma, diſſimilia non recte ſimili jure cenſeri. Quare legiſlatores medium quoddum, ac temperamentum in rebus obſeruantes delectum adhibuerunt introducendæ obligationis, hoc ordine: Primum, in conuentionibus ſecundum prædictas formas conſummatis, tam efficax vinculum admiſerunt, vt executionem quoque decernerent in inuitos & recuſantes. Et hæc obligatio ſecundum naturæ rationem, & hominum authoritatem producta, merito eſt dicta naturalis & ciuilis. Exequendi vero adminiculum, actio. Deinde in illis articulis in quibus naturę ratio non palam accederet, apparente tamen aliqua cauſa ad vſum humanum neceſſaria, conſtituerunt authoritate ſua legiſque præſcriptio obligationem quandam, ac inde ciuilem ſeu legitimam nuncuparunt, vtique tam efficacem, vt exigi poſſet per actionem. Sic Paulus accipi vult in l. legitima conuentio. Vlpianus in l. juris gentium, ff. de pact. Denique in illis ſpeciebus, quæ non tam prægnantem cauſam in ſe continere videbantur, vt ad neceſſitatem exequendi trahendæ eſſent, ne nimis rigida omnium dictorum introduceretur actio eum nec illas nominatas ſeruemus, vt oportet, optimarum

Digitized by Google

temperamento reliquæ omnes conuentiones ſub naturali obligatione propter conſenſum ſine exceptione tamen actiones relictæ ſunt, ſolum vt exceptionem pariant. Vlpianus in d. l. juris gentium, §. ſed cum nulla, inquit, ſubeſt cauſa præter conuentionem, hic conſtat non poſſe conſtitui obligationem. Ideo nuda pactio obligationem non parit, ſed parit exceptionem, hoc eſt naturalem defenſionem. Ex his apparet, quomodo ex facto colligitur jus obligationis, & etiam jus perſequendi, quod deberet per obligationem. Sicut dici ſolet: Contractus eſt remotior actione, ac mediata cauſa: obligatio autem proximior & immediata. Item, contractus eſt cauſa ſpecifica, quia diuerſi contractus producunt diuerſas actiones: ſed obligatio generalis cauſa eſt, quoniam omnes actiones eodem modo naſcuntur ex obligatione, juxta l. licet, §. ea obligatio, ff. de procuratoribus. Prat.

Obligatio, fideiuſſorum acceſſio eſſe dicitur, & ſequela principalis obligationis: Vide Theophil. Inſt. de fideiuſſ. Spieg.

Obligatio naturalis eſt vinculum juris naturalis, quo quis adſtringitur ad ſoluendum id quod debet naturaliter, quod vinculum Papinian. eleganter appellauit vinculum æquitatis, quo ſolo obligatio naturalis ſuſtineatur, l. Stichum. 95. §. naturalis, ff. de ſolut. obligatio autem ciuilis eſt vinculum juris ciuilis, quo quis adſtringitur ad ſoluendum id quod debet ciuiliter tantum. Naturalis & ciuilis obligatio ſimul illa eſt, quæ vtroque illo vinculo & æquitatis & juris ciuilis nititur, in qua duo illa commixta ſunt ſalubriter inter ſe. Vult. Inſtitut. de oblig. in princ. n. 18.

Obligationis naturalis effectus ſunt primum parere exceptionem, l. juris gentium. §. ſed cum nulla de pac. Quod intelligendum eſt, vt Appell. declarat, [Greek], cap. 4. de effectu. Deinde vt ſit ſatis ad nouandum, l. 1. in fi. de nouatio. Tum ad conſtituendum, l. 1. §. debitum, de conſtitut. pec. Præterea vt accedat fidejuſſor, l. ſtipulatum ſum, cum l. ſeq. de fidejuſſ. l. naturaliter de condict. indeb. Rurſus vt accipiatur pignus, ead. l. naturaliter. Poſtremo ad compenſandum, l. etiam, de compenſat. Prat.

Obligatio obligatur, in l. creditor prædia, §. pignoris, ff. de pig. obligatio ex materia pignoris dari obligatur ad effectum actionis producendum Spieg.

Obligatio, pro actione, apud Paulum in l. naturali, §. & ſi quidem, de præſcr. verb. Spieg.

Obligatio inanis, id eſt, inefficax, quæ exceptione ſubmouetur. Papinian. in l. 95. §. 1. de ſolut. Aliquando euenit, vt inanis obligatio aditione hæreditatis confirmetur. Prat.

Obligationem dimitti, apud Papin. in l. libertus qui operarum, ff. de oper. libert.

Obligationem ex facto & in factum colligit Vlpian. in l. actionum genera, §. actionum autem, ff. de actionibus & obligationibus, & clarius Modeſtinus eodem, in l. obligamur, Spieg.

Obligatus dicitur, qui exceptione tueri ſe non poteſt, l. vel obligatos, §. 1. ff. de lib. cauſ. Prat.

Obligatus fundus dicitur, qui pignori appoſitus eſt, l. 45. §. vltim. l. 57. ff. de legat. lib. 1. Obligatis prædiis Cicero in Rullum ſoluta opponit, quæ ſcilicet nullo pignoris nexu tenentur. Briſſ.

Obliuiſſerit legitur in l. 1. §. 1. ff. de extraord. crim. pro obliuiſcerit vel obliuierit.

Obliqua libertas opponitur directæ: Quære libertas directa.

Obliqua aduerbium, cui contrarium eſt Recte.

Oblitterabitur, pro abolebitur, & quaſi è literarum monumentis delebitur, l. hi qui ſanctam, C. de Apoſtat. ex Alberic.

Obliuio, memoriæ defectus. Præſumitur autem ex longa abſentia naſci, vt notatur in l. furtum, § fundi, ff. de vſucap. Lege Bartol. in l. ex conſenſu, §. eum qui, ff. de appellat. Spieg.

Obliuiſci, apud Paul. in l. 60. §. pen. ff. de rit. nupt. paſſiue ponitur. Per adoptionem, ait, in totum adoptiuæ familiæ obliuiſcuntur.

Obloqui, eſt contra me loqui, & quodammodo expoſtulare mecum. Spieg. Et reſragari, & aduerſari, l. 10. C. de non num. pecun.

Obnixe, cum conatu, inſtanter, totis viribus. Spieg.

Obnoxia, id eſt, pignori obligata, l. 1. C. de precario. Briſſ.

Obnoxia dicere ſententiam, apud Liuium Bud. interpretatur trepide. Spieg.

Obnoxii dicuntur commode pro vaſallis. Albert. Krantz. lib. Dan 6. cap. 42. Splendidos equites nuper à ſe ſuis ſacramentis dimiſſos Abſaloni mittit, juſiurandum præſtaturos: ille nihil motus: non ſe eſſe ait, cui debeant tanti viri obnoxij fieri. Prat.

Obnoxii, in l. 9. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, id eſt, debitores.

Obnoxius, qui pœnæ obligatus eſt propter delictum, autor Feſtus. Transfertur autem ad alia multa, vt ex Grammaticis patet. Spieg.

Obnoxius dicitur, qui crimine vel pœna tenetur, & qui vinculo aliquo obligationis, ſiue ex contractu, ſiue ex delicto & maleficio obſtringitur. Briſſ.

Obnubere mulierem, eſt eam velatam ad maritum deducere. Ex Alciat. Spieg.

Obnuntiat, qui malam rem nuntiat, qui bonam annuntiat. Donat. autor. Hinc obnuntiatio augurum, cum aliquid fieri prohibebant, quoniam auſpicia non addixiſſent. Alciat. in commen. ſcribit, quod denuntiatio, quæ prohibitoria erat, obnuntiatio proprie dicebatur. Spieg.

Obolus ponderis genus eſt, quod ſex ſiliquas continet, de eo meminit text. in capit. judices, primo, quæſt. prima & Terentius in Andria: Obolo emptos. De quo late ſcribit Volaterranus poſt Plinium in ſua Philoſophia, libr. 30. comment. vrb. vbi de ſiclo, & de aliis ponderibus, & Budæus de Aſſe & ejus partibus, in primo & quinto libro: vbi dicit, quod eſt medietas ſcrupuli, & ſic quadrageſima octaua pars vnciæ. Cotta. Hinc ὀβολοστατικὴν, Ariſtot. vocat, fœneratorum quæſtum, ſeu negociationem pecuniæ, quam quis exercet, vt ex ipſis ſolis nummis, qui ſteriles ſunt, contra eorum naturam lucrum capiet, quam ipſe improbans ait, [Greek], id eſt, meritiſſimo negotiatio fœneratorum odio habetur, propterea quod ex ipſo nummo quæſtum facit, &c.

Obpugnare, pro accuſare, arguere, impugnare. Briſſ.

Obrepere, fallere, hoc eſt, incautum aggredi, falſiſque dictis ac mendaciis aliquem circumuenire. Vlpianus, l. 3. §. puberi quamuis de Carbonian. edict. Sed ſi cum eſſet pubes, quaſi impubes obrepſerit, dicendum erit nihil eum egiſſe. Accurſius in l. ſi quis obrepſerit præſidi prouinciæ, ad legem Cornel. de falſis, vim ſignificationemque huius verbi parum percepit, vt Budæus luculenter oſtendit in poſterioribus annotationibus.

Obreptor dicitur, qui taciturnitate & reticentia veri aliquem circumuenit, quique id celat & reticet, quo expreſſo, non eſſet poſtulata impetraturus. Briſſ.

Obrepſere judici per acta vel libelli interpellationem, id eſt; falſo ſe inſinuare & prætextum facere. Prat.

Obrepere ad magiſtratum dicitur, qui falſa ſpecie vel probitatis, vel doctrinæ ad magiſtratus aſſumitur, & vt vulgo loquimur per hypocriſin.

Obrepere, eſt latenter & tacite aduenire, vt in c. cum creatura, de celebrat. miſſ. & in Clem. ne in agro, de ſtat. monachorum Io Belio. Etym.

Obreptio eſt reticentia, qua quis alicujus ignorantiam circumuenit. Briſſ.

Obreptio, id eſt, mendacium, l. ſi autem, §. primo, ff. de negotiis geſtis, & eſt mendacium frauduloſum, l. ſed ſi, §. patronum, ff. de in jus vocand. ex quo, §. patronum, nota videtur hæc ſententia; Reſcriptum per obreptionem impetratum non valet: vide Baldum in cap. 1. ad fin. vt lite pendente, & l. præſcriptione, C. ſi contra jus vel vtilitatem publicam, obreptio porro proprie conſiſtit in facti narratione, non juris, l. cum vero, §. ſubuentum, ff. de fideicom. libert. Old.

Obreptionis pœnam Bart. excutit. in d. l. ſi quis obrepſerit, quod autem à principe obreptio non ſit inſolita facit, l. prædia, C. de loc. præd. lib. 11. l. fin. C. de diuerſ. præd. l. fin. Cod. de fun. & ſalt. rei dom. eo. lib. cum ſimil. Quin & Imp. ipſe queritur in l. 1. Cod. de pet. bon. ſub lib. 10. ſeſe inuerecunda petentium inhibitione adeo conſtringi, vt etiam non concedenda tribuat. Et alibi precationes hujuſmodi furtiuas nominat. l. 1. C. de fund. limi. lib. 11. Spieg.

Obrogare vt notat Tuſan. libr. Budæ. epiſt. 4. eſt legem legi contrarium rogare, Græcè ἀντινομοθετεῖν.

Obrogatur legi, cum mutatur aliquid ex prima lege: Subrogatur cum aliquid primæ legi adjicitur: Derogatur, cum primæ legis pars tollitur: autor Vlp. in fragmentis.

Obryza in l. 13. de ſuſceptoribus præpoſ. eſt aurum pleniſſime coctum, & flammæ edacis examine purgatum ac probatum, & ad ſummam puritatem redactum. Ab eo dictum, quod obradiet ſplendore. Briſſ.

Obryzum aurum Hermolaus barbarus dici putat, quaſi [Greek] quod ſcilicet purum, merum, & puriſſime coctum ſit. Itaque cum libra ballucæ, quæ modo aurifodina effoſa eſt, quatuordecim ſit vnciarum: obryza duodecim eſt duntaxat, l. 3. Cod. de ſuſceptoribus, l. 2. C. de metall. Hinc Plinius lib. 33. cap. 3. Aurique experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat, quo ignis: atque ipſum obryzam vocant Sueton. in Neron. cap. 44. Aurum ad obryzam dixit, vt eſt in veter. lib. imp. l. vltim. C. Theod. de ponderat. Diu multumque flammæ edacis examine in ea obryza detinetur: quemadmodum puta videatur. Hieronymus in Hierem. dici putat, quaſi Ophiriſum: nam ex Ophir Inſula laudatiſſimum aurum aduehebatur. Iſidorus libr. 16. Etymol. capit. 17. ab eo, quod obradi & ſplendere quod coloris ſit optimi: Sicque obryzum ſcribi deberet. Hinc obryzati ſolidi, qui ex auro cocto & puro conflati ſunt. l. vltim. Codic. de ver. numiſm. poteſt. l. 2. Cod. vt nem. lic. in

coempt. qui & chryziaci dicuntur, l.2. C. de oblat. vol. Extat etiam Iuſtiniani edictum, ne Monetarij quicquam obrizæ nomine capiant. In edict. lib. c.11. Prat.

Obrussa, quum ſit exploratio & probatio perfectionis, & nota auri atque argenti, eleganter à Cicerone ſcriptum eſt, & adhibenda tanquam obruſſa, ratio: vt teſtatus Turneb. aduerſar. lib. 14. c.22.

Obscoenitatis vocabulum in l.1. de offi. præf. vrb. ſpecifice à Iuriſconſult. accipitur, non generice, vt putauit Interpres, nimirum pro non nominando ſcelere. Feſtus ab Oſcis deriuat, quorum frequentiſſimus fuit vſus libidinum ſpurcarum. Spieg.

Obscurae perſonæ claris opponuntur: apud Ciceronem & Iuſtinian. in Authen. de teſtament. §. ſancimus, collation. ſexta. Spieg.

Obscurare vulgo accuſatiuo iungitur, l.10. in fin. ff. de ſeruit. vrb. ſed tamen & obſcurare luminibus dixit Vlp. in l. 30. ff. de vſufr. ſecundum Piſanam lectionem. Briſſ.

Obscurare. Præſtringere oculos, hoc eſt, Obtenebrare, Caliginem offendere: vt Sol præſtringit oculos obtuentium. Vnde Præſtigiæ, & Præſtigiatores, qui celeritate luſitandi, & ludibria illa oculorum præſtringunt viſum intuentium, vt miracula facere credantur. Perſtringere vero eſt leuiter attingere, & metaphorice pro leui dolore adficere. Old.

Obscurare præter notum ſignificatum, etiam pro non curare, ſupprimere, tegere, obumbrare. Bud. obſeruauit Paul. Obſcurare luminibus altius tollendo. Idem, Obſcuratis ædibus habitare poteſt etiam, l. ſi is qui binas, ff. de vſufr. Spieg.

Obscuri viri, h.e. ignobiles, obſcuro loco & genere orti, in Auth. de defenſ. ciuit. §.1. & quibus mod. nat. effic. legit. §. quiſquis autem. Spieg.

Obscuritas, ambiguitas, vel generalitas in verbis recipit interpretationem à quotidiano vſu. Nec mirum quum & legiſlatores deciſiones eorum ex quotidianis vſibus fundare ſoleant. Text. in l. certi condictio, §. ſi nomos, & in l. certi in fin. de præcat. Et dicit Imp. l. 1. §. nulla, de vet. jur. enucl. eas leges eſſe firmiſſimas, quæ quotidiano vſu roborentur. Spieg.

Obscuritatem inter & ambiguitatem hoc intereſt, quod obſcuritas vertitur circa dictionem aliquam ex eo, quod multipliciter intelligi poteſt, vt ex generalitate, ſed ambiguitas eſt circa orationem, vt, Aio te Æacida Romanos vincere poſſe, not. gl. l. veteribus, ff. de pact. Io. Bello. Etym.

Obscuro loco natus, pro humili magis, quam pro ex vili genere, vt Interpres accipit, intelligenda eſt, in l. concubinam, ff. de concubin. Spieg.

Obscurum dicitur, quod eſt dubium, ambiguum, difficile, & quod ſtatim intelligi non poteſt. Vnde obſcuritas, hoc eſt, cuius ſententia latet, jure noſtro improbatur, l. ſi legatario, §. fin. ff. de fideicomm. libert. Bald. cenſuit, omnem intellectum qui non conſonat auribus vulgi, eſſe impertinentem de pace Conſtant. in verſic. promittendo. Contrà laude vehitur ſermonis claritas. In Auth. de teſt. imperfectis. Solemus autem in obſcuris, quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fit, inſpicere, l. in obſcuris, ff. de regulis juris. Itaque obſcurum, h.e. quod vix, aut nullo modo intelligitur, aperto apponitur, i.e. ei, quod planum & liquidum eſt. Exemplum habes in ff. Legato fundo, Sejano, cum Sejani duo in hæreditate eſſent, heres offert viliorem, legatarius pretioſiorem petit. Duo ſunt Titij, pater & filius. Teſtator Titium tutorem ſcripſerit, nec apparet, qui datus eſſet. Lego Sempronio amico meo: duo Sempronij ſunt æqua charitate conjuncti. Hujuſmodi obſcurum prorſus dicitur à noſtris virjare; omnino, teſte Salomonia in l. omnes popul. ff. de juſtitia & jure. Obſcurum autem non prorſus, in quo parum locis eſt, & ideo ambiguo ſimili à fortunato in Rhetoricis Scholaſticis nominatur. Et de hoc loquitur Regula: In obſcuris, quod veriſimilius eſt, inſpicimus: & alia: quod minimum ſequendum eſt & ambiguum, in quo voluntas loquentis ſpectanda eſt; Vide ſupra ambiguum. Spieg. Per obſcurum intelligit Vlpianus, quod Papinianus ait, non apparere, h. eſt, quod propter legatarium rerum diuerſitatem abſconditum eſt & latens. Renatdus l. ſemper in obſcuris, ff. de regul. jur.

Obsecrare, non eſt abſolute rogare, vt pontificij juris interpretes exponunt, ſed per ſacra rogare, vel (vt ait Feſtus) opem à ſacris petere.

Obsecratio, appellatur precatio, quam pontifex ipſe præibat populo ſubſequenti verba præeuntis, vt docet Turneb. lib. 25. c.31.

Obsecundatores ſacrorum ſcriniorum, l.13. de proxi. comit. diſpoſit. in C. Theod.

Obsequentia, pro obſeruantia, male citatur, nimirum ex corruptis exemplaribus, in l.1. ff. de milit. teſt. Haloander ſic habet: Quæ poſſint in controuerſiam deduci, ſi ad diligentiam legum, & obſeruantiam reuocentur. Spieg.

Obsequia non eſſe operas, & tituli diſtincti, & ſeparata ab operis obſequiorum conditiò arguit, l. libertus qui operarum, ff. de oper. l. libert. l. libertos; C. de obſeq. Quapropter Accurſ. nulla ratione excuſari poteſt, qui §. libertos, in princ. l. ſi non ſortem, ff. de condict. indeb. de obſequialibus operis intellexit. Sed & Bar. cum obſequia ab operis recte diſtinxiſſet, obſequiales tamen operas, Zaſ. reſte, non recte nominauit: vt quibus vtriſque inter ſeſe nihil prorſus conueniat. Nam obſequia in honoris exhibitione, in reuerenti verecundia conſiſtunt. Operæ vero, de quibus infra latius, ipſum operarij laboris tractum ſignificant argum. l. operæ, in pr. ff. de oper. libertor, & l.1. in fin. eod. tit. Spieg. Prat.

Obsequiorum ſpecies tractantur in l.1. in princ. l.2. l. parens, cum legib. ſequentib. l. liberto, ff. de obſeq. C. de in jus voc. l.1. Cod. de oper. liber. l. alimenta, §.1. ff. de lib. agn. cum ſimilibus Spieg.

Obsequium metaphorice & eleganter ſumitur à Iuriſconſultis in l. qui pro tribunali, Zaſ. annotante, cum dicit: Pro perſonarum obſequio, id eſt, placabilitate, modeſtia, comitate, obedientia: & eſt verbum elegans, quamuis Cicero dicat eſſe Terentianum, Donatus tamen ibidem arguit Cic. erroris, cum & Plaut. vſus ſit eo verbo. Verbum obſequij eleganter vſurpauit Sueton. in vita Galbæ Imp. cum dicit, Germanos inprimis obſequium rupiſſe, id eſt, ceſſaſſe ab obedientia Galbæ. Iuriſconſ. in l. cum hi, §. ſed & perſonarum, ff. de tranſact. vtitur elegantiſſime, vel abutitur comparatiuo, obſequior, cum dicit: Si forte obſequiorem vitam habeat, id eſt, indulgentiorem, delicatiorem, qui plus ex alimentis pendeant: nemo enim dicit obſequius, niſi fortaſſe à nomine obſequioſus formetur, vt Zaſ. monuit. Duobus autem modis præſtari obſequium traditur, in dict. l. qui pro tribunali, ff. de re jud. Porro nemo. Lat. ne loquentium, obſequium pro numinis cultu vſurpauit: obſequium enim dicitur morem gerentis alienæ voluntati, quod frequenter ſonat malam partem. Vnde monente Eraſm. Pauli interpretes c.3. ad Roman. vulgari ſermone locutus eſt. Spieg.

Obsequium libertorum libertorumque eſt erga parentes & patronos, Rubr. de obſeq. à parentibus patr. l.9. §. de plano ff. de offic. proconſ. l.5. §. vitium, ff. de liber. adgn. l. vlt. ff. ſi liber ingе. l.84. ff. de condit. & dem. Iuſtin. Nouel. 78. [illegible] Et paulo poſt reuerentiam appellat. Briſſ.

Observantia, pro veneratione & honoris exhibitione, Ab obſeruo, pro veneror & admiror. Obſeruatio vero, quaſi adnotatio quædam, & animaduerſio. Idem aliquando tamen quod obſeruantia, hoc eſt honor & reuerentia. Adr. Eleg. Vall.

Observare, pro aduertere diligenter, *auffſehen, auffmercken*. l. obſeruare, ff. de offic. præſid. Vallæ eſt idem quod cuſtodire aliquid oculis animoque, in modum ſpeculatoris, ne nos ſilentio tacitoque prætereat. Spieg.

Observare judicium, eſt cauſæ addeſſe apud Iuriſperitos, inquit Tuſan. Spieg.

Obses & Obſides ſunt, inquit Feſtus, dicti quaſi Obſides, qui ob fidem patriæ præſtandam dantur. Dicitur itaque obſes, qui traditur imperio alicujus, ea conditione, vt ſi dator obſidis à fide recedat, & recipienti ſit poteſtas in corpus vitam ejus ſæuiendi, qui datus eſt obſes. Bart. in l. diuus, ff. de jure fiſc. tractat, an priuatis ciuitatibus obſides dari poſſint. Lud. Rom. improbat doctrinam, qua traditur Epiſcopo & Abbati de ſibi ſubjectis vnum aliquem dari licere obſidem. Spieg.

Obsiani (vel vt volunt alij Obſidiani) lapilli: l.19. §. pen. ff. de aur. arg. Obſidianum Plin. lib. 36. c.26. & lib. 37. c.10. vocat, & in Æthiopia ab Obſidio (vnde nomen ſumpſiſſe puto) inuentum, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu atque in ſpeculis parietum pro imagine vmbras reddentem. Ex quo multas gemmas feciſſe ſcribit, vide & Iſid. lib. 16. Etym. c.4. & c.15. Briſſ.

Obsignare, eſt ſigni impreſſione occludere, & ad literas cæteraque, quæ ſigno quouis notantur, aut imprimuntur, pertinet. Martia. in l. diuus ff. de cuſt. & exhib. reo. Interrogationes, inquit, literis incluſas ac obſignatas ad cognitionem Magiſtratus mittant. Eſt autem obſignandi verbum antiqui juris, quod ad iniurias propulſandas, dum alicujus bona publice poſſidentur, pertinet, Cic. ad Att. C. Vennonius domum Ventuli emit, cum omnia obſignaret, in Vedianas incidit: vtitur eo etiam Modeſt. in l. ſi. ff. de requir. reis, vbi obſeruandum, eum, cujus bona obſignabantur, illis interim liberius vti non poſſe, quæ deponi, & interim in depoſito eſſe, idem IC. voluit. Quare cum Vlpianus in gratiam poſthumi poſſeſſionem tueretur nollerque bona in depoſito eſſe, Seruius inquit, aiebat, res hæreditarias hæredem inſtitutum vel ſubſtitutum obſignare non debere, l.1. §. Seruius, ff. de ventr. in poſſ. mitt. Quibus inſignibus ne deterriti ſuis fortunis plerique minus fruerentur, prudenter ab Impp. cautum, ne quis ſigna vel potentiorum titulos rebus affigeret alienis, C. de iis qui pot. tit. cum quibus ſeqq.

Obsignare pecuniam, in l. tutor pro pupillo, ff. de admin. tut. Notandum, obſignationem totius aut partis ſecundum conuen-

tionem

ſionem debitæ, pecuniæ ſolenniter facta, liberationem debitori contingere, l. 9. C. de ſolut. l. tutor, §. Lucius, ff. de vſuſ. Spieg.

OBSIGNARI dicebatur pecunia, quæ creditori oblata, eo recuſante accipere, in ſacculum condebatur, qui ſignatorum ſigillis impreſſis ſignabatur: quo facto, ſolebat publice ſeu in publicum deponi: vt apparet ex l. 19. C. de vſuris, l. 21. Cod. de compenſationibus. Briſſ.

OBSIGNATA epiſtola, pro occluſa & ſigillata, quod dicitur in l. fin. de leg. 2.

OBSIGNATIO conſignationem pecuniæ ſignificat, in l. 9. C. de ſolutionibus, l. 7. C. de pact. inter emptor. Cicero pro Cluentio: pecuniaque obſignata, quæ ad eam rem manibus Scamandri deprehendit. Obſignatio autem ſic fiebat, vt ſacculus limo trajiceretur, ſigniſque certæ impreſſis obſignaretur. Obſignatio etiam tabularum dicitur apud Gellium lib. 14. c. 2. Cicer. 2. de orator. Tu mihi cum in circulo decipiare adverſarij ſtipulatiuncula, & cum obſignes tabellas clientis tui, quibus id ſit ſcriptum, quo is capiatur. Briſſ.

OBSIGNARE decreta magiſtratuum ſolita, teſtatur Cic. lib. 16. epiſtol. ad Attic. Buthrotios, inquit, cum Cæſar decreto ſuo, quod ego obſignavi, cum multis ampliſſimis viris liberaviſſet &c. Sane principes Romanos annulum habuiſſe conſtat, quo epiſtolæ reſcriptaque eorum obſignarentur. Huius curam habuiſſe patrem ſuum ſub C. Cæſare teſtatus Trogus Pompejus lib. 43. apud Iuſtin. vt & Mecœnatem ſub Auguſto. Horat. lib. 2. Eſt & obſignare idem quod teſtari, id eſt, de quocunque negotio tabulas, quæ ad probationem valeant, conficere. Cicer. in Quintiana: Eius rei conditionisque tabellas obſignaverunt viri boni complures, res in dubium venire non poteſt. Idem act. 7. in Verrem: ipſe in tabellas refert, obſignat ſignis amicorum providens homo: vt contra hoc crimen (ſi quando opus eſſet) hac videlicet teſtificatione vteretur. Prat.

OBSIGNARE bona, & obſignare domum in l. vl. ff. de requ. abſen. l. 1. §. penul. ff. de ventr. in poſſ. mitt. Obſignari etiam teſtamenta apud Iul. Cæſarem lib. 1. de bello Gallic. & Cicer. pro Cluen. Briſſ.

OBSIGNATIONES pro notarijs, apud Cic. iam d. loco & alibi accipiunt.

OBSIGNATIO ſolenniter fieri intelligitur, quæ jure fit, quæ fit oportuno tempore ac loco, quæ pure, quæ citra conditionem quæſtionis debiti eſt. Gothof. in not. ad l. 9. C. de ſolutionibus.

OBSOLERE & Obſoleſcere, ſignificat in deſuetudinem abire. Hinc obſoleta lex, quæ ab vſu receſſit. Proprie autem obſoleſcere res dicimus, quæ propter antiquitatem male olent, vel ſordes contrahunt, vel inquinentur, Spieg.

OBSOLETA crimina, pro vetuſtatis & antiquis, in Verrin. Cicero vſurpat.

OBSORBTA vox, pro minuta tenera & exili.

OBSONATOR, qui obſonijs comparandis præerat, dicebatur. Marcianus in l. legatis ſervis de legat. 3. Cubicularios autem, inquit, vel obſonatores, vel eos, qui piſcatoribus præpoſiti eſſent, non videri negotiationis appellatione contineri, Seneca leg. 6. epiſt. 47. Adde, inquit, obſonatores, quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt, qui ſciunt, cuius rei illum ſapor excitet. Græci illum Agoſterem dicebant, Athenæo teſte. Græcum vocabulum videri poteſt, vt ait Bayfius, quaſi ὀψωνητής qui & ὀψώνης dicitur. Spieg.

OBSONIUM eſt, quicquid præter panem & vinum cibi cauſa in menſam infertur, Prat.

OBSTARE eſt obeſſe, nocere. Sic obſtare vel non obſtare exceptio. Briſſ. ex ff. & C.

OBSTARE pro impedire, Vlp. in leg. 9. de offi. præt. Sed nihil ei ſervitutem obſtitiſſe, ait Pomponius. Nam proprie contra ſtare ſignificat. Sic obſtaculum; pro impedimento, apud Canoniſtas frequenter vſurpatus.

OBSTATURUS Vlp. in prin. l. etſi forte. Vt iam ego, inquit, non videar luminibus tuis obſtaturus, ſi ædificavero, Spieg.

OBSTETRIX dicitur, quæ opem tulerit parienti: vnde & parturientes, Fer opem, clamant autor Donat. Obſtetrices eſſe probatiſſimæ & artis & fidei, vult. Vlp. in l. 1. in pr. de vent. inſpic. Sp.

OBSTINATE facere aliquid, eſt in alterius malum cum conatu facere perſeverantur, & in alterius perniciem nimis vici. Donat.

OBSTINATIOR animus, pro pertinaciore, apud Impp. in l. 2. C. de Summ. Trinit. vt apud Cic. obſtinatior voluntas, Prat.

OBSTINATO ad malum ingenio nihil eſt peſtilentius: quippe quod ſola obſtinatio producit hæreſim, & quicquid eſt malorum. Et fere omnium æmulatorum vna eſt ſordes, vt cum ſemel inſanire cœperint, non reſipiſcant, niſi Deus aut Magiſtratus eos perdat, Old. Prat.

OBSTINATUS eſt, qui poſt inſpirationem & revelationem ſibi factam, in eo quod erraverat, perſeverat, 8. diſt. conſuetudo, in fin. Old. Prat.

OBSTRICTA mater, in l. ſi mater, C. ſi mat. indem. prom. & obſtrictus tutor, in l. 1. Cod. de tut. vel curat. vectig. pro obligatis intelliguntur. Prat.

OBSTRIGILLATOR, eſt reprehenſor, ductũ à ſtrigilibus, quibus dum vehementius ſtringimur, etiam plerumque lædimur. Varro, æmulam illius artis, atque obſtrigilatorem. Turneb. adverſ. lib. 25. cap. 1.

OBSTRINGERE, eſt obligare, & aliquo vinculo adſtringere, l. 3. ff. de oblig. & act. l. 12. ff. de donat. l. 15. C de fideiuſſor. Sic.

OBSTRINGERE res ſuas, eſt pro pignore obligare, l. ſi pater, C. de evic. ſtell.

OBSTRINGERE ſe amicitiæ, ſic dicitur, vt Plautus in Pœnulo, iratus quidem homo furti ſe adſtringet. In hac enim, & ſimili locutione, quæ apud idoneos autores occurrit, ablatiuus actione, vel judicio, ſubauditur: vt damnatus, judicatus, reus, poſtulatus, crimine ſcilicet. Neratius. Nam & ipſius rei, quæ petebatur, ſi tutor judicatus fuerit, & eorum quid acciderit, non eſſe dandam in eum actionem, monuit Tuſanus.

OBSTRINGERE ſe parricidio, perjurio, ſcelere, & hujuſmodi pro committere parricidium, ſcelus, peierare. Obſtringere jaſe iurando, apud Cæſarem lib. 1. belli Gallici. Spieg.

OBSTRUERE proprie eſt, quaſi ſtrue quædam alicui loco impoſita obſiſtere, ne quid effluat. Luminibus obſtinere, verbo antiquo ICtorum, vſus eſt & Cicer. pro domo ſua, & in Bruto per metaphoram. Accurſ. in l. æquiſſimum, §. ſi ædium, ff. de vſufructu. Obſtinere, inquit, id eſt, claudere lumina, *den Tag oder das Liecht verbauwen.* Proprietatis dominus obſtruere luminibus vſufructuarij non poteſt. Budæus in l. ſi quis binas eod. tit. non obſcurare luminibus, vt vbique legitur, ſed obſtruere legendum contendit. Haloander à veteri lectione non recedit. Spieg. Prat.

OBTEMPERARE eſt decretis parere. Rubric. Si quis jus dicenti non obtemperaverit. Hinc obtemperatio. Cicero lib. 1. de legibus: Quod ſi juſtitia eſt obtemperatio, ſcriptis legibus, inſtitutisque populorum, &c. Porro non obtemperare ius dicenti, eſt, non facere, quod extremum in jurisdictione eſt, hoc eſt, ſententiæ diffinitioni non parere. Vide Zaſium in l. 1. ff ſi quis jus dicenti non obtemperaverit, & lib. 1. ſingular. intellectum, Spieg. Prat.

OBTEMPERARE, in l. 2. ff. de cond. & demonſt. vt notat ibi Gothofr. eſt conſentire. Idem Gothofr. in l. vnica, C. qui pro ſua juriſdi. judic. dat. Obtemperare & patientiam accommodare eadem eſſe dicit.

OBTENDERE rationem turpitudini, h. e. turpitudinem ratione operire & prætexere, *verblümen, verglimpffen, verſtreichen.*

OBTERERE jus, *das Recht hinder ſtellen, unterdrucken.* Apud Livium jura populi obterere, *die Scheffel abſchaffen, nicht mehr beruffen.* Pro lædere vſurpatum generice Impp. in l. nullus, C. de Iudæ. & cælic. Spieg.

OBTESTATIO, pro precatione cum adjuratione legimus, non tantum in iure põtificio, ſed etiam apud Latinitatis principem Cic. occurrit. Dona. Obteſtari eſt, inquit, precari cũ mentione earũ rerum per quas petimus: tametſi ſine adjuratione quandoque orare ſignificat, vt apud Cæſarem, Salluſtium, Cic. & 24. q. 2. c. 1. Alberico citante Sex. Pompejus autem ait: Obteſtatio eſt, quum Deus teſtis in meliorem partem vocatur: deteſtatio quum in deteriorem. Spieg. Vide late Con. li. 1. c. 11 n. 3.

OBTINENDÆ pro retinendæ, in l. clam poſſidere, ff. de acq. poſſ. Sic apud C. c. ad Trebatiũ: Tu ſiſtis commendatione mea dignitatem tuam obtinebis, perferat noſtri deſiderium Spieg.

OBTINERE, quis dicitur iuris pontificij peritis, quum quod canonice poſſidere, jus in re habet. Alber. Spieg.

OBTINERE & repelli, *erlagen, und abſchlagen*, contraria eſſe patet ex Cic. 1. epiſt. ad Lentul. neq; ſi quid non obtinuerimus repulſi eſſe videamur. vide l. 5. § 5. ff. judic. ſolu. Pandect. tamẽ Flor. lectio obtinere non obtinere habet, atque ita ſcribendum quidam cenſent: ex eo, quod qui obtinet, ex opinione, id eſt, ſententia teneat: atque ita quoque ſentiebat Maurus aduocatus, qui librum de jure liberorum ſcripſit. Prat.

OBTINERE cauſam, quod vincere vulgo dicimus.

OBTINERE ius ſuum, vel retinere non poſſe. Lege, Ius ſuum obtinere non poſſe.

OBTINERE aut amittere litem. Cic. pro Comœdo: Ad judicem hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Spieg.

OBTINERE pro occupare, vt apud Plin. Arbor agros longis obtinens vmbris.

OBTINERE provinciam, pro habere provinciæ gubernationem, vel regimen, quod vocant ad tempus, vt proconſul, aut prætor, vel vt quæſtor. Spieg.

OBTINGERE, vel vt Pandect. Florent. conſtanter ſcribitur. Obtingere, eſt obvenire accidere, contingere, l. 35. §. 1 ff. de mortis cauſa donat. l. 60. ff. de cond. & demonſt. Briſſ.

OBTINGERE mala tantum dicimus, ſi Donatum ſequimur, enarrantem illud Terent. ex Phorm. Præter ſpem, atque incredibile hoc mihi obtigit, ita ſum iratus, &c. Idem in Andr. Contingere dicit id, quod vix evenit. Spieg.

OBTRECTATOR, Eraſ. inquit, qui obloquitur qui male prædicat de alio: detrahit, qui minuit laudem alicuius. Vnde obtrectator, laudis detractor, vt apud Iuſtinian. leg. vnic. Cod. ſi quis

Imp. maledix. Cic. Tuſc. 4. obtrectare & æmulari diſtinguit, vt is dicatur æmulari, qui ſe non idem videat conſequutum, quod alius: obtrectare, qui alium idem videat conſequutum, quod ſe aut alium, Spieg.

Obtrudere vxorem, inuito & nolenti dare. Hæc vox non admodum prolixa eſt, verum ea multum ſecum trahit, vt alicubi indicat: Etaſ.

Obtuliſſe ſe liti videtur, qui in rem ſuam procurator eſt factus. l. ſi ſe non obtulit ff. de re judic. Dicitur autem is ſe liti offerre, qui ſine mandato pro reo comparet & litigat. Vlp. Obtuliſſe autem videbitur ſe liti, qui judicio pro domino ſe obtulit, id eſt pro eo judicium ſubibit, in ſeq; receptet. Spieg.

Obturare, vel obthurare (nam qui per h. ſcribi debere tradunt Feſtum ſequuntor) occludere eſt *verſtopffen*. Caius l. hæc autem jura, ſub fin. de ſeru. vrb. præd. Ita demum amitto jure meum ſi tu ſoramen. vnde exemptum eſt rignum obturaueris, Spieg.

Obturbare, ab omni parte turbare: quod & diſtrahere dicitur. Spieg.

Obtutus pro aſpectu, l. 1. in fin. C. de offic. magiſtr. offic. Spieg.

Obvagulare verbo vſi ſunt Decemviri in ſua lege Decemuirali: Cui teſtimonium (inquientes) defuerit, is tertijs diebus ob portum obuagulatū ito: i. cui teſtimonium deeſt, h. e. qui ſuam intentionem nullo poteſt teſtimonio confirmare: is die tertio ad ædes aduerſarij (has enim portum veteres dixiſſe Feſtus author eſt) obuagulatum ito, h. e. aduerſario juſtum teſtib. adhibitis conuitium facito. Cujus obuagulationis is effectus olim fuiſſe videtur, vt tertio die. juſto præſentib. ſuperſtitibus conuitio ſolenniter ob portum facto, licuerit conuitiatori ejus, qui conuitium paſſus erat, ædes cum iiſdem teſtibus ingredi, & liberam res ſuas quærendi in ſuis ædibus poteſtatem facere, is, cui conuitium factum erat, ſuo conuitiatori cogebatur. Indeq; Feſtum obuagulationem definiſſe quæſtionem, h. e. inquiſitionem cum conuitio, exiſtimat Rævard. ad ll. xii. Tabul. c. 11. & Plauto idem eſſe pipulo ante ędes differre, in Aulular. quod obuagulare. Pipulum enim idem eſſe, quod conuitium. Varro ſcribit, lib. 6. de ling. Lat. declinatum à pipatu pullorum.

Obvenire, i. e. obtingere, deferri. Et ita obuenire dicitur hæreditas, quę lege vel jure legitimo ab inteſtato vel teſtamento defertur, h. e. quod vulgo dicimus, per ſucceſſionem, Vlp. Excipiuntur autem arma, quę quis commeatuſ cauſa habuerit, hæreditatéve ei obuenerint, l. obuenire, ff. de verb. ſign. Prat.

Obventio, ſpecies redituſ eſt, Vlp. An pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quæ conuenire poſſint, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum ſpe atque obuentionum. Accorſius in l. 1. §. exercitorem exponit obuentiones, i. e. parui & magni reditus, in quo plane labitur. Siquidem vt reditus magis certorum, ita plerunque contingentium ſunt obuentiones. Spieg.

Obventiones fructus reditusq; omnes ſignificant, qui vel ex ipſo rei corpore, vel induſtria hominis acceſſerint, veluti mercedes penſionesq, ex locationib. prædiorum vrbanorum debitas, vecturas jumentorum, naulum nauium, l. 1. §. exercitorem ff. de inſtitor. l. 7. de vſufr. leg. 34. ff. de viur. l. 5. §. non paſſim. ff. de reb. cor. Vbi tamen P. Fl. autographon habet obuenditionum. Quamvis fructus & reditus, & obuentiones vt plurimum eadem ſignifi. appellantur, tamen reditus vocabulum, vt tradit Conn. lib. 4. cap. 2. proprium eſt in eo agro, qui nummo locatur. Idem in ædibus dici poteſt: Fructus autem in eo, qui naturalibus emolumentis inſiſtit, vnde fruges non tantum quas terra fert ſignificantur, ſed etiam fœtus pecorum, lana ouium, & alia hujuſmodi, quæ fructus extraordinarij à Varrone vocantur lib. 2. de re ruſtica, c. 2. Briſſ.

Obverſari dicitur id, quod ita animo apparet, vt adeſſe coram videatur, & cerni.

Obviare tranſlate pro reſiſtere, in leg. 1. C. quando lic. ſe vind. Eſt autem, Obuiam itum eſt auaritiæ, & non obuiamentum legendum apud Vlpian. in l. annonam de extraordin. crimin. hoc eſt, vt vulgo dicitur, præuentum, *fürkommen*. Spieg.

O C.

Occaſionem veteres pingebāt Deam pedibus alatā rotæ verſatili citatiſſimo motu circumactæ inſiſtentē, in anteriore capitis parte capillis hirſutam, vt facile primum oblata apprehendi poſſet, in occipitio vero caluam, quod prætérita pœnitentia ductos fruſtraretur ac deciperet, nec amplius apprehendiſſe pateretur, adeo etiam vt nouacula, quam dextra manu in tergum reflexa continet, omnem omnino moram prætereundi ſibi injectam, præſcinderint, Gœd. ad l. 233. in pr. n. t. de verb. ſign.

Occaſio, tempus actionis opportunum, quod in aggrediendo conficiendoque negotio præcipuum habet momentum. Occaſio. Feſtus ait. Opportunitas temporis caſu præuenientis eſt. Verum & quælibet alia quouis euentu contingens opportunitas hoc nomine continetur, vt non ſine cauſa veteres videantur Occaſionem diuinitate donaſſe. Porro occaſionem damni præſtans, damnum feciſſe videtur, quomodo autem hoc Pauli verbum in l. qui occidit, §. in hac actione, ad leg. Aquil. intelligendum ſit, explicat Speculator titul. de judic.

Quod vero differt à cauſa occaſio, indicat gloſ. in l. cinis, ff. de tinis. & in l. ſi debitor. de leg. 2. c. de injecjur. 6. Prat. Spieg.

Occaſionem tenere, & remittere, contraria Cice. de legibus Teneo, quam optabam occaſionem, neque remittam.

Occidere, ait Cujac. 9. obſ. 30. proprie eſt gladio, l. 10 §. ſi ipſe ſeruus, ff. de pecu. vel latius qualibet vi adhibita in Senatuſconſulto Silaniano, & lege Aquilia, non fato.

Occidiſſe in continenti videbitur, qui interpoſitis horis apprehenſam filiam adulterij ream occidit pater. Hæc Vlpian. verba ſub fin. leg. quod ait lex de adulter. Bart. magnifacit. &c. Schard. ex Prat.

Occidiſſe dicitur vulgo is, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. vt M. Tullius Antonium, qui Seruio Sulpitio mortis cauſa fuit, Seruium occidiſſe dicitur, & in lege Cornel. de ſicar. l. nihil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat, l. nihil intereſt. eodem. At in lege Aquilia is demum teneri viſus eſt, qui adhibita vi, & quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet: tracta videlicet interpretatione vocis à cædendo, & à cæde, l. 51. ff. ad leg. Aquil. Itaque Vlp. in l. 7. § 1. eod. tit. Occiſum, inquit, accipere debemus, ſiue gladio, ſiue fuſte, vel alio telo, vel manibus, ſi forte ſtrangulauit eum, vel calce petijt, vel capite. vel qualiter qualiter. Prat. & Cujac. 15. obſeruat. 26.

Occidere magiſtratum, inire. Liuius lib. 25. Creatur Marcellus, qui exemplo magiſtratum occideret. Idem lib. 41. Collegam, qui exemplo magiſtratum occideret. creauit. Prat.

Occiſio actus ipſe occidendi. Occidio, cædes ſine mors, Verum occaſus, vt magnæ rei, vel perſonæ ſuperioris (nam ſolem lunamque occidere, & viros præclaros occidiſſe dicimus) ita caſus paruæ rei eſt, vel perſonæ inferioris; ſi credimus Donato in comment. in 1. Æneid. Spieg.

Occiſorum appellatione eos contineri. Labeo ſcribit, qui per vim aut cædem ſunt interfecti, vt puta jugulati, ſtrangulati, præcipitati, vel ſaxo, vel fuſte, vel lapide percuſſi, vel quo alio telo. Non etiam, ſi veneno, vel quo alio, quod clam necare ſoleat, ſint interempti, author Vlp. in l. 1. ad Syllan. Idem in l. 9. ad l. Aquil. Non enim ſufficit, ait, occiſum, ſed oportet injuria id eſſe factum. Prat.

Occultare (frequentatiuum ab occulto, hoc eſt, abſcondo quis intelligatur, vide C. de his qui latron. vel alter: crimin. reos occultant. Occultare ſe ab aliquo, eſt alicujus conſpectu ſe auferre. Occultare autem rem aliquam alicui, idem eſt quod celare. Hinc occultator (quem exutum patrimonio Imperat. Conſtan. in inſulam deportat, l. vnica, C. de his qui ſe deferunt, lib. 10) ad hominem, receptatos ad locum proprie refertur: quod & apud Ciceronem reperitur. Suſtinuiſſet hoc, inquit, crimen primum ipſe latronum occultator, & receptator locus. Quando vero teſtamentum occultare falſi ſpecimen attingit Bart. tradit in l. 1. §. & poſt. de tabu. exhib. & de inſtrument. occultantem, l. 3. §. ſi quis eod. tit. Spieg.

Occultare circa colonnas. Vlp. de priuil. cred. Eum, ait, qui circa columnas ſe occultat, vt creditorem eludat, latitare placet. Senſum horum verbor. aperit Alc. c. vlt. li. 4. Parer. Spieg.

Occulta, hoc eſt, clam aliquid fieri dicitur, quod ſine authoritate principis fit. C. de his qui ex publ. ration. publ. pec. acceperunt. l. vlt. Spieg.

Occultum, quod haudquaquam probari poteſt, quod prorſus ignoratur, vindictæque expers eſt in hoc ſeculo: de quo tractatur in c. Chriſtiana, 35. q. 2. Spieg.

Occumbit, qui in faciem cadit. Hinc milites morientes, qui mordicus humum captabant, occumbere dicebant. Incubat vero, qui fouet. Hinc Gallina, incubatrix. Alc. de verb. ſign.

Occupabit conditio inſtitutionem, pro eo quod eſt, committet, & ei faciet locum, l. 17. de condit. inſtit. Briſſ. in parerg.

Occupantia fieri dicuntur ea, quæ in medio poſita in nullius primatim bonis ſunt, leg. 3. & l. 7. §. inſula. ff. de acq. rer. do. Et ita occupatione ſua quæque feciſſe eos, qui primi in vacua venerunt, Cic. 1. Offic. ſcribit.

Occupantur mobilia: Inuaduntur mobilia, §. pen. verſ. quod non ſolum, Inſt. vi bon. rap. licet quandoq; & res immobilis dicatur occupatio, vt l. dominum. C. de rei vend. in gl. 1. Spieg.

Occupare ſignificat proprie, vt ait Valla, quod in commune, ſiue in medium poſitum erat, ante alios capere: vnde jus occupantis dicitur. Eſt etiam locum tenere, aut capere & vſurpare. Nec non lege præuenire, vt qui prior litem conteſtatur, l. pluribus, ff. de procur. l. ſi pluribus, de leg. 2. Titius, de verb. oblig. & ſimil. Iulianus ibid. in l. ſtipulationes commodiſſimum, occupati eleganter pro præueniri vſurpauit: ita interpretes pro denominati, vel dici, non ſatis ſcire expoſuiſſe videtur. Notius eſt, quod occupaſſe dicitur, qui prior ad ſententiam venit inter eiſdem conditionis creditores, vt traditur in leg. inter eos, ff. de re judic. & inibi, quod vulgo dici ſolet Melior occupantis eſt conditio, explicatur. Sic occupare locum, Cic. 3. de Finib. accipimus, & apud Cœlium. Occupare primos menſes. Sic & occupare inſidias, apud Iuſtinum lib. 34. Spieg. Prat.

OCCVPARE alias eſt detinere Et inde occupatus, quia antea negotiis detentus, non poteſt ulteri operam dare. Occupatu opponie otioſus, Cic. Tuſc. 1. vt ſi occupati, inquit, al quando fuimus ciuibus noſtris, proſimus etiam ſi poſſumus, otioſi, Prat.

OCCVPARE alias pro præoccupare, præuenire, dicendo ea, quæ poſſent in futurum obiici. Vnde occupatio ſchema Rhetoricum, cum diluitur id, quod ex aduerſo poſtea forte torqueri contingeret. Huc pertinet, quod dicit Vlp. in l. ſtipulationes commodiſſimum, ff de verb. oblig. Doli autem clauſula, inquit, ad ea pertineat, quæ in præſentia occupari non poſſunt & ad incertos caſus. Prat.

OCCVPARE pecuniam, exercere, otioſam non relinquere Columella lib. 2. c. 8 de villico loquens. Neve negotietur ſibi pecuniam que domini, aut animalibus, aut rebus al.js promercalibus occupare, quæ eadem verba ipſe idem iterat lib. 1 s. c 4. Hinc Occupare pecuniam, pro locare fœnori Cicero pro Flacco: Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauiſti. Idem Verr. 3. Præterea pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas fecerat, Prat.

OCCVPARE bona fiſcus dicitur, in quæ manum iniicit, quæque vt ſibi quæſita vel obligata apprehendit, leg. 2. ff. de requir. vel abſentibus l. 1. C. de donat. inter vir. & vxor. Briſſ.

OCCVPATIO in genere definitur apprehenſio rei juſta, ſola apprehendentis voluntate conſtans. Hæc ita duplex eſt, captiuitas & occupatio ita dicta in ſpecie. Captiuitas eſt occupatio jure belli facta, §. item ea quæ. Inſt. de rer. diuiſ. Eaque vel eſt rerum vel hominum: rerum indiſtinctè quarumvis, ſiua ſint alicujus, ſiue nullius. Hominum etiam indiſtinctè quarumvis, tam liberorum, quam ſeruorum: Et liberorum, vt captiuitate fiant ſerui capientium, atque adeo libertate amiſſa qui in dominio ante non erant, in dominio per captiuitatem eſſe incipiant: ſeruorum autem, vt qui ante captiuitatem ſerui erant alterius, poſt captiuitatem ſint ſerui capientis. Occupatio in ſpecie dicta eſt occupatio rei, quæ nullius eſt. Et hæc idem eſt duplex, venatio & inuentio. Venatio eſt occupatio animalium quæ natura ſua ſunt fera: cujus ſpecies ſunt. Venatio proprie ita dicta, quæ eſt beſtiarum: piſcium, quæ dicitur piſcatio: & auium, quę eſt aucupium, de quibus agit Inſtin. in §. feræ igitur, Inſtit. de rer. diuiſ. Inuentio eſt occupatio rerum aliarum quam animatum: Volt. ad d. §. feræ igitur, n. 3.

OCCVPATORIVS ager. Vide ſupra Ager occupatorius.

OCCVRRERE pro obſiſtere, obſtare, impedimento eſſe, vt occurratur fallaciis venditorum, l. 1. §. 2. de ædil. edict. l. ſi patronus in fi ff. de do. l. 46. ff. de fideiuſſ. Sed hæc ſignificatio minus eſt propria. Proprie enim eſt, aduerſum tendere, vt Alciat. monuit, Sic l. Marcellus ff. de don. int. vir. & vxor. Marcellus ſcribit, eum detrahere ſine mulieris damno & citra metum SCti, quod detrahentibus negotiationis cauſa occurrit. Prat.

OCEANVM pro occidua terrarum parte, in Authentic. vel eccl. Rom. cent. ann. gaud. præſc. interpres accipit D. Auguſtinus Mari magno, inquit, cingitur terra, qui vocatur Oceanus, Hinc quidam κοσμοζώστηρα id eſt, mundi Baltheum appellarunt Probi teſtimonio, vt annotauit Hadr. Iunius animaduerſ. lib. 3. c. 4. Eius æſtus idem mirabiles vere dixit: quod eorum nemo adhuc veram cauſam ad liquidum deprehendit, ſiue gemini diurni incrementi, ſiue gemini menſtrui quos naturæ aquas viuas vocant plena luna & coitu. Sunt Oceano per partes ſua indita nomina, quæ apud authores leguntur. Vide c. 36. apud Solin. & Vadian. tit. inſulæ Oceani præcipuæ. Spieg.

OCELLATA, De ocellatis diuerſa Grammatici ſentiunt, & vt in re ignota emendationem comminiſcuntur, ac modo caſtellaris, modo oſcillis, modo oſſilatis vel oſſiculatis vel oſſiculis, ingenioſe, quis negas? reponunt, & quid non ariolantur & diuinant? Sed ocellatis probat Turneb. eoque verbo venire auellanas nucularumque genera, quæ ocellorum quandam præ ſe ſpeciem, & rotunditatem ferant. Hanc vocem mutuo ſumpſiſſe videtur à Varrone Tranquillus. Nam Varro auctore Nonio ſcripſerat in Marcipore.

Altera exorat patrem libram ocellatorum,
Altera virum ſemodeum margaritarum,

De Turneb. aduerſar. lib. 3. c. 19.

Ὀχλαγωγοὶ quamuis turba popularis concitata in vnum locum confluit. Prat.

Ὀχλοκρατίας dicuntur, qui impetu plebeio reguntur, non legitima Democratia. Ex Bud. Spieg.

OCIOSVM id ſignificat apud Vlp. in l. quod ait lex. ff. de adulte. quod non ſatis eleganter vulgo dicitur non ſine myſterio. Ex Alc. lib. 4. de verb. ſign. Spieg.

OCIOSA pecunia ab ICtis dicitur, quæ in arca iacet nullum ſuo domino fructum afferens: ejus meminit l. qui ſemiſſes, de vſur. l. quintus, de poſ. Hotom. ad. §. tua gratia. Inſt. de mandat.

OCIOSÆ ſententiæ, id eſt, vulgares, & nihil pulchri continentes, apud Quint. lib. 1. Spieg.

OCIVM vocatio à labore. Sunt enim contraria, ocium, & labor ſicut ocium, & negotium. Spieg.

OCIOSITAS. Vide, Quoad vtuam.

OCIOSITAS eſt vacatio à labore, vt in hoc exemplo: Ocioſitas & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui, ad miſeras animas captiuandas, c. niſi cum pridem, verſ. verum propter. extr. de renunt. Io. Bell. Etym.

OCIVM item, pro tranquillitate, pace, & quiete, inuenitur apud idoneos authores: & pro literario ſtatu etiam accipitur, quod qui ſtudijs literarum operam dant, neceſſe ſit, vt cæteris negotiis vacui ſint. Spieg.

OCREA, crurum armatura. Gloſſ. in l. à latigato, C. de nupt. Vide Caligatus miles.

OCTAVA quid ſit, vide l. ex præſtatione, C. de vectigal.

OCTAVO menſe natus, non habito reſpectu anni, quem Cæſar ordinauit, ſed ex curſu lunæ conſiderandus eſt. Is ſecundum naturam viuere non poteſt, idque medicinæ autoribus receptum eſt Ex Alciat. Spieg.

OCTAVARI vt Haluandar veterem lectionem cum Zaſio ſecutus legit, exactores dicti ſub octaua parte, quæ nomine vectigalium exigebatur tempore Gratiani, Valentin. & Theodoſij Impp. à legatis, C. de vectigal. Spieg. Adde Brechæum l. inter publica, in tit. de verb. & rer. ſig Franc. Duaren. in commen. ad tit. ff de public. Octauarij legit. vbi eum vide in cap. 2

OCTAVENVS, nun levis juris auctor, citatur à Marcio. l. 1. ff. quæ res pig. Aliquoties etiam ab Vlp l. 16 & 18. ff. de hæred. pet. l. 12. §. vltim ff. de vſu & habit. Sæpius verò à Paulo, vt leg. 9. ff. de juriſd. l. 6. ff. de rei vind. l. 2. ff. quem, ſeru amitt. Briſſ

OCTONI ſcrupuli, pro octo ſcrupuli, in l. 1. C. de metallar. & metall. l. 1. 22. vt octoni menſes pro octo menſibus, apud l. 12. de certis loquentem, Octonis menſibus ſeruari partus. Spieg. Prat.

OCTOPHORVM, cujus ad Q. Fra. meminit Cicero, vehiculum octo ferarium fuit, quo maxime Caligulam vſum Tranquillus refert. Vide Cortaſium li. 3. Miſcellanear. c. 20. Sic Martialis Octophoro ſanus portatur, Auide Philippus. vide Duaren ad l. ſi ex toto, 8. §. ſi ita legatum, in princ ff. de 1.

OCVLIS & affectu, vt acquiratur poſſeſſio, Paulus docet in § pen. l. 1. de acquir. poſſeſſ. Spieg.

OCVLIS rem ſubjici, eſt, quod vulgo dicunt: *Auff den Augenſchein vveiſen*, de quo in l. ſi irruptione, ff fin. regun. Sic qui denuncerint aure arbiter eſt oculus, & vt eleganter dicit Imper. de gradib. § ſi. magis veritus oculata fide, quam per aures, animis hominum infigitur. In ſumma, inquit Eraſmus, ad cognitionem magis faciunt aures; ad fidem faciendam certiores ſunt oculi. Vnde & vulgo ſi quis fabulam narret parum veriſimilem rogare conſueuimus, num ea conſpexerit? Quod ſi neget, verum audiſſe modo, ridetur. In oculis habere, pro ſemper ad aliquid intentum eſſe, vt interpretatur Budæus. Oculorum in actione conſideratio petenda eſt ex lib. 11. Quintil. Spieg.

OCVLATVS teſtis, qui ſe vidiſſe dicit id, Quod narrat. Plaut. Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti decem.

O D.

ODIANI, alij Aodiani, hæretici ſunt. Eorum meminit l. 5. C. de hæret. & Manich.

ODIOSA ſunt, quæ è jure communi, vel à juſtitia exorbitante vt dicit Philip. Cornæus. Spieg.

ODIOSÆ actiones, vide Pœnales actiones.

ODIVM à noſtris fauori opponitur: receptumque eſt, vt quemadmodum ea, quę iuris in fauorem conſtituta, non licet interpretari in incommodum, itanec in conuerſo caſu, quæ in odium, dureque ſunt conſtituta, ad fauorem applicentur. In ſacris vero literis odium multifariam accipitur. Odit, qui auerſatur: vt Deus odit omnes operantes iniquitatem. Et David perfecto odio oderat impios, quum tamen illis optaret bene, nempe vt reſipiſcerent. Odit, qui affligit & punit, vt judex licet odio vacet. Odit patrem & matrem, qui illos amore pietatis deſerit. Odit animam ſuam, qui eam exponit periculo, ſtudio pietatis. Quod & Albericus admonuit, odio peccata habenda, non homines, citans 85 diſt. c. odio. & 24. quæſt. 4. c. duo. Adſtipulatur prouerbialis verſus: Mores amici noueris, non oderis. Porro neminem alterius odio prægrauandum recte pronuntiauit Iuſtinia. in l. ſi quis in ſilio C. de inoff. teſtam. §. legis autem veteris. Sed nec ignorandum, non pugnare ſibi legem, dicentem, odio habebis inimicum tuum: & Si eſurierit inimicus tuus, cibum dato illi. Hoc enim percipiunt perfectis, illud conceditur imperfectis. Spieg.

ODIVM teſtis, quomodo probandum ſit, docet Spec. tit. de teſt.

ODOACVS, cujus gloſ. in l. decernimus. C. de ſacr. eccleſ. meminit. idem eſt, qui ab Italis Odoacer dicitur, à nobis Othacarus, ab Herculis vero, quorum princeps erat Gothicæ nationis populis, *Gedocker* vocabatur, is Auguſtulum expulit, male ominati nominis principem, inter eos poſtremum, qui poſt Valentinianum tertium Romæ rerum potiti ſunt, Aduerſus Othacarum miſſus eſt Dietericus de Berna in Italiam, Zenonis temporibus. At iam circiter Imperii Martiani annos Romani maieſtas Imperij conuulſa erat per Othacarum, quæ ſero admodum ad Francos principes, quorum ſimul Galliæ imperitarent, tranſlata eſt. Quod Albericus, Antiquitatis non omnino indiligens indagator, animaduerterit. Spieg.

Digitized by Google

ODONVM Vlp. meminit in l.28.§.17 ff. de aur. arg. Alia, inquit, cauſa eſt odonum: quia vſum calceamentorum præſtant. Significare videtur ſoleas laneas, aut lineas, quarum alteras caloris, alteras mũdiciei cauſa induimus. Vdones tamen apud Martialem legimus: nam de Vdone cilicio hoc ex Epigram.

Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti,
Cinyphio poterit planta latere ſinu Hotom.

De hac dictione vide quid annotaueris Tiraquel. in l.3.connub. num.27.part.3. Turneb. quoque libro 2. aduerſar. capit.7. Vdones dici debere contendit, & exponit eſſe calceamenta ex hircinis pilis texta.

ODOR, per tranſlationem, judicium ſignificat, vt probat Budæus Iuſtin. vagari modo in Auth. de Leonibus. In odorem ſuauitatis oblata, dixit: quod Haloander ſignificantius, vt omnia reddidit: quem vide ſub fin. Auth. Spieg.

ODORES penore legato contineri Vlp. ait in l.3.§. Seruius, ff. de penu.legat. & l.7.§. illud plane, ff. de in rem verſo. Vtrobique autem ab vnguentis odores ſeparantur, Briſſ.

ODORES, id eſt, aromata apud Vlp. in l. idem, ff. de in rem verſ. Si odores & vnguenta ſeruus emerit, & ad funus erogauerit, Spieg.

ODYSSEA opus eſt Homeri poetæ, in quo Vlyſſis errores proſequitur, quoniam Vlyſſes à Græcis dicitur Odyſſeus: citatur à Marcello in tit. de legat.3.l. legatis, &c. Nebriſſ.

O E.

OECONOMI appellantur actores ſeu diſpenſatores eccleſiæ, quibus ſcilicet rerum eccleſiaſticarum gubernatio & diſpenſatio conſenſu epiſcopi conceditur, l.14.C. de ſacr. eccleſ. diſpenſatorem pauperum Leo & Anthemius definiunt in l.31.§. hoc nihilominus C. de epiſc. & cler. Alias œconomi definiuntur, qui eccleſiaſticas tractant rationes, l.3. C. de his qui ad eccleſ. confug. Briſſ.

OECONOMVS, qui Latine dicitur adminiſtrator rei familiaris, quomodo mutuum det, vel accipiat, traditur à Doct. in l. ciuitas, ff. ſi cert. pet. Spieg.

[illegible] qui domi aliter, nec locatis expenſas, ſed ex ſuo viuit. Eſt & qui citra vllam mercedem ciuitati operam præſtat.

OEDASTICVS, vir, ponderum & ſtaterarum rationem optime callens οἶδα enim idem eſt quod ſcio: ſτασμὸς ponderatio. Alc. C. de ponderat. in l.ſ. lib.10.

OENOMELI Græce, mulſum eſt Latine, οἶνος vinum μέλι mel, Vlp. de trit. & vin. leg. ſi quis vinum. œnomeli plane, id eſt, vinum dulciſſimum continebitur. Nebriſſ. vide Mulſum. Ad de Foreat. in penu Iuris ciuil. c.8. Dioſcor. lib.5. cap. 32. Iſidor. lib 2. Etymol. c.3.

OENOPHORVM vas eſt vinarium. Iuuenal. ſatyr. 6. Vſurus hoc vocabulo eodem Apuleius lib. 2. & 8. Aſini & Martialis. Obſeruauit Viues apud Plinium, inter opera Praxitelis recenſeri œnophoron, qui non tam vas quam puer eſſet vinum ferens. Spieg.

OENOPOLIVM, caupona, locus vbi vinum venale eſt.

Οἰνόπται Græcis inſpectores, qui in conuiuiis modum imperabant, ne quis aut plus ſatis biberet, aut parum ab alijs, Spieg. Hos Plato de Rep. [illegible] vocauit, quod legis admonerent. Obſeruabant autem etiam, quæ in conuiuiis fieri ſolerent. Erat vulgaris magiſtratus & tenuis, vt ait Philin. Rhetor in Crocaudarum diſciplina triumque virorum numero, qui inde ὀφθαλμοὶ ſunt vocati, oculi, quod non raro, quos oculos mentis ipſi conuiuæ vino victi perderent, hi reſtituerent monitionibus. Sympoſiarchæ ab his Poſtello tantum nomine differre videntur, de magiſtratibus, Athen c.38.

OESTVM, vide Chiliad. Eraſmi.

O F.

OFFENDERE eſt aliquem dicto factove lædere: & eo modo ejus iracundiam prouocare. Seruus miſſus in villam, quia dominum offenderat, l.35.§. ter. ff. de hæred. inſt. Quamvis pro inuenire interdum ſumitur, ſed præter opinionem. Qui trem committit, vnde pœna irrogatur, offendere dicitur, l. teſtamento, ff. de teſt. milit. Spieg.

OFFENDERE apud judices, Budæo eſt, condemnari, h. e. contrariam auferre ſententiam, exemplo Cic. pro Cluent. Spieg.

OFFENDERE legem, Senatuſconſultum, & offendere legi, in libris noſtris reperitur, l.40. ff. de jud. l.3.§. in autem, ff. ad Maced. l.5. ff. de vſuris. Sine offenſa dicti, l. 6. ff. de poſtul. Briſſ.

OFFENDICVLVM, impedimentum, obſtaculum. Vſus eſt hoc vocabulo Plin. 10 epiſt. & Rom. Pontif. in c. prudentiam, extr. off. deleg. & c. accuſatus, de hæret. lib.6. Alber.

OFFENDIMVR quandoque verbis, vt patet in l. nullum, C. de teſtibus. Sed vt ſuccuratur ei, qui veretur, ne offendatur. Bart. differit in l. ſanct. ff. de rer. diuiſion. Idem ne cautione, cum quando petend ſit, offendatis, latiſſime demonſtrat in l. illicitas § ne potentiores ff. de offic. præſid. Spieg.

OFFENSA eſt animo hærens indignatio, & ira ex alicujus malo merito concepta. Sic leuis offenſa grauiſſimis inimicitijs opponitur, l.3.§. vlt. ff. de adim. legat. Briſſ.

OFFENSA ſere active ſumitur, eſtque ejus, qui offendit, autore Valla. Quæ vero vel dicenda, vel jure intelligenda ſit offenſa Bart. tradit in l. quidam cum ff. de hæred. inſtit. offenſa plurimum paſſiue accipitur: aliquando tamen actiue, teſt. Bud. Vt vero & hæc accipienda ſit, idem docet in l. licitatio ff. de pub. præterea quo ſenſu in lege municipali, ſiue, vt vulgo loquuntur, ſtatuto veniat, Bart. quoque oſtendit in l. cum ſe, C. de inoffic. teſtam. Prat.

OFFENSA quot modis dicatur, notatur in cap. cum illorum, ff. de ſen. excom.

OFFENSATOR, qui in re quacunque ſæpe excidit ab eo, quod ſuſcepit, & quod efficere contendit. Quintiliano eſt, qui in legendo identidem reſiſtit, aut potius, qui perperam legit. Prat.

OFFENSVS, iratus, exacerbatus, ſiue ad odium incitatus, vt loquitur l.29. C. de inoff. teſtam.

OFFENSVS, id eſt læſus à judice, ad offenſorem accuſandum cogi poteſt Bart. in l. in eum, ff. de accuſ. Spieg.

OFFERRE, exhibere ſignificat, quod Barbari præſentare dicunt. Pro opponere etiam ſumitur: vt apud Cicer. pro Seſtio, & Cajum in l. pen. de dolo. Spieg.

OFFERRE & deferre juſiurandum legimus. Spieg.

OFFERRE crimen, pro criminari [illegible], vt dicunt Baſilici, l. 1. de quæſt. Prat.

OFFERRE pecuniam, quod barbaris eſt præſentare, apud Marcellum in l. tutor pro pupillo, de adminiſt. tut. vbi Vlpia. notat, non ſufficit obtuliſſe, niſi & depoſuit obſignatam tuto in loco Spieg.

OFFERRE ſe liti dicitur, qui vltro nihil ad ſe pertinentis cauſæ actionem excipit, l. 49. ff. de petitio. hæredit. obtuliſſe liti videtur ſe procurator, qui ſine mandato in aliena lite judicium excepit, & ſe obtulit l. 4. ff. de re judicata. Dupliciter autem ſe liti offerre dicitur, vel vltro ſuſcipiens defendendam cauſam abſentis, cum ſatisdatione judicatum ſolui; quo caſu nec actio ex ſtipulatu, nec actio judicati in dominum datur, l. ſi procurator. in ſi ff. de procuratoribus vel vltro ſuſcipiens defenſionem præſentis, qui proprie, cognitor dicitur, quo caſu non ipſe cogitur ſatiſdare judicatum ſolui, ſed dominus litis, l. ſi ad defendendum, ff. judicatum ſolui. Dicitur & ſimpliciter offerre ſe alicui, l. penult. ff. de dolo. Si ta Titio obtuleris de ea re, quam non poſſidebat, &c. Prat.

OFFERRE quoque ſe defenſioni dicitur, qui defenſoris loco judicium pro alio accipit, l.25 ff. de rei vindicatione. leg.22. ff. ex quib. cauſis majo. l. 59.§.1. ff. de noxalib. Briſſ.

OFFERRE ſe etiam dicitur, qui ſui copiam facit, ſeque ſiſtit, l.15. §. vlt. ff. de re milit. l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſicar. Briſſ.

OFFERRE ſe ſtatim, hoc eſt, ſine aliquo interuallo, in caſu l. cum quidam ita ff. de leg. 2. Spieg.

OFFERRE luminibus, & altius tollere, quandoque pro eodem ſumitur. Alber. ait, citatis, l. 1 ff. de ſeruit. vrb. præd. Lege, Luminibus, & paulo poſt officiendi.

OFFICIALES miniſtri ſeu apparitores magiſtratuũ ſunt, Paulus li. 5. ſenten. C. de fiſc. aduocat. Quoties ſine authoritate judicari officiales alicujus bona occupant, vel deſcribunt, vel ſub obſeruatione eſſe faciunt, adito procuratore injuria ſubmouetur. Vlpia. in l. 1.§. ſi quis vltro, 19. ff. de quæſt. Poteſt itaque decreti gratiam facere, & eam per officium diſtrahi jubere. Sicque ſumitur hoc verbum, tit. C. de filijs officialium. Prat.

OFFICIALES operæ, in l. operæ, ff de oper. liber. ſunt cujuſcunque artificij operæ, quas patrono libertus officij cauſa præſtat. ſtat. Separantur à fabrilibus l. 26. §. libertus ff. de condict. indeb. l. 6 ff. de oper libert. Briſſ.

OFFICIALIS foraneus eſt, qui in certa Diœceſeos parte ad tempus vices Epiſcopi gerit, gloſſ. in Clement. 2. de reſcript. Prateius.

OFFICIALEM à Vicario ſeparat Alber. c. cum nullus, de tempor. ord. in 6. De officialibus vide late Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi ff de oper. nou. nunt.

OFFICIALIVM varia eſſe genera, notat Zaſ. in l. principaliter, ſi cert. pet. Sunt enim, ait, rectores prouinciarum: ſunt præſides: gubernatores: prodomi, ſiue, vt vulgo vocantur, vicedomini: adminiſtratores ſine juriſdictione, & cum Iuriſdictione. Sunt & Aulici, quos Palatinos nominant. Sunt & multa alia genera: ſicut habemus de offic. in ff & in C. Hi officiales ſunt aliquando perpetui, aliquando adminiſtrant ad tempus, De quibus loquitur l. periculum, ff. ſi cert. pet. Spieg.

OFFICIALES, vicariosq; epiſcopi ex laicis deligi poſſe, negant: quod lege diuina cautum ſit apud Moſen: Non arabis in boue ſimul & aſino, hoc eſt, homines diuerſæ profeſſionis ſimul non ſociabis, c. in nona, 26. qu. 7. Quod & Baro à Tautenberg. indicauit. Spieg.

OFFICIENDI luminibus vicini ſeruitus, cum jus eſt luminibus vicini officere, l. 2. ff. de ſeruit. verb. præd. l. 2. ff. de ſeruit. ruſt. Cum autem ſeruitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maxime adepti videmur ne jus ſit vicino inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum, l. 4. ff. eodem tit. hoc enim obſeruatur ea ſeruitute conſtituta, & ne lumina obſcuriora fiant. Siue igitur arborem ponas, ſiue quocunque aliud faciat ad luminis impedimentum, aduerſus ſeruitutem ſit, l. 15. & l. 17. eod. tit. Briſſon.

OFFICII commoda dicuntur omnia iſta, quæ præter publicum ſalarium lucro accedunt, Conn. lib. 4. c. 15. n. 7.

OFFICINA ab officio dicta eſt, in qua artifices operas exercent iuxta Old. Per tranſlationem tamen Cicero dixit, officina nequitiæ, & Bud. officina æquitatis, Vlp. in leg. 4. §. ait prætor, de his qui not. infam. Siue balneator, inquit, fuerit, & (veluti in quibuſdam prouincijs fit) in balneis ad cuſtodienda veſtimenta conducta habeat mancipia, hoc genus obſeruantiæ in officina, lenocinij pœna tenebitur. Hic locus ex Haloandro omnino ſic legendus eſt, & minime cum negatione, quæ hactenus obſcurauit ſenſum Iuriſcon. Taceo, quod torquet interpretem vocabulum officina alioqui clarum. Spieg.

OFFICINA à Taberna differt. Taberna enim erat ædificium in loco publico, vbi merces & quæcunque alia opera omnis generis venum proponebantur. In officina vero ipſa opera fiebant, teſte Valla lib. 4. Bicchæus l. inde tabernacula, ff. de verb. & rer. ſign. &c.

OFFICIOSE pro diligenter & ex animo, Paul. in l. pertinere, ff. de his quibus vt indign. officioſè agere circa defuncti vindictam conuenit Spieg.

OFFICIOSVS vide paulo poſt. officio ſuo fungi.

OFFICIO judicis contineri dicitur, quod et tacite pro ſuo jure commiſſum eſt, quamvis nullam Prætor in formula mentionem ejus fecerit. Imperat. §. vlt de perpet. & tempor. Si ante rem judicatam is, cum quo actum eſt ſatisfaciat actori officio judicis eſt eum abſoluere. Pon po. l. 9. ff. de furt. Sed ſi eam a fure vindicaſſem, condictio mihi manebit Sed poteſt dici officio judicis, qui de proprietate cognoſcit, contineri, vt non aliter jubeat reſtitui, quam ſi condictionem petitor remitteret. Sic in l. plane, 38. ff. de pet. hær. Vbi quæ perſpicuam æquitatē habent officio judicis contineri dicuntur Sic in l. cum is 44. ff. eod. l. qui per concluſionem, 42 §. vlt. ff. de act. empt. l. ſi vulnerauerit, 43. ff locati, ſic in l. 7. ff. de neg geſt. Tantundem, ait Paulus in bonæ fidei judiciis officium judicis valet quantum in ſtipulatione nominatim ejus rei facta interrogatio. Et in l. Lucius 17. ff. depoſiti. Eſt conſtitutum in bonæ fidei judiciis, vt tantundem poſſit officium arbitri, quantum ſtipulatio. Et l. ſi reus paratus 37 ff de procuratorib. ſi reus paratus ſit pecuniam ſoluere procuratore agente quid fieri oportet? Si lis conteſtata eſt, hoc eſt, hoc omne officio judicis dirimendum eſt. Prat.

OFFICIO judicis aſſequi l. ſecunda ff. de diſtract. pignor. Cicer. Stoicos ſequutus officiorum duo facit genera: alterum abſolutum, quod pertinet ad virtutes illas abſolutas, id eſt, ad ſapientiam, & proinde ad finem bonorum: idq; Græci κατόρθωμα vocant: Latini, rectum aut recte factum, omnes numeros virtutis continens. Alterum genus poſitum eſt in præceptis vitæ communis, cujus conſideratio ad juriſprudentiam propria eſt. Medium & commune etiam nominant, quod in vtramq; partem, & ſapientiæ & ſtultitiæ natura ſua verti poteſt ab vtrisque qualia ſunt, quæ in Republica, aut vita priuata, circa honores, opes, gloriam & ſimilia facimus. Spieg.

OFFICIO ſuo fungi, l. 1. Cod. qui pet. tut. Terent. in ſe cruciante officium fungi dixit. Itaque qui ſe immiſcet officijs iuuandi gratia, officioſus dicitur: & non officioſus: id eſt, quietus, & domi reſideos. Interdum pro eo, Catanæo teſte, quod nos intelligimus officioſum, ab officiendo. Spieg.

OFFICIO judicis cautione vel ſatiſdatione victo mederi: vide Neratium in l. pen ff. de pet. hæred. Spieg.

OFFICIO dulci functus dicitur, qui officium vitæ implevit. Dulce enim dulce vel munus vita dicitur. Gothofr. in not. ad leg. 1. C. de his qui ſibi adſcrib. in teſtam.

OFFICIVM eſt filij, vxoris, & earum perſonarum, quas neceſſitudo ſuſcitat, & ferre opem jubet. Beneficium eſt, quod alienus dat, qui potuit ſine reprehenſione ceſſare. Miniſterium eſt ſerui. Ræuard. l. hæredem ejuſdem poteſtatis, ff de reg jur.

OFFICIVM vt Grammaticis notum eſt, dicitur quaſi efficium, ab efficiendo, quod vnicuique perſonæ congruit, vt ait Donatus in Adelph. Terent. act. 1. ſcen. 1. Sic officium pietatis in l. 2 ff de inoffic. quod à parentibus in liberos proficiſci debet Officium etiam magiſtratus, & jus dicentis, vt prætoris, quod lætiſſime pateret aditus in l. 2. ff. de juriſdict. omn. judic. l. 27. ff de verb oblig l. 22. ff. ſi cer pet. l. 1. § ao aotem, ff. de poſtul. Separaturq; ab officio judicis in ſtipulationum diuiſione quod in ſingulis cauſarum generib. propriam inſpectionem habet, vt ex tit. de rei vindic. fam. erciſc. commun. diuid. & ex leg. 25. §. item ſciendum ff. de ædilit. edict. pater. Officium modo munus publicum honoremq; ſignificat, l. 1. ff. de his quæ vt indig l. 4. §. 1. de off. proconſ. l. 12. §. pen. ff. de judic. l. 6 de cap. dem. leg. 2. ff. de diuerſ. reg. modo officiales ipſos & miniſtros, magiſtratuum, ac præſidum, l. 6. §. ne tenuis. ff. de offic. præſid. l. 74 de euictionib l. §. pen. ff. de ſeru. fug. l. 72. ff. de furt. leg. 6 C. de ten. & interloc. leg. 35. de decurionib. lib. 10 C. l. 1. C. ad Turpill. Sic officium præſidum, comitum, præfectorum, procuratoris fiſci accipimus, l. 3. C quando fiſc. vel priuat. l. 2. & l. 3. ad fin de canon. largit. tit. lib. 11. C. l. vnica in fin. de collat. donat. l. 54. de de curionib. cod. l. 1. C. ne fiſcus rem quam vend. l. 1. de bon. vacantib. C. Et apud Tertul. in lib. de fuga in perſecutio. ad fin. Sic officium præſidiale, in l. 1. C. de præſcript. 30. ann Officium cenſuale l. 18 ff. de teſtam. & apud Symmach. libro 1. Epiſt. 46. Cohortale officium, l. 33. C. de appellatio. Officium comitianum, l. 2. C. de offic. milit judic. Officia etiam prouinciæ Donatus in Phormion. vocari ſcribit prætores, qui mittuntur in prouinciam, quod cum officio mittantur. Sed & locum ipſum in quo officiales conſiſtunt, officium appellant, l. 7. in fi. ff. qui ſatiſdat. cog. l. 17. ff in jus voc. Plin. lib. 1 Epiſt. Paucos poſt dies ipſe me regulus conuenit in prætoris officio. Quod etiam modo Aſcon. in 2. Verr. loquutus eſt. Cæterum officialium verbo ICti vtuntur in l. 54 ff ſi cert. pet. l. 6. §. ſi quis comitum, ff. de pœn. l 5 §. miſſus, ff vt in poſſ. leg. l pen ff de bonis damnator. Et Imp. in leg. 4. C. de epiſco. & cler. l. 2. de delatoribus lib. 10. C. & alias ſæpe. Quo tamen verbo, præter Apulejum, vix quenquam receptæ authoritatis vſum credo. Briſſ.

OFFICIVM ſeruile miniſterium nonnunquam ſignificat, l. 4. §. 6. act. rer. ff de jure fiſc. & ab artificio ſeparatur, leg. 65. §. 1 ff de l g. lib. 3 l. 34 ff de manumiſſ. teſt. Imo & à miniſterio, in l 65. ff de leg. lib. 1. Briſſ.

OFFICIVM Officium generatim loquendo, cum ad omnes homines pertineat (ſiquidem Cicero de officiis ſcripſit, & D. Ambroſius) quantum intelligo, eſt congruus actus vniuscujusque perſonæ. Vel, id eſt, in quod quiſque incumbere debet vt ipſum ſicut charitas poſtulauerit, quoad potuerit, effectum reddat. Hinc in jure ciuili extant tituli, De officio aſſeſſorū, ciuilium judicum, comitis Orientis, & hujuſmodi alij. Paulo autem aliter in jure canonico, nimirum, vt officium ſit eccleſiaſticarum rerum adminiſtratio, ſine præeminentia & juriſdictione, c. 1 vbi Doct. de conſecr in 6. vt ſacriſta, c. [illegible] de offic. ſacriſt. cap. Saluator. 1. quæſt 3. Quæ omnia [illegible] ucifum habeat conſuetudo, c. cum olim. de conſuetud. n. cap. conſuetudo, 12. diſt nec Auct. conſ. 13.

OFFICIVM vel ab efficiendo, vel ab officiendo dicitur, id quod vnuſquiſque efficere debet, vt nulli officiat: ſeruata ſcil. honeſtate, quid loco, quid temporis, quid perſonis conueniat. Sic quomodo omnes debeamus eſſe in officio, tractat eleganter Cicero in libris officiorum: Et quidem, ijs perlectis, cuilibet patet, quod officij nomen prorſus conſentit cum Græca voce, καθῆκον: niſi quod Latina quam Græca plenior eſt: ſicut Cicero in epiſt. quadam ad Atticum docet, his verbis: Quod de inſcriptione quæris, non dubito, quin τὸ καθῆκον officium ſit: niſi quid tu aliter, ſed inſcriptio plenior, de officiis. Vtuntur præterea hoc nomine Latini pro beneficio, vel honeſto quodam obſequio, pro magiſtratu, aut pro eo, quod in publico fit: vt cum Vlp. dicit. Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus: vel publicis remotæ ſunt, leg. 2. de regul. jur. ſunt tamen, qui hæſitant, an veteres & probati ſcriptores ſic vſurpauerint: aut ſaltem raro feciſſe hoc, ſi fecerint. Noſtris vt genericum nomen multa continet: vt not. gl. in l. legatis, §. ſi ex officio, ff de lega. 3. Sic ſumptum & artificiales, & officiales ſimul operas complectitur. In ſpecie vero, non alias quam ſui nominis ho[illegible] officiales deſignat: quarum eſt mentio in leg. ſi non ſortem, ff. de cond. inde, Quod admonuit Z. [illegible] in §. libertus [illegible] Iuriſconſult. per tropum officium, pro officialibus vſurpant, ſicut in l. 2. ff ſi cert. pet. Spieg.

OFFICIVM alias gratuitam operam ſignificat, quam quis ex sua voluntate aut amicitia ductus, præſtat. Hinc [illegible] eſſe officium ſuum cuique damnoſum eſſe, ait l 7. ff. quemad. teſta. aper. Briſſ.

OFFICIVM aduocationis. Vlp. Inter officium aduocationis, & rei ſuæ defenſionem, multum intereſt, inquit, nec propterea quis (ſi poſtea cognouerit rem ad ſe pertinere) quo [illegible] vindicanti, tunc ignorans ſuam eſſe, dominium ſuum amittit. l. inter, ff. de rei vend. Old.

OFFICIVM judicis eſt actio, laxiore videlicet ſignificatione. Nam appellatur judicium extraordinarium in l. 1. Cod. de libert. & eorum libertis. Et judicium iſtud extraordinarium dicitur actio in libertis, C. eod. tit. Quid igitur dubitandum eſt? Old. Cæterum Iuris noſtri interpretes vehementer ſeſe in explicanda hac quæſtione torſerunt, vtrum officij judicis imploratio actionis definitione contineretur, cum tamen neque quis judex neque judicis officio contineretur, ſatis intelligerent. Quod enim magis ridiculum eſt quam quod Papiniani reſponſum ad implorationem officij judicis detorquent, cum in l hereditas, in fin ff de petit. hæredit. [illegible] nullam competere actionem, reſpondit, ſed principali, aut pontificali autoritate debitorem compelli, de religione namque, ve monumentis, & eorum ſumptibus, de quibus ibi agitur, pontifex cognoſcit, ipſo Vlpia. auctore, in l. vlt ff. de mort. infer. nulla ſtrictio jure actio competebat: itaque ad prætorem, qui vt Pomponius ait in l. 2. ff de orig jus. non niſi ea edictis ſuis jus dicebat, minime pertinebat. De judice autem Papiniani nullum verbum eſt, quod vlla ratione recte accipi intelligive poſſit. Præterea non modo prætorem cæteroſque Romæ magiſtratus dare poſſe judices, ac proinde actiones, nemo ambigit, ex l. cum prætor ff. de judiciis, non minus quam principem, l. minor. 25. ff. de minoribus. Comperio autem quidem

Digitized by Google

his caſibus aliquid de ſummo remitti jure prætoris quam ſtricto quidem jure actor petere aliquid non poſſet, judici autem id vſui veniret, quod ait Iabolenus in l. fundus, ff. commun. diuid. vltra id quod in judicium prætoris deductum eſt, excedere poteſtas judicis non poteſt. Veruntamen iniquum id eſſe videretur: quemadmodum ex ea ſpecie intelligi poteſt de qua tractat Hermoge. in l. qui per colluſionem, § 1. ff. de act. empt. Finge enim Titium rei venditæ pretium Sempronio ſoluiſſe, ſed tamen poſt moram: hoc caſu certum eſt vſuras à Titio deberi: atqui illæ (vt ibi inſcribitur) non ſunt in obligatione quocirca neq; peti poſſe manifeſtum eſt. Actionem igitur, quã à prætore Sempronius pretij nomine poſtulabat, vſuram petere non poterit: itaque prætor non dabit: denique judex ſtatuere nequibit. Quoniam tamen iniquum erat, Titium earum nomine non condemnari, reſpondet Hermogenianus, pretij ſuæ licet poſt moram ſoluta: vſuræ peti non poſſunt, cum hæ non ſunt in obligatione: ſed officio judicis præſtantur. Similiter autem Papin. in l. deducta, ff. ad Sen. Treb. Et Paul. in l. quæſo, ff. locati vſuras, quę in obligatione ab iis, quę in officio judicis fuerunt, perſpicuè diſtinguunt. Præterea à Papin. in l. 3. ff. de annuis legat ſpeciem quandam refert, nempe de teſtamenti ſcriptura, quæ nullam obligationem recipiebat, & cujus cauſa prætori non videtur dandam eſſe certam actionem: vnde in fine legis inquit, ſed interuentu judicis hæc debent ad effectum perduci, ad hunc modum Scæu. in l. ſeruos, ff. de alim. legat. & Paul. in l. plane, ff. de rei vind. clare oſtendunt, officio judicis ea præſtari, quæ actione peti non poſſunt: veluti ſi quid pro ea quæ debetur patri reuerentia, eſt præſtandum ſit: quamuis peti non poſſit: vt in illa nobili ſpecie, de qua Papin. agit in l. Imperator ff. ad Senat. Treb. Ideoque Aphricanus in l. ſi prius, ff. noui oper. nunt. & Iabolen. in l. eg. ff ſi ſeruit. vindic. cautionem, cujus ab actore nomine actio nulla poſtulari à prætore poterat, nempe de futuro opere abſtinendo judicis officio præſtari reſponderunt, Schard. ex Old.

OFFICIVM legislatoris boni in his duobus potiſſimum verſatur: Primum vt ſtatuta ſua loco, tempori, perſonis & rebus accommodet: Deinde, vt aperta ſint, & ſi dubitatio incidat ab ipſo auctore interpretentur, non ab aliis pro ſuo affectu, Old. Prat.

OFFICII cauſa in prouincia militantes nominat ICti. l. 62. de contrahend. empt. quorum nomine Marcianus ipſius etiam Cæſaris procuratores contineri expreſsè tradidit, c. 46. de contrah. empt. Reſponſo Marciani Hermogenianum ſubjicio, qui officij cauſa in prouincijs militantes, præſidem ſeu procuratorem, vel alium quemlibet interpretatus eſt, l. 45. de jure fiſc. Proinde quod Paulus de officij cauſa in prouincijs militante ſcribit, l. 38 de rit. nupt. id omnino tam ad præſides, proconſules, ſimileſque magiſtratus, quam ad reliquos officiales pertinere dubium non eſt. Ræuardus Variorum lib. 2. c. 20.

OFFICIVM procuratoris eſt voluntarium, l. ſi filiusfam. §. inuitus, ff. de procur. Sed tutoris & curatoris officium eſt neceſſarium, l. 1. & ibi gl. ff. de tut. Old. Prat.

OFFICIVM judicis ſpecialiter vt plurimum accipitur, cum ea de re agitur, quæ ſtricto jure peti non poteſt, & cujus nomine nulla datur actio, æquum tamen eſt reum condemnari, l. qui per colluſionem, 49. in fi. ff de act. empt. l 8. ff. de eo quod certo loco, l. quæro, 54. ff. locati, l. ſeruos, 17. ff de alimen. leg. l. quintus, 7. ff de annu. lega l. Imp. 50. ff. ad CS. Trebel quod officium judicis nullam præſupponit obligationem, multo minus actionem, vt ex dict. l. quæro, manifeſtiſſime colligitur. Vult. Inſt. de offi. jud. n. 4.

OFFICIVM judicis conſiſtit in tribus: in cognoſcẽdo de cauſa: in pronunciando de cauſa cognita: & demum in exequendo cauſam, de qua cognouit & pronunciauit. Quo ſpectat, quod dicit Vlpian. in l. ædiles, 25. §. item ſciendum, ff. de ędil. edict. judici ſtatim atque judex factus eſt, incumbere ea omnia, quæ in judicio verſantur. Ea autem, quæ ante judicium contingunt, non valde ad ipſum pertinere, niſi ei nominatim ſint injuncta. Vult. d. loc. num. 6.

OFFICIVM judicis (ait Brederod Inſt. de officio jud. judicis) eſt ius quod ad dirimendas lites, collendaque grauamina quomodolibet ſecundum ęquitatem exercetur, vt per hoc omnium tranquillitati tam priuatim, quam publice conſulatur. Eſtque duplex, ſecundum magis communem opinionem. Nobile & Mercenarium. Nobile eſt, quod judex ſua, hoc eſt, juriſdictionis, quam exercet, autoritate, etiam ſi nulla actio propoſita ſit, vel abſque partium imploratione, & proprio motu, nemine petente, propter publicam atque priuatam vtilitatem impertiuit, quia ſceleratos inquirendo & puniendo, minores in integrum reſtituendo, eiſque veniam ętatis concedendo, pupillis tutores, adultis curatores decernendo, notarios creando, ſpurios legitimando, ſententiam diffinitiuam exequendo, &c. Mercenarium vero eſt, quod actioni propoſitæ cohęret, & per omnia ei deſeruit. Quemadmodum enim is, qui operam ſuam locat bona fide, & liberos eam pręſtat, nec alio modo, quam dominus pręſcribit, ita quoque judex actionibus in judicium perductis, aut perducendis officium ſuum vltro quidem impertit, ſed non niſi ad normam actionis, qua ceſſante, & ipſum ceſſat. Et hoc judicis mercenario officia omnia, quæ vſitate in ordine judiciario ad ſententiam vſque diffinitiuam incluſiue obſeruari ſoleant, expẽduntur. Ea enim lata mercenarium judicis officium expirat, ſiue bene ſiue male officium ſuo functus ſit, leg. judex poſteaquam, ff. de re judicat. & l. ædiles, §. item ſciendum, ff de ædil. edict. & per DD. in l. 1. ff. de juriſdict. & per Bart. in l. jubere, ff. eod. Hæc Brederod.

OFFICIVM jus dicentis non tantum erat judicis dandi licentia, l 3. de juriſdict. iubere cauere, ſtata die adeſſe, in poſſeſſionem ire licere, l. 4. ff. eod. Verum etiam formulas præſcribere, & jus dare, l. 2. §. cumque conſules, & §. poſtea de orig. juris. Paul. li. ſentent 5. Gœddæus ad l. 5. §. 1. no. 1. de verb. ſign.

OFFICIVM pro cuſtodia liberiore. Paul. l. 4. de fugitiu. Magiſtratus municipales ad officium præſidis prouinciæ vel proconſulis cõprehenſos fugitiuos recte tranſmittuntur. Hot. Pra.

OFFICIVM pro perſona judicis vel magiſtratus, id eſt, pro eo, qui gerit officium ſeu magiſtratum, ſiue quam aliam poteſtatem: vnde deponere apud officium, l. ſi fidejuſſ. 7. §. vlt. ff. qui ſatiſd. cog. Sic cauere officio, & apud officium cauere, id eſt, apud eum, qui poteſtatem exercet. Differunt autem promittere apud acta, & officio cauere: qui promittit apud acta, is obligatur quidem, ſed non tam ſolemniter atque is, qui apud officium cauet. Hæc differentia notatur in l. eum pro quo 17. ſi quis in jus vocatus non ierit. Hot. Prat.

OFFICIVM pro Irenarchis. Imp. l. 7. C. de accuſ. Ea quidem quæ per officium præſidibus denunciatur, & circa ſolennia accuſationem poſſe perpendi, cognitum non eſt. Hot. Prat.

OFFICIVM prætoris, pro ejus imperio & poteſtate in jure dicundo, vt in l. 27. de verb. oblig. Officio prætoris continetur ex huiuſmodi obligationibus actionem denegari. Prat.

OFFICIVM prætoris, cellula, opinor, erat, in quę ſcripta quædã ad ea, quæ pro tribunali agenda erant, pertinentia reponebantur. Aſcon. in Verrin. 2. Moris erat, celebrata judicium rejectione & haberi in officio prætoris, & in area reponi nomina judicium ſelectorum. Modeſt. l. 72. ff. de furtis. Sempronia libellos compoſuit, quaſi datura centurioni, vt ad officium tranſmitterentur: ſed non dedit. Lucius pro tribunali eos recitauit, quaſi officio traditos: quæro, cum ſunt inuenti in officio, neque centurioni traditi. Paul. l. 17. ff. de in jus voc. Eum, pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Item eum, qui apud acta exhibiturum ſe eſſe, quem promiſit, & ſi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur Hot.

OFFICIVM regentis exercitum non tantum in danda, ſed etiam in obſeruanda diſciplina conſiſtit l. 12. ff. de re militari.

OFFICIVM publicum non id ſolum accipiendum eſt, quod in adminiſtratione reip. ſolum conſiſtit, & juxta §. munus publ. l. honor. municipalis ff. de muneribus & l. 2. ff. de ijs quib. vt indig. in priuatum vſum non cadit, vti eſt magiſtratus, & id genus aliæ functiones: verum etiam quod propter publicam vtilitatem eſt introductum. Vnde Pomponius in l. pupillus, §. munus de verb. ſig. ſcribit, Munus publicum eſſe officium priuati hominis, ex quo commodum ad ſingulos vniuerſoſque ciues pertineat. Itaque qui officium publicum à ciuili diſtare putant, non meminiſſe videntur verborum Aur. Arcadij, qui in l. fin. d. tit. de muner. & honor. Hæc omnia, inquit, munera, quæ trifariam diuiſimus, vna ſignificatione comprehenduntur. Nam & perſonalia & patrimoniorum, & miſta munera ciuilia ſeu publica appellantur. Prat.

OFFICIVM inquit Marcian. de legat. 3. artificio mutatur, & ideo ſi ex officio quis artificium tranſierit, quidam recte putant legatum extingui, non idem è contrario, cum lecticarius cocus poſtea factus eſt. Maffeus.

OFFICIVM totum, tuæ partes, tuum munus, idem ſignificant,

OFFICIVM præſtare dicuntur, qui ad patrisfa. corpus tuendum, atque ipſius cultum prepoſiti deſtinatique ſunt. Quo in genere coci, oſtiarij, cubicularij, cenſores, obſonatores, miniſtratores, atque alij qui ab hujuſmodi vſum parati ſunt, numerantur, l. 61. l. 65. ff. de leg. lib. 3. l. 103. in fin. ff de verb. ſigni. Artificium vero in his eſt, qui artem aliquam exercent: cujuſmodi ſunt lecticarij, textores, fullones, d. l. 65. §. 1. & l. pen. ff. de reb. dub. non diſſimiliter officiales operæ ab his, quæ in artificio ſunt, ſejunguntur, l. 26. §. libertus, ff. de condict. indeb. Meminit vero officialium operarum, etiam l. 6. & l. 9. ff. de oper. libertor. quæ ſcilicet in officij & obſequij præſtatione conſiſtunt: quo modo in officio mariti eſſe vxorem, Hermog. dixit in l 48. ff. de oper. libert Briſſ.

OFFICIA cohibuare primus Tiberius Cæſar capit, nonnullis ad finem vitę relictis in adminiſtrationib. & præfecturis. Tac. li. c. Deinde ſecuti ſunt alij Imperatores ejus exemplum paſſim, donec peruenīretur ad beneficia ſeu feuda: Old. Hinc.

Oἰκεῖος domeſticum & proprium ſignificat Græcis: hinc domeſtici quaſi proprij. Vide ſupra domeſtici.

Oἰνίζομαι verbum, quo Homer. vtitur, ſignificat vinum emere, aut mercari, aut omnino comparare, vt etiam ad permutationem, referri queat. Connan. lib 7. c. 5. n. 5.

OLEA

Digitized by Google

O L.

OLEA,& arbor & fructus dicitur. Olearij, qui oleum faciunt, vel vendunt. Adde Forcat. in penu iuris ciuil.c.11.

OLEAM immaturam plus habere reditus, quam ſi matura legatur, tradit Iauol. in l. pen. ff. de vſufr. leg.

OLEAGINVM, ſeu oleagineum poculum, non pro eo, quod oleum contineat, ſed quod ex olea arbore eſt, accipi debet, apud Iabolenum in l. concubinam, de legat. 3. Qui quatuor air pocula oleaginea habebat, ita legauit, Pocula oleaginea duo paria. Quære, Pocula oleaginea.

OLEARIA vaſa, ac inſtrumenta numerãtur in l. 29. §. illud ff. loca.

OLEARIVM fundum, hoc eſt, oleas arbores producentem. Alberic. citat. in l. ſi cuius, §. fructuarius, ff. de vſufru. ſed perperam. Nuſquam enim olearij fundi, ſed horti ſolum olitorij meminit: vt & interpretes legit. In eo tamen labitur, quod vel olitoria accipi poſſe indicauit. Si quidem olitorium ad olera tantum pertinet. Spieg.

OLEARVM nuclei ligni appellatione continentur, l. 55. ff. de leg. 3. l. 167. ff. de verb. ſign. Prat.

OLERA, à quibus & olitores & olitorij horti dicti, herbæ ſunt fructuſque in agris ſati & nati, qui vſui cibario hominibus eſſe ſolent, & Braſſicæ, Bliti, Intubum, Aphaca, & quæ traduntur à Theophraſto lib. 7. de hiſtoria Plantarum cap. 7. Olera ab olla dicta tradit Marcus Varro: quod cruda in olla coquantur: alioqui ab alendo nonnulli exiſtimant, Brechæus l. vrbana prædia, ff. de verb. & rer. ſign.

OLERIOS alicui dicitur, cui anima fœtet. Quod ex illuuie oris accidere ſolet, vel corporis vitio, veluti quod iecur, quod pulmo, aut aliud quid ſimiliter doleat, l. 12. §. vlt. ff. de ædil. edict. Briſſ.

OLEVM, pro ſumptu: Vide Eraſ. explicantem parœmiam oleum & operam perdidi.

OLFACIT equus mulam, quod honeſte dixit Alph. pro coitum appetiuit. in l. vlt. ſi quadrup. paup. fecíſſ. dic. interpres nimis inſulſe expoſuit. Alb. ſenſum verecundius aliquando reddidit.

OLIGARCHIEI, lege Democratiei.

OLIM ad tempus præteritum pertinet, l. nec emptio, ff. de contrah. emp. Aliquando ſignificat dudum, retro, l. ſed §. quæſitum, ff. de excuſ. tut. & quot tempora ſignificet, tradit. Bart. in l. 1. & ibi Alex. de oper. nou nunt. Prat.

OLITOR, ab oleribus, hortulanus eſt. Vlp. de verb. ſign. l. ſi vrbana. Horti vinearij forte, vel olitorij. Nebr. Fit autem olitor ab olere, non oliuis, vt Accurſ. exiſtimauit, quod ante Alc. tantus vir monuit. Spieg.

OLITOR, qui olerum hortum exercet, quique olera vendit. Prouerbialis verſiculus admonet, & pro infimæ ſortis & notæ viro poni. Sæpe etiã eſt olitor valde opportuna locutus, Spieg.

OLITORII horti: vide ſupra olearium fundum.

OLITVAGESIA, *ὀλιγοτυρηγησία*, Suidæ immunitas, ſeu excuſatio à publicis onerib. Cui ſignificatui pene par eſt *ἀτέλεια*. Alciat. in annotationib. ad poſt. lib. C.

OLIVA, an ſit fructus naturalis, Bart. diſputat in l. ſi eius fundi, ff. de rei vendi. Porro oliuam etiam ſi immature lecta ſit, conſtat in fructu eſſe, teſte Paulo l. ſi abſente, ff. de vſufruct. Spieg.

OLIVARIÆ molæ & prædij fit mentio in l. 21. de inſtru. vel inſtru. legat.

OLIVATVM locus oliuis conſitus, l. 58. ff. de contra. empt. in vulgatis codicibus, non item in Flor. & l. 7. C. de bon. præſc. & l. 2. C. de manc. & colon.

OLOBERAS veſtes, vel olobatas legendum cenſeo in rubr. de veſtib. olob. lib. 11. Cod. vbi nonnulli male holoſericas ſupponunt. Eſt autem hoc verbum Græcum: olobeta enim veſtimenta ſunt *ὁλοβαφῆ*, id eſt, omni parte texturæ conchylij rubore infecta, & conchylio ſolidata. Quod & l. 4. eius titul. perſpicue comprobat. Schard. ex Briſſ.

OLVS dicitur omnis herba ſatiua, quæ eſt in vſu cibario. Ab alendo quod oleribus alerentur homines, antequam fruges, vel carnes eſſent. Iuſtin. Inſtit. in princ. de vſu & habit. Nam is, inquit, qui fundi nudum habet vſum, nihil vlterius habere intelligitur, quam vt oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis, & ligno ad vſum cottidianum vtatur. Spieg.

O M.

OMEN prærogatiuum appellari Fr. Syluius arbitratur propterea, quod id dicatur, antequam tribus prærogatiua ferat ſuffragium. Sunt enim tribus prærogatiuæ, quæ primæ ſuffragium ferunt, teſte Aſconio. Spieg.

OMISSA actio, in l. ſi enim, ff. ſi quis caut. non remiſſa, vt barbare gloſſ. indicauit remiſſum enim Latinis languidum ſignificat) ſed relicta ac præterita accipienda eſt. Eſt enim omittere, rem quampiam penitus dimittere. Vnde omiſſio eorum quæ geri debent, latæ culpæ datur, l. ei qui § fin. ff. de petit. hæred. c. ſæpe 12. q. 2. Spieg. Prat. (acquirendis.

OMISSORES, qui lucrum negligunt, minime ſolliciti de diuitiis

OMITTERE actionem, id eſt, ea intra ſtatuta tempora non experiri, vt l. ſi cum, § initium, ff. ſi quis caut. Cuiac. ad l. auxilium, in pr ff. de minor. 25. ann.

OMITTERE hæreditatem legatumve, & prætermittere pro eodem noſtri autores dicunt, l. 7. & l. 59. in fi. ff. de adq. hæred. l. 31. ff. de milit. teſt. l. 20. & l. 81. §. 1. ff. de leg. lib. 2. l. 44. l. 59. §. ſi Attius, ff. de hæred. inſtit. l. 1. Cod. de fideic. libert. l. 19. ff. de inoff. omittere bonorum poſſeſſionem, l. 1. § ſi duo, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. & ideo in tit. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. accipe: vbi traditur, Prætermittere cauſam teſtamenti eſſe, ſi quis repudiauerit hæreditatem: prætermittereque videri eum, qui cum poſſet iubere, noluit id facere, l. 1. §. 2. & §. prætermitte, ff. ſi quis om. cau. omittere tamen & repudiare ſeparantur, l. 24. §. Scæuola, ff. de minoribus. Nam & omittit hæreditatem, qui tempore excludi ſe patitur, quod omittere aditionem dicitur in l. 14. ff. de lib. & poſthu. omittere etiam præterire teſtamento ſignificat, l. 19. ff de inoffic. teſta. l. 6. ff. de lib. & poſth, l. 34. §. ſed filiusfam. ff. de milit. teſtam §. vlt. Inſtit. de exhær. lib. Briſſ.

OMITTERE interdum eſt non admittere, nec agnoſcere, ſed repudiare, nulleque ad ſe pertinere, vt l. 12. ff. ſi omiſſa ſit cauſa teſta. l. 15. ff. de leg præſt. l. 2. ff. de except. rei iud.

OMITTERE, ait Cuiac. 17. obſ. 3. eſt tempore excludi, l. quod ſi minor, §. Scæuola, l. auxilium, ff. de minor. l. 1. Cod. quan. non pet. par.

OMITTERE eſt etiam ſilentio præterire, & neque inſtituere, neque exhæredare, l. 4 §. 1. ff. de bon. poſſ. contra tab. Briſſ.

OMITTI proprie non dicitur, cuius mentio non fuit neceſſaria, Conoan. lib. 9. c. 9 n. 8.

OMNE, nihil excipit, l. à procuratore, C. mandati. Recipit tamen interpretationem, l. ſed ſi compromiſſum, in fin. ff. de Arb. Dicitur de vniuerſis numero diſtinctis: vt, omnis grex: eandemque vim habet in ſingulari, quam in plurali. Aliquando tamen idem ſignificat quod totus, l. 1. §. ſi pecuniam, ff. depoſiti, l. ſi quis relictum de leg. 1. & ſimil. Spieg.

OMNE & totum differunt. Nam omnium appellatio eſt in diſcretis & numero ſeparatis. Totum autem dicitur in eo quod vnum & continuum eſt. Connan. lib. 8. c. 4. n. 2.

OMNE artificium incrementum recipit, l. legatis ſeruis, §. ornatricib. ff. de leg. 3. Accedit, quod vulgo dici ſolet, *Es iſt noch nicht alles erdacht.*

OMNE genus pecudum. Recte genus, quoniam in ſpecies diuiditur poſtea, vt in greges & armenta. Genus enim nunquam excluſit ſui ſpeciem, l. 1 ff. de adopt. Diomedes, Guidalotrus.

OMNE ius habet aliquam gratiam: quod Oldendorpio teſte, nemo vnquam grauius tractauit, quam Marcellus in l. reſpiciendum, ff. de pœn. Briſſ.

OMNE ad tempus, id eſt in perpetuum.

OMNEM voluntatem meam fidei hæredum meorum committo. Vide Scæuolam in l. codicillis, ff. de vſu & vſufr.

OMNES dupliciter dicitur: primo pro ſingulis. Et hoc modo fieri poteſt, quod vult Socrates, nimirum, vt omnes dicant, hoc meum eſt: hoc non meum eſt: Vnuſquiſque enim ſuum eſſe dicet filium eundem, & ſuam eandem vxorem, Secundo modo dicitur tanquam omnes & vniuerſi. Sic nunc loquuntur, qui communibus vtuntur vxoribus & liberis. Itemque res ſuas ipſorum eſſe dicunt, vt vniuerſorum, non vt vniuſcuiuſque eorum, &c. Conoanus lib. 2. c. 9. n. 35.

OMNI cauſa. Quære, Cum omni cauſa.

OMNI quinquennio, pro toto quinquennio.

OMNIA, pro vtriſque, apud Papinianum in l. in oratione, §. quid tamen dicimus, ad leg. Falc. item apud Caium, exemplo Ciceronis dictum legimus de duobus, in l. liberum arb ff. de adopt. Coniunctim plerunque apud idoneos autores occurrunt: vt omnes tres, omnes quatuor, omnes quinque, &c. Spieg. Prat.

OMNIA commoda, quæ intra annum, quo interfectus eſt, pretioſiorem ſeruum facerent, hæc accedere ad æſtimationem eius, dicendum eſt, teſte Vlpian. ad legem Aquil. in l. vnde Neratius. Spieg.

OMNIA mecum porto, celebre illud Biantis dictum oſtendit, bona animi propria & noſtra eſſe, non, corporis: de quo latius Alc. in comment. ad l. meorum, de verb. ſign. Spieg.

OMNIBVS, annis, id eſt, ſingulis.

OMNIBVS anteferri, frequens clauſula in entiis Rom. Principum, ſuum hodie robur obtinet: nam olim variabat: vt not. Comp. c. cau[illegible] ext. de reſcript.

OMNIBVS libertis meis cibaria præſtabitis pro arbitrio veſtro: non ignorantes, quos ex his charos habuerim. Cætera, quæ huc faciunt, explicat Modeſtin. l. verba teſtamenti, ff. de alim. legat. Spieg.

OMNIBVS libertis libertabuſque meis cibaria & veſtiaria, quæ viua præſtabam, dari præſtarique volo. Adi Scæuolam in l. à filio, §. fin. de alim. leg.

OMNIFARIAM, omnibus modis, C. de arbit. l. nec in arbitris, §. 1. C. de contrah. & commit. ſtip. l. optimam. Alb.

OMNINO & omnimodo præciſam neceſſitatem plerunque ſignificant, l. 10. §. in adrogato, ff. de vulg. & pup. Idemque valent quod indiſtincte, l. pen. ff. pro ſuo, l. 49. ff. de iure dot. l. 11. in fi. l. 26. ff. de leg, lib. 2. l. 14. ſed & ſi. ff. quod met. cauſ. l. 1. §. hoc edictum, ff. naut. caut. l. ff rat. rem hab l. 9. in fin. & l. 32 §. ſacerdotio, ff.

de recept.qui arbitr.l.18. ff. de adim.leg. §. ſed furti, & §. item actio. Inſt.de act. l.penult.ff.qui ſine manum.l.17 § vltim.ff.ad Velleja.omnimodo ſine metu exceptionis, in l.39 §. pen. ff.de damn.infect.& in l.5. §.1. ff. de vſur. & l.87.§.1. ff.de leg.libr.a omnimodo eſt etiam ſine interpellatione, & ſine requiſitione quo ſenſu eſſe do accipiendum in l.38. §. pen ff de vſur. Significat, & in omnem euentum, & vt ICti loquuntur, quicunque caſus inciderit, in l 18 ff.quod met.cauſ. Briſſ.

OMNINO fieri intelligitur eo modo quo poteſt fieri, ne impoſſibile juberi videatur ſac. l.ſi jure militari, de mil. teſt. cum ſi mil.per Saiom. citatis. Cæterum omnino, nunc ſemper, & ſimilia verba prægnantia, vel ideo vulgo feruntur, quod juxta interpretum traditiones nullam modificationem, aut limitationem recipiunt, vt ait Zaſ. Spieg. Prat

OMNINO non edere, vel non in totum & non legitime edere paria ſunt, quum in vtroque eadem ſit cauſa decipiendi, eademque damni ratio l.vbi exigitur, in princ.ff.de edendo.Spieg.

OMNINO non reſpondiſſe, juxta Vlpian. omnes poſteriores ſi acceperunt, vt omnino non reſpondiſſe videatur, & qui ad interrogatum non reſpondit, id eſt, πρὸς ἔπος. Spieg.

OMNIA, quando diſtribuat, quando colligat. Bartolus indicat in l.hoc articulo, de hæred. Inſti. Quo vero dicet à Quilibet not.in l.ſi pluribus, de leg.t etiam pro cuncto, & pro toto Græcorum more ponit vt Bud.multis exemplis oſtendit. Spieg.

OMNIA debiti nomine vſuræ veniunt accipiendæ, vt patet ex reſponſo Scæuola in l.nomen, de leg.3. Item qui omnia ſua, vel omnes res ſuas donat, & nomina debitorum donaſſe intelligitus. Idem enim eſt, ſiue omnia mea dixerim ſiue addito vniverſali ſubſtantiuo, omnes res meas, ſeu bona dicam: Sed ſi generale ſubſtantiuum appoſitum proponatur: vt ſi quis dicat argumentum meum, veſtes meas: hæc pronomina ad dominium, vel quaſi dominium referentur l.ſeruos autem,co.tit.ex com.Alc Spieg.

OMNIA bono, de duobus dictum, in l.1. C de liber præter. Albericus quoque obſeruauit. Spieg.

OMNIA, nihil, quilibet, & aliæ hujuſmodi voces vniuerſales in jure ciuili reſtringuntur ad normam æquitatis. Prat.

OMNIS obligatio pro contracta habenda, Paulo autore l. omnem, vbi quis ager. Spieg.

OMNIS periculi appellatione, non videntur caſus fortuiti contineri, l.non ſimiliter, de magiſt.conuen. vbi dicitur, magiſtratus ſuccedit in omne periculum, & tamen non tenetur de caſu, l.2. §.eo tempore, ff.de adminiſt.rer.ad ciuit.pert Spieg.Prat.

Ὀμνύω, jurò, ἐπ' ἀλλὰν ὀμνύω, in capita libertorum jurare, id quod ſiebat cum in ejus capite in quem jurabant, ita ſe ſacrare caput ejus diis inferis quaſi veneque ſignificantes, ſi pejerarent. Ex commeo.B... Spieg. Et in nouo ſenſu etiam habetur in l. hoc articulo, ff.de hære.l.inſt.l.2. ff.de orig. jus.verſ poſt hunc maxime l patriam. ff.de hæred.Inſt. Terentius in Phormione. Vnum cognoris, omnes noris, de Antiphone & Phædria loquitur.l ſi pluribus, ff.de legat.1.

Ὁμόδουλοι agri ſunt in cenſu relati cum alijs qui poſtea facti ſunt deſerti Ὁμόδουλοι agri ſunt ſimul cenſiti quidem, ſed quorum pars vendita eſt: vide Gotb. in not. ad Nou. 128.c.7.

Ὁμοσκήνιοι dicuntur qui in vna eodemque diuerſorio habitant, Brechæus l ſeruis in tit.de verb. & res. ſign.

Ὁμοσιπύοι dicebantur qui eadem penu agebant. Brechæus l. ſerui, in tit.de verb & rer.ſign.o.8.

Ὁμόλογα, in l.4. C.de recept arb.ſpondeo & adſentio.

Ὁμομήτριοι ſunt nati ex eadem matre, vt puta vterini, Gothofr.ad Nou.84.in epigraph.& ad l.1. ff.de leg.Pomp.de parricid.

Ὁμοπάτριοι, ex eodem patre geniti. Prat.

OMPHACINVM, quod ex omphace factum eſt. Dicuntur autem omphaces immaturi fructus.

O N.

ONERA hæreditatis, i.æs alienum, l.vnic.§ pen.ff.ſimul.vent.no.

ONERANDÆ libertatis cauſa facta, ita definiuntur, quæ ita imponuntur, vt ſi patronum libertus offenderit, petantur ab eo, ſemperque ſit metu exactionis ei ſubiectus, propter quem metum quiduis ſuſtineat, patrono præcipiente l.1.§.5.ff. quar.rer. act.non dat.Prat.& Briſſ.

ONERARE, eſt aliquid onera imponere ſiue hominibus ſiue iumentis. Briſſ.

ONERARE populum, pro exigere à populo pecunias.

ONERARE dicitur teſtator hæredes à quibus quid legat, vel fideicommittit, relinquit, ſeu dare, præſtare, facereve quid iubet, l.36.§.vlt.ff.de vſu & vſufr.

ONERARE rationes, id eſt, diſpendioſum eſſe. Budæus.

ONERARI etiam eſt prægnantari vt loquitur lex 21. ff. de his qui not. infam.

ONERARI actionibus, cautione, ſatiſdatione. Ne ſolus hæres omnibus hæreditariis actionibus oneretur. Paul. lib 4.Sent.tit.1.

ONERARIÆ naues à gerendis oneribus dictæ ſunt: & ob id taſdæ inter caſcorbita & Cybæa erant, quarum vtrarumque mentio apud Tull. vide Bayf. in annotat. ad leg. 2. de capt. & poſtlim. reuerſ. Spieg. Adde notata à Maioragio Miſcell. lib.1.c.6.

ONERIS appellatio transfertur ad res incorporales, onera actionis, l.3.ff.de famil.erciſ. Briſſ.

ONERIS auerſi actio locatori dabatur olim aduerſus conductorem, qui omne periculum per conuentionem in ſe recepiſſet: quam aliquo ex conducto, non niſi de dolo & culpa teneretur: Dicta oneris auerſi, ex eo quod omnium damnorum quolibet modo inſidentium onus ad alterum pertinere, ac à ſe interim auertere, pactus ſit conductor vel locator l. In naue Saufeij, ff.locat.& conduct. Et rurſus ibidem, opus, inquit Florentinus, quod auerſione locatum eſt, donec adprobetur, conductoris periculo eſt. Sed quando ſuperuacaneum videbatur, propter periculorum & caſuum pactionem circa contractum locationis, proprium actionis ſpeciem conſtitui: abolita eſt oneris auerſi nomenclatura, re tamen ipſa manente, videlicet, vt quicquid de caſibus fortuitis conueniſſes, id per actionem ex locato & conducto exigeretur, vt Bar. quoque probat in d. l. In naue. Bi, l.ſi quis fundum, in pr.ff.locat.& conduct.l.licet, C. eod. tit. Errant ergo & male docent, qui ſimpliciter pronuntiant, Actionem oneris auerſi, hodie eſſe ſublatam, quia non actio ipſa: ſed nomen actionis tollitur, transfuſum in actionem locati, eodem fere modum, quo rei vxoriæ actio transfuſa eſt in actionem de dote Old vide & Cuiac.7.obſ.39.

ONERIS ferendi ſeruitus dicitur, quæ vt vicini onera ſubſtituere quis cogatur, imponitur. l.1 & l.39.ff.de ſeruit.vrb.l. ſicuti, §. diſtant, ff ſi ſer. vindic. Alia autem eſt ſeruitus oneris ferendi, alia tigni immittendi: nam cui prior debetur, agere cum vicino poteſt, vt ruinoſam parietem reficiat, eumque oneri ferendo idoneum præſtet: at qui tigni Immittendi jus habet, cogere vicinum vt parietem reficiat non poteſt, l.etſi forte, 6 § 2.l.8 §. competit, ff. ſi ſeruit. vindic. l. cum debere, 33.ff.de ſeruit.vrb. Schard.ex Prat.

Ὀνηλάτης aſinorum agitator. Guth.ad l.5.§.2.ff.de muno.& hon.

Οὐκ ἀπὸ τοῦ νόμου, id eſt, à lege: Vide ſupra nomen.

ONVS mercis quæcunque nomine impoſitus ſignificat in l. 31. & l. penult.§.penult. ff.locat. l.6.ff.de lege Rhod.l.1.§.non autem, ff.de exercitor. Briſſ.

ONVS auertere ait Cuiac.de obſeru.39.eſt diſtrahere & permutare: Vide & Tertul.lib.1.aduerſ. Marcion.

ONVS exponere. Marcianus: Si propter neceſſitatem aduerſæ tempeſtatis expoſitum onus fuerit, non debere hoc commiſſo vindicari, diui fratres reſcripſerunt. Spieg.

ONVS proprie pondus ſignificat, & per tranſlationem, munera, partes, prouincias & officia, vt non omne onus eſt odioſum. Vtenim à tutela, eſt infamia ciler: ita adminiſtrare, honorificum: Vnde Bartol.& Baldum in l.pen.C.de verb.ſign. Spieg.

ONVS ſuſcipere, oppo.onus recuſare, Papin.in leg.procurator qui pro euictione, ff.de procur.

ONVS vulgo ſarcinam ſignificat vel hominibus, vel iumentis, animalibus, impoſitam. Quanquam Cornel. Fronto de differentia, verum onus, ait, vehiculorum maius eſt ſarcina hominum. Briſſ.

ONYX Arabicus in l.vltim.§.ſpecies, ff.de publican. ad differentiam Indici à quo colore diſtat. Nam Indicus igniculos habet albis cingentibus zonis: Arabicus autem niger eſt cum candidis zonis. Inde autem nomen habet, quod habeat in ſe permixtum candorem in ſimilitudinem vnguis humani, vt Iſidor. lib 16 c. 8. tradit. Meminit & onychum in ſolis Arabiæ montibus naſcentium, Plinius lib.36.c.7 Briſſ.

O P.

OPACVM, vmbroſum, non afferens vmbram, ſignificat: vt putat Accurſ.l.æquiſſimum, ff de vſufruct.& l.ſi arborem, ff.de ſeruit, v.b.præd.Spieg.

OPE conſilio. Dubitatum fuit apud Veteres, vtrum hæc formulæ verba, OPE CONSILIO, coniunctim, an vero diſiunctim accipienda eſſent. Hanc dubitationem peperit hæc ratio, quod opē ferre non videmus ſine conſilio animi, adeo vt qui ſeruo perſuaſerit fugere, furti non teneatur, quamuis in fuga ſurripiatur, niſi ideo perſuaſerit fugam, vt alius fugientem furto interciperet, l.qui ſeruo.36 ff.de furt, Deinde furtum neque verbis neque ſcripto, l.ſi quis vxori, 52 § neq; verbo, ff. de furt. ſed contrectatione committitur, l.1 ff de furt Conſilio itaq, furtum fieri non poteſt, cum nihil aliud ſit quam perſuaſio & impulſio quædam, l.in furtis, 50.ope, ff. de furt. in verborum ſuauitate & blanditie conſiſtens, l.1.§. perſuadere, ff.de ſeru. corrupt l.ante, C de furt. Sed Labeo cuius ſententia recepta eſt, hæc ſeparatim accipienda docebat. Sic itaq, proponit hic Paulus: item dubitatum inter veteres, illa verba (id eſt. ſiue formulæ agentium ac iudicantium) ope conſilio, quemadmodũ accipienda ſunt, ſententiæ coniungentium aut ſeparantium? Hactenus quæſtionem proponit: hic autem authoritate Labeonis decidit: ſed verius eſt q. & Labeo ait, ſeparatim (non coniunctim) accipienda, vt alterorum probatum eſſe ſatis ſit, nempe ope aut conſilio rei factum furtũ. Hanc deciſionem præter Labeonis authoritatem duplicẽ confirmat ratione & deniq, duplici teſtimonio veterũ ICtorum tacitam item aut obiectionem per vtriuſq; rationis explicationē: Quia (inquit) aliud factũ eſt eius qui ope, aliud qui conſilio

furtum

furtum facit (hoc eſt furtum fieri iuuat d.l. qui ſeruo, 36. d.l. in furti, §.1. ff. de furt.) Hæc ratio à forma opis conſiliique ſumitur. Quæ enim nomine differunt re differunt, l. non codicillum, C. de teſtament. l. ſi idem, C. de codic. Quæ re differunt, formis differant neceſſe eſt d.l. ſi idem, & ibi Dd. Quæ forma differunt, ſeparata eſſe, ipſa natura dictat. l. Iulianus, §. ſi quis rem, ff. ad exhibend. opem fert, qui miniſterium & auxilium ad ſurripiendas res præbet, veluti qui ſcalas feneſtris ſupponit, vel oſtium effringit, vel ferramenta ad effringendum concedit: item qui comitem ſe adiungit ac latebras præbet vt alius furtum faceret, §. interdum quoque, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſ. Conſilium vero dat qui verbis perſuadet & impellit, atq; conſilium inſtruit ad furtum faciendum, etſi ipſe auxilij præſtat aut facit, vt ſi Titio ſuaſeris, vt ille vel illi furtum facere, item noctu potius quam interdiu, vel dum ille in conuiuio eſt, quam dum domi, &c. item ſi mihi perſuadeas pannos meos ſiccandos noctu in hortis tuis relinquere, vt eos Titius a furto ſurripiat, d. l. in furti 50. §. ope d. l. 1. §. perſuadere, ff. de ſeruo corrupt. l. fin. C. de noxal. actio. Alterum argumentum à ſimili eſt. Sic enim, inquit, alij condici poteſt, alij non poteſt, q.d. quemadmodum fori alij, qui rem furtiuam habet, vel amiſit, vel homo liber eſt, rea furtiua condici poteſt: alij qui non habet, neque habuit, vel in ſeruitute, contrectauit, non poteſt ſcilicet condici & tamen vterque tenetur furti actione pœnali, l. 6. l. 7. l. 10. l. quod ab alio 15. ff. de condict. furt. quia fur eſt vterque, d. l. 6. l. quod ab alio, l. 7. ff. de furt. ita quoque alius eſt, qui ipſum furtum facit, alius qui ope, alius denique qui conſilio iuuat. Nam is qui conſilio opeve adiutus vel adiuuans contrectauit, & furti tenetur & condictione, d. l. 7. ff. de condict. furt. l. ſi quis perferendum 35. l. ſi pignore 54. §. cum furti, ff. de furt. Qui vero ope ſaltem iuuit, aut conſilium dedit, non autem contrectauit quicquam, furti quidem pœnali, non etiam condictione tenebitur, d. l. 6. ff. de condict. furt. Quia vero obſtare videbat Paul. in l. ſæpe, 53. de verb. ſign. quod furtum non ſit, cui non competat furti definitio, & accidere poſſit, vt cui conſilium dabatur, id non impleat, ſed repudiet, vel vt qui ferramenta alicui commodato dederat, vel ſcalas feneſtris ſupponi iuſſerat, ignoraſſet quam ob cauſam admouerentur: Ideo ſubiecit Paul. in d. l. 53. Et ſane poſt veterum autoritatem eo peruentum eſt, vt nemo ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit, (h. e. dolo opem tulerit) nec conſilium (fraudulentum illud) habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum ſit (h. e. iuxta conſilij formam furtum perpetratum per eum quo conſilium ea de re habitum eſt) Gœdd. ad d. l. ſæpe 53. n. 11. & ſeqq. de verb. ſign.

OPAM FERRE, etiam remedio aliquo ſubuenire & ſuccurrere ſignificat. Prouidentia ampliſſimi ordinis laudata, quia opem tulit mulieribus, l. 2. §. verba, ff. ad Senatuſconſ. Velleian.

OPERA iuſta & legitima eſt, quæ totum diem exequitur, Connan. 2. comm. c. 8. num. 2. Columellæ iuſtæ operæ ſunt quæ diei ſunt æquales, vt refert idem Connan. libro primo, capitulo ſecundo, numero quinto, Hotom.

OPERAM diurnam eſſe officium, Paulus docuit l. 1. de operis libertorum, vel quia per diem laborandum eſt, vt in l. 2. ff. de annia legatis, vel quia certo diei tempore abſoluatur. Tametſi etiam ſint officia nocturna. Sed Iuriſconſultus ad frequentiam reſpexit. Spieg.

OPERA publica. Feſtus autor eſt ea, quæ locantur vt integra præſtentur, Sartatecta vocari: eſſe enim Sarcire integrum facere, Rævardus l. nemini ſuam, ff. de reg. iur.

OPERA à culpa quid differat: vide Dolus.

OPERÆ libertorum, officia ſunt quæ liberti patronis gratiæ & remunerationis loco præſtant: nam (vt ait Caius in l. cum patronus, 22. ff. de oper. libert.) operarum editio nihil aliud eſt, quam officij præſtatio. Earum autem duo genera ſunt ſumma, officialium & artificialium: officiales dicuntur, quæ non in arte vlla certa, ſed in patrono quibuſcunq; officiis adiuuando verſantur & perſonam eius eiuſq; victum, curationem, ocium, quietem, voluptatemque potiſſimum attingunt: veluti, cum nullo ſuo detrimento negotia eius gerendi, peregre cum eo proficiſcendi, l. hæ demum, 38. ff. de oper. libert. Tironem enim erga Ciceronem officioſum eſſe, ſemper ei præſto eſſe, ab eo dum ægro vel corpore, vel animo eſt, non diſcedere, doctiſſimis eum ſermonibus & colloquiis oblectare. Dionyſium porro Attico idem præſtare, Ciceronem liberos erud re, humanitatis eſt potius, quàm vllius artificij munus, atque hoc eſt quod Vlp. ait in l. operæ, 9. ff. eod. proprietatem officialium & in dantis, & in accipientis perſona conſiſtere. Artificiales autē appello generaliter omnes quæ artis alicuius propriæ ſunt, neque ſine illa præſtari poſſunt: veluti ſi libertus pictor, medicus faber, architectusve ſit, & patroni ſui iuſſu pingat, medeatur, fabricet, architecteturve, hoc officium non tanquam libertus patrono, ſed vt quiuis alius cuiuis alij præſtabit. Quid. n. illum libertum, aut hunc patronum eſſe neceſſe eſt, vt ille nauim domumve huic ædificet? Hinc Vlp. eas operas quæ hoc in genere ſunt, ſcribit quaſi in pecuniæ præſtatione conſiſtere, l. fabriles, 6. ff. eod. nam fabriles, pictorias, cæteraſque generis eiuſdem artificialium nomine complector: atque vt omne complectar Latinæ linguæ ratio poſtulat. Hinc idem Vlpianus in l. operæ, 9. eodem ſcribit fabriles aliaſve generis eiuſdem, & à quocunque & cuicunq; ſolui poſſe: & iubenti patrono etiam alii edi poſſe. Hinc idem in l. 6. ff. eod. illam inter vtraſque differentiam exponit: quod fabriles, cæteræque ad hæredem tranſeunt, officiales vero nequaquam. Cuius rei non obſcura cauſa eſt: nam hæ, vt ante dixi perſonales ſunt, nec ab altero facile præſtari poſſunt: illæ vero, & à quouis, & cuiuis. Hot.

OPERÆ pars per horas ſolui non poteſt, l. 3. de oper. libert. Gœdd. ad l. 166. §. 1. de verb. ſign. n. 3.

OPERÆ, (ait Vult. in comm. Inſti. ad princ. tit. de adſignat. liberi) aliæ fabriles ſunt, aliæ officiales, l. operæ, 9. ff. de oper. libert. l. ſi non ſortem, 26. §. libertus, ff. de cond. indeb. quarum differentias notauit Cuiac. 17. obſ. 14. Fabriles manibus potiſſimum expediuntur, & debentur à liberto patrono ſuo tanquam creditum, tanquam credita pecunia, l. à duobus 4. l. fabriles 6. ff. de oper. libert. & à patrono & in quemlibet pro arbitrio transferri poſſunt. Obſequiales ſeu officiales maxime conſiſtunt in reuerentia patrono exhibenda, & tranſeunt ex lege Ælia Sentia in hæredem inſtitutum. Hæc Vult.

OPERAS quaſdam eſſe medias ſeu communes, vt puta, quæ & officium & artificium reſpiciant, tradit Zaſ. in intell. de oper. Quaſdam quoque ſeruiles eſſe tradit, de quibus vide late eundem, & Ferret. tit. de acquiſ. per arrog.

OPERÆ gratuitæ, quæ ex mera liberalitate exhibentur, id quod in noſtra Germania propter arctiſſima amicitiæ vincula vſu venit, opponuntur conductitiis, h. e. quæ mercedibus vel locantur, vel conducuntur: ex ſolo leg. contractus conſiſtunt. Earum tractationem pulchre diſtinguit Zaſ. in tria membra: quicquid ad operarum rationem pertinet, alter non eſt qui eo vel copioſius vel exactius hactenus ſit proſecutus. Sunt autem in gratuitarum numero operarum, quæ præſtantur à clientibus, alumnis, hoſpitibus, amicis, item collectaneis, educatoribus & cæteris. Lac. inſt. quibus ex cauſ. man. §. eadem lege. Porro clientes libertis connumerari veruſti mores ex hiſtoriis docent, & eſt text. in l. 2. & 3. de his qui deiec. vel effud. l. 2. in fin. cum l. ſeq. ff. de vſu. & hab. 1. Hoc item Syrus Terentianus Cteſiphonem docet, vt patri dicat, ſe clientibus, amicis, hoſpitibus operam præſtitiſſe. Spieg.

OPERAM etiam, cedere, petere, & præterire dicuntur. Briſſ.

OPERÆ numero definiri ac circumſcribi ſolebant. Vnam enim operam vel plures, puta decem, centum, quingenas, mille locari, imponi, promitti ve moris erat. Briſſ. [leg 3.

OPERÆ piſtoriæ, vel hiſtrionicæ, apud Vlpia in l. ſuos autem de

OPERÆ PRETIVM, mercedem labore dignam ſignificat, quæ propria eſt eius dictionis ſignificatio. Sumitur tamen quandoque pro eo, quod memorabile & non ſpernendo, vel precio vel præmio dignum ſit. Valle ſignificat fructuoſum, & ad rem pertinens, vel quia decens, vel quia vtile, vel quia gratioſum, vel quia iucundum. Liuius in præfatione operis, pro re in primis cenſenda & magnifacienda accepit. Budæo annotante l. cum duobus, §. ſi in coeunda, ff. pro ſocio. Senſum huius loci, ſi eum, vt Haloander habet, legerimus quem Budæus deſiderat, ſatis congruum eloquentiæ Vlpian. aſſequemur. Precium operæ, etiam dicitur vt veriſimile, & ſimile veri. Plenius rd verum audire, precium operæ ſit. Spieg.

OPERAM dare iudicio, pro auditionem accommodare, apud Ciceronem ad Atticum. Venit ad me, dixitque iudicem operam dare ſibi conſtituiſſe. Idem Cicero 4. Verrin. M. Petilium, inquit, equitem R. quem habuit in conſilio iubet operam dare, quod rei priuatæ iudex eſſet, & ICtus in l. ſi longius, ff. de iud. & l. pen. ff. de vac. mun. vide Cuiac. obſeru. 33.

OPERAM dare funeri, eſt intereſſe pompis exequiarum. Idem ad eundem: Venerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. Spieg.

OPERAM etiam præbere dicuntur litigatores, qui compromiſerunt, cum arbitri præcepto parent. Briſſ. Briſſ.

OPERAM dare interdum eſt curare, ſatagere, ſtudium adhibere.

OPERAM dare iuris ciuilis ſtudio Tullius de Claris Oratoribus. Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam. Quint. Scæuola, P. Frat. Spieg.

OPERAM dare præceptori, idæſt, audire eum, Budæus.

OPERAM ingerere inuito, ſuſpectum, l. quæ omnia, ff. de proc. Spi.

OPERAM perdere, quod & operam ludere dicitur, hoc eſt, in vanum laborare. Tull. pro L. Muræna (quod quidem ius ciuile didiciſti, non dicam operam perdidiſti.

OPERARI, ſimpliciter pro laborare, negant apud idoneos reperiri autores: fere autem referri ad ſacra. Quamuis operarij proprie, qui non iudicium, ſed tantum operam adhibent ad architecti ex arte rationem operis præſcriptam: Vide Eraſm. in Chil. Operariorum ſeruorum meminit Alphenus in §. quid autem eſſet, in lege cenſoria. de verb. ſign. Alciat. Interpretatur qui ruri operabantur. Vnde & ab antiquis autoribus ſimpliciter operæ appellantur. Spieg.

OPERARI in ſacris quid: Peculiaria ſacrorum verba fuerunt, io-

terquæ & verbum operor recenſetur, Gyrald. hiſt. deor. ſyntagm. 17. Ac idem vere ſignificat, quod rite ſacrificare, vnde Vitus Sara refert, Cereri læti operatus in herbis, & alibi, operata iuuentus Sic & Plautus, vt iſthæc operatio crimen expiet.

OPERARIUS vſus, qui ad aliquod opus faciendum adhibetur: vel qui alicui operæ accommodatur. Sic etiam operarium pecus dicitur, cujus vſum ad operas noſtras faciendas coopertimus Subſtantiue, qui alicui rei operam impendit, cui debetur ſumptus & victus, non item inſtrumentorum pro opere fructorum æſtimatio, per gloſſ. Baldo ſingularem, in l. quoniam liber. C. de teſtib. Accedit quod not. in gloſſ. ſi non fortem, §. libertus, de cond. indeb. Spieg.

OPERAS locare, is qui laborat, qui operatur: cui autem præſtatur opera, is eam condoxiſſe dicitur. Et regione quoad opus quod patandum eſt, figura loquendi conuertitur. Nam is qui operatur, dicitur condoxiſſe opus: at dominus cui opus pertinet, dicitur idipſum locaſſe, Bert. cum eam loquendi figuram apud Latinos homines conſuetam & facilem Zaſ. teſte, non intelligeret, gloſſam recte docentem improbauit, in l. 2. C. Locati, & rearum ibidem corrupit. Quamuis ejuſmodi loquendi dictum Accurſ obſcure tamen aſſecurus videatur Quod idem admonet Zaſius diligenter, hæc opera, & operæ aduertenda eſt differentia. quod ejus ignorantia impoſuerit doctoribus, imò & gloſſæ, quamuis in d. l. s. eam ſatis bene attigerit, tamen in l. 2. §. ſi conſeruatis ad l. Rhod. de iac cecidiſſe videtur, vbi locari opus corrupte intelligit, pro conductione operarum. Operas quoque perſonas dicimus, quæ aliquid faciunt, ſiue etiam nebulones conductos ad malum referendum. Operæ etiam publicanorum, quos factores vulgo vocant. Spieg.

OPERAS ſerui locare, & ex operis ſerui mercedem capere apud ICtum in l. 14. in prin. de vſu & hab differunt: Sed qui hoc poteſt & illud ſane poteſt: ac retrorſum, qui hoc non poteſt, neque illud poteſt. Ex operis ſerui mercedem capio, ſi ſe ipſe locauerit, & mihi acquiſierit obligationem locati conducti, non ſi ei impoſuero mercedem: nam hoc eſt, pro operis non ex operis, l. 12. § vlt. l. 13. d. tit. Vide Cuiac. 14. obſeru. 23.

OPERIS locati conducti appellatione ſignificatur non id opus quod Græci ἔργον, id eſt, operationem & operam, ſed quod ἀποτέλεσμα, h. eſt, vndique forma materię impreſſa, ad finem ſuum perductum vocant, ait Paulus in l. 5. § 1. de verbor. ſignif. Idque expreſſius quaſi priora explicans his indicat verbis; id eſt (inquit) ex opere facto (hoc eſt, formæ impreſſione, l. veſtimentum, 22. de aur. argen leg l. ædificia, §. perfeciſſe, de verb. ſign.) corpus aliquod perfectum. Multum enim differunt opus & opera ἔργον & ἀποτέλεσμα: Opera eſt ipſa actio, induſtria, labor, conatus, ſtudium, quo in opere faciendo vtimur, qui operas, 38 ff. locat. l. fabriles 6. l. ſeq. cum patronus, 22. l. medicus 26. ff. de oper. liber. Et illud eſt quod Græci appellant, ἔργον & ἐργασίαν, à verbo ἐργάζομαι, id eſt, operor, & quamcunque rem facio. Opus autem eſt operarum effectum, quod fabricando & operando effectum relinquitur, l ſi inſulam, ff. de verb. oblig d. l. qui inſulam, 30. §. qui ædem, ff. locat. d. l. opus, ff. eod. cujus perfectio cum à fine ſuo, vtpote cum ipſa forma, per quam, id eſt, quod eſt, congruente arguitur Græcia ἀποτέλεσμα, id eſt, ad finem ſuum perductum ἔργον, ſiue effectum omni parte ſua abſolutum, complectum & perfectũ dicitur à verbo ἀποτελεῖν, hoc eſt, ad finem & calcem perduco, perficio, abſoluo, deductum nomen: ita cum in vno opere complures operæ conſumi poſſint. Et contra plura opera vna opera effici queant: non ab opera & ἐργασίᾳ definietur opus locatum, conductum, ſed ab ἀποτελέσματι, id eſt, ab operis conſummatione & fine, tanquam certiſſimo formæ argumento, dict. l. ædificia, 139. §. perfeciſſe. Quamdiu enim forma ſua opus caret, approbari non poteſt, cum operis approbationem per artifices de forma rei judicantes fieri oporteat; qui inſpecto opere referunt, recte ne factum ſit; §. l. opus 36. l. ſeq. l. ſi in lege 24. ff. locat. Gœdd. ad l. rei appellatio, 5. §. 2. nu. 3. & ſeqq de verb. ſign.

OPERA nomine, quod veri operis formam habet, intelligimus, quæ non niſi ex conſummatione contingit: Vide Alciat. in § opere locato, l. rei appellatione, de verb. ſign. Spieg.

Edictum porro de noui operis nunciatio, id demum opus quod in ſolo ſit, & ſolo conjunctum eſt, amplectitur, l. 1. §. hoc autem, ff. de oper. no. vnde qui meſſem facit, qui arborem ſuccidit, vineam putat, licet opus faciat, tamen ad illud edictum non pertinet. Enimuero interdicto quod vi aut clam teneri & cum placet, qui arbores ſuccidit, quanquam ad ea quoque ſola opera quæ in ſolo fiunt, id interdictum pertineat, l. 1. §. hoc autem, & l. 7. § notauimus, ff. quod vi aut clam.

OPERÆ ſunt diurnum officium l. 1. & 3. ff. de oper. liber. per ſingulos enim dies dantur, l. 10. §. quædam, ff. de ſtatu liber. Edere operas, id eſt, exhibere: frequens Iureconſultis locutio in tit. de operis libertor. & l. 14. §. vlt. ff. de verb. oblig.

OPERÆ ſeruorum legatæ differunt à fructu, vt apparet ex l. ſecunda, ff. de vſufr. leg & l. 1. & 2. ff. de oper. ſer. l. 5. in fin. ff. vſufruct. quemad. caut. l. 8. §. 1. vſusfructus, ff. ad leg. Falc. reſtat, videamus qualem intellectum habeat quod dicitur, ſeruos, in quib. vſumfr. habemus, item alienos bona fide poſſeſſos nobis ex operis ſuis adquirere, l. 10. §. de his, l. 19. ff. de adq. rer. dom. l. 21. & l. 23. §. 1. ff. de vſufru. Cujus dicti interpretatio aliquatenus peti poteſt ex l. 19. & l. 47. ff. de adqu. rer dom. & l. 45. ff. de acq. hær. l. 50 §. 1. ff. de pec. & Caio in Inſt. lib. 2. tit. 1. ad ſi Briſſ.

OPERIS faciundi vincere redemptionem & conductionem is dicitur, infra quem nemo licetur: vincit vectigalium redemptionem is, ſupra quem nullus licetur. Paulus: Licitatio ita demum admittenda eſt, ſi fidejuſſores idoneos, is qui licitationem vicerit, offerre paratus ſit.

OPERCULA iſta defuncti ſunt, l. vlt. ff. de proxenetic.

OPES, Inſulanus inquit, ineruditum vulgus, pro diuitijs duntaxat accipere, opulentum pro diuite rerum ſolet. Cæterum opes paulo quiddam amplius comprehendere videtur: omne namque illud, quod opem ferre homini queat, Itaque earum nomine intelligimus quoque propinquitates, affinitates, clientelas, ſeruitia, ſeu mancipia, jus vectigale, & ſi quid aliud eſt ejus generis, quod opitulari nobis queat. Spieg.

OPES abditæ pro reconditæ, apud Leon. Imp. l. vnica, C. de Theſaur. lib. 10. Porro integræ opes, & accisæ opes, vt contraria ponuntur. Spieg.

OPHIR vt tradit diuus Hieronymus eſt Inſula Æthiopiæ, vnde puriſſimum aduehebatur aurum, cujus regina in ſacris voluminibus proditur. Saba.

OPHITÆ hæreticorum genus de quibus in l. 5. l. 10. & l. penult. Cod. de hæretic. & Manich. Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus, in hæreſeon catalogo ophitas ſeu ſerpētinos ab eo dictos tradit, quod colubrum colant, aſſerentes initium ſcientiæ boni & mali nobis eum primitus attuliſſe. Idem & Iſidorus de hoc hominum portento tradit lib. 8 Etym. c. 5. Briſſ. De his hæreticis vide Aurel Aug lib. de hæreſib. c. 17. & Gabr. Prateol. in elencho hæreticorum in verbo Ophitæ Epipha. 2. tom. 3. hæreſi 37.

OPICENSAL. lege cenſere.

OPICUM, autore Pōpeio, inuenimus quoque pro oſco Oſcis enim frequentiſſime fuit vſus libidinum ſpurcarum, vnde & verba impudentia dicuntur obſcena. Titi vnius oſce & Volſce fabulantur, nam Latine neſciunt. Plinius ſub Catonis perſona ait: Barbaros non vocant, & opici appellatione dedecorant. Opicos mures fœdos, putidos, & aſpernabiles Iuuenalis dici Io. Bapt. in comment. epiſt. Sido. Apoll. ad Leonem lib 8.

OPIFICES omnes, teſte Cicerone, in turpi ſunt exercitio, nec olim habebantur pro ciuibus nec ad reipub. adminiſtrationem admittebantur.

OPILIO quaſi ouilio, eſt ouium cuſtos. Virgil. Venit & Vpilio: ſed matri neceſſitas compulit o, in u, conuertere. Africanus: item opilionem, ſi ejus generis oues curaret, in ſi. l. cum quæreretur, de legat. 3. Spieg.

OPIMA ſpolia, vel ab opibus, vt ait Varro, vel ab inuicto opere, cum victoribus tantum laudis acceſſerit, nomina ſumpſere, ſeu quod fidei proprius eſt, opima ampla dici, ſicut optimam prædam, & opimum bouem dicimus. Quæ niſi duces regeſque quorum auſpicio res geruntur, ſuiſmet corporibus dimicantes, hoſtium ducibus detraxerint, necemque & exitum intulerint, haudquaquam opima dici voluere. Ter autem opima ſpolia delata ſunt tantum. Primo à Romulo, deinde à Cornelio Coſſo. Tertio à Claudio Marcello. Qua de re Plutarchus & Alexander ab Alexandro lib 1. cap. 14.

OPIMATORES. Vide paulo poſt, opinatores.

OPIMIORA, comparatiuus Gellianus, in leg. qui fundos, C. de om agro deſert. Spieg.

OPINABILE, quod opinione concipi poteſt.

OPINABILE, antiquis, & qui latine locuti ſunt, quod nunc vulgo putatiuum dicitur. Ex Bud. Spieg.

OPINARI. Quæ opinamur, Donat. ait, putamus: quæ putamus, incerta ſunt. Vnde non latus eſt opinari, l. cum vero, in pr. ff. do dote. Spieg.

OPINATI caſus. In Autentic. de conſang. & vter. fr. In princip.

OPINATORES in l. miſſi 7. C. de exact. tribut. li. 10. ſunt milites, qui in prouincias mittuntur petendæ militaris annonæ cauſa l. 11. & l. 14. C. de erogat. militar. annon. ſic dicti, vt opinatur. Iacob. Cuiac. in d. l. miſſi, quod exigant opinionem, i. e. cenſum agri. Opinio. n. in poſterioribus libris Codicis pro cenſu prædij ponitur, vt paulo poſt in verbo opinio in poſterioribus liquebit. Hi miſſi in prouincias non fungebantur exactorum officio, ſed inſtabant præſidibus, & officijs eorum, ac curialibus tantum, quibus titulorum fiſcalium exactio competit, vt intra anni ſpacium annonas acciperent, d. l. 11. c. de erog. milit. anno. Haloander tn in d. l. miſſi 7. legit opiones; de qua lectione vide Budæum in l. vlt. ff. de jur. immun. Pyrrhus quoque non opinatores ſed opimatores legendum credit.

OPINIO eſt, quod incertum eſt. De ejus natura lege Ariſtotelem circa finem primi poſter. Itē in primo magnorum moralium, dici opinionem eſſe, qua ad vtramque partem declinamus, puta ad hoc ita eſſe, & non eſſe. Sunt itaque quodammodo inter ſe oppoſita, veritas, & opinio. Nam circa ea verſatur opinio, vt docet Ariſtot. 6. Et hic. quæ aliter ſe poſſunt habere, & de quibus pro-

bus rogabiliter dubitari contingit. Stulti enim eſſet, dubitare de his quæ lege, vel aperta ratione monſtrantur. Quapropter opinio quælibet contra legem eſt vana, vt & contra veram rationem. Qua de re latius ſcribit Salomonius ad finem. Paradox. in §. reſponſa. Inſt. de jure nat. gent. Obſeruandum, quod verbum opinionis pro fama accipitur, in l. ff. de off. q. & Opinati; pro fama receptum accipi, vt in l. athletæ. de his qui not. Infam. Cum autem de aliqua re dubia quæſtio eſt, non dicimus, hæc eſt mea opinio, ſed mea ſententia. Vnde & ſæpe legimus, mea quidem ſententia, id eſt, meo judicio. Spieg.

Opinio communis judicando & conſulendo amplecti debet: vt eſt textus qui ad hoc communiter allegatur, in l. 1. ibi ſane crebrior apud veteres opinio eſt, vt ibi Bald. ad hoc not. ff. de offic. quæſt. & tradit Alexand. conſil. 134. præuiſo themate in fin. 1. lib. & conſil. 82. viſo proceſſu. circa finem lib. ſecundi, & Felin. in cap. 1. col. penult. verſic. nono fallit. de conſtitut. Decius conſ. 131. reuocatus in vltim. verbis. Et ideo dicunt Baldus & Paul. de Caſtro in l. vltim. Cod. de initit. & ſub. quos refert Iaſon. in l. ſciendum, vlt. in 2. col. circa med. ff. qui ſatiſd. cog. quod judicaturus non debet à communi opione recedere, etiam propter nouas fantaſias Bartoli. Hinc notat etiam Bald. in l. 1. in vlt. not. de ſenator. per illum text. argumentum, quod propter ſingulares & peregrinas opiniones doctorum non eſt à communi recedendum: quod dictum in pulchra quæſt. Alexand. conſil. 95. viſis proceſſibus, col. 3. lib. 2. vbi dicit, præſumi per imperitiam illum judicare, qui relicta communi ſententia ſingulares opiniones doctorum amplectimur. Et hoc vltimum etiam reaſſumit Iaſon. in l. 2. in tertia col. ff. de jurejur. Et vlterius dicebat Ioan. Fab. in procem. Inſtit. in col. 3. in princ. quod in dubio debes ſequi opiniones communes & illorum qui conſueverunt à pluribus approbari, vt facit Iuriſconſ. in l. ſcire oportet, §. aliud autem, ff. de excuſat. tut. & ſummus pontifex in clem. vnica, ad fin. de ſum. trinit. & fid. cath. Proinde Bald. in l. vlt. col. vlt. C. de pœna jud. dicebat præſumi imperitiam in eo, qui tenet nouas inſolitas opiniones per d. l. primam, ff. de ſenatoribus. Ideo monet, vt judicando nunquam recedas à carrocio prudentum, maximæ gloſſæ, & hoc dictum Bald. pro eleganti not. Andr. Sicul. in repetitione rubric. extra de fid. inſtrum. col. 7. verſ. quot autem modis.

Iſta omnia, quæ dicuntur de communi opinione, in judicando tenenda, ſecundum Decio. vbi ſupra & Canoniſtas in c. ne innitaris, de conſtitut. limitantur, niſi communis opinio poſſit bonis rationibus conuinci, quod bonus & acuti ingenij judex arbitratur; vt per Iaſon. in authentica, nouiſſima, in §. vol. C. de inoff. teſtament. & in l. vt vim, in penult. col. poſt medium, ff. de juſt. & jur. Secundo ſingulariter limitatur fauore matrimonij, per ſing. dictum Hoſtienſ. in c. ſecundo, de cognat. ſpirit. quod tamen non puto indiſtincte verum per ea quæ latè ſcripſi ſupra in verbo nuptiarum cauſa, vbi vide, & ſi cupis doceri quæ dicatur communis opinio, declarat Fel. in loco præallegato, & Iaſon. in dict. l. vt vim. in penult. col. vbi etiam Claud. in repetit. in 47. column. & ſequent. vbi dicunt quod non conſtat ex numero, ſed ex qualitate doctorum. Tractat etiam Iaſon in l. re coniuncti, in prima quæſtione principali, ad finem, in 2. parte, de l. 3. & ideo ſecundum aliquos Papienſ. mod. in l. 1. in princ. ff. de offic. ejus opinio gloſſæ, cum qua tranſeat Bartol. communis reputatur. Quod autem ſi judicis officium in valde dubiis opinionibus, in quibus non apparet quæ ſit magis communis, & rationes in vtraque parte efficaces adducantur: vnde Dec. conſ. 176. viſo themate, colum. pen. verſ. & ſi dicatur poſt Fel. in d. cap. 1. colum. fin. verſ. 2. nota vid. in l. ex facto in princ. de vulg. & pupil. Corra.

Opinio communis, Salomonio vna opinio dicitur: quod & Zaſ. ſentire videtur, dicens. Si textib. fulciuntur communes opiniones, jam non quia communes ſunt, ſed quia juris ſunt, etiam ſi ſolus quiſpiam duxerit, obtinebit. Sin textib. obuient, tanquam Syrtes ſint cauendæ. Igitur opinioni communi eatenus hærendum eſt quatenus textib. juris fulcitur, aut cui nulla ſit lex contraria, vt Zaſ. oſtendit in l. 2. de Orig. jur. Solet tamen dici, ſi alicujus ſcriptoris opinionem, quæ autoritate veteris vel noui teſtamenti roborata ſit cuicunque legi, etiam Pontificiæ præferendam gloſ. in cap. de libellis 14. diſtinct. quod recte recentiores intelligunt, cum de materia peccati tractatur: hac enim leges ipſæ principum prævalerent. Quapropter in caſib. quib. Pontifex de jure diuino aliquid limitare poteſt, ejus lex eſſet præferenda: nec quicquam ſanctorum autoritas faceret, qui ea mente non ſcripſerunt, vt dictata ſua vim legis habere vellent. Qua ratione traditum eſt Innocentij Papæ quarti commentarios pro lege habendos non eſſe: cum non eo animo ipſe ſcripſerit, ſed vt interpretis ſolum officio fungeretur. Cæterum ex Zaſianis intellectibus deprehendes, non tantum quã ancipiti periculo communes opiniones conſiſtant, ſed etiam intelliges, nihil eſſe poſſe falſius ea traditione ſimpliciter accepta, qua receptum eſt, judicem qui à communibus opinionibus recedat, litem ſuã facere. Nam opinio noua virius doctoris in judicando, teneri poteſt cõtra communem opinionem, quando melioribus & validioribus rationib. fundata eſt vt recte tradidit Ioan. Andr. in c. 1. de conſtit. & ſequitur Claud. in l. vt vim, in fin. Quamuis vel ex Neuizano quidem conſtat, jam olim aſſertioni cõmuni tantum tributum, quod nec Alberici Roſati ſentẽtia cõtraria, vel verior quævis alia reciperetur.

Opinio communis, eſt aliud quam fama. Nam opinio communis facit jus C. de re jud. l. 1. Fama vero non facit jus. Item opinio cõmunis probat, fama vero non. Item opinio cõmunis differt à notorio, quia opinio communis eſt de longe præteritis, quæ probari non poſſunt de facili, ſc. per teſtimonium viſus, &c. Sed notorium eſt de præſentibus, vel proxime præteritis, quæ de facili probari poſſunt per teſtes diuiſim. Et quod opinio veritati præferatur, eſt gl. cum concor. pro & contra. abundans in jurib. in c. Nuper de biga. ſuper ver. videntur. Concludit tamen ibi, quod cauſale eſt, vt opinioni potius ſtetur, quam veritati, in fauorem contrahentium, teſtamentorum, ſententiarum, vel proles. Alias regulariter veritas præfertur opinioni, ſecundum Bern. in gl. 3. in c. ad audientiã de ſpon. Etiam veritas præfertur autoritati, l. nemo judex, C. de ſentent. & inter l. om. jud. Idem conſuetudini capit. Si conſuetudinem cum 6. capitulis ſeqq. diſt. 8. vbi dicitur: veritas valet & inualeſcit in æternum, & viuit, & obtinet in ſecula ſeculorum Schard. ex Prat.

Opinio communis, vtrum circa eas quæſtiones verſetur, quæ lege, vel ratione finiuntur, an quæ autoritate, an quæ ratione ſimul & autoritate: rurſus vtrum ab numero authorum, an ab dignitate penſanda, non ſatis liquet. Et magis eſt vtique, his, quæ autoritatis ſunt conſiſtere. Lex & Ratio concludenter apud nos demonſtrant. Ratio enim & Veritas conuertuntur, c. fruſtra. 6. diſt. in Bald. in l. non omnium, ff. de leg. Old. Prat.

Opinio ſeu putatio falſa non excuſat injuria quæ mihi fit. Nam certus ſum ego: licet ille me putet alium eſſe, quam ſim. Paul. in l. eum qui nocentum. §. ſi injuria mihi. ff. de injur. Old. Prat.

Opinio plena dicitur in l. inter, 6. §. 1. ff. de interdict. pro exiſtimatione præſidis ſine ſententia nondum pronunciata, cui acta & defenſio rei, ſupplementa partium adjuncta ſunt l. ſciendum, 6. de appell. recip. l. 1. Cod. de relat. l. eos, §. ſuper his, l. à procon. C. de appellat. Hotom.

Opinio eſt cum dubitatione reſponſio gl. in verb. opiniones, in §. reſponſa, Inſtit. de jur. nat. gent. & ciuil. Ioan. Bello. Etym.

Opinio in poſterioribus libris Codicis pro prædij cujuſque cenſu & profeſſione vſurpatur, l. vlt. C. de præd. nauic. l. vlt. C. de collat. fund. fiſcal. vulgo taxa dicitur. Prat.

Opinionem omnium, vt omnes vel exiſtimant, vel judicant. Fallit autem opinio dupliciter: quum aut res ejuſmodi eſt ac putatur, aut non is euentus eſt, quem arbitramur. Spieg.

Opinionem comprehendere & remittere, contraria.

Opinioſiſſimus à homo dicitur, qui ſemper opinatur, tanquam nihil comprehendi poſſit.

Opinor, i. puto, exiſtimo, quibus verbis ſuas de juris quæſtionibus ſententias ICti concipiunt, l. 8. §. in hoc, ff. de cõtra. tute.

Opiſthographum, ὀπισθόγραφον, Hermolaus appellari dixit, quod ex vtraque pagina ſcriptum eſſet, aduerſa & auerſa minutis literis & literis plenum. Hot. autem opinatur eſſe chartam non vtraque ex parte ſcriptam, ſed quæ vna ex parte delata ἄγραφος, id eſt, pene ſcripta eſt; quam opinionem Vlpiani verba confirmant, l. 4. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. Chartæ appellatio, inquit, & ad nouam chartã refertur, & ad deletitiã proinde & ſi in opiſthographo quis teſtatus ſit, hic peti poteſt bonorum poſſeſſio. Veteres enim plerumque vna tantum in parte ſcribebant, quia ſcriptas chartas poſtea inuoluebant: vnde volumina dicta ſunt, vbi Alciatum lib. diſpunct. 2. c. vlt. Coraſ. lib. 1. Miſcell. cap. 18. Hoto. Alij tamen in d. l. 4. Epiſtographus, alij Epigraphus mendoſe legunt. Meminit Opiſthographi & Plin. Cæcil. in Epiſt. ad Marc. Electorum (inquit) commentarios 160. mihi reliquit, opiſthographos quidem & minutiſſime ſcriptos. Vide Hermolaum in gloſſem. ſuis ad Plin. & Alexand. Genial. lib. 2. c. 30.

Opiter nepos veteribus dicebatur, inquit Feſtus, cujus pater auo viuo mortuus eſt: ſic dictus quod obitu patris genitus ſit, aut quod auum poſt patrem habeat, id eſt, pro patre. Prat.

Opitulatio propie in rebus dobiis & malis dicitur. Vnde prætor eam pollicetur minoribus annis 25. aduerſus captiones, hoc eſt, dolum aduerſarij: auxilium vero, ſi facilitate decepti ſunt l. 1. in princ. ff. de minorib. Ex Albert. Spig. Prat.

Opobothaca, locus vbi autumnales fructus ſeruantur.

Oportebit, tã præſens tẽpus, quã futurum ſignificat, l. verbum oportebit, ff. de verb. ſign. Exemplum legit eſt, cum quis promittit quicquid dare facere oportebit. Nã etiã ex vi ſermonis præſens comprehenditur: cum qui dare facere debet tempore contractus, etiã poſt contractũ dare facere teneatur: nec n. per eum cõtractũ extinguitur præſens obligatio. Ex Alciato. Porro hujus verbi modo honeſtatis, modo officij, modo neceſſitatis, exẽpla pete ex Alberico. Quã via ex c. 1. L. 8. Quintiliani ſatis apparet, oportet, & neceſſe eſt, non idem eſſe. Significant tamẽ præſens tempus l. ſi à colono, i. ſi ſtipulatus fuerim, ff. de verb. oblig. Cæterum de hoc verbo, ſicut & de reliquis omni-

de recept. qui arbitr. l. 18. ff. de adim. leg. §. ſed furti, & §. item actio. Inſt. de act. l. penult. ff. qui ſine manum. l. 17 § vltim. ff. ad Velleja. omnimodo ſine metu exceptionis, in l. 39 §. pen. ff. de damn. infect. & in l. t. §. 1. ff. de vſur. & l. 87. §. 1. ff. de leg. lib. 1. omnimodo eſt etiam ſine interpellatione, & ſine inquiſitione quo ſenſu credo accipiendum in l. 38. §. pen ff de vſur. Significat, & in omnem euentum, & vt ICti loquuntur, quicunque caſus inciderit. in l 18 ff. quod met. cauſ. Briſſ.

Omnino fieri intelligitur eo modo quo poteſt fieri, ne impoſſibile jubens videatur fac. l. ii jure militari, de mil. teſt. cum ſimil. per Salom. citatis. Cæterum omnino, nunc ſemper. & ſimilia verba prægnantia, vel ideo vulgo feruntur, quod juxta interpretum traditiones nullam modificationem, aut limitationem recipiunt, vt ait Zaſ. Spieg. Prat.

Omnino non edere, vel non in totum & non legitime edere paria ſunt, quum in vtroque eadem ſit anſa decipiendi, eademque damni ratio l. vbi exigitur, in princ. ff. de edendo. Spieg.

Omnino non reſpondiſſe, juxta Vlpian. omnes poſteriores ſic acceperunt, vt omnino non reſpondiſſe videatur, & qui ad interrogatum non reſpondit, id eſt, πρὸς ἔπος. Spieg.

Omnis, quando diſtribuat, quando colligat. Bartolus indicat in l. hoc articulo, de hæred. Inſtit. Quo vero differt à Quilibet not. in l. ſi pluribus, de leg. 1 etiam pro cuncto, & pro toto Græcorum more ponit vt Bud. multis exemplis oſtendit. Spieg.

Omnes debiti nomine vſuræ veniunt accipiendæ, vt patet ex reſponſo Scævolæ in l. nomen, de leg. 3. Item qui omnia ſua, vel omnes res ſuas donat, & nomina debitorum donaſſe intelligetur. Idem enim eſt, ſiue omnia mea dixerim ſiue addito vniverſali ſubſtantiuo, omnes res meas, ſeu bona dicam: Sed ſi generale ſubſtantiuum adpoſitum proponatur: vt ſi quis dicat argumentum meum, veſtes meas: hæc pronomina ad dominium, vel quaſi dominium referentur l. ſeruos an. em, co. tit. ex com. Alc Spieg.

Omnis homo, de duobus dictum, in l. 1. C de liber. præter. Alberic. quoque obſeruauit. Spieg.

Omnis, nihil, quilibet, & aliæ hujuſmodi voces vniuerſales in jure ciuili reſtringuntur ad normam æquitatis. Prat.

Omnis obligatio pro contractis habenda, Paulo autore l. omnem, vbi quis agit. Spieg.

Omnis periculi appellatione, non videntur caſus fortuiti contineri. l. non ſimiliter, de magiſt. conuen. vbi dicitur, magiſtratus ſuccedit in omne periculum, & tamen non tenetur de caſu, l. 2. §. eo tempore, ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pert. Spieg. Pra.

Ὀμνύω, jura, κατὰ παίδων ὀμνύναι, in capita liberorum jurare, id quod fiebat: recto ejus capite in quem jurabant, ita ſe ſacrare caput ejus diis inferis deaque ultrique ſignificantes, ſi pejerarent. Ex commen. Bud. Spieg. Et in eundem ſenſum etiam habetur in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſt. l. 2. ff. de orig. jur. verſ. poſt hunc maxime l. paterfam. ff. de hæred. Inſt. Terentius in Phormione. Vnum cognoris, omnes noris, de Antiphone & Phædria loquitur. l. ſi pluribus, ff. de legat. 1.

Ὁμόδουλοι agri ſunt in cenſu relati cum alijs qui poſtea facti ſunt deſerti. Ὁμόκηνσοι agri ſunt ſimul cenſiti quidem, ſed quorum pars vendita eſt: vide Goth. in not. ad Nou. 128. c. 7.

Ὁμόσκηνοι dicuntur qui in vna eademque diuerſorio habitant, Brechaus l. ſerui in tit. de verb. & rer. ſign.

Ὁμοσιπύοι, dicebantur qui eadem penu agebant. Brechæus l. ſerui, in tit. de verb & rer. ſign. n. 8.

Ὁμολογῶ, in l. 4. C. de recept arb. ſpondeo & adſentio.

Ὁμομήτριοι ſunt nati ex eadem matre, vt puta vteſini, Gothofr. ad Nou. 84. in epigraph. & ad l. 1. ff. de leg. Pomp. de parricid.

Ὁμοπάτριοι, ex eodem patre geniti. Prat.

Omphacinvm, quod ex omphace factum eſt. Dicuntur autem omphaces immaturi fructus.

O N.

Onera hæreditatis, i. æs alienum, l. vnic. §. pen. ff. ſimul. vent. no.

Oneranda libertatis cauſa facta, ita definiuntur, quæ ita imponuntur, vt ſi patronum libertus offenderit, petantur ab eo, ſemperque ſit metu exactionis ei ſubiectus, propter quem metum quiduis ſuſtineat, patrono præcipiente, l. 1. §. 5. ff. quar. rer. act. non det. Prat. & Briſſ.

Onerare, eſt aliquid oneris imponere ſiue hominibus ſiue iumentis. Briſſ.

Onerare populum, pro exigere à populo pecunias.

Onerare dicitur teſtator hæredes à quibus quid legat, vel fideicommittit, relinquit, ſeu dare, præſtare, facereve quid iubet, l. 36. §. vlt. ff. de vſu & vſufr.

Onerare rationes, id eſt, diſpendioſum eſſe. Budæus.

Onerari etiam eſt prægrauari vt loquitur lex 41. ff. de his qui not. infam.

Onerari actionibus, cautione, ſatisdatione. Ne ſolus hæres omnibus hæreditariis actionib. oneretur. Paul. lib 4. Sent. tit. 2.

Onerariæ naues a geſtandis oneribus dictæ ſunt: & ob id tardæ inter has corbita & Cybæa erant: quarum vtrarumque mentio apud Tull. vide Bayf. in annotat. ad leg. 2. de capt. & poſtlim. reuerſ. Spieg. Adde notata a Marotagio Miſcell. lib. 1. c. 6.

Oneris appellatio transfertur ad res incorporales, onera actionis, l. 3. ff. de famil. ercif. Briſſ.

Oneris auerſi actio locatori dabatur olim aduerſus conductorem, qui omne periculum per conuentionem in ſe recepiſſet: quam aliquo ex conducto, non niſi de dolo & culpa teneretur; Dicta oneris auerſi, ex eo quod omnium damnorum quolibet modo inſidentium onus ad alterum pertinere, ac à ſe interim auertere, pactus ſit conductor vel locator l. In naue Saufeij, ff locat. & conduct. Et rurſus ibidem, opus, inquit Florentinus, quod auerſione locatum eſt, donec adprobetur, conductoris periculo eſt. Sed quando ſuperuacaneum videbatur, propter periculorum & caſuum pactionem circa contractum locationis, proprium actionis ſpeciem conſtitui: abolita eſt oneris auerſi nomenclatura, re tamen ipſa manente; videlicet, vt quicquid de caſibus fortuitis conueniſſet, id per actionem ex locato & conducto exigeretur, vt Bar. quoque probat in d. l. In naue. Br. l. ſi quis fundum, in pr. ff. locat. & conduct. l. licet, C. eod. tit. Errant ergo & male docent, qui ſimpliciter pronuntiant, Actionem oneris auerſi, hodie eſſe ſublatam, quia non actio ipſa: ſed nomen actionis tollitur, transfuſum in actionem locati, ad eum fere modum, quo rei vxoriæ actio transfuſa eſt in actionem, de dote Old. vide & Cuiac. 7. obſ. 39.

Oneris ferendi ſeruitus dicitur, quæ vt vicini onera ſubſtinere quis cogatur, imponitur, l. t & l. 39. ff. de ſeruit. vrb. l. ſicuti, §. diſtani, ff ſi ſer. vindic. Alia autem eſt ſeruitus oneris ferendi, alia tigni immittendi: nam cui prior debetur, agere cum vicino poteſt, vt ruinoſum parietem reficiat, eumque oneri ferendo idoneum præſtet: at qui tigni immittendi ius habet, cogere vicinum vt parietem reficiat non poteſt, l. etſi forte, § 5. l. 8 §. competit, ff. ſi ſeruit. vindic. l. eum debere, 33. ff. de ſeruit. vrb. Schard. ex Prat.

Ὀνηλάτης aſinorum agitator. Goth. ad l. t. § 2. ff. de mun. & hon.

Ὀνόματι τοῦ νόμου, id eſt, à lege: Vide ſupra nomen.

Onvs merces quæcunque noui impoſitus ſignificat in l. 31. & l. penult. §. penult. ff. locat. l. 6. ff. de lege Rhod. l. t. §. non autem, ff. de exercitor. Briſſ.

Onvs auertere ait Cuiac. de obſeru. 39. eſt diſtrahere & permutare: Vide & Tertul. lib. 1. aduerſ. Marcion.

Onvs exponere. Marcianus: Si propter neceſſitatem aduerſæ tempeſtatis expoſitum onus fuerit, non debere hoc commiſſo vindicari, diui fratres reſcripſerunt. Spieg.

Onvs proprie pondus ſignificat, & per tranſlationem, munera, partes, prouincias & officia, vt non omne onus eſt odioſum. Vt enim à tutela, eſt infamia eiici: ita adminiſtrare, honorificum: Vnde Bartol. & Baldom in l. pen. C. de verb. ſign. Spieg.

Onvs ſuſcipere, oppo. onus recuſare, Papin. in leg. procurator qui pro euictione, ff. de procur.

Onvs vulgo ſarcinam ſignificat vel hominibus, vel iumentis, animalibus, impoſitam. Quanquam Cornel. Fronto de differentiis vocum onus, ait, vehiculorum maius eſt ſarcina hominum. Briſſ.

Onyx Arabicus in l. vltim. §. ſpecies, ff. de publican. ad differentiam Indici à quo colore differt. Nam Indicus igniculos habet albis cingentibus zonis: Arabicus autem niger eſt cum candidis zonis. Inde autem nomen habet, quod habeat in ſe permixtum candorem in ſimilitudinem vnguis humani, vt Iſidor. lib 16 c. 8. tradit. Meminit & onychum in ſolis Arabiæ montibus naſcentium, Plinius lib. 36. c. 7. Briſſ.

O P.

Opacvm, vmbroſum, non efferens vmbram, ſignificat: vt putat Accurſ. l. æquiſſimum, ff de vſufruct. & l. ſi arborem, ff. de ſeruit. vrb. præd. Spieg.

Ope conſilio. Dubitatum fuit apud Veteres, vtrum hæc formulæ verba, ope consilio, coniunctim, an vero disiunctim accipienda eſſent. Hanc dubitationem peperit hæc ratio, quod aperte non videmus ſine conſilio animi, adeo vt qui ſeruo perſuaſerit fugere, furti non teneatur, quamuis in fuga ſurripiatur, niſi ideo perſuaſerit fugam, vt alius fugientem furto ſubduceret, l. qui ſeruo. 36 ff. de furt, Deinde furtum neque verbis neque ſcripto, l. ſi quis vxori, 52 § neq; verbo, ff. de furt. ſed contrectatione committitur, l. 1 ff de furt. Conſilio itaq; furtum fieri non poteſt, cum nihil aliud ſit quam perſuaſio & impulſio quædam, l. in furtis, 50. ope, ff. de furt. in verborum ſuauitate & blanditiæ conſiſtens, l. 1. §. perſuadere, ff. de ſeru. corrupt l. ante, C. de furt. Sed Labeo cuius ſententia recepta eſt, hæc ſeparatim accipienda docebat. Sic itaq; proponit hæc Paulus: item dubitatum inter veteres, illa verba (edicti ſiue formulæ agentiom ac iudicantium) ope conſilio, quemadmodũ accipienda ſint, ſententiæ coniungentium an ſeparantium? Hactenus quæſtionem proponit: ſic autem authoritate Labeonis decidit: ſed verius eſt q. & Labeo ait, ſeparatim (non coniunctim) accipienda, vt alterutrum probatum eſſe ſatis ſit, nempe ope aut conſilio rei factum furtũ. Hanc deciſionem præter Labeonis authoritatem duplici confirmat ratione & deinq; duplici teſtimonio veterũ ICtorum tacitam rem inter obiectionem per vtriuſq; rationis explicationẽ: Quia (inquit) aliud factũ eſt eius qui ope, aliud qui conſilio furtum

furtum facit (hoc eſt furtum fieri iuuat d.l. qui ſeruo, 36.d.l. in furti, §.1.ff. de furt.) Hæc ratio à ſumma opis conſiliique ſumitur. Quæ nomine differunt re differunt, l. non codicillum, C. de teſtament. l. ſi idem, C. de codic. Quæ re differunt, formis differre neceſſe eſt dict. l. ſi idem, & ibi Dd. Quæ formis differunt, ſeparata eſſe, ipſa natura dictat. l. Iulianus, §. ſi quis rem, ff. ad exhibend. Opem fert, qui miniſterium & auxilium ad ſurripiendas res præbet, veluti qui ſcalas feneſtris ſupponit, vel oſtium effringit, vel ferramenta ad effringendum concedit: item qui comitem ſe adiungit ac latebras præbet vt alios furtum faceret, § interdum quoque, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſ. Conſilium vero dat qui verbis perſuadet & impellit, atque conſilium inſtruit ad furtum faciendum, nihil à ipſe auxilij præſtat aut facit, vt ſi Titio ſuaſerit, illi vel illi furtum facere, item noctu potius quam interdiu, vel dum ille in conuiuio eſt, quam dum domi, &c. item ſi mihi perſuadeas pannos meos ſiccandos noctu in hortis tuis relinquere, vt eos Titius furto ſurripiat, d. l. in furti 50. §. ope d. l. 1. §. perſuadere, ff. de ſeruo corrupt. l. fin. C. de noxal. actio. Alterum argumentum à ſimili eſt. Sic enim, inquit, alij condici poteſt, alij non poteſt, q.d. quemadmodum furi alij, qui rem furtiuam habet, vel amiſit, vel homo liber eſt, res furtiua condici poteſt: alij qui non habet, neque habuit, vel in ſeruitute, contrectauit, non poteſt ſcilicet condici & tamen vterque tenetur furti act. one pœnali, l. 6. l. 7. l. in. l. quod ab alio 15. ff. de condict. furt. quia fur eſt vterque, d. l. 6. l. quod ab alio, l. 7. ff. de furt. ita quoque alius eſt, qui ipſum furtum facit, alius qui ope, alius denique qui conſilio iuuat. Nam is qui conſilio opeve adiutus vel adiuuans contrectauit, & furti tenetur & condictione, d. l. 7. ff. de condict. furt. l. ſi quis perferendum 35. l. ſi pignore 54. §. cum furti, ff. de furt. Qui vero ope ſaltem iuuit, aut conſilium dedit, non autem contrectauit quicquam, furti quidem pœnali, non etiam condictione tenebitur, d. l. 6. ff. de condict. furt. Quia vero obſtare videbat Paul. in l. ſæpe, 53. de verb. ſign. quod furtum non ſit, cui non competat furti definitio, & accidere poſſit, vt cui conſilium dabatur, id non impleat, ſed repudiet, vel vt qui ferramenta alicui commodato dederat, vel ſcalas feneſtris ſupponi iuuerat, ignorasſet quam ob cauſam admouerentur: Ideo ſubiecit Paul. in d. l. 53. Et ſane poſt veterum autoritatem eo peruentum eſt, vt nemo ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit, (h. e. dolo opem tulerit) nec conſilium (fraudulentum illud) habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum ſit (h. e. iuxta conſilij formam furtum perpetratum per eum quo conſilium ea de re habitum eſt) Gœd. ad d. l. ſæpe 53. n. 11. & ſeqq. de verb. ſign.

Opem ferre, etiam remedio aliquo ſubuenire & ſuccurrere ſignificat. Prouidentia ampliſſimi ordinis laudata, quia opem tulit mulieribus, l. 2. §. verba, ff. ad Senatuſconſ. Velleian.

Opera iuſta & legitima eſt, quæ totum diem exequitur, Connan. 2. comm. c. 8. num. 2. Columellæ iuſtæ operæ ſunt quæ diei ſunt æquales, vt refert idem Connan. libro primo, capitulo ſecundo, numero quinto. Hotom.

Operam diurnum eſſe officium, Paulus docet l. 1. de operis libertorum, vel quia per diem laborandum eſt, vt in l. 1. ff. de annis legatis, vel quia certo diei tempore abſoluatur. Tametſi etiam ſint officia nocturna. Sed Iuriſconſultus ad frequentiam reſpexit. Spieg.

Opera publica. Feſtus autor eſt ea, quæ locantur vt integra præſtentur, Sartatecta vocari: eſſe enim Sartire integrum facere, Rævardus l. domum ſuam, ff. de reg. iur.

Opera à culpa quid differat: vide Dolus.

Operæ libertorum, officia ſunt quæ liberti patronis gratiæ & remunerationis loco præſtant: nam (vt ait Caius in l. cum patronus, 21. ff. de oper. libert.) operarum editio nihil aliud eſt, quam officij præſtatio. Earum autem duo genera ſunt ſumma, officialium & artificialium: officiales dicuntur, quæ non in arte vlla certa, ſed in patrono quibuſcunq; officiis adiuuando verſantur, & perſonam eius eiuſq; victum, curationem, otium, quietem, voluptatemque potiſſimum attingunt: veluti, cum nullo ſuo detrimento negotia eius gerendi, peregre cum eo proficiſcendi, l. hæ demum, 38. ff. de oper. libert. Tironem enim erga Ciceronem officioſum eſſe, ſemper ei præſto eſſe, ab eo dum ægro vel corpore, vel animo eſt, non diſcedere, dulciſſimis eum ſermonibus & colloquiis oblectare. Dionyſium porro Attico idem præſtare, Ciceronem liberos erudire, humanitatis eſt potius, quàm vllius artificij munus, atque hoc eſt quod Vlp. ait in l. operæ, 9. ff. eod. proprietatem officialium & in dantis, & in accipientis perſona conſiſtere. Artificiales autē appello generaliter omnes quæ artis alicuius propriæ ſunt, neque ſine illa præſtari poſſunt: veluti ſi libertus pictor, medicus faber, architectusve ſit, & patroni ſui iuſſo *pingat*, medeatur, fabricet, architectetur've, hoc officium non tanquam libertus patrono, ſed vt quiuis alius cuiuis alij præſtabit. Quid. n. illum libertum, aut hunc patronum eſſe neceſſe eſt, vt ille nauim domumve huic ædificet? Hinc Vlp. eas operas quæ hoc in genere ſunt, ſcribit quaſi in pecuniæ præſtatione conſiſtere, l. fabriles, 6. ff. eod. nam fabriles, pictorias, cæteraſque generis eiuſdem artificialium nomine complector: atque vt omne complectar Latinæ linguæ ratio poſtulat. Hinc idem Vlpianus in l. operæ, 9. eodem ſcribit fabriles aliaſve generis eiuſdem, & à quocunque & cuicunq; ſolui poſſe: & iubenti patrono etiam alijs edi poſſe. Hinc idem in l. 6. ff. eod. illam inter vtraſque differentiam exponit: quod fabriles, cæteræque ad hæredem tranſeunt, officiales vero nequaquam. Cuius rei non obſcura cauſa eſt: nam hæ, vt ante dixi perſonales ſunt, nec ab altero facile præſtari poſſunt: illæ vero, & à quouis, & cuiuis. Hot.

Operæ pars per horas ſolui non poteſt, l. 3. de oper. libert. Gœd. ad l. 166. §. 1. de verb. ſign. n. 3.

Operæ, (ait Vult. in comm. Inſti. ad princ. tit. de adſignat. liberi) aliæ fabriles ſunt, aliæ officiales, l. opera, 9. ff. de oper. libert. l. ſi non ſortem, 26. §. libertos, ff. de cond. indeb. quarum differentias notauit Cuiac. 17. obſ. 14. Fabriles manibus potiſſimum expediuntur, & debentur à liberto patrono ſuo tanquam creditum, tanquam credita pecunia, l. à duobus 4. l. fabriles 6. ff. de oper. libert. & à patrono & in quemlibet pro arbitrio transferri poſſunt. Obſequiales ſeu officiales maxime conſiſtunt in reuerentia patrono exhibenda, & tranſeunt ex lege Ælia Sentia in hæredem inſtitutum. Hæc Vult.

Operas quaſdam eſſe medias ſeu communes, vt puta, quæ & officium & artificium reſpiciant, tradit Zaſ. in intell. de oper. Quaſdam quoque ſeruiles eſſe tradit, de quibus vide late eundem, & Ferrer. tit. de acquiſ. per arrog.

Operæ gratuitæ, quæ ex mera liberalitate exhibentur, id quod in noſtra Germania propter arctiſſima amicitiæ vincula vſu venit, opponuntur conductitiis, h. e. quæ mercedibus vel locantur, vel conducuntur: ex ſolo leg. contractus conſiſtunt. Earum tractationem pulchre diſtinguit Zaſ. in tria membra: quicquid ad operarum rationem pertinet, alter non eſt qui eo vel copioſius vel exactius hactenus ſit proſecutus. Sunt autem in gratuitarum numero operarum, quæ præſtantur clientibus, alumnis, hoſpitibus, amicis, item collectaneis, educatoribus & cæteris. Fac. inſt. quibus ex cauſ. man. §. eadem lege. Porro clientes liberis connumerari vetuſti mores ex hiſtoriis docent, & eſt text. in l. 2. & 3. de his cui deiec. vel effud. l. 2. in fin. cum l. ſeq. ff. de vſu. & hab. r. Hoc item Syrus Terentianus Creſiphontem docet, vt patri dicat, ſe clientibus, amicis, hoſpitibus operam præſtitiſſe. Spieg.

Operæ etiam, cedere, perire, & præterire dicuntur. Briſſ.

Operæ numero definiri ac circumſcribi ſolebant. Vnam enim operam vel plures, puta decem, centum, quingenas, mille locari, imponi, promitti've moris erat. Briſſ. [leg 5.

Operæ piſtoriæ, vel hiſtrionicæ, apud Vlpia. in l. ſuos autem de

Operæ pretium, mercedem labore dignam ſignificat, quæ propria eſt eius dictionis ſignificatio. Sumitur tamen quandoque pro eo, quod memorabile & non ſpernendo, vel pretio vel præmio dignum ſit. Valle ſignificat fructuoſum, & ad rem pertinens, vel quia decens, vel quia vtile, vel quia gratioſum, vel quia iucundum. Liuius in præfatione operis, pro re in primis cenſenda & magnifacienda accepit. Budæo annotante l. cum duobus. §. ſi in coeunda, ff. pro ſocio. Senſum huius loci, ſi eum, vt Haloander habet, legerimus quem Budæus deſiderat, ſatis congruum eloquentiæ Vlpiani aſſequemur. Precium operæ, etiam dicitur vt veriſimile, & ſimile veri. Plenius id vero audire, precium operæ ſit. Spieg.

Operam dare iudicem, pro auditionem accommodare, apud Ciceronem ad Atticum. Venit ad me, dixitque iudicem operam dare ſibi conſtituiſſe. Idem Cicero 4. Verrin. M. Petilium, inquit, equitem R. quem habuit in conſilio iuber operam dare, quod rei priuatæ iudex eſſet, & ICtos in l. ſi longius, ff. de iud. & l. pen. ff. de vac. mun. vide Cuiac. obſeru. 33.

Operam dare funeri, eſt intereſſe pompis exequiarum. Idem ad eundem: Venerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. Spieg.

Operam etiam præbere dicuntur litigatores, qui compromiſerint, cum arbitri præcepto parent. Briſſ. Briſſ.

Operam dare interdum eſt curare, ſatagere. ſtudium adhibere.

Operam dare iuris ciuilis ſtudio Tullius de Claris Oratoribus. Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam. Quint. Scæuola, Petrar. Spieg.

Operam dare præceptori. id eſt, audire eum, Budæus.

Operam ingerere inuito, ſuſpectum, l. quæ omnia, ff. de proc. Spi.

Operam perdere, quod & operam ludere dicitur, hoc eſt, in vanum laborare. Tull. pro L. Muræna: quod quidem ius ciuile didiciſti, non dicam operam perdidiſti.

Operari, ſimpliciter pro laborare, negant apud idoneos reperiri autores: fere autem refertur ad ſacra. Quamuis operarij proprie, qui non iudicium, ſed tantum operam adhibent ad architecti ex arte rationem operis præſcriptam: Vide Eraſm. in Chil. Operariorum ſeruorum meminit Alphenus in §. quid autem eſſet, in lege cenſoria. de verb. ſign. Alciat. interpretatur qui ruri operabantur. Vnde & ab antiquis autoribus ſimpliciter operæ appellantur. Spieg.

Operari in ſacris quid: Peculiaria ſacrorum verba fuerunt, in-

da recept.qui arbitr.l.18. ff. de adim.leg. §. ſed furti, & §. item actio. Inſt.de act. l.penult.ff.quæ ſine manum.l.17 § vltim.ff.ad Velleja.omnimodo ſine metu exceptionis, in l.39 §. pen. ff.de damn.infect.& in l.1. §.1. ff. de vſur. & l.87.§.1. ff.de leg.lib.2. omnimodo eſt etiam ſine interpellatione, & ſine inquiſitione quo ſenſu credo accipiendum in l.38. §. pen ff de vſur. Significat, & in omnem euentum, & vt ICti loquuntur, quicunque caſus inciderit, in l 18 ff.quod met.cauſ. Briſ.

Omnino fieri intelligitur eo modo quo poteſt fieri, ne impoſſibile juberi videatur fac. l.ſi jure militari, de mil. teſt. eum ſi mil.per Saiom. citatis. Cæterum omnino, nunc ſemper, & ſimilia verba prægnantia, vel iden vulgo feruntur, quod juxta interpretum traditiones nullam modificationem, aut limitationem recipiunt, vt ait Zaſ.Spieg.Prat

Omnino non edere, vel non in totum & non legitime edere paria ſunt, quum in vtroque eadem ſit cauſa decipiendi, eadenque damni ratio l.vbi exiguar, in princ.ff.de edendo Spieg.

Omnino non reſpondiſſe, juxta Vlpian. omnes poſſerint ſi acceperunt, vt omnino non reſpondiſſe videatur, & qui ad interrogatum non reſpondit, id eſt, παρῆν ἴνες. Spieg.

Omnes, quando diſtribuat, quando colligat. Bartolus indicat in l.hoc articulo, de hæred. Inſtit. Quo vero dictet à Quilibet not.in l.ſi pluribus, de leg.1 etiam pro cuncto, & pro toto Græcorum more ponit vt Bud.multis exemplis oſtendit. Spieg.

Omnes debiti nomine vſuræ veniunt accipiendæ, vt patet ex reſponſo Scæuolæ in l.nomen, de leg.3. Item qui omnia ſua, vel omnes res ſuas donat, & nomina debitorum donaſſe intelligitur. Idem enim eſt, ſiue omnia mea dixerim ſiue addito vniverſali ſubſtantiuo, omnes res meas, ſeu bona dicam: Sed ſi generale ſubſtantiuum adpoſitum proponatur: vt ſi quis dicat argumentum meum, veſtes meas: hæc pronomina ad dominium, vel quaſi dominium referentur l.ſeruos autem, eo.tit. ex com.Alc Spieg.

Omnis homo, de duobus dictum, in l.1. C.de liber.præter. Alberic.quoque obſeruauit. Spieg.

Omnes, nihil, quilibet, & aliæ hujuſmodi voces vniuerſales in jure ciuili reſtringuntur ad normam æquitatis. Prat.

Omnes obligatio pro contracta habenda, Paulo autore l. omnem, vbi quis ager. Spieg.

Omnis periculi appellatione, non videntur caſus fortuiti contineri, l.non ſimiliter, de magiſt.conuen. vbi dicitur, magiſtratus ſuccedit in omne periculum, & tamen non tenetur de caſu, l.2. §.eo tempore, ff.de adminiſt.rer.ad ciuit.pert.Spieg.Prat.

Ὀμνύειν, jurare, κατὰ παίδων ὀμνύναι, in capita liberorum jurare, id quod fiebat tacto ejus capite in quem jurabant, ita ſe ſacrare caput ejus diis infernis deuouereque ſignificantes, ſi pejerarent. Excommunica.Bud.Spieg. Et in eodem ſenſu etiam habetur in l. hoc articulo, ff.de hæred.Inſt.l.2. ff.de orig. jur.verſ poſt hunc maxime l patremfam.ff.de hæred.Inſt. Terentius in Phormione. Vnum cognoris, omnes noris, de Antiphone & Phædria loquitur.l.ſi pluribus, ff. de legat.1.

Ὁμόκηνσοι agri ſunt ...centis relati cum aliis qui poſtea facti ſunt deſerti. Ὁμόκηνσοι agri ſunt ſimul cenſiti quidem, ſed quorum pars vendita eſt: vide Goth. in not. ad Nou.128.c.7.

Ὁμόσκηνοι dicuntur qui in vna eodemque diuerſorio habitant, Brechæus l.ſerui in tit. de verb. & rer. ſign.

Ὁμοσιπύοι dicebantur qui eadem penu agebant. Brechæus l. ſerui, in tit.de verb & rer.ſign.n 8.

Ὁμολογεῖν in l.9. C.de recept arb.ſpondeo & adſentio.

Ὁμομήτριοι ſunt nati ex eadem matre, vt puta vterini, Gothofr.ad Nou.84.in epigraph.& ad l.1.ff.de leg.Pomp.de parricid.

Ὁμοπάτριοι, ex eodem patre geniti.Prat.

Omphacinum, quod ex omphace factum eſt. Dicuntur autem omphaces immaturi fructus.

O N.

Onera hæreditatis, i. æs alienum, l. vnic.§.pen.ff.ſimul.vent.no.

Onerandæ libertatis cauſa facta, ita definiuntur, quæ ita imponuntur, vt ſi patronum libertus offenderit, petantur ab eo, ſemperque ſit metu exactionis ei ſubiectus, propter quem metum quidvis ſuſtineat, patrono præcipiente, l.1.§.5.ff. quar.rer. act.non det.Prat.& Briſ.

Onerare, eſt aliquid oneris imponere ſiue [illegible]minibus ſiue jumentis. Briſ.

Onerare populum, pro exigere à populo pecunias.

Onerare dicitur teſtator hæredes à quibus quid legat, vel fideicommittit, relinquit, ſeu dare, præſtare, facereve quid iubet, l.36.§ vlt.ff.de vſu & vſufr.

Onerare rationes, id eſt, diſpendioſum eſſe. Budæus.

Onerare etiam eſt prægrauari vt loquitur lex 21. ff. de his qui not. infam.

Onerari actionibus, cautione, ſatisdatione. Ne ſolus hæres omnibus hæreditariis actionib oneretur. Paul.lib 4.Sent.tit.2.

Onerariæ naues à geſtandis oneribus dictæ ſunt: & ob id tardæ inter eas corbita & Cybæa erant: quarum vtrarumque mentio apud Tull. vide Bayf. in annotat. ad leg.2. de capt. & poſtlim. reuerſ. Spieg. Adde notata a Marotagio Miſcell. lib.1.c.6.

Oneris appellatio transfertur ad res incorporales, onera actionis, l.3.ff.de famil.erciſ.Briſ.

Oneris auerſi actio locatori dabatur olim aduerſus conductorem, qui omne periculum per conuentionem in ſe receperat: quam aliquo ex conducto, non niſi de dolo & culpa teneretur: Dicta oneris auerſi, ex eo quod omnium damnorum quolibet modo inſidentium onus ad alterum pertineret, ac à ſe interim auerteret, pactus ſit conductor vel locator l. In naue Saufeii, ff locat.& conduct.Et rurſus ibidem, opus, inquit Florentinus, quod auerſione locatum eſt, donec adprobetur, conductoris periculo eſt. Sed quando ſuperuacaneum videbatur, propter periculorum & caſuum pactionem circa contractum locationis, proprium actionis ſpeciem conſtitui: abolita eſt oneris auerſi nomenclatura, re tamen ipſa manente; videlicet, vt quicquid de caſibus fortuitis conueniſſet, id per actionem ex locato & conducto exigeretur, vt Bar. quoque probat in d. l. In naue.Br, l.ſi quis fundum, in pr.ff.locat.& conduct.l.licet, C. eod. tit. Errant ergo & male docent, qui ſimpliciter pronunciant. Actionem oneris auerſi, hodie eſſe ſublatam, quia non actio ipſa: ſed nomen actionis tollitur, transfuſum in actionem locati, ad eum fere modum, quo rei vxoriæ actio transfuſa eſt in actionem de dote Old.vide & Cuiac.7.obſ.39.

Oneris ferendi ſeruitus dicitur, quæ vt vicini onera ſubſtineret quis cogatur, imponitur, l.1 & l.39.ff.de ſeruit.vrb.l. ſicuti, §. diſtant, ff ſi ſer. vindic. Alia autem eſt ſeruitus oneris ferendi, alia tigni immittendi: nam cui prior debetur, agere cum vicino poteſt, vt ruinoſum parietem reficiat, eumque oneri ferendo idoneum præſtet: at qui tigni immittendi jus habet, cogere vicinum vt parietem reficiat non poteſt, l.ut ſi forte, 6 §.2.l.8 §. competit, ff. ſi ſeruit. vindic. l. cum debere, 33.ff.de ſeruit.vrb. Sebaſt.ex Prat.

Ὀνηλάτης aſinorum agitator. Goth.ad l.1.§.2.ff.de mun. & hon.

Ὀνόματι τοῦ νόμου, id eſt, à lege: Vide ſupra nomen.

Onus mercis quæcunque noui impoſitum ſignificat in l. 31. & l. penult.§.penult. ff.locat. l.6.ff.de lege Rhod.l.1.§.non autem, ff.de exercitor. Briſ.

Onus auertere ait Cuiac.de obſeru.39.eſt diſtrahere & permutare: Vide & Tertul.lib.1.aduerſ. Marcion.

Onus exponere. Marcianus: Si propter neceſſitatem aduerſæ tempeſtatis expoſitum onus fuerit, non debere hoc commiſſo vindicari, diui fratres reſcripſerunt. Spieg.

Onus proprie pondus ſignificat, & per tranſlationem, munera, partes, prouincias & officia, vt onus omnia onus eſt odioſum. Vt enim à tutela, eſt infamia ellet: ita adminiſtrare, honorificum: Vnde Bartol.& Baldum in l.pen. C.de verb.ſign. Spieg.

Onus ſuſcipere, oppo.onus recuſare, Papin.in leg.procurator qui pro euictione, ff.de procur.

Onus vulgo ſarcinam ſignificat vel hominibus, vel jumentis, animalibus, impoſitam. Quanquam Cornel. Fronto de different.vocum onus, ait, vehiculorum maius eſt ſarcina hominum. Briſ.

Onyx Arabicus in l. vltim.§.ſpecies, ff.de publican. ad differentiam indici à quo colore diſtat. Nam Indicus igniculos habet albis cingentibus zonis: Arabicus autem niger eſt cum candidis zonis. Inde autem nomen habet, quod habeat in ſe permixtum candorem in ſimilitudinem vnguis humani, vt Iſidor. lib 16 c. 8. tradit. Meminit & onychum in ſolis Arabiæ montibus naſcentium, Plinius lib.36.c.7.Briſ.

O P.

Opacum, vmbroſum, non afferens vmbram, ſignificat: vt putat Accurſ.l.æquiſſimum, ff de vſufruct.& l.ſi arborem, ff. de ſeruit, vrb.præd.Spieg.

Ope conſilio. Dubitatum fuit apud Veteres, vtrum hæc formulæ verba, ope consilio, coniunctim, an vero disiunctim accipienda eſſent. Hanc dubitationem peperit hæc ratio, quod opē ferre non videmur ſine conſilio animi, adeo vt qui ſeruū perſuaſerit fugere, furti non teneatur, quamuis in fuga ſurripiatur, niſi ideo perſuaſerit fugam, vt alius fugientem furto ſubduceret, l.qui ſeruo.36 ff.de furt, Deinde furtum neque verbis neque ſcripto, l.ſi quis vxori, 52 § neque verbo.ff. de furt.ſed contrectatione committitur, l.1 ff de furt Conſilio itaq; furtum fieri non poteſt, cum nihil aliud ſit quam perſuaſio & impulſio quædam, l.in furtis, 50.ope, ff. de furt. in verborum ſuauitate & blanditie conſiſtens, l.1.§. perſuadere, ff.de ſeru. corrupt l.ante, C de furt. Sed Labeo cuius ſententia recepta eſt, hæc ſeparatim accipienda docebat. Sic itaq; proponit hic Paulus: item dubitatum inter veteres, illa verba (edicti ſiue formulæ agentium ac iudicantium) ope conſilio, quemadmodū accipienda ſunt, ſententiæ coniungentium an ſeparantium? Hactenus quæſtionem proponit: ſic autem authoritate Labeonis decidit: ſed verius eſt q. & Labeo ait, ſeparatim (non coniunctim) accipienda, vt alterutrum probatum eſſe ſatis ſit, nempe ope aut conſilio ſet factum furtū. Hanc deciſionem præter Labeonis authoritatem duplicē confirmat ratione & denique duplici teſtimonio veterū ICtorum tacitam rem uet obiectionem per vtriuſque rationis explicationē: Quia (inquit) aliud factū eſt eius qui ope, aliud qui conſilio

furtum

furtum facit (hoc eſt furtum fieri iuuat d.l qui ſeruo, 36.d.l. in furti, §.1.ff. de furt.) Hæc ratio à forma opis conſilijque ſumitur. Quæ n. nomine differunt re differunt, l. non codicillum, C. de teſtament. l. ſi idem, C. de codic. Quæ re differunt, formis differant neceſſe eſt dict. l. ſi idem, & ibi Dd. Quæ formis differunt, ſeparata eſſe, ipſa natura dictat. l. Iulianus, §. ſi quis rem, ff. ad exhibend. opem ferr, qui miniſterium & auxilium ad ſurripiendas res præbet, veluti qui ſcalas feneſtris ſupponit, vel oſtium effringit, vel ferramenta ad effringendum concedit: item qui comitem ſe adiungit ac latebras præbet vt alius furtum faceret, §. interdum quoque, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſ. Conſilium vero dat qui verbis perſuadet & impellit, atq; conſilium inſtruit ad furtum faciendum, nihil a. ipſe auxilij præſtat aut facit, vt ſi Titio ſuaſeris, illi vel illi furtum facere, item noctu potius quam interdiu, vel dum ille in conuiuio eſt, quam dum domi, &c. item ſi mihi perſuadeas pannos meos ſiccandos noctu in hortis tuis relinquere, vt eos Titius furto ſurripiat, d. l. in furti 50. § ope d.l.1. §. perſuadere, ff. de ſeruo corrupt. l. fin. C. de noxal. actio. Alterum argumentum à ſimili eſt. Sic enim, ſiquit, alij condici poteſt, alij non poteſt, q.d quemadmodum furi alij, qui rem furtiuam habet, vel amiſit, vel homo liber eſt, res furtiua condici poteſt: alij qui non habet, neque habuit, vel in ſeruitute, contrectauit, non poteſt ſcilicet condici & tamen vterque tenetur furti actione pœnali, l 6. l. 7. l. 10. l. quod ab alio 13. ff. de condict. furt. quia fur eſt vterque, d. l 6. l. quod ab alio, l 7. ff. de furt. ita quoque alius eſt, qui ipſum furtum facit, alius qui ope, alius denique qui conſilio iuuat. Nam is qui conſilio opeve adiutus vel adiuuans contrectauit, & furti tenetur & condictione, d. l. 7. ff. de condict. furt. l. ſi quis pererendum 35. l. ſi pignore 54 §. cum furti, ff. de furt. Qui vero ope ſaltem iuuit, aut conſilium dedit, non autem etiam contrectauit quicquam, furti quidem pœnali, non etiam condictione tenebitur, d. l. 6. ff. de condict. furt. Quia vero obſtare videbat Paul. in l. ſæpe, 53 de verb. ſign quod furtum non ſit, cui non competat furti definitio, & accidere poſſit, vt cui conſilium dabatur, id non impleat, ſed repudiet, vel vt qui ferramenta alicui commodato dederat, vel ſcalas feneſtris ſupponi iuuerat, ignoraſſet quam ob cauſam admouerentur: Ideo ſubiecit Paul. 10 d. l. 53. Et ſane poſt veterum autoritatem eo peruentum eſt, vt nemo ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit, (h.e. dolo opem tulerit) nec conſilium (fraudulentum illud) habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum ſit (h.e. iuxta conſilij formam furtum perpetratum per eum quo conſilium ea de re habitum eſt) Gœdd. ad d. l ſæpe 53. n. 11. & ſeqq de verb. ſign.

OPEM FERRE, etiam remediu aliquo ſubuenire & ſuccurrere ſignificat. Prouidentia ampliſſimi ordinis laudata, quia opem tulit mulieribus, l 2 §. verba, ff. ad Senatuſconſ. Velleian.

OPERA iuſta & legitima eſt, quæ totum diem exequitur, Connan. 3. comm c. 8. num. 2. Columellæ iuſtæ operæ ſunt quæ diei ſunt æquales, vt refert idem Connan. libro primo, capitulo ſecundo, numero quinto. Hotom.

OPERAM diurnum eſſe officium, Paulus docuit l. 1. de operis libertorum, vel quia per diem laborandum eſt, vt in l. 2 ff. de annis legatis, vel quia certo diei tempore abſoluatur. Tametſi etiam ſint officia nocturna. Sed Iuriſconſultus ad frequentiam reſpexit. Spieg.

OPERA publica. Feſtus autor eſt ea, quæ locantur vt integra præſtentur, Sartatecta vocari: eſſe enim Sarcire integrum facere, Rauardus l domum ſuam, ff. de reg. ius.

OPERA à culpa quid differat: vide Dolus.

OPERÆ libertorum, officia ſunt quæ liberti patronis gratiæ & remunerationis loco præſtant: nam (vt ait Caius in l. cum patronus, 22. ff. de oper. libert. operarum editio nihil aliud eſt, quam officij præſtatio. Earum autem duo genera ſunt ſumma, officialium & artificialium: officiales dicuntur, quæ non in arte vlla certa, ſed in patrono quibuſcunq; officiis adiuuando verſantur, & perſonam eius eiuſq; victum, curationem, ocium, quietem, voluptatemque potiſſimum attingunt: veluti, cùm nullo ſuo detrimento negotia eius gerendi, peregre cum eo proficiſcendi, l. hæ demum, 38 §. de oper. libert. Tironem enim erga Ciceronem officioſum eſſe, ſemper ei præſto eſſe, ab eo dum ægro vel corpore, vel animo eſt, non diſcedere, doctiſſimis eum ſermonibus & colloquiis oblectare. Dionyſium porro Attico idem præſtare, Ciceronem liberos erudire, humanitatis eſt potius, quàm vllius artificij munus, atque hoc eſt quod Vlp. ait in l. operæ, 9. ff. eod. proprietatem officialium & in dantis, & in accipientis perſona conſiſtere. Artificiales autē appello generaliter omnes quæ artis alicuius propriæ ſunt, neque ſine illa præſtari poſſunt: veluti ſi libertus pictor, medicus faber, architectuſve ſit, & patroni ſui iuſſu pingat, medeatur, fabricet, architecteturve, hoc officium non tanquam libertus patrono, ſed vt quiuis alius cuiuis alij præſtabit. Quid. n. illum libertum, aut hunc patronum eſſe neceſſe eſt, vt ille namum domumve huic ædificet? Hinc Vlp. eas operas quæ hoc in genere ſunt, ſcribit quaſi in pecuniæ præſtatione conſiſtere, l. fabriles, 6. ff. eod. nam fabriles, pictorias, cæteraſque generis eiuſdem artificialium nomine complector: atque vt omne complectar Latinæ linguæ ratio poſtulat. Hinc idem Vlpianus in l operæ, 9. eodem ſcribit fabriles aliaſve generis eiuſdem, & à quocunque & cuicunq; ſolui poſſe: & iubenti patrono etiam aliis edi poſſe. Hinc idem in l. 6. ff. eod. illam inter vtraſque differentiam exponit: quod fabriles, cæteræque ad hæredem tranſeunt, officiales vero nequaquam. Cuius rei non obſcura cauſa eſt: nam hæ, vt ante dixi perſonales ſunt, nec ab altero facile præſtari poſſunt: ille vero, & à quouis, & cuiuis. Hot.

OPERÆ pars per horas ſolui non poteſt, l. 3. de oper. libert. Gœdd. ad l. 166. §. 1. de verb. ſign. n. 3.

OPERÆ, (ait Vult. in comm Inſti. ad princ. tit. de adſignat. libert) aliæ fabriles ſunt, aliæ officiales, l. opera, 9 ff. de oper. libert. l. ſi non ſortem, 26 §. libertus, ff de cond. indeb. quarum differentias notant Cuiac. 17. obſ. 14 Fabriles manibus potiſſimum expediuntur, & debentur à liberto patrono ſuo tanquam creditum, tanquam credita pecunia, l. à duobus 4. l. fabriles 6. ff. de oper. libert. & à patrono & in quemlibet pro arbitrio transferri poſſunt. Obſequiales ſeu officiales maxime conſiſtunt in reuerentia patroni exhibenda, & tranſeunt ex lege Ælia Sentia in hæredem inſtitutum. Hæc Vult.

OPERAS quaſdam eſſe medias ſeu communes, vt puta, quæ & officium & artificium reſpiciant, tradit Zaſ. in intell. de oper. Quaſdam quoque ſeruiles eſſe tradit, de quibus vide late eundem, & Ferret. tit. de acquiſ per arrog.

OPERÆ gratuitæ, quæ ex mera liberalitate exhibentur, id quod in noſtra Germania propter arctiſſima amicitiæ vincula vſu venit, opponuntur conductitiis, h. e. quæ mercedibus vel locantur, vel conducuntur: ex ſolo leg. contractus conſiſtunt. Earum tractationem pulchre diſtinguit Zaſ. in tria membra: quicquid ad operarum rationem pertinet, alter non eſt qui eo vel copioſius vel exactius hactenus ſit proſecutus. Sunt autem in gratuitarum numero operarum, quæ præſtantur à clientibus, alumnis, hoſpitibus, amicis, item collectaneis, educatoribus & cæteris. Fac. inſt quibus ex cauſ. man. §. eadem lege. Porro clientes libertis connumerant vetuſti mores ex hiſtoriis docent, & eſt text. in l. 2. & 3. de his qui deiec. vel effud. l. 2. in fin. cum l. ſeq. ff. de vſu. & hab. Hoc item Syrus Terentianus Cteſiphontem docet, vt patri dicat, ſe clientibus, amicis, hoſpitibus operam præſtitiſſe. Spieg.

OPERÆ etiam, cedere, perire, & præterire dicuntur. Briſſ.

OPERÆ numero definiri ac circumſcribi ſolebant. Vnam enim operam vel plures, puta decem, centum, quingenas, mille locari, imponi, promittive moris erat. Briſſ. [leg. 3.

OPERÆ piſtoriæ, vel hiſtrionicæ, apud Vlpia. in l. ſuos autem de

OPERÆ PRETIVM, mercedem labore dignam ſignificat, quæ propria eſt eius dictionis ſignificatio. Sumitur tamen quandoque pro eo, quod memorabili & non ſpernendo, vel precio vel præmio dignum ſit. Valle ſignificat fructuoſum, & ad rem pertinens, vel quia decens, vel quia vtile, vel quia gratioſum, vel quia iucundum. Liuius in præfatione operis, pro re in primis cenſenda & magnifacienda accepit. Budæo annotante l. cum duobus. §. ſi in coeunda, ff. pro ſocio. Senſum huius loci, ſi eum, vt Haloander habet, legerimus quem Budæus deſiderat, ſatis congruum eloquentiæ Vlpian. aſſequemur. Precium operæ, etiam dicitur vt veriſimile, & ſimile veri. Plenius: id verum audire, precium operæ ſit. Spieg.

OPERAM dare iudicem, pro auditionem accommodare, apud Ciceronem ad Atticum. Venit ad me, dixitque iudicem operam dare ſibi conſtituiſſe. Idem Cicero 4. Verrin. M. Petilium, inquit, equitem R. quem habuit in conſilio iubet operam dare, quod rei priuatæ iudex eſſet, & ICtos in l. ſi longius, ff. de iud. & l. pen. ff. de vac mun. vide Cuiac obſeru. 33.

OPERAM dare funeri, eſt intereſſe pompis exequiarum. Idem ad eundem: Venerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. Spieg.

OPERAM etiam præbere dicuntur litigatores, qui compromiſerunt, cum arbitri præcepto parent. Briſſ. Briſſ.

OPERAM dare interdum eſt curare, ſatagere. ſtudium adhibere.

OPERAM dare iuris ciuilis ſtudio Tullius de Claris Oratoribus. Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam. Quint. Scæuola, P. Fiat. Spieg.

OPERAM dare præceptori. id eſt, audire eum. Budæus.

OPERAM ingerere inuito, ſuſpectum, l. quæ omnia, ff. de proc. Spi.

OPERAM perdere, quod & operam ludere dicitur, hoc eſt, in vanum laborare. Tull. pro L. Murena: quod quidem ius ciuile didiciſti, non dicam operam perdidiſti.

OPERARI, ſimpliciter pro laborare, negant apud idoneos reperiri autores: fere autem referri ad ſacra. Quamuis operarij proprie, qui non iudicium, ſed tantum operam adhibent ad architecti ex arte rationem operis præſcriptam: Vide Eraſm. in Chil. Operariorum ſeruorum meminit Alphenus in §. quid autem eſſet, in lege cenſoria. de verb. ſign. Alciat. interpretatur qui ruri operabantur. Vnde & ab antiquis autoribus ſimpliciter operæ appellantur. Spieg.

OPERARI in ſacris quid: Peculiaria ſacrorum verba fuerunt, im-

bus ſubiecta materia diligenter reſpicienda eſt, vt opportune monuit. Old. ne ex legum præceptis fiant conſilia juris.

Oportere verbum, Paul. ait in l. verbum oportere, ff. de verb. ſig. non ad facultatem judicis pertinet, qui poteſt vel pluris, vel minoris condemnare, ſed ad veritatem refertur, vt cum ſtipulamur, quicquid te dare facere oportet & in l. Cum ſtipulatur, ff. de verb. oblig. oportet igitur, h. eſt, revera debetur præſenti die, non in futurum, aut quod judex deberi pronunciaturus ſit. In veritate igitur, quatuor conſideranda ſunt. Primum enim ſi dies, aut incerta conditio adjecta ſit, ea non exiſtente, dare non oportet, præſentis n. temporis obligationem verbum oportere demonſtrat: ſicuti eleganter idem ſcribit, in l. ſi ſtipulatus fueſim, §. 1. & l. cum ſtipulatur, ff. de verb. oblig. Vnde ſi teſtatur, ita ſcripſerit. Quicquid mihi Titium dare facere oportet. Sempronio lego: Scævola reſpondit, eam pecuniam non eſſe comprehenſam cujus dies nondum extitiſſet l. ſi ſcripſiſſet, ff. de leg. 2. Cui ſimile eſt, quod Paulus ſcribit, in l. ſi a colono de verb. oblig. Cæterum ante incertæ conditionis eventum, id quod ita debetur, peti non poſſe, Ajo te dare oportere, ſupra docuimus, Secundò verbum oportere veritatem non continet, quoties id quod Epheſi dari ſtipulatus es, Romæ tibi dari poſtulas. Alio enim quam quo ſtipulatus es loco, dari non oportet: quemadmodum ſcribit, Cajus in l. 1. ff de eo quod certo. Deinde, vt veritatem contineat, modus etiam ſpectandus eſt. Nam ſi hominem Stichum, aut decem dari tibi ſtipulatus es: deinde Stichum petas, quoniam eum dare non oportet, id eſt, non verum eſt eũ deberi, cauſa cadis: ob eamque cauſam, talis (inquit Imperator) in eam rem prodita eſt actio, vt quis dicat. Ajo te mihi hominem Stichum, aut decem dare oportere, §. igitur, Inſt. de actio. Poſtremò ex re ipſa intelligimus, an verbum oportere in actionem cadere poſſit: ſi quis enim 10. aureos mihi debeat, ſic petere non poſſum: quoniam verbum oportere ad rei veritatem refertur, vt in principio hujus paragraphi.

Oportet, vel debet, vel his ſimile verbum, in ordinationibus publicis juris ſignificat neceſſitatem, adeoque immutabilitatem: quia ſeſe ſolent accommodari præceptis naturæ ab omni humani poteſtate exemptis. Vt in materia recte judicandi. Quippe, judicare munus publicum eſt, l. quippe, ff. de judic. Quinimo & in contractibus vtrumq; verbum importat neceſſitatis, l. in natura. ff. de reg. jur. Is natura debet, inquit Paulus quem jure gentium dare oportet. Erat igitur admodum perniciosè Bart. in l. vbicunque, ff de interrog. Quod oportere, hoc eſt, debere interpretatur, vt excludat neceſſitatem. Nam tali doctrina in forum producta ſegniores fecit judices ad interrogandum, contentos tantum apud ſe actis ſe acticatis. Rurſus interrogandi neglectus corruptiora paulatim fecit judicia, & prorſus immortalia: nemine id animadvertente. Vt ſemper magis ſolet nocere malum, & diutius hærere, quod irrepſerit, quam quod acciderit. Similis error eſt in l. 1. ff. de orig. jur. dum Accurſius interpretatur, Oportet, hoc eſt, decet, excludens neceſſitatem. Quaſi vero juri recte det operam, qui juris cauſas ignoret: non aliter de eo judicaturus, quam magiſtratus de cauſa cujus circumſtantias neſcit. Old. Prat.

Oportet, in ſtipulatione quod te mihi dare facere oportet, quod præſenti die duntaxat deberat, complectitur: & ideo adjicitur verbum oportebit, vel ita, præſens in diem ve, l. ſi ſtipulatus, 76. l. cum ſtipulamur, 85. ff. de verb. oblig. Hot. Prat.

Oportet, de his quæ æqua, & juri ac rationi conſentanea ſunt, ICti dicunt, l. 13. §. 2. ff. commodati: E contrario, **Non Oportet**, vſurpant de his, quæ vel à jure vel ab æquo & bono abhorrent, l. 79. ff. de verb. ſign. l. 21. ff. de his qui not. infa.

Oppidum (Trtaeius tamen per vnicũ p. ſcribi debere putat) proprie eſt omnis vrbs, præter Romam, quę peculiari nomine, vrbs vocari cœpit eſt, vt cæteræ vrbes vocantur oppida: vt ait Valla. Servius Sulpitius cum ſumeraſſet vrbes multas, poſtea dixit: quæ oppida quondam tempore florentiſſima fuere. At cur oppida veteres nuncuparint, inter legum interpretes controverſia non caruit. Refert enim Iſid. lib. 15. orig. c. 1. quoſdam tradidiſſe, ab oppoſitione murorum nomen habere: alios ab opibus recondendis: alios ab ope, quod contra hoſtem opem dent. Sed obtinuit inter ICtos, ab ope ferenda & ſuſtinenda, nomen accepiſſe: quod in l. pupillus 239. §. 7. ff. de verb. ſign. Pomponius, tradit, & ex Cicerone Feſtus, item M. Varro lib. 4. de ling. lat. Oppidum, inquit, ab ope dictum, quod munitur opis cauſa, vbi ſint: & quod opus eſt ad vitam gerẽdam, vbi habitent tuto: vel oppida, quod opere mœnia muniebant. quo munitios eſſent: ideo etiam civitates muris cinguntur, vt ipſarum ope hoſti reſiſtamus, & ab incurſionib. hoſtiũ aliiſq; malis tuti ſimus. Hanc opem ipſa etiam Romæ ferunt. Munimen quippe à tergo hoſtem relinquere & ipſam vrbem invadere tutum non eſt. Hæc igitur notatio a fine, & vſu oppidorum promanat, eoque merito obtinuit, & cæteris, vtpote verior, prælata eſt. Pompo. Gœdd. ad d. l. pupillus, 239. § oppidum, ff. de verb. ſign.

Oppignerare, eſt pignus dare fœneratori: repignerare, pignus recipere eſt, reſoluta cum fœnore pecunia. Hoc verbo vti ICtos teſtatur Beroald. comment. in Aſinum 3. Spieg. Prat.

Opponere, objicere eſt, ſic opponere compenſationem, l. 45. §. vſuræ, ff. ſolut. matr.

Opponere exceptionem, l. 57. ff. de procurat.

Opponere manum, l. 50. ff. quod vi aut clam.

Opponere, pro eo quod alias deponere dicitur, & contra alium pignus ponere. Terent. Phormio. Act. 4. ſc. 3. Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas: Ex qua noviſſima verbi hujus ſignificatione joci anſam ſcitè Catullus arripuit his verſibus.

> *Furi villula noſtra non ad Auſtri*
> *Flatus oppoſita eſt, nec ad Favoni,*
> *Nec ſævi Boreæ, aut Apeliotæ.*
> *Verum ad millia quindecim & ducentos.* Briſſ.

Opportunitas, commoditas, pro ratione loci, temporis, & perſonarum. Hæc tantam vim habet, vt ex honeſto in honeſtum, ex damno lucrum, ex voluptate modeſtiam, ex beneficio maleficium faciat, & contra breviterque rerum omnium naturam permutet. Hæc in aggrediundo, conficiendoque negotio præcipuum habet momentum: vt rectiſſime veteres opportunitatis velut imaginem multis in locis depictam habebant, quo magis admonerentur vel ipſo aſpectu. Pinnis enim inſiſtentem expreſſerunt, quod ſemper volvatur, & certo loco ſtare naſciat. Talaria pedibus geſtantem: quia volucris ſit. Fronte crinibus tecta, quod cognoſci nolit, niſi à diligentiſſimo obſervatore. Occipite calvo: ne teneatur fugiens. Novaculam dextra tenentem: vt elapſa præſcindat omnẽ ſpem. Pediſſequã habentem pœnitentiam: ſc. quæ neglectæ occaſionis exigat pœnas: Vide Eraſ. explicantem paræmiam. Noſce tempus, & Old. in tit. de temporibus vſur. in præx interpretibus jur. Pont. Ioan. Andr. extr. de elect. c. cum ex eo. & Archid. capit. ſi quem de procur. lib. 6. Spieg. Vide & ſupra occaſionem veteres.

Oppoſita ſunt, quæ repugnant, vnum vni, ſic, vt neque alterum de altero, neque ambo de tertio dici poſſint. Boethius, quæ in eodem, ſecundum idem, in eodem tempore circa vnam eandemque rem ſimul eſſe non poſſunt, arg. l. ancillam, verſ. ſi vero tonſorer, ff. pro ſocio.

Oppoſita dicuntur quadrifariam. I. quæ repugnant inter ſe vel relative: vt patronus libertus, pater filius, creditor debitor, actor reus. II. Privative, vt lux tenebræ, viſus cæcitas, nobilis ignobilis, ſurdus mutus, gnavus ignavus. III. Contrarie, vt calidum frigidum, nigrum album, bonum malum, ſiccum humidum. IV. Contradictorie, quando nullo modo conveniunt: neque poteſt aliquod medium dari: vt civitas obligatur mutui datione, civitas non obligatur, l. civitas, ff. ſi cert. petat. omnis ſubſtitutio eſt ſecunda & conditionalis inſtitutio. Spieg.

Oppoſitio in adjecto quum poſito ſuccedit mox oppoſitum l. ſervo manum. de eund. l. ſi ſervus ad Syl. Spieg.

Oppoſitum in oppoſito, idem operatur, quod propoſitum in propoſito, l. qui filium de leg. 3. Spieg.

Oppreſſio mobilium eſt, vt invaſio immobilium. Albericus ectat verſ. homicidia, in §. deinde competens eſt. Authent. de mand. princ. Spieg.

Oppreſſum ante ſententiam: Damnatam vero poſt latam eam dici, quidam obſervarunt. Prat.

Opprimere, premendo gravare, & offendere, *vnbillich beschweren*. l. 1. C. de privat. carc. Spieg.

Opprimere aliquem conſilio, idem eſt quod, conſilijs ejus antevertere. *Eins furnemen furkommen*. Budæus.

Opprimere aliquem judicio capitis, eſt judicibus corruptis, vel conductis teſtibus facere, vt innocens condemnetur.

Opprimi etiam dicitur, qui convincitur. Briſſ.

Oppnimare idem quod putare, aut circumputare, & de arboribus intelligitur.

Oppugnare, ſignificat contra pugnare nocendi cauſa.

Opſonatores putabat gloſſator in l. legatis ſervis in princ. de leg. 3. eos dici, qui ſeſonant & cantant domino in menſa. Alias obſonatores ſunt, qui Opſonia quibus veſcimur ſeſcorer emunt. Plautus Cœnæ opſonavi, id eſt, opſonium emi. Seneca ad Lucilium lib. 6. Adjice obſonatores, quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt.

Optare, eligere vnum è duobus, vt ait Donatus. Sed & ſimpliciter eſt eligere ſicut eſt illud: optavitque locum regno, id eſt, elegit Iuriſconſ. in l. 3. Ad exhibendum. Item ſi optare telim ſervum, vel quam aliam rem, cujus optio mihi relicta eſt. Sic ſumitur per totum tit. ff. de option. leg. id eſt, lectione. Id Alberico quoque judicante. Plaut. in Caſina: Optio hæc tua eſt, vitam liceam vis cõditionem accipe. Budæus annotavit optionem facere, vt poteſtatem facere. Optio maſculino genere, quid ſit, vide infra. Optiones. Spieg.

Optiones, milites ab optando, id eſt, eligendo: appellari eo quod antecedentibus ægritudine præpeditis, tanquam adoptati eorum atque vicarij, ſolent vniverſa curare. Valtur.

Optimates. Alberico ſunt meliores, vt ipſe ait, de populo. Atqui Eraſmus inquit, optimi vocabulum non refertur ad mores, ſed ad fortunam. Vnde & optimates dicuntur, non qui moribus ſunt laudatiſſimis, ſed qui nobilitate generis, opibus, ac dignitate,

gnitate præeminent: quanquam nihil vetat: etiam inter illos eſſe bonos aliquot. Cic. pro Sextio ſic dicit: Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt eorum, qui verſari in republ. atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe voluerunt. Qui ea quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini iucunda eſſe volebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. Viues quoque in comment. ad ciuit. D. Auguſtini, Optimates ait, nobiles appellant: ſed reuera quicunque dignitate & opibus plurimum in republica poſſunt, ij ſunt primates. Idcirco ὀλιγαρχία non multum videtur ab ἀριστοκρατία differre. Quod & Cicero ſignificat, quum ſecundam partem dicit paucorum optimatum: tametſi paulo diuerſius idem de optimatibus pro Sextio, cauſæ videlicet inſeruiens, vt ſolet. Spieg.

Optima lex quum nominabatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quam plenisſimum poſſet ius eſſe ſignificabatur, vt fuit M. Valerij Maxi filij. Voluſi nepotis: qui primus magiſter populi creatus eſt, poſtquam verò prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici, vt optima lege, tempore imminuto iure poſteriorum magiſtratuum. Hæc Feſtus. Verba etiam quibus Pontifex Max. virginem Veſtalem capiebat, hæc Gell. lib. 1. c. 12. recenſet, ſacerdotem Veſtalem, quæ ſacra faciat, quæ ius ſiet ſacerdotalem Veſtalem facere pro populo Quiritibus, vti quod optima lege fiat, ita te Amata capio. Hot.

Optime loco ſumitur minime malus, Senec. lib. 1. de Tranquil. Pompon. de origin. iur. Optimi cognomentum à Senatu Cn. Scipion. meruiſſe teſtatur, & Tranquil. Caium appellationem optimi & maximi ſumpſiſſe. Traianum Imper. nihil magis quam optimi cognomen oblectauit, vt ſcribit Plinius in ſuo ad eum Panegyrico, huius tantum memoriæ delatum eſt, vt per multa ſecula in Senatu principibus acclamaretur: Ne ſis fælicior Auguſto, melior Traiano: adeo in eo gloria bonitatis obtinuit.

Optime, Maximi principes apud Papinianum in l. Iuriſperitos ff. de excuſ. tut. l. cum tabulis ſecundis, §. 1. ff. de his quibus vt indig. l. 7. de vac. mun. ſunt, Sener. & Antonin. Cuiac. 2. obſ. 33.

Optimo iure libertatem conſecuti dicuntur in l. 32. ff. de manumiſſis qui ex fideicommiſſi recte manumiſſi ſunt. Optimo iure debentur vſuræ, quæ interrogatione præcedente promiſſæ ſunt, l. 1. Cod. de vſur. Optimo iure quarta bonorum curialium defunctorum, quibus alieni ab eorum conſortio hæredes extiterunt à curie petitur, l. 1. quando & quibus quarta pars. Optimo iure Cenſor creatus apud Liuium lib. 9.

Optimo iure admiſſos codicillos dixit Iuſtin. Inſt. de codicil. in fin. princ. id eſt, habuiſſe νόμιμον αὐτοῖς vt Theophil. vertit. Optimum vinum frumentumve cum quis ſtipulatur, id ſtipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet, l. 75. ff. de verb. oblig. Briſſ.

Optimo iure prædia antiquis dicebantur, quæ optima conditione ſunt, vt Cic. de leg. Agr. loquitur, ſeu quæ immunia prorſus erant, id eſt, vt tunc loquimur, Alaudialia. Sic malim cum Bud. poſtremum hoc vocabulum ſcribi. Conn. li. 4. c. 1. n. 1. Sp.

Optimo iure debentur vſuræ, quæ interrogatione præcedente promiſſæ ſunt, l. 1. C. de vſuris.

Optimo iure poſſeſſam domum, l. 56. §. 1. ff. de pignoribus, accipe quæ nulli obligata eſt, nec vllo nexu pignoris tenetur liberaque eſt ab omni onere hypothecæ. Cicero de Aruſp. reſpon. Multæ ſunt domus in hac vrbe, Patres conſcripti, atque haud ſcio an pene cunctæ iure optimo, ſed tamen iure priuato, iure hæreditario, Briſſ.

Optimum ius legati apud Vlp. in Inſtitut. tit. 24. quod commodius eſt, & facilius Briſſ.

Optimum, vt Vlpian. ait, in l. vbi autem, de verb. obl. intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet, quæ res efficit, vt ea appellatio certæ rei ſignificatiua ſit. Eodem ibid. docente, boni appellatio non eſt certæ rei ſignificatiua: cum id quod bono, melius ſit, ipſum quoque bonum ſit.

Optimum principalem bonitatis gradum reſpicit leg. vbi autem, verſic. at cum optimum, de verb. obl. Spieg.

Optimum melius bonum, ius dicitur in comparatione gl. in l. ſi mulier, ff. de minor. ſuper verbu. Optimo, attigit item gloſ. in leg. exigendi, C. de procur. ſuper verb. omni iure.

Optimum maximumque tradere, Vlpian. ſignificat, liberum eſſe, hoc eſt, nulli ſeruitute. *Frey eigen vnd ledig zuſtellen.* Spieg.

Optimus maximuſque, vel in eum cadere poſſunt, qui ſolus eſt, Paul. docet, l. illa verba. de verb. ſignif. Vnde ſi quem vnum habet, legauit teſtator fundum verba hæc locum ſibi vindicarent in eo, quemadmodum ſupremæ tabulæ habentur etiam ſolæ, Spieg. Connan. lib. 7. c. 7. n. 5.

Optimus maximus, non ſolum de Deo dicitur, ſed & de fundo, agro, domo & alijs.

Optimus maximuſque fundus dicitur, qui ſeruitute omni & obligatione pignoris ac tributo immunis eſt, Hotom. vide & Connan. lib. 4. c. 1. n. 1.

Adiectio hæc Vti optimus maximuſque eſt, non in traditionibus modo, ſed & in emptionibus, ſtipulationibus, teſtamentis, hoc ſignificat, vt liberum ab omni ſeruitute, prædium præſtetur, non vt etiam ſeruitutes ei debeantur, l. 126. l. 169. ff. de verb. ſign. l. 8. & pen. ff. de euict. l. 69. §. ſi fundus, ff. de legat. lib. 1. Itaque parum cohæret quod Sicul. Flacc. lib. de condit. agror. ſcribit. Quidam etiam conueniunt precario, vt ſeruitutem præſtent his agris ad quos neceſſe habent tranſmittere perum. Nam & id his verbis comprehenditur, Vti optimus maximuſque ſit. Plerumque etiam ad inſtrumentum vel inſtructum prædij hæc verba referuntur, l. 92. & l. 93. §. pen. ff. de legat. li. 3. l. 28 §. item cum fundus, & l. 22. ff. de inſt. vel inſtrumento. Quæ & in Sententiis Paul. habetur li. 3. Briſſ.

Optiones dicuntur, ſecundum quos ſententia datur, l. 36. ff. de liber. cau. l. 9. ff. de iure fiſc. l. 22. ff. de his quæ vt indign. l. 1. C. eod. tit. l. 55. ff. de inoffic. teſtam. Briſſ.

Optionatus, optionis quæſtorij munus eſt: cuius meminit tit. de iure fiſci lib. 10. C. Vide Pyrrhum ſub finem lib. 1. Rom. Magiſtrat. Spieg.

Optio, cuiuſuis muneris adminiſter dicitur (mea quidem ſententia) Paterno in l. vlt. ff. de iur. immun. Menſores, optio, valetudinarij & infra, Venatores, victimarij, & optio fabricæ: nam vt ſcribit Vegetius li. 2. cap. 7. & Non. Marcell. Optiones ab optando appellati ſunt: quod antecedentibus ægritudine præpeditis, ſi tantum adoptati eorum atque vicarij ſolent vniuerſa curare. Varro in 1. de lingua Lat. Primi, inquit ſingularum decuriarum decuriones dicti: quos ij primor adminiſtros ſibi adoptabant, Optiones vocari cœpti, quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt. Feſtus. Optio, inquit, eſt optatio: ſed in re militari is appellatur, quem decurio aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius obeat officia publica. Idem: Optio inquit, qui nunc appellatur accenſus. Is adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum: qui quia cooptare quem velint Centurionibus permiſſum eſt, ex facto nomen ſortitus eſt. Nonius: Optiones, inquit, in cohortibus dicuntur, qui ſunt honeſti gradus, vt optatos, h. electos & adoptatos: hoc eſt, aſcitos Varro de vita patrum lib. 11. exiſtimat appellatio, qui referentib. Centurionibus adoptari in cohortes ſubibant, vt ſemper plenæ eſſent legiones. Hotom.

Optio ſolemni aliquo actu & certis verbis, ac plerumque interueniente Prætore fiebat: nam & ad exhibendum agere poterat is, cui ſerui optio data erat, vt ex mancipiis adhibitis optare & vindicare poſſet, quemadmodum indicat leg. 3. §. item ſi. ff. ad exhibendum. Briſſ.

Optio Fabricæ in d. l. vlt. videtur eſſe qui imperatoriæ fabricæ, à qua Fabricenſes vocantur, aut fabricis legionum: ſcutariis & loricariis cuſtos præeſt, vt & cuſtos carceris manceps carceris & à Diuo Ambr. optio carceris appellatur. Sic, o. ſcribit: neque Paulus & Silas tempus diſtulerunt, quin Optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Prat.

Optiones etiam dicuntur in lib. C. qui annon. militibus diuidunt, l. 9. C. de iure fiſc. l. 9. C. de exact. tribut. l. 3. C. de apoch. publ. Nouel. Martini de indulg. rel. Nouel. Iuſtin. 129. & ideo ad l. 1. ff. de mune. & hono. Græci lib. 54. [illegible] annonæ diuiſionem interpretantur optionem militum. Procop. 3. de bel. Vand. [illegible]. Nominis autem ratio hæc eſt, quod duces eos ſibi optent diuidendæ annonæ cauſa, quaſi adiutores, quod facilius cætera munia militaria obeant, qua ratione auxilia fœderatorum optiones etiam dicuntur, l. vlt. C. de locat. quorum duces Phylarchi dicuntur, Nouel. 116. & 117. Cuiac. ad leg. 7. Cod. de exact. tribut. Sunt autem quidam, qui l. 6. ff. de bon. damn. Optiones ſumi velint pro apparitoribus eius magiſtratus, qui damnatum ad ſupplicium deduceret: mihi tamen priori ſenſu nomen hoc non incommode videtur vſurpari poſſe, cum poſterioribus temporibus, imo etiam ſub ipſo Tiberio (vt teſtantur ſacra Euangelia) præſidis & eius qui ſunt ad ſupplicium deduceret, ſatellitum officio millies functos legamus: tum vero maxime, quod & id ſubindicet dicta lex ſexta. Prat.

Optio, id eſt, optatio, nimirum, quem vellet, tutorem ſibi optare poſſet: Nam vt teſtamento patris filiofamilias tutor dari poteſt, ita teſtamento viri matrifam. optio tutoris dari poteſt, ſibi tutorem eligat, quem velit, & hic tutoris eſt, quem pro vt ipſa Muræna M. Tull. ait, poteſtate mulieris contineri. De quo vide notata per Cuiac. lib. 7. Obſeruationum, c. 11. In re vero militari optio appellatur is, quem decurio aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius obeat officia publica.

Optionem Budæus in l. fin. ff. de iur. imm. accipit pro eo qui adiutor eſt centurionis, aut decurionis: vt Plautus vſus eſt, licet metaphorice in Aſinaria. Spieg.

Optionas gradus quidem appellati ſunt in turmis decurionum, & cohortibus centurionum: de quibus meminit Vlp. in l. diuus Adria. de bon. dam. & Imp. in l. pen. C. de apochis pub. lib. 10. vbi Accurſ. putauit ita dictos, quia quod optabant, præcipiebant. Optio enim dicitur optatio, electio. Verg.

——*Optauitque locum Regno.*

OPTIONES fœderatorum dicuntur, l.vlt. C. de locat. & condit. Nouell.117 Briſſ.

OPTIONIS legatum eſt, cum teſtator ex ſeruis ſuis, vel aliis rebus optare legatarium iuſſit, vnde rubric. De optione legata. Eius autem hæc vis eſt, vt cui optio legata eſt, etiam eius hæredibus ſi viuus ipſe non optarit, optio debeatur, l.vlt.C.commun.de leg.§.optionis, 23.Inſtit.de leg.Hot.

Habet autem in ſe optionis legatum conditionem tacitam, ſi legatarius viuus optaſſet, ideoq; quod Iuſtinian. in §. optionis 24. Inſtit. de legatis, ait ex conſtitutione ſua datum hæredi legatarij optare, etiamſi legatarius viuus non optauerit, id intelligendum eſſe putauerim de optione legata, non de electione. Quod autem Paulus in lege. Illud 19.ff.de optione vel electione legata dicit, non de optione ſed electione, in qua ante Iuſtinianum placuit vt tranſmittatur, in optione non placuit, niſi demum autoritate Iuſtiniani, cuius tamen ea de re conſtitutio non extat. Nam leg. fin. Cod. comm.de legat.conſtituit quomodo controuerſia inter plures legatarios definiri debeat, non etiam definiuit, quod tranſmittatur legatum optionis, quod in iſta lege vt certum ac definitum præſupponitur in illis verbis: ipſe autem moriens plures reliquerit hæredes.Vult.ad dict.§.optionis, n.2.

OPTIONEM autem & electionem promiſcue vulgo accipiunt, veruntamen eligendi arbitrium videtur eſſe generalius quam optandi, cum illud quoquo modo fieri poſſit, hoc non niſi ſolenniter, vt eleganter explicat Cuiac. in Parat.ff. de opt. vel elect. legat. & interpretes qui ſcripſerunt ad l. actus legitimi 77. ff.de reg.iur. Et ſpectatur electio magis in reb. vnius generis, optio in rebus diuerſorum generum Vulteius vbi ſupra. Alij ſic diſtinguunt, vt optio dicatur de duobus, Electio de plurib. leg. 3. §. item ſi optare ad exhib. ſed optio in pluribus quoque eſt, vt mancipiorum vel ſeruorum optione legata, non refert quod ſint: etiamſi centum eſſent, ita probat leg.2.l.mancipiorum ff. de optio. legat. l.his conſequenter in princ. fam. erciſc. l.de eo, §.item ad exhib. Et ſic capitur optio ibi pro electione vt & toto tit. de opt. leg. & l. 3. qui & a quibus manumiſſ. leg. cæterorum ff. de verb. ſign.l.2.§. proinde, ff. quod certo loco. Et forte deducitur à verbo Græco ὀπτῶ quod ſignificat video, nempe quia is qui optat, debet videre quod legit, & an expediat illud vel alterum eligere, P.Rebuff.in l. alicoſtionis, ff. de verbor.& rer.ſignific.

OPULENTA hæreditas, ait gl. in l. ſi quis mihi ff. de acq. hæred. dicitur, quæ affert opes ſine vexatione. Locuples vero eſt, quæ etiam vexationem habet, Spieg.

OPULENTI Autore Sexto Pompeio Opis fuit Saturni coniunx, per quam voluerunt terram ſignificare, quia omnia opus humano generi terra tribuit. Vnde opulenti, terreſtribus rebus copioſi.

OPUS & opera differunt ut ἔργον & ἀποτέλεσμα. Opera eſt ipſa actio, induſtria, labor, conatus, ſtudium, quo in opere faciendo vtimur. Et illud eſt, quod Græci appellant ἐργασίαν & ἔργον à verbo ἐργάζομαι id eſt, operor, & quamcunque rem facio. Opus autem eſt operatum effectum, quod fabricando & operando affectum relinquitur. Cuius perfectio, cum à fine ſuo, tempore cum ipſa forma, per quam id quod eſt, congruente arguatur, Græcis ἀποτέλεσμα, hoc eſt ad finem ſuum perductum ἔργον, à verbo ἀποτελέω id eſt ad finem & calcem perduco, perficio, abſoluo, Gœdd.in comment.l.5.§.1.n.a.7.de verb.& rer.ſign.

OPUS factum reſtitui, quo ſenſu accipiendum, Alc.explicat, enarrans l.impenſæ, de verb.ſign.Spieg.

OPUS perfectum eſſe tunc dicitur, quando ita conſummatum eſt vt iam in vſu eſſe poſſit, leg.ædificia,§ perfeciſſe, ff.de verb.ſign. leg.is qui, §. quædam, ff.ad l.Falc. Brech.l.pecuniæ,§.opere legato, ff.de verb.& rer.ſign.

OPUS idem & perfectum, & imperfectum dici, colligitur, ff.loc.l. qui inſulam, §.qui ædem, Albet.

OPUS probari vel approbari tum dicitur, cum magiſtri artificiorum euocati, inſpectum opus decernunt eſſe idoneum, & recte factum, vel etiam (ſi hoc conuenerit) ab ipſo locatore, l. opus quod cum leg.ſeq.& leg.ſi in lege in princ.ff.locati Spieg.

OPUS reſtitui, pro deſtrui, auferrique in interdictis intelligitur, leg.cum prætor.eod.& ſimil.quæ Alb.indicat.Spieg.& Alc.in l. impenſæ, de verb.ſign.

OPUS ruſtice, Paul.d.l.3.Muliones, inquit, de vrbano miniſterio ſunt: niſi propter opus ruſtire teſtator eos deſtinatos habeat. Spieg.

OPUS ſtructile dicitur, quod ex lapide quadrato, aut latere, calceque conſtructum eſt: Eaque propter pars ædificij eſt, vnde & auferri non poteſt. Tectorium vero, incruſtatio eſt, ſiue expolitio parietum: qua de re Vitru. legendus eſt libr. 7. vt ab Alc.citat.& ipſe in cōmen.ad l. in rutis & cæſ. de verb. ſig. Spi. Ad opus publicum noxij, olim nonnunquam dabatur. Idque vel ad tempus, vel in perpetuum. Ad opus autem damnari dariue, & in opus tradi idem valent,l.6.ff.de extraord.crim.l.5.§. 1 & l.vlt.ff de effractoribus, l.8.§.quiſquis, l.10,l.17.& l. 28. ff. de pœn.l.58.de iur.fiſc.l.6.C.ex quib.cau.maior,& opere etiam multari pro eodem dicunt, l.10 §.vlt.ff.de pœn.Briſſ.

In opus ſalinarum ob maleficium mulierem datam legimus in l.6.ff.de captiu.Briſſ.

OPUS nouum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid priſtinam faciem operis mutat. Si quis autem ædificium vetus fulciat, opus nouum non facit, ſed veteri ſuſtinendo remedium adhibet. Vlp.de oper.nou.nun.Maſſ.

OPUS nouum nunciare, eſt denunciare & prohibere ne opus nouum fiat. Et hæc nunciatio eſt denunciatio & prohibitio: ne quis nouum opus faciat. Quid ſit nouum opus facere docent Iuriſconſu. in l.1.§.opus hoc tit.& in aliis locis. Aduerſus eum etiam qui nouum incipit opus competit hæc operis noui denunciatio. Quæritur de eo qui fulcit ruens ædificium, an dicatur nouum opus facere? hæc quæſtio tractatur in l. 5. §. ſi quis ædificium,leg.ſtipulatio, §. opus, h.t. Et fruſtra denunciatur in nouum opus qui vetus fulcit. Quæſtio alia oritur de reficiente, an ei quoque denunciari poſſit? Quidam exiſtimant ei nouum opus denunciari non poſſe, quia aliud eſt facere, aliud reſtaurare opus, l.1.de mort.infer.l.4.C.de oper. publ. dicis neminem poſſe opus publicum abſque iuſſu principis, niſi ſuo ſumptu inchoare, cum tamen reſtaurare poſſit quis citantes text.alij in l.1.de vi publ. Obiicitur lex tertia de itin. actuque priu.§. hoc autem. Exiſtimo noui operis factionem ad hanc quoque refectionem pertinere, & nouum opus facere, aliud reſtaurare. Monet me quod dicitur in leg. de pupillo, §. ſi quis h. t. Nec obſtat quod dicitur aliud eſſe nouum opus facere, aliud reſtaurare. Si enim tibi nuncio nouum opus, tu reficis, aliquid eſt nouum opus habita ratione temporis quo ego nunciaui. Eo enim tempore non fuit tale opus aut talis refectio: dicitur quoque ſemper aliquid innouare qui reficit aliquid, habita ſcil.temporis ratione, quo operis noui nunciatio facta eſt. Alia hic tractatur quæſtio eodem pertinens, an opus hic perfectum & conſummatum accipi debeat? quæſtionem facit lex rei appellatio. de verb. ſign. quæ lex nihil ad rem facit, loquitur de eo qui inſtituit inſulam facere, quod ante ſiorum inſtitutum perfectum dici non poſſit. Aliud de ea re exemplum eſt in leg. ſi is qui ad leg. Falc. id nos vero hic loquimur non de opere certo, ſed de opere in genere. Duare.ff.de operis noui nunciatione.

OPUS publicum eſt, quod ciuitati extruitur, vt Theatrum, Balneum, aquæductus ad vſum ciuitatis, quod ſumptu publico ſine autoritate principis fieri non poteſt, ſed liberalitate ſingulorum poteſt. Et inſcribi nomen non poteſt niſi principis, & cuius pecunia factum eſt. Ego obſeruaui præſidem prouinciæ inſignia ſua cum nomine poni curaſſe in propugnaculis ciuitatis pecunia publica extructis contra l. 4. titul. de operis publicis. Duaren.de operib.publicis.

ORA dicitur extremitas cuiuſque rei, vt veſtimenti, Clemen. ſecunda, de vita & honeſtate clericorum in Bell.Etymol.

ORACULA apud Cic. in Topic.ex eo ipſo appellata ſunt, quod in iis eſt deorum oratio quod verò principes Romani, aliquid maieſtatis ſuperhumanæ, vnde diui appellabantur, ſibi attribuere, deorumq; numero ſeſe eſſe, falſo ſibi perſuaſere (quemadmodum Domitianus ille, licet omnium truculentiſſimus, inſcriptionem facere ſolebat autore Leto, Domitianus dominus & Deus veſter) factum eſt vt principis reſponſio ſeu reſcriptum ſacrum oraculum pleriſque iuris ie locis dicatur, vt Inſtit.de adopt.§.illud proprium eſt, l. 1. C. de emancip.liber. cœleſte oraculum in leg. iubemus leg.3. C. de ſacroſ. Eccleſiis. l.ſi.C.de def.ciuit.leg.ſi quis ex grege. Cod. de cohortal.leg.digna vox, C. de legib. vbi Accurſ.minus recte explicat, quid oraculi nomine ſignificetur. Capitur enim pro dicto egregio & quaſi diuino, vt apud Plin. lib. 18.c. 6. Inde illa reliqua oracula; Nequam agricolam eſſe quiſquis emeret, quod præſtare ei fundus poſſet. Malum patremfamilias, quiſquis interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi in tempeſtate cœli: peiorem, qui profeſtis diebus ageret, quod feſtalib deberet: peſſimum, qui ſereno die ſub tecto potius operaretur, quam in agro. Ferrau. lib.Explicat.ſecundo, in leg.digna vxor.de leg h.cap.3.

ORACULUM Lucius Seneca in præfatione lib.2. Controuerſ. definit voluntatem diuinam, hominis ore denunciatam. Ac plane Oraculum ab ore dictum eſſe Priſc. lib. oor. Impp. qui ſibi diuina omnia arrogant, ita ſacros affatus ſuos, ſeu ſacra reſcripta vocant, l.vlt. C. de diuerſ. reſcript. Quo genere loquendi vtitur Symmachus Epiſt. 13. & 15. Verus gloſſ. Sacrum oraculum eſt reſcriptum, quod Imperator precibus & ſupplicationi reſpondens reſcribit, vel ei fieri, vel non fieri debere quod poſtulat, & dicitur quid orando inſpectum Briſſ.

ORARE, cum ſolo accuſatiuo, ſignificat agere & dicere, vt apud Terent. Seruum hominem cauſam orare, Leges non ſinunt. Feſtus, orare antiquos dixiſſe, pro agere, teſtimonio ſunt, quod & Oratores, & ii, qui nunc quidem legati, tunc vero oratores Reipubl.mandatas partes agerent. Briſſ.

ORATIO, eſt omnis locutio, autore Cicer. in Bruto. Noſtris triplex eſt, copulatiua, disiunctiua, & ſoluta, l. ſæpe, & leg. triplic. de verb,

Digitized by Google

de verb. ſignif. In ſoluta punctus inſtar copulæ eſt, iuxta Alex. in leg. precia. ff. ad leg. Falc. Spieg. Vide Gœdd ad l. alienationis 28. § oratio. c. n. 3. & ſeqq ff. de verb. ſign.

Oratio & intentio differunt. ſi quis intentione, ff. de iud.

Orationes principum dicuntur in iure noſtro, quæ ab ipſis principibus in ſenatu habentur, cum ipſi ſcilicet explicatis rei totius circumſtantiis, quod iuſtum, vtile ac honeſtum reipubl. ſit, oſtendunt, ſenatumque rogant, an ſic conſtituere placeat. Talis extat oratio, vel pars potius orationis Imp. Seueri l. 1. ff. de rebus eorum, qui ſub tutel. ſunt, non alienan. Citantur idem D. Marci orationes de alimentis, leg. cum hi, ff. de tranſact. de fugitiu. requiſit leg. diuus, ff. de ſer. fugit. de bonis materno. leg. penul. ff. ad Tertull. Eiuſmodi quoque eſt oratio D. Marci de confeſſis, cuius fit mentio l. 6. § 1. ff. de confeſſ. & leg. 59. ff. de re iudic. Oratio Marci & Commodi, qua prohibentur tutores & filij eorum pupillas ſuas ducere: ad quam Paul. librum ſingularem ſcripſit, l. 60. & l. 67. §. ſed & filiusfam. ff de ritu nup. Oratio eorundem Imperatorum de ſenatorum & libertinarum nuptiis, l. 16. ff. de ſponſalibus, l. 16. ff. de ritu nupt. Oratio Seueri de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, l. 1. ff. de rebus eorum, l. 9. Cod. de præd. minor. quam ſingulari libro Paulus expoſuit, vt ex Indice Florentino & inſcriptionibus aliquot conſtat: oratio Hadriani in leg. ſi & rem, §. & illud, ff. de pet. hæredit. Oratio Antonini de confirmandis inter virum & vxorem donationibus, l. 32. ff. de donat. inter vir. Similia alia exempla ſunt in l. vlt. Cod. de teſtam. man. leg. 17. Cod. de excuſat. tut. l. 2. Cod. de cur. fur. l. penult. Cod. de his quæ vt indig. Briſſ. in lexico & lib. 1. Antiq capit. 16. Et quia ſenatus aliquando à Principe conſulitur. ipſæ orationes SCta interdum vocantur: exemplum eſt in leg. item veniunt, §. pridie. ff. de pet. hæred. Vult. in Comm. Inſtit. quib mod. teſt. infirmen. §. fin. n. 1.

Oratores, pro legatis vſurpat Iuriſconſ. in l. lege Iulia, ff. de vi publ. Accurſius doctores artium intelligit: qui a Græcis rhetorici vocantur. Spieg.

Orbis Romanus, pro ditione Romanæ ciuitatis accipitur in l. in orbe, ff. de ſtat. hom. Vide Bayſium, & Hegeſippum libr. 2. c. 9. Maiorag. Miſcellan lib. 4. c. 4. vbi oſtendit orbem pro ditione & imperio vſurpatum antiquis temporibus. Sic Ouidius in Metamorphoſi ſub Minois perſona:

Certe non patiar Iouis incunabula Creten.
Qui meus eſt orbis tantum contingere monſtrum.

Similiter quoque Plin. lib 12. Nat. hiſt. c. 12. vocem hanc pro regione accepit, propter autem orbis circulus eſt rotundus: vnde mundus à rotunditate dicitur orbis. Old.

Orbis vniuerſus terrarum in tres diuiditur partes, Europam, Aſiam, Africam, Briſſ.

Orbitas, illa patrum qualitas poſt amiſſos liberos: & vxoris viduitas poſt amiſſum maritum, l. vlt. C. de Plag Spieg. De orbitatis pœna vide Gœd. in comm. ad l. ſpadonum 128. in prin. & paſſim ff. de verb. ſign. Briſſ.

Orbem voluere, id eſt, in orbem conſiſtere, vt Cæſar libr. 5. de bello Gallico loquitur (inquiens) In orbem conſiſtentes iuſſerunt pronunciari, vt impedimenta relinquerent, atque in orbem conſiſterent, id eſt, in orbem pugnarent. In orbem vero pugnari ſolet, cum vndiq; metus eſt, aut cum pauci à pluribus circumventos vident, vt militum terga tuta ſint. Alibi Liuius id vocat in orbem ſe tutari. Græci ἀμφίσφαιρα hoc dicunt.

Orbi dicuntur in iure, qui cœlibes quidem non ſunt, ſed ſine liberis ſunt: de quibus apud Vlp. cap. Inſt. 13. de cœlibe, orbo, & ſolitario patre. Vbi Hotoman. legendum putat, id eſt, ſolitario patre. Quint. l. 7. c. 5. In paupere gratius, quam in diuite, dante beneficium quam reddere: patre quam orbo Cicero in Paradox. Quem autem locupletis orbi ſenis non obſeruat? obſeruandum eſt autem cum lex Iulia Papia vetuiſſet, ne orbi plus quam dimidiam eorum quæ ſibi legata eſſent, partem acciperent, duo extare de orbis capita ſub Rubr. de verb. ſignifi. quorum vtriuſque inſcriptio demonſtrat ea ad legem illam pertinere: nam illic ita eſt, cap. 148. Caius lib 8. ad legem Iuliam & Papiam: non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnave filia eſt. Idem lib. 10. ad eandem: Nam quem ſine liberis eſſe dicere non poſſumus: hunc neceſſe eſt dicamus, liberos habere. Aliàs autem orbus dicitur quicunque aliqua re cara priuatus eſt, vt vxore, liberis, parentibus: ſic plebs dicitur orba in 12. tabul. omiſſis tribunis, quaſi defenſoribus, Prat. Vide & Gœdd. ad l. 148. n. 2. de verb ſign.

Orbus, id eſt, liberis orbus, quaſi oculis amiſſis, Briſſ.

Orbana Dea in cuius tutela eſſent orbati liberis parentes, vt teſtatur Arnobius lib. aduerſus gentes. 4. Meminit eius & Plin. lib. 2. cap. 7. vbi tamen eius mentionem exterminandam putat Ferdinandus Pincianus, veluti ſpuriam & adulteriam, ſed male vt oſtendit Hadrianus Iunius animaduerſionem libro 3. capit. 1.

Orchestra, cuius meminit Imp. in l. ſacram, 33. in princ. C. de Epiſcop. audient. & in l 19. Cod. de oup. eſt ſpectandi locus primus in theatro, Zaſ. in leg. 1. ff. de orig. iur. in quo erant Senatorum & grauiſſimorum hominum ſedes collocatæ teſte Brechæn, l. inde tabernacula, ff. de verbor. & rer. ſignific. Eſt autem dicta Orcheſtra, quod in ea ſaltationes per ſcenicos artifices fieri conſueuiſſent ὀρχεῖσθαι enim apud Græcos tripudio & ſalto ſignificat, vt & Vitruu. lib. 5. de Architect. indicat, Corraſ. 4. Miſcell. 24 n. 16.

Orcinus libertus dicitur, qui directam ex teſtamento libertatem accepit: nec vnquam patronum viuum habuit, quaſi teſtatoris Orco demiſſus. Briſſ. Orcum enim Latini Ditem patrem appellarunt: quare cum libertus ille nullius libertus ſit, vt ſcribit Paulus in leg 4. de bon. libert. Ditis, Plutonis, ſiue Orci libertus nominatur. Vlpian. in l. 4. § 7. ff. de fideicommiſſ. libert. Hi qui ad libertatem peruenerunt, quorum liberti fiant, inſtituto oſtendit, vt qui directam libertatem, Orcini erunt liberti: quod & tradidit Inſt. tit. 2. §. 1. is qui. Is qui directo liber eſſe iuſſus eſt, orcinus fit libertus. Idemque Iuſtinian. ſub titul. de ſignificat. reb. per fideicommiſſ. rel. affirmat. Imper. l. directa, 10. Cod. de teſtament. manum. Directis verbis iure data libertate non ſolum impoſitione pilei, ſed & adita hæreditate, ſi nulla iuris impediat conſtitutio, liberti conſtituuntur orcini. Martianus, leg. 5. Dig. qui ſine manum, ad lib. Qui ob necem domini detectam præmium libertatis conſequitur, Orcinus fit libertus. Sic apud Gell. lib. 1. capit. 24. in Epigrammate Næuij Poetæ, Orcinus theſaurus, pro ſepulchro.

Itaque poſtquam eſt orci traditus theſauro,
Obliti ſunt Romæ lingua Latina loqui.

Theophilus autem Orcinum Græce χαρωνίτην appellat eadem forma qua Orcini ſenatores, (quorum meminit Sueton. Tranquill.) a Plutarcho in M. Antonio Charonitæ dicuntur, & Charonicæ ſcrobes quaſi Orcinæ. A Iuliano orcinus hæres appellatur in l. duo ſerui 8. ff. de hæred. inſtit. ſeruus qui ex dominorum ſuorum ruina ſimul oppreſſorum teſtamento hæres & liber eſſe iuſſus erat. De orcino liberto mentio quoque apud Vlpian. leg. 3. §. de legit. tutor. & leg. 1. §. per contrarium, ff de dote præl. apud Laben in leg. dominus, 22. de pecul. lega. Nec male quis Horcinus dixerit: nam ὅρκον dixere quidam ἀπὸ τοῦ ὅρκειν. Appellatur autem etiam libertus familiæ, l. ſi ſocius, ff. de manum. teſtament. quod etſi alium quam orcum, patronum non agnoſcat: ad familiam tamen defuncti pertineat, l. 3 §. plane, ff. de legit. tutor. l. 1. §. ſi autem, Cod. de Latin. liber. toll. Prat. cui adde Cuiac. 3. obſeruat. 3. Præterea qui ob necem detectam domini præmium libertatis conſequitur, fit orcinus libertus, l. 3. de legit tut Briſſ.

Ὁρκόω ſeu ὁρκίζω magis ſignificat alium ad iuramentum adigo, & iuramenti cautionem accipio, quam iuro aut alteri ſacramento caueo; vnde & olim ὁρκωτὰς appellabantur legati, qui mittebantur, non quidem ad præſtandum, ſed ad exigendum iuramentum Balduin. de legat.

Orcum veteres dixerunt quod vrgeret ad mortem. Conn. lib. 2. c. 4 n. 5.

Ordinare, Bud. in annot. ad l. honores ff. de Decur. eſt, inquit, aliquem ad honorem & magiſtratum promouere, hoc eſt (vt Cicero loquitur) ornare honoribuſque augere. cenſetque pro ordinationibus vt in vetuſtis legitur codicibus, vel ordinationibus vel ordinatis omnibus legendum eſſe. In Norico textu eſt, ordinatione. Senſus Iuriſconſult. ſatis apparet. Nempe conferendos nec honores, nec munera eſſe priori in ordinem allecto, ſed optimo cuique. Spieg.

Ordinaria lis, iudicium cauſa res dicitur, l 24. l. 25. §. 1. ff. de liber. cau. l. 8 §. 1. cum ſeq. ff. de inoffic. teſt. l. 26. §. vlt. ff. de teſt. tut. l. 8 ff. de re milit. Briſſ.

Ordinare quoque teſtamenta dicimus, l. 30. ff. de lib. & poſt l. 12. ff. de iure patron. l. 9 §. 1. ff. de pœn. l. 25. C. de iure dot. l. 2. & l. 4 Cod. qui teſtam. fac. Seneca lib. 4. De benefic. Et ſuprema ſua ordinare pro eodem, l. 25. §. 1. ff. de lib. & poſt l. 39. ff. de pignor. act. l. 36. §. miles in ſupremis, ff de milit. teſt. l. 1. ff. de bon. poſſ. ex teſt. milit. Et ordinare poſtrema vel ſuprema iudicia, l. 15. C. de teſtam. & apud Quint lib 6 dec. ritu, Ordinare codicillos in l. 3. C. de codicill. & Super ordinare apud Tertull. lib. 5 aduerſus Marcio pro teſtamento facto aliquid addere aut immutare. Briſſ.

Ordinaria dicuntur, quæ lege, plebiſcito, Senatuſconſulto, prætorum edictis, principum generalibus conſtitutionibus, & omnino quicquid iure ſcripto catenus iuſſum eſt, vt ſit certa generalis, vniformis lex, actus humanos generaliter, ſiue ſpeciali perſonarum inſpectu ordinans, & quodam ordinato proceſſo dirigens, fac. l. nullo modo, ff. ad leg Cornel. de falſ. Horum numero ſunt contractus, obligationes, actiones ordinariæ, appellationes, ſucceſſiones, teſtamenta, ſeruitutes ordinariæ. Interdum (quæ etiam Zaſius contra Bart. Ordinariis connumerat, text apertum allegans in l. 1. § neceſſario, ff. ſi mul. vent. nom. in poſſ.) Vſucapiones præſcriptiones, pignora, & ſi quæ ſunt ſimilia, quæ non ineleganter per Cic. in lib. 2. de Oratore deducuntur. Extraordinaria, ad certa perſonarum, rerum, negociorumve genera extra ordinem reſpiciunt: quibus

pro conditione, euentu, neceſſitate, commoditateve aliqua præſenti aliquo remedio ſubuenitur. Quorum ſtia genera facit Zaſius. Quædam enim ſunt facti, vt cum proprio ſeſe facto, ab iniuria lex adſerere permitteret, l. quemadmodum, ff ad leg. Aquil. cum vulg. in quo genere non parum multa docuit in §. nunciatio, l. 1. de oper. nou. nunc. Quædam ex priuilegio principis naſcuntur: quæ plerunque ſunt contra ius commune, de quibus Inſtitut. de iure nat. gent. & ciu. §. plane ex his l. 1. §. fin. ff. de conſtit. princ. cum ſim l. Tertium genus eorum eſt, quæ licet extra ordinem, tamen iure recepta ſunt, vt non ſine ratione iuria communis nominari poſſint, licet non ſint iuria ordinarij, veluti cum remedio aliquo his ſubuenitur quibus iure ordinario, vel non eſt conſultum, vel non ita facile, ita commode conſultum. Et iſthæc extraordinaria tertij generis, quadruplicem habent effectum, quos idem Zaſ. diſtinctius explicauit ſingulari tractatiuncula, inſerta intellect. ſuis ſingularibus. Spieg.

Ordinaria iudicia dicuntur, cum vſitatus & legitimus ordo, formulæque agendi & litigandi obſeruantur, veluti cum ordine prius ad Magiſtratum in ius adibatur, ac formula ab eo conceptoque actionis poſtulabatur: deinde ad iudicem diſceptabatur. Extraordinaria vero, cum apud magiſtratum ter diſceptabatur, nec iudex Recuperatoreſve dabantur. Vlpianus l. 1. §. 8. ff. de exercit. act. Solent, inquit, in prouinciis Præſides prouinciarum extra ordinem exercitoſes iuuare ex contractu magiſtrorum: id eſt, ipſimet Præſides rem cognoſcunt, neque ad iudicem reficiunt. Itaque Vlp. l. pecuniæ 178. §. 2. ff. de verb. ſign. actionis nomine & formulas intelligi ſcribit: quæ in ordinariis iudiciis in vſu erant: Perſecutionis autem verbo extraordinarias perſecutiones, vt puta Fideicommiſſorum, & ſi quæ ſunt aliæ, quæ non habeat iuris ordinarij exec. Quem locum hæc eiuſdem verba in Inſtitutiunculis cap. 25. explicabunt. Fideicommiſſa non per formulam petuntur vt legata, ſed cognitio Romæ quidem conſulum, aut prætoris qui Fideicommiſſarius vocatur: in prouinciis vero, Præſidum prouinciarum, Paul. in l. act. 47. ff. de negor. geſt. Nec refert, ait, directa quis, an vtili actione agat vel conueniatur: plane in extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſupervacua eſt Hotom. De ordinariorum & Extraordinariorum iudiciorum definitione vide eleganter ac late Clariſſimum virum D. Hermannum, Vulteius in ſuis in Inſtitutiones Commentariis, ad tit. de actionibus, numer. 35. & multis ſeqq.

Ordinaria iudicia dicuntur, in quibus eo ordine qui ab antiquis inſtitutus eſt, lis exercetur, Front. de limit. agror. De poſſeſſione controuerſia eſt, de qua interdictum, hoc eſt, iure ordinario litigatur. Et Aggenus aliquanto poſt: De poſſeſſione ſit controuerſia, quoties de totius fundi ſtatu per interdictum, id eſt, iure ordinario litigatur. Hot. & Prat.

Ordinaria iudicia: quæ ex ſorte in ordinem certum digeſta erant Virg. Æneid. 6. Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes, vbi Seruius, Sine ſorte, inquit, ſine iudicio: traxit autem hoc ex more Romanorum non uiſi audiebantur cauſæ, niſi per ſortem ordinatæ. Nam tempore, quo cauſæ agebantur conueniebant omnes (vnde & Conſilium ait) & ex ſorte dierum ordinem accipiebant, quo poſt diem trigeſimum ſuas cauſas exequerentur: vnde eſt, Quæſitor Minos vrnam mouet Iuuenal.

Gratia fallati qui Prætoris vicerit vrnam.

Hotom. Prat.

Ordinaria iudicia Inſtitu. de ſucceſſ. bon. in prin. vbi Theophil. male quemadmodum exiſtimo interpretatur. Ordinaria iudicia quæ ἐκεῖνα τὰ ἀρχαῖα ἐν ὀρθῷ τῷ χρόνῳ. Extraordinaria vero, quæ οἱ ἄνευ τοῦ ὀρθοῦ ἐξεταζόμενα. Magis eſt enim, vt ordinaria iudicia ea accipiantur, quæ certis ac ſolennibus formulis exercebantur. Extraordinaria vero, quæ non obſeruato illo ſolenni ordine exercebantur, l. 49. ff. de neg. geſt. §. vlt. Inſt. de interd. Ordinaria plane iudicia ad differentiam arbitralium dicuntur in l. 5. C. de arbit. Briſſ.

Ordinaria bonorum poſſeſſio in leg. 5. §. quis contra, ff. de leg. præſt. l. 3. §. vlt. ff. de Carb. ed. Carbonianæ opponitur, quæ extraordinaria eſt. Briſſ.

Ordinarii iudices vel à cauſis, vel ab officiis definiri poſſunt, hic ſcilicet modis ordinarius eſt, qui iuriſdictionem iure ſuo non alieno beneficio habet: ita enim fere (teſte Cantiuncula) Iulianus Iuriſconſultus ait, vel aliter, is eſt ordinarius qui naturam, non datiuam modo iuriſdictionem habet; hoc eſt, qui eam iure magiſtratus, non mandato ſpeciali obtinet: vel breuius, qui iuriſdictionem ordinariam habet: vel aliter, Ordinarius dicitur, apud quem legis actio eſt: quæ poſterior definitio ex Modeſtini & Vlpiani verbis colligitur. Spiegelius.

Ordinarii iuris ea ſunt quæ à magiſtratibus, vel à principe decernuntur ſecundum tenorem & ordinem iuris, Ræuard. vbi l. lex duorum, ff. de ſeg. iur.

Ordinarii milites, gregales & manipulares vel etiam in prima acie dimicantes principes. Vopiſcus in Bonoſ. Militauit primum inter ordinarios, deinde inter equites. Prat. & Goth. ad Nou. 31. c. 1. § 3.

Ordinarii ſerui in l. 15. §. Prat. ff. de iniur. accipiendi ſunt, qui certum aliquod miniſterium officiumve in familia exercent. Mediaſtinique aduerſi ſiunt, qui nulli certo muneri deſeruiunt. Eoque ſenſu Ordinarium officium ſeruile. Seneca dixit lib. 3. de beneſ. c. 28. Alios Ordinarij vicariis opponuntur, l. 17. l. 18. l. 19. ff de pec l. 5. §. 5. ff. de tribut. Tunc vero, vt Theoph. in §. cum autem, inſt. quod cum eo qui in al. pot. ſcribit, Ordinarium appellamus τὸν ἀρχῆθεν ὑπάτον, ὡς τῷ ἐκείνου ὑπατείαν vicarium. Iam ordinarij Conſules ad ſuffectorum differentiam dicuntur. Cuius rei, cum plurima teſtimonia in promptu ſint, vnicum Lampridij in Alexandro protuliſſe contentus ero. Conſules, ait ille, quouſque vel ordinarios, vel ſuffectos creauit, ex Senatus ſententia nominauit. Briſſ. Adde Ferretum tit. de legat. §. ſi quis ancillas.

Ordinarios gladiatores apud Senecam accipit Rhodiginus, gladiaturæ in primis peritos, ſuoque apparatu & ritu inſtructos, qui digladiaturi producerentur ſpectatorum voluptati: quique ex conſtitutione, vel conſuetudine, exhiberi ſoliti erant. Sicuti ordinaria onera ſunt Iureconſulti, cum fundus quotannis tantum præſtare domino, vel principi debet. Extraordinaria vero, quæ præter morem ex inopinato inducuntur Spieg.

Ordinarium eſt, quod recte, atque iuris ordine ciuiliterque & communi iure ſit, l. 33. §. publice, ff. de procur. Ordinarium ergo ius eſt, quod per actiones & interdicta, per iudices datos ſine prætoria cognitione, ſine ſubſcriptione in crimen, ciuiliter exercetur, l. 1. § 1. ff. ſi Vent. nom. l. vlt. ff. de priu. del. l. 55. §. ſi ſuper, ff. de re iud. l. 32. §. itero ſi qui, ff. de recept arb. leg 178. § actionis, ff. de verbor. ſignif. l. 155. ff. de reg. iur. Prat. ex Briſſonio.

Ordinarium admittere, eleganter dixit Vlp. in ſeruum quoque de procur. pro eo quod eſt locum dare in iudicio. Spieg.

Ordinarium, verbum, ad ſolum ordinem pertinet, l. 1. ſi tab. teſt. nul. ext. l. 1. de poſſ. hær. pet. l. 1. de pecul. l. 25. in ſi. de ædilit. edict. Briſſ.

Ordinarium hominem, Feſtus dici tradit ſolutum, ſcurram, & improbum, qui aſſidue in litibus moraretur ob eam cauſam, quod in ordine ſtaret adeuntium Prætorem. Hot. & Rhodigin.

Ordinarius. Ordinarius eſt, qui vel ſub iure, vel principis beneficio, vniuerſaliter iuriſdictionem exercet, cui ſcilicet vniuerſitas cauſarum commiſſa eſt. Alius atque aliis modis definitur, quos non recenſeo. Quandoque in iure canonico ordinarius vocatur, qui ſuo iure conferre poteſt. Aliter, ordinarij nomine continentur, quicunque ſuo iure conferunt, ſiue id lege communi ex priuilegio habeant, licet Epiſcopo ſint inferiores, d. c. ordin. cum glo. de off. ordin in 6. Tres autem in beneficij collatione concurrere poſſunt papa videlicet, legatus Cardinalis, & ordinarius, gloſſ. c. 1. de tit. de uffic. leg. in 6. in §. neque de collat. in prag. Adde Brech. in l. prouinciales, in tit. de verb. & rer. ſign. Anch.

Ordinarius conſul ad differentiam ſuffecti. Briſſ.

Ordinarius à Diœceſano quomodo differat, vide Diœceſan.

Ordinata cauſa criminis, apud Alex. in leg. 1. C. de calum. id eſt, inſcriptione depoſita, fideiuſſore de lite exercenda præſtito, eoque qui accuſatur ſub cuſtodia officij facto. Briſſ.

Ordinati libelli in l. 3. in fin. princ. ff. de accuſ. id eſt, concepti, & compoſiti.

Ordinatio nouiſſimi iudicij, vide l. 2. C de codicil.

Ordinator litis, eſt apud Senecam lib. 19. Epiſt.

Ordinatum edictum legimus in l. 13. ff. ſer. amot. Briſſ.

Ordine, id eſt ordinatim, Briſſ.

Ordinem in differendis magiſtratibus Romani certe viri prudentes optima ratione obſeruabant ab inferiore ad ampliorem. Omnibus enim in rebus, ordo ſecundum naturam neceſſarius eſt: ſed tamen in magiſtratu deferendo maximam ac peculiarem quandam vim habet. Primum, vt hominis ingenium recte cognoſcatur: cum magiſtratus, qualis quiſque ſit, ſtatim indicare ſoleat. Deinde, vt expoliantur ciues negotiis vulgaribus ad arduas res agendas, quoniam pulchrius parari, quam creari nobilem. O venerandam antiquitatem, vt Iuſtinianus recte vocat, à quo & eruditum ſe fatetur in § vlt. Inſt. de adopt. Nam variis & gradibus omnium rerum exemplis ſcatet. Quid rogo ſalubrius Reipublicæ fuerit quam hunc ordinem in omnibus ciuitatibus imitari, vt non ſtatim rudes ac nullo geſti officij argumento probati, rapiantur ad ſummum adminiſtrandæ Reipublicæ gradum & ordinem? Non poſſum me hoc loco continere, quin expoſtulem cum triticis quibuſdam, qui tam ſunt amentes, vt vtilem illum longeque pulcherrimum in omnibus Academiis receptum ordinem tituloſque, aut contemnere, aut etiam improbare non erubeſcant, Quaſi vero vani ſint omnium literatorum ordines, Quid, inquiunt, eſt Doctoris titulus: qui Licentiati, quid Baccalaurei,

rei, niſi pecuniarum nundinationes; & reliqua id genus ineptiarum multa effutiunt. Verum legant inſulſi homines, quid ſcribant eruditi omnium ſeculorum in bonis artibus antesignani. Quomodo præparandi ſint per ordinem ſtudioſi, ab ineunte ætate literarum, ad grauiores diſciplinas: in quas ne tanquam ſus in roſas irruerent, quam diligenter ſint à præceptoribus vires ingenij perpendendæ: Et quam tale in bonis artibus judicium nullo poſſit fieri modo, niſi in claſſes diuidantur ſtudia & ſingulis claſſibus tituli accommodentur, quibus alij ab alijs in ſcholaſtica ratione diſcernantur. Quales ſunt à lauri bacca, Baccalaureatus, Magiſterij, Licentiæ, & Doctoratus. Hæc, inquam, perpendant, ſi voluerint, iniqui cenſores, & facile videbunt errorem ſuum vel conſcientia dictante. Oldend. Prat.

ORDINEM politicum, vt euitetur confuſio magiſtratuum, ſeruandum eſſe, vel aper naturali quadam inclinatione nobis oſtendunt, quarum vnumquodque examen ſuum ſequitur regem. Prat.

ORDINES ampliſſimi, erant Senatorius, & equeſter: ex quibus apud Romanos ſortito fiebant judices. Ad fortunas quoque & vitæ genus quandoque refertur. Vide Donat. exponentem illud Terentij in Eunucho: Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis. Spieg.

ORDINES per Germaniam tres eſſe commode dixerimus: videlicet Senatorium, hoc eſt, Principum & magiſtratuum: Equeſtrem, hoc eſt, beneficiariorum nobilium ſiue ruri, ſiue in ciuitatibus: Plebeium, id eſt, reliquorum ciuium, negotiatorum, opificum, & ruſticorum. Et profecto, ſi hos ſtatus confundas, actum fuerit cum politia & tranquillitate. Vnuſquiſque enim debet ſuæ vocationis meminiſſe. Quo pertinet tit. C. Negociator ne milit.

ORDINES quoque Romani tres ſunt. Senatorius primus: hi Patricij erant, & in ſenatum eligebantur. Secundus equeſter: hic medius erat, equitum qui equis publicis mererent: quorum inſigne erant annuli aurei, quibus à plebe diſtinguebantur. Tertius plebis erat, in quorum numero Quirites, & qui ex aliqua tribu eſſent, atque ciues Romani dicebantur. Zaſ. in l.2. de orig. jur.

ORDO eſt, non ſeruare ordinem, in manifeſtis, & notorijs. cap. ad noſtram, 3. extr. de jurejur.

ORDO à ſerie differt, quia ille digeſtio eſt, qua ſuo loco quidque collocatur: hæc vero continua quædam progreſſio, atque contextus continuus. Aliquando ponitur ordo pro ipſis hominibus, hoc eſt, ijs qui ſunt ejuſdem dignitatis. Apud Iureconſult. Extra ordinem ſignificat, ſine verbis & formulis ſolennibus, Iuſtic. de interdictis, in fin. Nam quoties, ait, extra ordinem jus dicitur. Item Paulus: Ordo exercendorum public. judiciorum in vſu eſſe deſijt: durante tamen pœna legum, cum extra ordinem crimina probantur. Inter annos eſt verius ſeries, quam ordo. Spieg.

ORDO, pro ſtatu. in leg. diuus Marcus ff. de offic. præſid. Græci τάξιν appellant. Status bifariam accipitur: alias pro jure perſonarum, quod & caput dicitur. Vide Capite minui, vt in tit. ff. de ſtat. hom. Inſt. de jur. perſona. Alias pro ordine perſonarum, reſpectu politico dignitatis. Old. Prat.

ORDO etiam gradum dignitatis ſignificat. Ita ordinem inferiorem & ſuperiorem accipe l. 4. ff. de Senat. Briſſ.

ORDO, eſt cujuſlibet rei ſuo loco conueniens digeſtio. Sic & in perſonis ordinatam maxime per juſtitiam diſtributiuum apta quædam collocatio exigitur. Quare in Republica ordines dicimus, ſicut & in acie diſtributiones hominum, pro vnjuſcujuſque ſtatu & qualitate: vt ſingulæ functiones eo commodius intelligantur, expedianturque.

ORDO equeſter medius dicebatur, à quo ad ſenatoriam dignitatem aſcenſus erat: interim tamen judicijs præficiebantur. Equitum inſigne fuerunt annuli aurei, quibus à plebe diſtinguebantur. Tales hodie ſunt equites aurati, cum aliis imperij beneficiarijs, qui ad publicam comitijs autoritatem interponendam non ſolent vocari. Oldend. Vide paulo ante ordines quoque Romani.

ORDO decurionum, ciuitatiſve, collegium ipſum decurionum & curiam ſignificat, l. 15. ff. ad municip. l. 26 §. 1. ff. de alim. legat. l. 1. de omni ag. deſer. lib. 11. C. Appellatur & ſimpliciter ac abſolute Ordo in l. 3. l. 6. § 1. ff. quod cujuſque vniuerſit. l. 5. §. vlt. ff. de don. int. vir. l. vlt. ff. ad munic. l. 1. §. ſed & ſi præſes, ff. quando appell. ſit, l. vn. ff. nihil in nou. appell. l. 1. ff. de magiſtr. conuen. l. vlt. ff. de veter. Sic & in inſcriptionibus antiquis hoc verbum accipiendum eſt. Itaque in ordinem allegi, nihil aliud eſt, quam decurionem fieri, l. 3. §. 1. & leg. pen. ff. de decur. vlt. ff. de veteran. Briſſ. Prat.

A magiſtratibus autem municipalibus totus daros non videtur [illegible] ordinem electus. l. 1. ff. de magiſtr. conuen. Nec vero aliter habetur ordo, quam duab. partib. adhibitis, l. 3. ff. de decr. ab ord. fac. l. 3. ff. quod cujuſque vniuerſ. Plane ſi decuriones decreuerint actionem per eum mouendam quem duumuiri elegerint, is videtur ab ordine electus: parum enim refert ipſe ordo elegerit, an is cui, ordo negotium dedit, l. 6. §. 1. ff. quod cujuſque vniuerſ. Porro cum Senatum ſignificare volunt auctores, ampliſſimum ordinem dicere ſolent. Briſſ.

ORDO juris & legum in l. 1. C. de liber. cau. l. 31 §. ſi ciuile, ff. depoſ. Valer. Max. lib. 3 cap. 2. Quoniam Conſul dum juris ordinem ſequitur, adagit, vt imperium Rom. corruat. Vtuntur non ſemel hoc verbo Saluianus Maſſilienſ. in libris de verbo Dei judicio, & Cassiod. in libris Variarum. Briſſ.

ORDO judiciorum l. 4. C. de ſent. & interlocutio. Briſſ.

ORDO militaris olim fuit, vt in exercitu, quodam gradu, miles centurioni, Centurio tribuno, Tribunus legato, Legatus conſuli obediret. Sed illi gradus & nomina rei militaris, cœperunt cum tempore (vt fere omnia) variari Old.

ORDO plebejus, & infimus fuit, in quem referebantur omnes Romani ciues tribuarij, hoc eſt, ad tribus pertinentes. Nam ſerui & libertini præterquam vindicta manumiſſi) non erant tribuum capaces: niſi ſpecialiter eis concederentur Ex quibus intelligi poteſt l. patronus, in prin. ff. de leg. 3. Vbi & Accurſius ridicula commemorat de ſeruorum progenie. Ad nos ordinem reſpexit Vlp. in l. 1. §. ſed ſi ſeruus ff. de inſpicien. ventr. Publice enim, inquiens intereſt, partus non ſubijci, vt ordinum dignitas familiarumque ſalua ſit. Old. Vide Paulo ante ordines quoque Romani.

ORDO ſcripturæ non impedit cauſam juris ac voluntatis, autor Papin. l. cum pater filios, §. fidei tuæ committo vxor de L. 2. Sp.

ORDO Senatorius erat, qui patritios tantum, ex quibus Senatus legebatur, continebat. Apud hos cenſebatur imperij eſſe majeſtas. Nos in hunc ordinem referre poſſumus omnes imperij ſtatus, qui juſſis principum comitijs interſunt, atque jus dicendæ ſententiæ habent. Oldend. Vide & ſupra. Ordines quoque Romani.

ORFICIANVM Sc. Hoc Senatuſconſultum inteſtatæ matris hæreditatem ad ſolum filium & filiam deferri teſtatur imp. Alex. in l. 1. C. ad Senatuſc. Orf. c. 10. lib. 5. & commeminit Placent.

Orgyæ in l. vlt. ff. fin. reg. Conſtant. l. 8. Epit. cit. 4. ὀργυιὰ (ſic enim emendandum eſt) ἔχει βήματα β΄. ἤτοι πήχεις δ΄. ἤτοι πόδας ϛ΄. ἤγουν σπιθαμὰς η΄. δακτύλους ϙϛ΄. Heſyc. verò ὀργυιὰν ait eſſe τὴν τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασιν καὶ τὸ μέτρον ἀπὸ τῆς [illegible], ἢ πήχεις τέσσαρας. Briſſ.

ORICHALCVM, æs montanũ interpretatur, nã ὄρος mõs, χαλκὸς æs eſt. Perperã ergo Aurichalcum legitur. Vlp. de act. empt. & vendit. Quemadmodũ, inquit, ſi quis vas orichalcum. Nebriſſ.

ORIENS, occidens, ſeptentrio & meridies, in Aut. vt omn. obediant jud. prouinc. §. conſiderantes.

ORIENS modo pro parte orbis cui proprius præfectus prætorio attributus erat, modo pro diœceſi quæ prouincias 15. continebat, Palæſtinam, Phœnicem, Syriam, Cyprum, Ciliciam, Palæſtinam ſecundam, Palæſtinam ſalutarem, Phœnicem Libani, Euphratenſem, Syriam ſalutarem. Oſrœnam, Meſopotamiam, Ciliciam ſecundam, Iſauriam, Arabiam. Quanquam Gulicl. Tyrius Orientem ex veterum auctoritate Antiochiam diœceſim appellare ſe ſcribat lib. 3. de bello ſac. cap. 18. Supradictæ autem omnes prouinciæ ſub diſpoſitione viri ſpectabilis comitis Orientis erant, vt ex notitia patet. Cujus comitis curæ Seleucena claſſis committitur ad auxilium purgandi Orientis, quemadmodum vulgo legitur in l. vn. de claſſicis, libro 11. C. Quo in loco mendum eſſe me ſcripti codicis Iuſtinianei libri, & impreſſus Theodoſij codex docuere: in quibus longè rectius ſcriptum eſt ad auxilium purgandi Orontis. Eſt autem Orontes Phœniciæ & Syriæ fluuius inter Libanum & Antilibanum exoriens, vt Plin. lib. 5. cap. 21. & Mela lib. 2. ſcribunt. Qui Eous appellatur à Statio Papinio lib. 4. Siluar. Gulicl. Tyrius lib. 4. de bello ſac. c. 8. Fluujus, ait, qui Orontes appellatur verbo vulgari Fer dictus, qui juxta Arteſiam fecus Antiochiam defluens inde in mare deſcendit: Meminit & hujus fluuij idem auctor lib. cap. 10. Briſſ.

ORIENS. Oriens dicitur illa pars mundi, vnde ſol oritur authore Pomp. Mela lib. 1. cap. 1. vbi Vadianus. De cujus rebus commendatione digniſſimis ſi quis audire volet, legere poterit caput ſecundum ſecundæ partis, §. 9. ejus libri, cui tit. Veridica Terræ ſanctæ deſcriptio. Ibi enim videre eſt quemadmodum Oriens totus vltra mare nomen Chriſti prædicat, & veneratur, ſeque Chriſtianos (demptis ſolis Saracenis) dicunt: ita vt pro vno Saraceno ſint triginta Chriſtiani. Certe extat in jure noſtro lib. 1. C. tit. de Officio comitis Orientis: ſed nihil horum meminit. Anch.

ORIGINALE, quod ex origine contrahitur, vt, originalis decor, originalis macula, originale delictum, originale inſtrumentum vel exemplum, vbi cauſa talis eſt, quod ipſum exhiberi oportet, ſi id ſine incommodo fieri poſſit. Alioquin exemplum ſolenniter authoritate, magiſtratus deſcriptum & ſigillatum, quod appellatur hodie, Vidimus, de Originali vid. in l. Procur. C. de edend. Nouel. vt ſpon. larg. §. & hoc indiget. De Exemplis Authenticis tractat Bart. poſt gloſſ. in l. cor, §. ſuper his, C. de app. c. cum perſonæ, de priuil. lib. 6. Obiter item dicendum, decretis patrum ſancitum contrarium dubijs originalia

Hebræorum conſulenda, quo veritas ſcientiæ à fonte magis, quam de rivulis hauriatur, 76. diſt. can. jejunium. Spieg.

ORIGINALAS. Lege Coloni originarij.

ORIGINALIS ciuitas, prouinciave dicitur ea, ex qua quis oriundus eſt. Prat.

ORIGINARII coloni, l. 7. & l. 12. de agric. & cenſit. lib. 11. Qui & Originales in l. 4. cod. tit. Sic & Originaria in l. 7. de muneleg. lib. 10. C. quæ lex ex l. 10. C. Th. eod. tit. ſumpta eſt. Truncatis tamen à Triboniano ejus verbis quibus de Senatuſconſulto Claudiano mentio fiebat, idcirco quod id Senatuſconſultum à Iuſtiniano ſublatum eſſet. Briſſ.

ORIGINALES ſiue originarij ait Cujac. ad rub. C. de mun. & origin. ſunt non nati tantum, ſed etiam manumiſſi & adoptati, Leum neque, C. de incol. & vbi quis: quoniam & pro natis habentur, & alienæ originis jure cenſentur.

ORIGINARII ſerui, qui ex aſſcriptitijs nati ſunt in ipſo ſolo, ſiue fundo, vt C. de agric. & cenſit. l. colonos, l. 11. & ejuſmodi ſiue gleba, quam coluerunt, vendi nequeunt. Aſſcriptitij vero ſunt, qui per 30. annos fuerunt in ſolo. Qui duob. modis fiunt. Aut præſcriptione aut duplici confeſſione, per ſcripturam bis factam, in qua domino fundi promiſerint, ſe nunquam inde diſceſſuros. Hos etiam partiarios quidam vocant. Adnotauit & Rhodigin. c. vlt. lib. 4. Obſeruandum etiam, cum liberti deputarentur agris: aut etiam cum liberti homines ſeſe addici paterentur: hi deinde procreabant originarios, præſertim quo tempore Iuſtinianus rerum potiebatur. Tales hodie ſunt ruſtici noſtri. Oldend. inquit, quos vulgo appellant proprios, de quibus latius ille act. 9. Claſſ. 3. Spieg. Conn. lib. 2. c. 10. nu. 4.

ORIGINIS ciuitas prouinciave dicitur ea, ex qua quis orjundus eſt, l. 7. §. ſubitatum eſt, ff. de interdict. & relegatis, leg. 6. ff. ad municipal. Briſſ.

ORIGO, principium, initium, cauſam, ortum, ſtirpem, ſemen, fontemque ſignificat. Pro ortu, hoc eſt, natiuitate, origo mutari non poteſt, l. fin. §. pen. ad munic. ſequimurque patris, non matris originem. De quo Bartol. latius in leg. aſſumptio, §. filius. ff. ad municip. & in l. ſecunda, C. de municip. & orig. lib. 10. Y. de Coloni originarij. Spieg. Prat.

ORIGO initium cujuſque rei ſignificat: dicitur etiam origo unde quis eſt, ſeu vnde ortum ducit l. 6. ff. ad municip. ſignificat etiam initium acquiſitionis dominijve alicujus, l. 19. C. de donationibus. Briſſ.

ORIGO & progreſſus juris inſcripti ſic habet. I. Lex L. XII. Tab. II. Diſputationes decem virorum & prudentium forenſes. III. Legis actiones quæ omnia, communi appellatione jus ciuile dicuntur IIII. Plebiſcita. V. Senatuſconſulta. Ex Reſtaur. Polit. Old. Spieg. Prat.

ORIRI idest naſci: aquam quæ in alieno loco oritur, l. 8. C. de ſeruit. & aqu. Non modo autem res animales ſed incorporales quoque veluti jura & actiones oriri dicuntur. Sic actiones ex delicto oriri dicuntur, id eſt proficiſci ſeu deſcendere, l. 9. §. vlt. ff. de rebus aucto. jud. poſſ. Oriri etiam dicuntur quæ repente occidunt: vt tempeſtate orta. Briſſ.

ORIRI ex bona fide, l. 2. ff. de per. hær.

ORITVR actio, pro naſcitur, l. 1. §. vlt. ff. de injur.

ORIVNDVS vulgo eſt, qui ipſe natus eſt, vel qui inde originem duxit: puta quia pater, vel ejus majores ex eo loco antiquitus prognati ſunt, c. 1. de vſu. lo 6. ſed peritiores, Alc. inquit, orjundum non eſſe, qui ipſe natus ſit, exiſtimant, ſed qui genus duxit. Sic T. Liuius: Nati, inquit, Carthagine, ſed orjundi à Syracoſis. Spieg.

ORIVNDVS qui dicitur, vnde originem trahit. Patriam ex qua Orjundus eſt, l. 6. ff. ad Municipal. Briſſ.

ORIZA quod nos riſum (vt Plantina ait) dicimus, ab antiquis inter frumenta habita eſt, hodie tamen venire frumento legato non putabatur, ſaltem in his regionibus vbi non ſeritur, quia non ad panem ſed ad pultem & delicias adſeruatur, quare vim nominis eum vſu amittere videtur, l. ſi cui, §. lanæ, ff. de legat. 3. Optima nominum interpres videtur eſſe conſuetudo l. Labeo, de ſupellect. l. & voluntatem, l. cum de lanionis §. aſinam, ff. de fun. inſtruct. Oriza radicem teretem habet, altitudine eſt cubitali, folijs porraceis, flore purpureo, paluſtrem & riguum locum amat, ſecundum Dioſcoridem. Teſſeram frumentariam, iam eſt vulgatum eſſe donatiuum frumenti, quod fiebat ijs, qui teſſeras accepiſſent, id eſt, ſigna plumbea, lignea vel ſimilia materiæ, quæ ſparſa in vulgus, vel aliter diſtributa eſſent: vt qui accepiſſet frumentum, quantum in teſſera deſcriptum eſſet à diſtributoribus (vt Dion. ait) reciperet, l. Titia, ff. de leg. 2. Fiebat autem tantum Romæ, vt colligitur ex l. ſed ſi ſuſcepit, §. 1. ff. de judic. & ibi Bud. adde Forcatul. in. penu juris cap. 6.

ORNAMENTA conſularia hæc ſunt. trabea, ſiue palmata, Scipio, calcei aurati, ſella curulis, ſalcer. Caſſiodorus in formula conſulatus. Vopiſcus item in Aureliano: Te conſulem hodie deſigno ſcripturus ad ſenatum, vt ibi deputet Scipionem, Cujac. ad l. 2. C. de conſul. & non ſpargend. ab ijs pecu.

ORNAMENTA muliebria ſunt quibus mulier ornatur: veluti inaures, armillæ, viriolæ, annuli præter ſignatorios, & omnia quæ ad nullam aliam rem parantur, niſi corporis ornandi cauſa, quo ex numero etiam hæc ſunt, aurum, gemmæ, lapilli qui aliam in ſe nullam vtilitatem habent, l. 25. §. ornamenta, ff. de aur. & argent. leg.

ORNAMENTVM ſacrum, l. 4. C. de fidejuſſoribus lib. 10. ſacrum ærarium vocat. Et ſi inuentas apud aliquos pecunias fiſcales exegerit, & ſacro ornamento intulerit licito jure ſibi ad ſingulas liberas ſeu ſolidos pro ſolatio retineat. Veſtiarium Græci appellant, ad l. 2. C. de fiſc. vel reſp. Prat.

ORNAMENTORVM appellatione annuli ſignatorij non continentur. Hi enim annuli neceſſitatis non ornatus gratia comparati habentur, leg. ad teſtium, §. ſi ab ipſo, §. ſignum, ff. qui teſtam. face. poſſ. l. 3. §. hoc interdictum, ff. de tab. exhib. gloſſ. in Clement. vnic. ext. de jurejur. Et quod ornamenti gratia ſignatorius non paratur, arguit nominis notatio, cum a ſignando à fide ſcilicet & officio ſuo, quia ſigna quæ habet, literis tabulis teſtamentis, rebus, ciſtis, oſtijs, tabernis imprimuntur, d. l. 3. §. hoc interdictum nomen acceperit. Gœdd. ad leg. ſignatorius, 84. num. 3 ff. de verb. ſignif.

ORNAMENTVM illud eſt, quod corporis ornandi & venuſtatis gratia paratur, leg. argumento, §. ornamenta. cum §. ſequ. & leg. ornamentorum 37. ff. de aur. & argent. mund. Non etiam quod neceſſitatis vel vtilitatis cauſa habetur, adeo vt nec veſtis ornamentum exiſtimetur, d. leg. ornamentorum 37. & leg. quamuis 36. ff. de aur. arg. mund. quia victus cauſa paratur, leg. victus, ff. de verb. ſignific. Notandum tamen eſt, magnam, inter ornamentum, veſtem mundumque differentiam eſſe; cum veſtis in victu ſit, dict. leg. victus, leg. inſtrum. ff. de verb. ſignific l. 1. leg. vxori 23. leg. veſtimentum, leg. ſequent. dict. leg. argumento, in princ. § 1 §. ornamenta, dict. leg. quamuis, leg. ſi quis 30 dict. leg. ornamentorum, l. penultim. ff. de aur. argent. mund. legat. Nam veſtis neceſſitatis & cultus corporis inſeruit dict. leg. victus, leg. ſeq. l. quos nos hoſtes, § fin. de verborum ſignific. dict. leg. 1 d. leg. veſtimentum, dict. leg. veſtis, d. l. quamuis, ornamentum eſt quod neque neceſſitatis neque cultus gratia, ſed vt ornatior ſit corpus non ſolum cultui & veſtitui, verum etiam ipſi quandoque corpori accedit: cujuſmodi ſunt armillæ, inaures, gemmæ, margaritæ, annuli, vittæ, mitræ, &c. dict. leg. argumento, §. ornamenta, § ſeq. His rebus neque corpus induitur, neque cultum redditur, ſed tantum exornatur: adeo, vt etiam nuda, quæ corpori vittas, armillas, inaures, gemmaſve appoſuit, hoc modo ornata mulier dici poſſit, dict. leg. argumento, §. ornamentorum. Mundus eſt, quod corporis venuſtati inſeruiens, neque veſtis eſt neque ornamentum, ſed vt corpus mundius reddat atque nitidius: cujuſmodi videri poteſt balneum, vnguentum, ſpeculum, pecten & ſimilia munditiæ corporis inſeruientia, dict. leg. argumento. §. ornamenta, vt ſunt [illegible], item purpuriſſum, ſtibium: de quibus fucis Plin. lib. 23. cap. 4. & Plaut. in Moſtell. act. 1. ſcen. 3. vbi verò Scapha monet juuenilem ætatem non oportere vllum pigmentum attingere, & noua pictura interpolare opus lepidiſſimum: ſed cruna vetulæ edentulæ, quia vitia corporis fuco occulunt. Gœdd. ſupra d. loco num 3. & 4.

ORNATA jumenta in l. 38. ff. de ædil. edict. accipe inſtrata, frenique, ephippijs ac phaleris inſtructa ſit.

ORNATI aſini apud Catonem de re ruſtica. Briſſ.

ORNATISSIMVS vir is dici ſolet, qui optimis artib. inſtructus & honores aſſecutus à populo, & maxime aptus. eſt. Spieg.

ORNATRICAS (Vet. Gl. [illegible]) l. legatis 26 §. ornatricibus, ff. de leg. 3. ea ſunt, queis ſibi mulieres comas exornant, vt dicitur in l. item legato: 49. ff eod. ſic enim eo loco legi vult Iac. Cujac. Feſtus, Acus qua ornatrix vtitur: vel, ſunt ancillæ, quæ matronis comandis deſeruiebant, eiſque miniſterium in capillis diſponendis, dirigendis, criſpandis, ac torquendis exhibebant. Briſſ.

Martialis.

Vnus de toto peccauerat orbe comarum
Annulus incerta non bene fixus acu.
Deſine iam Lalage triſtes ornare capillos:
Tangat & inſanum nulla puella caput.

Harum etiam fit mentio in illo monumento.

Rom.

CINERIBVS CAMILLÆ ALPIONIÆ
QVÆSTÆ ORNATRICI
FESTVS M. SEPTIMI GALLI
DISPENSAT.

De his item ſic Galenus in lib. de Theriaca ad Piſonem: [illegible]: Hæ cinidones etiam dicuntur. Prat.

ORPHANOTROPHIVM, [illegible], eſt locus in quo filij orbi, & parentibus priuati nutriuntur, ab [illegible]. Hujus meminit Imp. in l. illud, §. ſi quis vero, & l. penult. in princ. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in Lomnia priuilegia, C. de Epiſc. & cleric.

ORPHA-

Orphanotrophi ſunt hi, qui præponuntur orphanis nutriendis, tanquam tutores ſeu curatores minorum: ſecundum Imp. in l. orphanotrophos, in princ. C. de epiſc. & cler. & in l. omnia, proximè allegata. De his Spec. tit. de orphanotropho, & in tit. de his qui alien. nom. in judic. inter. in verſ. orphanotrophus, & in tit. de inſtrum. edit. §. nunc vero aliqua, verſ. 26. & §. vlt. verſ. ſunt etiam orphanotrophi: & text. in Authent. de alien. & emph. §. emphyteoſes vero, per tot. & in aliis locis multis. Cotta.

Orphanus, qui caret patre, præſidioque paterno, & qui ſummopere deſiderat illius opem, quum ſine eo male habeat. Græca dictio eſt Vallæ. l. omnia privilegia, C. de Epiſcop. & cleric. Spieg.

Orphitianum Senatuſconſultum temporibus D. Marci factum eſt, Orphito & Ruſo conſulibus. Eo SCto liberi ad bona matrum inteſtatarum admittuntur, l. 1. ff. ad SCtum Tertyll. l. 2. in fin. ff. vnde legit. l. 1. §. ſi qua prægnans, ff. vnde cognat. l. 6. ff. de acquir. hæred. Inſtit. de Orphitian. vide & ſupra Orfitianum.

Orthodoxus. Orthodoxus, ait Iſidorus lib. 8. Orig. c. vlt. homo rectæ opinionis erga Deum, ſiue ſententiæ, aut fidei, δόξα enim gloriam, & exiſtimationem, ſiue opinionem, & ſententiam ſignificat: hinc orthodoxia, recta opinio & fides: hujus vocabuli meminit Imp. in l. privilegia, l. jubemus nulli, circa princ. l. decernimus, C. de ſacroſ. Eccl. & alibi ſæpe: Schard.

Ortus ab oriundo in hoc differt, quod ortus ſignificat locum nativitatis, vt ego ſum ortus Romæ, Turoni. Oriundus autem, cum locum vbi maiores noſtri à quibus deducti natique ſumus, & vnde fuerunt parentes. Brechæus in l. provinciales, ff. de verb. ſign.

O S.

Os alicui olere, non eſſe morboſum Trebatius ait, vt refert Vlp. in l. 12. § vlt. ff. de ædil. edict.

Os de auibus, dixit Paulus in l. qui fundum, §. fundi, ff. de contr. empt. Non magis, ait, quam ſi quid eo, quod ex ſacro ſaccarij cecidiſſet, aut auibus ex ore cecidiſſet, natum eſſet. Sic de brutis Virgilius.

Ora citatorum dextra detorſit equorum.

Oscedo Gellio vitium eſt, quo ſæpe oſcitamus oſque diducimus. Verum Sereno ſignificat potius oris vlcuſcula, cum ſcribit:

Hinc oſcedo fugit, lingua quoque vulnera cadunt.

Oscedo, inquit Iſidorus, eſt qua infantium ora vlcerantur, quæ quidem vlcuſcula aphthæ à medicis vocantur: vt annotavit Turnebus adverſariorum lib. 10. cap. 27.

Oscilla dicuntur parua ſigilla in effigiem humanam arte ſimulata, vt ſcribit Macrobius: & oſcilla quoque ſunt imagunculæ, quæ infantibus præbentur ad luſum: iidem oſcilla etiam dicebantur αἰῶραι, id eſt, penſiles quædam geſtationes de arboribus ſuſpenſæ, in quibus homines per luſum jactabantur, atque ea jactatio oſcillatio dicebatur: nam homines eo genere luſus ſe jactantes impoſiti tranſverſo ligno de arbore ſuſpenſo, alternis ſe mutuoque ſubjectabant deprimebantque. Quod genus luſus per ferias Latinarum dies celebrare ſolebant, in memoriam & imaginem vitæ humanæ, in qua altiſſima interdum infimum dejiciuntur, infima in altum efferuntur & evehuntur: ita memoriam redintegrantes initio acceptæ vitæ illis diebus per oſcillatione motus cunarum per lactatam pueritiam, qua tum vtebantur, lactis alimentum ſignificabant. Nam lac Latinis feriis adbibebatur etiam in ſacrificiis. Cicero.

Et lato mactaſti lacte Latinas.

Virg. oſcillationem etiam liberalib. vt exiſtimo fieri dixit:

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia quercu.

In quo tamen φαλλοὺς multi interpretantur, nam & obſcœnæ etiam partis ſimulachrum oſcillum vocari poſſe cenſent. Inde igitur per tranſlationem oſcillum in ariete murali dixit, propter ea quod malo ſtatuo tanquam trutina, alter tranſverſus ſuſpendebatur, eodem modo de mundo ex axe pendente, in li. de Anima dixit. Initium enim omnium commentatus animum, & vniverſitatis oſcillum de illius axe ſuſpendens. Schardius ex Turnebi Adverſariorum lib. 5. c. 20.

Oscillis ſeu oſſiculis ludere quid ſit declarat in Epiſtola centoni ſuo præfixa Auſonius, meminit Suet. in Auguſto cap. 38. Brodæus Miſcell. lib. 4. c. 7.

Osculo, hoc eſt, baſio, affinitas non contrahitur, 27. qu. 3. Lex divina, nec eſt ſignum matrimonij contracti, vt eſt text. in l. ſi à ſponſo, & ibi Bald. C. de donat. ante nupt. Olim oſculo ſalutabant, Conſul. Imperatorem, diſcipulus præceptorem. Spie.

Ὁσίας χάριν, dicis cauſa, perfunctoriè, Modeſt. l. 2. ff. qui pet. tut. [illegible] : id eſt, Et non ſolum ſi non petierit, ſed & ſi quem petierit, dicis cauſa petierit. Et Dio. lib. hiſtor. 37. vbi morem illum habendi exercitus in Ianiculo dum comitia in Campo Martio haberentur expoſuiſſet, de quo Gell. lib. 15. c. 27. [illegible], inquit: hoc eſt, idque etiam nunc dicis cauſa, & moris veteris vſurpandi fieri ſolet. Hot. Briſſ.

Ospratura, minutarum ſrugum publicè commendatum cura, vocabulum fictum ex Græco ὄσπριον, quod varias ſruges minutas & legumina ſignificat, vt auctor eſt Heſychius & Galenus alim. lib. 1. his verbis: [illegible]. Antiq. Lex Ὄσπριον, legumen interpretatur: & ὀσπριοπώλης, leguminarium, Arcad. in l. munerum 18. §. emporia, 19. ff. de mun. & honor. in qua lege DD. non conveniunt. Vulgata enim & Haloandri editio habet hoſpitatura. Hugonis à Porta hoſpitionia. Oſprionæ Budæo ſunt, qui comparandis leguminibus creati ſunt: Oſprionia munus ipſum. Sed Gothofred. Haloandri lectionem veriorem putat. Briſſ.

Osrohsniam, ſeu mavis, Oſrohenam, quæ provincia eſt Parthis contermina pro Oſdrochenam in l. omnes fundi, Cod. de fund. patrim. lib. 11. reponendum puto ex Vadiano: quamvis Oſdroenam Alciat. ſuſpicatur legendum. Apud Alberic. extat Oſſiotana nihili vocabulum. Oſrohenorum magnum numerum Imper. Alexander poſt devictos in Aſſyria Parthos Romæ militiæ aſcripſit, & poſt eum Galerius Maximinus contra Germanos educit. Bellicoſi homines, & ſagittandi peritiſſimi fuere: Spieg

Ossa cadaveris appellatione non veniunt, l. locum, §. prætor. vbi Bart. ff. de religioſ.

Ossuaria, locus in quo reponuntur oſſa defunctorum, apud Vlpian. in l. 2. ff. de ſepulch. violat. Quidam legunt Oſſuaria, Albericus Oſſiliana inquit, capſa, in qua reponuntur oſſa. Quidam legunt Oſſuarium. Sic Caſtellanus in provinciis veteri inſcriptione: Iulis Fuſcinis oſſuarium viuus ſibi fecit: vide Cujac. 10. obſ. 37.

Ostendere, monſtrare, demonſtrare, & declarare eſt: eſt etiam docere & probare. Briſſ.

Ostenditiæ vel vt alij, Hoſtenditiæ, vocabulo, quod veterum barbaries ab hoſte, & datione confinxit, vt ait Baro Taurenbergius, comprehenduntur ea impendia, quæ Vaſalli obeunt comitantes Roma. principem in expeditionem adverſus hoſtes pergentem. Extat vox in §. ſimiliter, tit. de Capit. Contrad. in Placit. Feud. Spieg.

Ostensionales milites apud Lamp. videntur dici, qui oſtentui modo habentur in vrbibus, non bellicæ rei cauſa. Ex Rhodig. Spieg.

Ostentare eſt affingere ſibi majora, quam quæ re ipſa ſint, quam ingenium ferat, aut facultates, aut falſo omnino de ſe prædicare, aliaq; quam ſint ea præclara admodum, magiſq; ac magis narratu, atque honoratu digna. Rhod. Agricola. Iactare, ait, magis verbis eſt, oſtentare rebus. Hinc oſtentatio. Vnde hac voce propriè vſus eſt Vlp. in l. 3. §. fin. commodati. Non poteſt, inquit, commodari id, quod vſu conſumitur, niſi fortè ad pompam, vel oſtentationem quis accipiat: Spieg.

Ostentum vocabulum generale eſt ab oſtentatione notæ & inconſuetæ formæ ſic nominatum, quod Vlpian. in l. 38. ff. de verb. ſign. hoc modo definit. Oſtentum, inquit, eſt omne quod contra naturam cujuſque rei genitum factúmque eſt. Eius duo genera ſeu ſubalternæ conſtituuntur ſpecies. Alterum quoties quid contra naturam (hoc eſt contra naturæ conſuetudinem) naſcitur (ſeu quoties naturalis forma non mutatur ſed ſolummodo interpolatur, aut amplificando, aut detrahendo, aut mutilando, l. non ſunt liberi 14. ff. de ſtat. hom.) veluti ſi quis tribus manibus forte aut pedibus aut qua alia parte corporis geminata aut interpolata, quę naturæ contraria eſt. Alterum cum quid prodigioſum (hoc eſt monſtroſum, leg. quæret aliquis, 135. ff. de verb. ſign. d. leg. non ſunt liberi, 14. ff. de ſtatu hom.) videtur (hoc eſt, cujus forma in aliam ſpeciem eſt mutata & quaſi prodigium naturæ, quæ ſui ipſius oblita videtur & prodigia adeo facta, vt interdicto fere opus habuiſſet) quę (prodigium genera) Gręca φάσματα (eo quod videntur apparent, dicendóve judicantur, ſicut apud Latinos monſtra & oſtenta, à monſtrando & oſtendendo dicta, cum propter animi novitatis avidi opinionem viſu mira invicem à ſpectantibus & currentibus monſtrentur & oſtendi petantur) vocant. Generale vocabulum dixi eſſe oſtentum, quod & ſeipſum in ſpecie & monſtrum ſeu prodigium tanquam alteram ſpeciem comprehendit, per tex. in l. 38. & l. quæret aliquis de verb. ſignif. l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu hom. Oſtentum in ſpecie ſic dictum (quia natura in eo ſe oſtendit efficacem, at peccantem in exceſſo, vel defectu) eſt cui naturali originis & generationis ſuæ forma minime deſtructa augmentum acceſſit, vel in aliquo loco delibatum & detractum vel mutilatum eſt. Aucta erit forma ſi naſcantur, qui tres pluréſve habeant manus aut pedes: qui tres pluréſve digitos in ſingulis habeant manibus: vel qui duobus capitibus aut tribus: pluribúſve oculis eduntur, text. in d. l. 38. *In his* enim natura larga fuit, & humana officia & membra ampliavit, nec videri poteſt aliud genitum, quam quale erat gignens. d. l. non ſunt liberi, 14. verſ. partus, ff. de ſtatu hom. Ideo huc etiam referri debet hermaphroditus, olim androgynus dictus, qui vtroque ſexu donatus eſt,

Digitized by Google

Item huc referri debet ſi ex fœmina mas fiat de qua Plinius, lib.4.c.4.Gellius lib.9 c.4.& Tiraquell.ad l.1. connubial.n.99 & ſeq.Nam cum fœmina ſit mas occaſionatus & imperfectus, D.Thomas in 1.part.quæſt.99.articul.2. Ariſtot.lib.de hiſtor. animal.8.cap.2.& lib.de gener.anim 2.cap.3.natura autem parens & altrix omnium ſemper ad perfectiora ac meliora nitatur, ſit vt perficiendo fœminam, ampliorem quam ante fuit, imo meliorem formam addat. Detractum enim formæ & conſuetudini naturali ſi quis vno brachio vel pede, aut inuerſis brachiis pedibuſque,vel vno nullóve oculo,aut ſine naribus,ſiéve naſo, aut ventriculo natus fuerit. Etſi quid membris eorúmque officiis naturæ peccato ablatum eſt humanam tamen ſpeciem & conſuetudinem retinuit, neque formam penitus exuit. Itaque tale quid ex homine natum, humanus partus & homo cenſeri debet, licet ſit imperfectior, quam communis fert naturæ conſuetudo: C.Gœdd.ad l.oſtentum 38. num. 3. & ſequentibus, ff.de verbor. ſign.

OSTENTVM Labeo definit omne contra naturam cujuſque rei genitum factumque l.38 ff.de verb.ſignif. & ab oſtendendo dici ſcribit. Briſſ.

OSTRACISMVS, relegationis erat genus apud Athenienſes, cũ populus teſtulis in vrnam miſſis aliquem relegabat: dicitur enim ἀπὸ τῶν ὀστράκων, id eſt teſtulis (quæ figulinæ an oſtreorum fuerint dubium eſt) quibus in comitiis populus nomina eorum inſcribebat quos ob potentiam & gloriam ferre non poterat. De quibus ſic Plutarchus in Ariſtide non ita procul ab initio. Ὄστρακον λαβὼν ἕκαστος, καὶ γράψας ὃν ἐβούλετο μεταστῆσαι τῶν πολιτῶν, ἔφερεν εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς περιπεφραγμένον, ἐν κύκλῳ δρυφάκτοις. οἱ δ' ἄρχοντες πρῶτον μὲν διηρίθμουν τὸ σύμπαν ἐν ταὐτῷ τῶν ὀστράκων πλῆθος (εἰ γὰρ ἑξακισχιλίων ἐλάττονες οἱ γράψαντες εἶεν, ἀτελὴς ἦν ὁ ἐξοστρακισμός) ἔπειτα τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἰδίᾳ θέντες, τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον, ἐξεκήρυττον εἰς ἔτη δέκα, καρπούμενον τὰ αὑτοῦ. Hunc eundem morem obſeruaſſe & Argiui & Mileſij,& Megarenſes loquuntur. Refert Suidas ex autoritate Theophraſti omnium primum Athenis oſtraciſmo eiectum fuiſſe Theſea multo ante Hippię tempora: Vide Ariſtotel.lib.3.Polit Plutarchum in vita Ariſtidis & Themiſtoclis,Budæum in commentarijs Græcę linguę, & in annotat.ad Pandectas, Hadrianum Iunium animaduerſionum lib. 5.cap 5. vt apud Suidam legitur, duplex erat oſtraciſmus,ſcilicet phygi & apoſtatatum. Priore in exilium mittebatur qui dignam delicto pœnam vitare voluiſſent quibus publice bona demebantur,atque his exilij tempus præfinitum non erat. Poſteriore, apoſtatis & locus & tempus exilij ſtatuebatur: vide & Hadrianum Iunium lib.4.animauerſ.c.4.

O T.

OTIOSA pecunia, quæ & alia vacua, ea dicitur, quæ non occupatur, id eſt, non exercetur, quæve nullum ſuo domino fructum affert, neque in nomina vel emptionem prædiorum collocatur, l.13 § vltim. ff de vſur.l.7 §.vſuros, ff.de contra. tut. Plin lib. 10. Epiſtolar. ad Trajan. Pecuniæ publicæ & coactæ ſunt,& exiguntur quæ vereor, ne otioſæ jaceant Nam & prædiorum comparandorum, aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt, nec inueniuntur qui vel nſ debere Reipubl. Eodemque ſenſu & Græc. ἀργὰ χρήματα vſurpant. Demoſth. contra Aphob.orat. ...... Ex contrario vero occupari dicitur pecunia quæ agitatur, exercetur, nominibus collocatur Pompon. pictoribus, Vt à Nonio accepi quæ tuleram mecum decem millia victoriata. Græca mercede illico curat, vt occuparem, M. Tull. in Verr. Act.2. Præterea pecunias occupauerat, apud populum ſyngraphas fecerat. Auſon. in præfatione Gryphi. Atq; vt auidus fœnerator improbum nummum occupare malui quam condere Sic Columella li.1 de re ruſtic.c.8. & li.11.c.1. Pecuniam in pecore & aliis rebus promercalibus occupare dixit Donatus etiam hoc verbum ad debitorem,qui fœnori accipit,refert, Sic enim in Phormio,ſentit. Dicitur etiam verſuram facere, cum minore fœnore acceptam, majore occupat. Briſſ.

OTIOSVS apud Cic. in Bruto ἀνενδεής ſignificat, & ſedatum animum habentem. Vt ipſis Galbę quem fortaſſe vis,non ingenij ſolum, ſed etiam animi, & naturalis quidam dolor dicentem intendebat: efficiebatq; vt & incitata, & grauis, & vehemens eſſet oratio: deinde cum otioſus ſtilum prehenderat, motuſq; omnis animi,tanquam ventus, hominem defecerat, flaceſcebat actio Prat.

OTOFRANVS Iuriſconſultus nobilis Beneuenti natus jus ciuile Bononiæ publice magna cum laude interpretatus eſt: ibidemque relictis complurib.de jure ciuili commentariis, diem ſuum obiit anno 1265. Prat.

O V.

OVASIS, ſeu Oaſis,tam parua quam magna, locus deſertus eſt in Africa, in quem nocentes olim relegari ſolebant: nam vtriuſque meminit Ptolemæus in tertia tabula Africæ: Plin. libr. 5 c.9. Arſinoitæ, inquit, duo ſunt: hi & Memphites vſque ad ſummum delta peruenitur,cui ſunt contermini ex Africa duo Ouaſitæ.Mentio etiam eſt vtriuſque apud Quintum Curtium Et Strabo libr.17. ſcribit Ouaſes loca habitata eſſe in magnis deſertis, quaſi inſulas quaſdam in mari. Οὐάσεις, inquit, οἱ αὐτοὶ ... κύκλῳ μεγάλαις ἐρήμοις, αἳ νήσους πελαγίας. Soc.in Hiſt.Eccl.lib.2 c.28.de Georgio quodam Arriano loquens,ait eum quoſdam catholicos interfeciſſe,alios vero ſuperſtites in exilium ad magnam Oaſim relegaſſe. Euagrius lib.1. Eccl.hiſt.c.7. refert Neſtorium hæreticum, edicto Imper. Theodoſij, in Oaſim relegatum fuiſſe, quam & Ibim vocari ſcribit: vt & teſtatur Ptol.lib.3.c.4.Sic enim apud eum legendum: Ibis ciuitas Oaſenſis,&c. Sunt alij autores, qui huius vocis mentionem faciant: vt jam non ſit dubitandum, quin apud Vlp l.7.§ eſt quoddam, ff. de interdic. & relegat. ſic legi debeat: Eſt quoddam genus quaſi in inſulam relegationis, in prouincia Ægypto in Ouaſim relegare. Hinc Oaſena deportatio, l. 1. Cod. Theod. de Nili agger. vide Duaren.lib.2. Diſpu.. an 39. Prat.

OVATIO & paruum triumphum ſignificat, quem faciebant ouantes, enim non in curru, ſed pedites ouali corona redeuntes ex pugna, cum bellum non erat indictum, vel ſine ſanguine confectum: & tempus, quo gallinæ oua faciunt. Quibus autem ex cauſis ouare licebat, & in quibus ouatio differt à triumpho docet Alex.c.17.lib. Genial.dier.6.

OVATVM aurum, quod ouatione, victoriáque quæſitum eſt participium poeticum ab ouo: ſicut à triumpho, triumphatus. Sp.

OVES dicuntur animalia minuta. Bart.in l.oues, ff. de abig. Vide Bart. in l.fin.ff.de Abigeis. Spieg.

OVES rejiculę, quæ ætate,vel morbo graues rejiciuntur.

OVES decem gregem eſſe quidam putauerunt: potior quinque vel quatuor, Caliſtr.in l.ſi.ff.de abig. Maſſ.

OVIBVS legatis agni arieteſque non continentur. Ouium vero grege legato, vtrumque non continetur, l.63.in fin.l.79.ff.de leg 3 Paul.lib.3. Sentent.tit.6. Briſſ.

OVILE in comitiis. Locus in quo centuria prærogatiua erat, nominatim appellatur ouile, in quem locum centurię ſeniorum ingredi non liquiſſet, niſi poteſtate facta à conſule. Ouile vero dicebatur propter ſimilitudinem, quod vndique cancellis clauſum eſſet, in quo loco cùm eſſent, ſuffragium dicebant, ita, vt interim non licet aliis in eo loco eſſe. Huius etiam loci meminit Dionyſ. lib.10. Vbi de comitiis L. Quintij loquitur, & Lucanus eum ita ſcribit, Et miſeræ maculauit ouilia Romę Giuchier lib.1.de comitiis Rom &c.

OVILIONES, iidem qui opiliones, vel vt quidam ſcribunt, Vpiliones. Iabol. Cum inſtrumentum omne legatum eſſet excepto pecore, paſtores,ouiliones, ouilia quoque legatn contineri, Ofilius non recte putat, l.fundi de fund.inſtruct.Spieg.

OVSARIA, ouium multitudo.

Οὐσίαν Latini ſubſtantiam verterunt. Connan.lib.3.c.2.n.9.

Οὐσίαν, modo ὑπόστασιν vocant: & vtrumque aliquando pro eodem accipitur, vt ſubſtantia & eſſentia apud Latinos. Horum autem duorum verborũ differentiam tradit Damaſcenus poſt Baſilium, dicens aliud eſſe οὐσίαν, aliud item ὑπόστασιν. Οὐσία μὲν τὸ κοινόν, καὶ περιεκτικὸν εἶδος τῶν ὁμοειδῶν ὑποστάσεων σημαίνει, οἷον θεός, ἄνθρωπος· ἡ δὲ ὑπόστασις ἄτομον δηλοῖ, οἷον πατήρ, υἱός, πνεῦμα ἅγιον, Πέτρος, Παῦλος. Οὐσία, inquit, ſpeciem ac formam ſignificat, quę hypoſtaſeis, ſeu perſonas forma ſimiles vna comprehendit, vt Deus homo. ὑπόστασις autem indiuiduum, vt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Nam & Theologi in diuinitate vnã ſubſtantiam naturamque ponunt & tres ὑποστάσεις Quo loco ὑποστάσεις perſonas Indiuiduas intelligunt. Gręci quoque οὐσίαν, quemadmodum & nos aliquando ſubſtantiam pro patrimonio vſurpant, vt apud Lucam in Euangelio cap 15. Πάτερ δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας: Pater da mihi eam ſubſtantię ſeu patrimonij partem quæ mihi obuenit,&c. Brechæus l.mulieris,§.tres abeſſe, ff.de verb.& rer.ſig.

Οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων: Neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus. Vlp.in l.6.§.3.ff.de offic. proconſul.ex Impp. Epiſtola. Quantum ad xenia pertinet, inquit, audi quid ſentimus, vetus prouerbium eſt, οὔτε πάντα, &c. nam valde inhumanum eſt, à nemine accipere, ſed paſſim vliſſimum eſt, & omnium auariſſimum. Hot.Prat.

O X.

Ὀξύμωρον vt docet Budæus ex Quintiliano, eſt ſententia ex periculo petita: hoc eſt, ita acute & affectate enunciata, vt fatua videatur, vt apud Virgil.

Nunc capiti potuere capit

Cicero: Si tacent, ſatis dicunt. Videtur & quandoque Iuriſconſ per Oximorum, ſiue Gryphum, qui ænigmatis eſt ſpecies, voluiſſe Lectorem moneri: vt cum dixit l. anniculus de verborum ſignificatio. Ante diem 10. Calendarum, & poſt diem 10.Calendarum: vtroq; ſermone 11.dies ſignificari. Quod Alciatus latius explicat ead.leg. Vide infra, Si cœlum digito non tetigeris. Spieg.

OXOBAPTA dicuntur rubro tincta ὀξὺ enim inquit Suidas ἑψητόν τι ἀπὸ τῶν φοινίκων. Nam φοῖνιξ modo palmæ arborẽ, quę rubet. & ἑψητὸν decoctum ex ea rubrum eſt, modo colorem rubrum ſignificat. Connanus lib.7.c.7.n.5. Budæus lib.6. Miſcellan. cap. 24. contra Alciatum & alios aſſerit Suidam citra

cauſam

tioſam lædi ab Aleiato: ὄξος ἑψητὸν interpretantem acetum coctum: eumque defendi Xenophontis autoritate ἀναβάσεως β. dum inquit, ἰσθίου δὲ σιτίον πολὺς καὶ οἶνος φοινίκων, καὶ ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν, ὅταν δὲ βαλάνοι τῶν φοινίκων.

Onvs. Lege Bapſtia.

P.

P P. Nota in ſubſcriptionibus conſtitutionum, Cod. Iuſtin. & Theod ſignificat, propoſita eo ſenſu, quo data, in eiſdem libris, vt in l. 1. C de pact. conuentis.

P. P. Auguſt. Perpetuo Auguſtus: in fin. procemij Inſtit. vbi ſic legendum vetus eſſe docet inſcriptio, quam in Iuſtiniani vita ponit. Hotom.

Parvaa ſunt animalium ſumptus: vt annonæ familiæ dominicæ in l. 9. Cod. de jur. fiſci, lib. 10. quæ vulgo capita diei ſcribit Marcellin. lib. 22. & vide l. animalia, C. de curſo publ. lib. 12. Hoc verbo vſus eſt & Scæuola, l. Lucius, ff de leg. Varie autem accipi conſtat c. 1. extra de ſepul. quandoque pro verbo Dei, c. inter cætera, de offic. ordin. Hinc.

Parvlaa illa cenſu. §. fin. de pac. ten. in vſib. feud. Prat

Pacam rumpere non dicitur qui furtum facit ei, cum quo pax eſt. Bart. l. verum, ff. de fort. Prat.

Παχυμερῶς, ἁδρῶς, παχέως, inquit Heſychius: id eſt, craſſe, pinguiter Hot.

Παχυμερέστερον In comparatiuo, pinguius, per majores partes. Vlp. l. 7. ff. de pecul. Scite autem non vtique ſingula res debet, ſed παχυμερέστερον. Paul. in l. 14. ff. de excep. rei jud. pinguius Latine dixit. Idem corpus in hac exceptione non vtiq; omni priſtina qualitate vel quantitate ſeruata, nulla adjectione deminutioneve facta, ſed pinguius pro communi vtilitate accipitur. Item in l. 49 ff de re judic. Pinguius enim donatori ſuccurrere debemus, quam ei qui verum debitum perſoluere compellitur. Gell. lib. 14 c. 1. Sed conjectari pauca quædam, vt verbo ipſius vtar, παχυμερέστερον nullo ſcientiarum fundo concepta. In quibuſdam tamen libris παχύτερον legitur. Hot.

Paciscι, in l. paciſci, 38. ff. de pact. eſt pactū facere & conuenire.

Paciscι dicimus de eo, quod certum & indubitatum eſt, l. 1. ff. de tranſact. Lex quoque 12. tab. de furto paciſci permittebat, vt tradit Cujac. 10. obſ. 11. per l. Iuriſgentium, §. ſi paciſcar, l. ſi tibi, §. 1 ff. de pact.

Pacisci & tranſigere hoc differunt, quod is qui tranſigit, quaſi de re dubia, & lite incerta neque finita tranſigit: qui vero paciſcitur donationis cauſa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit, l. 1. ff. de tranſact. Hot. Briſſ.

Pacisci quoque & repudiare, differunt. Repudiantur delata: paciſcimur & de non delatis, l. pactum, ff. de pact l. 1. C. eod. Secundo: Repudiatio fit in jure: pactum vero quoquo modo, Cujac ad l. & hæred. ff. eo.

Pacisci debet his modis: Imprimis videndum ne dolo malo quis paciſcatur, d. l. juriſgentium §. prætor ait, ff. de pact. l. cum poſteaquam, C. eod. Secundo videndum, ne à forma legibus præſcripta recedatur: Pactum namq; de pecunia non petenda à pupillo ſine tutoris autoritate factum, ratum non eſt, l. contra, ff. eo ſicut nec tranſactio de alimentis teſtamento relictis, ſine Prætoris decreto, l. cum hi ff. de tranſact. Præterea cum hæres ante aditam hæreditatem paciſci vult, vt minus, quàm debitum ſit eis, ſoluatur, alioqui non aditurus hæreditatem forma Diui Marci reſcripto data, quam Vlpia. Papin. Paulus eleganter declarant, ſeruanda eſt, d. l. juriſgentium, §. hodie l. majorem, l. ſi plures, l. reſcriptum, ff. de pact Duaren. in comment ad eundem tit. c. 9.

Pacisci contra edictum ædilitium omnino licet, ſiue in ipſo negotio venditionis gerendo conueniſſet, ſiue poſtea, ait, l. paciſci 31. ff de pact. Paciſci quoque licet contra ea quæ moris & conſuetudinis ſunt, vt veniant in judicium empti & venditi, velut ne cautio duplæ præſtetur, l. pacta, ff. de contrah. empt. Cujac 16 obſ. 54.

Paciscι vitam ab hoſte, id eſt, pactum facere de vita ſalua.

Pacta quæ modo nuda, modo conuenta, modo pacta ſimpliciter jure ciuili appellantur, ea ſunt, quæ neque nomen certum, neque præſentem & ſubjectam negotij gerendi cauſam habēt, nam quæ nomen habent certum ac proprium ea contractus nominati appellantur: veluti emptio, venditio, locatio, conductio, depoſitum, commodatum, pignus, ff. nam etſi pignus pacto conuento contrahatur, l. 1. ff. de pign. act l. 4. & l. 13. §. in ſuperficiariis, & l. vlt. ff. de pignoribus: tamen quoniam ex jure ciuili nomen habet, contractus appellatur.

Pacta conuenta. Elegans conjunctio eſt horum verborum, vt ſcil. alterum alterius ſignificatione ſuppleatur, & omnia tandem hominum placita comprehendantur. Sic dicimus dicta facta, ſignificantes omnem rem prorſus geſtam inter aliquos. l. juriſgentium, §. prætor ait, ff. de pact. Pacta conuenta quæ ex ſolo conſenſu, vt ait Mar. Cice. in li. Rhetoricorum, valent: vel quæ nihil præter conuentionem habent, l. 72. ff. de contrah. empt. l. 71. ff. pro ſoc. Et pactum proprie ex parte ſtipulantium: conuentum cum pep gerunt, promiſſa ſunt de hiſq; eſt conuentum: Seneca: Nec pacta conuentaque impreſſis ſignis cuſtodirentur. Prat.

Pactvm contra legem, vel in fraudem legis ſic accipe, vt ea non valeant quæ publicam lædunt vtilitatem, non quæ ſingulorum, dum legum regulis ſint conſentanea. Conn lib. 5. h. 3.

Pacta curialia Zaſius in intellect. jur. ſingul. in l. ſi non ſortem, §. libertus, ff de cond. indeb.

Pacta dotalia & ſcripturæ de iis confectæ dicuntur inſtrumenta dotalia, non quod in ſcripturam illa pacta redigi, neceſſe ſit, ſed quod plerunque idque propter pactorum probationem, ſcribi ſoleant, l. cum citra, C de jure dotium. Hæc pacta dotem faciunt certam vel incertam Certa eſt cum apparet, quid, quale & quantum ſit id, in quo dos conſtituitur: Incerta cum de eo non apparet, quæ niſi in arbitrium boni viri expreſſe collata ſit, ad illud tamen eſt reducenda, l. cum poſt, § gener. l. ſi cum ea, C. de dotis promiſſio, l. in perſonam, 22 §. 1 ff. de seg. jur. l. in ſocietatem, 6. ff pro ſocio, l. hæc venditio, 8 ff. de contrah. empt. l. 1. ff de legat. 2. vbi facultates dotem conſtituentis perſonæ & eiuſmodi circumſtantiæ aliæ, in conſiderationem veniunt, vt dos, quæ ab initio incerta erat, certa fiat, d. l. cum poſt. § gener. & ſeq l. quæro, 60. ff. de jur. dot. Hinc pacta dotalia ad duo potiſſimum capita referuntur, quippe quæ ſunt partim de quantitate dotis, partim de modo conſtituendæ. Et de quantitate ut ſit certa, aut ſi eſt incerta, ad certitudinem quandam redigatur, vt ſi dos repetenda eſt, ſciatur quantum repeti debeat, vt mulieri dos ſua maneat ſalua, l. 2. ff. de iure dotium l. 1. ff. ſoluto matrimonio, l. pater, 71 ff de euict. l. intereſt, 18. ff. de rebus auctoritate judicis poſſidendis, de modo nimirum ob lucrum dotis, aliarumque circumſtantiarum, quæ in diſquiſitionem veniunt, matrimonio quandocunque diſſoluto, idemque ob æſtimationem rerum in dotem datarum. Vide ad § ſi aduerſus, 14. n. 13. inſtit. de nupt.

Pacta executiua quæ communiter in inſtrumentis apponi ſolent, ſcil. quod creditor poſſit fundum propria auctoritate apprehendere, non habent locum niſi quando inſtrumentum eſt liquidum, ita eleganter Bald. in leg. ſi cauſam in vlt. col. verſic. or non quæro, C. de execut. rei judic. vbi ponit exemplum in inſtrumento dotali, quod debet liquidari: alioquin pacta executiua in eo contenta, effectum non ſortiuntur, etiam ſtante ſtatuto, quod contra inſtrumentum non poſſit apponi, niſi quædam exceptiones & ratio eſt, quia ante omnia conditio in contractu debet impleri, vt firmat Alex. vbi extat hoc dictum Bald. conſ. 5. 9. Viſo proceſſu, colum. 1. verſic. ſed ita eſt, lib 1. & ideo in primis mulier, ſi petit ſe mitti in poſſeſſionem, ratione pactorum contentorum in inſtrumento dotali, adire debebit judicem, & ſignificare, qualiter mortuus eſt maritus, vel venit dies reſtituendæ dotis, & quod matrimonium legitimum inter eos præceſſit, & hoc idem in facti contingentia, & multum vtilis in actu practico, ſecundum Iaſon. in d. l. 2. col. 35. verſic. circa autem aliud, C. de jure emphyt. Corra.

Pacta ex conuentu ſunt, quæ ſine legibus obſeruantur, quæ jure præſtare dicuntur. Hoc dicitur de pactis quæ ſolius conuentionis autoritate valent, & de quibus niſi vtrinque conſenſum eſſet, non haberent vim obligationis, non tenemur legibus ad ſuſcipiendum cauſæ patrocinium, id tamen ſi promiſi me facturum, conſtitueriſque mihi pro ea re ſalarium, ſi alterutrum noſtrum fecit promiſſum, ex pacto jus naſcitur, vt alter quoque ſtet conuentis. Quæ & ſimilia pacta præſtant juri, vt de jure plerunque aliquid aut mutent aut minuant. Conn. lib. 5. cap. 5. verſ 8.

Pacta fraudulenta ſunt, quæcunque ſunt alteri damnoſa; vt pactum de non petendo, quo creditores debitoribus ſuis remittunt quod ſibi debetur, quod tamen iniquum eſſet non ſeruari, dum ſine dolo factum ſit. Conn. lib 5. cap. 5. n. 2.

Pacta juſta dicuntur, quæ neque dolo malo, neque aduerſus leges ſiunt l juriſgentium. § ait Prætor, ff. de pactis. Et pacta contra leges aut contra bonos mores populi Romani non valent, leg. pacta, C. de pact. Sed neque ſtipulationes valent. Cujac. ad tit. 8. lib. Paul. recept. ſent. libr. 1. §. neque contra leges.

Pacta nuda Bartolus & alij in leg juriſgentiū. §. igitur nuda, ff. de pactis, finiunt, vt ea ſint quæ in ſimplicibus & puris finibus conuentionis ſtant, nihil circum ſe habentia, vel nomen ſpeciale, vel cauſam vel contractum, quo ſe tegant, l. ſi tibi, C. de loca, exemplo hominis qui tunc nudus dicitur, cum talis eſt, qualis ex vtero matris proceſſit. Breuius Salicet. in l. legem, C. de pact Pactum nudum, inquit, eſt conuentio ſtans in fine ſolius placiti. Abſurdum autem eſt & plane ridiculum, cum Dd. exiſtimare pacta, ideo nuda dici, quod aliqua ſint veſtita, alia qui cum Iuriſconſulti dicant, nudam voluntatem, l. 1 ff de teſtament. milit. l. 3. ff. de reſcind. vend. l. rem legatam, ff. de adim. leg. l. qua ratione, § interdum, ff de acquir. rerum domin. Nudum conſenſum, l. qui ad certum, ff. locat. Nudam interrogationem, l. item Labeonem, §. quæſtionem, ff. de jurejur. Nudam proprietatem, l. videam, §. 3. ff. de vſuf. l. 4. ff. de jur. dot. l. ſi vſusfructus, & l. ſi. de vſufr. act. leg. Nudum vſum, l. 2. ff. de vſu & habit. Nudum nomen, l. ib. §. adoptiui, ff. ad Tertull. Nudam indulgentiam, l. 1. ff vnde cog. Nudam poſſeſſionem, l. ſtipulatio iſta, paragrapho ſi quis forte, Digeſt. de verb. obligationibus dicendum eſſet, voluntatem veſtitam eſſe, con-

ſenſum veſtitum, interrogationem veſtitam, &c. id genus, quo nihil abſurdius dici poſſet. Per metaphoram itaque volo exiſtimes dicta eſſe pacta nuda, quod ſimplicia ſint, & ſine cauſa, h. e. quibus nulla ſubſit obligandi cauſa, præter nudum partium conſenſum, l. juriſgent. §. 1. ff. de pact. l. ſi tibi, C. de locat. præterea ſine viribus & præſidio omni legis ſolennitate & auxilio deſtituta: voce à genuina ſignificatione ad cognatam, ſed non propriam tranſlata. Coraſ. lib. 1. Miſcellan. c. 1. n. 1.

Pacta ſecundum naturam contractus eſſe dicuntur, quæ licet non exprimantur, contractui tamen inſunt: veluti vt venditor in emptione venditione caueat de dupla nomine euictionis, Connan. lib. 5. c. 2. verſ. 9.

Pacta turpia, hoc eſt, turpem cauſam continentia obſeruanda non ſunt, ſed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus, Paulus in l. vnus, §. pacta, ff. de pact. Spieg.

Pactio nuda eſt, inquit Connan. lib. 5. c. 2. nu. 5. quæ præter verborum promiſſionem nihil habet: puta ſi nulla cauſa adjecta eſt, aut adjecta, ſed non impleta: aut impleta, ſed non propter conuentionem, aut propter conuentionem impleta, ſed turpis eſt, & injuſta. Conn. lib. 5. c. 2. n. 5. Cujac. ad l. 1. ff. de pact. ait, nudam pactionem dici, quod alibi pactum nudum, & quemadmodum nuſquam pacta ita nec pactiones contractus appellari.

Pactio publica, quæ ad vniuerſorum fit ſalutem, quæ locum habere non poteſt, niſi cum externis & alienis populis ineatur, de qua vide ſupra Conuentio publ. Pactio priuata duplex eſt, legitima & juriſgentium. Legitima eſt, quę lege aliqua confirmatur, & ideo interdum ex pacto actio naſcitur, vel tollitur, quoties lege, vel SCto adjuuatur, vt inquit Paulus: eam puto dici conuentionem legitimam, quæ niſi lex de ea lata eſſet, non valeret, aut certe non haberet vim obligationis aut inducendæ, aut tollendæ, veluti ea, quæ literarum obligatio dicitur. Iuriſgentium pactiones, quædam actiones pariunt, quædam exceptiones. Quæ pariunt actiones, in ſuo nomine non ſtant, ſed tranſeunt in proprium nomen contractus, vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, commodatum, depoſitum, & cæteri ſimiles contractus. Conn. lib. 5. c. 1. n. 15.

Pactio nomen eſt verbale, quod propriè dicitur cum fit. Pactum autem, poſteaquam ad factum. Et quia res priores ſunt ſuis appellationibus, & nominibus, ideo Vlpian. pactum à pactione deducit, rerum ordinem ſecutus, non Grammaticorum rationem. Nam à pace pactum, & à pacto pactio deriuatur. Omnium autem iſtorum origo eſt, à verbo paco, quod etiam nunc eſt in vſu, teſtatur Feſtus Pompejus qui idem ſcribit: Pacionem antiquos dixiſſe, quam modo vocamus pactionem. vnde & paciſci & paco. Fuit tamen priſcum verbum pago ex quo pepigi, quod magis videtur fuiſſe iſtorum omnium proprium. Cui finitimum eſt verbum pango, ex quo pepigi, quod figere ſignificat, vnde plantæ pangi dicuntur. Et Cicero de legib. Requiri placet terminos quos Socrates pepigit. Ideo verſus pangi dicuntur, quod Stylo in certa ſcriberentur, vt vult Feſtus. Idem Cicero in familiaribus epiſtolis. An pangis aliquod Sophocleum, id eſt, an ſcribis. A pangendo itaque vt videtur, pacti nomen eſt, & ſignificatio, vt idem docet 2. libro Rhetor. ad Heren. ex pacto jus eſt, inquit, ſi quid inter ſe pepigerunt, ſi quid inter quos conuenit. Conn. lib. 5. c. 5. n. 2.

Pacticium, vulgo conuentionale dicitur. Gellius: Ceſſatio pugnæ pacticia, induciæ dicitur. Spieg.

Pactis legibus dare, ſpondere, promittere, facere, &c. barbare ſub conditione dicitur.

Pacto, ablatiuus, pro modo, non raro ponitur, ſed pactum ſic accipi, ac pro ſtipulatione etiam Alber. indicat. Spieg.

Pacto ſtipulatio ſubdita. Vide Africanum in lege cum eſſent, ff. de ſeruitutibus prædiorum ruſticorum.

Pactores ſocietatis, apud Cic. in Verrinis.

Pactorum variæ ſpecies, quæ jure reprobantur, ab Alciato in l. pacto, C. de pact. copioſe explicatur. Spieg.

Pactorum aliud quod in continenti ad contractũ, aliud quod ex interuallo appoſitum, dicitur. Nec recte nudum vocatur: parit que exceptionem, vt ſi dicam, non petam te iſta decem. Illud operatur ipſo jure, adeo etiam ſi ignorans judex contra pronunciaret, ipſo jure ſententiam ejuſmodi pactum: ſiue alleget, ſiue omittatur, inficeret, enecaret, & funditus euerteret. Qui eſt magnus effectus, & multum refert, an pactum operetur ipſo jure, vel tantummodo proſit ad exceptionem, de quo latius diſſerit Zaſius in l. lecta eſt, ff. Si cert. pet. Sieg.

Pactorum quædam in rem ſunt, quædam in perſonam. In rem ſunt, quoties generaliter paciſcor, ne petam. Alio modo dicitur, pactum in rem quod non perſonæ, ſed rei cauſa factum eſt, vt emptori proſit & cæteris ad quos res tranſit. Connan. lib. 5. c. 4. nu. 8. In perſonam, quoties ne à perſona, id eſt, ne à Lucio Titio petam, l. juriſgentium, §. Pactorum, ff. de pact. Verum autem in rem, an in perſonam pactum ſit: non omnis, hoc eſt, non tam ex verbis, quam ex mente conuenientium reſtituendum eſt. Pleruſque enim perſona pacto inſeritur non vt perſonale pactum fiat, ſed vt demonſtretur, cum quo pactum factum eſt, d. l. juriſgentium, §. verum autem Olden. & Conn. lib. 5. c. 4. n. 4.

Pactorum quædam tacita ſunt, quædam expreſſa. Expreſſa ſunt, quæ verbis deſignantur. Tacita, quæ vel re, vel tacito & obſcuro conſenſu perficiuntur. In Bonæ fidei contractibus ea inſunt tacite, quæ ſolita ſunt ex natura eorum opponi. Et illud quod refert Paulus. Item quia conuentiones etiam tacitę valent, placet in vrbanis habitationibus locatis inuecta & illata pignori eſſe locatori, etiamſi nihil nominatim conuenerit, &c. Connanus, lib. 5. c. 4. n. 1.

Pactum, inquit Vlp. l. 1. ff. de pact. à pactione dicitur. Inde etiam pacis nomen appellatum eſt. Et eſt pactio duorum pluriumve in idem placitum conſenſus, id eſt, nihil niſi conſenſus, vt in definitione legati, donatio teſtamento relicta, id eſt, non niſi teſtamento. Vel conuentio, quæ placiti ſine ſtetit, id eſt, quæ neque traditione, neque ſtipulatione ſumpſit effectum. Vel conuentio quæ vacat nomine & cauſa. Vel conuentio quæ in nudo pacti nomine ſtetit, nec aſſumpſit aliud proprium. Alio loco idem Vlp. pactum ita definit, vt ſit duorum conſenſus & conuentio, l. 3. de pollicit. Nec vero audiendi, qui pactionis nomen latius patere quam pacti dicunt, ſuperioremque definitionem pactionis eſſe, non pacti, ob idque in illum contractum cadere, cum nuſquam pacti appellatione contractus ſignificetur. Eadem enim pactio & pactum ſunt, & pro iiſdem apud juriſconſultos ponuntur, vt in l. juriſgentium §. ſed cum nulla 1. & ſeq. & §. pen. & l. ſi vnus, & §. illud, ff. eod. l. 1. C. de jure emphyteu. l. ſi quis major. Cod. de tranſact. l. 1. ff. de reſcin. vend. l. 1. §. ſed an viæ, ff. de pignor. l. ſed ſi vlt. § ſi vir. ff. de donat. int. vir. & vx. Vlpianumque poſt nominis pacti definitionem, alteram, quę pacti naturam exponeret, ex arte adjunxiſſe credi par eſt, Contractus autem amplius quidam eſt: duorum nempe pluriumve in id conſenſus ex quo contrahatur obligatio: vt [illegible]. Theophilus definit in extremo titulo de obligation. cæterique Græci Iuriſconſulti pactum, quod [illegible] vocãt, fieri dicũtur [illegible] id eſt, ad agendum aliquid vel tranſigendum: nam & tranſactio pacto fit. Contractus vero, [illegible]. Conuentio autem, quam [illegible] vocant, genus eſt. nam & pacta & contractus conuentiones ſunt: itaque idem hæc omnia poſſunt, pactum, depactio, pactio, placitum, pactum conuentum, pactum & conuentitium pactum nudum, pactum & conſenſus, pactum condictum, in l. juriſgentium, §. Sed cum nulla, ff. eo, nuda pactio dicitur, quod alibi nudum pactum. Et quemadmodum nullibi pacta, ita nec pactiones contractus appellantur. Cicer. l. 2. de inuention. pactum definit eſſe quod inter aliquos conuenit. Prat.

Pactum tria ſignificat, nudam conuentionem, nudę conuentionis inſtrumentum, & vt Conſtantinus ait 5. Epit. [illegible] vt in Nou. 120. Solet autem in vna inſtrumentorum parte ita ſcribi. Rogauit ille, Spopondit ille, Hæc verba pro ſtipulatione accipiuntur, quæ ſolet ſubjici pactis, niſi contrarium probetur, nam & pro pacto recipi poſſunt. Verum hic ſtatim merito quis dubitauerit, qua re diſcernatur pactum à ſtipulatione; eadem enim verba vtrique conuentioni congruenter aptantur, ac ſicut in ſtipulatione, & in pacto interuenit interrogatio & reſponſio, quod ita definiendum eſt. In tractatu pactorum, fieri quidem interrogationes & reſponſiones. Hic tamen tractatus non eſt ſpectandus, ſed ejus concluſio. Nam ſi id, de quo conuenimus inter nos, ego rogem, tu reſpondeas, ſtipulatio eſt, niſi ſi alia fuerit mens noſtra: nam ſi diſcedimus vt pacti, pactũ eſt, non ſtipulatio. Sic vero & in tractatu emptionis interueniunt interrogationes & reſponſiones ſed finis tractatus ſpectatur & concluſio deniq, animo & concluſione tractatus pactum à ſtipulatione diſcernendum eſt. Idem enim eſt tractatus ſed non eadem concluſio, idem animus Cujac ad legem juriſgentium, prope fin. ff. de pact.

Pactum à contractu ſic ſeparatur. Pactum neque nomen, neque cauſam habet. Contractus aut nomen habet, aut ſi nomine vacat, certe cauſam habet. Cauſam aũt hẽt conuentio, quæ datione, vel facto ſumpſit effectum ideoq, Do vt des contractus eſt: dabo vt des pactum, Ex contractu datur actio ex pacto in ciues Romanos non datur actio. Conſtituitur. n. ex eo naturalis, non ciuilis obligatio Sed tamen ex pacto datur exceptio, & hoc eſt quod ait prætor: Pacta juſta ſeruabo. Seruat prætor, id eſt tuetur pacta datis exceptionibus. At pacta, vel contractibus adjiciuntur, vel non adjiciuntur. Hæc procul dubio nunquam actionem pariunt, ſemper exceptionem pariunt. Illa, quæ ſcilicet proprio nomine leges appellantur, aut ex continenti, i. e. in initio contractus adjiciuntur, aut ex interuallo. Quæ adjiciuntur ex continenti, non pariunt actionem, ſed formant contractum l. cum dotem C. de jur. dot. id eſt, formam & legem dant contractui: formant ipſam actionem, l. Iuriſgentium, §. quinimo ff. de pact. id eſt, actionem ex ipſo contractu. Itaque ſi conuenerit ab initio ne venditor teneretur ob euictionẽ, quod etiam alienum eſt à natura & qualitate contractus proderit pactum venditori ad exceptionem, vel etiam ipſo jure ſe tutũ eſſe contendet: quandoquidem pacti exceptio ineſt bonæ fidei judicio, l. nec ex prætorio, ff. de diuerſ. reg. jur. Quæ ex interuallo

tuallo fiunt de ſatiſdat. præſtanda ob euictionem, actionem emptori non dant: ſed ſi agat cum eo venditor ex aliqua cauſa, recte excipiet emptor, ſi non te mihi quoque ob euictionem fidejuſſores dare oporteat. Quæ fiunt ex interuallo de non præſtanda euict. hoc ſtultum eſt quærere an actionem pariant: nec n. venditori aliter vtilia eſſe poſſunt, quam accipiendo, & exceptionis quidem ea emptione contineri, vel ineſſe emptioni verum eſt. His vero pactis detrahitur emptioni, illis additur: his leuior, illis grauior emptionis conditio. Sed vtraque ſiunt de adminiculis: euictiones.n. non perficiunt emptionē, ſed jam perfectę emptioni ſubſidio & auxilio ſunt. At vero ſi ex interuallo pacta fiant de his, quæ ſunt ex ſubſtantia contractus, vt puta, re, pretio, conſenſu, quibus ſcil. emptio perficitur, ſi res non ſit integra, nulla naſcitur actio: ſi res ſit integra, emptio tollitur mutuo diſſenſu, vel etiam reformatur, renouatur, repetitur: & hoc poſteriori caſu datur actio, non quidem ex pacto, ſed ex noua emptione. Et hæc eſt ſententia l. pacta conuenta, ff. de contrab. empt. item l. jurisgentium, §. item reſponſum, §. adeo, ff. de pact. ex Cujacij obſeruat lib. 2. c. 15. Prat.

PACTVM in edicto Prætoris, quo furti injuriarumq; pacti infamia notantur, eum accipimus, qui cum pretio quantocunque pactus ſit. Cæterum ſi precibus interpretauerit ne ſecum ageretur, ad edictum non pertinet, l. 1. l. 6. § pactus, ff. de his qui infam. l. 18. C. illa tit. Eodem modo in l. 18. ff. de tranſact. & l. 10. C. de adulter. l. 4. ff. de jur. fiſc. Prat.

PACTVM & pollicitatio differunt. Pactum eſt conſenſus duorum vel plurium in re quæ vtrique parti placet: Pollicitatio vero cum conſenſus amborum non ineunt: vt ſit polliceri quaſi poſſe liceri, Alciat. in proœm. C. de pact. Sic Vlp. in l. pactum, ff. de pollic. Pactum inquit, eſt duorum conſenſus atq; conuentio: pollicitatio vero offerentis ſolius promiſſum.

PACTVM & conuentum dixit Paul lib. 2. ſenteut. tit. de pactis & conuentis, & M. Tull. pro Cæcin. Quæ, inquit, judicia, aut ſtipulationis, aut pacti, & conuenti formula. Porro pactum & conuentum ſi qua re differunt, Connano hoc diſtare videntur libr. 5. cap. 1. num. 9. quod pactum vnius tantum obligationem habet: vt ſi promiſi tibi centum: conuentum autem quod vtriuſque fidem aſtringit vt tranſactio: aut qui contractus innominati vocantur, cum facio aut do aliquid, vt viciſſim aliquid des aut facias. Ideoque apud Ciceronem vbique facta eſt mentio pacti conuenti, quod ex hoc ſolo aliqua naſceretur actio: at alterius pacti, nulla per ſe quidem & vi ſua, ideoque ne vlla quidem aut rata de eo diſceptatio in foro & in judiciis. Adde Foreat. in Necyomantiæ dial. 70. nu. 6. & Cujac. 2. obſ. 15. idemque ad l. 1. ff. de pact.

PACTVM addictionis in diem, tale eſt: vt, vendo tibi domum, & ſi potero habere majus precium vſque ad menſem, repetam ego ipſam domum. Old

PACTVM conuentum, quod & vulgo veſtitum vocant, opponitur pacto nudo, velut ab omni juris ſolennitate deſtituto. Hujus exempla ponere difficile eſſe Iaſ. exiſtimauit. Conuentum, niunt, quod veſtiunt, aut re, aut verbis, aut literis, aut contractum cohærentia, aut rei interuentu. Old.

PACTVM immiſſionis. Lege, pudor.

PACTVM aliud eſt legitimum aliud jurisgentium. Pactum legitimum etiam jurisgentium eſt. Non tamen omne pactum, quod jurigentium conuenit, & legitimum eſt, quin imo remotis quibuſdam pactis, quæ legitima ſunt, cætera ſolo gentium jure ſuſtinentur. Cujac. ad l. 5. ff. de pact.

PACTVM nudum præcipue Pontificio jure, hoc à ciuili diſtat: quod actionem producit, contra l. jurisgentium, §. igitur, ff. de pact. Sed quibus caſib. id non procedat, docet Alciat Spieg.

PACTVM nudum in legis & treugia principum producit actionem, quia pacta publica non egent fomento verborum, l. conuentionum, ff. de pact. Ita ſing. Bald. in cap. 1. ad fin. extra eo. quod alibi ſe non legiſſe dicit Iaſ. in leg. lecta. in 7. not. in ſecundo caſu, ff. ſi cert. pet. & in l. jurisgent. §. ſed cum nulla, in 2. not. in 15. fall. ff. de pact. Treuga tamen eſt illius naturæ, vt licet vnus contrauenit, non tamen alij propterea à pactis recedere poſſunt, licet ſecus ſit in pace: vt tradit Soc. conſilio 262. in cauſa magnifici, ad fin. lib. 2. quod eſt memoria dignum ad reg. l. cum proponas, 2, C. de pact. Corta.

PACTVM retrouendi, quod vocant, & inter cætera pacta vulgatiſſimum eſt, dicitur, cum venditori ex conuentione conceditur ab emptore, quod ſi ipſe vel hæres ejus voluerint quandocunque aut intra certum tempus reſtituere pretium, vt eum rem ſuam, quam vendidit, quaſi redemptam accipiat. Quo pacto in emptione & venditione redditium quotidie vtimur, l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Spieg. Hoc pactum olim fiduciæ dicebatur, vt Liu. lib. 2. de bello Macedonico, & Boëtius lib. 4. Topicor. not docent, quorum his fiduciam (ait) accepiſſe dicitur, cuicunq; aliqua res ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet, veluti, ſi quis dubium tempus timens potentiori amico fundum mancipet, vt cum tempus illud ſuſpectum præterierit, reddat. Hæc emancipatio fiduciaria nominatur idcirco, quod reſtituendi fides interponitur. De quo latius ad tit. Inſtitutio, de legitima parentum tut. &c.

PACTVM veſtitum. Corraſ. Miſcell. 1. n. 2. eſt conuentio jurisgentium, aut ciuilis, in nomen proprium contractus tranſiens, aut alio juris adminiculo roborata, l. jurisgent. in pr. ff. de pact.

PACTVM vulgare, l. Bœbius, ff. de pact. dot. quod inter ſe ſolerent ſocer & gener paciſci, ſi in matrimonio ſine liberis filia deceſſiſſet, dos profectitia ad patrem rediret. Eadem ratione Imperator Alex. vulgare pactum dixit, l. pactum, C. de pigno. act. vt ſi inter certum tempus pecunia ſoluta non ſit, prædia pignori vel hypothecæ data vendere liceat. Prat.

PADVM flumen eſt torrens, & aliquando tam violentum decurrit, vt alueum mutet, & multorum late agros trans ripam, vt ita dicam, transferat Conn. lib. 3. c. 5. n. 3. ex Aggeno Vrbico.

PÆDAGOGIANOS puerus Cujac. in lib. C. de Caſtren. & miniſter. libro 11. refert inter Caſtrenſianos & miniſterianos aulicos. Caſtrenſiani, inquit, ſunt miniſteriani aulici, qui ſacro miniſterio deputati ſunt, vt in l. 4. C. de Caſtrenſianis & miniſterianis, veluti prægustatores, pincernæ, veſtitores piſtorea, pædagogia, ſiue pædagogiani pueri, vt Marcellinus lib. 26. deſcribit tunica auro diſtincti induti à calce in pubem, purpurea operti tegminibus pedum, quos & libr. 30. refert in venatione diſponi ad caroes retinendos, Gallice *pages*. Caſtrenſas miniſtri appellantur à Lampridio in Alexand. De iis Tertull. de Corona militis. Eſt etiam, inquit, alia militia regiarum familiarum: nam & Caſtrenſes appellantur. Hi erant ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Caſtrenſis ſacri palatij. Hęc Cujac.

PÆDAGOGIVM apud Vlp. in l. quæſitum, §. ſi inſtructum, ff. de fundo inſtructo, ſeruitium ad municipium dicitur.

PÆDAGOGVS dicitur is, cui ducendorum puerorum cura, ſimul & eorum inſtitutio committitur. Quod munus olim demandari ſolebat ſeruis domeſticis. Vnde Plaut. in Mercat. Seruom vna mittit, qui mē olim à puero paruulo pędagogus mihi erat. Notus eſt Diog. qui cum in Creta venderetur, dixit præconi, vt clamaret, ſe vendere ſeruum qui ſciret imperare liberis: eaq; lege hunc emit Xeniades, eique liberos ſuos concredidit. Apud Terentium in Adelphis manumittitur Syrus, quod Æſchinem & Cteſiphontem à pueris curaſſet, docuiſſet, monuiſſet, & ſane nihil non debet pædagogo aut præceptori ſuo gratus diſcipulus, qui ejus diligentia & melior & doctior redditus eſt, l. Aquilius Regulus, tit. de don. Itaque etiam veteres præceptorum ſancti voluere parentis eſſe loco, vt ait Iuuenalis. Sed illud notandum eſt, eſſe aliquando, vbi pædagogi meritum & ejus neceſſarius vſus, ſit magis cauſa ſeruitutis quam libertatis. Nam hęres qui rogatus eſt ſeruum ſuum manumittere excuſatur, ſi is ſit vel proprius, vel liberorum ſuorum pædagogus, cujus miniſterio carere non poſſit, l. Caij Caſſij. De fideic. liber. Vt refert Balduin. in comm. ſuper Inſtitutiones Iuſtiniani, lib. 1. tit. 6. quid. ex cauſis manumit.

PÆDAGOGII appellatione ſeruilem familiam, non quidem vniuerſam, verum juniorum, qui circa patremfamilias occupati erant accipere debemus, id eſt, ſeruos ætatis integræ, quos vſus ſui cauſa paterfamilias habeat, qui ad ejus corpus tuendum atque ad ipſius cultum præpoſiti deſtinatiq; eſſent vt loquitur l. 224. vlt. ff. de verb. ſig. & ita apud M. Senec controuerſ. 1. li. 2. interpretari licet, miniſteria puerilia juuenliáve ad eos, quod dixi, vſus parata ac deſtinata. Quin etiam conclaue & cubiculum, illud in quo pueri hujuſmodi jacebant cubantque Pædagogium videtur Plin. appellare, Epiſt. 17 lib. 7. Briſſ.

PÆDAGIVM locus in domicilio, in quo pueri ſeruique commorantur: qui παῖδες vocantur.

Παῖδες autem nomini liberorum reſpondet: ſed non tam apte aut commode, propterea quod ſerui quoque ita nuncupentur tum Græcis tum Latinis: qui ab iſto verbo pueri vocabulum formauerunt, quo ſignificant domeſticos ſeruos, præſertim tabellarios, credo quod non niſi pueris & in iuuenili ætate conſtitutis: qui pedibus valerent, vti poterant ad eam rem, Conc. lib. 9. c. 1. n. 1. & vide infra Pueri: Cujac. ad leg. 2. ff. de excuſat. dicit, quod παῖδες nomina ſoli filij ſignificentur, allegat leg. 2. ff. eod. tit. de excuſat.

PÆGMA, ludus interpretatur à παίζω, ludo. Erat autem machina in ſublime tendens, in qua puerorum cantantium erant ordi, Vlp. tit. de fundo inſtructo, l. quæſitum. In emptionem, inquit domus, ſpecularia, & pægmata cedere, Nebr.

PÆNE eſt, prope eſt, parum eſt, modeſtiæ notę. A. Auguſt. lib. 3. c. 6. quem conſulas velim.

Πάγοι quid ſignificent: vide Κώμη.

PAGANI à pagis (pagus autem dictus eſt à Græca voce πηγή, i. e. fons, eo quod concederetur in ejuſmodi loco, vbi aqua ſuppeteret) olim erant ruſtici, ſicut & hodie ex vulgari loquendi vſu, qui agriculturæ duntaxat operam dabant: & à militia arcebantur, ne armis aſſueti contra ciuitates inſurgerent. Ideoq; in juris ciuilis libris militibus opponuntur, l. 1. §. 1. ff. de ſeruis fugit. l. 14. ff. de pœn. l. vlt. ff. de leg. Falcid. l. 12. in fin. ff. de cuſtod. reor. l. 49. ff. loca. l. 39. in fi. ff. de milit. teſt. l. 7. ff. de diuerſ. regul. jur. Proinde peculij diuerſa genera, Paganum Caſtrenſe conſtituuntur, l. vlt. C. de inoff. teſt. Et in paganiſo & in caſtris opponuntur in l. 1. C. de caſt. milit. Paganus ergo eſt qui non militat ἀστράτευτος. Briſſ.

PAGANAM legem apud Plin. pro pagorum lege accipio. Cavetur autem hac lege in pleriſq; Italiæ prædiis, ne mulieres per itinera ambulantes, torqueant fuſos, aut omnino detectos ferant: quoniam adverſetur id omni ſpei, præcipuæque frugum. Plin. lib. 28. c. 2. ſi. In conſtitutionib. etiam Imperatores Chriſtianorum, quæ in libr. 1. Codicis ſunt relatæ, alieni à fide noſtra, pagani dicuntur: cujus verbi ridiculas Etymologias Philaſtrius Brixienſis & Iſidorus comminiſcuntur. Briſſ. & Vult. in comment. Inſtit. de teſtam. ordin. in pr. n. 29.

PAGANUS priſcis Romanis ille erat, qui militiæ cupiens erat, & illi cingi ſe aſſcribi volebat. Eo enim intervallo, quo id quærebat, & ad militiam aſpirare tentabat, paganus: mox militiam adeptus, miles dicebatur. Unde Scævola ad leg. Falc. l. ſi dum paganus erat, fecerit teſtamentum, militiæ tempore codicillos, ex Falcidia in Codicillis locum non habet, in teſtamento locum habebit. Nec ignoro, receptius eſſe, paganum dici omnem, qui non eſt miles, & qui eſt privatus. Suetun. in Auguſto concionante ſe admiſſa turba paganorum apud milites, & Perſius: Ipſe ſemipaganus, ad ſacra vatum carmen affero noſtrum. Id eſt cum nondum ſim vere miles Muſarum: tamen affero carmen noſtrum ad ſacra vatum, ut apud ipſos militiæ ſacramentum dicam, & nomen meum accipiant. Et Livius lib. 1. narrat Tullium urbem regionibus & collibus quadrifariam diviſiſſe, & quæ habitabantur partes tribus appellaſſe à tributo. Dionyſius Græca lingua πάγους vocatos eſſe dicit, quia ſingulæ agri partes, ſingulis tribubus habitandæ datæ eſſent, quibus ſe montibus, rupibus, & ſpecubus adverſus latronem incurſum muniebant: feſtaq; habuiſſe anniverſaria, παγανάλια dicta, quod ea pagi iſti ſuo quiſque more & tempore peragerent, tanquam ſibi propria non totius urbis communia. Poſtea vero, quam Romana urbs magna hominum multitudine habitari cœpta eſt, plurimi fuerunt inter eos, qui arma detrectarent, nullo alio egregio facto glorioſi, quam antiquo Quiritum nomine, quod illis primum fuit à Romulo, qui Quirinus dictus ab haſta, quæ curis nominabatur a Sabinis. Cur autem omnes à religione noſtra averſos antiqui Chriſtiani paganos appellarint, id in titulo de paganis & templis eorum à nonnullis quæſitum eſt. Et ſunt qui putant, id fuiſſe olim cauſæ, quod non eſſent illi Chriſti milites, qui ſolus dignus eſt, cui militemus, quod vix eſt ut credã, cum Iulianus Imp. Chriſtianis militia interdixerit, & Lactantius ipſis neget eſſe licitum militare, quod eorum omnis militia in juſtitia eſſe debeat. Ut non veriſimile eſſe videatur, hoc militum nomẽ liberiori ſuſceptum, nos fuiſſe Chriſtianos, præſertim initio hujus noſtræ religionis. Exiſtimavi aliquando ſic nominatos iſtos fuiſſe, quod qui in pagis ruri morarentur, tardius hac noſtra perſuaſione imbuti ſunt, & diutius paganalia ſua ſacrificia coluerunt, ut fere rudes & imperiti homines ſui moris ſunt retinentiſſimi. Quemadmodum igitur agreſtes homines vocamus, quicunque ſunt civilioris vitæ ignari, nec melioribus moribus volunt acquieſcere. Sic paganos dixerũt, qui vanam quidem illam, ſed tamen antiquam Deorum ſuperſtitionem in idolorum cultu poſitam retinebant, & ſummi Dei beneficio datam mortalib. Chriſti doctrina. Hæc Conn. lib. 9. c. 5. n. 1. 2. 7. vide Zaſ. in tract. iudæ. c. 5.

PANGERE pro paciſci Nam, teſte Quintiliano, pepigi, non à pango, ſed antiquo verbo pago, pagis, ſive etiam dicitur. ut in L. 12. Tabul. Ni ita paguot: vide paulo ſuperius in verbo. Pactio nomen eſt verbale.

PAGI apud Cæſarem ſunt regiones uniuſcujuſq; & populi alicujus partes, ut tota regio Helvetiorum, quæ ab eo appellatur civitas, in quatuor partes erat diſtributa, quas appellat idem ſcriptor pagos, non quod tantum pagatim incolerent: nam & habitabatur oppidatim: cum ſcribat ea oppida in ea fuiſſe, & pagos ad quadringentos, ſed quod univerſus eorum ager in quatuor partes & tanquam præfecturas eſſet diviſus. Eodem modo ſcribit Suevorum centum pagos fuiſſe, cum enim longe lateq; in Germania regionem ampliſſimam haberent latiſſimoſque fines, in eorum partes regio diſtributa erat: ſic ager Romanus à Numa Pompilio in pagos diſtributus fuerat, ut ſcribit Dionyſius his verbis διελὼν τὴν χώραν ἅπασαν εἰς τοὺς καλουμένους πάγους. tractus enim quoſdam & partes regionis ita vocavit, quod quidem & Plutarchus ſcribit. εἰς μέρη τὴν χώραν διελὼν ἃ πάγους προσηγόρευσεν. Pagis autem illis præerant paganorum magiſtri ut annotavit Turnebus adverſariorum, lib. 9. c. 7.

PAGORUM præpoſiti memorantur in l. 2. C. de ſuſcept. lib. 10. l. 8. C. Th. eo. tit. l. 7. C. quæ res dign. Eos Iuſtin. in edicto. 13. & in Nov. aliquoties παγάρχους vocat. Briſſ.

PALAM factum dicitur, quod coram pluribus, puta duobus fit. At publice factum, quod coram populo agitur, aut fit. Alciat. de verb. ſig. Vide Bart. in lege, non intelligitur, §. 5. ff. de jure fiſci Spieg. Adde Corraſ. Miſcell. lib. 6. c. 14. Briſſ.

PALAM & clam opponuntur, l. ult. ff. de rito N. Briſſ.

PALAM eſt coram pluribus, l. 31. ff. de verb. ſign. In quæſtione taciti fideicommiſſi palam relictum intelligitur, quod teſtamento vel codicillis quis rogatus eſt reſtituere, non domeſtica cautione, vel chirographo, l. 3. ff. de iure fiſc. Nec tamen ad excludendam taciti fideicommiſſi fraudem palam relictum videtur. Paulus ſcribit, quod ex teſtamento cum recitatur ſciri non poteſt: quemadmodum nec ille palam dat, qui ita ſcribit ROGO VOS HÆREDES MEI, UT ID QUOD À VOBIS PETII, EIDEM PRÆSTATIS, l. 40. ff. de jure fiſc. Quanquam his poſtremis verbis non eſſe legi fraudem factam in l. 3. ff. eodem titul. traditur. In eo quod dicitur palam hæredes eſſe nuncupandos, Palam non utique in publicum ſignificat: Sed ut exaudiri poſſit, nec ab omnibus exaudiri, ſed à teſtib. 7. l. 21. ff. de teſtam. l. ult. ff. de jure codic. Briſſ.

PALAM fieri dicitur contractus: etiam bona fide, quando fit in præſentia judicis agnatorum, vel etiam amicorum. Bar. ſing. in l. fratre, col. 15. verſ. 3. quæro, ff. de cond. indeb. Iaſ. in l. ſingularia, in 7. col. verſ. pulchrum, ff. ſi cert. pet. & in rep. d. l. frater à fratre, in 24. col. in prin. & in l. pacta noviſſima, in tertio notab. C. de pactis, & in c. 1. in 3. col. in princ. qui feudum dare poſſint. & not. Bart. Veron. caut. 258. ſemper allegat. & caut. 306. tutores ſemper in 2. col. cum aliis adductis per Do. Alex. in leg. tranſactionẽ, in ult. verbis, Cod. de tranſactio. quod eſt notandum, pro intellectu l. non exiſtimo cum ſimil. ff. de admin. tutor. Tamen poterit contrarium probari, ut conſulit Corn. conſ. 204. incipiente, Viſo puncto & copia inſtrumenti, col. penult. verſ. non obſtat quod tacetur, in 3. lib. Barb. conſ. 7. clementiſſimi, colum 5. lib. 1. Et ideo alibi notabiliter Bald. inſtruit tutores, ut in alienationib. & aliis contractibus minorum adhibeant conſilium conjunctorum, in l. Poſta. verſ. 3. oppono. C. de his quibus ut indignis, per gloſſam ſingularem ibi & ſequitur Salicetus & omnes moderni ibidem late tractant & commendant. Cæpol. in d. caut. 306. in 3. col. ubi idem dicit de præſentia amicorum, ſi affines deſint: per ea quæ dicunt Bartolus, Baldus & omnes in l. tranſactionem, C. de tranſact. & ideo Bald. ſing. c. 8. in pr. in 2. col. verſ. quæro. Iac. de Belviſ. in ſit. qui feud dam. poſſ. generaliter dicebat, quod ubi eſt ſervata forma, puta conſenſus fratrum, & decretum ſuperioris interpoſitum præſumitur bona fides, & etiam contractus utilis etiam ſi eſſet Eccleſia, & reaſſumit Felin. in capit. cum contingat, in 4. col. in ult. limitatione primæ concluſionis, extra de reſcript. declarando tamen, ut ſingul. per Bald. in l. tutores, ff. de confir. tut. Simile videmus è contra in matre quæ nupſit cum conſilio filiorum: ſecundum cautelam notab. Ang. in Auth. de non eligendo ſecun. nub. in princ. in pen. col. verſ. 8. prædicta vera, quam commendat Bartol. Veronenſ. caut. 323. ſi mater, & plures alii. Cotta.

PALAM nuncupatus, hæres dicitur, ſi teſtes exaudiverint. Spieg.

PALAM quæſtum facere dicimus non tantum eam, quæ in lupanario ſe proſtituit. Verum etiam ſi qua, ut aſſolet, in taberna, caupona vel alia domo quæ pudori ſuo non parcit: Palam autem ſic accipimus paſſim, hoc eſt, ſine delectu, non ſi quæ adulteris, vel ſtupratorib. ſe committit, ſed quæ vicem proſtitutæ ſuſtinet. Item quæ cum uno & altero, pecunia accepta commiſcuit non videtur palam corpore quæſtum facere. Octavianus tamen rectiſſime ait etiam eam quæ ſine quæſtu palam ſe proſtituerit, debuiſſe his connumerari, non ſolum autem ea quæ facit, verum ea quoque quæ fecit, & facere deſiit lege notatur, neque enim aboletur turpitudo quæ poſtea intermiſſa eſt, non eſt ignoſcendum ei quæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam degit. Ulp. in l. palam 43. ff. de ritu nuptiar. Maff.

PALAM relictum intelligitur, quod teſtamento vel Codicillis quis rogatus eſt reſtituere non domeſtica cautione vel chirographo l. 3. ff. de Iure fiſc. Briſſ.

PALAM rem eſſe dicimus, de qua conſtat, aut evidentia, quod vulgo notorium dicimus: aut quæ ſimpliciter manifeſta, aut liquida, aut tantummodo clara. Vide Alciatum in l. palam de verb. ſig. Spieg.

PALATINI panes ſeu civiles, l. 7. C. Th. de annon. civ. quibuſdam dicuntur, quod è palatio erogarentur: alii tamen malunt ſic dictos, quod palatinis præberẽtur. Largitione autẽ annua diſtribui ſolebãt: cujus inſtituti Cõſtantinus autor nominatur, in l. 2. C. de ſrom. urb. Conſtan. & l. 1. C. de annon. civil. & apud Socratem lib. 2. c. 13. Eorum mentio fit in l. ult. C. de quadr. præſcr. & d. l. 8. ubi jubentur panes cocti dari non frumentum. Prat.

PALATINI largitionales ſeu privatiani erant: atque in genere hoc nomine omnia officia eorum qui in ſacro palatio militant id eſt, memoriales, agentes in rebus, adparitores diverſorum Comitum, largitionum vel privatarum continẽtur. De quibus in tit. C. de Palatin. ſacra largit. Sed & miniſteriani de quibus de Caſtrenſia. & miniſt. Generalem hanc ſignificationem comprobat lex. 1. C. de privileg. eor. qui ſacro palat. milic. A palatinis, inquit, tam his qui obſequiis noſtris inculpata officia præbuerunt, quam illis in ſcriniis noſtris, id eſt, memoriæ epiſtolarum, libellorumque verſati ſunt, &c. Ambroſius epiſt. 5. Palatini, inquit, ſunt officia, id eſt, memoriales, agentes in rebus, adparitores diverſorum Comitum. Palatium pro palatinis ſæpe accipi Am. Marcel teſtis eſt lib. 4. Tuas, ait & palatii tui jubeo auferre annonas. Prat.

PALATINOS quidam eſſe volunt eos qui habitabant in palatio

Cum-

Comitatenſes vero, qui in domo Auguſti ſemper commorabantur, Mihi contra, videtur vt Palatini propriè ſint quos domeſticos principis appellamus. Palatium enim dicitur domus Principis, Comitatenſes autem quicunque de comitatu ſunt, quos tamen omnes Palatinos dictos eſſe arbitror, vt oſtendi videtur ex conſtitutione Conſtantini imperatoris de caſtrenſi omnium palat. pec. Qua conſtitutione omnibus Palatinis in Caſtrenſe peculium cedere præcipit, quod propria diligentia vel liberalitate principum quæſiuerunt. Quid enim tam extra ſtria eſt inquit, quam quod nobis conſciis, ac prope ſub conſpectibus noſtris acquiritur? Sed nec alieni ſunt à puluere & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra comitantur, qui præſto ſunt ſemper actibus, quos intentos & eruditos ſtudiis itinerum prolixitas & expeditionum difficultas exercet. Quæ omnia & Comitatenſibus conuenire certum eſt: ideo facta eſt conſtitutio de omnibus Palatinis, de illis tantum intelligeretur qui domeſtici eſſent, & quaſi familiares principis. Connan. lib. 4. cap. 15. nu. 4. Cujac. affirmat palatinos dici largitionales ſiue priuatianos, qui pertinent ad comitem ſacrarum vel priuatarum largitionum. Eorum partes eæ ſunt vrgere, inſtare, monere, ne quid tale aduerſus chartularios attentetur. Cujac. ad l. 2. & 3. C. de cano. largitional. tit. libr. 10.

Palatinorum nomen in l. 2. C. de pet. bon. ſubl. de iis ſpeciatim dictum videtur, qui in aula Imperatoris libellos petitionum vel aliarum rerum, quæ Imperatori offerebantur, inſtruebant, vel geſta admiſſi alicuius libelli edebant. Prat.

Palatio id fundamenti genus eſt, quod in aquis aut in vliginoſis, aut congeſtitiis locis fieri videmus: à palis qui in terram depanguntur, dictum vocabulum. Fiſtulatio etiam appellantur à fiſtuca machina, qua etiam pauitores vtuntur, vtrinque anſata. Hac enim pali magna vi in terram adiguntur. Bud. in l. ſi fratres, §. item ſi communem, ff. pro ſoc. Spieg.

Palatia appellabantur omnes ſacræ ædes dicatæ habitationi principis Balduin. in proœmio ſupr. Inſtit. &c.

Palatium Cyrillus autor Græcus. à Palatino monte deriuat, ſacrum, ceu haud violandum: ob Imperatoris venerationem, cuius eſt ſedes, vnatur. Cod. de Comit. & Archiat. Sacr. Palat. Item de l. priuil. eor. qui in ſacro Palatio militant, l. 12. Primam indifferentem habet, Ouidius de arte: Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes. Martialis: Inde ſacro veneranda petes palatia cliuo. B. Rhenanus monuit, eam regionem quæ nobis nunc *die Pfaltz* appellatur, indoctè Palatinatum vocari, Spieg.

Palastar, Leg. Athletarum nomine.

Palæstra dictione vtimur non tantum pro lodo ipſo, ſed etiam pro loco vbi exercetur, Vlp. in l. ſed & ſi quid, ff. de vſuf. eleganter mancipium de palæſtra, ſeruum accipit, qui palæſtræ dat operam, Spieg.

Palæstinus Palæſtina eſt prouincia Syriæ, Arabiæ contermina, dicta à Palæſtino olim illic metropoli, vnde Palæſtini qui iidem cum his ſunt, quos ſacra hiſtoria Philiſtin & Philiſtinos nominat de quibus in primo Regum ſcribitur. Eſt & alia Palæſtina prope Phræaciam, de qua Lucanus, lib. 5.

Inde rapi cœpere vates, atque æquora claſſem
Curua equi, quæ tam ventos ſluctusque ſecundo
Laxa Palæſtinas vncis confixit arenas, Anchora.

Palæstina Cæſaream Iuſtinianus ſcribit nomen accepiſſe à Veſpaſiano contra omnium ſcriptorum ſententiam, qui nomen Herodi rege Iudææ acceptum ferunt, Cujac. in expoſit. Nou. conſtit. Iuſtin. Nou. 103.

Παλαιστροπαλῖται in l. ſed milites, ff. de excuſ. tut. ſunt Veterani.

Palaris ſylua, ex qua pali ſumuntur, l. 9. ff. de vſufr.

Palea ſine diphthongo, ceu titulus præponitur quibuſdam capitibus decretorum Gratiani, quod ſcilicet hæc additia ſint, nec à Gratiano primitus illi libro inſerta, ſed ab interpretibus prout cuique commodum videbatur, ad marginem Gratiani adſcripta, & plerunque in emendatioribus, & antiquioribus exemplaribus omiſſa. Cui rei fidem facit, quod refert Ant. Cont. in emendat. decret. Gratian. qui ſe antiquum Gratiani exemplar habuiſſe teſtatur, in quo pleræque eiuſdem paleæ deſunt. Sunt qui hanc dictionem per diphthongum ſcribendam cenſeant, & deduci à voce παλαιὸς hæcque quaſi παλαιὰ id eſt, antiqua nuncupata. Prat.

Pali lignorum appellatione non continentur l. pali, de verb. ſig. l. pali, de leg. 3. & de fund. inſtruct. l. inſtrum. Alber. Vide paulo poſt Palus. pali: & inferius Pedamentorum. Spieg.

Palorum qui vineæ fulciendæ cauſa parantur, fit mentio in l. 17. § vltim. ff. de act. empt. l. 59. §. vlt. ff. de vſufruct. leg. 56. ff. de legat. 3. l. 12. §. ſi aliqua. ff. de inſtruct. vel inſtrument. Alias pedamenta & ridicæ appellantur, l. 10. ff. de vſufruct. l. 3. ff. de ſeruit. ruſt. l. 1. ff. de tigno iuncto, l. 11. §. ſi quis in vineas, ff. quod vi aut clam, Briſſ. Adde Foreat. in ſuo penu juris ciuilis, cap. 7. Pali primo inter ea quæ vineis neceſſaria ſunt, numerantur, l. 1. ff. de tigno juncto. Pali tamen appellatio generalis, & omnia arborum ſuſtentacula ac pedamenta complectitur. Vnde non comburendi, ſed fulciendi vel claudendi cauſa parantur. Briſſ.

Palla Marcello, veſtimentum honeſtæ mulieris eſt: dicta quod palam & foris eſſet. Olim erat veſtis Chriſtianorum ſimplex & facilis. Nonnulli, vt annotauit Rhenanus in Tertul. tradunt eam ad veſtigia vſque demiſſam fuiſſe.

Πάλλαξ quid, vide Pellex.

Palliare metaphoricos, ductum verbum, ſignificat tegere turpe factum, ſic ſumitur in cap. niſi ſpecialis, extr. illo tit. de vſu pallij, & vide ibi bonam gl. in verbo palliare.

Pallium, ait Iſidorus lib. 19. cap. 24. eſt, quo miniſtrantium ſcapulæ conteguntur, vt dum miniſtrant, expediti diſcurrant. Plaut.

Si quid facturus es, appende in humeris pallium.

Dictum autem pallium, idem ſcribit à pellibus, quia prius ſuper indumento pelliceo veteres inducebantur: ſiue à Palla per deriuationem. Græcorum autem hoc proprium erat, vnde & Palliatæ comœdiæ. Quoniam autem in humeris pendebatur, & adjiciebatur ἐπωμὶς dictum, & dicti olim Chriſtiani Græci ἐπωμίται ab hæreticis, quod eo veſtimenti genere vterentur, & quod omnibus dicerentur, vt fingebant, imponere. Pallium autem apud Pontificios ſumitur pro inſigni ornamento Archiepiſc. vel epiſc. a. de auct. & vſu Pallij. Prat.

Pallium. Non dubium eſt pallium accipi multis modis. Pallium propriè extrema veſtis eſt, vnde apud Plautum in triumuiro allegoria prouerbialis, tunica pallio propior eſt. Et hoc inter veſtimenta communia (quæ Tacitus in tertio promiſcua appellare videtur) ponit & annumerat Vlpianus in l. veſtis, §. comm. ff. de aur. & arg. leg. Communia veſtimenta ſunt (ait) quibus promiſcuè vtitur mulier cum viro: veluti ſi ejuſmodi penula, palliumve eſt, & reliqua, quibus ſine reprehenſione vel vir, vel vxor vtatur. Et de palliis hujuſmodi, quam varia fuerint, & quibus propria, doctè tradit Bayfius capit. 13. de re veſt. Alter accipitur pallium lib. 1. Decretalium, titulo, de authoritate & vſu pallij. De quo Polydorus Virgil. lib. 4. capit. 12. Pallium (inquit) veſtis ſumma lanea, & candida, cujus vtrinque pendent duæ faſciæ, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus inſignita eſt. Cujus ſane inſignem rationem D. Gregorius ad Maximum epiſcopum Solymitanum ſcienter reddit, qui dicit illud humanitatem, & juſtitiam ſignificare: vt ii qui illo vtuntur, foris ſummiſiſſe ſe geram, id eſt, mites ſint, & intus animum æquum habeant, hoc eſt, juſtitiam colant. Et de hujuſmodi pallio (quod patriarcharum, primatum, & metropolitanorum eſt proprium, vt per illud à cæteris epiſcopis diſcernantur, & priuilegiatam obtineant dignitatem) Tertullianus librum ſcripſit, quo ejus vetuſtatem, & commodum vſum edocet: Anchora. Vide latius in dictione Periſtromatis. Pallium propriè eſt Græcus habitus. Et à pallio fit pallidum quod Vlp. in d. §. communia virilib. veſtimentis annumerat.

Palma, non finis eſt laboris, ſed victoriæ ſignum, & victoria ipſa, vt in l. 1. Cod. de princ. agent in reb. lib. 12. Vnde palmata toga, à palmis in ea intexta, inquit Budæus, propriè triumphantium fuit: quam merebantur hi, qui de hoſtibus palmam reportaſſent. Pro dactylo alias ſumitur, & inter dulcia numeratur à Iureconſ. cum ait: item vuas, ficus, palmas, caricas, l. vlt. de Tritic. & vino leg.

Palmam, autem arborem eſſe, cujus, ſecundum Plinium, vnde quinquaginta genera inueniuntur, nemo ignorat, ejuſque naturæ eſſe, vt ponderi non cedat, ſed renitatur. Vt etiam annotauit Foreat. in ſuo penu juris ciuilis c. 27.

Palmarium, victoriæ ſiue præmium quod victoriæ ergo debetur. Vlp. ex Imperatoris reſcripto in leg. 1. §. 5. ff. de extra. cognit. Si vero poſt cauſam actum eſt, honorata ſumma peti poterit vſque ad probabilem quantitatem: etſi nomine palmarij cautum ſit. Hot.

Palmatæ, tunicæ ſeu veſtes ſunt, quib. conſules, aut alicujus magiſtratum viri vtebantur. Vopiſc. in Aurel. Cape pro rebus geſtis tunicam palmatam, ſellam eburneam: nam te conſulem hodie deſigno. Meminit & Trebel. in Galieno, Apul. in Apolog. & Seruius, qui triumphalibus viris dari ſolitam ſcribit. Cujus rei etiam Liuius eſt autor. Auſon. in Panegyr. Palmatam, inquit, tibi miſi, in qua D. Conſtantius parens noſter intextus eſt. Hæc plane, hæc eſt picta non magis auro, quam tuis verbis. Alc. in l. propoſitis. C. de Grege dominico, lib. 12. Palmati equi iidem fere ſunt, quos vulgo Bajos vocamus: quoniam ſpadices, hoc eſt, cum fructu ſuo ramuſculos, Græci βαΐα vocant. Sic igitur dicti ſunt à colore. Poſſumus etiam intelligere equos, palmatos, quibus vtebantur aurigæ in circo à palma. Alciat. in d. l. propoſitis. Spieg.

Palmipedalis, menſura vnius pedis & palmi.

Palmus, menſuræ genus. Eſt autem duplex, inquit Budæus. Major 12. digitorum, Græce Spithame vocatur, & Latinis etiam dodrans. Minor digitorum 4. Palæſte Græce dicitur. Frontinus lib. de limitibus agrorum ſcribit palmum habere digitos 4. vncias 3. quod Theodoſ. & Nerarius probant. Prat.

Palo palare, hoc eſt, palis munio. Colu. Vt viris paletur, & capite tenus alligetur. Old.

Palos non lignorum ſed materię numero haberi conſtat, l. 56. ff. de legat. 3. l. 162. ff. de verb. ſign. Pali quærendo fructui deſeruiunt, l. 12. §. ſi aliqua, ff. de inſtruct. vel. inſtr.

Palpatus eſt, Vlp. Ac ſi eum equum permulſit quis, vel palpatus eſt, calce eum percuſſerit erit actioni locus leg. 1. ff. Si quad paup. fec. dec. Solent autem equiſones plauſu manus blandiri equit. Spieg

Palus, palus, paludis, quam Græci ἕλος dicunt: eſt, vbi paululum aquæ in altitudine, & palam latius diffuſa, quæ etiam quandoque ſiccantur. Hoc modo accipitur. C. in tit. De alluuionibus, & palludibus, & paſcuis, ad alium ſtatum translatis, id eſt, melioribus, fertilioribus factis. Vide Inſt. de rer. diuiſ. præterea. Hujus autem dictionis prima breuis eſt, & ſecunda indifferens, quanquam genetiuo creſcat. Virgil. lib. 4. Georg.

Cociti, tardaque palus inamabilis vnda. Horat.

Regis opus, ſterilíſque diu palus, aptáque remis.

Paludamentum veſtem eſſe Imperatoriam, ſcribit Tranquillus in Cæſare, Blondus lib. 9. Romæ triumphantis. Alexand. ab Alexandro lib. 3. capit. 3. & libr. 5. cap. 18 Feſtus tamen omnia militaria ornamenta paludamenta dici in libris auguralibus affirmare videtur. Plutarchus in Philopœmene tunicas equeſtres vocant, in Lucullo ἐφεστρίδα vt opinor pro paludamento poſuit, in Craſſo vero φοινικίδα pro paludamento purpureo dixit. Quo genere veſtis etiam Græci equites vtebantur, quam ἐφαπτίδα. Athenæus in quinto vocat. Paludamenti autem picturam ad viuum ex Romanorum marmoribus expreſſam invenies apud Lazarum Bayſium in fin. c. 1. in l. veſtis, ff. de aur. & arg. leg. &c.

Palus, pali, eſt lignum acutum, quod in terram defigitur ad fundanda vel fulcienda ædificiorum fundamenta, aut ad caſtra munienda, vel claudendos hortos, aut ſuſtinendas vites ſecundum Columellam. Quando tamen pro pedamento vitis accipitur, id proprie vocatur ridica ſeu adminiculum vitis, l. is qui in puteum, §. ſi quis vineas, quod vi aut clam, Coraſ. 1. Miſcel. 1. n. 5. Gœdd. ad l. 168. de verb. ſign.

Pamphiliæ apud Iureconſ. vt & aliarum regionum, præcipue in exemplis fit mentio. Eam Moſopiam aliquando dictam conſtat, quoniam Mopſi vetus regnum fuiſſet, Spieg.

Panarium, panis receptaculum: ſicut Granarium grani. Cata.

Pancarpum ſpectaculi genus, quaſi omnium arborum fructibus concinnata ſylua, apud Imp. in Nouel. de conſulibus, §. ac primus quidem. Vetus interpres ſyluam exponit, qua ratione & chamæleo niger dictus forſitan ſit παγκαρπής vt ad Dioſcor. Græci quidam adnotarunt, ex varietate colorum, & oraculo quodam, cum Dianæ juberetur Neleus ſtatuam erigere, ἀπὸ παγκαρποῦ ξύλου ſtruxit è quercu, in qua oſtenderat multos variosque ſuſpenſos fructus, vt interpres Callimachi ſcribit, appellatur à Sophocle in Oedipo Tyran laurus παγκαρπής. Vide Cujac. ad dict. Nouel. de conſulibus §. ac primus quidem.

Panchrestum, medicamentum nobile, quod latine dici poteſt, omnibus conducibile, vel omnibus affectibus vtile.

Pancratiasten eum dici volunt, qui luctator ſimul, & pugil foret, quippe cum alij pugiles, alij luctatores forent, is qui vtroque teneretur ſtudio, pugna ſcilicet & luctu, Pancratiaſticus nuncupatur.

Παγκρατής Græcis, omnia vincens dicitur. Alex Neapol. Genial. dier. lib. 3. c. 9.

Pancratium, παγκράτιον Plut. in ſympoſ. lib. 2. cap. 4. certamen eſſe mixtum, ſcribit ex pugilatu & lucta, ὁ γὰρ inquit, μέμικται ἐκ πυγμῆς καὶ πάλης [illegible]. Ariſt. lib. 1. Rhet. Qua poteſt premere, ac fortiter tenere ad luctam eſt idoneus: qui ictu longe à ſe repellere, ad pugilatum: qui vtrumque, ad pancratium. Sic Plato li. 1. de leg. παγκράτιον ἢ σκιαμαχία, ἢ παγκράτιον ἢ πάλη. Qui in pugili certamine, aut luctu, aut vtroque ſimul ſe exercuit. Pancratium itaque ludus erat qui in puluere fiebat. recto ſtadio inuicem petentientium. Budæus in prior. annot. ſic dici vult, quod aduocatis omnibus corporis viribus, omniumque neruorum contentione tranſigitur, De Pancratio & Pancratiaſtis Gellius libro 12. cap. 26. ex Panætij libro: Oportet animo ſemper eſſe prompto atque intento, vt ſunt athletarum, qui Pancratiaſtæ vocantur: nam ſicuti illi ad certandum vocati, projectis alte brachijs conſiſtunt, caputque & os ſuum manibus oppoſitis, quaſi vallo præmuniunt: membraque eorum omnia priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciendos parata: ita animis, &c. Item Vlp. l. 7. §. 3. ff. ad leg. Aquil. Si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit, &c. Iulius Pollux videtur intellexiſſe, dici παμμάχους quoque de Pancratiaſtis: nam poſtquam de ijs loquens, eorum deſcripſit ἔργα addit: [illegible] Prat.

Pandectæ nomen Græcum eſt & compoſitum à πᾶν quod eſt totum: & participio verbi δέχομαι, id eſt capio: ſiue ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι quod omnia comprehendat, quodq; omne eorum & doctrinarum contineat genus. Inſcripſit hoc nomine opus ſuum Tyro Tullius, vt refert A. Gellius Noctium Atticarum lib 16. c. 11. De hoc tit. Pandectarum meminit Pli. in ſua ad Veſpaſianum (ſiue, vt alij contendunt, ad Domitianum) præfatione: iamiam (inquit) mox pandectæ, enchiridion, pinacidion, id ſcriptiones propter quas vadimonium deſeri poſſit, & meminit etiam Aul. Gellius, in fine operis ſui & Taboetius in topico milit. ſui. & legal diſcip. tom. 1. De Pandectarum nomine plura vide in verbo Digeſtum & in verbo Digeſtorum.

Πανδέκτης maſculino genere & numero ſingulari, in digeſtorum inſcriptione legendum quidam exiſtimant, quorum opinionem firmat Harmenopolus lib. 1. Epit. t. 1. [illegible] Briſſ.

Sunt qui Pandectas numero plurali magis probant, quo titulo quondam inſcriptos à veteribus libros Plin. in præfat. naturalis hiſtoriæ, docet, inquiens, iam Muſæ πανδέκτας ἐγχειρίδιον, λειμῶνα, πινακίδιον, Briſſ.

Panoe, manifeſtare, ſeu palam proferri. Ne ſecreta patrimonij & ſuſpectum, ad alienum pandatur, vlt. C. de aliment. pup. præſt.

Pandochium, Latine ſtabulum, ſiue diuerſorium, & hoſpitium dicitur.

Pangere inducias, Idem quod facere.

Panes palatini, quod è palatio erogarentur. Cujac. vero ad l. 1. C. de frumento vrbis Conſtantinopolitanæ, & libr. 1. recte ne illud panes Palatinos dici, quod è palatio erogarentur, ambigit, cum ipſe malit inde dici panes Palatinos, quod palatinis præberentur. Prat. Vide Paulo ante palatini panes.

Panes militares, & populares l. 7. C. de Theodoſ. de anno ciuil, ex quibus locis diſces qui ſunt panes ciuiles.

Panicum. Lege, militarium.

Panis ciuilis. Panis ciuilis nomine ſunt, qui ſimpliciter annonam intelligant ciuilem, cui vendendæ qui præeſt dicatur ſitoſtaſius, ſicuti magiſtratus, qui curat periſſochoregia. Cæl. Rhod. lib 9. cap. 16.

Panis notiſſima eſt ſignificatio. Panis tamen gradilis in rubr. C. Theodoſiani, de annona ciuili & pane gradili dicitur. prudentius aduerſus Symmachum:

Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis.

Prateius.

Panes autem gradiles ideo dicuntur, quod è gradibus qui in vnaquaque regione vrbis erant ad priſtinus, vt conſtet ex deſcriptione antiqua vrbis, præbeantur. Caſſidor. 9. vt ſiue in gradu ſiue in alijs locis frumentorum condicta potuerint inuenire. Dantur frumenta piſtoribus ex publicis horreis, tum deinde populo panes. Cujac. ad l. 1. C. de conditis in publicis horreis, lib. 10.

Panis nomine, frumentum venit, l. 1. & ibidem Bart. G. de frum. vrb. Conſtant. lib. 15. In Dominica oratione, panis nomine id declaratur, vt Viues atteſtatur, quo neceſſitates vitæ hujus ineuitabiles tolerantur, ſiue in ijs quæ edimus, ſiue quibus tegimur, quibus fouentur membra noſtra, & ab injuria, vel rigoris cœli defenduntur, vel ardentis: quibus à morbo conualeſcimus, aut certe ad morbum ferendum ſuppetunt vires. Reliqua ſuperuacanea ſunt, quæ inuexit partim ſuperbia partim voluptas, & ex ea ortæ deliciæ. Lege Cibarius panis. Spieg.

Pannarios dicunt Iureconſulti pannorum Venditores. Vide Rhodig. c, 15. lib. 6.

Pannuceæ veſtes dicuntur, ſicut laneæ, & bombycinæ.

Panniculariа bona, inquit Vlp. l. 6. de bo. d. ſunt ea, quæ in cuſtodiam recceptus ſecum attulit ſpolia, vt & ipſa appellatio oſtendit: non omnia tamen ſed veſtis, qua is fuerit inductus & nummuli in ventralem (ſic enim legi debet) quos victus ſui cauſa in promptu habuerit, aut leues anuli, id eſt, qui rem non excedunt aureorum quinque.

Panno rubro fugatum pecus, l. 50. §. vlt. ff. de furt.

Panormitanus Iuriſconſ. nobilis. nomen habuit Nicolai, natione Siculus fuit, vir acutus & ſagax, vt Siculus: ſed cum Senis jura perdiu profeſſus eſſet, tandem Archiep. Panormitanus factus, circiter annum 1450. è vita migrauit.

Panthera πανθήρα pro vniuerſo aucupio, & eo quicquid an̄ceps capit Vlp. l. 11. §. 11. ff. de act. empt. Veluti cum futurum iactum retis à piſcatore emimus aut indaginem plagis poſitis à venatore, vel pantheram ab Aucupe. Quidam pro pantheram, panthera in accuſatiuo ſingulari legi malunt, à nominatiuo panther, cujus meminit Varro lib. 4. ling. lat. retis genus eſſe ſcribens. Alias autem panthera, animal eſt ferum & maculoſum, de quo l. 2. ff. ad leg. Aquil. Prat.

Pantomimi ſunt hi, qui intra vel extra ſcenam geſticulationes exercent, imitanturque dicta, facta moreſve hominum, & naturas, & eſt dictio Græca & compoſita, nam apud eos πάντων omnium, & μῖμος imitator vocatur, vel vt Diomedes. à μιμεῖσθαι, id eſt, imitator. Latine autem, iſte effictor poteſt appellari. De pantominis Suet. in Nerone: ſeditionibus pantominorum ex parte proſcenij ſuperiori, ſignifer ſimiliter aſpecta

Digitized by Google

ſpectator adeſſet. Et Plinius in ſua præfatione, ſecundum Hermolai Barbari lectionem: Noſtri, inquit, craſſiores antiquitatum, exemplorum, artiumque faceti ſſimi, lucubrationum: vt qui ait, Bibaculus eram, & vocabar Pantomimus. Horum meminit & Lampridius, qui refert Alex. nanos & nanas, & moriones & pantomimos populo donaſſe: Eorum quoque meminit l. 3. § Neratius, ff. de cond. cauſa dat. l. 43 ff. de actio emp. leg. 25. & l. 27. ff. de oper. libert. Eſt autem Græcum verbum, Et Latinis Hiſtrio appellatur. Sic enim Mneſterem promiſcue Pantomimum & Hiſtrionem appellari videmus à Seneca in ἀποκολοκυντώσει Claudij. Et à Suet. in Caligula capit. 36. & à Tacito libro 11. Nobilitati ſunt hac ludicra arte Mneſter, Pylades, Batylus, Hylas & Paris ille de quo in d. leg. 3. Neratius. Quorum omnium in Suetonio, Iuuenali, Martiali, Seneca & Macrobio non infrequens eſt mentio. prodijt autem primum Tiberij temporibus, vt Suidas in verbo ὀρχηστής ſcribit, hæc mollis & impudica Pantomimorum ſaltatio, qua fracto corporis motu indecentique geſticulatione ita res geſtæ repræſentabantur, vt loqui manibus magis, quam agere viderentur, Caſſiodor. libro 1. Variar. Conſtituatur à vobis præſtitit Pantomimus quatenus ſumptum, quem pro ſpectaculo ciuitatis impendimus, electis contuliſſe videamur, Hanc partem Muſicæ diſciplinæ mutuam nominauere majores, ſcilicet, quæ ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi quod vix narrante lingua aut ſcripturæ textura poſſit agnoſci ſicut Barbarum quendam vbi vidiſſet, ... δυνάμεων ... dixiſſe: vt eſt apud Lucian. ... ψυχῆς ... Etenim ... nomine in illo Luciani libello Pantomimus exaudiendus eſt. Briſſ. Idem Caſſiod. lib. 4 Variar. epiſtol. vlt. Pantomimo igitur, cui à multifaria imitatione nomen eſt cum primum in ſcenam plauſibus inuitatus aduenerit aſſiſtunt conſoni chori diuerſis organis eruditi: tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita quaſi quibuſdam literis edocet intuentis aſpectum, in illaque leguntur, apices rerum, & non ſcribendo facit quod ſcriptura declarauit. Idem corpus Herculem deſignat & Venerem, fœminam repræſentat & marem, regem facit & militem, ſenem reddit & juuenem, vt in vno credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos. Hanc tamen totam artem ipſi Tiberio ita diſplicuiſſe, vt ... pantomimos exegerit Dio. lib. 57. ſcribit. Quod & à T... factum. Plinius in Panegyrico laudat. Eliagitata valde a Cypriano, Arnobio & aliis pantomimica & à Chriſtianis principibus tandem penitus exploſa eſt, Briſſ.

PANVS. vt Nonius declarat, ſignificat inuolucrum tramæ, idemque per diminutionem vocatur panucla. Sic enim & ii tem manuſcripti libri habent, non panulam: & Heſychius etiam ipſe panuclam ſiue panuclum, non panellium dicere voluit, quum ita ſcripſit: πῆνίον. ... Cujac obſeru. lib. 11. c. 6.

PAPIA popæa lex quæ toties in deſcriptionib legum noſtrarum occurrit, patrum præmia pro liberis ſuſcipiendis continens papio & popæo ſuffectis conſulibus ex Auguſti tunc imperantis juſſu lata, quemadmodum Dio lib. 55. & Iſidor. libr. 5. Etym c. 15 ſcribunt. Briſſ.

PAPINIANISTÆ dicebantur, qui biennium in legum ſtudio verſati, tertium etiam adjungebant, Imp. ad Antecel. Ne autem tertij anni auditores, quos & Papinianiſtas vocant, nomen & feſtiuitatem ejus amittere videantur. Hi autem dicebantur quod eis Papiniani librorum lectio proponeretur. Hotom. & Prat.

Παππᾶς pater Græciſeſt, quod nos Latinis literis deſcribentes. vno P. Papa dicimus latine, Germanice verò *Bapſt.* vel *Pfaff.* Nam vt Volzius annotauit, Germani ſæpe in vocabulis a p. incipientibus adijciunt f, aut omnino in f. mutant p. vt palus, ludis *ein Pful* Palus, li, *ein Pfal*, Pater *fater*, piſcis *fiſch*, & ſimilia. Porro Papæ vocabulum non nuper, ſed jam olim, & dudum ab omnibus orthodoxis appellati cœptum. Nam Liſtrio teſte, olim omnes epiſcopi Papæ vocabantur, hoc eſt, patres. Vnde D. Hieron. dixit, epiſcopos patres eſſe, non dominos, Quidam duabus è ſyllabis corruptis, pa, pa, conflatum eſſe tradunt: quarum prior eſt pater, poſterior vero patrum, quaſi pater patrum. Cujuſmodi ſolus ſit Petri ſucceſſor: ceu totius eccleſiæ ſub Chriſto caput. Alij à papilla mammarum apice vnde lac extrahitur, nomen deductum putant: Alij à pappo carduorum flore, qui marceſcens in lanuginem abit idque propter breuitatem vitæ quam ſummos pontifices viuere videmus, de quo latius Cotaſius Miſcel. lib. 3. c. 15.

PAPYRVS, frutex eſt in paluſtribus Ægypti locis, brachiali craſſitudine, decem cubitorum altitudine. Vlp. de leg. 3. leg. ligni appellatione. Harundines, inquit & papyros comburunt. Nebr. Ex frutice autem iſto chartam faciebant: Vnde jam Papyrum dicimus fœminino genere, qua nunc vtimur. Prat.

PAR, pro æqui, l. ſeruo. Cod. de rei vend. Et quomodo accipiendo ſit, latius declarat Bartol. in leg. qui concubinam, §. qui quatuor ff. de leg. 3. Quid verò junctum genitiuo ſignet, Bald. explicat ibid. Quamuis par, & ſimilis differre videntur. Quint. capite 10. libro 1. Mihi, inquit, egregie dixiſſe videtur Seruius Nouianus, pares eis magis, quam ſimiles loquens de Saluſtio & Liuio. Spieg.

PAR eſt, l. 13. C. de pact. rationi & æquitati conueniens Briſſ.

PAR, pro ſimili & æquiuali, l. ſi ſtipulatus, ff. de verb. oblig l. cum par, & l. partem, ff. de reg. jur. Alb.

PAR eſt, quod inter omnes æquabile eſt, ait Cic. lib. de inuent. 2. ſimiles cauſas ſignificans, de quibus agitur in l. 12. & 13. ff. de legib. Prat.

PAR imperium non habet collega cum collega, ſed idem not. ff. de manum. l. apud eum. Nec par imparem habet imperium, l. ille à quo § tempeſtiuum, ff. ad Treb. l. nam magiſtratus, de arbitr. Spieg.

PAR ratio appellatur, cum accepti & expenſi ſummæ conueniunt, ac pares ſunt, atque ita ſi rationem parem ei rationem adſcripſit, l. 22 ff de manum. teſt. Briſſ.

PAR alias de binis vſurpatur Briſſ.

PARABOLA eſt ſimilitudo ſumpta ex veritate. Sic cum dicitur hominem quendam habuiſſe duos filios, quibus diuiſit ſuas portiones, oportet eſſe in rerum natura & hominem & filios & hæreditatem, & diuiſionem portionum. Denique hæc eſt perpetua lex parabolæ, vt primum concipiamus rem nudam, vt proponitur. Deinde ex ea conceptione deducamus ad finem parabolæ, hoc eſt, ad rem ipſam, cui accommodatur ſimilitudo. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν, quod ſignificat duas diuerſas res ſimul collocare aut conferre, ideo Cicero recte vertit παραβολὴν collationem. Non raro tamen etiam hæc vox ſignificat tum celebrem tum & obſcuram aliquam ſententiam tum denique aliquam grauem aut magni momenti orationem. Speg.

PARABOLANI, qui & parabolarij Iulio Firmico: paraboli, Socrati: plebij quidam erant, qui famulitio vel eccleſiarum, vel hoſpitalium, xenonumve deputati erant, & quaſi adſcriptitij glebæ. Dicti è Græca propoſitione, παρὰ & βῶλος gleba, quaſi glebæ adſcriptitij. Alc. libro 4. Diſpunct. capite 9. Audiamus & Rhodig. lib. 11. li. 19. Noſocomios dici putant, qui Noſocomij præfecturam gerunt. Nam parabolanos intelligunt medicos ... bula ægrotis aſſidentia ſeruitij cauſa: cum ſint proprie adſcriptitij glebæ, mentio ſit horum C. de epiſc. & cler. l. parabol ... Interpres tamen 27 ff. Parabolanos intelligi medicos ... Modeſtino circuitores vocentur? quoniam ciuitatem obeant, ægris opem laturi. Parabolani itaque contempta vita ... neris ſuſcipiebant, vt ægrotos in Alexandrina ... rent in noſocomijs, omni periculo ſe exponentes ... graſſante peſte, & ipſi raperentur. Pr. & Spie, Hor. autem tradit.

PARABOLANOS dici eos qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, teſtis eſt lex parabolanos, 18 C. de epiſc & cler. nomenque confictum putat ex eo, quod ſeſe audacter periculis omnibus objicerent neque vllius quamuis peſtiferi morbi contagionem timerent: nam παράβολοι dicuntur à Græcis quæ ſummis periculis objecta ſunt: vt cum Plutarch. ait de Cæſare, ... id eſt, dicebat in rebus dubiis, magnis & projectis accelerandum. Caſſiod. lib. tr. trip. Dum aliquando, inquit, tempore in amphitheatro Conſtantinopoleos ſpectaret, cœpit clamare populus Crudeli beſtiæ artifex parabolus pugnet. Vide Connan. lib. 1. c. 10. n. 5. adde Turneb. aduerſar. lib. 13. c. 15.

Παρακαταβολὴ depoſitum, fidejuſſio actionis genus, qua qui experiri volebant, pecuniam deponebant, decimam partem æſtimationis litis apud acta, tam actor, quam reus: mulctam ſcilicet futuram temere litigantis, Latine ſponſio dicitur. Bud. in comm.

Παραχαράκται falſi monetarij ſunt l. 8 C. Th. de falſ. mon. Suid. ... παραχαράττειν τὸ νόμισμα, & alio loco παραχαράκτης ... Heſych. ... Hi imperitante Aureliano vitiata moneta, & procuratore ſiue rationali monetarij Feliciſſimo interfecto aduerſus Imperatorem ſeſe extulerunt, quod Voſpic. Victor, Eutrop. & Suidas ſcribunt. Et vero eorum conditio certa quam dignitate mutare non poſſint, quia nec patet eis aditus ad honores l. 6. Cod. de dign. li. 12. Cujac. ad l. 1. C. de monileg. & gynæc. li. 11.

PARACHLAMYS, veſtimenti genus, non modo militare vt apud Plaut. in Perſa, ſed etiam puerile. Vlp. in veſt. de aur. & arg. leg. Alc. de veſt. lib. in l. 1. l. 11. Prat.

Παραδιάζευξις l. pen. Cod. de verb. ſign. dicitur, quoties quid ita disjungitur, vt tamen conjunctum intelligatur, qua loquendi forma etiam ... dicitur, cum quid ita recitemus, vt tamen tacitis nobis intelligatur: Cujac. ad leg. ſi vnus §. ſed ſi ſtipulatus, ff. de pact. Alc. in d. leg. pen. ... legit, ſed corrupte. (Donat.

PARADIGMA, eſt exempli hortantis, vel deterrentis enarratio.

Παράδεισος Galli appellant Parcs, in quibus varia animalia ad vſum voluptatis, aut venationis includuntur & poſſidentur, adempta naturali libertate, Balduin. Inſtit. de rer. diuiſ.

PARADORVM, barbarum & Langobardicum vocabulum, feudi

nobilitatem ſignificat: Quemadmodum ignobile feudum pædagogum vocitabatur, juxta Bald. & Aluar. teſte Barone Tantembergin, lib. 2. feud. Prat.

PARADOXA dicuntur ea, quæ ſunt præter opinionem & inaudita.

PARAGAVDÆ faſciæ dicuntur fuiſſe, vel aureæ vel ſericæ auro ornatæ, quæ veſtibus intexerentur, non vt inſtitæ adſuerentur, l. 2. Co. de veſt. holob. Nemo auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas, At l. 5. eod. tit. videtur genus eſſe veſtimenti virilis vt plurimum linei, quod ſub alia veſte gerebatur, vinctum nunc vno nexu, nunc pluribus loris, auratis fortaſſe. Hinc Vopiſc. in Aurelian. alias monolores, alias dilores, alias trilores & pentelores facit, pro numero intextorum filorum aureorum, quæ videntur lora appellaſſe, vel intextu eam ipſam potius. Auratas tamen etiam fuiſſe & ſericas, auro intextas phrygio ſiue Barbarico opere dd. ll. docent. Nec vero hæ pluris erat, quam holoberæ: libra enim auri tunc libra ſerici erat, vt Vopiſc. ſcribit in Aureliano, & in l. Rhodia, ἀλουργαῖς ἐσθῆσι χρυσέαις Paragaudarum meminit Pollio in Claud. Albam, ſubſericam paragaudem triuncem vnam, Fla. Vopiſc. in Aurel. Cum darentur tunicæ ſubſericæ lineæ paragaudæ. Item in eodem. Paragaudas veſtes ipſe primus militibus dedit, cum antea non niſi rectas purpureas accepiſſent, &c. Idem in Probo: hunc dari jubebis interulas paragaudes duas. Paragauda autem verbum volunt quidam deduci à verbo γαυριᾶν, quod Heſychius λαμπρύνεσθαι interpretatur, quod qui iis veſtibus vterentur ἐγαυρίων & ſplendide ſe oſtentare ſolerent, o in u. corrupte mutato. Alij è Græco & Latino compoſitum, vt quoddam ornamentum & gaudium veſtis intelligatur. Alij denique quod limbo paragauda, & margini veſtis eſſet vicina, velut paracaudam, id eſt, juxta caudam, & oram veſtis, interpretantur. Vide Turneb. Aduerſ. lib. 9. cap. 11. Prat.

Παραγγάρεια eſt tranſitus per viam tranſverſam, Goth. ad l. 4. ff. de veteran. vide Παραγγαρεία.

Παραγγέλματα τῶν ἀρχόντων, ſicut præcepta ſiue monita quæ certis perſonis dantur à principe, veluti præfectis, & procuratoribus. Dion. 3 ἐντολάς vocat Goth. in rubr. C. de mad. princ. & in epigraph. Nou. Iuſtin. in 17.

PARAGIVM barbaricè dictum arbitratur Hot pro parlatione, & ea quam Feodiſtæ adæquationem hæreditatum appellant. Etſi autem propter ætatis prærogatiuam ſenſim moribus quibuſdam inſtitutum eſt, ne partes æquales fratribus diuiderentur ſed natu minoribus minores attribuerentur: tamen vt alijs quibuſdam in rebus re ſublata nomen retentum eſt, l. inſula 56. in fi. ff. de acquiren. rer. domin. vide ſummam Rural. & conſue. Norman. Paragij, jure ac titulo feudum poſſidere dicitur qui ejuſdem gentis ſiue ſtirpis eſt, cujus is, à quo feudum poſſidet: quippe cum feudum à communi ipſorum generis auctore, ac parente profectum ſit: velut in Normania, vbi in paternorum feudorum ſucceſſionibus filius natu maximus præcipui jure magnam ſibi partem aufert, nimirum beſſem: cæteris omnibus triens relinquitur, iſque paragij jure poſſidere dicitur. Nam in feudi ſucceſſione pares ſunt, quamvis natu maximus majorem partem auferat. Sed alij pari cum ipſo iure & tit. æque nobili poſſident: & ſtirpe ac genere pares ſunt. Inter tamen conſtitutum eſt, vt natu minor paragij nomine feudum ſuum à jure poſſideat, vſque ad gradum ſextum. Nam poſteriores tenentur fidelitatem & hominium ei qui beſſem obtinet, jurare, ac tum non paragij ſed homagij nomine poſſidere. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, Paragium eſſe titulum, quo feudi pars minor à fratribus natu minoribus, eorumve poſteris ita poſſidetur, vt majori fratri majorem partem obtinenti, eo nomine neque fidelitatem, neque hominium debeant: quippe qui pari jure ſtirpis, & pari titulo paternæ auitæve hæreditatis id obtineant: dummodo intra ſextum genealogiæ gradum contineantur. Prat.

PARADOCEA ipſarum aquarum pori, & meatus dicta ἀπὸ τοῦ παράγειν quod deducere eſt. Hine ἀγωγοί dicta Ælio Donato & cæteris Nam & ἀγωγὸς aquæductus eſt, Alc. in l. decernimus C. de aquæduct. lib. 11.

PARAGRAPHE latine exceptio dicitur, præſcriptio, effugium litis, compoſitio, illecebra, ratio alliciendi ἐπαγωγή & tropus apud Poëtas, cum præcedenti completo, ad alia fit tranſitus Budæus.

Παραγραφικὸς ἀγὼν litis eſt conteſtatio ſuper tranſlatione & ſuper exceptione, quam Cicero tranſlatiuam cauſæ conſtitutionem vocat.

PARAGRAPHVS id, proprie dicitur, quicquid ſub ea ſententia clauditur: ait Martianus Coſſias, antiquus Pandectarum interpres in illum locum, verſum tricies centena millia: verſituum, loquin, id eſt, paragraphorum, Paragraphus id eſt. &c. Obiter autem notandum eſt à Græcis hoc nomen in fœminino genere efferri, contra quam ab omnib ICtis vſurpatur. Pra.

Παραμονάριοι erũt villici, ſiue actores poſſeſſionum ex eorum genere, qui res Eccleſiaſticas adminiſtrant: quamuis alias hi videantur appellati Satellites, adſeclæ, buccelarij. Eſt enim Nicetæ ἀγροικοὶ παραμονὰς ἐφορῶν & ἀμφικτύων Paramonariorum meminit l. ſancimus 46. § 3. vbi Cujac. & Goth. C. de epiſc.

PARANGARIÆ ſumptus aut labores, agendi ferendive alicuius cauſa à principe impoſiti, cum non per viam, ſed alia verſum iter ſuſcipitur, in l. 2. C. de epiſc. & cler. l. 2. C. de quib. muneri. vel præſtatio. libr. 10. l. 13. C. de excuſ. muner. cod. leg. 2. C. de præf. præt. lib. 12. l. 3. C. de ſilentiar. l. 2. & l. 21 C. de curſu publ. 2. Cod. de præb. ſac. cubic. libr. 12. & lib. 2. feud. tit. Quæ ſint regaliæ Guilhelmus Tyrenſis Pontifex lib. 5. Belli ſacri cap. 19. Hos etiam ait, tantis angariis affligebant & parangariis, vt melius videretur eſſe his quos ab vrbe depulerant, quam quibus pro ſummo beneficio vrbis indulſerant habitationem. Nam & pecuniarias eis ſæpius mulctas infligebant, id quod habere videbantur violenter extorquentes, & ad quælibet ſordida munera & opera ciuilia rapiebant inuitos. Nam ſi erigendæ eſſent machinæ, aut immenſi ponderis transferendæ trabes, ſtatim id eis muneris iniungebatur. Hi lapides & cementa & quamcunque materiam ad opus ædificiorum neceſſariam circumferre compellebantur: hi iaculatoriis & machinis molares qui extra mitterentur, tenebantur miniſtrare, & funibus quibus extra contorquebantur inſeruire: Eodem modo & parangariarum nous idem auctor exponit li. 8. c. 8. & lib. 9. c. 17. Briſſ. Angaria eſt, qua curſus publicus diſpoſitus eſt: parangaria in vniverſum vtrumque onus à prouincialibus exigitur in tranſvectione armentorum, l. vltim. Cod. de fabric. libro 2. Cujac. ad rubric. C. de cenſu public. angar. & parang. lib. 12.

PARANYMPHVS, de quo mentio habetur in c. ſponſus 25. diſt. ab antiquis auſpes dicebatur; præerat enim nuptijs celebrandis, in quibus auſpicium capi conſuetum erat: & ideo à Græcis, paranymphi appellantur, & ſicut auſpex pro viro, ita pro parte ſponſæ pronuba adhibebatur, vt ſcribit D. Hiero. Auguſtali, 14 de ciuit. Dei Nonne omnes, inquit, famulos, atque ipſos etiam paranymphos, &c.

PARAPETEVMA, non petitema, teſſeræ nomen eſt, quæ πινάκιον à Græcis appellatur & πιττάκιον & προγραφή, cui etiã Marti. ſuæ pietatis nomen inſeri iubet, ſumpto plane exemplo ex l. 2. C. de frum. Alex. lib. 11. Cujac. ad l. 2. Cod. de annon. ciuilibus, d. lib. 2,

PARAPHERNA, παράφερνα, iuncto ex παρὰ & φερνὴ nomine dicuntur ea quæ præter dotis cauſſam viris deferuntur, i. res vxoris extra dotem conſtitutæ, vel res, quas vxor in domo mariti in vſu habet. Vlp. in l. 9. §. 2. ff. de jur. Dot. Dotis autem cauſſa accipitur debemus ea, quę in dotem dantur. Cęterum ſi res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli peculium appellãt: videamus an ſtatim efficiantur mariti. Exemplum apud Liu. extat in libro 26. de Scipione Afric. qui capta Carthagine virginem nobilem Allucio adoleſcenti Celtiberorum principi deſponſatam reddidit, vt pecuniam ad illam redimendam à parentibus allatam adiiceret: ſuper dotem, inquiens quam accepturus a ſocero es, hæc tibi à me dotalia dona accedant. aurumque tollere, ac ſibi habere iuſſit Cic. Philipp. 2. His quaſi præter dotem quam in ciuilibus malis acceperunt, agrum Campanum eſt largitus Antonios. Conſtant. Harmenop. ἐξώπροικα vocat Hot. ex Cunoani lib. 8. c. 8. num. 9. adde Tiraquell. comment. leg. connub gloſſ. 9. in text. *Ne les ſiens propres.*

PARAPHERNALIA quæ dicantur, vide Alex. lib. 1. conſ. 42. col. 6. verſ. nec obſtat, & lib. 2. conſ. 63. col. vltim. poſt Bald. in l. ſi ego, §. dotis cauſa, ff. de jur. dot. Paraphernalia autem an fiant mariti, diſputat Vlp. in l. ſi ego, §. dotis cauſa, ff. de jur. dot. & D. Alex. in l. pen. ff. ad l. Faleid. licet in volgatis codicibus apud Vlp. paſſim Paraphernalia legatur, & ita etiam proferant omnes ætatis noſtræ Iureconſ. cum tamen parapheroalia dicere debeamus: vt etiam apud Impe. obſeruari licet, in rubr & toto illo tit. Cod. de pact. conuent. dictio enim Græca eſt, & compoſita à παρὰ, quod eſt præter, & φερνὰ dos: & ideo Sidonius Appollinaris Paraphernica dixit, non Paraphrenica, à matre puellæ ſponſæ tradita. Cotta.

Παραπλεῖν, l. 19 §. 2. ff. de judic. eſt nauigio præteruehi, & diſtinguitur is, qui παροδεύει à viatore, qui ſuis pedibus iter facit: item ab eo qui tranſuehitur equo ſcilicet. Prat.

Παραπομπή, in Nou. 128. & l 14. Cod de diſcuſ ſumptus dicuntur prouincialium in ſpeciebus tranſmittendis ad aream præfecti prætorio, quæ & ἀγωγαὶ dicuntur: hoc nomen retinuit Iulianus Patritius eadem Nou. §. καὶ τὰ Haloan. vertit tranſmiſſoria. Prat.

PARAPSIDES in l. cum aurum 19. §. argento, 19. ff. de aur. arg. Sid. Apollin. libro a epiſt. ad Domit. Quo inſitem, inſtitutumque multas epulas pauci paraphidibus apponi. Iſidor. lib. 20. Etym. c. 4 Parapſida quadrangulum & quadrilaterum vas [illegible] ſcribit. Sunt qui paropſidem ſcribant, & [illegible], id eſt, [illegible], deducunt. Briſſ. Cujac. tamen 10. obſeru. 37. circ. fin. putat, Iſidorum forſitan ſpale paraſida quadrangulis & quadrilaterum vas, id eſt, [illegible] apſidibus vertiſſe licet non [illegible]get, quod abſides & paraphides in leg. 19. [illegible] inter vaſa numeretur, ciſqui iungantur [illegible] Græci, vt in l

in leg. 25. reticula crocuſantia. Nam & Parapſis Heſychio ὀξυβάφιον eſt & τρυβλίον Moſchopulo ὀξύβαφον ἀγγεῖον imo & Heſychio: & gloſſæ Latinorum: Parapſis (inquiunt) acetabulum majus & ſuffuſorium. Apſis igitur vas eſt, in quo ponitur eſca. Parapſis vero eſt, quod illi accedit acetabulum. Cujac. d. loc.

Parare pro præparare. Merito accuſationem parante: & probationibus inſtituente, l. 2. §. vlt ff. ad l. Iul. de adult.

Parari interdum eſt adquirere, Briſſ.

Parari etiam dicitur, quod alicui vſui deſtinatur, Briſſ.

Parare alias eſt comparare, emere. Sic parare hominem, l. 31 §. 1. ff. de reb. cred.

Parariva, proxeneta alias dicitur, qui nominibus faciendis interuenit conciliator interceſſorque inter emptorem & venditorem. Sen. lib. 2. c. 23 de ben. Quidam volunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios. Vide Rhodig. lib. 6. cap. 32. Spieg.

Pararium æs appellabatur id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Feſtus. Parariis interpoſitis nomina facere, Seneca lib. 3 de benefic. c. 15 Prat.

Paraſanges, vt Herodoto & Xenophonti videtur, triginta ſtadia ſunt iuxta Iudæos vero & Perſas vno & viginti ſtadiis terminatur, & ipſum id ſentiunt. Lazi, & iure, vt arbitror. Nam & apud hoc bajuli, vbi ſingulos paraſanges pertranſiere, & onera, quæ geſtant, deponunt, & ipſi parumper quieſcunt, aliis in ferendo viciſſim onere ſuccedentibus, idque quoties factitant, eodem ſpacio itinera metiuntur & interrumpunt. Quamobrem Plinius lib 6. c. 26. ita inquit, inconſtantiam menſuræ diuerſitas auctorum facit, cum Perſæ quoque ſchœnos paraſangas alij alia menſura determinent. Quin etiam Strabo lib. 11. ita ſcribit, τὴν δ' ἀσχοινίαν τ. ... ἑξήκοντα σταδίων φασὶν, οἱ δ' τετταράκοντα. Sed vehementer admiror Leonar. Portium lib. 2 de pond. & menſ. ſcripſiſſe ſchœnos 30. ſtadiis conſtare, & paraſangas 30. quandoquidem neutrum horum alicubi legitur, & omnes ſcriptores aperte aiunt plura ſtadia continere ſchœnum, quam paraſangam. At ſtadium efficit 125. paſſus, pedes vero 625. Ita Plinius lib. 2. cap. 23. & dictum eſt ἀπὸ τοῦ στῆναι, quod Hercules eo ſpacio vno ſpiritu confecto conſtitiſſet. Quo fit, vt jure merito nonnulli reprehendi poſſint, qui de ſtadio longe aliter tradiderunt. Quandoquidem Cenſorinus idem de ſtadio ... ſcribit, quod Plin. 10 lib. de die natali. At ſtadium Olympicum eſt pedum D. V. & Pythicum mille. eodem Cenſorino ... Ferrand l. 2. explicat. in §. ſi vero alter. vt om. obed ... c. 21.

Παραστατικὴ δίκη, actio ad exhibendum, quam intendit is, qui rem præſentem vindicaturus eſt. Spieg.

Paraſcenia, ſunt ab vtroque latere ſpatia in ſcena: nam ſcenam nonnulli interpretantur medianam theatri portam Prat.

Paraſceve, apparatus, à Græco verbo παρασκευάζω quod eſt præparo dicitur.

Paraſitus eſt qui aliorum menſas & cibaria ſequitur, quique ad voluntatem ejus in cujus contubernio ſit omnia loquitur & facit, nihil repugnans, cibi & ventris gratia, à quo nomen habet: nam παρὰ apud Græcos eſt ad σῖτος cibus, σιτία ſagina. Apud vetuſtiſſimos autem honeſtum fuit verbum: paraſitique vocabantur comites, ſodaleſque Pontificum & magiſtratuum, vt docet Athenæus lib. 6.

Parasinaxes, παρασυνάξεις, conuentus, coitiones, conuenticula hæreticorum, in l quicunque, 8 C. de hær. & Manich. Hot.

Parati pecunia ſolutioni, quomodo accipitur. declarat Bar. in l. ſingularia, ff ſi cert. pet. Spieg.

Parata vxoris cauſa. Quære, vxoris cauſa.

Παρατεινόντως ſignificat extenſiue & cum quodam temporis ſpatio atque tractu l. 1. ff. vnde legit l. 6. ff. ad Tertyll. leg. 2. in fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Briſſ.

Paratio pro comparatione. Etiamſi difficilis rerum alienarum paratio ſit, l. 39. §. 1 ff. de leg. 3.

Παράτιτλα, argumenta & quaſi ſummæ tractatuum, ad quemque titulum ſeu rubricam appoſitæ, vnde fieri de toto tractatu conjectura poſſit: quaſi cauſæ quædam coniectio. Imp. de concep. ff dig. 9 Sed ſufficiat per judices tantummodo & titulorum ſubtilitatem, quę παράτιτλα, nuncupantur, quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo, Hot. Prat.

Paratitla quorum fit mẽtio in l. 2. hoc autem, C. de vet. jur. encl. vt teſtatur Haloand. nihil aliud, inquiens, complectuntur, quam breues quaſdam notas eorum locorum, quæ vel ſimilitudinem aliquam, vel pugnantiam præ ſe ferre videntur dicta quaſi tituli cum titulo collatio id quod veteres, ante Bartoli ætatem ſecundum Iuſtiniani præceptum ſemper & ſolum feciſſe teſtantur adhuc vetuſti Codices ſolis ejuſmodi paratitlis inſigniti. Spie.

Paratitla Græca dictio eſt, qua vtitur Iuſtinianus in leg. 1. §. pen. C. de vet. jur. enucl. apud quem tamen Paratitta mendoſe legitur. Paratitla autem in eo loco Iuſtiniani, apud nos ſummas rerum interpretari poterunt: quales ſcripſerunt Azo, & alij, qui per titulos admonitoria quędam, ſiue præludia collegerunt: quod ab Imperatore ibi permiſſum eſt. Contra.

Paratus ſoluere dicitur, qui numeratam fert pecuniam, arg. §. ſi quis paratus, in l Pictor, ff. de oper. non. nunc. Spieg.

Paratus etiam dicitur, qui præſto ad aliquid ſine vlla mora agendum, faciendum, adeſt.

Parauredi videntur eſſe maiores equi agminales, quos poſteriores paraſredos vocarunt, vt in lege, Baiuuariorum. Paraſredos, inquit, donent, aut ipſi vadant, vbi eis injunctum fuerit. Eſtque ea hodie equorum appellatio Gallorum, Italorum, Hiſpanorumque communis, Cujac. ad rubr. C. de curſ. publ. Paraueredorum meminit l. 2. & l. 21. C. de curſu publ. lib. 12. l. 53. Cod. de excuſ. mun. lib. 10. lex 2. Cod. de præpoſit. ſac. cubic. li. 12. l. 3. C de ſilentiar. lib 12. & Caſſiod. lib 11. Variar. Epiſt. ad Gaudioſum, & li. 5. Epiſt. ad Ampelium Briſſ. Adde Cujac. ad l. 4. C d. tit. de curſu publ. ang. & parang. qui dicit, parauer edos à Græcis appellari parhippos, l. vlt. d. tit. de curſ. pub.

Parcas tres antiquis Romanis fuiſſe docet ex Varrone Gell. quæ ipſe à partu nuncupatæ, & quibus tria nomina impoſita fuerunt: Mortæ, Nonæ & Decimæ. Mortam enim quaſi mortem appellaſſe eam quæ pręſſes octauo menſe genitis. Vide late Connan. lib. 7. c. 7. nu. 2.

Parciſſime, id eſt, parate Briſſ.

Parcius, & multo parcius, l. 24. §. Scæuola, & §. reſtituendo, minor.

Parcus compoſito vocabulo dictus eſt, quaſi par arcæ: quando ſicut in arca omnia reconduntur, ejuſque cuſtodia ſeruantur & continentur, ita homo tenax paruoque contentus, omnia cuſtodita & recondita habet ſicuti arca, quam ob cauſam parcus. quaſi par arcæ nominatus eſt. Gell. lib. c. 19.

Parectati, qui de pueritia venerũt ad pubertatẽ Vide Nonium.

Πάρεδροι præſidium, h. e. qui Magiſtratus in publicum prodeuntes apud Græcos quoque præcedebant, falſo intelliguntur verbo anteceſſoris, Haloander in epiſt. Pand. Hos oportebat eſſe vitæ inculpatiſſimæ, de qua antequam poſſent Iudicibus aſſidere, apud quingentos viros prytanes primum, ſecundo inter Areopagitas, quouis volente per præconem (vt jam à me eſt notatum) ad accuſandum admiſſo, rationem reddidiſſe oportebat. Cauſſam tam ſeueræ perquiſitionis erat: quod res periculi plenas, & in quib. maxima fide opus eſt tractarent, nempe judicum ſententias, quas vnum verbum omiſſum, mutatum, alio tranſlatum aut à ſcriba celerrime excipiente additum, poterat euertere, inq. contrarium trahere, aut ſaltem partim à judicis mente multum abducere. Erant itaque veluti ſcribæ obſeruatores, diſpunctoreſque eorum, quæ tranſcripſiſſet dictante judice. Poſtellus de magiſtratibus Athenienſium c. 51.

Παραχείρησις, apud Quintil eſt, vt ſcribit Turn. aduerſ. l. 12. cap. 16. cum vel præter orationem, vel declamationem, hujus tantum vel illius cauſa, vel orator, vel rhetor de ordine capitum, diuiſione cauſę, collatione & diſpoſitione apud ſe exigit & peruestigat, aut diſcipulos inſtituendo quæſtiones & capita docet, & vltro eos, qui idem argumentum tractarunt, excogitare aliquid conatur. Quod enim id præter vel orandi vel declamandi officium & munus ſit, & aliquid præter alios excogitandi, labor ſuſcipiatur, παραχείρησις vocatur, velut conatus quidam & aggreſſio præter legitimum opus. Prat.

Parens, vulgo pater & mater ſignificant: ſed juriſprudentes auos & proauos, auias & proauias parentum nomine appellari dicunt. Paul. de grad. affin. l. 1 Coſſ. & Cajus l parentis appellatione de verb. ſig. Igitur & in pœnal. parentis appellatio matrem complectitur, ſecundum gl. in verbo, minus auſuros, & ibi Bal. notat in l. quiſquis, C. ad l. Iul. Majeſt. At latius hodie quoque vulgo parentes intelliguntur ejuſdem gentis, eins Geſchlechts, & inuicem quoquo modo conjuncti. Hinc parentela quæ dictio apud Capitolinum in Gordiano legitur. Spieg.

Parantalia inſtituit Romulus, cum Remi occiſi manes placatos vellet, quæ Lemuria quaſi Remuria dicta ſunt, menſe Majo per triduum celebranda anniuerſario ritu, ob quam rem nubere illo Menſe religioſum fuit: vnde Ouidius Menſe malum Majo nubere vulgus ait. Conn. lib. 8. c. 5. n. 1.

Parentare eſt defunctis vita parentib. juſta perſoluere: quanquam etiam & auorum & majorum, & aliorum amicorum manib. ſacrificare ſignificaret. Dicimus etiam parentare alicui cæſo, pro mortem alicujus vlciſci, hominis cæſi pœnas perſequi: quod Græci Τιμωρεῖσθαι dicunt & Τιμωρεῖν. Budæo teſte. Hinc Parentalia dicebant eos dies quibus parentare, & juſta mortuis facere liceret. Hæc ipſa quidem parentalia ab antiquis menſe Februario celebrari ſolita erant, qui tum erat vltimus anni menſis, poſtmodum vero ſecundus factus. Sed Decius Brutus Decembrem ſequebatur. Hoſtia autem maxima parentare, pietatis adjunctum putabat, Brech. in l. appellatione, 51. ff. de verb. ſig.

Parentis appellatione non tantũ pater, ſed et auus & proauus ac deinceps omnes ſuperiores continentur, et & mater & auia, proauiaque inquit Caius i. ... apud ... Caium parentes omnes in inf... ... conſtat ex l. 1. & l. 5. ff. de gradib. Sed ...

nobilitatem ſignificat: Quemadmodum iguobile feudum pædagogum vocitabatur, juxta Bald.& Aluar.teſte Batone Tautembergio, lib.2.feud.Prat.

Paradoxa dicuntur ea, quæ ſunt præter opinionem & inaudita.

Paragaudæ faſciæ dicuntur fuiſſe, vel aureæ vel ſericeæ auro ornatæ, quæ veſtibus intexerentur, non vt inſtitæ adſuerentur, l.2.Co.de veſt. holob. Nemo auratas babeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas, At l.5.eod.tit. videntur genus eſſe veſtimenti virilis vt plurimum linei, quod ſub alia veſte gerebatur, vinctum nunc vno nexu, nunc pluribus loris, auratis fortaſſe. Hinc Vopiſc. in Aurelian. alias monolores, alias dilores, alias trilores & pentelores facit, pro numero intextorum filiorum aureorum, quæ videntur lora appellaſſe, vel intexturam ipſam potius. Auratas tamen etiam fuiſſe & ſericas, auro intextas phrygio ſiue Barbarico opere dd.ll. docent. Nec vero hæ pluris erat, quam holoberæ: libra enim auri tunc libra ſerici erat, vt Vopiſc. ſcribit in Aureliano, & in l.Rhodia, ὁλοσηρικὴ ἰσοσταθμεῖ χρυσίῳ Paragaudarum meminit Pollio in Claud. Albam, ſubſericam paragaudem triuncem vnam, Fla. Vopiſc. in Aurel. Cum darentur tunicæ ſubſericæ lineæ paragaudæ. Item in eodem. Paragaudas veſtes ipſe primus militibus dedit, cum antea non niſi rectas purpureas accepiſſent, &c. Idem in Probo: huic dari jubebis interulas paragaudes duas. Paragauda autem verbum volunt quidam deduci à verbo γαυριᾶν quod Heſychius λαμπρύνεσθαι interpretatur, quod qui iis veſtibus vterentur ἐγαυριῶντο & ſplendide ſe oſtentare ſolerent, o in u. corrupte mutato. Alij è Græco & Latino compoſitum, vt quoddam ornamentum & gaudium veſtis intelligatur. Alij denique quod limbo paragauda, & margini veſtis eſſet vicina, velut paracaudam, id eſt, juxta caudam, & oram veſtis, interpretantur. Vide Turneb. Aduerſ.lib.9.cap.11.Prat.

Παραγγάρευσις eſt tranſitus per viam tranſverſam, Goth. ad l.4.ff.de veteran. vide Παραγγαρεία.

Παραγγέλματα τῶν ἀρχόντων, ſicut præcepta ſiue monita quæ certis perſonis dantur à principe, veluti præfectis, & procuratoribus, Dion. 3 ἐντολὰς vocat Goth. in rubr. C. de mad. princ. & in epigraph. Nou. Iuſtin. in 17.

Paragium barbaricè dictum arbitratur Hot pro parlatione, & ea quam Feudiſtæ adæquationem hæreditatum appellant. Etſi autem propter ætatis prærogatiuam ſenſim moribus quibuſdam inſtitutum eſt, ne partes æquales fratribus diuiderentur ſed natu minoribus minores attribuerentur: tamen vt alijs quibuſdam in rebus re ſublata nomen retentum eſt, l. inſula 56.in fi.ff.de acquiren. rer. domin. vide ſummam Rural. & conſue. Norman. Paragij, jure ac titulo feudum poſſidere dicitur qui ejuſdem gentis ſiue ſtirpis eſt, cujus is, à quo feudum poſſidet: quippe cum feudum à communi ipſorum generis auctore, ac parente profectum ſit: velut in Normania, vbi in paternorum feudorum ſucceſſionibus filius natu maximus præcipui jure magnam ſibi partem aufert, nimirum beſſem: cæteris minibus trientes relinquitur, iſque paragij jure poſſidere dicitur. Nam in feudi ſucceſſione pares ſunt, quamvis natu maximus majorem partem auferat. Sed alij pari cum ipſo iure & tit. æque nobili poſſident: & ſtirpe ac genere pares ſunt. Iure tamen conſtitutum eſt, vt natu minor paragij nomine feudum ſuum à jure poſſideat, vſque ad gradum ſextum. Nam poſteriores tenentur fidelitatem & homiotum ei qui beſſem obtinet, jurare, ac tum non paragij ſed homagij nomine poſſidetur. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, Paragium eſſe titulum, quo feudi pars minor à fratribus natu minoribus, eorumve poſteris ita poſſidetur, vt majori fratri majorem partem obtinenti, eo nomine neque fidelitatem, neque homiotum debeant: quippe qui pari jure ſtirpis, & pari titulo paternæ auitæve hæreditatis id obtineant: dum modo intra ſextum genealogiæ gradum contineantur. Prat.

Paragogia ipſarum aquarum pori, & meatus dicta ἀπὸ τοῦ παράγειν quod deducere eſt. Hinc παραγωγὴ dicta Ælio Donato & cæteris Nam & ἀγωγὸς aquæ ductus eſt, Alc. in l. decernimus C.de aquæduct. lib.11.

Paragraphe latine exceptio dicitur, præſcriptio, effugium litis, compoſitio, illecebra, ratio allıciendi παράγραφος & tropus apud Poëtas, cum præcedenti completo, ad alia fit tranſitus Budæus.

Παραγραφικὸς ἀγὼν litis eſt conteſtatio ſuper translatione & ſuper exceptione, quam Cicero translatiuam cauſæ conſtitutionem vocat.

Paragraphus id, proprie dicitur, quicquid ſub ea ſententia clauditur: ait Martianus Coſſias, antiquus Pandectarum interpres in illum locum, verſum tricies centena millia: verſuum, inquit, id eſt, paragraphorum, Paragraphus id eſt. &c. Obiter autem notandum eſt à Græcis hoc nomen in fœminino genere efferri, contra quam ab omnib ICtis vſurpatur. Pra.

Παραμονάριοι erũt villici, ſiue actores poſſeſſionum ex eorum genere, qui res Eccleſiaſticas adminiſtrant: quamuis alias hi videantur appellari Satellites, uſſeclæ, bucelarij. Eſt enim Nicetæ παραμονὰ πλεονεξίαν ἀπαιτεῖν Paramonariorum meminit l.ſancimus 46.§ 3.vbi Cujac.& Goth.C.de epiſc.

Parangariæ ſumptus aut labores, agendi ferendive alicujus cauſa à principe impoſiti, cum non per viam, ſed alia verſum iter ſuſcipitur, in l.2. C.de epiſc.& cler.l.5.C.de quib.munerib. vel præſtatio. libr. 10.l.13.C.de exenſ. muner.eod.leg.2. C.de præf. præt. lib.12.l.3. C.de ſilentiar.l.2.& l.21.C.de curſu publ.2.Cod.de præb. ſac.cubic.libr. 12. & lib. 2. feud.tit. Quæ ſint regaliæ Guilbelmus Tyrenſis Pontifex lib. 5. Belli ſacri cap. 19.Hos etiam ait, tantis angariis adfligebant & parangariis, vt melius videretur eſſe his quos ab vrbe depulerant, quam quibus pro ſummo beneficio vrbis indulſerant habitationem. Nam & pecuniarias eis ſæpius multas infligebant, id quod habere videbantur violenter extorquerent, & ad quælibet ſordida munera & opera ciuilia rapiebant inuitos. Nam ſi erigendæ eſſent machinæ, aut immenſi ponderis transferendæ trabes, ſtatim id eis muneris iniungebatur. Hi lapides & cementa & quamcunque materiam ad opus ædificiorum neceſſariam circumferre compellebantur: hi jaculatoriis & machinis molares qui extra mitterentur, tenebantur miniſtrare, & funibus quibus extra contorquebantur inſeruire: Eodem modo & parangariarum onus idem auctor exponit l.8.c.8.& lib. 9. c. 17. Briſſ. Angaria eſt, qua curſus publicus diſpoſitus eſt: parangaria alioverſum vtrumque onus à prouincialibus exigitur in tranſuectione armorum, l.vltim Cod.de fabric.libro 2.Cujac. ad rubric.C.de curſu public.angar.& parang.lib.12.

Paranymphus, de quo mentio habetur in c. ſponſus 23.diſt. ab antiquis auſpes dicebatur: præerat enim nuptijs celebrandis, in quibus auſpicium capi conſuetum erat: & ideo à Græcis, paranymphi appellantur, & ſicut auſpex pro viro, ita pro parte ſponſæ pronuba adhibebatur, vt ſcribit D. Hiero. Auguſtali, 14 de ciuit Dei Nonne omnes, inquit, famulos, atque ipſos etiam paranymphos, &c.

Parapetaſma, non periteuma, teſſeræ nomen eſt, quæ πινὰξ à Græcis appellatur & πιττάκιον & παραπιττάκιον, cui etiã Marti. ſuæ pietatis nomen inſeri iubet, ſumpto plane exemplo ex l. 2. C.de frum. Alex.lib. 11. Cujac. ad l.2. Cod.de annon.ciuilibus, d.lib.2.

Parapherna, παράφερνα, juncto ex παρὰ & φερνὴ nomine dicuntur ea quæ præter dotis cauſſam viris deferuntur, i.res vxoris extra dotem conſtitutæ, vel res, quas vxor in domo mariti in vſu habet. Vlp. in l. 9. §. 2. ff. de jur. Dot. Dotis autem cauſſa accipitur debemus ea, quæ in dotem dantur. Cæterum ſi res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli peculium appellãt: videamus an ſtatim efficiantur mariti. Exemplum apud Liu.extat in libro 26. de Scipione Afric. qui capta Carthagine virginem nobilem Allucio adoleſcenti Celtiberorum principi deſponſatam reddidit, vt pecuniam ad illam redimendam à parentibus allatam adijceret: ſuper dotem, inquiens quam acceпturus a ſocero es, hæc tibi à me dotalia dona accedant, aurumque tollere, ac ſibi habere iuſſit Cic. Philipp XII. His quaſi præter dotem quam in ciuilibus malis acceperunt, agrum Campanum eſt largitus Antonius. Conſtant. Harmenop. ἐξώπροικα vocat Hot.ex Conuani lib.8.c.8. num.9.adde Tiraquell.comment. leg.connub gloſſ.9. in text. *Ne les ſiens propres.*

Parapheṙnalia quæ dicantur, vnde Alex.lib.1.conſ.42.col. 6.verſ. nec obſtat, & lib.2.conſ.63 col. vltim. poſt Bald. in l. ſi ego, § dotis cauſa, ff.de jur.dot. Paraphernalia autem an fiant mariti, diſputat Vlp. in l.ſi ego, §.dotis cauſa, ff.de jur.dot.& D.Alex. in l.pen.ff.ad l.Falcid. licet in vulgatis codicibus apud Vlp. paſſim Paraphernalia legatur, & ita etiam proferant omnes ætatis noſtræ Iureconſ cum tamen parapherualia dicere debeamus: vt etiam apud Impe. obſeruari licet, in rubr. & toto illo tit.Cod.de pact. conuent. dictio enim Græca eſt, & compoſita à παρὰ, quod eſt præter, & φερνὴ dos: & ideo Sidonius Appollinaris Paraphernica dixit, non Paraphrenica, à matre puellæ ſponſæ tradita. Cotta.

Παραπλεῖν, l.19 §.2.ff.de judic.eſt nauigio prætervehi, & diſtinguitur it, qui παραπλεῖν à viatore, qui ſuis pedibus iter facit: item ab eo qui tranſuchitur equo ſcilicet. Prat.

Παραπομπή, in Nou.128.& l 14.Cod de diſcuſ.ſumptus dicuntur prouincialium in ſpeciebus tranſmittendis ad arcam præfecti prætorio, quæ & ἀγωγαὶ dicuntur: hoc nomen retinuit Iulianus Patritius eadem Nou. §. κγ' Ἐπὶ Haloan. vertit tranſmiſſionia. Prat.

Parapſidas in l.eum aurum 19.§.argento,19 ff.de aur.arg.Sid. Apollin. libro 2 epiſt. ad Domit. Quo inſitum, inſtitutomque multas epulas pauci parapſidibus apponi. Iſidor.lib.20. Etym. c.4 Parapſida quadrangulum & quadrilaterum vas fuiſſe ſcribit. Sunt qui paropſidem ſcribant, & ἀπὸ τοῦ ὄψου, id eſt, obſonio, deducunt Briſſ. Cujac. tamen 10.obſeru. 17.circ.fin.putat, Iſidorum forſitam male paraſida quadrangulũ & quadrilaterum vas, id eſt, paribus apſidibus vertiſſe licet non neget, quod abſides & parapſides in leg 19.& 31. inter vaſa cumerentur, eiſque iungantur acetabula, id eſt, ὀξύβαφα. Latinum argu Græco, vt in l

in leg. 25. reticola crocuſautia. Nam & Parapſis Heſychio ὀξυβάφιον eſt & Τρυβλίον Moſchopulo ὀξύβαφον ἀγγεῖον imo & Heſychio: & gloſſæ Latinorum: Parapſis (inquiunt) acetabulum majus & ſuffuſorium. Apſis igitur vas eſt, in quo ponitur eſca. Parapſis vero eſt, quod illi accedit acetabulum. Cujac. d. loc.

Parare pro præparare. Merito accuſationem parante: & probationibus inſtituente, l. 2. §. vlt ff. ad l. Iul. de adult.

Parari interdum eſt adquirere, Briſſ.

Parare etiam dicitur, quod alicui vſui deſtinatur, Briſſ.

Parare alias eſt comparare, emere. Sic parare hominem, l. 31. §. 1. ff. de reb. cred.

Parariva, proxeneta alias dicitur, qui nominibus faciendis interuenit conciliator interceſſorque inter emptorem & venditorem. Sen. li. 2. c. 23 de ben. Quidam volunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios. Vide Rhodig. lib. 6. cap. 32. Spieg.

Pararium æs appellabatur id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur, Feſtus. Parariis interpoſitis nomina facere, Seneca lib 3 de benefic. c. 15 Prat.

Parasanges, vt Herodoto & Xenophonti videtur, triginta ſtadia ſunt iuxta Iudæos vero & Perſas duo & viginti ſtadiis terminatur, & ipſum id ſentiunt. Lazi, & iure, vt arbitror. Nam & apud hos bajuli, vbi ſingulos paraſanges pertranſiere, & onera, quæ geſtant, deponunt, & ipſi paulisper quieſcunt, aliis in ſecundo viciſſim onere ſuccedentibus, idque quoties factitant, eodem ſpacio itinera metiuntur & interrumpunt. Quamobrem Plinius lib. 6. c. 26. ita inquit, inconſtantiam menſuræ diuerſitas auctorum facit, cum Perſæ quoque ſchœnos paraſangas alij alia menſura determinent. Quin etiam Strabo lib. 11. ita ſcribit, [illegible] Sed vehementer admiror Leonar. Portium lib. 5 de pond. & menſ. ſcripſiſſe ſchœnos 30. ſtadiis conſtare, & paraſangas 50. quandoquidem neutrum horum alicubi legitur; & omnes ſcriptores aperte aiunt plura ſtadia continere ſchœnum, quam paraſangam. At ſtadium efficit 125. paſſus, pedes vero 625. Ita Plinius lib. 2. cap. 23. & dictum eſt [illegible], quod Hercules eo ſpacio vno ſpiritu confecto conſtitiſſet. Quo fit, vt iure merito nonnulli reprehendi poſſint, qui de ſtadio longe aliter tradiderunt. Quandoquidem Cenſorinus idem de ſtadio [illegible] tradit, quod Plin. in lib. de die natali. At ſtadium Olympicum eſt pedum D. V. & Pythicum mille. eodem Cenſorino [illegible] e. Ferrand l. 2. explicat. tu 5, ſi vero aliter, vt om. obed iudic pro c. 41.

Παραστατικὴ δίκη, actio ad exhibendum, quam intendit is, qui rem præſentem vindicaturus eſt. Spieg.

Parascenia, ſunt ab vtroque latere ſpatia in ſcena: nam ſcenam nonnulli interpretantur medianam theatri portam Prat.

Parasceve, apparatus, à Græco verbo παρασκευάζω quod eſt præparo dicitur.

Parasitus eſt qui alienam menſas & cibaria ſequitur, quique ad voluntatem ejus in cujus contubernio ſit omnia loquitur & facit, nihil repugnans, cibi & veneris gratia, à quo nomen habet: nam [illegible] apud Græcos eſt ad σῖτον cibus, σιτία ſagina, Apud vetuſtiſſimos autem honeſtum fuit verbum: paraſitique vocabantur comites, ſodaleſque Pontificum & magiſtratuum, vt docet Athenæus lib. 6.

Parasinaxes, παρασυνάξεις, conuentus, coitiones, conuenticula hæreticorum, in l quicunque, 8 C. de hær. & Manich. Hot.

Parati pecunia ſolutioni, quomodo accipitur. declarat Bar. in l. ſingularia, ff ſi cert. pet. Spieg.

Parata vxoris cauſa. Quære, vxoris cauſa.

Παρατατικῶς ſignificat extenſiue & cum quodam temporis ſpatio atque tractu l. 1. ff. vnde legit l. 6. ff. ad Tertyll. leg. 5. in fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat Briſſ.

Paratio pro comparatione. Etiamſi difficilis rerum alienarum paratio ſit, l. 39 §. 1. ff. de leg. 1.

Παράτιτλα, argumenta & quaſi ſummæ tractatuum, ad quemque titulum ſeu rubricam appoſitæ vnde fieri de toto tractatu conjectura poſſit: quaſi cauſæ quædam conjectio. Imp. de concep. ff. dig. 9. Sed ſufficiat per judices tantummodo & titulorum ſubtilitatem, quę παράτιτλα, nuncupantur, quædam admonitoria ejus facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo, Hot. Prat.

Paratitla quorum fit mẽtio in l. 2. hoc autem, C. de vet. jur. enucl. vt teſtatur Haloand. nihil aliud, inquiens, complectuntur, quam breues quaſdam notas eorum locorum, quæ vel ſimilitudinem aliquam, vel pugnantiam præ ſe ferre videntur dicta quaſi tituli cum titulo collatio id quod veteres, ante Bartoli ætatem ſecundum Iuſtiniani præceptum ſemper & ſolum feciſſe teſtantur adhuc vetuſti Codices ſolis ejuſmodi paratitlis inſigniti. Spie.

Paratitla Græca dictio eſt, qua vtitur Iuſtinianus in leg 1. §. pen. C. de vet. jur. enucl. apud quem tamen Piratitia mendoſe legitur. Paratitla autem in eo loco Iuſtiniani, apud nos ſummas rerum interpretari poterunt: quales ſcripſerunt Azo, & alij, qui per titulos admonitoria quędam, ſiue præludia collegerunt: quod ab Imperatore ibi permiſſum eſt. Cotta.

Paratum ſoluere dicitur, qui numeratam fert pecuniam, arg §. ſi quis paratus, in l Pictor, ff. de oper. non. nunc. Spieg.

Paratus etiam dicitur, qui præſto ad aliquid ſine vlla mora agendum, faciendum, adeſt.

Paravaredi videntur eſſe maiores equi agminales, quos poſteriores paraſredos vocarunt, vt in lege, Baiuuariorum. Paraſredos, inquit, donent, aut ipſi vadant, vbi eis iojunctum fuerit. Eſtque ea hodie equorum appellatio Gallorum, Italorum, Hiſpanorumque communis, Cujac. ad rubr. C. de curſ. publ. Parauuredorum meminit l. 2. & l. 51. C. de curſu publ. lib. 12. l. 13. Cod. de excuſ. mun. lib. 10. lex 2. Cod. de prępoſit. ſac. cubic. li. 12. l. 3. C de ſilentiar. l b. 12 & Caſſiod. lib 11. Variar. Epiſt. ad Gaudioſum, & li. 5. Epiſt. ad Ampelium Briſſ. Adde Cujac. ad l. 4. C d. tit. de curſu publ ang. & parang. qui dicit, parauеredos à Græcis appellari parhippos, l. vlt. d. tit. de curſ. pub.

Parcas tres antiquis Romanis fuiſſe docet ex Varrone Gell. quæ ipſe à partu nuncupatæ, & quibus tria nomina impoſita fuerunt: Moriæ, Nonæ & Decimæ. Mortam enim quaſi mortem appellaſſe eam quæ pręeſſet octauo menſe genitis. Vide late Connan. lib. 7. c. 7. nu. 2.

Parcissima, id eſt, parcaie Briſſ.

Parciva, & multo parcius, l. 24. §. Scæuola, & §. reſtituendo, minor.

Parcus compoſito vocabulo dictus eſt, quaſi par arcæ: quando ſicut in arca omnia reconduntur, ejuſque cuſtodia ſeruantur & continentur, ita homo tenax paruoque contentus. omnia cuſtodita & recondita habet ſicuti arca, quam ob cauſam parcus. quaſi par arcæ nominatus eſt. Gell. lib. c. 19.

Parectati, qui de pueritia venerũt ad pubertatẽ. Vide Nonium.

Πάρεδροι, præſidium, h. e. qui Magiſtratus in publicum prodeuntes apud Græcos quoque præcedebant, falſo intelliguntur verbo anteceſſoris. Haloander in epiſt. Pand. Hos oportebat eſſe vitæ inculpatiſſimæ, de qua antequam poſſent Iudicibus adſidere, apud quingentos viros prytanes primum, ſecundo inter Areopagitas, quouis volente per pręconem. (vt jam à me eſt notatum) ad accuſandum admiſſo, rationem reddidiſſe oportebat. Cauſſam tam ſeueræ perquiſitionis erat: quod res periculi plenas, & in quib. maxima fide opus eſt tractarent, nempe judicum ſententias, quas vnum verbum omiſſum, mutatum, alio tranſlatum aut à ſcriba celerrime excipiente additum, poterat euertere, inq; contrarium trahere, aut ſaltem partim à judicis mente multum abducere. Erant itaque veluti ſcribæ obſeruatores, diſpunctoreſque eorum, quæ tranſcripſiſſet dictante judice. Poſtellus de magiſtratibus Athenienſium c. 31.

Παρεγχείρησις, apud Quintil. eſt, vt ſcribit Turn. aduerſ. l. 25. cap. 12. cum vel preter orationem, vel declamationem, hujus tantum vel illius cauſa, vel orator, vel rhetor de ordine capitum, diuiſione cauſę, collatione & diſpoſitione apud ſe exigit & peruestigat, aut diſcipulos inſtituendo quæſtiones & capita docet, & vltra eos, qui idem argumentum tractarunt, excogitare aliquid conatur. Quod enim id præter vel orandi vel declamandi officium & munus ſit, & aliquid præter alios excogitandi, labor ſuſcipiatur, παρεγχείρησις vocatur, velut conatus quidam & aggreſſio præter legitimum opus. Prat.

Parens, vulgo pater & mater ſignificantur: ſed juriſprudentes auos & proauos, auias & proauias parentum nomine appellari dicunt. Paul. de grad. affin. l. ICuſſ. & Cajus l parentis appellatione de verb. ſig. Igitur & in pœnal. parentis appellatio matrem complectitur, ſecundum gl. in verbo, minus auſurus, & ibi Bal. notat in l. quiſquis, C. ad l. Iul. Majeſt. At latius hodie quoque vulgo parentes intelliguntur ejuſdem gentis, *eins Geſchlechts*, & inuicem quoquo modo conjuncti. Hinc parentela, quæ dictio apud Capitolinum in Gordiano legitur. Spieg.

Parentalia inſtituit Romulus, cum Remi occiſi manes placatos vellet, quæ Lemuria quaſi Remuria dicta ſunt, menſe Majo per triduum celebranda anniuerſario ritu, ob quam rem nubere illo Menſe religioſum fuit: vnde Ouidius Menſe malum Majo nubere vulgus ait. Conn. lib. 8. c. 3. n. 1.

Parentare eſt defunctis viris parentib. juxta perſoluere: quamquam etiam & auorum & majorum, & aliorum amicorum manib. ſacrificare ſignificaret. Dicimus etiam parentare alieni cæſo, pro mortem alicujus vlciſci, hominis cæſi pœnas perſequi: quod Græci Τιμωρεῖσθαι dicunt & Τιμωρεῖν. Budæo teſte. Hinc Parentalia dicebant eos dies quibus parentare, & juſta mortuis facere liceret. Hæc ipſa quidem parentalia ab antiquis menſe Februario celebrari ſolita erant, qui tum erat vltimus anni menſis, poſtmodum vero ſecundus factus. Sed Decius Brutus Decembrem ſequebatur Hoſtia autem maxima parentare, pietatis adjonctum putabat, Brech. in l. appellatione, 51. ff. de verb. ſig.

Parentis appellatione non tantũ pater, ſed etiã auus & proauus ac deinceps omnes ſuperiores continentur, ſed & mater & auia, proauiaque inquit Caius in eand. l. appellatione: quam Caium parentes omnes in inf[illegible] um aſcendentes intelligere conſtat ex l. 1. & l. 3. ff. de gradib. Sed contradicit primo ICtus

Paulus in l.fin.§.parentes, ff. de gradib. cogn.& affin. Parentes inquit, vſque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur; vlteriores, qui non habent ſpeciale nomen, maiores appellantur. Deinde Laur. Valla li.5.Eleg. cap.70. multis autoritatibus, quas Brechæus in d. l. appellatione citat, contendit parentes ſolum dici matrem & patrem à pariendo ſic dictos: Siquidem ea eaque parens eſt, qui quæque genuit ac procreauit prolem. Sic Virg. Eccl.5.

Incipe parve puer, cui non riſere parentes.

Et Iuuenalis:

Quæ monſtrant ipſi pueris traduntque parentes &c.

Et Cic. In Verr.7. Hæc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam petere? Et in orat. pro red. in Senat. Quod ſi parentes charissimos habere debemus, quod ab his nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita eſt: Et rurſus. Cum parentes (inquit) non alere nefarium ſit, noſtri principes antiquiſſimam & ſanctiſſimam parentem patriam fame necandam putant: Sic in famil. Epiſt. me ſicut alterum parentem obſeruat & diligit. Cæterum cum ortum noſtrum non ſolum patri ac matri tribuere poſſumus, ſed necesse ſit, vt illum omnibus noſtris aſcendentib. acceptum feramus (niſi n. hi inter medias perſonas genuiſſent, nos exiſtere non potuiſſemus) facile L. Vallæ opinio duorum, imo ICtorum grauiſſimorum teſtimonio, aliorumq; Lat. linguæ autorum ſuffragio eneruatur. Non n. ſi quinitur ſæpe & oratores & poetæ parentem pro ſola matre patreve accipiunt: Ergo ad reliquos aſcendentes non pertinet. Teſtatur Vlp. In l.4.§.1. ff. de in jus voc. Veteres diſputaſſe de eo an in infinitum ad omnes aſcendentes porrigeretur: Gajum verò Caſſium decreuiſſe omnes in infinitum accipiendos, eiuſq; decretum fuiſſe approbatum, nam & idem ante eum definiuit Labeo. Hus autem vixiſſe lingua latina cum primis florente notum ſit ex l. 2. ff de orig. jur. Proinde quis affirmare audet Cic. in illo in ſenatu pro reditu ſuo dicto non de omni aſcendente, ſed de patre matreque ſolummodo hoc pronuntiaſſe? an non eadem ex æquo omnibus ex quibus originem trahimus, debetur reuerentia? eadem pietas, l.2. ff. de juſt. & jur. dict. l. 4.§.1. & ibi Iaſ. ff. de in jus voc. facit lex. 1. l. 2. ff in jus voc. ſi. vt eant Sed nec in altero illo de alendis parentibus poteſt ſaltem de primi gradus parentibus locutus videri, cum etiam alimenta omnibus debeantur aſcendentibus l.1 §.2. ff. de agnat. & liber. alen. Quod vero ad l. fin.§ parentes, ff. de grad cognat. & affinit. attinet, non negat Gajus hoc loco, vt nec in dict. l. veteres Romanos docendi ac diſtinguendi gratia omnes omnium parentes diuiſiſſe in maiores ac parentes: idque conſtat ex d. l. 4 §.1. ff. de in ius voc. Sed nec in iure obtinuiſſe negat, vt parentes in infinitum de omnibus maioribus intelligere liceret, cum expreſſè morem Romanorum à juris diſpoſitione ſeparet: idque ex toto illo reſponſo & præcipuè ex fine d. l. fi. colligere fas eſt. Parentes itaque & maiores indiſcriminatim dicuntur omnes aſcendentes vltra tritauum etiam in infinitum. d.leg. 4.§.1. ff. de in ius voc. dict. l.5 §.8. ff. de agnoſc. & alen. liber. Gœdd. ad d.l. appellatione 51.n.2. de verb. ſig.

PARENTES pro cognatis ſumuntur Feudorum lib.1.cap.14. non reuocetur ab vllo ex parentibus ſuis. Et lib. 2. tit.31. Vaſallus cum ſex parentibus, cæteros ſi vult habeat extraneos. Et lib.3. tit.2 §.1. Cum duodecim propinquioribus parentib. ſe defendat. Hieronymus in Apologia 2. contra Rufinum: Niſi forte parentes militari vulgarique ſermone cognatos & affines nominat. Sic Iul. Firmic. Matheſ.3. cap. 13. Pigros faciet, humileſque in omnibus actibus, & in omni fortuna: & qui cum parentibus vel affinib. aſſiduas inimicitias exerceant. Imperatores porro deceſſores ſuos licet de adgnatione quidem aut ſtirpe coniunctos parentes ſuos appellare ſolent leg. vnic. C. ne liceat potentioribus, l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc. l.8. C. de magiſtr. conuen. l.2. C. diuort. fac. l.1. & vlt. C. qui non poſſ. ad libert. leg. vnic. de reis poſtul. lib. 10. C. l. vnic. de petic. eor. qui pro magiſt. lib.11. C. l. vn. de omni ag. deſer. eo. l.2. Cod. de rebus cred. l.7. C. ad l. Iul. de adult. l.5. C. de repud. l.11. Cod. de accuſatio. Briſſ. adde Conan. lib.8. c.5. n.1.

PARENTARE plorare in l. Seruij Tulli dicebatur: parens, qui à filio vim paſſus parentes plorabat, h.e. conclamabat ad opem ferendam autore Feſto: vide Rævard. ad l.12. tab. c.3. de pat. pote.

PARENTIA vide Parentiam,

PARENTUM tot ſunt genera, quot ſunt genera liberorum ex natura relationis, quæ eſt inter parentes & liberos. Ex quo fit, vt eadem ſucceſſionis ratio in parentibus ſit habenda, quæ in liberis habetur. Vult. in com. Inſt. l.3. in pr. 1. n.40.

PARERE æri alieno, pro æs alienum ſoluere, l.5.§. non paſſim, in fin. ff. de reb. cor. Parere penſionibus, ſatisfacere eſt in l. 54. §. 1. ff de loc. cat. Briſſ. in Pareg.

PARAPHIPPIUS id eſt, qui præter rationem equeſtris diſciplinæ equos alit, παρὰ præter, ἐφίππιος equeſtris, hinc Ephippia, ornamenta ſunt equorum. Alc. in l. Paraphippium. Cod. de curſu publico lib.12.

PARERGA ſunt quaſi corollaria operis locati, quæ fiunt vltra id quod in ſtipulatione comprehenſum eſt ἔργον eſt opus ipſum quod actum eſt. Parergon, operis appendix, de quo nihil actum erat. Proprie dicitur Parergon, quod à propoſito eſt paulo alienius. Spieg.

PARERE, Metaphorice eſt producere. Briſſ.

PARERE etiam adquirere ſignificat. Actionem mihi parit, l.9. iuſiurandum, ff de iureiur.

PARERE, ſecunda producta, obtemperare eſt, vt apparet ex l. 2. §. vlt. ff. de noxal. ſeu obedire, vt Feſt. exponit.

PARERE voluntati, id eſt, obtemperare. Briſſ.

PARERE alias comparare & apparere ſignificat. Briſſ.

Παρεγγυάω Vide, quo ad viuam.

PARERE, proprium eſt viuentis mulieris quæ viuentem filium vtero emittit: quod Græci τίκτειν & ἀποτίκτειν (id etiam eſt generare & procreare) dicunt. Brechæus l. anniculus, §. falſum eſt, ff de verb. & rer. ſign.

PARES curiæ, ſiue curtis, ſiue domus, dicuntur conuaſalli, ſiue compares, qui ab eodem patrono feudum receperunt, quaſi ejuſdem patroni concilientes, lib. Feud.1. titul. 11. & tit.18. & 26. Sic pares exponuntur, qui ab eodem domino feudum tenent, lib. 1 titul. 26. §. 3. interdum etiam pares dicuntur, qui neque collegæ, neque ſocij, neque conſortes aut ejuſdem dignitatis participes ſunt: ſed qui in pari tamen, ac ſimili iure & imperio ſunt: vt cum duo Reges, Regùmve filij pares dicuntur: vt In fœdere inter Ludouicum filium Caroli Imperator. & Ludouicum filium Ludouici Regis, apud Aymonium lib.3. capit. 38 Vt nemo ſuo pari vitam, regnum, aut fideles ſuos diſcupiat, aut ſois concilicet: hoc eſt, ſubducat, ſubtrahat. Item: Vterque veraciter ſuum parem, vbicunque neceſſitas fuerit, adiuuet. Item: Etſi hoc acciderit, ad tempus vterque pari ſuo hoc reſcire faciat, id eſt, alter alteri. Parium autem curiæ tria munera fuiſſe ſcribit Hot. cum paragium facerent, hoc eſt, cum collegium obirent. Primum vt nouorum vaſallorum cooptationi ſiue inueſtituræ arbitri adeſſent, eorum enim neceſſaria præſentia eſt, libro 2. tit.2. & tit.32 & 33.§.1. Alterum vt rogati de inueſtitura, teſtimonium dicerent: quamuis controuerſiæ tempore pares eſſe deſiiſſent, li.2. tit.19. Tertium vt feudalium cauſarum iudicia exercerent, lib.2. tit.25. & 55.§.3. & lib.1. titul. 20 §.1. & tit.22.§.3. Prat.

PARES curiæ, inquit Old. cenſentur, qui feudum habent in eodem territorio, in quo beneficium controuerſum eſt. Territorium autem intelligit vniuerſitatem ditionis, quæ ſpecialem habet titulum, & ad vnius adminiſtrationem reſpicit. Ideo cum princeps multa habet territoria, (quod videmus quotidie ex diuerſis ditionum titulis) ſuntque in vnaquaque ditione beneficiarij, recte quidem illi dicuntur omnes principis eiuſdem Vaſalli: verum non omnes ſunt pares curiæ, præſertim hi, qui in territorio litigioſi feodi beneficium habent. Sic accipe c.1. in pr. ſi de inueſt. inter dom. & vaſall. oriatur. Spieg.

PARES, id eſt ſufficientes, Briſſ.

PARES tempore, ſunt & iure pares, l. aliena, §.1. & ibi. Bart. ff. de pig. act. Spieg.

PARES rationes factas dixit. Quintil. declama. 355. Sic pares rationes apud Tacitum libr.13. Sane pepigerat Pallas, ait, ne cuius facti in præteritum interrogaretur, pareſque rationes cum Rep. haberet.

Παρανομοφιεῖν, Græci dicunt, hoc eſt, inquit Budæus, νόμον νόμῳ φέρειν, quaſi legem cum leg, & rogationem cum rogatione componere ἀντινομοθετεῖν legi latæ legem contrariam ferre: & Feſtus ſcribit legem legi obrogare, Cic. lib. 5. Epiſt. ad Attic. Brechæus leg. derogauit legi, ff de verb. & rer. ſign.

PARAT pro Apparet vſitatum fuiſſe in formulis Feſtus. li.15. ſcribit. Reperitur & hoc verbum in 179. l. ff. de verb. ſign. l. 5. ff. de rei vind. l. 11. §. proſcribere, ff. de inſtitor. l. 47. §. ſed ſi id petatur, ff. de leg lib. 2. l.7. ff. de ſecun tab. l.7. §. illud ſciendum, ff. ex quib. cauſſ. in poſſ. eat. l. 34. ff. de diuerſ. reg iur. Briſſ.

PARET, pro agnoſcitur apud Vlp. quum in l.5. ff. de rei vind. ait. competit ſingulis in rem actio in id, quantum paret in illo aceruo ſuum cujuſq; eſſe. Vide Seru. ſuper illud poetæ Æneid.

Cui pecudum fibra, cæli cui ſidera parent.

Spiegelius.

PARIA delicta mutua penſatione diſſoluuntur, l. 39. ff. ſol. matr. In ſucceſſione pari juri eſſe, l. 1. Cod. de legit. hæred. Pari loco eſſe in litigando, & duriore, veluti loco vel perſona mutata, opponuntur, l.1. ff. ſi ex noxali cau.

PARIA facere eſt, tantundem in expenſi paginam referre, quantum in illam accepti relatum erat: quod cum fit, quadrare rationes Ciceroni dicuntur Verrina iii. Quomodo DC. eodem modo quadrarint, vt illa Cn. Carbonis ſexcenta facta. &c. Quadrarint, inquit Aſcon. ſolida facta ſint, vt neque plus quicquam neque minus inueniatur in ſumma. Scæuola l.40. §.5. ff. de ſtatu liber. Si Dama ſeruus meus actus ſui rationes reddiderit, pariaque fecerit &c. Item apud Calliſt. l.5 § 10. ff. de jur. immunit. Niſi ſi paria fiſco feciſſe dicantur. Columell. lib.1. c. 8. de villico loquens. Neve negocietur ſibi, pecuniamque domini aut animalib. aut reb. aliis promercalibus occupet: hæc enim negociatio curam villici auocat, nec vnquam patitur

eum

eum tum rationibus domini paria facere. Sed vbi numeratio exigerat, rem pro nummis oſtendit. Schard. ex Prat. Sic Senec. lib. 81. Epiſt. Illud magis quærendum eſt an qui profuit nobis ſi poſtea nocuit, paria fecerit, & nos debito ſoluerit. Plin. lib. 7. Epiſt. 19. Non fecit paria. Idem in panegyr. pro munere tanto paria accipiendo feciſti: & alibi. Infucatibus negotiis paria feciſti idem Plin. lib. 37. cap. 1. Satis piamenti in vno gemmæ voluntario damno videretur, ſi cum fortunæ volubilitate paria faceret, planeque ab inuidia eius redimi abunde ſe reputaret, ſi hoc vnum doluiſſet. Bud. l. ſemper, §. conductores: de iure immu. Alciat. lib. παρεργῶν c. 24. Valla lib. 5. eleg. capit 83. Ant. Auguſtin lib. Emendat. 4. c. 12. adde Gothof. ad d. l. ſemper 5. §. conductores, 10.

Dicimus & parem rationem facere, l. vlt. §. maritus, ff. de doli except. & Seneca, lib. 2. epiſt. Poteram hoc loco tecum & in hac Mecœnatis ſententia parem facere rationem. Ita parem rationem interpretor in l. 25. ff. de manum. teſta. Et apud eundem Senec. lib. 6. de benef. cap. 40. cum ait, Quare quaſi cum acerbo fœneratore reſignare rationem parem properas. Briſſ.

PARIARE, paria facere: quod tum fit, quum expenſi rationes cum accepti rationibus quadrant, pareſque ſunt Vlp. l. 4. §. 5. ff. de manum. Proinde et ſi ei nummos prorogauit emptor, quum ei pariauerit, poterit ad libertatem peruenire. Hot. Com. libr. 5. cap 5. num 5.

PARIA ſunt, aliquid non eſſe, & tale non eſſe, & nulliter actum contractumve. Paria ſunt, nullam exiſtere cauſam, & cauſam habere ſine effectu. Gœdd. ad l. 12. n. 10. de verb. ſign.

PARIATAM cauſam in l. ex damni 40. §. 1. ff. de damn. infect. intellige parè redditam: licet alij ibidem pro pariatam parietem legant.

PARIATIONEM, pro ſolutione accipiunt, qui pro pactionibus pariationibus legunt in § item quæſitum, in l. fin. ff. de cond. indeb. Spieg. At multo rectius Ant. Auguſt. lib. Emend. 4. c. 15. qui pariationem interpretatur eam ſcripturam, qua rationib. redditis ſatiſfactum eſſe creditori aut domino appareat. Hoc,

PARIATOR qui ſic rationes retulit, vt expenſa paria ſint acceptis: nam ei Reliquator opponitur. Paulus l. 81. ff. de condit. demonſt. An Sticho mortuo antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente libera eſſet mulier Hot.

PARIENTIAM accommodare, eſt obtemperare. Sic etiam Caſſiodorus locutus eſt lib. 7. Variarum formularum. Cui, inquit, ſaluberrimam parientiam commodare. Atque ita apud eundem lib. 3. legendum atque ideo parientiam veſtram ſæpius approbatam, nunc quoque eodem præſente monſtrare. Sicque, l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. legi vult Cuiac. 8. obſeruat. 6. Alij tamen patientiam legunt.

PARIES, Ælio Gallo finitore, ſiue murus, ſiue materia eſt l. 157. ff. de verb. ſign. Parietum autem genera præcipua hic percenſere operæ pretium fuerit. Paries craticius in l. 52. §. item Mela, ff. pro ſoc. qui in cratis modum lignis contextis compoſitus eſt. De quo Vitruu. lib 2. c. 8 & lib 7. c. 3. agit. Intergerinus paries, vt Feſt. lib. 9. explicat is eſt, qui inter confines ſtruitur. & quaſi intergeritur, qui in Lexico Latino Græco ædis B. Germani ſic definitur τοῖχος ὁ διαχωρίζων. De quo videndus eſt Plin. lib. 35. c. 15. Paries intergerinus. Vitruu. lib. de Archit. eſt, qui communiter vtriuſque domus onera gerit & ſuſtinet. ſic dictus, quod à vicinia extructus veluti intergerat, hoc eſt communiter gerendo ſit, Coraſ. 4. Miſc. c. 16 Paries ſolidus & fornicatus opponuntur apud Cicer. Top. Vbi ſolidum parietem accipio qui à ſolo continuo ductu ad faſtigium exurgit, ſic vt nuſquam ſuſpendatur: fornicatum vero, qui arcum habet. Briſſ.

PARIETEM (inquit Leo Bap. Alber. lib. 1.) dicimus omnem ſtructuram, quæ à ſolo in altum ſurrexit ad ferendum onus tectorum: quæve obducta ſtet ad interiora ædificij vacua obuallanda, &c. Brechæus l. quantum ad iuris, ff. de verb & rer. ſign. &c. Marius Crapald. Parmẽſ. de partibus ædium libro 1. c. 1. & Gœdd. ad l. paries 157. num. 5. de verb. ſign.

PARIETEM ventrem facere κοιλίαν ποιεῖν dixit Alfen in l. 17. ff. ſi ſeruit. vind. vt & inclinare Pompon. in l. 24. in fi. eod. tit. Briſſ.

PARIES cæcus eſt, (ſic enim quidam legunt in l. eos qui ius, ff. ſeru. vrb.) qui feneſtras non habet τυφλὸς τοῖχος vocat Harmenop. vt apud Virg 5. Æneid.

Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq́;
Mille viis habuiſſe dolum———

Cuiac. obſeru. lib. 1. cap. 31. in fin. Hinc Varr. libr. 8. de Analog. ſcribit: Cubiculum, ſi feneſtram non habeat, cæcum dici.

PARIES communis eſt, quem communiter ædificant vicini, ad eum enim ius habet vicinus adiungere ædificium: Vide l. fluminum, & l. inter quos, ff de damn. infect. Spieg. Parietes naturali ratione communes ſunt, qui communiter vtriuſque domus onera gerunt, ait Coir. 4. Miſc. c. 16. n. 1. per parietem, ff. de ſeru. vrban.

PARIES dealbatus. Quemadmodum Chriſtus in Euangelicis literis, ſanctimoniæ ſimulatores ſepulchra dealbata vocat, quæ cum foris niteant, intus ſunt cadauerum oſſibus referta: ſic Paulus Apoſt. in Act. Apoſtol. Ananiam ſacerdotem fictum & fucatum, parietem dealbatum appellat, quod longe alius eſſet intus, quam cultu habituque externo præ ſe ferret. Ex Eraſm. Chiliad. Refertur 23. q. 1. c. paratus, Spieg.

PARIES directus dicitur, cuius extremitas parietem alterum attingit. Cic. in Top. Omnibus eſt ius parietem directum ad parietem communem adiungere, vel ſolidum, vel fornicatum. Cuius loci ſenſus eſt apertiſſimus, ſi directum parietem eum eſſe intelligamus, qui, exempli cauſa, ſic attingit communem, vt in litera T pendens in imum lineam tranſuerſam ſuperiorem attingit: quare ſi vicinus fornicatum parietem ad communem adiunxerit, alter qui in pariete communi demoliendo damni infecti promiſerit, non debebit præſtare quod fornix vitij fecerit confer. Boet. in Topic. & vide Hot. lib. 1. obſ. 24.

PARIETES fiunt plerunque ex lapidum congerie, vel limo aut calce, gypſo aliave materia, puta ex cæmentis, lateribus, trabibus, ſtipitibus. Ideoque paries ſi ad muniendum hortum, ædeſve vel vineam, vel ipſis ædibus adhibeatur, vt cæmentis extructus, murus erit priuatus. Gœdd ad l. 157. de verb. ſign.

PARIETES rudes in l. 50. ff. de vſufr. appellantur nondum inducti tectorio opere.

PARIETI hæc ſunt adiuncta, Vetus, nouus, idoneus. Briſſ.

PARIETEM ædificare, demoliri, reficere, iuriſconſulti dicunt, Parietis demolitio, l. 35 ff. de damn. inf Parietem meliorem aut deteriorem facere, l. 8 §. vlt. ſi ſeruit. vindic.

PARIETUM varia ſunt genera. Lateritij ex lateribus duriſſimæ ſoliditatis fuerant: vtpote qui crudi ſub ſole diutius permanſerant, vt exſiccarentur. Teſtacei, ex latere cocto, qui etiam nunc ſunt in vſu. Cæmentarij ſunt ex temere coniectis lapidibus calceque commixtis, & imbricum modo hærentibus. Craticij, qui & Concraticij à Papiniano appellantur, vt ſupra dictum eſt, fiebant ligneis cratibus inſertis, ſeu aſſeribus arrectis tranſuerſiſque in modum cratis: ſunt quoque alij lapidei, alij arenarij, marmorei, calcarij, loricati. Franciſc. Marius. Grapald. lib. 1. de partibus ædium, c. 1 Sunt item alij ſtructuræ vniuerſæque domus corpus ambientes: alij interim, qui ædes intra diſtinguunt ac ſeparant, diuerſis nominibus varioq; vſu diſtincti, intergerini & mediani, vide l. parietem de ſeru. vrb. præd. Franc. Marius d. lib. 1. c. 1. Gœdd ad l paries 157 n. 6. de verb. ſign.

PARITER, pro ſimul frequens eſt: Vide Albetic. Item ponitur pro, ex æquo, ſiue æqualiter, vt pariter diſpertiantur bona patris, hoc eſt, vt tantum habeat vnus, quantum alter. Adde quæ Bart. refert de hac dictione in l. ſi fundus, §. ſi duo, ff. de pignor. Spieg.

PARHIPPUS is videtur eſſe, & habendus eſt, qui vſurpato vno, vel duobus veredis, quos ſolos euectio continebat, alterum tertiumve extra ordinem commoueat, l. parhippum, Cod. de curſ. publ. lib. 12. Ioan. Bello. Etymol.

PAROCHIA. Goffr. in Sum. titul. de parochiis Parochia (inquit) eſt locus, in quo degit populus alicuius eccleſiæ deputatis certis limitibus conſtitutis Hinc parochianus, & parochiana, qui, & quæ eſt de parochia. Parochias autem non primum, ſed parœcias appellatas eſſe exiſtimo cum Budæo in annot. ad Pand. Hoc autem manifeſtiſſimum eſſe poteſt ex D. Auguſtino lib. 14. de ciuitate Dei. Presbyter (inquit) fuit quidam nomine Reſtitutus in parœcia Calamenſis eccleſiæ. Ait ergo idem Budæ. Parœcia accolarum eſt conuentus & accolatus, ſacraque vicinia. Quare qui fanum aliquod accolunt, parœci dicti ſunt eiuſdem ſcilicet fani conſortes. Addit vero, Quod ſi Latine loqui magis placet, Latina ſcientibus parœciæ curiæ dici poſſunt, vnde curiones olim dicti & parœci ipſi curiales. Inde curionatus, quæ vulgo cura dicitur, & ædes ipſæ ſacræ, dictæ, quæ ſodalitia non habent, ſed quæ curialibus deſtinatæ ſunt, & accolas ſuos vendicant. Quæ omnia partim probat, & partim erudite colligit ex authoritate Liuij & Feſti. Cæterum parochiarum (vt vocabulo canoniſtis magis trito vtar) diuiſio ortum habuit à Dion. vt 13. quæſt. 1. c. eccleſias. Et in hoc conſiſtit ius parochiale, vt omnes parochiani in diebus dominicis & feſtiuis miſſam audiant in eccleſiis, in quarum parochiis habitant, c. 2. dicto tit. de parochiis. Præterea conſiſtit in decimis perſonalibus, quæ eccleſiæ parochiali debentur, 16. qu. 1. ſi quis laicus, cap. ad apoſtolicæ, de decim. primit. & oblat. Et poſtremo in oblationibus, quæ dandæ ſunt ſacerdoti parochiali, qui pro populo orare debet, 10. qu. 1. quia ſacerdos.

PAROCHUS ſecundum Gothofr. ſignificat conuiuatorem. Horat. ſerm. 8. Tum parochi faciem nihil ſic metuentis. Alias dicitur, qui peregrinis ſalem & ligna præbebat, hoc eſt omnia neceſſaria, teſte Acrone ad illud Horatij: Proxima Campano ponti quæ villula tectum Præbuit, & parochi quæ debent ligna, ſalemque: & ibi quoque Porphyrio: qui eos parochos dictos ſcribit ἀπὸ τοῦ παρέχειν, hodieque dici Copiarios. Id quod & annotauit Duaren. diſput. anniuerſ. lib 2. cap. 26. Parochias inde quidam deriuarunt, quibus ſingulis ſacerdotes ſui deſtinati ſunt, ab exhibitione ſcilicet Euchariſtiæ. Sed Budæ, non parocias primum ſed Parœcias appellatas eſſe cenſet. Porro decem homines conſtituunt Parochiam, ſententia eſt

Digitized by Google

Pontificij iuris profeſſorum. Spieg. vide omnino Gotbofr. ad l. munerum 18. §. hi quoque 10. ff. de vacat. mun.

PAROECVS, incola eſt, habitator in loco. Pompon. de verb. ſig. l. pupillus. Incola, ait, eſt, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit, quam Græci Parœcon vocant: Vide Budæum in poſt. annot. ad l. vlt. de mun. Spieg.

Παρακαταθήκην veteres appellarunt vt poſſeſſio quaſi poſitio: Magiſtri quod monſtrent: inter dictum inter duos dictum: Teſtamentum teſtatio mentis, &c. Conn. lib. 9. c. 1. n. 1.

PAROPSIS genus lancis grandioris, catinum. Vlp. in l. cum aurum §. argento, 9. ff. de aur. & argent. leg. Veluti paropſidas, tabulas, trullas. Nebriſſ. Adde Forcat. in penu iuris ciuilis, c. 25. Rectius alij in d. l. cum aurum, §. argento. legunt, Paraſpis: vide ſupra in verb. Paraſpidea.

PARRICIDA, non vtique is qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed & qui qualemcunque hominem. Vnde extat Lex Numæ Pompilij, ſi quis liberum hominem morti ſciens duxit, parricida eſto. Parricida cum tam à pari, quam à patre deduci poteſt, autore Priſciano, quaſi parentem ſeu parem occidens. Hinc & parricidij quæſtores appellabantur, qui ſolebant creari, cauſa rerum capitalium quærendarum. Bud. in l. poſthum. de origin. iur.

PARRICIDIVM apud priſcos dicebatur, quoties homo hominem occidiſſet, hoc eſt, par parem: videlicet eo ſeculo, quo crudelitas erat, occidiſſe bouem, auem, gallum gallinaceum. Deinde quum cœpiſſet eſſe vulgare, vt homo occideret hominem, parricidij vox, ad ſummæ impietatis ſignificationem deflexa eſt, id eſt ad eos, qui parentes occidiſſet. Proprie tamen committitur inter parentes & liberos: Improprie vel minus proprie inter collaterales & affines, puta fratres, ſorores, patrueles, conſobrinos, vxorem, virum, nurum, generum, vitricum, priuignum.

PARRICIDA cum lege cœperunt, & illis pœna facinus monſtrauit. Conan. lib. 1. cap. 9. n. 2. de Parricidarum pœnis Turn. aduerſ. lib. 23. c. 13. ſic ſcribit. Vt illis qui perduellionis damnati à duum viris fuerant, caput obnubebatur, ita parricidæ os lupino folliculo obuoluebatur, vt in quodam Cornificij lib. ad Heren. de Tranſlatione ſcribitur: credo quod indignos cenſerent, qui communi ſpiritu luceque fruerentur, lupinum eſſe folliculum voluerunt, feritatem ſignificantes eius, qui necem atrocem & acerbam ſua manu parenti obtuliſſet. Sed & ſoleæ ligneæ induebantur parricidarum pedibus, ne communi hominum reliquorum è corio calceatu vterentur, ſeu calceamenta, quibus homines vti ſolerent, polluerent, ſed ſi ea pedibus ſuis calcarent, ſeu terram tangerent pedibus nudis, omnium parentem communem. Alio more maiorum pœna parricidij ex Modeſtini ſententia l. penult. ff. ad Pompeian. de parricid. hæc inſtituta fuit: vt parricida virgis ſagmineis verberatus, deinde in culleo inſuatur, & cum cane & gallo gallinaceo, vipera & ſimia: deinde in mare profundum culleus iactetur. Hoc ita ſi mare proximum ſit, alioqui beſtiis obiicitatur. Sed hæc pœna in vſu hodie non eſt, ſed interdum eſt gladij, interdum rotæ, quibus quandoque adduntur forcipes, qua de re iudex prout hanc vel illam pœnam circumſtantiæ parricidij commiſſi poſtulauerint. Omnium autem primus P. Malleolus, cum matrem interemiſſet totam vrbem mœrore ſubito infuſcauit, vt Paul. Oroſ. libro 5. hiſtor. ſcribit: cui Romani ſingulare hoc ſupplicium ſtatuerunt, vt culleo inſutus, in mare præcipitaretur, vt eſt apud Liuium lib. 48. Hecateu ſanguinariam prorſus fœminam, ſcribit Diodor. aconitum comperiſſe primum, ſicque Perſam patrem peremiſſe. Ardieum Pamphiliæ tyrannum annis iam feſſum parentem, & inſuper natu maiorem fratrem occidiſſe, Plat. lib. de Repub. 10. author eſt, Corraſ. 1. Miſcell. c. 5. nu. 2. Et Vult. ad §. alia deinde lex. num. 5. Inſtitut. de publ. iud.

PARS multiplex reperitur. Prædicamentalis, ſeu ſubiectiua, quæ ſub toto vniuerſali continetur, ſic dicta, quod de ſuo genere prædicetur, eidemque ſubiiciatur, vt homo, bos, aſinus, & ſimilia conſiderantur, tanquam partes ſubiectiuæ & prædicamentales animalis. Integralis, quæ integrat ſuum totum, ad poſitionemque totius ponitur, vt Bart. explicat in l. ſi mater, §. ſi quis iter, ff. de except. rei iudic. ſicuti partes reſpectu domus, l. cum qui ædes ff. de vſucapione & vſufructu (vt Doctor. exiſtimant) reſpectu fundi, l. 3. ff. de vſufr. l. qui vſumfructum, ff. de verbor. obligat. Quotitatiua veluti tertia, quarta, aut alia pars rei pro indiuiſo. Sic ſexcunx, triens, quadrans ſemis, quota pars eſt aſſis, l. ſeruum, §. fin. ff. de hæred. inſtit. §. hæreditas, illo tit. in Inſtit. Numeralis quæ ad numerum pertinet, vt quatuor pars Arithmetica eſt duodecim. Aleiat. in l. appellatione, ff. de verbor. ſignificat. Accidentalis poſtremo, quæ vt tradunt ſcriptores, in leg. 1. ff. de leg. 1. adeſſe & abeſſe poteſt, præter totius corruptionem, vt pupillaris ſubſtitutio ad paternum teſtamentum, l. penult. ff. quemadmod. teſt. aper. Conſiſtit quippe paternum teſtamentum ſine tabulis pupillaribus, vt nemo neſcit: & dies pars ſtipulationis dicitur l. 1. §. diem, ff. de edend. cum tamen ſine die ſtipulationem recte fieri ſit notiſſimum, §. omnis, de verbor. obligat. in Inſtitut. Cætera quæ ad patris tractatum ſpectant, in l. ad certam, ff. de ſeruit. à Corraſ. tractatur.

PARS alia clauſulam ſiue caput edicti ſignificat. Briſſ.

PARS tripliciter, quædam numeralis, alia integralis, alia quota, vt tres, Arithmetica pars eſt nouem. Bart. l. ſi mater. §. ſi inter de execut. rei iud. Vſusfructus pars integralis dominij eſt, ſicut paries domus. At triens, quadrans, ſemis, quota pars eſt aſſis. Spieg. Pars etiam in tempore dicitur, ait Connan. l. 10. cap. 6. num. 1.

PARS, pro factione vſurpatur eleganter. Non autem partialis pro factioſo: tamen vox familiaris eſt interpretibus. Spieg.

PARS potior eſt illa, quæ maior & ſanior eſt, capit. 1. de his quæ fiunt à maiori parte capit. Aſtipulantur D. Auguſtin. leg. 2. de doctr. Chriſtian. Spieg.

PARS pro diuiſo certa eſt, pars pro indiuiſo incerta eſt. Illa cerni & demonſtrari poteſt, hæc non item. Sed quod ad quantitatem attinet pars pro indiuiſo alias eſt certa, alias incerta. Certa ſi ſciatur quota ſit, puta tertia vel quarta: Incerta ſi neſciatur. Illa poſſideri poteſt hæc non item, leg. locus, l. 3. §. incertam, ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. ideoque illa vſucapi poteſt, hæc non poteſt. Cuiac. ad l. ſi ſurt. §. incertam, ff. de vſurpat. & vſucap.

PARS virilis ea habetur, quæ pro numero perſonarum conſtituitur, cum tot partes fiunt, quot ſunt perſonæ. Prat.

PARSIMONIA optimum vectigal eſt, tum parens, tum conſeruans diuitias. Nouell. vt determin. ſit num. cap. cleric. §. cum vero Deo. Præterea (inquit Iuſtinian.) ſi non oportet vndique ad ſumptum poſſeſſiones conquirere (nam id inſatiabili cuidam auaritiæ, ſimul & impietati proximum eſt) ſed ex moderatis facultatibus ſumptum temperare. Spieg.

PARTA, id eſt quæſita. Briſſ.

PARTEM facere dicitur, cuius perſona numeratur in partium diuiſione facienda, l. 8. §. quoniam, l. 17. ff. de inoffic. teſt. l. 34. §. ſi coniunctim. l. 85. ſi Titio, ff. de leg. 1. l. 68. §. ſed ſi vno, l. 78. § libertis, de leg. 2. l. 14. in fi. ff. de iure codicill. l. 1. §. ſi ex tribus, l. 10. § liberi, ff. de contra tabul. l. 3. § principem, ff. de ſuis & legit. l. 1. §. penult. & vlt. ff. de collation. bon. leg. 1. §. aduerſus, ff. ſi quid in fraud. l. 8. de rebus dubiis, Briſſ.

PARTEM ICtus in l. recte de verb. ſign. appellat ſpeciem negat enim vſumfructum dominij partem eſſe, cum tamen ſit ipſiſſima eius pars, l. 4 de vſufr. l. qui vſumfructum, de verbor. oblig. Voluit autem dicere non eſſe dominij ſpeciem: quæ eſt interpretatio Placentini, in l. recte, de verb. ſign. cui nemo, Appellus ait, non ſubſcribit. Spieg.

PARTES etiam Iuriſconſulti vocant eos, qui inter ſe litigant, ſic pars aduerſa pro aduerſario, l. 6. C. de pact. inter empt.

PARTES interdum onus ſignificant. Et ita actoris ſeu petitoris onera, prout ea appellantur, l. 24. ff. de rei vind. Briſſ.

PARTES rei ſuſtinere dicimur is, à quo probatio non exigitur, quique poſſeſſoris commodo fruitur. Briſſ. ſic &

PARTES defenſoris ſuſtinere dicitur procurator, qui cum alieno nomine litiget, ratam rem dominum habiturum cauere non compellitur, ſed tantum iudicatum ſolui ſatiſdare, l. 45. §. vlt. ff. de procur.

PARTEM quoties non conſtat de minore minimave actum eſſe, dimidiam accipimus, per §. partitionis, in l. nomen filiarum, 164 vbi vide Gœdd. de verb ſign. Velut in eo qui partem fundi promittit, vel alio ſimili, dubioque caſu. Vnde cum quis ab altera ſe parte electum ait, non minus quam dimidia ſit intelligendum gl. c. ſi priuſquam, 28. diſtin.

PARTES & Species diuerſa ſunt. Aliud ſunt ſpecies, aliud partes item partium multiplex ratio. Species eſt generis ipſumque diuidit & ita vt eius nomen retineant nec eo perempto manere poteſt quia eo poſterior eſt, ab eoque cauſam vitamque habet, vt animalis ſpecies ſunt homo & brutum: homo eſt animal, & ſi animal nullum ſit ne homo quidem vllus eſſe poſſit, cum prius ſit animal eſſe quam hominem. Pars vero eſt totius, quod ipſum coniungit inter ſe, & complectitur, nec eius nomen ſuſcipit: & illi extincto tamen ſubſiſtit, quia tempore prior eſt, cum ab ea tamen fabricatum ſit, & compoſitum: vt domus partes ſunt tectum, paries, fundamentum, harum partium coniunctione totum exiſtit: Ideoque & has partes prius fuiſſe quam domum neceſſe eſt, & hac deſtructa adhuc tamen fieri poteſt vt exiſtat: non contra: neque vlla iſtarum partium domus appellatur, Conn. lib. 4. c. 3. n. 7.

PARTES dicuntur, in quas diuiditur totum. Quam partem à pari dictam exiſtimant, quod partes ſimul iunctæ, partes, hoc eſt, æquales ſint parti. Alij à pario, ſiue parto, quod pars à toto deducta, quaſi parta ſit. Alij à parum, quod pars, parum quiddam ſit reſpectu totius. Quid autem veniat partis appellatione, Bart. explicat. in l. ſi plures, de damn. infect. & l. 1 Cod. quan. & quib. quart. pars, deb. lib. 10.

PARTES ſuas interponere apud Iuſtin. tit. de ſatiſd. tut. §. 1. nihil aliud ſignificat quam autoritatem & officium. Sic Vlpia. in l. ſi in aliquam Digeſt. de offic. procon. Omnium (inquit) partes

qui Ro-

qui Romæ jus dicunt ad ipſum pertinent, & Cic. in Verr. act. 3. Non ſunt meæ partes id facere, l. & ſumm, §. vlt. ff. de pactis, ibi prætoris partes neceſſariæ ſunt. Aldobr. d. tit. Inſtit.

PARTHIARII, Parthicarum pellium negociatores. Aliqui & hoc nomine dici poſſunt, qui ex celeberrimo Carrarum emporio (is in Parthis vicus eſt) negotiabantur. Alciat. in l. negociatores, 7. C. de excuſ. mun. li. 10. Parthiarij negociatores Imperatori deſeruientes à muneribus excuſantur, Cujac. in d. l. 7. Parthicarij legit.

PARTIARIA pecora, id eſt, vt fœtus eorum certis portionibus inter dominum & paſtorem diuidantur: inquit Imperat. leg. ſi paſcenda 8 C. de pactis. Hot.

PARTIARIVS colonus dicitur, qui lucri & damni cum domino particeps eſt, fructuſque fundi cum eo, quaſi ſocietatis cujuſdam jure, partitur, l. 58 §. vis major. ff. loc. vbi ab eo, qui nummis colit, ſeparatur. Quemadmodum etiam nummis & partibus locare. Plin. lib. 9 epiſt. ad Paulin. diuerſa facit. Briſſ. Etenim qui fructuum parte aliqua colit, partiarius vere dicitur: quia fructus cum domino partitur, vt ſi nullos collegerit, nullus debeat. Omnes alij dicuntur nummis colere, non quod numerata pecunia penſio quam debent, ſolui ſemper debeat: ſed alia certa re quæ pondere, numero, & menſura conſtat, quæ penſiones pecuniæ nomine deſignantur, quod recipiunt functionem in ſuo genere. Conn. lib aduerſ. 7. cap. 11. num. 1. Cato. etiam in lib. de re ruſtic. Partiarum calcis coctorem in eundem ſenſum dicit. Apul lib. 4. de Aſin. aur. quæ cum mortali puella partiario majeſtatis honore tractor. & lib. 8. Donoi vero promiſcui operis partiarios agebant concubitus. Partiarius legatarius vocabatur, cui pars hæreditatis legata erat: Quod genus legati partitionem vocabant: quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem, ita tamen, vt lucrum & damnum hæreditarium pro rata parte inter eos commune eſſet, §. ſed quia hæredes, ad fin. Inſtit. de fideicomm. hær. Vlpian. in Inſtit. tit. 24. l. 164. §. partitionis, §. de verb. ſignific. l. 19 §. 1. ff. ad Treb. Briſſ.

PARTHENON eſt locus in interioribus tectis ſeparatior vel ſuperior, qui locus à virginum ſtatione ſic dictus. Eas enim in ædium receſſu olim verſari ſolitas in Parthenone, ſcribit Antigonus autor Græcus apud Euripidem: nec inde matris aut cuſtodis injuſſu pedem virgini efferre licebat. In quem ſenſum Ianus Parthaſius interpres doctiſſimus, refert illud Claudiani de Proſerpina loquentis:

Florebat tranquilla domus, nec limina virgo
Linquere, nec virides audebat viſere ſaltus
Præcepto obſtricta ſuis, tela labor illi.

Hæc annotauit Tiraq. in 10. l. connub. gl. 1. partem 10.

PARTIBVS ſuis fungi, h.e. fungi ſuo munere, & officio, l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tut. Sic partes judicis accipimus, in l. 2. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. & illud, Partes ſuas interponere debet prætor. Inſtitut. ſub fin. tit. de ſuſpect. tut. Spieg.

PARTICEPS pro filio apud Terent. in Heauton. Niſi vbi ille huc ſaluos redierit meus particeps, id eſt, filius. Connan. l. 10. cap. 2. n. 5.

PARTICIPIA futuri temporis præteriti vim ſignificationemque plerumque in libris noſtris habent: quod in primis notandum eſt: veluti rei judicandæ tempore, eſt rei judicatæ tempore: quemadmodum liquido conſtat ex l. 5. §. idem Iulianus, ff. de liber leg. l. 7. § ſi quis actione, ff quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. & l. 53. ff. ſolut. matrim. adhibita, l. 50. ff. de pecul. Eodemque modo in l. 27 §. ſi per filium, & l. 35. ff. de rei vindic. l. 63. §. tempus, ff. de noxalib. action. l. 3 §. in hac comm. conjuncta cum l. pen. ff. de tritic. rei judicandæ tempus, condemnationis tempus, vel quo lis in condemnationem deducitur, vel quo rei judicatur, accipiendum eſt Briſſ.

Sic & judicij accipiendi tempus, litis conteſtatæ ſeu judicij accepti tempus demonſtrat l. 2 §. 1. ff. de priu. delict. §. vlt. Inſtit. de perpet. & tempor. & litis conteſtandæ pro conteſtatæ tempus in l. 31. ff. ſi cer. pet. juncta l. 20. ff. de rei vind. l. 38 § ſi actionem, ff de vſur. Et teſtamenti faciendi tempus pro facti teſtamẽti tempore, in l. 104 §. 1. ff. de leg 1. l. 33 ff. de leg. 3. l. 26. ff. de alim. leg. l. 19 § nunc de lege Velleian. ff. de libert & poſth. Et apud Vlp. in Inſtit. tit. 1. & 10 § ſed cum aliquis. Inſtitut. de teſt. ordin. Quemadmodum & ſcribendi teſtamenti tempus interpretabimur in l. 59. §. ſi hæres, ff de hæred. inſt. & l. 1. ff. de reg. Caton. Et furti faciendi tempus in l. 31, ff. de noxalib. l. 6. ff. de furt. Et ſtipulationis interponendæ, id eſt, interpoſitæ in l. 7 ff. jud. ſolui, & l. 121 ff de verb. oblig. Et tempus dandi pro dati, l. 89 § ita ſcriptum, ff. de hær. inſtit. & liberandum pro liberatum in l. 12. ff. de milit. teſt. Briſſ.

PARTICVLATIM, id eſt per partes. Briſſ.

PARTICVLONES, auctore Nonio à veteribus cohæredes inter ſe dicebantur, quod partes inuicem ſibi facerent. Briſſ.

PARTIM, ex parte, vel pro parte, & fere ſemper geminatum in oratione. Cajus de juſt. & jur. Omnes, inquit, populi, qui legibus aut moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure vtuntur. Spieg.

PARTIS & pro parte ſtipulationes proprie dicuntur quæ de lucro & damno communicando ſolent interponi inter hæredem legatarium partiarium, id eſt, cum quo partitus eſt hæres. Vlp. tit. 27. regul. Briſſ.

PARTIS appellatio naturalis eſt vel ciuilis. Naturalis partis appellatio ad eam partem pertinet, quæ ipſo facto ita eſt ſecta, vt ex vno toto tot fiant tota, quot factæ ſunt partes, quę pars in jure noſtro dicitur diuiſa, vel pro diuiſo haberi: Partis ciuilis appellatio pertinet ad eam partem, quæ ſecta eſt non facto, ſed jure, vno eodemque toto, cujus reſpectu partes factæ ſunt. Vult. l. 2. tit. 7. §. fin in comm. Inſt.

PARTIS appellatione rem pro indiuiſo ſignificari Q. Mutius dicebat, quia id quod pro indiuiſo noſtrum eſſet, non pars, ſed totum eſſet: veluti ſi fundus regionibus diuiſus ſit, pars vnaquæq; non jam pars fundi eſt, ſed fundus integer, l 6 §. ſi quis partem, ff com. præd. Seruius tamen Sulpitius partis appellatione & quod pro indiuiſo & quod pro diuiſo noſtrum ſit contineri non ineleganter dicebat, l. 25. ff. de ver. ſign. Itaque pars alia pro diuiſo alia pro indiuiſo eſt, l. 43. ff. de acq. poſſ. l. 5. ff. de vſufr. l. 7. ff. de except. rei jud. l. 64. ff. de euictionibus, l. 7. in fin. ff. quib. mod. pign. l. 4. ff. pro empto leg. 17. ff. famil. erciſc. l. 5. §. vlt. ff. commod l. 4 §. ſi alter, ff. fin regund. l. 31. ff. de vſufr. leg. Partis autem nomen dimidiam ſignificat, ſi non ſpecialiter facta ſit partis mentio, l. 49 ff. de vſufr. l. 146. ff. de verb. ſig. Vlp. in Inſtit. tit. 24. Proinde ſi interrogatus quis in jure hæredem ſe eſſe ex parte reſponderit, ſi ex dimidia hæres ſit, nihil ei nocet reſponſum, alioquin nocet. l. 12. ſi interrogatus, ff. de interrog. in jur. fac. Briſſ.

PARTIS hæc ſunt adjuncta, debita, certa, legitima, reliqua virilis Æque partes, pares, diſpares, dominicæ, hæreditariæ. Briſſ.

PARTITIO. Cic. vocat partitionem aliud quiddam, quam diuiſionem. Diuiſio eſt ſpecierum vnjus generis enumeratio, vt animalium aljud bos, aljud aſinus, &c. Partitio eſt, quando aliqua res in membra diſcerpitur, vt corporis partes aliæ caput, pedes, manus, &c. Quære, Diuiſio. ICti partitionis voce pro parte ſæpius vtuntur, vt Vlp. in l. nomen filiarum 164. §. 1. ff de verb. ſign. ait, Partitionis verbum non ſemper dimidium ſignificat, ſed prout eſt adiectum. Poteſt enim juberi aliquis & nonam partiri, poſſe & viceſimam & tertiam prout libuerit. Sed ſi non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur, de cujus legis intellectu vide in ead. l. Gœd. Idem Vlp. in fragm. tradit ſicut res ſingulæ legari poſſunt, ita vniuerſarum ſummam legari poſſe: & hanc ſpeciem legati vocari partitionem: veluti Mænjus hæres meus cum Titio hæreditatem meam partito, diuidito: eoque caſu dimidiam partem bonorum legatam, videri. Exemplum autem partitionis antiquum extat in Cluentiana: vbi vide.

PARTIVM Iuriſconſulti duo genera conſtituunt, aliæ enimque naturales ſunt, aliæ intellectæ. Naturales appello, quę pŏdere, numero, menſura conſtant, quæ oculis cerni tangiq; poſſunt: veluti ſi quis corpus aliquod ſecare velit, duas partes conſtituet, quas nemo ſenſus communis compos, non facile cognoſcet. Intellectas dico quæ tangi demonſtratiue non poſſunt, ceterum tamen animo atq; intelligi poſſunt, veluti ſi ſeruum aut nauem duo communem habeant, partem ſuam quiſque in his rebus obtinet, quam oculis cernere non poteſt, animo & intelligentia poteſt. Quod ſignificans Caſſellius noſter apud Macrobium, mercatori quemadmodum cum ſocio nauem diuideret, interroganti reſpondet. Nauem ſi diuidis, nec tu nec ſocius habebitis, Vlp. l. 5 ff. de ſtip. ſeru. Seruus communis ſic omnium eſt non quaſi ſingulorum totus: ſed pro partibus vtiq; indiuiſis, vt intellectu magis partes habeant, quam corpore: Ergo partes intellectu Vlpianus eas appellat, quæ animo & intelligentia tantum cernuntur: & earum rerum ſunt, quas Pomponjus naturaliter indiuiſas appellat in l. non amplius 26. §. ſi. ff. de leg. 1. Alias autem partes item alibi numero fieri dicit. h. e. in l. 29 ff. de ſol. Quum Stichus, ſit, & Pamphilus cõmuni ſeruo promiſſi ſunt, non alteri Stichus, alteri Pamphilus ſolui poteſt: ſed dimidiæ ſingulorum partes debentur: atque vtrjuſque rei dominium duobus modis intelligi poteſt. Sed in nummis, & oleo, & frumento, & ſimilib. quæ communi ſpecie continentur, apparet hoc actum vt numero diuidatur obligatio. Eandem diuiſionem duplicẽ Papin. notat in l. 94. ejuſd. tit. & l. 66. §. 1. ff. de leg. & fideic. lib. 30. vbi ait plures in vno fundo dominjum juris intellectu non diuiſione corporis obtinere notat & Paulus in l. 25. § 1 ff de verb. ſig. vbi Seruio aſſentitur, qui partes alias eſſe dicit pro diuiſo, alias pro indiuiſo: Quum Mutius putaret partis appellatione rem pro indiuiſo ſignificari: nam quod pro diuiſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totũ eſſe: cui conſentit Vlp. in l. 6. §. 1. ff. com. præd. Ariſtot. autem in lib. de ſenſu, hanc quoque diuiſionem attingit: ſed in categorijs planjus rem omnem exponit: ait enim Quantitatẽ aliam cõtinuam, aliam ſejunctam eſſe, continuam cujus partium terminus aliquis communis eſt: veluti corporis, cujus partes communem habent terminum lineam: aut lineæ in que partes ſinẽ quo inter ſe cohæreant, communem habent, punctum ſcilicet.

Itaque poculum cum anſa quantitatis eſt continuę vti conſtat ex l.25.§.4 ff.de furt.& pars lancis pejuſquam ceata ſit,l.55.eo. tit. Ex quibus intelligi fundum qui inter duos diuiſus eſt, quia terminum habet communem, quo inter ſe partes adaptantur, in quantitate continua numerandum eſſe: qua de cauſa non tam in partes diuidi fundus à Iuriſconſultis dicitur, quam regiones, vt in tract. ff fi. regund. Sejunctam vero Ariſtot. eam appellat quantitatem, cujus partes communem terminum non habent, vt in numero Nam ſi bis quinque, inquit, ſunt partes decem, quinque & quinque nullo communi termino conjuncta ſunt, ſed ſecreta & ſeparata: eum ea omnia adjungamus licet, quæ commun. ſpecie contineri dicuntur ab Vlpian. dict.l.29.de ſol.veluti vinum, oleum, frumentum. Nam ſi duobus amphora vini legata eſt, ſejuncta vtique quantitas legata eſt. Nam vnæ duæ finem In amphora quo inter ſe cohæreant, communem non habeot, neque duo ſemimodij io modio neque bis quinquaginta, in centum: quod eodem modo de ponderibus quoque judicandum eſt. Nam in vncia duæ ſemunciæ communem terminum non habeot. Quantum hoc dejunctum in teſſeris & nummis quoque intelligitur, quæ ſi pluribus legata ſint, eos habebunt dejunctas & ſecretas inter ſe partes, quot erunt legatarij. Qua ex diſputatione intelligimus quamobrem Vlpianus ab Offilio & Trebatio diſſentiens, negat eum qui ex frumenti aceruo modium, aut ex vini dolio ſextarium abſtulerit totius nomine furti teneri, l.21.ff.de furt. nec magis intereſſe affirmet inter hanc ſpeciem, quam ſi quis ex armario rem vnam auerterit: vtramque enim quantitatem ſejunctam eſſe. Quod vero Trebatius dicebat, ſi quis autem attingat eum totum corpus attingere, Vlpianum non monuit, perſpicientem ſine dubio, quantitatem illam eſſe continuam, hanc vero dejunctam. Qua quidem ex diſpoſitione quam neceſſaria juris ſtudioſo Dialecticæ cognitio ſit, cujus ignoratione tanti viri, & in jure ciuili tantopere exercitati parua in re peccarunt, facile intellectu eſt. Partium autem aliam quoque tradere oportet diuiſionem: nam aliæ principales dicuntur, quibus ſublatis totum interit: aliæ minus principales, quibus ademptis totum tantum manet: vt caput in corpore humano, & pectus & brachia, partes ſunt principales: crines autem, & vngues, & ſupercilia minus principales. Ita intelligendum eſt, quod ait Vlp. leg.13 §.2.ff.de acceptil. vbi ait nec cementa, nec feneſtras, nec parietem, nec diætam domus eſſe partes: quum tamen Ariſtot. tam frequenter domum ea partibus ſic definiat, operculum quod ex lapidibus, lateribus, cemento, trabibuſque conſtat. Sed Vlpian. illam partium diuiſionem ſpectans, ita diſputat, quaſi eæ demum veræ partes eſſent, quibus ſublatis totum interit, vt in fundo vſusfructus perpetuus, & via perpetua, d. l.13.& l.58.ff.de verbor. obligat. vbi & in via iter aut actus, in fructu, fructus & vſus: in decem bis quinque numerantur. Eas vero quibus ademptis totum nihilominus manet integrum, non eſſe partes: vt ſcypho, emblemata: & in domo columnæ marmoreæ: in fundo vſusfructus non perpetuus, l. 25. ff de verbor ſignific. in vſufructu, vſus: quum poſſit vſus ſine vſufructu conſiſtere, inquit Vlp.d.l.13.di acceptil. in grege aliquot capita, quibus ſublatis & grex manet, & poteſt vſucapi, quum illa nec poſſideantur, nec vſucapiantur, ait Pomp. l. 30. ff. de vſurp & vſucap. Hot.

Partium natura eſt, vt conſtituant totum, vt ſatiſdatio, ratio, adminiſtratio & rationis redditio, tutelā: radix truncus & rami arborem: interrogatio, & promiſſio ſtipulationem. Spieg. Sic partes domus ſunt, quæ conjunctæ faciunt, vt id totum, quod inde exiſtit, domus appelletur. Quare neque cementa, neque lapides pars ſunt domus: Donellus de emt.

Partium ſuarum exiſtimabis, quod ſic Calliſtratus exponit in l.generaliter, ff.de offic.præſid. & Iulius in præcedenti. Spieg.

Partura animalium quorumlibet dicitur. Briſſ.

Partus, & ipſe actus pariendi eſt, & ipſa proles: vt partus dotalium ancillarum, eſt portio dotis, l ſi poſt diuortium, § fin. ff de jur.dot. Itaque partus continentur reditus appellatione non autem fructus, l.deducta, §. hæreditatem, ff.ad Trebell. l.Paul. ad leg. Falc.

Partus antequam edatur, mulieris portio eſt vel viſcerum, Vlp. de ventre inſpiciendi. Maſſ.

Partum non eſſe partem rei furtinæ, Scæuola l.18. quæſt. ſcribit Vlp. l.partum 26.de verb.ſig. Maſſ.

Partus ſequitur ventrem, id eſt, liberi, quo ad ſtatum matris conditionem ſequuntur, l.partum, Cod.de rei vendic.l. placuit Co.de lib cauſ.l. idem Pompon. § ſi equam, ff.de rei vendic. & in cap.dilectus, extra de ſeruis non ordin. cum gl. Quod vero ad honores & dignitates attinet, patrum liberi ſequuntur, l. filiam, & l.liberos, ff.de Senat.l.exemplo, & l.eos, Cod. de decur.lib.10.

Partus ſexto menſe natus, vulgo quæſitus creditus, non legitimus: ſecus in ſeptimo menſe. Extat apud Plin. cap. de pariendi tempore lib.7.de quo & Iuriſconſ. meminit, l.7.de ſtatu homin. Labitur Accurſ.dicens juſtum partum à ſeptimo vſque ad decimum menſem finitum, & non vltra naſci. In quem errorem lapſi omnes videntur, teſte Salom. non animaduertentes in l.Gallus eſſe textum ſpectum. Iuſtum partum etiam vndecimo menſe naſci Fugit eos differentia inter decem menſes mortis, & decem menſes conceptus. De quo idem latius in d. l.Gallus. Spieg.

Partus etiam non modo in lucem editus, ſed & dum adhuc in vtero eſt, appellatur. Briſſ.

Partus dicitur edi, concipi, ſubijci, ſupponi. Briſſ.

Partus ἐννεάμηνος mortuus eſt, cum tamen ἑπτάμηνος ſit immaturus, ſi quæratur differentiæ ratio, tribuendum id erit occultæ rationi & virtuti ſeptenarij numeri: ac videnda hic omnino erit epiſtola Ambroſij 39. ad Horantianum. Cuiac. ad Iul. Paul. recepta ſentent. lib. 4.tit.9. §. ſeptimo menſe: & vide Gothofr. in not.ad l.3.§.fin.ff. de ſuis & legit.

Partus monſtroſos vel portentoſos Paulus videtur appellaſſe. qui contra humani generis formam editi ſunt, cujuſmodi. Vlp. in l.oſtentum 38 ff.de verb.ſign. definiuit: Brecb.l.quæres aliquis, ff de verb.& rer.ſignif.&c.

Partuum partus. Vlp.de petit.hæred. Ancillarum etiam partus & partuum partus, quanquam fructus eſſe non exiſtimantur, augent tamen hæreditatem. Spieg.

Partus imperfectus modo ſpiritum ducens, quantumlibet exiguus, natus tamen cenſetur, rumpitque teſtamentum. Vlp.in l.quod dicitur, ff.de liber.& poſth.hæred.inſtituen.

Parui refert, vt apud Cicer. & alios idoneos autores, ſic apud veteres Iuriſconſ. qui teſte Ludouico Viue, ſcripſerunt. Vlpian. Parui etenim, ait, refert ab initio quis doloſe in hæreditate ſi verſatus, an poſtea hoc facere cœperit. Spieg.

Parum eſt vt non, locutio eſt idem ſignificans quod parum abeſt, quin Iauol l.202.de reg. jur. Omnis definitio in jure ciuili periculoſa eſt: parum eſt enim vt non ſubuerti poſſit. Quod Harmenop. ſic expreſſit, πᾶς νομικὸς ὁρισμὸς ἐπισφαλής ... Similiter Demoſth. ... Sua vero commemorare beneficia, prope exprobrare eſt: quam ſententiam vſurpat & Terentius. Hotom.

Parum ea audire, l item quæritur, §. ſi tutor. ff.locati & alibi.

Paruuli dicuntur qui ſunt intra annum 25.l.2.C.de fund. patr. lib.11. Cujac. ad l.1.C.de fugitiuis colo.patrim.d.lib.11.

Paruum vini in l.21.in princ.ff.de furt.pro parum

Paruum tempus in l 2.Cod.de ſecund. nupt. id eſt duo menſes, Gothofr. in eam d.l 2.

Paſcaolus à verbo Græco φάσκωλος & φασκώλιον, quod verbum Feſtus retinuit, qui ſcripſit phaſeola eſſe, quas alij vocant peras. De quo Turneb. aduerſ.lib.3 c.11.

Paſcere eſt alere & cibaria præſtare ſeruis vel jumentis. Briſſ.

Paſcuum, paſcui (pluraliter paſcua, paſcuorum) locus eſt, in quo pecudes paſcuntur, ſiue ager, ſiue pratum, ſiue mons aut collis fuerit. Eſt autem paſcuorum aliud priuatum, & aliud publicum, de quibus abunde ſatis in tit.60.lib.11.C.& in tit.41 lib.7. ejuſd. C. tractatum eſt. Sic paſcua loca & paſcua ſylua dicitur, quæ paſcuis pecudum deſtinata eſt, hoc eſt, in quam jus eſt paſcendi cauſa pecora mittere. Cajus in l.ſylua 30.§. fin.ff. de uerb.ſignif Item, paſcuarij, qui vectigal dant ex pratorum publicorum latione. Dicti, quod ea conducebantur cauſa paſcendi pecoris. Anob.

Paſſa vua dicitur, quæ in ſole paſſa eſt aduri. Varro & Gothof. ad l.fio §.1.ff.de tritic.vino legat.

Paſſim eſt indifferenter, indiſtincte, promiſcue. Briſſ.

Paſſim admittere. Oppon. Diſtricte denegare. Medium à prætore cauſa cognita temperari. Vlp in l.ſed hæc, ff.de procurator. Spieg.

Paſſim fieri intelligimus, quod vbique, quod vndique, quod ſine vllo conditionis diſcrimine fit, l. palam, ff.de rit.nupt.l.ſolent, §.fin. de offic proc l.ſi ea.C.de adulter.cum ſimil. Spieg.

Paſſum, vinum illud eſt, quod ex vuis paſſis conficitur. Nam ab igne decoquendo patitur. Vlp. in l.ſi quis 9 10 princ. de trit. & vin. leg Paſſim, inquit, niſi contraria mens ſit, intelligitur. Proculus eod.tit.l.qui vinum, 16.§.1. Cui dulcia legata eſſent, omnia hæc eſſent legata, mulſum, paſſum, defrutum, & ſimiles potiones. Nebriſſ. Eſt enim paſſum inde dictum, quod fieret ex vuis paſſis, quæ in fiſcellam includebantur, mox contuſæ prelo ſubijciebantur, vnde paſſum effluebat, in Africa frequēs. Corn. Celſus lib.2.de re medica: Mulſum quo plus melius habet: defrutum quo magis incoctum: paſſum, quo ex ſicciore vua eſt, eo valent vt. Seruius in 2.Georg. Paſſum decoqui credidit, & idem eſſe quod defrutum, ſatis euidenti errore. Forcatul.in penu juris ciuilis, c.6. Paſſum, inquit Varro de vita populi Romani apud Nonjum, nominabant, ſi in vindemia vuam diutius coctè legerent, eamque paſſi eſſent in ſole aduri.

Paſſus, ſunt quinque pedes, quantum ſcilicet paſſis, id eſt, apertis brachijs efficere quis poteſt vnde & paſſus dictus, vt teſtatur Alciat. interpretatus l.quinqua pedum, Cod.fin. regund. & cap.18.lib.1.part.g. Iſidor. autor etymologiæ præbuit anſam Azuni-

Aconi, Accurſioque haud recte intelligendi iam d.l.5. pedum Nec etiam verbis legis. Critini expoſitione conuenit. Spie.

PASSVS eſt, quantum homo paſſis pedibus ambulando conficit. Annotauit Philander ſex paſſuum diſcrimina, & differentias. Eſt enim paſſus qui continet veſtigium & ſpatium, i. e. pedes duos. Alius duo veſtigia & medium interuallum, id eſt, pedes duos & dimidium. Tertium genus paſſuum, duo veſtigia cum interuallo vno continet, aut contra, id eſt, pedes tres. Quartum duo ſpatia cum totidem interiectis veſtigiis, id eſt, pedes quaternos. Quintum tria interualla cum veſtigiis duobus, aut contra, id eſt, pedes quinos. Sextum, veſtigia tria cum totidem interuallis, id eſt, pedes ſenos, Græci ὀργυιὰν appellant. Brech. l. mille paſſus, ff. de verb. & rer. ſign.

PASTILLVM Latini vocant, quod Græci emplaſtrū dicunt, quan quam inter hæc diſcrimen notatum ſit à Cornelio Celſo lib. 4.

PASTINA inſtruere in l.7.§.vlt. ff. ſolut. matrim. Quæ & paſtinationes in l.79.ff. de verbor. ſignif. Paſtina autem fieri tribus generibus, Palladius lib. 2 tit. 10. docet, aut terra in totum foſſa, aut ſulcis, aut ſcrobibus. Prat. Briſſ.

Inde PASTINANDVS fundus in l.15.§.1.ff. quod vi aut clam. Vbi paſtinare eſt agrum fodere, à paſtino ferramenti bifurcati genere, quo ſemina panguntur. Prat. Repaſtinari porro ex Verrij opinione quam Feſtus lib. 17. refert, is ager dicebatur, cuius natura emendabatur fodiendo, cum erit ſilueſter excolatur, aut lapis mollior frangendo, vt fiat paſcuum vel aruum: Vide Columell. lib. 3. c. 18. ex quo emendandus eſt Iſidorus lib. vlt. etymol. cap. 14. apud quem in paſtini definitione ſparguntur pro panguntur corrupte in impreſſis non item in ſcriptis codicibus legitur. Pangere autem defigere eſt, interprete Feſto: & ſemina ſurculi ſunt vitium, qui ferramento illo bifurco, quod paſtinum vocant, terræ infiguntur. Briſſ.

PASTINACA putatus eſſe piſcis nomen, ex eo inuentum quod telum quaſi paſtinum habeat: Paſtinaca herba, quod paſtinum referat, & tanquam habeat. Turneb. aduerſ. lib. 8. cap. 23.

PASTINARE, eſt vineis ponendis locum præparare. Is cui fundum paſtinandum locauerat, lapides ſuſtulit l.15.§.1. ff. quod vi aut clam. Briſſ.

PASTINATIO, eſt paſtinandi actus, quem eleganter indicat Columella c. 18. lib. 3. Paſtinationis vocabulo vtitur Paulus l. impenſæ, de verb. ſignific. Si vti arbuſti paſtinatione vltra quam neceſſe fuit: Vide Alberic. in ead. dictione. Spieg.

PASTOPHORIA & Paſtophorium ſacerdotum ædes, de quibus Apul. lib. 11. de aſino aureo. Dicti Paſtophori à paſto Pallio ferendo. Paſtophorus demum Venus appellata quod thalamum nuptialem curet & adminiſtret. Sunt qui deflectant a Pallio Παστὰς thalamos nuptialis dicitur, qui alio nomine Νυμφεῖον. De Paſtade venereo thalamo Leonides. Nymphia & hæc cubicula ſponſorum dicuntur Lampridio, cæteris Ioan. Bapt. in comment. epiſt. Sidon Appollinar. ad Aomaſtrum lib. 5.

PATARENI in Authent. Gazatos, Cod. de hæret. referuntur inter hæreticos. Alij ibidem legunt Pathareos: alij Patharinos, alij Patrinos.

PATEFACTVM exemplar teſtamenti, & patefactæ tabulæ, quan do dicantur l. ſi in duob. 10. ff. quemad. teſt. aper. Prat.

PATER eſt à quo naſcitur initium generis, itaque is paterfamilias vocitatur: Pater autem dictus eo quod patratione peracta filium procreet. Patratio enim eſt rei venereæ conſummatio. Lucret. Et bene Patra Patrum. Verum hallucinatur Iſidorus. Lucretio enim ex cuius lib. 4. hic verſus petitus eſt, nunquam hoc monſtrum verbi Patra in mentem venit, ſed apud eum ſcriptum eſt:

Et bene parta Patrum fiunt anademata mitra. Briſſ.

PATER eſt iuris ciuilis, Mater eſt naturæ. Mater eſt quæ peperit. Pater eſt quem iuſtæ nuptiæ faciunt patrem. Ille certiſſimus, hic incertiſſimus, Connan. lib. 2. c. 11. n. 6. Adde Baldu. comment. ſuper Iuſtinian. Inſtit. lib. 1. tit. 10. de nuptiis.

PATER & filius vna cenſetur perſona, l. fin. Cod. de impud. Vnaque eſt ro, c. cum ſcadiicimus, §. 1. cauſ. 35. q. 3. Corraſ. 4. Miſcel. 9. n. 2.

PATER quaſi patriæ is eſt, diſpenſator pecuniæ publicæ operumque publicorum, l. 1. C. de rat. oper. publ. l. vlt. C. de infant. expoſ. l. 1. C. de alear. l. 1. C. quib. mun. exc. lib. 10. l. 2. Cod. de debit. ciuit. lib. 11 Nou 17. 85. 128. 160. Cuiac. ad leg. 3. C. de iis, qui ſponte munera ſuſceperunt, lib. 10.

PATER eſt iuxta Iuriſconſultos quem iuſtæ nuptiæ deſignant, l. quia certa, ff. de in ius voc. ſed proles non ſemper ſecte mari tum patrem exprimit, ſed interdum auum paternum, aut maternum, interdum auiam, interdum patruum, aut propatruum, Spiegel. eſt autem hoc vocabulum non ſolum naturæ, ſed & religionis & reuerentiæ: vnde & Dij omnes patres appellabantur, vt inquit Seruius & Virgil.

Huc ades ô Lenæe pater—Sal.

Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium validum ſapientiæ erat, reipub. conſulebant, ij vel ætate, vel curæ ſimilitudine patres appellabantur.

PATER qui filio emancipato ſtudiorum cauſa peregre agenti ſubminiſtrauit: ſi non credendi animo miſiſſe fuerit compro-

batur, ſed pietate debita ductus, in rationem portionis quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur. Prat.

PATER inter filios poteſt diuidere bona, & eam diuiſionem teſtamento confirmare: & cauere vt æs alienum, quod vnuſquiſque eorum habet, ſiue habebit, ſolus ſuſtineat, Scæuol. in l. ea parte 9. fin. fam. ercisc. Prat.

PATER patratus vnus ex Fecialium collegio dicebatur, cuius munus erat cum pax aut fœdus facienda eſſent, verba facere.

PATERFAMILIAS dicitur quicunque Familiæ princeps eſt, ſub quo reliqui ſubſunt ſuo quiſque ordine, nec alium locum quam ſui ordinis tenet. Conn lib. 8. c. 14 n. 1. Patresfamilias item dicuntur qui ſuæ poteſtatis ſunt, ſiue puberes ſint, ſiue impuberes, habentque id iuris, vt ſi natura non poſſunt, adoptione ubi liberos procreent. Cond. lib. 8. c. 14. n. 1. & c. 15 n. 5.

PATERFAMILIAS inquit Vlp. in l. 195. de verb ſig. appellatur, qui in domo dominium habet, recteq; hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat. Non enim ſolum perſonam eius, ſed & ius demonſtramus. Denique & pupillum patremfa. appellamus. Et cum paterfa. moritur, quotquot capita liberæ ei ſubiecta fuere ſingula familias incipiunt habere, eique propere præſunt. Itaq; alibi patresfamiliarium definiuntur, qui ſunt ſuæ poteſtatis, ſiue puberes, ſiue impuberes, l. 4 ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. Nam filij cuiuſcunque ætatis ſint, morte patrum ſui iuris effecti patresfamiliæ, l. 5 ff quando dies leg. Hinc. Tert. in lib. de virg. veland. Materf. ait vocatur, licet virgo. paterf. licet inueſtis; paterf. etiam ſi ſeruos manumiſſus, l. 14. ff. qui teſt. fac. In hoc autem verbo conſiderandum eſt, veteres ad detrahendam inuidiam patris magis quam domini nomen principi familiæ indidiſſe. Quod & Tert. in apolog. notat, Gratius, ait, eſt nomen pietatis, quam poteſtatis. Etiam familiæ magis patres, quam domini vocantur. Et Senec lib 6. cap. Ne illud quidem, ait videtis, quam omnem inuidiam maiores noſtri dominis, omnem contumeliam ſeruis detraxerunt, dominum patremf. appellantes, ſeruos familiares. Quem totum Senecæ locum, Macrobius ſuppreſſo auctoris, vnde hauſerat, nomine, libr. 1. Satur. c. 11. tranſtulit. Hinc Martial locus lib. 1. epigram.

Vxorem habendam non putat Quirinalis
Cum vult habere filios, & inuenit.
Quo poſſit iſtud more? futuit ancillas.
Domumque & agros implet equitibus vernis
Paterfamilias verus Quirinalis.

Feſtus quoque lib. 6. ducem & principem generis patremfamilias appellatum ſcribit. Patrem autem familiæ, & familiæ Latinis dictum Priſcian. lib 6. exemplis probat. Briſſ.

PATERFAMILIAS is quoque dicitur, qui in domo aliena, in vxorem, liberos & libertos ſuos veluti dominationem exercet, licet nullius rei proprietatem habeat ne ſui ipſius quidem: nam nec ſui proprietarius eſt, qui ſui iuris ſuæque poteſtatis eſt. At retro etiam qui neque liberos, nec vxorem, nec libertos, nec mercenarios vllos, ſed ſeruos tantum in dominio ſuo habet, is quoque paterfamilias ſeruis dicitur: Vide Lactant 4. Inſtitut. Prat ex Cuiac. 10. obſ. 16

PATERFAMILIAS his dotibus prædicatur, bonus, prudens, diligens. Briſſ.

PATERNA, pro bonis paternis, in l 9. ff. de iur. milit.

PATERNOS libertos, vt Paulus ait, de verb. ſignific. recte videmur dicere noſtros libertos. Libertorum noſtrorum libertos, non recte libertos noſtros dicimus. Maſſ.

PATERNVM eſt officium dotem vel ante nuptias donationem pro ſua dare, progenie, l. vlt. §. vtramque ff. de dot. promiſſ.

Παθη motiones dicuntur, quæ facile diſſipantur & euelluntur non autem patibiles qualitates: quia ex iis nulli quales nominantur. Neque enim quem pudor rubore afficit, ob idipſum ruber dicitur, nec qui metu pallet, pallidus. Eo modo non quæcunque pro tempore adſunt prædiis commoditates, iure prædiorum appellantur, ſed quæ perpetua & connexa ſunt: ita vt nunquam aut vix tolli poſſint, quia hæc demum iure ſunt, ex quibus ipſa prædia qualiter ſe habent, lib. 4. c. 7. o. 8.

Πάθος ait Gothof. ad l. 5. ff. de ædil. edict. eſt auerſa à recta ratione contra naturam commotio, Zeno apud Cic. 4. Toſc. & libro 3. motum quenque in animo turbidum vocat.

PATIENTIA, inquit Cicero, eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium, voluntaria ac diuturna poſſeſſio. In iure tamen patientiæ verbo tacitus conſenſus intelligitur, l. 6 §. ſi paſſus, ff. mandat. Prat.

Παθῶ Ἰν.Φε. vide ſupra. Maiuſc.

PATREMFAMILIAS æſtimamus ex familia, non quam de facto iam habeat, ſed ex iure familiæ habendæ. Vnde fit, vt paterfamilias interdum habeat alios ſuæ poteſtati ſubiectos, qui cum familia ipſius contineri dicuntur: interdum vero ipſo quidem facto nullos eiuſmodi habeat, habeat tamen ius habendi, & quidem ſibi habendi, quod & ipſam familiam denotat. Vult. in comment. Inſtit. l. 2. 10 pr. tit 8 n 6.

PATRES, Romulus qui primus rerum potitus eſt Romæ, centum ſibi delegit ſenes omnes & maritos, è quibus parere poſſet cuncta

filium adminiſtrandæ reipubl. ab ætate Senatores, ab honore patres dictos: his enim honorum præmiis ſperabat ſe poſſe reliquos omnes ciues ad voluntatem matrimonij inducere. Nec inanis eſt quorundam coniectura eo numero centenum eum fuiſſe, non quod ſatis eſſet, ſed quod illi certum ſuſt erant, qui certos haberent liberos, & patres vere poſſent appellari: Saluſt. in coniur. Catil. Delecti, inquit, quibus corpus annis infirmum, ingenium, ſapientia validum erat, reip. conſultabant, hi, vel ætate vel curæ ſimilitudine Patres appellabantur. Feſtus: Patres dicti ſunt, inquit, quaſi ſunt patricij generis conſcripti, qui in Senatu ex equeſtri ordine ſunt ſcriptis patribus adnotati. Prat. Connan. lib. 2. c. 12. n. 1.

Patres conſcripti, L. Tarquinius rex creatus, partim ſibi timens ab Anci filiis: partim vt hoc genere beneficij remuneraretur eos, quos ſtudioſos ſui in adipiſcendo regno cognouerat centum alios Senatores conſcripſit, qui minorum gentium, & conſcripti patres ſunt vocati. Connan. d. lib. 1. c. 2. n. 3.

Patres conſcripti vocantur, qui in conſilium Senatumve eligebantur, Dicti, quaſi ex omnibus patribus peculiariter collecti & conſcripti eſſent, vt vice omnium publicis conſiliis præeſſent, Gœdd. in commen. ad l. plebs eſt, 238. ff. de verb. ſign.

Patres, patrati, id eſt, perfecti.

Patres patriæ ideo dicti, quod eam quam patres in filios poteſtatem, ipſi in ciues haberent. An potius hoc inſtitutum Honoris, quam imperij cauſa, vt ipſi tanquam patres ſubiectos admonerent ac amarent vt filios: & ciues, principes tanquam parentes obſeruarent. Seneca lib. 1. de Clementia latius explicat, cur Principem Patrem patriæ appellemus. Spieg.

Patriæ lata ſignificatio eſt, leg. non quod in fin. de pen. leg. nec ſolis mœnib. terminatur: quin & quandoque patriam de prouincia dicimus, l. vxorem, §. legauerat, de leg. 3. Complectitur autem in ſe patria, quicquid ad eam gubernandam eſt neceſſarium, id eſt, totam Politiæ ordinationem, ſcilicet magiſtratus, poteſtates, dominia, &c. huiuſmodi. Quod notandum eſt. Pomp. l. 2. de inſtit. & iur. addens exempla iuris gentium naturali ratione conſtituti, hoc eſt, iuris vere naturalis & diuini, vt parentibus, inquit, & patriæ pareamus: Vide Oldendorp. in Diuin. tab. præcept. 4. Spieg.

Patria nihil eſt aliud, quam ejuſdem populi natio ſimul congregati, iiſdem legib. viuens & inſtitutis, Conn. lib. 1. c. 5. n. 5.

Patria duplex eſt: vna originis, altera domicilij: vel triplex, originis, quam Germanam M. Tullius vocat. alia domicilij, & alia communis, vt Roma in orbe Romano, Cuiac. 4. obſeruation. 12. & ad leg. 6 §. Grammatici, ff. de excuſ. mun.

Patria poteſtas eſt ius, quod pater habet in liberos. Hanc Ariſtoteles in Ethicis regio, dominicam vero tyrannico imperio ſimilem eſſe affirmat, hoc in Græcorum republica, in qua vixit Ariſtoteles, vt eiuſmodi fuerit; in Romana certe Reipubl. iure vetuſtiſſimo locum non habuiſſe ex eo manifeſtum eſt, quod haud minus atque dominus in ſeruos, pater in liberos ſuos poteſtati ſuæ ſubiectos, vitæ atq; necis haberet poteſtatem, l. in ſuis, 11. ff. de liber. & poſth. Bodin. lib. de Rep. c. 4. Sunt qui exiſtiment poteſtatem patriam dominica fuiſſe grauiorem, eo quod ſeruus ſemel venditus exibat è poteſtate domini vendentis, quod non æque erat in filio, quippe quem ter vendi oportebat, antequam poteſtate patria liberaretur idque ex leg. duodecim, Tabul. Non placet. Primum enim certum eſt filiam æque atque filium eſſe in poteſtate patria, & tamen vna venditione filia fiebat ſui iuris. Deinde ſeruus vere & reipſa vendebatur, & venditione in alterius poteſtatem conijciebatur, filius autem vendebatur non vere ſed imaginarie, atque ita etiam vt poſt venditionem tertiam ſui iuris fieret, quod non tantum non erat ei graue, ſed etiam maximi beneficij loco, eo quod per hanc emancipationem in poteſtate aliena eſſe deſineret, ſuique iuris fieri inciperet. Poteſtas autem patria etiam nexus paternus dicitur in leg. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. quæ liber. & poteſtatis patriæ vinculum, in l. pactum, C. de pact. conuent. & vinculum familiæ, etiam ſacra patris, leg. fin. §. final. C. ad SCtum Tertull. fin. in princ. Cod. de curat. fur. l. finali, §. fin. C. de inoffic. teſtam. & abſolute ſacra, in l. in coniunctione, Cod. de nupt. Sed vt plurimum poteſtas illa dicitur patria, idque à patre. Soli enim patri, non etiam matri illa competit, §. fœminæ. Inſt. de adoptionibus, l. 13. ff. de ſuis & legit. Atque ex hac eſt, vt filius dicatur filiusfamilias, & filia dicatur filiafamilias, Vulte. in comment. Inſtit. ad tit. de patria poteſt, in princ. n. 1 2. 3.

Patria poteſtas, quomodo diſſoluatur: vide eundem Vultei. ad §. filiusfamilias, Inſtit. quibus modis poteſt. ſoluatur.

Patria poteſtas, & ſui iuris eſſe, ſunt contraria immediata, l. fin. C. de ſent. paſſ. Eſt autem patria poteſtas, ius illud quod pater, vel auus in perſonas liberorum, qui ex iuſtis nuptiis procreati ſunt, habet, l. poteſtatis, ff. de verb. ſign. Hoc autem ius proprium ciuium Romanorum eſt, quoniam à lege 12. tab. introductum. Sed cum conſtitutione Antonini, in l. qui in orbe de ſtatu hom. qui in orbe Romano ſunt, ciues Romani effecti ſunt, ſequitur, ad omnes Chriſtianos hodie illud pertinere Rom. veteres, adeo ſemper magni in liberos paternum ius fecere, vt regum temporibus, patri filius bis vendere permiſſum ſit: niſi pater ei vxorem dediſſet, aut vltro ducere volenti, aſſenſum præſtitiſſet. Ex Alciato, & Bapt. Fulgoſ. Spieg. Plures effectus iuris olim patriæ poteſtatis vide apud Cuiac. ad lib. 5. Iul. Paul. recept. ſent. tit. 5. in princ. Vide & omnino Vulteium in comment. Inſtit. de patria poteſtat. in princ. n. 5. & ſeqq.

Patria poteſtas in pietate conſiſtit, non crudelitate, & ideo pietatis etiam verbo ſignificatur, l. vlt. ff. ſi à par. qui man. ſit. Poteſtas in ſeruos longe alia eſt. Cuiac. ad l. 132. ff. de verbor. oblig. in princip.

Patriam autem poteſtatem ſacram ac nexu diuino copulatam leges vocant, l. cum in adoptiuis, verſ. cum enim C. de adopt. Inde in ſacris eſſe, dicimus, pro in patris poteſtate, quæ ſacra & ſancta eſt l. fin. C. de bon. mat. Apud Senecam Tragicum ſic Herculem alloquitur Amphitruo.

Per ſancta generis ſacra, per ius nominis
Vtrumque noſtri, ſiue me altorem putas,
Seu tu parentem: perque venerandos piis
Canos, ſenecta pace deſerta precor.

Seneca Stoicus de filio abdicato loquens lib. 7. declam. naturæ iura ſacra eſſe confirmat etiam apud piratas, facit quod vir & vxor participes ſunt diuinæ & humanæ domus l. aduerſus, C. de crim. expil. hæred. Forcat. in Necyomant. dial. 15. n. 1.

Patria ſua cuique iucundiſſima: Sic Cuiac. ad l. 4. Cod. de delat. Patria, inquit, nobis, omnibus carior eſſe debet, quam noſmetipſi. Extat apud Scæuol. de leg. 3. in l. qui habebat elegans thema Græce ſcriptum, à noſtro Haloandro eleganter quoque verſum his verbis: Quo magis dulciſſima patria mea fines ac territoria ſua tueatur, decerno adſignoque illi vniuerſa prædia, quæ in Syria poſſideo, cum omnibus quæ illic ſunt, pecoribus, ſeruis fructibus reconditis, omnique apparatu. Quæſitum eſt, an & prædia, quæ pignori habuit teſtator, patriæ ſuæ reliquiſſe videatur: reſpondit Scæu. non videri relicta, ſi modo in proprium patrimonium quod fere ceſſante debitore fit, non ſint redacta. Spieg.

Patria poteſtas ſoluitur. 1. morte ſiue patris ſiue filij: 2. quaſi morte, nimirum exilio vel deportatione, 3. ſeruitute pœnæ, quæ tamen hodie exoleuit: 4. Epiſcopatus vel patritiatus dignitate, & cæteris: 5. captiuitate, tametſi hoc modo non tam tolli ſiue ſolui, quoniam ſuſpendi dicatur, idque propter ſpem poſtliminij: 6 Emancipatione, hodie ſimplici acceſſione ad iudicem: 7. adoptione. Quibus ex moribus Germaniæ additur. §. matrimonium ſiue nuptiæ. Vultei. l. 1. titul. 12. §. illud autem fin. num. 2.

Patriæ, cum nos, noſtraque debeamus obligatione quadam naturali, ſi quid illi vel acceptorum gratia vel accipiendorum ſpe præmiorum & honorum pollicemur, præcedentis cauſæ, vel ſequentis perfectione, naturalis ea obligatio ita roboratur: vt afferat præſtandi promiſſi neceſſitatem Connan. l. 5. c. 8. n. 2.

Patriarchæ primis temporibus, h. e. per annos circiter 400. dicebantur iidem, qui & Metropolitæ & Archiepiſcopi, & Primates: vt ex primis 6. veteris Eccleſiæ conciliis intelligitur. Sed cum Epiſcopus Conſtantinop. propter vrbis ſuæ dignitatem (in qua ſcilicet ſedes imperij erat) obtinuiſſet, vt Aſiæ, Ponto, & Thraciæ præeſſet (ſicut ex Conſtantinopolitano ſecundo & Chalcedonenſi apparet) Trium-viratus in Eccleſiam inuectus eſt: vt Alexandrinus Africam, Romanus Occidentem, Conſtantinopolitanus partem Europæ & Aſiam prope vniuerſam obtineret: præter perpaucas Eccleſias, quæ dicit cauſa Hieroſolymitano relictæ ſunt propter vrbis auctoritatem & dignitatem. Qua de cauſa ipſe quoque paulo poſt in hunc ordinem eſt cooptatus. Itaque Quatuor viri tum primum regendæ Eccleſiæ conſtituti ſunt, qui ſenſim Patriarcharum & Archiepiſcoporum nomen quod omnibus (vt dixit) Metropolitis antea commune fuerat, ſibi proprium ac peculiare fecerunt. Id quod ex hoc ſecundi Conſtantinopolitani concilij can. 36. facile intelligi poteſt: quem ita vertit Hot. Renouantes, quæ à 150 ſanctis patribus, qui in hac à Deo ſeruata regia vrbe conuentum egerunt, & ſexcentorum triginta qui Chalcedone congregati fuerunt inſtituta ſunt: definimus vt Conſtantinopolis ſedes parem habeat dignitatem, ſed antiquioris Romæ, vt in Eccleſiaſticis negotiis, æque atque illa magnificetur: eum ſi poſt ipſam ſecunda poſtquam Alexandrinorum magnæ vrbis, & poſt hanc, Hieroſolymarum Epiſcopus ſuccedat. Quem locum perfidioſiſſime conuerſum Gratian. in decretum ſuum retulit, diſt. 22. cap renouantes Iuſtin. qui fuit æqualis temporum illorum, cuiuſque imperio concilium illud coactum eſt, Nou. conſt. 123. paulo apertius id declarat: [illegible], inquit, [illegible] & quæ ſequuntur. Id eſt, iubemus beatiſſimos Archiepiſcopos & Patriarchas, h. antiquioris Romæ, Conſtantinopolis, Alexandriæ, & diuinæ vrbis, ſiue Hieroſolymarum Epiſcopus ſiquidē conſuetudo eſt, &c. In Chalcedonenſis quoque Concilij capitul. 28 ſcriptum eſt hoc modo

modo, vt idem vertit, vbique leges ſanctorum Patrum noſtrorum ſequentes, eadem & nos definimus ac ſtatuimus de dignitate & amplitudine ſanctiſſimæ hujus Eccleſiæ Conſtantinopolis, nouæ Romæ. Etenim ſedi antiquioris Romæ, quia tunc ciuitas illa regnabat, Patres noſtri merito primum honoris gradum attribuerunt. Atque eadem conſideratione moti, C. L. Deo amantiſſimi Epiſcopi parem honoris gradum attribuerunt nouæ Romæ, ſedi ſanctiſſimæ, decernentes merito; vt ea ciuitas quæ tantum honorem adepta eſt, vt & ſedes eſſet Imperij, & Senatum haberet, & parem dignitatis gradum obtineret, atque antiqua ſedes Imperij Roma obtinet, etiam in Eccleſiaſticis negotijs parem atque illa honorem ac dignitatem obtineat, cum poſt illam ſecunda ſit. Iuſtin. autem Nou. 123. Si qui inquit, ejuſdem ſynodi religioſiſſimi Epiſcopi aliquã inter ſe controuerſiam habeant, ſiue de jure Eccleſiaſtico, ſiue de quibuſdam alijs rebus: primus Metropolitanus ipſorum cum alijs duobus de ſancta ſynodo Epiſcopis rem dijudicato. Et niſi vtraque pars judicatis acquieſcat, ſed appellandum putat, tum beatiſſimus Patriarcha illius diœceſeos audiétis ipſis accommodato: & illa definitio quæ Eccleſiaſticis canonibus & legibus concordant, neutra parte contra ipſias ſententiam contradicere queunte. Et multa paſſim in hanc ſententiam. Ex quibus manifeſto conſtat. Patriarchas (vt diximus) in ſuis patriarchis & præfecturis ſummum jus habuiſſe, nec alterum altero ſuperiorem fuiſſe; ſed cum ſummam ſinguli poteſtatem haberent, appellationum fine patriarchæ terminis circumſcriptos ac concluſos fuiſſe. Illud quoque aperte conſtat, Patriarchas quatuor conſtitutos fuiſſe, omnium Romanum, Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, & Hieroſolymitanum. Prat.

Πατρῷον jus, id eſt, paternum, ſiue vt ait Paul. patrium: Lucianus in Abdicato appellat *πατρῷον δικαίωμα*, ſiue *ἐξουσίαν*. Liuius vero lib 3. decad. 3. Patriam majſtatem. Balduin. tit. de patria poteſtate. Vide infra in verbo Poteſtas.

PATRIMI ſiue Patrimes, matrimique, quorum patres ac matres adhuc viuunt, &c.

PATRIMONIALES fundi ſunt ad patrimonium principis pertinentes fundi, qui vel conductionis titulo vel perpetuo jure tenebantur, vt oſtendit l. 20. de extr. munerib. in C. Th. Sic in rubric. de fundis patrimonialib. & rubric. de mancip. & colon. patrimon. & rubric. de collation. fund. patrim. lib. 11. C. & l. 13. Cod. de præd. minor. & l. 1. l. 2. l. 9. l. 17. de extraor. muneribus in Cod. Theod. patrimoniales accipit. Quos fundos, qui colent patrimoniales, coloni vocantur, l. 7. C. vbi cauſæ fiscal. rubric. de fungit. colon patrim. lib. 11. C. Briſſon.

PATRIMONIALEM poſſeſſorem accipe in l. 4. de annon. & tribut. in C. Theod. Briſſ.

PATRIMONIVM proprie eſt, quod nobis à parentibus relictum eſt, & a majoribus obvenit, Cic. libro 2. Epiſt. ad Cœlium: Filio meo, ſi vlla erit reſpon. ſatis amplum patrimonium relinquam memoriam nominis mei. Idem pro Poſth. Qui vero duo lauta & copioſa patrimonia accepiſſet, remque præterea bonis & honeſtis rationib. auxiſſet, duo patrimonia poſthumus acceperat, alterum à naturali, alterum ab adoptiuo patre. Generaliter tamen pro quibuſcunque bonis accipitur: vt nomine patrimonij intelligamus quicquid continetur appellatione pecuniæ, l. res appellat. de verb. ſig. & in patrimonio noſtro rem eſſe dicamus quoties poſſidentes exceptionem, aut amittentes actionem habeamus, l. rem in bonis, ff. de acq. rer. dom. Simul & ipſa nomina continentur, quemadmodum meorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri reſpondit Paul. l. meorum, de verb. ſign. Nec obſtat quod Pompon. in l. cum pupillus, ff. rem pup. ſalu. for. id quod eſt in nominib. à patrimonio diſtinguere videtur: quia ſtrictè patrimonij nomen vſurpare, atque ad exactum judicium reuocare, ſpecie ipſa quam tractabat, coactus eſt: de pupillo namque agit ibi, cujus patrimonio id quod in bonis eſt, non etiam quod eſt ex bonis comprehendimus. Hoc, cæterum eorum duntaxat, qui ſui juris, ſuæ poteſtatis ſunt patrimonium eſt. Reliquorum peculium veluti patrimonium vocatur, l. 32. §. 1. & l. 48. in fin. ff. de pecul. Differt itaque patrimonium à peculio, quod id de patrefam. & eo qui ſui juris eſt, dicatur: & cum de patrimonio teſtamento ſtatuerit, inofficioſi querela poſſit intendi: peculium vero filij filiorumfam. nec ad inofficioſi querelam pertineat. Brech. ad l. paterfam. ff. de verb. ſign. Gœdd. ad l. res appellatio, 5. nu. 21. & ſeqq. ff. eod. tit. Adde Balduin. in comm. ſuper Inſt. Iuſtin. lib. 2. de rer. diuiſ. & adquirendo ipſarum dominio, tit. 1.

PATRIMONIVM & hæreditas differunt: Illo namque verbo res ipſæ: hoc jus à patre relictum intelligitur, Cic. lib. de offic. 1. Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis omnique patrimonio præſtantior gloria, virtutis rerumque geſtarum: cui dedecori eſſe, nefas & vitium judicandum eſt. Sed conſuetudine loquendi res eo deducta eſt, vt jam plerunque cujus generis bona, ſiue à patre relicta & adventitia ſiue patrisfamilias opera ac diligentia parta eo nomine intelligantur. Sic Vlpian. l. bona da bonorum poſſeſſione. Bonorum poſſeſſio, inquit, eſt jus perſequendi retinendique patrimonij. Iuvenalis.

Non propter vitam faciunt patrimonia quidam;
Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt.

Pomponius l. 112 § 1. de verb. oblig. Pleramque idonei non tam patrimonio quam fide æſtimantur. Hotom.

PATRIMONIVM (à patris memoria, vtpote à quo potiſſimum liberis proſpiciatur, ac poſſeſſione rerum potiuntur debeant, l. pater, 14 l. nam etſi, 15 ff. de inoffic. teſtam. l. cum ratio, de bon. damn. dictum) pro re ſubjecta ſæpe vniuerſas alicujus diuitias bona & ſubſtantiam vniuerſam ſignificat, veluti in l. 1. §. item ſolent, ff. de offic. præſ. vrb. l. quantum, ff. quod metus cauſ. l. 5. § ſed verum, l. ſi ex cauſa: §. 5. ff de minor. l. cogi, ff. ad SCtum Trebellian. l. ſed etſi, §. primo §. quod autem ff. de petit. hær. l. 1. Cod de his, quibus vt indign. l. 5. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. l. vt tantum. §. primo, ff. da rer. corr. l. Neſcennius ff. de neg. geſt. interdum non ſolum cujuſque ſubſtantiam & familiam, & quod habet, ſed quicquid in commercio eſt, vel eſſe poteſt, denotat. §. 1. Inſtit. de rer. diuiſ. quandoque etiam illud tantum, quod à parentibus majoribuſque noſtris accepimus: quo ſenſu bona acqueſta ſiue acquiſita Doct. opponunt patrimonialibus. Andr. Tiraq. de retract. lignag §. 32. gloſ. vni. paſſim. Gœd. ad l. 5. num. 53. ff. de verb ſig.

In PATRIMONIO eſſe in bonis eſſe differunt. Cum enim dicitur res eſſe aut in patrimonio aut extra patrimonijũ, id oſtenditur, res aut poſſe venire in hæreditatem, aut non poſſe venire: vt ſunt res ſacræ & religioſæ. Sed cum dicitur res eſſe in bonis, tunc poſſeſſio quædam demonſtratur. Ideoque ſeruitutes, licet ſint in patrimonio noſtro, neque in bonis tamen neque extra bona ſunt, l. 1. de vſu & vſufruct. leg. In bonis n. non ſunt, quia non poſſidentur: Extra bona etiam omnino eſſe dicere non poſſumus: quia per res quas poſſidemus, quaſi ſeruitutes tenemus, Ferret. tit. de rer diuiſ.

PATRIMONIVM, id eſt, paterna bona, ait Gothofr. ad rubr. C. de bon. matern.

In PATRIMONIVM ſuum proceſſiſſe, eſt in rem tuam verſum eſſe. Goth. ad l. 10. C. de præd. & alijs reb. min.

PATRIMONIVM omnem omnium bonorum poſſeſſionem appellamus, etiam quæ à matre prouenjunt, quod viri eſt ea parare & quærere; & quæſita conſeruare. Connan. lib. 8. c. 3. num. 6. & lib. 3. c. 8. nu. 1.

PATRIMONIVM aliud eſt priuatum l. 8. C. Th. de jur. fiſc. l. vlt. C. de agr. & mən. li. et aliud ſacrum l 1. C. de indict. lib. 10. l. vl. C. de vect. & com. quod à re priuata ſeparari ſolet & domibus, vt in edicto 4. & 8. Cujac. ad Rub. C de fund. patri. libr. 11. & & Gothofr. ad rubr. C. de offic. Comit. rer. priuat.

PATRIS & matris nomen, juris eſt & poteſtatis, vt quemadmodum vir dominus Familiæ, ita vxor domina ſit. Conn. lib. 8. c. 2. num. 3.

PATRIS appellatione adoptiuum non contineri, docuit. Bald. in l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam. Cui ſententiæ Alex. Imolenſis in odioſis ſubſcribit. Lexicon Alberici ſic habet: Pater Græce, id eſt, genitor. Et dicitur pater, quia patratione rei Venereæ filium generat. Vel quod melius eſt, à pantater Græce, id eſt, omnis conſeruans. Ejuſmodi floſculis abundant interpretum ætatis illius monumenta: nimirum, quod eam expoſitionem vocabulorum reddere cogebantur, quam à majoribus ſuis acceperunt: apud quos Donato Seruio, Acroni, Porphyrioni, Feſto, Varroni, Marcello, & hujus notæ, ſucceſſerunt Huguitio, Papias, Catholicon. Brachylogus, Græciſmus. Porro quod ad naturam pertinet, ſemper incertus eſt pater, Odyſſ. lib. 1. Homerus tradit: illo me genitum dixit pia mater, at ipſe Neſcio, nam proprium certus ſcit nemo parentem Manet etiam hodie vulgi locus, quo dicitur, ſapientem eſſe filium, qui patrem ſuum norit, vt Eraſmus refert in explicationa Adagij, Matris vt capta dicitur. Spieg.

PATRIS nomine auus quoque demonſtrari juſta interpretatione intelligitur, l. 201. ff. de verb. ſign. Quod in his maxime verum eſt, quę benigne accipienda & interpretationa adjunanda ſunt vtique enim in l. Iulia de maritandis ordinibus & in l. Iulia, de adulterijs, patris appellatione auus non continetur l. 44. §. 1. ff. de ritu nupt l. 20. ff. ad leg. Iul. de adult. Briſſ.

PATRIS ſacris liberati dicebatur filias qui paterna ditione ſubtraheretur: vt apud Conſtant. Horum autem ſacrorum vinculum non magnum fuit, nec in ijs fuit præcipue patris authoritas, ſed in eo quod vitæ necíſque & bonorum filij poteſtatem habuit: vt veriſimilius ſit ab ajus perſona, quæ ſancta & ſacra eſt hunc loquandi morem inductum Connan. li. 8. c. 13. n. 6.

PATRITIATVS honos fuit Iuſtiniani tempore: Ejus via à Suida dicitur fuiſſe, quod legationes ex Senatu mittere conſueuerant. Caſſiod. autem lib. Variar 6 perpetuum eum fuiſſe honorem ſignificat, & cingulo ornatum, cum juriſdictionem tamen exerceret nullam. Quod a Zenone ſignificari arbitratur Hoto. in l. 3. Cod. de conſul. vbi Patritiatum honoratium Conſulatum appellat: Tum & à Caſſiodoro hunc Epiſcopis honorem tribus ſolummodo ſignificari: ijs ſcilicet, qui Cõſtantinopolitanæ Eccleſiæ præfecti, Patriarchæ dicebantur: Cujus ſententiam hanc eſſe aſſerit Hotom. vt quando in populi Rom. teſta-

Digitized by Google

gione Patrij ſoli ſacrorum procurationem Romuli inſtituto gerebant, & rex quidam ſacrorum eſſet: non incommodum videretur, ſi in religione Chriſtiana, qui ſacris præeſt, idem etiam magiſtratus ſummi ornamentis atque inſignib. decoretur. Obſeruat & Hotom. hoc ex eodem auctore Patritiatum non magiſtratus ſed ordinis nomen fuiſſe: neque enim vnus erat patritius, ſed complures, quaſi Senatus principes, qui certis antea magiſtratibus perfuncti erant: denique quales Romæ florente Rep. Conſulares, Prætorij & Ædilicij fuerunt: quibus in Senatu curuli ſella vti primiſque ſententias dicere jus erat. Quare quod in l.3. C. de conſul. legimus, Patritiatus honorem cæteris omnibus anteponi non ita accipiendum eſt, quaſi ſummus eſſet aliquis magiſtratus: primum quia magiſtratus (vt dixi) non erat: deinde quia Caſſiod. in formula patritiatus ſcribit, conſulatum patritiatu ſuperiorem fuiſſe. Præfectorios, inquit, & aliarum dignitatum viros præcedit, vni tantum cedens fulgori, quem interdum etiam à nobis conſtat aſſumi: hoc eſt, vt ipſe interpretatur, Conſulatui: tametſi verba hæc apud Caſſiod. corrupte legantur: nam Vnitatum pro Vni tantum vulgo legitur. Præterea præfectum vrbis ſummum omnium magiſtratum geſſiſſe conſtat ex l.1. & 3, C. de off. præf. vrb. Et quod Caſſiod. de præfectorijs ſcribit, conſtat de ijs qui jam præfectura functi ſunt, intelligendum eſſe: nomen autem à Rom. patritiorum ſplendore ductum eſſe, res indicat. Nam cum ij propter familiæ antiquitatem cæteris antecellerent, & plerumque ijs honores mandarentur: tranſlato Conſtantinopolim imperio, eos ſenatores qui curulibus magiſtratibus erant functi, patritios dici placuit. Quibus jus patrumfam. conceſſum fuiſſe Caſſiod. quoque eodẽ loco teſtatur. Hoto. Hujus dignitatis ſeu honoris nullam mentionem apud Latinos autores eſſe teſtatur Bud. in leg. vltim. ff. de ſenat. Cæterum Suidas eos quaſi communis reipubl. patres appellat. Non itaque hi patritij ijdem ſunt cum ijſdem de quibus paulo poſt: ſed penitus ab ijs diuerſi, id quod aduertere Fertarius & Aldobr. in § filiusfam. Inſtit. quib. mod. patr. poteſt. ſol. & Zaſius in titul. ff. de Senat. Allobr. dictos exiſtimat non quaſi communis Reip. patres vt Suidas voluit, ſed quaſi principis dict. § filiusfam. In Hiſtoria Pauli Forojuliani de rebus geſtis Langobardorum extante in Bibliotheca Vatic. Romæ, hæc forma dignitatis patritiatus conſtituendæ traditur: patritij dignitas taliter diſponenda eſt, quatenus illa non vlli perſonæ nec alicui concedatur ignoto. Sic enim valde notus Imperatori, ſit fidelis & prudens, nunc elatus. Protoſpatarius veniens ante Imperatorem, oſculetur ſuum humerum, & dicat: Maxime Imperatorum, adeſt, quem vocaſti. Tunc ſtet ad ſiniſtram Imperatoris illius Hipparchus, quem nos dicimus præfectum, & dicat ei Imperator: cum Protoſpatario futurum patritium adducito. Dum autem venerit patritius in primis oſculetur pedes Imperatoris, deinde genu ad extremum oſculetur ipſum: tunc oſculetur omnes Romanos circumſtantes, & dicant omnes: Beneveniatis. Nobis nimium laborioſum eſſe videtur conceſſum nobis à Deo miniſterium ſolum procurare. Quocirca te nobis adjutorem facimus, & hunc honorem tibi concedimus vt Eccleſiis Dei & pauperibus legem facias, & inde apud altiſſimum judicem rationem reddas. Tunc induat eum Imperator mantum, & donat ei in dextro judice annulum, & det ei bombacinum propria manu ſcriptum, vbi taliter contineatur ſcriptum. Eſto patritius miſericors & juſtus, tunc ponat ei in caput aureum circulum & dimittat.

PATRITII non ijdem ſunt qui nobiles: vt vulgò creditur. Nobiles enim omnes ſunt ex plebeijs, vt in voce Nobilis demonſtrauimus. Nam populus Rom. ita diſtinguitur, vt alij patritij eſſent, alij plebeij. Patritij, qui eorum Senatorum progenies erant quos Romulus creatat: hac tamen ætate, inquit Liuius, antiquiſſimæ cujuſque ſenatoriæ familiæ liberi, patritij appellantur: tales erant Clodius, Piſo, Catilina. Plebeij vero qui ex populo à Romuleis Senatoribus reliquo dimanarunt, vt C. Antonius, C. Caſſius, M. Cicero, T. Pomp. Atticus. Horum plebeiorum alij Nobiles, alij vero Noui homines dicebantur. Nobiles, quorum parentes curuli aliquo magiſtratu erant functi. Noui, qui primi ex ſua ſtirpe magiſtratum curulem erant adepti. Quod Aſconij auctoritate verum eſſe docebimus. Is enim in argumento in orat. in toga cand. Sex, inquit, competitores in Conſulatus petitione Cicero habuit: duos patritios P. Sulpitium Galbam, L. Sergium Catilinam: quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles, C. Antonium Marci Oratoris filium, L. Caſſium Longinum: duos qui tantum non primi ex familijs ſuis magiſtratum adepti erant, Q. Cornificium, & C. Licinium Sacerdotem. Solus Cicero ex competitoribus equeſtri erat loco natus, atque in petitione patrem amiſit. Aperte Aſconius nobiles in plebeijs numerat: & nobiles à nouis hominibus diſtinguit, qualis erat Cicero, vt illi perſæpe obiectum eſt. Itaque Verrem & Hortenſium ſignificans Verrina ſexta, ſic loquitur: Nec iſta præclara nobilitas deſinat queri, populum Roman. hominibus nouis atque induſtrijs honores mandare, ſempérque mandaſſe. Neque, vt opinor, reperietur quenquam è patritia familia hominem Nouum appellari. Itaque nec M. Scaurum, cujus parentes ignoti Romæ & contempti jacuerant, Aſconius Nouum appellat, ſed et non minus quam nouo homini laborandum fuiſſe. Scaurus, inquit, ita fuit patritius, vt tribus ſupra eum ætatibus jacuerit domus ejus fortuna: nam neque pater, neque auus, neque etiam propter tenues opes, & nullius vitæ induſtriam honores adepti ſunt: itaque Scauro æquè ac nouo homini laborandum fuit. Vide ſupra Nobiles.

PATRITIOS ait Cincius apud Feſtum eos appellari ſolitos, qui nunc ingenui vocentur. Eorum nomen vnde fluxerit, Velleius Patercul. priore volumine his verbis oſtendit. Romulus centum homines electos appellatoſque patres inſtar habuit, conſilij publici. Hanc originem nomen patriciorum habet. Dicti autem patricij quod patres ciere poſſet. Plutarchus in *ῥωμαίοις τοὺς ἐξ ἀρχῆς καλουμένους ὑπὸ τῶν ῥωμαίων πατρίκιους ἐκάλεσε καὶ πατρικίους οἷον εὐπατρίδας, ὅτι πατέρας αὐτῶν ἔχοιεν ἀποδεῖξαι, τοὺς δ' ὕστερον ἐπιγραφέντας ἐν τῷ δημοτικῷ συγγραφεῖς πατέρας ὀνόμασε.* Hic autem non eſt prætereunda, quæ inter Dionyſium & Liuium eſt controuerſia. Dionyſius enim ait Romulũ patritios primo, deinde centum ex patriciorũ primoribus, qui numero longe plures erant, Senatores feciſſe, ita, vt vere dici poſſet. Senator eſt, ergo patritius: non è contra, patritius ergo Senator, quum ex Dionyſio non omnes facti patritij Senatores lecti eſſent. Liuius vero centum tantum patritios à Romulo factos fuiſſe, prodit, quos etiam Senatores fuiſſe refert, Romulique ſecundam ex Sabinis lectionem omittit. Hos autem à Romulo prima lectione patritios creatos, eos eſſe conſtat, qui majorum gentium dicti ſunt. Qui verò à reliquis regibus Brutoque primo conſule, minorum gentium. De quo plura Onuphr. Panuinius, in comm. libr. 1. Faſtor. de patritijs, & Senatoribus. Et hæc erat ſtante Romana repub. verbi hujus ſignificatio. Verum longe aliter Patricij in conſtitutionibus recentiorum Imp. accipiendi ſunt. In his enim Patricij Imperatorum conſiliarij, quaſi eorum patres, vocantur. Sic enim à Juſtinian. in l. vlt. & ibi Cujac. C. de conſulib. libro 12. & §. ſed filiusfam. Inſtit. quibus modis jus pat. pot. & à Nicephoro vocantur lib. 13. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 1. & c. 4. & à Claudiano, cujus ſunt de Eutropio patriciatus honore decorato verba.

------ *Præſidium legum genitorque vocatur.*
Principis, & famulum dignatur regia patrem.

Juſtinian. Nouell. 80. *ὁ γὰρ πατρίκιος ὀνομαζόμενος πατὴρ ἡμῶν ἐν τάξει πάντων ἄγεται ἀξίωμα ὑπὲρ πάντων τίμιον.* Itaque patritius *πατὴρ βασιλέως* à Luitprando vocatur lib. 3. de rebus per Europ. geſt. ca. 8. Sic in l. 64. in fi. & l. vlt. ff. de decurion. l. 10. C. de in l. 3. C. vbi Senator. & in Epiſtolis Juſtinianeis patriciorum nomen, patriciatuſque dignitatem accipe. Paul. Diac. lib. 14. Appendicis ad Eutrop. de Aetio. Nec multo poſt etiam patriciatus dignitatem conſequutus eſt. Briſſ. & Vult. in commen. Inſtit. quib. mod. jus pat. pot. ſolu. § filiusfamil. 3. n. 2. 3.

PATROCINIUM pro aduocatione. Si ita ſunt literis eruditi, vt patrocinium deſiderantib. præſtare poſſit, l. 5. C. de poſtul. Briſſ.

PATROCINIA appellari cœpta ſunt, cum plebs diſtributa eſt inter Patres, vt eorum opibus tuta eſſet. Inde factum eſt, vt Patrocinium pro tutela & defenſione dici cœperit. Feſtus.

PATRONA, proprie non eſt vxor patroni licet bonis moribus conueniat: huic etiam reuerentiam à liberto exhiberi, & ideo ſine venia in jus vocari non debeat, l. 1. C. de in jus voc. Spieg.

PATRONATUS jus hodie aliter jure ciuili, aliter canonico accipitur: Nam jure ciuili appellatur hoc jus quod patroni in libertorum perſona boniſque habent, operarum ſcilicet exactionem, inteſtati ſucceſſionem, bonorum poſſeſſionem contra tab. tit. de jur. pat. Iure vero Canonico jus patronatus (ſeu aduocationem, ſeu cuſtodiam, ſeu alio nomine quis illud appellet) eſt jus idoneos rectores in Eccleſiis inſtituendos Epiſcopo offerendi, &c. quod alicui in Eccleſia acquiritur eo quod ipſe, vel ejus autores Eccleſiam poſuerint, ædificarint, vel opibus non minimum auxerint, & conſenſu Epiſcopi adhibito, ex quo jure, cum vtilitate honor & onus ſimul retulit. De quo Canoniſtæ tot. tit. de jur. patr. & in c. quicunque e. de ceterimus, 16. quæſt. 7. Eſt autem jus patronatus perſonale, nec perſonam egreditur, niſi in ea eadem ſit [illegible] & qualitas, quæ in anteceſſore l. in omnibus 68. l. [illegible] 191. [illegible] leg. a 196. de regul. jur. l. nec adjecit, ff. pro ſoc. Gœdd. ad leg. 105. nu. 2. ff. de verb. ſign.

PATRONATUS jus defertur liberis & agnatis patroni non autem pertinet ad extraneos patroni hæredes. Ad peculium Latini Iuniani, quod moriente liberto Iuniano patronus retinet, inter hæredes patroni communiter diuiditur, ita vt etiam pertineat ad extraneos. Vultejus in comm. Inſtit. de ſucceſſ. liberi §. fin. num. 1.

PATRONORUM tutela dicitur: Nam ſicuti nullus omnino tutor eſſet, ei dabatur in vrbe quidem à prætore vrbano. leg. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tut. & majore parte Tribunorum plebis ex l. Atilia Inſtit. de Atil. tut. Et l. 12. tab. libertorum & libertarum tutela ad patronos liberoſque eorum pertinebat.

Eo enim

Ea enim ipſa, quod hæreditates libertorum libertarumque, ſi inteſtati deceſſiſſent, juſſerat, lex ad patronos liberoſve eorum pertinere crediderunt veteres voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere. Quia plerunque vbi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet, Inſtit. de legit. patronor. tut. Vide Ræuard. Variorum libr. 1. cap. 10. Vide etiam infra Tutela.

PATRONOS primum vocarunt Romani auctore Zonara in Romulo & Heſychio in verbo πατρῶνας, τοὺς ὑπερμάχους καὶ βοηθοῦς, qui & προστάται à Græcis appellātur. Patronus autem quaſi pater dictus: eodem modo quo Matrona. Seruius in illud Virgilij.

———...— *Et fraus innexa clienti*

Ex lege, inquit, 12. tab. venit, in quibus ſcriptum eſt, Patronus ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto. Sic enim clientes quaſi colentes ſunt, patroni quaſi patres: tantundem eſt clientem, quantum filium fallere. Hoc autem ex Romuli inſtituto, quem ferunt patricijs plebejos commendaſſe, optione cuique è vulgo data quem vellet patronum eligendi, more ab Athenienſibus repetito, & eam pauperum tutelam patronatum appellatam fuiſſe: juſque patronatus officijs tum inde apud Romanos durantib. hujuſmodi conſtitiſſe, videlicet vt patroni clientibus de jure reſponderent, cujus illi rudes erant & ignari abſentium æque atque præſentium curam gererent, adeſſent in judicijs, omnémque accuſatoris impetum ſuſtinerent. Iuxta Plauti illud in Menec. Iutis vbi dicitus dies, ſimul Patronis dicitur: quippe qui pro illis loquantur, male quæ fecerint: aut ad populum, aut in jure, aut apud judicem res eſt. Sic me hodie nimis ſolicitum cliens quidam habuit: neque quod volui agere quicquam licitum eſt: ita me attinuit, ita me detinuit. Apud ædiles pro ejus factis plurimis peſſimiſque dixi cauſam. Et fuit certe jus illud patronatus tantæ apud veteres auctoritatis, vt contenderit expreſsè Marc. Cato, patrem primum, deinde patronum proximum nomen babuiſſe, auctore Gallio lib. 5. c. 13. Proinde non eſt dubium quin ſevere in patronos fraudulentos Romani animaduerterint. Sane Dionyſius auctor eſt clientem aduerſus patronum, aut patronum aduerſus clientem dicere teſtimonium non potuiſſe: nec alterum ab altero accuſari, aut inter inimicos numerari: qui quid horum feciſſet, teneri eum Romuli lege de proditoribus, eumque vt Dij ſacrum, interficere cuilibet liberum fuiſſe. Atque hujus quidem priſci juris Decem viri etiam noſtri aliquam in ſuis tabulis memoriam ſupereſſe voluerunt. Ideoque jus illud patronatus à Romulo veri introductum fuit, ita in ſuis quoque tabulis tranſtulerat, his verbis Patronus ſi clienti fraudem fecit, ſacer eſto: quemadmodum Seruius Honoratus, & poſt eum Iulius Sabinus exponentes illud Virgilij: Et fraus innexa clienti adnotarunt. Refert idem Sabinus per fraudem in hac lege prævaricationes Vrbanum intellexiſſe, quod Ræuardo ad omnem fraudem, dolumque malum potius referendum videtur. Et quia patroni ex lege Romuli clientum cauſis adeſſe, eaſque defendere cogebantur: ideo factum eſt, vt oratores & aduocati cauſarum patroni quoque dicerentur, non ſolum Philologis, ſed & Iureconſultis, vt apud Iuſtinianum in l. rem non nouam, §. patroni, C. de judic. Patroni tamen & aduocati apud Ciceronem plurimum differunt. Nam vt docet Aſconius in diuinatione, Patronos appellat oratores, aduocatos vero iuriſperitos, qui oratoribus juris ignaris in cauſis, quid juris eſſet, ſuggerebāt, quemadmodū nunc quandoque cauſidici ciuitatis aduocatos monere ſolent. Eos autem in primo de oratore ait à Græcis πραγματικοὺς vocari. De quo latius Ferran. l. 2. Explicationum, c. 6. ad l. aduocati, C. de aduocat. diuerſ. judic.

PATRONI autem varie in jure ciuili accipiuntur. In edicto de in jus vocando, & adſinibus titulis, Patronos accipimus eos, qui ex ſeruitute manumiſerunt, ſiue ſponte, ſiue ex neceſſitate, quoniam rogati fuerant manumittere, vel hac lege emerant, vt manumitterent. Item qui colluſione detexerunt, vel qui præjudicio pronunciati ſunt patroni cum alioquin non eſſent, vel qui aduerſario deferente jurarunt ſe patronos eſſe. Briſſ.

PATRONVS fiſci, primum ab Adriano Imp. inſtitutus eſt, vt Ælius Spartianus in eius vita teſtatur. Eius autem munus præcipue bonis in iiſque fiſco commiſſa eſſent, exhibito delatore perſequendis, verſabatur, l. vlt. C. de aduo. fiſc. l. 5. C. de delatorib. adeo vt delatoris quodammodo patronus eſſet l. 5. §. aduocatum, ff. de his quæ vt indign. Solebat autem vnus aut alter è numero aduocatorum cujuſque fori ad id munus deligi, quod annum vnum aut alterum gerebant: quemadmodum ex c. C. intelligitur, quod eſt de aduocat. diuerſ. iud. Prat.

PATRONVS in prædiis Eccleſiaſticis dicitur is, qui cum in Eccleſiam inſigne beneficium contulit (veluti templum ædificauit, aut magno aliquo prouentu illam locupletauit) ius ſibi beneficiarij nominandi retinuit, h. clericos pro ſuo arbitratu deligendi, nominandi & apud Epiſcopum producendi, vt ſine illa productione conferendi beneficij jus nullum Epiſcopus habeat. Iuſtin. tamen Nou. 123. εἰ δὲ ἀνάξιον jubet, ſi patronus minus idoneum producat, Epiſcopi poteſtatem eſſe alterum idoneum eligere Iure Canonico præſtitutum eſt, Patrono laico nominandi beneficiarium tempus quatuor menſium, Eccleſiaſtico ſex: quibus exactis integra Epiſcopo poteſtas relinquitur. De jur. patr. in 6. Iura quoque patronatus hæc ſunt: vt clericum in officio peccantem apud Epiſcopum deferat, c. filius, 16. quæſt. 7. vt in egeſtatem lapſus ex eo prouentu alatur, c. quicunque 16. quæ 7. c. nobis de jur. patron. vt id donare permutaréve poſſit: vendere tamen non poſſit, c. nemini, 16. quæſt. 7. c. a inſinuatione, c. ex literis, c. cum ſeculum, extra de jur. patron. vt jus nominandi in hæredes ita tranſeat, vt & in ſolidum Patroni ſint, & vniuerſi tamen nominandi jus habeant, cap. 2. extra de jur. patron. Clem. 2. eod. Albertus Krantius libro Daniæ 6. capit. 2. vbi de Valdemaro Daniæ Rege, & Epiſcopo Roſchildienſi creando loquitur: Equidem, inquit, & ſi videretur maiorum ſuorum opibus fundatam Eccleſiam in Patronatu tenere, juriſque plurimum in deligendo Pontifice ſibi poſſe præſumere, &c. Prat.

PATRONVS item pro eo qui feudi auctor eſt: qui modo dominus, modo ſenior appellatur: à quo is qui vaſallus nominatur, feudi beneficium accipit: qui propterea cliens, interdum etiam clientulus appellatur. Idque ex antiqua fere conſuetudine, quam ſuperius attigimus. Prat.

Pro Patronis non habentur, contra quos juratum vel pronunciatum eſt, & qui jurejurando adegerunt, ne vxorem ducerent, & qui ſeruo ſuis nummis redempto fidem fregerunt, aut contra legem venditionis proſtituerunt l. 8. §. 1. cum duab. ll. ſeqq. ff. de in jus voc. Quod vero ad ſucceſſionem inteſtati attinet, Patronus non eſt, qui ſe patronum eſſe jurauerit, aliter atque ſi patronus pronunciatus ſit, tunc enim ſententiæ ſtatur l. 14. ff. de jure patr. Sed & hi qui ex cauſa fideicommiſſi, vel ex lege in emendo dicta ad libertatem perduxerunt, vel qui dotalem ſeruum manumiſit, ad legitimam libertorum hæreditatem vt patroni admittuntur, l. 3. ff. de ſuis & legit. At in eo legis Iuliæ, de maritandis ordinibus capite quo libertæ [illegible] à patrono cui nupta eſt, poteſtas adimitur, qui ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, vel non ſuis nummis emit, vel ſe patronum eſſe jurauit, pro patrono non habetur, l. 45. ff. de ritu nupt. Quam etiam circa alimenta præſtanda interpretationem ſeruari, Vlp. in l. 5. §. ſi quis a libertis, ff. de liber. agn. docet. Vbique vero Patroni appellatione etiam patrona continetur. l. 52. ff. de verb. ſign. Briſſ.

PATRVELES, à patruo dicti: quod duorum patruorum filij ſint. Quoniam qui pater alteri eſt, alteri eſt patruus. Sicut ſorores patrueles nuncupantur, ex duobus & ipſæ fratribus genitæ. Atque duarum ſororum, aut plurium filij inter ſe Sobrini dicuntur tanquam Sororini Lege Conſobrini.

PATRVELES a Conſobrinis hoc differunt, quod Conſobrini proprie dicuntur, ex auunculo aut matertera prognati: Patrueles vero ex patruo Titij prognati: Amitini ex amita. vnde Cicero in Ligariana filium Titi Bocchi auunculi Ligarij conſobrinum appellat, indéque intelligi facile poteſt illuſtris differentia: patrueles quippe non minus quam duo eſſe poſſunt, ex fratribus ſcilicet duobus nati. amitini autem inter ſe duo eſſe nequeunt, quam enim amitinum Titius appellat, ab eo conſobrinus nominatur, §. 4. de grad. apud Iuſtinianum. Ita ergo poterit Titius appellari conſobrinus, patruelis debebit, amitinus non poterit, quanquam confundi pleruṁque ſoleat diſcrimen: ac generaliter Conſobrini pro quibuſlibet fratrum ac ſororum liberis ſicut apud Græcos ἀνέψιοι vſurpari l. 16. Co. de nupt. Hotom. Connan. lib. 5. c. 6. n. 1.

PATRVELES, fratres vel ſorores ſunt, ait Cajus, qui quæve ex duob. fratribus progenerantur, l. 1. §. 1. ff. de grad. & adfin. Got.

PATRVM hæ ſunt qualitates, & differentiæ, Naturalis, adoptiuus, juſtus, fiduciarius, certus, incertus. Briſſ.

PATRVM Plautus appellat patrui magni filium, id eſt, propiorem ſobrino, nam in Pœnulo cum Pœnus Agoraſtocli dixiſſet patrem ejus ſibi patruelem fuiſſe, continuo reſpondens Agoraſtocles, Mi patrue, ſalue: & ſcena inſequenti, Patruo aduenienti cœna curetur volo, itémque deinceps. Hoto.

PATRVVS eſt frater patris, l. 2. §. 1. ff. de ſuis & legit. l. vlt. §. 3. ff. de grad. & adfin. l. 5. ff. vnde legit. frater vero aui patruus magnus vocatur, l. 1. §. 4. l. vlt. patruus magnus, l. pen. ff. de legit. tutoribus. Paulus lib. 4. ſent. tit. 11. l. 1. Co. de ſucceſſ. ed. Proaui vero noſtri frater idémque patris vel matris patruus magnus, nobis patruus major eſt, d. l. vlt. §. patruus major, l. 38. §. Iulius, ff. de leg. libro. 3. Qui & propatruus à Gajo in l. 1. §. vlt. ff. de gradib. & à Paulo li. 4. ſentent. tit. 11. At abaui frater patruus maximus in d. l. vlt. §. patruus maximus, qui & abpatruus dicitus, in l. 3. ff. de gradib. & à Paulo in ſupra citato loco patrueles dicuntur fratrum filij, l. 1. §. 4. l. vlt. §. eod. gradu, ff. de gradibus Iſidor. lib. 10. Etymol. c. 5. Briſſ.

PAVCA dicuntur duo l. 1. de præſcrip. verb. At tria veniunt multorum nomine l. licet Imperator. de l. 1. cum ſimil. Spieg.

PAVCA verba, ex facti qualitate cognoſcuntur. Vide Bartol. in l. ſcire oportet in princip. ff. de excuſat. tut. Spieg.

PAVENDVM ſignificatum variat in jure, nam pendet ex perſona-

rum, cauſarum, rerúmque qualitate, tum temporis ratione. Vide Bart. in l.ſcire oportet.ff.de excuſatio. tut. Apud veteres pauci pro bonis ponebantur: vt multi pro malis, autore Nonio.Spieg.

PAVLATIM, id eſt, per partes. paulatim venditore de eo quod petiesat detrehente, l.8.C.de contrah.empt.

PAVLATIM, alias eſt tractu & ſucceſſu temporis, §. ſed cum Inſt.de teſtam.

PAVLATIM.ſenſim.Inſtit.de rer.diuiſ.§.præterea,in princ.

PAVLIANA actio,eſt actio prætoria in rem, qua creditores in fraudem ſuam à debitore res alienatas reſciſſa traditione repetunt. Eadem etiam dicitur actio in factum, l. ait prætor 10.§. quod ait prętor,& §.annus,l.hec in factum, 14.ff.quę in fraud. cred. l.pen. C.de reuoc. his quæ in fraud. credit. vel quod actiones prætoriæ ſolent appellari actiones in factum: vt videtur Iaſon ad §.item ſi quis 5.n 27. Inſtit.de actio. vel quod noua formula,tum nec in perſonam,nec in rem ſit,concipiatur,in qua factum memoretur, vt apud Hot.in d.§.item ſi quis,num. 8.vel quod ſecundum, ſeu in factum, nimirum alienationem debitoris concipietur & comperetur,quod magis mihi placet: idque indiſtincte, ſiue fraudationis mentio ſit facienda, ſiue non facienda, quomodo Weſemb.diſtinxiſſe videtur in paratit.ff.quæ in fraud.cred. n. 5. multo minus etiam diſtinctione obſeruata à Iaſone facta, vt ſi res corporeles ſint alienatæ,detur Pauliana,ſi vero in corporales,detur actio in factū: quam in d.§.item ſi quis, Mynſ. ſing. reprobat n.8. & quidem recte. Nam & corporalium & incorporaliū rerum nomine vna eadémque datur actio, quæ interdum Pauliana, interdum in factum dicitur. Quinetiam vocatur reſciſſoria & reſtitutoria: nō quod ipſa reſcindatur traditione à debitore facta,ſed quod poſt eam demum reſciſſam,vt luculenter ex d. §.ſi quis,confirmatur,detur,atque ita reſciſſionis ſit quaſi quidem effectus Eſt enim hæc reſtitutio in integrum,vt definit Paulus redintegrādæ rei vel cauſæ actio. Quamuis & alio ſenſu reſtitutoria dici poſſit, quemadmodum & reuocatoria,nempe ab effectu, quoniam eam rem reſtitui petimus, ac proinde ab eo, in quem alienata eſt,reuocamus. Vult.ad d.§.item ſi quis n.7 & ſeqq.

PAVLIANA actio competit creditoribus fraudatis eorúmve hæredibus: vbi non incommode quæri arbitror,vtrum hæc actio detur creditoribus non tantum chirographarijs,ſed etiam hypothecarijs, h.e. quibus res alienatæ ſint hypothecatæ: quod negat Fabes in d.§. item ſi quis n.12. Angel.n.5. & videtur habere rationem. Creditoribus enim hypothecarijs conceſſum eſt experiri via iuris ordinaria, vt opus non ſit ad reuocatoriam quæ iuri ciuili quodam modo eſt contraria decurrere. Imo, ne decurri quidem poſſe videatur: quoniam hac actione res in priſtinum ſtatum reponitur, quod non ſit ſi ordinarium remedium aliquod ſuppetat. In hoc tamen communiter trum eſt,ait Mynſinger.ad d.§.item ſi quis,n. 37.hanc actionem ipſis competere, per gloſſam in l.debitum, ff.quæ in fraud. cred. Cui etiam maxime aſſentior: quamuis non videam deciſionem illam dicta glo. confirmari. Mouet me generale verbum Creditorem in edicto poſitum, quo cum non diſtinguantur creditores hypothecarij à creditoribus chirographarijs, neque nos diſtinguere debemus per legem de pretio, ff. de Publiciana in rem actio. Neque enim obeſſe debet creditoribus quod ſibi hypotheca cauerint, præſertim cum in actione hypothecaria creditus ſæpius oneretur probationibus difficilioribus, id notatur in §.item Seruiana 6.& ſeq. Inſtit. de act. vt conſultius eis ſit agere Pauliana. Etſi vero actio Pauliana videatur eſſe remedium extraordinarium propter reſtitutionem rei in priſtinum ſtatum: ordinarium tamen eſt,quia reſtitutio magis ſpectat ad Iudicium præparatorium,quam ad principale,& nouum non eſt,vt de eodem plures ſimul poſſint concurrere actiones. Vult.d.loc.nu.48.

PAVLIANA actio competit aduerſus poſſeſſorem rei, quin imo aduerſus ipſum etiam qui fraudem fecit, id eſt, debitorem, vt euincunt verba edicti relata ab Vlpian. in l.1. ff. quæ in fraud. cred. non tamen aduerſus vtrumque ad eundem effectum, ſed aduerſus poſſeſſorem quidem, vt vel res reuocetur & reſtituatur; aduerſus debitorem autem vt reuocationem fieri videat, & patiatur,quemadmodum hoc mihi recte declarare videtur Ludou.Mainus lib.2. act.6.12. aut vt in carcerem conijciatur: quod eſſe durum ſcribit Weſemb. in paratit. de act. & oblig.nu 10. Vult.d.loc.nu.58.

PAVLISPER, pro paulum admodum l.1. C.de his qui ſpont. mun.publ.ſub li.10.

PAVLO,idem ſignificat quod parum: vel paulum.l.tutor.§. cum hæres, ad Vellejan. paulo, mox, ſtatim, cum paruo interuallo paulo ante, pro nuperrime.Auth.quibus modis natur. in princ.

PAVLVS Caſtrenſis, Iuriſconſ. nobilis patauij, Florentiæ & Bononiæ iura interpretatus eſt, editiſque libris quamplurimis, Patauij tandem anno 1437. prid. Calend. Mart. vitæ ſupremum diem confecit. Prat.

PAVPERIES damnum eſt ſine injuria facientis datum, vt cum animal,quod ſenſu & ratione caret,damnum intulerit,leg.1. ſi quadrup.paup.feciſſ.dicat.Vide Paul.lib.1.ſent.tit.15. Feſtus lib. 14 Pauperiem damnum definit eſſe, quod quadrupes facit. Prateius. Si igitur damnum quadrupes dederit, naſcitur actio quæ vocatur de pauperie: Eaque directa eſt, ſi autem quadrupes paup.fecerit,vtilis,ſi bipes,l.penult. Digeſt. ſi quadrupes paup. feciſſe dicatur, ſed de hac actione vide Vulteium in comment.Inſtit.eodem titulo.

PAVPERIES eſt ipſa paupertas Horat.in Epiſtolis:

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem: fugiens per ſaxa per ignes

PAVPER non eſt, qui non acquirit, ſed qui patrimonium dilapidat,l.ſi ſponſus,§.ſi maritus,ff.de don.int. vir. & vxor. vide item l.ſi vir. vxori,ff.pro donato.Spieg.

PAVPERIORAM fieri & locupletiorem aduerſantur. Briſſ.

PAVPERIVS ad opinionem refertur, l. hæreditatem, §. filius ff.de caſtr. pecul. Spieg.

PAVPERTAS,eſt ipſa pauperis conditio. Quotuplex illa ſit,Barthol explicat. in Minoricia, libr.1. An vero & quibus caſibus proſit,tractat,in l.illicitus,§. ſi.de offic.præſid. Spie.

PAVPERTATEM (aper.in libr.de Orthographia) à pauperie eo ſeparat,quod paupertas ipſa conditio ſit, pauperies vero damnum: Sic in leg.14 in fine, ff.de præſcr. verb.& apud Paulum libro 1. ſent.15.hoc verbum extendendum eſt. Pauperes quod ad accuſationem perferendam attinet, habentur, qui minus quam 5. aureos in bonis habent. l. 10. ff. de accuſ. Cui conueniens eſt,quod Conſtant.li.1 Epit.tit.6. ſcribit οἱ πένητες ἐ μὴ προσφέρειν ... Plane excuſationibus tutorum ob paupertatem antiqui crediderunt hujus rei definitionem arbitrio æſtimationique judicis committendam,l.9.ff.de excuſat.tut. §.ſed & ob paupertatem, Inſtit.eod. Briſſ & Bart.ad d.l.10.ff de accuſat.

PAVPERTINVS, Apuleiana vel & priſcorum pro tenui & paupere. vti Marcellus annotauit, &c. Ioan.Baptiſt.in comment. Epiſt.Sidon. Appollin.ad Heſperium, lib.2.

PAVPERVM appellatione, etiam continentur qui in reatu ſunt vulgo carcerati pro maleficio vocantur,l.Iulius, C. de Epiſco. aud. Spieg.

PAVIMENTVM ipſum domus ſolidamentum: dictum à pauiendo,id eſt,tundendo, ſiue feriendo: quod dum fiunt pauimenta, pluribus ſimul diebus feriuntur & tunduntur, vt ſolidiora ſint, & ne rimas faciunt. Vide l.ſi foramen, ff.de ſeru.vrb.præd. Plinius indicat,apud antiquos pauimentorum genere multa fuiſſe cap.25.lib.36. Spieg.

PAVO, qui & pauus etia vulgo nota, §.pauonum, Inſtitut. de ret. diuiſ.Alberic.

PAVSA,quies, ceſſatio, Lucretio, Apuleio. Vnde Pauſarius Senecæ,quæ pauſam facit: vel potius vt ipſe interpretatur, qui voce temperat impetum remigantium Epiſt.pen.l.7. Spieg.

PAX,i.humanarum rerum tranquillitas,à pactione appellatur l.1. in princ.ff.de pact. diſcortatiuis cap.1. de treng.& pact. eſtque vinculum charitatis no.cap. nouit. de judic. extra. Briſſ.

Ιαξυμεσάτιον, Latinam vocem eſſe Suidas ſcribit qua etiam vtitur Leo de re militari, & ſignificat idem, quod Græcis, ... id eſt,expeditionalis annona,Cujac.ad l.1. Cod de erogat.mil.anno. lib.12.

P E.

PECCARE,dictum quaſi pellicare, id eſt, cum pellice coire. Vnde proprie eſt adulterium committere. Sed vſus effecit, vt pro quomodocunque lædi & offendere & delinquere ſumatur. Hoc omnium eſſe Deo excepto, ſcribitur in Canonicis decretis de pœnit.diſt.2.cui ſine in ſin. Vide Bart. ſub fin.leg.1. de juſt.& jur. Sieg.

PECCATORES pro adulteris Iuſtinian. vſurpaſſe, in inſtit. titul. fin.eruditiores quidam contendunt, judicantes. Bapt.Pium putant recte, pro peccatoribus, pedicatoribus legendum cenſere. Vt certe ibidem non conuenit hæc vox. Quo loco ſtupratoribus habet editio Norimbergenſ. Prat.

PECCATVM dicitur, quicquid fit contra officium: quod etiam culpa appellatur.

PECORARIVS (ſi modo non ſcribendum pecuarius) eſt qui pecora ſiue pecua publice redimit,vt ait Aſconius.

PECTERE ἐπιξαίνειν, quod eſt ſigo: vel quod magis eſt ἀπὸ τοῦ πέκειν,quod tondere ſignificat Suidæ, & ſic tondere quoque pecora Ariſtophani Aleiat. C.de excuſ.artiſ.lib.10.

PECTEN piſcis genus,cuius meminit l.vnic. Cod.de monopol.in princ. & Plin. lib. 9. c.33. Pectines in mari ex genere cochlearum habentur, reconditi & ipſi in magnis frigoribus magnis æſtibus: anguéſque velut igne lucentes in tenebris: etiam in ore mandentium. Et paulò pòſt: Saliunt pectines,& extra volitant,ſeque & ipſi carinant. Prat.

PECVA, vt ait Cic.in Pompeiana,ab eo quod eſt pecu, venit: vt à genu genua:& ſignificet pecorum multitudinem. Spieg.

PECVARIA, numero multitudinis dicebantur omnia, ex quibus Pop.R.haberet reditus:quia diu hoc ſolum vectigal Romanis fuit. Nūc eu dictione fœminine & locū in quo pecorū greges conſiſtunt,& ſcientiam parandi,ac paſcēdi pecoris accipimus.

PECVA-

PECVARIVS, ſubſtantiue, qui pecorum curam habet: vt canis qui pecora cuſtodit à luporum injuria.

PECVS, vt vult Varro lib. 4. ling. lat. à pede dicitur quod in pecore olim pecunia conſiſtebat paſtoribus, & ſtandi fundamentum pes. Hęc Varronis ἀπολογία doctis non placet: Et Pecudes à Græco verbo πεκτεῖν dici volunt, quæ ſic dicebantur quod tonderentur. Vnde πόκος apud Græcos, vellus apud nos remanſit, Latini vero pecudes potius, quam pecudes dixere more ſuo: cum & Apellinem pro Apolline dicerent: item temperis & pigneris pro temporis, &c. Prat.

PECVS ſecundum Vallam eſt omne animal, quod ſub imperio pabulo terræ paſcitur, vt ſunt boues, aſini, equi, cameli, oues, capræ. Plinius elephantes vocat pecudes, cum ait: qui cum elephanto congreſſus, gemino ictu pecudem examinauit. Modeſtinus de leg. 3. Pecudibus legatis, ait, & boues, &c. jumenta continentur. Spieg.

PECVDVM ſeu pecorum numero ſunt omnes quadrupedes, quæ gregatim habentur, veluti oues, capræ, boues, equi, muli, aſini, ſues. Canis vero inter pecudes non eſt, longéque magis beſtiæ eo numero non ſunt. Sic in lege Aquilia & alias ſemper pecudem accipimus, l. 2. l. 29. §. hac actione, ff. ad leg. Aquil. l. 65. §. pecoribus, l. 79. ff. de leg. 3. l. 38. §. jumentorum, ff. de ædil. edict. l. 12. §. ſed & ſi pecoris, ff. de vſu & habit. Briſſ. Hinc pecoris paſcendi ſeruitus, quæ definitur ius eſſe pecoris paſcendi in alieno agro l. 1. §. in præſidijs, & l. pecoris, ff. de ſer. ruſt. præd. §. inter, de ſeruit. Inſt.

PECVLATOR eſt, qui furtum facit pecuniæ publicæ, hoc eſt, qui de Principis aut Populi ærario ſuffuratur. vide Baldum Inſtit. de publicis judicijs.

PECVLATVS eſt furtum pecuniæ publicæ vel fiſcalis, vel ſacræ: tametſi rei ſacræ furtum peculatus ſacrilegij nomen acceperit: dictum à pecore quod ab eo initium fraudis eſſe cœperit, l. 9. §. 1. ff. de leg. Iul. peculatus. Lege igitur Iulia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia ſacra religioſa aut publica auferat neve intercipiat neve in rem ſuam vertat, neve faciat, quo quis auferat, niſi cui lege licebit, neve quis in aurum, argentum æs publicum quid indat, neve immiſceat, neve quo quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens dolo malo quo id pejus fiat, l. 1. ff. d. tit. Pœna peculatus primum fuit litis æſtimatio in quadruplum l. pen. ff. d. tit. l. 1. C. eod. huic ſucceſſit deportatio: & demum fuit vltimum ſupplicium, l. 1. Cod. eod. Vult. ad §. item lex Iulia peculatus, 9. Inſtit. de pub. jud.

PECVLIARIA dicitur quod ex peculio eſt.

PECVLIARE crimen commiſſum dicitur, quod ſanguine, hoc eſt, vita & vltimo ſupplicio expiatur, l. 2. Cod. ne ſanct. bapt. & l. ſi quenquam C. de epiſc. & cler. Spieg.

PECVLIARE nomen quod ex peculio factum eſt, leg. 28. ff. de pign. act. 36. ff. de pecul. l. Briſſ.

PECVLIARE vinum dicitur quod ſerui habent, ſiue quod in vſu ſeruorum eſt, l. 9. §. vlt. ff. de tritic. vin. Briſſ.

PECVLIAREM mercem non ſicuti peculium accipimus, quippe peculium deducto quod domino debetur, accipitur, merx autem peculiaris etiam ſi nihil ſit in peculio dominum tributoria obliga. l. 1. §. peculiarem, ff. de tributor.

PECVLIARES ſerui in l. 3. §. miles, ff. de ſuis & legit. & leg. 21. de pecul. l. vocantur quandoque, quia peculio ſeruorum annumerabantur ſimiliter ac reliquæ res eorum peculiares. Connan. lib. 2. c. 2. no. 3. Horum meminit Plaut. in Prolog. captiu. Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem. Briſſ. eiuſ.

PECVLIARIA mancipia, l. 4. §. 1. in fin. de his qui not. infam.

PECVLIARE debitur, l. 26. § qui filiofam. ff. de cond. indeb.

PECVLIARITER eſt ex peculiari cauſa & peculiari nomine l. 2. §. ſi ſeruus, ff. de except. rei vend. l. 4. § ſi eam rem, ff. de vſucap. l. 1. §. item acquirimus l. 4. §. ſi eam rem, l. 44. §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. 2. §. ſi ſeruus, ff. pro empt. Briſſ.

PECVLIATVS appellatur, peculio inſtructus ſeruus l. 33. §. ſi venditor, ff. de act. empt. l. 18. in fi. de ædil. edict. Aſinjus Poll. lib. 10. Epiſt. Cicero. Traiecit ſeſe in regnum Bogudis plane bella peculiatus. Apulejus lib. 10. de aſino aur. liberto acceptiſſimo & ſatis peculiato. Ambroſ. lib. 3. Epiſt. 21. Quis autem peculiatus ad vitam æternam tranſiit, niſi virtutum fultus peculio? Auguſtinus peculioſum, dixit in Pſalm. 38. Peculioſus ait ſeruus cujuſdam magni patrisfam. Vt & Plaut. in Rud. Huic contrarius eſt expeculiatus, quo verbo idem Plaut. vtitur. Idem in Perſa peculiandi verbo vſus eſt: Atque iſthanc ob rem, ego aliquid te peculiabo Briſſ.

De PECVLIO actio eſt in perſonam prætoria, qua pater vel dominus tenetur ex contractu ſuo negotio geſto à filiofamilias vel ſeruo in merce peculiari, ipſis ignorantibus vel ſcientibus vel extra illam ſcientibus ipſis in quantum peculij vires pati poſſunt: Eſt in perſonam, nempe patris vel domini: domini quidem neceſſario, quia ſeruus ejus jure ciuili, vt qui mortuus eſt, non tenetur. patris tum quidem neceſſario ſi filius ſit mortuus, & tamen non niſi intra annum verum voluntariè etiam ſi filius in poteſtate maneat ſi modo contrahens cum patre quam cum filio experiri malit. Hujus actionis duo potiſſimum ſunt requiſita: vnum eſt, vt negocium aliquod cum filiofamilias vel ſeruo geſtum ſit, non tamen negocium ejuſmodi, quod ſerui dominis auferunt, leg. cum ſeruus, ff. mandati. Alterum vt agens actionem ſuam dirigat in peculium. Vnde dubitarunt interpretes annon hæc actio potius in rem ſit, quam in perſonam? Quam dubitationem §. actiones autem de peculio 9. Inſtit. de actionibus decidit manifeſto. Etſi enim reſpectu peculij detur, formula tamen actionis perſonalis qua agens petit ſibi dari aut fieri in jam d. §. action. expreſſa eſt, & quod in peculium eſt, id inde fit, non quod ea actione perſequamur rem, ſed vt demonſtremus, vnde nobis id dari aut fieri oporteat. Id vero manifeſtius fit etiam inde, quod actio de peculio recte intenditur, etiam ſi nihil ſit in peculio, vt definiuit Vlpianus in l quæſitum 30. ff. de pecul. Etſi enim actio eo caſu reddatur inanis, ſi neque rei judicatæ tempore quicquam in peculio inueniatur, rurſus tamen vel conſtitutum vel aucto peculio de debito vel reſiduo ejus agere poteſt, dict. l. quæſitum, 9. is qui ſemel. At ſi in rem eſſet vel in rem ſcripta, vt nonnulli putant, actio non daretur, ſi nihil eſſet in peculio. Cæterum actio de peculio, non eſt de omni, ſed tantum de profectitio peculio, & dominico. De hoc enim ſolo vt pote à patre vel domino conceſſo pater vel dominus videtur ſe ex negotiatione filij vel ſerui obligari voluiſſe, cum ejus vtilitas ad ipſum perueniat, non etiam ex alijs quorum vel vtilitatem prorſus nullam habet, vt in Caſtrenſi & quaſi: vel ſi habet, vt in aduentio, habet tamen eam vtpote a lege ſibi permiſſam. Vult. ad d. §. actione autem 9. n. 13. & ſeqq. Inſtit. de action.

De PECVLIO actio quandoque dicitur actio in peculium Inſtit. quod cum eo contractum eſt in princ. l. in perſona 30 §. 1. ff. de pactis, l. pen. ff. de condic. furt. l. nec ſeruus 41. ff. de pecul. l. ſi ſeruus 57. ff. de ædilit. edict. & nonnullis alijs locis actio in peculio, l. ſi quis 9 §. pen. ff. de dolo malo, l & ancillarum 37 ff. de pecul. l. ſi ſeruus 42. ff. de furtis. Dicitur quoque condictio furtiua in peculium, l. pen. ff. de condict. furt. Actio redhibitoria in peculium l. ſi ſeruus 57. ff. de ædil. edict. actio mandati de peculio, l. 3. §. cui congruit, ff. de pecul. actio depoſiti de peculio, l. depoſiti 38 ff. de pecul. Quæ adiectio de peculio facit, vt interpretes actionem de peculio in d. §. actiones autem 9. appellarint actionem adiectitiam, & Juſtinianus ibidem non ſimpliciter dixerit, actio de peculio, ſed actiones de peculio, quaſi plures ſint, nempe tot, quot ſunt actiones, quibus in judicio ex contractu experiri poſſumus. Vult. d. loco nu. 21.

PECVLIVM dictum eſt quaſi puſilla pecunia, ſiue puſillum patrimonium, teſte Vlp. in l. depoſiti, 3. § vlt. ff. de peculio. Ita vox illa diminutiuum eſt vocis pecuniæ, quæ notatio Grammatica eſt: ſed altera illa, qua dicitur eſſe patrimonium puſillum eſt juridica. Illa vero prior propria eſt, hæc poſterior quidem propria, ſi verbum peculij, in genere atque ita improprie accipias pro bonis, quæ quis habet, vt accipitur in l. cogi 16. in prin. ff. ad SCtum Treb. l. ſi chorus 79. ff. de le. 3. At in propria & magis comparata quam abſoluta, ſi vocem peculij, vt ICti ſolent, proprie accipias quod non ſolum Iuſtinianus in ſæpe dict. § actiones autem 9. Inſtit. de act. Vlpianus in l. hinc quæritur decima nona, l. ſi ex duobus 35. ff. de peculio, Florentinus in l. peculium 39. ff. de peculio. adiecta voce Veluti, ſatis oſtendunt, omneſque interpretes vno ore fatentur, verum etiam peculij natura euincit, Vult. ad dict. §. actiones autem numer. 2. Inſt. de act.

PECVLIVM alij aliter definiunt. Vultejus jam d. loc. hoc modo: Peculium, inquit, eſt quod permiſſu parentis, legis, aut domini conceditur filiofamilias aut ſeruo ſeparatum à parentis ſeu dominicis rationibus, deducto illo, quod parenti aut domino debebatur, vt colligitur ex l. 1. l. depoſiti, §. vlti. l. ſed ſi 9. § peculium, ff de pecul l. per ſeruum 37 § 1. ff. de acq. rer. do. Priſcis quidem temporibus, peculium particula quædam gregis erat, quam patres filijs, domini ſeruis induſtriæ ſuæ exercendæ cauſa dabant. Obſeruatu quoque dignum eſt, quod ex Plauto notauimus, filiosfam. quibus patres vendendas merces tradebant, peculium ex ijs pluris venditis quam quanti pater eas æſtimaſſet, locupletaſſe, nam in Mercatore ſic loquitur:

Lucrum ingens facio, præterquam mihi meus pater
Dedit æſtimatas merces, ita peculium
Confecio grande,

Sciendum eſt autem, jure quidem antiquo & florente Repub. nullum peculium non ipſius patris pleno jure fuiſſe. Nam (vt ait Dionyſ. lib. 8.) *[Greek text, illegible]* Romani proprium nihil poſſident: quam diu patres, eorum in vita manent: ſed & pecuniæ & corpora filiorum, parentum poteſtati arbitrioque permiſſa ſunt. Verum Imperatores vt præmio aliquo adoleſcentes ad militiæ labores inuitarent. Caſtrenſ. peculium iis pleno iure conceſſerunt, quod Iuuenalis 16. Sat. vbi militiæ præmia enumerat, his verſibus declarat:

Solis præterea teſtandi militibus ius

Digitized by Google

Vnus patre datur: nam quæ ſunt parta labore
Militiæ placuit non eſſe in corpore cenſus,
Omne tenet, cujus regimen pater ergo Coranum
Signorum comitem caſtrorumque ære merentem
Quamvis tam tremulus captat pater.

Itaque Vlp. in l.2. ff. de SC. Maced. ſcribit filiosfam. in Caſtrenſi peculio jus ac vicem Patrumfa. obtinere. Hot.

PECVLIVM dividitur quod aliud ſit Caſtrenſe, aliud Paganum. Caſtrenſe rurſus Caſtrenſe vere, vel quaſi. Paganum itidem paternum vel dominicum. Paternum profectitium vel adventitium. Vult. d. loc. n. 5.

PECVLIVM adventitium eſt, quod filio extrinſecus advenit, vt-pote ex liberalitate fortunæ, vel laboribus ſuis. Ex liberalitate fortunæ eſt, veluti ex hæreditate materna, avi, proavi, & aliorum à matre cognatorum, fratris, amici, vicini. Item, ex legato, fideicommiſſo, pacto, contractu, ex cauſa nuptiali, & hujuſmodi l. quæcunque & l. cum oportet, in prin. Co. de bon. quæ liber. Ex laboribus autem ſuis eſt, ex aſſeſſionis, vel poſtulationis munere, vel profeſſione qualibet. Peculij adventitij proprietas ad ſolum filium habentem illud peculium: vſusfructus autem ejus pertinet ad patrem, l. 1. & 2. C. de bon. materno. Sic igitur, hoc peculium non eſt patris, quia vſusfructus eſt ſervitus, in re autem ſua nemo vſumfructum habere poteſt. Sunt autem caſus quidam, in quibus pater ne vſumfructum quidem peculij adventitij habet, puta ſi filio quid relictum ſit, cujus vſumfructum is qui reliquit noluit ad patrem pervenire l. pen. & vltim. Cod. de bon. quæ liber. item ſi filius cum patre ſuccedat in hæreditate ſui fratris vel ſororis, id quod ex ſucceſſione illa filius acquirit, eſt quidem peculium adventitium, verumtamen jure pleno acquirit illud quam primum, ita vt ad patrem vſusfructus non pertineat, quia pater pro vſufructu, quem habiturus fuiſſet in omnibus bonis filij ſui defuncti, habet ex illis portionem virilem, non tantum quoad vſumfructum, ſed etiam quoad proprietatem, quod plenius explicatur Novell. 118. Item ſi ſervus datus ſit filio ex pacto, vt ſtatim manumitteretur l. ſi. C. de bon. quæ liber. Si filius ſit hæres inſtitutus, & pater nolit eum adire hæreditatem, ipſe vero nihilominus adierit, vſusfructus peculij illius ad patrem non pertinebit, d. l. fin. Vult. in comment. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir. in princ. & § 1. cum ſeqq nu. 12 & 13.

PECVLIVM Caſtrenſe eſt, quod à parentibus vel cognatis in militia degenti datum eſt, vel quod ipſe filiusfam. in militia acquiſivit, quod niſi militaſſet, acquiſiturus non fuiſſet. Nam quod erat ſine militia acquiſiturus, id peculium ejus Caſtrenſe non eſt, leg. Caſtrenſe ff. de Caſtrenſ. pecul. facit l. ſi forte, ff. d. titul. Cujuſmodi definitio, vt veriſſima, cum textus d. ſtinctione ejus definitionis, quam de ipſo Caſtrenſi peculio habet Conſtantinus Harmenopulus, lib. 5. titul. 2. vbi de teſtamentis filiorum author Græcus alioquin non contendus, plane pugnat. Caſtrenſia ſunt (inquit ille) quæ quis privatim ex ſua induſtria, vel militia, vel quocunque modo, vel hæreditate quæſivit. Quare rectius fecerit, ſi quæ Imperator in l. vlt. C. de inoffic. teſtam. de hac perſpicue ſtatuit, obſervet: ad quæ ea, quæ inferius ſequentur, propius accedunt. Caſtrenſia igitur ſunt, quæ ferro & armis filius tulit, quæque illi ex peregrinatione longinqua, profectione hiberna & æſtiva, hoc eſt, ex expeditionibus obvenerunt, & de ijs etiam, in poteſtate patria etiam num exiſtens teſtari poteſt, ſcilicet in ijs teſtamentis liberam habet factionem, vſque adeo, vt ſi parentes ejus quid ęris alicui pro ijs extricaverint, tum filij ad ſatisfaciendum illis teneantur, ac deinde de reſiduo teſtari poſſint. Sic, ſi ob grande æs alienum pater bona ſua à creditoribus venundari paſſus eſt, Caſtrenſe quidem peculium filij vna non diſtrahitur, neque illud pater vel indignatus filio adimere poteſt, ſed ſolius ejus eſt qui id ſibi paravit. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. His vero rationibus peculium ipſum Caſtrenſe differt à pagano. Adde Balduini comment. ſuper inſtit. Iuſtin. lib. 2. tit. 9. per quas perſon. cuique adq.

PECVLIVM quaſi Caſtrenſe Iuſtinianus in conſtitutione ſua quæ eſt vltima de inoff. teſtam. declarat dici, quod filij familias induſtria ſeu quærunt in diverſis dignitatibus vel adminiſtrationibus poſiti. Vnde à manu principis vel ex publicis ſalarijs quaſdam largitates conſequuntur. Sed & patroni cauſarum memoriales, agentes in rebus, nec non magiſtri ſtudiorum liberalium artium. Archiatri quoque & alij omnes omnino qui ſalaria, vel ſtipendia accipiunt publica. Connan. libr. 9. cap. 4. num. 4.

PECVLIVM quaſi Caſtrenſe dicitur, quod ex publico munere, aut functione aliqua, operave etiam ex privatis perſonis filius aſſequitur l. fin. Cod. de inoffi. teſtam. l. ſacroſanctæ & l. cum lege. Cod. de epiſc. & cleric. Etiam quaſi Caſtrenſia ſunt, quæ ex donatione principali, vel auguſtarum, conſecutus eſt l. cum multa, Cod. de bon. quæ lib. Item ea quæ hæreditas fratris vel ſororis ei attulit, auth. item hæreditas. C. de iit. & quæ ex magiſtratu percepit, vt annonæ: & ex acceſſione, quæque juſſu principis à fiſco frumentationes dantur & in his bonis (ſcilicet quaſi Caſtrenſibus) parentes nullum quoque jus habent, hoc eſt neque horum fructus, neque proprietas illis competit, dict. l. cum multa, C. eod. l. miles, ff. de Caſtr. pecul. l. erat, Cod. de Caſtrenſ. pec. milit. ſed in ijs omnibus æque filio in poteſtate exiſtenti teſtamentum facere licentia data eſt. Anch.

PECVLIVM dominicum eſt, quod dominus à ſervo pro libitu & voluntate ipſius (domini) aufert. Omni enim jure tam proprietatis quam vſusfructus peculium hoc pertinet ad dominum, & mortuo ſervo dominus peculium illud retinet, non de novo adquirit, Vult. dict. loc. nu. 14.

PECVLIVM nuptæ, Iuriſconſulti appellant, quæ præter dotem ei dantur & marito traduntur. Papinia. l. 31. § 2. ff. de donation. Species extra dotem à matrefamiliæ nomine, viro traditas, filiæ quæ præſens fuit donatas, & ab eo vivo traditas videri reſpondi, & paulo poſt: ſed peculium à dote puellæ diſtingueretur Idem Vlp. l. 9. § 2. ff. de jur. dot. Dotis autem cauſa data accipere debemus, ea quæ in dotem dantur. Cæterum ſi res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli peculium appellant, videamus an ſtatim efficiantur mariti. Hut.

PECVLIVM paganicum quod occaſione vel patris, vel domini vel bonorum eorundem filijs, vel ſervis obtingit. Nec æque vt adventitium acquiſitionem effugit, ſiquidem habet illud pater, & dominus pleno jure, hoc eſt, & proprietatis, & vſusfructus, ac de hujuſmodi bonis non filius, ſed ſolus pater antequam filius, decedens teſtamento diſponere poteſt. Sunt qui illud profectitium appellant, eo reſpectu quod proficiſcatur à patre vel à domino Anchara. Eſt autem peculium paganum duplex: Paternum & dominicum: Paternum iterum duplex Profectitium & adventitiū De adventitio paulo ante dictum.

PECVLIVM profectitium eſt quod de bonis paternis proficiſcitur, & concedi ſolebat à patre, vt in poteſtate adhuc filius exerceret induſtriam adminiſtrandorum bonorum & negotiandi. Oldend. Peculium profectitium, inquit Vult. ad d. tit. Inſtit. per quas perſon. nob. acq. num. 7. paganum eſt, quod occaſione patris acquiritur à filio: hoc eſt, quod vel ipſe pater, in cujus poteſtate eſt filius filio ſuo dat, vel contemplatione patris filio datur.

PECVLIVM etiam pro vniverſis bonis & toto patrimonio quandoque ſumitur leg. 16. ad Treb. ſignificabat & veteribus pecuniam præſidij cauſa repoſitam leg. 77. § 1. ff. de leg. 3. Vlp. etiam auctor eſt, Gallos peculium appellaſſe res mulieris extra dotem conſtitutas l. 10. § doris autem, ff. de jure dot.

PECVNIA eſt, quæ à Græcis τὸ χρῆμα dicitur, ἢ ἀργύριον omne ęs publica forma ſignatum, quo vel commutandis, vel vendendis emendiſque rebus, & mercimonijs comparandis gentes inter ſeſe vti ſolent, quod precium rei emptæ & venditæ appellatur. Quid autem appellatione pecuniæ contineatur, vide per gloſſ. in c. putant, 13 cauſa, quæſtione 3 gloſſ. in leg. 2. ad fin. Cod. de conſtit. pecun. in Authentic. vt omnes obed. jud. provinc. § 1. in verbo pecuniarum, &c. Brechæus l. rei appellatiu, ff. de ver. ſign.

PECVNIA ſine peculio fragilis. Veteres dicere ſolebant, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe: peculium appellantes, quod præſidij cauſa ſeponeretur, leg. 79. de leg. 3. Varro ſcribit, de ling. lat. lib. 4. Præſidium eſſe dictum, quia extra caſtra præſidebant in aliquo loco, quo tutior regio eſſet. Sive, vt Feſtus definit, præſidium eſt quod vtilitate & ſalute alicujus, auxilij gratia preponitur. Sunt ergo milites pręſidiarij, qui vtilitate & ſalute totius exercitus, extra caſtra præſidebāt, hoc eſt, qui caſtris auxilij gratia præponerentur. Hinc deinde factum videri poteſt, vt pro exercitu etiam præſidium veteres interdum poſuerint per Synecdochen l. 5. in princ. de capt. & poſtlim. & ſic quod reponitur pręſidij cauſa, recte exercitus cauſa dici repoſitum poteſt. Nam cum ad Attic. ſcriberet Cicero Italiam totam armis pręſidiiſque teneri, an non per præſidia συνεκδοχικῶς exercitus intellexit? Vlpianus auctor eſt, ob tranſitum exercitus conferri quid à ruſticis ex fructibus olim ſolitum l. 27. § 3. de vſufruct. Proinde quis hinc non intelligit quid ſibi Celſus & Proculus voluerint, cum pecuniam ſine peculio ſcriberent eſſe fragilem? Peculium eſt, inquiunt illi, quod præſidij, hoc eſt, exercitus tranſeuntis cauſa ſeponitur, ſiquidem tunc ex fructibus ſic conferre ſolent ruſtici, vt aut certam præſtarent fructuum portionem, aut ea certa nummorum quantitate redimerent. Proinde qui boni eſſe patresfamil. ac volebant, hi ſeponebant certam pecuniæ ſummam, qua hujuſmodi fieri, vt ſæpe bellis civilibus contingebat, fructuum redemptio poſſet, & id quod ita ſepoſitum erat, appellabant ruſtici peculium ſuum. Fortaſſis ea ratione, quæ ſervile peculium nomen accepit. Quemadmodum etiam hac potiſſimum ratione peculium ſedulo conraſant ſervi, vt tandem ſe peculio ſuo redimant ex ſervitute: ſic ruſtici, vt militibus debitam redimerent fructuum portionem, præſidij cauſa ſeponebant nummos aliquos. Sine qua ſepoſitione omnis eorum pecunia tam fragilis erat, vt ea exercitu tranſeunte, plerumque tota prodigeretur. Poſſe etiam hunc locum ſic intelligi, vt præſidij cauſa dicatur id ſeponi, quod militum metu abſcondunt,

partium

partim ex prauis militum moribus, partim ex his Celſi verbis, vt quidam bellis ciuilibus factitaſſent, obſcurum quibuſdam non videtur. Sed magis arridet interpretatio prior. Ræuccd. variot. lib. 5. c. 27. Corraſ. Miſcell. lib. 1. c. 15.

PECVNIA à pecude dicta eſt, quaſi peculium patris familias ex pecude æſtimatum. Veterum enim tota ſubſtantia, ac totum eorum patrimonium in pecudibus repoſitum erat, omniáque neceſſaria, fundos, domos, eſculenta, poculenta pecudibus ſibi comparabant, iiſdem pecudes redimebant, Columella in præfat. libro 6. Alciat. in l. pecuniæ 4. ff. de verbor. ſignif. Quod & ex Homero probabile redditur, qui toties pecorum, boum, ſeruorum meminit, quibus vina, arma, & alia neceſſaria populi ſibi compararunt, nunquam autem nummorum, teſte Paul. in leg. 1. de contrah. empt. Itaque Diuus Auguſt. de doctrina Chriſtiana: Totum, inquit, quicquid homines habent in terra, omnia quorum domini ſunt pecunia vocatur: ſeruus, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum eſt, pecunia dicitur ideo quia antiqui, quod habebant in pecoribus habebant, cap. totum 1. quæſt. 3. Neque repugnat quod Plin. lib. 13. nat. hiſtor. à note pecudis nomen accepiſſe aſſerit, eo quod pecudis nota primum æs ſignatum ſit. Ex quo eſt quod Plutarchus in Publicola ſcribit vetuſtiſſimos (de Romanis loquens in quibus ſignum ſit ouis, ſuis, boniſque conſpectum. Gœddæus ad leg. pecuniæ quartam nu. 21. ff. de verb. ſignif.

PECVNIÆ verbum ſimpliciter prolatum non tantum rem ſignificat mobilem & quantitatem, verum etiam rem immobilem, neque ſolum ſpecies & corpore, ſed etiam jure & vniuerſitatem, per textum in l. pecuniæ 4. l. pecuniæ, 178. l. pecuniæ 222. l. ſæpe 53. de verbor. ſign. leg. 1. §. final. leg. 2. ff. de calumn. Nam & hæreditatem, dict. leg. ſæpe, 52. & res in hæreditate exiſtentes, l. cum ſtipulamur 97. ff. de verbor. ſign. & jura tam obligationum & actionum, quam ſeruitutum, interdictorum ac ſimilium comprehendit, dict. leg. pecuniæ 222. ff. de verbor. ſign. dict. leg. 1. §. final. l. ſeq. ff. de calumniat. ſingularia, ff. de reb. cred. ſi cert. petat. l. ſi liber homo, verb. pecuniariter, ff. ad exhib. leg. 1. in princ. & §. debitum, l. hactenus 11. l. qui autem, 24. §. 1. l. qui injurierunt, 29. ff. de conſtit. pec. leg. 2. Cod. de conſtit. pecun. libr. 20. §. 1. ff. de ſeruor. ſtipuler. Vnde eſt, vt & ipſam rei vtilitatem & vſum & fructum ſignificet dict. leg. in fin. dict. leg. 2. ff. de calumniat. leg. in princ. ff. ad leg. Falc. leg. 2. Cod. de conſtit. pecun. Gœd. d. loco, n. 7.

PECVNIÆ verbum nonnunquam reſtringitur & coarctatur, nimirum ex ſubjecta materia vel ſingulari deſcriptione. Aut enim pro omni re tantum mobili, aut pro ſola ſignata pecunia, ſiue nummo accipitur. Illud ex re contingit ſubjecte, hoc ſæpius ex deſcriptione & notæ appoſitione. Ex re ſubjecta hanc patitur reſtrictionem, præcipuè in mutuo & interdum etiam in aliis contractibus ac negotiis, vſu ita exigente loquentis, vel rei circumſtantiis: & tum dupliciter rurſus ponitur: Aut enim ſpeciem aut certum quoddam corpus ſignificat, veluti Stichum, gregem, librum, pecuniam in ciſta, aut ſpeciem concluſam vel depoſitam. Bartol. numero 2. Iaſ. numero 2. & 9. ad leg. talis 30. ff. de leger. 1. leg. fin. ff. de condict. cauſ. dat. aut genus genere ſuo conſiſtens, puta hominem, equum, bouem, l. quod te, l. condictio, ff. de reb. credit. leg. 1. ff. de tritic. condict. dict. leg. final. ff. de condict. cauſ. dat. aut in quantitate ponderis, menſuræ, numeri conſiſtentes, cuiuſmodi eſt quæ mutuo dari poteſt leg. 2. §. 1. & ſeq. leg. 3. vtrobique gloſſ. Bart. Iaſ. Coſtal. Donel. & alij ff. de reb. cred. ſi cert. petet. dict. leg. talis ſcriptura 30. ff. de legat. 1. vbi Dd. Tiraq. de jur. retract. proxim. gloſ. 14. §. 1. nu. 42. Gœdd. d. loco nu. 22.

PECVNIÆ vocabulum tribus modis in jure accipitur. Primo generaliſſime: quo refertur ad ea omnia quæ ſunt in patrimonio, l. rei, 5. ff. de verbor. ſign. ſiue res ſint corporales ſiue incorporales, & ſiue mobiles ſiue immobiles, l. pecuniæ, 178. l. pecuniæ, 222 ff. de verbor. ſignific. Secundo aliquando anguſtius capitur pecuniæ vocabulum vt eas duntaxat res contineat quas Paulus in l. 2. §. 1. ff. ſi cert. petat. in ſuo genere ait recipere functionem, id eſt, quæ pondere, numero vel menſura conſtant, cuius exemplum eſt manifeſtiſſimum in dict. leg. 2 §. 1. vbi dicitur, mutuum eſſe non poſſe niſi proficiſcatur pecunia, cum tamen certum ſit, nec in quavis re, nec in pecunia tantum numerata mutuum contrahi, ſed in his quæ numero, pondere & menſura conſtant, quomodo & Vlpianus pecunias in hac ſcriptura, quas pecunias leganit, interpretatur de iis omnibus quæ pondere, numero, menſurá ve conſtant, l. talis ſcriptura 30. ff de legat. 1. Denique accipitur pro pecunia numerata de qua ſunt exempla vbivis obuia, eoque modo pecuniam in venditione exigimus, non etiam in pretio locationis. Vult. in comm. Inſt. in prin. tit. de locat. & conductione, nu. 20.

PECVNIÆ verbum ſtrictiſſime ſumitur pro ſolis nummis, ſeu numerato & ſignato ære, auro, argento. Quam ſimiliter ex re ſubjecta colligere oportet, aut ex notæ adjectione: vt in l. Iulianus, §. Marcus ff. ad Senatuſconſultum Macedonianum l. ſi quis 4. § pignori, ff. de reb. cred. ſi cert. pet. Et huic ſtrictiſſimæ ſignificationi pecuniæ congruit definitio illa è Ioan. Brechæo in dict. leg. pecuniæ, nu. 5. recitata, cum enim hodie ſignatum æs pecorum loco, in æſtimandis rebus ſucceſſerit, procul dubio numerata pecunia omne æs erit publice forma ſignatum quo vel in commutandis vel vendendis emendiſque rebus, & mercimoniis comparandis gentes inter ſe vti ſolent & pretium rei, in leg. ff. de contrahend. empt. & vendit. leg. pretia rerum, ff. ad legem Falcidiam, cuius quantitas publicè conſtituta certa eſſe intelligitur leg. 3. ff de in lit. jur. decent. At vero toties ad hanc ſtrictam ſignificandi vim reuocatur, quoties vox numerata illi adjicitur, vt non actum numerandi appenſionis & traditionis, ſed potentiam & qualitatem demonſtret. Quamvis ergo in Rub C. de numer. pecunia, non ſolum æs, ſignatum verum quamlibet etiam aliquam pecuniam, tam mobilem quam immobilem (quæ ipſo actu, dari, tradi, adnumerari debuit) deſignet: verius tamen eſt, vt quoties ad res ſolas referatur fungibiles, nunquam aliam quam ſolam publice ſignatam pecuniam ſignificet. Doctores d. l. pecuniæ, 4. de verbor. ſignif. & ad l. 1. de conſtit. pecun. l. 2. C. eo. & Rubr. Cod. de non numer. pecunia. Gœdd. d. l. 15.

PECVNIA etſi rem ſignificet l. 5. l. pecuniæ 222. l. pecuniæ 178. de verborum ſignificationibus. Inter rem tamen & pecuniæ tantum intereſt, quantum inter genus & ſpeciem dict. leg. 5. l. rei 23. de verborum ſignificat. §. fin. Inſtitut. de rebus corporalibus & incorporalibus, §. 1. & ſequent. Inſtitut. de rerum diuiſion. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. ff eod. l. ſi idem 11. ff. de juriſdict. omnium judicum l. 1. 2. 5. l. fin. ff. de tritic. condict. l. 68. ff. de verbor. obligationibus. Vnde eſt, vt quod vocatur pecunia, mox etiam res vocetur d. l. 68 l. ſi idem, ff. de juriſdict. omnium judicum l. fi. ff. de condict. cauſ. dat. § pretium. Inſtit. de emp. & vend. l. cum ſeruus 104. l. tantum, 58. l. cum ſtipulamur, 97. de verbor. ſign. Gœdd. ad leg. rei appellatione, 5. nu. 4. ff. eod. tit.

PECVNIA chirographaria eſt, quæ ſine pignore creditur Goth. ad tit. C. etiam ob chirographi pec.

PECVNIÆ exactæ vocabulum non ſolum ad ſolutionem referendum eſt, verum etiam ad delegationem, l. verbum, ff. de verb. ſign.

PECVNIA mutua, quandoque per prolepſim dicitur, quæ adhuc mutuo data non eſt, ſed ex deſtinatione habetur vt mutuetur l. malum, §. 2. de verb. ſign. Spieg.

PECVNIA nautica quæ & trajectitia & maritima dicitur, eſt, quæ periculo creditoris in eorum recepta, trajicienda committitur. Spiegel. Nauticarum autem pecuniarum Græcis duo ſunt genera, ἑτερόπλοον & ἀμφοτερόπλοον. Diſcuſſo periculo deſinit vſura & pecunia eſſe nautica. Interdum creditor nauticæ pecuniæ ſeruum mittit aut liberum nauigaturum cum debitore, quem Græci vocant ἐπιπλέοντα, quod vſurarum ſua die exigendarum cauſa mittatur, l. qui Romæ, § Callimachus, ff. de verbor. oblig. & in l. trajectitiæ, ff. de actio. & oblig. dict. §. Callimachus.

PECVNIÆ numeratæ nomine, non alia venit intelligenda, etiamſi latiſſime pateat eius appellatio vt Alciat. in Comm. demonſtrat. Pecunia nuncupata: vide nuncupata pecunia.

PECVNIAM accepiſſe etiam dicimus eum, qui aliquid, pro pecunia accepiſſe vel ſi quid omnino compendij ſenſit. Vulp. in l. 1. & ſeq ff. de calumnia. Old.

PECVNIARIVM fideicommiſſum fideicommiſſariæ hæreditati opponitur, & ſingularum rerum fideicommiſſum ſignificat, l. 14. § vlt. ff. ad Treb. leg. 24. in pr. ff. de fideicommiſſ. liber. Opponitur & fideicommiſſariæ libertati in l. 45. 4. ſi rem, ff. de fideicommiſſ. libert. Briſſ.

PECVNIOSVM Cicero act. 2. in Verrem, dixit, hominem diuitiarum copiis & facultatibus inſtructiſſimum, & qui præpingues fortunæ copias conſciuerit. Non enim diuitiæ & facultates ac familiæ numerata tantum in pecunia, & nummis pecuſſis haberi ſolent, ſed poſſeſſionibus rerum immobilium. His, inquit, iudiciis, quæ nunc ſint, pecunioſum hominem, quamuis ſit nocens, neminem poſſe damnari. Brechæus in l. pecuniæ verb. ff. de ver. & verb. ſign.

PECVNIA redacta ſic accipitur, non ſolum ſi iam exacta eſt, verum & ſi exigi potuit, nec exacta eſt, l. poſſeſſor. §. redactæ, ff. de pet. hæred.

PECVNIA trajectitia eſt, quæ trans mare vehitur. Cæterum ſi eodem loco conſumatur, non erit trajectitia. Sed videndum an merces ex ea pecunia comparatæ in ea cauſa habeantur. Et intereſt vtrum etiam ipſæ periculo creditoris nauigent, tunc enim trajectitia pecunia fit leg. 1. ff. de nau. fœn.

PEDAGIA dicuntur, quæ dantur à tranſeuntibus in locum conſtitutum à principe. Et capiens pedagium debet dare ſaluum conductum, & territorium eius tenere ſecurum, adeo vt ſi aliquis ſpolietur, tenetur eius dominus terræ rapinam reſarcire, ſecundum Bald. in vſib. feud. de pa. iura. fir. in §. Conuenticulas, facit. l. Ne quid d. de incen. rui. naufrag. & oot. Arch. 33. qu. 5. Si quis peregrinorum. Prat.

PEDAGOGIA & Pedagogus, vide ſupra in verbo Pædagogia & Pædagogus.

PEDAM, veſtigium humani præcipue pedis appellaſſe antiquos in commentariis quibuſdam inueniri ſolet.

PEDAMENTA de quibus meminit Vlp. in l. 3. de ſer. ruſt. prædiorum, ſunt munimina & pali, quibus vitis caduca fulcitur: vt ex Catone docet Alex. Gen. lib. 2. c. 10. & pedamentorum tria ſunt genera: vnum robuſtum, ſeu fixile, ex quercu, caſtanea, vel junipero, quod ridica dicitur: aliud è pertica conficitur, huic palus dicitur: & eſt teres: tertium ob neceſſitatem ex harundineo conficitur: vt Varro & Colum. in tract. de re ruſtica tradiderunt. Et propterea Plin. Pedatas vineas dixit, vt etiam refert Spontinus in expoſitione 58. epigrammatis. Et ſunt memoria digna, d. l. 3. vbi lignorum appellatione non continentur pali, neque perticæ, quod in numerum materiæ redigendi ſunt: quod tamen reſtringendum eſt, niſi ex vetuſtate vlterius ad vſum vitium apti non eſſent. Cotta & Coraſius Miſcellaneorum lib. 19. c. 5. nu. vlt. Adde Brechæum in l. Pali in tit. de verb. & rer. ſign. & Foreat. in penu juris ciuilis c. 7. in princ.

PEDAMENTA ex ſylua cædua ſumi duobus locis indicant ICti. Ex ſylua cædua pedamenta vſufructuarium ſumpturum l. 10. ff. de vſufruct. ius ſyluæ cæduæ, vt pedamenta in vineas non deſint l. 6. §. vlt. ff. de ſeruitut. præd. ruſtic. Græci χάρακας vocant. Briſſ.

PEDANEI judices dicebantur, qui Prætori in conſilio erant, & ad pedes tribunalis, id eſt, ab inferioribus ſubſelliis, aſſidebant, ſi ex ejus delegatione leuiores cauſas cognoſcere juberentur leg. 3. §. 1. ff. ne quis eum, qui in jus voc. leg. 1. §. item ſcribit. ff. de poſtul. Quandoque conſiliarij appellat Alciat. in l. ſi quis §. omnes, Cod. de pact. hi non vehebantur curru, ſed pedibus ibant. De Pedaneis judicibus vide Anianum in commen. in lib. ſent. 1 Paul. tit. 30. qui ex delegatione cauſas audiunt, vide leg. 3 § 1. ff. ne quis eum qui Pedaneos judices χαμαιδικαστὰς appellauit Theophilus Inſtit. de interdict. Alij etiam δικαστὰς χαμαιζήλους vocant. Ego potius pedaneos judices crediderim dictos eſſe, qui de leuibus & minutis cauſis cognoſcebant, & humiliora negotia diſceptabant vt videre eſt ex leg. 4. & fi. Cod. de Pedan. judic. l. fin. C. vbi & apud quos. Qui vel quales eſſe debeant, vide Nou. 82. Nomen enim Pedanei judices, deductum videtur, item vt Pedarij Senatores, à pedibus: quod magiſtratus cum judicarent in tribunali, edito & ſuperiore loco conſidebant: hi vero in imo loco, vbi magiſtratus ſubſellia pedum habebant: vel potius ſic dici, quod pede de plano judicarent non pro tribunali, vt placet Cujac. in d. Nouell. 82.

PEDARII ſenatores, auctore C. Baſſo dicebantur, qui pedibus non curru in ſenatum veniebant, Gœddæus ad leg. cenſeri 125. num. 2. ff. de verbor. ſign. nam ſenatores qui curulem magiſtratum geſſerant, veterum ætate curru ſolebant honoris gratia in curiam vehi: in quo curru ſella eſſet, ſupra quam conſiderent, quæ ob eam cauſſam curulis appellaretur. Gellius lib. 3. cap. 18. Hotomannus, quo quidem autore dicebantur, qui in poſtremis erant, & jus quidem veniendi in Senatum dicendæque ſententiæ habebant, ſed quia nullis functi eſſent honoribus, Senatores nondum erant, non rogabantur ſententias, ſed quas principes dixiſſent in eas diſcedebant: vnde Pedarij appellati: arrogantis enim eſſe videbatur, illorum ſententiæ addere quicquam velle aut detrahere, juuenibus præſertim & rerum imperitis. Connan. lib. 1. cap. 14. num. 4.

PEDE amputato debilitari l. 3. C. de Seruis fugitiuis.

PEDEM in fouea habere, id eſt, in periculo mortis eſſe, in l. apud Iulianum de fideicomm. libert. Pompon. Græce refert ſententiam, ſic redditam Latine: ego diſcendi cupiditate, quam ſolam viuendi rationem optimam, in octauum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi memor ſum eius ſententiæ, quam dixiſſe fertur Iulian. Et ſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc addiſcere quædam vellem. Spieg.

PEDEM ponere pro poſſidere & acquirere poſſeſſionem. Veteres enim vt naturalis poſſeſſio capta fuiſſe videretur, quæ in rebus mobilibus prompta in immobilibus difficilis & pene impoſſibilis videbatur, cum apprehendi non poſſent: ſolebant quandoque omnes fundi glebas circumambulare vt nulla pars eius non calcata pedibus diceretur, quod prehenſionis loco eſſet: id tamen quia ridiculum & plus quam ſuperſtitioſum videbatur, ſatis poſtea ad adipiſcendam poſſeſſionem habitum eſt, ſi pars aliqua fundi pertingeretur. Connan. lib. 3. cap. 8. nu. 1.

PEDES ſunt ſymbolum & judicium quoddam poſſeſſionis rerum immobilium ſicut manus rerum mouentium, vt ſingulariter colligit Alciatus c. 6. lib. 5. parerg. Spieg.

PEDES equiti aduerſarius. Iter eſt qua quis Pedes vel eques commeare poteſt. l. 12. ff. de ſeruit. præd. ruſtic.

PEDES miles qui pedibus militiam exercet, l. 1. & 2. C. de appar. mag. milit. C. lib. 12. Pedeſter, qui pedibus iter facit l. 1. §. ſtationem, ff. de flum. Albericus, Spieg.

PEDESTRE iter quod vulgo, terreſtre. Vlp. l. 1. § 9. ff. de fluminibus. Si pedeſtre iter impediatur, non ideo minus iter nauigio deterius fit, Cic. ad Atticum lib. 4. Hot. Prat.

PEDIBUS ire in ſententiam idem quod alterius ſententiam approbare eſt. Nam apud Romanos Senatoribus per Conſulem interrogatis, cum primus dixiſſet ſententiam, mox diſcedebat in aliquam partem: tum reliqui, qui eiuſdem ſententiæ erant, eodem ibant. Quod per diſceſſionem Senatuſconſultum vocabatur. Hinc in ſententiam ire, vel pedibus in ſententiam ire. Old.

PEDICONES legi putat Schardius in §. Item l. Iulia de vi Inſt. de publ. iud. cum tamen plerique Dd. vt Hotoman. Mynſing. Weſembec. Goth. ibidem raptores legant. Vultejus autem in ſuo in Inſt. comm. peccatores.

PEDICULOS Paul. in l. 32. ff. de aur. arg. vocat, de quibus ſigna ſuſtinentur, baſes, ſed tenues. Et ſic plerunque pediculi a Columella dicuntur, quibus arborum rami baccis onuſti ſuſtinentur: quaſi parui pedes. Hot. Prat.

PEDICULIS argenteis adjuncta ſigilla ænea. dict. l. 32. ff. de aur. arg. Briſſ.

PEDISSEQUA, ancillula, quæ dominam ſequitur. Vide l. Titia ſeruis, ff. de manum. teſtament. Papinianus in l. peculium de legat. 2. Eadem ſunt, ait, in l. lecticariis, aut pediſſequis legatis. Spieg.

PEDULAS faſciæ apud Vlp. in leg. 25. §. 1. ff. de aur. & arg. dici videntur eæ, quibus pedes vinciuntur. Marc. Tull. in Clod. apud Non. Tunc quum vincerentur pedes faſciis, quum calanticam capiti accommodares? Haud ſcio tamen an verius legeretur PEDALES. Oldendorpius. Cujacius 10. obſeru. 17. Pedules dicit faſcias pedum aut calciamentorum: Et 5. obſer. 15. Pedules, inquit, dicuntur, vt Pedula autore Feſto, quæ Græci πέδιλα vel πέδιλα.

PEDULES faſciæ, pedum tegmina, quæ tamen vſum calceamentorum non præſtant. Vnde veſti cedere eas, quod partem corporis veſtiant, adſerit Vlp. l. 25. §. 1. ff. de aur. arg. Briſſ.

PEGASUS ICtus Proculo ſucceſſit, qui temporibus Veſpaſiani præfectus vrbis fuit, l. 2. §. vlt. ff. de orig. jur. Briſſ.

PEGASIANO Senatuſconſulto, quod Veſpaſiani temporibus, Pegaſo & Puſione conſulibus factum eſt hæredibus rogatis hæreditatem reſtituere, perinde quartam partem retinere permiſſum eſt, atque ex l. Falcidia ex legatis retinere concedebatur. §. ſed quia hæredes Inſt. de fideic. hæred. Paul. 4. ſent. 3. Vlp. Inſt. tit. 25. Huius vis tota à Iuſtiniano in Trebellianum Senatuſconſultum tranſfuſa eſt, leg. 2. §. ſolum autem, Cod. de vet. iur. enucl. §. ſed quia Inſt. de fideic. hæred.

PEGMATA, vt docet Feſtus Pompeius, ornamenta ſunt ex ære aut marmore confecta: quę vt plurimum in atriis quandoque in porticibus auliſque affigunt, maiorum aliorúmque fortium virorum geſta certius quam pictura oſtendentia: & hoc innuunt verba illa apud Vlp. in l. quæſitum, §. 25. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. In emptione domus, inquit, & ſpecularia & pegmata cedere, ſiue in ædificio ſint poſita, ſiue ad tempus detracta. Porro πῆγμα Græcum vocabulum eſt, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι quod eſt pango, deductum: ſignificatq́; machinā, in qua ſtatuæ collocantur, & quaſi panguntur, ad illas ſuſtinendas, ſiue aliud quicquam eiuſmodi Martial. Epigramm. 1. de mole ſuper qua impoſitus erat Domitiani coloſſus.

Et creſcunt media pegmata celſa via.

De his meminit etiam Dion in vita Adriani, in hanc ſententiam: nam ſi ſurgentia ſpectacula & pegmata efferre voluerint, illud nullo pacto effici poterit humilitate loci. Frequentatum etiam eſt à majoribus noſtris & maxima Romæ, pegmata in ſcenam cum pueris ludicris, & conſidentibus ex ſignis & tabulis producere, quæ conſtabant vario genere picturæ. Ad hoc alludens Iuuen. inquit:

Et pegma & pueros inde ad velaria raptos

Plin. nat. hiſt. 33. lib. auctor eſt. Cajum principem in circum pegma duxiſſe, in quo fuere argenti pondo 124. Pegmatis autem formam deſcripſit Seneca ad Lucium & Ruffinus in 7. lib. Ioſephi de bello Iudaico. Cotta in verbo Specularia Turnebus 8. aduerſ. 9. Pegmata exponit antepegmata, quæ valuarum ſunt ornamenta affixa antis.

PEIERARE dicitur, qui præſtitum juſiurandum contemnit, l. 2. Cod. de reb. cred. Qui falſum iurat, etiam peierat, c. vlt. de crimin. ſtellionat. l. 13. in fin. de jurejur. Qui autem peierabat, is Deum, principem, cenſores, pontifices vltores habere, & extra ordinem puniri interdum ſolet. Religio contempta iuriſjurandi, ſi inconſulto & calore quodam pejeratum eſſet, ſiue per Deum, ſiue per principem, ſolum Deum vltorem habebat. non principem, d. l. 2. Cæterum qui conſulto per Deos aráſve deorum pejerabant, pontificibus: qui per genium Principis, principi: qui alia ratione cenſoribus pœnas dabant. Pontifices, vt ſcribit lib. 2. Dionyſius, de omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus, tam inter priuatos homines, quam inter magiſtratus ſacrificos judicaſſe, Et idcirco etiam de perjurio quatenus illud ad ſacra pertinebat, quale eſt, quod per Iouem, per Dium fidium aut per aras deorum, ſolenni modo

præſta

præſtabatur, cognouiſſe olim & iudicaſſe, omnino videntur quemadmodum expreſſe Plaut. de quodam juramento conceptis verbis per aram Veneris præſtito: in hunc modum ſcribit in rudente:

Grippe quod tu iſtum ac lentum poſcis: Gri. Iuratu'ſt mihi
Dare La Liber iurare tun' meo Pontifex periurus est

Qui autem conſulto per genium principis pejerabat, is ex conſtitutionibus Principum, fuſtibus interdum caſtigari ſolet, d.leg.13.grauiuſque multo iis, qui per Iouem pejerauerant, puniebatur, quemadmodum auctor eſt in Octauio M. Minutius Felix, in reliquos autem homines perjuros cenſoria nota animaduertebatur. Siquidem vt ſcribit in officiis Cicero, cenſores nulla de re diligentius, quam de jurejurando judicabant, Ræuard. Varior.lib.2. c.3. Adde Forc. in ſuo cupidine juriſperito, c.18 nu.9 in fine.

Pejerare, non eſt falſum jurare, ſed quod ex animi tui ſententia juraueris, ſicut verbis concipitur id non facere. Cic.lib offi. 3. Iurare autem oportet, inquit Vlpian. vt delatum eſt jusiurandum, l.5.§.vlt.de jurejur. Spieg. Prat.

Pejorare pro deteriorem reddere Paul.lib. Sentent. 5. cap.19. Homo liber, qui ſtatum ſuum in poteſtate habet, & pejorare eum & meliorem facere poteſt. Hot Prat.

Πειρατὴς piratę ſunt ἐν ὕδατι λαμβάνειν vel à πειρῶ quod deceptionem ſignificat, vel à περᾶν, id eſt peregrando deducuntur. De eorum crudelitate Seneca 2.de clem.capit.4. nec contenti interficere ſæuiunt, vt Buſiris ille, & Procruſtes, & piratę, qui captos verberant, & in ignem viuos imponunt, & alibi 1. declam. 2. ita raptæ pepercere Piratæ, vt lenoni venderent, Goth. l.18.in pr. ff.commodat.

Pelargicæ nomini dicti, quaſi Ciconiariæ leges, quibus liberi parentes alere jubentur. Id quod in jure quoque cautum eſt: Vide Budæum in annot. & ſupra Antipelargia.

Pelasinum, herba in ſegetibus creſcens, de qua Plin.lib.27.c. 12.& 15.

Pellicere, pro inducere, perſuadere, illicere apud Iuriſconſ. Sed vtrum ita demum inquietem. ſi bonæ frugi ſeruum pepulit ad delinquendum l.1.§.ſed vtrum, ff de ſeru.corrupt. Spieg.

Pellere, id eſt, expellere. Pellere conductorem, l.10. §.vltim. ff.de publican.

Pelles, pro mantica, ſeu pera viatoria, Italis vulgo *Valiſia* dicitur: quod è pellibus conficiebatur: nec ignotum corris noſtris vocabulum eſt, Paulus in l.de Tapetis. Sicut pellus, quibus inuoluuntur veſtimenta. Spieg. Adde Turnebum aduerſ. lib.13.c.4.

Pelles Babyloniçæ l. vlt. C. de publican. Pelles lanatæ in l.70. §.1.ff.de leg lib.3. Pelles indutoriæ apud Paul.lib.3. Sent.tit.6. de quibus in l.25.§.vlt. cum ſeq. ff. de auro, arg. leg. vt Pelles tentoriæ ad tabernacula & tentoria paratæ apud Vopiſc. in Aureliano. De quibus l.7.ff.de ſupel.leg.accipienda eſt. Solebant enim antiquitus ſub pellibus milites degere. Valer. quoque lib.2.c.2. teſtatur tentoria exercitus Romani ex pellibus fieri conſueuiſſe. Sic Tacitus Annal.lib.3 Retentuſque omnis exercitus ſub pellibus, quamuis hyeme ſæua adeo, vt obducta glacie niſi effoſa humus tentoriis locum non præberet: Et lib. 14. Contractus, inquit, deinde omnis exercitus, ſub pellibus habitus eſt ad reliqua belli perpetranda. Sic Marcell. libro 19. ſub pellibuſque exercitu diffuſo, ait, per Iſtri fluminis margines barbaros obſeruabat. Briſſ.

Pellex, inquit, Maſſurius lib. memorabilium, & ex eo Paulus in l.li. 144. apud antiquos ea habita eſt quæ cum vxor non eſſet cum aliquo tamen viuebat, quam nunc vero nomine amicam, paulo honeſtiore concubinam, appellant. Granius Flaccus in libr. de jure Papiriano ſcribit, pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo cui vxor ſit, corpus miſceat: quoſdam eam, quæ vxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, quam παλλακὴν Græci vocant, in qua lege licet aſſerator concubinæ nomen honeſtius eſſe quam pellicis, id tamen ad præſentis ICtis ſeculum ac recentiores Latinæ linguæ autores referendum eſt. Nam poſteris pellicis nomē ſpecialius fuit & inhoneſtius, licet antiquioribus generalius fuerit & quamcunque mulierem ſignificauerit quæ vni viro ſeu marito, ſeu cælibi pudicitiam ſuam exhibebat, eoque ſpectat alterum Flacci ſcilicet teſtimonium, qui innuit pellicem hodie non vſurpare amplius non pro ea amica, quæ concubina eſt ſed quæ ſoluta conſuetudinem habet cum alterius marito: ſiue id fiat ſub ſpecie bigamiæ, ſiue concubinatus. Quo ſpectant illa Ouidij Epiſtola quinta.

Heu mihi pro dira bellica blanda fui.

Et Epiſtol.6.

——Nocuit mihi barbara pellex.

Idem.

Pellicis ipſa meos impleſſem ſanguine vultus:

Et Epiſtola 9.

Ante meos oculos adducitur aduena pellex

Et ſi quæ ejus generis ſunt alia, de quibus Valla c.48. li.6. elegant. Et illud Salluſtii in Ciceronem: Filia matris pellex. Et Ouid.Metamorph.

Tune eris matris pellex & adultera patris?

Iuuat hanc antiquitatem nominis deriuatio. Nam vt author Gellius eſt c.3 lib.4. pelles quaſi πάλλαξ hoc eſt, quaſi παλλακίς, vt pleraque alia: ita hoc quoque vocabulum à Græco flexum eſt: πάλλαξ iuuenis adoleſcens: vel à verbo παλλάσσω quod eſt irrigo, perfundo, fœdo, ſiue ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc eſt à vibrando, quod proprie juuenum eſt. Euſtath. vnde & apud Dores πάλλαξ in fœminino puellā deſignat. πάλλαξ igitur ſiue παλλακίς, & pellex, erit omnis illa puella, quæ ſe ab vno viro quidem irrigari & vibrari paſſa, ſed matrisfamilias nomen in viri domo non habet. Alij deducunt à pellendo immutatis quibuſdam literis, quod legitimam vxorem à viro ſere pellat. Eſt & hæc notatio apta, vt apud veteres generaliter accipi potuerit tam pro ea, quæ cum cœlibe, quam cum marito viuit: quod concubina etiam à juſta vxore ducenda cœlibem pellat. Denique pellicis vocem & concubinam & quæ cum alterius marito conſuetudinem habet olim deſignaſſe Gellius in dict.cap.3.lib.4.innuit, cum non omnem pellicem probroſam, ſed eam tantum eſſe habitam; quæ juncta conſuetaque eſſet cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonij cauſa foret, idque hac antiquiſſima Numæ regis lege oſtendi poſſit: Pellex ædem Iunonis ne tangito: ſi tangit, Iunoni crinibus demiſſis agnam fœminam cędito. Ad quam etiam Ouidius Epiſt.5. alludit:

Nec te meos coram ſcindi patiare capillos
Et leuiter dicas, hæc quoque noſtra fuit.

Quæ cum ita ſint, primo efficitur inter pellicem & pellacam antiquitus non eſſe differentiam & pellacam eſſe Græcam vocem, pellicem latinam, ſed aſſumptam eſſe. Deinde etſi hodie ſollummodo pellex dicatur, quæ cum eo cui vxor ſit, corpus miſceat: tamen olim non ſolum hanc, ſed eam quoque quæ vxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, quam Græci in Nou. 6. παλλακὴν, hoc eſt, concubinam vocant, comprehenſam fuiſſe Cœd.ad l.lib.144 n 4.de verb.ſign.

Pelliones, à pellibus conficiendis dicti ſub quibus milites hiemabant, apud Paternum in l. vltim. ff. de jur.immunit. vbi tamen Pollones legitur. Pellionum meminit & leg. 1. C. de excuſ.artiſ.lib.10 & Lamprid. in Alexan. ſic Cic. in Acad. In quo magna rei militaris eſſe occupatio ſolet, vt non multum Imperatori ſub ipſis pellibus otij relinquatur, id eſt, in ſtatiuis. Hot Prat.

Peloponnesiam quinquies quaternos enixam, & multas Ægypti vno vtero ſeptenos, item traditum eſſe quatuor pariter puellas à matreſamil. natas eſſe, Paulus refert l.3.ff. Si pars hæredit. per Spieg.

Penarium locus vbi neceſſaria ad victum quotidianum pertinentia, reponuntur. Vlpian.l qui penum ff.de pen leg. Quæ horrei penarij, inquit, vel cellæ penariæ inſtruendæ gratia habentur.

Pendere conditio, dieſve dicitur, etenim adhuc euentus expectatur. Pendere enim dicitur ſeu in pendenti eſſe: quidquid in ſuſpenſo eſt: quarum ſignificationum exempla propter eorum multitudinem enim obuiam non adſcribo. Pendere quoque fructus dicuntur quamdiu ſolo cohęrent & terra continentur. Atque ita pendentes fructus, id eſt, fundo cohærentes in leg.44.ff.de rei vind.l.15.ff.de pign.l.15. ff. de vſufr. leg.vlt. § fructus, ff.quæ in fraud.credit.qui ſtantes dicuntur in leg. 33. ff de vſuſruct. leg. 26. ff. de furt. leg.60.ff. de act. empt. Quo ſenſo & pendens vindemia nondum lecta in leg. 26. ff. de act. empt. & pendens oliua dicitur in leg. 39. ff. de contrah. empt. Briſſ.

Pendere etiam dicitur quod aliunde proficiſcitur, manat, ſuſtinetur. Hæ actiones quæ ex bonis defuncti pendent, l. 66 §. ſi damnum, ff.ad SC.Trebell.

Pendere etiam edicta olim dicebantur. Lam. in Alex. Tacebantur ſecreta bellorum: itinerum autem dies publice proponebantur, ita vt edictum penderet ante menſes duos Auſon.in Grat.actio. Has ego litteras tuas in omnibus pilis atque porticibus, vnde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere mandarem. Briſſ.

Pendere, pro ſoluere l.1.ff. ſi ager, vect. & pendere pœnas proprie dicitur, qui ob delictum pœnas ſoluit. Sed per tranſlationem pro æſtimare accipitur. Vnde Magnipendo, Floccipendo Paruipendo, Multipendo, Nihilpendo, id eſt, magna parua, nulla æſtimatione habeo. Loca in ſuis claſſibus apud Alb. requirito. Spieg.

Pendere actus, pro prorogare, & differre, not.in l.fin.ff. comm. præd. Spieg.

Pendere pœnas proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam ſoluit, quia penſo ære vtebantur. Feſtus.

Pendere pœnas, ſoluere ſignificat, ab eo quod ære graui cum vterentur Romani, penſo eo non numerato debitum ſoluebant vnde & penſiones dictæ. Feſtus.

Πένθος eſt virorum luctu dignorum, πένθιμος indignorum. Cujac. in προσφωνησία ſua de diuerſ.temp. præſcript. & term.capit.10. circa medium.

PENES & apud quomodo differant Vlpian. in l. 63. de verb. ſign. his indicat verbis. Penes te, inquit, amplius eſt quam apud te, nam apud te eſt quod qualiter qualiter à te tenetur, hoc eſt, quod quolibet modo detines, vt ſi homo liber vel filiusfamilias Lucij Titij in ſuis lateat ædibus, vel tecum viuat, dormiat prope, aſſideat, &c. leg. 1. leg. 23. l. 4. ff. de liber. exhibend. Penes te non ſolum eſt quod qualiter qualiter detines, verum etiam quod poſſides, ſiue jure, ſiue injuria, ſiue animo habendi, ſiue animo dominij, l. nemo, Cod. de acquir. poſſ. l. Titia Seio 34. §. Gaius, ff. de legat. 2. Valla lib. 6. elegant. cap. 54. Penes enim te dicitur, quaſi penitus apud te. Itaque depoſitarius apud ſe, non penes ſe rem habet leg. 1. §. eleganter, §. ſeqq. leg. 5. leg 8 leg 15. ſi fideiuſſor, ff depoſit l. certi, 9 §. fin. ff. de rebus cred. ſi cert. pet. l ſi quis 9 § Labeo, ff. de dolo malo, d. leg. Titia Seio, 84. §. Gaius, ff. de legat. 2. quia non poſſidet ſed vice alterius tenet l. generaliter, non, ff de acquir poſſeſ. Nec reſiſtit, quod in l. ſi ſacculum 29 in prin. & §. 1. ff. depoſit. à Paulo prolatum eſt: is penes quem depoſitum eſt. Id enim in principio dict. leg. ſi ſacculum reſpectu contrectationis Paulus dicit, cum contrectando depoſitarius ſe poſſeſſorem feciſſet: & in §. 1. dict leg ſi ſacculum. Penes eum depoſita appellatur reſpectu pacti quo vſus pecuniæ permittebatur, atque ita non ſolum cuſtodia, verum etiam ipſa poſſeſſio tradebatur, l. certi 9. § fin. Idem reſpondere licet ad leg. diuus, 15. fin. ff. de re jud. Nam apud argentarios non ſemper cuſtodiæ, verum vſurarum ac fœnoris cauſa deponebatur, vt ita non ſolum poſſeſſio, ſed etiam dominium ad argentarium tranſiret, l. ſi hominem 7. §. quotiens l. ſeq. ff. de poſſ. l. ſi ventri 24 §. in bonis, ff. de rebus auto. jud. poſſid. ſic commodatarius commodatam rem apud ſe habet, leg. 5 § ſi de me. ſ. in rebus 18. §. 1. ff. com. & mandatarius pecuniam mandati gratia exactam, l. qui negotia, ff. mandat. Sic etiam paterfamilias Caſtrenſe peculium habere apud ſe dicitur, antequam jure peculij inteſtato filiusfamilias mortuo capiat leg 1. l. 1. ff. de caſtren. pecu. At penes eum proprie eſt quod jure dominij vel quaſi aut aliqua naturali poſſeſſione animo ſibi habendi detinet, hoc eſt, poſſidet, vt ſi tabulæ teſtamenti ſint penes hæredem vel alium, qui eas jure ſua gratia poſſidet, dict. leg. 1. vt ſi precario data ſit poſſeſſio l. & habet. 15. § cum qui, veſ an is, ff. de precar. Nam & qui conceſſit precario, penes ſe rem habet, & qui accepit, habet, vterque enim poſſidet: ille jure dominij vel quaſi: hic naturali ratione, qua rem ſibi habet, d. leg. & habet, §. eum qui, ſic hominem liberum penes ſe habet, qui cum bona fide, vt ſeruum poſſidet, l. qui bona, l. quæſitum eſt, ff. de acquir. rer. dom. At qui dolo malo detinet, quia amplius non poſſidet, leg. 4 ff. pro ſuo dict. leg. quæſitum eſt apud ſe hominem liberum habet, leg. 1. s. 13. 4. ff. de lib. exhib. Sic vxor non penes ſe, ſed apud maritum eſt at ſi apud patrem filiafamilias ſit, penes patrem eſſe cenſetur, d. l. s. s. 3. 4. Hæc differentia attenditur in d. leg. Titia Seio, §. Gaius, ſic in l. alia 9. ff. de alim. & ciba. verbum PENES à ICtis interpretatur, ſic vſusfructus ſub conditione legatus, pendente conditione, penes hæredem eſſe perhibetur, leg. 16. ff. quibus mod. vſusf. amit. Atque hæc ita ſunt, niſi res ſubjecta vel verba prægnantiora adjecta, aut mens loquentis aliud moneat, veluti in l. traditio, ff. de acquir. rer. dom. leg. 5. ff. ſi de me ff. commo. l. ſi quis in tantum, Cod. vnde vi. Alciat. Forner. & Goedd. ad l. pene a te 63. ff de verb. ſign.

PENE dixerim. moderationis clauſula hæc eſt, Iuriſconſultis admodum familiaris. Pomponius in l. ſtipulationum aliq. §. Conuentionales ſunt, inquit, quæ ex conuentione reorum fiunt: quarum totidem genera ſunt, quot pene dixerim rerum contrahendarum. Cum enim plura ſint negocia, quam vocabula, quomodo etiam non plura eſſent rerum quam ſtipulationum genera? l. Natura enim ff. de præſcript. verb. Oldendor. Innuit autem hæc vocabula (pene) ſicut illa σχεδὸν diſcrimen adhuc aliquot ſubeſſe. Balduinus, tit. de ſucceſſ. libert.

Πενέσται Athenis θῆτες à paupertate nominabantur, quod ſeruorum aut ſeruis conueniens nomen. Apud Theſſalos πενέσται dicebantur, qui non genere, ſed fortuna ſerui erant, non δοῦλοι, eorúmque media erat inter ſeruos & libertos conditio. Connan. lib. 2. c. 8. n. 1. lib 2. c. 1. n. 4.

PENICULUS, & Penicillus, pictoris inſtrumentum, quo pingit ab eo quod eſt penis, id eſt, cauda. Marianus de fund. inſtr. l. Item pictoris. penicul, inquit, & canteria, & conchæ. Nebr.

PENITUS pro prorſus. Nam proprie intrinſecus ſignificat, ipſo jure accipiendum eſt, per gl. ſingularem, in l. ſi qui aduocatorum, C. de poſtul. Spieg.

PENSATA pecunia apud Vlp. l. in exceptionibus, de probat. pro compenſata.

PENSATIO: pro compenſatione, apud IC. In l. Mæuius §. arbiter ff. de arbitr. Quæſitum eſt, ait Iulianus, an poſſit penſatione vltro citróque facta, condemnatione eum ſolum, cujus ſumma excederet, &c. damnare? Spieg.

PENSES in ſocietatem ſumptus, id eſt, expenſi, l. 52. §. ſi quis ex ſociis, ff. pro ſocio: Briſſ. in pareg.

PENSIO, id quod pro alicujus rei vſu datur, vt agri, vt domus, Vnde legitima penſio noſtris dicitur, quæ fructibus reſpondet & pro ſolutione facienda vſurpatur penſio à Paulo in l. lecta eſt, §. igitur, ſi cert pet. Item in penſionem reputare apud Haloandrum in l. penultim. ff. de via publ. quam ipſe ex Græco, tranſtulit. Spieg.

PENSIO proprie eſt merces inhabitationis ædium alienarum, quæ Græce ἐνοίκιον dicitur. Cujus ſignificationis cum frequentia ſint in titulo locati exempla, colligendi labore ſuperſedebo, penſio etiam præſtationem temporibus & terminis, vt vulgo loquimur diuiſam ſignificat, l. 3. ff. de annu. leg. 8. §. ſi annua, ff. de pign. actio. l. 40. ff. ſi cert. petat. lita. in fin. ff. de vſur. l. 47. ff. ad l. Falc. leg. 39. ff. de fideiuſſoribus. Penſiones trientes pro trientario fœnore dixit Lamprid. in Alex. Penſiones vectigalium in l. 10. §. vlt. ff. de publican. Briſſ. Penſionibus ſoluendis olim Calendæ Iuniæ ſolennes erant, l 9. ff. qui potior. in pign. Item Calendæ Martiæ, l. defuncta, 48. ff. de vſufruct. Vult. in comm. Inſtit. tit. de locat. & conduct. in pr. n. 27.

PENSIO refertur ad pecuniariam cauſam, Reditus ad alia, puta ſi certis frumenti menſuris in annos ſingulos conſtituta ſit. Ferret. tit. de locat. & conduct.

PENSIO, ſolutio. Varro, ab ære impendendo, diſpenſator: & in tabulis, ſcribimus expenſum: & prima penſio, & ſic aut ſecunda, aut quæ alia. Paulus l. 40. ff. de reb. cred. Igitur finito primo menſe primæ penſionis vſuras currere. Item, & ideo non ſoluta pecunia ſtatutis penſionibus, ex die ſtipulationis vſuras deberi Cicero pro Q. Roſcio, falſum ſubornauit teſtem Roſcius Cluuium: cur tam ſeruæret, quum altera penſio ſoluenda eſſet, non tum quum prima? Hor.

PENSIO, fere dicitur pecunia quæ ex prædiorum vrbanorum locatione percipitur: quæ vero ex ruſticorum, merces: vide l. 27. & 26 ff. de pet. Hot.

PENSITANDUM proprie non dicitur, quod ſemel ſoluendum eſt, ſed quod in plures annos debetur, vnde vectigalium penſitationes & penſiones locationum dictæ (vt quidem conjicio) quod non ſtatim implentur, ſed ſemper pendent: quia vnius anni ſoluto debito ſtatim incipit cedere ſequentis anni ſumma & tanquam ſuſpenſa tenetur. Idcóque & ſpem præmiorum dixit Alex. Imp. pro futurorum annorum præmiis, quorum dies nondum venit, & quæ retera non debentur, ſed ſperantur. Connan. lib. 4 c. 15. n. 9.

PENSITATIONES publicæ ſecundum Azo. in ſumma. C. ſi propter public. penſitat. vend. ſuer. celeb. dicuntur exactiones tributorum, vel veſtium, vel auri, vel argenti, quæ à certis perſonis debebantur fiſco: ſed & ea, quæ ad viarum, vel pontium refectionem præſtanda ſunt à poſſidentibus, penſitationes publicæ dicuntur. Tu dic breuius & clarius, penſitationes publicas eſſe penſiones, quæ ſoluebantur Reipubl. pro fiſco. Io. Bello. Etymol.

PENSUM, id eſt modus operis præſcriptus. Sumptum à penſo lanarum, quod certi ponderis ſingulis puellis dabatur. Etalm.

PENTEPROTIAE, Græca vox eſt ſignificans quinque primorum munus: quos alibi ſacræ conſtitutiones, quinque ſommates vocant: ipſe Quintum virus appellari puto in l. de cubiculis noſtris, C. de priuil. eor. qui in ſacr. palat. milit. lib. 12. Spieg. & Pra.

PENTATEUCHUS interpretatur volumen quinque lib. Moyſi. c. 1. & ibi gl. not. ext. de decimis. Io. Bell. Etym.

PENTATHLI Græcis ſunt, quos Latini à quinque artibus quinqueſtriones dixerunt, Cottaſ. 4. Miſcel. c. 24. n. 7.

Πενταπλάσιος i. luſtralis, Goth. ad l. Septitia 10. ff. de pollic.

Πενθερὸς eſt pater vxoris: πενθερὰ mater vxoris. Modeſt. in l. 4. §. & quidem vit. 6. ff. de gradib. & adfin.

Πένθος, apud G Harmenop. lib. 4. tit. 6. eſt virorum luctu dignorum, πένθιμος indignorum. Prat. ex Cujac. c. 8. de præſcriptionibus & 6. obſer. 32. Gothofr. ad leg. decretu 15. C. ex quib. cauſ. infam.

PENULA, itinerarium, aut frigoris & pluuiæ veſtimentum eſt, quo, l. 1. C. Th. de hab. quo vti opor. intra vrb. Senatoribus intra vrbem vbi permittit pluuiæ tantum, aut frigoris cauſa, vt arbitror ſuperjectum etiam interiori veſtimento. Tertul. in Apol. Ne vel hyeme voluptas impudica frigeret, Lacedæmonij penulam ludis excogitarunt. Imperatores vero hic ne pluuiæ quidem tempore vtebantur. Spartianus in Adriano, Penulis, inquit, vti tribunos plebis pluuiæ tempore ſolebant, Imperatores autem nunquam. Idem in eodem refert, Senatores & equites R. Hadrianū juſſiſſe ſemper in publico eſſe togatos, ipſum cum in Italia eſſet, ſemper togatum proceſſiſſe, ſed dict. leg. 5. ſatis habet: ſi ſenator in Senatu, & in fungendo munere ſenatorio, togatus fuerit. Prat. ex Cujac. 12. obſer. 39. in fin. & Goth. ad l. nuper 42. ff. de donat. inter. vir. & vxor.

PENUS in rubr. ff. de penu legata definiunt Græci ὅσα εἰς πόσιν καὶ βρῶσιν συνάγεται: ea continetur πίνεται καὶ ἐσθίεται καὶ πίνεται. Inde autem videtur vocari penus, quod hujus modi res ad victū neceſſariæ, intus & penitus recōdantur, Goth. in notis ad rubr.

PENUS alia Eſculenta, alia Poculenta ſtatuitur. Eſculenta Penu legata non ea tantum quæ eſſe, ſed & per quæ eſſe ſolemus continentur, niſi voluntas teſtatoris repugnet, Poculenta vero

Digitized by Google

vero ea quæ vini numero paterfam. habuit. Briſſ.

PENVM oċutro genere pentulit Pomp. in l. 2. ff. de tri. vin. Cum alij penum, inquit, alij vinum legatum eſt: excepto vino, omne penum ad legatarium pertinebit. Spieg.

PENVRIA, omnis rerum inopia: ſpecialiter tamen earum quæ in penum recondi ſolent. Prat.

PENVS nomen omnibus generibus dicitur, l. 4. §. nomen, ff. de penu. leg. l. 2. ff. de trit. vino. Penus autem ſecundum Q. Mucium, cujus auctoritate in hac re Vlp. & Gellius lib. 4. cap. 1. vtuntur, ea omnia continet, quæ eſui potuique ſunt, l. 3. ff. de penu leg. Cicer lib. 1. de nat. deor. Penum eſſe omne, quo veſcuntur homines, definit. Penori itaque cedunt cibaria omnia, quæ paterfamil. vſus ſui cauſa ejuſque familiæ quam circa ſe & ſuos habet, parauit, & cibaria jumentorum vſibus ipſius deſeruientium, & legumina quæ in cella penuaria habentur. Ligna quoque & carbones penua parandi cauſa & thus & cerei in domeſticum vſum parati, & vnguenta, & odores, & chartæ epiſtolares, & vaſa ſine quibus penua haberi non poteſt. & quęcunque alendi cauſa bibuntur, ea appellatione continentur, l. 3. cum ſuis §§. & l. 5. ff. de pen. leg. Vnde penus alia eſculenta, alia poculenta ſtatuitur. Eſculenta penu legata non ea tantum quæ eſſe, ſed & per quæ eſſe ſolemus, continentur, niſi voluntas teſtatoris repugnet. Poculenta vero ea quæ vini numero paterfam. habuit. Briſſ. Balduin. in Scæuola ſub tit. de penu legata, ex cap. 3.

PENORIS legato quid contineatur, ſatis abunde quæſitum eſt apud Vlp. in l. ff. de penu legat. tamen lectitanti mihi noctes Atticas Gellij: occurrit quæſtio circa ipſum ſcitu & memoria digna, quam ſubjicio. Is lib. 4. refert. Phauorinum percunctaſſe quendam Grammaticum, quid eſſet penus, & quo ſenſu id vocabulum dicatur. Cui Grammaticus: quæris (inquit) rem minime obſcuram: quis adeo ignorat, penum eſſe vinum & triticum, & oleum, & lentem & fabam, atque hujuſcemodi cætera? Etiamne (inquit Phauorinus) milium, & panicum, & glans, & hordeum, penus eſt? Sunt enim propemodum hæc quoque hujuſcemodi. Cumque ille reticens hæreret: Nolo (inquit) hoc jam labore, an iſta quæ dixi penus appellentur. Perinde igitur nunc te rogo, vt quid ſit penus dicas, non vt aliquid ex penu nomines. Tum ille: Philoſophias, inquit, ego non didici, nec diſcere appetiui, etſi ignoro, an ordeum ex penu ſit, aut quibus verbis penus definiatur: non ea re literas quoque alias neſcio. Scire, (inquit ridens jam Phauorinus) quid penus ſit, non ex noſtra magis eſt Philoſophia, quam Grammatica tua. Meminiſti enim credo, quæri ſolitum, quid Verg. dixerit, penum ſtruere vel longam, vel longo ordine: vtrumque enim profecto ſcias legi conſuetum: ſed vt faciam, æquiore animo vt ſcis: nec illi quidem veteris juris magiſtri, qui ſapientes appellati ſunt, diffiniſſe ſatis rectè exiſtimantur quid ſit penus. Nam Qu. Scæuolam ad demonſtrandum penum, his verbis vſum audio: Penus eſt, inquit, eſculentum, aut poculentum: quod enim ipſius patris, aut liberorum patrisfam. ejuſq; familiæ quæ circum eos, aut liberos ejus eſt, & opus non facit, cauſa paratum: (vt Mutius ait) penus videri debet. Nam quæ ad edendum bibendumq; in dies ſingulos prandij aut cœnæ cauſa parantur, penus non ſunt: ſed ea potius, quæ hujuſce generis longę vſionis gratia contrahuntur, & reconduntur: ex eo quod non in promptu ſint, ſed intus & penitus habeantur penus dicta ſunt. Præterea de penu adſcribendum hoc etiam putaui, Seruium Sulpitium in reprehenſis Scæuolæ capitibus ſcripſiſſe, Ælio placuiſſe: non quæ eſui tantum & potui forent, ſed thus quoque & cereos in penu eſſe, quod eſſet ejus fermè rei cauſa comparatum. Maſſurius autem Sabinus in juris ciuilis ſecundo, quod jumentorum cauſa adparatum eſſet, quibus dominus vteretur penori attributum dicit: ligna quoque, & virgas & carbones, quibus conficeretur penus, quibuſdam ait videri eſſe in penu: ex his autem quæ pomercalia & vſuraria in locis iiſdem eſſent, ea ſola eſſe penoria putat, quæ ſint vſui annuo, Cotta. Adde Forcat. in ſuo Pen. jur. ciuil. c. 2. & ſeq.

PEPLVM, eximij candoris veſtem ſine manicis aureis diſtinctam elatus fuiſſe autumant: quam quinto quoque anno apud Hyleu. mulieres ſex & decem Iunoni contexebant: Alex. Gen. dies. lib. 5. c. 22.

PER aliquando ſignificat juxta, vel inter, l. fin. ff. de ſeru. vrban. Per quandoque ſupprimitur per ἔκλειψιν, in l. 30. in fin. ibi, principem, ff. de rebus aut. jud. poſſ. De hac dictione *Per* vide Bart. in l. Celſus, ff. de vſucap. Prat.

PER, auget ſignificationem & integrum quiddam denotat. Sic etiam ædificia perfeciſſe dicitur non qui inchoauit, non qui majorem partem extruxit: ſed qui conſummauit, qui eo perduxit, vt in vſu eſſe poſſint, l. ædificia, 139. §. 1. ff. de verb. ſignif. Gœdd. ad l. 166. §. 1. ff. de verb. ſign.

PER, perfectionem ſignificat, l. vrbana, §. pernotat, ff. de verbor. ſignif. Aliquando ſignificat propter, c. vt conſtitueretur, 50. diſtinct. Prat.

PER, in compoſitione varie accipi, Alc. oſtendit, in §. pernoctare, l. vrbana familia, de verb. ſign. Quandoque autem quandam integritatem & perfectionem ſignificat. Spiegel. & Coraſius Miſcell. lib. 2. c. 15.

PER adoptionem pater, qui me adoptauit.

PER ætatem, id eſt dum ætas.

PER aliquem ſtetiſſe, vel factum quo minus daret, videtur, ſi interpellatus non dederit aut ſi rem debitam occiderit, l. 23. ff. de verb. oblig. l. 5. ff. ſi cert. pet. Plane ſi promiſſor hominis ante diem in quem promiſerat interpellatus ſit, & ſeruus deceſſerit, non videbitur per eum ſtetiſſe, l. 49. ff. de verb. oblig. Briſſ.

PER aliquem interdum ſignificat alicujus opera, miniſterio, corpore, facto. Briſſ.

PER alluuionem, vt ait Iuſtin. in l. Præterea. Inſt. de rer. diuiſ. id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, vt intelligi non poſſit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur. Ab aliis Alluuio, pro immoderata aquarum violentia, vel fluuialium, vel pluuialium, ſimiliumque ponitur: quæ non tantum agros conſumit, ſed quandoque eripit, & nonnunquam funditus deſtruit. Oldend.

PER ANNOS certos quomodo intelligendum ſit: vide C. de vſucap. l. aduerſus, & de pœnis, l. ſi certis annis. Spieg.

PER aſſem Iuſtinianus vniuerſum teſtatoris patrimonium complectitur. Ræuard. l. jus noſtrum, ff. de reg. jur.

PER calumniam in poſſeſſionem mitti: Vide Vlpian. in l. vnica: Si mul. vent. nom. Spieg.

PER chartam vel chartæ beneficio poſſidere, eſt teſtamenti jure, & ſecundum tabulas poſſidere. Greg. Turon. lib. 4. c. 12. Prat.

PER contrarium, pro, ex aduerſo, apud Vlp. in l. Iulian, §. ſi venditor de act. empt.

PER conſequentias. Non eſt abſurdum, inquit Paul. per conſequentias, & in ſpeciali in rem actione dolum præteritum deduci, l. ſin. autem, §. ſed & is, ff. de rei vind. Spieg.

PER Deum jurare. Vlp. in fi. l. 3. de jurejur. Iurare, inquit, oportet, vt delatum eſt juſjurandum: cæterum ſi ego detuli, vt per Deum jurares, tu per caput tuum juraſti.

PER dilationem bellum gerere, apud Liuium.

PER fas, ac nefas, ſignificat factum aliquid fuiſſe licite aut illicite: quod vulgus Barbaricum dicit: hoc eſt factum taliter qualiter. Spieg.

PER fideicommiſſum prouerbiali ſermone vſurpati ſolitum, pro per obliquum, per anfractum & non directo: ſignificari videtur Arnob. li. 6. cont. gent. Deos, inquit is, per ſimulacra veneramur. per tramites ergo quoſdam & per quædam fideicommiſſa veſtra ſumunt culiiones. per fideicommiſſum & directo paſſim à noſtris opponuntur, vt l. 6. ff. de fideic. leg. 2. Cod. quand. & quib. quart. l. 5. §. 1. de Iur. codicil. Prat.

PER genium principis jurare: Vide per principis. Hot.

PER indicem. Prouerbium eſt apud Iuſtinianum in extremo Inſtitut. pro ſummatim, ſtrictum curſimque, obiter, & quaſi per tranſennam. Vt vobis, inquit, poſſibile ſummo digito, & quaſi per Indicem ea tetigiſſe, quaſi libros Inſtitutionum pro ὑποτυπώσεις [quæ appellat] id eſt, argumentis Pandectarum eſſe velit: nam Indicem pro eo quod titulum vulgo appellamus Latini vſurpant: quinetiam idem Imp. leg. 1. §. penultim. Cod. de vet. jur. enucl. in paratitlorum mentione ſignificat. Sed ſufficiat, inquit, per judices tantummodo & titulorum ſubtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur, quædam admonitoria ejus facere. Aſconius in Verrin. 3. Quo quum eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per indicem rem exponebant: quod ipſum dicebatur cauſæ conjectio, quaſi cauſæ ſuæ in breue coactio. Hot.

PER judicem aliquid fieri, hoc eſt officio judicis, l. vltim. ff. de rei vendic.

PER judicem peti, exigi, auferri dicitur, quod judicio petitus, aufertur, judiciſve juſſu ſoluitur, l. 22. ff. ſi cert. pet. l. 22. ff. ſi rem rat. hab. l. 4. §. quod ſi is, cui ff. de doli except. Briſſ.

PER lancem & licium furtum quærere: vide furtum per lancem. Hotom.

PER laſciniam. Lege, Laſciuia.

PER legem. Cic. ad Salluſt. Sed id mihi vix videris per l. Iul. facere poſſe.

PER magiſtratum factum videtur in edicto ex quibus cauſis majores in integrum reſtituuntur, ſi magiſtratus jus non dixit, vel per ſordes aut gratiam dixit l. 26. §. per magiſtratum, ff. ex quibus cauſ. major. Briſſ. Prat.

PER manus tradi dicitur, quod ſucceſſione quadam ab aliis ad alios deuenit. Vſum parœmiæ Eraſm. indicat. Extat & apud Papinianum de jure codicill. Quod per manus traditum eſt, codicillis hæreditatem dari non poſſe per manus, id eſt, vulgo interpres exponit. Spieg.

PER manum prohibitio ea ratione lapilli ictus appellabatur, qua per ictum intellexit præcipitationem. Vlpian. de eo ſcribens qui de ponte præcipitatus ipſo ictu periit, l. 7. §. 5. ad l. Aquil. Nec alio ſenſu in edicto de his qui dejecerunt vel effuderunt ſcripſit ad hunc modum prætor. Si eo ictu homo liber periiſſe dicetur, leg. 1. de his qui effud. vel dejec. & ita per manum ictus lapilli intelligitur, hoc eſt, lapilli præcipitatio, dict. §. 10

Eſt & alia per manum prohibendi ratio, quæ per manus oppoſitionem ſolebat fieri. Deque ea ſuſpicor ſenſiſſe Pompon. l.50.de ac.rer.dom. Nec alio ſpectat vitis præterſim, cujus apud Vlp. mentio fit leg.3.§.3.vti poſſidet. Ræuar.l. vi factum, ff.de regul.jur. Per momentum ſpatium temporis per exiguum intelligit Paulus ea certè ratione, qua ſic Liuius libr.21. ſcripſit. Non cunctandum in tali occaſione Hannibal ratus, totis viribus aggreſſus vrbem, momento cepit. Diuerſa quoque diei cujuſque tempora momenta dici teſtis eſt lib.3.aduerſus Marcionem Tertullianus his verbis: Conſtat Ethnicis quoque teſtibus in Iudæa per dies quadraginta matutinis momentis ciuitatem de cœlo pependiſſe. Hęc ille, omnino demonſtrans in momenta ſic dies diuiſos eſſe, vt certa vniuſcujuſque diei matutina, meridiana & veſpertina momenta fuerint. Atque ita momentum videri poſſunt ICti accepiſſe l.6.de vſurpat.l.3. §.3. de minoribus leg.23. de acq. rerum dom.Ræuard.l.cum præt.ff.de reg.jur.

Per multos ambulare poſſeſſionem, apud Vlp.l.ſed etſi,§.deinde ff.de petit.hæred Spieg.

Per obreptionem petere, l.ſi autem is, §.1.ff.nego.geſt.

Per omnia, dictiones ſimul junctæ, multum operantur, & important omnem ſubſtantiam & qualitatem, vt per Barb.conſ. 13.ſapienter.col.4.li.2.& conſ.23.pręclare,col.vlt. eod.lib.Iaſ. conſ.141.col.fin.li.4.& propterea ſing.decidit Bald.in l.omnia, C.de epiſcop.& cler. quod ſi ſtudium Ticinenſe ſit per omnia æquatum Pariſienſi, & poſt talem adæquationem priuilegiorum, ſint conceſſa noua priuilegia ſtudio Pariſienſi, quod talia noua priuilegia etiam pertinebunt ad ſtudium Ticinenſe: quia iſtud per omnia non ſolum reſpicit modum, ſed etiam tempus, & hanc deciſ. Bald. pro ſing. refert & ſequitur Iaſ. in l.1.not.per illum text.de leg.1.Cotta.

Per partes reficere. Vlp. de mulitis ædibus verba faciens l. quid tamen.ff.quibus mod.vſusfruct amittatur. Plane ſi per partes, ait reficiat, licet omnis noua facta ſit, aliud erit nobis dicendum. Spieg.

Per principis jurare, Græca defactione dicitur, pro per Principis genium jurare l.2.C.de reb.cred.l.13.§.vlt.ff.de iurei. Hot.

Per quandoque valet propter. Si per aliam exceptionem perpetuam peti non poterat l.26 §. indebitum, ff. decond. indeb. id eſt propter, ſeu obſtante exceptio. Briſſ.

Per ſaltum promoueri dicitur qui minus gradatim ad ordines, ſed præpoſtere aliquibus intermediis ordinibus omiſſis accedit. Quemadmodum faciunt omnes fere noſtræ tempeſtatis presbyteri, non tam eruditione & meritis, quam pecuniis & alio aliquo modo promoturi: Anch.

Per Satyram, apud Iuſtin.in præfat. ff. quid ſit vide infra, Satyra lex.

Per ſe, pro ex ſeſe, ſua natura, & quod dicitur, naturaliter.

Per solutionem, quam ſpecie. Hanc Phraſim ceu elegantem apud Paul.in l.2.§.2. ff ſi cert.petat. indicauit Haloander, & Oldend. vt negationem potius, quam collationem inſinuet, ſicut & in l.ſi hominem, ff. depoſiti, & in l.2. in fin. ff. de jud. Spieg.

Hac ſtipulatione, Per te non fieri non hoc tantum ſignificatur nihil te facturum quominus facere poſſim, ſed & curaturum te, vt facere poſſim, l.50. ff. de verb. oblig. Per hæredem autem, niſi ſi pupillus ſit in ejuſmodi ſtipulatione fieri videtur, quamvis abſit & ignoret, & ideo non facit quod fieri oportet, l.49 §.pen.eod.tit. Briſſ.

Per te ſtetit, barbari dicunt, tenoit per te.

Per tempus, in tempore, ſiue tempeſtiue, inquit Donatus, aut opportune.

Peræquatores: vide paulo poſt.

Peragere adulterium in l.5.ff.de adult. & l.26.in fin. C. eo.eſt accuſationem aduerſus adulterium inſtitutam implere. Sic & peragere litem in l.22.ff.de inoffic.teſtam.ad exitum perducere eſt: peracto teſtamento, id eſt, perfecto in l.18.ff.de his quę vt indign. Briſſ.

Peragere cauſam etiam is dicitur qui in judicio non obtinet, ſed victus diſcedit. Hæreditariam cauſam peregi, & victus ſum, l.22.ff.de inoffic.teſtam. Briſſ.

Peragere fabulam dixit Cicero, pro eo, quod eſt totam comœdiam abſoluere: & ſenectutem definit peractionem ætatis ſicut fabulæ Sic ſolent peragraſſe orbem idem dixit pro anno: quia annua eſt, ſi ſol totum ſuum confecerit curſum, Gœdd.ad l.vrbana,166 §.e n.3.ff.de verb.ſign.

Peragere judicium eſt ita perficere judicium vt ſententia feratur, Paul.in l.non diſtinguimus, ff.de arbitris.Aldobr.§.ſi inter tutorem, Inſt.quib.mod.tut fin.

Peragere litem, Vlp. Qui procuratorem dat, inquit, vt confeſtim agit: is intelligendus eſt permittere procuratori, & poſtea litem peragere: Spieg.

Peragere reum, condemnare eſt, l.2.ff.ad l.Iul. de adult. l.6. §. deſtitiſſe,& l 15 ff.ad Turpillian. Valer. Max.l.6.c.2. Duos ſuſtinuit reos, eorumque alterum lege peregit. Peragi itaque reus dicitur, qui crimine quo poſtulatus eſt, condemnatus, l. pen.ff,de publ.judic. Tacit.libr.4. Cæterorum, quæ multa cumulabantur, receptus eſt reus, neque tamen peractus ob mortem opportunam. Liu.libro 4. Vos autem ſi reum perago, quid acturi eſtis? id eſt, ſi ita judicium & accuſationem perſequar, vt damnetur. Briſſ.

Peragit, qui obtinet: vnde peregiſſe reum dicitur, qui vſque ad damnationem eum perſequutus eſt, & vt condemnaretur effecit, l.2.ff.de adult. Agit, qui in judicio proſequitur id quod ſibi debetur, Exigit, qui quod judicio proſecutus eſt, recipit. Tranſigit, qui actionem ſibi competentem: ſiue inſtituta, ſiue inſtituenda ſit, aliquo recepto, cauſa concordiæ omittit. l.1.ff de Tranſ. Spieg.

Peragi reus in criminibus, non res peragi dicitur, inquit Budæus.

Perangariæ. Lege, Angariæ.

Perædificare ædificationem abſoluere.

Peræquatores dicuntur exactores cenſuum capitationis: quod æqualiter ab omnibus exigant. Alciat. in l. cum antea, Cod de agric. & cenſ.libro 11. Cujacius dicit, peræquatores & inſpectores eſſe, qui cenſus emendant, prædiis inſpectis & adæquatis inuicem, vt reuelentur, quibus grauius eſt onus adſcriptum, grauentur, quæ ſunt cenſita leuius leg. 10. Cod. de fund.patr.lib.2.l.penultim.& vltim. Cod.de ann.& trib.lib.10. l.12.& 14.Cod.Theodoſ.de cenſit.leg.vltim.Cod. Theodoſ. de locat.fund.jud. emphyt. Græci ἐξισωτὰς vocant Euſebius 4. de vita Conſtantini. αὐτοῖς ἐξισωτὰς ἐπιπέμψας. Græci interpretes juris, ἐπόπτης λέγεται ὁ ἐξισωτής. Itaque idem pene munus eſt inſpectoris & peræquatoris. Caſſiodorus 10. vt ad prædium, de quo querela eſt, diligens inſpector accedat, & rebus moderata inquiſitione trutinatis, quidquid grauaminis poteſt habere poſſeſſio, rationabiliter abrogetur. Cujac.ad rubr. C.de cenſibus & cenſitoribus lib.11. Solent autem peræquatores à dominis deſerta & deſtituta prædia aliis tradere, atque ita dominium mutare, ſiue onere tamen reliquorum. Cujac.ad l.7. C. eod.tit. Porro ſi peræquatores vel diſcuſſores incurrerint culpam negligentiæ vel gratiæ, non ſolum honorum jacturam, ſed & annonarum in quadruplum mulctam ſubeant, text.in l. 6.vbi idem Cujac.C.jam dict.tit.

Percepti fructus, vt à ſolo ſeparati, & horreo repoſiti intelligantur, Azo demonſtrat.in ſum.de rei vend. Spieg.

Percepturus dicuntur qui terra teneri deſierunt, l. vſufructuarius meſſem, ff.quibus modis vſusf.amitt.

Perceptionem fructus, vt Labeo tradit, accipere debemus non tantum ſi perfectè ſint collecti, ſed etiam cœpti ita, vt terra continere ſe fructus deſierint: veluti ſi oliuæ, vel vuæ collectæ ſunt, nondum autem vinum vel oleum ab aliquo factum eſt, ſtatim enim ipſe accepiſſe fructum exiſtimandus eſt l.ſi ejus fundi. ff.de rei vind. Spieg.

Perceptio pro ſolutione & præſtatione l. 4. ff. de his qui dejecer.leg.33.§.1.ff.de pecul.leg.15.§.ſi in ſepulcbro, ff. quod vi aut clam.l.37.ff.de fideiuſſoribus,leg.7.§. vltim. ff. quod falſo tut. Briſſ.

Percipere, pro valde capere, in l.ſi plagis, §. fin. Cum pila inquit Alfenus, plures luderent, quidam ex his ſeruulum, cum pilam percipere conaretur, &c.

Percipere debitum deſtination. l. Herennium 2. ff. de vſur. Spieg.

Percipere etiam dicitur qui quid ex teſtamento capit & conſequitur. Et fundi partem & decem ex teſtamento percipere, l.13.de legat.3. Briſſ.

Percunctari, diligenter inquirere: Vide aur. de teſtibus, §. quis vero in fin. Spieg.

Percussor, qui percutit & occidit, & ad id faciendum conducitur, Cod.de ſicar.l.ſi quis percuſſor.& ff. de ſil.& ſi percuſſor. Spieg. Prat.

Percutere interdum cudere eſt, ſeu ſignare. Qui falſam monetam percuſſerint, l.19.ff.de lege. Cornel.de falſ.

Perdere feudum, pro amittere, §. item qui titul. Quæ fuit in princ.cauſ. Item pro exceptione repelli l.ſi filius, in prin.ff.de Maced. Cæterum haud perdidiſſe rem cenſetur, qui eius reſtitutionem petere poteſt l.nemo, & ibidem Bart. ff. de in integ. reſtit. Spieg. Part.

Perdere alias eſt conſumere, dilapidare, Perdituro dare, id eſt conſumpturo, dilapidaturo, verbi gratia, protinus ſcorto daturo, vt l.8.ff.pro empto.

Perdere cauſam, intentionem, litemve dicitur, qui cauſa cadit. Briſſ.

Perdidiſſe creditor videtur, qui exceptione repelli poteſt, l.ſi filius, in pr.ad Maced.Alb. Prat.

Perdiſcere eſt perfectè & totum diſcere. Hinc illud voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abjecit, Gœdd. ad l. vrbana 166.§.1.n.3. ff.de verb. ſign.

Perditum, à dimiſſo diſtat.l. perditum, ff. de petit. hæred. & à derelicto, l.interdum, §. ex naufragio, ff. de acquir. poſſeſſ. Spieg. Prat.

Perducere eſt, litura per medium traducta delere, l. 1. in pr. ff.de

ff. de his quæ in teſt. delent. l. 20. §. vlt. ff. de milit. teſt. Briſſ.

PERDUCERE ſeruum ad libertatem eſt, libertum efficere, Perducere ad libertatem l. 14 ff. de optio. legat.

PERDUCTA pro perinducta, ſiue omnino inducta, ac deleta. Vlpian. l. 1. ff. de his quæ in teſt. del. Sed nolentibus inducta accipiendum eſt, &c. ſi perducta ſint. Hot. Prec.

PERDUCTORES, Aſconius ait, in hoc differunt è lenonibus quod lenones ſunt ſcortorum perductores, etiam ingenuarum perſonarum. Spieg.

PERDUELLES antiqui dicebant quos nos hoſtes appellamus eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet, Caius leg. 234. de verb. ſig. Duellum cum pro bello dicebant: & duellare bellare. Hoſtes autem illi tum peregrinos dicebant, qui ſuis uterentur legibus, & bellum pulchrum haud dubie ſignificabat. Varro lib. De lingua 6. Apud Ennium eſt, quin inde inuictis ſumſerunt perduellibus. Perduelles ſunt hoſtes, vt perficit, ſic perduellum Duellum, id poſtea bellum ab eadem cauſſa facta Duellona, Bellona. Hinc factum vt qui hoſtili animo in rempublicam aut Imperatorem eſſet, Perduellionis judicio teneretur, vt ait Vlp. in leg. vlt. ff. ad l. Iul. maieſt. Aliud. eſt n. maieſtatis, aliud perduellionis crimen: hoc enim ſub illo, tanquam ſpecies ſub genere ita comprehenditur, vt crimen ſit imminutæ maieſtatis & grauiſſimum & atrociſſimum, quippe quod ad vniuerſæ reipublicæ ſtatum labefactandum pertineat, veluti ſi quis aut regnum affectaſſet, vt Spurius Caſſius Viſcellinus, aut magiſtratum populi Romani ſacroſanctum violaſſet, vt C. Rabirius, pro quo extat Cicer. oratio: ac proinde qui poſtremis temporibus hoſtile aliquid in perſonam Imperatoris molitus eſſet, ut IC. ſignificant. Tribunitiam enim poteſtatem Imperatores totam in ſe tranſtuliſſe, nemo neſcit. Item qui ciuis Romani libertatem violaſſet, veluti qui eum ſecuri percuſſiſſet, aut in crucem ſuſtuliſſet: qua de re Cicero Verrina 7. ſic ſcribit: hoc in illo majeſtatis judicio ſi licuiſſe ſibi oſtenderit, ergo oportuiſſe concedam. Ex hoc quoque euaſerit proficiſcat quo me iam pridem vocat populus Romanus, de jure enim libertatis & ciuitatis ſuum putat eſſe judicium & recte putat. Confringat iſte ſane vi ſua conſilia ſenatoria, quæſtiones omnium perrumpat, euolet ex veſtra ſeueritate, mihi crede, arctioribus apud pop. Ro. laqueis tenebitur. Credet iis equitibus Rom. populus Ro. qui ad vos antea producti teſtes ipſis inſpectantibus ab iſto ciuem Ro. qui cognitores homines honeſtos daret, ſublatum eſſe in crucem dixerunt. Credent omnes quinque & triginta tribus, homini gratiſſimo atque ornatiſſimo, M. Antonio qui ſe præſente ciuem R. ſecuri percuſſum eſſe dixit. Audiet è pop. Ro. vir primarius equos R. L. Flauius, qui ſuum familiarem Herennium negotiatorem ex Africa, cum Syracuſis amplius centum ciues Rom. cognoſcerent, lacrymantesque defenderent, pro teſtimonio dixit, ſecuri eſſe percuſſum. Probabis fidem, & auctoritatem, & religionem ſuam L. Suetius homo omnib. ornamentis præditus: qui iuratus apud vos dixit multos ciues Ro. in lautumiis iſtius imperio crudeliſſimo per vim morte eſſe multatos. Hanc ego cauſſam, cum agam beneficio populi Rom. de loco ſuperiore, non vereor, ne aut iſtum vis illa ex populi Rom. ſuffragiis eripere, aut à me vllum munus ædilitatis amplius aut gratius populo Rom. eſſe poſſit. Quadruplicem igitur inter maieſtatis & perduellionis crimen differentiam reperio: prima eſt, quod maieſtatis crimine tenentur iis, qui vel partem aliquam reipublicæ læſerunt: veluti ſi quis duces hoſtium accepta pecunia liberauit, aut priuatus domi ſuæ hoſtium duces tenuit: quod Verres feciſſe dicitur in illa eadem oratione: aut ſi magiſtratui quippiam pro ſua poteſtate agenti aliquis officiat, veluti C. Cornel. quem Cicero defendit. Perduellionis autem crimen in eos cadit, qui ſummam Reipubl. labefactare conati ſunt, vti ſuperius docuimus. Altera differentia eſt quod maieſtatis crimen in foro apud ſuum prætorem pro tribunali, judicio certa lege conſtituto, agebatur: vt ex Verrina 3. & 7. cognoſcitur. Perduellio vero primis quidem temporib. à duumviris data opera creatis, poſt autem à pop. Ro. comitiis centuriatis in campo Martio cognoſcebatur quemadmodum ex oratione Cice. pro C. Rabirio perduellionis reo, in campo Martio habita, itemque ex Valerij lib. 6. cap. 5. ſatis plane conſtat. Tertia differentia eſt, quod maieſtatis crimen non morte ſed exilio mulctabatur: perduellionis vero damnatum carnifex in vrbem uncatus in crucem Martio in campo fixam tollebat: quod ex eadem oratione cognoſcitur in qua crucis mentio fit, & ex Dionis li. 37. vbi de hoc judicio commemorat. Quartam differentiam Vlp. oſtendit in d. l. vl. de crim. majeſt. vbi ait, maieſtatis imminutæ crimen rei morte obliterari: perduellionis autem memoriam etiam poſt mortem damnari, quomodo intelligendus eſt Imperator in §. 2. De publ. judi. Is qui in reatu decedit (inquit Vlp.) integri ſtatus decedit, extinguitur n. crimen mortalitate, niſi forte quis maieſtatis reus fuit: nam hoc crimine niſi à ſucceſſoribus purgetur, hæreditas fiſco vindicatur. Plane non quiſq; l. Iuliæ majeſtatis reus eſt, in eadem conditione eſt: ſed qui perduellionis reus eſt, hoſtili animo aduerſus rempublicã vel principem animatus. Cæterum ſi quis ex alia cauſa legis Iuliæ majeſtatis reus ſit, morte crimine liberatur. Hot. & Gœddæus in l. hoſtes 118 ff. de verbor. ſign. vnde autem nomen hoc acceperit, dubium eſt, nam gloſſ. in d. § interdum in verbo Perduellionis, refert Placentinum dixiſſe, perduellionis nomen inde originem traxiſſe, quia per duellum fiebat certamen, ſi aliquis criminis hujus diceretur reus, quod aliquid in principem vel remp. attentaſſet, nam ſecundum Romanorum jura, pugna telis licita erat: licet hodie reprobetur vt concludit Ioan. de Imo. in l. is qui reus in 18. col. verſic. eſt etiam tertia purgatio, & cæt. ff. de pup. jud. & D. Alex. in l. ex diuerſo §. vlt. in pen. col. ff. ſolu. matr. poſt Bald conſ. 165. caſus talis eſt col. 2. & conſ. 343. illuſtris, in primo dubio in ſecundo libro, & Placentino aſtipulatur etiam gloſſator ibi, quorum ſententiam approbat Ioan. de Legnano in tract. de bello: & refert. Zab. in Clem. paſtoralis, in §. quæſt. de ſen. & re jud. hanc tamen opinionem reprobat gloſſ. in l. cum filius, §. vltim. ff. de legat. 2. & in dict. l. vltim. ad l. Iul. majeſt. & in dict. l. quos nos, & vbique exponit perduellionis, id eſt hoſtis, per ea quæ dixit. Caſus in præallegata l. quos nos, & hanc ſequitur Card. in d. Clem. paſtoralis in §. not. & omnes tenent. Mihi tamen neque iſta ſatisfacit, quia ſi Ciceroni credimus, in ſecundo officiorum pirata non eſt ex perduellionum numero diffinitus: & tamen eſt cõmunis hoſtis, & ideo ſi in dubiis ſententia libera cuique eſt, vt notet, in l. continuus, §. cum ita per illum text. de verb. oblig. Perduellionis reos puto dictos, quia à duorum judicio judicabantur hi qui majora crimine perpetrabant, hocque colligo ex Liuio: qui in primo ab vrbe condita de Horatio loquens, refert eum propter mortem ſororis accuſatum, ad duumviros à principe remiſſum, in hæc verba: rex concilio populi aduocato, duumviros (inquit) qui Horatio perduellionem judicent, ſecundum legem facio. Lex horrendi criminis erat, duumviri perduellionem judicent: ſi à duumviris prouocaris, prouocatione certato: ſi vincent, caput obnubito, infœlici arbori reſte ſuſpendito, verberato vel intra pomerium, vel extra pomerium. Hac lege creati duumviri, qui ſe abſoluere non rebantur ea lege, ne innoxium quidem poſſe, cum condemnaſſent. Hactenus Liuius. Hujus criminis meminit etiam Iuriſconſ. in l. cum filius, §. vlt. ff. de lega. 2. Gotte. in memoral. Cæterum cur Horatij factum quod parricidium fuit lege perduellionis judicatum ſit non eadem eſt doctorum ſententia. Paulus Manutius in li. de legibus Romanis id factum exiſtimat, vel quod Numa vir ſanctiſſimus parricidium omne voluerit eſſe perduellionem, vel quia ſi nõ omne parricidium, ſaltem illud, quod in cognatos affinesve committeretur. Sign. lib. 1. capit. 28. de antiquo jure ciuium Romanorum, minime Liuij ſententiam probat, qui judicium hoc perduellionis vocarit, niſi forte perduellionem appellemus, non quod ille ſororem, id enim parricidium erat, ſed quod hominem in conſpectu, vel regis, vel populi Romani interfecerat, in quo majeſtatem ciuitatis diminuerat. De perduellione autem inquiſitum eſſe credit in Iunios, Vitellios & Aquilios, qui de prodenda regibus patria, nefaria & ſcelerata conſilia habuerant, quod Brutus primus Conſul. ſupremo ſupplicio affecit. Adrianus Turnebus lib. aduerſ. 17. cap. 7. tradit, Perduellionem olim nihil aliud fuiſſe, quam cædem, poſtea immutata ſignificatione. Nam cum Horatius perduellionis accuſatus fuiſſe dicatur, & condemnatus à ſcriptoribus Latinis cædis & homicidij, id eſt φόνου à Dionyſio dicitur poſtulatus & judicatus: Et Feſtus eum parricidij accuſatum dicit apud Duumviros fuiſſe. Brechæus l. quos nos, n. 2. ff. de verb. ſign. Olim perduellionis crimen inter ſcelera atrociſſima reponi ſolitum tradit, ac inde Horatium ob ſororem interfectam hujus nefarij criminis judicium ſubire juſſum hoſtilitatiſque reum peractum eſſe. Iacob. Reuardus ad leges 12. Tabu. cap. 27. ſic Liuium defendendum putat, vt dixerit expreſſe, Duumviros non perduellionis Horatium reum feciſſe, aut condemnaſſe, ſed Publio Horatio perduellionem judicaſſe, quia aliud ſit perduellionem alicui judicare, aliud perduellionis accuſare, de qua re vide eum latius dicto loco.

PERDUELLIS qui pertinaciter retinet bellum. Et ita perduelles apud Plaut. Amphitr. Perduelles penetrant ſe in fugam. Briſſ.

PERDUELLIO non dicitur, qui eſt priuatus inimicus vel latro Alciat. de verb. ſign.

PERDUELLIONIS judicium vocatur, quo in perduelliones, tanquam criminis læſæ maieſtatis reos animaduertebatur.

PERDUELLIONEM judicare, antiquo more dictum eſt ex imitatione Græcorum qui κρίνειν dicunt, pro diem dicere, & vadimonio capitali obſtringere. Bud. in annot. ad Pandect.

PERAEQUE pariter & æque apud omnes. Vlp. l. 2. §. ſi ſub conditione, ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. Iuſtin. §. ius autem. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili, & ibi. Aldob.

PERAEQUUS, id eſt æquo ſeu eodem modo ſimiliter. Quod naturalis ratio inter omnes homines inſtituit, id apud omnes peræque cuſtoditur, l. 9. ff. de iuſtit. & iur.

PERAGRI dicimus, cum quis in loco eſt. Peregre cum it in lo-

cum: vt Fl. Soc. ſi pater ſcribit. Cuiac. not. ad lib. 2. Inſtit. tit. de hæredib. inſtituend. in fin.

PEREGRE extra patriam prouinciamque ſuam. Et ita peregre agere, ducere, eſſe, ire, proficiſci. Briſſ.

PEREGRINARI eſt patria procul proficiſci. Si Titius peregrinetur longinquo itinere, l. 4. §. puto, ff. de hæred. inſtit.

PEREGRINATIO longa, l. ſut longa, ff. de procuratoribus.

PEREGRINVS is dicitur, qui ciuis Romanus non eſt, ad quem jus Quiritium non pertinet, ſiue nunquam fuerit ciuis, ſiue amiſerit ciuitatem. Qui deportantur (inquit Imperator) ſi hæredes ſcribantur tanquam peregrini capere non poſſunt, leg. 1. Cod. de hæred. Inſtit. Vlp. leg. 10. ff. de in jus voc. Dicuntur & ἀπόλιδες à Iuriſconſultis quod ciuitate careant, l. quidam, ff. de pœnis: & leg. 1. ff. de legat. 3. Cæterum in peruulgata conſtitutione Friderici, cujus initium eſt omnes peregrini, aliter accipitur, ſed per abuſionem, vt & in alijs quibuſdam locis, pro eo ſcilicet qui peregrinatur, & peregre abeſt à domo ſua, & ita in doctorum hominum ſcriptis interpretari debemus, ne eorum voluntas quæ verborum proprietati, procul dubio anteponenda eſt, peruertatur. Duar. lib. diſp. anniuerſar. 1. cap. 9. & Balduin. in comm. ſuo ſuper inſtitutiones Iuſtiniani lib. 1. quibus modis jus patriæ poteſt, ſoluitur. Peregrinus olim teſte Cicerone lib. 1. Offic. dicebatur, quem nunc hoſtem dicimus: vt id annotauit etiam Brechæus l. quos nos, ff. de verb. ſign.

PEREGRINVS fit is cui aqua & igni interdictum eſt. Neque autem Peregrinus ciuem Romanum, neque ciuis Romanus Peregrinum in poteſtate habere poteſt. Vlp. tit. 10. regula:

PEREGRINI jus connubij non habent, niſi hoc illis conceſſum ſit nominatim: tametſi hi etiam legitimas nuptias contrahant ſed in Republ. ſua, non Romana. Vult. in comment. Inſt. in pr. de nuptiis, n. 3.

PEREGRINI hæredes inſtitui non poſſunt, l. ſed etſi §. ſolemus ff. de verb. ſig. niſi à milite, l. idem eſt 13. de teſtam. milit.

PEREGRINVS quoque is dicitur, qui de dititiorum numero eſt, ait Vlp. in Inſtit. tit. 10.

PEREGRINITAS, peregrinorum conditio. Vlp. l. 10. §. 4. ff. de jus vocan. Sed ſi per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus, putat Pompon. eum amiſiſſe honorem Suet. in Claudio. Splendidum virum, Græciæque prouinciæ principem, verum Latini ſermonis ignarum, non modo albo judicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit. Hot.

PEREGRINITATIS reus dicebatur, ſi falſo quis pro ciue Romano ſe geſſiſſet. Spieg.

PEREGRINVS interdum vrbano opponitur.

PEREGRINVS Prætor. Lege, Prætor peregrinus.

PEREMPTORIÆ exceptiones vocantur, à perimenda cauſa in judicium deducta: afferunt. n. totius litis finem, ſi probatæ fuerint. Alias perpetuæ, quia ſemper locum habent, nec euitari poſſunt, l. 3. ff. de excep. § appellantur. Inſtit. eod. tit. Old. Prat. Adde Brechæum in l. creditor, tit. de verb. ſignif.

PEREMPTORIÆ exceptiones ſunt, ait Briſſ. quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt: quales ſunt doli mali, pacti conuenti perpetui, rei judicatæ, ſolutionis, & aliæ id genus, l. 2. ff. de except. l. 8. C. eo, l. 1. C. ſenten. reſcin. non poſſ. Briſſ.

PEREMPTORII vim obtinet monitio facta parti præſenti à judice, quamvis vnica tantum interuenerit, ita ſingul. Bald. in l. 2. col. 1. & vlt. ante fin. C. quomodo & quando judic. vbi repotat notat dignum, & pro ſingulari approbat Iaſon in rubr. C. de in ius voc. in verſi. adde quod iſta, &c. Sequitur etiam Felin. in cap. paſtoralis, in primis verbis de judic. vbi citat Baldum idem dicentem, in cap. conſuluit, col. 1. de offic. delegat. & ita ſaluatur & intelligitur ſingul. dictum Innocentij in cap. ad petitionem, col. 1. ad fin. extra de accuſat. ſecundum Matheſium not. 132. nota vnum ſingulare & adeo verum eſt, vt conſtituat reum in vera contumacia: ita vt non poſſit appellare, ſi non comparuerit, ut ſingulariter notat Angel. in dict. leg. 2. per gloſſ. ibi quam ad hoc dicit ſingular. & hoc dictum Angel. pro ſingulari commendat Bartoldus Veronenſ. cautel. 89. ſeptima cautela.

Quando autem opus ſit peremptorio, & quando non: habemus ſing. doctrinam Saliceti in l. ſi ea quæ in pen. col. C qui accuſ. non poſſ. quam pro ſingul. commendat Felin. in cap. cauſam quæ in 2. col. verſi. quando extra de reſcript. junctis his quæ ſcribit Matheſius not. 13. nota, quod citatio, & Felin. in cap. conſuluit col. 4. & ſequen. de offic. delegat. & Iacob. de ſanct. Georg. in l. ad peremptorium, col. 1. & 2. ff. de judic. vbi etiam in 3. col. ponit, quod præſumatur facta citatio peremptoria ad inſtantiam partis, quando in actis apparet de commiſſione citationis: & de citatione & relatione, ſecundum Abb. in ca. 1. in 3. not. de judic. & 27. fallentias refert Soc. reg. 351. & ponit etiam Marian. in tract. de citationibus, in 27. articulo. in 7. quæſt. & ſeq. & Decius poſt Barb. in cap. conſuluit, in 9. & 10. col. de offic. delegat. vbi idem tenet etiam in monitione facta per nuntium apud acta de mandato judicis, per dictum Baldum in d. l. 2. col. 1. verſic. & idem dicitur. Coſta.

PEREMPTORIVM edictum dicitur quod poſt vnum vel alterum vel vnum pro tribus datur, quo prætor comminatur ſe diuerſa parte abſente cogniturum & pronunciaturum, 68. 70. 71. 75. ff. de jud. l. 53. 54. & 59. §. vlt. ff. de re jud. l. 3. in fi. ff. de appell. l. 1. §. item eum ex edict. ff. de ſeni. ſiue appell. reſcin. l. 2. & l. 9. C. quomodo & quando jud. apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 5. Et Tertull. in lib. de pudicitia, ſtatim in initio, & Raudenic. lib. 5. de geſt. Frider. c. 27. Briſſ. Duar. lib. 1. diſp. anniuerſ. c. 27.

PEREMPTORIVM edictum inde hoc nomen ſumpſit, quod perimeret diſceptationem, hoc eſt, vltra non pateretur aduerſarium tergiuerſari. Ad illud autem hoc ordine venitur, vt primo quia perat per abſentiam aduerſarij edictum primum, mox alterum, per interuallum non minus decem dierum & tertium, quibus, propoſitis, tum peremptorium impetratur, l. 68. 69. 70. ff. de judic. Vide Contumax. Hot. Prat.

PERENDINE nomine diem tertium olim in formulis ſignificatam, Cicero pro Murœna docet, Plutarch. in Apophthegm. [illegible] vocat quod Valerius Perendie.

PERENDINVS dies hodie dici poteſt, cum judex ſtatuit, aut inter partes conuenit, vt omne inſtrumentorum litis apud acta vtrinque profeṙatur intra triduum. Et tunc lis & res comperendinata dicitur: Budæus in l. 2. ff. de orig. iur.

PERENNE eſt quod per omnes annos durat Gotho. ad l. 1. §. 3. ff. de flumin.

PERENNE, aut (ni fallor) peremne auſpicium quid ſit, docet Feſtus: Petronia, inquit, amnis eſt Tiberim perfluens, quam magiſtratus auſpicato tranſeunt, cum in campo quid agere volunt: quod genus auſpicij peramne vocant. Amnem autem fœmine antiqui dicebant, Con. lib. 9. c. 2. n. 4.

PERENNE flumen deſcribit ICtus, in l. 1. §. 2. de flumi. vt in flumin. pub.

PERENNIS SERVVS, qui perpetuo ſeruit vni domino, Spieg.

PERFECISSE ædificium is dicitur, qui ita conſummauit, vt iam in vſu eſſe poſſit l. ædificia, 139. §. perfeciſſe, ff. de verb. ſignifi. Perfeciſſe quis veſtimentum tunc dicitur, ſi detextum eſt, etſi defectum nondum ſit: id eſt, ſi ſit conſummatum, Gœddæus in l. rei appellatio, § 1. ff. de verb. ſignif.

PERFECTA ætas tametſi multiplicem habet intellectum, vt colligitur in l. fin. C. de his qui ven. ætat. imp. l. cum filior §. vlt. ff. de condit. & dem. & l. ex his, C quando dies leg. ced. proprie tamen accipienda eſt, quæ viginti quinque annorum curriculis completur l. ad rempubl. ff. de honor. & mun. Spieg.

PERFECTE, id eſt abſolute, pleno iure. Quando iſto caſu nullo tempore perfecte hominem meum feceris, leg. 38. §. qui hominem ff. de ſolutionibus, Briſſ.

PERFECTISSIMATVS, erat dignitas quædam non mediocris, quia non omnes præſides, vt Alciatus docet, clariſſimi fuere, ſed & perfectiſſimi quidam, prout prouinciæ dignitas exigebat. Hujus meminere Impp. in leg. 1. C. de nat. lib. l. 11. Cod. de quæſt. Alciat. ex vetuſtiſſimis monumentis putat, præſides Tarraconenſis Hiſpaniæ, ac Norici fuiſſe perfectiſſimos tantum, quod duabus literis deſignabant, V. P. ſicuti clariſſimos viros V. C. Item C. lib. 12. tit. 33. Spieg.

PERFECTISSIMI dicebantur, qui judicio, principis, vel ad præſidatum prouinciæ, vel ad aliam adminiſtrationem promoti fuiſſent. Hi ſunt præſes Arabiæ l. 4. C. Theod. de pœn. & Dalmatiæ à Mariano, & magiſter cenſus 30. C. de epiſc. & cleric. & primicerij ſcriniorum, l. 7. C. de palat. ſacr. largit. l. 7. C. Theod. de priuil. eor. qui in ſacr. palat. milit. & olim duces, autore Marcell. lib. 21. Cujac. ad l. 1. C. de perfectiſſima dignit.

PERFECTISSIMVS, titulus eſt dignitatis in conſtitutionib. poſteriorum imper. l. Cod. de naturalib. liber. Titulus hic etiam tribuitur Proconſ. Africæ apud D. Auguſt. epiſt. 68.

PERFECTOR qui quod volebat, diligentia ſua perfecit. Spieg.

PERFECTVM quod omnibus ſuis partibus conſtat, quoque ita conſummatum eſt, vt jam in vſu eſſe poſſit, l. 1. ff. de orig. jur. Et proprie cui nihil addi, vel minui ſalua integritate poteſt, l. Iuriſperitos, ff. de excuſ. tutor. Quamuis Vlp. perfectum ædificium interpretatur, quod tali vſu eſſe poteſt, qualem paterfamilias deſtinauit, l. 139. ff. de verb. ſig. In pactis conuentionibuſque perfectum intelligimus, cum factum eſt illud, quod fieri inter partes conuenit, ante enim quã res conſummationem acceperit, factum non dicitur: quæ ſi acceſſerit, non ſolum factum, ſed etiam perfectum diceretur. Ex Alc. Spieg. adde Brechæum l. pecuniæ, §. opere legato, in tit. de verb. & rer. ſign.

PERFECTVM opus dici non poteſt, cui aliquid agendum, vt perficiatur reſtat l. pen. C. de his, quib. vt indig. l. veſtimentum, 22. ff. de aur. & arg. Gœd. ad l. rei appell. 5. §. 1. n. 9. ff. de verb. ſig.

PERFECTVM, & completum, idem l. 12. §. omnes autem iſti ff. de jud. Perficere tamen differt ab Implere. vt Alber. in dictione Implere indicat. Spieg.

PERFECTVS annus, qui eſt dier. 365. Nec ideo minus perfectus eſt, quod vltimus nondum ſit exactus, cum ſatis ſit eſſe cœptum idque in his, quæ fauorem recipiunt, vt in vſucapionibus in teſtamen. in libertatibus. Quod ſi de re odioſa agatur, de momento ad momentum ſit computatio. Spieg.

PERFECTVS vſusfructus intelligitur, ſi vſufructuario à domino conſtituitur, ad id, vt jus perſequendi fructuarius habeat licet

ret jam in hyeme fortaſſis, aut agro adhuc vacuo conſtituta ſit, Gœdd.d.loco o.es.

PERFERRE inofficioſi querelam, litem, cauſam exequi, & ad exitum perducere l.16.ff.de inoff.teſtam.l.6.ff.de collat.l.6.ff. de vſufruct. Prat.

PERFERRE accuſationem pro peragere in l. 8. C. de his quæ vt indign. Sic perferre cauſam adulterij in l.11.ff.ad Turpill.& apud Apuleium lib.7 de aſino aureo. Sic ille latronum fiſci advocatus noſtram cauſam pertulerat. Briſ.

PERFERRE res, id eſt exportare. Quibus cuſtodiendum perferendumve argentum dederis, l.20.§.vlt.ff.de præſcr.verb.

PERFICA Dea à perficiendo erat appellata, quæ obſcœnæ libidini patrandæ præerat, Perfica etiam natura à Lucretio lib.2. vocatur, quæ procreationi & perfectioni rerum præeſt, vt annotavit Turn.adverſ.lib.17.c.10.

PERFICERE donationem. Vide §.perficitur. Inſt de donat.

PERFIDE agere circa rem pupilli tutor dicitur potius, quam contrectare, l.tres tutores, ff.de adminiſtrat.tut.Prat.

PERFIDIA pro definitione à religione, in l.nemo, C.de Summ. trinit. Spieg. Plerumque tamen perfidia mala fides eſt, vt fides verbum bonam fidem ſemper ſignificat, l.1.ff.de conſt.t.pec.l. 1.§.cum tamen deponere, ff.depoſiti.

PERFIDVS qui fidem violavit, & à fide venit: Infidus vero, cui non eſt fidendum dicitur. & verbo Fido deſcendit, quod primam habet longam.Spieg.

PERFOCARE partum in leg.4 ff.de agnoſ.lib.eſt abigere, partui vim inferre l 8 ff.de ſicar. infantem necare l. pen. C.ſi de ſica. Goth.ad d.l 4.

PERFRVI in totum frui, ſeu omnem fructum percipere, l.cum quis, C.de nat.lib.1.C. de ſeru. corrup. manum.Spieg.

PERFRVI id eſt plene & ad fin. vſque frui. Vt habitatione liceat perfrui ad certum tempus, leg.13. §.ſi venditur habitationem ff.de actionibus empti.

PERFVGA Gallo Ælio eſt, qui liber, aut ſeruus, aut hoſtis, ſui. voluntate ad hoſtes tranſierit: qui idem dicitur transfuga. Quanquam ſint qui credant, perfugam non eſſe tam qui alios fugiat. quam qui ob ſpem commodorum ad quempiam perfugat. Spi.

PERFVGIVM. Hoc vocabulum tuta quædam loca fugæ ſignificat. Profugium, magis fugæ ſpacium notat, & profugi (de quo infra latius) qui in fuga eſſent: vt Italiam fato profugus, Laviniaque venit Littora l, cum qui, ff.de privileg. cred. leg metum autem præſentem, ff.quod metus cauſa. Spic.

PERFVGIVM non vt vulgo dicunt, refugium dicitur: quamvis confugere, non perfugere dicamus, pro eo quod eſt, perfugium quærere. Spieg.

PERFVNCTORIA Vlp. in l. aut qui aliter, 5 §. 1. Quod vi aut clam. Neque quidem perfunctorie, aut obſcure dicere, aut denunciare, i. vt Bud. interpretatur non bona fide, nec ex animo, nec juſta denuociatione. Papin. Qui non perfunctorie debitum officium impleverant. Alciatus hanc dictionem in Claſſe earum ponit, quæ alijs in autoribus nuſquam eo ſenſu reperiuntur: aitque, Perfunctorie eſt levi cura, & aliud agendo: vnde perfungi & defungi, quod eſt, vtcunque explicare. At Budæo perfungi, eſt ad extremum obire munus & ſtrenue operam navare. Spieg. Vide ſupra. Dicis cauſa, Prat. Alij in d. §. non perfunctorie, ſed perfuſorie legunt.

PERFVNGERE aliquem judicio, pro cogere judicium ſubire & cauſam dicere apud Cic.pro Roſc. Amer.

PERFVNDERE eſt aſpergere, inquinare. Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit l. 1 ff.de extraord.crimin.

PERFVSORIA, ſubobſcure, diſſimulanter, non diſerte, planeque aliquid dicere. Vlp.l.5 §.1.ff de quod vi aut clam. Debebit n & diem & horam denunciatione complecti, & vbi. & quod opus futurum ſit: neq; perfuſorie, aut obſcure dicere, aut denunciare id eſt, non ab alijs ſermonibus diſcrete, vt notari & exaudiri poſſit: ſed fuſe per alios ſermones, & permiſte. Scævola l. 69.§. 5.ff de evictio. Sed etſi quis in venditione ſtatu liberum perfuſorie dixerit, conditionem autem libertatis celaverit. Item, Sicuti qui fundum tradit, & quum ſciat certam civitatem deberi, perfuſorie dixerit, Itinera, actus &c.Hot Prat.

PERFVSORIA dicere, apud Scævol. in l.qui libertatis, §.ſed & ſi quis de evict pro non diſerte, non expreſſe, *nicht eigentlich auſtrucken, anzeigen.* Nam ambigue dicere, aliud ſonat.Spieg.

PERGVLA apud Vlp.in l. hæres, §.2.de iudic vt tradit Cuiac. 12. obſ.13.in fin. eſt exedra anguſta, in ſuperficie aliqua ædium, vt gloſſæ antiquiorum explicant, [Greek]. Tertul.adu.Valen. Cœnacula in ædicularum diſpoſita forma, al is atq. alijs pergulis ſuperſtructis. Prop.in lenam.

Horruit algenti pergula curta foco.

In ea plerunq; merces venales diſcendebant, & inde l 5 4 pen. ff.de his quæ deiec. vel effud. Cum pictor in pergula clypeum vel tabulam expoſitam habuiſſet: vbi etiam pergulam Baſilica [Greek] exponunt. Et in l.vlt.C.de excuſ. artif privilegium hoc pictoribus dari, vt pergulas & officinas in locis publicis ſine penſione obtineant. Hinc illud Lucij Satyr. apud Lact.

Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta,

At Bud. pergula, inquit, pars eſt domus exporrecta & propendens, ejus generis, quas Salientes artifices noſtri appellant. Pra.

PERGVLA quoque in geſtationibus & deambulationibus ſedem habet: eoque ſignificatu verbum hoc vſurpaſſe Plinium manuſcripti codicis beneficio deprehendi. Apud eum ſiquidem lib. 14 c.1. vbi vulgo legitur, ſubdiuales deambulationes, vmbroſis operculis opacas. vetus optimæ notæ codex habet, ſubdiales inambulationes vmbroſis pergulis opacas. Briſſ.

PERHIBERE teſtimonium. Quod & ferre dicitur. Perhibere autē verba, eſt, vt te audio loqui, ſiue quantum ex te audio. Spieg.

Περιαγωγεῖς circitores, circumforanei, Goth.ad leg.ſi duas 6.§. 1. ff. de excuſat.

Περιαίρημα luſtramentum eſt, Gothufr.ad l.3.§.3.ibi luſtramenti cauſa ff.ad leg.Corn de ſicar.

Περιάμματα quid, vide Goth.ad l.1.§.1.ff. ad Turpil.

Περιχειρίδια dicuntur armillæ & viriolæ, quæ ornamenta ſunt manuum, vide Cuiac.10.obſ.Goth.ad leg.argumento 25.§ ornamenta, 10.ff.de aur.& arg.leg.

PERICLITARI fama, h.e. periculum eſſe ne perdatur fama. Spie.

Περίβρεγμα eſt vitium ex pluvia vel vnda contractum, Goth.ad l. 4.§.1.ff de leg.Rhod.de jact.

PERICVLVM generaliter ſignificat quodlibet damnum, l. 4.ff. de peric. rei vend quo ſenſu dicitur, periculo noſtro res eſſe propter dolum culpamve, l.4.ff.naut. caup.leg 1.& tit.ff de peric. & commod.rei vend.l.illud, ff.de liber. cauſ. l. cum plures, §. locator, ff locat.l.non ob eam 25.ff.pro ſoc. Proprie verò ſignificat caſum fortuitum ſeu fatale damnum quod humana prudentia caveri & prævideri non poteſt, l.2.§.ſi eo tempore ff de admin. rer.ad civit. pert. Vnde periculum regulariter à nemine præſtatur, ſed ad rei dominum ſpectat, l.5.C. de pign. act.leg.12.C.locat.l.incendium C ſi cert.pet. niſi ſpeciali conventione receptum ſit, leg.1.C.commod.aut mora, l.ſi in Aſia 12.§.quædam, ff depoſi.vel culpa præceſſerit l.videamus 11.§. 1 ff.locat.leg.1.C.depoſ l.contractus, 23.§.fin.ff. de regul. iur. Gœdd.ad l.71 §.1.n.3.de verb.ſign.

PERICVLVM nonnunquam ſignificat id quod fit ab artifice tantum experiendi & periclitandi ingenij gratia, ſeu quod primo ab artifice excogitatur & efficitur, vt poſtea expoliatur, & accuratios abſolvatur. Græci [Greek] vocant. Hinc Cic.lib.1.de legen.poetis differens, Sed tamen, inquit, nonnulli iſti Tito faciunt imperite, qui in iſto periculo, non vt à poëta, ſed vt à teſte veritatem exigant. Prat.

PERICVLVM alias caſum quemlibet ac damnum fatale, ſeu quicquid fato, mortalitate, vi maiore, vel alio fortuito caſu contingit. Briſſ.

PERICVLI nomine, ait Gothu.ad rub. Co.de peric. & commod. rei vend in homine intelligitur mors, leg. vltim. C. jam dict. tit.l.18 ff.eod.fuga, §.3 Inſtit.de empt. Vulnus, dict.§.3.furtum l.15.§ 4.ff de contr. empt. In agro chaſma, inundatio, leg.10.in fi ff.de peric.& com.rei vend. alluvio ſeu potius diluvio, l. 7. ff eod.arborum dejectio, l.9.ff.eod.in vino acor.& mucor, l.1. l.6.de peric.rei vend.leg.12.C.de act. empt. In ædibus incendium l.6.C.de peric.& commod rei vend.l.11.ff.eod.

PERICVLO alicujus res eſſe dicitur. cum damnum detrimentumve, quodcunque incidere poſſit, ad eum reſpicit. Is cujus periculo res eſt, l.18 ff.de damn.infect.

PERICVLVM in tit. C.de ſent. ex breuicul recit (ſic enim non breviculo vt aut. vir G. Bud. legendum admonent vetera exemplaria & peritorum conſenſus) ad experientiam memoriæ referri putat Andr. Alciat.lib.3.diſpunct. cap.12. [Greek], id eſt tentamento. Tu illum videas, velim. Nam hanc lectionem ex C.Th. confirmat. Prat. Adde Cuiac.5.obſeru.35.in fin. qui affirmat, periculum ibi in d.tit Cod. de ſent. ex breu.recitan. poni pro tabella, & idem eſſe quod iudex ſive libellus. Nā quod in apophth. Plutarchus [Greek] Æmilius Probus in Epaminonda periculum vocat. Sed vnum à judicibus petiit, ut in periculo ſuo inſcriberent. Et Cic. in frument. Honeſtius eſt, inquit, quod eorum hominum fidei tabulæ publicę & pericula magiſtratum committuntur. Cujac. obſer.& emend.li. 5.c.35.in fin.

PERICVLVM, interdum experimentum ſignificat: quod raro aliquid ſine periculo tentetur. Connan.lib.7.cap.11.n.7. Hinc facere periculum pro experiri. Proprie autem ſalutis diſcrimen donotat. An periculi appellatione veniat fortuitus caſus, Bart. explicat in l qui mercedem, ff. locati. Dicunt autem periculo alicujus eſſe res plurifariam, l. damni infecti ſtipulatio in princ, ff.de damn.infect. Sed periculum proprie de homine accipitur, l.interpoſitas, C.de tranſact. Vnde ſe periculo ſubjiciens renunciare vitæ exiſtimatur per text. junct gloſſ. l. princeps C. prin agent in reb. lib. 12. Notum, & rerum eſſe periculum.per tit. ff de peric. & com. rei vend. Cæterum, periculum mortis quomodo intelligendum ſit eleganter exponunt ICti per aliquot ll.de mort.cauſ.donat Vide Damnum. Spieg. Prat.

PERIMACHIA, ſignificat Depugnationem, certamen, Velitationem & pugnatoriolam, & eſt Græca loquutio, ejuſdem fere ſignificationis cuius eſt Sciamachia, niſi quod iam dicta vox

Sciomachia mitius vſurpetur, nempe pro pugna vmbratili, quam ſemidoctum vulgus Scrimiam facili proclinatari mundi vocat. Item, pro contentione debili & inuehementi capitur. Nec Sciomachia late differt à Chironomia, quam tractici, h.e. Laniſtæ armorum, magiſtri docent, quo vocabulo Baſilius vtitur in Orat. περὶ τοῦ πῶς ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων. Cujus hęc verba ſunt, νῦν ἐν δὲ τοῖς παιδικοῖς ἐπὶ μαλίστα πολεμίους μεμιμημένους, ἐν χειρονομίαις, ἢ ἀσκήσεσι τὴν ἰσχὺν ἐξ εἰδῶν εὐτρεπίζοντες.

PERIMACHITOS appellatur à Græcis de quo ſit pugna, vt Perimachia dici poteſt contentio de cauſa nondum conſtante liquido & aperte & ſuper qua contentio fiat. Ioan. Bapt. In comment. Epiſt. Sidon. Apollin. ad Vincen. lib. c.

Περίδειπνον, ſilicernium, Goth. ad l. 37. pr. ff. de relig. & ſumpt.

PERIMERE diſceptationem, h.e. interpretante Vlp. vltra non pati aduerſarium tergiuerſari. l. & tertium, ff. de jud. Spieg. Prat.

PERIMERE legatum, non eſt proſus tollere, ſed attenuare, l. qui hominem, ff. de adimen. leg. Proprie tamen perimere eſt tollere, & interficere. Hinc apud Vlp. in fi. l. cum hi ff. de tranſact. Iniquum eſt enim, ait, perimi pacto id de quo cogitatum non docetur. Spieg. Prat.

PERINDE, pro ita, l. ſi deferente, ff. quibus modis pign. ſol. & ſimil. Pro æque autem accipitur, vbi non ſequitur, ac ſi, vel atque ſi, vel negatio, vt Valla demonſtrat. Cujuſmodi autem ſimilitudinem iudicat, Bart. oſtendit in l. s. ff. de recept. & in l. ſacrilegij ff. ad l. Iul. pec. Spieg.

PERINIQVVM, l. ſi. C. de juriſd. omn. jud. vt apud Cic. pro Manil. Quare videant, ne ſit periniquum, & non ferendum: Spieg.

Περίοικοι, id eſt commentum Gothoſ. ad Nou. 147. c. t. ibi occaſionem aut periacam.

PERIODICÆ febres, ſunt, tertianæ & quartanæ: quod certis temporibus abeunt, & rurſus redeunt.

Περιοδευταί in l. 6. vbi Cujac. ff. de excuſ. tut. vetus interpres vertit circuitores. Zonaras ſic exponit, cap. 57. Concilij Laodicen. περιοδευταὶ λέγονται διὰ τὸ περιέρχεσθαι, & περιπολίζειν τοὺς ἀγρούς. Pe.

PERIPETASMATA Tapetia Babylonici floris varietate conſpicua. Proinde Lucretio Babylonica vocitata: Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbe texta Semiramia quę variantur acu. Super hac re ipſa Martialis inquit: Dicuntur & aulea & Attalica ex teſtamento Attalia Pergameni Regis in vrbem his vſus venientibus, dicuntur & ſtromata à Capitolino & periſtromata. Varr. in l. 3. de ruſt. Hæc belluata, h.e. belluis variegata Plautus appellat in Pſeud. vt ne Periſtromata æque picta ſint, Campanica neque Alexandrina belluata conſuta tapetia. Non deſunt qui flectant à verbo Græco πετάζω, pando extendo, ſiue ex texto polymitario extenſili filamine colorarentur, ſeu quod ſolemni feſto & peræque geniali pandebantur & explicabantur. Plaut. in Sticho: Tam Babylonica & periſtromata, ſellas & tapetia aduexit, nimium bonæ rei. Hæc periſtromata vocitantur, quo titulo non abfuerunt, qui ſcientię miſcellæ libros ederetur. Ioan. Bap. comm. epiſt. Sidon. Apoll. ad Agricolam, lib. s.

PERIRE etiam dicitur id, quod non eſt l. Id quod conditione, ff. de conſtit. pecunia.

PERIRE dicitur, quod in rerum natura eſſe deſinit, quod rebus humanis ſubducitur ac ſubtrahitur, quod intercidit. Cum pubere filio mater naufragio periit, l. 22. ff. de rebus dubiis.

PERIRE autem dicuntur non res modo animales, ſed & quæ anima carent, l. e. extingui, interdicere, euaneſcere. Et ita perire dicitur argumentum, l. 20. §. vlt. ff. de præſer verb.

PERIRE etiā dies dicuntur patrono vel hæredi, quib. operæ non eduntur. Pereunt patrono operæ quas libertus propter aduerſam valetudinem præſtare non poteſt, l. 37. ff. de oper. liber.

PERISSA verbo & ſciſſum & fractum, & vi raptum continetur: ait Vlp. l. ff. de verb. ſign. Prat.

PERISSOCHOREGIA, magiſtratus nomen, curator fortaſſe annonæ, ἀπὸ τοῦ περισσεύειν, καὶ χορηγία, quod eſt, abundantiam fertilitatémque ſuppeditare. Alci. in l. periſſochorigię, Cod. de frument. Alex. li. 11. Bub. periſſochoregia, quaſi redundantem frumenti delargionē, in annot. prior interpretatur. Eſt in poſter. l. de frument. Alex. li. 11. C. periſſochoregiæ nomen, penitus amputetur, & teſſerę deſignentur. Pyrrhus ait, periſſochoregia eſt magiſtratus annonę auctæ, ſeu augmenti diſtributor.

PERISSEVMA dici poteſt, quod abundantiam rerum ſuppetit. Hinc περισσεύειν corpora rerū ſuperare ſignificat. Et eſt congiarium proprie, quod plebi datur: ſicut quod militibus donatiuum. Æl. Spart. in Ælio Vero, & Iul. Capitol. in Pio. Solebat autem vltra ſtipendium dari liberalitatis cauſa, vt milites magis addicti Imperatoribus eſſent. Alc. C. de annon. ciui. l. centum periſſeumatis, lib. 11. Sp. Alij eo in loco legunt Parapeteuma.

PERISSOLOGIA, i. e. verborum adjectio ſuperflua: quam & concinationem noſtrates vocant, glo. l. lecta, ff. ſi cert. pet. cujus quoque exempla plurima in Iuſtin. Auth. habemus. Vlp. leg. 1. de ædil. edict. Vitium morbúmque ædiles dixerunt, tollendę dubitationis gratia, ἐκ περιουσίας, id etiam à Grammaticis τὸ αὐτὸ dicitur. Alc. de verb. ſig lib. 4. Spieg.

PERISTEREOTROPHIVM, quod & priſtereon dicitur, locus in quo columbę habitant, Latine columbarium: quamuis columbarium proprie ſit loculamentum ſingulis columbarum paribus præparatum.

Περιστρώματα Græce dicuntur veſtes ſtragulæ, ad circumtegendum parietes aptæ. Eſt quidem περίστρωμα, proprie περιστρώματα, ſeu genus cortinæ Babylonici floris varietate & elegantia inſignis, qua parietes & aulæ teguntur: quo ſenſu Themiſt. regia Perſarum reſpondiſſe ferunt ſermones hominum περιστρώμασι ſimiles eſſe: cum in his varia & incerta plerumque conſilia lateant, ſicuti in illis varij colores variæque rerum formæ atque figuræ apparere videntur. Et Plaut in pſeud. act. 1.

Vt ne periſtromata quidem æque picta ſunt Campanica,
Neque Alexandrina belluata, conchyliata tapetia.

verum itaque eſt περίστρωμα proprie non eſſe pallium niſi etiam ad veſtiendum hominem aptum ſit. Ejuſmodi poteſt eſſe pallium Attalicum, ſiue pictum ac triumphale epitogium: & de quo palij genere Ouid.

Eſſe quid hoc dicam, quod tam mihi dura videntur
Strata neque in lecto pallia noſtra ſedent.

Gœdd. ad leg. inſtratum 45. n. 3. de verb. ſign.

PERITIA epitheton docentis, eſt facundi dicentis, differentis copia, interpretantis ſubtilitas, l. 1. C. de profeſſ. qui in vrb. Conſtantinop. lib. 12.

PERITIA proprie juris eſt, Inſt. de jur. natur. in princ. hujus autem mater eſt experientia. Nec philoſophus præcipit otioſe, vt fides ei maxime adhibeatur in arte ea, in qua diligentiſſime ac diutiſſime verſatus fuerit, pluſimſque expertus. Sed & apud noſtros regulare eſt, vt peritis, credatur de qualibet re l. 1. in pr. ff. de inſp. vent. l. 7. menſe, ff. de ſtat. hom. Prat.

PERITI habentur, qui multa experti ſunt, vocati ab antiquis Iuriſprudentes, quibus ſc. ab experto noti eſſent, atq; ab obſeruatione ritus patrij, leges, mores, conſuetudines: quinq; memoria tenerent, quia in cauſa quoq; in negotio, vel ancipiti ac maximè dubio, vel oppido quam difficili, quid à maioribus vel judicatum eſſet vel conſtitutum, vel publice etiam ſancitum: vnde qui hujuſmodi facultati dant operam, legum periti ac juris dicuntur: eaque cognitio appellatur à doctis pariter atque indoctis peritia. Ad ejuſmodi peritos legum & minime ad leguleios aut tabulas forenſes arbitror pertinere, l. Iuriſperitos, ff. de excuſat. doctum & peritum cum ſimile videatur à Cic. diſcretum eſt, vt ſit Peritum amplius, quam quod Doctum. Prat.

PERIVRII reus eſt, qui ſciens fefellit: hæc enim ſolemnia erant iuriſiurandi verba: Si ſciens fallo, me Dieſpiter, ſalua vrbe arceque, bonis ejiciat, vt ego hunc lapidem, Cujac. 1. obſ. 21.

PERIVRVS qui juſiurandum violat, vel qui jurando jus peruertit Porro ſemel periurus ad præſtandum juramentū admittendus non eſt. Vide Bart. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Prat.

PERIVRVS, ſi apparet de eius periurio, an puniatur jure ciuili, varie diſputatum eſt ab interpretib. Illam varietatem fecit pugna, quæ eſſe videtur. l. 2. C. de reb. cred. cum l. ſi duo 13. §. vlt. l. 28. §. vlt. ff. de jurejur. l. quod ſi deferente 21 & ſeq. ff. de dolo malo, l vltim. ff. ſtellionatus, l ſi quis maior, Cod. de tranſact. Nou 41. Nam quidam exiſtimant, cum juriſiurandi contempta religio Deum habet vltorem, ſecundum Alexandrum Imp. in d. l. 2. nullam periurio eſſe pœnam conſtitutam: in qua ſententia fuiſſe videtur gloſſa in §. item ſi quis poſtulante, in verbo, nam illud quæritur, Inſtitut. de act. Plerique vero ſcripſerunt periurium quidem jure puniri, ſed non omne, ideoque citatas leges diſtinctione conciliandas eſſe exiſtimabant, in qua tamen ſicut & in modo puniendi multum inter ſe differunt, vt oſtendit Menoc. caſu 2. cent. 4 lib. 2. de arbitr. jud. Quæ diſtinctio non eſt vna & eadem: & quamvis varia animaduertit, tamen eam reuocari poſſe ad tria capita. Vnum vt attēdatur, per quem juratum ſit, vtrum per Deum, an vero per principem, ſeu genium eius. Alterum quomodo juratum ſit, verum conſulto & deliberato animo, an vero calore iracundiæ. Et tertio quid ex illo juramento ſequatur, id eſt, vtrum alteri aduerſus quem juratum, eo præiudicetur & damnum inferatur, Ioh. Faber in d. §. item ſi quis poſtulante, n. 5. Zaſius n. 9. Gomeſ. 29. Inſtit. de act. alterum duntaxat caput attendunt, vt ſi alter ex periurio damnum ſentiat, periurus puniatur, ſecundum d. l. vltim & d. l. ſi duo, §. vltim. ſi nullum ſentiat, non puniatur. Ang. Aretin. tria illa capita coniungit, id eſt, ſiquidem juratum ſit calore iracundiæ, id perjurium tantū Deum habere vltorem putat, ex leg. quidquid calore, ff. de reg. jur. & l. 1. C. ſi quis Imper. maled. Sin autem deliberatum, tum ſi per Deum juratum ſit, itidem Deum tantum eſſe vindicem ex dict. l. 2. ſi vero per Principem, periurium puniri ſecundum d. l ſi duo §. vlt. Tertium vero diſtinctionis caput duntaxat in juramento extra judicium præſtito locum habere, & tunc periurium puniri ſecundum d. l. vlt. Duaren. ſecundum ac tertium caput amplectitur in tit. ſ. de jurejur. c. vlt. & in tit C de reb. cred. c. vltim. & lib. 2. diſput. c. 37. rejecta diſtinctione Dei & Principis, vt ſi ex calore, ſine alterius incommodo quis jurauerit, ſiue per Deum, ſiue per Principem, is non teneatur: de quo ſolo loquatur dict. l. 2. ſin autem fraudandi cauſa vel in contrahendo extra judicium, vel ex judicio pejerarit, tum teneatur per dict. l. ſi duo, §. vlt. Cujac. autem agnoſcit primum & ſecundum, ita

vt ſi

vt ſi per Deum pejeratum ſit, id perjurium quoquo modo factum, ſemper Deum habeat vltorem: ſi vero per Principem juratur, & in crimen læſæ majeſtatis incidat, ſi factum ſit conſulto: non puniatur, ſi calore iracundiæ, lib. 2. obſeru. cap. 19. & lib. 8. cap. 7. Vtramque hanc ſententiam & Duareni & Cujacij vellicat Ioh. Robert. lib. 2. ſent. cap. 10. affirmans omne perjurium ſine diſtinctione puniri, non tamen eadem pœna: eamque ob cauſam non negaſſe quidem Imperatorem in d. leg. 2. quin puniri debeat perjurium calore per venerationem principis factum, ſed negaſſe modum pœnæ, i. pœnam corporalem ſeu læſæ majeſtatis, quod non ex illa parte legis, ſed etiam ex l. 2. Cod. ad leg. Iul. majeſt. colligatur. Atque hæc vltima mihi præ omnibus alijs probatur ſententia, vtpote ſacris literis, honeſtati ac legibus magis conſentanea. Eſt enim in legibus animaduertendum, nullibi fieri diſtinctionem inter perjuria quæ punienda ſint vel non, ſed indiſtincte dici, perjurij pœnam ſufficere, vt opus non ſit id quod eiuſmodi iuramento deciſum eſt, reſtaurari, ſed omnem diſtinctionem poſitam eſſe in eo, vt non omne perjurium eadem pœna plectatur. Duplex igitur hic verſatur quæſtio, quæ vtraque confuſa has peperit difficultates. Vna eſt an omne perjurium ſit puniendum. Altera ſi omne puniendum eſt: an omne eadem pœna afficiatur. Ad primam pleriq; reſpondent non omne puniendum eſſe: Robertus ait, omne puniendum eſſe, quia lex non diſtinguit, quod mihi probatur. Etſi n. iuriſiurandi religio contempta ab Alexandro dicatur ſatis Deum habere vltorem, id tamen non ſpectat ad eum, vt voluerit tantum à Deo puniri, ſed imprimis à Deo, tum vero etiam ab hominibus, & ab hominibus non eodem modo, ſed hac vel illa, ratione perjurij: quod illius conſtitutionis verba, periculum autem corporis, innuunt dum excludendo in ſpecie pœnam corporalem, eo ipſo aliam quamuis, quæ tamen corporalis non ſit, incluſam volunt. Ex quo apparet, perjurium non eodem modo fuiſſe punitum, quæ eſt reſolutio ad quæſtionem alteram. Nulla enim extat lex quæ certam perjurio pœnam irroget, ſed vt Duaren. ait in d. c. vlt. in perjuria olim animaduertebant cenſores, quæ animaduerſio eſt quidem cenſoria ſed non legitima. Quod vero Duare. ait, cenſoria ſeueritate ſublata magiſtratus, quorum de criminib. eſſet cognitio, cœpiſſe punire perjuria extra ordinem, id quidem non eſt falſum, attamen commentitium: Non enim lex extra vlla, quæ magiſtratibus hanc poteſtatem conceſſerit, at extitiſſe veriſimile eſt ex d. l. vlt. ff. ſtellionatus: in qua mentio ſit relegationis: & in dict. l. ſi duo, §. vlt. in qua mentio ſit fuſtium: quæ duæ pœnæ ex arbitrio magiſtratus infligi putabantur. Maxime tamen illa ſi per Deum aut per Principem iuratum eſſet calore iracundiæ, hæc autem ſi iuratum eſſet per principem data opera, & quidem in cauſa pecuniaria. Puto autem fuiſſe & alias pœnas, ſed eas arbitrarias, illarum autem mentionem factam eſſe quod inter alias maxime vſurparentur. Sane nouiſſimis conſtitutionibus, quibuſdam caſibus eſt conſtituta pœna, adeóque lege. Vnus eſt ex conſtitutione Arcadij in l. ſi quis maior. C. de tranſact. vt ſi quis factas tranſactiones ſolidauerit iuramento, & fidem non ſeruauerit, is fiat infamis, re & eius emolumento, de quo tranſactum eſt, careat. & præterea pœnam, ſi de aliqua conuenerit, præſtet. Alter eſt conſtitutione Zenonis quæ eſt l. pen. C. de dignit. lib. 12. vt ſi viri illuſtres cautioni iuratoriæ iudicij ſiſtendi cauſa non paruerint, hanc perjurij pœnam ferant, & in cauſa quidem ciuiliter actor mittatur in poſſeſſionem, in criminali autem ſpolientur illuſtri dignitate, & inconſulto Principe damnentur. Tertium caſum ad dict. leg. pen. notat Cuiac. fuiſſe in quadam conſtitutione Græca poſita ſub tit. C. de cuſt. reor. quæ deſideretur, cuius ſententia ſit, vt quilibet alius, qui non paret cautioni iuratoriæ, ius ſuum amittat. Quartus eſt in Nouel. 117. in qua Iuſtin. conſtituit, vt tribunus militum vel chartularius militia exauthoretur, ſi mulieri de marito ſuo inquirenti falſo iurauerit eum periiſſe. Quintus eſt ex Nou. Leonis & Conſtantin, qui fuerunt ante Iuſtinianum, cuius ſententiam refert Harmenop. lib. 1. epit. l. b. 7. vt el qui ex authoritate iudicis vel voluntate aduerſarij delata iuriſiurandi conditione peierarit, vel etiam teſti perjuro lingua præcidatur, vt meminit Cuiac. lib. 7. obſ. ca. 17. circa fin. Hodie ſextus addi poteſt ex conſtitutione criminali Caroli V. Imp. art. 107 & 108 quod vtroque diſponitur, quomodo perjurus in cauſa vel ciuili vel criminali puniri debeat, & confirmatur pœna conſuetudinaria, quæ eſt amputatio duorum digitorum quibus iuratum eſt. Vult. ad §. item ſi quis poſtulante, 11. n. 20. & 21. Inſt. de action.

PERLVSORIVM iudicium, i. colluſorium, colluſionis cauſa inſtitutum, cum aliud agitur, al. u. l ſimulatur, vlp l. 14. ff. de appell. Si perluſorio iudicio actū ſit aduerſus teſtamentū, an ius faciat iudex videndum. Exhæredatus filius querelam inofficioſi aduerſus inſtitutum per colluſionem moueat, vt quum inofficioſum eſſe teſtamentum per inſtituti conuentionem ac diſſimulationē probaſſet, & legata & libertates intercidèrent. Budæus tamen proluſorium corrigendū putat, & de proluſione multa tractat, ſed nihil ad mentem Vlpiani, vt mea fert opinio. Hot.

PERLVSORIO, pro Proluſorio, Briſſ.

PER manus traditum eſſe, ait Africanus, quod ea de re nihil conſtitutum ſit nominatim, ſed communi quadam omnium tum principum tum iuriſprudentium ſententia & opinione receptum Conn. l. 9. c. 6. n. 5. vide ſupra, Per manus tradi.

PERMISSV meo, pro permiſſione, exemplo Cic in l. 1. ff. ne vis fiat ei. Spieg.

PERMISSVM ad certum tempus, cenſetur exacto illo prohibitum, l. Imperatores, ff. de poſtul. ex Albe. Spieg.

PERMITTERE ſignificat præcipere, dot. in c. accedens 50. diſtinction. Item remittere ſignificat, l. 37. ff. de pact. Prat.

PERMITTERE eſt concedere, ſiue re Legis virtus hæc eſt, imperare, vetare, permittere, l. 7. ff. de legib.

PERMITTI varie dicitur, primum quod nullo iure prohibetur, vt ſecundas noptias contrahere, c. contrahere 31. q. 1. Permitti quoq; id dicitur, quod contra conſtitutiones humanas indulgentur, vt contrahere matrimonium in c. gradu, c. quidam n. 35. q. 3. Permitti dicitur & illud, quod & illic tum eſt, vt magis illic tum vitetur: gloſſ. in c. omnis autem, 3. diſtinct. Prat.

PERMITTI dicitur quod iure, lege, vel à principe conceditur Br.

PERMITTO Cum Imp. vel lex hoc verbo, ſimiliue vtitur, quia præſentis eſt temporis, ipſam legum indulgentiam ſignificat, quæ perpetua eſt: non item iudicis opem plerunque temporariam, vt docet Bart. in leg. iubemus. 2. §. ſane ſi lige nullæ, C. de ſacroſanct. eccle. Spieg.

PERMVTARE pecuniam, inquit Budæus, per menſam mittendam curare. Permutare vero ære alieno, ſignificat commutare in alienum debitum: & aliam debiti vice accipere. Item obſeruauit, permutare, pro emere poſitum, apud Plinium.

PERMVTARE dicuntur, qui res quarum domini ſunt, inuicem mutant, vltro citroque dando & accipiendo. Olim vnuſquiſq; ſecundum neceſſitatem temporum ac rerum vtilibus inutilia permutabat, l. 1. ff. de contrahen. empt. Briſſ.

PERMVTATIO nihil aliud eſt, quam contractus, do vt des leg. naturalis § 1. de præſc. verb. Diuiditur in do vt des, Do vt facias, Facio vt des, Facio vt facias: & in permutationem, iuxta Paul. Caſt. in l. 2. de jure iu. Obtinet autem permutatio inſtar emtionis, l. ſi eodem, §. emptores, ff. de æd. ed. Spieg.

PERMVTATIO eſt conuentio iuriſgentium à populo Romano ita recepta & comprobata, vt ei tamen neque ſuum nomen dederit (ſunt n. emptio & locatio quædam permutationis formæ) neq; certam actionis formulam conſtituerit: adeo vt ſeſe inter ſe contrahentes cogere rem mutuo præſtare non poſſint, ſed quum alter rei acceptione obligatus eſt, vel quanti alterius intereſt præſcriptis verbis actione præſtare cogitur: vel rem acceptam, quaſi cauſa non ſecuta, reddere: aut ſi eam dederit quæ euincatur, in factum actione quanti intereſſerat, exſoluere, vti conſtat ex l. 1. ff. de rer. permut. Prat.

PERMVTATIONIS ſignificatio duplex eſt: generalis & ſpecialis: Generalis appellatio omnes comprehendit contractus & nominatos & innominatos Nihil enim aliud ſunt contrahendi formulæ, nec alio pertinent, quam vt permutando communicentur res mundanæ alteri ab altero, ordine quodam politico, ac conſenſu interueniente: vt ceſſet confuſio abſolutæ communionis, paritura diſſenſiones, rixas, homicidia, ac ſummam perniciem Reip. Vt ecce, ſi tu habeas rem, quam ego deſidero: certe non eſt rapienda quaſi communis: quia ſi id fiet, tu vi eam defendes, & perueniemus ad arma. Quid ergo? vtar permutandi medio, h. e. commutabo tecum dominia & transferam aliquid viciſſim ad te, vt vltro & non grauate dimittas mihi tuam rem, quoniam cauſari non potes vllam læſionem Effectus enim permutationis, eſt ipſa æqualitas vtilitatis inter contrahentes, quæ conſeruat pacem. Prat.

PERMVTATIONIS ſpecialis appellatio refertur ad res quæ pro rebus datur diuerſi generis. Nam olim in priſca ſimplicitate, homines ſibi ſpecies rerum comparabant alijs ſpeciebus, perinde vt nunc pecunia numerata facimus, quippe quod tunc pecuniæ vſus non eſſet. Vtramq; hanc ſignificationem tractat Paulus in l. naturalis ff. de præſcript. verb. In hac quæſtione, ait, totius ob rem dati tractatus inſpici poteſt. Quaſi dicat, Reperamus originem omnium contractuum, quæ conſiſtit in cauſis, ob quas alter dat alteri. Nam communicatio rerum exigit dationem, datio cauſam, cauſa mutuam permutationem, permutatio diſtinguitur in ſpecies & formulas nominatas & innominatas. Hinc habes rationem, quare permutatio dicatur contractus innominatus, cum vtique ſolenne ac elegans nomen ſit: Permutatio Nam eſt quidem nomen, ſed quod ſimplicem illam ac naturalem duntaxat rationem ſignificat. Cæterum alij contractus habent nomen proprium, quod exprimit ciuilem quandam formulam. Eorum igitur contractuum reſpectu permutatio cenſetur innominata. Prat.

PERMVTATIONIS nomen (ait Briſſ.) generale omnibuſq; conuentionibus, in quibus vtrinque aliquid interuenit commune eſt. Nam ære mutari dicitur quod pretio emitur. Colum. li. 8. cap. 1. Cætera vel reponantur vel ære mutentur. Plin. lib. 59. c. 1. Quatenus denarius ſcrupula eius permutata reperit. Vn-

ler. Max. lib. 7. cap. 6. vt ſex millibus denarij ſingula vaſa permutarentur. Apul. Apolog. 1. Nam ſæpenumero & vinum, & holus, & pomum pretio mutaui. Tracta autem eſt hæc locutio à Græcis, qui eodem in ſignificatu verbo ἀμείβειν vtuntur. Vnicus Timonis verſus à Gellio lib. 3. cap. 17. relatus huic rei probandę ſufficiet. Sic autem habet, πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἀντηλλάξω βίβλον. Seruius vero in illum Virg. locum Georg.

Quamvis Mileſia vtentur vellere magno.

Hanc ſignificationem ab antiquo more reperit, quo mercimonium omne in permutatione conſiſtebat. Hac plane ratione rurum nemini videbitur, ſi permutatio in proprium tranſiiſſe contractua nomen negetur. Tertul. etiam non ſemel libertate mutare ſeruum, pro ad libertatem perducere dicit, vt in lib. de reſurrect. carn. Si famulum, ait, tuum libertate mutaueris, &c. & lib. de pœnit. Quis enim ſeruus poſteaquam libertate mutatus eſt, furta ſua & fugas ſibi imputat? Briſſ.

Permvtationis primus eſt & antiquiſſimus contractus, ab indigentia & ipſe ortus vt reliqui omnes. Nam cum nemo ſibi omnia præſtare poſſet, quæ eſſent ad vitam commode atque honeſte degendam neceſſaria, propter imbecillitatem ac inopiam deſideratæ ſunt commerciorum atque officiorum mutationes, vt his dandis accipiendiſq; quod minus ipſi per ſe poſſent, reciperent ab aliis, vicißimq; redderent, quod in ſua poſitum eſſet poteſtate & facultate. Licet autem permutatio & emptio ſimillimæ ſint: & eodem pene iure cenſeantur. Hoc tamen differunt, quod in emptione pro re pretium datur. In permutatione res pro re, pretium pro pretio. Paul. ſicut aliud eſt vendere, aliud emere, alius emptor, alius venditor: ita aliud pretium aliud merx. At in permutatione diſcerni non poteſt, vter emptor, vter venditor ſit, multumq; differunt eorum præſtationes, Emptor enim niſi fecerit nummus accipientis, tenetur ex vendito. Venditori vero ſufficit ob euictionem ſe obligare, poſſeſſionemq; tradere, & purgare ſe dolo malo. Itaque ſi euicta res non ſit, nihil debet. In permutatione vero ſi vtrumq; pretium eſt: vtriuſq; rem fieri oportet: ſi merx, neutrius. Sed cum debeat & res & pretium eſſe: non poteſt inueniri, quid eorum merx & quid pretium ſit: nec ratio patitur, vt vna eademque res & væneat & pretium ſit emptionis. Conna. lib. 7. c. 5. n. 2. & 6.

Permvtatio Glauci & Diomedis: prouerbialiter dicitur, quoties inæqualem commutationem ſignificans, hoc eſt, deteriora pro melioribus reddita, ſcilicet ærea pro aureis. Hiſtoria refertur ab Homero Iliad. lib. 6. vbi Glaucus cum Diomede aurea ſua arma pro æreis permutat: meminit eius & Imper. in proœm. ff. Corraſ. Miſcel. lib. 2. c. 15. n. 1.

Pernicianvm SC. de quo vide Vlp. tit. 17. regul.

Pernicies, non diſtrictionem, ſed proprie exitium, *endlich Vndergang*, vel *gantzlichem Abbruch* ſignificat, apud Iuſtinianum. Inſt. quib. alien. licet §. 1. in fi. Expone ibidem, Subſtantiæ earum, *ihre leibs nahrung*. Old.

Φέρνη dotem ſignificat, hine ἀντίφερνα de qua vide ſuo loco.

Perniciosvm vrbibus mercimonium, hoc eſt, damnum afferens, *daſs gemeiner Burgerſchafft ſchaden zurichtet*. Nobiliore natalib. & bonorum luce conſpicuos, & patrimonio ditiores exercere prohibet Imper. l. 3. Co. de commer. & mercat. Spieg.

Pernoctare extra vrbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in vrbe eſt. Per enim totam noctem ſignificat, ait Pompon. in l. vrbana, 166. §. 1. vbi Gœddens ff. de verbor. ſign. Lege, Abnoctare. Spieg.

Pero, vt vult Hoto. eſt ruſticum calceamentum, citans Seruium Gramm. Quomodo autem legendum ſit apud Alphenum in l. in nauem 31. ff. locati, inter Dd. non conuenit. Nam Centonibus legit Haloander. Beronibus & Peronibus Budęus, id eſt, ſaccis, quo verbo vſus eſt Plinius 36. c. 14. & Vitru. 5. in fi. Cotta in dictione Argentum eam opinionem mutuatur ſuppreſſo Budæi nomine, Cuiac. 7. obſeru. 59. Florentinam tuetur, additque Græcos in hanc legem interpretari cophinis. Turneb. 24. aduerſ. 2. legit Eronibus. Erones accipit textra quædam ſtoriarum & tegetum more, in quibus interdum pauperes dormiebant, & fruges reponebant. Item vaſa viminea tegetib. & cophinis ſimilia: Græcis φορμοὶ Donatus in Phor. Teren. Phormio non à formula, ſed phormione dicitur Sparteo, quem nos Eronem dicimus triuialiter & pro conſuetudine, Gorb. ad d. l. in nauem 31. vide ſupra in verbo Ero Eronis.

Perorare cauſam eſt concludere in cauſa. Pedian. in Verr. Prætor acceſſitis in omnib. eiuſdem cauſæ iudicibus, ad ſuum tribunal conſidentibus perorari cauſam iubebat, & cum ab vtraque parte ſatis dictum eſſet, impoſita cuique, qui finierant neceſſitas dicendi dixi: tum prætor pronunciabat, dixerunt, & in conſilium iudices mittebat, vide l. parte, ff. de quæſt. Spieg.

Perpensvm idem eſt quod examinatum: vt perpenſum conſilium dicitur in proœm. Clem. in prin. Io. Bellon. etymol. Eſt enim perpendere nihil aliud quam diligenter conſiderare.

Perperam vox deriuata videtur ex duabus dictionibus, περὶ id eſt, vltra exceſſiue: & πέρα, eiuſdem ſignificationis, vt perperam fieri dicatur, in quo modus tantum excedirur, vide Alc. lib. 1. pareg. c. pen. Perperam vulgo quidem ſignificat, non iure ſine injuria, leg. 22. §. cum autem, ff. rem rat. hab. l. 11. §. ex facto, ff. de minorib. leg. 42. ff. de liber. cau. l. 8. § ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruit. vind. leg. 62. fin. de re judic. verum nonnunquam etiam perperam nihil aliud eſt, quam imprudenter, & per errorem, l. 26. §. 1. ff. de pact. dotalib. l. 40. ff. de condict. indeb. l. 9. ff. de conſtit. pec. leg. pen. §. vlt. ff. pro ſuo, l. 82. §. Titius ff. de furt. leg. 1. C. ſi major fact. alienat. Paul lib. 3. ſent. tit. 6. ad fin. Vlp. in Inſt. tit. 54. Briſſ.

Perperam factum, quandoque accipitur, quod dolo factum eſt, à Perperis fratribus, qui & Cercopes dicti ſunt, & impoſtores erant: vnde Græcis περπερεύεσθαι verbum, petulanter, aut doloſe agere. Ex Alciat. ibid. Spieg.

Perpetrare, perfectionem actus, & plerunque in mala re denotat l. fin. §. ſi quis autem, ff. de bon. eor. qui mort. ſibi conſciuerunt. Iuſtin. Inſti. de publ. jud. Sin autem per vim raptus virginis fuerit impetratus. Vide Alciat. in comment. Spieg.

Perpetvi non vna eſt pro adjuncto verbo ſignificatio. Perpetuum edictum eſt quod in omnes cauſas propoſitum & juris perpetui ſtatuendi cauſa ſcriptum eſt. & vt Vlp. in l. 7. ff. de jur. omn. jud. quod perpetuæ jurisdictionis cauſa non quidem prout incidit, propoſitum eſt. Perpetua autem primum facta ſunt edicta Prætorum, lege Cornelia, antea annua cum eſſent: Quæ demum in ordinem à Saluio Iuliano ex Hadriani Imp. & Senatus autoritate digeſta atque compoſita, titulisque diſtincta poſtea ICtorum commentariis explicata ſunt, l. pen. C. de cond. indeb. l. 2. §. ſi quid etiam C. de vet. jur. ennel. & apud Eutrop. in Adrian. Roque perpetui edicti appellatio in omnib. librorum noſtrorum locis referenda eſt l. 2. ff. de ſtatu hum. l. 7. 8. §. cum exiſtimare. ff. de l. li. 2. l. 6. C. de bon poſſ. l. 8. C. de inju. l. 3. C. de his qui vi vel met. l. 5. ff. de extr. crim. Vt autem perpetuam juriſdictionem Vlp. ita perpetuum jus certum & in omnia tempora ſcriptum. Quint. in decl. & Diocl. in l. 8. C. de pig. act. dixerunt. Briſſ. & Duar. lib. 1. diſput. anniu. c. 48.

Perpetvi appellatio nonnunquam vitę tempus amplectitur, vt in l. 8. §. ſiue igitur, ff. de tranſact. alimenta perpetuo relicta intelligimus quoad quis viuat, & in leg. 4. ff. de procur. in perpetuum procuratorem dari traditur, qui tamen poſt mortem dantis duraturus non ſit. Briſſ.

Perpetvvm dictio regulatur ſecundum ſubjectam materiam, vt concludit gl. ſingularis, in ea enim in verb. perpetuo, 10. q. 2. Corn. conſil. 59. din. coll. 1. verſ. & verb. lib. 2. Proinde ſingulariter decidit. Bar. in l. annua, § Titia, ff. de ann. leg. quod legat. annum factum in perpetuum, debet reſtringi ſolum ad centum annos, & hęc deciſio ampliatur, vt procedat etiam in legato facto Eccleſiæ ſecundum Bart. in leg. ſi vſusfruct. municipibus, ad fin. de vſufruct. legato.

Perpetvvm dicitur, quod non eſt ſine præfinitione temporis vt in Inſt. de perp. & temp. acti. in pri. &c. Ioan. Bello. Etymol.

Perpetvvm, pro centum annis, teſte Bart. in l. ſi vſusfructus, ff. de vſufruct. leg. Spieg.

Perpetvvm, teſte Budæo, pro generali accipitur, & quod ſemper obtinet. Paulus: Cum hæreditas ex fideicom. cauſa reſtituta eſt, ſi ante compromiſſum eſt, puto fideicommiſſarium cauere debere hæredi. Nam quod dicitur, retinere eum oportere non eſt perpetuum, i. non ſemper accidit. Vide Æternus paries. Sp.

Perpetvvm, pro continuato, non interrupto, aut temporis ſpacio intermiſſo, l. ſeruitutes, t. reſponſo, ff. de ſeruit. l. pure. §. ſi, ff. de doli except.

Perpetvvm eſſe non poteſt, quod perſonis non rebus conceditur, l. ſordidorum, C. de excuſ. mun. lib. 10. Spieg. (vſitatum.

Perpetvvm jus in l. 9. C. de pign. act. interpretatur ibi Goto.

Perpetva actio obligationi temporali opponitur, l. 37. ff. de neg. geſt. Perpetuæ actiones vocantur, quæ olim in perpetuum viuebant, hodie ſine conſtitutionibus præſcripto, id eſt 30. vel 40 annorum curriculo finiuntur, ad differentiam temporalium, quæ 6. menſibus anno, biennio vel triennio finiuntur. Inſt. de perp. & tempora. l. 6. §. vlt ff. de re jud. l. 3. C de præſcri. 30 ann. l. 5. C. ad Maced, Atque ita interpretandum eſt, quod legitur perpetuo quem teneri & in perpetuum actionem dari. l. 29. §. vlt. cum l ſeq ff. de dolo. l. 17. §. 1. ff. de damn. infect. l. 20. §. hoc interdictum, ff. de nou. oper. nun. l. 27. ff. de caſtr. pec. l. 3. §. 1. ff. de vi & vi arm. l. vlt. §. hæc judicia, ff. nautæ, caup. l. 5. §. hæc autem actio, ff. de his qui dejec. & aliis multis locis. Briſſ.

Perpetva cauſa in ſeruitutibus, vt res ſemper ſit idonea ad ſeruituris vſum, vide l. 1. §. hoc interdictum, ff. de fonte, Vide & Veroneuſ. in ſeru. vrb. tit. de ſeruit. oneris ferendi, col. 2.

Perpetva conſuetudo, quę ſemper ſeruata eſt, l. 6. ff. quod cujuſque vniuerſit. Hot.

Perpetva locatio. Tametſi olim ICti veteres tractarint de ea, alij tamen ad venditionem, alij ad locationem referendam exiſtimarunt, Quod primus Zeno Imperator conſtituit proprium cenſeri contractum, qui Emphyteuticus dicatur habeatque ſuas pactiones contrahentium, vel (ijs deficientibus) interpretationes à jure, ſicut alij contractus teſte Iuſtiniano Inſt. de locat. l. 1. c. de jur. emphyt. Veteribus tamen ſimplici forma cognitus fuit ex Old. Spieg.

PERPETVÆ locationis initium cœpiſſe à publicis fundis veriſimile eſt, quod res communes vt plurimum geruntur negligentius. Idcirco fundos publicos certis penſionibus iiſque perpetuis locare ſoliti ſunt, vt & agricultione, & calamitatum periculo, quæ multæ ſolent accidere, liberarentur. Quod poſtea paſſim etiam priuati in ſuis fundis vſurparũt, vt arandi, ſerendi, colligendi, ſeruandique ſolicitudinem deponerent. Sed in iis qui ſatis boni eſſent natura, tempus locationis auguſtarunt. In iis vero, qui niſi magna cultura & multo labore nihil ferrẽt, quaſi deſperatos aliquos dimiſerunt in perpetuum, contenti modica penſione, quæ veri domini memoriam conſeruaret. Atque horum conductores perpetuarij vocantur à Grat. Honor. & Theod. Imp. l. 2. §. vlt. C. de locat. præd. ciuil. vel fiſc. ſiue templorum: quo pacto videtur Seneca perpetuum mulionem vocare: non qui cuiquam ad mulas agendas operam ſuam in perpetuum locauit, id eſt, dum viuet: ſed qui nullum vnquam aliud genus vitæ ſecutus eſt, &c. Conn. lib. 7. c. 12. n. 1. & 2.

PERPETVÆ exceptiones ſunt, quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt, neque vllo temporis ſpatio, vel rei vllius mutatione amittuntur: i. quarum vis certo tempore adſtricta concluſaq; non eſt, & ſemel objectæ: ita extergunt obligationem, vt ea repeti poſtea non poſſit: veluti doli mali, rei judicatæ, pacti perpetui, i. cujus vis certo tempore adſtricta concluſaq; non eſt, l. 3 de except. l. 24. l. 40. ff. de condict. indeb. l. 34. §. vlt. ff. de ſolut. l. 14. ff. de liber. leg. l. 10. ff. de verb. ſign. Briſſ. & Prat.

PERPETVÆ trabes, i. ſolidæ & non coagmentatæ, inquit Bud.

PERPETVALE. Quintilianus l. b. 2. c. 14. παθολικῶ, i. (vt dicamus quomodo poſſumus) vniuerſalia, vel perpetualia. Spieg.

PERPETVARE, ſine interceſſione continuare: quod fit per ſucceſſionem, & ſurrogationem: Vide Bart. in l. cum qui debere, ff. de ſeruit. vrb. præd. Spieg.

PERPETVARI obligationes dicuntur, quæ tempore caſuve aliquo perituræ perpetuæ fiunt, l. 91. §. nunc videamus, ff. de verb. oblig. l. 9. § ſi is qui temporaria, ff. de jurejur. l. 58. §. vlt. ff. de fidejuſſorib. l. 24. §. vlt. ff. de vſur. l. vlt. ff. de fidejuſſorib. tut. Briſ.

PERPETVARI dicũtur obligationes, quæ ob culpam factumve debitoris, vel litis conteſtatione, perpetuæ efficiuntur. Briſſ.

PERPETVARI pœna dicitur, quæ ex temporali perpetua fit, l. 8. quiſquis, ff. de pœn. Quod dicitur in l. 27. ff. de ſeru. vrb. perpetuam cauſam ſeruitutum eſſe debere, hunc ſenſum habet, ita ſeruitutes conſtitutas, comparataſque eſſe debere, vt res ſemper ſit idonea ad ſeruitutis viuum ſeruitiũ v. g. Ex aqua quę acceſſit, & ex ciſterna aquæductus cedi non poteſt, quoniam cauſam ſeu materiam perpetuam, i. e. viuam & perennem aquam non habent, leg. 1. § hoc interdictum, ff. de fonte. At ejus aquę, quæ ex cœlo cadit in vicinum immittendæ vtiliter conſtituitur ſeruitus, quoniam & ſi ea aſſidue non cadat, cum tamen ex naturali cauſa cadat, perpetuo cadere intelligitur. Briſſ.

PERPETVARII dicuntur, qui fundum à principe, vel à Republ. conductum, certo canone in vitam ſuam habent. vel etiam hac lege, vt ad alios transferre poſſint, l. fin. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Spieg.

PERPETVARII fundi, ad diſtinctionem, vt videtur, emphyteuticorum, dicti ſunt.

IN PERPETVVM locatos agros vectigales. Paulus interpretatur i. e. vt tandiu pro his vectigal pendatur, quãdiu neque ipſis qui conduxerint, neq; his qui in locum eorum ſucceſſerint auferri eos liceat, l. 1. ff. ſi ager vectig. l. 11. §. 1. ff. de public. Briſſ.

PERPETVARIVM jus pro jure emphyteutica in vſurpatur in l. 1. C. offic. com. ſacr. pslat. ab eo, vt opinatur Briſſ. quod in perpetuum prædia locarentur.

PERPETVI vſus cauſa poſita, vel perpetuo eſſe dicuntur in ædibus, quæ non temporis cauſa accommodata, neque ad tempus poſita, ſed vt ibi permaneant, collocata ſunt, l. 17. §. Labeo, vt actione empt. l. 32. ff. de pignorib. l. 35. §. rerum autem, ff. de hæred. inſtit. l. 242. §. vlt. ff. de verb. ſig. l. 2. C. eod. tit. Briſſ.

PERPETVO dict o oppoſita inſtrumento, vt puta, VT QVIS PERPETVO TENEATVR, tollit curſum præſcriptionis. Cæp. cautel. 159, incip. poteſt dari, Bart. in leg. 3. in pr. ff. quibus mod. vſusfr. amittat. Bald. in l. quod ſi nolit, § ſi quid ita, ff. de ædil. edict. Andr. Sicul. conſil. 53. col. pen. & antepen. lib. 2. Cotta.

PERPETVO, pro generaliter, in l. Neſennius, §. tractatum. Digeſt. de negotiis geſt. Aliquando pro incommutabiliter in Authent. hoc jus porrectum C. de ſacroſanct. Eccleſ. Spieg.

PERPETVO inductæ res in prælium dicuntur, quandiu inibi ſunt neceſſariæ, l. debitor, ff. de pignor.

PERPETVO vinctus in l. 10. C. de pœn. interpretatur ibi Goth. in decennium.

PERPETVO, & certo tempore opponuntur, l. falſo, C. de diuerſ. reſcript. § fin l pure, ff. de doli except. Spieg.

PERPETVO durare, id eſt, 30. annis, vt de actione ciuili dicitur Inſtit. de perpet. & temp. act. Spieg.

PERPETVO morbo aliquo negotiis ſuis ſupereſſe non poſſe, apud Vlp. in l. qui, ff. de poſtuland. Spieg.

PERPETVO, id eſt, in perpetuum & in infinitum tempus. Hæc actio perpetuo competit, l. 3. §. 1. ff. de vi & vi arm.

PERPETVVM ab æterno Philoſophi diſtinguunt; Æternum enim illud dicunt, cujus nullus omnino eſt finis: Perpetuum autem jus etiam finis eſſe poteſt, ipſi inimicum deſtinatus. Cum igitur Iuriſconſultus in l. 1. ff. pro ſocio dicat, ſocietatem coiri poſſe in perpetuum: illud reſtringendum eſt ad tempus vitæ ſociorum. Vult. ad §. manet, cum ſeqq. n. 3. Inſtit. pro ſoc.

PERPETVVM morbum interpretor, qui cuique rei agendæ impedimento eſt, & cujus ſanandi ſpes non ſupereſt, l. 22. §. ſi maritus, ff. ſolut. matr. l. penult. ff. de vacat. muner. l. 5. ff. de poſtul. l. 54. ff. de procurat. l. vnica, C. qui morbo ſe excuſ. Hujuſmodi morbus habetur furor. l. vlt. C. de cur. fur. Briſſ.

PERPETVVM veſtimentum, quatenus durat, accipitur, l. id veſtimentum, ff. de pecul. Quandoque pro decennio ſumitur, vt in l. nam Imperator, ff. de leg. In ſumma, multiplicem hæc dictio habet intellectum: vnde ad materiæ qualitatem reſpiciendum eſt, sig. l. ſi vno ff. locati, quod & Alb. admonuit. Spieg.

PERPETVVM morbus, qui temporalis non eſt, qui intermiſſionem non habet, ſed rebus gerendis impedimento eſt. Morbus qui perpetuus eſt, & qui tempore finitur, aduerſantur, l. vlt. §. 2. ff. de ædil. edict.

PERPETVVS lacus is eſt, qui perpetuam & perennem orc ſceſcentem aquam habet, l. 23. §. 1. ff. de ſeruitutibus ruſtic. l. 1. §. lacus ff. vt flumin. publ. Briſſ. Conn. lib. 4. c. 9. n. 1.

PERPLEXVM caſum, pro maxime dubio. Commentatores accipiunt. Habent autem perplexa in jure noſtro, inſtar Ceratinorum, Crocodilinarumque quæſtionum apud Sophiſtas, Accurſius vocat Circulare dubium, in l. Claudius, qui por. in pign. hab. Spieg.

PERQVAM, pro nimis, Vlp. in l. proſpexit, §. 1. in fi. qui & à quibus manum. Quod quidem perquam durum eſt, ſed ita Lex ſcripta eſt. Spieg.

PERRARO leg. fin. de Senator. l. 1. de judic. Alberic.

PERSCRIBERE, Græcis ἀναγράφειν eſt in tabulas publicas, actaque referre: quod in regiſtro ſcribere vulgo dicunt, vocabulo a regeſtis deducto, Cic. in Verr. act. 5. Primum, mihi literas publicas, quas in ærario ſanctiore conditas habebant, proferunt, in quibus oſtendunt, omnia quæ dixi ablata, eſſe perſcripta. Idem. vt quiſque ejus rebus tuendis conſeruandiſque præfuerat, ita perſcriptum erat. Et libr. 10. famil. epiſt. 13. Id ex ipſo SCto poteris cognoſcere: ita eſt enim perſcriptum, vt à me de ſerpio dicta ſententia eſt. Hinc perſcribere pecuniam eſt, inquit Donatus, multis per ſcripturam reddere vel dare in illud Terentij ex Phormione:

Quod I ne ego perſcripſi porro illis quibus debui.

Sic Cic. lib. 16. ad Attic. epiſt. 2. De Publico autem, quod perſcr ibi oportet, moram non puto eſſe faciendam. Et paulo poſt: Sed cum videas, quantum de jure noſtro deceſſerimus, qui de reſiduis cccc. H. cc. præſentia ſoluerimus: reliqua perſcribamus. Id eſt, non repræſentemus, ſed per menſæ ſcripturam ad ſoluendum certo die conſtituamus, noſque obligemus, & creditori caueamus: Vide ſcribere. Prat.

PERSCRIPTIO, Græcis ἀναγραφὴ eſt ea in tabulas publicas relatio, Modeſt. in l. 10. ff. de decur. Herennius Modeſt. reſpondit, ſola alibi perſcriptione (ſic enim legendum) minime decurionem factam, qui ſecundum legem decurio creatus non ſit: hoc eſt, Non ſatis eſt in album eſſe relatum, niſi recta allectio præceſſerit perſcriptionem. Cicer. Phil. 5. Illa vero diſſipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo eſt, per quam ſepties millies falſis perſcriptionibus, donationibuſque auertit: Idem pro L. Flacco, perſcriptiones pro ſyngraphis accepit. Perſcriptiones cum mulieribus aperta circumſcriptione feciſti. Prat.

PERSCRIPTOR, cautor, qui formulas concipit, tabellio. Cicer. Verrin. Scribam tuum dicis Verres, hujus perſcriptorem fenerationis fuiſſe. Prat.

PERSCRVTARI eſt diligenter inquirere, l. mercatores, Cod. de commerc. & mercat. Perſcrutari naturam criminis, eſt rationem aut ſpeciem criminis inquirere.

PERSECVTIO delictorum aut proprietatis communis, l. 2. ff. de re milit.

PERSECVTIONIS verbo extraordinariæ perſecutiones ſignificantur, quarum cognitionem ipſe magiſtratus ſuſcipit, qui jure ordinario non cognoſcere ipſe, ſed judices dare ſolet, l. 178. §. 2. de verb. ſign. Ita perſecutionis verbum accipio in l. 24. ff. rem rat. hab. l. 18. ff. de acceptilatio, l. 27. ff. de oblig. & actio. l. 34. & l. 49. ff. de verbor. ſign. Cujuſmodi olim erant fideicommiſſorum petitiones, de quibus extra ordinem prætores jus dicebant. Et hæc propria verbi ſignificatio eſt, qua neglecta plerumque omnem judicialem petitionem perſecutionem appellamus, quæ res exemplorum confirmationem non poſtulat. Briſſ. & Gœdd. ad l. 34 ff. de verb. ſign.

PERSECVTIO diuiditur in actionem & meram perſecutionem: eoque ſenſu perſecutio genus actionis conſtituitur, in §. 1. Inſtit. de act. Perſecutio ſic proprie dicta eſt, quæ mero jus dicentis officio expeditur, l. pecuniæ 178. §. actionis, ff. de verb. ſign. Et ideo extraordinaria dicitur: quia judicium nũquam ingreditur: actio ingreditur, etiamſi ſit in factum vel vtilis. Actio-

Digitized by Google

res quamvis utiles, tamen omnes dicuntur ordinariæ: perſecutiones extraordinariæ, d.l. pecuniæ, §. actionis, Gœdd. ad l. 34. de verb. ſign. 5.

PERSECUTIONIS verbum longe ab actione ſeparatur: eſt enim Perſecutio genus: cujus altera ſpecies actio, altera generis ſui nomine Perſecutio appellatur. Actio eſt, in qua legitima formularum conceptio obſervatur: qua de cauſa juris ordinarij eſſe dicitur: Perſecutio vero eſt, cum prætermiſſo legitimo agendi ordine ac formolarum ritu apud magiſtratum experimur: qua de cauſa Extraordinaria nominatur in l. pecuniæ, 178. ff. de verb. ſignif. ubi Ulpianus exemplum fideicommiſſorum profert: Et ſi quæ, inquit, aliæ ſunt, quæ non habent juris ordinarij executionem. Quem locum idem Ulpianus cap. Inſtit. 25. ſic explicat: Fideicommiſſa non per formulam petuntur, ut legata: ſed cognitio eſt Romæ quidem conſulum, aut Prætoris, qui fideicommiſſarius vocatur: in provincijs vero Præſidum provinciarum. Hot. Adde Brechæum in l. pecuniæ, § actionis verbum, in tit. de verb. & rer. ſign.

PERSECUTIO parit actionem, h.e. perſecutio obligatæ rei adverſus poſſeſſorem ejus, facit actionem hypothecariam cenſeri in rem: accipitur enim parit, ſcilicet, quantum ad cauſam formalem pertinet, nam materia, eſt poſſeſſio obligatæ pignoris, ut docuit in Copia. Old. Pignoris perſecutio in rem parit actionem creditori, Ulp. ait, ff. de pignor. & hypoth. Spieg.

PERSECUTOR, Perſecutores ſunt, qui Græce ἐκδικηταὶ dicuntur & ἔκδικοι quorum munus eſt judicio experiri contra eos, qui aurum, vel pecuniam, vel argentum reipublicæ debent. Ita Budæus (ne quem ſua gloria fraudem) exponit in prior. annot. ad Pandect. Atque hoc modo accipitur, C. in tit. de aur. public. perſecut. Miratur. quid penſi illud habuerit Accurſius, cum perſecutores decoctores eſſe diceret. Anchora.

PERSEIS. Rara eſt admodum apud authores mentio. Perſeidis luci, quem obiter tangit ſanctio Imperatorum Arcadij & Honorij C. in titu. de cupreſſis. Perſeis quidem pro loco legitur apud Suidam. Ait, περὶ ὃ τόπος τινὸς. Pro arbore autem legitur apud Soſomenum hiſtoriographum, lib. 6. Fertur (ait) quod in Hermopoli Thebaide arbor, quæ vocatur Perſeidis, multorum languores ſubegerit, ſi fructus, aut folium, aut pars ejus corticis collo ægrotantium ligaretur. Si de hujuſmodi arbore imperatores ipſi ſenſere, punctis diſtinguenda ſunt verba, id quod & Alciat. ſcribit ad tit. de cupreſſis. Anch.

PERSEQUI eſt actionem ſeu jus ſuum in judicium deducere, idque petere, §. 1. Inſtit. de action. l. Labeo 14. §. fin. de verb. ſig. l. 2. §. non tamen ſi injuriam, ibi, perſequatur, ff. de jud. l. 21. ibi judicio perſequi ff. de reb. cred. Gœdd. ad l. cui præcipua, 57. §. perſequi, n. 1. ff. de verb. ſignific.

PERSEQUENDI verbum, definitione actionis, omnes in univerſum apud judicem poſtulationes complectitur, tam ordinarias, quam extraordinarias, etiam eas, quæ inſtar Actionum obtineat. Veluti Cautiones, Damni infecti, Legatorum, Evictionis, &c. Item Interdicta, & univerſæ officij judicialis expeditiones, continentur ſub appellatione perſequendi. Id enim quod petimus, vel poſtulamus, vel imploramus, noſtro aut alieno nomine, recte dicimus perſequi. Ulp. in l. pecunia, §. perſecutionis, Paul. in l. quibus, §. ult. de verb. ſign. Old.

PERSEQUI videtur & qui ſatis accepit, ait Paul. in d. l. 57. § perſequi, h.e. cui fidejuſſor judicio ſiſti datur eſt, l. 5. § 2. verſ. fidejuſſorem judicio ſiſtendi, verſ. qui non ſit acceptus, l. Julianus, verb. ſatis acceperit, ff. qui ſatiſd. cog. Idcirco mihi maxime placet Alciatus, qui Accurſium in dict. § perſequi reprehendit, quod verbum perſequi pro eo quod eſt conſequi, interpretatur: q.d. Paulus, conſequi eum videtur, qui ejus nomine ſatis accepit, ſeu fidejuſſorem nactus ſit, licet Accurſio adſtipuletur Brechæus, quem ſatis refellit Gœdd. in d. §. perſequi.

PERSEQUI (ut Laurent. Vallen. lib. 5. ait) vel in malam partem, id eſt, inſequor & inſector: vel in bonam, cum perſevero exequi quod agere cœperam, &c. Brechæus in l. cui præcipua, §. perſequi, ff. de verb. & rer. ſign.

PERSEQUI injurias & pœnas, pro ulciſci, apud probatos autores.

PERSEQUI etiã poteſt pro accuſare uſurpari, vocis Græcæ imitatione. Nam διώκω & perſequi, & nonnunquã accuſare ſignificat. ut διώκειν τινὰ γραφὴν τινός, teſte eximio hujus ſæculi ut docto Budæo annotavit in Commentarijs. Cæterum quod ad rem attinet, perſequi eſt rem ſuam mero judicis officio poſtulare. Quare rem (inquit Paulus) amiſiſſe videtur, qui adverſus nullum ejus perſequendi actionem habet, &c. Brechæus l. cui præcipua, §. perſequi, ff. de verb. & rer. ſign. vide eundem in l. creditores, in verb. perſecutione, ff. de verb. & rer. ſign.

PERSEVERANTIA, divortium oſtendit, l. divortium, ff. de divor. & repud.

PERSEVERARE eſt durare, permanere. Si ſervus liber factus in eodem actu perſeveret, l. 37. ff. ad admin. & pericul.

PERSEVERARE apud Ciceronem pro Quint. uſurpatum videtur pro perficere & conſtanter ad finem deducere. Ipſe, inquit, quia turpiſſime ſuſcepiſti, perſeverare & tranſigere non potuiſti. Sic Siſenna. Iidemque perſeveraverunt, uti lex perveniret ad quæſitorem. Prat.

PERSEVERARE in obſtinatione l. diffamari, C. de ing. & man.

PERSISTERE in actione, pro continuare actionem propoſitam, C. quam. & quand. jud. Auth. qui ſemel. (Treb.

PERSOLVERE in totum, & perfecte ſolvere, l. amnem, Cod. d.

PERSONA tam hominem, quam qualitatem hominis & conditionem ſignificat. Hinc perſonalis actio, quæ in perſonam fit, Ulp. haud ineleganter accipit perſonas in l. fundi, de act. empt. pro figuris eminentibus in ædificijs à quarum noſtris aque ſalire ſolent. Extat epiſtola Auth. Codri Urcei ad Ioan. Garzonem Juriſconſ. celebrem, qua ſuper hujus vocabuli propria ſignificatione, quam eleganter diſſerit, lectu profectò digna. Seneca perſonam vocat, cum pro ſe fert aliquis, quod non eſt, ut ſupra ſub dictione Fucum facere, latius indicavimus. Cæterum perſona in criminibus dupliciter conſideratur: & ejus qui fecit, & ejus qui paſſus eſt: ut ex Jureconſ. Placentinus, & ut omnia exacte declarat lib. 6. Perſonæ item appellatione, teſte Alberico, civitas, municipium, caſtrum, collegium, univerſitas, & quodlibet corpus continetur. Spieg.

PERSONA eadem, cenſetur pater & filius Cod. de impub. & aliis ſubſtit. l. fin. Sicut perſona teſtatoris & hæredis. Auth. de jurejur. quod mor. de modo ſui patrim. præſt. Spieg.

PERSONA humilis & abjecta cenſetur ancilla, ejuſque filia, liberta ejuſque filia, ſcenica, ſcenicæ filia, tabernaria, tabernarij vel lenonis aut arenarij filia, aut ea quæ mercimonijs publicè præfuit, ait Imper. in l. 7. C. de inceſt. & inut. nupt.

PERSONA incerta eſt, ut ait Juſtin. de legat. quam incerta opinione teſtator animo ſuo ſubijciebat, &c. Conn. lib. 10. c. 5. n. 5.

PERSONA pacto inſeritur non ut perſonale pactum fiat, ſed ut demonſtretur cum quo pactum ſit factum. Conn. li. 5. c. 4. n. 4.

PERSONA publica, id eſt, tabellio. §. cum autem impubes, In ſtit. de adopt. Spieg.

PERSONÆ appellatio cum hominis appellatione non eſt eadem. Hæc enim quam illa eſt generalior. Homo vocabulum eſt naturæ: perſona juris civilis. Omnis perſona eſt homo, ſed non viciſſim. Inde perſona definitur homo, qui caput habet civile, Vult. ad §. 1. n. 1. Inſt. 3. de jur. perſon.

PERSONÆ atrocior fit injuria, cum magiſtratui, cum parenti, patrono ve fiat. Ulp. l. prætor edixit, ff de injur. & fam. lib. Prat.

PERSONÆ cohærere dicuntur jura quæ perſonas non egrediuntur, eorumque quibus competunt, morte extinguuntur, nec ad hæredes tranſeunt. Briſſ.

PERSONÆ conjunctæ, quorum pertingant gradum. Bart. docet in l. ſed & hæc in princ. ff. de procur. Et ibid. tractat. An nothi, ſpuriique omnino veniant conjunctæ perſonæ. Spieg.

PERSONÆ egregiæ quæ ſint, vide gl. in l. ad perſonas egregias ff. de jurejur. Spieg.

PERSONÆ miſerabiles. Lege, Miſerabilium perſonarum.

PERSONÆ neceſſariæ quæ ſint glo. in l. Imperator Antoninus, ff. de pact. indicat. Spie. Habentur autem perſonarum neceſſariarum numero quæ vel conſanguinitate ut parentes, liberi, & fratres, vel affinitate, ut nurus, vel conjunctiſſimo aliquo vinculo ve patronus liberive ejus conjuncti ſunt: A neceſſitudine, n. quæ cognationem, affinitatem & contubernii quamdam ſignificat, neceſſarij dicti ſunt. Corraſ. Miſcell. li. 4. c. 10. n. 5.

PERSONÆ ſpeciali lege exceptæ, l. patri, in fi. ff. de minorib.

PERSONÆ ſpecioſæ, Vide Spectabiles.

PERSONÆ ſpectabiles, Lege Spectabiles. (Spieg.

PERSONÆ turpitudine notabiles, apud Juriſc. in l. 1. de poſtul.

PERSONÆ ut plurimum cauſæ & rei opponuntur. Tutor perſonæ non rei vel cauſæ datur l. 14. ff. de teſtam. tut.

PERSONALE pactum eſt, cum perſona eximitur à qua non petatur, veluti ne à Lucio Titio petatur, leg. 7. §. pactorum, ff. de pact. Appellant alias Jureconſulti pactum in perſonam conceptum, leg. 21. §. 1. l. 57. §. ult. eod. tit. & pactum quod in perſonam dirigitur, l. 40. eod. Briſſon. Vide ſupra Pactorum alia in rem, alia in perſonam.

PERSONALES actiones, in perſonam ſunt, quibus eum convenimus, qui obligatus eſt nobis ad dandum, vel ad faciendum aliquid & ſemper adverſus eundem locum habent, l. 25. in fi. ff. de oblig. & act. §. 1. Inſt. de action. Eodem ſenſu perſonalia eſſe interdicta dicuntur, quod perſonam ſequantur magis, quàm rem l. 1. § ult. Digeſt. de interdict. Briſſ.

PERSONALES conſtitutiones, quæ in certæ perſonæ gratiam, vel in certam cauſam factæ ſunt, quæ nec ad exemplum trahuntur, l. 1. ff. de conſtit. princip. §. quod princip. Inſtit. de jure natur. Briſſ.

PERSONALIA beneficia, quæ certis perſonis dantur, & cum his extinguuntur, nec ad hæredes eorum tranſeunt, leg. 13. ff. ſol. matr. Briſſ.

PERSONALIA munera, quæ cum corporis labore & animi ſolicitudine ac vigilantia principaliter ſine damno rei familiaris & ſumptu peraguntur, l. ult. ff. de muneribus & honor. Briſſ.

PERSONARUM ſervitutes veluti uſus & uſusfruct. l. 1. ff de ſervitutib. l. 14. §. 1. ff. de alimen. leg. quæ & hominum ſervitutis appellan-

appellantur, l.15.eod.ad diſcrimen earum,quæ prædijs debentur:& perſonales ſeruitutes,l.8.§.1 ff de liberatio.leg Briſſ.

PERSONARUM ſumma diuiſio eſt, quod omnes homines, aut liberi ſunt,aut ſerui, vt in Inſtit.de jur.perſon.in princ.In ſeruorum conditione nulla eſt differentia, in liberis multæ differentiæ ſunt:aut enim ingenui,aut libertini. Alia diuiſio perſonarum hæc eſt: nam quædam perſonæ ſui juris ſunt, quædam alieno juri ſubiectæ. Rurſus earum quæ alieno juri ſunt ſubiectæ: aliæ ſunt in poteſtate parentum, aliæ in poteſtate dominorum,vt in Inſtit.de bis qui ſunt ſui vel alien. jur. in prin. Tertia diuiſio perſonarum eſt:Nam ex his perſonis quæ in poteſtate non ſunt, quædam vel in tutela ſunt,vel in curatione quædam neutro jure tenentur, vt in Inſtitut.de tutel.in princ. Ioan. Bellon.Etymol.

PERSUADERE τῶν μέσων ἐστι. Nam & bonum conſilium quis dando poteſt perſuadere,& malum,l.1.ff.de ſeru.corr. & ibid.Perſuadere plus eſt,quam compelli atque cogi parere. Verum quis perſuaſor delicti habendus ſit, de ejuſque pœna. Bart. diſſerit in leg.non ſolum,§.mandato,ff.de jurejur.Spieg.

PERTICA,eſt linea qua diuiduntur agri autore Seruio Sulpit. vt indicat. Feſt. Ea vero eſt longitudinis decem pedum ſeu duorum paſſuum: vnde & decempeda dicta eſt: & qui eo menſuræ genere demetitur,decempedator.

PERTICA in l.pali.168.de verbor.ſignific. ſpecialius vocabulum eſt quam palus,pertinetque ad ſolas vites,quibus adhibetur ad eas ſtatuminandas: Et eſt baculus oblongus ſiue teres. Halicarnaſſæo dicitur χάραξ ſitque non tantum ex ſalice,ſed quandoque etiam ex arundineto neceſſitatis cauſa, vt videre eſt in l.9.circa fin & duab. ſeq. de vſuſr.junctis ijs quæ tradit. Gœdd. ad l.50. de verb. ſignif.Varr.lib.3.de re ruſt.c.3.Columell.lib.4. cap.31. Hinc perticalis ſalix & ſalictum perticale dicitur: ille ager, ex quo ſucciduntur perticæ ſeu pedamenta vitium, qui aliàs vicinalis vocari ſolet. Hinc vitis perticata, quæ pedata, ſeu eo modo ſuffulta Gœdd.ad lib.168.

PERTICÆ quibus araneæ deterguntur, inſtrumenta ſunt domus l.quæſitum,§.canales,ff.de inſtruct.& inſtrum.legat.Spieg.

PERTINACIA Perſeuerantiæ finitima eſt, inquit Cicero & in bonum & malum accipitur. Hinc Pertinacia, h.e. obſtinatio, hæreticum hominem facit l.nullus,C.de ſum.trin.Spieg.

PERTINAX contentio dicitur, cum neuter æqualium, alteri vult inferior videri Spieg.

PERTINENTES articuli in materia probationum ſunt, qui vel directo, vel leui ſaltem præſumptione cauſam adjuuant, Weſemb.in paratit.de probat. n.7. Gail.1.obſ.81.nu.4. & 8. Bald. in l.18.Cod.de teſtibus n.6. per l.33.ff.de acq.hæred.l.46.§.3.de procur. Bart.& Sich.ad l.penult.§. quod obſeruari, C.de jurejur.propter cal.dand Nou.49 cap.3. Hieron. Treuil volum.1. Diſputationum in Pandectas diſput. 4.theſ.4. litera b.vide & paulò poſt pertinentia in materia teſtium.

PERTINENTIA, acceſſiones, vel acceſſoria, eandem habent feſte Old.ſignificationem, complectuntur autem omnia illa, quæ vel ſcripta lege,vel conſuetudine,vel ſpeciali ſtatuto deſignata receptave in hoc ſunt, vt alicui rei extrinſecus accedant,c. 1.de cenſibus,c.cum contingat,de decim.ſicut enim fructus ex re ipſa prouenjunt,ſic pertinentia adijciuntur rei.Spieg.

PERTINENTIA in materia teſtium, dicuntur, ſiue declarationem reſpiciant, ſiue connexa articulis ſint arg. l.1. ff. juriſd. om. jud.Idem, ſi eorum appendices ſint, l.ſi quis hæres, de uſt. hæred.& qualitercunque pertineant, etiamſi leuiter, ſatis eſt, c.quoniam:vbi Bald.de teſt. Vt quia modice adminiculentur, l.ad probationem:vbi Bald.C.de probat.Spieg.

PERTINERE verbum latiſſimam habet ſignificationem. Prat. ſignificat eam rem,quæ jure dominij, aut quaſi, vel ſeruitutis noſtra eſt: deinde quæ poſſeſſionis jure: tertiò quæ jure obligationis: quartò quæ jure intereſſe non aſſiciunt, per text. in l.verbum,181.de verb.ſign.l.ſi poſtulauerit,27.§.1.ff. ad l.Iul.l. qu.115.eod.tit.l.1.ff. de tab.exhib.l. bona fides,depoſ.l. ſi ita ſit ſcript. 45.§. 1.ff. de leg.2.l.4.l.ſi quis,6.§. ex hoc edicto §. ſeq. l.quædam,9 §.fi.ff.de edend.l.1.§.1.l. ſciendum,19.§.deinde ff. de ædil. edict. l.7. l.8. de jurejur.l.1.§.prodeſt, § ſi aliter l.2.§. 1.quor.legat.leg.3. l.ſi ſine 22.§.ſi in ſtipulationem,l.ſeq.§ rem ratam haber. reg.§.1.de inſpiciendo §.quamuis,ff. de ventr inſpiciend.l.prætor.ait,ff de cloac.l.prætor.9.in pr §.bis verbis, de reb.autn judic.poſſid. Vide Gœdd.in l.ſciendum 70.§ ſi de verb. ſign. Pertinere igitur verbum pro re ſubiecta reſtringendum eſſe conſtat ex iam d legib. & ex d l.verbum illud 181.de verb.ſign inter quam legem & l.ſciendum 70 §. ſi de verb.ſign. nulla eſt pugna ſi diuerſam ſingulorum reſponſorum quæſtionem & accommodationem ſiue originis repetitionem, quia inter ſe contulerit: nam in d.l. ſciendum §.fin.agitur de interpretatione ſtipulationis, rem ratam haberi, id opus demoliri, &c. ad quem ea res pertinet: ſed in d.l. verbum illud, quæſtio eſt an is recte agendo dicat rem ad ſe pertinere, cujus dominus non eſt,ſed ſolummodo jus in jure obligationis aut intereſſe vel poſſeſſionis prætendat, vel ſi creditor ſit, qui pignus vindicet,vel contraria actione agat,vel rem ob impenſas retineat; Quod ad primam quæſtionem attinet, quis ille ſit ad quem res illa pertineat, recte reſpondetur eum eſſe, qui nunc rem poſſidet vel dominus eſt,ac defendit, itemque vniuerſalis ejus ſucceſſor, non etiam particularis. Ad illum enim propria hæc obligatio jure vniuerſitatis tranſit leg.24. de verb. ſign.ad hunc minime. Ad ſecundam quæſtionem, quid illud ſit, cur quis recte dicat ad ſe rem pertinere: recte cum Pompeio reſpondemus in d.l. verbum illud, 181.id non ſolum eſſe jus dominij vel quaſi, verum etiam poſſeſſionis,& quod poſſit ratione obligationis, aut conuentionis actoris intereſſe: ob hanc (inquam) cauſam recte quis dicit ad ſe pertinere. Rem exemplis declarabimus. Ædiles in l.ff.de ædil edict pollicentur emptori omnibuſque ad quos ea res pertinet judicium. Si quæras qui illi ſint,ad quos res illa pertinet,reſpondebo per d.l.ſciendum 70.§.ſi. ipſum emptorem ejuſque vniuerſalem hæredem bonorumque poſſeſſorem,atque ita in l ſciendum, 19.§.deinde ff.de ædil.edict. exponitur. Si quæras, an & cur ad emptorem ejuſque ſucceſſorem res pertineat,ex d.l.verbum illud reſpondetur, quia res vendita emptoris ejuſque ſucceſſoris fieri debebat jure obligationis vt in dominium haberet, vel certe vſucaperet,l.1.l.3.ff.de action. empt. Res autem vitioſa, morboſa, aut inutilis data eſt. Iure igitur obligationis ad eos hæc res, hac cauſa circumuentionis pertinet, vt ex principio d.l.1.§ 1. & ſeqq. l.4. l.5. l a.l.18. d.l.19. & tot.tit. de ædil. edicto notum ſit. Idem de euictionis ſtipulatione affirmandum eſt, ſi quæratur,an ad aliquem pertineat, videndum eſt an is ſit, in quem obligationis vigore dominium vſucapiendive facultas transferri debeat: hic ſane cauſa eſt cur dicat ad ſe pertinere obligationem & jus empti venditi:quod autē hæc cauſa ad ſe pertineat,oſtēdit vel eo ipſo quod ipſemet emit,vel quod emptori in vniuerſum ſucceſſit l.1. l.8. l.9. l.euicta, 16.l ſed etſi 33.l. ſi emptori, 30.ff. de euict. Prætor interdicto jubet tabulas exhiberi quas quis ad cauſā teſtamenti ſui pertinēres reliquit l.2. ff.de tab. exhib. Cauſa cur pertineant, eſt intereſſe ejus qui exhiberi petit,qui ad teſtamentum,quo hæres inſtitutus vel legato honoratus eſt,faciunt:vt autē ex numero illorum ſit quibus hoc jus interdicti competat, neceſſe eſt, ipſemet hæres aut legatarius,vel heredis legatarijve vniuerſalis ſucceſſor exiſtat, l.3.§. ſi.ff. de tab. exhib. Idem eſt in editione rationum inſtrumētorum, in l.4.l.6.§.ex hoc edicto l.9 in fi.ff.ad exhib.Gœd. in comm. ad l.verbum illud pertinere.n.1.s. ff.de verb.ſign.

IS AD QUAM EA RES PERTINET: Hæc verba in prætorijs edictis, & in ſtipulationibus variam habent interpretationem. Quandoque ſic intelliguntur, vt qui in vniuerſum dominium jure ciuili vel prætorio ſucceſſerint, contineantur, l.70. ff.de verb.ſig. vnde in l.53.ff.de oblig. & act.cum adjicitur. Eive ad quem ea res pertinebit, & adrogati, & eorum,qui jure nobis ſuccedunt, perſonas comprehendimus. Iiſdem verbis hæredes & bonorum poſſeſſores & cæteri ſucceſſores demonſtrantur in leg.1.§ prodeſt,& §.ſi aliter.& l.2.§ 1.ff. quorum legator. Eodemque modo & in l 40.ff.ſi cert per. & l.33. §. pater emancipato,ff.de legat. lib.3. hæc verba accipimus.Sed & in edicto de jureiurando, & in actione de rato non eos tantum, qui in ius vniuerſum, ſed & qui in rem ſucceſſerint, ea verba complectuntur, l.7.& l.8 ff.de iureiur.l.22.§.in ſtipulatione, l.23.ff. rem rat. hab. in edicto vero de ventre inſpiciendo, eos continent, quorum intereſt partum non edi, vel totam habituros hæreditatem, vel partem eius, ſiue ab inteſtato ſiue ex teſtamento. Denique quos proxima ſpes ſucceſſionis contingit, l. 1.§.de inſpiciendo, & §.quamuis & §.denunciari, ff.de ventre inſpic. His edicti de procuratoribus verbis, Ratum habere eum,ad quem ea res pertinet, dominus ſārum continetur, non etiam creditores, l.33. §.ait prætor,l.39.§.alieno.& §.quæritur, de procuratoribus In edicto de bonis auctor. iudicum poſſidendis,iiſdem verbis etiam curator bonis diſtrahendis datis & ipſemet debitor ſi contigerit, vt eius bona veneant continebitur,l.9.in princ.& §.bis verbis,ff.de bon.auct.iud.Plenius vero in lege Iulia de adulteriis hæc verba accipiuntur, vt bonæ fidei emptores, & fructuarii, & qui pignori acceperunt, & omnes, quorum intereſt comprehendantur,l.27.ff.ad l.Iul.de adult.Hæc eadem verba in ſatiſdatione, quæ ab adrogatore præſtari debet,non hæredes duntaxar legitimos ſed & ſubſtitutos, & eos quibus libertates datæ vel legata relicta ſunt, complectuntur, l.18.l.19.ff.de adopt Briſſ.

PERTINERE etiā ad conſtitutiones, ad reſcriptum, ad edictum, ad leg. ad Senatuſconſultum dicitur quod edicti, legis, SCti, verbis vel mente & ſententia continetur. Non videri literas ad conſtitutionem pertinere leg 38.ff.de liber. cauſ. Briſſ.

PERTINERE hæreditas dicitur, quæ delata eſt, nondum tamen acquiſita vel repudiata: Vt pertinere legatum, quod delatum eſt, licet dies eius nondum ceſſerit, l.45. §.1. de leg 2. vbi male Accurſ.pertinere procedere diem Sic pertinere res empta,licet nondum tradita ſit, l.ſi ager. ff. de rei vind. Cuiacius ad African.tract.4.fol.48.

PERTINERE videntur rationes, quod ad verba edicti de dendo attinet,ſi eas argentarius actore vel procuratore eius man-

dante tractauerit: Pertinere quoque videtur ad procuratorem ratio, quam cum domino habet. Ad nos quoque pertinet non tantum eam ipſi contraximus, vel ſucceſſimus ei, qui contraxit: ſed etiam ſi is, qui in noſtra poteſtate eſt, contraxit, l.4. in princ. l.6 §. ex hoc edicto l.9. in fin. ff. de eod. Briſſ.

PERTINERE ad teſtamentum codicilli dicuntur, qui ex eo pendent, & ejus jus ſequuntur, vireſq; ex eo capiunt, leg.16. & leg.1. C. de codicill.

PERTINET, Vlpian. de cloac. l. prætor ait, Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus ejus in ſuas pertinet, qua de re agitur purgare reficere liceat, vim fieri veto. Quod ait Prætor, Pertinet: hoc ſignificat, quod ex ædibus ejus in ſuas ædes pertinet, hoc eſt, dirigitur, extenditur, peruenit. Spieg.

PERTVRBATIONES, Græcis appellantur [illegible], id eſt, verbum è verbo, morbi. Sed in conſuetudinem Latini ſermonis non cadit, quo omnes hujuſmodi præter rationem concitati motus, perturbationes nominantur, quibus nullus ſtultus caret. Ex qua ſimilitudine Græcæ linguæ ducti Latini omnes inſipientes ſtultos & inſanos vocauerunt, propterea quod in perturbato animo ſicut in corpore male conſtituto ſanitas non ſit, &c. Connan. lib.9. c.4. num.10.

PERVELLERE jus, pro de jure noſtro obtrectare, vt inquit Budæus citans Tullij locum è primo libro de Orat. Spieg.

PERVENIRE eſt itinere confecto locum deſtinatum contingere, iter fuiſſe videtur viri cauſa, cum vxor ad maritum peruenit, l.pen. ff. de donat. inter vir.

PERVENISSE proprie dicitur quod eſt remanſurum, l.71. ff. de verbo. ſignif. & quod deductis oneribus ad aliquem peruenit, l.16. §.1. ff. ad Trebell. Verbum enim peruenire cum effectu accipiendum eſt, l.164. §. vlt. ff. de verbor. ſign. proinde in Senatuſconſulto circa petitionem hæreditatis facto, peruéniſſe ea intelliguntur quibus poſſeſſor locupletior factus eſt, quæque in ea cauſa manent, nec ſunt reſtituta. Quod ſi pretium rerum hæreditariarum acceptum, vel perdiderit, vel conſumpſerit, vel donauerit, peruéniſſe non videbitur. l.21. §. item placere, & §. bonæ fidei, ff. de petit. hæred. In ſtipulatione quoque emptæ hæreditatis (quæ ita concipitur, Quanta pecunia ad te ex hæreditate peruenerit, leg.50. ff. de verb. oblig.) quod legatorum, vel æris alieni, vel cujus alterius oneris hæreditarij nomine erogatum eſt, peruéniſſe non videtur. Peruéniſſe vtique antequam corpora rerum hæreditariarum venditor nactus ſit, eatenus videtur, quatenus mandare poteſt earum rerum perſecutionem, actioneſque præſtare. At vbi corpora nactus eſt, plenius peruéniſſe videtur. Nec tantum ſi nactus ſit, ſed & ſi dolo malo id egerit, ne ad eum perueneri, peruéniſſe exiſtimabitur: veluti ſi alienauerit, aut accepto quem liberauerit, aut dolo malo id egerit, ne quid hæreditati acquireretur. Quæ omnia ſuſiſſime explicantur in l.2. cum ſuis §§. ff. de hæred. vend. In eo legis Juliæ capite, quo maritus quidquid ad eum ex bonis liberti peruenerit, reſtituere jubetur, peruéniſſe accipimus, ſiue jam exegerit, ſiue exigere poſſit, quia actio ei delata eſt, l.4. §.1 ff. ſolut. matrim. Quæ interpretatio etiam in ſpecie l.23. ff. de act. empt. facienda eſt. Briſſ.

Hoc legato, QVANTA PECVNIA AD ME EX HÆREDITATE TITII PERVENIT TANTVM DATO, id continetur, quod ex ea hæreditate acceptum in tabulas ſuas teſtator retulerit, cautione à legatario præſtanda, ſi quid forte poſtea ejus hæreditatis nomine hæres damnetur. Nec enim poteſt videri ad eum peruéniſſe, quod ejus hæreditatis nomine præſtaturus eſt. l.23. §. cum ita legatur, ff de leg.3. Plane cum Prætor actionem in aliquem dat de eo quod ad eum peruenit, veluti in heredes ex defuncti delicto dolóve, in municipes ex dolo eorum, qui res ciuitatis adminiſtrant in dominum ex dolo procuratoris: ſufficit, ſi vel momento ad eum peruenerit ex dolo defuncti, l.70 ff. de diuerſ. regul. l.5. ff. de calumniatoribus, l.1. §. vlt. l.3 & l.9 ff. de vi & vi arm. l.16. §.1. & §. penult. l.18. in fin. l.27 ff. de dolo, l.17 leg.19. ff. quod met. cauſ. In his enim cauſis ſatis eſt ſemel peruéniſſe, vt de eo perpetuo in hæredes actio competat: & ſi conſumpto eo quod peruenerit, hæres deceſſerit, in hæredem ejus omnimodo actio datur. Re etiam ſemel in pecuniam aliamve rem conuerſa, vltra non quærimus, quis exitus ſit, l.17. l.18 ff quod met. cauſ. Peruéniſſe autem intelligitur id quo locupletior facta eſt hæreditas, vel quod in corpus patrimonij ſit verſum, vt certum ſit ad hæredem peruenturum. Idem eſt & ſi debitor liberatus vel pecunia accepto lata ſit, vel dolo malo hæredis factum, quo minus eo hæreditas augeretur, l.7 & l.18. l.19. ff. de dolo, & leg.20. ff. quod met. cauſ. Quantum autem peruenerit, litis conteſtatæ tempus ſpectabitur. Cæterum qui rogatus eſt, quod ad ſe ex hæreditate boniſve peruenerit cum morietur reſtituere, fructus quos viuus percepit, item quæ fructuum vice ſunt, niſi alia teſtatoris mens appareat, non reſtituet, l.81. ff. de leg. lib.4. l.3. §. cum Pollidius, ff. de vſur. Briſſ.

PERVENISSE ad nos recte dicitur, quod per nos ad alium peruenit, vt in exemplo l.173. ff. de verb. ſign.

PERVENISSE, dicitur nonnunquam quod remanſurum non eſt, l. videamus §.1. ff quod met. cauſ. Peruéniſſe ad hæredem, vt accipiendum ſit, declaratur in l. hæredem, ff. de dolo, & ſequ. adde l. verum autem, ff. de pet. hæred. A me autem peruéniſſe quid dicatur. Alc. in comment. de verb. ſign. explicat. Spieg.

PERVENIT, verbum cum effectu accipiendum eſt, & continet id quod durat, l. verum, ff. de pet. hæred.

PERVERSVS, ait Valla, dicitur qui verſatur in malo, & à bono verſus eſt. Spieg.

PERVERSI judices, qui vel corruptela, vel ira, vel alio affectu ab officio deflectunt, apud Imp. Conſtantinum. Cod. de exact. tribut. l.2. Vel à peruerſis, vel iniquis judicib. Prat.

PERVERTERIT, pro ſubuerterit. Martian. in l.2. de Falſ. Is qui peruerterit viui teſtamentum, Legis Corneliæ pœna tenetur. Sic in Verr. Cicero. Peruertere vectigalia dixit. Spieg.

PERVICACIA, eſt intentio bonarum rerum. Pertinax quis dicatur, tradit Bart. in leg.3 §. tutores, qui repertorium, ff. de ſuſpect. tut. Spieg.

PERVICACITER, eſt obſtinato animo, contumaciter, l.3 §. qui pecuniam ff de ſuſpect. tut.

PES, non eſt vltima tantum pars corporis, vt dicit gl. in Rub. C. de Pedan. Jud. ſed dicitur id totum, quod eſt à femore ad calcem Spieg. Eſt & menſura quindecim digitorum, gloſſ. in cap. ſicut 17. qu. 4. & omnes juris interpretes ſequuntur. Corraſius in Rubr. ff. de ſeru. ruſtic. præd. num.109.

PES, quatenus eſt as & pondo (nam alias proprie eſt membrum quo calcamus & incedimus [illegible], id eſt, à calcando) in 12. vncias partitur, &c. Brechæus in l. mille paſſus, ff. de ver. & rer ſign. quem vide ibi de ſex paſſuum diſcriminib.

PES in naui, ima pars eſt veli, id eſt, imus angulus: alij funem accipiunt, quo velum tenditur: inde facere pedem, pro vela tendere dixit Maro qua forma vela facere dicimus. Vna omnes facere pedem. Duo autem pedes ſunt, dexter & ſiniſter Catullus, ſiue vtrumque Jupiter ſimul ſecundus incidiſſet in pedem. Sed & proferre pedem eſt funibus, & vt Seruius loquitur, podijs, imum veli minus adducere ſed laxius eſt finere & longius producere, nam pede velum tenditur aut potius vtramque partem veli æquatam, non pati eſſe, quod fit altero fune reducto altero producto: atque ita obliquatur veli ſinus. Cæcilius venerto curſu veli prolato pede vſque ad ſiphonem. Plinius libro 2. ijſdem autem ventis in contrarium nauigatur prolatis pedibus, vt noctu pleranque aduerſa vela concurrant. Nam prolato fune & ſinu veli obliquato, ſic colligitur ventos, vt aduerſæ naues eodem vento inflatæ poſſint concurrere. Hæc Turneb. aduerſ. lib.20. c.5.

PESSVM dat, pedibus percurrit, nouè dixit Paulus, cum in edicto Ædilitio, Bouem inquit, qui corruperit vitioſum, item mulas quæ peſſum dant autor Alciat. Ceſſim eunt, habet text. Notio Alij, Peſſum dant Spieg.

PESTIBILIS ſeu peſtilis fundus, apud Impp. Diocleti. & Maximi. vt ipſi exponunt, peſtibiles herbas, vel lethiferas habens. leg. penult. C. de ædil. actione.

PESTIBVLÆ, ſunt natricum ſerpentiumque peſtes, vt loquitur Columel. conficto nomine ex peſte, vt nauſtibuli ex naui, autore Feſto, Goth. in notis ad d. l. penult.

PESTILENS cœlum, ſalubri opponitur, l.1. §.1. de cloac. Sp.

PESTILENS fundus, l.48. ff. de ædil. edict. l. penultim. ff. de reb. eor. Cui adde l.20. §.1. ff locat. in qua fit mentio ſaltus, in quo herba mala naſcitur. Poteſt & eſſe odore fœdo locus peſtilentioſus, vt traditur in l.2 §. idem Nerua, ff. ne quid in loco publ. Briſſon & Goedd. ad l.86. n.3. de verb ſign.

[illegible] ſunt bractearij, ſeu bracteatores, [illegible] enim ſignificat bracteam ſeu folium. Horum fit mentio in l.1. C. de excuſ. art. Vide Bractearij. Prat.

PETERE verbum, quoties agitur de obligatione inducenda, pro ſimplici interpellatione accipitur, l. ſi decem, de verb. oblig. l. item §. petitam, de pet. hæred. ita quum ad judicium particulare refertur, poſt litem conteſtatam intelligitur l. amplius ff. rem rat. hab. Spieg.

PETERE, pro nancisci honorem, vel ſacerdotium, nunquam lege Rom. prohibitum fuit, ſed contra leges de ambitu latas petere, id demum erat vetitum. Vide Modeſtin. eod. tit. Spieg.

Non Petere, aliqua videtur differentia. An quis promiſit non petere, an deſiſtere à lite, & ex parte ſua adimplere, l. deſtitiſſe, ff. de jud. Spieg.

PETERE hæreditatem, id eſt ſuam eſſe intendere, l.9. l.10. ff. de pet. hæred. Et petere pro vindicare, l. vnic. § pen. ff. de remiſſ. Et petere rem noſtram eſſe, l.6 ff. de rei vind. l.42. ff. de liber. cauſ. l.11. § ſi quis autem l.22. §. ſi Stichum & §. ſi fundum C. de except. rei jud. §. certe Inſt. de rer. diuiſ. Prat.

PETERE, vt plurimum, in libris noſtris per judicem petere ſignificat. Et ideo amplius petitum non eſſe ita Labeo recte accipiebat, ſi judicio petitum non eſſet: nec ante committi putabat cautionem amplius non peti, quam judicium acceptum eſſet, leg.15. ff. rem rat. hab. Quomodo exemplo petendi & petitionis verba interpretanda cenſeo in leg.57. ff. de ſolution.

l.4. ff. de

l.4. ff. de except. adhibita, l.47. ff. de ſolutionibus, l.28. §. ſed ſi ſtipulatur, ff. de pact. conjuncta l.112. ff. de verb. oblig. Briſſ.

PETERE & in ſeruitutem & in libertatem & dicimus l. 15. ff. de injur. l 30. ff. de bon. libert. leg. 59. & leg 90 ff. de liber. caſſ. In eo autem quod ſeruitus à bonorum poſſeſſione contra tabulas libertorum repellit eos, qui in ſeruitutem eos petierint, In ſeruitutem petiiſſe videntur, non qui ei, qui in poſſeſſione erat ſeruitutis, petenti ſe in libertatem contradixerunt, ſed qui ex libertate petierunt in ſeruitutem, vel quid aliud petierunt quod in eo habere, niſi ſeruus ſit, non poſſint, l.14. & l.16. ff. de bon libert. l.33. §. penult. ff. de fideicomm. libert. Briſſ.

PETERE videtur, qui & compenſat, l. amplius, ff. rem rat. hab. Pr.

PETERE ſecretum, id eſt, ſecedere in aliquem locum ſecretum.

PETERE pœnas ab aliquo, quod & exigere dicitur.

PETI dicuntur, quibus oculi leniter declinantur, & cum venuſtate. Vnde etiam Veneri petos attribuūt oculos: quod vitium quidem ſit, ſed non aſpernabile, non inamabile. Rhodi.

PETI, agi, vendicari, ad officium judicis referuntur: qua de re diffuſius diſputat. Alc. Paterg lib.2 c.10.

PETITA veteres dixere pro petitionibus ſicut indicta & æſtimata & nota Suidas, [Greek, illegible]. Cujac. ad Rubr. C. de petit. bonor. ſoblat. lib. 10.

PETITIO, pro actione priuata, apud Quintil. libr. 4. c. 4. Et pro impetitione, & aggreſſu gladiorum, à Cic. vſurpatur in Oratore perfecto, teſte Budæo, Spieg.

PETITIO, intentio actoris, in rem tantum actionem continens, l. pecuniæ, §. 1. ff. de verb. ſignif. l. actio. de act. obligat. Adde Brechæum d. l. pecuniæ, §. actionis verbum, tit. eod.

PETITIO hæreditatis in rem actio eſt, qua hæreditatem vel totam, vel pro parte, vel corpore hæreditario ab eo vindicamus, qui vel pro hærede vel pro poſſeſſore tenet, l.23. §. petitio, ff. de petit. hæred. l.28 §. ed & is qui, ff. de rei vindic.

PETITIONIS verbo in rem actiones ſignificantur, l. 178. actionis, ff. de verbor. ſign. l.27. ff. de oblig. actio. & dicitur petitio, quaſi per certum [illegible] ab aduerſario, qui nullo jure mihi obligatus eſt directe non per [illegible], ſed per tertium, videlicet per judicem, ab eo [illegible] contendo Eaque ratione interdum ab actione ſeparatur, quæ plerumque perſonalem actionem ſignificat, l.10. ff. ad Macedo l 10 ff. de acceptilatio. l.24. ff. rem rat. hab. l.49. ff. de verbor. ſignif Briſſon. & Vult. ad 5. numer. 59. Inſt. de act.

PETITIO hæreditatis quo jure, quibuſve competat, declarant Iuriſcoſſ. tit. de petit. hæred. Compendioſe, ſed exacte, quæ huc ſpectant, Placentinus pertractat tit. 3. lib de rei vindic. Obſeruandum autem, quod petitio hæreditatis tam in actione de Petitione hæred. quam de bonor. poſſeſſoria hæred. per. aliquanto laxius non proprie pro hæreditate, ſed pro declaratione hæreditatij juris, qua actor. intēdit ſuas eſſe res à teſtatore relictas, vſurpetur, l. licet minime, ff de pet. hæt quod & Bar. animadvertiſſe in l 3. de bon. poſſ. Old. refert claſſ. 5. Act. 6. Spieg Prat.

PETITIO hæreditatis venit aut ex vetere jure, aut novo. Vetere ex l.12. Tab. vel ex Teſtamento, quod jure factum eſt. Nouo jure, cum ad hæreditatem vocantur hæredes & Senatuſconſulto, aut ex conſtitutionibus, l.1 & 3. ff. de per. hæred. Eſt autem petitio hæreditatis poſſeſſoria, quæ competit bonorum poſſeſſoribus, de jure prætorio, de qua in titul. de poſſeſſ hæred. per. Eſt & fideicommiſſaria, quæ datur his quibus reſtituta eſt hæreditas, de qua tractatur in tit. de fideicom. hæred. petit. Ioan. Bello. Etymol. Item.

PETITIO quædam eſt ſpecialis, quædam generalis, & quædam indefinita not. gl in c. 1. ext de tranſact. In Bello. Etymol. Hinc.

PETIT is quoque qui id quod non debetur petit, Gœdd. ad l. 82. de verb. ſignif. n 1.

PETITORIUM dicitur, quando quis petit rē pure & ſimpliciter. not. per doct. Cle. 1. de ſenten. & de re judic. Io. Bello. Etymol.

PETITOR appellatur actor quilibet, l.1. ff. de judic.

PETITOR, qui petit & litem intendit Cic. pro Cecio. Etenim ſi Prætoris qui judicia dat, nunquam petitori præſtituit, qua actione illum vti velit. Sed eſt reperire, vbi pro poſtulatore tantum accipitur, vt in leg. ſi autem, §. homo, ff. de rei vind. proprie vero intelligitur à lite conteſtata, l. amplius, ff. rem, rat. hab. l. ſi bonæ fidei poſſeſſor ff de pet. hæred. Spieg.

PETITOR & actor differunt. Actor, eſt, qui agit in perſonams petitor, qui agit in rem. Cujac. obſeru. lib. 7. c. 26.

PETITORIS partes ſuſtinere & petitoris partibus fungi dicitur, cui probatio incumbit, quique de ſuo jure probare neceſſe habet, l. 7. §. vlt. ff. de liber. cauſ. l.13. ff. de oper. nou. nun. l. vlt ff. ſi libert. ingen. l.35. ff. de acquir. poſſ. l. 8. §. ſed ſi quæratur, ff. ſeruit. vind. l.18. l.19 ff de probat. & hæc ſunt onera petitoris, l.12. ff. de jud. l.25. ff. de rei vind. l.1. §. inter, ff. vti poſſid. Briſſ.

PETITORIO judicio dominium rei perpetuum perſequimur: Poſſeſſorio intendimus de poſſeſſione vel ad adipiſcenda, vel retinenda, vel recuperando gloſ. in l. fin. C. qui leg. perſon. Satius tamen eſt poſſeſſorio quam petitorio agere, l. is qui deſtinavit, vbi Bart. ff. de rei vind. Spieg.

PETITORIUM judicium eſt, quo res vindicatur, Cujas in l.36 ff de rei vindic. Qui petitorio, inquit, judicio vtitur, ne fruſtra experiatur, requirere debet, an is cum quo inſtituit actionem poſſeſſor ſit. Hot. Prat.

PETO pro repeto, gloſſ & Bart. in rub. ff. de ſolut. matr l. petenti ff. de pign. act Alioqui verbum eſt lattiſſimum, l. actio. in perſonam. ff. de action. & oblig. Nonnunquam per conſequentiam reſtringimur, l. amplius, ff. de hæred. cum ſimilib. Spieg.

PETO, precatiuum verbum eſt, & fideicommiſſis proprie conuenit, Vlp. tit. 26. Regular. tradit.

PETORITUM, vehiculum fuit Gallicum, quatuor rotarum, quod Varro. in lib. de ling lat. ab Hiſpanis initio luctum refert, & in conſuetudinem ſuo & Ciceronis tempore veniſſe. Erat autem ejus formæ, qua noſtra ætate Principum, Italiæ præſertim mulieres vehuntur, compactum ita & libratum, vt conſidentes in puluinis, in ære ſuſpendi agitatæ videantur ex Corſio lib. 5. Miſc. cap. 20. num. 15.

PETRUS Ancharanus ICtus nobilis Bononiæ ortus, Baldi diſcipulus, patria in vrbe jus ciuile profeſſus eſt circiter annum 1480. quo tempore Bartholomæus Salicetus eodem in gymnaſio florebat. Prat. ex Hotom.

PETRUS Bellipertius ICtus nobilis, patria Borgūdus, Bononiæ jus ciuile profeſſus eſt circiter annum 1300. cumq; non pauca de jure volumina reliquiſſet Ibid. mortuus eſt. Prat. ex Hot.

PETRONIA lege continebatur, vt qui jure viri adulterium non peregiſſet, nunquam poſtea ad hoc crimen deferendum admitteretur, l.16. C. ad Iul. de adult. Lege etiam Petronia dominis facultatem ademptam ſuo arbitrio ſeruos ad beſtias depugnandas tradendi Modeſtin ſcribit in l.11. §. vlt ff ad l. Cornel. de ſicar. Refertur & alia legis cujuſdam Petroniæ ſententia in l.24. ff. de manumiſſ. vind. Briſſ.

PETRAM eſſe alius Gallus definiebat, qui locus dextra ac ſiniſtra fornicem expletorus aquæ ad libramentum ſuum fornicis. Quæ ſignificatio rara eſt Briſſ Prat.

PETULANTIAM, pro improbiore facto, *Ein mut Vvillige that.* Claudian. violentiæ opponere videtur, in l. aut facta, §. qualitate, ff. de furt. Accurſius pro contumacia exponit, ſed perperam. Spieg.

PEXÆ veſtes, quæ in ſuperficie quaſdam veluti lanoſas exuberantias præ ſe ferunt. Proinde pexa veſtis ſiue noua ſit, ſiue vetus ſiue vilis, ſiue precioſa, certe lanea eſt: Vide Eraſ. in vita D. Hieronymi paulò ante finem. Spieg.

P H.

PHALARICA, genus machinæ bellicæ nempe velut ingens haſta ferro præmunita, quæ neruis tortilibus magno impetu mittebatur. Eraſm.

PHANATICUS. Lege Fanaticus.

Φαντάσμα & Φάντασμα eſt viſio & animi conceptus, ſeu ipſa viſionis imagnatio & cupiditas; ducit enim à verbo φαντάζομαι, quod imaginor & perſpicio eſt Gœdd. ad l. 38. n. 7. de verb. ſign.

PHARMACUM medium verbum, quod pro veneno, & pro medicamento accipi poteſt: Vnde Cajus Iuriſconſ. Qui pharmacum dicit, debet addere, bonum, vel malum. Spieg. Adde Brechæum in l qui venenum, in tit. de verb. & rer. ſign.

PHASIANARIUS, qui phaſianos paſcit. Paul. Iuriſconſ. Phaſianarij autem & paſtoris anſerum, non continentur Spieg.

Φάσμα, Latine viſum, ſpectrum, imaginationem atque illuſionem appellamus, eo quod nobis vel dormientibus & noctu, vel vigilantibus, & interdio, aliquid apparet, ac veluti oculis noſtris ſeſe objicit, παρὰ τὸ φαίνεσθαι quod apparere ſignificat. Etenim apud Græcos hæc verba φαίνομαι, φαντάζομαι, [Greek, illegible] imaginari, apparere, & perſpicuum eſſe ſignificant. Brechæus in l. oſtentum, in tit. de verb. & rer. ſign.

Φθάνειν apud Græcos ſemper ſignificat vel negare vel prohibere: Polyb. lib. 6. loquens de de captiuis Cannenſibus, [Greek, illegible]

Φεναχισμὸς impoſtura: φενακίζειν, imponere, à φενάκη, adulterina coma Goth. ad l. 4. §. 2. de ædil. edict.

Φέρνη dos, ἀντίφερνα, dotis compenſatio, Goth. ad l. 20. in princ. C. de donat. ante nupt.

PHIBIONITÆ, hæretici quorum meminit Goth. ad l. 5. in princ. C. de hæret.

PHILANTROPIUM, Vlp. vſurpat. in l. 2. ff. de proxenet, pro φιλανθρώπια & φιλανθρώπιον, id eſt, liberalitas, munificentia. Idem dico, inquit, & ſi aliquid philanthropij nomine acceperit. De proxeneta, loquitur, qui ſi mercedis aliquid pro opera ſua receperit, ex conducto non tenetur. Hotom.

PHILARCHUM Iohannes Nouel. 102. perite Ducem Sarracenorum interpretatur, quos ex fœderatis Romano nomine fuiſſe conſtat. Sext. Ruffus, philarchi Sarracenorum in Oſroene ceſſere ſupelari Iornandes in Oſroene Sarracenorum Philarchi deuicti Romanis ſe dediderunt. Cujac. in expoſit. Nou. Iuſtin. 22. de ſecund. nupt.

Φιλοσοφία, amor ſapientiæ, & φιλόσοφος, amicus ſapientiæ: cujus contrarium eſt, ἀφιλοσοφία, qua ſapientiam quis & rationes aduerſatur. Viues Speuſippum citat. Spieg.

Φιλικὸν, id eſt, amicale, & quod datur amice. Hac dictione vtuntur

Impp. in l. 4. C. de nauic. ſeu nauel. publ. Solatijs pro mercedula, præſtitis ex tributariæ penſitationis immunitate, & eo quod vocatur φιλανόν. Prat.

PHILIPPI, orum, Colonia eſt Thraciæ ſiue Macedoniæ, de qua Lucanus in 1. Pharſaliæ: ---- vidi iam Phœbe Philippos. Philippenſis Coloniæ meminit ICtus in l. fi. ff. de cenſib. Nebriſſ.

PHILIPPVS, Corneus, ICtus. Peruſij natus, Peruſij, Ferrariæ, & Piſis publice iura annos prope 50. profeſſus eſt: nonnulliſque de iure confectis commentariis, fere octogenarius ann. 1460. in vrbe patria vita ceſſit. Hotom.

PHILIPPVS, Decius, ICtus Mediolani natus, cum annos triginta iura in Italia publice interpretatus eſſet, certis de cauſis in Galliam profugit: & Valentiæ Cauarum, quæ in Delphinatu eſt, aliquando docuit. Vnde à Florentinis reuocatus iterum Piſis, deinde Senis docuit: acceptо mille quingentorum aureorum ſtipendio annuo, mortuus Senis an. 1535. quam plurima de iure volumina reliquit. Hot. Prat.

Φίλτρον dicitur amor: Vnde filij dicti, Connan. lib. 5. c. 1. n. 2.

PHILODICI dicuntur, iuris ſtrepitu gaudentes. Bud. in leg. 1. de iuſt. & iur.

PHILOSOPHARI, pro temperare affectibus, aduerſus res acerbas infracto eſſe animo, non noſtris tantum venerandis columnis Eccleſiæ Chryſoſtomo, Baſilio, & Gregorio Nazianzeno, ſed & Ciceroni eſt. Locum citat Eraſm. 10 Chil. Spieg. Vere philoſophantur ij qui pecuniis Rempub. iuuãt, l. ἐάν ὁ νό, §. περὶ ἧ τῆ C. de excuſ. tut. Prat.

PHILOSOPHI excuſantur à tutelis, l. 6. ff. de excuſ.

PHILOSOPHIA Moralis, eſt notitia legis naturæ, & concluſionum, quæ ex illa in demonſtrationibus ſequuntur, de moribus & omnibus honeſtis actionibus. Atteſte Philippo, eruditiſſima definitio eſt hæc: Philoſophia moralis, eſt pars illa legis diuinæ, quæ de externis actionibus præcipit. Eam Diuus Paulus venuſtatem Dei vocat, Rom. 1 Porro nos cum Inſulano ad moralem Philoſophiam referimus quoque ius Ciuile, hiſtoriam præſertim veterum temporum, apophtegmata ſapientum & fabulas eruditas.

PHILOSOPHIA vera eſt iuſtitiam colere, boni & æqui notitiam profiteri, l. 1. ff. de iuſt & iur. Hot. Plato lib. 10. Epiſt. ad Ariſtodorum firmitatem, fidem, & ſinceritatem Philoſophiam vocat. Prat.

PHILOSOPHOS hoc primũ profiteri oportet, Mercenariã operam ſpernere l. 1. §. 1. ff. de extraord. cogn. Vnde Philoſopho hæc Impp. obiiciunt. Cum Philoſophum te eſſe proponas, vinceris auaritiæ cæcitate, l. 6. C. de munet. patrim. lib. 10. Briſſ.

PHILYRA in l. 50. ff. de legat. 3. ſuntex eſt papyro. Niloticæ non abſimilis, vt Suidas docet his verbis: φιλύρα εἶδος ἀ ξύλου ἰχθῦ φλοιὸν βίβλῳ παπύρῳ ὅμοιον. Ductilis autem erat philyræ liber, adeo vt ex ea coronæ olim necterentur, vt Horat. lib. 1. Carm. & Ouid. libro 5. Faſtor. & Plin. libro 10. ſignificant, Briſſ. Vide Cottam in memorab. in verb. Librorum.

PHILVRA, ſeu philura, arbor tilia eſt. Et philuræ, librariorum chartæ dicuntur ad ſcribendum aptæ, ſiue illæ ſint ex tiliæ tuniculis interioris corticis, ſiue quacunque alia materia. Vlp. de leg. 1. l. librorum appellatione. Siue in philyra, inquit, aut in corio aliquo, vt nonnulli conficiunt. Nebriſſ. Philyram corticem eſſe tiliæ, Græci adſeuerant, in quas notas verborum & ſenſa mandari literis ſæpe proditum eſt, author. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. 2. c. 30. Spieg.

Φοῖνιξ: vide ſupra οἶξ & exoblatta.

PHOLIS, ſub Theodoſio Iuniore tributum mulorum ab eo conſtitutum Conſtantinopoli; quod his ſibi in bello opus eſſe diceret. Phollis autem aliud tributi genus eſt, quod nobiliores quicque ciuitatis pendebant, prout ſecundum habitationes fuerant comprehenſi: vt nobilitas quæ ad bonam fortunam illos perducere debuerat, hoc incommodi ſecum afferret: primo quidem tributo auri libræ octo, ſecundo quatuor, tertio duæ pendebantur. Et vt ait Eſychius illuſtris Philoſoph. in 6. Hiſtoriæ de temp. diuiſ.

PHONASCI appellantur Moderatores vocis, & Magiſtri, qui eam intorquere, mittere, lenire, exaſperare docẽt & ſupplantare, de quo Trãquillus & cæteri: eorum ars dicebatur φωνασκία. Dictio Græca à verbo φωνή originaliter inclinata, quod ſignif. loquor. Suetonij verba ſunt hæc in Nerone. Neque quicquam ſerio iocove egit niſi aſtante Phonaſco, qui moneret, parceret arterijs ac ſudarium ad os applicaret. De Phonaſco idem in Auguſto & Inſtitutionum libr. 2. Quintilianus. Ioan. Baptiſt. in comment. Epiſt. Sidon. Apoll. ad Agric. libr. 1. vide & Budæum in l. athletas, ff. de his qui not. infam.

PHOLLIS pondus eſt, alio nomine dicta Balantium, trahit autem Donos 250. hoc eſt, libras 312. & vncias. 6. Singuli vero Doni libram. 1. & vncias 12. comprehendebant. Eſt & alius Phollis coactus ex argenteis leptis, qui militibus, quos miliarios vocabant, dabatur. Lepti autem Ceration vnum cum dimidio continent: ita Phollis iſte argenti ceratia 208. habet, & numeros 7. quæ ſumma nunc valet millia 109. Eſt & Pholli alius, à duabus auri libris incipiens, vſque ad [illegible] procedens, prout ſoluentium tributa ſubſtantiæ patiebantur: Verum Suidæ Phollis maſculini generis, eſt obolus. Idem in dictione, κέρματα ducenti & 10. oboli, quos Pholeis vocant. Et hoc ſenſu ab Auguſtin. de Ciuit. Dei vlt. lib. capitur, tametſi Beroald. in Apuleio Pholles legerit: cum ea vox nunquam pro pecunia accipiatur, teſte Alciat. in rub. Cod. de prætor. & hon. prætor. lib 12. Spieg.

PHORMIONAS, φορμίωνας tegetes ex iuncis aut ſtraminibus contextæ, apud Vlp. leg 12. §. 12. ff. de inſt. vel Inſt. Legitur tamen Formiones, errore peruulgato. Hot.

PHORMIONES contineri domus inſtrumento legato, ſcriptum reliquit Vlp. in l. quæſitum eſt, §. certum ſit, de fundo inſtructo poſt Pegaſum, & pleróſque alios, quo in loco quid Phormiones eſſent, ſatis dubitaui. Neque aliqui eorum qui apud Latinos dictiones collegerunt mentionem fecerunt. Eraſmus in adagijs ſuis etiam meminit, chiliade 12. in hæc verba, φορμίωνος ſτιβάδες, Thori Phormionis: de ſtratis inquit, ſordidis ac frugalibus minimeque delicatis, qualia ſunt cubilia militaria, & quale ſibi apud Homerum parat Vlyſſes, ex arborum congeſtis frondibus, ac ramis humi ſubſtratis. Refertur à Suida Phormio Dux quidam militum fuiſ, in perferendis militiæ incommodis, notæ, ſicut conjicio, patientiæ: adeò vt exuccus redditus ſit, & marcidus. Donatus quoque, grammaticus magni nominis, in Terentium ſcribit his verbis, Phormio, inquit, non à formula, ſed à Phormione dicitur Spartco, quem nos Eronem dicimus triuialiter & pro conſuetudine: Et alibi ſcribit Phormionem Græcis tegeticulum ſignificare, à quo inſternitur pauimentum, & inde paraſitus viliſſime conditionis Phormio dictus eſt. Idem alibi refert; Phormionem Græco vocabulo dicĩ ſtrameu nauticum, à cujus rei capacitate vel vilitate, etiam ab Apollodoro paraſitus Phormionis nomine nuncupetur. Sed & in dictionario Græcolatino, Phormos ſtorea interpretatur. Erit igitur mens Iureconſult. noſtri, vt in legato domeſtici inſtrumenti veniant lecti viles, & qui ſeruorũ cauſa parati conſueuerunt: & propterea opportunũ Iurecõſul. Ibidem dicit, Centones etiam tali legato contineri, ſtragula enim ſunt quædam graſſiora, villis paſſim pendentibus: quibus lecti viliſſimarum perſonarum ſternuntur, Cotta. v. de paulò ante Pero vt vult Hotom. Et ſupra in verbo Ero eronis.

Φρατρίας Ariſtoteles vocat conuentus hominum qui ejuſdem putei vſum habent. Connan, lib. 1 c. 5. num. 1.

Φρύγανα, Latini Gremium, hinc Gremiales arbores, vel vt alij Cremiales, vide ligni appellatione quid contineatur. Item vide ſupra Cremia.

PHRENESIS proprie cerebri paſſio eſt, principales actiones ejus lædens, mentemque commouens & inſanire faciens: à pallida, ſeu flaua bile proficiſcens. Latine inſaniam dixeris. Hinc Phrenetici dicuntur, qui phreneſi laborant. Vlpian. l. 1. §. apud Viuianum quæritur, verſ. interdum tamen. Veluti, inquit, contingeret φρενιτικῷ. Producenda eſt autem, contra vſum, penul. ſyllab. vocabuli Phreneſis. Spieg.

PHTHISIS. Tabes, & Phthoe ejuſdem ſignificationis ſunt, quia idem morbus ijs nominibus ſignificatur. Nam quam Tabem Latini dicunt, hanc proprie Græci & præſertim Athenienſes φθόην nominant. Hippocrates autem φθίσιν vocat, vt ſcribit Galenus in commentarijs Aphoriſmorum ipſius libro 7. c. 16. Sunt tamen qui φθόην & φθίσιν inter ſe ſe differre cenſent, vt videbis apud Leonhardum Fuchſium c. 33. ſui compẽdij. Hunc autem morbum, venus admodum offendit & irritat, vt tradit ipſe Hippocrates lib. περὶ νόσων, id eſt, de morbis, 2. non ſemel Celſus lib. 3. cap. 22. in fin Lucianus in Saturnalibus, Tiraquel. in l. 1. 5. connub. gl. 1. parte 15.

PHYLACA. Lege, Hydrophylacæ.

PHYLACTERIA dicuntur chartæ in quibus continentur incantationes, vt in c. 2. 33. q. 5. & ibi gloſſ. not. Io. Bello. Etymol.

PHYLARCHI dicuntur duces optionum, id eſt, eorum qui fœderatis auxilia fuerunt. Rectiſſime enim Iulianus in Nouella 1an. Φύλαρχος interpretatur Sarracenorum ducem, quos ex fœderatis fuiſſe conſtat. Procopius primo de bello Perſico: ἀλλ' οὐ [illegible] ἄρχων [illegible] Ῥωμαίοις [illegible] οἱ φύλαρχοι [illegible]. vbi Volaterranus perperam legit Chiliarchi. Idem paulo poſt: καὶ αὐτὸς [illegible] φύλαρχος [illegible]. Theodorus Anagnoſtes. [illegible] τῶ φυλάρχῳ [illegible]. Vide Philarchum.

Φύσις, Ariſtoteles φύσιν proprie dici naturæ inclinationem ſine iudicio, ſiue inconſultum quendam impetum, vt notauit Balduin. in com Inſt. de juſt. & jur.

PHYTONISSA, vox in Canonicis decretis barbare ſcripta. Scribendum autem Pythoniſſa: qua voce Diuus Auguſt. vſus in ciuitat. Dei eſt, pro vaticinatrice muliere, quam Græci Pytho vocant. Annotat. Alc. in Parerg. Spieg.

PI

PIA cauſa eſt, dum xenotrophio, vel miſerabilibus perſonis, puta viduis, puſillis, & id ſimilibus quid relinquitur: aliogui ſi alicui diuiti quiſquam ob Dei amorem ſe legare dixerit, pro cauſa

non

non eſt. Sicut cum quiſquam male ablatum, certæ perſonæ reſtituit. Vide Bart. in l. 1. C de ſacroſ. eccleſ. Spieg.

PIA cauſa dotis cauſa eſt, l. 15. §. ſi mulier, ff. cond. cauſ. dat.

PIA cauſa domus refectio, l. ſi quis pro redemptione, §. fin. C. de donat.

PIACVLVM committit qui corpus ſepulturæ traditum nudauerit, & ſolis radiis oſtenderit Paul. lib. 1. Sent. tit. 23.

PIÆ cauſæ quam indulgeatur, indicat Alciat. in comment. ad l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.

PICARIÆ ſunt picis fodinæ, quales populus Roman. in reditu habuit l. 17. in fin. ff. de verb. ſign. vt in Pandect. Flor. bene legitur. Cicero in Bruto. Quæ, ait, picarias de P. Cornelio & L. Mammio cenſoribus redemiſſet. Briſſ.

PICENVM, cuius meminit Scæuola de legat. 3. regio Italiæ eſt quondam vberrimæ multitudinis. Namque trecenta & ſexaginta millia Picentium in fidem Romani populi venere. Ea nunc Marchia Anconitana dicitur. Spieg.

PICTACIA in l. 5. & l. penult. §. ſuper his vero C. de erogat. milit. an. libr. 12. l. 29. de petitionibus & vlt. dat. in C. Theod. (vbi alij Pittacia) ſunt rationes & commentarij annonarum militarium, ſic dicta, quod è fuſili pice ad exarandum conflarentur. Lampr. in Alexand. De promouendis etiam militibus ſibi adnotabat & perlegebat cuncta Pictacia Caſſiod. lib. 1. Variar. Sic Romani prædium ſine delegatoria cuiuſquam pictacio præſumptos Barbaros occupauit. Moſchopulus περὶ χάρτου πιττάκιον ait, Δυσειδὲς τὸ λεπτὸν ἐπεστραμμένον τῶν διφθερῶν, ἀφ' ὧν ἡμεῖς πιττάκια λέγομεν. Briſſ. & Prat.

PICTOR pretioſus Vlpian. Eidem, ait, ſi pretioſo pictori pollex fuerit præciſus, & intra annum, quo præcideretur, fuerit occiſus, poſſe Aquilia agi, eoque pretio æſtimandum, quanti fuit prius, quam artem cum pollice amiſiſſet. Spieg.

PICTORIS inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliaque horum legato cedunt, item penicili & cauteria & conchæ, l. 17. ff. de inſtruct. vel inſtrum.

PICTVRA & ſcriptura hoc differunt, quod pictura magis ad rerum verarum naturaliumque ſimilitudinem accommodatur, vt eas oculis tanquam præſentes offerat: ſcriptura verò ſatis habet ſi animi alterius cogitata nobis declaret & nobiſcum tanquam viuo ſermone colloquatur, Connan. lib. 3. c. 6. nu. 6.

PICTVRÆ cedit tabula. Nam pictura non eſt ſimplex tabulæ acceſſio, ſed ſpecificatio, formam tabulæ addens, vt non amplius tabula, ſed pictura, ſeu imago ſit & vocetur, vt ex l. qua ratione, §. ſed non vt literæ, ff. de acquirend. rer. domin. apparet, Gœd. ad l. 14. in princ. ff. de verb. ſign.

PIETAS eſt, vt inquit Cic. 1. de nat. deor. iuſtitia aduerſus deos, quam religionem dicimus, qua ſublata, non poſſit conſtare fides, humanique generis ſocietas. Eſt & pietas cultus erga maiores, aut ſanguine coniunctos l. in teſtamento, ff. de fideicom. libert. Maiorum quoque erga ſubiectos clementia & benignitas pietas eſt, l. pen ff. de oper. libert l. imperialis, in princ. & §. 1. C. de nupt. Auguſtinus: Pietas vera, eſt verax Dei cultus, non cultus falſorum tot deorum, quot dæmoniorum. Iure noſtro improbatur, quod pietas prætextu ſit cum alterius iactura leg. eleganter, §. ſi compenditum. ff. de dolo & in l. ſi hominem in princ. ff. depoſiti. Pietas item accipitur pro miſericordia, quam alter exercet erga alterum, qui ſe iuuare non poteſt. Spieg.

PIETAS eſt parentibus à liberis debitum obſequium, debitus honor, debita reuerentia & caritas. Briſſ.

PIETAS patris, extra reprehenſionem eſt l. 1. §. verum ff. Quæ in fraud. creditor. Spieg.

PIETAS quoque fratrum inter ſe dicitur. Arbitro accepto fratres communem hæreditatem conſenſu diuidentes, pietatis officio funguntur, l. vlt. ff. famil. erciſc.

PIETAS quoque erga propinquos dicitur. Quinetiam quodlibet humanitatis officium pietati tribuitur. Qui ſine pietatis intentione alienum cadauer funerat. l. 14. §. ſed interdum, ff. de religioſ. & ſumpt. Briſſ.

PIETATE Deo pares ſumus l. ſi imperialis C. de nupt. Spieg.

PIETATIS ratio habetur l. 1. ff. de obſeq. patron. præſt.

PIETATIS reſpectus, in §. fin. l. ex duob. & pietatis fiducia, in §. quanquam l. liberto, ff de negot. geſt. Spieg.

PIGER & tardus hoc differunt, quod piger eſt incipiendo, tardus in perficiendo, l. ſi quid venditor, in pr. ff. de ædil. edict. Prat.

Πήγη appellatur fons Dorice πάγα. Vide ſuperius Pagani.

PIGMENTARIVS non videtur pro pharmacopola, id eſt, medicamentorum venditore. Marcian. l. 3 § 1. ff. ad legem Cor. de ſicar. Alio SC. effectum eſt, vt pigmentarij ſi cui temere cicutam, ſalamandram, &c. Opinor quod pharmacopolarum muneris hæc pars quædam eſt, vt ea quæ ad pigmenta pertinent, diuidant. Hot.

PIGMENTVM vnguentum quo vtuntur puellæ ad venuſtandam faciem. Vnde per tranſlationem mendacium, atque fraudem ſignificat: quia is qui pingitur, non eſt naturalis color, ſed artificialis. Hinc pigmentarius ſumitur pro venditore iſtius vnguenti.

PIGNORIS appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditorij maxime ſi mobilis ſit. At eam, quæ ſine traditione nuda conuentione tenetur, propria hypothecæ appellatione contineri dicimus, §. item Seruiana, inſtit. de actionibus. Quod & ſupra diximus, in dictione hypothecæ. Datur autem pignus, quia creditor accepto eo, ſibi ipſi cautum vult, vt ſcilicet ex eo ſolutionem poſſet conſequi Quam ob cauſam is, qui pignus tenet, non tenetur aliis creditoribus id ipſum in medium proferre, niſi rei ſeruandæ cauſa poſſideat, leg. illud conſtat ff. quæ in fraudem cred. Puta cum quis diuerſis creditoribus eſſet obſtrictus, vnus eorum crebro eum interpellauit, debitumque exegit, is autem non exiſtens ſoluendo, creditori ſuo pignus dedit, deinde reliqui creditores petierunt mitti in poſſeſſionem bonorum debitoris, veluti latitantis & detrectantis iudicium. An hoc caſu creditores, miſſi in poſſeſſionem bonorum, poſſunt etiam creditoris ſui pignus apprehendere: nequaquam, quia creditor accepto eo pignore ſibi cautum voluit, vt ſc. ex eo ſolutionem poſſet conſequi, & non ex vniuerſali creditorem poſſeſſione, puta rei ſeruandæ cauſa: nam qui ex ea poſſidet, velut omnium creditorum nomine poſſidens, bonaque debitoris creditoribus cuſtodiens, merito ab ita conuenitur, vt res in medium proferat. Anc.

PIGNORIS verbum variam habet ſignificationem. Interdum enim ipſam rem pignori datam ſignificat, quæ locutio metonymica eſt, vt cum dicimus, pignus eſſe venditum aut diſtractum, cum dicimus pignus eſſe traditum. Interdum ſignificat ius, quod conſtitutum eſt creditori in re vt debitum ei ſit eo ſecurius, quæ pignoris ſignificatio meo iudicio propria eſt, vt cum quærimus, qui potiores in pignore habemur. Interdum denique ipſam ſignificat obligationem, quæ ex pignoris conſtitutione proficiſcitur, vt cum quærimus quib. modis pignus vel hypothecę contrahatur, item quibus modis ſoluatur. vide Vult. ad §. item Seruiana 6. nu. 29. Inſtit. de actio. & Gœd. ad leg. pleba eſt 238. §. de verb. ſign.

PIGNVS appellatum eſt à pugno, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur, leg. 277. ff. de verbor. ſignificat. Itaque Pignus proprie eſt, cum poſſeſſio tradita eſt creditori: hypotheca vero, cum non tranſit poſſeſſio ad creditorem, l. 9. §. 1. ff. de pign. act. Briſſ.

PIGNVS in genere ſic dictum eſt omnis res pro debito creditori obligata: quo modo etiam hypothecam recte dicimus eſſe pignus. Specialiter autem acceptum eſt contractus realis, per quem res aliqua traditur creditori in ſecuritatem: Eoque modo differt à mutuo, commodato, depoſito, aliiſque contractib. Mutuum namque & commodatum ſunt vſus ipſius rei, commodatum eſt cuſtodiæ, pignus eſt ſecuritatis, Secundo mutuum & commodatum ſpectant debitoris tantum vtilitatem? depoſitum ſpectat vtilitatem duntaxat creditoris, pignus vtilitatem vtriuſque & creditoris & debitoris, illius quidem, vt creditum, ipſi ſit eo ſecurius, huius autem vt ipſi credatur. Tertio. In mutuum & depoſitum veniunt res mobiles, in illud (mutuum) quidem res mobiles in quantitate conſiſtentes, in hoc (depoſitum) quæuis tea aliæ corporales mobiles: in commodatum & pignus veniunt res non tantum mobiles, ſed & immobiles, quin etiam res incorporales. In hoc autem conueniunt hi contractus, quod res, quæ in contractum venit, ſingulis ſit præſens & tradatur. Ex eo enim nomen habent contractuum realium. Hinc eſt, vt in definitione pignoris non diſtinxerim res, ſed ſimpliciter rem dixerim eſſe tradendam: quia ipſa etiam nomen pignus diſtinguitur ab hypotheca, vnde & nomen habet pignus, quaſi in pugnum datum. Si enim rei illius, quæ pro ſecuritate à debitore creditori obligatur, nec dominium nec poſſeſſio in creditorem transferatur, ſed vtrumque penes debitorem maneat, tum proprie loquendo dicitur eſſe conſtituta hypotheca non pignus §. ſic itaque Inſtit. de act. In pignoris enim contractu ex traditione poſſeſſio rei ad creditorem tranſit, proprietate interim remanente apud debitorem: l. cum & ſortis 35. in fin. ff. de pig. act l. qui pignoris, ff. de acqu. vel amitt. poſſ. l. ſerui 16. ff. de vſuc. Vult. ad § ſi. num. 1. & ſeqq. Inſtit. quib. mo. re contrah. oblig. Et de differentia pignoris & hypothecæ vide Gœd. d. l. & Vult. ad d. §. item Seruiana, n. 11. & ſeqq.

Inter PIGNVS & hypothecam quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil intereſt. Nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata, vtraq; hac appellatione continetur: ſed in alio differentia eſt. Nam pignoris appellatione eam rem proprie contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maxime ſi mobilia ſit. At eam quæ ſine traditione, nuda conuentione tenetur (proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus, §. inter pignus. Inſtit. de act. vnde pignora & hypothecæ interdum ſeparantur, l. 7. ff. de diſtract. pig. Verum in vſu hæc verborum proprietas plerumque confunditur, & promiſcue pignoris & hypothecæ vocabula vſurpantur. Briſſ.

PIGNVS Vulteius iam d. loc. nu. 17. diuidit hoc modo: Pignus, inquit, eſt neceſſarium vel voluntarium. Neceſſarium quod vel à lege inducitur, vel à magiſtratu. Voluntarium quod ex conuentione tacita vel expreſſa deſcendit. Illud ICtus vocat præ-

torium, hoc conuentionale. l. 1. C. de prætor. pignor. Neceſſarium ſubdiuidit Vultei. in legitimum & prætorium. Prætorium item in prætorium in ſpecie ſic dictum & judiciale. At ſecundum. Hot.

PIGNVS aliud eſt priuatum, aliud publicum. Priuatum dicitur, cum jus pignoris priuato, & rei priuatæ cauſſa quæſitum eſt, id autem eſt triplex, conuentionale, prætorium & legitimum.

PIGNVS conuentionale eſt, in quod jus ex contrahentium conuentione vel expreſſa, vel tacita, quæſitum eſt, l. 2. Co. de præt. pign. l. 1. ff. de pign. act. nam hypotheca tacita propterea inducta eſt, quoniam id inter partes tacite conueniſſe videtur: veluti cum inducta illata in prædium vrbanum pignori ſunt locatori l. 14. ff. in quibus cauſ. pign. Item vt ſecundi conductoris res tacite domino obligata ſint l. 11. § ſolutam, ff. de pign. act. quo in genere etiam ea numero pignora, quæ teſtamento conſtitui poſſe traditur in l. non eſt 26. ff. de pign. act. quippe cum vbi de debitoris voluntate conſtet, de creditoris animo & conſenſu dubitari non poſſit. Hot.

PIGNVS prætorium eſt, quod miſſio in poſſeſſionem conſtituit Vel in quod jus ex miſſione in poſſeſſionem, quæ ex prætoris edicto fit, ei qui miſſus eſt acquiritur d. l. 2. Cod. de præt. pign. l. miſſio, 12. ff. pro empt. l. 3. § 1. ff. de reb. eorum, & d. l. 26. ff. de pig. act. Tum enim miſſus pignus occupat, l. 2. & l. cum tempu. C. qui pot. in pig qua de cauſa priuatum appellamus; quod ſcilicet & priuato traditur, & rei priuatæ, cauſſa conſtituitur.

Prætorium autem appellatur, propterea quod non tantum prætoris juſſu, (vt quod rei judicatæ exequendæ cauſa fit) ſed etiam ex ipſius edicto conſtituitur, l. 3. C. vt in poſſ. legat. Hot. De prætorio pignore vide ſuſe Cujac. 5. obſer. 30.

PIGNVS legitimum eſt, quod lex ipſa inducit, etiam inuito domino; quod ipſum quoque non inepte dici poteſt tacitum quale eſt hypotheca illa, quam modo induxit Juſtiniani conſtitutio, dotis cauſa, ejúſque vel danda, ſi promiſſa ſit in bonis promittentis, vel ſuo tempore reſtituenda, ſi data fuerit in bonis mariti, l. vnic. §. & vt pleniur, C. de rei vxor. act. Tale quoque eſt hypotheca, quam pupilli habent in bonis tutoris pro adminiſtratione, l. pro offic. Cod. de admin. tut. Et ſimilia, quæ enumerat Franciſc. Balduin. in tract. de pig. 6. 7. Vult. ad d. §. item Seruiana 6. n. 18. Inſt. de act.

PIGNVS publicum eſt: quod non priuatim, ſed publice conſtituitur, id eſt, vt non à priuato, ſed publice occupetur: quamvis & priuatæ & publicæ rei cauſſa conſtituatur. Ejus duæ ſunt ſpecies: aut enim rei judicatæ, aut coercendæ contumaciæ cauſa conſtituitur. (tut. Briſſ.

Quaſi PIGNVS eſt cum res pignoris loco in ſecuritatem retine-

PIGNVS contumaciæ coercendæ cauſa per ſe intelligitur, & ab eo cujus de ea re poteſtas eſt, conſtitui ſolet, veluti cum is qui in jus venire & reſpondere contemnit, pignoribus captis coercetur, l. 1. §. poſt editum, ff. de vent. inſp aut tutores curatoreſve qui juſſi non cauent. § pen. inſtitut. de ſatiſdatioo. tut. aut. eij, qui miſſos in poſſeſſionem damni infecti nomine non admittunt, leg. 4. § 1. ff. de dam. infect. De hoc eodem intelligendum eſt, quod Philipp. 11. Cicero ſcribit: Senatores qui ſine cauſſa à Senatu aberant: pignoribus & multa coercert.

PIGNVS rei judicatæ cauſa eſt.. quod rei judicatæ exequendæ cauſa in priuatorum quidem gratiam, ſed tamen publice & ex officio capitur, atque diſtrahitur, l. 3. ff. de reb. eor. t. & paſſ. C. ſi in cauſſa judic. l. 9. ff. de minoribus l. 40. ff. de judic. Publicum enim ideirco pignus hoc appellamus, quia quamvis rei priuatæ cauſa, id eſt, vt priuatis ſatisfiat, conſtituitus tamen neque priuato, id eſt, ei qui judicio vicit, quæritur: neque ab illo occupatur: ſed (vt dixi) prætoris officio capitur ac diſtrahitur, l. 2. C. ſi in cauſſ. jud. Hot. hoc item & judiciale dicitur, inque eo à prætorio differre putatur, quod poſt ſententiam definitiuam capitur: prætorium autem ante ſententiam ex rei contumacia, licet alterum pro altero promiſcuè interdum vſurpetur. Vide Cujac. lib. obſeruationem 5 c 30.

PIGNVS capere, vetere Romanorum inſtituto ſenatoribus, qui, cum in ſenatum venire deberent, non adeſſent acta multa dicebatur, & antequam hæc ſolueretur, pignus capiebatur. Significat id præter Liuium & Cice. in Philipp. cum inquit. Quis vnquam tanto damno ſenatorem coegit? aut quid eſt vltra pignus? Vendi autem ſolita fuiſſe pignora, inquit idem Cicero in proœmio tertij de Orator. Me hiſce pignoribus putas poſſe teneri, non tibi illa ſunt cædenda. Vbi.

PIGNVS cædere, antiquo verbo dixit, pro eo quod eſt auctione diſtrahere. Namque cædere ſignificabat conſumere, vt eſt à Nonio commentarijs linguæ Latinæ traditum. Porro pignore capiendo deque mulcta dicenda ſenatori, qui à Senatu abeſſet, Marcus Varro vt apparet ex Gellij lib. 14. diſputauit.

PIGNERATIONES in tit. de injur. in 6. & Auth. ſed omnino, C. ne vxor pro marit. Græcis dicuntur ἐνεχυρασμοί, vt Nou. 52. & ἀνδροληψίαι, & Barbaris interpretibus. Repreſſaliæ. Vide Clarigatio. Prat.

PIGNERATITIA actio, eſt actio perſonalis, data his qui pignora conſtituerunt ad id vel recuperandum: vel quid aliud, aut ejus nomine præſtandum: quæ actio & ipſa duplex eſt directa & contraria. Directa datur debitori pignoris recipienda cauſa, vel ejus pretij, aut ejus quod intereſt l. fidejuſſor. 32. ff. de neg. geſt. l. pen. ff. pign. act. l. Lucius, 78. §. nugatus, ff. ad Senatuſc. Treb. & datur aduerſus creditorem, cum quo contractum eſt, aut ejus hæredem. An etiam aduerſus tertium rei poſſeſſorem? & non dari juri eſt magis conſentaneum ejuſque principijs, tametſi jure Canonico quidam velint eam etiam aduerſus tertium rei poſſeſſorem dari ex æquitate, quod tamen non probo. Contraria autem datur creditori ad id quod ei pignoris, nomine probabiliter abeſt, dum ad neceſſarios ſumptus & impenſas veluti refectiones ædium & curationes, quas creditor fecit in rem pignoratam, & omnino in id quod intereſt, vt ſi debitor ſciens æs pro auro oppignorauerit, vel ſi ſciens rem alienatam, aut jam ante alij oppigneratam pignori poſuerit, l. 1. in fin. l. tut. 16. §. contrarium, ff. de pign. Et generaliter ſi debitor malitioſe verſatus ſit in pign. l. 3. l. ſi rem alienam, 9. ff. de pign. actio. Vult. ad § 25. n. 37. Inſt. de act.

PIGNERATITIA actio regulariter non datur, niſi debito exoluto, id quod vel maxime verum eſt in actione directa. Nam in contraria quandóque ſecus eſt, in directa actione dicet, actor, primum rem fuiſſe pignoratam: Deinde debitum pro quo pignoratum erat, eſſe exolutum, vel cauſam debiti ſublatam, quoquo modo id voluerit creditur, licet ſolutum non ſit, puta ſi alijs pignoribus ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, ſiue fidejuſſoribus ſiue reo dato, ſiue nuda conuentione, l. ſi rem, §. omnis, ff. de pign. act. Tertio pignoris reſtitutionem negari à creditore ſine cauſa. Quod ſi vero creditor cauſam habeat cur nondum reſtituat, tum vel directa intentata reconuenire poteſt debitorem contraria, vel ea etiam non intentata per ſe ipſum & vltro, vt loquitur lex ſi pignori, 29. ff. famil. herciſc. l. ſeruus meus, 39. ff. mandati, l. ſi is qui rem 59. ff. de furtis, pro ſuo intereſſe rem in judicium deducere. In actionem pignorat. venit dolus, culpa lata & leuis, l. creditor l. pignus, C. hoc tit. non leuiſſima, l. contractus 23. de regul jur. multo minus caſus ſumitur, d. l. ſi creditor l. qui fortuit. C. hoc t. l. ſi quis ex argentarij, 6. §. penult. ff. de edend. niſi forte conuentio aliam contractui legem dederit. Veniunt etiam in eam fructus, quos creditor non lucratur, ſed vel reſtituere volente debitore cogitur, vel imputare in ſortem, vt tanto minus debeatur. Contreria actionis requiſita, ex his quæ dicta ſunt patent per ſe ipſa. Vult. d. loc. n. 41. 42.

PIGNERARE eſt pignori ponere. Si ego eandem rem alij pigneraui, l. 14. ff. de diuerſ. tempor. præſcript. Briſſ.

PIGNERARI eſt pignori obligari, l. 4. C. quæ rei pign. Briſſ.

PIGNERATITIA actio eſt in perſonam actio quæ debitori ad pignus repetendum ſoluto debito vel ſi eo nomine ſatisfecerit, datur. Briſſ. longe diuerſa eſt ab hypothecaria: illa, enim eſt in perſonam, bonæ fidei, nec vnquam hypothecariæ appellatione continetur, nec vnquam eſt inter alios quam contrahentes eorúmve hæredes: hypothecaria autem realis eſt & aduerſus quemvis poſſeſſorem. Vult. d. loc. Interdum tamen ICti actionem pigneratitiam vocant hypothecariam, quæ creditori pignoris perſequendi cauſa datur, l. 3 §. eſt autem, ff. ad exhibe. l. 9. ff. quibus mod. pign. l. 7. §. inter, ff. com. diuid. l. 11. in fin. l. 19. & l. penult. §. 1. ff. de except. rei iudicat. l. 41. ff. de pign. act. l. 5. C. ſi re aliena pign. l. 13. ff. de cond. indeb. Vt autem pigneratitia actio, ita & pigneratitia exceptio appellatur l. 6. §. idem Iulianus, ff. commun. diuiduo. Briſſ. Prat.

PIGNERATITIVM, quod pignori datum eſt, vt res pigneratitia. Vit. pigneratitius, cui pignus capere licet. Spieg.

PIGNERATITIVM appellatur à Papiniano iudicium, quod de pignore dato proponitur, vel redditur, in leg. 2. ff. de pignor. Briſſon.

PIGNERATITIVS creditor is dicitur, qui ſub pignoribus credidit, qui pignora vel hypothecas ſuſcepit Briſſ. cui pignus datum eſt. Vlpian. l. 2. ff. de damn. infect. quæ ſpecies eſt in contrarium latere apud Marcellum agitata, an creditori pigneratitio damni infecti caueri debeat. & l. 15. §. 12. Item quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris perſecutio denegetur aduerſus eum, &c. Hotom. Prat.

PIGNERATITIVS fundus, id eſt, pignori oppoſitus, pignori obligatus & oppigneratus. Pomponius l. 46. ff. de ſolut. Si creditor fundum pigneratitium vendiderit, & quantum ei debebatur, receperit. Hotom.

PIGNERATOR, qui pignus accipit.

PIGNERO, vel pignoro, aut pigneror, quod vulgo dicimus, per executionem capere, hoc eſt, pignora capere, inquit Budæus, *Pfenden*. Spieg.

PIGNORA iniuriæ vitam & fortunas Cicero in Philipp. vocat, obnoxias iniuriæ. Valla cum filios ſignificat, non pignera, ſed pignora dici vult, eo quod ſint pignora conjugij, aut charitatis inter maritum & vxorem: tametſi Pontanus lib. 1. de aſpirat. indicat teſtimonio antiquiſſimi epigrammatis, apud vetuſtiſſimos Latinos pignus emiſiſſe genitiuum pigneris, per e, non pignoris, per o. Spieg.

Pignori ponere prædia. Apud Scævol. in princ. l. pater filium ff. de legat. 3.

Pignoris redditio, & chirographi redditio inter ſeſe differunt hoc modo, reddito pignore, obligatio perſonalis manet, reddito autem chirographo, pignoris obligatio efficax non manet, l. 2. & 3. ff. de pact. Martialis:

Quod Caietano reddis Polycharme tabellas,
Millia te centum num tribuiſſe putas?
Et alio loco:
Quadringentorum reddis mihi Phœbe tabellas.

Cujac. ad Afric. tract. 4. fol. 45.

Pignoribus captis coerceri tutores curatoreſque qui non cavent legimus, §. penul. Inſt. de ſatiſd. tut. Item eos, qui miſſos in poſſeſſionem damni infecti nomine non admittunt, l. 4. §. 1. ff. de dam. infect. Et eos quoque, qui in jus venire & reſpondere contemnunt, l. 1. §. poſt editum. ff. de vent. inſpic. Pignorum item capione exigi pecuniam fiſco debitam, legimus in l. 10. ff. ad l. Iul. pecul. quod Galli dicunt, *par ſaiſie de biens*. Suet. in Iul. c. 17. Veſtium pignoribus captis, & direptis ſupellectile male mulctatum conjecit in carcerem. Cic. li. 3. de Orator. Non tulit ille & graviter exarſit, pignoribuſq; ablatis Craſſum inſtituit coercere. Et in ea lege, quæ à Frontino li. 2. de æquæductib. refertur. TVM IS PRAETOR, QVI INTER CIVES ET PEREGRINOS IVS DICIT, MVLTA PIGNORIBVS COGITO, COERCETO EIVSQVE CVRATORI, AVT SI CVRATOR NON ERIT, TVM IS PRAETOR EO NOMINE COGENDI ET COERCENDI, MVLTANDIQVE DICENDAE SIVE PIGNORIS CAPIENDI IVS POTESTASQVE ESTO. Et paulo poſt, EOQVE NOMINE HIS PIGNORIS CAPIO, MVLTAEQVE DICTIO VTIQVE ESTO. Sic enim ejus loci lacuna replenda eſt. Sic pignorum capio, in l. 7. de exactionibus in C. Th. l. vlt. de diſtrah. pign. in eod. C. Briſſ.

Pigrum ſeruum ad incipiendum, Tardum ad perficiendum Accurſius annotavit in l. ſi quid venditor, ff. de ædil. edict. Spieg.

Pissimus cum hoc Ciceroni diſplicuerit, bonum probumque vocabulum eſſe non poſſe, Ciceronianis videtur.

Pii imperatores dicti ab Antonino Pio, vt planum id facit Iuſtinian. in §. nobis autem Nou. vt lib. de cætero. Fit enim Antoninus Boionius à Senatu ſic appellatus, ob ſingularem animi pietatem ac pacis ſtudium. Cujus vox illa celebris eſt. Malle ſe vnum ſeruare ciuem, quam mille hoſtes perdere. Hinc ergo ductum eſt, vt Iuſtinianus pius dictus ſit, non à pietate animi vt Accurſ. ſentit Aldob. in proœm. Inſtit.

Pila pro orbiculo, qui hinc inde à colluſoribus manibus jactatur, excipiturque. Briſſ.

Pila ludere, apud Vlp. l. item Mela, in princ. & Alfenum l. ſi ex plagis, §. cum pila complures luderent, ad leg. Aqu. Pilæ vocabuli, adductis parum probatis verſiculis, ſignificationes refert interpres. Spie. Hoc vero ludi genere corpus plurimum exerceri, caloremque naturalem commoueri teſtatur Galenus in comment. ad aphoriſm. 48 particul. 2. aphoriſm.

Pilæ l. 30 § fin. ff. de acquir. rer. dom. grandiora ſaxa aceruatim congeſta ad contignationem aliquam ſuſtinendam, Plin. lib. 6. Epiſt. Saxis, ait, deinde pilæ adjiciuntur. Dionyſ. Halyc. lib. 3. Horatiam pilam γωνίαν ϕιλίαν interpretatur Prat.

Pilentum, matronarum vehiculum fuit, quo matronæ caſtræ ferebantur. Liu. 5. ab vrb. cond. Coraſ. lib. 2. Miſcel. c. 20.

Pileus dicitur & pil ſ, qui à pilos capitis tegit & ſtringit, not. gl. cler. 2. de vit. & honeſt. cler. Io. Bello. Etymol. Pluſima verò de pileis vide apud Malotag. Miſcell. lib. 3. c 7.

Pileum, quod inſigne libertatis eſſet, Iuſtinianus pro juſta & perfecta libertate haberi voluit. Et pilei nomen libertatem ſignificare multis authoritatibus probari poteſt: ſed ſatis erit quod ſcribit Suet. de patre Tib. primo Præneſte, inde Neapolim euaſit: ſeruiſq; ad pileum fruſtra vocatis, in Siciliam profugit. & in Nerone: Obijt 32. æt. anno: tantumq; gaudium publice præbuit, vt plebs pileata tota vrbe diſcurreret: & qui Iul. Cæſarem interfecere, prætulerunt haſta per mediam urbem pileum, quaſi morte Tyranni reſtituta ciuibus libertate: vt refert Appia. lib. 2. bell. ciu. Idem in bello Mithrid ſcribit, Perſeo Macedonum rege capto Pruſiam Bythyniæ regem, veniſſe Romam, toga & calceis indutum, cæterum capite raſo & pileato profeſſum ſe populi Romani libertum, à quo Perſes dominio eſſet liberatus: quod & Liuius ex Polybio refert, in extremi quinti li. 5. decad. Is enim erat habitus libertorum recens, quod ſtatim quidem omnia liberi hominis ornamenta vſurpatens, excepto, quod pilus nondum renatus oſtendebat adhuc indicia ſeruitutis. Erãt quippe ſerui raſo & aperto capite, ne quid pilus aut pileus ad domeſticas functiones obeſſet. Et antiquis Græcis capillus erat inſigne libertatis vt ſcribit Plutarchus, quia non facile ſit comatis ad onus ſeruile deſcendere, & negotijs domeſticis inſeruire. Cono. lib. 2. c. 6. n. 6.

Pileati ſerui venum ire ſolebant, inquit Gell lib. 7. c. 4. & eorum nomine venditor nihil præſtabat, vt ſcriptum reliquit Cælius Sabinus Iuriſperitus. Cujus rei cauſam eſſe, ait, quod hujuſmodi conditionis mancipia inſignia eſſe in vendendo deberent, vt emptores errare & capi non poſſent, neque lex vendendi opperienda eſſet, ſed oculis jam perciperent, quodnam eſſet mancipiorum genus, ſicuti mancipia jure belli capta, antiquitus coronis induta venibant, & idcirco dicebantur ſub coronis venire. Erant & pileati ſerui, qui domini funus antecedebant, quibus libertas ob id ipſum dabatur, vt ſcribit Iuſti. l. vnic. §. ſed & qui, & ſeq C. de Latin. libert. tollen. Notandum autem obiter, Romanos olim nudo capite fuiſſe, & caput velle velaſſe, præterquam Saturnalibus, in quibus pileum gerebant. Hinc Martial lib. 11. epig. 7.

Permitten pileata Roma.

Hinc etiam apud veteres nullæ Romanorum ſtatuæ cum pileo viſuntur. Euſtathius lib. 1 Odyſſ. de Latinis, ἴσως ἐκ τ ... ϕιλιας ... :differit enim, fortaſſe eos nudi capitis conſuetudinem à priſca Græcia duxiſſe quum apud Homerum nec pilei nec cauſiæ vlla mentio fit, & hæroico ſeculo videantur ea capitis operimenta hominib. vſitata non fuiſſe. Prat.

Pilus nomen generale eſt, in animalibuſque fructu exiſtit, §. in pecorum. Inſt. de rer diuiſ. Pili non facio Eſt Latinis familiaris hæc hyperbole, non facio pili. Ne pilo quidem melior: cum minimi quiddam momenti ſignificant. Prat.

Pinacotheca, tabliou. In Pinacothecis autem tabulæ pictæ, cælatũ argentum, ſtragula, veſtis ſigna, & ornamenta reponebantur. Hujus vocabuli meminit Varro li. 1. c. 2. & 59. de re ruſt.

Pingue Iureconſultis ſignificat, plenjos latius & etatius, l. 14. §. 1. ff. de except. rer jud. l. 49. in fin. ff de re jud. Sic autem reddunt & exprimunt vim verbi Græci παχυμερέστερον. Quo & quandoque vtuntur, leg. 7. §. ſcire, ff. de pecul. l. 12. §. Iulian. ff. rem rat. hab. Briſſ.

Pinus eſt arbor, picei generis nuces ferens, quas ſtrobilos tum Galen. tum ICti vocant. Franc. Duareus c. 3. lib. 2. de patr. ædil. Græcis κοκκάλιον, dicitur, cujus deſcriptionem vide apud Matthiol. Dioſc. & alios in plantarum arborumque hiſtoria. Gœd. ad l 167. num. 1. de verb. ſig.

Piper planta ad radices alterius arboris ſeritur, & fere juxta palmam, ad cujus vſque faſtigium ſcandendo aſcendere ſolet foliis satis, mali Aſſyrii effigie, ſed minoribus, & per extremum acutis, virentibus, guſtu calidis aliquantum, & folium ſapientibus. Hujus fructus racematim cohæret, & eſt condimentis aptus, cujus tria genera celebrantur: nigrum, album, & longum. Plantæ nigri & albi adeo exiguam inter ſe habent differentiam, vt ab incolis tantum dignoſci queant. Longi vero piperis planta ab illis eſt diuerſiſſima. De pipere Paulus in l. 5. de penu legato. De longo & albo Martian. in l. vlt. de public. vide Dioſc. lib 2. Plin. lib. 12. c. 7. ſimpl. Theoph. lib. 9. de plant. hiſt. cap. 22. Solin. in Polyhiſt. c. 53. Iſidor. lib. 17. c. 8 Prat. Naſcitur autem piperis arbor in Indis, & latere Caucaſi montis, quod Soli obuerſum eſt Briſſ.

Piratæ dicuntur prædatores marini, ſic dicti vel à Pirata, qui prius maria infeſtauit, vel à Græco περᾶν, id eſt, tranſeo, quod conſpecta inſula in illam tranſirent, jam prædaturi, vt notat in Droſæus id meth. jur. Eorum meminit Iuriſconſultus in l. in rebus, ff. commodat. Hinc piratica ars eſt, quam exercent.

Piratarium, habitaculum piratarum.

Piscari in mari in lacu. Briſſ. ex ff.

Piscaria, Græci ἰχθυοπωλεῖον locus, in quo piſces venduntur Vlp. teſte Budæo, pro vulgari ſignificatione vſus eſt in l. inter publica, de verb. ſign. nempe pro vect. gali piſcium. Spieg.

Piscationibus præpoſiti, teſte Marciano in l. legatis ſeruis. legat. 3. non continentur negotiationis appellatione.

Piscina, in l. 1. in princ. ff. de fonte, ab initio lacus & ſtagnum dicta eſt, à piſcibus coercendis in ea etiamſi nihil piſcium ibi ſit: & quoniam Romani in piſcinis natare ſolebant, factum eſt, vt omnis aqua ad natandi delicias collecta, ſiue frigida, ſiue calida, piſcina diceretur. Cicer. Latiorem, inquit, piſcinam voluiſſem, vbi jactata brachia non offenderentur. Tales piſcinas Aquiſgranum habet calidas Old.

Pisces patinarius qui ſit, apud Plaut. in quæſtionem vocatur Turneb. aduerſ. lib. 2. c. 15. eum eſſe putat, qui non aſſatur, nec elixatur, ſed in patina è jure coquitur, idque ex Horat. intelligi poſſe, ita ſcribente:

Si quis eum Seruum, patinam qui tollere juſſus
Semeſos piſces tepidumque ligurierit jus

Pistor Ateius Capito (vt teſtatur A. Calepinus) piſtores tantum eos, qui far pinſebant nominatos eſſe tradit, eóſque coquere ſolitos panam toſtum lautioribus. Etiam, qui panem facit, ſeu coquit, nunc appellatur piſtor. Varro in ſatyra de edulijs, ſi quantum operæ, ait, ſumpſiſſ, vt tuus piſtor bonum faceret, panem. Atque hoc modo accipitur piſtor C. in tit. de piſtorib. vbi Impp. Gratianus, Valentinianus & Theod. ſtatuunt piſtores, vtpote ſuos: & omnes breuiter, qui ſubſunt contis horreorum, ad nullã dignitatem eſſe aſpiraturos, & ſi quam aliquis fuerint aſſequuti, hac exuendos eſſe omni ſpeciale impetratum penitus conquieſcendum, eóſque ipſos ad antiquum ſtatum & conſortium eſſe reuocandos, & pro ipſa dignitate impetrata, mulctandos in viginti libras auri. Itaque, vt piſtores

poſſint indefeſſam ſaciendo pani operam nauare, à tutelis & curia etiam collegarum excuſantur, l.vlt.ff.de excuſ.tut. Cum igitur nullo munere feriantur, neque ipſi, neque ipſorum jumenta, inde eſt, quod veteres piſtorem habeant in numero ſeruorum, Vnde ait Iureconſultus, ſi quis ſeruos habuerit proprios, ſed quorum operas locabat, vel piſturicas, vel hiſtrionicas, ſeruorum appellatione hos legaſſe videtur. Anth.

Πίστιν, Græci frequentius quam Latini in ea ſignificatione vſurpant, vt ſignificet certam tanquam rei exploratæ & certæ perſuaſionem. Connan.lib.4.c.13.n.1.

Πιστοὶ à Græcis gubernatores naulorum dicuntur. Cuiac.ad l.3.C. ne quid oneri publico imponatur, lib.11.

PISTRINVM, locus fatigationis erat plenus, & negotij operoſi ac moleſti, vitéſque conſicientis Bud.in Pand. l.ſi fornicarius ad leg.Aquil.

PISTVRA, Piſendi artificium & ratio.

PITTACIA, ſunt rationes & commentatij annonarum militarium. Eodem nomine ſignificantur etiam epiſtolæ, album, notoria. Cuiac.ad l.5.C.de erog milit.annon. vide infr.Pyctatia.

PITTACIVM pro modico panno accipi ſolet, qui aliquo medicamento illitus, modo præcordiis, modo capiti dolenti imponi ſolet ad mitigandum cruciatum.Sp.

PITYOCAMPÆ, vermiculi è pina arbore naſcentes, venenato ac peſtifero morſu, quos Plin.lib.23.c.2.& lib.29.c.4. pinorum erucas vocat, & in picea naſcentes erucat. Itaque inter venena connumerantur à Martiano in l. 3. §. 1. ff.ad Cornel. de ſicar. vide Dioſcor.lib.2.& 6.Briſſ.Prat.

P L.

PLACENTINVS, IC.nobilis, Italus, Monſpeſſuli ius ciuile publice profeſſus eſt circiter annum 1200. argumentáque in Inſtitutiones & Codicem ſcripſit Hot.Prat.

PLACERE plerúnque in libris noſtris dicuntur, quæ prudentium autoritate recepta introductaque ſunt.Briſſ.

PLACERE poſſe intelligitur, quod viro bono placere debet, leg. Thais §.ſorore, ff.de fideic.libert. Hoc verbo pro decernere & ſtatuere antiqui vtebantur, vt apud Cic.in Philipp.legitur.

PLACERE quoque ſignificat ex diuerſis rationibus & ſententiis quæ honeſtati, vtilitati publicæ, juriique & æquitati ſunt conſentanea, eligere. Sic accipitur in leg.2.ff. de orig. iur.§.ſed & quod Inſtit. de iure natur. quod nos in vernacula lingua dicimus, *VVir laſſen es vns gefallen.*

PLACERE Latinis ſignificat ſtatuere, probare, conſtituere: vnde placita medicorum appellat. Plin.quæ communi medicorum decreto rata ſunt & approbatæ opiniones & regulæ. Græci ἀξιώματα vocant, Cicer.epiſt.lib.9. Placet Stoicis ſuo quanque rem nomine appellare. Placere enim à Placo deducunt Grammatici, vt quod poſt multas vtrinque diſputationes omnium conceſſu conſtitutum, placitum dicatur, quaſi quod ipſis, qui de eo diſſidebant, placatis, tandem viſum eſt dignum & idoneum, cui deberent acquieſcere: quomodo Vlpianus l.1. ff.de pact. pactum definit eſſe duorum pluriúmve in idem placitum & conſenſum. Nam ſicuti, inquit, conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in vnum colliguntur & veniunt: ita qui ex diuerſis animi motibus in vnum conſentiunt, id eſt in vnam ſententiam decurrunt, Conan.lib.1.c.16.nu.9.

PLACERE principi dicuntur, quæ princeps conſtituit, li.1. ff.de conſtit princ.§.quod principi. Inſtit.de iure nat. Briſſ.

PLACERE dicuntur ea quæ inter aliquos conuenerunt, l.33. C. de tranſact.

PLACITA principum, pro conſtitutionibus, l.1.§.ait prætor, ff de poſtul.Briſſ.

PLACITA, lites. In formula fœderis cum Mediolanenſib. apud Ottonem lib.Frid.2.c.4. Legati Imperatoris in palatio ſedeāt, & placita ad eos delata ad honorem imperij definiant.Prat.

PLACITA medicorum appellat Plin. quæ communi medicorum decreto rata ſunt & approbatæ opiniones & regulæ Græci axiomata vocant.

PLACITARE pro litigare & cauſari. Carolus Magnus in donatione Monaſterij Vlmenſis, apud Naucletum. Si aduocatus in prædicta villa placitare voluerit, vt non plurib.quam triginta equis ad placitandum veniat, &c. Et mox, Quicquid placitando ibidem acquirat, tertia parte retenta duas Abbati reddat.

PLACITVM, id eſt, ipſa conuentio l 1.ff. de pact.l 53.ff. de iud.l. 4.ff.de ſeruit.l.74.ff.de euict. l.20.§.ſi pater ff.fam. erciſc. Sic placitum permutationis, in l.3. & 4.ff.de rer.permu.Placitum diuiſionis, in l.40.ff.de pact.l.15. C.fam.erciſc.l.7. 14.27.C.de tranſact Briſſ.

PLACITVM interdum conuentus procerum regni, vel Imperij, quod & Curia dicitur Grego.Turon.lib.7.c.13.petimus vt vſque in placito, quod inter ſe Guntchramnus & Childebertus Reges habent, ſuſtineatis. Et mox: Igitur adueniente placito, directi ſunt à Childeberto Rege, &c. Aymon.lib.4 c.109. Eminuit in hoc placito piiſſimi Imperatoris miſericordia ſingularis. Interdum placitum pro foro & judicio ponitur. Vt in Capitulari Caroli: vt nullus ebrius ſuam cauſam in mallo (id eſt, in judicio) poſſit conquirere, nec teſtimonium dicere: nec placitum Comes habeat, niſi ieiunus. Quod igitur veteres conuentum aut forum agere dicebant, id Feudiſtæ placitum tenere dixerunt. Leg.Friſo.tit.14. Dicat ille, qui homicidam illum interpellauit, ſe in placito publico eum interpellare velle, & ita faciat: Interpellet eum in placito coram judicibus, Radeuic.libr.2 ab exordio. Iam dies placiti affuit, quæ Romanum principem ad campeſtria Roncaliæ, ſicut condictum, inuitabat. Sic in Lombard. libr.2. titul. de ferijs 49.l.1. etiam dominicus dies honoretur, & eum colere omnes ſtudeant, vt eo liberius poſſunt fieri omnia mercata & placita à comitib. Conſiderandum autem, cum Imperatorum leges non niſi in comitijs fierent, vt eas populus ſciſceret, an formula vſitata: *Car tel eſt noſtre plaiſir*, inde nata ſit, pro, Quia tale eſt noſtrum placitum, id eſt, Comitiorum decretum. Carolus in cap.art.12. Quę bonæ memoriæ genitor noſter placita conſtituit, & nos conſeruare volumus Prat.ex Hotom.

PLACITVM, Latine decretum dicitur, Græci δόγμα καὶ ψήφισμα, καὶ ἀρέσκον Bud.in l.vlt.de Senator.Spieg.

PLACITVM nihil aliud ſignificat, quam quod cuique libet facere. Placere enim & libere voluptatis ſunt & libidinis vocabula, non rationis & conſilij. Connan.lib.1.cap.16.n.9.

PLACVERAT ſenatui olim dicebantur, quæ ſenatus cenſuerat, l.at. §.item placere, ff.de pet. hered. Placere & in libris noſtris dicuntur, quæ prudentium auctoritate recepta inducta, conſtitutave ſunt, l.4.ff.de pactis, l.4 ff.de iure codicillorum, Briſſ.

PLERVNQVE in loco Vlp. l.falſus, ff.de furtis, non ſæpe, ſed interdum ſignificat. Sic Cicero de Inuent.2. Furtiua ſunt, quæ plerumque, non ſemper eueniunt, id eſt, quæ interdum. Connan. lib 3.c.3.nu.3.

PLAGA, priore producta, percuſſio. Plagarum aliæ ſunt apertę, vt vulnera recentia. Quædam veteres, vt vlcera putrida, ſanieque purulenta fluentia. Aliæ vero ſunt clauſæ, quæ & cœcæ dicuntur. Quarum etiam quædam ſunt notæ tantum, collectę ex verbere ſanguinis, & circa tumorem etiam: quæ liuores dicuntur. Quædam vero cum tumore: vt temulenta vlcera & tumores, qui ex verbere collectu in vnum ſanguine fiunt: quamvis & circa verbera in corpore tumores naſcuntur. Ex Humelberg.Spieg.Prat.

PLAGÆ, priore correpta ſunt retia cariores maculas habentia. Vlp. de fund. inſtr.l.quæſitum aucupes, ingnit, & plagæ, hujuſmodi inſtrumento continebuntur. Nebriſſ.

PLAGÆ grandes lecticarum tegmen, quarum diminutiuum eſt plagulæ. Varro, Chlamydes, plagæ, vela aurea. Hut.

PLAGIARIVS appellatur, qui mancipia aliena ſolicitat, celat, ſupprimit, l.52 §.ſi fugitiuum ff.de furt. Vnde & ſuppreſſus vocatur, l.6.ff.de leg.Fab.de plagiar.Briſſ.

PLAGIVM eſt, cum quis hominem ingenuum vel libertinum inuitum celat, vinctum habet, dolove malo ſciens emit, aut in earum rerum aliqua ſocius eſt, vel cum ſeruo alieno, ſervæ ve perſuaſit, vt à domino dominave fugeret, ſeruum ſeruamve inuito domino dominave celauit, vinctum habuit, dolo malo ſciens emit, quive in ea re ſocius fuit, l.pen.§.fi.ff.ad l.Fab.de plag. Ita dictum, authore Suida, quod fiat πλαγίως, id eſt, δολίως, vel, ut vult Iſid. à Græco verbo πλάγιος, quod obliquum ſignificat. Hinc plagiarij ſunt, qui furantur homines, liberos vel ſeruos, eoſque vendunt, aut iis perſuadent, vt à parentibus aut dominis ſuis aufugiant. Martialis autem decenti Metaphora plagiarum adpellat furem liberorum ſuorum, quia illos tanquam ſuos teneat in ſeruitutem, dum Quintiano ſcribens, inquit: Impones plagiario pudorem. Plagiarius etiam dicitur is, qui plagas & vulnera infert: vt & plagiator, ſiue plagioſus magiſter: de quo D.Hieron. ad Florent. Magiſtrum autem pueri tui, de quo dignaris ſcribere, quem plagiatorem ejus eſſe nō dubium eſt. Porro plagium differt à furto. Neque enim hominis liberi fit, furtum, nec ſerui alieni oppreſſio furtum eſt, ſi non fiat animus ſerui alieni lucri faciendi cauſa: quæ fraus ne quæſito titulo emptionis quaſi velamento quodam obtegatur etiam fugitiuorum ſeruorum venditio quamvis à domino facta, ex SC.to ad legis Fabiæ pœnam redigitur, le 2. ff. ad legem Fabiam, de plagiar.l. in fuga, C.eod.tit. Plagiariorum pœna olim erat pecuniaria, vt apparet ex l.fi.d.tit.& lib.60 Eclog.48. c.1.quæ propter ſceleris frequentiam in vſu eſſe deſiit: poſtea capitalis eſſe cœpit, & plerunque exilium, ſiue in metallum damnatio, l ſi ff ad leg.Fabiam de plagiar. Sane hominis liberi ſuppreſſio pœnam habet maiorem: l.fin.C.eod. quæ pœna etiam ſacris literis eſt conſentanea, Deut. c.24. ſed ſerui alieni ſuppreſſionis pœna minor eſt, quod conſtat ex §. eſt & inter in. vbi Valt. Inſt.de publ.iud.& ex d.l.fi.

PLAGVLÆ, authore Turneb. lib.2. c.29. aduerſ. vela ſunt & textilia, quibus lecticæ & lecti intendebantur, aut inuoluebantur, vt apud Tranquillum in tit. Lectica dimuta plagulis. Nonius plagas interpretatur grandia linea, & toral. & lecticariam ſyndonem: vnde per diminutionem plagulæ dicuntur, inquit. Meminit plagularum etiam Vlpianus in l.veſtis, 23.§. 7.ff.de aur. argent.ut annotat Baifius de veſtiaria c.20. Budæ. In prioribus annotat, in l.iui, librum 39. per plagas & ſtragula

tape-

tapetiamſeu ſolea intelligi exiſtimat.

PLANA & cliuoſa via apponuntur, l.2.§.deteriorem.ff.ne quid in l. publ. vnde de plano opus facere, & in machina operari contextis relata inueniuntur, l.5.§.plane,ff.comm.Itaque.

PLANARIA cognitio, quæ de plano ſuſcipitur citra tribunalis aſcenſum l.4.C.de dilation. vbi vitioſe plenaria legitur. Sicut plenaria interpellatio, pro planaria, in l.pen. C.de naufr.lib.11. quemadmodum ſcripti codices arguunt. Prat.

PLANARII conflictus, apud Marcell. libro 19. qui ex plano ſolo fiunt, non ex mœnibus.

De plano cognoſcere, interloqui, diſcutere (quo genere loquendi vtuntur ICti in l.1. ff. de conſt.princ.l.9.§.de plano,ff.de off. pro conſ.l.6.ff.de accuſ.l.18.§.ſexaginta, ff. de adult.) ſignificat ex æquo & plano loco cognoſcere, vt Cic.pro Cæcin. & lib.3. Epiſt. ad Appium, & lib.3. de orat.loquitur:id eſt, non pro tribunali, ſed in via, in tranſitu, cum vel lauandi aut geſtandi, aut ludorum gratia, magiſtratus prodierit l.7. ff. de manu vind. §. ſerui autem, Inſtit. de libertin. Nam pro tribunali cognoſcere, non eſt ex plano, ſed ex ſuperiore loco cognoſcere. Et id circo pro tribunali & de plano aduerſa ſibi eſſe faciunt, vt in l. 1. §. abolitio, ff.de Turpil. Abolitio priuatim à præſidibus poſtulari & impetrari ſolet. Item pro tribunali non de plano. Et in l. 18. ff. de quæſtion. Cuſtodiæ non ſolum pro tribunali, ſed de plano audiri poſſunt. Idem ex l.3.§.ſi cauſa, ff.de bon.poſſeſſ. & l.c.§. d et, ff.ſi quis ordo in poſſ.confirmari poteſt. Senec.l.1.de clem. Hæc tamen magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet, meliuſque in tribunali quam in plano conſpicitur. Suet. in Tibe. Et ſi quem reorum elabi gratia rumor eſſet, ſubdiתu aderat, iudiceſque aut è plano, aut è Quæſitoris tribunali legum & religionis & noxiæ, de qua cognoſcerent, admonebat. Hinc in l.1.§.proſcribere,1. ff.de inſt. act. Vnde de plano recte legi poſſint: quæ verba hic olim notis ſcripta, V.D.P.R.L.P. Valerius Probus teſtis eſt. Auſon. in Grat.act. Has ego literas, quas in omnibus pilis atque poſtibus, vnde de plano legi poſſunt, inſtar edicti pendere mandauero, Prat.ex Briſſ.

PLANCIANVM SCtum de liberis agnoſcendis, l.1.§.eleganter, leg.3.§ quia Plancianum, ff. de lib. agnoſc. Eſt & Plancianum SCtum, detractionem quartæ denegans ei, qui non capiens hæreditatem reſtituere rogatus eſt, l.59.ff.ad leg Falc. Briſſ.

PLANTA de arboribus dicitur ea, quæ transferendi gratia, vel de arboribus rapta, vt ait Seruius, vel ex ſeminibus orta: & de herbis quoque dicitur, Inſt.de rer.diuiſ.§.ſi Titius. Spieg.

PLANTARIVM, plantarum locus, & ipſa plantæ in terra nata, quæ cum radicibus transfertur de vno loco ad alium. Seru. & Plinius. Itemque Connan.lib.4 c.1.n.9.

PLANTATVS ager ab agro proſciſſo differt, quod Ager proſciſſus ad ſerendas ſegetes, aruum dicitur. Plantatos autem & conſitus arboribus, aut vineis, plantarium, arbuſtum, vinetum nominatur. Ædificatus vero villa eſt, Connan.lib.4.c.6.n.9.

Πλάνος, dicitur erro & impoſtor: quod vtrumque mendicorum proprium eſt, & in Andegauenſi prouincia appellatur erro, qui Latine mendicus, quo verbo etiam Latini pro ſuo vſi ſunt: vt Tul. pro Cluent. his ille planus improbiſſimus quæſtu iudiciario paſtus: niſi planè mauis legere: tamen quod eum iudiciario quæſtu paſtum eſſe dicit, plani ſignificationi mire conuenit. At Hor.ſcite planum appellat, qui ſimulabat crus fregiſſe, vt alienis vehiculis portaretur.

Nec ſemel irriſus triuiis attollere curas
Fracto crure planum - - -

Vnde planitudo dicta Valentiniano fortaſſe. Connan. lib.2. c. 10. numer.5.

PLANVS locus opponitur edito. Vnde apud Iureconſ. de, vel è plano, pro eo quod eſt, non in tribunali (quod editioris eſſe loci ſolet) aliquid ſtatuere ſed planicie pauimenti ius dicere Vlp. l.1.d.conſt.princ. Vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, Sic apud Martianum & Papinianum. De plano igitur peti, opponitur cauſæ cognitionem pro tribunali deſiderare, vel decretum expoſcere. Vlp.in l.2.§. in bonorum poſſeſſione, ff.quis ord.in bonor.poſſeſſ.ſeruetur. Spieg Adde Forcat. in dial 80.num.1. Necyom. vide paulo ante De plano.

PLATAA, via latior, fereque militaris prætoria, conſularíſque dicitur. Vide Bart.in l.qui ſellam, ff. de ſeru.ruſt.præd.vbi & tradit, an plateæ appellatione veniat ſella ibid.exiſtens. Prat.

Ἐπιπλάτει, locutio ICtis familiaris quid ſignificet: require ſupra in litera, E. in verbo, ἐπιπλάτει.

PLATO ſummæ prudentiæ & authoritatis apud Græcos, in l.poſter. ff.de Nund. Georg. Trapezuntius Platonis vitia expendit, plura, conditis voluminibus, a Beſſarione tamen inſigniter eſt profeſſus, Io. Ludouicus Viues titul.3. lib.4. Recte inquit, qui dixit, Ariſtotelis doctrinam facere impios. Platonis vero ſuperſtitioſos & dæmoniacos.

PLAVSTRA ab imperitis dici, teſtatur Valerius Probus, Ploſtra legendum putant, licet vſus Plauſtra obtineat. Sueton. narrat, admonitum Veſpaſianum à Floro, vt diceret Plauſtra, non Ploſtra: Imperatoremque poſtridie Flaurum illum ſalutaſſe, non Florum, Vlp. Si ex ploſtro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit. Aquilia ploſtrarium teneri placet, l.ſi ſeruus ſeruum, §.ſi ex ploſtro, ff.ad l.Aquil. Paulus in l.qui ſellam, ff.de ſeruit. præd.ruſt. Qui actum habet, ait, & plauſtrum ducere, & iumenta agere poteſt. Cujuſmodi autem munera plauſtrorum nomine vocant, not. in l.omnem, C.de ſacroſ. Eccl. Traditum item eſt, licere magiſtratui retinere plauſtra, & equos priuatorum, pro deuehendo commeatu ad exercitum, Spieg. Cottaſ. libro 3. Miſc.c.20.num.2. plauſtrum inde dictum putat, quod ex omni parte palam ſit quod in eo vehitur, & ſic à vehiculo differre, quia vehiculum ex certis tabulis, velut arca compactum eſt, ita vt quod vehitur, clam ſit & reconditum.

PLAVTIVS IC. cujus ſententiæ aliquot in libris noſtris laudantur. Ad eum notas ſcripſiſſe Neratium, apparet ex l.5. ff. de ſeru. præd. ruſt. vt & Iauol. quod compluribus Pandectarum locis comprobatur, maximéque ex inſcriptione l.38 ff de verb. ſig. quæ hunc titulum præfert. Scripſerant ad hunc Plautium Sextus quidem Pomponius, libros ſeptem: Iulius vero Paulus libros octodecim, quemadmodum prope innumeris Pandectarum locis planum fit.

PLEBANI, in cap.1. ne cler.vel monach.lib 6.quale jus habeant, docet Innocen. in dilectus, de capell.monach. habent perſonatum in Eccleſia. Prat.

PLEBEII magiſtratus, dicti Tribuni ſecundum Pompon. in l.poſter.de orig. jur. plebeij quidem, quod plebem in libertate ius defenderent aduerſus potentiorem iniuriam: quorum ædes die noctúque patebant, dicti Tribuni. Prat.

PLEBEIVS & decurio in libris noſtris quandóque opponuntur, l.3.ff.de teſtib.l.9.§.penult.& 10.§.vlt.ff.de pœn. Hot.

Aliae PLEBEIVS & honeſtior opponuntur, l.1.§.vlt. ff. de effractoribus. plebij, & qui ſunt in aliquo honore poſiti, l.3.§. pœna, ff.ſtellionat.

PLEBISCITA legum appellatione comprehenduntur, quia generales leges ſunt Connan.lib.1.c.13.n.1.

PLEBISCITA Pomp. appellata ait jura, quæ ſibi plebs tum conſtituit, cum in diſcordiam cum patribus deducta ſeceſſit, Pomp. in l.2.§.deinde cum eſſet, ff.de orig.jur. Iuſt.vero plebiſcitum definit quod plebs plebeio magiſtratu rogante, veluti tribuno conſtituebat, §.plebiſcitum. Inſtitu.de jur.natur. Feſtus libro 2. & 17. Scire, ait eſſe ſententiam dicere, ſuffragium ferre. Ergo ſcita plebis dici, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus juſſit plebeio magiſtratu rogante. Briſſ.

PLEBISCITVM, generale juſſum plebis, rogante magiſtratu. Nam niſi plebs rogetur, nullum plebis juſſum fieri poteſt. Aymarus l.2.hiſtor. jur. ciuil. In hoc differens à lege, quæ ſine rogatione populi ſtatuebatur: eiuſdem tamen poteſtatis.

PLEBISCITVM id vocant, quod non vniuerſus populus, ſed plebs tantum conſtituiſſet, & non legem. Quia lex niſi centuriatis comitiis ferri non poterat: & ſenatorio magiſtratu rogante, vt dicit Iuſtinianus: quibus in comitiis patricios, & ſenatores adeſſe oportebat, quos cum non liceret tribunis pl.aduocare, aut omnino vlla de re ad eos referre non poterant, iſti edicere comitia, ſed concilia tantum: itaque præ tribunis pleb. rogantibus jubebantur, non poterant dici leges, ſed potius ſcita, id eſt, juſſa aut vetita. Sciſcere enim ſtatuere eſt vt recte Iuſtinianus definiat, plebiſcitum eſſe, quod plebs plebeio magiſtratu interrogante, veluti tribuno conſtituit. Et Capito apud Gellium libro 10. capit. 20. plebiſcitum eſſe dixit legem, quam plebs non populus juſſiſſet. Itaque eadem veriúſque fuit authoritas, legis, inquam, & plebiſciti præſertim poſt legem Hortenſiam: vt ſcribit Pomponius. Cum enim multæ diſcordiæ naſcerentur de his plebiſcitis, neque vellent patres illis teneri, indignum putantes legem ſibi dici à plebe, pro legibus placuit ea ſeruari lege Hortenſia lata. Et ita factum eſt, vt inter plebiſcita & legẽ ſpecie conſtituendi, inquit, intereſſet, poteſtas autem eſſet eadem. Id etiam tradit Gellius, rogationes Tribunorum non fuiſſe partes obſtrictos donec Qu. Hortenſius dictator tuliſſet, vt eo jure, quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. Connan. libro 1.capit.13.numer.6. Balduinus tamen ſcribendum cenſet plebiſcitum duplici ſſ. quod factum ſit ex verbo plebis & ſcitum: Cicero contra Rullum, & libro 3.de legibus, vocat legem Tribunitiam, propter rogationem Tribunorum. Athenienſes vocabant ψήφισμα, & quia debebat præcedere decretum Senatus: lege data cauebant ἀπροβούλευτον ψήφισμα μὴ εἰσιέναι ἐν τῷ δήμῳ. Apud Ciceronem de opt.gen. orat. legimus & populiſcitum. Bald. titul. de jur.nat.gent. & ciuil.

PLEBISCITVM & lex triplici modo inter ſe differunt. Lex namque à maioribus magiſtratibus ferebantur: plebiſcitum a minore, & ſolo Tribuno pleb. Illa ab vniuerſo populo: hoc à plebe tantum jubebatur. Illa comitiis omnibus ſiue centuriatis, ſiue tributis: hoc vero tributis tantum. Hot.

PLEBS, ait Iuſtin. à populo eo differt, quo ſpecies à genere: nam appellatione populi, vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus. Plebis autem appellatione ſine patriciis & ſenatoribus cæteri ciues ſic ſignificantur, §.4. de iur.nat.l.238.vbi Gœd.ff.de verb.ſign. Hot. Interim tamen

Digitized by Google

PLUMBUM cum argento miſtum deduci poteſt, *Abſchieden*, Vide l. Idem Pomp. ff. de rei vind. Spieg.

PLUMBUM in ripa poſitum, commode dicitur, quod parieti inhærens erectum ita ſubſidet, ut humi iaceat penitus. Unde vulgo arripere dicunt. Alex. de Alex. Genial. dierum lib. 1. c. 15.

PLUMBUM tegularium, quo ædes teguntur, & quod in tegulis ponebantur. Gœdd. ad l. 242. §. 2. n. 1. de verb. ſign.

PLUMBUM (teſte Iaboleno in l. malum, 242. §. plumbum: ubi Alc. Budæ, & alij, ff. de verb. ſign.) quo pro tegulis poneretur, ædificij eſſe ait Labeo: ſed id, quod in ripa hypæthrij tegendi cauſa poneretur, contra eſſe. Alioqui Codices legunt in ripa Thetj, codices antiqui, hypæthrij: & hæc ultima lectio dedit cauſam quibuſdam, ut coniunctis duabus dictionib. Hypæthrij legendum putent, cum diphthongo æ, Hypæthra vel hypæthria quid ſint: unde ſupra in verbo. Hypethra.

PLURA legata ſunt quoties nominatim plures in legato exprimuntur autor Paulus l. 2. de leg. 2. Spieg.

PLURALIS locuti duorum numero contenta eſt. Vlp. de teſt. l. ubi numerus. Spieg.

PLURALIS locutio de uno accipitur, ut conſtat ex l. non eſt ſine liberis, de verb. ſig. Aliquando de trib. idq; fauore ultimæ voluntatis, l. 1. ff de adopt. leg. Pluralis locutio aliquando reſoluitur in ſingularitates, l. falſa, ff. de cond. & demonſtr. & quando verificatur poſitio ſingulari: vide Felyn. c. omnes, 1. diſt. Prat.

PLURES, inſtar unius quibus una competit actio, l. ſi l. plures, ff. de pact. Interdũ pro multi, & ut paſſim apud alios auctores. Sp.

PLURES de tribus dici poſſe, gl. docet, ut aiunt ſingularis, in §. & quod ſæpe in auth. de trien. & ſem. de qua Bart. in l. ſeruo, ff. de opt. leg. Spieg.

PLURES & multi differunt. Plures enim non ſunt pauciores, quam duo: multi non ſunt pauciores quam tres: illud patet ex l. ubi numerus, ff. de teſtibus hoc per l. 5. hoc ſcriptum ad SC. Tertull. Bart. ad l. prætor. §. num. 1. ff. ut bon. rapt. Gœdd. ad leg. 25. in fin. ff. de verb. ſign.

PLURIBUS creditoribus teneri videtur, ſi uni aliorum nomine caueatur, l. ergo, §. creditorib. ff. de fideicommiſſ. libert. Spieg.

PLURIOR, ut Albert. indicat, comparatiuus, minime uſu tamen probatus in decretis legitur, c. non debet, 75. diſt. Spieg.

PLURIS emiſſe, Lege. Quanto minoris.

PLURIS eſſe, l. pen. ff. de in lit. jur. Quod pluris eſt, utiq; tanti eſt. Frequenter autem iungitur verbis æſtimandi, & pretij. Spieg.

PLURISVE hæc adiectio, quæ ſolet numero certo adjici, ad modicã ſummã refertur: autor Paulus in l. 1. de verb. ſign. Quod & dicendum eſt, cum quis plus minus dicit, in Publia. in fi. Depoſiti. Clauſulã eam duabus notis, P. M. antiqui ſcribere ſolebãt. ut admonuit Alciat. Caius ait: hæc enunciatio, quæ fuit pluris triginta aureor. ſimul & quantitatis & æſtimationis eſt ſignificatiua. Quoties ita loquimur: quod in cenſum detulit Titius, pluris eſt aureorum 30. id ſignificare poteſt, non ſolum quantitatem 30. aureorum in cenſum relatum: ſed etiam tantum rerum, ſeu corporum detuliſſe, quantum æſtimatio 30. aureorum efficere poteſt. Alc. ibid. Prat.

PLUS, multiſatiam intelligi, Bart. demonſtrat. in l. ſi creditor. ff. de leg. 5. Huic adde Brechæum in l. adiectio. in tit. de verb. & rer. ſignif.

PLUS æquo luminis facere. Vide l. ſi arborum. ff. de ſeruit. urb. prædior.

PLUS aut minus, non ſolum in quantitate, ſed etiam in tempore intelligendum eſt. Plus enim eſt, ſtatim aliquid dare: minus vero, poſt tempus dare, teſte Theophilo Spieg.

PLUS minus, hac coniunctione frequentius legitur, pro plus minusve h. e. circiter. d. l. Publia. §. fi. Titius Sempronio ſalutem. Habere me à vobis auri pondo plus minus decem.

PLUS peti quatuor dicitur modis: Re, tempore, loco cauſa, vel ut Paul. libr. ſent. 1. 5. qualitate Re, cum re aut quãtitate aliqua certa debita res plures, aut maior quantitat. petitur. Tempore, cũ quod in diẽ, aut ſub conditione debetur, ante tẽpus vel exiſtentẽ cõditionem petitur. Loco, cum quod ut certo detur loco cautum eſt, ſtipulatione, vel alio modo petitur, non facta mentione loci, in quo peti debuit. Loci. n. mentione facta, actioneque arbitraria conſtituta, ut iniquitas loci cõpenſetur, alio loco recte petitur. Cauſa, cũ ex plurib. reb. diſiũctim puta, Sticho aut Pãphilo vel generaliter, puta hominem, promiſſis, certe petitur, quia actor unam aliquã rẽ certam petens, aufert reo electionẽ, quæ alioqui ei in eiuſmodi promiſſionib. conceditur. l. ult. ff. de verb. oblig. l. plerunq; ro de iure dot. aut cõ ejuſdem ſpecies rem meliorẽ poſtulamus, quod exemplũ poſuit Paul. l. tit. 5. Quin etiam ſi quis petat id, quod eſt viliſſimum. Cæterum pœna plus petentiũ alia erat olim, alia hodie. Olim erat hæc, ut plus petens cauſa caderet, i. e. rem amitteret, vel, ut planius dicam, omnium poſterũ actione excluderetur, nec unquam ei debitũ petendi poteſtas concederetur. Sed hodie ab hac pœna receſſum eſſe docet Iuſt. idq; partim ex conſtitutione Zenonis Imper. partim ſua Zenonis, conſtitutionem reſtituit, Cuiac. li. 12. obſ. c. 21. & tam Græce quam latine Iulius Pacius in corpus ſuũ retulit. ſub tit. C. de plus pet. Cujus ſumma proponitur in §. hodie Iuſt. de except. Illa Zenonis cõſtitutio erat de his qui plus petebant tempore, & volebant. Primo, ut tantundem temporis, quantum vel ex pactione, vel ex natura actionis debitori ad ſoluendum conceſſum erat, creditori daretur. Deinque ut poſt inducias illas creditor non aliter audiretur, quam ex penſis indebite defatigationis debitoris refuſis aut ab eo remiſſis. Tertio, ut illud alterum tantum temporis: quod indulgetur debitori, immune ſit ab uſuris dependendis. De reliquis autem, qui plus peterent. Iuſtin. duas conſtitutiones emiſit, quarum opinionem idem Cuiac. d. c. 21. teſtitur, & plenius Iolius Pacius ex Antonio Contio l. 4. Cod. de plus petit. Altera etiam in vulgatis Codicib. habetur, & vulgo numeratur in l. unica, C. de plus petit. Idque voluit, ut ſi ea ex re quid damni ſentiat reus, id ab actore ei reſtituatur triplum. Vult. ad §. ſi quis agens, 30. n. 3. 4 & ſeqq Inſt. de action.

PLUS & minus, non mutant ſpeciem, l. ſi de fund. inſt. leg. Neq; n. minus eſt ſcappha nauis, quam oneraria, tametſi minor: neq; oneraria magis, tametſi maior. Sic locuples non eſt magis ingenuus, quam pauper, l. humilem, C de inceſt. & inut. nupt. Sp.

PLUS facere. Qui plus facit, is utiq; tantundem quantum debet, facere cenſetur, l. cum furti, in fi. ff. de in litem jurau. Spieg.

PLUS pretij conſequi propter artificium. Pomponius l. niſi ſi, ff. de rei vind. Spieg.

PLUS repetere dicitus qui plus petit, quam debitum ſuum ſit.

PLUSCULUM, in l. nam ſatis, §. 1. quemadm. ſeruit. amitt. Spieg.

PLUTEI, quæ tabulæ & affixæ, & parietibus adiunctæ dicuntur, in l. 41 §. 7. de leg. 1. Vlp. l. 27. §. 2. de act. emp. Reticuli circa colũnas: Plutei circa parietes, itẽ cilicia vela ædiũ non ſunt. Hot.

PLUTEI Vegetio è vimine contexuntur, cratibuſque & cilicijs proteguntur, formamq; aſpidis habens, de quo latius Turnebus lib. aduerſ. 14. c. 14.

POLYTONAM antiqui Deum fingebant, cui omnem terrenam vim atque naturam dicatam putabant. Cicer. in 2. de nat. deor. Terrena autem vis omnis, inquit, atq; natura Diti patri dicata eſt, qui diues, ut apud Græcos Pluton: quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Coraſ. lib. 4. Miſcell. c. 8. n. 5.

PLUVIA aqua dicitur, quæ de cœlo cadit, atque imbre excreſcit, l. 1 §. 3. ff. de aqua & aq. pluuia.

PLUVIA aqua, & pluuialis aqua, idem, h. e. quæ pluta eſt. Scbat.

P O.

POCULA oleaginea, legimus apud Iauolenum in l. qui concubinam. §. qui quatuor, ff de leg. 3.

POCULA dicuntur omnia potui parata, veluti trulla, ſcyphi, modioli phialæ, l 36. ff. de aur. arg.

POCULENTUM dicitur, quicquid potari poteſt Quidam exiſtimant, poculentũ ſcrib. debere. Poculentũ autem, ut & eſculentum judicibus pro honorario accipere licet, l. plebiſcito, ff. de offic. præſid. de quo vide Iodoc. Damhuder. in prax crim. c. 130.

POCULUM cum pro vaſe, ex quo bibitur, ut in l. Seiæ, ff de aur. arg. tum pro potu ipſo accipitur, ut in l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœn.

POCULUM abortionis, cujus meminit Iuriſconſ. in jam d. l. ſi quis aliquid 38 §. qui abortionis, 5. eſt, quod proponantur, ut abigatur, partus conceptus, ex ſabina, vitice, cocco Gnidico, aliiſque ſimilibus malignis rebus confectum. Poculum amatorium autem, cujus ibidem Iuriſconſul. meminit, eſt potio ex philtris, aliiſque herbis ac rebus, ad excitandum amorem alicujus viri vel fœminæ confecta. Plinius & Columella teſtantur, plerunque id fieri ex caruncula quadam (hippomanes vocari ſolet) quæ in pelle equini fronte naſcitur, admixtia nonnullis herbis veneficis, rebuſque alijs illicitis: quæ pro amore, plerunque, conciliant furorem, ac denique mortem: iuxta illud. Naſon. lib. 2. de arte amand.

Philtra nocent animis vimq; furoris habent. Et Politianis
Nec qui philtra bibit, nimioque inſanit amore,
Mox ferro occumbit. Sic mentem amiſerat omnem.

De qua re plura Ioſephus libro 19. de bello Iudaico, nec non Ariſt. lib. 2. Moral. Rutilia Lucretij uxor amatoriam potionem marito propinauit, quo in eiuſmodi rabiem maritum deduxit ut paulo poſt mortem ſibi conſciuerit: Auctor eſt Euſebius. Teſtatus idem de aliis Hippolyt. de Marſiliis ad l. eiuſdem, §. 4 adjectio, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. de qua re vide, Virgil. lib. 3. Georgic. Differunt autem poculum abortationis, & poculum amatorium: Illud ſoli propinatur mulieri, utpote ventrem gerenti, nunquam viro, poculum vero amatorium tam viro, quam fœminæ præparari poteſt, Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. caſ. 357. li. 2. Plin. lib. 25. c. 3. & lib 14. c. 18. Gell. lib. 12. c. 1. Ouid. de arte amand. libr 2. Gœdd. ad l. 1. num. 32. de verb. ſign. Huius criminis reum ultimo ſupplicio afficiendum eſſe putat Coraſ. lib. 1. Miſc. c. 24. n. 6. per ſupra dictum §. qui abortionis, 5. licet legamus, mulierem quandam, quæ amatorio poculo hominem occiderat, ab Areopagitis abſolutam, delictum ex animo rerum iudicantibus, quia amoris cauſa fecerat.

PODAGRA, in l. à mulieribus, C. de decur. lib. 10, eſt pedum morbus & dolor, qui ex influente ad pedes humore ſuperfluo, & eorundem imbecillitate accedit: nunc quidem cum inflammatione, nunc veró cum refrigeratione: nuncque cum tumore, nunc ſine eo: eam ICtus in l. qui tertiana, ff. de ædil

edict. inter morbos numerat. Olim autem incurabilis cenſebatur podagra, vt innuis Ouid. 3. de Pont.

Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.

Hodie vero medicorum opinione & obſeruatione ſanabilis perhibetur, D. Gœdd. ad l. 101. §. 2. in fin. ff. de verb. ſign.

PODIVM apud Vlp. in l. quæſitum, §. canales, ff. de fun. inſtr. eſt locus extra ædificium porrectus, vnde ſpectamus, ſi quid foris fiat. Item ſpongiæ, inquit, quibus columnæ, pauimenta, podia extergantur. Eſt & præcipuus locus in theatro, cui inhærebat Imperator, vel Senatores ludos ſpectãtes. Hinc illa inſcriptio: Theatrum ſtrauit pauimento, podiu circumſcripſit. Lege Vitruu. lib. 5. cap. 7. Caranæum in 5. comment. in Plin. Cujac. 13. obſer. 13. addubitat. num. & Podia illo epiſt. Vlp. loco poſſint ſignificare menſas quæ monopodia vocat Liu. lib. 36. idque Homeri autoritate adductus, qui lib. Odyſſ. 1. ſic canit:

Οἱ δ' αὖτε σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας Νίζον.

Item alibi ſæpiſſime: Alias Podia impilia ſunt: de quib. ſupr. in voce Impilia & Pollux: πόδια inquit, τὰς περὶ τοῖς ποσὶ πιλεῖς. As podia fœminini generis funis eſt, quò tenditur velum, Seru. comment. 5. ante fin. Ptat.

POENA verbum latiſſime patet: Nam & pro culpa quandoq; accipitur, l. fin. ff de fideiuſſ. & generatim acceptum, quamlibet coercitionem noxæque vindictam, ſignificat, l. aliud eſt fraus, ff. de verb. ſign. § fin. Inſtit. de legat. quamobrem & vſuram ſic comprehendit, l. qui ſine ff. de neg. geſt. Vt & vſura quandoque pœna dicitur, l. lecta ff. de reb. cred. Sic & mulcta pœnæ verbo intelligitur, l. tutor qui repertorium, §. Idem ſolent, ff. de adm. tut. & id quod intereſt pœna vocatur, l. fi. ff. de eo quod certo loco, l. nouiſſima, ff. de jud. Quin etiam expenſarum condemnationem Imp pœnam appellauit. Coſtaſ. lib. 2. Miſc. c. 21. n. 1. cui add. Gœdd. ad l. 131. n. 10. 11 ff. de verb. ſig. Porro pœna, vt ex iis, quæ Cato & veteres ſcribunt, docemur, videtur ἀπὸ τοῦ ποινῆς deducta. Nam à Græcis dicitur ποινὴ vt errent, qui Latinam etymologiam voci affingũt. In qua ſe circa etymum agri. & Varro à Quintiliano riſus eſt: non ineleganter tamen ab eo quod pone eſt dicta videri poſſet. Id plerunque idem eſt, quod poſt, niſi quod pone proprie loci ſignificatiuum eſt, vt non poſt temporis quoque Nam peccare quam puniri, prius eſt tempore: hinc verbum pœnitet: ſeu verbi productionem eſſe id volumus, quod adductum eſt, nihil ſignificantem: ſiue & tenendi quædam in eo eſt poteſtas, vt multis videtur: quem. n. pœnitet, hunc fere eſt, vt & pœna, i. ſi commode magis, quam Latine rem interpreteris, dolor teneat. Qui autẽ ſi timendi vim aliquam in ea productione malis imaginari? Profecto enim, pœnæ alicuius, aut mali expectatione torquentur, qui pœnitentia dicuntur. Quanquam vt pœnitentiæ verbum potius, ab eo, quod pone eſt, originem trahat, quam à pœna, argumento eſſe poſſit, quod Græci μετανοεῖν & μεταμέλειν differunt. Fit autem à pœna, punio: vt Punicus à Pœnis: Mœnia, ab eo quod eſt munire. Nam magnam affinitatem eſſe diphthongo œ, cum litera v, (quæ & ipſa vim diphthongi in quibuſdam habet, veluti in muſa, quæ μοῦσα eſt Græcis) vel illud oſtendit, quod mœros dixerit Maro, quo muros vocamus: ſic lingua Belgica, Spœde, dicitur, quæ Græcis eſt Σπουδή. Nec ſonus perinde, ſi animaduertas, intereſt, vnde aliqui è Græcia, quod lingua communi eſt μοῦσα ipſi μοῖσα ſonant. Curt. lib. 1. εἰκασμῶν tom. 2. c. 19.

POENA appellatur, quicquid extra rei perſecutionem eſt, l. a. in fin ff. de tut. & rat. diſt. l. 12. §. 2. ff. ſi quis omi. cauſ. teſt. l. 5. §. vlt. ff de publician. l. 25. §. 1. ff. quæ in fraud. creditor. l. 11. §. ſed ſi plures, ff. ad leg. Aquil. §. ex maleficiis. Inſt. de acti. Briſſ.

POENA & fraus quomodo differant, tradit Vlp. in l. aliud 131. in prin. ff. de verb. ſignif. Aliud, inquit, fraus eſt, aliud pœna: quaſi dicat, tantum inter fraudem & pœnam intereſt, quantum inter cauſam & effectum: idque duplici oſtendit argumento primo à cauſa & effectu proprio: quia fraus ſine pœna eſſe poteſt; pœna autem ſine fraude nunquam, h. e. pœna ob fraudem, id eſt, delictum infligitur & nulli pœnæ obnoxium eſt quod fraude, hoc eſt delicto culpaque vacat, cap. ſine culpa de regul. jur. libr. 6. Etiamſi interdum aliqua fraus culpave impunita eſſe poſſit, eo quod aut delicti forma abſit, aut nulla lex vindices fraudem vt exemplum in l. 24. §. Diuus autem, ff. de relig. & ſumpt. Pœna enim eſt commenſuratio fraudis, l. ſancimus, C. de pœnis, ſeu æſtimatio delicti, l. ſanctio, ff. eo. Vbi igitur fraus non eſt, quia nec delictum ſit, pœnam nullam eſſe neceſſe eſt. Alterum Iuriſconſulti argumentum à pœnæ fraudiſque definitione petitum eſt, pœna, inquit, noxæ vindicta eſt, hoc eſt, æſtimatio vindicans culpam ſeu fraudem d. l. ſancimus, C. de pœn. d. l. ſanctio, ff. eo. dic. ſi culpa vbi Peckius eleganter: vel pœna eſt noxæ vindicta, hoc eſt ipſius pœnæ executio, cum noxa nihil aliud ſit, quam pœna, l. fin. de noxal. act. pœna enim noxam ſiue peccantem, l. ſi quadr. paup. fec. dicat. §. 1. Inſt. de nox. act. ſequitur, ſicuti lepra leproſum, l. fin. de noxal. act. l. 1. C. eo leg. 5. ſi ex nox. cauſ. agat. vt vbi hæc non ſit, nec illa exiſtat, & vbi illa ſit, hanc eſſe oporteat: Fraus, inquit, & ipſa noxa, hoc eſt delictum, ſiue culpa noxa digna dicitur, leg. 4. de noxal. act. l. plebs, §. final. ff. de verbor. ſignificationibus, & quaſi pœnæ quædam præparatio; hoc eſt, pœnam procreans Gœddæ. ad l. aliud fraus. 13. in princ. n. ff. de verb. ſign.

POENA & mulcta quomodo differant, vide ſupra in vero. Mulcta & pœna.

POENA & vſura, ſi propriam & peculiarẽ verborum proprietatem ſpectaueris, inter ſe differunt, l. grege. §. fin. ff. de pignor. l. non ſolum. §. 1. de lib. leg. A Bart. in l. cum ſtipulari. de verb. oblig. inter vſuram & pœnam traduntur tres notandæ differentiæ: prior eſt, quia vſura quantitati duntaxat, vel ei, quod quãtitatis loco eſt, adiicitur l. in fideicommiſſi §. ſi ff. de vſur. Pœna vero etiam facti obligationib. annectitur. l. ſtipulationes non diuiduntur, §. 1. ff. de verb. oblig Altera pœna pro toto tempore opponi ſolet. l. traiectitiæ, §. de illo. ff. de act. & oblig. Vſura aũt diſtincta temporib. veluti in annos, aut menſes ſingulos. d. l. cum ſtipulatur. Quæ tamen prima fronte contrarium probare videtur in illis verbis: pro vſuris legitimis pœnam in ſingulos menſes, ſi ſors ſoluta non ſit: niſi defendendo cõmunẽ ſententiam, quę vera eſt, dixeris, verba illa, pro vſuris, tollere difficultatem. Tertia differentia: Vſura põt ſine mora deberi ex ſtipulatione d. l lecta. in fin. Vſura. n. ſortis acceſſio dicitur, quæ non tam propter morã, quam vſum datę mutuę pecuniæ exigitur. l. vſura, ff. de verb. ſig. Ideoque Paul. Caſtr. in l. Iulian, §. ex vendito. col. 2. ff. de act. empt. Quod (inquit) dici ſolet, vſuras non venire, niſi à tempore moræ obtinet, niſi contrarium à partib. agatur: ſicuti ſi dem tibi mutuã pecuniam poſt annũ reſtituendam, ita vt in ſingulos menſes nonnihil vſuræ nomine pendas d. l. lecta Atqui pœna ſemper ex mora debetur. l. ita ſtipulatus ff. de verborum oblig. Hæc tamen differentia non ſatis placet Io. Imol. in d. l. cum ſtipulari. nam pœna [vt ille ait] ex ſolo conditionis euentu deberi poteſt: vt quando ſtipulatio à præcedenti conditione incipit: veluti ſi dicam: Si Calendis Stichum non dederis, decem dare ſpondes? Nam ante Calendas, Sticho mortuo, agi non poteſt, ſed expectanda eſt dies, in quam tota obligatio collata eſt. l. in illa. ff. de verb oblig. Schard. ex Coraſ. lib. 3. Miſcellan. c. 2 t. a 1. & ſequentibus.

POENA, vt inquit Vlp. in l. aliud. eſt fraus, ff. de verb. ſig. eſt delictorum coercitio. Cauſa aũt infligendæ pœnę vna & præcipua eſt, emendatio hominũ, qui delinquunt, l. ſi pœna, ff. de pœnis, cum videl. ea pœna irrogatur, quę vitã non adimit. Altera cauſa pœnę infligendæ nocentib. eſt exemplũ: nã pœna vnius metus eſt multorum, l. 1. C. ad leg. Iul. r. petund. & cæteros à ſimilibus facinoribus deterret, l. bona fides, depoſiti, l. capitaliũ, §. famoſos, ff. de pœ. Quod adeo verũ eſt, vt in brutis quoq; animantib. atq; adeo feris id deprehendatur Scribit. n. Plin. lib. 8. c. 18. Viſos fuiſſe in Africa crucifixos Leones, à quib. fuerãt vrbes obſeſſæ, quo cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrerentur eadẽ noxa. Hinc illud Senecæ, quod à Platone mutuatus eſt: nemo prudẽs punit quia peccatũ eſt, ſed ne peccetur. Eſt igitur pœna ad continendã remp. valde neceſſaria, vt nõ immerito dixerit, præmiũ & pœna rẽp. contineri. Quo reſpexit Vlp. cum diceret, ICtos tam metu pœnarũ, quã præmiorũ exhortatione bonos efficere, l. 1. ff de iuſt. & jur. Tametſi has duas tã ſi cauſas Plato commemoret in Gorgia, tamen noſtri autores videntur vindictã quoq; eius, qui iniuria facta eſt ſpectaſſe, nẽpe vt ſupplicio aduerſarij contentus quieſcat, nec vindictæ priuatæ cauſa aliquid moliatur, quod reip. perniciem adferat. l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœn. Ex jam dictis conſequitur, eum, qui nihil admiſit, nullam pœnam mereri, l. crimen, ff eo. l. ſancimus, C. eo. tit. Quod tamen perpetuum non eſt. Nam & Deus ipſe, qui iuſtiſſimus eſt ob vnius hominis admiſſum pœnas nonnunquã à tota aliqua ciuitate expetit, ſi Heſiodo credim⁹, cũ ait. πολλάκις καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα, &c. Quæ aũt admiſſa puniantur, traditur velut quidã Epilogus à Claudio Saturnino, in l. aut facta, C. de eod. Aut. n. inquit, facta puniuntur, vt furta cædeſq; aut dicta, vt cõuitia & infideles aduocationes, aut ſcripta, vt falſa & famoſi libelli, aut conſilia, vt coniurationes, &c. Cogitationis aũt nemo pœnam patitur, l. cogitationis, ff. d. tit. de pœnis, vt e. gr. ſi quis declarauerit ſe velle hominem occidere. Conatus tamen aliquando punitur, qui fines cogitationis excedit. l. ſi quis non dicam, Cod. de epiſc. & cle. Quinimo ſola plectitur aliquando conſcientia facinoris ab alio perpetrati, l. Metrodorum, ff. de pœ. Nec tantum punitur, quod dolo malo admiſſum eſt, ſed etiam plerunq, id, quod abſque malo animo in felicem euentum habuit, l. ſi quis aliquid 36. § qui abortionis, ff. eod. Vt ſi quis poculum amatorium dederit, ex quo aliquis interierit, Franſc. Duare. in com. ff. ad tit. de pœn. c. 2.

POENA, ait Old. ob corruptam ex Adæ lapſu hominis naturam introductæ ſunt quib. mali coerceantur, ne peccent, ſeu delinquant facilius. Qui. n. juſte agere propter naturalẽ legẽ ſummamq; bonitatem non experit, quique obtemperare non vult rationi, in qua ſunt honeſtatis formulæ, quas intelligit quidem dictante conſcientia, ſed contemnit: is, rogo, quid ſpectabit, quid timebit, ſi pœnas adimamus? Certe nihil, ſed iruet in omnia flagitia. Nam quid faciet. ait Cic. 3. lt. offic. Is homo in tenebris, qui nihil timet, niſi teſtem vel judicẽ. Quid in deſerto loco nactus quem multo auro ſpoliare poſſis, imbecillem atq, ſolũ? Alioqui vir bonus, qui juri naturali obtẽperat, & voluntatẽ ſuam illi conformẽ facit, eamq; ſequitur, vnde & juſtitia

virtus

virtus dicta: is omnibus pœnis exemptus eſt, nec timet, ſed amat magiſtratum, velut honeſtatis conſeruatorem, ad Ro. 13. Ideoque nullas bonorum vtilitates æquitati naturæ præfert, neminem ſciens lædit, & vere juſtus eſt, quatenus ad politicam vitam attinet. Recteq; Socrates execrari eum ſolebat, qui primus vtilitatem à natura ſeiunxiſſet. Id enim querebatur caput eſſe exitiorum omnium, vt Cicero refert. Hinc intelligis pœnas defenſiones legitimas ex natura eſſe, ſicut & magiſtratus.

POENA capitalis diuiditur in ſummũ ſupplicium, pœnæ metalli coercitionem, & in inſulã deportationẽ, l. capitalium de pœnis. Cæterum inter varias pœnarum ſpecies nulla ad naturam propius accedit pœna talionis, vt Ariſtot. quoq; probat. Extat vel de elegant locus ff. quod quiſq; jur. in alium ſtatuit Spieg. Prat.

POENA capitalis eſt, quæ lædit caput hominis. Caput autem hominis dupliciter accipimus, naturaliter & ciuiliter. Naturaliter omnes homines habent caput: ciuiliter non omnes caput habent. Et qui habet ciuile, is vtique & naturale habet, non viciſſim. Is tamen, qui naturale caput perdit, ſiquidem habet ciuile idem caput ciuile protinus amittit. Pœna capitis naturalis eſt mors naturalis, quæ fit vel gladio, vel ſecuri, vel lapidatione, vel aqua, vel ſuſpendio, vel confractione, vel igne. Pœna capitalis ciuilis eſt mortis ciuilis, quę contingere poteſt ſaluo capite naturali. Caput autem ciuile conſiſtit in tribus, nempe in libertate, in ciuitate, & in familia. Vultejus in princ. Inſtitut. de publicis nu. 6.

POENA capitis ea dicitur, qua vel vita, vel libertas, vel ciuitas, vel honeſtas perditur. Conn. l. 3. c. 3. n. 6. quia vtroque modo, id eſt, morte & deportatione, ſiue quod idem eſt, exilio, accidit vt caput, i. e. homo è numero ciuium eximatur, l. 2. §. 1. ff. de pœn. § cum autem, quibus mod. jus pat. poteſt. ſolu. Vt quod ad ciuitatem Romanam attinet, nihil intereſt, quomodo de medio ciuium tollatur. Vnde & deportatos morti comparari dicimus, l. 1. in fin. de bon. poſſ. contr. tabul.

POENA extraordinaria eſt arbitraria, quæ non lege delicto præſtituta, ſed arbitrio judicis relicta eſt, l. 3. vbi gl. C. de ſacroſan. eccleſ. & Weſenbec. ad §. in ſumma, 7. Inſtit. de injur.

POENA exacta, *ein eingebracht oder empfangẽ Straffgelt oder Buſs.* inter fructus numeratur: quod de futuris pœnis nuſquam relatum eſt, facit l. conuenire, de pact. dot. & l. ſi vnus §. illud de pact. cum ſimil. Proinde recte improbatur, quod quidam pœnas futuras in venditionib. tanquam fructus vendunt. Spieg.

POENÆ cauſa legari dicitur, vt Vlp. 10 Inſt. de tit. de legat. & Juſtin. eod. tit. § pœnæ quoque cauſa: vbi vide Vultei. definiunt, quod coercendi hæredis cauſa relinquitur, quo magis faciat aliquid, aut non faciat: veluti cum ita legatur, HÆRES MEVS, SI FILIVM SVVM IN MATRIMONIVM TITIO COLLOCAVERIT, VEL EX DIVERSO SI NON COLLOCAVERIT, DECEM AVREOS DATO. Sic enim non tam beneficij in legatarium conferendi, quam in odium & pœnam hæredis legatur. Pœnam autem à conditione voluntas teſtatoris ſeparat, l. vlt. de his quæ pœnæ nomine relinquuntur. Briſſ.

POENÆ cauſa indiuiſa eſt. Nam & ob minimam partem non ſolutam, ſolida pœna committitur. Cujac. ad leg. 85. prope fin. ff. de verb. oblig.

POENÆ diſpenſæ non repetuntur. Cujac. obſeru. lib. 8 c. pen.

POENÆ militares quondam erant decimatio, fuſtigatio, exauthoratio, vel vt milites ſtantes cibum caperent, vel vt fuſtem circumferrent, vel vt militarent deteriore conditione, quam cæteri: Vide Vall. c. 16. lib. 11. de re mil. Spieg.

POENÆ ſeruitus & Romanæ ciuitatis & agnationis jus extinguit. l. qui vult. 29 ff. de pœn. Pœnę autem ſeruus ideo dicitur is qui ad beſtias vel metallum dãnatus eſt. quia nullius plane niſi ſupplicij ſui ſeruus eſt: quippe cui ad perpetuum eſt addictus, adeo vt ſi quid ei legatũ fuerit, pro non ſcripto habeatur: quaſi ait Marcian. nõ Cęſaris ſeruo datum ſed pœnę, l. ſunt quidam. 17. ff. de pœn. Et, vt rem paucis abſoluam, ſerui pœnæ olim dicebantur, qui ſummo ſupplicio ſic addicebantur, vt ſi liberi eſſent libertatem: ſi ſerui, domini familiam quaſi abalienati amitterent: adeo vt ne à pœna quidem liberati in veteris domini poteſtatem redirent, l. 8 §. 3. & 20. & l. 29. ff. de pœnis l. 8. C. de ſent. paſſ. l. 24 §. 5. ff. de fideic. libert. Hot. Prat.

POENÆ ſummæ, mediocres, minimæ: vide Supplicia. Hot.

POENALES actiones ſunt, quibus duntaxat exigitur, ne aduerſarius puniatur: quæ & odioſę, quia reo conuento damnum adferunt, dicuntur: vnde & per interpret. molliendæ ſunt potius, quam exaſperandæ, l. interpret. ff. de pœnis. Spieg. Prat.

POENARVM conuentionalium duplex genus. Vnum quod damni vel lucri ceſſantis æſtimationem præſtat, aliud, quod pro contemptu contumaciave infligitur: atque proprie pœnæ vocantur, ille non æque Alciat. in parerg. c. 2. lib. 1. Prat.

POENARVM genera multa ſunt. Nam ſunt pœnæ, quæ aut vitam adimunt, aut ſeruitutem injungunt, aut ciuitatem auferũt, aut exilium, aut coercitionem corporis continent, veluti fuſtium admotio, flagellorum caſtigatio, vinculorum verberatio, l. ſi quis forte, §. fin cum l. ſeq. ff. de pœn. Vita admittitur, puta ſi damnatur aliquis, vt gladio in eum animaduertatur, &c. Sunt autem & aliæ pœnæ aduocationibus vel foro interdicere: vel interdicere Notariis, ne ſcribant inſtrumenta, vel negotiatione intercidere, l. moris, eod. titul. &c. Io. Bellon. Etymol. adde Cujac. ſent. Paul. lib. 5. tit. 17. de abolition.

POENARVM finis duplex eſt: vnius eſt emendatio hominum qui delinquunt, l. ſi pœna, ff. de pœn. cum videlicet ea pœna irrogatur, quæ vitam non adimit. Alter finis eſt, vt ſit nocentibus exemplum: nam, pœna vnius metus eſt multorum, leg. 1. C. ad leg. Iul. repetund. & cæteros à ſimilibus facinoribus deterret, l. bona fides, depoſiti, l. capitalium, § famoſos, ff. de pœn. Quod adeo verum eſt, vt in brutis animantibus atque adeo feris id deprehendatur. Scribit enim Plin. lib. 8. cap. 16. viſos fuiſſe in Africa crucifixos Leones, à quibus fuerant vrbes obſeſſæ quo cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrerentur eadem noxa. Hinc illud Senecæ, quod à Platone mutuatus eſt, nemo prudens punit quia peccatum eſt, ſed ne peccetur. Duaren. in commen. ff. ad tit. de pœnis, c. 1. & Gœddæus ad leg. 131. in princ. n. 25. 28. de verb. ſign.

POENARVM interdictarum hæc tria refert genera Iac. Cujac. obſer. li. 14. c. 14. Primũ eſt media necari, vt Marcianũ retuliſſe l. 10. ff de interdict. & releg. ex Baſilicis colligi poteſt: qua de cauſa & quos ablegabant tyranni in ſpecus aut loca ſola, hi ſolebant eis aliquid apponere, vt apud Sophoclem Creon jubet defoſſæ Antigonæ, [illegible] Aliud, cum quis carcere perpetuo pro pœna continetur, argu. l. 8. §. ſolent, ff. de pœn. hic enim improprius eſt carceris vſus, quã non pœnæ, ſed diligentioris cuſtodiæ cauſa haberi debet, vt ait l. 4. § ejus, ff. de injuſt. rupt. Tertium ne quis pœnæ cauſa ſeruientis ſubijciatur, l. pen. ff. de quæſt. quod pœnæ genus tyrannicum & inciuile Tertull. conteſtatur in Apologet. Prat.

POENITALES olim appellabantur funerales, nouem dierum feriæ. Nam ſeptem dies apud veteres cadauer domi deplorabatur: octauo efferebatur, nono tumulabatur, vt annotauit Bald. commen. ſuper Inſtit. Iuſtin. lib. 4. tit. 17. de offic. jud.

POENITERE dicimur, cum quę ipſi fecimus, ea nobis poſt diſplicere incipiunt, & moleſta eſſe. Inde recte ſumitur pœnitentia, pro reſipiſcentia, vt apud Iuſtin. in l. Imperialis, C. de nupt. Sp.

POENITENTIA, ſuprema quæ ſit, vide ff. de donat. inter vir. & vxor. l. cum hic ſtatus, § pœnitentiam.

POENITENTIA ſecundũ Ambroſ. eſt & mala preterita plangere, & agenda iterum non committere, c. pœnitentia, de pœnit. diſt. 3. ſecundum Auguſt. ſic Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe quod dolet commiſiſſe: & pœnitere eſt pœnam tenere, c. pœnitentia, 2. ead. diſt. Ioan. Bellon. Etymol.

POETÆ nulla immunitatis prærogatiua juuantur l. pœnæ, C. de profeſſ. lib. 10. Prat.

Ποίησις & πρᾶξις, id eſt, affectio & actio, ſic inter ſe differunt apud Ariſt. vt actio ſit, ipſius cui cauſa & in ſe perficiatur ipſa, velut prudentem eſſe, lætari, canere, ſaltare, viuere: & huius generis actiones, quę ſuo vſu ſic cõſummũtur, ſit nullũ eorũ opus extet. Effectio autẽ inchoata quodãmodo atq; imperfecta eſt, quia refertur ad aliud & aliquod quaſi ex ſe natum opus relinquit, quod item alterius cauſa eſt: quale eſt ædificare, quod ædificij extruendi cauſa facimus, ipſum aũt ædificiũ nõ propter ſe ſit, ſed vt habitemus. Sic inſtrumentorũ agentia dicuntur ea, quę præter vſum nihil nobis afferunt: quod genus, veſtis, lectus res omnes quas poſſidemus. Alia ſunt efficientia, vt pectẽ quo texitur pannus, propter pannum eſt factus, & pannum nobis præbet, tanquã opus ſuum, atq; vt eo tegamur. Ita qui pectinem emit vt vẽdat pluris, eum poſſidet quaſi dominus rem ſuam, nõ quaſi artifex inſtrumentum. Textor vero, qui eo vtitur cũ habet inſtrumenti loco. Refertur, o. inſtrumentum ad artificem, vt res poſſeſſa ad dominum, & quæ ratio eſt. Illius ad alterum ea eſt horum inter ſe. Et pecten artifici domino, quia domino inſtrumentũ eſt agens, vt quælibet alia res poſſeſſa: nec in eo opportunitatis & artificij ratio habetur. Domino autem quia artifex eſt, & inſtrumentũ eſt efficiens ad pãnos texendos idoneum & aptum. Sed pecten per ſe & quia pecten inſtrumentum eſt effectionis. Communi autem conſideratione rerum omnium, & quia poſſidetur eſt actionis. Conn. lib. 2. c. 8. n. 9.

POLIA, *πωλεία* armentum ſeu grex equorum. Vlp. in fin. l. ædiles ajunt: de ædil. edict. Nam & ſi polia venierit, dicemus vnum equum, qui vitioſus eſt, non omnem poliam redhiberi oportere. Equarias Varro lib. 2. de re ruſt. cap. 1. appellat. Curta deriuatz putat à nomine *πῶλος*, quod pullum, & maxime equinum ſignificat: vnde *πωλοδαμάζειν*, eſt equos domare.

POLIMENTA, dicebant teſticulos porcorum, cum eos caſtrabant à politione ſegetum aut veſtimentorum, quod ſimiliter atque illa curentur. Briſſ.

POLLINCTOR, curator piſtrini, qui farinam fecit, & pollinem quique pollinario cribro pollinem excutit.

POLIO, vt legit. Hugo à Porta apud Tarrunteaum in ſi. ff. de jur. immu. dicitur, qui arma polit: Haloander legit polliones: Turneb. 9. c. 16. politores, exponitque eos, qui arma gladios, galeas poliunt: pelliones, qui pelles, ſub quibus milites hyeme degunt, conficiunt: de his vide ſup. ſuo loco. Gotho. ad d. l. ſi.

POLYPTYCHA, non ſunt chirographa, vel apochæ, vt Alc. tradit in parerg. lib. 3. ſed rationes ſiue [illegible] publica, l. 2. C. Theo.

Digitized by Google

de diſcuſſ.l.13. C. Theod. de ind.debi. & ideo in l.2. C.de diſc. ratiociniis publicis, e poliptycis. hic autem plerumq; ſcribi ſolet: quanquam, ſi originem ſpectetur, Polyptychis ſcribendum ſit: omniq; ex eo tractū eſt nomen quod ex chartæ publicæ πολλὰς [illegible] πτύχας habeant: qua forma & dypticha dicuntur in leg. 1. C.Th.de exp. jud. & in act. 14. Chalced. concilij & in quintę ſynodi act 4. Suid. δίπτυχα [illegible]. Adnotati vero in Polypticis omnia, quæ ad rationes publicas ſpectant. Veget. indicat his verbis li. 2. Totius legionis ratio, ſiue obſequiorum, ſiue militarium numerorum ſiue pecuniæ, quotidie aſcribitur actus, majore prope diligentia, quam res annonaria vel ciuilis, polipticis annotatur. Sic enim eum locum caſtigauit Cujac. 4.obſer. 27. pro eo, quod in vulga.lib. polipticis libris legebatur. Vtitur & hoc verbo Caſſio.lib. 5.var. Vt omnibus, inquit, à te ſollicita, atq; æquabili indagatione compertis poliptici jubeantur aſcribi. Prat.

Polire veſtimenta fullonici artificij eſt l. 9.§.pen.l.13 §.ſi fullo. ff.locat.l.12 l.48.§.ſi ego l.52.§.ſi ſeruus, l 82. ff.de furt. leg.12. ff de præſcri.verb.§.item ſi fullo. Inſtit.de oblig quæ ex delict. Theophil. [illegible] vertis. Nonius Marcell.in verbo Interpolare, tractum id ait ab arte fullonica, qui pollendo diligenter veſtes quæque quaſi in nouam ſpeciem mutant. Plin. lib.8 c.48. de lanis loquens: Quippe, ait, alienis polientium extracts in tomenti vſum veniunt. Idem lib.9.c.1. Hiſpania citerior habet ſplendorem præcipuum torrentis, in quo politur natura: Vnde Politura apud eund. lib.15.c.24. Idem li.35.c.17. Vmbrica creta non niſi poliendis veſtibus adſumitur.

Politia eſt legitima ordinatio reipublicæ, ſecundum quam alij præſunt, alij parent. Quæ ab Ariſt. definitur principatus & rerum conſuetudo, ſecundum quam viuere vnumquemque & conuerſari decet. Old. Prat.

Politiæ tres ſunt ſpecies: Monarchia, Regnum, ſeu principatus vnius, ad communem vtilitatem reſpiciens. Cum vero degenerat in priuatum commodum, dicitur Tyrannis. Siquidem Tyrannus à rege factis diſtat non nomine. Ariſtocratia paucorum optimatium, ſeu magiſtratuum adminiſtratio: quæ ſi mulatque propriis inſiſtit commodis, Oligarchia vocatur Timocratia, cum imperium eſt penes populum: cujus corrupta authoritas Democratia nuncupatur. Omnia hæc imperia Romani ſunt experti: nos hodie Monarchia vtimur. Old.

Politiæ emendandæ formam, cum ex ſcriptis legibus, tum ex probatis majorum exemplis oportet mutuari, qualia in l.2. ff. de orig. jur. Pomponius exhibet: eleganter ac compendioſo quodam artificio deſcribens ſtatum imperij Romani, ejuſque mutationes: Primum quæ infantia Romanæ Reipublicæ fuerit: deinde qui auctus, quibus legum ſtudiis conſtiterit: quo item juris neglectu labefactata ſit. His enim exemplis inſtructos eſſe oportet eos, qui rerum publicarum ad emendandam politiæ formam functionem ſuſcipiunt Old. Prat.

Politiæ melioris certiſſima ſpes erit, ſi primum omnium juris traditio vindicata fuerit à deſultoriis commentantium opinionibus. Nam tunc conſtantia, mox judiciorum, & proinde beata (quoad per humanam fragilitatem licet) rerum omnium tranquillitas, authore Chriſto, ſequetur. Old. Prat.

Politio apud Catonem dicitur illa cultura, pro cujus mercede certam frugis partem capiebat politor, vt nonam aut quintam, aut octauam, pro conditione agri, atque bonitate ſoli. Verba hæc ſunt Catonis: Politionem quo pacto dari oporteat? in agro Caſinate, & Venafro in loco bono parte octaua corbi diuidat: ſatis bono ſeptima tertio loco ſexta, &c. Prat. & Turneb. 30. aduerſ. 6. Gotho. ad l.cum dub. 52.§.verum. ff pro ſoc.

Πολιτικός. Socrates interrogatus cujas eſſet, reſpondit, ſe mundanum, h. inquit Tull. non vnius circumdatum aut ſeptum mœnib populatē alicujus certi loci, definitiſque, ſed ciuem totius vrbis, tanquā vnius ciuitatis. Eſt n. terra cōmunis omnium parens, & vt Africanus in ſomnio Scipionis loquitur, ſedes aut domus hominum. Quæ domus aut ciuitas ſuas leges habet, in vniuſcujuſq; animo deſcriptas, & proprium jus ſuū quo vtatur ad conſeruandam hanc ciuium ſuorum, h.e. omnium mortaliū ſocietatem, quod πολιτικὸν appellatur, quaſi dicas ciuile, aut populare: vt ibidē Tullius ait paulo poſt. Quoniam ea natura eſſet hominis, vt cum genere humano quaſi ciuile jus intercederet: Qui id conſeruaret, eum juſtum: qui migraret, eum injuſtum fore, & reliqua: de quibus vide Conn.lib. 1. c 6.n.3.

Politor in l.52.§.verum, ff. pro ſoc. is eſt, qui agrum expolire colere conſueuit. Veluti, inquit Vlp. cum pecus in commune paſcendum, aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus. Sic enim legendum eſt, non licitatori, vt Budæus voluit: artifex agri diligenter excolendi, & quodammodo poliendi. Nonius Marcellus, Politores, agrorum cultus diligentes, vt polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta. Ennius Satyr lib. 3. Teſtes ſunt iſti campi: quos gerit Africa terra politos. Et Annal 9. Raſtros dente fabrei capſit cauſa poliendi agri. Varro: Quid mirum ex agri ne politionibus eriendi agri eiootur hic in cœnaculo polito recipiuntur. Cato de re ruſtic. Politor ordeum quinto modio diuidat. Hoto. & Goth. in not. ad d.§. verum ex Ant. Auguſt.lib.4. emend.9.

Pollans quæſtu dicitur, quod eſt pretioſum.

Polliceri verb. paſſiue ponitur in l.1. §. eſt autem, ff. de exer. vbi Vlp. ait, Actio pollicetur, i.e. promittitur Briſſ. in parer.

Pollicitatio, eſt ſolius offerentis promiſſio, l. pactum, de pollic. & l.ſciendum, §.1. ff. de ædil. edict. Aliquando eſt nuda ſponſio, l. pollicitatione, C.de don.ante nupt. Videtur autem ab haſta & auctione id verbi acceptum fuiſſe: priuſquam enim ad licitationem veniamus, accipimus alicujus dignum pretium offerendis taxationi: qui idcirco polliceri dicitur, quia liceri poteſt: ſicut & poſſidere dicimus, qui poteſt ſedes ponere. Poſtquam autem quis pollicitus fuerit, i.e. pretium aliquod obtulerit, tunc fit auctio: & qui pluris licitatus fuerit obtinet. Spie. Adde Forcat. in Necyoman.dial 51.n.1. & ſeqq.

Pollicitatio in inſtrumento operatur effectum pacti ſimplicis, vt inſtrumentum aliquod operetur: ita ſing. Bald. in l. 1. verſ. item oppono. C.de dot. promiſſ. & pro ſing. ei ait. Bald. iunior. in tract. dotis, in priuileg. 6. partis 1 u s. col. vbi dicit, quod licet alias ex mera pollicitatione non poſſit agi, etiam de jure canonico: tamen non procedit propter fomentum inſtrumenti. Cotta.

Pollicitatio plerumq; dicitur, qua quis Reipub. vel ciuitatis opus aliquod publicum, ludoſve promittit l. 5. ff. ad leg. Falc. l. 46.§ 1. de adminiſt. tut. leg. 6.§. debitores, in fi ff. de mun. & honor. l. vnica. C. de ratioci. oper. publ. Plin lib. 10. epiſt. Huic theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debentur, ſed tamen etiam quælibet alia promiſſio pollicitatio vocatur. l. 49. ff. de contr. empt. l. 1. § pen. ff. de collat. dot. Briſſ.

Pollicitatio & pacta differunt. Pactū eſt duorum conſenſus atque conuentio. Pollicitatio eſt, cum neq; prouocati, neq; interpellati, ſponte noſtra nos ex abundantia quadā liberalitatis offerimus: vel pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſum. Nū dicit, pollicitationē eſſe ſolius offerētis cōſenſū ſed eſſe vnius promiſſum. Nam & in pollicitatione duorū ineſt cōſenſus ſed non expreſſus, neque declaratus niſi ab eo, qui promiſit alteri tacen: i. & non rogant: At in pacto non conſenſus eſt duorum tantum, ſed etiam cōuentio de eo, quod vtriſq; verbis conuentum eſt, & concluſum, vt ita fiat. Pactū eſt itaq; cum plures hoc agunt: & in eam decurrunt ſententiam, vt quid fiat, aut nō fiat: Pollicitatio, cum quid promittitur alicui non petenti, cum de eo antea ne cogitatum quidē eſſet, & tamen duorum ineſt conſenſus quod is cui facta eſt promiſſio, nō reclamat, ſed promiſſis acquieſcit. Hoc n. eſt vulgatum in jure. Qui tacet, videtur conſentire. Nec vero id etiam eſt ignotum Grammaticis, qui promiſſionis & pollicitationis eam eſſe differentiam tradunt, quod promittimus rogati: pollicemur vltro vt notat Donat. ad Terent. Quanquam ipſe ejuſdem ea ſignificationis eſſe dicit niſi quod pollicitatio majoris eſt aſſeuerationis: quod enim pollicetur, magis aſſeuerantes promittere ſolemus, vt fidem faciamus iis, quos volumus ſpe & promiſſis tenere. Idem ait, Pollicitationem eſſe multarum rerum promiſſionem, vt videatur hanc à verbo Græco πολὺ velle deducere, quo Latini tanquam ſuo vtuntur in compoſitionib. verborum, vt eum dicunt, Pollere, polire & polluere, quaſi valde luere, & multo luto aſpergere & contaminare. Sic polliceri idem erit, quod multum aut res multas liceri, tractum credo ab iis, qui res in forum deferunt, & proponunt venales omnibus, atque vltro offerunt & licentur. Licere nempe quandoque ſignificat in licitationem ponere & ſubiicere auctioni, &c. Conn. lib. 5 8. no. 21.

Pollicitatio nuda etiam nudum pactum ſignificat, l. nuda, C. de contrah. ſtipul. Cujac. l. 5. in fi. ff. de pact.

Pollingere vt refert Brechæ. in l. cum in teſtamento, nu. 6. ff. de verb. ſign. veteribus erat curare funus.

Pollinctores dicebantur, non qui cadauera vngebant duntaxat, ſed etiam Libitinariorum, quibus cadauera eluenda, commundanda, exornandaque locabantur, l. 5. §. 1. de inſtit. act. Eoque ſenſu Pollinctores Plautus accepiſſe viſus eſt in Penulo, cum inquit:

Propterea apud vos dico confidentius.
Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Inuenitur & hoc verbum apud Tertullianum in libro aduerſus Gnoſticos, & Iulium Firmicum in libro Matheſeos perſæpe, Authoribus Briſſonio, Cotta & Rævardo ad leges duodecim tabularum, cap 15. Qui autem Libitinarij, Sandapilarij & Veſpillones dicti fuerint, ſuis locis videatur: idque Brechæus allegato loco explicat.

Pollen, linis: vel Pollē, linis. flos eſt farinæ. Et proprie in tritico appellant pollinem, quod florem in ſiligine, autore Plinio. At Polline deducuntur Pollinctores: quoniam in funerib. cænas opipare, paneſque ex Polline compararēt, pretio nō parcerent. Inde à Græcis [illegible] dicti. Nonius à pollicendo, hoc eſt, mortuos curando, deduci vult. Ac verior ſignificatio: quod pollinem faciat teſte Alc. in l. maximarum efficiendi pollictus C de excuſat. mune. li. 10. Vlp. de inſtru. act. l. quicunq, Si libitinarius, inquit Seruum pollinctorem habuerit Spieg.

Polluceo, antiquum verbum. Cato: Iouidepali culignam vini quantumvis polluceto. Et pollucere patrimonium Plinio Conn. lib. 5. c. 8. n. 6.

Pollvta-

Digitized by Google

POLLVTAM, Moyſes appellat, quæ ſecundi viri thoro adhæſit, Conn lib.8.c.2.nu.8.

πολυώνυμοι, quibus plura nomina ſunt, vt Romani, qui, vt teſte, Ioach. Camerario quidam Græcorum putarunt, ſi pauciſſima eſſent nomina, tria omnino habuere. Nam neque C. Marij, neque Q. Sertorij, neque L. Manij, qui Achaicus, de gente victa cognominatus fuit, tertium nomen memoratur: Vide Nomina propria. Spieg.

POLYPOSVS is dicitur qui polypo morbo laborat: eum Vlp. in l. qui clauum, morboſus eſt, vti polypoſus ff. de æd. edict. inter morboſos numerat.

POLYPTYCHI, vide Poliptici.

Πολύπους eſt caruncula, modo alba, modo ſubrubra: quæ narium oſſi inhæret & modo ad labia pendens, narem implet, modo retro per id foramen, quo ſpiritus à naribus ad fauces deſcendit: ſic dictus à ſimilitudine marini polypi, cuius carni ſimilis eſt: vide Cornel. Celſum lib.6.c.8 Prat.

POMANA, Dea apud Ouid. li.14. Metamorph. ea perhibetur, quæ omni malorum nucumque generi præeſt. Gœd. ad leg. 205. de verbor. ſign.

POMARIA. Pomaria extra conſuetudinem patrisfam. defuncti culta, l.5.§.vlt. ff de hæredibus.

POMARIVM, pro omni horto, in quo fructus arborum quilibet, naſcuntur, ſumitur Gœdd. d. loc.

POMOERIVM locus erat, tam intra, quam extra murum vrbis, quem antiqui in condendis vrbibus augurato conſecrabant neque in eo vllum fieri ædificium patiebantur: dictum autem eſt pomœrium: vt auctor eſt Varro lib.4 de lingua Latina quaſi poſt mœrium. Nam quem antiqui mœrum dicebant, nos murum dicimus: vnde ita nonnulli apud Virg. legunt. lib.10.

——Atque ipſis prælia miſcent.
Aggeribus mœrorum.——

Iulius Pollux li.9. intra muros ſolũ pomœriũ: locat, inquiens, ex interprete, ingreſſis vero omne illud pomœrium dici intra muros intra mœnia. Interius autem plateæ. Plutarch. etiam in Romulo, quod intra lineam murum diffinientem relinquitur, pomœrium eſſe dictum ait, detracta per Syncopẽ è medio literis, quaſi pone murum. Agennius Vrbicus in commentariis in Iulium Frontinum, in vniuerſum pomœrium extra muros vrbes habuiſſe dicit, aliquas vero intra. Pomœriũ autẽ, inquit vrbis eſt, quod ante muros ſpatiũ eſt, ſub certa menſura dimiſſum. Sed & aliquib. vrbib. & intra muros ſimili modo eſt ſtatutum propter cuſtodiam fundamentorũ, quod à priuatis opere obtineri non oportebit. Hic locus eſt, qui à publico nullo iure poterit amoueri. Liuius & intra & extra vrbes pomœrium agnoſcit. Gell. autem lib.13.c.14. ex libris augurum, Populi Ro. Pomœrium eſſe dicit, locum intra agrum effatũ per totius vrbis circuitum pone muros, regionib. certis determinatum, qui faciebat finẽ vrbani auſpicij: antiquum autẽ pomœrium, quod à Romulo inſtitutum fuit, Palatini montis radices terminum habuiſſe: cui aſtipulatur Tacitus inquiens, certis ſpatiis à Romulo interjectos fuiſſe lapides per ima montis Palatini, &c. ſcilicet ad ſignificandos pomœrij terminos, quos Varr. cippos vocat, etiam quaſdã his terminis addens. Terminorum intra muros nulla fit mentio ea vt opinor, de cauſa, quod non ſit relictum intra muros pomœrium. Quanquam apud eundem Gell. li.15.c.27. ex verbis Lælij Fœlicis contrariũ quis ſuſpicari poſſit. Sed ea me minime mouent, cũ pomœrium vrbis appellatione, tametſi extra vrbem ſit, cõprehendatur Eiſdem libris augurum, Varroni & Tacito (vt de Vrbico Chriſtiano homine nec adeo antiquo auctore, nihil loquar) magis quam Liuio, Plutarcho, & Polluci crediderim. Ideoque arbitror, vnum duntaxat apud priſcos fuiſſe pomœrium, idq. poſt muros, i. e. extra muros, eamque obrem Plutarchum, qui de antiquo pomœrio loquatur, errare. Item Pollucem, qui exterius pomœrium non agnoſcat. Poſtea vero & intra muros relinqui conſueuiſſe, Quod ſpectat ad pomœrij etymologiam, Varro quaſi poſt murum dictum ſignificare videtur, inquiens, Quod erat poſt murum pomœrium dictum, ejuſque (terminis) auſpicia vrbana finiuntur. Cujus loci lacunã Hier. Magius explet. voce Terminis, li.3. Miſc.c.13. Atque eod. autore, Liuius pomœrium quaſi poſt mœnium quoſdam interpretari ſcribit (Varronem haud dubie intelligens) quaſi poſt mœnia, id eſt, poſt murum pomœrium ſit, ſed male, vt ipſi videtur. Siquidem cũ primum hæc vox exorta inditaque loco eſt, vnum duntaxat, idque extra muros erat in vſu pomœrium. Verum nec Varronem primi nominis in etymologiarum indagine authorem, pomœrium quaſi poſtmœrium dictum ſcoſiſſe arbitrarentur, ſed magis quaſi poſtmœrum. Muri enim antiqua voce Latina, qua Lucr. vſus eſt, mœri dicebantur, ita namque hic inquit lib.8.

Frigus vt à fluuiis, calor à ſole æſtus ab vndis
Æquoris exeſor mœrorum littora propter.

Minimẽ vero probanda videtur etymologia, quæ à Põp. affertur lib.14. in his verbis. Proſmurium pontificale pomœrium, vbi pontifices auſpicabantur: dictum autem pomœrium, quaſi promurium, id eſt proximum muro. Hæc ille. Primus autem qui pomœria docuerit, Ianus fuit, ſi Fabio pictori lib.1. credimus. De pomœrij productione, Tacit. lib.12. Gell. lib.13.c.14. Alia item ad hanc cognitionem ſpectantia vide apud Martianum. lib.1.c.3.& lib.1.c.7. Alex. ab Alex. lib.5. cap.24. Blandum lib.1. Romæ inſtauratæ à principio. Lautiſſime autem Onuphrium Panuinium in commentario de vrbe Romæ: Pomœrium vero proferre nihil aliud eſt, quam ampliare mœnia vrbis, &c. Vide etiam Pap. de ſer. export. l.5. &c.

POMI appellatione, omnis fructus edendi cauſa paratus continetur: non ita ſi ad potum pertineat. Alc. in l. qui fundum de verb. ſign. Quidam pomi vocabulo, pro malo vtuntur. Spieg.

POMORVM verbum generale eſt omnium fructuum, qui ex arbore eſui apti proueniunt, ſiue molles, ſiue duri ſunt: pomorumque appellatione nuces & ficus, & vuæ duracinæ & purpureæ, & quæ ejuſdem generis ſunt, quas non vini cauſa habemus, quas Græci ὀπώρας appellant: continentur, leg. 205. ff. de verb ſign. Pallad. in Epigr. de Nuce:

Arbuteas frondes vaſta nucis occupat vmbra,
Pomaque ſub duplici cortice tuta refert. Idem de Ficubus.
Se quoque miratur pingue grandeſcere ſucco,
Et ſolitum gaudent vincere poma modum. Idem de Mor.
Proceras fages & poma hirſuta virentu.
Caſtanea.

Hinc Eraſ contra Vallam lib.4. eleg.118. Vides, inquit, nuces etiam poma dici Nam & Martial. epigramm 25. in xenia nuces pineas poma Cybeles vocat, cum inquit:

Poma ſumus Cybeles procul hinc diſcede viator,
Ne cadat in miſerum noſtra ruina caput.

Macrob lib.13.c.19. Nuces dici, tradit, à quibuſdam omne pomum, quod foris duro tegatur, & intus hibeat, quod eſui eſt. Liuiusque lib.5.c.6. Caſcellii I C. reſdictum vrbanum hoc refert: Lapidatus à populo Vatinius, cum gladiatorum munus ederet, obtinuerat, vt Ædiles edicerent, ne quis in harenam niſi pomum miſiſſe vellet. Forte in diebus Caſcellius conſultus à quodam, an nux pinea pomum eſſet reſpondit, ſi in Vatinium miſſurus es, pomum eſt. Ficum plane nunquam non pomum ſecerni à pomis apud idoneos auctores, idem auctor lib.2.c.20. notat Briſſon. Cum pomorum appellatio complectatur omne genus fructus, qui eſui ſit potiſſimũ deſtinatus, quæſitum fuit, an is, qui fundum vendideſſet ea lege, vt poma fundo inerant excerperet, cenſeretur vuas vini cauſa paratas ſimul etiam decerpſiſſe? Et reſponſum eſt, nuces & ficus, & duracinas vuas duntaxat, quas non vini cauſa haberemus, exceptas videri. Quæ autem ad vinum paratæ eſſent vuæ, venditas eſſe. Et dicitur vua duracina à duritie acini, quaſi durus acinus, vt traditum eſt à Plin. lib.4. nat. hiſt c.2. Brechæus in l. qui fundum vendidit, ff. de reg. & verb. ſign Adde Forcat. in ſuo penu. jur ciuil. c.26.

POMPA, pro apparatu ſolenni: cujuſmodi eſt, nuptiarum, ſacrorum, funerum. Vlp. in fi. l.3. commodati. Nam poteſt commodari, id quod conſumitur: niſi forte ad pompam, vel oſtentationem quis accipiat. Spieg.

POMPEIA lex de parricidiis eos, eaſve, qui quęve parentes, fratres, ſorores, patrueles, matrueles, patruos, auunculos, amitas, materteras, conſobrinas: virum, vxorem, generum, nurum, ſocerum, vitricum, priuignum, priuignam occiderint, pœna legis Cornel. de ſicariis afficit. l. ff. ad l. Pompej. l.1. ff. de publ. judic. § item lex Pompeia eod. tit. Briſſ.

PONAMVS verbum, pro fingamus, &, vt vulgus Barbarorum loquitur, ponamus caſum, l.7. ff. de inoff. teſtam. l.27. ff de leg.2. l.1.§. inter ipſum, & l.3. ff. de conjun. cum emancip liber. l.1.§. ſunt qui puteum ff. ne quid in flum. publ. Briſſ. in parerg.

PONDERARE, i.e. appendere. Aurum ponderare, l.20 ff. de furt.

PONDERATIO, l.20. C. de locat. & conduct.

PONDO dicitur vel as, vel libra, quicquid ſolidum aut totum eſt, cum in partes eſt diuidendum, Conn lib.10.c.6 n.10.

PONDO proprie ſignificat pondus ex librarum R. perſitur tamen pondus, ſiue põdo, pro libra. Phocas inquit: Pondo & octo monoptota ſunt, & tãtum pluraliter efferuntur: vt hęc pondo nam vnum pondo non dicimus, ſed in librã efferri poteſt. Dicimus, duo millia pondo: ibi eſt genitiuus. Millepondo nominatiuus eſt. Bis mille pondo, nominatiuus non eſt, quia mille adjectiuũ eſt. Tamẽ non dicimus bina, trina pondo, ſed duo tria. Cęterum juxta Alc, ſic habet põderũ ratio. Scrupuli octoni ſunt duę ſextulæ: quæ etiã Duella dicuntur. Lentes n. duo ſemina, granum frumenti facilis gratia 4. ſiliquã: ſiliquę [h.e. cerata] ex. ſcrupulum: trib. ſcrupulis conſtat drachma, quod eſt argenti pondus duplex drachma, ſilicum erat, cujus mentio apud ſcæuol. in l. liberto, § filium. de annuo. l. Drachmæ additus ſcrupulus, ſextulam facit: ſextula vncias ſex habet: drachmæ autem octo vncias faciunt. At vnciis 12. conſtat Romana libra, h e. drachmis 96. Attica vero libra 77. drachmas habet, ſicuti Mina ſeu Mna 100. Nam Rom. libra major eſt hac quatuor drachmis talentum minus Atticum. minas 60. hoc eſt drachmas 600 continet talentum majus 83. habet minas, & vncias inſuper 4. Hęc ponderum ratio ad multarum ll. cognitionẽ ſpectat, vt in l 1. C. de ratioc. oper. & in Auth. ad hæc, C. de vſur. in Authen. ſed hodie, Cod. de epiſc. & cler. Sp. Libras an pondo dicamus ex reſponſis Q. Mutij conſtat, non referre, ſcribit §. fin. de an. leg. Habe,

hoc tamen proprium pondo, vt additum iis, quæ non minus menſuræ, quam ponderis ſignificationem habent, ad diſtinctionem rei valeat: Pondus ſc. eſſe id, de quo agitur non menſuram: velut, vnciam pondo. Trepondo quoque vt Fab. Quintil. tradit Meſſala exiſtimauit non inepte dici: Quam compoſitionem libra non admittit. Cuti lib. 1. *ειχασμῶν* cap. 24.

PONDVS, infectæ materiæ: Numerus ſignatæ: Species, factæ dicitur l. 6. ff. de rei vind. Hot.

PONDVS certum auri vel arg. l. 1. §. vlt. & l. 19. ff. de aur. arg.

PONERE in legibus, pro ſtatuere. Cato: Et ita in legibus poſuere furem dupli condemnari fœneratorem quadrupli Poſitum ſit, pro eſſe ſtatutum. Bud.

PONERE idem eſt, quod erigere & collocare aliquid: vt ponere Imagines & ponere labra & crateras: quod ab ædificio aliquantum recedit & iis quæ plantantur auferuntur, conuenire non poteſt. Conn. lib. 4. c. 10. n. 15. (ſpem euenit

PONERE in lucro, Modus loquendi, cum aliquid boni præter

PONERE nos in cœlum, eſt noſtri juris commentatoribus, ſentire contra communiter receptas opiniones. Quære ſupr. Opinio communi. Spieg.

PONERE, verbum eſt *πολύσημον*. Interdum enim extruere ſignificat, & ita ædificium ponere, l. 37. ff. de rei vindication. Pone ſe etiam plantare & defigere ſignificat. Sic ponere arborem, l. 2. ff. finium regundorum. Ponere alias eſt adſcribere, inſerere, adponere, adiicere. Qui talem conditionem poſuit, l. 27. ff. de condic. inſtit. Interdum ponere ſignificat conſtituere, conferre. Defunctus in heredia voluntate poſuit conditionem, leg. 59. ff. ad SC. Treb.

PONERE rationem, eſt ſubducere, diſpungere, & ad calculos rem vocare. Si legis Falcidiæ rationem ponas, l. 84. ff. ad l. Falcid.

PONERE interdum eſt fingere, & quod barbare dicunt, ponere caſum, pone, l. 12. §. ſi quis, ff. de bon. libert.

PONTIFEX Maximus, quod maximus rerum, quæ ad ſacra & religiones pertinent, judex ſit, vindexque contumaciæ priuatorum, magiſtratuumque. Minorum pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. item Minimus, qui Nouiſſimus. Feſtus. Hotom. Horum autem munus ſingulatim non ineleganter tractat Alex. in diebus genial.

PONTIFEX priuatus cujus meminit Pomp. in l. 2. §. omnium tamen horum, ff. de orig. jur. ideo dictus eſt, quod non poterant toties conuenire omnes pontifices ſacris addicti, quoties impetranda erat actio ſingulis haud dubie momentis. Itaque vnum delegabant priuatum hoc negotium, dandæ aut denegandæ actionis: & is, quia magiſtratum nullum gerebat, ideo ne quis falleretur in hoc, adiectum, Priuatus: teſte Old. in Reſtgnt. Spi. Pr.

PONTIFEX Sacer, Magiſtratus, vt ait Scæuola, à poſſe & facere dictus: quia, vt Alc. arbitratur, jus illi erat ſacrificandi. Facere, n. apud veteres ſacrificare eſt. Ex Pomp. liquet quoque gentilitatem, cum dubitationis aliquid in jure eueniret, nullis rectius, quam ſacerdotibus humanarum rerum interpretationem credendam exiſtimarunt: vt pote quibus diuina committerentur, Lege Cic. in orat. ad pontif. pro domo ſua. Pontificem Rom. principatum Eccleſiarum de Iure diuino habere, affirmat. in l. 4. C. de Sum. Trin. Porro obſeruandum, quod cū paulatim Pontifices functione ſua ad auaritiam & ambitionem abuterentur, tandem ab illis tranſlata ſuit dandæ actionis autoritas ad prætores: ſicut conſtat ex l. 2. C. de juris formul. & impetrat. Quia non loquuntur ibi Theodoſius & Valentinianus de impetratione apud pontifices, quæ dudum abierat, ſed de more, qui tum ex prætoris datione adhuc obſeruabatur, l. ſi finita. §. eleganter, ff. de damn. infect. Spieg. Adde Fretat. in Necyomāt. dial 73. n. 7.

PONTIFICIALIS autoritas, l. 52. ff. de petit. hæred. Pontificiale juſſum, l. 8. ff. de religioſ.

PONTIFICATVS codicillares Lampridius vſurpat. Egnatio indicante, pro aſcriptitiis & extraordinariis: quaſi dignitatis vmbra gauderent collegiis adſcripti, atque in codicillos relati. Sic & Secretarios, & Conſiliarios haud inepte appellaueris Codicillares, qui extra ordinem ſunt, nomenque tantum retinent, adminiſtrationis officij exortes. Spieg.

PONTIFICEM, & Auguſtum appellandos cenſet Alc. etiamſi ad vitam æternam pontem non faciat, & imperij corpus non augeat: quoniam nomen ab eo dicitur, quod fieri deberet, licet non fiat. Tameſi Auguſtus non ab augendo, ſed ab auguſtio, vt ſupra dictum eſt, receperit appellationem. Spieg. Vide Anchor. in cap. 1. de conſtit. in 6. Corraſ. Miſcel. lib. 3. cap. 22. Et huc pertinet, quod Bald. dixit in l. licet teſto, C. de Inoff. quod hodie Imperator in Italia tenet gloriam hominis, non nominis, & iacet infirmatum imperium in Italia.

PONTIFICEM vnum duntaxat à Numa inſtitutum legimus apud T. Liuium: Marcū ſci. M. F. cui ſacra omnia exſcripta, exſignataque attribuit: quibus hoſtiis, quib. diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque vnde in eos ſumptus pecunia erogaretur: cætera quoque omnia publica priuataque ſacra pontificis ſcitis ſubiecit nec cœleſtes modo ceremonias, ſed juſta quoque funebria placandoſque manes, vt idē Pontifex edoceret. Hæc Liu. Hunc nō ſolum à Numa pontificem creatū Liuius teſtatur, quem Maximum etiam non nominat, quod alij ſcil. Minores non eſſent:

& mitto lib. 2. quum de Rege ſacrificulo cōmemorat non dicit eum Pontificibus, aut Pontifici Maximo ſubiectū eſſe, ſed tantū Pontifici, qui tamen Maximus (vt dixi) ſacerdotū omnium habebatur: nō multo poſt tamen quatuor ſunt creati Pōtifices qui numerus ad M. Valerium, Qu. Apuleium Coſſ. id eſt, annos amplius 400. permanſit: quo tempore 8. primum lege Ogulnia Pontifices creati ſunt: de quib. cū poſtea Liuius loquitur, alios minores Pontifices appellat, vnum Maximum. Cic. etiam in orat. de Haruſp. reſp. tres minores nominauit. Pontificis vero Maximi tanta poteſtas in reliquos ſacerdotes fuiſſe dicitur: vt L. Metellus cum honorem adeptus, Poſthumium Conſulem eundemque Flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem, ne à ſacris diſcederet, multa indicta, vrbem ingredi vetuerit: quemadmodum Cic. & Valer. teſtantur. Idem Pontif. de violatis ſacris cum collegio cognoſcebat. Liu. narrat L. Cantilium ſcribā Pontificum, qui cū Veſtali virgine ſtuprum fecerat, à Pont. Max. eo vſque virgis in comitio cæſum fuiſſe, vt inter verbera expiraret. Idem res omnes ſingulorum annorum mandabat literis, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi: vt Cic. lib. de orat. 2. commemorat. Creati autem poſtea plures ſunt à Victore Silla, eorumque numerus ampliatus, vt eſſent 15. Hot. Prat.

PONTIFICES (vt Q. Scæuola Pontif. Maximus dicebant) à poſſe & facere. At Pontifices ego à Ponte arbitror: nam ab iis Sublicius eſt factus primum & reſtituens ſæpe cum ideo ſacra & vls & cis Tiberim non mediocri ritu fiant. Hæc Varro. De cujus ſententia latius diſſerit Corraſ. Miſc. lib. 3. c. 28. n. 8. & lib. 1. c. 10. n. 13. Pons autem ille Sublicius ligneus erat, & nullo ære aut ferro compactus, quem Romani adeo ſacrum exiſtimarunt, vt ſi collaberetur, Pontifex non niſi cæſa victima, & perfecto ſacrificio eum reficere poſſet. Porro facere Scæuola dixit, pro ſacrificare. Apud Varronem Ius turpiter pro Vls legitur. Pontificem in ius vocare, dum ſacra facit, non licet, ait Vlp. l. 2. ff. de in ius voc. Sine decreto Pontificum oſſa, quæ ab alia illata ſunt, vel corpus domino loci effodere vel eruere non licet, ait idem Vlp. l. 8. ff. de relig. Hot. Prat.

PONTIFICIVM pro poteſtate vſurpatum in C. Th. Alciat. adnotauit. Hoc verbum in eundem ſenſum apud Gell. ſcriptum eſt lib. 1. c. 13. Sed & in legib. Burgund. cap. 40. ſcribitur. Huius autem actionis pontificium circa manumiſſiones tantum de libertis ſuis præcipimus cuſtodiri. Briſſ. Spieg. Corraſius Miſc. lib. 1. c. 10. n. 13.

PONTONES, naues, quibus in traiiciendis amnib. loco pontium vtimur. Paulus in l. fi. de ſerui. ruſtic. præd. Diuerſum, ſi pontonibus traiiciatur, & infr. Quia via conſummari ſolet, vel vſque ad ciuitatem, vel vſque ad viam publicam, vel vſque ad flumen, id quo Pontonibus traiiciatur. Spieg. Cæſar ſcribit, eſſe genus nauigij Gallici, vt annotat etiam Goueanus var. lect. c. 36.

POPINA locus eſt vbi edulia eſculentaque parantur hominibus non ſatis honeſtis vnde Lucilius: Infamemque inhoneſtam turpemque odiſſe popinam. de lega. 3. l. cæteſa. Ad tabernas, inquit, vel popinas extendatur. Nebriſſ.

POPINA, id eſt, taberna, in qua obſonia, & carnes coctæ ad delicias væniban, inter inhoneſti loci exempla ponitur, l. 11. §. ſed ſi in aliquem, ff. de recept. qui arbitr. Sane Claudium Imperatorem coercitionem popinarum ædilibus ademiſſe quod quidam in ædilitate inquilinos prædiorum ſuorum contra vetitum cocta vendentes mulctaſſet. Suet. in eius vita refert.

POPVLARE imperium eſt, cum ſumma poteſtas penes populum ſeu plebem cenſetur, nihilque niſi eorum ſcitu & nomine fieri poteſt. Qualis ſæpe fuit Romæ, abdicata prorſus omni patrum autoritate. Et eo tempore facta fuerunt Plebiſcita. Hæc Politiæ ſpecies deterior. Democratia, vocatur ab Ariſtot. Spieg.

POPVLARES pro ciuibus & ſubditis, apud Vlpianum in leg. 1. §. quies quoque. ff. de præfect. vrb. Spieg.

POPVLARIVM actionum duo ſunt genera: Quædam enim principaliter ad publicū cōmodum inſtituuntur. Exemplū eſt in l. ſi quis id. de juriſd. de actione, de albo corrupto, vbi verè & propriè popularis eſt actio. Si plures ſimul actionem popularē inſtituere velint, prætor eligit idoniorem, & hoc, quod Iudicium à veterib. dicebantur. Diuinatio huiuſmodi eſt oratio Cicer. in Verr. quæ inſcribitur Diuinatio. Hinc conſequens eſt, non ideo quoque locupletiorem quenquam dici poſſe, quod Ipſi hæc actio competat. Licet. n. aliæ actiones in bonis noſtris ſint, hæc tamē nō eſt, quia non cōpetit ita, quin alius poſſit eū antevertere litem conteſtando, l. pen. hoc t. Huc pertinet l. ſi quis pro eo. § vlt. de fideiuſſor. Litis tamen cōteſtatione alij excluduntur l. ſi cui. 1. de verb. ſign Eius. n. qui litem conteſtatus eſt, melior erit conditio & dicitur ſuum is crediturs eſſe, cui debeatus, niſi aliud cautū ſit lege, vel lege Agraria cōpetit popularis actio nomine termini moti ad pœnā, quæ nō cedit lucro agentis. ſed fiſco inſertur, vt dicitur in l. vlt. ... de termi. mot. Hinc cōſequens eſt ſi quis litē cōteſtatus ſit, & ad hoc perduxerit litem, reo abſoluto nō poſſe aduerſus eū agi denuò. Obſtabit. n. exceptio rei judicatæ, l. 3. hoc t. l. cum qui. § in popularib. tit. de jure j. niſi doceatur colluſū eſſe d. l. Secūdū genus actionū popularium eſt, quæ principaliter ad priuatā pertinēt vtilitatem

licet

licet aliquo modo etiam reſpiciant publicam, cujus generis eſt actio ſepulchri violati, vt vidimus in titulo de ſepulch. viola. vbi priuatum commodum vindicatur agente eo, cujus intereſt, leg. 3. leg. 6. tit. de ſepul. viol. Huc pertinet etiam actio, quid effuſum vel dejectum ſit. leg. ſi vero, tit. de his qui dejec. vel effud. popularis eſt ea actio, licet is præferatur, cujus intereſt. In hoc genere popularium actionum pro regula traditur: Eum, cujus intereſt præferri cæteris in l. 3. hoc tit. Alia etiam eſt differentia, quia in actionibus popularibus, quæ principaliter pertinent ad commodum publicum, procurator ad agendum conſtitui poteſt. In aliis autem non poteſt, l. licet & l. non cogendum, tit. de proc. leg. 5. hoc tit. quia procurator eſt qui mandato domini aliena negotia adminiſtrat, le. 1. de proc. At actiones populares non magis ſunt ejus, qui procuratorem conſtituit, aut ejus, qui proc. conſtituit, niſi pertineat actio etiam ad priuatum commodum, vt ſct. de ſepul. violat. quia ea propria reſpectu conſtituentis procuratorem dicitur, aliena vero reſpectu ipſius procuratoris. Alia differentia eſt, quia in ea actione populari exercenda, quæ principaliter pertinet ad jus publicum, habetur delectus perſonarum, nec quivis ad agendum permittuntur. In cæteris ſine delectu omnes admittuntur, leg. 4. & leg. 6. hoc titul. Hoc autem commune eſt vtriſque actionibus, vt neque vltra annum extendantur, neque in heredem dentur, leg. vltim. hoc titul. Sciltenus ex Lecturis Duareni nondum impreſſis ſub d. tit. de popularibus actionibus.

Popularis, qui eiuſdem populi eſt. Mulier quæ dotem dederat populari meo, l. 70. ff. de verbor. oblig. Nonius, Populares, ait, dicti de vno populo amici. Populares etiam de populi multitudine dicti, Briſſ.

Populares actiones, popularia judicia, popularia interdicta, dicebantur, quæ cuivis ex populo patebant tit. de popularibus actionibus l. 7. ff de juriſd. omnium judic. leg. 7. ff de dolo malo, l. 42. ff. de procurator. leg. 5. §. hæc autem actio, ff de his qui deiec. l. 30. §. in popularibus, ff. de jureiur. l. 25. in fin. ff. ad SC. Silan. leg. 32. ff. ad l. Falc. l. 2. §. hoc interdictum, ff. ne quid in loco publico, cum leg. 1. §. hoc interdictum, ff. ne quid in flum. publ. Zonarus tomo 2. ποῦ ῥ ἄλλοις δ' ὑμῖν ἐπιχειρεῖν ... Qui locus cum ab interprete perperam ſit conuerſus, ita Latine redderetur. Vnde & in libris legum popularia vocatur, quæ cuilibet de populo datur actio. Briſſ.

Populari verbum crebro apud Liuium ... ponitur vt teſtatur, Briſſ. in parerg.

Popularia & publica judicia eadem eſſe imperator ſenſiſſe videtur in titulo de publ. judic. Cæterum ea diuerſa eſſe putat Gouean, libr. lect. var. cap. 27. publica accipiens, quæ populi ſint, & earum rerum, de quibus publicè erant inſtitutæ quæſtiones, cognitio ad populum pertinebat: quemadmodum ſcribit Cicero in prætura vrbana: Popularia autem ea, ad quæ quivis de populo accedere poterat. Publicæ namque vtilitatis cauſa quivis de populo ad perſecutionem popularium admittebatur. Cum tamen plures agere volebant, magis idonea actio dabatur, quod judicij genus Diuinatio appellabatur. Gouean. d. loco, & libro ſecundo de juriſdict. ad leg. ſi quis id, &c.

Popularia ſacra, vt Labeo ait, ſunt, quæ omnes ciues faciunt nec certis familiis attributa ſunt: vt Fornicalia, Palilia, author Feſtus.

Populitare, populari, diripi. Papirius l. 21. in fin. ff. de appellationib. Tamen quum fructus populitarentur ab aduerſario, æquum ſibi videri fructus apud ſequeſtres deponi. Sic apud Symmachum. Petitore condemnato, huic fructuum ſequeſtrationi locus eſſe non poteſt, niſi populitentur ab aduerſario Hot. Prat.

Populum Cicero in libr. de Republica, teſte Auguſtino libr. 19. de ciuitate Dei, cap 21. definiebat cœtum multitudinis juris conſenſu & vtilitatis communione ſociatum Nomen autem habere cenſetur populus à multitudine ac frequentia ſua: non enim vt cœtus aliquis, populus dici poſſit, imperium, dignitas vel excellentia nominis, ſed communio rerum fortunarumque efficit. Itaque populi appellatione aliter atque plebis, Romæ omnes ordines continebantur, §. plebiſcitum Inſtitut, de jure natural. Plerique populum, plebémve decem viris confici, exiſtimauerunt: quod nuſquam probatur, & ratione caret, cum majorem numerum populi appellatio requirat, vt ait Alciat. Vide Bartolum in leg. prætor. ff. vi bonorum raptorum & in l. pen. quod cujuſque vniuer. no. Gœdd. ad leg. 15. num. 7. ff. de verb. ſign.

Populus plebem & patritios, id eſt cujuſcunque ordinis & conditionis ciues complectitur. Quanquam initio conſtitutæ Reipublicæ quo majorem haberet Senatus venerationem & authoritatem, ſeſe à populo, nominis appellatione ſegregabat. Vnde illud Senatus populuſque Romanus. Sed cum ea ratione nollet Senatus plebiſcitis alligari, quaſi à qua diſcretus eſſet: & ordine & dignitate: Id non tulit plebs, voluitque vt quod plebs juſſiſſet, populum teneret: quę populi appellatio continebat patritios. Cæterum antiqua illa inſcriptio permanſit ſemper, vt exteris nationibus argumento eſſet, populi poteſtatem in authoritate Senatus conſiſtere. Omnes igitur ciues Romani continentur populi nomine, cujus tanquam partes ſunt plebs & patritij aut, vt vult Cajus, Senatores. Sic enim potius exponendum arbitror, quam quomodo Iuſtinianus, qui plebem à populo differre dicit, vt ſpeciem à genere, Sed populariter locutus eſt Iuſtinianus: voluit quidem etiam plebem à populo differre, vt id quod continetur ab eo, quod ipſum continet: In quo nonnulla eſt generis & ſpeciei ſimilitudo. Quia vero populi nomen nihil habet per ſe dignitatis, ſed generale eſt etiam, viliſſimóſque quoque comprehendens, fit quandoque, vt populus pro plebe appelletur. Vt apud Martial.

Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus.

Et libant Latiæ tertia dona tribus.

Populum pro plebe poſuit, ſed pro ea, quæ vrbis eſſet, non etiam vt ciues Romani omnes, qui eſſent in ruſticis & Latinis tribubus per Latium diſperſi, comprehendantur. Dicit enim non ſolum eos, qui Romæ ſunt cujuſcunque ordinis ciues, ſed & eos omnes, qui ſunt in municipiis & coloniis Italiæ, thura dare. Et Suet. Scribit, Iulium Cæſarem teſtamento ſuo legaſſe populo Romano quadringenties, tribubus trecies quingenties ᴍ. S. Tribus nomine deſignat omnes, qui in tribubus ruſticis & Latinis erant. Nec iis aſſentior, qui populum pro equitibus, & Senatu poſitum arbitrantur a Cicerone in orat. pro Muræna, cum precatur à diis immortalibus, vt conſulatus Murænę populo plebique Romanæ bene eueniret: hoc enim perinde accipiendum eſt, ac ſi dixiſſet, vt populo quidem omni, ſed potiſſimum plebi feliciter eueniret, cujus intereſſet maxime, quod Muręna plebe jus eſſet. Sulpitius autem contra quem habebatur Oratio, patritius, qui generis ignobilitatem Murænæ objiciebat. Conu. lib.... cap. 18. num. 5. & 6.

Populus incenſus qui ſine vlla deſcriptione ciuium liber eſt à contributione extraordinaria.

Populus liber dicitur is, qui nullius alterius populi poteſtati ſubjectus eſt, ſiue is fœderatus eſt, ſiue non fœderatus eſt. item ſiue æquo fœdere in amicitiam obuenit, ſiue fœdere comprehenſus eſt, vt is populus alterius populi majeſtatem communiter conſeruet, l. non dubito, ff. eod.

Populus princeps terrarum, Rom. dicebantur.

Populus tributus apud Horat. lib. 2. Sat. 1. eſt plebs infima, & vt M. Tullius nominat, vrbana. Erant enim tribus vrbanæ omnium infimæ & longe minus honeſtę quam ruſticæ. In quas inceas conjecti fuerunt à Gracchorum parte libertini, vt ſcribit M. Tull. lib. 1. de orator. ad Q. Fratrem. Quem autem hic Flaccus tributum populum in epiſt. 7. libr. 1. tunicatum popellum vocat. Alij tamen loco ſupra citato tributim legunt: quæ ſcriptura ferri poteſt. Prat.

Porcæ, in l. 24. ff. de aq. & aq. plu. ſulci ſunt aquarij, quos alias traditur Græcus ... appellari, leg. 1. §. item Sabinus, ff. de aq. & aq. plu. ideoque & porcas Feſtus lib. 14. definit rectos ſulcos eſſe, qui ducuntur deriuandæ aquæ gratia, ab eo quod porceant, id eſt, perhibeant aquam frumentis nocere. Quo fere modo idem auctor Elices definit libr. 5. At Varro, idem Feſtus admonet, Porcam aliter accipit. Inter duos enim ſulcos elatam terram, quod ea ſeges frumentum porrigit. Porcam appellatam Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 29. tradit. Idémque lib. 4. de ling. Latin. confirmat his verbis. Ab eo quod aratri vomer ſuſtollit ſulcus, quod ea terra jacta, id eſt, projecta porca. Quem & idem Feſtus lib. 9. ſecutus, Imporcitor ait eſt, qui porcas in agro facit, in arando. Porca autem eſt: Inter duos ſulcos terra eminens. Eodémque modo Iſid. libro 15. Etymol. capit. 9 Porcam, quæ in arando extat, quod vero defoſſum eſt, liram dici tradit. In Lexico etiam cujus jam ſæpius mentionem feci, Porca definitur τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὕψος. Nonius plane aliud de hujus verbi ſignificatione ſentiens, Porcas interpretatur ſigna ſulcorum, quæ vltra ſe iacti ſemina prohibent à porcendo, id eſt, prohibendo dicta. Briſſ.

Porca præcidanea: Ait Nonius Varronem de vita pop. Rom. lib. 3. ſic ſcripſiſſe: Quod humatus non ſit hæredi Porca præcidanea ſuſcipienda Telluri & Cereri, aliter familia pura non eſt, Hanc porcam Gell. Feſt. & Varro præcidaneam vocant, diſſentiente Victorino qui eam appellari præcidatiam vult, non præcidaneam, de Etymologia differens. Fuiſſe quoque porcam aliam, quæ in re, & præſente mortuo immolabatur, teſtis eſt idem Victorinus eamque præſentaneam appellat: De qua porca dubium non eſt, quin ſenſerit Feſtus cum ſic ſcriberet: Præſentanea Porca dicitur, &c. Ita enim ex eodem Victorino de Orthographia libro reſtituendus eſt hic Feſti locus Præſentanea porca dicitur, vt ait Veranius, quæ Familiæ purgandæ cauſa Cereri immolatur. Nec dubito quin ea reſtitutio veriſſima ſit, & ad bonus regulæ veram ſententiam accommodatiſſima, &c Rxo. l. omnis hæreditas ff. de reg. jur.

Porcinarii vrbis Romæ pro ſuariis in l. 1. C. de ſuar. & ſuſcep.

pnribus libr. 10. quos ſuillæ carnis tenet functio, vt Symmachus ait, libr. 1. Epiſtol. 13 Solebat autem porcina caro popul. Rom. ex Aureliano inſtituto dividi, quemadmodum Vopiſcus in Claudiñ indicat his verbis Nam & porcinam carnem populo Romano diſtribuit quæ hodieque dividitur. Erat & Romæ tribunus fori ſuarij, vt ex Notitia Imperij Rom. conſtat. Briſſ. Prat.

PORNÆ à Iuſtiniano, titul. de Conſulibus lo Non. § ac primus quidem, iuxta interpretationem Haloandri ſunt ludi ſcenici ſic dicti à productione meretricum in ſcenam, & commemorantur inter Spectacula, quaſi Floralia Quæ per meretrices & perditiſſimorum hominum genera celebrabantur. Certe vel hic locus indicat turpiſſima illa ſpectacula tarde ſublata. Prat.

PORRECTUM, Varro interpretatur directum. Apud Cajum, ff. de ſero. ruſt præd eſt extenſum. Viæ latitudo ex leg. 12. Tab. in porrectum octo pedes habeat: in anfractum, id eſt, vbi flexum eſt, ſedecim. C. de ſacroſ. eccl. Auth. hoc jus porrectum. Spieg. Vide Anfractus.

PORRIGERE obſcenum eſt verbum, & proprium mulierum, vt artigere virorum, quo vtitur Conſtan. l. cum vir. C. de adult.

PORRIGERE manus, pro auxilio eſſe, vulgariſſimum eſt, ſed elegans, vt ait Eraſ. citans locum Vlp. è leg a divo Pio, §. ſed ſi emptor. ff. de re iud. Spieg.

PORRIGERE alias eſt extendere. Briſſ.

PORRIGI, id eſt, produci, extendi, ſcientiam ad cætera fideicommiſſa porrigi non placuit, leg. 15. §. etiam, ff. de fideicomm. libert.

PORRINA, genus oleris porracei, vel idem quod porrus, extat vox apud Scævolam in l. defuncta, §. Sempronio, ff. de vſufr. Spie.

PORRO ſignificat plane aut proinde. Cujac. ad l. 26. §. actionem denegari, ff de verb. oblig.

PORRO, id eſt, poſt, deinde, vlterius. Briſſ.

PORTÆ ſanctis locis adnumerantur, l. 8. ff. ne quid in loco ſacro.

PORTARI ea dici cenſuit Caius, quæ quis jumento ſecum ducit, Valla ait, id etiam ſignificare, quod quis corpore ſuo bajulat. Alc. Iuriſconſultum arbitratur origine verbi adiutari, ſiquidem περᾶν Græcè traiicere eſt: vnde Portus, in quem navi res deportantur: ſic & exercitum navibus deportari, Livius plerunque dixit. Quapropter etiam ſi quis iumento ducat, hac ſimilitudine portare dicitur: quod ſi ipſe ferat, non proprie, ſed καταχρηστικῶς putaverit portare dici Spieg.

PORTARIA dicuntur vectigalia ſeu mercedes, quæ dantur portitoribus, l. 5. C. de vectig. & communi. Io. Bello. Etym.

PORTENTA à Portendo, hoc eſt, præoſtendo dicuntur, eo quod præter morem incidentia oſtendant aliquid futurum eſſe. Vlpian. eleganter duo genera oſtentorum explicat in le. oſtentum, ff. de verb. ſign. vbi Andr. Alcia. Olend. Vide Brechæum in d. l. oſtentum, ff. eod.

PORTENTOSUM eſt prodigioſum, & quod à communi vſu & natura abhorret. Briſſ.

PORTICATIO pro porticu l. funeris 36. §. 1. ff. de relig. quidam exponunt pro ſeptis, quæ circa ſepulchrum fiebant. Itaque, inquit Macer, ſi templum quid ædificari teſtator iuſſerit (veluti in circuitu porticationes) eos ſumptus funeris cauſa non eſſe. Prat.

PORTICUS in privatis ædibus opacus & excelſus locus, in longum protenſus, cum ad æſtus vitandos, vmbraſque captandas, tum ad ſpatia facienda, & ambulationis gratia. Hujuſmodi porticus ædibus ſuperpoſitas iudicat, leg 47: ff. de dam. infect. Briſſ.

PORTICUS ambulatoria, apud Vlpia. in l. ſicuti, §. 1. ff. ſi ſervit. vind. Spieg.

PORTICUS non venit ædium nomine, l exercta §. hoc Senatus, 2. de legat. 1. An porticus ſit, vt domus, tutum refugium, differunt Bart. in l. meminiſſe, ff. de offi. proconſ. Spieg.

PORTICUS apud Ciceronem libr. 2, Tuſcul. ſumitur pro tabernaculo ſeu tentorio. Namque Æſculapi liberorum, inquit, ſaucij opplent porticus. Prat.

PORTIO cuiuslibet rei pars eſt, ſive corporis, ſive juris. Alciat. in comment. ad tit de verb. ſign. Spieg.

PORTIONIS nomen non ſemper dimidium ſignificat, inquit Vlpian. de verb. ſign. ſed prout eſt adjectum. Poteſt enim jubere aliquis & maximam partem, & vigeſimam & tertiam, & prout libuerit ſed ſi non fuerit adiecta portio, dimidia pars deberetur. Malſ. adde Brechæum in l. nomen filiarum, § portionis, ff. de verb. ſign.

PORTIUNCULA, vide apud Vlp. in l. cæterum in prin. ff. de vſu & (habit.

PORTORIUM vectigal eſt, non tantum quod in portu, ſed & quod in tranſitu pontis pro exportandis mercibus ſoluitur, leg. 203. vbi vide Gœddæum, ff. de verb ſig. l. 1. Cod. de vectig. l. 60. §. 3. ff. locat. Vnde publicani, qui hoc vectigal redemerunt. Portitores dicuntur. Portorium rerum venalium dixit Cic. in Piſon Her & Briſſ.

PORTUS, inquit Vlp. in l. 59. ff. de verb. ſign appellatus eſt concluſus locus, (qui vndique muris, parietibus, ſepibus, aliiſve monimentis clauſus eſt ex clauſtro vel ſera, obſervatur, atque obſeptus, vt non facile quivis ingredi poſſit, ſed iutus ſint, quæ ibi ſeponuntur [quo importantur merces & exportantur] hinc eſt ab importando & exportando dictus (eaque nihilominus ſtatio eſt concluſa & communicata) hoc eſt quælibet ſtatio navium nihilominus portus vocatur cum concluſa ac munita ſit ad tuendum recipiendumque naves) inde Angiportum dictum (inquit) eſt. Portus itaque à portando dictus eſt, & quidem propria ſignificatione notat inſulam, hoc eſt, ædificium legitimo ſpatio (quod ambitum Feſtus Pompejus vocat) à cæteris domibus mercium importandarum exportandarumque cauſa ſejunctum. leg. 3 §. effractura, ff. de offic. præfect. vigil. l. Impetratores 14 ff. de ſervit. vrban. prædio. l. ſi inſulam, vbi interp. ff. de verbor. oblig l. inſulam, 6. ff de præſcript. verb. prædiis ff. de legat. 3. leg. 1. proinde etſi, ff. de vi & vi armat. Cujac. obſerv. 4. lib. 1. vt ab incendiis ſecurior, & munita atque concluſa à furum injuria tutior eſſet. Hinc portus per Synecdochen in leg. 12. tabul. pro qualibet domo, authore Feſto dicebantur maxime cum initio vrbis Rom. non adeo aucta Repub. plures domos inſtar inſularum ſeu portuum ædificatas habuerint, vt de ædibus Publicolæ ex lib. 2. Livij & illo legis 12. tabul. Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus, ob portum obvagulatum ito, apparet. Non ergo propria ſignificatione portus domum deſignabat quamlibet: ſed inſulam, hoc eſt, domum mercium reponendarum cauſa ita extructam, vt ab incendiis, furtis, incurſionibus tutior ſecuriorque eſſet, ſejuncta ac munita à cæteris contiguis ædificiis, dict. leg. 3. § effractura, de offic. præfect. Vigil. Ejuſmodi videri poſſunt ædificia illa à cæteris plerumque ſeparata, quæ vulgo noſtri vocant *backheuſer* Quia vero ſtationes etiam munitas atque concluſas eſſe oportet, vt in iis naves mercéſque illatæ efficiendæ ibi tutæ à ventis, à procellis munitæ, à piratis concluſæ ſient, ac perſiſtant, perinde ac ſi in portu quodam, hoc eſt, inſula ſeu loco munito concluſæ ab incendij periculo, furumque inſultu vindicarentur, Itaque per hanc ſimilitudinem ceu per metaphoram, hæ ſtationes quoque portus appellantur: Notandum igitur portum non ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ, hoc eſt à freto & ſinu maris traiectu facillimo ad alteras nationes (vt Brechæus ad l. portus, 59 numer. 1. de verbor. ſign. voluit) ſed à portando & bajulando nomen accepiſſe: cum καταχρηστικῶς portus pro ſtatione navium in mari accipiatur, non proprie per hunc text. Feſt. Pompn. Deinde latior ejus eſt & ſignificatio, quam vt ad ſtationes quæ in freto ſeu mari ſunt, referatur. Sed nec ſcripturæ ratio congruit, cum πορθμὸς per aſpirationem & M. portus ſine vtroque & ſcribatur & pronuntietur. Denique portus etiam Bajas veteres vocaſſe author eſt Iſidorus orig. lib. 4. cap. 8. in fin. à deportandis bajulandiſque mercibus. Gœdd. ad dict. leg. portus, 56. num. 1. & ſeqq ff. de verb. ſign.

PORTUS etiam Bajas veteres vocaſſe, autor eſt Iſidorus orig lib. 14. c. 8. in fin.

PORTUUM quidam naturales ſunt, cujuſmodi tres fuiſſe apud Athenas teſtatur Thucydides: alij manu & arte facti Cothonos appellari: & Cothona in neutro genere à Servio in Virgil. librum ſecundum Æneid. Quæ autem ſit portuum conſtruendorum ratio. Vide apud Vitruv. lib. 5. de Archit. Brech. loco ſup. citato.

POSCAM quamplurimi Grãmatici loram eſſe ſuſpicantur, Brodæus ſemper apud Plinium oxycratum. Qui Zythum apud eum eſſe exiſtimant, nugantur: ipſe enim poſcæ & Zythi, vt diverſarum potionum, mentionem infert. Brodæus lib. Miſcell. 4. c. 11.

POSCIMUS imperioſe Poſtulamus jure, Petimus precario, Rogamus per amicitiam, Obſecramus per ſacra, Flagitamus multo verborum ſtrepitu. Prat.

POSITIO, fundum, ſort. Vlp. l. 3. ff. de annu. leg. Hoc ſequemur, vt pro poſitione patrimonij ſive vexatione & incommodo hæredis fiat, id eſt, pro viribus, pro facultatibus. Idem l. 2. §. 1. ff. de pecul Si vero eandem poſitionem peculij reliquit, debere eum deducere. Hot.

POSITIO à ponendo, quæ Græcis dicitur theſis eſt alicujus particularis rei ad cauſam pertinens aſſertio, authore Bart. in l. 2. §. quod obſervari Cod. de jureiur. propter calum. dand. Vbi præterea recte dicit, hujus vocabuli vſum, adeoque rem ipſam, conſuetudine magis, quam ſcripto jure receptam eſſe in iudiciis, vide c. 1. de confeſſion. o 6 & ibi gl. Prat.

POSITIO eſt brevis verborum formula, mentem proponentis continens, ad veritatem eliciendam concepta. Vicentius dixit: Poſitio eſt aſſertio alicujus dicti, vel facti, vt ad ipſum reſpondeamus, iſtaque deſcriptiones ponit gl. in cap. 1. de confeſſ. in 6. Fiunt autem poſitiones à parte, vt per confeſſionem adverſarij, relevetur ponens ab onere probandi, & poſſunt fieri ſive ante ſive poſt litem conteſtatam, gl. in d. c. de confeſſ. Et ſunt in ſcriptis offerendæ iudici, vt videat, an ſint impertinenter. Eſt autem poſitionis effectus, vt is qui ponit quod ponit, confiteri dicatur. Io. Bello. Etym.

POSITIONALIS libellus. Quære ſup. Libellus poſitionalis Spie.

Poſ-

Poſitiones impertinentes. Lege, Impertinentes poſitiones Spieg.

Poſitiones, ſitus, regiones. Vlp. l. 1. §. 1. ff. de juſt. & jur. Hujus ſtudij duæ ſunt poſitiones: quaſi diceret partes, ſiue regiones, hoc eſt. Hoc ſtudium, ſiue hæc diſciplina poſita eſt duabus in rebus nempe in ediſcendo jure publico & priuato minus enim plane & explicate hoc dictum eſt; neque vero de jure loquitur Vlp. ſed de ſtudio ac diſciplina. Hot.

Poſitvm habeat, exponit Vlp. dicens Accipere debemus poſitum habens, ſiue in habitationibus, vel cœnaculis, ſiue etiam in horreis, vel cujus alterius ædificij. Poſitum habere etiam is recte videtur, qui ipſe quidem non poſuit, verum ab alio poſitum patitur, l. ſi vero plures §. prætor ait, ff. de his qui deiecer. Spieg.

Posse id demum quiſq; videatur, quod jure, quod honeſte, quod ſalua dignitate poteſt, l. nemo poteſt, 55. ff. de leg. 1. l. filius 15. ff de cond. inſtit. Weſembec. in §. 1. verſic. & libertas verb. vi aut jure, Inſtit. de jur. perſon. & ibidem gl. Mynſ. nume. 3. & 4. Schneid. n. 3 Gœdd ad l. 125. de verb ſign.

Posse verbum, ſignificat ſimplicem potentiam, nulli neceſſitati ſubjectam, idque ex ſermonis proprietate, à qua tamen ex conjectura mentis quandoque receditur: exempla ponit Alcia. in l. nepos Proculo ſuo, de verb. ſign Igitur & neceſſitatis nota interdum eſt, vt l. ſæpe. de offic. præſid. l. non poteſt, de jud. neque ideo ponitur pro debet. l. ſi mandatoro, §. fi. ff. mandat. An autem trahatur ad futurum, vide Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. ſign.

Possessionis verbum, dubium eſt Eſt enim & κατοχὴ (quam aliqui detentionem vocant) & Νομὴ quam proprie poſſeſſionem vocamus. Porro κατοχὴ ἀπὸ τοῦ κατέχειν, quod meri eſt facti dicitur, Νομὴ ἀπὸ τοῦ νέμεσθαι, quod nonnihil ex jure trahere videtur. Nam Νέμεσθαι, paſci ſignificat, quod velut domini, aut eo non inuito eſt: cum κατοχὴ proprie ad violentiam accedat. Ita, in detentione, crimen aut onus: In poſſeſſione, vſus, vt habat Fronto, & cauſa eſt: Curt. lib 1. obſeruat. cap. 11. &c. Poſſeſſio & proprietas multo ſeſe nexu complectuntur, alterumque alterius cauſam ſequitur, ita vt deſtinatione animi ejus qui alterum habet, non ſeparentur. Nam qui rem poſſidet, ejus eſt aut vult eſſe dominus: Nec aliud eſt poſſeſſio quam vſus rei competens rationi veri aut ſeparati dominij. Vſuarius enim & fructuarius, re vtitur, non tanquam propria, ſed tanquam aliena: nec poſſidet fundum, ſed is cujus eſt proprietas, & cujus nomine rem detinet. At poſſeſſio non alia de cauſa poſſidet, quam quia dominus eſt. Vt dominus rem ſuam poſſidet jure dominij quod habet: Bonæ fidei poſſeſſor ejus quod ſe habere credit: malæ fidei ejus quod fingit, & præ ſe fert habere habiturumque longiſſima præſcriptione ſperat. Quanquam hæc malæ fidei poſſeſſoris præſcriptio ignota erat jure ciuili antiquo Rom. vtcunque tamen certum eſt, neminem eſſe poſſeſſorem, qui non idem dominus ſit aut verè aut ſanè voluntate. Et quicunque alia voluntate poſſidet, non ſibi, ſed illi quem ſcit eſſe dominum poſſidet. Vt in colono, vſufructuario, aut creditore qui pignore vtitur, perſpicuum ſit. Conn lib. 3. c. 9. n. 1.

Possessio vnde dicta ſit, vide paulo poſt, Poſſidere verbum.

Possessio eſt jus vtendi re corporea pro domino: id eſt, pro imperio ac poteſtate domini: ſic enim veteres loquebantur, nam ſi ſoli ei ſedes liceat in prædio conſtituere, qui dominus eſt, aut certe pro domino ſe gerit, poſſeſſionem in alium cadere dici non poteſt. Ius in definitione dixi, quia (vt verbi notatio demonſtrat) poſſidere non eſt omnino ac ſimpliciter ſedere, ſed ſedendi vim ac poteſtatem habere. Itaque per alios, vt colonos, ſeruos, commodatarios, depoſitarios, poſſidere recte dicimur. leg. 3. §. 7. & leg. 6. §. vltim. ff. de adquir. vel amit. poſſeſſ. & aliis locis innumeris. Pro domino autem ob eam cauſam adieci, vt eas rerum detentiones exciperem, quæ pro domini poteſtate non habentur: veluti cum tutor pupilli res poſſidet. Liuius lib. 24. Cum clauſis Andronodorus inſulæ portis hæreditatem regni creueris: quæque procurator tenuerat pro domino poſſiderit. Cum creditor rei ſeruandæ cauſa mittitur in poſſeſſionem. Is enim poſſidere non dicitur, ſed cuſtodire leg. 3. in fin. cod. titul. Item qui rogatus vt precario in fundo moretur, non poſſidet, ſed poſſeſſio apud eum qui conceſſit, remanet ait Vlp. leg. 9. § 1. ff. de precar. nam & fructuarius, inquit, & colonus & inquilinus ſunt in prædio, & tamen non poſſident. Et Alex. leg. 2. C. commun. de vſucap. Qui ex conducto poſſidet: quamuis corporaliter teneat, non tamen ſibi ſed domino rei creditur poſſidere. Item leg. 2. C. de præſcript. 30. annorum. Eos poſſeſſores non conuenit appellari, qui ita tenet, vt ob hoc ipſum ſolitam debeant præſtare mercedem. Hoto. Harmeno, lib. 2. Epitom. jur. titul. 1. νομὴ inquit, ἡ ψυχῇ τοῦ δεσπόζοντος κατοχή, hoc eſt, poſſeſſio eſt detentio quæ animo dominantis ſit. Eſt enim poſſeſſio ipſa dominij præambula, ex qua dominium originem ſumpſit. Itaque poſſeſſio proprietas eſt & vſus, ſiue actus poſſidendi agri, aut ædificij, non ipſe fundus aut ager. Aliquando tamen poſſeſſio generali nomine ſumitur, pro ipſis bonis immobilibus vt ſunt tabernæ, hoſpitia, horrea, & hujuſmodi. Atque poſſeſſio non ſolum pro proprietate ipſa, déque pro ipſo prædio ſumitur apud Iureconſultos & in conſtitutionibus, ſed etiam apud alios autores, Cic. in Paradox. Etenim ut iſti callidi æſtimatores prata & agros magni æſtimant, quo ei generi poſſeſſionum nemo nocere poteſt, Connan. lib. 3. c 8. nu. 2.

Possessio & ager differunt. Poſſeſſio eſt vſus (hoc eſt, dominium poſſeſſionis, cujuſmodi poſſeſſores fundorum patrimonialium, fiſcalium, municipum, emphyteuticariorum, habent) ager proprietas loci eſt, hoc eſt dominium proprietatis ejus loci deſignat. Gœdd. ad l. 115. n. 4. de verb. ſign.

Possessio inquit. Paulus in l. 1. in pr. ff. de acquir poſſ. appellata eſt à ſedibus: & vt Labeo ait, quaſi pedum poſitio: quia naturaliter tenetur ab eo qui ei inſiſtit, quam Græci κατοχὴν dicunt, hoc eſt, detentionem. Et hoc reſpexit idem Paulus in l. poſſideri autem, §. genera poſſeſſionum, eodem tit. cum ait: Et in ſumma, magis vnum genus eſt poſſidendi, ſpecies autem infinitæ ſunt, puta inſiſtere rei, ſicut pedibus ad hoc ſtatimus vt nos in aliquo loco ponamus. Quare & noſtrate lingua, teſte Old. recte dicimus poſſeſſionem *ein Beſitzung*, à ſedendo. Et cum ſignificamus aliquem ſufficientia rerum dominia habere, *Er iſt genugſam geſeſſen.* Alc. diſpunct lib. 1. c. 1. Poſſeſſio, inquit Bart. eſt jus inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri, putat tamen idem in l. 1. de appel. ab affectu non probe definiri: cum Placentini definitionem ibi improbat. Id quam conſiderate fiat, Appellus aliorum relinquit judicio. Aliis eſt poſſeſſio vſus rei à proprietate vel jure ſeparatus. Hinc vſucapio, id eſt acquiſitio, quæ per vſum, hoc eſt, poſſeſſionem fit. Vide Alciatum interpretantem dict. l. quæſt. & Olden. cui non eſt, in diſſuetudinis quæque inoulta tradendo, ſecundus, in princ. Claſſ. actionum 2. Spieg Adde Forcat. in Necyom. dialog. 37. n. 2.

Possessio, vt definit Gallus Ælius, eſt vſus poſſidendi agri aut ædificij: non ipſe fundus aut ager: non enim poſſeſſio è rebus quæ tangi poſſunt: ſed qui dicit poſſideri rea, is vere poteſt dicere: itaque in legitimis actionibus nemo ex iis qui litigant poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit, vt prætor his verbis vtatur, Vti nunc poſſidetis eum fundum, quaſi dicas, a. (id eſt quo de agitur) quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, ita poſſideatis: aduerſus ea vim fieri veto. Hæc Feſtus, quem locum ita correctum ſit interpretor, vt actio nulla ſit his concepta verbis, Hanc poſſeſſionem meam eſſe aio. Hot.

Possessio & quaſi poſſeſſio differunt: nam illa tum dicitur quũ aliqua res corporalis naturaliter tenetur: hæc verò, quum incorporalibus rebus vtimur, quæ naturaliter teneri non poſſunt, vt ſeruitutibus. Hot. Quandoque tamen poſſeſſio quaſi poſſeſſionem ſignificat, c. 5. de in integ. reſt. Prsi.

Possessio interdum non ſolum apud Iuriſconſ. & in Conſtitutionibus pro proprietate ipſa, ſeu prædio capitur, ſed etiam apud alios autores. Vnde poſſeſſiones vrbanæ & ruſticæ Ciceroni in Philippicis. Spieg.

Possessio bonæ fidei Paulus, inquit, Infinitas eſſe poſſeſſionis cauſas & ſpecies. Sed vnum genus poſſidendi; vel etiam poſſe diuidi poſſeſſionis genus in duas ſpecies, In bonæ fidei aut non bonæ fidei poſſeſſionem. Itaque vnum ſit genus poſſeſſionis, cum rem tenemus noſtro nomine quam nemo alius poſſidet, & animo quidem: Species autem ſi cauſam ejus ſpectes plurimæ, vt pro donato, pro empto, pro hærede, pro legato pro ſuo Sin fidem ejus qui poſſidet, & ipſius cauſæ iuſtitiam, duæ tantum erunt ſpecies. Vna bonæ fidei, altera malæ fidei. Quæ tamen fides genus poſſeſſionis non mutat ſed genera eadem eſt vtriuſque poſſeſſio Quia poſſeſſio facti eſt, & in ea nihil aut quam minimum juris requiritur. Nam quod Vlp. dixit: Interdictum de vi competere tam iis qui naturaliter, quam qui ciuiliter poſſident, nihil aliud voluit dicere, quam juſtum & injuſtũ poſſeſſorem illo interdicto vti poſſe: vt Iul. de precario. Duo in ſolidum precario habere non magis poſſunt, quam duo in ſolidum vi poſſidere, vt clam: Nam neque iuſtæ neque injuſtæ poſſeſſiones duæ concurrere poſſunt, Connan. lib. 3. c. 10. numer, 5. & vide paulò poſt poſſeſſores don.

Possessio bonorum, vel bonorum poſſeſſio, neq; enim tiuandum eſt de ordine verborum, quem Doctores inani curioſitate hactenos obſeruant, putantes aliud eſſe bonorum poſſeſſionem, & poſſeſſionem bonorum: definitur ab Vlp. in l. 3. §. bonorum igitur poſſeſſionem, ff. de bon. poſſ. Old.

Possessionem certam continuámque Iureconſultus in l. ſeruitutes, ff. de ſeru. appellat certum continuúmque vſum: Neque enim aliud quidquam eſt poſſeſſio quam vſus, l. quæſtio, ff de verbor. ſignif. in incorporalibus præſertim, vt in ſeruitutibus & in aliis juribus quorum vſum pro poſſeſſione accipiunt Iuriſconſulti. l. quoties, ff. de ſer Sane poſſeſſio certa continuáque dicitur non interrupta, non aliquo tempore intercepolata, id quod perſpicuum facit Iuriſconſ. dum confirmans ſeruitutes ruſticorum prædiorum non habere certam continuamque poſſeſſionem ait, nemo enim tam perpetuo, tamque

continenter ire poteſt, vt nullo momento poſſeſſio ejus interpellari videatur. Corraſ. de ſeru. in Rub.

POSSESSIO continua dicitur, non ſolum quæ penes vnum atque eundem ſemper eſt, verumetiam quæ ab vno ad alium legitime tranſlata fuerit. Etenim tempora poſſeſſionis, quibus autores bona fide poſſederunt, merito debent prodeſſe & reputari ad complendam vſucapionem iis qui in locum eorum ſuccedunt, ſiue ex contractu, ſiue ex vltima voluntate. Puta hæredibus accedit poſſeſſio teſtatoris, & emptor vtitur tẽpore venditoris, nec ſolum immediati, ſed etiam vlterioris. Niſi forte medius aliquis ex auctoribus non poſſediſſet, quia tunc non poſſet per rerum naturam cenſeri coniuncta ſeu continua poſſeſſio. Scæuola in l. de acceſſionibus in pr. Venulejus in l. in vſucap. § 1. ff. de diuerſ. temp. præſcript. Old.

POSSESSIO defuncti quaſi injuncta deſcendit ad hæredem, & pleruṁque nondum hæreditate adita completur. Paul. l. cum miles. Ex quib. cauſ. major. Spieg. De quo latius Corraſ. Miſcell. lib 6. c. 15. per totum, & c. ſeq.

POSSESSIO fiduciaria dicitur, quæ ſub manu regis poſſidetur: quaſi fide data accepta ſit à fiducia dicta. Bud. in l. poſterior, de orig. jur. Corraſ. Miſc. lib. 6. c. 9 n. 5.

POSSESSIO juſta illa cenſetur quæ ſuam vim ac poteſtatem habet, poſſitque ſuppeditare conditionem vſucapiendi, ſcilicet per legitimum titulum, bonamque fidem, denique & rem quæ vſucapionem admittat. Spieg.

POSSESSIO momentanea, vide ſupra momentaria poſſeſſio.

POSSESSIO duplex eſt, vna quæ jure conſiſtit, altera quæ corpore, l. nemo, C. de adquirend. poſſeſſ. Auguſt. in ſerm. de vita clericorum: Quod videtur, inquit, poſſidere, ſicut juris periti loquuntur, jure non corpore. Hæc naturalis ſiue corporalis dicitur, illa ciuilis, nulla eſt tertia, quæ dicatur naturalis & ciuilis. Et hanc vero & illam ad d. l. nemo, ſic Baſilica definiunt. Νομὴ ἐστι φυσικὴ, ὁ δὲ περιέχων κατοχὴ, καὶ ἡ τῷ νόμῳ οὖσα, ἡ ψυχῇ δεσπόζοντος κατοχή. Animo domini, inquiunt, quod opinione domini, l. ſi ſeruus, ff. de nox. act. cogitatione domini, l. penul. Cod. de furt. & recte adiiciunt κατοχὴ, id eſt, detentio: nam & poſſeſſio ciuilis plurimum facti habet. Vtraque igitur corpore conſtat, & vtraque animo ſibi habendi, non vtraque animo domini: vtraque etiam in animo retinetur, id eſt, etiamſi poſſeſſor nec ſuo nec alieno corpore rei inſideat, quod alius ſubſederit, ſibique rem tenere cœperit. Vtramque ſupradictam l. nemo, ait eſſe legitimam, quia defenditur legibus & interdictis poſſeſſoriis. Ciuilis eſt quæ apprehenditur & poſſidetur ex iuſta cauſa acquirendi dominij ab eo qui ſe dominum credit. Naturalis eſt quæ corpore ſolo conſiſtit, non jure dominij. Vt ecce, naturaliter poſſidet qui vi aut clam poſſidet, & incubat rei meæ, cique aduerſus alios competit interdictum vti poſſidetis, & vnde vi leg. 1. §. vltim. ff. vt poſſid. leg. 1. §. qui à me, ff. vnde vi. Ego videoit aut clandeſtini ingreſſus opinione comparata, poſſeſſione ceſſi, ſed eam tamen vel interdicto vnde vi aut clandeſtina poſſeſſione recuperare poſſum aut meam eſſe vocare interdicto vti poſſidentis. Eam quoque naturaliter poſſidere cnoſtas, qui contra leges donatum accepit, vt ſi quid vxor viro donauerit, id vir non poſſidet jure dominij, cum ſciat, aut ignorare non debeat, inutilem donationem eſſe, ſed naturaliter volente domino, qui ei poſſeſſione ceſſit, & competunt ei interdicta poſſeſſoria, leg. 1. §. ſi vir. ff. de acquirend. poſſeſſ. leg. 1 §. dejicitur, ff. vnde vi. Is etiam qui precario rogauit, vt ſibi poſſidere liceret, naturaliter poſſidet, l. & habet §. cum qui, ff. de precar. non ciuiliter, quia neque dominium neque dominij opinionem habet, & quidem ſolus ſecundum ſententiam Labeonis, quæ verior eſt cum poſſeſſori ei poſſeſſione ſua ceſſerit: omnino quicunque poſſidet, ſiue naturaliter ſiue ciuiliter poſſidet, ſiue iuſte ſiue iniuſte, aut non poſſidet, aut ſolus poſſidet. His conſequens eſt interdicta poſſeſſoria aduerſus alios dari ei qui precario rogauit, leg. 1. §. vltim ff. vti poſſid. l. qui precario. ff. de precar. non etiam aduerſus eum quem rogauit, ſicut nec ei qui vi aut clam poſſidet aduerſus eum à quo poſſidet: quia etſi is à quo poſſidet, vi, vel clam vel precario non poſſideat in cõtrouerſia poſſeſſionis tamen perinde habetur ac ſi poſſideret, cum habeat interdictum de vi, vel de clandeſtina poſſeſſione, vel de precario. His tribus modis mala fide poſſidemus, vi, clam, precario. Rhetores Græci malunt dicere βίᾳ, λάθρᾳ, ἢ αἰτήσει & inde tria illa interdicta. Id quoque non dubito, quin creditor pignus quod ei debitor tradidit, naturaliter poſſideat, cum debitor poſſeſſionem in eum tranſtulerit, l. quom & ſortis, § vlt. ff de pignor. act. l. per ſeruum, in pr. ff. de acquirend. rer dom. & ideo huic etiam non dubitarem dare interdicta poſſeſſoria, quod & Accurſio placet in l. pen § creditores, ff. vel poſſid. His adiungatur ſequeſter, cui partes poſſeſſione ceſſerunt, l. intereſſe, ff. de acquir. poſſ. l. licet, §. rei. ff. depoſ. nam & hinc naturaliter poſſidet. Cujac. libr. 9 obſ. 35. Vult. Inſt. de interd. in pr. nu. 9. & ſeqq. item nu. 22. 23. ac ſeqq vbi ab aliis diſſentit.

POSSESSIO, vt ſcribit Baldus conſ. 358. incip. præmittendum eſt ad euidentiam, in prin. lib. 5. quædam eſt naturalis ſimpliciter quædam naturaliſſima. Naturalis quæ fit cooperante legis diſpoſitione, vt illa quam habet vſufructuarius, etiam extra fundum & fundi conſpectum vt not. in l. 1. in pr. ff. de acq poſſ. Naturaliſſima autem quæ mero corpori & naturæ innititur ſine adjumento juris. Nam & alibi quoque hæc poſſeſſio, quæ mero jure & ſine aliquo actu corporeo transfertur, vocatur pleniſſima, in l. raptores, & ibi Bart. not. C. de epiſcop. & cleric. vt annotauit. Tiraq. in tract. *le mort ſaiſit le vif.* præfatio, declamation. 7. nu. 17.

POSSESSIO ſimpliciter prolata, de naturali intelligitur, l. ſtipulatio iſta, §. hi qui ſunt, & §. hæc quoque, ff. de verb. oblig. Spie.

POSSESSIO tradita dicitur etiam precario rogata, l. Iulianus, §. veniunt, ff. de actio. empt. Prat.

POSSESSIO acquiri non poteſt, niſi animo & corpore, l. quemadmodum, 8. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. poteſt tamen poſſeſſio ſola animi deſtinatione amitti. Vult. lib. 4. in pr. 15. nu. 27. comm. Iuſt.

POSSESSIONIS nomen Feudalium agrorum maxime proprium eſt: primum quia Feudiſtæ ſcribunt ſolam poſſeſſionem ad Vaſallum pertinere: proprietatem vero manere domini, lib. 2. ti. 8 §. vlt. deinde quia vetuſtiſſimi moribus poſſeſſiones à Romanis dicebantur, prædia quæ non proprietatis jure, ſed tamen diuturnæ aut perpetuæ poſſeſſionis jure tenebantur: de quibus Iauolenus ita ſcribit l. quæſtio 115. ff. de verb ſign. poſſeſſionem dici, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere. Et hoc ab agro differre, quod poſſeſſio eſt vſus: ager proprietas loci eſt. Quod Feſtus planius ita exponit. Poſſeſſiones appellantur agri late patentes publici priuatique: quia non mancipatione, ſed vſu tenebantur: quo pertinet l. cotem, 11. §. agri, ff. de pup. & vectigal. & item prædia 10. ff. fam. erciſcund. vbi vectigalia prædia dicuntur non eſſe noſtri patrimonij. At in libro variorum auctorum de limitibus poſſeſſiones definiunt agri late patentes publici priuatique, quos initio non mancipatione ſed quiſque, vt potuit, occupauit atque poſſedit: vnde & nuncupati. Agros igitur Iauolenus eſſe vult qui nexu & mancipio aliòue jure ciuili, veluti ceſſione, vel vſucapione alicujus proprij facti ſunt: quod veteres dominium juris. Quiritium appellabant. Poſſeſſiones autem quæ vel ad tempus vel in perpetuum alicui vtendæ fruendæ datæ ſunt: pro quibus vectigal aliquod teſtandæ auctoritatis cauſſa penditur. Sicul. Flac. Horum ergo agrorum nullum æs, nulla forma quæ publicæ fidei poſſeſſoribus teſtimonium reddat. Quod ſi culturæ & meliorationis lex adhiberetur, Imper. Zeno Emphyteuſim appellauit leg. 1. Cod. de jure Emphyt. Hotomanoque placet vt eo poſſeſſionum nomine feudalia prædia vocitentur. Cicero Agrar. 1. Venit mihi in mentem, Tiber. & C. Grachus plebem in agris publicis conſtituiſſe, qui agri à priuatis antea poſſidebantur. Et Orat. 22. Qui agrum recentioricum poſſident, vetuſtate poſſeſſionis ſe non jure: miſericordia ſenatus, non agri conditione defendunt: nam illum agrum publicum eſſe fatentur: ſed moueri poſſeſſionibus negant oportere. Item antea cum erat à tribuno pleb. mentio legis Agrariæ facta, continuo qui agros publicos, aut qui poſſeſſiones inuidioſas tenebant, permiſcebant. Idem Orat. 3. Si iſti agri partem aliquam juris, aliquam ſimilitudinem propriæ poſſeſſionis, aliquam ſpem diuturnitatis attingunt: nemo eſt, &c. Item immunia commodiore conditione ſunt, quam illa quę penſitant. Ego Tuſculanis pro aqua Crãbre vectigal pendam: quia à municipio fundum accepi. Sed hæc omnium optimo legis ipſius Agrariæ verba oſtendunt: quæ publice data, donata, conceſſa, vendita. Patior, audio, quid deinde? Poſſeſſa. Hoc tribunus pleb. promolgare auſus eſt, vt quod quiſque poſt Marium & Carbonem Conſules poſſederit, id eo jure teneret, quo qui optimo priuatum. Nam in lege ita erat. Ea omnia eo jure ſint, vt quę optimo jure priuata ſunt. Priuata enim appellat, quos Iauolenus agros proprie nominat. Poſſeſſiones, vt ille idem, quę non proprio & Quiritium jure, ſed vſus cauſſa tenebantur: qualia ſunt feudalia & emphyteuticariæ prędia. Similiter ergo Feudarius & Emphyteotes poſſeſſionem ſuam proprie appellabant, l. Moſebis 47. §. 1. ff. de iur. fiſc. & qui iis fruitur poſſeſſor, l. item ſi is, §. 1. ff. de rei vindicat. vel (vt eſt apud Sicul. Flaccum) publicę fidei poſſeſſor. Itemque ſuperficiarius, cum ſuperficiei proprietas ciuili & naturali jure eius ſit, cuius eſt ſolum, leg. 2. ff. de ſuperficiebus. Interdum tamen abuſiue poſſeſſionis verbum proprietatem quoque ſignificat, l. interdum 78 ff. de verbor. ſignif. Prat.

POSSESSIONIS proprie vindicatio non eſt, ſed itur ad interdictum, quo perinde ac ſi vindicatione ageretur, ſuam eſſe poſſeſſionem actor intendit, leg. 52. §. ſed & vſumfructum, § ſi mecum, § Pomponius, ff. de adhibend. Feſtus. In legitimis actionibus nemo ex iis qui poſſident, poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit.

POSSESSIO, vera & propria dicitur, etiam quę legis commento transfertur, l. quod meu vbi Alex. de acquir. poſſ. l. ſi is cui, §. Flauius

Flauius, de ſolutio. Quemadmodum vt creditor quis dicatur ſatis eſt, quod fidem ulterius ſecutus ſit, vel vere, vel legis interpretatione l.1.C.qui manum. non poſſ. l. qui in fraud. §. ex omni. ff. qui & à quibus manumittit. Spieg.

Vera vtique poſſeſſio & juris eſt, & facti, id eſt, corporis & animi l.26.ff.eu quibus cauſ.maior, leg.40.ff.de adquirit.poſſ.l.1.§. Scæuola, ff.ſi quis teſtam. liber. Adquiri enim ſine corporali facto poſſeſſio non poteſt. Et hoc eſt quod Neratius cum Proculo ſentit, eum animo adquiri poſſeſſionem poſſe negant, ſi non intercedat poſſeſſio l.3 §.Neratius ff.de adquiren.poſſ. Bi.

POSSESSIONE capere, pro vſucapere. Iulianus l.non ſolum 33.§. ſi doceimus, ff.de vſurpat. Lex Plautia & Iulia ea demum vetuit longa poſſeſſione capi, &c. Iauolenus l emptor, 4.ff.pro empt. Nihil eum ex eo fundo longa poſſeſſione capturum. Item Iulianus l.qui fundum, §.ſeruus, eadem. Hot.

POSSESSIONUM inter & dominium differentia, hæc eſt, quod dominium nihilominus manet, qui dominus eſſe non vult, poſſeſſio autem recedit, vt quiſque conſtituit ſe nolle poſſidere. Si quis igitur ea mente poſſeſſionem tradiderit, vt poſtea reſtituatur ei, deſinit poſſidere, ita ait Vlp. in tit. de adquir. poſſ. Maſſ.

POSSESSIONEM adipiſci is non videtur qui ita nactus eſt, vt eam retinere non poſſit, l. non videtur, ff.de acquirend. poſſ. l. ſequitur, §.tunc in poteſtatem, & §. ſi dominus. ff. de vſucap. Spieg.

POSSESSIONEM bonorũ agnoſcere apud Iudicem, eſt declarare apud Magiſtratum ſe talem eſſe, qui poſſet ac vellet jure prætorio amplecti hæreditatem defuncti. Old.

POSSESSIONES appellantur agri late patentes publici priuatique; quia non mancipatione, ſed vſu tenebantur, & vt quiſque occupauerat, colebat. Alibi poſſeſſio eſt vſus agri, aut ædificij, non ipſe fundus aut ager, Feſtus Hotom.

POSSESSIONUM autem variæ ſunt cauſſæ, varij tituli, variæ genera, pro dote, pro donato, pro emptore, pro hærede, pro legato, pro poſſeſſore, pro ſoluto, pro ſuo, l.3 §.genera, ff. de adquirend. poſſ. l.13 § 1. de pet. hæred. Briſ.

PRO dote poſſidet qui rem alienam ignorans doti accepit leg.13. & 15.§ apud Marcellum ff.de pet.hæred. leg.8.ff.de pericul. & commod. l.1.& tot. titul. pro dote, Briſſ.

Similiter pro donato poſſidet cui res donationis cauſſa tradita eſt, l.1.ff. pro donat. Briſſ.

PRO emptore poſſidet qui à non domino emit, cum eum dominum eſſe exiſtimetat, leg 31.§.ff.de vſucap. l. 8. ff.de pericul. & commod. l.6.§.Iulianus, ff.de precar. l.11.in fin.ff.de inſtit. l.13. § 1.ff de pet.hæred.tit.ff.pro emptore. Briſſ.

PRO emptore poſſidere, ait Cujac. ad l.11.ff.pro ſuo, id eſt, emptionis nomine.

PRO hærede poſſidet, qui putat ſe hæredem eſſe, vel bonorum poſſeſſorem, leg.11.ff.de petit. hæred. §. adipiſcendæ Inſtit. de interdict. Item qui rem alienam tenens à domino hæres inſtitutus eſt vel bonorum poſſeſſionem accepit, aut juſtam aliquam cauſam habet exiſtimandi ſe hæredem, vel bonorum poſſeſſorum dominum extitiſſe, leg. 33. §. 1.ff de vſucapio. Sed & quod hæredi inſtituto legatur, id ipſe pro hærede poſſidet, cum pro ipſius parte legatum non conſiſtat, leg. 18. in fin.ff. de his, quæ vt indig. Eodem loco habentur & quæ à ſtatuliberto conditionis implendæ gratia accipiuntur l. 15. §. ſed & ſi ſeruata, ff.de petit. hæredit. Atque hæc exempla optime accommodantur ad tit. pro hærede, ff.& l.44 § ſi tu me vt l. 21. ff.de vine ip. l. 1. ff. quorum bonor. l.1.§.quia autem, ff. quod legator. Briſſ.

PRO legato poſſidet cui res aliena legata eſt, aut teſtatori quidem, ſed adempta codicillis ignoratur, leg. 1.l.4 ff. pro legato Briſſ.

PRO legato poſſidere, inquit Cuiac. ad l.2.ff.pro ſuo, id eſt, legatorum nomine.

PRO poſſeſſore poſſidet prædo, qui interrogatus cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo, nec vllam aliam cauſam poſſeſſionis dicere poſſit, l 11.§. vltim. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. 7.§.idem Celſus, ff. quibus ex cauſ. in poſſ l. 110. ff.de condit. & demonſtrat. l.1.ff.quorum bonorum l.1.§ quia autem, ff.quod legat. l. vltim. ff.de precar. Ita poſſident fures, raptores, violenti poſſeſſores, quique ſcientes prudentes ab eo, quem dominum non eſſe, vel alienandi jus non habere ſciebant, acceperunt: Et qui nullo jure rem hæreditariam totamve hæreditatem, ſcientes ad ſe non pertinere, poſſident, & omnes, qui injuſte contra domini voluntatem tenent, §. pro poſſeſſore, inſtitut. de interdict l.34. §.1.ff.pro empto. l.14 §.poſt annum, ff. de vſucap. leg. 13.§ 1.de petit.hæred leg 109.ff.de cond. & dem. Hoc titulo poſſidemus quod vxor viro, vel vir vxori donauerit, l. 16. ff de adquir. poſſ. Briſſ.

PRO ſoluto poſſidet, qui rem debitam vel aliud quid in ſolutum eius loco accepit, l.2.ff pro empto.

PRO ſuo poſſeſſio ad omnes poſſeſſionum ſpecies porrigi poteſt, quas quis ex juſta cauſa nactus eſt. Sed huic propriæ locus eſt in his, quæ proprium & ſpecialem adquiſitionis nomen non habent, vt puta in his quæ cœlo, terra, mari, vel ab hoſtibus capta poſſidemus: Item quæ vt in rerum natura eſſent, fecimus, & quæ quaſi donata, legata, vel empta, vel ex ſtipulatu, aut ex cauſſa dotis debita cum veritas non ſubeſſet accepimus, l.1.l.2. l penult. in fin. ff. pro ſuo, leg 3.§.vltim. ff de adquir. poſſ. l.68. ff de jur. dot. l.5 l.27.& l.31.ff.de vſucap. Briſſ. Aliud porro eſt pro ſuo poſſidere, & aliud pro ſuo vſucapere: Pro ſuo poſſident hi, qui facti ſunt domini eis modis, qui referuntur in leg. 11.ff.pro ſuo: Sed pro ſuo vſucapiunt hi, qui & alio titulo vſucapiunt.

PRO ſuo quoque & alieno nomine opponuntur Cuiac. ad l. 2.ff. pro ſuo.

POSSESSOR accipiendus eſt, qui in agro, vel ciuitate rem poſſidet, aut ex aſſe, aut pro parte. Sed & qui vectigalem, vel emphyteuticum agrum poſſidet, poſſeſſor intelligitur. Item qui ſolum proprietatem habet, poſſeſſor intelligendus eſt. Item vero, qui tantum vſumfructum habet, poſſeſſorem non eſſe, Vlp. ſcripſit vt ait Macer in l.ſciendum, ff. qui ſatiſd. cogant. Spieg. Poſſeſſores ſeparantur ab emphyteuticariis, quoniam poſſeſſores domini efficiuntur, emphyteuticarij domini non efficiuntur, l.1. ff. ſi ager vect. id eſt, emphyt. penult: vt dixi in l.9 ſupr. de omni agro deſ. Habentur tamen pro dominis, & in l. poſſeſſores. C de fund. patr. libr. 11. ſimpliciter domini appellantur. Cuiac. d. l. poſſeſſores, C. de fund. patrim. lib. 11.

POSSESSORES duo eiuſdem rei inſolidum an eſſe poſsint, quæſitum fuit, vt annotat Cujac lib 9. obſeru 32. inter Proculianos & Sabinianos. Hi admittebant duos poſſeſſores. illi non Item leg. 3. §. ex contrario, ff.de adquirend. poſſeſſ. Proculianorum ſententia obtinuit, & quidem generaliter, vt nec poſsint duo in ſolum poſſidere ciuiliter, nec duo generaliter, nec vnus ciuiliter, alter naturaliter nec vnus iuſte, alter iniuſte, l. ſi vt certo §.ſi duobus, ff. commod. l. duo, ff. de prec. Nec mouemur l. & habet, §. eum qui, ff. eod. quæ & poſsidere eum ſtatuit qui precario rogauit, vt ſibi poſsidere liceret, & eum qui rogatus eſt. Nam ſumpta ea lex eſt ex libris ad Sabinum, qui duos poſſeſſores admittebat, & verior eſt Labeonis ſententia in ea ſpecie eum ſolum poſſidere, qui precario rogauit vt ſibi poſſidere liceret. Nec leg. 3. ff. vti poſsid. nam in ea hæc verba magnopere appendi velim. Si quis proponeret, ex Sabini (puta) & Tribatij ſententia, quibus neque Proculiani neque nos credimus, & in ſpecie eo loci propoſita, ſi Titius vi aut clam à me poſſidet, futurum ſit vt cum vineam interdicto vti poſsidetis propterea quod etſi non poſſideam, tamen perinde habeor atque ſi poſsiderem, cum habeam interdictum vnde vi, vel de clandeſtina poſſeſsione, l. ſi quis vi, ff. de acquirend. poſſeſſ. leg. 7. §. Iulianus, ff. comm. diuid. Et multo minus mouetur l. ſi finita, §. cum autem plures, ff. de damn. infect. quia plures mittuntur in poſſeſsionem in totum ex primo decreto, ſcilicet cuſtodiæ cauſſa, non vt poſsideant, & mittuntur quidem ſinguli quaſi in totum, ſed concurſu partes habent & ex ſecundo decreto pro eis partibus poſsidere jubentur, Cuiac. 9. obſeru. Sed adde Vult. in comm. Inſtit. de interdict. in princ. n. 13. 14.

POSSESSOR bonæ fidei eſt, qui illæſam rei alienæ, quem poſsidet, habet conſcientiam, l. bonæ fidei 109. de verb. ſign. l. qui à quolibet de contrahend. empt. leg. 3. ad l. Fab. de plag. l. ſi ab eo, l. ſi fur. §.1. ff. de vſucap. Vult. lib. vn. diſceptat. ſcholaſt. cap. vltim. De quo ſic Diuus Auguſtinus lib. 1. de fide & operibus vt eum refert Gratianus cap. ſi virgo 32. quæſt. 2. Si virgo, inquit nupſerit neſciens viro alieno: hoc ſi ſemper neſciat, nunquam ex hoc adultera erit: ſi autem ſciat, jam ex hoc adultera eſſe incipit, ex quo cum alieno ſciens cubauerit: ſicut in jure prædiorum tandiu bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur quiſque, quandiu ſe poſſidere ignorat alienum: cum vero ſcierit, nec ab aliena poſſeſsione receſſerit, tunc malæ fidei poſſeſſor prohibetur, tunc iuſte iniuſtus poſſeſſor vocabitur. Hæc D. Auguſt. vide Goedd. ad d. l. bonæ fidei 109. nu. 2. ff. de verb. ſign.

POSSESSIONEM eſſe & in poſſeſsione eſſe differunt. In poſſeſſione eſt depoſitarius, commodatarius, colonus, inquilinus, is qui precario rogauit, vt morari liceat, non vt illam poſsidere, vel ſequeſter cui partes cuſtodiam tantum, non poſſeſsionem, conceſſerunt, ſimilis hic depoſitario. Ille commodatar. &c. Item qui ex primo decreto miſſus eſt in poſſeſsionem, creditis ſeruandi cauſſa, vel dotis, ventris, legatorum, damni infecti cauſſa, l. certe, §. is qui, ff de precar. l. ſi quis ante ff. de acquir. poſſeſſ. & quibus ij locis dicuntur naturaliter poſsidere, impropria & confuſa locutio eſt, cum ſint in poſſeſsione naturali potius quam poſsideant qua de cauſa eis interdicta poſſeſſoria non dantur, l. officium, ff. de rei vind. Sed duntaxat dominus apud quos poſſeſsio remanſit, veluti depoſitori, commodatori, locatori, ei qui precario rogatus eſt, debitori & ſimilibus. Hi enim per illos poſsident. Illi ergo his non ſibi. Si non ſibi, nec igitur proprie poſsident. Poſsidere enim eſt ſibi habere. Fructuarius quoque tantummodo in naturali poſſeſsione, non etiam vere naturaliter poſsidet. Solus enim dominus poſſeſſor eſt, & poſsidet per fructuarium: nec

alia ratione dicitur retentionem vſusfructus eſſe ſpeciem traditionis, quam quod qui retinet vſumfructum, deſinat ſibi & incipiat alij poſſidere, l. naturaliter, ff. de acquir. poſſeſſ. Vlp. ait, Naturaliter videtur, quod verbum eſt πλάγιον. Nec enim omnis qui videtur poſſidere, etiam poſſidet, vt debitor pignus poſſidere & vſucapere videtur, nec tamen poſſidet. Licet enim fructuarius non poſſideat, tamen quia rei emolumentum ad eum pertinet, ea res efficit, vt in pleriſque partibus juris, etiam pro domino habeatur, interdicta ei poſſeſſoria accommodantur, quę cæteris, qui ſunt in poſſeſſione, non accommodantur, Cujac. 9. obſ. 33.

POSSESSORIS commoda hæc ſunt, quod probandi onus in adverſarium transfertur, & quod in pari cauſa poſſeſſor abſolvitur, leg. 62. ff. de jud. l. 20. ff. de probar. l. 1. §. inter. ff. vti poſſidet, leg. 12. §. pen. ff. de lib. cauſ. §. commodum. Inſtit. de interdict. Briſſ.

POSSESSOR incertus ille dicitur, qui nobis incertus eſt, cum ignoramus eum poſſidere: & cum poſſidere facti ſit, hujuſmodi ignorantia facti alieni eſt probabilis. Reſpectu autem ſui ipſius nemo omnino incertus poſſeſſor eſt. Goedd. & Alc. ad l. ſubſignatum, 39. ff. de verb. ſign.

POSSESSORIAS actiones Tryphoninus in l. 50. ff. de bon. liber. ipſam bonorum poſſeſſionem vocat. At in l. 4. §. vlt. ff. de Carbon. edict. hoc verbo eæ actiones ſignificantur, quæ bonorum poſſeſſoribus rerum hæreditariarum, perſequendarum gratia dantur, tit. de bonor. poſſ. hære. pet. ff. Briſſ.

In eo porro quod dicitur poſſeſſorem immobilium rerum ſatiſdare non compelli, poſſeſſor accipiendus eſt, qui in agro, vel civitate rem ſoli poſſidet, aut ex aſſe, aut pro parte, & qui vectigalem emphyteuticúmve agrum poſſidet. Item maritus, qui dotem accepit, vxor quæ dedit, dominus quoque proprietatis, licet vſusfructus alienus ſit, creditor vero, qui pignori tenet, item fructuarius pro poſſeſſoribus non habentur l. 15. ff. qui ſatiſd. cogan. In interdicto. Quod legatorum, verba hæc, Deſiit poſſidere, ſic accipimus, ſi deſiit reſtituendi facultatem habere, l. 1. §. quod ait Prætor. ff. quorum legatorum. In actionibus in rem pro poſſeſſore habetur, qui ſe liti offert, & quaſi poſſident condemnatur, leg. 15. §. non ſolum, ff. de pet. hæred. Eadem cauſa eſt ejus, qui dolo deſiit poſſidere, aut qui dolo fecit ne poſſideret: quia pro poſſeſſione dolus eſt l. 174. l. 193. ff. de divers. reg. jur quæ ex l. 1. §. idem Labeo, ff. ne quid in loco public. ſumpta eſt Briſſ.

POSSESSORIUM eſt de rei poſſeſſione, Vult. lib. 4. in pr. tit. 15. n. 3. comm. Inſt.

POSSESSORIUM judicium ſemper antecedit petitorium, nunquam ſequitur. Vult. d. tit. n. 5.

POSSIBILE, δυνατόν dicitur quod commode fieri poteſt, l. nepos proculo, vbi vide Bart. ff. de verb. ſign. Prat.

POSSIDENTUR proprie res corporales demum l. 3. ff. de adquir. poſſ. Vnde bene Theoph. in tit. de interdict. νομὴν definit σωματικῆς πράγματος κατοχήν. Iura vero cæteraque incorporalia non poſſidentur, ſed velut poſſidentur leg. 20. §. pen. ff. de pet. hæred. & eorum nomine, velut poſſeſſoria interdicta comparata ſunt l. vlt. ff. de ſervitutibus: vnde vſusfructus aliorumque ſervitutum quaſi poſſeſſio eſſe dicitur, leg. 3. §. vlt. ff. de vi & vi arm. l. 23. §. 1. ff ex quibus cauſ. major. leg. 10. ff. ſi ſerv. vind. Per abuſionem tamen & hæc poſſideri dicuntur, l. 9. l. 18. §. Iulianus, ff. de pet. hæred. leg. 2. ff. comm. præd. l. vlt. in fin. ff. ſi pars hæred. pet. l. 2. §. vlt. ff de precar. l. vlt. ff. de itin. actuque l. vlt. ff. vti poſſidet. Briſſ.

POSSIDERE verbum eſſe à ſedibus deductum, ipſius compoſitio denotat & conjugata verba declarant: vt Aſſidere, Obſidere, Deſidere. Sedes autem dicuntur, in quibus quis habitat Hinc apud Virgilium lib. 1. Æneid.

Sedes vbi fata quietas oſtendunt.

Varro li. 4. de ling. Latin. Pos veteres verbum eſſe ait, quod potentem ſignificat, vnde impos, & poſſum, & verbum poſſidere, quaſi, qui poteſt ſedere: in ſedem atque habitationem ſuam aliquo in loco collocare. Atque hęc quidem etymologia eſt, ex qua verbum hoc in prædiis primum poſitum fuiſſe conſtat ſed poſtea mobiles etiam ad res & mancipia translatum eſt.

POSSIDERE & tenere differunt. Tenere namque dicitur, qui corporaliter quidem obtinet, ſed non animo ac poteſtate domini: velut ſervus in quem domini vocabulum non cadit, ne peculium quidem ſuum poſſidere dicitur: ſed tenere, Iavol. lib. 24 de acquir. poſſ. Et peculium quod ſervus civiliter quidem poſſidere non poſſet, ſed naturaliter tenet, dominus creditur poſſidere. At enim Pompon. in l. 15. §. 4. ff. de precar. affirmat eum quoque qui precario rogavit, poſſidere. Placet, inquit, penes vtrumque eſſe eum hominem, qui precario datus eſſet, penes eum qui rogaſſet, quia poſſideat corpore: penes dominum, quia non diſceſſerit animo poſſeſſione. Reſpondeo, poſſidere hoc loco dictum eſſe pro tenere: quemadmodum poſſeſſio pro vſu ſæpe vſurpatur, & ſi maxime poſſideret, non ſibi tamen, ſed domino eum poſſidere, quod vel hinc licet intelligatur, quia re commodata, non pro ſua, ſed pro aliena vtitur: verum quia commodum poſſeſſionis ei conceſſum eſt, ob eam cauſſam poſſidere videtur: quemadmodum fructuarius qui in dict. l. 6. ab Vlp. poſſidere negatur, ab eodem tamen in l. 12. de acquir. poſſ. naturaliter videri poſſidere dicitur: quid ita? nimirum quia quicquid emolumenti verus dominus ex poſſeſſione ſua poſſet percipere, id omne fructuarius percipit: vt non male in aliena re ac poſſeſſione poſſidere dici poſſit. Similiter Iavol. leg. 16. de vſurp. Qui pignori dedit, ad vſucapionem tantum poſſidet, quod ad reliquas omnes cauſas pertinet, qui accepit, poſſidet quomodo? Quia emolumenta omnia, quæ percipi ex poſſeſſione poſſunt, alienа in poſſeſſione conſequitur, ſic vt poſſidere ipſe videatur: verum hæc inter illum & hunc poſſeſſorem differentia eſt, quod ille pro ſuo iure, hic pro alieno: ille tanquam dominus, hic tanquam procurator ac vicarius: ille pro ſua poteſtate & in omne tempus, hic fiduciaria opera & ad tempus poſſidet. Quod ſi cui dubium id etiam videatur, is Celſum audiat, qui in leg. 18. ff. de acquir. poſſ. ſic loquitur, Quod meo nomine poſſideo poſſum alieno nomine poſſidere. nec enim muto mihi cauſam poſſeſſionis, ſed deſino poſſidere: & alium poſſeſſorem miniſterio meo facio: nec idem eſt poſſidere, & alieno nomine poſſidere: nam poſſidet, cujus nomine poſſidetur, procurator alienæ poſſeſſioni præſtat miniſterium. Hæc Celſus.

POSSESSIO ab eorum conſuetudine manavit, qui primi ſedes in locis vacuis collocabant, vt Paul. in l. 1. ff. de acq. poſſ. inquit Verum cum hominum avaritia ſede vna contenta non fuit pluribus in locis eas collocare cœperunt, & quia pluribus in locis vnum eſſe corpus non potuit, idcirco vicarios habuerunt, colonos ſcil. inquilinos, qui quod corpore in iis locis inſiſtebant, corporaliter tenere, & interdum poſſidere dicti ſunt: quum ipſi domini animo ac mente poſſeſſionem retinerent. Pap. l. 44. §. 2. de acq. poſſ. Multum intereſt, per noſmetipſos, an per alios poſſideamus, nam ejus quidem quod corpore noſtro teneremus poſſeſſionem amitti vel animo, vel corpore: ſi modo ex animo inde digreſſi fuiſſemus, ne poſſideremus: ejus vero quod ſervi vel etiam coloni corpore poſſidetur, non aliter amitti poſſeſſionem, quam eam alius ingreſſus fuiſſet. Vlp. l. 29. ff. eod. Poſſeſſionem pupillum ſine tutoris auctoritate amittere poſſe conſtat: non vt animo, ſed corpore deſinat poſſidere: quod eſt enim facti poteſt amittere: alia cauſa eſt ſi forte animo poſſeſſionem velit amittere, hoc enim non poteſt. Paul. in l. 41. Qui jure familiaritatis amici fundum ingreditur, non videtur poſſidere: quia non eo animo ingreſſus eſt, vt poſſideat, licet corpore in fundo ſit. Hot.

POSSESSIO jus eſt, ſive ea legibus permiſſa ſit, ſive non ſit: quapropter & fur & raptor res ablatas poſſident. Si rem, inquit, Paul. apud te depoſitam furti faciendi cauſa contrectaveris, deſinis poſſidere, l. 3. §. 13. eod. & qui vi dominum dejecit, ſi in poſſeſſione turbetur, interdictum recuperatorium habebit, l. 1. ff. de vi arm. & vxor cui maritus donationis cauſa poſſeſſionem injuſte ceſſit, poſſidet, l. 1. §. 1. de acquir. poſſ. deinde vt ait Paul. l. 3. §. 4. eod. In ſumma poſſeſſionis non multum intereſt, juſte quis an injuſte poſſideat. Hot.

POSSIDERE, habere & tenere. Hæc tria plerunque ſeparantur, vt in formula ſtipulationis Aquilianæ: Quod tu meum habes, tenes, poſſides. Tenere eſt proprium naturalis poſſeſſionis. Habere & poſſidere civilis: & ideo habere & poſſidere ita plerunque junguntur, ſibi habere & poſſidere, l. pater, §. 15. de leg. 3. & in l. Gaius, §. Titius de leg. 2. Habuit & poſſedit pro eodem. Cornelius Fronto aliter hæc diſtinguit, & Habere ad naturalem refert, Poſſidere ad civilem. Sed non ſatis ſunt emendata Frontonis verba. Legendum aut reſtamento relictæ, vſus pro onus, jus pro vſus. Sed interdum tenere accipitur pro poſſidere, vt in l. juſto §. vlt. ff. de vſur. & vſuc. & habere vel poſſidere pro tenere, & generaliter in cauſa emptionis habere & poſſidere ita accipiemus, cum venditor non teneatur rem accipientis facere l. habere, ff. de verb. ſig. Cujac. ad l. 38. §. hi qui ſunt, in ſi ff. de verb. oblig.

POSSIDERE animo aut corpore: id eſt, voluntate, aut re ipſa, Similiter apud. Cic. Paul. 12. Scimus ne igitur Panſa quibus in locis nunc ſit Lentonis auctoritas? nobiſcum nec animo certe eſt, nec corpore. Hot.

POSSIDERE animo eſt ea mente eaque opinione eſſe, vt quis ſe ſolum putet poſſidere, atque ideo qui vi dejectus eſt, fieri non poteſt, vt animo non deſierit poſſidere l. clam, in fi. ff de acq. vel amit. poſſ. l. 1. §. ſive autem. ff. vnde vi & de armata. Cujac. ad l. 4. §. vacuam poſſeſſionem, ff. de vſurpat. & vſucap.

POSSIDERE deſinimus, cum id quod poſſidemus ita perdiderimus, vt ignoremus vbi ſit l. id quod ff. de acq. poſſ. Spieg.

POSSIDERE, eſt longe aliud quam in poſſeſſione eſſe l. ſi quis autem, §. 1. ff de acq. poſſ. cum ſimilibus per Alberic. indicatis.

POSSIDERE jubeti, & in poſſeſſionem mitti ſic differunt: nam prætoriæ poſſeſſionem mitti primo decreto, poſſidere autem jubet ſecundo, l. 7. ff de damn. infect. ob eum qui in poſſeſſionem miſſus eſt, dominus decedere non cogitur, at eum poſſidere

dere quis juſſus eſt, decedere cogitur, Vlp.l. ſi finita 15.§.ſi quis autem,eod.Hotom.

POSSIDERE non dicuntur municipes ſorum,baſilicas,& ſimilia, ſed eis vti,l.1 §.ſi de acquir.poſſ.Spieg.

POSSIDERE pro detinere, l.ſ. §.1.ff. pro hærede: vbi colonus dicitur habere naturalem poſſeſſionem, id eſt, detentionem. Sic & gloſſ.in l.ſtipulatio iſta,§.hi qui poſſeſſionem,de verb. obli. pro detentione exponit. Pro quo eſt text. not.in l.ſtipul.§.hæc quoque,eod.Spieg.

POSSIDERE rei ſeruandæ, in l.5.§.poſtquam,ff.vt in poſſ.leg.pro Rei ſeruandæ cauſſa. Et in poſſeſſionem damni infecti miſſus, pro damni infecti cauſſa in leg.15.§.ſi quis damni, ff.de damn. infect Briſſ.in pareрg.

POSSIT & debeat. Item, poſſim,& debeam: in leg.in perſona, §. qui pecuniam,& §.ſi ſub conditione,ff de pact.

POST,particulam eſſe ambiguam,vtrum ad longum interuallum, vel ad breue tempus reſpiciat. Bart. authoritate receptum eſt: Vide ipſum in l.fructus,ff.ſolut.matrim.Spieg.

POST, ad finem refertur ex proprietate ſermonis: vt ante,ad initium. Poſt diem decimum Calendarum,& ante diem decimum Calendarum,quomodo intelligendum ſit,pulchre declarat Alciat.in l.anniculus, de verb ſign. De poſt,vide quæ Bart. annotat eleganter in l.a.in fi.ff.ſi cert.pet.Spieg.

POST annum,aut poſt biennium,quam ego deceſſero, hæres dato:poſtque biennium videtur legatum quia,vt Pomponius ait, hæredis eſt poteſtas in eligendo,leg.ſi ita relictum, de legat.2. Spieg.

POST,verbum,contrarium eſt voci ante:Et ſicut vox ante requirit, vt quid præceſſerit antequam nominata dies eueniat, ita vox poſt, exactum tempus poſtulat, vt dies expreſſus præceſſerit, & abſolutus ſit, poſt quem quid dari fieriue debeat, Gœdd.ad leg.131.§.1.n.1.de vrb.ſign.

POST deinde,ſæpe vtimur hujuſmodi duplicatis vocibus,jam inde jam nunc Pomponius: poſt deinde cum cenſus jam maiore tempore agendus eſſet.Spieg.

POST hominum memoriam, & poſt homines natos, quod idem eſt,pro ab hominum recordatione.

POST horam tertiam vſque in horam decimam eo jure vti. Cajus in l.5.ff.de ſeruitutibus Spieg.

POSTEA interuallum ſignificat per glo.in l.pacta,ff.de contrah. emptio.in verbo poſtea. Et hoc eſſe pro regolari doctrina ſeruandum Zaſius monuit: quia per hoc,vt ipſe dicit,aperiuntur multæ ll.quæ lumen accipiunt,Spieg.

POSTERIORE parte teſtamenti ita cauit, l.12. ff.de alim. vel cib. leg.

POSTERITAS, poſterum ſeculum . ſiue homines qui poſt nos naſcũtur,vt apud Iuriſconſ.in l.1.Com.de leg, Perfertur ritem, ad filios,ſicut antiquitas ad parentes,l.cum ſcimus,C.de agric. cenſit.lib.11.Spieg.

POSTERORUM appellatione liberos natum, non etiam libertos eorum , quibus fideicommiſſum relictum eſt fideicommiſſo contineri , nequaquam incertum eſt , ait Modeſt.in fi.l. quod his verbis 83.§.1. vbi vide Bart.ff de leg.3.Spieg.Prat.

POSTERIORES appellantur qui vltra trinepotes ſunt, & omnes in infinitum deſcendentes, l.vlt.§ parentes,ff.de gradib. & adfinib. quos & minores Latinis dici Seruius in 8.Æneі.ſcribit, Maligna igitur fuit illa Caligulæ interpretatio qua poſterorum nomen ad filios coartabat, negans vltra hunc gradum debere poſteros intelligi, quemadmodum Soet. in Calig. cap.38. ſcribit. Cæterum vacatio,itemque immunitas liberis & poſteris alicujus data ad eos duntaxat pertinet , qui ejuſdem familiæ & nominis ſunt l.13 ff. de muneri.& honoribus. Itaque ad eos qui ex fœminis nati ſunt, non pertinet leg.1. ff. de jure immunit. Planc immunitates generaliter tributæ eo jure, vt ad poſteros tranſmittantur in perpetuum ſuccedentibus durant l. 4.ff.de jure immunit. Briſſ. vide Connan.lib.8.c.5.nu.1. Adde Balduinum comment. ſuper.Iuſtin. Inſti.lib.1.tit.14. qui teſtamento tut.dar.poſſunt.

POSTERIORES Labeonis libri ſæpe laudantur in Pandectis, cujus inſcriptionis rationem attulit. Agell. lib. 13 c.10.& de Labeone loquens his verbis: ſunt adeo libri poſt mortem ejus editi,qui poſteriores inſcribuntur.Briſſ.

POSTHABITA,id eſt,poſtpoſita,l.2.C.de ſponſa. Alberic.

POSTHAC futurum tempus, eu poſt hoc tempus. Vt ait Valla l.ſi quis poſthac,de ædif priu.leg.omnini,de aduoc.diuerſ.jud. l.ſi quis poſthac de pœnis proſcr.Spieg.

POSTHUMI ij duntaxat dicuntur,qui poſt mortẽ patris naſcuntur,l.3 §.1.ff.de injuſt.rupt.Sic dicti quod poſt humatum ac ſepultum patrem naſcantur. Vnde plerique hanc vocem aſpiratione ſcribi voluerunt, quamuis codices emendatiores omnes nullam aſpirationem agnoſcant: Ex quo doctiſſimus Cujacius poſthumos quaſi poſtremos & poſteriores dici autumat, 3.obſeruat.4 & ad l. 4. ff.de liber. & poſthum. quod mire eſt diuinatorium. Notum ſiquidem eſt, frequens fuiſſe antiquis in his etiam vocibus, quæ natura ſua aſpirarentur, aſpirationem omitti teſte Quintiliano: Orat. Inſtitut. 9.& in Pandectis Florentinis exempla ſunt,vt in voce omnis pro hominis in l liberi 70.ff.de contrah.empt.Vmanis pro humanis, l.ſed ſi plure 10.§.2.ff.de vulg.& pup.ſubſtit, abeo pro habeo, l.venditio 7.§.1. de contrah. empt.Ero pro hero,l. item Mela 11.§. elegis, ff.ad l.Aqu. Et notauit locum alium ex Turpilio Cujac.11. obſeru.21. vbi erum legitur pro herum. Quapropter merito reprehendit Gellios Cæcilium , qui putaret poſthumum eſſe , qui poſtremo loco naſceretur vicbaturque autoritate & teſtimonio Virgilij qui in 6.Æneid.ſic ait:

--- --- Surget,
Syluius, Albanum nomen tua poſthuma proles,
Quem tibi longæuo ſerùm Lauinia conjunx
Educet ex ſyluis regem regumque parentem.

Nam ſi longæuo Æneæ natus eſt Syluius , ergo viuo natus eſt quandoquidem non eſt longæuus qui mortuus eſt,ſed fuit longæuus, ſi diu vixit. Quemadmodum vt diſſolueret Appollinaris, longæuum interpretatur pro immortali & perpetuo futuro. Mihi videtur poſthumam prolem dici , non de natiuitate, ſed de regni & nominis ſucceſſione Albani Non enim Æneæ poſteri dicti ſunt Æneadæ vel Troiani,ſed Albani:& fuit iſta Albanorum proles Æneæ poſthuma , quia demum ipſo mortuo nata eſt,& cœpit regnare. Itaque ſurrexit mortuo Ænea poſthuma proles Albanorum nomine ex Syluio, quem illi jam ſeni & longæuo conjunx Lauinia eduxit ſyluis. Eſt autem hoc de poſthumis vulgare & in jure tritum , quod reſpondit Paul. l.7.de ſtatu hominum: qui in vtero eſt , perinde ac ſi in rebus humanis eſſet cuſtoditur , quoties de commodis ipſius partus quæritur: quanquam alij antequam naſcatur , non proſit,nam jus liberorum non habet , qui vxorem habet prægnantem. At poſthumi eadem ratio eſt in hæreditate parentum, quæ & jam natorum. Re vera enim poſthumus eſt filius : at contra filius, jam natus non eſt poſthumus: itaque nomen filiatũ & in poſthumanam cadere quæſtionis non eſt : quamuis poſthumæ non cadere in eam quę in rebus humanis ſit, certum eſt, inquit Vlp. l.164.de verb.ſign.Conn.lib.10.cap.1 num.8.Vult.ad §.1.n.1.2. Inſt.de ex hæred.liberorum & eleganter Gœd.in comment. ad l.nomen filiarum 164.in prin. nu.1. & ſeqq.vbi multa,pro orthographia à nobis tradita argumenta affert. ff.de verb.ſignif. Olim autem poſthumus in quocunque loco vel gradu exhæredes facere oportebat , ne ſcilicet agnoſcendo teſtamentum rumperent,d.l.3.in princ.ff.d.tit. Verum hodie,cum ob nullam cauſam ingratitudinis delinquere poſſint, exhæredari nequeunt,l.ſi quis in ſuo §.teſtis,Cod.de inoff.teſtam. Sed è contrario , ſi filius familias poſthumus in teſtamento præteritus in lucem prodierit , vel ſi non emiſerit vocem , vel totus integer viuus natus fuerit,ſed ilico, cum in terram cecidiſſet,in manibus obſtetricis deceſſerit, rumpit teſtamentum, leg.quod certatum,C.de liber.& poſthum.non item codicillos ſcilicet (ita enim intelligendi ſunt hic codicilli) ab inteſtato factos, vt in leg.ab inteſtato,leg.ſi quis duos reſp.ff.de jure codicill. nam ſi teſtamento confirmati ſunt codicilli , rupto teſtamento agnatione poſthumi,codicilli quoque ad teſtamentum pertinentes, viribus deſtituuntur,l.1.in princip.C.de codicill.Anch.

POSTHUMORUM impropria ſignificatio,de qua in l.Gallus , 29. ff.de lib. & poſth.quos Iuſtin.in §.poſthumorum,Inſt. ne exhe. liber.dicit eſſe loco poſthumorum,& ante eum Cajus 2.Inſt.4. & in leg.poſthumorum 13.ff.de injuſt.rupt.in doctrina ſucceſſionum duntaxat vſurpatur, & quidem earum quæ fiunt ex teſtamento.Eaque ſignificatio deſcendit ex lege Velleia, ad eoſque pertinet,qui ante mortem patris naſcuntur quidem,ſed reſpectu teſtamenti à patre facti dicuntur poſthumi, eoſque larga ſignificatione poſthumos dici recte ſcripſit Alc.ad l.164. ff. de verb. ſign. & Weſembec.ad §.poſthumi,1.Inſt.de exhæred. liberor.Neque tamen illi omnes eodem modo ſunt & dicuntur poſthumi.Nam ex primo legis Velleię capite poſthumus is dicitur, qui poſt teſtamentum factum viuo teſtatore naſcitur ſuus, dict.l.Gallus, & videtur.Deinde ex ejuſdem legis Velleię cap.ſecundo poſthumus eſt nepos vel alius ſequens , qui natus quidem ante teſtamentum,ſed poſt teſtamentum factum mortuo priore inſtituto in locum ejus ſuccedendo ſit ſuus , dicta, l.Gallus, § & videtur , & ſeq Poſtremo poſthumus dicitur natus poſt teſtamentum , non tamen ſuus ſed qui priore inſtituto defuncto in hujus locum ſuccedit,& ſit, ſuus,qui dicitur poſthumus,Iulianus d.l.Gallus §.ille caſus in difficili.Hi poſthumi omnes ſuos ſui vel alieni , §.poſthumo. Inſt.de leg.§.2.Inſt. de hęred.quæ ab inteſt.

POSTHUMUS à Romæo. appellatus Plutarch.in Sylla ſcribit: *ὕστερον τῆς τελευτῆς πατρὸς γενόμενον*.Itaq. Vlp.in l.3.§.2.ff.de injuſto rupt.Poſthumos,ait,dicimus eos duntaxat,qui poſt mortem patris naſcuntur.Briſſ.

POSTHUMI ſui ſunt,qui ſic erant nati,vt hęredes ſui eſſe poſſent, d.§. 2. Atque hi iterum ſui ſunt vere vel quaſi vere ſui ſunt, quos in ſuitatis jure antecedit nemo , qualis eſt filius qui in poteſtate patris conſtitutus foret , ſi ante patris mortem natus fuiſſet , qualis etiam eſt nepos , qui eum naſcitur avo ſuus futurus fuiſſet , niſi auus jam diem ſuum obiiſſet. Quaſi ſui

ſunt nepotes qui nondum quidem rē vere ſunt ſui, nec à teſtatore proximum gradum obtinent, in ea tamen cauſſa ſunt, vt ſui fieri poſſint, nempe illo, qui gradu eos proxime antecedebant, remoto. Atque ita illi ſui ſunt revera, ipſoque actu hi ſui ſunt in ſpe & potentia. Alieni poſthumi ſunt qui, nati, inter ſuos heredes teſtatori futuri non ſunt, puta nepos ex filio meo emancipato, qui in familia mea amplius non eſt, §. poſthumo, Inſt. de leg. Sui poſthumi pertinent ad heredes ſuos, poſthumi alieni ad hæredes extraneos. Alieni jure ciuili olim inſtitui non poterant: jure prætorio poterant, non vt hereditatem caperent, quę juris ciuilis eſt, ſed bonorum poſſeſſionem acciperent ſecundum tabulas, §. 1. Inſt. de bon. poſſ. l. poſthumus 6. ff. de inoff. teſt, l. 1. §. ſi filius, ff. de ventr. in poſſ. mittend. hodie etiam hereditatem ex Impp. conſtitut. qua de re latiſſime tractant DD. in d. § poſth. & in dict. l. Gal. vbi cum primis Goueanus, Cuiac. & Hot. Sui poſthumi tam vere quam quaſi hodie omnes jure ciuili inſtitui poſſunt: ex l. 12. tabul. non alij niſi vere ſui teſte Vlpian. in fragment. tit. 22. nempe poſt mortem parentis hoc modo: Qui mihi ex vxore mea poſt mortem meam naſcetur, heres eſto: vel ſi erat nepos, hoc modo. Qui mihi ex nuru, quam decedens filius meus pregnantem reliquit, nepos poſt mortem meam naſcetur, heres eſto: Sed de his vide fuſius. Herman. Vult. in comm. Inſt. ad d. § poſthum. 1. n. 3. & ſeqq. de exhæred. liberorum.

Posthumi aut ſunt inſtituendi aut exheredandi. Vult. l. 2. c. 3. §. 1. nu. 14. in com. Inſt. cauſa tamen exheredationis vere nulla in ipſis eſſe poteſt.

Posthumus à filio jam nato ſic differt, quod per filij præteritionem nullum eſt teſtamento eo gradu, quo eſt omiſſus. & tanquam non fuerit ſcriptus ille gradus, ſic conſideratur teſtamentum. Hinc ſi in inſtitutione taceatur filius, & in ſubſtitutione nom. nat. exheredatur, inſtitutio nulla eſt, & pro non ſcripta habetur. Sic euenit vt valeat ipſum teſtamentum & authoritatem ſuam ſtatim ſumat à ſubſtitutis, qui jam non ſecundi, ſed primi, atque adeo ſoli ſunt heredes vt nullam habeant coniunctam rationem, cum primis, qui ſunt inutiliter inſtituti. Secus eſt in poſthumo, qui ſic præteritus non reddit inſtitutionem nullam ſed quaſi ſuſpendit interim dum naſcatur. Itaque mortuo teſtatore & valet inſtrumentum, & inſtitutio rata eſt, à qua jam tota ſubſtitutio pendet, non à teſtatore qui deſijt eſſe: nec aliter jus ſuum obtinere poſſunt ſubſtituti, quam ſuccedendo in locum inſtitutorum. Natus autem inde poſthumus non rumpit primum illum inſtitutorum gradum ſola ſua natiuitate, niſi adeat ipſe hereditatem. Nam ſi ſe bonis paternis abſtineat, conualeſcit, & manet firma inſtitutio. Si vero adibit hæreditatem, & teſtamentum infirmatur, & excludit ſubſtitutos qui tantum in locum inſtitutorum poſſunt ſuccedere, Cunan. lib. 9. c. 7. num. 11.

Posthumi liberi ſunt, ſiue fœminini ſexus, ſiue maſculini, §. poſthumi. Inſt. eod. Poſthumi per virilem ſexum deſcendentes, l. 1. ff. de injuſt. nupt.

Posthumi nepotes, l. 29. ff. de liber. & poſthum. Vetus gloſſarium: poſthumus nepos eſt qui poſt mortem aui natus eſt, etiam ſuperſtite ſuo patre. Porro ſi quis poſthumis tutores dedeſit, tam filij poſthumi, quam cęteri liberi continebuntur, l. 6 ff. de teſtam. tut. Briſſ.

Posthumus a Corneliana eſt, qui poſt captiuitatem patris ſui naſcitur filius, cum poſt mortem patris ſui naſci videatur, leg. qui vxorem, ff. de injuſt. rupt. teſtam. Cuiac. ad l. lege Corn. ff. qui teſtamenta, fac. poſſ.

Postico recedit, qui furtim, nobiſque inſciis recedit.

Posticum Varroni Poſtica, oſtium in poſteriori parte ędium, Vlp. in l. 13. §. ſed ſi ędium, ff. de vſuſruct. etiam Poſticas dixit. Vel aditus, inquit, poſticus ſiue vettere. Poſticam, lucam in agris diuidundis. S. Sulpitius apud Feſtum libr. 14. appellauit. Prat.

Postliminio receptum Gallus Ælius libr. 1. ſignificationum quę ad jus pertinerent, ait eſſe eum, qui liber ex qua ciuitate in aliam ciuitatem abierat, in eandem ciuitatem redit eo jure, quod conſtitutum eſt de poſtliminiis. Item qui ſeruus à nobis in hoſtium poteſtatem peruenit, poſtea ad nos redit, in ejus poteſtatem cujus antea fuit, redit. Iu jure poſtliminium equi, & muli, & nauis, eadem ratione. Hęc Feſtus. Hot.

Postliminium intuetur tempus mortis, & teſtamenti facti. quæ duo tempora conjungit, vt ſi mortis tempore jus teſtandi habuerit, teſtatus deceſſiſſe videatur, l. pater, §. vlt. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.

Postliminii ius & lex Cornelia ſæpe concurrunt, & pro eodem accipiuntur, Gœdd. ad l. 3. §. 1. n. 23.

Postliminium eſt ius amiſſę rei recuperandę ab extraneo, ſtatum priſtinum reſtituendæ inter nos ac liberos omnes populos ac reges legibus ac moribus conſtitutum, l. 19. ff. de capt. Feſtus lib. 14. ex Ælio Gallo, Poſtliminium, ait, redit: qui captus ab hoſtibus ad patriam remeauit. Poſtliminium quoque in rebus inanimatis & immobilibus dicit Pompon. in leg. 36. ff. de relig. Loca capta ab hoſtibus, inquit, deſinunt eſſe relig. oſa: quod ſi liberata ſint, quaſi poſtliminio reuerſa priſtino ſtatui reſtituuntur. Duo autem ſunt poſtliminii capita: primum, vt reuerſus ſtatim ac fines noſtros ingreditur, omnia ſua recipiat, vt Iuſtin. ſcribit: ſecundum vero caput eſt, quod reuerſus fingatur ſemper fuiſſe in ciuitate ac ſemper jura ſua, ad quę reſtituitur, habuiſſe, quamuis ſeruitutis tempore vere non habuerit. Primum ergo poſtliminij caput, de quo in leg. cum duæ, ff. de capt. nullam continet fictionem. Alias enim ſi reuerſus fingeretur fuiſſe liber, vere liber non eſſet. Quare videas leges de hoc primo capite diſſerentes, dictionibus veritatem deſignantibus vti, l. poſtliminium, 2. cum. l. vnde duæ ibi (recipit) & hic ibi recuperat. (Secundum vero caput fictionem continet. Nam fingit illum, qui vere fuit apud hoſtes, in ciuitate ſemper fuiſſe: ideo vtitur verbo (creditur) in l. retro. ff. de capti.

Postliminium, ait, Imp. in §. dictum eſt. Inſtit. quibus modis jus patr. pot. dictum eſt à limine & poſt. Vnde eum qui ab hoſtib. captus, & in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum recte dicimus: nam limina ſicuti in domo finem quendam faciunt, ſic & Imperij finem eſſe limen veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus, ab eo poſtliminium dictum eſt, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiſerat. Hot. Cicero autem in Topicis de hoc vocabulo ſic ſcribit. Seruius, inquit, nihil putat eſſe notandum, niſi Post: & liminium illud productionem eſſe verbi vult: vt in finitimo, leg timo, non plus ſueſſe Timum, quam in Meditullio Tullium. Scæuola autem junctum eſſe putabat verbum vt ſit in eo & poſt, & limen: vt quæ à nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem peruenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, dein cum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio videantur rediiſſe. Latius id ibi proſecutus eſt Boetius, quem vide: Iacob. Curtius libr. ἐικασμῶν libr. 2. cap. 23. In tanta nouitate, forte non abſurde poſtliminium ab eo dici poſſe exiſtimat, quod compos ſit factus liminis vnde egreſſus erat, qui poſtliminio reuerſus eſt. Eſt inuſitata quidem dictio, ſed tamen in compoſitione recepta pus, vnde & impos. Hinc potis in gignendi caſu, jam olim nominatiui vim habet: porro vero T. literæ interiectio, ſonoritatis gratia facta videtur, an quia fortaſſis & ſtlimen veteres, vt Stlitem dixerunt, d. c. Curt.

Post magistratus legit Cuiacius in leg. 36. §. 1. ff. ad muni. vnica dictione, quemadmodum dicitur poſt factum, poſt delictum.

Postmodum, quaſi poſt modum datum. Item poſtmodo, l. ſi alicui, ff. de neg. geſt. Spieg.

Postquam, & Cum multum differunt. Hoc quidem tempus inchoatum, ſi ſine vi conditionali proferatur nec verbum ſubiectum plenam perfectionem deſideret, ſignificat. Illud ſui natura perfectum, præteritum, l. 217. in princ. vbi Gœdd. num. 3. ff. de verb. ſign.

Postquam fari cœperit, quomodo intelligendum, apud Iuriſconſult. Alciat interpretatur, in l. inter illam conditionem, de verb. ſign. Spieg.

Postremus eſt, quem nemo ſequitur, vel qui ſolus eſt, l. 1. Co. de ſuis & legit. Spieg.

Postulare cū ad publica judicia refertur, proprie ſignificat, petere à prætore vt ſibi liceat lege aliqua publicorum judiciorum quempiam interrogare, verum in eam legem commiſerit, nec ne, vt ſi fateatur, ei lis æſtimetur: ſi neget, ejus nomen in reus referatur. Cicero ad Qu. Fratr. lib. 1. Quod eum de ambitu Gabinium vellet poſtulare, neque prætores diebus aliquot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui facerent, in concionem aſcendit. Cælius Ciceroni. inſolentiſſimi homines Circenſibus ludis poſtulandum me lege Scantinia curarum. Idem illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem & nominis delationem vxor à Dolabella diſceſſit. Cicero in diuinat. Nuper cum in P. Gabinium L. Piſo delationem nominis poſtularet. Hot.

Postulare priſcis temporibus is ſaltem dicebatur, qui deſiderium ſuum vel amici in jure, (hoc eſt pro tribunali coram prætore, qui juriſdictioni præeſt, l 1. in pr. §. ait prætor, verſ. apud me, §. item Senatuſconſulto, ff. de poſtul. leg. 4 § hoc autem, ff. de damn. infect. Duaren. li. 1. diſput. c. 1.) exponebat dicendo, vel contradicendo aduerſario. l 1. §. 2. de poſtul. Hodie tamen mutata Rep. & forma judiciorum ordinariorum abrogata, hoc verbum ad aduocatos qui jura tam in judicio, quam jure ſuggerunt, accommodari cœpit, l. 1. 3. l. aduocati 14. Cod. de aduoc. diuerſ. jud. leg. 1. 2. 4. 5. C. de poſtul. Fiebat autem varias ob cauſſas. Poſtulabatur enim id, quod imperio magis quam juriſdictione expediebatur, leg. 4. ff. de juriſd l. 5. ff. de prætor. ſtipul. l. 1. & d. l. 4 in pr. §. duas §. hoc autem judicium, l. prætor. 7. ff. de dam. infect. vide Gœdd. ad leg. creditores 10. in pr. n. 2. 3 ff. de verb. ſign.

Postulare alias eſt accuſare, deferre. Briſſ.

Postulare ſuſpectum, id eſt facere, vt loquitur leg. 3. ff. de ſuſpect. tuto.

Postulare capitis, pro reum facere criminis capitalis. Papin. in l. 53. ff. de fidejuſſor.

Postulare expilatæ hæreditatis, l. hæres jussi ff. de neg. geſt.

Postulare, judicium, *vmb Recht anſuchen*, poſtulare reum

einen anklagen, mit Recht furnemmen. Spieg.

POSTVLARE quæſtionem, ejus eſt, inquit Budæus, qui injuriam ſibi factam quæritur, aut alteri, quam vindicare ad eum pertineat. Spieg.

POSTVLARE præterea is dicitur, qui rem per ſe juſtam admodum exigit, aliquanto inſtantius, quam petens, Vnde Curtius. Poſtulabat, inquit, magis quam petebat. Prat.

POSTVLARI, paſſiuum. Vlp. primum igitur tractemus, vnde deſcendat ſuſpecti crimen, & apud quos poſtulari quis poſſit ſuſpectus tutor.

POSTVLATIO eſt alicujus perſonæ ad dignitatem, vel ſocietatem fraternam, canonica facta vocatio: vel eſt perſonæ, quæ eligi non poteſt, ad eligendum petitio, toto tractatu de poſtulat. prælat. cap. innotuit. §. habito, cum aliis juribus de elect. Sunt autem in ipſa poſtulatione tres perſonæ conſiderandæ. poſtulantis, poſtulati & ejus ad quem fit poſtulatio. Anchor.

POSTVLATIONES quoque vocantur, cum ob monſtrum oſtentum, prodigium, errorem in ceremonia, ſacrificium vel expiationem poſtulare Dij videntur: hoc verbo vtitur M. Tullius: ſed & Arnobius ita ſcribens, In ceremoniis veſtris, rebuſque diuinis poſtulationibus locus eſt, & piaculi dicitur contracta commiſſio: Prat.

POSTVLATIO, inquit Donatus, propriè eſt querela de eo qui peccauit, apud alterum: expoſtulatio apud illum ipſum qui peccauit. Terent. Hecyra, Neque lites vllæ inter eas, poſtulatio nunquam. Idem in Andr. Expoſtulatio eſt aduerſus eum quem incuſamus: nam expoſtulare eſt querelam apud eum ipſum deponere, de eo ipſo qui fecit injuriam. Poſtulare autem, querelam dicere de altero apud alterum: Hot.

POSTVLATIO quandoque pro accuſatione vſurpatur: Briſſ.

POSTVLATIONIBVS vocare, pro expedire ſupplicantium deſideria. Nam poſtulationes pro deſideriis & interpellationibus judicialibus vſurpantur, l. 2. §. in bonorum, ff. quis ordo in bonorum poſſeſſionibus: Prat.

POTENTIA regni, eſt, regno maturus: Bud.

POTENTIA eſt ad ſua conſeruanda, & alterius obtinenda, idonearum rerum facultas autor Cic. de inuent.

POTENTATVS in l. 13. ff. de ritu nupt. l. 1. Cod. de gener. abol. C. de teſtib. vtuntur hoc verbo Cæſar & Liuius: Prat.

POTENTIORES viros, id eſt, nobiles poteſtate, opibúſve præditos: humilioribus, id eſt, plebeiis, ignobilibus inopibuſque ſcite Iuriſconſult. oppoſuit, cum ait: ne potentiores viri humiliores injuriis afficiant, ad religionem præſidis prouinciæ pertinet, l. illicitas, de offic. præſid. Nec minus pulchrè dixit Cajus: potentioribus pares eſſe non poſſumus, in l. 1. in princ. de alienat. judic. mutand. cauſ. facta. Vnde tit. C. ne liceat potentior. patroc. litigant. præſtare & Azon. in ſumma: Spieg.

POTEST verbi vis ac ſignificatio interpretibus magnam diſputandi occaſionem præbuit: tu autem ea in re duas ex frequentata Doctorum traditione, habeto doctrinas. Prima, verbum Poteſt, affirmatiuè prolatum, non neceſſitatis eſt, ſed voluntatis, l. ſæpe, ff. de offic. præſid. Etiamſi ad judicem referatur l. non quidquid, ff. de judic. l. 1. C. quomodo & quando jud. neque enim vt Papinian. ait, continuo juris neceſſitati ſubjicitur, quod judicis poteſtati permiſſum eſt, d. l. non quicquid, Vnde licet judex die peremptorij ſententiam ferre poſſit, non tamen adhuc cogitur, ſed contumacem in diem ſequentem poteſt exſpectare, c. cõſuluit. de offi. delegat. Cum igitur poſitum in judicis poteſtate, juris neceſſitati nullatenus ſubjiciatur, dict. l. non quicquid, ff. de judic. & d. l. 1. Cod quomodo & quando judex perſpicue conſtat Accurſ. & Fulg. perperam intellexiſſe leg. 1. ff. de juriſdict. omni. judic. exiſtimantes ad ea quæ per Vlpian. illic judicis poteſtati committuntur judicem adigi poſſe. Quod præter naturam & proprietatem verbis Poteſt. Interdum verbum Poteſt ex ſubjecta materia neceſſitatis eſt, leg. ſi mandauero tibi §. fin. vti Accurſ. ff. mandat. ſed & periculum, vbi idem Accurſ. Cod. ſine cenſ. vel reliqu. Vnde ſi concedatur epiſcopo, vt poſſit diſpenſare contrariũ, cum hæc conceſſio de diſpenſatione neceſſaria accipi debeat, poterit ad diſpenſandum epiſcopus, per ſuperiorem præciſe cogi Archidiacon in cap. cum ex eo, de electiõn. in 6. Item quod ſi verbo poteſt adjuncta reperiretur dictio aliqua neceſſitatis, puta debet, aut oportet, illud quoque neceſſitatem importaret l. placet 2 Cod. de pedan. judicibus, cap. 1. verſ. & ideo vt Eccleſia. benefic. cap. oblatæ ad fin. de appellat. ſic in verbo Mando, dicimus, quod licet non cogat, ſed duntaxat adhortetur, & moneat, ſi tamen illi adjiciatur verbum præcepti, arctabit, c. cum te. Vbi Docto. de reſcript. Denique non ignorandum in vltimis voluntatibus ex conjectura mente defuncti, verbum Poteſt, reſolui, vt ſit neceſſitatis l. fideicommiſſa, hæc verba, ff. de leg. 2. Circa verbum Poteſt negatiue prolatum, ſeu habens præcedentem negatiuam, hæc doctrina eſt obſeruanda ex crebra doctorum traditione. Dictio negatiua præpoſita verbo poteſt, omnem negat potentiam, neceſſitatemque præciſam inducit. Gloſſ. in capit. de regul. jur. in 6. Vnde ſi lex municipalis dicat minorem, aut mulierem non poſſe vendere ſine conſenſu propinquorum, negatur hæc omnis vendendi poteſtas ea ſolemnitate circumſcripta, adeo, vt ea ſpreta, ſi ad contractum venditionis minor aut mulier procedat, nec quidem naturalis obligatio naſcatur. Bartol. in l. cum lex. col. 2. ff. de fidejuſſor. Verum enimuero quod dicimus negatiuam præpoſitam verbo poteſt, omnem priuare potentiam, neceſſitatemque inducere, Panormitanus in capitulo Quanto, per illum textum, de præſumptionibus recipi vult, niſi facta hac interpretatione, reſultaret abſurdus ſenſus. Temperatur ſecundo tractata à nobis doctrina, vbi lex ſimpliciter eloqueretur, non vltra prouidendo: alioqui ſi vltra procederet, ſecus dicendum, prouidens enim de remedio, indicat ſe non inferre omnem potentiam leg. ſtipulatio iſta. §. alteri. vbi ſolus Iaſ. ita declarat ff. de verbor. oblig. Denique, ſi verbo Poteſt, præpoſita eſſet negatiua, ab eo qui poteſtatem priuandi omnem potentiam non habet; veluti à priuato leg. nemo paciſcendo, ff. de pactis, de qua re vide latius tractantem Corraſ. in rubric. de jejun. ut. ff.

POTESTAS eſt populi. Conſilium Senatus; qui hic tamen & prudentiæ & ſapientiæ & dignitatis nomine tantum valuit apud populum, vt tandem omnia ejus conſulta pro legibus fuerint obſeruata. Conn. l. b. 1. c. 1. nu. 6.

POTESTAS ambulatoria. Lege, ambulatoria voluntas.

POTESTAS familiæ, ſiue domeſtica, non eſt eadem, ſed pro diſtinctione eorum, qui in familia ſunt, aut ea continentur, etiam ipſa diſtinguitur. Sunt autem hi in triplici conſideratione, vna eſt in marito & vxore, altera in Parentibus & liberis, tertia in dominis & ſeruis, adeo vt vnus idémque paterfamilias, ſi re ipſa hos omnes habeat ſit & maritus, & pater, & dominus, vna eadémque materfamilias ſit & vxor & mater & domina, aut ſi vnum vel alterum non habeat, habeat tamen jus iſta habendi. Vult. l. 1. c. 8. in princ. num. 9. Hinc.

POTESTAS duplex, Dominica & patria. Dominica dicitur, quam jus gentium introduxit, & patria, quam jus ciuile duobus modis conſtituit, aut juſtis nuptiis aut adoptione, Droſ. in Methodo jur.

POTESTATE dimittere & manumittere pro eodem nonnunquam ſumitur: manus enim pro Poteſtate plerunque vſurpatur. Inſtit. de libert. Manumittere autem proprie ad ſeruos, emancipatio ad liberos refertur l. 1. §. 1. ff. quando actio de pecul eſt annal Droſæus in methodo juris.

POTESTATIS verbo plura ſignificantur: in perſona magiſtratus imperium leg. 215. ff. de verbor. ſignificat. leg. 13 ff. de juriſdict. leg. 3. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. leg. 1. ff. ad legem Iul. maieſt. & quidem abſoluere poteſtatem appellari merum imperium, quo in facinoroſos animaduertimus, Vlpian. ſcribit in l. 3. ff. de juriſdict. omn. judic. in perſona vero liberorum patria poteſtas, in perſona ſerui dominium dict. l. 215 Poteſtatis enim verbum non ad liberos modo trahimus, verum etiam ad ſeruos & ad eos qui nobis bona fide ſeruiunt, ſiue liberi ſint, ſiue alieni, ſiue proprij ſint, ſiue fructuarij. Nec refert cujus ſexus ſint, l. 1. §. in poteſtate ff. de exercitor. leg. 1 §. vltim. ff. de tributor. leg. 3. §. qui in ejuſdem ff. de donat. int. vir. Quinimo & in eo quod dicitur eos qui in poteſtate teſtatoris ſunt, ad teſtamentum adhiberi teſtes non poſſe, Poteſtatis verbum ad eum quoque, qui ab hoſtibus redemptus eſt, referimus l. 20. ff. qui teſtament fac. At cum agimus de noxæ deditione cum eo qui ſeruum non defendit, poteſtatis appellatione copiam facultatemque ſignificamus, dict. l. 215. In poteſtate enim habere ſeruum, quod ad noxalem actionem attinet, accipimus eum, qui facultatem & poteſtatem exhibendi ejus habet. Quod ſi in fuga ſit, vel peregre, non videbitur eſſe in poteſtate l. 21. §. prætor ait, ff. de noxalibus in lege Atinia in poteſtatem domini res furtiua veniſſe videtur ſecundum Sabini & Caſſij interpretationem, ſi ejus vindicandæ poteſtatem habuerit: alij ita interpretantur, ſi ejus rei velut ſuæ poſſeſſionem ita nactus ſit, vt juſte auelli ei non poſſit, l. 4 §. tunc in poteſtatem. ff. de vſucapion. Poteſtatem ſui non facit, quod ad miſſionem in bonorum poſſeſſionem attinet, qui id agit, ne aduerſarius ejus ſui copiam habeat l. 2 §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. leg. 7. §. præterea, ff. de ſuſpect. tutoribus. Enimuero magiſtratum quoque ipſum poteſtate præditum, poteſtatem appellamus l. 7. ff. de reb. cor. l. 26. ff. de pignorib. l. 17 §. penult. ff. de ædil. edict. In eo ſignificatu vſus eſt & Imperat. in l. vlt. C de offic mil. jud & in l. 1. C. de except. lib. 12. Et apud Iuuen. cum ait, An Fidenatum Gabiorumque eſſe poteſtas Suet. in Claud. cap 23. Iuriſdictionem de fideicommiſſis quotannis & tantum in vrbe delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum atque etiam per prouincias poteſtatibus delegauit. Quem locum torquere poſſumus ad interpretationem illorum verborum quæ ſunt in l. 1. ff. quod quiſque jur. QVI MAGISTRATVM POTESTATEMVE HABEBIT: vt eos, qui in vrbe magiſtratum gerunt, vel in prouinciis imperium aliquod poteſtatemque obtinent, ſignificari dicamus. Sed in l. 3. in fin. ff. ad leg. Iul. majeſt. poteſtas à magiſtratu ſeparatur l. 5. ff. de arbit.

Briſſ. Prat. adde Gœdd. ad d.l. poteſtatis 215. ff. de verb. ſignif. Itaque.

Potestas de magiſtratu, patre, domino ſerui & rei, & de poſſeſſore: nec non de tutore, curatore & pluribus aliis, qui magiſtratus non ſunt, prædicatur. Gœdd. d. loc.

Potiores in muneribus injungendis accipiuntur non ſolum gradu generis, ſed & ſubſtantia rei familiaris, interprete Paulo lib. 2. ſen. tit. 28. vbi Cuiac. Et ita in l. 7. ff. de decurion. l. vn. C. de potioribus ad mun. nominand. libr. 10. potiorum nomen accipiendum eſt. Briſſ. & Prat.

Potiri iis etiam rebus dicimur, quæ nobis inuitis aduenjunt. Auſon. Natum cito morte potiri: Conn. libr. 9. c. 5. n. 3.

Potitus hoſtium, pro eo, qui factus eſt hoſtium præda, & peruenit in hoſtium manus, reperire eſt apud Papin. in l. quod ſi filius, & apud Triph. l. ſeq. § codicilli, in fin. de cap. & poſtlim reu. Plautus in Epidico. Mvl. Tum filiam quam ex te ſuſcepi, Per. Quid eam? an edictam perdidi, atque hoſtium eſt potita. Alciat. in Parerg. judicat Accurſium dubitaſſe, quid ſignificet apud Iureconſultos, hoſtium potiri. Ac magni etiam nominis viros corruptum codicem arbitrantes, non hoſtium potius, ſed hoſtium poteſtati ſubditus, legiſſe: quemadmodum habet poſterior in Gallia editio, reclamante Noriobergeo. quam Alciatus probat: vt elegantem, & loquendi modum Iuriconſſ. familiarem. Spieg.

Potius nonnunquam apud Iuriſconſultos ſubauditur, pro conſuetudine Hebraici ſermonis, Paul. 2. ff. de rebus cred. Eorum datione Poſſumus in creditum ire, quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quam ſpecie. Vlp. l. 2. §. 6. in fin. ff. de judic. Alioquin compelletur judicium accipere, quam inuenire eos qui ſatis pro eo dent. Idem l. 7. ff. depoſ. Quum poſſit non ſuſcipere talem cauſſam, quam decipere, Item. in l. 20. in fin. ff. de acquir. vel omitt. & l. 49. §. 3. ff. de leg. & fidejuſſ. li 30. Hot. Prat.

Potorio argento quid contineatur, Pomp. indicat de aur. & arg. leg. l. in argento potorio. Poterium dicitur à Græcis, quod nos poculum dicimus Spieg.

Potoria enim vaſa ſunt apud Iulium Pollucem phiale, calices, cyathi, ſcyphi. Vlp. in l. Seiæ, ff. de auro & argent. Illud notandum eſt, potorij vaſis appellatione non ſolum venire quæ potionem ipſam continent, & quibus bibimus, ſed etiam quæ infundunt in ipſa pocula, l. in argento, ff. de aur. & arg. Forc. in pen. jur. ciu. cap. 25.

Potuit, pro poſſibile fuit l. 2. ff de injuſt. teſt. vt non poteſt, pro non eſt poſſibile, apud Terent. in Phorm. Non ſic futurum eſt, non poteſt. Ex Bud.

P R.

P. R. nota eſt, non interiecto puncto Prætorem ſignificans: puncto interiecto, Populum Romanum, qua de re Victorinus Afer, in libr. de orthographi. P. R. loquit, quoties Prætorem ſignificare vultis, nolite interpungere, ne fiat populus Romanus. Prat.

Πραίκτωρες in Nouellis Iuſtiniani, exactores tributorum accipiendi ſunt. Indicat hoc Suidas cum ait, φορολόγος ὁ ... Briſſ.

Præ pro ante, in l. ſi fidejuſſ. ff qui ſatiſd. cog. l. quicunque & l. mancipia. C. de ſeru. fugit. Aliquando comparationem inducit: Vide l. ſi quis libertatem, in fin. ff. de pet. her. & l. 2. Cod. de compenſ. Spieg.

Præ manu, ad manum, in promptu. Vlp. l. 27. ff. de pign. act. Petenti mutuam pecuniam creditori, quum præ manu debitor non haberet, ſpecies auri dedit. Hot.

Præ ſe ferre, eſt dicto, factove, & ipſa ſtatim fronte, qualem opinionem de aliqua re, aut homine habeas, confiteri: Vide Vallam, lib. 5.

Præauditas, id eſt prius auditas, vt legati præauditas cuſtoditas ad proconſulem remittant, l. 6 ff. de offic. proc.

Præbenda, veteri loquendi modo, in l. iouiti, 2. Vlpian. proculit neutro genere: vbi Accurſius præbendam legit, & ſubaudit annonam. Exempla veteris lectionis adducit Alc. 43. lib. 2. Parerg. qui obiter admonet, quas ſacerdotum præbendas vulgo vocamus, ... poſſe nos Latinius in neutro genere præbenda dicere. Prat.

Præbenda dupliciter accipitur. Primo pro quadam fructuum perceptione à canonicatu ſejuncta, quæ tametſi de rebus eccleſiaſticis detur, non tamen ratione diuini officij, ſed pro labore aliquo temporali, de eccleſia benemeritis conceditur, c. n. de magiſtr. cap. poſſeſſiones 16. quæſt. 1. Aduocato puta, procuratori, aut ſyndico, cap. quicunque, 12. quæſt. 2. & d. cap. poſſeſſiones, quam nihil ſpiritualitatis habentem laicus obtinet d. capit. fin. gloſſ. cap. cum M. de conſtitut. Accipitur & aliter præbenda, vt canonicatui conjungitur c. edicto de præbend. propter diuinum officium competens, cap. cum in eccleſia de præbend. in 6. quæ ideo beneficij verbo continetur, capit. pro illorum, & cap. fin. de præb.

Præbenda in tit. extra de præbendis & dignitat. eſt jus percipiendi prouentus in Eccleſia collegiata ex actione proueniens, competens alicui tanquam vni de collegio, quod jus ex canonica deſcendit: non enim eſſe debet canonicus ſine præbenda, cap. relatum: extra illo tit. Prat.

Præbenda eſt nomen juris: quia non tantum ex poſſeſſionibus, & reditibus conſtituitur, ſed & ordine canonicatus, cui adnectitur, & jungitur. Prat.

Præbere & tradere differunt. Tradere præſentem actum dationis ſignificat. Præbere autem cauſſam & materiam. Præbet ſermonem qui facit aliquid, de quo homines loquantur, præbet opinionem timoris, qui author eſt vt timeatur. Et apud Ciceronem præbet ſponſalia qui ſumptus iis celebrandis ſuppeditat, & præbet ludos, qui ſuis expenſis edit. Tradere ludos non diceretur recte. Potius enim ſcenici & hiſtriones ludos tradunt. Sic qui dominium nullum habet, tradere alij dominium non poteſt, præbere poteſt, id eſt tradere materiam & cauſſam dominij habendi. Conn. libr. 3. c. 3.

Præbere fideicommiſſa: l. 9. C. ad legem Cornel. de falſ. id eſt, præſtare.

Præbere ſeruitutem id eſt cedere, l. 76. ff. de leg. 2.

Præbere conſilium dicitur magiſtratus, qui curat, vt ſi quos in conſilium adhiberi neceſſe eſt, cogantur & conueniant. Br.

Præbere ſed legibus reus dicitur, qui vltro judicio aut ſupplicio ſe offert. Senec. Epiſt. 71. Socrates potuit abſtinentia finire vitam: triginta tamen dies in carcere & in expectatione mortis exegit, vt præberet ſe legibus Plin. Epiſt. Eſt quędam innocentiæ ſpecies præbere ſe legibus. Briſſ.

Præbitio, exhibitio. Vlpian. Sed & cæterum (inquit) ſiue pecorum, ſiue armentorum, quod ad hujuſmodi præbitionem ſpectat, ad ipſius etiam pertinent, l. 2. §. cura carnis, de off. præfect. vrb. Spieg.

Præcaria contractus eſt, quando fit conceſſio rei immobilis pro annua penſione de quinquennio in quinquennium, vel de nouennio in nouennium renouanda, c. 1. & 2. de præcariis gl. cap. præcariæ 10. quæſt. 2.

Præcedens fundi dominus, apud Paulum in leg. ſi quis alia, ff. quemadm. ſeru. amitt.

Præcentores dicuntur cantores qui in choro incipiunt in eccleſia collegiata c. cum olim. de conſuet. Prat.

Præceps feſtinatio, nimis feſtina, & quaſi rem & tempus præoccupans l. tutor qui repertorium, §. 1. de adminiſtr. tut. Spieg.

Præcepta Decalogi vtriuſque tabulæ breuiter complectuntur verba Pomponij in l. 2. ff. de juſtit. & jur. Veluti, inquiens, erga Deum religio, vt parentib. & patriæ pareamus. Quid enim hoc aliud eſt dictu, quam, diligi Deum ex toto corde, vt in priore tabula: & proximum tuum ſicut teipſum, vt in poſteriore tabula Decalogi, vel authore Chriſto; patria enim continet in ſe omnes proximos. Old.

Præceptio pro præſumptione, vel potius, vt ſic dicam, antecaptione, apud Papin. in leg. 2. de fuod. inſtruct. Cum pater, inquit, duobus præceptionem bonorum auiæ dediſſet. Rhenan. noſter in Theſauro locution. Tacito ſolennium oſtendit, præcipere veteribus quoque authoribus interdum eſſe, præſumere, ſiue antecapere. Sic Vlpian. in l. ſi filia. famil. erciſc. Si filius familias ait, juſſu patris obligatus ſit, debebit hoc debitum præcipere & paulò infra, præcipiet, & præcipit. Idem hoc est. l. item Labeo Legimus, aut ſi pluribus fuerit vnius rei præceptio relicta. Spieg.

Præceptio in jure genus eſt legati, quod & prælegatum dicitur, quo teſtatur vni ex hæredibus à cæteris cohæredibus aliquid legat. Verbi gratia, Titius, cum ſuprema ordinaret, Cajum, Mæuium, & Sempronium hæredes inſtituit, cæterum Mæuio fundum Tuſculanum legauit, Mæuius hujuſmodi fundum jure præceptionis ſiue prælegati habebit. Itaque non rectè ei, qui ex parte hæres non eſt, per perceptionem relinquimus. Nam qui dicit præcipito, vel præcipuam accipito, non dubie declarat ſe præſupponere partem aliquam hæreditatis. hoc enim dicit, ad partem, quam ei reliqui, volo ipſum & illud habere præcipuum. Exigebatur antem, quod per præceptionem relictum erat, judicio famil. erciſc. Hæc Theophilus in §. ſed olim. Aneb.

Præceptionem dare. Scæuola d. l. 3. l. nomen. §. 1. Filio ex patre. ait, hærede ſcripto præſcriptionem dedit. Spieg.

Per præceptionem legare, & prælegare idem ſunt. l. Sextiam. 23. ff. de leg. 3. Hot.

Per præceptionem dare, legare, relinquere, id eſt, præter hæreditatis partem dare. l. 48. ff. de jur. fiſci. l. 25. §. vlt. C. fam. erciſc. l. 20. ff. de inſtruct. vel inſtr. l. 25. ff. de adimen. leg. & paſſim. in tit. de leg. 1. & 2. Briſſ.

Præceptione relinquere, item præceptionum portiones tranſmitti, apud Papin. in fin. leg. miles ſororem. de leg. 2. Sp.

Ex præceptionis cauſſa poſſidere, vide l. 1. §. ſi quis ex ff. quar. legator.

Præceptor, magiſter, qui artem aliquam docet.

Præceptorem omnibus beneficiis venerari, magna laus eſt auditorum. Socrati, cum diſcipuli multa pro ſuis quiſque facultatibus offerrent, Æſchines pauper auditor ſeipſum

donabat

donabat. Certe Deo, parentibus, & præceptori bono, nunquam pares reddi poſſunt gratiæ. Prat.

PRÆCEPTORIS optimi affectus erga auditorem ſuum eſt honeſtiſſimus. Non eſt enim vulgaris amor, quem bonæ literæ inter præceptorem & diſcipulum conciliant.

PRÆCEPTUM, ſiue præceptio pro ſcriptura, vel inſtrumento in Lomb. lib. 8. tit. 17. Si guaſtaldus aliquid per donationem acquiſierit, ſic illi ſtabile, ſi per præceptionem indulgentiæ regis hoc illi fuerit confirmatum. Item tit. ſeq. Reddant omni tempore ſecundum domini ſui præceptionem. Aymo. lib. 5. tit 36. Richildis compendium ad Ludouicum veniens, attulit ei præceptum, per quod pater ſuus illi regnum ante mortem ſuam tradiderat. Prat.

PRÆCEPTORUM, ac ſcientiarum doctorum officium eſt, vt ſe vtiles ſtudioſis præbeant, moribus facundiaque excellant, l. 2. C. de profeſſ. & medic. vt ea doceant quæ ad inſtructionem animæ, corporis, rerumque, atque adeo ad totius Reip. emolumentum facere videntur. Hoſt. in ſumma extr. de magiſtris n. 4. (Prius enim animas, poſt linguas eruditas fieri oportet) vt veritatem doceat, & vel certe id, quod omnino verius credit, nec quicquam ob vllius reuerentiam vel verecundiam omittat, vel occultet, cap. relatum 37. diſt. Maius enim eſt cum Reip. malo præceptor falſa vel mala docet, quam vllus alius munere docendi non fungentium. Hoſt. in ſumma d. tit. n. 6 Multa notatu digna de Præceptorum officio legere licet apud D. Hereſbachium in libello de educandis erudiendiſque Principum liberis, quibus adde Nicolaum Euerhardum in locis legalibus in præfat. Iuſtin. in proœm. ff. tit. C. de vet. jur. enucl. Ad hanc ergo diligentiam & aſſiduitatem magiſtros ac præceptores non ſolum neceſſitas & vtilitas publica, verum etiam proprium officij ipſorum omnino exhortari debet, cum ſciant ſe hortores amœno illi hortu Reip. præpoſitos, & magiſtratus juuentutis tam à Deo quam hominibus conſtitutos eſſe. Reuoluant ſæpius exemplum Eli: idque ad ſe etiam pertinere ſciant: ſæpius intueantur illud Iuriſconſulti in l. 5. §. ſi. & l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. non faciendæ injuriæ, ſed monendi & docendi cauſa juuentuti ſe præfixos, & leuem caſtigationem in parum bene diſcentes, vel peccantes, non ſæuitiam conceſſam eſſe, l. 5. §. ſi adeo, vt omnis præceptoria ſæuitia multa manere eum debeat, cum culpæ adnumeretur, l. 6 ff. ad legem Aquil. Goedd. ad l. cui præcipua, 57. in princ. nu. 11 ff. de verb. ſign.

PRÆCIDERE, vulgus, quotare appellat, i. deſignare quorumquemque articulum, quorumquodque caput oppugnare velit litigator: ne in vniuerſum admiſſus, licenter tergiuerſari, & identidem euariare poſſit Græci ἀφορίζειν dicunt: Vide Bud. in Annot. ad leg. poſter. de orig. jur. Spieg.

PRÆCIDERE, eſt abſcindere, ſecare. Briſſ.

PRÆCINGIMUS veſtimenta; Accingimur armis, alioqui veſtimentorum appellatione gladius comprehenderetur, quod Bayfiu Iuriſconſul. eloquentiſſ. nequaquam videtur rationi conſentaneum. Veſtimenta enim inuenta ſunt, vt nos à frigoribus calore, & imbre tueantur: arma verò, vt à telorum impetu. Spieg.

PRÆCIPE, ante alios cape, & id præcipuum ſibi habet præter hæreditariam portionem, & vt Græcè dicitur, ἐξαίρετον λαβών, l. ſi filia nupta, §. 1. ff. famil. erciſc. l. 35 §. 1. ff. de leg. 2. l. 90. ff. ad leg. Falcid. Prat.

PRÆCIPERE, præ aliis capere, ne conferatur in diuiſionem. Vlpian. in l. ſi filia nupta, §. 1. ff. famil. erciſc. ſi filius familias, ait juſſu patris obligatus ſit, debebit hoc debitum præcipere *fur abziehen* Oldend.

PRÆCIPERE alias eſt jubere, vt faciunt qui aliis præſunt. Vnde præcepta Magiſtratuum dicuntur. & præcepta juris Old. Prat.

PRÆCIPERE, pro inſtruere, docere. Qua ratione præceptores appellantur, quaſi inſtitutores. Cicer. de finibus: ſapientia præceptrice in tranquillitate viui poteſt. Old. Prat.

PRÆCIPERE interdum eſt per præceptionem relinquere. Sic alumno præcepit militiam l. 102. §. alumno ff. de leg. 3.

PRÆCIPITARE eſt in præceps deiicere, vt in cap. ex parte de ſepul. extr. hinc & præcipitatio dicitur inconſiderata actio, vt Clem. paſtoralis de re judic. Io. Bello. Etym.

PRÆCIPITARE alias eſt vigere. Briſſ.

PRÆCIPUA, Donatus in 5. Æneid. ſcribit, dici, quæ præter communionem ſingulis proprio nomine deputantur, vt fit ſæpe in teſtamentis, cum aliqua per præceptionem ſingulorum eſſe hæredum conſcribit teſtator. Sidon. Apoll. lib. 16 Epiſt. ad Patricorem: illud autem debeti tibi quoddam, vt dicunt Iuriſconſulti, præcipui titulo, nec tuus poteſt ire pudor infitias. Adde l. vlt. in prin. ff. de leg. lib. 2. l. 1. § nec caſtrenſe, ff. de col. bon. Nec vero in hæreditariis duntaxat quæſtionibus huic verbo locus eſt. Nam & ſocius præcipere dotem à ſocio de communibus bonis numeratam dicitur, l. 80. ff pro ſocio. Et quod ex re alterius dominorum communis ſeruus quæſiit, is cujus ea res fuit, præcipere dicitur, l. 45. ff. commun. diuid. in teſtamentis autem qui quid præcipere jubetur, id præcipuum & ſui juris ſibi habere præter hæreditariam portionem jubetur, & vt Græce effertur ἐξαίρετον λαβών, l. 35. §. 1. l. vlt. in princip. ff. de leg. 2. l. 90 ff. ad leg Falcid. l. 10. ff. de alim. leg. l. 27. §. ſi præcepit, ff. ad Trebel Briſſ.

PRÆCIPUUM dicitur, quod hæredibus per præceptionem legatum eſt: id eſt, quod iiſdem quibus hæreditas relicta eſt, ita eſt legatum, vt in judicio familiæ erciſcundæ id antequam partes diſtribuantur, capiant l. 90. ff. ad leg. Falcid. l. 35. §. 1. leg. vltim. ff. de legat 2. l. 27. §. ſi præcep. ff. ad Trebell. Ejus autem legati hanc formulam Vlpian. cap. Iuſt. 24. prodit: L. TITIUS ILLAM REM PRÆCIPITO. Item Titi fili, hoc amplius de medio ſumito, & c. l. vxorem, 41 § 3. ff. de l. 3. Hujuſmodi autem legatum, vt Cajus li 2. Inſt. ſcribit, non niſi voi ex hæredibus relinqui poteſt, cui aliquid ſupra hæreditatis partes præcipui titulo relinquitur.

PRÆCIPUUM etiam habere quis dicitur quod neque in collationem, neque in diuiſionem venit Briſſ.

PRÆCIPUUM, pro non communi cum aliis ſubinde legitur apud Iureconſ. vt apud Scæuolam in princ. l. vlt. de leg 2. Et adjecit, inquit, ſe præcipua hæc cum ſuíque juris & poſt mortem ſuam habere velle. Spieg.

PRÆCIPUUS, id eſt ſingularis, eximius, commendatione dignus. Briſſ.

PRÆCISE, non eſt quod vulgo putant, diſerte, *mit außgetruckten vnd klaren Vworten*, ſed abrupte, & abſciſſe, *verdunckelich, vnd vnverſtendtlich.* Sic enim Bud. inquit. Præcisè dicere, id eſt, compendio ſermonis, & per defectum, & aliquid ſubintelligendum. Spieg.

PRÆCLUDI, id eſt, excludi. Omnis agendi via præcluditur, l. vlt. ff. de acceptil.

PRÆCONES (vocis etymum in Reuchlinianis Progymnaſmatis indicauimus) Senatusconſ. poſtquam decreta erant, recenſebant: judices, & candidatos ſuis nominibus appellabant: literas in Senatu publice legebant: bona, quæ proſcribebantur, publicæ auctioni proponebant, ac proci amabant, & pretis, vt inquit Cic. conficiebant Spieg.

PRÆCONES in comitiis legum, ſubiiciente ſcriba leges pronunciabant: in comitiis magiſtratuum tribus citabant, qui deſignati eſſent renunciabant: in judiciis, judices, reos & teſtes citabant, audientiam faciebant, Oratores dixiſſe pronunciabant, in auctionibus rei pretium indicabant, addictam à Magiſtro rem venditam pollicebantur. Hut. Prat.

PRÆCONIS vox legis vox eſt, vt Nou. 69. τὸ κηρύγματι præconis voce Iulianus interpretatur. Ad eundem vero modum Vaſconiæ quibuſdam regionibus dum publice traducuntur fures & cæduntur, præit præco clamitans: Talia patietur eadem qui fecerit, imo grauiora Cujac. obſeru. lib. 8. c. 7. in fio.

PRÆCONIUM eſt præconis merces, vt ex Catone oſtendit Turneb. lib. 10 aduerſ c. 8.

PRÆCONIUM miſſum, id eſt, præcones miſſi, vt delectos citarent &c.

PRÆCORDIA, inquit Plinius, vocamus vno nomine exta in homine Præcordiorum nomina plura Rhodig. indicat lib. 2. cap 41 Spieg.

PRÆDA, inquit Gell. propriè dicuntur ipſa rerum corpora quæ capta ſunt Labeo in l. antepen. ff. de capt. & poſtlimin. Si quid, inquit, bello captum in præda eſt. vide Bart. in l. hoſtes & in l. ſi quid in bello. eod. tit. Spieg.

PRÆDÆ occaſionem præbere, hoc eſt, inuaſionis occupationis iniquæ. Vlp. in l. 1. in princ. ſi ventr. nom. in poſſeſſ. Prat.

PRÆDES generaliter dicebantur ſponſores, id eſt, qui pro aliis fide jubebant. Plerunque autem ij qui pro mancipibus ſpondebant, hoc eſt pro iis publicanorum principibus, qui vectigalia à cenſoribus conſtituta auctione redimebant. Hinc Varro de ling Lat. 5. Præs, inquit, dicitur, qui à magiſtratu interrogatus, in publicum vt præſtet: à quo & cum reſpondet dicitur Præs. Id autem quo cauebatur, prædam dictam idem teſtatur. lib. 4. Prædia dicta, item vt Prædes, præſtando, quod ea pignori data publice mancupi fidem præſtent: ſic enim legendum docuit Ioſeph. Scalig. Hinc illud Cic. in Orat. pro domo. Poſtremo ne in prædæ quidem ſocietate mancipem aut prædem ſocium reperire potuiſti: nam alludit ad Publicanorum ſocietates, quorum alij mancipes, alij, eorum prædes erant. Cæteri communi nomine Publicani dicebantur. Veteribus gloſſ. Prædes ſunt, οἱ περὶ φόνου ἐγγυηταί. Prat.

PRÆDES dicuntur ſatiſdatores locupletes pro re, de qua apud judicem lis eſt, ne interea qui tenet, diffidens cauſſæ, poſſeſſionem deteriorem faciat tecta diſſipet, excidat arborea, & culta deſerat. Pedianus, Idem ait: prædia ſunt res ipſæ, prædes homines, id eſt, fidejuſſores, quorum res bona prædis nunc vno nomine dicuntur, quod & ſupra indicauimus Spiegel.

PRÆDESTINARE, præordinare, verbum eſt, quo ſolo Eccleſiaſtici Doctores vtuntur. Prædeſtinatio, autore Diuo Auguſtino, à præmittendo, & præueniendo, & præordinando futurum, dicitur. Spieg.

PRÆDIA Agonethica, Lege, Agonothetæ dicebantur.

Digitized by Google

PRÆDIA libera & ſerua memorat Cicero in agraria contra Rullum Optimo (inquit) jure ea ſunt profecto prędia, quæ optima conditione ſunt. Libera, meliore jure ſunt, quam ſerua, &c. vbi Cicero hiſce verbis Optimo jure, optima conditione, interpretatur ea ſignificari prędia, quæ libera, ſoluta, & immunia ſunt. Balduin. in Scæuola.

PRÆDIA ſtipendiaria & Tributaria ea fuiſſe videntur quæ ab hoſtibus capta populus Romanus vel princeps ſuis emphyteutis, qui vectigal aut tributum eo nomine dependerent, dabat. Sæpe quidem ſuis ducibus, aut militibus aſſignabat pro præmio virtutis, vt neque vectigal. neque cenſum, aut tributum, eo nomine penſitarent, ſed immunia prædia poſſiderent. Sępius tamen vectigalibus aut tributariis hominibus dabat: vt refert Balduin. in commentat. ſuper Inſtit. Iuſtin. l. 2. titul. 1. de rer. diuiſion. & adquit.

PRÆDIA communia accipere debemus, ſi pro indiuiſo communia ſunt, l. magis puto, ff. de reb. eor.

PRÆDIA vrbana ruinoſa, l. verum §. ſi locupleti, verſ. Sed hæc res ff. de minorib. Spieg.

PRÆDIATORES, de quibus Cajum ſcripſiſſe conſtat ex judice l. 54. ff. de jur. dot. dici putantur, qui juris ad prædia & prædes pertinentis periti ſunt. Cicero pro Baldo, Etenim Q. Scæuola ille Augur quum de jure prædiatorio conſuleretur, homo juriſperitiſſimus conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Caſſelium prædiatores reiiciebat. Quod idem ſcribit etiam Valerius Maximus apud quem tamen PRÆTORIO corrupte legitur, pro PRÆDIATORIO: quod me aliquando in errorem induxit. Hot. Turneb. aduerſ. lib. 20. c. 30. ſecutus veteres gloſſas quæ prædiatores interpretantur [illegible], hoc vocabulo ſignificari eos vult, qui bona & fortunas eorum emunt, qui pro vectigalibus populi obligantur. Quibus adde quod ſcribit in Topicis Boetius: vindex eſt qui alterius cauſſam ſuſcipit vindicandam: veluti quos nunc prædiatores vocamus. Ita legit Cuiac. 5. obſeruat. 29. non procuratores. In Lexico B. Germani prędiator definitur [illegible]. Quam interpretationem comprobent hęc Suetonij in Claudio ca. 9. verba, ad eas rei familiaris anguſtias decidit, vt cum obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit. Briſſ. Prat.

PRÆDICAMENTUM & circumſtantia, judicio Appelli in hoc diſtant. Prædicamentum eſt accidens in abſtracto a ſubſtantia ſeparatum. Id tum fit, cum naturam & eſſentiam ipſius, vel definiendo, vel diuidendo quærimus, vt tria, quadrans, hemina &c. prudentia, metus, albedo, &c. mancipatio, libertas, &c. Atque hæc eſt Idea illa Platonica: de qua tam varia à maioribus ſcripta ſunt: quam Plato dixit eſſe perpetuam. Circumſtantia vero eſt accidens in concreto, atque adeò ſubſtantiæ inhęrens, vt tres ſutelæ, quadrantis hæreditas, heminalis cantharus, &c. prudens Brutus, meticuloſus Paris, albus paries, mancipium Stichus, pubes Sempronius, &c. Spieg.

PRÆDICABILES voces quæ dicantur & quare: vide voces.

PRÆDICARE, pro aperte dicere apud Vlp. in fin. l. ſi quis, ff. de petit. hæred. Prædicare item præco dicitur, dum aliquid palam promulgat & pronunciat ex Senatuſconſulto. Spieg.

PRÆDICARE, eſt ante dicere & denunciare. Si ego ſciſſem talem eſſe ſeruum, nec prædixiſſem, vt poſſis præcauere, l. 16. §. ſed cum ſeruus, ff. mandat. Briſſ.

PRÆDII appellatione etiam pars continetur, l. dotale, § prædij illo tit. Spieg. Adde Balduini comment. ſuper Inſtit. Iuſtin. lib. 2. tit. 8. quib. alien. lic. vel non.

PRÆDITUS à Latinis accipitur pro affecto, ornato, decorato, inſtructo, aucto, amplificato, cumulato. In malam vero partem cum ſumitur, poni ſolet pro perdito, vel contaminato. In bonam, vt præditus dignitate, apud Iuriſconſult. l. ſed qui magna ad Trebel. & in conſtit. prior. titul. Si quacunque pręd. pot. leg. mancipia, de ſeru. fugit. Spieg.

PRÆDIUM non quaſi perhęredium, ſed à præſtando dictum docuit Varro, quia præſtat nobis reditum & vſum ſui. Eſt autem generale nomen, tam poſſeſſionis, quàm agri. Itaque qui fundum patrimonialem, vel vectigalem, aut Emphyteuticarium habet, prędium poſſidet. Prędium eſt totum, quod pro arbitrio poſſidentium pluribus quandoque conſtat fundis: nam fundus in prædio eſt, ſicuti locus in fundo. Et ideo interdum vnicus fundus prædium eſt, ſi partes ſibi in prædio dominus non diſcernat, l. locus 60. in fin. & l. vrbana 198. ff. de verb. ſign. tit. C. de pręd. minor. l. 1. in princ. § 1. l. 3. 4. 7. 8 & l. 11. 12. 13. 15. ff. de fund. dot. Diſtinguitur autem prædium in vrbanum & ruſticum, ſub. ff. de ſeruit. vrba. præd. & rub. ff de ſeru. ruſt. pręd. Vrbanum ab vrbe, vti ruſticum à rure deriuatum eſt: vt quicquid vrbanum non ſit, ruſticum perhibeant. Etſi autem vrbanum ab vrbe dictum ſit: non tamen illud quemadmodum vrbis ſignificatio, ad locum: ſed ad vſum ac finem cujuſque rei refertur, l. 2. vbi Gœdd. de verb. ſignif. & patet ex l. 4. §. ſi ita legetur, ff. de penu legat. l. ſeruis vrbanis 99. de legat. 3. l. 1. com. pręd. l. quemadmodum 12. de ſupel. leg. nam cum eorum quę in vrbe verſantur, mores ſint longe elegantiores, & maiori ſuauitate prędıti, quàm qui ſemper ruri vixerunt: & alius cultus aliud vitę genus vrbicorum ſit quam agreſtium: inde factum eſt vt illud proprie vrbanum diceretur, quod magis ad ciuilem & humiliorem vitam aptum videretur, quod vero magis agreſtibus ipſiſque agris ac fructuum curę conueniret, ruſticum haberetur. Hinc Labeo acutus verborum interpres: Quemadmodum inquit, ſeruus vrbanus & ruſticus diſtinguitur non loco, ſed genere vſus (hoc eſt à fine & vſu) ita vrbana penus & ſupellex ad vrbanum vſum, non ad locum vrbanum aut peregrinum dirigenda eſt: multúmque intereſt penus & ſupellex ea, quę in vrbe ſit, an vrbana legetur, vel promittatur, d. l. quemadmodum. dict. l. 4. §. ſi ita legetur. Neratius in l. eo jure. ff. in quibus cauſſ. pign. Paulus in d. l. ſeruis vrbanis 99. Hinc Pompon. in l. 166. in princ. ff. de verb. ſign. Vrbana familia, inquit, non loco, ſed genere diſtinguitur. Sic Vlpia. in l. vrbana prędia 198. ff. de verbor. ſignif. Vrbana prędia, ait, omnia ędificia accipimus, non ſolum ea quę ſunt in oppidis, ſed & ſi forſe ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis & vicis, vel ſi prętoria voluptati tãtùm deſeruientia: quia vrbanum prędium non locus facit, ſed materia. Proinde hortos quoque ſi qui ſunt in ędificiis conſtituti, dicendum eſt vrbanorum appellatione contineri. Plane ſi plurium horti in reditu ſunt, vinearij forte vel etiam holitorij magis, hęc non ſunt vrbana. Omne ędificium eſſe vrbanum prędium dicit, quia ędificium appellatur, quicquid ędis cauſa factum eſt, quare quicquid ędificium proprie dicitur, vrbanum prędium eſt, quia habitationis cauſſa paratum. At quę erant in agris ędificia, non hominis habitandi, ſed fructuum cauſſa, conſtituebantur: vt villa quę tota aut fructibus conſeruandis, aut pecori ſtabulando, aut colono recipiendo ſeruiebat, qui colonus fructuum & ipſe cauſſa eſt, & domini quaſi inſtrumentum: ideo tota villa prędij ruſtici nomine cenſebatur: nam & ipſa proprium ſuum nomen à vehendis fructibus ſumpſit quaſi vehilla autore Columella. Connan. lib. 4. c. 10. num. 5. Adde Brech. in l. vrbana, in tit. de verb. & ser. ſignif.

PRÆDIUM dotale, Vlpian. accipiendum eſſe ait, tam vrbanum, quàm ruſticum. l. dotale, de fund. dot. Spieg.

PRÆDIUM pignori nexum apud Vlp. in l. epiſtola, ff. de pact.

PRÆDIUM ſeruiens, ſeu fundus ſeruiens dicitur, quod vel qui debet ſeruitutem. At fundus cui debetur ſeruitus prędium dicitur dominans: Vide Zaſ. §. ęque, Inſtit. de actionibus. Prat.

PRÆDIUM ſuburbanum eſt, quod promiſcuum habet vſum, & vrbanum & ruſticum ſcilicet, magis tamen ruſticum, quàm vrbanum, Gœdd. ad l. 198. n. 8. de verb. ſign.

PRÆDIUM tamiacum. Qui ſint tamiaci fundi, venire poteſt quantumuis perito in dubium. Accurſius plures adfert opiniones, quas potius ſomnia dicerem. Alc. igitur fundos tamiacos eſſe putat, qui diſpenſatori publico pręſtabant annuos fructus vectigales, quibus ille poſtea in domo imperatoria diſpenſabat alimẽta. Nam ταμίας diſpenſatorem ſignificat, vt ſcribit Alc. in tit. de prędijs tamiac. & Pyrrhus ad tit. de fun. rei priu. Anch.

PRÆDO definitur, qui interrogatus cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo: nec contendit ſe hęredem, vel per mendacium, nec vllam cauſſam poſſeſſionis poſſit dicere, l. 11. §. vlt. l. 12. & l. 13. ff. de hęred. petit.

PRÆDONES, & hi qui bona fide poſſident, opponuntur, l. 13. ff. de noxalib.

PRÆDONES pro piratis. Briſſ.

PRÆDONES proprie ſunt, qui cum bellum non indixerint, hoſtiliter tamen graſſantur, qui & latrones, ſiue latrunculi appellantur, l. hoſtes 24. ff. de capt. Ejuſmodi ſunt quos Cic. in II. de inuentione deſcribit. Craſſus conſul. inquit, quoſdam in citeriore Gallia nullo illuſtri, neque certo duce, neque eo nomine neque numero prędiros, vt digni eſſent qui hoſtes populi Romani dicerentur, quod tamen excurſionibus & latrociniis infeſtam prouinciam redderent, conſectatus eſt, &c. Prat.

PRÆDONES in petitione hęreditatis accipiuntur, qui cum ſcirent ad ſe hęreditatem non pertinere, bona ſine juſta aliqua poſſidendi cauſa inuaſerunt, l. 25. l. 27. quod autem ait, ff. de pet. hęr. l. 34. ff. ſi prędo, ff. de ſolutionibus. Et qui nullam cauſſam poſſeſſionis dicere poſſunt, l. 12. §. vltim. cum ſeq. ff. de pet. hęr. Adde Balduini comment. ſuper Inſtit. Iuſtin. lib. 4. tit. 15. de interdictis. Sed & alius quilibet injuſtus & malę fidei poſſeſſor prædo vocatur, l. 55 ff. de cond. indeb. l. 22. §. ſi prædo, ff. de pignor. act. l. 13. ff. de noxalibus, l. 34. ff de negot. geſt. l. 7. § inter ff. comm. diuid. l. 5 & l. 13. §. ex facto, ff. de adqu. poſſeſſor. l. 1. §. non quærimus, ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſt. Itaque & bonæ fidei poſſeſſor poſt petitam hæreditatem prædo dicitur, l. 33. §. ſicut, ff. de pet. hęred. quia poſt controuerſiam motam omnes incipiunt malę fidei poſſeſſores eſſe, l. 27. §. etiam ſi ante ff. eodem titul. Prędonis item loco habetur is, qui tacitam fidem interpoſuit vt non capienti reſtitueret hęreditatem, l. 48 ff. de pet. hęredit. Nemo certe prędo eſt, qui pretium numerauit, l. 15. §. ſed quis. ff. eod. tit. Quo pertinet l. 166. ff. de diuerſ. reg. Non eſt etiam prędo, qui dolo caret, quamuis in jure errauerit, l. 25. l. 27. §. ſcire, ff. de hęred. Briſſ.

PRÆDO-

Digitized by Google

PRÆDONIVS, à, um, qui prædonis eſt. Vlp. l. 13. §. 1. ff. de hæred. petit. Si vero poſtea conſcius hæreditatem nihil ad ſe pertinere, prædonio more verſari cœpit, Prat. Hot.

PRÆSSA juriſdictioni & tribunali accipimus de magiſtratibus, quive in aliqua poteſtate poſiti jus dicunt. Briſſ.

PRÆSSA, verbum eſt proprium Iuriſconſultorum cum litigaturi auctores erant vt jure ageret. Hinc illud P. Mutij Scæuolæ in lib. de Orat. 1. Id, niſi hic in tuo regno eſſemus, non tuliſſem, multiſque præeſſem qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manu conſertum vocarent. Hinc illud Cic. de Chelidone, amica Verris: ſtatuunt petere auxilium a Chelidone, quæ iſto prætore non modo in jure ciuili, priuatorumque omnium controuerſiis populo Rom. præfuit, verum etiam in his ſartis tectiſque dominata eſt. Superior enim ſic dixerat: redite in memoriam quam inanes domus eorum qui conſulebantur, quam plena atque referta Chelidonis. Sic Pompon. in l. 2. de orig. jur. Augeſcente ciuitate, & qui præerant, agendi genera compoſuerunt. Hot. Prat.

PRÆSES prouinciis dicuntur, qui prouincias regunt: vt puta proconſules, præſides, aut alij id genus Briſſ.

PRÆFATA jura id eſt ſupradicta, l. 19. §. vlt. ff. commun. diuid.

PRÆFATIO pro proœmio. Briſſ.

PRÆFATIO, id quod preloquimur antequam ad rem veniamus Ejus vtilitatem Gajus in l. 1. de orig. jur. belle demonſtrat, dum ait ad fin. Namque (ni fallor) iſtæ præfationes & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducunt: & cum eo venerimus, ejus euidentiorem præſtant intellectum. Quintilianus author eſt libro 4. b multiplex cauſſa eſt, ſua quibuſque partibus danda præfatio eſt. Spieg.

PRÆFATIO, id erat in pactorum formulis, quod præſcriptio in Senatuſconſultis. Hinc Paul. in l. Titio quę §. 1. de verb. obli. Ea quæ in præfationib. conuentiſſe concipiuntur, etiam in ſtipulationibus repetita creduntur: Id eſt, quæ in ingreſſu contractus facta ſunt, ſtipulationi ineſſe dicuntur, licet pure facta ſit, confer l. item quia, §. idem Iulianu, ff. de pact. l. ſect. ff. ſi cert. petat. Prat.

PRÆFECTI fiſci. In pandectis fiſcus & ærarium, quod ante monuit Pyrrhus, crebro conuertuntur. At vetuſtiores ita ærarium à fiſco diſtinguebant, vt Reipublicæ ab Imperatoris pecunia diſtincta erat. Sic & ærarij quæſtores tribunique fiſci à præfectis diſtabant. Spieg.

PRÆFECTIANI ab Imp. dicebantur poſtremis temporibus qui præfecti prætorio apparitores erant l. 2. & 3. Cod. de apparit. præf. prætur l. 8. C. de off. rect. prouinc. Atque hoc vocabulo vtitur Tribonianus lib. 12. C. rubr. de caſtrenſi peculio militum, nam pro Præfectia annonæ reſtituendum, Præfectianorum ex lib. veter. vt teſtatur Iacob. Cujac. in not. Inſtit. tit. de milit. teſtam. Marcellinus lib. 17. vt nec præfectianus, nec præſidalis apparitor ad ſoluendum quenquam vrgeret. Prat.

PRÆFECTORIVS vir leg. 2. ff. de Senat. & in epiſtol. Iuſtiniani Pandectis præfixi, Prat.

PRÆFECTVS Ægypti: vide paulo poſt.

PRÆFECTI ærarij primum ab Auguſto inſtituti ſunt: vt ſcribit Dio lib. 55. Cum enim ærarium conficiendi ratio excogitari non poſſit, ipſe certum ac proprium ære ſuo conſtituit, quod militare appellauit, ejuſque adminiſtrationem tribus prætoriis ſorte lectis ad triennium mandauit: qui binis lictoribus aliiſque miniſtris vterentur. Poſt eum neque ipſius pecunia neque ea quæ à regibus & populis mittebatur, ſatis locupletari ærarium poſſet, cóſtituit vt pars hæreditarum ac legatorum viceſima eo referretur: præterquam quæ proximis cognatis aut pauperibus relinquerentur. Poſtremis autem temporibus eoſdem præfectos à principe diligi ac ſine lictoribus creari ſolitos eodem loco ſcribit: quorum officium quale fuerit colligi poteſt ex leg. cum quidam ff. de his quæ vt indig. auf. leg. 2. §. res, ff. ne quid in loc. public. leg. edicto, l. Adrianus, ff. de jure fiſc. leg. 4. §. plane, ff. de fideicom. lib. l. 1. §. tutores, ff. de falſis, Vlpianus l. 2. § 2. ff. de tranſact. Apud procuratorem Cæſaris tranſigi de alimentis poteſt, ſcilicet ſi á fiſco petantur alimenta. Secundum quæ & apud præfectos ærarij tranſigi poterit. Sueton. in Auguſto, vtque perpetuo ac ſine difficultate ſumptus ad tuendos eos, proſequendoſque ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus nouis conſtituit. Quod autem hoc ærarium Dio ad Prætorios refert, id Suetonius alteri, attribuere videtur Auctor fuit Senatui, inquit, vt cura ærarij à Quæſtoribus vrbanis ad Prætorios Prætoreſque tranſiret, niſi forte in vtroque hoc factum ſit. Cum idem lib. 43 ſcribat publicæ pecuniæ adminiſtrationem, quæ Fabio Canloio Coſſ. ad Ædiles tranſlata fuerat, poſtea Quæſtoribus redditam non eſſe ſed Prætoriis viris commiſſam, quod ipſum etiam ex Gellij lib. 3. cap. 23. intelleximus. Quod autem, inquit, per Quæſtorem dixi pecuniam ex præda venditione contrahi, intelligi nunc oportet. Præfectum ærario ſignificari: nam cura ærarij à Quæſtore ad Præfectum tranſlata eſt. Prat.

PRÆFECTVS annonæ magiſtratus fuit extraordinarius, vtilitatis cauſa cóſtitutus, vt ſcribit Pompon. l. 2. §. 17. de orig. jur. Liuius li. 14. l. Minutium nominat, quem præfectum vrbi à plebe creatum fuiſſe ſcribit. Conſtat ejus munus fuiſſe, vt videret ne plebs annonæ inopia & caritate laboraret, vbique panis copia redundaret, pondereque juſto, ac mundicia debita panis veniret. Itaque ſi quid ad annonam pertinens commiſſum erat, ipſe cognoſcebat, Martianus l. 13. ff. de accuſat. Mulierem, inquit, propter publicam vtilitatem ad annonam pertinentem audiri à Præfecto annonæ deferentem, diuus Seuerus & Antonjus reſcripſerunt, vide Caſſiod. lib. 6. Variar. in formula præfecturæ annonariæ. Prat.

PRÆFECTVS Auguſtalis, ſiue Præfectus Prætorio Auguſtalis dicebatur is, cui Princeps ſummum imperium & proconſulari par in Ægyptum dedit. Vide paulò poſt Præfectus Ægypti. Pr.

PRÆFECTVS fabrorum ita Pompon. Lętus deſcribit, vt ſint artifices, qui caſtra ſequebantur, vt fabri lignarii ferrariiſque præſint. Vide Pyrrh. & Veger. qui explicat munus præfecti caſtrorum. Spieg.

PRÆFECTVS Prætorio tranſlata in vnius dominatum Republ. exemplo Magiſtrorum equitum ab Imperatore creari ſolebat: eique dari plenior (vt Pompon. & Arcadius ſcribunt l. 2. §. populi deinde, ff. de orig. jur. l. 1. ff. de offic. præfect. præt.) licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem, quibus initiis adeo ia magiſtratus creuit, vt appellari à præfectis prætorio non poſſit. Credidit enim princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate, ad hujus officij magnitudinem adhiberentur, non aliter judicaturos eſſe, pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus leg. 1. ff. de offi. præf. præt. Vnde autem dictus ſit, Aſconij extat autoritas. Veteres, inquit omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellauerunt, vnde & prætorium tabernaculum ejus dicitur, & in caſtris porta prætoria, & hod e quoque præfectus prætorio. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, Pręfectum prętorio dici eum qui militibus iis pręerat quos imperatores in ſui cuſtodiam eligebant, quod inſtitutum primum ab Auguſto fluxiſſe, Suetonjus in ejus vita Dio libro 53. teſtantur. Dio quidem vbi ſcribit eorum decem millia fuiſſe, legionemque illam ſuos habuiſſe faſces. Conſtat autem ex pleriſque omnibus ſolitum ab imperatore cingulum vna cum gladio dari pręfecto pręturio, & memorabilis vox Traiani literis mandata eſt, qui cum pręfectum ſuum cingulo donaret, ita dixiſſe traditur: Accipe hunc enſem, & ſiquidem recte atque è Republ. imperauero, pro me: ſin ſecus, in me vtare. Quam vocem ſuam in Panegyrico Plinij ſignificans, ita loquitur: Ego quidem in me ſi omnium vtilitas ita poſceret, etiam pręfecti manum armaui. Suetonjus & Plinius hanc pręfecturam equitibus Romanis mandari ſolitam ſcribunt, Ille his verbis: Veſpaſianus, inquit, pręfecturam quoque prętorij ſuſcipit nunquam ad id tempus niſi ab equite Romanó adminiſtratam. Plinius autem Titum alloquens, Et quod his nobilius feciſti dum illud patri pariter & equeſtri ordini pręſtas, Pręfectus pręrorio ejus. Hęc autem poteſtas vſque eo poſteriorum Cęſarum beneficiis creuit, vt etiam poſtremis temporibus ad prouincias regendas cum ſummo imperio miſſi ſint. Caſſiod. etiam epiſt. lib 6. Poteſtati pręfecti pręrorio, inquit, nulla dignitas eſt ęqualis, vice ſacra judicat, nullus at miles fori auctoritate pręſcribit, excepto officiali militum. Curiales enim etiam verberat, In officio ſuo jus retinet ſingulare, & talibus tantiſque noſcitur jubere, quos etiam prouinciarum non auderent judices in qualibet parte contemnere. Militię perfunctis, Tribunorum & notariorum honorem tribuit, & milites ſuos illis exęquat, gratanter implet Imperator quę ille conſtituit. Prat. Cęterum pręfecti pręrorio quatuor ſub Conſtantinopolitanis Imperatoribus fuere: duo in partibus orientis, videlicet pręfectus pręrorio per orientem, pręfectus pręrorio per Illyricum: totidem in partibus occidentis, videlicet pręfectus pręrorio per Italiam, & pręfectus pręrorio per Gallias. Sub diſpoſitione pręfecti pręrorio Orientis erant Diœceſes quinque, Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica, Thracia. Oriens autem prouincias continebat 5. Ægyptus 6. Aſiana 10. Pontica 10. Thracia 6. Sub diſpoſitione vero pręfecti pręrorio per Illyricum erant Diœceſes duę, Macedonia & Dacia, quarum hęc prouincias 3. illa 6. complectebatur. Sub diſpoſitione pręfecti prætorio Italiæ erant Diœceſes 3. Italia, Illyricum. Africa. Prior prouinciis 17 circumſcribebatur. Altera prouinciis 16. poſterior 7. Sub diſpoſitione præfecti prætorio Galliarum erant Diœceſes duæ, Hiſpania & Britannia. Illa 7. hæc 5. prouinciis concludebatur. Iuſtinianus vero debellatis & exactis Wandalis Africam a Prætoriana Italiæ præfectura exemit, eique propriam præfecturam dedit, leg. 1. leg. 2. Cod. de offic. præfect. prætor. Afric. ita additus eſt quatuor ſuperioribus quintus præfectus prætorio Africæ, eique ſubditæ ſunt 7. prouinciæ Tingitana, Carthago, Tripolis, Numidia, Mauritania, Sardinia, Byzacium: ſic enim poſtrema hæc prouincia ſcribenda eſt cum ex vetuſtis codicibus, tum ex notitia dignitatum. In qua tamē vno in loco Byzantium perperam legitur. Quem errorem etiam cunctis lex

ſecunda, C. de offic. præfecti Prætor. Afric. vbi prouincia hæc Bizacena non Byzantina appellatur: Et Plin. lib. 4. Natur. hiſt. c. 4. qui Bizacium in Africæ regionibus numerat. Briſſ.

PRÆFECTUM prætorii, ὕπαρχοι τῆς αὐλῆς, vocat Procopius lib. 2. de bello Perſico non ſemel.

PRÆFECTVS vigilum non eſt magiſtratus, ſed vtilitatis cauſa extra ordinem conſtitutus, l. 2. §. capta deinde, ff. de orig. jur.

PRÆFECTVS vigilum inſtitutus eſt ab Auguſto: nam cum ſeptem cohortes opportunis locis conſtituiſſet, vt binas regiones vrbis vnaquæque cohors tueretur: præpoſuit eis Tribunos, & ſuper omnes ſpectabilem virum qui præfectus vigilum appellaretur. Is cognoſcebat de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatorib. niſi ſi quis tam atrox tamque famoſa perſona ſit, vt præfecto vrbis remittatur, & quia plerunque incendia culpa fiunt inhabitantium, aut fuſtibus caſtigat eos qui negligentius ignem habuerunt, aut ſeuera interlocutione comminatus, fuſtium caſtigationem remittit. Idem per totam noctem vigilare debebat & coerrare calceatus cum hamis & dolabris, & curare omnes inquilinos admonendos, ne negligentia aliqua incendij caſus oriatur: Præterea vt aquam vnuſquiſque inquilinus in cœnaculo habeat. Hæc ex l. 3. ff. de offic. præfect. vigil. Dio lib. 55. vt vertit Hotom. Cum per id tempus multa in vrbe incendia periiſſent, libertini generis hominis ſeptem in locis, incendiis procurandis delegit, eiſque equitem vnum præfecit, eo conſilio vt perexiguo tempore illorum opera vteretur: Verum cum experiundo cognoiſſet præſidium illud & vtiliſſimum & maxime neceſſarium eſſe, retinuit, ſuntque vſque adhuc nocturnæ quodammodo excubiæ militares non ex libertinis tantum, verum etiam ex aliis conſtitutæ: quæ muris in vrbe præſunt, mercedémque de publico accipiunt. In eandem ſententiam Suetonius in Auguſto, Aduerſus incendia excubias nocturnas, vigiléſque commentus eſt. Item libertino milite, præterquam Romæ incendiorum cauſa, & ſi tumultus in grauiore annona metueretur, bis vſus eſt. Prat.

PRÆFECTI vrbis triplicem rationem tradit Hotomannus, aliam enim regum, aliam imperatorum, aliam mediis temporibus eius magiſtratus procurationem fuiſſe ſcribit: nam primis temporibus præfectus vrbis à Regibus creabatur Liuius l. 1. L. Brutus imperium in vrbe Lucretio præfecto vrbis jam ante à Rege inſtituto reliquit. Et paulo poſt, Duo conſules inde comitijs centuriatis à Præfecto vrbis ex commentariis Seru. Tullij creati ſunt. Tacitus libro 5. Sed præcipua ex eo gloria quod Præfectus vrbis recens continuam poteſtatem, & inſoleſcia pari grauiorem, mire temperaait: namque antea profectis domo regib. ac mox magiſtratibus, ne vrbs ſine imperio foret in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac ſubitis mederetur: feruntque à Romulo Dentrem Romulium poſt à Tullo Hoſtilio Numam Martium, & à Tarquinio Superbo Sp. Lucretium impoſitos. Dein Conſules mandabant. Duratque ſimulachrum quoties ob ferias latinas præficitur, qui conſulare munus vſurpet. Hæc Tacitus, ex quibus ſecunda huiuſce magiſtratus forma intelligitur, de qua loquitur Gellius libro 14. cap. vltim. Præfectum vrbis, inquit, Latinarum cauſa relictum Senatum habere poſſe negat Mutius: quoniam ne ſenator quidem ſit, neque jus habeat ſententiæ dicendæ, cum ex ea ætate Præfectus fiat, quæ non ſit Senatoria, Marcus autem Varro & Atteius Capito jus eſſe præfecto Senatus habendi dicunt. Deque eo aſſenſum eſſe Capitonem Tuberoni, contra ſententiam Mutij refert Pompon. l. 2. §. 17. ff. de orig. jur. Quoties, inquit, proficiſcuntur extra Rempublicam magiſtratus, vnus relinquitur qui jus dicat, is vocatur Præfectus vrbis, qui præfectus olim conſtituebatur: poſtea vero Latinarum feriarum cauſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur. De præfecto vrbis ita Pomponius Lætus in libell. de magiſtrat. Roman. ſcribit: Romulus vnum delegit, quem vrbanis negotiis præfecit, vt Dionyſius ſcribit: hunc præfectum vrbis fuiſſe ſatis conſtat. Longo poſt tempore tantum ſibi vrbis præfectură vendicauit Cæſarum temporibus, vt de criminibus omnium in vrbe cognoſceret, & demum cum Cæſares ab vrbe abeſſent, præfectus velut alter Cæſar imperabat, & rebus omnibus, quæ ad vrbem pertinebant, cenſebat. Verum hæc quidem hactenus de præfectura vrbis, quæ ſtante Republ. vſurpata eſt. Poſtremis verò temporibus immutata eius ratio eſt multis in rebus, videturque Magiſtratus hic ab Auguſto primum renouatus. Suetonius enim ſic ſcribit: Quodque plures partem adminiſtrandæ Reipublicæ caperent, noua officia excogitauit, curam operum publicorum, viarum & aquarum, aluei Tiberis, frumenti populo diuidendi, præfecturam vrbis. Has fere ab Vlpiano partes ipſius procurationi tributas eſſe, idem Hotom. refert, vt ſeruorum de dominis querelas, vicissimque horum in illos criminationes audiret. Vt patronis libertis ingratis querentibus jus diceret. Vt de tutorum curatorum criminibus cognoſceret: Vt nummulariorum, argentariorumque fraudes coerceret, Vt carnis curam gereret. Vt quietem in populo procuraret, illicitaque collegia coerceret. Vt ſpectaculorum disciplinæ præeſſet; denique quicquid non non modo intra vrbem verum etiam intra centeſimum ab vrbe lapidem commiſſum eſſet, animaduerteret: ſic vt & vrbe & Italia interdicendi poteſtatem haberet, itémque in Inſulam deportandi, l. 6. ff. de interdict. & releg. l. rei capitalia, §. conſtat, ff. de pœn. Quod autem Vlpianus de carnis curam ſcribit, teſtatur in Epigrammatis vrbis Romæ confirmatum, in edict. Apron. præfecti vrbis, de carne occiſi pecoris appendenda & vendenda. Quod de criminibus etiam ad publica pertinet, leg. 1. §. generaliter, ff. de pœn. Vt ſcilicet eas pœnas, quæ legibus conſtitutæ ſunt, imponat: tametſi extra ordinem cognoſcit, l. ordo, ff. de publ. jud. De extraordinariis autem arbitratu ſuo ſtatuebat, l. 1. ff de effractor. Itaque & Prætores, & præfecti vigilum, ſi quis grauiore ſupplicio plectendus eſſet, eum ad illum remittebant, l. nam ſalutem, & l. vltim. ff de offic. præfect. vigil. Dio vero libro 52. πολίαρχον, eum appellat & Mecœnatem ſuadentem Auguſto facit, vt eum è primariis viris deligat, qui omnes magiſtratus priores geſſerit, vt eas cauſas in quibus prouocatio fuerit, & nonnullas etiam publicas & capitales diſceptet, non modo in vrbe, verum etiam μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίων σταδίων, quod ille pro centum paſſuum millibus poſuit, vt patet ex l. 1. ff. de offic. præfect. vrbis. Sub diſpoſitione præfecti vrbis Romæ declinantis Imperij temporibus erant præfecti annonæ vigilum, comites riparum, aluei Tiberis, cloacarum, portuum, magiſter cenſus, Rationalis vinorum, Tribunus fori ſuarij, conſularis aquarum, curatores operum maximorum & publicorum, ſtatuarum, horreorum. Valde autem aucta eſt præfecti vrbis poteſtas Epiſtola Seueri & Commodi ad Fabium Cilonem, cuius fit mentio in l. 1. ff. de offic. præfect. vrbis. l. 6. §. 1. ff de interd. & relegat. leg. 1. §. in quibus, ff de leg. 3. præfectus vrbis vir illuſtris in ſenatu conſidet ſupra omnes l. 3. ff. de offic. præfect. vrb. primú que ſententiam dicit Caſſiodoro authore. Eum ſequuntur patricij, conſules, conſulares, præfecti prætorio, magiſtri militum, & cæteri viri illuſtres, & hoc ordine his ſolis jus eſt ſententiæ dicendæ in ſenatu, vt conſtat ex Nou. 62. à Iuliano Latine conuerſa. Plurima de præfecto vrbis colliguntur Alex. ab Alex. lib. 6. genial. dier. cap. 20. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 6. Aulus Gell. lib. 14. c. 8. Antonius Vacca vol. 1. ſuarum expoſitionum. Prat.

PRÆFECTVS Ægypti, de quo in l. 1 Cod. de poſtul. & l. 1. §. qui in rationib. ff. ad legem Cornel. de falſ. l. vnic. ff. de offic. præfect. Aug & apud Tacitum lib. 16. Qui præfectus Auguſtalis dicebatur, qui omnis tributa per Ægyptiacam diœceſin in cura & prouidentia ſua habebat. Et iſte inter medios magiſtratus ſpectabilis eſt. Dictus autem eſt Auguſtalis, quia Auguſt. eam dignitatem primus ei præfecto, qui Alexandriam inhabitauit, conceſſit. Vera enim origo & cauſa huius præfecti conſtituendi, dandíque ei (lege ſub Auguſto lata) imperium ad ſimilitudinem proconſulum, ea videtur fuiſſe, quod ſuperſtitione quadam, ſeu certe ſuperſtitionis velamento, inſita prouidentia deterritus fuerit Auguſtus, & ante Auguſtum ſenatus, ne proconſules faſces in Ægypt. mitterent, vt Spartian. refert, in vit. 30. tyrannorum. & Cornel. Tacit. in illis verbis demonſtrat, libro 2. Annal. Nam Auguſt. inter alia dominationis arcana vetitis niſi permiſſu ingredi ſenatoribus aut equitibus Roman. illuſtr. Id eſt, vt ego interpretor, qui honoribus vſi eſſent) ſepoſuit Ægypt. ne fame vrgeret Italiam, quiſquis eam prouinciam, clauſtraque terræ ac maris quamvis leui præſidio aduerſum ingentes exercitus inſediſſet. Hactenus Tacit. Ob hanc igitur cauſam in prouinciæ formam redacta Ægypt. non eſt. Nec ſenatores hunc magiſtratum accipere conſueuerunt, ſed equeſtris ordinis viri, quemadmodum & juriſdic. Alexandriæ ex iis creari ſolitus, & ſi qui alij per Ægypt. adminiſtrationes gererent, quod idem Tacit. ſignificat. libr. 12. Nam Diuus Auguſtinus inquit, apud equeſtres, qui Ægypto præſiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi juſſerat, ac ſi magiſtratus Roman. conſtituiſſent. Et paulò poſt, Claudius omne jus tradidit, de quo toties ſeditione, aut armis certatum. Cum Sempronius rogationibus equeſter ordo in poſſeſſione judiciorum locaretur, aut rurſum Seruiliæ leges Senatui judicia redderent. Per id, quod dicit, qui Ægypto præſiderent, juridicum Alexandriæ & hunc præfectum accipere debemus. Nam & juridico Alexandriæ legis actionem datam conſtat l. 1. de offic. jurid. Alexan. Et iis intelligere licet, quare non proconſul, ſed præfectus in Ægyptum, & quo ex ordine mittatur. Extat autem in juris Pandectis tit. de offic. præfecti Auguſtalis, quem & eundem habemus lib. 1. C. ac ſub eo duas conſtitutiones, quarum poſteriore non præfectus auguſtalis, ſed præfectus prętorio auguſtali legitur, quamvis in aliquibus libris verbum illud (prętorio) non reperiri Haloander annotet. Sed vtut res ſe habet, eundem vtrique ſignificari arbitror: & vt pręfectus Orientis, Africę, & Illyrici, nonnunquam legitur, qui tamen ſępius pręfectus prętorio Orientis, Africæ, & Illyrici appellatur. Indicant duę illæ conſtitutiones prouinciarum quarundam moderatores, & judices ordinarios huic præfecto ſubeſſe. Hoc etiam Imper. noſtri

noſtri novella conſtitutio demonſtrat Auth. De appellationibus, §. illud. Nam appellationem cauſas ab Ægypti tractatu, & ei adjuncta vtraque Libya, ad præfectum Auguſtalem deferri jubet. Quomodo ſcilicet, & præfecto prætorio Africæ quoſdam præſides ſubeſſe poſtea voluit d. l. 1. de offic. præfect. prætor. Africæ. Hæc fere omnia Anton. Vacen in ſuis expoſitionibus locorum obſcur. in Pandect. titul. 17. Adde Cujac. ad l. 3. prope fin. C. de Canone largitional. tit. lib. 10. Qui, inquit, in Ægypti prouinciam mittitur pro conſulari poteſtate, ſpecialiter dictus eſt præfectus Auguſtalis l. 1. ff. de offic. præfect. Auguſt. Eum habere Strabo τὴν τοῦ βασιλέως τάξιν ſcribit. Tacitus regis loco eſſe. Ammianus Marcellin. 22. Ægyptus quæ jam inde, vt Romano imperio juncta eſt, regitur à præfectis. Sub eo ſunt ſex prouinciæ Ægypti Libya ſuperior, Libya inferior, Thebais, Ægyptus, Arcadia, & Auguſtannica, in cujus poſtremæ prouinciæ nomine, vt hoc obiter dicam, error eſt in l. 9. C. de veſt. & com. ſicut & in inſcriptione l. 34. C. Theod. de dec. Hæc Cujac. ſupra all. loc.

PRÆFECTVS Ægypti non prius deponit præfecturam & imperium, quam Alexandriam ingreſſus ſucceſſor ejus l. 1. ff. de offic. præfect. Auguſt. Apud præfectum Ægypti poſſum ſeruum manumittere ex conſtitutione D. Auguſti, l. 21. ff. de manumiſſ. vind. Hinc.

PRÆFECTVRÆ nomine ſignificatur præfectura vrbis Romę vel vrbis Conſtantinopolitanæ, & præfectura prætorianæ Orientis vel Occidentis, id eſt, Italiæ, vel Africę, vel Illirici, & magiſterium militum. Sunt enim eę tres dignitates indiſtinctę l. 1. C. de præfect. præt. ſiue vrb. Sed vel honorariæ tamen ſunt, vel ordinariæ: hæ liberant curis, illæ non item Cujac. in expoſit. Nou. Iuſtin. 60. de liberat. decurio.

PRÆFECTVRÆ appellantur in Italia, in quib. & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum reſp. (neque tamen magiſtratus ſuos habebant) in quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent: quarum genera fuere duo: alterum, in quas ſolebant ire præfecti quatuor ſex virum, pro populi ſuffragio creati: in hæc oppida Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam Atellam, Calatiam. Alterum quas prætor vrb. quotannis in quæque loca miſerat legibus vt Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Alifas, Priuernum Anagniam. Fruſinonem, Reate, Saturniam. Nurſiam, Arpinum, aliaq; complura. Hæc Feſtus Hot.

PRÆFECTVRÆ dicebantur oppida quædam Italiæ, quorum Incolæ ciues R. erant: hoc tamen à municipiis differebant, quod non ſuis legibus vtebantur, nec vllos è ſuo corpore magiſtratus, vt coloni, creare poterant: ſed à magiſtratibus qui Roma quotanni mittebantur, Romanis legibus regebantur, ij magiſtratus præfecti dicebātur, vnde nomen præfecturæ Liu. lib. 36. De vrbe agróque (de Capua loquitur) reliqua conſultatio fuit: quibuſdam delendam cenſentibus vrbem prævalidam propinquam, inimicam. Cæterum præſens vtilitas vicit. Nam propter agrum, quem omni fertilitate terræ ſatis conſtabat primum in Italia eſſe, vrbs ſeruata eſt, vt eſſet aliqua aratorum ſedes. Vrbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorúmque & inſtitorum opificúmque retenta. Ager omnis & tecta publica populi Romani facta. Cæterum habitari tantum tanquam vrbem Capuam, frequentaríque placuit: nullum corpus ciuitatis, nec Senatus nec plebis conſilium, nec magiſtratus eſſe. Sine conſilio publico, ſine imperio, multitudinem nullius rei inter ſe ſociam ad conſenſum inhabilem fore. Præfectum ad jura reddenda Roma quotannis miſſuros. Hotom. Cætera vero omnia Italiæ oppida, quæ coloniæ, municipia & præfecturæ non erāt, fœderatæ ciuitates vocabantur, vt, Tibur, Præneſte, Neapolis, & pleræque aliæ, quæ ſuis legibus & magiſtratibus viuebant diuerſiſque fœderibus aut ſponſione, vario jure cum populo Romano amicitiam contraxerunt. Aliquæ enim erant omnino liberæ, aliquæ ſtipendiariæ, aut plus vel minus grauatæ, vt populo Rom. viſum fuiſſet. Atque Italia omnis in hęc genera. Municipiorum. Coloniarum, & Præfecturarum ante legem Iuliam, & bellum Marſicum diuiſa fuit. Vide Onuphrium in libell. de imperio Roman. ſub tit. de præfecturis: Turnebum de popul. fundo. l. 21. 14. c. 12.

PRÆFARI diem, l. 1. §. editiones, ff. de edend. id eſt, proponere. Ne quid excogiteret è die & conſule, & prælato die fiat. Alij legunt prolato. Prat. Vide omnino Cujac. 3. obſ. 7.

PRÆFERRI dicitur creditor qui ex bonis communis debitoris, primus id quod ſibi debetur, aufert. Reſpub. creditrix, communibus chirographariis creditoribus præfertur, l. 38. §. vlt. ff. de reb. auctor. judic.

PRÆFERRI, id eſt, anteferri. In popularibus actionibus, id cujus intereſt, præfertur, l. 3. ff. de popular. action.

PRÆFICÆ mulieres olim erant, quæ conducebantur ad hoc, vt ante domum mortui laudes ejus canerent, quemadmodum teſtatur Varro citans illud Næuij: Hæc quidem hercle opinor præfica eſt, nam mortuos collaudat, vide Ræuard. ad leges 12. tab. c. 15. de ſumptibus fun.

PRÆFICERE, id eſt, rei cuilibet ſeu muneri præponere. Stichū tam rei ruſticæ quam rationibus fundi præfecit teſtator, l. 31. ff. de adimend. legat.

PRÆFINIRE, id eſt, præſcribere, præſtituere. Edictum prætoris quo præfinit tempus intra quod adeatur hæreditas, l. 53. de hæred. inſtit.

PRÆFINITIO, Si cum præfinitione annorum legatum fuerit. l. 50. ff. quand. dies legat.

PRÆFIXVM, præcluſum, Cajus l. 6. ff. de ſeru. vrb. præd. Si quò per ſtatutum tempus feneſtras meas præfixas habuero, vel obſtruxero. In Flor. libris perfixas legitur: corrupte, meo judicio Virg. Geor. 3.

Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos,
Primaque ferratis præfigunt ora capiſtris.

PRÆFOCARE ſpiritum faucibus claudere, l. notare, ff. de liber. agnoſc.

PRÆFVRNIVM os parens fornacis, quo ligna in fornacem inducuntur, & deinde obſtruitur, vt ait Budæus.

PRÆGNANS quæ etiam occupata eſt in generando, quod conceperat, ff. de vent. in poſſ. mit. prægnantis, ff. de pœnis Spieg. Prægnans neque torqueri, neque ſummo ſupplicio affici poteſt, l. Imperator, ff. de ſtat. hom. leg. prægnantis, ff. de pœn. Quintil. in declamat. 277. Supplicia, inquit, prægnantium rex differri in diem partus jubet. Idem Clemens Alex. ſcribit libr. 2. Strom. & Ælianus lib. 5. var. hiſtor. & Plutarch. de ſera num. vindicta Cujac. Iul. Paul. recept. ſentent. lib. 1. titul. 12. de judicijs omnibus, §. prægnantes.

PRÆGNANTES, clauſulæ ſunt Iuriſperitis vt nunc cenſentur, Plenitudo poteſtatis, Motus proprius. Certa ſcientia. Eamque illis virtutem eſſe aſſerunt, vt in contrarium nemo audiatur: quod ſemper præſumatur juſtitia, excludatur omnis ignorantia & error, & item defectus ſolennitatum in Reſponſis, Reſcriptis, Diplomatiſque eorum. Obſeruandum tamen, jam dictas clauſulas ſententiis Principum non eſſe inſerendas: quod hic juſtitia nulli cedat, quæ in Principum ſententiis prælucere debet, l. fi. C. de leg. omnium, de teſt. cum ſimil. Spieg. Prat.

PRÆGNATIO eſt tempus quo fœmina prægnans eſt. Prat.

PRÆGRAVARE, id eſt, præponderare, præualere. Si nulla cauſa grauet, id eſt, ſi omnia omnino ſimilia fuerunt, l. 5. ff. de ſolut.

PRÆGRAVARE verbo Iuſtin. eleganter vſus eſt in §. quadam actiones, Inſtit. de action. ſumpta ſcilicet à libra metaphora; quæ ad ęqualitatem reſpondere debet, &c. non debet, de reg. jur. in 6. Prat.

PRÆIVDITATOR, Quære Credentiarium.

PRÆIVDICARE, ICti dicunt, pro obſtare, viam præcludere, ſimpliciter ſine vero juris præjudicio, Marcellus, ff. de re judicata. Sæpe, inquit, conſtitutum eſt, res inter alios judicatas, alijs non præjudicare. Impp. l. 1. res inter alios acta vel judicata alijs ne noceat. Et ce non nocere vocant quod Marcellus præjudicare dixit, Old. Prat.

PRÆIVDICIALES actiones dicuntur ex eo quod plerumque præ. h. e. ante exerceantur, quam aliæ actiones, quod alia judicia præcurrant. Ideo autem in rem videntur eſſe, vt ait Imper. in §. præjudiciales, Inſt. de act. quia ſunt veluti de proprietate & veluti proprietatis cauſam continent. Nam cum dico Titium libertum meum, vel filium meum eſſe quodammodo, Titium meum eſſe dico proprium, ſiue dico Titium jure dominij meum eſſe. Præjudicialis actio, per quam quæritur, an aliquis liber ſit, ciuilis eſt, cæteræ præjudiciales actiones ſunt prætoriæ, Borcholt. ad d. §. præjudiciales. Inſtit. de actio.

PRÆIVDICIALIS mulcta dicta eſſe videtur, quod propter præjudicium, hoc eſt rem prius juſte recteque judicatam, & temere audacia furoris appellatam indiceretur. Quo ſenſu judiciariæ authoritate præjudicialis mulctæ excipere & ſuſtinere jacturam dixerunt Impp. l. 50. & 63. Cod. Theodor. de appellat. Et hanc præjudicialis mulctæ interpretationem confirmat Symmachus ſic Theodoſio Auguſto ſcribens Epiſtol. libro 1. Nec officium partibus defuit, ad mulctam præjudicij ſuggerendam. Bald.

PRÆIVDICIVM dicitur, quicquid prius judicatum ſequentibus judicijs exemplum aliquod allaturum eſt, Briſſ.

PRÆIVDICIVM varia ſignificat. Nonnunquam refertur inter probationes, l. penulti. ff. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt. l. ſi quid, §. meminiſſe, ff. de agnoſ. liber. l. 4. ff. de public. jud. l. 1. C. quand. actio. ciuil. Aliquando præjudicium nil aliud eſt quam exceptio, vt in leg. diuus 5. ff. de petit. hæred. quod probauit, Cujac. 5. obſeru. 37. Idque indicat rubr. ff. de except. & præjud. Vbi præjudiciorum appellatione ſignificantur exceptiones quædam ſpeciales, quibus excluditur actio hac ratione, quod futuræ grauiori actioni præjudicium pariat: quarum exempla ſunt in leg. 13. 16. 18. & 21. dict. tit. de except. & meminit. Paul. in l. 54. ff. de jud. ſed & interlocutoriam ſententiam, quæ ante principalem fertur, præjudicium dici ſolet Duar. libro 2. diſp. c. 2. in §. præjudiciales 13. Inſtit. de act. nec exceptionem, nec probationem, nec interlocutoriam judicij ſignificat, ſed ipſam actionem, quam ibi Iuſtinia actionem præjudicialem appellat, quemadmodum & accipitur in l. 1. §. 1. ff. de rei vindicat. l.

Digitized by Google

Imperatores 30.ff.de reb.author. judic. vbi tamen Ræuardus & Cujacius legere malunt, judicio, ne plures fiant actionum præjudicialium ſpecies contra dict. §. præjudiciales, & contra l.actionis 37. ff. de act. oblig. Itaque præjudicium & actio præjudicialis in hoc nihil differrent, ac proinde præjudicio definito præjudicialem etiam actionem definitam eſſe cenſent interpp. Quam ob cauſam in inueſtiganda præiudicij definitione valde laborant: Et quin judicium ſit, ſi non eſt dubium: at cum dicatur præiudicium, intelligitur id judicium eiuſmodi eſſe, quo quis ante aliud judicium experiatur. Id verò cum fieri poſſit duobus modis: Vno nulla habita ratione alicuius judicij futuri, hoc eſt, quod intentione agentium judicium erat, & nunc expeditum eſt, ſed ex poſt facto fit præiudicium, vel inter ipſos qui egerant vel inter alios. Altero propter aliud connexum, quod ex illo expedito ſponte ſequatur: Idque non inter alios ſed eos ipſos qui præiudicio experiuntur. Inde eſt vt præiudicium ſit duplex: Vnum abſolutum, alterum relatum. Abſolutum eſt, quod vt Aſconius definit in diuinatione Cic. in Verrem com (ſtatum fuerit,) judicaturis adfert exemplum quod ſequantur. Cuius vim. Quintilianus libro 2. Inſt. Orat. cap. 5. dixit verſari in tribus, nempe in tribus vel iiſdem, vel ſimilibus, vel ad id de quo quæritur pertinentibus. Quo modo omnia judicia definita præiudicia fieri poſſunt, quamvis tamen cum conſtituuntur, præiudicia nondum ſint, ſed tum præiudicia fiant, cum & ſententia judicis ſunt definita & res eiuſmodi inciderit, ad quam eiuſmodi præiudiciū accommodari, eique quaſi jus dicere poſſit, vide Vult. ad d. §. præiudiciales at. n. 3. 4. 5. Inſt. de act.

PRÆIVDICIVM irrogare, & emolumentum adferre opponuntur, l.2. C. de quib. res jud.

PRÆIVDICIVM etiam appellatur quæſtio controuerſa, cauſa de qua prius cognoſcendum, ſtatuendum decernendúmque eſt priuſquam de alio negotio quæratur, propterea quod ei præiudicium facit, vnde ea judicia quæ de ſtatu perſonæ redduntur, quibus diſceptatur, an filius quis ſit, an pater, an libertus, an patronus, an libertus, an ingenuus, an ſeruus, an liber, præiudicia vocantur. Briſſ.

PRÆIVDICIVM non eſt res judicata: quia res judicata locum habet inter eaſdem perſonas de eadem re ex eadem cauſa: præiudicium, verò eſt inter perſonas non eaſdem etiam non de rebus iiſdem, ſed plerunque cum res eadem eſt, perſonæ tamen agentes ſunt diuerſæ, & viciſſim cum perſonæ ſunt eædem, res tamen non eſt eadem, ſed vel ſimilis, vel priorem controuerſiam aliquo modo attingens; Ideoque res judicata non ſolum actionem iudicati ei, ſecundum quam iudicatum eſt, parit, verum etiam exceptionem. Eorum neutrum eſt in præiudicio, ſed in eo locum habet, quod dicitur, ſæpe conſtitutum eſſe, res inter alios judicatas, aliis non præiudicare, l. ſæpe 63. ff. de re. iud. l. in cauſa 27. ff. de proc. l. Modeſt. 10. ff. de except. leg. 1. §. cum dicitur, ff. ſi cui plus quam per leg. Falcid. tot. tit. C. res inter alios actas aliis non nocere, & legibus iudicandum eſſe non exemplis, l. nemo, Cod. de ſent. l. ſed licet, ff. de offic. præſid. Præiudicium quoque effectum quendam habet. Si enim jungatur aliis probationibus vel præſumptionibus eas facit robuſtiores, vt cum in eiuſmodi caſu iam ante iudicatum ſit, eo procliuius nunc etiam judex ſit iudicaturus eodem modo: qua tamen in re iudicem valde circumſpectum eſſe oportet, quia vel minima circumſtantia in facto ſicut diuerſitatem facti à priori facit, ita & diuerſitatem iuris inducere poteſt. Vult. d. loc. num. 6.

PRÆIVRATIO & præiurare dicebatur antiquis, cum quis ante conceptis verbis iurat, poſt quem alter in eadem verba iurans, tantummodo dicebat. Idem in me. Huic igitur præiurationi, quæ ſpecies eſt iuſiurandi conceptis verbis, addebatur execratio. Eam enim verbum, Idem in me, continet. Turneb. aduerſ. lib. 3. c. 10. prat.

PRÆLATVS dies dicitur à Modeſtino in l. ſi à debitore, 28 ff. de falſis, pro anticipato, & cum nondum veniſſet, tamen quaſi iam veniſſet, ſcripto quod vulgus dicit, Antidato. Contrarium eſt Repetitus in l. 3 ff. de fid. inſtrum. Hotom.

PRÆLATI qui dicantur, vide c. quę in Eccleſiarum de offic ord. c. decernimus extr. de iud. & an omnis habens curam animarum dicatur Prælatus, notat Abbas in c. 2. de iud. prat.

PRÆLATI nomine intelligitur Eccleſia, & miniſterium prælati, vide gloſſ. in c. edocen, de reſcript.

PRÆLATVRA eſt prioratus guardianatus, ſecundum diuerſitatem ordinum, c. nullus, de elect. in 6. Eſt & prælatura omnis honor, qui propter adminiſtrationem alicui tribuitur, c. quę Epiſcopatum, 7. q. 1. prat.

PRÆLEGARE, eſt vni alicui ex hæredib. præter partem hæreditatiam legare, vt id ſibi præcipuum haberet: vnde illa prælegati verba ſolennia fuerunt: HAERES meus præcipito præcipuum habeto. Differt autem prælegatum à Legato primum quod illud ſolis hæredibus, hoc vero iis tantum qui hæredes non ſunt, attribuitur: deinde quod illius in hæreditatis reſtitutione nulla portio reſtituitur: huius reſtituitur, l. in fideicommiſſaria, 18. ff. ad Trebellia. denique prælegare fere eſt, aliqui rem quæ iam quodammodo ipſius erat, legare: vnde prælegata filię dos dicitur, in l. Bæbius, 30. ff. de pact. dotal. & peculium filio ſeruoue, in l. 1. ſi ſeruus, ff. de except. rei vend. 10 6. & l. vlt. ff. de pecul. leg. l. 3. §. cum igitur, ff. de ſtatu liber. Et obligatio debitori, l. non ſolum, §. pen ff. de lib. legat. Vide l. 68 §. ſi duos leg. 79. §. euictus de legat. 2. l. 27. §. 1. l. 33 §. vlt. de leg. 2. l. 3. l. 93. ad leg. Falcid. Eſt tamen intelligendum, non quicquid hæredi legatur, prælegatum apellari: quoniam hæredi legari alter quam per præceptionem poteſt: veluti, Titio hæredi fundum lego, l. 1. §. ſi quis, ex ff. quod legat. Hotom.

PRÆLEGARE dotem maritus dicitur cum eam vxori legat: propterea quod ante ſolui jubet, quam ab hærede debeatur, dos enim olim annua, bima, trima die debebatur tantum, l. 1. ff. de dot. præleg. adde leg. 77. §. fidei, leg. 32. l. 88. §. impuberi, de leg. 2. l. 78. in fi. de vſuf. l. 8. §. vlt. l. 10. ff. de leg. præſt. Hodie tamen poſt annum mobilia, ſed immobilia ſtatim. leg. 1. §. cum autem, C. de rei vxor. act. prælegare etiam dotem dicitur pater filiæ, leg. Bæbius Marcus, ff. de pact. dot. id eſt, dotem iam quodammodo filiæ effectam legare. prat. Hot.

PRÆLEGATA & per præceptionem data eadem ſunt, l. 3. ff. de legat. 3.

PRÆLEGATIONIS pro prælegatis in l. 2. verſ. verum, & §. adeo autem, & l. 2. in fin. l. 3. in princ. ff. de dote præleg. l. 31. §. matri. ff. de adim. leg. l. 93. ff. de leg. 3. C. de iure dot. Briſſ.

PRÆLIVM: Vide Bellum.

PRÆLVM in leg. 19. §. illud, ff. locat. l. 58. ff. de fund. inſtr. trabem ſignificat, qua olea vel vua calcata premitur, quemadmodum etiam Iſidorus lib. vlt. Etym. c. 14. ſcribit prat. ex Briſſ.

PRÆMATVRE, id eſt, ante, item hic pręmature pars data l. 22. ff. ad Senatuſc. Trebell.

PRÆMATVRVM quod nec dum maturum eſt, Papin. de verbor. oblig. l. liber. homo. Nec videri præmaturius agi, non finito ſtipulationis die. præmaturius, id eſt, feſtinantius, Nebriſſ.

PRÆMIVM quod remunerandi cauſa datur. Hoc premij loco meręntibus tributum, l. 26. ff. de teſtam. mil.

PRÆPARARE litem quis videatur, adi Paul. in l. quemadmodum, ff. de inoff. teſt. Spieg.

PRÆPONERE eſt alicui rei præficere, l. 83. §. vlt. ff. pro ſocio.

PRÆPOSITI dicuntur ſub rubr. Cod. de ſuſcept. & præpoſ. qui horreis pagiſve pręfecti ſunt, l. 2. C. eod. tit. horreis ſcilicet, in quæ ſpecies fiſco debitę importantur: pagis autem vnde exportantur Cuiac. in d. rub. prat.

PRÆPOSITIO diei & conſulis communis omnis rationis eſt, ait Vlp. in §. ſi initium tabularum, l. ſi quis ex argentariis, ff. de edend. Rationes enim, vt idem ſcribit, l. 1. eod. tit. cum die & Conſule edi debent: quoniam accepta & data non alias poſſunt apparere, niſi dies & conſul fuerit editus, Spieg. prat.

PRÆPOSITVRA appellatur Prępoſitorum munus, leg. 2. Cod. de ſuſcept. pręp. & arc.

PRÆPOSITVRAM autem ciuile & perſonale eſſe munus Imper. Diocletianus dixit l. 1. C. de excuſ. mun. prat.

PRÆPOSITVS, militaris officij vocabulum fuiſſe ſub poſterioribus Impp. Rhenan. apud Tertul. indicant. Extant tituli quinque de prępoſitis in lib. 12. C. Hoc nomen, vt & multa alia, in re præſertim militari vſitata, priſci Chriſtiani libenter vſurparunt, poſterius, vt mutatis moribus, prępoſiti nomen dignitatis eſſe cœpit vox, ita etiam latius patuit, quemadmodum Panormitan. oſtendit in c. quamvis, de verb. ſign.

PRÆPOSITORVM appellatio generalis eſt, vt tradit Cuiac. ad leg. 2. C. de excuſ. mun.

PRÆPOSITI & tribuni ſcholarum hęc habent beneficia, vt interſint Imperatoris epulis, & vt adorent purpuram eius, quod pro ſummo beneficio habetur. Euſebius lib. 4. de Conſtantini vita: [illegible]
[illegible]
Idem viris clariſſimis comitibus ſacri ſtabuli datur, id eſt, equorum pręfectis & rectoribus, quibus ſportulas pręberi ab iis qui equos conferunt, vel pretia eorum oſtendis l. 3. C. Th. de Eccl. col. & l. 59. C. Th. de anno. & trib. In Codice Theodoſiano hoc titulo tribuni appellantur, vt ab Ammiano Marcellino ſæpiſſime. Sed id comitiua tantum honoratis datur. Cuiac. ad leg. 1. C. de comitibus & tribunis ſcholarum libr. 12.

PRÆPOSITI in Roma. militia dicebantur, qui ſub tribunis certo militum numero præfecti erant. Suetonius in Othone. Auſus etiam eſt in Illyrico milites quoſdam, quod motu Camilli ex pœnitentia prępoſitos ſuos quaſi defectionis aduerſus Claudium auctores occiderant, capite punire. Modeſtin. in l. 3. §. 2. ff. de re milit. Si pręſidis vel cuiuis prępoſiti ab excubatione quis deſiſtat, peccatum deſertionis ſubibit: Et §. vlt. Qui prępoſitum ſuum protegere noluerunt, vel deſeruerunt, occiſo eo capite puniuntur. Sic leg. 6. §. 1. Qui manus intulit, prępoſito capite puniendus eſt: Et §. vltim. Qui prępoſitum ſuum non protexit, Hotom. diſput. de feud. c. 3. Patronum ſodalitium, Latine prępoſitum dici poſſe contendit. A Græcis autem ἁρμοστής, dicitur: vt apud Xenop. in Lacedæm. Rep. prat.

PRÆPOSITI

Præpositi laborum ſunt qui magno illi vexillo erant præpoſiti, quod vulgo laborum & laburum ſolutio, ſiue λαβάρου Λαβάρον dicebatur, vt Nazianzenus ſcribit in 1. Stelitevtica, & Sozomenus lib. 1. c. 4. λάβωρον vocat. Vnde in actis Nicenæ 1. quæ ex Bibliotheca vetuſtiſſima Cujacii communicauit Ant. Loiſellus ſignum quod Sozomenus hiſtoriographus Conſtantinum in crucis vſum conuertiſſe memorat dicens: Iuſſit viros eruditos ex auro & lapidibus pretioſis in vexillum crucis transformare: quod laborum vocatur. Id præpoſiti vt quæque pars aciei laborabat, in eam quaſi auxilij & liberationis vice inferebant: fuereque jam olim Euſebio teſte huic rei a Conſtantino præpoſiti milites 50. qui, vt ex C. Theod. liquet, ex protectoribus & domeſticis erant, & ob id poſt titulum de domeſticis & protectoribus, poſitus titulus de præpoſitis laborum, idemque iis honor clariſſimatus defertur, qui decem primis domeſticorum, ex Cujac. ad rub. C. de præp. labo.

Præpositvs Eccleſiaſticus Latine dicitur qui à Græcis œconomus: h. e qui prouentus Eccleſiaſticos adminiſtrat, & ſecundum Epiſcopum plebi præeſt, lib. feud. 1. titul 1. §. Abbas præpoſitus, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit, feudum dare poſſunt. Lombard. lib. 1. tit. 31. Si quis præpoſitus aut miniſterialis aliquas res Eccleſiæ, quas prouidere debet, aliquo inſcriptionis titulo cuiquam conceſſerit, quod ad damnum alicujus Eccleſiæ pertineat, pro ſacrilegio computetur. Sæpe autem Abbas, cuſtos, præpoſitus, conjunguntur, vt in Lombard. lib. 2. tit. 54. l. 18. & 19. & lib. 3. tit. 10. l. 1. Canoniſtæ in c. Saluator 1. q. 3. proferunt locum Auguſtini in Ioannem vbi hæc Eccleſiaſtica prouiſio tanquam profana damnatur. Meminit Iuſtin. in Nou. 27. § 2. vbi ſi Epiſcopus diutius eccleſiam deſeruerit, vetat Oeconomum quicquam ei prouentuum ſuppeditare: ac jubet eos potius in pios vſus conferri, Prat.

Præposteræ ſtipulationes dicuntur, quæ obligationem ante euentum conſtituunt: veluti Si Titius nauis venerit, hodie dare ſpondes? Nam poſteriore parte obligationem & præſentē & certam eſſe vult, priore vero incertam, & in futurum tempus collatam. Itaque qui ex hac formula naſci obligationem vellet, filiam ante ſuam matrem naſci poſtularet. Præpoſtera ſtipulatio in dotibus eſt: veluti, Si ſine liberis deceſſero, dotem mihi cum moriar dare ſpondes? leg. præpoſteri 25. C. de teſtament. §. item ſi 2. Inſtitut. de inut. ſtip. Prat.

Præpostera petitio, l. vt debitum C. de hæred. act.

Præposterum dicitur quod in ordine conuerſo & turbato, Br.

Præripere interdum eſt proripere. Qui cum animaduerteret, verberibus ſe adficere velle, præripuiſſet ſe ad amicum, l. 17. 9. idem ait, 1. ff. de ædil. edict.

Præripere alias eſt præoccupare. Alienum ſibi jus quodammodo præripit. Briſſ.

Prærogare ſicut & Erogare, id ſignificare, proprie loquendo videtur quod gratis & quaſi roganti, non autem ex debito diſtribuere, juxta Alciati declarationem, in l. ſi tibi, C. de locat. quæ extat in Pareg. licet ibidem vulgo Prorogaſti, legatur, Idem eod. loco ait: eſt igitur Prærogare, ante tempus ſoluere, & idcirco quod ad ſolutionis diem attinet, donare, §. plus autem, Inſtit. de act. Videtur tamen & alicubi apud Iuriſconſultum prærogauit pro prærogauit. Qui penſionem integram inquit, prærogauit, Prat. [legio.

Prærogativm, pro jure quodam præcipuo, ſpeciali, ſeu priui-

Prærogativam juſtorum comitiorum volebant eſſe Romani, auctore Cic. libr. 1. de Diuin. Quare etiam nomen illud varie vſurpatur Nam & præjudicium ſiue auctoritatem quandam ſignificat, vt apud Liu. libr. 1. deca. 3. in pr. Et Cic. actione in Verr. 1. pulchra dialogia ludit in Metellum, qui cū magna pecunia à Verre, qui tum reus erat, accepta, atque in prærogatiuam Centuriam erogata, præturam nactus fuiſſe, vel emiſſe potius exiſtimaretur, præjudicio ſuo reū Verrem iuuabat. Hic inquit Cicer. Metellus, quam ſit iſti amicus attendite, dedit n. prærogatiuam ſuæ voluntatis ejuſmodi, vt iſti pro prærogatiua reddidiſſe videatur. Priore loco, prærogatiua, hic pro præjudicio accipitur in poſteriore vero pro Centuria. Sed & Iuriſconſ. hac voce varie vtuntur. modo pro auctoritate & eminentia quadam, modo pro jure quodam ſpecialiter indulto. Vlp. in l. reſcripto, & l. munerum, ff. de mun. & honor. l. obſeruare, &c.

Præs, vide ſupra Prædes.

Præsbyter idem olim quod Epiſcopus, id vero vt comprobemus, integrum locum Hieron. ad Tit. c. 1. aſſcribemus: Idem eſt presbyter qui Epiſcopus, & antequam Diaboli inſtinctu, ſtudia in religione fierēt & diceretur in populis: ego ſum Pauli, ego Appollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſt quam vero vnuſquiſque eos quos baptizauerat ſuos putabat eſſe Chriſti: in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur cæteris: ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret: & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Putat aliquis non ſcripturarum, ſed noſtram eſſe ſententiam, epiſcopum & presbyterum vnum eſſe & aliud ætatis, aliud eſſe nomen officij: relegat Apoſtoli ad Phil. verba dicentis: Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis cum Epiſcopis, & Diaconis gratia vobis & pax & reliqua. Philippi vna eſt vrbs Macedoniæ, & certe in vna ciuitate plures vt nuncupantur Epiſcopi eſſe non poterant, ſed quia eoſdem epiſcopus illo tempore, quos & presbyteros appellabant: propterea indifferenter de epiſcopis quaſi de presbyteris eſt locutus Adhuc hoc alicui videatur ambiguum, niſi altero teſtimonio comprobetur. In actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt, quod cum veniſſet Apoſtolus Miletum, miſerit Epheſum, & vocauerit presbyteros Eccleſiæ ejuſdem: quibus poſtea inter cætera ſit locutus, Attendite vobis & omni gregi: in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, paſcere Eccleſiam Domini, quam acquiſiuit per ſanguinem ſuum. Et hic diligentius obſeruate, quomodo vnius ciuitatis Epheſi presbyteros vocans, poſtea eoſdem epiſcopos dixerit. Si quis vult recipere eam Epiſtolam, quæ ſub nomine Pauli ad Hebræos ſcripta eſt: & ibi æqualiter inter plures Eccleſiæ cura diuiditur. Si quidem ad plebem ſcribit: Parete principibus veſtris, & ſubjecti eſtote, ipſi n. ſunt qui vigilant pro animabus veſtris, quaſi rationem reddentes ne ſuſpirantes hoc faciant: Si quidem hoc vtile vobis eſt. Et Petrus qui ex fidei firmitate nomen accepit in epiſtola ſua loquitur dicens: Presbyteros ergo in vobis obſecro compresbyter, & teſtis Chriſti paſſionum: qui & ejus gloriæ quæ in futuro reuelanda eſt ſocius ſum: paſcite eum qui in vobis eſt gregem domini non quaſi cum neceſſitate, ſed voluntarie. Hæc propterea vt oſtenderemus apud veteres eoſdem fuiſſe presbyteros quos & epiſcopos: paulatim vero vt diſſenſionum plantaria euellerentur ad vnum omnem ſollicitudinem eſſe delatam. Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit eſſe ſubjectos: ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine, quam diſpoſitionis dominicæ veritate presbyteris eſſe majores: & in commune debere eccleſiam regere imitantes Moyſen: qui cum haberet in poteſtate ſolus præeſſe populo Iſrael, ſeptuaginta elegit, cum quibus populum judicaret.

Præscribere eſt aliquid ante ſcribere. Vt Cic. in epiſt Si præſcripſimus iis, quibus ea negotia mandauimus Ex quo præſcribere idem quod jubere & mandare, & certæ rei modum præfinire, tractatum, vt volunt Grammatici à magiſtris, qui pueris ante ſcribunt, quæ debeant facere aut imitari. Quintilianus poſuit pro exceptione, quæ principi cauſæ moram adfert, vt ſi velis mecum aliqua de re judicio contendere, & excipiam, te non eſſe judicem idoneum, quia notatus es infamia. Sic enim libr. 7. cap. 6. Eſt enim duplex ejus diſceptationis conditio, quod aut intentio aut præſcriptio habet controuerſiam, ac fuerunt qui præſcriptionis ſtatum facerent, tanquam ea non iiſdem omnibus quibus cæteræ leges, quæſtionibus contineretur. Cum ex præſcriptione lis pendeat, de ipſa re quæri non eſt neceſſe. Ignominioſo patri filius præſcribit, De eo ſolo judicatio eſt, An liceat. At Cic. lib. 2. de off. pro inſcriptione, quæ vulgo dicitur intitulatio. Ex quo fit vt Ager Arpinas, Arpinatum dicatur: Tuſculanus Tuſculanorum, ſimiliſque poſſeſſionum priuatarum præſcriptio. Iuriſconſulti ſoli, aut certe primi Latinorum præſcriptionem vocauerunt earum rerum acquiſitionem, quæ fit per continuationem poſſeſſionis 10. vel 20. annorum, poſtea & eam, quæ quocunque fieret tempore, ſed quæ fuerit illis hujus nominis in iſta ſignificatione ratio, cur item non hanc quoque acquiſitionem, vſucapionem vocauerint, à nemine, quod ſciam, traditum eſt, at ne quidem quæſitum, cum tamen dignum ſit quod intelligatur modo intelligi poteſt, vt melius vtriuſque natura cognoſcatur & vſucapionis & præſcriptionis Quo tempore XII. Tabul. ſunt perlatæ, iiſdem oribus Italia finibus terminabatur Imperium Romanum, & etiam aliquanto anguſtioribus, cum nondum etiam totam ſubegiſſent: quare lex XII. non diſtinxit inter res Italicas & prouinciales, ſed generaliter ſanxit, vt rerum mobilium annuus: fundi, id eſt, immobilium biennis vſus auctoritas eſſet: Quæ verba non de aliis fundis, quam qui erant in Italia, poterant intelligi, cum extra Italiam nihil tum haberent aut ditionis aut poſſeſſionis: Sed propagato poſtea in exteras vſque nationes imperio, & cum jam in illis multum eſſet nominis Romani, ſtatutū, vt quemadmodum in Italia biennij ſic extra Italiam decennij poſſeſſio repetendis rebus finem præſcriberet, Quod non tam certa lege latum fuiſſe arbitror, quam jure quodam conſtituto inductum à prudentibus: qui (vt voluere ſemper in hac ſua ſtricotia videri ſubtiles & artificioſi) non vſucapionem eam verbo legitimo, ſed præſcriptionem nominarunt, hoc eſt, vel inſcriptionem, quod res præſcripta decennalis poſſeſſionis nomen quaſi domini præ ſe ferret, & tanquam eo inſcriberetur: aut quod magis probo, exceptionem. Frequens enim eſt apud Iuriſconſultos, aliquem eſſe tutum exceptione, qui non ſit ipſo jure: Sic putauerunt magis ex arte fore, ſi hanc longam poſſeſſionem præſcriptionis nomine diſtinguerent ab vſucapione, quæ vſucapio & legis nomen habet & poteſtatem, ideóque ipſo jure dominum eum facit qui vſucepit. At præſcriptio quæ primum fuerat jure proprio Romanorum incogni-

ta, non tam ipſo jure, quam quaſi ope exceptionis decennali poſſeſſori dominium aſſerere videbatur. Nam cum duplex ſit quærendi dominij modus: Aut jure gentium aut jure ciuili vſucapio legitimum dominium præſtat: At præſcriptio non item cum jure ciuili inducta non fuerit, ſed poſt jus ciuile inventa, Sic nec jure gentium, quod certum eſt, nec ciuili dominium poteſt vere quidem & proprie tribuere, ſed ſimilitudinem quandam eius quæ præſcriptione temporis, id eſt exceptione defenditur potius, quam legis authoritate munitur, quoniam Lex nihil de ea locuta eſt, at neque cogitauit, &c. Connan. lib. 3. cap. 11. num. 1.

PRÆSCRIBERE, alias ſignificat excipere, ſeu exceptionem opponere. Soſipater lib. 5. Inſtitut. Grammatic.

PRÆSCRIBI, id eſt, exceptio objici. An præſcribi cohæredibus poſſit à parte vxoris defuncti, l. 34. §. Caius, ff. de leg. 2.

PRÆSCRIPTIO eſt legitima definitio temporis, ideo conſtituta, vt omnibus negociis opportunitas cum tranquillitate retineatur. Nec ſane opus eſt hic ſuperuanea declaratione. Nemo enim non videt, omnes præſcriptionum ſpecies pertinere, ne quid in Repub. vel tardius, vel præmaturius fieret, quam æquum & bonum videretur. Porro in rebus tractandis, alias ad diligentiam exercendam, alias ad præcipitationem euitandam, vrgendi ſumus præfixis temporum metis. Vt ecce præſcriptiones 30. vel 40. annor. primario reſpectu ad acquirendum dominium non ſunt introductæ cum 10. & 20. annos ſufficeren: nec igitur ad hæc principaliter ſpectant. Veruntamen ſi quis tanto tempore poſſederit ex juſta cauſa, & bona fide, haud dubie vſucapiet. Quia ſi 20. anni ſufficiunt, multo magis ſufficient 30. & 40. Iuſtin. in leg. ſi quis in princ. Cod. de præſcri. 30. annor. Prat.

PRÆSCRIPTIO exceptionem ſignificat qua reus agentem accuſantemve repellit ac ſummouet Briſſ.

PRÆSCRIPTIONIS verbum frequentiſſime pro exceptione accipitur l. qui agnitis & l. pen. ff de except. l. pen. & l. fin. C. eo. leg. 2. Cod. de prec. Imp. off. Adeo vt plerique præſcriptionem & exceptionem eadem eſſe cenſuerint eum in rubr. ff & C. dicatur de exceptionibus ſeu præſcripti. Alciat. in lib. de quinque pedum præſcriptione, exceptionem generale nomen cuiuſque defenſionis actionis quoquo modo objectæ eſſe dicit. Præſcriptionem autem quæ non recte intentioni aduerſatur, ſed eam duntaxat reſtringit, vt in caſu de quo agitur non obtineat, quinimo procedat, etiamſi intentio vera ſit; vt moratoria præſcriptio l. C de prec. Imp. offer. præſcriptio militiæ, qua militi officio procuratoris fungi prohibetur l. ita demum, Cod. d. proc. & cætera id genus quo caſu ideo non aliter de intentionis veritate quærendum eſt, ſed ſtatim de exceptione cognoſcendum. Proinde præſcriptio dicta eſt quod antequam actor probaſſet ea objecta deduceretur in controuerſiam. Hincque exceptio ex vſucapione proueniens præſcriptio eſt appellata, l. emptor, C. de præſcr. long. tempor. quoniam domino actione, rei vendicationis vtenti, initio præſcribitur à reo, qui ſi tempore lege diffinito ſe poſſediſſe probat, mox abſoluitur, ex Corraſio in rub. ff. de ſeruitut. cui adde D. Goedd. in commun. ad l. dimiſſoriæ 106. num. 12. ff. de verb. ſign.

PRÆSCRIPTIO quoque pro vſucapione ſumitur. Cum enim vindicanti rem ſuam dominio poſſeſſio longi temporis objicitur, præſcribi ei dicitur: eáque præſcriptio longi temporis vocatur: præcila & imperfecta locutione, pro præſcriptio ex poſſeſſione longi temporis. Sed Iuſtinian. vſucapionis verbum fere ad res mobiles: præſcriptionis ad immobiles reuocare & contrahere conſueuit. Obſeruatum eſt etiam præſcriptionis verbum fere ad longi temporis requiſitionem, vſucapionis autem alteram referri, l. quinque, C. fin. regund. l. ei à quo, ff. de vſurpat. l. qui alienam, ff. de euict. Prat. & vide Vult. in comm. Inſt. de vſucapion. & long. temp. præſcr. nu. 6. & 10.

PRÆSCRIPTIO & conſuetudo differunt. Nam illa poſſeſſione quæritur, vt quatenus jus nouum adjungat, detrahat alteri. Conſuetudo vero nihil habet ejuſmodi, cum eos tantum ſuis legibus impleat, à quibus ipſis inſtituitur, quorum moribus & conſenſu perficitur, ex Connan. 1. commentat. jur. ciuili. cap. 10. num. 8.

PRÆSCRIPTIO 30. annorum apud Sidonium præſcriptio tricennij dicitur, non triennij, vt perperam legitur. Prat.

PRÆSCRIPTIONES qui diſtinxere in fauorabiles, odioſas, rigoroſas, & mixtas, ex quorum numero Gratianus quoque eſt 16. qu. 3. §. præſcriptionum, tota errarunt via Reſpexerunt enim duntaxat ad priuatorum vtilitatem, cum omnes vſucapiones & præſcriptiones, à breuiſſima vſque ad longiſſimam, ex eadem cauſa ſint, videlicet publicæ ſalutis & tranquillitatis. Prat.

PRÆSCRIPTIS verbis actionem DD. varie definiunt. Cujacius in parat. ff de præſcript. verb. ita breuiter definit, quod ſit condictio incerti ex contractu incerto, id eſt, ex contractu, qui vel proprium nomen non habet, vel de cujus nomine dubitetur: quæ definitio eadem eſt cum illa, quam Donell. in commun. de præſcr. verb. his verbis proponit. Eſt nuda, inquiens, & ſimplex nullo propoſito actionis nomine ejus quod in conuentionem deductum eſt, petitio recepta in ijs contractibus quorum appellationes nullæ jure ciuili ſunt proditæ. Eamque ob cauſam, quod ex incertis contractibus datur, videtur dicta eſſe actio incerta, quemadmodum appellatur in C. in l. 6. Cod. de rer. permut. l. 5. C. de inutil. ſtip. vel, vt Digiſta habent, act. incerti, l. 7. ff. de pact. l. inſula 6. l. ſi dominus 8. in fin. l. ob eam 9. ff. de præſcr. verb. l. duo 19. §. vlt. ff. de præcar. niſi quis malit eam ita vocari, quod per eam exigatur id quod intereſt, conſtat incertum eſſe, l. vlt. ff. ſi quis in jus, l. ideo 12. §. vltim. ff de cond. furt. Cujac. ad d. l. 7. de pact. Vult. in commun. ad §. actionum. 25. num. 45. 46. Inſt. de act.

PRÆSCRIPTIS verbis actio cur dicatur inter Interpretes non conuenit. Cujac in notis ſuis priorib. ad Inſt. tit. de loc. & conſt. exiſtimat hoc inde factum, quod detur ex præſcripto conuentionum vel vti conuenerit, ſi conuentio ſcripta non ſit, per l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff. depoſ dict. l. ſi dominus, 8. de præſcr. verbis, quam ſententiam Hot. in conjectura in præſcr. verbis, in §. ſequitur altera, tacita autoris nomine ſugillat. Eguinarius Baro inde deducit, quod actio in factum à prætore concipiebatur præſcriptis verbis, id pro modo facti expoſiti à litigatore quod in d. conjectura impugnat idem Hot. in §. atque hæc quidem à qua tamen Baronis ſententia non receſſit Franc. Duar. ad d. l. 7. §. 1. & Don. in d. cum de præſcr. verb. qui actionem præſcriptis verbis ita vocatam ſcribit, quod rem geſtam demõſtret, eáque demonſtratione vice nominis, quo caret, vtatur: quod etſi diſpliceat, Cujac. ad d. l. 7. non tamen eſt omnino improbabile. Nam inde omnis actio præſcriptis verbis dicitur in factum eſſe dicta, l. 1. l. ſi vir 12. l. ſi tibi rem 13 in pr. & in §. vlt. l. duo 23. l. Titius 24. ff de præſcr. ver. quia factum, i. res geſta inter contrahentes ab actore præſcribitur, vt totidem fere verbis reſcripſit Imperator Alexander juris periti ſſimus in l. cum mota, C. de tranſact. cui ſuffragatur, §. 1. Inſt. de except. & l. quod bonis 15. ff. ad leg. Falc. Hot. tamen ab omnibus, quotquot vnquam fuerunt Interpretes, ſententijs receſſit, & conjectat hanc actionem non præſcriptis, ſed perſcriptis verbis appellandam eſſe, eo quod cum actiones ex contractibus nominatis deſcendentes olim ſcriberentur notis, hæc non notis ſed integris verbis perſcriberetur. Quæ conjectura doctiſſimi viri etſi ſit ingenioſa, nec improbabilis, vim tamen infert ſcripturæ conſtanti omnium codicum receptæ, in quibus hæc actio vocatur præſcriptis verbis. Vt taceam in arbitrio fuiſſe actoris, actionem nominatam, vel notis ſcribere vel integris verbis perſcribere: quo caſu ſi perſcripta fuiſſet ex ſententia Hot. actio etiam nominata, illa nominata ita ſine notis perſcripta dicenda fuiſſet actio præſcriptis verbis: quod tamen non puto ipſum adfirmaturum fuiſſe. Quare à ſententia Cujacij, quam confirmat ex Harmen. lib. 11. tit. 3. qui actionem hanc vocat προσγεγραμμένων ῥημάτων non recedo, neque Baronis ejuſque ſequacium opinionem rejicio, ſed vtranque conjungendam eſſe cenſeo, Vult. d. loc. num. 47. 48.

PRÆSCRIPTIS verbis actio introducta eſt primo ob neceſſitatem, quia cum natura rerum ita ſit conditum, vt plura ſint negocia, quam vocabula, l. natura 5. ff. de præſ. verb. atque ita deficientibus nominibus negociorum deficiant etiam nomina actionem vulgaria ac vſitata, neceſſario actio fuit inuenienda, quæ de negocijs nominatis dari poſſet, leg. 5. ff. de præſ. verb. quæ ipſa latiſſime patent, nec vllum ejus certum nomen, ſed ad ſingula negocia accommodatum, quæ in nominatis locum inuenire non poſſent. Secundo propter controuerſias, quæ ex factorum ſpeciebus ſæpe oriebantur ICtis dubitantibus, vtrum negocium nominatum, vel innominatum eſſet, & per conſequens, vtrum nominata an innominata actione agendum: quo caſu ICti noſtri dicunt, tutius eſſe agere actione præſcriptis verbis, vt demonſtrat Cujac. tract. 8. ad Afric. ad l. 24. ff. de præſcript. verb. Quia tamen interdum vſu venit, vt actio in factum præſcriptis verbis ciuilis locum non habeat, & tamen æquum ſit actionem dari, deficientibus actionibus cæteris omnibus ex æquitate à prætore actio datur in ſubſidium, vnde etiam ſubſidiaria dicitur: quam ad rem notando eſt regula à Bartolo & cæteris Interpretibus tradita ad rubr. ff. de præſcr. ver. quod negotio geſto, quod non cadit in certam ſpeciem contractua ſi verba interuenerunt, ex quibus reſultat contractus innominatus, actio præſcriptis verbis competit; at vero ſi talis verba non interveníerent, & ſi tale factum aliquod, propter quod æquum ſit dari actionem, prætoriæ ſeu ſubſidiariæ actioni in factum locus erit. Vult. d. loc. num. 56. 57.

PRÆSCRIPTIS verbis actiones omnes deſcendunt ex conuentione, Cujac. in not. ad Inſt. de locat. & cond. verb. præſcriptis verbis, & in Parat. ff. de præſcript. verb. Nullæ ex maleficio, vt annotauit Donell. in comm. de præſcr. verb. cap. quid ſit actio præſc. verb. Ex conuentione inquam quæ nomine quidem careat, habeat tamen in ſe cauſam ſeu negocium alicui conventioni nominatæ vicinum. Vult. d. loc. nu. 49 50.

PRÆSCRIPTIS verbis, & in factum, & incerti agere ſignificant fere idem: nec ſunt propria actionum nomina, ſed actiones quædam generales & innominatæ, propter multitudinem

negotiorum

negociorum tolerabiles, l. 2. & 3. ff. de præſ. verb. Oldend.

PRÆSCRIPTIS verbis perſecutiones ex contractibus innominatis appellantur, quia duntaxat agitur ad id, vt is, cum quo contraximus, fidem ſuam liberet, ſicut verba, quibus inter nos conuentum eſt, id poſtulant. Præſcribere inter alia ſignificat ſtatuere, ordinare variis pactionibus quid fieri placuerit contrahentibus: cum alia non eſt hujuſmodi pactionum forma & exitus, niſi vt ſeruentur ſecundū tenorē & pręſcr. verb. Old.

PRÆSENS, verbum multifariam accipitur, l. præſens. ff. de proc. Auth. de fidejuſſ. §. 1. Præſens quoque dicitur qui audire poteſt id de quo agitur, l. 8. §. eodem tecto, ff. ad SCtum Syllan. vide Bart. in l. diem. § coram, ff. de arb. Spieg.

PRÆSENS cum de judiciis agitur dicitur, qui intra vrbis continentia eſt, l. abſentem. 199. ff. de verb. ſign. Itaque Vlp. Præſens, inquit, habetur, & qui in hortis eſt, & qui in foro, & qui in vrbe, & qui in continentibus ædificiis, l. 5. 6. 7. ff. de procur. At cum de præſumptionibus agitur, Præſentes habentur qui in eadem prouincia domicilium habent, l. vlt. C. de præſcr. long. temp. Hot. Connan lib. 3. c. 14. n. 9.

PRÆSENS ea res dicitur, quæ in præſentia, & oculis contrahentium conſtat: non ea quæ in poteſtate emptoris eſt. Cujac. 4. obſer. 3.

PRÆSENS & in diem opponuntur, l. 47. de legat. 2. l. 4. ff. de vſufruct. l. 18. ff. de acceptila. Briſſ.

PRÆSENTIS temporis verbum aliquando ad præteritum referri Pomp. docet, idq. ſecundum adiectæ ſermonis qualitatem, & rationem temporis, loci, & rei, qua de agitur. Si quis enim dicat Petrus eſt orans in templo, hoc præſens tempus ſignificat, neque poteſt aut ad præteritum, aut ad futurum protrahi: quoniam ſolum quod inſtat, quodque pręſens eſt, demonſtrat. At ſi dixeris, factum eſt, ſurreptum eſt, quanquam verbum ſit præſentis temporis, confunditur tamen cum præterito, & præſens eſſe deſinit: Nam rei jam peractæ qualitatem exprimit, quod pręteritum tempus ſignificat. Quandocunque igitur [illegible] per ſe ponuntur tempus ſuum retinent: ſic etiam de futuris & præteritis temporibus ſentiendum. Quod & Aul. Gell. annotauit lib. 17. Noct. Attic. cap. 7. Quando vero transferantur tempora, videlicet præſens in præteritum, & futurum in præſens, tradit Quintil. lib. 9. c. 3. Brech. in l. verbum erit, ff. de verb. & rer. ſign. quem vide plenius.

PRÆSENS interdum idem valet quod purum: videlicet quod neque in diem, vel conditionis euentum differtur, Hoc ſenſu præſentem dotem & obligationem, præſens debitum & præſens legatum dicimus, Briſſ.

PRÆSENS obligatio eſt pura, quæ neque in diem, neque ſub conditione eſt, l. 9. ff. ſi cert. pet. Sic præſentia legata, leg. 12. in fin. leg. 30. l. 50. ff. de leg. 1. l. 88. ff. de cond. & dem. quib. dies conditioue adpoſita non eſt, quæ & præſenti die data dicuntur, l. 85. ff. de cond. & dem. l. 92. §. 2. ff de legat. 1. leg. 1. §. ſi legata, ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. l. 40. §. 1. ff. de manum. teſt. Quo loquendi genere & in l. 24. §. ſi domus, ff. locat. & leg. 78. §. hæres, ff. ad Treb. Iureconſ. vtuntur.

Ita pecuniam præſentem ſoluere in leg. 17. §. vlt. ff. quæ in fraud. cred. Et creditorem in re præſenti, id eſt, in ipſa pecuniæ numeratione conſtituere, in quam cauſam ſolutum velit, quod qui ex pluribus cauſis ſoluit, debet, leg. 1. ad fin. ff. de ſolut.

In re præſenti faciendam nunciationem Vlp. ait: id eſt, eo loci vbi opus nouum fit, leg. 5. §. nunciationem, ff. de ope. nou. nunc. Sic & in re præſenti conſentire in l. 1. §. ſi jubente, ff. de adquir. poſſ. In re præſenti cognoſcitur, leg. pen. ff de l. Fab. de plagiar. Eodem genere ſunt & hæ veterib. vſitatæ locutiones. In rem præſentem venire, Perducere in rem præſentem, quarum exempla Budæ. in l. 2. ff. de orig. jur. adfert. Senec. li. 4. de benef. In rem pręſentem venturus fui, ſed æger filius, ſed vxor puerpera fuit. Idem Epiſt. 1. lib. 9. Non poteſt ſatis ſententiam niſi in rem præſentem perductam. Idem Epiſt. 30. libentes hæc, mi Lucili, audio, non tanquam noua, ſed tanquam in rem præſentem perductus. Tertull. lib. 3. aduerſ. Marcio. De ſpeciebus doctrinatum & ſignorum illuc differamus, quaſi in rem præſentem. Plin. lib. 10. Epiſt. Ipſe in re præſenti fui, & vidi tuam quoque ſtatuam in bibliotheca poſitam. Briſſ. & Cujac. 4. obſ. 3. & Gotb. ad l. 5. C. de off. magiſt. milit.

PRÆSENS tempus & futurum opponuntur, l. 8. ff. de verb. ſign.

PRÆSENTALES magiſtri militum, qui in præſenti erant, hoc eſt, comitatui principis juncti l. vlt. § 1. C. de re milit. lib. 12. l. 4. C. de apparitoribus magiſt. milit. lib. 12. l. vlt. C. de offic. magiſt. milit. & in Notitia imperij Rom. Sic & præſentiales domeſtici in leg. 6. Cod. de aduoc. diuerſ. judic. l. vltim. C. de domeſtic. & prot. lib. 12. qui ſcilicet præſentes diurno obſequio principis deputati erant, vt leg. 13. ff. de re milit. lib. 12. ſignificat. Sic & præſentales milites & præſentales numeri in l. 18. & l. vltim. §. vltim. eod. tit. præſentium ordines apud Niceph. lib. 17. hiſt. eccl. c. 8. Et præſentialis curioſus curſus publici in Notitia imperij Romani, & [Greek illegible], in Edicto Iuſtiniani 14. Briſſ.

PRÆSENTIAM varie accipi Bartolus refert in l. diem, §. coram, ff. de arbitr. Prat.

PRÆSENTEM ac momentariam curam jungere, oppo. neceſſitati onerum præbendorum juxta IC.

PRÆSENTIA an habeatur pro conſenſu, ponit Bart. in l. Gajus, de pign. act.

PRÆSENTIA elegantem habet phraſin in l. de ætate §. Celſus, ff. de interr. quia intelligitur de præſenti pœnitentis reſponſione murata. Prat.

PRÆSENTIAM ſui facere, id eſt copiam ſeu poteſtatem conſpectus. Qui literis euocatus præſentiam ſui facere contemnet l. 53. ff. de re judic. In præſentiarum, pro in præſens, dixit Vlp. l. 1. §. exigere, ff. de magiſt. conuenien. Briſſ.

PRÆSENTIA, propriæ ad corpus refertur. Vnde non ſimpliciter verum eſt, Furioſi, infantis, muti, præſentiam nullam eſſe, ſed pro abſentibus haberi. Lex enim plerumque propter ſenſus imbecillitatem, abeſſe eos interpretatur. Ex Alciat. Old. Præſentia eſt legitima definitio temporis, iden conſtituta, vt in omnibus negotiis opportunitas cum tranquillitate retineatur. Recte igitur cenſus Pomponius: Si inter plures familiæ erciſcundæ agatur, & inter eoſdem communi diuidundo, aut finium regundorum, eundem judicem ſumi quo facilius coire cohæredes, vel ſocij poſſint, in eundem locum omnium præſentiam fieri oportet l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem jud. eat: vide Nou. Iuſtin. 8 & in Notitia imperij Romani Prat.

PRÆSERTIM ſignificat præcipue, maxime vt in c. ex literis, 2. ext. de homic. Io. Bell. Etym.

PRÆSERTIM (vt & maxime) interdum ſic accipitur, quaſi alias idem non ſit, l. 32. ff ad l. Aquil.

PRÆSES is apud Vlp. eſt tit. de offic. præſidis, ad quem potiſſimum pertinet curare, vt pacata & quieta ſit prouincia, cui pręeſt, & quam gerit N. b. Nomen præſidis non ſolum prouincias regentes, a quibus prouocatio eſt ſed & qui cuilibet rei ac ordini præſunt, complectitur. Satis conſtat, a Iureconſ. præſidem diuidi in proconſulem legatum Cæſaris, & præſidem, ſubaudi, prouinciæ: l. 1. de offic. præſid. Spieg. Quem Iulianus in Nou. 8. vocat præſidem Antiochiæ, is eſt Conſularis ſiue præſes Syriæ primæ, cujus metropolis Antiochia, quæ Theopolis à Iuſtiniano vocatur Nou. 7. 109. 123. Stephanus [Greek illegible]. Et hic ſane Theopoleos præſes: non præſes Syriæ ſalutaris ſignificatur in leg 1. Cod. de offic. comm. ord. dum comiti Alycarchiæ, moderatori prouinciæ Syriarchiæ ludorum cura mandatur. Cujac obſeru. libr. 8, cap. 21.

PRÆSES. Nomen præſidis generale eſt Satis enim conſtat diuidi in proconſulem, legatum Cæſaris, & rectorem prouinciæ, leg. 1. ff. de offic. præſid. At proprie is eſt præſes, qui majus in prouincia imperium habet omnibus poſt principem. leg. 4. ff. eod. præſides enim neceſſe erat ex ſenatoribus deligi. Id in leg 1. de officio præſidis. ff. voluit Macer Iureconſ. ſignificare his ſub verbis: præſidis nomen generale eſt, quod & eo proconſules, & legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes (licet ſenatores ſint) appellantur. Scribit idem & Dion. libr. 4. vbi plenius rem totam ab Auguſto primum inſtitutam explicat. Quibus autem temporibus Iuriſconſulti, quorum ex libris pandect. opus compoſitum eſt, ſcripſerunt, longè majoris dignitatis erant præſides prouinciarum, quam temporibus Iuſtiniani habiti fuerunt. Nam tum quidem & ampliores prouinciæ fuiſſe videntur, & a præſidibus ad principem, vel præfectum prætorio [illegible]. Sed poſterior ætas magiſtratus quoſdam interiecit, quales præfecti prætorio Africæ, Orientis, aut Illyrici, qui vniuerſas regiones, ac velut ſatrapias adminiſtrarent, atque eo ipſi plerumque accederent, remanente nihilominus, vt ego arbitror, alio generali ac ſupremo præfecto prætorio apud imperatorem, vel certe patritiis, aut magiſtris officiorum intendentibus. Prouincias præterea exiguiores atque anguſtiores feciſſe videntur. Propterea non mirum videri debet, ſi nouiſſimis quibuſdam conſtitutionibus ſpectabiles præfecti præſidibus anteponuntur, aut non tam honorificus de præſidibus ſermo habetur, quam de pręfectis, l. 1. Cod. vt omnes jud. tam mil. quam ciuil in princ. Hinc dicitur, quod pręſides ſubiecti ſint pręfect. prætorio. l. quilibet. Cod. de decur. libr. 10. Caſſiod. in Pſalm. 104 Quę poteſtas hodie retinetur à pręfectis, qui & vice ſacra judicant, & cunctarum prouinciarum poteſtatem maximam habere noſcuntur. Cujac. ad l. ne quis officialium, Cod. de decur. l br. 10. De pręſidis autem officio Modeſt. ait plebiſcito quodam continetur, ne quis præſidum munus donumve caperet, niſi eſculentum potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur. Idquod etiam delegatis judicibus (nimirum eſculenta & c. capere) Bonifacius ſummus antiſtes ſua conſtitutione permiſit. Mandatis etiam Iuſtiniani & aliorum principum continebatur, ne donum vel munus ipſe proconſul, vel qui in aliquo officio erat, adminiſtrationis tempore acciperet, vel quid, niſi victus quotidiani cauſa, aut permittente eorum pr[illegible] emeret, domumve extruerer. Sed Vlp. in l. ſolet, de off. proconſ.

ff. hoc debere intelligi dicit, vt magiſtratum gerens modum adiiciat, ita quod neque ſe in totum xeniis abſtineat, neque ruare xeniorum modum excedat. Et recte quidem ſenſit. Nam vt exprimitur, in dict. l. ſolet: valde inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum eſt, & per omnia auariſſimum. Itaque vetus prouerbium eſt, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Verum, quia nimium exereſcente auaritia, xeniis, & muneribus corrumpebantur magiſtratus gerentes, vti noſtræ ætatis judices aliquot, noua Iuſtiniani conſtitutione, & pontificum (maxime Innocentij) ſanctionibus magiſtratus à fiſco ſtipendia habens nihil à quoquam accipere debet, licet interpretatione conſtitutio ipſius Iuſtiniani, & aliæ, vt aſſolet, varie intelligantur. Auch.

PRÆSES Prouinciæ in ſpecie etiam capitur, & à Proconſule differt & à Legato quia Præſes habet Imperium à principe proprie perſonæ cohærens. Legati item habent imperium a Principe, ſed minus eorum perſonæ cohærens: quia literas & diplomata, non vt præſes, proprio nomine, ſed nomine principis ſubſignabant, ſed æquale habebant cum præſide imperium, l. legatus, ff. de offic. præſat. & hoc diſcrimen inde manat, quod Princeps quaſdam prouincias præſidibus committebat, quaſdam ſibi reſeruabat: in quas legatum mittebat, qualis fuit Pontius Pilatus, qui Hieroſolymis & prouinciæ erat & à Lactantio Firmiano Legatus Siriæ appellatur. Erant porro quædam prouinciæ, non præſidibus, non Legatis commendatæ, ſed Proconſulibus, qui non à principe poteſtatem accipiebant, ſed à ſenatu: quamuis putem etiam aſſenſum Principis potuiſſe expectare: dico, poſtquam Romani cœperunt Cæſaribus parere: nam antea dubium non eſt, quin Proconſules eſſent qui vicem conſulum in prouincias regendas mitterentur. Sed & poſt Imperatores multæ prouinciæ proconſulares fuerunt: nam Princeps vt Senatui gratificaretur, ei quaſdam prouincias aſſignabat, in quas quales vellet, rectores mandaret, & Senatus pluſimi faciebat, hoc honoris accipere. Hinc apud Flauium Vopiſcum in Floriano, Senator ſic Senatori ſcribit: Fac igitur, vt conualeſcas curiæ interfecturus antiquæ, nos recepimus Ius proconſulare. Nam eodem autore Probus imperator proconſules creare patribus permiſit. Lampridius in Alexandro Prouincias quæſtorias præſidiales plurimas fecit, Proconſulares ex Senatus voluntate ordinauit. Ergo patet, quod licet princeps proconſulibus faciendis & creandis incumberet, quia ejus intereſſet, tamen Proconſulum autoritas potius à ſenatu pendebat, & Senatus eis leges præſcribebat, l. obſeruare, §. 1. ff. de offic. procons. Præſidi & legato ſolus Princeps. Tamen, vt dixi, eorum poteſtas per omnia erat ſimilis, vt colligitur ex l. & ideo de offi. procons. & ex leg. 4. ff. de off. præſ. Forcat. in Necyom dial 60. nu. 2.

PRÆSIDIALIS juſſio quæ à præſide prouinciæ proficiſcitur, l. 50. C. de pign. act. Præſidialis notio quam præſes prouinciæ accommodat, impartitur. Briſſ.

PRÆSIDIUM quanquam proprie auxilium principale dicatur, vnde milites, qui in tutela alicujus oppidi collati ſunt præſidium dicuntur: tamen per tranſlationem, præſidium vocamus omne auxilium & ſalutis propugnaculum. Coſtaſ. 1. Miſcell. c. 13. nu. 5.

PRÆSIDIUM appellatione in Nou. Iuſtin 8. de præſidibus continentur ſub eo titulo Proconſules, Comites, Vicarij, conſulares, correctores, imo & defenſores ciuitatum: nam & ij in ciuitatibus præſidum vice funguntur. Nouell. 15. veteris interpretis Codex hunc habuit titulum, vt Iudices ſine quoquo ſuffragio. Cuiac. in expoſit. ſupra d. Iuſtin. Nou. 8. de præſidibus in prin. & ſub finem ejuſdem Nouellæ præſidum quoque juriſdictionem recenſet ad quem locum breuitatis cauſa lectorem remitto. Adde Forcat. in Necyom. dial. 60. nu. 7.

PRÆSTARE, eſt prohibere, ne alicui ſiat aliquid incommodi & ſi non prohibuerit, ſatisfacere, vt venditor debet præſtare vitium rei, quam vendit, id eſt, prohibere, atque efficere, ne emptor damni aliquid faciat: alioqui ſatisfacere. Spieg.

PRÆSTARE eſt ſatisfacere, vel exitum alicujus in ſe recipere, Vlp. in l. item Labeo, ff. fam. exerciſ.

PRÆSTARE dicta promiſſa re implere, leg. 17. 18. 19. ff. de ædil. edict. Prat.

PRÆSTARE operas, id eſt edere, exhibere, l. 35. ff. de oper. liber.

PRÆSTARE quoque mandare & cedere actiones ſignificat, l. 6. §. vlt. ff. nautæ caupo l. 31. ff. de act. empt. l. 50. §. vlt. ff. de tut. & rat. l. 39. §. negligentia, ff. de adm. tut. leg. 5. ff. de depoſ. l. 1. §. 3 ff. de ſuperfic. Briſſ.

PRÆSTARE aliquem eſt prædem eſſe pro aliquo, id eſt, periculum quod ab eo timetur in ſe recipere. Prat.

PRÆSTARE culpam, caſum, periculum, bonam fidem, diligentiam, cuſtodiam, factum, tritæ ſunt librorum noſtrorum locutiones, pro alienam culpam in ſe recipere & rei euentum ſuo periculo eſſe velle & fide ſua eſſe jubere rei futurum euentum. Bud.

PRÆSTARE nihil debeo pro eo quod Culpa non eſt [illegible]

PRÆSTARI oportere. Cic. lib. offi. 3. A Iuriſconſ. etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Quicquid enim eſt in prædio vitij, [illegible] ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere, id eſt, compenſari damnum, *Abtragen, oder Schadloſſhalten.* Spieg.

PRÆSTAT, pro melius eſt.

PRÆSTATIO, pro ſolutione. Præſtatio in tempus collata 164. ff. de verb. oblig.

PRÆSTATIO. Paul. de leg. 3. l. ſi plures gradus ſint hæredum, & ſcriptum ſit, hæres meus dato, ad omnes gradus, hic ſermo pertinet: ſicuti hæc verba, Quiſquis mihi hæres erit. Itaque ſi quis velit, non omnes hæredes onerare legatorum præſtatione, ſed aliquos ex his, nominatim damnare debet. Spieg.

PRÆSTATIONES etiam vocantur, quæ inuicem & vtrinque ſeu vltro citroque à contrahentibus præſtantur.

PRÆSTATURI & Præſtituri, vetuſte pro Præſtitum iri. Pomp. l. 66. ff. de contrah. empt. Viam, iter, actum, aquæductum præſtaturi. Iauol l. 10. ff. de hæred. vel act. Quod ſi in venditione hæreditatis id actum eſt, ſi quid juris eſſet venditoris, venire, nec poſtea quicquam præſtituri. Hot. Prat.

PRÆSTIGIUM, quod præſtringit aciem oculorum. Præſtigiæ verborum captiones, Azo in Summa Cod. de adult. c. nec mirum 26. q. 5.

PRÆSTITUERE, id eſt, præſcribere, præfinire. *Anſetzen*, l. 1. ff. de jur. delib.

PRÆSTO, id eſt, præſentes, indeclinabile eſt, ad omneque genus refertur, Cajus, de liber cauſ. Idem dicemus, & ſi duo pluresve domini eſſe dicantur, & quidam præſto ſint, quidam abeſſent, cum ſimil. Spieg.

PRÆSULTATOR dicebatur, qui in ludis aut ſacris præſultabat: ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχηστής, vt explicat antiquum Lexicon. Nam in omnibus pompis, ludiſque Circenſibus juuenes ibant in numerum ſaltantes, & ſubſilientes, qui ludij, & ludiones dicebantur. Turneb. l. 1. aduerſ. c. 10.

PRÆSUMERE, pro prius ſumere, & antecapere, l. 1. C. de ſecund. nup. Alias vſurpatur pro audere vel tentare aliquid contra jus: vt fere Pon. Rom. vtuntur. Alex. 3. ex concilio Lateranenſi, loquens de clericis & monachis: Sed nec procuratores, inquit, villarum, aut juriſdictiones etiam ſeculares ſub aliquib. principibus & ſecularibus viris, vt juſtitiarius eorum fiat, clericorum quiſque exercere præſumat, hoc eſt, tentet, audeat, c. ſed nec, Ne cler. vel monach. ſecul. negot. ſe imm. 2. Tim. 2.

PRÆSUMERE alias accipitur pro nudo facto prius aliquid ſumere. Vnde Pli. li. 36. tradit de farina cujuſdam lapidis, in certamine bibendi aduerſus ebrietatem à potatoribus præſumendam: allegans Theophraſtum autorem. Prat.

PRÆSUMERE alias ſignificat præoccupare apud Rhetores, qui præſumptionem vocant, cum id quod in aduerſarij cauſa, vel in judicis opinione contrarium nobis eſſe aut forte arbitramur, præoccupamus dicendo, ac bonis rationibus diſſoluendo Quintil. lib 8. Miro vero in cauſis valet præſumptio, quæ πρόληψις dicitur: cum id, quod obijci poteſt, occupamus, idque præcipue proœmio conuenit. Prat.

PRÆSUMERE alias pro putare ponitur, vt in l. vulgo, ff. de in lit. juran. vulgo præſumitur, inquit, Vlp. alium in litem non debere jurare, quam dominum litis. Prat.

PRÆSUMERE alias denique accipitur pro præſagire, conjicere, cogitare, ſeu diuinare aliquid in dubio. Valerius libr. 1. c. 5. E fortuito dicto quaſi certam ſpem clariſſimi triumphi animo præſumpſit. Et c. 6. Præſumpſit animo, ea re ſignificari exitum ſuum: hoc eſt, conjecit. Vaticinatus eſt. Prat.

PRÆSUMPTIO eſt conjectura ſeu diuinatio in rebus dubiis, collecta per rerum circumſtantias, ex argumentis vel indiciis frequenter euenientibus, Old. in Topic. tract. de præſumpt. vide 3. regum, 3. c. 2. ext. de præſumpt. vel: Præſumptiones ſunt anticipationes (quædam de eo quod in re eſt) communi ſenſo perceptæ ex eo quod pleruṁque intelligitur, quódque pleruṁque fit, quæ probationem omnem in eum transferunt, contra quem faciunt, Cujac. in rubr. ff. de proba. & præſumpt. vberius de præſumptionibus tractauit Olden. dicto loco, fuſiſſime vero Alc. in ſuo de præſumpt. tract. Porro præſumptionum alia major, alia minor, hæc juris (quia à lege introducitur) & de jure, quia à lege ſtatuit & habetur à lege pro vera. Eſtque nihil aliud Alciato 2. part. præſump. quam diſpoſitio legis præſumentis, & ſuper præſumpto tanquam ſibi comperto, ſtatuentis, contra quam non admittitur probatio, vide l. vlt. C. ad Velle. Alia juris tantum, quæ eidem Alc. in 3. part. præſum. nihil aliud eſt, quam probabilis conjectura ex certo ſigno proueniens, quæ non alio adducto pro veritate habetur. Differt præſumptio à probatione: Probatio per ſe: Præſumptio per ea quæ certa ſunt fidem facit, vide l. 83. ff. de cond. & dem. Differt à fictione, quia fictio aduerſatur veritati: præſumptio fundatur in veritate: adeoque contra fictionem non admittitur probatio: quid enim efficeret probatio veritatis, vbi fictio aduerſus veritatem fingit: adeoque ſuper falſo & certo fingitur: ſuper incerto & vero præſumitur, Gothofr. ad d. rub. ff. de probat. & præſumpt. [illegible]

PRÆSUMPTIO eſt quadruplex: Alia eſt juris & canonis ſiue legis alia

Digitized by Google

alia hominis, alia naturæ, alia facti. Præſumptio juris, & de jure eſt, quæ non recipit probationem in contrarium, vt Lex præſumit mulierem ſtipulatam dotem ſibi reddi, quæ non eſt ſtipulata, leg. I. C. de rei vxor. act. & ſi quis vellet probare contrarium, non auditur. Hanc diuidunt rurſus in temerariam, probabilem, violentam, & neceſſariam, violentum pro certo accipientes, cap. literis de præſump. ac congerentes multa parum ad rem pertinentia. Quare Bart. l. non eſt veriſimile ff. quod met. cauſa recte dicit, Doctores juris nihil boni adferre de præſumptionibus, non eſſe materiã, quæ ex præſcripto certarum regularum tractari poſſit. Certa, ex re nata & circumſtantiis negotiorum ac perſonarum æſtimare oportet, atque incorrupto animi judicio (quod arbitrium boni viri dicitur) cenſere, quas præſumptiones vel coniecturas ratio admittat quas vero impugnet vt falſas, vel denique quas in medio relinquat. Temeraria eſt, quę ſurgit à malis hominibus, & ex leuibus cauſis, puta, ſi videatur aliquis vel ſemel cum aliqua conuerſari, & ſtatim ſiniſtri quippiam ſuſpicetur: cum tamen dubia in meliorem partem ſint interpretanda, extra de regulis juris, c. 2. Vnde ſi presbyter amplexetur mulierem, pręſumitur id facere cauſa benedictionis, vel benedicendi, vel ad pœnitentiam exhortandi, 11 q. 3. c. abſit 26. diſtinct. cap. in ſcripturis. Sed hodie non tantum fidei habent, idque forſan ex eorum mala ſeruata fide. Hæc autem præſumptio eſt inualida & à jure repellitur. Nec mouere debet animum judicantis, 2. quęſt. 1. cap. 1. extra de Simo. cap licet Heli. Probabilis, ſiue vniuerſalis dicitur pręſumptio judicis. Et hęc ſurgit multis ex cauſis & ſuſpicionibus, & illi ſtatur, donec contrarium probetur, vt ſi res ſit patris, pręſumitur hęredis eſſe. Et hęc ante contrarij probationem, facit ſemiplenam probationem. Inſuper hęc inducit purgationem, maxime fama crebreſcente, vt extra de purgatione Canoni cap. ſi quis de gradu. Vide hic latius Speculatorem. Violenta, quę ſurgit ex veriſimili probatione, & dicitur pręſumptio juris, quando jus pręſumit ita eſſe, puta ſi appareat chirographum cancellatum, pręſumit debitorem liberatum, ff de probationibus, l. ſi chirographum. Item præſumit, quod quis cognouerit vxorem, cum qua diu habitauit. Item ſi quis inuenitur ſit nudus cum nuda, & ſolus cum ſola in lecto iacens, pręſumitur, quod ſint fornicati, extra de pręſumpt. cap. literis. Item ſi quis denunciet tertio, ne cum vxore ſua loquatur, & poſtmodum inueniat eum cum illa loquentem, poteſt eum judici tradere puniendum, quia violentiſſima pręſumptio eſt, quod impudice loquatur. In Authentic. vt liceat matri vel auię, §. his quoque, col. C. de adulter. Authentica, Si quis ei. Alia exempla vide apud Speculatorem. Et hęc bene inducit judicem ad pronunciandum nisi probetur contrarium. Neceſſaria eſt pręſumptio illa quam communiter vocant juris, & de jure: hęc inducit probationem, & judicem ad pronunciandum, nec recipit probationem in contrarium. Dicitur autem ideo Iuris, & de jure, quia jus vehementer pręſumit, ſic eſſe vel non eſſe. Et propter talem pręſumptionem jus ſtatuit ſuper ea, verbi gratia: ſi quis contraxit cum quadam de futuro, & poſtea eam cognouerit, jus certe ſtatuit contra huiuſmodi matrimonium pręſumptum, probationem non admitti. Nam ex quo eam cognouit, intelligitur in eam conſenſiſſe. Quamuis cum ea non per verba de pręſenti contraxit: extra de ſponſa, cap. is qui, & ibi in exemplis notatis: Vide ſpeculatorem. Eſt & alia pręſumptio juris tantum, vt ſi diu cohabitauit cum vxore, pręſumitur ab eo cognita, & contra hanc pręſumptionem juris probatio admittitur. Pręſumptio hominis eſt, cum præſumitur contra aliquem hominem, propter malam famam: contra hanc pręſumptionem bene admittitur probatio in contrarium. Pręſumptio naturæ eſt, vt cum exhæredo filium meum, præſumitur contra me, quod injuſte exhęredem eum, & hoc propter naturam, & ideo hęredes mei probare coguntur, quod juſte exhęredauerim eum. Præſumptio facti, alia præcedentis circa futura, vt ſi ſemel calumniatus es cõtra me, & iterum velit me accuſare, pręſumitur modo te velle iterum calumniari quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, vt in regulis juris. Alia eſt præſumptio facti ſubſequentis circa præterita: vt ſi aliqui fuerint accuſati de crimine adulterij, quod depellebant prætextu proximitatis, ſi poſtea in matrimonium ſe conjunxerint, manifeſte præſumitur facinus, in quo accuſati fuerunt, l. ſi adulterij, C ad l Iul. de adulter. & vide bonam gl. in c. is qui fidem extra de ſponſal. in matrimon.

PRÆSVMIMVS ſuper incerto: Fingimus ſuper certo, gl. in verbo, Præſumatur. §. accedit, C. de rei vxor. act. Spieg. Idem dicit Cujac. ad l. vlt. ff. quod met. cauſ. Fingimus, inquit, ea quæ non eſſe ſcimus. Præſumimus ea, quæ vera eſſe arbitramur, ducti probabilibus argumentis.

PRÆSVMPTA opinio, eſt, quæ vulgo dicitur præſumptio: & apud Textum, pręſumpta ſuſpicio, pro eodem dicitur, teſte Bud. apoſt.

PRÆSVMPTA voluntas domini, hoc eſt, ſi ex veriſimilibus indicia appareat dominum velle, aut nolle, vt ſuo nomine quicquam fiat l. ſed & hæ, & l. Pomp. §. vlt ff. de procur. Spieg.

PRÆSVMPTIO nonnunquam habetur pro certa probatione ſcil. cum lege id nominatim declaratur, l. quicunque, Cod. de Apoch. publ. Recte tamen opponitur præſumptioni probatio veritatis, modo tamen id in eodem genere fiat. Spieg.

PRÆSVMPTIONVM cognitio cenſura magis quam curioſis pręceptionibus & varijs diuiſionibus cognoſcitur. Sic ergo diſtinguere cauſas pręſumptionum ſatis eſt: Aut enim tam prope accedunt ad neceſſitatem veritatis rationem: vt plenam mereantur fidem, & probent id, quod ſecundum eas aſſerimus. Et nunc, ſiue legitimas, ſiue juris & de jure, ſiue neceſſarias præſumptiones appellaueris, parum refert. Aut vero proficiſcuntur ex cauſis quæ veræ quidem eſſe poſſunt, ſed interim in diuerſum collectis rerum argumentis faciliter cedant. Itaque mouere nonnihil ſolent animum: tamen ad credendum plane non perducere. Has probabiles, vel non neceſſarias præſumptiones, aut ſuſpiciones recte dixeris, vel etiam argumenta, ſicut Arrius Menander in l. non omnes, § à Barbaris, ff de remilitar. Sed licet, inquit, hoc liquido conſtare non poſſit: argumentis tamen agnoſcendum eſt. Oldend.

PRÆTENDERE, oſtendere, prætexere, velamento aliquo ſe defendere. Mulier quæ ætatem filij prætendit ad eludendam legitimam accuſationem, l. 11. §. quæ propter, ff ad l. Iul. de adult.

PRÆTER dictio quandoque excludit l. equitij, §. præter, ff. de vſu & habit. l. Titio teſtamento, ff de legat. 1. quandoque includit, & auget. l Seio amicn, §. vxor. ff. de annu. leg. quandoque ſignificat poſt, l. eum procu. ff. de oper. nou. nunt. Prat.

PRÆTEREA: præter hæc quæ dicta ſunt.

PRÆTEREA, in fine clauſulæ à Modeſtino vſurpatur, l. 34. §. qui quinquin, ff. de legat. 2.

PRÆTERIRE, ſilentio prætermittere eſt.

PRÆTERITVS annus dies ve dicitur, qui jam exactus & expletus eſt. Sic & præterijſſe dicitur tempus quod effluxit tranſactumque eſt. Tempus præterijſſe bonorum poſſeſſionis, l. 1. §. item ſi quis, ff de jur. ignor.

PRÆTERITI liberi dicuntur, qui à teſtatore neque hæredes inſtituti, nec, vt oportet, exhæredati ſunt, §. eadem, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. Etenim qui cum vitio exhæredantur, præteritorum loco ſunt, l. 8. §. non quævis, ff. de contra tab. Et ita in tit. de liberis præteritis, & tot. tit. de bon. poſſ. contra tab & alias ſemper præteritionis verbum intelligendum eſt. Briſſ. Adde Cujac. ad l. 1. & 2. ff de liber. & poſt. qui dicit præteritos nominati quaſi ſilentio, vel taciturnitate omiſſos, ſubjiciens, quod licet eis legata quædam aut fideicommiſſa relicta ſint, nihilominus tamen præteriri dicantur.

PRÆTERITI à matre pro exhæredatis habentur: & ideo datur eis querela inofficioſi teſtamenti. Præteriti autem dicuntur, non tantum qui cum nati eſſent, teſtamenti faciendi tempore omiſſi ſunt, ſed & qui poſt factum teſtamentum naſcuntur, ſi poſt eorum editionem mutandi teſtamenti liberum ſpatium mater habuerit, nec mutauerit. Quod ſi in ipſo puerperio diem ſuum obierit aduerſus fratres inſtitutos omiſſo non dabitur querela, ſed adcreſcet eis in virilem: aduerſus extraneos dabitur querela, l. 3. C. de inoff. teſtam. Cujac. Iul. Paul. recept. ſent. lib 4. tit. 5. de inofficioſi querela, § poſt factum.

PRÆTERITI Senatores quondam in opprobrio non erant, quod vt Reges ſibi legebant ſublegebantque quos in conſilio publico haberent: ita poſt exactos eos, Conſules quoque & Tribuni militum conſulari poteſtate conjunctiſſimos ſibi quoſque patritiorum, & deinde plebeiorum legebant donec poteſtas Tribunitia interuenit, qua ſancitum eſt, vt Cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatum in Senatu legerent: quo factum eſt, vt qui præteriti eſſent, & loco moti, haberentur ignominioſi Hæc Feſtus. Hot. & Gothofr. ad l. 2. C. de bon. poſſ. contr. tabul.

PRÆTERITO futurum contineri conſtat, vt inducta pro inducenda l. potior, §. 2. ff qui potio. in pign. & actum pro agendum, leg. poſt. venditionem, verſic. ſpecies, ff. de aqua & aqu. pluu. Prat.

PRÆTERMITTERE cauſam teſtamenti quid ſit, docet Iuriſco, l. 1. §. prætermittere, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. Prat.

PRÆTERMITTERE, id eſt, permittere. Si fidejuſſor ſciens prætermiſerit exceptionem, ff. mandati. Prætermittere alias eſt repudiare, Hæreditatem prætermittere, leg. 59. ff. de acquir. vel omit. hæred.

PRÆTEXTA eſt genus veſtis, qua nobiliores ciues Romani vti ſolebant, §. injuria, Inſt. de injur. & vide l. 3. §. fin. & ibi gl. ff. de lib. exhib. Old. Prat.

PRÆTEXTAM togam eam intelligebant veteres, cui purpura prætexebatur ad togæ virilis differentiam. Virilis enim toga appellatur toga pura. Sic enim ſcribit ad Atticum Cic. libro 9. Volo Ciceroni meo puram togam dare. Dicebaturq; toga pura quod ei nulla purpura eſſet prætexta. Nec aliud etiam per bullam ſcorteam, qua libertini pueri vtebantur, apud veteres intelligebatur, quam lorum, quod in collo pro Bullæ decore geſtabant pueri libertini, authore Macrobio, Saturnal. lib. 1. c. 6.

Puellas quoque vſas eſſe toga prætexta teſtis eſt in eadem Verrina Cicero. Ait enim: Eripies igitur pupillæ togam prætextam, detrahes ornamenta non ſolum fortunæ, ſed etiam ingenuitatis. Cum autem hujuſmodi prætexta pueri puellæque induebantur, tunc etiam obſeruari ſolebat, vt ſacrificium aliquod peragerent, quo infirmitas pueritiæ ſacra fieret ac venerabilis, illudque ſacrificium appellabatur ſacrum prætextatum. Quo ſenſu accipiendum eſt quod in illa declamatione, cui titulus eſt: Nouitius prætextatus, ſic ſcribit, Quintilianus: Ego vobis allego etiam ipſum illud ſacrum prætextatum, quo ſacerdotes velantur, quo magiſtratus quo infirmitatem pueritiæ ſacram facimus & venerabilem: Eratque tanta prætextatorum juvenum apud Romanos cura, & tam diligens educatio, vt nullo quidem obſcœno verbo poſſent vti: Indeque prætextatus ſermo dicebatur vt auctor eſt Feſtus, qui nihil obſcœnitatis habebat. Quod ſi obſcœno aliquo verbo vſi eſſent prætextati, ab Ædilibus aut Cenſoribus more cæterorum ciuium mulctari non ſolebant, ſed tergore Murenæ, quod tenuiſſimum erat, verberabantur: Et ob id multum prætextatis non eſſe inſtitutam contendit Verrius apud Plinium Natur. hiſt. li.9.cap.33. Cæterum poſtea quam pubertatis annos jam egreſſi eſſent pupilli prætextam exuere, bullámque deponere, & induere virilem togam ſolebant anno nimirum ætatis decimoquarto, quinto vel ſexto. Sic enim de Commodo Antonino ſcribit Ælius Lampridius. Decimo quarto ætatis anno in collegium Sacerdotum aſcitus eſt, cooptatus inter tres ſolos principes juventutis, cum togam ſumpſit, adhuc in prætexta puerili congiarium dedit. Eſt etiam Suetonius author Auguſtum anno ætatis decimo ſexto virilem togam ſumpſiſſe. Sic enim ſcribit: Duodecimum annum agens auiam Iuliam defunctam, pro concione laudauit: quadriennio poſt virili toga ſumpta, militaribus donis triumpho Cæſaris Aphricano donatus eſt. Hinc intelligimus quid ſibi voluerit Vlpianus, cum ſcriberet Prætextatum eúmque qui proxime prætextati ætatem accedit, apud matremfamilias deponendum eſſe. Et proxime prætextati ætatem accedere eum, qui puberem ætatem nunc ingreſſus eſt leg. 3. in fine, de liber exh b. Senſus enim eſt, eum qui adhuc prætexta indutus bullam ex collo dependentem gerit, apud aliquam matremfamilias, hoc eſt, notæ auctoritatis fœminam nunc interdum deponendum eſſe, cum de eo exhibendo agitur, & prætextatorum ætati, pubertatem proximam eſſe. Sic nimirum, vt poſt finitam pubertatem, anni, biennij, aut ad ſummum triennij ſpacio ætas etiam finiatur prætextatorum. Quod igitur impuberes omnibus officijs ciuilibus debuerint abſtinere, hinc inde eſt, quod illi cum eſſent prætextati, ante ad virile officium non forent idonei, quam exuta prætexta, depoſitaque bulla togam ſumpſiſſent virilem Ræuardus l.Item impubes, ff. de reg. jur. &c.

PRÆTEXTATA verba à Sexto libro 17. dicuntur quæ nihil obſcœnitatis habent. Quod ipſum & Vectius prætextatus apud Macrobium videtur probare. Sicut & prætextatæ fabulæ apud antiquos celebres, quibus præcepta & monitiones ad optimos mores traderentur. Petrus Crinitus de honeſta diſciplina, lib. 20. cap. 7. oſtendit prætextata verba etiam pro impudicis & ſub obſcœnis accipi.

PRÆTEXTATUM affectari, aut prætextatam. Lege, Affectari. Spieg.

PRÆTEXTUS quartæ inflexionis, & prætextum neutro genere eſt quod vulgo dicitur Color quæſitus. Tranſlate enim poſitum prætexere accipitur, pro obtendere, & quod vulgus itidem dicit, Colorem quærere, teſte Budæo, Vlp. in l. illicitas, de offic. præſid. ſub prætextu, ait, adjuuantium militares viros, & infra, prætextu enim humanæ fragilitatis, &c. *vnter einem ſchein*. Spieg.

PRÆTOR dictus, inquit Varro libro 4. de ling. Lat. qui præiret jure & exercitu: à quo id Lucillus: ergo prætorum & antepræire. Iuſtinianus autem, quoſnam veteres Romani prætores dixerint, ſatis declarat his verbis: Πραίτωρας (inquit) [illegible], id eſt, Veteres Romani majores magiſtratus prætores vocabant, appellatione illis ex eo indita, quod cæteris omnibus præirent, & præponerentur, præmiſſa ſcilicet eis tam rei bellicæ adminiſtratione, quam legum præſcriptione: vnde & ea loca, in quibus publice magiſtratus vel jus reddere, vel habitare ſolebant, prætoria appellare, &, vt pleræque in rem publicam leges ex vna prætorum voce inſerentur, conſtituerunt. Eſt autem prætorum hujuſmodi origo. Cum bellis finitimis conſules auocarentur, & in ciuitate deſiderarentur, qui jus diceret Romanis (vt Pomponius refert, capit 24. de Roman. magiſtr.) præturam creare placuit, eumque qui geſſit, prætor appellatus eſt. Liuius aliam creationis præturæ originem commemorat, & ejus opinionis Feneſtella adhæret, capit 34. de Roman. magiſtrat. Scribit enim patres poſt crebra ac diuturna certamina, ſiue poſt longas altercationes, permiſiſſe, ex conſulibus, alterum ex plebe creari, & ideo id ſibi voluntate plebis pro aperto conſulatu aditum arrogaſſe, vt vnicus magiſtratus crearetur ex patribus, hoc eſt, & ideo plebis voluntate ſibi nouum conceſſum fuiſſe magiſtratum, qui è patribus crearetur, prætoremque, à præeundo populo ſiue à præeſſendo eum appellarunt dixeruntve, qui hunc magiſtratum gerebat. Hic tandem, quod inter vrbanos jus redderet, hoc eſt, quod in vrbe jus diceret, vrbanus appellatus eſt. Sed, cum neque vnus prætor turbæ cauſarum ſufficere poſſet, & vndique peregrinorum multitudo confluerent, deinde, poſt aliquot annos, alter prætor creatus eſt, qui, quoniam inter peregrinos cognoſcebat, peregrinus appellatus eſt. Creſcente vero imperio tantum in modum amplificatus eſt numerus, vt decem & octo prætores aliquando in vrbe jus dicerent: & quia magiſtratus veſpertinis temporibus in publico eſſe inconueniens erat, quinque viri conſtituti ſunt citra Tyberim & vltra. Subactis poſtea quatuor prouinciis, Sicilia, Hiſpania, Sardinia & Narbonenſi, totidem prætores, quaſi magni duces, quot prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt, partim qui vrbanis rebus, & partim qui prouincialibus præeſſent. Deinde Corn. Sylla quæſtiones publicas conſtituit, veluti, De falſo, de parricidiis, & de ſicariis: & ideo quatuor prætores adiecit. Poſt Iulius Cæſar duos prætores conſtituit. Bonus deinde Auguſtus 16. prætores creauit, duos poſtea, qui de fideicommiſſis jus dicerent. D. Claudius adiecit prætor, e quibus vnum T. Tyberius detraxit: & vnum, qui inter fiſcum & priuatos jus diceret, Nerua addidit. Ita 18 prætores in ciuitate jus dicunt. Id autem, & quo tempore prætores primum creari cœperint, & quod jus, quæve illorum poteſtas fuerit, tradit plene Alexander ab Alexandro, in Genialium dierum libris. Prætori regia inſignia, conſulareſque ferme apparatus, lictores vero non amplius ſex, ſella curulis & trabea, cæteraque hujuſmodi tradita ſunt, ac quamuis ſex numero lictoribus vti conceſſum prætoribus eſſet, Paulus tamen Æmilius prætor in Iberiam belli gratia ſe conferens, duodecim lictores, ſecundum Plutarchum, habuit. Præterea, equis albis & trabea candida vehebatur prætor, nec non ad ſcæna Quirites ſubminiſtrabantur, vt ait Iuuenalis. Penes hunc vero magiſtratum adeo omnis publici priuatique juris poteſtas fuit (vt Feneſtella memoriæ tradidit) vt ei nouum jus condere, & vetera abrogare facultas eſſet, ſiue (vt vtar verbis Aymari Riuallij lib. 3. hiſtor. juris ciuilis, cap. de prætorum edict.) quod juri veteri abrogare, & nouum condere ei facultas erat. Quod igitur merum imperium non competiiſſe prætoribus plerique exiſtimant, tum quia legimus præfecturam vrbis omnia crimina ſibi vendicaſſe, leg. 1. de offic. præf. vrbis, tum ex eo quoque quod ſolet prætor, remittere tutores, qui dolo verſati ſunt circa ſubſtantiam pupillorum, ad præfectum vrbis puniendos, leg 1. §. fin. de ſuſpect. tutor. vera non eſt hæc opinio, vt abunde demonſtrat Anton. Vacca in ſuis expoſitionibus ad l. ſecundam, de orig. jur. junctis ab eo notatis in ſub. de offic. præfect. vrb. Quinimo, prætor ipſe, vt ciues ſcirent quod jus de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque præmunirent, edicta proponebat, quæ jus honorarium conſtituerunt. Et quia ab honore prætoris id jus venerat, ideo honorarium dictum eſt: tantum enim aucta eſt prætoris autoritas, vt quod ipſe edixiſſet, ob ipſius honorem honorarium vocaretur. Idem jus Prætorium etiam dictum eſt, eo quod prætoribus (vt Papiniano placuit) adjuuandi, ſupplendi, vel corrigendi juris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam introductum eſt. Adjuuat enim, cum inſtitutis dat bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, qui jure ciuili prius hæreditatis petitionem habebant. Supplet, quando omnes domini dolo fecerint, quo minus ſeruum, qui furtum fecerit, in poteſtate haberent: nam juris ciuilis actionem prætor ſubſequitur, & judicium honorarium ex hac cauſa in eum, quem actor elegerit, dare pollicetur, vt apud Iulianum, De noxalibus actionibus reperitur. Sed & in ſucceſſione prætor ab jure ciuili omiſſum ſuppleuit: nam cum jus ciuile nullam cognatorum mentionem feciſſet, eos prætor ſuccedere poſt ſuos & legitimos voluit, ſicut Diocletianus, Maximianus, Iuſtinianuſque, & plures alij Iureconſulti retulerunt. Iuſtiniani poſtmodum conſtitutio omnem inter agnatos & cognatos ſuccedendi differentiam ſuſtulit. Ius autem ciuile prætor corrigit in furto manifeſto. Decem viri enim, qui, poſt exactos reges, leges, quibus populus Romanus vteretur, in 12. Tabul. ſcripſerunt, furem, qui in manifeſto furto prehenſus eſſet, tum demum occidi permiſerant, vt Gellius teſtatur libro 11. ſi furtum aut noctu faceret, aut interdiu ſe, cum prehenderetur, telo defenderet. Ex cæteris autem manifeſtis furibus, liberos verberari, addicique ni juſſerunt, cui factum furtum eſſet, ſi modo id luci feciſſent, neque ſe telo defendiſſent. Seruos item furti manifeſti prehenſos verberibus affici, & è ſaxo præcipitari, ſed pueros impuberes prætoris arbitratu verberari, noxamque ab his factam ſarciri voluerunt. Poſtea ab lege illa Decemuirali diſceſſum: nam ſi quis ſuper manifeſto furto jure

& ordine

& ordine experiri velit, actio in quadruplum authoritate prætoris datur, vt Iuſtinianus. De perpetuis & temporalibus actionibus ſcriptum reliquit. Complura prætorum edicta in ff. libris legimus, De his qui notantur infamia: De dolo: De metu: De in integrum reſtitutione: De damno infecto: De operis noui nunciatione: De incendio, & alia id genus, quibus juris ciuilis libri replentur. Plura enim decreta è ſola prætoris jurisdictione in libris Pandectarum habemus, quam è reliquis omnibus ſimul ciuilis diſciplinæ partibus. Et interdum jurisdictionis perpetuæ prætores edicta proponebant, vt: De pactis ſeruandis: De jureiurando: Quorum bonorum: De tabulis exhibendis, & ſimilia. Aliquando, prout res incidebant, vt: De aliquo in jus vocando, & in albo, vel in charta, aliave materia, edicta proponebantur. Et quod erat jurisdictionis perpetuæ corrumpens, pœnam quinquaginta aureorum, ſecundum Vlpiani ſententiam, luebat, & falſi crimine (authore Modeſtino libro Digeſtorum quinquageſimo) tenebatur, qui dolo malo edicta corrupiſſet. Neque prætores, neque juris condendi authoritatem prætoribus aduentus Imperatorum abſtulit, quum illorum numerus ab his aliquando auctus fuerit, & nouam (vt paulo ante diximus) prætoribus jurisdictionem principes interdum dederint. Præterea diui fratres, cum maritus quidam eorum temporibus prægnantem vxorem, ea inficiante, diceret: Valer. Priſciano prætori vrbano, quid in hac re faciendum eſſet, reſcripſerunt, vt de ventre inſpiciendo Vlpianus refert. Prætorem quoque aduerſus Campanos, qui metu cuidam illato cautionem pollicitationis extorſerant, interlocutum, Vlpiano aſſidente, legimus. Paulus inſuper ſe præturam geſſiſſe De manumiſſis vindicta ſcriptum reliquit, qui tamen Alexandri temporibus fuit. Druſus etiam Auguſti priuignus, & Galba, & complures alij præturę honorem Imperatorum temporibus nacti ſunt. Conſtat ergo prætores Imperatorum temporibus fuiſſe. Sed non tantæ fortaſſis authoritatis, vt prius, quod & in aliis magiſtratibus conjectare licet, quorum poteſtas aduentu principum diminuta eſt. Vnde Decius Seuerus prætor, quia in quadam reſtitutione dubitabat, Imperatorem Seuerum apud Vlpianum de minoribus conſuluit, vbi alias propria authoritate ſtatuiſſet. Primus, qui hunc magiſtratum geſſerit, Rutilius dictus eſt, vt in libro 38. apud Vlp. ſcriptum habeo. Sed Liuius (cui magis crediderim) Spurium Furium, M. filium Camillum primum habuiſſe prætorem aſſeuerat, libro 7. ab vrbe condita. Vtcunque fuerit, hoc magiſtratu functi ſunt viri illuſtres, Æmylius, Scaurus, Cornelius Sylla. L. Lucullus, M. Cicero. C. Cæſar, Brutus, & alij complures, nec mirum ſit, quum è patribus [vt dixi] prætores crearentur, licet poſtea immutatum fuerit: nam ex plebe creari cœperunt, Quintuſque Publius Philo primum de plebe prætor aduerſante Sulpitio conſule, factus eſt. Et prætura, ſicut tribunatus, & ædilitas media dignitas erat, junioribuſque (vt Plutarchus refert) dari ſolebat: His tamen dignitatibus omiſſis, T. Flaminius in juuentute ſummam conſulatus dignitatem obtinuit. Cæterum ea, quæ prætoris officio poſterioribus his temporibus relicta ſunt, plenius in Codice conſtitutionum explicantur, ſub eodem ſcilicet titulo, De officio prætoris, & ibi numerum prætorum [quos olim decem & octo creari ſolitos conſtat] ad tres redactum fuiſſe legimus, qui proprium larem ac domicilium in ipſa vrbe haberent. Loquebantur enim Impp. illarum conſtitutionum authores, de vrbe Roma. Quanquam Iuſtinianus videatur accipi voluiſſe de Conſtantinopoli.

Prætores Iuriſconſulti proconſulem ſæpe vocant, Gajus in l. 1 & 3. ff. de alienat. jud. mutan. l. patri pro filio. §. 2. de minor l. in heredem, ff. de dol. mal. reſpiciunt enim ad id, quod Pomponius in leg. 2. §. deinde cum placuiſſet, ff. de origin. Iur. Cumque conſules, iit, auocarentur bellis finitimis, neque eſſet qui in ciuitate jus reddere poſſet, factum eſt, vt Prætor quoque crearetur. Is ergo conſulis fungebatur officio [quatenus ad judicandum attinet] proconſol. erat. Præterea Prætores in prouinciis vicem gerebant conſulum Prat.

Prætor apud Paul. 1. ſent. tit. 15. pro ædili ſumitur. Feram beſtiam, inquit, in ea parte qua populi iter eſt, colligari. Prætor prohibet. Ædilitio enim edicto prohibemus feram beſtiam ibi habere qua vulgo iter fit. Prat.

Prætor fideicommiſſarius eſt, qui de fideicommiſſis jus diceret, duoſque à Claudio Cæſare inſtitutos eſſe ſcribit Pomponius leg. 2. § 17. ff. de origin. jur. Ex iiſque vnum à Tito Cęſare detractum eſſe Suetonius autem in Claudio: Iurisdictionem de fideicommiſſis, inquit, quotannis & tantum in vrbe delegari magiſtratibus ſolitam in perpetuum, atque etiam per prouincias, poteſtatibus demandauit. Sed hæc facile eſt ex Fabij verbis explicare qui libro tertio capit. 6. ſic ſcribit, Non debes apud Prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud Conſules. Maior enim Prætoris cognitione ſumma eſt, quæritur an maior ſumma ſit, &c. Quo ex eo loco intelligitur, fideicommiſſorum jurisdictionem ita partitam fuiſſe, vt Prætor vſque ad certam ſummam cognoſceret, de maiore conſul jus diceret. Vlpianus id quod diximus perſpicue confirmat. capit. Inſtit. 25. Fideicommiſſa, inquit, non per formulam petuntur, vt legata: ſed cognitio eſt Romæ quidem Conſulum, aut Prætoris, qui fideicommiſſarius vocatur: in prouinciis vero, Præſidum Prouinciarum De prætore fideicommiſſario Imp. l. 2. C. qui potior, in pignor. Paulus in l. quæſitum 78. §. penult. ff. de l. 3. & l. 4 in fi. ff. quibus ad libert. Vlp in l. ſicuti legatum 92. de cond. & demon. Prat.

Prætor fiſcalis ab Imperatore Nerua creatus eſt, qui inter fiſcum & priuatos jus diceret, vt Pompon. ſcribit in l. 2. § 18. ff. de orig. jur.

Prætor peregrinus, vt Pomponius ſcribit in l. 2. ff. de origin. jur. creatus eſt propter magnam peregrinorum turbam, vt inter eos jus diceret: cum vrbanus Prætor ſatisfacere vtrique non poſſet, Eum autem reperio in epitome Liuij libro 19. ann. 510. primum creatum fuiſſe, & Peregrinum dictum, quod inter ciues & peregrinos jus diceret. Itaque video apud Liuium ſemper vrbanam jurisdictionem, ei, quæ inter ciues & peregrinos eſt, opponi, vt lib. 22. Romæ juris dicendi vrbanæ ſors Pomponio: inter ciues R. & peregrinos P. Furio Philo euenit. Et libro 33. Prætores deinde prouincias ſortiti, L. Apuſtius Fullo vrbanam jurisdictionem, M. Acilius Glabrio inter ciues & peregrinos. Et lib. 40. Iurisdictio vrbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio euenit. Et libro 41. Prætores L. Papyrius Maſo vrbanam, M. Aburius inter peregrinos ſortiti ſunt. Et lib. 42. Prætores deinde prouincias ſortiti ſunt, A. Atilius Serranus vrbanam, C. Cluntius Saxula inter ciues & peregrinos. Honoratiorem autem vrbanam peregrina fuiſſe Appianus & Dio non obſcure ſignificant: ille lib. de bellis ciuilibus 2. vbi ſcribit, Brutum & Caſſium Prætores deſignatos inter ſe contendiſſe, vter juris inter ciues dicundi poteſtatem obtineret: hic autem libro 42. vbi narrat Prætorem Cæcilium indigne tuliſſe, quod Cæſar eam prouinciam collegæ Trebonio dediſſet. Omnibus autem Præturis Præſtantiorem & gratioſiorem fuiſſe in orat. pro Muræna perſpicue demonſtrat. Sed quæri ſolet, quid inter vrbanam & peregrinam Præturam intereſſuerit. Hotto. tres fere differentias ponit. Prima hæc eſt, quod (vt modo diximus) ſoli ciues Romani agere apud vrbanum poterant: peregrini non poterant. Altera, quod apud illum lege agebatur, apud hunc autem nequaquam. Itaque (vt eſt in orat. pro Flacco) cum Græcus homo Heraclitus à C. Plotio ſenatore mancipia quædam petiiſſet, & fore videret, vt judex ſumptus ſententiam ſecundum Reum diceret, & ab eo judice abiit, & quod judicium lege non erat, cauſam totam reliquit. Quod cū ita ſit ſequitur ciues Romanos neque ſuos liberos emancipare, neque alienos adoptare, neque ſuos ſeruos manumittere, neque in jure cedere, neque bon. poſſeſſionē, tutorémve ciui Romano impuberi poſtulare apud eum potuiſſe: denique vt rem vno verbo complectar, legis actionem cum Prætorem non habuiſſe. Falſum autem eſt (vt idem obſeruat) quod quidam ſcribunt eum de pecuniis repetundis quæſiſſe. Nam Aſconij locus in orat. Cic. contra competitores quo ſolo argumento nituntur, longe alio pertinet. Scribit enim Antonium cum magiſtratum adhuc nullum obtinuiſſet, ſed equitum turmas de Syllano exercitu nactus eſſet, Græcos ſpoliaſſe: ideóque ad M. Lucullum Prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat, à Græcis in jus eductum eſſe: non igitur Repetundarum judicium illud erat, ſed injuriarum potius: quæ cum atrociores eſſent, digna viſæ ſunt, de quibus Prætor ipſe inter ciuem & peregrinos Græcus homines cognoſceret. Tertia differentia eſt, quod Prætor vrbanus edictum in albo proponebat, quibus de rebus jus anno ſuo dicturus eſſet: cum alter nuſquam, quod ſciam, legatur propoſuiſſe. ſed (vt opinor) ex vrbano edicto jus dicebat. Prat.

Prætores Prouinciales creati ſunt circa ann. 519. Sicilia & Sardinia capitis, atque in prouinciarum formam redactis, quemadmodum Solin. capite 11. & Liuius epit. 20. prodiderunt. Pompon. autem in leg. 1. de orig. jur. Capta Sardinia, inquit, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia, totidem Prætores, quot Prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt. Poſt autem mora fuit, vt cum armis tutandæ prouinciæ viderentur, eo ſtatim & conſules & Prætores inito magiſtratu mitterentur. Tandem etiam inſtitutum eſt, vt qui conſulatu aut Prætura abiiſſent, eo cum ſummo Imperio proficiſcerentur: illique Proconſules ſiue Proprætores, (tametſi verbis hiſce nonnunquam veteres abutantur) appellarentur. Demonſtrat enim in Verrinarum commentariis Hotom. moris fuiſſe, vt cum à Senatu decretæ & conſulares & Prætoriæ prouinciæ fuiſſent; tum conſules inter ſe, itémque Prætores prouincias ſortirentur, aut inter ſe vero Compararent. Conſoles autem id adhuc deſignati, & antequam magiſtratum inirent, facere ſolebant: quemadmodum ex oratione de Prouinc. Conſul. Salluſtio in Iugurth. & innumeris Liuij locis intelligitur. Prætores vero, quo tempore magiſtratu abibant id factitaſſe ſignificat

locus ille Verrinæ 4. Qui ſimul atque ei ſorte prouincia Sicilia obuenit, ſtatim Romæ, & ad vrbem antequam proficiſceretur, quærere ipſe ſecum, & cogitare cum ſuis cœpit, quibuſnam rebus in prouincia maximam vno anno pecuniam facere poſſet. Prat.

PRÆTOR tutelaris primum à M. Antonino philoſopho creatus eſt, quemadmodum Iulius Capitolinus ſcribit, cum antea tutores à conſulibus poſcerentur, vt diligentius de tutoribus tractaretur. Quantum autem ex Iuſtiniano intelligimus, officium ejus erat, vt cogeret tutores & delatam tutelam recipere, & rem pupilli ſaluam fore ſatiſdare. Erant & Prætores de liberalibus cauſis cognoſcentes, l. 1. C. ſi mancipium ita veniret, l. 3. §. 1. l. 3. ff. de liber. caus. Iuſtinian. Nou. 13. [illegible] Prat.

PRÆTOR vrbanus, qui jus inter vrbanos dicebat. Quamuis ex verbis l. 12. tab. colligitur, eum qui potius juſſiſſe iudicare. Præerat enim ſortitioni judicum, & ſubſortitioni, hoc eſt, per ſortem & fortuitum euentum deſignabat ex decuriis & ordinibus eos, qui quoquo tempore judicarent, illorumque nomina in albo ſuo deſcribebat. Spieg.

PRÆTORES militares, Impp. Romani appellarunt ab eo, quod exercitui præirent, cum Varro lib. 3. de ling. Lat. Iuſtinian. in Nou. conſtat. 24. & 25. ſcribit [illegible], ait ille [illegible]. Briſſ.

PRÆTURA onus fuit ſenatorium, Nou. The. ne dec. ad ſenat. dign. aſp. Hanc enim dignitatem ſenator qui ſuſcipiebat, ſuis ſumptibus circenſes & ſcenicos ludos exhibebat: Boet. 3. de conſolatione. Prætura, inquit, magna olim poteſtas, nunc manet nomen & ſenatorij cenſus grauis ſarcina, vbi vulgo male legitur præfectura, ſicut & in leg. 1. C. de prætor. & honor. prætur, & in l. vlt. C. de ſilent. Conſtituit autem Martian in d. l. 1. Ne ſenatores, viri clariſſimi & ſpectabiles, ex prouinciis, in quibus ſedes ſuas conſtituerunt, ad præturæ munus deuocentur. Cuiac. ad d. l. 1.

PRÆTORIA in conſtitutionib. intelliguntur domus magnificę præſidum judicumve cauſa in vrbib. extructæ, l. 13 C. de epiſc. & cler. l. pen. C. de offic. rect. prou. l. 5. Cod. de oper publ. leg. 3. Co. de met. & epid. l. fin C. Th. de offi. omn. jud. Vopiſc. in Aurel. Forum nominis ſui in Hoſtienſi ad mare fundare cœpit, in quo Prætorium publicum conſtitutum eſt. Briſſ.

PRÆTORIUM ideo imperatoria domus dicta eſt, vt monet Alc. de verb. ſign. quod quemcunq; militum imperatorem antiqui prætorem dixere. Sicut & principium pro principis tabernaculo accipitur l. offic. in fin. ff. de re milit. Sed & Prætorum veteres appellarunt partem villæ lautius ædificatam & patris familias habitationi relictam. leg. 2. ff. de ſer. ruſt. præd. l. 15. de vſu & habitatione. l. 83. §. 1. l. 91. pater. de leg. 3. l. 35 §. Cajos. ff. de leg. 2. l. 13. §. vlt. ff. de injur. Pallad. lib. 1. cap. 8. Suet. in Calig. c. 27. Tertull in lib. de Idololat. Et D. Hieron. teſte Rhenano lib. 2. aduerſus Iouinianum dolium illud verſatile Diogenis eleganter prætorium vocat. Nam vt in vrbe ſolius principis domus prætorium appellabatur, reliquorum ciuium non item, ne vel hac vna re principi dignitate participarent. Sic in villis ruſticis, in quibus fere quiſque dominiũ tantum habet in ſuos, quãtum princeps in ſuos ſubditos habet, prætorium dixerunt, vbi ſcilicet quaſi rex villæ & princeps habitaret. Prætorium igitur hoc vrbanum prædium eſt, quia voluptati habitationique domini deſeruit ſolum non etiam villaticæ familiæ aut cætero omni ruſtico inſtrumento. Quod ſi his quoque ſit opportunum, quod ejus vſum dominus colono ſuo, & ruſticis operis communicatum voluit, erit ruſticum prædium, quia ruſticis reditus cauſa habetur. Connan. lib. 4. c. 10 num. 6. Adde Forcat. in Necyon. dial. 16. num. 13.

PRÆTORIA cohors dicta fuit, quæ à prætore, hoc eſt, à Conſule nonquam diſcederet in bello, ob cuſtodiam corporis, teſte Feſto. Africanum autem inter omnes primum delegiſſe ſibi aliquot fortiſſimos, qui lateri ejus adhærerent, omnib. aliis muneribus vacarent, ſtipendioque maiore honorarentur, literis proditum eſt, quanquam apud alios multi id antea, quoque feciſſent. Quem morem ſecuti ſunt omnes, tum in bello, tum domi, præſertim ortis ciuilibus diſcordiis. Iulius Cæſar propter inimicos aliquandiu vſus eſt cuſtodia corporis, & prætoria cohorte Hiſpanorum. Tandem nimia quadam confidentia, maluit ſemel inſidias vndique imminentes ſubire, quam cauere ſemper, Ideoque cuſtodiam remouit, & haud dubie inimicis maximam inſidiandi anſam præſtitit. Old.

PRÆTORIA porta in caſtris erat, quæ exercitus ad prælium educebatur. Prat.

PRÆTORIÆ actiones ſunt, quę ab honore & magiſtratu prætoris Honorarię quoque dicuntur: quod ab ipſo prætore ex Iuriſdictione, vel adjuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi Iuris Ciuilis gratia fuerint introductæ, propter publicam vtilitatem, quam vſus rerum, & experientia quotidie docuit. Prętores, equitatis ſemper ſtudioſos, l. jus autem ciuile, jus prætorium, ff. de juſt. & jur. Spieg.

PRÆTORIÆ actiones non plus anno vixerunt, niſi quæ poſtea principum conſtitutionibus ſunt factę diuturniores. Conn. l. 1. c. 15. n. 2.

PRÆTORIÆ ſtipulationes ſunt, quę à mero Prætoris officio juriſdictioneque veniunt. l. 5. §. prętoriæ. l. 52. ff. de verb. oblig. toto tit. de Prætor. ſtipul. l. 37. ff. de oblig & act. l. 10. §. 1. ff. de compenſatio. Briſſ.

PRÆTORIARUM ſtipulationum tres videntur eſſe ſpecies: iudiciales, cautionales & communes. Vlp. leg. 1. ff. de prætor. ſtipul. Old.

PRÆTORIS cognitio, ſæpiſſime dicitur pro cognitione cujuſlibet judicis, & prætorium pignus appellatur, tametſi ab aliis judicibus decretum ſit. leg. 1. & leg. 2. C. de prætor. pign. Erat enim olim apud prætorem ſumma judiciorum judicumque conſtituendorum poteſtas. Sic intelligendus tit. de diuiſ. ſtipul. Spieg.

PRÆTORIUM jus eſt quod Prætores introduxerunt adjuuandi, vel ſupplendi, vel corrigendi juris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam: quod & honorarium dicitur ab honore prætorum ſic dictum. Nam & ipſum jus honorarium quaſi viua vox eſt juris ciuilis &c. Connan. lib 1. cap. 15. num. 1. huic adde Bald. commen. ſuper Inſtit. Iuſtin. lib. 3. titul. 9. de bonis poſſeſſ. &c.

PRÆTORIUS is dicebatur, qui prætura functus eſt: prætorium quod ad Prętorem ſpectat, ſeu prætoria cohors Erant & prætores militares, quibus non ſecus quam vrbanis popul. Rom. initio magiſtratus munera quædam dabat, ſollem, glebam, clauum, quæ poteſtatis erant ſigna. Vide Valturium in dictione, Prætores lib 8 Spieg.

PRÆTORIUS tutor: qui olim quando lis inter tutorem & pupillum ſuboriebatur, à prætore dari ſolebat: ſic dictus quod à prætore daretur. Theop. §. ſi inter tutorem. Inſt. quib. mod. tut. fin & ibidem Aldobrandinus.

PRÆVALENTIA, præſtantia, pretij ac valoris exuperantia, Paul. in l. in rem actio, §. 1. ex quibus mea res, ait, per præualentiam alienam rem trahit. Hot.

PRÆVALERE dicitur quod præponderat, quod potius potentiuſque eſt, ac vincit, Auctoritas Serui Præualuit, leg. 69. ff. de euictionibus.

PRÆVARICARI verbum dupliciter accipitur in jure ciuili. Præuaricari imprimis dicitur, qui veras probationes & accuſationes omittit, falſas probationes & rei defenſiones admittit & colludit cum reo, l. 1. §. præuaricatoré, 1. ad SC. Turpill. l. athletas, de his qui not. infam. l. prçuaricatores, de verb. ſign. leg 1. hujus tit. Plin. lib. 18. cap 19. ſit ab aratoribus hoc nomen deductum eſſe. Idque veriſimilius eſt quam quod dicitur à Ioan. Cro. ab aratoribus dicitur prçuaricari cum à ſulcis aberrant. Hinc nomen in jus Ciuile inductum eſt. Altera ſignificatio eſt, quę pertinet ad Aduocatum, qui corruptus eſt, quique prodit cauſſam. In paratit. quærit Cicero an verbum hoc ad eum pertineat tantum, qui accuſatorem corrupit. Sed præuaricationis nomine vtrumque continetur apud Ioannem Cror. in leg. 1. hoc tit. Accuſator qui præuaricatur in judicio publico imprimis notatur infamia, leg. 1. d. tit. de his qui not. infam. Idque edicti verbis expreſſum eſt. Prçuaricationis autem judicium cum refertur ad accuſatorem corruptum, publicum judicium eſt, vt docet Macer, in leg. 3. §. Si prodiderit cauſam Aduocatus, non publicum eſt judicium. Differt autem hic præuaricator ab eo, qui deſiſtit ab accuſatione, qui incidit in pœnam Senatuſconſulti Turpilliani, l. 3. §. Pœna quinque librarum eſt anti Senatuſconſult. Turpill. Et propterea hic locus eſt notandus, quia in toto jure Ciuili, nec ſub tit. 1. De Senatuſconſulto Turpilliano ejus Senatuſconſulti pœna exprimitur. Augetur tamen nonnunquam ex cauſa hæc pœna, vt dicitur in l. abſentem 1. de pœnis. Accuſator de præuaricatione conuictus, poſtea ex lege non excuſat l. 5. hujus tituli. Punitur etiam extra ordinem leg. 1. & 2. In reum autem corrumpentem accuſatorem hæc pœna conſtituta eſt, quod pro condemnato habeatur præterquam in ſanguine. Nam ignoſcendum cenſuerunt Iuris authores ei qui ſanguinem ſuum qualitercũque redemptum voluerit, vt dicitur in leg. 1. de bonis eorum, qui ante ſententiam. Et hac ratione fit, vt liceat tranſigere in capitalibus criminibus, l. tranſigere, Co. de tranſactionibus. Secundum genus præuaricationis pertinet ad Aduocatum, prodentem cauſam aduerſarij, in leg. 1. hoc titulo, qui etiam punitur pœna extraordinaria, puto eum non notari infamia: id enim nec edicto prætoris de his qui notant. infamia, nec vlla alia lege expreſſum eſt, quia hoc in judicium publicum non eſt, l. tertia, hoc titulo. Si aduocatus conuictus ſit præuaricationis ſententia ipſo jure reſcinditur, quæ lata eſt propter hujuſmodi præuaricationem. Et id vulgo creditur, nec ratione caret, l. 1. Cod. de aduoc. diuerſ. jud. Eſt caſus ſingularis vbi ſententia ipſo jure reſcinditur ſine appellatione. Hic quæri ſolet, an ſi minor ſit, cujus cauſſa prodita eſt, ita ſententia ipſo jure videatur reſcindi, vt reſtitutione opus ſit, quod reſtitutionis nulla mentio fiat

tio fiat

tio fiat, d. l. Cod. de aduoc. diuerſ. jud. An vero reſtitutio in integrum petenda ſit? quod vi ſe probare l. minor autem, § 1. de minoribus. Variant hoc titulo interpretes, & mirum in modum ſe torquent. Id mihi videtur probabilius eſſe, reſtitutione in integrum opus non eſſe, niſi quis malit de præuaricatione agere, & contra aduocatum eo nomine agere. Si ergo aduocatus præuaricationis accuſatus conuictus ſit, nulla opus eſt in integrum reſtitutione: Sic vero abſolutus, pœna eſt talionis ſtatuta in eum, qui temere præuaricationis aduocatum ſuum inſimulauit, dict. leg. 1. Cod. de aduoc. Tutius ergo eſt & ſatius in integrum reſtitutionem petere, vt cognita cauſa ſi præuaricationis conuictus ſit, aduocationis reſtitutio fiat. Si conuictus non fuerit, non propterea incidet in pœnam talionis actor, &c. Sellarus ex Lecturis Duareni ſub titul. de præuaricationibus.

Præuaricari eſt vera crimina abſcondere, l. 1. ff. ad SC. Turpill. vet. gloſſ. præuaricari, ἀληθῆ ἐγκλήματα ἀποκρύπτειν. Briſſ.

Præuaricatio eſt ab officij ſui præſcriptione deflexio atque alteratio, ſiue malitia, ſiue imprudentia. Vide Caraoxum Cõment. 1. Spieg. Idem in effectu ſentit Cuiac. obſeruat. lib. 10. cap. vlt dum præuaricationem definit his verbis: Præuaricatio, inquit, eſt tranſire dicenda, vel curſim & breuiter attingere quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda. Dicitur autem Præuaricatio Græcis, παρέκβασις, ἀποστασία. Hot.

Præuaricator opponitur vero accuſatori. Eſt enim præuaricator is, qui dum fingit ſe accuſare, id agit potius, vt reus abſoluatur præuaricator (inquit critici) Νοσφίζομαι σε, id eſt, parco & alludo tibi. Præuaricator reo, συμβιβάζομαι τῷ ἀπολογουμένῳ, ſubmitto me reo, vel plenius præuaricator eſt accuſator, qui in judicio publico abſolutioni incumbit non damnationi, quaſi variecator, vt ait leg. 1. ff. de præuari. id eſt, [illegible] vt auctores Baſil. interpretantur, cui interpretationi conſentit notatio Labeonis in l athletas, §. præuaricator, ff. de his qui not. infam. à varia certatione, & Ciceronis, quod in contrariis cauſſis quaſi varie poſitus eſſe videatur. Feſtus à prætergrediendo, cui conuenienter critici, prænaricat, diuaricat, varicat, [illegible]. Cuiac. Obſeruationum lib. 9. c. vlt. in princ.

Præuaricatores eos appellamus, inquit Vlp. qui cauſſam aduerſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt, à varicando enim præuaricatores dicti ſunt, l. præuaricatores 212. vbi vide Alc. Brech. & Gœdd. ff. de verb. ſign. In quam eandem ſententiam illud eſt Cicer. in partit. Vt ſi in reo pecunia abſoluto, rurſuſque reuocato, præuaricationem accuſator eſſe definiat omnem judicij corruptelam ab reo: defenſor autem non omnem, ſed tantummodo accuſatoris corruptelam ab reo. Item, Defenſor autem verbi vim ex nomine ipſo reperiet: quod ſignificat eum, qui in contrariis cauſis quaſi varie eſſe poſitos videatur. Hot.

Præuenire, interdum occupare eſt: & ita præuenire dicitur qui prior agit accuſatus. Si maritus præuenerit accuſareque inſtituerit, l. 4. ff. ad l. Iul. de adult.

Præuentio dicitur, cum eiuſdem rei perſonæve juriſdictio penes duos judices eſt, & alter cognoſcere prius cœpit. Præuenitur quandoque per in jus vocationem, quia prior in jus vocauit: quandoque litis conteſtatione, quandoque libello, quandoque ſententia, Bart. ponit in leg ſi plures, ff. de leg. 1. Specul. titol. de reſcript. præſentatione, §. 5. verſ. item quod minus, vide Felin in c. cum M. Ferrarienſis de conſt. in antiq. Dd. in l. ſi quis poſteaquam, ff. de judic. & Canoniſtas c. pen. extr. de for. compet. Prat.

Pragmaticæ ſanctiones apud Imper. Anaſtaſium in l. omnes 6. C. ſi contra jus vel vtil. public. & apud Impp. Zenonem in l. vnic. in princ. C. de monopol. & conuent. negotior. ſunt, quæ ſiunt de conſilij ſententia ſolenniter ad ſuggeſtionem alienam preceſve: Vulteius ad §. ſed & quod princip. 7. nomer. 10. Inſtit. de jure natural. Vel vt vult. Hotom. dicuntur principum reſcripta non de priuatorum negotiis, ſed corporum, ordinum & collegiorum cauſis de conſilij ſententia emiſſa: inde, vt opinatur, deducto verbo, quod pragmaticis & viris peritis in conſilium adhibitis interponantur. Sic enim loquit Zeno Imp. in leg. vniuerſa, §. 1. Cod. de diuerſ. reſcript. & pragmat. ſanct. pragmaticas ſanctiones non ad ſingulorum preces ſuper priuatis negotiis proferri, ſed ſi quando corpus, aut ſchola, vel officium, vel curia, vel ciuitas, vel prouincia, vel quædam vniuerſitas hominum ob cauſam publicam fuerit preces manare decernimus: vt in his etiam veritatis quæſtio reſeruetur. Vide Gothofred. ad rubr. Cod. eod. titul. de diuerſ. reſcript. & pragm. ſanct.

Pragmatica ab annotatione differt hoc modo pragmatica fit de conſilij ſententia ſolenniter ſuggeſtione aliena precibuſve, leg. vltim. Cod. de prox. ſacr. ſcrin. Adnotatio ad libellum breuiter annotatur nomine principis, vt Nou. Valent. de hom. cap. ſa. in qua illud ſingulare eſt quo vtimur, ſine adnotatione principis eadem caſu vel ſui tuendi cauſa factam non purgari, quod confirmatur hoc Philonis loco 1. de vita Moyſis: ὁ πλείονα ἀπήγγειλεν οἱ κῇ δήμιοις ἢ [illegible] ἢ βιασθεὶς, [illegible] δίχα τῆς αὐτοκράτορος καὶ κυρίου συγχώρησιν. Sic vero judex alias per adnotationem, alias cognitione aliter lites diſceptat. Nou. 86. adnotationem ita definit Theodorus: [illegible]. Ex Cuiac. ad l. omne ſemen 2. in fin. C. de pet. bon. ſublat.

Pragmatica eſt illa conſtitutio, quam conſtituit Imperator habito prius tractatu cum principibus. Briſſ.

Pragmatici, erant homines quidam forenſis profeſſionis, qui cauſarum actores juris ignaros monebant interdum, juris reſponſa, actionúmque formulas ſubminiſtrantes: quaſi admonitores poſtici, dicendorúmque ſuggeſtores, cum ad juris diſceptationem ventum erat. Olim autem pragmaticis forum Romanum non vtebatur. Itaque pragmatici non ſunt, qui pragmaticas ſanctiones ſcribunt, vt Accurſ. ſentit, vide Bald. in annotat. poſter. ad leg. motis, ff. de pœn. Sp. Hoc autem à ICtis differunt pragmatici, quod ſpecies à genere: Itaque Græci pragmaticos juris interpretes appellant, vt ait Quint. libro 3. cap. 6. Vt pragmaticus, inquit, ſi juris eius quod in ordine judiciorum cautionibus & formulis verſatur, petitur: cum ICtus etiam de negotiis de quibus certum jus erat nullum, conſuleretur: veluti, vt ſcribit Quint. de verb. proprietate, aut æqui diſceptatione, aut voluntatis conjectura. Vlp. in leg. 9. §. 1. ff. de pœn. Solet autem ita vel juris ſtudioſis interdici, vel aduocatis vel tabellionibus ſiue pragmaticis. Cic. lib. de orat. 1. Itaque non vt apud Græcos, infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbent in judicis oratoribus ij qui ab illis pragmatici vocantur. Fab. libro 1. cap. 3. Neque ego ſum noſtri moris ignarus, oblitúſve eorum qui velut arculas ſedent, & tela agentibus ſubminiſtrant, neque idem Græcos quoque neſcio factitaſſe vnde nomen his pragmaticorum datum eſt. Hot.

Pragmaticarii ſunt, quorum ingeniis & manibus committuntur pragmaticæ ſanctiones, Cuiac. ad rubr. Cod. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.

Praſinus color dicitur viridis, ſeu porraceus color, Plin. lib. hiſt. natur. c. vlt. praſinum colorem pro viridi poſuit, & porraceum: Græci ſiquidem πράσον porrum dicunt, & ab iiſdem πρασία viriditas appellatur. Vnde & praſina factio. Nam quatuor apud priſcos erant factiones: factio veneta, factio praſina, factio alba, & factio roſea, à coloribus ita nuncupatæ. Caſſiod. quatuor colores harum factionum cum partibus anni quaternis aſſimilat. Praſinus qui viridis erat, vireoti veri dicatus erat, Roſeus flammeæ æſtati, venetus nubilæ hyemi, albus pruinoſo autumno. Tranquillus autor eſt, à Domitiano quatuor hiſce priſcis factionibus duas additas, alteram aurati, alteram purpurei panni: hæ pernicitate curſus inter ſe decertabant, fauoréque populari ſiue Imperatorio ex his vna præualebat, Plauti ætate, vt temur, albata. Ioh. Bapriſt. in comm. Epiſt. Sidon. Apoll. ad Heſperium, libr. 2. adde Goth. ad leg. 2. Cod. de oſ. præ. vrb.

Pratum eſt, inquit Vlp. in l. pratum 31. vbi Gœd. in com. ff. de verb. ſign. in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus eſt non cultura, non ſemine, non plantis, neque raſtris, &c. Ea eo dictum quod paratum ſit ad fructum recipiendum. A parando enim pratum dictum volunt Latin. ling. auth. Et refert Colum. libro 2. cap. 17. veteres Romanos prato nomen dediſſe, ab eo quod protinus eſſet paratum, nec magnum laborem deſideraret: Varro quoque lib. 1. de re ruſt. cap. 7. tradit, antiquos prata parata appellaſſe. Prata inquit Plin. libr. 18. relinqui debent in læto ſolo, vel irriguo, vel humido. eaque aqua pluuia rigari via public. Propterea pratum Græci λειμῶνα vocant ἀπὸ τοῦ λείου. Cæduntur autem prata, autore eodem Plinio circa Cal. Ionij. Pratum, vult Vlp. l. forma, ff. de cenſibus, dici atque æſtimari, quod intra decem annos lectum ſit. Quocirca ſi ſtatuto aut lege prohibeatur, pecora duci in prata, intelligendum etiam erit de campo quantumlibet inculto. Brech. in d. l. pratum.

Prauum & rectum contraria ſunt.

Precaria, quæ & ad ad precarium conceſſio dicitur, cuius fit mentio in ca. precariæ cauſ. 16. quæ, 2. & extra in tit. de precar. omnino differt à precario quo tractatur, ff. de preca. Precariam quidam, Accurſio teſte, interpretati ſunt emphyteuſim, alij aliter, vt non immerito ſcripſerit Cuiac. 4. obſer. inter interpretes non ſatis conſtare, quomodo hæc accipienda ſit. Sane quin ab Eccleſiaſticis ſit excogitata, mihi dubium non eſt, & excogitandi illius hæc mihi videtur fuiſſe occaſio. Prohibita erat rerum Eccleſiaſticarum alienatio: ſpecies alienationis extra controuerſiam etiam eſt emphyteoſis, vt ita res Eccleſiaſticę in emphytheuſim dari non poſſint. Ne igitur contra prohibitionem illam fieret, excogitarunt Eccleſiaſtici nouam quandam rationem, non quidem alienandi vere ſed alienandi quaſi: Eaque eſt, vt Eccleſiæ œconomus rem Eccleſiæ alicui daret, vt ea vteretur frueretur quod viueret, vel ad certum tempus, idque gratis, vel conſtituta certa mercede, ea tamen lege, vt is res ita dabatur, viciſſim aliam rem ſuam eiuſdem precij donaret Eccleſiæ, vſufructu tamen ſibi retento,

quoad vixerit ipſe, vel ad certum tempus, vt nimirum vſufructu finito ſecundum legem conuentionis plena proprietas vtriuſque rei tranſiret ad Eccleſiam. Quin in rem Eccleſiæ hoc fiat, non eſt dubium. Nam acquirit interim aliam etiam rem eiuſdem precij, licet ea non ſtatim vtatur. Hic nulla fit mentio meliorationis, ſicut fit in contractu emphyteuſeos: nec vllum transfertur dominium in accipientem, ſed tantum vſusfructus: nec ſemper præſtatur penſio annua, ſed interim precariæ ſunt gratuitæ, & precariæ plerunque quinto anno renouantur, vt docuit Cuiac. in com. de feudis lib. 1. tit. 5. Vult. in comm. Inſt. ad § adeo autem 3. n. 11. de locat.

PRECARIA ſeu precatiua verba appellantur, quæ non directa, nec imperatiua ſunt, ſed inflexa & rogatiue concepta, l. 2. & l. 4. C. de cod. l. 14. Cod. de fideic. l. 41. § cum filio, ff. de vulg. & pup. l. 24. C. de fam. erciſc. l. 10. C de collat. l vlt. C. de falſa. cau. ad l. 15. C. de teſt. l. 11 & l. 13. C. de fideic. libert. Qualia ſunt, Rogo, peto, mando, depreçor, volo, cupio, deſidero, iniungo, opto, fideicommitto, exigo, ſcio te reſtiturum, credo, vel ſpero te daturum. Paul. l. 5. ſent. tit. 1. l. 2. C. de lega, l. 118. ff. de leg. 1. l. 35. ff. de auro, argu. Nam qui ita loquitur, nihil imperiuſe facit. vel ordinat, ſed preces adhibet, & obteſtatione magis quam juſſione vtitur. Hæc verba fideicommiſſa dicuntur, l. 69. §. vlt. de leg. 2. 11. §. 1. de leg 3. Fideicommiſſa enim precatiuo modo relinquuntur, vt Vlp. Iuſtit. tit. 24. ait, i. vt Iſid. lib. 5. c. 24. tradit, non directis verbis, ſed precatiuis. Briſſ.

Sic precariam ſubſtitutionem fideicommiſſariam accipimus in leg. 16. C. de pact. & precariam voluntatem in l. 66. de legat. 2. Briſſ.

PRECARIVM eſt, ait Vlp. quod precibus petenti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui conceſſit patitur, l. 1. ff. de precario, vel ſic: Precarium conceſſio rei eſt, vel poſſeſſionis, quam precib. ita impetrauimus, vt vteremur, quandiu libuiſſet concedenti, vel creditum vtendi re, aut jure alieno, vſque dum licuerit nobis per eum qui credidit. Inter precarium autem & commodatum has reperio differentias. Precarium primum rerum immobilium ac jurium cauſſa inſtitutum videtur l. 2. & 3. ff. eod. Commodatum autem ad res mobiles proprie pertinet. Et commodatum ab initio voluntatis eſt, ſed poſtea fit neceſſitatis: at in precario ſemper manet libera voluntas repoſcendæ rei. Qui precario concedit, dare ad tempus videtur. Itaque donationis & liberalitatis genus appellatur in leg. 1. & l. quæſitum, 8 § 3. & l interdictum, 14. ff. eo. eoque cum quis de re ſibi reſtituenda cautum habet, precarium interdictum ei non competit, l. & habet, 15. §. 3. Qui vero commodat, longe ab omni donationis ſpecie abeſt, ſibique cauere de reſtituendo conſueuit. Cui precario conceſſum eſt, poſſeſſionem habet, l. 4. §. 1. d. l. & habet, § 4 eod. Commodatarius vero non poſſidet. Precario vtens, dolum tantum & latam culpam præſtat, l. quæſitum, 8. §. 3. eod. Commodatarius vero, etiam leuiſſimam. Precarium magis ad donationis & beneficij, quam ad negotij contracti cauſſam ſpectat, eoque nulla eo nomine juris ciuilis actio eſt, dict. l. interdum, Commodatum autem contractus eſt, ſuámque jure ciuili actionem habet. Ex precario, tum interdictum, tum incerti condictio præſcriptis verbis quæ bonæ fidei eſt, conceditur, leg 2. & l. duo, 19. eo, ex commodato vero ciuilis actio tantum. Commodatum vſus certi cauſſa fit cum aliquo tempore expreſſo vel tacito nec niſi eo expleto reuocatur. Precarium nec vſus certi cauſa fit, & quouis tempore reuocatur. Hæc ex tit. de precario ſummatim. Hot. & Prat. ad de Cuiac. 4. obſ. 7.

PRECARIO rogare, dare, accipere, ducere, frequenter in Pandectis legimus, l. 1. §. ex contrario, l 10. l. 21. & 36. ff. de acq. poſſ. l. 18 ff. com. præd. Precario autem habere, poſſideréve intelligitur, qui poſſeſſionem vel corporis vel juris adeptus eſt, hac ſolummodo cauſa, quod preces adhibuit, & impetrauit precibus vt ſibi poſſidere aut vti liceat, & qui finito tempore ad quod precarium rogauerat patiente domino poſſedit, leg. 2. §. vlt. cum l. ſeq. leg. 4. in fin. ff. de precar. Et apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 6. Eóque modo in interdictis, precario poſſidendi, vtendi, ducendíque verba intelligenda ſunt, l. 1. ff. vti poſſid. l. 1. de ſuperfic. l. 1. de itin. actúque priuat. l. 1. de aqu. quotid. l. 1. de riu. l. 1. de cluac. Ad quorum exceptionem alludere videtur illud Terentianum Eunucho, Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas. Briſſ.

PRECATOR, qui pro altero intercedit, vel poſtulat. Itaque improprie in Conſtit. princ. occurrit: Ab Imp. pro ſeipſo petente ponitur, l. & ſi legibus, C. ſi contr. jus vel vtil. public. vbi dicunt, mendax precator careat impetratis. Spieg.

PRECES paſſim in Conſt. Imp. pro libellis ſupplicibus ſiue poſtulatis ponit, l. 2. C. de vſufr. l. 5. C. de impub. l 9. C. de li. cauſ l. 10. & 17. C. de rei vindic. Hinc tit. de precibus imp. offer. in C. & formula illa, Si preces veritati nitantur. Prat.

PRECES fundere, ſupplicare eſt. Is contra quem preces fundit l. 5. Cod. de rer. permut. Sic & componere preces, & mentiri in precib. accipere apud D. Aug. tract. 7. in c. 1. D. Ioan. Briſſ.

PRETIA rerum non ex affectu ſed communiter ſtatui debent, l. pretia rerum 63. in pr. ff. ad leg. Falcid. Gœdd. ad leg. hæc verba 193. n. 2. de verb. ſign.

PRETIA forenſia interpretatur Gothoſr. ad l. fin. § fin. C. de admin. tut. vſitata eo in loco, in quo diſtrahuntur.

PRETII modicitas ea intelligenda eſt, quæ citra dimidiam veri valoris eſt, Corraſ. 3. Miſcel. 9. num. 9.

PRETII hæc ſunt adiuncta, æquum, juſtum, verum, ſuum. & contra iniquum, immenſum, immodicum.

PRETIOSVS dicitur, qui magni pretij eſt.

PRETIOSIOR facta res, dicitur, cuius pretium ob impenſas in eam factas, auctum eſt. Briſſ.

PRETIOSVM & vile aduerſantor.

PRETIO depravatus, l. vlt. Cod. de pœn jud. qui mal. judicau. De eo, inquit, qui pretio depravatus, aut gratia, aut perperam judicauerit. Spieg.

PRETIOSISSIMAS picturas licet habere in pariete communi. l. quidam Iberus, ff. de ſeru. vrb. præd. Sieg.

PRETIVM id appellari Varro author eſt, quod æſtimationis emptioniſque cauſa conſtituitur. Dictum quaſi peritium? quia ſtatui debet ex opinione communi eorum, qui iſtarum rerum periti ſunt, non prout cuique videtur, Gœdd. ad l hæc verba 192. nu 2. ff. de verb. ſign. & Ræuard. l. imaginar. venditio, ff. de reg. juris. Aliis videtur ab antiquo verbo procire dictum, quod petere ſignificat: licet recentiores Grammatici, quaſi præitium dici ſentiunt: Eſt autem ad tranſlationem dominij neceſſarium, vt precium vel ſit ſolutum, vel emptori creditum ad tempus: aut quod alio modo ſatisfactum fuerit venditori, §. venditæ, Inſtitut de rer. diuiſ. l. quotiens, C. de rei vend. Obſeruandum, quod qui precio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re fruitur, teſte, Caio, l. quia qui ff. de vſufruct. Spieg

PRETIVM facere dicitur, qui rei, quam venalem habet, pretium, ſtatuit, definit. Briſſ.

PRETIVM formale apud Vlp. in l. in leg. 62. §. 1. ff. ad l. Falc.

PRETIVM inflictum apud Iulianum in l. ex facto, ff. de neg. geſt. Spieg.

PRECIVM proprie eſt, quod pro re empta dicitur, vt in Lexico jam ſæpius citato definitur, [illegible], l. 1. ff. de rer. permut. §. pretium autem Inſtit. de empt. & vend. Sed tamen & precium conductionis in leg. 28. §. 1. ff. locati. Et precium pro mercede in leg. 10. in fin. ff de adquir. poſſ. l. vlt. §. vlt. ff. de l. Rhod. l. 51. § locaui, l. 58 ff. loca. poſitum inuenitur. Sic precium operæ in leg. 52. §. ſi in coeunda, ff. pro ſoc. Et manuprecium quaſi manus & artis merces; vt tradit Briſſ. li. 4. Selectar. Antiq. Precium tamen depoſitionis à mercede ſeperat Vlp. in leg. 2. & generaliter, ff. vi bon. rapt. Vbi precium pro præmio accipi poteſt, quemadmodum & in l. 5. §. vlt. ff. de iniur. accipitur. Et apud Liuium libro 32. his verbis: haud ſatis dignum tanti laboris periculique precium erat. Et apud Vopiſc. in Aurel. Debet enim quid præter dignitatem precium eſſe meritorum. Briſſ.

PRETIVM ad emptionis ſubſtantiam pertinet, §. precium, Inſtit. de empt. ſi igitur pretij mentio facta ſit, tunc ſemper emptio præſumitur l. fin. C. de præd. curial. Accurſ. in l. apud Celſum, §. ſi enim legitima, ff. de exc. do. in l. cum dotem, C. de jur. dot. Corraſ. 2. Miſc. 9. num. 5.

PRECIVM à re diſcernitur quod illud ſit in numerata pecunia. Res autem in alia ſpecie: eademque facilitatem emptor à venditore diſtinguitur, quod hic rem præſtet, ille precium. At iſta diſtinctio in permutationibus adhiberi non poteſt, quod in eis aut rem vterque tradat, aut vterque precium. Precium item cum dico, intellige pecuniam, quæ quod æſtimandarum rerum cauſa inuenta tantum ſit, & inſtituta precij nomine quoque appellatur. Proprie tamen precium eſt cum æqua facta æſtimatione, pecunia pro rebus ſoluitur, neque vero precium eſſe poteſt, niſi quod ſit alicuius rei precium: &c. Con. l. 7. c. 5. n. 2. & Goth. ad leg. qui vas, 48. §. cum fur. 7. ff de furt.

PRECIVM ſuccedit in locum rei. Vide Gœdd. ad leg. 14. nu. 17. 18. & ſeqq. de verb. ſign.

PRECIVM minus videtur eſſe, ſi nec dimidia pars veri precij ſoluta ſit. Iuſtum precium: quod ſaltem dimidium eſt ad veram æſtimationem rei. Diſtinguit enim Diocl. juſtum precium à vero. Iuſtum appellatur, quod mediam veri precij partem æquat. Verum autem eſt quanti res valet communi hominum æſtimatione. Non enim vendentis cupiditas aut affectio attenditur, &c. Connan. lib. 7. lib. 7. c 9. num. 10.

PRIDEM, de longiori tempore dicitur. Vnde pridem maretiæ conditione accipiendum, l. 1. C. de munic. & orig. l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact. l. 1. C. de ædil. act. c. niſi cum pridem de renunt. Prat.

PRIDIE ſemper accuſatio jungitur. Pridie Calendas l. 1. de manumiſſionibus.

PRIDIE, id eſt, priori, ſiue præcedenti die, l. 1. §. priorem. de acquir. quot. l. pridie, de ferijs. Alb.

PRIMA fronte, prima facie, primo aditu, pro primo l. 1. C. de poſtul. l. 50. ff. de probat, l. vnica, Cod. de Cad. toll. l. aliena, §. fin. ff. de fideic. libert.

PRIMAS propriè Patriarcha c.1.& 2.99. diſtinct. quandoque eo nomine ſignificatur Archiepiſcop. c.ſane, de for. comp. Nam quantum ad effectum, nulla eſt differentia inter primatem & Archiepiſcopum c.dun, de offic. ord. Qui ſint primates in l.1. & in rub. de Alex. prim. l.11. docet ibi Bart.& vide ibi Pitthum Anglebermæum. Prat.

PRIMÆ tabulæ paternæ accipiendæ ſunt, in quibus pater ſibi hæredem inſtituit: idque ratione ſecundarum tabularum in quibus impuberibus liberis heredes ſubſtituuntur, l. 41. § cohæres, ff. de vulg. & pup. l.1.§. ſi in primis, ff. de ſtatu lib. vide Briſſ.3.lib.antiquit.

PRIMATES dicti ſunt, qui & Summates ſiue optimates, i. primi in ciuitate. Vide Bart. in l.1. de Alex. primat. lib.11.

PRIMATVS, ipſa autoritas primatum.

PRIMICERIVM [illegible] in Nou.8. variorum eſt ordinum, vt primicerius notariorum, vt in l.1. C. de primicerio & ſecundicerio, quem Socr. lib.7.c.23. [illegible] appellat. Et hic quidem primicerius vt Alciatus in rubr. Cod. de primicerijs lib.12. tradit, notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus, ſicut ſecundus ſecundicerius. [illegible]: enim ceram ſignificat, [illegible] tabulam ceream in qua antiqui ſcribebant. Ab hujuſmodi igitur tabulis dicti ſunt primicerij ſecundum aliquos Verum aliis videtur à cereo fieri, vt quoque auctor eſt Hieron. in Chronicis & Caſſiodorus in epiſtolis, quoniam & Græce dicatur [illegible]. A quorum ſententia non videtur diſſentire Conn. lib. 4.cap. 14 ou. 6. ſcribens primicerij munus hoc fuiſſe, vt literis principis, quibus ad donum aliquod, aut honorem, magiſtratumque concedebat, cereum illius ſigillum apponeret, vt hodie ſolet Cancellarius in Franc. Verum, vt diximus, primicerius non ſolum notariorum dicitur, ſed etiam aliarum dignitatum, quomodo accipitur in jure Canonico c. per lectis, §. ad primicerium 25. diſtinct & primicerius fabricæ, l.2. Cod. de fabric. primicerius domeſticorum, protectorum, equitum, l.2 & fin. C. de domeſt. & protecto. Pra. & Briſſ.

PRIMICERIVS menſorum l.vnic. de menſoribus, lib. 12. & Primicerius in officio præfectorum prætorio apud Vegetium lib. 2.cap.21.Et.

PRIMICERIVS adjutor l. fin. C. de offi. præfecti vrbi. Primicerius exceptorum, ſingulariorum, Auguſtalium, ſeriniorum, deputatorum, ſacri cubiculi, leg. vnica, C. qui a præbit. tit. Cod. Theod. apud Caſſiod. lib. 11. var.& in notitia. Sic primicerius legionum apud Gul. Tirenſem. Pontif. lib.2. de bel. ſac. cap. 10. Sic & primicerius defenſorum. Primicerius Scholæ cantorum & Cardinalis primicerius apud Luitprandum lib. 6. de rebus per Europ. geſtis. Hac eadem forma Auguſtinus D. Stephanum Primicerium martyrum vocat in Sermone 21. & Baldricus Dolenſium Archiepiſcopus in hiſtoria Hieruſalem D. Petrum Primicerium Apoſtolorum. Primicerium qui ſequebatur, eadem figura ſecundicerius dicebatur: & qui poſt hunc erat Tertiocerius, rubr. de primicer. & ſecundicer, libro 12. C. & in l.1. C. de præpoſ. agen. in reb. & in Notitia aliquoties. Pra.

PRIMICERIVS in c.vnic. de offic. primicer. in antiq. ſubeſt Archidiacono, & dicitur Cantor, vel ſuccentor in quibuſdam eccleſiis, Prat. Ammianus etiam refert inter tribunos fuiſſe, qui dicerentur primicerij Vexati ſunt (inquit) multi & nocentes, & innocentes, inter quos Valentius ex primicerio protectorum tribunus, Hieron. in chron. Euſebij. Iouinianus ex primicerio domeſticorum imp. eſt factus. Primochirium hunc Scotus appellat ad Theodot. quaſi primum à manibus. Adde Cujac. de primicerio, & ſecundicerio lib.12. C.

PRIMIPILVS quis ſit, ejuſque centurio magna controuerſia eſt, major vero fere cur tot priuilegiis primipilaris cauſa donata ſit. Antonius Auguſtinus libro ſingulari ad Modeſtinum non dubitat quin primipilarius dicatur, qui centurio primipili fuiſſet. Hunc quidem principio primum centurionem appellatum, Liuius l.7. ſcribit: idem libro 8. Primipilum appellat & centurionem, & tertiam peditum partem. Namque pedites in haſtatos, principes (à quibus principia dicta ſunt) leg.1. Cod. ne veter. lib.12. leg. vlt. §. ſi qua & ſeq. Cod. de ero. mil. anno. 8. lib. & triarios diuidit. Hus poſtremos tribus vexillis conſtare ait. Nam ſub ſignis, inquit, quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vnuſquiſque tres partes habebat: earum vnamquamque primum pilum vocabant, tribus ex vexillis conſtabat, vexillum 184. homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis, ſecundum rorarios, tertium accenſos. Hæc Liuius, Veget. vero lib.2.c.8. de re militari ait: vetus conſuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili, qui non ſolum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc eſt 400 milites in prima acie gubernabat: hinc tanquam caput totius legionis merita conſequebatur, & commoda, & alio loco capit. 21. Primipili centurio, poſtquam in orbem omnes cohortes per diuerſas adminiſtrauerit ſcholas, in prima cohorte ad hanc peruenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda conſequitur, ſicut primicerius in officio præfectur. Prætorio ad honeſtum, quæſtuoſumque militiæ peruenit gradum. Nec diſſentit admodum ab his Halicarnaſſeus lib. 9 his verbis explicans qui primipilus diceretur. [illegible], in hoc a Vegetio diſcrepant quod hic primipilum quatuor centurias, hoc eſt, quadringentos milites gubernaſſe tradit: ipſe autem centum & ſexaginta Similiter & Suidas, primipilarius, inquit, majorem dignitatem inter milites habens, à Romanis appellatur: ex quorum verbis maxime Vegetij, Antonius Auguſt. prææallegato loco colligit, primipilum in prima cohorte fuiſſe vnius legionis, in qua idem ait: aquilam eſſe, & principum imagines. Nemo autem ignorat, in decem cohortes, legionem diuidi: licet in numero militum & legionis & cohortium variatum ſit: à veteribus illud quoque conſtitutum legimus, vt ex donatiuo, quod milites conſequebantur, dimidia pars apud ſigna ſequeſtraretur, ipſiſque ſeruaretur militibus, quo interim annona publica ſuſtentari eorum fieret locupletius caſtrenſe peculium, ſcienteſque fortunarum ſuarum partem, apud ſigna depoſitam, deſerendi non facile cogitarent Hujus æris militaris cura, ad primipilarem pertinebat: ſimulatque pecuniæ publicæ, & ſtipendiorum militum: vt ea pro cujuſque merito, primipilaris, (quem cum veteranus miles ad id munus ſemper eligeretur, veriſimile fuit ſingulorum militum virtutem perſpicue noviſſe) diſtribueret. Horum omnium rationem reddere eum Cæſari oportebat: ex qua ſi debitor reipublicæ ſupererat, voluit lex publicis fauens neceſſitatibus leg.1. Cod. de condict. ex l. ob recepta militum ſtipendia. & æs militare (quod omne, apud ſe primipilarem habuiſſe, ambigendum non eſt) obnoxia eſſe. tam dotalia vxoris bona, quam filiorum facultates, tametſi patris hæredes non extitiſſent. Cum tamen alioqui, nec filius pro patre nec vxor pro marito conueniatur At hoc caſu ideo quoniam fraudatio hæc primipilaris, ad totius reipublicæ euerſionem, quodammodo ſpectare videbatur priuatis ſuis ſtipendiis, militibus, quorum opera reſpublica defenditur, permanet, & conſeruatur. Huic quoque primipilari, Alciat. Græcum juriſconſultum ſecutus exiſtimat annonam commiſſam, vt eam inter milites per capita diuideret. Nam vt definit Theodo. Hermopol. [illegible]: primipilon eſt annona quæ datur primipili centurionibus vt inter milites diſtribuatur cui opinioni accedit leg.1. de primipilis & l. ſpecialina, Co. de cohortal. lib.12. teſte Alc. in rubr. Cod. de primipil. lib.12. vt refert Spieg. Eamque ſequitur Hugo Donellus de pig. primipilum definiens, qui militari annonæ curandæ præpoſitus eſt, cujus cura & adminiſtratio omnib. rebus potior, & antiquior eſſe debet. Iacobus Cujac. l. ſolita, C. de cohortalib. principibus libr. 12. quem ibi vide omnino. Verum id Ioh. Corr. libr. 5. Miſc. cap. 4. ſibi perſuadere non poteſt. Nam alioqui abſurde minus dicendum, eundem fuiſſe primipilarem, cum præfecto legionis, ad quem armorum, equorum, veſtium, annonæque militaris curam olim pertinuiſſe, Vegetius, & alij, qui de re militari ſcripſerunt, teſtantur. De ejus officio, & dignitate alia multa non inconcinnè differentes. Hæc accurate obſeruanda ſunt: cum non vno in loco in jure noſtro primipili, primipilariúmque mentio fiat, leg. fin. §. ab hujuſmodi, ff. de mun. & honori, neutriúſque veram interpretationem ſint aſſecuti Accurſiani, qui plaráque deliramenta comminiſcuntur, digna certe quæ in familia Plutonia perpetuo ſepulta jaceant. Corr. & aliis dictis locis.

PRIMIPILATVS ſingularia ergo ſunt: quod cauſæ primipili dos non præfertur in hypothecis: & debitor ex cauſa primipili vel fidajuſſor aut nominator ejus ſoluendo non ſit, dos vxoris vindicatur l. ſatis ſup. in quib. cauſ. pig. tac. contrah. Ad hæc fiſco tenentur filij primipili, etiamſi hæredes non extiterint, l. ſi tutores ſupra de compenſat. Cujac. l. vtilitas publica, C. de primipilo, lib.12.

PRIMIPILATVS commoda ſunt ſalaria, quæ ei dantur, ſiue vt Græci vertunt [illegible]. l. pater, ff. de adimendis legatis. Sed non debentur antequam impleta ſit functio primipili debita in hæredem tranſmittuntur, leg.1. & ibi Cujac. C. de primip.

PRIMIPILARIS qui primipili honorem geſſit, l.36. § ff. de leg. l.3. l.33. §. quædam, ff. de aur. arg. l.10. §. vltim. ff. de excuſ. tut. l. vlt. §. patrimoniorum ff. de muneríb. & honorib. l.27. Cod. de epiſc. & cleric. Et Primipilarius in l. vlt. C. de filiis official. lib. 2. & leg. 5 de cohortalib. li.12. C. Suid. [illegible]. Prat. ex Briſſ.

PRIMISCRINIVS in l. vlt. C. de muner. li.12. l. vlt. C de apparitoribus, præf. prætor. eod. l.3. C. de diuerſ. offic. lib.12. & apud Symmac. li.1. Epi.33. & in notitia Imperij Rom. perſæpe. Briſſ. Dicuntur autem primiſcrinij etiam primicerij, & ij dant apparitores, l.1. C. de ſportulis, & ob id puniuntur l.3. C. de diuerſ. off. lib.2. Cujac. ad l. vlt. de apparit. præf. præt. C. de lib.12.

PRIMITIÆ, Primitiæ dicuntur propriè primi fructus ex agro ſuſcepti, qui Deo offeruntur. Hæ non erant ſpeciali nomine diffinitę, ſed offerentium arbitrio derelictæ, prout traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, ſed arbitrio magiſtrorum inolitam, quod qui plurimum, 40. partem dabant ſacerdotibus qui minimum, 60 & ſic inter 40. & 60. licebat quodcunque vellent offerre, ſcilicet non licentia diſpenſationis, ſed juris communis Quod autem in Pentateucho dubium derelictum eſt, hoc ſpecialiter diffinitur propter ſacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitiis offerendis. Quę quidem, vtrum tales ſint in præcepto, ſicut decimę, tractatur per gl. fi. & doct. cap. 1. de decim. primit. & oblig. l. 3. Decret. vbi dicta glo. Primitiæ (inquit) tanquam debitæ exiguntur, ſicut & decimæ, art. 16. quæ. 1. Reuertimini, 32. diſt. præter hoc. Sed nunquid primogenitum animalium ſit pro primitiis, nonquid ve in pecudibus datur primogenitum? Hugo dicit de ducentis vnum dandum eſſe loco primitiarum. At quod dicitur de 40. & 60. habet locum in aridis & liquidis vt no. 13. quæ. 1. §. 1 in pr. Goff. & Ray. & Inn. dixerunt in hoc ſtandum eſſe conſuetudini, ſi non eſt conſuetudo, in optinne dantis, ſecundum Inn. & Goff. dicit, quod ſeruabitur conſuetudo vicinorum de conſuetudine cum olim, & ex multis eligetur mediocritas tu. qu 2. hoc jus, vel quod eſt minimum, de regul. jur. in obſcuris, libr. 6. Hoc vltimum recidit in dictum Innoc. Ioan. Andr.

PRIMITIÆ in conſiliis appellantur ἀπαρχαὶ τῶν ἱερῶν καρπῶν à divo Paulo ἀναθήματα Interpretes Baſilicôn, ἀναθήματα, aiunt, λέγονται καὶ ἀπαρχαὶ τὰ θεῷ ... Prat. ex Cujac. ad l. 42. ff. de verb. oblig.

PRIMOCHIRIUS, Lege, primicerius.

PRIMOGENITURA eſt jus primis ætatis honorificum & vtile, competens filio qui primus eſt ordine naſcendi c. qui prior, de reg. jur. 6. vide ſupra jus primogenituræ.

PRIMOGENITURA, jus, qualitas, ſeu prærogatiua primogeniti de qua Albric. ſingulariter tractat in l penult. C. de donat. inter vir. & vxor. & in § diſcipuli, in procem. Pandect. Prat.

PRIMOGENITUM vocat ſacra ſcriptura, non quem fratres ſequuntur, ſed qui primo natus fuit, c. Ioſeph. de verb ſign.

PRIMOGENITUS regis, poſt regnum ſuſceptum natus ſuccedet patri, in regno, non primogenitus ante illud: vt Baro à Tautenberg venuſtè declarat tit. 14. circa finem li. 1. feud. Spieg.

PRIMORES, pro optimatibus Modeſt. ad fi. l. legatum, ff. de vſu & vſufruct. Spieg.

PRIMO gradu ſcriptos accipere debemus omnes, qui primo loco ſcripti ſunt leg. 1. §. deſtitut, ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. quos principali loco inſtitutos vocant Impp. in l. 13. Cod. de fideicomm. Quibus qui ſubſtituuntur, hi ſecundi hæredes, id eſt, ſecundo gradu ſcripti vocantur.

PRIMORDIUM quaſi primordium gerendorum honorum l. 1. §. vlt. ff. de offic. quæſt.

PRIMUS curiæ dicebatur in curiis ciuitatum, qui cæteris omnibus perfunctus officiis, primum in curia ſua locum obtinebat, qua de cauſa comitiuæ tertij ordinis obtinebat dignitatem, l. quicunque 127. C. de decur. at biennio exacto comitiua primi ordinis dignitate ornatus, primatu illo abibat, Prat.

PRIMUS hæres dicitur, qui primo gradu ſcriptus eſt, leg. 23. ff. quę in fraud. credit. l. 14. ff. de lib & poſt. l. 104. §. penul. leg. 113. §. 1. ff. de legat. 1. leg. vltim. in fin. ff. de fideicomm. liber. Quin. Declamatio 388. Nam neque diu de primo hærede cogitandum fuit habendi filium, neque de ſecundo habenti priorem. Prat. & Briſſ.

PRIMUS ordinis aduocatorum dicitur in l. jubemus, pro tempore in l per hanc C. de aduocat. diuerſ. judicior. id eſt, prior in ſede, vt loquitur lex binos ff eod. tit.

PRINCEPS à Deo ipſo conſtitutus eſt. Nam hiſtoriæ veritas ſic ſe habet: cum Cn. Pompejus, & Julius Cæſar bellis feliciter geſtis, magnum haberent exercitum, ac de occupanda tunc republica meditarentur: ciuile inter eos bellum dominandi cupiditate cœpit. Tandem Pompejus repudians omnes à Cæſare oblatas pacis conditiones: in Græcia victus, & fugiens in Ægypto occiſus eſt. Cæſar autem Romanum rediens, rerum omnium potitus, noluit Auguſtus aut princeps ſalutari: ſed dictatorem ſe fecit, vt in initiis adhuc ſanguinolentis, mitigaret regnandi ſuſpicionem. Tandem à Caſſio & Bruto, in Curia Pompeij, 23. vulneribus eſt confoſſus idibus Martiis, ab vrbe condita D C C X. ab ejectis regibus 466. Poſt mortem Julij Cæſaris reſpublica Romana, per 12. annos ſub triumuiris miſerum in modum conquaſſata eſt: donec ſolus rerum potiretur G. Cæſar Octauianus, poſtea Auguſtus & pater patrię à Senatu ſalutatus. Is Romanam ditionem tranquillitati reſtituit, vt aureum ſecula dicerentur. & merito. Nam poſt conſulatum ejus duodecimum, natus eſt Dei filius Ieſus Chriſtus ſalutis noſtræ princeps & autor, de virgine Maria, C. Lentulo Getulico, & M. Meſſalino Coſſ. Anno ab vrbe D C C L I. à regibus D V I I. Deinde, cum ſtatus Romanę reipublicæ ad Monarchiam eſſet perductus: euenit, vt electio Cæſaris aliàs ex authoritate Senatus, ſicut jure debuit, procederet: alias ab exercitu, vel inuito Senatu, Imperator ſalutabatur, & aliquando magna clade. Ideoque tandem agente exercitu in Gręcia, Imperatore ſine conſenſu ſenatus acclamato, cœpit imperij ſedes Conſtantinopolim transferri multum infeliciter, tempore Conſtantini Magni. Romana interim vrbe, atque totum propemodum Italia, propter abſentiam principis, incurſu Barbarorum deuaſtata. Nouiſſime tempore Leonis I V. Pontificis, imperium Conſtantinopolitanum ad Germanos tranſlatum eſt, ac Carolus Magnus tum Auguſtus deſignabatur. Ne autem de electione in poſterum naſceretur diſcordia vice ſenatus Romani ſeptemuiri, hoc eſt ſeptem electores perpetui ſunt conſtituti: videlicet, Rex Bohemorum, Archiepiſcopi tres: Moguntinenſis, Treuerenſis, & Colonienſis. Principes item tres: Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgenſis. Quo ſtatu (Deo ita volente nos hodie vtimur. Old. Prat.

PRINCEPS dicitur, penes quem in Republ. ſumma rerum poteſtas eſt: qui & alias Imperator dicitur: Theophilus in Inſtit: eum eſſe dicit, qui imperandi poteſtatem à populo accepit, vide Bodinum 1. de Republ. 8. Vult. ad §. ſed & quod Principi, 7. no. 1. Inſt de jur. natural.

PRINCEPS, eſt lex animata in terris. Auth. de conſul. ſub fin. & Auth. Quibus modis nat. effic. legit. ſolutuſque legib. traditur, hoc eſt, nulla juris poſitiui ſolennitate arctatur. Verum illis quæ ex jure diuino & naturali placuerunt, ligatus. Bald. l fin. Cod. de leg: Magiſtratus vero municipales, ſuis legibus quæ vulgo Statuta vocantur, ligari recte cenſuit Bart. quod & ipſi de populo ſint, & tantum electione temporaria eliguntur decuriones. Salomonius pulchre tractat principis cum prærogatiuam, tum poteſtatem, in comm. ipſos ſcripſit in tract. de leg.

PRINCEPS. Græci principem ἄρχοντα ἀπὸ τοῦ ἄρχειν, vel ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, i. περὶ ... Sic Latini principem à principio, quod primus omnium dominetur, quodque præſit dixerunt. Cęterum principes in caſtris dicebantur, qui in principiis collocati militabant. Erant enim principia loca in caſtris, in quibus qui collocati erant, principes dicebantur. Hi quidē ..., viribúſque & ætate fortiores erant, qui haſtatos in acie ſequebantur in xv. manipulos diſtincti: quique non continenter juncti erant, ſed modicis ſpatiis diſcreti, ac veluti in ſubſidiis poſiti, vt ſi prælio commiſſo, haſtati pedem aliquando referrent, ad ipſos principes velut grauiores militiæ viros tuto confugerent. Inde caſtrorum principalis porta dicebatur, vbi principes ordines diſponunt, auctore Feſt. Liuius l b. 4. decad. prim. Martianus in l. officium, § officium ad fin. ff. de re milit. Brechæus in l. principes, ff. de verb. & rer. ſign.

PRINCEPS, id eſt Imperator, ff. de conſt. t. princip. per tot.

PRINCEPS lege conuentionis & contractus obligatus, Bald. in leg. 1. ff. de conſt. princ. quia nihil magis naturale fideique humanæ congruum eſt, quam pacta ſeruare, l. 1. ff. de pact. & nihil eſt quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe, l inter claras, Cod. de ſumm. trinit. Corraſ. 2. Miſcell. cap. 25 num. 5.

PRINCEPS delicti, id eſt inuentor, auctor, excogitator. Paulus l. 10. ff. de ſer. cor. Iuſtius eſt enim teneri qui princeps fuit delicti, quam cum quæri ad quem res perlatæ ſunt. Loquitur de eo qui ſeruum corruperat, quum ad alium res eſſent perlatæ. Hot. Prat.

PRINCEPS eſt ſolutus legibus, & interim digna eſt vox fateri ſe alligatum legibus, vt eleganter probant l Princeps ff. de legibus & l digna vox, C. eod tit. Nam oportet eſſe capita terrenæ poteſtatis, quæ ſint reliquorum hominum cenſuris exempta. Principi igitur, (inquit Plutarch.) Princeps quis erit? Nempe Lex, quæ omnium regina eſt mortalium, & immortalium, vt inquit Pindarus. Vide Accurſ. & Coraſ. in l. princeps 31. ff. de leg. eundem Coſt. 2. Miſcell. vlt. num. 6. & omnino Vult. ad §. ſed & quod Principi, 7. n. 5. & 6. Inſt. de jur. natu. Old. Prat.

PRINCEPS juſtus, ex diuina etiam lege qui ex populi conſenſu regnat: qui illis inuitis dominatur, Tyrannus autor Alciat. de verb. ſign. Spieg.

PRINCEPS nullo alio à populo diſtat, quam quod populus ſuis legibus tenetur, princeps legibus ſolutus eſt. Cæterum vt ſuis ita & principis legibus populus tenetur. Principem igitur populus cum vice ſua conſtituit, & ſe principis legibus obligauit. Cujac. not. ad l. 2. tit. 2. de jure nat. gent. ciuil. prope finem.

PRINCIPALE opponitur acceſſioni. Cum quærimus quid cui cedat, illud ſpectamus, quid cujus rei ornandæ cauſſa adhibetur, vt acceſſio cedat principali, l. 19. § peruenianius, ff. de auro argen.

PRINCIPALES conſtitutiones appellantur, quæcunq; princeps conſtituit, vt pro lege ſeruentur leg. 2. §. ita in ciuit. ff. de orig. jur. l. 33. ff. ſi cert. pet. Briſſ.

PRINCIPALIS, in l. meminimus 2. C. quando & quibus quarta pars deb. ſumitur pro curiali quolibet, & ſic quaſi generali vocabulo

Digitized by Google

vocabula D. Auguſtinus Areopagitas principales Athenienſium vocat Cujac. in d. l. 2.

PRINCIPALIS prouidentia in leg. 22. de adoptio. Conſtitutionem diui Pij ſignificat, quæ quartam impuberi adrogato relinqui præcipit, l. 8 §. ſi quis impubes, ff. de inoff. teſt. leg. 1. §. ſi impuberi, ff. de coll. bon. Briſſ.

Sic & principale decretum in leg. ff de offic. adſeſſ. Et principalis ſententia leg. 1. ff. de offic. præf. prætor. Principale auxilium, l. 13. §. pen. ff ad Treb. principales libri, l. 1. ff. de off quæſtor. principalis actio directam ſignificat in leg. 87. § 1. ff. commoda. principalis obligatio ad differentiam fidejuſſoriæ quæ acceſſoria eſt, l. 3. ff. de ſeparatio. Quemadmodum principalis reus is appellatur, pro quo fideiuſſor interceſſit, l. 66. ff. de fidejuſſoribus, leg. 49. ff. de minoribus leg. 45 §. ſi principalis, ff. de jure fiſc. & alias ſæpe. Principale teſtamentum paternum dicitur, quod tabulas pupillares habet: quæ ſecundæ ſunt & minus principales tabulę. l. 2. ff. de vulg & pup. l. 16. § qui principale, ff. de bis, quæ vt indig. Quomodo & principales tabulæ accipiendæ ſunt in l. 2. §. 1. & l. pen. ff. de teſt quemad. aper. Briſſ.

PRINCIPALES ſunt decurionum primi, à quib. diſtributionum omnium ſumma procedit, vt eſt in C. Th. tit. de iis quæ adim. vel offic. pub. ger. non tamen extraordinarium ex leg. 4. C. Th. de extr. mun. Hos intellexit Tertullianus de corona militis, dum ait: coronatur & vulgus ouoe ex principalium proprietatum exultatione. Hi vel 10. erant, vel 5. vel 20. pro curiarum amplitudine & numero. Inde decem primi curiales l. 2. C. Th. de quęſt. l. 44. conjuncta l. 42. C. Th. de iis qui ſuper rel. coot. l. 9. C. Th. de Epiſc. & cler. Vt autem in ſchula domeſticorum vel notariorum eſt primicerius caput ſcholę, quem ſequuntur decem primi: Ita in curia eſt ſummo loco primus curię, l. Alexandrinis, Cod. de decurionibus lib. 10. l. 127. C. Th. eo. tit. vt in Senatu princeps Senatus, qui primus ſententiam rogatur & inde ab eo ſunt quinque aut decem aut viginti primi. Primo curię ſimilis eſt, qui à Gregorio maior populi appellatur, Germanis *Meier*, Gallis *Mere*, qui & vimere dicunt pro vi majore, & mermanſter pro majori monaſterio. principalibus qui Scabini antiqua ſatis appellatione, vel conſules, vel jurati, vel capitolini, vel pares. Reliquis, qui pręter eos conſilij publici cauſa euocari ſoleat in curiam, Cujac. ad l. omnes judices, C. de decurio. lib. 10.

PRINCIPALES ciuitatum & curiarum, leg. 27. §. pen. & vlt. ff. de pœn. l. 41. C. de liber. cauſ. l. 2. §. ad filiorum, C. quando & quib. l. vn. in fin. C. de lucrat. deſcript. libr. 10 l. 5. C. de cohortalib. lib. 12. l. 33. & l. 40. & l. 42. ff. de decurionibus lib. 10. l. 4 de extraord. muneribus in C. Th. Firmicus lib. 5. Matheſ. c. 2 Curatores vel principales ciuitatum publicis rationibus prępoſitos; Iſidor. li. 9. Etym. cap. 4. principales & Magiſtratus & duum viralis Curialium officium ordines ſunt. Principales dicti quod pręſint magiſtratibus. Ita Antiochenſium ciuitatis principales in l. 2. de excuſ. mun. libr. 10. Cod. & Alexandr. principales in l. 56. de decurionibus libr. 10. C. Et vir principalis apud Apul. libr. 8. de Aſino aur. Saluia. Maſſilienſis lib. 5. de vero Dei judicio. Quis ergo, vt dixi, locus eſt, vbi principalibus ciuitatum, viduarum & pupillorum viſcera deuorentur? principales etiam in exercitu & legionibus quidam vocabantur in leg 12. §. irreuerens, ff de re milit. l pen. §. ſuper his, eo. tit. libro 12. C. & apud Veger. lib. 2. cap. 15. & c. 19. Briſſ. & Gotbo. ad l. jubemus 41. C. de liberal. cauſ.

PRINCIPALES viri pro primis & pręcipuis apud Pomp. l. 2. de orig. jur. Dicitur & principale, quod principis eſt, vt eod. te. ſtc, ibid. §. Nouiſſime.

PRINCIPALI, vel pontificiali authoritate compelli, apud Papin. in ſi l. hereditas, de per. hered. Spieg.

PRINCIPALIA reſcripta l. 3. §. multa, ff. de jure fiſc.

PRINCIPALITER, modo pro eo vt principem decet. modo pręcipue ſignificat, de quo Bartol. in l. ambitioſę, ff. de decret. ab ordin. fac. Spieg.

PRINCIPALITER, valet directò, in §. vltim. Inſt. quod cum eo. Vnde principaliter & per ſucceſſionem opponuntur in l. vlt. ff. de leg. & l. 194 ff. de diuerſ. reg. Briſſ. Prat.

PRINCIPATVS honor, cujus fit mentio in l. quicunque 7. C. de princip. agent. in rebus defertur finita militia pro emerito, Cujac. in d. l. 7.

PRINCIPAM ciuitatis, interpretatur Modeſt. Magiſtratum, in l. ſpadonem, §. ſi ciuitatis princeps, de excuſ. tut. Spieg.

PRINCIPES & Magiſtratus diligenter inquirere decet, quid de bonis ſtudijs ſtatuatur vbique in vrbe Romana: quam fidem quiſque in ſua functione adhibeat: vt pro meritis accipiat præmium. Sic egregia, nec vnquam ſatis laudanda fuit illa inquiſitio. Friderici primi, qua habita duplex priuilegium bonarum literarum ſtudioſis conceſſit. Conſtit. Habit. C. ne fil. pro patr. Nulla profecto major gloria ſequitur perpetuo principem, quam quod ea ſtudia curauit, quibus humana ſocietas juuatur maxime, Old. Prat.

PRINCIPES noſtri inter ſubditos, & Magiſtratus municipales inter ciues ſuos eadem fungantur poteſtate, qua Romanus princeps circa priuata generaliter præpollet. Quoniam poteſtatem ſuam ab Imperatore habent, mediate vel immediate. Vnde vox iſta, qua ſæpe vti ſolent, ego tibi ſum Imperator in meo territorio: non ita multum eſt abſurda, ſi modo recte intelligatur Old. Prat.

PRINCIPES peccare, inquit Cicero, non tantum mali eſt, quanquam eſt magnum hoc per ſeipſum malum: quantum illud, quod permulti etiam imitatores principum exiſtunt. Nam licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuiſſe. Quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo ſecuturam. Et rurſus: Quomodo perniciosius, ait, de republica merentur vitioſi principes: quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem: neque ſolum obſunt quod illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt, pluſquam exemplo, quam peccato nocent, Old. Prat.

PRINCIPES, præcipue apud Hiſpanos, appellantur regum primogeniti, regnum mortuo patre adepturi. Spieg.

PRINCIPIA in caſtris dicebantur, quibus principes caſtra metabantur (hoc eſt, vbi in acie milites principes ſtabant. Mart. de re mil. l. officium, inquit, tribunorum eſt, principijs frequenter intereſſe, ſic in l. 1. C. de veteran. Prat.

PRINCIPIVM, initium alicujus rei. Cajus: & certe, inquit, cujuſque rei potiſſima pars principium eſt, l. 1. de orig. jur. Refertur ad numerum, tempus & fundamentum. Vide Bart. in leg. 2. ff. de furt. Spieg. Sunt autem principia communia diuerſis ſcientijs aut accommodabilia principia. propria vero quæ vni diſciplinæ aut ejus partium vni ſunt accommodabilia. Droſęus in methodo juris.

PRINCIPVM beneficia hęc ſunt, donare poſſeſſiones dempto canone: releuare poſſeſſiones tributis: transferre poſſeſſiones in aliud jus, aliamve functionem, veluti ex patrimoniali jure in priuatam, vel ex vna præſtatione in aliam: adęrare, id eſt, æſtimare & taxare pecunia, quod in annonia inferebatur, vide Cujac. ad l. 1. in princ. C. de collat. donator.

PRIOR eſt quem aliquis ſequitur. In memoriam prioris dignitatis, l. vlt. ff. de decurionibus, id eſt, decurionatus quam prius geſſerat. Briſſ.

PRIOR cauſa, id eſt, potior. l. 15 ff. qui potior in pign.

PRIOR ſententia, pro potiore, l. Claudius, ff. qui pot. in pign. hab. cum ſimil.

PRIORES creditores. Vide Cod. de his qui in prior. cred. loc. ſucc. per tot. & ff. prior, ff. illo tit. cum ſimil.

PRIVATVM ſtabulum in Africam & Syriam cum aliquo Imperio profectum ex eo conijcio, quod Iulianum eum in Africa & Syria ſeruos ſuos manumiſiſſe, cum conſilium præberet, refert in l. 5. ff. de manumiſſ. vindic. Briſſ.

PRIVATA crimina quæ ſint, vide, ff de priuat. delict. per tot.

PRIVATA judicia, modo ciuilia, modo pecuniaria accipimus, C. de jud. l. & in priuatis, & l. de fide, C. de falſis.

PRIVATÆ dicuntur res, quę ſunt ſingulorum. l. 1. ff de rer. diuiſ. à verbo antiquo priuus, quod ſingulos ſignificat; quo & Cato in lib. de re ruſt. vtitur. Et etiam res quæ non ſunt populi vt populi, ſed vt cujuſvis hominis priuatæ ſunt. Conna. lib. 7. c. 6. n. 12. Idem lib 3. c. 2. num. 8. Res priuatę ſunt ſingulorum, & patrimonij partem faciunt. Nam ſuperiores ſeu diuinæ ſeu humanæque publicæ ſunt aut communes, in nullius bonis eſſe dicuntur. Vnde priuatum jus id eſſe definitur, quod ad ſingulorum vtilitatem pertinet, leg 1. §. vlt ff. de juſt. & jur. Et priuata judicia à Latinis dicuntur, quæ ad rem familiarem cujuſque pertinentia per arbitros, judiceſque datos expediuntur: quibus modo ciuilia, modo pecuniaria accipimus, l. & in priuatis, C. de jud. leg. de fide, C. de falſ. Cicero 1. de orato. Nam volitare in foro, hęrere in prętorum tribunalibus, judicia priuata magnarum rerum obire. Idem Topic. priuata judicia maximarum quidem rerum in Iureconſultorum mihi videntur eſſe prudentia. Plin. lib. 6. Epiſt. ad Rom. Interuenit actibus illis & etectis frequent neceſſitas judicandi ac pœnę calculos tabulamque poſcendi, vt repente in priuati judicij formam centum virale verteretur. Priuata delicta ſunt, quę ad rem familiarem & priuatam pertinent, nec cujus ex populo, ſed ei duntaxat, cui damnum datum injuriáve facta eſt, competunt. Qualia ſunt furtum, rapina, injuria, damnum injuria datum, tit. de priuat. delict. leg. 1. § vlt. ff de pœn. leg. 7. ff. de publ. jud. Actio certe ex lege Cornelia de injurijs etſi pro publica vtilitate exercetur, priuata eſt tamen, leg. 42. §. 1. ff. de procuratoribus l. vltim. Cod. de injur. l. vlt. C. vbi Senator. Priuatam etiam furti actionem vocat. Quintil. Declamat. 341. ad fin. Briſſ.

PRIVATÆ vię dupliciter accipi poſſunt: vel eę quę ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſeruitus, ita vt agrum alterius ducant: vel eę, quę ad agros ducunt, per quas omnibus commeare liceat: in quas exitur de via conſulari, &, & ſic poſt illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens. Has ergo quę poſt conſularem excipiuntur, in villas, vel colonias alias ducentes, puto & ipſas publicas eſſe, leg 2. §. priuatę ff. ne quid in loco publico.

PRIVATI futuri ſunt, pro eo quod eſt Imperium, adminiſtrationem, officium deponent, in l. cum qui, ff. de juriſdict. om. jud. Hinc & priuati dicti, qui non funguntur aliquo publico munere, cui dignitas adſit. Spieg.

PRIVATIM, interdum pro eo quod vulgo dicitur, particulariter vel in particulari, vel ſpecialiter.

PRIVATIANI ſiue largitionales dicuntur apparitores comitum & hoc ſenſu plurimum in conſtitutionibus palatini accipiuntur, vt l. vlt. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. leg. 1. C quibus ad conn. præd fiſ. lib. eo. l. 2. de colla. fund fiſ. C. eod leg. vlt. de fid. inſtr. & haſt. fiſ. & leg. 8. de petit. bon. ſub. C. lib. 10. & multis alijs. Et ſicut officium pro officialibus accipitur ſæpe, ita palatium pro palatinis Ammianus libro 4. Tua & palatij tui auferre jubeo propediem annonas, & eod. lib relicto palatio omnes. Cujac. ad subt. de palatinis Sacrarum largitionum & rerum priuatarum, C. lib. 12.

PRIVATVS verbum eſt ἐκ τῶν πρός τι ſemperque rationem habet cum altero, itaque generaliter is priuatus à Latinis dicitur, qui munus illud non gerit, quo alter fungitur. Hinc vetus Inlicij vocandi formula, ex li. Varro, de lingua 5. Omnes Quirites pedites, armatos, priuatoſque curatores omnium tribuum, &c. Vbi priuatos apparet dici, quos nunc Iuriſconſulti paganos vocant. Priuati ergo militibus eo loco opponuntur. Opponuntur etiam ijs qui cum poteſtate ſunt. Cic. de arte Rh. 1. In fortuna quæritur, ſeruus ſit an liber: pecunioſus, an tenuis: priuatus, an cum poteſtate. Quinetiam Cæſar li. de bell. Gall. 5. ſic locutus eſt. Si quis aut priuatus, inquit, aut publicus eorum decreto nõ ſteterit, ſacrificijs interdicunt. Loquitur de Druidum decretis. quod ſi cum poteſtate eſſe minus eſt malto quam cum Imperio eſſe, vt cuique vel ex Feſto licet intelligere: priuatus à Latinis ei qui cum Imperio eſt, opponitur, quaſi in publico, & jam in republica non priuata verſanti, Quapropter Magiſtratus à Græcis πολιτικοὶ & πολιτεύμα, quaſi dicas publici appellantur. At Cn. Pompejus quo tẽpore contra Sertoriũ miſſus eſt, priuatus fuiſſe dicitur à Cicerone Philipp 11. & tamen cum Imperio conſulari. Quid audio? Sertorianum bellum à Senatu priuato datum eſt, inquit, Cicer. quia conſules recuſabant: cum L. Philippus pro conſulib. ſe eum mittere dixit, non pro conſule, Item, clariſſimo viro atq; Innocentiſſimo decreuit Imperium, priuato tamen. Quid eſt hoc: an cum belli tanti adminiſtratio, cum faſces cum ſecures cum Imperium proconſulare Põpejo delatum eſt, manſiſſe priuatus Pompejus videtur? An igitur cum proconſul. Cicero extra ordinem & aliquot poſt conſulatum annis in Ciliciam miſſus eſt, priuatus erat? priuato tamẽ illud Imperium, illud bellum mandatum eſt. Cenſores inquit vir eruditus, priuati non erant, & tamen Imperium non habebant. Primum hoc nihil ad nos, non enim quærimus an qui Imperium non haberent, omnes priuati eſſent, ſed tamen caruiſſe ne Imperio cenſores videntur, cum Senatu mouebant, cum equo publico multabant, cum ciuitatem denique adimebant? Tribuni autem plebis, quia magiſtratum habebant, priuati dici non poterant. Verum autem Imperium habuerint, nihil ad nos: cum eos priuatos non fuiſſe conſtet, qua tamen conſules cum ſummo Imperio triumphantes de curru triumphali oborto collo trahi in carcerem jubere poterant, dici ſine omni Imperio fuiſſe non poſſunt. Quid opus eſt verbis? Cicero noſtram controuerſiam verbo de vno diſceptat: nam Verrina 6 ſic ſcribit: Verum eſto: ſit tibi illud liberum, omne tempus, quod cum Imperio fuiſti, etiamne priuatus, etiamne reus? loquitur de C. Verre qui & in prouincia prætor ſummo cum Imperio, & in vrb. reuerſus, nulla cum poteſtate, priuatus domi ſuæ piratas retinuerat. Eodem illud ex Orat. pro Ligario pertinet: atque ille non mediocri cupiditate arripuit Imperium, ſi illud Imperium eſſe potuit, quod ad priuatum, clamore multitudinis Imperitæ, nullo publico conſilio, deferebatur. Item illud in Epiſt. 1. ad Q Fratr. Eaque ſi ſic colunt, ille, qui priuatus futurus nunquam fuit, quonam modo retinenda ſunt ijs, quibus Imperium ita datum eſt, vt redderent? Ita in Epiſt. 1. ad Lentulum, Craſſus tres legatos decernit, nec excludit Pompejum, cenſet enim etiam ex ijs, qui cum Imperio ſunt. Bibulus tres legatos ex ijs qui priuati ſunt. Hot.

PRIVATVS eſt, hoc eſt, juriſdictione caret, l. 3. ff. de offic. præſid. & ſic opponitur magiſtratibus, Prat.

PRIVATVS contractus, qui non reſpicit vtilitatem publicam, l. omnes profugi, C. de agric. & cenſit. li. 11. Prat.

PRIVATVS locus qui ſit, exponit Iuriſconſul. in l. 2. §. prætor ait ff de relig Prat.

PRIVATVM Tribunianus in C Theodoſij, vbi ita ſcriptum erat (nec priuatum quiſquam à domino ædium poſtulet) interpretatus eſt balneum, quæ vox non dubito quin alijs in auctoribus eodem ſenſu reperiri poſſit. Membrum pro cubiculo notum eſt in l. 3. ff. de man. teſt. vbi Græci κοιτῶνα interpretantur. Vtranque vocem retinuit lingua Gallica. Cujac. ad l. bne proſpectum, C. de metatis & epidemeticis, li. 12.

PRIVATVM opponitur communi: ſic ſi ex priuato agro in agrum cõmunẽ aqua immittatur, l. 18. §. ſi ex priuat, ff. de a[illegible] & aq. plu.

PRIVATVM & publicum opponuntur, l. 10. ff. de diuiſ. rer. Briſſ.

PRIVIGNA non ea ſolum mihi intelligitur, quæ vxoris meæ filia eſt, ſed & neptis & proneptis, l. adoptiuus, 14. §. vlt. ff. de rit. nupt. Hot. ex Conn. li. 8. c. 5. n. 7.

PRIVIGNVS dictus, quod antequam mater ſecundo nuberet, eſt progenitus. Pri enim antiqui dixerunt pro præ. Feſtus.

PRIVIGNVS, ex merito vxoris natus filius antequam cum illa contraxit. Sic priuigna, vxoris filia ante contractum cum marito matrimonium.

PRIVIGNVS vxoris meæ filius ex alio viro natus. Liberi quoque quos ex alia vxore habeo, vxori meæ priuigni ſunt, l. 4. §. adfines, ff. de gradib Briſſ.

PRIVILEGIARIVS is appellatur, cui priuilegium aliquod eſt conceſſum. Male, priuilegiatus, ſicut beneficiatius, non beneficiatus. Vnde milites beneficiarij qui vacabant officio. Vlp. de priuil. cred. l. ſi venter. Quorum pecunia, ſit, ad creditores priuilegiarios peruenit. Idem de pact. l. reſcriptum. An priuilegiarijs, inquit, abſentibus hæc pactio noceat. Item tit. quod cum eo qui in alien. pot. l. ſed ſi hic recte dicetur, occupantis meliorem eſſe conditionem, niſi quis priuilegiarius veniat. Nebr.

PRIVILEGIA, ſunt juſſa populi aut legis rogante magiſtratu, non generalia, neque de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis excepta. vt de Imperio Cn. Pompei: de reditu Ciceronis: Gell. lib. 10. c. 20. Interdum tamen veteres illi priuilegia leges appellarunt, vt idem ſcribit. Priuilegium alij ſic definiunt, Ius ſingulare in certæ perſonæ vel cauſæ gratiam fauoremve, & lex de vno homine lata, vide Iſid. li. 5. c. 18. & ca. priuilegia 3. diſt. Hoc ſenſu apud Cic. 3. de li. & in Paradox. hoc verbum ſumitur. Prat.

PRIVILEGIA propter aliquam vtilitatem concedenda ſunt. Quotieſcunque igitur de priuilegio alicui priuato, vel corpori, collegio, ſeu vniuerſitati concedendo tractatur: tunc ante omnia perpendendum eſt, an operæ precium fuerit indulgeri, hoc eſt, num vtilitas verſetur, non dico ejus tantum, cui conceditur, ſed quæ in publicum inde redditura ſit: quemadmodum vere accipienda eſt lex, jus ſingulare, ff. de legibus dum dicit Paulus: propter aliquam vtilitatem. Old. & Prat.

PRIVILEGIVM, antiquo verbo, quaſi priuata lex dicitur. Quia veteres priuata dixerunt quę nos ſingula dicimus, Iuriſconſulti jus ſingulare appellãt, ad differentiam juris cõmunis. Item, beneficium, quia bene-facit ijs, quibus conceditur contra legem communem. Item, reſcriptum, & diploma principale, dicitur alias: quanquam id aliquanto ſit generalius, quia non tantum jus ſingulare principes, verum etiam commune, & ab omnibus ſeruandum, reſcribere ſolent. Item, conſtitutio perſonalis nuncupatur, in § ſed & quod principi. Inſt. de jur. nat. gent. & ciuil. leg. 1. ff. de conſtit. princ. Item, auxilium, fauor, gratia. Vnde vulgo dici ſolet: omne jus habet annexam gratiam. Quod nemo vnquam grauius tractauit, quam Marcellus in l. reſpiciendum, ff. de pœn. In jure Pontificio diſpenſationes quoque vocantur: cujus tamen verbi vim plerique non percipiunt, qui relaxationem tantum communis juris ſignificari putant. Porro, quis diſpenſat jus, is cuique ſuum diſtribuit, & curat ne alicui fiat injuria, ne quis lædatur: quod ſummum juſtitiæ munus eſt. Et ſane neſcio, an omnes diſpenſationes id faciant. Item, indulta frequenter dicimus, & immunitates. Item, Modeſtinus in l. ſi duas, ff. de excuſ. tutu. Hæreſes leges appellat quaſi priuatas, ſingulares. Vnde vides, quam facili negotio omnes iſtæ appellationes diſcerni poſſint, quanquam eodem tendant, modo rem ipſam recte teneas, quam ſignificant, hoc eſt, Iuris ſingularis vim & poteſtatem, quæ conſiſtit in recta diſtributione, in beneficentia, pietate, clementia, fauore & vtilitate. Old. Add. Forcat. in Necyomant. dial. 5. n. 6.

PRIVILEGII cauſa ceſſante, ceſſat & priuilegium, c. Abbate in fin. de verb. ſign. § fin. Inſt. de autor. tut. §. qua ratione. Inſtit. de pup. ſubſtit. c. ſuggeſtum de decim. c. generaliter, 15. qu. 1. l ſi. C. de mil. teſtam. c. quia ſancta, §. verum 63. diſt. c. ſtatuimus, §. his omnib. diſt. 61. c ſi. de vit. & honeſt. cler. c. cum ex injuncto de oper. nou. vide Tiraq cauſſa ceſſãte par. 1. in verb priuilegij. Pr.

PRIVILEGIVM neque ſtricte neque nimis large oportet interpretari, ſcil. ne grauem alij jacturam adferat, c. ex tenore, de vſo pallij, c. ad audientiam 2. de Eccl. ædif leg. 2. § ſi quis, ff. ne quis in loc. publ. impubert, ff. de admin tut. l. nec auus, Cod. de emanc. lib. l. quoties, Cod. de prec. Imp off. Quando igitur ſine quovis grauamine alterius non poſſunt concedi priuilegia: proximum eſt, vt ceſſent, cum nimium lædunt. Prat.

PRIVILEGIVM duplex eſt: perſonale aliud, aliud reale. Perſonale illud eſt, quod perſonæ, cui datum eſt, enhæret, & vna cum ipſa extinguitur, l. priuil. 196. ff. de regul. jur. cujus exempla ſunt in §. fœminæ Inſt. de adopt. & in §. cum autem. Inſt. quib. mod. jus pat. poteſt. ſolu. & in §. ſciendum. Inſtit. de hær. quar. & differ & in §. 1. Inſtit. ad SCtum Tertyl & in l. mariti 13. & l. ſeu. ff. ſol. mat. neque perſonam cui datum eſt, egreditur. §. ſed & quod principi 7. Inſt. de jur. natur. l. cum pater 18. ff. de legat 2. cap. regula, diſt. 3. priuilegium reale eſt, rei vel cauſæ alicui datum, quod non cum perſona ſed cum re aut cauſa extinguitur, l 1 3. § fin. ff. de cenſibus l. 4. ex quibus cauſ. major. Sed priuilegia nõ ſemper

Digitized by Google

ſemper ſunt beneficia, ſed pœnarum etiam exaſperationes, vt probat. Bodin. 1. de Republ. 10. Vult. ad d. §. ſed & quod principum. 10. in fin.

PRIVILEGIVM eſt jus, quod contra communem ciuilium ordinationum tenorem, propter aliquam naturalis æquitatis rationem, certa cōſtituentium autoritate introductum eſt. Vnde apparet primū, quod priuilegia contra jus naturæ, vel vtilitatem publicam, non magis ſunt priuilegia, quam tyrannis lex eſt, vt Cic. probat. de legib. diſſerens. Et hic eſt verus ſenſus l. vlt. C. ſi cont. jus vel vtil. publ. Nā quid iniquum priuilegiū efficit aliud, quam quod legem & ordinationē Dei ſoluat ſine cauſa? Deinde, ex prædictis conſtat, quod vera & juſta priuilegia non priuant legem, vt Accurſius putat: Imo ſupplent magis in ea parte, ad quam communis regula porrigi non poteſt, ſalua juſtitia & æquitate. Id quod idem Accurſius per exempla, quæ allegat ipſe, facilius judicare potuiſſet, niſi vera principia juris illi fuiſſent incognita. Eſt enim jus cōmune, vt vnuſquiſq; ſeruet pacta, ſatisfaciat promiſſionibus, liberet fidem ſuam, pro ſe vel pro aliis datam. Sunt ne hæc in commune juſta? Quid ni? l. 1. ff. de pact. Inſt. de fideiuſſ. in prin. Quid igitur ſi mulier fideiubeat, aut minor: Eſt ne juſtum vt comprehendatur ſub hac regula? Minime gentium. Quare non? Quia mulieres ſexu: minores ætate imbecilles ſunt, & multis captionibus ſubiiciuntur. Iam cum inter mulieres, & pueros, ac viros legitimæ ætatis, longa ſit inæqualitas: quomodo communis regula ad eas perſonas pertinere poteſt æqualiter? Ergo exemtæ ſunt alia lege ſpeciali: Ea autem vocatur priuilegium ſeu jus ſingulare, de quo in tit. ad SC. Vellejan Old. Prat.

PRIVILEGIVM ſumitur pro extraordinario quodam auxilio, quod eſt cauſæ non perſonæ. l. 4. ff. ex quib. cauſ. major.

PRIVILEGIVM quoque prælationem & prærogatiuam quandam ſignificat, quæ inter actiones perſonales vertitur, quia in debiti repetitione chirographarij creditores aliis cōchirographariis præferuntur. Sic hoc verbum accipitur in tit. de priuil. credit. qui in vulgaris codicibus diſtinctus eſt ab aliis, in Pandectis vero Piſanis continenter hæret cum tit. de bon. auct. jud. poſſi. Sic & l. 74. ff. de jur. dot. l. 53. §. 1. & §. vlt. ff. de pecul. l. 51. §. idē reſpōdit. ff. pro ſoc. l. 6. l. 33. l. 37. ff. de jur. fiſc. l. 10. ff. ad municip. l. 55. §. vlt. ff ſol. matr. l. 2. C. de ſeruo. pig. dat. l. 10. §. quod ſi dies. ff. de admin. tut l. 1. de ceſſ. bon. l. 25. ff ſi cert. pet. l. 58. §. vlt. ff. manda l. 15. §. 1. ff. de cur. fur. l. 1. §. ſed & ſi ſatis. ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. Priuilegia etiam pro ipſis creditoribus, qui priuilegia habent, ponuntur in l. 7. §. quoties, ff. depoſit. l. 24. §. in bonis, ff. de reb. auct. jud. l. 17. §. penult. ff. de excuſ. tut. Qui & Priuilegiarij vocantur. l. 1. ff. de pact. & l. 24. §. vlt. ff. de reb. auct. jud. & ab Hypothecariis ſeparantur. Briſſ.

PRIVA, quot modis ſumatur, Bart. docet in prima conſtit. Cod. paulo poſt à principio.

PRO, præpoſitio. Vlp. in l. 3. de poſtul. Item Pomponius, ait, appellatione nurus & generi, ſoceri & ſocrus, & vlteriores, quibus Pro præpoſitio ſolet accedere contineri ait. Spieg.

PRO cum ablatiuo Iuriſconſulti conjungunt, cum ſignificant non eſſe vere id de quo agitur, ſed haberi pro eo ac ſi eſſet, veluti Pro hærede, Pro bonorum poſſeſſore, Pro emptore, ac tum proprie ſic loquuntur, cum de vſucapione diſputant, hæ namque ſpecies ſunt poſſeſſionis, quæ ad vſucapionem valet. Hot. Alias veram collationem denotat, & pro ſocio agere, pro donato, hoc eſt, vere huiuſmodi titulos habere, ſic l. diuturna conſuetudo, ff. de legib. pro iure & lege, id eſt, perinde ac ſi ſcripta lex fuerit. Old. ibid.

PRO præpoſitio, accedens cognationum affinitatumque nominibus gradus profert, ac promouet. Veluti Proauus proauia; aui noſtri pater, mater. Pronepos, proneptis, nepotis filius, filia. Proauunculus, Promatertera, id eſt, proauiæ frater & ſoror: Propatruus, proamita, id eſt, proaui frater & ſoror, l. 1. §. vlt. ff. de gradib. & affin. Quos etiam auunculos, patruos, amitas, materteras, maiores vocant, l. vlt. §. patruus maior. eod. tit. Atque hæc ex cognatione petita ſunt nomina. Ex affinitate vero eiuſdem generis ſunt hæc: Proſocer, progener, pronurus, l. 3. §. vlt. ff de poſtul. l. 15. §. vlt. ff. rer. amot. Proſocer (quo nomine Plin. in epiſt. Fabatum paſſim appellat) is eſt, qui ab aliis ſocer magnus dicitur, nimirum vxoris meæ auus, cuius ego ſum progener: Proſocrus mihi vxoris meæ auia eſt, ego ſum illius progener, l. 4. §. affines, ff. de gradib. Rurſus auus meus vxoris meæ Proſocer, auia proſocrus eſt. Ipſa vtrique pronurus eſt, d. §. affines. Proſocrus enim vxoris noſtræ auiæ, Pronurus vero nepotis vel pronepotis noſtri vxor nobis appellatur, l. 14. §. vlt. ff. de ritu nupt. l. 15. § vlt. ff. rer. amot. l. 4. §. gradus, ff. de gradib. l. 8. §. vlt. ff. de leg. præſt. Prat. ex Briſſ.

PRO, id eſt, ſecundum, vt pro facundia aduocati, l. 1. §. in honorariis, ff. de extraord. cognit. Briſſ.

PRO quandoque vicis nota eſt vt protutor, qui cum tutor non ſit, vices tutoris gerit & adminiſtrat. ff pro tuto. per tot. quandoque ſignificat, cum, l. ſi pro fure. ff. de cond. furt. quandoque modi ſignificatiua vox eſt. l. pen. in pr. C. de noua. Pro diſtat à voce, propter. Illa cauſam finalem, hæc impulſiuam denotat l. dominus, ff. de pecul. l. in qua lege. verba Pro debitoribus differunt à verbis Propter debitores: tametſi quandoque pro re nata proximam vel remotam cauſam denotent. Spieg. & Prat.

PRO junctum verbo, fugere, ſignificat procul ex aliquo loco fugere, niſi malis pro ex accipi ſine, in l. metum 9. ff. quod. met. cauſ. & apud. Virgilium eodem ſenſu 1. Æneidos. Profugus.

> *Arma virumque cano, Troiæ qui primus ab oris*
> *Italiam fato profugus, Lauinaque venit*
> *Litora.* Prat.

PRO adiudicato poſſidet is, qui per errorem, accepto communi diuidundo judicio, res adiudicata eſt. l. per errorem 17. ff. de vſurpat. qui etiam eodem titulo ad vſucapionis finem poſſidet is, cui recte adjudicata res eſt, vt ius Quiritium adipiſcatur. Hot. Prat.

PRO aliquo ſtare, defendere aliquem, & partes alicuius tueri. Sp.

PRO ceſſo poſſidet is, cui dominus à quo ſuam rem non mala fide, ſed juſto errore judicio petebat, rem illam ceſſit. l. non ſolum 33. ſi mihi. ff. de vſurpat. Hot. Prat.

PRO debitoribus, vide paulo ante, Pro quandoque vicis nota.

PRO derelicto poſſidet, qui rem à domino vel poſſeſſore ea mente abjectam vt eam in numero rerum ſuarum eſſe nolit, poſſidet. l. 1. ff pro derelicto. & l. nemo, ibi Iulianus ait, neminem poſſe pro derelicto vſurpare, qui falſo exiſtimauerit rem pro derelicto habitam eſſe, vnde aliorum titulorum cum hoc apparet differentia: cum in aliis vſucapio interdum ex opinione valeat, in hac non valeat. Hot. Prat.

PRO diuiſo, diuiſione facta: pro indiuiſo, infecta. Paulus l. 25 §. 1. ff. de verb. ſign. Partis appellatione rem pro indiuiſo ſignificari. nam quod pro diuiſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totum eſſe. Vlp. l. 6. §. 1. ff. commun. præd. Plane ſi diuiſit fundum regionibus, & ſic partem tradidit pro diuiſo, poteſt alterutri ſeruitutem imponere. Hot. & Prat.

PRO domino, jure domini, pro eo ac ſi dominus quis eſſet. Marcellus l. Titia. 48. ff. de ſolut. Titia cum propter dotem bona mariti poſſideret, omnia pro domina egit. Liuius li. 24. Palam primo, cum clauſis Andronodorus inſulæ portis, hæreditatem regni creuerit: quæ qua procurator tenuerat, pro domino poſſederit. De tutore loquitur. Hot. & Prat.

PRO donato poſſidet is, cui cauſa poſſidendi donatio eſt, id eſt, cui reuera donationis cauſa res tradita eſt, nec enim ſufficit opinari: ſed vere donatum eſſe oportet l. 1. ff. pro don. l. 1. & 2. C. eod. ex Pratejo.

PRO dote poſſidet, qui ex cauſa dotis rem ſibi habeat, id eſt, cui res aliena inæſtimata, dotis nomine poſt juſtas nuptias tradita eſt, l. 1. & paſſ. ff. eod. Inæſtimatam autem dixi, quoniam æſtimata res pro emptore vſucapitur. l. plerunque, §. ſi ante, & l. quoties, ff. de iure dot. & l. 1. C pro dote. Hot. Prat.

PRO emptore, id eſt, quaſi emptor poſſidere dicitur, qui ex cauſa emptionis, vel ex negotio emptionis proximo rem nactus eſt, Paulus l. 2. ff. eod. Pro emptore poſſidet, qui reuera emit. nec ſufficit, tantum in ea opinione eſſe eum, vt putet ſe pro emptore poſſidere: ſed debet etiam ſubeſſe cauſa emption. Hot. Prat.

PRO emptore poſſidet, qui rem alienam à non domino ignorans emit: nam pro eo quaſi empta eſſet, habetur: intelligendum eſt autem has poſſeſſionum cauſas eo pertinere, quia nullo iſtorum omnium modorum jus Quiritum acquirebatur: ſed viam duntaxat & aditum ad vſucapionem patefaciebant, non enim emptio, donatio, ſolutio, judicatum, noxæ deditio, alluuio, occupatio, partus, ac ne hæreditas quidem, niſi teſtamento per æs & libram facto, jus Quiritium transferebant. Itaque lib. C. 7. de jure Quiritum antequam de iſtis titulis poſſeſſionum tractetur, explicandum fuit. Hot.

PRO eo ac, vel pro eo atque, legitur, pro ita vel perinde ac. Vlp. Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, pro eo eſt, ac ſi adhibitus non eſſet. Idem, pro eo habendum, atque ſi nullo jure factum eſſet. Spieg.

PRO fideicommiſſo poſſidet, qui fideicommiſſi nomine poſſidet: hoc eſt, cui fideicommiſſum relictum eſt, ſed vſucapiendo jus Quiritium adipiſci conatur l. Pomponius 13. §. ſed et. de acqu. poſſ. non enim per fideicommiſſum dominium, ſed ſola poſſeſſio transfertur l. 3. ff. ſi vſusfr. peta. Hot. Prat.

PRO hærede gerere videtur is, qui aliquid facit quaſi hæres. & generaliter Iulianus ſcribit eum demum pro hærede gerere, qui aliquid quaſi hæres gerit l. 20. ff de acquir. vel amit. Hot. Prat.

PRO hærede gerere, eſt deſtinatione futuri dominij aliquid ex hæreditariis rebus vſurpare. Et ideo pro hærede gerere videtur, qui fundorum hæreditariorum culturas rationeſque diſponit, & qui ſeruis hæreditariis, jumentis, rebuſve aliis vtitur. Paulus lib. ſent. 4. c. 8. Hot. & Prat.

PRO hærede gerere quis videtur, ſi rebus hæreditariis tanquam hæres vtatur, vel vendendo res hæreditarias, vel prædia colendo locandove. & quoquo modo voluntatem ſuam declaret vel re, vel verbo de adeunda hæreditate: dummodo ſciat eum in cujus bonis pro hærede gerit, teſtatum inteſtatumve obiiſſe, & ſe ei hæredem eſſe. Pro hærede enim gerere eſt, pro

Digitized by Google

domino gerere. Veteres enim hæredes pro dominis appellabant, ait Imp. §. 5. de hæred qual & diff. Hot. Prat.

Pro hærede gerit. qui rebus hæreditariis tanquam dominus vtitur, veluti qui actionem rerum hæreditariarum facit, aut ſeruis hæreditariis cibaria mandat. Vlp. c. Iuſt. 22. Hut. ex Cuio. lib. 10. c. 5. nu. 1.

Pro hærede geritio. Cretio eſt eorum qui ſub cretione hæredes inſtituuntur. Pro hærede geritio eorum, qui ſine cretione, vel etiam cum cretione imperfecta, ex conſtitutione D. Marci. Immixtio eſt neceſſariorum & ſuorum. Agnitio noda hodie eſt in vſu tam in ciuili, quam in prætorio iure, §. vlt. de hæred. qualit. & diff. §. vlt. de bonor. poſſeſ. Sublata eſt Cretio à Conſtantino in maternis ſucceſſionibus l. 1. C. Th. de mat. bon. & mat. gen. cret ſub. ab Theodoſio penitus l. cretionum. Cod. de iur. deliber. l. 1. C. Theod. de cret. vel bon.

Pro hærede bifariam accipitur in iure. Primum quoties tractatur materia petendæ hæreditatis, quam falſa opinione aliquis putans ſe hæredem, poſſidet: toties oportet ea verba, Pro hærede, non accipi pro vero titulo, ſed pro quadam erronea æſtimatione. Nam ſi reuera eſſet hæres, nunquam haberet aduerſos enim effectum ſuum petitio hæreditatis. Et ſi recte perpendamus verba Pro hærede, ſunt ſolennia in eo judicio. Nam cum lex non ad reuocandam defuncti voluntatem introduxerit petitionem hæreditatis, non poteſt ad alium caſum pertinere, quam ad eum, ſi quis falſo commento occupat hæreditatem. Quare pro hærede poſſidere dicitur, ſicut pro tutore, falſus tutor, l. pro hærede. ff. de petit. hære. Deinde vbi non tractatur controuerſia vniuerſi hæreditarij juris inter duos, ſed diſceptatur de re aliqua, cujus dominium prætendit poſſeſſor, quia dicat, ſe per hæreditariam ſucceſſionem acquiſiuiſſe: iſta verba, pro hærede intelligenda ſunt pro vero & juſto titulo, propter quem non minus competit vſucapio, quam ob alios contractuum titulos. Et cum, Pro legato, ſit titulus, cur non multo magis pro hærede? Probari hæc poſſunt ex l. cogi, C. de pet hær. l. 1. C. ſi quis ignor. rem mino. eſſe in pr. vbi titulus vocatur hæreditarius, & Inſti. de hæred. qual. & differ. Hæc ſi animaduertiſſent Dd. non fuiſſet opus tantis difficultatibus rem planam inuoluere, & inutiliter rixari, num Publiciana competat aduerſus poſſidentem pro hærede. Prat.

Pro hærede poſſidere dicitur, qui vel hæres non eſt, ſed pro eo ac ſi eſſet, habetur: vel reuera hæres eſt, ſed rem non hæreditariam pro eo ac ſi hæreditaria eſſet, poſſidet l. pro hærede 11. ff. de hær. petit. Hot.

Pro hærede poſſidet, qui ex cauſa hæreditaria rei incumbit, id eſt, qui cum vere hæres non ſit, juſtam tamen & probabilem cauſam habuit exiſtimandi ſe heredem eſſe, ſi modo teſtamenti factionem habuerit, l. pro hærede. 11. ff. de hæred. petit. l. non ſolum. 33. §. 1. ff. de vſurpat. l. 4. & paſſ. ff. pro hæred. l. 1. & paſſ. C eod. Hot. Prat.

Pro herede poſſidere, vno modo ſignificat titulum quales ſunt, pro emptore, pro legato, pro derelicto, ſubaudi, poſſidere, & ſimiles. Alio vero modo non etiam, ſed prætextum tituli tantum, atque adeo titulum ementitum: qualem habet prædo, raptor, & is qui poſſidet pro poſſeſſore, hoc eſt, qui juſtam poſſeſſionis ſuę cauſam non habet. juxta diſtinctionem gloſſ. rub. de vſucap. pro hæred. Item pro hærede poſſidere videtur, qui putat ſe hæredem eſſe. Inſt. de interdict. § quorum bonorum Quemadmodum & is pro poſſeſſore poſſidet, qui nullo jure rem hæreditariam, vel etiam totam hæreditatem ſciens ad ſe non pertinere, poſſidet. Inſtit. de interdictis. Vide Olden. in eleganti introductione claſſ. 3.

Pro indiuiſo, promiſcue, ſine vlla diuiſione. Papinian. l. 94. de ſolut. Siue in ſingulis nummis pecuniam pro indiuiſo quis eſſe intelligat, Cicero in Rulliana, promiſcue. Equidem exiſtimo, ſi iam campus Martius diuidatur, & vnicuique veſtrum vbi conſiſtat, bini pedes aſſignentur: tamen promiſcue toto, quam proprie parua frui parte malletis. Hinc.

Pro indiuiſo & certa pars opponuntur, l. placet, 25. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. l. 1. ff. de euict. l. 1. §. hoc interd. ff. vti poſſid. l. ſeruus, 5 ff de ſtip. ſeru. l. 5. §. vlt. ff. commo. Hot. Prat.

Pro legato poſſidet, qui ex legati cauſa, vel ex legati nomine rem habet, id eſt, cui vere aliquid legatum eſt, ſiue teſtatoris res eſſet, ſiue non eſſet, aut teſtatoris quidem eſſet, ſed adempta codicillis ignoraretur l. 1. & paſſ. ff. pro legato. Hot. Prat.

Pro noxæ dedito poſſidet, qui cum ſeruus ei noxæ deditus ſit, juſtam vſucapiendi cauſam ex ea poſſeſſione nactus eſt l. 3. §. generalis. ff. de acquir. poſſ l. 5. ff. de publ. Hot. Prat.

Pro parte virili, in l. ſi ſocer. ſub fin. & ibi gl. ff. de ſol. matr. Item pro viri portione, familiare Iuriſconſ. Spieg.

Pro patrefamilias agere. Suet. in Tiberio. Nec quicquam poſtea pro patrefamil. egit, aut jus quod adoptatione amiſerat, ex vllâ parte retinuit. Hot.

Pro poſſeſſore poſſidere Vlp. dicit prædonem: qui cum ſciret ad ſe non pertinere hæreditatem, inuaſit bona, nullam habens poſſidendi cauſam, l. 11. l. 9. l. 25 §. 2. de petit. hæred. l 54. §. 9. de ſolut. Et cum de eo dubitaretur, qui ſciens alienam emerat hæreditatem, ac pleriſque videretur quaſi pro poſſeſſore poſſidere, diſplicuit hęc ſententia Vlpiano. Nemo enim prędo eſt, inquit, qui precium numerauit, l. 13. §. 6. de petit. hęred. In qua tamen ſententia Iulianus, Papinianus, Gajus & Paulus videntur fuiſſe. Volunt enim illi omnes omnino malæ fidei poſſeſſores prędones dici, & pro poſſeſſore poſſidere, etiamſi precium numerauerint l. 33. §. 1. de vſ. par. l. 55. de cond. indeb. l 28. de hęred. petit. l. 5. de acq poſſeſſ. l. 13. de noxalib. actionib. &c. Reuardus l. nemo prædo eſt. ff. de reg. iur.

Pro poſſeſſore bona fide, ac juſto titulo poſſidet, qui pro bonorum poſſeſſore poſſidet: id eſt, qui vel juſtam cauſam habuit exiſtimandi ſe bonorum poſſeſſorem eſſe, vel cum reuera bonorum poſſeſſor eſſet exiſtimauit res quaſdam ex iis bonis eſſe, quæ alienę tamen erant l. non ſolum. 33. 5. ff. de vſurpat. & ſub tit. Pro hæred. & l. pro hærede 11. ff. de hęred. pet. vbi tamen bonorum poſſeſſor etiam pro hęrede poſſidere dicitur. Contra pro poſſeſſore mala fide poſſidet prędo, qui interrogatus cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo: nec vllam afferre cauſam poſſeſſionis poteſt, d. l. 11. cum ſeq Hot. & Prat.

Pro rata parte, vel pro rata portione, vel precise, Pro rata: vetus locutio eſt, idem ſignificans, quod Pro cujuſque partis ratione & modo: vel ſecundum cujuſque portionis modum & quantitatem. Cicer. Tuſcul. 1. Sed quia vltra nihil habemus, hoc longum dicimus. nam iſta periode vt cuique data ſunt pro rata parte, aut longa aut breuia dicantur. Idem prope duobus modis extulit: vitam viderit cuique annumerari, aut longam aut breuem, prout cuique aut longum aut breue vitæ tempus datum eſt Vocis origo obſcura eſt: niſi forte ratam cuiuſq; partem intelligamus, quę certa, explorata ac extra dubitationem omnem poſita eſt. Proprie autem pro rata & æqualiter opponuntur tanquam aduerſa, vt in l. in his 5. §. Imperator de ſolut. Si ſumma vſurarum non eadem ſit, æqualiter ad vtramq; cauſam proficit quod ſolutum eſt, non pro rata. Sic in l. interdum 13. §. 1. ff de hęred. inſtit. l vlt. §. & in tali. C. de dot. promiſſ l ſi vero 18 ff de teſtam. milit. Abuſiue tamen interdum, Pro rata vſurpatur pro æqualiter & pro virili parte, vt in l 1. C. vnde liber. l ſi patro §. idem quærit. ff. de in rem verſ. Prat.

Pro rata patrimonij, precise, cum ſubaudiendum ſit, Pro rata portione patrimonij, in l. ſed etſi. 25. § quod autem quis. ff. de hæred. pet. & l. Titius 54 ff. ad Trebell. Pro rata pecuniæ in d. l. Titius. Pro rata regionis in l. ex mille 64. §. quæſitum. ff. de euict. Pro rata ponderis in l 3 § ſi. C. de rei vindic. Pro rata debitj, l. procuratoris, §. in tributum, & §. ſequ. ff. de trib. act. Pro rata quantitatis, l. in imponenda, C. ad legem Falcid. Pro rata temporis, in l. ſi quis domum 9. §. 1. ff. locat. l. cum in fundo 78. § diuortio, ff de jur. dot. Prat.

Pro roſtris ſchema eſt ſeu figura loquendi, à protrito ſermone, ornatus gratia non nihil mutata: ſicut dicimus procuria, proſcenium. Nam pro ſignificat ante vel in. vt, pro roſtris, hoc eſt, ante roſtra, vel in roſtris: ſcilicet appellatione ducta ab eo, quod eſt in loco ad ipſum locum, l. pen. ff de juſt & jur. Si quidem roſtra nauium. Antiatibus inſigni quadam victoria ereptarum ante curiam Hoſtiliam exponebantur, vt aliud nihil ſit pro roſtris, quam in loco roſtrorum, ſeu ante curiam Hoſtiliam, quæ ſenatorum erat. Prat.

Pro ſoluto poſſidet, qui rem vel debitam vel indebitam quaſi debitam, ab eo qui ſoluit bona fide accepit. l. non ſolum 33. §. ſi mihi. l. pro ſoluto. 46. & l pen. ff de vſurpat. Hot. Prat.

Pro ſuo, eſt generalis titulus, cum dominium nobis acquiri putamus, & ex ea cauſa poſſidemus, ex qua acquiri ſolet, ſiue jure gentium, ſiue jure ciuili. Qua ratione & ante vſucapionem cenſetur quis pro ſuo poſſidere. Comprehendit enim hic titulus generaliter omnes dominij acquirendi cauſas: vt quoties dico rem meam eſſe, nec addo cauſam ſpecialē, videor omnes cauſas dicere. Aliam ſignificationem habet hoc verbū ſpecialiorem, vt is dicatur poſſidere pro ſuo, qui ex alio titulo non poſſidet, cum erret, vt ſi quis putet rem donatam, emptam, legatam eſſe, cū nec donata, empta, aut legata ſit. Breuiter quoties juſta cauſa vſucapiendi eſt, & tamen deficit ſpecialis aliquis titulus, Hujus rei exemplum eſt ex d. l. 1. tit. pro donat. Aliud in l. 2. h. eſt de his quę terra marique capiuntur. Atqui iſta vtendo omni hoc verbum pro ſuo, nunc latius & generalius, nunc ſtrictius accipitur, Salarus ex Lecturis Duareni, tit pro ſuo.

Pro ſuo poſſidere proprie dicitur is, qui falſo, ſed probabili tamen harum cauſarum errore poſſidet: nimirum occupationis, alluuionis, partus emptę vel hęreditariæ ancillę, fructus rei emptę, aut donatę, aut in hęreditate repertę l. 2. 3. & 4. §. vlt. & l. vlt. ff eod. At hic quidem proprie, vt dixi, pro ſuo titulus appellatur: quippe qui ad vſucapionem, valet. alioqui pro ſuo etiam poſſidet is, qui per emptionem, aliamve juſtam cauſam poſſidet: verum is non vſucapit. Hot. Prat.

Pro tranſacto poſſidet is, cui judicio per errorem accepto res aliqua per tranſactionem conceſſa eſt, vt eam vſucapere, & jure Quiritium facere ſuam poſſit l. cum ſolus, 19. ff. de vſurpat. l. ex cauſa 8. pro empt. Hot. Prat.

Pro tribunali, hoc eſt, judice ſedente cognoſcit ordinarios, non

autem

autem delegatus iudex. not. in l. qui tribunali. ff. de re jud. Item pro tribunali cognoſcere, eſt ſeruato juris ordine, & non de plano ius reddere, vt ſatis Marcelli verba innuunt in l. 1. §. abolitio. ad SC. Turpill. Spieg.

Pro tutore negocia gerit, inquit Vlp. qui munere tutoris fungitur, in re impuberis, ſiue ſe putet tutorem, ſiue ſciat, non eſſe, fingat tamen eſſe, l. 1. § 1. ff. de eo qui pro tut. Hinc pro tutelæ actio d. l. 1. §. 3. & vlt. quæ aduerſus eum de rationibus reddendis datur. Prat.

Προαίρεσις liberę voluntatis decretum, vertit Conn. li. 7 c. 15. n. 15.

Prodagorva Dorica ratione, & Siculorum lingua Latine princeps, dicitur, qui ante alios verba facit. Grece προήγορος. vt annotauit Turneb. aduerſ. lib. 8. c. 11.

Proamita eſt proaui ſoror, l. 1. §. 5 ff. de gradib.

Proastia ſic enim ſcribendum, & non proauſtia. apud Inſt. in auth. de alienat. & emphyt. §. 1. & de reſtit. fideicomm. Coll. 9. Græcis dicuntur ſuburbana, quæ pulcherrime conſita a domino, non tam vtilitatis, quam voluptatis cauſa habentur. Lege Alciat. c. 4. lib. 2. parerg. Hoc nomen in verſione conſtitutionis Græce retinuerunt Iulianus, & vetus interpres. Prat.

Probabile eſt, quemadmodum Ariſtot. docet, quod vel omnibus videtur, vel plurimis, vel ſapientibus, hiſque vel omnibus, vel plurimis, vel ſpectatis probatiſque. Sic à Rhodolpho citatur lib. 2. de inuen. Veruntamen non prius ad probabile confugiendum eſt, quam vbi neceſſarium, id eſt, ratio & lex defecerit. Vide Salomonium in § reſponſa. Inſt. de iuſt. & iure.

Probare vulgata ſignificatione, eſt dubium & obſcurum, certum reddere & efficere. Briſſ.

Probare nomen, agnoſcere eſt & ſuſcipere, eoque vt bono contentum eſſe. Qui nouiſſimus nomen probauit. l. 36. §. vlt. ff. ad municipal.

Probare, pro laudare, in l. 1. ff. qui pot. in pign. habeant. Prat.

Probare item pro rem experiri & tentare, vt, amicos probato. Spiegelius.

Probare fideiuſſores dicuntur, in quorum facultates inquiritur, vt idonei necne ſint pateat l. 10. ff. qui ſatiſd. cog. l. 7. §. non ſolum, ff. de min. Inde ad fideiuſſores probandos dati arbitri accipiuntur, qui ad æſtimandas fideiuſſorum vires dantur l. 9. ff. qui ſatiſd. l. 2. ff. à quib. appell. non lic. Probari etiam opus dicitur quod tanquam è lege dicta factum adprobatur. l. 26. l. 38. l. vlt. ff. loc. l. 7. §. illud quoque, ff. de l. Iulia repetund. Frontin. lib. 11. de aquæ ductib. Eorumque operum probandorum cu tam fuiſſe per cenſores aliquando & ediles. Et in vetere monumento Neapolitano, quod legem parieti faciendo dictam habet. Quod eorum viginti jurati probauerint, probum eſto, quod improbauerint, improbatum eſto. Briſſ & Prat.

Probata ſarta tecta dicuntur, quum ea lege, id eſt, pactione redemptionis facta eſſe judicata ſunt Macer. leg 7. §. 1. ff. de leg. Iul. reper. Ne in acceptum feratur ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita, lege fuerint. Lege, id eſt, ea lege, ſiue ſecundum legem ac pactionem. Cicero Verrina tertia, locatur opus id quod ea mea pecunia reficiatur. ego me refecturum eſſe dico, probatio futura eſt tua, qui locas. Sic in l. opus 36. l. vlt. ff. locat. Hot. Prat.

Probare dictum eſt à probo: non, vt quidam nimis in hac re imperite dixerunt, quod probe faciat, qui probat: iſto enim modo vir bonus, cum Reipubl. conſulit, cum inoper liberalitate ſublenabit, atque adeo agricola, cum in tempore agrum colet, probare dicetur: quia qui hæc faciat, recte faciat, & ex officio. Sed quod generaliter probare dicatur, quiſquis facit, vt probum ac rectum judicetur id, quod agit. Qua ſignificatione fere ſemper à Cicerone vſurpatur, vt illud in Verrem eleganter ab eo dictum eſt, nō vereor ne hoc meum officium P. Seruilio non probem. Id autem præſtat in re controuerſa, quam intendit, qui quod dicit, idoneis teſtibus, aut aliis legitimis probationibus ita eſſe docet. Sic enim aſſequitur, vt nec calumnioſe, nec improbe confictum id, aut intentatum judicetur, ſed recte, vere & ex officio. Donellus ad tit. de probationibus.

Probatio eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio. ita definit gloſſ. Bartol. Azo & Steh. in rubr. C. de prob. nu. 4. Weſembec. in Parat. ff eod. tit. num. 2. Gotho. ad rubr. ff. eodem. plurimas aliorum definitiones recenſens. Dixit Rei dubiæ: Quia euidentia probatione non indigent, c. euidentia de accuſ. Corraſ. 4. Miſcel. 20. nu. 3. per l. ſi vero, §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. l. emptorem, ff. de action. empt. Et notorium non probandum, ſed ſaltem allegandum eſt, vt fuſe tradit Myſing. 6. obſer. 1. per tot. vide Bald. Cyn. Salic. & communiter Dd. in l. ea quidem. 7. C. de accuſ. & Canoniſtas in ca. veſtra eo. c. ad noſtram. extr. de jureiur. Bald. in Auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. iud. Corraſ d. loc. & lib. 1. Miſcell. 16. num. 23. Weſembec. d. nu. 2. Lancellot. in inſtit. iur. canonic. li. 3. tit. de probat. pag vlt. Pacius in epitom. diſput. Inſtit. theſ. 1. de probation. Quorſum enim attinet rei ſatis demonſtratæ, certę ac notoriæ aliquid adiicere, ac litigatores interim temporis ac ſumptuum jactura grauare? Sed cum multa putentur notoria, quæ reuera notoria non ſunt, proſpicere debet judex, ne quod dubium eſt, pro notorio recipiat, Lancellot. d. loc. Dixi præterea per argumenta. Quia argumentorum appellatione πίστεις ſumpta teſtes ac inſtrumenta continentur. Bart. in rubr. C de probat. Si enim argumentum eſt ratio rei dubiæ fidem faciens (vt vult Cicero) certe teſtimonium & inſtrumentum, quæ fidem rei dubiæ per rationem & juſtam ſcientiæ cauſam aſtruunt, pro argumentis ſaltem minus artificialibus haberi debent, confer Weſembec. d. nu. 2. & Treut. in diſput. ff. de probat. theſ. 1.

Probationis appellatione perfecta tantum ac plena, non imperfecta aut ſemiplena intelligitur, gloſſ. in clem. conſtitutionem per illum text. de elect. Bald. in l. peremptorias, C. ſent. reſcin. non poſſ. Weſem. d. n. 2. Gœd. diſp. ff de prob theſ. 8.

Probatio adeo eſt de ſubſtantia judicij, vt in ſummariis, ad minimum, judiciis, omitti haud poſſit, Zang. tract. de except. c. 2 nu. 9. Treutl. d. loc.

Probatio à præſumptione differt: Illa enim per ſe, hæc per ea quæ certa ſunt, fidem facit, vide l. octuageſimam tertiam, ff. de condit. & demonſt. Gothofr. ad rubr. ff. de probat.

Probationis materia ſunt juris & facti quæſtiones, quæ mouentur in judicio, l. 4. 5. & tot. tit. ff de probat. li. 16 Cod. eod. Weſemb. in parat. eod. num. 7. Rob. 4 ſent. 1. Finis probationum eſt, vt per eas fides fiat judici, l. quinquagintanouem. in fin. ff. de probat. l. teſtium 3. §. ideoque & §. eiuſdem. in fin. ff de teſtib. l. 1. Cod. de cond. ob turp cauſ. l. eos 5. leg. ſi quando 19. Cod. de teſtib. Effectus probationum eſt, vt ſecundum eas, ſi ſufficientes ſint, pro allegante feratur ſententia, arg. l. 1. § fin. vbi Bart. & Dd. ff. de eden. l. ſi inferiorem 2. l. demum 5. l. dote 9 C. de rei vindicat. l. 6. 14. 27. 25. § 3. 4. l. 27. de probat. l. 21. 22. 18. 21. & tot tit Cod. eod. Weſemb parat. eod. num. 10. Sichar. ad rubr. C. eod. num. vlt. Gall. 1. obſeru 107 num 13. & 2. obſeru 15. nu. 11. Har. quæſt. illuſt. 27 adde l. illicitas 6. § 1. ff. de off. præſid. Clar. § fin. q. 8. n. 5. & qu. 66. n. 2. confer. Treut. diſp de probat. & præſumpt. theſ. 5. & 8 Gœddæ diſput eod. titul. theſ. 6.

Probandi onus actori potiſſimum incumbit, l. 2. 18 19 21. 23. de prob. l. 8 11 18. 23. 25. C eod. l. 4. C. de edend. l. 9. Cod. de oblig. & act. l. 9. Cod. de except. l. 10 in fin. C de non num. pecun. Sichar. ad l. 1. nu 1. C de prob. Dd ad l. 23. C. eod. Donell c. 2. de prob. Weſemb. d. loc. num 6 Et actore non probante reus ab inſtantia abſoluendus eſt, l. 4. C. de edend. l. 9. C de oblig. & action. l. 2. 23 C. de prob. l. 9. C. de except. Quod in tantum verum eſt, vt licet Reus ad probationes ſe obſtringat, earum tamen defectu ſibi non præjudicet, vt not gl. & Dd. in l. 14. de prob. arg. l. 4. C. de edend. vbi Iaſ. n. 3. & Dec. n. 15. Maſcard. de prob. concl. 37. n. 5. quin & ſi pares ſint actoris & rei probationes, pro reo pronunciatur, l. 125. de reg. iur. arg. l. 5. 10 pr. l. 32. l. 42. de pœn. c. ex literis, & ibi Dec. de prob. Treut. d. loc. theſ. 8.

Probationes tam Actoris quam Rei certæ debent eſſe & liquidæ, l. 6. de prob. l. 3. §. 4 ff ſuſp. tut. l. 30. de teſt. tut. l. 34 §. 3. de l. 1. l. 27. de manum. teſtam. l. judicia 19. C. de rei vindic. l. 10. 13 17. 25. C. de prob. l. neque natal. C eod. l. non hoc C. vnde cognat. l. 19. C. de jur dot. l. 4. & 14. in fin. Cod. de contrah. ſtip. l. 2. C. de in lit. iur. c. de præſentia extr. de prob. Menoch. 1. præſumpt. q. 97. nu 26. & lib. 2. q. 51. nu. 49 Weſemb d. loc. num 3. Gail. 2. obſ. 13. nu. 5. In criminalibus autem ac præſertim capitalibus cauſis probationes luce meridiana clariores requiruntur, l. ſciant. & l. ſi. C. de prob. vbi Dd. leg. 16. C. de pœn. cap. ſciant. 2. q. 8 Satius enim eſt, inquit Vlp. in l. 5. in pr. ff de pœn. nocentis facinus impunitum relinqui, quam innocentem damnare: Et quod grauiora ſunt crimina maiuſque rei periculum, eo cautius agendum, eoque magis prouidendum eſt, ne innocens aliquis condemnetur, l. 1. §. 5. C. de Carbon. edi. c. vbi, de elect. in 6. arg. l. 3. ff. de pœnis: Nam vita per judicem amiſſa ab eodem reſtitui non poteſt, Nou. 13. c. 2. Sicut igitur in ciuilibus ac pecuniariis cauſis ex vrgentibus conjecturis Reus damnari poteſt. Ita in capitalibus, ſi de vita alicuius agitur, illud nequaquam admittendum, Treutl. dict. loc. theſ. 7.

Probationum in jure licet variæ ſint ſpecies, omnium tamen fere conſenſum omniumque calculum vetus illa ab Ariſt. tradita probationum diuiſio meruit, quod nimirum aliæ ſint ἔντεχνοι id eſt, artificiales: aliæ ἄτεχνοι inartificiales. Quarum illa, artificialis, ex rerum circumſtantiis & præſumptionum fontibus: Hæc autem ex juramenti delatione, teſtium & inſtrumentorum productione, partiumque confeſſione colligitur. Illa ex re ipſa naſcitur & à quouis, qui rem probare vult, arte eruitur: hæc autem, licet arte quidem tractetur, tamen ad eam inueniendam ars nihil prodeſt, vide Quint. lib. 5. cap. 1. Weſ. in parat. de probat. nu. 4. Obrechtus diſp. 1. eod. tit. theſ. 32. & ſeq. Treutl. diſp. eo. theſ. 2. Gœdd. ibid. theſ. 2. Et hanc probationis in artificialem & inartificialem diuiſionem ab Oratorib. deſumptam eleganter ex jure demonſtrat. Robert. 4. ſent. 1. Obrecht. iam d. loc. Donell. c. 5. de prob. Menoch. de præſ. lib 1. q. 1. nu. 6. & ſeqq.

Probationes, Duar. 1. diſp. anniu. c. 27. diuidit in Neceſſariam, veriſimilem & non repugnantem. Neceſſaria eſt cum ex eo quod tabulis continetur teſtimoniiſque, neceſſario efficitur id quod intendimus: Veluti: Eam quæ lac in mammis habet,

virginem non eſſe: qui certo die Biturigibus fuit, eodem die Pariſiis non fuiſſe, l. optimam. C. de contra. ſtip. Item cum obſcura & illunis eſſet nox, quod noctu factum eſſe dicitur teſtes non vidiſſe. Qua ratione teſtes quoſdam Athenis falſi conuictos fuiſſe ſcribit Plut. in Alcib. Exemplum etiam eſt luculentum apud Vitruu. lib. 9. In his enim ſunt ſigna certiſſima & indubitata, quę τεκμήρια Ariſtoteles appellat. Itaque huiuſmodi probatio ſufficit ad condemnationem, l. vlt. C. de prob. Probatio veriſimilis eſt, cum ex eo quod in teſtimoniis extat, præſumptione quadam juris, non phyſica nec neceſſaria ratione infertur, quod probare volumus. Exempli gratia, filium alicuius eſſe qui ex vxore eius conſtante matrimonio naſcitur, l. filium, ff. de his qui ſui vel alien. iur. Item filium in patris ſui poteſtate eſſe; voluntatem mutatam non eſſe: eum qui paciſcitur ſibi & ſuis hæredibus conſulere: quod nunc eſt ante hoc tempus quoque fuiſſe: qui pecuniæ ſummam teſtamento legatam repetiit in codicillis, legatum duplicare voluiſſe: chirographo cancellato, debitorem liberatum eſſe, & cætera id genus quæ à ſtudioſo lectore obſeruari poſſunt, l. ſi pactum, l. eum qui ſe, l. ſi filius, l. cum tacitum, l. non eſt neceſſe, l. quinquaginta, l. ſi chirographo, l. cum de indebito, l. Procula. ff. de prob. Cum igitur hæc probatio ex certis ſignis non oriatur, ſed probabilibus tantum quę εἰκότα dicuntur à Gręcis, merito probationi contrariæ cedit, d. l. ſi chirographum, l. vlt. ff. de eo quod met. cauſ. Probatio non repugnans dicitur, quæ non firmiſſima juris præſumptione ſed leui aliqua ſuſpicione nititur: vt, furtum ab eo factum eſſe, qui in ædibus fuit: ſeruum, qui ab emptore aufugit, fugitiuum, antequam emeretur fuiſſe: legitimum filium non eſſe, quem irata mater vt ſpurium in actis profeſſa. l. emptorem. l. cum probatio. l. neque natales. l. matrem. C. de prob. Et hęc ſigna quamuis per ſe admodum infirma ſint, nec onus probandi in aduerſarium reiiciant; plerumque tamen aliis adiuncta, proſunt ad condemnationem etiam criminali judicio l. Procula. ff. de prob. l. inſtrum. & l. fin. C. eod. Duar. d. loc. & in comm. ff. de probat & præſumpt.

PROBATIONEM recentiores diuidunt in plenã & ſemiplenam. Plena eſt, quæ tantam facit iudicij fidem, quanta ad definiendam controuerſiam ſufficit, tex. in l. ad fidem. ff. de teſtib. leg. quinquaginta. 12. ff. de prob. l. 1. C. de reb. alien. non alien. l. eos C. de teſtib. gl. ibi in verb. iudiciariæ Old. in tr. de prob. Gail. 2. obſ. 94. nu. 10. Gœd. d. loc. theſ. 2. Eius ſex traduntur à Dd. ſpecies. Prima eſt quæ fit per duos aut plures teſtes, omni exceptione maiores. l. 2. 3. ff. de teſtib. hoc eſt, quorum fides nulla ex cauſa legitima poteſt eleuari, quinimo communi hominum opinione reputantur viri boni. Sunt enim nonnulli, quibus vel propter malos mores, vel ſexum, inimicitiam, vel fauorem ſuſpicionis exceptio opponitur: Vnde nihil conferunt ad probationem, vt eleganter tract. Modeſt. l. 2. & Calliſtratus l. 3. ff. de teſtib. Præterea quamuis regulariter teſtes duo plenam probationem efficiant, iuxta l. vbi nu ff. eo tit. Vbi num. teſtium (inquit Vlp.) non adiicitur, etiam duo ſufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta eſt. Et in ore duorum aut trium, ſtat omne verbum. Sunt tamen cauſæ in quibus cum maxima ſit committendæ falſitatis ſuſpicio, & latior occaſio, plures teſtes requiruntur, quam duo. Vt in vltima voluntate, ſcilicet, quam iterum declarare defunctus non poteſt. l. hac conſultiſſima. §. 1. C. de teſtam. l. vlt. C. de codic. Secunda ſpecies plenæ probationis contingit per inſtrumenta, hoc eſt, per ſcripturas fide dignas l. cenſus 10. de prob. l. 11. fin. reg l. 4. de edend. l. ſi qua per cal. C. de epiſc. & cler. Nou. conſt. 75. §. ſed etſi quis. Et quanquam laxiore ſignificatione, inſtrumenta dici poſſint ea omnia, quibus cauſa inſtruitur, vt tam teſtimonia, quam ſcripturæ, inſtrumentorum loco habeantur, vt dicit Paul. l. 1. ff. de fide inſtr. Hic tamen, quo magis ſingulas res, ſingulis appellationibus commode tractemus, pro ſcripturis accipienda ſunt inſtrumenta, quibus legitima ratione fides eſt adhibenda. Veluti quæ per tabelliones publicos, ſeu notarios, vt nunc vocamus, ſcribi ſolent, de quibus Nouel. de inſtrum. caut. & fide. Vel quæ ſigillo, ſeu annulo ſignatorio confirmantur ab epiſcopo, magiſtratu, aut etiam ab iis qui publici alicuius officij auctoritatem habent indubitatam, ſicut Irenarchæ olim erant, h. e. qui diſciplinæ publicæ, & corrigendis moribus, præſertim vero vt itinerantibus pax & ſecuritas conſeruaretur, inuigilabant. Martianus l. diuus Hadrianus, ff. de cuſtod. & exhib. reor. Vt Irenarchæ (inquit) cum apprehenderint Latrones, interrogent eos de ſociis & receptoribus, & interrogationes literis incluſas & obſignatas ad cognitionem magiſtratib. mittant. Vtinam hodie principes noſtri reuocarẽt ad rempublicam huius officij ſanctiſſimam functionem. Item libri & ſcripturæ in publicam cuſtodiam, rerum geſtarum gratia repoſiti integram fidem habent. Marcel. l. cenſus. ff. de probat. Cenſus (ait) & monumenta publica potiora teſtibus eſſe ſenatus cenſuit. Et in Auth. ad hæc. C. de fide inſtr. Item charta (inquit) quæ profertur ex archiuo publico, teſtimonium publicum habet. Idem dicit Auth. ad hęc. C. de fide inſtru. Vnde mirandum eſt, quid in mentem venerit illis, qui de literis, epiſcoporum auctoritate probatis, propriam ſpeciem conſtituunt, ac non potius huc referunt, ſicut ſcripturas publici officij. c. poſt ceſſionem, de probat c. cum à nobis, de teſtib. Secus eſt de inſtrumentis ſeu ſcripturis priuatis, l. inſtru. 5. l. ratio. 6. l. exemplo 7. ibique Schard. C. de prob. Gail. 2. obſeru. 80. nu. 2. niſi vtriuſque contrahentis gratia ſcriptæ aut manu propria ſubſcriptæ vel ſignatæ ſint, l. quidam. 26. l. cum. 5. ff. de conſt. pec. l. fideiuſſ. 26. §. pater ff. de pign. & hyp. l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. Tertia plenæ probationis ſpecies eſt confeſſio facta in jure, h. e. in loco vbi jus redditur, l. 1. de confeſſ. ff. & C. l. incertum, ff. eo tex. in l. qui de inoff. ff. de inoff. teſta. Old. tract. de prob. Weſ. in Parat. eo. Gail. 2. obſ. 108 num. 2. Confeſſus enim pro judicato eſt, qui quodammodo ſua ſenten. damnatur. d. l. 1. Nec eſt quod eludatur confeſſio veritatis apud judicem, quaſi nulla eius aut aduerſarij interrogatione præcedente, fuerit facta. Nam etſi ſine interrogatione reſponderit, & fateatur aliquid actor vel Reus, pro interrogato habebitur, l. ſi ſine, ff. de interrog. act. vnde ſunt qui ex tali confeſſione actionem producunt, l. proinde, §. 1. ff. ad l. Aquil. Quarta eſt euidentia facti, l. vulneris, ff. de iniur. l. ſi irruptione ff. fin. regund. c. euidentia de accuſ. c. manifeſta cauſ. 2. q. 1. l. min. aſpect. ff. de min. c. Puberes de ſponſ. impub. l. lex quæ §. ſed etſi C. de admin. tut. Puta cum ſenſu corporeo coram quid percipitur, uimirum ſi quis aſſerat vulnus atrox eſſe, & mox indicet locum, certe hæc probatio in dubium reuocari haud poteſt. d. l. vulneris, & d. l. ſi irruptione, ibi. is qui in ipſo crimine reperitur, ſufficienter conuinci cenſetur. Quinta plenæ probationis ſpecies eſt juſiurandum, quod alter litigatorum defert alteri, vel quod iudex decernit in ſupplementum probationis ſemiplenæ. Caius in l. 1. Paul. in l. ſeq. & Vlp. in l. non erit. & l. 38. ff. de iurein. c. ſicut conſuetud. de prob. c. decr. extr. de iureiur. c. ſi ff. quod vi metuſve cauſ. Spec. In tit de furt. §. 1. Sichb. rubr. C. de pet. n. 7. Old. Tanc. de prob. Si quoque inquit Caius in d. l. 1. Maximum remedium expediendarum litium in vſum venit iuriſiurandi religio: qua vel ex pactione ipſorum litigatorum, vel ex autoritate iudicis deciduntur controuerſiæ. Sexta denique plenæ probationis ſpecies colligitur ex legit. præſump. ſeu coniectura, vt rectius appellatur. Nam cum ex apertis rerum indiciis poteſt conijci aliquid eſſe factum, vel non factum, accedente neceſſaria juris ratione, tunc cenſetur ſatis probatum. Indicium apertum autem eſt tale ſignum facti, quod vrgeat animum boni & conſtantis viri ad credendum plane. Quamobrem Imp. in l. vlt. C. de prob. Sciant cuncti accuſatores, inquit, eam ſe rem deferre debere in publ. notionem, quæ munita ſit idoneis, vel inſtr. apertiſſ docum. vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce clariorib. expedita. Et hanc vlt. ſpeciem communiter vocant Dd. juris & de jure: Eiuſque exempla nobis in jure paſſim ſunt obuia, vt in l. ſi conſt. ff. ſol. mat. l. licet Imp. de leg. l. omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. Sic in dol. prob. cuius ſolus Deus eſt ſcrutator, coniecturæ tantum ex facto valent, l. dol. C. de dol. mal. l. quoties. C. de naufr. li. 11. l. dol. C. de reſc. vend. Gœd. in diſ. ff. de prob. & præſ. theſ. 3.

PROBATIO ſemiplena eſt, per quam rerum geſtarum fides aliqua fit bono viro, h. e. judici, non tamen tanta, vt jure poſſit mouere eum ad ferendam in hanc partem ſententiam: quia caret plena fide, ex lenioribus conſtans argumentis, vide l. in lege, ff. ad leg. Aquil. Old. tract. de prob. Weſem. Parat. de probat. num. 4. quod & vocabuli Etymologia arguit. Semiplenæ probationis effectus eſt, vt vel ab onere probandi releuent, & id in aduerſarium coniiciant, l. 24. § 8. in fi. ff. de fideic. libert. l. fin in princ. ff quod met cauſ. l. 6. ff. de cond. cauſ. dat. vel ad torturam faciant indicium, l. tertio loc. ff. de prob. arg. t. tit. ff. & C de quæſt. & ibi Weſembec. in Parat. idem in Parat. ff. de probat. num. 15. Paulus 5. ſent. 14. & 16. vbi Cujac. Mynſing. 6. obſeru. 97. Porro ſpecies eius vulgo enumerantur quatuor, gloſſ. in l. admonendi de iureiur. & in l. bonæ fidei. 3. C. de reb. cred. Sichard. ad rubr. C. de prob. num. 5. Prima eſt cum teſtis vnicus pro reo actoreve dicit. Quamuis enim vnius hominis licet honorati teſtimonium iuſtam ac plenam fidem mereri non cenſeatur iuxta l. iuriſiurandi. C. de teſtib. prorſus tamen contemnendum non eſt: imprimis ſi vir bonus ſit, & dicta eius aliis argumentorum adminiculis confirmentur: vnde ſemiplenam tantummodo præſtat probationem. Nonnunquam tamen plene probat, l. Theopompus, ff. de dot. prælег. ſcil. propter teſtatoris autoritatem & vltimam voluntatem, nec non ob aduerſarij conſenſum, per l. 1. in princ. quar. rer. act. non dat l. vlt. C. de fideic. Secunda ſpecies ſemiplenæ probationis ex literarum comparatione producitur, l. 20. comparat. cum Auth. at ſi contractus C. de de fid. inſtru. Nouell. quomod. inſtrum. quæ, &c. §. certè & §. cæterum ſi tabel. conſtit. 73 cap. 1. de fide inſtrumentorum. Eſt autem comparatio literarum vltimum ſubſidium indagandæ veritatis, quoties neque teſtes, neque tabellio produci poſſunt, vt veritatem ſcripturæ, cujus controuerſia vertitur, atteſtentur. Cum enim alter litigatorum producit ſcriptum aliquod, alter negat eum ſcripſiſſe, qui auctor ſcripturæ dicitur, certe res fit ſuſpecta.

Quare

Quare hoc vnum ſupereſt, vt ex aliquo inſtrumento minimè genuinum ſuſpecto comparentur literæ, hoc eſt, character literarum, vtrum omnibus numeris hæc ſimilitudo inter vtrunque, an non ſit. Ex eo namque ſequetur veritas, aut falſitas instrumenti quod profertur. Tertia ſpecies imperfectæ (vt verbis aliorum vtar) probationis eſt, quæ conſtat ex ſcripturis priuatis, l. inſtrumenta 5. & ibi DD. Cod. de probat. l. quæ mulier de rei vindic. l. ſi quis §. 1. & §. ratio ff. de edend. Proferens igitur eiuſmodi ſcripturas, non omnino probat, niſi alia quoque accedant veritatis ſuffragia: tantum aduerſus proferentes, nihil eſt quod vetat his ſcripturis omnino credidi. Nam cum proferens aſſerat eſſe veras, & aduerſarius non reclamet, ſcilicet, quia ſibi patrocinentur, non debet judex refutare id quod litigatores approbant, qui & propriis aſſertionibus poſſent credere: Secus tamen eſt ſi inſtrumenta iſta vel ſcripturæ priuatæ inſtar publicorum inſtrumentorum ſubſcriptione trium teſtium confirmatæ fuerint, l. ſcripturas 11. C. qui potior in pign. Quarta denique ſemiplenæ probationis ſpecies comparatur ex præſumptionibus illis, quæ indubitatam fidem non habent, nec tamen contemnendæ prorſus ſunt, Auth. ſi vero C. vt omn. iud. tam ciuil. quam, Old. in topic. ea de plen. & ſemiplen. prob. Menoch. 1. præſumpt. qu. 1. nu 35. Exemplum eſt de fuga, quæ magnam quidem ſuſpicionem parit aduerſus fugientem, non tamen juſtam fidem meretur, indicta cauſa, hoc eſt, nondum cognita re ipſa, vt tractatur in auth. Si vero. C. vt omn. iudic. tam ciuil. quam milita. Et in hoc quidem articulo, bone Deus, quam late patet æquitatis ratio, quam oportet judicem Lynceis oculis (vt ſic dicam) perſpicere circumſtantias omnium rerum. confer. Gœdd. d. loc. theſ. 3. [illegible]

PROBATÆ caſtitatis dicitur, qui non manifeſte apparet incontinens, c. multis de ætat. & qual.

PROBATI ſunt qui bene poſſunt docere, c. fin. 24 q. 1.

PROBATIO probata, Baldo in leg. 2. poſt princ. C. Quan. fiſc. vel priuat. dicitur inſtrumentum: Abbas in c. cum olim. de cenſibus Zaſ. conſ. 11. n. 18. vol. 1.

PROBATIO nonquam ſatisfaceret aduerſario, etiamſi omnia probationum adminicula in vnum conferres, adeoque ſi ſolem ipſum pro oſtendenda veritate in manibus gereres. Prat.

PROBATIONES de domo. leg. pen. de teſtib. vocamus nō tam ſuſpectæ, quod domeſtici teſtes non recipiantur, quam confeſſiones & ipſius accuſati rationes: cum quis proprio ore conuincitur, et à ſuo, quod dicitur, gladio jugulatur. Ex Alciat. Spieg.

PROBATIONES luce clariores requiri. l. fin. C. de prob. hyperbolice dictum, indicaui in dictione, Hyberbole. Spieg.

PROBATIONIS vſum propter cauſas in judicio controuerſas inſtitutum eſſe apparet, vt veritas certo conſtet rerum adminiculo, quod judex aut condemnando, aut abſoluendo, ſequatur. Itaque non alia ſunt litigatoribus probanda, quam quæ neceſſario ad cauſam pertinent, juxta l. ad probationem. C. de probatio. Qui in parte grauiter nonnunquam etiam judices incurrunt. Old. Prat.

PROBATIONI admouere olim Romani dicebant argumentis cumulatim appoſitis aduerſarium ita premere, vt exuberantes conuictus videatur. Admotum enim dicitur id quod proxime adiunctum, contingit rem cui applicatur: Et ita legendam eſſe ac reſtituendam l. 1. in prin. ff. de qu. cenſet Old. in Topic legalibus in loco à connexio.

PROBATORIA [illegible] vel [illegible] in Impp. conſtitutionibus atteſtationem illam, vt cum vulgo loquar, ſignificat, qua qui in ordinem aliquem adſciſcitur, idoneus & probatus renunciatur. l. 7. C. de agentib. in reb. li. 12. l. 17. C. de re milit. leg. 1. C. de cohortal. lib. 1. 6. l. 9. l. 10. C. de diuerſ. offic. & appar. lib. 12. & apud Iuſtin. Edicto 13. Extat autem apud Caſſiodor. lib. 7. formula probatoriæ Chartariorum. Briſſ. & Cuiac. ad leg. 6. C. de diuerſ. offic. & appar. jud.

PROBATORIÆ dicuntur literæ, quibus approbantur officiales per principem. l. probatorias. C. de apparitor. jud. & memoris. lib. lib. 12. Ioan. Bello. Etymolog.

PROBE, bene, atque. parum probe, id eſt improbe. l. 13. §. ſi quis quis. ff. de dam. infect. Briſſ.

PROBI, velut prohibi, qui ſe à delinquendo prohibent. Improbi, qui ſe non prohibent. Feſtus eſt auror. Spieg.

PROBI nummi & reprobi aduerſantur. l. 24. ff. de conſtit. pec. l. 40. ff. ſi cert. pet. l. 24. §. qui reprobos. ff. de pignor. act. vt apud. Cic. lib. 3. Offic. Bonis nummis adulterini opponuntur. Briſſ.

PROBITAS multitudini inuiſa. Itaque bonum virum Hermodorum, Ephesij, viri is corruptiſſime, ferre non poterant, & in exilium egiſſe traduntur, dicentes: Nemo noſtrûm frugi eſto, teſte Strabone. Heliogabalus peſſimus Romanorum Imperator, ideo infenſus fuiſſe Alexandro adoptato legitur quod impudicus non eſſet. Idem Tyrannus Vlpianus officio ſuo mouit, quia vir bonus erat, Autore Lampridio. Cicero in oratione pro Cornelio Balbo: Seculi ſui labem eſſe dicſer, & maculam, virtuti inuidere, ipſiuſque florem dignitatis infringere. Adeo omnis excellentia multitudini eſt infenſa. Oldan. Prat.

PROBRARE eſt probrum obiicere, hoc eſt infamiam dicere, ſeu arguere turpitudinis, quaſi id non ſit probum quod fecerit, cuius ſit prohibitum: probrum enim dicitur quaſi prohibitum ſiue non probum, vt in fragmentis Feſti videre eſt, quoniam ſe à prohibito non temperauit, Gœd. ad l. probrum 41. nu. 1. ff. de verb. ſign.

PROBRUM & opprobrium non ſunt ipſum delictum, ſed facti cuiuſque turpitudo & infamia, l. probrum 41. ff. de ritu nup. Interdum tamen probrum pro crimine ipſo ſumitur. Sed quia ex hujuſmodi delictis ignominia oritur, ſolentq. ea à conuiciantibus obijci, frequentior vſus obtinuit, vt pro ignominia, conuicióque accipiatur: ſicut & Opprobrium, quod nil aliud eſt quam objectum probrum. Alciat. de verbor. ſignif. Spieg.

PROBRUM & opprobrium non ipſum eſt delictum, ſed facti cuiuſque turpitudo atque infamia, per l. probrum. 42. ff. de verb. ſig. l. probrum. 41. ff. de ritu nupt. Id enim arguit nominis origo, & verbi probrare, item exprobrare & opprobrare genuina ſignificatio, vrget & hoc neceſſario d. l. probrum. 42. ff. de verb. ſig. illatio. Gœddæus d. loc. nu. 3.

PROBRUM Feſtus proprie dici putat, de ſtupris & flagitiis, cum Attius in Helenibus ſic ſcribat: Qui niſi probrum, omnia alia indelicta æſtimant. Iuriſconſulti pro omni infamia vſurpant. Vlp. in l. probrum, 42. ff. de verb. ſign. Probra quædam natura turpia ſunt, vt furtum, adulterium: quædam ciuiliter & more ciuitatis, vt tutelæ damnari. Marcellus l. probrum. 41. ff. de ritu nupt. Probrum intelligitur etiam in his mulieribus eſſe, quæ turpiter viuerent, vulgoque quæſtum facerent, etiam ſi non palam. Hot. Prat.

PROCEDERE in cauſa de plano, ſummarie, ſine ſtrepitu & figura judicij: quid hæc ſibi verba velint, declarat Spec. tit. de Inquiſ. §. 3. verſ. qui ergo. & Bart. in l. in extrauag. ad reprimendum. Prat.

PROCEDERE ſtipendia militibus, quod vulgo dicitur. currere.

PROCEDENTE tempore, pro eo quod dicimus, ſucceſſu temporis. l. 2. ff. de orig. jur. Prat.

PROCEDERE, id eſt progredi, accedere. Sic damnare ne de domo ſua procedat. l. vlt. ff. de interdict. & relega.

PROCEDIT, verbum eſt Iuriſconſultis vſitatum pro valet, locum habet. Vlp. l. 7. 6. 1. ff. ad l. Aquil. Hoc autem in ſeruo non procedit in filiofamil. vulneratio procedit. Interdum vero etiam idem ſignificat quod prodeſſe, vt annotat Majoragius Miſcellaneorum lib. 4. c. 3. Sic Cato in lib. de ruſtica, c. 148. Quot (inquit) dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustet; totidem dies emptori procedent, id eſt, in vtilitatem cedent: ita apud Gellium li. 5. c. 19. in orat. P. Scipionis quam Cenſor de moribus ad populum habuit. Hot.

PROCERES Chartarum appellari putat Connanus, quos hodie Secretarios regis vocamus lib. 4. c. 14. n. 6.

PROCERES vacantes, id eſt, titulo tenus & honoris tantum participes ſine ſalario, ſine rerum vlla tractatione & adminiſtratione. Connan. lib. 9. cap. 6. nu. 1.

PROCESSIO Conſularitas eſt honorariorum. Proceſſio ordinariorum exhibentium munera. l. 3. C. vbi Senat. vel clar. ordinaria proceſſio. Cujac. ad l. 4. in fin. C. de conſulib. &c. lib. 12.

PROCESSUM pro auctibus Pomponius vſurpaſſe videtur in pr. l. 2. de orig. iur. ſic numero plurali apud Cic. in Bruto legi obſeruatum eſt. Spieg.

PROCESSUS judiciarius, complectitur omnia quæ acta ſunt ad Tribunal. Quà de re latius Bart. & DD. in l. Rui. C. de in jus voc. Spieg.

PROCESSUS judicij, eſt ordo quidam legitimus, ſecundum quem controuerſiæ cauſarum cognitæ, ex bono & æquo celeriter diffiniantur. Proinde talis ordo deſeruire debet judici, vt teneat cognitionis ſuæ rationē: non vero vt litigatorum affectibus obſequatur, ab differendam cauſam prætextu judiciariæ obſeruationis. Quocirca Innocentius Pontifex rectiſſime dixit: Vnde videbitur ſubtiliter intueri, de ordine judiciorum procedere, vt in præmiſſis non per omnia ordo judiciarius, obſeruetur. Hoc eſt, Veriſſimus aliquando cenſetur ordo, non obſeruare plenum ordinem in judiciis. c. ad noſtram de jurajur. Iudex enim innocentis viri officio fungi debet: Ideoque incorrupto animi judicio diſcernere, quonam ordine, quo progreſſu credat ſe cognitutum celeriter de cauſa controuerſa, ſecundum jus & æquum. l. cæteræ. ff. famil. erciſc. Et Venuleius in l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Hinc eſt quod Hadrianus optimus maximuſque princeps in l. 3. ff. de teſtib. ſemper vtitur his verbis: Tu magis ſcire potes. Item, Sed ex ſententia animi tui æſtimare oportere. Item, Tecum ergo delibera. Et pleni ſunt omnes Iuris codices hujuſmodi vocibus. Iuſtin. Nou. precept. præſid. Conſtit. 17. Tecum, inquit, ſtudio tibi ſit, vt cauſas cum ſumma æquitate cognoſcas, ac breuiores quidem & maxime quæ viliores conditionis hominum ſunt, ſine ſcripto decidas & dijudices, & mutua inter ſe homines contentione liberes. Forma igitur judiciorum qua nunc vtimur, neque ordo eſt, neq; proceſſus, ſed magis confuſio. Et nullum eſt in toto jure exemplum, quo probari poſſit. Nam quid eſt aliud, quam calumnioſe extemo-

Digitized by Google

niarum atque ſcriptorum altercatio extra omnem cauſæ cognitionem: adeo, vt judex ipſe non habeat ſæpe in manu, officium ſuum exercere in litibus: imo cogitur ad ſedentariam audiendi operam, donec omnes iſtæ ceremoniarum præſtigiæ peragantur. Old. & Prat.

PROCASSVS tranſvectiones equitum, de quibus in l. 2. ff. de in jus voc. Vide tranſvectio. Hot.

PROCESSVS viri, pro progreſſu, quem facit in honoribus adipiſcendis, apud Iuriſconſ. in l. nam & Imperator. ff. de donat. int. vir. & vx. Quemadmodum Suet. dixit Proceſſum habere in literis, pro facere progreſſum. Spieg.

PROCESSVS. Lege, Donare ad proceſſus.

PROCHIROS vocant eos ſcribas, qui manu expediti ſunt. Et Meloprochiri, exercitio & cura prompti. Annotat. Alciat. ad l. peculiari. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. Spieg.

PTOCHODOCHIVM domus in qua mendici ſuſcipiuntur & inopes, ἀπὸ τοῦ πτωχὸς, inops, mendicus. Druſæus in methodo juris.

PROCINCTVM teſtamentum appellatur à Iuſtiniano in §. 1. Inſt. de teſt. quod fiebat in ipſa militum expeditione, dum præcincti jam erant, & expediti ad bellum cujus dubiam ſciebat aleam: quod veteres In vel Endo procinctu nominabant, vt apud Cic. in 2. de nat. deor. & 1. de orat. item apud Vlp. e. Inſt. 20. & Gell. li. 15. c. 25. Id autem militiæ tantum fiebat, cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur: auctore Gell. li. 15. c. 27. Plut. autem in Coriolani vita rem ſic explicat. ἦν τότε ῥωμαίοις ἔθος εἰς μάχην καθισταμένους ἐ μέλλοντας τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν ἐ περιζώννυσθαι τὴν τήβεννον, ἅμα ἐ διαθήκας ἀγράφους τίθεσθαι, τριῶν ἢ τεττάρων ἐπακουόντων ὀνομάζοντας τὸν κληρονόμον. Eo tēpore, inquit, mos erat Romanis prælium inituris, ſcutaq; ſumpturis, togam præcingere, ſimulq; teſtamenta ſine ſcripto facere, heredemq; tribus aut quatuor audientibus nuncupare. Veteres gloſſæ in Procinctu ſic exponunt: ἐν [illegible] πολέμου [illegible], ἤτοι διὰ θήκη ἐν [illegible] πολέμου [illegible]. Feſtus lib. 5. Endo procinctu, in procinctu, ſignificat antē enim ex caſtris in prælium exitum eſt. Procinctos, quaſi præcinctos atq; expeditos. nam apud antiquos togis incincti pugnaſſe dicuntur. Idem in eod. Procincta claſſis dicebatur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confeſtim pugnaturos. vetuſtius enim fuit multitudinem hominum, quam nauium, Claſſem vocari. Hot. Hinc

In Procinctu verſari dicuntur, qui pro patria in hoſtico ſunt, quamuis milites non ſint. l. vn. ff. de bo. poſſ. ex teſt. mil. Hot. Prat. Item in procinctu habere, id eſt, in promptu, & procinctus exercitus, id eſt, ad pugnandum paratus. Connan. lib. 9. c. 5. n. 8. Adde Forcatul. in Necyom. dial. 24. n. 2.

PROCITARE veteres dixiſſe pro vocitare & pro ducere ſcribit Feſtus: itaque quomodo Gellij verba intelligenda ſint, hoc vocabulo vtentis, docet Ræuard. ad II. xii. Tab. c. 8.

PROCITVM dicebatur teſtamentum, quaſi velut procatum, id eſt, procuratum, id eſt, irritum ac ruptum. Feſtus.

PROCLAMARE in libertatem, vel ad libertatem dicuntur, qui ex ſeruitute in libertatem ſe vindicant, & aſſerunt. l. ignorantiæ ſciendum. in fin. ff. ib. & in tit. ff. quibus ad libert. proclam. non licet. l. 40. §. libertatem de fideic. li. l. 3. §. ſi ſeruus de acquir. poſſ. l. 8. ff. de prob. l. 3. §. diuus. ff. de jur. fiſc. Briſſ.

PROCLAMARE in libertatem vel ad libertatem. l. 25. & 34. ff. de liberal. cauſſa.

PROCLIVE, id eſt, facile, dixit Cæſar li. 1. de bello ciu. quib. erat procliue tranare flumen, quod conſuetudo eorum omnium eſt, vt ſine vtrib. ad exercitum non eant. Briſſ.

PROCLIVIVS eſt, id eſt, facilius, aut verius, aut proprius, l. ſi is qui ducenta. in fin. ff. de rebus dubiis.

PROCONSVL. Valla li. 4. Elegan. Proconſul. (ait) non qui pro alio conſule præeſt prouinciæ, ſed qui cum poteſtate conſulari extra ordinem, & ad aliquam prouinciam adminiſtrandam mittitur, præterquam quod non duodecim faſces eum præcedunt, qui præcedunt conſulem, ſed tantum ſex, vt etiam prætorem & præſidem. Proconſules ſemper vtiq; ex ſenatoribus, h. e. ex conſularibus, deligebantur, ſinguli que ſingulos legatos habebant, qui adminiſtrationi præſtarent auxilium. Verum quantum ex Cicerone, Liuio, & reliquis bonis autoribus colligimus, conſtitutum erat, vt qui priore anno conſul eſſet, inſequenti proconſul eſſet. Pari conſulibus imperio in eam mittebatur, vbi duntaxat non alibi, proconſul ipſe poteſtatem ſuam, quamvis voluntariam (ajunt) juriſdictionem, exercere poterat. l. præſes in ſuæ prouinciæ ff. de offic. præſidum. l. 2. ff. de offic. proconſ. & le. Contentioſam vero juriſd. præterquam in prouincia exercere non poterat, nec quicquam in prouincia negociorum exoriretur, quin ad proconſulis adminiſtrationem pertinere ſoleat. Cæterum apud proconſulem ipſum fieri poterat ſeruorum manumiſſio, & adoptio. l. præſes ff. de offic. præſid. l. omnes proconſules ff. de offic. proconſul. Apud legatum proconſulis nemo manumittere poterat. d. l. omnes ff. eo. Præterea, mandatis Iuſtiniani, & aliorum principum, continetur, ne donum, vel munus ipſe proconſul, vel qui in aliquo officio erat, adminiſtrationis tempore acciperet, vel quid, niſi victus quotidiani cauſſa, aut permittente principe, emeret, domumve extrueret. Eſt autem Proconſulis appellatio ſpecialis, nec tam late patet, quam Præſidis, vt ſcribit Vlp. in l. 1. de offic. præſid. Nam poſt diuiſionem prouinciarum ab Auguſto factam, qui militarib. & limitaneis prouinciis ſibi reſeruatis, pacatas & tranquillas populo habendas, & more priſtino adminiſtrandas reliquit, Proconſules appellati ſunt qui ex ordine ſenatorio ad regendas populi prouincias mittebantur, vt Dio lib. 53. & Strabo li. vlt. Geograph. & Tranquill. in Auguſto ſcribunt. Proconſules autem in Bæticam, Cretam, Macedoniam, Achaiam miſſos ex l. 2. de his qui ſui vel alien. l. 3. §. idem Hadrianus. ff. de teſtib. l. 10. in fin. de offic. proconſ. l. 14. ff. ad Turpill. intelligimus. Quarum duas poſteriores à Tiberio in curam ſuam translatas, Claudius populo reddidit, autore Sueto. in ipſius verba c. 25. Briſſ.

PROCREARE, liberis operam dare, l. 1. ff. ſolut. matr. Procreatio liberorum. l. 1. jus naturale, ff. de juſtit. & jur.

PROCVBITORES, qui noctu cuſtodiæ cauſa, ante caſtra excubabant, cum caſtra hoſtium in propinquo eſſent, ex Feſto. Valtur.

PROCVLVM inter cognomina eum dicunt, qui natus eſt patre peregrinante à patria procul, Hotom.

PROCVLVS in l. non amplius §. cum bonorum. ff. de legat. 2. & l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de recept. qui arbit. receper. vt ſententiam dicant. l. Proculus ff. de damn. infect. In Labeonis & Neruæ, qui Labeonis ſucceſſor, partes amplexus, Sabinoque & Caſſio ſcholam contrariam inſtituit, vt refert Pompon. in l. 2. §. penult. ff. de orig. iur. Cujus ſectatores Proculeiani Sabinianis & Caſſianis aduerſi memorantur. §. cum ex aliena. Inſtit. de rer. diuiſ. §. item pretium. Inſtit. de empt & vend. Vlp. tit. 11. Regularum. Proculeiani autem fuerunt Pegaſus, Celſus pater, Celſus filius, & Priſcus Neratius, vt ex Pomponio liquet. Proculum autem à Nepote ſæpe per literas conſultum indicant l. 67. ff de jur. dot. & l. 125. ff. de verb. ſign. Scripſit & Proculus Epiſtolicarum quæſtionum libros. Item Proculum, non leuem juris auctorem vocant diui fratres in l. 17. ff. de jur. patron. Briſſ.

PROCVLI & Sabini diſcordia, l. 93. ff. de ſolut.

PROCVRATIO, adminiſtratio. Cicer. Acad. 1. Dum me ambitio, dum honores, dum cauſæ, dum Reip. non ſolum cura, ſed etiam procuratio multis officiis implicatum & conſtrictum tenebat. Idem lib. 3. de legib. Sed quæro, quid reapſe ſit turpius, quam ſine procuratione Senator? Loquitur de legationibus liberis, quæ ſine vlla publici negotij, aut Reip. adminiſtratione obibantur. Hot. Prat.

PROCVRATIO etiam eſt ſacrificium, quod fit, ad depulſionem & expiationem monſtrorum & portentorum, & ea gratia rem diuinam facere eſt monſtra procurare. Annotante Turnebo in Cicer. lib. 2. de legib.

PROCVRATOR eſt, qui aliena negotia domini mandato adminiſtrat. Siue in judicio ſiue extra judicium, l. 1. ff. de procur. Proprie autem ex parte actoris dicitur, vt defenſor ex parte rei, l. ſi mater, § hoc jure, ff. de except. rei jud. Prat.

PROCVRATORVM autem varia ſunt genera. Quidam, n. ſunt litis procuratores, qui ad mouendas inſtituendaſque actiones vel lites exequendas dantur. l. 86. ff. de ſolut. Hujuſmodi procuratorem ad actionem factum procuratorem vocat Paul. in l. 14. ff. de pact. Alij ſunt negotiorum procuratores, quibus vel certa vna res, vel generaliter vniuerſa negotia adminiſtranda mandantur, qui omnium rerum procuratores. l. 13. ff. de pact. l. 6. ff. de inſtitor. l. 7. ff. de calumniator. & totorum ſeu vniuerſorum bonorum procuratores vocantur. l. 63. ff. de procurat. l. 17. §. vltim. ff. de injur. In illis edicti de injuriis verbis. Neque procurator qui eo nomine agat, procuratorem accipimus non vtique eum ſolum, cui ſpecialiter procuratio data eſt actionis, ſed ſufficit eſſe eum, cui omnium rerum adminiſtratio mandata eſt. l. 17. §. ait prætor. & §. procuratorem. ff. de injur. Similiter in eo quod dicitur procuratorem judicatum ſolui ſtipulari poſſe, non eum tantum, cui ea res ſpecialiter mandata fuerit, intelligimus, ſed & eum, qui vniuerſorum bonorum mandatum ſuſceperit. Sed etſi ratum fuerit habitum, procurator videbitur. l. 3. §. 1. ff. jud. ſol. Eodem modo in ædilitio edicto procurator accipitur. l. 2. & l. 25. § procuratoris. ff. de ædil. edict. In interdicto quoque, Vnde vi. ex ſententia magis quam ex verbis procuratorem non eum tantum, qui legitime procurator dicitur, omnium rerum ejus qui abſit, quaſi pene quidam dominus, hoc eſt, alieni juris vicarius, ſed & quemlibet qui aliquid noſtri negotij gerat, clientem videlicet, colonum, aut libertum, aut qui illam vim dejectionemque rogatum aut nomine noſtro fecerit, intelligi, eleganter Cic. pro Cæcin. tradit. Atque adeo in pleriſque librorum noſtrorum locis is, qui ſine mandato negotiis ſe alienis offert, & qui aliquid noſtro nomine negotij noſtri gerit, procurator vocatur, qui verus negotiorum geſtor eſt. l. 34. §. ſi gener. l. 22. §. vlt. l. 58. ff. de ſol. & l. 25. ſi quis abſentis. ff. de pet. hær. l. 9. § ſi hæres. ff. de lib. leg. l. 22. § quod ſi. l. vlt. ff. rem rat. hab. Quoties autem additur nomen, Verus, is duntaxat exaudiendus eſt, qui

qui mandatum habet, & cui vel ipſum quo de agitur, ſpecialiter mandatum, vel totarum negotiorum adminiſtratio commiſſa & credita eſt l. 40. §. 1 de proc. l. 16. ff de iud. l. 1. in fi. ff. quod iuſſu. l. 56 §. mandata. ff. manda. l. 12. ff. de ſolutionib, l. 22. §. ſi procurator. ff. rem ratam habd. l. 5. §. qui procuratorio. ff. de nou. oper. nun. At in l. 1. §. quotiens verus. ff. de vi & vi arm. Verus procuratoris ſolum accipitur, cui nominatim id mandatum eſt, vt & Accurſ. illic notat. Vero procuratori falſus opponitur. d l. 1. §. quotiens. & §. cum autem. Falſus autem appellatur, qui mandatum non habet, aut qui ſine mandato procuratorio nomine quid facit l. 1. in fin. ff. quod iuſſ. l. 3. § vlt. ff. rem rat. hab. Interdum plane falſus procurator eſt, qui mala mente & intercipiendi animo procuratorem ſe ſimulat. & procuratoris perſonam induit. l. 44. §. 1. ff. de furt. l. 24. in fin. ff. de cond. cauſa da. Briſſ.

Procvrator à negotiorum geſtore quomodo differat vide ſupra, Negotiorum geſtio.

Procvrator, ab inſtitutore quomodo differat, vide Inſtitor & procurator.

Procvrator tuus intelligitur, cuicunque permiſeris rem tuam agere, aut defendere, ait Imp. §. 1. ff de iis per quos. Hot.

Procvrator voluntarius eſt, qui ſe alienis negotiis offert ſine mandato: qui voluntarios amicus in oratio. pro Cæci. voluntarius procurator in Bruto, procurator ſimpliciter in Pandectis ſæpe, cum tamen proprie ſimplex appellatio ei tantum conueniat, qui mandatum habet. Is de rato cauere omnimodo debet. Cuiac. obſer. lib. 7. c. 26.

Procvrator ad omne negotium is eſt, quem Cic. in orat. pro Cæcin. ſic deſcribit: omnium rerum eius qui in Italia non ſit, abſitve Reipub. cauſa quaſi quidam pene dominus, hoc eſt, alieni juris vicarius. Sic l. 12. ff. de ſolu. l. 13. ff. pact. l. 7. ff. de calum. l. 93. ff. de procur. vbi eiuſmodi procurator rerum omnium, & totorum atque vniuerſorum bonorum procurator appellatur. Hot.

Procvrator negotiorum recte paciſcitur, pactumque domino prodeſt & nocet per exceptionem doli, non per exceptionem pacti. Item nouare, exigere, permutare, ſoluere, alienare, iuſiurandum deferre, pignori obligare, tranſigere poteſt, modo hæc fiant ex negotiorum vtilitate, non donandi, vel diminuendi cauſa. vt aliis in locis fuſius oſtendimus. Cujac. ad l. ſcriptum. in fin. ff. de pact.

Procvrator ad partem negotij, eſt, cui proprie ac ſpecialiter certa res mandata eſt, l. 3. §. 1. ff. iud ſol l. 17 §. vlt. ff. de injur.

Procvrator ad res adminiſtrandas is dicitur, quem proprie Negotiorum geſtorem appellamus: hoc eſt, qui non quæſtuario negocio præficitur. ſiue autem eius rei mandatum habeat, ſiue non habeat, procurator dicitur. l. ſi quis. 58. ff. de ſolut. l. 9. §. ſi heres. ff. de lib legat l. vlt. ff. rem rat. hab l. 13. § ſi quis, ff. de hæred. petit. Et hoc ab Inſtitore differt, quod hic quæſtuariæ negotiationi præfectus eſt. l. 5. § 3 ff. de inſt. act. Hot.

Procvrator Cæſaris dictus, quod ab eo acta, geſtaq. ſic comprobantur, ac ſi à Cæſare geſta eſſent. Nam Claudius à Senatu impetrauit, vt quæ ſui procuratores ſtatuiſſent, eandem vim haberent, ac ſi ipſe ſtatuiſſet: ſi tamen venditionis, vel tranſactionis, vel donationis cauſa, quaſi rem propriam tradant, nihil agant. Non enim alienare rem Cæſaris, inuito Principe licet, ſed diligenter gerere commiſſum. Eſt autem procuratoris officium, rationes omnium reddituum, qui ad Cæſarem ſpectarent, procurare diligenter, cum facultate defendendi & acquirendi, non alienandi, & diſtrahendi. Aſtipulantur Alc. li. 1. de off procur. Cæſ. Ioan. Pyrrhus Anglebermæus (de quo extat elogium percelebre) Alciatum monuit, procuratorem Cæſaris, pro Fiſci procuratore, & huuc pro illo, frequenter vſurpari. Sp. Adde Brech. l. inter publica, tit. de verb. & rer. ſign.

Procvrator Cæſaris ab Auguſto primum inſtitutus eſt, vt ex Dionis lib. 53. intelligimus, vbi ait: Auguſtum in omnes prouincias, preterquam vbi proconſules eſſent, mittere inſtituiſſe curatores, qui vectigalia conquirerent, impendiaque, ſi quæ opus eſſent, facerent. Hoc autem potius officium, quam magiſtratus, appellatur, in l. non licet. 46. ff. de contr. empt. Itaque Rationales paſſim in libris noſtris appellantur, neque de portandi ius non habere, ſed petulantibus aditu prædiorum Cæſaris interdicere poſſe. Calliſtratus autor eſt, in l. vlt. ff. de offic. procur. Præterea iuriſdictionem inter priuatos extra fiſcales cauſas non habebant, l. 1. C. de iuriſd. l. 1. & paſſim C. vbi cauſ. fiſc. Interdum fiſcum & priuatos ius dicebant, l. 5. C. eod. l. 1. de offic. proc. Cæſ. quæ lex dicit ea, quæ ab illo acta geſtaque ſunt, ſic à Cæſare comprobari, ac ſi à ſeipſo geſta eſſent. Hinc illud Taciti lib 12. de Claudio Cæſare. Eodem anno, inquit, ſæpius audita vox Principis parem vim rerum habendam à procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Ac ne fortuito prolapſus videretur, SCto quoque cautum plenius ac vberius, quam antea. Suetonius tamen ad illum precibus impetraſſe ſcribit: vt ſibi in curiam, inquit, Præfectum prætorij ſecum inducere liceret, vtque rata eſſent, quæ procuratores ſui in iudicando ſtatuerent, precario exegit. Ad eundem illud quoque pertinet, quod idem in Veſpaſiano ſcribit, c. 16. Creditur etiam procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promouere, quo locupletiores mox condemnaret. quibus quidem vulgo pro ſpongijs dicebatur vti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes. Interdum autem Procurator Cæſaris Præſidis prouinciæ partibus fungebatur: ac tum de rebus omnibus, quaſi Præſes ipſe cognoſcebat, l. 4. Cod. ad leg. Fab. de plag. l. 3. C. vbi cauſ. fiſc. l. ex conſenſu. 53. § ff. de appell. Prat.

Procvrator es fiſci primo Auguſtus, vt Dion. ſcribit, qui ἐπιτρόπους vocat li. 53. Aduocatum vero fiſci primus Adrianus, non M. Antoninus inſtituit. Cujac. ad l. 5. in fin. C. de delat. lib. 10. Erant & procuratores hæreditatium. l. 32. ff de iure fiſc. & in inſcriptionibus procuratores vicesimæ hæreditatium. Item Procuratores rei dominicæ. l. penult. de ennu. fiſc. deb. lib. 10. C. Et Procuratores domus dominicæ, l. 8 C. vbi cauſæ fiſc. Et Procuratores ſummæ rei l. vlt. C. ſi propt. nub. penſi. qui & Rationales ſummæ rei, vt in inſcriptione. l. 7. Cod. vbi cauſæ fiſc. Metallorum item & Baphiorum & textrinorum ſeu Gynæceorum & Linificiorum & baſtagarum, & ſaltuum erant Procuratores, quorum in l. 4. C de metal lib. 11. C. l. pen. de muri. le. cod. Et in Notitia Imp. Rom. fit mentio. Briſſ. Pra.

Procvrator in rem ſuam datus dicitur, cui in rem vtilitatemque ſuam mandatæ ſunt actiones. l 8 §. vlt. ff. mand. l. 2. in fi. ff. fam. erciſc. l. 3. §. idem Labeo ait, ff. de in rem ver. l. 24. ff. de minorib. l. 3. §. idem aduerſus. ff. quod quiſque iur. l. 8. C. de hæred. ven. Nam hic cum mandatas ſibi & ceſſas ab alio actiones exerceat, procurator eſt: ſed quia non in alienam, ſed ſuam rem, id eſt, commodum ſuum propriumque lucrum actiones præſtitæ ſunt, lucrumque omne & compendium eum reſpicit, idcirco in rem ſuam factus datuſve procurator dicitur. l. 4. C. de procuratorib. l. 25. §. vlt. eod. l. 4. ff. de re jud. l. 1. §. in propria. ff. quando appell. ſit. l. 20. ff. de appellationib. l. 24. ff. de pact. l. 18. ff. de compenſatio. l. 6. C. de oblig. & act. Is qui nomen emit, in rem ſuam fit procurator, l. 1. C. de contrar. iud. tut. Venditor quoque ab emptore datus ad litem procurator, in rem ſuam datus videtur. l. 66. §. ſi ſecundum. ff. de euict. Briſſ. Prat.

Procvrator inuitus non ſolet dari. inuitum accipere debemus. Vlpian. ait, non eum tantum qui contradicit, verum eum quoque qui conſenſiſſe non probatur. Spieg.

Procvrator metallorum. Procurator metallorum eſt, qui metalla exigit, & aſſeruat. Quo ſenſu accipitur C. in tit. de metal.

Procvrator Reip. l. 3. § plana. & l. 5. §. idem ait ff. quod vi aut clam. l. 2. §. ad frumentum. ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. l. 7. C. ne de ſtatu defunc. l. 5. c. de decur. lib. 10. C. Briſſ. Prat.

Procvrator totorum bonorum, quæ alienare poteſt, Modeſtinus docet, in l. procurator. ff. de procurator.

Procvrator & aduocatus differunt: Aduocati namque perſonas: procuratores negotia ſuſcipiunt. Illi quaſi tutores, hi curatores ſunt: ac proinde aduocato meo ſum ſuſceptus aut cliens: procuratori ſum mandator vel dominus. Ideoque aduocatorum munus extra locum iudicij peragitur: procuratorum non niſi in iudicio: illi cauſam inſtruunt, hi perorant: illi magis agunt calamo, hi ore. Illud igitur difficilius, hoc facilius munus eſt: illud honorabile, hoc vile, aduocati. C. de aduoc. diu. iudic. l. ſi quis. C. de decur. §. ſi. inſt. de except. Ita quoque eorum officia ſunt diſtincta, vt tamen in vnam eandemque perſonam etiam reſpectu eiuſdem cauſæ cadere poſſint. Vnde hodie procuratores poſſunt etiam aduocati eſſe, ſed non viciſſim aduocati ſemper procuratores, vt tradit Gail. 1. obſeru. 43. nu. 8 procuratorum enim numerus certus certaque matricula eſt, ſicut de aduocatis loquitur l. fin. C. de aſſeſſor. qui olim dicebantur ſtatuti, nunc ordinarij, vltra quos ſi forte per gratiam admittantur & alij illi ſunt ſupernumerarij, qui in ſtatutorum, nunc defunctorum, locum ſubſtituuntur, aliiſque præferuntur. Sed aduocatorum ordo hodie nullus eſt nullusque numerus certus, ac proinde aduocare cuiuis perito iuris licet, procurare non cuiuis, niſi in numerum relato, aut à ſtatuto ſubſtituto, aut per gratiam admiſſo, Vulc. in comment. Inſtit. de action. in prin. n. 30. 31.

Procvrator item & cognitor differunt. Procurator cauſam agit abſente litigatore. Cognitor præſente litigatore, vt recte Anianus tradit in l. ſi lite. C. Theod. de cogn. & proc. itemque Aſconius & Feſtus. Ac dicitur maxime cognitor in cauſa ſtatus pro defenſore ejus, qui patitur controuerſiam, an ſit ex ciuib. Donat. in Adelph. In tria, inquit, diuiſit officium defenſionis ſuæ. In aſſertoris, principio eam eſſe dico liberam: in cognitoris, ciuem Atticam: in fratris, meam ſororem. Aſcon. in 3. Ver. Hoc genus, inquit, defenſoris in lure cognitor dicitur, maxime cum de alicuius ſtatu agitur. Iuſtiniani tempore ſublati ſunt cognitores: ideoque ab his locis, quos ex Iuris auctorib. deſumpſit, poſitum cognitoris nomen ſemper exemit, vt conijcere licet ex l. ſi quis aliquid. §. ſi quis. ff. de pœn. collata cum ſententia Pauli lib. 5. tit. 5 5. Cuiac. in l. Paul. recept. ſentent. tit. 5. de cognitoribus in Rubr.

Procvratoria exceptiones vocantur, quæ procuratorio no-

mine agentibus opponuntur, ſiue quod non eſſe hunc eis mandatum dicatur quod perſequuntur, ſiue quod omnino procuratores eſſe, vel fieri potuiſſe negentur, vel ab eo dati dicantur, qui procuratoris dandi ius non habuit. l. 37. l. 61. ff. de procurator. & l. 1. & 3. ff. de except. l. 49. §. quædam. ff. manda. l. 19. §. 1. ff. de probatio. l. 39. §. pen. ff. de damn. infect. §. pen. Inſt. de ſatiſdat. Qua de re incidere crebro in iudicijs quæſtionem Quint. lib. 7. c. 1. admonet. Procurator, ait, alicuius pecuniam petit ex fœnore hæreditario. Poteſt incidere quæſtio, an huic eſſe procuratorem liceat. Finge nos poſtquam tractauimus eam remittere, vel etiam conuincere, quæretur, an ei cujus nomine litigant, procuratorem habendi ſit ius. Idem lib. 4. cap. pen. vt contra petitionem pecuniæ male petis. Procuratori enim tibi eſſe non licuit. Sed nec illi cuius nomine litigas habere procuratorem. Briſſ. Prat.

PRODERE id eſt, detegere & indicare. Briſſ.

PRODERE, id eſt, conſtituere, edere, probare. Briſſ.

PRODARE cauſam & accuſare inter ſe differunt. Prodit enim qui non probanda defert: accuſat, qui reo præſente crimen iudicio offert, probaturus quod intendit c. plerumque 2. q. 7.

PRODERE pro remittere, dimittere. Modeſt. l. 14. ff. de cuſtod. reor. Non eſt facile tyroni cuſtodia credenda. nam ea prodita, is culpæ reus eſt, qui eam ei commiſit. Item, Quod ſi fugitiuum domino reddendum prodiderit. Prat.

PRODERE fidem, eſt iuramento non ſtare. Bud.

PRODERE legem dicitur, qui prævaricatur, & accuſatione inſtituta deſiſtit. Vlpian. l. 1. §. 1. ff. de adult. Marito iure mariti accuſanti illa præſcriptio obiicitur, ſi legem prodidiſſe dicatur ob hoc, quod aggreſſus accuſationem adulterii, deſtitit. Prat.

PRODICTATOR propter Conſulum abſentiam nonnunquam creatus eſt. Liu. lib. 22. Itaque ad remedium iam diu deſideratum, nec adhibitum, dictatorem dicendum, ciuitas confugit: & quia conſul aberat, à quo vno dici poſſe videbatur: nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuncium aut literas mitti: nec dictatorem populus creare poterat: quod nunquam ante eam diem factum erat, prodictatorem populus creauit Qu. Fabium Maximum, & magiſtrum equitum, M. Rufum Minutium. Prat.

PRODIGA neutro genere numero multitudinis in l. quæcunque SC. de fid. & jur. haſt. fiſca. ſunt annonæ, Græcis τὰ προάξεια quæ in cibariis & edulijs conſiſtunt: ſic dicta quod intra proximos dies prodigantur, id eſt conſumantur, vel ipſis prodigis, cum eis bonorum adminiſtratio interdicitur plerumque à fiſco præſtantur. Mario igitur Accurſius noſter in d. l. quæcunque, prodiga cibaria interpretatus eſt: quam Accurſii interpretationem probant Bart. & Ioh. à Platea. His opponuntur corpora Prat. & Cujac. ad d. l. 5.

PRODIGERE pro conſumere apud Modeſt. in l. plebiſcito. de off. præſid. Plebiſcito, inquit, continetur, ne quis præſidum munus donumve caperet, niſi eſculentum poculentumve, quod intra dies proximos prodigatur. Prat.

PRODIGI, inquit Cic. lib. 2. offic. ſunt, qui epulis, & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt, in eas res, quarum memoriam aut nullam aut breuem ſunt relicturi. Prat.

PRODIGI & furioſi differunt: His ſimul atque furere incipiunt, ipſo iure dati ſunt tutores: Illis autem non prius ſunt curatores, quam ipſius à iudice bonis ſit interdictum, vide Baro. de Tautenberg tit. 7. progymnaſ. For. Spieg. & Prat.

PRODIGI conſenſus non eſt omnino nullus, ſed in his duntaxat nullus eſt, quibus res eius ſit deterior, ac proinde furor prodigi non eſt omnino furor, ſed prodigus pro furioſo habetur reſpectu adminiſtrationis rerum ſuarum, quæ ſit diminuendo. Vult. lib. 3. in prin. tit. 6. n. 32. in com. Inſtit.

PRODIGIA, Feſto autore, dicuntur quaſi prodita, & porro dicentia aliquid futurum eſſe. Nam litera quæ nunc C. vocatur, apud veteres G. dicta eſt. Quod & nunc multi pronuntiando ſequuntur in Italia. vide l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. hom. l. 4. C. de poſtul. hæred. l. oſtentum. vbi omnino vide Goedd. in comm. ff. de verb. ſign. Prat.

PRODIGUS eſt, qui neque modum, neq. finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando & diſſipando profundit. l. 1. ff. de cur. fur. Item Connan. lib. 9. c. 4. n. 11. Donel. 6. is cui bonis. ff. de verbor. oblig. Eueiſorem appellat Caius lib. 1. Inſtit. tit. de cur. Solet & in libris noſtris hoc verborum circuitu deſignari is, cui bonis interdictum eſt l. 18. ff. qui teſtam. fac. l. 6. ff. de ver. obl. l. 3. ff. de nouationib. l. 18. §. 1. & ſequ. ff. de caſtr. pec. l. 10. ff. de cur. fur. l. 9. §. idem quærit. ff. ſi cert. pet. Nam prodigis per prætorem vrbanum bonis interdicebatur, vt Paul. lib. 3. Sent. tit. 4. Valer. lib. 3. c. 5. & lib. 8. c. 6. oſtendunt. Eiuſque interdicti formula hæc extat apud Paulum 3. ſent. tit. 4. Quando tua bona paterna, auitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. Briſſ. & Prat.

PRODITOR variis modis dicitur. Nam proditor eſt, qui ſecreta ſibi commiſſa reuelat, vt not. Archidia. in c. clericus, 2. 46. diſt. & qui ſine vlla iuſta diffidatione, eum qui id minime confidebat, grauiter offendit, vel vulnerat, & maxime committendo ea contra maiorem ſuum. Item dicitur proditor qui dat alicui portionem venenatam, ſimiliter qui promittit tranſire ad gentem inimicam, de quo per Bal. in vſib. feud. tit. quib. mod. feu. amit. c. 1. §. 2. Qui quoque iuſtitiam peruertit proditor dicitur. l. 1. & in Authen. ibi poſita. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & Paris de puteo, de ſyndicatu in verbo Syndicatu, circa fin.

PRODUCERE aduerſarium ad album, Vlpianus dixit pro deducere eum, cum quo lis inſtituitur ad prætoris album, & formulam actionis demonſtrare, qua vti velit quis ex earum numero, quas Prætor ſe daturum in albo edictoque ſuo denunciauit. Eum quoque, inquit, edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad album, & demonſtret quod dictaturus eſt vel id dicendo quo vti velit, id eſt, qua edicti parte. l. 1. ff. de edendo. Hot. ex Duar. anniuerſar. diſput. lib. 1. c. 13.

PRODUCERE obligationem, diuturniorem reddere Paul. l. 91. §. 3. ff. de verbor. oblig. Primo quæramus quæ perſonæ efficiant perpetuam obligationem: deinde quibus eam producant. Item. An filiusfam. qui iuſſu patris promiſit, occidendo ſeruum producat patris obligationem. Hot. Eſt etiam producere extendere ac protrahere, l. 1. §. merito. ff. quan. actio de pecul. annal. Iuſtin. producere pro inducere vſurpauit, §. conſequens eſt. Inſt. de ſuſpect. tut. vel cura. & ibi Aldobr.

PRODUCI in jus, eſt ad Prætorem duci leg. 3. §. docere, ff. ne quis eum, qui in jus voc. l. 4. ff. de l. Iul. de vi priua. Produci etiam teſtis dicitur. l. 23. & l. 24. ff. de teſtib. l. pen. & vlt. C. eod. Produci quoque olim dicebantur, qui in ſcena populo ſpectandi præbebantur, atque exhibebantur. Suet. in Nero. c. 4. Equites Rom. matronaſque ad agendum mimum produxit in ſcenam. Quintil. lib. 3. c. 6. Qui ſe prætori in hortis oſtenderat, nec erat productus, ſedit 14. ordinibus. Plin. lib. 6. Epiſt. ad Geminium. Proximis ſacerdotalibus ludis productus in commiſſione pantomimus, cum ſimul theatro ego & Quadratus egrederemur. Macrob. lib. 2. c. 7. de Publio Mimo. Cum mimos componeret, ingentique aſſenſu in Italiæ oppidis agere cœpiſſet, productus Romæ per Cæſaris ludos omnes qui tunc ſcripta & operas ſuas in ſcenam locauerunt, prouocauit. & in inſcriptione Lanuuina: M. Aur. Aug. lib. Agellio Septentrioni Pantomimo ſui temporis primo Sacerdoti Synodi Apollinis paraſito alumno Fauſtinæ Auguſtæ producto ab Imp. M. Aurel. Commodo. Briſſ. Prat.

PRODUCTORES à Lenonibus differunt. Lenones enim ſunt ad quos ſcortorum captura redit, qui ſimul cum ſcortis ipſo iure infames ſunt, & ſtuprum in ſcorta commiſſum legibus non vindicatur l. ſi ea quæ ſtupro, l. quæ adult. C. ad l. Iul. de adult. Productores vero ſunt earum etiam mulierum in quibus ſtupra commiſſa legibus vindicantur, vt Aſconius Pædianus ſcribit, Cuiac. in expoſit. Iuſtin. Nouel. 14. de lenonibus.

PROFANUM Varroni lib. 5. de ling. Lat. quod ante fanum, id eſt, conjunctum fano. Hinc Profanatum, quod in ſacrario pollutum, & paulo poſt: & cum Profanum dicitur, id eſt, proinde, vt ſi fani factum. Macrobius lib. 3. cap. 3. Profanum omnes penes conſenſum id eſſe, quod extra fanaticam cauſam ſit quaſi procul à fano & religione ſecretum. Trebatius verò, vt Macrob. lib. 3. c. 3. refert, Profanum id proprie dici tradit quod ex religioſo vel ſacro in hominum vſum proprietatemve conuerſum & promiſcuum humanis actibus accommodatum eſt. Agenus quoque Vrbicus in Comment. Frontini, Profanum eſſe eſſe, quod cum ſanctum eſſet, poſtea in vſum hominum & extra fanum venit. Profana ergo res ſacræ & religioſæ opponitur. l. 83. §. ſacram. ff. de verb. obl. Profanum vero id eſſe etiam, quod quis ſibi priuatum ſacrum conſtituerit, Martia. tradit in l. 6. §. ſacræ. ff. de rer. diuiſio. Agrum quoque purum monumento cohærentem profani juris eſſe Impp. reſcripſerunt. l. 9. C. de religioſis. Briſſ.

PROFANUS locus opponitur religioſo. l. 40. ff. de religioſ. l. 37. ff. de contrah. empt. De profanis locis agitur in l. 4. C. de relig. & ſumpt. Briſſ.

PROFARI, proprie dicuntur fatidici, qui futura prædiuinando ſolent fari, qui iidem & Vaticinari dicuntur, quod veſana mente faciant: inquit Varro lib. 5. ling. Lat. Itaque cum Vlp. l. 1. §. 9. ff. de ædil. edict. ſic ſcripſiſſet, Si ſeruus inter fanaticos non ſemper caput jactaret, & aliqua profatus eſſet: ſic infert, Quamvis aliquando quis circa fana bacchatus ſit & reſponſa reddiderit. Item, Cæterum ſi nihilominus permaneret in eo vitio, vt circa fana bacchari ſoleret, & quaſi demens reſponſa daret. Hot. Prat.

PROFECTA res à me ad te etiam tunc videtur, ſi vel à debitore meo acceperis, vel pecuniam meam apud te habeas, & conuenerit vtroque caſu vt mutuum eſſet. l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. Spieg. Prat.

PROFECTITIA dos, quæ à patre, vel à parente profecta eſt de bonis eius, vel facto eius. Vlp. l. profectitia. ff. de iure dot. Olden. Vide ſupra Dos profectitia.

PROFECTITIUM peculium: vide peculium profectitium.

PROFER-

PROFERRE interdum ſignificat edere & palam facere, interdum producere & pronunciare, aliquando etiam differre & prorogare. Briſſ.

PROFERRE, Iuriſconſultis eſt, quod vulgo producere dicitur, id eſt, apud acta deponere. Producere autem de teſtibus, non de litis inſtrumentis dici debet. autor Budæ. in annot. prioribus Oldendorp.

PROFERRE etiam eſt diem prodictam prorogare, l. vnius. §. pen. ff. de quæſt. & in rub. de recept. arbit. Prat.

PROFERRE & differre inter ſe differunt. Proferre eſt diem prodictam prorogare. Differre eſt rem in aliud tempus conferre, nulla cum dies ante prodicta fuiſſet. & hoc ſenſu Paulus in l. vnius. §. pen. ff. de quæſt. Adeo vt propterea & differantur & præferantur cuſtodiæ. & in tit. de receptis, vel arbitrium differri, vel diem compromiſſi proferri. Sed qui profert, & differt, non contra. Itaque latius patet dilationis nomen: quo modo Corn. Tacitus res prolatas, eaſdem & res dilatas vocat. Sunt autem res prolatæ feriæ judiciorum & litium. Seneca de breuitate vitæ: Diſrupit ille totum foro patronus, & magno concurſu omnia vltra quam audiri poteſt, complet. Quando, inquit, res proferentur: ſignificat rebus prolatis ceſſare patronos. quod & de Iuriſconſultis M. Tullius ſcribit in oratione pro Muræna. Hoc toto cap. 23. lib. 5. Parerg. Alc. peſſime expoſuit, depravata etiam l. Aurelin. ff. de lib. leg. Cujac. obſeru. lib. 7. c. 16. per tot.

PROFERRE, i. pronunciare ſententiam. l. 56. & l. 36 ff. de re iud.

PROFESSIO argentariorum dicitur, ſed & aliorum omnium vitæ generum, l. 6. §. prætor. ff. de eden. l. 26. in fin. C. de epiſ. & cler. Pratei.

PROFESSIO, ad interrogata reſponſio, l. non nudis. C. de probat.

PROFESSIO, ſponſio, c. 1. de ſum. Trinit. in 6. & hoc ſenſu eſt duplex, quædam regularis, quæ fit ſcriptura, c. ſi. 20. quæſt. fin. ſed recte probatio dicitur: probantur enim, qui cœnobiticum viuendi genus deligunt, idque anno exacto. Prat.

PROFESSORES & ſcholaſticos omnes, qui amplectuntur & docendo tradunt veritatem libere, ſequuntur non vnius generis pericula, non aliter quam vmbra corpus: Veritas certe parit odium: quoniam indoctos & malos homines habet aduerſarios: ſed quid homines? Satanam ipſum habet hoſtem. Non eſt ergo mirum, ſi periculis exerceantur continuo. Oldendorpius.

PROFESSORES Iuris, communis interpretatio recipit. eos dici Doctores, qui publice legunt, & quibus auditores dant operam. Alciato videtur etiam hoc nomine poſſe intelligi Iureconſ. qui à principio adhibantur, vt conſilij ſui oratoribus & aduocatis copiam facerent: & quid juris eſſet in toto negotio, diſſereretur. l. 2. §. Seruius. ff. de orig. iur. Spieg.

PROFESSORES optimi iuſtitiæ & reipublicæ miniſtri eſſe debent. Conſtit. ff. 2. §. vlt. Nunc ſunt pernicioſiſſimi altercationum autores. Old.

PROFESSORIBVS atque veris bonarum literarum ſtudioſis quicquid tribuitur, id centuplo redit in publicam vtilitatem, dum quiſq; ſuo fungitur munere, vel prædicando Dei verbum, vel formando viuendi politiam, vel curando corpore hominum. Inſt. in procem. §. fin. Recte ergo Fridericus Imperator, duplex bonarum artium ſtudioſis priuilegium conceſſit. Conſtitut. Habita. C. ne fili. pro patr. Quem imitari debent omnes Magiſtratus, ſi Reipublicæ voluerint eſſe conſultum. Oldend.

PROFESSORIS boni officium eſt, curare vt ius ciuile in melius, h. e. in maiorem ſemper vtilitatem hominum honeſtam producatur: vt eleganter dicit l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. Oldendorp.

PROFESTI dies. Hi quintuplices erant. Alij faſti dicebantur, in quibus prætori licebat ſolennia hæc verba fari, Do, Dico, Addico. Alij comitiales, quibus cum populo recte agebatur. Alij comperendini, quibus vadimonium dicere permittebatur, h. e. ſponſionem decernere judicio ſiſti. Alij ſtati, quos judicij cauſa cum hoſte inſtituebant. Alij præliares, quibus repetere res, vel laceſſere hoſtem licebat. Spieg.

PROFESTVM facere, referente Feſto dicebatur, qui ferias violabat, & profanabat, inauſpicataſque reddebat & profanas. Prat.

PROFICERE, prodeſſe. Vlp. l. 3. de iureiur. Matris igitur iuſiurandum partus non proficiet: nec nocebit, etſi mater detulerit. Spiegel.

PROFICISCITVR pecunia, Paul. in l. ſecunda, de rebus cred. Item mutuum, ait, non poteſt eſſe, niſi proficiſcatur pecunia, hoc eſt, transferatur ad accipientem. Spieg. Prat.

PROFITEOR te non teneri, tale pactum non in perſonam dirigitur: ſed cum generale ſit, locum inter hæredes quoque litigantes habebit, vt ait Papin. in l. tale pactum ff. de pact. Spieg.

PROFITERI, cum agitur in re militari, vocatur dare nomen, cum in æſtimandis facultatibus & expendendo numero capitum, appellatur cenſus.

PROFITERI cenſum dicebantur, qui apud cenſores Romæ præcipuum ſuarum omnium fortunarum edebant: aut apud Cenſitores in prouinciis, qui agros ea ratione declarabant, quæ præſcripta eſt in l. 4. ff. de cenſib. vnde cenſuales profeſſiones dicuntur ab Arcadio l. vlt. §. 2. in fin. ff. de mun. & honor. l. cenſualis. C. de donat. de quibus etiam vide Briſſ. lib. 1. ſelect. Antiq. Prat.

PROFITERI, eſt publice & apud acta aliquid vltro denunciare, quod vulgo inſinuare dicimus.

PROFITERI artem vulgatum eſt. Inde profeſſores qui artes liberales profitentur. Quorum nomine neque medicos neque philoſophos, neque iuriſperitos contineri traditur in l. 1. cum ſeq. ff. de var. & extraord. Rub. de profeſſorib. & medic. lib. 10. C. Sed & argentariorum & aliorum omnium vitæ generum profeſſio dicitur in l. 6 §. prætor. ff. de eden l. 2. 26. in fin. C de epiſc. & cler. Briſſ.

PROFITERI merces apud publicanos, eas inſinuare tributi aut hisdebiti exſoluendi cauſa. l. vlt. §. diuus. & § ſi quis profeſſus ff de publica. l 3. C. de vectig. & commiſſ. Quintil. Declam. 341. Quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro commiſſo tenetur. Idem etiam declam. 359 talem legem fingit, publicano ſcrutari licet, quod quis profeſſus non fuerit, perdat. Briſſ. Prat.

PROFITERI etiam in l. 3. §. penult. ff. vbi pupill. educ. eſt pupilli pecuniam prætori edere: vt profeſſionem edere peculij in l. 19. ff. de pecul. legat. Briſſ. Prat.

PROFITERI judicium in l. 1 ff. ad l. Corn. de ſica & leg. 24 ff. de falſ. Salluſt. in bello Iugurt. Sed ipſe deprehenſus multis hortantibus & in primis Albiano Conſule indicium profitetur. Suet. in Domitia. c. 17. Profeſſuſque conſpirationis indicium & ob hoc admiſſus, legenti traditum à ſe libellum, & attonito ſuffodit inguina. Plinius lib. 3. Epiſt. ad Nepot. Eadem apud Claudium vxori Scriboniani cum illa profiteretur indicium. Ego, inquit, te audiam, cuius in gremio Scribonianus occiſus eſt. Vnde fit, vt pro, confiteri indicia, profiteri legendum putem in l. 3. § item is cujus. ff ad l. Corn. de ſicar. Briſſ. Prat.

PROFITERI naturales dicebantur parentes, qui diem, quo ſibi nati eſſent, liberi, apud præfectos ærarij edebant. Terentius l. etiam, 16. ff. de probat. Etiam matris profeſſio liberorum recipitur. Scæuola l. Imperatores, 29 §1. ff eod. Mulier grauida repudiata, filium enixa abſente marito, vt ſpurium in actis profeſſa eſt. Iul. Capitolinus harum profeſſionum primum auctorem fuiſſe M. Antonium Pium auctor eſt, interdum trigeſimum nomine impoſito, per prouincias autem tabulariorum vſum inſtituiſſe, apud quos de originibus idem fieret, quod Romæ apud præfectores ærarij: vt ſi forte aliquis in prouincia natus cauſam liberalem diceret, teſtationes intus ferret. Celſus l. cum de ætate, 13. ff. de probat. Iniquum eſt, quum de ſtatu ætatis alicujus quæreretur, & diuerſæ profeſſiones proferrentur, ea potiſſimum ſtare, quæ nocet. Eiuſdem profeſſionis mentio fit in l. nec omiſſa, 15. l. patentes. 21. C. de lib. cond. Hot. Prat.

PROFITERI etiam eſt in concione publica dato nomine voluntatem ſuam de aliquo magiſtratu populi ſuffragio obtinendo declarare, vt Budæus interpretatur. At Grucchius lib. 1. de comitiis Romanis, oſtendit profeſſionē nihil aliud fuiſſe, quam publicam ac ſolennem voluntatis ſuæ declarationem, de magiſtratu, ſi populus ita vellet, obtinendo, etiam circa nominis dationem.

PROFLIGARE tributa Græci ἀπαιτεῖν vertunt l. iudices. C. de annon. & trib. id eſt exigere, imponere. Iudices, inquiunt Impp. quos circa profliganda ærarij noſtri compendia negligentes ac deſides fuiſſe conſtiterit. Eodem ſenſu l. vlt. C. vectig. nou. inſtit. ſi prouincialium noſtrorum querela extiterit, inquit, conſt. C. de conductor. auditur & probatum fuerit, vltra antiquam conſuetudinem, & noſtræ terminos juſſionis aliquid eos profligaſſe. Prat.

PROFLVERE a aqua ex fonte. l. 6. C. de ſeruit. in profundo eſſe res. l. 15. ff. de legat.

PROFVGVS, inquit Seruius, proprie dicitur qui procul à ſuis ſedibus vagatur, quaſi porro fugatus. Multi tamen Zaſio exquiſite docto viro teſte, ita definiunt, vt profugos eſſe dicant eos, qui excluſi neceſſitate, de ſuis ſedibus adhuc vagantur, & ſimulac interuenerint ſedes, non dicantur profugi, ſed exules. Sed vtrunque falſum eſt. Nam & profugus lectus eſt, qui iam ſedes locauit, vt in Lucano, profugique a gente vetuſta Gallorum Celtæ miſcentes nomen Hiberis. & Exules qui adhuc vagantur. vt in Salluſtio: Qui nullo certo exilio vagabantur: adeo exilium eſt ipſa vagatio. Spieg.

PROFVGIVM actus ipſe transfugiendi ad hoſtes, itaque accipitur l. omnes §. qui captus. ff. de re mil. Pro transfuga haberi eum qui in profugio captus eſt. ita enim legendum oſtendunt Græci, qui habent ἐν τῇ βαρβάρων γῇ, id eſt, in hoſtico. Cujac. obſeru. lib. c. 27. Prat.

PROGNATVS progenitus: Quemadmodum pronepos dicitur qui loco nepotis eſt. haud abſimiliter dicuntur omnes deſcendentes prognati, quod in locum natorum ſuccedant: Ideoque qui præcedunt ab alio, ipſi vlteriores gradu minime poſſunt eſſe prognatis: hoc ergo proprie nomina illorum eſt, qui

primum obtinent locum liberorum, & tamen nati non ſunt, ſed illis cedit natorum locus: Ferret. tit. de hæreditatibus quę ab inteſtato deferuntur.

PROGENIES. Suet. in Auguſt. c. 19. & Auſon. p. 65. progener Tac. lib. 6. Briſſ.

PROGENERVM appellat avus neptis ſuæ virum, ait Feſtus.

PROGNATVS. pro natus, apud Iuſtinianum § 2. inſtit. de hæred. ab inteſt. Vnde ridiculum eſt iis, qui Latine neſciunt, prognatos, & Abnepos ſunt idem. Sunt itaque prognati liberi, Spieg.

PROGONI. Lege, Epigoni.

Πρόγραμμα, programma proſcriptio, ſcriptura publico in loco ut ab omnibus legi poſſit, propoſita, quemadmodum edicta proponebantur, aut principum reſcripta, ut l. 3. C. de leg. & conſt. princ. Itaque proprie quæ Græci προγράμματα eadem Latini edicta appellant. Sic ſumitur hæc dictio in tit. C. commun. epiſt. programmata ſubſcriptiones. Prat.

PROHEDRI dicebantur quaſi præſides, magiſtratus quinam primi ſubſellij, quibus cæteri omnes ſedendi loco cedebant. Budæ. in annot. ad tit. de offic. præfect. præt.

PROHIBERE iniuria tenuiores, dixit Cic. lib. 2. offic. conſtruens verbum prohibere cum ablatiuo ſignificante paſſionem, contra quam ſolet plerunq; fieri: cum dicimus, prohibitus acceſſu, colloquio, amota, id eſt, ne accederem, ne colloquerer, ne amarem. Hic vero iniuria ſignificat eam quæ accipitur, non quæ infertur: & eſt ſenſus ut caveret, ne afficerentur iniuria tenuiores, quod & noſtrę Leges ſubinde præcipiunt. Vide §. fin. l. nec quicquam eſt ff. de offic. proconſ. cum ſimil. Spieg.

PROHIBET uti frui, qui ui deiicit utentem & fruentem, aut non admiſit eum, cum ea fundo exiſſet non uſufruct. deſerendi cauſa l. 3 § uti frui ff. de vi & vi arm. Ædificare prohibet, qui eam materiam, quæ ædificationi neceſſaria ſit, convehi, quiq; operi neceſſarios venire prohibet. l. 1 §. pen. ff. de mort. inſer. prohibetur poſſidere & qui in ſolo ædificare prohibetur l. penult. § 1. ff. de adquir. poſſ. prohiberi quis intelligitur, quo minus faciat, ſi quolibet actu prohibentis, id eſt, vel dicentis ſe prohibere, vel manum opponentis, lapillumve iactantis, prohibendi gratia id faciat l. 19. § 1 ff quod vi aut clam. Prohibitoria interdicta ſunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri l. 1. §. interdictum. & l. 2. ff. de interdict. §. prohibitoria. Inſtit. eod. tit. Briſſ.

PROHIBITVM una via, altera admitti non debet ne legi fraus fiat. Gœdd. ad l. 38. n. 1. de verb. ſign.

PROHIBITVS muneribus dicitur is, cui muneribus interdictum eſt. l. 7 §. ult. ff. de interdict.

PROIECTVM & protectum, partes ſunt domus propenſiores, unde nobis aſpectu patet in vicos & plateas, à proiiciendo & protegendo dictæ Nam protegere, eſt tectum proiicere: quod fit quando tigna extra columnas ſeu parietes extenduntur, ut mœniana vel podia penſilia faciamus: quo genere ſtructuræ ædificiis in ſuperioribus partibus ampliora reddi ſolent. Huius rei inventor Mænius traditur, à quo mœniana, omnes ædificiorum proiecturæ generaliter dicuntur. l. ſervitutes. §. 1. ff. de ſervit. urba. præd. Old.

PROIECTVM Nonius Marcellus interpretatur longe iactum & extenſum: ut apud Virgil. Proiectaque ſaxa Pachyni Radimus. Et Cic. lib. 2. de Repub. Iuſtitia foras ſpectat & proiecta tota eſt atque eminet.

PROIECTVRAS dici, Vitruv. tradit prominentias, & quaſi ſupercilia parietum, quæ arcendis ſtillicidiis inuenta ſunt. Fabri noſtrates Lamieros & intabulamenta appellant. Quare & Caius inter urbanas ſervitutes recenſet iſtas, immittendi tigna in parietem vicini, & denique proiiciendi protegendiue, protegendi & proiiciendi ſervitutem pro eadem poſuit, quia disiunctim iſta poſuit, quaſi dixerit: Servitus immittendi tigni urbana eſt, & ea denique quæ ſit proiiciendi ſeu protegendi appellatur, &c. Hot. ex Conn. lib. 4. c. 9. n. 4. Vid. & Corraſ. in rub. de ſervit.

PROIICIENDI ſervitus ius eſt, extra tectum mœniana proiiciendi & ut Theod. in §. æque. Inſt. de actionibus interpretatur, δίκαιον τοῦ ὑπερβάλλειν ἔξω τοῦ μενιανοῦ. l. 1. & l. 2. ff. de ſervit. urban. l. pen. ff. ſi menſor fal. mod. Itaque Lexicon Latino græcum proiecta recte, interpretatur ἀπαντώμενα ἐπάνω ἐξοχὴν ἐν οἰκίαις. Inter proiectum vero & Immiſſum hoc interesse Labeo recte dicebat, quod Proiectum eſſet id, quod ita protenderetur, ut nuſquam quieſceret, qualia mœniana & ſuggrundæ eſſent: Immiſſum autem quod ita fieret, ut aliquo loco requieſceret, veluti cum tigna aut trabes immitterentur, l. 242. § 1. ff de verb. ſign. & ideo proiicere & Immittere ſeparantur in l. 5 §. meminiſſe, ff. de nou. op. nun. Sic proiectum tignorum intellige in l. ult. §. ult. ff. de ſervit. urb. & Proiectum tectum apud Cic. Topic. & proiecta in l. 80. ff. de cont. empt. l. ult. §. pen. ff quod vi aut clam. 3. §. item videamus. & §. Labeo, ff. uti poſſid. Briſſ. & Connan. lib. 4. c. 9. n. 4. Corraſius Miſcell. lib. 3. c. 15. Gœdd. ad d. l. 242. §. 1. ff de verb. ſign. Goth. ad l. 2. ff. de ſervit. præd. urban.

PROINDE pro perinde, l. 15. & l. 19. ff. de leg. Corn. de falſ.

PROLATIS, id eſt, productis teſtibus l. 6. ff. de quæſt.

PROLETARIVS in duodecim tabulis pro inope & nullis facultatibus prædito. Aſſiduo, inquit lex vindex aſſiduus eſto. proletario ciui quiuis volet, vindex eſto. nam qui in plebe Rom. tenuiſſimi pauperrimique erant, neque amplius quam mille quingentum æris in cenſum deferebant, Proletarij appellati ſunt. qui vero nullo aut perquam parvo ære cenſebantur, Capite cenſi vocabantur. Gell. lib. 16. cap. 10. qui etiam Proletarios dictus ſcribit à munere officioque prolis edendę, quod cum re familiari parva minus poſſent Remp. iuvare, ſobolis tamen gignendæ copia civitatem frequentarent. Hotom. Dicebantur autem capite cenſi, qui nullo aut perquam parvo cenſebantur ære, proletarij à munere officioque, prolis edendę appellati ſunt, quod cum re familiari parva minus poſſent Rempub. iuvare, ſobolis tamen gignendæ copia civitatem frequentarent: Eoque ſenſu proletarium & capite cenſum accepiſſe viſus eſt etiam Arnobius adverſus gentes lib. 2. prout annotavit Revard. ad ll. 12. Tab. c. 9. de vindicibus. Adde Fr. Balduin. in l. 12. Tab. c. 44. & Gœdd. ad l. quos nos 234. §. 1. n. 1. ff. de verb ſig.

PROLIXÆ ætatis homines. l. 5. §. quibus dam. Dig. de iur. immu.

PROLYTÆ προλύται dicebantur, qui quatuor annorum ſpatio in legum ſtudiis decurſo, quintum & poſtremum adiiciebant. Imperator in præfat. ad Antecaſſ §. 6. Quibus, inquit, ſi bene ſeſe imbuerint, & in quinti anni, quo prolytæ nuncupantur, metas conſtitutionem, &c. Haſychius προλῦσαι interpretatur, προαφεῖναι, προαπολῦσαι. ut ij ſint, qui ab illa præſcripta & præfinita ſtudiorum lege ſunt ſoluti, & tanquam emeritis ſtipendiis honeſtam à magiſtrorum ſchola miſſionem impetrarunt, unde hodie quoque Licentiati appellantur. Vide Lytæ. Hotom.

PROMAGISTER. Sceleratiam, inquit Revardus, Libellorum magiſter Principibus adeſſe, iſque ex Iuriſperitorum numero ſumebatur, & promagiſter dicebatur, qui principis reſcripto diem & Conſulem adiiciebat: quemadmodum ex antiquiſſima lib • cuiuſdam formula conſtat, qua corporum fictili ſarcophago ad tempus commēdandorum principalis autoritas poſtulatur. Hæc enim formulæ illius ſolemnia verba: Sepulchrum fieri placet. Verba reſcripti ſunt. Quibus ſtatim adiungitur hæc clauſula ſubſcriptionis, Iubentius Celſus Promagiſter ſubſcripſi 3 de Non. Nou. Antio Pollione & Opiniano Coſſ. Erat & illud quoque ſolenne, ac principibus familiare, ut libellum ſubſcriptum ſignarent annulo, ſignatumque reſtitui iuberent iis, qui illos porrexerant. Quo pertinet quod ait Suetonius in diplomatibus libelliſque & Epiſtolis ſignandis Auguſtum initio Sphinge uſum eſſe. Et hæc quidam libellorum ſupplicum antiqua ratio, apud Prætores etiam & provinciarum Præſides olim in uſu fuit, cap. 15. de in ius voc. Revard. l. omnia quæcunque ff. de reg. iur.

PROMATERTERA proauię ſoror. leg. 1. de grad. & ad fin. Oldend.

PROMERCALES veſtes, peculiariter illæ ſunt quę in uſu fuerunt: veneuntque poſt primam gratiam coloris attritu deperditam. Spiegelius.

PROMERCALIA dicuntur, quæ ut divendantur pluris, fuerunt empta Paul. Quod ſi res, ait, in quibus impenſæ factæ ſunt, fuerint promercales: tales impenſæ non voluptariæ, ſed utiles ſunt. l quod ſi. ff. de impenſ. in rebus dot. Nebriſ. Sane hoc vocabulum dictio univerſalis non eſt: ſed illa tantū Baptiſt. Pio teſte Promercalia nuncupantur, quæ reſervatis his quæ ad uſum annuum & proprium pertinent, tanquam ſuperantia, ex mobilibus paterfamilias vendit. Lege 2. 94. Annot. poſter. Aſtipulatur Rhodig. in fin. c. 10. lib. 28. ubi ait, Promercale in venalium ratione dici, quod extra domeſticum uſum redūdans, venui proponitur Spieg.

PROMERCII cauſa haberi dicuntur, quæ in hoc habentur, ut veneant. l. 3. §. item is cuius. ff ad l. Cor. de ſicar. l. 41. §. ſed ſi quis. ff de leg. 1. l. 2. ff. de vi publ, unde promercales res dicūtur, quæ ut divēdantur pluris fuerunt emptę, vel quae præter uſus ſuos pater fam. habet venales in l. 4. §. item ſi quis, ff. de penul leg. l. 10. ff. de impen. in res dot & apud Sueto. in Iulio cap. 54. Briſſonius.

PROMERCIVM dicitur ea ratione, qua commercium, eſtq; mercimonium, quodcūque vendendi cauſa ſeponitur Paulus l. 4. §. 1 de pen. leg. Si quis ſolitus fructus ſuos vendere, penum legaverit: non omnia quæ & promercij cauſa habuit legaſſe videtur. Vlp l. 41. § ff. de lega. & fin. Eos, qui Reipub. ad opus promiſerint, poſſe detrahere, & ad id opus uti: quia hi quoque non promercij cauſa id haberent. Hotom.

PROMISCVÆ conditiones, & non promiſcuæ, vide Conditio.

PROMISSIO deſerta, apud Vlp. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſi quis caut. Videtur, ait Alciat. novus loquendi modus, ut deſerta promiſſio dicatur: quia non obſervatur. cum l. ſeq. Contempta rectius appelletur: quare forte legendū Diſerta, & pro expreſſa & ſpecialiter intelligendum. Spieg. Cęterum in hac interpretatione Alciatum lapſum eſſe recte oſtendit Corraſ. Miſcell. lib. 1. c. 19 Si enim pœna deſertionis legitur in l. ſi duo §. 1. ff. ſi quis caut. & nihil purius magiſque proprium pro contēpta, violata & derelicta promiſſione dici potuit quàm deſerta

promiſſio, ſicuti & deſertum vadimonium Latini probatiſſimique authores dixerunt. Cot. Iaſ. d. loc.

PROMISSIO ſtipulatio etiam eſt l. 1. C. de vſur. annotat Alciat. de verb. ſign. Spieg.

PROMISSIONIS ſignificatio, tam tacitam quam expreſſam reſponſionem complectens, l. ſciendum 19. ff. de ædil. edic. l. delegare. ff. de nou. l. nutu ff. de leg. 3. l. gerit, l. pro herede. ff. de acqui. her. l. 2. l. 4. ff. de pactis, latior eſt, quam vt ad ſolam ſtipulationem referatur. Significat enim tam pactum, pollicitationem & quamlibet aliam conuentionem, quã ſtipulationem, d. l. ſciendum, §. 1 & ſeqq. l. 3. ff. de pollicit. l. 2. 3. l. ſi. ff. de aleat. l. 25. l. 37. l. 40. §. patet qui. ff. de pact. l. lecta. ff. reb. cred. l. 1. de iur. do. l. 1. § cum qui. de conſt pec. l. Titia. §. pen. de verb. oblig. Vnde promittendi rei dicuntur omnes qui aliqua conuentione ſimul obligati, vt videre eſt tot. tit. ff Inſt. & C. de duobus reis. Ideoque promiſſionis verbum, modo de pacto, modo de alio aliquo contractu, modo etiam de ſola ſtipulatione, pro re ſub ecta interpretandum eſt, l. ſi mãdato. §. ſi ff. de mandat. d. l. § cum, qui de conſt pec. d. l. 37. de pact. Nam quod in l. ſciendum ff. de verb. obl. §. ſi ſcriptum. Inſt de inut. ſtip. conſtitutum eſt. Si ſcriptum in inſtrumento fuerit, promiſiſſe aliquem, perinde haberi, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit. Hoc, quod ad iuris præſumptionem, ex eo procedit fundamento, quod dubia non apparente voluntate pro re ſubiecta verba ſint in potiore ſignificatu accipienda: cuius tamen probatio contraria iure permittitur, vt in §. item verborum. Inſt de inut. ſtip. d. l. Titia §. pen. l. 1. l. optimam. C. de contr. ſtip. l. ut iſgentium 7. §. quod fere, cum ibi not. ff. de pactis videre eſt Gœdd. in com ad l. reſponſio 7. n. 5. 20. 21. ff. de ver. ſig.

PROMISSIO de contrahendo non eſt contractus ille qui promittitur, ſed ab eo diuerſus, ita, vt contractu promiſſo inito obligatio promiſſionis de contrahendo, ſeu ſolutione eius, quod debetur, facta extinguatur Bart. ad l. ſingularis 15. ff. ſi cert. pet.

PROMISSIO impoſſibilis cenſetur illa, quæ antecinrem ire ſequitur & excedit, vt huic propter illam ſatisfieri non poſſit, l. 125. de verb. ſignif. Sicut enim dignitatis & honeſtatis rationi conuenit, fidem non falli, ſed quod promiſſum eſt modis omnibus præſtari, l. 1. de pact. l. 1. de conſt pec. ita quoque eadem fidei obſeruatio poſtulat, vt ita fiat poſtrema promiſſio, ne promiſſor deſinat par eſſe priori: alioqui ex ea nihil commode atq. honeſte præſtare poteſt, Gœd. ad l. nepos 125. n. ff. de ver. ſi.

PROMISSIO de vendendo differt a venditione ipſa: Illa futurum reſpicit, hæc præſens. Illa ex eius duntaxat parte qui promiſit, non eius qui vendi ſibi ſtipulatus eſt, obligat: hæc vltro citroque eſt obligatoria. Illa ſine definitione certi pretij valet, hæc non niſi precium definiatur. ex illa detur actio ex ſtipulatu, ex hac actio empti & venditi, Vult. in comm. ad tit. Iuſt. de conſenſ. & oblig. in prin. n. 12.

PROMISSOR appellatur qui ſtipulanti ſpondit. l. ſtipulatus. §. 1.

PROMISSOR interdum dicitur ſtipulator. Debitor enim ſiue promiſſor non minus contrahit, quam creditor, vt ſicuti vtrique contractus eſt communis, ita etiam vtrique ſit appellatio à contractu illo deſumpta. Vult. l. 3. in prin. tit. 16. nu. 22. in comment. Inſtit.

PROMISCORAE plures quam vnum habere conſultius eſt, quoniam ſi vnus ex illis ſoluendo non ſit, tum tenetur alter & in ſolidum conueniri poteſt. Vult. lib. 3. tit. 17. in princ. no. 4.

PROMITTERE ponitur pro repromittere in l. 8. §. quod ſi nunciauero ff. de oper. nou. nunc.

PROMITTERE & pollicitari quomodo differant, vide Pollicitatio & pacta vt differunt, &c.

PROMITTERE fecere ſecutum ad ſenſum prudentis, quid ſignificet hæc formula not. in l. ſi mandato Titij §. ſi. ff. manſta. Old.

PROMITTERE, rem habere licere, & promittere non mouere, vel facere controuerſiam, paria ſunt. per l. ſtipulatio iſta, in princ. & §. ſi quis forte ff. de verb. obligat. Obſeruandum, quod verbum promiſſi redactum in inſtrumentum intelligitur per ſtipulationum, & non per nudam conuentionem. l. ſciendum. ff. de verb. Spieg.

PROMNESTRIA. Vide infr. Proxenetria.

PROMPTVARIVM, cella eſt in quam reponuntur edulia, quæ ad vſus cotidianos comparata ſunt. In hoc à Penario diſtant, in quod quæ longioris vſus ſunt conduntur. Paul. de penu. leg. 1. nam quod. Si cui quæ in promptuario ſunt, legata ſunt. Hinc Promus, diſpenſator Nebr. Prat.

PROMVLGARE eſt quaſi prouulgare, publicare. hinc promulgatæ leges dicuntur, cum in vulgus editæ ſunt. in proœmio Inſtit. verſic. omnes vero populi. Io. Bello, Etym. & Aldobrau. ibid. Sic Liuius lib. 2. belli Maced. Iſque rogationem promulgauit, vellent iuberent, &c. Et Cic. ad Qu. Frat. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando, Modeſt. in l. ſeire §. aliud ff. de excuſ. tut.

PROMVLGATÆ leges recte olim in ærarium agebantur ac diligenter cuſtodiebantur. Primum, ne periret exemplar: deinde ne quis forte fraudem corrumpendo edmittere poſſet. Qua ratione moti Romani Leges 12. Tab. in æs inciſas, repoſuerunt in Ærarium vt Tranq. ſcribit in vita Iulij. Hinc ſumitur mos in Ciuitatibus, nec certe repudiandus, quod ſtatuta ſua in publicam cuſtodiam reponant. Veruntamen meminiſſe oportet: ne cuſtodiantur ſolum Leges, ſed vt obſeruentur etiam. Ipſa literarum monumenta recludi debent in Ærarium: At, obſeruatio palam circumferri debet per totam Rempublicam. Olden. Prat.

PROMVLCIDARIA vaſa dicuntur Vlpiano, in quibus promulſis id eſt, condimentum ex mulſo confectum ponitur l. 19. §. ſed cui vaſa 10 ff. de aur. arg. Et ideo, inquit, ſcutellas & promulſidaria contineri. Hot. Prat. Turneb. 28. obſ. 25. & Gothofr. ad iam d. § ſed cui vaſa,

PROMVLSIDA autem Grammatici notari portionem annonæ conuiuis loco mulſi ad excitandam cibi auiditatem exhiberi ſolitam: quo ſenſu apud Cic. lib epiſt 9. accipi videtur, licet alia ſignificatione acceperit Tertull in lib. de pallio. vt obſeruauit. Adrianus Iunius lib. 5. animad c. 10.

PROMVTVVM προχρεία prærogata pecunia, ſiue prænumerata. Gallis *auancés* l. 40. §. 3. ff de ſtatu libe. l. ex conducto 15. §. item cum quidam 6 licet ibid. Dd. vaſient. ff. locat. male apud C Harmenop. προχρεία. Th. Hermopolites ad l. vni. C de ſcut. quæ pro eo, quod intereſt ἐν προχρείᾳ τ̃ μισθώματι [illegible]. Prat Adde Cuiu. ad l. vlt. de frumento vrbis Conſtant. C. lib. 11. Eſt autem promutuum quaſi contractus, id eſt, quaſi mutui datio, vt ait l. 4. § 15 quoque. ff de obl. & act. Idem Cuiac. obſeru. lib. 8 c. 34. & Goth. ad d. §. item cum quidam, & ad l. 1. C. de condict indebit.

PRONEPOS, eſt filius nepotis. Pronepis, filia neptis.

PRONIOR eſſe debet prætor. l. 7. §. ſi pater. ff. de rebus eorum.

PRONVBA, quæ nuptiis celebrandis præeſt ex parte vxoris, ſicut Auſpex, ex parte viri. Goth. ad rub. C. de ſponſalib.

PRONVBVS anulus dicitur, quo ſponſæ digitum vir oppignerare conſueuit. Spieg. Prat. & Goth. ad rub. C. ſi rector prouinc. vel ad eum pert.

PRONVNTIARE palam & parte exprimere eſt l. 61. §. qui autem, ff. de act. empt. l. 1. l. 52 § 1. ff de ædil edict. l. 69. §. 1. ff. de euict. l. 15. §. 1. ff. de ſtatu lib. quibus in locis venditores conditionem rei, quam vendunt, pronunciare dicuntur. Eodem in ſignificato Latini auctores pronuntiandi verbo vtuntur pro palam aliquid pollicitum & promiſſum ſignificantes. Sic pronunciare nummos apud Suet. in Iulio c. 19. & pronuntiare epulum apud eundem in eiuſdem vita, cap. 25. Et pronuntiare donatiuum militibus in Galba. c. 16. Et pronuntiare teſſeras in Domitia. c. 4. ad fi. Et pronuntiare præmia militibus, apud Liuium lib. 2. ex Briſſ.

PRONVNTIARE proprie dicimus, quod viua voce & memoriter proferimus: ſicut recitare, quod ex ſcripto. Prat.

PRONVNTIARE præterea ſententiam ferre ſignificat l. 59. §. 1. l. 60. ff. de re iud. l. 37. ff. de auro arg. Inde pronuntiatus hæres. patronus. filius, libertus, ſeruus dicitur, qui talis iudicatus, & per ſententiam declaratus eſt l. 9. §. 1. ff. de in ius voc. l. 8. ff de his quæ vt indign. l. 8 C. de ſent. & interlocut. l. 15. ff. de adm. tut. l. 29. in fin. ff de liber. cau. Briſſ.

PRONVNTIARE etiam in ſcena actores dicuntur, l. 1. ff. de his, qui notan. infam. Plin. lib. 7. c. 48. Luceia mima centum annis in ſcena pronuntiauit. Suet. in Calig. c. 54. Vt ne publicis quidem ſpectaculis temperaret, quominus & tragœdo pronuntianti concineret. ex Briſſ. Prat.

PRONVNTIARE & ſtatuere dicuntur ii, qui ius habent cognoſcendi, l. 175. ff. de verb ſign.

PRONVNTIARE, quod eſt in 12. tab. idem eſt quod lingua nuncupare, id eſt, nominatim ac diſerte proferre, Vlp. ex edicto in l. 1. ff. de ædil edict. Eademque omnia, quum ea mancipia venibunt, palam recte pronunciato. Item, Ea omnia in venditione pronuntiato. Idem in l. 31. eiuſdem tit. Si venditor pronunciauerit, vel promiſerit furem non eſſe, tenetur ex ſua promiſſione, &c. Cic. lib. de offic. 3. Itaque Cato ita pronunciauit: Quum in vendendo eam rem ſciſſet, & non pronunciaſſet, emptori damnum præſtari oportere. Scharff. ex Hotom.

PRONVNCIATVM, inquit Vlpianus, in l. 49. vbi Gœdd. in comment. ff. de verb. ſignif. & ſtatutum idem poteſt, promiſcue enim & pronunciaſſe & ſtatuiſſe ſolemus dicere eos, qui ius habent cognoſcendi. Hot. Prat.

PRONVNCIATVM, Dialecticis eſt plena atque perfecta verborum ſententia, vt Annibal pœnus fuit, Scipio Numantiam deleuit. Oratio verum aut falſum plene ſignificans, eſt pronuntiatum, quod Græci ἀξίωμα dicunt, &c. Brech. in l. pronuntiatum. ff. de verb. & rer. ſign.

PRONVRVS. Nurus appellatione, inquit Connanus lib. 8. c. 5. n. 7. non tantum filij vxor: ſed & nepotis, & pronepotis continetur, licet quidam has pronurus appellent.

PROPAGARI, extendi, l. præſes. C. de ſeruit. Prat.

PROPAGARI arbitria, hoc eſt, in alios transferri, prohibetur rectiſſime l. non diſtinguemus. ff. de recepr. arbitr. Adi Old, in Copia. Spieg.

PROPATRVVS, frater eſt proaui: ſicut Abpatruus, frater abaui-

Prope eſt genus loquendi pudorem affirmantis, & modeſtiam ſignificans, & licet dubitationis ſpeciem habeat, affirmat tamen & definit. Pap. in l. 95. §. 9. ff. de ſolut. Si creditor à debitore petere culpa ſua cauſa ceciderit, prope eſt vt actione mandati nihil à mandatore conſequi poſſit. Idem l. 41. ff. de mor. cau. don. Et quod ab alio nomine ipſius eo præſente datur, prope eſt vt ab ipſo datum intelligatur. Arrius l. 5. § 6. ff. de re milit. Si bonus miles antea æſtimatus fuit, prope eſt vt affirmationi eius credatur. Idem, prope affirmatem ei credi oportere. Hot. Sæpe etiam ad modicum tempus refertur, vt circa & circiter. l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. l. 2. §. fin. ff. de lib. exhib. §. ſi vero iuxta. vbi Bartol. notat de mona. coll. 1. Quin & à Iuſtiniano dictio prope ad ſemeſtre tempus limitari videtur. l. properandum §. & ſi quidem. C. de iud. Curraſ. Miſcell. lib. 6. c. 13. n. 6.

Props, pro quaſi, fere in ll. per Alberic. iudicatis.

Prope furtum, eſt inficiando, ff. de furt.

Prope an denotet temporis interuallum, & quantum, ponit N. Neapolit. in l. vna tantum. ff. de excuſ. tut. Prat.

Prope dicitur locus, qui miliari diſtat. l. ſuus quoque. §. puto ff. de hered. inſtit.

Prope finem triennij, quî intelligendum, not. l. properandum §. & hæc quidem. C. de iud Prat.

Propensvm ſignificat quod dicimus Valde inclinatum. l. 2 §. ſi ſimul. ff. ad l. Iul. de adul §. conſequens eſt. Iuſt. de ſuſpect. tut. & ibi Aldubr.

Προπετῶς l. 13. ff. de iureiur. hoc eſt, inconſulto calore. Sunt qui interpretentur, perperam. Briſſ. Prat.

Propinqvi, id eſt affinis nomine qui veniant, docet Bart. in l. ſi. C. de verb. ſig. Spieg.

Propinqvi fines, & antiqui. C. fin. regun. l. 1. Alber. Spieg.

Propior ſobrino, proprior ſobrina ſunt, inquit Caius, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia l. 1. ff. de grad. & adfin. hoc eſt, infert Vlp patris eius cuius de cognatione quæritur, conſobrinus conſobrina, ſiue frater patruelis. Hot. Item Connan. lib. 8 c. 5. n. 1.

Propivs verbum ICti vtuntur pro magis eſt, l. 1. ff. de verb. obli. l. 18. de in rem verſ. l. 51. l. 38. ff. de act. empt. l. 58. in fin. de hæred. inſtit. l. 67. de iur. dot. l. pen § conductores. ff. de iur. immun. l. 124. ff de leg. 1 l. c §. denique quod vi aut clam. l. 29. ff. de vſucap l. 5. ff. de precar. l. 125 ff. de verb. ſign. Briſſ.

Propivs ſobrino. Paul. l. 10 §. 9 ff. de gradib. perſonæ quas enumerauimus à patrui magni filio, ei de cuius cognatione quæritur, propius ſobrino vocantur nam, vt Maſſurius ait, quem quis appellat propiorem ſobrino, qui eſt patris matriſve conſobrinus aut conſobrina ab eo, conſobrini conſobrinæve, filius filia nominatur. Et paulo poſt, His omnib. quod à patrui nepote propoſuimus, is de cuius cognatione quæritur, propius ſobrino eſt: nam patris vel matris eorum conſobrinus eſt.

Propivs ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius, & conſobrinæ meæ filia, & patris mei conſobrinus & matris meæ conſobrinus. Feſtus. Hut. Prat.

Propivs tempus & longius opponuntur. l. 67. ff. de pact. dot. Br.

Προπηλακίζειν apud Demoſthenem in leg. 16 §. 4 ff. de pœn. affici contumelia. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι. Hæc mouent, inquit, hæc de ſtatu mentis homines deiiciunt, contumeliæ non aſſuetos. Hot. Prat.

Propola prima correpta, παλιγκάπηλος Cræcis eſt, ait Pullux, idem qui infra proxeneta, venditioniſque conciliator, Senecæ Pararius dictus. Alias propola, prima producta, dicitur is, qui primus merces vendit, quas in portu primus anticipat, & vt Perſius ait, primus tollit piper à ſitiente camelo, vt prior vendat: quod manifeſto innuit Lucilius:

Sicut cum ſuus primus propola recentes
Attulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.

Hinc apud Cic. in Piſon. vinum de propola & de cupa: vbi tamen Turneb. 1. adu. c. propala legi vult, propalam exponens, qui merces propalam, velut ante palum, aut de palo pendentes habet & vendit. Prius magis probatur Iuſ. Scalig in ſuis annot. in culicem Vergil. & veteres gloſſæ videntur aſſentiri, qui propulam exponunt πωλὴν corrupte enim legitur πωλὶς Prat.

Propensa ſtipulationes dicitur prætoriæ, quæ ex ipſius iuriſdictione veniunt, l. 5 c. de verb. oblig. Briſſ.

Proponere edicto fraudem, i. e. aperire ac manifeſtum facere.

Proponere. Actoris eſt: Opponere Rei, text. ſing. in l. 1. C. de iuriſdict. Spieg.

Proponi dicebantur, quæ vt ciuium oculis paterent, in publico proponebantur. Inde, Actiones proponi dicuntur, quoniam in albo ſcriptas & in edicto prætor in publicum edebat. vt ex l. 1. C. de interdict. & §. namque. in fi. Iuſt. de actio. patet. Ita edicta proponi dicebantur. pluris in libris noſtris locis.

Proponi etiam à Iuriſconſultis dicuntur, quæ à conſultoribus referuntur conſilij accipiendi gratia, vt in reſponſis Scæuolæ, ſæpe, ſecundum ea, quæ proponerentur. Briſſ.

Proponi etiam dicebantur, quæ Imperatoribus prudentibuſve in facti ſpecie enarrabantur, prout ex facto acciderant. Briſſon.

Proportio Geometrica, cuius ſummus in iure ciuili vſus eſt, ita deſcribi poteſt, vt ſit variarum quantitatum inter ſe comparatio: quæ vt Ariſtot. lib. Ethic 5. ſcribit: minimum in quatuor poſita eſt. veluti Ponatur in a Gemma pretioſiſſima: in ob ſilex. tunc ducatur altera linea: & in c. ponantur mille aurei: in d obolus. poſt ſummatur illa ratio, vt eſt a ad b, ſic c ad d. neceſſario a eſt ad c, ſicut b ad d. poſtremo vt eſt totum ad totum, ita pars totius altera, ad alteram alterius, veluti vt eſt a c ad b d, ita & a ad b, & c. ad d. Plura vide apud Hut. in comm. ad l. ſi ita ſcriptum 13. ff. de lib & poſthum.

Propositvm dicitur quod mente ſtatutum eſt, vide Gloſſ. in l. reſpiciendum. §. pen. ff. de pignorib.

Propositvm, id eſt, proſcriptum habere. l. 1. de inſtitut. act. & l. cum cui plures. § locator, ff. loca. quod tamen ibi non animaduerterunt interpretes. Briſſ.

Proprætvras & proconſules quinam fuerint, ſic exponit Hut. in Verrin. comment. Cum antiquitus auctis Imperij finibus Prætores crearentur, qui in prouincias ſummo cum imperio mitterentur (de quibus apud Liuium frequens eſt mentio) inſtitutum tandem fuit, vt qui Romæ conſulatum aut Præturam geſſiſſent, ii anno inſequenti in prouincias eodem cum ſummo Imperio mitterentur, quæ idcirco conſulares & prætoriæ vocarentur: quarum illæ biennium obtinebantur, hæ annum vnum, vt teſtis eſt Cic. 1. Philip. Qui vero ex Conſulatu prouinciam obtinebant: Proconſules ſiue Pro conſule, qui ex Prætura Pro prætores ſiue Pro prætore dicebantur. De proconſulibus quidem nemini dubium id eſſe arbitramur; De proprætorib. vero, quoniam dubitare nonnullos animaduertimus, teſtimoniis confirmandum videtur. Cic. lib. de Diuin. 2. Bellicam rem adminiſtrari maiores noſtri niſi auſpicato noluerunt. Quam multi ſunt anni, cum bella à proprætoribus & proconſulib. adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Quin igitur Gabinius, qui ex Conſulatu Syriam obtinuit proconſul: quin Verres, qui ex prætura Siciliam proprætor dici poſſet, dubitaturum neminem exiſtimamus. At enim prætor hic perpetuo nominatur. Ita eſt, ſed aut præturam magiſtratum eſſe annuum negemus, aut per abuſionem id dici fateamur neceſſe eſt. Repugnat enim, præturam Verris eſſe annuā, & Verrem prætorio imperio, tum Romæ, tum in Sicilia, quadriennium præfuiſſe. Ac ne cui mirum videatur verbum Prætoris pro proprætoris vſurpari, locum ex Verrin. 4. ſubſcribemus, in quo & Conſul pro proconſule, & prætor pro prætore perſpicue vſurpatur. Cum id quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, legem eſſe Rupiliam, quam Prætor Rupilius ex SC. decem legatorum ſententia dediſſet, hoc omnes ſemper in Sicilia conſules prætoreſque ſeruaſſe, &c. Sententiam noſtrā nunc ita perſpicue cōfirmabimus, vt quod amplius dubitetur, nihil futurum ſit. Cælius ad Ciceronem ſcribens lib. Epiſt. 8. ſic ait. Idemq; ſenatui placere in Ciliciam prouinciam in quæ 8. reliquas prouincias, quas prætorij pro prætore obtinerent eos qui prætores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quot eorum ex SCto cum imperio in prouincias pro prætore mitti oporteret, eos ſortito in prouincias mitti placere, &c. Videmus, opinor, aperte nunc, eos ipſos qui prætorij erant prætorio imperio in prouincias mitti moris fuiſſe, in quo tamen illud intelligendum eſt, tametſi more id, inſtitutoq; fieret, vt qui ex prætura, conſulatuve exirent, in prouincias proprætorio pro conſulari ve imperio mitterentur, eoq; ibi magiſtratus eſſent ordinarij, nonnunquam tamen extraordinem, tum proprætores, tum proconſules, mitti conſueuiſſe, quorum imperium extraordinarium appellatur. veluti in his duobus, de quibus modo commemoratum eſt. Cn. Pompeio & Lucio Gellio: quorum vterque cum Conſul antea fuiſſet nunquam, pro conſule tamen in prouinciam eſt miſſus. Nam de Pompeio quidem aperte id Cic. 2. Philipp. teſtatur, quod eodem modo intelligendum eſt in iis, qui cum Conſules quidem fuiſſent, non tamen ſtatim ex conſulatu in prouinciam proficiſcebantur: ſicut Ciceroni vſuuenit, qui quia nouem poſt conſulatum annis in Ciliciam proconſul profectus eſt, propterea extraordinarium ſuum imperium appellat in Epiſt. 9. lib. ad Attic. 5. Faciam, inquit, vt ſumma modeſtia & ſumma abſtinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Atque hæc quidem de Proconſulum Imperio extraordinario: A quo Proprætorum Imperium extraordinarium nihil omnino differt, hinc intelligi poteſt, quod Cic. Philip. 2. imperium à Senatu in ſuam ſententiam Caio Cæſari adoleſcenti, neque vlla vnquam magiſtratu functo, delatum, vt proprætor eſſet, extraordinarium appellat. At enim ait, C. Cæſari adoleſcenti imperium extraordinarium mea ſententia dedi. Significat autem SCtum quod tum erat. 5. perſcriptum eſt. Eiuſdem modi fuit Cnei Piſonis imperium, de quo Saluſtius in coniuratione Catilinæ ſic ſcribit: Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro prætore miſſus eſt, adnitente Craſſo Non igitur aut Proconſulum aut proprætorum perpetuo extraordinarium imperium fuit, quemadmodum placere quibuſdam video; ſed tum demum, cum in prouinciam aut ante conſulatum,

tum, præturamve, sed non ſtatim ex conſulatu, præturave, cum Imperio mitterentur. Hæc enim ita ſe baberent, illud tamen minime ſilentio prætermittendum videtur: quoniam prætoris vocabulo veteres pro eo, qui exercitui præeſſent vtebantur, (quemadmodum ex Aſconio notum eſt) eo qui duces exercitus vicarij eſſent (quos locum tenentes generales vulgo nominamus) Proprætores etiam appellari conſueviſſe: quod vel ex eo intelligi licebit, quia Saluſtius in bello Iugurthino ſcribit, Albinum conſulem ad comitia profectum, Aulum fratrem in caſtris pro prætore reliquiſſe quem paucis poſt verſibus legatum appellat. & in eodem Cajum Marium in expeditionem præfectum, Lucium Syllam Quæſtorem ſuum in caſtris pro prætore reliquiſſe. Valerius autem Maximus lib. 2. c. de diſciplina militari: Lucius, inquit, Marius, Tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum Publij & Cnei Scipionum, quos arma Punica in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumque ſuffragijs dux eſſet creatus, Senatui de rebus actis à ſe ſcribens, in hunc modum orſus eſt. L. Marius proprætor, cujus honoris vſurpatione vel ſum patribus conſcriptis non placuit, quia duces à populo non à militibus ſolerent creari. Hæc Valerius De proconſulum autem & de proprætorum ordinario Imperio lubet Appiani verba ex libro Syriaco ſubſcribere, ἐ ϛρατηγὰς, inquit, [illegible] αὐτοκράτορας, ὡς αὐτοὶ καλοῦσι [illegible], ὅτι [illegible] δώδεκα πελέκεσι καὶ δώδεκα ῥάβδοις, ὥσπερ οἱ πάλαι βασιλεῖς, χρωμένων, τὸ ἥμισυ τῆς ἀξιώσεως [illegible] ϛρατηγοῖς, [illegible], hoc eſt, Imperatores ſuum exercitu miſerunt, quos ipſi ſex ſecurium magiſtratus (id eſt, Proconſules aut Prætores) vocant. Nam cum vtantur Conſules duodecim ſecuribus totidem faſcibus quemadmodum priſci reges: dimidium autem poteſtatis illorum magiſtratus iſti habeant, inſignium etiam partem duntaxat habent dimidiam. Atque hæc quidem vſque ad Auguſti Imperium ita ſe, quemadmodum diximus, habuerunt. Hic vero Prouincias ita diuiſit, vt aliæ Cæſaris, aliæ populi dicerentur. Cæſaris, quæ validiores erant, & quas annuis (vt Suetonius ſcribit) magiſtratuum Imperijs regi nec facile, nec tutum erat. Has igitur ipſe ſuſcepit, in eaſque rectores mittere inſtituit viros (vt ait Strabo) tum conſulares tum prætorios, tum etiam equites quos & ille generali nomine ἡγεμόνας, & Iuriſconſulti in Pandectis Præſides appellant. Populi autem qui Prouincijs præerant, Proconſules, vt ait Suetonius, dicebantur. Vnde in Pandect. titulus eſt de officio Proconſulis: qui ad populi Prouinciarum ſolos rectores pertinet. Nam etſi populus in ſuas Prouincias ϛρατηγοὺς ἢ ὑπάτους, vt Strabo appellat, id eſt, Prætores & Conſules (quibus nominibus abuſus eſt, pro Proprætores & Proconſules, vt continuo poſt demonſtrat) tamen vtroſque Proconſulum nomine appellari ſolitos, & Suetonius teſtatur, & ex Pandectar. libris facile intellectu eſt: cum ſcilicet extraordinarium eſſet eo tempore omnium in Prouincijs Imperium, eoque generali nomine (vt paulo ante moris fuiſſe oſtendimus) rectores omnes appellarentur. Nam vt in ejuſdem Imperatoris vita Suetonius ſcribit, Auguſtus autor Senatui fuit vt magiſtratus depoſiti generis ſtatim in Prouincias mitterentur: & vt cura ærarij à Quæſtoribus vrbanis ad Prætorios prætoreſve tranſiret. Atque hæc quidem de primis temporibus dicta ſint. De poſtremi vero temporis ratione pauca hæc ex Dion. lib. 53. adſcribemus. Cæſar cum appetendi regni ſuſpicionem omnem à ſeſe remouere conſtituiſſet, decem ſibi annorum Imperium in ſuas Prouincias ſumpſit. Hoc enim temporis ſpacio pacatas illas redditurum ſe recepit. Simulque juveniliter exultans, hoc addidit, quo celerius ſedatæ & quietæ eſſe poſſent, eo ſe maturius illas depoſiturum. Atque eo primum tempore Senatores & in ſuas & in Senatus Prouincias cum Imperio miſit: præter Ægyptum, quam ſolam equit. Romano, ijs de cauſis, quas ſuperius expoſuimus, attribuit. Poſt deinde hæc conſtituit: vt eorum præfecturæ eſſent annuæ, ſorteque legerentur, niſi ſi quis vel propter liberorum multitudinem, vel propter vxorem ductam jus aliquod præcipuum ac ſingulare haberet. Vt ex SC. mitterentur, & neque gladijs accincti neque habitu militari eſſent: Vt proconſules dicerentur, non modo illi duo, qui conſulatu eſſent functi, ſed etiam cæteri viri prætorij, quive pro prætore mitterentur: vt tot lictores vtrique darentur, quot habere in vrbe legibus licebat. vt Imperij inſignia quam primum pomœrio egreſſi eſſent acciperent: eaque vſque dum ex provincia decederent, perpetuo retinerent. Reliquos vero à ſe deligi, ſuoſque legatos, etſi conſulatum geſſiſſent, tamen Proprætores nominari voluit, duo namque hæc nomina valde floruerunt tum, cum penes populum Imperium eſſet. Is enim jam inde a primis temporibus prætoris nomen tanquam rei militari maxime conveniens, attribuit ijs, quos delegiſſet, & prætores eos appellauit: reliquos autem quaſi vocabulo ad pacem magis accommodato, e nomine Conſulum proconſules appellauit. Hæc enim nomina prætoris & conſules Italia retinuit, qui vero extra Italiam erant, quaſi horum locum obtinerent, præfectos omnes appellauit. Effecit igitur, vt quos ipſe deligeret, non proprætores ſolum dicerentur, verum etiam & plures annos cum Imperio eſſent & habitu militari vterentur, & gladium, animaduertendique in milites poteſtatem haberent. Siquidem nulli, neque proconſuli neque proprætori, neque præfecto jus gladij geſtandi permittebatur, quin ſimul eadem animaduertendi in milites poteſtas legibus concederetur, neque vero Senatoribus tantum, verum etiam equitibus Romanis, qui eam poteſtatem haberent, jus illud permittitur. Atque hæc quidem ita ſe habent. Iam vero lictoribus ſex omnes vtuntur proprætores, & quicunque conſulares non ſunt: ex eoque lictorum numero nomen inuenerunt, vt ἑξαπέλεκεις dicerentur. Imperij etiam inſignia, poſtquam in Prouincias ſuas perveneruut, vtrique accipiunt; eaque vna cum Imperio deponunt. Hoc eodem modo leges etiam jubent, ex prætorijs & conſularibus viris præſides in Senatus Imperatoriſque Prouincias mitti: quos Imperator, & quæ in loca volebat, & quo tempore volebat, mittere conſueverat. Ita multi non modo prætores, verum etiam conſules Prouincijs præfuerunt, id quod hodieque nonnunquam fieri conſueuit. Senatus autem & ſeorſim quidem conſularibus Africam atque Aſiam conceſſit: & prætorijs reliquas omnes diſtribuit. Omnibus autem æqualiter interdixit, ne quis quinquennio ante, quam Magiſtratum in vrbe geſſiſſet Prouincias ſortiretur. Sic temporis progreſſu: licet major eorum qui ſortiebantur, quam Prouinciarum numerus eſſet: tamen ad Imperium omnes perueniebant. Poſtea cum male nonnulli magiſtratus geſſiſſent, illæ quoque Prouinciæ Imperatori adjectæ ſunt, ſic vt eas ipſe quodammodo diſtribueret: cum tot ſortiri juberet, quot eſſent Prouinciæ. Alij autem Imperatores etiam à ſe delectos in Prouincias miſerunt, ijſque annus complures Imperium prorogarunt. Alij vero equitibus Senatorum loco Prouincias mandarunt: quo fere tempore hæc legibus conſtituta ſunt de Senatoribus, qui jus necis in eos, qui Imperio ſuo ſubjecti eſſent, haberent. Mittuntur enim etiam quibus jus illud non permittitur in eas Prouincias, quæ populi & Senatus eſſe dicuntur, & proquæſtores quos ſors dederit, & aſſeſſores eorum qui cum Imperio ſunt. Hoc enim nomine recte illos, ſi officium illorum ſpectemus, appellabimus: cum alij legatos etiam illos appellent. Sed de nomine ſuperius ſat dictum eſt. Hos igitur aſſeſſores ſibi quique deligunt, vnum quidem prætorij ex ſui aut inferioris ordinis hominibus: Tres vero conſulares, ex ejuſdem dignitatis viris, quos ipſe Imperator probauerit. Quanquam hæc ratio innouata eſt. Sed quia breui interijt, ſatis erit ſuo loco indicare. De Prouincijs igitur populi hæc ita ſe habent. Mittuntur vero & in alias Prouincias, quæ Imperatoris dicuntur, ab eo ipſo præſides pluribus legionibus inſtructi: plurimum ex prætorijs, interdum ex ijs, qui quæſturam, aut alium magiſtratum intermedium geſſerunt. Hæc pius ex Dione.

Propria commoda dicuntur non tantum ſua, ſed & ſuorum puta vxoris & liberorum. Gothof. ad l. 3. C. de loca.

Propria cauſa & aliena opponuntur in leg. 1. §. 10 propria, ff. quando appell. ſit.

Propria cauſa quæ ſit, quæri ſolet in tempore appellationum, quod in propria cauſa anguſtius & breuius, in aliena laxius datur. Et placuit propriam eſſe cauſam, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. l. 1. §. in propria, ff. quando app. ſit. Itaque ſi procurator quis in rem ſuam datus ſit, ejus propria cauſa dicetur. Sed & quicunque ſua intereſſe dicit, propriam cauſam defendere intelligitur l. 2. 1. & §. vlt. ff. quando appell. ſit. Briſſ.

Propria res quæ ſit, exponit gloſſa in l. fœnerator, ff. de nautico fœnore. Spieg.

Propria lis dicitur procuratoris in rem ſuam dati, l. 25. §. vlt. ff. de procur.

Proprie, pro ſpecialiter in l. 2. in prin. ff. de vac. mun. l. 2. §. vlt. ff. de adm. rer. ad ciuit. Cic. li. 5. Epiſt. ad Attic. Cui depoſcenti mea mandata cætera vniuerſa mandaui. Illud proprie ne pateretur, quantum in ipſo eſſet prorogari nobis Prouincias. Proprium etiam pro ſpeciali dixit Paul. in l. 21. in fin. ad municip. Briſſ. Prat.

Proprietarius proprietatis dominus in l. proprietarius, ff. de dam infect. & apud Vlp. de dolo, in l. elegantur, §. ſi ſeruum, Si ſeruum vſurarium, ait, proprietarius occiderit, Legis Aquiliæ actioni, & ad exhibendum id accedit, ſi poſſidens proprietarius occidit. Prat.

Proprietas, proprie eſt jus, quo res ipſa perfecte mea eſt, non ratione juris alicujus in re illa conſtituti. Vult. l. 2. tit. 4. §. 1. n. 3. in comment. Inſtit.

Proprietas vocabulum eſt à Iuriſconſultis diſtinguendorum definiendorumque dominiorum cauſa confictum, nam Dominij nomine ſolidum dominium fere intelligitur: id eſt, in quo vſuſfructus ineſt. vnde vſusfructus, pars dominij appellatur, lib. 3. ff. de vſufruct. quum igitur dominium vſufructu diminutum ſignificare vellent, Proprietatem dixerunt vt patet ex titulo de vſufruct. locis innumeris, in quibus vſusfructus proprietati opponitur. Itaque Neratius in l. 13. ff de acquir. rer. dom. quum dominium dixiſſet, & illud quod vſuſfructu expers eſt,

SSſ

ſignificaret, cunctoon proprietatis nomine hoc interpretatus eſt. Si procurator rem mihi emerit ex mandato meo, eique ſit tradita meo nomine, dominium mihi, id eſt, proprietas acquiritur, etiam ignoranti, poſtea tamen quum iuri more ſubtiliter omnia perſequerentur, vti proprietatis vocabulo non contenti, proprietatem nudam dixerunt, quæ vſuſfructu diminuta eſt: plenam vero, quæ vſumfructum in ſe haberet. Papin. l. 1. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. Si duobus ſeparatim alternis annis vſuſfructus relinquatur, continuis annis proprietas nuda eſt: quam ſi legatarium vnum ſubſtituas, cui alternis legatus ſit vſuſfructus, plena ſit apud hæredem proprietas eo tempore, quo jus fruendi legatario non eſt. Hot. prat.

Proprietas & dominium quomodo differant, vide Duaren. lib. 1. diſput. anniu. cap. 17. Robert. ſent. c. 18. Cujac. ad l. 58 de verb. obl. Vult. in comm. Inſt ad §. 1. num. 3. de vſufr. & vide ſupra in verbo Dominium & proprietatem.

Proprietatem, Cajus appellat id, quod eſt dominium directum in l. fin. de ſuperfic. Habet namque Superficiarius vſumfructum, & proprietatem, ſubaudi, ipſius dominij vtilis: Directum vero dominium non habet. Spieg. prat. & Alberic. in hac dictione.

Proprietas & vſusfructus, quia jura ſunt incorporalia, partes fundi ficte dicuntur. Nam ſi proprietatem & vſumfructum, vt jura incorporalia conſideremus, vt l. 1. ff de rer. diuiſ. fundum vero rem intellectu comprehenſam, cui tanquam ſuo ſubjecto, naturali quadam ratione proprietas & vſusfr. accedunt, ipſumque ſequuntur, velut vmbra corpus & calidum ignem, nulla quidem ratione partes appellaueris, niſi ... ac potius (vt dicit Iaſno) ficte. Quare vſumfructum ipſius fundi proprium tectiur, quam partem dixeris, text. eſt in l. ſi à reo §. ſi reo. ff. fidejuſſ. Brech. in l. recte dicimus eum fundum, ff. de verb & rer. ſign.

Proprietatis nudæ nomine, nullus fructus continetur l. videamus, ff. de vſuris, Spieg.

Proprio jure plus ſibi datum iri debere, vide Papyrium in l. Imperatores, ff. de ſer. præd. ruſt. Spieg.

Proprio nomine, & alieno opponuntur, Briſſ.

Proprium à Latinis vocatur peculiare, perpetuum & conuenienter attributum, vel aſcriptum rei, perſonæ, aut dictionis explicans officium, conditiones, accidentia, qualitates. Dialectici proprium multiplex ſtatuunt: ſed Iureconſulti ſunt vno contenti: quibus id dicitur proprium, quod ſpeciei tantum vni conuenit & vniuerſæ: vt homini proprium eſt loqui, ratiocinari: quod omni & ſoli homini congruit. Boet. in Topico militiæ ſur. & leg. diſcip.

Proprium eſt ſuum cujuſque, vt Non. Marcel. exemplis confirmat, diciturque quod non eſt cum alijs commune, & quamvis quod commune eſt, noſtrum dicere vſurpemus, non tamen quod commune eſt, dicere valemus proprium. Cicer. libr. 7. Epiſt. ad Curium. Cujus quando te eſſe proprium ſcribis mancipio & nexu, meum autem vſu & fructu, contentus iſto ſum. Id enim cujuſque eſt proprium, quo quiſque fruitur atque vtitur. Horatius:

Si proprium eſt quod quis libra mercatur & ære. Briſſ.

Proprium ſiue proprietas dicitur, quod alijs locis paſſim allodium, propterea quod ejus proprietas ſolida penes dominum eſt, neque alteri ejus vſusfructus eſt conſtitutus, lib. feud. 2. tit. 17. & tit. 29. & tit. 43. Iuriſconſulti modo proprietatem ſolidam, modo proprietatem cum vſufructu, modo vſumfructum proprietati admixtum appellant, l. 4. ff. ſi vſusfruct. pet. l. 4. de vſufruct. accreſ. Sic leg. Franc. libro 1. cap. 127. vnuſquiſque de ſuo beneficio ſuam familiam nutricare faciat, & de ſua proprietate propriam familiam nutriat: & ſi Deo dante, ſuper ſe & ſuper familiam ſuam, aut in beneficio, aut in alode annonam habuerit, &c. Et libro 4. cap. 51. Itemque in Capitulat. Carol. Audiuimus quod aliqui reddant beneficium noſtrum ad alios homines in proprietatem & in ipſo placito dato pretio comparant ipſas res iterum ſibi in Alode, &c. Prat.

Propter res vniuerſas, quæ mihi cum fratre meo patruo veſtro communes ſunt, quas æſtimationis conſtiterit eſſe vniverſas, duo millium aureorum fidei veſtræ committo, vt pro portione veſtra mille aurea à Lucretio pacato patruo veſtro accipiatis. Scæuola ſeorſum iudicat. l. fin. §. 1. de leg. 2. Spiegelius.

Propudioſiſſima, dicitur Contaminatiſſima, impudiciſſima. Plauti vocabulum qui & meretriculam propudium vocitat. Propudioſa autem dicta, quod inordinata pudicitia ſit procul à pudore. Ioan. Bapt. in commen. Epiſt. Sid. Apoll. ad Ambroſ. Pap. lib. 9.

Propudium, rem pudendam ſignificat.

Proquæſtor, qui Quæſtoria authoritate accepta, mittitur in aliquam regionem.

Proquiritata, verbum fuit 12. Tab. quod ſignificabat promulgata. Sidon. Apoll. libro 8. Epiſt. ad Nammatium. Per ipſum fere tempus, vt decemviraliter loquar, lex de præſcriptione tricennij (ſic enim legendum eſt) fuerat proquiritata. Quiritari vtique in veterum libris fidem Quiritium inuocare eſt. Briſſ. Idque Varrone autore qui libr. 5. de ling. lat. ſcribit: qui fidem Quiritium clamans implorat, eum dici proquiritare: Et vt proquiritare vrbanorum, ſic jubilare ruſticorum eſſe. Simili modo qui patrem patentum implorabat auxilium, patentes plorare dicebatur: Vnde illud Terentij in Adelph. Obſecro populares ferte miſero atque innocenti auxilium: Subuenite inopi. In quem locum Donatus, & hoc eſt, inquit, quod veteres quiritare dicebant. Quiritea Conclamate. De quo vide Ræuardum ad ll. 12. Tab. capitul. 3. de patria poteſtate.

Prora, ea pars nauis eſt, quæ in appellando percutie litur, puppis honeſtior nauis pars eſt, in qua ſedet qui clauum regit. Habent nautæ ſinguli diſtributa munia: quorum præcipua ſunt, Proretæ, & Gubernatores. Vlpi. in l. 1. Nautæ, caup. ſtab. nauis magiſtrum vocat. Prora Græca vox eſt, cui parti qui præſidet, ... & ... illis appellatur. Vide Annot. Bud. ad l. 1. de arbitr. Spieg.

Proreta, ..., ..., qui proram regit: quum puppim Gubernatur. Plaut. in Rud. Si tu proreta iſti naui es, ego gubernator ero. Paul. l. 11. §. 2. ff. de public. Quod ſi abſente domino id à magiſtro, vel gubernatore, aut proreta, nautave aliquo factum ſit, &c. Xenoph. ... Succenſet proretis ijs qui in prora ſunt: ſuccenſet gubernator ijs qui in puppi. Hot. Prat.

Prorogare, proprie eſt populi rogati lege ac juſſu proferre atque producere, vt Prorogare magiſtratum, aut Prouinciam. Hinc.

Prorogare vulgo dicitur quod producitur, Vlp. l. 2. §. 3. ff. de jud. Si & judex ad tempus datus & omnes litigatores conſentiant, niſi ſpecialiter Principali juſſione prorogatio fuerit inhibita, poſſunt tempora intra quæ juſſus eſt litem dirimere, prorogari. Sic l. 24. ff. locat. l. 19. & leg. 30. de legat. 1. Hot. Prat.

Prorogare, aut diem erogare, repræſentare. Vlpia. l. 53. ff. de pactis. Sumptus quidem prorogare, litiganti honeſtum eſt: paciſci autem vt non quantitas eo nomine expenſa cum vſuris licitis reſtituatur, ſed pars dimidia ejus quod ex ea lite datum erit non licet, id eſt. Honeſtum eſt litigatori pecuniam ad futuros ſumptus litis neceſſariam procuratori vel aduocato ſuo numerare. Hinc apud Vlpian. in l. 4. ff. de manum. pro præſentem pecuniam ſoluere. Proinde, inquit, ſiue ex peculio quod ad venditorem pertinet, ſiue ex aduentitio lucro, ſiue etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente, &c. Vlp. l. ſed addes. 19. §. ſi quis, 6. ff. locat. nam inter eum qui per errorem ſoluit, & eum qui penſionem integram prorogauit, multum intereſt. Hot. Prat.

Prorogare in edicto prætoris, modo ad libramentum proprium redigere, leg. 1. ff. de via publica. Modo immundum tollere, ſignificat. l. 1. ff. de riuis. In judicijs, pro diluere crimen & ſe excuſare vſurpatur, l. is qui reus, ff. de publ. jud. cum ſim. Old.

Prorogare ſumptus litiganti, eſt eorum ſolutionem in tempus aliquod differre, puta poſt litis judicium: ſic Conſtant. Imperatores de decurionibus. Circenſium magiſtratus deſertores ad eam grauitas tua faciat neceſſitatem conditionis vrgeri, vt quaſcunque pro ijs expenſis ciuitas prorogauerit, refundere protinus ac repræſentare cogantur. Eligebantur enim quotannis magiſtratus Circenſes ludos ſumpto ſuo celebrarent: quod vt commodius poſſent facere, ciuitas prorogabat ipſis eas expenſas, id eſt, ſoluebat pro ipſis, quas aliquo poſt tempore redderent. Vult Conſtantinus, vt ſi qui eorum eam ludorum procurationes deſeruerint, refundant eos ſumptus ciuitati, & quidem præſenti die, non expectato tempore quod illis ſolitum eſſet concedi. Nam vt Vlpianum prorogare interpretemur pro repræſentare & erogare, mihi non placet: nec vero conueniit. Non enim ibi ſumptus dantur litiganti, ſed erogantur in litem, & prorogantur litiganti, id eſt, creduntur ei, & prorogatur eorum ſolutio vſque ad finem judicij, quod licet, adjecto etiam pacto vt cum vſuris reſtituantur. Sed improbum eſſet pro ijs quotam litis paſci. Si qui fidem habet de precio venditus, dicitur precium prorogare emptori, & cætera. Connanus lib. 5. cap. 5. numer. 5. Adde Iacob. Cuiac. ... lib. 2. cap. 35. part. 1.

Prorogare, modo diem proferre l. 19. l. 30. ff. de leg. 1. l. 2. ff. de re judic. modo repræſentare l. 3. §. conſequitur, ff. de conſtat. & vlt. act. l. 4. ff. de manumiſſ. l. 19 §. ſi ijuis cum in annum. ff. locat. l. 27. Cod. eod. l. 53. ff. de pact. leg. 20. Cod. de decur. Briſſ.

Prorogare pro procurare. Sic prorogandæ ſoboli proſpicere. l. 1. C. qui & aduerſ.

PROROGA-

PROROGATIO apud interpretes fori mutatio. hæc fit de tempore, loco, ad tempus, locum: alios modos recenſuit Corraſius l. 1. ff. de jud. et Iaſ. Old. Prat.

Πρὸς ἔπος, ad propoſitum. Vlp. l. 11. § 4 ff. de interrog. Quod autem ait Prætor, Omnino non reſpondiſſe: poſteriores ſic exceperunt, vt omnino non reſpondiſſe videatur qui ad interrogatum non reſpondit: id eſt, πρὸς ἔπος. Hæc ille. Hinc οὐδὲ πρὸς ἔπος nihil ad propoſitum, nam vt ait Heſych. ἔπος ῥῆμα, λόγος, φωνή. Lucian. in Philopſeude, οὐδὲ πρὸς ἔπος πρῶτον φασὶν, οὐδὲ πρὸς τὸν ἐρώτησιν, Hæc nihil ad propoſitum, vt ajunt: neque de his percontabar. ſunt tamen qui nihil aduerſum interpretentur & originem locutionis longius exquirant. Cicero pro Flacco, Nunquam nobis ad rogatum reſpondent, ſemper accuſatori plus quam ad rogatum. Hot. Prat.

PROSA numen & poteſtas ab ijs fœminis maxime colebatur, quæ rectum ac legitimum partum ederent. Poſtuerta autem ab ægris atque infirmis. Crinitus libro 22. cap. 9. de honeſta diſciplina.

PROSCAENIUM, locus ante ſcenam porrectus, in quo pulpitum erat, ludicris exercendis accommodatum. Virgil.

---- Veteres ineunt proſcenia ludi.

Tranquil. in Ner. Hos ludos ſpectauit ex proſcenij feſtij faſtigio. Meminit & Vitruuius lib. 5. & Vlp. in l. de pollicitationibus, ff. de pollicitation. Probe faciet Statius Rufinus, & opus proſcenij, quod ſe Gabinis extructurum promiſit, perficiat Hotomanus & Gothofred. in dict. l. de pollicitationibus. Scena autem ipſa dicta eſt, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, ab vmbra. Alc. in l. quiſquis equos. Cod. de ſpectaculis, lib. 11. Sont qui proſcenium dictum eſſe putant à Nannio proſcenio meretricula, ea ſiquidem cultius exquiſitiuſque aureis fulta ornamentis formoſæ gratæque puellæ ſpeciem præferebat, verum exuta turpiſſimæ nota non caruit. De quo vide notata per Cælium lib. 16. cap. 5. lect. antiq. Adde Brechæum in l. Tabernæ tit. de verb. & rer. ſignum. 4.

PROSCINDERE terram, eſt illam vertere, cum primum aratur. Paul. de verb. ſign. l. ſylua. Noualis, inquit, eſt terra proſciſſa. Nebriſſ.

PROSCRIBERE eſt palam ac publice propoſito libello ſignificare, l. 11. §. 3. ff. de Inſtit. Palam autem proſcriptum id intelligi Vlp. in d. leg. 11. §. 3. interpretatur, quod ita poſitum eſt, vt de plano legi poſſit, Soſipat. lib. 2. Inſtitut. Grammatic. proſcribo eſt palam & aperte ſcriptum propono, vt cum bona alicujus proſcribo. Briſſ.

PROSCRIBERE, aliquid per ſcripturam venale proponere, & publicare: vt Cod. de fide inſtrum. & de jur. haſt. Fiſc. lib. 10. l. vlt. Item damnare & relegare, *Verbannen*, ſignificat: tractum ab eo, quod hi proprie proſcribi dicuntur, vt Vlp. teſtatur in l. ſed & ſi pupillus, §. proſcribere, de Inſt. act. quorum nomina claris literis, vt de plano recte legi poſſint, ante tabernam, vel ante eum locum in quo negociatio exercetur, non in loco remoto, ſed euidenti ſcribuntur. Spieg.

PROSCRIPTA bona dicuntur, cum fixis publice libellis venditio eorum bonorum in diem certam edicitur, ac ſignificatur. Hotomannus.

PROSCRIPTIO Imperialis, *Die keiſerliche acht*. Habet autem hanc appellationem intra annum, *acht*. Quia Imperium cenſet, vtrum in eam ſit declarandus, an non. *Achten* enim noſtra lingua ſignificat, judicare, exiſtimare, reputare: differunt proſcriptio & Bannum. *Die acht vnd der Bann*. Nam proſcriptio adimit contumaci omnem libertatem & ſecuritatem perſonæ & rerum. Bannum vero efficit, vt apprehendi quidem poſſit in quolibet judicio, ſed non occidi. *Aberacht* eſt aggrauatio, iterata & grauior proſcriptionis confirmatio. Proſcriptionis meminit Frideric. I. in conſt. de ſtatu & conſuet. §. item nulla poteſtas. Old.

PROSCRIPTIO autem dicitur damnatio, à ſcribendi cæremonia, quam Vlpia. explicat, de priuata interdictione loquens, in l. Sed & ſi pupillus, §. proſcribere, ff. de inſtito. actio. Old.

PROSCRIPTI dicuntur, quorum nomina palam in foro ſcripta extabant, vt ad necem quærerentur, & præmio percuſſori, ac ſupplicio occultatori propoſito. Appian. ſcribit L. Syllam harum proſcriptionum Principem & inuentorem fuiſſe, indeque eſt lex Cornelia quæ proſcriptum juvari vetabat. Prat.

PROSCRIPTIO fit de futura auctione propoſitis libellis in celeberrimis locis vt Cic. ait pro Quintio. Theophilus ἐν τοῖς ἐπιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι, & Imp. in l. vlt. C. de delat. lib. 10. & l. pen. Cod. de defenſ. ciuit. quod in alienationibus Eccleſiarum fit per dies 20. ſcripto propoſito. Nouell. 120. Multa ergo exiguntur in auctione fiſcali, proſcriptio, auctoritas procuratoris, haſta, præco, quæſtor, addictio, quæ fiat juſto pretio. Cujac. ad leg. ſi qui proſcribente, de fide, & jure haſtæ fiſcalis. C. lib. 10.

PROSCRIPTIONES incurrere L. vlt. C. quæ res vend. non poſſ. Sunt autem proſcriptiones, venditiones bonorum, quas inuiti faciunt, à creditoribus in judicio victi. Spieg.

PROSECTA. Exta cocta ſolebant proſecare, vnde & proſecta dicebantur, & partem adolebant, partem conſecrabant, Sacerdotibuſque dabant, partem ſibi apponebant. Tranquillus in Auguſto, ſemicruda exta rapta foco proſecuit. Eſt vero verbum Sacrificantium. Particulæ enim minutæ membrorum omnium proſecta dicebantur in Sacrificijs. Sic Lucanus:

---- Si pectora pleno
Sæpe dedi, Iam calido proſecta cerebro.

Et Ouidius:

Inde vbi libauit, proſecta ſub æthere ponit.

Hæ ſacrificiorum particulæ videntur etiam dici Præficiæ, à præſecando, de quibus Arnobius lib. 7. ridens antiquorum ſuperſtitioſa Sacrificia. Vide Turneb. lib. 13. aduerſarior. c. 7.

PROSECVTOR is dicitur, qui quæ tranſmittuntur, publico nomine ac mandato proſequitur: vnde proſecutores Reorum, l. ſolent ff. de cuſtod. reor. qui reos tranſmiſſos deducunt. Et proſecutores auri publici, ſub rub. C. de auri publ. proſecut. qui aurum fiſci rationibus illatum, dum tranſmittitur, proſequuntur. Item proſecutores publicarum functionum, l. 9. Cod. de curſ. publ. qui non ſine proſecutoria, id eſt, præcepto comitis largitionum conſtituebantur. Proſecutores equorum l. 2. C. de tractor. & ſtat. Denique proſecutores frumentorum apud Caſſiodor. lib. 4. Prat.

PROSECVTORIA, l. 1. C. de aur. publ. proſec.

PROSILIRE ad munus, l. 7. C. de profeſſ. Briſſ.

PROSOCER pater ſoceri. Vide Iuriſconſ. de gradib.

PROSOCRVS mihi vxoris meæ quia eſt, ego illius ſum progener, ait Modeſt. in l. 4. §. 4. ff. de grad.

PROSPECTVS ſeruitute conſtituta id adquiſitum videtur, vt ne vicinus quid ponere poſſit quod officiat ad gratiorem & liberiorem aſpectum. Et inter proſpectum & lumen intereſt, quod proſpectus etiam ex inferioribus locis eſt, lumen ex inferiore loco eſſe non poteſt. l. 12. l. 15. ff. de ſeruit. vrban. l. 5. ff. de noui oper. nunt. & l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publ. Appellatur hæc ſeruitus proſpiciendi, in §. æquè. Inſt. de action: bus & ne proſpectui officiatur in l. 3. ff. de ſeruit. vrbanor. Vide Duaren. diſp. anniu. lib. 1. c. 35. & Balduin. com. ſuper Inſtit. Iuſtin. lib. 2. tit. 3. de ſeruitutib.

PROSPECTVS & luminis ſeruitus in hoc quoque differunt, quod in proſpectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem proſpectum & liberum. In luminibus autem, ne lumina cujuſque obſcuriora fiant. Prat.

PROSTASIA, præfecturæ cujuſdam genus. Auxiliarem quoque turmam ſignificat, & alia. Vide annot. Alc. in l. nec proſtaſiæ. C. de muner. patrim. lib. 10.

PROSTATES, modo præſidem, adjutoremve in bello, aut vicarium aut defenſorem ſignificat. in lib. poſter. modo ex Suida, ſacrificulorum altaribus præſidentem. Nam & proſtaſia, non vt vulgo legitur, proteſia, & Sacerdotia, in eadem l. de muner. patrim. à Conſtantino Haloand. veterem lectionem commutat, ſed emendatius ſic legit, nec protoſtaſiæ, vel Sacerdotię, &c. Spieg.

PROSTITVTÆ vicem ſuſtinere. Vlp. eleganter dixit pro eo quę palam ſui corporis poteſtatem facit in leg. palam de ritu nupt. Spieg. Prat.

Πρῶτα τὰ πρῶτα, Iuſtinianus appellat primam pandectarum partem, à principio aduſque tractatum de judicijs. Ipſe ad antecesſ. In reliquam vero inquit, anni partem, primam legum partem eis tradi ſancimus, quæ Gręco vocabulo πρῶτα nuncupatur, qua nihil eſt anterius; quia quod primum eſt, aliud ante ſe habere non poteſt. Idem de confirmat. ff. §. 2. Igitur prima quidem pars totius contextus, quę Gręco vocabulo, πρῶτα nuncupatur, in quattuor libros ſepoſita eſt. Hotomann. Prateius.

PROTECTORES & domeſticos inter ſe differre, conſtat ex l. 8. & l. 9. C. Th. de domeſt & procur. quibus legibus ea quę conſtituta ſunt de domeſticis trahuntur ad protectores. Hi (protectores) vt l. 9. ait, armatam militiam ſubeuntes non ſolum defendendi corporis, verum etiam protegendi lateris noſtri ſolicitudinem patiuntur, vnde etiam protectorum nomen ſortiti ſunt. Hi igitur ſunt in acie. Alij (quod ait l. 8. tit.) vt indicio nominis apparet, familiari⁹ miliũt, & ſũt domeſtici protectores. Socrates 1. c. 13. τῶν δορυφόρων τις ὃς οἰκείας φυλακῆς ἐτύγχανεν. Suidas, δομεστικοὶ φρουροὶ. Idem & Zonaras in Diocletian. Sed fuere tamen ex eis alij pedites, alij equites, l. vlt. Cod. de domeſt. & procur. l. reſtituendę, Cod. de aduoc. diu. jud. Caſſiod. 1. Var. Domeſtici partis equitum & peditum, qui noſtrę aulę videntur jugiter excũbare: & alij comites domeſticorum equitum, alij comites domeſticorum peditum, viri illuſtres, à quib. domeſticorum regebantur. Conſtituitur autem in l. 1. d. tit. C. de domeſt. & protect. vt quia domeſticis & protectoribus attingere & adorare purpuram principis licet, per l. Cod. de fabric. & Caſſiod. in formulis, eum inquit: Inter protectores & domeſticos ſactam purpuram adoraturus accedat: In ſalutandis etiam & oſculandis vicariis prefect. prętorio ac multo magis prędidibus admittantur: quę omnia ſummi honoris loco tribuuntur, & ſic in l. 109. Cod. Theod. de decur. oſculum his in prouincia judicantium & conſeſſus indultus ſit,

Cuiacius ad dictam legem 1.C. de domeſticis.

PROTACTUM quid ſit docet ICtus in l.29. ff. ad legem Aquil. Si protectum meum, inquit, quod ſupra domum tuam & nullo jore habebam recidiſſes: poſſe me tecum damni injuria agere, Proculus ſcribit. Eſt autem protectum locus in domibus ſurrectus, vnde ſpectare licet, ab protegendo, i.e. porro tegendo ſiue tectum proiiciendo, id enim Ciceroni in Topicis protegere eſt. Sp. Inter proiectum & immiſſum multum intereſſe Iureconſulti notant, ſed inter proiectum & protectum nihil diſcriminis ſtatuunt. Quanquam proprie protectum videatur quod proiicitur ad tegendum, proiectum vero etiam ed alium vſum eſſe poteſt: ſed & protectus tignorum & Stillicidij rigor appellatur à Ceruidio Scæuola l. vlt. ff. de ſer. vrb præd. Vitruujus proiecturam dicit quod eſt protectum. Proiectura (inquit) reiicit extra perpendiculum ſtillas. Bald. in Scæuola. Cotraſ. 3. Miſcell. c. vlt. nu. 13.

PROTEGENDI jus eſt, quando deducto tecto, tigna tua, & id genus aliam materiam, etiam ſupra vicini aream, fundumve ſuppoſitis fulcris, protegere licet. Sp. vide ſuperius proiecta.

PROTELARE litem, pro protrahere l. properandum, C. de jud. Iuriſperitos, & Folgentium vſurpare banc dictionem annotauit Bapt. Pius. Spieg.

Προτίλεια αντὶ τῆς γαμικῆς δωρεᾶς appellatur, i.e. donatio propter nuptias, vt Bud. ennotauit, referente Conn. li. 8. c. 1. n. 4.

PROTERVI qui petulanter agunt, *Freuenlich.* l. 3. de ædil edict. Spiegelius.

PROTERVIA eſt impudens & arrogans audacia, vt in clementi. vnic. in princ de foro competent Io. Bello. Etymol.

PROTERVITAS, inquit Calphurnius, Terentij Interpres in Heautont. leuior eſt quædam contumelia: procacitas maior, petulantia maxima Spieg.

PROTESTARI interdum idem ſaltem eſt, quod teſtari, vt apud Iuſt. in proœm. Inſt. §. Quorum vtramque viam, & in c. cum qui, de dol. & contumacia. Aldo. d. §. quorum.

PROTESTATIO, eſt animi noſtri declaratio, juris acquirendi vel conſeruendi, vel damnum depellendi cauſa facta: ſiue animi agentis expreſſio, c. conſulti, de reg. jur. l. ſi duo, §. cum inquilinus, ff. vti poſſidet. Teſtatio nomen generale eſt quoquo modo animi ſui ſententiam quis declaret. Specialiter vero eo nomine dicitur, quæ coram teſtib. facta eſt. Deteſtatio eſt, quæ ad abſentem mittitur: id quod præpoſitio De, oſtendit, cujus natura eſt augere, efficacioremq; actũ demonſtrare. Conteſtatio vero proprie eſt, vt in judiciis, cum actor quid mentis ſuæ ſit, petendo explicat: contra reus diffitetur. Vnde & litis conteſtatio dicitur. Denunciatio eſt, quæ ad alium mittitur. Renunciatio, cum quis jus ſuum repudiat. Alc. in l. deteſtatio de verb. ſig. Prat.

PROTESTATIO facto contrarie dicitur vt Bar. l. 1. C. de litis cõteſtat. explicat, cum repugnantia eſt circa idem, vt ſi reus actoris libello negatiue reſpondendo, proteſtatur quod non reſponderet l. vbi repugnantia. ff. de re jud. l. ſcripturæ C. de fide inſtrument. Si vero contrarientur proteſtatio & factum circa diuerſa, non dicitur proprie facto proteſtatio contrariari, quando quidem proteſtantis animus ab actu ſeparari poteſt, l. at ſi quis, § plerique, ff. de re lib. l. qui aliena, §. ſi. ff. de acquir. hær. veluti ſi reus reſpondeat libello, & proteſtetur ſe reſpondere non animo conteſtandi litem, etenim poteſt intelligi facta reſponſio non litis conteſtandæ cauſa, ſed animo inſtruendi judicem tantum. Pan. c. 1. de litis conteſt. Corraſ. in ſubr. de ſeruitut.

PROTESTARI proprie dicimus, cum animi noſtri ſententiam declaramus. Atq; ea quidem proteſtatione, juris noſtri rationib. in futurum conſulimus. Proteſtari vulgo etiam eſt teſtato reclamare, & intercedere quo minus aliquid fiat: aut teſtari rem ſe judicio executurum: Græci διαμαρτύρεσθαι, apud Demoſt. Pontificij Iuriſconſulti ſcribunt, proteſtari eſſe vehementer adfirmare. c. cum qui, de dol. & contuma. li. 6. Brech. in l. deteſtatio. ff. de verb. & rer. ſig. quidem vide.

PRO teſtimonio vacillare, id eſt, in teſtimonio, l. ex libero. ff. de quæſtionib.

PROTHOMYSTÆ ſunt myſtarum principes & anteſignani Myſtæ enim ſacerdotes appellantur, qui myſteria & eccleſiæ ſecreta tegunt & adminiſtrant. Io. Bapt. in commen. epiſt. Sidon. Apollina. ad Domicium. li. 2.

PROTHYRUM quid ſit, inter Interpp. haud conuenit, nec dictu facile eſt: maxime cum in omnibus exemplarib. in fine l. 245. ff. de verb. ſig (vbi hujus vocabuli ſit mentio) corrupta ſit lectio. Græci quidem θύρας vocant oſtium, ſiue ianuam, illas tabulas, quæ clauduntur & aperiuntur, earumq; interuallum. vnde fortaſſe nos accepimus *thür*, vel contra Græci hoc à nobis mutuati ſunt. Hinc θυρίδιον, hoc eſt oſtiolum & ψευδόθυρον, quod oſtiolum vel tabulæ illi iunctum eſt: vel quod alia parte ædium patet, quam que oportet. Ex quo intelligitur, aliquid eſſe quod ante oſtium & pro oſtio eſt; ſed quid illud ſit, non ſatis conſtat. Interpretatur Fr. Marius Grapald. li. 1. de partib ædium. c. 5. de valvarum hiante ciuitate. Alij interpretantur de veſtibulo, quod Gell. lib. 19 c. 5. deſcribit, fretI Nou. Leon. 56. ſub fin. & l. arbor. 19. §. de veſtibulo. ff. commun. diuid. & Vitruu. lib. 6. cap. pen. quorum interpretatio an vera ſit, vide Alc. & Forner. ad d. l. 245. & Cuiac. obſer. 1. lib. 14. Qui ſane interpretatur pro diathyro, quod eſt tabulatum è materia vel velo, quod opponitur oſtio, vt excludat ventum irrumpentem, dum valuæ aperiuntur: quod & Alciat. d. loc. & Adr. Ino. verum viſum eſt. Ac huic deſcriptioni reſpondere crediturt deſcriptio Papin. in l. 12. §. Papin. ff. de inſtrum. inſtr. leg. qui eam quoq; ob cauſam diſtinctionem adhibet, an ex velamine ſit, an vero ex tabulis factum: quod ſi velamen ſit, negat ædibus cedere, cum non vſus ſed voluptatis cauſa habeetur: ſi ex tabulis, ædibus cedere ait, cum inſtrumentum & quodammodo pars ædium ſit: ſi quidem perpetui vſus ædium cauſa confectum eſt. Gœdd. ad d. l. 245. n. 3. ff. de ver. ſig.

Προτίμησις, id eſt, prælatio ſeu prærogatiua. Hinc jus προτιμήσεως Friderici conſtitutione inſtitutum, quo obalienatos fundos, certis perſonis redimere permittitur. Atque ſic definitur ab Hur. in diſp. feud. Ius prælationis, quæ agnato propter ejuſdem ſtirpis atq; adeo fibræ rationem defertur, nam in prærogatiua non tantum ſtirpium, verum etiam fibrarum ratio ducitur. Alias Feudiſtæ prioritatem graduum appellant, cum in feudi ſucceſſione agnatus propinquior remotiori anteferetur: ſed id falſo, vt ibidem oſtendit Hot. non enim agnationis, ſed genealogiæ figura feudalitiæ diſputationis propria eſt, in qua genealogia non tres limites deſcribendi, inferior, ſuperior & obliquus: ſed (vt apud Canon ſtas: qui Feudiſtarum conſanguinei fuerunt) inferior duntaxat: modo ſit multiplex, ab illo vno pendens, qui primus feudi, de cujus hæreditate quæritur, poſſeſſor fuit, arg. lib. 2. tit. 31. idem dicendum eſt de lib. 2. tit. 50. vbi ſpecies quædam et exemplum proponitur Prat.

PROTINUS id ſignificat, quod vulgo directe, *ſtrachs* & immediate dicunt. Vlpian. Etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpoſitam fidejuſſorem, vel rei perſonam. Apud eundem, pro ſtatim à principio, in l. ſed & ſi ad SC. Maced. §. 1. item in l. in illa ſtipulatione. de verb. oblig. Spieg.

PROTINUS dictio importat idem quod ſtatim, & incontinenti. tex. eſt in l. 1. in princ. vbi Aret in 3. not. & alibi Modeſt. & in l. 3. §. in amittenda. vbi Alexan. in 1. Not. & alij ad hoc not. ff. ff. de acqui. poſſ. & adeo celeritatem deſideret, quod dicit ſingul Bal. in l. 2. in tertio not. per illum tex. C. vt lit. pen. Quod ſi conſtat judici de crimine commiſſo, in judicio poteſt punire, & imponere pœnam ordinariam, abſq; oblatione libelli, & ordine judiciorum, & hanc deciſionem Bal. approbat Alex. in d. §. in amittenda. in 1. not. & ibidem Iaſ. in 3. not. & Iaſ. in d. l. 2. in 4. not. & pro ſingul. citat Aret. in l. 1. §. 1. in 2. col. in princ. ff de verb. oblig. & dicit videri dubium ex multis quæ ibi refert. & in eadem materia adducuntur contra aliam ſingu. deciſionem Bal. huic ſimilem. in l. quoniam, la 1. C. de appell. de qua ſcripſi in dictione, Mox.

PROTOCOLLUM, quod breuiter & ſuccincte notatur à tabellione, vt extendi deinde atq; abſolui poſſit. Vide Barbar. in annot. ad Plin. & poſt gloſſ. in §. vlt. aut. de tabel. Bart. in l. Gallus. §. idem credendum, ff. de liber, & poſthum. Significabat etiam protocollum olim quandam in chartæ capite notam, ſignumque, quo videlicet artificio, quove tempore ea confecta fuerit, cum Comitis ſacrarum largitionum nomine. Nunc vero, vt iam dictum eſt, vſurpatur pro indice, memorialique tabellionis ſcriptura, qua in codice aliquo, geſti actus ſubſtantia breuiter adnotari conſueuit. Spieg

PROTOCOLLUM ſubitanea annotatio rei geſtæ, quæ prima rerum collectio. Aliter, protocollum prima concinnatio, & raptim confecta ſcripturæ, quæ meliorem compoſitionem deſiderat. Κόλλα gluten dicitur. Quæ vero in cera, ſeu glutino, quæ per tabulas extenſa erat, ſcribebatur, protocollum, id eſt, prima conglutinatio vocata eſt. Aliqui deducunt è κῶλον, quod eſt membrum, quia primum ſit ſcripturæ membrum. Alias macrocollum. Videre eſt Alciatum, & Viglium, Inſtitutionib. de teſtamen. ordin. De cætero, tabelliones protocolla quidem ſiue archetypa, quas matrices vocant, tenentur jure communi facere, vt in Nouellis, de tabell. §. illud, conſtitut. 44. Anch. vide & Cujac. ad Nou. 14.

PROTONOTARIUS, vocabulum vulgatum magis, quam probũ eſſe videtur, de quo vide Bar. in l. eos. C. de excuſ. mun. li. 10.

PROTOPRAXIA, id eſt, prima actio, hoc eſt, ante alios jus habere exigendi pecunias a debitoribus. Nam Paul. de priuil. creditorum reipublic. inquit, creditrix, omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Quamvis Martianus ad municip. ſcribat, ſimile priuilegium fiſco, nulla ciuitas habet in bonis debitoris, niſi nominatim ei à principe datum ſit. Suidas, teſte Caranzo 2. protopraxiam interpretatur primam repetitionem, primam exactionem. Adi & Alciatum lib. 1. diſpunct. c. 21. Spieg.

Πρωτοπραξίαν qui habebat, prior erat in exigendis debitoribus ſuis Conn. lib. 4. c. 16. n. 2. & lib. 4 c. 17. n. 13.

PROTOSPATARIUS officium fuit in Conſtantinopolitana aula cui

Digitized by Google

cui qui præerant, judicandi munere fungebantur: Meminit ejus Conſtan. li. 1. Epiſt. non ſemel. & Luitprandus li. 3. de reb. per Euro. geſt. c. 7. Paul. Warnefridus Appendice ad Eutropium li. vlt. & Notitia Græca, & Zonaras, tom. 3. Annal. in Romani Argyropoli imperio. Prat. Briſſ.

Protostasiæ munus l. 8. C. de munerib. patrim. l. 3. de filiis famil. & quemad. pro his pat. ten. li. 10. C. l. 1. & tot. tit. de protoſtaſia in C. Theod. Sunt autem πρωτοστασίαι principalitates, quas & πρωτοστασίας vocant, l. 3. C. Th. de priu. eo qui in sacr. l. 8. C. Th. de protoſtaſ. Prat.

Protutelæ materialiter accipiendo, eſt dictio compoſita. Vide ſupra, actio pro tutela. Spieg.

Protutor & Tutor differunt. Tutor enim non tantum bonorum ſed etiam perſonæ cuſtodiam habet, cujus etiam muneris officio incumbit conditionem pupillo ſuo quærere, & omni in re parum abeſt patris poteſtate & reuerentia. At in protutore nihil hujuſmodi eſt, qui bonorum geſtioni præeſt, in eoq; operam ſuam vltro accommodat. Conn. li. 8. c. 6. n. 7.

Pro tutore negotia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putat tutorem, ſiue ſcit non eſſe, fingit tamen l. 1. §. 1. ff. de eo, qui pro tut. l. vlt. ff. de tut. & rat. l. 3. §. pen. de contrar. & vt l. 4. §. ſi quis non tutor. ff. de doli except. l. 19. §. 1. ff. de reb. auct. judi. & apud Paul. li. 1. ſent. tit. 4. Inde protutelæ actio, quæ aduerſus eum competit, qui pro tutore negotia geſſit, cum tutor non eſſet d. l. 1. & 4. C. de reſt. tut. l. pen. ff. de tut. & rat. diſtr. Briſſ.

Provectæ ætatis, l. 2. C. de his qui non implen. ſtip. li. 10.

Proventus, qui modo fructus, modo reditus dicitur, eſt quicquid ſine peculiari cultura & plerunque eadem ſtirpe redit: ejuſmodi ſunt poma, pyra, nuces, glandes, fœnum. Quo ſenſu Plin. lib. 23. poſſe nos ex arborum fructibus viuere ſine frugibus dixit. Et Cicero indignum homine judicauit, ſi inuentis frugibus glande veſcatur. Gœddæus ad l. frugem 77. n. 2. ff. de verb. ſig.

Proverbium vulgo interpretatur probatum verbum: quum dicatur quaſi commune omnium verbum. Prouerbia vero citata, inſtar jurium habere traditum eſt in l. ſolent. ff. de offic. proc. l. ſi chorus. de leg. 3. Nam vt teſtatur Eraſ. Rot. principes non exiſtimauerunt inferius eſſe maieſtati imperiali, vt magna de reb. conſulti, prouerbio reſponderent: quod etiam nunc extat in ff. οὔτε πάντα, οὔτε πάντη, οὔτε παρὰ πάντων, id eſt, nec omnia nec paſſim, nec ab omnibus. Spieg.

Providentia, id eſt, prudentia futura prouidendi, proprie ad judicem pertinet, vt not. in l. cum ſatis. §. caueat. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Sed & ad legislatorem, arg. l. 1. in prin. ff. de legit. tut. Prat. Quære, ſumma prouidentia.

Providere legibus, id eſt, cauere.

Provinciæ quaſi procul victæ in quas mittebantur Proconſules jus dicturi. Prouinciæ autem nomen tribus modis pop. Roman. accepit: vno, pro regione, quam aut armis deuictam, aut quocunq; modo in poteſtatem adductam, ipſe magiſtratui ſuo adminiſtrandam ſubiecit: altero, pro quacunq; regione, in qua publico nomine bellum Roman. Imp. adminiſtrabit: tertio, pro quacunq; publici muneris procuratione. Nos autem de prouinciis locuturi, prouinciam prima & quidem propria ſignificatione ſumemus. Quocirca ſi certam breuemque prouinciæ definitionem quæramus, ſane vt Latium regionem jure Latij donatam, & Italiam regionem jure Italico affectam dicebamus: ſic prouinciam definiemus regionem, quæ jus prouinciale conſecuta ſit. Etenim jus ipſum ſingulis regionibus à populo Rom. conceſſum, illud eſt potiſſimum, quo regio à regione diſtinguitur. Jus autem prouinciale, quod alio nomine formula prouinciæ dicitur, vt etiam jus Latij atque Italicum ex legibus percuſſi cum populo Rom. fœderis emanauit. Itaq; vt fœderis leges æquiores iniquioreſq; fuere, ſic diuerſa fœderum genera intulerunt. Quoniam autem leges, quæ prouinciis datæ ſunt, iniquiores fuerunt, quam quæ Latio, atq; Italiæ, propterea prouinciæ jus deterius, quam Latium atq; Italia, ſunt adeptæ. Nam Italia vectigalis facta eſt illa quidem, ſed tamen in vniuerſum libertate donata, prouinciæ vero non ſolum vectigalibus, ſed etiam ſeruitute mulctatæ ſunt, quippe quæ legibus ſuis, ac magiſtratibus jus dicentibus ſpoliatæ ſint. Id vero argumento eſt, quod prouincia nulla fuit, quæ non Romanum prætorem ac quæſtorem haberet: illum qui jus diceret, hunc qui vectigalia procuraret, vnde ſenſe ſcriptum illud eſt apud Strabonem, vniuerſæ regionis, quæ Romanis pateret, vnam Regibus ſubiectam fuiſſe, alteram ab ipſis poſſeſſam, in eamque prouinciam dictam, prætores cum quæſtoribus miſſos. Ex quo intelligi poteſt, vniuerſam prouinciæ rationem fuiſſe, vt vectigalis eſſet, ac pop. Roman. magiſtratui obediret. Quoniam autem vnius regionis populi ac ciuitates non eodem modo ſe aduerſus populum Roman. geſſerunt omnes, propterea neque eodem omnes pacto tractatæ ſunt, verũ pro ſuis cujuſq; meritis leges acceperunt. Quo factum vt aliæ ciuitates vectigales, aliæ immunes relictæ, aliæ ſeruitute, aliæ libertate affectæ ſint: vectigales dictæ quibus vectigal aliquod impoſitum eſt: immunes quibus nullum. Seruitute affectæ, quas magiſtratui Ro. parere voluerunt: libertate, quas magiſtratus Ro. juriſdictione ſoluerunt. Vectigal porro ipſum aut certũ fuit, aut incertum. Certum definita fere ſtipendij ſumma, & hoc tributũ ſiue ſtipendium: & qui hoc pependerant, tributarij, ſiue ſtipendiarij nominati ſunt: incertum, quod portubus, rebuſq; venalibus, paſcuis, agriſq; conſtitutum eſt, quod portorium, ſcriptura & decuma dictum eſt. Tributum autem duplex fuit, vnum pecuniæ ordinarium, quod in caput atq; in ſolum impoſitum quotannis exigebatur: alterum extraordinarium, quod aut ex lege aut ex SCto pro vſu prouinciæ aliquando imperabatur: veluti cum naues, nautas, milites, ac ſumptum in eos dare prouinciæ jubebantur. Portorium autem fuit vectigal, quod ex importatione & exportatione rerum venalium capiebatur: ſcriptura, quod ex paſtione paſcuorum publicorum: decumã quod ex agris, qui frumenti decumam, ſiue quamuis aliam partem, darent. Frumenti vero quod ex prouinciis exigebatur, tria genera extiterunt: decumanum, emptum & æſtimatum: decumanum erat decuma, quam quiſq; arator ſine pretio dare cogebatur: quæ ſumma pro copia inopiave frumenti in ſingulos annos erat incerta: eaq; aut Romæ à cenſoribus, aut in prouincia à magiſtratu Romano vendebatur publicanis, qui ex eo decumani dicebantur, vt pro ea certam pecuniam populo Rom. repræſentarent. Emptum ſumma altera, quam aratores vendere accepto ex SCto pretio cogebantur: quod frumentum Romam ad alendum populum à magiſtratu Rom. mittebatur. Æſtimatum ſumma alia, quam æſtimabat magiſtratus in cellam ſuam, in vſum familiæ ſuæ, cum interdum pro frumento pecuniam acciperet. Quin etiam emptum duplex fuit: vnum decumanũ quod ex alteris item decumis pretio perſoluto aliquando accipiebatur: alterum imperatum; quod præter duas decumas æqualiter omnibus ciuitatib. pretio item perſoluto imperabatur: quemadmodum perſpicue ex frumentaria Ciceronis & Asconiana Diuinationis expoſitione cognoſcitur. Nam fuiſſe etiam quoddam, quod honorarium diceretur, oſtendit Cicero in Piſonem, his verbis: Qui modus tibi fuit frumenti æſtimati, qui honorarij? Si quidem poteſt vi & metu extortum, honorarium nominari. Seruitus autem, quam diximus, ciuitatum, tota in ea poſita fuit, vt legibus & magiſtratibus Roma. obtemperarent. Qua de cauſa in ſingulis prouinciis diuerſæ diœceſes, ſiue diuerſi conuentus, ac diuerſa fora conſtituebantur, eiſq; ſuæ cuiq; ciuitates attribuebantur, quæ eo juris à magiſtratu Rom. poſcendi cauſa conuenirent. Vt autem earum ciuitatũ quæ ſeruitute oppreſſæ ſunt, ſtipendiariæ proprie dictæ, quæ aliquid pop. Ro. pependerunt: immunes, quæ nihil; ſic earum, quæ libertate donatæ ſunt, fœderatæ præcipue appellatæ, quæ aliquid ex fœdere debuerunt: liberæ, quæ omnino nihil. Quorum nominum quarumq; conditionum omnium, quæ ratio, quæq; formula fuerit, ex ſingulis, quæ cuiq; ciuitati datæ ſunt, legibus conſtat. Hujus autem totius beneficij, atq; honoris arbitrium ab initio penes ſenatum fuit vniuerſum. Is enim acceptis ab imperatore de ſuperatis hoſtibus, & regione in poteſtatem adducta, literis, ſecum de mulcta, ac præmiis eorum, qui vicisſent, conſulebat, ac quid ſibi fieri placeret, imperatorem admonuit, decem, aut quinq; legatis ſenatoribus ad eum miſſis, vt ex eorum ſententia de hoſtibus & eorum regione ſtatueret. Quibus mãdatis acceptis Imperator aut ex certa ſenatus, ſi ita præſcriptum fuerat, voluntate, aut de communi decem legatorum ſententia, victis gentibus aut ignouit, aut in prouinciæ formam redegit. Ignouiſſe dictus eſt, cum libertas reliquis, ac ſuis vti legibus ſuoſq; creare more patrio magiſtratus permiſit: in prouinciæ formam redigere, cum ademptis, aut immutatis legibus, non omnino magiſtratui Rom. quotannis ab vrbe mittendo ſubiecit ac vectigalia conuentuſque conſtituit. Quo in genere illud humanitatis adhibuit, vt non omnes ejuſdem prouinciæ ciuitates eodem modo tractaret, verum pro cujuſq; meritis, aut maioribus aut minoribus, vt diximus, commodis ac detrimentis afficeret. Quæ vero cum de vniuerſa regione, tum de ſingulis ciuitatibus, populiſq; conſtituta erant, ea in concione ſilentio ante per præconem facto Imperator fere præconi pronuncianda mandabat, ac poſtremo Romam relicto aliquo præfecto prouinciæ decedebat. Atque hæc quidem omnia ita eſſe ex iis, quæ de ſingulis prouinciis dicit Sigon. lib. de antiq. jure prouin. intelligitur. Ex his autem perſpicuum illud eſt, prouinciam, vt propoſui, regionem fuiſſe, quæ tum vectigalia pop. Rom. pependit, tum magiſtratui pop. Rom. ex fœderis lege obtemperauit: exceptis ciuitatibus iis, quæ propter merita ſua, aut immunitate, aut libertate donatæ eſſent, ac propterea jus prouinciale quo magiſtratui Rom. parere coacti ſunt, multo quam aut Italicum, aut Latinum commodius ac deterius fuiſſe. Prat.

Provinciarum duplex diuiſio eſt: nam ſtante Republic. aliæ Conſolares, aliæ Prætoriæ fuerunt: imperio conſtituto aliæ P. R. aliæ Cæſaris factæ ſunt. Prouinciæ conſulares erant, quæ ab iis, qui in vrbe Conſulatum geſſerunt. Conſulari Imperio obtinebantur, vnde etiam Proconſule & Proconſules dice-

bantur. Prouinciæ Prætoriæ, quas qui Prætores in vrbe proximo anno fuerant, prætorio imperio obtinebant. Vnde Proprætore, & Proprætores appellabantur. Neque enim certæ erant prouinciæ, in quas ſemper viri conſulares, & aliæ in quas ſemper Prætorij mitterentur: ſed ex magiſtratuum, qui eas obtinebant, nomine, nomen ſumebant. Atq; hæc quidem nota omnibus prope ac à multis tradita ſunt. Illud autem, quod ex orat. Cic. de prouinciis Conſul. animaduertit Hoto. haud ſcio, an ab vllo adhuc traditum ſit. Vtraſq; prouincias in ſenatus quidẽ poteſtate fuiſſe, ſed longe diſſimilẽ illius poteſtatis rationem in illis decernendis fuiſſe: nam lege Sempronia vtræque à ſenatu decernebantur: ſed conſulares & conſulibus anno proximo futuris ante comitia mandabantur, vt eas poſt menſem demum ſeptemdecim obtinerent: & in ſenatus poteſtate ſic erant, vt Trib. pleb. intercedere decretis, quæ de iis ſenatus fecerat, non poſſent: & in incertum tempus, quandiu ſcilicet ſenatus non alius ſummitteret, obtinerentur. Prætoriæ vero Prætorib. anni præſentis mandabantur, vt eas proximis Kalendis Ianuarij, depoſita Prætura ſtatim obtinerent: in populi autem poteſtate idcirco erant, quia Tribuni pleb. decreto à ſenatu de iis facto intercedere poterant, & annuum tantum imperio obtinebantur. Quin etiam de ſenatus poteſtate hoc animaduertit, jus fuiſſe ſenatui, quæ prouinciæ conſulares erant, eas prætorias facere: hoc eſt, anni præſentis prætorib. mandare: quia mutatione ſimul eæ prouinciæ è poteſtate ſenatus in populi poteſtatem tranſibant. Prouinciarum altera diuiſio Repub. (vt ſuperius diximus) ad vnum tranſlata facta eſt, de qua Strabonis verba in calce operis ſui hæc ſunt: Prouinciæ ſæpenumero aliter atq; aliter diuiſæ ſunt: nunc autem ex Augusti Cæſaris inſtituto ita ſunt partitæ. Nam cum ei patria totius imperij ſummam permiſerit, pacisq; ac belli poteſtatem habeat, vniuerſum imperium bipartito ſic diuiſit, vt partẽ ſibi ſumeret, eam ſcilicet, quæ multum præſidio indigeret: partem vero populo attribueret, ea quæ pacata eſt, & ſine armis facile retinetur. Complures igitur prouincias fecit, quarum aliæ Cæſaris, aliæ populi appellantur. Ipſe in ſuas Præſides cum imperio mittit: Populus in ſuas Proconſules & Proprætores. Hæc Strabo, cui Sueton. in ejus vita conſentiens ita ſcribit: Prouincias validiores, & quas annuis magiſtratuum imperiis regi, nec facile nec tutum erat, ipſe ſuſcepit: cæteras proconſulibus ſortito permiſit: & tamen nonnullas commutauit interdum, atq; ex vtroque genere pleraſque ſæpius adiit. Hæc ille quibus conſentanea ſunt quæ tum apud Dion. li. 53. tum in Pandect. li. 1. de prouinciarum Rectorib. legimus, quorum qui Cæſaris erant, præſides: qui populi, proconſules appellantur, l. 1. & paſſ. ff. de off. præſid. & ſub rubr. offic. proconſ. Prat.

In Provinciæ formam redigere aliud olim nihil erat, niſi leges domeſticas adimere & Romanas dare, ac Prætorem, qui quotannis prouinciam ex legibus datis adminiſtraret, inſtituere. Ex quo illud Suetonij de Gallia citeriore: Cæſarem Galliam omnem præter ſocias ac bene meritas ciuitates, in prouinciæ formam redegiſſe, eique in ſingulos annos ſtipendij nomen impoſuiſſe. Item, illud Cæſaris lib. 7. de bello Gall. in orat. Critognati: Reſpicite finitimam Galliam, quæ in prouinciam redacta, jure & legibus commutatis, ſecuribus ſubiecta perpetua premitur ſeruitute. Et paulo ante, de Commij ciuitate loquens: Pro quibus (Commij) meritis ciuitatem ejus immunem eſſe juſſerat: jura legeſque reddiderat. Prat.

Provinciæ liberati dicebantur cum ſtatuebatur, vt ſuo juri, ſuiſque legibus relinquerentur, neque Romani magiſtratus amplius in iis jus dicerent. Prat.

Provinciæ hodie æquiparatur quælibet ciuitas, quæ merum imperium habet, ſuoſq; ſibi magiſtratus conſtituit, vide Bart. in l. cum in longi. C. de long. temp. præſcrip. In jure Pontificio autem prouincia pro diœceſi accipitur, I. q. 2. c. ſcitote in qua 50. vel ei. ſunt ciuitates, quib. is qui dominatur, Rex dici poteſt. Prat.

Provincia vrbana dicebatur, quæ cui ſorte obuenerat, is Prætor vrbanus erat. Cicero in frumentaria. Nam vt prætor factus eſt, qui auſpicato à Chelidone ſurrexiſſet, ſortem nactus eſt vrbanæ prouinciæ, magis ex ſua & Chelidonis quam ex populi Roma. voluntate: erant enim prouinciæ aliæ vrbanæ: aliæ conſulares, aliæ prætoriæ: vnde Cicero Philipp. 2. Quæ lex melior, vtilius, optima etiam in Repub. ſæpius flagitata, quam ne prætoriæ prouinciæ plus quam annum, ne plus quam biennium conſulares obtinerentur ſed vrbanæ reliquas dignitate antecellebant, quemadmodum ſcribit Plutarchus in vita C. Marij Hotom.

Provincialem aliquem an vero de prouincia dicas, nõ multũ referre tradunt Canoniſtæ in c. 1. de ſpõſal. & matr ſicut Francigenam & de Francia, Saxonem & de Saxonia: niſi quod illa verba de prouincia aliquanto magis ad originem, quam ad domicilij & habitationis locum referantur Brech. in l. prouinciales ff. de verb. ſig. vide & Ant. Aug. li. ſingul. ad Modeſt. in l. ſaire oportet. §. qui in legatione. ff. de tut & cur.

Provinciales eos accipere debemus, ait Vlp. in l. prouinciales. de verb. ſig. qui in prouincia domicilium habent: non eos duntaxat, qui ex prouincia oriundi ſunt: vt & Italicos, non ſolum qui ex Italia originem trahunt, ſed & qui in Italia domicilium habent.

Provinciales, qui à prouinciis mittuntur. in l. 35. in fin. ff. de jure jur. Briſſ.

Provinciales militiæ eorum ſcilicet dicebantur, qui extra Principis comitatum in prouinciis militabant, vt qui apparebant magiſtratibus illatum. quemadmodum apparet ex conſtitutione Val. Imp. antepenultima de cohort. Connan. comm. jur. ciu. lib. 4. c. 13. n. 4.

Provinciales res quæ ſint: vide l. ex facto ff. de hæret. inſtit.

Provisio in jure promiſcue pro electione ſumitur, vt apparet ex c. quia propter. Et facit, inquit, quod not. gl. vſ. in c. cauſam quæ ext. eo. tit. & in c. conſtitutus. in gl. 1. ext. de conceſſ. præbend. nam iſta duo promiſcue ponuntur in jure, ſc. prouiſio ponitur pro electione in d. c. cauſam quæ & in d. c. quia propter: & è diuerſo electio pro prouiſione, in cap. dilectus. extra de conceſſ. præb. vt obſeruauit. Ioh. Andr. poſt Archid. in c. 1. poſt prin. in verbo, prouiſionem. extr. de elect. Verum proprie loquendo, aliud eſt prouiſio, aliud electio, vt patet ex c. 1. in pr. ibi electionem, poſtulationem, vel prouiſionem de elect. lib. 6. & Clem. diſpendioſam. quæ eſt 2. in illis verbis in cauſis ſuper electionibus, poſtulationibus, &c. & ibi Card. Flor. in 4. nn. de jud. & in Clem. 1. §. ad hoc ibi prouiſionem, ſeu electionem & iterum ibi, ne ad prouiſionem procederent vel quempiam eligant, & ibi idem Card. in 3. quæſt. de præbend. vt annotauit Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone. limit. 7. n. 14. & ſeq. ff de verb. ſig.

Provisio, ait Prat. late patet: continere enim poteſt nominationem, poſtulationem, & collationem gloſſ. in Clem. fin. de electio quam diligenter videas: quia extat textus qui hoc probant.

Provisio hominis facit ceſſare legis prouiſionem, argum. §. 1. Inſtit de hæret. quæ ab inteſtat. defer.

Provocare verbum multas habere ſignificationes, nemo in politioribus literis verſatus, eſt qui ignoret: In jure tamen frequenter eſt appellare, eodemque modo ſumitur in titulo C. quando prouocare non eſt neceſſe. Prouocare autem proprie magis eſt quam appellare, & proprie ad maiores, potentioreſque (quorum ope & gratia indigemus) perſonas vide Bart. in l. minores. ff. de adminiſtr. tut.

Provocatio, id eſt appellatio: Cicero de legibus: Ad quos, inquit, prouocatio eſto. Prouocatio autem ſeu appellatio inuenta fuit pro remedio aduerſus injurias magiſtratuum. Et cauſa in qua quis prouocat ad alium judicem, ἔφεσιμος, ſiue ἐκκλητος dicitur Auch.

Provocare juſte dicitur, qui facit id, quod communiter fieri ſolet, l. 16. ff. de rei vindicatione. Gothofredus ad l. 63 ff. de reg. jur.

Provt, verbum apud ICtos ſumitur pro ſicut, vel vt. Provt juſſum eſt, prout leges præcipiunt & ſimiles clauſulæ, quid ſibi velint, vide Bart. in comment. ad conſt. Henrici 7. & ad l. edita. C. de edend. Prout religio ſucceſſerit ſententiam proferre, vide Vlp. in l. cum quem ff de jud. Spieg.

Proxeneta, inquit Cujac. 11. obſ. 18. poſt prin. Græcum verbum eſt, ac proprie interpretem, aut paraſitum ſignificat, cujus ſe beneficio aut interuentione inter duos negotia contrahuntur, vel nomina, vel nuptiæ, vel amicitiæ, vel judici conſiliarius adjungitur: quia in opera dolum malum duntaxat præſtare debent: alioqui nulli rei obligantur etiamſi proxeneticum ſeu philanthropum acceperint. Proxeneta, ait Bud. in comm. ling. Græc. eſt conciliator, ac interuentor, quaſique conglutinator hominum inter ſe ſtipulantium & ſpondentium, aut quemuis contractum, conuentumque ineuntium. Aliter proxeneta ſignificat eum, qui inter emptores & vendentes eſt conciliator & medius: ſic accipiendus eſt in l. fin. ff. de proxenet. Plato lib. 12. de legib. videtur velle, vt non minus quam venditor euictionis nomine proxeneta teneatur. Proxenetas etiam non ſemel legimus pro iis, qui nominibus faciendis interuenire ſolent pro quo optimus textus eſt in l. 2. ff. d. tit. de proxenet.

Proxeneticum præmium eſt, quod proxenetis debetur. Proxeneticis autem nullus certus modus datus eſt, niſi nuptialibus, ne ſcilicet proxeneta nuptiarum plus viceſima parte dotis & donationis propter nuptias ſibi cauere poſſit, ita tamen vt ſi viceſima excedat 10. libras auri, tantum libras ſibi caueat atque id quidem conſtitutione Græca, quam ex Baſilicis refert Cujac. 11. obſer. 18. De his eſt rubr. C. lib. 5. de ſponſalibus & arrhis ſponſalitiis & proxeneticis. Id præmium Græcos proprio nomine ἑρμηνευτικὸν appellaſſe teſtatur Vlpianus in l. final. ff. de proxenetic. quaſi interpretatium & paraſiũ eſ. Prat.

Proxeneticæ arrhæ, dona ſunt, quæ ſponſum & ſponſam inter ſe conciliant & & jungunt. vide d. rubr. C. de ſponſal. Prat.

Proxenetria dicitur conciliatrix nuptiarum, inquit Alciat. lib. 1.

libros. diſpunct. cap. 21. quæ & προμνήστρια, Ariſtoph. in Nubib. quoniam id munus ſoleret per fœminas fieri, quando ſcilicet arrhæ ſponſalitiæ deponuntur apud proxenetrias. Prat.

Πρόξενοι erant in oppidis Græciæ, quorum erat hoſpitio recipere Senatores, legatos, Magiſtratus, quique hoſpitio publico cum ciuitate conjungebantur. Hinc munus illorum προξενία dictum eſt: quod ſignificauit Cicero, cum dixit: Oſtendit munus illud ſuum non eſſe: ſe, cum ſui patres eſſent, hoſpitum recipiendorum, tum ipſos tamen prætores & conſules, non legatorum aſſeclas recipere ſolere. Prat.

PROXIMA cauſa quæ dicatur, vide l. pen. ff. de condict. ob turp. cauſ. & l. 2. C quod metus cauſa. Spieg.

PROXIMIOR gradu. Inſt. de capit. diminu. § penult.

PROXIMVS infanti eſt, qui egreſſus eſt infantiam, & qui linguæ ignarus, rerum adhuc ignarus eſt. Proximus pubertati qui nondum ingreſſus eſt pubertatem, ſed prope eam eſt, tamen ita, vt annale tantummodo, vel ſemeſtre tempus reliquum ſit. Cujac. not. ad lib. 3. Inſt. tit. de inutilibus ſtipulationibus, verſ. & qui infamiæ.

PROXIMI menſes mortis, & qui præcedunt, & qui ſequuntur, accipiēdi ſunt, per gl. in l. vlt. C. de poſth. hered. & bus, Inſt. Spieg.

PROXIMI Sacrorum ſcriniorum: Quotuplicia fuerint ſcrinia, & quæ eſſent, abunde ſatis tractauimus infra ſuo loco, illicque diximus & indicauimus, qui dicerentur proximi Sacrorum ſcriniorum in tit. Cod. de proximis Sacrorum ſcriniorum. Vbi Budæum citauimus, qui de ſcrinijs & libellis ita docte & copioſe ſcribit, vt Petrus Anglebermæus in additionibus ad P. Rebuffum in tres lib. C. nihil addendum putet. Verum interim nos certam loci & ordinis rationem habuimus, vt mirum non ſit; ſi per omnia Budæum ipſum æquo paſſu non ſimus ſecuti. In ſumma autem, proximi Sacrorum ſcriniorum ſunt ij, videlicet, qui ſervant Principis libellos, cujuſmodi eſt hodie Magiſter libellorum in regia domo. Dicti ſunt autem proximi (mea ſententia) quod eos nemo antecedat, hoc eſt, majores ſint alijs in conſimili officio conſtitutis. Varij enim & diuerſi in ſacris ipſis principis ſcrinijs militabant. Anch. Adde Cujac. ad rubr. de proximis Sacrorum ſcriniorum cæteriſque C. lib. 12.

PROXIMITAS, verbum eſt quo proprie cognatio, id eſt, communio ſanguinis per muliebrem ſexum contracta, ſignificatur, vti patet ex tit. de ſucceſſ. cognat. multis locis, ſed præſertim in fine vbi Iuſtin. ait, agnationis jure admitti aliquem etiam ex decimo gradu: proximitatis vero nomine, vſque ad ſextum gradum. Ratio autem eſt, quia in agnatorum ſucceſſionibus non proximitas, ſed agnatio ſpectatur, itaque qui agnatus erit gradu decimo, ei qui multo proximiore gradu cognatus erit, anteponetur, §. repetitis, & §. vlt. de ſeruil. cognat. Vlp. l. 4. ff. vnde cogn. Si ſpurius deceſſerit, jure conſanguinitatis aut agnationis hæreditas ejus ad nullum pertinet: proximitatis autem nomine mater ejus, aut frater eadem matre natus bonorum poſſeſſionem petere poteſt Sic in l. 5. C. de legit. hæred. Hotom.

PROXIMITATIS nomine bonorum poſſeſſionem prætor defert his qui defuncto mortis tempore proximi cognati fuerunt l. 3. ff. vnde cogn. l. 8. ff. de ſuis & legit. d. §. vlt. Briſſ.

PROXIMITATIS jure, & agnationis jure venire ad ſucceſſionem inuicem ſibi opponuntur, in l. 4. ff. vnde cogn. & l. 5. C. de leg. hæred. Illud enim cognatis tantum qui mortis tempore fuerunt, competit, l. 3. ff. vnde cogn. l. item prætor, 8. ff. de ſuis & legit. Hoc competit agnatis, & per conſequens hoc juris ciuilis magis eſt, illud juris naturalis, Vult. ad §. fin. nu. 1. Inſt. de ſucceſſ. cognat.

PROXIMITATIS jure ad ſucceſſionem venientes, ab his qui agnationis jure veniunt, ſeparantur, l. 5. de legit. hæred. Briſſ.

Ita PROXIMITATIS nomine bonorum poſſeſſionem competentem accipimus in l. 1. C. de legit. hæred. l. 2. C. qui admitti, l. 1. C. de bonor poſſeſſ. ſecund tab. l. 1. ff de jur. & fac. ignor. Et proximitatis jure bona peti in l. 46. ff. ad Trebell. Quint. lib. 5. c. 8. Quod accidit, etiamſi de vna re quæratur aliqua, ſed eam plures petant, vel eodem jure, vt proximitatis, vel diuerſo, vt cum, hic teſtamento, ille proximitate nitatur. Caſſiodor. lib. 5. Variar. Epiſt. ad Epiphanium, ſi reuera, vt ad nos perlatum eſt, nullus ei aut teſtamento hæres extitit, aut proximitatis jure ſucceſſit. Briſſ.

PROXIMO anno dare ſpondes, exponitur in l. tali facta ſtipulatione, ff de jure dot. Spieg.

PROXIMVM etiam vicinum, affine, & ſimile ſignificat, vt in l. 2. ff loca & Inſtit. eod. tit. in princ. Locatio & conductio, ajunt Cajus & Iuſtinia. proxima eſt venditioni, id eſt, vt interpretatur Theop. ἴσως τῷ πρώτῳ. Sic proximum ſacrilegio eſſe majeſtatis & ſepulchrorum violatorum crimen, Vlp. & Iulian. dicunt in l. 1. ff ad l. Iuliam majeſt. l. 5. C. de Sepulchr. viol. Sic furioſo proximum eſſe, Cajus ait eum, qui ejus ætatis eſt, vt nondum intelligat quid agatur. Sic enim non multum à furioſo abeſt. Sic in proximam empti in factum actionem dari ait Paul. in l. 6. ff. de reſcind. vend. id eſt, ſimilem, vt in l. l. 3 §. penult. ff. de præſcr. verb. & proximam morti pœnam metalli l. 28. ff. de pœn. quæ ad eam proxime accedit, eique ſimilis eſt, cum ſeruitutem infligat Briſſ. Prat.

PROXIMVS & ſuperior vicinus opponuntur in l. 18. ff. de oper. noui nun. Item proximus & inferior opponuntur in l. 1. §. ſciendum, ff. de legat. 3. Sic proximum prædium, & inferius opponuntur l. 17 § ſic & 6. ff. de aqua & aqu pluu. Briſſ.

PROXIMVS, vel proximior nomina ſunt naturæ non juris, & ſignificant eos, qui nobis juncti ſunt ſanguine, l. dudum, & ibi gloſ. in verbo proximus, qua exponit id verbum proximus, id conſanguis, & hinc Bald. ibi in fin. ſcribit proximum & intelligi per lineam ſanguinis cum alijs multis à concord. à Tiraquello adductis, in tractat. Retractuum, tit. 1. gloſ. 1. in verbo *ou lignagier*, quæ eſt gloſ. 9. n. 15. incip. proximi etiam hi. Hæc annotauit idem Tiraquell. in tractatu, *le mort ſaiſit le vif*. parte 2. declar. 13. num. 23.

PROXIMVS, ſuperlatiuum nomen eſt, & ideo ex natura ſua poſitiuum præſupponere deberet l. vbi, ff de verb. oblig. ſicut optimus, præſupponit cæterorum meliorem l. illa verba, ff. de verbor. ſignif. Sed tamen in jure hoc non ſeruamus, vt atteſtatur Alciat. enarrans l. proximus, eo. tit. Spieg.

PROXIMVM in leg. 12. tab. & in edicto ſucceſſorio, agnatum cognatumque intelligimus, qui defuncto proximus gradu extitit, etiamſi nemo illum ſequatur: eundemque ſupremum, hoc eſt, vltimum: quamvis nemo agnatorum, cognatorumque eum gradu præcedat. Et illud eſt quod Paulus in l. proximus 92. ff. de verb. ſign. notat. cui ſubſcribit Vlp. in l. 2 §. proximus, ff. vnde cognat. Proximus, inquit, accipitur etiam qui ſolus eſt, quamvis proprie (& comparate) proximus ex pluribus dicatur: & rurſus in l. 2. §. hæc hæreditas, ff. de ſuis & legit. Hæc, ait, hæreditas, proximo agnato, id eſt, ei, quem nemo antecedit, defertur: Et ſi plures ſint ejuſdem gradus, omnibus, in capita ſcilicet, vide Gœdd. ad d. l. proximus 92. num. 2. ff. de verb. ſignificat.

PROXIMVS enim aliquando poſitiui vim habet, ſicut intimus. Dicimus enim, hic eſt, mihi magis intimus, ſecundum Laur. Vall. lib. 1. elegant. cap. 17. Qua ratione ſi quis proximos hæredi centum legauerit, cenſetur vni & ſoli legaſſe, cum nullos alios haberet hæredes. Brech. in l. proximi, ff. de verb & rer. ſign. Vide eundem in l. proximus eſt, eo. tit. Vbi proximus locus pro adiacenti vſurpatur.

PROXIMVS agnatus dicitur, qui teſtatori ſic conjunctus eſt, vt eum nemo antecedat l. 92. ff de verb. ſign. l. 2. §. 3. ff. de ſuis & legit. l. 1. §. proximus, ff. vnde cognati. Et ſi nullum teſtamentum factum eſt, proximus intelligitur qui morienti eſt proximus: ſi factum eſt, tum demum eum deſtitutum eſſe teſtamentum conſtiterit, l. 2. §. 4. & 5. ff. de ſuis & legitimis. Quamvis autem proximus proprie de pluribus dicatur, tamen quo magis valeat id quod actum eſt, proximus accipitur non ſolum qui ante aliquem eſt, ſed etiam is ante quem nemo eſt, quamvis ipſe ſolus ſit, l. ex duobus 34 ff. de vulg. & pupill. l. 155. ff. de verb. ſign. Hotom. Prat.

PROXIMVS agnatus excludit vlteriorem; id eſt, agnati non ſuccedunt promiſcue omnes, ſed illi tantum, qui defuncto inteſtato, gradu ſunt proximiores. Proximum vero illum etiam ita accipimus, vt ſi non propiori, maximum tamen decimo gradu diſtet à defuncto, de cujus hæreditate quæritur. Vult. l. 3. tit. 2. §. 2. num. 1. & 2. in comm. Inſtit.

PROXIMVS pubertati dicitur qui annū decimum tertiū ingreſſus eſt. Id quod Ecloga 8. videtur hoc verſu Virgilius voluiſſe:

Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus.

Ad hunc enim locum ſic ſcripſit Seruius. Id eſt, tertius decimus. Alter enim de duobus dicitur, vt vnus ſit ab vndecimo duodecimus, alter tertius decimus: nam pubertati vicinum ſe fuiſſe ſignificare vult. quod de duodecimo anno procedere non poteſt. Hæc Seruius, cum haud dubie appellans vicinum pubertati, quem pubertati proximum, aut prope pubertatem eſſe Iuriſconſulti dicunt, l. 13. §. 1. de dolo malo. leg. 4. §. 23. de doli mali & met. excep. Hujuſmodi impuberes fictione quadam pro puberibus in furtis, injurijs fraudibuſque cunctis haberi ſolent. d. §. 23. l. 23. de furtis, l. 13. §. 1. de dolo malo. Vnde apparet admodum impuberem Vlpiano dici, qui nec dum egreſſus eſt duodecimum ætatis annum, l. 3. §. 1. de Sepulchro violato. Sunt enim anni pubeſcentes, in fœminis quidem vndecimus & duodecimus: In maſculis vero decimus tertius, & decimus quartus: quemadmodum probari ex Seruio poteſt. Rauardus l. pupillum qui proximus, ff. de reg. jur.

PROXIMVS pubertati dicitur, qui rei intellectum capere poteſt l. excipiuntur 14. in fin. ff. de SCto Silanian §. in ſumma, Inſt. de oblig. ex delict. Itaque capax dicitur & furandi, & injuriæ faciendæ l. pupillum 3. ff. de reg. jur. l. 23. & 24. ff. de furt. Hot. Prat.

PROXIMVS autem pubertati videtur eſſe is, qui à pubertate ſex menſium interuallo abeſt. Calliſtrat. l. non tantum, ff. de excuſat. Nam ſi pupillorum ætas prope pubertatem ſit, ita vt tantummodo ſemeſtre tempus reliquum fuerit, &c. Quod

cum ita ſit, videndum eſt, an proximus infantiæ dici poſſit, qui ſex menſibus infantiam ſuperarit, ſed cum proximus infantiæ vbi de illius agitur commodo, proximo pubertati comparetur, nulla ratio eſt ita rem ad viuum reſecare. Itaque commodius, opinor, eſſet ſeptem annos qui inter infantiam & pubertatem inter ſunt, ſic diuidere, vt tres proximos & dimidiatum infantiæ proximitati, reliquos pubertatis attribueremus: & qui intra decimum annum ac ſex menſes viueret, is proximus infantiæ: qui ſuperaſſet, pubertati vicinus judicaretur. Sic accipio l.1. ff. de obl. & act. §. pupillus 7. Inſt. de inutil. ſtipul. Hot. Prat.

PROXIMVS ab inteſtato eſt is, quem tempore mortis ejus, de cujus ſucceſſione quæſtio eſt, in gradu nemo antecedit. Vult. in comm. Inſt. lib. 3. tit. 1. § 5. nu. 2.

PRVDENS, interdum ſapiens, interdum ſciens dicitur. Vnde Iuriſprudentes vocantur, qui jus ſciunt. Prudentiam in delectu bonorum & malorum etiam Cicero author eſt in finibus. Vide Pontanum lib. de prudentia 3. Spieg.

PRVDENS & ſciens. Donat. in Eunuchum Terent. Prudens eſt qui intelligentia ſua aliquid ſentit: ſciens qui alicujus indicio rem cognoſcit. ergo prudens per ſeſe: ſciens per alios. Cæterum prudentem decreta patrum non tantum qui literarum cæteris præſtat, ſed & eum qui negotiorum forenſium tractationem obit, appellant, c. non debet, 36. diſt. quod & Albet. indicat. Spieg.

PRVDENTIA communis eſt, quam Cic. lib. 4. de finibus his verbis ſignificat: omnibus autem artibus volumus attributam eſſe eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuique artificio præſunt, debent habere. Eidem alibi eſt prudentia, multarum rerum memoria, & vſus plurium negotiorum. Spieg.

PRVDENTIVM autoritas Pomponius his legibus latis, cœpit (vt naturaliter euenire ſolet) vt interpretatio deſideraret prudentum autoritatem, neceſſariamque diſputationem fori, l. 2. ff. de orig. jur. Spieg.

PRVDENTVM authoritas non minima pars juris eſt, & ob id maxime neceſſaria, quod non potuerunt tam plane legibus aut edictis, & explicate tradi omnia, quin multa fuerint, quæ prudentum conſultorumque hominum interpretationem deſiderarent. Connan. lib. 1. c. 15. num. 3. Prudentum reſponſis, vis legis & nomen tribuendum non eſt, in ijs quæ naturali communique peritorum hominum ratione habentur æqua & juſta: ſed in eo quod dubium controuerſumque cum eſſet, ab illis eſt vna omnium ſententia probatum & inſtitutum: velut in ea quæſtione, an vxor teneatur furti, de eo quod marito ſurripuit, cum eam vitæ ſocietas dominam faciat: putabant Nerua & Caſſius non facere eam furtum: ſed Sabinus & Proculus exiſtimarunt, furtum eam commiſiſſe, neque tamen furti actionem eſſe conſtituto jure. Vt refert Paulus l. 1. rerum amot. Nam reuera furtum commiſit jure gentium, quod mutari non poteſt: ſed cum eam lex ciuilis faciat participem omnium quæ ſunt viri bonorum: conſtituerunt Iuriſconſulti, vt ejus furti nomine alia quam furti actione cenſeretur. Connan. lib. 1. c. 15. num. 5.

PRVDENTVM reſponſa, ſunt ICtorum placita. Vide §. reſponſa. Inſt. de jur. nat. & quæ in eum Salomonius docte ſcripſit, a paucisque hactenus animaduerſa. Spieg.

PRVNA, quamdiu ardet: Carbo cum extincta fuerit, dicitur. Horum appellatione materia non venit l. carbonum, de verb. ſignif. Spieg.

PRVRIGINOSI quinam ſint, vide l. 3. ff. de ædil. edict.

PRVSIAS metropolis olim Bithyniæ, condita à rege Pruſia, eo ſcilicet qui Annibalem recepit, vide Strabon. 12. Gothofr. ad Nou. 29. c. 1.

Πρυτανεῖς appellati ſunt quinquaginta viri, qui quotannis primo quoque menſe populum conuocabant περὶ ἐπιχειροτονίας, id eſt, ad legum diſquiſitionem. Vbi libera cuique in leges, vel pro legibus dicendi poteſtas erat. Si quis tamen cujuſquam legis abrogandæ mentionem feciſſet: nouam ejus loco legem cogebatur, vel ſtatim & illo ipſo tempore ponere, vel aliquanto poſt. Quod niſi dicta die præſtitiſſet, fraudem capitalem incurrebat. Connan. lib. 1. c. 13. num. 5. Poſtellus de magiſtrat. Athen. cap 30.

PRYTANEVM, proprie dicebatur, quod in ea triticum ſeruaretur, quod Græci πυρὸς dicunt, quaſi πυροῦ ταμεῖον, auctor eſt Plutarchus, Cimonem Athenſem libertatis animi præalti domum ſuam ciuibus feciſſe πρυτανεῖον κοινόν. Vide Cælium li. 13. cap. 31.

P S.

PSALTERIVM pro cantico non organo apud Iul. Paul. libro 5. ſenten. titul. 4 Pſalterium, inquit, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compoſitum, quod notandum. Prat.

PSEVDOMENOS, ψευδόμενος captionis ſophiſtaſ genus à multis authoribus notatum, Latine mentiens à Cicer. dicitur lib. de diuinat. 2. & eſt cum quicquid conſtituitur verum eſſe, ſtatim reperitur falſum, vel ſic: ψευδόμενος λόγος, eſt, cui vtrum vis reſpondeas, id eſt, ſiue dicas, ſiue neges, id ſtatim falſum reperitur, vti docet Africanus in l. 88. ff. ad l. Falc. vbi hujus rei hoc exemplum affert. Si is, qui 400. habet in bonis, 300 legauerit, deinde Titio centum ſub conditione, Si legi Falcidiæ locus non eſſet, vt quæratur, debeatur nec ne legatum, quod Titio relictum eſt, ſiue dixeris deberi, ſequetur non deberi, quod legi Falc. locus ſit, ſiue non deberi, ſequetur deberi, quod legi Falc. locus non ſit, id eſt, quod conditio legati extitit. Pompon. quoque in l. 9. ff. de verb. oblig. ejuſmodi ſponſionis formulam hanc profert. Tibi fundum dabo, niſi illi dedero, & illi dabo niſi tibi dedero. Alia ſuppeditat exempla Gell. lib. 5. c. 10. & lib. 9. c. 16. Cujac. ad l. 88. Pſeudomenon cenſet eſſe nomen à mentiente primum in interrogationem adſumptum in hunc modum. An mentitur, qui mentiri ſe dicit? cui ſi reſpondeas mentiri, colligam ſtatim non mentiri, quod vere dixerit, ſe mentiri. Rurſus ſi reſpondeas non mentiri, colligam ſtatim mentiri, quod falſo dixeris ſe mentiri. Vſurpatur autem à multis hoc verbum. Cicer. in Hortenſ. ſum pſeudomenon & ſoriten & totam Dialecticam aut illudis aut increpas. Et in Lucul. De ſorite aut pſeudomeno, quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. Auguſtin. contra Acad. Inde pſeudomeni & ſoritæ in illius cauſæ patrocinio vigoerunt. Hieron. in Ruff. Soritarum gradus, pſeudomeni argutias: & in Amos Eutyebius & Eunomius, ſyllogiſmis & Enthymematibus, imo ſophiſmatibus & pſeudomenis atque ἐπιχειρήμασι roborare conantur. Cujac. ad Africa. tract. 5. fol. 89. & Prat.

PSEVDOCOMITATENSES legiones dictas opinatur Cujac. 2. obſer. 35. quod ſpecie ipſa & ordine Comitatenſes ementirentur.

PSEVDOTHYRVM, falſum oſtium. Vnde pro poſtico ſumitur, teſte Alc. in l. pen. de verb. ſign.

PSEVDOVRBANA ædificia. Vitruuio ædificia ſunt ruſtica, vrbana elegantia extructa. Vlp. prætoria nominat. Vide Conn. li. 4. c. 10. n. 6.

Ψῆφος, ſuffragium ſignificat judicum, quod lapillum atrum, vel candidum, vel chartam cui nigrum θ, vel τ, vel λ, inſcriptum erat, judices in vrnam conjiciebant, & ita ſententiam de reo colligebant. Vide Chiliad. Eraſ. Spieg. A Græcis calculus ψῆφος appellatur, quo verbo pro ſententia vſus eſt Modeſt. in l. ſcire oportet, ff. de tut. & curat. ab hoc verbo pſephiſmata appellata ſunt, de quibus Ant. Auguſt. dictis locis.

Ψυχεῖον. Vide ſuperius Frimiculum.

P T.

PTERNA, inferior pars mali. Vide Bapti. Pium VI. comment. in Lucretium & Bayfium de re nauali. Spieg.

PTEROPHORI, curſores tabellarij: quod peregre proficiſcentes, ſorrectas in capite pennas geſtare conſueuiſſent, vide Rhod. c. 22. lib. 11. Spieg.

PTOCHIA πτωχεῖα, domus alendis pauperibus deſtinata, idem quod πτωχοδοχεῖον, l. vlt. B. de ſacroſan. eccleſ. Prat.

PTOCHODOCHIVM, locus vbi recipiebantur mendici & inopes. Vide exegeſ. Hegendorſ. in rubr. C. de eler. & epiſc. Spieg.

Πτωχεία & πενία, his verbis ſeparat paupertas apud Ariſtophanem in Pluto:

> Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστὶν μηδὲν ἔχοντα,
> Τοῦ δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα.
> Περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδέν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν. Pr.

PTOCHOTROPHIVM, πτωχοτροφεῖον, locus alendis pauperibus paratus. πτωχὸς enim pauper, & τρέφω alo ſignificat. Hujus meminit Imper. in l. omnes qui, §. priuilegiis, & in l. ſiquis ad declinandam, §. ſin autem umphores, & §. hæc tamen loca, & in l. omnia priuilegia, C. de epiſc. & cler. & in l. illud, §. 1. vbi gloſſ. & in l. pen. in pr. C. de ſacroſan. eccleſ. & in auth. de alien. & emphyt. in pr. & in §. emphyteoſes vero. Nos communi vocabulo hoſpitale vocamus. Cotta.

P V.

PVBEM eſſe lanuginem illam primo naſcentem circa pudenda norunt omnes: ita vt & pars illa corporis Latinis pubes dicatur. Et pulchro corpore virgo pube tenus, inquit Virgil. id quod clarius expreſſit Iſidorus c. pubes de deſp. impub.

PVBEREM inquit Vlp. Inſtit. tit. ſecundo Caſſiani eum eſſe dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, hoc eſt, qui generare poteſt. Quaſi dicat Vlpianus, is ex Caſſiorum ſententia pubes appellandus eſt, cujus vniuerſa corporis diſpoſitio ſatis ad liberorum procreationem facile videri enixis poteſt idonea. Proculeij autem eum dicebant eſſe puberem, qui quatuordecim annos expleuerat. Verum priſcus, in quem vtrunque concurrit, & habitus corporis, & annorum numerus, puberem definiuit. Et hæc quidem ſic in fragmen. referens Vlp. cujus olim obtinuerit ſententia, non expreſſit. Sane receptam fuiſſe Proculeiorum ſententiam, non obſcure docuit Tertull. in lib. de virginib. veland. Macrob. in ſomnium Scipion. lib. 10. Nec quidem Tertulliani duntaxat, & Macrobij auctoritatibus hæc confirmatur opinio, ſed expreſſis etiam Vlpiani verbis. Moribus enim introductum eſſe, ait Vlpian. vt quis liberis impuberibus teſtamentum facere poſſit, donec maſculi ad quatuordecim annos peruenerint, fœminæ ad duo-

Digitized by Google

ad duodecim, l. 2. de vulg. & pupill. Adde maſculos anno decimo quatro, etiamſi generare non poſſent, ipſo tamen facto puberes olim fuiſſe declaratos. Solent etiam maſculis ad annum decimum quartum comæ nutriri. Idque clariſſime teſtatur Martialis. Tempore pubertatis, inquit, hoc eſt, ſtatim elapſo quatuordecim annorum ſpacio, comæ in ſignum pubertatis pueris præcidebantur. Ræuard. Varior. lib. 4. c. 10. Vide etiam Maioragium lib. Miſcell. 1. cap. 2. Connan. lib. 9 comm. jur. ciuil. c. 4. nu. 9.

PVBERES fœminæ quidem à duodecimo anno intelliguntur. Maſculi vero à decimo quarto, l. vltim. C. quando tutor eſſe des. Inſtit. quib. mod. tut. finit. Conſtantin. lib 1 epiſt. tit. 12 Secundumque hanc differentiam pubes ætas accipienda eſt in l. 42. §. pen. ff. de vulg. & pup. l. 11. C. arbitr. tut. l. 3. §. pen ff. de libe. exh. l. 14. ff. de S.C. Silania. Cæterum in cauſa alimentorum, quæ pueris puellisq; vſque ad pubertatem præſtari quis cauit, pietatis intuitu pubertatis tempora laxiora præſcribimus: & puberes maſculos decimo octauo demum anno, fœminas vero decimo quarto intelligimus l. 14. ff. de aliment. leg. Briſſ.

PVBERTAS eſt emiſſio ipſa pubis: à qua anni pubertatis dicti ſunt. Pubertati autem proximi qui dicantur, variis opinionibus certatum eſt: tandem tamen obtinuit Accurſij ſententia in l. 1. ff. de nouat. §. in ſumma. Inſt. de obligat. quæ ex del. §. pupillus. Inſt. de inutil. ſtip. vt marem pubertati tum proximum dicamus, cum dimidiatum annum ſupra decimum exceſſit: fœminam vero, quæ nouem annos cum dimidio egreſſa eſt arg. §. fin. quib. ex cauſ. manum. non lic. Nam poſt infantiam, vſque ad pubertatem aut in maſculo ſeptem anni, & in fœmina quinque. Quare ex quo exceſſit quis dimidiam hujus temporis partem, magis pubertati quam infantiæ proximus dici debet. Panot. c. continebatur, de deſponſ. impub. quod in ea præſertim ætate ſoleat plerunque mala malitia tempus ſupplere, c. 1. de del. puer. Nam & prodit hiſtoria Salomonem nondum decem annos natum, ſuo complexu nutricem filio Roboam grauidam feciſſe Greg. 4. dialog. c. 19. gloſſ. in ſumma, 20 q. 1. Non deſunt tamen, qui eos pubertati proximos dicant: qui à pubertate diſtant ſex plus minus menſib. Gloſſa & Innocent. in c. continebatur. Corraſ. Miſcell. lib. 6, c. 23. neutram ſententiam ſequitur, ſed illis aſſentitur, qui hujus controuerſiæ deciſionem ad generalem conſequentiam aut regulam trahi poſſe negant. Salycet. in l. impunita. C. de pœnis. Antonius Butrio. in c. atteſtationes, de deſponſat. impub. Vide & Bart. in l. deinde, §. fin. ff. de lib. exhib. & l. properandum. C. de judiciis. Vide omnino Goth. ad l. 3. C. quand. tut. vel curat. eſſe deſin. Hoc inter omnes conſtat, pubertati proximos, rerum intellectum jam capere & doli capaces eſſe, l. 23. & 24. de furtis. Prat. vide omnino Corras. 6. Miſcell. 23. n. 3.

PVBERTAS plena in maſculis anno ætatis 18. in fœminis anno 14. l. arrogator, 40. § 1. ff. de adopr. §. 4. Inſt. eod §. vlt. Inſtit. quib. manumit. lic. l. Mela. 14. ff. de alim. & cibar. l. quidam. ff. de re judic. l. 1. §. pueri iam, ff. de poſtul. Paulus lib. 5. ſenten. tit. 4 §. vlt. Goth. ad d. l. 3. C. quand. tut. vel curat. eſſe deſin. Hot. Prat.

PVBERTATEM, inquit Iuſtinian. veteres quidem non ſolum ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant, noſtra autem conſtitutione promulgata, pubertatem in maſculis decimumquartum annum completum illico initium accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam in fœminis bene poſitam in ſuo ordine relinquentes, vt poſt duodecim annos completos viripotentes eſſe credantur, hæc ille tit. quib. mod. jus patr. in prin. Sic in l. vlt. C. quand. tut. eſſe deſin. l. 5. ff. de teſtam. l. 2. ff. de vulg. & pub. §. 1. Inſtit. de nupt. Macr. lib. in ſomnium 5. c. 6. Poſt annos bis ſeptem ipſa ætas neceſſitate pubeſcit: tunc enim moueri incipit vis generationis in maſculis & purgatio fœminarum, Tertull. lib. de virginib. vel. Tempus, inquit, etiam Ethnici obſeruant, vt ex lege naturæ jura ſua ætatibus reddant, nam fœminas quidem à duodecim annis, maſculum vero à duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis, non in ſponſalibus aut nuptiis decernentes. Hot. Prat. vide Vult. Inſtit. de nuptiis, in princ. nu. 5.

PVBERTATEM ingreſſi ſunt, qui proxime prætextati ætatem accedunt, l. 3. §. fin. ff. de lib. exhib. Prat.

PVBESCERE, adoleſcere, eſt lanuginem emittere, ac pubertatis vel adoleſcentis attingere ætatem: à pubeo, pubui. Vlp. in l. 3. §. Ibidem Iul. aff. de Carb. & Olden. Prat.

PVBLICA ea ſola proprie dicuntur quæ ſunt populi Rom. l. 15. ff. de verb. ſign. Hinc publicum jus id definitur eſſe, quod ad ſtatum rei. Romanæ ſpectat l. 1. §. 2. ff. de juſt. & jur. Nec vero Reip. cauſ. abeſſe eos intelligimus, qui pro ciuitate legatione funguntur l. 26. §. item inquit prætor. ff. ex quib. cauſ. maior. Ciuitates enim loco priuatorum habentur. Publiciq appellatio in compluribus cauſis ad populum Rom. reſpicit l. 16. ff. de verb. ſig. Hinc publicani dicuntur populi Romani, qui colunt priuatis nimirum, qui publica, id eſt, populi Romani vectigalia conducunt, quæ etiam abſolute publica vocantur, l. 1. §. 1. ff de publ. Cic. de prouinc. conſularib. An qui frui publico non potuit, hic legitur ipſa lege cenſoria? Idem epiſt. 1. ad Q. Fr. Publicis male redemptis. Quint. declamat. 340. Ego non ea voluntate feci, vt hic liber eſſet, ſed vt publica non ſolueret. Idem declamat. 341. Ante omnia nulla lege comprehenſum eſt, vt alienam rem non profiteri liceret, alioquin publicum eterſum eſt Tacit. lib. 13 Edixit, vt leges cujuſque publici occultæ ad id perſcriberentur. Suet. in Calig. c. 30. de vectigalib. à Caligula inſtitutis agens, additumque, ait, ad caput legis, vt tenerentur publico & qui meretricium feciſſent, ita publicum quadrageſimæ, apud eundem accipio in Veſp. cap 1. & publicorum conductiones in l. 23. ff. pro ſoc. Hor. 1. Ep. Pars hominum geſtit conducere publica. Briſſ. Prat.

PVBLICA abolitio eſt, quæ publice fit ac publice indulgetur ex SCto, l. 8 l. 12. l. 17. ff. ad Turpill. & apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 17. Briſſ. & Prat.

PVBLICA accuſatio, quæ omnibus patet. §. conſequens. Inſt. de ſuſpect. tutor. Old.

PVBLICA actio, actio qua cuiuis experiri licet: ad quem exercendam cuiuis aditus patet. Vlp. l. 1. § 4. ff de ſuſpect. tut. Conſequens eſt, vt videamus qui poſſint ſuſpectos poſtulare, & ſciendum eſt, quaſi publicam eſſe hanc actionem, hoc eſt, omnibus patere. Ergo vt publicus locus dicitur, ad quem cuiuis licet accedere: ſic actio ſuſpecti, eſt tanquam publicæ illæ actiones, ſiue judicia, quorum aditus vnicuique patet. Hinc popularis actio, publica nominatur in l. 30. §. 3. ff. de jurejur. In popularibus actionibus, inquit Paul. juſiurandum exactum ita demum aduerſus alios proderit, ſi bona fide exactum fuerit, nam etſi quis egerit, ſtu dorum conſueuit publicam actionem, ſi non per colluſionem actum ſit. Hot. Prat.

PVBLICA bona, quaſi populica dicta eſſe docet Alc. in l. bona ciuitatis, ff. de verb. ſign. Spieg.

PVBLICA conuentio eſt, quæ fit per principem, aut quotiens inter ſe duces belli paciſcuntur l. 5 ff. de pact Briſſ & Prat.

PVBLICA cuſtodia coerceri, vide l. ſuccurritur, ff. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſtit.

PVBLICA fide ſequuntur, qui apud argentarios pecuniam depoſuerunt l. 7. §. quoties, ff. depoſiti, quorum officium publicum eſt l. 10. §. 1. ff. de edendo. Prat.

PVBLICA fide venire, id eſt, ſaluo conductu, vt vulgaris habet locutio. Violare fidem publicam, eſt, contra illam aliquid committere, *das Geleidt nicht halten*, Spieg.

PVBLICA judicia quæ dicantur & cur, tradit Iuſtin. Inſtit. de publ. jud. & ſupra de popularibus judiciis relatum eſt: vbi vide public.

PVBLICORVM judiciorum hæ ſunt leges, Iulia maieſtatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de ſicariis, & veneficis, Pompeia de parricidiis, Iulia peculatus, Cornelia de teſtamentis, Iulia de vi publica, Iulia de vi priuata, Iulia ambitus, Iulia repetundarum, Iulia de annona, Iulia de reſiduis, Flauia de plagiariis, l. 1. ff. de publ. judic. Inſtit. eod. tit. Quæſtiones autem publicas de falſo, ſicariis & parricidiis Cornelius Sylla dictator conſtituit l. 1. §. deinde Cornelius, ff. de orig. jur. Antea L. Piſo Tribunus plebis de pecuniis repetundis quæſtionem conſtituerat, vt Cic. in Bruto ſcribit. De injuriis vero quemadmodum vitioſe in omnibus codicibus (Florentinos excipio) ſcriptum eſt, quæſtio publica ab eodem non eſt conſtituta. Actio enim ex lege Cornelia de injuriis priuata eſt, non publici judicij, l. 42. §. 1. ff. de procurator, l. vlt. C. de injur. Natum fuiſſe hunc errorem, qui libros omnes antehac occupauit ex eorum imperitia puto, qui apud Vlp. eam actionem pro publica vtilitate exerceri legerant: quaſi vero non & priuata judicia pro publica vtilitate exerceantur, cum & ſuum jus cuilibet tribui & quaſicunq; nocentium peccata puniri reipublicæ interſit. Raptus porro crimen publicum eſſe dicitur in l. pen. C. de noxalib. quoniam ad l. Iuliam de vi pertinet, l. 5. §. vlt. ad l. Iuliam de vi publica. Publici autem judicij cauſam habere crimen dicitur in l. 7. ff. de publ. judic. quod publici judicij eſt. Briſſ. & Prat. Publica & extraordinaria judicia criminalia quomodo diſtent à popularibus & priuatis pœnalibus judiciis explicare non eſt in facili. An vero, quod hæc in rei perſecutione, illa in ſola vindicta conſtituta ſunt? minime. Nam & populares ad vindictã pertinent, & ex priuatis injuriarum actio. An quia horum pœna eſt pecuniaria, illorũ capitalis, vel corporalis? ne hoc quidem. Nã & publica quædam judicia pecuniariam pœnam habent, veluti ambitus, & de plagio. An quia hæc priuatam cauſſam, ſiue vindictam continent, illa publicam? & hoc quoq; minus. Nam & populares publicam cauſam continent & publicum judicium injuriarum ad priuatam cauſam pertinet. Qua re priuato judicio ei facile præjudicatur, & in eo juſiurandum differtur, quod in aliis non permittitur, & extraordinaria publicam vindictam, non perſequuntur, quia nec quilibet ex populo eis experietur. An igitur quia in publicis extraordinariis judiciis longe alius eſt reorum habitus, alii judiciorum forma, alij judices, & judices

non arbitri, & graviores damnationes, & accuſatoris in crimen ſubſcriptio? Hoc placet ſatis. Porro publica judicia legitima & ordinaria ſunt, legem, pœnam, formulã habent certam, veluti maieſtatis, proditionis, repetundarum, peculatus, ambitus, adulterij, ſtupri, homicidij, veneficij, parricidij, fraudatæ annonæ, reſiduorum, vis, calumniæ, vſurpatæ ingenuitatis, plagij, falſi, injuriarum, præuaricationis. Extra ordinaria legem quidem habent, ſicut & omnia qualiacunq; judicia, ſpecialem pœnam & formulam, ordinem ve certum non habent, veluti conceſſionis, abigeatus, ſtellionatus, effractura, expilationis, termini moti, præuaricationis & alia innumera. Hodie publicorum quoq; judiciorum nullæ ſunt formulæ. Sublatis formulis, manſit legem pœna aliquandiu, ſed poſtea conſtitutionibus pœna in incerto & in arbitrio judicantium eſſe cœpit. Itaque à pœna hodie appellari poſſe vere dixeris. Idem omnibus judicibus ordinariis. Aguntur nãq; omnia extra ordinem omni ex cauſſa. Idcirco moribus nulla nunc actio furti in duplum, vel quadruplum, quia extra ordinem agitur. Quo agendi genere electo, conſumitur actio dupli, vel quadrupli l. interdum, §. qui furem. ff. de furtis. Idemque de cæteris judiciis, priuatis & popularibus dici poteſt. Cujac. obſeru. lib. 8. c. 33.

Pvblica jura officiaq; in l. 5. §. vlt. & l. 6. ff. de cap. minut. & in l. 14. ff. ad Treb. l. 2. ff. de diuerſ. reg. jur. Magiſtratuum, honorum, & ciuilium munerum in republ. gerendorum jura ſignificant. Ideoq; in l. 9. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. In publicis cauſis filiumfam. haberi loco patrisfam. his exemplis demonſtratur, veluti ſi magiſtratum gerat, ſi tutor detur. Inde publicum munus officium priuati hominis vocatur, ex quo commodum ad ſingulos vniuerſoſve ciues remque eorum peruenit l. 239. §. munus. ff. de verb. ſig. Proinde publico munere legatus fungi dicitur. l. 27. ff. de jud. Briſſ. Prat.

Pvblica lex conciſa locutione dicitur, lex publici judicij, vt quum dicimus, judicia bonæ fidei, in quibus judici poteſtas eſt ex bona fide judicandi. Marcian. l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de ſicar. Qui ve magiſtratus, judex ve quæſtionis ob capitalem cauſam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret. Imp. l. 1. C. vbi ſenat. vel clar. Intra Prouinciam in qua facinus perpetrauit, publicis legibus ſubjugetur. Hot. Prat.

Pvblica lex à Caio in l. fin. ff. de colleg. dicitur ad priuatæ legis, id eſt, pactionis & conditionis, quæ in contractibus apponitur, differentiam. His, inquit, poteſtatem facit lex, pactionem quam velint ſibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Nam Græce eſt: ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα, id eſt, niſi vetent literæ publicæ. Hot.

Pvblica monumenta interpretantur doctores, quod manu publica, hoc eſt, tabellionis, ſint deſcripta l. geſta, ff. de re jud. Spieg. Prat.

Pvblica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, venalium rerum, ſic ſalinarum, & metallorum, & picariarum l. 17. ff. de verb. ſign. Nam & qui harenarias & cretifodinas & ſalinas & metalla conducta habent, publicanorum loco ſunt l. 13 ff. de publican. Etiam qui paſcua conducebant, publicani dicebantur. Pli. li. 19 c. 3. Multis jam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani, qui paſcua conducunt majus ita lucrum ſentientes depaſcuntur pecorum pabulo. Erat vero maxima Romæ & potentiſſima publicanorum ſocietas, iſq; ordo in prouinciis plurimum auctoritate & potentia valebat, vt Cic. in epiſt. ad Lentul. & Appium, & Q. Fr. & pro Plancio, & Liu. lib. 35. ſignificant. Etiam ciuitatum bona vectigaliaq; abuſiue publica dicuntur l. 15. ff. de verbor. ſign. l. 40. ff. de neg. geſt. l. 36. §. 2. ad munic. l. 5. §. idem ait, ff. quod vi aut clam. Briſſ.

Pvblica item appellantur, quorum vſus in commune expoſitus eſt, & omnibus patet quaſi populica: proprietas vero non æque l. 5. ff. de rer. diuiſ. §. flumina, & riparum. Inſt. eod. tit. l. 30. §. 1 ff. de acquir. rer. dom. Quæ hac ratione à communib. diſcernuntur, quorum vt vſus communis eſt, ita & proprietas occupanti cedit. Ac publica quidem ea jure gentium dicuntur l. 7. §. inſula, & l. pen. §. 1. ff. de adqu. rer. dom. l. vlt. ff. de vſuc. §. fluminum, & §. littorum. Inſt. de rer. diuiſ. Alia. n. ſunt publica populi Rom. quæ in patrimonio & pecunia populi ſunt, quæ tam ad eorum quæ jure gentium, quam quæ ciuitatum publica ſunt, ita appellari ſolent l. 9 ff. de vſuca, & apud Vlp. in Inſt. tit. 10. l. 14. ff. de adq. rer. dom. Quod ne abſurdum propter nouitatem videatur, etiam aliorum auctorum teſtimoniis confirmabo. Cic. 5. in Verr. Perpaucæ ciuitates bello à maioribus noſtris ſubactæ, quarum cum eſſet ager publicus pop. Rom. factus. Liu. 3. ad fin. Agrum de quo ambigitur, finium Corioianorum fuiſſe, captiſq; Coriolis publicum pop. Rom. eſſe factum. Hygen lib. 2. de limit. Vectigales autem quidam ſunt obligati Reip. pop Rom. quidam coloniarum aut municipiorum, aut ciuitatum aliquarum. Briſſ.

Pvblica via, quæ in ſolo populi eſt, cuius ſolum publicum eſt, ſiue qua iter populo eſt. Eraſm. noſter in Chiliad. indicat, Prouerbij ſpeciem habere illud Plautinum, Nemo ire quendam prohibet publica via. Vide tit. de via publica, & ſi quid in ea fact. eſſe dicat. & l. 2. §. ait prætor. §. viarum, ne quid in loco publico.

Pvblica via canalis dicitur in l. 2. C. Th. de curioſ. & in l. 15. C. Th. de cur. pub. Et concilij Sardicæ c. 21. Cujac ad l. 2. C. de curſu publ. &c. lib. 12.

Pvblica vis, quæ armis committitur, tit. ff. ad l. Iul. de vi pub. Prat.

Pvblica vtilitas quatuor modis conſideratur. Prima cum in vniuerſum & particulariter commodum affertur, quod in ſacerdotibus, magiſtratibuſq; conſiſtit, l. 1. §. hujus, ff. de juſt. & jur. Secunda quæ in vniuerſum conducit, non autem ſingulis, vt quoties de locupletando fiſco agitur, l. pen. C. de primipi. lib. 12. Tertia eſt vtilitas, quæ priuata propriè eſt, licet ex ea conſequatur etiam publica, vt cum dicimus, publice intereſſe dotes mulieribus conſeruari, liberiſq; hominib. ciuitatem repleri: id enim quod conſequitur, in vniuerſum prodeſt. Quarta eſt, quoties id quod conſequitur, ſingulis prodeſt, nec in vniuerſum quemlibet particulariter juuat. vt cum generaliter dicimus, Reipublicæ intereſſe, ne quis re ſua abutatur, §. pen. Inſt. de his qui ſunt ſui jur. Ex comment. Alcia. ad l. pupillus eſt, de verb. ſig. Spieg. Prat.

Pvblicæ honeſtatis juſtitia eſt propinquitas ex ſponſalibus proueniens, robur trahens ab Eccleſiæ inſtitutione. Non enim honeſtum eſt, vt quis ducat eam, quam conſanguineus deſponſauerat, c. ad audientiam, &c. ſponſam, extra de ſponſa. Prat.

Pvblicæ mulieres, hoc eſt, omnibus communes, c. inter opera charitatis, extra de ſponſ. Spieg.

Pvblicæ perſonæ modo magiſtratus §. pen. Inſt. de Atiliano tutore, & officiales, modo tabellarios ſignificant, l. 30. C. de epiſc. & cler. §. cum autem. Inſt. de adopt. Quo olim munere functos ſeruos publicos conſtat, ex l. 18. ff. de adopt. & l. vlt. de decurion. l. 10. C. Briſſ. Hi vero publicæ perſonæ dicebantur, quod eorum fides publice ſpectata eſſet, non enim in album tabellionum redigebantur, niſi quorum fides publice ſpectata eſſet. Vel: Ideo ſerui publici dicebantur, quod omnib. ſeruire tenerentur. Aldobr. § cum autem. Inſt. de adopt.

Pvblicæ quæſtiones, publica item crimina, ſunt, de quib. publicum judicium eſt conſtitutum, l. 32. §. Iulianus, ff de arbitr. l. 2. §. deinde Cornel. ff. de orig. jur. Nec enim publica judicia idcirco dicta ſunt, quod, vt Iuſtinian. tradit, eorum executio cuiuis ex populo, qui modo idoneus ſit accuſator, detur. Hac enim ratione popularia judicia publica eſſent, quod eſt inconſequens: ſed quod ex legibus publicorum judiciorum veniant atq; deſcendant, l. 1. ff. de publ. judic. Verum eſt tamen, & id ex eodem Vlpiano Iuſtinianus hauſit, publico judicio cuilibet ex populo experiri licere, niſi ſi cui lege aliqua publico judicio accuſandi non eſt poteſtas, l. 43. §. ſenatus, ff. de ritu nup. Briſſ. Prat.

Pvblicæ turbæ dicuntur, non quod publica autoritate fiant, ſed quod omnibus pateant, Auth. vt judic. ſine quoquo ſuffr. §. fugiunt. Prat.

Pvblicam quoque habere cauſam officium & miniſterium argentariorum traditur in l. 10. §. 1. ff. de ed. Et publicam fidem ſecutos eos, qui apud eos pecunias depoſuerunt, l. 7. §. quoties, ff depoſiti. Briſſ. Prat.

Pvblicani vocantur δημῶναι l. 9. ff. ad l. Rhod. Item publicanus qui lacum vel ſtagnum conduxit, l. 1. §. publicano, ff. vt in flum. publ.

Pvblicanvs à populo ſeu publico dictus eſt, quia id conductũ habet, quod populi eſt, ſiue quod publicum eſt, l. 1. §. 1. quæcunque tu. in fin. l. ſeq. ff. de publ. & vectigal. vide Gœddæum ad l. eum qui 15. n. 3. de verb. ſign. Dicitur autem publicanus, qui publica vectigalia conducta habet, l. quantæ, in fin. ff. de public. Eum, qui vectigal popul. Rom. conductum habet, publicanum appellamus. Nam publica appellatio in compluribus cauſis ad pop. Rom. reſpicit, l. eum, ff. de verb. ſig. Conn. lib. 4. c. 16. n. 1. Publicanus autem eſt, qui publico fruitur (nam inde nomen habet) ſiue fiſco vectigal. pendat, ſiue etiam tributum conſequatur, & omnis, qui quid à fiſco conducit, recte appellatur publicanus l. 1. ff. de public. & vectig. & commiſſ. Cæterum publicani, qui & vectigaliarij & telonæ dicuntur, proprie ij ſunt, qui vectigalia populi Rom. aut principis veluti portoria conducta habent, non tributa l. 12. §. vlt. ff. de publ & vectig. l. eum qui, ff. de verb. ſign. qua de cauſa Cæſar, dum vult leuare Aſiam publicanis apud Dionem 42. quod redigebatur ex vectigalibus, in tributi collationem transformat. Verum ij etiam qui ſalinas, cotorias, picarias, cretæ fodinas metalla conducta habent, & qui ciuitatibus debita portoria conduxerunt, publicanorum loco ſunt, l. 13. ff. de publ. & vect. & ſi quis quandoque tributa vel ſtipendia conducat. l. 1. § 1. eo. Liu. 39. vectigalia ſummis pretiis vltro tributa infimis locauerunt, quas locationes ſenatus precibus & lacrymis publicanorum victus induci juſſit. Cuia. obſ. lib. 7. c. 4. Adde Brechæum l. eum qui, de verb. & rer. ſign.

Pvblicare bona idem quod confiſcare. Marcian. in l. 3. in fi. de bon. eor. qui ant. An non prius bona in fiſcum cogenda ſint, quam

Digitized by Google

quam ſi de crimine fuerit probatum: an vero omnimodo publicanda ſint? ſed D. Pius reſcripſit: ſi parati ſint heredes defenſiones ſuſcipere, non eſſe bona publicanda. Prat.

PVBLICARE verbum, ad plura vſurpari, demonſtrant lex ſi fundus quem, ff. loc. lex nulli. C. de epiſc. & cler. leu publicani, l. omnium, ff. de teſt. Spieg.

PVBLICARE eſt proſcribere, eſt etiam proclamare, evulgare l. 41. ff. ad l. Aquil. Briſſ. Quod enim à præcone proclamatur, id recte publicari etiam dicitur. Res quæ ad ærarium deferebantur, ſimul atque edictis eſſent publicatæ, apud ærarium interdum auctione, plerumq; ſectione diſtrahebantur. Quod qua ratione accipiendum ſit, alio loco demonſtratum eſt. Tertull. Publicari, inquit, bonum tibi eſt: qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in Deo. Et Suet. in Claud. Libertinos, qui ſe pro equitibus Romanis agerunt, publicauit. Eoq; etiam pertinet illud Lampridij in Alex. Mulieres infames, quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari juſſit exoletis omnibus deportatis. Ræuard. varior. l. 1. 5. c. 18.

PVBLICATA bona, ob ſcelus confiſcata. & Publicatij, qui ob facinus aliquod in ærarium deferuntur. Prat.

PVBLICARI dicitur quod publicum fit, quodque in fiſcum & ærarium cogitur l. 23. §. ſi fundus, ff. de ſeruit. ruſt. l. 27. ff. de adult. & aliis infinitis locis. Briſſ.

PVBLICÆ tabernæ dicuntur quæ in ſolo publico ſunt, licet earum vſus ad priuatos pertineat l. 33. ff. de contrah. empt.

PVBLICE vtilitas, quæ circa tributorum præſtationes & naturas verſatur, appellatur, l. 3. C. de primip.

PVBLICE varie accipitur, interdum eſt in publico loco, veluti apud acta, vel in æde ſacra publica, l. 56. ff. mandat. conjuncta l. 7. in fin. ff. qui ſatiſd. cog. l. 7. ff. de minorib. l. 4. ff. de ſtatu liber. Briſſ. Interdum publice eſt publico nomine, & publica autoritate, l. 4. §. in eum, ff. de admin. tut. l. 24. ff. de captiu. l. 21. §. 1. ff. de diuer. reg. l. 12. ff. de fideicommiſſ. liber. l. 15. §. ſi publicus, ff. de dam. infect. Plane in l. 6. §. ſacræ, ff. de rer. diuiſ. publice eſt, principali vel pontificali auctoritate, l. vlt. ff. vt in poſſ. leg. Alias publice in commune ſignificat, veluti cum dicimus, publice intereſſe. Briſſ. Prat.

10 PVBLICVM deduci intelliguntur fugitiui ſerui, qui magiſtratibus municipalibus vel publicis miniſteriis traduntur, l. 1. §. pen. l. 2. ff. de ſeruis fugit. Et ſic quoque in publico ſeruari dicuntur, qui ſub publica cuſtodia aſſeruantur, l. 48. ff. de verb. ſign. l. 9. ff. ex quib. caut. maior. vel etiam qui in carcere ſunt, Nam & Plaut. publicitus excipi, pro carcere excipi in Amphitryon. dixit imitatione Græci ſermonis, quo δημόσια carcer appellatur. Briſſ. Prat.

PVBLICA fieri dicitur, quod autoritate judicis fit, l. 1. ff. vt in poſſeſſ. leg. quodque memoriæ publice commendatur, *das menniglichen verkundiget vvirdt zu vviſſen.* l. 1. §. ſed ſermus. C. de Latin. lib. toll.

PVBLICA fieri dicitur Alciato, quod coram populo fit: palam vero quod coram pluribus.

PVBLICE intereſſe, vide l. 1. C. de maleſ. & mathem.

PVBLICIANA actio dicta ab auctore ſuo nempe Publicio Prætore, qui prætor fuit vrbanus cum M. Iunio, vt Cicer. ſcribit in Cluentiana. Hujus actionis introducendæ hic fuit modus ac ratio Publicius prætor cum animaduerteret eo caſu, quo bonæ fidei poſſeſſor ante impletam vſucapionem poſſeſſionem amiſiſſet, jure ciuili actionem nullam eſſe proditam, neque tamen æquum eſſe, vt is, qui bona fide poſſediſſet, ſine cauſa poſſeſſione ſua excideret, neceſſarium eſſe duxit, id quod in hac parte juri deeſſet, ſupplere, & ad exemplum rei vindicationis aduerſus poſſeſſorem non dominum actionem in rem dari ei, qui reuera dominus nondum eſt, dominus tamen eſſe fingitur, Vult. in commen. ad §. ſed & iſtæ. 3. nu. 6. 7. Inſt. de act.

PVBLICIANA actio eſt actio in rem, vtilis ſiue prætoria vindicatio, quæ amiſſa poſſeſſione datur ei qui a non domino rem traditam ex juſta cauſa acquirendi dominij bona fide accepit, nec dum vſucepit. Et in hoc confertur cum rei vindicatione: quod ſicut rei vindicatio contra quemcunq; datur poſſeſſorem, ita Publiciana contra quemcunque detinentem datur: Et ſicut rei vindicatio duo habet extrema ſiue requiſita, dominium ex parte agentis, & poſſeſſionem ex parte rei, l. officium 9. l. in rem 23. ff. de rei vindic. Ita Publiciana in rem actio duobus potiſſimum extremis continetur, poſſeſſione nimirum ex parte rei, & dominio, tametſi ficto ex parte agentis. Verum in illis ipſis extremis maxima inter rei vindicationem & Publicianam in rem actionem reperitur differentia. Primum enim cum rei vindicatio nulli competat præterquam domino, Publiciana ei, qui reuera dominus eſt nunquam datur. Secundo rei vindicatio datur aduerſus quemcunque poſſeſſorem vel detentatorem rei, ſiue titulum is habeat, ſiue non habeat, modo non habeat ab ipſo actore: Publiciana autem datur aduerſus quencunque titulum habentem. Vult. d. loc. nu. 8. 9. 10. 11. 13. 14.

PVBLICIANAM actionem in his, quæ vſucapi non poſſunt, locũ non habere, reſpondit Vlp. in l. ſiue autem, 9. §. hæc actio, ff. de Public. in rem actio, quod quoquomodo accipiendum ſit, pluribus exponunt Gomez, ad §. ſed iſtæ quidem, 3. nu. 10. & 12. & Vrſillus ibid. num 67. Inſtit. de act.

PVBLICIANA actio non tantum de re corporali, ſed etiam de incorporali datur, l. ſi ego, 11. §. ſi de vſufructu, ff. de Public. in rem act. Vult. d. loco, nu. 24.

PVBLICIANA actio in hoc confertur cum actione quaſi Publiciana: quod vtraque, nimirum tam vera quam quaſi Publiciana, agit de re amiſſa: ſed illa de poſſeſſione amiſſa, hæc de amiſſo dominio: illa agit bonæ fidei poſſeſſor, qui dominus nunquam fuit, hac non alius, niſi qui dominus rei amiſſæ fuit: Ille agit pro vſucapionis ſuæ confirmatione: hic pro vſucapionis aduerſarij reſciſſione: in illa agitur de vſucapione actoris affirmata, in hac de vſucapione rei negata. Quare ſicut in illa actor rem à ſe vſucaptam dicit, ita in hac actor rem à reo vſucaptam eſſe negat: Et tamen vtrobiq; tam hoc quam illud fingitur. In publiciana enim res à bonæ fidei poſſeſſore reuera vſucapta nondum fuerat, quoniam alias directa ciuilis, vt loquitur Vlp. in l. 1. ff. de publ. in rem actio, daretur actio, in quaſi publiciana vſucapta fuerat, ex cauſa tamen fingitur vſucaptam non fuiſſe. Niſi enim fingeretur, prætor nullã daret actionem. Et hinc apparet prætorem in publiciana actione ſupplere id quod juri ciuili deerat, & vſucapionem cõſtituere, quæ reuera non erat: in quaſi publiciana vero emendare id quod jure ciuili erat conſtitutum, id eſt, vſucapionem completam reſcindere. Vult. ad §. rurſus, 4. n. 2. Inſt. de act.

PVBLICIANA quaſi ſeu, Quaſi publiciana eſt actio in rem prætoria, quæ reſciſſa jam ante vſucapionem inter abſentes ex juſta cauſa datur priſtino rei domino ad rem ſuam recuperandam. Hujus requiſita hæc ſunt: Primum rem reuera vſucaptam fuiſſe ab aduerſario, ſeu vſucapionem, id eſt, vim & effectum ejus reſciſſum. Deinde actorem rei iſtius eſſe dominum Tertio, reum rem illam poſſidere. Quarto, vſucapionem eſſe completam inter abſentes ex juſta cauſa: Vult. ad d. §. rurſus, nu. 7. 11.

PVBLICO jure contingere, bonoque publico introductam eſſe vſucapionem dicitur in l. 28. §. 1 ff. de dam. infect. l. 1. ff. de vſuc. Briſſ.

In PVBLICO accipere, l. 25. ff. de Sen. Sylan.

PVBLICVM Neratius vocat, quod eſt commune jure naturali, quoniam ejus rei proprietas nullius eſſe putatũr, ſola omniũ eſt: vſus autem publicus. Quod ad ea quæ jure ciuili publica ſunt, pertinet, mancipio quidem vniuerſitatis ſunt, vſu vero ſingulorum. Quem enim quiſque locum ceperit in theatro, ſpectandi cauſa, ſuus eſt, nec in alieno, ſed in ſuo eſſe dicitur. Quomodo rite Tullius lib. 3. de Finib. Omnia quæ habemus communia omnium dicit eſſe, vſu tantum eſſe noſtra: quaſi hic orbis nihil aliud ſit, quam commune quoddam hominum theatrum, in quo natura commorandi diuerſorium nobis, non habitandi dederit. Quoniam, inquit, ea natura eſſet hominis, vt cum genere humano quaſi ciuile jus intercederet, qui id conſeruaret, eum juſtum: qui migraret, injuſtum fore. Sed quemadmodum theatrum, cum commune ſit, recte tamen dici poteſt, ejus eſſe eum locum, quem quiſque occuparit: ſic in vrbe, mundove communi, non aduerſatur jus, quo minus ſuum quidque cujuſque ſit. Conn. lib. 3. c. 2. nu. 7.

PVBLICVM etiam Adrianus appellat quicquid eſt principis, non alicujus priuati domini vnius, pluriumve, vt publicationem bonorum appellamus quæ fiſco cedit, & publicare & confiſcare pro eodem vſurpamus. Conn. lib. 3. c. 4 n. 2.

PVBLICVM communium nomine amplectitur Martianus quæ Iuſtinianus diſtinxit. Nam quicquid commune eſt, publicum item eſt: nec intereſt, quod ad vſum attinet, inter commune, & publicum jure gentium, quia vtriuſque vſus communis eſt omnium gentium: ſed communium proprietas nullius eſt, fitq; accipientis: publicorum autem proprietas, eſt aut vniuerſitatis, aut ſingulorum. Sicq; intelligendum, quod dicit Pomp. Ariſto ait. Sicut id quod in mari ædificatum eſt fieret priuatum: ita quod à mari occupatum ſit, fieri publicum, id eſt, commune, inquit Accurſius, vt ſit ſcilicet publicum vſu, proprietate autem nullius. Appellatur autem commune, quia nemo hominum eſt qui non ſit quodammodo ejus dominus, vt ſi primus accipiat, nanciſcatur proprium ejus dominium, quaſi non in aliena, ſed in ſua veniat. Communia igitur ſunt omnium mortalium, & tamen nullius propria ſunt, vſus vero non dicitur communis, ſed publicus, quia neque mari, neque littore ejus, aut aere aut aqua profluente vteris tanquam re propria, ſed vt publica: nec vt habens aliquam partem dominij in eis, ſed vt quiuis ex hominum numero, ita vt neminem queas arcere à communione iſtius vſus, ſed quod tu facis, poteſt & quilibet facere, & quidem jure ſuo, non alia ratione quam quia homo. Vide Connanum late de his differentiam notat. lib. 3. c. 2. nu. 3.

PVBLICVM, quod non eſt priuatum alicujus, ſed populo commune. Hoc autem plurifariam dici Bartol. indicat in l. 1. ff. de public. judic. Quod vero a communi diſtet, Ferrar. docet, §. 1. Inſtit. de rer. diuiſ. Alc. tradit, publicum proprie in jure no-

ſtro accipi, quod ad populum Romanum pertinet, l. bona ciuitatis, de verb. ſig. quæ enim aliis gentibus publica ſunt, pro priuatis habentur. Spieg. Vide etiam Brechæum in l. eum qui, ſub tit. de verb. & rer. ſign. vbi non pauca de hac dictione notata inuenies.

PVBLICVM certamen, Vlp. in l. qua actione, §. in colluctatione, ad l. Aquil. interpretatur, quod fit gloriæ cauſa & virtutis. Spieg.

PVBLICVM conſilium, pro Senatu apud Ciceronem ponitur.

PVBLICVM crimen Impp. in l. 4. C. de hæred. id interpretantur, quod ad omnium pertinet injuriam. Ac primum quidem, inquiunt, hæreſim volumus eſſe publicum crimen: quia quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur injuriam. Vide, judicium publicum. Hot. Prat.

PVBLICVM inſtrumentum, varie dici conſtat ex Specul. tit. de inſtrum. edit. §. 7 per tot. Spieg.

PVBLICVM jus, inquit Vlp. in l. 1. de juſt. & jur. eſt, quo in ſacris, ſacerdotib. & magiſtratib. conſiſtit. Proinde Old. recte perſtringit Vlpiani reprehenſores: quod is non etiam juris publici præcepta triſariam diſtinxerit. De quo ille latius aliquanto diſſerit in diuin. Tab. præcepto 3. Spieg. Cæterum publicum jus interdum id intelligitur, quod ad ſtatum rei Rom. pertinet, in ſacris, ſacerdotibus, ac magiſtratibus conſiſtens. l. 1 §. hujus ſtudij, ff. de juſt. & jur. Cujus partem eſſe jus Senatorium, Plin. lib. 8. epiſt. ad Ariſtot. ſcribit. Interdum vero generaliter publicum jus commune & quo omnes ejuſdem ciuitatis ciues vtuntur, ſignificat l. 33. in fin. l. 39. §. vlt. de excuſ. tut. l. 8 ff. de tutel. l. 29. ff. de teſt. tut. l. 7. §. ſi vxor. ff. de don. int. vir. l. 6. ff. de admin. tut. l. 76. in fin. ff. de cond. & dem. l. 46. & l. 117. §. 1. ff. de diuerſ. reg. jur. l. 42. ff. de oper. lib. l. 2. 10 pr. & l. 15. § 1. ff. ad l. Falc. conjuncta l. 56. ff. de leg. 1. l. a. C. ne vxor pro marito. Vnde quod in l. 38. ff. de pact. ſcriptum eſt, jus publicum pactis priuatorum mutari non poſſe, id à Conſtantino ſic redditur: δημόσιον ἰδιωτικῶν συμφώνων τὸ κοινὸν νόμιμον οὐκ ἐναντιοῦται. Sic & apud Terent. Phorm.

Eum iniquum poſtulo?
An ne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publicum eſt?

Briſſonius.

PVBLICE appellatio id continet, quod in communi populi vſu eſt, & publicis vſibus deſtinatum: qualia erant Romæ campus Martius, forum, theatrum, ſtadium, baſilicæ, viæ, itinera publica. At quæ in fiſci patrimonio ſunt, quoniam quaſi propriæ & priuatæ ſunt principis, eadem appellatione non continentur, l. 6. & l. 72. §. vlt. ff. de contrah. emp. l. 2. §. publ. cum ſeq. ff. ne quid in loc. pub. §. vlt. Inſt. de empt. & vend. l. 14 §. vlt. ff. de ſeruit. §. res fiſci. Inſt. de vſuc. Sed & publicæ cauſæ à fiſco ſejunguntur, l. 1. §. 2. ff. de calumniator. quanquam fiſci cauſam, publicam vocat Vlp. in l. 21 §. in priuator. ff. de petit. hæred. Briſſ.

PVBLICI juris eſſe teſtamenti factionem quo ſenſu dixerit Pap. in l. 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ. diſpiciamus. Et olim teſtamenti factio ideo juris fuiſſe publici videtur, quod teſtamenta non minus, quam magiſtratus, ſacerdotes, conſecrationes, adoptionesque calatis comitiis, publica, hoc eſt, populi Romani, opus haberent auctoritate. At poſteaquam ſublato jure publico calatis comitiis teſtamenta condi deſiiſſent, & priuato jure per æs & libram ſic conderentur, vt ne principalis quidẽ in iis interponeretur auctoritas, dubium non videtur, quin teſtamenti factio omnino publici juris eſſe deſierit, præſertim ſi recte Theoph. ait, cum primum per æs & libram condi cœperant teſtamenta, tunc longo tempore antiqua illa calatis comitiis, & in procinctu teſtamentorum genera in deſuetudinem abiiſſe. Erat igitur non publici, ſed priuati juris teſtamenti factio tempore Papiniani, hoc eſt, juris ciuilis, habita videlicet conſideratione antiquæ cujuſdam publici priuatiq; juris differentiæ, lege regia prorſus abolitæ. Ad quam differentiam Papinianum ſuſpicor reſpexiſſe, & ſic notis ſcripſiſſe. Teſtamenti factio, non p. ſed P. I. eſt, hoc eſt, teſtamenti factio, non publici, ſed priuati juris eſt. Et idcirco aut notis deceptum eſſe Tribonianum veriſimile eſt, qui publici non priuati juris teſtamenti factionem eſſe contendit, aut certe ejus librarios verborum trãſpoſitione, quod fieri frequenter ſolet, turpiſſime lapſos, aut deniq; calatis comitiis, quod mihi non videtur, etiam Papiniani tempore fieri teſtamenta cõſueuiſſe. Nec iis aſſentior qui Accurſ. ſecuti, teſtamenti factionem ſic apud Papin. interpretantur, quaſi Papinianus contenderit, jus teſtamentorum faciendorum, tribui jure publico & legibus. Nihil enim aliud apud Papin. quæritur quam teſtamenti factio, non quo jure cuiquam tribuatur, ſed cujus juris ſit, hoc eſt, quo jure fiant teſtamenta, publicone an priuato, publicene an priuatim: ſic quærimus magiſtratuum creatio, conſecratio, aut adoptio cujus juris ſit, hoc eſt, quo jure creentur magiſtratus, res conſecrentur, adoptiones fiant. Eſt igitur priuati juris, non publici, teſtamenti factio. Et licet legib. ea recte tribui dicatur, male tamen vitioſeq; habito alicujus priuati juris reſpectu, tribui publico jure eadem exiſtimatur. Lege enim regia jus publicum penitus ſublatum in principem conſtat tranſlatum eſſe, & per conſequens omnem abolitam publici priuatiq; juris antiquam differentiam. Igitur non publico, ſed ciuili, hoc eſt, priuato jure tribui faciendi teſtamenti jus & poteſtas ſolet. Et hoc quidem toties dicendum eſt, quoties priuato juri publicum jus opponitur, quod ante legem regiam perperam fieri ſolebat. At poſtquam lex eſſet lata regia quod ante eam legem priuatum dicebatur, hoc tunc & eſſe, & appellari jus publicum cœpit, quo ſenſu jus publicum accepiſſe viſus eſt Pap. l. 15. §. 2. ad l. Falc. Et cum jus publicum pactis priuatorum mutari non poſſe ſcriberet idem Papinianus l. 38. de pactis, vt paulo ante dictum, non dubium eſt, quin priuatum, hoc eſt, ciuile jus, per publicum intellexerit. Ræu. varior. l. 5. c. 12.

PVBLICI juris memor. l. 5. C. de pignor.

PVBLICI Iuris perſecutio in tit. C. de aur. publ. proſecut. Briſſ.

PVBLICVM negotium dicitur omne id, quod ad ciuitatis ſiue municipij cauſam, publicaque bona ſpectat: puta ſi legatus Reipubl. ſit qui legationis cauſa quid impendit, leg. 7. §. 1. ff. quod cujuſque vniuerſ. nom. Item ſi quid in publica prata, paſcua, & agros vectigales, theatra, ſtadia, balnea, portas, muros, pomœria, & ſi quæ ſunt alia, ſumptuum factum creditumve ſit, d. l. 7 §. vniuerſitatis. Inſt. de rer. diuiſ. Item ſi quid tributi, vectigalis, aut alterius rei ad Rempubl. & ciuitatem illam ſpectantis gratia fecit, aut expendit, aut locatum conductumve habet: vide Gœdd. ad l. bona ciuitatis, 15. nu. 3. ff. de verb. ſig.

PVBLICVM munus, nec ad magiſtratum (quia ille honor eſt, l. cum muneris. ff. de mun. & honor.) nec ad onera refertur, quæ poſſeſſionibus aut patrimonio indicuntur, l. his omnib. in pr. ff. de vocat. mun. Ergo ea tantummodo, quæ extra ordinem ſunt, reſpicit, l. hi qui, eo tit. Vide item Inſt. de excuſ. tut. in priu. Spieg.

PVBLICVM teſtimonium, quod coram multis fit. C. de cuſtod. reor. l. ſi quis.

PVBLICVS lacus. Vide lacus.

PVBLICVM etiam pro carcere accipitur, vt apud Plaut. Vereor ne hac nocte aduenions, publico excipiar, id eſt, in carcerem trudar. Brech. in l. qui neque, ff. de verb. & rer. ſig.

PVDICITIA, à pudore dicta videtur: vt pudica non ſit, quam non pudet. Hæc velut regina in virtutibus fœminæ eſt, quin & inſtar eſt omnium. Vlp. de injur. l. ſed eſt quæſtionis, ad fin. Si quis, inquit, tam fœminam quam maſculum, ſiue ingenuos, ſiue libertinos impudicos facere attentauerit, injuriarum tenebitur, ſed & ſi ſerui pudicitia attentata fuerit, injuriarum actio locum habet. Spieg.

PVDICITIÆ præmium eſt donatio viri in vxorem, ait Goth. ad l. 24. C. de donat. int. vir. & vxor.

PVDOR, ab Ariſtotele definitur dolor, ſeu perturbatio animi, de iis quæ dedecus videntur inferre. Et omnia reſpicit tempora præſent, præteritum, futurum, poſſibile. Nec ſolum pudor eſt de ipſo dedecore, ſed de periculo etiam ne admittas tale quid, vnde adiiſſe turpitudinis periculum videare. Sane mos vetuſtatis antiquæ, longe pulcherrimus, ex l. ſed ſi hac, ff. de in jus voc. colligitur: quo magna antiquorum integritas relucet: qui cum venderent ancillas virgines, cauere ſolebant, vt ſaluus ſit eis pudor, ne proſtituantur. Et hinc emerſit pactum Immiſſionis manus, quod poteſt venditor manus iniicere, & libertam proſtitutam abducere, l. pen. C. ſi mancip. ita ven. ne proſtit. Porro, Donatus ait, Pudorem eſſe male facti: verecundiam, recti & honeſti. Vlp. in l. quæ omnia, ff. de procur. eleganter reſpondit: Ferendus eſt, pudorem ſuum purgans. Homer. Iliad. ε. pudorem longius addere calcar ad fortiter agendum indicat. Adi Chiliad. Eraſ. Spieg.

PVDOR pro exiſtimatione, dignitate, & vt vulgo loquimur, reputatione in l. 20 ff. de his qui not. infam. l. 25. ff. de procur. l. 5. §. item aut per ſemet ipſum, junctis vicinis §. & l. 15. §. generaliter, ff. de injur. Verecundiam etiam dixit Papin. in l. 15. ff. de cond. & demonſt. ſic pudor oneratur, l. ob hæc verba. ff. de his qui not. infam. Et contra pudori parcitur, l. paterfam. 28 ff. de reb. auth. jud. poſſid. Briſſ.

PVELLA pacta. Vide pacta puella.

PVELLA pro muliere, quæ jam duobus nupſerat, & tertio nuptura erat, in l. vxorem. 41. §. teſtamento, ff. de leg. 3. nimirum quia in poteſtate patria tamdiu erat, poſt vero ſui juris facta fuerat. Prat.

PVER in l. 36. de ſtatu liber. impuberem filium ſignificat. Prat.

PVERI vocabulum Latini à Græco παῖς formauerunt, quo ſignificant domeſticos ſeruos, præſertim tabellarios. credo quod non niſi pueris & in iuuenili ætate conſtitutis qui pedibus valerent, vti poterant ad eam rem. Ideo apud Ciceronẽ ſæpiſſime legitur: pueri tui mihi à te literas reddiderunt. Quandoquidem etiam pro liberis uſurpant poetæ. Horat. pueroſq; Ledæ, id eſt, Caſtorem & Pollucem & pueros pro filiis dixit Græca conſuetudine, vt notat Porphyrius. Et Terentius in Andria: Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa cautio eſt. Aut.

eſt. Aut diuinat (inquit ibi Donatus) vt puerum pro quolibet etiam ſexus ſobolem, hoc eſt, fœtum poſuit, vt Græci puerum παῖδα & Homerus: Πεπαρμένω παιδὶ Vnde Paulus in l. 204. ff. de verb. ſignific. Pueri appellatio tres ſignificationes habet: Vnam, cum omnes ſeruos pueros appellamus. Alteram, cum puerum contrario nomine puellæ dicimus. Tertiam, cum ætatem puerilem demonſtramus. Conna. lib. 10. c. 1. n. 1. &c. Vide etiam Brech. in l. pueri appellatio, ff. de verb. & rer ſignif.

PVERI appellatione etiam puella ſignificatur, non imitatione modo Græci ſermonis, ſed & quod maſculino ſexu fœmininum alias quoque ſemper comprehenditur. l. 161. in fin. ff. de verb. oblig. Argumentum etiam hujus ſignificationis illud ad fert Paulus, quod & recentes ex partu fœminas puerperas Latini vocant. Terent. Andria. Non imperaſti coram quid opus eſſet facto puerperæ. Vbi vide Donatum. Senec. lib. de benefic. cap 35. Sed æger filius, ſed vxor puerpera tenet. Sueton. in Calig c. 8. Qualiſcunque partus, ait, ſine ſexus diſcrimine puerperium vocatur, quod antiqui etiam puellas pueras ſicut & pueros puellos dictitarent. Iuuenal Satyra 6.

Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto.

Auſon. in Edyllus:

Hinc illud quod legitimos Lucina labores.
Præuenit, & grandes ſentit ſubrepere nixus
Ante expectatum feſtina puerpera votum.

Gell. quoque lib. 12. c. 1. puerperam ait dici, quæ recens enixa eſt. Priſc. quoque libr. 6. Puer pueri, cuius fœmininum dicebant antiquiſſimi: vnde & puerpera dicitur, quæ puerum vel pueram parit, id eſt, puellam, quod eſt diminutiuum pueræ. Ita puerperam accipe in l. 14. §. puerperam, ff de ædil. edict. Briſſ.

PVERI regij apud Macedonas vocabantur Principum liberi, ad miniſterium electi Regis. Liuius.

PVERI prætoris edicto poſtulare prohibentur, l. 1. §. pueritiam, ff de poſtul. vbi puer ex materia ſubjecta cenſebitur, qui decem & ſeptem annos nondum compleuit. Prat.

PVERO vel puellæ ſi alimenta legata ſint ad pubertatem ſcilicet plenam ali debent. l. Mela ff. de alimen. legat. Pubertas autem plena quæ ſit, vide ſupra pubertas plena. Prat.

PVERVM caſtrare. Vlp. Et ſi puerum, ait, quis caſtrauerit, & pretioſiorem fecerit: Vinianus ſcribit, ceſſare Aquiliam.

PVERIS legatis, puellæ etiam debentur. Id non æque in puellis dicendum eſt, autor Modeſtinus de leg. 3 Spieg.

PVERITIA, quæ & pupillaris ætas dicitur, pars eſt infantiæ, hęc certum finem habere ad annum ſeptimum quo plene abſoluitur integritas loquendi. Altera pueritiæ pars finem habet in anno 14. in mare, & 12. in fœmina. Cujac. ad l. 2. in princip. ff. de excuſat.

PVERITIAM Vlp. vocat minorem annis decem & ſeptem. Quam ætatem ad procedendum in publicum moderatam nuncupat, l. 1 ff. de poſtul. Prat.

PVERPERÆ ſunt, quæ in annis puerilibus pariunt, e. puberes, de deſponſ. impub. Io. Bellon Etymol. Gell. lib 12. c 1. puerperam ait dici, quæ recens enixa eſt. Vnde Plaut. in Amphitr. Omnis etit quæ peperit puerpera.

PVERPERA appellatio etiam ad eam refertur, quæ puellam enixa eſt: etiamſi a puero puerpera dicta ſit. Gœd. ad l. 163 §. 1 n. 5.

PVGIL Latine, Athleta Græce, qui artem pugnandi nouit, l. qua actione, § ſi quis in colluctatione, ff ad leg. Aquil. Spieg.

PVGILLARES, dicuntur tabulæ de ligno ſiue alia materia ceratæ, in quibus ſtylo ſcribitur. Plin. ex autoritate Homeri aſſerit, pugillarium vſum fuiſſe ante tempora Troiana. Paul. l. in commodato ff. commo. igitur inquit, ſi pugillares mihi commodaſti, vt debitor mihi caueret: non recte facies, importune repetendo. Alfen. in l. 6. ff. de ſupell. legat. Sed nec pugillares & codices in ſupellectili ſunt. Dictæ autem videntur, vel quod pugno comprehendi poſſint: vel à pungendo, quod ſtylo in his pungendo ſcriberetur. Dicuntur & pugillaria, & Pugillar ſingulariter apud Auſonium. Prat.

PVGNANS cum beſtiis, ceu notatus infamia, poſtulare non poteſt. l. 1. § beſtias, ff de poſtul. Spieg.

PVGNIS ac calcibus pro omni contumeliæ genere. Vide Eraſ. in Chiliad.

PVLLVS quorumcunque animalium fœtus. Quinetiam arborum atque plantarum pullos dicimus gl. in l. obligationem ferre, §. placet, ff de actionibus & oblig. Spieg.

PVLMENTARIVM, à pulmento dictum. Eſt autem cibus ſolidior vtcunque, ſiue ex aquatilibus, ſiue terreſtribus fiat. Paulus de fund inſtruct. Lectum de lantonis. Sine his, ſcil. patinis & cacabis, pulmentarium coqui non poteſt. Apud Vlp. in l. quæſitum §. Trebatius, de fundo inſtruct. Accorſius pulmentariæ farina ordei interpretatur, cum cibaria intelligas, Vlp. admodum puls facta. Poſte autem, non pane, longo tempore vixiſſe Romanos, manifeſtum: quoniam inde & pulmentaria hodieque dicuntur, autor Plinius c. 8 libr 18. Spieg. Adde Forcat. in ſuo penu juris ciuilis c. 13 & Prat.

PVLSARE interdum eſt lædere, violare, contumeliis ac damnis afficere, in l. 2 §. planc, ff. vbi quis ager. Briſſ.

PVLSARE & verberare Ofilius ſic diſtinguit, vt hoc ſit cum dolore cædere, illud vero ſine dolore, l. 5 §. 1. ff. de injur. Quod cur dixerit in hac lege Iuriſconſultus, exponit Alc. Hoc tamen non frequenter obſeruatur. Cic Verr. 7. Videntis pendere alios ex arbore, pulſari autem alios ac verberari. Et in eadem: Sex lictores circumſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi. Itaque videndum ne hæc verior ſit differentia Vallæ, vt verberare proprie ſit, cum verbere aut flagello cædere: Pulſare cum graui & vehementi ictu, vt hoc generalius ſit, & ad quoduis teli genus pertineat, ſiue gladiis, ſiue lapidibus quis vſus eſſe dicetur, ſiue ſcipionibus & baculis, ſiue etiam pugnis. Prat.

PVLSARI pro conueniri, in judicium vocari. Vlpian. l. 11. § 10. ff. de interr. in jur Qui interrogatus reſponderit, ſic tenetur quaſi ex contractu obligatus pro quo pulſabitur. Cic. Verr. 5. Pro decuma cum pulſatus à Veneria eſſet dedit H-S. ſexdecim millia. Sic l. 2. § item ſi, ff. de jud. Aut erit in poteſtate cuiuſq; pulſando eos, ſubiicere ipſos iuriſdictioni, dum ſe vindicant. Hinc ad ſolutionem pulſari in l. vnic. C. de probib. pec. ſequeſtr. quæ in C. Theod. dicitur ſolutioni ſuccumbere. Prat.

PVLSATIO pudoris. Paul. lib 4. ſent. tit. 5.

PVLVERATICVM & puluerατica in conſt. Theod. & Valent. quæ apud Frontinum extat, honorarium, quod quaſi pro labore & puluere agrimenſoribus datur. Quo nomine etiam à præſidibus ſingulas prouinciæ ciuitatis obeuntibus prouinciales exigebantur, ſed abolitum eſt Nou. Leonis & Maiorjani decurialibus de qua intellexit Caſſiod. lib 12. var. dum ait, Puluerατica quoque judicis funditus amputantes, trium tantum etiam dierum præſulibus annonas præberi, ſecundum vetera inſtituta decernimus. Sic pulueratici nomine bini ſolidi dantur ſeruis, qui ſe militiæ offerunt, in l. 16. C. Th. de tyronib. Prat.

PVNCTA. quot puncta notarij, tot meorum ſunt damna temporum Hieronym. epiſt. 3.

PVNCTI ſolatium l. laudabile. C. de aduoc. diu. iud. quid ſit varie quæritur à ICtis. Alij enim puncta conſequi ſolatia, alij punctos conſequi ſolatia habent: alij, & ij quidem frequentiores, & (vt arbitratur Cuiac.) veriores puncti ſolatium. Vult igitur Imp. patronos, qui fiſci cauſas defendunt in foro præf. prætorio, Kal. Ianuariis inter comites conſiſtorianos de more ſua puncti conſequi ſolarium. Baſilica (vt idem Cuiac. 23. obſer. 2. refert) conſequi τὸ πακτον. An igitur potius pacti ſolatium, id eſt, vt ait l. iubemus pro tempore, & l petitiones, C. eod. tit. quod communi conſenſu, ſiue communi placito & conuentione totius collegij aduocatorum patronis fiſci conſtitutum eſt aut ſi mauis, pacta ſolaria. Prat.

PVNCTORVM in diſtinguendis ſenſibus vtilitas & neceſſitas, quid veteribus ob male punctatam ſententiam, in l. ob æs. C. de præd. min. euenerat, ab Alc. lib diſpunct 4 c. 5. indicatur.

PVNCTVM temporis, id eſt, ſpatium breuiſſimum. Cic. Philipp. Attende paulisper, cogitationemque ſobrij hominis ad temporis punctum ſuſcipe. Apud Mathematicos enim punctum indiuiſibilis quædam pars eſt lineæ, ob incomprehenſibilem ſui breuitatem, nec ipſum pars aliqua, ſed tantummodo ſignum protractum, vt Euclid. ſcribit, lineam conficiens, &c. Grammaticum punctum, quandoque eſſe loco copulæ, oſtendit Bart. in l. cum duobus, §. ſi in coeunda. ff pro ſocio. Alc. lib. 4. de verb. ſignif. indicat prouerbialem apud Iureconſ. verſum. Ob ſolum punctum caruit Robertus Aſello. Ortum ex hiſtoria, quam vt idem refert, Albericus in hac dictione recenſet Quamuis illa deſideratur in editione Papienſi, quæ fœde ſcatet mendis: & interim etiam ſi illis careret, adulterina videri poteſt. Alciatus autem refert his verbis: Robertus, inquit, opulenti ſacerdotij, cui Aſinus nomen, vt vocant, Abbas, erat, cæterum auarus & inhoſpitalis: quapropter carmen, quod pro foribus Monaſterij præſcriptum erat, commutato puncto inuertit. Porta patens eſto, nulli clauderis honeſto: Id cum Pont. Rom. reſciuiſſet, ſacerdotio hominem priuauit: vnde in fabulam vulgi tranſiit, prouerbialeque carmen natum, de modico momento rem magnam amittentibus. Punctus autem ſuffragium ſiue fauor, quoniam veteres ſuffragia non ferebant, ſed puncto notabant. Vnde Expuncti dicebantur viſes, erecti, ſiue fauore priuati. Spieg.

PVPILLARES vſuræ quænam ſint, vide l. 7. §. 10. ff. de adminiſtr. tutor. l. 1. & tot tit. C. de vſur pupill.

PVPILLARIS ætas decimoquarto anno terminatur l. 16. ff. de iuriſd. l. 7 C de impub. l. 3, C. de præſcript. 30. annor. §. 1. Inſtitut. Quib. modis tut. finitur. Eius tres gradus facit Theoph. in §. pupillus Inſt. de inut ſtip. infantiam, id eſt, nec dum fandi potentem ætatem: proximam infantiæ, quæ iam fandi poteſtatem conſecuta eſt: & proximam pubertati, quæ proxime pubertatem accedit. Prat. ex Briſſ.

PVPILLARIS ſubſtitutio, eſt quæ fit liberis impuberibus in poteſtate poſitis in eum caſum, quo ante pubertatis annos deceſſerint, l. 2 ff de vul. & pupil. Inſt. de pupil. ſubſtit. Eodemque modo pupillares tabulas accipe quas etiam pupillare teſtamentum & impuberis fini teſtamentum Iureconſulti vocant

l.14 §.ſi coniunctim. ff.de leg. 1. l.8. §. ſed neque impuberis ff. de inoff l.2 §.interdum,l.80.§.ſi ex l.au.l.38.in fin. l. 43. ff. de vulg.& pupil.ſubſtit.Briſſ.& Prat.

PVPILLI in ſub C.vbi pupil educar.deb.dicuntur patre orbati.

PVPILLVS eſt, ait Pomp. qui cum impubes eſt, deſiit in patris poteſtate eſſe, aut morte aut emancipatione, l.239 de verb.ſig. Pupillus, pro impubere, qui in patris poteſtate eſt: nam à Pupus diminutum nomen eſt Cai.in l 141.§.2.de verb.oblig. Pupillus licet ex quo fari cœperit, recte ſtipulari poteſt: tamen ſi in parentis poteſtate eſt, ne autore quidem patre obligatur. Cicer. de inuent. 2. Quidam pupillum hæredem fecit: pupillus autem ante mortuus eſt, quam in ſuam tutelam veniret. Item: Pater enim & ſibi & filio dum is pupillus eſſet, teſtamentum ſcripſit, & multa deinceps. Vlp. in l.1. ff. ne vis fiat ei qui in poſ. miſ. Pupillum, inquit, eum debemus accipere, qui doli capax non eſt. Idem in l.more. ff.de aequ.vel omit. hęred. Pupillus, inquit, qui in alterius poteſtate eſt. Paul.in l.pupill.ff. eod.tit. Pupillus ait, eſt, cuius neque ſcire neque decernere talis ætas poteſt, non magis quam furioſus. Prat.

PVPILLVS non tantum ætatem ſignificat, ſed & cōditionem eius, qui ante pubertatem deſiit eſſe in poteſtate patris, & cœpit eſſe in poteſtate tutoris. Cuja ad l.2.circ.med. ff de excuſat.

PVPILLVS de quo dubium non eſt quin rerum ſuarum ſit dominus, per ſe ſolus ſine auctoritate tutoris rem ſuam alienare nō poteſt: tutor autem de quo etiam dubium non eſt quod rerum pupillarium reuera dominus non ſit, res pupillares alienare poteſt. Vult.in comm.ad §.fin.Inſt.quib.alien. licet vel non.

PVPILLVS dicitur proximus pubertati, quando exceſſit decimū annum cum ſex menſibus. Pupilla vero, quando nonum annum, & dimidium decimi, gl eſt not. licet vulgata. in §. pupillus in verb.proximus. Inſt. de inut.ſtip & ſimilis gl. in l. 1. gl. vlt.poſt princip ff.de noua.& ibi Bart.in 2.col. verſic.venio ad verſiculum Illud, &c. late tractat. Sed hæc proc. in ciuilib. In criminalibus vero, ad hoc vt pupillus dicatur proximus pubertati, vt poſſit puniri, debet ſolum diſtare à pubertate per ſex menſes, ita ſing. Bald. in l.excipiuntur, per illum text. vbi etiam Ludo. ff.ad Syllan.& videtur ſenſiſſe Baſi. in loco præallegato dum reſpondet ad l.vlt.§.penult.ff.de lib.hom.exhib. & iſtam limitationem pro ſingula. commendat. Iaſ.in auth ſacramenta puberum. in 4.col.verſ.ſequitur in tex. C ſi adu. vendi & in l. properandum, §. 1.in 2.not.C.de judic. vbi alio modo limitat, quando malitia ſuppleret ætatem, junctis his quę late & ſubtiliter tradit Soc.in l.1 § 1.in 1.& 2.col.ff.de aequ.poſſ.& Alex.in add.Batt in d.l 1.de nou.Corta.

PVPILLVS contrahens au ſine tutoris autoritate natura obligatur, vide Cortaſ.6.Miſc.28.n.8.

PVPILLVS non eſt qui adhuc in vtero eſt, quia pupillus refertur ad ætatem hominis, qui autem in vtero eſt, adhuc homo non eſt, quia nec dum animal eſt, l.1.§.3.ff.vnde cogna.

PVPPÆ ſimulachra quædam erant ſeu imagines, puellarum forma & amictu inſignitæ, quæ maxime ſunt in deliciis puellis: Antiqui autem puppam appellabant, quam nos hodie puellam, & puppum puerum. Perſius Satyr 2.

Dicite Pontifices, in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donata à virgine puppa.

Puellæ etenim cum nuptias capeſſere vellent, aut virginitatem eiurare, Veneri in templo puppas dicabant: quemadmodum pueris mos erat cum ex pueritia excederent, laribus diiſque familiaribus & domeſticis bullam ſuſpendere: vnde ipſe Perſius Satyra 1.

Bullaque ſuccinctis laribus donata pependit.

De puppa ſic Mart. Epigr.lib.4 de Cærelia & Gellia.

Dicit ſe vetulam cum ſit Carelia puppa,
Puppam ſe dicit Gellia, cum ſit anus.

Brech.& Gœdd.in l. non eſt pupillus 161 ff. de verb.& ter.ſignu.

PVRA à nuptiis, per ironiam dicitur impudica: quod citra nuptias copiam ſui faceret.

PVRA charta ſcriptæ opponitur l.32.§ quod tamen de leg.2.

PVRA haſta, ſiue purę haſtæ, quibus juuenes præmij ergo donabantur. Seru. in 6. Æneid. interpretatur ſine ferro, à Zonata δόρατα ἀσίδηρα vocantur. Prat.

PVRA lanx cælatæ opponitur in l.6 ff de rei vindic. vt & argentum purum, id eſt, ſine emblematis cęlato aduerſum facit Cic. 6. in Ver. Cœnabat, ait, apud eum: Argentum illi cæterum purum adpoſuerat, & poſt ei negotium dedit, vt quicquid Halunti eſſet argenti cælati, aut ſi quid eſſet Corinthiorum, vt omne ſtatim ad mare ex oppido deportaretur. Et alio loco, Ne quam putetis ſine maximo dolore argentum cælatum domo quod alter eriperet, protuliſſe, omnia deferuntur. Cibiratę fratres vocantur. Pauca improbant: quæ probarunt, his cruſtæ aut emblemata detrahuntur. Sic Haluntini excuſſis deliciis cum argento puro domum reuerterunt. Plin.lib.21.cap.3. de lamniſcis, Puri diu fuere: cælare primus eos inſtituit P. Claudius. Atque ita magis eſt, vt purum argentum apud Plin. lib.3.epiſt.1. interpretemur, quam quo Catancus vir doctiſſimus expoſuit modo. Briſſ.& Prat.

PVRA libertas dicitur quæ pure data eſt, in l. 59.§.1.de man.teſt.

PVRA obligatio, præſens dicitur quæ neque diem, neque conditionem habet.§ omnis. Inſt.de verb.oblig.cum aliis infinitis. Placet in l.5.ff.de ſolut. Pura obligatio eſt, quę ſine ſatiſdatione eſt, cui fideiuſſor vel pignus non acceſſit. Briſſ.

PVRA ſtipulatio dicitur, cui neque dies, neque conditio adiecta eſt: Ideoque confeſtim ex ea & debetur & peti poteſt, vt docet Imp.§.2.Inſt.de verb oblig. Prat.

PVRA ſubſtantia dicitur, deducto ære alieno l.jubemus. Cod.de repud. Spieg.

PVRA toga, quæ à Cicerone dicitur ἀπόρφυρος, id eſt, ſine purpura, & [illegible], id eſt, juſtam dici à Plutarcho, Bayſius annotauit. Spieg.

PVRA vaſa apud Colum.lib.12.c.4. & c.28. in fin. ea accipienda ſunt, in quæ nihil quicquam infuſum eſt: alias dicuntur ea, quę ſunt ſine emblemate, cælatura, aut incruſtatione. Paul. in l. ſi rem de rei vind. Quamvis & in vaſis occurrat difficultas, vtrum pura, aut cælata ſint, dici oporteat. Spieg.& Prat.

PVRA & ſub exceptione opponuntur in l. ſi proprietarius in fin. ff.de dam.infect. Polyb.l.1. Briſſ.

PVRE, pro ſimpliciter & abſolute. Paulus in l.5.de doli mali except in pſin. Pure mihi decem debes, ea tibi ſub conditione legaui Spieg.

PVRA in l.8.ff.de aut.tut. eſt ſine die & conditione.

PVRA ſtipulatus in l.38 §. ſi.de verb obl.dicitur, qui aliquid ſimpliciter ſtipulatus eſt, non adiecto eo, vt ſum voluerit. Briſſ.

PVRGARE, eſt & ſe excuſare, & innocentiam ſuam oſtendere l. is qui reus.ff de publ.jud.l.vlt.de acqu. rer. dom. cum ſimilib. Purgare officium ſeruorum ſuorum, apud Calliſtratum 2.ad Silan Item Purgare prouinciam malis hominibus l. præſes, ff. de offic.præſ. Spieg.

PVRGARE multa ſignificat. Purgare moram, emendare l.8.l.14. ff.de nouat.l.73 § fin.l 91.§ ſequitur, ff.de verb.oblig. Tunc autem debitor moram purgare dicitur cum interpellatus aliquādo dare noluit, poſtea tamen debitum offert. Quo facto proprie atque vſitate purgare moram, eluere, emendare, delere, dicitur. Donellus de mora. Purgare exiſtimationem l.1.§.quoties.ff.de iniur. Purgare innocentiam leg.22.ff. de jur.ſiſc. Purgare pudorem l 83.ff.de procu. Briſſ.

PVRGARE riuum, fontem, l.1.§.deinde, ff.de fonte. Briſſ.

PVRGARE in edicto Prætoris de via publica eſt ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſuper eam eſſet, l. 1. ff.de via public. Alias immundum tollere ſignificat, l. 1. ff. de riu. In judiciis pro diluere crimen & excuſare vſurpatur, l.qui rena 15.ff.de public.iud.

PVRGARE ſe ſolebant olim ſuſpecti de crimine: alias duello c. 2. de purgatio.vulg. Alias aqua frigida vel feruente, in quam nudi mittebantur.c.ex tuarum. De purgatio.Canoni Alias ferro candenti, vt vocat c.fin.de purgat.vulga. vel ignito, vt rectius in c.Mennem. 2. qu.5. Et quanquam exemplum duelli legatur de Dauide & Goliath. 1.Reg 17. non admittitur tamen hodie talis monomachia. l.1. Cod.de gladiato. c.2. de purgat. vulga. Quum enim iſtis cruciatum afflictionibus Deus tentaretur, merito fuerunt abrogatæ: & introducta eſt purgandi formula talis; vt delatus apud Magiſtratum adhibeat ſeptem, vel pro qualitate rei pauciores, qui teſtimonium innocentiæ illius ideo præſtare poſſint, quia & fide ſint digni, & propter vicinitatem compertam habere poſſint veritatem, cap.ex tuarum, & c. cum delictus.de purgat canon. Tum ipſe ſuſpectus jurabit ſe tale crimen non admiſiſſe, quod obiicitur. Compurgatores autem jurabunt, ſe credere, quod principalis jurans dicat veritatem c.de teſtib.& c.vlt.de purgat.canon.Old.Prat.

PVRGARE fructus, interpretatus Cujacius putare, apud Papin. in l.libetto, §.qui aliena, ff.de neg.geſt. Qui aliena, inquit, negocia gerit, vſuras præſtare cogitur, eius ſcilicet pecuniæ, quæ purgatis neceſſariis ſumptibus ſupereſt. Eodem ſenſu purgata ratiocinia, id eſt putata legimus, l.pen.in fin. C.de bon.proſcr. Suet. in Caligula. Decimo quoque die numerum puniendorum ex cuſtodia ſubſcribens rationem ſe purgare dicebat, id Gręcis eſt ἀπολογισμοὺς λογιζομένων. Prat.

PVRGATIO canonica. Infamati ex delicto, qui conuinci non poſſunt, debent compelli purgatione canonica, quę eſt innocentię oſtenſio. Dicta canonica, quod canonib. inſtituta, inuentaque ſit. Sebaſtiano. Brantius in expoſic titulorum.

PVRGATIO vulgaris. Purgatio vulgaris eſt oſtenſio Innocentiæ, vulgo introducta, prohibitaque, quod hâc tentatur Deus, multotienſque per eam condemnetur abſoluendus Anchar.

PVRGATIONIS juriſdictio, eſt imperij meri de quo latius Spec. tit.de juriſdict.omn.jud. (quem vide, &c.

PVRIFICATIONIS ritus quis fuerit. explicat Cælius lib.18.c.28.

PVRVM, cui nihil eſt admixtum. l.in his. ff. de ſolut l.librorum, §.chartis, de leg 3. Spieg.

PVRVM judicium, cui adjecta non eſt exceptio. Cicero de inuen, libr. 2. Agit is cui manus præciſa eſt, iniuriarum. Poſtulat is, qui cum agitur, à Prætore exceptionem, extra quam in reum capitis præjudicium fiat. Hic is qui agit, judicium purum

Digitized by Google

rum poſtulat: ille qui enim agitur, exceptionem addi ait oportere. Hot. Prat.

PVRVM eſt, quod ſine die, ſine conditione debetur, vide Graſ. lib. ſent. § legitima quæ 38. Godofr. ad l. ſcimus 36. §. 1. C. de inoff. teſtam.

PVRVM putum, pro prorſus, ac vere, quaſi dicas ipſiſſimum eſt: ea dictum forma, qua Iureconſulti dicunt, Sarta tecta. Vide Eraſm. in Chiliad. Spieg.

PVRVS honor, qui extra adminiſtrationem eſt. Aut. vt ordin. Præfectoræ, in prin. collat. vide Spieg. Prat.

PVRVS locus interdum inædificato opponitur, l. vlt. ff. de pignor. act. Quo ſenſu & pura loca Varro lib. 4. de ling. lat. areas in vrbe appellari ſcripſit. Interdum religioſo, id eſt ei loco, in quem mortuus illatus eſt: Itaque purus locus definitur qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt, ſed ab omnibus hujuſmodi nominibus vacat, & profani juris eſt. l. 2. § prætor. ff. de relig. l. 2. l. 6. l. 9 C. eo tit. l. 1. §. hoc autem, ff. de mort. infer. l. 6. § ſi quis in communem, ff. comm. diuid. l. 73. ff. de contrah. empt. §. religioſum. Inſtit. de rer. diuiſ. Ita purum monumentum accipio in l. 5. in fin. ff. de religioſ. l. 5 §. conceſſa, ff. de don. int. vir. Briſſ. Prat.

PVRVS purus ſycophanta, hoc eſt, merus, in quo nihil probitati eſt, ex omni vitio concretus: qualis delator & calumniator eſſe debet.

PVRPVRÆ appellatione, omnis generis purpuram contineri puto, inquit Vlpian. de leg. 3. Idem ait, Purpuræ appellatione coccum non continebitur. de quo latius diſſerit Baifius cap. 3. in de re Veſtiar. Quære Coccina veſtimenta. Purpura ſiquidem vt fatentur omnes, piſcis eſt è concharum genere, qui florem illum tingendis veſtibus expetitum in mediis faucibus habet.

PVRPVRA interdum pro magiſtratibus ponitur: quorum olim inſigne erat apud Romanos, vt & poſt amiſſam libertatem, cum Imperatorum tum Regum permanſit. l. 1. C. noll lic. inſt. lib. 11. in verb. Chlamydib. & l. 1. C. quæ res vendi non. poſſ. l. pen. C. de Conſ lib. 12. Purpurati autem hi, qui apud Principes dignitate antecellebant, dicebantur. Nam illis Purpuræ vſus concedebatur. Vide Bar. in l. ſi quis oauiculam. C. de mutileg lib. 12. Spieg. Prat.

PVRPVRÆ venditio quibus prohibita fuerit, & qui vendere vel mercari vetentur ex conſtitutione Grat. Valet. & Theod. liquet, quæ eſt huiuſmodi. Comparandi ſerici facultatem, omnibus ſicut jam præceptum eſt, præter comitem commerciorum, etiam nunc jubemus auferri. Erat enim harum rerum mercaturæ quidam præpoſitus à principe qui comes Commerciorum appellatur. Hoc autem erat quod Serici, vt nec purpuræ conceſſus erat priuatis vſus, ac ne quidem huius tingendæ aut vendendæ facultas data. Ita enim iidem Imperatores alia ſua conſtitutione. Fucandæ atque diſtrahendæ purpuræ vel in ſerico, vel in lana, quæ blatea, vel Oxoblapta atque hyacintina dicitur, facultatem nullus poſſit habere priuatus. Sin autem aliquis ſupra dicti muricis vellus vendiderit, fortunarum ſuarum & capitis ſciat ſe ſubiturum eſſe diſcrimẽ. Vellus muricis appellat lanam Infectam murice. Blateum autem dicitur purpureum. Nam quod Eutropius dicit in Nero. retib. aureis piſcabatur, quæ blateis funibus extrahebat: Sueton. ita: Piſcatus eſt reti aurato, purpura coccoque funibus nexis, &c. Oxoblapta vero quæ dicantur, vide ſupra Oxoblapta, &c. Connan. lib. 7. c. 7. nu. 1. & Cujac. 12. obſ. 34.

PVRPVRA Tyria rubea eſt, quam Tyrus inſula procreat. Vitruo. lib. 7. c. 13. Plin. lib. 5. cap. 19. quorum hic quoque nobiliſſimam Tyriam appellat. Vnde Imp. §. 34. Inſt. de act. Si quis, ait, generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur. Prat.

PVRPVRARII in l. 7. Cod. de excuſ. mun. negociatores purpuræ [illegible] Spieg. Prat.

PVSILLA pecunia. Vlp. de pecul. l. depoſiti, peculium, ait dictum eſt, quaſi puſilla pecunia, ſiue puſillum patrimonium. Spieg.

PVSVLATVM argentum ceu puſtulatum dicitur, quod purum putum eſt, & puſula ac igne excoctum, quodque puſtulas ac tumores habet: ſed tamen adhuc infectum, & in maſſa vt nuſtri loquuntur, ſic dictum, vt ait Columel. lib. 7. c. 5. à puſula ſeu puſtula, igne ſacro, qui puſtulas paſſim qua depaſcitur, attollit: nomenq; ex eo habet, quia pus continet. Hujus meminit Alfen. l. 31. ff. locati, Veluti quum argentum puſulatum fabro daretur, vt vaſa fierent: aut aurum, vt annuli, Suet. Nerone. Exegit ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum, argentum puſtulatum, aurum obryzum, vt plerique omnem collationem palam recuſarent. Sunt tamen qui hoc in loco poſtulatum legi velint, u, in o, mutando quod ſæpe fit: Alij poſtulatum à poſtulando dici volunt, Iuuenalis autoritate freti: Accipe victori populus quod poſtulat aurum: ſed id quam plurimis non probatur. Prat.

PVTAMEN, dicitur rei alicuius purgamentum. Nam quidquid ex aliqua re proiicitur, id putamen appellatur.

PVTARE aliū eſſe pretorem pro alio. vid. l. 2. ff. vbi quis ager. Sp.

PVTARE pro nihilo, Nihili æſtimare, aut facere. apud Ciceronem haud infrequens.

PVTARE Lex 12. tab. à Modeſt. in l. 25. ff. de ſtatuliberis dicitur, quod ita ſenſiſſe eam ex verbis eius colligitur. Briſſ.

PVTARE quod factum eſt, non eſſe, & ignorare, æquipollent. l. qui fundum, §. ſerum, ff. pro empt. Alb.

PVTARE, transfertur etiam ad incorporalia: Vt putare rem dicimus eleganter, pro cogitare de re, & diſputando declarare, quid res ipſa velit. Terent. in Adelph. Mitto maledicta omnia: rem ipſam putemus, *Die ſach erwegen*. Prat.

PVTARE, pro conferre, rationem ſubducere. Sic apud Scæuolam in l. Thais § Titius. ff. de fideicomm. libert. Putari ratio an debeat & apud Plaut. in Aulular. Putatur ratio cum argentario. *Die rechnung machen* Prat. Spieg.

PVTARE, volgo ſignificat æſtimare, opinari, *Schetzen*. Paul. in l. Neſenn Apollin ff. de neg. geſt. Igitur, inquit, in re facti facilius putabo, autam vel hæredes eius audiendos. Prat.

PVTARE arbores, Græci [illegible] vocant. Leontin. apud Caſſiod. lib. 10. [illegible]. Prat. Briſſ.

PVTATORIÆ falces quæ putandis arborum ramis deſeruiunt, apud Paul. lib. 4. ſent. tit. 6. Prat. Briſſ.

PVTARE leg. xii. tab à Modeſt. in l. 25. ff. de ſtatulib. dicitur, quod ita ſenſiſſe eum ex verbis eius colligitur. Briſſ Prat.

PVTARI propriè arbores viteſque dicuntur. l. 1. §. Labeo, ff. de aqua cotid l. 2 §. ſiue autem, ff. de noui operis nuntiat. Vnde putator, qui arbores putat facit, id eſt, earum ramos ſtringit & amputat l. 31. ff. ad l. Aqu. l. 18 §. de putatoribus, ff de fun. inſtr. Et apud Paulum lib. 3. ſent tit. 6. & lib. 5. tit. 23. & apud Plin. li. 27. c. 8. Putare, inquit Varro lib. 4. ling Lat. valet purum facere: ideoque antiqui putum purum appellarunt. Feſtus Pompejus lib. 9. Imputatum, ait, nondum purgatum. Putum enim eſt purum. Vnde putare vites, dicimus, hoc eſt, detrahere, quę impedimento ſunt ad fructum. Gellius lib 6. c. 5. Putare veteres dixerunt, vacantia ex quaque re ac non neceſſaria, aut etiam obſtantia & aliena auferre, & excidere, & quod eſſe vtile ac ſine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores & vites, & ſic etiam rationes dictæ putari Briſſ & Prat.

PVTATI ſumptus, pro deducti apud Papin. de neg geſt cum ait, Qui aliena negotia gerit, vſuras præſtare cogitur eius ſcilicet pecuniæ, quæ putatis neceſſariis ſumptibus ſupereſt. Spieg.

PVTATIO, quæ vulgo in arboribus emundatio, in vitibus reiectio dicitur.

PVTEAL, id eſt, quod puteus operitur, ait Pompon in l. 14. cum l. ſeq. ff. de act empt. & vend. Hot. Adde Cuiac. obſ. lib. 11. c. 2. in princ. qui ſimiliter ex dictis Pomponij locis fatetur, puteal eſſe putei operculum, quod gloſſæ [illegible] interpretantur. Et ſubiicit, quod illud veteres etiam ſigillis exornare ſoliti ſint, vt ille Ciceronis locus indicat: Tibi mando putealia ſigillata duo. Vide Cujac. in ſup. alleg loco.

PVTEANVM, quod ex puteo eſt: vt aqua puteana. Putearius vero, qui puteos fodit. Spieg.

PVTEOLANOS. Puteolans marre, in l. 1. ad munic. Item fundum Puteolanum, in l. Æmilius, de minoribus Albericus indicat tantum à Puteolis ſit poſſeſſiuum Puteolanus. Puteoli autem vrbs Campaniæ Italicæ, prius Dicæarchia dicta: ob juſtum imperium, vt c. 14. ſcholiorum meorum in primum lib. dict. & fact. Alphonſi regis annotaui: quibus addi poſſunt ea, quorum à Volaterran. fit mentio in deſcriptione Campaniæ, lib. Geograph. 6. Spieg.

PVTEOS aperire, teſte Rhodig. poſitum eleganter apud Iuriſconſ. pro excauare, in §. fin. l. fluminum, & inibi, Patens apertus, ff. de damn. infect. Spieg.

PVTEVS. Omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, & vſui præbetur haurientibus, fons dicitur: ſed ſi in promptu & ſuperficie ſit, fons tantum dicitur: ſi autem in alto & profundo ſit, ita puteus vocatur, vt fontis nomen non amittat: authos D. Auguſtin. Tract. 15. in Euangel. Ioan. Vide Vlpianum in l. vnic. de Fonte. Spiegel. Cuiac. 11. obſeruat. 3.

PVTVM, vide paulo ante, Putari proprie arbores.

P Y.

PYCTACIA, in l. actuarij, C. de erog. mil. ann. lib. 12. pro breuibus commentariolis accipiuntur, quę eod. tit. in l. excellentia, Breues vocantur, teſte Bud. in anno. princ. Apud Lampridium in Alexandri vita, Pyctacium dicitur album, id eſt, tabella dealbata, in qua nomina iudicium ſelectorum deſcribebantur. Spieg.

PYCTÆ: ſunt pugilles. Quod nomen & ad gallinaceos pugnaces tranſlatum eſt. Idem in l. 2. de his qui notan. infa. Vide, Athletarum nomine.

PYRA dicitur lignorum congeries. Virg. lib. 4. Æneid.

Conſcenditq; pyram: dixitq; nouiſſima verba.

Brech. in l. cum in teſtamento. n. 19. tit. de verb. & rer. ſignif.

Pyrgvs, vocitatur turricula, orca, fritillus, vaſculum cauitate ſeſſili, in quem tali coniiciebantur, antequam emitterentur in alueolum. Hor.

Mitteret in Pyrgum talos. ———

Martial. *Si per me miſit, nil niſi vota facit.*

Io. Bapt. in comment. Epiſt. Sid. Apoll. ad Heedit. lib. 3.

Pyrgopolynica miles apud Plaut. ſic dictus, quod ſtatura-ſus eſſet veluti turris, ædificiorumque vertice ſydera lambat, victorioſus, & jactanticulus dictus à πύργος, turris Græcis, πολὺ multum, νίκη victoria. Mallem tamen appellari Pyrgopolinicen, quod vi poliorcetica, hoc eſt, oppugnatoria, turres multas per victoriam caperet. Statius eſt & ſignificantius, quod per victoriam caperet. Statius eſt & ſignificantius, quod per victoriam multiiugas turmas, & turmales milites proſterneret, agitaret, obtereret. Pyrgus enim eſt militaris ordo, quadringentos viros complectens. Io. Bapt. in comment. epiſt. Sidon. Apoll. ad Heron. lib. 1.

Pyrrhica, eſt ſimulachrum pugnæ equeſtris, quæ & Troia dicitur ἀγὼν & ἱππικὸν, Dioni: idque ex Suet. lib. de luſibus puerur. Seruius & Donatus ſcribunt in 5. Æneid. Sed tranſiit etiam viſus Pyrrhicæ in pedeſtris pugnæ ſimulachrum, adhibitis numeris, & concentu muſico. Marius Plot lib. de metris. Pyrrhichius pes à pyrrhicha luſus genere nomen accepit: quia hoc ſono milites vſi ſub armis (vt ait ille) per ludum cium ſimulachra pugnæ. Ipſa tamen Pyrrhica dicta eſt à Pyrrho Cydoneo, quia primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad huius pedis ſonum inſtituit. Alii à Pyrrho Achillis filio, quem primum in tumulo patris ſui armatum honoris gratia ſaltauiſſe dicunt. Ariſtoteles autem Achillem ait huius luſus fuiſſe inuentorem, &c. Ei autem, quod ſupra à Plotio de Pyrrho Cydoneo dictum eſt, conſentit Nicolaus apud Stobæum his verbis: Οἱ δὲ Κρῆτες μὲν ὀρχήσει ἀγαλλόμενοι ... πυῤῥίχην ... ἀνδρὸς ... Apud Athen. tamen lib. 14. c. 12. Pyrrhica propriè ſaltatio eſt: Troia vero ludus puerorum: qui turmatim ſe inuicem ex equis peterent: vnde volunt quidam formatum vulgare Tormamentum, quaſi Troiamentum. Prat. ex Cuiac. 13 obſ. 10.

Pyrrhicarii, vel Purrhicharij in l. aut damnum. ff. de pœnis, ſunt qui à Græcis πυῤῥιχισταὶ dicuntur, hoc eſt, ſaltatores armati. κορδαξ ſaltatio eſt obſcœna & comica. Bud. in d. l. a. & l. athletas, de his qui not. infam. Vide & Rhodig. c. 4 lib. 5. Poſtellum de magiſtrat. Athen. c. 55.

Pythaulas idem cum aſcaule eſt Brodæ. lib. Miſcell. 2. cap. 13. eumque Latine vtricularium vocari exiſtimat.

Pythones qui ſunt, in Canonicis decretis, Rhodig. indicat c. 10. lib. 5. Spieg.

Q.

Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita cenſuerunt. Notæ, quibus veteres in Senatuſconſultis perſcribendis vtebantur. Vide D. E. R. I. C. Hot.

Q. E. R. E. T. P. E. R. D. T. Q. D. O. O. P. F. id eſt, Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ judicium recuperatorium dabo: teſtibuſq; duntaxat decem denuntiandi poteſtatem faciam. Formula ex prætoris magiſtratuſve, qui in prouinciis iuri dicundo præerat, edicto: cuius in lege Fania de coloniis deducendis 10 libr. Var. autor. exemplum extat: Inque eam rem it, qui hac lege judicium dederit, teſtibus publice duntaxat in res ſingulas decem denunciandi poteſtatem facito, ita vt è repub. fideque ſua videbitur. Hot.

Qva de re, id eſt, quare l. pen. C. de metall.

Qva, nominandi caſu non vtimur, niſi in compoſitione: vt aliqua, ſiqua. Quapiam, auferendi caſus eſt. Martian. in l. dioi. ff. de adimen. legat. Cum teſtator poſtrema ſcriptura, quapiam ratione motus, peſſimum libertum eſſe adjeciſſet. Spieg.

Qva, pro quatenus, Celſus l. cui ſeruus 55. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt. Cui ſeruus ipſius ſubſtitutus eſt, ſeruum ſuum adire juſſit: ſi idcirco fecit, ne legata præſtaret, vtraque præſtabit, & qua hæres eſt, & qua omiſſa cauſa teſtamenti poſſidet ex ſubſtitutione hæreditatem. Paul. l. pretia rerum 63. ff. ad l. Falc. Sed nec ille, qui filium alienum poſſidet, tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt: nec expectandum eſt, dum vendat, ſed in præſentia non qua filius alicuius, ſed qua homo æſtimatur. Cicero pro, partim, vſurpat ad Atticum: Quam expedita conſilia tua? quam euigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua nauigationis, qua congreſſus ſermoniſque cum Cæſare. Noſtri etiam pro Qua ex parte vſurpant. Vlpia. l. 1 §. ſi patet. ff. ad Silan. Attamen vbi deceſſit, qua extinctum legatum & liberta eſt, SCto fore locum dicit. Idem l. falſus creditor. 44. in fin. ff. de furt. Planè ſi vſusfructus meus in eo ſeruo eſſe cœperit, dicendum eſt, furti actionem non extingui, qua fructuarius dominus non eſt. Video etiam pro Quatenus poſitam à Iauoleno in l. litus. 112. ff. de verb. ſign. Litus publicum eſt eatenus, qua maxime fluctus exæſtuat. Hot. & Prat.

Qva, antiquo & eleganti docendi genere poni ſit Aoton. Aug. lib. 2. emend. c. 2. locoſque indicat, in quibus ea vox reperitur, in Pand. Flor. pro quatenus, qua fine, quia, eo quod, in l. cui ſeruus, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. pretia. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. ſi patet. ff. de SC. Sillan. l. falſus creditor, in fin. ff. de furt. l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. pet. l. 1. ff. de Senat. l. item miles. ff. de re ind. l. latius. 2. ff. de verb. ſign. l. ſi reus. ff. de duobus reis, l. vt Alfen. ff. de verb. ſign. l. fructus, in fin. ff. ſol. mat. l. ſi gemina, ff. arb. furt. cæſ. Prat.

Qva, pro quatenus. Paul. Sed nec ille, qui filium alienum poſſidet, tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt. Sed in præſentis non, qua filius alicuius, ſed qua homo æſtimatur. Spieg.

Qva, aliquando ſignificat, tum, ſiue partim. Bud. ex epiſt. Cic. ad Attic. exemplis demonſtrat. Spieg.

Qva de re, modo propter quam rem. vt in l. 2. ff. de migrando. Modo pro, de qua agitur. Vide Bud. in annot. prioribus. Spieg. Modo pro, quare, l. pen. C. de metallis. Briſſ.

Qva die, quomodo accipiendum ſit, interpretes tradunt, in l. ſi decem cum petiero, ff. de verb. oblig. Spieg.

Qva fronte poterit hoc deſiderari, id eſt, qua ratione, quo pacto? *Mit was fugen oder glimpff?* ac ſi dicat, id quidem imprudentius poſtulabitur. Verba ſunt Papiniani in fin. l. ſi plures, 2. de admin. tut. Notum quid velit ſibi illud, Et qua fronte audebis hæc facere? Sic ext. de appell. c. qua fronte. Vide Eraſ. in Chil. explicantem, quid ſit, Frontem perfricare. Spieg.

Qva, pro qua parte, l. 55. ff. ſi quis omiſſa.

Qvadantenvs, vſque ad quandam partem, aliquantulum.

Qvadragesima, vectigalis ſpecies, quæ non rerum venalium, ſed litium ſiue ſummarum, de quibus litigaretur, fuit vt Suetonius in Caio ſcribit. Prat.

Qvadrangvlvs homo, pro, perfecto, qualem Plato inquit eſſe difficile reperire. Vide Bapt. Pium in 4. Lucretij, & Eraſ. in paræm. Quadratus homo. Prat.

Qvadrans erat, autore Plinio, nummulus, qui & Triuncis vel Triunx vocatus eſt, à tribus vnciis.

Qvadrans integer. Vlpian. tit. 24. Quadrans fundi. l. 8. ff. de rei vind. Ex quadrante hæres ſcriptus, l. 17. §. ex quadrante, ff. de dol. mal. & met. except.

Qvadrans, Falcidia dicitur, quia illibatus hæredi manere debet. Hic quadrans, ſi liberi ſint inſtituti hæredes, non etiam extranei, auctus eſt conſtitutione Iuſtiniani, quæ eſt Nouel. 18. quemadmodum etiam legitima pro numero liberorum, vt ſit triens, aut ſemis, vel etiam dodrans, vt ad eam Nouellam expoſuit Cujac. Vide Vult. in comm. in prin. Inſt. de lege Falcid. num. 5.

Qvadrans ſumma etiam rationum dicitur, in qua nihil excreuerit, & in qua nulla ſunt reliqua: id eſt, cum æqualis eſt ſumma accepti & expenſi. Vide Budæ. lib. 1. de aſſe. & in annot. prior. Spiegel.

Qvadrans autem ratius dicitur, quod, vt à Feſto & Plinio ſcribitur, in eo eſſet ſculpta ratis figura. Igitur ratitus, & rate notatus & inſignitus, & ratem habens. Turneb. aduerſar. lib. 10 cap. 31.

Qvadrantal. Lege Amphora. & Alelat. in l. vinaria vaſa. ff. de verb. ſign. Dictum autem eſt à quatuor quadra, de quo & Gell lib. 1. c. 20. Adrian. Iunius animad. lib. 2. c. 7.

Qvadrantariam Quintil. lib. 8. cap. 6. mulierem vocat, quoniam vili pretio ſui copiam faceret. Hoc nomen Clodiæ Metelli Celeris vxori impoſitum: vt ex Plutarcho notauit Brod. Miſcell. lib. 3. c. 24.

Qvadratarii, in l. vn. de excu. artif. lib. 10. C. qui ſint, ex libello paſſionis beator. Claudij, Caſtorij, Nicoſtrati & Symphoriani, qui arte quadrataria excelluiſſe feruntur. Hic autem vno loco ſcriptum eſt, Et cœperunt artifices quadratarij incidere lapidem ad collyrium columnæ. Et alio loco: Tunc cœperunt in nomine Chriſti cauare conchas, & pegas, & lacus cum ſigillis & cantharis, cum magna ſcnoitate artis. Et alias: Ab eadem hora cœpit Simplicius omnem artem quadratariam cum ferramento ſuo, ſicut Symphorianus, bene & recte operari. Ex quibus & aliis eiuſdem libelli, quos hic omitto, locis, eorum artificum induſtriam in columnis ex marmoreis lapidicinis incidendis, marmoribuſque in tenues cruſtas ſecandis, & ſigillis, conchis, cantharifque cauandis, & omnibus argumentis ex marmore aliiſque lapidibus exprimendis verſatam liquet. Quod etiam Sidonij Apollinaris à me ſubjecta verba comprobant, quæ lib. 3. Epiſt. ad Secundum leguntur: Sed vide, ſit, vt vitium non faciat in marmore lapicida. Quod factum ſiue ab induſtria, ſeu per incuriam mihi magis quam quadratario liuidus lecto adſcribit. Quadratarij Græcis λιθοξόοι, id eſt, lapidum expolitores, exponuntur, l. 1. C. de excuſat. artif. & in Baſilic. οἱ ... ἀνδριάντων. Schard. ex Prat. ex Briſſ.

Qvadratæ lances, l. 19. §. plane. ff. de aur. & arg. legat. l. 50. ff. de furt.

Qvadratvm lapidem, in l. 6. §. pen. ff. ſi ſeru. vindic. interpretor quadrangularem, & in ſpeciem quadratam cæſum: quomodo & nonam quadratam Feſtus lib. 15. interpretatur. Liuius lib. 6. Capitolium quoq; ſaxo quadrato ſubſtructum eſt. Plin. lib. 10. epiſt. Manent adhuc paucissimi arcus: poſſunt erigi quidam lapide quadrato, qui ex ſuperiori lapide detractus eſt. Bri. Prat.

Qvadra-

Digitized by Google

QVADRATVM corpus, id quod mediæ eſt ſtaturæ. Celſus lib. 2. Corpus habiliſſimum quadratum eſt, neq; gracile, neq; obeſum. Et Columel. lib. 7. de canib. inquens: Probatur (inquit) quadratus potius, quam longus, aut breuis Brod. Miſcell. lib. 4. cap. 19.

QVADRIGA, alias pro curru accipitur, quatuor equis trahi ſolito. Alias pro numero quatuor equorum qui niſi ſimul iungantur, vehiculum non commode poteſt agi ad vſum deſtinatum. l. ſcire debemus ff. de verb. obl Old. Prat.

QVADRIGÆ legatum, de quo Papin. in l. peculium de legat. 2.

QVADRIGARII, qui quadrigas agunt, aurigæ efficiunt. Prat. vide Cuiac. ad l. 1. in med. C. de excuſ. artif.

QVADRIGARVM nomine intelliguntur etiam equi qui quadrigas agunt. l. peculium § quadrigæ. de leg. 2. Eſt ſynecdoche locutionis. Vide Zaſ. in l. ſcire debemus. ff. de verb. obl. Spieg.

QVADRIGARVM ſupplicium. Hoc ſupplicij genus ab Hercule inuentum eſſe conſtat, qui florenti adhuc ætate regem Eubœæ Pyrechmen bellum Bœotiis inferentem vicit, victumq; pullis equinis ita alligauit, vt in duas diſpertiretur partes, vt refert Plutarc. c. 13. Parall. De hac re lege Alexarchum lib 3. rerum Italicarum. Plutarch. c. 14. Parall. Gell. lib. 20. c. 1. Virgil. lib. 8. Æneid. Claudianum in Gild. &c.

QVADRIGATI numi, à notis quadrigarum ſic dicti, qui ante victoriales in vſu fuere, de quibus Plin. lib. 33. c. 3.

QVADRIMENSTRI, in rub. C. de quadrim. breu. dicuntur, quod quarto quoque menſe conficiuntur. Hi breues à chartulariis conficiebantur, & ad officia palatini, aut præfecti prætorio tranſmittebantur, vide Gothof. in d. rubr. C. & Cuiac. ad tit. C. de apocha in rubr.

QVADRVPEDI ſeruus æquiparatur, in prin. l. 2. ff. ad leg. Aqu.

QVADRVPEDEM pro pecude generaliter accipi, annotauit. Alc. in comment. Verum quadrupedis voce proprie maiora pecudis minora quadrupedia putat (nec ſine ratione) intelligenda. Spieg. in Lexic. ci. tit. ſi in Pand. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Sed & quadrupedia nomine adulteræ & meretrices vocabantur, vt ex Plauto annotauit. Connan. lib. 1. c. 12. n. 2. Vide ſupra in dictione, Pauperies.

QVADRVPLARE pretium alicuius rei dicitur, l. 2. §. in hac actione. ff. vi bon. rap. cum eius petitio in quadruplum eſt. In hac actione, inquit Vlpian. intra annum vtilem verum pretium rei quadruplatur.

QVADRVPLARI iudicium, l. 14 §. 1. ff. quod met. cauſ.

QVADRVPLATORES dicti ſunt criminum publicorum delatores, qui pro delationis præmio quartam partem in bonis delatorum conſequebantur. Hi enim delationibus faciendis confiſcationes à principibus impetrant, vt homines interdum inſontes fortunis omnibus euertant, cuiuſmodi patrum memoria multi extiterunt, &c. Vide Budæ in l. teſtium. ff. de teſtibus. Alij (inquit Aſconius) dicunt, quadruplatores eſſe eorum reorum accuſatores, qui conuicti quadrupli damnari ſoleant, aut aleæ, aut pecuniæ grauioribus vſuris fœnoratæ, quam conſuetudine, aut eiuſmodi aliorum criminum. Brech. in l. iudicaſſe reum. ff de verb. ſignif. Quadruplatores, inquit Feſtus, dicebantur, qui eo quæſtu ſe tuebantur, vt eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio. Zaſ. quadruplatores alicubi nominat, qui lucra ex ludis ſumunt. Prat & Spieg.

QVADRVPLEX iudicium apud Plin. in epiſt. centumuirale eſt, quod ſe. coactum eſt è quatuor iudicum conſiliis & decuriis, quę in baſilica Iulia ſedebantur: nam in ea quatuor erant tribunalia. Hinc Fab. lib. 12. Certe cum in baſilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atque omnia clamatoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & quod agentibus cæteris contumelioſum fuit, laudatum quoq; ex quatuor tribunalibus memini. Vide Centumuiri. Sunt & apud Fabium iudicia duplicia, in quibus duo conſilia ad vnam cogebantur haſtam, vnumque tribunal. Si apud alios iudices, inquit, agatur, vt in ſecunda aſſertione, aut in centumuiralib. iudiciis duplicibus parte victa. Prat.

QVÆ fructus quærendi, cogendi, conſeruandi gratia parata ſunt, explicantur in l. inſtrum. ff de inſtr. inſtrum. leg Spieg.

QVÆ, particula, ſubſtantiæ eſt ſignificatiua, non quantitatis, aut qualitatis gl. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter profes. Spieg.

QVÆ non poſuiſti, ne ſuſtulas. Refertur inter Solonis leges, à Platoneque citatur de Legib. 11. Nimirum in eos dictum, qui repetunt, quod non crediderunt: item qui ſibi poſtulant acceptum ferri, quod non præſtiterunt. Adi Chiliad. Eraſm. Spieg.

QVÆ te dare ſpondere oportet. Vide l. quod te. ff. ſi cert. per. Spi.

QVÆ tabernarum exercendarum, inſtruendarum piſtrini, cauponæ, cauſa facta parataque ſunt, do lego. Vide Pompon. l. ſi ita. ff de fund. inſtru.

QVÆ viuus præſtabam, dari volo. quid hęc verba ſibi velint, Papinianus exponit in l. Seio. §. medico Sempronio de ann. legat. Modeſt. in l. Mela ait de alimen. & cib legat. Spieg.

QVÆCVNQVE dictio, propter generalitatem, ad improprios caſus trahitur. Vnde quicunque hæres, etiam improprie heredem comprehendit: & cum de quibuſcunque contractibus loquimur, etiam de abuſiuis dicimus: vt tradunt Doct. in l. vnius §. cogniturum. ff. de quæſt. quod tamen procedit, cum nulla differentiæ ratio aſſignari poteſt.

QVÆCVNQVE ſunt in fundo, pro eo quæ eſſe ſolebant l. quæſitum. §. fi. de leg. 3. quæcunq; & quantacunque, maioris ſunt ſignificantiæ quo ad vniuerſalia, quam verbum Omnis: quia iſta propoſitio Vniuerſalis Omnes ſciunt, patitur exceptionē ſecundum materiam ſubiectam. l. omnes. iuncta gl. C. ſine cenſ. vel reliq. Sed quiſcunque, quantuſcunque, ſine delectu ſingularia complectuntur l. baliſta ff. ad Trebel. vbi ſub verbo, quantacunq; pecunia, fructus fundorum intelliguntur. Poſſunt tamen exceptionem quandoque pati, ſed raro. quia, vt Zaſ. ait, nihil in iure noſtro ad punctum redigitur. Spieg. Prat.

QVÆDAM dictio non inducit regulam, ſed exceptionem, vt docet Dynus in l. quidam ff. de iure codicil. Spieg.

QVÆDAM habere poſſumus, quamvis ea nobis vtilia non ſunt, vt ait Labeo. l. ei fundo. ff. de ſeruit. Spieg.

QVÆRAMVS, in § fin l. & hæc diſtinctio. ff. locati. Accurſ. id eſt, inueniemus, exponit. Senſum ſatis indicat Donatus, Non reperitur, niſi quod quæritur: non quæritur, niſi quod præſto non ſit. Spieg.

QVÆRERE, à quæ, & Res, compoſitum eſt. Prat.

QVÆRERE verbum eſt proprium rerum capitalium, pro cognoſcere: quod quia accuſatur, nocens ſit, an innocens, cum conſilio diſquiritur: veteres Anquirere dicebant. Cic ad Attic. in 1. Senatus cenſuit, vt de iis, qui ob iudicandum pecuniam accepiſſent, quæreretur. Hinc quærere legibus apud veteres dicebantur, qui criminum quæſtiones exercebant, quique quæſtiones publicas exequebantur. Plin. epiſt. vlt. l. 5. Cauſa dilationis Nepos Prætor qui legibus quærit. Cic. in Milonianæ Decernebat enim, vt veteribus legibus extra ordinem quæreretur. Hot.

QVÆRERE, eſt informationem facere, & legibus vindicare. Bud. in l. poſteriore de orig iur.

QVÆRERE, iudicum & magiſtratuum eſt, inquirere, aliorum.

QVÆRERE legibus apud veteres dicebantur: qui criminum quæſtiones exequebantur, quippe quæſtiones publicas exercebant. Plin. epiſt. vlt. lib. 5. Vnde qui rebus capitalibus præerant, olim quæſtores vel quæſitores dicebantur, quaſi ζητηταὶ vt Iuſtinianus Nouella 8. interpretatur. Briſſ.

QVÆRERE extra ordinem, eſt diſceptatione compendiaria, & litis imagine potius quam lite, rem tranſigere, ſeu procedere ſummarie, & ſine ſtrepitu & figura iudicij. Briſſ.

QVÆRERE etiam acquirere eſt, l. vlt. ff. de except. l. 24. C. de rei vindic.

QVÆSITI liberi vel vulgo vel iure dicuntur, qui vel ex legitimis nuptiis, vel ἀνοχῇ (?) ſuſcepti ſunt. l. 18. ff. de bon. liber. l. 4. C. de ſuis & legit. Briſſ. Prat.

QVÆRANT liber. Agell lib. 4. c. 3.

QVÆSITAM hæreditatem dicimus, quę vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel ciuili vel honorario iure eſt adquiſita. l. 9. C. de pet. hered. l. 14. C. de teſt. milit. l. 14. C. de fideic. Briſſ. Prat.

QVÆSITI in ſeruitute dicuntur filij, qui ex ſeruis parentibus nati ſunt. l. 1. §. 1 ff. ad Tertyll. l. vlt ff de adopt. l. 3. ff. de liber. cauſ. Per adoptionem etiam quæſitos filios dicimus. l. 2. §. parui. ff. de ſuis & legit. Briſſ.

QVÆSITOR is eſt, qui præeſt quæſtioni: vide paulo poſt.

QVÆSITIO eſt appetitio cognitionis, quæſtioniſque finis, inuentio eſt, aliquando dubitatio & diſceptatio. Old.

QVÆSTIO eſt, id eſt, controuerſia. l. 115. ff. de verb. ſig. l. 2. ff. de his quæ in teſtam. delent. l. 24. ff. de acqu. vel omit. hered: Sic, cœpta quæſtio. l. 1. §. 1. ff. ne de ſtatu defunct. quæſtio vulgata. l. 1. §. 1. ff. pro dote. quæſtio in eo eſt. l. 60. §. quid ergo. ff. de ritu nupt. Briſſ.

QVÆSTIO, in Rubric. de quæſtionibus eſt tormentum, quod reo ad ſcelerum & ſociorum ſuorum veritatem eruendam adhibetur. l. item apud §. quæſtionem. 9. de iniuriis. l. 1. ff. de quæſtionibus l. inde Neratius. §. ſed et ſi ff. ad leg. Aquil. Hot.

QVÆSTIONVM genera, de omnibus plane rebus mundanis, cum in iudicio, cum extra iudicium, tria ſunt: ſcilicet, An ſit? quid ſit? quale ſit? Prima quæſtio facti eſt, & probationibus, vel coniecturis expeditur, vt veritas appareat. Inde ſunt tituli: de probationibus, de inſtrumentis, de teſtibus, & alij id genus Reliquæ duæ quæſtiones iuris ſunt, quæ per artem boni & æqui explicantur: cuius fit mentio in l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iure. quamobrem lex inter quæſtionem facti, & quæſtionem juris obſeruari vult diſcrimen. l. idem erit. ff. de ſtat. hom. l. mora fieri, in prin. ff. de vſur. Elegantiſſime Vlp. in l. cum quem. ff. de judic. Iudicibus, inquit, de iure dubitantibus præſides reſpondere ſolent: ſed de facto conſulentibus non debent præſides conſilium impertire. Prat. Alij ſic.

QVÆSTIO alia facti dicitur: alia iuris. quæſtio facti eſt: in qua factum nec ne ſit, quæritur: iuris autem, in qua de re ambigitur: veluti cum dicimus, quatenus cujuſque interſit in facto, non in iure conſiſtere. l. quatenus 24. ff. de regul. iur.

Similiter diſtinctiones reperiuntur in, l. 1. ff. quæ res pignor. l. vlt. ff. de iureiurand. l. 16. ff. de ſtatu homin. l. 2. §. vlt. ff. de don. & paſſim in iure noſtro: vt intelligatur, ſolas iuris quæſtiones ad Iuriſconſultos pertinere: alteras vero, quæ totę in coniecturali ſtatu poſitę ſunt, ab iis remotas eſſe vnde illud Cic. in Topic. nihil hoc ad ius Neque vero prætermittendum eſt, ad facti quæſtiones eas referri, quæ voluntatis ſunt: id eſt, in quib. de voluntate, puta, teſtatoris, ambigitur. l. 3. ff. de aur. & arg. legat. l. 41. l. 94. ff. de verb. oblig. l. 121. ff. de verbor. ſign. l. 8. §. ſi debitori. ff. quib. mod. pign. Hut. Vide Duar. ad §. Agerius. ſeu ad Scæu. & eundem lib. 1. anniuerſ. diſput. c. 41. Vult. in comm. Iuſtit. ad tit. de act. in prin. n. 18. & ſeqq. Legum in method. iur. lib. 2. c. 2. Hopper. lib. 1. de vere iur. Gœdd. in comment. ad rubr. ff. de verb. ſign. n. 11. 15.

QVÆSTIO facti, & quæſtio iuris, autore Old. in l. 16. Idem erit, ff. de ſtatu homin. Sic differunt;

I. In quæſtione facti conſideratur, quales ſint circumſtantiæ extrinſecus. In quæſtione iuris perpenditur rectum animi iudicium intrinſecus. l. iuſtitia eſt. ff. de iuſt. & iur.

II. Factum eſt infinitum & incertum. leg. natura enim. ff. de præſcript. verb. Ius vero certum & finitum eſſe poteſt atque debet. l. e. ff. de iur. & fact. ignor.

III. Ius in facto poſitum eſt, non factum in iure. l. ſi plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil.

IV. Quæſtionem facti priorem eſſe oportet quæſtione iuris. d. l. idem erit.

V. Error facti excuſat: quia etiam prudentiſſimos fallit. Error iuris non eque. l. regula iuris ff. de iuris & facti ignorant. vbi Paulus exemplis declarat.

QVÆSTIO incidens ea eſt, quæ extra formulam prioris actionis exoritur, l. 1. C. de offic. rector. pro Gothofr. ad l. 1. C. de ordin. iudic.

QVÆSTIO numaria, pro iudicio priuato, in quo non de capite, ſed de pecunia diſceptatur. Calliſtrat. l. vlt. ff. ne de ſtat. def. D. Claudius reſcripſit, ſi per quæſtionem numariam præiudicium ſtatui videbitur fieri, ceſſare quæſtionem. Hot. Prat.

QVÆSTIONEM conſtituere, eſt decernere, vt ſcelus vindicetur. Bud. in l. 1. ad l. Corn. de ſicar. Old.

QVÆSTIONEM decernere, id eſt, quod nunc dicimus, ordinare, vt fiat informatio, & vt contra delinquentes procedatur. Bud. in prior. annot. ad Pandect.

QVÆSTIONEM ferre, eſt vindicandum facinus iudicibus præbere, & mandare, vel potius ad Senatum referre, vt de vindicando ſcelere extra ordinem Senatuſ & in iudicium res deducatur. Bud. in l. 1. ad l. Cornel. de ſicar. Old. Prat.

QVÆSTIONEM habere quid, l. 1. §. item illud, ff. de Senatuſcon. Silan. quæſtionem habere de familia. l. 37. §. vlt. ff. de bon. libert. Briſſ.

QVÆSTIONEM poſtulare, eius eſt, qui iniuriam ſibi factã queritur, aut alteri, quam vindicare ad eum non pertinet. Budæ.

QVÆSTIONES etiam publicas cõſtitutas à Cornelio Sylla dictatore legimus, de Falſis, de Sicariis, de Veneficiis, de Parricidis: fuere & aliæ auctoribus repetundarum, & ambitus publicæ conſtitutæ quæſtiones.

QVÆSTIONES itaque publicæ dicebantur iudicia criminalia, quæ per quæſtiones expediuntur. Cic. Philipp. 2. quid enim (ait) attinebit noua lege quæri de eo, quod hominem occidiſſet, cum eſſet legibus quæſtio conſtituta? Oldend. ad l. 2. §. capta deinde Sardinia. de orig. iur.

QVÆSTIONI præeſſe dicebantur Prætores, qui quæſtionem exercebant. Ita iudex quæſtionis, in l. 1. in princ. ff. ad l. Cor. de ſicar. quæſtio etiam de crimine conſtituti dicebantur, cum alicuius criminis inquiſitionem Senatus mandabat, Sueton. in Iul. cap. 6. quem inter publicas ceremonias penetraſſe ad eam muliebri veſte tam conſtans fama erat, vt Senatus quæſtionem de pollutis ſacris decreuerit. Briſſ.

QVÆSITOR, id eſt, arbiter l. e. C. The. de poſtul. ſup. verb. Cognitor. quæſitor. ſtrenæ. Auſon. p. 4.

QVÆSITORES dicti, qui quæſtionem iudicia exercent. Horum autem creandorum ratio olim apud Romanos talis fuit: Cum vſus poſtulabat, ex Senatuſconſulto, vt dictator, vel conſulum alter, ambove, vel prætorum aliquis de crimine publico quærere iubebatur, qui iuſſus erat, is quæſitor dicebatur: quos quæſitores ante 12. tab. leges creari cœptos, ſubindicat Pomp. in l. 2. ff. de orig. iur. Dictatorem ſane quæſtionibus exercendis creatum, legimus apud Liu. lib. 9. Senatus vero modo conſulibus. modo prætoribus quæſtiones decernebat. De Coſſ. q à de Bacchanalibus quærerent, auctor eſt Liu. lib. 39. Sic Iugurthinæ coniurationis quæſtionem conſuli mandatam Cic. in Brut. ſcribit. De prætoribus, qui de veneficijs & peculatu quærerẽt, ſcribit Liu. li. 38. & 39. Talis fuit quæſtio de vi C. Domitij prætoris: de qua Cic. & Aſcon. in Milon. Et hoc quidem pacto publicæ quæſtiones tractatę ſunt vſque ad annum V. C. 604. Anno autem ipſo 604. perpetuę ſunt quæſtiones inſtauratæ, quod ex verbis his Cic. quæ ſunt in Bruto, intelligitur: Carbone forum tenente plura fieri iudicia cæperunt: nam & quæſtiones perpetuę hoc adoleſcente conſtitutę ſunt, quę ante nullæ fuerant. Hæ autem quæſtiones perpetuæ hanc vim habuerunt, vt cum eo tempore ſeni quotannis prætores crearentur: duo qui ius de priuatorum controuerſiis dicerent: quatuor, qui in prouincias iuris dicundi cauſa cum Imperio mitterentur: poſt hac ratio conuerteretur: atque quatuor illi qui ſortiri prouincias ſolerent. Romæ ſuas quiſque quæſtiones ſortirentur, vt maieſtatis, peculatus, inter ſicarios, ambitus, repetundarum: adeo vt ſi de aliquo horum criminum eſſet quærendum, non nouo quæſitore, qui extra ordinem quæreret, opus eſſet, ſed prætor ille, qui ei quæſtioni præeſſet, adiretur, iſq; vt ante, cum conſilio de eo crimine cognoſceret. Prætor itaq; ipſe dicebatur quærere, & quæſtionem ac iudicium exercere, & quæſtioni præeſſe, & quæſitor eſſe. Teſtis eſt Cic. pro Rabirio Poſthumo cum ait: Accuſaui de pecunijs repetundis, iudex ſedi, prætor quæſiui. Et Aſconius: Iudicium C. Cornelij de maieſtate exercuit Qu. Gallus prætor. Iterum Cic. in Verrem actione: Duo igitur conſules & quæſitor erunt ex illius voluntate. Item: Subſortiemur in Metelli locum, quoniam is huic quæſtioni præfuturus eſt. Et iterum Aſcon. Scaurus poſtulatus eſt apud M. Catonem prætorem repetundarum: & poſt. M. Cato id iudicium exercebat. Et rurſus Cic. de Finib. L. Tubulus prætor quæſtionem inter ſicarios exercuit. quæſitoris autem quæ eſſent partes, docuit Aſconius, qui exponens hos Vergilian. verſus lib. 6. Æneid.

Quæſitor Minos vrnam mouet, ille ſilentum
Conciliumque vocat, vitaſq; & crimina diſcit.

Ait; Virgilium Minoem iudicem apud inferos, tanquam ſi prætor ſit rerum capitalium, quæſitorem appellaſſe, dediſſe ſortitionem, cum vrnam nominat electionem iudicum, cum ait, conciliumque vocat: cognitionem facinorum cum dicit, vitaſq; & crimina diſcit. Quod idem etiam ex verbis Cic. in Vatinium colligi poteſt his: Quæro ex te, edixeritne C. Memmius prætor, vt ex lege Licinia & Iunia adeſſes die trigeſimo? quæro ex te, num quis in hac ciuitate poſt vrbem conditam tribunos appellarit, ne cauſam diceret? num quis reus in tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, vrnas deiecerit, &c. Et in Brut. Intelligens dicendi exiſtimator, videt oſcitantem iudicem loquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, mittentem ad horas, quæſitorem vt dimittat rogantem. Et Philip. 5. Quære ſi Lyſiades citatus iudex non reſponderit, accipietne excuſationem is, qui quæſtioni præerit? Et in Rhet. ad Herenn. Accuſatoris officium eſt, inferre crimina, defenſoris diluere & propulſare, teſtis eſt dicere quæ ſcierit, aut audierit, quæſitoris eſt, vnumquemque eorum in officio ſuo continere. Quibus ex locis intelligitur, quæſitoris fuiſſe ſortiri iudices, cogere, dimittere, & crimen cognoſcere: vel denique (vt ait Cornificius) accuſatorem, defenſorem, teſtem in officio continere: vim ac poteſtatem iudicum coercendorum, hoc eſt, ſub pignoribus cogendorum habere: In ſella curuli eburnea pro tribunali ſedere. Ipſe autem nec iuratus erat, nec ſententiam ferebat: ſed vrnæ, in quam & cauſarum ſortes coniiciebantur, & iudices ſententiam ferebant, præerat: iudices in conſilium vocabat: videri feciſſe reum, vel non feciſſe pronunciabat. Quanquam non eſt tamen antiqua illa conſuetudo intermiſſa: quin & multi extra ordinem è Senatu decretos, ſiue à populo iuſſos ſunt adducti. Hæc qui plenius audire volet, videat Sigonium de antiquo ciu. Romanorum. lib. 2. c. 18. Prat.

QVÆSTORES (inquit Varro) à quærendo: qui conquirerẽt pecuniae publicas. Cornel. Tac. lib. 11. annal. Apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctis ciuium, ſi bonis artibus fiderent licitum petere magiſtratus: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima iuuenta conſulatum ac dictaturas inirent. Quæſtores autem etiam regibus tum imperantibus inſtituti ſunt: quod lex curiata oſtendit, à L. Bruto repetita: manſitque conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatique primum Valerius Poſthumus, & Æmilius Mamercus 63. anno, poſt Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur. Deinde gliſcentibus negotiis duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus ſtipendiaria iam Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. Poſt lege Syllæ viginti creati ſupplendo ſenatui, cui iudicia tradiderat. Et quanquam equites iudicia recuperauiſſent, quæſtura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec ſententia Dolabellæ venundaretur. Aſcon. Verr. 2. Quæſtores vrbani ærarium curabant, eiuſque pecuniae expenſas & acceptas in tabulas publicas referre conſueuerant. Liuius autem libr. 7. teſtis eſt, eodem Quæſtores ſigna ex ærario prompſiſſe Imperatoribus ad bellum exeuntibus. Pomponius in leg. 2. §. 22. de orig. iur. Deinde cum ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet, vt eſſent, qui illi præeſſent conſtituti ſunt Quæſtores, qui pecuniæ præeſſent: dicti ab eo, quod inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſa creati erant. Vlpia. in l. 1. ff. de offic. quæſtor. Origo quæſtoribus creandis antiquiſſima eſt,

& pene

& pene ante omnes magiſtratus. Gracchanus denique Iunius libro 7. de poteſtatibus etiam ipſum Romulum & Numam Pompilium, binos quæſtores habuiſſe, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio crearent, refert. Sed ſicuti dubium eſt, an Romulo & Numa regnantibus Quæſtor fuerit, ita Tullo Hoſtilio rege Quæſtores fuiſſe certum eſt. Sane crebrior apud veteres opinio eſt, Tullum Hoſtilium primum in Remp. induxiſſe Quæſtores. Et à genere quærendi Quæſtores initio dictos, & Iunius & Trebatius, & Feneſtella ſcribunt. Tacitus lib. 13. de Nerone loquens. Deinceps curam tabularum publicarum à Quæſtoribus ad præfectos tranſtulit, varie habita, ac ſæpe immutata eius rei forma. Nam Auguſtus permiſit ſenatui deligere præfectos. Deinde ambitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero prætorum, qui præeſſent: neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius quæſtores rurſus impoſuit, iſque ne metu offenſionum ſegnius conſulerent extra ordinem honores permiſit. Sed deerat robur ætatis eum primum magiſtratum capeſſentibus. Igitur Nero præfectura perfunctos, & experientia probatos delegit. Eorundem etiam munus erat, prædam ex hoſtibus captam vendere, pecuniamque inde redactam in ærarium referre, vt patet ex Liuio libro 40. Tacitus libro 13. Cenſuit Piſo deſignatus Conſul, ne mulctam à Tribunis dictam Quæſtores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent. Dio præterea in libro 55. extremo ſcribit, Tuberone ac Fabio Coſſ. ad Quæſtores tranſlatam eſſe curam Senatuſconſultorum aſſeruandorum, cum antea Tribunorum plebis & Ædilium id munus fuiſſet. Denique vt paucis horum munus complectar, vectigalia populi Romani in prouincia exigebant, ſtipendia militibus præbebant, ſingula accepta expenſaque rationibus inferebant, multas pecunias, tam Romæ, quam in prouinciis exigebant, ac in publicas tabulas notabant, omnium pecuniarum rerumque notas, ac illuſtres rationes dabant, illaſque confectas, conſolidatas, & abſolutas per ſcribas ſuos in ærarium deponebant. Vide fuſius de pluribus Quæſtorum muneribus Alexand Gen. dier. lib. 2. c. 2.

QVÆSTOR, cuius meminit Nouell. 80. creatus conſtituruſque eſt à Iuſtiniano Conſtantinopoli, quærendis coercendiſque mendicis, inertibus, otioſis, peregrinis, errantibus & vagis, cuiuſcunque conditionis eſſent, ſiue clerici, ſiue monachi, ſiue aduocati aliarum ciuitatum, quos [illegible] dicta Nouella vocat, & Iulianus Scholaſticus, vt l. 2. C. de luct. aduocat. Nos enim, qui in foro, veriſque litibus terimur, multam malitiæ quamuis nolimus, addiſcimus. Schola & auditorium, & ficta cauſa innoxia eſt: at ſi forte exerti litis cauſa in vrbem venerint, vult Iuſtinianus, Quæſtore imminente, inſtante, vrgente, & ad extremum audiente & cognoſcente, moturantibus judicibus celerrime eorum lites finiri. Eidem in mendicos validos coercitionem dat mitiorem, quam definiatur l. 1. Cod. de mendic. valid. & conſtituit quaſdam veluti [illegible] actionem, vt ipſe ait, id eſt, inertiæ & lenitudinis, qualis fuit olim apud Græcos. Datur etiam huic quæſtori poteſtas cognoſcendi de crimine falſi, & de ſuperexactionibus executorum, id eſt, ſi ſupra modum ſportulas exegerint. Videtur & jus habuiſſe imbecillis dandi tutoris, vt ex Harmenop. 5. tit. 11. conſtat, qui & in ſin. 6. de eius officio tractat. Prat.

QVÆSTORES candidati dicebantur, qui libris, hoc eſt, epiſtolis, ſiue orationibus principis in Senatu legendis præerant: quemadmodum docet Vlpianus in l. prima. de offic. quæſt. Lampridius in Alexandr. Quæſtores candidatos ex ſua pecunia juſſit munera populo dare: ſed vt poſt quæſturam præturas acciperent, & inde prouincias regerent. Quibus ex verbis candidatos ſuſpicor ea re dictos fuiſſe, quod hic ingreſſus erat, & quaſi primordium gerendorum honorum, & ſententiæ in ſenatu dicendæ: quemadmodum Vlpianus eo loco ſcribit Dion. libr. 54. [illegible] Tacitus libr. 16. Inter quorum aſpectus & minas ingreſſi curiam Senatores, & oratio principis per quæſtorem eius audita eſt. Sueton. in Tito. Recepta ad ſe prope omnium officiorum cura, cum patris nomine & ipſe epiſtolas dictaret, & edicta conſcriberet, orationeſque in ſenatu recitaret, etiam quæſtoris vice. Prat.

QVÆSTOR exercitus, in Nouell. à Procopio definitur [illegible]: rectiſſimè. Nam Nouell. 41. [illegible]: & Iulian. Nouell. 50. annonas militum, tam Comitatenſium, qui per caſtra ſunt, quam limitaneorum eum diſtribuiſſe. Sed habuit etiam iuriſdictionem & auditorium, & apparitionem inſtar præfecti prætorio, & vicarium in vrbe: nam ſub eo erant prouinciæ quinque, Scythia, Myſia, Caria, Cyprus, & Cyclades inſulę, quarum caput Rhodus: & inde Rhodi appellatione, d. Nouel. 41. Cyclades ſignificantur. Habuit harum prouinciarum vnaquæque ſuum præſidem, & de præſide Cycladum eſt l. 4. Cod. de nauic. Nouell. 163. & ab his præſidibus appellabatur, non ad præfectum prætorio, ſed ad quæſtorem exercitus, ex Nouell. 50. cui Nouell. 41. ita derogat, vt ex Myſia quidem & Scythia appellationes apud eum inducantur, quod iis ſedem ſuam in iis prouinciis habeat: ex cæteris autem prouinciis, vt appellationes in vrbem inducantur apud eundem ipſum, ſi forte in vrbe fuerit, vel apud vicarium eius, adhibito quæſtore ſacri palatij. Item à judice, quem ipſe dederit in eis prouinciis, puta Caria, Cypro, Rhodo, vt appelletur ad vicarium eius pergi poſſit: ſi forte eum exercitus cauſa, & neceſſitas auocauerit à munere judicandi, vulgo dicitur, A judice dato eum appellari, qui judicem dedit: id ſic eſt accipiendum, vt & ſucceſſor eius appellari poſſit, l. 1. ff. quis à quo appell. vel vicarius, ex Nouell. 41. vulgo dicitur, Apud quem cœptum eſt judicium, & finem accipere debere. Et hic quoque addatur, vel apud ſucceſſorem eius, aut vicarium. Prat.

QVÆSTOR, Nonius apud Tranquillum, non is eſt, inquit Turneb. aduerſ. libr. 2. cap. 27. qui pecuniam publicam tractat, ſed qui judicium publicum exercet, & quæſitor ſæpius dicitur, apud quem nominari majorem poteſtatem, vt prætorem (id enim eſt, compellari majorem poteſtatem) non oportuit. Prat.

QVÆSTORES parricidij (vt ſcribit Pomp. in l. 2. de orig. jur) creari à populo ſolebant, qui capitalibus rebus præeſſent: nam conſulibus de capite ciuis Romani, iniuſſu populi jus dicere non licebat. Feſt. libr. 14. Parricidij quæſtores appellabantur, qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quærendarum. Nam parricida non vtique is, qui parentem occidiſſet, dicebatur: ſed qui qualemcunque hominem: idem autem fuiſſe indicat lex Numæ Pompilij Regis, his compoſita verbis: Si quis hominem liberum ſciens dolo malo neci dedit, parricida eſto. Prat.

QVÆSTORES prouinciales erant, qui vna cum proconſulibus aut proprætoribus in prouincias exibant, cum pecuniam ſibi ex ærario à ſenatu attributam, & à Tribunis ærarij adnumeratam accepiſſent, vnde ſtipendia, frumenta, legatis, proquæſtoribus, cohorti prætoriæ ſuppeditarent: vt ex Verr. 3. intelligitur. Aſconius, Prima Senatoris adminiſtratio eſt, Quæſtorem fieri, & in prouincia curam gerere pecuniæ publicæ, in vſus diuerſos erogandæ. Inter vrbanos autem & prouinciales quæſtores hanc differentiam notat Hotomannus. Primum, quod illi neque lictores, neque viatores habebant: cum neque vocationem, neque prehenſionem haberent, vt ſcribit Gellius lib. 13. c. 12. Hi vero & lictores & togam prætextam habebant, vt in Verr. 4. idem Hotomann. docet, idque conſtat ex oratione pro Plancio, his verbis: Nam ſimulac me Dyrrachium attigiſſe audiuit (de Plancio loquitur, Quæſtore tum Macedoniæ) ſtatim ad me lictoribus dimiſſis inſignibus abjectis, veſte mutata profectus eſt. Altera differentia eſt, quod Vrbani jus non dicebant: Prouinciales autem jure dicundo conuentus circumibant, vt ſcribit Suetonius in Cæſare, & quæcunque commiſſa populo Romano eſſent, exquirebant, deque iis judices ac recuperatores dabant: quemadmodum videmus in diuinatione, Q. Cæcilium Verris Quæſtorem in Agonidem judicium dediſſe, Si pateret ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe. Prat.

QVÆSTOR ſacri palatij ſub Impp. Conſtantinopolitanis, is erat, qui petitionibus ſubſcribebat, vel etiam reſponſa reddebat, & vt paucis complectar, qui leges dictabat, preceſque, ac reſponſa ſubnotabat, vt conſtat ex Notitia Imper. Roman. & Nouel. 53. & 114. l. vlt. Cod de diuer. reſcr. Sub eorum etiam diſpoſitione laterculum minus erat, vt patet ex l. 32. Cod. de appellat. l. 2. Cod. de offic. quæſtor. Nouell. Valent. 3. l. vlt. C. de petit. bonor. l. 64. & ſeq. C. de decur. Symmach. ad Auſon. quæſtores, memini: conſilij regalis particeps, ſcio: precum conditor, recognoſco. Et alio loco: Te magis quæſturæ honos, & condendarum ſanctionum vſus exercuit. Procopius 2. de bello Perſ. [illegible] & alio loco: [illegible]. His vero de cauſis quæſtor juſtitię & legum cuſtos appellatur, & theſaurus famæ publicæ, & armarium legum, in Nouell. Valentiniani de homicid. caſu fact. & Caſſiodoro duobus aut tribus locis. Denique is plane eſt quæſtor, quem in aula Cancellarium nos & Latini etiam appellarũt. Niceta 7. [illegible]. Nam & ſic legitur in Notitia officiorum Conſtantinopoleos: [illegible]. His porro verbis quæſtor reſcriptis & cõſtitutionibus ſubſcribebat: quæſtor Lect. addita die: vt in conſtitutione Iuſtin. & Tiberij de adſcriptitiis. Præcedebat ſubſcriptio principis, addita etiam die: quod his verbis ſignificatur in Nouell. Valentiniani de homicid. caſ. fact. Et manu diuina: diuinitas te ſeruet per multos annos, & Nouell. de ind. reliq. quod tamen in impreſſis deeſt: Et manu diuina: optamus vos feliciſſimos, &c. Addebatur etiam dies, quo is, ad quem diri-

gereretur conſtitutio, eam accepiſſet, & quo fuiſſet antelata, id eſt, programmate propoſita, l.27.C.Theod.de iis qui ſuper rel. coor. ideoque in vna nonnunquam, & eadem conſtitutione, quatuor dies iis verbis ſubnotatos inuenias, Data, Subſcripta, Accepta, Antelata, vel Lecta, vel Allegata. Etiam hoc adiiciemus, eundem morem poſteriores Impp. retinuiſſe, vt & ipſi ſubſcriberent conſtitutionibus, & chartolarius cubiculi, quem vocarunt [illegible], vt ex quadam Manuelis conſtitutione teſtatur Cuiac. ad l.2.C.de petit. bonor. ſublata lib.12. Ad quæſtorem autem pertinebant memoriales, id eſt, (vt Græci interpretantur) d.l.2. [illegible] & ad l.eos.C.de excuſat.munet. [illegible] &c. Prat.

QVÆSTORES viri illuſtres & excellentiſſimi vocabantur. Briſſonius.

QVÆSTORIA decreta, vt Tuſanus annotauit lib.4. epiſtol. Budaicar. ſunt à quærenda pecunia dicta: id eſt, à quæſtu & captuis, hoc eſt, lucris faciendis. Idem ait; quæſtura, quæſtoris dignitas: ſicut à prætore, prætura. Spieg.

QVÆSTORIVM dicebatur quæſtoris tabernaculum in caſtris: quemadmodum Prætorium, Prætoris. Habebatur enim magno in honore quæſtor. Vnde inſignia quæſtoria nomen traxerunt. Old. Prat.

QVÆSTORIVS ager dictus eſt, qui ex hoſtibus captus per quæſtores populo Rom. limitibus ſectis diuiſus eſt venditus. Hæc Flaccus. quæſtorij agri dicuntur, quos populus Romanus deuictis pulſiſque hoſtibus poſſedit, mandauitque quæſtoribus, vt eos venundarent. Hęc Hygenus. Prat.

QVÆSTVARIÆ mulieres, & quæſtuariis corpora, quæ quæſtum corpore faciunt. l.4.§ 1. ff. de his qui not.infam. l. 43. §. lenunum. ff.de ritu nupt. Plaut.Pœnul. Faceſent qua indignum genere quæſtum corpore. Briſſ.

QVÆSTVARIVS, qui quæſtus gratia ludicram artem exercet. l. Athletas §.1.& l.2.in fin.ff.de his qui not.infam.Old.

QVÆSTVOSVS homo, qui quæſtus & lucri auidior, vndique lucella quæritat. author Valla.

QVÆSTVM ſcribarum lex Clodia coercuit. Lege Plutarch. in Catone. Spieg.

QVÆSTVRA, eſt ipſum quæſtoris munus ſeu officium. quæſtura emitarum, l.vlt ff.de muner.& honor. Briſſ.

QVÆSTVS intelligitur, qui ex opera cuiuſque deſcendit, l.7.& 8 ff.pro ſoc. hoc eſt, ſi quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione deſcendit: denique quod non per ſe natum, vt hereditas, legatum, donatio: ſed labore & opera cuiuſque quæſitum eſt. Minus tamen eſſe Lucrum quam quæſtum, patet ex his Ciceronis verbis in Orat. in Piſon. quo quidem in ſpectaculo mira Reipublicæ æquitas erat: vter eorum periſſet, tanquam laniſta, in eiuſmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem vero quæſtum, ſi vterq; cecidiſſet. Hot. ex Connan. lib.7.c.13. Non enim quæſtus omne lucrum, ſed id, quod opera & artificio quæritur, quæſtus appellatur, à quærendo, adeo vt pro ipſa arte ponatur, ex qua nobis lucrum venit. Cic. Iam de artificiis & quæſtibus, qui liberales habendi, qui ſordidi ſint, hoc fere accepimus. Et in Piſon. Seſtertium centies Romę in quæſtu reliquiſti, id eſt, occupaſti, vt vſuris quæſtum tibi facerent. Vallę quæſtus eſt actio ipſa, atque artificium lucrandæ pecunię. Prat.

QVÆSTVS fundi, in l.ea.ff. de inſtru. vel inſtrument. reditus eſt, vt apparet ex coniunctione, l. 20. §. ſi in agro. eod. tit. Briſſonius.

QVÆSTVS illicitus comprehenditur nomine lucri. Vnde luſor etiam ſi multa perdiderit, non poterit prætendere titulum onerosum. Baldi celebratur verbum illud: Quidquid ex maleficio quæritur, dicitur eſſe lucrum, ſed illicitum, l.ſi poſſeſſor. ff.de petit. hæred. iubet reſtituendos quæſtus inhoneſtos, ne vel colore aliquo poſſeſſor lucrum faciat. Spieg Prat.

QVÆSTVS cauſa in ſcenam prodire, in certamina deſcendere, l. 2.§.vlt.ff.de poſtuland.

QVÆSTVS, pecuniæ. fructus agrorum.

QVALE, & tale opponuntur, l.2.ff.de vſur.

QVALECVNQVE dominium, in l.ſi mater, §.eandem. ff.de except. rei jud. h.e. ſiue dominium in bonis, ſiue dominium ex jure Quiritium, vel, vt non male Iohannes loquitur, ſiue dominium ciuile, ſiue naturale. Qui enim, inquit Cujac. dominium aliud directum, aliud vtile faciunt, magno errore labuntur. Prat. ex Cuiac.11.obſ.35.

QVALEM ſententiam dicat arbiter, non refert, dummodo dicat, quod ipſi videtur. Certiſſima enim ductrix conſcientia eſt. Paulus in l.qualem, ff.de recept. Old. Prat.

QVALI ſunt caniſtræ vindemię aptę, ſiue ad comportandas vuas, ſiue ad colandum muſtum. Vlpian. de fund. inſtr. l. inſtrumenta. quali, inquit, vindemiatorij, exceptoriique, in quibus vuæ comportantur. Nebr. At vero, qualus apud Vlp. in l. ſed & ſi quid.de vſufr.nõ cophinum ſignificat, vt Accurſius exiſtimauit, ſed vas vimineum, per quod vinum guttatim defluit, cum calcatur vua, reliqua vero materia exire prohibetur, vide infrà Qualus.

QVALES, infinite ſumitur, quantum ad quantitatem tantum refertur, l.certum, ff.ſi cert.pet. Spieg.

QVALISQVALIS, idem quod qualiſcunque. Iuriſconſult. l.reſcriptum, ff.de diſtract.pignor. quia ex contractu qualiquali obligatione à debitore interpoſita. Vlp. in l.2. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund.tabul. Sic qualiterqualiter, pro qualitercunque, apud Celſum in l.qui fundum, ff.quemadmod. ſeruitut. amit. Spiegelius.

QVALISQVALIS ſeruus, in l.5.§.ſi no.ff.de conſt pecun. eſt ſeruus qualiſcunque, ſiue ordinarius, qui & actor dicitur, & diſpenſator, ſiue vicarius, vt recte Græci interpretantur. Prat. ex Cuiac. lib.11.obſ.c 35.

QVALISQVALIS conditio, l.2.§.2.ff.de bon.poſſ.ſec.tab.l.13.ff. de acquir.vel omit.hæred.

QVALITAQVALIS poſſeſſio, l.68.ff.de acquirend. vel omitt. Briſſonius.

QVALISCVNQVE, cuiuſcunque conditionis. Vlp. in l.2.§.ait prætor, ff.qui ſatiſd. cogant. qualiſcunque fideiuſſor accipiatur, hoc quantum ad facultates, id eſt, etiam non locuples. Interdum pro malo ponitur, interdum pro minimo. Obſeruandum autem, quod hæc verba, qualiſcunque, quantuſcunque, quantumcunque, licet ſint verba maxime effuſa, vniuerſalia tamen reſtringuntur ad habilitatem meri & nudi facti. Vnde ſi dixero, qualeſcunque nummos mihi dabis, recipiam: ſi dares mihi cupreos, vel ferreos, non cogeres: debent enim aliquo modo eſſe vtiles. Vide Doct. in l.2.§.quod ait, e.ff.de ver.oblig. gloſſ. in l.1.C.de fide inſtrum. Spieg.

QVALISCVNQVE poſſeſſor, in l.12.§.penult. ff. quib. mod.pign. vel hypoth. ſoluat. hoc eſt, ſiue juſtus, ſiue injuſtus poſſeſſor. Prat Cujac.11.obſ.35.

QVALITAS alias accipitur pro conditione rerum, quatenus ad commercium humanum poſſunt vel non poſſunt accommodari, vt in tit.de diuiſ.rer. & qualit. Alias accipitur pro bonitate vel æſtimatione rerum, §. 1. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. l.1.ff.de act. & oblig. Prat.

QVALITAS eſt, ſecundum quam quales dicimur. Vt aduocatio, procuratio, legatio, paternitas, filiatio, qualitates ſunt: quod ſecundum eas aduocati, procuratores, legati, patres, filij eſſe dicimur. Diuiditur autem qualitas trifariam: [illegible], h.e. habitum, affectum, & qualitatem, quæ ſenſum mouet. Habitus eſt qualitas vel animi, vel corporis, quæ agendi conſuetudine paratur, quo facilius & certius aliquid agamus, argum. l.legatis ſeruis, § ornatricibus, de legat.3. Animi, vt Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Medicina, Iuriſprudentia. Corporis, vt palæſtrica, hiſtrionica, ars pingendi, ars ſagittandi. Rurſus animi habitus, alius eſt ipſius intellectus, alius voluntatis. Intellectus, vt artes. Voluntatis, vt virtutes & vitia. Affectuum ſunt quatuor, lætitia, dolor, ſpes, metus. Qualitates, quæ ſenſum mouent, ſunt, color, ſonus, odor, ſapor: & quæ ad tactum pertinent, durities, mollities, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas. Spieg. Adde Fr. Balduin. Catecheſ. iur. ciuil. c 4.

QVALITAS in jure noſtro accipitur etiam pro differentiis facientibus rem certam ac determinatam, & contrahentibus rem ad indiuiduum, textus eſt ſecundum Zaſ. in l. ſtipulationum, ff.de verb.oblig. Prat.

QVALITAS argumenti, vel negotij, quod vulgus dialecticorum vocat, ſecundum materiam ſubjectam. qualitas, pro conditione, in l.ob carmen ff.de teſtib. Spieg.

QVALITAS falſa vitiare non ſolet. l.pen. ff.de reb. dubiis. Spieg.

QVALITAS, adiecta verbo, ſecundum tempus verbi intelligenda eſt. l.in delictis §.ſi extraneus, ff.de noxalib. Prat.

QVALITAS etiam facti, non tantum factum, probanda eſt. Vult. lib.4. Inſtit.tit.6.§.5.n.44.

QVALITAS in libris noſtris eſt, quæ ſpeciem ex differentibus declarat: itaque quam Vlp. in l.hęredes, 21.§.ſed et ſi.ff. de teſtamentorum ſpeciem appellat, eam Papinian. in l.qui non.78 §. 2.ff.de hæred.inſtit. ſpeciem vocat. Similiter Caius in l. 74. ff. de verb. obligat. qualitatem demonſtrari ait, cum certam ſpeciem nominamus: veluti fundus Tuſculanus, homo Stichus. & l. ſeq. Cum vinum Campanum optimum dicimus, ea res, inquit, efficit, vt ea appellatio certi ſignificatiua ſit. Hotom. Prateius.

QVALITAS prædij dicitur, qua quale ſit illud prædium aſſerimus: & id ex permanentiore & longinquiore habitu, non ex affectione, quæ aut euelli facile, aut commutari poteſt: quemadmodum calor in frigidum, aut ſanitas in ægritudinem aliquando permutari ſolet. Neque enim quidquid fundo attributum eſt, aut accedit, quod ſit ex eius vtilitate, jus fundi dicitur, neque ex eo, qualis nominabitur: vt ſi villam habeam, quæ longos proſpicit agros, cum liceat vicino ædificatis aut altius ſublatis ædibus ſuis, luminibus meis obſtruere, iſta amplitudo proſpectus non dicitur jus fundi mei eſſe, neque ob id fundus meus qualiter ſe habet: id eſt, qualis non nominabitur: quoniam iſtud non eſt perpetuum neque certum, ſed in caſu & in vicini voluntate poſitum. Ratio autem eſt, quia qualitas appellatur Ariſtoteli in Categoriis, ex qua quales nominamur.

Digitized by Google

minantur. Id autem non fit ex omnibus qualitatibus, quæ non facile mutantur & euelluntur, quod ipſe in vno earum genere ſic oſtendit: Quæcunque accidentia ab iis affectionibus veniunt, quæ permanent, ac difficillime tolli poſſunt, patibiles qualitates nominantur. Siue enim vi naturæ pallor, aut atdor ſuſcepit, qualitas vocatur (nam quales ex iis nuncupamur) ſiue longo morbo, aut ardore, ita vt haud facile aboleri poſſint, & in omnem ætatem permaneant, patibiles qualitates etiam dicuntur, ſiquidem ex his quales appellamur: quæ autem facile diſſipantur & euelluntur, πάθη, id eſt, motiones dicuntur, non autem patibiles qualitates: quia iis nulli quales nominantur. Neque enim quem pudor rubore afficit, ob id ipſum ruber dicitur: nec qui metu pallet, pallidus; eo modo nō quæcunque pro tempore adſunt prædiis commoditates, iure prædiorum appellantur: ſed quæ perpetua & connexa ſunt ita, vt nunquam aut vix tolli poſſint: quia demum hæc iuta ſunt, ex quibus ipſa prædia qualiter ſe habent. Connan. lib. 4. c. 7. nu. 8. Brechæus l. quid aliud. & ibi Alciat. ff. de verb. ſign.

Qvalitas vini, frumēti, olei, & nummorum, pro genere & ſpecie dicitur, in l. 21. § ſed & ſi notam. ff. qui teſta. fac. cum l. 78. § 1. ff. de hered. inſt. l. 4. ff. de tritico, vino. l. 75. ff. de verb. oblig. Briſſ.

Qvalitatem & materiam pro eodem poſuit Vlpia. l. 14. ff. de contrah. empt. Prat.

Qvalitatis nomine Tullium lib. 1. Acad. quæſt. cunctanter & cum excuſatione vſum eſſe, Inſulanus obſeruauit. Spieg.

Qvalitatvm aliæ neceſſariæ, aliæ non neceſſariæ. Priores in actione omnino exprimendæ ſunt: vt Peto decem à pupillo: quia ei mutuaui, intercedente tutoris authoritate. Hæc qua ſit neceſſaria, ad victoriamque cauſæ facit. Et hæc interdum à iure præſumitur. l. non putauit. § non quæris ff. de contrah. l. ſi poſt diuiſionem, ſub finem. C. de iuris & facti ign. De qualitatibus autem non neceſſariis perpetuum eſt, vt eas exprimi nihil neceſſe ſit. Si tamen exprimantur, ne vitietur petitio, probandæ veniunt. l. habebat. ff. de inſtit. Spieg.

Qvaliterqvaliter, pro qualitercunque. l. 7. de minor. l. 7. § 1. ff. ad leg. Aquil. l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſentent. Prat.

Qvaliter ſe habere, id eſt, qualitatibus quibuſdam affectum & prædium eſſe, Celſus in l. 79. ff. de verbor. ſign. & in l. qui fundum 12. ff. quemadm. ſeru. amit. Prat.

Qvalitercvnqva, pro vtcunque, hoc eſt ſiue bene ſiue male. Albetic.

Qvallvs, cuius mētio fit in l. 15 §. ff. de vſuſructu. vaſis genus eſt, e viminibus compoſitum, per quod vinum guttatim defluit, cum vua imprimitur: à colando dictum, reliqua verò materia exire prohibetur. Virgil.

Tum ſpiſſo vimi ne qualos Colaque.

Apuleius in 4 li. Aſini aurei: Iam ferme, inquit, tertium, quallum rumigabam. Ponitur etiam pro ciſtula, in qua mulieres ponebant penſa lanæ. Horat.

Tibi quallum Cytherea.

& hoc eſt, quod decepit Accurſium, qui exponit in loco illo Iureconſ. Qualli, id eſt, caniſtri ad vindemiandum in eis. A quallo, per diminutionem fit quaſillus, & quaſillum, qui alio nomine (Græco tamen) Calathus appellatur, ſecundum Feſtum, & Seruium ſuper illo Virgil. in Bucol.

......Tibi lilia plenis.

Ecce ferunt nymphæ calathis.......

Cotta. Vide paulò ante Quali.

Qvam, in collatione aliquando ponitur ſolum, nec habet quod illi reſpondeat: vt in l. 3. ff. ſolut. matrim. Sed ſi pecunia, inquit Paulus, ad patrem peruenit, quam filia accepit: hoc eſt, Ad patrem prius peruenit, quam filia accepit. Falluntur, qui id en loco pro relatiuo accipiunt. Oldend.

Qvam, pro magis quam, vel potius quam, ſæpe ponitur. l. 8. §. ſed ſi ff. de indic. l. 2. §. mutui. ff. de reb. credit. l. 7. in princ. ff. depoſ. l. 10. in fin ff. de acquir. hered. l. 49. ff. de leg. 1. l. 5. ff de ſuſpectis tutorib. l. 5. in princ. ff. de doli except. l 8. C. de iud l. 18. C. de liber. cauſ. l. vlt. Cod. de vſuſruct. l. 20. §. hoc interdictum. ff de nou. ope. nunc. l. 1. de mort. cauſ. dona l. 6. §. Titius. ff. ad Trehell. l. 21. verſ. ſed vbi ff de hered. vend Et apud Paul. lib. 4. ſent. tit. 5. & tit. 6. & lib 5. tit. 18. & alibi ſæpiſſime. Sic Tertul. lib. 1t. aduerſus Marcion. quia bonum ſcilicet fidere in Deum, quam fidere in hominem: Et in Apologet. c. 8. Sed beſtiarom, inquit opinor hoc magis, quam hominis. & c. 28. In ciuitatibus denique apud vos per omnes deos, quam per vnum genium Cæſaris peierarur, id eſt, potius quam per genium. Sic & in li. aduerſus Hermogenem & aduerſus Valentin. & in lib. ad Martyres. & alibi ſæpe idem auctor loquitur. Liu. lib. 3. Oratio fuit precibus quam iurgio ſimilis. Tacit. lib. 1. Verum quia Romanis Germaniſque idem conducere, & pacem quam bellum probabant. Idem lib. 3. Ad Druſum pergit, quam haud fratris interitu trucem, quam remoto æmulo æquiorem ſibi ſperabat. Et paulo poſt: Cum accuſatores ac teſtes certatim perorarent, reſpondente nullo, miſeratio quam inuidia augebatur. Et alibi ſæpe. Cenſorin. in libro de natali. de Ariſtotele loquens, vt mirum ſit ad annos 18. vitam pertuliſſe, quam vltra non pertuliſſe. Sic & Terentius, ſi vera eſt quorundam interpretatio, locutus eſt in primo verſu Prologi Eunuchi. Sic & Claudian. de bello Gildon.

...... Phalarim tormentaque flammæ
Profuit, & Siculi mugitus ferre iuuenci,
Quam tales audire choros.... ....

Videtur autem hoc genus loquendi ab Hebræis manaſſe, qui particulam magis ſæpiſſime ſubaudiunt, vide Ant. Aug. lib. 4. cap. 8. Prat.

Qvam, pro antequam, in l. 1. C. vbi cauſ. fiſc. Briſſon.

Qvam, pro quantum, quibuſdam interpoſitis verbis, cuiuſmodi ſunt, poſſum, valeo & ſynonymis, ubi la paſſim ſunt exempla. Pro valde ponitur, in l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. Sic apud Cic. & nullos nō idoneus Latinitatis auctores reperitur.

Qvam, pro niſi accipitur, cum dicimus: nemo vindicare poteſt quam qui. l. 2. ff ſi ſeruit. vind. Briſſ.

Qvamcito, cum aliquo temporis ſpatio accipiendum eſt. l. quo enim. ff rem ratam haber. Vnde & quam cito commode fieri poteſt, arbitrio iudicantis relinquitur. l. 1. ff. de iure delibet.

Qvam da, apud veteres perinde valuiſſe ac quam comparatiua dictum, oſtendit Crinitus de honeſta diſcipl lib. 4. c. 15.

Qvandiv, pro quoad. Paulus in l. illis libertir. de cond. & demonſt. quamdiu adoleſcens ad militiam promoveretur. Sic in l. 15 ff. quib. mod. vſusfr. amit. l. 1 §. habebit. ff de penu legat. An hæc dictio faciat conditionem, Bart. differit in l. 1. Cod. de leg. & in l. 1. ff. de condit. & demonſtr. Prat. vide Cuiac. 15. obſ. 28. circa fin.

Qvamlibet, pro aliquam accipitur in l 3. in pr. ff de acquirend. poſſ. ff. Sed ſufficit, inquit Paul. quamlibet partem eius fundi introire. Alberic.

Qvamplvrimo vendere, apud Cicer.

Qvam maximam partem. l. ſi ita quis ff. de leg 2.

Qvamobrem, in Auth. de teſtir. fideicommiſſ. §. quamobrem. Vnica dictio quibuſdam etiam ties, quamobrem, modo interrogat, modo idem ſignificat, quod Quapropter. Spieg.

Qvampridem, pro quanto tempore ante.

Qvamprimvm, vna dictio, valde cito. Vide Specul. tit. de diſput. & alleg. § 4 Spiegel.

Qvamvis, interdum cauſalis eſt. Alber. exemplis demonſtrat, & ſimul vbi aduerſatiue indicat. vt in l. qui iuraſſe. in fin. vbi gloſſ. ff. de iureiur. Interdum corrigit, vt in l. vbi autem non apparet. §. illud. verſic. quod vero. vbi gloſſ. & Doctor. ff. de verborum obligation. Bartol. in l. 3. §. in hac ff. de commod. Nam particula Quamvis addit prioribus frequentiſſime. Cicero: Quia eſt tam ſtultus, quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum ſe ad veſperam eſſe victurum? l. qui ſaccum. ff. de furtis. Spiegel.

Qvamvis, pro quantumuis. l. 43. ff de damno infecto. Sed ſi tanta vis venti fuiſſet, vt quamvis firma ædificia conuelleret. Sic apud Virgil. Vt quamuis auido parerent arua colono. Prat.

Qvando, id eſt, quo tempore, quandocunque, quocunque tempore, quandoque, aliquo tempore. Albericus recte minor in dict. quando & quandocunque, de his dictionibus certam regulam tradi non poſſe: ſed eas vel ad modum, vel ad conditionem, vel ad tempus, pro materia, vt aiunt, ſubiecta, tum pro proferentis ſententia referendas eſſe. Spieg.

Qvando etiam, pro ſiquidem: quoniam ſæpe occurrit apud Iuriſconſ. Spieg.

Qvando, vel cum morietur, vt intelligendum ſit, explicat Azo in Rubric. de collat. § porro lib. C. 6. Spieg.

Qvandoqva, in futurum, *Zukunfftiger Zeit*, l. ſed & ſi is. §. cum autem. ff de Carb. edict. Oldend. Et quidam hæc particula communiter longinquum tempus demonſtrat, vt ex Tacito & Suetonio probat. Ferretus ad tit inſtit. quib. mod. re contrah. oblig Sic videtur vſurpaſſe Iuriſconſ. in l. ſi. culpa. ff. de rei vindic. & l. ſi adrogator. de adopt.

Qvandoqva, i. e. poſt aliquod interuallum. Caius in l. 41. ff de iur. dot. Res in dotem datæ, quæ pondere, numero, menſura conſtant, vt quandoque ſoluto matrimonio alias maritus reſtituat. Vlpian. l 22. ff. de adoptis. Cæterum ſi fidei eius committat, vt quandoque reſtituat: non oportet admitti fideicommiſſum Hot.

Qvandoqva interpretantur quidam pro aliqua vice. Inſtitut quibus modis re contrah oblig. in princip. quamvis maliſt Aleiatus. Nori. text. ſuffragāte, eo in loco, quoniam pro quandoque legi. Idem antiquis in codicibus ſcriptum teſtatur, hoc modo: Et quoniam nobis non eadem res, ſed aliæ eiuſdem naturæ & qualitatis reddantur, inde etiam mutuum appellatum eſt, &c quanquam indicat aliquos, qui pro aliquo tempore interpretatur. l. res in dotem. ff. de iure dot. Oldendorp.

Qvandoqva, alias pro certo tempore, vt alia tempora excludantur: Alias pro quandocunque. Flor. Heres quandoque hereditatem adeundo, iam tunc à morte ſucceſſiſſe defuncto intelligitur. ff. de acq hered.

Digitized by Google

QVANDOQVE pro quandocunque non raro in libris noſtris vſurpatur. l. 77. §. rogo. & §. patet. ff. de leg. 2. l. 41. §. cohæres. ff. de vulg & pupill. Sic Quandoque venerit, id eſt, quandocunque, in l. 1. ff. de condit. & demonſt. & quandoque liberos habuerit. l. 18 ff. quando dies leg. ced. & quandoque nupſerit, in l. 31. eo. tit. & quandoque conditio, extiterit in l. 18. ff. ad Trebellian. & Quandoque apparuerint, in l. 15. ff. de leg. 3. quandoque inciderint. l. 9 ff. de legib. Sic & in l. 35. ff. de iureiuran. l. 54. ad Trebellian. & l. 7. ff. de pact. dotal. l. 1. § hæc pœna. ff. quod quiſque iur. l. 104. §. pen. ff. de leg. lib. 1. l. 6. ff. de tribu. l. 7. ff. de vulg. l. 9. ff. de capit. diminu. Sic vbique, pro vbicunque alias dicitur. Alibi quandoque valet aliquando: vt l. 22. ff. de adopt. l. 8 § manumiſſionis. ff. de donat. inter vir. At in tit. quibus mod. re contrah. oblig. quod ait Iuſtin. vt quandoque non eadem, ſed alia eiuſdem generis reſtituantur, id Caius eandem rem tractans libr. 2. Inſtitut. dixit, ſtatuto tempore. Et ita accipi debet hęc vox in l. 37. §. nuptura. ff. de leg. 3. & l 5. §. vlt. de Carbon. edict. Hæc autem verba, quandoque reſtituas, hoc ſignificant, cum primum potueris. l. 19 ff. quan. dies legat. ced. Briſſ.

QVANQVAM coniunctio cauſalis, idem ſignificans, quod tametſi. Hanc particulam aliquando ſubſequitur alia particula, tamen, & elegãter: vt apud Vlp. in l. quanquã. ff de aqu. pl. Sp.

QVANTÆ ſummæ. in leg. quiſquis. ff. de lega. 3. teſtator dixit: quiſquis mihi heres erit, damnas eſto dare quantas ſummas legauero, Ibi, teſte Zaſio, intelliguntur ſub nomine ſummarum corpora: & licet verbum quanti referatur ad pecuniam, proprie tamen ibi refertur ad corpora. Spieg.

QVANTA verbum non ad numeratam tantum pecuniam, ſed & ad corpora pertinet, vt apparet ex relegatione dotis, quæ ita concipi ſolet, Quanta pecunia ad me dotis nomine peruenerit, & ſtipulationibus emptæ hæreditatis, quæ ita concipiuntur. quanta pecunia ad te ex hereditate illius peruenit. Vtroque enim ſermone, tam quæ in quantitate, quam quæ in corpore conſiſtunt, comprehenduntur l. concubinam §. cum ita. & l. 95. ff. de legat. libr. 3. l. 42. § primo de legat. 3. l. 2. ff. de hered. vend. l. 7. & l. vlt. ff de dote releg. l. 50. in fin. de verbor. oblig. Briſſ.

QVANTI eſt l. 18. §. vlt. ff. qui & à quib. manum.

QVANTI conductum erit, aut locatum, apud Caton. c. 144. lib. 2

QVANTI ea res eſt, vel Quanti eam rem paret eſſe, idem valet. in vtraque enim clauſula veram rei æſtimationem fieri, inquit Vlp. in l. 179. ff. de verb. ſign. Non enim ad id, quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem verumque pretium plurimum hæc clauſula refertur l. 93. ff de verb. ſign l 8. ff. de in lit. iur. veluti in edicto, quo aduerſus eos. qui in turba damnum dederint, actio in duplum, quanti ea res eſt, proponitur. l. 4. §. hæc autem actio. ff. vi bon rapt. Et ideo nonnunquam id, quod intereſt, & quanti ea res eſt, opponuntur. l. 1. §. vlt. ff. ſi quis ius dicen. l. 4 §. in eum. ff. de dam. infect. Nam id quod intereſt, verum rei pretium pleruſq; egreditur & excedit. l. 1. ff. de act. empt. Verumtamen pro re ſubiecta varia fit horum verborum interpretatio. Interdum enim veritatem, id eſt, veram quantitatem, vt in edicto, Qui ſatiſd. cogan. & in edicto, De falſo tutore interdum pœnam, vt in edicto, quod contra eos, qui in ius vocatos vi eximunt, ſcriptum eſt, continent l. pen. § 1. ff. ne quis eum qui in ius voc. l. 2 § vlt. ff. qui ſatiſd. cog. l. 7. § 1. ff. quod falſ. tut. Nec ſemper corporis ipſius, ſed eius iuris, quo de agitur, æſtimationem continent, vt in edicto, quod metus cauſa. item de dolo, quãti ea res eſt, ſic accipimus. Quanti, id eſt, quod metu doloue extortum à nobis abeſt, & quod reſtitui oportet: vt ſi proprietas abſit, proprietas: ſi poſſeſſio, ſola poſſeſſio æſtimetur. l. 14. §. Laben. l. 12. §. 1. ff. quod metus cauſ. 18. ff. de dolo. Et in edicto, De ſeruo corrupto, quanti ea res eſt, ſic accipitur, quanto ſeruus ob id, quod corruptus eſt, minoris exiſtimat. l. 9 in fin. ff. de ſeruo corrupt. Briſſ. & Gœdd. ad l. 179. per tot. de verb. ſig.

QVANTI ea res eſt, interdum vtilitatem ſignificat, & ad id, quod intereſt agentis, pertinet: vt in ſtipulatione, Ratam rem haberi, non rei ſtipulandi vel promittendi compẽdium ſpectandum eſt, ſed quod intereſt eius, qui ſtipulatus eſt, ratam haberi quod geſtum eſt. l. 2. l. 3. l. 8. §. vlt. l. 19. ff ratam rem bab. Et in interdicto, Vti poſſidetis, quanti intereſt, vniuſcuiuſque poſſeſſionem retinere. l. 2 § vltimo. ff. vti poſſidet. Similiter in interdicto, de itinere actuque priuato, ex his verbis æſtimatur, quanti actoris interſit via ſiue itinere non prohiberi. l. 2. l. 3 § in hoc interdicto. ff de itiner. actuq; priuato. At in interdicto, ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſſ. cum ad perſonam domini hęc verba referantur, veram vtilitatem continent, vt quanti vere interſit poſſeſſionem eius rei haberi, in cuius poſſeſſionem miſſus eſt, tãti is, qui prohibuit, condemnetur. & l. 1. in prin. §. hæc verba. & l. 2. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. Briſſon. Itaque cum lex Aquilia ſcripta ſic eſſet, quanti ea res plurimi fuerit. Iuriſconſ. in l. ait lex 21. & l. ſeq. ſcribunt, non ſolum corpus æſtimandum eſſe quanti fuerit, ſed etiam quanti noſtra interfuit. Similiter Vlpian. in l. 4 5. in eum ff. de damn. infecto, dum inquit, quanti ea res eſt, iudicium datur: quod non ad quantitatem refertur, ſed ad id, quod intereſt: quod eodem modo licet animaduertere in l. 9. 10. & 11 ff. de ſer. corrupt. l. 3. in fin. ff. vti poſſid. l. quoties. 81. ff. de verb. oblig.

QVANTI & tanti relatiua ſunt inter ſe, vt tot, quot. Caius l. 65. de leg. 3. Quod ſi minus ſunt, in tantos quanti inueniuntur: id eſt, in tot, quot inueniuntur.

QVANTI ea res eſt, in edicto de ſeruo corrupto ſic accipitur, quanto ſeruus ob id, quo corruptus eſt, minoris exiſtat. l. 9 in fin. ff. de ſeru. corrupt. Prat.

QVANTICVNQVE vnaquæque res erit earum rerum, id eſt, quantum valebit, quanticunque erit in ſe. Inſtit. quib. mod. tollitur obligatio: paſſim noſtri libri hoc habent, quanti ea res erit, in l. 1. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. l. item. §. quadruplatos. quod metus cauſa. l. ſi mulier. §. qui poſſeſſionem, quod metus cauſa. Ferretus d. § quibus modis tollit. obligat.

QVANTI ille æſtimauerit, quid hæc ſibi velit conditio, Iuſtinian. exponit in l. vlt, C. de contrah. empt. Spieg.

QVANTI in litem actor iurauerit l. eius rei. ff. de re iudicata. Sp.

QVANTI intersit, & quanti actor iurauerit inter ſe differre etiam Fulgoſius cenſuit & late oſtendit Duaren. in l. in actionibus. n. 22. de in litem iurando. Nam Iuriſconſulti hæc duo quanti intereſt, & quanti in litem iuratum fuerit, tanquam diuerſiſſimas res coniungere ſolent. l. non à iudice. ff. de iudiciis, & quæ pro contraria ſententia adferuntur, penitus ficulnea ſunt. Vide Duaren. d. loco.

QVANTI in triginta diebus proximis fuit. Hæc verba Vlpiani ad l. Aquil. l. quemadmodum, in fin. & ſi non habens verbum Plurimi, ſic tamen accipienda conſtat, ex §. at nec plurimi. 15. Inſtit. de leg. Aquil.

QVANTI maximi, quanti plurimi. Sic Plinius in epiſt. fin. lib. 9. Sic Columell. lib. 12. c. 51. Sic Alciat. ſed propter moram, ait, debitoris, quanti plurimi res valuit, condemnatur, in l. 2. ff ſi cert. pet. Spieg. Etſi autem quanti plurimi æſtimatio quædam ſortis acceſſio ſit, & ob moram veniat, tamen vſuræ appellatione non comprehenditur. Nam vſuræ acceſſio eſt extra ſortem, hæc vero ipſius rei pars: nec eſt extra rem, ſed circa rem ipſam l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de action. empt. Hoto lib. 1. de vſuris cap. 5.

QVANTI quanti bene emitur, quod neceſſe eſt, dixit Cicero in epiſt. ad Attic. lib. 12. Spieg.

QVATITAS, id quo quorum quid eſſe dicitur, aut iudicatur. Apellus legibus inſeruiens, diuidit quantitatem in numerum, pondus, & menſuram. Numerus, vt duo, tria, quinque, decem, centum, mille Pondus, vt ſextans quadrans, dodrans, pondius, ſiue as, dupondius, tripondius. Menſura, vt digitus, palma, pes, paſſus, ſtadium, miliare, vlna, hemina, ſextarius, congius, modius, vrna, amphora. Quanquam pleræque res eiuſmodi ſunt, vt & numerari, & ponderari, & menſurari queant: vt piper, & ſimiles. pleræque vt ponderari & menſurari: vt butyrum oleum. Pleræque vt numerari & ponderari: vt pecunia: hæc etenim olim fuit appenſa: vnde penſio. Sententiæ iudicum, ait Plin. lib. 7. epiſt. numerantur, non ponderantur, id quod videtur ei perquam abſurdum. Simili ratione motus Iuriſconſ. in l. 2. de verb. ſign. horas diei ponderat, non numerat: atque vult priores quinque poſterioribus ſeptem præualere, propterea quod ad quoduis negotium conficiendum à prandio ſimus ineptiores. Spieg. Adde Forcat. Necyomant. dial. 42. n. 3.

QVANTITAS an ſolum in pecunia numerata, an vero etiam in aliis rebus fungibilibus conſiſtat, vide Gœdd. in comment. ad l. pecuniæ appellatione. 4. nn. 25. 26. ff. de verb. oblig.

QVANTITAS etiam modum ſignificat. l. 94 ff. de verb. obligat. in qua quod initio Marcell. quantitatem dixerat, poſtea modum vocat. Sic quantitatem patrimonij, operis, tranſactionis, legatorum, aquæ, dotis, emolumenti, hereditatis, operis, pretij, vſurarum, &c. dicimus. l. 21. in fin. ff. de noui oper nunc. l. 19. ff. de milit. teſt. l. 72. l. 73. ff. ad leg. Falc. l 45. ff. de ſolut. l. 20. ff. de manum. vindic. l. 4. C. de hered. vel act. l. 9. C. de donat. Inter vir. & vx. l. 24. ff. de præſ. verb. Briſſ.

QVANTITAS in iure ciuili cum opponitur corpori, ſic definienda videtur, vt ea cuius vis ac momentum vel ſolum, vel præcipue ſpectatur. corpus vero res cuius materia vel ſola, vel præcipue ſpectatur. Vlpian. l. 34 §. 2. ff de legat. 1. Eadem ſumma volente teſtatore multiplicari poteſt: ſed hoc ita erit accipiendum, ſi non certum corpus nummorum ſæpius ſit relictum: vt puta centum, quæ in arca habet, ſæpius legauerit: tunc enim fundo legato comparandum eſſe credo. Paulus l. 87 ff. de leg. 2. Et de qua quæritur pretium teſſeræ ſpectandum: quoniam tale fideicommiſſum magis in quantitate, quam in corpore conſiſtit. Idem in l. 1. ff. de contrahend. emption. Electa eſt materia, cuius publica ac perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret. Papinian. l. ſi is cui. 94. ff de ſolutio. Siue in ſingulis nummis communionem pro indiuiſo quis eſſe intelligat: ſiue in pecunia non corpora cogitet. ſed quantitatem, Sic Florent. l. 65. §. 1. ff. de verb. oblig.

Digitized by Google

oblig. Vlp. l. 15. §. 3. ff. de re iudic. l. nam etſi, 13. in fin. & l. ſi ſoceius, 16. ff. ſi cert. pet. Hotom. Prat.

QVANTITATEM nummi proprie & recte dici æſtimationem illam publice conſtitutam, qua quãti locabilis ſit, intelligitur, tradit Duaren. lib. 1. diſput. anniu. c. 16. Cuius quantitatis nota & ſignum eſt character, qui nummo imprimitur, vt Ariſtoteles lib. 1. Polit. ſcor. oſtendit, Et ſic accipienda ſunt Vlpiani verba in l. à diuo Pio addicantur ea quantitate, id eſt, valore (vt vulgo loquimur) & æſtimatione, quanta eſt ſumma, quæ debetur, ne ſi forte pluris aut minoris valeant, alterutec, id eſt, debitor aut creditor afficiatur iniuria. Alij aliter interpretantur: nec parum ea verba negotij exhibuere Alciato parad. lib. 6. cap. 3. & in l. creditor. ff. de reb. cred.

QVANTITAS & corpus opponuntur in l. 81. ff. de leg. 2. quomodo autem differant, vide Cuiac 14 obſeru. 19. Hot. 13. illuſtr. quæſt. Guth ad l. ſi is cui nummo 94. §. 1. ff. de ſolut.

QVANTITAS pro pretio & valore, apud Paul. lib ſent. 2 cap 35. Seruus qui furtum fecerit, damnumque dederit, niſi id pro ſui quantitate dominus ſarcire paratus ſit, noxæ dedi poteſt. Hot.

QVANTITATES appellantur, quæ numero, pondere, & menſura conſtat: quæ longe à ſpeciebus differunt: nam quantitates ſingulæ propriam ſpeciem non habent, ſed communi ſpecie continentur: ut Vlp. l cum Stichus. 29 ff. de ſolut. Itaque ſi nummus pro nummo reddatur, & oleum pro oleo, & vinum pro vino: non aliud pro alio, ſed eadem ſpecies reddi videtur. nam quod in eiuſmodi rebus genere idem eſt, etiam ſpecie idem videtur. l. a ff. ſi cert. per. Species vero ſingulæ propriam ſpeciem habent, & communi omnes genere continentur: vt Pamphilus & Dauus communi hominis genere comprehenduntur: ſed aliut eſt Pamphilus, alius Dauus. Itaque qui illum pro hoc, vel hunc pro illo ſolueret, aliud pro alio ſoluere diceretur. Quantitates numero diuiduntur: d. l. cum Stichus. 29. quippe in qua non corpus, ſed vis ac momentum ſpectatus. l ſi is cui. 9. ff. de ſolut l. 87. ff. de leg. 2. Species autem partibus diuiduntur. Hot. Prat.

QVANTITATIS res proprie non commodantur, ſed mutuo dantur. Vult. lib. Inſtit. 4. t. 15 §. 2. 0. 15.

QVANTO iuniores, tanto perſpicaciores, quomodo intelligendum ſit tradit Alciat. lib. 10. parerg. c. 16.

QVANTO minoris actiones in iure ciuili duæ reperiuntur, quarum altera ciuilis, altera ædilitia eſt. Ciuilis eſt, quanto minoris empturus erat emptor, ſi vitium ſciſſet. l. Iulianus. ff. de act. empt. Ædilitia eſt, quãto minoris res fuit contractus tempore, quam quanti empta eſt. l. quod ſi nolit. 31. §. ſi plures, ff. de ædil. ed. Per eiuſdem actionem emptor ſi nihil daturus fuiſſet, omne quod dedit, recuperat: at per ædilitiam ſi res nullius pretij eſt, redhibetur l bouem. 43. §. aliquando. eod. Illa perpetua eſt, hæc vero annua. l. ædiles 38. eod. Hot. Prat. Et ſic fere omnes ad d. l. Iulianum. tradiderunt, moti, quod Iulianus eo loco dicat, ſi tignum vitioſum ſit venditum, & venditor vitium ignorauerit, actione ex empto emptorem poſſe conſequi, quanto minoris empturus fuiſſet, alteram prætoriam ex ædilitio edicto de mancipiis & iumentis propoſitam eſſe intra annum, illam eſſe de cæteris rebus perpetuam. vt de tigno, prætoriam eſſe in id, quanto minoris res eſt. Sic enim verba edicti ſunt: l. ædiles aiunt, aut quanto minoris cum venierint, fuerint: ciuilem quanto minoris quis empturus fuiſſet, d l. Iulianus Inter quæ, inquiunt, plurimum intereſt Quorum vtrumq; falſum eſt. Nam primum, quod dicunt actionem quanto minoris, edicto ædilium de iumentis, & mancipiis eſſe propoſitam, vere dicunt. Quod addunt de iis tantum, in eo apertiſſimis ſententiis IC torum refelluntur, à quibus de ſententia edicti eſt hoc traditum edictũ ædilitium, & ſi de mancipiis & iumentis conceptum ſit, tamen ſententiam ad venditiones rerum omnium pertinere. l. 1. ff de ædilit edict. Quod autem hæc genera ita diſtinguunt, vt prætoriam eſſe dicant in id. quanto minoris res eſt: ciuilem, quanto minoris empturus fuiſſet, ineptiſſime faciunt, cum inter hæc nihil intereſt. Non enim in edicto ædilitio dicitur, quanto minoris iumenta ſunt, ſed quanto minoris, cum venierint, fuerint. Id autem eſt, quanto minoris empturus quis fuerit. Tunc enim empturus erat, cum venibant, & non pluris empturus erat, quam valebant, & quanti valebant, tanti illam emptam habere æquiſſimum eſt. Vnde hoc iudicium æſtimatorium appellant, quia res æſtimatur, quanti vere valuerit, eo vitio affecta quo tenetur, vt quanto minoris valuit, quam empta eſt, tantum reddatur. Ne multis: illi ædilitiam, quanto minoris eſſe aiunt de mancipiis, & eſſe id, quanto minoris res fuerit, cum venibat. Hoc iam nihil aliud eſſe, niſi quanto minoris actor empturus fuiſſet, cognoſcant ex eodem Iuliano. qui in l quia dicitur de euiction. Ex cuius verbis vel cæco apparet, & nihil aliud eſſe, quanto minoris quis empturus fuit quam id, quanto minoris res fuit, & de mancipio hãc eſſe actionẽ, quanto minoris fuerit, quod illi negabant. Hugo Donell. de ædil. edict.

QVANTO minus à Titio conſecutus fuero: date tantum ſponſor? ſi ita à te ſtipulatus fuero, non ſolet dubitari quin ſi nihil à Titio conſecutus fuero, totum debeas, quos Titius debuerit, inquit Gaius in l. 150. ff. de verb. ſign. Prat.

QVANTO plus, adiectio, ad modicam ſummam pertinet. l. hæc adiectio. ff. de verb. ſign. Curtius lib. 1. t. εἰκασμῶν, c. 7. tom. 2.

QVANTVM, ad numerum, & pondus, & menſuram refertur, hoc eſt, ad pecuniam, ſpecies, & corpora. l. cum ſtipulatus. de verb. ſign Spieg.

QVANTVS ad ſe ſoluere legem dicitur, qui contra legem facit Auth. vt iud. ſine quoque ſuffr. illud videlicet. ver. oportet enim Alberic.

QVANTVM intereſt. l. ſi quis ſeruum ff. ad l. Aquil.

QVANTVM infinitum iurare. Vide Vlpianum l. qui reſtituere. §. 1. ff. de rei vindic. Spieg.

QVANTVM interfuit. Paul. in l. 2. ff. rem rat. haber. hæc verba declarans ſic dicit: quantum mea interfuit, id eſt, quantum mihi abeſt, quantumque lucrari potui. Pompo. in l. ſi procurator. d. tit. idem probat. Spieg.

QVANTVMCVNQVE, aduerbium, tantum quantum: de quo Bart. in l. baliſta. ff. ad Trebell.

QVANTVS quanta, quantum, multitudinis numero, non tantum ad pecuniam numeratam, ſed & ad corpora refertur. l. 29. quand. dies legat. ced. l. 93. de leg 3. l. 50. de verb. oblig. Prat.

QVANTVS maximus. Plin. epiſt. vlt. lib. 3. ad finem: dedit enim mihi, ait, quantum maximum potuit, daturus amplius, ſi potuiſſet.

QVANTVSQVANTVS, pro Quantoſcunque.

QVANTVM ei debes, redde. Sententia incerta eſt, l. quid tamen. § ſolutioni ff. de recept. Spieg.

QVANTVM in ſe eſt, & quantum ad ſe pertinet: qui hæc verba denotent, gl. exponit. 49. diſtinct. cap. ſi. & Archidiac. Spieg.

QVANTVM quoq, pro eo quod vulgus dicit, tantum quantum. Porro de dictione quantum & quanti vide Bart. in l. 3. ſi ſic legatum in princ. de leg. 1. & in l. 1. de cond. & demonſt. Spieg.

QVANVIS non eſt aduerſatiua particula. l. quid ergo. §. vlt. ff. de his qui not. infam Briſſ.

QVAQVA ratione, i. e. quacunque ratione. l. 21. ff de fideicomm. libert. Et quoquo loco, l. 6 §. 1. ff. de ſtatulib. Et quoquo modo. l. 3. ff. ad leg. Corn.

QVARE, modo interrogat, modo ponitur infinite. l. non omnium. C. de tut qui non ſatiſd l. 1. in pr. C. de Lat. libert. tol. Sp.

QVARTA deducto ære alieno accipienda eſt. Papin § audita autem: ff. de inoff teſt. l in quarta ad l. Falcid Spieg.

QVARTA quartæ, l. vnic. C de Lat libert toll. Spieg.

QVARTA, quæ in iure noſtro frequentiſſime appellatur, multiplex eſt: & quadrantem eius aſſis, quo de agitur, ſignificat. Præciſe namque quarta, pro, quarta pars fere nominatur. Quartas igitur literarum ordine breuiter deſcribemus; quatum ſi quis prolixiorem tractatum deſideret, videat Doctores ac imprimis Faber. & Aretin. in §. ſed quia heres. Inſtit. de fideicomm. hered.

QVARTÆ ſeptem, quarum in iure fit mentio, recenſentur à Vult. in lib. 2. Inſtit. 23 §. 3. num. 7. I. eſt quarta, quæ debetur arrogato ex bonis arrogatoris, ex reſcripto D. Pij, in §. cum autem de adopt. II. quarta legitima. III. quarta Falcidia. IV. Trebellianica. V. quæ coniugi inopi eſt relinquenda, VI. quæ curiæ municipali debetur ex bonis decurionis extraneum heredem habentis. VII. quarta, quam nati petunt, interim dum mater gerit vterum.

QVARTA agnatorum, erant quadrans hereditatis inteſtato mortui, quam agnati, ſi filij non extabant, nepotibus ex filia inferebant. l. ſi defunctus. 4 de leg. hered. in lib. 5. C. Theod. At ex lege Iuſtiniani, quandiu poſteri vlli ſunt, quamuis ex fœmina prognati ſint, agnati non admittuntur. l. vlt. C. de ſuis & legit qua lege quartam illam agnatorum abrogauit. Hotomann Prat.

QVARTA detrahitur ex Senatuſconſulto Pegaſiano. Vult. inſtit. lib. 2. tit. 23. §. 3. n. 5.

QVARTA arrogati, quæ à D. Pio introducta eſt, dicitur, cum impubes cauſa cognita arrogatus, ſine cauſa tamen emancipatur: tum enim quartam bonorum arrogantis cum ſuis bonis obtinet: hæc paſſim appellatur quarta D. Pij. vide l. Papinianus, 8 § ſi quis impubes. ff. de inoff. teſtam. & l. 1. § ſi impubes ff. de collat. l. ſi arrogator. 22. ff. de adoptionib. Hoc autem periculi, quod vitæ pupillorum ab arrogatoribus impendebat, euitandi cauſa inſtitutum eſt. Duo quippe cauenda fuerunt in iſtis adoptionibus: quia duplex ad deprædandum arrogati patrimonium aditus patebat: primum ſi puer è medio tolleretur, deinde ſi emanciparetur: nam vtroque modo illius bona arrogatori quærebantur: conſtitutum ergo eſt, primum, vt ne arrogator impuberis eius ante pubertatem mortui heres eſſet: deinde, vt impubes minimum quartam arrogatoris ſui bonorum partem lucraretur. Hotom. Prat.

QVARTA centeſimæ, in l fin. C. de pet. hered. quid ſit, docet Ant. Auguſt. lib 2. emend. c. 10.

QVARTA etiã dicitur quadrans eius hereditatis, quam alienus

aliquis (hoc eſt non ex numero decurionum) qui curiali ſucceſſit, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte ſucceſſit, obtinuit: tũ enim cõſtitutum eſt, vt quadrantem curia poſtulare poſſit, nõ tamen de ſingulis rebus: ſed ita, vt heres vniuerſum patrimonium id partes quatuor diuidat: & ſors ducatur, vt vel curia quadrantem, vel hæres dodrantem obtineat. l. 1. & l. 2. C quando & quibus quarta pars. libro decimo. Hotomanus. Prateius.

QVANTA D. Pij. V de Quarta arrugari.

QVANTA Epiſcoporum inſtituta eſt à Iuſtiniano, ſed mira varietate. Nam in Nou. 6. ſtatuit, vt qui è curialibus aut cohortalibus Epiſcopus creabitur, quadrantem omnium ſuorum bonorum curiæ largiatur. At Nou. 123. ſtatuit, vt bonorum ſuorum quartam duntaxat retineat: reliquum curiæ attribuatur. Prat.

QVARTA ex tribus maribus eſt, quæ per Senatuſconſultum Sabinianum inducta eſt: vt qui ex tribus maribus in adoptionem datus fuerit, ei quarta pars bonorum naturalis patris relinquatur. §. ſed ea omnia. Inſt de hered, quæ ab inteſt. Prat.

QVARTA Falcidię dicitur in iure, quam hęredes beneficio legis Falcidiæ retinent ex legatis, ſi forte amplius dodrante in iis conſumptum eſt a teſtatore. Lex autem id ſtatuit non de ſingulis legatarijs, ſed de vniuerſis: vt ſcilicet legare ita liceret, dummodo pars quarta patrimonij penes heredem remaneret. Itaque tametſi plures legatarij ſint, non tamen amplius eis quam dodrantem licet attribuere. Viciſſim autem non vniuerſi heredes, ſed ſinguli quartam ex ſua cuiuſque parte retinere poſſunt; modusque patrimonij, non qui hereditatis adeundæ, ſed qui tempore mortis fuit, ſpectatur, & antequam ea quarta detrahatur, æs alienum, funeris ſumptus, & pretia manumiſſorum ſeruorum detrahenda ſunt. l. 1. paſſim, ff. & C. de leg Falcid. Hot. Prat.

QVARTA fideicommiſſarij dicitur, cum heres poſt mortem ſuam rogatus eſt hereditatis ſuæ partem quartam reſtituere. Valet enim fideicommiſſum, perinde ac ſi de hæreditate ſua reſtituenda rogatus eſſet: & eatenus reſtituenda eſt, quatenus hereditas teſtatoris patitur, ſecundum vulgatam formam iuris, l filiusfam. 114. §. vt quis. ff. de fideic. primo exemplum etiam extat. in l. ita tamen 27. §. Trebellianum. & l. epiſtolam 75 §. 1 ff. ad Trebell. Hot. Prat.

QVARTA filiæ maieſtatis dãnati ab Imperatoribus Arcadio & Honorio inſtituta eſt: nam cum olim ad liberos damnati maieſtatis bona pertinerent, l. eorum. ff. ad leg. Iul. maieſtatis. ij conſtituit, vt filius nihil omnino relinqueretur: filiabus autem quolibet numero eſſent, quarta tantum ex bonis matris ſiue teſtato, ſiue inteſtato deceſſiſſet, attribueretur: vt haberent mediocrem potius filiæ alimoniam, quã integrum emolumentum, ac nomen heredis. l. quiſquis. 5. C. eod Hot. Prat.

QVARTA fiſci quæ ſit, docet Paul. in l. pen. ff. de iur. fiſci. Qui tantam fidem accommodauit, ut non capienti reſtituere hereditatem: ſi deducta parte quarta reſtituit, nihil retinere debet: quadrans autem, quia hæredi imponitur ipſius, eripitur, & ad fiſcum transferatur, vnde dodrantis ſemiſſem ſolum capit, qui ſe detulit Hot. Prat.

QVARTA libertorum appellatur quadrans eius partis hæreditatis, quæ ſi paterfamilias inteſtato deceſſiſſet, ad eos peruentura erat: qui quadrans liberis, qui vel inofficioſe exheredatis, vel minorem in partem inſtitutis, quam quantus ille eſt, attribuitur: veluti ſi duo ſint filij, quia legitima cuiuſque pars ab inteſtato eſt ſemis, idcirco ſextuncia illis attribuetur: quæ ſemiſſis pars quarta eſt, l. 8. §. ſi quis. l. 24. C. de inofficioſ teſtament. l. omnimodo. 30. C de inoffi. teſtam & Nou. 5. & 22. Iuſtinianus hunc quadrantem in trientem aut ſemiſſem pro numero perſonarum mutauit: nam ſi duo ſint ſextantem vterque auferet: quæ legitimæ portionis tertia pars eſt. ſi vero ſex ſint, vnica ſingulis attribuetur: qui eſt legitimę partis ſemis. Nou. 18. & in Auth. Nouiſſima. C. de inoffic. teſtam.

QVARTA matris vel auiæ curialis à Iuſtiniano inſtituta eſt, vt ſi mater mortui vel auia tempore, quo filius nepoſue mortuus, in collegio eiuſdem ciuitatis curialis reperta fuerit, quartam partem ipſorum hęreditatis obtineant. l. 2. in fi. C. quando & quib Hot Prat.

QVARTA monachi inſtituta eſt à Iuſtinia. Nou. 5. §. [illegible]. vbi ſtatuit, vt ſi quis liberos habens, in monaſterium ſe aſcribi velit, tantum ex eius bonis attribuatur liberis ipſis, quantum quarta pars bonorum eius, ſi inteſtatus deceſſiſſet, efficeret: quod ſi quid iam ante, aut donationis propter nuptias, aut dotis cauſa; ſed tamen minus quadrante ipſis erogaſſet, quod ad quadrantem deeſſet, suppleretur, reliqua in monaſterij dominium transferetur, quod idem inculcatur Nou. 123. §. [illegible], Prat.

QVARTA ſuperſtitis filij dicitur, cum paterfa. vxorem grauidam reliquit: & dubitatur, quot liberos paritura ſit: nam auctores iuris conſtituerunt, vt pars pro tribus in ſuſpenſo maneat, vſquedum mulier pepererit: quarta pars ſuperſtiti filio attribuatur: quod enim fieri non raro admodum poteſt, ſpectatur: id eſt, quia fieri poterat, vt tergemini naſcerentur, quartam partem ſuperſtiti filio aſſignauerunt, l. 3. ff. ſi pars hered. pet. Hot. Prat.

QVARTA Trebellianica, quæ nunc vocatur, Pegaſiana olim fuit: nam Pegaſiano SC. inſtitutum eſt, vt qui fideicommiſſum, ſiue vniuerſale, ſiue particulare reſtitueret, quadrantem ſibi retinere poſſet §. ſed quia. de fideicom. hæred. vnde intelligi poteſt, quod lex Falcidia eſt in legatis, id Pegaſianum in fideicommiſſis eſſe: nam quemadmodum heres, à quo plus dodrante legatum eſt, vſque ad quadrantem integrum retinere poteſt: eodem modo is, qui plus dodrante reſtituere eſt rogatus, ſiue vni, ſiue multis plus dodrãte reddere ſit rogatus, quartam ſibi retinere poterit: veluti ſi domum quæ ſemiſſem valeat, Titio: ſeruus qui trientem valeãt, Seio: tum enim duas vncias retinebit, non quo ab vtroque ſemunciam vnam detrahat, ſed vt hæc vncia excedens in partes 12. diuidatur, quarum ſex Titius, quatuor Seius auferet, duæ reliquæ apud heredem remanebunt. Atque hęc quidem inter quartam Falcidiam, & Pegaſinam ſimilitudo eſt: differentia autem illa, q, in Falcidiam legata non imputãtur, in Pegaſinam imputantur: itaque ſi teſtator quadringenta in bonis habens, hæredi centum, Mæuio ducenta, Valerio centum leget, heres vltra centum, quæ prælegati nomine retinebit, Mæuio quinquaginta, Valerio viginti quinque quartæ nomine detrahet: at ſi heredem cui centum legauit, roget hęreditatem reſtituare, cẽtum quidem illa ſibi legata retinebis hæres: quartam autem eo amplius non detrahit: cuius differentię rationem animaduerti hanc eſſe, quod lex Falcidia voluntati præſumptæ teſtatoris ſubſeruiat, eique conſentanea ſit: exiſtimatur enim teſtator legatis hæreditatem exhauriens, errore id facere, & putare plus in hereditate eſſe, quam re vera ſit: crediturque voluntas eius ea fuiſſe vt hæres aliquid obtineret. At SC. Pegaſianum directo voluntati teſtatoris aduerſatur: conſtat enim teſtatoris hanc fuiſſe voluntatem, vt nihil apud heredem niſi nomen ac titulus maneret: re vera alius hæres eſſet. Cum igitur aliquo præmio SCtum hæredes allicere voluerit aduerſus teſtatorem voluntatem ad hereditates adeundas, credibile eſt ſatis habuiſſe, ſi quadrans ille quoque tit. ad heredem perueniret, Itaque Marcian. in l. in quartam, 9. ff. ad leg. Falc. ſiue legatum, ſiue fideicommiſſum datum ſit heredi, ſiue præcipere, vel deducere, vel retinere iuſſus eſt, vel accepta pecunia hæreditatem reſtituere rogatus ſit, vel conditionis implendæ cauſa fideicommiſſum ei ſit, ea omnia in quartam ei imputari ſcribit: in Falcidiam autem nequaquam. Atque hęc quidem de quarta Pegaſiana. Iuſtiniani vero conſtitutione Pegaſiani vis in Trebellianum ita transfuſa eſt, vt iam quarta Trebellianica vocitetur: quoniam heres vel quartam, vel quod ei deeſt, retinere, ſolutumve repetere poteſt: actiones autem pro rata communicantur: ac ſi totam ſponte coactuſve reſtituit, omnium tum commodorum, tum incommodorum ſit capers. §. ſed quia. de fideic. liber. Hot. Prat. vide Vlt. ad §. poteſt autem. 2. iuncto §. 3 n. 6. Inſtit. de fideicom hered.

QVARTANA febris, quæ ex atrabile, ſeu humore melancholico putri efficitur. Sic dicta quod quarto die reuertatur, & exacerbet, infeſtetque. Nam integro biduo intermittit, & raro admodum finitur nemínemque (vt Celſus teſtatur) iugulat. Sed ſi ex ea facta quotidiana eſt, in malis æger. eſt: quod tamen, niſi culpa vel ægri, vel curantis nunquam fit. Iabolen. de ædil. edict. Qui tertiana, ait, febre, aut quartana, aut podagra vexantur, quive comitialem morbum habent, ne iis quidem diebus quibus morbis vacant, recte ſani dicentur, Vide, Febris tertiana. Spieg.

QVARTANA VAT vo. l. quæſitum. ff. de iudic. l. 15. proinde, ff. de ædil. edict. Briſſ.

QVARTA eſt certa pars hereditatis legitimæ, hoc eſt, quarta pars portionis debitæ ab inteſtato, l. 2. C. de inoff. donat. quæ deferebatur parentibus, liberis, fratribus, & ſororibus conſanguineis, ne agant querela inofficioſi, d. l. 5. l. 6. Cod. eod. Hæc quarta hodie nõ ſimpliciter excludit, vt olim, ſed tum excludit querelam, cum iure inſtitutionis, non etiam cum iure legati, vel fideicommiſſi, vel mortis cauſa donati relicta eſt, Nouel. 115. Vtputa, ſi centum aureos ab inteſtato habere poteram, quadrante, id eſt, aureis 25. nihil ſatis fieri poterit, reliquum poterat in quemuis actum transferri, & quia portio illa continebat quartam partem hereditatis ab inteſtato debitæ, inde appellabatur. Quadrans vel quarta, hodie etiam appellatur legitima, Nouel. 1. & 115. Vult. ad §. ſed hæc ita. 5. in 2. Inſtit. de offic. teſtam.

QVARTARII ſunt Feſto muliones mercenarij, qui quartam partem quęſtus aſſequebantur.

QVARTO nonas Martij. l. ſi ẽ venum. §. pridię ff. de petit. hered.

QVARTVMVIRI creati erant, quibus deducendarum coloniarum, aut ſi quid nouum nunciatum foret, vt curarent, ne damno Reſpub. afficeretur. obque varia negotia munus mandatum erat. Præter quos fuere quinqueviri, agris diuidundis, muris, turribuſque reficiundis, ſæpius vt plebem funebri pecunia eleuarent: vtque æs alienum pro his qui ſoluendo

non

Digitized by Google

non eſſent, de publico ſoluerent: qui menſarij nuncupari. Alex de Alex. Gen. dier. lib. 3. c. 16.

QVARTVS pater, pro abauo, vt & apud Mar. to. Æn. Magnus apud Germanos nobilitatis gradus. Maximus ad octauum vſque pertingit. Spieg.

QVASI verbum differentiæ, diuerſitatiſque, ſed & decidendi rationem ſignificat. l. 63. § ſi cum tres. ff. pro ſocio. l. 33. ff. de oblig. & act. l. 5. § quippe, ff. de his, qui dejec. vel effud. l. 47. ff. de fidciuſſ. l. 6. ff. de except. Prat.

QVASI, alias veritatem denotat, l. ſi ante nupt. ff. ſolut. matr. Eſt enim particula aſſertiua veritatis, vt in c. Parochianos, juncta gl. extr. de decimis.

QVASI, in l. id tempus, ff. de vſucap. deminutionem ſiue improprietatem ſignificat. Interdum pro quando accipitur, l. certis, ff. de accuſ. Prat.

QVASI, alias ſimilitudinem indicat. Pomponius: Si alienam rem, inquit, ſciens mulier in dotem dederit, reddenda ei eſt, quaſi ſuam dediſſet, ff. ſolut. matrimon. Quaſi, dixit, pro ac ſi. Prat.

QVASI, alias improprietatem ſignificat, l. 2. §. voluntatem, ff. ſolut. matrim. Vide Vult. in comment. Inſtit. ad princip. de oblig. quaſi ex contract. n. 3. Impropriæ ſignificationis exempla ſunt, cum juris poteſtas aliquid cenſet eſſe, quod reuera non eſt. In conſerenda enim vtilitate ex variis negotiis humanę ſocietatis: cur non tantum valeat juris autoritas, quantum ipſius facti veritas? Itaque dicimus: I. Quaſi caſtrenſe peculium. II. Quaſi dominium ejus, qui non à domino bona fide amit. III. Quaſi poſſeſſionem rei corporalis. Inſt. de reb. corpor. & incorpor. §. 1. IV. Quaſi poſſeſſionem eius, qui dolo malo deſiit poſſidere. V. Quaſi ſententiæ inſtar eſt judicialis confeſſio. l. 1. ff. de confeſſ. VI. Quaſi Seruiana. Inſtit. de action. §. item Seruiana. VII. Quaſi ex contractu agere. Inſtit. de action. quæ quaſi ex contract. naſc. in princip. VIII. Quaſi ex delicto agere. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex delict. naſc. in pr. IX. Quaſi dotalis fundus, l. 3. ff. de fund. dotal. X. Quaſi priuilegium. l. ſi cum dotem, §. fin. ff. ſolut. matrim. Oldend. XI. Quaſi vſusfructus earum rerum, quæ vtendo conſumuntur & pereunt, §. conſtituitur. Inſt. de vſofru. l. 1. ff. de ſuperfic.

QVASI acceſſio intelligitur pater, qui jubet cum filio contrahi. l. 91. § an filiusfam ff. de verb. obligat. Briſſ. Prat.

QVASI, dictio ſæpius interpretatur pro tanquam, l. adoptionis, ff. de adop. l. vt ita, in fi ff. de don. cauſ. mort. l. Item eorum, in pr ff. quod cuiuſque vniu. nom l. nec vllam, § fui, ff. de petit. hæred. l. 3. in pr. ff. de condict. cauſ. dat. Coral. §. ſed iſtę, Inſt. de action.

QVASI debita hæreditas, quæ obuenit à parente vel liberto. l. 50. ff. pro ſocio. Sic quaſi à teſtatore relicta dicuntur legata, quæ ſunt relicta teſtamento, quod inofficioſum pronuntiatum eſt. l. Titia, in fin. ff de inofficioſ. teſtament. Nam vt in l. ſecunda, ff. eodem titul. hoc colore de inofficioſo dicitur quaſi non ſanæ mentis fuerit teſtator, non quaſi vere furioſus aut demens, quia alioquin nullum eſſet teſtamentum, Briſſ.

QVASI alea emi, dicitur, cum captus piſcium vel auium, vel miſſilium emitur. Emptio enim contrahitur, etiam ſi nihil inciderit: quia ſpei emptio eſt, author Pomponius in l. nec emptio. ff de contrahend. empt. Perpendendum autem diligenter, quod cum emo jactum piſcium, ſpes ipſa eſt loco rei. Id pulchre declarat Bart, in l. ſi jactum retis. ff. de action. emp. l. eorem ferro. §. qui maximos, ff de publ. & vectig. Spieg.

QVASI augmentum. Paul. de pet. hæred. Quod ſi oues, ait, natæ ſunt, deinde ex his aliæ, eæ quoque quaſi augmentum reſtitui debent. Spieg.

QVASI bonus paterfamil. l. ſi fundi ff de vſufr.

QVASI caſtrenſe peculium eorum dicitur, qui priuilegia militum habent: quales ſunt ſacerdotes & aduocati. Vide l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de coll bon l. 7. in fin. ff. de bon. l. 6. C. de don. matern. l fin. C. de inoffic. teſt.

QVASI contractus in jure appellantur, qui non proprie contractus ſunt, ſed tantum ad contractuum ſimilitudinem accedunt: nam vt in contractibus, ſic etiam in hiſce actionibus rei priuatæ negotium geritur: verum hoc intereſt, quod in contractibus conſenſio interuenit, & voluntas vtrinſque non modo concurrit, verum etiam declaratur in his, vnius ſolius actione tum ipſa, tum etiam alter tacite obligatur: vt facile appareat, eos ſi minus re ac veritate, at certe, tacite ac præſumpte, id eſt, ipſo jure contraxiſſe: præſumitur enim ac judicatur negotiorum geſtor eo animo negotium gerere, vt ex dolo & culpa obligetur: viciſſimque etiam dominus eo animo eſſe judicatur, vt lubenter ſe negotium geſtori obligatum velit, ſi quid ſuo nomine impenderit: quare naſci dicitur hæc obligatio quaſi ex contractu: id eſt, non ex vero & actuoſo (vt ſic dicam) contractu, ſed ex tacito & præſumpto, l. 5 ff. de obligat. & action. l. 2. & 6. ff. de negot. geſtis. Hot. Prat. Vulteius ad princip. Inſtit. titul. de obligat. quaſi ex contract. num. 1. docet, quaſi contractuum appellationem in libris juris non extare.

QVASI decurio hoc dedit, non quaſi domeſtica perſona Paulus in l. item eorum. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Spieg.

QVASI delictum dicitur, cum culpa punitur ita quaſi reuera delictum eſſet. Culpa enim proprie à delicto ſic diſtinguitur, quod in hoc dolus eſt, in illa non eſt: veluti cum judex male per imprudentiam judicando litem ſuam fecit. Imprudentia enim pars culpæ eſt, culpa autem pars quædam delicti: pœna igitur damnato ſic imponitur, ac ſi deliquiſſet: cum tamen eius factum proprie delictum dici non poſſit, l. 5 § ſi judex, ff. de oblig. & action. §. 1. Inſt. de oblig. quaſi ex delict. Hot. Prat.

QVASI dominium proprie appellatur, cum res alicui tradita eſt à non domino, juſto tamen mediante titulo. Improprie quaſi dominium appellatur vtile. Spieg. Adde & Coraſium lib. 6. c. 5. Miſcell. n. 8.

QVASI dominium duplex: verum & putatiuum. Verum cum eſt vere ſolutum, tranſactum, &c. Putatiuum, cum non vere, accedente tamen juſta erroris cauſa: vt ſi errani in facto proprio, putans me ſoluiſſe vel tranſegiſſe, perſuaſus fortaſſe perſuaſionibus veriſimilibus, vt ait Appellus Spieg Prat.

QVASI dominium non eſſe tertiam ſpeciem dominij, à directo & vtile diſtinctam, non vna tantum ratione, probat Appellus cap. 5. de adſio. Spieg Prat.

QVASI continuatur dominium in ſuos hæredes, §. ſin autem, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.

QVASI dominus dicitur, qui diu poſſidendo dominus effici poteſt. Zaſius in l. ſtipulatio, § hæc quoque, ff. de verborum obligat. Spieg. Rectius autem Hotom. §. ſed & iſtæ quidem Inſtit. de act. qui quaſi dominum definit, qui perinde habetur, ac ſi dominus eſſet, eodemque jure vtitur, quo ſi dominus eſſet vteretur.

QVASI dotalis, qui dotali ſeruo legatus eſt, vt ait Paulus in l. fundus, de fund. dot. Spieg.

QVASI dos, quæ à ſeruo ancillæ datur, l. 39. ff. de jur. dot. cum enim matrimonium inter eos non conſiſtat, nec dos eſſe intelligitur, l. 3. ff. eod. tit. quaſi dos etiam dicitur, quæ à minore 12. annis datur, in l. 23. ff. de hæred. pet. Prat. Briſſ.

QVASI hæredes ſunt, qui vtilibus actionibus à Prætore datis in hæreditatem reſtituuntur, l. 21. §. vlt. ff. quod metus cauſ. Et omnes omnino prætorij ſucceſſores quaſi hæredes ſunt, § quos autem, Inſt. de bonor. poſſ. Prat Briſſ.

QVASI inſtitor, & quaſi inſtitoria actio, in l. quicunque, §. ſed & cum fullo, & l. 1. Cod. quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt. Spieg.

QVASI maritus eſt, qui fœminam minorem duodecim annis domum deduxit, antequam ea juſtam ætatem impleuerit. Vlpianus in l. cum hic ſtatus eſſet, §. ſi quis ſponſam habuit. Et Iulianus, inquit, tractat hanc quæſtionem in minore duodecim annis, ſi in domum quaſi mariti immatura ſit deducta. Spieg.

QVASI miniſterio vacuo ſerui vsi, l. ſi pendentes, §. ſi ſerui, ff. de vſufruct. Spieg.

QVASI nulla actio eſt, quę exceptione repellitur, §. Pompon. ſcribit, & l elegenter, ff. quod met. cauſ. Spieg.

QVASI patrimonium dicitur mulierum dos, l. 37. ff. de relig. Peculium quoque quaſi patrimonium dicitur, cum eorum duntaxat, qui ſui juris ſunt, patrimonium intelligatur, l. 9 §. præterea, l. 47. in fin. ff. de pecul. Prat.

QVASI pignus eſt, quod pignoris loco retinetur, l. 13. §. offert. ff. de act. empt. Prat.

QVASI poſſeſſio incorporalium veluti jurium appellatur. Proprie enim corporales demum res poſſidentur, l. 3. §. qui vſusfructus, ff. de vi & vi arm. & Inſt. de interdi. in pr vbi Theoph. quaſi poſſeſſionem definit [illegible]. Hæc autem quaſi poſſeſſio in incorporalib. quæritur, per vſum & patientiam aduerſarij, ſciente eo, contra quem præſcribitur, l. 2. Cod. de ſer & aqua. Vt enim ſine poſſeſſione in corporalibus non procedit vſucapio, ita nec in incorporalibus ſine quaſi poſſeſſione contingit, l. ſine, ff. de vſucapio. Solent autem hac voce actiones vtiles deſignari. Ecce enim hypothecaria actio, quę creditoribus ad hypothecarum perſecutionem datur, cum ad exemplum Seruianę, quę de rebus coloni pignori pro mercedibus obligatis competit, introducta ſit quaſi Seruiana, vtilis Seruiana dicitur, l. 13. § 1. ff. ad Velleia. §. item Seruiana. Inſt. de actio. l. 8. C. com. de lega. l. 1. §. cum prædium, ff. de pignor. Eodem modo quaſi Publiciana pro vtili Publiciana, in l. 70. de rei vindic. Sic quaſi Fabiana vel Caluiſiana, l. vlt. ff. ſi quid in fraud patron. Sic vtilem actionem quaſi inſtitoriam dandam dixit Papinianus l. 10. §. item Papinianus, ff mandat quod alias dicitur, vtili actione ad exemplum inſtitoriæ actionis agi. l. 13. § ſi procurator, ff. de action. empt. Hic quaſi damni injuriæ actionem pro vtili Aquiliæ actione dixit. Idem Pap. in l. 27. ff. de procuratorib. Et alias, vtilem actionem damni injuriæ quaſi ex l. Aquilia, l. 51. ff. de furt. Sic & vtilem actionem quaſi tutelæ, in l. 52. §. 1. ff. de pecul. dicimus. Et vtilem actionem

quaſi domino dari, l.22.ff.de aq.& aq.plu. Prat. & Briſſ.

QVASI vox continet rationem diuerſitatis, vel decidendi, in l. 63.§.ſi cum tres, ff. pro ſocio, & l.33. de obligat. & action. l.5. §.quippe, ff.de his qui deiecer. vel effuder. l.47. ff. de fideiuſſoribus, l.6. ff.de exceptionibus, l.36. in fin. ff.de pignor. act. Sed & veritatem plerunque hæc vox ſignificat, l.34. ff. de dam. infect. Et valet, quod in l.5.§.idem Iulianus, ff.de liber. legat. Briſſ.

QVASI poſſeſſoris loco conſtitutus dicitur is, qui vſum cœnaculi accepit, l.27.in fin.ff.de donat. Prat.

QVASI poſſidens, hoc eſt, qui dolo malo, vel lata culpa deſiit poſſidere, aduerſus quem perinde agitur, ac ſi adhuc poſſideret, l.qui dolo, & l.parem. ff.de reg. iur. l. ſin autem, §. ſed & is qui, ff.de rei vendic. Spieg.

QVASI prædo habendus eſt, qui per litis conteſtationem vel denuntiationem aduerſarij cœperit intelligere hæreditatem occupatam ad ſe non pertinere: quia ſit malæ fidei poſſeſſor, l. ſed & ſi lege: §.de eo autem, & §.etiam ſi ante litem, de petit. hæred. Spieg. Prat.

QVASI præueniens, in l.ſi quis poſtea, ff. vbi quis ager. Spieg.

QVASI Publiciana actio, vide ſupra. Publiciana actio in hoc confertur, & Publiciana quaſi.

QVASI ſententiæ inſtar eſt judicialis confeſſio. Spieg.

QVASI Seruiana, Lege, Actio Seruiana.

QVASI ſub impoſſibili conditione legatum debeatur, de quo vide Scæuolæ reſponſum in l. qui dotem, ff. de dot. relegat. Spieg.

QVASI ſui hæredes dici videntur aſcendentes, patrui, & fratres, not. in Auth. de hæred. & Falcid. §. ſi vero, expreſſim. Spieg. Prat.

QVASI vſucapere accipitur is, qui dicit ſe in ſtatu vſucapiendi fuiſſe, & quaſi habitu, id eſt, aptitudine rem vſucepiſſe, ſi à poſſeſſione non cecidiſſet, petens reduci ſe, & reponi ad rei poſſeſſionem: vt vſucapio perficiatur re ad vſucapionis commodum reſtituta. Zaſius in §. ſed iſtæ. Inſtitut. de actionibus. Spieg. Prat.

QVASI vſufructus dicitur earum rerum, quæ in abuſu conſiſtunt: id eſt, quæ vtendo conſumuntur: proprietario enim ſatiſdatur: ſatiſdatio vero in corporum locum apud illum ſuccedit, l.1.& 7. ff.de vſufruct.ear. rer. & §.2. Inſt. de vſufruct. Hotom. Prat.

QVASI publica actio. §.3. Inſtitut. de ſuſpect. tutor. l. 1. §. conſequens, ff.eod. quia omnibus patet.

QVATENVS aliquando aduerbium eſt, l. ſi cum dotem, §. nec non illud, ff.ſol.matr. Aliquando accipitur pro conjunctione, quod, vt ibi. §.ſequiſſimo. Prat.

QVATENVS pro quoniam, quia, in l.26.§.ſi is qui, ff. mandat. l. 25.§.item ſenatus, ff.de falſis, & l.53.ff.de fide: comm. liber. l. 2.ff.ſi quid in fraud.patron. l.4. ff. de gradib. & affinit. l.49 ff. de verb.oblig. l.6. in fin. ff.ſi cert. pet.l.3.§. 1.ff.de in rem verſo.& l.60. §.1.ff.de ritu nupt. l. 35. in fin. princ. ff. de auro argento leg. l.14.ff.de aq.& aq. pluu. Feſtus lib.12.in hac ſignificatione veteres quatinus dixiſſe ſcribit, vſitata illis, quantum exiſtimo, literarum E, & I, commutatione. Inuenio etiam ſic Quintilianum locutum lib. 4 Inſtit. cap. 2. Sed quatinus, ait, forte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, jam de his loquamur. Et Plin.lib.3.epiſt. ad Caninium: Et quatinus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. Et Suet. in Claudio c. 26. Conſtituitque, quatinus matrimonia ſibi male cederent, manſurum ſe in cœlibatu. Briſſ.

QVATENVS accipitur interdum pro quouſque: vt l. grege, §. 2. ff. de pign. & hypoth. quatenus vtraque pecunia debetur, id eſt, quouſque. Connan. lib. 4.c.13. Interdum pro quaodiu, & vſque ad illud tempus, quo vt. Inſt.§. item qui reipub. & ibi Aldobrandinus de excuſ. tut. vel curat. vide Cuia. 13. obſ. 22. circa fin. Frequentius tamen tam apud Iureconſultos quam Latinos authores pro (quantum) vel in quantum, & ad quem finem accipitur.

QVATENVS quo modo ponatus, exponit Bart. in l.1. verſ. quæro de aduerbij, ff de cond.& dem.& Bald. in l. antiquitas, C. not. C. de vſufruct. Prat.

QVATENVS ad eum peruenit, id eſt, quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenit, exponente Caio in l. in hæredem, ff. de dolo. Adde & gl. in Auth. de hæred. & Falcid. ad princ. indicat, hanc particulam denotare cauſam præſentem, præteritam & futuram. Vide Bart. in l. 1. ff. de cond. & dem. Spieg.

QVATENVS facere poſſit, l.maritum, ff.ſol.matr. l. in condemnatione, ff.de diuerſ.reg.iur. l.item miles, 18. ff. de re judicat. & alibi ſæpe. Hæc verba innuunt, debere ita fieri deductionem, ne quis egeat, l. 19. in fin. ff. de re judic. relinquendumque ei eſſe, vnde ſecundum dignitatem ſuam honeſte cum familia ſua viuere poſſit. Prat.

QVATERNATVM feudum, in Neapol. conſtit. quaternionibus doanę inſcriptum eſt. Prat.

QVATERNIONES, à quatuor militum, quibus præerant, numero dicti. Act. Apoſtol. 12. tradens eum quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum.

QVATVOR Euangelia. Quum vnum duntaxat ſit Euangelium, quod proprie definiunt eſſe publicam, pridem adeo ac multoties promiſſæ, electiſque diu ac multum expectatæ, demum vero per Chriſtum Ieſum partæ & exhibitæ ſalutis renuntiationem atque prędicationem: quatuor tamen vulgo dici cœptum eſt, nimirum à noſtris illis quatuor ſacris hiſtoricis Matthæo, Marco, Luca & Ioanne, qui dicta & facta Seruatoris, non omnia quidem, ſed quantum ſatis eſt ad cognoſcendum ipſum Chriſtum & redemptorem noſtrum eſſet, in diuerſis & multum à ſe diſſitis regionibus conſcripſere. Per quatuor hæc autem Euangelia Deum teſtem vocabant, qui adminiſtrandis officiis ab Impp. præficiebantur, vt clare patet ex conſtit. 9. in Nouell. cuius partem ab initio ſupra recitauimus in dictione Chriſti nomen. Ex præfatione D. Lucæ ſatis colligimus, quod id temporis neque Matthæi tantum extabat Euangelium, aut Marci, ſed multa ferebantur Euangelia, Nazarenorum, Thomæ, Matthiæ, ſecundum Ægyptios, ſecundum duodecim, Nicodemi, atque item aliorum, quæ deinde velut apocrypha reiecit Eccleſia. Vide Gelaſium in can. ſancta Roman. diſt. 15. Spieg.

QVATVORVIRI, magiſtratus erant, qui à Romanis in coloniis ac municipiis creabantur. Hinc Cic. epiſt. ſcripſit, quatuorviris & Decurionibus Fregellanis. Et in epiſt. ad Attic. de M. Antonio inquit: Euocauit literis è municipiis decuriones, & quatuorviri venerunt ad villam eius. Prat.

Q V E.

QVEM, & quod, adiectum corpori, conditionem facit, l. quintus, ff.de aur.& arg.leg. & l. ſi ſic.§.1.de leg.1. Spieg.

QVEMADMODVM vox, quot modis accipiatur, latiſſime adnotarunt Bart. Iaſon. Alciat. & nouiſſime Iuris V. Conſultiſſimus Præceptor Corraſius rubr.ff.ſol. mat. quorum verba huc non refero.

QVEMADMODVM, varie accipi in jure Bart. indicat in rub.ff.ſol. matrim.

QVENQVAM veſtrum, in l.ſi creditores, C.de pact. Hęc locutio duorum numero contenta eſt, l. vbi, de teſtib. Spieg.

QVERELÆ nomine tres in jure ciuili actiones appellantur: vna inofficioſi teſtamenti: altera, quę ad illius ſimilitudinem introducta eſt, inofficioſæ donationis: tertia inofficioſæ dotis. Old. Prat.

QVERELA inofficioſæ donationis eſt, qua poſtulatur, vt quod contra officij rationem donatum eſt, reuocetur, l. 1.& paſſ. C.de inoff. donat. Vtriuſque autem hoc commune eſt, vt tum demum concedantur, cum vel alia ratione nulla liberi ius ſuum recuperare poſſunt, vel quadrans hæreditatis eius relictus non eſt: quæ pars legitima dicitur: nam ſi minus eis relictum eſt, quod deerit, ſupplebitur, l.ſi tutor, §. & l. ſi mater, 7.C.eod. Hot. Prat.

QVERELA inofficioſæ dotis eſt, per quam liberi, quorum mater ſecundo ſuo marito vel omnia bona ſua, vel magnam eorum partem dedit, poſtulant, vt debita ſibi emolumenta præſtentur, l.1. C. de inoffic. dot. Hoc autem querela inofficioſi teſtamenti, & querela inofficioſæ donationis inter ſe differunt, quod illa non niſi & jure facto teſtamento, & adita ex eo hæreditate, & aduerſus hæredem ſcriptum conceditur, l. Papin.§.ſi conditione, ff. de inoffic. l. ſcimus, §. illud, C. eod. Hæc vero plerunque & ab inteſtato, & ei, qui ab inteſt. hæres eſt competit, l. 3. C. de inoff. donat. Illa reſcindit teſtamentum, & plane ab inteſtato cauſam reuocat, vt nihil ex eo valeat, d. l. Papinian. & l. cum mater, ff. eod. hæc nunquam reuocat, niſi vſque ad legitimam tantum, l.1.& paſſ. C. illo tit. Hot. Prat.

QVERELAM habere res dicitur & perſona. Res, cum ex ea querela naſci poteſt: Perſona, cum queritur de iniuria, vel moleſtia aliqua.

QVERELÆ hæreditatem plus eſt, quam adire. Suus enim etſi non adit, acquirit tamen hæreditatem. Gouean. c. 1. var. lect. lib. 2.

QVERIMONIA ſubaudi, Iudicialis, per libelli oblationem intelligitur, C.de ann. except. l. vt perfectus, fin. reg. l. ſi quis ſuper ſui juris locis, prior de finibus detulerit querimoniam. Bart. in l. amplius, rem rat. hab. Spieg.

QVERELA inofficioſi teſtamenti, remedium eſt liberis immerito exhæredatis aduerſus teſtamenta paterna proditum, quod hoc colore inſtituitur, quaſi parum ſanæ mentis teſtator fuerit, cum immerentes liberos à ſucceſſione ſua repelleret. Briſſ.

QVERELA inofficioſi ſcilicet teſtamenti jus quoddam eſt reſcindendi teſtamentum, vel donationem, vel dotem in totum capiam. An vero querelę nomine veniat actio, an accuſatio, & eademne ſit quę petitio hęreditatis, vel officium iudicis dici debeat, differunt doctores in l.1.C.contr.tab. in l. poſthumus, §. pen.& l.qui de inofficioſo, ff.eo. Sed vane, & recte Old. pueriliter. Nam Iuriſconſ. promiſcue appellant alias actionem vt in l.2. & l. quemadmodum, ff. de inoffic. Alias accuſationem vt in l. ſi inſtituta, & in l. ſi ſuſpecta, ff.eo.tit. Alias vt communes,

nitet, querelam, quam vocem modeſtiæ cauſa vſurparunt, ad denotandam hanc actionem. Vnde hæc querela originem duxerit, ex iurene ciuili an ex prætorio non facile eſt affirmare. Cuiac. lib.1.obſ.21. & lib.14. obſ. 14. ciuilem eſſe putat ex lege Glicia. Primo quia reſcindat teſtamentum, l. 6. §. 1. l. cum duobus: C. de inoff. teſtam. l. qui repudiantis 17. § 1. ff. eod. quod jus prætorium non poteſt. Deinde etiam monetur ex inſcriptione, l. 4. ff. eod. quæ eſt Caij ICti ad l. Gliciam. Sed vehementer huic contradicit Vlp. in l. non putauit, 8. ff. de bon.poſſ. contr. tab. dicens: Exheredatione notatos & remotos jure ciuili parentum teſtamenta non turbare. Sane, inquit, ſi velint inofficioſi querelam inſtituere, eſt in ipſorum arbitrio. Si querela inofficioſi teſtamenti eſſet ex jure ciuili, male negaret Vlp. exhæredatos parentum teſtamenta jure ciuili turbare non poſſe. Datur enim hæc querela non niſi exhæredatis. Deinde ſententiæ Cuiacij valde obſtat, quod hæc querela datur contra jus ciuile emancipatis: qui jure ciuili ſunt incogniti, l.6. ff.de inoffic. teſtam. Tertio omnis ſucceſſio in querela eſt prætoria, non ciuilis, l. Titia 15.& ſeq. ff.eod. Etſi enim agitata fuerit judicio centumvirali, potuit tamen nihilominus eſſe prætoria, ſicut & poſſeſſoria hereditatis petitio, quam conſtat eodem centumvirali judicio agitatam, & tamen prætoriam eſſe, l.1. ff. de poſſeſſ. hæred. pet. ſed valde contra eos, qui hanc querelam ex jure prætorio deducunt, vrget illud argumentum Cuiacij, quod querela defunctum facit inteſtatum, id quod ex jure prætorio fieri non poteſt. Quid dicendum? hoc nimirum, querelam extra ordinem ab vtroque jure & ciuili & prætorio profectam fuiſſe, cum vtroque remedium ordinarium deficeret. Hoc cernitur ex effectu, qui arguit ſuam cauſam. Dicit enim expreſſe Vlp. in d.l. non putauit. Non putauit prætor exhæredatione notatis bonorum poſſeſſionem contra tabulas dari, ſicut nec jure ciuili teſtamenta turbant; ſed ſi velint inofficioſi querelam inſtituere, id in ipſorum eſſe arbitrio: quaſi dicat, exheredatis nec jure tantum ciuili, nec jure tantum prætorio ſuccurri: jure quidem prætorio non ſuccurri, quia ſic defunctus non fieret inteſtatus, non vero jure ciuili, quia datur emancipatis, & tamen querela defunctus inteſtatus redditur, qui effectus juris ciuilis eſt. & datur emancipato, qui effectus eſt juris prætorij: ex quo ſequitur cauſam querelæ eſſe jus prætorium & jus ciuile, in qua etiam ſententia videtur fuiſſe Viglius in §. tam autem naturales. Inſtit. de inoffic. teſtam. vbi ait querelam non eſſe magis juris ciuilis, quam juris prætorij & extra ordinem concedi vtroque iure deſtitutis, Vult. in comment. Inſt. de inoffic. teſtam. nu. 3 Porro Viglius admonuit ἐν τοῖς Βασιλικοῖς, Græcos probare conari, querelam eſſe cauſam ipſius actionis, vocareque petitionem hereditatis de inoff. Quemadmodum enim quod quis in teſta. ſcript. eſt hær. cauſam illi petundæ hæred. præbet, l. 1. 2. 3. ff. de petit. her. ita & quod in officioſe exheredatus vel præteritus eſt: & quemadmodum non ipſa hæredis ſcriptio vel inſtitutio, ſic nec inofficioſi querela actio eſt, ſed actionis cauſa. Sic Orphitianum, Tertyllianumque Senatuſconſult. cauſam actioni præbent, actiones dici nequeunt: idque & Scæuolæ autoritate probant d. l. qui de inofficioſo, fac. l. ſi quis filium, C. eod. & Vlp. qui plura eſſe iudicia petitionis hæreditaris ſignificat l. diuus, §. fi. d. tit. de pet. hered. Plura autem ſunt ex cauſarum diuerſitate. Legitur tamen interdum & inofficioſi teſtamenti actio d.l. quemadmodum, ſed & creditæ pecuniæ actio inuenitur: quum tamen nulla ſit proprie creditæ pecuniæ actio, ſed condictio ſignificatur, quæ ex creditæ pecuniæ, i. mutuo numeratæ cauſa procedit. Spieg. Fuſius de hac querela vide Vult. d. loc n. 4. & ſeqq.

QVAERELAM ſeire veteres accuſationem inofficioſi appellarunt, quod de paternis iniuriis conquerentem filium audiri juſtum eſt & vſitatum, cum ipſum accuſantem vix quiſquam ferat. Nec vero actionis nudum nomen ſatis efficax videbatur ad infirmandum teſtamentum, quod niſi probata patris iniquitate fieri non poterat. Sic igitur temperarunt iſtud, vt neque molliorem appellationem, quam pro iudicij grauitate, neque acerbiorem, quam parentum pietas ipſa poſtulat, accommodarent. Hor. ex Connan. lib.9. c.8 n.2.

QVERELA præparata (quæ non niſi extraneis datur l. ſi quis filium, l. ſcimus. in fi. C. de inoff. teſtam. dicitur, quæ in controuerſiam aliquo modo perducta eſt. Præparaſſe autem querelam videtur is, qui ad denunciationem, vel actionis editionem proceſſit: multo magis qui litem conteſtatus eſt l. quemadmodum, ff. de inoff teſtam. Old. Prat. Spieg.

QVERELÆ etiam ad magiſtratus deferuntur, cum eorum officium in his imploratur, quorum actio propoſita non eſt. Sic ſeruos de dominis, ſic patronos de libertis quærentes audiunt præſides & præfecti l. 3. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. l. 1. ff. de offi. præfect. vrb. Briſſ.

QVI pro qualis, Cicer. in Antonium: qui vir, & quatenus fuiſſet? Bud. (niuit.

QVI, aduerbium, pro quemadmodum, vel quomodo, vt ouiſſe po-

QVI, relatiuum, ſi qualitas relatoria omnibus competat. vt in l. omnes populi, ff. de juſt. & jur. non reſtringit, ſed declarat. Sic in l. 1. C. de ſumm. trinit. Hæc particula adiecta verbo futuri temporis, facit conditionem l. Stichum qui, ff. de legat. 1. Bartol Alexand. & Aretin. in l. decem cum petiero, & l. ſi ita quis promiſerit, in princ. ff. de verb. obligat. Spieg. Prat.

QVI amplius oneris, quam licuit vexerit. Vide Marcell. in l. ſi cui via, ff quemadmodum ſer. amit. Spieg.

QVIA regulariter eſt cauſalis, indicat & Bart. in l. demonſtratio, §. quod autem, ff de cond. & demonſt. Spieg.

QVIBVS ipſis. Pompon regula iuris ciuilis eſt, ait, quæ efficit, vt quibus ipſis legare poſſumus, eorum quoque ſeruis legare poſſimus. Spieg. Prat.

QVIBVSDAM, particularitatem denotat. vt quibuſdam videtur, l. 13. ff. de damno infecto. Quibuſdam agitur, l. 10 §. ſi fraudator, ff. quæ in fraud. credit.

QVIBVSLIBET vocem, de inhabilib. accipiendam non eſſe reſpondit An. Alciat. reſp. 170. n. 9. ex Bald. c. 1. §. donari, quib. mod. alien. olim feud. alien. in vſib. feud. Prat.

QVICVNQVE, dictio diſtributiua, idem ſignificat quod quiſquis: quia vox hæc, cunque, naturam geminationis habet: vnde & qualiſqualis, à Iuriſconſ. ſcribitur, cum alij qualiſcunque dicant: ſic & taliſcunque, & vtercunque, pro vteruter, & ſi qua ſimilia. Huius autem diſtributiui duplicis, natura eſt, vt ſemel in ſolidum cuilibet attribuat, & vel in vno poſſit effectum conſequi, nedum in omnibus. Quo recte Bart. declarat, vt Alc. atteſtatur c. 22. lib. Parerg. 1. Continet autem tam maſculos, quam fœminas l. Ait diuus, ff. de jus. fiſci. cum ſimul. Item complectitur ciuitatem, municipium, corpus, collegium, & vniuerſitatem l. metum, §. animaduertendum. & ſeq. ff. quod met. cauſ. Vide Bartol. in d.l. ait diuus, & in l. neceſſarias §. ſi annua, ff. de pig act. vbi excutit, idemne ſit, quod omnis. Et quamuis, quicunque, cuiuſcunque, maxime extendatur in iure noſtro, tamen nihilominus intelligitur, cuiuſcunque ſexus, de perſonis aptis, per not. Gloſſ. in l. Promittendo, in pr. ff. de iure dotal. Adſtipulatur Gloſſ. in l. vt gradatim, §. 1. ff. de mun. & hono. Vbi etiam vniuerſalitas ad aptas perſonas reſtringitur. Memorabilis eſt illa Zaſij doctrina, quam tradit, enarrans §. de conſtituta Inſtit. de actio. Quod quamvis ius ciuile loquatur & decidat ſub vniuerſali, tamen iſta effuſa vniuerſalitas reſtringitur ad aptas perſonas: & nunquam in iure noſtro tanta vniuerſalis eſt propoſitio, quæ vniuerſaliter omnino intelligatur, quin accipiat reſtrictionem ad homines aptos, per Gloſſ. in jam d. §. in verbo, cum omnibus. Old. Prat.

QVICQVID Infinite capitur, nunquam refert, l. quod ſi ſic, ff. de hæred. vel act. vend. Prat.

QVI meus erit, an ita quis loquatur, ſi meus erit, non intereſt, vtrobique enim conditionem ineſſe Pompon. tradit. in l. cupes, de legat. 3. Spieg

QVI naſci ſperantur, pro ſuperſtite habentur: ſed tantum, vt Paul. explicat, cum de ipſius iure quæritur l. quod dicimus, de verb. ſign. Quapropter in illa conditione fideicommiſſi, ſi rex Parthorum ſine liberis ex ſe legitime natis, diſceſſerit, talis reſpubl. ſit hæres. Reſpondit Baldus per l. qui in vtero, ff. de ſtatu hom. Qui in vtero tempore mortis fuerit non eſſe impedimento, quo minus eueniſſe conditio videatur: hic enim non de ventris, ſed de hæredis commodo agitur.

QVI in vtero eſt, pro nato habetur, non ſemper. Gœdd. ad l. 131. de verb. ſig.

QVI neſcit, is videtur experiundi poteſtatem non habere, vt ait Caius in l. annus, ff. de calumniis. Spieg.

QVI omnino non reſpondat, contumax eſt. Contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, vt in ſolidum conueniatur. Vlp. ait, in l. de ærate, §. 1 ff. de interr. act. Spieg. Prat.

QVID infinite captum, vt Bart. docet, in l. ſi ſeruum, ff. de acqui. hæred. verificatur in qualibet particula. Interdum pro aliquid ponitur; Vlp. in l. 1. §. hic tit. ff. de public. Et omnes, inquit, qui quid à fiſco conducunt, recte appellantur publicani. Spieg. Prat.

QVID iuris eſt, pro quæritur quid iuris ſit, l. 7. §. vlt. ff de diſtract. pignor. Briſſ.

QVID ad Rhombum? Huius prouerbij meminit gloſſ. in Authent. licet. C. de nat. liber. quod Alc. teſte, de his dicitur, quæ ad collationem admitti non debent, vel nihil ad rem propoſitam faciunt. Videtur à piſce rhombo optimi ſaporis deductum. Spieg.

QVOD Intereſt actoris, duplex eſt conſideratio. Altera de damnis & diſpendiis rerum, quas amiſit. Altera de lucris & vtilitatibus non acquiſitis. Qua ratione interdum vtilitas amiſſa, maioris erit, quam res ipſa. Quam differentiam Vlp eleganter explicat in l. Iulianus ſcribit §. vlt. ff. ad exhibend. Spieg.

QVID ita, vna pars orationis, inquit Donatus, pro quamobrem.

QVID ni? cur non? l. 1 §. ſi quis ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. annotauit & Alber. Spieg.

QVID, quale, quantumque ſit, ſi vi nominis, vel aliqua demonſtratione, aut relatione appaiet, certum dicitur, autor IC. in l. certum eſt ff. ſi cert. pet. Spieg.

QVIDAM, perſonam certam dicit & ſingulare potius ſignum eſt, quam particulare. Nec ſubſiſtit, quod aliqui volunt quidam, pro quis eſſe dictionem vniuerſam. Indiuiduum namque vbique, ſed non demonſtratum indicat, ſi recte textus excuſſeris. Spieg. Prat.

QVIDAM filij, duos tantum etiam complectitur: quod eſt ob ſeruatu dignum traditum eſt in gloſſ. l. 1. C. de inoffic. donat. Pontificij juris interpretes verb. quidam alij, ad tres vel quatuor referunt, cap. 1. extr. de reſcript. & eod. tit. cap. 2. lib. 6. Spieg. Prat.

QVIDQVID dare facere oportet, & oportebit l. ſi ſtipulatus, §. 1. l. cum ſtipulamur, ff de verb. oblig. Spieg.

QVIDEM, ponitur pro videlicet, vel vero. Quam particulam volunt Grammatici duobus modis in oratione accipi. Vno, ad diſtinguendas res. Altero, quaſi per exceptionem eius, quod affirmes. Exempla habes apud Laur. in Poggium Antid. lib. 1 Spieg.

QVIES, pro laxamento & otio, Vlp. in l. 1. §. cura carnis, de offi. præf. vrb.

QVIES, & Vigilia opponuntur.

QVIESCERE, pro abſtinere & ſuperſedere. quieſcere matrimonium, l. 26 ff ad l. Iul. de Adult. Briſſ.

QVIETE, aduerbium, id eſt, ſine interpellatione vel interruptione aliqua, c. ſanctorum de præſcript. Cic. in de ſenect. Quiete & eleganter acta dies.

QVIETE obtinere, hoc eſt, ſecure in Placitis feud. de pace tenend. §. ſi tres vel plures. Spieg.

QVIETVM aliquem reddere, efficere vt quiete & ſecure viuat.

QVIETVS & ſecurus l. quiſquis, C de epiſc. & cler.

QVILIBET verbum, rem de qua agitur, cuilibet in ſolidum appropriare ſolet, l. ſi pluribus, vbi Bart. & Zaſ. ff de leg. 2. & quid differat à verbo Omnis, not. in d. l. ſi pluribus. Prat.

QVILIBET & qualibet ponitur pro aliquis, vel aliqua, vt in c. de homine, de celebrat. miſſar. Ioan. Bellon Etymol.

QVIMATVS, hoc eſt, ſpacium quinque dierum. Spieg.

QVIN, pro quod, in l. quiſquis, de verb. ſign. in l. nauta, in fin. ff. naut. caupon. ſtabul. & multis aliis locis. Sic Terent. in And. Non dubium eſt, quin vxorem nolit filius. Cæterum annotant doctores, in l. non dubium, in pr. de leg. 3 & in l. vbi, § fin. ff de rit. & ent. dat. ab hic, hanc particulam poni negatiue & affirmatiue. Spieg.

QVIN particula, quot qualeſque varietates & ſignificationes habeat, & quam ſæpe in veterum ſcriptis obſcura ſit, docet Gell. lib noct. Att. 17. c. 13.

QVINA dena, vulgo quindena, ff. ad l. Fal. l. qui quadringenta, §. qui ducenta. Spieg. Prat.

QVINARIVS dimidium denarij, id eſt, quinque aſſes. Anto. Auguſt emendat lib. 2. c. 7.

QVINCVNX, dicitur ſpacium quinque vnciarum, ſiue pedum, quod inter arbores, ſiue vites ferendas relinquitur, vide Sextans, gl. in §. hæreditas, Inſt. de hæred. inſtit.

QVINCVNCES vſuræ, Scæuola, vt eum fuerit Baſilica annorum vigintiquinque cum vſuris quincuncibus reſtituerentur.

QVINDECIM viri. Lege Duumviri.

QVINI, quinæ, quina numeri eſt diuidendi, ſiue diſtributiuum ad ſingulos tantum. Aphricanus de euictio, l. ſi duos. Si duos inquit, ſeruos quinis à te emam, & eorum alter euincatur, &c. Accurſ. male quinis pro bis quinque exponit, aliud namque eſt emere duos ſeruos quinis aureis, aliud bis quinque, id eſt, decem aureis, nam illud ſignificat, quod quemque illorum emi quinque aureis diuiſim, hoc vero quod ambos emi decem aureis coniunctim. Nebriſſ.

QVINI ſolidi quid ſignificent in l. vnica, C. de arg. pretio, lib. 10. Auguſt. lib. 5. c. 9. exponit. Prat.

QVINQVATRVS, & quinquatria, vtrumque enim dicitur feriæ erant in honorem Mineruæ inſtitutæ, ſic dictæ, quod quinque diebus fierent, vt Ouidio etiam placet, dum ſcribit:

> *Vna dies media eſt, & fiunt ſacra Mineruæ,*
> *Nomina quæ à iunctis quinque diebus habent.*
> *Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro,*
> *Cauſſa quod eſt illa nata Minerua die.*

QVINQVE pedum vſucapionem Cic. nominat in lib. de legibus 1. Ex hac, inquit, non rerum, ſed verborum diſcordia controuerſia nata eſt de finibus: in qua (quoniam vſucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt) depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus, nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex his tres arbitri fines regemus. Depaſci Academiæ poſſeſſionem, refert ad vſucapionem ſpatij quinquepedalis. Senſus eſt, vt in controuerſia vicinorum de finibus, termini requiruntur, quibus repertis quinque quaqua verſus pedes definiuntur, qui quamuis longo tempore ab alterutro poſſeſſi ſint, finibus tamen dirimendis reſeruantur: ſic in controuerſia de finibus bonorum & malorum quæ philoſophos exercet termini Academiæ diſciplinæ à Socrate poſiti peruestigandi ſunt: & Antiochi arrogantia illius gloriam depaſcentis regenda & coercenda eſt. lex autem Mamilia vnicum adigi arbitrum valebat finibus agrorum regundis, ſed cum tres tum eſſent, facete ſuſtulit: nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex his tres arbitri fines regemus. De hac lege Aggenus Vrbicus his verbis: de fine enim lex Mamilia quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit, quoniam hanc latitudinem vel iter ad culturas accedens occupat vel circumactus aratri, quod vſucapi non poteſt. Hoto. Prat. Et ab hoc ſpatio Imperatores præſcriptionem ſubmouiſſe patet apud Iulium Frontinum in libro de iure limitum, & in l. quinque pedum. C. finium regundorum, cui primi illuxerunt Petrus Crinitus lib. 15. de honeſta diſciplina c. 4. & Martinus Becichemus Scodrenſis Epiſtolicarum quæſtionum c. 78. Et poſt eos Alciatus ad l. quidam, C. de decurionib. Maintagius Miſcellaneorum lib. 4. c. 7.

QVINQVENNALES in l. 1. de medi. & profeſſoribus in C. Theod. Hoc erat in municipiis quibuſdam magiſtratibus nomen. Spartian. in Hadrian. per Latina oppida dictator, & ædilis & duumuir fuit, apud Neapolim Demarchus, in patria ſua quinquennalis. Apuleius lib. 10. de Aſino aur. Gradatim permenſis honoribus quinquennali magiſtratui fuerat deſtinatus. Briſſ. Prat.

QVINQVENNALES induciæ in l. fin. C. qui bon. ced. poſſunt, vocantur pecuniæ ſoluendæ dilationes, quæ à juris autoribus dicuntur etiam moratoriæ præſcriptiones l. quoties. Cod. de precib. Imp. offi. Communiter autem hujuſmodi dilationes ſeu facultates ad annos quinque concedi ſolent: vnde Oldendorpio dicuntur priuilegia quinquennalia l. jus ſingulare eſt, ff. de legib.

QVINQVENNIVM, dicitur multum temporis, in l. 1. §. quod dictum eſt, ff. de ſi paras. Spieg. Prat.

QVINQVENNIVM continuum, quomodo intelligatur in colluſione detegenda, declarat. Vlp. in l. 2 eod. tit. Spieg.

QVINQVE primi in Veteribus ſunt quinque viri, qui principem in ſenatu locum habebant: hi autem, vt & decemprimi, muneribus quibuſdam & functionibus obnoxij erant, vt à Iuriſconſultis traditur. Prat.

QVINQVEVIRI Lege, quatuorviri.

QVINQVIES, quaterni, in l. antiqui, ff ſi pars hæred. pet.

QVINTÆ Calendæ. Lege Calendæ quintæ. Connan. vero lib. 6. c. 1. n. 5. per quintas Cal. intelligit Quintiles, id eſt, Iulias ob cauſam, vt ibi per eum.

QVINTIENS. Vide Centiens.

QVINTO nonis Martiis, quæ proxime fuerunt apud Vlp. in l. item veniunt. §. præter hæc, de pet. hæred. Spieg.

QVINTVM, aduerbium, vt, quintum conſul, tempus deſignat, & quater ante factum.

QVINTVS Ceruidius Scæuola, cuius authoritatem Vlp. laudat, in l. 3. § ante hæredis, ff. de liberis & poſth. Et Paul. in l. cum quidam ff. eod. vixit temporibus Marci Imp. l. 39. ff. de leg 3. & l. 55 ff ad Senat. Trebell.

QVINTVS Mutius Scæuola, l. Quintus, ff. de ann. legat & l. 1. §. hoc interdictum ff. Quod vi aut clam. & l. 48. ff. mandati. Briſſ.

QVINTVS Saturninus l. 51. § Marcellus ff. de Iureiur.

QVIPPE, interdum eſt rationalis, hoc eſt, eius quod præceſſit rationem reddit: interdum pro certe, & pro omnino ponitur: vide Vlp. in l. ſeruus, ff de his qui not. infam. Albericus.

QVIRINVS, velut conditor vrbis Romæ conſecratus: cum antea Romulus diceretur, à quo Romani Quirites. Prat.

QVIRITARE, Budæo teſte aliquando eſt Deos hominesque implorando conteſtari. Dicimus quoque quiritari pro eodem ſignificato, χειρὶ ἀλιάζειν ἢ τ...[illegible]. Brechæus in l. deteſtatio, ff de verb. & rer. ſign.

QVIRITES, Romani, à quirino, id eſt, à Romulo ſic dicti. Hoc vero nomen aliquando Romanis opprobrio fuit, quaſi qui præter nomen nihil haberent antiquæ virtutis & audaciæ. Cæſar apud Lucanum: diſcedite caſtris: tradite ſigna viris, ignaui ſigna quirites, & Lampridius in Alexan. Vox omnes hodie vno ore, atque vna voce Quirites dimittam, & incertum an quirites. Non enim digni eſtis, qui Romanæ plebis ſitis, & cum nihilominus poſt iſta fremerent, exclamauit: quirites diſcedite atque arma deponite Connanus lib. 9. c. 5. num. 1.

QVIRITIVM jus dicebatur, quod ciuium Rom. cauſa proprie inſtitutum ita erat, vt peregrini omnes ejus plane expertes eſſent. Itaque cum Cicero Licinium Archiam ciuem Romanum probare vellet: Iis temporibus, inquit, quæ tu criminaris, ne ipſius quidem judicio in ciuium Roman. iure eſſe verſatum: & teſtamentum ſæpe fecit noſtris legibus, & adiit hæreditates ciuium Romanor. Hoc autem jus quantum ad dominium acquirendum attinet (de quo ſolo in Codice intelligendus eſt, de quo jure Quiritium tollendo) ab Vlpiano quidem in Inſtitutionib. tribus in rebus ponitur, mancipatione, vſucapione, & in jure ceſſione: à Varrone autem lib. de re ruſtic. 11. ſex. nam præter ſuperiores addit juſtam hæreditatem, emptionem è præda ſub corona, & emptionem in bonis ſectione ve alicuius. Verba eius hæc ſunt. In emptionibus (emptionem autem omnem acquirendi modum intellige, vt ſuo

loco docuimus) dominium legitimum ſex fere res perficiunt: ſi hæreditatem juſtam adijt (intelligit autem legitimum duntaxat, argum. l.3. ff. pro ſoc. legitima enim ad ciues ſolos, id eſt, Quirites pertinent :) ſi, vt debuit, mancipio ab eo accepit, à quo jure ciuili potuit (mancipationem ſignificat, de quo ſuo loco diximus, & quam Quiritium eſſe propriam Cicer. & Boetius in Topic. demonſtrant :) aut ſi in jure ceſſit qui potuit cedere (ſic reſtituit Hotomann. vbi legebatur Cui) & id vbi oportuit (id eſt, apud eum apud quem legis actio eſt, hoc ſignificari cognoſces ex formula ceſſionis in jure :) aut ſi vſucepit (vſucapionem enim Quiritium eſſe propriam indicat Cicero ex 12. tabul. in libro offic. 1.) aut ſi è præda ſub corona emit) quo de more Gellius lib.7. cap. 4.) tumve eum in bonis ſectioneve cujus publice venit. qua de re ſuis locis explicavimus. Ius ergo quiritium hoc erat, vt ſi aliquo illius generis modo acquiſita res eſſet, nihil eſſet periculi à litibus : quemadmodum in Orat. pro Cæcin. Cicero declarat, vt perueniat ad me fundus inquit, teſtamento alicuius fieri poteſt : vt retineam quod meum factum ſit, ſine jure ciuili non poteſt, id eſt, ſine jure quiritium, quia hæredis inſtitutio jus quiritium non transfert, ſed juſta, & legitima hæreditas : vt ſuperius dictum eſt. Item, fundus à patre relinqui poteſt, at vſucapio fundi, hoc eſt, finis ſolicitudinis ac periculi litium, non à patre relinquitur, ſed à legibus aquæductus, hauſtus, iter, actus, à patre : ſed rata auctoritas harum rerum omnium, à jure ciuili ſumitur, Hinc jus euictionis, de quo ſuo loco commemorauimus. Hotoman.

QVIRITIVM juri opponebatur jus in bonis : de quo ſub verb. In bonis, diſſeruimus, idque apparet ex l. vnic. Cod. de nud. jur. Quirit. toll. itemque ex Vlp. Inſt. c. 2. Prat.

QVIRITVM jure rem eſſe meam aio, quando vindico aut mancipatum, vel jure ceſſum accepi, l.1. §.1. ff. de rei vind. Briſſ.

Ex jure quiritium liber is fiebat, qui vindicta, cenſu, teſtamentove ab eo, qui ex jure quiritium dominus erat, nullo jure prohibente manumiſſus, plenißimam ciuitatem Romanam conſequebatur, quemadmodum Vlp. in Inſtit. tit. 1. exponit. quo alludens Seneca lib. 3. natur. quæſtio. Hæc res efficit, at, non vt ex jure quiritium ſit liber, ſed ex jure naturæ. Hoc jus impetrare Latini liberti vel liberis, iteratione, militia, naue, piſtrino, ædificio, promereri ſolebant : vt idem Vlp. Inſt. tit. 3. exponit. Sic jus quiritium medico datum accipe apud Plin. lib. 29. cap. 1. Sic & apud Paul. lib. 4. ſent. tit. 9. Latinam ingenuam jus quiritium conſecutam interpretare. Ius autem quiritium hac nota ſignificabatur I. Q. vt Mango in libello notarum juris auctor eſt. Briſſ.

QVIA, aut interrogatiue, aut infinite ponitur, nunquam relatiue. Verum vniuerſaliſne an particularis vox ſit, Bart. oſtendit in l. ſi ita, ff. de leg. 2. Aliquando ponitur pro aliquis. Ita & quocunque die pro aliquocunque. Vnde qui promittit ſiſtere quocunque die, perinde eſt ac ſi aliquo die ſiſtere promiſiſſet, eritque in arbitrio promiſſoris, quo die velit : poteritque vel vſque ad mortem differre. Dieі enim electio ad eum ex regula pertinet, l. qui ex pluribus de verb. obligat: quod ſi antequam ſiſtat, moriatur, verum erit aliqua eum die non ſtetiſſe: commiſſaque ſtipulatione pœnali aduerſus hæredem agetur : quo fit, vt ſubauditione Accurſiana, aliorumque tricis, vt ait Alc. nihil ſit opus. Spieg. Prat.

QVIA, vel qui relatiuum, poſitum ſine copula, reſtringit præcedentem ſignificationem, textus eſt, qui ad hoc communiter allegatur, in l. ea tamen adjectio. vbi Bart. ff. de leg. 3. Iſta regula declaratur pluribus modis per Doctor. vbique. Inter alia notabilis elegantem deciſionem Bald. in rubr. Cod. de contr. empt. in pen. col. in 2a. quæſt.

QVIA verbum, tam maſculos, quam fœminas complectitur l. 1. ff. de verb. ſign. Itaque his verbis, ſi quis id quod perpetuæ juriſdictionis cauſa propoſitum, &c. Prætorem vtrumque ſexum complexum Vlp. ait l. 7. ff. de juriſd. Idemque ad illa verba, ſi quis negotia alterius, &c. Hæc verba, ait, ſi quis, accipienda ſic ſunt, ſiue quæ l. 3. ff de negot. geſt. Præt. Briſſ.

QVISQVIS voce omnis ſignificantur l.29. ff. de hæred. Inſt. Atque ita hæc clauſula, quiſquis mihi hæres erit, accipienda eſt l. 3. ff. de jure codicil. l. 3. l. 103. & l. 123. ff. de leg. 1. l. 90. quiſquis, de legat. 2. l. 93. de legat. 3. l. 29 §. 2. de ann. leg. & l. 4. §. vlt. Nam & ſi plures ſint gradus hæredum, & ſcriptum ſit, quiſquis quiſquis mihi hæres erit, dato: ad omnes gradus hic ſermo pertinebit, l. 96. ff. de leg. 3. Briſſ.

QVISQVIS junctum verbo futuri temporis, vt, quiſquis mihi hæres erit, vim habet ſubſtitutionis ſub conditione factæ. Vlp. in l. qui liberis, & in eandem l. Bart. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. r. Sed ea quidem ſubſtitutio, quiſquis mihi hæres erit, idem filio impuberi hæres eſto, ad eum tantum qui ex teſtamento, non qui ab inteſtato hæres extiterit porrigitur d. l. qui liberis, §. hæc verba. Et ideo neque pater, qui per filium, neque dominus, qui per ſeruum hæres extiterit, ad ſubſtitutionem admittetur; neque hæredis hæres: quia non ex judicio veniunt, h. e. ex voluntate teſtatoris. Brech. in l. quiſquis mihi, ff. de verb. & rer. ſign.

QVISQVILIÆ, purgamenta terrarum, & quidquid ex arboribus minoris ſurculorum, foliorum & florum cadit. velut quidquid cadit, author. Feſtus.

QVIVIS, vnus è multis eſt, ſed indifferenter hic vel ille. Spieg.

QVO.

QVO, abſolute, pro per quod, vel pro, quæ res, Celſus vſurpare videtur haud ineleganter in fin. §. fin. l. vlt. ſi cert. pet. dum dicit; quo ſcilicet ſignificat non eſſe cogendum eum accipere judicium, ſi reum locupletem offerat. Spieg.

QVO, quave, pro quemcunque in locum, & quamcunque in partem. Vlp. l 1. de mortuo infer. Prætor ait, quo quave illi mortuum inferre, inuito te, ei jus eſt : quo minus illi eo, eaue mortuum inferre. & ſibi ſepelire liceat, vim fieri veto. Spieg.

QVO bonum eſt ? locutio Iuriſconſultis vſurpata, pro quam ad rem vtile eſt ? Caius l. aliquando, 13. in fin. ff ad Velleia. quo enim bonum eſt, expectare conditionem vel diem, cum in ea cauſa ſit prior iſte debitor, &c. Vlp. l. 3. §. ſi quis ex liberis, ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab. cum enim poſſit ſecundum tabulas habere poſſeſſionem, quo bonum eſt et contra tabulas dari ? Idem l. ſi poſt mortem, 10. §. liberi, eod. Quod enim bonum eſt eis fauere, vt partem faciant nihil habituris ? Scæuola l. ſi duo, 93. ff. de ſolut. Si duo rei ſint ſtipulandi, & alter alterum hæredem ſcripſit, videndum an confundatur obligatio; placet non confundi : quo bonum eſt hoc dicere ? Hotoman. Prat.

QVO caſu, pro qua facti ſpecie. Inſtit. de rerum diuiſ. §. at ſi ita, Spieg.

QVO deſtinauerit quis auferre, deferre, deponere, ſic accipiendum eſt, quo deſtinauerit eo die manere cum eo furto. Paul. l. 4. de furt. & §. 4. verſ. imo vlterius. Inſt. eod. Spieg.

QVO jure, quaque iniuria, Prouerbiale eſſe volunt, quaſi per fas nefas, velis nolis. Vſus eſt eo Terent. in Andr. quo jure, quaue iniuria præcipitem me in piſtrinum dabit. Prat.

QVO magis, pro quo minus. Imp. l. 3. C. de judic. Nihil prohibet, quo magis apud eum quoque diſceptatio terminetur. Item l. 1. C. qui dare tut. Non ideo oportuit impediri, quo magis liberali cauſa ordinata, curator tibi daretur. Hotom. Prat.

QVOMINVS, vt & paulo minus penultima correpta proferendum, vt non, ſignificat l. ſi ego, ff. ſi cert. pet. l. cum ipſe, de excuſ. tut. cum ſimil. Accurſius in l. liber homo, in pr. de verb. oblig. quominus, pro, quam vt, exponit, Sed Papinian. interrogando affirmat. Spieg.

QVO nomine, pro propter eam cauſam, eleganter dixit Pompon. in §. poſt hos quoque Tubero, l. poſter. de origin. juris, Spieg.

QVO pluris adlectio ad modicam ſummam pertinet leg. hæc adjectio, ff. de verb. ſign. Cortius σύμμικτ. tom. 2. lib. 2. c. 7.

QVO tenus, relatiuum diuiſiuum, ſignificat, vſque ad quem numerum: refertusque ad bini, terni, quaterni.

QVOAD, id eſt, quamdiu, vt ait Donatus l. hæc autem, §. non defendi, in fin. ff. ex quib. cauſis in poſſ. eat. At ſi ita. Inſtit. de verb. obligat. Item pro quovſque l. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. l. cum, qui ita, de verb. Spieg.

QVOAD viuam, & quoad moriar, idem ſignificant tametſi contraria eſſe videantur. Rationem habes apud Sipontinum, Vlpian. in l. Epiſt. §. fin. de pact. docet his verbis : vt ei certa quantitas, quoad viueret hæres, præſtaretur, non produci perpetuam præſtationem. Eſt tamen, vbi aliquando rerum quantitatem denotat, & pro quarum, fere cum verbo poſſum, accipitur, Cicero de ſeneċt. quoad potuit, reſtitit, quoad ejus fieri poteſt, hic (eius) parelcon eſt, hoc eſt, ſuperflua vocis additio. Sed apud Iuriſconſultos frequentius eſt, quæ παρέλκον dici poteſt, id eſt, vt Alciat. interpretatur, otioſis : cum aliqua dictio, vel etiam clauſula additur, quæ minime ad rem, de qua agitur, neceſſaria ſit, ita etiamſi ea deſit, nihilominus idem juris fuerit conſtituendum l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig. Spieg. Prat.

QVOCVNQVA die. Vide quia.

QVOCVNQVA tempore, verbum vniuerſale eſt, & omne tempus ſine reſtrictione complectitur. Vide gloſſ. in l. cum pœnam, ff. de arbitr. Bartol. in l. baliſta, ff. ad Trebell. cum ſimil. Spieg. Prat.

QVOD, conjunctio, quia ſignificat. quod quia, pro ſed quia : vt quod cum, pro, ſed cum. Bud.

QVOD dictio, ſuſpendens diſpoſitionem in aliquem futurum euentum, facit conditionem, ſecundum Bartol. in l. 1. colum. 6. verſ. vlterius quæro, de condit. & demonſtr. & propterea egregie multum in propoſito conſuluit Alexandr. conſil. 3. column. 1. & 2. lib. 1. quod ſi pariſcos facere conductori illud reſtaurum, quod faciet talis meus vicinus ſuo conductori, ſeu quod faciet ducalis camera ſuis publicanis : quod ſi vicinus vel camera nullum fecerit reſtaurum, neque ego aliquod tenebor. Sed tamen contrarium in eadem re et cauſa conſuluit late Bart. Socin. conſil. 44. in 1a præſcri, libro 2o Coſta.

QVOD, interrogatiuum & relatiuum eſt, obtinetque interdum vicem appellatiui, id eſt, rem multis communem ſignificans. Vide Bart. in l ſi à certis, ff. de duobus reis, & in l. ſi pater ſilio. Vbi alij doctores de vulg. & pupil. ſubſtit. Spieg.

QVOD relatiuum, junctum verbo futuri temporis, conditionem importare, docuit Bart. in l. inter ſtipulantem, §. ſacrament. verſ. ſi ſtipulatus fuero, ff. de verb oblig. Quæ certe doctrina omnino tuta non eſt, vt Zaſ. oſtendit in ſing. ſuor. lib. 1. Spieg.

QVOD ademptum eſt, nec datum videtur, ſecundum Celſi & Marcelli ſententiam, quæ vera eſt, vt ait Vlp. in l. ſi ita adſcriptum, de leg 1. Spieg. Prat.

QVOD alium facientem prohibere ex officio neceſſe habuit, id ipſe committere non debuit. Vlp. ait, in l. altius, ff ſi ſeruit. vend. Spieg. Prat.

QVO, id eſt, prout, vt in l. ſi quis in metallum, & ibi gl. C. de pœn Io Bell. Etymol.

QVOD fato contigit, cujus patrifamilias, quamuis diligentiſſimo poteſt contingere l. verum, §. ſi locupleti, ff. de minoribus. Spieg.

QVOD in alea luſum eſt, repetitio ejus fit, autor Paul. l. fin. ff. de aleator.

QVOD juſſu nomen eſt obligationis & actionis commune l. ſi tutoris, §. 1. l. ſi juſſu ejus, ff. quod juſſu. Vide Actio quod juſſu. Prat.

QVOD juſſu, perinde atque mandatum multis modis ſuſcipi poteſt, quod Vlp. in pr. l. 1. Quod juſſu indicat. Spieg.

QVOD legatorum interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis eſt, & hanc cauſam continet, vt quod quiſque legatorum nomine non ex voluntate hæredis occupauerit, id reſtituat hæredi. Etenim Prætori æquiſſimum viſum eſt, vnumquemque non ſibi jus dicere occupatis legatis; ſed ab hærede petere, l. 1. §. 1. Quod legat. Rediguntur itaque per hoc interdictum ad hæredem ea quæ legatorum nomine poſſidentur l. 1. ff. eod. nomen à primis interdicti verbis traxit: quæ ita meo quidem judicio concepta erant, quod legatorum nomine poſſidet, aut dolo deſiit poſſidere, &c. Briſſ.

QVOD mei cauſa paratum eſt interpretatur ICtus in l. cum teſtamento, de aur. & arg. leg Spieg.

QVOD non eſt arbitrio in compromiſſo permiſſum, id jubere non poteſt, teſte Alfeno l. arbiter extr ff de recep. Spieg.

QVOD pruerit, præſtet: vt hæc verba accipi debeant, explicat l. 1. ff. de ann. leg. Spieg.

QVOD quis ſciat, vel quod ſcire debeat, paria cenſentur. Bald. in Authen ad hæc, C. de vſur. Sicut & idem judicatur, quod quis rem aliquam habeat, vel habere debeat l. penult. §. cum ita, vbi Bart. de aur. & arg. leg. Spieg. Prat.

QVOD ſi, denotat & juris & facti diuerſitatem l. 1. C. com. diuid. & continuat aliquando præcedentem ſenſum: aliquando vero aduerſatur l. 2. ff. de conſtit. pec. l. præcipimus, verſ. quod ſi C. de appell. Spieg.

QVOD ſine fraude ſua aliorumque fiat, Budæus intelligit, ſaluo ſuo, alienoque jure. Hujus perquam elegantis clauſulæ ſenſum Cæſares noſtri in Diplomatibus, & quidem, vt omnia, craſſiore ſtilo, ſic exprimere ſolet: Noſtris tamen ſacriq; imperij, ac alterius cujuſcunque juribus ſemper ſaluis. Spieg. Prat.

QVOD ab initio non valet, tractu temporis non poteſt conualeſcere, regula eſt ICtorum.

QVOD ſtatuerit, cum effectu accipimus, non verbotenus, inquit Vlp. in l. 1. quód quiſque jur. Spieg.

QVOD ſuum eſt, item quod meum, exponitur in l. quintus, ff. de aur. arg leg. Spieg.

QVOD te mihi dare illis Calendis oportet, ſpondes, quomodo ſit intelligendum, habes in l. qui ſic ſtipulatus, ff. de verb. ſig. Spieg.

QVOD turpiter, vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium hæredis non debet pertinere, in fin. l. quod diximus, ff. Quod met. cauſ. Spieg. Prat.

QVOD vi aut clam, interdictum reſtitutorium eſt, quo qui vi aut clam aliquid moliti ſunt, id reſtituere jubentur, toto tit. Quod vi aut clam. Briſſ.

QVODAMMODO, id ſignificat quod barbare dicitur, aliqualiter, Latine aliquo pacto. Notam autem eſſe improprietatis qui volunt, adducunt text. in §. Cato. l. 4. ff. de verb. oblig. Vide Bart. in l. quod ſine, ff. ſolut. matr. l. 1. ff. rer. amot. l. ſi vt certo, §. fin ff. commod. Zaſ. in Paratitlis ad tit. de rer. diu. in Pandect. Spieg.

QVODCVNQVE, nihil excipit. Cic. de leg. Quodcunque Senatus decreuerit agunto. Spieg.

QVOMODO? interrogatiue, in §. inuenimus enim, in Auth. Vt jud. ſine quoquo ſuffrag. Aliquando pro quacunque ratione l. ſi. ff. de milit. teſtam. Aliquando pro vt, vt in §. liberto, l. ſi adulterium. Ad l. Iuliam, de adult. Spieg.

QVONDAM, particula, vt præſens tempus notat in noſtra lingua, *Vveiland*, aliquando ſubauditur, ne diſpoſitio vitietur, per text. In l. inſula, de acquir. rer. dom. vbi inſula nominatur, quæ jam exiccauerat. Spieg.

QVONDAM, hæc dictio ſignificat mortuum fuiſſe aliquem, c. cum contra, de pignorib. Io. Bell. Etymol.

QVONIAM, cauſalis eſt, vt in l. ſi ita, de cond. & demonſtr. l. non dubium, de leg. 3. l. ſi quis, de verbor. ſignif. Spieg.

QVOQVE, dictio, an ponatur pro etiam, Barto, diſſerit in l. fin. ff. de eo quod certo loco. Quando vero implicet, idem tradit in l. Labeo, in pr. ff. de pact. quib. locis notet ſimilitudinem, Albericus indicat. Spieg.

QVOQVE, ablatiuus priore longa. Vlp. l. 1. de Aqu. cotid. Item ſi quis ait, dum putat tertio quoque die habere ſe jus aquæ ducendæ. Idem de Gland. leg. Quo minus illi tertio quoq; die legere. Sic Cicero in Verrem: quinto quoque anno Sicilia tota cenſetur.

QVOQVO, caſu auferendi, id eſt, quocunque apud Scæuolam in l. Thais. §. Stichus & Dama. ff. de fideicomm. libert.

QVORVM bonorum interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis eſt, quod bonorum poſſeſſori adcommodatur, ejuſq; vis & poteſtas eſt hæc, vt quod ex his bonis quiſque quorum poſſeſſio alicui data eſt, pro hærede aut pro poſſeſſore poſſideat, id ei cui bonorum poſſeſſio data, reſtituere debeat, §. adipiſcendæ. Inſt. de interd. rubri. Quorum bonorum. Briſſ. Adde Forcat. in Necyomantiæ dial. 22. n. 3.

QVORVM legatorum vide col. præced. Quod legator.

QVORSVM, id eſt, ad quam rem, vel ad quid, vt in l. Labeo ait, de ſupell. leg. §. id Tubero, ibi. Nam quorſum ſunt nomina, inquit, niſi vt demonſtrent voluntatem dicentis? Spieg.

QVOTA pars, pro minima parte apud idoneos autores: In jure noſtro modo dimidiam, modo tertiam, modo quartam, vel ſimilem denotat. Spieg.

QVOTANNIS, ſingulis annis l. cum quidam, ff. de vſur. ac ſimil. locis. Sunt tamen qui inter quotannis, & ſingulos annos differentiam conſtituant: quod quotannis tempus & ſpacium continuatum ſignificet: in ſingulos vero annos non continuatum ſpacium, aut perpetuum, ſed per interualla annorum ſecretum ſit. Cæterum Alc. obſeruauit, quod Valla alicubi notauerit. Pomp. atq; Vlp. quot menſibus, vel quot diebus pro ſingulis menſibus, ſingulis diebus ſcripſiſſe. Spieg.

QVOTIDIE. Doctiſſimi authores Orthographiæ tradunt, Old. teſte, Cotidie, non quotidie ſcribendum eſſe. Quamuis. n. à quoto & die componatur, vult tamen q. in c. verti. Sic & ſecutus, dicitur à ſequor, non ſequutus: item locutus, à loquor, non loquutus. Idq; Quintiliano placet & Haloander noſter ſequitur: quorum ſententiam idem Old. amplectitur, à quo diſſentit Goth. in rub. ff. de aqua quotid.

QVOTIDIANVM, id eſt, quod ſingulis diebus accidit. Felinus in procemio Decretalium explicat, quomodo intelligendæ ſint dictiones, quotidie, continue, ſemper, ſine intermiſſione.

QVOTIES, quot vices requirat (vices enim hæc vox ſignat) Bar. tradit in l. eum qui certarum, §. fin. ff. de verb. oblig. Apud veteres quotiens per n. ſcriptum fuiſſe, teſtantur antiqui codices & A. Aug. in lib. emendation.

QVOTIES toties ſignificat infinitatem, vt notat Dy. Albe. Bart. Imo. & Alex. in l. qui bona, §. vlt. ff. de dam. infect. & idem voluit Alexan. in l. ſi Stichum, §. 1. col. 2. ver. nec ob. ratio, ff. de verb. obl. & in l. 2. §. vlt. col. 2. ver. puto, quod intermi. ff. qui ſatiſd. cog. & conſ. 145. quoniam abunde, col. 1. verſic. ſed hoc non obſtante lib 2. Idem quoq; tradit. Soc. col. pen. ver. 6. & vlt. ff. qui ſatiſd. cog. & Pau. Caſt. in l. duobus, §. quod ſi reus ante fin. & ibi quoq; Iaſ. col. pen. ff. de injur. quo in loco ipſe Paul. mouet notabilem, vt promittere faciat de ſiſtendo quoties toties, & ipſe idem Alex. in d. l. qui bona, §. vlt. ff. de dam. infect. & d. conſ. 145. in pr. li. 2. & alij quos in id citat Hippol. Marſi. in l. vnius, §. cognitorum, col. 7. verſ. item & vltra, cum multis ſeq ff. de quæ. vt annotauit Tiraq. in l. Boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſig. 26. limit. n. 2. & 5.

QVOTIESCVNQVE pro quotieſcunque l. 2. §. merito, ff. pro ſocio.

QVOT menſibus & Quot diebus eadem figura, qua Quot annis dicuntur: valentq; in ſingulos menſes & dies, l. 8. §. ſi cui non nummus, ff. de tranſactio, l. 12. §. nouiſſime, ff. quando dies leg. ced. Cato de re ruſt. c. 43. Et circum capita oleagina quot menſibus vſque donec pruinæ erunt, fodere oportet. Sic & Vitruo. li. 9. cap. 4. & lib. 10. c. 7. locutus eſt Briſſ. annotauit vero & id Brodæus Miſcell. lib 2. c. 15.

QVOTVPLVM, & ad menſuram, & ad pondus refertur.

QVOTVS, quo numero, quo ordine ſit, interrogat. vt, Quoto gradu es? Vide c. vlt. ext. de conſang. & affin.

QVOTVS autem quiſque, cujuſcunq; ſit conditionis & ordinis. Quotus enim non tantum ordinem dignitatis, ſed & minimum ſignificat. Sic Catanæus teſtatur, inueniri apud Plinios vtroſque, Tacitum, Senecam, Martial. In fœminino genere, hucuſque tantum, pro re minima annotauit: præter apud Oratium in Serm. vbi hora quota, ſignificat ordinem: & Cic. in Rhetor. Quarta noctis hora. Spieg.

QVOVSQVE, dictio, quæ alicubi in Conſtitut. improprie ponitur. An quandoque conditionem faciat, Batt. diſſerit in l.

centeſi

centeſimis, §. fin. ff. de verb. oblig. & in leg. fin. ad Tert. Spiegel. Prat.

Qvvm commodum erit, datis filiæ meæ, tibi erunt aurei centum: putaſne protinus nuptiis factis dotem peti poſſe ab eo, qui ita dotem promiſit? Quid ſi ita promiſiſſet, quum potuero doti erunt. Quod ſi aliquam vim habet poſterior obligatio, poſſet verbum quoquomodo interpretari: vtrum ære alieno deducto, an ex toto. Proculus putat, quum dotem quis ita promiſit: cum potuero tibi doti erunt centum, æſtimo id quod actum eſt ad interpretationem redigendum eſſe. Nam qui ambigue loquitur, id loquitur, quod ex his quæ ſignificantur ſenſu propius. Eſt tamen, vt hoc eum ſenſiſſe exiſtimem, deducto ære alieno potero: poteſt etiam illa accipi ſignificatio: cũ ſalua dignitate mea potero: quæ interpretatio magis accipienda: ſi ita promiſſum: quum commodum erit, hoc eſt, quum ſine incommodo meo potero. Proculus de verb. ſig. Maffeus.

Qvvm potuerit fari: & poſtquam fari potuerit: inter has conditiones multum intereſt, poſteriorem ſcripturam vberiorem eſſe conſtat: quum fari potuerit, arctiorem, & ad id tantummodo tempus ſignificari quo primum fari poſſit. Vlp. de verbor. ſig. Maffeus & Conn lib. 3. c. 12. n. 8.

R.

R Literam ab Appio Claudio inuentam Pomponius ſcribit in l. 2. §. juris ciuilis de orig. jur. eoque factum, vt qui antea Valeſij, Fuſij, Papiſij, Auſelij dicebantur: poſt Valerij, Furij, Papirij, Aurelij vocitati ſint. Cujus rei teſtes ſunt Cic. lib. epiſt. 9. Macrob. lib. 3. c. 2. Varro de ling. Latin. 6. Liuius lib. 3. Feſtus 1. Pratejus.

R A.

Rabies Feſto lib. 16. eſt morbus caninus. Transfertur & ad homines, pro impotenti furore, Impp. in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. pro impotenti impetu vſurpant, dum dicunt: Sed aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie conſtrictus, ſe præcipitem dedit.

Rabvla, inquit Feſtus, dicitur multis intentus negociis, paratus ad radendum auferendumque: vel eſt in negociis agendis acrior, quaſi rabioſus: quales ſunt clamoſi aduocati pecuniæ corruſcatores, nonnunquam & pro aduocato, & pro cauſarum patrono in foro accipi ſoles: Cic. in orat. Non enim declamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum & perfectiſſimum quærimus. Idem 1. de orat. Non enim cauſidicum neſcio quem, neq; proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone noſtro conquirimus: Nec alia ratione putandum, quam quod radant, id eſt, offendant aures, & vt ait Quintil. nimia verboſitate feriant. Vnde & Cic. ibid. Quaſi rabulæ, inquit, qui ſibi diſerti non videntur, niſi omnia tumultu & vociferatione concuſſerint. Vide Barbar. caſtigat. in Plin. c. 18. lib. 14. Ferrar. Montanus Inſtit. de injur. deſiderat quempiam Herculem, qui magnam orbis partem rabulis hominum æruſcatoribus, atque harpyiis eripiat. Ioann. Bapt. in comm. epiſt. Apollin. de Claudian. lib. 4. a rabie dictos ait: Et eſſe nugatores, loculeios, cauſidicos, qui inter garriendum & vellicandum ſinum conſpuunt, linguam rotant & dentes acerant.

Racha, iis qui Hebraice callent, interiectio intelligitur fuiſſe, animi indignantis? Quaſi dicatur, malum tibi ſcilicet eueniat, diſtortus, vel iniquus es. Vide Auguſt. Tract. lib. in Ioannem. Chryſoſtomum latius in Math. 5. Homil. 11. c. Diuus Baſilius ait eſſe hoc verbum ſuæ regionis populo peculiare, leujores conuicij gratia aduerſus familiariter vſurpatum.

Radere in duodecim Tabulis eſt vnguibus dilaniare, diſlacerare, verba legis hæc, Mulieres genas ne radunto. Radere barbam l. item Mela, ff. ad leg. Aquil. tondere ſignificat. Prat.

Radar nummos, vide l. quicunque, 8. ff. ad leg. Corn. de falſ.

Radices vide paulo infra Ramorum.

Radices agere & porrigere, item radices immittere, l. 5. §. de arbore ff. de rei vind. §. ſi Titius, 32. Inſtit. de acquir. rer. dom.

Radicitvs, à radice, vel vſque ad radicem, *πρόρριζα* pro omnino ponitur, l. furtim. §. 2. ff. arbor. furt. cæſar. Sic radicitus amputari in l. C. de formul. & impetration. actionum ſublat. & radicitus excindere in l. 7. § 8. C. de cur. furioſi.

Radiis maritorum coruſcare in libris noſtris dicuntur mulieres, in quibus honor mariti fulget, velut quodam radio ſolari, qui eas conſpicuas facit. Prat.

Ramentvm, tenuis cujuſq; rei particula. Ramenta fluminum, dicuntur minutulæ arenæ partes. Spieg.

Ramorvm appellatione veniunt quandoque radices propter identitatem rationis, Gothof. ad l. 1. C. de interdict. vide paulo ante Radices.

Rancor, qua à Sorbonicis Canoſticis, & vulgo ſignificatione ponitur, non eſt Latinum, neque Græcum, neque Hebræum: ſed Raudenſe, vt feſtiue dixit Eraſm. Latinis putre eſt ex vetuſtate, putredine, corruptioneve natus. Spieg.

Rapacidæ, imitatione patronymicorum, homines rapaces appellantur, loco comico ficti, vt Æacidæ dicuntur ab Æaco. Plaut. in Aulul.

Rapacidarum, inquit, ubi tantum ſiet in adibus.

Turneb. aduerſar. lib. 6. c. 16.

Rapax nomen apud Cicer. in Lælio non ſonat injuſtum, aut *πλεονεκτικόν*, ſed quod ſtudio & arte, ſiue vi quadam ſua & natura alliciat ad ſe quippiam, cujus deſiderio teneatur. Nihil eſt enim, inquit, appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius quam natura. Prat.

Rapere verbum plerumq; vim majorem ſignificat, l. 1. l. 2. §. 1. § ſi per vim, l. fi. ff. vi bo. rap. Inſt. eod. l. 3. §. non tantum, ff. de incend. Sed tamen pro re ſubiecta ſæpius ad leuiorem & quaſi vim, etiam eam, quæ effectu non fortita non eſt, refertur, per l. 9. ff. de verb. ſig. d. l. 3. §. non ſolum, l. ſi quis ex domo, ff. de furt. Nam ſi quid frangatur, vel ſciſſum ſit, etiamſi vi atroci non fiat, raptum tamen dicetur, quia ruptum eſt, & loco ſuo motum, d. l. 5 §. non ſolum, l. 3. ff. ne quis eum qui in jus voc. Rapere enim dicitur, quaſi è manu capere, tollere, & auferre, ſiue remouere, d. l. 2. l. 4. ff. ne quis eum qui in jus, d. l. 3. §. non ſolum, Weſembec. Inſt. de vi bon. rapt. Itaque is etiam rapuiſſe dicitur, qui conſilio vel mancipio perſuadet, vt ſe abduci patiatur, aut à domino ſuo fugiat, l. 15 §. comitem, ff. de injur. cauſ ſi. 36. qu. 1. l ſi quis ex domo, de furt. l. vn. ff. de rap. virg. d. l. 4. ff. ne quis eum qui. Quo ſenſu D. Auguſt. Quæ inueniſti, inquit, reddenda ſunt. Quod ſi non feceris, ea rapuiſti: cum feceris, quantum potueris, vt ſi plus inueniſſe, plus capuiſſes, c. ſi quid inueniſti, 14. quæſt. 1. Gœddæus ad l. 9. n. 12. 13. de verb. ſig.

Rapere, ducere, trahere, inter ſe differunt: Nam ducimus volentem: trahimus nolentem: at rapimus etiam eum, quem & ducimus & trahimus etiam non reluctantem; ſiquidem ejus ſumus animi, vt ſi ſequi nolit, aut ſe duci vel trahi non patiatur, velimus violentiores manus injicere, d. l. 3. §. non ſolum, ff. de incend. ruin. Deinde etiam in eo differunt, quod & ducere & trahere dicantur ſiue alicujus partis læſione: ſed ruptum etiam dicatur, licet nihil ductum pertractumve ſit, modo aliquid ſit per fracturam vel ſciſſionem loco motum. Vnde eſt, vt ſi quis in jus vocatum ſaltem ita pallio retineat, vt inde rupturam accipiat, propter quam pallio in publico vti non liceret, nec ejus gratia comparere poſſet, exemiſſe cedatur, per text. in l. 9. de verb. ſign. Dd. ad l. 1. & l. 4. ff. ne quis eum qui in jus voc. Gœdd. d. loc. n. 16.

Rapere in materia de in jus vocando, non ſolum de vi maiore, de qua Robert. c. 1. lib. 3. ſentent. jur. tantummodo interpretatur, accipiendum eſt, ſed *ἐν πλάτει*, & frequentius de moderata etiam violentia. Eſt enim verbum medium, quod tam in bonam quam in malam partem accipi poteſt: licet Raptus & Rapina ſæpius & prope ſemper in malam partem trahantur. Ideoque ſi quis vexandi gratia, quaſi in jus ducendus, apprehenſus eſſet, licet non abductus fuiſſet, attamen aliquid eſſet ei fractum vel ruptum, injuriarum actioni locus foret, l. injuriarum, l. item apud, §. ſi quis non debitorem, ff. de injur. Gœdd. d. loco, n. 17.

Rapere in pejorem partem, Donatus apud Terent. interpretatur, pro vitio dare, & vituperare. *Zum vbelſten, argſten, oder boſslichſten auſslegen.*

Rapere in jus, idem quod in jus vocare vel trahere. Gœddæus d. loco nu. 2. 3. 4. vnde apud Horat. lib. 1. ſerm. ſat. vlt. Rapit in jus clamor vtrinque. Et apud Plautum legimus, Rapere ad prætorem: & apud Cicer. Rapere ad pœnam, pro punire, in orat. pro Flac.

Rapere virginem, eſt ei vim inferre & violare: cui Pontificio jure licet ſuo raptori nubere, c. fi. extr. de juram. calum.

Rapere & furari, parum *τῷ λόγῳ* differunt: atq; alterum pro altero promiſcue frequenter accipimus. Niſi quod rapere, eſt vi auferre: furari vero, eſt rem inuito domino, & ignorante ſubtrahere. Et Paul. lib. 38. ad edictum, in l. dunb. §. ſi quis, de jurejuran. contendit aliud eſſe rapuiſſe, aliud item furtum feciſſe. Sed in §. 1. Inſtit. vi bonor. raptor. ſcribitur raptum & furtum idem ſignificare. Hanc quidem Antinomiam (ſi qua ſit) ſoluit Accurſ. in d. §. ſi quis, vt intelligatur Iuriſconſ. voluiſſe ſentire bis verbis, aliud eſſe rapuiſſe, aliud item poſſe. Quæ mihi ieiuna quidem & frigida videtur ſolutio. Ego ſane verius exiſtimarem furti & raptus differentiam, ex vi & proprietate verborum oriri. Multum ſiquidem intereſt quis rem de manibus poſſidentis vi abſtulerit, id eſt, rapuerit, an vero clam & ignorante domino, quod furari proprie appellandum eſt, vide Vulteium in commen. Inſt. ad proœ. de bonis vi rapta, nu. 2. Dicuntur autem immobilia inuadi: mobilia vero rapi. §. pen. Inſt. vi bon. rapt. & gloſ. in l. 1. de cond. tritica. Brech. in l. Marcellus, de verb. & rer. ſig.

Raphaelas Iuriſconſulti duo celebrantur, alter Fulgoſius, Comenſis alter: quorum vterque Patauij jus ciuile profeſſus circiter annum 1420 Prat. Hot.

Rapi aliud eſſe, & aliud amoueri palam eſt, ſiquidem amoueri aliquid etiam ſine vi poſſit. Rapi autem ſine vi non poteſt. Vlp. de incend. ruin. nauf. Maff.

Rapi proprie dicuntur juuenes quorum funera ſunt immatura.

Rapi Feſto lib. 16. ſimulatur virgo ex gremio matris, aut ſi ea non eſt, ex proxima neceſſitudine, cum ad virum trahi-

tur: quod videlicet ea res Romulo ceſſerit. Prat.

RAPTO oculis in fraudem, hoc eſt, ſtatim re aliqua viſa, fraudem aliquam cogitare. Cic. de aruſp. reſponſ.

RAPIDVS animal. l. 1. C. de quadr. præſcript.

RAPINA eſt delictum, quo quis alieni inuito, cujus intereſt, rem per vim rapit. Vultejus in com. Inſt. ad tit. de bonis vi raptis, in prin. n. 3. differt autem à furto, I. Quod furtum latenter & clanculum fit: Rapina impudenter & vi. II. Furtum aliud eſt manifeſtum, aliud nec manifeſtum: Rapina non niſi manifeſta. III. Furti pœna non vna eſt, ſed modo quadrupli, modo dupli: Rapinæ pœna vna eſt tripli. IV. Furti actio ſolam pœnam ſine reipſa perſequitur: Rapinæ vero ſimul & rem & pœnam. V. Furti actio manifeſti, prætoria eſt: nec manifeſti, ciuilis: rapinæ actio tota honoria eſt. VI. Furti actio perpetua eſt: Rapinæ vero, annua §. 1. Inſt. vi bon. rapt. §. ex maleſic. Inſt. de actionib. Adde Peckium l. 3. nu. 6. ff. de incend. ruin. naufrag. Prat. Vult. d. loc. n. 2.

RAPINA ad rem: Raptio, ad perſonam refertur. Bart. in l. ſi quis ex domo, ff. de furt. diſputat non inutiliter, an rapina ſit priuatum delictum. Item ne ſit ſpecies furti, inueſtigat in l. duobus, §. ſi quis jurauerit, ff. de jurejur. Receptum eſt, Rapinam majus furto eſſe delictum, l. ſi cum except. §. qui vim, ff. quod met. cauſ. magis enim rem inuito domino contrectat qui vi rapit, quam qui clam amouet §. 1. Inſtit. vi bon. rapt. Sp. Pr.

RAPINAM facere in l. 88. §. 16. ff. de leg. 2. quidam exponunt bona alicujus rapere: alij vero, vt Pulnæus in lib. de rer. alienation. pro rapos ſerere, vel locum illis ſerendis parare, quod multis probatur. Sic enim ſcribit Iuriſconſultus, Scis vnum fratrem tuum filium noſtrum occidiſſe, dum ei rapinam facit. &c. Ita enim augetur facinus interfectoris, qui etiam de ſe bene merentem interfecit. Prat.

RAPINA committitur in rebus tantum mobilibus, cum immobilia inuadi dicantur. Vult. in comm. Inſtit. ad tit. de bonis vi raptis, in princ. n. 5.

RAPINA fortuitis caſibus adſcribitur, l. 30. ff. ad leg. Falc.

RAPIT, qui ſcindit, frangitue vi adhibita: vel eo animo, vt ſi prohibeatur, vim adhibeat, l. 4. §. ſolum, de incend. Alioqui rapere, eſt etiam de manibus auferre, l. 4. ne quis eum, qui in jus voc. Et qui verbis puellam ſeducit, eam rapuiſſe dicitur, c. ſin. 36. q. 1. per tot. Sed & furari, rapere eſt, l. ſi quis ex domo, de furt. ex commen. Alc. in l. Marcellus, de verb. ſig. Spieg.

Ῥαπίσματα Iuſtinian. appellat colaphos, quibus cædi liberi cum manumitterentur, ſolebant, l. vlt. C. de emancip. & Nouel. 81. opinor, quod abdicationis genus quoddam eſſe videretur, qua Græcos ſolos vti conſueuiſſe, ſuo loco monuimus, hunc tamen cædendi morem etiam in ſeruorum manumiſſionibus ſeruari ſolitum, Iſidorus teſtatur, li. Etymol. 9. c. 4. Cornutus in Perſium: Quoties, inquit, manumittebant, eos alapa percuſſos circumagebant, & liberos confirmabant. Vnde manumiſſio dicta eſt, eo quod manus eis immitteretur. Claudianus in lib. 4. C. de Conſul. Honorij:

——— Famulusq; jugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat ſecurior ictu.
Triſtis conditio pulſata fronte recedit
In ciuem, rubuere genæ, tergoq; remouit
Verbera promiſſi felix injuria voti. Hot.

Balduinus autem in Iuſtiniano ſuſpicatur, eo verbo potius ſignificari ipſos ictus vindictæ, hoc eſt, virgulæ prætoriæ quales conſtat olim in manumiſſionib. interueniſſe. Nam & apud Græcos *ῥαπίζειν* plerunq; ſignificat *ῥαβδίζειν*. vide Cujac. 5. obſ. 13. Goth ad d. Nou. 81. in præfation.

RAPSERA, antiquum verbum, pro rapere. Cicer. de legibus. Sacrum ſacroue commendatum qui clepſerit, rapſeritue, parricida eſto. Spieg.

RAPTOR proprie dicitur, qui res alienas vi rapit ac aufert. Eſtq; improbior fure: Ideoq; Iulianus recte Vlp. raptores vocat fures improbiores, l. 2. §. cæterum. ff. de vi bonor. raptorum, & Iuſtinianus in princ. Inſt. eod. tit. improbos: Ipſeq; Vlp. in l. 1. ff. de effract. & expilat. atrociores, Vultejus ad §. 1. nu. 5. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.

RAPTOR tum demum manifeſtus fur intelligitur, cum ſolus vel coactis hominibus armatis vel inermibus palam rapit & extorqueat rem ſuam præſenti & reſiſtenti vel reclamanti. Vultejus in comm. Inſt. t. de bonis vi raptis in pr. n. 12.

RAPTOR cur dicatur mitius puniri quam fur, vide omnino Vultejum jam d. loc. no. 13.

RAPTOR ſpecialiter is dicitur in jure noſtro, qui virginem, vel viduam, vel ſanctimonialem rapit, eique vim infert. vnde *βιαζόμενος* Græce dicitur. Titulus eſt li. 9. C. de rapta virginum, ſeu viduarum, nec non ſanctimonialium. Committitur autem raptus violenta fœminæ abductione libidinis explendæ cauſa. Qui ſi committatur in fœmina honeſta, cujuſcunque conditionis illa ſit, & ſiue ſit deſponſata, ſiue non, vltimo ſupplicio punitur, leg. qui cœtu, §. §. final. ff. ad legem Iuliam de vi public. leg. raptores Cod. de epiſc. & cler. leg. vnic. C. de rapt. virg. Nouel. 123. ca. 43. & in Conſt. Carolin. artic. 118. & præterea omnia bona ipſi adimuntur, dict. l. vnic. quæ cedunt raptis, ſi ingenuæ ſint, aut ſi ſint virgines deuotæ, cedunt monaſterio ſeu Eccleſiæ. Libertinis tamen vel ancillis raptis, bonorum publicatio ceſſat. Conſcij vero & miniſtri raptus gladio feriuntur ſiue nolentibus ſiue volentibus fœminis hoc fecerint: parentibus, ſi patientiam præbuerint, deportatione plectendis: ſed ſi quis inter hæc miniſteria ſeruilis conditionis fuerit deprehenſus, citra ſexus diſcretionem crematur, vt ex dictis locis probatur, Vulteius ad §. item lex Iulia de vi 8. nu. 4. Inſt. de publ. jud. Inter raptorem & raptam matrimonium eſſe non poteſt propter flagitij enormitatem, l. vnic. C. de rapt. virg. tametſi in hoc per jus canonicum à jure ciuili receſſum ſit, Vulteius in comment. Inſt. ad tit. de nuptiis in princ. num. 36.

RAPTVM dicitur, quod per vim ablatum eſt. Eripereque eſt de manibus auferre per raptum, l. 4. ff. ne quis eum qui in jus vocat. Et ita in tit. vi bon. rapt. hoc verbum accipitur. Briſſ.

RAPTVS, id eſt, violentum ſtuprum, non in virginem tantum, ſed & viduam, & ſanctimonialem: & ſic in perſonam non autem in res: vide Vultejum ad prin. Inſt. de bonis vi rapt. n. 6. & paulo ante Raptor ſpecialiter.

RARO, aduerbium, pro non ſæpe, inſolenter. Iuriſconſ. in tit. de legib. Perraro eleganter oppoſuit Frequenter. Nam ad ea, inquit, potius debet aptari jus, quæ & frequenter & facile, quam ad ea quæ perraro eueniunt. Quorum quidem verborum ſenſum, quem recentiores ICti induxerunt, non ſatis probat Alciat. c. 8. lib. diſpunct. 2. euidenter demonſtrans, ad quos caſus pertineat.

RARVM, pro præclaro & præſtanti, quod non vbique reperiatur. Itaque rarum, eſt vulgari contrarium, recte Cicerone in Topic. Spieg.

RASTA, Germanica vox indicante D. Hieronymo. Sic enim in comment. in Ioel. Nec mirum, ait, ſi vnaquæque gens certa viarum ſpacia ſuis appellet nominibus, cum & Latini mille paſſus vocent, & Galli Leucas, & Perſæ Paraſangas, & Raſtas vniuerſa Germania, atq; in ſingulis nominibus diuerſa menſura ſit. Spieg.

RASTRI, Alfenus, Cornelium (inquit) reſpondiſſe aiebat: palos, perticas, raſtros, ligones, inſtrumenti vineæ eſſe. Vide Seruium ſuper illud, Multum adeo raſtris glebas qui frangit inertes. Spieg.

RASVRA quando vitietur inſtrumentum docet Bart. in l. fin. §. ſin autem, C. de edict. diui Adriani toll. Quando vero propter teſtamentum ſuſpectum reddatur, tradit in l. ſi vnus, C. de teſtam. Spieg.

RASTRVM. Lege Bidens.

RATA, contingentem portionem ſignificat, l. 4. & 6. ff. ſi pars hered. petat. l. 10. §. idem quærit. ff. de in rem verſ. l. 3. ff. de alim. legat. l. 14. ff. qui potio. in pig. Briſſon.

RATA parte, quod volgus ad æquipollentiam ſiue contingentem portionem & etiam pro rata dicit, Latinam vocem vſurpans Vlpian. in l. ſi ſeruus in fin. ff. ſi quis caut. Verum ſi pro rata, inquit, vnius offeratur pœna. Sic idem in l. in his vero, de ſolutio. & ſimilibus locis. Interpretantur autem pro portione, quæ quandoque eſt virilis, quandoque hæreditaria, de quo Bald. in l. ſi. C. de impub. & aliis ſubſtitut. Spieg. Prat.

RATÆ preces, id eſt, exauditæ. Bud.

RATA teſtimonia & irrita opponuntur, l. 6. §. quæ ſi quis, ff. de injuſto rupto.

RATAM rem habere, hoc eſt, comprobare adgnoſcereq; quod à non vero procuratore nomine noſtro actum eſt, l. 15. ff. rat. rem hab. Idq; non verbis tantum, ſed & facto explicari poteſt, l. 5. ff. rat. rem hab. Et ita in ſtipulatione, qua procurator cauet rem ratam dominum habiturum, hoc verbum accipimus. Quæ & de rato cautio & ſatiſdatio de rato vocatur, l. 23. ff. de admin. tut. l. 22. §. ſi pater, ff. ſolut. matr. & ſtipulatio de rato habendo in l. 2. ff. rem rat. hab. qua promittitur, vt Theophilus in tit. de ſatiſda. loquitur, *εἰς κύρια καὶ βέβαια τὰ παρ' αὐτοῦ πραχθησόμενα ὁ δεσπότης ἕξει ὑπόσχεται*. Briſſ. Prat.

RATAM rem habere. Hic loquendi modus ſtipulationem prætoriam in ſe potiſſimum habet. Hæc enim ſtipulatio interponitur auctore Prætore, vt judicium ratum fiat, quæ exigitur ab eo, qui alieno nomine agit. Vide tit. de ſatiſd. Inſtit. lib. 4. Verbum agere hic accipitur late, & complectitur quoque ſtipulationes prætorias l. non ſolum, tit. de ratihabitione. Hoc accipiendum eſt, ſi dubium ſit an is qui agit mandatum habeat. Nam ab eo quem conſtat procuratorem eſſe, dicitur in l. ne ſatiſdatio, tit. eod. non exigetur hæc ſatiſdatio, de qua hic loquimur, quia verendum non eſt, vt ratum habeat dominus. Non enim poteſt retractare, quod ſemel mandauit. Idem dicitur in l. 1. C. de proc. Hinc fit, vt ne à tutore aut curatore exigatur in l. actor. d. tit. de ratihabit. Sunt tamen aliqui caſus, in quibus etiam cogitur procurator rei ſatiſdare, l. ſed & cæ, §. vlt. & l. ſeq. l. non ſolum, d. tit. de procurat. vbi periculum eſt, ne agat reus. Extant etiam duo loca ſub hoc tit. in l. tutore, & l. procuratore, §. vlt. Hæc cautio exigenda eſt à Procuratore ante litem conteſtatam, poſt conteſtationem litis exigi non poteſt, l. Pompo. §. ratihabitionis, tit. de procurat.

Quæritur

Quæritur etiam quæ ſit formula huius cautionis? Hæc cautio ſatiſdationem requirit, fideiuſſoris ſcilicet dationem, formula deſcribitur in l. procurator. Cautio ratum habere & amplius non agere pro eadem cautione habeatur, quod ex d. l. colligitur, quam adduximus in lectione publica in l. 4 §. Cato, de verb. oblig. Scierus ex Lecturis Duareni nonuum impreſſ. ſuper. tit. de rat. hab.

RATEM inter naues ponit Vlp. in l. 1 § magiſtrum 2. ff. de exercitor. Vide L. Bayſium in l b. de re naual. Prat.

RATIARIVS, à rate dicitur, vt nauicularius, non opifex, ſed negotiator. Vide Paulum in l. qui ratiario de pig. act. & Bud. in l. 1. §. nauem, de exerc. act. Spieg.

RATIFICARE, quod actum eſt confirmare, *Beſtettigen. Beſeſten.* Veteres ratare dicebant: vnde eſt irritare, contrarium. Spieg.

RATIHABITIO, approbatio eius, cum eo geſtum eſt qui egit procuratorio nomine. Prat.

RATIHABITIO, ſeu vt vulgo dicitur, Ratificatio, inſtar mandati eſt, l. ſi C. Macedon. Bartol. in l Pomponius, ff. neg. geſt. & Laudſr. Barb. deciſio. 116. Centur. 5. Eius autem natura eſt, vt retrotrahatur, l. 4. & 5. C. de pignorat. act. Hæc quæ operetur, ſub pœna promiſſa, pulchre declarat Zaſ. in §. Cato. de verb. oblig. Generaliter effectus ratihabitionis eſt, vt voluntatem noſtram declaramus, & negotium, quod alioqui ad nos nihil pertineret, noſtrum faciamus: non autem, vt approbare videamur qualitatem geſtus. Quod qui ratum habet geſtum, is non ſtatim probet id, quod dolo malo, vel lata culpa geſtum eſt l. Pomp. 1. ff. neg. geſt. Spieg.

RATIHABITIO à iuſſu & auctoritate diſtinguitur: Iuſſus enim eſt conſenſus negotium antecedens: auctoritas eſt conſenſus in ipſo negotij actu interpoſitus: Ratihabitio eſt conſenſus, qui negotium perfectum inſequitur, l ſi. ff de bonorum poſſeſſ. l. ſi quis 6 §. iuſſu, ff. de acquir. vel amit. poſſ. Vulteius in comment. Inſt. ad tit. de nuptiis, in princ. n. 22.

RATIO triplicem ſignificationem habet principaliter: Primo itamque accipitur pro vi illa animi, qua homo à cæteris animalibus diſtat. II. Ratio ſignificat cauſam, quæ demonſtrat verum eſſe id, quod intendimus breui ſubiectione. III. Ratio ſumitur pro reſpectu ſeu conſideratione eius, quod conuenit rei, vt in l. 1 §. interdum autem, ff. ſi quadrup. paup. feciſſe dicatur. Nonnunquam etiam ratio, accipitur pro forma, modo, via: Saluſtius. At ego vobis (inquit) ſi modo vultis eſſe viri, rationem oſtendam, qua tanta iſta fugiatis pericula, Old. l. quid vero ff. de legib.

RATIO dicitur certa & expreſſa in l. vel ſtatuto, quando vnica tantum poteſt reddi, Bald. in l maximum vitium, in 4. col. in princ. C. de lib. præter. argumento l. ſeruus qui locatus, & l. ſeq ff de fund. inſtruct. Alexan. in l. ſi conſtante, in princ. in 5 col. verſic. fortius, ff. ſolut. matrimon. & l. mutu. col. 3 verſic. Paulus de Caſtr. in conſ. 48 viſis & oportune digeſtis in 1. col. li. 1. & conſ. 14. animaduerſi, in vlt. verbis, in 2. li. & conſil. 50. viſis actis col. 4. lib. 2. & conſil. 185. viſo iii. col. 1 circa medium li. 2. & conſil. 190. mature digeſtis, col. pen. cod. lib. & in l. ſerui electione. §. 1. col. 1. de legat. 1. Decius conſil. 15. col. 3. verſ. 2. principaliter, & conſil. 64. col. 1. Dom. Felin. in c. 3. ad fin. de conſtit. & in cap. ſi quando, col. 8 verſic. conſidera nono. de reſcriptis, & Curt. conſil. 15. ex quo dictus Franciſcus, col. 3. verſic. vbi enim vnica, &c. lib. 1. & in conſil. 217. Quintaeus de Auchona col. vlt. lib. 3.

RATIO, eſt certa veritatis demonſtratio. Vnde rationem quærere his, quæ ad ſenſum probantur, infirmitas rationis eſt, vt pulchre dixit Bald. l. 1. C. de ſeruis fugit. Lex vero, omne quod ratione conſiſtit Salomon. in §. reſponſa. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Prat.

RATIO, alia eſt neceſſaria, alia probabilis. Neceſſaria, quæ vera, vel efficax eſt: vera naturalis: efficax, legibus vel moribus probata. Probabilis autem, quæ veriſimilitudinem ducem habet, ſecundum Boethium, & diuum Auguſt. vt à Salomon. citantur. Spieg.

RATIO accepta atque expenſi computata in fine, l. emptor, ff. de pact. Spieg.

RATIO conſtare dicitur, quando æqua & legitima cauſa reddi poteſt. Ex Caraußo. Spieg. Prat.

RATIO diſputandi in iure, & rigor iuris, idem ſignificare videtur. Vide Iul. in memorabili l. ſi ita vulneratus, ad leg. Aquil. in ea enim diſerte ponit, Multa iure ciuili contra ſtrictam rationem diſputandi, pro vtilitatem communi recepta eſſe. Spieg. Prat.

RATIO impleita, cuius accepta atque expenſa nondum ſunt computata. Scæuola in l. emptor prædij, § 1. ff. de pact. Old. Pr.

RATIO, inquit Labeo, eſt vltro citroque dandi, accipiendi, credendi, obligandi, ſoluendi ſui cauſa negociatio, l. ſi quis ex argentarijs, § rationum, ff. de ed. Itaq; non dicitur ratio, ſi quis ſcribat priuatim, Petrum (puta) ſoluiſſe decem tali die. Prat. vide Goedd. ad l. 55 n. 4. de verb. ſign.

RATIO legis, eſt idem quod mens l. gis l. cum mulier, & ibi Bar. ff ſoluto matrimon. Quanquam Alciat. indicat, differentiam in commentarijs ad leg. nominis & rei, de verb. ſign. Non eſt autem ratio legis inueſtiganda, vbi certa liquet legis diſpoſitio: niſi agatur de proferenda lege ad caſus non expreſſos, tollendaq; legum contrarietate, per optimum teſte Salomonio text. in c. 2. C. de vet. iur. enucl. tum & abſurdi, aut iniquitatis vitandæ cauſa, l ſcire oportet, §. aliud, ff. de excuſ. tut. Spieg.

RATIO legis anima eius eſt, nec magis lex ſine ratione, lex dici poteſt, quam exanimatum corpus homo, l. cum mulier, ff. ſolut. matrim. Eberh à Middel in loc. à ration l. Iuſta quoque ratio non patitur, vt legis mente & ſententia neglecta, nudis atque adeo aridis inhæreamus verbis, Goeddæus ad l. nominis 6. § 1 n. 15. de verb ſign.

RATIO non minus monere debet iudicem, quam lex Siquidem vbi lex non eſt, ratio naturalis tacita quædam lex eſt, inquit Paulus in l cum ratio, ff. de bon. damnatur. Spieg. Prat.

RATIO poni dicitur, id eſt, iniri, & computari, l. 5. § ſi ſeruus, ff. ſi quis teſta lib. l. 2. §. quod de frumentaria, ff. de admin. rer. ad ciuit. l. 41. § 1 ff de euict. l. 12. l. 15. §. quod autem, ff de admin. tut. l 89 ff. de ſolut. Briſſ.

RATIO putari dicitur, in qua ſumma ſit puta, vt Varro lib. 5. de ling. Latio. ſcribit, vel vt Nonius Marcel in qua fraudis, aut falſi, aut mendacij, aut iniqui aliquid ſeparatur & expungitur. Sic in l. 7. ff. de contr. empt accipienda ſunt hæc verba. Si rationes domini arbitrio putet. Cato de re ruſt. c. 5. Rationem cum domino crebro putet. Plaut. Aulular. Ratio putatur cum argentario. Briſſ.

RATIO æraria apud Ciceronem in Quintian. eſt, vt ſcribit Turneb. aduerſ. lib. 7. c. 14 Cum in aſſium numerum ſumma redigitur, vt verbi gratia, ſi centum millia æris deberi dicantur. Hoc co per te agebatur, inquit Cicero, quod propter ærariam rationem non ſatis erat in tabulis inſpexiſſe, quantum deberent, niſi ad Caſtoris quæſiſſet, quantum ſoluerent, decidis, ſtatuiſque tu propter neceſſitudinem, quæ tibi cum Scapulis eſt, quid iis ad denarium ſolueretur? Hæc Cicero. Fac igitur centum millia æris debita fuiſſe Scapulis ex æraria ratione: eam ſummam ſibi in ære numerari nolebant, in argento optabant: nemo eſt, eum, qui non magnam ſummam in argento, quam in minuto ære habere malit. non recuſabant debitores, ſed aliquid deduci volebant, ſi ad denarium ſoluerent. Erat enim denarius argenteus, & in argentaria ratio, vel ad denarium fiebat, vel ad ſeſtertium. Voluſius. Quare ſi ad denarium rationem conficies. Et ſi prius inſpexeris, ad quem modum ſeſtertiaria ratio conficeretur. Aliter illum Cicero. locum legit Hot. Nam pro his verbis, Ni ad Caſtoris quæſiſſet, legit, niſi à quæſtoribus quæſiſſes; tum & ærariam rationem exponit, diſſimilitudinem pecuniæ Romanæ à Gallicana. Et illud ad denarium, id eſt, ad rationem pecuniæ Romanæ. Prat.

RATIO ſi non eſt ſcripta in lege, non poſſumus nos ſuper ea fundare, Bald. in l. ſi defunctus, C. de ſuis & legit. Alex. conſil. 55. conſideratis, in vlt. col. verſi & ad hoc primo adduco libro 1. Maxime ſi vigeret ſtatutum, quod verba ſtatutoris intelligerentur ad literam prout iacent, vt late declarat Ancb. in ca. canonum ſtatuta, col. ſi. circa fin. de conſt. Corra.

RATIO pro cautione, Nou. de nupt. §. ſic itaque in ſi. accipiturq; de datis, & acceptis, hoc eſt, Rationario, quod vulgo regiſtrum vocamus, vt in l. 3. ſi quis ex argentarijs, § rationum, ff. de edend. l. emptor, §. Titius, de pactis. Vide ſupra Libertarium. Ratio item pro cauſa, l. eas obligationes, ff de capit. dim. Item pro reſpectus propoſito, ſeu conſilio vt apud Vlp. in l. clam poſſidere, de acquit. poſſeſſ. Breuiter, rationis vocabulum multiplicem habet intellectum. Reſpicit enim modum, viam, formam, morem, conſuetudinem, ius. iudicium, geſta, & non geſta, tempus, comparationem, & ſimilia. Interdum conſilium & propoſitum ſignificat. Ratio autem & veritas conuertuntur, ca. fruſtra 8. Diſt. & Bald. in l. non omnium, ff. de legib. Spieg.

RATIO pro reſpectu, vt Habita eſt ratio doctrinæ, Habenda eſt ratio rei familiaris, quam quidem dilabi ſinere, flagitioſum eſt, ait Cic. in 2 Offic.

RATIO pro ſermone dicit Nov. conſt. 22 §. ſic itaq; de nupt. Pr.

RATIO ſupputatio aliquando dicitur, vel calculus, ſeu expenſa.

RATIOCINATIO, dicitur ea princeps animi vis, quam λογιστικὴν Græci nominant.

RATIOCINATOR, idem qui calculator.

RATIOCINIVM, in tit. de ratiocin. oper. pub. ipſum ratiocinandi, h. e. computandi, quod dicitur actum ſignificat. Spieg.

RATIONALE, quod ratione vtitur, vel vti poteſt. Rationabile, quod cum ratione factum, dictumve eſt. Proinde rationabili dicto ita iudex permoueri debet, ſicut lege ſcripta, vt dicit Andr. Eſernitanus in proœm. ſen. Cum naturalis ratio vim legis habeat, l ſcire, §. ſufficit. de excuſ tut. cum vulg. Spieg.

RATIONALIA ſubſtantiue, apud Vlpian. ſi modo ſyncera manet lectio, in l. 2. §. de ſeruis quoque de tut. & rat. diſtrah. interpretatur. Alber. rationum inſtrumenta, Nor. tex. indicat, & aliter legi poſſe Auctionalia, nimirum pro tabulis auctionariis, in quibus annotabatur pretium rerum publice diſtractarum: quod ſub haſta fere ſolebat fieri, vt indicant in dictione, Auctionem facere: Auctionariarum tabularum mentionem facit Cicero in Catil. Spieg. Prat.

Rationales poſteriorum Impp. temporibus appellati ſunt, qui procuratores Cæſaris antea dicebantur. Rubr. de offic. procur. Cæſar. vel rationalis. Lamprid. in Alex. vbi aliquos voluiſſet vel rectores prouinciis dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores, id eſt, rationales ordinare. Ad fiſcum itaq; pertinentes cauſas per rationalem decidi, & fiſcalia negotia per ipſum expediri legimus l. 5. 8 10. C. vbi cauſ. fiſc. l. vlt. C. ad leg. Iul. maieſt. l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc. l. vlt. C. de aduoc. fiſc. l. 2. C. ne vxor pro marito, l. 2. C. de modo mult. l. 3. de conuenien. fiſc. deb. lib. 10. C. l. 4. de fide inſtrument. cod. leg. de bon vacant. eo. Briſſ.

Rationales ſummarũ in Notitia Roman. Imperij ponuntur per prouincias cõſtituti, quos puto rationales ſummæ rei vocari, veluti in inſcriptione l. 7. C. vbi cauſæ fiſc. Idem Aug. ad Bulcforum Rationalem ſummæ rei. At in inſcriptio. l. 7. de iure fiſci, in C. Theod. Verecundo Rationali ſummarum, ſcriptum eſt. Alij etiam ſtatuuntur Rationales priuatarum, vt & procurator priuatæ rationis in l. 7. C. de eod. & Rationalis priuatæ rationis in l. vnica. C. de anno. & cap. Et Rationalis priuatæ rei, l. 7. C. de bon proſcrip. Briſſ. Prat.

Rationalis, procurator fiſci eſt Capitolin. vt ſupra. Erat fiſci procurator in Libya, qui omnes Maximini ſtudio ſpoliauerat: hic per ruſticanã plebem interemptus eſt. Sed cum per eos, qui rationalem in honorem Maximini defendebant, viderent auctores cædis, &c. Atque alius eſt à procuratore Cæſaris, l. 1. de offic. procurat. Cæſar. Alciatus in l. vniuerſi. C. de fundis rei priuatæ lib 11. Adde quæ pulchre ſcripſit Pyrrhus de Quæſtorijs magiſtratibus. Accurſius rationales interpretatur Cæſaris procuratores. Interpretes in l. procurator. C. de edendo inter fiſci ac Cæſaris procuratorem faciunt diſcrimen, & Pyrrhus exacte demonſtrat, procuratorem fiſci à Cæſaris procuratore longo diſtare interuallo. Eidem non abſurdum videtur, ſi rationalis vocabulum à rationibus dictum, generice tam huic, quam illi conuenire dixerimus. Vnde rationales & procuratores Cæſaris, eoſdem fuiſſe legimus apud Lamprid. in Alexand. teſte Budęo. Spieg.

Rationarium codex, in quo rationes rerum geſtarum continentur, quod vulgus Regiſtrum vocat. Subſtantiue, qui rationarium conficit, vel qui rationibus præeſt: Vide Stephan. Robert. Spieg.

Ratione bona dicere, idem eſt quod bona fide.

Rationem argenti reddere iuſſus, explicatur in l. qui filium ad ſi. ff. de manum. teſt.

Rationem conſtare alicui dicitur, quandoque acceptorum ratio non ſuperat impenſorum rationem ac reliquorum. Eodem modo per translationem ratio conſtat in Republica, cum officio quiſque ſuo præclare fungitur, beneque collocantur operæ, & in ſumma, cum nihil temporis hominibus deperit. Old. Prat.

Rationem petere, id eſt, exigere, l 20. §. vlt. ff. de liberat lega.

Rationem reddere is, qui iuſſus ſit, non videtur ſatisfacere: ſi reliquum reddet non reditis rationibus. Pompon. de lib. leg. Maſſ.

Rationes agere, gerere, adminiſtrare, pro eod. noſtri dicunt, l. 41. § libertatem, ff de fideicommiſſ. libe. l. 40. §. ſeruos teſtamento, ff. de ſtatulib. l. 34. ff. de libe. cauſ. Prat. Briſſ.

Rationes calendatim recognoſcere, eſt per ſingulos menſes perſcripta nomina recenſere, vt ſciatur quid nominum quoque menſe factum ſit. Tuſan.

Rationes dare, reddere eſt, l. 33. §. Lucius ff. de admin. tut. l. 23. § teſtamento, ff. de pecul. legato. l. 41. §. Titius, ff. de fideic. libert. Prat. Briſſ.

Rationes reddere eſt legendas offerre primum deinde computãdas, vt explorari poſſint, imputationes probe an improbe referantur: accepta recte relata, an non recte. Ita enim incipit quidem res à facto, peruenit autem ad pecuniam: reliqua enim reddi oportet, l. 82. & ſimil. ff. de conditio. & demonſtrat. Porro reddere rationem longe aliud eſt quam edere. Nam edere iuſſus inſpiciendi facultatem præbere debet, reliquum reddere non debet. Reddere vero iuſſus hoc amplius eam pecuniam, quæ ex reliquis colligitur reddere cogitur l. 89. ff. de verborum ſignificationib. l. 69. §. ſeruus, ff. de euictionibus, l. 32. ff. de ſtatulib. Et enim rationes reddere effectu nihil aliud eſt, quam reliqua ſoluere, l. 35. ff. de condit. & demonſtrat. l. 4. C. de teſtam. manum. Quamobrem reddendarum rationum conditioni ſeruus ita demum ſatisfacit, atque paret ſi libros rationum edat, ſi legendas, examinandas, diſpungendas, computandaſque rationes offerat, ſi cautiones & inſtrumenta omnia actus ſui exhibeat, & heredem notitia rationum inſtruat, & fidem conſtare omnibus, quæ ab eo geſta ſunt, doceat, ac deniq; cum fide actus ſui quod reliquum eſt ſoluat & reddat, l. 80. l. 81. 110. ff. de cond. & demonſtr. l. 9 §. is qui reddere, ff. de liber. leg. l. 6. §. vlt. ff. de ſtatulib. Nec vero ſcriptam dumtaxat rationem, ſed & eam quæ ſine ſcriptura ab eo adminiſtrata ſit, reddere debet, leg. 26. ff. de ſtatuliber Sufficit plane, ſi ex æquo & bono rationem reddat, nec ea vtique, quæ ſine culpa ſua perierint, reddere debet, leg. 22. §. vltim. ff. de manum. teſtam. Sed nec ad reliquorum onus pertinent damna, quæ ita contigerint, vt nihil imputari poſſit, l. 41. §. Titius, ff. de fideicomm. libert. Quæ tota fere lex de conditione reddendarum rationum tractat. Briſſ. & Prat. Eſt præterea rationem reddere plus quam edere. l. 89 §. 2. l. cognoſcere 56. de verb. ſign. l. qui nominibus 44. ff. de admin. tutor. l. Lucius Titius 53. ff. de teſtam. manum. l. 8 §. is qui reddere, l. Aurelius, §. Sticho, §. filias ff. de legat. l. cum ſeruos 82. l. qui ſub conditione 111. ff. de condit. & demonſt. l. 6. §. fi. l. Sticho 40. ff. de ſtatu liber. Edere eſt copiam inſpiciendi deſcribendi facere, dare, & dictare, vt cognoſcatur & perlegatur, l. 1. § 1. l. 4 & 6. cogentur, §. edi autem eſt, l. argentarius 10. §. 1. ff. de eden. Quid enim aliud eſt edere, quam proferre codicem, rationem monſtrare vel dictare, aut exemplum porrigere? Quinimo ne quidem totum rationum codicem is, qui edere iubetur, edere cogeretur. Satis eſt ſi à capite deſcribatur, vel ea ſola pars rationum, quæ ad inſtruendum aliquem pertineat, d. l. argẽtarius, §. edi. At rationem reddi, qui in hac nuda editione non ſubſiſtit, ſed præterea eam diligenter computandam & diſpungendam offert, vt is cui eam reddit, calculo adhibito conferat, cognoſcat & diſpungat, quiq; ſimul id, quod reliquatur, pariat, ſeu reliquum, quod, datis acceptisq; collatis, debitum manet, ſoluit, Gœdd. ad l. bonæ 89 § 2. n. 3. ff. de verb. ſig.

Rationes referre, eſt computum reddere: Diſpungere rationes computum examinare Bud. in l. ſi prior. de pigo.

Rationes relatæ olim dicebantur, vt Cicer. lib. 5. Epiſt. ad Rufum oſtendit, quæ ad ærarium referebantur. Feſt. Pomp. lib. 18 R. R duobus in compluribus orationibus, cum de actis diſſeritur, id eſt. rationum relatarum: quod in tabulis docentur iudices, quæ publice data atq; accepta ſunt. Briſſ. Prat.

Rationes ſubſcribere in l. 82. ff. de cond. & demon. Hinc rationes ſuſceptæ & expunctæ l. 13. ff. de diuerſ. & temp. præſcrip.

Rationibus diſtrahendis actio appellatur, quæ aduerſus tutores, qui pupillum in tutela fraudarunt, in duplum datur. l. 1. §. rationibus, l. 2. in prin & §. vlt. ff. de tut. & ratio. diſtr. l. 5. ff. de contr. Briſſ.

Rationibus inferre, eſt eam ſummam, quæ impenditur, in rationarium præſcribere, teſte Bud. Spieg.

Rationibus referre, eſt inter recepta computare. *In dem Empfang oder Einnam ſtellen.* Vlp. in l. 2. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. § grani æſtimationem. Spieg.

Rationis habendæ cauſa: hoc eſt, vt curam haberet, propoſuit Prætor, *Ein Auffſehen oder Sorg zu haben.* Vlp. in l. 1. in prin. ff. de poſtul. Old.

Rationum appellatione non inſtrumenta tantum, aut codices rationarij, l. cum ſeruus, de condit. & demonſt. l. Prætor. § 1. ff. de edend. ſed & Calendaria, & diaria, ſeu ephemerides & aduerſaria continentur: itemque ſi qua in palimpſeſto, ſeu deletitia charta, aut opiſtographo ſcripta ſunt, l. chartæ, de bonorum poſſeſſ. contr. tab. indicat Alc. in l. 1. C. de edend. Spieg Prat.

Rationum reddendarum conditio quid contineat, not. in §. Stichus & Dama l. Thais, de fideicom. libert. Vide & Vlp. in l. ſi ſtatulib. de ſtatulib. Spieg.

Rationum redditione remiſſa, ſcrupuloſa tantum exactio rationum remitti videtur, non etiam reliquorum retentio, vel dolus in actu gerendo commiſſus, l. 71. §. Titius, ff. de cond. & demonſt. l. 10. l. 29. § filias, l. vltim. §. inter. & §. Titia ff. de lib. leg. l. 122. ff. de leg. lib. 1. Et ita de eo, qui tutores ἀνυπευθύνους eſſe, id eſt, rationibus reddendis minime obnoxios voluerat, Iulian. reſpondit, niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterint, damnari eos debere, l. 5. §. Iulian. ff. de adm. tut. Briſſ. Prat.

Ratio vera, quam Iuriſcu. l. 3. ff. ad leg. Falc. nominat, eſt quam æquitas ſuadet, cuius ſcientiam profitentur Iuriſconſulti, & cuius dicuntur ſacerdotes & interpretes. Gouеanus d. l. 3.

Rato tempore, id eſt, deſtinato, vt & apud Ciceronem de Diuinat. lib. 2. Spieg.

Ratis nauigium eſt temere factum & inconditum, vt ſunt trabes connexæ, & ſine fabrica compactæ, quæ nauigij vicem præbent. Ponitur tamen & pro ponte vel etiam loco fluminis quoque modo iuncto, Cicero ad Atticum: Circumuallatum eſſe Pompeium ratibus, etiam exitus portus teneri. Et veriſimile eſt, id genus nauium primum fuiſſe. Vide Peckium ad l. 4. §. Diuus Anton. ff. de incend. & Bayſium in tract. de re nauali. Spieg.

Ratum & irritum, contraria, Ratum id ſignificat, quod præcedenti meditatione firmatum eſt, & ideo ad effectum ipſum refertur: irritum autem recte dici, quod effecto firmum non eſt. 11. q 4. c. irritum. Alc. in l. quum poſteaquam, C. de pactis Lege, Firmum. Spieg.

Ratum & ruptum, contraria. Cic. de Orat. teſtamentum ruptum, aut ratum.

Ratum habere nihil aliud eſt, quam approbare id, quod geſtum eſt, quod ſua intereſſe poteſt, Vulteius ad §. religioſum 7. nu. 2. Inſt. de rer. diuiſ.

RATVS eſt, imperite pro cogitanis, Interpres accipit apud Vlp. in l. 1. de poſtul. l. qui appoſite, proprieq; eius verbi ſignificatione vſus eſt, ſcilicet, pro exiſtimauit: h. e. quaſi ab æſtimatione ſtatuit atq; decreuit. Eſt autem æſtimatio judicij atq; rationis, nec vſquam pro nuda tantum voluntate vſurpatur, quę non ſtatim, quis minime apparet, in voluntatem rapienda eſt. In iure noſtro non tutum eſt ſemper, quod vulgo dicunt, Sufficit pro ratione voluntas Spieg.

RAVCA vermis eſt, radices arrodens. Eius meminit Vlp. in l. ex conducto, §. 1. ff. locati: Si raucis aut herbis ſegetes corruptæ ſint. Sic Plin. lib. 17. c. 18. Olea, inquit, vbi quercus effoſſa ſit, male ponitur: quoniam vermes, qui Raucæ vocantur, naſcuntur & tranſeunt.

RAVDRA, ſiue, vt in manciparionum formolis, Rauduſculum aſſem ſignificat. Prat.

RAVDVM æs, imperfectum veteribus & rude. Vnde in venditionibus mancupi ſcriptum erat, Rauduſculo libram ferito: Vide Feſtum. Spieg.

R E.

RE, præpoſitio non niſi compoſita reperitur, denotatq; reſolutionem actus interuenientis rei, cui adijcitur l. 1. §. elegantet, ff depoſ. cum ſimilib. quæ Alberic. adducit. Lege, Reddere. Spiegelius.

RE, auferendi caſu: vt Re, non verbis augetur peculium. l peculium, ff. de pecul. Item re contrahitur obligatio. Inſt. quibus mod. re contrahitur oblig. & illic, Re nondum ſecuta, tit. quib. mod. tol. oblig. Spieg.

RE integra Ioann. And. c. vbi maiua, de elect lib. 6. Alberic. l. mandatum, C. mand. & alibi quando lis non eſt conteſtata, quandoque etiam ad ſententiam definitiuam vſque. l. errore, C. de iur. & fact. ignor. aliquando, rebus in eodem ſtatu manentibus l. quod ſi minor. ff. de minor. quandoq; re nondum tradita, vel pretio nondum ſoluto, §. fi. Inſt. quib. mod. tollitur oblig. quandoque electionem celebratam c. vbi periculum, de elec. lib. 6. Res integra eſt, donec in negotio aliquid eſt cœptum, l. 1. ff. de pollic. Prat.

RE ipſa, & facto ipſo, eiuſve exitu preſtare aliquid, l. 2. C. de rerum permut. & l in minorum, C. in quib. cauſ. reſtit in integ. non eſt nec.

RE nondum ſecuta. Inſt. quib. mod. toll. oblig.

RE ſua ſe abuti putare apud Vlp. l. ſed & ſi, §. hæc verba, ff. de petit. hered. Spieg.

RE, & verbo fieri poſſe citationem, tradit gloſſa præconio Baldi inſignis, in l. ſed etſi is, ff. de in ius voc. Spieg.

READOPTARE, vel potius, in Haloandri editione eſt, repoſitare, apud Modeſtid. in l. ſi pater filium, de adopt. Spieg.

REÆDIFICARE, pro reſarcire etiam vſurpatur.

REALE vitium obijcere, hoc eſt, rem eſſe talem, quæ alienari, aut tradi non potuerit. Vide Old. Claſſ. 3. act. 3. Spieg. Prat.

REALIA, ea quæ ob rem conceduntur, & non perſonam reſpiciunt, dicuntur, vt colligitur ex l. cum vnus, ff. de bon. aut. iud. poſſid. Spieg. Prat.

REALIA vitia dicuntur, quæ rebus, id eſt, poſſeſſionibus ipſis inhærent, remque omnimodo à quouis poſſeſſore vſucapi prohibent, vt res furtiuæ, vi, clam. aut precario poſſeſſæ, &c. l. vitium. C. de acquir. poſſ. §. furtiuæ. Inſt. de vſuca. ad differentiam perſonalium, quæ perſonæ certæ inſunt, & cuius tantummodo vſucapionem impediunt, vt mala fides. Prat.

REALIA iura, id eſt, ratione rei competentia, Connan. lib. 3. ca. 11. num. 4:

REATVS verbum, vt auctor eſt Fabius lib. 8. Ciceroni aliiſque antiquis ſcriptorib. inuſitatum, ac primum à M. Meſſala confictum fuit: Definiturque ſtatus & conditio, in qua ſunt rei, donec vel abſoluantur, vel condemnetur. Olim inter reos relati, in conſpicua & miſeranda erant calamitate, capillo ſubmiſſo, vt Plin. lib. 7. ad Suram ſcribens ſignificat, quem non ante fas fuit reſcindere, quam omnium ſententijs abſoluerentur. Squalore & illuuie confecti, promiſſa barba, habitu ſordido, pannoſo, &, vt inquit Bud. miſericordiæ aucupatore. Qui ſtatus reatus dicitur. Et huc reſpexit Martial. lib. Epigram. dum dicit:

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,
Squalidus harebo, pallidiorq; reo.
Si iubeat patria damnatum excedere terra,
Per freta, per ſcopulos exulis ibi comes.

Quapropter omnino falluntur ſcriptores poſt Accurſiũ, exiſtimantes. à Iuriſconſultis reatus verbum pro crimine vſurpari: eorumq; ſententia refutatur per l. 3. §. quod patet, ff. de mun. & honor. Non enim crimen, ſed habitum illum pannoſum, ſtatumq; demiſſum ſignificat, l. fin ff. ad leg Iul. maieſt. l. cum ratio. §. fraudis, ff de poſition. quæ lib. damnat. conced. l. fin. §. de illo, ff. de bon. eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſcius. Vt illa velit Modeſt. in l. ſi diutino, ff. de pœn eum mitius puniendum, qui diu in eo ſtatu fuerit. Nam antiquis miſeranda hæc & diuturna calamitas pars pœnæ, nec iniuria, viſa eſt. Solum Publium Scipionem Africanum legimus cum Reus eſſet, eique à Claud. Aſellio Tribuno plebis dicta dies eſſet, ad populum neque barbam radere, neque non candida veſte vti deſiiſſe, minimeque fuiſſe cultu ſolito Reorum: vt eſt apud Gellium lib. 3. cap. 4. Hodie in reatu ſunt, inquit Budæus, qui vel carcere detenti ſordibus & illuuie conficiuntur, aut qui honoris cauſa, cuſtodiæ ſuæ, aut apparitorum commiſſi, aut vadimonio vel vadibus obſtricti ſunt, aut ex promiſſoribus. Iuſtin. Hiſtoricus in 4. Breui poſt tempore reuocato ad reatum Alcibiade, duo prælia pedeſtria ſecunda Niceas & Lamachus faciunt. Sciendũ eſt autem omnem reatum extingui, l. antepen. ff. de accuſat. Ab hac tamen regula excipiuntur quædam crimina, ob quæ quis etiam poſt mortem ſuam damnatur, cuiuſmodi eſt crimen læſæ maieſtatis, & crimen repetundarum, l. fin. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. fin. ff. ad leg Iul. pecul. quod hodie etiam conſtitutum eſt in hæreticis l. 4 C. de hæret. & apoſtatis, l. 4. C. de apoſtat. Corraſ. 2. Miſcell. 20. nu. 5. 6. 7. 8. Vulteius ad §. per contrarium ſexto, nu. 2. 3. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſtat.

REATVS apud Theologos eſt obligatio ex peccato, vel delicto: quo ſenſu Tertul. 1. aduerſus Marcion. ſcripſit reatum animæ, & 2. aduerſus eundem reatum patrum in filios redundare, Gothof. ad l. 11. in princ. ff. ad leg. Iul. maieſt.

REBELLES, quam tamen vocem eruditiores, pro eo, qui ex contemptu ſit inobediens, peruerſe poni, monent: quod idem vocandus ſit contumax. Exemplum ex quarto Rheto. ad Herennium, producunt. Porro noſtris Rebellis, & Fidelis, ſunt contraria. qua de re vide Bart. in Conſtit. Imper. Henrici 7. qui ſint rebelles. Spieg.

REBELLIO, ipſe actus rebellandi eſt: qui non ſolum facto, ſed & machinatione committitur, vt ibidem pulchre declarat Bart. Breuiter, qui arripiunt arma in eum, cuius iuriſdictioni ſubditi ſunt, vel qui fidem illi datam non ſeruant, *Eyds vnd Lehent Pflicht*, & iuſſis magiſtratuum, in iis quæ ad commiſſum eius officium pertinent, repugnant, proprie rebelles appellantur. Vnde non niſi iniuria hoc nomine cenſeri poſſunt qui profanis magiſtratibus non reſpondent ex æquo in his, quæ ſtatuunt in rebus, vt nunc vulgo vocant religioſis. Spieg.

REBVS humanis eximi, l. ſiquidem, C. de act. & oblig. Rebus ſupereſſe. Vlp. l. de procur. Vſus autem, ait, procuratoris, perquam neceſſarius eſt: vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, ſaltem per alios poſſunt, vel agere, vel conueniri. Spieg.

REBVS legatis, quæ in fundo ſunt, accedunt etiam ea, quæ tunc non ſunt, ſi eſſe ſolebant. nec quæ caſu ibi fuerunt, legata exiſtimantur, ait Paulus in fi. l. quæſitum, de lega. 3. Spieg.

REBVS nouis noua ponenda nomina. Cic. de nat. Deor. lib. 1.

RECANERE eſſe videtur apud Plinium incantationem retorquere, & diſſoluere, quod & recantare forsaſſe dici poteſt. Vt enim cantu rumpi angues priſci cenſebant, ſic angues ipſos exiſtimabant, ſi id præſentirent, recanere & incantationem referre ac diluere. verba Plinij ſunt. Non pauci etiam ſerpentes ipſos recanere, & hunc vnum illis eſſe intellectum. Turneb. aduerſ. lib. 23 c. 20.

RECAVTVM in Nou. 130. de tranſ. mil. apochæ ſpecies, quam faciebant delegatores, id eſt, hi qui prouidebant copiis militaribus, collatoribus annonæ militaris, de ſuſcepta, vt loquitur vetus interpres, Nou. 72. l. ſecuritas de ſuſcepta pecunia, vt vult Cuiac. ex l. 1. C. de col. fund. pat. lib. Auguſt. de cura pro mortuis: vbi eſſet recautum, quo illa cautio vacuata fuerat. Suidas. Recautum ſpecies apochę apud Romanos. Et ſic dicimus Recauere, pro cautionem ſoluere: vt Repignerare, pignus diſſoluere. Cautio eſt obligatio: Recautio obligationis diſſolutio. Recentiores Euacuatoriam vocarunt. Prat. Cuiac. ad Rub. C. de apoc. publ. & Goth. ad d. Nou. 130. c. 1.

RECEDERE conditione, à perſona, à ſtatu, eſt quod immutare conditionem, perſonam, ſtatum dicimus.

RECESSISSE id dicitur, quod prius acceſſit. Sic ſi cuius ager totus inundatus fuerit, cum receſſerit aqua, palam eſt, &c. in l. § aliud. 6. ff. de acquir. rer. dom. Briſſ.

RECEDI à pacto, à conuentione, l. 8. Cod. de pact. inter nupt. Briſſonius.

RECEDERE quoque proprietas à legatario dicitur l. 105. ff. de cond. & demonſt.

RECENSITIO, pro recognitione, Vlp. in l. 3. §. ſi quis noxali. Ad exhib. Nonne æquum eſt ei familiam exhiberi, vt nouum ſeruum agnoſcat? quod ex cauſa debet fieri, ad deſignãdum eum, cuius nomine noxali quis agit, recenſitione ſeruorum facta. Accurſ. id eſt, nominatione interpretamur. Spieg. Prat.

RECENS, inueterato contrarium.

RECENTER, id eſt, eo tempore, quo res contingit: quod etiam è re nata dicitur.

RECENTI tempore & in præſenti. l. 1. §. vlt. & l. 2. C. de Carbon. edic. id eſt, ſtatim, &c. Briſſ.

RECEPTA arbitrium videtur, qui iudicis partes ſuſcepit, finemque ſe ſua ſententia controuerſiis impoſiturum pollicetur, auctor Vlp. in l. idem Pompo. de arb. Vide §. cepiſſe, l. de meis, eod. tit. Spieg.

RECEPISSE ſeruum alienum tum accipimus, ſi ſuſceperit ad ſe

etiam proprium accipere refugium abſcondendi cauſa ſeruo præſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno loco ædificione. Vlp. de ſeruo corrupt. Maff.

Receptæ ſunt inſtitutiones, id eſt, approbatæ, l.48 §.1. ff. de hæred. inſtit.

Recepta reddenda, facta, præſtanda, extat apud Paulum exemplum, in l. in iudicio, ff familiæ erciſcundæ. Spieg.

Receptator qui latrones, eorumque ſurrepta recipit, occultatq; Martianus in l.1. ff. de Receptat. Peſſimum, inquit, genus eſt receptatorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt. Quamvis receptator, qui cognatum vel affinem conſeruauerit, non eſt ſeuere puniendus, l. 2. eodem tit. Hinc receptaculum, dicitur locus, in quem ſe improbi homines recipiunt. Spieg. Prat.

Recepti generaliter dicuntur, qui conſenſu aliquo admiſſi ſunt vel electi. Hinc in Pand tit. de receptis: hoc eſt, admiſſis ſeu electis illis, qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant inter controuertentes.

Recepti in libris noſtris appellantur, Arbitri: ſeu iudices compromiſſarij non ordinarij, l. penult. C. de recept. arbit. ex eo quod à Prætore ad arbitrandum delecti, recepti atq; demiſſi ſunt: ſiue quia ex recepto, id eſt, ex compromiſſo cauſas dirimendas recipiunt, l.1. & paſſ. ff de recep. & l.11. C. de iud. Hot. Prat. Adeuntur autem vel ex pacto nudo, aut conſtipulatione, vel ex iureiurando, l.4 C. de recept. arb. Sublata à Iuſtin. Nou. 82. alias dantur à iudicibus, Goth. ad d. rubr. C. de recept. arb.

Recepti in reos, vide Reum facere. Venul. l.11. §.2. ff de accuſ. Hoc beneficio etiam in reos recepti vti poſſunt. Item in fin. Cornelia iniuriarum ſeruum non debere recipi reum, Corn. Sylla auctor fuit. Prat. Hot.

Receptitia actio olim vocabatur, quæ aduerſus argentarios qui pecuniam aut aliud quippiã mobile vel immobile etiam nõ debitũ alieno nomine conſtituerãt, dabãtur, l. 2. C. de conſt. pec. Theoph. in §. perſonam, Inſt. de actionibus à verbo, opinor, Recipere, quod nonnũquã promittere eſt, quod omnem omnino obligationẽ, in ſe res ſic cõſtituens reciperet. Vnde & ex recepto, i.e. compromiſſo, Inſt. interpretatur. Etſi autem inter actionem receptitiam & conſtitutoriam multę olim eſſent differentiæ: videbantur nihilominus inter ſe eſſe ſimiles, donec Iuſtinianus actione receptitia ſublata, & conſtitutoria adaucta & confirmata, vtramq; vnam eſſe voluit. Differentiæ autẽ, quæ erãt, manifeſtæ ſunt ex l. 2. C. de conſt. pecu. Receptũ n. iuris erat ciuilis, vt quod fieret verbis ſolennibus id eſt, ciuilibus & directis, atque adeo non nudo pacto: Conſtitutum vero iuris prætorij nudo pacto introductum: Ex recepto obligantur ſoli argentarij, qui recipiebãt ad ſe debita aliena: ex conſtituto quiuis alij: quod confirmat Theophilus Inſtit. De action. In conſtitutum veniebant tantum pecuniæ, i. e. ea quæ pondere, numero, & menſura conſtant, vnde etiam tit. eſt de conſtituta pecunia: In receptum autem omnes res, i. e. & pecuniæ & corpora veniebant, vt receptum quidem plenius fuerit reſpectu, rerum, ſtrictius reſpectu perſonarum. Conſtitutum autem contra plenius fuerit, ſi perſonas ſpectas, ſtrictius, ſi res: quo vtroq; plenior & vberior erat ſtipulatio, vt puta ex qua omnes perſonæ obligarentur, & in quã res quælibet veniunt: Recipiebantur etiam nondum debita, puta ſi argentarius dicebat, vendas illi licet, nam recipio me precium redditurũ: at conſtituebãtur tantum debita præſentia, vt olim dubitaretur, an debitum ſub conditione vel in diem conſtitui poſſet: Præterea receptum fiebat, & pure & in diem conſtitutum in diem tantum, l. ſed etſi 17. ff. de conſtit. pecun. Quod verbum etiam conſtituti per ſe ſatis indicat, conſtitutum quaſi ad diem conditum, vt interpretatur Cicero in Epiſt ad Atticum: Deniq; actio receptitia erat perpetua, conſtitutoria etiam erat perpetua, ſed certis caſibus annalis, qui quales fuerint, incertum eſt, quoniã Iuſtin. in d. l. 2. Conſtitutoriam omni caſu perpetuam eſſe voluit. quamvis autem hæ differentiæ non eſſent exiguæ, ait tamen Iuſtinian. in §. de conſtituta 8. Inſtit. de actionib. actionem de conſtituta pecunia ſimilem actioni receptitiæ viſam fuiſſe, nempe ante ſuam conſtitutionem, quoniam poſt hanc non amplius videbatur eſſe ſimilis, ſed reuera ſimilis, imo eadem facta eſt. Nam niſi Tribonianus quid immutauit in l. 6 §. ratione, ff. de eden. ex eo dicimus receptum fuiſſe conſtitutum, etſi non contra. Illud ſane certum eſt, Græcos vtrunque ἀντιφωνήσεως id eſt, reſponſionis appellatione comprehendiſſe, vt Nouel. 115 §. fin. Hinc facile moueri potuit Iuſtinia. vt actione receptitia tanquam ſuperuacua ceſſare iuſſa, ſolam conſtitutoriam remanere vellet, in quam receptitia transfuſa eſſet, ſicut & Senatuſconſultum Pegaſianum transfudit in Trebellianum, & actionem rei vxoriæ in actionem ex ſtipulatu de dote. quamobrem nihil in Digeſtis reperias de Senatuſconſulto Pegaſino, nihil de rei vxoriæ actione, nihil etiam de actione receptitia, de qua tamen abſque omni dubio Iuriſconſulti ſcripſerunt plurima, vt poteca, in qua plus eſſet, quam in actione conſtitutoria. Apparet enim ex conſtitutione Iuſtiniani iam ante Iuſtinianum minus frequentatam fuiſſe actionem receptitiam, non tamen omnino ſublatam, qua qui vti vellet, id poſſet qua ratione potiſſimum motus eſſe videtur Iuſtinianus, vt receptitia, cum idem fieri poſſet per actionem conſtitutæ pecuniæ, ſi in eam, quod plenius erat in receptitia, transfunderetur, ab vſu recedere iuberetur. Vult. ad d. § in conſtituta 8. n. 4 & 5. Inſtit. de actionib.

Receptitia dos ea dicitur, quam is, qui dat, in mortem mulieris à marito ſtipulatur, l. 31. §. ſed & dos, ff. de mort. cauſ. don. Et apud Vlp. in Inſtit. tit. 6. Briſſ. Conn. lib. 8. c. 10.

Vnde Receptitius ſeruus: de quo vide paulo poſt in verbo Recipere præter notas.

Receptus canere hiſtoricis eſt in locum tutiorem redire. Milites ſiquidem cum caſtro renuerint, priuſquam exirent in aciem, cum ſigno dato in eadem redeunt, ſeſe recipere dicuntur. Inde canere receptui eſt turbarum, lituorum, aut cornuum ſeu tibiarum cantu ſignificare militibus, vt à pugna in caſtra aut mœnia redeant.

Receptum eſt compromiſſum, l.14. §. 1. C. de iud. Gothofr. ad rub. C. de recept. arbitr.

Receptum eſt, quicquid à pleriſque prudentiam approbatum eſt. Bud. in l. non debet, de dolo mal. Recipere enim quandoque pro approbare. Inde ius moribus receptum, in d. l. non debet: Et ius receptum l. in minorum, C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. Prat.

Receptum non videtur, quod receptum non durat, gl. c. nam & ext. de verb. ſign. quod vtique verum eſt, cum recipientis iura ius extinctum eſt. alioquin ſi non extinctum, ſed translatum proponatur, receptum videtur ex reſponſo Pauli, qui ait, ſub tit. de verb. ſig. Cepiſſe quis intelligitur, quamvis aliis acquiſiuit. Spieg. Prat.

Receptum & conſtitutum quomodo differant, vide paulo ante Receptitia actio.

Recepturus, ad animi voluntatem referendum, vt Valla de futuri, temporiſq; participiis tradidit: & Aleiat. ſequitur, in l. 1. ff. ſi cert. pet. per glo. in l. 2. eod. Spieg.

Receptus in ciuitatem quis dicitur, qui cum ſuffragio ciuis efficitur. Spieg.

Receptus inter reos quis dicitur, quando reiectis exceptionibus dilatoriis, declinatoriiſque pronunciat iudex ad vlteriora procedendum. Quod, vt atteſtatur Aleiat. recte Bart. docuit in l. is qui, de publ. iudic. Igitur poſt huiuſmodi interlocutionem, quæ vim cuiuſdam litis conteſtationis habet, qui accuſatus eſt, incipit in reatu eſſe: de qua voce Reatus, vide paulo ante ſuo ordine.

Receptus mos eſt, quem ſponte alienum aſciuimus.

Receſſiſſe non videtur, qui extemplo redit. Vide magiſtrum Practicæ §. 1. verſ. 1. de Salariis Sed & animo reuertendi abiens, recedere non videtur, per text. not in l. nihil, ff de capt. Spiegelius.

Receſſus à noſtris, à Græcis ἀναγωγὴ dicitur, quando ab humilibus ad ſublimia & ardua aſcendit oratio, & hæc Theologis frequentior. Quandoquidem mentis ſubuectionem à litera ad ſenſum ſpiritualem, à terrenis ad cœleſtia, ἀναγωγὴν dicunt. Vt eum dominus pollicetur Iudæis terram fluentem lacte & melle, ἀναγωγικῶς cœleſtem ſedem, & patriam deliciarum ſpiritualium copia redundantem intelligunt ἀπὸ τοῦ ἀνάγειν, ἄνω quod ſurſum ſignificat. Eſt ἀναγωγὴ mentis ſurſum eleuatio, & receſſus, quemadmodum ſanguinis reiectionem medici, τὴν τοῦ αἵματος ἀναγωγὴν, id eſt, ſurſum eductionem dicunt, quum videlicet ſanguis è pulmonibus tuſſi, aut è ventriculo, vomitu ſurſum educitur: vnde ἀναβήττειν αἷμα expuere ſanguinem, frequentius apud Galenum & Hippocr. loquutio. Brechæus in l. Tugurij appellatione, ff. de verb & rer. ſig.

Recidere, eſt ſui iuris fieri non poſſe, hoc eſt, de poteſtate in poteſtatem deſcendere, vt eleganter ſenſum reddens Cantiuncula dixit, Inſti. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. in princ. Vlp. in l. ſiue cont. de liber. agnoſ. in cuius poteſtatem recaſurus eſt. & inferius, In cuius poteſtatem recaſuri non ſunt. & rurſum ſub fine eiuſdem, l. idem, de his qui ſui vel alien. iuris Nepotes, inquit, ex filio, mortuo auo, recidere ſolent in filij poteſtatem. Old. Prat.

Recidere in cauſam, pro relabi, l. 6. ff. de captin.

Recidere pro deliberare & amputare. Briſſ.

Recidere flumen dicitur in l. 3. ff. de acquir. rer. dom. id eſt, retroire vel retrolabi.

Reciperare pro Recuperare paſſim in Pandect. Florentinis.

Recipere, verbum eſt peculiariter ad materiam arbitrorum pertinẽs, qui arbitrium recipere dicuntur. Vnde toties abſolute dicitur, Recepit, pro eo quod eſt, admiſit arbitrium in ſe transferri, l. Pedius, in l. ſed ſi in ſeruum ff. de recept. Old.

Recipere inter alia ſignificat pulchra phraſi promittere, ſuſcipere in ſeſe aliquid. Cic. in epiſt. ſæpe dicit: Recepi me venturum. Item, Recepi me facturum. Old. Imo recipere plus aliquanto ſignificat, quam polliceri vel promittere, cũ in alieni facti obligationem veniunt. Cicer. epiſt. fam. Separatim promitto, in meque recipio fore eum ſibi & voluptati & vſui

Erad

ſt ad Atticum. De æſtate polliceris vel potius recipis, hoc eſt, vt vulgo loquimur, capis ſuper te. Quod nihil aliud eſt, quam alienam obligationem loco veri debitoris ſubire & alterius promiſſi non fidejuſſorem modo, ſed reum ſe conſtituere. Connan. lib. 6 c. 6. nu 3.

RECIPERE l. 8. §. mulier dotem. ff. de dot. prælég. pro excipere ſumitur. Dotem enim, inquit Vlp. recepiſſe mulierem magis, quam accepiſſe: ſalua eo, quod ex commodo repræſentationis ab ea fideicommitti potuit. Prat.

RECIPERE idem eſt, quod cauere: ſic accipitur ab Vlpiano in l. emptorem, § qui autem, ff. de act. empt. & vendit. Niſi forte (inquit) ſiquis omnes iſtas ſupraſcriptas conuentiones recipiat, quemadmodum recipitur, vt venditor nummos accipiat, quamuis merx ad emptorem non perueniat recipitur, id eſt, cauetur, Budæo in forenſibus interprete. Adde Brechæum in l. qui fundum in verbo recepta, in tit. de verb. & rer. ſign.

RECIPERE periculum, i. e. cauere de periculo, l. 1. de admin. tut.

RECIPERE præter notas & vulgatas ſignificationes, in tradendo promittendove excipere & ſibi reſeruare ſignificat, l. 205. ff. de verb. ſign. l. 21. ff. commun. præd. l. 31. in fin. ff. ſoluto matrim. l. 53 §. vl. ff. de act. empt. l. 42. ff. de mort. cauſ. donat. l. 29. §. ſi fundum, ff. de leg. 3. l. 43. § ſtipulatus, ff. de vſufruct. l. 40. §. fundi & §. cum fundos, ff. de contrah. empt. Cato de re ruſtic. c. 64. Pabulum domino recipitur. Plaut. in Trinum. Poſticulum hoc recepit, cum ædes venderet. Cicero Topic. Fecitque quod ſæpe liberales venditores ſolent, vt cum ædes fundumve vendiderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa apte & loco poſitum videatur. Idem lib. 2. de orat. Dicet te cum ædes venderes, ne in rutis quidem cæſis ſolium paternum recepiſſe. Eodem modo Gellius lib. 17. c. 6. hunc Catonis in ſuaſione legis Vnconiæ locum interpretatur. Principio nobis mulier magnam dotem attulit, tum magnam recepit, quam in viri poteſtate non committit. Eam pecuniam viro dat mutuam: poſtea vbi irata facta eſt, ſeruum receptitium ſectari atque flagitare virum jubet. Recipit, inquit Gellius id eſt, retinet. Item: quando mulier dotem marito dabat, tum quæ ex ſuis bonis retinebat, neque ad virum tranſmittebat, ea recipere dicebatur. Briſſ. Prat.

RECIPERE, i. e. admittere & tolerare. [de vſucap.

RECIPERE vſucapionem res dicitur, quæ vſucapi poteſt, l. 9. ff.

RECIPERE aquam, id eſt, pati vel tolerare, vt per viam publicam aqua fluat, l. 2. §. Idem Labeo, ff. ne quid in loco publ.

RECIPERE in edicto de ſeru. corru. proprie eſt refugium abſcondendi cauſa ſeruo præſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno loco, ædificioque, l. 1. §. 1. ff. de ſeru corrup.

RECIPERE arbitrum, eligere arbitrum, pro ad arbitrum compromittere, ad partes referuntur l. 2. §. 1. l. litigatores, in princ. l. non diſtinguemus, §. de offic. ff. de recept. Recipere autem arbitrium, ſuſcipere officium arbitrandi: recipere auditorium, ad arbitrum pertinent. Spieg.

RECIPERE cuſtodiam, l. 14. §. vlt. ff. de furtis.

RECIPERE ſaluum fore de furto, & damno intelligi debet, l. 5. naut. caup. ſtabul. Prat.

RECIPI etiam rei dicuntur, l. 2. §. ff. de cuſtod. reor. Tac. libro 4. Cæterorum quæ multa cumulabantur, receptus eſt reus, neque tamen peractus. Briſſ.

RECIPERE in reos, vel inter reos, eſt, accuſatum poſt delationem legitime inchoatam in album reorum referre, & adnotare, donec crimen peragatur, finiaturque. Briſſ.

RECIPERE, id eſt, hoſpitio excipere inquilinum, l. 2. §. vltim. ff. de vſufruct.

RECIPERE, id eſt, celare & occultare. Briſſ.

RECIPI, id eſt, probari vel tolerari. Briſſ.

RECIPERE etiam cauſam rei alicujus, dicitur orator, qui eam ad ſe delatam retinet, & vt vulgo loquimur, de ea agenda ſe onerat. Cic. lib. de Orat. Ante condemnentur ij quorum cauſas recipimus. Briſſ.

RECIPI inter reos dicuntur, qui in numero ſunt reorum, l. 12. §. 1. ff. de accuſ. Prat.

RECIPI quoque nomen ejus, qui inter reos refertur, Latini auctores dicunt. Cic. 4. in Verr. & alij, qui interfuerint, cum accipientis nomen reciperetur. Val. lib. 3. c. 7. Cum id vetaret beneficio legis Memmiæ liceret quæ eorum, qui Reip. cauſa abeſſent, recipi nomina vetabat in vrbem tamen recurrit. Briſſ.

RECIPI quoque transfuga dicitur à nobis, ad quos nunc primum is peruenit, l. transfugam, ff de acquir. rer. dom.

RECIPI in carcerem l. 1. l. 13. ff. de cuſtod. reor. l. 1. ff. quando appel. ſit. Et recipi in cuſtodiam, l. vlt. ff. de quæſtionib. Briſſ. Prat.

RECIPIENDVM intelligendum, l. ex patre, ff. de hær. inſt. Prat.

RECIPROCVM dicitur, quod eo redit, vnde prodiit, dictum à recipiendo auctore Varrone. Sic horæ reciprocantur quum expleto legitimo curſu, rurſus ad priſtinum ſtatum redeunt: & vnda à littore excuſſa, rurſus littus alluens, reciprocari dicitur. Ex Eraſm. Spieg. Ita mutuum eſt quod reciprocat: quia cum reſtituis mihi quod credideram, redit ad me quod diſceſſerat. Nam quod reddis, adeo ſimile & finitimum eſt ei, quod dederam, vt meum prorſus accepiſſe videar. Conn. lib. 7. c. 1. nu. 7.

RECIPROCA ſubſtitutio, Vide Subſtitutio.

RECIPROCA argumenta Græcis ἀντιστρέφοντα ſunt dicta, vt annotauit Gell. lib. 5 c. 10.

RECISVS, pro contractius, breuius, elegans aduerbium apud Calliſtratum, in l. 8 de Term. mot. Spieg.

RECITARE hæredem. & pro facere, & pro pronunciare, & pro ſcribere vſurpatur. Iulianus in l. 1. ſub fin de his quæ pro non ſcript. hab. Qua, ait ex parte me Titius hæredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit Vide in Pronunciare.

RECITARE ſententias dicitur quis, cum publice eas perlegit, l. 2. C. de ſent. ex breu. recitand.

RECITARE teſtator hæredem dicitur, qui eum palam, id eſt, ſic vt a teſtibus ſeptem exaudiri poſſit, nuncupat, vt in l. 1. ff. de his quæ pro non ſcript. habent. Qua ex parte me Titius hæredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit, ea ex parte hæres eſto. Et in l. 18 §. vlt ff. de hæred. inſtit. Qua ex parte à me Titium hæredem inſtitutum recitaſſem, ex ea parte mihi Sempronius hæres eſto. Cicero pro Cæcin. Teſtamento ſi recitatus eſſet hæres pupillus Cornelius Briſſ. Prat.

RECITARI teſtamentum dicitur, cum in publicum prolatum & apertum teſtibus præſentibus publice recitatur, leg. 1. Cod. quemadm. teſtam. aper. l. 41. ff ſi cert. pet. l. 11. § 1. de leg. 2. l. 6. in fin ff. de extraord. crim. l. 40. ff de jur. fiſc. l. 89. ff. de manumiſſ. teſtam. & apud Paul. lib. 4. ſentent. tit. 6 Plin. 7. epiſt. 31. Apertoque teſtamento recitatum hæredem minorem funeri inſtitiſſe. Briſſ. Prat.

RECLVDERE, id eſt iterum includere in l. 1. in princ. C de cadnc. toll. Recludi in l. 14. in pr. C. de legit. hæred. eſt excludi. Hinc Recluſum jus agnitionis in l. 4 §. placebat, 9. C. de bon. libert.

RECOGNOSCERE, pro approbare, agnoſcere, reuidere, apud Martiā in l. 1 §. inter filium, de falſ. Si ſpecialiter, ait, ſubſcriptio facta eſt: quod illi dictaui, & recognoui, pœna ceſſat. Spieg.

RECOGNOSCERE feudum, eſt beneficij ſui autorem agnoſcere, eique illud acceptum referre, ac eo nomine fidem illi, & obſequium referre, lib. fend. 2. tit 17. & tit. 34. §. 3. Dicebant & Recognoſcere de manu. Albert. Krantz lib. Dan. 6 c. 17. Ibi tum Cæſar cauſari cœpit, quod rex tardius aduertiſſet, Imperio Rom. deuinctus obſequio, quod regnum illius de manu recognoſceret. Idem lib. 7. c. 41. Ita tamen, vt juxta regni jura feudum à corona recognoſcat, & inde præſtet obſequia. Prat.

RECOGNITIO eſt diſpunctio l. 15. ff. de rebus auct jud. poſſid. ad quam referenda eſt l. 56. ff. de verb. ſign. vt inſcriptionum ſimilitudo admonet, Vbi Vlpianus ait, cognoſcere inſtrumenta eſt relegere & recognoſcere: Diſpungere vero, conferre data & accepta, Sic deſcriptum & recognitum faciant, accipe in l. 5. ff. famil. erciſc. Recognoſcere etiam dicitur, qui quod ſe dictante ab alio ſcriptum eſt, agnoſcat, l. 15. §. item ſenatus, ff. de falſ. Briſſon.

RECOGNITIO, pro cautione, barbarorum eſt.

RECOMMENDARI, eſt Bartoliſticis, detineri & carcerari ad implorationem aliorum, de quo vide Bart. in l. 8. ad fin. ff de cuſtod. reor. vbi docet: Si carceratio nulla eſſet, nec recommendationem valere. Notum eſt Latinis, verbum recommendo, non eſſe in vſu.

RECOMMENDARE Interpp. eſt, quando aliquis eſt in carceribus propter crimen, & duo auctores veniunt implorantes officium judicis, quod iſte incarceratus detineatur etiam propter eorum intereſſe. Prat.

RECOMPENSARE verbum, tametſi ægre à Latinis admiſſum, in maximorum tamen principum Cancellariam receptum eſt.

RECONCILIARE dicitur matrimonium, quod diſſociatum eſt, l. neque ab initio 14. C. de nupt.

RECONDERE dotem ſignaculo impoſito: vide Auth. dos data donationem, C. de donat. ante nupt.

RECONVENTIO, quæ rei: & conuentio, quæ actoris eſt, dicitur mutata petitio. Sunt enim quaſi connexa, l. pen. C de Iudæis Vide Abbat. in rubr. de mut. petit. Negant reconuentionem (quæ nihil aliud eſt in effectu, quam retorſio, l. cum Pap. cum Authent. ſequen. C. de ſentent, & interloc. omnium judic.) habere locum in appellationis cauſa tum coram arbitro: Vide Lauſrac. Balb. decis 65. centur. 1. Poteſt autem conuentio & reconuentio fieri vel coram judice ordinario, vel delegato, in Nouell. de executoribus, §. illud, & in Auth. & conſequenter, C. de ſentent. vbi gloſſa pulchra. Spieg Prat.

RECONVENTIONEM Cajus eleganter appellat mutuam actionem, in l. ſi cum idem, eodem, §. ſed et ſi mutuæ, ff. de juriſdict. Old. [ret. dom.

RECTA actio pro directa in l. 9. § ſed non vt literæ, ff. de acquir.

RECTA cœna, Sportulæ oppoſita erat: Vide Stephanum Robert.

RECTA tunica: Vide Feſtum.

RECTA via narrare, narrare rem vt eſt, nihil mentiri.

RECTA via tranſit dominium rei legatæ in legatarium, l à Titio, ff. de furt.

RECTE verbum ad juſtitiam cauſæ reſtringi, ſicut rite ad ritum, id eſt, ſolennitatem indicat Alciatus, gloſſ. & Bart. ad l. non pu-

tauit, §.non quæuis, ff.de bonorum poſſeſſ. contr.tab. Bart.gl. ad l.2.verb.recte,ff.de inoff.teſtam.Gœdd.ad l.73.nu.3.de verb. ſign. Sed tamen videtur Recte generalius accip. Priſcia. Rite pro recte:quia nihil traditur ritibus, alius quod recte eſſe credatur.Donatus: Recte dicitur, quod nullo vitio verborum dicitur. Vere ad rei ſeu ſententiæ veritatem refertur. Hinc Terent. in Adelph.recte & vere dicis. Spieg. Prat.

Recta alias & idonee,vtiliter, & vt oportet, l.2.ff.vſufru.quemadmodum cauſ.l.au.§.vltim.ff.de ſeru.vrban.l.24.ff.de ſeru. ruſtic. Item legitime & ſecundum juris ordinem, l.2 §.1.ff. ad Velleian.l.27.§.recte,ff.de liber.cauſ.l.31.ff. de minorib. l.2.ff. de inoffi.teſtamen.l.6.in fin.ff.de jure patron.l.3.in princ.ff.de liber.& poſthum.Briſſ.

Recta etiam eſt ſine vitio, id eſt,non vi, non clam, non precario, l.penultima,ff.de itinere actuque. His enim modis rectem non geri Donat.in Eunuchum Terentij notat.Briſſ.

Recta verbum non ſolum juſtitiam & æquitatem, ſed & legitimum cauſæ ordinem & ſapientiam ſignificat, l.1.§.1. ad Senatuſconſ. Velleian. l.1.§.1. verſ. recte atque ordine, ff.de lib. cauſ.l.2.ff.de inoffi. teſtam.l.ſi mulier,31.ff.de minor.l.3 ff.de lib.& poſth.l.pen.ff.de itiner.actuque priu.Sic & quod rite fit, recte factum dicetur: juxta illud Varronis, quo aſſerit, rite à ritu, ſicuti recte à recto, quod curuum non eſt: dictum eſſe: nam quod ſecundum ritus fit, id ratum & rectum perhibetur. Itaque inter hæc duo vocabula rite & recte, nulla eſt differentia,niſi quod recte generalius,rite ſpecialius ſit,licet diſſentiat Brechæus ad l 73.ff.de verbor.ſignif. ſecutus Bart. & gloſſ.in l. non putauit §.non quæuis,ff de bon. poſſeſſ.cont.tab.& in l.2. ff.de inoffi.teſtamen.Quinimo expreſſe per d.l.2. conjunctam cum d.l.non putauit, § non quæuis, refutatur: enim in d.l.2. Recte pro eo, quod in d.l.non putauit §.non quæuis Rite appellatur accipiatur,hoc eſt,pro ritu ſolenni,legitimo & juſto. Nec reſiſtit Ritu à ritu dictum eſſe & ſacra rite non recte peragi dici,item ritus patrios,cum oſtenſum ſit,rite recti ſpeciem eſſe: nec quicquam tradatur ritibus, niſi rectum credatur, autore Sichardo. In multis quoque locis Liuianis, & ab aliis auctoribus hæc conjunguntur, recte riteque ſacra fieri, neque obſcurum eſt, id etiam recte fieri, quod juxta ritus,i.e.mores patriæ factum eſt:cum mores & conſuetudines patriæ pars juris ciuilis ſint, vt l.quibus,cum ſequentibus, ff.de legibus,vt ſi negligantur, efficiant vitium, quia idoneum & juſtum non eſt, quod contra ritus factum eſt. Nam & id, quod idoneum non eſt, neque vtile rectum vocari nequit, quia vitioſum eſt, arg.l.2.ff.de vſuſruct.quemadmodum cau.l.6 ff.qui ſatiſd.cog. l.ſeruitutes 20.§.fin.ff. de ſeru.vrb.præd.Sic qui juſte poſſidet, recte poſſidere,l.recte, ff.de acquir. poſſeſſ. at juſte non poſſidet, niſi qui rite, hoc eſt, ſine vitio,non clam, non precario poſſidet: nam ita poſſidere ritus & mores patriæ non permittunt: itaque qui rite poſſidet, recte etiam poſſidet, l.pen. ff.de itin.actuque priu. Sic nuptiæ rite contractæ dicuntur,quæ juſtæ ſunt, & recte fiunt, cum ex legum tum morum ordine:& ritus nuptiarum,non ſolum ſunt ſolennia: ſed & ipſum jus,& rectum,tit. Inſt.de nup.toto tit.ff.de ritu nupt.Gœdd. in com. ad l.hæc verba 63.nu.34.ff.de verb.ſign.

Recta atque ordine, id eſt, recte ac ſapienter, quippe ex ſapientia conſideratio: ordo autem ex conſideratione naſcitur. In edicto Velleian.l.2.ff. ad Senatuſconſul. Velleian. Arbitrari Senatum, recte atque ordine facturos ad quos de ea re in jure aditum erit. Cic.in Anton.3. Recte atque ordine,æque Rep.feciſſe & facere Vlp.diui,27.§.1.ff.de liber.cauſ.Recte atque ordine judices puto facturos, ſi hanc formam fuerint conſecuti. Hot.Prat.

Recta in ſtipulationibus tantundem valet; vt Arbitratu boni viri: inquit Vlp.l hæc verba, 72.de verbor.ſig. Hinc recte defendere, arbitratu boni viri defendere: apud eundem in l.jam tamen, 5.§.3 ff.judic.ſolui.Hinc illa formula apud Paulum in l.lecta, 40. ff.ſi cert. petat. Et hæc quindecim proba recte dari Kalendis futuris ſtipulatus eſt Mæuius. Cato de re ruſtic.cap. 144.Oleam cogi recte,ſatiſdato arbitratu L.Manlij.Idem cap. 146. Recte hæc dari, fierique, ſatiſque dari domino promitto. Varro lib.de re ruſtic.2.cap.4 Illaſce ſues ſanas eſſe,habereque recte licere, ſpondeſne? Scæuola l.qui Romæ, §.15. ff.de verb. obligat. Eaque ſi recte dari fieri promiſit Callimachus. Vlpianus l.aliud eſt, 71.de verb.ſign. His rebus recte præſtari. Hot. Prat.

Recta defendi, hoc eſt, judicium accipere, vel per ſe, vel per alium, ſed cum ſatisfactione: nec ille videtur recte defendi, qui quod judicatum eſt, non ſoluit, l.5.§.fin.ff.ex quibus cauſ. in poſſ.eat.l.recte 63.ff de judic. & l.10.ff de admin.tut.Prat.

Recta pecunia data intelligitur, quando loco & tempore congruo datur,l.lecta,ff.ſi cert. petat.Spieg.

Rectores proprie dicitur, qui prouinciam, ſiue Præfecti Præt. titulo, ſiue Comitis, ſiue Proconſulis, ſiue Legati, ſiue Cæſaris,ſiue Correctoris nomine regit. Vide Bart.in l.1. Cod.de excuſ mun. lib.11 & Alciat.in l.principalibus,ff.ſi certum petat. Cæterum Rectorem ſcholaſticorum nomine contineri, vt & Epiſcopum, qui ſtudiorum cauſa in Academia ſit, Bald.docuit in proœm. Decretal. Sic appellatione militum, imperator, *Der oberſte Feldthauptmann*, l.5.de milit.teſtam appellatione populi Senatus continebitur, §.plebs,Inſt.de jur. nat. Qua ratione cum curiam dicimus, etiam de Cardinalibus: cum monachos, de Abbate: cum Capitulum, de Decano quoque intelligemus,c.quia,§.1.conceſſ.præb.in 6 Spieg. Prat.

Rectores ciuitatum & municipiorum, cur hodie exerceant, quæ ſint meri mixtique imperij Bart.docet in l.3.ff. de damn. infect.Spieg.

Rectum, honeſti ſpecies, diuiditur in juſtitiam, fortitudinem, prudentiam & temperantiam.

Rectum feudum, idem quod juſtum, id eſt, quod recto jure, juſto ac legitimo modo conſtitutum, juſtaq; inueſtitura quæſitum eſt, lib.Feud.2.tit.2.§.8.& tit.5.§.primo, & tit.20. & tit. 46.Obert. 2.tit.8.§.2. pro recto feudo dixit, Rem per beneficium recte inueſtitam. Prat.

Rectum judicium, id eſt, directum & principale, l.18.ff.commod.

Rectum jus dixit Iuſtin.§ 1.Inſtit.de fideicommiſſ. hæred. Imprimis, ait, ſciendum eſt, opus eſſe, vt aliquis recto jure teſtamento hæres inſtituatur:Id eſt,ſecundum juris ciuilis præſcripta & regulas atque adeo verbis directis ac ſolennibus,Prat.

Recuperare id dicimus, quod amiſſum in noſtram poteſtatem redigimus,Connan.lib.4.c.17.num.8.

Recuperatio eſt, vt ait Gallus Ælius, qua inter populum & regem, nationeſque & ciuitates peregrinas lex conuenit, quo modo per recuperatores reddantur res, recuperenturque, ac res priuatas inter ſe perſequantur.Hotom.ex Feſto.

Recuperatores, judices qui à Prætore in priuatis controuerſiis quæcunque de re ageretur,dabantur;quos à recuperando dictos apparet, quod per eos ſuum quiſque jus recuperare poſſet,Hot.Corraſ.Miſcell.lib.3.cap.10.num.6.Recuperatores appellatos ſcribit, quod de bonorum inique ablatorum recuperatione,æſtimandiſque injuriis cognoſcerent. Idque ex accuſationis tertio in Verrem intelligi exiſtimat.Hot.§.ſic itaque diſcretis Inſtit. de action.vbi late de eorum officio:& Vult. in comment Inſtit.eod.tit.ad §.1.num.45.

Recuperatorium judicium, quod per judices datos exercebatur,apud Cic.lib.2 de inuent.& apud Suet.in Veſpaſian. & in l.Manilia ad fin & Plin. Epiſt pen.lib.3. Briſſ. Differunt autem judicium & interdictum recuperatorium. Qui enim vi dejectus erat, interdicto recuperatorio à Prætore impetrato, conuocabat amicos ſuos, & cum iis in fundum recuperandæ poſſeſſionis gratia deductus,præſente aduerſario ſurculum defringebat, ſolennibus verbis cedere aduerſarium, vacuamque relinquere poſſeſſionem jubens defractoque ſurculo,ruſſus ex fundo per eoſdem amicos domum deducebatur: de quo more viſus eſt ſentire Aggenus Vrbicus, cum ita ſcriberet: De loco ſi poſſeſſio petenti firma eſt, etiam intercidere licet, dum cætera ex interdicto diligentes agantur. Magna enim alea eſt litem ad interdictum deducere, cujus eſt executio perplexiſſima. Nec ſane aliud quicquam continebat interdictum, quam ſupplicem quandam decreti formulam,qua fieri quid,aut non fieri ſic à Prætore jubebatur, vt ei parere neceſſum ſtatim foret, ſine aliqua cauſæ indagatione, ac proinde nullam ſententiæ pronunciationem, nullamque rei judicatæ vim aut effectum ſortiri aliquod interdictum ſolet,l.35.de act. emp.& ven. Aliud eſt ſi neglecto interdicto maluerit judicio recuperatorio is qui dejectus eſt,in poſſeſſionem reſtitui. Tunc enim non recuperari duntaxat poſſeſſio ſolet, ſed tanti etiam aduerſarius condemnabatur,quanti ea res eſſet,h.e.in duplum l. 21. in fine de hæred.vel act. vend.habita etiam ejus, quod intereſt,ratione. Idque illud eſt, quod edicti quadam perpetui antiqua clauſula, ſic apud Valerium Probum notis expreſſum inuenio: Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ judicium recuperatorium dabo, teſtibuſque publice duntaxat decem denunciandi poteſtatem faciam.Per teſtes eos intelligit Prætor ciues Romanos, qui per vim dejectionem fieri viderant.

Recuperatorium judicium,inquit Corraſ.l.3.Miſcell. 10.n. 8.dicitur, quod de æſtimandis injuriis cum recuperatione habebatur: quo judicio Tranquil. refert Flauiam Domicillam, quam Veſpaſian.pater vxorem duxit,ingenuam,& ciuem Romanam aſſerente patre pronunciatam eſſe.

Recuſare dicitur, qui non vult adire hæreditatem, l.recuſare, ff.ad SC.Trebellian.

Recuſare fideicommiſſum,i.nolle præſtare,l.22 ff.de legat.

Recuſare in judicio pro inficiari & denegare,l.48 ff.mandati.

Recuſare, pro accuſationem depellere, apud Ciceron. Budæus obſeruauit. Recuſamus re ipſa: & tacite, l.recuſare,ff.de acquirenda hæreditate, l.recuſare. Ad Trebellianum. Item recuſat, hoc eſt, refutat, reiicit improprie, quod ſibi delatum non eſt, l.filia, ff.de aur.& argent.legat. Præterea recuſat, qui debite requiſitus, abſque cauſa protendit executionem vt notat in Authent.de exact. inſtrument. dot.§. illud adſtipulatur lex.tutor, qui repertorium,§.ſi deponi, ff.de adminiſtrat. tut.

Obſer-

Obſervandum, executorem recuſari non poſſe ſuſpecti nomine. nec ab eo appellari, niſi in exequendo modum excedat ſecundum gloſſ. in l. apertiſſimi, C. de Iud. Old. Prat.

RECVSARE & Repudiare hæreditatem differunt. Recuſare non modo hæres poteſt, verumetiam fideicommiſſarius, l. cogi, 16. §. 3. & § ſi ſeruo, ff. ad Trebell. Repudiare autem ſolus hæres poteſt: quippe cum alij nulli hæreditas deferatur. Rurſus, Repudiatio in jure tantum fieri poteſt, l. 3. & 4. Cod. de repud. hæred. Recuſatio vero quovis loco & modo recte fit. Itaque recuſare, inquit Vlp. non tantum præſentes, ſed etiam abſentes, vel per Epiſtolam poſſunt, l. recuſare 6. ff. ad Trebell. & l. recuſari 95. ff. de acquir. hæred. Recuſari hæreditas non tantum verbis, ſed etiam re poteſt, & alio quovis judicio voluntatis. Hotom. Prat.

RECVSATIO eſt Iuriſdictionis vel audientiæ, ſuſpicionis cauſa propoſita declinatio, l. apertiſſimi, C. de Iud. Specul. tit. de recuſ. Id autem fiebat ant his verbis. hunc nolo: vt ſcribit Plinius in Panegyrico: Sors, inquit, & vrna, judicem aſſignat, licet rejicere, licet exclamare. Hunc dolo, timidus eſt vel interpoſito jurejurando, his verbis, Eiero, iniquus eſt (vt Aſconius Pædianus docet) alio nullo allato ſuſpicionis argumento Iudex autem ante litem conteſtatam recuſandus eſt, d. l. apertiſſimi. Si lite conteſtata emergat legitima recuſandi cauſa, recuſari quoque poſt litem conteſtatam poterit, gloſſ. in leg. penul. C. de Conſort. ejuſdem lit. gloſſ. 10 cap. cum ſpeciali de appellat. in antiqu. Recuſandi Iudicis cauſa recenſet Angel. in §. præterea, num. 9. Inſtit. de except. Alciat. reſponſ. 369. num. 13. Vide autem Cujac. 9. obſeru. 23. Prat.

RECVSATIO, exceptio Cic. de inuen lib. 1. Iudiciale eſt, quod poſitum in Iudicio, habet in ſe accuſationem & defenſionem, aut petitionem & recuſationem. Hinc illud Celſi in l. 48. ff. mandat. Si quis ſub vſuris creditam pecunia fidejuſſiſſet, & reus in Iudicio conuentus eum recuſare vellet ſub vſuris creditam eſſe pecuniam, fidejuſſor. ſoluendo vſuras poteſtatem recuſandi eas res ſuſtuliſſet, eam pecuniam à reo non petiturum. Hot. Prat. At Conn. lib. 7. c. 14. num. 8. Recuſationem in d. l. 48. accipit pro defenſione. Recuſare enim quandoque ſignificat defendere. Idcirco Tullius accuſationi recuſationem opponit, quo verbo nimirum defenſionem ſignificat. At defendere tum prohibere & propulſare eſt: tum conſeruare & tueri, vt defendere injuriam. Sic dict. l. 48. debitor recuſat pecuniam ſub vſuris eſſe creditam, quod hæc eſſet creditoris petitio & intentio, pecuniam non fuiſſe creditam ſub vſuris, idque defendebat & rejiciebat inficiatione. Cannan. lib. 7. Hor.

REDACTA pecunia, Vlp. interpretans verba SC. quid relatum eſt in l. item veniunt, ff. de pet. hæred. Redactam, inquit, ſic accipiemus non ſolum jam exactam, verum etſi exigi potuit, nec exacta eſt. Spieg.

REDACTA res in Patrimonium dicitur, quæ in rem patris verſa vel relata eſt, l. 5. ff. quod cum eo qui in al. pot.

REDACTVS, pro perductus. Vlp. de in jus vocan. Sed ſi per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus, putat Pomponius eum amiſiſſe honorem. Eſt autem redigere proprie, vt quidam, vel induſtria ducere ad aliquid. Sic redigit prætor per interdictum, Quod leg. l. 1. Serui in dominium noſtrum rediguntur, l. & ſervorum, ff. de ſtatu hom. Spieg.

REDACTVM, tus, tui, pecunia ex frugibus venditis redacta: Sceuol. l. 58 §. 1. ff. de vſufruct. Sempronio do lego, ex redactu fructuum holeris, & pomorum partem ſextam. Prat.

READOPTARE, iterum, denuo optare, apud Modeſt. in l. ſi pater filium, de adopt.

REDDERE quamvis proprie ſignificet retrodare, & quod acceperis reſtitueris, l. 3. §. ſi quis ſervum, & l. 19. §. ſi hæres, ff. de ſtatu libert. tamen habet & perſedandi ſignificationem, l. 94. vbi Gœddæus, ff. de verb. ſign. quæ ex l. 21. ff. de leg. lib. 2. id eſt, ex lib. 20. ff. Celſi ſumpta eſt. Itaque Reddere juſſum ſimul & dare juſſum Caſcellius & Labeo probant. l. 98. ff. de leg. 3. Et ideo ſi quis alicui pecuniam reddi juſſerit, & ſi debitam non appareat, ex fideicommiſſo tamen ea recte petetur, l. 91. §. 2. ff. de l. 3. Briſſ. Prat.

REDDERE & reſtituere ſæpe à noſtris conjunguntur, l. Caius Seius, ff. ſolut. matrim. Briſſ.

REDDERE æque bonum, pro eo quod æque acceptum eſt, l. cum quid. in fine, ff. ſi certum petat. quemadmodum in mutuo res æque bona reddenda eſt, ſicuti fuit mutuo accepta. Spieg.

REDDERE jus dicitur magiſtratus, cum aliquid decernit: quaſi quod ei à populo commiſſum fuit, vnicuique diſtribuens, l. pen. ff. de juſt. & jur. Prat.

REDDERE pro dare aliquando accipitur. Sic apud Cic. reddere literas, pro tradere & dare literas. Quintil. ſi (inquit) verum eſt poſt vetuſta ſecula & innumerabiles annos reddi rurſus alijs corporibus animas, fortaſſis in me renatus ſit aliquis ex illis. Reddi animas pro dari intellexit teſte Laurentio Valla, lib. 2. Reddere exta dixit Virgil. Sed Sacerdotum verbo, ait Servius. Reddi enim dicebantur exta, cum probata & elixa aræ ſuperponebantur. Virgil. lib. 2. Georg.

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

At vero apud Celſum in l. cum quidam vxori, ff. de legatis 2. Cum vir dotem vxori ſuæ reddidiſſet, & quadraginta ei legare voluiſſet, & quanquam ſciret dotem ei redditam, hoc tamen prætextu ac colore verborum vſus eſſet, Iubeo quadraginta reddi vxori, quaſi dotis reddendæ nomine eam ſummam legaſſet, quadraginta legati non dotis nomine deberi conſtat. Brec. in l. plus eſt, in verbo Reſtitutionis, ff. de verb. & rer. ſign.

REDDERE rationes: vide Rationes reddere.

REDDERE, rem pro re dare. Seneca li. de benef. 6. Cum dicimus: Beneficium illi reddidi, non hoc dicimus, illud nos quod acceperamus reddidiſſe: ſed aliud pro illo reddere. Eſt enim rem pro re dare. Quidni? cum omnis ſolutio non idem reddat, ſed tantundem: nam & pecuniam dicimus reddidiſſe, quamvis onmeravimus pro argento aureos, quamvis non intervenerint numi, ſed delegatione & verbis perfecta ſulutio ſit. Item lib. 7. Reddere, eſt id quod debeas volenti dare. Hotom. & ante eum Duar. lib. 1. diſp. anniverſ. c. 24. Prat. Porro inter verba Reddere & Edi rationes multum intereſt, nec is, qui hoc edere juſſus ſit, reliquum reddere debet: nam & argentarius edere rationem jubetur etiamſi quod reliquum ſit apud eum non ſoluat, Pompon. de verb. ſign. Maſſæus.

REDDERE in l. 4. C. ne fiſcus vel Reſpublica procur. id eſt, ſolvere.

REDDI actiones dicuntur à Prætore, id eſt, dari, l. 11. ff. de præſcr. verb. 52. ff. de rei vind. §. rei perſequendæ, in fin. Inſtit. de act. l. 33. ff. de oblig. & act. l. 9. §. 1. ff. quod falſo tutor. l. vlt. in fin. ff. ſi vent. nom. l. 23. in fin. ff. commun. divid. Briſſ. Prat.

REDDI interdictum, id eſt, interdictio agendi poteſtatem permitti, l. 4. ff. de vi & vi & arma, l. 1. §. eſt igitur, & l. vltima, ff. vti poſſid. l. 2. §. hoc interdicto, & §. præter, ff. de itiner. actuque, l. 1. ff. de Salvian. interd. l. 14. § ia qui precario, ff. de furtis, l. 1. §. quæ autem, ff. quor. legator. l. vnic. penult. ff. ne quid in flum. publ. l. 1. §. 1 ff. de fonte, l. 5. in fin. ff. quibus ex cauſis in poſſ. & apud Paul. lib. 4. ſentent. tit. Briſſ. Prat.

REDDI Iudicium, id eſt conſtitui Iudicium, l. 12. ff. de præſcript. verb. l. 4. ff. de aqu. cott. l. penult. ff. quod cujuſque vniverſ. l. 5. ff. de bon. eorum, qui ante ſentent. Briſſ. Prat.

REDDI pœnæ dicuntur, qui ad pœnam ſuam, quam euaſerant, vel ad metallum aliamve aliquam revocantur. Plin. lib. 10. Epiſt. Trajanum conſulens de ſervis, qui ex damnatione in ſervorum publicorum numerum irrepſerant: Nam reddere, ait, pœnæ poſt longum tempus pleroſque jam ſenes, & quātum affirmatur, frugaliter modeſteque viventes nimis ſeverum arbitrabar. Cui Trajanus ſic ſcribit: Qui intra hos decem annos damnati, nec vllo idoneo auctore liberati ſunt, hos oportebit operæ ſuæ reddi. Apul. lib. 7. de Aſin. aur. Quoad renaſcenti die ſequenti deductus ad magiſtratus, vt ajebant, pœnæ redderetur, Briſſ. Prat.

REDDI præjudicium, l. fin. ſi lib. ingen. eſſe dic. Prat.

REDDITA res non intelligitur, quæ deterior redditur, l. 3. §. 1. ff. commod.

REDDITÆ vſuræ, l. 17. ff. de vſur. Briſſ.

REDDITI agri, vt Hygenus in lib. de Limitibus & alij id genus auctores ſcribunt, olim dicebantur, qui veteribus poſſeſſoribus redditi erant. Briſſ. Prat.

REDDITI apoſtoli, l. 9. ff. de jure fiſc.

REDDITVRI, vetuſte pro Redditum iri. Proculus l. 48. in fine: Sed qui petent, cavere debebunt, ſi hæreditas evicta fuerit, quod legatorum nomine datum ſit, redditurì. Iulianus l. 27. ff. ad Senatuſc. Trebell. Et cavit, quod amplius per legem Falcidiam liceret, cepiſſet, redditurl. Hot. Prat.

REDEMPTI ab hoſtibus quaſi ſpecies quædam ſervorum ſint, dicuntur, qui precio pro ſe ſoluto ita nobis ſerviunt, vt tamen pignoris tantum vinculo, donec ſatisfecerint teneantur, vt apparet ex l. 43. ad fin. ff. de legat. 1. & l. 2. ff. de teſtam. l. 15. ff. de captiu. l. 2. & toto prope tit. Briſſ.

REDEMPTIONIS quantitatem offerre l. 15. de captivis.

REDEMPTOR dicitur, qui certo precio opus aliquod faciendum ſuo periculo conduxit l. 51. §. fin. l. 60. §. lege dicta, ff. locat. l. 17. §. pen. de vſur. 40. ff. de rei vind. l. 23. §. 1. ff. de rebus aut. Iud. l. 2. in quibus cauſis pign. l. 33. §. qui ædem, ff. de locat. l. 38. in fin. ff. de verborum obligationibus, & qui locat, vetuſte Venditorem opus vero ipſum, Redemptoris bona: Hot. & Connan. li. 7. c. 11. Briſſ.

REDEMPTOR cauſarum dicitur, qui alienas lites mercatur pecunia: alias Quadruplator dictus: Vide Alex. ab Alex. lib. 4. c. 15.

REDEMPTOR litis dicitur, qui certa mercede pacta litis periculum in ſe recepit, ejuſque periculum præſtat. Vlpianus l. 6. §. 6 ff. mandat. Videbatur autem mihi Iudicatum ſolui fidejuſſiſſe, & quaſi redemptor litis extitiſſet, vellet à Daphnide mandati Iudicio conſequi, quod erat condemnatus. Prius autem dixerat, Ex eventu litis caverat ſibi certam quantitatem dari. Item leg. ſequenti, An eventum litium majoris pecuniæ præmio redemerit: Vide Cujac. 8. obſeru. 31. Quintilian. lib. 12. cap. 7. in fine, de patronis eorumque honorario diſputans,

Paciſcendi quidem iſte piraticus mos, & imponentium periculis precia, procul abominanda negotiatio, etiam à mediocriter improbis aberit. Imp. l. 1. C. de procur. Litem te redemiſſe contra bonos mores precibus manifeſte profeſſus es. Sic. l. 25. C. de mandat. l. 9. §. 1. ff. de offic. proconſ. Hot. & ante eum Coraſ Miſcell. lib. 1. c. 4. nu. 2. Prat.

REDEMPTOR, in l. 15. ff. de publ. eſt, qui Cretæ cotorias redemerat.

REDEMPTOR operum dicitur, qui opera facienda conduxit, l. 2. §. conductore, l. fin. ff. de admin. rer. ad ciu. pert. l. 2. ff. de oper. publ. Briſſ.

REDEMPTOR pontis dicitur, qui pontem ſartum tectum pecunia quæ pro mercium exportatione ſoluatur, tuendum conduxit. Labeo l. 60. §. 8. ff. locat. Vehiculum conduxiſti: id quum ponte tranſiret, redemptor ejus pontis portorium ab eo exigebat. Hot. Prat.

REDEMPTOR ſylvæ, qui ſylvam conduxerat, l. 29. ff. locat. Briſſ.

REDEMPTOR vectigalium emptor. in l. Cæſar. in princ. ff. de publ. & alibi. Dicitur & is, qui certo precio conducit vniverſum aliquod opus faciendum, à redimendo. Sed quare? Quid enim redimit operarius? Huc, Oldend. reſpondente, deſeruit, nempe quod veteres promiſcue omnem contractum appellarint emptionem. Qua priſca ſimilitudine fit, vt redimere pro conducere dicamus in parandis operibus; emit quippe ſibi, & totum in ſe ſuſcipit operarius id, quod parare ſeu facere debet, l. item ſi precio, §. ſecundo, ff. locat. l. ea lege, §. 1. eod. tit. l. in lege locationis. ibid. Spieg.

REDEMPTORES, inquit Feſtus, proprie atque antiqua conſuetudine dicebantur, qui cum ad faciendum aut præbendum quid conduxerant, tum demum pecunias accipiebant: nam antiquitus Emere pro accipere ponebant. At ij nunc dicuntur Redemptores, qui quid conduxere præbendum, vtendumque. Hodie redemptores publicorum vel priuatorum operum dicuntur, qui opus aliquod faciendum à publico aut priuato ſuſcipiunt, l. quicunque, §. Labeo. de inſtit. act. l. redemptores, de rei vend. l. ſi ventri, §. 1. de priuil. credit. l. eum in plures §. lege locat. l. 1. in quibus cauſ. pig. hypothec. Græci τοὺς ἐργολάβους. Nam proprie, inquit Bud. ἐργολαβεῖν eſt redemptur as facere, vt mancipes & conductores ſolent, quod & μισθοῦσθαι ἐργασίας dicitur. Brechæus l. eum qui, ff de verb ſign n 9.

REDEMPTORES rerum alienarum videri eos eſſe, qui ceſſiones aliis competentium actionum in ſemetipſos exponi properant, inquit Imperator Anaſtaſius in l. 22. C. mandati. Et alienas pecuniis præſtitis habent actiones, in l. 23. C. mandat.

REDEMPTOS dixit Iuſtinian. in l. 14. C. de teſtibus, teſtes precio corruptos & ſubornatos. Briſſ.

REDEMPTURA, redemptio, conductio publicorum. Vlp. l. 5. ff. de inſtit. act. Si quis pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis, redempturiſque faciendis præpoſuerit, &c. Liuius li. 3. bell. Punic. Exhortandos qui redempturis auxiſſent patrimonia, vt Reipub. ex qua creuiſſent, ad tempus commodarent. Hotom. Prat.

REDEMPTUS, id eſt, rurſus emptus, l. quoties, §. ſeruus, ff. de hæred. inſtit.

REDHIBERE dicitur venditor, qui rem venditam ſibi ab emptore redditam recipit. Plautus Mercatore, C. quid ſi igitur reddatur illi vnde empta eſt? D. minime gentium. C. Dixit ſe redhibere, ſi non placeat: nam (vt ait Feſtus) Redhibitum proprie dicitur, quod redditum eſt, improbatumque: & qui dedit, idem rurſus coactus eſt habere id, quod ante habuit Hot Prat.

REDHIBERE eſt facere, vt rurſus habeat venditor, quod habuerat, & quia id fiebat reddendo, idcirco redhibitio dicta eſt, quaſi redditio. Vlp. in l. 21. ff. de ædil. ædict. l. 8. & l. 9. eod. l. 19. ff de vſucap. l. 7. §. qui bona fide, ff. de emptor. l. 15. §. præterea, ff. de acquir. poſſ.

REDHIBITIO eſt venditionis reſolutio. l. Pompon. §. præterea, ff. de acquir. poſſeſſ. l. 11. §. redhibitionem, cum §. ſeq. ff. de act. empt. l. 6. in fin. ff. de diuerſ. & temp. Quintil. lib. 8. c. 3. An non pudeat certam pecuniam creditam periodis poſtulare, aut ciſtillicidia affici, tur mancipij redhibitionem ſuadere. Hanc à Græcis ἀναγωγὴν vocari Heſychius oſtendit. Sic enim definit, ἀναγωγὴ [illegible] Briſſ.

REDHIBITORIÆ l. 25. §. ff. de except rei jud.

REDHIBITORIA actio vocatur, qua experimur contra venditorem, vt cogatur reſtituere precium, & retro quod tradiderat accipere, vt conſtat per tot. tit. de ædili edict.

REDHIBITIO eſt, quædam in integrum reſtitutio, l. eam autem redhibitio, §. jubent, de ædil. edict. Spieg.

REDIGERE, eſt induſtria reducere ad aliquid, VViderumbbrengen. Papin. in l. 2. ff. qui potior. in pign. habeant. Quamuis inquit, ex cæteris pecuniam ſuam redigere poſſit. Old Prat.

REDIGERE fructus, cogere ſignificat, l. 5. §. qui legatorum, ff. vt in poſſeſſ. legat. ſeu fideicomm. ſeruan.

REDIGERE quoque accipitur pro conferre. Briſſ.

REDIGERE pro referre & computare. Briſſ.

REDIGERE pro compellere, ſeu rurſum adigere. Si in conditionem deteriorem fuerit redactus, l. 1. ff. de pœn.

REDIGERE inſtrumenta in poſſeſſionem ſuam, id eſt, poſſeſſionis, in quam quis miſſus eſt, beneficio etiam inſtrumenta retinare, ſeu in poſſeſſione rerum computare, l. 5. §. maxime, ff. de Carbon edicto.

REDIGERE in ordinem, id eſt, vt vulgo loquimur, ſuo ſtatu contentum eſſe cogendum. Spieg. Elegantius autem id interpretatur Conn. lib. 2. com. c. 1. n. 3. Redigere in ordinem eſſe imminuere dignitatem alicuius, & in gregarios eum & plebeios reiicere. Vnde Plin. epiſt. lib. 5. dicit gulam eſſe reprimendam, & in ordinem redigendam.

REDIGERE in poteſtatem, vel in ſeruitutem, eſt ſibi ſubditum ſeruum facere.

REDIMERE, multis modis in jure noſtro ſolet accipi. 1. Emere, licitari. Cicer. Qui merces, inquit, redimunt, vt ſtatim vendant. 11. Redimere, quaſi reemere quum res vendita eodem precio recipitur. Ita quotidie vtimur in contractibus annuorum redituum quibus pactum redimendi ſolet adijci. 111. Pro liberare vel recuperare illos, qui capti ſunt. Terentius. Vt redimas te captum, quam queas minimo. 1v. Redimere accipitur, pro certo pretio aliquid faciendum ſuſcipere, vt totum perficiat ſuo ſumptu, quod & conducere dicimus. Celſus in l. redemptore, ff. de rei vindic. Cicer. Et redemptor, inquit, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam. Old.

REDIMERE publica: vide Feſtum Briſſ.

REDIMERE ſe, id eſt, pecunia data vel promiſſa ſe liberare, l. idemque, ff. de condic. ob turp. cauſ. Sic Redimere vſumfructum proprietarius, & contra fructuarius proprietatem dicitur in l. 4. §. ſuis ff de manumiſſ. Briſſ.

REDIMERE dicuntur, qui quid à fiſco, vel priuato conduxerunt. Cicero in Bruto: Libri ſocietatis ejus, quæ picarias de P. Cornelio & L. Mummio cenſoribus redemiſſet. Briſſ.

REDIMERE differt ab emere: & quamuis differentia ſit triuialis ac obuia cuique, tamen ex hoc vno Ciceronis pro Seſtio loco maxime fiet plana Quis rex, inquit, erat, qui illo anno non aut emendum ſibi, quod non habebat, aut redimendum quod habebat arbitraretur? Sic proprie dicimus captiuos redimere ab hoſtibus cum eos liberamus ſeruitute & vitam noſtram & ſanguinem redimere à prædonibus, vt ſit redimere rem aliquam ab injuſto domino recuperare, aut aliqua ſeruitute vel pignoris jure liberare. Hot ex Connan.

REDIMERE litem, futuri emolumenti litis ſocietatem paciſci eſt l. 7. ff. mandat. l. 30. C. mandati, l. 1. §. ſi cui cautum, ff. de extr. cog. l. 5. C de procuratorib. l. 53 ff. de pact. Briſſ. Prat.

REDIMERE præterea pecunia aduerſarium corrumpere, & precio dato ſe ab accuſatore liberare ſignificat l. 29. l. 34. ff. de jur. fiſc. Briſſ. Prat.

REDIMERE ſententiam, Redimere judicem. Macer. l. 54. eod. Tu qui defenſione amiſſa redimere ſententiam maluiſti. Item, ad defenſiones cauſæ bona fide venientes non aduerſarios aut judices redimere tentent. Hot. Prat.

REDIMICULUM dicitur id, quo innexi implexique tenentur crines mulierum Hinc Plautus redimiculum pro quodam vinculo & nodo, quo velut alligatus teneretur Babylonienſis miles id eſt, miles Græcus, qui Babylone ſtipendia meruerat, jucunda ſuauique tranſlatione dixit, vt de eo teſtatur Turneb. aduerſ. lib. 24. cap. 17.

REDINTEGRARE matrimonium dicitur, quotiens poſt repudium miſſum iterum coeunt & conueniunt ac reconciliantur conjuges l. 23. & l. vltima, ff. rer. amotar. l. 64. ff. de jur. dot. l. 19. ff. ſolut. matrim. Matrimonium eodem ſenſu inſtaurari dicitur l. 62. §. 1. ff. de donat. inter virum. Sic & Redintegrari dos in l. 6. ff. de jur. dot. Et redintegrari ſeruitus, quæ confuſa reſtituitur l. 7. ff de fund. dot. Redintegrari etiam matrimonium dicitur quod captiuitate ab hoſtibus diſſutum quodam modo erat, l. 14. in fin. ff de captiuis. Redintegratur & ſtipulatio, quæ accepta facta reſtituitur, & ex integro interponitur l. 10. ff. quod met. cauſ. Quo ſenſu Reſtaurari obligatio dicitur l. 9. ff. de preſcript. verb. Briſſ. Prat.

REDINTEGRATUR quoque legatum, quod ademptum fuerat, l. 4 ff. de adimend. leg. Item, Redintegrari locatio ſeu renouari dicitur in l. 14. ff. locati, & redintegrari petitio, l. 16. C. de fidejuſſor. ac precarium, l. 5. C de precario. Hoc ſenſu Redintegrari obligatio dicitur, quæ pacto inualido erat remiſſa, l. 10. ff. quod met. cauſ. Item, non Redintegrari vires teſtamenti dicuntur, quod antea ruptum fuiſſe conſtitit, l. 36. §. vlt. ff de mil. teſtament. denique & Redintegratur etiam actio, quæ extincta fuerat, l. 5. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.

REDIRE & reuerti ad proprietatem referuntur l. fin. ff. de vſufruct ear. rer. quæ vſu conſum. Alb.

REDIRE in poteſtatem domini res tunc dicenda eſt, cum poſſeſſionem ejus nactus ſit, vt juſte auelli non poſſit, l. ſequitur, ff. de vſuc. Conn. lib. 5. cap. 15.

REDIRE hæreditas dicitur, quæ lege & ab inteſtato obuenit, Papin. in l. 69. in fin. princip. ff. de legat. 2. Peto pro hæreditate quam tibi reliqui, quæque ad fratrem meum jure legitimo

rediret

Digitized by Google

rediret, contentus ſis centum aureis. Poſtpon. in l. 3. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſt. Si ipſe quoque prætermiſerit, & quod lege ad ſe rediret, poſſidebit hæreditatem. Terentius Andria Actu 2. ſcen. 6. Eius morte ea ad me lege redierunt bona. Idem Hecyræ Act. 1. ſcen. 2.

Interea in imbro moritur cognatus ſenex:
Horum ad hos redibas lege hæreditas. Briſſon. Prat.

Reditvs nomen generale eſt, ſicuti prouentus, ſeu obuentiones Comprehendit ante omnia iura, ſeu vtilitates, quæ percipi poſſunt. Ex Ale. qui citat Card Clem. 1. de exceſ. præl. Spieg.

Reditvs dicitur, quicquid ex re aliqua obuenit, & redit, l. 3. § non paſſim, ff. de rebus eor. Sic reditus prædij, id eſt, prouentus, qui quotannis redit, l. pen. ff. de vſufr. leg. l. ſi reditus. ff. de fund. inſt. l. Titia. ff. de ſolu. l. æquiſſimum, § 1 ff. de vſufruct vt apud Ouid. Eleg. 3.

At reditus nam quiſque ſuos amat & ſibi quid ſit
Vtile ſollicitis computat articulis.

Reditva annui inter immobilia computantur, Nouel. 7. l. jubemus. Cod. de ſacroſanc. Eccleſ. Reditus prædij, legatur, cum vindemia vel meſſes legantur, l. 6. ff. de vſufruct. quemad. cau. l. 7. & 17. etſi forte, ff. de vſufruct. Multum autem legatum reditus prædij ab vſusfructus legato differt. Nam cui vſusfructus legatus eſt, prædium ipſum, quo vtatur fruatur liberum relinqui debet. Et vero, cui reditus legatur, ſatis eſt offerri annuam quantitatem, quam fundus largitur, nec ad habitationem præſtandam hæres obſtringitur, leg. 38. ff. de vſufr. legat. Hæreditatem autem exceptis reditibus reſtituere rogatus, partus ancillarum non retinebit, nec fœtus pecorum, qui ſubmiſſi, & in locum demortuorum capitum ſubſtituti gregem retinent, l. 38. §. hæreditatem ff. ad Trebell. Prat.

Reditvs & fructus, ſeu vſusfructus, differunt, eorumque differentiam eleganter tractant Iuriſconſ. in l. patrimonij, & in l. fundi Trebatiani, ff. de vſu & vſufruct. leg. In vulgata ſignificatione pro reuerſione, extat in l. finali, Cod. de ſent. paſſ. vbi Imp. Conſtantinus de patria poteſtate ſentiens, Quæ niſi, ait, patribus bonis detur, luctuoſus erit filiis reditus, quam diſceſſus. Spieg.

Reditvs à Græcis [illegible], quod prouentus percipere ſignificat: [illegible], ait Budæus, eſt obuentio, vectigal, & quæſtus [illegible] poteſtque ſcribi dupliei dd, eum videlicet, à reddo deriuatur. Reddere enim cenſetur ager quaſi depoſitum ſemen, & operam culturæ impenſam. Qui enim fructus ex terra redduntur domino in annos ſingulos, redditus recte appellantur. Quæ vero obuentiones fructuſque aduentitij ex re quacunque quotannis redeunt, à redeundo, reditus dicuntur Bieehæus in l. frugem, ff de verb. rer. ſign. Cuno. lib. 4. c. 3. nu. 5. tradit, quod quamuis fructus & reditus nomina vt plurimum eadem ſignificatione appellentur, tamen reditus vocabulum proprium eſſe in agro, qui nummo locatur: Fructus autem in eo, qui naturalibus emolumentis inſiſtit. Adde Curtium li. 2. c. 32. part. 1. & Peckium l. 1. §. ex. ercitorem, nu. 2. in tit. de exercitoria act.

Reditvs appellatione contineri omnes prouentus exiſtimauit Card. in Clement. vnic. de exceſſ. prælat. Spieg.

Reditva fructuum, & vſusfructus, diſtant. l. defuncta, §. Sempronio, ff. de vſufruct. Alber.

Reditvs pecuniæ, v ... a eſt, l. 6 ff de præſcript. verb. Lao. ff. de adim. leg. l. 87. §. vlt. ff. ad leg. Falc. Sic & in inſcriptione Spoletana vna & Reatina altera verbum ex reditu ſummæ accipiemus. Briſſ.

Redivva ſaxa in l. 19. de oper publ. in C. Theod, ſic appellantur à Latinis, quæ ex vetere in nouum ædificium tranſlata de integro poliuntur, & quaſi invitam noua adſumpta forma denuo reuocantur. Briſſ. Prat.

Redvcere eſt in formam priſtinam inſtaurare. Vlp. in l. 3. de itin. actuque priu. §. fin. Interdum eſt referre ad arbitrium alicujus. Vnde apud Iuriſperitos non infrequens diſputatio, an qui petit reductionem, ad arbitrium boni viri probare debeat iniquitatem, Panorm. conſ. 2. Prat.

Redvcere vxorem l. 40. §. vlt. ff. de adulter. l. 9. C. ad leg. Iul. de adult. id eſt, prouocare in matrimonium, vt loquitur, l. 17. C. de edend.

Redvcta dicitur, quæ repudiata erat, l. 13 §. vl. ff. ad l. Iul. de adul.

Redvces dicuntur à periculo imminenti ſeruati. Spieg.

Redvndare proprie vſus Vlpian. in l. 1. §. 1. de aqu. pluu. arcen. Interdum relatiue pro refundere vſurpatur. vt, Hoc facinus in tuum redundabit caput. Spieg.

Redacta pecunia, redacta ex re quapiam, leg. prima, §. ſi fratret, ff. de collatione bonorum, l. 5. § vlt. ff. de vſufr. Prat.

Refectio dicitur etiam ciborum. Celſus. Si in refectione quoque manſerit iuſſia, intermittere oportebit. Sic apud Imper. Barbaroſſam, §. de pac. tenen. in vſib. feud. Spieg.

Refectvs, reditus, prouentus. Scæuola l. 78. §. 10. ff. ad Senatuſconſult. Trebell. Interim ex refectu paupertatis, qui ad vos peruenerit, ablatis cum vſuris pro quantitate numorum redactum eſt ex reditu partis tertiæ hereditatis, Nam paupertatem appellat exiguæ hæreditatis partem tertiam. Verbum fructibus agrorum & prouentibus accommodatum. Cic. in Parat. Nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis poſſeſſionib. tantum reficiatur, vt ex eo tueri ſex legiones poſſis Hot. Prat.

Revellere teſtes, teſtimonia, & tabulas, dicebant veteres, quod contradicere & reprobare nos dicimus. Eleuare vero teſtimonia, & ipſa aſpernari. Quod & refutare eſt, & reprehendere. Subleuare autem teſtimonio dici debet, quod deuenerare vulgo appellamus. Cui contrarium eſt, premere teſtimonio. Bud. in l. poſteriore, de orig. jur. Spieg.

Referendarii in conſtit. Iuſtin. Nou. 10. 113. 124. & l. 1. C. de offic. ejus qui vic. alte. jud. ij erant, qui recitabant principi ſupplicum deſideria, & mandata principis judicibus inſinuabant. Caſſiodor. lib. var 6. ex eorum formula demonſtrat eos cauſarum ordines principi expoſuiſſe, interpellantium vota cognouiſſe, & iis reſponſa reddidiſſe. Nonnunquam etiam, vt Sigebertus ſcribit in Chronico, publicas conſcriptiones annulo ſeu ſigillo regis confirmabant. Quidam magiſtros requeſtarum hodie dici putant. Nominat autem eos ipſe Iuſtinianus ſpectabiles, qui mox ſuum poſt illuſtres obtinebant locum, vide Auth. de referend. ſacr. palat. Alciat. lib. diſpunct. 3. & Bart. in l. eos, C. de excuſ. mun. lib. 10. [illegible], inquit Suidas [illegible], Ex horū numero ſūt qui referendarij dicuntur maioris Eccleſiæ, Nouel. 6. qui ſpecialiter deſtinabantur ad maiora Eccleſiæ negocia principi referenda. At ij qui referendi Curiæ nominantur à Caſſiodor. lib 3. var. iidem non ſunt, qui referendarij, vt ejuſdem Caſſiodori formula de referendis in ſenatu docet. Coclæus hanc vocem in barbarorum dictionum claſſem reiecit. Prat.

Referre crimen eſt accuſatori crimen obiicere, vnde Relatio criminum l. 3. ff. de public. jud. de qua paulo poſt in verbo Relatio. Prat.

Referre de re aliqua, pro eo, quod eſt, proponere rem agitandam. Prat.

Referre in commentarium, id quod vulgo dicunt, Regiſtrare, monuit Bud. in annot. prior. vt Alciat. in 10. parerg. Dicimus autem, ait, Referre ad Senatum, Ferre ad populum: cujus locutionis plena ſunt, eodem teſte, Saluſtij, Liuij, cæterorumque antiquorum volumina. Spie.

Referre in numeros l. ex eo. ff. de mil. teſt. l. vnic. ff. de bon. poſſ. ex teſt mil. Coraſius lib. 5. cap. 23. nu. 4. interpretatus pro eo, quod eſt in ordines peruenire.

Referre in reos, Vlp. l. 15. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult, Legis Iuliæ de adulteriis c. 7. ita cauetur, ne quis inter reos referat eum, qui cum ſine detractione Reip. cauſa abeſt: neque enim æquum viſum eſt abſentem Reipubl. cauſa inter reos referri, dum Reip. operatur. Hotom. Prat. Vide Reum facere.

Referri inter ſtatutos Iuſtiniano in l. 7. C. de prox. ſac. ſcrin. eſt referri in numerum eorum, qui in ſtatu militiæ collati erant, & actu (vt dicunt) militiam exercebant. Vltra enim numerum deſtinatum volentique militiæ, erant præterea nonnulli extraordinarij, nondum quidem illi milites, ſed deſignati, vt in locum demortuorum ſuo ordine ſubſtituerentur. Connan. lib. 4. cap. 15. num. 13.

Referre juſiurandum eſt delatam ab aduerſario juſiurandi conditionem in eum transferre, l. 25. l. 38. ff. de jurejur. Briſſ.

Referre juſiurandum poteſt is, cui defertur: quod niſi fecerit, aut jurare cogitur l. juſiurandum aut ad pecunias, §. prætor ait, ff. de jurejur. l. manifeſtæ turpitudinis, eod. tit.

Referre juſiurandum, eſt delatum ſibi ab aduerſario juſiurandum in eum transferre, Paulus l. 38. ff. de jurejur. Manifeſtæ, inquit, turpitudinis & confeſſionis eſt, nolle, nec jurare, nec juſiurandum referre. Et ſæpe in l. juſiurandum, 34. eod. Hotom. Prat.

Referre rem judicatam, retractare, Cic. pro Dom. ſua. Si decemuiri ſacramentum in libertatem injuſtum judicaſſent, tamen quotieſcunque vellet quis, hoc in genere ſe rem judicatam referre poſſe voluerunt Sic referre myſteria dixit lib. De Orat. 3. pro iterare: & Ter. in prol. Hec. Referre comœdiam pro denuo agere, Hot. Prat.

Reficere, in interdicto, de via reficienda eſt ad priſtinam formam & modum, iter, & actum reducere, ſic vt ne dilatet quis vel producat, aut deprimat, aut exaggeret. Reficit viam & qui aperit & qui purgat, & omnes omnino qui in priſtinum ſtatum reducunt, vt Vlp. in l. 1. in prin. & §. 1. ff de via pub. ſcribit Et ſic refectionem accipimus in l. 4 §. ſi quis mihi itineris, ff. ſi ſero. vind. Similiter in interdicto, de riuis, reficere eſt quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum inſtaurare. Itaque tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, aduehere, adportareque, quæ ad eam rem vtilia ſunt, reficiendi verbo continentur leg. 1. in princ. & §. 11 ficere, ff. de riuis l. 11. ff. comm. præd. Briſſ Prat.

Reficiat etiam redigere eſt & colligere, l. 81. ad leg. Falc. vnde refectam pecuniam pro redacta Iuriſconſulti dicunt l. 2. §. ſi frater, ff. de collat. bonor. l. 3. §. vlt. ff. de vſuris. Briſſ.

Reficiat quis an faciat, permultum intereſt, vt colligitur ex l. quid tum, §. 1. & §. plane, ff. quibus mod. vſusfruct. amitt. Briſſ.

Digitized by Google

REFECTIO pro refectione, l.1.§. deinde. Briſſ.

RESIGNARE tribunos, & alios magiſtratus, pro rurſus creare, & iterum creare: Vide Steph. Robertum.

REFIGERE, quod fixum eſt labefactare, atque conuellere. Venulejus, ff. quod vi aut clam. ſi vitem. Si fixeris, inquit, & ego refixero. Paul. tit. de verb. oblig l. inter. Tabulæ, inquit, refixæ ſunt. Venul. tit. ad leg. Iul. pecul. l. qui tabulam. Qui tabulam, ait, enim refixerit. Nebriſſ. Vlp. de vſufru. Sed & ſi quid, ait, inædificauerit, poſtea eum neque tollere hoc, neque refigere poſſe, plane refixa poſſe eum vindicare. Spieg.

REFORMARE, pro denuo conſtituere, teſte Budæo apud Hermogenem, in l. vectigalia, de public. Sic etiam reformari, pro denuo conſtitui, ſeu reuocari, apud Vlpianum legimus, in l. jurisgentium, §. adeo autem, de pact. Spieg. Cæterum alii reformare idem eſt quod in aliam formam redigere, l. præcipuæ, ff. de ædil. edict. l. 1. ff. de appell. Ac iis reformatur contractus cum de rei ſubſtantia partes ſecus, quam fecerint, conuenjunt: quod eſt cum præcedentis contractus forma ſublata noua componitur, eodem contractu permanente l. jurisgentium, § adeo, ff. de pactis. Corraſ. Miſcell. lib. 3. c 10. nu. 6.

REFORMARE contractum: Vid. ſup. Informare contractum.

REFORMARE pactum l. interpoſitas, Cod. de tranſact. id eſt, reſcindere. Si vera ſunt, quæ precibus complexus es, alia ratio pactum reformat. Prat.

REFORMIDARE, *Schevven*. Alfenus: Sed ſi quia mulæ aliquid reformidaſſent, muliones timore permoti, &c. l. ſi plagis ſeruus, ff ad leg. Aquil. Spieg.

REFRACTARIVS, Senecæ ſignificat contumacem, & ſilium in ſua ſententia tenacem. Spieg.

REFRAGARI obſequiis, eſt ea præſtare non velle, apud Impp. in l. ſi. C. de obſeq. pat. præſtand. & apud eoſdem repugnare, in l. ſi compenſandi, C. de hær. inſt. Spieg.

REFRENARE, hoc eſt, cohibere multitudinem teſtium in l. 1. ff. de teſtib. Spieg.

REFRENARI jus jurandum taxatione apud Paul. in l. arbitrio, ff. de dolo.

REFRIGERATA res, cauſa, accuſatio, quæ integra non eſt: hoc eſt, qua aliquid tacitum eſt, quod alioqui exprimendum erat, Bud. ex Quintil. lib. 5. cap. de teſtib. Spieg.

REFVGÆ dicuntur, qui metallo vel alij cui operi & pœnæ, cui addicti erant, fuga ſe ſubducunt, & ſubtrahunt, l. §. 8. inter eos, ff. de pœnis. Refugæ operis metalli. l. penult. in fin. ff. de extra ord. cog. Refuga cuſtodiæ, l. 13. §. pen. ff. de re milit. Tertull. in lib. de cultu fœminarum de auro agens, quod per damnatos & noxios effoſſum in honorem ornamentorum venit. Et de pœna, ait in honorem metalli refuga mutatur. Eadem forma defugas & confugas in C. Theod. legimus. Briſſ. Prat.

REFVGIA abſceſſus ſunt ædium, & interiora loca, l. 13. §. ſed ſi ædium, ff. de vſufr. Sed neque diætas, inquit, I C. transformare vel conjungere, aut ſeparare ei permittitur, vel aditus poſticaſve vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare. Sic l. 21. §. quod autem, de ſeru. corr. Vlpianus alio loco *ἀποχῶρα* vocat. Prat.

REFVNDERE in l. 3. Cod. de fund. patrimon eſt reddere, vt apud Senecam: Id erat non tam accipere beneficium, quam refundere. Et Plinius. quod heſterna crapula ingurgitauerat. palam refundit, Connan. commen. jur. ciuil. lib. 7. c. 12. n. 7.

REFVTARE, renunciare, cedere: vt refutare feudum vaſallus dicitur, cum aut patrono id cedit, quaſi vſufructuarius domino vſumfructum, lib. 2. tit. 9. §. 1. & tit. 38. Aut agnato proximiori, ſiue id de jam quæſito feudo fiat, vt lib. 2. tit. 26. §. 27. & tit. 49. ſiue de ſperato tantum, vt lib. 2. tit. 46. De refutatione Papatus extat inſignis hiſtoria in Chronic. Alberti Argent. Prat.

REFVTARE judicem, idem quod reiicere, recuſare & remouere, Prat.

REFVTATORIAS preces, l. 5. C. de relat. l. 18. C. de appel. Iudex, inquit, Imp. à quo prouocatum erat, opinionis ſuæ exemplum litigatoribus dare debebat, & acta edere. Quod ſi cui minus plena vel coarctata viderentur, is refutatorias preces offerebat, quæ ſimul mittebantur, d. l. 18. Symmach. lib. 1. epiſt. 31. Cujus meritum perennitas veſtra lectis geſtis ac refutatoriis cohærentibus æſtimabit. Briſſ. Prat.

REFVTATORII apoſtoli: vide Apoſtoli.

REFVTATORII libelli, l. 37. §. 1. C. de appell. l. 8. C. Th. eod. tit.

REFVTATVM feudum à patre & filio, retinet appellationem feudi paterni, l. vnica, in fine, de vaſ. decrep. ætat. Spieg. Prat.

REGALIA, nomen eſt multiplex: nam eo pleruñque feuda omnia Regis beneficio conceſſa intelliguntur: Interdum Eccleſiaſtico duntaxat maiora & primaria, qualia ſunt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ, quæ ſolius Regis conceſſo & munere conferebantur. Interdum jus ipſum atque auctoritas regalia feuda & beneficia conferendi, cæteraque jura fiſcalia. Interdum inſignia honoris, quæ vaſallis regalibus ſolenni more tribuuntur. Prat.

REGALIA pro feodis regalibus, qualia ſunt ducatus, comitatus, marchiæ, vt lib. feud. 1. tit. 14. §. 1. & lib. 2. titul. 34. §. Radeuicus lib. 2. cap. 5. vbi Friderico Imperat. pro Tribunali in Ronchalis ſedente loquitur: Deinde, inquit, ſuper juſtitia regni, & de regalibus, quæ longo jam tempore ſeu temeritate peruadentium ſeu neglectu regum imperio deperierant, ſtudioſe diſſerens, cum nulla poſſent inuenire defenſionem excuſationis, tam Epiſcopi, quam primates & ciuitates, vno ore, vno aſſenſu, in manum Principis regalia reddidêre, primique reſignantium Mediolanenſes extitêre: Requiſitique de hoc ipſo jure quid eſſet, adjudicauerunt ducatus, marchias comitatus, conſulatus, monetas, telonia, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molēdina, piſcarias, partus, omnemque vtilitatem ex decurſu fluminum prouenientem nec de terra tantum, verumetiam de ſuis propriis capitib. cenſus annui redditionem. Hiſq; omnibus in fiſcum adnumeratis, tanta circa priſtinos poſſeſſores vſus eſt liberalitate, vt quicunque donatione Regum aliquid horum ſe poſſidere inſtrumentis legitimis edocere poterat, is etiam nunc imperiali beneficio & regni nomine idipſum perpetuo poſſideret, &c. His tamen quo nullo jure, ſed ſola præſumptione de regalibus ſe intromiſerant 30. millia talentorum, plus minuſve reditibus publicis per ſingulos annos acceſſere Prat.

REGALIA pro maioribus & opulentis ſacerdotiis: cuius rei exempla multa exponit. Hot. c. diſp. feud. 8. Radeuicus lib. 2. c. 15. Cum Hadrianus Papa audiſſet, quod regalia Principi tam ab Epiſcopis & Abbatibus, quam à ciuitatibus & proceribus recognita fuerant literas ſuper hoc negotio dirigit. Et in Epiſtol. Imp. Friderici ad illum Papam apud Nauclerum: Ab Epiſcopis, qui regalia noſtra tenent, cur homagium & regalia ſacramenta non exigamus? Aut igitur regalia noſtra nobis dimittant, aut quæ Dei, Deo, quæ Cæſaris, Cæſari perſoluant. Pra.

REGALIA pro jure & poteſtate conferendi feuda & beneficia regalia: quod per ſceptrum fiebat. Otto Friſing. lib. Chron. 7. c. 14. Occaſio autem ſceleris huius hæc fuit, quod rege Romam tendente, inter ipſum & Papam conuentio facta, ab obſidibus firmata narratur, vt ſcilicet regalia eorum reſignaret. Itaque dum Romam veniſſet, ac à Pontifice promiſſa ſolui ſibi exegiſſet, Papa, eo quod clamantibus Epiſcopis, ea quæ petebātur, adimplere non poſſet, tanquam nocens cuſtodiæ mancipatur: Et mox: Ad poſtremum pacem facere coactus eſt: Epiſcoporū ſc. inueſtituras per anulum & baculum Imperatori concedere. Quibus ex locis apparet, inueſtituram per anulum & virgam, ſiue baculum fieri ſoliteꝛ, cum regalia per ſceptrum dari mos eſſet. Otto Friſing. lib Frid. c. 6. Tradit enim curia & ab Eccleſia eo tempore, quo ſub Henrico Quinto de inueſtitura Epiſcoporum deciſa fuit inter regnum & ſacerdotium controuerſia, ſibi conceſſum autumat, quod ... Epiſcopis, ſi forte in elegendo partes fiant, Principis arbitrij eſſe, Epiſcopum quem voluerit, ex primatum ſuorum conſilio ponere, nec electum aliquem ante conſecrandum, quam ab ipſius manu regalia per ſceptrum ſuſpiciat. Atq; hinc factum eſt, vt gallica conſuetudine regalatium nomine paſſim apud pragmaticos intelligantur jura regis Galliæ in maiorib ſacerdotiis conferendis, aut eorum fructus parte aliqua ſibi retinenda. Qua de re extat libellus Ægidij Magiſtri Prætoris Pariſienſis ad eiuſdem jus Regis aſſerendum accommodatiſſimus. Licet n. Regalia vno nomine generali appellentur, habet tamen vnumquodque Regale diuerſam originem, & cauſam ab vno. Quod ex actib. regularib. clare perſpicitur: qui non omnes ad vnam cauſam ſed ſpeciem reſpiciunt, ſed origine, cauſa & ſpecie ſeparantur: immo & regalia in ipſo genere, à diuerſo fonte procedunt, quia aliqua à ſuprema principis poteſtate procedunt, vt creare tabelliones legitimare ſpurios: Monetæ, &c. Quæ Paris à Puteo mere regalia nominat. Alia procedunt ab vniuerſali dominio Imperatoris, vt flumina, viæ publicæ, vectigalia, &c. Pro quo Andr. Iſernia ponderat §. ſed quod principi, Inſtit. de jur. nat. Prat.

REGALIA an venditione includantur tradit Roma. conſil. 371. incip. viſ tota præſentis.

REGALIA, pro inſignibus & ornamentis regiæ inaugurationis: Luitprand. Ticinenſis libr. 2. c. 7. Chunradus Imperator coronam, ſceptrum & cuncta, quæ regalia ſunt indumenta, in medium venire præcepit, & hæc verba effudit: Hæredem, regiæque dignitatis vicarium regalibus meis ornamentis Henricum conſtituo. Et mox. Ipſo mortuo, Principes coronam cunctaque regalia indumenta Henrico duci contulerunt. Witichin. libr. 1. Super altare regalia inſignia poſita erant, gladius cum balteo, chlamys cum armillis, Baculus cum ſceptro ac diademate: Video etiam imperialia eadem dici: vt apud Abbat. Vrſperg. in Chronic. anni 1106. Ipſa patris vtriuſque conſiliis annuens, regalia vel imperialia inſignia, crucem ſcilicet & lanceam, ſceptrum, globum, atque coronam filij poteſtati tradidit. Otto Friſing. lib. 7 c. 40. Reuerſi ad filium optimates, imperialia deferunt, eumque regem creant. Idem in Chron. anni 1153. Volebat enim tenere imperium, cum in poteſtate ſua haberet inſignia imperialia, vtpote coronam & crucem & alia quæ attinebant. Otto Friſing. lib. 7. cap. 23. Itaque Chonradus Rex curiam in prædicta ciuitate maximo conuentu Principū habuit.

habuit: vbi omnes Saxones vltro ſeſe ſuæ ditioni ſubdiderant. Solus ex Principibus Dux Henricus regalia ſeruans aberat, ad quæ reddenda dies ei præfigitur. Quo veniens, regalia quidem multis illectus promiſſis reddidit, ſed tamen ea minime conſecutus (id eſt, recuperans) infecto pacis negotio, ſine gratia, ejus diſceſſit: tamen ducatus ei adjudicatur. Quibus ipſiſ totidem verbis Abbas Vrſperg. vtitur in Chron. anni 1138. Prat.

REGEM Feudiſtæ plerunque pro Imperatore nominant: vnde regalia pro Imperatoris juta: ex quo quantum à Romanis conſuetudine abhorreant, intelligi poteſt, Liu. lib. 27. circumfuſa inde multitudo Hiſpanorum & ante deditorum, & pridie captorum, Regem cum ingenti conſenſum appellauit. Tum Scipio ſilentio per præconem facto, ſibi maximum nomen Imperatoris eſſe dixit, quo ſe milites ſui appellaſſent: Regium nomen alibi magnum, Romæ intolerandum eſſe: regalem animum in ſe eſſe: ſi id in hominis ingenio ampliſſimum ducerent, tacite judicarent: vocis vſurpatione abſtinerent. Interdum tamen Regis nomine Langobardus Rex intelligitur: nam Italiæ Regum nomen Langobardi vſurparunt. Illud autem prætermittendum non videtur, cum inuiſum Romæ regis nomen eſſet, qui euerſa Republica dominatum arripuerunt, Imperatoris aut Principis nomen ſibi ſumpſiſſe. De Imperatore Tranquil. auctor eſt: itemque Dio lib. 43. de Principe, Tacitus lib. 1. Lepidi, inquit, atque Antonij armis Auguſtum ceſſere qui cuncta diſcordijs ciuilibus feſſa, nomine Principis ſub Imperium accepit. Et aliquanto poſt. Non regno tamen, neque dictatura, ſe Principis nomine conſtitutam Rempublicam. Sed vbi de re conuenit, minus de verbo laborandum eſt: cum vere proprieque omnes Reges & ſint & appellentur: ſiue dictatores, vt Cæſar: ſiue Principes, vt Auguſtus: ſiue Imperatores vt ipſius ſucceſſores: ſiue Pōtifices, ſiue etiā Tribuni nominentur: cujus nominis ac poteſtatis ſuauis ad ridendum hiſtoria extat apud Naucler. Genet. 45. ſub anno 1346. de Nicolao quodam ciue Romano, qui Papa autore totius orbis dominatum ſibi arrogauit, proque eo jure Regibus & Imperatoribus omnibus diem dixit: cujus rei formulam ex ejuſdem Naucleri commentarijs cognoſces. Prat.

REGENTES, id eſt, gubernantes, adminiſtrantes, apud Vlp. in l. illicitas, ff. de offic. præſid.

REGERE eſt gubernare, dirigere, quaſi rem agere. Inde metaphorice regi dicuntur fines: quia non vno modo de finibus judicatur, ſed aut diſcernuntur qui jam ſunt, aut ſtatuuntur, vbi non apparent, adjudicatione, condemnatione. Old.

REGERENDARII dicuntur ij, qui erant à regeſtis, ſiue libellis, de quibus Caſſiod. lib. 11. Var. apud quem tamen corrupte regendarij legitur pro regerendarij. Prat.

REGERERE pro iterum injicere. l. 24 ad fi. ff. quibus modis vſusfruct. Sumitur & pro perſcribere, id eſt, in tabulas referre apud Quintil. lib. 2. c. 12 & lib. 3. c. 8. Prat. Hinc.

REGESTA, quæ corrupto vocabulo Regiſtra, quaſi regiſtaria dicunt, ſunt acta tabulæ publicæ, quæ ὑπομνήματα & ὑπομνηματισμοὺς vocant. Illo tamen corrupto vocabulo vſus eſt Vopiſc. in Probo: Vſus, inquit, etiam ex regiſtris ſcribarum porticus porphyreticæ. Prat.

REGES principio quomodo aſſumpti ſint, poſt Alciat. in comment. ad l. bona ciuitatis, de verb. ſign. vide Iuſtin. lib. 1. Cæterum Regis filium, tametſi regnum non habeat, Regem vocari poſſe cenſuit Scholiaſtes in c. vlt. 24. quæſt. 1. An vero appellandus Rex ſit, natus patre nondum Rege ſaluto, Doctor. tractant: Mirum eſt, in dubium reuocari, quod à Iureconſul. apertiſſime deciſum eſt l. Senatoris, ſ. de Senat. Spieg. Prat.

REGIA lex lata à olim à populo de rege præcipue: plura tamen capita continebat. Marcellus enim in l. Negat. de mort. infer negat, inquit, lex regia mulierem, quæ prægnans ſit, humari antequam partus excidatur. Vetuſtiſſima autem fuit ea lex à primis initijs vrbis, regio per eam conſtituto dominatu: deinde renouata, vt ſignificat Tranquillus in Caligula: Ferretus in notis ad Inſt. de jure nat. gent. & ciuil. Quin & leges curiatas ex quibus jus Papyriacum conſtitutum eſt à Sexto Papyrio quandoque leges regias nominatas, quod eas Romanorum reges tulerunt, tradit Conan. lib. 1. c. 12. num. 1.

REGIA manu gubernata omnia priſcis ſeculis fuiſſe, id eſt, nulla lege, nullo certo jure, vulgo dicitur, Franciſcus Hotom.

REGI fines dicuntur, interpretes Boetio, quoties proprijs quiſque ager finibus terminatur. Inde quod ad terminos conſtituendos inter eos, qui confines agros poſſident, datur, judicium finium regundorum dicitur, & de finibus regundis, vt ff. & C. fin. regund. Cic. Topic. Si in vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines agrorum magis eſſe videntur, quam vrbis, finibus regundis arbitrum adigere non poſſis. Et alias. Si in vrbe fine non reguntur, nec in vrbe aque arceatur. Idem lib. 1. de legibus: nec Manilia lege ſinguli, ſed ex 12. tres arbitri fines regemus. Idem in Orat. pro Mure. Imperatoris & Iureconſulti differentias recenſens. Ille exercitatus eſt in propagandis finibus tu in regendis. Bri. Porro Regundorum dicitur pro Regendorum imitatione vetuſtatis in tit. ff. finium regundorum. Nec inconcinne dicitur finalis quæſtio in l. ſi conſtiterit, C. fin. regund. Et limitis actio in c. inter memoratos 16. qu. 3. Prat.

REGIFVGII dies. Regifugium diem, quo exactus eſt Tarquinius, illum in poſterum Romani vocarunt. Quis autem dies is fuerit, variant auctores, apud quos plura & diuerſa refugia leguntur, prout late explicat Onuphrius Panuinius in Comment. lib. 5. Faſt.

REGIMENTVM apud Aur. Arcadium, de offic. de præfect. prætor. leg. vnica, pro regimine & adminiſtratione. Regimentis aut, Reſpublicæ ad Imperatores perpetuo tranſlatis. Spieg.

REGINA, regis vxor. An vero id nominis retineat viro defuncto, vide c. ex parte, extr. de foro compet. & 24. qu. 5. cos. Sp. Pr.

REGIO dicta eſt à rego, quod initio regiones ſub regibus erant, & ab his regebantur: donec in Prouincias redigerentur ſub Imperio Romano. Erant & Prouinciæ ſingulæ in regiones certas diſtributæ, eaſque regiones lib. de condit. agrorum definiuit ad hunc modum Siculus Flaccus. Regiones autem dicimus, intra quarum fines ſingularum coloniarum aut municipiorum magiſtratibus jus dicendi, coërcendique eſt libera poteſtas. Hujuſmodi regionum fines interdum latiſſimi fuerunt, adeo quidem vt expreſſe ſcripſerit Plin. lib. 4. cap. 5. in Achaia Regionem Meſſeniam duodeviginti montium. Nec ad alias quam has Regiones Vlpianum reſpexiſſe in leg. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. jur. exiſtimat Ræuardus, Ibidem. Romani vrbem ſuam in 14 regiones diſtinguebant, l. 3. ff. de offic. præfect. vig. ex Tacito lib. 14. & vide Tranquil. in Aug. cap. 30. Inde poſtea Regionis, plurali numero, cœperunt dici fines ſeu termini, vt Cic. pro Archia dicit: vitæ ſpatium, exiguis regionibus circumſcriptum eſſe. Et regionibus agros diuidere, hoc eſt, certis finibus & limitibus perpetuis diſtinguere, vt quiſque partem ſemper habeat. l. 7. ff. commun. diuid. & l. & l. 3. C. eod. Prat.

REGIONE verbo vtimur loco aduerbij, vt è Regione, quaſi ex aduerſo, rectis lineis. Prat.

REGIONES etiam in fundis ſtatuuntur, fundique Regionibus diuiduntur l. 7. comm. diuidund. l. 3. C. eodem tit. l. 2. ff. fin. regund. C. eodem l. 6. ff. quemadm. ſeruit. amitt. l. 31. ff. de vſufr. leg. l. 8. ff. de rei vi ad. l. 13. §. idem Celſus, ff. de act. empt. l. 64. ff. de euictionibus, §. vlt. Inſtit. de offic. jud. Briſſ.

REGIONES ergo fundorum partes certis menſuris diſpartitæ l. 8 & l. 29 ff. acqu. rer. dom. Briſſ.

REGIS filius dicitur etiam natus poſt mortem Regis, argument. leg. emancipatum, ff. de Senatoribus. Spieg. Prat.

REGIS officium qualenam ſit, vide c. regum officium 22. q. 5. Pr.

REGNVM, eſt Monarchia, ſeu vnius Principatus adminiſtrantis Remp. ad vtilitatem communem. Inde factæ ſunt conſtitutiones, decreta ſeu placita Principum, quæ ſunt in C. in lib. Nouel. Hæc politia cum degenerat, hoc eſt, cum ad propriam vtilitatem tendit, tunc conuertitur in tyrannidem. Tales aliquando Deus orbi dedit, vt interim reipſa agnoſcerentur boni principes. Quid enim animaduertiſſent Romani, & quid poſteritas recordaretur, Octauium Auguſtum fuiſſe optimum moderatorem, niſi Neronem quoque peſſimum experti fuiſſent? Igitur regnum; eſt jus quoddam conſiſtens in dignitate & honore, præeminentia, poteſtate, conſilio, adminiſtratione reipubl. vt hi qui de regno & Principatu ſcribunt Latine, expoſuere: à quibus longe arcentur fœminæ, de jure communi, cum plerunque etiam aduerſus commoda propria, earum conſilium laboret. vt l. 4. C. de ſponſ. Extat c. l. Salicæ, quo fœminis regno interdicitur. Argumenta contra hanc legem adducta, ſcite diluit Pyrrhus ſingulari tractatu, quem de lege Salica, & regni ſucceſſione inſcripſit. Regnum etiam dicitur, quicquid à quoquam poſſidetur. Quinetiam vulgo jactatur adagium, ſuæ quemque domi regem eſſe: quod tamen ab ipſa vſque antiquitate manaſſe. Rotero ex Homero comprobat. Spi.

REGRESSVM habere. Vlp. niſi emptores regreſſum ad bonæ fidei poſſeſſorem habent l. ſed & etſi §. item ſi res, ff. de pet. hær. Spi.

REGRESSVS ad aliam actionem l. 9. §. 1. ff. de tributor. Briſſ.

REGVLA, inſtrumentum apparet, quo in olei factura vtebantur, vt ex Columella colligitur. Vlp. in l. ſed addes, §. illud nobis: Quod ſi regulis olea prematur, & prelum, & ſuculam, & regulas, tympanum & trochleas, quibus releuatur prelum, dominum præſtare oportere. Vbi interpres regulas pro tabulis, & ſuculam pro torculari accipit: Vide Budæum in hunc locum. Spieg. Adde Forcat. in penu juris ciuilis cap. 11.

REGVLA, κανὼν γραμμῶν, proprie dicitur norma, qua lineæ dirigunturː quaſi regens menſuram. Per tranſlationem autem accipitur pro breui juris præceptione, generaliter concepta vt in tit. ff. de diuiſ. reg. jur. antiq. Old.

REGVLA, eſt conjunctio cauſæ, id eſt, directio quædam generalis ad veritatem rationis exacta. Cum enim vniuerſa cauſæ diſputatio, quæ varias habet ſpecies & circumſtantias, conjicitur in compendioſam juris theſin, tunc ſit regula breuiter rem enarrans. Idem enim in effectu ſignificant, regula, Theſis, definitio: quicquid plerique ſtrepant. Old. Ioannes & Placentinus veteres gloſſematarij pro conjectione legunt, conjunctio

quam lectionẽ probaſſe videtur C. Harmeno. libr. 6. κυρίως ἐστὶν σωματικῶς τοῦ πράγματος ἀφηγησις καὶ συνδεσμος. Hanc regulam declarant P. Decius, & Petrus Faber in d. l. 1. Prat.

Regula in jure noſtro intelligitur, quod compendio refertur, jus antea ſpeciatim & fuſius expoſitum. Vnde non ſecus regula, atque è tripode reſpondemus. Nam jam ex jure conſtituto mutuata eſt, nec ipſa juri initium facit, vt pulchre explicat Idem Ferrarius, interpretans Pauli verba l. 1. de reg. jur. Quamvis regula quævis, pro varietate circumſtantiarum in aliquo vitiatur, atque perdit officium ſuum, Spieg.

Regula eſt, inquit Paulus, quæ rem quæ eſt breuiter enarrat: non vt ex regula jus ſumatur, ſed ex jure quod eſt, regula fiat, per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & vt ait Sabinus, quaſi cauſæ conjectio eſt, quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum, l. 1. ff. de reg. jur. Hot.

Regula eſt ſententia quædam generalis, quæ ex plurium legum mente à Iureconſultis notata atque animaduerſa, paucis verbis ſumma earum conſenſionem & tanquam harmoniam complectitur. Differt autem lex à regula: quod illa dicitur, quam populus certo & cognito omnibus jure conſtituit: regula vero, quam Iuriſconſulti ex pluribus legum capitibus notatis interſeque comparatis elicuerunt: vt non omnino incommode dicere poſſimus, leges eſſe tanquam voces, & ſonos ſingulos: regulam vero eſſe tanquam harmoniam & concentum Vide plura apud Hot. lib. Obſeru. 11. c. 1111.

Regula Catoniana quid ſit, diſces ex tit de regul. Cato. Hæc ad hæreditates, neque ad legata, quorum dies non mortis tempore, ſed poſt hæreditatem cedit, neque ad conditionales inſtitutiones, l. cætera, §. tractari, ff. de legatis 1. l. 1. ff. de reg. Cat. neque ad nouas leges pertinet, l. antepen. pen. & vlt. ff eod. Eam autem ſic definiſſe ſcribit Celſus, l. 1. ff. eod. Quod ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile foret id legatum quandocunque deceſſerit, non valere: vide Ibidem interpretes. Hæc juris regula dicebatur, l. cum legato, ff quando dies leg. ced. Prat. & Connan. libr. 10. c. 5. n. 13.

Regulæ formam Paulus eleganter in l. 1 ff. de regul. jur. antiqu. tradidit his verbis. Quaſi cauſæ conjectio: ſcilicet, cum latior rerum tractatio concinnam breuitatem redigitur, inſpecta generali & primaria juris ratione. Commentatores autem verba tantum, non rem ipſam obſeruant: videlicet putantes regulam eſſe, cum ſigno vniuerſali adfirmatiuo, vel negatiuo, vel indefinite, allegantes impertinenter, l. 1. § initio, ff de offic. præfect. vrb. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſt. Siquidem lex politica ipſis rebus, & non verbis imponitur, l. 3. c. commun. de leg. fin. C. de furt. Oldend.

Regulæ juris ſunt notitiæ quædam ſemper firmæ & immutabiles: vt quæ non ſolum lapideis olim tabulis, ſed etiam cordibus hominum indelebili charactere à Deo ipſo ſunt inſculptæ, veram viuendi honeſtatem exprimentes. Vnde quicquid in hominum commercijs, hujuſmodi axiomatibus conueniens eſt, id cenſetur ab arbitratu boni viri, à conſtanti atque perpetua voluntate, denique ab ipſa juſtitia dependere, Inſt. de jur. nat. gentium & ciuil. §. ſed naturalia, l. Mæuia, ff. de annu. lega. l. 1. in Prin ff. de juſt & jur. Old. Prat.

Regulæ officium eſt exhibere nobis generaliter definitionibus juris, quod alioquin per ſingulas negociorum circumſtantias latiſſime patet. Qua in re plurimum commodatur humanæ fragilitati: quæ in numeroſa legum multitudine, quaſi in Labyrintho quodam periclitari ſolet, niſi ſummas earum ſententias, & primaria (vt ſic dicam) conſilia præ oculis habeat. Old. Prat.

Regulare, ſed vt putant, non ſic à Latinis vſurpata eſt interpretibus, & ampliare, & reſtringere legis dictum ſecundum rationem leg. qui quadraginta. Ad Senatuſc. Trebell. Spieg.

Regulariter, & quod pro regula, & quod ſecundum regulam eſt, Vlp. in leg. regulariter, ff. de petit. hæred. Regulariter ait definiendum eſt, eum demum teneri. Spieg.

Regularum juris antiqui duplex eſt vſus. Alter, quod vniuerſam legum conditionem, & penitiſſima earum conſilia, breui quadam & veluti in faſcem contracta præceptione nobis ob oculos ponunt. Alter, vt in variis quotidie occurrentibus cum publicis tum priuatis negocijs ac conſultationibus, hiſce regulis vtamur ad ſeparandum æquum ab iniquo. quæ ſalutaris ars, ſine notitia hujuſmodi præceptionum exerceri non magis poteſt, quam fabrilis ſine norma. Old. Prat.

Regulus, quaſi paruus rex: non quod paruæ ſtaturæ ſit rex ſed quod alicujus vrbis, aut oppidi dominus ſit. Cujuſmodi apud nos ſunt, quos vocamus, *Herren*, item, *Frey oder Banherren*, à Bannu, vocabulo patrio, & non à Vexillo. quamvis proprie reguli, ſint filij, aut nepotes regum. Old. Conn. lib. 1. c. 9. Regulos apud Cæſarem dici tradit, eos qui magni alicujus territorij domini erant cum ſumma in ſuos poteſtate.

Regum nomen, alibi quoque quam Romæ Sanctum fuiſſe, eorumque afflictæ fortunæ ab alijs ſuccurri ſolitum, Cicero ſcribit in ſuaſione legis Maniliæ. Hoc tamen poſt ejectos Tarquinios Romæ odioſum fuit: cum ſcilicet ciuium aliquis rex fieri Romæ affectabat. Aliorum vero regum, qui pop. Rom. nec ſocij, nec amici erant, nomen Romæ Sanctum fuit, ſociorum vero & amicorum, ſanctiſſimum. Vide Zaſ. in l. 2. §. exactis deinde regibus, ff de orig. jur Spieg.

Regundorum pro regendorum, imitatione vetuſtatis, dicitur in tit. ff. Finium regund. Vbi regere accipitur, pro diſcernere vel conſtituere: quoniam actio finium regundorum propter fines quorum contentio incidere ſolet, diſcernendos introducta fuit. Idcoque non inconcinne dicitur finalis quæſtio, in leg. ſi conſtiterit, C. finium regundorum. Et limitis actio, in c. inter memoratos, 16. qu. 3. Old.

Rei appellatio generalis eſt. Continet enim omnia, quæ vel in Patrimonio ſunt, vel extra Patrimonium, & ad omnem contractum cauſaſque & jura pertinet, l. 5. & l. 23. ff. de verb. ſign. Sunt autem tres præcipue hujus vocabuli ſignificationes, hoc Auſonij verſu comprehenſæ?

Imperium, litem, venerem cur vna notet res?

Vt de duabus, quæ nihil ad jus pertinent, taceam. Res polite accipitur in l. 8 §. ſi qui poſt rem. cum §. ſeq. ff. de inoffic. teſt. Et olim ſumme dubitatum inter formularios fuiſſe, Cicer. in Murena oſtendit, Rem an litem dici oporteret. Vnde in actionum ciuilium ſolennibus verba ſub disjunctione hac in Varrone in lib. 6. de ling. Lat. teſte efferebantur, quem rem ſiue litem dicere oportet. Conjunctim vero protulit Imper. in l. 9. C. de ſuis & legit. vt & in ſolenni formula rerum à fœciali repetundarum, quæ à Liu. lib. ponitur. quarum rerum, litium, cauſarum, conduxit pater patratus. Inde rem amittere litem amittere eſt, l. 8. ff. de reſtit. in integr. l. 21. § pen. ff. ratam rem hab. Rem ſeruare pro debitum ſuum ab aliquo conſequi, &, vt alias dicitur, ad ſuum peruenire, l. 2. & l. 4. ff. de dolo l. 19. ff. ad Vellei. 2. §. ſi Titius, ff. de hær. vend. l. 11. in fin. & l. 12. ff. ad munic. l. 2 ff. de inſtitor. l. 33. §. fin. locati, l. 4. in fin. ff. de admin. rer. ad ciuit. leg. fin. ff. rem pupill. l. 38. ff. de excuſ. l. 20. ff. de doli except.

Rei ſeruandæ cauſa in poſſeſſionem mitti dicuntur creditores, l. 1. & l. 7. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. l. 35. §. fin. de acquir. poſſ. l. 13. ff quæ in fraud. cred. l. 31. §. 1. ff. de re jud. l. 5. §. ſi plures & §. poſtquam, ff vt in poſſ. legator. l. 3. §. creditores, ff. vti poſſid. l. 5. §. Iulianus, ff. ad exhib. l. 56. ff. ad munic. l. 30. ff. de pecu. l. pen. §. item dandæ, ff. de diuerſ. temp. l. 2. ff. de ſecijs, l. 9. ff. de rei vin. Etiam rei ſeruandę in poſſeſſionem bonorum tutoris, qui ne alimenta decernantur, latitat, pupillus mittitur, l. 7. §. præterea, ff. de ſuſpect. tut. Sed & rei ſeruandę gratia, fideicommiſſi ſeruandi gratia ſignificat in l. 9. ff. de ann. legat. quanquam aliaa hæ duę miſſionum in poſſeſſionem cauſę, vt diuerſę, ſeparentur, l. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ.

Rei autem ſeruandę cauſa non poſſidet, qui ſuo jure vt pignus tenet, l. 13. ff. quæ in fraud. cred. Briſſ.

Rei perſecutionem continent actiones, quibus perſequimur, quod ex patrimonio nobis abeſt, l. 35. de obligat. & act. & §. rei perſequenda. Inſtit. de action. Sic rei perſecutionem continet actio, l. 11. ff. 11. ff. de rebus auth. Iud. poſſid. Briſſ.

Rei perſecutio, & pœna vindictæ, opponuntur, l. 20. §. 1. ff. de adquir. vel omit.

Rei appellatione & tota res & pars ejus continentur, l. 7. ff. de jurejur. l. 4 §. 1. ff. de damn. infect. l. 3. §. 1. ff. de fund. dot. Eademque res peti intelligitur, etiam ſi pars petatur ejus quod totum petitum eſt, l. 7. ff. de except. rei jud. Ex re fructuarij item bonæ fidei poſſeſſoris eſſe videtur, quod hi ſeruo donauerint, vel conceſſerint, vel adminiſtratione rerum, quæ eos pertinet, compendij fecerint l. 38. ff de vſufruct. Sed ſi bona fide poſſeſſori vel fructuario ſeruus accept. roget, vt paciſcatur, ne ab ijs petatur ex re eorum acquirere videntur, cum eos liberent. l. 63. ff. de ſolut. l. 11 ff de acceptil. Sed & ſi hęreditatem poſſeſſorum fructuariorumve intuitu & contemplatione ſibi relictam juſſu eorum adeant, non opera ſua, ſed ex re eorum acquiſiſſe intelligerentur, l. 45. in fi. ff. de acquirend. hær. l. 31. ff. de liber. cauſ. Atque hæc interpretatio pertinet ad id, quod dicitur fructuario bonæve fidei poſſeſſori, ſeruum quod ex operis ſuis vel ex re eorum ſtipulatur, aut per traditionem accepit, acquirere. Briſſ.

Rei dicuntur omnes, quorum res aguntur, autore Tullio. Itaque qui ſtipulatur, reus ſtipulandi dicitur, qui promittit, reus promittendi habetur, l. 2. ff. de duob. reis. Frequentius tamen eſt, magiſque vſitatum, vt debitores nomine Reorum ſignificemus, quemadmodum in publicis judicijs eos qui accuſantur, & Virgilius: Conſtituam ante aras voti reus: id eſt, debitor & promiſſor. Hoc.

Rei nomen pecuniam continet, ſed non è contrario pecunia rem ſignificat. Qua ratione, rei nomen generalius eſt, quam pecunię l. 1. ad fin. ſi cert. pet. ff Sed forſan objicies: quare igitur dixerit Vlpianus, pecuniæ appellatione rem ſignificare? Ego quidem reſpondebo, pecunię verbum rem ſignificare, ſicut ſpecies ſignificat ſuum genus: dicimus n hominem eſſe animal: ſed generalius eſt animalis nomen quam hominis, vt quia & ratione prædita τὰ λογικὰ, ſeu ratione carentis animalia ſimul

conti-

Digitized by Google

contineat: hominem tantum de pluribus numero differentibus & individuis prædicari ſolet. Sic quia rei appellatio pecuniam inter cætera, & alia multa etiam continet, dicemus pecuniam rem ſignificare. Vt ſi quis dixerit, rem meam Martino meo delego, pecuniam quoque cum reliqua patrimonij ſubſtantia legaſſe cenſebitur. Si vero pecuniam legauerit, pecuniam numeratam, & æs ſignatum forma publica tantum legaſſe dicetur. Re enim in genere legata, teſtator cenſetur reliquiſſe, non ſolum ſubſtantiam quæ in patrimonio ſit, vt vaſa, aurea, argentea, & ænea, ſed & ſignatam pecuniam. Brech. in l. rei appellatio, ff. de verb. & rer. ſign.

Rei appellatione (inquit Vult. in prin. Inſtit. de rer. diuiſ. nu. 4) intelligimus rem quamuis, præter perſonam, non quatenus vulgari modo Phyſicus res accipit, ſed quatenus Iuriſconſultus & diuiſio rei proponitur à Iuriſconſulto, vt rerum differentia indicetur, & ex differentia cognita cognoſcatur ipſarum qualitas.

Rei appellatio non genus, ſed ſpeciem ſignificat. Octauenus ita definit: quod infectæ quidem materiæ pondus, ſignatæ vero numerum, factæ autem ſpeciem dici oportet. Vide l. ſi in rem, ff. de rei vindic. Eſt autem rei appellatio latiſſima, & corporalia & incorporalia complectitur, & ad omnem obligationem, contractumque pertinet. Hinc æquitatem, neceſſitatemve aliquando ſignificat: quandoq; & veritatem: plerunque & administrationem: ſed & pro judicio, controuerſia, ſententia accipitur: habet enim negotij ſignificatum: pro rei quoque ipſius æſtimatione nunc accipitur, nunc pro eo quod intereſt: homines quoque rerum appellatione contineri, dubium non eſt l. omnis, in fi. de leg. 2. ſicut & delicti, cæteraque quæ in facto conſiſtunt. Sed & officia, res appellantur. Reſtringitur autem ex ſubiecta materia. Hæc Alc. in comm. ad tit. de verb. ſig. Idem in Parerg. indicat, & rem pro atrocitate facti dici. Spieg.

Rei mortuæ meminit Vlp. in l. 7. §. 1. de donat. inter virum & vxorem. Quia non ſit locupletior, quæ tantumdem in re mortua impenderit. Accurſius rem mortuam interpretatur, qua mulier locupletior non eſt: Connanus eam, quæ periit, & jam non exiſtat, vt Cic. Ad Atticum: Cæſar cum veniſſet mortuo plauſu, id eſt, refrigerato & extincto, Hot. ex Connano.

Rei capitalis damnatus, quis dicatur, vide ff. ſi quis caut. l. ſed & ſi quis, §. 1. l. edicto, §. 1. de præſcript. ver. l. rei capitalis. de Pœnis. Spieg.

Rei vindicatio eſt actio realis, contra poſſeſſorem rei corporalis, data ei, qui ſe ejus dominum eſſe affirmat: eoque modo accipitur, ff. & C. de rei vindic. Licet enim etiam rei incorporalis ſit quædam Vindicatio. Illa tamen ſpecialiter dicitur confeſſoria & negatoria. Rei corporeæ vero ſpecialiter Rei vindicatio. Ex ſupra data definitione duo hujus actionis extrema, ſeu, vt loquuntur, requiſita adeo neceſſaria colliguntur, vt ſi alterutrum omittatur, actio nulla ſit: quæ requiſita in libello deduci, & ab actore probari debent: vnum eſt ex parte agentis, velut dominium, directum, vel vtile, vt aſſerat ſe ejus rei quam petit eſſe dominum: alterum ex parte rei, videlicet poſſeſſio, vt is rei petitæ ſit poſſeſſor, vide Vult. ad §. 1. nu. 57. Inſt. de actio.

Rei vxoriæ actio appellabatur, quæ ſoluto matrimonio dotis repetendæ cauſæ dabatur, l. vnic. C. de rei vxor. act. § fuerat. Inſt. de act. Ejus meminere, Cic. 3. offic. Quintil. lib. 8. cap. 5. & Gell. lib. 4. c. 4 Ejuſque in ff. nunquam fit mentio, quia à Iuſt. in actionem ex ſtipulatu tranſlata & transfuſa eſt Briſſ.

Reiectaneum dicitur quod ab omnibus reiicitur.

Reiectio judicum quid ſit, Aſconius ſic exponit: Moris erat celebrata judicum reiectione, & haberi in officio Prætoris, & in area reponi nomina ſelectorum judicum: Reiectio autem ideirco dicitur, quia cum multi judices in conſilio cum prætore ſuo judicaturi eſſent, qui Quæſitores fuiſſent in cauſa publica, verbi gratia, repetundarum, ambitus, maieſtatis, neceſſe fuerat eos primum de decuria Senatoria conſcribi, cum Senatus judicaret: deinde in vrnam ſortito mitti, vt de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet: tertio, id eſt, poſt vrnam permitti accuſatori ac reo, vt ex illo numero reiiciant, quos putauerint ſibi aut iniquos, aut ex aliqua re incommodos fore. Reiectione celebrata in eorum locum qui reiecti fuerant ſubſortiebatur prætor alios, quibus ille judicum legitimus numerus compleretur: prima enim ſortitio dicebatur, his perfectis jurabant in leges judices, vt obſtricti religione judicarent Hot. Prat.

Reiicere verbum erat juris, quod ſignificabat recuſare; ſeu repudiare Iudices. Sic etiam miles reiici militia dicitur, l. 6. §. quia, ff. de re milit. & reiici caſtris, l. 19. ff. de lib. cauſa. Briſſ.

Reiicere calcem, id eſt, retro jacere in l. fin. ff. ſi quadrup. paup.

Reiicere cauſam ad regem pro referre ad regem: quod vulgus dicit remittere. Prat.

Relatio eſt cum ad principem refertur: apud Symmach. lib. 1. epiſt. 41. & 44. Relationes in l. 14. C. de accuſat. interpretor elogia, quæ ab Irenarchis officialibuſque ad præſides referebantur. Nam referendi verbo in hac re vtitur Martian. in l. 6. ff. de cuſtod. reor. Verbum etiam referre, in ratiociniis vſurpatur, l. 82. ff. de cond. & demonſt. Vide in verbo, Rationes Briſſ.

Relatio criminis eſt, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria laceſſierit. Cic. de inuent. Aliter in tit. C. de relationibus. Quando ſuper cauſa ſuperior conſulitur, dicitur. Significat & apud idoneos autores propoſitionem criminis & rei. Aliter vſurpauit, & quidem eleganter, Paul. in fin. l. pen. de juſtit. & jur. quum ait, relatione ſcilicet facta, non ad id quod prætor inique fecit, ſed ad illud quod prætorem facere conuenit. Verior tamen eſt ratio, vt quoties iudex principi vel maiori magiſtratui cauſam aliquam refert, vt inſtruatur, quemadmodum jus dicere debeat, l. cum quem, § judicibus, ff de judic. in Auth. de judicibus, vlt. vel rem ipſi majori judici finiendam relinquat, quod quibuſdam caſibus permittitur, in auth. vt judices non ex pecu. vbi notat. Spieg.

Relationis natura, ſicut & demonſtrationis, eſt natura veritatis ex conjunctione ſcripturarum parens, & ideo ea quæ veniunt per modum relationis, vere & proprie ineſſe dicuntur, ita ſing. conſuluit Bald. in conſil. 512. ea quæ veniunt, in vlt. li. vbi per hoc infert, quod fidejuſſor vero & proprie promittit eandem ſummam, quam reus principalis: licet non ſpecificet in inſtrumento fidejuſſionis, niſi relatiue ad inſtrumentum principalis. Et hanc deciſionem Bald. pro ſing. refert Iaſon. vbi tamen arguit in contrarium, in l. vbi autem non apparet, §. illud, in 1. not. ff. de verb. oblig. quod bene nota, ad ſtatuta, quæ proprie intelligenda ſunt juribus vulgaribus: & adde etiam ad ea quæ late tradunt, Modeſt. in l. certum eſt, ff. ſi cert. pet. Et in propoſito bene facit notab dictum Angel. in l. prætor ait, §. 1. ad finem, ff. de oper. nou. nunc. cum his quæ ibi late congerunt Modeſt. & D. Felin. in cap. tranſlato, in 3 col. poſt. med. de conſtit. & in c. eum dilecta, in 19. col. verſ. pro iſtis etiam facit, de reſcript. poſt Alex. conſil. 80. viſo col. 4 lib. 1.

Secundo facit ſing. dictum Bald. in l. 5. per gl. ibi C. de nupt. de quo infra opportunius faciam mentionem in dictione. Secundum, & idem dicitur, quod relatio refert tempus & qualitatem. Dec. conſil. 90. col. pen. & conſil. 315. col. vlt. & ibi ſæpe. Gotta.

Relativa, vel potius relatiua dicuntur, quæ ſecundum hoc ipſum quod ſunt, aliorum dicuntur. Vt ſeruus, domini dicitur ſeruus: & dominus, ſerui dominus: ſic pater, filij pater dicitur: & filius, patris filius Scotus vt refert Agricola l. 1. de inuentione, exiſtimauit, in patre qui multos haberet filios, multa proinde nomina, reſpectúſque eſſe patris: quemadmodum & juriſperiti, patri ſuam inquemque filium aſcriberent patriam poteſtatem, & domino in quemque ſeruum proprium diſcretumque jus mancipij. Spieg.

Relativa redditiua, vt ai eorum, referri debet ad omnia ſuperiora: niſi ſententiæ contrariæ præceſſiſſent. Tunc enim ad proxima referrentur. Gloſſ docet, & ibidem Doct. in fin. l. fi idem, ff. de juriſd. omn. jud. Spieg.

Relatiuum eſt, quod ad aliud refertur, qua ratione à Græcis πρός τι hoc eſt, ad aliquid appellatur, vt libertas. Refertur enim ad ſeruitutem, ingenuitas ad libertinitatem. Et in ſumma, quicquid in vniuerſa rerum natura non eſt vel ſubſtantia, vel quantitas, vel qualitas, in hunc ordinem cogitur. Imo quantitates pariter, & qualitates, ſi quando conferantur inuicem. Diuiduntur autem relatiua juxta numerum priorum trium prædicamentorum, ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis. Vide Apellium c. 1. de defini. Spieg.

Relegare dotem maritus dicitur, qui quam accepit præſenti die reddi ac reſtitui jubet: quo caſu recepiſſe magis quam accepiſſe dotem mulier dicitur, vt ait Vlp. in l. 2. in fin. ff. de dot. præleg. quoniam reddi potius quam dari dos videtur, ait Papin. l. cum pater 77. §. fidei 12. ff. de legat. 2. Sic l. 8. ff. de fund. dot. l. 41. §. fin. l. 48. ff. de legat. 2. Hinc relegatio dotis, l. 95. ff. de legat. 3. ex qua & hæc formula colligitur: Quanta pecunia dotis nomine ad me peruenit, tantum hæres meus dato. Prat.

Relegare, ſignificat in exilium mittere, & ſeparare ab aliis. Quare Marcianus triplex exilium diſtinguit, in l. exilium, ff. de interdict. & releg. Old. Prat.

Relegari vſusfructus à Mauritio dicitur in l. 25. ff. de vſufruct. legat. Prat. Briſſ.

Relegatio dicitur, exterminatio, cum quis exire fines patriæ jubetur, quod Cicero ſedibus expellere dicit: deportatio vero, cum ei qui damnatus eſt, certo ſpacio circumſcribitur pœnæ pendendæ locus. Bud. in l. capitalium, §. in exulib. de pœnis, & Peckius l. 4. §. Dinus, tit. de incend. ruin. naufra. Alij inter deportationē & relegationem hanc differentiam ſtatuunt, quod illa perpetuum, hæc temporarium exilium contineat. Sed & in perpetuum fit relegatio, l. 4. l. 28. in princ. l. 38 §. ſi quis inſtrumentum, ff de pœnis, l. 1. C. qui pet. tutor. & apud Plinium lib. 3. Epiſt. ad Minutian. Alij in quibus eſt Iſidor. lib. 5. c. 27. inter relegatum & deportatum hanc differentiam ſtatuunt, quod relegatum bona ſequantur, deportatum bona non ſequantur. Sed hæc differentia perpetua non eſt, Nam & ademptis bonis aut parte aliqua eorum relegatos legimus, l. 1. ff. ſi penden. ap-

pellat. l. 11. §. eum quidam, ff. ad leg. Falcid. l. 38. §. qui abortionis, & §. ſi quis inſtrumentum, ff. de pœnis. Quod in his duntaxat, qui in perpetuum relegantur jure licito factum, & Paul. & Vlp. teſtes ſunt, tametſi aliter plerumque ſeruatur, l. 5. l. 7. §. ad tempus, ff. de interdict. Illa certiſſima differentia, quod ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus quis relegaretur non aliter atque cum deportabatur & ciuitatem Romanam, & patriam in liberos poteſtatem, & teſtamenti factionem, & omnia omnino jura ſua, & bona, præterquam ſi quæ ei adempta erant, retinebat. Tantum inſula ei egredi non licebat, cujus vinculo quodammodo continebatur leg. 4. & l. 7. §. hæc eſt differentia cum ſeq. ff. de interdict. & relegat. Eaque ex ipſis condemnationis verbis diuerſitas intelligebatur. Relegatis autem excedendi à præſidibus dabatur. Moris enim erat ita pronunciari. Prouincia illa inſulisque illis relego: excedereque debebit intra illum diem, dict. l. 7. §. hi qui. Briſſonius. Pratejus. Notandum autem hic eſt aliam ſeruorum, aliam liberorum hominum relegationem fuiſſe. Serui enim in agros, homines vero liberi in prouincias ſolebant relegari. Idque Apologia Dauid capite 14 teſtatur euidenter Ambroſius: quem allegat Ræuardus in l. Ad ca, ff. de regul. juris.

RELEGATIO pro deportatione videtur accipi in l. 11. ff. de teſtam. tut. l. 27. §. de Decurionibus, ff. de pœnis, Briſſ.

RELEGATORUM duo eſſe genera. Vlp. ſcribit. Quidam enim in inſulam relegantur l. 4. l. 28. in princ. & §. in exulibus, §. graſſatores, l. 31. ff. de pœnis. Sunt qui ſimpliciter relegantur, vt prouinciis iis interdicatur, non etiam inſula adſignetur, l. 7. ff. de interdict. Vnde relegatos Ælius Gallus apud Feſtum definit, quib. ignominiæ aut pœnæ cauſa neceſſe eſt ab vrbe Roma aliove quo loco abeſſe, lege, Senatuſque conſulto, aut edicto magiſtratuum, Briſſ. Prat.

RELEVARI, l. 13. ff. de cuſtod. reorum, l. 4. §. 1. ff. de pœnis. Releuari debiti quantitas dicitur in l. 1. ff. de pign. Briſſ.

RELEVATA jugera dicuntur, quæ cum eſſent paluſtria, facta ſunt terrena, l. 1. C. de fund. patrimon. lib. 11. Alber.

RELEVIUM dicitur honorarium, quod nouus vaſallus patrono intuitus cauſa largitur quaſi morte alterius vaſalli, vel alio quo caſu feodum ceciderit, quod jam à nouo ſubleuetur, Leo Nou. 13. ἀνάληψις nominat. Veteres introitum appellant, vt in l. penult. §. alumno, ff. de legat. 2. Pliu. lib. Epiſt. 10. ad Trajan. De hoc releuio fit mentio in Conſt. Neapol. lib. 3. tit. 25. Recepto veruntamen aliquo releuio, vt eſt moris, quod quantitatem decem vnciarum auri non excedat, pro aſſignanda poſſeſſione terræ conceſſa. Sic in emphyteuſi, cum fundus alienatus eſt, domino quinquageſima pretij pars erogatur, l. 3. C. de jure emphyteut. Sed acerbiora releuia illa ſunt, quibus Scoti veterum Regum inſtitutis olim vtebantur. Nam cum ab vno Rege feuda omnia recognoſcerent, vaſallo mortuo, prædiorum fructus omnes vſque dum filius vnum & viceſimum impleſſet annum, Regibus releuij cauſa tribuebant. Hector Boeth. lib. 11. Et quicquid per id tempus ex eo agro emolumenti proueniret, Wardiam eum vſumfructum noſtri vocant, vnjuſque inde anni ejuſdem agri cenſus quem Releuiam vulgo, aut Releuatum dicunt vniuerſa cum hæredis dote, ſi nullam ejus deſponſationem viuens pater fecerit, cum in hæreditatem admittitur, fiſco penderetur regio. Prat.

RELICTI nomine, mortis cauſa donatio continetur, leg. ſed & ſi quid donetur, ff. de vſufruct. leg. Marcellus de legat. 1. Si quid relictum ſit ciuitatibus, omne valet, ſiue in diſtributione relinquatur, ſiue in alimenta, ſiue in eruditionem puerorum, ſiue quid aliud. Spieg.

RELICTUM dicitur, quod teſtamento datum legatumve eſt. Pra.

RELICTUM cuilibet ex familia, de his accipiendum, qui intra decimum gradum ſunt. Alciat. refert Paulum Caſtrenſem ſic reſpondiſſe. Spieg.

RELIGIO quid ſit, vide Ciceronem lib. 2. de inuent. pag. 322.

RELIGIO à relegendo auctore Cicerone in libr. de natura deorum deducitur, quod religioſi omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, retractarent, & tanquam relegerent. Sed in hac Etymologia videtur Tullius à Lactantio, qui religionem arbitratur dictam eſſe, quod ejus vinculo obſtricti & religati ſimus lib. 4. de vera ſapientia, cap. 28. Cum Lactantio etiam facit Ambroſius in lib. de virginibus, vbi virgines Deo nuptas, quaſi religatas oſtendit. Manifeſtius Lactantio aſtipulatur Hier. in Amos c. 9. dictam nimirum eſſe religionem, quod quaſi in faſcem domini vincti & religati ſimus. Verum Auguſtinus nonnihil variat ad Ciceronis expoſitionem accedens. Nam in libro de ciuitate Dei 10. c. 4. dictam eam quidem putat à religendo, alluſione nominis (vt Viues putat) ad nouum ex occaſione capta. Verba ipſius ſunt: Ipſe enim fons noſtræ beatitudinis, ipſe omnis appetitionis eſt finis. Hunc eligentes, vel potius religentes (amiſeramus enim negligentes) hunc ergo religentes, vnde & religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus vt perueniendo quieſcamus: ideo beati quia illo fine perfecti. Auguſtini deriuationem affirmare videtur Nigidianus ille apud Agellium verſiculus: Religentem eſſe oportet, religioſum minime. Maſſurius Sabinus (vt eſt apud eundem Gell. lib. 4. cap. 9.) religioſi vocabulum à relinquendo deducit: ſicut cærimoniæ à carendo, &c. Transfertur autẽ hoc religionis vocabulum ad alia quæque, quæ ſumma animi integritate peraguntur, ad exceſſum vſque. Religio autem Lactantio lib. 4. c. 28. eſt veri cultus: Connan. vero lib. 1. cap. 5. Religionem vocat tacitam eam cogitationem, qua in animo ſuo Deum quiſque colit & veneratur. Quia vero religio in metu, & ex metu magna ex parte conſiſtit, ideo ea interdum ſignificamus non quod licet, ſed quod vetitum eſt, & quod non ſine metu læſi numinis committatur: vt muros tranſilire religioſum fuit Romanis, id eſt, non conceſſum: & in illo Terentij Nam nihil eſſe mihi religio eſt dicere, id eſt, inquit Calphurnius, metus & ſollicitudo. Connan. dicto loco.

RELIGIO, id eſt, jusjurandum, in l. fin. C. de rebus cred. l. fin. circ. med. C. de fideicomm. Auth. quod obtinet, C. de prob.

RELIGIO & ſuperſtitio quid differant, oſtendit Lactantius allegato lib. 4. c. 28. & Connan. lib. 3. cap. 1. num. 3.

RELIGIO, veneratio, fides, recta conſcientia, metus. Iuriſconſ. Maximum remedium, inquit, expediendarum litium in vſum venit, jurisjurandi religio l. 1. ff. de jurejur. Credendum autem eſt, homines qui aliquid frontis habent, diuini numinis teſtimonium non falſo inuocaturos. Quanquam hoc ſeculo, vt omnia corrupta, luxataque videmus, ſicut juramenta temere deferuntur in cauſis, vt Old. eleganter ait, ohularibus ac nullius momenti, ita pene non habetur vlla ſolennitatis ratio, quæ vtique malorum hominum læſam conſcientiam terrere poſſent à perjuriis ſubeundis. Cæterum Religionis verbo ſignificantiſſime antiquitatem vſam eſſe, Budæus indicat: & etiam obſtringere religione, & obligare dixiſſe, pro eo quod dicimus, conſcientiæ metum incutere: exoluere autem religione eſſe hujuſmodi ſcrupulum eximere. His adde, quæ Viues ſcripſit in c. 4. lib. 10. Auguſtini, de Ciuitate Dei. Spieg.

RELIGIO apud omnes ab origine mundi gentes, primum æquitatis ordinem ſibi vindicauit: vt quoties de negotio incidente plures concurrerent ſententiæ, ſemper præferretur illa, quæ religioni propius accederet, hoc eſt, pietati & juſtæ erga Deum functioni pro noſtro munere. Si enim religio à religendo, quaſi debitum officium dicitur. Cic. lib. offic. 1. In ipſa autem communitate, ait, ſunt gradus officiorum, ex quibus quid cuique præſtet, intelligi poteſt: vt prima Diis immortalibus, ſecunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. Idem ſenſit Auguſtin. Pompo. in l. 2. ff. de juſtit. & jure. Religio erga Deum eſt. Martianus in l. 4. ff. ad legem Iulian peculat. Pap. in l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. Itaque non multo magis vbique Chriſtianæ religionis oportet obſeruantiſſimos eſſe, cũ de cenſura æquitatis tractatur in judicio, vel extra judicium. Siquidem diuinitus edocti ſumus, quo lex velut pædagogus nos ducat, nempe ad Chriſtum, Galat. 3. admonemur item Deo magis quam hominibus obediendum eſſe, Actorum 5. Et quotidie oramus: Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, ſic etiam in terra, Luc. 11.

RELIGIO ſi publice reprobata eſt, nefas cenſetur priuatis illam admittere, vt ſi Chriſtiano deferatur, vt per Mahumetem impoſtorem illum, vel per Apollonium magnum, juret, vel per Dianam: quia exibilatæ ſunt id genus religiones, l. nemo, C. de pagan. Fuerunt tempora Neronis nimirum & Domitiani, quibus per Chriſtum jurare Romano piaculum erat. Tum Vlpianus ſuſpirans identidem fuerunt, inquam ô me miſerum, qui veritatem tantam nunquam attigi, & Chriſtianos homines tam male accepi, eo ſolum imputandum, quod Imperatori Alexandro fuerim à conſiliis, qui à Chriſtianiſmo non multum abhorrebat, & Chriſtum habebat præcipuum. Tunc Hermogenianus, imo vero, Vlpiane iſta calamitas temporum noſtrorum infelicitati magis imputanda eſt, Forcat. in Necyom. dial. 12. num. 5.

RELIGIO proprie erga Deum eſt, l. 2. ff. de juſtit. & jure, l. 30. fam. erciſcund. l. 24. §. 1. ff. de ſeruit. l. 21. ff. de vſufructu. Religio etiam ſepulchri eſt, l. 3. ff. fam. erciſc. Prat.

RELIGIO tenuis quæ ſit, vide capit. ſi quæſtiones, extra de Sim.

RELIGIO jurisjurandi l. vlt. ff. de liberali cauſa l. 21. ff. de dolo. l. 5. l. 5. ff. de jurejur. Sic dicta quoniam diuini numinis teſtationem habet, l. 1. ff. eod. l. 2. C. de reb. cred.

RELIGIONIS acceptationes varias recenſet Bart. in l. 1. oppo. 4. de ſum. Trinit.

RELIGIONIS ſeu pietatis cauſæ, quanquam inepte tractentur, ad tria tamen capita omnes pertinent: videlicet, ad diuinum verbum: ad bonas literas: & ad paupertatem. In his conſiſtit vniuerſa pietatis exercitatio, quæ firmum in bonis fidei argumentum eſt. Vnde in externis actionibus euitanda, ſunt, quæ religioni obſtant. Sunt enim ſemper iniqua Old. Prat.

RELIGIOSA in rubr. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. cenſentur, quæ religioſis adhærent l. qui religioſa, ff. de rei vindic. Religioſum teſtem, & religioſe, pro fideliter teſtimonium dicere, vt & pro fideli, religionem, pro fide, Bud. apud Cic. obſeruauit. Spiegel.

RELIGIOSA

RELIGIOSÆ domus, vt extr. de religioſ. domibus. Sunt monaſteria, templa, hoſpitalia, cap. de Xenodochijs, & oratoria quælibet, ac illæ quoque, quæ quis ſibi autore Epiſcopo conſtituit cap. oratorium, 41. diſtinct. Prat.

RELIGIOSI, noſtris proprie dicuntur, qui paupertatem, obedientiam, caſtitatem perpetuam Deo vouerunt. Sed & ampliore ſignificatu hi accipiuntur, qui aliquid ex illis votis obſeruant, vt hoſpitalarij & templarij: vt religioſi intelligantur qui Græcis dicuntur ἱερόδουλοι, de quibus Strabo lib. 12. Per ſummum vero abuſum, quilibet Chriſtianus dicitur religioſus & ita ſentiunt Canoniſtæ in rubr. de regul. Vide Alciat. in l. inter claras, Cod. de ſumm. Trin. Religioſi quoque dicuntur, qui vitam regularem profeſſi ſunt, generali verbo, qui religioſe in ſuis domibus viuunt, quamvis non ſint profeſſi, vide cap. non dicatis 12. Quæſt. 1. Prat.

RELIGIOSI dies Gellio lib. 4. cap. 19. dicuntur, triſti omine infames, impeditique, in quibus & res diuinas facere, & rem quempiam novam exordiri temperandum eſt. Vide de hiſce & Liuium lib. 6.

RELIGIOSUM eſt id facere, pro eo, vt vulgus dicit, facienda eſt (conſcientia.

RELIGIOSUM Gellius ex Maſſurio dicit eſſe, quod propter ſanctitatem aliquam remotum ac ſepoſitum à nobis eſt. Hot.

RELIGIOSUS locus, opponitur puro. Inſt. de rer. diuiſ. §. religioſum, & l. 2. §. Prætor ait, ff. de relig. Et ſacro profanus. Briſſ.

RELIGIOSUS locus non conſecratione & verbis ſolennibus, ſed illatione mortuorum efficiebantur l. 6. ff. de rer. diuiſ. & l. 2. §. 2 ff. de relig. vbi Celſus ait, non totum locum, qui ſepulturæ deſtinatus eſt, religioſum fieri, ſed quatenus corpus humatum eſt. Patet autem ex Ciceronis 2. De legibus, ea loca, in quæ mortuus illatus fuerat, neque arari, neque coli jus fuiſſe vnde religio à relinquẽdo dicta putatur à Seru. Sulpitio: & Maſſ. Sabino: nam in arando locus ille ſepulturæ relinquebatur. Itaque ſi Pontifices purum eſſe locum aliquem decernebant, exarari jubebant, Cic. De legibus, ſed cum multa in eo loco Sepulchra fuiſſent, exarata ſunt. Statuit enim collegium, locum publicum non potuiſſe priuata religione obligari. Sic Ælius Gellus apud Feſtum ait, Religioſum Sepulchrum dici, vbi mortuus ſepultus, aut humatus ſit. Hot. Prat.

RELINQUATUM, juxta Noric. text. pro reliquarum apud Paul quum ait, Legatarius proferebat: manus patrisfamilias relinquetum, tam ſuo, quam colonorum nomine. Hæc eſt germana lectio expediri ſenſus, quem obſcuravit vulgate hactenus, hoc eſt, ante Haloandrum prodita editio. Accurſianum item ſcholium indicat fuiſſe variam in l. Oſidius, in Princ. de leg. 3. Spiegel.

RELINQUENDI verbum proprie ad vltimas voluntates pertinet, l. 1. §. fin. ff. à tabul. exhib. Inde in l. 2. Cod. de natul. lib. Largiendi & Relinquendi verba ſeperantur, vt hoc ad teſtatoris legata, illud ad donationes inter viuos referatur.

RELINQUERE domi pecuniam, pecuniam domi inueniri. Oppo. Pecuniam domi non relinquere, nec vſquam inueniri, Paul. in leg. hæredes ejus, §. fin. ff famil. erciſc. Pret.

RELINQUERE item eſt, aliquid pro ſuo alieni legare, d. l. hæredes ejus, Prat.

RELINQUERE per præceptionem, id eſt, anteceptionem apud Paulum ad fin. l. hæredes, & Cajum in l. rem pignori, ff. fam. erciſ. Spieg. Prat.

RELINQUO, verbum ad vltimas voluntates pertinet, l. 1. §. fin. ff. de tab. exhib. Itaque adjectum vniuerſitati bonorum, denotat inſtitutionem l. diuus Trajan. ff. de milit. teſtament. cum dicit: Ego te hæredem facio, aut tibi bona mea relinquo. Modo tamen hoc fiat in teſtamento ſolenni, nam ſi in codicillis, aut in alia diſpoſitione, in qua directa inſtitutio fieri non poſſet, importaret fideicommiſſum, Bald. in leg. & in Epiſtola, ad finem, Cod. de fideicommiſſ. Si vero certæ rei vel quantati adjiciatur iſtud verbum, Legatum ſignificat. Nouell. vt cum de Appellat. cognoſc. §. aliud quoque. De hujus vocabuli effectu vide latius Bart. in l. illa Inſtit. ff. de hæredit. Inſt. Bald. & Salyc. l. final. Cod. famil. erciſc. Iaſon in Auth. Nouiſſima, C. de inoffic. teſtamen. Faber in §. plane, Inſtit. de milit. teſtamen. Canoniſtę in cap. Raynutius, vbi Bened. in verbo, Reliquit de tectam. Spieg. Prat.

RELINQUERE etiam eſt omittere & repudiare, §. ex extraneis Inſtit. de hæred. qualit. &c.

RELIQUA, ſunt quæ rationibus ſubductis acceptiſque & expenſis computatis debita remanent & ſuper ſunt, Græci τὰ λείμματα dicunt leg. 32. l. 80. & l. 81. & l. 110. ff. de condit. & demonſtr. l. 41. §. Titius, cum §. ſequentib. ff. de ſtatulib. l. 29. §. Sticho & l. vlt. §. inter ff. de liber. legat. & in l. 3. C. de ſuſceptoribus, lib. 10. in qua verbum Annis, in contextum ex Accuſiano gloſſemate irrepſit, vitium creavit. Abſolute enim Reliquæ legendum eſt, vt & ex lib. 10. eodem tit. in C. Theod. patet, in quo noui ac recentes, non vt in Iuſtinianeo Codice, ad creſcentes legitur. Reliqua etiam ſunt debitæ præteriti temporis penſiones, quas arreragia vocant Galli. Sic reliqua colonorum, ſunt penſiones à colonis debitæ in lib. 79. §. peto, & lib. 97. & l. 101. in fin. ff. de legat. 3. l. 32. §. vlt. ff. de vſufruct. leg. l. 20. & l. 27. §. ad finem, de inſtr. vel inſtr. & apud Plin. lib. 3. Epiſt. ad Calviſium. Reliquis autem actorum vel colonorum legatis, ea legata videntur, quæ de reditu prædiorum in eadem cauſa manſerunt, non etiam quæ in aliam cauſam verſa ſunt l. 91. de legat. 3. Sic & reliqua conductionis accipe in l. 10. C. ad Vellejan. & reliqua vectigalis in l. 47. ff de jur fiſc. Et reliqua pro reliquis cenſuum debitorum in tub. ſine cenſu vel reliquis. Reliqua collegarum in l. 21. ff. ad munic. Briſſ.

RELIQUARI dicuntur, apud quem ſuperſunt pecuniæ initis ſubductiſque accepti & expenſi rationibus: quique æs alienum ex reliquis rationem contrahit: ſic accipe in l. 54. ff. ad munic. l. 6. §. ſed eos demum, ff. de muner. & honor. l. 20. §. idem, ff. famil. erciſcun. l. 40. ff. de ſtatulib. Sic in l. 46. ff. de admin. tut. Debitum quod ex conductione reliquatus eſt, & in l. 23. ff. de pec. leg. Summes quibus reliquatus erat: & in l. 20. §. liber. ff. de inſtit. vel inſtr. Reliquatus eſt amplam ſummam, i. manſit amplæ ſummæ reliquator ac debitor, & in l. 9. de lib. lega. non impeditur reliques exigere, quae quis ſe reliquaverit. Quod & reliqua contrahere vel trahere dicitur, in l. 4. §. ff. de admin. rer. ad ciuit. l. 46. ff. de admin. tut. l. 34. §. 1. ff. de ſtatulib. 1. ff. de conuen. fiſc. deb. lib. 10. C. Briſſ. & ante eum Corraſ. Miſcell. lib. 2. c. 14.

RELIQUATIO, reliquorum debitio. Paulus l. 44 ff. de admin. tut: Si pupillus poſt pubertatem rationibus à tutore acceptis reliquationem ejus ſecutus vſuras acceptauerit, &c. Sic in l. 53. ff. de manum. teſtam. Hom. Prat.

RELIQUATORES à Græcis, λοιπάδες dicuntur, qui quod alicui debent ex aſſe, ex integro non perſoluunt: ſed alicujus partis debitores adhuc remanent. Vide Pet. Crinitum lib. 15. de hon. diſcipl. & Vlpia. in l. reſcripto, §. ſed eos, ff. de muner. & hono. itemque l. 102. §. Valer. ff. de ſolut. l. 9. §. reliquatores, ff. de publican. Brech. in l. poteſt reliquorum, ff. de verb. & rer. ſign. Gothofr. ad d. l. 9. §. reliquatores.

RELIQUI, de tribus etiam dici colligitur in auth. vt determ. ſit. num. cler. in Prin. Sed & de duob. accipi traditum eſt, c. fin. §. 1. extr. de off. de leg. Quamvis reliquorum appellatione, etiam omnes interdum accipi, Vlp docet, de verb. ſign. Vide leg. cum optio. ff. de opt. legat. Spieg. Pret.

RELIQUIÆ pro Cineribus defunctorum, ſicut in autographo Florentinarum pandectarum ſcribitur in l. 42. & l. 44. in fin. ff. de religioſ. quæ Græci λείψανα vocant l. 52. ſi hæres, de legat. lib. 1. Quæ tamen ſcriptura immutata eſt ab his, qui Pandectas excuderunt in l. 27. ff. de cond. inſtit. l. 30. ff. famil. erciſc. Briſſ. Pt. Goth. ad l. 12. C. de religioſ.

RELIQUOR verbum deponens. Eſt enim Reliquari, æs alienum ex reliquis rationum contrahere, vt paulo ante dictum eſt.

RELIQUORUM appellatio poteſt & vniuerſos ſignificare. Marcellus de verb. ſignif. l. 9. ſicut in eo contingit, qui vnius ſerui optionem alicui, reliquos alij legat, illo non optante omnes huic debebuntur, quod in verbo cæterorum eodem illo titulo Vlp. reſpondit l. 160. Connan. lib. 6. cap. 7. nu. 4. Adde Brech. in l. poteſt, tit. de verb. & rer. ſign.

RELIQUUM dicitur quod ſupereſt, majore ſumma detracta, leg. reſcriptum. D. De ijs quibus vt indign: Reliquum quandoque totum admittit, l. 1. C. de hæred. inſtit. Cicer. Reliquum eſt, vt certemus officijs. Hinc reliquum facere eleganter dicitur pro mittere vt ſuperſit. Prat.

RELOCARE, eſt opus ad diem conſtitutum, non perfectum, alij artifici denuo idem opus faciendum locare, l. item quæritur, §. ſi in l. ff. locati. Spieg. Prat.

REMANCIPARE pro mancipatum rem reddere, & iterum mancipare, hoc eſt, redhibere. Lege Boet. in lib. Comment. in Top. Cic. 4. Spieg. Prat.

REMANCIPATAM Ælius Gallus eſſe ait apud Feſtum, quæ mancipata ſit ab eo, cui in manum conuenerit. Prat.

REMANERE, verbi efficaciam indicat Bart. in l. tale pactum, §. fin. de pactis, & in l. prætor, ff. de collat. bonor.

REMANERE in conditione, in familia, in poteſtate, in obligatione, in poſſeſſione, Briſſ. ex ff. & Cod.

REMANERE venditionem pro non facta interpretantur, in l. cum autem, §. fin. ff. ædil. edict. Prat.

REMANSOR, pro Emanſor. Arrius l. 4. §. 13. ff. de re mil. Edicta faciebant, quid diu abfuiſſet, vt is inter remanſores haberetur. Et l. 5. §. 6. Si remanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contubernium agens, non credetur ei. Hot.

REMEDIUM non ſolum de morbis, ſed de rebus etiam omnibus, quas cum cura operaque noſtra explicamus dicitur; Cajus l. 1. de jurejur. Maximum, ait, remedium expediendarum litium in vſum venit juriſiurandi religio. Spieg.

REMSUSUM nuptiale in l. 20. in Prin. C. de nupt. id eſt, donatio ante nuptialis.

REMEDII loco monſtrari, in l. 2. §. idem Seruius probat, ff. de ſtatulib.

REMEDIUM imponere, pro adhibere apud Iuſtinian. Inſtit. quib. alien. licet, vel non paulo poſt Princ. Prat.

Remiges ſunt, qui remos agunt, & ceſſante vento nauem remigando propellunt, ac ſcalmis hærent, id eſt, ipſi labro nauis, vbi remi adnexi ſunt: à quo interſcalmia, ſpacia inter remiges dicta ſunt. Accurſius in l.1.§.2. ff.naut.caup.ſtab. ridicule interpretatur remigem, id eſt, qui ſcit melius nauigare. Porro veteres non voluntarijs ſemper remigibus vſos, ſed etiam compeditis oſtendit Brodæus Miſcel.lib.2.c.30.

Rem, dictionem & verbum dialectici, vt Fortunacianus tradit, ſic diſtinguunt: vt verbum ſit, quod ex ſe, & materialiter, vt vulgo loquuntur, prolatum eſt. Dictio verbi ipſius ſenſum habet, qui in proferentis animo cum latuiſſet, per verbi expreſſionem exijt: ſic verbum cum ſenſu dictio eſt. Res eſt quæ exprimitur, & ex verbo dictioneque declaratur. Vt ſi interrogem: verbum, ſi quis, quid comprehendit? Si quis, quatenus vndam pronunciationem propter ſe reſpicit, verbum eſt: quatenus ſenſum habet, quem ego ante animo concepi, dictio eſt: maſculi vero & fœminæ ex eo verbo ſignificatæ, res ſunt. Spieg.

Re contrahi dicitur obligatio, quæ re demum intercedente contrahitur, l.1.& l.55.ff.de oblig.& act.l.1.10 fin.& l.17.ff.de pact. l.8.§.1 ff de fidejuſſoribus l.1.ff.de novationibus, l.2. §.vlt.ff.ad Vellejan.l.13.§ ſi fidejuſſori, ff.de acceptil.l.12. C. ſi cert.pet.vt ſit mutui datione, cõmodato, depoſitione pignoris traditione, In tit. quibus mod. re contrah.obl. Ita re factum contractum, id eſt, numeratione, dixit Vlpian. in l.9 §. quoniam, D. ſi certum petat. Societas vero re contrahi, id eſt, communicatione bonorum dicitur in l. 4. ff.pro ſoc. quanquam in ea nudo conſenſu, obligatio conſtituatur, Briſſ.

Re excluſus non videtur, quem Prætor ſe in integrum reſtiturum pollicetur, l.5 ff de reſtit.in integ. Briſſ.

Re & verbis opponuntur, l.1.§.injuriam, ff de injurijs. Vbi injuriam re fieri Labeo definit, quoties manus inferuntur. Sic reipſa & verbo opponuntur, in leg.57.§. per nuncium, ff. ad S C. Trebell. Briſſ.

Rem in bonis eſſe, vt diſtet ab ex bonis, vel de bonis, colligi poteſt, in l.rem in bonis, ff.de acq.rer.dom. Alber. Spieg.

Rem gerere, pro pugnare, & apud Iuriſcoſſ. & alios obvium eſt. Spiegel.

In Rem ſuam fidejuber, obligaturque, qui pro ſuo negotio & in ſuam vtilitatem fidejubet obligari: veluti pro ſuo procuratore, aut ſi ad eum pecunia pervenerit, & ipſe reum dederit vice ſua, pro eoque fidejuſſerit, l.13.l.22.ff.ad Vellejan. l.8.§.1. ff.qui ſatiſd.cog.l.25 ff.de dact.l.5.ff de liber. leg. in Rem ſuam procurator datus dicitur, qui mandatas ſibi actiones lucro & commodo ſuo exercet, Briſſ.

Rem integram varijs dici modis, Azo in ſumma oſtendit, Cod. quando licet ad empt.reced. Proprie tamen intelligimus, donec quid geri cœptum eſt, l.1. §.cœpiſſe, ff.de Pollic.Spieg.

Rem ipſam habere videtur, qui actionem ad eam recuperandam habet, l.15.ff.de diverſ.reg.l.143 ff.de verb.ſign.Briſſ.

Rem habere, ſucceſſionem obtinere eſt, l.12. ff.de injuſto rupto, l.4.in fine, ff.de fideicommiſſ.libert.l.83. ff.de acqu.hæred. Vnde bonorum poſſeſſio quædam eſſe cum re dicitur, nimirum cum is, qui accepit bona, ea cum effectu retinet. Quædam ſine re cum alius evincere jure civili hæreditatem poteſt, veluti ſi ſuus hæres ab inteſtato ſit l.8 §.1. ff.de inoffic.teſtamen. l.15. C.eod. Et apud Vlpian.in Inſtit.tit.28 Briſſ.

Rem judicatam, nunc vulgo dicimus Sententiam definitiuam Sp.

Rem non eſſe, & non apparere, paria ſunt, l.in lege, l. Rutilia Polla, ff.de contrab.empt.l.quoties. Qui ſatiſd.cog.cum vulg Sp.

Rem non novam aggredi, initium l.ſub tit. de judic.in C.Cur. id ſit verſum in proverbialem locum, de his qui vxores vetulas ducunt Gloſſ.indicat, & Alc.lib.4.de verb.ſing. Spieg.

Rem pupilli ſaluam fore cautio prætoria, quam Theoph. Inſt. de ſatiſd. tut. & de diviſio. ſtip. ſic explicat, [illegible], Briſſ.

Rem pupilli ſaluam fore vel adoleſcentis. Hic loquendi modus ſtipulationem potiſſimum prætoriam prætendit, qua cum conſulitur pupillo, vel adoleſcenti, ſi imperante prætore interponatur Huc pertinet tit. in Inſt.de ſatiſd.tut.vel cur. eſt enim ea ſatiſdatio, de qua loquimur. Et requiritur ſatiſdatio, id eſt, Fidejuſſoris datio l.1 q ſatiſd.cogn. Videndum eſt, quæ ſit ratio hujus ſtipulationis interponendæ. In l.2.3. 4. 6. hæc quæſtio tractatur. Adhibebitur ſervus Reip. vel Municipium, vt hoc caſu vtilitatis cauſa ſtipuletur pupillo, quamvis is ſervus pupilli non ſit ſed Reipub. & hoc ſit propterea, quod quaſi publica ſit cauſa tutelaris in l.1 de Mag. conuen dicitur etiam Magiſtratum ipſum, ſi publicus ſervus deſit, ſtipulari poſſe pupillo, quod ſingulari jure receptum eſt. Nam alias per liberam perſonam alteri non adquiritur, in l.6. dicitur enim qui fari poſſit, pupillum ſtipulari hoc caſu poſſe, quod accipiendum eſt de eo, qui ſeptem eſt annorum, l.1.§ 1.tit.de admin.tutor. l. ſi infanti. Cod. de jure delib. Hæc ſatiſdatio exigitur a tutore niſi datus ſit ex inquiſitione prætoris, aut teſtamentarius ſit 7. & 8. tit. rem pupil.ſalu.fore, vel adol. Vide etiam tit. de ſatiſd. tutor. in Inſtit. Sylbergius ex Lectionis Duareni nondum impreſſis ſub d.tit. Rem pupill.ſaluam fore vel adoleſcent.

Rem ratam haberi, hoc eſt, comprobare, agnoſcereque quod dictum eſt à falſo procuratore, ait Vlpian. in l.12. §.1.ff. rat.rem hab. Hotom.

Rem tanti valere, quanti vendi poteſt, intelligendum eſt de communi & publica æſtimatione, non de cujuſque propria & privata: quia precia rerum ex communi æſtimatione finguntur, l. ſi ſervum meum, ff. ad leg. Aquil. vbi Bald. precia, ad legem Falcid. Spieg.

Rem, vel cauſam ad exemplum pertinentem dicebant, quam nunc materiam conſequentiæ, importantiæque dicunt. Bad. in l.poſter de orig.jur.

Rem ſuam eſſe, & rem ſuam fieri, implicat contractionem. Vul. in comm.Inſt.ad tit.de inut.ſtip. Item nemo rem ſuam.

Remiſſe, contrarium Vehementer.

Remiſſi homines dicuntur, qui triſtes, & ſervi non ſunt: qui aliorum facta, aut dicta, ſine vlla offenſione tolerant.

Remiſſio, refutatio, & renuntiatio quò diſtent, Spec. tradit in tit. de pact. & tranſact. Quibus vero modis in contractibus fiat, Bart.docet in l.hæres abſens, ff. de Iudic. Idem tractat. in l. 1.de operis non.nunc. De remiſſione, quæ verſatur circa ejuſmodi nunciationem, idem Spec. in tit. de Remiſſionibus tam judicantibus, quam alijs, abunde diſſerit. Spieg. Et eſt quidem Remiſſio, cum ab vno Iudice ad alterius Iuriſdictionis judicem juris prærogativam prætendentem facinoroſus remittitur. Nos loquimur cum ab inferiore ad ſuperiorem. Porro hodierno die vſu moribuſque receptum eſt, quod à multis ſeculis, Veteres Conſulti defendere voluerunt, præventione remiſſionem impediri in c. propoſuiſti, de foro competen. Qua ratione, tum maxime, cum ad perſonalem comprehenſionem pervenitur, is qui cœpit ſine evocationis metu indicare, & ad executionem procedere poterit, Peckius in l.7. in tit.de incen. ruin. naufrag.

Remiſſio eſt nunciationis remiſſio, quæ ſcilicet in hoc ſit auctoritate magiſtratus, vt vicinus cui nunciatum eſt, nunciationem negligat, & opus inſtitutum exequatur. Hæc vis enim eſt nunciationis, vt non ante poſſit vicinus facere novum opus, quam remiſſionem à magiſtratu impetraverit. Tunc vero eſt vtilis remiſſio, cum nunciatio non tenet, id eſt, cum is nunciavit, qui jus nunciandi non habuit: contra, vbi nunciatio tenet, eſt inutilis remiſſio, & hoc proponitur in Principio, l.1. ff. de remiſſion.& l.1.in Princ. & l.de pupillo, §.ſi is cui, & § qui procuratorio l.prætor, l.non ſolum, §.ſciendum. ff. de operis noui nunc. Eſt de opere reſtituendo ſatiſdatio remiſſionis loco. Igitur qui ædificare vult, contra quam ei denunciatum ſit, vel remiſſionem impetrare debet, vel ſatiſdare de opere demoliendo, ſi judicatum fuerit juſtam nunciationem eſſe: quo caſu etſi remiſſio quoque poſſit fieri, non tamen eſt neceſſaria, vt ait l.1.§ ff.1.de remiſſ. id eſt, ſupervacua eſt remiſſio, Cujac.2. obſerv. 16.

Remiſſio aliquando penſionis mercedisve relaxationem, exonerationem, ſeu relevationem ſignificat, vt in l.16.§.fin.& l.17. in Princ.& §.fin.ff.locat. Suet. in Iulio cap.20. Publicanos remiſſionem petentes, tertia mercedum parte relevavit. Plin.lib. 10. Epiſt.

Præterea continuæ ſterilitates cogunt me de remiſſionibus cogitare, quarum niſi præſens rationem inire non poſſum. Idem lib.9. ad Paulinum: Cum me neceſſitas prædiorum Tuſcanorum retineat: nam priore luſtro quanquam poſt magnas remiſſiones reliqua creverunt. Columel.lib.1.c.7. Si ſedulo colitur ager, plerunque compendium nunquam niſi cœli major vis aut prædonis inceſſit, detrimentum adfert: eoque remiſſionem petere colonus non audet. Briſſ.Prat.

Remiſſio in tit. de pœnit. & remiſſionibus ſignificat indulgentiam.Prat.

Remiſſio pignoris dicitur cum pignus conuentione contraria, quam qua conſtitutum eſt, ſoluitur. Connan.lib.4.c.19.n.1.

Remiſſus conſtitui, id eſt, laxius, minuſque l.4.§.1.ff.de incend. Sic etiam dicitur remiſſius puniri, l.27, ff.de leg. Cornel. de falſis, id eſt, negligentius, l.61.cura, ff.de fort. Briſſ.

Remiſſus non videtur, qui euaſit & profugit, l.25. ff.ad leg.Iul. de adolt. Cujac.6.obſ.15.

Remittere dicitur creditor, non qui antapocha teſtatur, ſibi numeratam pecuniam, ſed qui nulla ſolutione vltro ſua beneficentia nomen expungit. Cujuſmodi ſit cõtractus, ſi quis quid remittit, declarat Bart.in l.ſi quis delegaverit, ff.de don.Spieg.

Remittere, interdum dare dicitur leg ſimiliter, ff. de cond.ob turp. cauſ. cum ſimil. Bart. in peculium, ff. de pecul. Interdum donare l.1.quibus modis pign.ſoluitur, & alijs, locis quæ indicat Albericus. Interdum condonare, Sic remitti culpa pacta l.9.§.11.ff.de cond.& demonſtrat. Ita quoque Remittere injuriam, multam, crimen, pœnam fuſtium caſtigationem, &c.Bi. ex ff An autem remittere ſpecies ſit donationis tradit Bart. in l.ſi quis delegaverit, ff.de don. Vlp.in l.3.in fin. de crim. ſtellio. remittenda, pro minuenda vſurpare videtur, vbi dicit: In ijs autem, qui ſunt in aliquo honore poſiti, ad tempus relegatio

aut

Digitized by Google

aut ab ordine motio remittenda eſt. Sic apud Cicer. Remittere de ſupplicio, id eſt, minuere ſupplicium. Spieg.

REMITTERE actionem. Lege, actionem retinere.

REMITTERE annum, prorogare, cōcedere, vt annus prorogetur.

REMITTERE & dimittere differunt: Remittit enim, qui ad alium judicem litigandi cauſa mittit: dimittit qui omnino abſoluit. Prat.

REMITTERE juſiurandum cenſetur, qui deferente ſe cum paratus eſſet jurare, aduerſarius gratiam ei fecit, ſiue præſenti, ſiue abſenti & ignoranti, adeoque per epiſtolam: vt ſi ampliſſima occaſio remittendi juramenti, l. remittit | Labeo, ff. de jureiuran. Sic Remiſſum juſiurandum accipe in l. 9. §. 1. & l. 4. C. eod. tit.

REMITTERE litem impp. in l. ſi lis, ad l. Corn. de falſ. non ſatis apte dicerent pro eo, quod eo cauſam deferre ad judices: aptius tamen quam ſi remittere litem alicui dicamus pro eo, quod eſt donare & actionem cedere. Conn. lib. 5. c. 4. n. 8.

REMITTERE nunciationem, eſt ſoluere operis noui nunciationem, hoc eſt, prohibitionem, & cedere, vt quid noui fiat operis. Quibus autem modis id fiat, Iuriſconſulti luculenter oſtendunt, Tit. ff. de Remiſſion. Spieg.

REMITTERE nuncium, id eſt, diſcedere à marito, facere diuortium cum viro.

REMITTERE opinionem, pro diſcedere ab ea.

REMITTERE quandoque concedere eſt l. Marcellus, ff. de verbor. ſign.

REMITTERE munera, id eſt, gratiam munerum gerendorum facere, l. 5. §. demonſtrator, ff. de jure immun. Briſſ.

REMITTI dicitur vxor, quæ repudiatur, ac in domum parentum ſuorum mittitur. Reduci dicitur miſſa, vel quaſi matrimonio nouo contracto, vel quaſi eodem durante, l. 13. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adult. Terent. Voſmet vide remiſſa ne opus ſit, vobis an reducta domum, Vide Curac. 6. obſer. 15.

REMITTO tibi quicquid geſſiſti, vel gerere debuiſti, per hæc verba, quæ poni ſolent in tutorum liberationibus, dolus, culpave minime remiſſus, intelligendus eſt. Secus ſi dictum ſit, Remitto quicquid poſſum per actionem tutelæ. Qua de re vide Iureconſ. in Tractatu de Remiſſio, per totum. Spieg.

REMORARI actiuam habes ſignificationem: vnde Remora piſcis, quod naues remoretur.

REMOTO appellationis obſtaculo quid ſit, vide c. ex conqueſtione de reſtit. ſpol.

REMOTUM à jure, magis accipiendum ab eo alienum, quam quod illi contrarium ſonat. Remotus, ac motus Senatu, eleganter Iuriſcoſſ. pro dimiſſo à Senatu, Marcellus & Modeſtinus de Senatoribus vſurpant. Obſeruandum autem, quod ibidem dicitur, ob turpitudinem motum, ceu infamem, *Der Ehren entſetzt*: nec judicare, nec teſtimonium dicere poſſe, niſi per principem ſit reſtitutus, l. 2. C. de ſent. paſſ. & l. 1. §. de qua ff. de poſtul. Spieg.

REMOTUS pro à tutela remotus l. 54. §. 2. ff. de ſolut.

REMOTUS pro exhæredato, l. 3. §. ante, ff. de lib. & poſth. Briſſ.

REMOVERE judicem idem eſt quod recuſare, reiicere, & refutare. Prat.

REMULCO trahere Latinum eſſe probat Bayſius in libro de re natali. Et latius de hac loquendi forma diſputat Franciſcus Florid. Sab. lib. 1. ſua. ſin. lect. cap. 1. Remulco trahi naues affirmans, quę plus æquo grauatę, vel fractæ, vel mutilæ paruis nauibus remigum plenis alligatæ ducuntur, vt quò ſimpliciter à nautis duci non poſſunt, aliorum nauigiorum adminiculo perueniant: vtitur hac dicendi forma Liuius lib. 37.

REMUNCULUM nonnulli legunt in l. 29. §. 2. ad leg. Aqui. vbi alij: Lenunculum: alij ferracnlum: alij ferriculum: alij ferraculum: alij gubernaculum: Vide Gothofr. ad dictum §. 2.

REMUNERARE, mutuam gratiam referre, hoc eſt, munere, aliquo munus aliud compenſare, beneficioque beneficium reddere, & quod vulgo eſt, ad antidora obligari. Bart. in l. ſed ſi lege, §. conſuluit ff. de petit. hęred. & in l. hoc jure, de juſt. & jur. pulchre diſſerit, an naturæ lege ad remunerandum aſtringamur. Vlp. in l. ſi menſor falſum modum dixerit: Ideo autem inquit, hanc actionem (prætor) propoſuit, quia non crediderunt veteres, inter tales perſonas locationem eſſe, ſed magis operam beneficij loco præberi: & id quod datur, ei ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari. *Ergetzung Verehrung*. Spieg.

REMUNERATIO, proprie muneris alicuius munere alio compenſatio l. 1. §. 1. tit. iam citato. Vide Bart. & in d. l. ſed ſi lege, §. conſuluit, & Spec. in tit. depoſ. Spieg. Cæterum remuneratio non ſolum vocatur, quod quis aliquo beneficio prouocatus alicui donat, ſed etiam quod eius gratia donat, non alia de cauſa, quam quod ei bene vult ſeu voluit ſimpliciter donare, ſeu fideiuſſoris, ſeu rei commodo, ſeu vtriuſque cederet, l. Idemqꝫ ff. mandat. Conn. lib. 14. c. 14. n. 14.

RENITI, contradicere, l. renitentem, Cod. de iniur. Sic Reniti matrimonio, l. 16. C. de nuptiis.

RENOVARE, notæ ſignificationis, Scatent huius verbi, cum apud Iuriſcoſſ. tum apud alios auctores, innumera exempla l. 4. in princ. de damn. infect. l. ſi vnus, § pactus, de pact. Renouatur, totus grex, l. grege, de pignor. Alberic. Renouatur autem quod finitum eſt: Prorogatur, quod adhuc durat l. dies, de damno infect. & l. ſed & ſi manente, de preca. l. ſi cum dies, de arbit. Spieg.

RENOVARE contractum, l. juriſgentium, §. adeo, de pact. quod qualiter ac quibus ex cauſis fiat, docet Specul. titul. de inſtru. edict. §. 4. verſ. breuiter. Prat.

RENOVATA dos inſtrumentis non reuocatis interpretenda eſt, vt Vlp. cenſuit in l. diuus Seuerus, de iure dot.

RENUMERARE proprie eſt, reddere quod ante nobis numeratum fuerat: vt aurum, dotem, &c.

RENUNCIARE, hoc eſt, cedere licere omnibus his, quæ pro ſe introducta ſunt. Hæc regula, vt Iuſtinian. ait, antiqui juris perpetua non eſt, de qua fuſius Alc. in Comment. ad l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. Nos vocamus *Verzieg thun*. Verum renunciari poſſe omne jus, ſeu ſola ſpe, ſeu re competat, accipiendum eſt. Hinc renunciatio etiam dicitur id, quod ceſſionem vocamus. Spieg.

RENUNCIARE, repudiare, remittere adfinem habent ſignificationem: pertinent enim ad ceſſionem ab aliquo vltro factam, l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pact. differunt tamen aliquo modo. Nam renunciari ſolet plerunque iuri quæſito, tit. de renunc. At repudiatio ad ius pertinet nondum acquiſitum, vt tit. de repud. hær. Remiſſio quoque eſt juris acquiſiti vt in C. de remiſſ. pign. Old. de exceptione renunciatæ litis.

RENUNCIARE, & arcanum deferre ſignificat, teſte Budæo. Vnde apud Paulum in l. ſi quis aliquid, de pœnis Renunciatores conſiliorum, quos leu aut viuos exurit, aut furca ſuſpendit. Spieg.

RENUNCIARE conductionem, eſt irritam nunciare, inquit Aſconius. Hot.

RENUNCIARI dicebantur magiſtratus, qui voce præconis in campo declarabantur ſuffragio populi deſignati, vt Cicer. 7. in Verr. & 2. in Rullum, & pro Milo. & Gell. libro 12. capit. 8. oſtendunt. Sed & ipſe Conſul ſucceſſorem ſuum populo renunciabat. vt Cicero pro Murena, & libro 7. Epiſtol. indicat. Briſſ. Prat.

RENUNCIARE quilibet fauori & juri pro ſe introducto poteſt, l. pen. ff. ad SC. Velleian.

RENUNCIARE hoſpitium dicitur is, quem contracti hoſpitij pœnitet, ne hoſpitij jus violaret.

RENUNCIARE legationem, pro referre nunciare, quid ſit in legatione effectum, vulgo *Relation thun*. Spieg.

RENUNCIARE nuptiis, & renunciare conditionem, pro Sponſalia repudiare l. 17. §. vlt. ff. de reb. auct. iud. l. 1. C. de Sponſalib. Sic renunciatam affinitatem ſponſalibus contractam accipimus in l. 38. in princ. ff. de vſuris. Briſſ. Prat.

RENUNCIARE quoque modum menſores dicuntur l. 1. in princ. & l. 7. §. 1. & §. item Pompon. & l. 8. ff ſi menſ. falſ. mod. Hygen. lib. 2. de limitibus conſtit. Longitudinem autem quotiens egeram, ego ita renunciabam. Iugera tot, vel verſus tot. Et mox. Sicut videbitur, ita renunciabimus iugera tot, verſus tot, &c. Briſſ. Prat.

RENUNCIARE redemptionem, pro teſtari ſe non eſſe redemptorem.

RENUNCIARE aliquem idoneum eſſe, id eſt, referre poſt explorationem facultatum locupletem eſſe, l. 42. ff. mandat.

RENUNCIATIO, inquit Aſconius, dicitur recuſatio eius rei, in pactum & promiſſionem venerat. Hinc renunciatio ſponſaliorum & nuptiarum, cum ſponſalia, nuptiave dirimuntur, l. 2. ff. de diuor. l. 1. C. de ſponſal. l. quæſitum 17. §. fin. ff. de reb. auth. iud. poſſ. Prat.

RENUNCIATIO eſt juris proprij legitima refutatio, Cardin. in rub. de cenſibus lib. 6. Prat.

RENUNCIATIO generalis ad ea reſtringitur, de quibus ſolum intelligitur cogitatum, l. jubemus, C. ad Senatuſc. Vell. Prat.

RENUNCIATIO, vt admonuit Bud. teſtimonij genus, quod edere ſolent architecti, & magiſtri vniuſcuiuſque officij, cum opus eſt: qui propterea publico ſacramento adiguntur. Nobis eſt, *Ein VVerſung thun*. Item dicitur renunciatio, quod nunc proceſſum verbalem dicunt: qualis eſt viatorum, & eorum quę edicta, aut ſententias exequuntur. Spieg.

RENUNCIATIO pro nunciatione noui operis l. 16. ff de operis noui nunc.

RENUNCIATUS conſul, Tribunus, aliuſve magiſtratus, id eſt, declaratus.

REOS Cicero libr. 2. de Orat. omnes quorum de re diſceptatur, appellat. Ælius etiam Gallus lib. De ſignificatione verborum ad jus pertinentium Reum definit, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is agat, ſiue cum eo agitur. Quibus conſequens eſt, vtrumque ex litigatoribus reum dici: vulgo tamen qui petit & agit, actor: qui conuenitur, reus appellatur. Veteres eum vnde petitur vocabant. Cic. lib 1. de Orat. Nonne nobis in Tribunali Q. Pompeij ſedentibus poſtulabam, vt ille

vnde peteretur, vetus atque vſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet. Idem lib. 7. Epiſt. ad Trebat. Ego omnibus vnde petitur hoc conſilij dederim, à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent. Sed & in l. Mamilia: Et ſi is vnde ea pecunia petita erit, condemnatus erit, eam pecuniam ab eo vel à bonis eius primo quoque die exigito. Vterque etiam ex contrahentibus reus appellatur, l. 5. §. conuentionales ff. de verbor. oblig. Sed differentiæ cauſa, qui ſtipulatur, reus ſtipulandi: qui ſpondet, reus promittendi dicitur l. 1. & toto tit. ff. de duobus reis l. 134. §. pen. ff. de diuerſ. reg. l. 50. §. vlt. l. 32. §. duo & paſſim in tit. de fideiuſſoribus, ff ſicuti qui credit, reus credendi: qui accipit, reus debendi: qui ſatiſdat, reus ſatiſdandi: qui ſatis accipit, reus ſatis accipiendi appellatur, l. 34. §. quidam, ff. de ſolutio. Briſſ. & Gouean. l. 62. ff. ad leg. Falcid.

REPAGVLA Obiectamenta, obices, obſtacula. Ouidius lib. 2. Metamorphoſeon. pedibuſque repagula pulſant, à repangendo ſiue repingendo, hoc eſt, retropingendo & retrudendo repagula vocata. A ſimili deductione pages, Compages & antipagmenta Iohann. Baptiſta in commeot. Epiſt. Apollinaris ad Conſtantium lib. 5.

REPARARE quod amiſeris, pro recuperare, grauius eſt, quam in ſtatum priſtinum redigere: quaſi rurſus parare, vt in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. oportet, l. fi. C de pact. pign. Spieg.

REPARATOR merces, Scæuolæ in l. 122. § Callimachus, ff. de verborum obligat. dicitur is, qui earum loco, quas in aliquem locum importatas vendidit, alias comparat, aut eas aliis mercibus commutat: quaſi iterum parare ſeu comparare. Duare, lib. 1. diſp. ann cap. 10. qui & Horatij locum Carm. lib. 1. Od. 31. eodem accipit ſenſu.

Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna vitem: diues & aureis
Mercator exſiccet culullis.
Vina Syra reparata merce.

Alfenus l. 16 ff de in rem verſ. Quidam fundum colendum ſeruo ſuo locauerat, & boues ei dederat. Cum hi boues non eſſent idonei, juſſerat eos venire, & de his nummis, qui recepti eſſent, alios reparari Sicque Vlp. in l. 48 ff de pact. Prima actio ſublata eſt, & poſterius pactum, ad actionem reparandum inefficax eſt. Seneca ad Lucill. Epiſt. 64. lib 8. Satius eſt amicum reparare quam flere. Sic fere ſumitur conſtitut. 2. Pand propoſita §. omnibus minimo pretio magna prudentia reparanda. Itaque Parare pro emere ſumitur apud Ciceronem, cum alibi, tum in orat. pro Flacc. Si tam te Cruſti agri delectabant, hic alicubi Cruſtumio, aut in Capenati parauiſſes & Hor. Satyr. 5. lib. 2.

--- --- *Seruoſne tuos arte parares.* Prat.

REPARARI libertatem non poſſe, Vlp. dicit in l. 9. §. illud, ff. de ſtatulib Briſſ.

REPARARI vires obligationis Gordian. in l. 4. Cod. de ſolut. id eſt, ſuſcitari & reſtitui, Sicut Octauius Minutia, lib. 8. Arnobij. Ergo homo nouus naſcitur, non prius ille reparatur. Briſſ. Prat.

REPARARI etiam appellationum tempora, id eſt, reſtitui dicuntur. Sic & actio reparari dicitur in l. 27. ſed ſi pactum, ff. de pactis. Pro reſumptione Inſtantiæ intermiſſæ, vel vt, vulgo loquimur, reſtitutione Inſtantiæ, quæ legitimis tranſactis temporibus perit Briſſ.

REPARATIO appellationis dicitur, cum poſt legitimi temporis lapſum jus peragendæ appellationis reſtituitur. Eſt igitur inſtauratio ſeu redintegratio temporis lapſi ſeu litis, ſub rubr. C. de temp. & repar. appell. Cod. Theodoſ. Sicque ſumitur apud Symmach lib. 1. Epiſt. 37. & 38. Græci [illegible] & [illegible] vocant. Quomodo autem ſeu jure veteri, ſeu nouo impetraretur, vide apud Cuiac. obſ. lib. 12. cap. 4. & tract. de diuerſ. præſcript. cap. 16. Prat.

REPVRIASSVRE, de iis dicebatur, quos pœniteret instituti, quique à conuentis diſcederent. Vide Chilud. Eraſm.

REPEDARE, pro reuerti, Cic. de legib. 3. Domum cum laude repedandum. Leo Imp. l. ſi quis ex grege, Cod. de cohort. lib. 12. Aut ſi, inquit, ad priſtinum ſacramentum voluerit repedare. Sic Lucilius lib. 26. Rediiſſe ac repedaſſe, vt Roma vitet gladiatorib. Prat.

REPELLERE, pro propulſare. Vt conuicium conuicio repellitur, juxta l. quæ omnia, de procur. Hoc verbum non eſt vbique accipiendum, de vi ſemper perniciosa publicæ tranquillitati (quoniam non additur ſubinde, Vim vi repellere licet) ſed magis ad juris intellectum referri ſuadet æquitas: vt ſit repellere videlicet per legitimum remedium, Vide Old. Actio. 2. Claſſ. 3. Spieg. Prat.

REPELLERE legatum pro repudiare ſ l. 81. §. 1. & 86. §. cum ſeruus, ff de leg. 1 & l. 3 ff. de leg. 2.

REPELLERE, pro excludere. Sic exceptio perpetui pacti repellit reſidui petitionem l. 5. C. de pact. Sic etiam repellit agentem exceptio l. 3. §. ſi mecum, ff. ad exhibend. Briſſ.

REPENTE fit, quod ſecunda die fit, no. per Compoſtel. c. quam ſit, de elect. Prat.

REPENTINVM & mediatum, contraria: pro ſubito & feſtino poſitum, teſte Alberic. in l. 1. C. de paſc. publ. Repentina mors, hoc eſt, à nemine præuiſa, apud Cic. de Diuin. lib. 2. & in auth. de conſang. & vter. frat. §. ſi igitur. Repentinum, ſiue repente fieri etiam dici, quod altera die fiat, Compoſtel. exiſtimauit. Spieg.

REPERIRE Feſto lib. 16. quod amiſſum eſt recipere. Reperio autem à re, & pario, vt repertum ſit quaſi reparatum, & in lucem proditum. Prat.

REPERIRE cauſam, inuenire rationem, quapropter aliquid fieri, aut minus fieri debeat.

REPERTVM crimen, adulterium, falſum, pro eo quod palam, & compertum eſt.

REPERTORIVM quid ſit, declarat Vlp in l. tutor. de admin. tut. Tutor, inquiens, qui repertorium non fecit, quod vulgo inuentarium appellatur, dolo, feciſſe videtur.

REPETENTES morbi, qui poſt curam renouati.

REPETERE pro memoria repetere. l. 10. ff. de pact. l. 14. ff. de iur. codicil. Prat. Briſſ.

REPETERE, proprie reſtituendum petere. Interdum iterare, Interdum recordari, l quidam, ff. de iure codicil.

REPETERE, pro recordari. Quod & Alber. iodicat, in l. quidam, ff. de iur. codicil. & l. reſcriptum, de pœnis. Sic Suet. Plin. Iunior, tum alij vtuntur. Spieg.

REPETERE crimen, eſt crimen indulgentia abolitum ex integro iterum perſequi, l. 7. ff. ad Turpil. Briſſ.

REPETERE actionem inchoatam, eſt deſertam ante actionem denuo inſtituere, l. 21. ff. de inoff. teſtam. Briſſ.

REPETERE reum eſt, iterato reum facere abolitioneque exemptum reum denuo poſtulare, l. 10. §. 1 l. 12. l. 15. §. vlt. & l. 17. ff. ad Turpill. l. 3. §. 1. & l. 18 §. vlt. ff. de accuſ. l. 14 §. ff. de bonor. liber. Suet. in Auguſto c. 32. Diuturnorum reorum, & ea quorum ſordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit, conditione propoſita, vt ſi quem repetere vellet, per periculum pœnæ ſubiret. Idem in Domician. cap. 9. Reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit, nec repeti, niſi intra annum permiſit. Prat. Briſſ.

REPETITIO eſt iteratio eius quod relictum eſt, ſiue quid addatur, ſiue adimatur, ſiue transferatur, l. ſi ſic 13. l. ſi pure 54. l. in repetundis 65. l. cum in ſubſtitutione 77. de leg. 3. l vnia 77. l. libertis omnibus 108 ff. de condit. & demonſtr. l. legata 19. l. licet 74. l. ſi quis à filio 32. l. ſeruo 113. § 1. de legat. 1. l. ſub. conditione 13. ff. de hered. inſtit. l. cum ſeruus, ff. de cond. inſt. Fit autem dupliciter, aut generalibus verbis, aut ſpecialibus. Generaliter fit, quoties repetuntur præcedentis legatu, vel inſtitutionis gradus per verba generalia, puta per verbum Amplius, vt d. l. legata 18. ff. de legat. 1. d. l. ſi pure 54. ff. de lega. 3. d. l. vnia 77. d. l. libertis 18. ff. de cond. & demon. vel quiſquis, l 3. § filius, §. ſeq. ff. de liber. & poſth. leg quæ conditio 39. ff. de cond. & demon. vel ſimili verborum genere, d. l. licet, d. l. in repetundis, l. cum ſeruus, ff de cond. & demonſt. Specialiter ſi vel res legatæ aut perſonæ nominatim repetantur, aut noniu repetitæ demonſtrentur: vt ſi dicat: quas pecunias legaui, quibus dies appoſitus non eſt, anua, bima, trima die hæres meus dare damnas eſto, d. l. legata 18. ff. de leg. 1. vel, Quod Titio legaui, pure legatum volo: quod Seio legaui, ita legatum volo, ſi decem hæredi dederit, &c. Goed. ad l. in generali 80. n. 2. ff. de verb. ſignif.

REPETI in quæſtionem eſt, in quæſtionem iterum peti l. 18. §. 1. ff. de quæſtionib. Repeti quæſtio, id eſt, iterari dicitur in l. 16. ff. de quæſtionib. Briſſ. Prat.

REPETI dicitur vſusfruct qui qualicunque ratione amiſſus iterum legatus, & fructuario conſeruatur l 2. § ſi non mors, l. 3. in princ. & § 1 l. 5. ff. quibus modis vſusfruct. amitt. l. 3. §. 2. ff. vſufr. quemadm. cau. vt in ſpecie l. 8. ff. de ann. leg. Briſſ. Prat.

REPETI etiam dicuntur legata, quæ ab inſtituto data à ſubſtituto iterum relinquuntur, vel ab vno ex primis hæredibus relicta à cohærede eius rurſum legantur, in hunc modum, Quæ à filio meo legaui, quæque eum dare juſſi, hæres meus iiſdem diebus dato, l. 32. & l. 54. ff. de lega. 1. l. 73. ff. de legat. 3. l. 80. de verb ſign Briſſ. Prat.

REPETI ſatiſdatio dicitur, in l. 1. princ. vt legat. ſerua. cauſa non quæ iterum datur, ſed quæ condicitur.

REPETITA conſuetudo, & inſtitutum dicitur, hoc eſt, longe interuallo repetita, &c, vt Bud. ait, à longiſſimis retro ruſum temporibus petita. Aſtipulatur l. 1. C. de Erogat. annon. milit. lib. 12. Spieg.

REPETITA die, Antelata ſeu prælata die, i. e. die, quæ præterierat falſo renocata, l. 3. ff de fide inſtru. Repetita quidem die cautionem interponi non debuiſſe, ſed falſi crimen cōtractum non videri: id eſt, die, quæ jam præterierat falſo pro præſenti nominata: vulgo Antedata dicitur Sic in l 9 § 5 ff. ad exhib. Proinde ſi poſt litem conteſtatam vſucaptum exhibeat, non videtur exhibuiſſe: cum petitor intentionem ſuam perdiderit. Et idem abſolui eum non oportet, niſi paratus ſit, repetita die intentionem ſuſcipere, ita vt fructus ſecundum legem

æſtiment

æſtimentur. Idem de dam. infect. l. ſi finita ſit dies, §. Item videamus, ſi cautio ei offeratur, poſteaquam miſſus eſt in poſſeſſionem: an non prius decedere debeat, quam ſi ei caueatur etiam de eo damno quod contigerit, poſteaquam miſſus eſt in poſſeſſionem: quod quidem magis probatur. Repetita igitur hic repromittendum erit, i. e. referenda retrorſus cautio, & in præteritum. Eodem modo accipe in l. 5. §. ſi quis ipſi, ff. de nou. oper. nunc. l. 1. §. præterea, & §. ſi tibi, ff. de itiner. actuq; priu. Vide Budæum in annot. prior. ad dictam leg. 9 §. 5 & Curt. lib. [illegible] 3. cap. 38. Tomo 1.

Repetitionem in legatis conſulti appellant, hanc ſcripturam, hoc amplius ei hæres meus dato, vel item dare damnas eſto, leg. 19. ff. de lega. 1. leg. 61 ff. de lega. 3.

Item: Quæ à filio meo legaui, hæres meus dato, l. ſi quis 32. ff. eodem. Item, Quotieſcunque fructuarius capite minutus erit, vel Quoties vſusfructus amiſſus erit, ei lego, l. 3. ff. quib. mod vſusfr. Prat.

Repetundarum, vel de repetundis accuſatur quis, vel damnatur, qui in adminiſtratione magiſtratus pecunias accepit, vnde accipere non debuit. Tit. eſt ad leg. Iul. Repetundarum, de qua Martian. ſic ſcribit: Lex Iulia repetundarum, pertinet ad eas pecunias, quas quis in Magiſtratu, poteſtatiſve curatione legationeve acceperit. Nebriſſenſis. De pecunijs repetundis primus legem tulit Lucius Piſo Lucij Piſonis prætoris in Hiſpania filius, quam poſtea repetiit Iul. Cæſar, vnde & Iuliæ nomen habent. Repetundæ à repetendo dictæ, quod iudicio repetundarum ſocij pop. Rom. pecunias ſibi ereptas repetebant, vt conſtat ex Verrina ſeptima. Vult. in comm. Inſtit. de publ. iud. § fi. n. 8. 9. &c. Porro, Repetundarum, Repetundis hos duos tantum caſus habet: & Valla teſte, dubitari poteſt, participiumne ſit, ſiue nomen, an gerundium. Quum dicitur Repetundarum, ſubintelligendum, pecuniarum: quo nomine pecunias, & omnia quibus diuitiæ conſtant, enormiter dicimus. Cauſam vero repetundarũ multiplicem eſſe, Quintilianus tradit, ea enim multa crimina continet, quæ cauſæ propria ſint, vt videre eſt d. tit. Accuſare quempiam Repetundarum. Plut. ita effert: [illegible]. Et [illegible], repetundarũ pecuniarũ iudic. ſubiicit. At [illegible], eſt damnatum eſſe pecuniarũ repetundarum. Prat.

Repetundarum nomine agi poteſt ciuiliter & criminaliter ciuiliter in quadruplum, de qua actione eſt lex prima, C. eod. criminaliter ad pœnam, quæ eſt plerunq; exilij: ſed repetundarum rei quandoq; durius puniuntur pro admiſſi criminis qualitate l. 7. §. fi. ff. eod. Vult. ſup. d. loco n. 10.

Repetundarum iudicium inde dictum eſt, quod eo iudicio ſocij pecunias ſibi contra leges ereptas repetebant, quas ex condemnatorum litibus æſtimatis domũ reportarent, ſecundum Vallam & Pedianum. Cic. Verr. 7. Itaq; res ſuas negligunt: pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, nõ repetunt & paulo poſt, Non ex litib. æſtimatis tuis pecuniam, domum, ſed ex tua calamitate cineri atq; oſſibus filij ſui ſolatiũ vult aliquod reportare. Intelligendũ eſt autem hoc iudicium olim in eos ſolos magiſtratus qui in prouincias mitterentur inſtitutum fuiſſe: quemadmod. Cicero in Diuinat, demonſtrat: poſt vero generaliter eo teneri cœperunt, quicunq; in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione vel quo alio officio, munere, miniſteriove publico pecuniam ob iudicandum accepiſſet: quine magiſtratus vrbani à ſorde ſe non abſtinuiſſent, l. 1. & paſſ. ff. ad leg. Iul. repetund. Hot. Vult. ſup. d. loco addam & ex Corn. Tacito li. 11. Coſſutianum & alios aliquos perfidos aduocatos fuiſſe repetundarũ reus, eo quod pecunia accepta à Suillio accuſatore, præuaricati eſſent: inibiq; refert ſancitum, vt qui aduocati ob cauſam orandam denum Seſtertium modum egrederentur, repetundarum tenerentur. Prat. & Vult. ad §. fi. n. 9. & ſeq Inſt. de publ. iud.

Repignerare eſt, luere & liberare pignus, aduerſatiuq; verbo pignerare, leg. 5 §. ſem tibi dedi. ff. commod Feſtus lib. 16. Reluere, ſoluere, repignerare. Cæcilius in carmine, vt aurum & veſtem quod matris fuit, reluat, quod viua ipſi oppoſuit, pignori. Vt Replumbare. Et alijs quoque ſatis multis in verbis articulus contrarium ſimplici verbo tribuit ſignificationem, alias vero iterationem, & geminationem ſignificat, vt Retractare interdum eſt, Feſto quoque teſte, iterum tractare l. 31. in fi. ff. de iureiur. l. 10. §. 1. ff. ad Turpil. §. cum quidam, ff. de recept. qui arbit. l. 29. ff. de iur. fiſc. leg. 4. C. de epiſc. aud. l. 3, C. de Cano. largit. tit. Cic. lib. 4. de Nat. Deor. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinent, retractarent, & tanquam relegerent, hi dicti ſunt Religioſi. Idem ad Atticum libro 8. Augemus crimen dolorem retractando. Sic Tertull. in Apologetico. Cauſas quæ hoc exegerint, retractemus, & alibi ſæpe. Briſſ.

Replicare, l. 35 ff. de pactis, l. 3. ff. de pignorat. act. eſt reſoluere ius exceptionis inſtitutæ.

Replicatio vocatur ex eo, quod per eã replicatur, atq; reſoluitur ius exceptioni: ait Imp. ti. De replicat. in princ. [illegible] à Græcis nominatur. Eiuſque forma erat aut ſi quemadmodum intelligitur ex l. 48. ff. de proc. Iulia l. 7. §. 1. de curat. furioſ. Si heredes dementis eaſdem res vindicent quas curator alienauit, & exceptio opponetur, ſi non curator vendiderit: replicatio dari debet, aut ſi ſatiſdatione interpoſita ſecundum decretum vendiderit. Iul. l. 54. ff. de except. rei iudic. Aduerſus exceptionem, Si non eius ſit res, explicatione hac adiuuabatur, Aut ſi res iudicata non ſit. Caius l. 48. ff. de proc. Tunc excipiente eo cum quo agitur, ſi non mihi mandatum ſit, vt à debitoribus peterem: actorẽ ita debere replicare, Aut ſi mihi mandatum eſt, vt à te peterem. Hot. Prat. Itaque

Replicatio dicta videtur, vel quod implicatã & quaſi tectam exceptionis iniquitatẽ replicet ac patefaciat: vel potius quod æquitatem actionis ab excipiente reo tectam & quaſi complicatam explicat atque aperiat. Hot. Prat.

Græci [illegible] appellant. Rhetores vocare interdum videntur firmamentum, & continens. Sicuti Græci [illegible] quod ius actoris contineat, firmiter ac tueatur. Balduin. in tit. comment. ſuper Inſtit. Iuſtin. lib. 4. tit. 14. de Replicat.

Replicationes, ait Vlpian. nihil aliud ſunt quam exceptiones, & à parte actoris veniunt: quæ quidem ideo neceſſariæ ſunt, vt exceptiones excludant, ſemper enim Replicatio idcirco obiicitur, vt exceptionem oppugnet l. 2. §. ff. de except. Prat. Hot.

Replumbare, eſt adplumbata diſſoluere, vel plumbum auferre de argen Vlp. de aur. & arg. leg. l. cum aurum. An replumbari debeant, vt ſic appendantur? Nebriſſ. Prat.

Reponere alicui, pro viciſſim objicere, quaſi replicare, recriminari, Begegnen. Prat.

Reponere, pro reficere, l. omnino, de impenſ. in reb. dot. fac. l. e. in ſumma, §. item Varus ait, de qua pluuia arcend. Bud.

Reponere ſe in obligationem, l. illud, in princ. ff. quod met. cauſſa.

Repoſcimus, quod nobis debetur, vel quod à nobis acceptum eſt. Proinde repoſcendi rem ſuam non reddens, furti tenetur, l. Pompo. ſub fin. de acquir. rer. dom. Spieg Prat.

Repoſitum frumentum, id eſt, reconditum, l. 18. §. item cum inſt. vel inſtrum. leg. Sic & repoſita in horreis, & repoſiti fructus. Briſſ. ex ff.

Repotia appellamus ea, quæ ad conuiuiorum claſſem pertinent, de quib. Horat. licebit ille repotia, natales, alioſve dierum feſtos albatus celebret. Feſtus quoque Pompeius, repotia poſtridie nuptias interpretatur, cum apud nouum maritum cœnatur, quis quaſi reficitur potatio: affertque exemplum Pacuvij, Ab hoc depulſum mamma pædagogandum accipit repotialis liber. Et interpretantur Grammaticorum tribules, ſeptimum à nuptiis diem, quo iterum epulabantur: alij ſecundum, quo virgo in muliebrem habitum componebatur. Sed crediderim etiam repotia celebrari ſolita liberis natis: cum maritis noua quotannis prope ſoboles naſcatur, vt renouanda ſit epulatio, idcirco ea conuiuia repotia appellata: cui interpretationi Pacuvij exemplum non repugnat: nec vero Audieni perſonæ conuenit nuptiale conuiuium: ea niſi me fallit augurium dicere voluit Acro Grammaticus [illegible] Græce vocari, velut ſublatis & ſuſceptis liberis & parentibus eos alere decernentibus. Nam in Græcorum poteſtate erat liberos exponere, nec alere. Vt autem ita repotia interpreter, mihi perſuadet. Auſonius ſic ſcribens.

Coniugioq; dapes & ſacra repotia patrum.

Hæc Turneb. aduerſar lib. 3. c. 6. vide & Cuiac. 16. obſer. 19.

Repræſentare, eſt ante diem ſoluere. Vlpian. in l. 8. §. 3. ff. de tranſact. loquens de iis qui de pecunia alimentorum nomine legata tranſigunt Eam, inquit, tranſactionem Oratio improbat, quæ idcirco fit, vt quis repræſentatam pecuniam conſumat: id eſt, antequam debeatur ſolutam. Cicer. ad Attic. libr. 12. Reliquæ pecuniæ vel vſuram Silio pendemus, dum à Faberio vel aliquo qui Faberio debet, repræſentabimus. Idem Philip. 2. Ego corpus liberet obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis poſſet, id eſt, accelerari. Seneca libr. epiſt. 15. Ep. 1. Petis à me, vt id quod in diem ſuum dixeram debere differri, repræſentem, & ſcribam tibi, an hæc pars philoſophiæ, &c. Hoc quoque ex Marcelli verbis aperte intelligitur in l. 36. §. 1. ff. de cond. & demon. vbi iuſſerat teſtatrix, vt prædia, ſi filius ſedecim annos non impleret, alteri redderentur. Quæro, inquit, quum Seia deceſſerit, deinde filius quintum decimum annum agens, defunctus ſit, an repræſentetur fideicommiſſum quintodecimo anno impleto: id eſt, ante tempus, quo decimum ſextum implere potuiſſet, præſtandum ſit. Item, Contra voluntatem teſtatoris repræſentationem fideicom. deſiderari. Sic leg. 24. §. quoties, ff. ſolut. matrimo. l. 1. l. 2. ff. de dot. præleg. Hot. Prat. & Curtius [illegible] lib. 2. cap. 33. tom. 1.

Repræſentare, pro locum alterius ac numerum obtinere, vel tantundem valere. Vlpia. l. 1. §. 1. ff. ſi is qui teſta. Culpa dolo proxima dolum repræſentat. Hot. Prat.

Repræſentare ius præſes prouinciæ dicitur in prouincia, qui in eadem iudicis & iuris vicem tenet, l. 1. C. vbi cauſa ſtat.

Repræſentare, eſt exhibere vi quadam iuris præſentiam eius, quod reuera præſens non eſt. Si filius ſi tertis ſuccedens

do cum patruis repræſentat patrem ſuum. Nouell. Quæ jura adgna. & cognatio, §. reſtat vt & tertium. Conſtitut. 118. Eodem modo pecunia repræſentatur, qui in computationem vel ſolutionem perinde admittitur, atque ſi ſtatim deberetur, quum tamen in diem ſit debita. Vlp. in l. cum hi, ff. de tranſact. Old. Prat.

REPRÆSENTARE, alias ſignificat ſtatim oſtendere: vt in leg. 1. §. non autem ſi his qui teſt. lib. eſſ. Old.

REPRÆSENTARE dicitur, ait Goth. in not. ad l. 1. § 2. ff. de dot. præleg. qui ante diem ſoluit. qui efficit, vt res ſit præſens, vtq; quaſi ad manum præſens detur.

REPRÆSENTARE aliquando compoſitionem ſuam à Re & Præſenta, proprie exprimit, hoc eſt, denuo præſentem exhibere eum, qui ſemel præſens fuit: vt ſi quis promiſerit aliquem in judicio repræſentare. Nam liberatur ſimulatque reum denuo judici præſentauerit. *VViderumb gegenvvertig machen.* Et in hoc diſtat talis promiſſor ab eo, qui judicio ſiſti promiſit. Is enim vſque ad ſententiam ſiſtere tenetur, leg. fin. ff. ſi quis in jus vocand. non ierit. Old. Prat.

REPRÆSENTARE ſe, eſt præſentiam ſui facere, l. 15. § 1. ad Leg. Iul. de adult. Sic & repræſentare ſeſe in l. 8. C. quomodo & quando. Briſſ.

REPRÆSENTARI cognitio dicitur, l. 3. § cauſæ cognitio, ff. de Carbon. ed. & l. 3. § Iulian. de lib. exhib. quæ non expectato puberratis tempore ſtatim ſuſcipitur, & mature judicatur. Briſſ. Prat.

REPRÆSENTARI condemnationem, eſt ſic condemnari, vt in præſentiarum ſit ſoluendum id, quod præteriti aut futuri temporis eſt debitum, l. ſi conſtante, §. quotiès, ff. ſoluto matrimon. Tunc deducto, inquit Vlp. commodo temporis, condemnatio reſidui repræſentatur. Sic idem Vlp. appellat repræſentatam pecuniam, quæ cum annuo debeatur, ſtatim vna ſumma, quaſi omnes anni præſentes eſſent aut præteriti, perſoluitur, l. cum hi, §. cum tranſactionem, ff. de tranſact. Old.

REPRÆSENTATIONIS Ius, quib. in caſibus obtineat, vide Vult. in Comment. Inſtit. Tit. de ſucceſſ. cognatorum, n. 3.

REPRÆSTARE in duobus locis in Pand. Flor. inuenitur, l. 47. de act. empt. l. 22. §. 1. ff. ad Treb. pro quo rem præſtare, l. 6. ff. quod cum eo. vt Plauto & Catoni & ICtis reſoluere eſt, quod aliter rem ſoluere. Prat. Vide Cuiac. obſeruat. 25.

REPREHENDI dicuntur fugitiui, i. e. à fuga retrahi. Cæſar. lib. 1. de bell. ciuili. Reducitur ad eum reprehenſus in itinere Cn. Magius Cremona. Vnde Reprehenſores, qui fugitiuos reducebant, vide Bud. in l. ſi apud, ff. de præſcript. verb. Prat.

REPREHENSA, emendata, correcta, l. illicitas, ff. de offic. præſid. Prat.

REPRESSALIA, poteſtas eſt impignerandi contra quemlibet de terra debitoris, data creditori pro iniuriis & damnis, l. ſi pignerationes, de iniur. & damn. dat. libro 6. Zaſius repreſſaliarum vſum non vult conſuetudine nodaria receptum, quod Bartolus ſenſit, ſed à vetuſtiſſimis Romanis legibus radicem ſumpſiſſe. Vide eum in §. & ita leges quaſdam, l. 2. de orig. juris. Nec negat, vocabulum fœdum eſſe, & barbarum, ſed nunc apud Iuriſtas vſurpatum. Itaque repreſſaliis capi, eſt aliquem ob alterius delictum damno grauare. De Repreſſaliis fuſius vide Petrum Gregorium 58 ſyntagm. 8. Gail. in tract. de pign. c. 1. n. 5. 6. 7. & Bart. in tract. de Repreſſal. Gothof. in epigraphe. Non. 52.

REPRESSALIÆ multum à pignorationibus differunt. Nam repreſſaliæ ob denegatam juſtitiam antiquitus publica auctoritate & Principis ſuperioris conſenſu concedebantur, per text. in c. dominus noſter 23. qu. 2. Bart. & Iacob. à Canibus late in ſuis tractatib. de repreſſaliis: ſed pignorationes ob turbatam juriſdictionem vel poſſeſſionem fiunt, idque priuato arbitrio. Gail. d. loc.

REPROBARE teſtes, eſt eorum fidem imminuere, & refellere c. præſentium, de teſtib. in 6. In quib. autem cauſis refellantur docent Spec. in tit. de teſt. & Nepos Montalbanenſis in tractatu ſci fugient. quo in genere commonefactum te velim iure ciuili & Pontificio teſte reprobatorios (vt eum vulgo loquar) pro reprobatorium, vel (vt Latinius rem exprimam) refutatorios refutatoriorum admittendos ex ſententia Iuſtin. Imper. ſcribit Angelus Aretinus §. ſi vero dicatur, de teſtib. Nouellæ conſtit. 90. verba eius conſtitutionis hæc ſunt, [illegible] Quod ad quartam teſtium refutationem, reiectionemque produxit Angelus. Refutatorios etiam refutatoriorum teſtium admittendos decreuerunt Pontifices maximi cap. licet dilectus, vbi gloſſ. & interpretes, de teſtib. in antiq. & c. præſentium, eodem tit. in 6. In ea quoque ſententia eſt Speculator tit. de teſtibus, § ſæpe. verſicul. item actor. Eandem ſententiam tenet Bald. l. ſi quis teſtib. Cod. de teſtib. verſicul. quætu, quot. quæ ſententia habet æquitatem, quod conſtitutum eſt. vt veritas eluceſcat. Quo fit, vt ſatis mirari non poſſim pragmaticos quoſdam Gallos diuerſum ius admiſiſſe, Nam hac via falſandi auſa præberent. Nam ſi refutatorij refutatoriorum non admittuntur, qui refutatorios profert, inſtructos teſtes, fideque indignos, falſaq; teſtimonia proferet, niſi Quæſtor veritatem negotij acutiſſime extorqueat, quo in genere,

Apparent rari nantes in gurgite vaſto.

Nam quæſtores (*Enqueſteurs* vocant) deſignentur vt plurimum, qui Aſtræam virginem, ne à limine quidem ſalutarunt. Gallica Corinthus ſatis ſuo periculo nouit. Nam quæ ad negotium pertinent, & (vt eum vulgo loquar) circumſtantias rei, qui excutiet ἀναλφάβητος? Bone Deus quouſque tandem belluis relictus locus erit? Refutatorij refutatoriorum an admittendi ſint fuſius diſputauit Prat. lib. 2. Rerum Quotid. cap. 15.

REPROBARE contractum l. 20. C. quod cum eo tutorem, l. 2. C. de teſtam. tut. medicum, l. 11. ff. de muneribus & honorib. Reprobari item teſtimonium dicitur in l. 21. ff. de his qui not. infam. Briſſ.

REPROBATA in cap. poſt electionem, de conceſſ. præb. id eſt, non aduerſa.

REPROBOS nummos in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignor. act. accipi putem non tantum adulterinos, ſed & quos Princeps improbat. Prat.

REPROMITTERE, eſt ei qui nobis ſtipulantibus antea promiſit, nunc iam viciſſim à nobis ſtipulanti promittere. Cicero pro Comœdo, Repromittis tu abhinc triennium Roſcio. Quod à Flauio abſtulero, partem dimidiam inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo. Item. Repromiſiſſe Fannium Roſcio, ſi quid à Flauio exegiſſet, eius partem dimidiam, ſed omnino exegiſſe nihil. Quid? tu non initium exactionis, ſed initium repromiſſionis ſpectare debes. Roſcius Fannio ſtipulanti pecuniam certam ſpopondit, pro opera & labore, quem in communi iudicio perſequendo ſumpſerat: ſed viciſſim Roſcius ſtipulatus ab eo eſt, dimidiam eius quod exigeret partem.

Promiſſor igitur fuit Roſcius priore loco: repromiſſor Fannius, poſteriore: ſicuti ſtipulator priore loco Fannius, reſtipulator poſteriore Roſcius. Hotom. ex Connan. lib. 6. cap. 1. num. 2. Prat.

REPROMITTERE eſt, nuda pollicitatione cautioneque promittere, non ſatiſdato, l. 5 § ſi is cui, ff. de noui operis nunciat. l. 9. §. quæſitum, l. 13. in princ. § 1. l. 30 §. verum, ff. de damn. infect. l. 3. & l. 5. §. quod ſi fugit, ff. de cond. cauſ. dat. l. 10. ff. de his quæ vt indig. Proinde repromiſſio & ſatiſdatio opponuntur, l. vlt. § ſi legatarius, ff. quod legator, l. 1. §. ſtipulationem. ff. de præt. ſtipu. l. 6. ff. vt legato. nom. cau. l. 21. ff. de vſuf. leg. Briſſ.

REPUDIARE eſt, ius nobis delatum repellere. Repudiantur enim ea tantum quæ iam delata ſunt, l. 1. § decretalis, ff. de ſucceſſorio edicto. Nec repudiare quis id poteſt, quod ſi velit, habiturus non eſt, l. 135. ff. de diuerſ. reg. Siquidem repudiare eſt reiicere à ſe, recuſare. Vnde ICti hæreditatem repudiare dixerunt. Et Terentius in Andr. repudiare conſilium. Quintil. lib. 1. c. 12. Repudiata verba dixit, id eſt, reiecta & minus probata. Et repudiationem dixit Cicer. lib. 12. Epiſt. ad Atticum Sic repudiare vxorem dicimus, pro dimittere & remittere, reiicere, veniam abeundi dare, quod Græcis ἀπολῦσαι dicitur & ἀπολύειν, vt in Euang. Matthæi 19. cap. εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. Quo loco Eraſ. Roterod. ἀπολύειν pro repudiare ſiue abiicere cenſet poſitum: quod alioqui etiam dimittere dicunt: & hoc verbum à Tranquillo in Tiberio Cæſare pro repudiare poſitum, &c. Brechæus l. inter diuortium, ſub tit. de verb. & rer. ſig.

REPUDIARE eſt hæredis alieni, abſtinere neceſſarij, §. 6. Inſt. de hæred. qual. & differ.

REPUDIARE proprie quærendorum eſt, non partorum, l. 1. §. decretalis, de ſucceſſ. edict.

REPUDIATIO nomine alienationis non venit, vt tradunt Bart. & Bald. in l. pupillorum, C. de repud.

REPUDIATUS is, cui repudium miſſum eſt, l. 38. ff. ſol. mat. l. 4. ff. de diuort.

REPUDIUM generale nomen eſt, nec nuptiarum tantum diremptionem, renunciationemve, ſed & ſponſaliorum ſignificat, l. 2 ff. de diuort. Nam inter diuertere & repudiare hoc intereſſe, Paulus ſcribit, quod repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non recte autem ſponſa diuertere dicitur, l. 191. de verb. ſig. Prat.

REPUDIUM renunciare apud Plautum in Aulular. & Terent. Phormion. act 4 Scen. 4. Et repudium mittere, l. 38. ff. ſoluto matr. l. 3. 4. & 8. ff. de diuort. Prat.

REPUDIUM proprie eſt, cum ſponſus à ſponſa dirimitur: Diuortium vero, vbi vir & vxor matrimonio ſoluuntur. Repudium ergo ſponſæ mittitur. Diuortium vero in coniugibus duntaxat eſt. Vide Cantiunculam in locum, Ab antecedentibus, vbi quædam à ſontibus pulchre repetit de repudiis diuortiiſque. Spiegelius ex Alciato de verborum ſignificationibus. Ideoque dulcis & elegans Iuriſconſultis noſtris tropus eſt, quando Paulus in l. 3. ff. de diuort. Ideoque per calorem miſſo repudio, ſi breui reuerſa eſt, nec diuertiſſe videtur Vlpian. in l. ſi qua mihi, 12. ff. de ritu nuptiarum. Si qua mihi vxor fuit, deinde à me repudiata nupſit Seio, &c. Papinianus in l. viro atque vxore 39. ff. ſoluto matrimon. Dioclet. & Maxim. l. 3.

C. de

C. de repud. Theod. & Valent. l. conſenſu 8. C. eod. repudium ad vxorem, referunt. Eſt enim Synecdoche generis pro ſpecie, cum Repudium generalius ſit, etiam apud alios latinæ linguæ auctores, reſte Brech. ad l. inter diuortium 191. ff de verb. ſign. quamplurimis in eam rem teſtimoniis citatis. At ſi diuortium pro repudio ſponſi ſponſæque ponatur, vt in l. Quod Seruius, ff de cond. cauſ. data, &c. id durius videtur, cum non ſit ſpeciei pro genere, neque generis pro ſpecie ſynecdoche, ſed ſpeciei pro ſpecie ἐναλλαγὴ & tranſpoſitio: Ideoque rara & inconſueta. Gœdd. ad l. tut. de verb. ſign. num. 1.

Porro Repudium, vt notat Feſt. ex venio bine dictum eſt, quod fit ob rem pudendam. Con. li. 8. c. 12. Proprium huius vocabulum domicilium eſſe exiſtimat in matrimoniisque vix poſſunt ſine aliquo pudore renunciari, quum veniunt in memoriam ea quæ tam peramanter & familiariter inter ſe & dixerunt, & fecerunt, atque bine natum, ad alia omnia, quæ recuſantur aut reiiciuntur, translatum eſſe: Adde Brechæum leg. inter diuortium, tit. de verb. & rer. ſig. Et Forca. in ſuo Cupidine Iuriſperito c. 15. n. 5.

Repulsa, reiectio ab honore, vel magiſtratu.

Repurium, pro emundatione, apud Imp. Conſtantinum in l. C. de æquæduct. lib. 11. Prat.

Reputare eſt in computatione inenoda aliquid imputare. l. 36. ff. de neg. geſt. l. 40. in fi. ff. de minor. l. 1. §. præterea, ff. de tut. & rat. diſtr. l. 11. ff ſolut. matrimon. l. 5. C. de judic. l. 90. §. teſtator. ff. de leg. 1. Prat.

Reputationes ſub Rubr. C. de reput. dicuntur compenſationes, quæ contra minores in integrum reſtitutos emptori fiunt, vt n. illis aduerſus venditionem reſtitutis, fundus cum fructib. reſtituuntur, ſic ille pretium cum vſuris reddunt, l. minor 40. §. 1 l. tutor 48 §. vlt. ff. de minorib. Sic n. ſumitur hoc verbum idemque, §. idem Labeo, ff maod. Reputationes. enim eo in loco exponit Vlp. cum fructus rei reſtituendæ reputantur cum ſumptu facto in fructibus recipiendis. Similis compenſatio reſtituto minore aduerſus ſolutionem, d. l. 40. § fin. & aduerſus emptionem l. patri. §. prædium, ff. eod. hoc nomine etiam continentur ἐμπονήματα, i. e. meliorationes prædij, arg. l. ſi prædium, C. de præd. minor. Vlp. l. 2. vbi pupil. educ. deb. Officio judicis, qui tutelæ cognoſcit, congruit reputationes tutoris non improbas admittere. Prat. [quis. reis.

Requirendus pro exquirendus apud Martian. in l. 1. ff. de re-

Requirere pro deſiderare, vt cum requirimus in teſte quod eſſe debet, & non eſt. Spieg. Prat.

Rerum vocabula ſunt immutabilia, hominum mutabilia, lege 3. ff. de leg. 1. Prat.

Rerum Italicarum, vel prouincialium ſignificatione, quæ res accipiendæ ſint, explicat Vlp. in l. ex facto, §. rerum autem, de hæred. inſt. Spieg.

Rerum ſumma diuiſio in duos articulos deducitur: nam aliæ ſunt diuini juris, aliæ humani. Diuini juris ſunt, veluti res ſacræ, & etiam religioſæ: ſanctæ quoq; res, veluti muri & portę quodammodo diuini juris ſunt. Quod autem diuini juris eſt, id in nullius bonis eſt: id vero quod humani juris eſt, plerumq; in alicuius bonis eſt: poteſt autem & nullius bonis eſſe: Nam res hæreditariæ antequam aliquis hæres exiſtat, nullius in bonis ſunt. Hæ autem res, quæ humani juris ſunt, aut publicæ ſunt, aut priuatæ: quę publicæ ſunt nullius in bonis eſſe creduntur, ipſius enim vniuerſitatis eſſe creduntur: priuatę autem ſunt, quæ ſingulorum ſunt. Quædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales: Corporales hæ ſunt, quæ ſui natura tangi poſſunt, veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt, quales ſunt ea, quæ in jure conſiſtunt: ſicut hæreditas, vſus, vſusfructus, obligationes quoquo modo contractæ, nec ad rem pertinet, quod in hęreditate res corporales continentur. Nam & fructus, qui ex fundo percipiuntur corporales ſunt, & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque corporale eſt. Veluti fundus, homo, pecunię. Nam ipſum ius ſucceſſionis, & ipſum jus vtendi fruendi, & ipſum jus obligationis incorporale eſt. Eodem numero ſunt & jura prædiorum vrbanorum & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes vocantur. Paul. de rerum diuiſ. Maſſ.

Rerum quædam naturali jure communia ſunt omnium, quædam vniuerſitatis, quædam nullius, pleraque ſingulorum, quæ variis ex cauſſis cuique acquiruntur. Et quidem naturali jure communia ſunt omnium iſta, aër & aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris, lapilli & gemmæ, & cætera quæ inuenimus in littore, naturali jure ſtatim noſtra fiunt. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur piſcandi cauſſa, dum tamen villis, & ædificiis, & monumentis abſtineat, quia non ſunt juris gentium; ſicut id Diuus Pius piſcatoribus Formianis & Capenatis reſcripſit. Sed & flumina pene omnia, & portus publica ſunt. Riparum quoque vſus publicus eſt jure gentium, ſicut ipſius fluminis: itaque nauem ad eas applicare, funes arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, & ex mari deducere, & aliquod onus in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicuti ipſum flumen nauigare: ſed proprietas eorum eſt, quorum prædiis adhærent, quales eaſę, arbores quoque in eiſdem natæ eorundem ſunt. In mari piſcatoribus liberum eſt caſam in littore ponere in qua ſe recipiant. Vniuerſitatis ſunt, non ſingulorum, veluti quæ in ciuitatibus ſunt, theatra, & ſtadia, & his ſimilia, & ſi quę alia ſunt communia ciuitatum. Sacræ autem res, & religioſæ & ſanctæ, nullius in bonis ſunt. Martianus tit. de rer. diuiſ. Maſſ. Eſt etiam Rei nomen generalius quam pecuniæ. Nam rei nomen pecuniam continet, ſed non è contrario, pecunia rem ſignificat, & ideo rei nomen generalius eſt ſeu latius patet quam pecunię l. 1. ad fi. ff. ſi cert. pet.

Res dictio varias jure habet ſignificationes. Nonnunquam ſignificat negotium, materiam, quęſtionem: vt apud Paulum in l. ſi quis aliquid, § qui abortionis, ff. de pœnis: Interdum æquum & bonum, vt in l. 1. §. diuus, ff. ad leg. Cornel. de ſicariis. Aliquando conditionem, vt in tit. de rei vxor. action. Quandoque pro bonis ponitur, vt in l. ex facto, §. rerum autem, ff. de hęred. inſtit. Sæpius pro hęreditate, vt eam dicimus, bonorum poſſeſſionem aliam eſſe cum re, ſi is qui accepit cum effectu bona retineat: ſiue re cum alius jure ciuili euincere hæreditatem poteſt: veluti ſi ſuus hæres inteſtato ſit, vt ait Vlp. cap. Inſtitut. 23. & 28. & ſic accipienda lex prima, §. pe. ff. ſi tab. teſtam. nul. leg. poſthum. 12. ff. de iniuſt. teſtam. Ita rem habere, ſucceſſionem obtinere eſt, l. 15. & 16. ff. de leg. præſtand. l. 12. ff. de iniuſt. rupt. l. 2. §. ſed ſi ſint ſui. ff. ad Tertul. l. 5. ff. de ſecund. tab. l. 1. §. pen. ff. ſi tabul. teſtam. l. 4. in fin. ff. de fideicom. li. l. 83. ff. de acquir. hęredit. l. pen. ff. vnde lib. Res quoque ſępius ponitur pro lite, vt cum dicimus Res comperendinata, id eſt, inquit Feſtus, judicium in tertium diem conſtitutum. Vnde illud Ciceronis contra ICtos in orat. Murenianæ: Tot homines tam ingenioſos ſtatuere non potuiſſe, vtrum rem an litem dici oporteat. Et in formulis, vt Varro in 6. de lingua ſcribit: Quam rem ſiue litem dici oporteret. Hinc illud Vlpiani in leg. 8. §. 1. ff. de inoffic. teſtament. Si quis poſt rem inofficioſi ordinatam litem dereliquerit, poſtea non audietur. Coniunctim autem protulit Imperat. in l. 9. C. de ſuis & legit. vt & in ſolenni formula rerum à fecialibus repetendarum quę à Liuio li. 1. ponitur: Quarum rerum, litium, cauſarum, condixit pater patratus. Hanc rem amittere, litem amittere eſt, l. 8. ff. de reſtit. in integr. l. 22. §. pen. ff. ratam rem hab. Res quandoque ſignificat ſubſtantiam, leg. pecunię, de verborum ſignificat, nonnunquam proprietatem, l. ſi in rem, ff. de rei vindic. aliquando dominium, l. rem in bonis, ff. de acquir. rer. dom. interdum contractum l. 1. ff. de reb. cred. Rarius mancipia, l. omnia in fin. ff. de leg. 2. Rarius item ſtatum & diſciplinam, vt in rubr. C. de re milit. & in l. vnic. Cod. de iure Reip. Nonnunquam ſignificat crimen, l. edicto §. qui rei capitalis, ff. de bonorum poſſeſſ. Nonnunquam pœnam, l. rei capitalis, ff. de pœn. Nonnunquam veritatem, in l. 1. ff ad leg. Cornel. de falſ. in §. qui in rationibus: Sæpius vtilitatem & emolumentum: vnde actio de in rem verſo, libr. 15. ff. tit. 3. Item in rem ſuam procurator, qui alienas actiones ſuo commodo exercet. l. 41. ff. de re judic. Item in rem ſuam fidejuſſit, ad quem emolumentum negocij peruenturum eſt, l. 8. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Sic in rem ſuam obligatur, qui pro ſuo negocio & in ſuam vtilitatem id facit, l. 13. & 22. ff. ad Vellei. l. 25. ff. de pact. l. 5. ff. de libr. leg. Vide Taboetium in ſuo Topico militiæ for. & legal. diſcipl. Brechęum in l. rei appellatio. ff. de verb. ſign. Briſſ. Prat.

Res apud Paulum in tit. de rer. diuiſ. ſignificat non ſolum ea, quę in noſtro ſunt patrimonio, veluti pecunias, actiones, exceptiones, mobilia ac immobilia bona, ſed & ea quę ſunt extra patrimonium: vt res ſacras, religioſas, quę nullius in bonis ſunt, nec ſunt occupantis, liberos homines, iacentem hereditatem, bona caduca & vacantia, ſeruitutes vrbanas, prędiales & ruſticas, quę neque in bonis ſunt, neque extra bona eſſe cenſentur. Res in titu. de verb. & rer. ſignificat. dicitur id quod non eſt dictio, neque verbum, ſed aliud à verbo ſeparatum. Res apud Caium in l. mulieris. ff. jam d. tit. tria deſignat, formam, materiam & actionem. Res apud Caium dicitur omne id quod diſtinguitur à perſonis & actionibus, quia jus omne verſatur circa perſonas, res & actiones, vt in l. 1. ff. de ſtatu homin. Taboet. d. loc.

Res apud hiſtoricos dicitur acies, agmen & exercitus. Liu. lib. 2. de bello Punic. Hannibal equitatu prævalebat, ſed res Romana peditatu ſuperior erat.

Res apud oratores vocatur euentus rei, & occaſio, vt apud Cic. E re nata ſumuntur argumenta.

Res apud Rhetores denotat facta hominum, vt oratio conſiſtit in rebus & verbis: Res ad inuentionem ſpectant: verba diſpoſitionem, elocutionem, memoriam & pronunciationem ſuppeditant. Taboet. d. loco.

Res abeſſe dicuntur, quarum corpus manet, forma mutata & transfigurata. Vide leg. mulieris de verborum ſignificationibus. Eſſe vero dicitur, vbi perpetuo eſſe debet, non vbi

eſt ad tempus. Vide Bart. in l. ex facto, ff. de hæred. inſt. Spieg.

Res abſolute nominata, tota venit, l. ſi defenſor. §. qui interrogatus, ff. de interrog. act. Spieg.

Res ad futurum, cauſſa ad præteritum refertur, l. 1. & ibi gloſ. ff. de cond. ob turp. cauſ. Spieg.

Res & bona, quibus diſtent, indicant text. & gloſſ. ſingulares iuxta Bart. in l. ſi ff. de vſufruct.

Res certo ſciri dicitur ea, de qua habetur vehemens opinio in rebus, in quib. vera ſcientia difficilis eſt, per gloſſam elegantem in l. Pannonius auitus, §. rei perduellionis, de acquir. hæred. Spieg.

Res ciuiles ſunt, quæ ad temp. vel ciuitatem pertinent, veluti opera publica, l. ſi aliquando, C. de oper. publ. Secundum quam eſt apud Caſſiodorum li. 7. formula de competitor. Cuiac. ad l. s. C. de petito. bonorum ſublat.

Res controuerſa dicitur, quam nos contentioſam vocamus, teſte Bud. Et qua de re agitur, pro eo quod nunc dicimus, hoc de quo nunc quæſtio eſt, id eſt, quod maxime iudicandum eſt. Græce, τὸ κρινόμενον. Vide eundem in annotatio. priorib. ad l. s. de orig. iur. Spieg.

Res corporalis naturaliter per ſe inſpecta, certe nihil aliud præſtat, quam quod tangit, & exteriore ſenſu ordinari poſſit: vt fundus, aurum, & cæteræ. Si vero exigatur ad rationem politicam animi cogitatione, tunc formulæ iuris concipiuntur: vt per quas res corporales ſic ordinantur ad vſum humanum, vt nemini fiat iniuria. Et tales formulæ dicuntur res incorporales, quia ſubſtantiam non à corpore, ſed ab animo ducunt. Olden. adfert ſimilitudinem ab homine, qui paruus eſt mundus. Quid valet, inquit, corpus, quod tangi poteſt, niſi animi ratione ad honeſta officia trahatur? Eleganter ergo, inquit, ſicut homo corpus habet & animam: ita totum ius noſtrum cenſetur circa duas res verſari, videlicet corporales & incorporales. Quam neceſſariam conſiderationem Accurſius cum ſuis nunquam intellexit. Spieg. Adde Conna. lib. 3. ca. 2. num. 9.

Res creditæ quæ ſint, vide tit. ff. de reb. cred. & Paul. lib. 2. recep. ſent. tit. 1.

Res datur, cum transfertur dominium: ſed traditur puro facto, vt cum equo traditur ſella, quod purum factum eſt. Reſtituitur autem res commodata, depoſita, impignorata, &c. Vide Zaſ. Inſt. de actio. §. ſic itaque diſcretis. Prat.

Res domeſticæ, id eſt, priuatæ principis, quæ eodem muniuntur priuilegio quo res fiſcales & ærarij. C. ne rei domeſticæ dom. vel templ. vend. &c. Conn. lib. 3. c. vlt. n. 9.

Res exigua, quæ accipienda ſit, exponit gloſſa magna in l. fin. C. ſi cert. petat.

Res extare dicitur, penes quemcunque extet, licet non penes reum, l. ſi æſtimatis, ff. ſol. matr.

Res fiſcales, quaſi propriæ & priuatæ Principis ſunt, l. Prætor ait, ff. ne quid in loc. Prat.

Res geri dicitur lite iam conteſtata, quum iudex reijci non poſſit, l. nemo. C. de iuriſd. omn. iud. in l. Iulianus & quia, eod. tit. Antequam, inquit, res geri cœperit. Spieg. Prat.

Res integra variè dicitur, vt adnotat & obſeruat Azo in ſumma, C. quando liceat ab empt. diſcedere, & vide Barbatiũ conſil. 47. & Alexand. conſil. 118. volum. 1. Proprie tamen intelligimus, donec quid geri cœptum eſt, l. 1. §. cœpiſſe ff. de pollicitat. Re Integra Ioanni Andr. c. vbi maius de elect. in 6. Alberic. in l. mandatum. C. de mandat. & alibi quando lis non eſt conteſtata: quandoque etiam ad ſententiam definitiuam vſque, l. errore. C. de iur. & fact. ignor. aliquando reb. in eod. ſtatu manentibus, leg. quod ſi minor. ff. de minorib. quandoque re nondum tradita vel pretio nondum ſoluto, §. fin. Inſtit. quib. mod. tollitur oblig. quandoque electione celebrata, c. vbi periculum de elect. lib. 6. Res integra eſt donec in negocio aliquid eſt cœptum, leg. 1. ff. de pollicit. Prat. Vide Connanum comment. iur. ciuil. lib. 7. cap. 14. num. 11. & Cuia. lib. 2. cap. 31.

Res in nauem receptæ quæ intelligendæ explicat Vlp. in l. 3. in princ. ff. de naut. caup.

Res in nullius bonis dicitur multipliciter Primo per naturam, vt feræ ſylueſtres, §. feræ. Inſt. de rerum diuiſ. Item facto hominis, vt res pro derelicto habita, §. pen. Inſtit. eodem. Item propter reuerentiam, vt res ſacræ, §. nullius. Inſt. eodem tit. Item caſu, hoc eſt euentu, vt hæreditas iacens, l. vacantium, Cod. de bonis vacant. lib. 10. Item tempore, vel temporis diuturnitate, theſauri qui inuenienti conceduntur, cum ſuo tamen modo, de quo in §. theſauros. Inſtitut. d. titul. de rerum diuiſion. Prat. Vide Vulteium in comment. Inſt. ad §. nullius. Inſt. iam dict. tit.

Res integra, ait Vult. ad princ. Inſt. de empt. & vend. adhuc eſſe dicitur, ſi neque pretium ſit ſolutum, neque res ſit tradita. Horum enim alterutrum ſi quod factum fuerit res integra amplius non eſt, Vulteius iam d. loc. n. 72. 75.

Res iudicata, ait Modeſtin. in l. 1. ff. de re iudic. dicitur, quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit: quod vel condemnatione vel abſolutione contingit. Differt autem res iudicata à ſententia, quod ſententia per modum agentis vel inſtrumenti: Res iudicata per modum patientis ſe habet, Gothofred. in not. ad iam. d. l. 1. Porro res iudicata pro veritate habetur, Cuiacius lib. 16. obſeruat. 31. Reſque inter alios iudicata, aliis nocere non poteſt, idem Cuiac. 17. obſeru. 8.

Res iudicata, ait Cuiac. in parat. ff. de re iud. lis eſt de qua iudex ſententiam dixit, vel lis finita ſententia iudicis competentis.

Res iudicata aliquando ipſo iure actionem perimit, vt tradit Cuiac. lib. 12. obſ. c. 15.

Res iudicata ſtatim ad finem perducitur captis & diſtractis pignoribus autoritate magiſtratus, vel etiam ſi iudicatus non defendatur miſſo creditore in poſſeſſionem bonorum omnium iudicati ſeruandi cauſa, l. 2. & 3. C. qui pot. in pig. Cuiac. in parat. ff. de re iudic.

Res mea proprie eſt, cuius actionem habeo, l. qui actionem, de reg. iur. l. 1. §. biduum, verſ. in propria, ff. quand. appel. ſit. Rem enim habere videtur: qui actionem ad eam recuperandam habet, l. 143. ff. de verb. ſign. Briſſ.

Res mea quæ eſt, mea amplius effici non poteſt, l. non vt ex plurib. ff. de reg. iur. Vult. ad §. ſed ſi rem 10. Inſtit. de leg. n. 1.

Res militaris, teſte Valturio cap. 2. eſt ciuilis quædam pars, facultaſque honoratiſſima, ad reliquas ciuilis potentiæ partes tuendo continendas, ſecundum naturam maxime neceſſaria, legitimeque ad hoc ipſum variis diuerſorum temporum exemplis, electione ac ſacramento adacta. Extat. tit. ff. de re militar. lib. 49. Oldendorp. noſter in Reſtaurat. Politiæ cap. 2. recte admonuit apud Pompon. in §. populo deinde aucto. le. 2. de orig. iur. animaduertendum eſſe quanta olim ſollicitudine ſub ipſo ſtatim initio imperij res militaris fuerit ordinata. Primum, quam magna deliberatione ſuſcipiendum bellum eſſet, tantum illud quod naturali defenſione poſſet iuſtificari aduerſus finitimorum atrocem iniuriam: deinde ne à quibuſvis temere conſcriberetur miles, eſſentque ad hæc deſignati magiſtratus, qui ordinaria poteſtate atque diligentia rem tantam ex animi iudicio recte conficerent: poſtremo, vt vnuſquiſque intelligeret nemini conceſſam eſſe belli gerendi poteſtatem ſine autoritate publica, quæ nihil aliud, quam totius imperij ſalutem reſpicere debet. Old.

Res matris, pro hæreditate, in l. 77. §. alia. ff. de lega. 2. Briſſ.

Res mulieris, dos intelligitur. l. quod dicitur, §. fin. de ſumpt. in res dot. fact. Spieg.

Res nobis cedi dicitur, quando nobis obligatio ad rem oritur, l. cedere diem, ff. de ver. ſig.

Res peribit, id eſt, obligatio ſoluetur, in l. 91. ff. de ſolut.

Res pro vi & effectu, in l. pen. ff. de ſtatulib.

Res pro derelicto habitæ ſunt illæ, quas dominus ea mente abiecit vt eas amplius ſuas eſſe nolit, Vulcei. ad §. item ea quæ ex hoſtib. 17. n. 4. Inſt. de diuiſ. rer.

RESPVBLICA, quaſi populica. Ius enim imperij Romani ad populum pertinebat, donec per legem Rhemiam populus in Auguſtum Cæſarem ius omne tranſtulit, l. 1. de man. princip. Alc. de verborum ſign. Nunc autem dicitur etiam cuiuſcunque municipij, per text. & glo. in l. procuratores C. de decur. lib. 10. Spieg.

Res reddita, in iure illa proprie non dicitur, quæ redditur deterior, l. 5. §. 1. ff. manda. l. Labeo, ff. de verb. ſign. Vult. ad §. item is cui 1. n. 16. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.

Res Romanæ, id eſt, imperium dicitur Iuſtiniano, §. iuris præcepta, Inſtit. de iuſtit. & iure. Sicut & Virgil. dixit: poſtquam res Aſiæ, Priamique euertere gentem. & ibidem, Res Agamemnonias, victriciaque arma ſecutus. Aldobrand.

Res ſacras appellamus eas, quæ non temere, nec per quoſlibet nec quibuſlibet, ſed ſelectis verbis, autoritate publica, & ritu quodam ſingulari adhibito olim per gentiles illorum aberrati Reipublicæ deorum Pontifices, aut etiam per principem ipſum pontificatu maximo decoratum, nunc autem per religionis noſtræ Antiſtites Deo conſecratæ ſunt. In authen. vt null. fabric. orat. dom. col. 5. & in Authent. de eccleſ. tit. §. ſi quis autem voluerit. & §. ſi quis ædificationem, col. 9. Huius generis ædes ſacræ, aut alia loca ſunt, quæ ſiue in agro, ſiue in ciuitate, publice Deo dedicata ſunt, l. ſacra, ff. de rerum diuiſ. In hoc etiam genere computantur, & anathemata, ſacra donaria, vaſa, veſtes, quæ ſuis etiam cæremoniis plerumque magnis, arcaniſque, diuinæ ſunt religionis miniſterio deputata: atque vt vno verbo dicamus, quicquid olim fuit, quod deorum haberetur: hodie quicquid rite Deo optimo maxim. dedicatum eſt, id omne diuini iuris eſſe, in tantum exiſtimatur, vt vna vel altera duntaxat excepta cauſſa, nec alienari, imo nec obligari ea, vel in pignus aut hypothecam trahi, conceſſum ſit. Ex Cantiuncula. Spieg. Vult. in comm. Inſtit. ad pr. n. 10. de rer. diuiſ.

Res ſanctæ, adfines ſunt ſacris religioſiſque rebus, nam & hæ quodammodo diuini iuris ſunt, proindeque in nullius patrimonio eſſe iudicantur. Cuius generis ſunt, muri, & portæ,

non

non ſolum vrbis Romæ, ſed etiam reliquarum ciuitatum ac municipiorum, l. ſanctum, §. vlt. & l. ſacra, §. muros, l. vlt. ff. de rer. diuiſ. & l. mortuorum. C. de relig. & ſumpt. fun. Huc quoque pertinent, quæ infra in dictione Sanctum, annotauimus. Spieg. Vide & Vult. ad § ſanctæ quoque, 8. Inſt. de diuiſ. rer.

Res ſuo marte decurrere, hoc eſt, ſuo ordine peragi debere, l. 1. C. ne. lic. potent. Spieg.

Res tempore ſi peremta ſit, hoc eſt, ſi dilatio actionem ſit peremptura. Vlp. in l. 1. ff. de feriis. Spieg.

Res tradita retradatur, l. metum autem, §. ex hoc edicto. ff. quod met. cauſ. Spieg.

Res tradita dicitur, quæ retineri poteſt, l. concubinæ, § ſi hæres ff. de leg. 3. Spieg.

Res vacantes ſunt, quæ ipſo iure ſine vlla hominis voluntate dominum & poſſeſſorem habere deſierunt, vacantes nimirum à domino, & vacantes à poſſeſſore. Hæ rurſus aut ſunt vacantes reipſa, id eſt, de quibus certo conſtat, quod vere ſint vacantes, vel præſumptione iuris, quod ea lapſu temporis præſumit res eſſe vacantes, quæ dominum & poſſeſſorem reuera quidem habent, ſed quis ille ſit ignoratur, atque adeo habentur pro rebus dominum & poſſeſſorem non habentibus, Vult. ad §. item ea quæ ex hoſtibus 17. n. 34. Inſtit. de diuiſ. rer.

Res vſu conſumi dicuntur, quarum nullus vſus eſſe poteſt, niſi omnino abſumantur & pereant, vt ea quæ eduntur ſunt, & item pecunia numerata. Nam hæc cum expenditur pro conſumpta habetur quantum ad eos quorum erat, vt iis occidiſſe, & prorſus periiſſe, nec iam in rerum natura exſtare dicatur, Connanus lib. 7. c. 3. n. 4.

Res vxoria dicitur quæ vxoris eſt vt dos: quæ quemadmodum ſcribit Imp. in l. penult. C. de iur. dot. & ab initio vxoris fuit, & naturaliter in eius dominio permanet, non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta vel confuſa eſt. Hotom.

Resarcire reſtituere eſt, vt Reſarcire damnum in l. 25. C. de admin. tut. vel cur. & Reſarcire detrimentum in l. 15. C. de iudi.

Rescindere, per tranſlationem, pro abrogare. Notus tit. de reſcind. vend. & nota actio reſciſſoria, de qua in l. honorarius, §. ſed cum reciſſa. ff. de act. & oblig. Spieg.

Rescindi ſuperius iudicium dicitur, cum in ſubſidium creditor peculiaris ſerui aduerſus venditorem admittitur, quatenus ſeruare ab emptore non potuit, l. quoties, §. ſi creditor, ff. de pecul.

Rescissio, præciſe pro Reſciſſio matrimonij, quum ſcilicet Prætor matrimonium in danda poſſeſſione pro nihilo ducens, tacite illud reſcindit, & quantum ad ius impetrandæ poſſeſſionis pertinet, extinguit. Vlp. l. 3. §. 5. de bonorum poſſeſſ. contr. Si emancipatus filius vxore non ex voluntate patris ducta filium fuerit ſortitus, dein nepos patre iam mortuo ad bonorum poſſeſſionem aui velit venire: admittendus eſt ad eam. non enim per reſciſſionem is qui filius iuſtus eſt, efficietur non filius: quum reſciſſio, quo magis admittantur, non quo minus, adhibeatur. Senſus eſt, Non ſi filius à patre exheredari potuit, idcirco nepos aduerſus aui tabulas petere bonorum poſſeſſionem non poteſt. Nam Prætor cauſſam propter quam exhæredari filius potuit, nimirum turpe illud matrimonium, reſcindit, & quantum in ſe eſt, extinguit: nec enim minus in hoc nepote merita nepotis, quam patris eius delicta perpendit, vti continuo Vlpianus ſubiecit. Hæc Hotom. Alij tamen locum illum Vlpiani aliter intelligi volunt, & reſciſſionem emancipationis exponunt. Prætor enim, inquiunt, vt emancipatos, qui iure ciuili deiiciuntur, propterea quod per capitis deminutionem ius legitimum amiſerint, ad ſucceſſionem cum cæteris liberis, qui in poteſtate manſerunt, admittat, eorum emancipationem reſcindit, l. 6. §. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. Accurſius hæc non videns valde ſe torſit in interpretatione d. §. ſi emancipatus. Hi etiam ſic accipienda volunt illa, l. 9. de bonorum proſcript. in C. Theod. verba: Qui ab inteſtato ſucceſſuri defuncto, vel ex 12. tab. vel per reſciſſionem capitis prætorio vocabuntur edicto. vide Alcia. lib. 3 parerg. c. 22. Prat.

Rescissionis iudicium eſt, quod prætor aduerſus ſtricti iuris regulas quadam ex æquitate concedit: vt cum vſucapionem reſcindit, §. rurſus. Inſt. de action. vt cum rei traditionem in fraudem creditorum factam pro irrita habet, §. item ſi quis in fraudem, eod. tit. Spieg. Prat.

Rescissoria actio: vide Actio reſciſſoria.

Rescissum iudicium, id eſt, finitum & conſumptum l. quoties §. ſi creditor. ff. de Peculio. Sic.

Rescindere rem iudicatam in l. 10. C. de Procur. & Reſcindere quę pronuntiauerunt, l. 27. ff. de pœnis. Item Reſcindere teſtamentum l. 36. ff. de ſtatulibetis Briſſ.

Rescribere dicebantur debitores, cum pecuniam reddebant: Scribere aut Dictare creditores, cum credebant. Horat. Satyr. lib. 2

Puteal multo cerebrum eſt (mihi crede) Perilli
Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis.

& ibidem

Scribe decem Nerio: non eſt ſatis, adde Cicutæ.

Moris fuit vt creditores in argentariorum, apud quos ſuas pecunias collocarant, tabulis expenſum alieni ferrent, & argentario id nomen dictarent. Debitores autem cum eam pecuniam reddidiſſent, eidem argentario, vt nomen expungeret, & pecuniam in acceptum referret, dictabant. Donatus in Phormion. Reſcribi, inquit, eſt reddi, ſeu per menſæ ſcripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniæ accedit ſcriptura, Reſcribere dicebant, pro Renumerare. Per ſcripturam id eſt, de menſæ ſcriptura dari. Vnde hodie additur chirographis, Domo ex arca ſua: vel, Ex menſæ ſcriptura. Vide Tranſcribi: & Seruij locum in ſeptimum Æneid.

Rescribere dicitur Princeps ad epiſtolas, vt ſubſcribere libellis: ſed tamen etiam ad libellos reſcribere dicunt Iuriſconſulti l. 32. ff. de vſufruct. lega. l. 4. ff. de appel. recip. Quinetiam ipſi Iuriſconſulti reſcripſiſſe dicuntur, quod conſulentibus reſponderint, l. 73. ff. de contrah. ead. empt. Sic l. ea contracta 44. ff. de re iud. Reſcripſit pro reſpondit. & § faciæ res, Inſtit. de rer. diuiſ. Papin. reſcripſit: illo enim verbo ſignificatus liber reſponſorum. Hinc.

Rescripta principum dicuntur, quibus illi vel ad libellos præſentium, vel ad magiſtratuum abſentium conſultationes, quid ſibi ea de re fieri placeret, reſponderent, vt l. 19. § 9. ff. locat. l. diui fratres, 27. ff. de iure patr. tum & paſſim in libris ff. & l. reſcripta. C de prec. Imp. off. & Pont. Max. tot. tit. de reſcrip. in antiq. & lib. 6. Dicitur & reſcriptio, § ij autem, Inſt. de eo cui libert. cauſ. bon. add. & l. ſæpe, & l. generaliter, ff. de offic. præſ. Prat.

Rescripti forma longe pulcherrima & paucis admodum verbis multa complectens Pij Imp. eſt apud Vlp. in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.

Rescriptorum Pontificiorum quædam ſunt contentioſa & ad lites: de his accipiendus eſt textus c. ſtatutum, de reſcr. in 6. Quædam ſunt quæ ſacerdotiorum, ſiue, vt vocant beneficiorum nomine. Pont. Max. dat: & hæc memorantur in c. poſtulaſti, de reſcr. in antiq. & horum genera quatuor ſunt. Quædam enim ſunt iuſtitiæ: quia diœceſanum obſtringit iuſtitia, vt clerico ſacerdotium primum vacaturum conferat, c. non liceat, de præbend. in antiq. Ratio, ne clerici mendicare cogantur, neue diuagentur. Quædam ſunt in forma pauperum, de quibus in d. c. poſtulaſti. vbi vide interpp. & text. in c. ſi pauper. de præb. lib. 6. Quædam ſunt in forma & conceptione, c. cum ſecundum de præb. Nam qui altari ſeruit, de altari viuere debet, d. c. cum ſecundum: quod ante Paulus Apoſt. conſtituerat, 1. Corinth. 9. Quædam ſunt in forma communi concepta, quod in t commune grauet diœceſanos clericis prouidere, d. c. non liceat. Porro reſcriptorum omnium & ciuilium & Pontificiorum prima communiſque lex eſt: Si preces veritate nitantur: quæ conditio, etſi non adiiciatur, ſubaudiendam tamen iubet Rom. Pont. in c. 2. de reſcript. in antiq. Sed & eam adiiciendam, alioquin reſcriptum reſpuendum Zeno Imp. conſtituit, in l. fin. de diuerſ. reſcr. Niſi autem preces veritate nitantur, illis parendum non eſt. Hæc obſerua, quia ſunt quotidiana Prat.

Resserata ſignum, Paul. lib. 5. ſent. tit. 25.

Resero & claudo ſunt contraria. Accurſ. l. teſtamentum, ff. de teſtam. Prat.

Residere in Eccleſia, eſt in ea deſeruire, eiuſque curam habere, c. conquerente, de cler. non reſid.

Residuæ pecuniæ dicebantur, quæ apud eum, qui publicam pecuniam adminiſtrarat, ſupererant, cum vel in vſum publicum erogari, vel in ærarium referri deberent. Paul. in l. 22. ff. ad leg. Iul. pecul. Lege Iulia de reſiduis tenetur, qui publicam pecuniam delegatam in vſum aliquem retinuit, neq; in eum conſumpſit. Id eſt, Reſiduorum crimen, eſt pecuniæ publicæ retentio, quæ apud aliquem ex adminiſtratione reſedit, in publicum non relata. Et l. 4. §. 1. eod. Lege Iulia de reſiduis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliave qua cauſa pecunia publica reſedit. Ea vero pecunia, quam quis cum prouincia abiret, apud ſe eſſe ad ærarium profeſſus retinuit, ante annum reſidua non eſt: quia eam priuatus fiſco debeat, l. 9. §. fin. ff. eod. Sic apud Liuium accipi debet lib. 3. belli Macedon. Omnibus, ait, reſiduis pecuniis exacto tributo priuatis remiſſo. Sic apud M. Cicer. orat. 2. de leg. Agrar. Quid relatum, quid reſiduum ſit. Idem pro Cluentio Auito nuper apud G. Orchinium, collegam meum, locus à iudicibus Fauſto Syllę de pecuniis reſiduis non eſt conſtitutus. Prat.

Residua hæreditas, de qua nulla fuit inſtitutio, ſed quæ accedit poſt ſcriptos hæredes, quæ accreſcit pro partibus hæreditariis, l. interdum, ff. de hæred. inſtit. Prat.

Residuum aliquando totum ſignificat, Anton. in l. 2. C. de hæred. inſtit. Pater tuus ſi ex reſidua parte inſtitutus eſt, quam alter heres ſcriptus capere non poteſt, iſque ad nullam partem hæreditatis per conditionem ſuam admitti potuit, ex aſſe

hæres extitit: nam reſidui commemorarlu etiam totum admittit. Prat.

RESIGNARE in §. ſed & ſi quis Inſtit. de milit. teſtam. eſt ſigilla aperire, vt ibidem ait Accurſius, vel ſignatum aperire, vt l. 6. ff. quemadm. teſtam. aper. l. 23. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. 20. ff. vulg. & pupil. l. 16. in fin. ff. ad l. Corn. de falſ. Prat.

RESILIRE à contractu, l. 9. ff. de in diem addiction.

RESIPISCERE eſt ex furore temporario ad priſtinum ſenſum redire. Liuius lib. 24. Si quis reſipiſcat, & antiquam ſanitatem recipiat, l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. Nebriſſ.

RESISTITVR eſt verbum impersonale, pro remedium adfertur, contrauenitur, occurritur, vt iudici iniuſte procedenti, quare Panormit. in capit. cauſam quæ, extr. de offic. deleg. Regulariter definitum ait Bart. l. prohibitum. C. de iure fiſc. li. 10 nõ licere magiſtratibus, iudicibus eorumve officialib. reſiſtere, obſiſtereve. Plane ſi iniuſte exequantur, contra erit, d. l. prohibitum. Sed & ſi pendente appellatione exequantur, Bald. in l. ad dictos. C. de appellat. Non procedit, quando extra ſuum territorium exequuntur, per l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Fallit, quando exequuntur vltra formam iuriſdictione, l. quemadmodum, ff. ad l. Aquil. Fallit, quando appatitores non habent ſignum ſuum, puta baculum, vel armillam. Salic. in l. factum, ff. de diverſ. reg. iur. Fallit, ſi non habent literas ſuæ commiſſionis, l. miſſi opinatores. C. de exact. tribut. lib. 10. Prat.

RESISTENTES triboni l. 12. C. de erog. milit. annon. id eſt, in præſenti conſtituti. Septem dierum, inquiunt Imperatores, per quos reſiſtentes tribuni emolumenti gratia ſolennitet ſtellaturæ nomine conſequuntur ſpecies, &c. Prat.

RESOLVERE id quod actum, l. 58. ff. de pactis. Sic etiam dicitur Reſolui donatio. l. 2. C. de condi. ob cauſſam, l. 10. C. de præd. minorum. Briſſ.

RESOLVERE pecuniam dixit Cato pro eo, quod eſt refundere, in libro de re Ruſtica. pag. 61. c. 63. & 64.

RESOLVI quoque verba verbis recte dicimus l. 24. ff. de accept.

RESOLVTVM teſtamentum, l. cum duobus, ff. de inoffic. teſtam.

RESPECTV dignitatis agi, id eſt, contemplatione & intuitu. l. 38. §. omne, ff. de pœnis, ſic reſpectu mariti, id eſt, eius contemplatione, l. 19. §. poteſt eſſe, ff. de pecul.

RESPECTVS apud Canoniſtas frequens pro ratione, qua ad aliquid agendum mouemur. Prat.

RESPICERE pro pertinere ad aliquem. Briſſ.

RESPVERE ſucceſſorem, l. 25. C. famil. hereiſcund. pro repudiare.

RESPONDERE ad tempus, vel ad diem dicitur, qui in mora non eſt: Et reſpondere ad nomina, quod vulgo dicitur in iure comparere. Non reſpondere eſt, vt nunc loquuntur in iure deficere. Bud. Qui ad interrogata non reſpondet, nec reſpondiſſe cenſetur. l. 1. de verb. oblig. & l. de ætate, §. qui tacuit. de interrog. act. & ibi. Bart. Prat.

RESPONDERE etiam eſt ſponſione pro alio interuenire. Briſſ.

RESPONDERE creditoribus, id eſt, parere, & ſatisfacere tenentor illi, aduerſus quos actio moueri poteſt, l. 5. C. de hered. vel action.

RESPONDERE ad electum quid ſit, vide Duar. 1. diſp. anniu. c. 4.

RESPONDERE etiam dicitur debitor, cum ſolvit, vt appellari, cum flagitatur, vt ſolvat. Cic. lib. 16. ad Attic. epiſt. 2. Tamen fit ſæpe, vt ii qui debent, non reſpondeant ad tempus. Prat.

RESPONSA prudentum interpretationes iuris ſunt: Et qui eo funguntur, officio, Iureconſulti vocantur, vt fuere Capito, Labeo, Maſſurius, Nerua, & alij plures, Aymar. lib. 5. Inſti. iur. ciu. Vide ſupra verbum Edicta. Spieg.

RESPONSALES, iidem qui ad reſponſum dicuntur, & [illegible]. Prat.

RESPONSALIS in c. cum olim propter, de priuil. in antiq. ſignificat procuratorem, vel eum, qui abſentem excuſat. Prat.

RESPVBLICA, vt grauiter aſſerit Solon, duabus potiſſimum rebus conſtat, præmio & pœna. Præmium virtuti debetur: pœna autem malis, quos nulla honeſtatis ratio ad recte viuendum mouet. Noſtri hodie pœnas habent, ac varia tormentorum genera aduerſus malos: ſed præmiorum apud pleroſque adeo nulla eſt ratio, vt meretricem viliſſimam pluris æſtiment, quam omnes bonarum literarum vniones. Quid hoc, rogo, eſt aliud, quam alteram Reipublic. partem vtrunque curare, alteram eamque maximam prorſus negligere? Prat.

RESTAGNARE, redundare, aquam non continere, l. 1. §. ſed apud Seruij auditores, ff. de aq. & aq. Pluu. Colum. lib. 2. c. 17. Itaque ſi qua palus in aliqua parte ſubſidens reſtagnat, ſulcis deriuanda eſt. Prat.

RESTAVRARE accuſationem, id eſt, ex integro inſtituere l. 4. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult.

RESTAVRARI quæſtio, id eſt ex integro agi dicitur in l. vlt. ff. ad SC. Turpill. Briſſ.

RESTAVRARI totam debere litem apud Modeſtin. l. etiam. §. 1. de minor. *Erſtatten*. Eſt & labeſcentia feliciter reparare, priſtinæque tum puritati, tum vigori reſtituere. Noſter Oldend. minime ad ſomnia nugamentaque ſcribenda natus, imo, vt res ipſa manifeſtat, à Deo miſſus, vt quod magnus ille Eraſmus pro Theologico ſtudio repurgando præſtitit, ipſe quoque Oldend. in noſtra iuriſprudentia recte tradenda efficeret: cuius ſtudium quantum aliquot ab annis corruptum ſit, vel ex Hiſpanorum doctiſſimo Ioan. Ludou. Viue cognoſcere licet. Si quis id negat, niſi non ſit communi ſenſu præditus, inter perditiſſimos nebulones eſt habendus. Profecto qui nunc temporis conſultant de reſtauranda religione in Imperio Germanico, his ſimul etiam, monitore fideliſſimo Old. cogitandum eſt de reſtauranda iuris ſtudio, hoc eſt, de introducenda, vera & ſimplici iuris profeſſione, per quam iuniores ad publicas functiones quandoque in foro ſuſcipiendas conſtanter erudiantur, abolitis commentatorum opinionibus barbariæ, periſſologiæ, formularum atque aliis id genus impoſturis. Spieg.

RESTICVLVS, paruus reſtis. Vlp. 5. §. vlt. ff. de his qui deiec. vel effud. Si amphora ex reſticulo ſuſpenſa decidiſſet, Legitur tamen Reticulo. Hoto. Prat.

RESTIPVLARI, eſt ab eo cui quid ante à nobis ſtipulanti promiſimus, viciſſim aliquid ſtipulari. Cic. pro Comœd. Cur igitur decidit, & non reſtipulatur neminem amplius petiturum? Loquitur de Flauio, à quo Roſcius tranſactionis nomine fundum ſtipulatus erat. quærit igitur ſi totius ſocietatis nomine fundum Roſcius ſtipulatus eſt, quid ita Flauius reſtipulatus non eſt, amplius eo nomine neminem petiturum? Item. Recita iſtam reſtipulationem clarius. quid enim ſtipulatio clamat? Quid hic porro nunc reſtipulatur, quod iam pridem ipſe exegit? Loquitur de Roſcio, qui ſtipulatur iam à Fannio partem exactionis futuræ dimidiam; cum antea eidem ſtipulanti certam pecuniæ ſummam pro ſuſcepta in Flauio perſequendo moleſtia & opera, ſpopondiſſet. Stipulatus igitur antea fuerat Fannius, reſtipulator poſtea Roſcius: quemadmodum promiſſor antea Roſcius, nunc promiſſor Fannius, vt facile appareat aliud à Cicerone Repromiſſionem, aliud Reſtipulationem appellari, quod vix aſcribendum huic operi putaſſem, niſi Franc. Conn. lib. 6. c. 1. miram in ea re hallucinationem animaduertiſſem, cum tamen in l. damni 43. §. 1. ff. de damn. infect. Alfenus aperiſſime Reſtipulandi verbo & in re ſit vſus. Hotom. Alij viri docti tradunt, ſtipulari verbum proprium eſſe eius qui pecuniam collocat, reſtipulari vero eius qui accipit. Alij e contrario reſtipulari idem eſſe quod repromittere. Connan. d. loco.

RESTITVERE non ſolum ſignificat rem exhibere ſiue præbere, ſed vt cum vniuerſa ſua etiam vſucapiendi cauſa, acceſſione, fructu, vſura, intereſſe, & omni commodo ac emolumento tam occaſione rei, quam ex ipſa re prouenieηte reddatur ac præſtetur, l. 22. l. reſtituere 35. in fin. l. fin. in fin. ff. de verb. ſignif. l. qui reſtituere, l. præterea, l. ex diuerſo, ff. de rei vind. l. 2. l. videamus, §. in tantum. ff. de vſur. Reſtituere ſiquidem quaſi retro ſtatuere ſiue conſtituere, & dare, & reddere dicitur Varroni. Quare in ea cauſa, forma, acceſſione, & qualitate reddi debet, quod reſtitui oportet, in qua fuiſſet ſi nihil aduerſus id, cuius gratia reſtitutio deſideratus, factum eſſet, dict. l. videamus, §. in Fauiana, l. non enim, ff. ad Trebell. dict. l. præterea, d. l. ex diuerſo, d. l. reſtituere 75. de verbor. ſignific. Itaque ſi res reddita, vſurpata & vſucapta non fuiſſet, ſi non æque apud petitorem, vti reum periſſet, ſi reſtituta prius, per eam petitorē quid acquiri potuiſſet, id omne reſtitui debet: hoc eſt, vſucapionis commodum reſcinderur, rem nec pignori datam eſſe (quia id etiam rei emolumentū & fructuarius eſt, l. fructus 78. ff. de reg. in l. fin. ff. de vſur.) cauebitur, l. ſi poſt acceptum, ff. de rei vindic. æſtimatio rei cum intereſſe & acceſſione, etiamſi bona fide ad iudicium reus prouocarit, præſtabitur, l. illud. ff. de petit. hæred. l. ſi in Aſia, §. fin. l. ſi plures depoſ. Dd. ad l. quū fine 63. & l. contractus, §. fin. ff. de regul. iur. Et hæreditates & legata ſeruo reſtituendo relicta, & ſi quid ex operis eius haberi licuiſſet, hac præſtatione continebitur, dict. l. præterea ff. de rei vindic. Et illud eſt quod Gaius in d. l. præterea voluit: Nec enim, inquit, ſufficit, corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſt, vt & cauſa rei reſtituatur, id eſt, vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus homo fuiſſet. Si ex edicto, quod metus cauſa, ita fiet reſtitutio, vt res tradatur cum omni fructu & occaſione, nec non cautione interpoſita, rem deteriorem non eſſe factam: & in obligationes, ſi quæ cohærebant acceptilatione ſublatæ aut ſeruitutes amiſſæ in priſtinum ſtatum reſtituantur, l. metum 9. §. ex edicto, ff. quod met. cauſ. Nam & iura in reſtitutionem veniunt. l. reſtituere, & l. fin. de verborum ſignificat. dict. l. præterea, l. quod ſi 24 §. reſtitutio, ff. de minor. l. videamus 19. l. qui ſcit 25. dict. l. videamus 58. ff. de vſur. Hinc eſt vt ex edicto prætoris de maioribus concepto reſtituantur petitiones, aliæque petitiones & iura, l. Iulianus 17. ff. ex quibus cauſ. maior. in integr. Huc pertinet tot. tit. Iuſtit. de offic. iud. l. 4. C. depoſit. l. Neſennius. cum ibi notat. ff. de re iud. & ſimilia. Nam hæc adeo vera ſunt, vt ſi hæc omnia ita dolo & contumacia rei non præſtentur, quoties noſtrum nobis quid reſtitui debet, locus ſit iuramento in litem

tem

noſtrum nobis quid reſtitui debet, locus ſit iuramento in litem, quo in infinitum iuratur, vt arbitratu iudicis ſequatur condemnatio, l. qui reſtituere, ff. de rei vindicat. l. 4. l. 5. & ibi Duar. ff. de in litem iurand. Gœdd. in comm. ad l. 22. n. 11. & ſeqq. ff. de verb. ſig.

RESTITUTIONIS effectus, ratione rei, cauſæ, modi acceſſionum & ſimilium, maior eſt quam exhibitionis: & plenior eſt reſtitutio in integrum quam ad exhibendum actio, l. fin. de verb. ſign. Nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere, hoc eſt, inſpiciendi tangendique copiam facere: Reſtituere vero eſt etiam poſſeſſorem facere, non ſolum videndi, tangendique, verum etiam adducendi, habendi & poſſidendi facultatem præſtare, l. reſtituere. 35. l. reſtituere. 75. de verb. ſig. fructuſque, id eſt, omne emolumentum & commodum, quod ex re reſtituenda ſupereſt, l. ſed & partus 12. l. item ſi. 14 §. quadruplatur, ff. quod met. cauſ. reddere, l. quod ſi minor 24. §. reſtitutio. ff. de minor. l. ait prætor. 23. §. item. l. et. l. nec non, 28. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 3. §. ex quib. & ſeq. ff de alien. iud mutand. l. Iulianus. 17. §. 1. l. præterea 20. l. fructus. 33 ff. de rei vind. Pleraque alia quoque reſtitutionis verbo continentur, puta, vt caueatur rem deteriorem factam non eſſe, l. merum. 9. §. ex hoc edicto. ff. quod met. cauſ. dolum malum abeſſe, l. ſi poſt acceptum. 18. l. ſeq. l. ſi homo. 45. ff. de rei vind. vt lucrum ex re vel occaſione rei acceptum vna reſtituatur, l. cum autem. 58. ff. de rei vindic. vt vſucapiendi cauſa reddatur, d. l. ſi poſt acceptum. l. reſtituere. 37. l. reſtituere. 75. ff. de verb. ſign. item intereſſe, l. 4. in fin. ff. de alien. iud. mut. cauſ. Vt deterioratio reſarciatur, l. non ſolum. 13. ff. de rei vind. l. 3. §. 1. ff. commod. omniſque cauſa reddatur. Ita interpretandam cenſeo l. 22. de verb. ſign. Nam quod Breth. ibid. exponit, quaſi dixiſſet ICtus reſtituere, ſignificare etiam reddere, & reddere eſſe veluti ſimilem efficere, & reſtituere domum pro reficere & reparare: & natalibus & priſtinæ integritati reſtituere? Hæc Brechæi interpretatio mihi diſplicet, cum à ſcopo ICti ſit plane aliena. Non enim quid in vniuerſum pro diuerſa re poſſit ſignificare verbum reſtituere ſtatuebat ICtus in d. l. 22. ſed quomodo differret ab exhibitione: vt conſtaret, quam multa alia reddi ab eo oporteret, qui reſtitui condemnatus eſſet, quam qui tantum exhiberi, Gœdd. ad d. l. 22. n. 2.

RESTITUERE is intelligitur, qui ſimul rem & cauſam actori reddit, quamuis habiturus eſſet, ſi ſtatim iudicij accepti tempore res ei reddita fuiſſet, id eſt, vſucapionis cauſam, & fructuum, & quodcunque aliud quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet. l. 35. l. 75. de verb. ſig. l. 20. ff. de rei vind. Briſſ. Prat.

RESTITUERE tutelam curationemq; pro tutelæ & curationis geſtæ adminiſtrationis rationes reddere. l. 32. ff. de minorib. l. 21. §. vlt. ff de alim leg. Briſſ. Prat.

RESTITUTI dicuntur, qui in bona, dignitates, & ciuitatem reſtituuntur, velut deportati, aut alias damnati. Rub. de ſent. paſſ. & reſtit. C. l. 59. & l. 104. ff. de condit. & demonſtr. l. 1. §. deinde adiicit. ff. de poſtul. l. 6. §. pen. ff. de iniuſt. rup. Briſſ.

RESTITUTI in integrum dicuntur cauſæ de quibus ex integro cognoſcitur. l. 3. §. diuus. & l. 7. ff. de iure fiſc. l. 33. & l. 35. ff de re iud. Briſſ. Prat.

RESTITUTI in integrum dicuntur etiam damnati. l. Lucius. ff. ad Trebell. Briſſ.

RESTITUTIO in integrum datur contra contractum vi vel dolo initum. Vulc. in comm. Inſt. l. 3. t. 14. § fin. n. 20.

RESTITUIT non qui ſolum corpus, ſed etiam qui omnem rem conditionemq; reddita cauſa præſtat, & tota reſtitutio iuris interpretatio eſt. l. vlt. §. vlt. ff. de verb ſig. Quo fit, vt longe plus ſit in reſtitutione, quam in exhibitione l. 22. ff. de verb. ſig. Proinde hæc verba ſtipulationis, Eam rem recte reſtitui, fructus continere minime ambiguum eſt, l. 73. ff. de verb. ſig. Corraſ. 3. Miſc. 4. n. 1. Et qui rem reſtitui iubet, etiam de fructibus condemnationem facere debet. l. 36. §. 1. ff. de rei vind. Sed & cum verbum, Reſtituas, in l. inuenitur, etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam ſunt reſtituendi. l. 134. §. 1. ff. de diuerſ. reg. Ex quo efficit Vlp. in l. Paolianam actionem fructus venire, propterea quod verbum, Reſtituas, quo Prætor in eam rem vſus, plenam habet ſignificationem, vt etiam fructus reſtituantur. l. 38. §. in Fabiniana. ff. de vſur. l. 1. ff. quę in fraud. credit. Inde adeo cum Prætor iubet vti opus factum reſtituatur, etiam damnum datum actor conſequi debet, cum verbo reſtitutionis omnis vtilitas actoris contineatur, l. 81. ff. de verb. ſig. Simili modo cum dejectum ab vſufructu in eandem cauſam prętor reſtitui iubet, ſic interpretamur, in qua futurus eſſet ſi deiectus non eſſet, vt ſi tempore interim finitus vſusfructus fuerit, nihilominus cogatur reſtituere, id eſt, vſumfructum iterum conſtituere. l. 9. §. vlt. ff. de vi & vi armat. Aut ſi poſtquam deiectus eſt, capite minutus vel mortuus fructuarius fuerit, pręterita cauſa, præteritumq; damnum ſarciatur. l. 3. §. vlt. ff. eod. tit. Enimuero in interdicto, Ne quid in loco publ. quo Prætor iubet quod in loco publico factum erit reſtitui, reſtituere in priſtinum ſtatum reducere eſt, quod fit, ſiue quis tollat quod factum, ſiue reponat id quod ſublatum eſt, l. 2. §. prætor ait. & §. reſtituas, ff. ne quid in loc. publ. Briſſ. & Prat.

RESTITUERE in integrum, eſt in priorem ſtatum reponere lapſos, captos, fraudatoſque, vel per imbecillitatem ætatis, vel per abſentiam vel per metum aut dolum calliditatemve aduerſarij, vel per ſtatus mutationem, l. 1. ff de in integr. reſtit. vel etiam iuſtum errorem, vt ſcribit Paul. lib. ſent. 1. tit. 7. & de eo exemplum eſt in §. ſi quis agens. Inſt. de act. Hinc Reſtitutorium pro judicio reſtitutorio & cognitione prætoria de reſtitutione facienda. l. 7. ff. quod falſ. tutor. l. 39. ff. de euict. Prat. & Briſſ.

RESTITUTUIRI, vel, quod verius eſt, Reſtitutuiri, vetuſte pro Reſtitutum iri, apud Iulian. in l. 23. ff. de act. empt. Et præterea cauere debet, inquit, quicquid ex hæreditate liberti ad eum peruenerit, reſtitutuiri. Sic & accipe apud Paul. in l. 52. in fin. ff. de pecu. & apud Vlp. in l. 5. §. 1. ff. de cond. cauſ. dat. Prat. ex Hotom.

RESTITUTIO nihil aliud eſt quam repoſitio in priſtinum ſtatum, vt vnuſquiſque iura ſuum recipiat. Itaque ſi in vendendo fundo circumſcriptus reſtituetur, iubebit emptorem prætor fundum cum fructibus reddere & precium recipere, l. quod ſi minor. ff. de minor. 25. ann. Prat.

RESTITUTIO integri, vt Paul. 1. ſent. 7. definit, eſt redintegrandæ rei vel cauſæ actio: id eſt, vt exponit Iſid. l. 5. Etymol. cum res redintegratur, quæ vi ablata atque extorta eſt: cauſa vero, quæ expleta non eſt, quod eſt, Reſtitutione in integrum non tantum rem perfectam, vtpote datam redintegrari, ſed etiam imperfectam, id eſt, cauſam, vt ſi promiſſa ſit res, non data, l. 9. §. ſed quod prætor. ff. quod met. cauſ. Vel ſic: Reſtitutio integri eſt actio reſtitutoria, ſiue reſciſſoria, qua res nobis certa, vel ius vel quælibet alia cauſa redintegratur. Integri autem reſtitutio (vt idem Paulus ait) plus quam ſemel decernenda non eſt: ideoq. cauſa cognita, & præſente aduerſario decernitur. Hæc item in rem competit, aut in perſonam. In rem actio competit, vt res ipſa, qua de agitur: reuocetur: in perſonam, aut quadrupli pœna intra annum, vel ſimpli poſt annum peti poteſt. Prat.

RESTITUTIONEM facere, id eſt reſtituere. l. 1. § fuit quæſitum. l. recuſare. §. ſi fiſco. l. ſeruo inuito. §. vlt. & in aliquem reſtitutionem facere. l. facto. 63. ff ad Trebell.

RESTITUTIO natalium, Nou. 78. Vide Natalibus reſtituere.

RESTITUTIO principis, quæ & ab exilio dicitur duplex eſt: generalis & ſpecialis. Hęc cum in infinitum concepta eſt, veluti, In integrum te reſtituo, pleniſſima & latiſſima eſt, id eſt, iura omnia complectitur, l. 1. & l. fin. §. fin. C. de ſent. paſſ. l. 1. ff. eod. & ideo patriam poteſtatem, ius agnationis, aliaq; generis eiuſdem reſtituit. Cum autem finita eſt, id eſt, iura quædam nominatim continet, vltra non valet, vt in ſpecie l. 2. in Inſulam C. eod. l. 2. ff. eod. Generalis vero reſtitutio dicitur, quæ veniam duntaxat & reditum in patriam indulget: itaq; neq; bona confiſcata reſtituit, l. 4. C. de bon. damn. neque vllas actiones, ſiue pro illo, ſiue contra illum conceptæ ſint, l. 4. & 5. C. de ſent. paſſ. Reſtitutio autem Principis veluti poſtliminium eſt, l. 2. C. Theod. de repud. Eſt autem aliqua differentia: nam patre captiuo, filius teſtamentum facere non poteſt, propter ſuſpenſi iuris conſtitutionem: patre deportato de rebus poſtea quæſitis teſtamentum filius facere poteſt: nec reſtituto patre, licet filius in eius poteſtatem reuertatur, irritum teſtamentum fit. l. fin. C. de ſent. paſſ. nam, ſine capitis minutione ipſo iure in poteſtatem reuertitur: ſpes poſtliminij omnia ſuſpendit: ſpes reſtitutionis nihil ſuſpendit. Iuriſgentium ſiue poſtliminij ſpes certior eſt quam iuris ciuilis: Et ideirco receptum etiam eſt, vt captiuus partem faciat, deportatus, non item, l. 1. §. ſi ex tribus. & §. fin. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. ſi necem. §. ſi patronus, ff. de bon. libert. Prat.

RESTITUTORIA actio, quæ in veterem debitorem reſtituitur mulier quæ pro eo obligationem ſuſceperat, nexu obligationis liberata. l. 8 §. Marcellus, & §. ſi mulieri. ff. ad Velleia. l. 8. C. eo. tit. Briſſ. Prat.

RESTITUTORIA interdicta appellantur, quibus Prætor reſtitui aliqui iubet. l. 1. §. interdictum. & l. 2. ff. de interdict. §. reſtitutoria. Inſti. eod. l. 1. ff. de aqua cottid. Qualia ſunt, Quorum bonorum, Quod legatorum, Vnde vi. l. 1. §. 1. ff. quor. bonor. l. 1. ff. quod legator. & illud, quod de via publica proponitur in l. 2. § ait prætor, & §. hoc interdictum ff ne quid in loco publ. Et quod precario. l. 2. §. 1. ff. de precar. Et poſterius interdictum de cloacis. l. 1. §. 41. & §. vlt. ff. de cloac. Item, illud quod proponitur. in l. vlt. §. deinde cum §. ſequ. ff. de fluminibus Briſſ.

RESTITUTORIUM pro iudicio reſtitutorio, & cognitione prætoria de reſtitutione facienda. l. 7. ff. quod falſo tut. l. 39. ff. de euictionib.

RESUSCITARI dicitur legatum quod aliqui periit. l. 27. ff. de adim legat. ſic & Ruſuſcitati dicuntur obligationes, i. reſtitui. l. 29 §. vlt. ff. de iure fiſci.

Retaliare. Vide, Talio: Erat autem Retaliare Gelliana dictio, ſignificans talione hominem repercutere, & inimico reponere. Epigrammaticus poeta incoſe dixit: Corrumpit ſine talione cœlebs. Ioan. Bapt. in comment. Epiſt. Sid. ad Apollinarem. lib. 5.

Retare flumina pro purgare. nam Retæ arbores ſunt, quæ aut ex ripis fluminum eminent, aut in aluis eorum exiſtunt: à retib. dictæ, quod prætereuntes naues impediant, quaſiq; irretiant. Hinc edictum vetus: Qui flumina retanda publice redempta habent, ſi quis eorum ad me adductus fuerit, qui dicatur, quod eum ex lege locationis facere oportuerit, non feciſſe. Hæc ex Gellio lib. 11. c. 17. Prat. ex Hot.

Retentio, adſimilatur traditioni. l. quædam mulier. 2. reſponſ. l. eius rei. de rei vend. cum ſim. quę fideliter citat Apellus in Methodo, c. 5. Porro materiam retentionis tractat Bartol. communiter probatus, in l. indebitum. § ſi centum. ff. de condict. indebit. & in l. ſi non inducta. C. quibus cauſ. pign. tacit. contrah. Spieg. Prat. Vide Vult. ad §. ſunt præterea. 32. & §. ſeqq. num. 26. Inſtit. de act. & ad §. ſequens illa diviſio. 16. num. 44. Inſtit. eod.

Retiarius dici poteſt ille, qui facit rete ad piſces capiendos: vt patet in l. ſi iactum. ff. de act. empt. & idem ſunt qui apud Paul. in l qui ratiario. tit. de pignor. act. putent ratiarium & rete vbique legendum. Sic etiam Retiarius dictus eſt alter ex gladiatoribus qui fugientem, vel fugam ſimulantem ſequeretur, vt rete immitteret. quod pugnæ genus primum à Pittaco Mitylenæo, vno ex ſeptem ſapientibus, inſtitutũ eſt. de quo Valer. Max. in 1. & Feſtus: Retiario (inquiens) pugnã ſi aduerſus Mirmillionem cantatur: non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle? Mihi tamen magis placet antiqua lectio. neque eſt quod reformidemus, à rate ratiarium deducere: quia eodem modo à naui, nauicularius formatur. vt apud Iureconſult. in l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine, & in l ſemper, in plurib. locis. ff. de iure immu. non tamen vt de opifice intelligamus, prout ſenſit gloſſator: ſed de negotiatore. Poſſemus etiam mutato ſolum verbo Retiario, cætera retinere, hoc modo: Qui retiario credidit, eum ad diem pecunia non ſolueretur, ratem in flumine, & reliqua. & ſenſus Iureconſult. optime iſtud permittit. Piſcatores enim communiter ratem habent: quod etiam innuit Scæuola in l. periculi precium. ff. de naut. fœnor. Cotta.

Reticuli, cancelli ex funiculis tenuibus, aut è neruis, quibus beſtiæ à loci alicuius aditu arcentur. Vlp. in l. 17. §. 2. de act. empt. Reticuli circa columnas, plutei circa parietes, item cilicia vela ædium non ſunt. Varro lib. de re ruſt. 3. cap. 5. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli è neruis ſunt, vt perſpici ſylua poſſit, & quæ ibi ſunt, neq; auis eas tranſire. In l. 42. §. 7. de leg. 2. ſimpliciter cãcelli appellãtur. Prat. ex Hot.

Reticulum in l. 5. §. vlt. ff. de bis qui deiec. vel effud. vbi amphoram ex reticulo ſuſpenſam narrat. Plin. lib. 31. c. 6. Item demiſſæ reticulis in mari concauæ è cera pilæ: Alij in d. §. vlt. Reticulo legunt. Briſſ.

Reticula in l. 25. §. ornamentorum. ff. de auro, argent. quæ vulgo ſcoſia dicimus, quæ in formam retis facta ad capillos continendos capiti aptantur. Reticulum Lexicon. B Germani vertit κόρυμβον, κεκρύφαλον. Et plane crocufantia reticulis iunguntur in d. §. ornamentorum, κόρυμβον vero πλέγμα eſſe Pollux lib. 7. c. vlt. & lib. 10. c. 35. docet Iſidor. lib. 20. Etym. c. 30. Reticulum, ait, eſt quod colligit comas: dictum ab eo quod retinet crines ne effundantur. Lampri. in Alex. Matronas autem regias contentas eſſe debere vno reticulo atq; inauribus. Vtitur & hoc verbo in bone ſenſum Capitolinus in Maximinis. Reticuli circa columnas in l. 17. §. quæ tabulę. ff. de act. empt. Reticulatum opus aud Vitruu. li. 2. c. 8. Plin. lib. 36 c. 22. Briſſ. Prat.

Retinere a hereditatem dicuntur ſui, qui non abſtinent. l. l. 6. ff. de rebus auct iud. poſſid. ſic retinere impenſas, id eſt, ſeruare per retentionem l. 50. ff. de hered per.

Retinere a poſſeſſionem animo poſſumus, adipiſci non poſſumus, Paul. in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. de acqui. poſſeſſ.

Retinere In poteſtatem l. qui filium. ff. de de legat. pręſtand. ſed frequentius. Retinere in poteſtate, l. vlt. ff. de legat. præſtand.

Retineri a ſolum, i. vt i retentione. l. 22. ff. de damn. inf.

Retineri, hoc eſt, detineri & renouari non debent homines liberi inuiti l. 3. ff. de liber. hom exhib.

Retorquere crimina. l. 14. § ſi libertis. ff. de bon. libert.

Retractare, eſt, quod nmiſerls repetere, & mutare, renouare, & recognoſcere. l. 1. § ff. de de ſtat. deſun. leg. 2. de colluſ. de teg. l. 1. C. de ſenten. aduerſ. fiſc. lib. 10. Item pro reuocare, vt apud Vlp. in §. fi. l. non ſolum. ff. de proc. Interdum eſt iterum tractare, vt in l. 31. in fin. ff. de iureiur. l. 10. §. 1. ff ad Turpill. l. 19. ff. de iure fiſc. l. 4. C. de epiſc. apud. Cic. li. 4. de natur. Deor. qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinent, retractarent, & tanquam relegerent, hi dicti ſunt religioſi. Idem ad Attic. lib. 8. Augemus crimen dolorem retractando. Sic Tertull. in Apologet. Cauſas, quæ hoc exegerint, retractemus. Alias etiam Retractare ſumitur pro ratum non habere, quod ab aliquo geſtum fuerit, vt l. fin. C. de bonis quæ liber. nullo modo licentia concedenda filiis eaſdem venditiones vel hypothecas retractare: ideoque & Retractatio opponitur ratihabitioni. Hinc.

Retractatio. l. fin. C. de fid. inſtr. & l. fin. C. de temp. appell. Grece ἀνεψηλάφησις dicta Nou. 82. cum cauſæ apud ſucceſſorem præf. Præt. retractabantur ex reſcripto principis. l. 1. C. de ſent. præſ. præt. quod erat appellationis loco remedium. Et hoc locum etiam habuit in iis cauſis quæ à ſenatu iudicabantur, vt non apud eundem ſenatum, ſed apud alios παλινδικία ſeu retractatio induceretur: qua de re Plin. epiſt. ad Vrſum lib. 6. Prat.

Retractus, vſitata vox in ſcholis, pro redemptione prædiorum, lege aut pacto contrahentium introducta. Vt autem à contrahendo contractum, à diſtrahendo diſtractum ICti declinarunt: ſic à retrahendo Retractum accipere poſſumus. Duplex autem eſt retractus: Legitimus, quem Gentilitium appellare poſſumus, & conuentionalis. Legitimus ſiue Gentilitius eſt, qui propinquis conceditur, vt alienata à propinquis prædia, oblato intra legitimum tempus pretio, recuperare poſſint; qua de cauſa ius ἀγχιστείας à Græcis appellatum eſt: vnde quandam quaſi prædiorum gentilitatem naſci apparet: qualem ſe Cicero negabat vidiſſe. At hanc autem ἀγχιστείαν abſurdum eſt referre l. dudum. C. de contrah. empt. vt doctiſſime demonſtrat. Hot. Conuentionalis autem retractus eſt, cum in venditione prædij pactum eſt, vt venditori quandoque liceat illud reſtituto pretio redimere ac recuperare: ſiue dies ei redemptioni præſtituta ſit, ſiue non ſit: eiuſmodi conuentiones in iure vſitatæ ſunt, vt l. 2. & ſimil. C. de pact. int. empt. & vend. Prat, & vide Cors. lib. 3. Miſcell. c. 3. per tot.

Retrahere apud Vlp. in l. Imperatores 9. §. 1. ff. de admin. rer. ad ciu. pert ſumitur pro recuperare prædia alienata. Item reſcripſerunt, agros Reip. retrahere curatorem ciuitatis debere, licet à bona fide emptoribus poſſideantur, cum poſſint ad auctores ſuos recurrere. Prat.

Retro, pro rurſus, vel ex diuerſo, l. 4. ff. de oper. ſeruor. l. 67. ff. de ſol. l. 40. §. ſeruum. ff. de acquir. poſſ. l. 9. §. fin. ff. de except. Briſſ. Prat.

Retro ſumitur pro ante, in §. aliæ autem. Inſtit. de donat, Et cum retro principum conſtitutiones, id eſt, eorum qui ante nos fuerunt: ſicque ſumitur initio primæ epiſtolę libris Digeſtorum præpoſitæ. Prat.

Retro verbum à Iureconſultis noſtris, etiam ad tempus iam exactum & præteritum trahitur. l. ſi ſundus. ff. de pign. l. quærebatur. ff de pecul. caſt. l. retro. ff. de capt. l. ſeruum. §. 1. ff. de leg. 1. Curt. lib. εἰκασμῶν 3. c. 32. tom. 1.

Retro agere, corroborare, confirmare.

Retro duci. Paul. in l. ſeruitutes. §. ſtillicidium. ff de ſerui. vrb. præd. Eadem cauſa, inquit, retro quoq; duci poteſt ſtillicidiũ, quia in noſtro magis incipiet cadere, produci non poteſt. ff. de ſeruit. vrb.

Retro iuris ordine, pro eo qui hactenus obtinuit. l. omnes iudices. C. de delatorib.

Retro obtinuit conſuetudo, id eſt, corroborata eſt, apud Vlp. in l. ſi in aliquam. de offic. proconſ. Spieg Prat.

Retro principes. C. de Nouo C. compon. ad initium.

Retro ſubaudiri, & ſupprimi per ellipſin ſcribit Albericus in l ſeruus ſeruum. ff. ad l. Aquil. Prat.

Retrovendendi pactum, inter cætera pacta vulgatiſſimum eſt: Velut cum venditori ex conuentione conceditur ab emptore: quod ſi ipſe vel heres eius, voluerit quãdocunque, aut intra certum tempus reſtituere pretium, vt tum rem ſuam quam vendidit, quaſi redemptam accipiat, Quo pacto in emptione & venditione redditũum quotidie vtimur. l. 2. C. de pactis inter empt. & vend. Hot. Prat.

Retrorsum. Vlp. l. ſi duob. §. 1. de diuerſ. & temp. præſ. Quia, inquit, retrorſum quanti plurimi fuit, inſpicitur.

Revehere eſt, quod ante vectum fuit, iterum vehere, l. vniuerſi. C. de vectig. & commiſſ. Prat.

Revelare, id id quod ante tectum fuit, retegere, aperire, palam fieri: cuius tamen nullum exemplum repetiri quidam putant in l. vniuerſi. C. de vectig. & commiſſ. Corrupte legitur in quibuſdam codicibus, Reuelant, pro reuehunt. Pro retecto & palam facto, cutat in l. vnica. C. de bis qui ſe defer. lib. 10. Spieg.

Revenundare operas. l. 22 §. 1. ff. de oper. libert.

Revenire fundum. i. vendi l. 15. ff. de lege commiſſ.

Revenire ſolent apes eu l. Dei tit. 12. quod alibi dicitur reuerti vel reuolare.

Revera coniunctim vice aduerbij eſt. Aliis duæ dictiones ſunt Reuera, quod vulgus de facto dicit. Spieg.

Reverendi (vt vtuntur vulgata voce) hoc eſt, quib. reuerentia & honor debetur, in ius ſine venia vocari non poſſunt. Vide Zaſium in l. generaliter. ff. de in ius voc. Debetur autem reuerentia maxima patribus & patronis, tam ſuperſtitibus,

bus, quam defunctis, l. apud Celſum, §. aduerſus, ff. de cul. except. Spieg.

REVERENTIA, honor quem tam verbis, quam factis alicui exhibemus l. parentes, ff. de in ius voc. quidam adiiciunt hæc verba, cum pudore, c. 2. de offi. deleg. in 6. Arebi. c. decet, de immun. eccleſ. Quibus exhibenda ſit viuis & mortuis vide l. apud Celſum, §. aduerſus, ff. de dol. except. Prat.

REVERTI emptor ad venditorem non poteſt, i. regreſſum non habet, l. 6. §. ſi necum. & l. 7. ff. de act. empt. Briſſ.

REVOCARI actio, i. reſuſcitari, l. 65. §. 2. de leg. 2.

REVOCARI quæſtio. id eſt, retractari, l. 7. §. generaliter, ff. de except. rei iud. Briſſ.

REVOCARE domum ſignificat id quod vulgo dicimus petere ſe remitti domum, l. 2. §. legatis, ff. de iud. l. 28. §. ſi eum in prouincia, ff. qui ibus ex cauſ. maior. & vide c. fin. de for. comp. vbi pontificij. Sic & ius reuocandi forum, l. 7. ff. de iud. Et reuocare in prouinciam, l. 7. § pen. ff. de accuſ. Prat.

REVOCARI quando poſſit ſententia, ponunt Canoniſtæ c. qualiter & quando, de accuſ. Prat.

REVOCARE teſtes, quod Galli teſte Bod. recolere dicunt, apud Marrianum in l. diuus, de cuſtod. & exhib. reor. Spieg.

REVOCATORIA actio diuiditur in Paulianam, Fauianam & Caluiſianam, de quibus fuſius Iaſon. in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de actioo.

REVOCATORIA, diploma principis ſignificat, quo abſentem ad ſe reuocat l. vlt. C. de dignitarib. l. 31. l. 3. C. de ſilentia. lib 12. Iuſtin. Nouell. 8. [illegible]. Reuocatorias, [illegible]. Briſſ.

REVOCATUR quod tranſlatum fuit, vt colligitur ex gl. l. in hac in factum, ff. quæ in fraud. & tot. tit. C. de reuoc don. Prat.

REVOLUTO mantello, & vulgari ſermone dixit Accurſ. in l. Papin. §. ſed neque impuberis ff. de inoff. teſtam. cum contrariis exceptionibus quis aduerſus diuerſos vtitur: ab his ducta metaphora qui vt ſcenæ ſeruiant, mutant pallium. Alc. li. 4. de verb. ſign.

REUM facere in publicis iudiciis, eſt eius nomen ad magiſtratum cujus de ea re notio eſt, deferre, vt ei dies audiendæ accuſationi dicatur, l. 3. ff. de accuſ. Hinc Aſconius: Quid eſt, inquit, reum fieri, niſi apud prætorem legibus interrogari? Quum enim in jus ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem reo, Aio te Siculos ſpoliaſſe, ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur vt victo: ſi negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum ejus criminum, & inſtituebatur accuſatio. Hæc ille. Interea autem eius nomen in reorum album referebatur, vt cauſa ex ordine ageretur: dicebaturque in reos receptus vel relatus. Libellorum autem conceptio qualis fuerit, Paul. in d. l. 3. ff. de accuſ. demonſtrat. Agi etiam reus eodem ſenſu dicitur, qui accuſatur. Valer. lib. 6 c. 8. M. Antonius avorum noſtrorum temporibus clariſſimus orator inceſti reus agebatur. Et lib. 8. c. 1. Q. Flauius à C. Valerio Ædile apud populum reus actus. Recipi vero vel referri inter reos dicitur quis, poſtquam delatum eſt nomen eius. Et contra eximi ex reis, abſolutione vel abolitione ſcenta. Eorum autem ſtatus & conditio, qui inter reo. recepti ſunt, Reatus vocatur. Et quandiu accuſatio pendet, in reatu eſſe dicuntur, l. fin. ff. de publ. iud. l. 83. ff. de pœn. l. 3. § quod patet, ff. de muner & honor. l. 46. §. in reatu, ff. de iur. fiſc. Prat.

REUM dat ſeruus domino, id eſt, expromiſſorem, pecuniam pro libertate pactus l. cum ſeruus, ff. de verb. oblig.

REUS in ſacris vocabatur qui ſe numinibus ſuſcepto voto obligaret. Damnatus vero, qui promiſſu voto, non ſoluebat, vt Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 2. Virgil. Æneid. 5. Vobis lætus ego candentem in littore taurum conſtituam ante aras voti Reus.

REUS antiquis dictus eſt à re, id eſt, lite. Itaque Cic. in 2. de orat. Reos, inquit, appello non eos modo, qui arguuntur, ſed omnes quorum de re diſceptatur: ſic enim olim loquebantur. Et Gallus Ælius apud Feſt. Reus eſt, inquit, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is egit, ſiue cum eo actum eſt. Quibus ex verbis apparet, reos antiquis eoſdem fuiſſe, qui nunc litigatores appellantur. Poſtea vero diſtinguendarum appellationum cauſa, & ne nomina confunderentur, rei dici cœpti ſunt (vt Feſtus inquit) à re quam promiſerunt, ac debent: hoc eſt, ij, vnde quid iudicio petitur. Reus, inquit, Feſtus, nunc dicitur qui cauſam dicit, & item qui quid promiſit, ac debet. Veteres autem reum vnde petitur vocabant. Cic. lib. 1. de orat. Nonne nobis in tribunali. Q. Pompeij ſedentibus poſtulabam, vt illi vnde peteretur, vetus atque vſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet. Idem l. 7. Epiſt. ad Trebat. Ego omnibus vnde petitur hoc conſilij dederim, vt à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent. Sed & in l. Manil. Et ſi is vnde ea pecunia petita erit, eundem natus erat, eam pecuniam ab eo vel à bonis eius primo quoque die exigito. Marcell. l. 58. ff. de fideiuſſ. Nec reus eſt pro quo debeat, nec res vlla quæ poſſit deberi. Vtrtque etiam ex contrahentibus. Reus appellatur, l. 5. §. conuentionales, ff. de verb oblig. Sed differentiæ cauſa, qui ſtipulatur, reus ſtipulandi: qui ſpondet, reus promittendi dicitur l. 1. & tot. tit. ff. de duob. reis, l. 114. § pen. ff de diuerſ. reg. iur. l. 50. §. ſi l. 52. §. duo, & paſſim, ff de fideiuſſor. ſicuti qui credit, reus credendi: qui accipit, reus debendi: qui ſatiſdat, reus ſatiſdandi: qui ſatis accipit, reus ſatis accipiendi appellatur, l. 34 § quidam, ff. de ſolut. Prat.

REUS agitur, qui accuſatur: Reus peragitur, qui damnatur. Iuriſconſ. Peregiſſe reum non alias qui videtur, niſi condemnauerit. Spieg.

REUS conſtitutus dicitur qui ſe obligauit, l. 14. §. Labeo, ff. quod met. cauſ. Et eioſdem pecuniæ Rei qui eandem pecuniam promiſerunt l. 22. §. cum tu, ff. de fideiuſſoribus, l. 84. § qui Caium, ff. de leg. 1. Duos autem reos promittendi facimus, ſi vtrumque interrogemus, & vterque reſpondeat eiuſdem pecuniæ nomine, l. 3 & l. 6. ff. de duob. reis. & Inſtit. eo tit. Nec tantum ſtipulatione, ſed & aliis contractibus duo rei fieri poſſunt: veluti ſi apud duos eadem res deponatur, [illegible] ea dem res locetur, commodetur. Prat.

REUS interdum expromiſſorem ſignificat, id eſt, eum cui alienam in ſe obligationem vel nouatione vel delegatione ſuſcepit, l. 1. ff ad Vellei an. l. 1. §. exceptionem, ff. quar. rer. act. non dat. l. 104. & l. 112. ff. de verb. oblig. l. 9 § omnis, ff. de pigner. act. l. 7 § ſeruus pactionibus, ff de dolo, l. 22. § ſi mulier, ff. ſolut. matrim l. 34. in fin. ff. de ſtatulib. l. 21. ff de nouatio. leg. vltim. in fin. ff. ſi cert. pet. leg. 13. §. præterea, de actio. empt. Briſſ. Prat.

REUS extraordinarius. Lege extraord. reus.

REUS facti, qui aliquod factum commiſit.

REUS ſtipulandi, & reus credendi, cui debetur res, non quod ei res credatur, ſed quia res credat, vel perinde ſit, ac ſi crederet. Reus vero promittendi eſt reus debendi, id eſt, qui rem ſibi creditam debet, eamque promittit ſoluere Et nota, quod reus actiue, eſt reus ſtipulandi, ſed paſſiue, eſt reus debendi, ſeu promittendi. Anch.

REUS ſatiſdandi, ab Vlp. dicitur, qui ſatiſdato obligatus eſt, id eſt. fideiuſſore dato: Reus verò ſatis accipiendi qui fideiuſſores accepit ob debitum, in l. qui hominem, § quidem, de ſolut. Dici poteſt, quoties reus ſatiſdandi, reos ſatis accipiendi hæres extiterit, fideiuſſores liberari. Spieg

REUS ſtipulandi is dicitur, qui ſtipulatur, id eſt, interrogat: & reus promittendi, is qui promittit. Plures vero habere reos, noſtra intereſt. & quomodo tractat Bart. in l. liberationem, ff. de liber. leg.

REX nomen generis: Imperator officij. Reges enim naſcuntur, Imperatores creantur. Ioan. Bapt. Caſtellion. Regem Boemiæ improprie dici exiſtimat, quod competendi prouincia careat. c. ſectore, quæſt. 3. Attamen abundare eum refert, & vere quidem, ſtrenuis militibus, redditibuſque præſtare pleriſque regibus qui pluribus ciuitatibus dominentur. Citat. Hoſtienſ. in c. conſtitutus 2. de reſtib. Rem Boemicam Carolus IV. mirum in modum auxit, ſed exemplu maxime improbando, vt ait Egnatius. Rex autem ſiue Cæſar Romanorum, vt quidam cordatus è noſtris dixit, eſt magni nominis vmbra: nimirum ſentiens, illi Romanæ vrbis imperium, nomine ſolo, at Pont. Max. fructum eſſe relictum, Tertull. nomen regum etiam Cæſaribus accommodat: & D. Hieron. eum ſecutus, Annotauit Rhenanus noſter. Tyrannus autem eo differt à rege quod hic ad ſubditi populi, ille ad proprium commodum, rem curat & adminiſtrat, Ita Ariſt. & qui eius doctrinam ſecuti ſunt Theologi, decreuere, Quamuis antiquitus nonnulli pro tyranno regem intelligebant: quorum exempla Virg. cecinit:

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Lege & Prouinciales in fin. Spieg.

REX ſacrificulus erat Romanis qui ſacrorum rex dictus, ſine imperio, ſolo nomine rex, ſacra quæ penes reges erant, obiret, ac ceremoniis præeſſet: quem creatum, aut in locum decedentis ſuffectum, ſicut reliquos ſacerdotes inaugurari oportebat. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. 3. cap. 27. De quo vide Liu. lib. 3. & Dion. initio lib. 5. Primum autem regem ſacrificulum M. Papirium & patritijs creatum ſcribit Dion. Regis porro vxor appellabatur regina, quæ & ipſa aliquot ſacra facere ſolebat. De qua Macr. in lib. Saturn. Creabatur autem rex ſacrorum comitiis Centuriatis quemadmodum apud Gell. lib. 15. c. 27. refert Lælius Fœlix.

R H.

RHADUCHUS. Vide, Liturgus.

RHACHITÆ nuncupantur à Græcis maleſici vt inſignes, quos leges, principumque conſtitutiones perſequuntur.

RHADAMANTHÆUM iudicium, prouerbio de incorrupte iudicantibus dictum. Rhadamanthus enim manium iudex, neque muneribus neque gratia deflectitur, quominus ſeuere iudicet Cætera vide apud Eraſ. in Chiliad. Spieg.

RHADAMANTHI iuſiurandum dicebatur, quod veriſſimum quidem eſſe, cæterum nullum Deum aſſereret. Socrates per canem & anſerem iurare conſueuit, ne quem Deorum citaret

ſiue quod non crederet vllos eſſe Deos, ſiue quod non arbitraretur eſſe boni viri, Deos ſuorum negotiorum teſtes acceſſere, vt ait Eraſm. in huius adagij explanatione. Spieg.

RHAPISMATA in l. vlt. C. de emancip. lib.

RHAPSODIÆ verbum pro partes hodie reponendum in l. libro, 52. § 5. de leg. 3. Olim numerabantur inter atomata, h. e. feſtiuas & iucundas narrationes. Apud veteres poſt Homericas ſic dictos, quod per ſucceſſionem ab Homero genus ducentes, Homerica canebant: non iam ad Homerum genus ſuum referentes, Rhapſodi, hoc eſt eiuſdem carminis decantatorij ſcriptores vocati ſunt: quorum diuerſum eſt etymon apud autores. Vide pieum in hymnum primum. Rhapſodiarum nomine appellantur ſinguli Homeri libri ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν τὰς ᾠδάς, vt annotauit. Ant. Auguſt li. emend. 4. c. 2.

RHEDA genus leuiculi curras, in quo geſtabantur nobiliores in villas ſuas. Vocabulum Gallicum Quintiliano, longa tamen vſurpatione Latinum factum. Eo Iabolen. l. cum in plures, ff. locat. vtitur. An etiam, inquit, pro ipſa ſola rheda portorium daturus fuerit? Spieg. Corraſ. autem lib. 3. Miſcell. c. 20. Rhedam definit certum leuiculum quo paſſim vſi fuerint omnes etiam abiectiſſimi autoritate, Cic. 2. Philip. Vehebatur, inquit Cicero, in eſſedo Tribunus plebis, lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mimæ portabantur, ſequebatur rheda cum lenonibus comites nequiſſimi: quales itaque rheda vectarentur, ſolus ornatus oſtendebat. Porrho rheda multi ſimul commode vehebantur, dummodo mularum (quibus, non equis, ad vehiculo veteres vtebantur) iuga oneri ſuffectura adhiberentur. Publice autem Romæ inſtitutum fuit, vt ad portas vrbis, & per vias conſulares ab vrbe Roma vndique in quaſcunque vrbis Romanorum ve prouincias ducerent, rhedæ eſſent, quas indigentes declarato pretio in promptu & paratas haberent, Corraſ. d. loc. n. 10. 11.

RHEDÆ meritoriæ ſunt mercenariæ, quas cuique danti mercedem habere licuit, Corraſ. ibi. n. 13.

RHEDARIVS mulus dicitur, qui rhedam ducit: ac ipſius rhedæ rector, Rhedarius vocatur.

RHEGIVM oppidum Italiæ ad mare contra Siciliam: huius meminit Iuriſconſultus apud Zenodotum, Sophronis, qui de menſibus ſcripſit, filius in gratiam Dionyſij tyranni, taxauit Rheginenſes, vt ignauos in rebus bellicis, animique pauidi, quemadmodum teſtantur (vt refert Eraſmus noſter) Græcorum adagiorum collectanea. Eſt & alterum eius nominis oppidum, quod abſque aſpiratione ſcribitur, dictum Lepidi Rhegium, triumuiratus tempore ab eo conditum: non cuius meminit Frontinus & Volaterranus in Gallia togata. Spieg. Adde Brech. l. notionem, §. continenteis, tit. de verb. & rer. ſign.

RHEMNIA lex pœnam calumniatoribus irrogabat, l. 1. ff. ad SCtum Turpill.

RHENI noſtri, cuius ortus eſt in monte Adula, qui hodie vulgo vocatur *Vogel*, Paul. tit. de euict. his verbis meminit, L. Titius in Germania trans Rhenum prædia emit, & partem pretij intulit, cum in reſiduam quantitatem hæres emptoris conueniretur, quæſtionem retulit, dicens has poſſeſſiones ex præcepto principali partim diſtractas, partim veteranis in præmia aſſignatas. Spieg.

RHENONES, dicuntur pelles ferinæ ad vſum humanum redactæ. Et Rhenones appellatæ, quod Rhenam populi hiſce peculiariter vtebantur. Ioan. Baptiſt. in comm. Epiſt. Apull. ad Aprum lib.

RHODIÆ leges, inquit Gratianus in decretis Pontific. nauallium commerciorum à ciuitate Rhodo cognominatæ ſunt Erat enim ciuitas Rhodienſis olim & inſulæ opportunitate (vt Gellius lib. 7. c. 3. noct. Attic.) & operum nobilitate & nauigandi ſolertia, naualibuſque victoriis celebrata: atque omnibus ornamentis tantopere cæteras ciuitates ſuperabat, vt nulla legum præſtantia æqualis putaretur, & naualis rei peritia adeo valuit, vt annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia ſuſtulerit, quod latiſſime Strabo demonſtrat, lib. 12. c. 14. Cum itaque mercatorum mari ſe exercentium in ea inſula numerus eſſet frequentiſſimus, & de re nauali indies lites & iurgia exorirentur: Rhodiæ leges latæ ſunt, quibus altercationibus de rebus nauticis exortis, & præcipue ſi exonerandæ naues eſſent, prouideretur c. fin. diſtinct. 2.

RHODIÆ naues, quarum frequens mentio apud ſcriptores, nomen à patria ſortitæ: ſicut Ægyptiæ. Aſiaticæ, Liburnicæ, atque Achaicæ & eiuſmodi. Vide Bayfium, de re nauali. Nota conditio apud ICtos, Si nauis ex Aſia venerit. Spieg.

RHODIENSI ſerici, ab inſula Rhodo aduecti, ceu laudatiſſimi, Impp. meminere in l. 3. C. de veſt. olob. lib. 11. Accurſ. locum non intellexit: Rhodinum ſubſtantiue, pro piſce interpretans. Quod & in annot. Alc. iudicauit. Spieg.

RHODVS, & vrbs & inſula maris mediterranei clariſſima eſt, ſæpe damnum dedit Turcæ, quam ann. 1522. Turcarum Impp. occupauit. Prat.

RHOMBVS piſcis eſt latiſſimus, Martial.

Quamuis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior tamen patella.

Hic venit Accurſio in Prouerb. dicit enim, Quid ad rhombum pro eo, quod eſt ad ſcopum, in Auth. licet, Cod. de nat. lib. vt ait Alc. lib. 4. de verb. ſign. an vero piſcem cogitauerit Accurſ. viderit alius: at Iuriſconſ. in l. de ætate, §. quod autem, ff. de interd. act. dicit, non videri reſpondiſſe illum qui non reſpondit πρὸς ἔπος, id eſt, ad carmen: idque ex vulgari prouerbio, de quo magnus Eraſmus citans illud Luciani in Philopſeudes οὐδὲν πρὸς ἔπος ἐμοῦ, φασίν, οὐδὲ αὐτὰ ταῦτα ἠρώτων, id eſt: Nihil ad carmen iſta, vt aiunt, neque de iis interrogabam: meminit Alciat, lib. diſpunct. 2. c. 10. Forcat. in penu iur. ciuil. c. 10.

R I.

RICA Paulo apud Feſtum, veſtimentum quadratum fimbriatum Pest.

RICINIVM, vt Nonius ait, erat palliolum fœmineum breue, quod ſua ætate maſurtium dicebatur: cuius formam appingit ipſemet Varro li. 4. de ling. Lat. Apuleius lib. 2. de Aſino aur. Maiorag. Miſcell. lib. 3 c. 14. & Fr. Bald. in l. 12. tab. c. 31.

RIDICA, pedamentum vitium, Vlpian. l. 11. §. 3. ff. quod vi aut clam. Si quis in vineas meas venerit, & inde ridicas abſtulerit, hoc interdicto tenebitur. Varr. de re ruſt. lib. 1. cap. 8. Pedamentum item fere quatuor generum: vnum robuſtum, quod optimum ſolet afferri in vineam è quercu ac iunipero, & vocatur Rudica, Hot & ante eum Corraſ. lib. 1. c. 19. n. 5. & Forcat. in penu. jur. ciuil. c. 7. Prat.

RIGOR à rectitudine dicitur, & eſt curſus aquæ, rectum profluentis tenorem ſignificans leg. 1. §. quod autem, ff. ne quid in flumine publ. leg. 1. §. ripa, de flumin. Sic rigor ſtillicidij rectus eius fluxus eſt, l. vlt. §. vlt. de ſeruit. vrban. At Plin. lib. 8. Epiſt. ad Roman. Rigorem aquæ pro frigiditate poſuit. Sunt & rigores in agris, cujus verbi, quia à Lexicis abeſt, non alienum erit interpretationem ſubjicere. Id autem Boetius lib. 1. Geometr. ita explicat. Rigor eſt quidquid inter duo ſigna veluti in modum lineæ directum proſpicitur. Flexuoſum vero eſt, quidquid ſecundum naturam locorum curuatur. Nam quod in agro à menſore operis cauſa ad finem directum fuerit, rigor appellatur: quidquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea appellatur. Bini vero rigores ſunt, quando ſingulis ſpatiis interuenientibus tendunt, vt itinere plerunque peraguntur. Aggenus Vrbicus, rigor, ait, ſuæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Sicul. Flacc. in lib. de condition. agror. in aliquibus regionibus, ait, ita fines inter poſſeſſores ordinati ſunt, vt rigores durent per longum tractum incedenteſque in viis aut riuis aut ſubſtructionibus, aut regionibus aliiſque finitionum generibus deficient ſupradicti rigores, Briſſ. Prat. & vide Duaren. lib. 1. diſp. anniu. c. 32. & Cuiac. lib. 10. obſeru. c. 2. in med.

RIGOR per tranſlationem dicitur Rigor juris l. 19. de appellat. vbi Rigor tenorem ſignificat, l. ſi expreſſim, ff. de appellation, Briſſ.

RIGOR juris, non eſt jus, ſed exceſſus juris, & auſteritas quædam facta ad terrorem, 50. diſt. vt conſtitueretur gl. in l. fin. §. Lucius ff. de ſeruit. vrb. præd. Spieg.

RIGOR juris quandoque ponitur pro ſolennitate & ordine juris, habita ratione ad Pontificis maximi reſcriptum, ea ſuper literis de reſcript. Rigor an æquitati præferendus ſit, fuſiſſime tradunt Dd. in l. placuit C. de judic.

RIGOR poſſeſſionum in Frontino pro limite naturali & immobili, vt flumen, montes, & ſimilia, Connan. lib. 4. cap. 10. circa finem.

RIGVVM, quod aquis irrigatur: cui opponitur, Sicaneum.

RIMÆ proprie dicuntur exiguæ diſtantiæ tabularum in juncturis. Vnde tractum eſt, vt omnes fiſſuræ dicantur.

RIMAM inuenire, in tergiuerſatores dicitur, qui nulla in cauſa tot fidei vinculis aſtringi poſſunt, quin aliquid inueniat, quo elabantur. Eraſ.

RIMARI, hoc eſt, diligenter quærere, ſcrutari, proprie ad indicantis officium ſpectat, Iuxta vulgatum illud, Oportet judicem cuncta rimari, 30. quæſt. 3. c. indicantem.

RINGERE, Hirrire eſt, quod genus vocis eſt canis rabioſæ. Vt obiter emaculemus Pompeij Sexti codicem, vbi pro tingere, garrire, adulterina vox & aduentitia ſubtruſa fuerat, ringere porro latrare eſt & baubari. Plaut. in Amphitruone: In enucleatis tamen Archetypis, hanc vocem ſic poſuit. Turbas vxori ciet Amphitruo, atque inuicem ringitant pro mœchis, i. latrant, conuitiantur, inclamant, vociferantur: Io. Bapt. in comment. Epiſt. Sidon. Appollinat. ad Papam Migecium lib. 7.

RIPA fluminis per ſe res eſt naturalis, vſus ſiue poſſeſſio ripæ, eſt hominum omnium: ripa igitur res eſt publica jure gentium, dominium autem, ſeu proprietas eius, illorum eſt, quorum prædijs ripa adhæret, §. riparum, tit. de diuiſ rer & qualit, Vult. ad princ. h. tit. n. 14.

RIPAM fluminum dici, vt litus maris, Grammaticis notum eſt, Ripam autem fluminis Vlp. definit eſſe id eſt, quod flumen continet

ſinet, naturalem rigorem curſus ſui tenens, l ff.de fluminibus, Paul. vero in l.pen. ff.eod.tit. Ripam ait eam dici, quæ pleniſſimum flumen continet, Majorag. Miſcell. libro 4.c.2. vbi oſtendit ripam à prædio ſeparari.

RIPAM munire eſt aggeribus factis & oppoſitis aquam coercere, ne excreſcens flumen agrum occupet l.1.§.ſunt autem, ff. ne quid in flum. publ. l. vnica. ff. de ripa munien.

RIPARENSES milites erant, qui in Imperij limitibus excubabant pro Rep. adverſus barbaros, puta in ripis Danubij, ad tuendas Pannonias adverſus Sarmatas. & in ripis Euphratis, adverſus Parthos. Herod.lib.6. Nunciatum eſt, Germanos Rhenum Danubiumque tranſgreſſos, in fines Romanos hoſtiliter invaſiſſe oppugnareque exercitum ripis inſidentem, Alciat. in l. contra C. de re militari, lib. 12. Horum quoque meminit Vopiſcus in Aurel.

RIPARENSIA caſtra in l.14 C. de re milit. 12. dicuntur in ripis ſtatuta & locata. Briſſ.

RIPARII, qui in ripis habitant: vt Plinio, ripariæ volucres. Sic addita quinta vocali, in noſtrorum annalibus ripuariorum nomine comprehenduntur ij, qui in Treveris ad Moſellæ habitant ripam, nec non inter Moſellam, Rhenum ac Moſam: à Francis Ripuaria vocata eſt Neuſtria, & Auſtraſia. Meminerunt è noſtris Regino, Otho Friſingenſis, Ligurinus & alij. Vide Bilibaldum & Altbamar. Sp. Vide Cujac.lib.1.obſ.25.

RISCVM in l.24 ff. de aur. arg. eſt arcula veſtiaria. Tradit Pollux lib 7. Onom c.19.& li 10.c.31. ῥίσκος δὲ ἐστὶ ἀγγεῖον ᾧ τὰ ἱμάτια ἢ τὰ τῆς ἑταίρας κόσμια ἐγκατέκειτο ... Donatus in Eunuch Teren. nomen eſſe Phrygium ſcribit, eoque ſignificari ciſtã pelle contectam. At in lexico, B. Germani Riſcus κιβωτὸς μεγάλη, definitur. Briſſ. Hutom. Riſcum exponit capſulam, in qua linteola mundi muliebris reponunt, quibus totam corporis partem abſtergunt: quod riſcus cum lavatione jungatur in eo loco. Prat.

RITE actiones intendere. Vlp. l. Procuratore, ff de Procur.

RITE & recte hoc differunt, quod rite ſignificet cauſſæ ordinationem & juſta ſolennia. (Nam rite à ritu dictum volunt Latini auctores: bene dicimus ſacra rite peragi, non recte, & ritus patrios, id eſt, mores) Recte vero cauſæ, vel rei alicuius rationem atque æquitatem. Bart.& gloſſ. in l non putavit. §.non quamvis, ff.de conit.tab. Idem Bart. cum gl. in l.2. in verbo Recte, ff.de inoffic.teſtam. & in l. juſte poſſidet. ff de acqu. poſſeſſ. recte enim à recto derivatur. Brech. in l. hæc verba, ff.de verb. & rer. ſignif. Vide ſupra Recte verbum: Gœdd ad d.l. hæc verba. 63. & Vult. ad § plane.1.n.3. Inſtit. de milit. teſtam.

RITVALES libri apud Hetruſcos, in quibus perſcriptũ erat quo ritu conderentur vrbes, aræ, ædeſque ſacrarentur, qua ſancti tate muri, quo jure portæ, quomodo tribus curiæ, centuriæ diſtribuendæ eſſent, exercitus conſtituerentur, ordinarentur, cæteraque ejuſmodi ad bellum & pacem pertinentia. Majoragius Miſcell.lib.3 c.14. ex lib.16. Pompeij.

RHYTHMVS à metro hoc diſtat Viui, quod metrum ſequitur numerum pedum, Rhythmus tempora: ideoque alterum ſine altero eſſe poteſt Rhythmum quicquid ſub aurium menſuram cadit, quidam putat, etſi verſus abſit. Tu vide M Ciceronem, Rhythmico carmine vſos Hebræos refert Helias:

אשירה נא שיר כבכו ורית
באר תמבובליתיו וריית

RITVS, mos eſt comprobatus in adminiſtrandis ſacrificijs: & generaliter ritus, mos & approbata conſuetudo eſt, quam omnes ratam habent. Vnde tit. de ritu nupt. In eo traditur, quo more, quove inſtituto nuptiæ perficiendæ ſint. Spieg.

RIVALES dicuntur, qui eundem rivum communem habent. Pomponius de aqua cotidiana, l. hoc jure. Dum ne fundum, inquit, dominoo, aut aquarum rivalibus deterius faciat, Nebriſſ. In re ruſtica rivales dicuntur ij, quorum agros rivus quis determinat, qui incertitudine, & mutatione crebra curſus, lites ſæpe inter eos ſuſcitat. Vnde & Vlp. l. t. de aqua quotidiana Rivales, ait, qui per eundem rivum aquam ducunt, inter quos ſæpe contentio eſt de aquæ viu. Sic Acron in artem Poet. Horatij Rivales, ait, dicebantur, qui in agris rivum haberent communem, & propter eum ſæpe diſcrepabant. Gellius libro 14. cap.1. Quod ei forte de aquæ ductu cum rivalibus contentio eſſet. Prat. Briſſ.

RIVVM Feſtus libro 16. dici ait, non tantum naturali ſuo impetu fluentem tenuem aquæ fluxum: quo modo Rivum fluminis dixit Cajus in l.7. §.inſula. ff.de acquir. rer. domin. ſed & manu factum, ſive ſuper terram in foſſa, ſive ſuper ſpecu à Græco verbo ..., Hoc poſteriore ſignificato Rivus definitur ab Vlpiano eſſe locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat. l.1. § 1. ff.de rivis. Atque ita accipitur in l. a. ff. de extraord. cogn. l.1.12.& l.16 ff. quemadmod. ſervit. amitt. l.3. § penult. & vlt. l.5 in fin. ff. de aqua cottid. l.13. l.21. § 1 ff. de ſervit. ruſt. l.58. § ſi in communem, ff. pro ſoc. Vitruv. lib.8.c.7. Ductus autem aquæ ſiunt generibus tribus, Rivis per Canales ſtructiles, & fiſtulis plumbeis, aut tubis fictilibus. Nam in rivo collocabantur fiſtulæ, vel canales quibus aqua deducebatur, l. 3. §. ſi quis in rivo. ff. de rivis. Inde deprimere vel allevare rivum in l.22. ff. comm. præd. Et ducere rivum, l.9. ff. de ſerv. Rivi provt conveneras terreni, ſignini ex cementitij, lapideive fiebant, vt apparet ex l.1.§.vlt.& l.3 §.1. ff. de rivis. Item Rivi quidam erant aperti, quidam recti & operti. l 1.§.vlt. l 3. ff. de rivis, l.1 §. ſi quis, ff. ne quid in flum. publ. Hos ſubterraneos. Frontin. ſæpius appellat. in lib. de aquæ duct. Briſſ. Prat.

RIXA, etſi proprie verboſa contentio eſt, ad factum tamen etiam refertur, l. ſi ex plagis, §.1. ad l. Aqu. Vlp. in l.4. vi bon. rapt. Et rectiſſime Labeo inquit, inter turbam & rixam multum intereſſe. Namque turbam multitudinis hominum eſſe turbationem, & cœtum: ait rixam duorum. Paulus de Sicar. l. fin. Si in rixa homo percoſſus perjerit, ictus vniuſcujuſque in hoc collectorum contemplari oportet. Receptum eſt, inferijs rixæ notionem fieri poſſe. Spieg. Prat.

R O.

ROBVR, omnium rerum firmitas. Clauſula in robore ſuo duratura frequenter in diplomatis Principalibus nullum robur ſumi tradidit Ang. in l. eos, verſ. ſuo robore. C. de præſcript. 30. an Citat l ſcriptura, C. Qui pot. in pign. hab. & Auth. Quas actiones, C. de Sacr. Eccl. Spieg. Prat.

ROBOREVM, quod eſt ex materia roboris t roburneum, quod ex robore naſcitur. Schard.

ROBVSTA ætas, pro militari, apud idoneos autores accipitur. Huic noſtri tribuunt initium ab exceſſu anni 25. Vlp. in l. ſi in acutis, a. de Adult. §. lex Iulia. Nec enim viſus eſt, inquit, idoneus accuſator, qui nondum robuſtæ ætatis ſit, & paulo poſt: Majorem viginti quinque annis, & eum accipimus, qui annum vigeſimum quintum ætatis agit. Dicitur & robuſtus ætate. Spieg. Prat.

ROBVSTVM, quod eſt multi valoris.

ROBVSTVS animus, quo quis adverſus pericula & difficultates firmiter obnititur. Schard.

ROFREDVS ICtus nobilis, Beneventanus jus civile publice Bononiæ, deinde Aretij profeſſus eſt, circiter annum 1200.

ROGARI lex tum dicitur, cum de ferenda ea populus, vel plebs conſulitur. Siquidem Quirites vel à conſulibus, vel à tribunis rogabantur, vellent, juberent ne quid fieri. Qui ſi ſciviſſent, id eſt, confirmaſſent, lata ſancitaque lex erat, quæ non niſi per populi rogationem fieri poterat. Hodie vero reſcripto opus eſt, l.1. de mandat. Princ. Vide Bud. in prior. Annot. ad poſterior. l. de orig. jur. Vlp. in l.1. ad Leg. Aquil. Certe lex Aquilia plebiſcitum eſt, cum eam Aquilius tribunus plebis à plebe rogaverit. Spieg. Prat.

ROGARE inſpiciendæ vaſa, id eſt, commodato petere, vt tantum inſpicere liceat. Bud.

ROGARE, vtendum accipere. Cic. in Verr. Profecto hinc natum eſt; Malo emere, quam rogare. *Entleben*. Spieg.

ROGATARIVS, tabellio qui rogat quod quiſque ſtipulatur, hoc eſt, promittit. Vide Sipont.

ROGATI teſtes intelliguntur interrogati an velint adeſſe nec ne. Si ergo teſtes detenti fuerint inviti, putavit Vlpianus non valere teſtamentum l. Qui teſtamento, ff. Qui teſt. fac. poſſ.

ROGATIO eſt, cum populus conſulitur de rebus diſcernendis, Zaſius in l.2. ff. de Orig jur. Lege, Agere cum populo.

ROGATIO, lex eſt, ſic appellata, quod cum promulgatur, populus rogatur velit ne, & jubeat legem ſanciri. Nebriſſ. Differentiam inter rogationem & promulgationem quidam tradunt, quod promulgatio fiebat binis nundinis, rogatio in tertijs nundinis. Promulgationi item intercedere licebat, rogationi nullo modo. Inde rogatio pro lege accipitur. Cicer. Philip. 1. Hodie vocem hanc Promulgare, tenemus quidem, quanquam non ſatis intellectam: rei vero ipſius nec vmbram quidem ſequimur. Igitur rogationes proprie ſunt, quotquot rogantur leges: ſive ex populo id fiat, vti leges ſunt: ſive ex plebe, vt plebiſcita. Rogationis enim nomine continentur lex, plebiſcitum, & privilegium: eſt enim quaſi caput & fons totius juris popularis. Nempe rogare populum, eſt agere cum populo. In qua re hæc erant verba ſolennia: Velitiſne jubeatiſne, Quirites, vt hoc vel illud fiat? At pro litanijs parum Latine vſurpantur: rectius ſupplicationes appellantur, vel (vt magis placet Inſulano) ſacrificia precaria, ſeu propitiatoria. Præterea Idem monet: Schedulæ, quas indocti ſupplicationes vocant, ſunt ſupplices libelli dicendi, de quibus & ſuperius. Nota item, eſſe legem accipere, vt rationem perferre, pro legem perferre. Sp.

ROGATOR in comitiis is erat, qui cum comitia haberentur, ciſtam deferebat colligendis tribus ſuffragijs. Ex multis vero locis apertum eſt ciſtam deferre ſolitum eum ipſum, qui habebat tributa comitia, provt oſtendit Grucchius lib. 2. de comitijs Rom. In ciſta autem populus tabellas ſuffragij mittebat per pontes tranſiens. Vide Turneb. lib. adverſ. 13.c.13.

ROGATVR, pro interrogatur apud Cajum, in leg.2. de Adopt.

ROGO, ne alterius ſervitium experiatur ſervus meus. Per hæc verba, data videtur fideicommiſſ. libertas leg. rogo. ff. de Fideicommiſſ. libert.

ROGARE ſimpliciter intelligitur, qui neque hunc, neque illum rogat, ſed quid fieri omnino velit, oſtendit, itaque omnes ro-

gare videtur Goucan. ad l. Eam quam, C. de fideicomm. lib. 1. cap. 1. Var. lectionum.

ROMA communis patria noſtra eſt, ait Modeſtin. In l. 33. ff. ad municip. & vt ſcite Athenæus ſcribit, τῆς οἰκουμένης ἐπιτομή. Accurſius autem enarrans verba Modeſtin. in d. l. 33. Romam ideo communem patriam noſtram dici exiſtimat, quod quilibet Romæ conveniri poſſit. Cujus ſententiam non tantum juris Pontificij interpretes probant, ſed etiam (vt dicit Alciat.) nullus fere eſt ex juris ciuilis doctoribus, cui hæc interpretatio non applaudat. Sed ipſe contendit eam verbis Modeſt. repugnare, c. 21. Diſpunct. lib. 2. Spieg. Ideo eam ſic dictam exiſtimans quod omnes, qui Imperio Romano ſubditi eſſent, jus ciuitatis Romanæ haberent juxta illud Pauli. ff. de ſtat. hom. In orbe Romano qui ſunt, ciues Romani ex conſtitutione diui Antonini effecti ſunt. Verum etſi germana hæc videtur ſententia, nihilominus cum ante conſtitutionem Antonini Roma ſic nuncupata ſit: Majoragio Miſcel. lib. 4. cap. 5. ea etiam de cauſa communis patria dicta videtur, quod totius quaſi habitatæ eſſet terræ compendium, in qua omnes plane habitarent nationes. Quod verum eſſe ex lib. 1. cap. 15. Dipnoſoph. Athenæi cognoſcere licet.

ROMA duplex ſtatuitur in conſtitutionibus: vna vetus ſcilicet quam Romulus condidit, altera noua, videlicet Conſtantinopolit, quam veteris & antiquę Romę prærogatiua lętari Impp. voluerunt. l. 6. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. 40. C. de Epiſcop. & clericis, l. 4. C. de operibus public. l. vlt. C. in quibus cauſis pig. Zonaras etiam non ſemel hãc νέαν ῥώμην, vocat. Quinctiam Chalcedonenſis Concilij c. 28. ita ſcriptum eſt, τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα, καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ρν' θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι ῥώμῃ. Briſ. Pr. Goth. Briſ. ad l. 6. C. de ſacroſ. Ec.

ROMA, ſacræ vrbis nomine accipienda eſt verius, Alciato teſte, quam Hieroſolyma, vt Baldus exiſtimavit lege ſecunda, Codice de Nautico fœnore. Sic etiam cum æternam legimus, potius intelligenda eſt vt in l. 1. C. de Suarijs. Inepte facere indicat Viues, qui Romam aſpirant, quia Græci aſpirant quæ incipiunt in ρ. Roma, & vrbs, per Antonomaſiam idem ſignificare videntur: prior tamen latius patet, poſterior arctioribus finibus clauditur. Cum vrbis appellatio, muris: Romæ vero continentibus ædificijs finiatur, atque complectatur ſuburbium l. 2. & Alph. de verb. ſign. Spieg.

ROMÆ appellatio continentibus ædificijs finitur l. 2. ff. de verb. ſignific. Itaque ædificia Romæ fieri ea videntur, quæ in continentibus ædificijs fiunt l. 139. ff. de verbor. ſignif. & penus quæ Romæ ſit legata, non ea tantum quæ intra murum, ſed & quæ intra continentia ſit, debetur l. 4. §. 1. ſi ita, ff. de penu. leg. Briſſonius.

ROMÆ natus dicitur, vt tradit in l. 147. de verbor. ſignific. Teſtent. Clemens, qui natus eſt in vrbis continentibus. id eſt, ſubutbijs. Qui vero in vico aliquo natus eſt, qui vrbi Romanæ reſpondet, licet is patriam Romam habeat, non tamen Romæ natus intelligitur leg. qui ex vico. ff. ad Municip. Spiegelius.

ROMÆ dati tutores quinam dicerentur, explicat Tryphonius l. 45. § Romæ, ff. de excuſat.

ROMANSOLA, ſiue Romandiola, quæ in Feudorum libris aliquoties nominatur, ea pars Italiæ eſt, quæ Ariminum vſque producta, olim Flaminia: & ab Arimino ad Rauennam & Bononiam Æmilia vocitata eſt: quondam Gallia togata: poſterioribus temporibus Rauennæ, Exarchatus. Otto Friſing. lib. Frid. 2. c. 7. Ex quo contingit, vt circa, Exarchatum Rauennatenſem ætatis antiquis ejuſdem Prouinciæ incolis, ea pars Italiæ, quæ antiquis Æmilia dicebatur, nunc Romaniola (quod diminutiuum à Roma tractum noſcitur) vulgo vſque hodie dici ſoleat. Flau. Blondus lib. 1. Decad. Cum Longobardorum gentem, tam multis Italiæ populis, affinitatibus ac ſanguinitate conjunctam, nec ejicere tutum, nec delere humanum videretur: Pontifex Imperatorque conſtituerunt, vbi ſedem diu & ſtatus ſui fundamenta habuerant, genti Langobardæ nomen & ſolum patrium conſeruare: vtque propinquior conjunctiorque nominis Romani memoria fines illi faceret certiores, haberentque illi probatæ erga Romanos fidelitatis vicinos, quibus eſſet cura aut motus eorum compeſcendi, aut magiſtratus renunciandi, quicquid, Exarchatus Rauennatis fines complecteretur, Romandiolam placuit appellare. Item in lib. de Italia illuſtrata: quam longitudinem & nunc habet Rauennatis Eccleſiæ, Exarchatus Prouincia, cujus tota id Romandiolæ nomen olim obtinuit: quod quidem nomen oſtendimus in hiſtorijs Carolum Magnum Pipinum Adriano Pontifici Romano poſt oppreſſos dominioque priuatos Langobardos, ea maxime ex cauſa indidiſſe, quod toto Langobardorum tempore Rauenna cum propinquis aliquot ciuitatibus & oppidis Romano populo fidem conſtantiſſime ſeruauit. Scitum eſt autem quod de Romandiola ſcribit Antonius Florent. part. hiſtor. 3. tit. 20. c. 3. Rodolphus, inquit, electus Imperator obligavit ſe intra certum tempus venire Mediolanum, ſub pœna excommunicationis: quod tamen non implevit, in partibus, Alemaniæ gueris ſibi ſuſcitatis: Vnde nec coronam, nec benedictionem Imperialem ab Eccleſia ſuſcepit: Excommunicatus propter hoc, proceſſu temporis, reconciliationem recepit ab Eccleſia, & in ſatisfactionem Eccleſiæ ipſi conceſſit comitatum Romandiolæ. Ioannes Nauclerus Generat. 27. Itaque Pontifex Imperatorque ſtatuerunt, vt vbi ſedem ducentos & amplius annos, ac ſtatus ſui fundamenta habuiſſent, Papæ Mediolani & in quibuſdam locis alijs trans Padum, genti Longobardæ nomen & ſolum patrium maneret: & vt propinquior conjunctiorque nominis Romani memoria fines illis faceret certiores, quicquid Exarchatus Rauennatis fines complectitur, Romandiolam placuit appellari. Hæc ille. Cum autem Pipinus partem hanc Italiæ Langobardis ereptam Papæ Romano attribuiſſet, aliquanto poſt Pontifex ne ingratus videretur, regnum Galliæ Regi Childerico anili ſuperſtitioni ſtolido ademptum, illi adjudicavit. Ex quo vetus verbum cõprobatum eſt, Aut Regem, aut Aſinum naſci oportere. Prat.

ROMANENSIS, qui alibi ortus eſt, ſed in Roma verſatur: Hinc Romanenſe ſal, non quod Romæ factum eſt, ſed quod Romæ venditur, vide not. in l. cum antea, Cod. de agric. & cenſit. li. 11. Spieg.

ROMANVM, Imperium ad mille ac ducentos perſeveraturum Vectius augurio præſtans conjectavit, quod & verum & comparuit. Siquidem cum Imperarent Cæſares Conſtantij, Romanorum dignitas dilapſa corruit, Byzantium tranſlata, irruentibus in Italiam Hunnis, Vandaliſque ac Gothis. Spieg.

ROMANVM Imperium an ſit juſtum, aut violentum, Albericus diſſerit in l. 1. C. de ſumm. trinit. Spieg.

ROMANVM, vel Cæſareum jus, Idem eſt quod volgo jus commune dicimus, & recte: quia teſte Old. ſupremum & eminentiſſimum eſt, plenum certe humanitatis, æquitatiſque, tot jam annis vnanimi omnium conſenſu (autore Deo) receptum. Idque eſt, quod Iuſtinianus in §. ſed jus quidem ciuile. Inſtit. de Iur. nat. gent. & ciuil. Sed quoties, inquit, non addimus nomen, cujus ſit ciuitatis, noſtrum jus ſignificamus. Spiegel. Prate.

ROMANVS orbis, vide l. 17. ff. de ſtatu hom. l. 5. de metall at. in C. Theod. Caſſiod. libro 3. Variar. Epiſt. penult. Auguſti ſiquidem temporibus orbis Romanus agris diuiſus cenſuque deſcriptus eſt. Saluianus Maſſil. libr. 7. de vero Dei Iudic. Sed vbi apud nos emandatur, aut quæ pars Romani orbis corrigitur? Et Alias. Sed hæc omnia prætermittantur, quæ & in toto ferme aguntur orbe Romano. Briſſ. Prat.

ROMPHÆA gladij genus eſt, Thraciæ nationis: de quo Ennius 14. annal. apud Gell. 10. c. 25. & Valer. Flacc. Argon 6.

Æquaque nec ferro breuior, nec rhomphea ligno.

Et licet Valer. Flacc. mediam corripiat, Claudianus tamen produxit hoc carmine:

Sic ſternat Geticas vltrix romphæa ſagittas.

Alij ſarmicam ſeu teli longinqui genus interpretantur. Et propterea Vlp. Iureconſ. inter arma connumeravit, in l. 3. §. armis, 2. vbi vid. Gothofred. in not. ff. de vi & vi arma. licet apud eum ſciolus quidam romboræ repoſuerit. De romphæa mentio habetur etiam in Apocalypſi beati Ioannis, c. 2. verſ. 12. Hæc (inquiens) dicit, qui habet romphæam vtraque parte acutam. Cot. Verius hac voce & Liu. lib. 31.

RONCALIA, de qua in libris feudorum multis locis fit mentio, lib. 2. tit. 55. § 3. bis exponitur verbis ab Othon. Friſing. lib. Frider. 2. c. 12. Inde caſtra mouens in campo Roncaliæ ſuper Padum non longe à Placentia menſe Nouembri reſedit. Eſt autem conſuetudinis Regum Francorum, quæ & Theutonicorum, vt quotieſcunque ad ſumendam Imperij Romani coronam militem ad tranſalpiſandam coegerint, in prædicto campo manſionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto, ſcutum ſuſpenditur, vniuerſorumque equitum agmen feuda habentium ad excubias proxima nocte Principi faciendas per curiæ præconem expoſcitur: quod ſectatores, qui in ejus comitatu fuerunt, ſinguli ſingulos beneficiatos ſuos per præcones expoſcunt. At ſequenti die quicunque nocturnis vigilijs defuiſſe deprehenſus fuerit, denuo ad præſentiam regis aliorumque Principum vel virorum illuſtrium euocatur. Sicq; omnes omnium beneficiati, qui ſine bona voluntate dominorum ſuorum domi remanſerunt, in feudis condemnantur. Hunc morem Principe ſecuto, non ſolum laicorum feuda, ſed & quorundam Epiſcoporum, id eſt, Hartuici Bremenſis & Vlrici Hanbeiſtatenſis regalia perſonis tantum, quia nec perſonis, ſed Eccleſijs permaliter à Principibus tradita ſunt, adjudicata fuere. Itemque à Gunthero lib. 2.

—— Tum demum ſigna reuellens,
Roncalia properat rapidis attingere caſtris.
Eſt locus Italia modicum ſeiunctus ab vrbe:
Cui quia pulchra ſitu placet, inde Placentia nomen,

Planus

Planus & Eridani placito iunctiſſimus amni,
Effundit latos ſpatioſo limite campos.
Hic quoties claram regnator tendit ad vrbem
Theutonus, Auſonium ſumpturus rite coronam,
Ponere caſtra ſolet: ligno ſuſpenditur alto
Erecto clypeus: tunc præco regius omnes
Conuocat à domino feudalia iura tenentes.
Excubias Regi prima celebrare fideles
Nocte vetuſtorum debent ex more parentum:
At quicumque domi, domino nolente, relictus
Defuerit feudo priuari caria cenſet, &c.

Lotharius Imperator lib. Feud. 2. tit. 52. §. 1. Dum apud Roncaliam ſecundum antiquorum Imperatorum conſuetudinem pro iuſtitia ac pace regni componenda conſideremus. Et tit. 55. Dum ex prædeceſſorum noſtrorum more vniuerſalis curiæ Roncaliæ pro Tribunali ſederemus, a Principib. Italicis non modicas accepimus querelas, &c. Abbas Vrſperg. in Frid. Pro reparando itaque juſtitiæ vigore, omnibus Lombardis & Italicis Roncaliam, vbi mos Lombardorum eſt Iuſtitiam ſuam requirere, & ab Imperatoribus recipere diem certam & curiam publicam ad præſentiam Principum, qui tunc aderant, eidem ſignavit: edictumque eſt ab Imperatore, vt de ſingulis Italiæ vrbibus viri idonei Roncaliam conuenirent, & Barones & alij qui cauſas haberent. Prat.

Roravii milites, & qui Ferentarij, Vide Feſtum.

Rosam, Pompon. in l. 21. §. 1. ff. de aur. & arg. numerat inter ea vnguenta, quæ valetudinis cauſa ſunt parata. Ergo roſam pro oleo roſaceo poſuit: vt Celſ. lib. 8. c. 4. Quod membrana per inflammationem iotum velit, infundenda erit roſa tepida. Hotom. Prat.

Rostra, autore Liuio, dictum eſt templum ſeu forum ante curiam Hoſtiliam, in quo erat pulpitum ornatum ex roſtris nauium Antiatium, inſigni quadã victoria ereptarum, *die Schnobel. oder ſpitz der Schiff*: vt aliud nihil ſit pro roſtris, quam in loco roſtrorum, ſeu ante curiam Hoſtiliam, quæ Senatorum erat, *vor dem Rathaus*, ex quo loco concionari ſolebant, vt apud Pompon. in l. 2. §. exactis deinde regibus, ff. de orig. jur. vbi ait: Placuit publica autoritate decem conſtitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulas eboreas perſcriptas pro Roſtris compoſuerunt, vt poſſint apertius percipi. vide ſupra Pro roſtris. Roſtra nauium, vt putat Bayſius de re nau. Latinis ſunt quæ Græcis dicuntur Acroſtolia. Sunt autem Acroſtolia nauis partes extremæ, quæ facile euellebantur cum colliſitorum fuerat, vt Bayſius idem ex Diodoro alijſque autoribus tradit.

Rota à rotunditate, vel à mendo dicta eſt. Paul. in l. ioqui fundum, §. fin. ff. de contrah. empt. Rota inquit, per quam aqua trahetetur, nihilo minus ædificij eſt quam Situla. Spieg.

Rota pœnalis ſupplicium à Franciſco Rege in graſſatores inſtitutum, vt fractis membris ſemianimes in altum elatis rotæ ſupini imponantur, diuerſiſſimum eſt, à rota illa veterum cui homines alligati crudeliter torquebantur ac diſtendebantur, Nicephorus enim D. Panteelemonem rotam qua membra comminuuntur, ſine damno pertuliſſe ſcribit li. 7. c. 14. In Epiſtola quadam Luciani ad Steſichorum ſic legitur: τοῖς δ᾽ ἄλλοις ἀποκτείνουσι καὶ ἐπὶ τροχοῦ ἐλαύνουσι, Suidas ſic ſcribit: ὁ τροχὸς δ᾽ ὄργανον, βασανιστήριον, ἀπὸ τοῦ τροχοῦ, ὅπερ ἐστὶν ὄργανον βασανιστήριον καὶ ἀλγηδόνος τοῖς σώμασιν, Et paulo poſt, ξύλινός τις ἦν ὁ τροχὸς, ἐν ᾧ διεστρέφοντο οἱ εἰς αὐτὸν ἀναβαίνοντες, Demoſth. 3. 10 Aphob. δεῖ γὰρ δὴ τὸν μέλλοντα ἐπὶ τοῦ τροχοῦ ἐπιβληθῆναι, M. quoque Tullius libro 5. Tuſc. rotam genus quoddam tormenti apud Græcos eſſe teſtatur. Apul. lib. 3. Nec mora, cum ritu Græcenſi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur. Et libro decimo. Nec rota vel eculeus more Græcorum tormentia ejus apparata jam decrant. Prat. ex Cujac. lib. 3. obſer. cap. 28. in fin.

Rotarium ſupplicium etiam veteribus cognitum fuiſſe, oſtendit Adrianus Iunius animaduerſionum lib. 3. c. 12. ex Ammiano Marcellino, & Iulio Firmico. Suidas quoque Rotam exponit pro fidiculis, eculeove quo ſontes extenſi in quæſtione habebantur, &c. Diuerſum tamen rotæ ſupplicium hodierno die vſitatum ab eo, quod Græci τροχὸν appellant, poſt Iunium admonet & Brod. lib. 2. Miſcel. c. 10.

Rotæ aquariæ apud Paul. lib. 4. Sent. tit. 6. ſunt, per quas extollitur vel extrahitur aqua. de quibus in l. 2. ff. comm. præd. & l. 40. §. vlt. ff. de contrah. empt. & apud Cato. de re ruſt. cap. 11. fit mentio. Lamp. in Heliog. Paraſitos ad rotam aquariam & cum vertigine ſub aquas mittebat, rurſuſque in ſummum reuoluebat. Tertullian. Rotas aquilegas vocat in lib. de Anima. A Vitruvio etiam inter ea organa quibus aqua hauritur Rota ponitur lib. 10. c. 9. & alias ſæpe Iſidor. lib. vlt. cap. 10. Dicta, ait, eſt Rota quaſi ruat. Eſt enim machina, qua ex flumine aqua extrahitur. Lucret. in lib. 15. In fluuio verſare rotas atque hauſtra videmus. Vbi hauſtra ſunt rotarum cadi ab hauriendo, quæ Græce ἀντλία vocantur, vt & à Nonio notantur. Riuus vero ille quo per rotam educta aqua in hortum effunditur ἀμάρα, Græcis vocatur, vt in Etym. traditur. Briſſ.

Rotatus ſermo. Turneb. aduerſ. lib. 5. cap. 27. in fin. rotatum ſermonem putat eſſe orationem conuerſione concluſam atque comprehenſam ambitu: quod genus dicendi à Cicerone verſum, ab Ariſtotele κατεστραμμένη appellatur: quo genere loquendi contorta oratio eſt, ideoque breuior, quam ſponte naturâ fuſa.

Rotundæ clauſulæ, apud Quintil. li. 8. intelligendæ, intra quas ſententiæ clauduntur, cum ſequentib. non hærentib. aut. Bud. cui & Rotunde, eſt eleganter, & compoſite, ſine explicate. Sp.

R V

Rubeus & ruſus. generalia nomina ſunt, ad omnia, quæ quomodolibet rubent. Vide Gell. lib. 2. Hermol. in annot. ad Plin. negat Rubeum eſſe Latinam vocem: cum tamen Tyleſio Coſentino teſte, apud autores non malos, ex vuis nigris fieri vinum forte, ex rubeis autem ſuaue legatur. Inſulanus exiſtimat ea vina, quæ medio fere colore ſunt inter alba & rubea, qualia in ægrotum diæta medicis reliquis vinis anteponuntur; & quæ à calore ignis non admodum diſſentiunt, rubella dicenda: citatque Horat. in Serm. & Martial. Spieg.

Rubigo ſcabra, lapilli, margaritæ, gemmæ. l. 25 Ouid. li. 1. Faſtorum. & §. eli. ff. de aur. arg. Varro lib. 5. de ling. lat. p. 49.

Rubiginis deſcriptionem vide apud Plin. lib. 18. c. 17.

Rubrianum SC. cum temporibus Traiani factum eſt, Rubrio Gallo & Cælio Piſone Coſſ. Cujus ſententia exponitur in l. 26. §. ſubuentum l. 28. l. 33. §. 1. ff. de fideicomm. libert. l. 3. ff. de legit. tut. Prat.

Rubrianum SC. l. ſi cum ſeruum. ff. de fideicõmiſſ. libert. Briſſ.

Rubrum colorem cum Ruſo, Alc. lib. 2. Pareg. confundit, deceptus vt Brod. Miſcell. lib. 1. c. 8. exiſtimat, Vernaculo idiomate, ſi quidem Itali tam rubrum quam ruſum, roſſum vocant promiſcue. At ille ad hunc modum eos colores diſtinguendos exiſtimat, vt rubrum natura ſanguinem eſſe dicat: ruſum vero Saxonem aut Britannum: ruſos capillos: ruſſam barbam Germanos quoſdam habere non rubram.

Rubor, pro pudore, qui plerunque mali eſt. Seneca tamen ruborem quoque grauiſſimis viris offundi, autor eſt, pri. Epiſt. lib. 1. Papin. in l. 3. §. fin. de vſur. Quod ſi forte ideo reliquit, vt his vaſis veteretur, non ſine rubore deſiderabuntur. Spieg.

Rubrica, terra rubra, de qua vide Dioſcoridem lib. 5. c. 71. & Matt. comment. Hæc veteres interdum, interdum etiam minio librorum indices, id eſt, titulos notabant: quo factum etiam eſt, vt & pro titulis ipſis capiantur. Vnde Paul. in l. 2. §. recup. ff. de interd. Recuperandæ, inquit, poſſeſſionis cauſa interdicta proponitur ſub rubrica Vnde vi. Hinc illud Iuu. Sa. 14.

- - - perlege rubras
Maiorum leges - - -

Et illud Perſij Satyr. 5.

Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetauit.

Hinc Fab. li. 12. c. 3. Alij ſe ad album & rubricas transtulerunt, & formularij vel legulei eſſe maluerunt. Ouid. lib. 1. triſt.

Nec titulus minio nec cedro charta notetur.

Turneb. lib. aduerſ. 4. c. 5. Rubricas ſcribit veteres tantum poſuiſſe in publico legitimoque jure, vt maieſtas legibus accreſceret, capitibuſque earum ſiquidem inſignia & ſanguineum quiddam & cruentum fortaſſe etiam minantib. nec ad Prætoria album pertinuiſſe: tũ etiam ICtorum libros rubrica notari non ſolitos. Hæc parum mihi cum ſuperiorum autorum autoritate conuenire videntur: nec probabile eſt alijs omnibus eum librorum ornatum, ſolis ICtis ex cepta concessum fuiſſe. Notat idem Turnebus, Democritum phyſicum grauiſſimum; ea quæ expertus erat, conſignaſſe rubra cera anulo impreſſa, & poſtea commentariis commiſiſſe. Vitruu. Admiror etiam Democriti de rerum natura volumina, & ejus commentarium, quod inſcribitur χειρόκμητον, in quo etiam vtebatur anulo, ſignans cera ex milto, quæ eſſet expertus. Aduertendum autem quod rubricæ ſui natura ad ſubſequentem textum referendæ ſunt, à quo vel reſtringuntur, vel declarantur. l. aſſe. ff. de hæred. inſtit. Si quidem de particulæ natura, materia ſubſequentis demonſtratiua eſt l. idem Pompon. ff. de arbitr. Cæterum ſi quæ rubricæ diſponere videntur, id non ex propria natura, ſed ex aliqua extrinſecus accedente ratione fit: veluti quoties contextus integer non extat: vt in pleriſque Codicis titulis, quibus ſubiecerat leges Græcas Iuſtinianus, quæ hodie beneficio τῶν βασιλικῶν extant fere omnes. Cum enim veriſimile ſit, cõcordaſſe rubricam cum textu, probabiliter ex rubrica conjicimus, quid in textu olim fuerit. Verum rubrica, cujus extat textus, non minus atque ille allegari poteſt, vt rubr. l. 1. C. ne fidejuſſ. dent. licet ex contextu potius agatur, quia ille principalior. Sin autem rubrica clarior, textum ſubſequentem ambiguum declarat. Sicut enim vna pars legis aliam declarat, l. ſed & poſteriores. ff. de leg. & ex præcedentibus ſubſequentia explicantur, l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. ita ex tit. lex ipſa interpretationem poteſt capere: attamen quam rubricæ ſpecialis, generalitas textus prior habenda eſt: quod voluit probata Gloſſ. in Authent. de inceſt. nupt. in verb. illicitas Pratei.

Rvctare, Horat. Ducentos ſæpe dies verſus ructabat, ſtans pede in vno. In Catuli emaculatioribus exemplaribus legitur.

Inde pede ſtans fixo carmina ructat hyans. (hic verſiculus,

Eructare quoque pro eo quod eſt efferre & egerere de inanimis leger. Io. Bapt. in comment. Epiſt. Sido. Apollin. lib. 12.

Rvdæ ædificium, in l. 1. ſub fin. ff. de impenſ. in reb dot. fac. juxta vulgata exemplaria. Verum Haloander legit, ædificium ruens, ſane clariore ſenſu. Prat.

Rvderare exponit Budæus referente Turneb. aduerſ. lib. 2. c. 3. ſtatumini ſuperinducere cum calce & arena, vt rudere nouo rediuiuo, id eſt, ex vetere ædificio ſumpto, non nuper effoſſo, & quod conſtat è cemento. Vitruu. lib. 7. Tunc inſuper ſtatuminetur minore non ſaxo, quam quod poſſit manum implere: ſtatuminibus inductis ruderetur, & mox. Inſuper ex teſta nucleus inducatur. Statumina autem vocat lapides & cementa libralia & manalia, ſine calce & arena. Prat.

Rvderatvs ager, qui veterum ædificiorum materia ſcatet.

Rvder, ruderis, vide Rudus, ruderis.

Rvdetvm locum rudere completum Cato vocat, Rudetarium cribrum Vilius & furfurarium Apuleius dixit. Qui rudetarium cribrum farri & rudiora horeamina, ſudarius ille vocitatur. Bapt. in comment. Epiſt. Apollin. ad Aumaſtum lib. 5.

Rvdes illi dicuntur per tranſlationem, qui adhuc animum non expoliuere diſciplinis & doctrina, rerumque vſu. Notum, quod quoſcunque à munere quouis in ocium reſtitutos, vel ob ætatem, vel ob imbecillitatem rudem accepiſſe, veteres dixerunt. Spieg.

Rvdes lapilli vel gemmæ, l. 5. §. fin. ff. eod. tit. nondum ornati, apiati. Prat. (ducti. Prat.

Rvdes parietes, l. 44 ff. de vſufruct nullo dum tectorio opere in-

Rvdis animus Iuſtiniano in § his igitur. Inſt. de juſt. & jur. dicitur nondum firmus, nec vlla doctrina imbutus: ſicut & l. 2. §. ſed cum perſpeximus. C. de vetere jure enuel. Aldob §. his igitur. Similiter & Cicero de Natur. deor. rudem vocat nondum cultum, ſed ignatum.

Rvdis maſſa, impolita, §. ſi quis ex aliena. Inſtit. de rer. diuiſio.

Rvdis materia non facta, neque in opera conjecta, l. 19. §. infecti, ff. de aur. & arg. Prat.

Rvdis ſervus tit. de ædil. edict. eſt, non qui diu non ſervivit, ſed qui ſemper eſt habitus à venaliciario, vt nulli miniſterio præponeretur Hugo Donel. de ædil. edicto.

Rvditas, pro imperitia. Budæus Rudem pro Ruſtico apud Iuvenalem obſeruavit.

Rvdvs, eris, quod & raudus, proprie rem aſperam & imperfectam ſignificat. Dicitur autem novum & vetus rudus, ſed diverſo ſignificatu. Novum rudus, materia pauimenti eſt: vti ſaxa de nouo contuſa, ſeu teſtæ confractæ, cum calce, ad pauimentum faciendum. Vide Vitruu. lib. 7. Vetus rudus eſt materia pauimentorum, quæ lapidibus & teſtis confractus, calceque arenæ commiſta conſtat. Vlp. in l. 3. de ſeruit. præd. ruſt. jus eſſe ei, inquit, terram, rudus, ſaxa in fundum tuum jacere, &c. Spieg. Prat.

Rvdvscvlvm non modo pro ære infecto vulgus vſurpat, ſed etiam pro ſignato: vt quum dicitur in mancipando, Ruduſculo libram ferito: id eſt, aſſe tangito libram. Feſt. Hot. Prat.

Rvere, quod ad ſtipulationem damni infecti attinet, in qua hæc hæc verba, ſi quid ibi ruerit, poni ſolebant l. 18. ff. rem. rat. hab. non videtur quod aut vento, aut omnino aliqua vi extrinſecus admota cadat, ſed quod ipſum perſe concidit. l. 43. ff. de dam. inf. Briſſ. Prat.

Rvfvli appellati ſunt tribuni militum, non à populo, ſed à Conſule facti, quod de eorum jure Rutilius Rufus legem tulerit. Hi poſtea mutatione vnius literæ, Rotuli ſunt appellati, Feſtus. Tribunorum autem militum, vt docet actione ſecunda in Verrem Pædianus, duo genera erant. Primum eorum qui Rofuli vocantur, hi in exercitu creari ſolebant. Alij fuerunt comitiati, qui Romæ Comitiis deſignabantur. Patet itaque non omnes tribunos militum populi ſuffragio creatos, & qui creabantur primum creare cœpiſſe, Qu. Seruilio II. & L. Genucio II. conſulib. De iiſdem meminit Liuius lib. 9.

Rvina proprie caſum ſignificat alicuius rei quæ concidit, vnde ruinam minari apud Iuriſconſ. in l. 1. §. t. de Cloac. Nam & cœlum peſtilens, & ruinam minatus immundicie cloacarum. Eſt autem Cloaca non Latrina, vt vulgo loquimus, ſed vt ipſe Iuriſc. definit, locus cauus, per quē colluvies quædam clavi fluat. Vide ſupra Cloaca. Plinius pro morte vſurpat, vbi ait, prodigium in noſtro æuo Neronis Principis ruina factum.

Rvmor, modo pro nominis exiſtimatione, modo pro fama, hoc eſt, diſperſo, popularique ſermone ponitur; Vtraque vox in bonam & malam partem capitur. Spec. oſtendit rumorem vanum, cui nec obeſſe nec prodeſſe debere tit. de inſtr. edit. Vide & eumdem in tit. de Notor. crimin. Sane quantum famæ vel rumori præſtandum ſit fidei, plurimum in arbitrio judicis verſatur, plerunque enim vt Alciat. ait, reperiuntur rumuſculi vero abeſſe. Recte autem interpretes rumorem ſeparant à fama. Fama enim eſt communis quædam vox & opinio hominum multo tempore præduranſ, alias in bonum alias in malum à ſando ſcilicet appellata c. 3. loco de præſump. 33. q. 6. c. Si duo viri. Rumor vero eſt particularis ſermo in populo recens natus, vnde ſolet ſæpe contra veritatem ſpargi l. fin. ff de hæred. inſtit. Old. in Topic. legibus in loco à forma.

Rvmpendi verbo vtebatur lex Aquileia. l qui tabulas, 27. ff. de furt. l. furtum. 7. §. 2. ff. arbor. furtim Cæſar.

Rvmpere flagris ſervum in l. 9. §. pen. ff. de injur.

Rvmpere mulam onere, l. 30. § qui mulas, ff. locat. Briſſ.

Rvmpere, id eſt, frangere, ſic Rumpere denuntiationem, l 23. §. vlt. ff. de appellationib. & Rumpere fidem. vide lib. 6. Briſ. item Rumpere pacem dixit Silius Italicus, l. 1. ſub initium. Briſſ.

Rvmpi pedamenta vitium natiua, ſunt ejus generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traducet, quidam Rumpos appellant. Brec. in l. pali & perticæ, ff. de verb & ſer. ſig. vide ſupra, Ridica. Vbi 4. pedamētorū genera indicātur.

Rvmpi teſtamentum dicitur, cum permanente ſuo in ſtatu teſtatore caſu aliquo euertitur, vel ipſius jus vitiatur, l. 3. §. 2. ff. de injuſt. rupt. & Iuſtit. in pr. tit. quib. mod. teſt. Velut adgnatione poſthumi, adoptione vel arrogatione filij filiæve, alterius teſtamenti factione, dummodo hæres ex eo eſſe potuerit. Iſid. lib. 5. Etym. c. 24. Ruptum teſtamentum inde dictum ait, quod naſcente poſthumo, neque exhæredato nominatim, neque inſtituto rumpitur. Prat.

Rvperit in leg Aquilia, corruperit ſignificat l 27. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. 7. §. ſi quis radicitus, ff. arbor. furt Cæſ. l. 52. in fin. ff de oblig & act. l. 70. §. 1. ff. ad Trebell. Et ideo qui veſtimenta ſciderit, & qui inquinaverit, & qui nauem perforaverit, & qui vulneraverit, & qui virgis, loris, pugnis ceciderit, vel telo, aut quo alio ſciderit corpus, rupiſſe intelligitur d. l. 27. §. ſi quis teſtam. §. ſi nuam. §. rupiſſe. eod. Briſſ. Adde Bald. comment. ſuper Inſtit. tit. de lege Aquilia.

Rvpisse eum quoque videri docet Vlp. in d. l. 27. ff. ad leg. Aqu. qui oliuam immaturam decerpſit, vel ſegetem deſecuit immaturam, vel vineas crudas, aut pratum immaturum, aut ſylvam cæduam immutatam ceciderit, Gœd. ad l. pratum eſt 31. nom. 1. ff. de verb ſign.

Rvpisse item videtur, qui corrupit. Vlp. l. prætor. Vi bon. rapt. Alphenus l. qui inſulam. Loc. Qui mulas ad certum pondus oneris locarat, cum majore onere conducere eas rupiſſet. Idem de injur. Offerendus eſt ſervus præſidi, qui eum flagris rumpat. Idem: Si magiſtratus municipalis ſervum meum loris rupetit, ex Bud. Spieg.

Rvpitias in 12. tab. ſignificat damnum dederis: ait Feſtus. Hoc

Rvptvm teſtamentum. Tria ſunt vitia, quibus omnibus teſtamenta infirmantur. Vitium ſcilicet injuſti, rupti & irriti. Quāvis autem poſſimus, & quod irritum eſt, & ruptum vocare, & quod ruptum eſt, irritum, & quod injuſtum eſt, aut rutum, aut irritum, atque ijs nominibus plerunque ſine differentia vtamur; commodius tamen viſum eſt, ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: ideo quædam non jure facta dicuntur, quędam jure facta rūpi, vel irrita fieri. §. alio. qui. mo. teſt. infir. Inſtit. Quid injuſtum, quidve irritum ſit teſtamentum, ſuis locis diximus. Cæterum, ruptum illud eſt teſtamentum, quod cum jure factum eſſet, eodem in ſtatu manente teſtatore, tribus maxime modis redditur inutile: Primo, adgnatione ſui hæredis l. 1. ff. de injuſto, rupto, & irrito reſtamen. ſi enim patri, poſt teſtamentum factum, filius in poteſtate futurus naſcatur, ejus natiuitate proculdubio rumpitur teſtamentum. Secundo, poſteriore teſtamento jure perfecto prius rumpitur, ſiue ex eo adeatur hæreditas, ſiue non §. poſteriore Inſt eodem tit. ſufficit enim quod ex eo exiſtere hæres potuerit. d. l. eodem. Tertio, ſi quis poſt factum teſtamentum adoptaverit ſibi filium, teſtamentum ejus rumpitur, non minus quam adgnatione filij, §. 1. eodem tit. Inſtit. Anch.

Rvptvm intelligitur, quod quoque modo corruptum eſt, ait Imper. §. 8. ad l. Aquil.

Rvra veteres incultos agros dicebant, id eſt, ſylvas & paſcua; Ex libro varior. auctor. de limitibus: Nec dicuntur, vt vult Varro lib. 4. ling. Lat. quod rurſus ex iis percipiantur fructus, ſed à Græco ἄγρων, prima litera abjecta. Prat.

Rvricatvs, quod eſt ruris, vel eorum proprium, qui rura degunt. Rureſtre opus, l. milites, C. Locati. Spieg.

Rvrsvs pro contra interdum vſurpari Servius notat in illud Virgil. lib. 3. Georg.

Rurſus cura patrum cadere & ſuccedere matrum
Incipit. ——

Sic accipitur in l 21. §. ſi filio. & l 88. ff. ad l. Falcid. l. 36. in fin. ff. de jur. dot. l. 1. ff. quando appell. ſit, l. 31. ff. ad Trebell. §. rurſus, Inſt. de act. vti ruſus ex diuerſo bis ἀντ' αὐτῶν, Inſtit. dixit. Sic & apud Quin. li. 4. c. vlt. & alias ſæpe hęc vox accipiēda eſt. Br. Ps.

Rvrsvs, pro denuo de bina etiam vice intelligendum eſt l. 1. §. ſi cui. ff. Vt leg. nom. caueat. Bart. in l. fideicommiſſ. §. ſi quis decem de leg. 3. Spieg. Prat.

Rvs, eſt omnis locus extra vrbem, vbi agri ſunt & villæ, Inde ruſticari l. 1. Cod. Si curial. relict. ciuit. rus habit. Rus non eſſe præſe-

præſtendum ciuitati, obſeruatum eſt. In ciuitatibus enim legibus ex æquo viuitur, in agris licentius agitur. Spieg.

Rvstica mancipia ab vrbanis non loco, ſed genere vſus cognoſcuntur, l. vrbana, 1. ff. de verb. ſig. l. ſeruis vrbanis & l. eam quæ rerettur, de leg. 3. l. quemadmodum, ff. de ſupel leg. l. ſi prædium C. de præd. minor. Sic etiam vrbana prædia à ruſticis non loco ſed qualitate, vſu, materiaque diſcernuntur, l. vrbana 2. ff. de verb. ſig. Neratius tamen ea loco diſtinguit, l. 2. ff. de ſecu. inſt. præd. l. eo jure, ff. in quibus cauſ. pign. Prat.

Rvstica tribus: vide infra, Tribus.

Rvsticanum quod ad ruſticum pertinet.

Rvsticæ ſeruitutes, id eſt, prædiorum ruſticorum, l. 1. ff. de itinet. actu. priuat.

Rvstici nuncupantur generaliter omnes, qui ſine nobilitatis jure agriculturam exercent, ſiue ſint ſui juris, ſiue alieni. Sed vnde eſt, dices, quod ruſticum nomen ad injuriam ſæpe proferamus? Vt apud Virg. Eclog. 2.

Ruſticus es Corydon.

Respondeo: Cum vita cultior à rudi in vniuerſum eſſet aliquo hominum exemplo declaranda, altera nuncupata eſt vrbana, quia ex virorum doctorum conuerſatione, moribus & lingua ſolet in vrbe formari: altera vero ruſtica, quandoquidem ruri nulla eſt educationis, nulla loquendi peritia. Inde dicimus vrbanitatem, quæ opponitur ruſticitati: & ruſtice loqui eum, qui barbare loquitur, aut inculte. Cæterum per hoc nihil detrahitur dignitati agriculturæ, quam nobiliſſimi Romani exercuerunt, & noſtri quoque nobiles exercent per alios, honeſtiſſimo lucro. Prat.

Rvsticitas eſt ſimplicitas animi, ſine fraude & dolo, vt in l. 1. ff. de interrog. act. & in l. 2. §. 1. ff. ſi quis in jus vocat. non jur. Vbi Paulus ICtus parcendum cenſet ruſticitati hominis.

Rvsticvs quis dicatur docet Bart. in l. cõficiuntur, ff. jur. de eod.

Rvta cæſa ſine copula à veteribus pronuntiabantur, ſicut & alia multa l. 5. §. Idem, lul. ff. ad exhiben. l. 38. § fin. ff. de act. empt. Ea autem dicuntur, quæ venditor poſſeſſionis, ſui vſus gratia, concidit, ruendaque extraxit. Et ruta quidem quæ eruta ſunt, vt arena, creta, & ſimilia: cæſa, ea quæ cæſa, vt arbores cæſæ, & carbones, & his ſimilia, eſſe vult. Vlp. l. 17. §. ſi ruta ff. de act. empt. Granaria item quæ ex tabulis fieri ſolent ſi eorum ſtipites ſupra terram ſunt, & vt tegulas, quæ nondum ædificiis impoſitæ ſunt, rutis & cæſis cedere, dicit Iauolen. 18. ff. eod. Qu. Mutius Ruta cæſa definit, quæ neque ædium, neque fundi ſunt: & in rutis cæſis ea demum ſtatuebat, quæ terra non tenerentur, quæque opere ſtructili, tectoriove non continerentur, l. 66. in fin. ff. de contrah. empt. l. 241. de verb. ſign. Cicer. 2. de Orat. Te, cum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe. Ea ſolita fuiſſe in venditionibus excipi idem in Topicis ſcribit. His opponuntur fixa junctaque d. l. 38 ſecundum vulgarem ſcripturam, quam Florentinæ præfert, I. Cujac. vel infixa inædificataque, l. eum fundus, ff. de inſti. vel inſtrum. leg. ... lib. Liu. lib. 39. adjicit immolita: quo nomine quæque circa ædificij formam molita ſignificantur, vt in legibus limitum: Ne quis eos limites decumanos obſepito, neve quid eis immolitum, neve quid ibi poſitum habeto. Prat.

Rvtabvlum eſt quo ruſtici in protucendo igne panis coquendi gratia vtuntur, eto lib. 16. Prat.

Rvtilans ſanguine, rubeſcens, l. milites, C. de teſtam. milit.

Rvtilivs, Maximus ICtus, librum ſingularem, id eſt, μονόβιβλον, ſcripſit ad legem Falcidiam, ex quo tantum ſupereſt nobis l. ſi hæres, ff. de leg. 1. Eſt autem is Rutilius ex ICtis nouis. Is qui citatur in l. ſi habitatio, § vſum de vſo & hab. & l. 1. de arb. cæd. & l. 1. §. ligna de penult. leg. eſt ex veteribus nempe P. Rutilius Rufus P. Mucij diſcipulus, qui Romæ conſul fuit cum M. Manilio, & Aſiæ proconſul, vt eſt in l. 2. ff. de orig. jur. vel ſi Aſconio credimus in Diuin. Aſiæ proconſulis quæſtor, aut legatus, vt ſcribit Liu. 70. Hic etiam Rutilius rerum Romanarum hiſtoriam ſcripſit, autore Athenæo in lib. 6. δειπνοσοφιστῶν, cap. vlt. & Velleio Paterculo in lib. 2. Scripſit & de vita ſua libros aliquot, quorum autoritate ſæpe vtitur Chariſius & orationes complures, Cujac. 2. obſeru. 27.

Rvtrvm, autore Feſto lib. 16 quo arena eruitur. A ruendo quidam deduci volunt. Nonius à radendo. Lucilius: Frumentarius eſt, modium hic ſecum atque rutellam vna adfert: proinde quaſi inſtrumentum ſit hoſtorium ad æquandam menſuram & radendam: cum tamen ſignificare poſſit inſtrumentum, quo fruges corruuntur in modium, id eſt, conjiciuntur. Prat.

S.

S. F. S. Sine fraude ſua, vt in lege Iulia de adulterijs, Retinere adulterum horas viginti ſine fraude ſua jure liceat, vt ait Vlp. in l. 2. 5. ff. de adult. Valerius Probus inter notas refert. Hot. Pr.

Σάβανα, Sabana, vox in Baſilicis vſitata, lintea ſignificat, quibus in balneis loti ſiccarentur. Marcellus Exmagiſter officiorum lib. de medicament. Caput lanes & craſſa ſabano diligenter ſiccabis, ſpongiis demerſis, & linteo vel ſabano intorto vtrinque expreſſis. Radices betæ lauabis, & expreſſas ſabano ſiccabis. Prat. vide Cujac. 9 obſer. 1.

Sabbatarii, qui ſabbatum obſeruant: quod faciunt etiam nunc Iudæi.

Sabbatvm, Σάββατον, Hebræis quietem ſignificat. Greg. Nazianzenus, εἰς τὴν ἀργὴν ἢ ἀνάπαυσιν ... τὴν ἀρχὴν ἀπὸ ... ἀναβαίνειν, δῆλον, ... ἐπιβαινούσης ... ἐπὶ τῶν ἔργων. Sabbatum ab hebdomade ſedis Dei dictum ſit Tertullianus lib. aduerſus Valentinianos. Sabbatum diem commemorant Impp. l. 2. C. de Iudæis, Prat.

Sabbatvm Iudæis ſignificabat totum tempus ſeptem dierum: quod & Hebdomas dicitur. Vnde Hebræi Septimanam numerabant, veluti primum diem ſabbati, ſecundum, tertium diem Sabbati: ſicut Gentes ab elementis idoliſque, diem Lunæ, diem Martis, Mercurij, & cæteros dicebant. Hos dies ſanctificationibus deſtinatos, Ferias in Iure dicunt: quo & cautum eſt, ne ſabbato Iudæi conueniantur l. die ſabbato. C. de Iudæis, nec ipſi Chriſtianos, cum ob æqualitatem in judicijs ſeruandam, tum quod ipſi item non ſeruarent ferias ſuas, conuenire poſſunt. Abſurdum ſane, quod pleriqne doct. tradunt, Iudæos non poſſe renunciare huic fauori ceu publico. Nam ille in Iudæis locum non habet, qui ſerui ſunt: & quicquid eis permittitur, à ſola humanitate proficiſcitur: vnde nihil per hoc juris fauoris publici acquiruut per bonum, vt Zaſ. ait, text. in l. Iudæos, l. fin. §. illud. Cod. de Iudæis. Vide ipſum in l. nulla juris ratio. ff. de leg. Obſeruandum autem, quod hactenus parum vulgo cognitum, Iudæis eſſe tria ſabbatorum genera. Primum eſt vulgarium ſabbatorum, quæ ſeptimo quoque die recurrunt. Secundum eſt magnorum Feſtorum, vt prima dies Septembris, Feſtum propitiationis, primus dies feſti tabernaculorum, prima dies feſti azymorum. Tertium genus eſt ſabbatum, quod ea feſta quæ pluribus diebus aguntur, concludit. Cujuſmodi eſt ſeptima dies azymorum, & octaua dies feſti tabernaculorum. Et hoc genus Sabbata recte dicuntur δευτερόπρωτα, id eſt, ſecundo prima, quaſi dicas, prima ſecundario repetita. Porro ejuſmodi δευτερόπρωτα, in nullo feſto, præterquam azymorum & tabernaculorum, obſeruantur. Vnde apparet ſpicas, quas Lucas ait ſabbato ſecundo primo fuiſſe euulſas, ſeptimo die azymorum fuiſſe decerptas: idque fortaſſis eo intuere, quo Chriſtus à feſto Paſchatis, cujus Ioannes meminit, ex Iudæa in Galilæam rediit. Nam ſecundo primo feſti Tabernaculorum ſabbato, nulla ſpica nullaque ſeges in vllo Iudææ agro reperiri poteſt. Igitur, quod nunc clare intelligimus apud Lucam capit. 6 teſte Eraſmo quid ſit ſabbatum ſecundo primum (qui locus hactenus pleroſque magnæ famæ viros torſit) colligitur. Porro magno myſterio accipienda ſunt in Diuinis tabulis ſcripta hæc verba, diem ſabbati ſanctifices. Nam complectuntur verbi prædicationem, & omnes cerimonias probatas ad cultum & honorem Dei nos perducentes, vt eas diligenter conſeruemus, totumque ſabbatiſmum non niſi in laude & ſanctificatione diuini nominis tranſigamus, ſepoſitis operibus ciuilibus. Vide Old. in Diuin. tab. præcept. 5. Sp. Adde Turneb. Aduerſariorum lib. 25. c. 19.

Sabinvs notas ſcripſerat, vt apparet ex l. 45. ff. de lega. 3. & Sabinus & Caſſius conjunguntur. l. 3. §. vlt. ff. de liber. exhibeo. Diſſentit Proculus à Sabino in l. ſi duo, in fi. ff. de ſolut. Briſſ.

Sabiniani & Proculeiani ſectæ & familię erant juriſconſultorum inter ſe pugnantium, cum prius tam varium, tanquam controuerſum jus eſſet, vt quod vni placeret, alteri non placeret ICto, quod Cic. multis locis ſuo tempore fieri conqueritur. Horum fit mentio in §. cum ex aliena Inſt. de rer. diuiſ. Briſſonius.

Saccarivs, bajulus, qui ſacco defert, tranſfertque merces, aut quid aliud, vel qui ſaccis geſtandis quæſtum facit. Et ſaccaria negociatio, quæ circa ſaccos verſatur, Paul. in l. qui fundum. §. venit autem. ff. de contrah. empt. Non magis, ait, quam ſi quid ex ſacco ſaccarij excidiſſet. Prat.

Sacconas apud Cic. lib. 7. ad Attic. epiſtol. 13. à ſaccis pecuniæ vocabulum deductum: vt enim à bucca bucco, à pera pero, à Druſis Druſo, ſic à ſaccis ſacco ducitur. Prat.

Saccvlarii in l. ſaccularij 7 ff de extraord. crim. definiuntur, qui vetitas in ſacculis artes exercentes, partes ſubducunt, partem ſubtrahunt. Id eſt, qui magica arte credebantur ſacculos, in quibus homines pecuniam gerunt, incantare & ſubducere. Veteres enim magnam vim magiæ eſſe putabant, vt & ejus vi meſſes alio traduci poſſe cenſerent, excantatis ſegetibus. Diximus, ſubducunt vel ſubtrahunt: quia incertum eſt arte hoc fiat an manu. Subducimus enim arte, vt ſi carminibus vel qua alia ratione: Subtrahimus manu. Ejuſmodi præſtigias deſcribit Synesius in epiſt. Eotbalij cujuſdam, quem & βαλλαντιοτόμον vocat, id eſt, ſaccularium, qui cum in mulcta ſoluenda vnum ſacculum oſtentaſſet, in quo erant aurei nummi, & huic ſimilimum alium occultaret, in quo erant ærei, numerata & appenſa pecunia aeres, & ſuo reddita ſacculo, mox clam alterum pro altero ſuppoſuit & tradidit. Iidem etiam Sacellarij dicuntur: & Sacellus βαλάντιον gloſſis. Marcellus de medicamẽtis. In ſacello lineo ad frontem ſuſpendes. Saccularius autem eadem

formæ dicitur quæ Manticularius apud Tertull. in Apologet. cap.43. Prat. vide Cujac. 10. obſ. 57. Turneb. lib. 9. adverſ. c. 17. Gothoſ. ad d. l. Sacculatij, 7.

SACCVM & Sacculum pro marſupio, loculis, crumena, repoſitorio, & reconditorio nummorum dicunt Iureconſulti in l. cum ff. de ſolut. l. 1. §. ſi pecunia, l. 56. §. ſi Titius, & l. 59. ff. depoſiti, l. vlt. ff. de leg. commiſſ. l. 30. §. quid ergo, ff. de vſufr. l. 3. §. ſi pluſquam, ff. de ſtatulibe. l. 21. §. 1. l. 77. ff. de furt. Horatius libro 2. Serm. Sat. 3.

Menſam poni jubet atque
Effundi ſaccos nummorum.
Martial. lib. 5. Epigr.
Excuſſi loculoſque ſacculumque.
Iuuenal. Sat. 14.
Interea pleno cum turget ſacculus ore,
Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

Feſtus lib. 4. Dirutum ait æs inde dictum, quod diruebatur in fiſcum non in militis ſacculum. Auguſt. lib. 2. de moribus Manichæor. Cum & de proprio ſacculo diligenter occultato pecunia cupioſa ſuppeteret. Nonius Marcel. Marſupium ſaccum interpretatur. Suidas, συκίππιον, βαλλάντιον, μαρσίππιον, ἐξ οὗ καὶ συκελλάριος. Briſſ. Paul. de ſolut. Quod dicimus, hæredes debere ſtatim ſoluere, cum aliquo temperamento intelligendum eſt, nec enim cum ſacco adire debet. Quæ Pauli verba, licet fere proverbialiter dicta videantur, frequentiore calculo accipi de eo, qui petit rem abſque mora ſibi præſtari, & ideo cum ſacco debitorem adeat, tanquam mox recepturus. Alc. tamen magis placet, ſi ad ipſum hæredem referamus. Eſt autem & ſaccus Hebræi ſermonis dictio: Latinis quoque cum Græcis communis. Quas voces enim origine Hebræas Latini habent, eaſdem & Græcas eſſe, Alciat. tradit cap 8 lib Parerg. 2. Spieg. Denotat autem illis plerunque vilem, contemptum, ſordidum & quaſi lugubrem veſtitum. Solebant enim illæ gentes in omni majore dolore animi & luctu ſe tali veſtitu veſtire, humi cubare, cinere aut puluere conſpergere, & tenuiter parco ac vili cibo victitare.

In SACCVLO ponere, & numerare opponuntur in l. 3. §. ſi plus quam, ff. de ſtatulib. Briſſ.

SACELLVM vulgus Capellam vocat. Cenſorum erat curare, vt ſacella non in domo cuiuſquam eſſent. Quod obtinet nunc jure Pont. Varro de ſacellis librum edidit, temporis injuria amiſſum penitus De eo libro vide diuum Auguſtinum cap. 3. ſexti de Ciuitate Dei. Non approbat A. Gellius omnia quæ de Sacelli nomine à C. Trebatio 2. de Religionibus libro tradita ſunt. Feſt. Pomp. de Veter. verb. ſignif. libr. 17. Sacella, inquit, dicuntur loca dijs ſacrata ſine tecto. Hinc conſequens eſt, teſte Camerte noſtro, vt non idem ſit ſacellum & ædicula, quam vulgo Cappellam vocitamus, quod non ſit de hujus ædiculæ ratione forma ſine tecto eſſe Vide, Capella. Spieg.

SACER cognitor in l. 3. C. vbi Senator, l. 5. C. quo. appell. non recip. cui audientiam cauſæ vice ſua Princeps mandavit. Qui & ſacri auditorij cognitor in C. Theod. vocatur. Et judex ſacrarum cognitionum in quadam inſcriptione Italica, ex qua alia Romana inſcriptio ex Thermis Conſtantini deſcripta emendanda eſt, in qua judex ſacrarum conſtitutionum pro cognitionum legitur. Briſſ. Prat.

SACERDOS dignitatis & honoris nomen Panorm. in ca. ſi ſacerdos. de off. ordin. Prat.

SACERDOS, vox Latina ſignificat miniſtrum ſacrorum, hoc eſt, hominem Deo dicatum, conſecratumque ad faciendum ſacra, Deriuatur enim vox à ſacris. Sacra vero ſunt, quæcunque veniunt ſub nomine religionis & iuſtitiæ conſiderandæ, ſacræ, in primis leges. Hinc & ſacerdotes iuris appellantur: quod ſanctiſſima res ſit ciuilis ſapientia. Vide Bub. in l. 1. de Iuſt. & Iur. Spieg.

SACERDOTES curatores ſacrorum, quos majeſtate Dei, & ſacris vacare oportet. Paulus in l. Non diſtinguemus, §. Sacerdotiu. ff. de recept. Old.

SACERDOTIVM, & ſacerdotis dignitatem, & prouentus ſignificat. Nam conſtat, apud gentiles ſacerdotium quoque dignitatem fuiſſe t. ff. ad leg. Iul. de Amb. l. non diſtinguemos, in pr. de Arbitr. Curabant etiam ludos quos in honorem deorum populos faciebat. Vnde Syriarchæ, Lyciarchiæ, Phœniciarchiæ nomen, à Prouincijs quibus præerant l. 1. C. de Nat. lib. l. 1. C. de Off Com. Orient. Hinc & ſacerdotiæ munus, quod patrimoniale fuiſſe traditum eſt, l. antepen. C. de Moner. Patrim. lib. 10. Præterea fuerunt apud illos ea ſacerdotia, qualia apud Chriſtianos Beneficia vocantur. Spieg.

SACERDOTIVM non tantum honori perſonarum, ſed & majeſtati Dei indulgetur, cujus ſacris vacare ſacerdotes oportet. autor Paulus l. non diſtinguemus, ff. de Recept. arb. Spieg.

SACERDOTIVM in l. 37. § ſacerdotio. ff. de pactis. Sacerdotiũ etiam in Prouincijs & municipijs l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu l. 17. de muner. & honorib. l. 8. ff. de vacatio. muner. l. 8. ff. de excuſ. tutor. l. 1. C. de natur. lib. l. vn. de peric. ſucceſſ. lib. 10. C. Quod Patrimonij munus eſſe ait l. 8. de munerib. Patrimon. lib. 10. Iul. Fir. lib. 4. Matheſ. c. 15. Faciet quoque nobili poteſtate pro climatis genituræ menſura gymnaſiarchas Prouinciarum Sacerdotes. Verſabatur autem Sacerdotiorum munus in adparatu, editione & exhibitione ludorum, vt oſtendit l. vlt. de expenſ. ludor. in C. The. Inde Sacerdotiorum editiones, in l. 1. de ſpectacul. in C. Th. Briſſ Prat.

SACERDOTVM duo genera erant apud Romanos: Alterum, quod ad placandos Deus conſtituebatur, vt ſacris præeſſet ſolennibus: Alterum quod prædicta vatum, ſeu reſponſa, in quibus arcanum aliquid ſemper putabant latere, interpretabatur ijs, quorum ſcire intererat. Sic autem dij, vel reuera dæmones, ſtupidis Gentibus multifariam imponebant. Quandoquidem ipſe Satanas (inquit Paulus, 2. Corint. 11. transfiguratur in Angelum lucis. Olden. Prat.

SACER locus, qui rite per Pontifices conſecratus eſt. Gloſſ. l. 1. ff. Ne quid in loco ſacro. Inſtit. de rer. diuiſ. §. nullius. Spieg.

SACRA alia Cœlius li. 9. cap. 33. annotat, Thebis fuiſſe ἱερὸν λόχον, id eſt, Sacram cohortem, quam Gorgidas inſtituerit primus ex electiſſimis viris, hoc eſt, amatoribus amatiſque, vt voluere nonnulli, quando hic eſt ad robur nexus potens.

SACRA Ancora dicitur, cujus ejiciendæ cura, ſoli magiſtro, imminente tempeſtate, vtpote in re nautica magis verſato, attribuitur. Veteres enim in clauo & ancora totius navis ſalus, & ſine his, vix eſt vt periculum euadere quis poſſit. Et hæc de ſacra ancora potiſſimum intelligi debent. Duplicem enim ancoram plurimum bene inſtitutæ naues habent, quarum maximam validiſſimam ancoram ſacram vocant, eamque tum demum mittunt cum extremo laborant diſcrimine. Hinc Lucianus in Drapetis inquit, Viſum eſt igitur re perpenſa extremam ancoram, quam nautæ ſacram nominant, dimittere. Vide Eraſ. in adag. Sacram ancoram ſoluere. Altera vero, etiam ſereno cœlo, & vbi ob receſſum maris fluctuumque dimiſſo velo quieſcendum eſt, vtuntur, Peckius l. 1. ad edictum, §. Magiſtrum nauis, n. 2. tit. de exercitor. action.

SACRA à ſanctis & religioſis ſeparantur, l. 1. ff. de rer. diuiſ. l. 24. § 1. ff. de rei vind. l. 14. in fin. Digeſt. de rerum. l. 83. §. ſacrum, ff. de verb. obligatio. l. 17. ff. de verb. ſignificat. Nam vt Feſt. libr. 16. ſcribit, ſacrum eſt, quod Deo conſecratum eſt: Sanctum, vt murus, qui circa oppidum eſt. Religioſum vt ſepulchrum, vbi corpus humatum eſt Briſſ.

SACRA certamina ſunt, quæ dijs dedicata ſunt l. 4. ff. de his qui not. infa. qualis erant Iouis Capitolini, Apollinares ludi, Romani ludi, & magnæ Deum matris. Quintil lib. 3. c. 7. An laudes Capitolini Iovis perpetuæ ſacri certaminis materia, vel dubiæ ſunt, vel in vtrumuis genere tractantur. Inde Firmic. lib. 3. Matheſ c 12. Sacris quoque faciet certaminibus præpoſitos. Idem lib. 6. c. 31. Athletam faciet ipſa genitura, & qui in ſacris certaminibus victor glorioſa & digna reportet præmia coronatum. Fuerunt autem ſacra certamina in antiqua Græcia quatuor longe antiquiſſima: Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea, quæ ſingula grauiſſimos autores ſunt habuere, Forc. in ſuo cupid. iuriſp. c. 20. nu. 4. Sic etiam ſacras coronas in l. 40. ff. de re Iud. accipio, quæ in ſacris certaminibus partæ ſunt. Br.

SACRÆ res ſunt, quæ publicæ, id eſt, a Principe, vel ab eo cui Princeps de dicandi poteſtatem dedit, conſecratæ ſunt, non priuatæ, ſi quis ergo priuatim ſibi ſacrum, conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed prophanum, l. 6. §. 2 ff. de diuiſ. rer. l. fin. ff. vt in poſſ. legat. Hot. Prat. Briſſ.

SACRÆ res ſunt, quæ rite per Pontifices Deo conſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ, & Donaria quæ rite ad miniſterium Dei dedicata ſunt: ait Imp. § 8 de rer. diuiſ. Sic Trebatius, Sacrum eſt, inquit, quicquid eſt quod Deorum habetur apud Macrob. Satur. l. 3. c. 3. Et Gallus Ælius apud Feſtum: Sacrum eſt, inquit, quodcunque modo & inſtituto ciuitatis conſecratum ſit, ſiue ædes, ſiue ara, ſiue ſignum, ſiue locus, ſiue pecunia, ſiue quid aliud, quod ijs dedicatum & conſecratum ſit. Hotoman. Prat.

In SACRA & familiam tranſire dicebantur, qui per adoptionem in jus alienum tranſierant. Valer. Et lib. 7. c. 7. Et aliquantulum adjovabat heredes, quod M. Anneius in Suffenatis familiam ac ſacra tranſierat. Habebant enim veteres propria ſua familiaria ſacra, vt & Cic. lib. 2. de legibus perſpicue oſtendit. Briſſ.

SACRARE, apud Liu. lib. 2. vt annot. Bod. in poſterioribus annotationibus ad Pandect eſt devouere, & deteſtabile decernere, & ita morti addicere, vt impune occidi & violari poſſit. Sic ſacri homines deteſtandi & execrabiles dicuntur, quos Græci ἐναγεῖς, ἐξαγίστους, μιαρούς, ἀποτροπαίους, φαρμακούς, καθάρματα, appellant. Erant enim Catharmata, homines qui peſte expedienda, aliove quo morbo immolabantur dijs. Vide Balduin. in commun. ſuper Iuſtin. l 2. tit. 1.

SACRA euocare, in l. 9 § 1. de rer. diuiſio Solebant autem Romani ante omnia in oppugnationibus, Deum cujus in tutela oppidum eſſet, euocare certis carminibus quæ à Liuio lib 5. & Macrob. lib. 3. Saturn. cap 8 referuntur Quod & Plin. lib. 28 c 2. & Seruius 2. Æneid. notat ad illum verſum, Exceſſere omnes adytis, ariſque relictis. Briſſ.

SACRA

Digitized by Google

SACRA loca ea ſunt quæ publice dedicata ſunt, ſiue in agro, ſiue in ciuitate. Publice vero dedicati debent, quia priuati alcujus cauſa nihil poteſt eſſe ſacrum: ſed ſi quis ædiculam domi ſuæ ſibi ædificatam protinus ſacrari, jam deſinit ejus eſſe vſu & proprietate, incipitque eſſe publica vſu, proprietate autem nullius. Vlp. l. 9. ff. de diuiſ. rer.

SACRA mens, hoc eſt bene inſtituta, valens ratione, ſolido judicio, recte & ſane ſtatuens de rebus. Spieg.

SACRAMENTALES à Sacramēto id eſt juramento dicebantur ij, qui quamvis rei, de qua ambigebatur, teſtes non fuiſſent, tamen ex ejus, cujus res agebatur, animi ſententia, in eadem, quæ ille verba jurabant: ipſius ſcilicet probitate & innocentia confiſi. Nam tum demum adhibebantur, cum teſtes nulli extabant, lib. Feud. 1. tit. 4 §. 3. & tit. 10. & 26. Vaſallus autem in Sacramentalium ſuorum numero minimum ſex cognatos adhibebat: dominus partim cognatis, partim Vaſallis, partim extraneis vti poterat, lib. Feud 2. tit. 33. Plura cognoſce ex legibus Langobard. tit. 41. De Wadiis de ſacramento fugientibus. Sic apud Gregorium Turonenſem, Apud Pariſios pater quidam pro filiæ pudicitia jurabat. Tandem, inquit, ne crimen confugiat vlterius, innocentem eam faciam ſacramento: eleuatiſque manibus ſuper altare, jurauit filiam non eſſe culpabilem. Forma autem hujus juriſiurandi ſic exponitur in legib. Aleman. titulo ſexto, de juratoribus. Iſta vero ſacramenta ita debent fieri, vt illi conjuratores manus ſuas ſupra capſam ponant, & ille ſolus, cui cauſa requiritur, verba tantum dicat, & ſuper omnium manus manum ſuam ponat, vt ſic Deus eum adiuuet vel illæ reliquiæ, & illas manus quas comprehenſas habet, vt de illa cauſa, vnde interpellatus eſt, culpabilis non ſit. In Lombardia autem pleruṅque juratores vocantur, vt lib. 1. tit. 19. l. ſi quis ex leui. Si hujus facti teſtes non habuerit, cum duodecim juratoribus per ſacramentum affirmet, &c. Et in l. de homicidiis. Si hujus facti teſtes non habuerit, cum duodecim juratoribus legitimis per ſacramentum affirmet. Video etiam hoc nomen apud Senecam in initio ludi Claudiani, Si libuerit reſpondere, dicam quod mihi in buccam venerit. quis vnquam ab hiſtorico juratores exegit? Vbi juratores pro teſtibus poni vult Hotom, alij veritatem legunt propter illud Ciceron. de leg. 1. Faciunt imperite qui in iſto periculo non vt à poeta, ſed vt à teſte, veritatem exigant. Quo ipſo loco vocem Delectationem abeſſe exiſtimat hoc modo. Non vt à poeta delectationem, ſed vt à teſte veritatem exigant. Nam ſtatim ita ſequitur: Quippe cum illa ad veritatem referantur, in hoc ad delectationem pleraque. Prat.

SACRAMENTO dicere, ſermo antiquorum, prout annotat Budæus in annotationibus reliquis ad Pandectas exiſtimans dicere in Liuio lib. 4. & aliis ſimilibus pro deſtinare & dicare accipi. Vide ibid.

SACRAMENTO rogati, id eſt, jurejurando adacti, & jurati. Spiegelius.

SACRAMENTVM veteres appellabant juſiurandum, aut religioſam obligationem: opinor, ait Eraſ. quod hoc arcanis quibuſdam ceremoniis peragaretur.

SACRAMENTVM dicitur ea pecunia, quæ in judiciis venit in litibus, ſacramentum à ſacro dicitur. Qui petebat, & qui infitiabatur, de aliis rebus vtrique quingentos æris apud Pontificem deponebant, de aliis rebus item certo alio numero aſſium: qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat, victi ad ærarium redibat. Varro lib. de ling. Lat 4. At, vt Feſtus inquit, ſacramentum æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur, ſiue in rem agitur, ſiue contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta aſſium eſt, In aliis rebus quingentorum, inter eos qui judicio inter ſe contenderent. Quod lege Papin. Tribuni plebis ſancitum eſt his verbis: Quicunque Prætor poſthac factus erit, qui inter ciues jus dicet, Tres viros capitales populum rogato. iique Tres viri quicunque ciere ſacramenta exigunto, judicantoque: eodem jure ſunto, vt quos vis ex legibus plebiſuc ſcitis exigere, judicareue oportet. Sacramenti autem nomine id æs dici cœptum eſt, quod & propter ærarij rationem, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur in rebus diuinis. Sic enim optimi ſcriptoris diuulſos inter ſe locos reconciliare conatus Hot. Pedianus autem Verr. 3. Comperendinatio, inquit, eſt ab vtriſque litigatoribus inuicem ſibi denūciatio in perendinum diem: namque cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem, &c. Quib. ex Varronis, Pompeij, Aſconij locis, quantum inter ſacramentum & ſponſionem interſit, ita demonſtrari poſſe idem Hotom. arbitratur: Vt ſacramentum ſit certa & legitima pecuniæ ſumma, quæ ab actore & reo deponebatur in ſacro, vt qui victus vel damnatus eſſet, is pecunia ſua mulctaretur: qui viciſſet, ſuam recuperaret. Sponſio autem dicebatur mutua litigatorum promiſſio; cum alter ab altero certam ſummam ſtipulabatur, ni bonam cauſam haberet. In hac igitur ſtipulatio adhibebatur, & alter alterius fidem ſequebatur: neuter deponebat: in illo neuter alterius fidem ſequebatur, neuter ſtipulabatur, ſed vterque deponebat. In hac victor actionem ex ſponſo habebat, id eſt, certi condictionem, vt ſibi eam pecuniam exigere & habere liceret: In illo victi pecunia ſacro committebatur, & in rer diuinas conſumebatur. Iſidorus autem lib. Etym. 5. Sacramentum eſt, inquit, pignus ſponſionis: quia violare, quod quiſque promiſit, perfidiæ eſt. Quod quam ineptum ſit, id eſt, plane Iſidoricum, nemo non videt. Nam ſacramentum pignus quidem eſt, ſed non ſponſionis: Verum bonæ fidei litigatoris. In ſponſione namque pignus non datur. Sacramentum autem in rerum capitalium judiciis vſurpari ſolitum putare plane abſurdum eſt: idque ſuperior ille Pediani locus attente conſideratus, ſatis oſtendes. Hinc vero explicari poterit, quod ait Tullius pro Roſcio Comœdo, legitimæ parti ſponſionem factam. Nam ſacramenti quantitas lege definita erat. Huc pertinet elegans Ciceron. epiſtola ad Volumnium iocus, in qua ita eſt: Pugna, ſi me amas, niſi ridiculum [illegible], niſi cætera, quæ ſunt a me in ſecundo de oratore, per Antonij perſonam diſputata de ridiculis [illegible] & arguta apparebunt, vt ſacramento contendas mea non eſſe: Adde & illas ex Valerij Probi libello notas, S. N. A. Q. quæ hæc ſignificabant, ſi negat, ſacramentum quærito. Item Q. N. T. S. Q. P. id eſt, Quando negat, te ſacramento quinquagenario prouoco. Quæ fuiſſe ſolennia ſponſionis ſacramenti verba veriſimile eſt. Frat. Briſſ.

SACRAMENTVM etiam dicitur militare juſiurandum, in quod milites, qui nomina dabant, adigebātur: Græci ὁρκωμοσίαν appellant hujus autem ſacramenti fit mentio in l. 8. C. de leg. l. 5. C. Th. de immun. conceſſ. Quo qui liberabantur, ſacramento ſolui dicebantur, l. 2. § miles ff. de his qui not. infam. l. 14. ff. de his quib. vt indign. l. fin. ff. de re milit. Prat.

SACRAMENTI vocem, ideo forte Theologi veteres vſurparunt, quia per ſacramenta nos Chriſto offerimus ac ſacramus, penituſque addicimus. Nec illa quoque ratio nominis inepta videtur, quod Latini olim, teſte Feſto dixerunt ſacramentum, quicquid juriſiurandi interpoſita ſacratione geritur. Nam in noſtris ſacramentis duplex juramentum eſt. Alterum ex parte Dei, juramento ſeſe nobis in filio, & propter filium obligantis, quod non velit mortem peccatoris, ſed ſit nobis propitius futurus propter filium ſuum. Ezech. 18. Hebræor. 6. & 7. Alterum vero juramentum eſt ex parte noſtri, qui certo pollicemur, nos ſolum hunc Deum cultūros, eaque ratione quam ille nobis præſcribit, ab eoque ſalutem temporariam ac ęternā per & propter filium ſuum exſpectaturos & petituros, ac denique Satanæ & mundo inimicitias denunciaturos. Tertia itidem apta conuenienſque ratio Etymologiæ illa eſſe poſſet, quod ſicut olim milites ſe juramento aſtringebant ſuo duci, quod illi Sacramentum vocauerunt: ita nos quoque in Baptiſmo, & altera ſacra cæremonia, nos Chriſto duci noſtro plane ad Spiritualem militiam contra Satanam, mundum, & omnem impietatem addicimus & obligamus. Quæ ratio appellationis tanto fit veriſimilior, quod & hoc vitæ genus paſſim in Sacris literis militiæ nomine inſignitur: vbi nobis etiam varia ſpiritualia arma producuntur ac induuntur & aliæ quoque quædam voces, noſtræ profeſſionis à re militari deſumptæ ſunt: vt eſt Symbolum, & aliæ.

SACRAMENTVM militare, quod milites jurare ſolent, de quo apud Vegetium li. 2. de Re milit meminit l. fin. C. de Veteran. li. 12. Huic adde Connan. li. 9. c. 5. n. 8.

SACRA priuata gentis cujuſque fuiſſe quæ diis penatib. patresfamilias facerent, conſtat ex Ciceronis lib. de legib. 2. Emancipati autem liberi arbitratu ſuo ſacra ſibi conſtituebant. Hinc filiifamilias in ſacris paternis eſſe dicuntur l. 2. C. de bon. quæ lib. In ſacris manere l. filiæ, 12. C. de collat. l. pen. C. de adopt. In ſacris parentum conſtituti l. vlt. C. de inoff teſta. l. vltim. C. ad Tertul. l. vlt. C. de cur. fur. In ſacris poſiti l. in conjunctione, 24. C. de nupt. In ſacris retineri l. 3. C. de bon. mater. Hinc adoptati qui in alterius gentem tranſibant, in ejus gentis ſacra tranſire dicebantur: vt apud Val. Max. lib. 7. c. 7. Et qui per emancipationem de familia demigrabant, à ſacris paternis dimitti, & abſolui, l. quidam, 31. C. de fideic. l. 1. C. de annal. except. l. de emancipatis, 13. C. de legit. hær. Hot. Prat.

SAURARIVM & ſacer locus differunt. Nam ſacer locus eſt locus conſecratus: ſacrarium eſt locus, in quo ſacra reponuntur, quod etiam in ædificio priuato eſſe poteſt, l. 9. ff. de diuiſ. rer. l. 1. ff. ne quid in lo. ſac. Sacrarium quoq; appellatur illa pars, in qua ſunt clerici ad celebrandum propter ſacramenta, quæ ibi conficiuntur, & quia in altari maiori, cum ſolcat eſſe ſacrarium, includuntur reliquiæ. extra, de conſec. eccleſ. vel altar. Old. Eſt &

SACRARIVM principis in l. vltim. §. legati. ff. de muneribus & bonor. l. 8. de legat. & decret. legatio. 10 C. Theod. Briſſ.

SACRARVM cognitionum judex & Sacrarium principis. l. ſi legati ff. de muner. & bonor. l. 8. C. Th. de lega. & decr. leg.

SACRAS res vocant Impp. ad ſe pertinentes. Sic ſacras domos, ſacras largitiones, ſacra ſcrinia, ſacrum ſtabulum, ſacram monetam, ſacrum comitatum in conſtitutionibus accipimus. Sic & principales conſtitutiones ſacræ dicuntur l. 5. §. ſi tutor. ff. de admin. tut. l. 5. ff. de manumiſſionib. l. 17. ff. de re judicata. l. 45. ff. de actio. empt. l. 18. in princ. & §. 1. ff. de jure fiſc. l. 1. §. item. ff. quæ ſentent. ſine appella. reſc. l. 4. & l. 6. ff. de appella. recip. Prat. Briſſ.

SACRATISSIMÆ leges in l. leges. C. de legi. ſiue ſacratæ, quibus ſanctum eſt, vt qui quid aduerſus eas fecerit, ſacer alicui deorum ſit. Sunt qui eas ſacratas dicunt, quas plebs jurata in monte ſacro ſciuerit. De ſacramento Varro lib. 4. ling. Lat. Prat.

SACRATA lex apud Liuium lib. 2. dicitur, quod in ſacro monte lata ſit. Vtrum autem vna tantum lex, an plures in ſacro monte latæ ſint, non ſatis conſtat. Liuius & Dionyſius vbi rem ipſam narrant, vnam nominant. Sed Liuius alibi non ſemel ſacratæ leges dixit, vt d. lib. 2. ſicut & Cicero de prouinciis conſularibus, & in oratione pro C. Cornelio, vt annotauit Manutius de legib. Romanor. Budæus autem in poſterioribus annotat. leges ſacratas dictas quib. ſanctum jubetur eſſe alicui Deorum, quidquid aduerſus eas fecerit, ſicut familia pecuniaque. Sacrabantur vero leges, aut conſecratione & obteſtatione, aut pœnarum ſanctione, Cicero pro Cornelio Balbo. Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, vt obteſtatione & conſecratione legis, aut pœna, cum caput ejus qui contra facit, conſecratur. De hac eadem materia vide etiam Connan. in comm. Iuris Ciu. lib. 1. c. 13. num. 3.

SACRA, via, cur id nomina obtinuerit, indicant Varro & Pomponius, ſitum ejus recitat Bar. Marlian. c. 26 lib. 3. Antiqu. Ro. In ea Pomponio teſte, l. 2. de Orig. jur. §. fuit autem in primis Scipioni Naſicæ data publica domus in Sacra via, quo facilius conſuli poſſet. Spieg.

SACRI afflatus l. ſacri C. de diu. reſcr. id eſt Principis reſcriptum. Eodem ſenſu ſacrum oraculum. ſacra adoratio, ſacræ literæ, ſacri vultus paſſim in conſtit. Imper. legimus: ſimiliter & ſacra forma. Prat.

SACRIFICIVM viſibile inuiſibile eſt ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum. c. ſacrificium, de conſecr. diſt. 2. Io Bello Etymol.

SACRILEGI ſunt, qui publica ſacra compilauerunt, l. 6. & l. 9. ff. ad l. Iul. pecul. Seruius in 9 Ecloga Virgil. Sublegere ait furari eſt: vnde & ſacrilegus dicitur, qui ſacra legit, id eſt, furatur. Briſſ.

SACRILEGIVM Imp. appellant ſuarum conſtitutionum violatarum crimen l. vn. C. de crimi. ſacri. l. 6. de appellatio. in C. Theodoſ. Sacrilegiique crimen irrogant his, qui præcepta ſua neglexerint, vel ſcita violarint l. 1. C. vt digni. ordo ſeruet. lib. 12. l. 13. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12. & apud Caſſiod. in libris Variar. aliquotiens. De hoc vide Connanum in ſuis comment. ſuper jus ciuile lib. 3. cap. 1. nu. 2. Briſſ. Prat. vide & Cuiac. 13. obſ. 19.

SACRI commiſſi ex Pontificum legibus apud Romanos arguebatur, qui ob delictum nullo pacto aut tempore expiari poſſet: Impie autem committere qui purgari poſſet. Crinitus lib. 14. de honeſta diſcipl. c. 8.

In SACRIS paternis conſtituti manere ne dicuntur, qui in patris poteſtate ſunt l. vlt. C. de inoffi. teſtam. Et à Sacris paternis abſolui, remittiue, pro poteſtate paterna liberari. l. 1. §. vlt. de ann. recep. Hęc autem locutio inde fluxit, quod filiifam. eorundem cum parentibus, quorum poteſtate continebantur, Sacrorum participes erant. Inde & qui per adoptionem in jus alienum tranſierant, in familiam & Sacra tranſire dicebantur. Briſſ.

SACRISTA ſiue theſaurarius is eſt, ad cujus curam ſpectat cuſtodia vaſorum eccleſiæ, veſtimentorum, theſauri, quæque ad luminaria lampadum ſpectant, ſiue in cera, ſiue in oleo. Sic dictus ſacriſta, quaſi ſacris rebus præfectus, vel aſſiſtens. Atque hoc modo accipitur ſacriſta. ff. in tit. De offic. ſacriſtæ. Et de hac materia diſſeritur 25 diſt. plectis, in fine. Anch.

SACROSANCTÆ poſſeſſiones, pro intactis, & ab omni injuria tutis, apud Cic. in Catilinam. Ita ſacroſanctæ eccleſiæ in 2. tit. li. 1. Codicis. Quære, Sanctum. Spieg.

SACROSANCTOS Magiſtratus eſſe: quod ſine capitali piaculo attingi non poterant, vt Liuius li. 9. teſtatur. Tum Poſthumus interea: Dedite, inquit, prophanos nos, quæ ſalua religione poteſtis, dedetis deinde iſtos ſacroſanctos, cum Magiſtratu abierint. Hinc ſacroſancta poteſtas Liuio lib. 19. pro Tribunitia, & ſacroſanctæ Eccleſiæ à Iuſtiniano dictæ, in quibus eſt jus Aſyli. Vide Budæus in priorib. annotat. ad Pandectas.

SACROSANCTVM Feſto lib. 18 dicebatur, quod jurejurando interpoſito erat inſtitutum, vt ſi quis violaſſet id, morte pœnas penderet: Sic ſacroſancta Eccleſia in rubr. C. de ſacroſ. Eccleſ. Inde ſacroſancta poteſtas pro Tribunitia apud Liuium. Cic. pro Balbo negat, quicquam ſacroſanctum eſſe, niſi quod populus plebſve ſanxiſſet. Vide Sext. Pomp.

SACROSANCTVM id quoque ſignificat, quod ſine inexpiabili ſcelere violare nemini prorſus licet. Atque hoc ſenſu muri ciuitatis ſacroſancti dicuntur, vt qui eos violaret, morte pœnas penderet. Pomponius in l. fin. ff. de diuiſio. rer. Si quis, inquit, violauerit muros, capite punitur. Oldend.

SACRVM, ſubſtantiue, dicitur omne quod deorum habetur. Vide Aggenum ad finem Comment. in Iul. Front. & ſuprà Sacerdos.

SACRVM pro templo. Paulus: Sunt autem, inquit, ſacrilegi, qui publica ſacra compilarint. At qui priuata ſacra, vel ædiculas incuſtoditas tentauerint, amplius quam fures, minus quam ſacrilegi merentur. Spieg.

SACRVM cubiculum. Vide, A cubilo.

SACRVM cubiculum eſt duplex, Auguſti & Auguſtæ. Cuiac. in l. procemiu tit. de præpoſitis ſacri cubiculi. C. li. 12.

SACRVM patrimonium vocatur vulgo dominium regia, vt annotauit Droſæus in methodo juris.

SACRVM quandoque plenius accipitur, vt & ſanctum contineat, l. 2. ff. ne quid in loc. ſacr. Prat.

SACRVM & profanũ opponũtur in l. 6. §. ſacrę autẽ. ff. de rer. diui.

SÆVARA interlocutio, pro aſpera increpatione, apud Paul. in l. 3. de Off. præſ. vigil.

SÆVARISSIMAM dicere ſententiam, Vlpianus in l. 1. §. nunquid ergo. de Poſtul. Spieg.

SÆVARITATIS, hoc eſt, crudelitatis, vel clementiæ gloria non eſt affectanda l. reſpiciendum, ff. de Pœnis. Seueritas, hoc eſt animaduerſio legis, congruentem habet pœnam. C. Si ſeru. aut lib. ad decur. aſpirauerit. l. 1. lib. 10. Spiegel.

SÆVIRE, crudeliter in aliquem agere. §. ſed hoc tempore. Inſt. de iis, qui ſunt ſui, vel al. ju. Prat.

SÆVITIA pro inconceſſa caſtigatione. Paul. ad Legem Aquil. Præceptoris enim nimia ſæuitia culpæ adſignatur. Quia leuis duntaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti, vt tradit Vlp. Sp. Prat.

Σάκωμα, eſt æquipondium, hoc eſt quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum.

SAGA in l. 12. C. de curſu public. inſtrata equorum. Interpretes Βασιλικῶν τὰ ϲαγματα vertebant, vide Bayſium in lib. de re veſtiar. c. 15. & Cuiac. ad d. l. 12. Porro Sagum militare ac bellicum geſtamen fuiſſe, cum ex Nonio, tum ex Suetonij verbis in Auguſto intelligitur: quod tamen inter familiaria adſcribitur ab Vlpiano in l. procuratoris. ff. de trib. act. Refert Turnebus lib. 2. aduerſ. c. 27, Sagum Gallorum geſtamen eſſe. Nam quemadmodum palliatos Græcos, & togatos Romanos intelligimus, cum conſtet pallium Græcorum & togam Romanorum habitum fuiſſe, ſic idem Turnebus ſagatos pro Gallis poſuit è veſtitu gentem ſignificans.

SAGARIA dicitur quædam negociatio, vocabulo à ſagis inclinato: ſicut ab argento, argentaria, & ſagarius, qui ſaga vendit: vt quando ſaga, & alia id genus veſtimenta emimus, & diſtrahimus lucri faciendi gratia, quod etiam innuit Vlpia. in l. cum duobus §. quidam, ff. pro ſocio & ibi gloſſator noſter, qui exponit ſagariam, id eſt ſalis vel ſale, vel ſaccorum, vel vilium veſtium atritarum. Sagum autem erat chlamys militaris quadra, de qua Iunenalis.

An ſaga vendenti nubat caupone relicto.

Marcus Tullius in Antonianis auctor eſt, ſaga ſumi ſolere in bello atque tumultu, & quando in ſagis tota ciuitas erat, conſulares viri togati eſſe ſolebant: & propterea Iuriſconſult. in l. veſtis. §. veſtimenta, de aur. & arg. leg. inter veſtimenta virilia enumerauit ſaga, dicitur autem ſagaria ſimpliciter, & ſignificatur hujuſcemodi negotiatio: ſicut omnino lintheariæ, intelligimus lintheorum negociationem. Iidem abſolute dixerunt argentariam, ſequeſtrariam, & ſic de ſingulis. Proinde cenſeo caſtiganda eſſe verba apud Vlp. in l. Procuratorea §. ſi plures. tit. de tribut. act. apud quem ſaccariam & lintrariam, pro ſagaria & lintharia, male repoſitum inuenies. Sagariam autem quam ſaccariam legere malim: ea potiſſimum ductus ratione, quia aliquos de literis benemeritos inueni, qui hunc locum Vlpian. ita citant. Tamen ſi nihil placet immutare, ſaccaria in eodem ſignificatu accipietur, quaſi à faccia deriuata, quæ ſunt viliora veſtimenta.

SAGARIVS, ſagorum venditor, *ein verkauffer der kleider.*

SAGANA, quam alij plagam, vel euerriculum appellãt, eſt quoddam retis genus, rariſſimis maculis contexta. Quod genus retis in mare demiſſum, omneis omnis generis piſces colligit. Brechæus in l. Inter publica. ff. de verb. & rer. ſign.

SAGVM vide Saga.

SAGITTA à ſagaci ictu, i. e. veloci vocata, vt quibuſdam placet, ſiquidem vt ocyus mors perueniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennaſque ferro adiecimus quod ſcelerum humani ingenij ac fraude inuentum arbitratur Valturius. Connumeratur C. inter res quæ export. non debent. l. 2. Spieg.

SAGITTARIVS. In titulo, De ſagittariis & baliſtariis. lib. 5. Decretalium ſagittarius nõ accipitur pro ſigno illo cœleſti, quo alij centaurum Chironem arbitrantur, alij Erotum, filium

Euphemis, nutricis muſarum (de quo fit mentio apud Columellam) ſed illic accipitur ſagittarius pro eo, qui ſagittas emittit, eas præſertim, quæ in bello ex maioribus illis tormentis eiaculabantur longius, vt in ſacris literis. Percoſſus eſt à ſagittariis. Quanquam etiam ſagittarios artis ſagittandi peritos intelligere poſſumus, quos vulgus archieros appellat. vide Balliſtarius. Aoch.

Sagmina, inquit Marcianus in l. ſanctum. ff. de diuiſ. rer. ſunt quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret: ſicut legati Græcorum ferunt ea, quæ vocant κηρύκια, Latine Caducei. De ſagminibus Plin. li. 22. c. 2. ſic inquit. Interim fortius augetur autoritas: quæ quanta debeatur, etiam Surdis, hoc eſt, ignobilibus herbis, perhibebitur. Siquidem autores Imperij Romani, conditoreſque immenſum quiddam & hinc ſumpſere, quoniam non alionde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris legationibus quam verbenæ, certe vtroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt, gramen ex arce cum ſua terra euulſum, hac ſemper & legati, cum ad hoſtes, clarigatumq; mitterentur, id eſt, res rapias clare repetitum vſi, vnus vtique verbenarius vocabatur. Feſtus item. Sagmina ait eſſe verbenas, id eſt, herbas puras, quia ex loco ſancto arcebantur à conſule prætoreve, legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum. Horum vide exemplum apud Liuium lib. 1. Itaque perperam faciunt, qui apud Modeſti. l. vlt. ff. de l. Pomp. de parricid. ſanguineis virgis cædi parricidas legunt, nunquam enim commiſiſſent Romani, vt herbam ſacram impio parricidarum corpore contaminarent, idque nefas non leui piaculo expiandum cenſuiſſent. Prat. Corraſ. lib. 1. miſcel. c. 5. n. 4 Vide Maiorag. lib. 4. Miſc. c. 8. Crinit. de honeſt. diſciplin. lib. 7. c. 5.

Sal, quam vtile condimentum ſit, omnibus in comperto eſt, quoniam obſonia à putredine vindicat, & cibos perfuſos grate donat, nec tantum pecori vtilis, ſed miris quoque medicinæ experimentis nobilis, vt extiterit in prouerbium: Nihil ſole & ſale corporibus humanis eſſe commodius. Antiqui etiam ſacris ſalem adhibebant mola ſalſa litantes, id eſt farre toſto & ſale conſperſo. Virg. 2. Æneid.

Iamque dies infanda aderat mihi ſacra parari
Et ſalſæ fruges. ——

Teſtatus Gregorius cap. ſi rector. §. ſed cum rector. diſt. 43. ſacras literas ſalem ipſum pro ſapientia paſſim vſurpaſſe. Chriſtus quoque Matthæi 5. cap. diſcipulos ſuos ſalem terræ vocat, nempe exemplaria ſobrietatis, caſtimoniæ, & ſapientiæ. Et Paulus Apoſt. Sermo, inquit, veſter in gratia ſit ſale conditus, id eſt modeſtia. Forcat. in penu juris ciu. cap. 19.

Sal Ammoniacus, præſtantiſſimus & perlucidus, teſte Dioſcoride, qui foſſilem marino præfert, in Oromeno Indiæ monte cæditur, vt lapis, ac renaſcitur, ex quo regum majus vectigal conſequitur, quam ex gemmis auroue: Forcat. d. loc.

Salamandra in l. 3. §. alia. ff. ad l. Cor. de ſicar. eſt animal lacerti figura ſtellatum ac varium, vt Dioſcor. lib. 2. & Plin. lib. 10. c. 67. ſcribunt, cui tantus rigor eſt, vt ignem tactu extinguat: vnde & nota eſt vulgi opinio exiſtimantis igne eam veſci, nec vnquam eo abſumi, cum præ frigiditate quidem aliquo tempore in igne illæſa ſubſiſtere poſſit, eo tamen tandem conſumatur, vt Gal. lib. 3. de temperament. ſcribit. Cæterum inter venena numeratur. Nam hauſtum ejus ſequitur inflammatio linguæ & cum torpore, reſolutioneque aliqua tremor & ſermonis impedimentum, & liuor totius corporis, vt Dioſco. lib. 6. & Plin. lib. 20. cap. 2. tradunt. Briſſ. Prat.

Salarium annuam erogationem ſignificat, quæ alicui ſui tuendi exhibendiq; cauſa præſtatur. l. vlt. ff. de in rem ver. l. 8. §. ſi in ſingulos. ff. de tranſact. l. vlt. in fin. ff. de oblig. & act. l. 19. §. vlt. ff. de annu. lega Salarium vero Cornut. in Perſium victum victum diei interpretatur. Plin. lib. 31. c. 7. de ſale tractans. Honoribus etiam Militiaq; interponitur ſalaris inde dictis magna apud antiquos auctoritate, ſicut apparet ex nomine Salariæ viæ, quoniam illa ſal ad Sabinos portari cōſueuerat. Salarium etiam annuas mercedes ſtipendiaque, quæ ob liberalem artem vel medicinam præſtantur, ſignificat. l. 16. §. 1. de alim. leg. l. 4. ff. decret. ab ordi. fac. l. 52. §. item Papin. ff. pro ſoc. l. 7. l. 56. §. ſalarium, ff. mandat. l. 1. & l. 18. C. eod. l. 4. ff. de offi. adſeſ. l. 20. §. vlt. ff. loc. Salarium quoque prædij Iuriſconſulti dicunt in l. 40 §. heres de lega. 1. l. 8 ff. de vſufr. & Salarium pro lapidibus cædendis in l. 14. in fin. ff. commu. præd. Briſſ.

Salaria ait Cuiac. ad l. 1. C. de prædend. ſalar. lib. 10. interpretatur τὰ διδόμενα εἰς τροφὴν, ſiue vt plurimum Græci vertere ſolent σιτηρέσια & ὀψώνια. Suidas ἀναλώματα σιτηρέσιον pro annonam. An igitur ratio nominis hęc, quod ſalaria percipiētes inde ſe alant? Quę ſalaria in l. 6. Cod. de profeſſ. & med. l. 1. 10. annonaria commoda in l. 9. Cod. an. Adde Forcat. in penu juris ciuilis cap. 19. Erant autem tribunorum militarium & ducum ſalaria, annonæ ipſorum. Proinde ἀναλώματα Græci interpretantur σιτηρέσια Et fortaſſis inde ductum eſt vocabulum, quod ſalaria percipientes inde ſe alāt. Vopiſcus in Aureliano. Nam illi Romam venienti ſalaria ſui ordinis ſunt decreta, & poſtea: Panes militares numero ſedecim panes militares caſtrenſes quadraginta, vini menſalis ſextarios quadraginta, &c. E quibus intelligitur annonam cuique deſtinatam & aſſignatam, Salarium dici. Idem in Probo. Item in ſalario diurno, bubulæ pondo, porcinæ pondo ſex, caprinæ pondo decem, &c. Latius tamen patuit hoc vocabulum, nec pro annona tantum, verum etiam pro commodo & ſtipendio militum vſurpatum eſt. Plinius. Nec pudet tribunorum militarium ſalaria emere Itaque à Græcis explicatur φρουρικὸν ὀψώνιον σιτηρέσιον ... & φρουρικὸν ..., veteribus gloſſis, quæ & ſaliaſtino dici oſtenduut. Prat.

Salariarius apud Vlp. in l. 10 §. 8 ff. manda, dicitus, cui ſalarium ſoluitur, vel qui ſalario ſtruitur. Eadem forma dictos qua fideicommiſſarius, legatarius, depoſitarios. Prat.

Sales apud Paulum in l. cotem ff de public. pro condimentis ponuntur: Nonnunquam pro facete dictis cum lepore & hilaritate vſurpamus: Imperator in l. ſi quis C. de vectigal. pro alimēto vtitur, vide Forcat in penu juris ciu. c. 19. adde Quintilian. lib. 6 c. 3. Brodæum 6. Miſc. c. 32.

Salgama appellantur herbę, quę conditæ ſale ad victum in vaſis adſeruantur, veluti caula, braſſica, beta, etiam nunc apud Turcas. Sed hujus nominis obtentu exigebant etiam tranſeuntes milites culcitras, ligna, oleum quod tollitur lib. 12. C. tit. de Salgamo hoſpit. non pręſtand. Ne quis, inquit Imp. Comitum vel Tribunorum. Salgami nomine, culcitrā lignum, oleum: à ſuis extorqueat hoſpitibus. Annotauit tamen Alciatus, quod & Salgami appellatione, venit ſal, oleum, butyrum & hujuſmodi eſculenta ad condiendum, atque etiam alia indies neceſſaria, veluti ligna. Auſonius in quodam epigrammate ad Eumum.

Salgama non hoc ſunt quod balſama, cedite odores.
Nec male olere mihi, nec bene olere placet. Prat.

Salica lege vxorem ducere dicitur, qui ea lege accipit, vt ei mane diei nuptiarum munus ſponſalitium afferat: quod munus *Morgengabe* vel Morganatica dicitur, lib. Feud. 2. tit. 30. Eſt autem lex Salica eorum Francorum propria, qui Franci Orientales dicti ſunt, à Sala flumine Salij denominati, de quo flumine & Salijs Francis Strabo lib. 7. & Paol. Æmil. lib. 2. Eguinarthus in Carolo Magno. Ac Salam fluuium, qui Thuringos ac Sorabos diuidit, poſtea à Francis, qui Orientales dicuntur, incolitur. Item alio loco: Franci duas habent leges, plurimis in locis valde diuerſas. Significat autem eas, quæ in volumine Barbaricarum legum vocantur Salica & Francica, quæ ipſa Francorum occidentalium propria eſt. Tamen Hermannus Comes in lib. de orig. Franc. Ripuariam non Francicam nominat. Duas, inquit, Francos habuiſſe leges, ipſorum autores teſtantur, Salicam atque ripuariam: quibus nullus regum ante Carolum Magnum adiicere quicquam tentauit. Eſt autem Ripuaris regio, quæ Rheno, Moſela, & Moſa quaſi triangulari forma concluditur, & Neuſtria, vel Auſtraſia vocatur. Gulielmus de Orangia ſub anno 420. Franci cœperunt legibus vti, & legem Salicam dictauerunt per quatuor gentis ſuæ proceres electos de pluribus: qui, ſicut lex Salica declarat, judicauerunt. Ex quibus intelligi poteſt, quam verum ſit, quod nonnulli Claudij Seyſelli autoritate adducti diſputant, Salicam legem mendoſe dici pro Gallicam. Alij autem Salicam legem dictam volunt, quaſi Saliquam, à duobus verbis, Si aliqua, à quibus hæc lex incipiebat, vt refert Rebuff. in comment. in l. 1. ff. de verb. ſign. Prat.

Salictum, ſalicetum, locus vbi ſalices conſitæ ſunt, apud Vlp. in l. quæſitum. ff. de fund. inſtr. & in l. ſi fundi. ff. de vſufruct.

Salientes, fontes tubulis, fiſtulisve aquam fundentes: nomine ab eo deducto, quod aqua ex tubuli capite in labium fluens ſalire videatur, l. 15. ff. de act. empt. Atque id propriè de lapidibus, aut perſonis, ex quibus aquæ ſaliunt intelligi debet. Baſilicis ... dicuntur, veteribus Silani. Itaque qui Gloſſemata ſunt interpretati, Silanum κρουνὸν exponunt, ſeu κρουνόν, id eſt, ἐπὶ ... vt exponit Euſtathius. Dicitur & Tullius. Feſtus. Tullios alij dixerunt eſſe Silanos. Cornelius Celſus lib. 3. Confert etiam aliquid ad ſomnum Silanum juxta cadens. Lucretius 6.

Corpora Silanos ad aquarum ſtrata iacebant.

Itaque l. 17. §. fin. eod. tit. perſonas. ex quarum roſtris aqua ſalire ſolet, id eſt, Silanos aut Tullios: Alij Syluanus dici volunt, ſed illud magis probatur. Prat. ex Cuiac. 11. obſ. 2.

Saligneus, a, um, dicitur, quod eſt ex materia ſalicis arboris notæ. Vlpian. in l. vitem. ff de arbor. furt. cæſ. Sed etſi quis ſalgneas virgas inſtituendi ſalicti cauſa defixerit. Ouidius 8. Metamorph.

——*Lecto non indignanda ſaligno.*

Sic Cato de re ruſtic. Si lapis non erit perticis ſaligneis.

Salii, vt tradit Corraſ. 1. Miſcell. 10 nu. 10. dicti ſunt à continuo motu, ſaltuque ſolenni: Sunt enim omnes ſaltatores, & laudatores armatorum Deorum, quorum ſolennitas menſe Martio, ſumptu publico agebatur per multos dies, quibus choreas per vrbem ducebant. Iis datum eſt, ſupra tunicam inſigne

æneum, pectori tegmen, cæleſtiaque arma, quæ vocantur Ancylia, portare ac per vrbem canentes carmina cum tripudiis ſolennique ſaltu incedere: inſtitutumque vt in fine omnium carminum ſuorum Mamurium appellarent. Hæc Corraſ. Connanus lib. 1. comm. jur. ciu. cap. 8. n. 4. in fin. tradit Saliorum appellatione Gallos ſubintelligi: vide paulo ante Salica lege.

SALINÆ locus vbi ſal fit, apud Caium l. 1 ff. quod cuiuſq; vniu. Plinius autor eſt, Ancum Martium regem ſalis modia ſex millia in congiario populo dediſſe, ſalinaſque primum inſtituiſſe. Earum autem vectigal, exploſis regibus ſublatum, iterum impoſuit Cenſor M. Liuius, ob id ipſum Salinator appellatus. Athenæus autem refert lib. 3. δειπνοσοφιστῶν cap. 1. à Lyſimacho jam olim in Troade vectigal ſalinarum conſtitutum, & naturam tamen id quaſi refugiente, ſtatim exaruiſſe ſalinas, ac remiſſo vectigali rurſus produiſſe. Prat. ex Cujac. 3. obſeru. 31.

SALINÆ publicæ fuerunt, & principis propriæ, vt fere omnes in Gallia, ex quibus adeo amplum Princeps ſibi vectigal parat, vt ſuæ cuique regioni deputatæ ſint ſalinæ, nec liceat aliun de inuecto ſale vti. Locantur autem publicanis ad certum tempus: & ita jam pleriſque in locis locari cœpere, vt certo pretio ſal conductoribus emere ſinguli cogantur, quod ſi quis ex jure Romano confirmare velit, in promptu eſt l. inter publica. ff. de verb. ſig. l. ſi quis ſine. C. de vectig. & comm. & l. liber homo §. 1. ff. de hæred. inſtit. & in libris feudorum inter regalia ſalinarum quoque reditus computantur, tit. Quæ ſint regaliæ. Sciendum tamen, priuatis quoque Romano jure ſalinas poſſidere licuiſſe, l. forma §. ſalinæ. ff. de cenſibus. l. 5. §. de reb. eor. qui ſub tut. l. generali. §. vxori & §. ſeq. ff. de vſufr. leg. Nec omittendum, propriam olim fœminarum fuiſſe pœnam, vt in opus ſalinarum damnarentur, vt indicat l. aut damnum 8 9. in miniſterium. ff. de pœn. & l. mulier. 6. ff. de capti. & poſtlim. Prat. ex Cujac. 3. obſ. 38.

SALINÆ quædam publicæ, quædam priuatæ erant l. 17. ff. de verb. ſign. l. 13. ff. de publican. l. 4. §. ſalinæ. ff. de cenſib. l. 5. §. 1. ff. de reb. eor. qui l. 8 § in miniſterium. ff. de pœn. Briſſ.

SALINARVM vectigal. in d. l. 17. & l. 1. ff. quod cujuſque vniuerſ. 59. §. 1 de hæred. inſtit. Briſſ.

SALINARVM conductores in l. 11. C. de vectigal. & comm. in quas olim etiam ob maleficium pœnæ loco damnari maxime feminas conſueuiſſe oſtendit d. l. 8. §. in miniſterium ff. de pœn. & l. 6. ff. de captiu. & poſtlim. reu. Briſſ.

SALINARIA dicuntur, quæ dantur pro ſale. not. gloſſ. in verbo, Pedagia. c. ſuper quibuſdam. ext. de verb. ſig. Io. Bello. Etym.

SALIS vectigal apud Rom. fuiſſe conſtat. Salis meminit Liu. li. 2. Cumani, altero poſt reges exactos anno ſalis vendendi arbitrium quia impenſo pretio venibat in publicum, omni ſumptu adepto conceſſum priuatis bello Punico ſecundo vectigal nouum à cenſoribus Nerone & Salinatore inſtitutum ex Salaria annona. Etenim cum ſextante ſal & Romæ & per totam Italiam eſſet, Romæ eos pretio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi pretio præbendum locaſſe, ac pretio ſalis tribus oneraſſe, vt idem refert lib. 93. Prat.

SALITOR, qui ſalis tributum colligit. Interpres Ciceronis epiſt. ad Atticum lib. 4. exponit ſalitores præfectos, quos Iuriſperiti muttlegulos appellant, Germani noſtri *Saltzmeyer* vocant. Quidam tamen codices habent, non Salitoribus ſed data à litoribus.

SALIX, arbor dicta, quod ea celeritate creſcat, vt ſalire videatur. Paul. de ann. legat. l. Cajus Sejus. Præſtari autem volo ex prædiis Potianis, ex prædiis Luctatianis annua arundinis millia ttereuia, & ſalices mundi annua librarum ſingula millia. Spi.

SALONITANORVM portus in l. 3. C. de nauc. fœn. non in Africa, vt Accurſ. exiſtimat, ſed in Dalmatis eſt. Briſſ.

SALSAMENTA dici piſces ſalſos aut laridum, ait Donat. rectius quidem quam Accurſ. qui in l. quidam. ff. de triti. vin. & oleo, exponit ſalſamēta intinctum illum herbulis quibuſdam concinnatum, quam ſalſam volgus vocat, non ſine ſalis laude. Cum enim conſtet variis ex oleribus, pipere etiam, tamen totum confuſum ab indiciis modica ſalis micis nomen ſalſæ inuenit: quippe à nobiliſſimo deducens, vt in procem. §. ac ne tertij Virgilius in Moreto:

Hinc ſalis inſpergit micas.

Sed profecto hujuſmodi intinctum Iuriſconſult. non ſalſam vt imperiti, ſed embamma, vocat. l. ſi quis vinum §. ſi acetum, ff. de tritico; vino oleo, ἀπὸ τοῦ ἐμβάπτειν, id eſt intingere: quia cibi eo intingi ſoleant. Vnde Apitius, Embamma, inquit, in ceruinam facies: piper, nardoſtachium folium, apij ſemen, liquamen, vuam paſſam confundes, hoc embamma intinctum ante dixerat: nihil igitur cum embammate ſalſamentum commune habet Forcat. in penu juris ciuilis cap. 10.

SALSAMENTVM. Vide Gloſſ. in l. quidam hæredi. ff. de Vinariis & ol. leg.

SALSAMENTARII ſalem vendentes, quos Græci ταριχοπώλας & ταριχεμπόρους vocant. Budæus Miſcell. lib. 6. cap. 8.

SALTEM particula, quam habeat principalem ſignificationem, quæque vocis iſtius origo ſit, docet Aulus Gellius libro 12. cap. 14.

SALTVARIVS, qui vel fructuum conſeruandorum gratia, vel finium cuſtodiendorum cauſa paratus eſt, autore Vlpian. in l. quæſitum. de inſtruct. & inſtr. leg. quem ſequitur Corraſ. lib. 5 Miſcel. c. 21. n. 4. At ICtus in l. cum quærebatur. ff. de leg. 3. pro agri cuſtode accepit. Neque topiarium, inquit, ornandi, ſaltuarium tuendi fundi magis, quam colendi cauſa paratum videri. Item de Fon. inſtr. l. inſtrumenta. Si viridaria, inquit, adſint topiarij: ſi fundus ſaltuſque paſtionem habet, greges pecorum, paſtores ſaltuarij. Alias ſaltus, locus vbi paſcuntur armenta feræque verſantur.

SALTVARIVS, cuſtos fundi eſt, deſiderant enim tam villæ quam agri cuſtodiam, ne quid vicini, aut agri aut fructuum occupent. l. 15. § vlt. ff. de inſtructo. Saltuarios Gloſſarium ὁροφύλακας appellat: qui ſaltuum cuſtodes dicuntur, & fructuum ſeruandorum gratia parati, vel finium cuſtodiendorum cauſa l. 8. in fin. ff. de vſu & habitat. Briſſ.

SALTVENSES vocantur qui ſaltibus adſcripti ſunt, l. 1. C. de fugi. colon. lib. 11. l. 13. C. qui milit. non poſſ. lib.

SALTVENSES fundi in rub. & l. 13. C de fund. patrim. & ſaltuenſ. Principis dicuntur. Hi erant nemora paſtioni deputata, id eſt, fundi, qui pecoris paſcendi cauſa elocari ſolebant, cum in principis patrimonio conſeruarentur. Prat.

SALTVS eſt denſior ſylua, in qua paſci, & æſtiuare, & hyemare pecudes ſolent. Io. Bello. Etymol.

SALTVS appellabant veteres paſcua loca & paſtionibus accommodata l. pen. §. 1. ff. ſi ſeruit. vind. l. 8. ff. de inſtr. vel inſtr. l. 52. ff. de actio. empt. l. 25. ff. de pign. actio. Varr. lib. 4. de ling. lat. Quos agros non colebant propter ſiluas aut id genus vbi pecus poſſit paſci, & poſſidebant, ab vſu ſuo ſaltus nominarunt. Hæc Græci ἄλση καὶ νομάς, noſtri nemora dicunt. Hinc ſaltus ab alendo dictos putat Connan. lib. 3. comm. jur. ciu. c. 9. num. 5. in fi. quod paſcendis & alendis pecoribus inſeruirent. Ælius vero Gallus apud Feſt. lib. 17. ſaltum definit, vbi ſyluæ & paſtiones ſunt quarum cauſa caſæ quoque ibi ſunt. Et adiicio, ſi qua particula in ſaltu paſtorum aut cuſtodum cauſa aratur, eam rem non perimere nomen ſaltus, non magis quam fundi, qui eſt in agro culto & ejus cauſa habet ædificium, ſi qua particula in eo habet ſiluam. Briſſ. Virgil. lib. 2. Georg.

Saltibus in vacuis paſcunt & plena ſecundum
Flumina ——

Inde ſaltus paſcuus l. 19. §. 1. ff. loc. Et ſaltus paſtioneſque in l. 8. ff. de inſtru. vel inſtru. Et per greges paſtioneſque fructus ex ſaltibus percipi dicitur l. 32. ff. de vſufr. l. 9. ff. de inſtru. vel inſtru. In ſaltibus etiam venari dixit Tryphon. in l. 62. ff. de vſufruct. Virgil. 1. Georgic.

Et magnos canibus circundare ſaltus. Briſſ.

SALTVS alij æſtiui, alij hyberni erant l. 67. ff. de legat. 3. l. 3. §. ſaltus. l. 44 §. vlt. ff. de adqu. poſſeſſ. Æſtiuos definit Vlp. quibus interdum etiam hyeme, plerunque autem æſtate vtimur l. 1. §. æſtiua, ff. de aqu. quotti. Briſſ.

SALTVOSVS locus, ſaltibus plenus.

SALVA dignitate mea. verba Proculi, quomodo accipienda ſint, declarat Alciat. in l. Nepos Procul. de verb. ſign. ſpieg.

SALVA meliori ſententia l. Claudius. ff. qui pot. in pig. hab. ſpie.

SALVA ratione recti ſermonis l. Plautius, ff. de aur. & argent. legat. ſpiegelius.

SALVATOR. Quum ſeruator (vt ait Eraſm.) idem ſignificet quod ſaluator, ſeruare idem quod ſaluare: quoniam ſeruator eſt apud idoneos autores, ſaluator non idem: docti maluerunt ſeruatorem, quam ſaluatorem, ſeruator enim proprie Latinis dicitur, qui in diſcrimine confert ſalutem. Sic olim principibus, qui liberaſſent prouinciam aut patriam ab exitio, erecta ſtatua, aut poſita columna, honorabantur apud Græcos titulo σωτῆρος, apud Latinos ſeruatoris. Inde & ſeruorum vocabulum, quod in bello ſeruati eſſent, quum jure potuerint occidi. Inuenitur Seruatoris vocabulum apud orthodoxos ſcriptores, & poetas Chriſtianos vetuſtos. Spieg.

SALVARIS finis dicitur, qui præbet ſalutem, vt in Clem. dudum. de ſepult. Io. Bello Etym.

SALVBRITAS fundi conſiſtit in ſegetum, graminum aliorumque fructuum ſalubri prouentu, Gœdd. in comm. ad l. quid aliud 86. nu. 3. de verb. ſign.

SALVBRITAS prædiorum eſt in terræ fertilitate & qualitate. Quis enim neſcit agros lapidoſos & montoſos tantæ bonitatis non eſſe, quantæ ſunt, qui in planicie, ſolo læto & puro? Gœdd. in comm. ad l. quid aliud 86. nu. 3. de verb. ſign.

SALVIANVM interdictum a Saluio Iuliano profectum eſt, de quo tractatur lib. 43. Pandect. & hoc datur ad proſequenda pignora, dictumque eſt aliis à ſaluando, quia ſaluat jus creditorum & dominorum, vt ſcribit Zaſ. Inſtitution. de action. §. Item Seruiana.

SALVIANVM interdictum, ait Briſſon. adipiſcendæ poſſeſſionis eſt, quo vtitur dominus fundi, de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigit, §. interdictum quoque.

Digitized by Google

quoque. Inſtit. de interd. l. 1. & 2. ff. de Salu. Interd. l. 1. C. eod. l. 2. §. adipiſcendæ. ff. de interdict.

SALVIS verbis legis fieri quod dicitur, quod fit abſque offenſa verborum l. contra legem 29. ff. de legibus. Briſſ.

SALVO jure meo, verba ſunt magnæ efficaciæ: vt colligitur ex l. ſi debitor §. 1. Quibus modis pignus vel hypothec. ſol. cum aliis per Albericum citatis. Spieg.

SALVO officio quem abſolvere apud Aſtican. in l. pen. C. de Con.

SALVS, incolumitas, remedium. Paul. de offic. præfect. vigil. l. 4. Nam ſalutem Reipub. tueri, nulli magis credidit convenire, nec alium ſufficere ei rei, quam Cæſarem. Spieg.

SALVS communis, l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10. Spieg.

SALVS agitur, melius quam, agitur de ſalute.

SALVSTIANI horti fuerunt Romæ, quorum Plinius lib. 7. meminit. In conditorio, inquit, Saluſtianorum hortorum aſſervabant. Aphri. de leg. 1. l. idem Iulianus. Si Saluſtianos, inquit, hortos, qui ſunt Auguſti. Nebriſſ.

SALVVM fore qui recipit, *ζημεινννντειν*. non ſolum à furto, ſed etiam à damno recipere videtur, vt ait Cajus. l. nauta. ff. naut. caup. Spiegel.

SAMARIA civitas regalis in Iſrael, caputque & ſedes regni domus Iſrael, à quo tota regio decem tribuum dicta eſt Samaria. Poſtea Sebaſte dicta eſt, ab Auguſti nomine, dicitur quoque Sichar, & Sichem, & Sichema. Ea eſt Palæſtinæ inter Iudæam & Galilæam ſita (referente A. Calepino) ædificataque eſt à Samarite filio Chanaam, vnde Samaritani ſeu Samaritæ, qui Samariam incolunt. Et ipſi homines erant, qui ſeiuncti à Iudæis, diverſa ab eis ſentiebant, vt indicat Suidas in collectaneis Græcis. Vide & D. Hieronymum ad Algadiam. Cæterum, legimus quod, poſtquam diviſum fuit regnum ipſum Iſrael, ſub Roboam, filio Salomonis, (vide in 3. reg. cap. 12.) ſuperbe ædificata fuit, & nobiliſſima ædificia fuerunt in ea: nunc autem Dei judicio converſa eſt in hortos olerum, vt vix jam aliqua ſit ibi habitatio.

SAMIA in genere dicuntur ſigilla, à luto ejus inſulæ fictilibus convenientiſſimo: Vnde apud Auſonium legitur: Agathoclem regem, cũ fictiles lãces intelligi voluiſſet, abacum onerasse Samio luto: Et animadverſion. Hadrian Iun. l. 5. c. 10.

SAMIATA ferramenta in Aureliani Auguſti epiſtola de off. tribun. mil. veteres pro his acceperunt, quę in ſpiculum mucronata atque acuminata forent. Quod & Nonius Marcellus probavit. Samium enim pro acuto acceptum eſt, ac Samiare pro acuere. Quoniam in Samo hoc artis genus præcipue claruit. Per. Crin. de honeſt. diſcipl. lib. 22. c. 10.

SAGA mens, hoc eſt, bene inſtituta, valens ratione, ſolido judicio, recte & ſane ſtatuens de rebus. Sic ſana mente facere teſtamentum, apud Imp. in l. 9. C. qui teſtam. fac. poſſ. Et ſanæ mentis eſſe, in l. 2. C. eod. tit.

SANATES dicti ſunt, qui ſupra infraque Romam habitaverunt, quod nomen iis fuit, quia quum defeciſſent à Romanis, breui poſt rediere in amicitiam, quaſi ſanata mente. Itaque in 12. Tabul. cautum eſt, vt idem juris eſſet Sanatibus quod fortibus, id eſt bonis, & qui nunquam defecerant à Popul. Roman. Feſtus. Hot. Prat.

SANCIRE proprie eſt, ſi Servio credimus, ſanctum aliquid, id eſt, conſecratum facere, fuſo ſanguine hoſtiæ. Vſurpatur autem pro decernere, conſtituere. Cicer. in Legibus: Populariter interdum loqui neceſſe eſt, & appellare eam legem, quæ ſempro ſancit quod vult, aut jubendo, aut vetando. Spieg.

SANCTA proprie ſunt, quæ neque ſacra, neque religioſa, neque profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata: Hinc leges ſanctæ dicuntur, quia ſanctione quadam ſubnixæ ſunt. Quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi non ſit Deo conſecratum, l. 9. §. proprie, ff. de rer. diviſ. A ſanciendo ſanctum dictum eſt, quaſi incorruptum & inviolatum, vt Agge. Vrbic. in Comment. ad Frontin. ſcribit. Briſſ.

SANCTÆ crucis imago eleganter ab Honorio & Theodoſio pientiſſimis Imperatoribus fidei noſtræ ſignum dicitur in l. Iudæis. C. de Iud. Spieg.

SANCTÆ res ſunt, vt in civitatibus & oppidis muri & portæ. l. 1. & l. 8. in fin. ff. de rer. diviſ. l. 2. ff. ne quid in loc. ſac. Zonar. to. 2. *συγκαμ γδ' οἱ ἡ μεγαιαι ιε τειχη*. Sed enim quod ad portas attinet à Iureconſultis diſſentire Plutar. videtur, qui *ἐν τοῖς ῥωμαικοῖς* muros *ἱερὰ* eſſe, portas non item, ſcribit: quod per portas cadavera efferantur, aliæ item res immundæ & minime puræ per eas tranſmittantur, invehantur evehantur. Verum diverſa potius quam contraria aut pugnantia dicit. Merito enim neget portas religionis quicquam habere, aliter atque muros quia aratro circumducere atque arbitri certis adhibitis ſacris in deſignanda vrbe ſolebant: cum eo loci, in quo portæ ſtruendæ erant, ſuſtollere aratrum, & ſuſtolli conſueviſſet. Verum eſt tamen nec portis muris nec quicquam conjungi vel apponi licuiſſe, nec aliquid omnino in eas ſine nefario ſcelere committi potuiſſe quo violari viderentur. Eaque propter to ſanctis conſulti eorum vtrunque recte nominant, leg. 1. & vltim. ff. ne quid in loco ſac. Cajus lib. 2. Inſtit. tit. 1. ſanctæ quoque leges dicuntur, propter ſanctiones, quibus leges ſe ipſas olim muniebant l. nona, § proprie. ff. de rerum diviſion. Briſſ. Prat.

SANCTIMONIALES appellant Impp. virgines Deo devotas, dicatas, & conſecratas, rubr. de rapt. virgin. Prat. ex Briſſ. Vide & Goth. ad Nov. 59. c. 2. in verb. Aſceteris. Porro ſanctimoniali vitæ opponitur converſatio ſecularis in l. Deo nobis 59. §. 2. C. de epiſcop. & cler. vbi vide Gothofr. in not.

SANCTIO legum triplex eſt: ſumma, media & infima. Summa eſt, quæ id quod adverſus legem commiſſum eſt, ipſa per ſe ac vi ſua, id eſt, ſine magiſtratus opera reſcindit: veluti Sanctio legis Æliæ Sentiæ, quæ libertatem ejus qui in fraudem creditoris manumiſſus eſt, irritam eſſe jubet §. 2. qui & quib. ex cauſ. Media eſt, quę non per ſe, ſed magiſtratus opera quod commiſſum eſt reſcindit: veluti ſi res vendita non valet dimidium precij, vel precium non valet dimidium rei l. 2. C. de reſcind. vend. Item cum ea quæ in fraudem minorum aut creditorum facta ſunt, reſtituuntur. Infima eſt, cum quod commiſſum eſt non reſcinditur ſed is qui commiſit mulctatur: veluti in lege Furia teſtamentaria, quæ plus mille aſſium legatum, mortiſve cauſa capere vetat, & adverſus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam conſtituit. Prat. Hot.

SANCTIONES Pragmaticæ in rubr. C. de diverſ. reſcrip. dicuntur, in quibus Princeps adhibito conſilio & tractatu, fuſius reſpondet ad preces, relationem, vel ſuggeſtionem judicum, vel aliorum, & aliis quidem reſcriptis preces inſeruntur non pragmaticis. Aug. in collatione tertiæ diei cum Donatiſt. vide Cujac. & Gothof. ad d. rub. C. de diverſ. reſcript.

SANCTIONES vocamus eas legum partes, quibus pœnas conſtituimus adverſus eos qui contra leges fecerint: ait Imp. §. 8. de rer. diviſ. Papinian. l. 41. ff. de pœn. Sanctio legum quæ noviſſime certam pœnam irrogat iis, qui præceptis legis non obtemperaverint, ad eas ſpecies pertinere non videtur quibus ipſa lege pœna ſpecialiter addita eſt. Ejus ſanctionis exemplum pulcherrimum libet ex reliquiis legis Regiæ propter ſummam elegantiam & vetuſtatem adſcribere. Si quis hujuſce legis ergo adverſus leges, rogationes, plebiſve ſcita, ſenatuſve conſulta fecit, fecerit, ſive quod eum ex lege, rogatione, plebiſve ſcito s. v. s. e. facere oportebit, non fecerit, hujus legis ergo id ei ne fraudi eſto, neve quid ob eam rem populo dare debeto, neve cui de ea re actio, neve judicatio eſto: neve quis de ea re apud * ci ſinito. Cicer. ad Attic. lib. 3. Epiſt. 23. Scis enim Clodium ſanxiſſe, vt vix aut omnino non poſſet nec per Senatum, nec per populum infirmari ſua lex ſed vides nunquam eſſe obſervatas ſanctiones earum legum, quæ abrogarentur, nam ſi id eſſet, nulla fere abrogari poſſet: neque enim vlla eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis. Idem Verrina 6. Quid multa? niſi vehementius homini minatus eſſem, niſi legum ſanctionem pœnamque recitaſſem, tabularum mihi poteſtas facta non eſſet. Hot. Prat.

SANCTIVS ærarium ab antiquis dicebatur, quod penitus intactum erat, ex quo nihil promi licebat, ob annuas neceſſitates. Pratejus.

SANCTORVM nomine olim Chriſtiani accipiebantur, vt ex priſcis conſtat ſcriptoribus. Vnde ſanctiſſimi dicti epiſcopi, vt in Conſt. princ. Quem titulum ex antiquitate retinuit Pont. Rom. Quin & beatiſſimi titulo honeſtatur. De quo ſupra ſuo loco. Notum, quod D. Paul. ſymmyſtas ſuos vocat ſanctos. Iudæi vocabant ſancta omnia, quorum vſus ipſis conceſſus erat. Et quidem erant ſancta, quia erant ordinata verbo Dei. E contra profana & prohibita nominant communia, id eſt, non ſancta, non ſeparata ad vſum populi ſancti, ſed quibus gentes vtebantur, Iudæi autem vocabantur populus Dei & ſanctus, id eſt, ſeparatus à gentibus ad cultum Dei. Spieg.

SANCTVARIVM principis libros atque commentarios, in quos agrorum formæ referebantur, aut, quod magis eſt, locum ipſum & tabularium, in quo hujuſmodi libri reponebantur, ſignificat. Sicul. Flacc. in libro de condit. agror. Quod ſi qui contradicat, ſanctuarium Cæſaris reſpici ſolet. omnium enim agrorum & diviſorum, & adſignatorum formas, ſed & diviſionem commentarius & principatus in ſanctuario habet. Qualeſcunque enim formæ fuerint, ſi ambigatur de eorum fide, ad ſanctuarium principis revertendum erit. Hygen. in lib. de limitib. conſtit. Omnes ſignificationes & formas æris tabulis inſcribemus, libros æris & typum totius perticæ linteis deſcriptum, ſecundum ſuas determinationes deſcriptis adfinib. tabulario Cæſaris inferemus Et ſi qua beneficia, aut conceſſa, aut adſignata coloniæ fuerint, ſive in proximo, ſive inter alias civitates, in libro beneficiorum adſcribemus. Et quidquid aliud ad inſtrumentum menſorum pertinebit, non ſolum colonia, ſed & tabularium Cæſaris manu conditoris ſubſcriptum habere debet. Ita & ſanctuarium Mithridatis pro ſecreto ejus tabulario dixit Plin. lib. 32. c. 8. Briſſ. Prat.

SANCTVM eſt, ait Trebatius interdum idem quod ſacrũ, idemque quod religioſum: interdum aliud, id eſt, nec ſacrum, nec religioſum: nimirum incorruptum & inviolatum. Hæc Macrob. lib. 3. c. 3. Feſt. autem l. 16. Inter ſacrum & ſanctum & re-

ligioſum differentias Ælius Gallus belliſſime refert, ſacrum, ædificium cõſecratum Deo. ſanctum, murum qui ſit circa oppidum, religioſum, ſepulchrum vbi mortuus ſepultus, aut humatus ſit. Sed illa portione quadam & temporib eadem videri poſſe. Siquidem quod ſacrum eſt, id lege aut inſtituto maiorũ ſanctum eſſe putant, quod violari id ſine pœna non poſſit idem religioſum quoq; eſſe, quod jam ſit aliquid, quod ibi homini facere non liceat, & quod ſi faciat, aduerſus deorum voluntatem videatur facere. Similiter de muro aut ſepulchro debere obſeruari, vt eadem & ſacra & ſancta religioſa fiant. Hæc Feſtus. Proprie autem ſancta dicuntur, quæ ab injuria hominum defenſa atque munita ſunt: inquit Martian. l. 8 ff. de rer. diuiſ. Munita autem propter pœnam propoſitam ſignificat. Nam ſancire eſt ſanguine fuſo confirmare: vt Seruius Grammaticus teſtatur, neque Martiano aſſentimur, vt Hotomannus, qui (Martianus) à ſagminibus hoc verbum eo loco deducit, quin Feſto potius & Aggeno Vrbico in comment. ad Frontinum adſtipulamur, qui ſagmina à ſanciendo, i. confirmando deducit. A ſanguine autem confictum eſſe, vel ex conſuetudine ſacrorum ſolennium, quam Saluſtius in Catilinaria commemorat, intelligi poteſt. Fuere, inquit, qui dicerent, Catilinam cum ad juſiurãdum populares ſceleris ſui adigeret (ſic enim legendum, non Addiceret) humani corporis ſanguinem vino permiſtum in pateris circumtuliſſe. inde cum poſt execrationem omnes deguſtaſſent, ſicuti in communibus ſacris fieri conſueuit, aperuiſſe conſilium ſuum, &c. Sancta ergo prima ea ſunt, quæ cæſa victima, & execratione interpoſita, confirmata ſunt. Et ſacroſancta, vt vult Hotomanus, illa eadem proprie, quaſi quæ ſacro facto ſancita ſunt. Sed Liuius lib. 3. quum idem prope ſibi videri ſignificaſſet, ICtis tamẽ aliud placere oſtendit: Cum in violatos Tribunos plebis, inquit, religione, tum lege etiam fecerunt, ſanciendo, vt qui eis nocuiſſet, ejus caput Ioui ſacrum eſſet: familia ad ædẽ Cereris, Liberi, Liberæque venum iret. Hac lege juris interpretes negant quenquam ſacroſanctum eſſe, ſed caput ejus qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum eſſe, id ſanciri. Hæc Liuius. Eamque, ICtorum etymologiam Feſt. lib 17. ſecutus, Sacroſancti, inquit, dicuntur, qui ſanciuntur vt ſint ſacri, ſi ſacrum violent. Itaque ſacroſancta duobus modis fiunt: Religione, ſiue jurejurando: & Lege. quorum vtrunque Liuius eodem loco ſignificat, his verbis. Et cum religione inuiolatos eos, tum lege etiam fecerant. Paulo autem poſt religionem juſiurandum interpretatur. Dionyſius autem lib. 6. Iurarunt, inquit, per ſacra omnia, ſe poſteroſque ſuos hanc perpetuo legem obſeruaturos: addita execratione, vt qui legi parerent, ita deos ſuperos atque inferos propitios haberent: qui non parerent, infeſtos. Hunc vtrumque modum exponit Cicer. in ea pro Corn. Balbo. Quid fuit in ea rogatione, quod ſacroſanctum videretur? Primum enim ſacroſanctum eſſe nihil poteſt, niſi quod populus plebſve ſanxiſſet. Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis, aut pœnæ: cum caput ejus, qui contra facit, conſecratur. Sic autem hunc locum emẽdari vult Hotom. Aut genere ipſo, vt obteſtatione & conſecratione Legis: aut pœna, cum caput ejus, &c. Duos enim tantum hos fuiſſe modos, locus inſequens, vbi ex enumeratione partium argumentatur, perſpicue oſtendit. Quid habes igitur dicere, inquit, de fœdere ejuſmodi? Vtrum capitis conſecratione, an obteſtatione Legis ſacroſanctum eſſe confirmas? Ex quibus copioſe diſputatis eſt perſpicuum, hoc inter Sanctum & Sacroſanctum intereſſe, quod inter genus & ſpeciem. Sacroſancta enim dicũtur ea, quæ ſub capitis pœna ſancita ſunt, vt inuiolata & incorrupta eſſent. Quæcunque vero pœnam aliquam continent paulo grauiorem. Sancta nominantur. Planum eſt præterea & ſancta & ſacroſancta ea plurimum dici, quæ inuiolata ſunt. Hinc Cicero in ea pro domo ſua, de cujuſque domo verba faciens: Hoc inquit, perfugium eſt ita ſanctum omnibus, vt inde abripi neminẽ fas ſit. Hinc ſacroſanctæ eccleſiæ dicũtur à Iuſtiniano, quę aſylũ præbent. Hinc illud Ciceronis in Catilin. Quid enim expectas; bellum? quid ergo? in vaſtitate omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras, putas? Hinc ſacroſancta fœdera ſemper appellantur, quia gentibus omnibus moris fuit, vt ea ſanguine ſancirent. Cujus rei exemplum inſigne teneri non poſſum, quin hoc loco ex Corn. Tacit. li. 12. ſubſcribã. Mos eſt, inquit, Regibus (de Armeniis loquitur) quoties in ſocietatem coeãt, implicare dextras, pollicesque inter ſe vincire, nodoque perſtringere. Moxque vbi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicẽ lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum. Hotom. Prat.

SANDAPILARII, Pollinctores & Libitinarij dicebantur, penes quos funerãdi cura verſabatur. Hi à Græcis νεκροφόροι καὶ νεκροθάπται, teſte Vlpiano dicuntur, quaſi defuncti feri, qui Sandapilarij, & Veſpillones dicuntur, non multum diſſimiles his vulturiis codonophoris, id eſt, tintinabula geſtantibus, quos Anteambulones atratos Latine appellare poſſumus, & ferales præcones, auctore magno Budæo, à Græcis etiam νεκροφόροι, &c Brech. in l. cum in teſtamento. ff. de verb. & rer. ſign. quem hac de re vide plenius. Sandapilæ ſunt pharetræ & defunctorum capuli. Iuuenal. Epigram. & cæteri Ioann. Bapt. in comment. Epiſt. Sidon. lib. 2.

SANDALARIUM ea fori pars ſiue locus eſſe dicitur, vbi vendi ſolebant ſandalia & calceamenta, vbi & Librarias tabernas fuiſſe ex Gell. lib. 18. c. 4 & ex Macrobio quem idem Gellius d. loco allegat, conjicere licet.

SANGVINA contingere l. vel ſi ſanguine. de mann. vind. Spieg.

SANGVINEAS (non ſagmineas) virgas legi patat. Prat. apud Modeſt. in l. fin. ff. de legib. eaſque ſic interpretatur. Sanguineæ, inquit, virgæ è ſanguineis fruticibus erant, quibus cædi jubentur parricidę, vt aut terror ineſſet in cruento eorum dolore, aut ad horrorem, vt volunt quidam, cruentabantur: vt de Bellona ſcribit Maro.

Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.

De ijs ſcribit Plin. lib. 19. c. 10. & lib. 24. c. 12. Hinc ſanguineæ haſtæ, quæ, quia coloris erãt cruenti, ideo & ijs ad bellum indicendum feciales vtebantur: has volunt quidam ſanguine cruentatas, quo atrox & cruentum bellum minarentur. Prat.

SANGVINOLENTVS l. 2. C. de patr. qui fil. ſuos diſtr. ſanguine materni vteri adhuc perfuſus, id eſt, recens natus, vt l. 1. C. Th. de expoſ. Si quis, inquit Conſtantinus, propter nimiam paupertatem egeſtatemque victus cauſa filium filiamve ſanguinolentus vendiderit: ita enim legendum eſt eo in loco, vt in tit. de infant. expoſ. & de his qui ſang. nutr. acc. Hos Iuuenalis rubentes appellat. Sat. 7.

-------- Modo primos incipientes

Edere vagitus, & adhuc à matre rubentes.

Græcis [illegible] voca(n)t. Prat. Briſſ.

SANGVIS filij, ſanguis patris eſt, autor ICtus in l. 4. ff. de inofficioſ. teſtam.

SANGVIS in jure longe aliud eſt quam conſanguinitas. Sanguis cognatio eſt naturalis, l a ff. vnd. cognat. l. vel ſi ſanguine ff. de manu. vind. l. qui in adoptionem, ff. de adopt. l. ſi adulterium §. 1. ff. ad leg Iul. de adult l. dotem. §. fi. de caſtr. pec. l. 8 ff. de reg. juris. l. 49 C. Th. de his qui ſuper rel. cont. Conſanguinitas vero ſpecies eſt agnationis, id eſt, fraternitas, § vulgo Inſt. de ſucceſſ. cog. Neq; vero ſoli auctores noſtri, ſed etiam alij cum Græci tum Latini hanc verbi proprietatem obſeruant, Sophocles in Aiace, [illegible], id eſt, Aiacis furioſi fratrem Teucrum. Et Virgilius Statiuſque conſanguineum lethi ſoporem, quem Homerus [illegible], Anneus Seneca & Valerius Flaccus, fratrem: Frater duræ languide mortis ſomne fratri ſimilime letho. Idem Statius 11. ſtat. conſanguineum campo ſcelus vnius ingens Bellum vteri. Cujac. obſeru. lib. 11. c. 26. & ad l. Vacantia 4 C. de bonis vacantib.

SANGVIS naturalem conjunctionem ſignificat. Sic ſanguinis caritas. l. 5 §. 1. ff. de agnoſc & alim. Briſſ.

SANITAS apud Ciceronem fere ſemper animorum dicitur, nec vnquam niſi ſemel aut iterum pro corporis valetudine vſurpauit, teſte Connan. in ſuis comm. lib. 9. c. 4. n. 10.

SANOS, ait Cicero lib. 3. Tuſcul. quæſt. intelligimus eos quorum mens motu, quaſi morbo perturbata nullo ſit. Item ſanum mente, accipe in l. ſanum. Cod. de donat. Briſſ.

SANVS non eſt, cui lingua abſciſſa eſt. l ſi cui lingua. ff. de ædil. & Spieg. Prat. Vide & D. Gœdd. ad l. inter ſtuprum 101. §. 2. n. 4. ff de verb. ſign.

SANVS qui non longe vider. Sic puerpera & prægnans ICtis ſana eſt, cum id proprium ſit mulierum officium l. quæritur 14. ff. de ædil. edict. Gœdd. in comm. ad l. 101. num. 4. de verb. & ſer. ſignif § 2.

SAPA muſtum dicitur, vſque ad tertiam partem vel (vt quidam volunt) ad dimidiam decoctum: & à ſapiditate nomen accepit. De hoc Martial.

Et Laletana nigra lagena ſapa.

Græcè ἕψημα dicitur, ab ἕψειν, quod eſt decoquere, ejus meminit Vlp. in l. quęſitum eſt. §. ſi qua parte. tit. de fund. inſtrum. Vas (inquiens) æneum, in quo ſapa coqueretur, & defrutum fiat. quamuis apud eum quidam repoſuerint, Vas æneum in quo ſapa coqueretur, vt ferueat. Nonius: Sapa (inquit) quod nunc metallacium muſtum, ad mediam partem decoctum: defrutum, ſi ex duabus partibus ad tertiam redigatur.

SAPIENS à populo primus Publius Attilius appellatus eſt, vt Pomp. ſcribit in l. 2. §. deinde Sextus. ff. de orig. jur. quem tamen Cic. lib de amicitia Atilium vocat. Hinc & ſapientes pro juriſperitis, vt apud Romanos, prudentes, l. Feud. 1 tit. 25. Super negotio iſto tale eſt ſapientũ noſtræ ciuitatis conſilium, videlicet Oberti & Gerardi. Radeuicus lib. 1. c. 17. At ſapientes & legum periti perſuadent Mediolanenſes, licet improbos & infames, judicis tamen officium per legitimas inducias citandos eſſe: hoc eſt, judicis edictum vnum, mox alterum & tertium, ſeu vnum pro omnibus, quod peremptorium non ſignatur. Ex eodem numero quatuor illi Principes Iuſtinianei juris interpretes fuere, quorum gloſſis Accurſium magnopere adjutum fuiſſe conſtat, de quibus idem Radevicus lib. 2. c. 5.

Haben-

Digitized by Google

Habens, inquit [de Friderico I. Imp. loquitur] videlicet Bulgarum, Martinum, Iacobum, Hugonem, viros diſertos & in l. doctiſſimos legúmque in ciuitate Bononienſi Doctores, & multorum auditorum præceptores, &c. Prat.

SAPIENTIA terreſtris vocatur humana: de qua loquitur Paul. Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum Sic lib. Sapientiæ c.8. Sapientia juris ſuos cultores locupletat, & eorum theſauros replet. Loquitur Paul. ad Corint. c.3. Nemo ſe decipiat Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Loquitur Auguſt. in c. qui ſine 16. q.1. Qui ſine Deo ſapientiam quærit, non ſanus, ſed æger: quo prudentior, eo ſtultior, aſſidue laborans ægritudine. Talis ſapientia vocatur à Græcis φρόνησις rerum bonarum & malarum ſcientia: quam Iureconſulti in Pandectis & Pontifices Romani in Decretalibus epiſtolis inſeruerunt, vt annotauit Taboetius in topico militiæ for & legal. diſcip.

SAPIENTIAM pro Philoſophia dixit Pomp. in l. 2. §. poſt hunc maxima ff. de orig. jur. & ſapientiam ciuilem Vlp. pro Iuris Ciuilis ſcientia in l. 1. §. proinde ff. de extraordin. cogn. hinc ſapientiæ ſtudioſi apud Quintil. lib. 1. & lib. 7. Briſſ.

SARABALTÆ Sacerdotes apud Ægyptios in foraminibus petrarum habitantes, induti porcorum & boum pellibus, cincti funibus palmarum, ſpinas ad calcanea portantes ad cingulum ligatas: de quibus plura Crinitus lib. 3. de honeſt. diſcip. c. 15. ex Auguſtino & Hieronymo.

SARACENVS. Extat in jure Pontificio tit. de Iudæis & Saracenis vbi juris vtriuſque titulorum expoſitor, Saraceni (inquit) dicuntur à Sara vxore Abrahæ, quum potius Agareni dici deberent, ab Agar, ancilla Abrahæ, & matre Iſmaelis, ex quo Saraceni deſcenderunt. De quibus ſcribit Ioan. Cation. lib. 3. Chr. Saracenum regnum dictum eſt primo regnum Mahometis. Nam etſi Agarenus erat natione, tamen non ſine magna cauſa mutauit hoc nomen, quod promiſſio in ſcriptura ad Abrahæ filios ex Sara progenitos pertinebat, & non ad Agar. Erant autem Agareni ex Agar. Cæterum, cùm prætexeret Mahometes ſuum populum Deo gratum eſſe, atque adeo ad quem pertineret benedictionis promiſſio, vt dominarentur in toto orbe (carnaliter interpretabatur omnes promiſſiones ſcripturarum) mutatio vocabulo de induſtria, populum ſuum Saracenos appellauit, tanquam Saræ filios, & non Agarenos. Sunt autem hi Saraceni potentes, non in Aſia ſolum, ſed in Africa quoque facti. Inde & in Hiſpaniam profecti ejus quoque magnam partem diu tenuerunt. Italiam etiam ſæpe per incurſionem ingreſſi ſunt. Anchat.

SARCINA, eſt proprie vtenſilium ſimul compoſitorum. Paul. in l. 2. §. 1. ad L. Rhod. ad merces tranſtulit. Sarcinæ, inquit Cujac. 1. obſ. 2. in med. ſunt quæ onerant nauem. Ab hac voce ſarcinator dicitur, non à ſarciendo. Vide Eraſmum explicantem parœmiam, ſarcinatrix ſummum centonem. Nebriſſ.

SARCINATOR, ſarcinatrix, qui quæ ſarcienda veſtimenta accipit. l. 25. §. vlt. ff. loca l. 2. §. 1. ff. de tribut. l. 5. ff. nautæ cau. po. l. 27. ff. de pecul. l. 5. §. 1. ff. de inſtito. l. 82. ff. de furt. Non. Marcel. Sarcinatorem ſutorem interpretatur addito Lucilij verſu. ſarcinatorem eſſe ſummum ſuere centonem optime. Prat. Briſſ.

SARCIRE in 12. Tab. ſatisfacere ſignificabat, auctore Feſto. Inde ſarcire noxam, id eſt, damnum præſtare. l. 1. §. cum arietes ff. ſi quadrup. paup. l. 14. ff. de incend. ruin. Et ſarcire damnum in l. 31. in fin. de dam. infect. Sicque apud Feſtum Seruius Sulpitius, ſarcito in 12. Tabul. exponit damnum ſoluito, præſtato. Sarcire eſt etiam integrum facere. Sarcire ædificia in l. 7. §. vlt. ff. de jure delibet. eſt corrupta reſtituere. Ob eam cauſam opera publica, quæ locantur ſarta tecta locantur, vt idem Feſt. lib. 16. ſcribit. Ita ſarta tecta accipimus in l. 7. ff. de offi. procon. l. 7. ff. de vſufruct. & l. 7. C. eod. tit. l. 7. §. illud, ff. ad l. Iul. repetund. l. 18. ff. de vſu & habit. l. 2. C. de cond. in publ. horr. lib. 10. Flauius Vopiſc. in Aurel. De proprio poſſeſſiones quas in Mauritania habuit, ſartis tectis Capitolij deputauit. Pra. Briſſ.

SARCOPHAGVS ſepulchrum & capulum ſignificat, quod ex ſarcofago lapide fiſſile corpora celerrime conſumente, qui in Troade plurimus naſcebatur, fieret, vt Iſidor. lib. 16. c. 4. ſcribit ἀπὸ τοῦ σαρκοφαγεῖν, quod carnes edat. Inuenitur verbum hoc in l. 37. de relig. & ſumpt. l. 18. §. vlt. de alim. leg. l. 6. de ſepulc. viol. in C. Th. Et in libello varior. aucto. de limitibus, Orcas in fine inuenies, Sarcofago in hoc inuenies. Et in Epigram. Antiq.

Et Latiroque iaceat condita Sarcofago.

Et in alia inſcriptione.

Corpora eorum fiſſili ſarcofago commendauerim.

Briſſ. Prat.

SARCVLVM, vel ſarculum, inſtrumentum, quo ſata ſarciuntur, id eſt, herbis internaſcentibus purgantur. Vlp. de fun. inſtr. l. inſtrumenta. Ligones, inquit, ſarculi, falces putatoriæ, bidentes. Nebriſſ.

SARDIANI Græcis, Latinis ſunt Sardi. Caput Lydiæ quondam fuere Sardes, ante Hydæ, dictæ, ad Cayſtrum amnem, haud ita procul Tmolo monte. Quas, quia Crœſi regia erat, cinctas obſidione, & expugnatas fuiſſe à Cyro, lib. 1. ſcripſit Herodotus. Romani & conuentum Sardibus tribuerunt, qui Sardianus dictus eſt Plinio. Magnam vero vrbem, & celebrem fuiſſe, Strabo indicat. Vnde Marcellus recte appellauit rempub. Sardianorum, in l. antepen. ff. de ann. leg. Hic ſunt Sardes, teſte Vadiano noſtro, homine doctiſſimo, quarum eccleſiam inter ſeptem illas Aſiæ præcipuas Ioan. Apoc. 3 cenſuit. Spieg.

SARDICENSIS ſynodus, non à Sardibus, ſed Sardica Illirij ciuitate dicta, de qua poſt Epiphanium l. 2. tom. 2. Viſe & Vadianum in Illyria, hiſt. tripart. lib. 4. cap. 24. Theod. lib. 2. cap. 4. Spieg.

SARDI venales. Tantum captiuorum Gracchus adduxiſſe ſcribitur, auctore Plinio de viris illuſtribus, vt longa venditione res in prouerbium veniret. Sardi venales: Cujus prouerbij rationem Plutarch. in Romanorum Problematibus aliam tamen adfert. Nimirum olim inoleuiſſe morem apud Romanos ſolemnem, vt qui ludos in capitolio ederent, Sardos venales pronunciarent, prodiretque puer quiſpiam, per ludibrium monili ductus, quam bullã vocant, eumque morem hinc ortum putat, quod Veientes olim diu cum Romanis bellum geſſiſſent, quodque vrbem horum poſtremam Romulus expugnaſſet. Vnde & regem ipſum & multos captiuos Romam deductos, venales pronunciauit. Porro cum Lidi ab initio fuerint Hetruſci. Lydorum autem caput erat Sardis, inde factum, vt Hetruſcos Sardorum nomine pronunciarit venales. Hujus autem prouerbij meminit Cic. quinq. lib. 7. Epiſt. fam. & explicat Eraſ. in Chil.

SARDONYX, gemma. Plin. 37. c. 6. nomen compoſitum ſcribit ex ſarda, lapide in Sardinia reperto coloris rubri: & Onyx, quæ gemma eſt ad vnguis humani ſimilitudinem accedens. Vlp. Sardonyca numerat inter gemmas magni pretij, l. 6. de bonis damn. vbi tamen ſardonychica legitur. Hot. Prat.

SARDONYX eſt gemma ex duorum nominum ſocietate ſic vocata. Eſt enim ex Onychis candore & ſardi rubore mixta, auctore Iſidoro lib. 16. Etymol. c. 8. Briſſ.

SARCOCALLA in l. vlt. §. ſpecies, ff. de publ. ea videtur eſſe, quæ ab aliis auctoribus ſarcocolla vocatur, ſicut ibidem Saffirinos vocatur qui à Plin. lib. 37. c. 9. & Iſid. lib. 16. c. 9. Sapphyrus appellatur. Eſt autem ſarcocolla lacryma arboris in Perſide naſcentis thuri ſimilis, vt Dioſcor. lib. 3. & Pli. lib. 13. c. 11. & lib. 24. c. 14. ſcribunt. Nomen ab eo habet, quod diſſolutam & hiantem vulnere carnem adſtringat & adglutinet. Briſſ. Prat. & Gotb. ad d. l. vlt. §. ſpecies.

SARMATÆ, ſiue Sarromatæ, nam vtroque modo appellantur populi ſunt Septentrionales, alteri in Aſia, alteri in Europa. Nam duplex eſt Sarmatia. Luca 3. Et in juncto Sarmata velox Pannonio & ibidem. Affinis Sarmata Moſcho. De aur. & arg. leg. l. arg. Sunt, inquit, nationes quædam, quæ pellibus vtuntur, veluti Sarmatarum. Nebriſſ.

SARMENTA, Sarpere antiqui pro purgare ponebant, vnde & virgulæ abſciſſæ, ſarmenta dicuntur. l. ligni appellatione. ff. de leg. 3. Spieg. Prat.

SARRACVM vehiculum eſt, inquit Feſtus, quo ornamenta portantur ſcenicorum, frequentius tamen ponitur pro vehiculi genere, quo ligna & lapides deuehi conſueuerunt. Cortaſ. 2. Miſc. 20. n. 4.

SARTA tecta Feſtus ſic interpretatur: ſarte ponebant pro integre, ob quam cauſam opera publica, quæ locantur, vt integra tecta præſtantur, ſarta tecta vocantur. Etenim ſarcire eſt integrum facere. Hæc Feſtus. Sed videamus ne non de tectis locutio intelligatur: verum hoc conjunctum pronuncietur, item vt alia complura, in quibus & conjunctio ſubauditur: vt ire agere, vti frui & quæ ſunt generis eiuſdem: vt ſit ſarcta & tecta, quidam c. literam interponendam putant, quod à ſarcio declinatum ſit, non à ſartio. Chariſius lib. 2. Sarcte, inquit, pro integre Sarcire enim eſt integrum facere. Hinc ſarcta tecta. vti ſunt opera publica publice locantur Vlp. l. 7. ff. de offic. procoſ. Ædes ſacras & opera publica circumire inſpiciendi gratia an ſarta tecta quæ ſint, vel an aliqua refectione indigeant. Idem l. 7. §. 2. ff. de vſufr. Hactenus tamen vt ſarta tecta habeat. Item, Vnde Celſus de modo ſarta tecta habendi quærit, ſi quæ vetuſtate corruerunt, reficere non cogitur. Item apud Macrum in l. 7. §. 1. ff. de l. Iul. repetund. Hot. Prat.

SARTA tecta eo modo locari, exigíque ſolebant, vt redemptores ſuo lapide, ſua calce, ita ſua materia ædes ſartas tectas præberent, certo precio in ſingulos annos addicto. Quod fieri ſolebat Romæ minimo licitantibus. Bud. in annot. prior. in Pandectas.

SARTOR dicitur, qui veſtes facit, vel reſarcit.

SATIVS pro ſatis, ante Ciceronis ætatem dictum ſæpius eſſe, quam Ciceronis ætate, & poſtea ab eruditis obſeruatum eſt. Spieg.

SATIVS pro eligibilius atque melius, aduerbium eſt comparandi ab eo quod eſt ſatis. Iuuen.

Hoc ſatius quam ſi dicas ſub judice vidi
Quod non vidiſti—

Vlp. de fideicomm. liber. l. ſi debitor. Satius eſt eum, qui agnouit legatum, onerari. Nebriſſ.

SATAGERE, eſt vehementer, ſed fruſtra moliri. Hujus verbi vſum ignorant Canoniſtæ.

SATI fructus, ff. de vſufr. l. qui ſcit. §. 1.

SATIO eſt ſpecies quarta acceſſionis induſtrialis. Vult. in comment. Inſtit. de rer. diuiſ. §. 21. n. 1.

SATIS pro valde in l. 4. ff. de in integ. reſt. quemadmodum Florentiæ legitur, & in l. 7. §. belliſſime. ff. quod vi aut clam. l. 16. l. 45. § pen. ff. de fideic. libert. l. 2. §. poſt hos quoque ff. de orig. jur. Vbi ſatis ſuperlatiuo iungitur. ſic ſatis inhumanum, ſatis inciuile, Satis impium, in l. 6. in fin. pr. ff. de pignor. act. l. 20. ff. de adq. hæred. l. 37. ff. de l. 3. l. 16. ff. de procul. l. 66. in fin. ff. de ritu nupt. l. 1. C. de comm. rer. aliena. l. 33. C. de inoff. teſtam. & in aliis Iuſtin. Conſtitutionib. ſæpe. Particula autem, ſatis, his verbis, dare, facere, præſtare, accipere, petere, offerre, eleganter coniungitur. Briſſ. Prat.

SATIS, dictio, interdum à verbis ſuis disiungitur. Ita dari ſatis. & ſatis pro aliquo dare, & ſatis pro lite accipere, legimus in l. 1. §. merito ff. de rip. mun. l. 13. ff. de fideiuſſ. l. 2. §. ſed & ſi dubitetur ff. de jud. l. 26. §. fin. ff. de minor. l. 13. §. Neratius, ff. de act. empt. l. 3. C. de poſtl. reuerſ. Et ſatis à poſſeſſore cauendum in l. 10. ad fin. ff. de vſufr. Et ſatis debuit eſſe cautum in l. 5. §. 2. ff. de legit. tut. Briſſ.

SATIS, dictio, his verbis, dare, facere, præſtare, accipere, petere offerre, eleganter coniunguntur. Briſſ.

SATIS acceptio, inquit Pompon. in l. 5. §. 2. de verb. obli. eſt ſtipulatio quæ ita obligat promiſſorem, vt adpromiſſores quoque ab eo accipiantur, id eſt, quidem promittant. Briſſ.

SATIS accipere dictum eſt eodem modo quo ſatisfacere. nam quia id, quo quis contentus erat, ei præſtabatur, ſatisfieri dictum eſt, d. l. 5. §. 2. Satis accipere autem dicitur creditor, legatarius aut alius quilibet, cui cautio præſtatur, l. 8. ff. de vſufr. ear. rer. l. 37. ff. de teſtam. tut. l. 7. de incend. ruin. l. 30 de vſufr. leg. l. fin § fin. quor. legat. l. 30. §. fin ff. de ſtat. lib. Sic ſatis de euictione accipere l. 48. de euict. Legati fideicommiſſi ve ſatis accipere l. 58. in fin. ff. de cond. indeb l. fin. C. vt in poſſ. legat. Subauditur autem per Græciſmum in ea locutione verbum nomine & integra oratione offertur in l. 1. §. ſi Titio. ff. vt in poſſ. leg. Prat. ex Briſſ.

SATISAGERE pro ſatagere, curare, apud Vlp. in l. hæc conditio 30. ff de cond. & demonſtr.

SATISDARE propriè eſt ſponſores dare, qui ſibi à debitore cauet: nam ſatiſdamus alteri, cauemus nobis. Cauere enim qui ſatis accipit. Cic. in Bruto. At vero tibi ego Brute non ſolum, niſi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem petiturum. Sed ICti cauere poſtea dixerunt pro cautionem dare. & Cauere ſic diſtinguunt à Satiſdare, vt qui ſponſorem, id eſt, fidejuſſorem det, Satiſdare dicatur: qui vero chirographum duntaxat, Cauere, Hot. Prat.

SATISDARE propriè eſt fidejuſſores dare: ſatisfacere latius patet. Verum ſatisdationis nomine interdum ſatisfactio ſignificatur l. ſatisdationis ff. de verb. ſign. vt in l. 2. pro hæred. l. promiſſor. §. vlt. de conſtit. pec. atque ita ſatiſdationis verbum in l. ſolutam, de ſolut. accipi debet. Cujac. in tit. quibus mod. toll. oblig. Inſtit. lib. 3. ſuper verb. Solutione.

SATISDARE damni infecti eſt, cauere datis fidejuſſoribus, ſe damnum, ſi quod accidat, ei cujus intereſt, præſtaturum. Hot. Prat.

SATISDATIO in tit. ff. qui ſatiſd. cog. & in omnibus prætoriis ſtipulationibus, quibus ſatisdari iubetur, fidejuſſorum dationem ſignificat. Nam ne pignoribus quidem in vicem ſatiſdationis quis defungi poteſt. l. 7. ff. de prætor. ſtip. l. 1. & l. 3. §. 1. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. Nec vero qui ſatiſdare promiſit, fidem impleſſe aliter intelligitur, quam ſi eum dederit acceſſionis loco qui vtiliter obligetur. Nam ſi minorem 25. annis, vel mulierem, vel ſeruum det, non videtur ſatiſfeciſſe obligationi aliter atque ſi non idoneum dederit. l. 3. ff. de fidejuſſorib. l. 8. § 1. ff. qui ſatiſd. cog. Non enim videtur ſatiſdatum, ſi vitioſe ſatiſdatum eſt l. 6. ff. eod. tit. Briſſ. Prat.

SATISDARE tutores vel curatores dicuntur tunc, cum dant fidejuſſores qui ipſorum nomine promittunt rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore, id eſt, perſonis pupilli vel adoleſcentis recte proſpectum, & bona non diminutum iri, vide Vult. in comm. ad pr. n. 5. Inſt. de ſatiſdat. tutor.

SATISDARE etiam ſatis præſtare dicitur, l. 8. ff. de vſufru. earum rerum quæ vſu conſumuntur Martial. lib. 2. Epigr.

Si de ſeruitio grauiàque rantur.
Adſertor venias, ſatiſq; præſtes. Briſſ.

SATISDARI certæ pecuniæ in l. 6. in fin. ff. quib. mod. pign. Fideicommiſſi ſatis petere, l. 71 §. 2. ff. de conditionib. & demonſtrat. l. 2 §. ſi quis ſit l. 7. ff. et lega. nomin. caueat. & pignori accipere legata. l. 28. ff. de pignor. & Interpellati traiectitiæ pecuniæ, in l. 2. de naut. fœnore. & Totius dotis ſatiſfieri in l. 50, ff de vſu leg Briſſ.

SATISDATIO cautio eſt fidejuſſoria, vel etiam iurator, ſi fidejuſſorjam quis dare nequat. Nudæ autem cautioni repromiſſionique ſemper opponitur l. 1. §. ſtipulationem, ff. de prætor. ſtip. Briſſ.

SATISDATIO eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio nam & ſatisfacere dicimus ei cujus deſiderium implemus alia ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro, qui pro eo quod à nobis petit, ita cauit, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fidejuſſoribus l. 1. ff. qui ſatiſdare cog Hot. Prat.

SATISDATIO nihil aliud eſt, quam cautio pro eo, quod inter partes eſt, vt de eo reddantur in euentum ſecuriores, ita definit Vult. in comm. Inſt. de ſatiſd. n. 4. Differt autem ſatiſdatio à ſatisfactione, quod hæc illa latius pateat, vt in l. 61. de verb. ſign. l. 2 pro hæred. l. 21. §. fin. de conſt. pecun l. 49 ff. de ſolut. Hæc plures ſub ſe continet ſpecies, repromiſſionem, pignora, juratoriam cautionem, acceptilationem, nouationem, conſtitutum, & ſi quæ ſunt alia: ſatiſdatio vero eſt ſatisfactio, quæ fit datis fidejuſſoribus: Vide omnino Vult. in comm. Inſt. ad pr. nu. 4. tit. de ſatiſdat. tutor. & Gœdd. in comm. ad l. 61. num. 2. ff. de verb. ſign.

SATISDATIO judicatum ſolui, eſt quum quis ſtipulanti vt ſolueretur ſibi quod fuiſſet judicatum, datis fidejuſſoribus promittit, ait Imp. tit. de ſatiſd. in pr. nam judicatum ſolui, antiquè dictum eſt, pro ſolutum iri: & ſatiſdare judicatum ſolui, dare fidejuſſores locupletes, qui ſtipulanti actori promittant, quantum judicio facto ſolui oporteret, ſi reus damnaretur, tantum ſuo periculo ſolutum iri, l. 3. & paſſ. ff. judic. ſolui. Hot. Prat. vide fuſe Cujac. 10. obſ. 29.

SATISDATIO neceſſaria eſt, cum judice imminente ſecundum qualitatem cauſæ ab inuito exigitur. Hæc ſi non poſſit à reo ibi præſtari, vbi conuenitur: poteſt audiri, ſi in alia ejuſdem prouinciæ ciuitate præſtare paratus ſit. Spieg.

SATISDATIO nudæ cautioni repromiſſionique ſemper opponitur l. 1. § ſtipulationem ff. de prætor. ſtip & in tit. de damn. inf. ſæpe l. 5 ff. de pet. hæred. l. 45. ff de procur. l. 36. in pr. ff. de euictionib. Briſſ Prat.

SATISDATIO rem ratam dominum habiturum, eſt quum quis ſtipulanti à procuratore alterius vt dominus ejus procurationem ratam habeat, datis fidejuſſoribus promittit. vti docet Imp. tit. de ſatiſd. in pr. & l 1. & paſſ. ff. rem rat. hab. Hotom. Prat.

SATISDATIO voluntaria, quam partes ex conuentione ſibi præſtant, & poſſent euitare, l. interdum, ff. rem rat. habet. Vnde non in alium locum remitteretur, l. ſi fidejuſſor. §. ſi neceſſaria l. de dieſ. iubetur. & § vlt. ff. qui ſatiſd. cog. Spieg.

SATISDATIONEM recuſare, l. ſi procuratorem, ff. de procurat. Spieg.

SATISDATIONES ſecundum mancipium Paulus Manutius ſcribit eas eſſe, quæ de rebus mancipio emptis, pretio nondum ſoluto fiant: nam etſi mancipia venditor poſſidet, ab emptore data: quia tamen ea fieri poſſunt deteriora, vt deinde ejuſmodi non inueniantur, qualia emptor promiſerit: ſatiſdationem ſecundum mancipium venditor quærit, vt ſibi de mancipiis caueatur, Cic. ad Attic. 5. De ſatiſdando vero te rogo, quoad eris Romæ, tu vt ſatiſdes, & ſunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium, in his & Memmianorum. Hot. & Cujac. 11. obſ. 4. in fin.

SATISDATO aduerbialiter, vt Teſtato dicitur. Inde ſatiſdato cauere, promittere, id eſt, fidejuſſoribus datis, l 4. §. quæſitum, ff. ſi quis cautio. l. 4. §. ad diei. ff. de fideicomm. libert. l. 7. ff. de accuſ. l. 36. ff. de coërtionibus, l. 18. in fin. ff. de caſtr. pec l. 16. ff. de offic. præſid. l. 31. ff. ad l. Falcid l. 3 §. 3. ff. ſi cui plus quam per l. Falc. Briſſ.

SATISDATO debere, eſt datis ſponſoribus ſiue fidejuſſoribus debere, Cic. li. 16. epiſt. ad Att. Poſſumus enim, vt ſponſores appellemus, procuratorem introducere: neque enim illi litem conteſtabuntur: quo facto non ſum neſcius ſponſores liberari. ſed & illi turpe arbitror, eo nomine quod ſatiſdato debeat, procuratores eos non diſſoluere: & noſtræ grauitatis jus noſtrum ſine ſumma illius ignominia perſequi Hot. Prat.

SATISDATUM verbum dicitur idoneam cautionem deſiderare, l. 2. § pen. ff. quod legat ſatiſdationis tamen appellatione interdum quoque repromiſſio continetur, qua contentus fuerit is, cui ſatiſdatio debebatur, l. 61. ff. de verb. ſign. Cujus rei exemplum eſt in l. vlt. §. ſi legatarius, ff. quod legat. Briſſ. Prat.

SATIS eſt, pro ſufficit l. 1. C. de his quib. vt indig.

SATIS exigere, l. 203. ff. de cond. & demonſt. l. 9. §. 1. & l. 53. ff. de admin. tut. l. 1. §. vſque adeo. ff. de tutel. & ration. diſtr. l. 1. §. ſi præſes, ff. de magiſt. conueniendis, l. 59. §. vlt. de legat. 3. id eſt, ſatiſdationem exigere, vt in d. l. 1. §. ſi curatores, de magiſt. conuen. Briſſ. Prat.

SATISFACERE dicimur ei, cujus deſiderium implemus, inquit Vlp. l. 1. ff. qui ſatiſd. Et quocunque modo ab obligatione receſſum eſt, dicitur ſatisfactum eſſe, vt exempla ſunt in l. ſi rem alienam, §. omnis, ff. de pign. act l. ſolutum 5. §. vlt. l. ſi deferente 13. ff quib. mod. pign. vel hypoth. l. quod venditur, ff. de act. empt. l. promiſſor. 21. § 1. ff. de conſtit. pec. l. 4. §. 1. ff. de re judic. ſatisfactionem etiam ſolutionis verbo accipiendam quandoque placet, l ſolutionis, 176. ff. de verbor. ſignific. l. ſatisfactio, 52. l. ſolutionis, 54. ff. de ſolut. Vult. in comm. Inſt. ad §. fin. nu. 6. de perpet. & temporal. action.

SATISFACERE & Soluere tanquam differentia ſeparantur: vt apud Pompon. l. quod vendidi, 19. ff. de contrah. empt. Quod

vendidi

venditi non aliter fit accipientis, quam ſi aut pretiũ nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum, ſic in l. Stichum. 39 § 1. ff. de ſtatu. lib. ſi ita 41. §. 1. ff. de manumiſſ. teſt. l. Paul. 38. § 2. ff. de lib. cauſ. Soluit enim proprie qui pretium numerat: ſatisfacit, qui pignus vel expromiſſorem, vel fidejuſſorem præbet. l. ſolutiones. ff. de verb. ſign. l. 4 §. 1. ff. de re jud. l. 6 ff. quibus modis pign. vel hypoth. l. promiſſor. 21. §. 8. ff. de conſt. pecun. Hot. Prat.

Satisfacere, eſt tantum facere, quantum ſatis ſit irato ad vindictam: inquit Aſcon. in illum 1. Verrinæ locum: Video enim, & ex iis quæ legi & audiui intelligo, in qua ciuitate legatus populi Rom. aliqua ex parte violatus ſit, niſi publice ſatisfactum ſit, ei ciuitati bellum induci atque inferri ſolet. Hot. Prat.

Satisfacit, qui idoneum expromiſſorem volenti dat. l. 4 § ait prætor ff de re jud. ideo itaque quod dicitur pignus ſoluta pecunia. vel ſi eo nomine ſatisfactum ſit liberari. Satisfactum accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum. Sive enim aliis pignoribus ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, ſiue fidejuſſoribus, ſiue reo dato, ſiue pretio aliquo, ſiue nuda conuentione, ſiue aliàs quocunque modo receſſerit, vel ſi conuenerit, vt pro hypothecis fidejuſſor detur, datúmque licet non idoneum creditor admiſerit, vel ſi deferente creditore juraue rit debitor non eſſe rem pignori obligatam, ſatisfactum intelligitur. l. 9. § omnis ff de pign. act. l. 5. §. vlt. l. 13. 14 ff quib. mod. pign l. 3 ff. de fidejuſſoribus. Sed & ſi accepto latum ſit, id propter quod hypotheca erat obligata, ſatisfactionis nomen proficiet. l. 49. ff. de ſolut. & alias quoque ſatisfactum videtur expromiſſore, vel pignore dato l. 53. ff. de contrah. empt. §. venditæ Inſt de rer. diuiſ Briſſ Prat.

Satisfactio eſt pignoris vel fidejuſſoris exhibitio, l. 22. ff de ſolut. l. 19 ff. de contrah. empt. Quod vocabulum: licet late pateat, tamen in reſcripto Antonini expoſito in l. 5. ff. vt in poſſeſſ leg. ad exoluendum legatum refertur, Briſſ. Prat.

Satisfactio eſt pars pœnitentiæ: Nam partes tres. Contritio, Confeſſio & Satisfactio. Et in tribus conſiſtit, Satisfactio, in Oratione, jejunio, & eleemoſyna Briſſ.

Satisfactio & ſatisdatio differũt. Nam etſi ſatisdatio eodem modo appellata eſt, quod ſatisfactio: conſtat tamen ſatisdationem ſatisfactionis ſpeciem eſſe. l. 1. ff. qui ſatisd. cog Satisfactio plures ſub ſe continet ſpecies, repromiſſionem, pignora, juratoriam cautionem, acceptilationem, nouationem, conſtitutum, & ſi quæ ſunt alia. l. ſi rem. §. omnis, ff. de pign. act. At ſatiſdatio eſt ſatisfactio, quæ fit datis fidejuſſoribus, d. l. 1. Gœdd in comm. ad l. 61. n. 2. de verb. & rer. ſign.

Satis tibi facio, ſatis tibi fiet: fiet tibi ſatis à me, & ab hoc, & illo: ſatis tibi fiet à me, aut ab hoc, aut illo. Horum verborum ſeorſum aperit Imp. in Nou. vt cum de appel. cognoſcit, §. ſin. Spieg.

Satisfiari voluntati defuncti videtur, ſi ex fructibus, vel aliunde fiat. l. is à quo: ff. vt in poſſeſſ. legat. Spieg. Briſſ.

Satisfieri verberibus de ſeruo dicitur in l. 17. §. cum ſeruus. cum §. ſequenti ff. de iniur. l. pen. ff. ſi ex nox. cau. agat.

Satis offerre dicitur debitor in l. 1. §. vlt. ff. de requir. vel abſentibus l. 5. ff. de ſuſpect. tut l. 6. C. de teſtam. man. Briſſ.

Satis petere & ſatis deſiderare dicitur is, qui caueri ſibi poſtulat. l. 14 ff de adminiſt. tut. l. vlt §. 1. ff. quod legatorum. l. 8. Digeſt. de prætoria. ſtipulat. l. 7. ff. rem pupilli ſaluam fore. Inde illud in l. 52 in fi. ff. de jud. Si petatur fideicommiſſo ſatis. Et ſatis legatorum deſideret, in l. 1. §. non exigimus, l. 3. §. 1. ff. vt in poſſ. leg Briſſ. Prat.

Satrapia dictio, neque Romana eſt, neque Græca, ſed Perſica. Hinc Herodotus 3. refert, Darium diuiſiſſe regnum ſuum in 20. Satrapias, & lib. 1. ἀρχὴν Babylonis σατραπείην vocari tradit. Et Suidas lib. 11. ſcribit, Satrapam Armeniæ quotannis 20000 pullorum miſiſſe ad regiam Perſarum. Hujus dictionis fit mentio in Nou. conſtit. 31. c. 1. §. 3. vbi Gothof. in not.

Satriani fundi meminit Scæuola in leg. patronus 35. §. 2. de leg. 3.

Satricum, vrbs fuit antiquiſſima Italiæ, de hac Florus de bello Latino: Satricum, inquit, atque Corniculum quis credat? tunc prouinciæ fuerunt: Liu. lib. 28. Satrici matris maturæ de cœlo tactam ædem. Nebriſſ.

Satura, vt Feſt. li. 17. ſcribit, erat cibi genus ex variis rebus conditum: vel ſecundum aliorum interpretationem, genus carminis, in quo multis de rebus conjunctim & confuſe diſputabatur. Ex quo Statuta lex, quæ multis aliis conferta legibus olim dicebatur: vel νόμος πολλὰ περιέχων, id eſt, lex, quæ de pluribus rebus loquitur dicta à copia rerum, quaſi à ſaturitate. Iſid. li. 5. Etym. Vnde in ſanctione legum adjiciebatur? Neue per ſaturam abrogato. C. Lælius in oratione quam pro ſe dixit. Poſtera die, quaſi per ſaturam exquiſitis ſententiis in deditionem accipitur. Iuſtinianus Imp. in l. 1. in pr. C. de Latin. lib. toll. Latinorum, inquit, libertas quaſi per ſaturam inducta remanet: Idem in conſtit. ad antecesſores: Opus quaſi per ſaturam collectum. Auctor Panegyrici Flauienſium Conſtãtino dicati. Neque enim quaſi per ſatyram confundenda ſunt beneficia tua. Lucil. 1. ſatur. per ſaturam ædilem factam, Varro in veteri tabula ænea apud Appianum. Extra quam ſi quid in ſatura foret. Feſtus quoque in Satyra: Imperium per ſaturam dare, ſententiam per ſatyram exquirere, abrogare & derogare: adde Diomedem 3. c. 6. Eraſm. Chiliad. 4. cent. 8. Briſſ. Prat. & Goth. add. l. 1. in pr. C. de Latin. libert. toll.

Saxum Tarpeium miræ altitudinis erat, à quo Lex duodecim tabularum vult dejici eum, qui falſum dixerit teſtimonium, Sed hodie non poteſt quis ſic damnari, vt de ſaxo præcipitetur, auctore Modeſt. in l ſi diutino, ff. de pœn. Eſt autem aliis pœnis vtendum pro qualitate admiſſi Mart. in l. 1 in princ. Vlpia. in l. lege Corn. ff. ad l. Corn. de falſ. l. Damus licentiam C. eod. tit. Old. Prat.

S C.

Scabini *Schöffel* Nihil vetat omnino, quin judices vulgo ſcabinos, inquit Inſulanus, aut ejuſmodi homines vocemus juratos: quo nomine etiam ſcimus in pleriſque orbis terrarum partibus à plebe recenſeri. Profert exemplum è Ciceronis de Inuent. li. 1. Religioſum eſt, quod jurati legibus adjudicauerunt. Extat vocabulum in c. 1. § 1. de immu. eccl. lib. 6. & c. 2. de alien. jud. mut. cauſ. fac. Spieg.

Scabiosi, qui ſcabie, hoc eſt, cutis infectione laborant, de qua libro 5. Celſus: Non dubium eſt, quin Iuriſconſult. l 3. de ædil. edict de his ſenſerit, quibus aſperior eſt ſcabies, pruritque magis, quæque difficilius tollitur: & à Græcis ἀγρία, id eſt, fera. Spieg.

Scabro dicitur, qui dentes aut gingiuas illuuie ſcabras aut ſpurcas habet. Vlpian. in l. 12. § ſin. ff. de ædil edict. Trebatius ait, non eſſe morboſum os alicui olere, veluti hircoſum, ſcabronem. Sic enim legi vult. Cuja. obſer. libr. 11. cap. 10. non Strabonem, cum hic oculorum, non oris vitio laboret. Hoc autem vitium veteribus eſt Scabies, & Scapies, nouis Scabrities. Pacuuius Teucro, Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine, ſquale, ſcabre atque inculta vaſtitudine. Varro Manio, Ager derelinqueretur, ac periret ſquale, ſcabre, atque illuuie & vaſtitudine. Conjungit ſcabrem illuuiei, vt Trebatius, dum ait hircoſi & ſcabronis vitium & illuuie oris accidere. Quidam Raponem legi volunt: ſed rapo, raptor eſt, non lurco: & ſi quod in lurcone vitium oris, hoc ex anima interiore, δυσωδία non ἀκαθαρσία dicitur. Budæus autem plane hic cæcutit, pace tanti viri dixerim. Vide Scaligerum in Varr. Prat. Gothof. ad leg. 12. §. fin.

Scæna, vide Scena.

Scæva dicitur qui manu ſiniſtra ſic vtitur, vt alij homines dextra: & viciſſim dextra pro ſiniſtra: nam ſi imbecillitam dextræ, validius ſiniſtra vteretur, non ſcæua, ſed mancus diceretur, vti docet Vlp. l. 12 §. 1. de ædil. edict. Liuius libro 1. ſcribit, Mutio apud Romanos inditum fuiſſe nomen Scæuolæ, propter exuſtam dextram. Prat. ex Hot. Briſſ.

Scævum dogma, pro peruerſo & improbato dicunt Impp. in l. hi qui ſcæui. C. Th. de his qui ſuper relig. contend. vt ſcæuitatem morum pro peruerſitate, in l. 17. de pœn. in eod. C. Ita ſcæuas libidines Tertul. in Apologet. c. 11. dixit, & ſcæuam rem pro mala vſurpatam Feſtus notat. lib. 16. Prat. ex Briſſ.

Scalae, l. 17. C. de aquæduct. li. 11. trajectus erant maritimi Conſtantinopoli in mare protenſi, trajiciendi cauſa vſque ad nauigia. Ad reparationem aquæductus hujus almæ vrbis inquiunt Impp. omnia vectigalia, quæ colligi poſſunt ex vniuerſis ſcalis hujus inclytæ vrbis, &c. ad refectionem ejuſdem aquæductus procedere. Antea legebatur, ex vniuerſis calculis, contra veterem ſcripturam, & Græcorum metaphraſim, quæ ſic habet [illegible]. Talia in regione ſexta ſcala Sycæna, quæ περάματα. Iuſtinianeum dicitur Nouell 69. Græce autem hæ ſcalæ χηλαὶ dicebantur. Prat. & Gujac. ad l. 17. C. de aquæduct. libro 11. Porro ſcalam à ſcalis diſtinguunt quidam, vt ſcala ſit, quæ hoc atque illuc tranſferri poteſt, Caius: vel ſcalam ſciens accommodauerit ad aſcendendum: ſcalæ vero latiores habeant gradus, & immobiles permaneant. ſed hanc confundi differentiam oſtendit Pompon. in l. ſi. ff. de diuerſ rer. apud Vlp. in l. quæſitum. §. carnales. ff. de fund. inſtruct. ſcalę, quę ad lacunaria admouentur, domus inſtrumenta ſunt. Spieg.

Scalas Gemonię carceris quoddam genus fuit apud Romanos, vt teſtatur Goth. ad l. 8. §. ſolent. 9 ff. de pœn.

Scalprum Corn. Celſus inter inſtrumenta chirurgica numerat: licet eo diuerſi quoque artifices vtantur. Nonnulli ſcalpra vocant ferramenta ſutoria, priore parte curua, & à flexu procurrentia acie recta, quibus corium ſecant, Græci σμίλας vocant: ſed à ſimilitudine in falce vinitoria pars illa, quæ ſic acie eſt recta poſt ſinum coruum ſcalprum vocatur à Columella: quæ (inquit) à flexu procurrit, ſcalprum, nomen adeptum eſt à ſcalpendo, eo enim commodius ſic poſt flexum procurrente quam directo ſcalpi poteſt, vt annotauit. Adria. Turneb. aduer. lib. 7. c. 20.

Scandalum deducunt à Græco σκάζω, quod claudico ſignificat, aut etiam ab Hebræo כשל, quod cadere, aut ruere ſignificat. Declarat autem proprie aliquid in via poſitum, in

quod ambulans impingat & corruat. Idem etiam eſt offendiculum. Porro pes metaphoram duo potiſſimum ſignificata habet, nempe notat tum damnum, incommodum aut calamitatem quamvis, qui ejus vocis vſus plerunque in veteri Teſtamento reperitur: tum etiam occaſionem ſpiritualis lapſus, aut ruinæ.

SCANDIANUM ſpecies quædam pomi eſt, vt refert Gothof. ad l. 205. de ver. ſig.

SCANDULÆ ſunt quaſi ſcindulæ tabellæ, non ſerra, ſed bipenni productæ trunco delecto, veluti Planeæ, quibus ad pluſima vtimur. Vnde rectum ſcandulare Apuleio: niſi potius à ſcandendo, vt putat Marius Grabedus li. 2. de part. ædium: Cum tamē Iſidor. lib. 9. Etym. c. 19 ſcandulas à ſcindendo dictas credat: & verius vtet ſenſerit, videro. Sunt igitur ſcandulæ tabellæ vitem regularum præſtantes, quernis & ligneis aſſulis, ſeu ſectilibus aſſerculis conſtrctæ, &c. Scandulis contectam fuiſſe Romam annis quadringentis & ſeptuaginta teſtatur Plin. li. 16. cap. 10. Brech. in l. Tabernæ ff. de ver. & ret. ſig.

SCANDULATIVA, faber eſt lignarius, qui ſcandulas facit. Scandulariorum meminit ICtus in l. quibuſdam. de jur. immun.

SCAPHA (quæ vulgo βάλκη & κοττίλας dicitur Harmen. 2. ti. 11) nauicula eſt, vnico ligno cauata, à σκάπτω, fodio. Paul. tit. de fund. inſt. l. fi. Scapha, inquit, nauis, non eſt inſtrumentum nauis: etenim mediocritate, non genere à naui differt. Inſtrumentum autem cujuſque rei neceſſe eſt alterius generis eſſe. Sic accipe hoc verbum apud Alfenum in l. ſcaphan. 44. ff. de euict. Calliſtr. in l nauis 4. in pr. vbi Peckius ff. ad l. Rhod. de jact. Vlp. in l. 3. §. 1. ff. de rei vind. vide Bayſium de re naual. Goth. ad d. l. 44. de euict.

SCAPHISMUS atrox ſupplicij genus apud Perſas. Cujus meminit Eunapius de viris Philoſophorum in Ædeſio, idque fiebat hoc modo. Scaphis duabus, quæ committuntur ac coagmentantur ita includitur homo totus, vt promineat foris caput cum manibus pedibuſque, de in jubetur edere, aut ſi nolit, vt allata cibum capere compellitur, compunctus etiam oculis: infundunt quoque lac melle mixtum, radijſq; ſolis aduerſis objiciunt, vbi facies prius illita muſcis apibuſque oppletur: interim ab excrementis eum veſicæ, tum alui intera ſcaphas verminantibus corpus miſere abſumitur.

SCAPHIUM, vas eſt, in quod ventris ſordes excipiuntur: eſt autem Græcum verbum σκάφιον & à Polluce li. Onomaſt. 10. c. 1. inter ea, quæ εἰς ἀποπάτους mulierib. vſui ponitur. Mart.

———Qui Mentora frangis
In ſcaphium mœcha Sardanapale tua.

Et Iuuenal.

Et vide ſcaphium poſitis cum ſumitur armis.

Vlp. in tit. de aur. & arg. leg. l. Quintus Marius: Argento legato, inquit, non puto veneris cauſa habita ſcaphia contineri, quia argenti numero non habentur. Accurſ. Scapium genus cinguli eſſe dicit, & ventris cauſa exponit, quia corrigia eſt pro ventre ſuſtentando, quaſi non ex auro etiam ſcaphia fieri conſueuerint, dicente Martial.

Ventris onus miſero nec te pudet, excipis auro.

Nebriſſ. Prat.

De Scaphio vide vlterius quid annotarit Turn. aduerſ. lib. 2. c. 30. & li. 4. c. 1.

SCATEBRA, ebullitio aquæ ſurgentis.

SCELERATUM, in quo ſcelus eſt conſtitutum, vel commiſſum: vt ſcelerata ſacrificia apud Imp. in l. vnic. Cod. de theſaur. lib. 10. Et ſceleratiſſimum conſilium in l. poſt diui. 8. in princ. C. ad Iul. maieſt.

SCELERITAS à Martiano in l. 5. ff. de bonis eos. qui ant. ſent. mor. eadem forma dictum qua bonitas, & malitas pro malitia In l. 5. ff. quod met. cauſ. Sceleritas igitur facti eo in loco ingens deprauatio eſt, & fœditas turpicati animi ejus, qui ſibi manus infert. Prat. & Goth. ad d. l. 5.

SCELEROSUS propriè dicitur, vt ait Donat. autor ſceleris. Imp. in l. 18. C. de pœn. In ſceleroſos, inquit, & noxios proferri debet ſententia.

SCELESTA factio apud Imp. in l. 5. in pr. Cod. ad l. Iul. majeſt. & apud Paul. 5. ſent. 29. §. 2.

SCELESTUM contubernium, vide l. 9 C. de inceſt. & inutil. nup.

SCELESTUS contractus, quo ſcelus committitur, l. qui contractibus. C. de jur. fiſc.

SCELUS eſt, contra jus improbe admiſſum facinus.

SCENA eſt, quæ ludorum faciendorum cauſa, quolibet loco vbi quis conſiſtat, mouentúrque ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit, in publico, priuatoque, vel in vico: quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittātur. l. 2. §. 4 ff. de his qui not. Aliam refert, hujus vocis etymologiam Caſſiod. li. 4. var. epiſt. vl. Frons enim theatri, inquit, ſcena dicitur, ab vmbra luci denſiſſima, vbi à paſtoribus inchoanta verno diuerſis ſonis carmina cantabantur. Notum autem eſt à Græco σκηνὴ deduci, & ſcena ſcribendum, non ſcæna, licet Pandect. Florent. ſcriptura repugnet. Prat.

SCENICI, ſunt ludiones ſeu ludij, qui in ſcena ludos agunt: alias hiſtriones dicti: vt ſunt omnes qui quæſtus cauſa in ſcenam prodeunt notabiles, veluti mimi, hiſtriones, autore Vlp. in d. l. 2. §. fi. vide tit. C. de ſpect. ſcen. & len. Græci thymelicos vocant. Sic ſcenica veſtimenta dicuntur, quibus in ſcena vtimur, l. 27. de ver. ſign. l. 25. § & fi de vſufr. Prat. Briſſ.

SCEPTRUM aliquando, & virga in eodem ſenſu accepta, eſt ſymbolum regni, ſicut & corona: quia reges ſceptra geſtare ſolebant, ſiue ad judicandum rectitudinem, quæ in regimine ineſſe deberet: ſiue etiam ſeueritatem: quandoquidem ſceptrum rectum ſimul eſt & etiam inſtrumentum, quo percutere aliquem poſſit, ſicut Vlyſſes Therſitam percutit ſceptro. Ad vtrumque ſcripturæ dicta alludunt. Pſal. 45 & Hebr. 1. Virga rectitudinis, virga regni tui, id eſt, regimen tuum longe iuſtiſſimum, vtpote quod in ſola veræ iuſtitiæ propagatione conſiſtat. Seueritatem vero per ſceptrum denotari oſtendit. Pſ. 2. inquiens, ſceptro ferreo, quaſi vas figuli confringet eos, & Pſ. 110. Virgam potentiæ tuæ emittet Dominus de Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.

SCHEDA folium chartæ, ſiue papyri nondum compactæ & ligatæ Spieg. Dicitur autem Scheda, in quam tabelliones primum contractus referre extra ordinem ſolent ἀπὸ τοῦ σχίζειν, vel à ſcindendo, vt qui ſine aſpiratione ſcedam ſcribunt, ſentiunt, Cujac. in expoſit. ad Nou. 44. & Goth. in not. ad l. 17. verb vel à ſceda conſcripta C. de fide inſtr.

SCHEDA in l. contractus. C. de fide inſtr. ſignificat primam ſcripturam contractus, negligentius & minus pure ſcriptam, quæ poſtea in mundum redigitur: vulgo vocamus minutam originalem. Briſſ.

SCHEDIA, id eſt ratis ein Floß Vlp. in l. 1. de exercit. act. vocis ejus meminit: tametſi vulgati codices, etiam recentioris editionis pro ea ſynedriam retineant, refragante Nor. text. Bud. interpretatur ſchediam, nauigium temere factum, & inconditum vt trabes connexæ & ſine fabrica compactæ, quæ nauigij vicem præbent. Ponitur & pro ponte, & pro loco fluminis quoquo modo juncto Suida autore Feſtus: Schedia, inquit, genus nauigij inconditum, id eſt, tabulis tantum inter ſe nexis factū vnde mala poëmata. Schedia appellantur. Schedion dicitur à Græcis extemporaneum, id eſt, quicquid inelaboratum, quicquid temere factum eſt, nec ſatis confectum. vide Bud. in annot. prior. Spieg. Io. Bapt. vero in ſuis comm. epiſt. Sid. Apol. li. 8. ad Leonem. Schedia poëmata mala appellari negat. ſed dicit ſchedia eſſe talia volumina, quæ primo rudatu & opificio, ſint deformata, non adhus læuigata, æquata expolita, atque ad vnguem caſtigata, ſeu ad vltimam conſummationem redacta. Inde σχεδιάζω verbum Græcum eſt, quod vtique ſignificat rem rudiret incipio, auſpicor delineare, deformare, & partes rudiores abradere.

SCHEMA, vox quæ ſubinde obuia eſt in Auth. Latine forma dicitur, figura, ſiue cultus ornatúſve Iuſtin. Non. de ſanctiſ. epiſ. per ſchema innuit, ſi Coeblæo credimus ordinem, habitū, gradum, & omne id quod ad monachorum pertinet, & (vt vocant) profeſſionem. Inde verbum ἀποσχηματίζειν quod vulgus, degradare dicit quando aliquis ex ordine eximitur: id quod malefici factitiam religionem profeſſis, & per epiſc. fieri ſolet, vt memorabili exemplo, noſtra memoria apud Bernates. Spieg.

SCHEMATA cognationum, non Stemmata legendum eſſe apud Paul. in l. pen. de grad. Alc. oſtendit, c. 30. ſecundi Parerg. vocem vtramque inibi explicans, Lege tamen στέμματα vt in Paul. Flor. Old.

Χιλίαρχος inquit Vlp. Græce dicitur dux mille hominum, l. 1. §. 1. ff. de teſt. milit. Hot.

Σκηνὴ non ſolum ſcenam ſed tentorium quoque, & tabernaculum & tabernam ſignificat. vnde Iuſtin. in Nou. Conſt. ſub ἐπὶ σκηνῆς γυναῖκας mulieres appellat eas, quæ in tabernis pudorem ſuum quæſtui habent. Connan. in comm. ſuis ſuper jus ciuil. li. 8. c. 6. nu. 4.

Σκοπελισμὸς eſt crimen in Arabia, de quo Vlpianus late explicat & diligenter. l. 9. de extraord. cogn. Briſſ.

SCHISMATICUS, Græce dicitur à σχίζω quod Latine ſignificat ſcindo: & inde ſchiſma, ſciſſio vel ſciſſura vocatur. Et ita appellatur ſchiſmaticus, qui fidei, fideliumve ſcindit vnitatem, ac ſeparat. Qualis fuit Nouatus presbyter, qui Romæ contra S. Cornelium Rom. epiſc. propriam ſibi conciliaus eccleſiam docuit: lapſis fore post acceptum baptiſma, vel ob intolerabilia tormenta perſecutorum ad horam negantibus, deinceps nullam vnquam vel dandam, vel ſperandam veni. Ideoq; ſe ſuoſque teſte Euſebio Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 6. c. 13. Græco, ſed ſuperbo nomine καθαρούς vocabat hoc eſt, puros & ſanctos: quales hodieque retinctores aliquot ſe ſe jactāt meri Nouatiani. Quia vero Nouatus eccleſiam diſcidit, & opinionem dogmatis alieniſſimi tenuit, quæ non modo contra fidem, ſed etiam Deo & hominibus ſit abominabilis: ideirco venit, quod in hunc diem omnes, ſeu hæretici, ſeu ſchiſmatici vno nomine Germanis vocentur καθαροὶ quod tamen longa die primum Ketzer, poſtea Ketzer, pronuntiarunt. Quo nomine vocat etiam eos, qui contra naturam. Venere abutuntur, ceu praua opinione affectos, & à communi hominum vſu diſceſſos. Spieg.

SCHOLA dicta eſt à Græco verbo σχολάζω id eſt, vaco: quia a-

liis

Digitized by Google

liis rebus omiſſis vacare liberalibus artibus diſcipuli debent vel à voce σχολὴ id eſt, à vacatione & laxamento, quod interdum illis datur. Io. Bell. Etym.

Scholas in libris C. ſunt corpora ſiue ordines officialium: hoc eſt, eorum, qui munere & officio aliquo, quod ad principis miniſterium pertinet, fungebantur. Eas Iuſtinianus in l. fin. C. de locat. vndecim fuiſſe teſtatur: cum Notitia decem tantum. Omnes autem ſub magiſtri officiorum Imperio fuiſſe conſtat ex l. 1. & paſſim C. de offic. Memorantur igitur hæ:

Schola agentium in rebus l. pen. C. de offic. milit. jud. l. 1. de agentib. in reb. li. 12. C. l. 1. C. de offic. magiſtri offi. l. 12. C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. 1. C. de præpoſ. agent. in reb. l. 7. C. de princi pib. agent. Briſſ.

Schola domeſticorum. l. 3. C. vbi Senator. & apud Marcellin. li. 26. Briſſ.

Schola equitum & peditum in l. 6. Cod. de adluoc. diuerſ. judic. Briſſ.

Schola gentilium apud Marcellin. lib. 27. & in Notitia cum de Magiſtro Officiorum tractatur. Briſſ.

Scholas militum vndecim fuiſſe Iuſtin. in l. vlt. Cod. de loca. & cond. ſignific. Eſt autem hoc verbum corruptum in l. 7. C. de aquæducto. in qua vulgo calculis pro ſcholis legitur. Briſſ.

Schola palatina. l. 11. §. fin. autem, & §. illo procul dubio. C. de jud. Briſſ.

Et Schola ſcutariorum & clibanariorum in l. 6. de anno. ciu. in C. Th. & in Notitia Imperij Rom. & apud Marcell. lib. 25. qui eorundem primam & ſecundam ſcholam memorat li. 26. Briſſ.

Schola ſilentiariorum, l. 4. C. de ſilentiar. li. 12.

Et Schola ſocietatis ſacrarum largitionum in 13. Cod. de palat. ſac. lar. li. 12. Briſſ. Plura de variis ſcholis vide in l. 1. à §. 10. ad finem vſque C. de offic. præf. præt. Afric.

Scholares militantes ſunt in ſacro Palatio. Nam & ſcholæ militum ſunt. Vegetio, Seuero Sulpitio in vita Martini, & cæteris: ſicut ſchola literarum, à Græco σχολὴ id eſt, ab otio. Alc. in tit. Cod. priuil. ſchol. li. 12.

Scholarium fit mentio in l. vn. C. Th. qui à præb. tyron. l. 3. C. de offic. magiſtr. offic. l. fi. C. de decan. l. 3. C. de priuil. ſchol. l. 5. C. qui milit. poſſ. l. 14. C. de erog. milit. annon.

Scholaris, continuis literarum ſtudiis, hoc venerando nomine, teſte Old. dignum ſeſe demonſtrans, gaudet jure ſingulari: quod Fridericus Imperator ejus nominis primus in gratiam ſtudioſorum promulgauit celebri conſtitutione habita. C. de fil. pro pat. Non gaudent eo pſeudo illi ſcholares, & vagabundi, quorum in Academiis fere omnibus (vt idem nimis verè dicit) bona pars eſt, quibus literæ in patinis, quam in paginis plus ſapiunt. Quanquam ejuſmodi inſignia quoq; nomina, ſed vana, ad patriam reportant: quod vt Viues rectè monuit, nec vnquam iis ducentis annis rectius numeratur, qui verſatur præterito tempore in ſcholis, certam illam pecuniam dependerit, quacunque ætate, conditione, ingenio, peritia, moribus: contra mentem glo. in l. 1. C. de Tyron. li. 12. & l. nec cui ſuper verb. locanda. C. locati. Prædictum autem priuilegium ſola ſtudendi frequentia, non autem, quod ſis in albo & matricola ſtudentiũ, deſcriptus meretur: quemadmodum de notariis & apparitoribus in ſimili dicitur, in l. ſcriniarior. C. de teſtam. mil. & ibi per Bart. Obſeruandum autem, ejuſmodi priuilegium, cujus capita tria pulchre proſequitur Old. non niſi ſcholis ſummorum principum autoritate conſtitutis, longaque conſuetudine receptis competere, vt ſentit Bar. in §. hæc autem tria in proœm. Pand.

Scholares militia l. 38. de curio. in C. Th. vbi legendum exiſtimat. Briſſ. Scholari etiam quidam nomen dederunt militiæ.

Scholaster, vel ſcholiarchus rectè dicitur, qui in collegiis ſacerdotum Scholaſticos barbare vocatur. Vide Eraſ. in de Pronunciatione: quo loco commemorat, quanta olim ſollicitudine tum publicæ, tum priuatæ ſcholæ inſtitutæ ſint. Spieg.

Scholastici in l. 2. C. de lucr. aduoc. pro aduocatis. Nou. 80. σχολαστικοὶ vocamur, iis enim Iulianus hoc vocabulum vertit: De his lex eſt in C. Th. in hæc verba: Non latet ſcholaſticos vltra modum acceptis honorariis in defenſione cauſarum annonas & ſumptus accipere conſueſſe. Et ita Sardicenſis Concilij c. 10. Scholaſticus ex foro, id eſt, Zonara interprete, ὁ περὶ λόγους σχολάζων. Et Carthag. Concilij c. 99. ἔκδικος σχολαστικός. Et in paſſione Dorotheæ virginis, Theophilus quidam aduocatus præſidis, Scholaſticus appellatur. Scholaſtici autem nomine, inquit Tacitus lib. de orat. primum nuncupati ſunt Rhetores & declamatores litium fictarum: deinde à fictis litibus tranſit ad veras. Plin. 2. epiſt. Adhuc ſcholaſticus tantum eſt. Prat.

Sciens eſt, qui alicujus judicio rem cognoſcit. Vide l. ait prætor. ff. quæ in fraud. cred. Spieg.

Scienta, in edicto fraudatorio ſignificat, conſcio & fraudem participante l. 10. §. quod ait. ff. quæ in fraud. creditor. Briſſ.

Scientia, eſt alicujus rei cognitio. l. 1. §. ſcientiam, ff. de tribut. actio. Hinc autem, quod obſeruandum eſt, ſcientiam vel permiſſum domini accipimus: nam qui habet voluntatem, ſed patientiam. Adde Connan. ſuper Ius Ciui. c. li. 1. c. 5.

Scientia, vt vult Herillus philoſophus, teſte Laertio, eſt habitus ex fantaſiarum acceptione, non verbis explicatis.

Scientia, id eſt, notitia artis, ab exercitatione & profeſſione ſeparatur. in l. Dei. tit. 15.

Scientia interdum ſolam notitiam deſiderat, interdum & voluntatem, veluti in l. Aquil. qua dominus teneri dicitur quo ſciente ſeruus damnum dedit, ſcientiam pro patientia accipimur, vt qui prohibere potuit, teneatur, ſi non prohibuerit. l. 45. l. 46. ff. ad l. Aquil. Similiterq; in omnibus noxalibus actionibus, vbi ſcientia domini arguitur, ſcientia ſic accipienda eſt, ſi cum prohibere poſſet, non prohibuit. Nam quod ſciente quidem, inuito tamen domino committitur, eum non obligat l. 3. & l. 4. ff. de noxal. Cum hujuſmodi ſcientia culpa vacet, l. 37. ff. de diuer. reg. In edicto quoque, ſi familia furtum feciſſe dicetur, ſciente domino à familia furtum factum accipimus, ſi ſciuit, & prohibere potuit. l. 1. §. ſcientiam ff. ſi fam. furt. feciſſe. In edicto de Tributoria, ſcientiam accipimur, quæ habet & patientiam, non etiam voluntatem. Non enim velle debet dominus, ſed non velle. Si igitur ſciuit, & non proteſtatus ſit, nec contradixerit, tributoria tenebitur tanquam eo ſciente negotio geſto. l. 1. § ſcientiam. ff. de tribut. In edicto. Quæ in fraudem creditorum, hæc verba, Sciente te, ſic accipimur, conſcio & fraudem participante, non enim ſcire ſolum, ſed & fraudis participem eſſe oportet. l. 10. in pr. & §. quod ait Prætor. ff. quæ in fraudem cred. In eo quod dicitur dies bonorum poſſeſſionis petendæ ſcientibus cedere, ſcientiam accipimus non quæ jurisprudentibus inſit, ſed eam, quam quis aut per ſe habeat, aut conſulendo peritiores adſequi poſſit. l. 2. § vlt. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. Briſſ. Prat.

Scientia juris eſt non ignorare, quicquid legibus ſcriptum, moribus receptum, prudentum ve autoritate digeſtum eſt, ait Salom. in tit. de juſt. & jur. Spieg.

Scindere hæreditatem, id eſt, diuidere in l. 2. C. ad SCtum Orfician.

Scinditur actio, id eſt, diuiditur l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib.

Sciolum non debet ſe quis fingere. ff. de minor. l. fin. gl. & de adult. l. miles. §. quidam. A bet.

Scire dicimur, quod ab aliis audimus l. ſi arbiter. ff. de probat. Spieg. Prat.

Scire, eſt rem per cauſas cognoſcere Ariſtoteli, facit. c. occidit 24. qu. 8. & naturæ axioma eſt. Vnde rectè colligit Olden. eum neſcire actiones, qui cauſas earum ignorat. Qui autem neſcit actionem, non intelligit jus, quod perſequi vult in judicio. Spieg. Prat.

Scire, & ſcire debere, idem eſt, l. 5. C. de in jus voc. l. 8. ff. de jur. & fact. ignor. Hieron. Franc. ad l. qui cum alio 19. n. 34. ff. de reg. jur. Gœdd. ad l. 6. n. 10. ff. de ver. ſig.

Scire, juris: poſſe, facti eſt l. penult. ff. de juris & fact. ignor. Item paria cenſentur, vel quod quis ſciat, vel quod ſcire debeat. Bald. eſt doctrina, quem vide in Auth. ad hæc, C. de vſur. Sicut & idem judicatur, quod quis aliquam rem habeat, vel habere debeat, l. pen. § cum ita, vbi Bartolus de aur. & arg. legat. Albericus allegat l. penult. ff. ad Maced. cum multis aliis ſimil. Spieg.

Scire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim & poteſtatem, Celſus in l. ſcire ff. de legib. Senatuſque conſultis. Old. Prat.

Scire quis præſumitur illud, quod tenetur inquirere, arg. l. regula. ff. de reg. jur. Old. Prat.

Scire verbum generaliter ſumitur c. hoc videtur 22. q. 5. Scire explicite & implicite quid ſit, docet Panorm. in gl. rubr. de ſumma Trinit.

Scirpum pro ſcrupo legi tradit Crin. lib. 9. c. vlt. Scrupus vero pro ænigmate, & ambiguitate à veterib. acceptus eſt, quod in eo anxietas quædam & aſperitas intelligatur. Scrupos enim aliquoties veteres pro aſperis ſaxis accepere. Hinc rem ſcrupuloſam dicimus, quæ aliquid in ſe aſperitatis continet. Crinitus de honeſta diſcip. dict. loco. Cujus ſententiæ accedit & Cælius lib. 15. Cæterum vtrunque labi oſtendit Brodæus lib. 2. Miſcell. c. 35.

Sciscere & jubere quid differant, ex oratione Ciceronis pro L. Flacco colligi poteſt. Sciſcere autem, & jubere, ſunt ſuffragio aliquid probare aut improbare. Sed ſciſcit plebs (vnde appellata ſunt plebiſcita) populus vero iubet: quamvis etiã plebs jubere dicantur Cic. pro Cornelio Balbo: Si tum ſit fundos, ſi ſcita & juſſa noſtra, ſua ſententia comprobat. Sciſcere legem, i. ferre de lege ſuffragium. Vide Budæum. Hoc verbum quod eſt legis 12. Tab. citat Paul. in l. qui res ſuas in fi. de ſolut. Quo loco Accurſius nimirum verbi ignorans ſignificatum, pro ſciſcit, ſeparatim legit, ſi ſcit. Ex Alc. in l. tigni. de ver. ſig. Vide Plebiſcitum, Spieg. His adde Connan. comm. ſuper jus ciuil. li. 1. c. 13. n. 6. & Cort. ... li. 5. c. 34. tom. 1.

Scita plebeia appellantur ea, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus juſſit, plebeio magiſtratu interrogante. Feſtus. Vide Plebiſcita. Prat.

Scitum, ſciti, quod juſſum, decretum, ſancitum eſt: à ſciſcendo.

Scolium apud Græcos conuiuale carmen erat, & inter pocola concini ſolitum, cujus etymon tradit Orus Grammaticus in-

de deſinatum, quod à tumulentis quibus ſenſuum organa turbata ſunt, & oblique ſe quodammodo habent, cantari ſoleat. Suidas alijque à contrario ſenſu ita dictum annutant, quod ſimplex ac facile ſit, minimeque ambaginoſum aut obſcurum, quam rationem vt falſum reijcit Ariſtophanis interpres Aliter Heſychius, pererudito & neutiquam vulgari, quodque non à quibuſvis, ſed à doctis tantum caueretur, exponit: quod & attingit Plutarchus in Sympoſiacis. Plura de hoc Hadrian. Iun. animaduerſionum li. 3. c. 7.

SCOPARIVS miniſter, cuius miniſterium eſt, vt deuerrat pauimenti ſordentia. Vlp. in fund. inſtr. Si villa cultior ſit, accedere inſtrumento fundi atrienſes & ſcuparios. Spieg.

Σκοπελισμὸς criminis genus in Arabia, cuius rei fiebant ij, qui in inimici agrum σκοπέλους id eſt, lapides poſuiſſent, indicio futuros, quod ſi quis eum agrum coluiſſet, malo letho periturus eſſet inſidijs eorum, qui eos poſuiſſent: quo fiebat vt nemo ad eum agrum accedere auderet crudelitatem timens eorum, qui ſcopeliſmum fecerant: hujus meminit Vlp. in l. ſunt quædam. ff. de extraor. criminibus. Hinc σκοπελίζειν, id eſt, lapides ſeu ſcopulos illos ponere, in d. l. ſunt quædam. Prat.

SCOPVS cauſæ in jure ciuili, eſt initium, quod cauſa ſequentium fuerit, velut principalis pars negotij. Nam cujuſque rei potiſſima pars principium eſt, l. 1. ff. de origin. jur. Spieg.

SCORIA purgamentum argenti eſt, & per metaphoram tum falſam doctrinam corruptamque religionem ſignificat, tum & hypocritas, & præſertim degenerantes Chriſtianos. Eſaiæ 1. Argentum tuum verſum eſt in ſcorias, id eſt, religio ac homines degenerarunt, corruptique ſunt. Ibi. Expurgabo ad purum ſcorias tuas: id eſt, varijs pœnis pleróſque illos degeneres perdam, aliquos etiam ad ſanitatem reuocabo.

SCORPIVS, vel vt alij legunt, Scurpus, ſeruus eſt, apud Papin. in l. vxori, 34. § 1. ff. de vſu & vſufru. leg.

SCORTVM dicitur omne id, quod ex pellibus factum eſt. Feſtus. Dicuntur enim ſcorta proprie pelles animantium: quodque iis meretrices incubarent, & eæ ſcorta dicta fuere.

SCORTI nomine appellãtur omnes mulieres, quæ alterius quam mariti conſuetudine vtuntur, vt teſtatur Corn. in ſuis comm. ſuper iure ciuil lib. 8. c. 13. nu. 1. Diogeni vero ſcorta dicebantur eſſe regum reginæ, quod peterent, quodcunque eis videretur. Laërtius in Diogene.

SCORTATIO donationis genus in Dacia vſurpatum, de quo c. a. de conſuet.

SCORTATIO omnem coitũ illicitum ſignificat, ſiue adulterium ſit, ſiue ſtuprum, ſiue inceſtus, ſiue Sodomia, ſiue fornicatio. Vult. in comm. Inſt. de publicis, iud. § 4 n. 8.

SCOTRA ſiue Scrota apud Paul. li. 3. ſent. tit. 6 ſunt τὰ σκῦτα τῶν ὑποδημάτων, id eſt, calcei detriti. Scutra, inquit, & luros inſtrumento continebuntur. Prat.

SCRIBA. Vide rub. C. de tab. Apud Romanos ſcribarum ordo honeſtus erat, nam hominum erat ſanctiſſimorum & innocentiſſimorum quorum fidei leges & tabulæ publicæ committebantur, vt eſt apud Cic. act. in C. Verſ. 5. Imperatores ſuperatis hoſtibus, optime republ. geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione ſæpe donarunt. Spieg.

SCRIBÆ dicuntur ſcriptores. Notarij, qui circa principem vel alios magnos Iudices, actis geſtiſque conficiendis deputati ſunt. Alias ſcribæ dicuntur, qui ſcribunt nominatos ad munera & honores, & tributa ſoluta, ſecundum gl. in d. rub. C. de tab. ſcrib. li. 10. In Bell. Etymol.

SCRIBA clariſſimus, de quo Nou. 94. & in Conſtantini Nouell. quæ eius officium aperte definit, erat in prouinciis quaſi prætor tutelaris quidam. Prat.

SCRIBÆ veteribus & librarios, & poëtas ſignificabant. Nunc vero ſcribæ ſunt librarij, qui rationes publicas ſcribunt tabulis: eſſe accipi debent in rub. & l. 1. C. de tabul. ſcribis. Horum officium quales fuerit, docet M. Cicero in 5. Verrin. Prat.

SCRIBAM, non tantum ſcribendi agilitas, verum etiam ſolertia, eruditio & fides commendat. Erat. n. apud Græcos honoriſicentiſſimum munus. Vnde Eumenes Philippi regis & poſt Alexandri Magni ſcriba dicere ſolebat: Se vitam potius poſiturum eſſe, quam fidem. Romani autem ſcribarum officia velut mercenaria, non ſic honorabant, teſte Probo Æmilio. Old.

SCRIBARVM officium apud populum Romanũ quale fuerit, Cicer. in Verrina 5. his docet verbis: Quæ pars operæ aut opportunitatis in ſcriba eſt, cur ei non modo merces tanta detur, ſed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat? Ordo eſt honeſtus, quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? eſt vero honeſtus, quod eorum hominum fidei tabulę publicæ periculaque magiſtratuum committuntur. Diſtributi erant in aliquot decurias, quarum in aliquã locũ ſibi emere conſueuerant, qui ſcribę fieri volebãt. Idem in Oratione pro domo ſua: Scribę qui nobiſcum in rationibus, monimentiſque publicis verſantur, non obſcurum de mea in Rempub. beneficiis ſuum judicium decretumque voluerunt. Æmilius Probus in vita Eumenis ait, ſcribæ munus multo eſſe apud Grajos honorificentius, quam apud Romanos: nam apud nos, inquit, reuera, ſicut ſunt, mercenarij ſcribæ exiſtimantur, at apud illos contra nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide & induſtria cognita: quia neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem. Hot. His adde Turneb. aduerſ. li. 11. c. 10.

SCRIBERE, complures habet ſingulares, & ſumme notandas ſignificationes. Scribere enim eſt ſcripto promittere Scæuol. in l. vlt. ff. de doli except. Homo ruſticanus genero ſcripſit quaſi viuas prætcritas. Paul. Aſin. Nunc ſi negat, adducit domum etiam viuo, & ſcribit nummos. Seruius in 7. Æn. Tranſcribi ait, eſt tradi. Sermo autem iſte ſumptus eſt de pecunia. Nam ſcribi eſt dari. Briſſ.

SCRIBERE etiam proprium Iureconſultorum muneris verbum fuit, quemadmodum & cauere Pompo. in l. 2. circa fi ff. de origin. jur. de Iureconſultis agens. Sed aut judicibus, ait, ipſis ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſuluerant. In quo verbo ſcite luſit. Cic. Trebatium Iureconſultum negligentiæ arguens ambiguo ſumpto ex ſcribendi varia ſignificatione. Valde, ait, ille libr. 7. epiſt. jam lautus es, qui grauaris ad nos literas dare homini præſertim prope domeſtico. Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi jam te aduocato cauſa cadent. Vbi ſcribere à vulgari ſua ſignificatione ad hanc quam trado translatum, jocum facit. Scribere formulam dicebatur, qui in judicio alterum prouocabat. Quintilianus li. 6. c. 4. Colaphum tibi ducam & formulam ſcribam quod caput durum habeas. Sed & quod Græci dicunt δίκην γράφειν, hoc Latini verbum verbo reddentes, Dicam ſcribere dicunt. Quam locutionem à comicis primum latinitate donatam, cum Græcas comœdias Latinas facerent, veriſimile eſt. Vtitur autem ea Plaut. Aulularia, Terent. Phormion. & Cicer. 4. in Verr. Prætor quoque ſcribere dicitur actionem, qui in edicto & albo proponit. lib. 1. ff. de eo qui pro tu. Vnde in rem ſcriptæ actiones exceptionéſque appellantur, quæ generaliter in rem proponuntur, & aduerſus poſſeſſorem dantur, quanquam ex certæ perſonæ facto oriantur l. 9. §. vlt. ff. quod met. caut. l. 1 §. vlt. ff. de interd. l. 4. §. metus cauſ. ff. de doli except. Prat. Briſſ.

SCRIBERE à teſtamento dari relinquiue ſignificat. Inde ſcribere libertatẽ alicui, eſt ei teſtamento dare. l. 70. ff. de adq. hæred. Quintil. declam. 380. Æger à ſeruo cui libertatem ſcripſerat, venenum petit: nolenti dare crucem ſcripſit. Briſſ. Prat.

SCRIBERE hæredem tam tritum eſt quam quod tritiſſimum Minus vulgatũ eſt, ſcribere tutorem, quo tamen non ICti tantum vtuntur, in l. 20. ff. qui teſtam fac. poſſ. Sed & Cicer. pro Cluẽt. Nemo illum, ait, ex tam multis cognatis & affinibus tutorem vnquam liberis ſuis ſcripſit. Vt autem hæres ſcribi qui inſtituitur, ita & exhæres ſcribi dicitur, qui exhæredaretur. l. 4. ff. vnde li. l. 1. § Pomp. ff. de Carbon. edict. Briſſ. Prat.

SCRIBERE apud Horatium li. 2. ſatyr. 3. dicitur debitor, qui mutuum ſumit, cum vel ipſe, vel argentarius ejus nomine ſerebat creditori acceptum:

Scribe decem à Nerio (inquit) non eſt ſatis: adde Cicuta
Nodoſi tabulas centum.

Alij tamen hoc verbum ad creditores referunt, quibus moris fuerit, vt in argentariorum, apud quos ſuas pecunias collocarant, tabulis expenſum alicui ferrent, & argentario id nomen dictarent. Malim tamen de debitore dici. Idem enim Reſcribere dicebatur, cum æs alienum diſſoluebat, id eſt, pecuniam mutuam reddebat, vel per ſe vel per argentarij ſcripturam, qui in codicem ſuum referebat, æs alienum à debitore creditori eſſe diſſolutum. Donatus in hæc Terentij verba ex Phorm. act. 5. ſcen. 7.

Argentum iube rurſum reſcribi Phormia.

Reſcribi, inquit, eſt reddi, ſeu per menſæ ſcripturam dari. Quoniam adnumerationem pecuniæ antecedit ſcriptura, Reſcribere dicebant pro numerare. Sic Horatius vbi ſupra:

Putidius multa cerebrum eſt mihi crede Perilli
Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis.

Vbi Dictare creditoris verbum eſt, cum jubet ſcribere, ſibique acceptum ferre debitorem: vel cum dictat argentario nomen ſuum, vt perſcribat illi in codice ſuo nomina creditoris & debitoris. Perſcribere vero apud Terent. vbi ſupra eſt multis per ſcripturam reddere. Vide perſcribere. Prat.

SCRIBERE quoque, notam inurere ſignificat. l. 7. C. de pœn. Vlp. in Inſtit. l. 1. Dedititiorum numero ſunt, qui pœnæ cauſa vincti ſunt à domino, quibus veſtigia ſcripta fuerunt. Quint. li. 7. c. 4. Si quis fugitiuo ſtigma ſcripſerit. Vegetius lib 2. c. 5. Nam picturis in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti jurare ſolent. Inde inſcriptos vultus, id eſt, ſtigmate notatos dixit Plin. li. 8 c. 3. Briſſ.

SCRIBERE ſibi legatum videtur non ſolum qui ſua manu id fecit, ſed & qui per ſeruum ſuum vel filium quem in poteſtate habet, dictante teſtatore legato honoratur. l. 15. §. 1. ff. ad leg. Cor. de falſ. Briſſ. Prat.

Sic SCRIBERE ſibi, eſt teſtamento ſibi aliquod legatum, aliudve quid emolumento futurum adſcribere. l. 3. C. de his qui ſibi adſcribunt. Briſſ. Prat.

SCRIBERE ſua manu, non autem propria manu. Id enim negant apud bonos authores reperiri. Proprie autem eorum eſt qui aliquod condunt opus, Sic ſcribere leges pro condere interdum

dum accipimus Scribere etiam, ſiue ſubſcribere ſignificat accuſare & denontiare, Paul. l. 3. de accuſ. Vbi præbet ordinem libellorum inſcribendorum. Subſcribere, inquit, debebit is qui dat libellos ſe profeſſum eſſe, vel alius pro eo, ſi literas neſciat, Vlp ibid. l. ſi cui crimen obiiciatur, præcedere debet in crimine ſubſcriptio. Et de furt. l. vlt. Et eum qui agit in crimine ſubſcribere. Idem de priu. delict. l. fi. Si extra ordinem eius rei pœnam exercere velit, tunc ſubſcribere crimen oportebit. Seneca li. 2. de beneficio, manifeſtè ſubſcriptionem pro accuſatione poſuit, teſte Catanno. Apud Horat. inuenies ſcribere pro reſtituere. Nam qui mutuum accipiunt, chirographum ſolent creditori ſcribere: qui recipiunt creditam pecuniam, ſubſcribere. Sueton. pro ſubnotare vſus eſt. Marcell. in l. non aliter & adopt. pro conſentire. In quem ſenſum frequenter & Vlp. vſurpat. Columell. pro fauere l. b. 4. Quod ſi voto, inquit, fortuna ſubſcribit, agrum habebimus ſalubri cœlo. Spieg.

SCRIBERE milites, ſcribere ſupplementum exercitui, pro conſcribere, comparare, & colligere crebro legimus. Duos Saluſtij locos ſubiéciſſe contentus ero. Sic autem ille in bello Iugurthino igitur diffidens, inquit, cætero exercitui milites eligere, ſcribere, præſidia vndique accerſere. Et alio loco. Et tamen exercitui ſupplementum ſcribere ab ſociis & nomine Latino auxilia accerſere. Briſſ. Prat.

SCRIBITVS in l. 1. ff. de muner. & honor. in editione Florent. inter munera perſonalia, recenſet Hermogen. quod vt corruptum verbum quidam notarunt: quo ſi vt, vel vt patrimonium ſcribatos, videnda eo loci [illegible] cenſeo, & conſulo, quæ quidam putator Toloſas ſubiicet non hoc magno reipubl. incommodo. Schard.

SCRINIA in libris C. dicuntur capſæ & loculi, in quibus Principis acta, quæ ad ius pertinent, aſſeruãtur, qua de cauſa in l. omnium 19. C. de teſtam. totum Ius in ſcriniis Principis conſtitutum dicitur. Eorum genera hæc quatuor numerantur, in l. fi. C. de decur. l. 1. C. de prox. ſacrisſcrin. Scrinium memoriæ in quo annotationes principis aſſeruantur, l. fi. Cod. de diuerſ. reſcrip. Scrinium epiſtolarum, in quo ciuitatum poſtulata & legationes recondebantur. Scrinium libellorum, qui Principi ſupplicet oblati erant. Scrinium diſpoſitionum, in quo cognitiones & decreta principis conſeruari ſolebant. Sunt & ſcrinia ſacrarum largitionum, videlicet exceptorum, l. 5. C. de can. ſacr. larg. l. 10. C. de metalleg. Tabulariorum, l. fi. C. de veſtib. holob. numerorum ſiue nometariorum, mittendariorum, aureæ maſſæ auri ad reſponſum à miliarenſibus, veſtiarij ſacri, ab argento, à pecuniis. Officiorum autem in eis ſcriniis dignitates & gradus quibus ſtrenæ debentur, veſtes, & annonæ: hi primicerij, ducenarij & centenarij, epiſtolares vel epiſtolarij, vt C. Th. & Saluianus 5. de prouident. Veniunt plerunque noui comtij, non vt epiſtolarij, à ſummis poteſtatibus miſſi, ·ibi vulgo male nonarum epiſtolarum. Sunt alij gradus, qui dicuntur formæ primæ, ſecundæ, tertiæ, & vt inter miniſteriales, l. 2. C. de Caſtrenſ. vide l. 7. C. de palat. ſacr. larg. R[illegible]um autem priuatarum ſcrinia quatuor, ſtor, beneficiorum, [illegible], ſecuritatum, largitionum priuatarum: quod non tantum Notitia Imperij Romani comprobat, ſed & l. fi. C. Th. eod. tit. in qua ita eſt. Tam primicerios officij priuatorum, quam alij quatuor reliquarum primicerij ſcriniorum. Sunt & ſcrinia fabricarum & barbaricariorum, l. 1. C. de præpoſ. agent. in reb. Port. Bud. in l. nec quicquam, ff. de offic. procons. de ſcriniis loquens ea ſic definit. Scrinia ſunt plutei & armaria, quibus com[illegible]tarij & libelli literariaque monumenta concludi ſolent. Eaque, vt idem tradit, duorum ſunt generum. Quædam enim ſunt ſtataria, quædam viatoria. Stataria ſunt in regia vel alibi condita in quibus monumenta antiqua ad imperium, regnúmve pertinentia, & (vt ita dicam) inſtrumentum imperij, regníve aſſeruantur, qualia ſunt Pariſiis in receſſu editiore ſacelli Palatini theſaurus chartarum vulgo appellatur. Græcè chartophylaicon, & Latinè ſcriniarium dici poteſt. Vnde qui theſaurarius chartarum nunc dicitur, rectè appellabitur chartophylax, ſeu præfectus ſcriniorum. Altera ſunt ſcrinia viatoria, quæ in comitatu principali circumferuntur, in quibus libelli ſupplices principibus poſtulantibus porrecti condantur, quoad ſubſcribantur, i. e. quoad principi vacet libellis & poſtulantibus operam dare, libelliſque reſponſitare. Statariorum ſcriniorum exemplum eſt apud Plin. in epiſt. ad Traian. his verbis, Recitabatur apud me edictum, quod dicebatur D. Auguſti ad Anniam pertinens, recitatæ & epiſtolæ D. Veſpaſiani ad Lacedæmonios, & diui Titi ad eoſdem, & Achæos, & Domitiani ad Auidium Nigrinum & Armenium Brochum proconſules, quæ ideo tibi non miſi, quia & parum emendata, & quædam non certæ fidei videbantur, & quia vera & emendata in ſcriniis tuis eſſe credebam. Viatoriorum autem ſcriniorum exemplum eſt apud Lamprid. in Alex. Poſtmeridianis horis (ait) ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper operam dedit, ita vt ab epiſtolis, à libellis & à memoria ſemper aſſiſterent, relegentibus cuncta librariis, & iis, qui ſcrinium gerebant, ita vt Alexander ſua manu adderet, ſi quid eſſet addendum, ſed ex eius ſententia qui diſertior habebatur. Hæc ille.

SCRINIVM aut ad Reſponſum, l. 7. C. de palat. ſacr. larg. Cuius & in notitia cum de Comite largitionum agitur, fit mentio. Ex hoc accipienda ſunt hæc Iuſtin. verba in Nou. de prætore Piſidiæ [illegible] Ad reſponſum. Et in Nou. de præt. Lycaoniæ [illegible] Ad reſponſũ, [illegible] Et in Nou. de prætore Thraciæ, [illegible] Ad reſpõſũ [illegible]. In Nouel. ex Moderatore Heleſponti. [illegible] Ad reſpõſum. Ex quibus locis apparet, militaribus viris hoc ſcrinium deſeruiſſe. Et quæ ad milites perlata exercitus rectorum mandata in vetuſtis quibuſdam ad Iulian. Patr. notã legi. Meminit etiam officij ad reſponſum in re militari l. 19. §. 1. C. de re milit. lib. 12. Porro in Notitia cum officium Comitum ſacrarum largitionum recenſetur, ad ſuperiora ſcriniorum genera hæc quoque adiuntur Veſtiani ſacri, Aureæ maſſæ, argenti, Annolari[illegible]ſe, à pecuniis, à militarenſibus in noſtris etiam libris ſcrinij ad limitem & ab argentaria, & operum, & Orientalis ſcrinij, & Aſiani, & Thraciæ, & Macedoniæ, & Daciæ fit mentio. l. 7. C. de palat. ſacr. larg. l. 18. & l. vlt. Cod. de ouio. lib. 12. Briſſ. Prat.

SCRINIARII, in l. vlt. C. de Caſtr. pecul. lib. 12. l. 8. & l. 10. Cod. de nu. lib. 12. l. vlt. de apparitoribus præf. præt. Suidas [illegible] Scriniis autem magiſtri præponebantur. Et ita Alex. Vlp. magiſtrum ſcrinij fuiſſe Lamprid. auctor eſt. Nec principibus tantum, ſed & magiſtratibus poteſtatibus ſui ſcriniarij erant, l. vlt. C. de teſt. milit. Briſſ. Prat. Forent. ra autar. a ſcriniarios hodie comparari poſſe putat ſecretarios, & ſcribas Ducum & Tribunorum. Habuerunt autem olim ſcriniarios præfecti prætorio, magiſtri militum, comites vtriuſque ærarij, proconſul Aſiæ & caſtrenſis ſacri palatij, item duces, Gothof. ad l. 16. C. de teſtam. mili.

SCRIPTÆ rationes pro ſubſcriptis & ſubſignatis l. Tha[illegible] §. fi. ff. de fideic. lib. & l. ſi ita ſtip. § Chryſogonus ff. de verb. [illegible] Pro non ſcriptis haberi & ea iuca fieri legata longè differunt l. vnic. § & cum triplici C. de cad. tollen. Vt [illegible] his relinquebantur, qui in rerum natura tunc temporis non eſſent, cum teſtamentum fieret, pro non ſcriptis habita. Quod etiam confirmat l. 2. & l. 6. in fin. ff. de iure codicil. l. pen. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. l. 26. § pro non ſcripto ff. de fideic. liber. Pro non ſcriptis etiam habebantur, quæ [illegible] pœnæ relinquebantur, l. 3. ff. de his quæ pro non ſcrip. l. 85. § ſi quis plane ff de acquir. hæred. Item turpia legata, quæ legatarij magis notandi, quam demerendi cauſa ſcribuntur, l. 57 de leg. 1. Itemque deportatis & peregrinis relinquuntur, l. 1. C. de hæred. inſtit. In eadem cauſa ſunt & captatoriæ inſtitutiones, captatoriaque legata, eáque quæ ſibi quis manu ſua in teſtamento adſcripſit. l. 1. & l. vltim. ff. de his quæ pro non ſcrip. hab. l. 14. § 2. ff. ad leg. Cornel. de falſis l. 4. & l. 5. Cod. de his qui ſibi adſcribunt. Et generaliter quæcunque illicitè & contra legatario teſtamento ſcribuntur, pro non ſcriptis habentur, & apud hæredem remanent. l. 14. §. ſequens quæſtio. & § vlt. ff. ad l. Corn. de falſ. l. vlt. ff. de his quæ vt indig. l. 20. in fin. de hæred. inſt. Briſſ. Prat.

SCRIPTI hæredes qui teſtamento inſtituti ſunt, & opponuntur legitimis l. controuerſia. ff. de tranſactio. Scriptus heres non intelligitur, cuius nomen conſulto teſtator induxit. l. 2. §. ſi conſulto. ff. de ſecund. tab. bonor. poſſeſſ.

SCRIPTORVM nomine accipimus ſcripturas, quarum editiones requiri ſolent. Tria ſunt autem genera: Primum, in quib. continetur formola actionis, quam quis intendit aduerſus alium in iudicio: & ideo appellantur libelli iudiciales, de quibus loquitur Vlp. in l. 1. in prin. de eden. Huc pertinent acta iudiciorum, hoc eſt, ſcripturę continentes ea, quæ apud Iudicem de cauſa cognoſcentem aguntur, l. 1. apud quem, C. eo. tit. Secundum genus ſcriptorum, quæ in hoc parantur publica fide, vel priuata ſubſcriptione, ſeu conſignatione, vt res geſtæ per ea facilius conſtent ac probentur: vt ſunt inſtrumenta tabellionum, chirographa, literæ ſigillatæ, de quibus tractatur in d. l. 1. § editiones. Tertium genus ſcriptorum, complectitur rationem negotiationis inter duos pluréſve, & hoc genus directo pertinet ad actionem edicti de edendo. Addi poteſt & quartum ſcripti genus, in quo vltimę voluntates continentur: vel teſtamentum codicillis Old. Prat.

SCRIPTVRARIVS ager, apud Feſt. publicus appellatur, in quo vt pecora naſcantur, certum æs tribuitur: quia publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore. Prat.

SCRIPTVM facere, pro ſcribæ munus exercere. Liuius li. 9. ad fi. de C. Flauio qui ſcriba fuit. Inueni in quibuſdam annalibus, cum appareret Ædilibus, fierique ſe pro Tribuno Ædilem videre, neq; eius nomen recipi, quod ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe & iuraſſe nunquam ſcriptum facturum. Quem aliquanto antea deſiiſſe ſcriptum facere arguit Macer. Lipſius. Sic Gell. de eodem agens lib. 6. c. 9. locutus eſt. Prat. Briſſ.

SCRIPTVM Ius. Vetus eſt diſputatio, verum magis expediat, regi, ciuitates arbitrio gubernatorum, an ſcripto iure. Cõſenſus prudentum teſtatur melius eſſe, vti ſcripto iure. Atque ita pro

juſſerit? Pegaſus admittit valere juſſum. Quod puto ita verum eſſe, ſi & ejus ſit auctoritatis arbiter, vt in ſeceſſibus ſoleat agere, & litigatores facile eo loci venire poſſint. Idem l. 16 ff. mandati, vt in hortis quos Rauennæ habebat, in quos omnibus annis ſecedere ſolebat, ſphæriſterium faceret. Plin. lib. 2. epiſt. 17. Iuſtiſne de cauſis eum tibi video incolere, inhabitare, diligere, ſeceſſum, quem tu omnis vrbanus es, niſi concupiſcis. Hot. Prat.

SECESSVS & ſeceſſio differunt. Seceſſus enim locum ſignificat, ad quem laxandi animi gratia declinamus, aut ipſam talem declinationem. Seceſſio autem intelligitur fieri ob ferias aliquas cauſas tractandas: & ita fere in malam partem accipitur. Budæus ſeſſionem verbum criminoſum eſſe dicit. Id enim eſt in bello ſeceſſio quod defectionem vocamus. Porro duas plebis ſeceſſiones fuiſſe, docet hiſtoria. Pom. attigit in l. poſterior de orig. jur. in §. exactis deinde regibus item §. cum placuiſſet. Priorem 6. Accurſius hiſtoriæ ignarus non eſt aſſecutus. Poſt Ziſium & Antonium Garonem, vide Old. in Reſtauratione politiæ, qui adfert lucem Pomponio. Spieg.

SECESVS cauſa habere, & veſtem propter ſeceſſum ibi depoſitam. Vide Vlp. in l. quæſitum ff. de fund. inſt. Spieg.

SECRETA nobis commonicata, diuulganda non ſunt. Vlp. Ego arbitror, inquit, & injuriarum agi poſſe, ſi hoc animo recitatum eſt teſtamentum quibuſdam præſentibus, vt judicia ſecreta ejus, qui teſtatus eſt, diuulgarentur, l. 5 §. ſi quis tabulas Depoſiti: Simpliciter etiam ſecreta dicimus. Spieg.

SECRETARIVM locus eſt, in quo judices cauſas audiunt. Eſt enim Secretarium Iudicum, vt Conſiſtorium Principum. Zeno in l. ſi C. vbi ſenat. vel clariſſ. Sedendi quoque in aliqua ſecretarij parte, cum judicibus inferior, altercantibus vero ſuperior eſſe videatur. Et paulo poſt Sedendi cum celebratur cognitio, in ſecretariis judicantium jus conſequantur. Sic in l. ſi. C. de offi. diuerſ. jud. l. 11. C. de prox. ſacr. ſcrin. Prat.

SECRETA loca per quæ commeari vulgo non ſolet apud Vlpia. leges 1. de his qui deiec. Spieg.

SECRETO fieri etiam intelligitur, quod interuenientibus amicis confit. l. pen. in pr. C. qui pot. in pig. hab. Alb. Pret.

SECRETO pronunciare, id eſt, apud ſe Gothofr. ad Nou. 137. c. 6. in princ.

SECRETVM, pro ſigillo minuto, à barbaricis in cancellariam principum irrepſit. Hæc vox ſubſtantiue poſita idoneis eſt autoribus res ſecreta, i. e. nulla communicanda, apudque nos tacite ſeruenda. Spieg.

SECRETVM petere, quærere, eſt mecum ſecreta colloqui.

SECTA Græcis αἵρεσις ab eligendo, nunc in peſſimam partem accipitur de falſa doctrina ac religione ejuſque ſectatoribus. At olim vox vtraque generale nomen fuit, tam ad malas, quàm ad bonas ſectas. Ita & ſectæ diuerſæ Iureconſultorum fuerunt l. 1. §. hi duo. ff. de orig. jur. vt & ſtudiorum, l. 8 §. Philoſophus, ff de vacat. & excuſat. Briſſ. Dicta autem eſt Latina vox à ſecando, eo, quod ea factio ſit ab aliis reſecta, aut ſeparata: Diogenes Laertius in proœmio libri primi de ſectis diſſerens, eam ſectam, ex aliorum ſententia dici ait, quæ rationem aliquam juxta id quod apparet, & in promptu eſt, ſequitur, aut ſequi videtur. Schard.

SECTA pro ratione videtur ſumi. §. vlt. Inſt de legat. Hujuſmodi autem teſtatorum voluntates valere, ſecta meorum temporum non patitur, id eſt vt exponit Theoph. ἀνθέγεσιν ἐπὶ τῶν διατάξεων ἐμοῦ χρόνων τῆς βασιλείας Sic Alex. in l. 2. Cod. ad leg. Iul. maieſt. & Gordian. l. 2. C. de delat. Prat.

SECTATORES, in lege Fabia de ambitu dicebantur, qui Candidatos ſectabantur, quorum tres partes facit Q. Cicero lib. de petitione conſulatus. Prat.

SECTIO Latine dicitur, quæ poſtea confiſcatio appellari cœpta eſt: quum alicujus bona publicantur, deriuata ex ea appellatione, quod prædam ex hoſtibus captam milites inter ſe ſecabant ac diuidebant. Cæſar li. belli Gell. 7. Poſtridie ejus diei refractis portis quem jam defenderet nemo, atque intromiſſis militibus noſtris ſectionem ejus oppidi vniuerſam Cæſar vendidit. Corn. Tacitus, Reliquas ſectionum Neronianarum nondum in fiſcum conuerſas reuocarie ab exilio conceſſit. Cic. de Inuent. 1. Hoc commode reprehenditur, ſi dici poſſit ex hoſtibus eum eſſe captus, cujus prædæ ſectione venerit. Aliàs ſectio, vt inquit Feſtus, perſecutio juris eſt. Prat. Hot.

SECTATORES dicti ſunt, inquit Aſconius, qui ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur, proque iis pecunias penſitabant ſingulis: ac poſtea pro compendio ſuo ſingulas quaſque res pecunia populo venditabant. Hæc ille. Quibus ex verbis ſectatores à ſequendo dictos coniicimus, arbitror ab antiquo verbo ſeco, ſecas: quod idem ſignificat vt ſequor, vnde ſector, ſectaris: & ſecte, ſectæ: nam & acenſatores & judicia ſectabantur, quoniam damnatorum bona ipſi æſtimarent, & certam ſummam promittere ſolebant. Hotom. Adde & Brechæum, l. jud. ceſſe tit. de verb. & rer. ſign.

SECTOR eſt, inquit. Hot. æſtimator ac redemptor bonorum damnati, atque proſcripti, qui ſpē ſpectans lucri ſui, i. ſecutus ſpem æſtimationis ſuæ, bona omnia auctione vendæ, & ſemel inferi pecuniam vel ærario, vel ſociis veterib. Gloſſis ἀγῶνες dicitur, id eſt, vt expuncti Heſych. & Suidas ὁ ἀγοράζων ἀργυρίου.

SECVLVM Hebraicè [illegible], Olem, conueniens ſono, & prope etiam ſignificatione, cum Latino Olim, quod diuerſis Latinis vocabulis expreſſerunt, jam æternum, jam perpetuum, jam ſeculum ponentes. Significat autem tum perpetuitatem, tum longam durationem, tum debitam rei durationem: aliquando etiam ipſum mundum denotat: aliaque ſignificata habet. Latinis quidem vox. Seculum plerumque ſpatium centum annorum ſignificat: vnde apud Rom. Ludi ſeculares. Vſitatiſſime verò longum tempus declarat, vel præteritum, hac locutione, A ſeculo: vel in genitiuo poſitum, Dies ſeculi: vel etiam futurum, quæ ſignificat Latinis iſtis ferme æquiualent. Plura de hoc vide apud Connan, com. jur. ciuil. li. 1. c. 10. nu. 6. in fi.

SECVM poteſtatem agendi facere. Lege, Venire ad judicium.

SECVNDÆ tabulæ dicuntur, quib. pupillaris ſubſtitutio ſcripta eſt ſic dictæ, quod poſt patrenas in ſecunda parte tabularum, & in ima cera fiebant, l. 1. §. interdum l. 12. ff. de vulg. ſubſt. l. vlt. ff. ad Treb. l. pen. ff teſt. quemad. aper. vel etiam quia ſubſtitutio hæc paterni teſtamenti quædam appendicula & ſequela eſt, l. qui plures, in fi ff de pupil ſubſt. & (vt ait Iuſtin) in inferioribus partibus ſcribebatur, eaque pars proprio lino, propriaque cera conſignabatur: & in priore parte teſtamenti cauebatur, ne inferiores tabulæ viuo filio, & adhuc impubere aperirentur, §. ſin autem 3. Inſtit. de pupil. ſubſt. Hot. Prat.

SECVNDÆ, arum, tantum pluraliter membrana illa, qua partus obuoluitur vtero prodit: quæ & ſecundina vocatur. Dictæ ſecundæ, quod naſcentem infantem ſequuntur. Occurrit frequens apud Plinium Spieg.

SECVNDARVM nuptiarum nomine veniunt & tertiæ, atque vlteriores, ſecundum Azo. in ſumma. C. de ſecund. nupt. Attingit ibi & Bart. Spieg. Prat.

SECVNDARIVS, Lege, primicerius.

SECVNDI fructus, vberes, copioſi, Paul. in l 63, in fi. ff. ad leg. Falcid. Prat. Hot.

SECVNDO loco ſcriptum, hæredis ſubſtitutum ſignificat, Cajus lib. 7. Inſt. tit. 4. l. 4. ff. de SCto Syllan ad differentiam Inſtitutorum, qui priore gradu & loco inſtituuntur, qui ideo primo loco ſcripti hæredes appellantur Briſſ.

SECVNDOCERIVS in l. 7. C. de palatio ſacr. largit. lib. 12. & rubr. de primicer. & ſecundocer. & l. vlt. C. de domeſtic. & protectoribus, vbi ſecundocerij locum, non vt vulgo legitur, ſecundi primicerij vetus codex habet. Eſt & hoc verbum frequens in Notitia Imperij Rom. Eadem autem figura qua primicerius, ita & ſecundocerius qui ſecundum in ordine ſuo locum gradumque obtinet, appellatur Briſſ. Prat.

SECVNDVM, pro, Pro: vt ſecundum te litem do, i. e. pro te. Vlp. Et poſt edictum, ſecundum præſentem judicabitur. Cic. & pro A. Cecinna: Iam recuperatores, nulla dubitatio eſt, ſiue rem, ſiue verba ſpectare vultis, qui ſecundum nos judicetis. Spieg.

SECVNDVM dictio non facit conditionem, tex. eſt vulg. in l. pen. & ibid. Bald. in ſecundo not. C. de inſtit. & ſubſtit. & c. abbate ſancti Syluani, extra de verb. ſig. Et ideo ſing. decidit Bald. in l. 2. per gl. ibi Cod. de nuptiis, quod ſi accuſans Titium de aliquo crimine, & peto condemnari ſecundum ſtatutum, & conſuetudinem, ſi de ſtatuto & conſuetudine aliter non conſtat, punitur extra ordinem. Corta.

SECVNDVM bonos mores fit, quod recte atque ordine, more majorum fit, teſte Budæo in annot. poſter. Spieg.

SECVNDVM præſentem pronunciare l. Papinianus, §. meminiſſe, verſ. cæterum ff. de inoff. teſtam.

SECVNDVM ripam in l. 29. ff de acquir rer. do. i. prope ripam, vt in l. 7. § inſula. eo. tit. Sic ſecundum agrum, ſecundum viam, ſecundum parietem l. 30. §. 2. l. 38 ff. de acq. rer. dom. l. 13 ff. de ſeruit. vrb. Briſſ. Prat.

SECVNDVM ſtylum, quod vulgo dicunt, Ciceroni ea formula eſt.

SECVNDVM hæredem ſcribere, eſt ſcripto hæredi alium ſubſtituere, in l 8 C. de inſtit. l. 56. ff. de fideicomm. libertat. Briſſ.

SECVNDVS, quamvis ſequitur primum, & tam numerum, quàm ordinem denotat, id tamen apud noſtros perpetuum non eſt, vt patet per l. 2. §. 1. ff. de grad. l. ſi primo. §. penult. qui pot. in pig hab. Sic nec primus aliquando dicitur reſpectu ſecundi extra de verb. ſig. c. Ioſeph. & vide C. de ſec. nup. Alber.

SECVNDVS hæres dicitur qui ſecundo gradu inſtitutus eſt, vt primus qui primo, leg. 8. ff. de lib. & poſthum. l. ſi is qui 85. de teſtam. vel, vt ait Boetius lib. commen. in Topic. Cic. 2. qui hæredi inſtituto ſubſtituitur, veluti ſi quis filium inſtituat hæredem ſcribátque: Si is filius intra pubertatem deceſſerit, nepotem vel quemlibet alium hæredem eſſe oportere. Cajus lib. 6. Inſt. tit. 4 & l. 4. ff. ad Sylla. Is vulgo ſubſtitutus appellatur. Cicer. Verr. lu. 3, Appellat L. Annium qui erat inſtitutus ſecundum filium. Et aliquando poſt. Num eſt eiuſmodi edictum, vt quamvis intelligat non populo eſſe ſcriptum, ſed P. Annij ſecundis hæredibus. Saluſt. in bello Iugurth. Erat præterea in exercitu noſtro Numida quidam Malamiſſæ nepos, quem Micipſa teſtamento ſecundum hæredem inſcripſerat. Suet. in Iul. c. 8. Plures percuſſorum in tutoribus ſi quis ſibi filius naſceretur

nominauit Brutum etiam in ſecundis hæredibus. Pr. Br.

SECURITAS in l. ſi quando 35. § 1. C. de inoff. teſtam. id eſt, apocha vel quitantia.

SECURITATIS nomen quod vſurpatur ab Vlp. l. 1. ad leg. Iul. maieſt. non accipitur pro eo, quod noſtri ſaluum conductum vocant: (Vlp. enim Latini ſermonis diligens obſeruator, dixiſſet potius contra fidem publicam aliquid eſſe commiſſum: formula loquendi probatis auctoribus vſitata) ſed ἀντὶ τῆς ἀσφαλείας ἢ ἀκινδυνίας, cum ſcilicet ſtatus Reipu. ita compoſitus eſt: vt nulla ex parte periculum imminere videatur, nec ſit metus belli externi, aut inteſtini. Budæ. Prat.

SECURITATIS publicæ teſſera dicitur, quę præſtatur iter facientib. *Geleydt* Barbari ſaluum conductum vocant. Old.

SECURUM teſtamentum, firmum, & de quo nihil eſt dubitandum. Secure teſtari, in l. Papin. ff. de inoffic. teſtam. Spieg.

SECURUS, eſt diſſolutus, & ſine vlla cura quem ſupinum Iuriſc. vocare ſolent, hoc eſt ſocordem & deſidem. Bud. in l. plurimum, de Iur. & facti ignor. & Duaren. lib. 2. diſp. anniu. cap. 28. Spieg.

SECURUM eſſe, id eſt liberari l. 7. ff de minor. l. 17. ff. de teſtam. tut & 47 ff. ad Senatuſconſ. Trebell. Briſſ.

SECUS, aduerbium aliter ſignificat, præſertim quando particulæ negatiuæ ſequuntur, l. 3. C. de temp. appel. Spieg.

SECUS, male, l. filius matrem. C. de inoffic. teſtam. aliquando contra, l. ſi res C. de ordin. cognit. Prat.

SED particula interdum ponitur adiunctiue, vt in l. qui ſe debere ff. de Cond. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. in verſi. quoniam in l. 2. in princ. verſ. ſed Seruius quidem, & ibi Gloſſ ff. ad leg. Rhod. de iactu. Eſt & frequenter particula aduerſatiua Vide Alber.

SED, pro tamen, l. reſcriptum, § ſi pacto. ff de Pactis. l. 8 §. quanquam, ff. de acq. & acq. plu. etc. l. Pompo. ff. de acquir. ſer. dom. Briſſon.

SED, pro ſed &, ſæpe in libris noſtris poni docet Ant. Auguſt. lib. Emendat. c. 3. Prat.

SECUTORES, vide infra poſt verbum ſequella.

SED & ſi. Vide Bart. in l. ſed & ſi. ff. de petit hæred. in l. patris, de vulg & pupil. ſubſtit. in l pupilli, de Negot. geſt.

SED dictio juncta copulæ &, aduerſatur in facto, ſed identitatem juris ſignificat, l. ſed & ſi lege, ff. de petit. hæred. Io. Bello. Etymolog. Adde Conn. commeor jur. ciuil. li. 6 n 6. c. 1.

SEDENTARII qui dicantur, vide Gothof. in not. ad Nou. 90. c. 1. in princ.

SEDERE, ſedes, vulgarem habet ſignificationem: cui enarratis eſt illa verbi ſto. Sed pręterea ſignificat ſedet, impersonaliter idem quod, videtur, vel, placet. Vlp l. ſi fideiuſſor 7. §. vlt. Si ſatiſdatum pro re mobili non ſit & perſona ſuſpecta ſit, ex qua ſatiſdatio deſiderant, apud officium deponi debebit, ſi hoc judici ſederit, donec vel ſatiſdetur, vel lis finem accipiat. Sederit, id eſt ſi judici viſum fuerit, ſi ita arbitratus ſit. Hot. Prat.

SEDERE, pro placere, Vlpia. in ſi. l. ſi fidejuſſor. ff Qui ſatiſdat. cog. Si hoc, ait, judici ſederit.

SEDENS dicitur Prætor, cum pro tribunali juris dicendi cauſa ſedet, l. 2. §. confeſtim. ff ad Tertyl. l. 7. ff de in integ. reſt. Vnde dies quibus Prætor jus dixit, ſeſſionum, appellantur, in l. 31. §. ſatiſfactionis, ff. vt in poſſ. legat. vide infra in verbo ſeſſionum. Briſſ.

SEDENTES judices dicuntur. Cicero pro Rabir. Poſt. Modo vos iidem in A Gabinum judices ſediſtis. Plin. libro 6. Ad Roman. Sedebant judices centum & octoginta, tot enim quatuor conſiliis colliguntur, ingens vtrinque aduocatio. Briſſ.

SEDES ordinaria in l. 4. C. de juriſdict. omn. jud. id eſt, forum ordinarium.

SEDES in §. illis autem. Inſtit. de milit. teſtam. l. vlt. Cod. de reſtit. mil l. ſi. ‥ quib. non obſt. long temp. præſcript. & apud Veger. lib. 3 c. 4. & c. vlt. pro caſtris & loco in quo milites diutiſſi commorantur. Prat. Vnde Cujac. veluti oppoſita facit eſſe in expeditione, & eſſe in ſedibus.

SEDOSTA in l. 18. C. de epiſ audient. erant foſſata ſiue ſtatiua, teſte Suida. Cujac. conſult. 49. not eum qui in expeditione fuerit militem in caſtris, in foſſato, in hyberno, in ſtatiuis jure militari teſtari poſſe, Goth. in not ad l. 17.

SEDITIO eſt quietis publicæ perturbatio, l. 1. C. de ſeditioſ. Modeſt. in l. conſtitutiones, de Appel. & relat. ait, damnatos ſtatim puniri publice intereſt, vt ſunt inſignes latrones, vel ſeditionum concitatores, vel duces factionum, Bart. in l. capitalium, § famoſos, ff. de Fur. qui ſeditioſi dicantur, oſtendit. Cicero lib. de Republ. 6 ſcribit, ſeditionem dictam eſſe à diſſenſione omnium, quod ſeorſum eunt alij in aliud Spieg.

SEDULARIA in l. 4 ff de ſupell. leg. in ſedilibus numerantur: vt cathedraria in cathedris: ſunt que ea quæ in rheda ſedenti ſubjiciuntur: vel potius ſedes in quibus geſtamur. Prat. vide Seliquaſtra.

SEGES, proprie fruges eorum ſeminum, ea quibus conficitur panis, nondum demeſſa, vt ait Valla. Hanc corrumpi & ramis, & herbis, Iuriſconſ. eſt autor, in l. ex conducto, § ſi vis tempeſtatis. Locati. De ſegetum calamitatibus vide quæ obſeruauit. Cujac. 15. obſ. 26.

SEGMENTA pro margaritis & monilibus, hoc eſt torquibus orbiculatim, connexarum gemmarum capiuntur. Seruius credit gemmatum à Satyro cubile deſcribi, cum inquit:

Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis.

SEGMENTA quandoque ſignificant purpuream veſtem, lacenlis, mæandris, limis & orbiculis varie intextam. Ouid. libro 3. de arte amandi.

Quid de veſte loquar? non iam ſegmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Circulos cœli climataque vt ita dicam. Plinius ſegmenta dicit. Ioan. Baptiſt. in comment. Sidon. Apollinar. lib. 8. Epiſt. ad Namatium. Adde Turnebum aduerſariorum libro 4. cap. 13. Cujac. libro 12 obſ. 14.

SEGNITIA, tarditas ac negligentia ad agendum, inquit Donatus. Gloſ. in l. ſi nulla. ff. de pignor. act. ſentit ſegnitiem ſiue negligentiam eſſe in omittendo, culpam in faciendo. Spieg. vnde ſegnitia fraudi opponitur, in l. 58 §. 2. ff de fidejuſſorib. Briſſ.

Σεισάχθειαν interpretatur Budæus χρεωκοπίαν, nouas tabulas & æris alieni deciſionem, quod teſtatur Plutarchus in Solone his verbis. Cum infima plebs, inquit, opprimeretur à diuitibus æris alieni magnitudine, cogerenturque alij aut certa fructuum parte agros illorum colere, alij ſeſe illis ad imperatum quoduis faciendum offerre vt aut ſeruirent ipſis creditoribus aut ab eis venirent extraneis, alij filiorum ſuorum ſeruitute ſe libertatemque ſuam redimerent Solon σεισάχθειαν induxit cauitque vt nemo poſthac corpore addiceretur creditori. Siquidem autem eã legem οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν, id eſt, qui oppignoratis corporibus mutuabantur addicebantur creditoribus. Conna. Dicta vero eſt σεισάχθεια ἀπὸ τοῦ ἀποσείσασθαι τὸ βάρος τῶν δανείων, ab eo quod ſubleuarentur, ac excuterent æris alieni intolerabilem ſarcinam. Laërtius in vita Solonis.

Σεισάχθεια in legibus, Solonis tabularum nouarum abolitio legis verba hæc ſunt: τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν ποιήσαντα, καὶ λύτρωσιν καὶ ἐπὶ σώμασι μὴ δανείζειν, καὶ τοὺς νόμους, σεισάχθειαν ὀνομάσαι. Hanc legem explicui libro 2. veter. Iuriſp. l. 1. Prat.

SELINUS nomen eſt duarum ciuitatum, altera namque eſt Ciliciæ, de qua Lucanus lib. 9. Quo portu mittitque rates recipitque Selinus. Altera Siciliæ: de qua Virg l. 3 Georg. Palmoſa Selinus. De hac Iuriſc. in tit. de cenſib. Nebriſſ.

SELLIQUASTRA, genus eſt ſedilium antiqui generis, ait Feſtus, d. litera in l conuerſa. Paul. in l. 4. de ſupell. leg. Inſtrumenti ſignificatione thedæ & ſeliquaſtra in ſupellectili adnumerari ſolent. Sedularia legiſſe videtur Turneb. 8 aduerſ. 9. quæ in ſedibus: ſicut cathedraria, quæ in cathedris de quibus l. 5. jam d. tit. Et idem Turneb. 18 aduer. 23. vt roſaria roſæ: ſedularia tanquam ſedilaria Goth. ad l. 4.

SELLA, à ſedendo, quaſi ſeda dicitur, qua magiſtratus olim Romani ædiles & prætores per vrbem geſtabantur ſedentes: vnde Geſtatoria ſella nuncupabatur. Paulus de Seruit. ruſtic. præd. Qui ſella, inquit, aut lectica vehitur, ire, non agere dicitur. Vbi monente Old ſellæ aut lecticæ ſignificationem Accurſius non eſt adſecutus, quod & à Nebriſſ. notatum eſt. Vide Lectica. Spieg.

SELLA balnearis, vide apud Paul lib. 3. ſent. tit. 6. Briſſ.

SELLÆ curules, ait Iſidor. lib. 20. Etym. c. 2. erant in quibus magiſtratus ſedentes jura reddebant. Dictæ autem curules, quia apud veteres Prætores & Coſſ. propter itineris longinquitatem curru in forum prouehebantur. Sellæ autem quæ poſt eos vehebantur, quibus ſedentes iura dicebant à curru curules ſunt appellatæ Briſſ.

SELLA geſtatoria quæ ſit, vide l. 49. ff. de leg. 3. l. 7. de ſeruit. ruſtic. Suet in Neron. c. 26. Briſſ lib. 3. Antiquit.

SELLÆ prætoriæ ſit mentio in l. 5. §. caſum, ff. de poſtul. Qua de re vide quæ lib. 3. Antiquit. dixit Briſſ.

SELLULARII, dicti operarij, qui in opere faciundo ſedent. Hinc ars ſellularia appellata, quam ſedentariam appellat, teſte Sylnio, Ariſtotelis interpres in libro Moralium magnorum ſecundo. Spieg.

SEMEL, de vno intelligendum, nam quod ſemel ſit, nullam recipit diuiſionem, l. ſi ita fuerit, ff. de manumiſſ. teſtam. Spieg.

SEMEL pro ſimul poſitum videtur, l. ſi libertus 16 §. ſi quis plane ff. de jure patronat. Si quis plane non ſemel alienauerit, ſed quaſdam res ante, quaſdam poſtea, &c. Briſſ.

SEMIS, ſemiſſis, pro ſolidi, hoc eſt aſſis dimidio, vt ſi quis ex ſemiſſe relictus ſit hæres, intelligendum eſt, dimidium hæreditatis illi debere cedere. Hac voce raro extra compoſitionem vtimur, in qua dimidium ſignificat eius cui adiungitur. Labeo tit. de Vulg. ſubſtit. l. ſi pater. Vt vos, inquit, ſemis apud te maneat. Et ibid. l. & ſi per bonorum poſſeſſionem ſemis ei ſit ablatus. Vide Sextans. Spieg.

SEMESTRES libri dicebantur, qui ſex menſium geſta & adminiſtrata explicabant, not. §. Item diuus, de excuſ. tut. in Inſtit. Io. Bello. Etymol.

SEMESTRIA Diui Marci in libris noſtris ſæpius citantur, vt leg. 46. ff. de pact. l. fin. ff. de ſern. export. leg. 18 ff de acquir. hæred. § item diuus, Inſtit. de excuſ. tut. Sic autem forte appellata

ſunt

ſunt, quæ in ſemeſtribus conſiliis conſtituta ab eo, & reſcripta erant. Semeſtria enim conſilia principum dicebantur, in quibus cum aliquot ſenatoribus ad ſemeſtre tempus aduocatis, de iis quæ ad ſenatum referenda erant, deliberabant: inde opinor, ducto nomine, quod hybernis æſtiuiſque menſibus ſibi conſiliarios mutabant. Suet. Auguſto, ſibique inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negociis ad frequentem ſenatum referendis ante tractaret. Et in Claudio, Rerum actum diuiſum antea in hybernos æſtiuóſque menſes, coniunxit. Xiphilinus ab Auguſto tradit ſenatores quindecim ſorte dictos eſſe, cum quibus judicabat, ἐπὶ συνεδρίου, inquit, τῆς βουλῆς, τοὺς κλήρῳ λαχόντας συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παραλαμβάνων, καὶ ἐπὶ ὅτι καὶ ἐδίκαζε μετ᾽ αὐτῶν. Aduocabat quindecim ſenatores ſorte ductos, qui ſibi ad ſex menſes in conſilio eſſent, interdum quecum iis jus dicebat. Zonaras etiam lib. 2. ita ſcribit: καὶ τοὺς ὑπάτους καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ᾽ ἑκάστων, καὶ ἐκ τῶν τῆς βουλῆς πλήθους πεντεκαίδεκα συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν, ὥστε δι᾽ αὐτῶν καὶ πάντα τὰ βουλευόμενα ἐπὶ δὲ ὅτι καὶ ἐδίκαζε μετ᾽ αὐτῶν, i. e. Conſules etiam, ex aliis item magiſtratibus ſingulos & ex ſenatorum copia conſiliarios quindecim ad ſex menſes aſciuit: vt eorum opera cum vniuerſo ſenatu ea quæ deliberanda eſſent communicaret: nonnunquam etiam jus vnà cum ipſis dicebat. Obſeruatus eſt etiam idem locus apud Dionem libro 55. Hot. Prat.

SEMIARII, hæretici qui ſint, vide Epiphan. 3. to. 1. hæreſ. 73.

SEMICINCTIVM veſtis quædam præparatoria eſt, vt refert ex Auguſtino Cujac. 11. obſ. 18. Goth. ad leg. 23. §. 1. ff. de aur. & argent. leg.

SEMIMITRA inter ornamenta muliebria ponitur ab Vlpiano in l. argumento, §. ornamentorum, ff de auro & arg. leg. Vide Mitra. Adde Tiraquel. in l. 3. l. connub. gl. 1 partis 3.

SEMINARIVM appellant fructus ſementis cauſa repoſitos. Sic ſeminarium conſerendi agri cauſa paratum in leg. 9. §. ſeminarium, ff de vſufr. Et ſeminaria numero multitudinis in l. 3. ff. de impenſ. in res dot. Briſſ. De hac dictione vide latius Con. Commen. ſuper jus ciuil. li. 4. c. 1. nu. 9. in prin.

SEMINARIVM locus eſt ſubactus, in quo ſemina, aut vitium, aut arborum panguntur, conſeruantur, atque adoleſcunt, vt alio poſtea, quaſi ex nutriculæ gremio, transferantur. Græcè φυτωρίον dicitur. Prat. & Goth. ad l. 9. §. ſeminarij 6. ff. de vſuſ. & ad l. 3. §. 4. ff. arbor. furtim cæſar.

SEMINARIVM, eſt locus ille quem vulgus viuarium vocat, & de eo meminit Vlp in l. 3 § quod ſi quis ff. arborum furtim cæſarum, & Columel. lib. 3. Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit: ſic enim ſciet, cuius generis vitem poſiturus ſit, & paulo poſt: Optimum eſt (inquit) eodem agro quo vitem poſiturus eſt, vel ſaltem vicino facere ſeminarium & de eo meminit etiam Celſus in l. item ſi fundi, §. ſeminarios, ff. de vſuf. licet interpretes ibi aliter, & male intellexerint, & Vlp. in l. 3 de impenſis in reb dot. fact Cot.

SEMINARIVM appellant fructus ſementis cauſa repoſitos, ſic ſeminarium conſerendi agri cauſa paratum in l. 9. §. ſeminarium ff. de vſuſ. & ſeminaria numero multitudinis in l. 3. ff. de impenſis in res dotal Briſſ.

SEMINECIS lingua, id eſt mortua, vt in l. quoniam indignum C. de teſtam. Iu. Bello. Etymol.

SEMIPLENA probatio. Lege, Probatio ſemiplena.

SEMIPVLLATI, dicuntur ij, qui pullis & anthracinis veſtibus ſunt induti Pullum nigrum Seruius interpretatur. Quinimo & Maro non ſecus intelligit Georgicon. lib. 3. Nigra ſubeſt vna tantum cui lingua palato. Rejice, ne maculis infuſcet vellera pullis. Pullities etiam Columellæ nigredo dicitur. Ioan. Bap. in Comment. Epiſt. Sidon. Apoll li. 1 ad Vicentium.

SEMIS ſex vncias continet, vt notum eſt. Ex ſemiſſe hæres ſcriptus dicitur, qui ex media parte inſtitutus eſt, qui Semiſſarius appellatur in l. 116. §. 1. ff. de legat. 1. Briſſ. Prat.

SEMISSALES vſuræ pro ſemiſſes, id eſt, cum ſeni aurei quotannis in centenos penduntur. Modeſt. l. 10. ff. de pollicit. Ita pollicita eſt, vti ſors apud eam remaneat, & ipſa vſuras ſemiſſales ad præmia certantium reſoluat. Prat.

SEMISSARIVS hæres, hæres ex ſemiſſe: Florentinus l. 116. ff. de leg. & fideic. 3. A cohærede vero ſemiſſario, duobus extraneis concurrentibus, non amplius tertia parte. Hot. Prat.

SEMISSALES vſuræ ſunt, quarum menſtrua quantitas ducenteſima pars eſt ſortis. In vſurarum enim ratione centeſima aſſis locum obtinet, ad eámque omnes vſurarum ſpecies rediguntur: itaque ſemiſſes vſuræ ſunt, ſi pro centum aureis ſingulis annis ſex præſtentur. Briſſ.

SEMISSES vſuræ quæ dicantur oſtendit Hermolus Barbarus in ſecunda editione caſtigationum Plinianarum libro decimoquarto in illud Vſura multiplicata ſemiſſibus: ex auctoritate Columellæ, atque ipſa ratione & æquitate, quæ omni auctoritate præſtantior eſt, manifeſte demonſtrat, vſuras ſemiſſes eas eſſe, quæ ex centenis nummis redduntur quotannis, habita ratione non ad centum, ſed ad duodecim vncias, quæ aſſem conſtituunt. Trientarias verò vſuras quæ ex centenis reddunt quaternos nummos. Quadrantarias, quaternos. De ſemiſſibus vſuris dixit Plinius: Vſura multiplicata ſemiſſibus, quæ ciuilis ac modica eſt. Quod ſi lex tantum quotannis quinquaginta redderentur, eſſet profectu inciuilis & iniqua: tanto mitiores quæ trientes & quadrantes appellantur. De trientaria vſura Capitolinus in Alexandro ſcripſit, exercuiſſe illum trientarium fœnus vt æquiſſimum & leuiſſimum ad vſum reipub. De hac quoque ſcribit Paulus in tit. ad l. Falcidiam l. ſi hæres. ſic etiam intelligendum eſt, quod Scæuola de vſuris l. qui ſemiſſes ſcribit: Qui ſemiſſes, inquit vſuras promiſit per annos ſingulos, & minores præſtitit, hæres creditoris ſemiſſes petit, &c. ſed vt liquido ante oculos ponamus, quid per vſuras ſemiſſes intelligendum ſit, libuit ad verbum transferre, quod ſcribit Columel. li. 4 de re ruſt. Vinitor, inquit, licet ſit emptus ſex, vel potius octo millibus ſeſtertiis, tum ipſum ſolum octo jugerum totidem millibus nummorum partem, vineaſque cum ſua dote, id eſt, cum pedamentis & viminibus binis millibus in ſingula jugera poſitas duco. Fit tum in aſſem conſummatum precium ſeſtertiorum 29. millium. Huc accedunt ſemiſſes vſurarum ſeſtertia tria millia, & quadringenti octoginta nummi biennij temporis, quo veluti infantia, vinearum ceſſat à fructu ſit in aſſem ſumma ſortis & vſurarum triginta duorum millium quadringentorum octoginta nummum. Quod quaſi nomen, ſi vt fœnerator cum debitore, ita ruſticus cum vinea fecerit, ejus ſummæ vt in perpetuum prædictam vſuram ſemiſſium dominus conſtituat, percipere debet in annos ſingulos mille nongentos quinquaginta ſeſtertios nummos. Ex his Columellæ verbis euidentiſſime colligitur ex vſuris ſemiſſium non quinquagenos de centenis, ſed ſenos duntaxat in annum reddere crediturihus, ſicuti quaternos ex trientibus, & ternos ex quadrantibus. Nebriſſ.

SEMISSASSISſi homines à veteribus ſunt nuncupati, qui breuiculi atque minuriores extarent, quaſi ad menſuram dimidij aſſis vt ſemodios & ſemuncias dicimus. Vnde Valerius ad Ciceronem. Simius (inquit) non ſemiſſis homo contra me arma tulit. ſed & pagani Romani, vt à Tertulliano proditum eſt Chriſtianos ridiculo nomine Semiſſios & Sarmentarios, non alia ratione vocarunt, quam quod ad ſtipitem dimidij aſſis reuincti, ſarmentis adjectis concremarentur. Crinitus de honeſta diſciplina li. 1 c. 13.

SEMITAM Græci ἀτραπὸν vocant, vnde Gallus attrapare deduxiſſe putatur, quod ſignificat fugientem capere & aſſequi, quia fugitiui ſoleant non recta, neque regia, ſed obliquis & latentibus ſemitis euadere. Connan.

SEMITA, diuerſa à plauſtrorum via, quam regiam vocant. l. ſi ex plagis §. tabernarius ff ad leg. Aquil Spieg.

SEMITA dicta eſt quaſi ſemia via & anguſtius ſpacium, quam vt iter confici poſſit. Ejus vias quidem plurimi habent, vt quædam ſecreta per eas portent atque reportent: ideoque ſemita ſæpe pro deuia vel callida via accipitur: vnde Catullus dixit, omnes puſilli & ſeminarij (hoc eſt, qui ſemitas vias quærunt) mœchi. Male igitur gl. in l. pares 158. ff. de verb. ſign. ſentit, ſemitam eſſe viam ex cæmento conſtructam: iter vero quod ſine cæmentis: quoniam neque ipſis vocabulis, neque aliis autorum locis reſpondet: Gœd, ad d. l. 158. num. 9. de verb. ſign. vide Cujac lib. 14. obſ. 11.

SEMPER, id eſt, ſine præfinitione temporis l. in cognitione 19. ff. de SCto Silan. l. vlt. ff ad leg Pompeiam de Parricid. ideóque omne tempus, omnem caſum reſpicit l. ſemper. de jur. immun. De quo Bart. in l. 1. ff. ſolut. mat. Spieg. Prat.

SEMPITERNVM, lege, Æternus paries.

SEMVNCIA, vnciæ pars dimidia, vt apud Scæuolam. l. 21. §. 2. ff. de annuis leg. vbi ex aſſe hæreditatis vxor prius quadrantem, deinde ex fideicommiſſo dodrantem, detracto quadrante Falcidio, i. vncia duabus ex ſicilico conſecuta, defendebat partem hæreditatis dimidiam, quam adulto priuigno reſtituere juſſa erat, ex illo quadrante Falcidia in aſſem reuocato computandum eſſe: quod Scæuola comprobauit. Hot. Prat.

SEMVNCIAS Turnebus aduerſariorum lib. 7. cap. 23. interpretatur ſitpeas minores, & tanquam ſemiſitpeas: vt ſitpea loco vnciæ ſit.

SENACVLVM, ſtatio ſenatorum, vnde in curiam ire ſolitos legimus Lampridius in Heliogabalo pro mulierum ſenatu ponit, qui Eraſmo ſenatulus eſt. Spieg.

SENATOR vir eſt conſularis, dictus à ſenio, vel à ſenectute, ſolis enim ſenibus cura reipublicæ demandabatur, l. ſemper de jur. immun. facit l. ad rempubl. de muner. & honor. Etiam Cicero ait apud Lacedæmonios ſenes appellari eos qui ſummum quendam magiſtratum gerunt. Cæterum, vt inter cæteros author eſt Pomponius Lætus, in libello de magiſtratibus Roman. Romulus olim elegerat centum ſenatores, qui multitudinis patroni, id eſt, defenſores eſſent. Et hos appellabant peregrini principes in ciuitate. Poſt cujuſmodi ſenatores centum Tullus Hoſtilius (populo Albano Romam traducto) ex eius patriciis ordinem ſenatorium ſuppleuit. Poſtea Tarquinius Priſcus ſenatus maieſtatem centum viris ampliauit. At Tarquinius ille ſuperbus clariorem partem ſenatus morte & exilio perdidit. Mox, exactis regibus Senatus

cælibus regis diminuens, à Bruto primo conſule reſtauratus eſt. Primoribus enim equeſtris gradus, electis ad trecentorum ſummam, patrum numerum expleuit. Hi igitur à Bruto additi, & ita ſenatus aſcripti patres conſcripti appellati ſunt. Vnde in ſenatum vocabantur, qui patres, quique conſcripti erant, vt apud Liuium, & alios authores legimus. Cæſar longe poſt ſenatum ſuppleuit, & multos tum ciues, tum externos præter electum, ſed magis per gratiam ſenatoris dignitate donauit, vt ſcribit Riuallius lib. 2. hiſtor. jur. ciuil. Vnde peregrinis & Gallis, & alijs in ſenatum allectis libellus propoſitus eſt, ſuadens ne quis ſenatori nouo curiam monſtrare vellet. Poſt necem quoque Cæſaris tot in ſenatum per gratiam & præmium allecti ſunt, vt ſuper mille ſenatores eſſent. Sed ad modum priſtinum & ſplendorem eos Auguſtus tandem redegit. Senatores autem triplicis ordinis fuiſſe Feneſtella author eſt: de magiſtratibus Rom. alij enim patricij, alij pedarij, nonnulli vero conſcripti appellabantur. Patricij ſunt ij maxime, qui centum illis patribus à Romulo lectis geniti ſunt. Conſcripti verò ſenatores hi, qui regum, conſulum, cenſorumve decreto in ſenatum lecti ſunt. Pedarios autem ſenatores, varijs etiam rationibus appellatos eſſe inuenio. Alij enim, quod hi non haberent ſententiæ dictionem in ſenatu, ſed in aliorum ſententias pedibus irent, dictos pedarios putant: alij, quod eſſent plerique, qui magiſtratos curules adepti ſella curuli in ſenatum veherentur, qui vna pedibus iter facerent, pedarij nominabātur. Vt autem Pædianus ait, ſenatoris prima adminiſtratio erat quæſtionem fieri prouinciæ, curam gerere pecuniæ publicæ, in diuerſos vſus erogandæ. Cæterum, de ſenatoribus & de ſenatu multa copioſe & late admodum Gulielmus Budæus explicat, in l. final. ſub titul. de ſenatoribus. quæ iuuenes perdiſcere, ac veluti vngues digitóſque noſſe velim ante, quam de ſenatorum priuilegijs, cæteriſque ad eos & eorum filios pertinentibus tractare quicquam incipiant. Nam vt fere in reliquis partibus juris, ita ſub titulo. De ſenatoribus nihil ad hiſtoriam cognitionem pertinens poſitum eſt. Videtur enim Imperator credidiſſe eos, qui ad jus ciuile tractandum accederent, totius rei Romanæ peritos fore. Ideo pauca quædam in ipſo Digeſtorum limine ſeorſim atque in vniuerſum admonuiſſe contentus fuit, l. 2. ff. de orig. jur. Anch.

SENATORES pedarij dicebantur, quod pedibus non curru in ſenatum veniebant: quia nullum curulem magiſtratum vel dignitatem hactenus geſſiſſent, pedibus in ſententiam ibant, Gœdd. ad l. 101. n. 2. de ver. ſig.

SENATORES præteriti apud Feſtum dicuntur neglecti à cenſoribus, quod erat ignominioſum, Goth. in not. ad l. 2. Cod. de bonor. poſſeſſ. contra tab.

SENATORES Alexandriæ ciuitatis pro curialibus ſeu Decurionibus, in l. 59. C. Theod. de petitis & vlt. datis Boſſ.

SENATORVM tria ſunt genera. Alij enim ſenatores ſunt clariſſimi, alij ſpectabiles, alij illuſtres. Cuja. in l. 2. de dignitatibus C. li. 12. & l. 15. ff. de excuſa. vbi addit, quod olim etiam plures fuerint ordines ſenatorum, vt patricij, conſcripti, Pedarij, ſed prædicta tria genera hodie tantum eſſe in vſu.

SENATORVM liberos (inquit Vlp. in tit. de Senatoribus) accipere debemus, non tantum ſenatorum filios, verum etiam omnes qui progeniti ex ipſis, vel ex liberis eorum dicuntur, ſiue naturales, ſiue adoptiui ſint liberi ſenatorum, ex quibus nati dicuntur, ſed etſi ex filia ſenatoris natus ſit, ſpectare debemus patris eius conditionem, teſte Caſſio Longino, qui propter turpitudinem amotus eſt ſenatu: nec reſtitutus judicare non poteſt: non tamen teſte Modeſtino capite minuitur, ſed morari poteſt Romæ, teſte Vlpiano. Senatoris filius non ſolum cenſetur naturalis, ſed adoptiuus: nec refert quomodo, vel à quo adoptauerit, an in ſenatoria dignitate conſtitutus, an ante Senatoriam dignitatem. Sed quamdiu in adoptione manet & familia ſenatoris eſt filius, emancipatus autem non eſt ſenatoris filius teſte Paulo: quo in teſte datus à ſenatore patre, filius in adoptionem viro inferioris dignitatis, tamen eſt filius ſenatoris, ſicut conſulis filius eſt conſularis: nam dignitas ſenatoris, vel conſularis, non amittit adoptione ſuum jus. Teſte Vlpiano, emancipatus à ſenatore patre filius, quaſi filium ſenatoris haberi placet: cum teſte Labeone natus poſt mortem patris ſenatoris, quaſi filius ſenatoris habendus ſit. Secus eſt de eo, qui natus eſt poſt patrem de ſenatu emotum. Si quis autem conceptus ſit ex ſenatore patre, & natus poſt motum à ſenatu patrem, filium ſenatoris cenſeri placuit, ſpectantibus tempus conceptionis. Si quis habuit auum & patrem ſenatorem, ſenatoris nepos & filius intelligitur, Sed ſi pater ante conceptionem filij amiſit dignitatem, cenſetur ille nepos ſenatoris propter auum: non autem filius. Eodem teſte fœminæ clariſſimæ dicuntur, nuptæ clariſſimis viris: at filiæ ſenatorum nuptæ viris clariſſimis, clariſſimæ non cenſentur: viri enim vxoribus tribuunt dignitatem, Maffeus.

SENATVM conſulere, Turnebus lib. 14. c. 18. arbitratur de republ. referre, eſſe ſenatum conſulere, quomodo Reſpubl. in annum adminiſtranda ſit: qui in prouincias mittendi, qui reuocandi qui exercitus conſcribendi, qui dimittendi, qui domi militiæque agendum.

SENATVM Romanorum hodie repræſentant in noſtra Germania, Septemviri Principes electores. Old.

SENATVM cogere, eſt conſules & ſenatores in conſilium conuocare vel vocare. Nam cogebantur captis pignoribus vel multa. Old.

SENATV mouere, Ex ſenatu rejicere. De ſenatu mouere, Amittere dignitatem ſenatoriam. Vlp. in l. emancipatum, ff. de ſenatoribus. In quo Titulo Tribonianus nihil ſenſu dignum, ſed quaſdam inanes & ambitioſas de præferendis ſenatorum mulieribus altercationes conſtituauit. Old.

SENATVS, locum in quo ipſi ſenatores conueniunt, & ſenatores ipſos ſignificat De Romani ſenatus (cuius frequens eſt mentio apud Iureconſultos) inſtitutione, principéque ejus, & cenſu, lectione item, & de conuocatione, de coactione, de loco & tempore, de numero legitimo de autoritate & poteſtate, officio, majeſtate, de dimiſſione, lege Budæum in annot. ad l. vlt. de ſenatorib. Quamvis hæc non latuerunt doctiſſimum Alexandrum Neapolitanum, qui pleraque aut copioſius aut dilucidius tractat. Spieg.

SENATVS alius maximus, alius minor appellatur. Maximus dicitur antiquæ Romæ, & Conſtantinopolitanæ Romæ, in l. fin. C. de decur. vbi de jure ejus, qui tres filios habet agitur, vt ſi vnum ex iis qui decurio eſſet, ſenatu maximo ſociaſſet, ei curiæ liberationem pareret. Minor dicitur aliarum ciuitatum curiæ & qui in eum conſcripti ſunt, cōſilij publici cauſa, proprie curiales, ſeu decuriones ſunt. Caſſiodo. li. 9. non inaniter appellauit minorem ſenatum, neruos quoque vocitans ac viſcera ciuitatum. Hinc Imp. in l. omnes judices 33. C. de decur. Quod ſi quis forte judicum audeat decurionem, & ſuæ curiæ (ſi ſic dici oportet) ſenatorem tormentis ſubdere, &c. Pt.

SENATVS eſt duplex, antiquæ Romæ & Conſtantinopolitanæ Romæ, qui dicitur maximus, l. vlt. de decurionib. & filiis eor. C. li. 10. Cujac. in proœm. d. tit. de decur. & fil. eōr.

SENATVSCONSVLTI forma duplex erat: Altera vt ſinguli ſenatores per conſulem interrogati, dicerent ſententias, quod ſemper de rebus grauiſſimis (ſi modo tempus ferret) fieri ſolebat. Altera, vt cùm primus dixiſſet, diſcedens mox in aliquam partem, cæteri eum, qui eiuſdem ſententiæ eſſent, eodem irent. Quod per diſceſſionem appellabatur. Et, in ſententiam ire vel pedibus in ſententiam ire. Item in eandem ſententiam concurrere. Old. Prat. & Gœddæus in comment. ad l. 101. nu. 2. de ver. ſig.

SENATVSCONSVLTO intercedere, hoc eſt opponere ſeſe Tribuni poterant. Cæterum, intrare curiam Tribunis non licebat, Ante valuas autem poſitis ſubſellijs decreta patrum attentiſſima cura examinabant, vt ſi qua ex iis improbaſſent, rata eſſe non finerent. Itaque veterib. ſenatuſconſultis T litera ſubſcribi ſolebat, eaque notā ſignificabatur, illa Tribunos quoque cenſuiſſe. Valer. l. 2. c. 2. Old. Prat.

SENATVSCONSVLTVM vocatur, quod ſenatus ſine plebis arbitrio facit jubet. Nam cùm populus difficile congregaretur, cura Reipubl. ad ſenatum deducta eſt, qui ſe interponere cœpit, atque rerum ſatagere. Id quoque ius vocatum ſenatuſconſultum. Et frequenter ab Conſulis interrogatis nomine ipſa ſenatus decreta dicebantur: vt ſenatuſcōſultum Trebellianum, à Trebellio rogante Conſule, &c. Quod vt fiebat, Gellius docet. In rebus momentoſis, aut ad exemplum pertinentibus, ſenatores non minus centum ſenatuſconſultum facere poterant, vt ex Liuij lib. 9. de bello Macedon. colligitur. Ex Capitolino in Maximino conſtat, quod duo ſenatuſconſulta vno die non fiebant. Spieg. Adde Connan. comm. jur. ciuil. lib. 1. c. 14. num. 5. 6.

SENATVSCONSVLTVM. Quia ad reipublicæ gubernationem legum ſanctio ſupra alias res pernecceſſaria videbatur, ius, quo ampliatæ ſunt leges prius latæ & interdum abrogatæ, ſenatus conſtituere cœpit. Idque jus, quod ad ſenatus fieret conſultationem, ſenatuſconſultum fuit appellatum, vt ſcribit A. Riuallius lib. 3. hiſt. jur. ciuil. Eſt itaque ſenatuſconſultum (vt jureconſulti definiunt) quod ſenatus rogante conſule jubet atque conſtituit. Et frequenter ab cōſulis interrogantis nomine ipſa ſenatuſconſulta dicebantur. Hinc à Claudio Libonio, Orficio, Pegaſo, Sylla, Tertyllio, Trebellio, Turpilio & Velleio, ſenatuſconſultum Claudianum, Libonianum, Orficianum, Pegaſianum Syllanianum, Tertyllianum Trebellianum, Turpillianum & Velleianum, & huiuſmodi. Senatuſconſultum tamen Macedonianum Vlpianus li. 14. Digeſtorum appellat à Macedone iniquo fœneratore, de quo diximus ſupra. Anch. Qui fuerint auctores SC. Orficiani, vide apud Cujac. ſuper Rubr. de S.C. Orficiano. Inſtit li. 3.

SENATVS edictus vel indictus erat, qui ob negocia incidentia repente indicebantur. Old.

SENATVS haberi ſeu conuocari non potuit, niſi per dictatorem, Conſules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum vrbi. Nec alio in loco ſenatus conueniebat, quam augurato,

Digitized by Google

quæ Templa appellabant. Quare primum curia Hoſtilia, deinde Pompeia, poſtremo Iulia, cum prophana eſſent loca, per augures ad hoc ſunt templa conſtituta, vt in iis juſta ſenatuſconſulta, more maiorum, fieri poſſent. Hæc ex Gell. li. 14. c. 7 Old. Adde Connan. comm. jur. ciuil lib. 1. c. 14. n. 1. in princ.

SENATVS mitti vel dimitti dicitur, cum datur facultas ſenatoribus abeundi domum. Old.

SENATVS paulo poſt in duas velut factiones, & ex centenario ducenarius eſt factus. Inde maiorum, minorumque gentium ſenatores nuncupari cœperunt. Majorum gentium ſenatores dicebantur, qui ordinarie, & ex patriciis duntaxat ſenatui adlegebantur. Minorum gentium, qui extraordinarie in ſenatum ex plebeiis quoque allecti fuerunt, & aſcripti. Patres conſcriptos id collegium appellant: quod nomen dignitatis, plurimum, & inuidiæ minimum præ ſe fert: ſed ab initio tantum Patres dicti: poſtea adſcriptis in eum ordinem pluribus patres ſcripti vocati ſunt. Old.

SENATVS Romanus, qui velut ſupremum imperij caput, aliis poteſtatem dabat, non ſolebat appellari ſimpliciter magiſtratus. Prætoris tamen autoritas ad concedendi juris faſtigium tandem conſcendit, vt ex Pomponio conſtat. l. poſter. de orig. jur. & Old.

SENECTVS ſexta hominum ætas dicitur. Ætas enim prima eſt τῶν νέων, id eſt juuenum, quorum qui primum ſeptennium ἐκ τῶν βρεφῶν, atque ipſi quidem natiuitati proximum, exceſſit, grandini dicitur: ab Hippocrate παιδίσκος. Hoc autem toto primi ſeptennij tempore, παιδίον, id eſt, paruulus, vocatur ipſi Hippocrati: cùm vero ſtatim natus eſt, βρέφος, quem nos infantem dicimus. Quando autem ætatis progreſſu puer decimum annum attigit, ab ipſis Græcis μειράκιον vocatur. Tota ſiquidem impuberum ætas, παιδικὴ dicitur, à nobis pueritia vſque ad decimum quartum annum. Quo toto tempore pueri ſunt παῖδες καὶ ἄνηβοι. Exacta autem puerili ætate, pubertas à decimo quarto anno ad vigeſimumquintum extenditur, & definit: quod probat ex Hippocrate Galenus in lib 5 Aphoriſ. Et hæc quidem ſecunda ætas. Tertia vero, eſt τῶν μειρακίων, id eſt, adoleſcentulorum, quæ decimo quarto incipit, & in vigeſimum quintum protrahitur. Quæ autem ab hinc vſque ad trigeſimumquintum, Iuniorum νεανίσκων & hæc ætas quæ quarto loco numerari ſolet. Iuuenta dicitur ipſi Galen. in lib. 5. Aphoriſm. Hippoc. Quinta ætas inter juuentutem & ſenectutem eſt Poſita à Cicerone in lib. de ſenectute vocatur conſtans & media: à Græcis, maxime ab Hippocrate & Galeno [illegible] dicta. Vnde qui ætatem conſtantem, id eſt, declinantem à trigeſimoquinto anno ad quinquageſimum habent, Hippocrati dicuntur, [illegible] Philotheo teſte. Nam qui florente ætate vigent cuiuſmodi diximus eſſe juuenes, ἀκμάζοντες nominantur. Thucydides appellat τοὺς ἐν τῇ [illegible] ἡλικίᾳ ætate vigentes. Ea eſt ἀνδρεία, virilis ætas, quæ ἐν τῇ [illegible] in ætatem media eſt conſtituta. At eum declinans fit, ἀρχαῖος vocatur. Vltima ætatum γερόντων, i. ſenum: qui quod honore & præmiis adfici debeant, a Græcis ipſis [illegible] dicuntur. Hanc quidem tripartito diuidit Gal lib. 5. de tuend. ſanit. Primam autem dicit eorum eſſe qui ὠμογέροντες dicuntur, viridi ſenectute præditi: ob idque ciuilia negocia obire potentes, quique conſilio valent. Hæc ſenectutis prima pars ab anno quinquageſimo ad ſexageſimum perducitur. Secunda exordium facit à ſexageſimo & in ſeptuageſimum extenditur. Tertia, quod reliquum ætatis conficit, atque eorum eſt qui πέμπελοι dicuntur, [illegible] quaſi eorum funebris pompa jam Orco dimittenda ſit.

SENES qui dicantur, vide Bart. l. 2. ff. de excuſ. tut. Panormit. in c. quoniam frequenter, verſ. 3. principaliter quæro. extr. vt lit. non conteſt. Prat.

SENESCENTEM hyemem Cic. lib. 2. de nator. deorum vocat ſolſtitium circunſcribens. Sic Ammian. lib. 25. Autumno jam ſeneſcente profectus, pro quo & prouectum dicere non inepte poterimus. Hadr. Iun. anim. lib. 2. c. 19.

SENESCALLVS vetus dictio eſt, luxata interim pronounciatione à Gallis Senonibus origo eſt, quos Gallorum fortiſſimos Roma aliquando experta eſt, vtpote quam expugnarunt, & Hetruſcos pepulerunt ab Arimino ad Anconam, vnde & Senogallia dicta eſt, quæ deinde Gallia togata, vt ſcribit M. Cato in fragmento Originum: à qua quidem in Galliam Ciſalpinam innumerabilia fere vocabula ſcripſerunt, vt Feudum. Soldata, Vaſallus, & barbara plurima, de quibus in vſib. feudorum Ergo Seneſchallus quaſi Senogallus vocetur: vel quaſi σεβάσμιος, id eſt, ſeuerus, vel venerandus Gallus, vt annotauit Forcat. in Necyom. dial 61. n. 5.

SENIOR paſſim in libris Feudor. pro patrono, qui feudo dato vaſallum ſibi quæſiuit. Docet autem Hot. diſp. c. 3. vocem eſſe barbaricam. Signor, quæ Dominum ſignificat, vt in c. Caroli Magni cap. 5. art. 3. Vt nullus comparet caballum, bouem & jumentum. vel alia, niſi illum hominem cognoſcat, qui eum vendidit, aut de quo pagus eſt, vel vbi manet, aut quis eſt eius ſenior. Albertus Krantz li. Dan. 8 ca. 3. Octuaginta numero ſeniorum ſecum duxit obſides Et Norman. lib. 2. cap. 41. Quis, ait ille, veſter eſt princeps aut ſenior: Nullus, reſpondent, illorum æquo per omnia jure imperamus. Et cap. vlt. Nam ſenior noſter, vt vidiſtis, claudus non veniendi ad te veniam deprecatur. Loquitur de Arnulpho, Flandriæ comite: Sic Britanni Armorici in libris conſuet. Britann. Iuigneur dicunt pro juniore fratre. Neque vero prætermittendum videtur quod apud Anto. Florentin. legitur hiſtor. part. 2. titul 17. cap 9. §. In prouincia Tyrenſi eſt quidam populus, caſtella decem habens, cum ſuburbanis ſuis. Eſtque numerus eorum ad quadraginta millia virorum. Ij non hæreditaria poſſeſſione, ſed meritorum prærogatiua magiſtrũ ſibi ſolent præficere, quem ſpretis aliarum dignitatum nominibus, Senem vocant: cui tanto obedientiæ & ſubiectionis vinculo ſunt ſe obligare, vt nihil ſit tam durum, tam difficile, tam periculoſum, quod ad magiſtri imperium non aggrediantur implere. Prat.

SENSVM eſt, impersonaliter, pro cogitatum eſt, ſententia ſtetit, placuit: Vlp. l. 8 ff de accepti. An inutilis acceptilatio vtile habeat pactum, quærunt & niſi in hoc quoque contra ſenſum eſt, habet pactum. Id eſt niſi qui accepto tulit, contra ſenſit, ſiue mentem ac voluntatem contrariam habuit. Nam plus eſt contra ſentire, quam non conſentire. Et imprudens non conſentit, at non contra ſentit. Locum autem ſic legendum, ea quæ conſequuntur, oſtendunt. Prat. ex Hotom.

SENSVS pro ratione apud ICtum in l. 1. §. 3. ſi quadrup. pauper. feciſſ. vbi animal ſenſu carere, id eſt, ratione vt apud Iuſtinianum, eo tit. in prin. Alioquin falſum eſſet quoque Vlp. ait Nam vt Cic. lib. 1. Officior. ſcribit, bellua quantum ſenſu mouetur, ad id ſolum, quod adeſt, quoque præſens eſt, ſe accommodat. Sic nullum ſenſum infantis eſſe dixit Paul. in l 32. §. infans, ff. de adqu. poſſ. i. e. nullum judicium. Sic furore detentum ſenſum non habere, ait Vlp. in l. 22. §. ſi maritus, ff. ſol matr. Et aliaa ſentire non poſſe l 8. §. vnica ff de optio. leg. Briſſ. Prat.

SENSVS pro voluntate teſtatoris in l. 15. ff. de viun trit. l. 3. §. conditio, ff. de adim. leg Briſſ. Prat.

SENSVS communis. Cicero pro Domo ſua, communem ſenſum naturæ appellat, quod is ſenſus à natura datus omnibus ſit. Spieg.

SENTENTIA eſt firma & indubitata reſponſio, not. gl. in verbo. Sententia, §. reſponſa. Inſt. de jur. nat. gent. & ciuil.

SENTENTIA, alias accipitur pro eo, quod verba ſonant: vt cùm dicimus Vlpianum reſpondiſſe in hanc ſententiam. Alias pro lumine orationis, hoc eſt, pro clauſa, quæ breuiter inſigne aliquid oſtẽdat: vt Obſequium amicos, veritas odium parit. Alias pro animi credulitate, quam quis opinione ſua concipit, Vt, M. Portius Cato rogatus olim ſententiam, oratione longa occupauit tempus. Alias denique ſententia, judicialis pronunciatio appellatur, cum ex Lege, vel ex æquo & bono judicatus. Tum enim Iudex ſancit, declarat, quid jus velit, adimi quædam cenſura, ſecundum facti qualitatem. Quo pertinet, quod Paulus, ff. de arbitr. Sententiam, inquit, dicere æſtimatur is, qui ea mente id pronuntiat, vt ſecundum hoc diſcedere eos, qui litigant, à tota controuerſia velit. Old. Prat.

SENTENTIA aliquando verbis & ſcripturæ opponitur, ſicut in l. Diuus, §. & quatenus ff. de Falſis. Sententiam magis SCti, ſequendam quam ſcripturam, & in l. Impuberum, §. qui liberti, ff. eod. non verbis, ſed ſententia. Sic etiam non ex verbis, ſed ex ſententia SCti, accuſatur quandoque tenetur l. 3. §. ineidit, ff. ad Torpillianum.

SENTENTIA à re judicata differt: ſententia enim per modum agentis vel inſtrumenti: res judicata per modum patientis ſe habet. Goth. in not ad rub. C. de re judic.

SENTENTIA autem judicialis duplex eſt: videlicet diffinitiua & interlocutoria: ſententia diffinitiua, ſiue res judicata, eſt, quæ finem controuerſiarum pronunciatione judicis accipit: quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit: autore Modeſtino in l. 1. ff. de jud. adde l. qualem 19. §. 1. ff. de recept. arbit. l. 3. C. de ſent. & inter locut. Old. Prat.

SENTENTIA interlocutoria eſt, quæ non de ſumma controuerſia, ſed de reb. ad eam definiendam pertinentibus pronunciatur, l. poſt ſententiam 9. C. de ſent. & interloc. d. l. qualem, §. vnde. Velut de cognitione differenda, de teſtibus producendis l. 2. de appel. De quæſtionibus ſeu tormentis, l. à diuo Pio 15. in venditione, de jud. l. 5. §. huic conſequenter de appel. 1. §. quæro, ff. ad Turpil. in teſtamento 38. ff. de fideicomm. libert. l. 9. §. ſed ex facto ff. quod met. cauſ. Differentiæ inter ſententiam diffinitiuam interlocutoriam hæ fere ſunt: illa non niſi à judice ſedente, & ex libello (quod periculum appellatur) recitante pronunciatur, l. 1. & paſſim. ff. de ſent. ex peric. recit. Hæc & à ſtante & à pronunciante judice etiam ſine ſcripto proferri poteſt. l. 4. Cod. de dilat. Ab illa ſemper appellari licet exceptis iis de quibus ſub tubr. à quibus appell. non lic Ab hac aut nunquam l deſcriptione 65. C. Th. de appell. aut rariſſime: cum ſcilicet vim definitiuæ habet velut in l. 2. ff. de app. recip. l. ait prætor, §. penult. ff. de minor. Illa non niſi cauſa

cognita pronunciatur: hæc vero etiam extra cauſæ cognitionem l. quid ergo, 13. §. 4. ff. de his qui not. infam. Prat.

Sententia pro judicato, hoc eſt, cum ex lege, ex æquo & bono ſententia dicitur. Spieg.

Sententia falſa dicitur ſine vlla injuria judicis, quæ ex falſis & non veris allegationibus, vel inſtrumentis dicta fuerit, quæ ne nomen quidem ſententiæ meretur, ac ſine vlla reſtitutione confutanda eſt, detecta falſitate, l. qui agnitis, ff. de except. Prat.

Sententiam dicere exiſtimatur is, qui ea mente quid pronunciat, vt ſecundum id diſcedere eos à tota controuerſia velit, l. quidem, 19. §. 1. de arbit. Prat.

Sententiam dare, dicere, ferre, pronunciare ICti pro eodem ſæpe dicunt. In eo tamen differunt ſententiam dicere & ferre, quod judex fert, ſenator dicit. Spieg.

Sententiam diuidere eſt ſingulis de rebus ſeparatim referre.

Sententiam clam ferre, eſt notam in vrnam mittere: palam vero eſt ore pronunciare: vide Cicer. lib. 3. de legibus, vbi de his duorum judiciorum generibus diſſerit. Spieg.

Separatio jure noſtro eſt bonorum hæreditariorum ab his quæ hæredis ſunt autoritate Prætoris vel judicis facta diſcretio. Vel bonorum, & creditorum aliorum ab aliis ſeorſum habita ratio. Separatio autem proprie pertinet ad commiſſa, l. cum autem de aut. & arg. l. 1. §. ſed ſi quis de ſepar. bon. Porro ſicut ſeparatio bonorum æquiſſima eſt, ita maximam vtilitatem habet, liteſque anteuertit. Quibus autem modis permitti ſoleat tractatur claſſ. 5. actione 25. in fi. Old.

Separatio bonorum, vel creditorum gratia fit, qui ſeparari ab hæredis bonis deſiderant, quæ alioquin hæredis bonis juncta propter hæredis creditores ſuffectura non eſſent tit. de ſeparatio. bonorum leg. penult. C. de hæred. vend. Vel ſeruorum gratia fit, qui à domino, qui non ſoluendo erat, cum libertate neceſſarij hæredes ſcripti ſeparati à bonis eius peculium ſuum poſtulant, l. 1. §. vlt. ff. de ſeparat. l. 6. §. pen. ff. de minor. Vel etiam aliis de cauſis, de quibus d. tit. de ſeparat. Prat. Briſſ.

Separationem etiam bonorum Prætor ei concedit, qui patri ac poſtea fratri ex ſecundis tabulis hæres extitit, ſi hæreditatem patris rejecta fraterna retinere velit l. 12. ff. de vulg. & pup. Briſſ.

Sepelire, in ſepulchrum inferre, humo coniecta contegere. Cic. de Legibus Mortuum in vrbe ne ſepelito, neve vrito ibidem. Non qui vritur, ſepelitur, ſed qui humatur. Plin. lib. 7. ca. de ſepultura. Sepultus, ait, intelligitur, quoque modo conditus: Humatus vero, humo contectus. Spieg.

Seposito eo, id eſt, remoto eo, vel etiam ſi id non eſſet: Interdum quoque ſignificat excepto eo, vt in l. ſi finita, 5. §. illud quæritur, in fi. ff. de damno infecto. Briſſ.

Seps aut ſepes eſt, quæ objecta introitum prohibet in agrum, aut hortum. Lex duodecim Tabul. Si qui ſepem, vel maceriam juxta alterius regionem effoderint, terminum ne excedunto, & Columella l. 10. Talis humus vel parietibus, vel ſepibus hirtis claudatur. Prat.

Septa ſunt, ait Vlp. quæ ad incile opponuntur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine cauſa: ſiue ea lignea ſint, ſiue lapidea, ſiue qualibet alia materia ſint, ad continendam tranſmittendamve aquam excogitata, l. 1. ff. de riuis. Hot. Prat.

Septa etiam eſt oppidum Aphricæ Mauritaniæ, ex aduerſo Mellariæ poſitum, quæ nunc eſt Tariſa, illud ſepta vulgo dicitur. In C. tit. de offic. Prætores Aphricæ l. in nomine domini Iubemus. inquit, in traiectu, qui eſt circa Hiſpaniam, qui ſepta dicitur. Nebriſſ.

Septum, quod eſt à ſepiendo dictum: complura ſignificat, nam ſepta dicuntur quæ ſunt munita, ſiue lapidibus, ſiue formaceis parietibus, h. e. terra pauita, ſiue ex lignis, ſiue etiam ex vepribus & ſpinis. Hinc dicta Romæ ſepta in campo Martio. Nebr.

Septum tranſuerſum, Medicis dicitur quod Græci διάφραγμα καὶ διάζωμα nominant: de quo præter alios Budæus Miſcell. lib. 5. c. 4.

Septemvirale judicium, quod à ſeptemviris, qui è centum virorum erant ordine, exercebatur. Hinc Pauli liber ſingularis de ſeptemviralibus judiciis notatus in tit. legis decimæ tertiæ, & leg. 28. & leg. 31. ff. de inoffic. teſtam. Hotom. Vide Cujac. 3. obſeru. 31. & ſupra in verbo centumviri.

Septemviri erant, qui ſacris epulis præerant, cœnarumque Pontificium, quæ Adiciales dictæ ſunt, curam agebant: Epulones appellati: qui ſi qua juſta & ſolemnia ſacris deeſſent ad Pontifices referebat. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 5. cap. 16. Spieg. Prat.

Septimo menſe naſci perfectum partum jam receptum eſt propter autoritatem doctiſſimi viri Hippocratis, & ideo credendum eſt eum, qui ex juſtis nuptiis ſeptimo menſe natus eſt, juſtum filium eſſe. Paulus de ſtatu hominum. Maffæus.

Septuagenarii vel. 5. §. hoc circa ff. de jure immunitatis.

Septunx, id eſt, ſeptem vnciæ, not. §. hæreditas Inſtit. de hæred. inſtit. Ioan. Bello Etymolog. Septuncis quoque fit mentio in l. 50. § 2. ff. de hæred. inſtit. Septunx, inquit Voluſius Mœtianus, ſunt ſeptem duodecimæ. Prat.

Sepulcra familiaria dicuntur, quæ quis ſibi familiæque ſuæ conſtituit l. 5. ff. de relig. Hot. Prat.

Sepulcra hæreditaria ſunt, quæ quis ſibi hæredibuſque ſuis conſtituit, vel quæ paterfam. jure hæreditario acquiſiuit, l. 5. & 6. ff. eod. Hot. Prat.

Sepulchrum locus eſt, in quo corpus oſſaque hominis ſepulta ſunt, l. 2. §. purus autem, ff. de relig. & ſumpt. funer. Et breuiter, ſepulchri appellatione omnis ſepulturæ locus continetur, l. prætor ait, § ſepulchri autem, ff. de ſepulc. viol. facit lex fin. § ſi qui proiectum, ff. quod vi aut clam. Dictum ſepulchrum à ſepeliendo, ſicut ſimulachrum à ſimulando. Non autem à ſeorſim & pulchro, propter recordationem doloris: neque à ſemis, quia pulchrum ſuperficie, intus oſſibus plenum eſt: neque quod ſine repulchra ſit, aut quod ibi ſine pulſu ſint, id eſt, mortui: neque porro à ſeparando, quod illic animæ à viuis ſeparentur. Quod autem ita ſcriptum ſit in leg. XII. Tabul. Homini mortuo ne oſſa legito, apparet jura circa defunctos ſancta eſſe debere, & homines retinere debere pietatem erga morientes. Vnde prætoris edicto aduerſus dolo malo ſepulchra violantes actio in factum datur, vt ei ad quem pertineat negotium, quanti ob eam rem æquum eſſe videbitur condemnanti, eique, ad quem non pertineat, centum aureorum actio detur. Quod ſi ſepulchrorum violatores ipſa corpora extraxerint, oſſave eruerint, humiliores quidem Pauli ſententia ſummo afficiuntur ſupplicio, honeſtiores autem in inſulam deportantur aut relegantur, aut in metallum damnantur. Etiam quod ſepulchris extrahere oſſa nefas ſit, Dido apud Virgilium his verbis oſtendit,

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui, claſſemve ad Pergama miſi.
Nec patris Anchiſæ cineres maneſve reuelli.
Cur mea dicta negat duras demittere in aures?

De ſepulchris etiam, eorumque violatione nonnihil Cælius lib. 9. c. 4. Aneb.

Sepulchrum Græcè τάφος παρὰ τὸ θάπτω, quod defodio ſignificat & ſepelio, mutando π in φ, & θ in τ, vt ait Etymon. auctor, à θάπτω fit τάφος, quod verbū ſignificat ſtuporem, ſepulchrum, cœnam in exequiis, θάμβος, i. e. pauorem. Dicitur etiam τάφος παρὰ τὸ θάπτω, i. e. ſtupere, vel παρὰ τὸ πλήττομαι, percutior, ſecundum eundem Etymol. Qua ratione ſignificat etiam τάφος ταφῆς. Brechæus in l. cum in teſtamento, ff. de verb. & rer. ſignif. His adde Connan. comment. jur. ciuil. lib. 3. c. 1. n. 4.

Sequela, pro acceſſione Scæuola l. 92. ff. de ſolut. Et quaſi generale quid retinendum eſt, vt vbi ei obligationi quæ ſequelæ locum obtinet principalis accedit. Prat. ex Hotom.

Sequutores apud Cicer. lib. 7. ad Attic. epiſt. 14. Gladiatores videntur eſſe à ſequendo dicti. De iiſdem enim Gladiatoribus ſcribens, Cæſar de bello ciuili libr. 1. Gladiatoreſque, inquit, quos ibi Cæſar in ludo habebat, ac forum productos, Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit, & ſe ſequi juſſit, &c. Artemidorus lib. de ſomniis 2. cap. Μονομαχίας, varia gladiatorum genera nominans, horum meminit, οἱ δὲ σεκουτόρων ἀδιάφοροι μὲν λύοντες (loquitur autem de nuptiis & vxore ducenda) γυναῖκα καὶ πλουσίαν, μεγάλα δὲ φρονοῦσαν ἐπὶ τῷ κτίσει, καὶ διὰ τὸ καταφρονοῦσαν τοῦ ἀνδρὸς, ὡς πολλῶν αἰτίαν ἐσομένην αὐτῷ θανάτου. Prat.

Sequens curator in l. 7. §. cum dementis ff. de Curat. furioſ. qui in alterius, remoti ab adminiſtratione locum ſubſtitutus eſt. Eodem modo dicitur ſequens fideiuſſor, ſequens Iudex, emptor magiſtratus, &c. Briſſ. ex D. Cod.

Sequenti loco poſitum ædificium dicitur in l. 20. §. ſi ſublato, ff. de ſeruit. vrb. quod alterius ſublati loco poſitum eſt, ſequentes actiones, id eſt, ſequenti loco propoſitæ & poſt alias, l. 11. §. idem Neratius ff. de act. empt. l. 37. ff. de noualib. Sequens curator in l. 7. cum dementis ff. de cur. fur. qui in alterius remoti ab adminiſtratione locum ſubſtitutus eſt. Sequens teſtamentum pro poſtremo & nouiſſimo, in l. 3. §. item ſi ipſe. ff. ſi cuis plus quam per l. Fal. 28. §. teſta. ff. de libe. leg. Marcia. in l. 19. ff. ad Treb. ſecundo loco factum dixit: Sequentem etiam Prætorem in l. 26. §. actio, ff ex quib. cauſ. maio. Vlp. voc. eum, qui ſequente anno erat Prætor. Briſſ. Prat.

Sequentia verba, pro poſteriore clauſula orationis accipienda, in l. vlt. §. Titius, ff. de vulg. & pupill. ex Old. Spieg.

Sequester (pro quo veteres Sculnam quaſi ſeculnam poſuiſſe, teſtatur Gel. in hiſtorico M. Varronis) dicitur, apud quem plures rem, de qua controuerſia eſt, deponunt l. 109. ff. de verb. ſignif. l. 5. § 1. l. 6. l. 7. ff. depoſi. l. 18. ff. de præſcr. ver. l. 5. verſ. ſed ſi nec ipſi ff. vt in poſſ. leg. l. 21. in fin. ff. de appellationibus l. 5. C. quor. appel. non recip. Tertull. in lib. de Reſurrectio. carn. Hic ſequeſter Dei atque hominum appellatus ex vtriuſque partis depoſitio commiſſo ſibi. Idem in lib. de Patientia. Adeo ſatis idoneus patientiæ ſequeſter eſt Deus, ſi injuriam depoſueris penes eum, vltor eſt. Inuenitur & hoc verbum apud Plautum Mercatore Act. 4. ſcen 5. & apud Quintil. libr. 12. cap 8. Ab eo autem ſequeſter dictus, quod occurrenti aut quaſi ſequenti eos qui contendunt committitur, aut quod ejus fidem qui deponunt ſequantur. vt Gel. lib. 20. c. 1. ſcribit, quæ etymologia

Alcia. o

Alciato ſubdura videtus vt refert Coteaſ. 5. Miſc.a.ou 3 Iſido rus lib. 10. Etym. Sequeſter, ait, eſt, qui certantibus medius interuenit, qui apud Grȩcos μέσος dicitur, apud quem pignora depoui ſolent, à ſequendo dictus, quod fidem vtraque pars ſequatur. Briſſ. Prat. Adde Conoao. comment. de jur ciuil. lib. 7. nu. 6. c. 4. Porro ſequeſter ſi rem ſequeſtratam perdat vel deteriorem faciat, tenetur & eo nomine conueniri poteſt, l. poſt quam §. Imperator, ff. vt legar. nom. l. ſi is cui, §. qui ſeruandorum, ff. vt in poſſ legat. Prat. Vide Gœdd. in eleganti tractatu de ſequeſtr & ad leg ſequeſtr. 110. de verb. ſign.

Sequester, Grȩcis μεσέγγυος hoc eſt, interuentor: μεσεγγυᾶσθαι verbum, vt annotauit Budæus in comment. ſignificat apud ſequeſtrem pecuniam deponendam ſtipulor & contendo. Idipſum vero depoſitum μεσεγγύημα: quod ſequeſtro poſitum, per aduerbium dicitur, teſte Aul. Gellio libro 20. Noct. Attica. Sequeſtres vero ἐγγυηταί, dicuntur ſycophantæ, qui ex alienis calamitatibus & diſpendiis ſua capiunt commoda, &c. Brechæus in l. Sequeſter. dicitur, ff. de verb. & rer. ſignific. Adde Curt. lib. 1. ... c. 5. tom. 1.

Sequestrar a verbom à ſequeſtro dicitur: eius fit mentio in l. 22. §. ſi vero, ff. ſolut. matrim.

Sequestraria actio, quæ aduerſus ſequeſtrem datus, leg. 12. §. cum ſequeſtria, ff. depoſ. l. 9. §. Labeo, ff. de dol. Briſſ.

Sequestralia conuenire, l. ſi quis, §. Labeo, ff. Quod met. cauſ. Spieg.

Sequestratio, eſt rei, de qua agitur, controuerſia, vel ſeparatio, vel compoſitio, vel poſſeſſionis interdictio. Eſt autem duplex. Quædam eſt voluntaria, quando partium conſenſu deponitur res litigioſa, & hæc ſemper poteſt fieri ante judicium, vel pendente judicio l. 1. in prin. ff. Depoſ. l. ſi ſoluturus, ff. de ſolut. Quædam vero eſt contentioſa, ſeu (vt nonoulli vocant) Neceſſaria ſequeſtratio, quæ per judicem decernitur cauſa cognita, etiam inuitis vtriſque litigatoribus, vel altero eorum petente. Spieg. Prat.

Sequestratio, ait Volte. in comm. Inſt. de action. in pr. nu 67. eſt tranſlatio poſſeſſionis rei litigioſæ in tertiam perſonam facta conſenſu partium vel autoritate judicis, ea conditione, vt ei qui vicerit, reſtituatur & reddatur. Differtque à depoſito. Primo namque, Deponuntur res duntaxat mobiles, non immobiles: Sequeſtrantur autem non res tantùm mobiles, ſed & immobiles: imo etiam jura. Secundo: Sequeſtratio, fit vt plurimum tribus aut quatuor perſonis concurrentibus. Depoſitum autem tam vno quàm pluribus. Tertio: Rei depoſitæ proprietas: itémque poſſeſſio manent apud deponentem: At ſi res litigioſa ſit ſequeſtrata, jam apud neutrum litigantium manet poſſeſſio, ſed illa tranſit ad ſequeſtrem. Etiam ſi nihil de poſſeſſione conuentum ſit. Vulte. ad §. præterea, 3 num. 18. 12. Inſti. quib. mod. re. contrah. oblig. A quo tamen diſſentire videtur. Gœd. ad l 110 de verb. ſignif. nu. 4. fin. Exiſtimans ſequeſtrum, niſi hoc conuentione agatur, non poſſidere.

Sequestratio regulariter prohibetur in tit. Cod. de Prohib. ſequeſtrat. Attamen in quibuſdam caſibus eſt optimum, & fere vnicum remedium, quod opponatur futuris litigantium rixis armorum inſul ibus, juxta legem æquiſſimum in princ. ff. de vſufruct. Spieg.

Sequestratio perſonȩ quoque nonnunquam fieri poteſt, de qua tractatur in l. 3. §. is vero qui patrem, & §. in hoc interdicto. ff. de liber. exhi. l. pen. ff. vbi pupil. educ. vel morar. deb. Spieg.

Sequestrationes tutiſſimum & præſentiſſimũ eſt remedium in re dubia, & ſpectante ad periculoſam diſcordiam: ſi judex vtatur eo ſobriè, & cauſa cognita. Ex diuerſo, magnum grauamen eſt, ſi quis tali prætextu ſua poſſeſſione deſtituatur: vel vſu rei. Old.

Sequestra deponere l. penult ff. depoſiti. Briſſ.

Sequestro poſitum apud Caton, vt citat Gell. lib. 20. cap. pen. pro apud ſequeſtrum depoſitum. Per Deos immortales, inquit, nolite vos ſequeſtro ponere. Prat.

Sequestropositum à depoſito hoc differt, quod rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet? ſed & poſſeſſio, at ſequeſtro poſitȩ poſſeſſio ad ſequeſtrem tranſit, id enim agitur en depoſitione, vt neutrius poſſeſſioni id tempus procedat l. 17. §. 1. ff. depoſ. Intereſt tamen qua mente apud ſequeſtrem deponatur. Nam & omittendæ poſſeſſionis cauſa interdum deponitur, interdum verò cuſtodiæ duntaxat cauſa l. intereſſe, 39. de acquir. poſſ. Hot. Prat.

Sequestrum, Depoſiti ſpecies eſt. Nam Paul. tit. depoſit. Proprie. inquit, in ſequeſtro eſt depoſitum, quod à pluribus in ſolidum certa conditione cuſtodiendum reddendúmque traditur l. vi. Sumitur etiam vulgo pro ſcripto illo, quod de ſequeſtratione conficitur.

Sequi nomen alicuius, vel ſequi perſonam, eſt adprobare, vel agnoſcere & admittere, & fidem ſequi l. 71. ff. de iur. dot. l. 10. C ad Velleian. l. 4. C ſi tutor. vel curat l. 1. ff. nautæ, caupo. l. 1. de reb cred. l. 24. §. in bonis, ff. de reb auct. iud. l §. quæſitum eſt, ff. de ſeparation. l. 10. §. ſi quid in fraudem, ff. quæ in fraud. cred. Briſſ. Prat.

Sequi Iter. id eſt accedere, l. 1. § recte, ff. ſi ſeruit. vind. Briſſ.

Sequi nuptias pro contrahere l. 34. §. vlt. ff. de ritu nupt. l. 15 C. ex quibus cauſ. infa. irrog. Briſſ. Prat.

Sequi cauſam, id eſt conſequi vel venire, l. 5. Cod. de rer. permut. Briſſ.

Sequiorem vitam frugi Vlpian. eleganter oppoſuit in l. cum hi, de tranſactionibus §. Sed & perſonarum contemplatio habenda eſt, hoc eſt, cuius vitæ ſint hi, quibus alimenta relicta ſunt: vitam frugi vitæ, & qui aliat ſufficere ſibi poſſint: an ſequioris qui de alimentis pendeant. Sequioris, id eſt, deterioris: Et ita veteres gloſſæ: ſequtius χεῖρον. Tranquil. in Titio. Sed non decrant, qui ſequius interpretarentur. Amm. Marcel. lib. 28. Si fortuna ſequior ingruiſſet. Prat.

Σὴρ apud Seres gentem Indicam, vermiculus quidam, quæ Sericum inde procreat. Subſericum vero eſt cuius ſubtamen ex ſerico eſt: eiuſmodi fortaſſe videtur id quod ſuperioris Germaniæ *Bragiſchen Attlaſs* vulgo dicit. Vide e de re veſt. Bayf. Spieg.

Sera & clauis inter domus partes connumerantur leg. quȩſitum? & ibi Bartol de fund. inſtruct. Spieg. Prat.

Sera Prece deſiderare, l. 1. C. de juris & facti ignorant. Sera querela, l. 8. C. in quibus cauſis. Sera repudiatio l. 1. §. decretales ff. de ſucceſſ. edict. & ſera patientia. Briſſ.

Serenissimo principi ſupplicare, apud Iuſtinian: in l. imperialis. C de nupt.

Serere idem eſt quod ſpargere & fundere, teſte Connan. in commen. iur. ciuil. lib. 4. c. 1. n. 8.

Seriæ (inquit Budȩus lib. 5. de Aſſe) erant grandia vaſa, vt dolia, vnde vinum ad vetuſtatem ſeruandam, in vaſa minora diffundebatur. Vas etiam ſeria erat variæ capacitatis, ad multos vſus accommodatum, eodem Budæo teſte. Columel. lib. 12. rei ruſticæ, cap. 18. Dolia quoque (ait) & ſeriæ cæteraque vaſa ante 40. vindemiæ diem dicanda ſunt. Sunt qui putent eſſe ſeriam vas fictile, Perſius Satyra 2. ad principium, *&c. ſi*

Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule.

Seria vas fictile, de limo, oblongum, inquit Donat. in Terent. Heauton.

Releui dolia omnia, omnes ſerias.

Seriarum, quæ vinaria vaſa ſunt, meminit Vlpian. l. 15. §. proprietatis ff. de vſufruct. Iulianus in l. vinaria vaſa 206. vbi Brechæus de verb. ſign. vide Forcat. in pen. jur. ciu. 25.

Sericobaptæ, id eſt, ſerici tinctores, βάπτω enim ſignificat tingo. Inde baptæ apud Iuuen. dicti, quod faciem fuco illinerent, μέταξα Græcis, nobis ſericum dicitur: cuius tinctores baphij ἀπὸ βάπτειν, quod eſt tingere. Hinc bapto ſericum pallium. Vide Alciat. in l. ballnea, C. de Metall. lib. 11. Spieg.

Sericum, lanæ genus, quod apud ſeras Indos ex arboribus depectitur, non illud quod vulgo creditur. Vlpian. de aur. & arg. leg. l. veſtis. Veſtimentorum, inquit, ſunt omnia lanea, linea, vel ſerica, vel bombycina. Nebriſſ.

Serica veteres dixere βέλουρ vt nunc Galli *velours*. Cuiac. ad legem temperent vnioerſi, de veſtibus holoueris & auratis. C. lib. 11.

Sericum nema in l. vltim. § ſpecies, ff. de publican. Serica veſtimenta in l. 25. ff. de auro arg. Vbi ſerica à bombycinis ſeparantur, vt apud Paul. lib. 3. ſentent. tit. 6. quæ tamen imperite confundit, Iſidor. li. 19. c. 27. Ac bombycina quidem ex vermiculis fiebant, vt ſupra oſtendimus. Serica vox ex genere quodam lanicij quod Indiȩ populi ſeres, ex arboribus depectebant: quemadmodum erudite And. Tiraq. notauit in libro. De legibus connubialibus. Id quod ſubiecti auctorum loci comprobant. Virg. 1. Georg.

Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres.

Seneca in Hippolyto.

Quæ fila ramis vltimi Seres legunt.

Et in Hercule Oetæo:

Quæ Phœbais ſubditus Euris.

Legit Eois hac arboribus.

Plinius quoque lib. 6. c. 17. Seres, inquit, lanicio ſiluarum nobiles perfuſam aqua depectentes frondium caniciem Ammianus quoque Marcell. lib. 23. apud ſeras ſyluas eſſe ſublucidas refert, à quibus arborum fœtus aquarum aſpergentibus crebris velut quædam velleta mollientes ex lanugine & liquore mixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nenteſque ſubtegmina conficiunt ſericum. Idem & Solinus in Polyhiſtore cap. 51. ſcribit Porro, quo tempore texendi ſerici artificium in Occidentis partes inuectum ſit declaraſſe videtur Otto Friſing. libr. 1. de geſtis Friderici, cap. 33. dum ait, Rogerium Siculum Corintho, Thebis, Athenis expugnatis, opifices qui ſericos pannos texere ſolebant ob Imperatoris ignominiam captiuos deduxiſſe: quos in Palermo Siciliæ metropoli collocans, artem illam texendi ſuos edocere præcepit. Exindeque ars illa prius à Grȩcis ſolis inter Chriſtianos habita, Romanis patere cœpit ingeniis, Briſſ. Prat. Adde & Brodæum lib. Miſcel 2. c. 28. vbi ſ... aliter Serica à bombycinis ſeparat. Quorum opinionem co... ſirmat Arrianus in Periplo maris rubri Serum laniſicium νῆμα σηρικὸν vocans Dion. lib. ... Strabo lib. 11. ... (non è vermicu-

lis) ξαινομένας βύσσου. Pauſanias ab his recedens Seres populos à ſere vermiculo denominatos putat Seruius. apud Seres vermiculos eſſe prodit, qui bombyces dicuntur, ſericum facientes. Idem perperam ſentiunt Suidas ac alij complures, quibus ſuffragatur Cardanus, quoniam ex Indicis nauigationibus nullum præter hoc ſerici genus aliud eſſe patuerit. Brodæus d. loco. Adde Forcat in ſuo Cupidine Iuriſperito c.22.n.6.

SERO. Huius vocis propria ſignificatio eſt, veſpere, quod eſt, poſt occaſum, vt ait Valla. Pro poſt tempus ponitur in l.2.C. de hæred. vel act. vend. Item pro tarde l. ciuitas Rodioium. C. de offic. præt. & l. ſi vero, ſub fin. ff. de adult. Alberic.

SERILLA vetus poëta Pacuuius ſuoes appellauit. Verolnquium & notationem verbi Græci ſecutus. Nam ἀπὸ σειρῶν Græce ducuntur à ſerendo: vnde & ſerilia, quod cannabi linoque fiebant: quamvis de ſparteis illud dixerit. Nec vlla ſubſcua cohibet compagem aluei, ſed ſuta lino & ſparteia ſerilibus. Vt annotauit Turneb. aduerſ. lib.17.c.7.

SERMO, pro clauſula in legatis, leg.20.§. de vſuris ſermo autem pro ſcriptura teſtamenti, l.12.§. vltim. ff de leg.1.l.85. & leg.98 ff. de leg.1.l.7.ff. de annuis legat. l. 59. ff. de hæredibus inſtit. Briſſ.

SERMO ſuperior pro tractatu ſuperiore vel ſuperiore parte edicti l.2.ff. de coniung. cum emancip. Briſſ.

SERMONA pangere idem eſt quod verbis paciſci. Connan. in comment. juris ciuil. lib.5.cap.1.n.8.

SERPENS generale nomen eſt, ad omnia quæ ſerpunt citra vſum pedum. Alb. in ſcholaſtica hiſtor. proditum refert, ſerpentem timere ſibi cum nudum hominem viderit: contra vero, in veſtitum inſilere. Spieg.

SERPERASTRA Varro latina voce appellat ea inſtrumenta, quibus adhuc infantes aoniculi ad greſſum ſubriguntur, & ambulando facilius pergunt ne intorta crura fiat, vel inæquali gradu inambulent. Crinitus libro 17. cap. 5. de honeſta diſciplina.

SERRACVLVM (alij ſeruaculum) πηδάλιον eſt veteribus gloſſis gubernaculum & clauus. Hinc ſerraculum ducere in l.29.§.1. ff. ad leg. Aquil ſi nauis tua, ait Vlp. impacta in meam ſcapham damnum mihi dedit, quæſitum eſt, quæ actio mihi competeret. Et ait Procul. ſi in poteſtate nautarum fuit, ne id accideret, & culpa eorum factum ſit, lege Aquilia cum nautis agendum: quia parui refert, nauem immittendo, aut ſerraculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis. Interpretes βασιλικῶν lib. 53. ſerraculum interpretantur οἴακα, hunc locum ſic vertentes, ἀπὸ τοῦ ἢ χειρὸς ἢ οἴακος ζημιώσαντος, vt teſtatur Cuiac.9. obſeru.10 Et ſane Suidas περὶ τῶν omnibus illati meminit: οἱ δὲ ἱμαντες, inquit, ... Alij ſerraculum ἀντὶ τοῦ ... id eſt, pro anchora ſumunt, quod non quadrare videtur. Prat.

SERRAM ducere cum aliquo eſt altercari, Tertullian. de coron. Quandiu per hanc lineam ſerram reciprocabimus. Varro de re ruſtic. l.3.c.6. De pauone, inquit, libere licet dicas, quia diſceſſit Fircellius, qui ſecus ſi qui diceret de iis, gentilitatis cauſa fortaſſis antecum ſerram, duceret Quidam locum explicāt de ſerra militari, Feſti & Vegetij autoritate freti ſerra. n. pugnari dicitur, cum ſubinde acceditur ad hoſtem & receditur. Vegetius: Item, inquit, ſerra dicitur, quæ ab ſtrenuis directa acie frontem opponitur hoſtibus, vt turbata acies reparetur. Turneb. aduerſ. lib. 8. c.7. ſerram ducere, illo Varronis loco, exponit, ſtrepitum & odioſum eſſe, non aliter quam ſtridentem & obſtrepentem ſerram, cuius argutia auribus moleſta eſt: Ioſephus Scaliger ſerram ducere, non ſerram legit, & ſerram τὸ χοινίον reſtim & funiculum interpretatur. Palladius quidem Martio: ſuſpendendi groſſi ex caprifico linea ſerta pertuſi: nec enim lino velut ſerta vt habent vulg. cod. legendum eſt. Item alibi: Cum ſerta, qua appenſa ſunt auferantur. Igitur ſertam ducere, inquit Scaliger, idem quod Terentio reſtim ductitare, ſalantes enim alij ἐπὶ χορῶν χεῖρε, vt apud Poëtas Græcos, ſe tenebant: alias reſtim tenentes hærebant. Horat.

Tortum digna ſequi potius, quam ducere funem

Erat enim ſimilis ludus puerorum, qui ducebant ſparteam reſtem, & tandiu trahebant, donec aut rumperent, aut alterutri, omiſſa funis prehenſione in nates caderet, cujus ludi meminit Ariſtoteles ſophiſta: & ad hunc alludit Plautus Pœnulo,

— Iam tenetis, ſi teneris, ducite

Cum dirumpatis.

Itaq; verba illa fortaſſis, an tecū ſertam duceret, exponit Scaliger, tecū particeps laboris eſſet: vt prouerbialia ſint, quotieſcūque conuentionem intercedere cum aliquo denotamus. Prat.

SERVA id eſt, ancilla, l. ſtuprum. ff. de iniuriis l. inter, liberos, ff ad leg. Iul. de adult. De ſerua fit etiam mentio in l.1.ff. de ſeruo corrupto, l.29. ff. de jure dotium, l.1.§.7.ff. de ſuis & legit. ſic de ſerua natus, l. vlt. ff. pro derelicto, Briſſ.

SERVARE interdum pro tueri, cuſtodire accipitur, vt in l. iuriſgentium §. prætor ait, ff. de pact. Interdum ſignificat præſtare priuatim: vt ſeruare fidem ſeruare denique accipitur pro recuperare: vt eleganter in l. ſi mandatu meo, ff. de fideiuſſor & mandator. Prat. ex Oldend.

SERVARE pro cuſtodire, ſic ſeruare ventrem l.1. ff de vent. inſpiciendo. Quo ſenſu etiam dicuntur dari poſſeſſiones dotis ſeruandæ cauſa, l.26. ff. ad municip. vt & rei ſeruandæ cauſa l. 8.C. de bonis auth. jud. l.7.§ præterea, ff. de ſuſp. tut. ſeruand. legati cauſa, l.3.C. vt poſſeſſ. &c. Briſſ.

SERVARI ab aliquo poſſe dicitur, quod ex eius bonis redigi poteſt. l. fin. ff. de admin. tut. l. fin. ff. ſi vent. nom. ſic rem ſeruari dicimus Et ſeruari indemnitatem l. 38.§ fin. ff. de act. empt. ſeruari etiam per actionem dicunt ICti, quod abeſt, vel quod damni datum eſt, l.17. in fi. ff. ſi ſeru. vind. & alibi ſæpe, ſic ſeruare pœnam à ſocio, l.6. in fi. ff. com. diuid. Quod mater ſeruari filiæ ſuæ teſtamento juſſit, eo tempore præſtare voluiſſe intelligitur, quo ſui juris erit, l.26.ff. de aur. & arg. Prat. ex Briſſ.

SERVARI pro reſeruari. ſic Quod mater filiæ ſuæ ſeruari teſtamento juſſit, eo tempore præſtare voluiſſe intelligitur, quo ſui Iuris ea ſit l.28 ff. de auro & arg.

SERVARVM ſeu ancillarum quarum potiſſimum in jure noſtro fit mentio, hæc ſunt nomina: Theris in l. vlt. ff. pro derelict. Agathea. l.28 in fin. ff. de cond. & demonſt. Glauce. Tyche, Elpis, l.37.§.1 ff. de leg. 3. Feliciſſima l. 41. Feliciſſimo eod. tit. Concordia, l.40. ff. de fideicom libert. Victorina in l.44 §. hęred. ff. eod. tit. Eutychia in l.59. ff. de manum. teſtam. Briſſ.

SERVIANA actio in rem Prætoria, quæ de rebus in prædium vrbanum inuectis illatis, quæ tacito pignoris jure locatori pro penſione obligantur, proponitur, §. item Seruiana. Inſt. de act. l. vlt. ff. de Saluian. interdict. Quæ vero eius exemplo de cæteris rebus pignori oppoſitis datur actio, ea quaſi Seruiana, ſiue hypothecaria appellatur, l.13.§.1.ff. ad Vellejan. vel vtilis Seruiana, l.1.§. eum prędium, ff. de pignorib. nec ſolum de iis, quæ pignori oppoſita ſunt, ſed & de legatis & fideicom. l.1.C. commun. de leg. Inde Seruiana vel hypothecaria in l.9 ff. fam. erciſ. l.4.§. ſi quis autem, ff de doli except. Confunditur tamen plerumq; hæc differentia, & cuiuſlibet pignoris perſecutioni Serujanę nomen accommodatur, vt l.3.l.10.11.51.ff. de pign. l.42.§. ſed & dominium ff. de procur. leg 28.ff. de pignor. actio. l.4.ff. quibus mod. pign. l.30.ff. de noxalib. actio. l.34 & l.35. & l.66. ff. de euiction. l.3.§. eſt autem, ff. ad exhib. Prat. ex Briſſ. De act. Seru. vide Vult. ad §. item Seru. 6. per tot. Inſt. de actionib.

SERVIANA actio & interdictum Saluianum inter ſe differre videntur. Eſt enim Actio Seruiana à Seruio Sulpitio dicta vt nomine ipſo apparet quem veriſimile eſt formulam huius actionis primum conſtituiſſe. Nam quamvis Seruius, non gentis aut familiæ appellationem habent, ſed hominis tantum ſit nomen quod veteres prænomen vocant: tamen quia id peculiare fuit Sulpitiæ genti, vt Appius Claudiæ: vix vt gens alia eo vteretur: factum eſt, vt ſæpe id prænomen loco nominis vſurparetur. Interdictum vero Saluianum à Saluio quodam, ni fallor, prętore. Id enim magis crediderim quam Iuliano aut alio quouis Iuriſconſulto ex familia Saluia. Vt enim Iuriſconſultorum erat formulas cautioneſque actionum, contractuumque componere. Ita, prętorum proponere interdicta. Cęterum vt actiones ad ipſarum rerum perſecutionem, ita interdicta plerumq; ad poſſeſſionem pertinent, eadem eſt igitur aut certe ſimilis inter hæc differentia. Interdictum itaque etiamſi in rem conceptum ſit, tamen in perſonam reddi videtur, eius nimirum apprehendendi gratia, quod pignoris cauſa jam ante inuectum aut illatum, ex conducta domo aut fundo amotum & auectum eſt: directum quidem in colonum inquilinúmve, qui amouit: vtile vero in extraneum, qui vel ipſe mouit, vel apud ſe habet rem amotam, l 1.ff de interd. Sal. Eſt autem veluti reſtitutorium: nec exigi in eo conſueuit, ex patrimonio inquilini res ea fuerit, nec ne, quæ pignori in conductam domum illata eſt, ſed hoc vnum, vt pignoris cauſa inducta ſit. Quippe nec niſi ad nudam temporis poſſeſſionem pertinet. Quare, ſi in rei perſecutione verſetur, tamen proprius eſt, vt aduerſus extraneum poſt annum non reddatur. Qua exacto ad Seruianum judicium, quod quamvis & ipſum poſſeſſionem noceat, tamen & in rem datur, & quaſi proprietatis cauſſam continet: locatori deſcendendum eſt lege ſecunda, ff. eodem, planum facturo in bonis inquilini rem eo tempore, quo pignus contrahebatur fuiſſe leg. ſi cum venditor, ff. de pignoribus aut ſi quis aliud tale. Cæterum poſſeſſione locatori ex interdicto dimiſſa, ordinario jure petitionem ſuam inſtituere debebit, qui pignus vindicaturus aut aliter perſecuturus Quia proprietatis eius aut prioris obligationis integram eſſe & ſaluam diſceptationem oportet. Eum nimirum qui poſſeſſionem incumbit ſuperaturum, ſi petitor intentionem ſuam probare non poſſit. Cujac. lib. ... cap.39. tom.1.

SERVI dicuntur, quibus libertas arbitrio ſuo viuendi adempta eſt, itaq; liberis opponuntur, & ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captiuos vendere, ſe per hoc ſeruare, nec occidere ſolent, §.1. de jur. perſon. l.4. de ſtat. hom l. 239. de verb ſignif.

SERVI etiam Corpora à Græcis dicti, cuius rationem vide ſupra in voce Corpora & Maiorag lib 1. cap.11.

SERVORVM autem & addictorum differentia hoc loco notanda, quam Quintil. lib.7. c.3. declarat: vt cùm quæritur, an addictus quem lex ſeruire donec ſoluerit jubet, ſeruus ſit: altera

pars

pars finit ita: Seruus eſt qui eſt iure in ſeruitute: altera, qui in ſeruitute eſt eo iure, quo ſeruus, aut, vt antiqui dixerunt, qui ſeruitutem ſeruit: & poſtea, Seruus cum manumittitur, fit libertinus: addictus recepta libertate eſt ingenuus: ſeruus inuito domino libertatem non conſequitur: addictus ſoluenda, citra voluntatem domini conſequitur. Ad ſeruum nulla lex pertinet: addictus legem habet. Connanus in ſuis Comment. ſuper Iuris Ciuilis lib 4.c.14.n.9.

SERVI ad manum apud Cic. lib. 3. de orat. dicuntur, qui præſto ſunt, in promptu & parati. Quem ſeruum, inquit, ſibi habuit ille ad manum. Amanuenſes autem ſunt à manu ſerui, vt excipiant ſcilicet & ſcribant. Heſychius ſeruum Ad manum exponit hoc modo, πρὸς χεῖρα καὶ εἰς παντα ἕτοιμος οἰκέτης. Prat.

SERVI adſcriptitij, coloni ſunt, qui glebæ vel terræ alicui perpetuo colendæ, in lib. cenſuali, vel publico iudicio ſunt adſcripti & addicti dominis ſuis. Ferrar. inſtit. de iur. perſon. §. ſeruitus autem Spieg. Connanus in ſuis commenr. ſuper jus ciuile lib. 2.c.10. n.2. Seruos adſcriptitios multi in reb. à reliquo ſeruorum genere diſtingui dicit, imo reuera liberos fuiſſe, ſed certis conditionibus multa ſeruitutis ſimulachra libertinorum inſtar retinuiſſe, affirmat, ea tamen longe maiora & expreſſiora. Atque inde eos ſeruos conditionales appellatos fuiſſe à Iuſtiniano, l. defenſionis, de iure fiſc.

SERVI agricolæ duorum generum fuerunt: nam alij vere ſerui erant in dominorum mancipio vſquequaq; poſiti: l. 3. Cod. de agric. & cenſ. alij autem liberi quidem erant, ſed tamen ita addicti, vt quaſi ſerui numerarentur: quorum de conditione diximus ſub voce Cenſus: & patet in l. 27. & 29 C. illo tit.

SERVI atrienſes dicuntur, qui ſupellectilem emundant ædium aut villæ, & diſponunt in atrio, ſimulque atrium omni ex parte mundum & nitidum vt ſit, accurant. In atrio enim patresfamilias ſupellectilem ſuam expoſitam habebant, veluti eſcaria & potoria vaſa. Columella 12. Tum inſiſtere atrienſibus, vt ſupellectilem exponant, & ferramenta detersa nitidentur atque rubigine liberentur. Atrienſes igitur ſunt non in vrbe tantum, ſed etiam in villis & recte in l. 8. ff. de inſtru. leg quam de cultione villa agitur, atrienſibus iunguntur ſcoparij, atque Plauti Aſinaria atrienſis ſcoparium, in quem atrienſi erat imperium, ſic alloquitur recte

Iuſſin' ſceleſte, ab ianua hoc ſtercus hinc auferri:
Iuſſin' columnis deiicier operas aranearum?
Iuſſin' in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris?
Dormitas interea domi, atque herus in hora, haud ædibus habitat.

Iidem vero videntur eſſe atrienſes & diætarij, Cuiac. obſeru. lib. 11. cap. 14.

SERVI inſularij proprie non dicuntur ij homines qui deportati aut relegati ſunt in inſulam, & iam inſulares facti, & ſerui pœnæ, ſed ij aut domini ædium, aut inquilini ſunt. Etenim inſula proprie domus, quę vicinorum parietibus communibus non coniungitur, vt ait Feſtus, quarum magna fuit Romæ multitudo, vt tutiores eſſent, ab incendio, atque ita à ſimilitudine inſularum quæ circumquaque aliquo amne ambiuntur, inſulæ appellatæ tum ipſæ, tum vero etiam reliquæ omnes domus quamvis inter ſe coniunctæ eſſent. Ideo ipſe Pompon. in l. vrbana, ff. de verb. ſignific. inſularium ſeruom vrbanis ſeruis adſcribit, quod huic nihil ruſtici operis mandaretur, ſed domus cuſtodia. Conna. comm. jur. ciu. lib. 2. c. 2. n. 5.

SERVI Literati olim ſic dicti, quod in corporibus ipſorum imprimerentur ſigna cuiuſque domini. Nam Græcia notatum eſſe inſcriptum, inſigne olim fuit ſeruitutis. Ex quo prouerbium Samiis nemo literatior, quod hi bello victi quondam ab Athenienſibus & in ſeruitutem redacti punctis in fronte notati ſunt, literarum ſimilitudinem referentibus, aut vt Ariſtoteles in Rhet. ſcribit quod à tyranno olim afflicti atque oppreſſi, cum ciuium laborarent inopia, ſeruos omnes donarunt ciuitate. Poſtea venit ea res in conſuetudinem Romanorum, vt ſeruos inſcriberent, qui ipſi multos à Græcis habebant, iam notatos & compunctos à dominis. Quod ipſum ſolitum erat fieri, vt noſſet quiſque ſuos, Connan. comment. lib. 2. c. 6. nu. 4.

SERVI pœnæ dicebantur, qui ſummo ſupplicio ſic addicebantur, vt ſi liberi eſſent, libertatem: ſin ſerui, domini familiam quaſi abalienati amitterent: adeo vt ne à pœna quidem liberati, in illius domini poteſtatem redirent: vti conſtat ex l. 8. §. 3. & §. 10. & l. 29. ff. de pen. l. 8. C. de ſeor. paſſ. leg. 24. §. 5. ff. de fid. libert. quod enim nullius niſi pœnæ ſerui eſſent, ita dicebantur, Martianus, l. 7. ff de pœn. Briſſ. Serui autem pœnæ in omni iure vere ac ſemper ſimile ſunt mortuis. Cuiac. Obſeru. lib. 3. ca. 10. circa finem. Prat.

SERVI pœnæ ſiunt, qui metallo vel operi addicuntur, vel qua alia pœna damnantur, quæ miniſterium corporiſque laborem & ſeruitutem irrogat: veluti qui in metallicorũ miniſterium, ad ludum, ad beſtias, in opus publicum damnantur, l. 6. §. irrit. ff. de iniuſto rup. l. 6. ff. de ſtatu lib. 25. §. ſi quis plane, ff. de ad. qu. hæred. 8 §. 10 miniſterium. & §. quicunque, & §. vltim. leg. 11. leg. 17. leg 36. ff. de pœn. l. 7. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. §. pœnæ. Iuſtit. quib mod. jus pat. pot. leg. 3. in fi. & l. 2. ff de contra tab. Hi enim omnes pœnæ magis quam Cæſaris fiſci ſerui ſunt l. 3. ff. de his quæ pro non ſcri. haben. Briſſ. Adde Connan. commen. ſuper Ius ciuil. lib. 2. c 3 n. 6.

SERVAM etiam pœnæ mulierem factam legimus, l. 6. ff. de ſtatu-lib. l. 1. §. 1 ff. ad Tertullian. quod accidebat, cum vel in opus ſalinarum, vel in miniſterium metallicorum damnabantur l. 8. §. in miniſterium ff. de pœn. lex. ſexta, ff de cap. & poſtlim. Nam huiuſmodi pœnis ſeruitutem irrogantibus adfici mulieres cõſueuerant. Iuſt. Nouell. 22. εἰ γὰρ τις ἢ ἀνὴρ ἢ γυνὴ εἰς μέταλλον ἀχθεῖσα ... Quam ille ſeruitutis pœnam (ſic enim appellatur in l. 1. ff de ſent. paſſ.) abrogat ea eadem conſtitutione, ... ait, ... Briſſ.

SERVI Topiarij dicuntur, non qui ornant & ordinant ſaltus fundi, vt male Accurſ. in l. inſtrumenta, §. fin ff. de fund. inſtruct. ſed qui artem Topiarij operis exercerent, arbuſculi ductilibus diuerſas rerum figuras ſolerti ingenio effingentes, vt conſtat ex l. cum quæreretur, §. fin, ff. de leg 3. d. §. fin. l. quæſitum, §. oſtiarij, ff. de fun. inſtr. Plinius iun. lib. 3. epiſt. à Caluiſio Ruffo. Ineſt, inquit, huic computationi ſumptus ſupellectilis, ſummus Atrienſium, Topiariorum Fabrorum, &c. Vide Alex. ab Alex. Gen. dier. 3. Corraſ. 3. Miſc. 21. n 3.

SERVI appellatio etiam ad ancillam refertur leg. 40. §. ff. de verb. ſignific. Proinde ſeruis legatis, etiam ancillæ debentur l. 101. in fin. ff. de verb. ſignific. cum quaſi commen. nomen vtrunque ſexum contineat, auctor Modeſt. in l. ſeruis legatis. ff. de leg. 5. Prat. Briſſ.

SERVILIA nomina hæc in libris noſtris referuntur. Pamphilus, Stichus, quæ vulgatiſſima ſunt. Item Damas, Eros, leg 105. ff. de verb. oblig. leg. 162 §. vlt. ff. de verb. ſign. Lucrio. l. 37 § pater. de l. 3. Feliciſſimus 41. §. Feliciſſimo, de l. 3. Philargyrus l. 28 §. vlt. de condit. & demon. Diphilus l vlt. ff. de fideicom. liber Parthenius, l. 41. ff de hæred. inſtit. Trophimus, Cupitus, Spendoſurus, December, Seuerus, l. 17 l. 40 §. libertatem. leg. 41. §. pen. de fideicomm. libert. Antiochus, leg 97 de legat. libr. 3 Andronicus & Calenus l. 21. l. 29. §. 1. ff. de ſtatuliber. Arbales l, 14. ff. ad l. Cornel. de falſ. Philonicus in l. vlt. ff. de rebus dub. Stephanus in l 52. ff. eod. tit. Philocrates apud Valer. lib. 6 c 8 Philippus, in l. 2. ff. de of. prætor. & apud Cicer. in oratio. pro Rege Deiot. Clemens apud Suet. in Tiber. cap. 25. Briſſ.

SERVI publici dicebantur & in vrbe & in prouinciis homines libertini generis, quorum miniſterio & opera magiſtratus vtebantur. Varr. lib. de ling. Latin. 7 ſignificare videtur, moris fuiſſe, vt ſerui quidam à populo manumitterentur, eorumque vel magiſtratuum Romanorum, vel municipiorum nomina haberent, à quib. libertate donati eſſent Vlp. c. 20. Inſt. Seruus publicus parte dimidia teſtamenti faciendi habet jus. De vrbanis, qui Cenſoribus operam dabant Liuius lib. 43. Cenſores, inquit, ex templo in atrium libertatis aſcenderunt, & ibi ſignati, tabellis (obſignatis tabulis legit Hoto.) publicis, clauſoque tabulario, & dimiſſis ſeruis publicis, negarunt ſe priua quicquam negotij publici geſturos, quam judicium populi de ſe factum eſſet, Gellius lib. 12 c. 3. Licio tranſuerſo, inquit, qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant. Cicer. Verrin. 5. Cur hoc auctore non Romæ ſerui publici ad vectigalia accedant. Idem Philipp. 13. Quos Antonius deliciarum cauſa loci in conuiuio cædi jubebat à ſeruis publicis. Tacitus lib. annal. 2. Mancipari ſingulos actori publico jubet, ſcilicet. vt in Libonem ex ſeruis ſaluo SCto quæreretur. Hinc etiam ſeruus publicus in municipiis dicebatur, quem ciuitas publice emerat, hoc eſt, pecunia de publico ſumpta: vt eius miniſterio vteretur: quemadmodum intelligitur ex l 6 ff. de rer. diuiſ. l. 1. § ſeruum, ff de q. l. 3. §. 3. ff de ſuis & legit. Et ita libertus Reip. dicitur, in l. ſed ſi hac 10 §. 3. ff. de in jus vocand qui à corpore aliquo vel collegio vel ciuitate manumiſſus eſt, vt in d. l. 3. §. 3. & l. 1. ff. de libert. vniuerſ. Serui autem illi publici olim quidem tabulis publicis præficiebantur: vnde ſerui ciuitatis appellantur, in l. vlt. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. Publici quoque ſerui tabulariam olim adminiſtrabat, vt patet ex l. 18 ff de adopt. l. 2. C. eod. l. 1. § exigere, ff. de magiſtrat. conuen. l. 3. C. de poſtlim. reuerſ. l. 4. C. de arbitr. l. vlt. C. de ſeru Reip Poſt vero ab Arcadio Imp. in l. generale C. de tabul. conſtitutum eſt, vt publicis tabulis non amplius ſerui ſed liberi præficerentur. Prat. Briſſ. Vide & vult. in commen Inſt. de adopt in prin. nu. 6.

SERVITIVM munus obſequii clientelaris, lib. Feud. 2. tit. 51 §. 8. Similiter poteſt feudum dari ad certum ſeruitium. Alber. Krantz. libr. Dan. 7. 35. Marchio remittere homagiale ſeruitium, quod habebat in quibuſdam terris. Proprie ſeruitium officium eſt ſeruile. Saluſt. Animi imperio, corporis ſeruitio magis vtimur. Itaq; feudale officium vel obſequium libentius appellamus. Nã ſæpe ſeruitij nomine officium affectationis ſignificatur: vt illud quod imperij vaſalli Imperatori ſuo debent Krantz. lib. Dan. 6. c. 17. Vt deinceps Rex Danus Romano Imperio junctus haberetur, non in cœtum vocatus accederet aut in exercitib. ordines ductitaret, Principum aliorum more,

Digitized by Google

ſed magis ſpecie, quam re imperio ſocietas haberetur. Prat.

SERVILIS neceſſitas opponitur liberæ voluntati, & qui natura, §.ſi liberum homini, ff.de neg.geſt. Spieg.

SERVIRE feudum dicitur, qui eiuſmodi eſt, vt munus ſiue ſeruitium feudi nomine debitum præbere domino, ac nauare poſſit: veluti qui miles eſt, lib.2. tit.34. §.4. At mutus, ſurdus, cæcus, claudus ſeruire feudum non poſſunt, lib.2.tit.36. Prat.

SERVIRE ſeruitutem Iabolenus dicit in l.34.ff.de ſtip.ſeruor.

SERVIRE a nobis intelliguntur & hi, quos curamus ægros, qui cupientes nobis ſeruire, propter aduerſam valetudinem impediuntur, l.4.§.Stichus, ff.de ſtatuliber. Briſſ.

SERVITVTIS nomen in jure varium, multiplex, atque æquiuocum eſt, Seruitutum enim alia à ſeruando, alia à ſeruiendo denominationem accipit. Seruitus, prout à ſeruando dicitur, eſt conſtitutio jurisgentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur, §.1.de jure perſon. Inſt.l.libertas,§ ſeruitus, de ſtat.hom.ff. Seruitutem hanc jurisgentium conſtitutionem eſſe diximus, atque etiam contra naturam: quia ex hoc jure bella orta ſunt, & captiuitates ſecutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali juri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines liberi ab initio naſcebantur, §.jus autem gentium, de jur.nat. gent.& ci.Inſtit. Hęc ſeruitus non à ſeruiendo, ſed à ſeruando denominatur ſerui enim non ex eo quod ſeruiant, licet id re vera faciant, ſed ex eo appellati ſunt, quod Impp. captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent, §.ſerui autem de jur.perſon. Inſti.1 l.libertas,§. ſerui, de ſtat.hom. ff l.pupillus,§ 1. de verb ſign.ff.Itaque ſerui erant, in quo jus belli exercere victores voluerunt: ſic dicti, quòd ſeruarentur, nec occiderentur Solebant autem hoc, capta ciuitate, ſub haſta vendere. quod jus in authen. exercuit in Gallia I. Cæſar. in Saliſſis Alpinis populis Auguſtus. Vide Vultin comm.Inſtit. de ſeruitutib.in princ.n.1.

SERVORVM cùm vna ſit conditio, & l.ſeruorum, de ſtat.hom ff. in eorum conditione nulla eſt differentia, §. ſi de iur. perſon. Inſtit.1.Illud ſciendum ſeruos aut fieri, aut naſci: naſcuntur ex ancillis noſtris, fiunt aut jure gentium, id eſt, ex captiuitate, aut jure ciuili, cùm liber homo major viginti annis ad pretium participandum ſeſe venundari paſſus eſt, d.§ fin.& d.l & ſeruorum. Iſque ſeruus quadrupedi æquiparatur, in pr.l.2 .ff.ad leg. Aquil. adeo vt olim dominis in ſeruos vitæ, neciſque poteſtas eſſet, nunc verò prædura illa ſeruitus vitæ, & necis, quæ à brutorum conditione nihil diſtabat, abolita eſt optima ratione. Sunt autem exempla paſſim in libris Pandectarum de inhumaniſſima ſeruitutis forma. Sed hoc tempore nullis hominibus licet, ſine cauſa legibus cognita, in ſeruos ſuos ſupra modum ſæuire, nam ex conſtitutione Imperatoris Antonini nimia dominorum aſperitas in ſeruos coercetur. Etiam certè ratio naturalis & jus diuinum præcipiunt relinquere ſeruis victum, ſicut ait Eccleſ. 32. Aſino onus, pabulum, & virgam: ita ſeruo laborem, victum & diſciplinam, expedit enim reipublicæ, ne quis ſua re male vtatur, § in poteſtate, de iis qui ſunt ſui vel alie.iur. Inſtit.lib.1 §.igitur, & l.ſeq. de iis, qui ſunt ſui vel alie. jur. Sed & illud non omittendum, quodcunq; per ſeruum acquiritur, id domino acquiri.d.§.in poteſtate, & d.§. igitur ita, vt ne momento quidem penes ſeruum ſubſiſtat: l.placet, de acq. her.ff.ſeruus enim cum in poteſtate alterius ſit, nihil ſuum habere poteſt, § item nobis, per quas perſonas cuique acquiritur.Inſt.2.quod adeo verum eſt, vt dominis nolentibus, vel etiam inuitis per ſeruos acquiratur, d.§.item nobis. Anchor.

SERVITVTIS quę à ſeruiendo dicitur, duo ſunt genera: aut enim perſonarum ſunt, aut rerum l.1.de ſeruit.ff.Perſonales ſeruitutes ſunt, vt vſus, vſusfructus, & habitatio, addunt poſt gl. in d. l.1 Doctores ſeruorum operas. Realis ſeruitus, quæ & prædiorum appellatur, nihil aliud eſt, quam jus prædiis inhęrens, vnius vtilitatem adaugens, alterius verò diminuens. Realem ſeruitutem non qualitatem, vt Bartolus, licet id non malè, ſed jus eſſe, ex Iuſtin. diximus in §.vnico, ſub ſi.de reb corp. & incorpor. Inſtit. 2. Seruitutes enim prædiorum & ſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, l. ſeruitutes, de ſeruitute, ff.de Addidimus (prędiis inhęrens) quoniam ſine prędiis conſtitui ſeruitus realis non poteſt: nemo enim poteſt ſeruitutem acquirere vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium: nec quiſquam debere, niſi qui prædium habet, §.ideo de ſeruit. Inſtit. Adiunximus (vnius vtilitatem adaugens) eius ſcil. cui ſeruitus debetur, alterius vero, ejus ſcil. qui ſeruit diminuens. Hęc rerum ſeruitus rurſus duplex eſt: alia enim vrbanorum, alia ruſticorum prædiorum eſt. Prædiorum vrbanorum ſeruitutes ſunt hæ, quæ ędificiis inhærent: ideo prędiorum vrbanorum dictę, quoniam ędificia omnia, vrbana prędia appellamus, & ſi in villa ædificata ſunt. Ruſticorum ergo prædiorum ſeruitutes ſunt, quę ædificiis non inhęrent, quæque ſine ædificiis ſunt. Earum ſeruitutum quæ ſint jura, abundè docet imperator, d.tit.de ſeruit.Inſtit. Ex iis apparet, quam temere, atque etiam quam prauo exemplo ſit ab interpretibus noſtris reprehenſus, & cum improprietatis, tum inſufficientiæ damnatus Martian. in dict. l. 1. de ſeruit. ff. Inſufficientiæ quidem, quod ſeruitutis generale & genericum nomen in omnes ſuas ſpecies non diſtribuerit ac diuiſerit. Improprietatis vero accuſatur, quod eas ſeruitutes perſonales vocet, quas ipſi mixtas rectius & proprius dici aſſerunt & contendunt. Volunt ergo interpretes noſtri ſeruitutis in genere tres eſſe ſpecies, vt alia ſcilicet ſit perſonalis, alia mixta, alia realis. Et perſonalis quidem ſeruitus (ſi ipſis credere dignum eſt) ea eſt, in qua perſona ſeruit perſonę, puta ſeruus domino. Quanquam enim prędura illa & toleratu nimis difficilis vitę ſeruitus, & necis, abolita eſt, quemadmodum diximus ante, ipſa tamen ſeruitus perſonalis moderato non diſceſſit ab vſu, & ne poteſt quidem judicio oppido ſano. Mixta in qua res ſeruit perſonę: vt in vſu, vſufructu, & habitatione. Realis vero ſeruitus ea dicitur, in qua res ſeruit rei, vt in ſeruitutibus ruſticorum & etiam vrbanorum prędiorum, & Ancharan.

SERVITVS eſt jus, quo adimitur aliquid libertati, quam dominus in re ſua habet: ac conceditur perſonę vel rei alienę. Duplici autem modo colligi poteſt. Altero, cum perſona ſeruit perſonæ, quam ideo perſonalem vocant. Altero, cum ad imitationem perſonarum in rebus conſtituitur ſeruitus: idque dupliciter. Nam aut res immediate ſeruit perſonę, vnde etiam perſonalis appellatur, vt vſus & vſusfructus: aut rebus directo commodum affert, & dicitur realis. Doctores recedentes à phraſi Romanorum, aiunt, ſeruitutes alias eſſe perſonales, alias reales, alias mixtas, vt dicetur in verbo ſeruitutem, Doctores Spieg.

SERVITVS tum de hominibus dicitur, tum de rebus. Quæ de hominibus dicitur, eſt conditio eorum qui in ſeruitute ſunt: ſiue Conſtitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur l.4 ff. de ſtatu hom. Quæ de rebus dicitur, eſt jus quod quis vel in re, vel ex re ſua alteri conſtituit, eaque eſt duplex, vna Perſonalis, veluti Vſusfructus. Vſus, Habitatio: altera Realis, vt ſeruitutes prędiorum vrbanorum & ruſticorum, l 1.ff de ſeruit.h.e.jus alieno prædio aliquid agendi, quod alteri agere non licet, ab ipſius domino permiſſum, l.1. Hot. Prat.

SERVITVS ædificij non deprimendi, vel ædificij non deſtruendi. Eam vicinus vicino dare poteſt, ne ſol in ſides ſuas depreſſus voluatur Zaſ.§ æque.Inſtit.de action.

SERVITVS confunditur Iabolenus in l.ſi cum ſeruitus, ff.quemadmod ſer.amit. Quia, inquit, toties confunditur ſeruitus, quoties vtrea is, ad quem pertinet, non poteſt. Spieg.

SERVITVS continua dicitur, quæ cauſam habet continuam, vt aquęductus Contrà, quæ cauſam per interualla habet, non continua dicitur, qualis via, actus, iter, quę non niſi poſt hominum memoriam vſucapiuntur, cum continua decem annis acquiri poſſit, l.ſeruitutes, de ſeruit. Spieg.

SERVITVS in quarto Præcepto diuinarum Tabularum probatur, quam Ariſtoteles in Politicis grauiſſimis rationibus defendit ex natura cauſam trahere, reprehendens eos qui contrarium affirmarunt. Quanquam, ait Philippus, quorſum opus eſt jam ſubtili diſputatione? illa vox: Honora patrem & matrem, ſubiicit omnes homines ſeruituti. Non loquor de effectibus illis, contra omnem humanitatis rationem corrupta natura introductis; Vt ſic facile conciliare poſſis Vlpiani ſententiam in l. manumiſſ. ff de juſt & jur cum tabulis diuinis: Intelligendum enim jus eſt gentium pro jure humano. vt Liuius appellare ſolet: & ſeruitus, pro dura forma, & effectu intolerabili. Old. Pra.

SERVITVS inuaſit, pro incœpit, vt apud Virg.

Aut aliquid iam dudum inuadere magnum.

Vlpian in vulgata lege: Sed poſteaquam, inquit, Iure gentium ſeruitus inuaſit, ſecutum eſt beneficium manumiſſionis. Noſtris dicitur ſeruitus *Eygenmannſchafft.* Quære, Gottus in ſeruitio, Spieg.

SERVITVS luminis. Vide ſupra, Luminis autem habere. Vide Cuiac.1 obſ 4.& 17. obſ 35.

SERVITVS perpetua reſpicit finalem cauſam, naturalis materialem, continua & diſcontinua formalem. A dominis vero prædiorum, quo ſcilicet animo conſtituatur ſeruitus, efficiens cauſa: atque etiam finalis conſideratur, S, ieg.

SERVITVS perſonalis eſt, quando perſonæ conceditur habita ſolius perſonæ ratione, l Mela. § quidam, ff de alim & cib.legat. leg pecoris, ff. de ſeruit. ruſt. pręd. Hęc ſeruitus finitur morte ejus cui debetur. Realis autem continua eſt ac perpetua l.foramen ff.de ſeru.vrb. Prat.

SERVITVS proiiciendi protegendive vrbana eſt, videlicet cùm ex ædificio vel mœnium, vel tectum extenditur, cum quod proſpectui, & interdum luminibus officitur, l 2 ff de ſerui.vrb. præd. tum quod cœlum, quod ſupra cuiuſque ſolum intercedit, liberum eſſe debet, teſte Paulo in l. vlt. de ſerui. Rectiſſime autem erroris arguit eos Oldend. inter quos eſt & Zaſius noſter, & ego hactenus eum ſecutus, qui putarunt Imperatorem & Iureconſultos locui de ſeruitute proiicienda aquam vel ſtercora: quod neque verba patiuntur, neque ſubiectę conueniunt materiæ, quoniam de ædificiis loquitur. Spieg.

SERVITVS proſpiciendi jus vrbanum, id eſt, habere proſpectum aliquando latius, non ſolum vt cœlum videatur, ſed vt procul ſpectemus etiam alia ædificia. Eſt autẽ plus in proſpectu quam in lu-

in luminib. l.3.l.lumen.l.ſi arborem ff.de ſeru.vrb præd. Spieg.

SERVITVS realis eſt, quando habetur reſpectus prædij dominantis & prædio imponitur, l.1 ſ. ff de ſeru.tit.gener. vide paulo ante ſeruitutis quæ à ſeruiendo. Prat.

SERVITVS ruſtica, dicitur ius eundi per fundum nudum vicini vel aquam per fundum ducendi, in quo non eſt ædificium. Cæterum ſi in fundo dominanti, i.e. in prædio, cui debetur ſeruitus, ſit ædificium, tunc iſta dicetur ſeruitus vrbana. Zaſ.§. ſup.eit.

SERVITVS ruſtica quomodo differat ab vrbana: vide Cuiac. 14. obſer.18 Et quomodo differat ſeruitus ruſticorum prædiorum à ſeruitute vrbanorum prædiorum, vide eundem 11.obſ.28.

SERVITVTEM Doctores diuidunt in perſonalē, realem, mixtam Accurſius adiicit quartū genus, vt quod teſtator in vltima voluntate conſtituit, allegans l.Titiam, § Titio centum, ff de cōditio & demonſtr. Et l. Mæuia decens, ff. de manumiſſ. teſta. Veritas ſic habet. Seruitus duplici modo conſideratur: Altero vt pertineat ad iuſtitiam diſtributiuam: quæ ſtatus & conditionem perſonarum conſtituit, diſtribuere vnicuique ſuum officium, quo alius præſit, alius ſubſit. Iſta conſideratione ſeruitus eſt ius, quo iuri alieno quis moderare ſubiicitur, ſicut in prima part. ff. & I. ſt. t. de iure perſon. Altero autem modo ſeruitus refertur ad iuſtitiam cōmutatiuam: quæ vitæ huius gratia, inter perſonas communicat omnes res æqualitate quadam. Hac ratione procedit diuiſio Marciani, in l.1 ff. de ſeruit. Nam aut res immediate deſeruit perſonæ, vnde etiam perſonalis appellatur: vt vſus & vſusfructus: Aut ſeruit rebus, quibus adfert directo commodum, & dicitur realis. Old.

SERVITVTEM conſtituere Vlp. Quia per ſententiam non debet ſeruitus conſtitui, ſed quę eſt, declarari. Spieg.

SERVITVTES prædiorum aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie conſiſtunt Paul. in l.ſeruitutes eod. tit. Old.

SERVITVTES etiam appellātur prędiorum iura l.1. in fi. ff. de rer. diu. l.50.§ 1. in fi ff. de alien. iud. mut. l.quid aliud. de ver. ſig. l.1. ff. de ſeruit. ruſtic. pręd. Corraſ. 5 Miſcel 15.n.3. quib fundi perſonis vel perſonæ fundis ſub iciuntur. A quibus & ſeruum prædium, & ſeruum fundū, quod ſeruit, dicimus, liberoque opponimus, l.8. ff. de act. empt. l.20 §.1. ff. de adqu rer. dom. Cic. de leg. Agr. Optimo enim iure ea ſunt profecto prędia; quę optima conditione ſunt: libera meliore iure ſunt, quam ſerua. Capite hoc omnia quæ ſeruiebant, non ſeruient Quarum aliæ perſonarum eſſe dicuntur, vt vſus fructus & vſus aliæ rerum: eæque rurſus vel vrbanorum, vel ruſticorum prædiorum l.1. ff. de ſeruitutib. cum proximis & coniunctis titulis, l.39. ff de vſufru. In rem vel in perſonam ſeruitutes dixit. Paul. in l.12. ff. de annu. leg Has etiam ſeruitutes dixit Paul in l.12. ff. de annu. leg. Has etiam ſeruitutes perſonales vocant, l.8 §. tale legatum ff de liber. legat. l.37. ff. de ſer. ruſt. Et hominum ſeruitutes in l.15. ff. de ſeruit. l.20 in fin. ff. de ſeruit. ruſt. Quoniam hominibus debentur & cum his pereunt. Briſſ.

SERVITVTES perſonales propterea dicuntur, quia & hominibus debentur, & cum iis pereunt atque extinguuntur, l.8 §. tale ff. de ſeruit. l.15. ff. de ſeru, l. 20. in fi. de ruſt. Dicuntur quoque perſonales ſeruitutes, cum rea perſonæ reales vero cum res ret ſeruit. Prat.

SERVITVTES prędiorum diuidi non poſſunt, l.ſtipulationes, de verb. oblig. cuius rei eam eſſe rationem conſtat ex Pomponij Iuriſconſulti fragmentis. Nam harum vſus ita connexus eſt, vt qui eum partiatur, naturam eius corrumpat, Bart. & Dd. in d. l. ſtipulationis. Prat.

SERVITVTES reales dicuntur, quæ prædiorum ſunt, ideo quod ſine prædijs conſtitui non poſſunt. Nemo enim poteſt ſeruitutē acquirere vrbani vel ruſtici prædij niſi qui habet prædium: nec quiquam debere, niſi qui prædium habet, §. 3. Inſt. de ſeruit. l. 1. ff. commun. præd. l. quoties, 15 de ſeruit. Seruitutes rerum nō ideo dicuntur reales, quod tranſeant in ſucceſſorem: ſed quod rerum ſint corporibus inſeparabiliter inhærentes, Corraſ. 5. M ſe.22.nu.6.

SERVITVTES ruſticorum prædiorum dicuntur, quarum vſus eſt in rebus ruſticis dumaxat: veluti iter, actu, via, aquæductus, hauſtus aquæ pecoris ad aquam appulſus pecoris paſcendi, cretæ eximendæ, calcis coquendæ, l.1. & ſeqq. ff. de ſer. ruſt. Prat.

SERVITVTES vrbanorum prædiorum dicuntur prędia eiuſmodi qualitatibus effecta, quæ ea ſubiiciant prædijs alienis: harum tamen vſus eſt tantum in ædibus ſiue illæ in vrbe, ſiue in agro ſint, l.1. ff. comm. pręd. veluti altius tollendi & officiendi luminibus vicini, aut non extollendi: item ſtillicidium auertendi in tectum vel aream vicini, aut non auertendi, l.2. ff. de ſeruit. vrban. præd. Prat.

SERVITVTES, quæ cauſam diſcontinuam habent, dicuntur incertæ: & ideo non admittunt vſucapionem.

SERVITVTES regulariter habere cauſam perpetuam, hoc eſt, ad eum finem conſtitui dicuntur, vt ſibi & hæredibus ſuis perpetuo comperant. Spieg.

SERVITVTIS ſpecies eſt, non poſſe de loco diſcedere, l. 2. ff. de lib. hom. exh.

SERVITVTVM prædiorum ruſticorum & vrbanorum natura hæc eſt, vt non poſſint cedi, niſi quando ſeruiunt prædio dominanti l ergo, ff. de ſeruit. ruſtic. ideóque prędiis, non perſonæ debentur l. vnus ex ſociis ff. eod. Prat.

SERVORVM natura eſt eadem l.& ſeruorum ff de ſtatu hominū. § fi. Inſt. de iure perſonarum, varia autem eorum artificia ac exercitia ſiue miniſteria: ideoque ſunt ſerui Topiarij, Diętetij. Aquarij, Supellectiearij Hoſtiarij, Diſpenſatores, Actores, Ordinarij & Atrienſes, Balneatores, Fotoricatores, Muliones, Venatores, Veſtigatores, Monitores, Nomenclatores, Calculatores, Miniſtratores, Cubicularij, Forarij, Coci, Obſonatores, Textores, Cellarij, Villici, Tonſores Notarij, Curſores, Lecticarij, Tabellarij, Villici, Scoparij, Saltuarij, Permulta ſunt præterea ſeruorum & officia & nomina, quæ paſſim occurrunt legentibus Digeſtorum libros, quamuis ergo officio, & ętes, & tempore interdum differrent, tamen omnes æque ſerui erant, Ferret. in commeot. inſtit. Iuſtin. de iure perſon. 3. lib.1. Prat. Inter ſeruorum ſpecies fuerunt & ſaltuarij, hoc eſt ſyluarum ſeu ſaltuum (ſyluæ quippe denſæ & inuiæ, ſaltus dictę ſunt, quod ibidem arbores ſaliant) cuſtodes, fructuumque ſyluę, aut finium conſeruandorum gratia parati, l. quæſitum, § ſaltuarium, ff. de fund. inſtr. Corraſ. lib. 5 c.25.n.4.

SERVORVM porro eſt dominorum imperio obſequi eoſque inde nomen accepiſſe Cyprianus expreſſe contendit. Sic enim in libro de ſingularitate clericorum ſcribit: Alioquin nec nos ſerui adſcriberemur, nec ipſe dominus haberetur, ſi ſecundum volūtatem noſtram permitteremur impēdere ſeruitutem Et quamuis hæc ita ſint, interdum tamen fieri quædam per ſeruos ſuos patiebantur domini, ſine aliquo imperio ſpeciali ſiquę cunq accidere ſolet, cum ſeruus alicui negociationi præpoſitus eſt, Tunc enim ſuo arbitrio negotium domini gerit ſeruus, donec illud gerere à domino prohibeatur. Eaque prohibitio, libello propoſito hac fieri ſolenni formula plerunque ſolet, CVM IANVARIO SERVO MEO GERI NEGOTIVM VETO, vt eſt apud Paul. c. 47. in prin. de preul.

SERVVM cicatricib. deformare. Vlp in l.locum, ff. de vſufr. Spieg.

SERVVS actor, idem opinor qui diſpenſator: id eſt, cui pecuniæ domini exactio mandata eſt. Papin. l. 24. ff depoſiti. Centum nummos, quas hac die commendaſti mihi, adnumerante ſeruo Sticho actore, &c. Hot. Prat.

SERVVS artifex. Paul. l. vlt. de oper ſeruor. Cum inquit, de operis ſerui artificis agitur.

SERVVS diſpenſator, apud Alphenum in l. pen ff. de ſeru. corrup.

SERVVS fundus, qui ſeruitutem debet: liber, qui ab ea eſt immunis, Vlp. l.20.§.1. ff. de acqu. rer. dom. Si ſeruus fuit fundus, cum ſeruitutibus tranſit: ſi liber, vti fuit Item ſi quis igitur fundum dixerit liberum, quum traderet eum qui ſeruus ſit: nihil iuris ſeruituti fundi detrahit. Cic. pro leg. Agra Optimo iure ea ſunt profecto prædia quæ optima conditione ſunt, libera meliore ſunt, quam ſerua. Hot. Prat.

SERVVS fructuarius cogi poteſt vt operetur, l. ſed & ſicuti, ff. de vſufruct.

SERVVS fugitiuus proprie non dicitur, qui fugam tantum cogitauit, itaq. idipſum facere velle iactauerit: ſed qui reipſa à domino ſuo aufugerit: & qui huiuſmodi ſeruum vendiderit, ædilitij pœna teneri non debet. Tum enim vitium animi dicendū erit, quando effectu aliquo parere cœperit Quis autem fugitiuus dicatur, ampliſſime tradit Vlp. in l. quis ſit. ff. de ædil. edict. Brech. in l. fugitiuus, ff. de verb. & rer. ſig.

SERVVS hęreditarius. Quære. Hæreditarius ſeruus.

SERVVS integræ opinionis, qui cuſtodiendus non eſt, teſte Paulo. l. ſi à bonę princ. ff. de rei vind.

SERVVS mediaſtinus dicitur is, qui ad percipiendum laborem eſt idoneus. Huiuſmodi enim ſeruis infima tantum miniſteria & obuiæ quęque rerum domeſticarum functiones attribuuntur, ita vt ratio virium & corporis in eis habeatur potius, quam ingenij aut induſtrię. De hoc vide fuſius Connan. com. lib.2. c.2.n.

SERVVS ordinarius eſt, qui dominum agnoſcit, & prouinciæ alicui pręficitur: in cuius labores ſi alius fuerit ſuffectus atq. ſubrogatus, is ſeruus vicarius appellatur. Ferrar. Spieg. Exiſtimat autem Conn. lib.2. c.1. inde ordinarios ſeruos dictos eſſe, quod ordinem ſuum & locum tenebant, in re familiari domini non item vicarij, qui in peculio erant ordinariorum, vt ordinarium Ius vocamus ab eo differens, quod extra ordinem datur. Vicariorum vero nulla erat certa deſtinatáque miniſterij functio, ſed omnium etiam ordinariorum mandatis obſequi, & parere cogebantur. Peckius l. 1. §. in poteſtate n.2. ff. de exerc. act.

SERVVS originarius. Vide Originarij ſerui.

SERVVS peculiaris, pro Vicario, Scæuola l. 28. ff. de pecul. leg. Si Sticho manumiſſo peculium legatum ſit, & Titio ſeruus peculiaris: quantum peculio detractum erit ob id quod domino debetur, tantum ei accedere cui vicarius legatus eſt, Iulia. ait. Hotoman. Erant enim peculiares ſerui, qui peculio filiorum annumerantur. Apud Suetonium ſerui peculiares proprij ponuntur qui proprij ſunt alicuius. Seruorum enim Iulij Cæſaris peculiarium meminit, vbi ait, Cęſarem propoſuiſſe cor

monetæ publiciſque vectigalibus, Prat.

SERVVS pileatus is veteribus dicebatur, qui pileo tectus demonſtrabat ſe vænum dari expoſitum quidem, ſed cuius nomine emptori venditor nihil præſtaret. Qui vero ſerui ſub corona vænibant, iure belli captiui erant, coronis inſigniri, ad diſcrimen eorum pileatorum, qui ſine coronis vænibant. Bud. in annot. prior. Spieg. Prat.

SERVVS pœnæ efficitur, qui in metallum damnatur, & qui beſtiis ſubjicitur, §. pœnæ. Inſtit. quibus mod. ius pat. Vide paulò ante ſerui pœnæ.

SERVVS publicus, id eſt, tabellarius, apud Vlp. in l. non aliter, ff. de auctionibus, in l. ſi pupillus, ff. rem pup. ſal. fot. Spieg.

SERVVS publicus dicebatur quem ciuitas tabulis publicis præficiebat, vnde ſeruus ciuitatis appellatur in l. vlt. ff. Quod cujuſque vniuerſ. vide paulo ante ſerui publici.

SERVVS publicus lictor, appatitor. Cicer. Philip. 13. Quos Antonius deliciarum cauſa loris in conuiuio cædi jubebat à ſeruis publicis. Idem Verrina. 5. Cur hoc auctore non Romę ſerui publici ad vectigalia accedant? Loquitur Cicero de Venereis ſiculis apparitoribus. Hotom.

SERVVS receptitius etiam dicitur, qui vxoris proprius eſt: vt quem pecunia receperat, neque dixerat doti, ſed ſibi retinuerat. Lege item, Recipere ea mulier dicitur. Spieg.

SERVVS vrbanus is cenſetur, qui ex vrbanorum ſeruorum familia natus eſt, etiamſi dimiſſus fuerit in villam, vt ibidem nutriretur. Brechæus in l. is qui natus, tit. de verb. ſign. vide l. ſeruis vrbanis ff. de leg. 3.

SESCVNCIA, eſt vncia cum dimidia. Vlpian. de leg. præſtan. l. filium. Vt patris, inquit, dimidiæ quartam, id eſt dimidium totius aſſis ſeſcunciam retineat. Idem in l. Papin. §. quoniam autem. Proinde, inquit, etſi ſint ex duobus filiis nepotes, ex vno tres puta, pluresve, ex vno vnus: vnicum ſeſcuncia, vnum ex illis ſemiuncia querela excludit. Spieg.

SESQVI vocabulum, ſiue in appoſitione, ſiue in compoſitione inuentum fuerit, dimidio maius ſignificat: vt ſeſqui altera pars, id eſt, pars altera dimidio maior, quam prior. Spieg.

SESQVIPLVS id ſignificat, quod tantum cum dimidio vulgares dicunt.

SESSIMONIVM eſt templum & ſedes apud Vitruu. lib. 7. deduciturque à ſeſſu vel ſede ſeſſimonium, vt à merce mercimonium. Ita enim ſcribit; ſuſpectos habens in deorum ſeſſimonio, id eſt, in deorum ædificandis templis, & ſedibus ſtatuendis, ac ſeſſimonium dici videtur, vt ἕδος Græci Turneb. aduerſ. lib. 2. c. 3.

SESSIO, vocabulum eſt alluſionem habens ad concilia huius ætatis, ſpecioſiora ſcilicet, quàm religioſiora.

SESSIONVM dies dicuntur quibus prætor ſui copiam facit: quippe cum iis diebus, non de plano & æquo loco jus dicat: ſed de loco edito, & in curuli ſelle ſedens, decreta ſua interponat. apud Vlp in l. 2. §. dies, ff. quis ordo in poſſeſſ. Dies bonorum poſſeſſionis vtiles eſſe palam eſt, ſed non ſeſſionum numerandos ſi modo ea ſit bonorum poſſeſſio, quæ de plano peti potuit. Eſt & alius Vlpiani locus nimirum in l. 5. ff vt in poſſ. leg. vbi hoc verbum legitur, ſi credimus vetuſto exemplari, quod à Ianario profertur: ſex menſium, inquit, puto continuum tempus, non ſeſſionum computandum. Duarenus veteris exemplaris lectionem probat diſput. anniu. lib. 2. c. 16 Pandectæ Florentinæ tamen poſſeſſionem legunt, non ſeſſionem. Prat.

SESSINA Galli continuare poſſeſſionem dicunt, deducto verbo à ſeſſitando, hoc eſt, ſæpius ſedendo continuoque inſiſtendo, vide Alc. in l. in lege cenſoria, ff. de verb. ſign. Cyn. in l. ea leg. C. de cond. ob Cottaſ. 6 Miſcel. 13. n. 1.

SESTERTIVS nummus, duos aſſes cum ſemiſſe valebat: hinc dictus, quaſi ſemiſſe dempto de trib. De aſſe, & eius variatione vide Bud. & Nebr. in diſeſtertius nummus. Adde Connan. comm. lib. 2. c. 9. n. 8. & lib. 88. o. 10.

SESTERTIVS, & nummus idem apud veteres fuit. Denarius quatuor nummos valuit, ſeu mauis, quatuor ſeſtertios. At mille nummi, ſeſtertium vnum, neutri generis erat. Lege Alc. lib. 3. diſpunct. cap. 2. ſeſtertiorum autem nomine aurum non continetur. Spieg.

SESTERTIVS apud Romanos nummus erat, qui duos aſſes & ſemiſſem initio continebat, poteratque æſtimari decem Gallicis denariolis, quos appellant Turonenſes. Poſtea vero ſeſtertius æſtimatus fuit quatuor aſſibus, ſeſtertia autem numero plurali & in genere neutro enunciata continebant mille nos ſeſtertios. Itaque nihil intererat inter centum ſeſtertia, & centum millia ſeſtertium vtraque autem ſumma, ſi primam æſtimationem ſeſtertiorum expendas, complectebatur bis mille & quingentos aureos coronatos, vel certe quatuor millia coronatorum, ſi eam inſuetaris ſeſtertij nummi æſtimationem, quê à dictatura Qu. Fabij Maximi receptam, veriſimile eſt in vſu fuiſſe temporibus legis Papiæ. Porro vt à nummis ſeſtertiis, ad ſeſtertia tranſeundo, numerus millies multiplicatur: ita cum ad eam locutionem ventum eſt, quæ per aduerbia numeralia annunciatur, creſcunt ſeſtertia ſingula conduplicata, at ſi centum ſeſtertia dicam, intelligis centum millia ſeſtertium, ſi vbi centies ſeſtertium, dicitur, intelligendum eſt centies, centena ſeſtertia, ſiue centies centena millia ſeſtertium, vt annotaui Balduin. in comm. Inſt. de ſucceſſ. liberto. Vide & Cuiac. l. 10. obſ. 37.

SEV dictio eſt augmentatiua, tex. eſt ſingula. in l. ſi quis ita legauerit, ff. de aur. & arg. leg. quem pro ſing. commendat Ludou. ſing. 561. lego Titio, & repetit Franciſcus Crem. not. 56. lago digeſtum, & Dec. conſi. 69. viſis duobus conſiliis, in 4. col. poſt Bal. conſil. 442. verba ita dicunt. in 1. lib. & conſ. 218. ſtatuto ciuitatis, in 1. lib. & conſi. 466. quidam inſtituit. in l. 3. lib. & Alex. de Alex. Genial. lib. 2. c. 3. Cotta.

SEV dictio in dubio de proprietate ſermonis disjungit verba: ſed non ſenſum, ita concludit Corn. conſ. 28. in præſenti conſultatione, in 3. col. in 3. lib. & in conſi 198. in propoſita in vlt. colu. eod. lib. poſt Bart. in d. l. ſi quis ita.

SEV, particula disjunctiua, qua jungimus ea, quorum alterum, nõ vtrunque affirmamus. De qua Bar. in l. ſi quis ita, ff. de aur. & arg. leg. Alc. in enarrat. l. ſæpe ita compertum, de verb. ſign. vbi demonſtrat, ſeu, vim quoque ampliandi habere. Spieg.

SEVERISSIMA ſententia l. 1. §. origo, ſeueriſſimam vindictam exigere, l. 8. C. de precib. ſeueriſſimam vindicare, l. vlt. Cod. de crim. ſtellionat. & puniri. l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi priuat.

SEVERITAS juris, l. 6. C. de hæred. inſtituend. ſententię, l. 4. C. ex quib. cauſ. infam. Briſſ.

SEVERIOR ſententia & mitior opponuntur, l. 3. C. ex quib. cauſ. infam.

SEVERITER, idem quod ſeuerè, Gord. Imp. in l. ſequeritet. C. de excuſ. tut. ſeueriter, inquit, præſes prouinciæ exequetur. Prat.

SEVERVS, Auguſtus optimus maximuſque. princeps appellatur in l. qui ſolidum, §. eum poſt, ff. de legat. 2. & ſanctiſſimus Imperator in l. Titia, §. Lucius, ff. eod. tit.

SEVERVS plerumque Septimum Seuerum apud noſtros deſignat. Nonnunquam etiam Alexandrum, vt conſtat ex l. vere. §. 1 de minor. juncta l. 1. de noxal. act. Briſſ.

SEVERVS Valerius l. 1. §. quæſitum, ff. de aqua quotidiana.

SEVIRI hi erant, qui præerant equitum decuriis, quæ ſex erant, Rhamnenſes ſcilicet, Tarienſes, Luceres, primi ſecundique. Erant enim primi Luceres, & ſecundi, ac ſic quoque Tarienſes & Rhamnenſes geminati erant. Hinc in inſcriptionibus antiquis ſeuirum equitum Rom. ſe recepiſſe teſtatur Turneb. Aduerſa. lib. 11 c. 9. vt in hac Trib. mil. l. 7. gem. felic. 6. viro equit. Rom. turm. Prat.

SEXAGENARIOS exactores quoſdam appellatos, qui à collatoribus ſpecies annonarias ſuſcipiebant, tributaque exigebant. conſtat ex l. 1. C. de exactorib. tribut. in C. Th. & l. 2. de annot. & tribut. in C. Theod. Briſſ. Prat.

SEXAGENARIVS potens eſt, & virginem puellámve ducere poteſt, Gœdd. ad l. 28. n. 2. de verb. ſign.

SEXIS dies ſine vſuris credere, pro creditæ pecuniæ pecuniam, vt Glareanus exponit, ſoluere ſine vſuris, per ſex partes, ſiue ſolutiones, eleganter dixit Cæſ. Comment. lib. 3. Spieg.

SEXTANS quæ totius aſſis partes ſunt, hoc eſt quæ vnciæ nonnulli ſeſtans ſcribunt, vide Alexand. Genial. dier. primo. c. 2.

SEXTARTAS Quære, Medimnus.

SEXT. Pompon. gentis Pomponiæ clariſſimus fuit Iuriſconſultus, qui ſcripſit l. 2. ff. de orig. iur. quam legem commentatus eſt poſt Antonium Garronem Zaſius & Old. Hic Pomponius magno in honore fuit, ac floruit ſub imperio Alexandri optimi Principis.

SEXTVS Cæcilius, l. 8. ff. de donat. int. vir. & vxor. Briſſ.

SEXTVS, Pedius, l. 6. ff de reb. credit. Briſſ.

SEXVS virilis liberos, & maſculos liberos, ſiue maſculini ſexus nihil inter ſe differunt. Et vero verius eſt, ait Salomonius, nullo modo verbis virilis ſexus fœminas poſſe comprehendi; veluti ex contrario venire non poſſunt mares appellatione fœminini ſexus. Nam vt dicit Pompon. in l. ſi ita ſcriptum ſit, de leg. 2, exemplo peſſimum eſt, fœminino vocabulo etiam maſculos contineri. Spieg.

SEXVS maſculinus ſemper fœmininum continet, autor Iulian. in l. qui quos. de leg. 3.

S L.

SI dictione vti ſolent Iuriſconſulti in denotandis actionibus, exceptionibus & replicationibus: vt in l. 1. ff. de condit. trit. l. 2. §. illud, l. fundi, leg. exceptiones. 20. l. exceptio. l. 22. ff de excep. Cic. pro Roſc. ſi paret eum dare facere oportere: ſi pactum non ſit ſolutum: ſi traoſactum non ſit: ſi ob metum non ſit nata obligatio, ſi præjudicium fundo patrive ejus non fiat: ſi ſuus non ſit, &c. l. 2. l. 9 in fin. ff de except. rei jud. d. l. fundi. l. 4. §. item quæritur ſi, § Labeo etſi, §. ſi à Titio, §. metus cauſa, ff. de dol. mal. except. Cuiac. obſeru 34. lib. 5. Gœdd. in commen. ad leg. primam, n. 19. ff. de verb. ſign.

SI verbum actui neceſſario euentuo adjectum conditionem efficit, ſæpe tamen pro re ſubjecta cauſalis fit, ſiue confirmatione ponitur, veluti in l. videamus, 4. in prin. ff de in lit. jur. Vbi ſi pro quia poſitum inuenitur, cum Vlp. dicit: Et quidem ipſe pupillus

pupillus, ſi impubes eſt, non poteſt: Similis eſt locus in l. Titium & Mæuium 47. §. à matre datus. verſic. ſi manent res pupilli, vindicari, de adminiſt. tut. item in l. 3 ff. de leg. 2. l. qui Romæ 122. §. Aggerius vbi Donel. de verb. oblig. Verum cum ea ſignificatio propria non eſt, vt nec illa, quando ſi pro quatenus & autem accipitur, vt late Bart. in l. 1. num. 3. 4. 5. 6. de condit. demonſtr. & Gœdd. d. loc. nu. 17. Eſt quoque vbi hoc verbum pro non ponitur, leg. legato generaliter. in ſi ff. de leg. 1. ſi res. ff. de minor. Aliquando pro ſicut l. qua ratione. 9. 1. ff. de aequ. rer. dom. Quandoque pro an. l. 3 § 1. ff. de collat. bon. l. 9. §. 1. ff de edend. l. 3. §. idem Iulianus. ff. de lib. leg. l. 21. C. de vſufruct. leg. 13. C. commun. de leg. l. 10. C de adopt. & alias ſæpe. Vide Cuiac. 3. obſer. 37. in med. Quandoque admunitionis nota eſt l. muto §. ſub conditione & eo loci Albericus. ff. de tutel. Regulariter Conditionem facit ſubr. & l. à teſtatore. ff. de eund. & demonſtr. & toto fere tit. ex cauſa diuerſam. l. aliquando ff. ff. eudem. Prat.

Si, pro etiam ſi vel quamvis leg. ita demum. de recept. arbitr. Bri.

Si ai facere videtur, qui non operas ejus locauit, ſed quod opus conduxit expedit. Connan commen. lib. 4 c. 5. n. 10.

Si certum petatur, Notum omnibus eſſe non puto, quid certum in hoc tit. C. ſignificet Certum his mutuum eſt, quod peti, id eſt, repeti dicitur, nam à debitore mutuum repetimus, pro quo nobis datur conditio, id eſt, repetitio certi, hoc eſt, mutui, vt ſcribit Hegendorph. in Exegeſi Anch.

Si cœlum digito non tetigeris. Conditionem hanc impoſſibilem negatiuam noſtri doctores appellant, l. illa. de verb. oblig. cum teſte Alciato rectius neceſſariam conditionem dicerent, quæ pro pura habetur. Niſi forte de eo cœlo intelligant, de quo apud poetam oxymorum ridiculumque ænigma. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Tres pateat cœli ſpacium non amplius vlnas. Vide 18. cap. lib. 1. Parerg. Spieg. Gœdd. in comment. ad l. 2. n. 17. ff. de ver. ſig.

Si diis placet, ſermoni inſeritur, propter rei indignitatem, ſiue temeritatem, teſte Donato. Spieg.

Si eis pro quo Teren. in Adelph. ſit dixit. Donatus in eum locum Fac ſis Soſtrata. Sis honorifice additur verbo, ne quod imperatiuo modo pronuntiatur, ſuperbum ſit. Deductus eſt autem à Senatuſconſulti formula: vbi enim aliquid Senatus Conſu. lib. iniungit, addit, ſi eis videatur. Hæc Donatus. Hot. Prat.

Si ex teſtamento ad libertatem peruenerls, pro eo, ſi hæres te manumiſerit l. ſeruo manumiſſo ff. de cond. indeb. Spieg.

Si fecerit, ſi dederit, in conditionibus teſtamentariis plerumque hanc ſignificationem habent, Si per eum non ſtet, quominus det aut faciat. l. 23 ff. de cond. inſt. In ſtipulationibus quoq, hæc conditio. Si Pamphilum non dederis ſic plerunq; exauditur, ſi per te ſteterit quominus Pamphilum dares l. 115. ff. de ver. obl. Similique modo hæc conditio, Si Capitolium aſcenderit, ſic accipitur, ſi cum primum potuerit, Capitolium aſcenderit, l. 28. de cond. & demonſtr. Et ex diuerſo, Si Capitolium non aſcenderit, hanc recipit interpretationem, ſi, cum primum potuerit, Capitolium non aſcenderit. l. 17. §. 1. ff. de manum. teſta. Pari ratione talis conditio, Stichus, ſi eum hæres non manumiſerit liber eſto, hunc ſenſum habet, ſi cum primum potuerit, ſine magno incommodo ſuo manumittere, non manumiſerit. l. 20 io ſi. ff. de ſtatulib. Briſſ.

Si pateret. Verba erant olim judicij recuperatorij.

Si quid acciderit, abſolute prolatum, mortem ſignificat.

Si quis, tam maſculos quàm fœminas complectitur, vt videre eſt in l. prætor. §. hæc verba ff. de negot geſt. l. 8. § ait prætor. ff. de conſt. pecu. Et apud Plaut. in Vidularia: Dic mihi (inquit) ſi audes, quis ea eſt, quamvis ducere vxorem? Et apud Terent. in Eunucho: Hunc oculis ſuis noſtrorum nunquam vidit Phædaria Quæ quidem antiqua locutio eſt, & ἀρχαιϊσμὸς teſte Donatu & Ouidio:

Si quis in hoc artem populo non nouit amandi,
Me legat & lecto carmine, doctus amet.

Brech. in l. verbum. ſub tit. de ver. & rer. ſign.

Si quid in teſtamento, quod ante hoc tempus feci, legaui, cui dare volui, peto ab his, vti tertiam partem pecuniæ filiæ meæ reddant. l. libertis, § poſthumus. ff. de alimen. leg. Spieg.

Si ſciens fallo: Formula iuriſiurandi, quam Feſtus ſic exponit: Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbe arceq; bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Ad hunc morem alluſit Paulus in l. 26. ff. de iureiur. Qui iuraſſe dicitur, nihil refert, cuius ſexus ætatiſve ſit: ſic omni enim modo cuſtodiri debet iuſiurandum aduerſus eum, qui contentus eo, cum deferret, fuit. quamvis pupillus non videatur peierare, quia ſciens fallere non videatur. Huius eiſdem formulæ Polyb. lib. 2. mentionem facit; ſed & Cic. ad Treb. Quomodo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare, quum ſcias Iouem iratum eſſe nemini poſſe? Hotom. Prat.

Sic, pronon alio modo. Eſt enim particula demonſtratiua formæ & qualitatis: vt in l. Gallus. in prin. iuncta gl. ſuper verb. Si ſic eri voluit.

Sica ſignificat ferreum cultrum. Proprie vero dicebatur breuius gladius, eráque latronibus apta, doloni, non diſſimilis, vt refert Babilum. Inſt. de publ. iud. Huius appellatione telorum genus comprehenduntur Cicero pro Milone: Extorta eſt, inquit, conſtenti ſica de manibus illius.

Sicarius, qui telum quocunque animo occidendi hominem gerit. act. 21. Eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum ſicariorum. Horum pœna ex lege Cornelia fuit aquæ & ignis interdictio, cui poſt. a deportatio, & bonorum ademptio ſubrogata eſt. qua etiam hi ſic afficiuntur, qui gradus ſunt ſublimioris: ſequ. ntis gradus qui erant, capite puniebantur, id eſt, morte, humiliores vero etiam beſtiis obijciebantur, vide Vult. ad §. item lex Cornelia de ſicariis, 5. in 7. Inſt. publ. iud.

Sicarii. Suidas. [illegible] Cuiac. in Notis ſuis ad lib. 4. Inſt. tit. vlt. circa medium.

Sicaria retia l. 5 ff. de diuerſ. rerum.

Σίκλοις, ſalario Syriaca eſt. Bud. in l. 2. de his qui not. infam.

Sicilices, apud Ennium, ſunt haſtæ habentes ſpicula lata: Incedit, inquit [illegible] ex Ennio, miles vulgo ſicilibus latis. vide Turneb. 19. aduerſ.

Sicilicus, in l. 22 §. 2. ff. de annu. leg. eſt vnciæ pars quarta, interprete Voluſio Mæciano in lib. de aſſe. vide & Bud. lib. 2. de aſſe. Goth. ad § 2

Siclus, שקל, nomen ponderis, quaſi dicas librator: erat enim modus & regula omnium ponderum. Eſt autem prima diuiſione, Siclus aureus & argenteus. Et hic habebat viginti obolos & ſecundum Græcorum ponderationem, ponderabat tetradrachmum id eſt, quatuor drachmas: & ſecundum noſtrã monetam majorem valebat dimidiato Ioachimico. Et hic quoque erat duplex vulgarius, ſeu prophanus, & ſacer, ſeu ſanctuarij. qui aliquando erat juſtior & grauior Porro, quod ad Sicli dum moneta eſt, figuram retinet, in vna facie habebat arã, cum circumſcriptione שקל ישראל: in altera facie virgam Aaron, cum circumſcriptione קדוש ירושלים: Ieruſalem ſancta. Voluerunt autem duabus illis picturis, ara & virga, tanquam ſymbolo ſignificat ſacerdotio & regnum.

Sicubi, pro ſi alicubi, l. fin. §. ſicubi. C. de his qui ad eccleſ. confug. Spieg.

Sicut, ſicuti, ſimilitudinis aduerbia: tametſi interdum non res ſimiles, ſed diuerſas, & plane contrarias denotant: & particula Ita, in ſecundo membro ponitur, vt apud probatos autores. Quin & interpretes obſeruarunt, ea haud omnimodam ſimilitudinem perpetuo denotare: vt not. in l. ſi cum excepit, §. quatenus, ver. ſicut in interdicto ff. quod met. cauſ. l. cuſtodiam de peric. & com rei vend Spieg.

Sicut inſtructus eſt fundus. Quid hæc ſibi verba velint, exponunt in l. 8. C. de ver. ſig.

Sigillare, & ſigillum alicui rei opponere, & claudere ſignificat, vt apud Varron Contra, inquit, lex minus impia eſt, ne filij parentibus luce ſigillent oculos.

Sigilla in ædificiis fuiſſe legimus, l. 13. §. ſed ſi ædium, ff de vſufr. l. 41. §. pe. de leg. 1. l. 12. §. Papin ff. de inſtruct. vel inſtrum. l. 17. §. caſtella ff. de act. empt. l. 19. §. idem Celſus, ff. de aur. & arg. Et apud Plin. li. 36 c. 15. Pediculis argenteis adjuncta ſigilla, in l. 32. ff. de aur. & argen. Sigillum candelabro adjectum, in l. 23. §. ſi quis rei ſuæ, ff. de rei vindic. Et Patellæ adiecta ſigilla, apud Cic. 6. in Verr. Arnob. lib. 6 Briſſ. Prat.

Sigillaria, pro ſigillis deorum, & [illegible] etiam ſigilliola Arnob. li. 6. Abſtineris, ait, à riſu, cum prodiis immortalibus, ſigilliolis hominum formis ſupplicatis humanis, quinimo deos eſſe ſigillatim ipſa credidis, Tertul. in lib de Orat. Cum perinde faciant nationes adoratis ſigillarib. ſuis ridendo. Briſſ.

Sigillarii, vt antiquæ gl. teſtantur, ſunt, [illegible], l. circulatores, qui imagunculas quaſdã venundãt, quæ neruis quibuſdam & fidiculis mouentur, perinde ac ſi viuerent Et hoc ſenſu ſumpſit Tertull. li. de anima: Velut ſigillario, inquit, motus ſuperficiem intus agitante. Item aduerſus Valentinianos duobus locis. De his ſic Ariſtot. lib. de mundo: [illegible] Prat. & vide Cuiac. lib. 11. c. 30.

Sigillaria, vicus Romæ, in quo non ſigilla tãtum, ſed & libri, & lances, & aliæ id genus venales res exponebantur vnde in l. penult. §. paterfam. ff. de leg. 3. Sigillaribus emptæ lances Et apud Gell. lib. 2. cap. 3 ſigillariis emptus liber, qui etiam libros eo loci expoſitos aperte ſignificat, lib. 5 c. 4. Meminit & Sueton. in Neron. cap 28. Vnde etiam ſigillariorum celebritas quædam inſtar nundinarum Saturnaliorum diebus addita, quæ ſigilla deorum fictilia venalia proponi, & pueris emi, ſed & inuicem pro munere mittitari ſolebant, quemadmodum Macrob. li. 1. cap. 10. & c. 11. oſtendit Spartian. in Caracalla, quæ à parentibus gratia ſigillariorum acceperat, & vel clientibus vel magiſtris ſponte donarunt. Idem in Hadriano. Saturnalia & ſigillaria frequenter amicis inopinantibus miſit, & ipſe ab his libenter accepit. Sicque hoc verbum vſurpatur Sueton. De his ita Auſon. Ædiles plebij etiam, ædileſque curules ſacra ſigillorum numine dicta colunt: Alexander Neapolitan. lib. 3. Ge.

nial. dictum, c.4. Cuiac. 11. obſeru. 30. Brod. Miſcell. lib. 3. cap. 11. Briſſ. Prat.

SIGILLATIM, id eſt, per ſingulos exemplum in c. quia propter extr. de elect. vbi dicitur: aſſumantur tres de collegio: qui vota cunctorum ſecrete & ſigillatim diligenter exquirant. Io. Bellon. Etym.

SIGILLVM, parua ſtatua. Vlp. de Pand. inſtit. l. quæſitum. Sigilla, inquit, & ſtatuæ affixæ non continentur. Nobs. dicitur & quo quid conſignamus, vel obſignamus, & notamus *ein bitſchad oder handzeichen*. Si petam à te decem tenore chirographi tui ſigillo confirmati. Tu negas ſcripſiſſe te, vel inficiari, ſigillum: recte petam, vt edas ſigillum tuum, vel vt aliquid manu tua ſcribas, quod conferatur cum chirographo. Spieg.

SIGILLVM etiam publicum ſine ſubſcriptione fidem non facit. Molin. in conſuet. Pariſ. Rubr. de fundis. §. 5. num. 13. cum nihil per ſe loquatur, mutumque teſtimonium (quod nullum eſt) ſine ſubſcriptione, vel æquipollente habeatur. Gœdd. ad leg. 39. n. 3. de ver. ſign.

SIGLA vel ſinglę notæ ſunt, quibus vti librarij in ſcribendo ſolebant. Iuſtin. de compoſ. Eandem autem pœnam falſitatis conſtituimus, & aduerſus eos, qui in poſterũ leges noſtras per ſingulorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere. Omnia enim, i. & omnia pandectorum, & titulos, & librorum numeros per cõſequentias literarum volumus non per ſigla manifeſtari. Item in Græca conſt. αὐτοῖς τοῖνυν ἐπικειμένης τῆ ποινῆς ἐκ τῶν σημείων ποιῶν ἐν τῆ γραφῆ χρωμένων. ἅπερ σίγλας καλοῦσι. Id eſt, Eadem etiam pœna iis imminente, qui certis notis quas ſingulas vocant, in ſcribendo vtuntur. Hot. Got. ad l. 1. §. in ſchola excep torum. 12. C. de offic. præfect. præt. Afric.

SIGMA apud Lampridium in Heliogabalo menſæ genus eſt, quæ lunæ ſimilitudinem haberet, formamque preferret Σ literæ Græcæ: Crinitus lib. 19. c. 10 Idem affirmat Io. Bapt. in comm. Epiſt. Sidon. Apollin. ad Sigatium, lib. 2. hiſce verbis: Menſula ea potiſſimum figura adſabre læuigata & excauata, vti ſex caperet majori ex parte conuiuas, in ſimilitudinem elementi Græcanici implicationibus ſpiris incurua, non abſimili fortaſſe figura ab ea quam Lucian. in Lexiphane Delphinidem appellat. Sigma Varca Epigr. itidem numerat id 4. & 10. Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma, Octo capit, veniat quiſquis amicus erit Lampridius in Heliogabalo: Recenſet ſigma inuenibus eſſe ſtatum. Sigma vocitatum à literæ Græcæ ſimilitudine, quemadmodum zeta ſiue zetecula à ζ literæ figura, & ſi ſint, qui ἀπὸ τοῦ ζῆν hoc eſt, viuere, deflectant.

SIGNA ſigilla, & ſignacula idem valent. l. 1. §. ſi pecunia ff. depoſiti. l. 12. §. penultim. ff. locat. l. 1. in fin. l. 2. §. ſi dubitetur. l. 4. ff. de teſtam. quemadmodum aper. Briſſ.

SIGNA autem anulis σφραγῖσμα habentibus impreſſa accipimus in re teſtamentaria. l. 22. § ſignum autem, ff. qui teſta. fac. l. 13. ff. de iniuſto rupt. §1 Inſt. de teſtam. Sunt & ſigna, in Auth. quod ſine. C. teſta. σύμβολα τῆ ἀριθμοῦ: nam male Bulgarus & alij hanc dictionem ad liberorum nomina retulit: niſi dicamus, per ſigna eum ſigla intellexiſſe ea in re: & rurſus σύμβολα, vbi de numeris loquitur. Prat.

SIGNACVLVM, in l. hac conſultiſſima. Cod. de teſtam. ſignificat ſignum ad notam impreſſam, poteſt tamen aliquid eſſe ſignum, quod non ſit ſignaculum: vt ſtatua ſignum eſt, at anuli affixum ſyngraphæ, ſignaculum Græcis σφραγίς. Spieg.

SIGNA luctus hæc ponuntur in l. 15. §. hæc autem ff. de iniur. Vt ſi lugubri & ſqualida veſte vtatur, & eo habitu ſequatur nos aſſidue, vt apud Senecam proponitur 30. controu. lib. 6. vel ſi publice lugeat cõditionem noſtram, qui rei iudicio delati ſimus. Idem ſi demittat barbam, ſubmittatve capillos, id eſt, ſi non tondeat, quod etiam luctus & mœroris fuiſſe ſignum, idem Seneca eodem declarat loco Barba, inquit, de miſſa ſordidatus ad vos veni. vide Cuiac. lib. 6. obſer. 5.

SIGNARE quid eſt, niſi proprium aliquid ponere. Hoc eſt enim ſignare, imponere aliquid, quod non confundatur cum cæteris, ſignare, eſt ſignum rei ponere. Cuicunque rei ponis ſignum ideo ponis ſignum, ne confuſa cum aliis, à te non poſſis agnoſci: author D. Auguſt. tractat. 53. in Ioan. Spieg.

SIGNARE, eſt ſigillo obfirmare. Vlpian. in l. videamus §. qui vinum. ff. locati. Qui vinum (inquit) de Campania tranſportandum conduxiſſet, deinde mora à quodam controuerſia, ſignatum ſuo & alterius ſigillo, in apothecam depoſuiſſet, ex locato tenetur, vt locatori poſſeſſionem vini ſine controuerſia reddat: niſi culpa conductor careret. Sed & Saluſtius in Catilin. ſigna pro ſigillis vſurpauit. Igitur (inquit) perlectis literis, quam prius omnes ſigna ſua cognouiſſent, ſenatus decreuit, vti abdicato magiſtratu Lentulus, itemque cæteri in liberis cuſtodiis haberentur. Signa ſua ſigilla intellexit: vnde obſignare, quod Græci ἐπισφραγίζειν, & ἀποσφραγίζεσθαι ſigillo) eſt impreſſo aliquid occludere. Martianus in l. diuus Adrianus. ff. de cuſtod. & exhib. reor. Brech. in l. ſubſignatum, ff. de verb. & rer. ſignific.

SIGNARE & ſubſcribere differunt. Illud anullo, hoc calamo perficitur. Gothof. ad l. 21. in princ. C. de teſtamentis.

SIGNATÆ tabulæ teſtamenti in edicto prætoris accipiuntur, quę ſeptem teſtium ſignis ſignatæ ſunt, l. vlt. ff. de ſecund. tab. Nec ſignatæ videntur ſi earum linum, quod ligatæ erant à teſtatore ipſo inciſum eſt. l. 1. §. pen. eod. tit. Harum obſignandi molem ſic expreſſit Paul. lib. 5. ſent. titul. ad teſtam. Ampliſſimus ordo decreuit eas tabulas, quæ publici vel priuati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignari, vt in ſummam marginis ad mediam partem perforatę, triplici lino conſtringantur, atque impoſitum ſupra linum ceræ ſigna imprimantur, vt exteriores ſcripturæ fidem interiori ſeruent. Sic & in l. 12. ff. de iniuſto rupt. ſignatum teſtamentum accipimus. Signata ciſta in l. 1. §. ſi ciſta. ff. de leg. commiſſ. teſtium ſignis obſignata. Sic & ſignata domus, in l. 1. §. pen. ff. de vent. in poſſ. mitt. l. 50. ff. de iniur. Briſſ. Prat.

SIGNA præterea vexilla militaria ſunt, leg. 2. §. initium. ff. de ord. iur. l. penult. ff. ex quibus cauſ. maior. l. 3. §. vltim. ff. de teſtibus, Briſſ. Prat.

SIGNA Romani, auctore Vegetio lib. de re militari ſecundo tria habebant. Aquilam, Dracones & Vexilla, Aquila totius legionis ſignum eſt, quam portat æqualiter. Dracones ſunt ſingularium cohortium. Legio enim in decem cohortes diuiditur. quos, qui ferunt, Draconarij dicuntur. Cohortes verò in centurias diuidebant, ſingulis centurijs ſuum erat Vexillum, in ſingulis vexillis notatum erat, ex quota cohorte, quota centuria eſſet, ne qui milites à ſigno aberrarent, quod & Dion. li. 41. declarat.

SIGNATORES, teſtes ad teſtamenti, nuptiarum, vel cuiuſcunque alterius negotij tabulas anulis ſuis obſignandas adhibiti, appellantur. l. 22. ff. de teſtibus l. 3. §. hoc interdictum. ff. de tabul. exhib. l. 32. in fi. ff. de fort. Curent magiſtratus cuiuſque loci teſtari volentibus, & ſeipſos & alios teſtes, vel ſignatores præbere: quo facilius negotia explicentur, & probatio rerum ſalua ſit, ſic in l. 32. in fin. ff. ad l. Aquil. l. 4. l. 6. l. 7. de teſta. quemadmod. aper. Saluſt. in Coniurat. Catilin. Ex illis teſtes ſignatoreſque falſos commendare. Suet. in Auguſto, cap. 33. Et cum de falſo teſtamento agerent, omneſque ſignatores lege Cornelia tenerentur, &c. Valer. lib. 7. c. 7. In eo Tullianus Pompei magni familiaris ipſo Pompeio ſignatore heres ſcriptus ſic apud Tacitum: Adhibitis, inquit qui obſignarent, velut ſuſcipiendorum liberorum cauſa conueniſſe. Prat.

SIGNATORES etiam appellantur in l. vlt. ff. de leg. commiſſoria. qui ſacculum pecuniæ ſignis ſuis obſignatum. Briſſ.

SIGNATORIVS anulus Vopiſco dicitur ſigillaricus, vt refert Cuiac. 14. obſer. 11. circa fi.

SIGNATORIO anulo teſtamenta claudebantur, l. ad teſtamentũ. D. de teſtam. En vtimur, vt ſignum imprimamus l. ad teſtium. § pen. eo tit. proprie à noſtris appellatus. *Ein Bitſchad*, quaſi à damno preſeruatio. Ornamenti autem nomine eum contineri. Paul. negat. vide Gœdd. in comm. ad l. ſignatorius. 74. n. 2. 3. D. de ver. ſig. gl. ſub. fin. c. vnic. Clem. de iureiurando refert, quod ſigillum, vt ait, magnum à bulla aurea differt. Spieg.

SIGNATVM autem vide Aurum ſignatum.

SIGNATVS Vlp. l. ad teſtium. de reb. eorum qui ſub tut. ſignatas tabulas accipi oportet, & ſi lineo, quo tabulæ inuolutę ſunt ſigna impreſſa ſunt ſignatum pro inſigni, apud veteres legitur, vt, ſignata virgo. vide Non.

SIGNIFICARE, pro ſignific. Metian. in l. 66. §. 3. D. ad SC. Treb. Nam ſi auditus capaces ſint, vel interrogati nutu poſſint ſignificare, velle ſe periculo ſuo hæreditatem adire. Prat. ex Hot.

SIGNIFICARE, id eſt, quod rei ipſius eſſentiam, veluti picta quadam in tabella ἐναργῶς exprimit & ponit ob oculos: hoc Græci σημαίνειν, καὶ παρασημαίνειν, & παρασημαντικὸν, ſignificatiuum, ῥῆμά ἐστι μέρος λόγου χωρὶς διαφόρων παρασημαντικόν ſignificatiuũ, vt ῥῆμά ἐστι μέρος λόγου χωρὶς διαφόρων παρασημαντικόν, i. e. verbũ eſt pars orationis cum actione etiam temporum ſignificatius: ſignificare igitur eſt rem, de qua quæſtio eſt, repræſentare, ſed id quidem variis modis, Nam modo ſtrictius, modo latius, nũc proprie, nunc autem improprie, & καταχρηστικῶς res ipſa ſignificatur, ac ſecundum ſubiectam materiam: vt in l. ſi cert. pet. Felin. cap. 1. de ſumma Trin. Iam vero quandocunque de verbi ſignificatione inter Iureconſultos agitur, de propria ſolet intelligi, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe deprehendamus. Vt ſi Titius veſtem legauerit, de veſte nondum texta ſenſiſſe, non putandum eſt, niſi quoque non textum nuncupatis, & expreſſis verbis adiecerit, &c. Eſt etiam ſignificare, aliquando indicare & prædicare aliquid venturum, vt cum dicimus de ſignis pluuiam, vel Ventos, vel quid aliud ſignificantibus. Cic. in Orat. pro Sext. Roſc. Amer. Anſeribus (inquit) cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio, vt ſignificent, ſi fures venerint, & ſi fures internoſcere non poſſunt, ſignificant tamen, &c. Brechæ. in l. cum omne ius. D. de verbor. & rerum ſignificat.

SIGNIFICATIO. in rubr. D. de verb. ſig nihil aliud eſt, quam certa ſenſus demonſtratio, qua quælibet res dictionis attributione ab intellectu ſumpta ἐναργῶς exprimitur: vel breuius: Significatio, eſt propria & verus verborum rerumque intellectus, quo quælibet res tanquam in picta tabella oculis quaſi ſubiicitur & declaratur, pro ea, quæ not. Bald. ad rub. C. de verbor. ſign. &

Digitized by Google

ſing. Ruger. in tract. de iur. interpr. q. 2. in prin. n. 1. vide Gœdd. in comment. ad rubr. ff. de verb. ſign. n. 9.

Significatio. Marcellus: Non aliter, inquit, à ſignificatione verborum recedi oportet, quam cum manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem. Vide Alciatum ſuper rub. de verb. ſign. quam quos eadem de re libros plane aureos ſcripſit. Spieg.

Signinum riuum lapideum interpretatur Vlp. in l. 1. §. vlt. ff de riuis, Plin. lib 35. c. 12. ſigninum ex teſtis ruſis fieri calce addita ſcribit. Vitr. vero lib. 8 cap vlt. ſignina opera ita fieri tradit: Primum harenam puriſſimam aſperrimamque parari, cementum de ſilice frangi, calcem quoq; quam vehementiſſime mortario miſceri, ita vt quinque partes harenæ ad duas calcis reſpondeant, mortarioq; cementum addi. Front. lib. de aquæductib. Concipiuntur ergo via Collatia ad miliarum octauum paluſtribus locis ſignino circumjecto, continendarum ſcaturiginum cauſa. Ex quibus apparet, ſigninum riuum teſtaceum & cementitium potius quam lapideum interpretandum eſſe. Ideoq; Briſſonius ſuperiorem interpretationem à Triboniano, non ab Vlpiano venire ſuſpicatus, ſunt tamen, qui in illo Vlpiani loco legendum ſiliceum contendant, pro ſigninum ad euitandum antinomiam, quæ oriri poſſet ex leg. ſerui §. 1. ff. eo.

Signinam fabricam etiam Boethius in Top. Cic. dixit. Et ſigninum alueum aquæductus Caſſiod. lib. 5. Var. Epiſt. ad vniuerſos poſſeſſores. Briſſ. Prat. Goth. ad l. 1. §. 10. ff de riuis.

Signinum, Signina Campaniæ vrbs, nota vini auſteritate. Vnde vinum Signinum Martiali.

Signum, quo quid fidei cauſa obſignamus, quod ſigillum certum eſſe volumus. Dicitur & apud IC. in l. 3. h. hoc interdictum, de tab. exhib. Spieg. Vel.

Signum eſt res præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid obiiciens ex ſe in cognitionem venire, c. ſignum, da conſecrat. diſtinct. 5. Et ſignare, & ſignum imprimere, vt ſupra exemplum eſt in §. poſſunt. Inſt. de teſtam. ordin. Vbi dicitur: Poſſunt omnes teſtes vno anulo ſignare teſtamentum, & ſignatorius annulus eſt, qui ſignat, ſeu quo ad ſignum vtimur: vt in l ſignatorius annulus ff. de verb. ſig. & ſignificatio rerum dicitur demonſtratio, vt in tit. prædict. Io. Bellon. Etymol.

Silani, vel ſyluani: vide ſup. ſalientes.

Silentiarii, qui audientiam faciunt, murmur voce compeſcunt & cohibent, quorum ſchola in aula Conſtantinopolitana erat, vt ex Niceph. lib. 16. c. 24. apparet. De his ſilentiariis ſacri palatij viris ſpectabilibus meminit l. vlt. C. de excuſ. tut. l. 30. §. vlt. ff. de inoffic. teſtam. Conſtant. de adminiſtr. Imper. διὰ τ̃ βέλον ὑπὸ τ̃ σιλεντιαρίων συγχύσαν. Hos intellexit Claudianus, dum ait: ſacroque adhibere ſilentia ſummo. Ambr. in orat. de morte Valent. Veſperi profectus eſt ſilentiarius, tertio de mane quærebat, iamne remutaſſet. At apud Saluian. Maſſi. lib. 4. de vero Dei iudicio, cum ait, Pauerit quippe auctores pauerit ſilentiarios, pauerit procuratores, ſilentiarij accipiuntur. qui in familia cæterorum ſeruorum murmur cohibebant, vt Seneca quadam Epiſtola probat, ſed & Procop. lib. 2. de bello Perſien Imperatorum ad ea, quæ ſunt quietis, miniſtros ſilentiarios vocari ſcribit. Erant autem ſilentiarij ſub decurionibus: vt videre eſt l. 3. in fin. C. de ſilent qui alias ſacri conſiſtorij decuriones dicuntur, vt C. Theod. l. 1. 6. & vlt, iam d. tit. & alias ſacri palatij, vt l. 1. C. eod. Prat.

Silentiarii (vt inquit Procop.) miniſtri ſunt ad ea, quæ ſilentij, quietiſque ſunt interiores in principis domo, arcanorum principis conſcij, quique ſilendis, & arcanis principis conſiliis intereſſe ſolent. Quidam eos auricularios appellant. Et horum prærogatiuas recenſet potiſſimum l. 3. C. de ſilentiar. & decu. lib. 12.

Silentio conueniſſe videtur, i. e. tacito conſenſu, qui ex ſilentio præſumitur, vbi quis contradicendo actum impedire poteſt: 52. ff. locati, ſic ſilentio comprobare. Paulus lib. 1. ſent. tit. Briſſ.

Silentium, id eſt, præteritio, in l. 10. C. de teſtam. milit.

Silentium longum, in l. 3. C. ſi maior. fact. alien. rat. interpretatur ibi Gothofr. quinquennium.

Silentium, pro taciturnitate, l. 27. § famil. erciſc.

Silentium, pro interdictione aduocationis l. 8. de poſtulando.

Silicernium Latini dicebant, quod Græci περίδειπνον & νεκρόδειπνον: diciturque ſilicernium, cum poſt parentationes circumpotationes fiebant, ſeu funebre conuiuium. Brech. in l. cum in teſtamento, ff. de verb. & res. ſign. Ex ſilicernij quidem vetuerbium hoc videtur liber gloſſematorum antiquus adferre, quod in ea nullo lumine accenſo ſilentes tantum vmbræ cernantur, his verbis: Silicernium, περίδειπνον λύχνων χωρὶς ἐν ᾧ ſιωπῇ οἱ ζῶντες... Cuiac. obſ. lib. 11. c. 21. Gothofr. ad l. funeris, 37. ff. de relig. & ſumpt. fun.

Silicarii, Lege Zoxeni.

Siliginarius, cuſtos ſiliginis, diſpenſator ac diſtributor. Vlp. de furt. l. ſi quis vxori, ſi ſiliginario, inquit, quis dixerit, vt qui nomine eius ſiliginem potuiſſet Nebriſſ. Adde Forcat. in penu. iur. ciu. 6. Prat. Hot.

Siligo, frumenti genus optimi, de quo Plin. lib. 18. c. 8. Iulian. l. 30. ff. de neg. geſt. Quendam ad ſiliginem emendam decreto ordinis curatorem conſtitutum. Prat. ex Hot.

Siliqua erat primum & minimum pondus apud Romanos: De ſiliquis fit mentio in Auth. ſed hodie C. de epiſc. & cleric. Io. Bell. Etym. Vide fuſe Cuiac. 16. obſ. 23.

Siliquaticum eſt mercatorum onus, quod in nundinis exigitur ob venditionem proponendam, vt teſtatur Caſſiod. lib. 4. Idem lib. 5. Qui ita, inquit, commercium negotiationis exerceat, quatenus nec monopolij, nec ſiliquatici, nec auaritiæ aliquid penſionis impendat, Græci χρυσάργυρον appellant. Prat. Cujac. ſuper Rubr. de luſtralis auri collatione. C. lib. 11.

Silanianum Senatuſconſultum ad quæſtionem familiæ pertinebat. Quibus temporibus factum ſit, ex P. Fabro Cuiacius docuit lib. 1 obſ. c 18.

Siluani quid ſint, vide ſup. in verbo, Salientes.

Σημάντωρ, ſignator, ſignificator, à σημαίνω, ſigno, ſignifico, quod eſt tertium principis vocabulum, ex quibus principis proprietates colliges. Supremus eſt, ad quem vt omnia referuntur, ita ſubditorum curam omitteretur minime quidem debet. Rex eſt qui regere & cuncta corrigere debet. Signator vero & ſignificator eſt: legibus ergo ſuis ſignificare debet, quid agendum, & à quo abſtinendum, quod vbi fiet, beata erit Reſpublica. Druſæus in Method. iur.

Similia dicuntur, ſi ſpectatur Etymologia, quaſi ſimul ea, vel eadem, ſimilitudo à Græcis vocatur ὁμοιότης, conuenientia.

Similia dicuntur quadrifariam. Primo, quo ad ſpeciem, habitudines, diſpoſitiones corporeas: vt duæ mulieres forma, habitu, & nota pulchritudinis ſimiles, vel homines duo: quales ſcripſit Valer. lib. 9. tit. de ſimilitud formæ. Secundo, Similia quædam dicuntur, quo ad naturales potentias, vt quando duo vel plures habent eandem vim loquendi, ambulandi, videndi, docendi, & agendi ferij nonnihil operis. Tertio, Similia quædam dicuntur, quo ad ſtaturam, fortunam, conditionis euentum, quo ad corporis effigiem, & lineamenta. Quarto denique Similia quædam dicuntur, quoad paſſionem, vt ligna diuerſæ ſpeciei, quando comburuntur quercus & laurus, ſimiles emittunt flammas, & carbones relinquunt, duo latrones, quando ſuſpendio finiunt vitam, dicuntur ſimili plecti ſupplicio. Tabor. in topico militiæ fur. & legal. diſcipl.

Similia exiſtimanda ſunt: cum vtrinque eadem eſt æquitatis ratio (quod variis conſtitutionibus docebimur) ex quo argumentum à ſimili duci debet: cuius rei nomine varij Topica legalia ſcripſere. Argumento autem à ſimili quando locus ſit, docet ICtus in l. non poſſunt omnes, ff. de legib. nec vllum frequentius habent Iuriſperiti argumento à ſimili. Similium, parium, & comparatorum tractationem ſibi conſcribere debet juris ſtudioſiſſimus quiſque. Prat.

Similia non ſunt eadem, l. quod Nerua, ff. depoſ. ſed quorum qualitas eſt vna: at quorum eadem eſt ſubſtantia, eadem dicuntur, iuxta Bald. in l. neque leges, ff. de legibus, l. ea quæ, C. de condict. indeb. Quæ origine ſunt diuerſa, eadem non ſunt, ait. Salomon. l. Gallus ff. de lib. & poſthum. Prat.

Similia in diuerſis perſonis, cauſis vel rebus cenſentur illa, quæ habent vnam & quaſi eandem perſonam. Bald. in comm. ad l. de quibus, col. 15. verſi. viſo de cauſis, ff. de legib.

Similia non ſunt, ſi plures inueniuntur differentiæ, quam conſonantiæ, Bald. in l. 1. in 2. notab. & ibi. Iaſ. in 3. col. C. de iur. emphyt. Feli. in c. capitulum, col. 2. ibi. nullum ſimile, extr. de reſer.

Simila, cuius meminit diuus Hieron. in c. gloria. 12. q conficit hoc modo, tradit Cotta: Frumentum factum, eit, in fruſta, vel mollitum groſſe in aqua, in diuerſas ſubſtantias diuiditur, per cribra extrahitur furfur, & farina ſubtiliſſima, quæ pollina dicitur: poſtea remanet ſimila, quæ diuiditur in groſſam, ſubtilem, & mediocrem: de pollina fit panis papalis, de ſubtiliori ſimila fit etiam panis, de reſiduis duabus fiunt pultes, & alia cibaria. Plin. lib. 18. ſcribit, Africum triticum præſtantiſſimum fuiſſe: ex cuius farina primam ſimilagn. quæ & ſimila dicitur. Cribro tenuiſſimo & pollino, cernebatur, ita vt ex polline reſtaure ſecundariam veluti ſimilam eliceeent, & craſſiorem rurſus pollinem à furfuribus laxiorem in cerniculo ſecernerent. Celſus lib. 2. c. 17. Et tritico, inquit, firmiſſima ſiligo, deinde ſimila, &c. In Geneſi quoque legitur: Accelere, tria ſata ſimile commiſce & fac ſubcinericios panes Cotta.

Simili modo, pro ſimiliter, l. 6. §. ſimiul. & §. ſeq ff. quæ in fraud. credit.

Similitudo Ariſtoteli eſt vnitas qualitatum, quod teſte Salom. aperte liquet in l. qui liberis, ff. de vulg & pup Ioan Andr. in c. non poteſt de præb. in 6. ſimilitudo eſt rerum inter ſe differentium comparatio.

Similitudo autem duplex eſt. Aut enim ex pluribus rebus, ſimilitudo colligitur: vt tutor fidem præſtare debet, ſi ſocius, ſi mandatarius, debent procurator. Aut vna res vni rei cõparatur, Cic. ad Trebat. ſi ædes exeſa corruunt, vitium ve faciunt, quarũ vſusfructus legatus eſt: hæres reſtituere non debet, nec reficere. Non magis quam ſeruum reſtituere, ſi is cuius vſusfructus legatus eſſe, deperiſſet, l. qui vſumfructum, contra, & l. hactenus ff. de vſufr. l. repeti. §. pen. & l. ſi ager. ff quib. mod. vſusfr. amit. Vide etiam l. amplius, ff. de damno. infect Oldend. Prat.

Digitized by Google

SIMILITVDO non procedit, ſi forte monſtrari poſſit, illud, quod confertur, diuerſum eſſe genere, natura, vi, magnitudine, loco, tempore, perſona, opinione, aut aliis rationibus, tum enim frigidum ſtatim & eneruе ſit argumentum. Quapropter ad probandum non ita crebro, ad explanandum illuſtrandumque frequenter adhibenda eſt ſimilium collatio. Quia mirum in modum inſtruit & quandam rei imaginem ſubiicit animo. Eſt igitur probatio à ſimili, quoties Iuriſconſulti, vel noſtræ ætatis interpretes vtuntur, his verbis Argumento l. t. facit. l. s. accedit l. 3. aut his ſimilibus, ſic Africa. l. ſeruum filij, §. eum qui chirographum ff. de l. t. Argumentu eſt, inquit, venditio, Sehard. ex Prat.

SIMONIA (quam Latini ambitum vocant, ſiquidem ſimonia Latinum non eſt) dicitur, quando quis vult dare aut accipere dona Dei, data aut accepta pecunia. Cuiuſce rei pulcherrimum habemus exemplum in Actis Apoſtolorum de Simone magno Samaritano, homine nefario, à quo vulgares ſimoniam ipſam vocant. Hinc tit. lib 5. Decret. eſt de ſimonia, ſimonia an iure ciuili ſit licita, diſſerit Bartolus in l. 1. ff. ad legem Iul. de ambitu. & l. iſte autem ff. de hæred. inſt. Prat.

SIMONIAM definit Goffredus in ſumma, vt ſit ſtudioſa cupiditas emendi, vendendi ſpiritualia, vel his annexa, tot. tit. de ſimon. in antiq. & 6. extra. vel & generalius, eſt crimen eccleſiaſticum, quod ſapit hæreſin. c. altare 1. q 3. Prat. Porro ſimoniæ pœna ex iure canonum varia eſt. Primum enim is, qui dedit deponitur, & ſacerdotij honore priuatur, c. qui alium c. ſicut. inſinuatum, de ſimon. Eademque eſt pœna eius, qui accipit. c. de hoc autem, c. ea quæ eod Interdum accipiens ad tempus excommunicatur, vel alia pœna pro arbitrio iudicis ponitur, c. quicquid. 1. q. 1. ſed & is, cui jus aliquod propter ſimoniam remittitur, ad tempus punitur, c. ſi quis ordinauerit, de ſimon. item feritur anathemate, c. reperiuntur. 1 q 1. Item interdum damnatur, c. ſi quis neque, 1. qu. 1. & monachus ſimoniacus de vno monaſterio transfertur in aliud. c. de regularibus, c. dilectus, c. quoniam. de ſimon. Item reſtituere cogitur. quod accipit, c. ſi quis dator. 1. qu. 1. & interdum eius duplum, c. audiuimus, de ſimon. ſed ex eo tempore, quo in ciuilibus magiſtratus & honores, & in Eccleſiaſticis officia atque alia venalia eſſe cœperunt, ſummo Reipub. incommodo, de ambitu & ſimonia quæſtiones aut nullæ ſunt, aut rariores, vt quæ ſunt crimina jure, ex vſu pro criminibus non habeantur, quam bene viderint, illi, quorum eſt diſciplinam conſtituere, honeſtatem tueri, & abuſu ſublato vſum rerum reſtituere, Vult. ad §. final. n. 7. Iuſtit. de publicis iudiciis.

SIMPLA & ſimplum idem ſunt. nam ſimpla promitti. & de ſimpla caueri dicebantur, cum ob euictionem ſimplum rei pretium promittebatur, l. 5 §. fin. 56 l. 60. ff. de euict. l. 17 ff. de inſtitor. Varro lib 2. de re ruſt. c. 10. Cautio debet de euictione ſimpli. ei quanti ea res ſit. Inde quæ cautio ſimplæ dicitur, in l. 56. ff. de donat. inter vir. & vxor. eadem ſtipulatio ſimplæ vocatur in l. 11, in fin. l. 57. ff de euiction. Actio autem de euictione interdum ſimpli, interdum dupli erat: ſimpli erat, cum dictum non erat, quantum ob eam rem præſtare emptorem oportet, vel cum ea, quę empto fundo acceſſerant, euincebantur, l. 16. & l. 60. ff. de euictionibus, Dupli vero erat rebus pretioſis vel mancipiis venditis. Briſſ Prat. Hinc.

SIMPLAM & duplam à Iurec. dicitur genere fœminino, l. 5. ff. de iure fiſc. ſed triplum & quadruplum duntaxat neutro genere. Briſſon.

SIMPLARIÆ venditiones (vt in l. ſi tamen §. vlt. ff. de ædil. edic.) ſunt, ex quibus actio ſimpli ob euictionem datur, vel pro quibus neceſſe venditor non habet, de dupla emptori repromittere. quarum meminit. Vlp. in l. emptori ff. de euictionibus. Ita enim ſimplarię venditiones à Pomponio dicuntur, ſicut, ſimplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in ſimplum, duplum, quadruplum dabantur. Itidem ſimplariæ res dictæ ſunt ab antiquis, quæ nullius prope pretij eſſent, pro quibus ſcilicet in ſimplum tantum venditori cautio debere. tur.

SIMPLARIÆ res idem ſignificant, quod res poſulentæ & eſculentæ, vt ex libello Fulgentij de priſco ſermone ſuſpicari licet, In eo enim ſic ſcriptum eſt Simplones dicuntur conuiuę, nam & amicus ſponſi, qui cum eo per conuiuia ambulat, ſimplator dicitur. Hæc Fulgentius, tam ſimplaria, quam ſimplatores à ſimplonibus poſſe deriuari, non obſcure demonſtrans. Rauardus in ſuo comment. ad tit. Pand. de diuerſ. reg. iur. l. 145.

SIMPLEX, alias eſt nomen numerale, vt ſimplex, duplex, triplex quadruplex. Vnde ſimplum, duplum, triplum, quadruplum Old. Prat. Alias ſumitur pro puro miniméque compoſito. Inde dicimus ſimpliciter aliquid fieri, ad differentiam eius, quod fit ſolenniter. Old. Alias denique dicitur pro vero, ſyncero, aperto, quod nullis conſtat affectatis plicis. Cic. Acad. q lib. 4. Cum ſimplici homine ſimpliciter agerem. Hoc ſenſu dicitur. Veritatis amica ſimplicitas, l. Gallus. § quidam recte, ff. de liber. & poſthum. l 1. in prin. ff. de vulg & pupil. ſubſtit. l. 1. C. vt ſe ab hæred abſtin. c. 1. de ſumma Trinit. c. paſtoribus, de judiciis c. veritatis, de jurejurando, 4. q. 9. pura. Ex diuerſo, duplex pro fallaci, quod ex fraude & dolo complicatum ſit. Inde duplices homines dicimus Verſipelles. Old Prat.

SIMPLEX donatio, pro mera, in leg. 21. § ſi pater, ff. famil. erciſc. Briſſ. Prat.

SIMPLEX actio, quæ in ſimplum datur, l. 3. C. vi bonorum rapt.

SIMPLEX mors dicitur à Iuſtino lib. 44. & Quintil. in declam. 6 corporis proiecti, quæ alibi ſua mors & naturalis dicitur. Br.

SIMPLEX juſſio, quæ fit ſine cauſę cognitione, l. vlt. §. ff. quod met. cauſ. Briſſ Prat.

SIMPLEX poſtulatio, l. 1. C. de lit. contreſtat. & ſubſtitutio, quæ in vnum duntaxat caſum concipitur, leg. 1. ff. de vulgar. & pupil. Briſſ. Prat.

SIMPLEX exemplum eſt, quod vulgo copia dicitur, & nonnunquam ſufficit. l. exempla, ff. de edend Spieg.

SIMPLICES anni, primi, & qui ſimplici numero efferuntur, nempe vſque ad decimum.

SIMPLICES fugitiui, qui nondum pro liberis ſe geſſerunt, l. 2. ff. de fugitiu. Briſſ. Prat.

SIMPLICIA interdicta, in quibus alter actor, alter reus eſt, §. tertia diuiſio. Inſt. de interd. Qualia ſunt interdicta exhibitoria, & omnia prohibitoria de arboribus cædendis, & de itinere actumque, l. 2 ff. de interdict. Prat ex Briſſ.

SIMPLICIORES homines, pro imperitis, ruſticulis, quos Græci ἀφελεῖς appellant. Vlp. 14. §. 4. ff. de relig. Nō autem oportet ornamenta cum corporibus condi: nec quid aliud huiuſmodi, quod homines ſimpliciores faciunt, id eſt, ſuperſtitioſi & creduli. Hot. Prat.

SIMPLICITAS opponitur calliditati, ſagacitati, verſutiæ. Dicitur & ruſticitas, quæ excuſationem paritur, l. 2. §. ſi quis in jus vocat. non ierit. juncta l. contumacia, ff de re jud. Vide Bald. in l. ſcripturæ, C. de fid. inſtrum. Ang. Nou. de reſt. §. & licet. Spieg. Pratejus.

SIMPLICITAS, in l. 1. C. de jur. & fact. ignor. eſt ignorantia. Bald. & Goth. in d. l. 1.

SIMPLICITAS legum, ſignificat æquitatem, & opponitur difficultati, vel ſubtilitati juris, teſte Iuſtiniano in §. ſed quia ſtipulationes Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. & in §. final. eod. tit. Idem in §. & hæc quidem, Inſtitu de legit. agnat. ſucceſſ. commendat ſimplicitatem legis XII. Tab. Damnat mediam juriſprudentiam propter ſubtilitatem: ſimplicitas enim ſtatim aperit veritatem, non differt negotium. At contra ſubtilitas ſimulat aliud quam eſt, protrahit in longum, afficitque damno litigantes, Spieg.

SIMPLICITER illud fieri dicitur, quod ſine fraude doloque malo fit c. penult. 39. diſtinct. & 16. q 1. ſi capiſ Vlp. in l. ait prætor. §. ſi quis particeps, ff. quæ in fraud. cred. Prat.

SIMPLICITER, pro generaliter, & vt Græci dicunt ἁπλῶς l. 66. §. duorum, ff. de leg. 2. l. 3 §. qui liberis ff. ad Trebel. l. 9. § vlt. ff. de ad. tut, l. 29. in prin. ff. de li. & poſth. l. 71. ff. de l. 1. Briſſ. Prat.

SIMPLICITER deſiſtere, id eſt, ſine abolitione, l. 16. C. ad l. Iul. de adulter.

SIMPLICITER dare ſeruum, id eſt, inæſtimatum, l. 12. §. 2. ff. de jure dotium.

SIMPLICITER, id eſt, nondum partibus conſtitutis l. 38. §. vlt. ff. de ædil. edict.

SIMPLICITER relegari, id eſt, ſine loci aut inſulæ adſignatione, l. 11 ff. de Interdict.

SIMPLICITER concepta ſtipulatio, id eſt, imperſonaliter, l. 18. §. de ſtipulat. ſeru

SIMPLICITER acceptus fideiuſſor, id eſt, nulla addita ſtipulatione, vel cautione, l. 52. §. creditor. ff. de fideiuſſoribus.

SIMPLICITER denuntiaſſe, & ad judicem, opponuntur, l. 27. ff. ad leg. Iuliam, de adulteriis, plura vide apud Briſſ.

SIMPLICITER & ſimplicius, in l. 56. ff. de ſeru. ruſt. l. 9. ff. de ſeruit. id eſt, non deſignata parte fundi, quæ ſeruiat. Briſſ. Prat.

SIMPLICIVS, apertius, l. in lege, ff. locati, cum ſimil. locis ab Alber. indicatis. Spieg. Prat.

SIMPVLARIA priſcis erant res minutæ, nulliuſque pretij. Vide Eraſm. explicantem parœmiam, In ſimpulo. Spieg. & Coraſ. 2. Miſc. 24. o. 5. & ſeqq.

SIMPVLVM vas quoddam exiguum eſt, & minutum fundens, cyatho non diſſimile, quo P. Ro. diis immortalibus ſacrificabat. Nam & M. Varro apud Non. Marcellum ait, Deos ipſos vili ſimpulo inuitari. Vnde mulieres diuinis rebus deditæ ſimpulatrices, vt Feſtus ſcribit, vocantur. Inde quoque & illud prouerbium manauit: Excitare fluctus in ſimpulo, quo Cic. 3. de legibus vſus, eſt. Dicebant autem in ſimpulo fieri, quod vel clanculum, vel in re minuta atque humili fieret, allegoria, ſumpta à puerorum luſu. quo in ſimpulum per anguſtam fiſtulam inflantes, quaſi fluctus quoſdam excitare ſolent. Coraſ. d. loc.

SIMVL ac, quamprimum. Iuſt. de rer. diuiſ § ſi quis. Spieg.

SIMVL atque, pro ſtatim, ſiue poſtquam Iuſtin §. fere. de rerum diuiſ. & de empt. vend. in prin. Spieg.

SIMVL fieri quæ dicantur, refert Bart. in l. operis ff. locat, & in l. fundus, §. ſi duo. de procur. gl. d. l. operis, tenet. ſimul ſignaſſe teſtes, tametſi ſucceſſiue ſignarint. Alb.

SIMVL

SIMVL in ſæculo ſoluere. Vide Vlp. in l. ſed ſi quis, §. quid tamen, ff. de vſufruct. Spieg.

SIMVLARE nihil aliud eſt, juxta Pontanum, quam ſub veritatis ſpecie velle decipere. Vnde & ſimulatio pro deceptione & circumuentione ponitur. Noſtri tradunt, fictionem ſeu ſimulationem regulariter non præſumi, donec probetur, l. cum precibus, C. de probat. Spieg.

SIMVLATA, ficta. C. plus val. quod ag. quam quod ſim. conc. in l. cum ea. de tranſact. quæ ſimulate geruntur, pro infect. habitis. Spieg.

SIMVLATRICES, ſcribit Feſtus eſſe mulieres ſagas, & expiatrices, vel ſacerdotes, quæ expiare ſunt ſolitæ, quod verbum putem ex eo natum, quod in ſacris multa ſimulentur, & ſimulata pro veris haberentur, vt apud Maronem:

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Aliqui mulieres rebus diuinis deditæ ſimulatrices dicebantur, ſed & ſimpulatrices: vt annot. Turneb. aduer. lib. 16. c. 22.

SIMVLATVM dicitur, cum tacite aliquid agimus, expreſſim aliud ſimulamus: vt cum fœneratore contractum mutui colore venditionis obſcurat, quo caſu venditio ipſo jure nulla eſt, cum conſenſum non habeat. Hinc vulgatum illud: Plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur, l. ſi ex pretio. C. ſi cert. petat. Simulationem autem qui allegat, is ejus formam probare debet. Qua de re videndus eſt Paulus Caſtrenſis in l. Iuris gentium, § dolo. ff. de pact. Breuiter, hæc ex judiciis & conjecturis, quemadmodum & dolos, præſumitur. l. dolo. ff. ad leg. Falc. l. ſi procuratorem, §. ſi ignorantis, ff. mandati. Nam in ſimulatione ſufficiunt conjecturæ, vt docet Bald. in l. cum proin C. plus val. quod ag. Spieg.

SIMVLATVS contractus proprie dicitur, quum in ſpecie aliquid agimus, cauſamque nullam prætendimus, cum tacite aliquid illicitum agatur: vt cum fœnerator, quod pignoris cauſa acceptum eſt, emiſſe videri vult l. 3. C. plus val. quod agitur, & vide B. Cœpoll. in tract. de ſimulat. contract. Prat. Spieg.

SIN autem, pro ſin minus: Scæuola l. 38. §. 2. de aur. arg. leg. ſi mihi per conditionem humanam contigerit, ipſa faciam: ſin autem, ab hæredibus meis fieri volo H. iſ. Prat.

SINE offenſa eſſe, pro nihil egiſſe, quod dici poſſit offendiſſe, l. ſeruus, l. teſtamento centurio ff. de manumiſſ. teſtament.

SINE, vox priuat, negat, excludit: quandoque tamen includit, c. ad ejus 5. diſtinct. Vide nota. in c. 1. præter. ff. de pignor. act. Prat.

SINE ſacris hæreditas. Vbi qua commoditas de improuiſo præter ſumptum objecta eſſet, veteres ſine ſacris hæreditatem vocabant. Et omnino quicquid citra noſtram operam aliunde obtigiſſet lucri, quaſi prouerbialiter hæreditatem appellabant: propterea quod ea, quæ ſic obueniunt gratia, quaſique dormientibus, à fortuna donari videntur, vt ſentit Eraſ. à quo minimum diſſentit Alcia. lib. 1. prætermiſſ. Cic. de legib. lib. 2. ex Q. Mutij autoritate oſtendit, quinque modis adſtringi ſacris hæreditatem: quod & Ale. loco jam citato tractauit. Horū autē actorum alia erant totius gentis cōmunia, quæ gentilitia appellari poſſint: alia, quæ ſibi paterfamil. conſtitueret. In jure autem noſtro, quoniā ad paganiſmū pertinent, haudquaquā eſt horum mentio, niſi quod ſuperſunt adhuc reliqua hujus rei conjecturæ apud Modeſt. l. 1. ff. de nupt. cum in diffinitione nuptiarum. Diuini inquit, & humani juris ſunt communicatio. Spieg.

SINENDI modo relicta legata dicebantur, quæ ita dabantur. Heres meus illum rē illam ſibi habere ſinito, permittito, § 1. Inſt. de teſtament. l. 1. C. comm. de lega. Cajus li. 2. Inſt. tit. 5. In lege locationis, qua ſcriptum erat, redemptor ſiluam ne cædito, neve quam cædere ſinito: verbum ſinendi hanc habere ſignificationem Vlp. ſcribit, vt tantum redemptor, ſi quem caſu cædentem viderit, prohibeat, ſed vti cures, & det operam, ne quis cædat. l. 30. ff. locati. At in edictis hoc verbum quam vim habeat, vide Alex. ab Alex. lib. 1. c. 4. Briſſ. Prat.

SINGLAE notæ ſunt, quibus in ſcribendo librarij vti ſolebant: vide Sigla.

SINGVLARE jus eſt, quod contra tenorem rationis, propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituentium introductum eſt, l. 16. ff. de legib. l. 44. §. 1. ff. de adquir. poſſ. l. 44. §. nondum, ff. de vſucapionibus, Conn. com. lib. 1. c. 15. n. 5. Briſſ. Adde Ræuard. commen. ad tit. Pand. de diuerſ. regulis juris l. Cajus. 10.

SINGVLARI numero ſæpe etiam pro plurali vtimur: ſicut contra ſæpe plurali pro ſingulari, l. non eſt 148. ff. de verb. ſig.

SINGVLARIA quædam id eſt, contra regulas juris communis, in l. 15. ff. de reb. cred. Briſſ.

SINGVLARII, qui ſingulis ſcribunt in aut. l. 8. C. de off. præf. præt. Afr. & in Notit. Rom. Imperij, & in formulis Caſſiodori: ſicut Notarij, qui in notis ſcribunt. Pr. ex Cujac. 12. obſ. 40. in fi.

SINGVLARITER ſcriptum edictum, quod vnitatis numero ſcriptum eſt, l. 1. §. item hoc edictum, ff. quod falſ. tut. aic ſingularem perſonam pro vnica dixit Vlp. in l. 9. §. animaduertendum, ff. quod met. cauſa. Et ſingulares tunicas l. 38. ff. de aur. arg. leg. pro ſingulis Briſſ. Prat.

SINGVLARII milites quidam olim appellati, vt ex Caſſiodoro ſoli. 11. variarum, & ex Notitia Imperij Rom. patet Briſſ.

SINGVLAE, ſunt ſingulares literæ, vt A. Gell. loquitur lib. 17. fine coagmentis ſyllabarum, & ita literas à notis ſeparat Manilius illo loco, cui litera verbum eſt, Quoque notis linguam ſuperet. Iuſtin. in orat. ad Anteceſſores ſcripta, inhibet, diſtricte ne librarij in deſcribendis Inſtitutionibus, ff. vel Codice, vllis ſiglis vtantur, ſigla vocans, vel ſingula, *ἐν σύγκοπῇ* vt vincla & ſecla, vt vigilias ſiue excubias poſteriores dixere viglas. Multum autem ſingulæ diſtant à notis. Notæ, n. non ſunt literæ, l. 6. vlt. ff. de bo poſſ. Vide Cujac. 12. obſ. 40. qui exempla quædam profert.

SINVS proprie dicitur illa pars corporis, quæ eſt intra pectoris brachiorumque complexum. Per tranſlationem autem ſinus littora vocantur, quæ curua ſunt, ad ſimilitudinem ſinua, & quaſi, brachiis mare amplectentia. Sinus igitur Inſtitutionis appellas partes, libros ac titulos, qui veluti receptacula quædam rerum omnium ciuilium, ex omnibus juris antiqui partibus electas definitiones continent. Droſæus in methodo Iuris.

IN SINV meo habui, in l. 27. ff. de probat. ſignificat, in occulto. Lamprid. in Commodo: Prædam omnem in ſinum contulit. Alio loco: Qui etiam condemnationes in ſinum vertiſſe dicitur, id eſt, in priuatas rationes. Tertull. in lib. de fuga in perſecutio. Paciſcens cum delatore, vel milite, vel miniſtro aliquo præſidis ſub tunica & ſinu, quod aiunt. Sinus autem in his Tranquilli verbis in Cæſare: Toga caput obvoluit, ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit: videtur pars quædam veſtimenti latior fuiſſe, & tanquam excurrens in dextra lacinia veſtis, vt cum corpus toga amictum, involutumque eſſet, à dextra in ſiniſtrum humerum rejiceretur, & è ſiniſtro humero in brachium plerunque deſcenderet, aut ſtatim Principio brachio ſiniſtro exciperetur, aut ipſum involueret: tunc enim ſic ſibi togam injiciebant, vt & in humerum ſiniſtrum ſibi ſinum rejicerent: quem Cæſar, cum moriendum videret, ne quid corpore renudaretur inhoneſte, deduxit ad crura ſiniſtra mano, qua cum tum fortaſſe gerebat. Quint. libro 10. Illud vero refellendum, quod quidam rejecta in humerum toga, cum dextra ſinum vſque ad lumbos reduxerunt. Iterum Nam veteribus nulli ſinus, perquam breues poſt illos fuerunt. Et Macrob. de Hortenſio loquens, & eius mollitie: & ſinus ex compoſito defluens, modum lateris ambiret. Et alia multis locis, qui à Turneb. 2. aduerſ. c. 56. explicantur. Prat. & Goth. ad l. 6. §. 1. ff. ad leg. Iul. Prat.

SIPHONES canales ſeu tubi dicuntur, à ſono vocis ſi, ſi, ſi, quibus acetum vel aquam incendiis injiciunt. Heſych. *σίφων*, ſonat, *ὄργανον εἰς ὃ πέμπει ὕδωρ ... ἐν τοῖς ἐμπρησμοῖς*, Vtimur hoc verbo Vlp. in l. quæſitum de fund. inſtru. vbi, Acetum, inquit, quod incendij extinguendi cauſa paratur. Item Centones. Siphones, Perticas quoque, &c. quamuis in vulgatis pro Siphones, ſcopæ ſupponantur, quæ nullius omnino ſunt vſus arcendis ignibus. Plin. ad Traian. Nullus vſquam in publico ſipho, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda. Alexand. Neapol. Siphones intelligit fiſtulas follib. junctas, ſeu machinas hydraulicas, quibus agitatis, ad ſuperiora ædium exhauriunt aquam. Prat.

SISTERE plerunque ſignificat ſtare facio. Itaque cum promittimus aut nos, aut alios in judicio permanſuros, recte dicitur, vna appellatione cautio judicio ſiſti Iuriſconſulti enim promiſcue dicunt judicio ſiſti, tam de ipſo reo, quam de fidejuſſore eius, Vlp. in l. 4. ff. ſi quis cautio. ſi quis, inquit, judicio ſe ſiſti promiſit. Et infra: ſe ſiſtere non potuit. Idem in l. ſi quis quempiam, ff. eo. tit. In eadem, inquit, cauſa eum debet ſiſtere, loquens de fidejuſſore: ſiſto præteritum habet ſtiti, non ſteti, quod à verbo ſto eſt, participali verbo caret: niſi à ſto mutuetur, authore Priſcia. Vlp. in leg. ſed & quis. §. illud ſciendum eſt, ſi qui, cautionibus: Eum, inquit, qui ideirco non ſtitit. Et paulo poſt: Ac per hoc in judicium non ſtitit: Nerat. in l. peruit. eo. ſi procurator, inquit, ita ſtipulatus, vt ſiſtat duntaxat eum, quem ſtipularetur: non etiam pœnam, ſi ſtatus non eſſet, ſtipuletur. Ibidem illud, ſtatus à ſto mutuatus eſt. Prat.

SISTERE cū in judicio dicit.ʳ, quē exhibem.ʳ & repreſētam.ʳ, l. 1. ſi quis in vocat. & l. 3. eo. l. 1. & 4. ff. de in jus voc. l. 2. C. de accuſat.

SISTERE reum, & exhibere reum l. ſi eum judicio, ff. ſi quis caut. ad fidejuſſorem pertinent; ſed venire ad judicium, vt in d. l. ſi cum judicio in fin. ſecum agendi poteſtatem facere, vt in l. & ſi poſt tres, ff. eo. Item, Ire in jus, vel (ſicut nunc loquimur) comparere in judicio: ſtare juri, & cætera id genus, ad reum referuntur Vtrumque autem complectitur cautio, judicio ſiſti, vt jam diximus: ſiue quis pro ſe, ſiue pro alio promittat. Cuius oppoſitum eſt promiſſionem deſerere. Vlp. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum eſt, ff. ſi quis caut. Nos nunc dicimus, cautionem de ſtando juri. Prat.

SITA, cibaria etiam præter frumenta quibus ſcil. veſcimur: quo nomine etiam oleum ſignificatur. Homer. *σῖτα & οἶνον ... μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή*. Et Bacchus vites & robur edulia præbent. Pr.

SITICINES, qui Sicinniſtæ à Roman. vocati, qui Græcis *τυμβαύλαι* dicebantur, & ad nænias accerſebantur. Vt enim funus ad tubam aut tibiam duceretur, antiqua fuit conſuetudo. Perſius.

Hinc tuba, candela, tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto.

Vide Bindeum Miſcell. lib. 4. c. 5.

Sitocomia nomen eſt magiſtratus, qui frumenta & annonam curabat, ἀπὸ τοῦ σίτου, id eſt, frumento, & κομεῖν, id eſt, curare. Cujuſmodi cum & officium videtur fuiſſe cerealibus olim ædilibus. Ex iis itaque patet error Accurſij, qui mentionem nullam de Sitocomis haberi tradit in legis unicæ contextu, C. ut nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare. Vide Alciatum ad tres poſteriores, C. Iuſtiniani libros. Auchar.

Σιτῶναι, Sitones, curator frumento comparando. Arcad. l. ulti. ff. de muner. & honor. Cura quoque emendi frumenti, olei: nam harum ſpecierum curatores, quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellant, creari ſolitos eſt, item apud Papirium, l. ult. § 2. ff. de admin. rer. ad civit. pert. Dicti autẽ ſunt, ἀπὸ τοῦ τὸν σῖτον ὠνεῖσθαι, id eſt, ab emendo frumento. De his Poſtell. de magiſtrat. Athen. c. 17. Hinc.

Sitonia, curatio frumento emendo. Vlp. l. 2. ff. de vacat. & immun. ſeptuagintum decimum ætatis annum agentem ad munus ſitoniæ vocari non oportet, ſi in rubr. C. de munet. Sitoniæ lib. 10. Cujac. 3. obſ. 15. pro Sitoniæ, Sitonici reponendum cenſet, itaque in veteribus libris legi teſtatur. Curam σιτωνικὴν vocat. Inſtit. Novell. 30 Et de cura Sitonici ſcripſit Greg. li. 10 Epiſt. 39. Prat. vide Cujac. ad rub. C. ut nemini liceat in coempt. & ad l. 3. C. eod. tit.

Sitostasius erat, qui vendendo frumento præerat: σῖτος frumentum ſignificat, στάσις ſtationem. Alc. in l. quicquid decetero. C de frument. Alex. lib 11.

Situla, & ciſtam, qua populi ſuffragia in creandis magiſtratibus, legibuſque ferendis colligebantur: & urnam ſignificat, ad hauriendam è puteo aquam accommodam: ut apud Iuriſconſ. ff de contrah. empt. in l. qui fundum vendebat, §. fin. Alias Sitella dicitur, qua, qui legem ferebat, ſortiebatur tribus, ut eas in ſuffragium mitteret. Cic. in Orat pro Corn. Dum ſitella defertur. Idem in lib 1. de natu. deor. Sitellæ in ſortiendo mentio fit in vetuſto legis fragmento, quod citatur à Turnebo adver. lib. &c. 13. his verbis: Ad ſitellam ſorti veniet is in eam ſitellam manum demittito, & apud Plautum in Caſina. Prat.

Situm in noſtra poteſtate dicitur, quod aliqua ex parte fortuitum eſt, dum id ſit ejuſmodi, ut facile poſſit præſtari, ſi nihil accidat extrinſecus: ut ſi aſcenderit Capitolium filius qui Romæ agit. Fieri enim poteſt, ut repentino morbo correptus decedat, antequam id ei licuerit facere, ſed inopinatus ille caſus non attenditur, qui à teſtatore non potuit tanto ante prævideri: ſecus eſſet dicendum, ſi filius erat Alexandriæ, quia non ignoravit teſtator, imo vero ipſa rerum natura facit multa poſſe accidere quæ impediant: conditionis implementum. Et igitur in noſtra facultate eſſe dicatur conditio, quæ facta per ſe facilis eſt, cum vero multis non voluntariis, ſed fortuitis caſibus evenire poteſt, ut non contingat, tam dicitur eſſe extra poteſtatem noſtram, ut reſcripſit. Alex. Imper. l 4. de Inſtit & ſubſtit. quod cuiuſque animo comprehendit potius, quam verbis poteſt explicari, ut non ſit neceſſe fuſius, Id. & magis ſpeciatim tradere, Conn. comment. lib. 10. c. 2. n. 5.

Situs, ſqualor, ſive inculta cujuſque rei à deſinendo dictus: quod negligentia deſeruntur res, & redduntur incultæ. Vlp. de bon. poſſ. ſecund. tabul. l. 1. Vetuſtate, inquit, vel ſitu putrefactum. Nebriſſ. Prat.

Siva dictio utrum conjungat an disjungat, ponit Bart. in l. 1. ff. de public. & leg. ſi cum, §. qui injuriarum, ff. ſi quis caut. Bald. in l. eum quidam, ff. de verb. ſign. Prat.

S. M.

Smaragdus gemma eſt, qua oculorum acies recreatur, qua nihil viridius, Cujus meminit Suidas author Græcus, σμάραγδος, (inquit) θηλυκῶς λέγεται ἔστι δ' εἶδος λίθου πολυτίμου, id eſt, Smaragdus fœminine dicitur: eſt enim lapidis genus pretioſi. Hujus meminit IC. st. ff de aur. & arg. & in l. fi 9, ſpecies ff de publ. Iſid. l. 17. c. 7. Smaragdum à nimia viriditate dictum, ait, habetque principatum omnium gemmarum viridium. Prat.

Smyrna à Græcis appellatur, quam nos myrrham odoratam. dicimus Lucret. lib. 2 Contentus odor Smyrnæ melliſque ſapores. Apud Galenum quoq, interpres ſemper Smyrnam verbum Græcum pro myrrha reliquit. Apud Marcianum tit. de publ. l. interdum, § Species, ſumma pro ſmyrna, vel myrrha legitur.

S. O

Soboles, pro propagine, apud Pomp. in l. 1. ff. ſol. matr. Item pro liberis, l. 2. C de infant expoſ. Spieg.

Sobrie vivere, pro frugaliter Vlp. leg his qui de tut. & cur. dat. Quamvis quaſi indecorum ſit, patrem à filio regi: attamen, D. Pius, item divi fratres reſcripſerunt, etiam filium, ſi ſobrie vivat, patri curatorem dandum magis, quàm extraneum. Spieg.

Sobrini, ſunt conſobrinorum filij: autor Menand. Alij, de ſororibus nati, quaſi ſororini. Vſurpatur tamen pro quocunque cognato. Haloander ſecutus fidem Pandectarum Florentinarum ſuppoſuit in tit. de grad. & affinit. propius ſobrino: non propior ſobrinus, item in leg. Oſtilius, de leg. 3. autore Feſto Pompeio, qui ita ſcribit: Propius ſobrino mihi eſt conſobrini mei filius. & conſobrinæ meæ filia, & patris mei conſobrinus, & matris meæ conſobrinus. Inde haud dubie dictus, quod ſobrinum gradu præcedat: quod ſignificantius diceretur præpoſito articulo, ſi ejus uſus eſſet apud Latinos. Spieg.

Sobrini Græcis dicuntur δισεξάδελφοι καὶ δεύτεροι ἐξάδελφοι. Conſobrini ἐξαδέλφοις & ἀνεψιοξάδελφοι. Sobrinorum filij τρισεξάδελφοι, vide Cujac. 4 ſen. Paul. tt. § 6. Gothofred. ad l. 10 § 17 ff. de gradibus.

Sobrini qui ſint, Cajus in l. 3. ff. de grad. & adfin. ſic demonſtrat: Item patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ, nepos, neptis: qui ex fratribus patruelibus, aut conſobrinis, aut amitinis undique propagantur, qui propriè Sobrini vocantur, ſic enim emendandum ac legendum eſſe locum, qui uſque adhuc fœdiſſime corruptus jacuit, vel hinc liceat intelligatur, cum quod alioqui Cajus bis eoſdem numeraret: (neque enim alius eſt nepos magni patrui, ac ſobrinus) tum quod hic ipſe ordo eſt, quem idem Cajus in cognatorum gradibus recenſendi perpetuo ſervat: quemadmodum in obſervationibus planius exponit idem Hoto. Legeretur tamen paulo concinnius undiq propagati propriè ſobrini vocantur. Itaque Paul. in l. 10 §. 10 ff. de gradib. quum patrui magni nepotes & neptes enumeraſſet: It, inquit, de cujus cognitione quæritur, bis ſobrinus eſt: & invicem huic illi ſobrini. Hot.

Sobrino natus ſobrini mei filius, Paulus l. 10. ad fin. ff. de gradibus. His perſonis (id eſt, patrui & amitæ majoris nepotibus) unus avia ejus, de cujus cognatione quæritur, propius ſobrinis ſunt, pater, mater, ſobrinus, ſobrina. It, de cujus cognatione quæritur, ſobrino natus eſt, hic proximo nomine definitur parentis ſui ſobrini, ut Trebatius ait: rationem quoque nominis hanc reddit, quod ultimi cognationum gradus ſobrinorum ſiunt: itaque Sobrini filius rectè proximum nomen ab eo ipſo hujus ſobrini dicetur: & ideo eos, qui ex ſobrinis nati ſunt, inter ſe proximum nomen appellare: hos enim nullum proprium habere nomen quo inter ſe vocentur, ſic emendas hunc locum Hot. in ſuis obſervationibus. Prat.

Sobrinus eſt, ut ait Ælius Gallus, patris mei conſobrini filius, & matris meæ conſobrinæ filius. Fœmina iiſdem de cauſis appellat fratrem, & fratrem patruelem, & conſobrinum, & propius conſobrino, & ſobrinam: iidem gradus in ſobrina quoque ſunt. Feſt. Hur. Prat.

Socer locum parentis obtinet. Pomp. ait, l. qui, 2. ff. ſol. matri. Videtur l. cum pater ad l. Pomp. de Parric. l. ſoceri, de verb. ſig. cum ſim. ab Albet. citatis. Igitur eadem quæ parenti reverentia pleriſque in reb. illi debetur, maxime durante affinitate. Spi. Pr.

Soceri nomine, & viri, & uxoris pater communiter demonſtratur. Mater vero eorum ſocrus appellatur, cum apud Græcos proprie viri pater ἑκυρὸς mater ἑκυρὰ vociteretur: uxoris autem pater πενθερὸς mater πενθερὰ l. 4. §. gradus, ff. de gradibus & adf. Soceri autem & ſocrus appellatio etiam ſponſalib. adquiritur, L 8 ff. de gradib. & adg. ſed & uxoris vel mariti avus, avia, proavus, proavia & ulteriores, ſoceri & ſocrus appellatione continentur, l. 146 ff. de verb. ſig. l. 3 §. 1 ff. de poſtul. Quanquam vis uxoris ſuæ avum, magnum ſocerum dicat, aviam, magnam ſocrum: proavum vero majorem ſocerum, proaviam majorem ſocrum appellet: ut Feſt. l. 11. & Modeſt. 10 d §. gradus, ſcribunt. Quos etiam proſoceri abſocerique nomine appellatione demonſtramus, ut in l 15. § 1. ff. rer. amot. Et apud Capitol. in Gordianis, Originem maternam & ex Traiani Imper. genere habuit avo, proavo Coſſ. ſocero, proſocero, & item alio proſocero, & duobus abſoceris conſulibus. Briſſ. & Prat. ἑκυρὸς ut tradit Etymol. aut παρὰ τὸ εἰς ἑαυτὸν κῦρος ἄγειν, ἢ παρὰ τὸ ἐπιτυγχάνειν, quod ratum facere, comprobare & decernere ſignificat: alterum, frui, potiri, & conſequi, Budæo teſte Bicchæ. in l. ſoceri, ff. de verb. & rer. ſign.

Socia divinæ atque humanæ domus, vocatur uxor, l. 4. C. de crim. expil. hered. unde & conſortium illud, Societas vitæ inter vir. & ux. dicitur, l. 52. ff. de re judicata, l. 1. ff. de. act. rerum amot. l. 52. ff. de judiciis, ut l. 1. ff de ritu nupt. Briſſ.

Sociare pro adjuvare dixit Iuſt. in 1. epiſt. ff. præpoſita Et juſſimus, quos probaveris, ad ſociandum laborem eligere. Prat.

Societas eſt contractus bonæ fidei, de alicujus vel rei vel negotiationis communione ſic inſtitutus, ut ejus quæſtus & damnum ad unumquemq; communiter pertineat. Ejus autem duo genera ſunt: Aut. n. partes definitæ ſunt, aut indefinitæ: & rurſus ſi definitæ ſunt, aut bonorum omnium ſocietas contracta eſt, aut certæ unius, vel rei, vel negotiationis, l. 2. 3. & ſeq ff. pro ſoc. Prat.

Societas, inquit Vult. in com. Inſt. de ſociet. in pr. n. 1. eſt contractus ex conſenſu honeſte initus, de fortunis & operis ad uberiorem queſtũ uſumq; cõmodiorẽ inter ſe communicandis.

Societatis duplex eſt conſideratio: altera publica, altera privata: Societatem publicam natura conſtituit inter omnes homines, quæ nihil eſt aliud, quàm naturalis omnium hominum cognatio, cujus meminit l. 3 ff. de juſt & jure. Hanc eleganter tractat Cicero in offic. Ex hac ſocietate publica, veluti fonte oſtendendum eſſet ſtudioſis, quomodo propter communicationem rerum introducti ſint omnes contractus, omnia commercia, omnes actiones. Quomodo item ad coercendos malos exerceantur accuſationes, & publica judicia: totius denique juris ſanctio non ſpectet alio, quam ad conſervandam inter homines naturæ ſocietatem. Sed vix eam adgnoſcimus,

adeo

adeo ſequimur corruptos noſtros affectus in explicando jure.

Societas vero priuata eſt, quæ ciuili hominum autoritate in quandam contractus formulam producta eſt: imitatione publicæ ſocietatis: vt, cum duo pluresve contrahunt, quod lucrum & damnum inter eos commune ſit, de vna re vel negotiatione, aut de omnib. bonis præſentibus & futuris. Prat. Porro generali ſocietatis ſignificatione nihil vetat ſocios appellari omnes, qui rem habent quomodocunque inter ſe communem. Sic Iuſtinia. legatarium appellat ſocium cui res in teſtamento communiter cum alio relicta eſt. Vlp. negotium pupilli ſine tutoris auctoritate geſtum, vocat ſocietatem quæ tamen nulla eſt, in l. vt in conductionibus, ff. pro ſocio. Et ſæpe in titu. ff. commu. diui. Spieg.

Societas conuentionalis, Græcis κοινοπραξία vel certę vnius rei atque negotiationis eſt, vel omnium, totorum ſeu vniuerſorum bonorum. Briſſ.

Societas leonina dicitur, cum alter ſociorum lucrum alter damnum ſentit, l. ſi non fuerit, ff. pro ſocio: vide Coraſ. 3. Miſc. c. 10 n. 3. Conn. comment. li. 7. c. 13. n. 4. Tullius hanc ſocietatem leoninam, captioſam vocat & indignam, quaſi quæ pro dignitate cujuſque non ſit conſtituta. Conn. d. loc.

Societas etiam inter abſentes contrahitur, vel per nuntium qui dicitur epiſtola viua, vel per epiſtulam, quæ dicitur eſſe nuntius tacitus. Vult ad princ. tom. 16. de ſocietate, n. 6.

Societas ſoluitur ac finitur reſpectu perſonarum, rerum voluntatis & actionis: Perſonarum reſpectu diſſoluitur ſocietas, ultimum ſi perſonæ ſociæ moriantur, ſiue mors illa ſit naturalis ſiue ciuilis. Ratione rerum diſſoluitur, ſi res, quarum contemplatione ſocietas eſt inita eſſe deſinunt, hoc eſt, cum vel omnia in natura rerum eſſe deſierunt, vel in ſua quidem ſubſtãtia non deſierunt ſocij tamen eas amplius nõ habent, ac proinde quod ad ipſos attinet, eſſe deſierunt, vel etiam ſi res priſtinam ſuam conditionem mutauerint: voluntate ſoluitur ſocietas, cum nõ manet omnium conſenſus integer, l. tandiu, C. pro ſocio. Hoc autem ſit vel omnium ſociorum diſſenſu, vel vnius illorum renunciatione, l. actione, 65 §. diximus, ff. pro ſocio. Actione denique ſocietas diſtrahitur, ſi nouata cauſa ſit ſocietatis, dict. l. actione, in princip. l. 1. eſt, ſiue nouerit actio, ſiue dicterint iantum: fuſius hæc explicantem vide Vulteium in §. 4. cum ſeqq. l. Inſtit. de ſocietate.

Societas coiri, contrahi & inchoari dicitur. Briſſ.

Societas vitę, pro cõmunione victus, quę inter virum & vxorẽ eſt l. 1. ff. rer. amot. l. 52. ff. de re judic. Ex qua vxor rei humanæ atq. diuinę ſocia dicitur, in l. 4. C. de crim. expi. her. Briſſ. Prat.

Societate vitæ vxor quodammodo domina habetur, l. 1. ff. rer. amot.

Societas voluntaria dicitur, quæ conſenſu, tractatoque inter ſocios habito contrahitur: vocaturque propriè ſocietas: hujus meminit Vlp. in l. verum §. in hæredem, ff. pro ſocio, vbi ſocietas voluntaria ſeparatur a priuata & publicorum ſocietate, vt heres ſocij, licet ſocius non ſit, lucrum & damnum participet omne, quodcunque viuo ſocio aut poſt mortem ejus contigerit. ſed non ſimiliter obſeruari ait in voluntaria ſocietate. Vide ſuſius Cujac. 10. obſer. 25 poſt princ.

Societates etiam collegia & corpora vocantur, in l. 1. ff. quod cujuſque vniuerſ. l. 31. ff. de furt. l. 3. §. à municipibus, ff. de bon. poſſ. Quibus qui præerant, magiſtri ſocietatum vocabantur l. 14. ff. de pact. Briſſ. Prat.

Societates vectigalium, Tac. lib. 13. vocat, vbi male. Rhenanus emendauit, Neceſſitates Coire enim ſolebant publicani in ſocietatem conductionis vectigalium, permiſſumque his erat corpus habere, vt in d. l. 1 ff. quod cujuſq. vniuerſit. Cajus ſcribit. Inde ſocietas vectigalium cauſa coita, in l. 65. §. pen. ff. pro ſoc. & ſocij vectigalium, in l. 9. §. ſocij, ff. de publica. Briſſ. Prat.

Societatis conuentio inter omnes hominum functiones ad naturalem illam charitatem proxime accedit. Ea enim exprimit typum cognationis inter nos quam Deus conſtituit, vt res noſtras alter alteri gratis communicemus nihilque proprium exiſtimemus: ſed eſſe κοινὰ τὰ τῶν φίλων πάντα. Pra.

Socii dicuntur, tam qui tractatu habito ſocietatem coierunt, quam qui in communionem inciderunt & generaliter qui aliquid communiter poſſident. Iis communium prædiorum dominos ſocios appellat lex 19. & lex. 34. ff. de ſeru. ruſt. Br. Pr.

Socii criminis quãdo teſtes eſſe poſſint, vide Cor. 5. Miſ. 20. n. 4.

Socii navales dicebantur ij, qui propter cenſus exiguitatem non ad terreſtria bella legionesque centuriabantur, ſed in claſſe belloque nauali militabant. Polybios. καὶ ... Turnebus aduerſariorum lib 21. c. 19.

Pro Socio actio eſt, quæ naſcitur ex contractu ſocietatis. Eſtque vltro ac citro directa: nõ ex vna parte directa, & ex altera contraria: quia, vt ait Cujac. in paratit. ff. pro ſoc. res communis eſt omnium æquo ac pari jure, nec potior vnius ſocij ratio eſt, quã alterius. Ita directa eſt vel ex formula, quæ concipiebatur, vel ex materia, quod plerumque detur de eo, quod impenditur, & geſſit ſocius pro ſocio, & communiter, l. actione 65 §. ſi poſt. ff. pro ſoc. & dicitur actio eſſe generalis, l. 38. eod. quia totius ſocietatis, quandiu conſiſtit, rationes exigit, licet quandoque etjam detur in rem ſiue ſpeciem aliquam certam, puta vt communicetur aliquid ex ſocietate, quod reperit vnus ex ſocijs, agatur actione pro ſocio, vt referatur id in ſocietatem. Intentatur hæc actio aliquando ad ſocietatem contractam complẽdam, ſcilicet vt fiat ceſſio nominum & collectio rerum in cõmuni, ſecundum conuentionem ſocietatis, l. 3 in prin. pro ſoc. Quandoque datur ad præſtationes perſonales, vt ad impenſas & fructus & cętera danda: puta, ſi feci impenſas in re communi, ago pro ſocio, vt condemneris ad refundendum impenſas pro tua parte, d. l. 38 §. fin. l. 3. C. pro ſoc. Quandoque datur pro dirimenda ſocietate, & habenda ratione lucri & damni, eaque inter ſocios diuidenda, l. 63. §. ſi cum cauſa, l. 65. §. item qui, ff. eo & notatur in l. tandiu. Cod. eo. cum autem hæc actio ſit generalis, quæ ſocietatis totius, quandiu conſiſtit, rationes exigit, actiones vero generales non dentur, niſi finitis contractibus, inde etiam actio pro ſocio non datur, niſi ſocietate finita, idque verum eſt regulariter. Quandoque enim etiam datur ea nondum finita. Loquor autem de ſocietate voluntaria. Eſt enim quædam & neceſſaria, quam adfert fortuna, vt ſi duo hæredes conjunctim inſtituuntur, pro qua non datur actio pro ſocio, quia eos ſocios non voluntas congregauit, ſed fortuna. Neque competit negotiorum geſtorum actio, quia alter ad negotiorum geſtionem accedit propter ſuam partem, & negotiorum geſtorum actio non eſt de re ſua, aut communi, ſed aliena. l. 35. §. non tantum, ff. fam. erciſc. ſed competit actio famil. erciſc. ſi cohæredes ſint; ſed quid ſi ſint collegatarij, & non cohæredes ſint; Et actio commun. diuidundo competit. l. 34. ff. pro ſoc. Actio communi diuid. eſt inter ſocios, ſiue ſocij ſint voluntate ſiue fortuna, ideoque ſemper concurrit cum actione pro ſocio, vt cui competat actio pro ſocio, competere etiam poſſit actio communi diuidundo: quamuis non contra; qui habet actionem communi diuidundo, habet actionem pro ſocio, l. 2. ff. comm. diuid. Actio autem pro ſocio tantum ex ſocietate voluntaria. Illa mixta eſt tam in rem quam in perſonam: hæc in perſonam tantum: in hac habetur ratio nominum, non in illa l. 43. ff. pro ſoc. Vtraque tamen habet multa communia, puta, quod vtraque bonæ fidei eſt, vtraque eſt de re communi, vtraque datur finito negotio. Communio tamen eſſe poteſt ſine ſocietate, ſocietas ſine communione nunquam. Ideoque ſi renuntietur ſocietati, & non fiat rerum communium diuiſio, ſocietas quidem ſoluitur, communio tamen manet. Certum etiam eſt, in ſocietate neceſſaria præſtari dolum & culpam, quia eum ſocium non elegimus, ſed in eum incidimus. dict. l. 35. §. non tantum. At de ſocietate voluntaria dubitatum fuit, an à ſocio quis poſſit exigere dolum & culpam. Et præualuit ſententia æſtimantium etiam in actione pro ſocio venire culpam & dolum, § fina. Inſtitut. de ſociet. l. 52. §. 2. l. 72. pro ſocio. Non tamen omnis culpa, ſicut in mandato & commodato, ſed culpa lata & leuis tantum: non etiam leuiſſima. Nam in re, quæ ex parte mea eſt, non omnis negligentia culpave præſtanda eſt: in re quidem mea in ſolidum omnino negligens eſſe poſſum, in re, quæ ex parte mea eſt aliquatenus negligens eſſe poſſum Præſtatur igitur ex natura hujus negotij dolus, culpa lata & leuis, non leuiſſima, multo minus caſus fortuitus, niſi ex conuentione. Requiritur autem in hac actione, Primum ſocietatem fuiſſe contractam. Secundo ſocietatem eſſe finitam, vel ſi agatur ad rem aliquam certam, aliquid abeſſe ſocietati, quod tamen ad ſocietatem pertineat. Tertio, quæ ex ſocietate communia ſunt aut debentur, non eſſe omnia, vel non eo modo, vt oportebat, communicata & diuerſa. Ex Volteio ad §. ſequens illa diuiſio. 16. nu. 91. & ſeqq. Inſtit. de actionibus.

Socius ſocij mei, meus ſocius non eſt, quod nihil cum illo contraxi, quod mei gratia ſocius non ſit, quod conuentio illa perſonalis à perſona ad perſonam non extendatur. Gœd. ad l. 10ſ. n. 2. de ver. ſign.

Socordia, l. 1. ff. de furt.

Socrus appellatione non tantum vxoris meæ mater, ſed & auia & proauia intelligitur, Conna. 8. commen 5. n. 7. Vulteius ad §. ſocrum 9. n. 1. Inſtit. de nupt. vide paulo ante. Soceri.

Sodales dicuntur, qui ejuſdem ſunt collegij. Grȩci ἑταίρους vocant, l. fi. ff. de colleg. Hinc Sodalitia in l 1. eod. tit. de quibus legem quandam Liciniam, latam refert Cic. pro Planc. Tertull. lib. 2. ad vxor. Diſcumbit cum marito in ſodalitijs, ſępe in popinis. Appellat & Sodalitates idem Cic. in Cato. major aliiſque locis. Briſſ Prat.

Sodalitas, verbum eſt ambiguum: tam in malam enim quam in bonam partem ſumitur.

Sodalitium interpretat Vlpia. in l. 2. §. ſi quis, ff. ne quid in loc. publ. vectigal hoc, quod imponitur ei pendendum, qui in ſolo publico ædificat. Ponitur & pro gnomone, quo horæ ad ſolem denotantur, in l. ſi arborem, vbi Bul. ff. de ſeruit. vrb. præd.

Sol ab Ægyptijs ὧρος dictus ἀπὸ τοῦ τὰς ὥρας ὁρίζειν, cujus motu horarum temporumque diſtinguuntur interualla, vt qui non modo temporum, ſed terrarum etiam ac ſyderum, cœlique totius rector ſit ac moderator: quem ideo adorabant Ægyptij

ut annotauit Breuiæ, in l. urbis, §. cujuſque diei, ff. de verb. ſig.

SOLACIVM pro mercede & quaſi precio lapidum in alieno fundo pro loci conſuetudine excisorum. Nam conſuetudo quæ jus id omnibus permiſit, fundi domino quaſi pro ſolatio aliquid nummorum ſolui jubebat. Vlp. in l. 13. §. 1. ff commun. præd. & in l. 33. in fi. ff. de adm. tut. & l. 52. §. fin. autem in læuiſſimo in fi. ff. ſolut. matr. Atque adeo commoda & ſalaria munerum ac militiarum ſolacia Impp. appellant l. 15. C. de aduocat. diuerſ. judicior. l. 3. l. 5. l. 6. C. de aduocat. diuerſ. judicum, l. pen. C. de præd. decur. li. 10. l. 3. C. de agentib. in reb. li. 12. l. ult. C. de ſilentiar. lib. 12. Inde ſolacia annorum in l. un. C. de annon. & ca. l. 17. de erogat. milit. annon. li. 12. C. eadem eſt in Nou. Iuſtiniani vis verbi παραψυχῆ. Secundum hæc, in l. 4. C. de nauicular. li. 11. ubi vulgo ſalatiji pro mercedula præſtitis legitur, veteres ſcripti codices & impreſſus Theodoſij Codex in l. 32. eo. tit. ſolaſijs ſcriptum habent, Briſſ. Prat.

SOLARIVM apricus locus in ſumma ædium parte, ſolis calori fruendo accommodatus. Vlp l. 17 ff. de ſeru. urb præd. Sin vero heliocamino, vel ſolario dicendum erit, quia umbram facit in loco, cui ſoli fuit neceſſarius contra ſeruitutem impoſitam fieri, Paul. in milite, Nam certe neq; ſolarium apud nos eſt, neq; hortus ullus, neque feneſtra, neq; clatrata. Macrob. li. 2. c. 4. de Auguſto, cum de Tyriæ purpuræ quam emi juſſerat obſcuratе quereretur, dicente venditore. Erige altius ac ſuſpice, bis uſus eſt ſalibus: Quid ego, ne me populus Ro. dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum? Veteres, n. hyberno tempore valetudinis gratia in ſole apricari, & ut Seneca ait, in ſole percoqui ſolebant: habebantq; in ædibus ad eum uſum loca accommodata Quæ, teſte Iſidor. li. 15. c. 3. ſolariorum inde nomen acceperunt. Quod & imperator Leo Conſtit. ult. his verbis tradit, [Greek text illegible] Briſſ. Prat.

SOLARIVM etiam inſtrumentũ id ſignificat, quo horæ ſolis umbra declarantur, ut in illis feſtiuis Plauti verſibus, quos Gel. li. 3 cap. 3. citat. Vt illum Dij perdant, primus qui horas reperit, Quique adeo primus ſtatuit hic ſolarium. Cic. lib. 2. de natura deorum: Aut cum ſolarium deſcriptum, aut ex aqua contemplere intelligere declarari horas arte non caſu. Briſſ. Prat.

SOLARIVM etiam dicitur id, quod pro ſolo penditur, cùm quis in publico ædificauit, Vlp. l. 2. §. 11. ff ne quid in l. publ. & in l. 38. §. 4 ff. de leg. 1. Hæres inquit, cogitur legati prædij ſoluere vectigal præteritum vel tributum, vel ſolarium, vel cloacarium. Prat. & Baldum. Inſt. de interdict.

SOLDALA dicitur, quia plerunque in ſolidorum donatione conſiſtit, quandoque autem in vino & annona conſiſtit, Ioan. Bel. Ioan. Etymol.

SOLDATA eſt præſtatio quædam annua gratuita, quæ à neutra parte tranſit in hæredem: morte enim dantis, vel accipientis interueniente finitur, §. ſoldata in tit. quis dicat. dux. Marchio. com. in uſib. feud. Ioan. Bello Etym.

SOLDATA, vox corrupta ex antiquitatis uſu profluxit, ut ſupra dictum eſt. Quare Feudum ſoldatæ, Old. à ſolidato exiſtimat acceptum eſſe, vulgare, *ein Soldner*, pro ſtipendiario: *Soldi*, pro ſtipendio. Spieg.

SOLDVRII De ſolduriis Cæſar lib. 3. de bello Gallico, quorum hæc fuit conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum amicitiæ ſe dederint. ſi quid ijs per vim accidat, aut eundem caſum unà cum illis ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Hoc genus amicitiæ Græci *συναποθνησκόντων*. De hac dictione vide latius Conna. comm. li. 2. c. 9 n. 6.

SOLEA vulgo cognita, ita dicta, ut ait Feſtus Pompejus, quod ſolo pedis ſubijciatur. Cicero de Aruſ. reſponſis: Clodius à crocota, à mitra, à mulieribus, ſoleis, &c. Itali planellas vocant: Hinc ſoleatus, ſoleis calceatus. Cicer. in Verrem, Act. & in oratio. in Piſonem. Et ſolearius, ſolearum confector. Plau. in Aulul.

SOLITAVRILIA veteres appellabant ſacra quædam ab immolatione ſuum, ouium, boum, ſic nominata: hoc genus ſacrificij Maronem putem ſignificaſſe, cum ſcripſit:

——cedit quinas de more bidentes,
Tot q; ſues, totidem nigrantes terga iuuencos.

Vt annotauit Turnebus aduerſariorum, li. 24. c. 4.

SOLEMNIS ſignificat Anniuerſarium, legitimum, ordinarium Briſſ.

SOLEMNIS jus pro ciuili & legitimo l. 28. ff. de diuerſ. reg. ju. Briſſ.

SOLEMNE ſpacium, in l. 1. ff pro dote, quod lege 12. tab. ad vſucapionem præſtitutum eſt. Briſſ. Prat.

SOLEMNES actiones certis formulis concluſæ, l. 2. §. deinde ex his legibus ff. de orig. jur. Briſſ. Prat.

SOLEMNES feriæ, ſtatæ & certæ, & quotannis recurrentes, l. 1. 6. §. ſi ferox, ff. ex quibus cauſis maior. Briſſ Prat.

SOLEMNIA accuſationis, in l. 11 §. quidam ff. de adulter. l. 7. C. de calumniatorib. l. 2. & l. 6. C. ad exhib. quæ perſtringuntur in l. 1. C. ac Turpil. l. 3. ff. de accuſat. Briſſ. Prat. vide omnino Cujac. 13. obſ. 35.

SOLEMNIA judiciorum, quæ certis legum inſtitutis obſeruare tur. l. 7. ff. de in integ. reſtit. Vnde ordinatis ſolemnibus, in l. 11. & l. 15. C. de liber. cauſ. Briſſ. Prat.

SOLEMNIA munera, id eſt, annua, quod ſingulis annis præſtanda ſint, l. tutor ſecundum dignitatem, §. in ſoluendis, ff. de adminiſt. tut. Spieg.

SOLEMNIA patrimoniorum onera, in l. 2. ff. de veter.

SOLEMNIA prouocationis, in l. 12. C. de admin. tut. l. 20. in fin. ff. de appel. l. 5. ff. eod. tit. in C. Th. de quibus lib. 2. antiquit. dixit. Briſſ. Prat.

SOLEMNIA tempora, in l. vlt. Cod. de excuſ. veter. quinquaginta dies ſunt, D. Marci conſtitutione ad allegandas excuſationes præfiniti: l. 6 & l. 18. C. de excuſ. tut. Briſſ.

SOLEMNIA teſtamenti, l. 20. §. pen. & §. vlt. ff. qui teſtam. fac. l. 2. C. de teſtam. Prat.

SOLEMNIA verba, in l. 23. ff. de manumiſſ. teſt. quæ in manumiſſione facienda pronunciari ſolebant, quæ vel à domino ipſo manumittente, vt Feſt. Pomp. indicat, vel à lictore virgam capiti ſerui imponente, vt Boet. in Topic. teſtatur, proferri conſueuerant. Briſſ. Prat.

SOLEMNIS emancipatio, in l. ff. de adopt. l. 3. C. de emanc. li. Briſſ. Prat.

SOLEMNIS numerus teſtium, pro ſeptem teſtium numero, qui teſtamentis faciendis adhiberi debet, vt lege præſcriptus & ordinarius, l. 2. ff. qui teſt. fac. poſſ. Briſſ. Prat.

SOLEMNITAS dicitur certa obſeruatio verborum, perſonarum, vel temporis: inde nuncupata, quod ſola ſeruatur, ſine qualibet additiua mutatione. Lege, materia & forma cauſæ. Spieg.

SOLEMNITAS etiam acceptilationib. & verborum obligationib. tribuitur, l. vlt. C. de bon. auct. jud. poſſid. l. 7. C. comm. vtriuſq; judi. l. 12. & l. 14. C. ſi cert. pet. l. 1. C. de acceptilat. l. 10. C. de contr. ſtipul. l. 1. C. de vſur. l. 5. in fi. C. de dolo. Ita ſolenniter liberationem præſtare accipe. l. 17. C. de fideic. Briſſ. Prat

SOLEMNITAS adoptionis, l. 25. in fi ff. de adopt. l. 13. l. 14. Cod. d. probat l. 3. C. de ſuis & legit. id eſt, legitimus adoptandi ritus Vnde adoptio ſolenni juris ordine explicari ſolere dicitur, l. 4. C. de adopt. Prat.

SOLEMNITATEM neceſſitas ex ipſa rerum experientia deprehenditur. Nouel. de donat. propter nupt. §. Verum enimuero quia, conſtit. 119. Old.

SOLEMNITER cauere, eſt ſatiſdatione ordinaria & vſitata cauere, l. 58. ff. de admin. tut. l. 46. ff. de procurato. Quanquam hoc Tribonianum juriſconſultis adſcripſiſſe facile crediderim, ex §. ſin autem per procuratorem. Inſtit. de ſatiſdat. Briſſ. Prat.

Obſignatio ſolemniter facta l. 9. C. de ſolut.

SOLEMNIVM penſitationum fructuumque fit mentio in l. 4. C. quor. appel. non recip. & l. 27. C de jur. dot. & l 25. C de rei vin. Briſſ.

SOLERS inerti contrarius.

SOLERTIA non cautelam, ſed in omni re prudentiam & induſtriam perſpicacitatem, & ingeniorum acumen ſignificat: in bonamque, & in malam partem accipitur. Extat in l. 1. C. ſi major. fac. rat. hab. Spieg.

SOLET pro conſueuit, l. palam, ff. de ritu. nupt.

SOLIDA legata, id eſt, integra, in l. 14. §. 1. ff. ad leg. Falcidiam. Briſ. Prat.

SOLIDA proprietas dicitur, in quo vſusfructus ineſt, Lsempronius 19. §. 1. ff. de vſufr. lega. l. à liberto, 35. ff. de bon. liber. Hoc. Prat.

SOLIDA menſa argento coopertæ opponitur l. 41. §. vltim. ff. de contrah. empt.

SOLIDA pars, & pars, quæ deducto vſufructu eſt, opponuntur, l. 34. ff. de bon. libert.

SOLIDA res, i. integra, l. 15. §. vlt ff. de pignoribus.

SOLIDAM veniam petere, i. totam, l. 14. ff. de ſeruientibus.

SOLIDA legata, l. 23. ff. de dolo, id eſt, integra, in l. 14. §. 1. ff. ad legem Falcidiam, & non deminuta l. 20. §. legata. ff. de bon. poſſ. contr. tab.

SOLIDORVM adulter, in l. 2. Cod. de falſ. monet. eſt falſus monetarius.

SOLIDVM capere non poſſe dicuntur, qui totum, quod ei relinquitur, capere & alibi adquirere non poſſunt, l. 6. D. de vulgari & pupil. l. 37. D. de hæred. inſtit. l. 6. §. 1. D. de condit. & demonſtration. l. 7. D. de condition. inſt. l. 67. D. ad l. Falcid. l. 16. §. ſi qui. D. ad Trebel. Tertullian. ad vxorem. Tu modo vt ſolidum capere poſſis admonitionis noſtræ fideicommiſſum. Briſſ. Prat.

SOLIDVM non ſoluitur non minus quantitate, quam die l. 85. D. de ſolut. Briſſ. Prat.

SOLIDVM & aureum idem valere, dictum eſt in verb. Aureus. Et ita in l. 1. §. hoc autem. D. de fugitiu. l. 41. C. de ædil. edict. l. 34. D. de jur fiſc. l. 25. D. de epiſc. & cleric. accipiendum eſt ſolidorum nomen. Briſſ.

SOLIDVS eſt ſeptuageſima ſecunda pars libræ auri, l. quotieſcũq; C. de ſuſcepior. continétque 24. ſiliquas. Item ſolidus auri 20. libris æris æſtimatur, l. vnic. C. de collat. ær. lib. 10. C. in Nouel. Maiorani de Curialibus ſolidi Gallici fit mentio, cujus aurum minore æſtimatione taxatur. In legibus autem Longobardorum

bardorum ſolidus 40. denarijs æſtimatur, l.1. de quantitat ſolid. in legib. Longobardorum. Et ita in lege Salica, ſolidus accipiendus eſt, vt ex eo patet, quod 600 denarij in ijs legibus 15. ſolidos facere dicuntur, & 120 denarij ſolidos tres, ſed in ea lege compluribus in locis in notis numerorum mendum eſt, quod emendatu facile erit, ſi ad eam quantitatem denariorum, quam dixi, ſolidorum ratio æſtimatioque redigatur. Briſſ. vide Gœdd. in comm. ad princ. & §§. ſeqq. Inſt. de Aquiliano titul.

SOLIDVS, vt ait Voluſius Metianus, propriè idem eſt quod libra, quæ & As vocatur. Cum autem centenarius numerus ferè in pecuniarum ratione As eſſet, atque haberetur, vt in vſuris, quæ Centeſimæ dicuntur, intelligitur, conſuetudo tulit, vt Aureus, qui centum continet valetque ſeſtertios (vt ſuo loco demonſtravi) frequenter ſolidus appellaretur. Idem. n. vtrumque eſſe patet ex locis innumeris: veluti ex l. 5 8. prætor. ff de his qui deiec. vel effud. comparata cum § item is qui. Inſt. de obliga. quæ quaſi ex delict. l. 47. ff de manumiſſ. teſt. l. 8. & 9. ff. de inoff. teſt. Prat. Adde etiam Ferret. comm. Inſtit. Iuſt. lib 4. tit. 33.

SOLIDVS ſubſtantiuè pro aureo ſumitur: Alciato videtur, aureum, quo hodie vtimur, ex generali omnium populorum conſuetudine eſſe veteri illi ſubrogatum: & ideo quæ de ſolido in jure ciuili cauta ſunt, ad noſtrum hunc, quamvis leuioris ſit ponderis, referenda. Præterea in Parerg. adnotauit, eſſe ſolidum in jure, nummum aureum, quem ἄκυρον aliqui Græci, & ὁλοκάρσιον dicunt, ejus ponderis, cujus Latinis eſt ſextula vel ſtagion, i. e. octo oboli: vt latius ab eo declaratur in opuſculo quod edidit de ponderibus & menſuris. Bud. ex verbis Lampridij, de Alexandro Rom. principe loquentis, colligit, ſolidos primum dictos eſſe aureos nummos, certi cujuſdam, ſuique ponderis, quaſi integros. Spieg.

SOLIS dies, in l. 3. C. de ferijs, l. 10 & l. 13. de exactionib. in C. Th. is eſt, qui hodie à Chriſtianis dominicus vocatur, l. 2. & l. vlt. C. de feriis, ad quas pertinet etiam Leonis conſtitutionem Niceph. li. 15. hiſt. eccl. c. 25. memorat Greg. Toron. lib. 3. hiſt. c. 13. Ecce enim, ait, dies ſolis adeſt, ſic n. barbaries diem dominicum vocitare conſueta eſt. Quæ verba Aymonus monachus in eadem hiſtoria referenda tranſcripſit lib. 2. de geſt. Franc. c. 21. Diebus porro nomen à planetis antiquitas indidit. Auſon. in Eidyll.

Nomina quæ ſeptem vertentibus apta diebus
Annus habet, totidem errantes fecere Planetæ.
Primum ſupremúmque diem radiatus habet ſol.
Proxima fraterna ſuccedit luna corona, &c.

Hanc vero inſtitutionem ab Ægyptiis ad reliquas gentes manaſſe, Dio lib. 37. ſcribit. Briſſ. Prat.

SOLITAVRILI legendum eſt apud Valer. Maxim 4. c. 1. pro ſolito fieri: quod nondum quiſquam animaduertit: veteres membranæ habent, ſolite viri: vide Cujac. 14 obſ. 7.

SOLITAVRILIA veteres appellabant ſacra quædam ab immolatione ſuum, ouium, boum, ſic nominata: hoc genus ſacrificij Maronem putem ſignificaſſe, cum ſcripſit: cædit binas de more bidentes, totque ſues, totidem nigrantes terga juuencos: annotauit Turneb. aduerſ. lib. 14. c. 4.

SOLITVM varie accipi, docet text. & illic Bart. in l. Mela, §. ſed ſi alimenta, ff. de aliment. & cibar. leg. & in l. 1. C. quomodo & quando judicex Spieg.

SOLLICITARE eſt inſtare & velut allicere, vel ſpem oſtendendo vel metum, ſecundum Vallam, li. 5. Alias, ſollicitare eſt pro ſe vel pro alio negotium curare, inſtigare, vt verbum Gallicum *ſolliciter* indicat, ſic qui ſeruum ad delinquendum impellit ſollicitare, & ſollicitator dicitur, l. 1. §. quamvis, l. 14 §. æſtimatio, ff. de ſeru. corrup. Inde ſi quis ſollicitauerit milites aduerſus Rempubl vel Principem, læſæ majeſtatis tenetur, l. 1. in fin. ff. ad l. Iul. maieſt. Qui etiam ſe ſollicitari ab alio paſſus eſt, vt ſe à militia ſubtraheret, veniam non meretur, l. qui cum vno, §. qui filium, ff. de re milit.

SOLLICITARE, ait Feſt. li. 17. eſt ſolo ciere, loco mouere, ſollicitare etiam eſt angere, contriſtare, curam injicere, l. 1. ff. de extraord. crim. Prat.

SOLLICITATOR, qui pro alio inſtat, & negotium ejus curat, itẽ inſtigat alium l. ſi ſeruo §. idem Pompo. ff. de furt. ibi, furti actione conueniri ſollicitatorem ſeruum nomine. Et ſollicitator cauſa repellitur à teſtimonio, c. cum à nobis, de teſtib.

SOLLICITATOR, qui ſeruum ad delinquendum impellit, l. 1. §. quamvis, l 14 §. æſtimatio, ff de ſeru. corrupt. Prat. ex Briſſ.

SOLLICITATORES alienarum nuptiarum (quos ſollicitatores alieni effectus, Caſſ. lib. 5. var. vocat) itemque matrimoniorum interpellatores, qui inſtans, & velut alliciunt ſponſas matronáſve ad alienum concubitum. Hi tametſi effectu ſceleris potiri non poſſint, tamen propter voluntatem pernicioſam libidinis extra ordinem puniuntur, l. 1 ff de extraor. cri. l. Neratius, § pen. & l. tantum, ff. de ſeru. corrupt. c. ſollicitatores, de pœnit. diſt. 1. Coraſ. li. Miſc. 1. n. 9.

SOLLICITVS, pro anxio, moleſto, l. Iul. 2. ibi, de damno ſollicito, ff. de rei vind. & ſollicitum de viri hæreditate dicit, Vlp. in l. 2. §. 1. ff. de vulgar.

SOLLICITVDO, inquietudo, vel cura rei vel perſonæ: Inde perſonale munus Iuriſ. dicit eſſe illud, quod cum corporibus, cum labore & ſollicitudine animi, ac vigilantia principaliter exiſtit, l. 1. § illud, ff de munerib & honorib l. fin. §. qui anonnam, ibi, muneris ſollicitudinem ſuſtinent, ff. eod. & ibid. Et ſi quis receperit arbitrium ad curam & ſollicitudinem ſuam hanc rem Prætor pertinere putat, l. 1 § 1. ff. de arbitriv.

SOLLICITVDO tutelæ non excuſat à muneribus publicis, l. tutela, C. de exc. muner lib 10. vbi Luc. de Penn. ait: ſollicitudinem ſingularem adſcribi tutoribus: ſed & in omni officio diligentia neceſſaria eſt, alias negligens, quaſi in mala fide cenſetur, l. Laben, ff. de ſtat. li. Rebuff. Spieg. Briſſ.

SOLO cohærent ædificia, arbores autem ſolo non cohæret, in l. 10. ff. quod vi aut clam.

SOLOECISTA, qui vitioſe loquitur, quod vulgo vocant incongruum, à verbo σολοικίζω. Spieg.

SOLONA, ſiue Solonæ, pluratiue, vt Cæſari & Strabo dicitur, à Ptolemæo in Dalmatia ponitur. Meminit ejus Cæſar li. 3 bel. ciuil. vrbis olim Romanorum coloniæ. Hæc Diocletianum Cæſ. genuit, cujus leges non paucæ extant in C. Iuſtiniani ſparſim inſertæ, ſumma æquitatis ratione latæ. Omnibus ille bonis principibus erat æquandus, ſi à Chriſtianorum ſanguine abſtinuiſſet, quos crudeli & exitiali animo perſecutus eſt. Quippe qui præter innumera ſuppliciorum genera, per quæ ſuam in noſtros carnificinam exercuit, in libros etiam & ſcriptoras ſæuiit. Patriam & hanc illam Iuſtinianus noſter jam princeps, Iuſtinianæam primam appellauit. Quod & ea glo. obſeruare licet, 7. q. 1. c. ſcripſit. Vt vehementer peccent (quod ab Haloand. ſingulariter annotatum eſt) qui Iuſtinianum per contumeliam Thracem appellant, in Conſtit. quam ipſe edidit, de eccleſ. tit. (vt vulgo allegatur) vel potius, de Eccleſiaſt. & Canon & priuileg. quæ ſacroſanct. reſpic. Eccleſias, vt ſignificantius vertit Haloand. Archiepiſcopum Iuſtinianeæ ſuæ ſub ſe habere voluit Epiſcopos prouinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis, item Triballiæ, ac Dardaniæ, & Miſiæ ſuperioris, & Pannoniæ, Iuſtinianeæ ſecundam appellauit Carthaginem Aphricanam, ex quo & Deus hanc reſtituit. Ipſe author eſt in prælo. dictæ conſtit. Spieg.

SOLONIS & Draconis legiſlatorum, quorum apud Græcos maxima ſemper fuit authoritas, fit mentio in l. quod lex, in pr. ff. ad leg. Iul. de adult.

SOLVENDO eſt, qui ſolidum ſoluere poteſt, l. 114. ff de verb. ſign. qui rei petitæ inſtar ab actore conſequi poteſt, l. 28. ſolut. non is, cujus bona venduntur, l. 55. in fin. ff. de adminiſtr. tuto. Gothofr. ad l nemo, 95. de reg. jur.

SOLVENDO eſſe, id eſt, ſatisfacere, pro quo obligatus ſum ſiue pecunia, ſiue remuneratione. Valla ſcripſit, huic locutioni non poſſe ſubſtantiuum addi; quod ambigitur, datiuus ſit, an ablatiuus: cum Liuius ſcribat; ſi reſpub. ſoluendo æri alieno eſſet, & quæ reſtinguendo igni forent: & alij authores itidem vſi ſunt, vt Tuſanus adnotauit, ſoluendo etiam dicitur, qui in nominibus æs ſuum habet, l. ſacerc, vbi Alex. ſolut. matr. quod intelligendum, ſi debitores idonei ſnos, & bonam fidem agnoſcant, l. à diuo, §. ſi. de re jud. Vide Alciat. in ſoluendo eſſe, de verb. ſign. Spieg.

SOLVERE verbum varium habet ſignificationem: aliquando ad rem, quæ debetur, refertur. Et is dicitur ſoluere, qui numerat creditori pecuniam creditam, ſiue pro ſe ſiue pro alio, l. ſolut. tit. de ſolutionib. & liberationibus. Huc pertinet l. qui mãdat. Eodem pertinet l. qui ſic ſoluit. Quod diximus pecuniam ſolui debere, id exempli cauſa à nobis dictum eſt. Aliquando hoc verbum refertur ad perſonam aut obligationem non ad rem, vt dicitur ſolutus quis, i. liberatur obligatione, ſic accipitur in d. l. ſolutionis. quis ſolutum eſſe & obligatum eſſe contraria ſunt & repugnantia, ſic accipitur etiam in l. prout quicquam, 1. Ex his apparet, ſolutionem differre à ſatisfactione, quod ſatisfactionis verbum latius patet, l. 1. tit. qui ſatiſd. cog. Licet ſatisfactio pro ſolutione ſit, vt dicitur in l. ſatisfactio, quamvis ſolutio non ſit. SILLAEVS ex lecturis Donteni tit. de ſolut. & liberat. nondum impreſſis.

SOLVENDO eſſe non videtur, niſi qui ſolidum poteſt ſoluere, l. 114. vbi Gœdd. in comm. ff. de verb. ſign. Quæ interpretatio facienda eſt, quotieſcunque legimus, quod quis ſoluendo non ſit, alium teneri, l. 1. §. ſi magiſtratus, ff de magiſtrat. l. 5. §. vlt. ff. de ſolution. cum alijs infinitis: ſoluendo videtur is, qui defenditur, l. 96. ff. de diuerſ. reg. Briſſ.

SOLVENDO eſt hereditas, quæ hæredem inuenit, quandoquidem aditione heres creditoribus etiam vltra vires hereditatis obligatur, l. 36. ff. de bon. libert. l. 33. ff ſolut. matrim. Briſſ. Prat.

SOLVERE, eſt eum qui alligatus ſit, liberum facere, *Ledig zeblen.* Inde qui præſtitit quod debet, ſoluiſſe dicitur: quo fit, vt propter ſolutionis verbum, liberationiſque, ejuſdem ſit ſignificationis, l. ſolutionis, ff de ſolut. Vide Alciat. in l. liberationis, de verb. ſign. Spieg.

SOLVERE dicitur is, ait Vlp. qui facit, quod facere promiſit, l. 167. ff. de verb. ſign.

SOLVERE idem eſt quod liberare, λύειν. Vnde Virgil. li. 4. Æneid. de Dido loquens.

Accipe hanc animam, méque his exſolvite curis.

Digitized by Google

Id eſt, hoc me amoris vinculo liberate. Item dicimus nauem portu ſoluere, i. eximere. Quo fit, vt qui obligationis nexu diſtrictus, pecuniam quam debet, ſoluit creditori, tollatur ei obligationis vinculum, & diſſoluatur: ac ideo liberetur debitor nexu Inſt. quib mod. tollitur oblig. ad princip. Paulus in l. ſolutionis, ff. de ſolution. & liber. Solutionis (inquit) verbum ad omnem liberationem quoquo modo factam, magisq; ad ſubſtantiam obligationis refertur, quam ad nummorum ſolutionem. Nam etiam acceptilatione poteſt fieri ſolutio & liberatio debiti, vt ſi quis dicat, [illegible]. Tot acceptos denarios habes? Acceptos habeo d. titul. quibus modis tol. oblig § item per acceptilationem. Proprie ſiquidem debitoris eſt pecuniam ſoluere, creditoris autem liberare debitorem. Qua ratione exiſtimo, Iureconſultum longe melius dixiſſe, ſolutionem & liberationem correlatiua eſſe, quàm eadem. Sed qualiter debitorem liberabit creditor ſolutione facta? Certe confeſſione accepti debiti, aut ſi creditor reddat debitori obligationis inſtrumentum. Qui ſi creditor perdidit præſcriptionem nexus? An poterit compelli debitor vt ſoluat, niſi reddito primum ſibi inſtrumento per creditorem, ut quia debitor velit ſibi inſtrumentum exhiberi, ut videat, nunquid verum ſit, an vero falſum? Vide Bartolum in l. hujuſmodi, §. ſi ita, de lega. 1. Brechæus in l. liberationis verbum, ff. de verb. & rer ſign.

SOLVERE, lattiſſime patet: nam omnem debiti redditionem, & obligationis diſſolutionem complectitur. Spieg.

SOLVERE paratus non videtur, qui ſatiſdare paratus eſt, l. 4. §. ſoluiſſe, ff. de re jud. Alberic.

SOLVERE precarium l. 3. ff. de precario, id eſt, renocare.

SOLVERE unionem, apud Marcellum, l. Seia, 6. ff. de aur. & arg. nõ præſtare ſignificat, ut Accurſ. putauit: ſed de linea detrahere & eximere: nam quũ initio ſic locutus eſſet, Poſtea unionem ſoluit: neq; ullum mortis tempore inter ornamenta ſua unionem reliquit: in fine legis ſic inquit, Vt interim omittam, quod etiam diſſolutione ac permutatione tali voluntas quoq; videatur mutata. Hanc tamen locutionem Macrob. lib. 3. c. 7. pro liquefacere vſurpauit: ubi de Cleopatra loquitur, quæ aceto unionem impoſitum, itaque liquefactum abſorbuit. Hot. Prat.

SOLVTI legibus dicebantur, quibus quid contra leges facere permittebatur: ut cum Scipio ille Africanus, antequam per leges liceret, Ædilis & Conſul factus eſt: legibus eſt ſolutus. Inde Imperatores, qui legibus teneri noluerunt, legibus ſoluti ab Vlpian. appellantur, in l. 31 ff. de legib. Aſconius in Cornelianę argumento, Cornelius legem promulgauit, qua autoritatem ſenatus minuebat, ne quis niſi per populum legibus ſolueretur: quod antiquo quoque jure erat cautum. Itaque in omnibus SC. quibus tum aliquem legibus ſolui placebat, adiici erat ſolitum, ut de ea re ad populum ferretur. Hot. Prat.

SOLVS matrimonium, & eſſe dotem, ſunt duo pugnantia, circa quæ ſe inuoluunt Doct. præſertim neoteric. Tu vide Zaſ. ſuper tit. ſolut. matr. Spieg.

SOLVERE a ſacramento, i. ſacramento, quo obſtrictus quis erat, non amplius teneri, ſicut ſoluere legibus & canonibus De qua loquendi forma ul̃a Budæus in annotat. ad Pandectas.

SOLVISSE in tractat. de re judic. accipere debemus, inquit Vlpia. non tantum eum qui ſoluit: verum omnem omnino, qui ex obligatione liberatus eſt, quæ ex cauſa judicati deſcendit, l. 4. §. 5 ff. de re judic. Hot. Prat.

SOLVM proprie terra, ut ait Feſtus in l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. Dicitur etiam omne, quod ſuſtinet, & unicuique rei ſubiacet. Cedit autem ſolum publicum ædificio, l. 1. §. ſi quis, & ibi Bart ff. ne quid in loco publ. Spieg.

SOLVM appellant Iureconſulti aream, cui ædificium ſuperponitur l. 21 ff. de pignor. actio. l. 2. Cod. de rei vindic. quod & ideo partem eſſe ædium dicunt. l. 49 ff. de rei vindic. Briſſ. & Gotof. ad l. eum qui. 23. in princ. ff. de uſurp. & uſuc. Add Brechęum in l. locus, ſub tit. de verb. & rer. ſig. Prat.

In ſolo fieri operæ dicuntur, quæ ſolo conjunctæ ſunt: veluti ſi quis ædificium ponat in ſolo: quod ſi quis meſſem faciat, vineas putet, arbores ſuccidat, opus tamen in ſolo facere non cenſetur. Et hoc ita in operis noui nuntiatione obtinet, l. 1. §. hoc autem, ff de noui oper. nunciatio. Cæterum in interdicto, Quod vi aut clam, quod ad ea ſolum opera, quæ in ſolo fiunt, pertinet, etiam in ſolo fieri videtur, quod circa arbores fit, non etiam quod circa fructum arborum. Itaque ſi vineas quis, vel arundinem, vel ſalictum ſuccideret, hoc interdicto tenebitur, l. 1. §. hoc interdictum, l. 7. §. notauimus, ff. quod vi aut clam. Prat. ex Briſſ.

In ſolo conſiſtere dicuntur ſeruitutes, quæ ſolo imponuntur, & ſolo debentur, quales ſunt iter, actus, via, l. 1 ff. de ſerui. tutib Briſſ. Prat.

SOLI res dicuntur ædes, agri, fundi, & cæteræ res immobiles ſolo conjunctę, l. 1. ff. de rei vendic. l. 1. ff. de condi. tut. l. 7 ff. de uſufruct. l. 1. §. ſi fundus, & l. 3. §. pertinet, ff. de vi & vi arma. l. 7. §. in peculio, ff. de pecul. l. 1. ff. de ędil edict. l. 35. ff. de dona. inter vir. l. 1. ff. utrobi, l. 30. § quid ergo, ff. de uſucap. l. 1 ff. uſufr. quemadmodum caueat, l. 15. §. cellarium, ff. de inſtru. vel inſtrum. l. 54. ff. quæ in fraudem creditor. Quæ & ſolo cohærere, & ſolo contineri dicuntur, l. 20 ff. quod vi aut clam, l. 1. §. hoc interdictum, ff de vi & vi armat. Quod verbum ut Iureconſultis proprium Seneca notat. Sic enim lib. 3. Natur. Quæſtion. Tertia pars de agris, terris, ſatis arbuſtis quæritur: &, ut Iureconſultorum verbo utar, de omnibus, quæ ſolo continentur Plin. l. 6. epiſt. Eoſdem patrimonij tertiam partem conferre juſſit in ea, quæ ſolo continerentur. Briſſ. Prat.

SOLI pignora, in l. 15. §. ſi pignora, ff. de re jud. & obligatio ſoli: in l. 29. §. legatum, ff. de lib. leg Briſſ. Prat.

SOLVI morte, accuſatio dicitur, id eſt, extingui, l. 15. §. idem, ff. ad SC. Turpil.

SOLVI contractus l. diſſolui, l. 97 ff. de ſolutionibus.

SOLVM porro Seruius in 5. Æneid. eſſe ſcribit, quod unicuique rei ſubjacet. Vnde nauium ſolum mare, aer auium, ſtellarum cœlum. Ex quo ab Ouidio dictum ſit, Aſtra tenent cœleſte ſolum Briſſ. Prat.

SOLVM etiam Tuſcorum lingua ſignificat totum & ſolidum. Hinc Solitaurilia hoſtiarum trium diuerſi generis immolationem ſignant, Tauri, arietis, verris, quod omnes integri ſolidiq; corporis ſint. Hæc Feſtus.

SOLVS dictio licet taxatiua, tamen non operatur correctionem juris, & ideo ſingul. not. Angel. in l. 1. per illum textum, juncta gloſſ. in verbo, ſolus. Cod. ubi & apud quem, quod ſi ſtatuto cautum ſit, quod de adulterio & furto omnes judices ciuitatis poſſint cognoſcere, deinde alio nouo ſtatuto diſponatur, quod de adulterio cognoſcat ſolus capitaneus, per hoc verbum ſolus, non videtur adempta juriſdictio aliis, quod eſt nota dignum, ſecundum Angel & pro ſingul. citat Iaſ. in l quod in rerum, §. ſi quis poſt, ante finem, ff. de legat. 1. ubi dicit, quod eſt ſolennis deciſio, ſi eſt vera, eam etiam approbat Decius conſil. 3. diligenter pro tenui, colum. 5. verſic. ſupereſt reſpondere & poteſt confirmari ex alia ſimili & ſing. deciſione Bartol. in l. 3. §. cum Titio, in bonis lectutis, ff. de adim. leg. Tamen animaduertendum eſt, quia hoc modo ſecundum ſtatutum nihil prodeſſet, ſed ſuperfluo membranas occuparet, quod non eſt dicendum, per ea, quæ ſcripſi ſupra in verbo, Qualiſcunque, & quæ tradit Corn. conſil. 77. licet multum urgeant colum. 1. lib. 2. item cum ſit ſpeciale, videtur, quod per eum ſit à primo generali receſſum, ut in ſimili quæſtione concludit Alexandr. in l. ſi ab hoſtib. in 1. not. ff ſol. matrim & eleganter decidit etiam Bald. in l. executorem, in 6. col. verſ. ut. redeo ad naturam. C. de exec. rei judic. quem late refero infra in verbo, ſtatuta contraria. Proinde hoc dictum Angel. apud me dubium eſt, & poteſt reprobari ex eiſdem fundamentis quibus reprobatur opinio Bart. præallegata, prout ſcripſi infra in verbo, Tantum, ſed tamen propter Ang. auctoritatem, adde ad notata per Bart & ſcrib. in l. ſi conſtante, in prin. in nona quæſt one 1. partis, ff de ſolut. matrim. Et ulterius, licet alij non referant, addo, quod idem videtur eſſe de mente Bald. in conſ. 351. Ioannes & Federicus fratres, in ultim. colm. in ult. lib. ubi eleganter concludit, quod ubi dictio taxatiua ponitur ſupra id, quod alias erat à jure depoſitum, nihil debet operari. Sunt tamen qui Angelum referant loqui affirmatiue, & ſic quod dictio Solus poſita in lege noua, corrigat antiquam, & ita Angel. refert Felin. in c paſtoralis, in pr. colum, 2. verſic. limita tertio. extr. de offic. ordin. ubi eum ſequitur, & ita dicit per Anna & Doct Peruſinos fuiſſe conſulium, in fauorem eccleſiæ majoris Ferrarienſis: ita etiam citat Angelum Dec. in dict. l. conſ. 3. in 1. col Cotta.

SOLVTA actio, id eſt, finita, l. 21 ff. de acceptil.

SOLVTA margarita, in l. 25. ad fi. ff. de aur. & arg. & ſolutas uniones, in l. 6. ff. eo. tit. quomodo accipi oporteat, vide Briſſ. lib. 2. Antiq.

SOLVTA prædia, Cicero in orat. de lege Agraria, nulli obligata vocat. His, n. obligata opponit his verbis: Soluta meliore in cauſa ſunt, quam obligata. Sicul. Falc. in li. de cond. agro. ſolutos ait, à quibuſdã appellatos occupatorios agros, ſolutos vero non eſſe, quorum fines demonſtrari poſſint & [illegible]. Briſſ. & Pr.

SOLVTÆ ſtipulationes, i. ſublatæ, l. 6. de acceptilat.

SOLVTI rei, id eſt liberati è vinculis vel cuſtodia, l. 10. ff. de cuſtodia.

SOLVTIO in genere eſt quivis actus quo debitor liberatur ab obligatione, qua deuinctus eſt creditori. Et hinc eſt, ut Paul. dixerit, verbum liberationis eandem habere vim, quam verbum ſolutionis, l. 47 de verb. ſig. l. 54. de ſolut. adeo ut etiam verbo ſolutionis omnis ſatisfactio accipiatur, leg. 177. de verb. ſign. l. 52. de ſolut. & ſolutio non per numerationem tantum, ſed etiam per nouationem fieri dicitur, in l. 21. § Lucius, in fin. de annu. legat. ſolutio ita in genere accepta eſt vel naturalis, jure tamen ciuili approbata, vel eſt ciuilis tantum. Naturalis ſolutionis modi ſunt duo, nimirum ſolutio in ſpecie accepta. & conſenſus contrarius. ſolutio ciuilis fit vel ipſo jure, vel ope exceptionis. Ipſo jure multis, ſed tamen certis modis, de quibus duos potiſſimos Iuſtinianus proponit: Inſtitut. titul. quibus mod. obligatio toll. Acceptilationem nimirum & nouationem. Reliquos recenſet Bodinus in method. jur. Vultejus

s. Iuriſ.

1.Iuriprud. Rom. Ope exceptionis obligatio tollitur modis innumeris, enim ipſa quidem obligatio reuera manet, ſed exceptioni oppoſita nullius ſit effectus, ita vt potius effectus obligationis, quam ipſa obligatio tolli dicatur: quos eodem modo Bodinus vel Vultejus dd. locis addidere: vide eundem Vultejum Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in pr. nu. 4. 5. 6.

Solutio & acceptilatio differunt, eo, quod ſolutio eſt naturalis, acceptilatio eſt ciuilis: illa fit vere, hæc imaginarie: illa fit re, facto omnium interueniente, hæc fit verbis. In hoc autem conuenjunt, quod tam hæc quam illa debitor liberetur à creditore. Cui enim ſoluitur, is vere rem ſibi debitam, aut illius vice aliam accipit, qui acceptum fert, is non vere accipit, ſed dicitur duntaxat rem accipere, & fingitur in jure, quod acceperit, cum tamen reuera non acceperit. Vult. ad §.1. n.3. Inſt. quib. mod. toll. oblig.

Solutionis appellatione omnis liberatio quoquo modo facta, & ſatisfactio, qua creditor contentus fuerit, continetur, l. 47. l. 176. de verb. ſign. l. 52. l. 54. D. de ſolutionib. quod quemadmodum ſe habeat, lib. 1. de ſolutionibus, abunde expoſuit Briſſ. Adde Cujac. ſuper rubr. de ſolut. & liberat. deb. ciuitat. C. lib. 11. qui dicit, quod liberationis verbum ad obligationem referatur. Solutionis vero ad obligationem, vel ad nummos. Si ad obligationem, æque patet ac liberationis, l. ſolutionis. D. de ſolut. cui ex inſcriptione conjungenda eſt l. liberationis. D. de verb. ſign.

Solutius, pro facilius, expeditius, apud Vlp. in l. at ſi quis, §. idem Labeo. Sed ſolutius, ait, æquitatem ſequi, cum hoc ei & actionis natura indulget. Spieg. Prat.

Soluto matrimonio dotem reddi, his verbis id actum videtur, vt nullo caſu dos apud maritum remaneat, ſiue diuortio, ſiue morte matrimonium ſoluatur, l. 240. ff. de verb. ſign. Prat. Briſſ.

Solutum proprie dicitur, cùm naturaliter, id eſt, vere ac re ipſa pecunia numerata eſt: ſatisfactum autem, cùm ciuiliter id eſt, non pecuniæ numeratione, ſed verbis creditoris animus eſt contentus, vt docet Martianus l. 49. de ſolut. Prat. ex Hotomann.

Solutum, ait Cajus, non intelligimus eum, qui licet vinculis levatus ſit, manibus tamen tenetur: ac ne eum quidem intelligimus ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſeruatur, l. 48. de verb. ſign. Briſſ.

In ſolutum & pro ſoluto dari dicitur, quod vt in liberationem debiti cedat, in creditorem transfertur, l. 40. §. fin. D. de minor. l. 46. D. de ſolut. l. 59. §. vlt. D. de reb. credit. l. 84. D. de pignor. act. & alias ſæpe. Prat. ex Briſſ.

Solutum refertur non ſolum ad dandum, ſed etiam ad faciendum, l. tum rem, & ibi not. ff. rem pupil. ſal. for.

Solutum, pro revocato accipitur, vide in l. 35. §. ff. de mil. teſtam.

Solutum nihil aliud eſt, quam quod liberatum eſt à nexu, ſeu cujus effectus eſt liberatio: vt ſi ea nondum plena ſecuta ſit, nec ſolutum dicatur, ſiue nexus ille ſit vinculi, ſiue carceris, cuſtodiæve, ſiue etiam obligationis nodus. Gœdd. ad l. 48. num. 3. de verb. ſign.

Solutus is dicitur, cui recedendi eſt libera facultas, l. 2. de lib. hom. exhi. Cujus in l. qui neque, de verb. ſign. Ac ne eum quidem, inquit, intelligimus ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſeruatur. Spieg.

Sontes proprie dicuntur, quorum culpa jam ſonat, hoc eſt, qui erroris conuicti ſunt, l. 1. §. fin. ff. de ædilit. edict. Spieg.

Sontire ſignificat aliqua in re obeſſe, & grauiter nocere: Vnde ſonticus morbus, qui rebus agendis, & negotijs conficiendis obeſt. nocétque. Ælius Stilo, vt ſcribit P. Crinit. lib. 25. de honeſt. diſciplin. ſonticum exiſtimavit pro noxio dictum: vnde ſontes homines, pro noxijs & deperditis. Hanc tamen vocem. ſontire, propter nimiam antiquitatem & inſolentiam magis intelligendam eſſe, quàm vſurpandam. Quoties, inquit, Venulejus, morbus ſonticus nominatur, eum ſignificari. Caſſius ait, qui noceat: nocere autem intelligi, qui perpetuus eſt, non qui tempore finiatur. Sed morbum ſonticum eum videri, qui inciderit in hominem, poſtquam ſanatus ſit. Sontes enim nocentes dicuntur, &c. Brech. in l. Morb. ſonticus, ff. de verb. & rer. ſignific.

Sonticus exiſtimandus eſt, ait Iul. in l. 60. de re jud. qui cujuſque rei agendæ impedimento eſt.

Sonticus morbus, apud 12. tab. intelligendus eſt non vulgaris: ſed tam moleſtus vt reus non cogatur apud judices comparere. Hinc & ſontica cauſa appellatur admodum gravis, vt ait Eraſmus in Chiliad. Vide l. 1. § deinde, leg. ob quæ leg. pen. ff. de ædil. edict. vbi ſæpe fit mentio de morbo ſontico. & leg. quæſitum, de Iud. vt Pomponium, Sextum intelligas, qui, veteres ſonticam, id eſt, juſtum cauſam, dixiſſe, ſcribit: juſtum enim præbet impedimentum. Spieg. vide & Gœdd. in comm. ad l. 113. n. 2. de verb. ſignific.

Sonticus morbus in 12. tab. qui cuique rei gerundæ obeſt, l. 2. §. ſi quis Iudicio. ff. ſi quis caut. ejus morbi vim. explicat. l. 60. ff. de re Iud. cum eum differenda ſunt Iudicia. Sonticum morbum (Feſt li. 17.) ſignificare, ait Ælius Stilo, certum cum juſta cauſa, &c. In 12. tab. qui accipitur, docet A. Gell. lib. 20. cap. 1. verba legis hæc ſunt, ſi judex vel alter ex litigatoribus, morbo ſontico impediatur, dies Iudicij diffiſus eſto. Hanc explicuntur de ijs ædibus.

Σόφισμα, eſt fraus, commentum, & molimen excogitatum ex compoſitoque adornatum, quo quis aduerſarium fallaci certandi ratione vincat. Gœdd. ad l. 173. n. 4. de verb. ſig.

Σόφισμα cauillum, calumniam, & impoſturam ſignificat, φενακισμὸν, τέχνασμα, μαγγάνευμα & σκαιωρίαν, Budæo teſte in annotationibus & πανούργημα. Idem ipſe Budæus in commẽta. linguæ Græcæ ſcribit, σόφισμα eſſe ſcitum inventum, prudens facinus, ex Arriani lib. 6. & Euripid. in Hecub. Atque interdum τὰς σοφιστὰς, Philoſophos & ſapientes vocari, Ἀριστείδης, inquit Etymologicus auctor, σοφιστὴν λέγει, τὸν ἕνα τῶν σοφῶν ... σοφιστὰς τὰς ... ἀπεσταλμένους, vt tradit Appollonius in Herodotum. Teſtis eſt etiam Budæus, Sophiſtam pro Præceptore Plutarchum dixiſſe, his verbis, ... Idem Plutarc. in quodam apophtegmat. Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφὸς, id eſt, Odi ego ſapientem, qui ſibi ipſi minime ſapit. Porro dicebatur σοφισταὶ ἀπατεῶνες, id eſt, deceptores, ... ἀπὸ τῆς σοφίας. Is quoq; erat σοφιστὴς, qui Muſicam exercebat, & cithara ludebat, vt author eſt Heſychius Brechæus in l. Natura. ſubſtit. de verb. & ſign.

Σοφισταί, in l. ſi duas 6. § Grammatici, 1. ff. de excu. tut. exponuntur à Cujac. & Gothof. Ibid.

Σοφοὶ Græcis eſt, quod Latinis ſapiens, doctus, acutus, ſcitus, bonus, vtilis: à σοφία ſapientia. Et Romani, cùm aliquem laudare vellent, quod docte, omnia dixiſſet, aut prudenter feciſſet, σοφὸν appellabant: vel mox acclamabant, σοφῶς, hoc eſt, ſcite, docte, acute, ſapienter. Sic quia Maximam ſcientiam Sempronio populus Rom. attribuit, rectiſſime σοφὸν eum appellavit, l. 2. §. fuit poſt eos, ff. de orig. jur. Olim Iudæorum quoque doctores, teſte Hieronymo, Sophi, hoc eſt, ſapientes à plebe dicti ſunt. Qua imitatione apud Græcos ἑπτὰ σοφοὶ, id eſt, ſeptem ſapientes nuncupabantur: Tales Mileſius, Solon Athenienſis, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Pyrenæus, Cleobulos Lyndius, & Periander Corinthius. Sed poſtea Pythagoras primus, vel hoc nomine omnium ſapientiſſimus, non ſapientem ſe, ſed Philoſophum, hoc eſt, Sapientiæ amatorem appellari voluit, Sapientiam ſoli Deo relinquens Schard. ex Prat.

Solutio juſta tria requiri: Aliquando enim propter perſonam ſolventis, non eſt juſta, nec ad tollendam obligationem efficax ſolutio, veluti ſi fiat à pupillo ſine tutore. Rurſus propter perſonam creditoris aliquando nihili eſt ſolutio ei facta. Vt ſi fiat pupillo ſine tutore. Sed & ſi debitor, cum eſſet perpetua & fauorabili exceptione tutus, per errorem vltro ſolverit, non cogetur tanti redimere damnoſam liberationem, quinimo vtetur condictione indebiti. Omnino enim vt rite fiat ſolutio, oportet ſolventem non ignoraſſe jus ſuæ obligationis. Poſtremo ratione rei ſolutæ, plerunque eſt inutilis ſolutio: vt ſi ſolverentur nummi reprobi aut adulterini. Baldvinus in comment. Inſtit. Iuſtin. lib. 3. tit. 29. quid. mod. tollitur obligatio.

Sordidæ perpetua egeſtate, ajunt Impp. in l. 5. §. 1. C. ad l. Iul. majeſt.

Sordes, pro avaritia, rapinis. Vnde damnatus ſordium, apud Plin. lib. 2. Epiſt. 11. Vlp. l. ait prætor. § quæſitum eſt, verſ. Et diſtricte. Niſi aut ſordes, inquit, aut evidens gratia tutorum ſiue curatorum doceatur. Idem in l. filiosfamilias, ff. de Iud. Si evidens, ait, arguatur ejus gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes. Spieg.

Sordes, pro pecuniaria corruptione, l. 3. §. 1. l. 9. §. vlt. ff. de recept. qui arbitr. l. 3. C. de arbitr. l. 15. ff. de judic. l. 26. §. per magiſtratum, ff. ex quib. cauſ. major. l. 7. §. quæſitum. ff. de mino. l. 7. §. comp. ff. de admin. tut. l. 51. de evictionib. Nam quod in illis locis dicitur per ſordes, hoc, pecunia accepta. dicitur in l. 1. §. ff. de magiſtrat. conuen. l. 8. §. vlt. ff. manda. ſic interpretandum eſt verbum ſordide in l. 3. §. nunc videamus, ff. de ſuſpect. tut. Schard ex Prat. & Briſſ.

Sordibus moveri. Aggen. Vrbic. lib. de limitib. agror. In Iudicando autem menſor virum bonum & juſtum agere debet, nulla ambitione aut ſordibus moveri. Hinc Ædilis ſordidus, apud Sueto. in Domit. c. 8. pro auaro & corruptioni obnoxio.

Sordidè facere apud eundem Suetonium in Domit. c. 9. & ſordide proconſulatum gerere, apud Plin. in Epiſtol. Et ſordide concionari, apud Cic. ad Atticum, qui pecunijs ſe corrumpi patiunt. Ab omni ſorde ſe abſtineat. leg. eadem, ff. de l. Iulia repetundarum. Damnatus ſordium, non debet de aliis judicare. Plin. Epiſt. 12. lib. 2.

Sordida contuſſio, id eſt, calumnia. Hæc à tranſactionis officio longe diſtat. Tranſactionem quærit pacem, & finem litium: calumnia diſcordiam parit, & diſpendium. Tranſactio ex bona fide procedit, calumnia ex dolo malo: tantoque magis nocet, quanto latentius procedit ad nocendum. Spieg. Prat. 932.

Sordida munera quæ habentem in conſtitutionibus, vide ſupra in verbo, Munus.

Sordida veſtis, in l. 39. ff. de injur. ſordium plena, qualis olim erat reorum habitus, qui inde ſordidati dicebantur, vt ex veterum auctorum libris notum eſt. Briſſ. Prat.

Sordidæ ſtirpes, ſplendidis & ingenuis natalibus ſcire opponuntur ab Imp. Diocletiano & Maximian. l. ſuper ſtatu. C. de pœnis.

Sordidius agere, pro auare, l. 3. §. nunc videamus: ff. de ſuſpectis tutor.

Sordide agi tutor, qui pecunia corruptus, rem pupilli negligit. l. 3. §. nunc videamus ff. de ſuſpect. tutor. Spieg. Prat.

Soritæ dicuntur Elenchi, ſeu argumentorum congeries, quibus ex Stoicorum familia Chryſippus certando plurimum vtebatur, cum per multiplicata conſequentia ratiocinationes duceret, ex his tandem omnibus aliquid velut neceſſario concludens, inducebat: & his quidem diſputationem laqueis, id eſt, Soritis, implicatum atque irretitum adverſarium tenebat. Quod Cicero videtur intellexiſſe lib. 1. de Orat. ad Q. Fratrem, his verbis, Stoici verò noſtri diſputationum ſuarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. Et Perſius in vltimo verſu, Satyr. 6.

Inuentus Chryſippe tui finitor acerui.

Iam vero qui & ſophiſma, σωρείτην & σωρείτην legunt, hi non multum aberrant à ſcopo noſtri ICti, Brechæus in l. natura in tit. de verb. & rer. ſignific.

Non omnis **Sorites** eſt cauillatio, ſed is tandem, qui aut æquiuocationem generum non diſtinguens, paralogiſmum parit, aut in accidenti vel attributo peccat. Gœdd. ad l. 177. n. 5. de verb. ſign.

Σωρείτης Vlp. 177. vbi Gœddæus in comm. ff. de verb. ſign. Natura cauillationis, quam Græci σωρείτην appellauerunt, hæc eſt, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur. Sic in l. 65. ff. de regul. jur. Hot. Prat.

Soror, teſte Labeone, appellata, quod quaſi ſeorſum naſcitur, ſeparaturq; ab ea domo, in qua nata eſt, & in aliam familiam tranſgreditur. Cui dicto aſtipulatur text. in l. mulieres. C. de incol. lib. 10. & in l. mulieres. C. de dignit. li. 12. text. in l. cum in adoptiuis. C. de adoptio. Bart. in l. fin. C. de priuileg. ſcholæ, lib. 12. quæ jura probant, mulierem mutatione mariti priorem dignitatem, conditionem, forumque mutare. Vide Gell. Noct. Attic. lib. 13. c. 10. & Cantiunc. in Tuple. loco ad Adjunctit. Spieg.

Soror pro amica, ſiue ſcorto nonnunquam à clericis flagitioſis appellabatur: rem turpiſſimam honeſtiſſimo nomine tegentib. Impp. l. eum qui. 19. C. de epiſc. & cleric. Eum qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiæ appellationis non decet. Sorores igitur appellabant, quas hodie ſectæ Commatres vocant. Hotom. Prat. Vide & Cujac. 2. obſ. 19.

Sororum aliæ conſanguineæ, aliæ vterinæ ſunt l. pen. & vlt. C. de legit. hæred. quæ verba ſuis locis à nobis exponuntur. Schard. ex Briſſ.

Sororius, cui ſoror mea nupſit. Sororius ſimiliter dicitur frater, & ſororis filius. Prat.

Sororiare, apud Plautum, perinde eſt atque augeri & procreſcere, vnde mammam ſororiantes vocantur in puellis, vt à Sexto Pompeio traditur cum exuberantes intumeſcunt, quod illis euenit ex compreſſu lacte, Crinitus de honeſta diſcipl. lib. 11. c. 12.

Sors ſignum eſt ſortitionis, quod vrnæ immittitur, ſiue fuerit calculus, ſiue concha, ſiue aſcia, ſiue anuli nota, ſiue etiam ceſpes viuus, juxta Sophoclem, vel ſimile quid, ſiue teſſellæ, & talleolæ ligneæ. Græcis πάλος dicitur, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, à mouendo: alio nomine κλῆρος, ab euentu, quo educta ſorte, ad muneris alicujus adminiſtrationem quis vocatur à καλῶ, quod eſt voco: aut potius à κλάδος, id eſt, lignum, quod lignorum vſus fuerit potiſſimus ad ſortes faciendas, in quibus ſymbolum ſuum teſſeramve incidebant: quomodo Homerus Iliad. 7. ea voce vſus eſt, ibi, [illegible]. Notandum autem ſortitionem omnem Mercurio fuiſſe attributam, vt in Iliad. 7. annotat Euſtach. Hinc Mercurij ſors apud veteres, quæ fuit oleæ folium, quod in vrnam conjiciebant primumque educebant in honorem ejus Dei cujus conſuetudinis meminit in Æolo Euripides. Atque olim in eo Reſpub. ſtatu qui penes populum erat, δημοκρατίαν nominant, magiſtratus ſorte electus fuiſſe: tum & judices principio conſcriptos de curia ſenatoria, deinceps in vrnam ſortito miſſos, vt è pluribus neceſſarius numerus confici poſſet, autor eſt Pædianus: ita vt primum delecti mox ſortirentur: quod ex oration. Cic. ſæpe diſcere eſt. Ea ratione apud Vergilium 6. Æneidos.

Quæſitor Minos vrnam mouet:

Et apud Statium.

Arbiter hos dura verſat Gortynius vrna.

Seruius in eum Vergilij locum negat auditas fuiſſe cauſas, per ſortem ordinatas. Ordo autem ex ſorte dierum petebatur, quo poſt triceſimum diem cauſſas ſuas exequi poterant.

Iudicum autem nomina tabellis inſculpta, inque vrnam iacta per ſortem promebantur. Præterea Conſules, Proconſules, & Prætores, prouincias ſortiebantur: vetabatque lex curiata prouinciam extra ſortem cuipiam cedere, hoc eſt, ne alter alterius prouinciam inuaderet, ſed miſſis ſortibus eas ducerent, præcipiebat. Cic. in famili. Epiſt. Appius, inquit, dixit ſeſe, ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre, ſortiturum eum collega eſſe prouinciam inſuper decendit legationibus virium & ſortem veteri exemplo poſitas fuiſſe, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret, contendit Marcellus Eprius apud Tacitum li. 20. In plurimis alijs rebus veteres ſorte vtebantur, quæ noſtri non ſunt inſtituti. Sciendum tamen ſortes in plurali proprie dici ipſa ſortis inſtrumenta. Sors vero ipſa ſortitio eſt Hinc Cicer. Et ſortes ipſas & cætera quæ ad ſortem erant parata, diſturbauit. Prat.

Sors, ſumma eſt, ſiue capitale, h. e. prima pecunia, quæ confertur in ſocietatem, vt inde lucrum fiat, Obſeruandum, quod maximum diſcrimen eſt inter ſortem, quæ controuerſias tollit, alens concordiam præſentiſſima definitione, in quam partes conſentiunt libere (de hac intelligendæ ſunt l. vlt. in pr. C. commun. de leg. l. ſi quæ cautiones, ff. famil. erciſc. l. ſi cum ambo. ff. de judic. & §. optionis legatum. Inſtit. de legat.) Et ſortem quæ aufert bona, parit rixas, homicidia, & omne malum, quæ item latentium rerum omnia, vel alias ſuperſtitiones complectitur. Hujus autor Satan eſt: priorem autem ſortem Deus moderatur, ad conciliationem diſſidentium animorum. Spieg.

Sors à ſerie, pro dubio rei euentu qui cum Dei voluntate ſemper ſit deſtinatus, varias producit ſignificationes. Vnde ſortior, verbum, in vſu loquendi frequens, pro adquirere aliquid. Sortiri judicem ſortiri prouinciam, ſortiri ſorum, *Vberkommen.* Nouel. vt omn. obed. judic. prouinc. §. accipiat. Old. Prat.

Sors, aleæ, vel alterius rei, quæ inſtar ſit aleæ, judicium, declarans in dubio, ſc. honeſto, voluntatem Dei, *Ein glückfall.* Vnde ſolebant olim, & jam nunc ſolent vel inter conjunctiſſimos, incidentes controuerſiæ per ſortem dirimi, *durchs im loſſ.* l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. fam. erciſc. Auguſtin. grauiter in Pſal. ſors eſt, inquit, res in dubitatione humana, diuinam indicans voluntatem. Nam & ſortes miſerunt Apoſtoli Electi ſunt duo judicio humano: & electus de duob. judicio diuino. Vnde ſcribitur. Cecidit ſors ſuper Matthiam. Old. Prat. De hac ſortis ſignificatione, vide etiam quid annotarit Adrianus Turnebus aduerſariorum lib. 5. c. 21.

Sors pro gratia, quam ſignificationem gentes olim non intellexerunt, & multi hodie diſſimulant. Auguſtinus ibidem. Ponitur ergo ſors, ait, pro gratia, qua ſaluantur: quia in ſorte non eſt electio, ſed voluntas Dei. Nam vbi dicitur: Iſte facit, Iſte non facit: merita conſiderantur. Et vbi merita conſiderantur, electio eſt, non ſors. Quoniam autem Deus nulla merita noſtra inuenit, ſorte voluntatis ſuæ nos ſaluos fecit, quia voluit, non quia digni ſumus. Audis hæc Chriſtiane lector. Oldendorp.

Sors dicitur patrimonium, & ſumma ſiue caput illius pecuniæ, quæ confertur in ſocietatem, vt inde lucrum fiat. Qua ratione conſortes accipiendi ſunt, qui vel commune habent patrimonium, vel parem pecuniæ quantitatem ſocietati attulerunt, vt l. dudum. C. de contrahend. empt. Old. Prat.

Sors affini quadam ſignificatione dicitur quælibet pecunia, cui accedunt vſuræ vel reditus, vt in tit. ff. de vſur. l. pen. ff. ad l. Falcic. l. 58. §. ante. ff. ad Trebel. Old. Prat.

Sors pro judicio, ordinatione ſeu conditione obiter incidente, Tractum autem id eſt ex more Romano. Non enim audiebantur cauſæ, niſi per ſortem ordine quodam. Siquidem quo tempore cauſæ agebantur, conueniebant omnes, & ex ſorte dierum ordinem accipiebant, ſc. ita vt poſt triginta dies cauſſas ſuas exequerentur. Nunc vix tota hominis ætas ſufficit ad dirimendas lites. Old. Prat.

Sorte res diſcerni ſolet. l. ſed cum ambo, ff. Vbi quis aget.

Sorte ſoluta vſuræ peti non poſſunt, niſi ex ſtipulatu agatur. Gœdd. ad l. 187. n. 2. de verb. ſign.

Sortem & vſuram perſoluere, figura prouerbiali dictum, quid ſit, interpretatur Eraſmus Chiliad. 4. Centur. 7. Spieg.

Sortis & vſurarum ratio inter cætera vel in eo diuerſa eſt, quod propter ſortem chirographariam pignus retineri poteſt, per exceptionem doli, vt eſt conſtitutum in tit. etiam ob chirog. pec. pign. Propter vſuras chirographarias non item. l. 4. C. de vſur. vide Cujac. 5. obſ. 18.

Sortes Prædeſtinæ quæ fuerint tradit Crinitus li. 22. c. 1. Continebant autem populi Romani fata, teſſeris quibuſdam ligneis inſculptæ: Vnde Liuius extenuatas ſorte inter prodigia numerat, quoniam veræ illæ fatales alicubi conſumptæ viderentur. Sed & alius mos Romanis imperatoribus in aucupanda per ſorte fortuna fuit, verſibus ad eam rem compoſitis, vel ex aliquo poemate translatis. De varijs autem ſortiandi

di rationibus vide luculenter tractantem Hadrianum Iuoium lib 2. animaduerſionum, c. 5.

SORTES, (inquit, Prateius,) plurali numero reſponſa erant, quæ Satana ſuggerente, dabantur olim conſulentibus de aliqua re: qualibus impoſturis & hodie delectantur impij: Inde ſortilegi dicuntur, 26. q. 2. & tot. tit. ext. de ſortileg. Prat.

SORTES appellantur pecuniæ ipſæ principales, quibus vſuræ accedunt, 24. ff. de vſuſr. legat. l. pen. §. 1. ff. ad l. Falcid. 58. §. ante diem, ff. ad Trebell. Briſſ.

SORTILEGIA dicuntur, quæ pro inveniendis ſortis, vel divinationibus intendendis fiunt, per miſſionem ſortis. Quomodo accipitur titulo extra, De ſortilegis. Hic ſortilegi ſunt, qui ſub nomine fidæ religionis per quaſdam (quas ſanctorum ſeu Apoſtolorum vocant) ſortes diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt, cap. 1. 29. qu. 2. Quod autem hujuſmodi ſortes (ſunt enim in duplici differentia, adeo vt aliquæ ſunt licitæ, vt probat gloſſa ad verbum ſortes, 26. qu. 1.) ſortilegique improbentur, conſtat maniſeſtiſſime ex c. ſortes, 26. qu. 5. vbi ſcriptum legitur. Sortes, quibus cũcta vos veſtris diſcriminatis prouincijs) quas partes damnaverant) nihil aliud, quam diuinationes, & maleficia eſſe decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Chriſtianos vltra nolumus nominari, & , ne exerceantur anathematis interdicto prohibemus. Perſis autem fertur eſſe allata diuinatio, cujus Varro quatuor genera ponit, terram, aquam, aërem & ignem, hinc Geomantiam, Hydromantiam, Pyromantiam, & Aëromantiam dicta autumant. Anchor. eigitur, 26. q. 3. 4.

SORTIRI eſt ſortito capere, hoc eſt, per ſortem obtinere, ſorte enim aliquid conſequi, eſt ſortuito rei euentu vel caſu acquirere. Prat.

SORTIRI pro ſorte dirimere in l. 5. §. omnes, ff. fam. erciſcun.

SORTIRI defenſores, obtinere & adipiſci, l. 1. C. vbi per. tutor.

SORTIRI filium, pro ſuſcipere. Vlp. l. 3. §. 5. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. ſi emancipatus filius vxore non ex voluntate patris ducta filium fuerit ſortitus. Hotom.

SORTIRI forum, pro acquirere, ſic ſortiri prouinciam, ſortiri judicem.

SORTIRI, per ſortem eligere apud Cajum in l. ſi quæ ſunt cautiones. Fam. erciſc. Spieg.

SORTIRI Prouincias dicebantur Prætores, etiam qui in vrbe jus dicturi erant, nam deſignati antequam magiſtratum inirent, ſortiri inter ſe ſolebant, quis de pecunijs repetundis, quis de ambitu, quis de veneficijs, quis alijs denique quæſtionibus præfuturus eſſet, vt in Verrinam 2. explicat. Hot. Prat.

SORTITIONI ſubſortitioni judicum Prætor vrbanus præerat, hoc eſt, per ſortem & fortuitum eventum deſignabat ex decurijs & ordinibus eos, qui quoquo tempore judicarent, illorumque nomina in albo ſuo deſcribebat. Vnde ſortiri forum, ſortiri juriſdictionem, ſortiri effectum dicimus. plane, ſi rejiciebantur judices, ſeu, vt nunc loquimur, recuſabantur, ſubſortitione in locum rejectorum faciebant. Oldendorp. Prat.

S P.

SPACIARI, Spacia facere & deambulare, l. 7. de ſervit. & apud Suet. in Tiber. c. 14. Prat.

SPACIVM, non ſolum de loco, ſed etiam de tempore dicitur, l. ſicut in annos, §. Idem Papin. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. c. fin. de nou. oper. nunc. Prat. Spieg.

SPACIVM temporis nec maximum nec minimum, l. 13. ff. de ſolutionibus.

SPADONVM nomen à Græco *σπάω*, deductum eſſe, docti verius crediderunt. Ineptum enim eſt ac valde novum, vt inquit, Cujac. lib. 17. obſerv. 24. in fin. à Perſico vico *σπάδα*, quo loco primum nonnullis virilia execta eſſe fabulantur, vel à ſpata, hoc eſt, nouacula (Gallorum Lingua) qua inciduntur teſtes, vt Accurſ. putabat, ſpadones appellari, Reſiſtit huic poſtremo ſcribendi ratio. Etſi vero quidam arbitrantur eos demum ſpadones eſſe, quibus extracti ſunt *διδυμοι*, vel adempta virilia: quia tamen *σπάω*, non ſolum pro evello, ſed etiam pro detorqueo & contorqueo à Græcis accipitur: vnde *σπασμὸς*, morbus, medicis, *ἀπὸ τοῦ σπᾶν*, à contractione & contorto: ex eo recte Vlpian. in l. 128. de verb. ſig. ſpadonum appellationem, generalem eſſe dixit, vt & in l. ſi ſerua. §. vlt. ff. de jur. dot. l. 4. §. item diuus, ff ad l. Cornel. de ſicar. § ſed illud. Inſtit. de adopt. & ibi Theophilus, & Harmenopt. libro 2. tit. 8. in Princ. Epitom. Comprehendit enim non ſolum qui natura ſpadones ſunt, hoc eſt, quibus natura vaſa ſeminaria, & virilia ſunt diſtorta, vel execta, aut inutilia, item qui ſunt thlibiæ, thlaſiæ: ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, puta ſi ſint caſtrati, vel quibus exciſi, colliſi, contuſi: aqua calente, aut herbarum ſuccis eunuchi facti: De herbis eunuchos facientibus, Paul. Ægin. Marcell. de medicam. Plin. lib 19 cap 8 conſulendi ſunt. Thlibiæ *ἀπὸ τοῦ θλίβειν*, ab atterendo dicti ſunt: ſicuti thlaſiæ à *θλάω*, hoc eſt, frango, quibus teſtes fracti ſunt: Mynſ. id d. §. ſed & illud. Quibus igitur contortus eſt meatus ſeminalis, ij proprie *ἀπὸ τοῦ σπᾶν*, ſpadones dicuntur, Julius Scalige exet. 277. ſect. 4. ad Cardan. At vſu generalior ejus ſignificatio facta eſt, & ſignificantur hac voce omnes, qui natura, arte, morbo vel alio eventu tales ſunt, vt in complexu venereo ad procreandos liberos munia virilia recte obire nequant. Et in ſumma comprehendit eos, qui naſcuntur ſine teſtibus: ſecundo quibus omnino oblata eſt virilitas: tertio quibus execti ſunt teſtes: quarto quibus attriti vel contuſi ſunt teſticuli: quinto qui integris & incorruptis membris propter vitium quoddam (puta quod diſtortus ſit ſeminis meatus, vt ſemen non recte egeratur, Diocles apud Plutarchum libro 5. de placitis Philoſophorum) procreare liberos non poſſunt, tametſi rem veneream gnaviter exerceant. Primi, ſecundi & tertij generis ſpadones proprie caſtrati appellantur. Itemque eunuchi, quod *τὴν εὐνὴν*, hoc eſt, lectum virgineum cuſtodiebant: quia nomen *ἀπὸ τοῦ εὐνὴν ἔχειν*, acceperunt, Scaliger d. exercit. 277. ſect. 4. quod ad obſervandum mulierum pudicitiam adhibebantur, quaſi lecti cuſtodes: quod reliqui lectum vix virgineum aut pudicum permitterent, licet nihil generarent, Gœddæus in comment. ad l. ſpadonium 128. num. 3. 4. ff. de verb. ſign. vide & Cujac. libro 17. obſ. 27. Vultejum in comment. ad §. ſed illud 7. Inſtit. de adoptionibus.

SPADO in ſpecie is dicitur, qui aliquo corporis vitio impeditus generare non poteſt eo remoto poteſt, l. 2. §. 1. arrogato 40. in fin. ff. de manumiſſ. vind. Hi ſunt Thlaſiæ, qui fractos habent teſticulos, & Thlibiæ, qui attritos. Hi adoptare poſſunt. Nam & matrimonio jungi, & poſthumum in teſtamento hæredem ſcribere poſſunt. Vlt. in comment. ad §. ſed illud 7. Inſtitut. de adopt.

SPARTA dictio Græca eſt, Latine ſata dicitur. Origo enim hujus vocabuli ſumpta eſt à verbo *σπείρω*, quod ſero ſignificat, vnde nomen verbale *σπαρτὸν*, quod ſatus vel ſatiuus appellatur. Vnde Homerus libro 9. cap. 1. in neutro genere pluratiuo numero *σπάρτα*, dixit, vt annotavit. Pet. Moſell. in Gellium, lib. 17. c. 3.

SPARTACVS famoſiſſimus gladiator traditur, de quo ſecundum aliquos intellexit Paul. Iuriſconſ. in l. 3. §. ſi ſeruus, ff. de acquirend. poſſeſſ. vbi tamen Dd. ſecuti vulgarem lectionem repoſuere Spartanum, ſed male. Extat enim hiſtoria de Spartaco famoſiſſimo gladiatore, qui ex Thracia oriundus fuit, robore animi & corporis præſtans. Is ſe in libertatem vindicavit: de quo talis fertur hiſtoria. Cum Lentulus ludum gladiatorium adornaret Capuæ, capta occaſione Spartacus, Chryſus, & Ænomaus ſe inde proripuerunt, ergaſtulos ſervos armant, eoſque propoſito pileo convocant ad libertatem: manuque ſervorum hoc modo congregata, quaſi juſto exercito, bellum ingens excitavit: adverſus illorum impetus comprimendos miſſos aliquot duces oppreſſerunt: & conſulares exercitus. Tandem demandata eſt talis Prouincia Craſſo, qui illos extremo bello profligavit: ex quo inceſſit per vrbem ovans, laurea corona inſignitus: more ovationis præpoſtero. Conſueverant enim ovantes myrtheam coronam geſtare. Reliquiæ Spartaci conjunxerunt ſe cum Catellianis, quæ paulo poſt ab Octavio patre Auguſti deletæ fuerunt: extra ſortem demandato negotio, vt obiter tendens in Macedoniam comprimeret fugitivos. A frugalitate Spartacum Plin. laudat, vt pote qui auro interdixerit exercitui ſuo. Idem laudatur à fortitudine, vt qui acriter pugnans ceciderit: de quo ita cecinit Cordubenſis poëta Lucanus

Vt ſimilis cauſa caderet qua Spartacus hoſtis.

Et de iſto ſenſit Paul. licet omnes ad Spartanum, quem ignorant maluerint referre. Hiſtoria Spartaci nota eſt ex lib. 95. 96. & 97. Epitomam Liuij. Cor.

SPATHA. Vegetius gladios maiores, ſpathas vocari docet: minores vero, ſemiſpathas. Extat in auth. de armis, §. pen. Spieg.

SPECIALE delictum videtur, quod Dd. noſtri innominatum dicunt, vt cum quis, in jus vocatus non paret, l. 2. C. de Epiſc. aud. cum temere appellat, cum ius dicentem contemnit, cum in munere ſibi impoſito per deſidiam quis ceſſat, l. 2. C. de Sport. Eiuſmodi enim facta pluribus verbis ſpecialiter deſignantur, non vno generali. Ex Alciat. Spieg. Prat.

SPECIALIA judicia in l. 38. ff. locat. ſunt, quibus de vna certa re agitur, qualia ſunt commodati, locati, depoſiti. Prat. ex Briſſ.

SPECIALIA judicia, generalibus opponuntur, l. 38 ff. pro ſoc.

SPECIALIS judex, datus, delegatus, pedaneus, l. fin. de off. præt. l. fin. C. de Iud. Prat. ex Briſſ.

SPECIALES actiones cenſentur, quibus id perſequimur, quod natura ſua, & quantum ad juris interpretationem pertinet, ſpeciale eſt, etiam ſi acceſſoria quædam habeat, vt equus, veſtis, domus, fundus, & cæteræ id genus res, in quibus ſingularum petitio eſt, l. 1. l. 28. ff. de rei vindic. Itaque actionibus de vniverſitate ſpeciales opponuntur, l. 3. Cod. de præſc. 30. annor. Prat.

SPECIALITER, idem quod ſpeciatim diſerte, *mit außgetruckten Vvorten.* Vlp. in l. 2. ſi quis caut. Niſi, inquit, contrarium ſpecialiter patrib. placuerit. Vocabulum iureconſ. familiare l. defuncta l. arbores, ff. de vſufr. & aliis multis locis, Spieg.

SPECIALITER & generaliter opponuntur, l. 1. ff. quod iuſſu, ſic

ſpecialiter & generaliter pignori accipere & obligare, l.2.& l. 17. C.de pignoribus.

Specialiter prælegare. Claudius in l.alimenta, ff. de alim. legat. Quia, inquit, deſtinaverat alimentis, ejus vſuras pecuniæ, quas ſpecialiter ei prælegaverat. Spieg.

Species communi contineri dicuntur, quæ in genere ſuo functionem recipiunt, l.29 ff. de ſolutio. Prat.

Species in l.quæſtio. de verb.ſign. pro parte vſurpatur. Vult enim dicere, agrum partem eſſe fundi, non ſpeciem, arg. l. fundi. eod. tit. Sic Vlp. in l.1. de Agnoſc. lib. vbi SCti Plantiani duas eſſe ſpecies dicit, cum partes debuerit dicere, teſte Appello. Spieg.

Species eſt vox, quæ de pluries differentibus numero, ſeu in diuiduis dicitur, vt apud Appellum tutela teſtamentaria, aditio hæreditatis, dominium, directum, emptio, furtum, obligatio ciuilis, actio perſonalis, poſſeſſio naturalis. Quanquam non nullis viſum eſt, vt atteſtatur Cantiune. ſpeciem indiuiduis comparatam, hoc nomine parum aptè notari. Speciei namque nomen ſola comparatione ad genus videtur inditum: dictamque ſpeciem eſſe, quod confuſum & informe genus expoliret, & ſpeciendum (ſic enim veteres loquebantur) nobis exhiberet. Ob id Cic. in Topic. maluit formam (dum à forma generis locum ducit) appellare. Siquidem ſpecies indiuiduis comparata non jam ſpeciei retinet, ſed generis potius accipit faciem. Ciceronis adſtipulatur Gloſſ. vlt. in l. proponebatur, ff. de Iudic. Rei ſpecies, inquit, id eſt, forma Iuris Ciuilis interpretes ſpeciem paſſim appellant genus, & indiuiduum ſpeciem: vt hominem, equum, bouem, genera: Titium Bucephalum, & hunc bouem, ſpecies. Sic loquitur, Apello indicante, l.2. in Princ. & §.1 l. ſi certum pet. leg. non videtur in judicem, de Iudic. l. fin. de cond. ob cauſ. leg. oſtentum, de verborum ſignific. l. cum certum, & aut. & argen. leg. l. qui vxori, l. ſpecies eodem titul. & princip. Inſtit. de donationibus, & juriſcoſſ. paſſim, in tractatione legatorum. Spieg. Adde Taboetium in Topico militar. for & legal. diſciplinæ

Species Iuriſconſulti appellant, quas veteres Latini Fruges, id eſt, vinum, oleum, frumentum, legumina. Arc. l vlt. ff. de mun. & hon. Cura quoque emendi frumenti, olei: nam hanc ſpecierum curatores, quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellant creari moris eſt. Imp. l 16. C. de vſur. In traiectitijs autem contractibus, vel ſpecierum fœnori dationibus. Hot. Prat.

Species apud ICtos ſingula corpora ſignificat, l. 54. ff. de verb. obli. l.30. ff. de leg.1. Separatæque interdum à quantitate, i. ab his, quæ pondere, numero & menſura conſtant l.6. ff. ſi cert. pet. l.6 ff. de rei vindic. l 34.§. ſed ſi pondus, ff. de leg 1. Quæ tamen ipſa etiam certæ ſpeciei loco ſunt, cum certo loco circumſcribuntur ac definiuntur: veluti ſi vinum quod in apotheca eſt, pecunia, quæ in arca eſt legetur vel promittatur l 30. in fin. l. 34.§ ſed ſi non corpus, de leg 1. Schard. ex Briſſ.

Species nulla effici poteſt ſine materia. l.7.§ cum quis, ff. de adquir. rer. domin.

Species & corpus pro eodem in l. plane, §. ſed ſiue corpus, ff de legat.1.

Species pro fama, qua corpus id eſſe agnoſcitur quod eſt, l.7. ff. de ſuppellect. leg. 76. ff. de Iudic. Briſſ. Prat.

Species adæratæ, quarum fit mentio in l. ſeptem, C. de erog. milit. annon. lib. 12. Vide ſupra, Adærare, quod opinor nobis eſſe, *die Vvarh angelt ſchlagen.*

Species adærandæ, in l. ſpeciebus, C. de Cohortalib. lib. 12.

Species pro annonarijs corporibus ſeu quantitatibus in l. 10 & 11. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. 1. l. 2. & l. vlt. C. de condit. in publ. horr. lib. 10 lib 1. de quibus muneribus vel præſtat. 10. lib. 10. l.7. C. de annon & tribut. lib. 10. l. vnic. C. de Salgamo hoſp. non præſt. & alijs infinitis, Codicis locis.

Sic **Species** annonariæ in l. fin. C. de collat. fund. fiſc. lib. 11. Vegetius lib. 3. c. 3. Solers debet eſſe tractatus, vt pabula, frumentum, cæteræque annonariæ ſpecies quas à prouincialibus conſuetudo depoſcit, maturius exigantur. Briſſ Prat.

Species, pro controverſia. Ex eo deducta locutione quod finitam quæſtionem, Græci hypotheſin vocant. Vlp. l. 18. ff. de minor. Diuus Seuerus & Imp. Antoninus non audiuerunt incolare reſtitui deſiderantem adverſus fratrem poſt ſpeciem in adjutorio eorum finitam. Sic l Latinus Largus 83 ff. de leg. 3. Latinus Largus, proxime ex facto incidit ſpecies talis. Recentiores videntur legis, Caſum vocaſſe. Quintil. autem thema quaſi facti poſitionem, vel eventus. Sic ſpecie vna pro vna quadam cauſſa, in leg. ſolet. Prætor. & leg. ff. de juriſd. Hotom. Prat.

Species in plurali, pro aromatibus aliquando ſumitur, ſed obſoletum, Macrob. lib. vlt. Saturnal. ſpecies & acres & calidæ ſuper faciem cum apponuntur, exulcerant. Martian. in l fin. ff. de Publican. Species, ait, pertinentes ad vectigal. Ex Theſauro. Steph. Rob. Spieg.

Species reſiſtentes, in eadem leg. pro reſtantes intelligit Budæ. quæ reliquamenti cauſſa debentur, id eſt, quæ ex præterito debentur vulgo, *reſt auſſſtendig.* Spieg.

Species ſemper generi derogat. Paul. de leg. 3. in fin. l. ſervis vrbanis, Quando ergo in aliquo caſu ſpecies præcedit, & genus ſequitur, tunc ſubintelligitur dictio, alius, ſeu copula interceſſerit, ſeu deſiunctiua, leg. hæc ſtipulatio, ff. vt leg. ſeu fideic. ibi, hæreditas, ſiue jus. i. ſiue aliud jus, quia hæreditas jus eſt l. pecuniæ, § 1. ff. de verb. ſign. facit leg. Antiſtius. §. fin. de acq. hæred. ibi, per ſeruum, vel eum quem in poteſtate habet, & l.1. §. ſi pecunias, ff depoſiti, ibi, coram prætore vel honeſtis perſonis, Forcat. Necyomantiæ dial. 51. num. 2.

Specificatio eſt, quando ex materia ſiue eadem ſiue diuerſa, atque illa vel mea & aliena, vel aliena tantum noua quædam ſpecies, ſeu corpus conſtituitur, puta, ſi ex auro, vel ex auro & argento fiat poculum, ſi ex vuis exprimatur vinum: talem ſpeciem ſi quis conſtituat, vel conſtitui curet, is ſpeciei illius dicitur fieri dominus ſpecificatione, non tamen ſimpliciter, ſed cum quadam diſtinctione, Vult. in commun. ad §. cum aliena, 16. n. 1. de diuiſione rer.

Specificatione mutatur forma, quando ex aliena materia vel ſpecie, arte & induſtria humana aliud opus ſeu ſpecies conficitur, priore forma mutata vel ſublata, eaque duplex: vna Principalis, altera neceſſaria. Principalis, ſpecificatio plane novam fingens formam, nouam producit ſpeciem, vt ſi ex auri vel argenti maſſa fiat vas, vel annulus, aut contra ex poculo vel aureo annulo fiat maſſa: ex vino & melle mulſum, & c. §. cum ex aliena. Inſt. de rer. diuiſ. Specificatio igitur illa efficit, vt noua hæc ſpecies effecta cedat, non materiæ, ſed formæ domino, qui prioris formæ domino præter materiæ æſtimationem nihil refundere tenebitur, d. §. cum ex aliena, l. in rem, 23. §. quæcunque, ff. de rei vendic. leg quicquid, 27. § ff de acquir. rer. dom. modo ad priſtinam materiam ſiue materiæ formam reduci non poſſit. Nam ſi reduci poſſit; agetur ad exhibendum, vt reducatur prius, & deinde reſtituatur, d. §. cum ex aliena leg quæſitum, 18. §. 4 ff. de legat. 1. l. 5. § 1. ff. de rei vendic. L. gemina, in pr. l. ſeq verſic ſed ſi totam, & ſeq. D. ad exhiben. Et hoc omnino verum eſt, ſi ſpecificatio illa bona fide facta eſſet. Secus autem, ſi mala fide. Etſi enim revera propter mutatam formam res prior non exiſtat, tamen dolus & mala fides ſpecificatoris hoc efficit, vt neque priorem ſpeciem deſiiſſe poſſidere videatur, l. quod ſi 55 leg. ſin autem, 27. ſed & is, ff. de rei vendit. neque res in aliam formam tranſiiſſe exiſtimetur: & ideo in ſolidum tenebitur, ac ſi ſpecificatio nulla acceſſiſſet, l. de eo. §. ſi quis ex vuis, §. denique, ff ad exhibend. d leg. ſin autem, 27. §. ſed & is, ff. de rei vend. Acceſſoria eſt, quando quid alterius rei augendæ & ornandæ cauſſa, ita adjectum eſt, vt prioris ſpeciei formam amittat, & ejus, cui acceſſit, pars formalis, vel tota forma eſſe incipiat, vt, ſi purpura aliena intexta ſit chlamydi alterius, §. ſi tamen alienam. Inſtit. de rer. diuiſ. l. in rem, § ſi quis rei, item quæcunque, ff. de rei vendit. vel tabula aliena, meis coloribus picta, §. ſi quis in alien. Inſt. de rer. diuiſ. amittit. hæc purpura, hic color, priorem ſuam rudem formam, & ita jungitur, vt excludi non poſſit, neque ſimpliciter jungitur, ſed ita jungitur, vt purpura pars chlamydis formalis, & color totius tabulæ vera forma non exiſtat. Quare multum hæc acceſſoria ſpecificatio (vtpote cauſſa formalis, per quam res id eſſe incipit quod eſt, veſtimentum nempe pictum, pictura, ſiue imago) differt à nuda acceſſione, adjuncti vice fungente, vt ſi adplumbatum (ſecus enim in ferruminatione, quæ & ipſa ſpecificatio acceſſoria eſt, ob materiarum coadunationem & quaſi mixtionem, leg. in rem 23 §. item quæcunque, ff. de rei vend.) quid fuerit, leg in rem, §. non idem, ff. de rei vend. vel litera etiam aurea, chartæ inſcripta, §. literæ quoque, Inſtit. de rer. diuiſ. Gœddæ. ad l. 14 numero 11. de verb. ſign.

Specimen proprie eſt, id quod re venali oſtenditur venditori, vt inde poſſit cæteras merces æſtimare: vt particulæ panni, aut parum frumenti, vel vini guſtus. Spieg.

Speciosas perſonas accipere debemus, inquit, Vlp. clariſſimas perſonas vtriuſque ſexus: item eorum, quæ ornamentis ſenatoris vtuntur l. 100. vbi Gœdd. in commun. ff. de verb. ſign. Hot. Prat.

Spectabilis, titulus eſt dignitatis, quo ornantur præfectus Auguſtalis, Comes orientis, Proconſules, & vicarij, vt ex l. vn. C. de ratiocin. oper. publ l. vn. C. vt omnes Iud. l. 35. C. de appellatio. 3 §. illud, l. vlt. C. de can. largitio. tit. lib. 10. C. l. 57. & l. 59. ff. de decur. lib. 10. & ex Notitia conſtat. Ornantur & eo Duces l. 36. C. de appella. l. 3. C. de offic. mili. Iud. l. vlt. de off. præf præt. Ornatur & eo Tribuni & notarij, magiſtri ſcriniorum, Comites ſacri conſiſtorij, Comites domorum, Comites ſcholarum, Comites militares, item Caſtrenſis, Tribunus notariorum, & Silentiarij leg. vlt. C vbi cauſa fiſc. l. 17 § de appellatio, l. vlt. de decurion. lib. 10. C. l. 30 §. vlt. C. de inoff l 4 C. de aduoc. diuerſ. Iud. teſte eadem Notitia Et ita Spectabiles Iudices accipe in l. 32. C. de app. l. vlt. C. de modo mul. l. vn. de annon. & cap. 4. C. de iuriſdict. omn. Iud. l. 11. in fi. l. 13. C. de aduocat. diuerſ. Iudic. Briſſ. Prat. Eſt autem Spectabilis dignitas media inter Senatorias: nam ſupra ſpectabiles ſunt illuſtres; infrà clariſſimi, Gothoſ. in Epilog. Nun. 7.

Spectabilitas inferior erat illuſtri dignitate. Eamque, militiæ ſudore deceſſit antiquitatem tribuiſſe Caſſiodor. lib. 5. Va-

riat.

tiat. Epiſtola. ad Steph. ſcribit. Briſſ. Prat.

SPECTAVIT VU litis conteſtatæ tempore, apud Vlp. in l.quantum,ff. Quod metus cauſa.

SPECTACVLA, loca ſunt erecta, vt ex iis ludi ſpectentur. Theatru vulgo appellant, vt Græca vox, teſte Syluio, quam Latina vulgo viratior ſit. Notus tit. ſpectat. & ſcenic. & Leuon. lib. 11. C. Spieg.

SPECTACVLVM celebrare, apud Modeſtinum. ff. de Vſu & vſuf. l. legatum.

SPECTARE pro expectare in l.5.§. Prætor ff. de his qui dejecer. vel effud. l.6.ff. quod falſo tut. l.29 in fin ff. pro ſoc. l 83 §. ſacram. verb. adeo. ff. de verb. oblig. vt ex initio illius § deprehenditur. Briſſ. Prat.

SPECTARE pro pertinere & tangere. Briſſ.

SPECTATIO apud Cic. Verrin. 5. videtur eſſe pecuniæ probatio. Ex omni pecunia, inquit, quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primum pro ſpectatione & collybo. Hinc ſpectatores, quos Græci [illegible] .Prat.

SPECVLARIA appellabantur, quibus Lumen in cœnacula inferebatur, & ſol admittebatur in ædes, vt hodie per vitrea mina & chartacea fit: ſic dicta, quod è ſpeculari lapide fiebant, qui (vt teſtatur Plin. li. 36. c. 22. & lib. 7. c. 5.) vitri modo perlucidus, facillime in quamlibet tenues Cruſtas finditur. Vlp. in l. 12. §. 12. de inſtr. vel inſtr. leg. Pegaſus ait inſtrumentum domus id eſſe, quod tempeſtatis arcendæ aut incendii cauſa paratur, non quod Voluptatis gratia: itaque neque ſpecularia, neque vela &c. Idem, l. 15. §. 4 de vſufr. Idem & in ſpecularibus ſi domus vſusfructus legetur. Sic Martial. li. 8. Epigramm.

Hibernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles & ſine fæce diem.

Seneca lib 3. Epiſt. Quam æ nunc aliquis ruſticitatis damnet Scipionem, quod non in caldarium ſuum latis ſpecularibus diem admiſerat. Idem li. 14. Epiſt Quædam noſtra demum memoria prodiiſſe ſcimus, vt ſpeculariorum vſum perlucente teſta clarum tranſmittentium lumen. Muniebantur etiam his ſpecularibus hyeme cœnationes & diætæ aduerſus ventorum imbriumque vim: atque ita venti his excludebantur, vt tamen lumen habitantibus transfunderent. Plin. epiſt. 2. Egregium aduerſus tempeſtates receptaculum!: nam ſpecularibus, ac multo magis imminentibus tectis muniuntur. Senec. de diu. prouid. Quem ſpecularia ſemper à flatu vindicarunt. Prat. & vide Cujac. 13. obſ. 13.

SPECVLARII apud Tarruntenum in l. fin. D. de jur. immun. Sunt inquit Alciatus, qui feneſtris ſpecularia componunt. Prat.

SPECVLATOR Iuriſconſultum nobilis nomen habuit Gulielmi Durandi: ſed cum anno 1271. volumen illud de jure ſcripſiſſet, quod ſpeculum juris inſcripſit, ſpeculator vocatus eſt. Vita functus traditur florente adhuc ætate, cum vix annum trigeſimum exceſſiſſet. Prat.

SPECVLATORES, veter. Gloſſ. [illegible], milites à ſpeculis ſic dicti: quorum munus erat de rebus hoſtium ad ſuos referre quid percepiſſent, ſiue ex ſpecula, ſiue in ipſis hoſtium caſtris, quod Vergil. li. 4. Georgicon videtur pulchre expreſſiſſe, vbi loqui. lib. 4. veteris Iuriſp. 51.

—quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti.
Inque vicem ſpeculantur aquas & nubila cæli.

Sunt tamen qui militum quoddam genus eſſe volunt qui præter gladium lanceas geſtaſſe videntur, ex Suet in Claudio Neque conuiuia inire auſus eſt, niſi vt ſpeculatores cum lanceis circumſtarent. Et in Galba: Deſcendentem Galbam ſpeculator impulſu turbæ lancea prope vulnerauit. Speculatores itaque legendum non ſpeculatores, in l. diuus C. de bon. dam. ſicut & in libris Flor. ſcribitur, & l. 7. C. de cohor. prin. cor. & in ſacro ſancto Euangelio, [illegible], & à Corn. Tacito lib. 17. ſecundum veterem ſcripturam Coceio Proculo ſpeculatori: Et paulo poſt Barbium Proculum teſſerarium ſpeculatorem. Hos poſterior ætas ſcultatores appellauit quaſi auſcultatores, quo fit vt nocturnarum excubiarum teſſeras tractent, ex eo ordine qui teſſerarii dicuntur. Sumuntur & ex eo ordine, qui in capitis Reos lege agant, vt Euangelii locus aperte demonſtrat, & ad d l. diuus [illegible] interpretatio, [illegible]. Et Iulius Firmicus lib. 8. c. 26. Speculatores, inquit, facit, qui nudato gladio hominum amputant ceruices Prat. ex Cujac 6. obſeru. 33. adde Goth. ad d. l. diuus ff ff de bonis damnatorum.

SPECVS locus eſt, ex quo deſpicitur, vnde & ſpectacula dict. l. 1. §. ſpecus ff de riuis. Sic accipitur in l. 11. ff. de aqua & aqu. plu. & l. 3. ff. de riuis, ex quibus apparet per ſpecum plerunque aquam veteres duxiſſe, quod tum neceſſe erat fieri, vt ex Vitruu. li 8. c. 7. conſtat, cum medii montes erant inter mœnia & caput Fontis, Itaque non male Vlp à deſpiciendo ſpecum dictum putat, quod ſpecus locus eſſet vndique apertus & in profunditatem demerſus. Briſſ.

SPECVS à cuniculo quid diſtet, vide Guja. 16. obſ. 17.

SPEM futuræ perceptionis deteriorem conſtituere licet, l. pactum inter hæredem, ff. de pact. Spieg. Prat.

SPEM precio emere eſt lucrum incertum & in euentu ſitum, certo affectare damno. Exemplum habes apud Pomp. in l. nec emptio. de cōtrah. empt. citatur ab Eraſmo Cent. 4. Chil. 2. Spieg.

SPENDOPHORVS ſeruus l 41. § ſpendophorus. D. de fideic. liber.

SPERARE pro expectare apud Vlp. accipitur in l. qui bona 13. in fin. ff. de damno infecto.

SPERARE, pro timere in l. 3. §. ſi legatarius, ff. ſi cui plus, quam per l Falcid. vt in illo noto Verg. verſu.

At ſperate deos memores fandi atque nefandi. Pr. & Briſſ.

SPES aliqua durat. Vide Iuriſcon. in l. ſi vſusfr. 2. in pr. ff. de vſufructu, quemadmodum cau. Spieg.

SPES, opinio futurorum: refertur que tam ad bona quàm ad mala: Vide Bar in l. Gallus, §. videndum, ſub fi. & in l. poſthumus, de li. & poſthu. Interpretes faciunt differentiam inter ſpem certam & indubitatam, de qua in l. pen. ff. quibus ad libertat. prouoc. & ſpem reuocabilem vt in § quid ſi is, in eadem l. Gallus, Quod tamen Salomon ſibi non liquere fatetur, ibid. Spieg.

SPES præmiorum pignerari non poteſt, l. ſpem præmiorum, C. quæ res pig. poſſ. Alber. Prat.

SPHÆRISTERIVM à ſphæra, id eſt, rotunditate, locus in balneis rotūda forma pilæ ludo accommodatus Vlp. l. 16. ff. manda. Cū Aurelius Quietus hoſpiti ſuo medico mandaſſe diceretur, vt in hortis ejus Sphæriſterium & hypocauſta, & quædam ipſius valetudini apta, ſua impenſa faceret. Sic Plin. in epiſt. ad Apollinarem. Apodyterio ſuperpoſitum eſt (inquit) ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. Suet. in vita Veſpaſ. Valetudine proſperrima vſus eſt, quamvis ad tuendam eam nihil amplius quàm fauces, cæteraque membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret. Sphæriſterio etiam antiqui vſi ſunt ad pilæ exercitium, quam Græci σφαῖραν appellant, & ideo Lamprid. in Alexandro tradit, eum poſt lectionem operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui dediſſe, vnde etiam Seneca, Sphæromachiam pilæ luſoriæ certamen appellauit.

SPICA illecta eſt, quæ de meſſorum manu excidit, non autem, vt quidam exiſtimant, Culmus, qui radicibus ſegete adempta tenetur, & ſolo cohæret, & pendet, nec eſt delectus in meſſe, quam vocamus calamum: vnde manauit *Chaume*, & inde *Chaumer*. Adſeriat quod dicitur *Chaumer*, ab alio fonte fluit, nec enim feriatis diebus calamus ille colligitur. Ergo ſtipulam illectam colligere, non eſt, quod vulgo dicitur *Chaumer*, ſed quod vulgo dicitur *Glanner* Briſſ.

SPICA nardi quæ ſpica quoque cellſa vocatur: Græce dicitur Stachys nardi. De qua inter cætera Iuriſconſultus meminit, in tit. de publ. l. interdum. Nardi eachys inquit, id eſt, ſpica nardi. Nebriſſ.

SPICILEGIVM, illectæ ſpicæ collectio dicitur Varroni libro 5. de ling. Lat. & li. 1. de re ruſt. c. 54. vide vtique ſeptuaginta interpretes, Deut. c. 32. & 24. nam Deus aduenis ſpicas illectas relinqui jubebat: quod humanitatis gratia factum docet Aug. li. 4. de ciuit. Dei, c. 8. Briſſ.

SPECVLATORES, pro apparitoribus apud Calliſtr. in l. diuus, de pœn. damn, vide paulo ante ſpeculatores.

SPINOSVM aliquid in prato, prouerbialiter dixiſſe videtur Imp. in conſt. de concep. dig. §. 6. quaſi diceret in re pulcherrima & venuſtiſſima turpe quiddam immixtum eſſe, quod illam dignitatem ac ſpeciem imminuat, vt ſi in prato viridiſſimo & amœniſſimo ſpinæ & vepreculæ ineſſent, qui inambulantium pedes offenderent. Et hoc tamen petraro, inquit, ne ex continuatione ejuſmodi lapſus oriatur aliquid in tali prato ſpinoſum. Loquitur de legibus inculcatis, in quo tamen ei mos geſtus eſſe non videtur. Hot. Prat.

SPIRITV vno contineri dicuntur, quæ Græci [illegible], & [illegible] vocant: homo, lignum lapis, l. rerum mixtura, ff. de vſucap. ſed & quæ ex cohærentibus partibus, & vna eademque compagine conſtant, veluti ſtatuta, l. in rem actio. 23. §. item quæcunque, ff de rei vind. vid. Briſſ.

SPIRITVS vitalis eſt veluti flammula quædam ex ſanguine enata calorem vitalem reliquis membris miniſtrans: cujus vehiculum ſunt Arteriæ. Eſt namque ex Etymologia Græci ſermonis à ſeruādo aëre ſeu ſpiritu dicta arteria [illegible], Brech. in l. qui mortui, tit. de verb. & rer. ſign.

SPIRITVM emittere, pro mori, apud Marcian. in l. ſed & ſi lo quæritur, ff de reb. dub. Spieg.

SPITHAMA Græco vocabulo dicitur palmus maior, qui duodecim digitis conſtat. Bud. in l. ſi ff. ſi menſ falſ mod. dix.

SPOLIA appellabantur panniculari ea, quib. induta erat quis, cùm ad ſupplicium deducebatur, l. pen. ff. de bonis damnat. Vnde locum illum in quo exui ſolebant, ſpoliarium appellatum eſſe credo. Vide paulo poſt ſpoliarium. Prat. ex Briſſ. & Gœdd. in comm. ad l. 3. §. 1. n. 13. ff. de verb. ſing.

SPOLIA etiam, quæ cui latro abſtulit, vocantur in l. 31. §. 5. ff. de poſ Briſſ. Prat.

SPOLIARE, pro exuere bonis, in leg. 1. ff. de donat. inter virum &

vxorem. Transfertur ad omnia alia, vt ſpoliare auxiliis, prouincia, fama, vita, &c. Quod Imp. §. fin. Inſtit. de action. dicit Expoliatum bonis. Iurisc. in l. ſi ff. de his quæ in fraud. credit. Exutum bonis: vt patia ſint, exui bonis & expoliari bonis, id eſt, iacturam bonorum pati. Vide Zaſ. in d. § fi.

SPOLIARE item pupillum dicitur tutor, qui male adminiſtrat, l. qui fundum, §. tutor pro emptor. ſpieg. Prat.

SPOLIARIVM, locus vbi aſſeruantur ſpolia, eadem forma qua dicimus armarium. Lampridius in vita Commodi, pro loco vbi noxij necarentur vſurpauit. Gladiatoris, inquit, cadauer trahatur: gladiatoris cadauer in ſpoliario ponatur, ſic Seneca epiſt. 94. ad finem: Nunquid (inquit) aliquem eſſe tam cupidum vitæ putas, vt jugulari in ſpoliario quam arena malit. Catanæus in Plinij in Panegyr. interpret ſiue ſpoliatium, ait, appellatum, quod vita priuarentur, ſiue quod ibi ſpoliati laniarentur. ſpieg.

SPONDERE, inquit Varro libro 5. de ling. Latin. eſt dicere, ſpondeo à ſponte, nam id valet, voluntate. Ab eadem ſponte, declinatum ſpondet.

ſpondet enim, qui dicit ſua ſponte, ſpondeo, ſpondet etiam ſponſor, qui vt idem faciat, obligatur, & filia quæ nuptiarum cauſſa appellabatur, & quæ deſponſa erat, ſponſa, quæ pecunia (patroni) ſponſum inter ſe contra rogata erat, ſponſio: cui deſponſata erat, ſponſus: quo hodie ſponſum e a. ſponſalis: qui ſpoponderat filiam, Deſpondiſſe dicebatur, quod de ſponte ejus, id eſt, voluntate exierat. Non enim ſi nolebat (ſubaudi filia) dabat: ſed dabat quod ſponſu erat alligatus (nimirum ſponſionem) nam in comœdijs vides dici, ſpondentium gnatam filio vxorem meo: quod tum & prætorium jus ad legem, & Cenſorium judicium ad æquum æſtimabatur, ſic Deſpondiſſe animum quoque dicitur: vt deſpondiſſe filiam; quod ſuæ ſpontis ſtatuerat finem. Itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non reſpondat, vt non ſpondat ille ſtatim, qui dixit ſpondeo, ſi jocandi cauſſa dixit: neque agi poteſt cum eo ex ſponſu. Ita quiſquis dicit in Tragœdia: meminiſtine te deſpondere mihi gnatam tuam? quod ſine ſponte ſua dixit, cum eo agi non poteſt ex ſponſu. Hactenus Varro. Hot. Prat. Adde Brechæum in l. ſponſio, ſub tit. de verb. & rer. ſign.

SPONDERE in incertum, eſt non in certam nummorum ſummam, ſed quantumcunque quis debeat fide ſua jubere: quæ periculoſiſſima ſponſio erat. Seneca. Sed non ſibi ſpondere in incertum jubebis, ſi fiſco obligabis. Prat.

SPONGIÆ, quibus columnæ, pauimenta, podia exterguntur inſtrumenti ſunt domus, l. quæſitum, §. canalia, de fund. inſtru. Prat. Cujac. 13. obſer. 13.

SPONSALIA ſunt promiſſio & repromiſſio futurarum nuptiarum, l. prima, ff. de ſponſalibus, dicta ſponſalia à ſpondeo. Moris enim fuit veteribus ſtipulari, ſibique futuras vxores ſpondere, l. 2. ff. eodem. Vnde ſponſi ſponſæque appellatio nata eſt, l. 3. ff. eod. Etenim vt ex S. Sulpitio Neratioque Aulus Gellius refert, qui vxorem ducturus erat, non ab ipſa, ſed ab eo, ducturus erat, puta patre, vel fratre ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri. In ſponſalibus autem conſtituendis parui refert, per ſe & coram, an per nuntium, vel per epiſtolam, an per alium hoc factum ſit, l. ſi ff. eodem, conſtat enim & abſenti abſentem deſponſari poſſe, & hoc quotidie fieri, l ſufficit ff. eodem.

Verum in ſponſalibus contrahendis ætas contrahentium definita non eſt, vt in matrimonijs. Quapropter à primordio ætatis ſponſalia effici poſſunt, ſi modo id fieri ab vtraque perſona intelligitur, id eſt, ſi non ſint minores, quam ſeptem annorum, l. in ſponſalibus *In ſecunda*, ff eodem. Cæterum, ſponſalia nuna ſignificatione quandoque accipi videntur pro muneribus, quæ ſponſæ dantur, l. 1. C ſi Imp Anchat.

SPONSALIA, inquit Modeſtinus, ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum, l. prima, ff. de ſponſal quo in loco Mentionem Latine dixit Modeſtinus, vt apud Græcos dicitur μνῆστις vel μνηστεία. Definiri etiam ſponſalia hoc modo poſſunt, vt ſint mutua repromiſſio futurarum nuptiarum recte atque ordine inter eos quibus jure ciuili licet facta. Dixi mutua repromiſſio; quia tam virum mulieri, quàm mulierem viro repromittere oportet, vnde ſpondere olim puellæ pater dicebatur, adoleſcentis autem Deſpondere. Dixi recte atque ordine: quia conſenſum non modo partium, verum etiam eorum quorum in poteſtate ſunt adhiberi oportet, l. 7. ff. eodem, deinde quia licet neque ſtipulatio, neque ſcriptura neceſſaria ſit teſtatione tamen opus eſt: tametſi etiam inter abſentes, per epiſtolam aut nuncium contrahi poſſunt, l 4. eodem. Dixi, inter eos quibus jure ciuili licet; quia ſponſalia inter eos demum contrahi poſſunt, inter quos etiam nuptiæ poſſunt, l. ſi quis vxor, §. quamvis, de tit. nupt ætate tamen excepta, l. 14. ff. de ſponſal l. 4 de rit. nupt. vbi traditur ſponſalia inter impuberes recte contrahi, dummodo ſeptem annis minores non ſint. Hot. Prat.

SPONSALIA, non minus inter impuberes, quam inter puberes contrahi poſſunt. Vult. in comm. Inſt. tit. 10. in pr. nu. 6.

SPONSALIA requiruntur ad nuptias, hodie quidam ob eam cauſſam, vt ſi impedimentum aliquod, quod matrimonio obſtet, ſubſit, id amoueatur, aut ſi amoueri nequeat, nuptiæ inhibeantur, olim vero, quod hoc ita pro ſolennitate eſſet conſtitutum. Vult. d. tit. 10. in pr. n. 9. Seruius autem Sulpitius.

SPONSALIA ſic exponit. Qui vxorem, inquit, ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, idem ſpondebat. Is contractus ſtipulationum ſponſionumque, dicebatur ſponſalia. Tunc quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur: qui ſpoponderat ducturum, ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, qui ſtipulabatur ex ſponſo agebat, judices cognoſcebant. Iudex quamobrem data, acceptave non eſſet vxor, quærebat. Si nihil juſtæ cauſſæ videbatur, litem pecuniâ æſtimabat, quantique intereſſet eam vxorem accipi aut dari, eum qui ſpoponderat, aut qui ſtipulatus erat, condemnabat. Hoc jus ſponſaliorum obſeruatum dicit Seruius ad id tempus, quo ciuitas vniuerſo Latio lege Iulia data eſt. Hæc eadem Neratius ſcripſit in lib. quem de nuptiis compoſuit. Gell. libro 4. cap. 4 ſponſaliorum autem formulam Plautus hanc profert in Pœnulo:

Agoraſt. Audi tu patrue dico, ne dictum neges
Tuam mihi maiorem filiam deſpondeas.
P. Pactam rem habeto.
A. Spondeſne igitur?
P. Spondeo. A. Mi patrue ſalue. nam nunc es plane meus.

Item in Trinum.

——Lyſimach. ſponden' ergo
Tuam gnatam vxorem mihi?
Char. ſpondeo, & mille auri Philippum dotis.
Lyſimach. Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi
Vxorem dari? Char. ſpondeo. Lyſimach. Et ego ſpondeo
idem hoc. Hot. Prat.

SPONSALITIA largitas, hoc eſt, donatio propter nuptias, ſpecialis eſt contractus, de quo in Auth. vt ſponſalit larg. 127. & in Auth. eo decurſum, vbi Goth. in not. C. de don. ante nupt.

SPONSA patris, nouerca filij dicitur.

SPONSARE, ſponſalia contrahere, ſtipulari ſibi vxorem dari. Paul. l. 38. ff. de ritu nupt. Si quis officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem ſponſare non prohibetur. Hot. Prat.

SPONSIO dicta ab eo, quod ſponte fit vel dicitur, vel etiam ſpondere quaſi ſponte dicere, dare ac promittere. Gœd. l. 7. nu. 16. de verb ſign.

SPONSIO apud antiquos genus erat ſtipulationis, qua plerunque vti ſolebant poſt interdicta, cum iis quædam appendicula accidiſſet, aut etiam ſi alio modo inter duos controuerteretur.

Fiebat autem ſponſio, interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet qui ſponſione vinceretur. Actor enim primum ſpondebat: i. ſponte atque vltro ſponſionem deferebat aduerſario, quem ideo ſponſione laceſſere & prouocare dicebatur; ab eo namque poſtea ſummam eandem ſtipulabatur, hic autem aut fateri cogebatur, aut ſi inficiaretur, reſtipulari, tum actor itenim ſtipulanti aduerſario ſpondebat. Græcis erat decima pars rei controuerſæ, in cauſis priuatis: in publicis quinta.

SPONSIO appellatur, inquit Paulus, non ſolum quæ per ſponſus interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio, promiſſioque, l 19. §. dictum, ff. de ædil. edict. l. 7. ff. de verb ſig. Alij libri, ſponſi: corrupte, nam ſponſus dicimus vnde actio ex ſponſu: Hinc illud Seruij Sulpitij apud Gell. lib. & c. 4. ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, judices cognoſcebant Hot. Prat.

SPONSIO, pro certatione pignorum ni ita ſe res habeat, vt qui deponit affirmat. Vlp. l. 17. §. 5. ff. de præſcri. verb. Si quis ſponſionis cauſſa annulos acceperit, nec reddidit victori, &c. Item apud Marcianum l. 3 ff de aleator. Hotom.

SPONSIO etiam in interdictis erat actio quando non proprietatis, ſed poſſeſſionis tantum erat controuerſia. Cujus ſponſionis exemplum eſt apud Cicer. in Orat. pro Aulo Cecinna. Et Quintil. lib. 7. Aliquando enim ſponſio erat interdicti appendicula & acceſſio. Vt cum judex edixit de poſſeſſione dejectum in primis reſtituendum, & reus quidem contendat, ſe omnia quæ oportuit, adimpleſſe, actor vero inficietur plane ſe reſtitutum, liticula quædam ſuboritur, quæ ſponſio dicebatur. Qui ea actione experiri volebat, ex ſponſio agere dicebatur: & veluti [illegible] Brech. in l. ſponſio appellatur, ff. de verb & rer. ſig.

SPONSIO à Sacramento ſic differt (vt in Quintianam Hot. exponit) quod in Sacramento deponebantur in ſacro pecuniæ: & qui cauſa cadebat, ejus pecuniæ referebantur in ærarium, at in ſponſionibus non deponebantur: ſed tantum interpoſita ſtipulatione promittebantur Alijs omnibus in rebus ſimillima, erat vtriuſque ratio, quemadmodum ex iis locis cognoſcimus, in quibus Sacramentum & in poſſeſſionis, & in proprietatis controuerſiis impoſitum dicitur: vt in libro de Orat prim & in oratio. pro Mil. & apud Aſcon. Verr. tertia. vbi de ampliatione loquitur. Hot. Prat.

SPON-

Digitized by Google

Sponſionem facere in l. pen. ff. de aleæ luſu ſignificat, ſtipulatione pignoreve depoſito contendere, vt qui ex certamine ſuperior diſcedat, pecuniam ſtipulatum deductam pignorive depoſitam ferat. Macrob. lib. 3. c. 17. Nec moratus ſponſione contendit, pignus cuſtodiente Munatio Planco. Sic & ſponſionis cauſſa anulos depoſitos accipe in l. 19 §. vl. ff de præſcript. verb. qui in hoc ex conuentione depoſiti erant, vt à victore auferentur. Nam in ſponſionibus anulorum pignoribus olim certatum Plin. lib. 33. c. 1. docet.

Quinetiam litigatores olim ſponſionem facere certæ pecuniæ ſolebant, quæ eius lucro cederet, qui judicio viciſſet. Cujus rei cauſſa vice mutua ſtipulationes interponi ſolebant. Teſtimoniis, quoniam à Bud. ſatis multa congeſta ſunt, vtendum non putaui. Papin legem definit communem Reipublicæ ſponſionem, l. 5. ff de legib. exprimere meo quidem judicio volens vim verborum Græcorum πόλεως, συνθήκη κοινή, quibus Demoſthenes in legis definitione, vt eſt in l. 2. eod. tit. relatum, & Ariſt. in eadem re lib. 3. polit. vſi ſunt. Sehard ex Briſſ.

Sponſio ludicra olim erat, ea quæ ſcil. abſque interrogatione fiebat, ſed depoſitis pignoribus: ſicuti docet Bud. in annot. ad l. 2. de orig. iur. De hoc ſponſionis genere habetur in l. ſi rem tibi, § ſi quis ſponſionis cauſa, ff. de præſc. verb. & in fact. act.

Sponſor eſt, vt recte Accurſius exiſtimauit, qui ſponte & non rogatus, pro alio promittit, gloſſ. §. primi, in auth. de fidejuſſor. Quod & ex Verrio Feſtus tradit. Hinc ſponſores dicebantur, qui pro candidatis promittebant, ne illi ambitus rei eſſent. Alciat. in Pareig. probat, autoritate Ciceronis, & Plinij jun. Spie.

Sponſores ſunt quicunque ſpondent, maxime pro aliis, ſiue rogati, ſiue non rogati, ſiue ſolenni ſtipulatione, ſiue nuda receptione intercedant. Gœdd. in comm. de ver. ſig. ad l. 7. n. 17.

Sponſores dicebantur, quos noſtri fideiuſſores poſtea nominarunt, i. quibus ſpondentibus pecuniæ cuipiam creditor, aut aliquid denique promittitur. Cicero pro Quintio, Cur cæteri ſponſores & creditores non conuenerint: item ad Attic. lib. 1. Tulliola, deliciolæ noſtræ, tuum munuſculum flagitat, & me vt ſponſorem appellat, mihi autem abjurare ſatius eſt, quam dependere. Hot. Prat.

Sponſum, actio erat ex ſponſione quæ ab aduerſariis in priuatis controuerſiis fiebat, nata. Cic. pro Quintio, Sponſionem facere maluit, fecit. Te judicem C. Aquili ſumpſit, ex ſponſo eget. Hot. Prat. (ff. pro ſuo.

Sponſus, hoc eſt, qui nondum maritus eſt, l. 1. ff. de dot. l. 1. §. 1.

Sponſus. Seruius in illud Æneid. 10. Geminis abducere pactas, i. ſponſas, inquit, nam ante vſum tabularum matrimonij cautiones ſibi inuicem emittebant, in quibus ſpondebant ſe conſenſire in jura matrimonij, & fideiuſſores dabant, vnde & admiſſum eſt, vt dicamus virum à ſpondendo ſponſum.

Cæterum proprie ſponderi puellæ eſt, ergo ſponſus non quia promittitur, ſed quia ſpondet, & ſponſores dat. Hot. Prat.

Sponſus, ſui, idē quod ſponſio, vide paulo ante Spōſio appellatur.

Sponte, aduerbialiter poſitum, in Rubric. C. de his qui ſponte publ. mun. ſub. Sua ſponte, ſignificat voluntate propria & ſuapte natura, ſine hominis labore. Spieg.

Sponte & coactus opponuntur, l. 9. ff. ad ſenat. Trebell. l. 45.

Sponte veniſſe, aliud eſt, quam adfuiſſe, l. ſi quis ex conſenſu, C. de epiſc. aud. Spieg.

Sportula, erat apud Roman. quod in dies clientibus ſuis ſub limine portæ exhibebant ad vitæ vſum: cuius loco quandoq; pecunia dabatur. Hinc cum conteſtanda lis eſſet, actor & reus pecuniam contribuebant, deponebantque: is autem qui in cauſſa ſuccubuiſſet, omnia pendebat. Atque ea pecunia ſportula dicebatur, à ſporta, ſeu ſportella, receptaculo maioris ſommæ pecuniarum, autor Alciat. in Diſpunct. Sportulæ Iudiciales vocantur, τὰ δικαστικά, hoc eſt, judicantium mercedes. Vide & Oldendorpium actio. 23. Claſſ. 1. Spieg.

Sportula, id eſt, capſa, pecuniæ condendæ cauſſa parata, ſed conſuetudo tollit, vt pro ipſa pecunia vſurpetur. Et quoniam in ſportulis obſonia & pecunia & cœnæ ferebantur, hinc factum, vt ſportulæ pro iis cibis & ea ſtipe & pecunia acciperentur, quę à magnatibus iis quotidie dabantur, qui ipſos officij gratia eſſent comitati, aut domi ſalutauiſſent rogati. Opponebantur autem rectæ cœnæ, quæ erat cum clientem laute excipiebant & paſcebant. Tranquill. in Domitiano. Sportulas publicas ſuſtulit, reuocata cœnarum rectarum conſuetudine. Erogationes quoque illæ, quæ in ordinem decurionum fiebant, ſportulæ appellabantur l. 5 §. vlt. ff. don. inter vir. l 6 §. 1. ff. de decurionib. vt & ex Plinij Epiſt. ad Trajan. lib. 10. apparet. Sed & pecuniæ illæ, quæ judicibus vel viatoribus, id eſt, executoribus litium ac negotiorum pro ſalario dabantur, Sportulæ ſunt appellatæ Rubr. de ſportul. jud l. 32. §. executorib. ff. de epiſcop. & cleric. § tripli. Inſt. de actionib. l. 4 C. de Caſtr. lib. 12. l. 12. C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. vlt. C. de prepoſit. agen. in rebus, l. vlt. §. vt autem, C. de re milit. lib 12.

De quibus vide Alc. lib. Diſp. 3. c. 27. aliter enim his in locis hoc verbum accipiendum cenſet: itemq; Nouel. 82. Briſſ. Prat.

Sportulæ pro ſalariis annuis in l. 120. ff. de leg. 1. niſi cui magis placeat municipales erogationes interpretari. Quo ſenſu in antiquis inſcriptionibus hoc verbum aliquotiens accipitur. Briſſ. Prat.

Sportæ autem calathi ſunt de vimine texti, l. 3. §. vl. ff. de penu leg. in quibus etiam pecuniæ condi ſolebant, vt Aſcon. in Verrin. ſcribit. Briſſ. Solebant autem ſportulis & cauſtris etiam cœnas ac prandia inferre, vnde apud Arrian. in Epicteto προαίρεσιν ... Brod. Miſcell. lib. 6. c. 17.

Σπουδαῖον in l. 1. C. de vet. iur. enucl. id eſt, ſtudio, amore, curaque dignum. Prat.

Spurcare, fœdare, corrumpere, impurum reddere. Paul. l. 1. §. ff. de extraord. crim. Fit injuria contra bonos mores, veluti ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit, aquas ſpurcauerit. Vbi tamen Corrupto legendum ſuſpicor. Vlp. l. 27. §. 11. ff. ad leg. Aquil. Cum eo plane qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit. Budæus interpretatur, aqua infuſa diluit: vt ſit autique poſitum, ſed videamus ne id ſubtilius dicatur, quam verius. Hot. Prat.

At vinum ſpurcatum dilutum, & vitiatum aqua infuſa recte dici teſtatur Feſtus, & ita veteres locuti ſunt. Et notum eſt illud Athenæi ... Balduin. ad tit. de l. Aquil. De Spurco vino vide etiam quid annotarit Foreat. in ſuo penu juris ciuilis cap. 9. vbi ſimiliter affirmat, Spurcum vinum explicaſſe Grammaticos aqua miſtum, & ſpurcare, aqua diluere, & ita quidem Budæum ſecutum eſſe autoritatem Feſti Pompeij. Addit, præterea, quod non abs re dici poſſet, grauius eſſe ſpurci ſignificatum, quam vt aqua reddi poſſit, & magis agi Aquilia in aquam infundentem in vini meri dolium, ex illa generali clauſula, Vel alio modo vitiauit, quam vt ſpurcaſſe videri: nec temere Feſtum dixiſſe, ſpurcum eſſe vinum aqua miſtum, ſed id tantum in ſacrificiis. Spurcum vinum igitur dicitur, quod ſacris adhiberi non licet, vt ait Labeo Antiſtius lib. 10. commentarij Iuris pontificij, cui qua admiſta eſt, defrutumve aut igne tactum, muſtumve antequam defeſueſcat, ergo non eſſet alioquin ſpurcum vinum dilutum, niſi ſacrificiis adhiberetur argumento eſt, quod defrutum dulciſſima potio, l. ſi. § fin. ff. de triti. vino & ol. Spurcum à Labeone vocatur vtiq; ſacris deſtinatum, igitur ſpurcari vinum propriè dicitur, cœno lutove vel ſimili illuuie: & ita aqua ipſa ſpurcatur l. 1. ff. de extraord. crim. i. immunda fit ſordibus, ſed ſacrorum cauſſa augetur immunditia religioni contraueniens & ſpurcitia dicitur, ita Imperator in l. mortuorum, C. de relig. diart ſanctum municipiorum jus pollui, ſi reliquiæ intra ciuitatem condantur. quod mirum eſt pollutionem dici ex eo quod religioſum locum alioquin faceret. §. religioſum. Inſtit. de rer. diuiſ. ſed in ſacris & religioſis omnia ex formula ſeruanda ſunt, Sed & aquæ dicuntur ſpurcari, cum corrumpuntur aliqua re, quæ illis vitiet, injecta. Paulus de extraord. crim. l. 1. Si aquas, inquit, ſpurcauerit. Nebriſſ.

Spurium eſſe an probrum ſit, dubium videri poteſt propter illa, quæ Harim. Piſtor. lib. 1. q juris, q. 30. Myn. obſeru. 32. cent. 4. diſput. ſed magis eſt eſſe, niſi mos regionis & populi iſtius aliud ferat. Gœdd. in comm. de ver. ſig. ad l. 42. n. 12.

Spurius generale nomen eſt, quod iis omnibus conuenit, qui ſine patre juſto nati ſunt: qui etiam vulgo quæſiti appellantur, l. vulgo, ff. de ſtat. hom. Patet id quoque collatione l. 2. & 4. ff. vnde cogn. appellantur etiam liberi naturales paſſim ſub rubr. C. de nat. liber. Spuriorum autem quinque ſunt ſpecies: nam alij ex concubinatu naſcuntur, alij ex ſcortatione, alij ex ſtupro, alij ex adulterio, alij ex inceſtu. De natis ex concubina: teſtimonium eſt in l. cum tabulis 16. §. 1. ff. de his quib. vt indign. De natis ex meretrice in l. palam 43. ff. de rit. nupt. De natis ex virgine vel vidua honeſtæ æſtimationis in l. ſi qua illuſtris 5. C. ad Senatuſconſultum Orphit. l. priorignus 7. de grad. De natis ex adultera, l. Imperatores de prob. De inceſta, l. 6. ff. de decur. De Spurijs Plutarch. ſic ſcribit. Spurius primum nomen eſt apud Romanos, vt Sextus & Decimus, & Cajus. Prima autem nomina non tota ſcribūnt: ſed aut vna linea, vt T. Titum: aut duab. vt Cn. Cneum: aut tribus, vt Sex. Sextum: & Ser. Seruium. Sic Spurius Sp. ſcribebatur, eos autem qui ſine patre erant, qui ἀπάτορες Græce dicuntur, S. & P. deſignabant, quaſi ſine patre dicerentur.

Hactenus Plut. Hot. vide & Crinitum lib. 20. c. 5. de honeſta diſciplina. Cæterum quos vulgo Baſtardos vocamus, interdum Spurij dici poſſunt, interdum non poſſunt, vt hi quos principes agnoſcere ſolenniter ſolent, quaſque adoptare. Interpretes legitimare, nullo autore appellant. Vide Bud. in l. vulgo concepti, ff. de ſtatu. hom. Spurius proximitatis nomine, ſucceſſores habet, qui bonorum poſſeſſionem petere poſſunt. l. Spurius. & l. Modeſt. ff. vnde cognati, Spieg.

Spurius appellatur, qui vulgo quæſitus & patre incerto natus eſt, quaſi σποράδην conceptus, § ſi aduerſus, in fi. Inſt. de nupt. l. 15. de captiu. l. 3. C. ſolut. matr. l. 19 §. 1. ff. de inoffic. teſtam. l. 4. ff. vnde cognat. l. 6. ff. de decurionibus Caius, lib. 2. Inſt. tit. 4. Vlp. in Inſt. tit. 4. Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati ſunt, Spurij appellantur.

Digitized by Google

Itemque vulgo conceptos ſpurios eſſe ti. 5. ſcribit. Quos & Fanonios antiquitus dictos Iſid. lib. 9. Etym. c. 5. notat. Ex libera etiam conceptum & ſeruo, velut ſpurium haberi aiunt Imp. l. 6. ff. de ſuis & legit. propterea quod ei licet certus pater eſt, is tamen eſt qui juſtus pater eſſe non potuit. Briſ. Adde Cuia. obſer. & emendatio. lib. 4. c. 6. & Curtius lib. 3. εἰκαστῶν. c. 8. tom. 1.

SPURIUS & Nothus ſic differre videntur, quod illo nomine appellatur, qui non ex matrimonio, ſiue juſto, ſiue injuſto natus eſt: ſed vulgo eſt conceptus: uti docet Modeſt. l. 23. ff. de ſtatu hom. Nothus vero, qui ex matrimonio quidem, ſed falſo & injuſto. νόθος enim ψευδής Græcè ſignificat, Quint. lib. 3. cap. 6. Nothum qui non eſt legitimus Græci vocant: Latinum rei nomen, vt Cato quoque in oratione quadam teſtatus eſt, non habemus, ideóq; vtimur peregrino, Hæc Fab. Generalius tamen Græci Nothos appellarunt, idque nomen omnibus iis poſuerant, qui ex concubitu injuſto nati eſſent. Heſych. νοθευθέντα, inquit, παρεισαχθέντα, οἱ μὴ γνήσιοι παῖδες, ἀλλ᾽ ἀπὸ πόρνης, ἢ φίλης ἢ παλλακῆς γεννώμενοι.

SPURIUS appellatur etiam is, qui ex juſtis quidem nuptiis eſt ſuſceptus, nimirum quem vxor ab hoſtibus cum marito capta, in ſeruitute enixa eſt, verum ſolo deinde cum filio reuerſa eſt. hæc Marcianus l. 25. ff. de capt. & poſtlim. reu. Hot.

S Q.

SQUALIDUS ager, quaſi excolidus, inquiunt autores de limitibus agror. quod jam à cultura exierit, ſicut Exconſul. Prat. ex Hot.

SQUALLOR reorum. Agell. lib. 2. c. 6.

S T.

STABULA veteres appellarunt diuerſoria, & quas tabernas vocamus. Sed & hæc vox pro ſeptis accipitur, quibus jumenta vel greges ſtabulantur. In priore ſignificatu accipienda eſt apud Vlp. in l. vrbana prædia de verbor. ſignificationib. In poſteriore ſenſu videtur accepiſſe Neratius in leg. eo jure. In quibus cauſſis pign. tacit. contrah. Ex Alciato. Spieg.

STABULA qui ſint & quotuplicia, vide apud Gœdd. in comm. de verb. ſign. ad l. 98. n. 3.

STABULUM ἱπποστάσιον, ὀνοστάσιον, locum ad ſtationem jumentorum paratum ſignificat. l. 13. in fin. ff. de vſufruct.

STABULUM etiam ad hominum manſionem conſtitutum diuerſorium ſignificat. l. 1. in fin. ff. furti aduerſ. naut. Vnde ſtabulum πανδοχεῖον vertit Theoph. in §. pen. Inſt. de oblig. ex quaſi delic. Cypr. Epiſt. 13. libr. 3. Aut ſi inquit, in via ſtabulum aliquod obſideri & teneri à latronibus cœperit, vt quiſquis ingreſſus fuerit inſidiantium illic infeſtatione capiatur, nonne commeantes hac opinione comperta ſtabula alia appetunt tutiora, vbi ſunt fida hoſpitia & receptacula commeantibus tuta? Varro lib. 4. de ling. Latin. Inde locarium quod datur in ſtabulo aut taberna, vbi conſiſtunt. Briſ. Prat. Adde Peckium l. 1. §. caupones, in tit. nautæ, caupo. ſtab. Hinc.

STABULARIUS, qui ſtabulum exercet, & jumenta apud ſe ſtabulari permittit, l. 1. §. caupones l. 5. l. fin. in fin. ff. naut. caup. Vel qui tecto viatores, vel Commeſſatores accipit. Senec. lib. 1. de benefic. c. 13. Nemo, ait, ſe ſtabularij aut cauponis hoſpitem judicat Tertul. in Apolog. c. 39. Alius cœnaturus creditor erit neceſſarius, Herculaneorum decimarum pollinctarum ſumptus ſtabularij ſupputabunt. Vbi tamen Rhenanus ſine ratione, tabularij, emendat. Apulejus lib. 1. de aſino aur. Sumo, ait, ſarcinulam, & pretio manſionis ſtabulario perſoluto capeſſimus viam. Briſ. Prat.

STADIUM Latinè curriculum in quo equi homineſve currunt, & certant Athletæ, eſtque ſtadium octaua pars milliarij, quod vno ſpiritu confecit Hercules, vt dicit gl. in §. vniuerſitatis, in verbo Stadia. Inſt. de rer. diuiſ. to. Bello. Etym. Cæterum ſciendum eſt nomen ipſius ſtadij diuerſum ac multiplex fuiſſe tum ſpatio inter ſe diſſimili: Præcipue autem nominatur Olympicum, Pythycum & Italicum. Nam Pythicum quidem pedibus milleniis finitur. Olympicum, pedibus 400. Italicum pedibus 825. ſic enim Cenſorinus refert, qui de Natalitio ad Cerellium ſcripſit. Neque me latet Herculis quoque ſtadium ab antiquis celebratum, quo 200. pedes haberentur: quod ipſum ſtadij ſpacium Hercules ſuis pedibus menſus eſt Piſis apud Iouem Olympicum: de quo & Plutarchus, & in Atticis Gellius meminerunt. Neque deſunt etiam auctores, qui tradant octauam partem milliarij ipſo ſtadio fere contineri, tum Diaulon & Dolichon addunt. Vt enim ſtadij menſuram pedes 400. habet in vniuerſum: ita Diaulus 800. Dolichus ſtadia 12. & Schenus 20. vt ipſe etiam Plinius refert: etſi hoc totum in Græcorum Commentariis, cum à plurib. aliis, tum ab iis relatum eſt, qui Platonis leges interpretati ſunt: quo loco de currendi ratione, & ludis Olympicis diſſerit. Pollio autem Vitruuius Stadiatas porticus appellauit, ex ipſa ſtadij, vt puto, menſura, ſicuti etiam Milliarias dicimus. Crinit. lib. 22. c. 10. de hon. diſc.

STADIUM Lege menſurarum nomina.

Stands deſs reichs. vide Magiſtratus municipales.

STAGNUM eſt, quod temporalem continet aquam, ibidem ſtagnantem. Quæ quidem aqua plerumque hyeme cogitur. Vlp. l. 1. ff. vt in flumin. publ. Idem ait Feſtus.

Eſt autem à στεγνόν, vt vult Varro lib. 4. ling. Latin. Eſt etiam ſtagnum metalli genus in vet. gloſſ. Græcis κασσίτερος. A quo Stagnei nummi, id eſt, κασσιτερινοί, l. 9. §. 1. ff. ad leg. Cornel. falſ. Prat. Vide Cuiac. 13. obſ. 3.

STALLUS in choro c. dilectus, de præben. diſces ex Canoniſtis, putem eum locum vbi ſedere Canonicis in fratrem receptis licet. Prat.

STAMEN quicquid in colo ad nendum ponitur. Alias, vt ſcribit Sipontinus, ſtamina dicuntur fila recta, in opere textorio & ſtabilia, per pectinem tranſmiſſa, quibus alia, quæ ſubtemina vocantur, intertexuntur. Hinc apud Vlp. l. 70. in pri. ff. de leg. 3.

STAMEN & ſubtemen ſumuntur pro filo ſtaminis & ſubteminis cauila parato. Apud Paul. in ſentent. Sumitur vtrunque in Sipontini ſignificatu. Dicendum vero ſubtemen non ſubtegmen: Subtemen enim id eſt, quod ſubeſt ſtamini: & ita Gloſſæ, Subtemen κρόκη, ῥοδάνη. Et Lucillius apud Nonium (vt in manuſcriptis legimus) Fotis ſubteminis pannus eſt. Prat. & vide Cuiac. 11. obſeru. 6.

STANTES fructus, id eſt, pendentes, l. 7. §. interdum, ff. ſolu. matrim. l. 27. ff. de vſufr.

STAPHAS Itali vocant lora illa quibus in equum ſedentium pedes vtrinque innituntur ac ſuſtinentur. Sunt qui ephippia ab antiquis nominata putent. Sed hi tota aberrant via. Fuerunt enim hæc priſcis incognita, vt ex equeſtribus ſtatuis, tam ex ære fuſis, tum è lapide factis colligere licet, in quibus nihil tale viſitur. Brod. Miſcell. lib. 4. c. 16.

STARE, pro manere & firmum eſt, leg. ſancimus. C. de teſtam.

STARE, de inanimatis etiam dicitur, vt nauis, flumen, currus.

STARE cum aliquo, pro partes eius ſequi, & ei fauere.

STARE decreto pro obedire, & non prouocare. *Dem vrtheil ſtatt geben.*

STARE per me, per te, per illum, quo minus id fiat, cum nos, vel aliqui alij cauſſa ſumus, ne quid fiat. Vide l. 2. §. non exigitur. l. vlt. §. fin. ff. quod leg l. ſi per te non ſtat. C. de vſur. Spieg.

STARE ſententiæ arbitri nihil aliud eſt, quam id agere quantum in ſe ſit, vt arbitri ſententiæ pareatur, l. 28. §. vlt. ff. de recept. qui arbit. Briſ. Prat.

STATANUM ſiue Statiuam Deum vel Deam pueritiæ præſidem facit Varro lib. de lib. educ. Nomen inde traxit, quod (vt idem Varro ſcribit 11. de vita pop. Rom.) natus puer ſimul ac ſublitus erat ab obſtetrice, ſtatuebatur in terra, vt auſpicaretur rectus eſſe. Ad quem morem forſitan referenda ſunt hæc verba l. 3. C. de poſt. her. inſt. Illico poſtquam in terram cecidit, vel in manibus obſtetricis. Certe ſic poetæ loqui ſolent. Papinius 2. Syluarum: tellure cadentem, Excepi fouique ſinu. Et libr. 5. mens ille Naium protinus, atque humanum per ipſam. Primo murmure vagientem. Blando Calliope ſinu recepit. Cuiacius Obſeruat. lib. 11. c. 30.

STATERA, judicij æqualitas c. 1. de re jud. lib. 6. Prat.

STATER, & ſiclus eadem ſunt. Ant. Aug. ad Modeſt. Siclus pendit ſemunciam. Prat.

STATHMUS, id eſt, manſio miliaria habet ſeſquinouem & viginti, *Neun vnd zwantzigſthalb Welſche meil, Ein poſtreyſs.* Cuius fit mentio. Nou. vt omn. prouinc. mag. obtemp. Conſt. 68. Prat.

STATIM, cum temperamento temporis accipiendum in certis juris noſtri locis. Albert. oſtendit. Eſt vbi pro illico ponitur, vt in l. fin. C. de bon. quæ liber. Vide Bart. in leg. qui pignori obligari, § fin. de author. tut. Spieg. Prat.

STATIM aliquando idem ſignificat quod perpetuo & perſeueranter, ſine intermiſſione, ſine laxamento. Sic enim accipi ſæpe in aliis auctoribus duo celebres Grammatici notarunt, Nonius & Donatus. Cuiacius obſeruat. & emendat. lib. 5. cap. 12. & lib. 13. c. 31. Prat.

STATIM atque. Vlpian. l. ſi maritus, de adult. Et primum, inquit, Pomponius putat, admitti accuſationem extraneam poſſe ſtatim atque negauerit: cui aſſentiendum puto. Spieg.

STATINA Dea, apud Tertull. lib. de anima. Prima etiam conſtitutio infantis ſuper terram ſtatim Statinæ (non Ædeæ) Deæ ſacrum eſt. Hanc Varro lib. de educ. liberor. Statanum Deum facit pueritiæ præſidem. Sed ſiue Deus, ſiue Dea, ſiue vtrunque, ſecundum eos, qui numina dicunt hermaphrodita, quia incorporea ſunt, & quod volunt aſſumunt corpus, trahit inde nomen, quod (vt idem Varro ſcripſit 11. de vita pop. Rom.) natus puer, ſimul ac ſublatus erat ab obſtetrice, ſtatuebatur in terra, vt auſpicaretur rectus eſſe. Ad quem morem forſitan referenda ſunt hæc verba, l. 3. C. de poſth. hæred. inſt. Illico poſtquam in terram cecidit, vel in manibus obſtetricis. Certe ſic Poetæ loqui ſolent. Papin. 2. Syluar.

-----Tellure cadentem
Excepi fouiq; ſinu.

Et alibi apud eundem. Prat. ex Cuiac. 11. obſ. 30.

STATIO à ſtando, vel ſtatuendo appellatur. Ea igitur appellatione is locus demonſtratur, vbi quid ſtatuitur & ſtat. Briſ.

STATIO, locus vbi quis ſui muneris obeundi cauſſa ſe ſiſtit, & ab inuentoribus appellari ſolet: vel: In quo homines adeſſe frequentes

quentes & conuenire ſolent vel audiendi, vel confabulandi, vel recitandi aliquid, vel reficiendi animi cauſſa: Græcis σύστασις & σύστημα, Latinis etiam circulus Vlp. l. item apud 15. §. conuitium. ff. de iniur. Idem & ſi ad ſtationem vel tabernam ventum ſit, probari oportere. Gell. lib. 13. c. 13. Quæſitum eſſe memini in pleriſque Romæ ſtationib. jus publice docentium, aut reſpondentium. Vlpia quoque in l. Fulcinius 7. §. illud ſciendum, 6. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. Denique eum quoque qui in foro eodem agat, ſi circa columnas aut ſtationes ſe occultet, videri latitare veteres reſponderunt. Sic Iuuenalis Satyr. 2.

Conuiſſos, thermæ, ſtationes omne theatrum.

Plin. lib. 1. Epiſt. ad Senec. Plerique in ſtationibus ſedent, tempuſque audiendis fabulis conferunt. Idem lib. 2. Epiſt. ad Apol. Itaque prehendo amicos, ſupplico, ambio, domos, ſtationeſque circumeo. Eodem modo ſæpe ſtationes dixit Tertullianus, loca demonſtrans, in quibus Chriſtiani ſtantes die dominico Dominum orabant (nec enim eo tempore Deum, vt tum loquebantur, de geniculis adorabant) idque nomen idem ipſe ait eſſe ab exemplo militiæ tranſlatum in lib. de orat. Et ita Marcellinus quoque accepit in fin. lib. 28. Hinc Stationes tabellionum dicuntur in Nou. de tabellionib. Prat. vide Briſſ. lib. 2. antiq. 2. Cujac. obſ. vlt.

STATIONEM nauium, Vlpian. interpretatur, vbi tuto naues ſtare poſſint, l. 1. §. non autem, in fin. ff. de fluminib. Sic apud Virg. Æneid. 5.

Statio male fida carinis.

Et lib. 4. Georgic.

Statio tutiſſima nautis.

Inde portum ſtationem eſſe concluſam idem Vlpian. dixit, in l. 59. ff. de ver. ſig. Briſſ. Prat.

STATIO etiam jumentorum in l. 13. in fi. ff. de vſufr. Et ſtatio militum, l. 3. §. qui ſtationis. ff. de re milit. Et apud. Plin. lib. 19. Epiſt. Prat. Briſſ.

STATIO aliquando accipitur pro vigilia, vt apud Modeſt. de re milit. l. deſertorem. Qui ſtationis, inquit, munus reliquit.

STATIONES fiſcales, l. 3. C. de compenſatio. l. 1. C. ne fiſcus rem quam vendidit euincat. l. 19. de ſusceptorib. in C. Theod. Briſſ. Adde Cuja. in d. l. C. ne fiſcus rem, &c. C. lib. 10. vbi dicit, ſtationes eſſe manſiones, in quibus officia fiſcalia conſiſtunt, l. 1. C. de compenſat. & l. 2. C. de ſolut. lib. 10. vbi pro rationib. legendum ſtationib. vt & Accurſius legit, qui tamen male fingit, fiſcum in ea ſpecie debitori ſuo eidemque creditori ſucceſſiſſe; cum ſit ponendum duobus fiſcum ſucceſſiſſe, debitori & creditori, ex diuerſis tamen ſtationibus & in No. 91. duo fiſcalia debita ſic accipiuntur, duarum fiſci ſtationum debita.

STATIONARII ſub rubr. C. de curioſ. & ſtation. quia cum Curioſis conjunguntur (qui contra publici curſus leges commiſſa curioſe peruestigabant) videntur fuiſſe apparitores certis locis per vrbis vias diſpoſiti, vel per prouincias, qui magiſtratibus ſi quid commiſſum eſſet, renunciarent. Vlp. l. 1. §. quies, ff. de offic. præf. vrbi. Debet. n. diſpoſitos milites Stationarios habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi quid vbique agatur. Impp. in l. ſi quis 31. C. Theod. de epiſc. & cle. Notaria apparitorum, quos Stationarios appellant, deferatur in notitiam poteſtatum. Dicuntur etiam Stationarij, qui portorio exigendo præerant, πλάτοι, l. vniuerſ. 5. C. de vectig. & commiſſ. Sic ſtationarios accipe l. ne quis. 6. C. de dign. Ne quis ex vltimis negotiatoribus, vel monetariis, abjectiſque officiis, vel deformibus miniſteriis, ſtationariis omnique officiorum fæce, diuerſiſque paſtis turpibus lucris aliqua frui dignitate pertentet. Sunt tamen qui in hoc loco ſtationarios dici exiſtiment de iis, qui mercium viliſſimarum apothecas ſecum deferentes, certis in locis aliquandiu conſiſtunt, emptorem operientes, qui & ob eam rem apothecarij dicuntur, in l. ſi cohortalis, C. de cohortalib. Cujac. mauult. d. l. ne quis accipi, vt l. 1. ff. de offic. præf. vrb. Prat.

STATIONARII milites apud Paul. in l. 4. ff. de fugitiu. qui in portuum præſidiis locati ſunt, Limenarchæ, inquit, & ſtationarij fugitiuos deprehenſos recte in cuſtodiam retinent. Prat.

STATIONARII tabelliones, qui in ſtationibus cum ſubadiuuis miniſtriſque ſuis morabantur, & inſtrumentis ſubſcribebant, quos Iuſtin. in Nou. 44. συμβολαιογράφους appellat, i. contractuum ſcribas, qui & tabelliones dicuntur Lege cap. 19. lib. 6. Parerg. Alciat. Spieg.

STATIONARIORVM nomine apparitores Præſidum per prouincias conſtituti ſignificantur, qui notoria crimina nunciare Præſidibus ſolebant, vt apparet ex l. 1. C. de curioſ. & ſtationar. lib. 12. & ex l. 31. de epiſc. & cler. in C. Th. Stationes autem militum per Italiam diſpoſuiſſe Tiberium Suet. in eius vita c. 37. ſcribit Briſſ.

STATIVA loca dicuntur, in quibus aliquis moratus, à ſtando dicta, Alc. in l. tractationes, C. de tract. & ſtat. lib. 12. Itaque ſtatiua & ſtatuæ quaſi ſtationes dicuntur, ſiue munitiones, in quibus, vt propius pugnent, milites conſident. Liuius lib. 1. Tentata res, ſi primo impetu capi Ardea poſſet, Vbi id parum proceſſit, obſidione & munitionibus cœpti premi hoſtes. In his ſtatiuis (vt ſit) longo magis, quam acri bello, ſatis liberi commeatus erant. Idem Liuius lib. 9. Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt. Anch.

STATIVA, inquit Prat. in rubr. C. de tract. & ſtat dicuntur diuerſoria, in quibus qui juſſu Principis curſu Publico vtuntur, & equos publicos ſumere & cibum capere ſumptu publico ſolent.

STATIVA Euſtathius ἀναπαύσεις interpretatur & recte Cujac. ad l. 1. de tractoriis & ſtatiuis. C. lib. 12.

STATOR eſt, qui adſtat lateri regis, & corporis eſt ſtipator, vt ſi quando opus, ad imperium, nutumque regis preſto foret, teſte Alex Genial. dier. Quomodo maxime accipitur in l. 4. ff. de offic. proconſ. Vbi Vlp. Nemo (ait) proconſulum ſtatores ſuos habere poteſt, ſed vice eorum milites ad miniſterium in prouinciis funguntur. Lego autem ibidem pro ſtratoribus ſtatores, vt nonnulli legunt, ſed pro ſuperiore ſignificatu, non alio. Stator etiam is eſt, quem princeps varia neceſſitate mittit ad prouincias, vt nunciet aliquid, cui tenentur prouinciales ſubinde mutare equos quo celerius eat. Vulgus vernacula lingua equitantem principis famulum vocat. Quo ſenſu accipiendus eſt. C. In tit. de Stratoribus lib. 12. teſtimonio Alciati, illic ſcribentis & Bud. in Græcæ linguæ Commen. Et cenſent ij, judicantque pro ſtratoribus, reponendum eſſe ſtatoribus, quod ex l. vnica eiuſdem tituli fieri debere manifeſtiſſime colligitur.

STATORES quoque ſunt carcerum, aut ædilium cuſtodes. Nam Stare verbum eſt eius rei Manil. lib. 5.

— — Immites ventos, pœnæque miniſter
Carceris & duri cuſtos, quo ſtante ſuperba
Proſtrata iaceant miſerorum in limine matres:

In Priapem:

Iam primam ſtator his libidinoſus
Alterius ſecunda, & exeundo
Porta te faciet potentiorem

Hi poſterioribus temporibus commentarienſes dicebantur, alias circitores dicuntur, vt in Priapeia.

Quid mecum tibi circitor moleſte?
Ad me quid prohibes venire furem?

STATORES etiam videntur dici ſerui aut liberi, qui prope herum aut patronum ſtant, & ei præſto ſunt & ſi quem quærat, acceſſunt, ſiſtuntque. Petronius: Quædam n. fœminæ ſordibus calent, nec libidinem concitant, niſi aut ſeruos viderint, aut ſtatores altius cinctos, pro quo diſcinctos legi vult Turn. aduer. lib. 4. c. 19. Alias etiam ſtatores, ſunt miniſtri magiſtratus, l. præſidum aut proconſulum: ita dicti, quod ſemper magiſtratui præſto ſint: vt apparitores ab apparendo. Vlp. in l. 10. ff. quib. ex cauſ. major. In eadem cauſſa ſunt & qui à militibus, ſtatoribuſque vel à municipalibus miniſteriis eſſe tuantur. Cic. ep. 19. lib. 2. fam. Exiſtimaui eſſe faciundum ſe ad te ſtatores meos & lictores cum literis mitterem. Prat.

STATVA dicitur opus ſculptile & ſoſile. tit. C. de ſtat. & imag. Erant autem ſtatuæ Principum; his qui ad eas confugiſſent tutiſſimum aſylum, vt docet Briſſ. lib. 4. Antiq. Inde ad ſtatuam confugere, vt ad ſtatuam Cæſaris, legimus, l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. l. in princ. ff. de offic. præf. vrbi. l. 17. §. apud Labeonem ff. de ædil. edict. leg. 28. §. ad ſtatuas, ff. de pœn. l. 5. ff. de extraord. crimin. l. vnic. Cod. de his qui ad ſtat. confug. §. ſed & maior. Inſtitut. de his qui ſunt ſui vel alien. Suetun. in Tiber. c. 53. Nouiſſime calumniatus, modo ad ſtatuam Auguſti, modo ad exercitum confugere velle, Pandatariam relegauit. Plin. lib. 10. Epiſtol. ad Traian. Miles qui eſt in ſtatione Nicomedenſi ſcripſit mihi Callidromum quendam nomine cum detineretur à piſtoribus, quibus operas ſuas locauerat, ad tuam ſtatuam confugiſſe. Sid. Apol. lib. Epiſt. ad Montium. At principe poſt diem viſo, in forum ex more deſcendo: quod vbi viſum eſt, illico expauit, vt ait ille, nihil fortius auſa ſeditio: alij tamen mihi pluſquam deceret, ad genua prouolui: alij ne ſalutarent, fugere poteſt ſtatuas, alij poſt columnas, &c. Conſtat autem forum Romanum ſtatuis & columnis refertum fuiſſe: ideo etiam, qui circa ſtatuas & columnas in foro ſe occultarent, vt occurſum creditorum effugerent, videri latitaſſe, probat l. Fulcinius, §. illud ſciendum, ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. quanquam in omnibus exemplaribus legitur ſtationes non ſtatuas. Vide Cujac. 1. obſeru. 13. Porrò ſtatuit Imp. in tit. Cod. de ſtatuis & imagin. ne judices vel ſtatuas imagines (quæ virtutum præmia merentibus olim fuere, vt apparet ex l. vlt. Cod. d. tit.) ſine principis conſenſu erigant: & ſtatuit, vt ſi quando principi ſtatua erigatur, judex adſit, nec vult ſubditos in ſtatua principi facienda vlla pecuniarum collatione grauari debere. Extat etiam in tit. lib. 1. C. de iis, qui ad ſtatuas confugiunt. Vbi Imperator ſtatuit puniendos eſſe eos, qui ſine juſta cauſſa, ſed duntaxat animo creandi inuidiam inimicis, ad ſtatuas principis confugerint. Qui vero ſui defenſionis gratia, aut alia juſta cauſſa, eos eſſe jure & legibus vindicandos. Quæ conſtitutio continetur in l. capitalium, §. ſed & ſtatuas, ff. de pœnis. Vbi Calliſtratus, Ad ſtatuas, inquit, confugere, vel imagines principum in injuriam alterius, prohibitum eſt. Cum n. leges omnibus hominibus æqualiter ſecuritatem tribuant, me-

rito viſum eſt in injuriam potius alterius, quam ſot defenſionis gratia ad ſtatuas, vel imagines principum confugere, niſi ſi quis ex vinculis, vel caſtodis detentus à potentiosib. ad hujuſmodi præſidium confugerit. His enim venia tribuenda eſt. Ne autem ad ſtatuas, vel imagines quis confugiat, ſenatus cenſuit, eumque qui imaginem Cæſaris in invidiam alterius prætaliſſet, in vincula publica coerceri, divus Pius reſcripſit, Ancb.

STATVÆ affixæ baſibus ſtructilibus: aut tabulæ ligatæ catenis, aut erga parietem affixæ, aut ſi ſimiliter cohærent lignis, non ſunt ædium, ornatus enim cauſſa parantur, non quo ædes perficiantur. Idem Labeo ait: Prothyrum, qui in ædib. iterum fieri ſolet, ædium eſt. Pompon. de verb. ſign. Maſſæus.

STATVAS, & imagines quidam hoc inter ſe differre putant: quod ſtatuæ ſint æneæ, eboreæ, lapideæ, imagines cereæ, & pictæ. vt. de l. vnicam. C. de his qui ad ſtat. Princ. confug. Spieg.

STATVAS olim veteres, cum nomen alicujus de Republica bene meriti immortalitate apud poſteros donatum cuperent, ſolenniter decernere conſueverunt, quarum aſpectu conſtaret perpetuo rei geſtæ memoria. Quo in genere obſervationum honeſta voliratio, haud dubie multos ad virtutis imitationem invitans, certe non poteſt improbari. Verum hoc ſeculo, prælucente divino verbo, palam videre licet, quanto felicius id bonis literis, quam ulla poſſit ſtatua præſtari, ſiquidem nullum externæ rei monumentum humana arte ſic poteſt apparari, quod non invidia, vel neglectus poſteritatis, aut etiam temporum viciſſitudo facile ſubvertat. Literarum vero divinitus toduam majeſtatem, nulla vnquam vis, aut incuria hominum poterit. Old.

STATVARII, l. 1. C. de excuſ. artif. Græcis *ἀνδριαντοποιοί*, id eſt, ſimulachrorum fictores. Prat.

STATVERE nihil aliud ſignificat, quam deliberata voluntate judicare, decere, conſtituere, decernere. Gœdd. in comment. de verb. ſign. l. 46. n. 3.

STATVERE generalius eſt, quam pronunciare. Nam pronunciatio ſaltem fit voce ſeu prolatione vocis: ſtatutum etiam ſola animi deliberatione & facto, vt ita quodlibet placitum ſignificare poſſit. Gœdd. d. l. 46. n. 3.

STATVERE non dicitur, qui magiſtratum poteſtatemve habet, niſi rem perfecerit, ac jus ſtatuendi habuerit, l. 1. ff. quod quiſque jur. Prat. ex Hot.

STATVERE & ſtatuta proprie ad prætorum & judicentem pertinent ſecundum ſententiam edicti l. 2. ff. quod quiſque jurd. 4. ſi quis, verſ. ſed ſi quidem, ff. de re jud. Briſſ.

STATVIT verbum, rem perfectam ſignificat & conſummatam, non cœptam in poſtulatione edicti. Quodquiſque juris reſte Vlp. in l 1. cod. tit. Spieg. Ideo hæc verba, Quod ſtatuerit, qui juriſdictioni præeſt, cum effectu accipimus, non verbo tenus: nam ſi eum vellet ſtatuere prohibitus ſit, neque effectum decretum habuerit, ceſſat edictum. Vlp. quod quiſque juris. Maſſ.

STATVLIBERA appellatur, qui ſub conditione teſtamento liber eſſe juſſus eſt, vt Vlp. Inſt. tit. 2. ſcribit. Sic vet. Gloſſæ. Statulib. *ἐπὶ προθεσμίᾳ ἐλεύθερος* vbi tamen pro *προθεσμίᾳ* videtur *ὅρῳ* legendum, vt & voluit Joſeph. Scal. inteſt. Pr. Aliud autem eſt ſtatuliber & ſtatimliber. Statuliberi non ſtatim liberi, ſed ex die aut conditione, Cuja. & Goth. ad l. 3. qui & à quib. manu.

STATVLIBER, eſt qui ſtatutam & deſtinatam in tempus, vel in conditionem habet libertatem, l. 1. de ſtatu liber. Spieg.

STATVLIBER, eſt qui teſtamento certa conditione propoſita jubetur eſſe liber, & ſi per hæredem eſt, quo minus ſtatuliber præſtare poſſit, quod præſtare debet, nihilominus liber eſſe videtur Feſtus. Hinc ſtatuliberum exponunt veteres gloſſæ *ἐπὶ προθεσμίᾳ ἐλεύθερον*, cum nondum ſtatuliberorum recta ſit libertas, ſed inflexa quodammodo, donec exiſteret conditio, vide Conan. comment. lib. 2. c. 4. n. 11. Hot. Prat.

STATVMINA Lege Pedamentum.

STATVM, participium, à verbo ſiſto, quod eſt præſento, & quaſi præſentiam corporis exhibeo, Vlp. in l. 3. ſi quis in jus vocat. Cum quis, inquit, judicio ſiſti promiſerit, neque adjecerit pœnam ſi non ſtatum eſſet. Idem ſi ex nox. cauſſ. l. 1. Non videri, ait, in eadem cauſſa ſtatum. Spieg. Prat.

STATVM ESSE, apud Vlpian. repromiſſio, inquit, plane exigenda eſt, voluntas defuncti ſtatum iri, l. ſi quando, ff. vt legat. ſeu fideicommiſſ. ſervan. cauſ. caveat. Spieg.

STATVM [illegible] gationis, pro conditione & natura dicimus, l. 9. §. 1. ff. de [illegible] nobus reis, l. 108 in fin. ff. de verb. oblig. & l. 134. ff. eod. tit. conjuncta l. 12. §. pen. ff. de ſolutionibus. Briſſ. Prat.

STATVM quoque ætatis dicimus, l. penult. C. quando dies legat. ced. Et inde verba hæc, CVM AD STATVM SVVM PERVENERIT, ſic accipimus, cum viceſimum quintum annum attigerit. l. 77. §. curatoris, ff. de legat. lib. 2.

STATVM, verbum rem perfectam ſignificat, & ſententiam diffinitivam, c. in iis extra de verb. ſign. Ioan. Bellon. Etym.

STATVS duplex eſt, alius publicus, alius privatus: publicus eſt dignitatis, & honorum, l. cognitionem, 5. ff. de extraordinariis cognitio, privatus ſtatus eſt hominis conditio privatim ipſum concernens, & hic ſtatus ſpectatur in tribus, nimirum in libertate, in civitate, & in familia l. [illegible] de c. dim. camque ob cauſſam ſi quis ſtatum mutare dicitur, is mutat jus illud, quod habet in iſto caſu. Vult. in comm. [illegible] d. tit. de c. dimi. §. minor.

STATVS, alias ſignificat caput cauſſæ ſeu principalis quæſtionis Iuris vel facti, ad quam reliqua ſunt referenda. Prat.

STATVS, alias accipitur, pro conditione, in qua vivunt homines, alius alio jure ac ordine: Vt in tit. ff. de ſtatu hominum. Old.

STATVS, pro ſtata & firmata ætate: nimirum annorum 25. Paul. leg. cum pater, 77. §. curatoris, 24. ff. de leg. & fid. 2. Quanquam igitur teſtamento cautum eſſet, vt cum ad ſtatum ſuum frater perveniſſet, ei demum ſolveretur, &c. Hoto. Hæc ætas Græce *ἀκμὴ* vocatur, & ideo ſtatos dicitur, quia ſcilicer ſit creſcendi finis, quamobrem & perfecta, plena, integra ætas in libris noſtris appellatur, quæ ſequitur ætas *ἐφηβικὴ* nominatur. Et auctore Galeno etiam ipſe Hippocrates ſenſit, hanc ætatem 25. annorum eſſe pubertatis finem, dum lib. 5. *ἀφορισμῶν*, ait, comitiales morbos accidentes ante pubertatem ætatis mutatione ſanari, accidentes anno 25. non item Cujac. ſuper Rubric. tit. ff. de minorib. 25. annis, & 29. de præſcript. Gothofr. ad l. 5. C quando legat.

STATVS cauſſæ pro liberalibus judiciis, quibus ex libertate in ſervitutem, vel ex ingenuitate in libertinitatem quis perducitur, l. 8. § ſi quis, ff. rem ratam hab. l. 1. Cod. de offi. prætor. l. 39. §. ſi ſtatus, ff. de procur. l. 1. §. ſed & ſi de ſtatu, ff. de tab. exhib. l. 6. C. de fide inſtrum. l. 3. C. de ord. cogn. & alias ſæpe. Servi porro ſtatum non habent. Ideoque in libertatem perducti mutare ſtatum non videntur, l. 3. §. vlt. & l. 4. ff. de cap. minut. Statum autem mutant liberi omnes, qui vel civitatem, vel libertatem, vel familiæ jus amittunt, l. 2. ff. de in integr. reſt. l. 1. ff. de cap. minut. l. 9. §. Papin. ff. de minorib. Briſſ. Prat.

STATVS dies cum hoſte vocatur, qui judicij cauſſa conſtitutus cum peregrino. Ejus enim generis ab antiquis Hoſtes appellabantur, quod erant pari jure cum populo Rom. atque Hoſtire ponebatur pro Æquare. Plaut. in Curcul. ſi ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies, tamen eſt eundem quo imperant, ingratiis. Feſtus Hot. Prat.

STATVS inſtrumenta quæ ſint in l. 8. §. 1. ff. quod met. cauſſ. vide Gothofr. in notis ad l. 15. C. de liber. cauſſ.

STATVS hominum dicitur conditio, qualitaſve perſonarum, qua quis plurimum poteſt. Appellatur autem in Inſtitutionibus jus perſonarum.

STATVS perſonarum conditionem ſignificat. Secundum quam alij ingenui ſunt alij libertini, alij ſervi etc. de ſtatu homin. tit. ne de ſtatu defunct. Vnde inſtrumenta ſtatus, quib. manumiſſio vel ingenuitas probari poteſt, l. 8. ff quod met. cauſ. Briſſ. Prat.

STATVS Romani mutatio prima, à regibus ad Conſules: cujus non alia fuit cauſſa, quam tyrannis, hoc eſt, ſævum ac violentum imperium, quod rex vltimus tandem exercere cœpit. l. 2. §. exactis deinde, ff. de orig. jur. ſecunda mutatio, à conſulibus ad Decemviros quæ propter Leges ferendas contigit. Et eſt origo duodecim Tabularum, quæ cœpit anno ab vrbe condita 303. Ab ejectis vero regibus 60. d. l. 2. §. Poſtea ne diutius. Tertia mutatio à Decemviris rurſus ad conſules. ibidem. §. deinde quia difficile. Quarta & vltima Romani ſtatus mutatio, à conſulibus ad vnum principem. Quæ monarchia ad nos pervenit § noviſſime ſicut. Old. Prat.

STATVTI, vt ſcribit Balſamo. Nomocanonis 8. c. 13. certus erat advocatorum numerus in foro præfecturæ prætorianæ & vrbicariæ, qui ſtatuti dicebantur, ſicut in quaque militia & collegio certi ſtatuti ſunt, vt videre eſt, l. 7. C. de proxim. ſacr. ſcri. & l. vlt. C. de juriſd. omn. jud. qui fuit ſub primiceriis: ex quibus duo fiſci patroni quotannis prodibant: qua ex re curiali & cohortali fortuna liberabantur cum libertis omnibus quandocunque ſuſceptis. Cujac. ad leg. curialibus conſortiis. C. de decurionibus & filiis eorum, &c. lib. 10.

STATVTA libertas dicitur, quæ in diem vel conditionem deſtinatur, l. 1 & l. 6. ff. de ſtatulib. l. 81. §. pen ff. de leg. lib. 1. l. 25. & l. 6. ff. de noxalib. l. 17. §. de eo quoque, ff. ad L. Iul. de adult. l. 9. in fin. ff. de optio. leg. l. 25. §. 1. ff. de lib. cauſſ. Briſſ. Prat.

STATVTVM pretium in leg. contractus decima ſeptima, C. de fide inſtrum. interpretatus ibi Gothofredus conventum.

STATVTVM, idem quod lex civilis vel municipalis. Et hoc recipere interpretationem, Salomonius affirmat, & Zaſius aſtipulatur. Quod eſt contra eos qui contendunt, non aliter ſtatuta, quam verborenus intelligenda. Sciendum autem, quod Roman. Ius ab initio non aliud fuit, quam municipale: nec duodecim Tabularum Leges aliud tum erant, quam id quod noſtri nunc ſtatuta vocant. Poſt propagatum vero Imperium, cœpiſſe Ius eſſe commune inter omnes Imperij Romani populos: quod ceu poſitivum, Iureconſ. ſecundum voluntatem, ex bono & æquo ſemper fuit interpretatum, vt in ipſis Pandect. libris licet inſpicere. Quia vero nihil eſt inæqualius locorum circumſtantia, non poteſt Ius Romanum æqualiter obſervari vbique: ideirco receptum eſt, ſcribi ſtatuta non ſolum vt aliquid addatur, aut detrahatur Legi generali, verum etiam contra Regem generalem Romanorum, l. omnes populi,

& § jus

& §. jus autem ciuile. Inſtit. de jur. natur. vide Bart. in l. omnes populi, ff. de juſt. & jur. Spieg. Prat.

STATVTVM tempus pro conſtituto ſeu præfinito ad petendam in integrum reſtitutionem, l. 20. & l. 21. ff. de minor. l. 6. de in integrum reſtit.

Στεγονομία in Nouella, cœnacula, quę penſiones ſunt ædium, vide Cujac. 6. obſ. 6. Prat.

STELÆ, στῆλαι, ſunt proprie lapideæ pilæ ſurrectæ, in quibus fœdera ſcribi ſolebant, vt omnibus innoteſcerent, & in quibus etiam homines proſcribi ſolebant. Vtitur hoc verbo Plin. lib. 6 c. 28. Vlp. l. ſicuti, ff. ſi ſeru. vin. Stelas columnas ſtructiles vocat. A columnis enim quę Græcis κίονες dicuntur, hoc differunt quod hæ vno ſcapo conſtent id eſt, lapide oblongo perpetuo, illæ ſtructura, aut lapidea, aut cæmentitia, aut latericia. Bud. in l. venditor, ff. comm. præd. Prat.

STELLAM diuinam eleganter vocauit Catullus Luciferum, vt heſperum noctiferum: Inde, inquit, vſque ad diurnam ſtellam craſtinam perpotabimus. Turneb. aduerſ. lib. 18. c. 14.

STELLATVRA in l. 12. C. de erog. mil. anno. muneris ſpecies, forſitan ἀπὸ τοῦ στέλλειν, id eſt, mittendo, deducto vocabulo. Septem dierum, inquiunt Impp. per quos reſiſtentes tribuni emolumenti gratia ſolenniter ſtellaturæ nomine conſequuntur ſpecies, non aliter adærentur, niſi vt in foro rerum venalium diſtrahuntur. Conſiſtebant autem ſtellaturæ in annonis dierum ſeptem, aut earum pretio. Valde autem ad dict. l. 12. pertinet hic Lampr. in Alex. locus: Tribunos, qui per ſtellaturas militibus aliquid tuliſſent, capitali pœna adfecit. Idem hic Spart. in Peſcennio Nigro. Nam & Imperatorum tribunos duos, quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus juſſit. Prat.

STELLIO, animal eſt verſutiſſimum, quod vt ait Plin. lib. 30. c. 10. lacertæ ſimile eſt, nullumque fraudulentius homini inuidet: ob idque ſtellionum nomen in maledictum tranſlatum. A ſimilitudine ſtellarum ſic dictus, vt volunt quidam, quia eius corium varium eſt, vt exiſtimauit Verrius, quod Virus ſtillet cibo. Text. de cibis Iudæor. Quis ſtellionem (comedit?) ſed maculas execratur prędam de aliena morte quærentes. Per parietem autem ſtellio repit: & Græcis ἀσκαλαβώτης dictus eſt. Stellionem ſuum veluti ſenium more cæterorum ſerpentium temporibus ſtatutis exuere Apul. Apol. 1. ſcribit. Memorat. & Columella lib. 7. c. 7. Prat. Hinc.

STELLIONATVM Iureconſulti appellant, fraudem omnem atque impoſturam, quæ propriam ſignificationem non habet, & in proprium delicti nomen non cadit, l. 7 §. 1. ff. ad Turpill. veluti ſi quis rem alienam ſciens obliget, vel alij jam pigneratam alij denuo obliget, vel pignore dando pro auro æs ſubjecerit, ſtellionatus crimen committit, l. 1. ff. de ſtellionatus, l. 16. §. 1. l. 36. ff. de pign. act. Similiter qui ſciens ſtatuliberum diſſimulata ejus conditione vendit, vel creditor numeratam jam ſibi pecuniam iterum accipiens, ſtellionatus crimine plectitur leg. 29 § pen. ff. manda. l. 9 § 2. ff. de ſtatulíber. Briſſ. Vide Cujac. 10. obſeru. 26. circa fin. & 11. obſeru 40.

Στέμματα cognationum Paulus appellat picturam & deſcriptionem graduum cognationis, in l. 9. ff. de grad. & affin. nam στέμματα proprie de imaginibus dicuntur, quæ in atrio ſeruabantur. Martial.

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.

Hotom. Prat.

Et deducitur quidem vocabulum Stemma à verbo στέφω, id eſt, corono quia ſueuerant Romani, qui ſplendorem ſanguinis oſtentabant, in atrijs majorum ſuorum imagines cereas plerumque diſponere in ſpeciem coronæ, lineis quibuſdam cognationum gradus ſignificantibus. Iuuenal.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice longo
Sanguine cenſeri, pictoſq; oſtendere vultus
Maiorum? -- --

Ab eodem verbo στέφω, deſcendit Στέφανος, id eſt, corona Alc. de more, literam inuertit, in l. pen. de grad. cogn. nec ſtemmata, ſed ſchemata, legi oportere vlt. lib. Parerg. 2. c. 30. eo quod ſchema imago & figura eſt. Vitruu. lib. 9. c. 1. figuram pictam exemplumque ſubiecturus oculis lectorum, ſchema appellauit, vtitur Iuſtin. §. natura, & §. ſi quis ergo, quib. mod.

STERCOLINIVM quod & ſterculinium, eſt receptaculum ſtercoris. Vlp. in l. fundi. de actio. empt. In ſtercolinio, inquit, diſtinctio Trebatij probanda eſt: vt ſi quidem ſtercorandi cauſſa comparatum ſit, emptorem ſequatur: ſi vendendi, venditorem: Alij ſterquilinium ſcribunt, vt apud Alfenum in leg. ſi quando ff. ſi ſeru. vend. Secundum cujus ait parietem vicinus ſterquilinium fecerat. Spieg.

STERCORANDI agri. Inſt. de vſu & habit. §. ſed ſi pecoris. Eſt autem ſtercorare, pinguefacere: quod fit, fimum agris inſpergendo, l. 5. §. ſtipulatio, ff. de verb. obl. Spieg.

STERGETHRVM dicitur ἀπὸ τοῦ στέργειν, quod amare ſignificat. Quo nomine ſcribit Dioſcorides lib. 4. c. 93. Vmbilicum Veneris fuiſſe appellatum: qua herba, inquit, vtuntur & ad amatoria. Tiraq. in 14. l. connub. gloſſ. 1. part. 14.

STERILIS pecunia, quæ vſuras non parit, quæ & otioſa dicitur l. 1. §. vſuras, ff. de contrar. & vt. Sic & ſteriles nummi in l. 7. ff. de vſur. Et ſterilis dos, ſine commodo aliquo in l. 4. in fin. ff. de pactis dotalib. Briſſ. Prat.

STERILITAS, opponitur Vbertati. Pepin. reſpondit: Si vno anno remiſſionem quis colono dederit ob ſterilitatem, deinde ſequentibus annis contingat vbertas: nihil obeſſe domino remiſſionem, ſed integram penſionem, etiam eius anni, quo remiſerit, exigendam autor Vlp in l. ex conducto Locati. Spieg.

STERNERE viam ſilice. Vide Vlp. in l. loci, ff ſi ſeruit. vind. Spieg.

STIBIVM id dicitur, quod officinæ hodie Antimonium vocant, quo mulieres ad curam formæ & decoris, præſertim oculorum vtebantur, vt tradit Galenus lib. 6. de ſanitate tuenda & Plin. lib. 33. c. 6. Hincque γυναικεῖον Dioſcoridi dictum eſt, vt tradit Tiraq. in 3 l. connub. gl. 1. part. 1.

STIGMATA l. 3. C. de fab. notæ erant publicę, quib. compungebantur brachia fabricenſium ad imitationem tyronum. Æl. Amidenus lib. 8. c. 12. [Greek illegible] Prat.

Στιγματίαι ſerui dicebantur ob crimina in facie notati. Nam veteres ſeruorum ſuorum faciem, ſi quid grauius deliquiſſent, pœnæ nomine, aut literis, aut alijs quibuſdam notis per ignominiam inurebant: Plautus in Caſina, hic literatum notis inſignem literatum vocat: Plin lib. 18 c. 3. Brod. Miſcell. lib. 4. c. 24. De hoc vide etiam Connan. comment lib. 2 c 6. n. 4.

STILLICIDIVM dicitur à ſtilla, quod eſt diminutiuum à ſtiria, vt ſcribit Seru. in 3. Georg. Eſt autem inquit Varr. lib. 4. de lin. Lat. dictum, quod aqua ſtillatim cadat, vbi è tectis guttę fluunt: flumini opponitur, quod priuatim accipiendum eſt pro curſu vel fluxu aquæ, quicquid Accurſ. comminiſcatur. Nam teſte Oldendorpio, vtrumque tam ſtillicidium quam flumen pro re priuata accipitur, vt in l vlt. de ſeruit. Sed immittendi, inquit Paulus, protegendi, proijciendi, idem fluminum & ſtillicidiorum ſeruitutem impedit, ibi certe flumen priuatæ aquæ accipi oportet. Nam publici non eſt ſeruitus, l. 3. in fi. ff. de ſeruit. ruſt. prædiorum. Spieg.

Itaque alia eſt ſeruitus ſtillicidij, alia fluminis recipiendi, lege ſeruitutes, 20. §. 1 ff de ſeruit. vrban. nam ſtillicidium eſt cum ex tectis: flumina, cum ex canalibus & alueis, plumbeis puta, vel ligneis aqua pluuia labitur. Itaque ſtillicidij recipiendi ſeruitus dicitur, qua vicinus pati cogitur, vt aqua pluuia ex tecto meo in ſuas ædes labatur: Fluminis vero: qua ferre cogitur, vt aqua eadem in alueum canalémve recepta, in ſuas ædes cum impetu feratur, d. l. ſeruitutes, vbi etiam hoc Paulus adjecit: Si ſtillicidium inferius demittetur, pro ſtillicidio flumen fieri. Inter ſtillicidium & flumen, vt Varro lib. 4. de ling. Latin. ſcribit, hoc intereſt, quod ſtillicidium ſtillatim cadat, flumen continue fluat. Ad hæc cum ſtillicidij ſeruitus ex ſuperiore loco ſit, flumen non niſi ex inferiore & imo loco eſſe poteſt, l. 20. §. ſtillicidium, l. 28. ff. de ſeruit. vrb. Seruius in 3. Georg. vna cum Feſto ſtillam diminutiuum eſſe à Stiria credunt, vnde ſtillicidium ſit deductum. Ita ſtillicidium ſitulæ dixit Tertull. in lib. aduerſ. Gnoſtic. Briſſ. Prat.

STILLICIDIA immittere, l. 1. § item ſciendum, ff. de aq & aq. plu. l. 28. in fin. ff. de ſeruit. vrb. l. 16 ff ſi ſeru. vind. & proijcere, l. 20. ff. de ſeruit vrb. Is vero in cujus aream ſtillicidium cadit, recipere & excipere & ſuſcipere dicitur, l. 17. §. vlt l. 29. in fin. ff. de ſeruit. vrb. l. 9 §. 1. ſi ſeruit. vind. Briſſ. Prat, Adde Connan. comment. lib. 4 cap. 10. n. 16 & c. 9. n. 3.

STIMVLOS naturales, eleganter Paulus in l. amiciſſimos, de excuſat. tut pro inſtinctu, ſeu motu naturali, vt vulgo dicitur, accipit. Spieg.

STIPATORES, qui Latrones dicebantur οἱ σωματοφύλακες, qui tutelæ gratia ſuorum dominorum lateribus aſſident: ſeu mercede conducti milites. Nam moris erat, vt hos Imperator, & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen. Latrones, ait Varro in lib. de lingua Latina, dicti ab latere, qui circum latera erant Regi. atque ad latere habebant ferrum: quos poſtea à ſtipatione, Stipatores appellarunt, & qui conducebantur. Ea enim merces dicitur Græcè λάτρον. Brech. in leg. hoſtes hi ſunt, ff. de verb. & rer. ſignific.

STIPATVS dicitur quaſi vallatus, munitus, not. in clemen. paſtoralis, in verſ. notorium, de ſent. & re jud. Io. Bell. Etym.

STIPEM conferre. Martian. de colleg & corp. l. 1. Sed tenuioribus permittitur ſtipem menſtruam conferre, dum tantum ſemel in menſe coeant. Spieg.

STIPEM ſpargere apud Romanos ſolebant, qui in theatro ludos darent, Vide Bud. Miſcell. lib. 3. c. 12.

STIPENDIVM æs militare eſt, vt inquit Varro, è Stipe dictum, quod & ſcripſit Vlpian. in l. 27. ff. de verb. ſign. Stipendium, inquit, à Stipe appellatum eſt, quod per ſtipes, id eſt, per modica æra colligatur. Ideo hoc etiam Tributum appellari, Pompon. ait, De quo vide quæ not. in l neque, ff. de impenſ. in reb. dot. fact. Stipendium etiam merces militum dicitur: ſicut & ſalarium, Ea erat denarius in ſingulos dies, qui vncię argenti octaua pars eſt, Tacito lib. 1. vt citatur ab Alc. in enarratione. l. eger, de verb. ſign. Idem indicat ibi, ſtipendiarias omnes prouincias popul. Rom. fuiſſe excepta Italia, & ſi quæ vrbes jus Itali-

cum haberent, vel fœderatæ eſſent. Porro inter ſtipendium & tributum, quoad propriam ſignificationem & vſus originem nulla eſt differentia, per text. in l. 27. ff. de verb. ſig. Nam ex Cic. Liuio Gellio, Plinio ac pluribus aliis notiſſimum redditur, ſtipendium & tributum olim indifferenter id appellatum fuiſſe, quicquid in publicum colligebatur, vt ex ea miles Reipub. ſuſtentaretur. Itaque ſtipendia & tributa initio fuerunt non rerum, non perſonarum onera, ſed libera erant, quæ quis in publicum faciebat ac contribuebat, vt eo melius moles bellorum ſuſtineri poſſet. Initium apud Romanos habuit, vt domi manentes contribuerint in alimentum eorum, qui militiæ cauſſa aberant: poſt vltro multi Reip. conferebant: denique in dicto tributo: cujus meminit Liu. lib. 4. ab vrb cond vbi: Poſtremo indicto, inquit, jam tributo, edixerant etiam Tribuni auxilio ſe futuros, ſi quis in militare ſtipendium tributum non contuliſſet, patres bene cœptam rem perſeuerãter tueri: Et quia nondum argentum ſignatum erat: æs graue plauſtris quidem ad ærarium conuehentes, ſpecioſam collationem etiam faciebant: Cum Senatus ſumma fide ex conſenſu contuliſſet: primores plebis, nobilium amici ex compoſito conferre incipiunt, quos cum & à patribus collaudari, & à militari ætate tanquã bonos ciues conſpici vulgus hominum vidit, repente ſpreto tribunitio auxilio, certamen conferendi eſt ortum. Aucta & ditata Rep. eiuſmodi tributum & ſtipendium colonis ac agris imponi cœpit, vt ex Liu. lib. 7. de ſecundo bell. Punic. elucet. Atque ita initio nulla differentia inter ſtipendium & tributum erat, quia quicquid tribuebatur, in ſtipendium cedebat & parua pecunia ſiue ſtipes, quæ viritim colligebant ac cõferebant, erat. Cæterum cum jam agris imponi hoc onus cœpiſſet, & quidam hac conditione in publicum venirent, vt quamdiu ſtipem emptores conferrent, poſſiderent: quidam vero per cenſores locarentur, vt de Campanorum agris ex Liu. lib. 7. de ſecund. bell. Punic. demonſtratum eſt, & ex Cic. in 5. actio. Verri. patet. aliqua tributi & ſtipendij differentia haberi cœpit, de qua vide Gœdd. in d. l. 27. n. 13. 14. 15. de verb. ſign. confer. Turneb. aduerſ. lib. 11. c. 27. Cuiac. 7. obſeru. 3.

Stipendia decem, decem militiæ intelliguntur. Nam ſtipendium non ſemeſtre ſolum, ſed annuum militum ſalarium dicebatur, autor Varro. Incipiebant autem apud veteres facere ſtipendia juuenes anno ætat. 17. C. Gracch. & Legem tulit, de minoribus annis ſeptem & decem ad militiam non cogendis. Spieg.

Stipendia merere dicuntur, qui militant, l. 18 ff de re jud. Impleuiſſe vero ſtipendia dicuntur, qui legitima militiæ tempora impleuerunt, & plenis ſtipendiorum numero functi ſunt. Rubri. de his, qui non impleu. ſtipend. lib. 10. C. l. 8. ff. de re milit. Stipendia porro non militiæ tantum, ſed & legationis dicimus. l. 6 in fin. ff. de legationibus Briſſ. Prat.

Stipendiaria & tributaria prædia dicebantur, quibus Italiæ jus conceſſum non erat, ſed ſtipendia & tributa pendebant. Imp §. 35. de rer. diu. Vocantur autem ſtipendiaria & tributaria prædia, quæ in prouinciis ſunt: inter quos nec non & Italica prædia ex noſtra conſtitutione nulla eſt differentia. Hot. Prat.

Stipendiariæ ciuitates Cæſar. comment. 1. Reliquaſque ciuitates ſtipendiarias haberent, id eſt tributarias.

Stipendiarii erant, qui ſtipendia militibus nomine Romano dabant, teſt. B. Latom. Vulgus indocte ſtipendiarios appellat eos, qui ſtipendia accipiunt. Spieg.

Stipendiarii populi, hi qui hanc ſtipem pendebant. Ennius, Pœni ſtipendia pendunt.

Stipendiarios milites vulgus vocat, qui ſtipendia faciunt: cum potius mercenarij, ſiue ærarij milites ſint nuncupandi: Vegetius ſtipendioſos vocat: quamvis & ſtipendioſi dicantur qui pleni ſunt ſtipendiis, id eſt, qui plurima fecerunt ſtipendia, Cott.

Stipendiarii reditus dicebantur prouentus earum rerum, quæ ad pop Rom. pertinebant. Brec. in l. inter publica, ff. de verb. & rer ſignific.

Stipes modica æra appellabantur: vnde ſtipendia dicta Vlp. ſcribit l. 27 §. 1. ff. de verb ſign. l. 1. ff. de colleg. & corp. Vide ſtipendium æs militare. Briſſ.

Stips, ſtipis, veteribus æs dicebatur, Inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. à ſtipando deducto vocabulo: Nam quod aſſes libræ pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant, i. e. componebant, quo minus loci occuparet. Stipare [illegible] fortaſſe Græco vocabulo. Id apparet, quod vt aliaa, inſtitutum etiam nunc Diis cum theſauris aſſes dant, ſtipem dicunt, Simile fere dictum eſt in vita Lycurgi apud Plutarchum & Porphyrium: [illegible]. Hanc pecuniam ſic repoſitam in cella Dei, Feſtus ait, Impenſam vocatam fuiſſe, quod nondum eſſet penſa, ſed tantum ſtipata. De ſtipe quam è theſauris dabant, ſic Sene, in Epiſt. Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, vel auro, argentoque ſuſpenſo nec in theſauro ſtipe inſula, ſed pia & recta voluntate: Et Ouid.

Dic, inquam parua, cur ſtipe quæras opes.
Contulit æs populus, de quo delubra Metellus.
Fecit, ait danda mos ſtipis inde manet.

Sic ſtips pro pecunia, l. 1. ff. de colleg. & corp. Prat.

Stipes [illegible] ſine collationem ſignificat, auctore Theophilo in §. traditæ. Inſt. de rer. diuiſ. & argenti aliarumque rerum collectionem. [illegible]. Brech. in l. inter publica, ff. de verb & rer. ſignifi. Adde Connan. comment. lib. 6. c. 1. n. 1. 2. & 3.

Stipula cujus meminit Ictus in l. ſi vſufr. quib. mod. vſufruct. amit. dicitur culmus cum ſpica, non collectus, ſed in metendo derelictus: quem, cum ocium adeſt, ruſtici deinde metunt autor Alciat. in comment. de verb. ſign. Spieg.

Stipulam porro à ſtipa dici credunt, quod inſtar ſtipæ, hoc eſt, ſtupæ vri in agris ſoleat. Eſt autem ſtupa herba cuius folia ac radices cum fructu cremabant antiqui eaq; exhalatione ac fumo diis litabant Quare ab ea, quam facerẽt exhalatione quam [illegible]. Græci dicunt, Thiſia deriuata eſt. Meminit ſtipulæ Vergil. 1. Georg. Sæpe etiam ſteriles Incendere profuit agros. Atque leuem. ſtipulam crepitantibus vrere flammis Gœdd. & Brech. in l. ſylua. §. ſtipul. illecta ſub tit. de verb. & rer. ſign.

Stipulari, eſt promittenti aſſentire. Dictum à ſtipe, hoc eſt, pecunia: quoniam qui pecuniam obligat, ſtipulari dicitur.

Stipulari verbum commune eſt, vt & Priſcian. lib. 5. notat. & Sueronij auctoritate ex lib. 8. Prætorum. confirmat. Stipulari itaque dicitur non is tantum, qui interrogat, ſed etiam qui ſpondet & promittit, vt in l. 7. ff quod certo loco l. 26. §. qui decem, ff. de cond. indeb. l. 5. Imperat. ff. de ſolutionib. §. pen. Inſtit. quib mod. toll. oblig. l. 39. ff. de contrah. empt. l 15. Cod. de contrah. ſtip. Iſid. lib 10. Etymol. Stipulator promiſſor. ſtipulari enim promittere eſt. Idem libro 5. Etym. c. 24 Stipulatio eſt promiſſio vel ſponſio Briſſ. Prat.

Stipulari de aliquo pro ab aliquo Iuriſconſulti dicunt, l 54. §. inter. ff. locat. l. 19. ff ad Vellejan. l. 110. ff. de verb. oblig. l. 13. §. 1. ff. de recept. qui arbit Briſſ. Prat.

Stipulari ſtipulationem pro interponere, l. 3. §. 1 ff. judic. ſolu. l. 42 § vlt. ff. ſolut. matrim. Qui autem ab eo cui ſpopondit & promiſit vice mutua, ſtipulatur, Reſtipulari dicitur, l. 43. §. 1. de damn infect. Briſſ. Prat.

Stipulatio definitur contractus nominatus verbis initus, interrogatione præcedente, & congrua interrogationem ſubſequente reſponſione, quo reſpondens interrogationem ſubſequente reſponſione, quo reſpondens interroganti obligatur ad dandum vel faciendum id, quod ſe daturum vel facturum promittit. Vult. in comment. Inſt. tit. de verb oblig. in prin. n. 14.

Stipulatio, inquit, Pompon. eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve ſe, quod interrogatus eſt, reſponderit. l 5 § 1. ff. de verb. oblig. vel ſic: Stipulatio eſt conuentio ſolennibus verbis ex interrogatione & reſponſione confecta, vbi verbis quod fiat, annotandum, ſatis ex eo patere non fieri eam, niſi inter præſentes. Stipulationem autem inde dictam Tribonianus tradit, quod ſtipulum apud veteres firmum appellabatur, forte à ſtipite deſcendens, tit. de verb. oblig. Inſt. in princ. quod Græcus interpres vertit: [illegible] Et ſtipitem quidem antiqui vocabant fuſtem rectæ defixam, vt retinentur certo loco, & arbuſculis ne noſcerent, qua ſimilitudine fortaſſis ſtipulationem exiſtimauit dictam eſſe: de qua & hunc verſiculum, veriſimile eſt, factum eſſe.

Verba ligant homines, taurorum cornua funes.

Aliis hoc videtur abſurdum & legunt, forte vel [illegible] deſcendens [illegible] enim adſtringo & alligo ſignificat. Stipulationem enim dictam ait Paulus, quaſi firmum adſtringendæ obligationis vinculum lib. 5. ſent. tit. 7. Varroni tamen aliud videtur, qui ſtipulationis vocabulum à ſtipe deductum, cenſet: Et ſtipulari, cum dici, & reſtipulari, qui pecuniam alligat, id eſt, (vt exponit Connanus) qui aliquem ſibi alligat pecuniæ promiſſæ. Feſtus autem, ſtipem eſſe nummum ſignificatum, inquit, teſtimonio eſt & id quod datur in ſtipendium militi, & cum ſpondetur pecunia, quod ſtipulari dicitur.

Sed cum ſtipulatio non pecuniæ modo, ſed rerum omnium eſſe poſſit, quæ veniunt in hominum commercium, Tribonianus fortaſſe eam maluit à ſtipite deducere quam à ſtipe: vide Alciat. lib. 1. Parerg. c. 39. Forcat Necyom. dial. 75. nu. 4. Corraſ. 1. Miſc. vlt. n. 7. 8 9. & nouiſſime Vulteium in com. Inſt. de verb. oblig. in princ. vbi fuſe & eleganter.

Stipulatio eſt inuenta à jure ciuili, vide Vult. in comment. Inſt. de verb. oblig. in prin. n. 5.

Stipulatio in jure noſtro dicitur committi duobus modis, Vno, quando conditio ſub qua ſtipulatio facta eſt, exiſtit, ita vt id, quod ante ſub conditione illa incertum erat & ſuſpenſum, nunc conditione exiſtente certum fit & præſens, atque adeo quod ante conditionem exiſtentem non debebatur, nec peti poterat, id nunc conditione exiſtente debeatur, & peti poſſit. Altero modo ſtipulatio in jure noſtro dicitur committi, ſi quid ante ſtipulationem factum ſit, l. Stichum, 95. ff. de ſol. quaſi dicatur in ſtipulationem committi, ſicut in legem committi dicitur, cum aduerſus legis voluntatem aliquid fit, l. non dubium, .de legib. Vult. in com m. Inſt. §. ſub conditione 3. n. 1.

STIPVLATIO cur introducta ſit, tractatum reperitur diligentiſſima apud Caſtrenſ. Alex. & poſteriores in l.1. de verb.oblig. vbi docent, ob vtilitatem & neceſſitatem eam inuentam. Hic ſiquidem contractus omnium firmiſſimus eſt & ſolidiſſimus, Cyn.in l. ſi ex pretio. C. ſi cert.pet. Vt qui contractibus innominatis, ne pœnitentiæ locus ſit, efficiat: vtque condictio ob cauſſam, ad repetendum eſſet, l. cum precibus C. de rer. permut. Bald. l quamvis.C. de tranſact.omnes nudas conuentiones veſtiat, l. ſi na apud acta. C.de tranſact. l ex placito. C. de rer.permut. faciliuſque cæteris nouationem faciat, Bart.in l. ſingularia, § ſpeciali,ff. de reb.cred. merito ergo juris autores ſtipulationẽ adinuenerunt,ne contrahentium fides violaretur, ſed eſſet inter homines fidei & promiſſi firmitas, Bald. in c.1. ad pr. de pact. Propter neceſſitatem inuentam eſſe ſtipulationem argumento ſunt hi contractus, qui ſine ſtipulatione non conſiſterent, vt obligationes fideiuſſoriæ, quæ niſi interpoſita ſtipulatione, inutiliter fiunt, l.5.§. ſatis acceptio.de verb.obligat. l. blanditus C.de fideiuſſ.Præterquam ſi pro dota fideiuſſor intercedat: quo caſu ex nudo pacto, aut etiam pollicitatione obligatur, l.ſi.C.ad Velleian. Promiſſione denique judiciariam conſtat, ſi non interueniat ſtipulatio, effectum non habere, l. omnes, §. in hac 2. C.de epiſc. & cleric. niſi ad judicium coadiuuandum factæ ſint, vt de judicio ſiſti, aut judicato ſoluendo, l.cum pro quo, ff.de in jus vocan.l. generaliter,C.de epiſc. & cler. & vbique Accurſ. Fuit denique inuenta ſtipulatio propter obligationes juris gentium contractas nouandas,quæ transfundi in aliam obligationem non poterant, niſi prius in ſtipulationem deductæ,l. an inutilis,§. fi.l.& vno,§. 1. ff. de accep.§ 1.quib mod.tol.obl. Corra d.lo.n.1.s.4.

STIPVLATIO hodie fit verbis quibuslibet intelligibilibus, ore prolatis, inter præſentes,quavis lingua,contextu vnico,interrogatione præcedente, & ad eam congrua reſponſione ſubſequente. Vult. in comm.Inſt.t.de verb.obl.in pr.56.

STIPVLATIO omnis,inquit Imper.aut pure aut in diem,aut ſub conditione fit. Pure, veluti, Quinque aureos dare ſpondes,idque confeſtim peti poteſt. In diem, cum adiecto die, quo pecunia ſoluatur, ſtipulatio fit:veluti, Decem aureos primis Kalendis dare ſpondes; idque ſtatim quidem debetur, ſed peti priuſquam dies venerit non poteſt,ita tamen, vt totus is dies arbitrio ſoluentis tribui debeat. Sub conditione ſtipulatio fit, cum in aliquem caſum differtur obligatio, vt ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur ſtipulatio, veluti ſi Titius Conſul. fuerit factus, quinque aureos dare ſpondes,.§ omnis de verb.oblig. Prat.

STIPVLATIO ſemper in perſonam eſt. Gœdd. in comment. in verb.ſign.l.70.§.1.n.5.

STIPVLATIO aut certa eſt, aut incerta. Ex certa datur certi condictio, ex incerta actio ex ſtipulatu, Cuiac.ad l.68 ff.de verb. oblig.

STIPVLATIO eſt ſpecies efficaciſſimi contractus, vnde ad imbecillem innominatorum naturam dirigenda non eſt: quod ideo inuenta ſit, vt vberius ex ea nobis, quam ex illis conſulatur. Quod copioſe Iaſon. oſtẽdit in l. quũ mora. C. de tranſ. Spieg.

STIPVLATIO duplex eſt, legatorum & pactorum Legatorum vna eſt, quia in ea ſingulæ res vel ſingula legata non exprimuntur, nec vſquam inueniunt expreſſa à contrahentibus. Stipulatio vero pactorum eſt multiplex, quia licet in ea ſingulæ res non exprimantur à contrahentibus, fuere tamen ab iiſdem in pactis expreſſæ quorum aſtringendorum cauſſa facta eſt ſtipulatio Cuiac.ad l.59.ff.de verb. oblig. circa medium.

STIPVLATIO,ait Cuja.ad l.a.in prin de ver.obl.duplex eſt: Vulgaris, quæ fit ſimpliciter, veluti rem dari, vt recte Thalæus ſcribit 59. βασιλικῶν ad l.1. Cod.de rei vxor.act. Hanc de jure inutiliter ſtipulamur. Eſt & alia ſpecialis,quę fit adiect.cauſſa, Quod actione rei vxoriæ dare facere oportet, dari:vel, quod ex cauſſa condictionis dare facere oportet. Pr. ex Cuiac.d.loc.

STIPVLATIO cui deficit forma, nihil omnino valet, nec vt pactum quidem, l.1. §. ſi quis ita, ff.de verb.oblig l.1.§.eum qui, ff.de conſt.pecu.ratio eſt,quia magis fauent jura reis excipientibus,quam iis qui agunt,l. Arrianus,ff. de act. l.fauorabiliores, ff. de regul. iur Forca. in Necyom.dial.5.n 4.

STIPVLATIO Aquiliana, ſtipulatio eſt à C.Aquilio Gallo prodita, per quam omnium rerũ obligatio in ſtipulatum deducitur, & ea per acceptilationem tollitur, cujus formulam cognoſce ex l.18 ff de acceptil. Hot. Prat.

STIPVLATIO alternata eſt, quoties disiunctiuo modo duę res promittuntur, quoniam non vtrunque, ſed duorum alterum dari oportet, vt puta, Stichus aut decem. Disiunctio ipſa διάζευξις, Alteratio, ἐπαμφοτερισμὸς dicuntur Cujac.in commen. ſuis ad leg ſi vnis §.ſed ſi ſtipulatus, ff.de pactis.Prat.

STIPVLATIO judicatum ſolui, tres clauſulas in vnum collectas habet: de re judicata, de re defendenda, de dolo malo, autore. Vlp.in l.judicatum ſolui, ff.de judic. ſol. Quæ verba ipſe explicat in l. jam tamen fideiuſſor eod.tit.

STIPVLATIO, juris eſt: pactum facti, per l. ſi vnus §. pactis,ff.de pact quod vt accipiendum eſt, Bart.declarat. ibid.Prat.

STIPVLATIO mortis cauſſa eximetur fieri, vt ait Antiſtius Labeo, quæ ita fit, vt morte promiſſoris confirmetur:aut, vt quidam dixerunt, cujus ſtipulationem mors fuit cauſſa.Feſt.Hot.

STIPVLATIO præpoſtera eſt,quoties ſtipulamur nobis dari ante euentum conditionis, aut diei. Gothof ad l. 25.C.de teſt.

STIPVLATIO Tribunitia eſt, quę ex iuriſdictione Tribunorum venit;id eſt, quæ pro collegio Tribunorum, Tribunis ipſis auctorib interponitur.Eius meminit.Vlp.tit.7.Si maritus,inquit pro muliere ſe obligauerit, vel in rem impenderit, diuortio facto eo nomine cauere ſibi ſolet ſtipulatione Tribunitia. Hot. Prat. Eſt autem ſtipulatio tribunitia honoraria, quia vt ſupra dictum ex juriſdictione tribunorum venit, vt prætoria, ex iuriſdictione prętoris, vel Ædilitia, ex iuriſdictione ædiliũ. Cuiac. in notis ſuis ad tit.7.Vlp. de int.donat.Int vi.& vx.

STIPVLATIONES per ſe ſolæ non ſubſiſtunt, ſed ex aliis obligationibus dependent,quod totidem fere verbis ſcripſit Vlpia.in l.ſtipulationum, 5.ff.de ver. obl. idemque in l.1. ff.de prætoriis ſtipulationibus affirmat, omnes ſtipulationes natura ſui eſſe cautionales, id enim agi in ſtipulationibus, vt quis cautior ſit & ſecurior, ſtipulatione nimirum interpoſita.Vult.in com.Inſtit.tit. de verb oblig.in pr.n 19.

STIPVLATIONES antiquitus certis verbis ſic concipiebantur, vt eodem quis verbo reſpondere cogeretur, quo eſſet interrogatus: ſiue pro ſe,ſiue pro alio vellet promittere.Vt: ſpondes? ſpondeo:Promittis? promitto: Dabis? dabo: Facies, faciam: Sed hac verborum ſolemnitate per Leonem principem ſublata, placuit etiam Iuſtiniano, nihil referre iiſdemne an diuerſis verbis, aut quibus linguis vtantur contrahentes ſtipulationem: dummodo vterque alterius mentem & conſenſum ſane intelligat ſiue per ſe ſiue per verum interpretem. Hinc earum quæ Græcis verbis concipiebantur,hæ annotantur formulæ apud Cuiac.li.14.c.vl.Apud Ariſtoph.in Plu. φράσεις, καὶ ἦδη πονήρευ, φημ' ἐγώ Vel his verbis: καλῶς, καλῶς, Home. Odyſſ. 9. ἐγὼ δέ τοι αὐτὸς ὑπίσχομαι ὡς τελέεσθαι. Vel hoc verbo: ἐγγυῶμαι, vt in l. blanditus. Cod.de fideiuſſ. ὅτι ἐγγυῶμαι τοῦδε. ita enim legendum baſilica docent, vt idem Cuiac. obſeruauit. Vnde qui ſic accepit promiſſionem ab alio, ſtipulator dicitur, & reus ſtipulandi: Qui autem annuit & reſpondet, Promiſſor vocatur,& reus promittendi, à re in ſtipulationem deducta, § 1.Inſt. de verb oblig. l.1.§.ſi quis, & §.vlt.ff.eod. tit. l.1. ff. de duob. reis. Old. Prat.

STIPVLATIO prætoria. In l.5. de verb oblig.dicitur,Stipulationes Prætoriæ eſſe, quæ ex mero officio prætoris proficiſcuntur, hoc eſt quæ prætoris imperio & iuſſu interponuntur, vt ſtipulatione damni infecti. Nam ſi domus vicini ruinoſa ſit, vicinus adit prætorem vt alter cogatur interponere cautionem damni infecti, & prætoria dicitur,quia juſſu prætoria & imperio interponitur. Aliæ ſtipulationes ſunt judiciales, quæ ex ſolo judicis officio proficiſcuntur,vt cautio de dolo,& cæt. Aliæ ſunt communes quæ modo prętoris, modo judicis iuſſu interponuntur, vt Cautio rem pupilli ſaluam fore, de qua latius ſupra in dictione Rem pupilli, & cæt. Aliæ ſtipulationes ſunt conuentionales, quæ pendent ex conuentione contrahentium. Stipulationum prætoriarum tria ſunt genera in l. Quædam ſunt iudiciales, quę ſcilicet non à iudice dato, ſed à iudicio dicuntur, quod propter iudicium interponantur, alia ſignificatione dicuntur iudiciales ac in l 5. de verbor.obl. quia ſemper à prætore interponuntur. Aliquando enim ob judicium vt ratum fiat iubet prætor interponi cautionem. Aliæ ſunt cautionales, quædam communes. Cautionales dicuntur cautionales tantum. Nam alias generaliter dicendo omnes prætoriæ ſtipulationes ob cautionem interponuntur, vt ſecurior ſit aduerſarius. Prætoriæ autem ſtipulationes inſtar actionum habent l. actionis, de oblig. & action. Communis eſt ſtipulatio iudicio ſiſtendi cauſſa facta. Ego puto eam dici propterea communem, quod non poſſit dici Iudicialis, quod non interponatur, vt iudicium ratum fiat: ſed tamen quoquo modo pertinat ad iudicium, & propterea mihi videtur eam ſcilicet communem ea ratione dici. Scilet. ex lectur. Duar.ſuper titol.de præt.ſtipul. nondum impreſſis,adde Duar.& Cujac.ad l.5. ff.de ver. oblig. Nota præterea quod ſtipulatio judicialis interponitur juſſu prætoris ab eo qui conuenitur nomine alieno, qui defendit alium in judicio, §. ſed hodie. Inſt.de ſatiſd.& C.de ſatiſd.Olim exigebatur etiam ab eo, qui ſuo nomine conueniebatur actione in rem,quod jus Iuſtin. emẽdauit & ſuſtulit omnino. Huc pertinet quod dicitur in l.ſi ad defendendum,tit. judicatum ſolui. Hæc autem ſtipulatio exigitur in ipſo litis limine antequam lis conteſtetur. Poſt litẽ enim conteſtatam non poteſt magis exigi hæc ratio lautior. l.Pompon.§.rati de proc. Hæc ſtipulatio tres clauſulas continet, l.6.d.tit. judicatum ſolui, ſiue res judicata fuerit ſecũdum actorem, ſiue rea defenſa non fuerit, ſiue dolo malo quod factũ fuerit, hac vna clauſula collecta ſũt,quod quomodo accipiendum ſit, nec Accurſ. nec Bartol. &c. intellexerunt. Hæc omnia deducunt in ſtipulationem, ſed vna clauſula collecta ẽrãt. Scilet.ex lectur. Duareni nondum impreſſ. tit.judicatũ ſolui.

STIPVLATIONIS introducendæ ratio fuit valde neceſſaria: ne homines ex nudis pronunciationibus ſæpe in tori illaquearentur vinculo obligationis. Porro per interrogationem excitatur animus ad liberationem quandam, nam ſit promittendum: Per reſponſionem declaratur talis deliberatio certo conſenſu. Optima igitur ratione Lex vult talem formam manere firmam ad obligationem: & conſequenti nomine denotauit. Nam ſtipulatio vocatur, hoc eſt, confirmatio, ſed adſtrictio, à ſtipulo veteres firmam appellabant. Oldend.

STIPVLATIONVM aliæ judiciales ſunt aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes Prætoriæ & judiciales l. 5. in pr. ff. de verb. oblig. Hæc diuiſio ſumpta eſt à cauſſa finali ſeu effectu. Omnium n. ſtipulationum, quas in toto negotiorum mundo cogitare poſſumus, finis & effectus hic eſt: Vt ad cautionem illis vtamur, alias in cauſis ad officium judicis cuiuſlibet pertinentibus, alias in grauioribus negotiis, ad prætoris cognitionem ſpectantibus: alias in ſpeciebus, quæ vtrobique tractari poſſunt (reſpecto ſemper foro Romanorum) tam apud judicem quam apud prætorem: alias denique extra judicium in contractibus & honeſtis conuentionibus. Old.

STIPVLATIONVM cauſſa efficiens, quę commendatorib. valde impoſuit, eſt jus ciuile, quod etiam nimiam ſolennitatem earum poſtea ſuſtulit. § in hac re de verb. obli. l. omnes. C. de contrah. ſtipul. Old.

STIPVLATIONVM, prætoriarum inquit Vlp. tres videntur eſſe ſpecies vide paulo ante ſtipulatio prætoria.

STIPVLATIONVM alię ſunt diuiduæ alię indiuiduæ pro ratione rerum quæ in ſtipulationem deductæ ſunt, Rerum enim aliæ poſſunt diuidi, id eſt pro parte peti, præſtari, dari, ſolui, veluti ſummę eiſque pro parte ſolutis pro parte contingit liberatio. Item ſpecies certæ, vt puta Stichus, partis diuiſionem & liberationem admittunt, l 9. §. 1. ff. de ſolut. Pars ſolui poteſt volenti ſtipulatori. Aliæ natura diuidi non poſſunt, vt prædiorum jura, via, iter, actus, aquæductus, quę diuiſionem non admittunt: Aliæ natura poſſunt diuidi, ſed niſi totæ ſoluantur, ſtipulationi ſatis non fit, vt ſi homo ſit generaliter promiſſus. Nam niſi ſolidus homo ſoluatur, nihil agitur. Parte igitur ſoluta volenti, pro parte non contingit liberatio, ſed conueniri adhuc promiſſor poteſt, vt integrum hominem præſtet, & pars ſoluta condici quaſi indebita. Cuiac. ad l. 2. ff. de verbor. oblig. in prinс.

STIPVLATIONVM quædam in dando, quędam in faciendo conſiſtunt, l. 2. in pr. ff. de verb. oblig. ſumitur hæc diuiſio à cauſſa materiali. Quoniam nihil expectare poſſumus à proximo ad vtilitatem noſtram, quod in ſtipulationem deducamus, quam aut dationem rerum, aut præſtationem factorum. Nihil igitur eſt aliud circa quod verſetur ſtipulatio velut materiam præter hæc duo: idque nos docet vniuerſa naturæ conditio, quam nemo poteſt inficiari. Old. Pr. Vide Corraſ. 1. Miſc. 23. n. 6.

STIPVLATOR fere in leg. dici ſolet is, qui interrogat velut creditur obligans alium. Promiſſor verò accipitur, qui reſpondens obligatur. Quanquam Vlp. ſtipulatum appellet promittentem in l. ſi non ſortem. §. ſi decem, ff. de cond. indeb. Old. Prat.

STIPVLATVS pro ſtipulatio in l. 8. de re jud. l. 73. de cond. & demon. l. 17. de reb. autor. jud. l. 10. §. patrum. ff. quæ in fraud. cred. l. 28. §. igitur, de jure iur. Imp. l. 13. C. de inutil. ſtip. ſuper ſtipulatu tuo adi præſidem prouinciæ. Papin. l. pecu. 9. de vſur. Pecuniæ fœnebris intra diem certum debito non ſoluto dupli ſtipulatum in alterotanto reſpondi non tenere. Scæuol. vxor. 33. ff. de l. 3. Quicquid ad eum iure ſtipulatum ejus conceſſit. Prat.

STIPVLOR, verbum juris eſt poſtulare, ſibi promitti aliquid ſolennibus verbis, Cic. pro Roſc. Comœd. ſtipulatus es? vbi quo die? quo tempore? quo præſente? qui ſpopondiſſe me dicit? nemo. Spieg.

STIPVLVM apud veteres firmum appellabant, forte à ſtipite deſcendens. ita inquit Iuſtin. Inſtit. de verb. oblig. in princ. Paul. li. 5. ſent. & Iſidor. li. 10. Etym. Vide Corraſ. 1. Miſc. 2. n. 3. 7. 8. 9.

STIRPES, ſunt ferulæ, ſeu virgulta, quæ de radicibus naſcuntur: ea & germina dicuntur l. diuortio, §. puto. ſolut. matrim. Hinc & germinalis arbor. Accurſ. quæ ſtipes ſunt, pedamenta eſſe arbitratur, contra M. Varronis, & Columellæ, cæterorumque antiquorum autoritatem. Spieg.

STIRPES, ſi Grammaticis credimus, de homine fœmininum eſt: de arboribus maſculinum, ſuccedere in ſtirpes, & in capita, id eſt, pro virilibus portionibus, in l. 2. C. de ſuis & legit. hæred. Vide ſupra. Et ſtirpe excidere, pro radicibus, apud Vlp. l. 1. de arbor. cædend. Spieg.

STITI, præteritum à verbo ſiſto, ſupino caret, quod tamen à verbo ſto mutuatur, autore Priſciano. Vide Vlp. in l. ſed & ſi quis §. illud ſciendum eſt, ff. ſi quis cautionibus, & Neratium in l. pen. eod. tit. Ibi Old. annotaure illud (ſtatus) à ſto mutatur eſt. Spieg.

STIVA vocitatur manica aratri qua regitur & capulus teres & oblongulus. Cic. in Scauriana. Ab ipſa ſtiua homines mecum loquebantur Maro Georg. lib. 1.

Stiuaque quæ currus à tergo torqueat imos.

Ioan. Bapt. in com. Epiſt. Sidon. Apoll. ad Hieron.

STOICÆ ſapientiæ ſummum philoſophum Chryſippum, Marcianus in l. 2. de leg. ideo appellare videtur, quod Stoici dicebant, ſapientem intra ſe omnia habere, ex ſeſeque ipſum, non aliunde pendere: vſque adeo, vt Horatius eorum verbis dicat Ad ſummum ſapiens vno minor eſt Ioue, Spieg.

STOICIS in inueſtigandis vocabulorum principiis fuit perquam familiare, vt illa non tam ex verbis aliis, quam ex rebus ipſis reperirent: ad naturam nimirum propius accedentes Stoicorum autem diſciplinæ ICti illi antiquiores ſeſe conformarunt vt plurimum. Vult. in comm. in prin Inſtit. de Iuſt. & iure. n. 5.

STOLA veſtis erat ad talos demiſſa, matronarum inſigne, Vlp. de aur. & argen. leg. l. veſtis. Muliebria, inquit, ſunt veluti ſtolæ, pallia, tunicæ, ideoque eam quidem ἀνδρόγυνον vocauit, etſi ea Caligula & Heliogabalus vſi ſunt. Prat.

STOLAM veteres dixerunt omne quod corpus tegeret autor Nonius. Ex autoribus à Nonio citatis, probari poteſt, ſtolam quoque virorum fuiſſe, de qua Bayſ. de re veſt. c. 27. Spieg.

STOLA dicitur ἀπὸ τοῦ στέλλειν quod operire & induere ſignificat. Brech. in l. Tugurij. ff. de verb. & rer. ſignif. & idem in l. veſtis appellatione. eod. tit.

STOLO pro ſtolido vſurpatur in quadam Auſonij epiſt. & à ſtolone ſtolidi nomen ortum eſſe videtur, vnio etiam originem profitetur ſuam, ſed iam non potes ô Stolo doceri: niſi ſi quis pro veteri & antiquo & ſeorſ poſitum putet, adiuncta tamen etiam ſignificatione ſtoliditatis & ſtultitiæ. Turneb. aduer. li. 2. c. 23.

STRABO nonnulli legunt in l. qui clauum §. Is cui os oleat. ff. de ædil. edict. vbi tamen alij Strabo. vide ſupra Scabro.

STRAGVLA, non pro lecti operimento tantum, ſed generaliter pro omni veſte quæ inſternitur, accipitur ἐπίστρωμα Græci, omne id eſt quod inſternitur: Alciat. de verb. ſign. Spieg. Videtur Vlp. intelligere ſtragulam veſtem, omne veſtimentum hominis quod injiciat: quale eſt Græcorum pallium, vt enim Romani togati à toga, ſic Græci à pallio palliati vocantur: & palliatæ comœdiæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus & habitus palliorum Græcorum, vt ſcribit Donatus & Diomedes Grammatici, Laurentius Valla in lib. ſuo Elegantiarum dicit, quod non meminit reperiſſe ſtragulam veſtem in hunc ſenſum: ſed in opertorium lectorum potius, vbi etiam dormiebant & diſcumbebant, quod Varro lib. 4. de ling. lat. reſtatur, de culcitra loquens: Ac quicquid inſternebant (ait) à ſternendo ſtragulum appellabant: & equorum ſimiliúmque, quorum operimentum etiam inſtratum vocatur. De ſtragula veſte meminit Vlp. in l. quæſitum eſt, §. ſed ſi fundus, ff. de fundo inſtru l. 23. §. virilia. & l. 25. ff. de aur. & arg. & Verg. Æneid. 4. de Didone loquens: Stratiſque relictis incubat Tibul. Nam neque tunc plumæ, nec ſtragula picta ſoporem Pap Sylua. 1. de Venere.

Feſſa iacet ſtratis vbi quondam conſcia culpæ.
Lemnia repſerunt deprenſo vincula lecto.

Idem Syluarum 2.

Qui matutinos abrumpet murmure ſomnos,
Impoſitus ſtratis ? — — — —

STRAGVLA etiam veſtis accipitur pro tapetis & aulæis, quod indicant præcedentes auctoritates, & maxime Tibulli, dum inquit. Stragula picta & innuit Martial. Epigram. vlt.

Stragula purpureis lucent villoſa tapetis. Et paulo poſt:
Nudo ſtragula ne toro paterent.

Diuus tamen Hieronymus ſtragulam muliebrem veſtem appellat, cui inquit: Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentum eius. & ſic ſecundum ICtum noſtrum, & D. Hieron. ſtragula etiam ſignificare poteſt hominis veſtimentum, quod innuere videtur Liuius lib. 4. delic. Opia diſſerent. Et cum tibi, inquit, viro liceat purpura in veſte ſtragula vti, matremfamil. tuam purpureum amiculum habere non ſines. Idem affirmat Iſidor. lib. 19. Etym. cap. 29. vbi enumerat quaſdam inſtrati ſiue ſtraguli ſpecies, puta ceruicalia, fulcra, tapeta, mantilia, mappas, ſtalia, aulęas, cortinas: quibus adde conopium, velamen, tectum, cadurcum, ſegeſtria, centones, & ſimilia eſt Feſto: vide Gœdd. ad l. inſtratum. 45. num. 2. ff. de verb. ſign.

STRAMENTA, ſunt calami frumentacei, ſpicis demiſſis. Vlp. de act. empt. l. fund. Fundo, inquit, vendito, vel legato, ſterquilinium & ſtramenta emptoris & legatarij ſunt. Nebriſſ.

STRAMENTORVM item nomine ſignificatur omne, quod ſolo cauſſa quieſcendi, inſternitur: apud Caium in l. quos nos hoſtes, 234. §. verborum viuere, vbi Alc. & Gœdd. in commen. ff. de verb. ſign.

STRANGVLARE id eſt neceſſitate adigi. C. de prædiis curiæ non alienand. lib. 10. Ambroſius lib. 2. de pœnitent. c. 5. nec verbi vnius præjudicio tantum cauſſam ſtrangulandam arbitror. l. 3. §. 1. ff. de arbor. furt. cæſ. Briſſ.

STRATA lapide via l. 1. § pen. ff. de via publ. Stratæ pro via publica l. 4. C. de priuil. dom. Aug. libro 11. l. 6. de itine. munien. in C. Theod. & apud Iſidor. lib. 15. Etym. c. vlt. qui ſtratam dictam quaſi vulgi pedibus tritam tradit, cum tamen ſimilius vero ſit, ab eo quod lapidib. ſternatur, ita appellatam Procop. lib. 2. de bello Perſico viam à Latinis ſtratam iam dici tradit. Briſſ.

Digitized by Google

Briſſ. Cuiac. ad l. 4 C. de priuil. dom. Aug. inquit, ſtratam propriè dici, quod Galli *pavé*, poſtea cœpiſſe quamlibet viam ſtratam dici, vt 58. Βασιλικῶν tit. 3. [illegible] & tit. 5 [illegible] & tit. 7. [illegible] Prat.

Στρατηγοὶ prætores ſignificantur nonnunquam, vt Nouell. 29 & Dion. l. 50. alias magiſtri militum, vt Nouell. 24. 28 & 102. alias & quidem frequentiſſima libris magiſtratibus municipiorum: Luc. ibs. rectè vetus interpres [illegible] magiſtratus interpretatur, quod idem diuinæ ſcripturæ [illegible] cap. 25 nominat. Cuiac. ad d. l. 6 de excuſ. in fin.

Stratores, tit. C. de ſtratoribus, lib. 12. ij erant quorum munus erat equum freno tenere, & conſcendenti magiſtratui opem ferre. Spartianus in Caracalla. Cum illum in æquum ſtrator eius leuaret. Paulus Diaconus de geſtis Langobar. Equus quamvis hinc inde à ſtratoribus verberibus cæſus, non poterat eleuari. Horum etiam erat, equos militares probare, qui à prouincialibus offerebantur vt l. vn. C. eod. tit. indicat. & Amm. Marcel. lib. 29 his verbis: Conſtantinus ſtrator paucos militares equos ex his auſus mutare, ad quos probandos miſſus eſt in Sardiniam. Stratores etiam in carceribus ponuntur, in l. 1 C. de cuſtod. reor. iique videntur ſignificari, qui victus & ſtratus eorum qui carcere continebantur, curæ præpoſiti erant. Aut etiam milites illi intelligi, quibus cuſtodiæ committebantur. Alij hoc ſenſu ſtatores legunt vide paulo ante Statores. Prat. & Cuiac. ad l. 1. C. de ſtrator. Stratores laguncularum, id eſt compoſitores. Mittam eis, dicitur, ordinatores & ſtratores laguncularum, Hieremiæ. 48.

Stratum omne veſtimentorum eſt, quod ſterni ſolet, à ſternendo dictum. Ruſin. l. 14. ff. de re iud. Si victum vel ſtratum inferri quis iubeat, non patiatur vtilis in eum pœnalis actio danda eſt. Vlp. l. 45. de ver. ſig. Iſtratum omne veſtimentum contineri, quod iniicitur, Labeo ait: neque enim dubium eſt quin ſtragula veſtis ſit omne pallium [illegible]. In victu ergo veſtem accipiemus, non ſtragula: in ſtratu, omnem ſtragulam veſtem. Idem igitur eſt ſtratum, quod ſtragulum, de quo ſic Varro lib. 4. de ling. Lat. Ac quicquid inſternebant, à ſternendo ſtragulam appellabant. Prat.

Stratura ſpecies eſt ſtructuræ: & potiſſimum eſt illa ſtructura, qua pauimentum, & ea quibus incedimus, inſtruuntur: ſic enim & ſtratam dicimus viam. Vſtratum olim fuit, & etiamnum eſt, vt pauimenta lapidib. ſtrata ſtrerentur ex tabulis factiahyeme regerent, & vt commodiores eſſet vſus, & ne nimium pedes refrigerarent, marmora & lapides: quo fiebat, vt his ſtraturis perpetuus eſſet vſus, & inhabitandi cauſſa fierent. Vide Gœdd. in com. ad l. malum nauis, 242. §. 4. ff. de ver. & ſig.

Strena, cuius meminit gl. in l. laudabile, C. de aduoc. diuer. iudiceum, munus ſignificat, quod aduocatis & amicis datur, Alc. in com. de ver. ſig. Earum autem origo, qua felicem ominamur annum ipſius auſpiciu & initio à Tacito rege manaſſe dicitur, qui primum Romuli hoſtis, deinde collega in regno Rom. fuit: hoc, quia & ſtrenæ ne hoc quidem tempore exoleuerunt, literis mandare volui. Turn. aduerſ. lib. 10. c. 26. Vt & antiquitatem rei intelligamus, & quem auctorem eius moris habeamus, ſciamus. Si quis vt quo auctore iſta loquatur, quærit, laudatur ab eo Symmachus in quadam epiſt. ſic ſcribens: ab exortu pene vrbis Martiæ ſtrenarum vſus adoleuit auctoritate Tatij regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni noui auſpices, primus accepit. DD. Imperatores nomen iudicio viris ſtrenuis hæc conuenire ob virtutem Schard. ex Turnebo aduerſ. lib. &c. eodem.

Strenuus, efficax, gnauus, vigilans, fortis, ſic dictus, quòd ſternendo aduerſa ſtrenuè. Iuſtinian. Nam & manu ſtrenuus, & in concionibus perfacundus habebatur.

Strictam rationem habemus, ait Vlp. quæ nunquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet. Nam ſummam eſſe rationem, quæ pro religioſis facit l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. fun. Strictam quoque rationem dixit IC. in l. 7. § ſi eiuis, ff. de acq. rei. do. l. 1. §. accuſationem, in ff. ad Turpil. Et ſtrictam interpretationẽ in l. 20. §. ſi ſublatũ ff. de ſer. vrb. Briſſ.

Stricti iuris vocabulum peculiare eſt ICtis. Duobus autem modis intelligimus. Altero propriè, cum leges ſcriptæ nimis ſeuerè, ac ſine vllo temperamento, aut trahunt per interpretationem ad caſus ſimiles, in quib. tamen rationes circumſtantiarum eſt aliqua diſſimilitudo: aut in caſu de quo loquuntur nimis durus ſenſus extorquetur. Altero modo impropriè ſumitur, cum fraus fit Legi, hoc eſt, cum ſaluis verbis Legis ſententia eius circumuenitur, detorquendo eam ad impertinentia aut aludendo ratione ſophiſtica, gloſſ. in l. placuit, C. de judiciis id vocabulum tripliciter exponit. Cum Iudæis ſummo iure agendum eſſe. Interpretum doctrina eſt: non tamen, vt notabiliter Alciat. dixit, ſummouendi ſunt ab hac æquitate, quã [illegible] vocant. Quum nihil aliud ſit jus, quam hæc æquitas in artem redacta. Cæterum in omnibus rebus præcipuam eſſe juſtitiæ æquitatiſque ſcriptæ, quàm ſtricti juris rationem. Impp. Conſtant. & Licinius conſtituere. Quando rigor juris temporibus ſit [illegible], id eſt, æquitate, Bart. incidat l. vlt. ſub fin. C. de Le-gibus & Philippus incepit. Philoſophorum lib. 2. Spieg.

Stricti juris actiones dicuntur in quibus ita ad præſcriptã formulam ac ſummam aſtricti erant judices, vt neque pluris neque minoris damnare reũ poſſent: vel quæ ſtricta jure vallatæ ſunt, nec ex bono & æquo deſcendunt, § actionum. Inſtit. de act. l. vn. §. ſed & ſi non [illegible] C. de rei vin. [illegible], vt cum Theophilo loquar, [illegible]. Quæ & ſtricta judicia, & ſtricti judicij actiones [illegible], l. 1 §. in hac. ff. commod. l. 5. ff. de in lit. jur. Briſſ. Prat. Coraſ. 2. Miſc. 8 n. 13.

Strictum ius noſtri appellant, quod veteres ſummum dicebant: id eſt, quod reſtricte ad verborum præſcriptum dirigitur & tanquam ad viuum reſecatur, quod merum & ſubtile jus alias dicitur, & paſſim æquitati opponitur, l. 26. ff. de acquir. hæred. l. penult. ff. de conſt. pecun. l. penul. C. ad exhib. l. pen. § 1. ff. de jure dot. l. 50. in fi. ff. de petuin. here. l. l. 28 ff. de ſtatu lib. l. 8. C. de iud. die. Briſſ. Prat. Coraſ. d. loc. n. 12.

Striga a l. ſi. Lang. de hom. ſec. l. 5. qual. mund. alien. per l. 2. de iniur. mul. Feſto eſt maleſica, quæ hominis inteſtina corpore paulatim diffluente perdere fingitur: Gloſſis vet. Striga [illegible], qui etiam humanis corporib. veſci credebantur: [illegible], Langobardis Maſca, hodie Magez. Prat.

Strigare eſt in ſtrigam equos vel mulos junctos agere & recta dirigere, ne diuerſi abeant, hi in hanc, illi in aliam partem. Eo verbo vſus eſt, qui parodiam venuſtiſſimam epigrammatis Catulliani luſit in Ventidium mulionem.

Et inde tot per orbitoſa millia.
Iugum tuliſſe laeua ſiue dextera.
Strigare mulas, ſiue vtrumque cœperat.

De hoc Adrian. Turneb. aduerſ. lib. 8. c. 2.

Strobuli, teſte Dioſcor. ac Galeno, propriè arbores ſunt, nucleos pineos ferentes & ipſi quoque nuclei ſtrobyli dicuntur, quos etiam [illegible] Græci appellant. & Carduus is qui manditur, fere iam vbique [illegible] Græcè dictus, in Latino (vt ait Dioſcur.) ſtrobulus vocatur: ex hac ſimilitudine, quia nucis pineæ ſpeciem præſenteт, vt etiam refert. Hermol. Barbarus, & de his, ſenſit Vlp. in l. ligni appellatio, in fin. de leg. 3. apud quem ſtroboli metodoſe legitur. Meminit etiam Plin. natur. hiſtor. li. 16. c. 12. ſecundum Hermolai caſtigationem Cott. & Gœdd. ad l. carbonum, 167. n 2. & 8 ff. de ver. ſig.

Stropha exeoſationem doloſam ſignificat, teſte Cataneo com. 3. Hac dictione vſus interdum Martialis, & Prudentius noſter, qui quum, ſicut & cæteri veteres poetæ noſtræ pietatis Proſper, Paulinus, Sedulius, Iuuencus & Arator habeant res altiſſimas, & humano generi ſalutares, non ſunt omnino in verbis rudes aut contemnendi. Multa habent, teſte Viue, (cuius judicio cedat omnis Ciceroniana ſemichriſtiana cohors) quibus elegantia & venuſtate carminis certent cum antiquis nonnulla, quibus etiam eos vincant. Itaque non niſi olidum olet, quod nuper Eraſmomaſtix ille pronunciauit (ſed parum competens judex) vnicum Actij Synceri ad ſummum Pontificem epigramma, pluris eſſe faciendum, quam innumeras Prudentiorum, Aratorum ac Iuuencorum myriades. Spieg.

Strophium faſcia eſt pectoralis, quæ virgineum tumorem cohibet papillarum. Mart. in Apophoretis:

Faſcia creſcentes dominæ compeſce papillas.
Vt ſit quod capiat noſtra, tegatque manus.

Turpillius: Me miſeram quod inter vias epiſtola excidit mihi Infelix, inter tuniculam ac ſtrophium collocatam. Catull.

Non tereti ſtrophio lactentis vincta papillas

Strophia etiam tenuiores coronæ à veteribus dictæ (vt in 21. natur. hiſt. docet Plin.) ab inſigni quod imponebatur capitibus ſacerdotum pro corona, quod ἀπὸ τοῦ στρέφειν, hoc eſt, à vertendo, ſtrophus vocabatur. De his Plin. in præalleg. lib. Tenuioribus (inquit) vtebantur antiquis coronis, ſtrophia appellantes. Hinc natã ſunt ſtrophiola, quibus in ſacris vtebantur. Cot. & Budæus Miſcell. lib. 4. c. 21.

Structile dicitur quod manu conſtructum eſt, & fabrica conſtat, Structilis riuus in l. 3. §. 1 ff de riuis. Structiles baſes in l. pen. ff. de ver. ſig. Structiles canales apud Vitruu. lib. 8. c. 7. Structilis forma apud Pallad. lib. 9. c. 11. Briſſ.

Structila opus dicitur, quod ex lapide quadrato, aut laterculis calceque conſtructum eſt, cuiuſmodi ſunt columnæ, pauimenta, ſepes, ICtus in l. 241. ff. de verb. ſign. In rutis cæſis, inquit, ea ſunt, quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili tectoriove continentur. Gœdd. in l. 241. num. 8. Sic ſtructilis & terrenus opponuntur in l. 3. §. 1. ff. de riuis.

Structiles columnæ, quæ non vno ſaxo perpetuo conſtant, ſed ex cæſis lapidibus aut coctilibus laterculis conſtructæ ſunt. Vlp. l. 8. ff. ſi ſeruit. vind. Superque eum parietem columnas ſtructiles imponere, quæ tectum porticus ambulatoriæ ſuſtineant. Columnas ex eo dictas quod columen, id eſt, ſummum faſtigij percurrens lignum ſuſtineant, Vitruu. auctor eſt, lib. 4. cap. 2. Hot. Prat.

Structilis lapis, non ille quadratus, atque ad normam cæſus ſed rudis & informis, quod vel reticulata ſtructura, vel ordinaria fit. Vlpian. l. 6. §. 4. ff. ſi ſeruit. vind. Forte vt reficias lapide

quadrato, vel lapide ſtructili, vel quouis alio opere, quod in ſeruitute dictum eſt. De reticulata & ordinaria ſtructura lege Vitruu. lib. 2. c. 8. Hot. Prat.

STRVCTORES, interpretantur ipſi Impp. id eſt, ædificatores, in l. priore, de excuſ. artif. C. lib. 10. Structores etiam vocari poſſe eos, qui ad principum menſas minutatim, ſuo more, eſculenta conſcindunt, Inſulan. recte putat. Spieg.

STRVCTORES bucularum in l. vlt. ff. de iure immunit, ſecundum Floren. lect. Alij enim codices habent buccularij ſtructures: Halo. bractearij ſtructores. Turn 9. aduerſ. 16. legit. buccularios, quos interpretatur galeatum ſtructores, Vide Gorbofi. in d. l. vlt. Et ſtructores quidem Tribonianus ædificatores interpretatur in l. 1. de excuſat. artif. lib. 10. C. Vege, etiam lib. 2. ca. 11. In exercitu ſtructores ponit. Sic enim illic ex vetuſtis codicibus legendum eſt, non vt paſſim ſcriptum eſt, inſtructores. Similiterque in miniſteriis militaribus ſtructores poni videmus in Epiſt. quæ à Vopiſc. in Aurelia, refertur. Briſſ. Prat.

STRVCTVRÆ nomine intelligitur opus factum è cæmentis ſeu laterculis Brechæus in l. Carbonum, ff. de verb. & rer. ſign.

STRVCTVM in l. 3. §. vnde illud, ff. de minor. ſignificat machinatum, & excogitatum. Sed totum hoc ſtructum, inquit IC. vt maiore ex facto liberaretur. Prat.

STRVMA exuberātia quędā in tergo ſicuti in pectore gibb. haber.

STVBA, vel Stupha, vocabulum pluribus non videtur Latinum. Sed quib. hoc videtur, nec habent ſtubas, inquit Volzius: qu. & adnotauit, ductum vocabulum à Stypu, quod & Græci dicunt τῦφω: quod ea loca ob calorem ſeruandum ſtypentur. Nam υ in u, & π in b, vt mutetur, non adeo infrequens eſt. Spieg.

STVDIA liberalia, quod homine libero digna ſunt. Vlpia. l. 2 de var. & extraord. cog. Liberales artes, appellat Rhetoricam, Grammaticam, Geometriam Medicinam, Iuriſperitiam. Vide Locatione C. de profeſſ. & ſtud. liberal. vrb. Roman. Seneca ſolam philoſophiam ſentit eſſe liberalem diſciplinam, quod liberum facit hominem, hoc eſt, ſapientem, ſublimen, fortem, magnaninum cætera puſilla, ac puerilia eſſe. Spieg.

STVDIORVM cauſa alibi agere, l. 5. C. ad Senat. Macon. Studiorum cauſa aliquo loco mutari, l. 2. C. de incol.

STVDIOSE pro data opera, arte, propoſito, [illegible] in l. 1. ff. de abig. Sic ſtudio, id eſt, arte, in l. 13. & l. 53 ff. de fideic. libert. Prat.

STVDIOSI juris olim his nominibus appellabantur: Primo anno Dupondij & Dupondio nummo duobus aſſibus æſtimato, quaſi nullius adhuc in ciuili diſciplina æſtimationis ſcilicet initiantium ſtudiis: ſicut reſpectu Chriſtianiſmi infantes, paruuli dicuntur. Poſtea vocati ſunt Iuſtinianei. Conſtit. ff. 2. §. & primo quidem anni. Secundo anno dicebantur Edictales, ab edicto quod eis proponebatur. Ibid. §. ſecundo autem. Tertio anno Papinianiſtæ vocabantur, ab autore Papin. cuius libros legebant. Ibid. § tertij denique anni Quarto anno λύται nuncupabant, hoc eſt, ſolutos, vt qui iam à certa illa & præſcripta ſtudiorum ratione eſſent liberati. Ibid. §. ſed quia ſolitum. Quinto anno προλύται appellabantur, hoc eſt, qui λύτας eruditione præſtarent. Ibid. §. omnibus ſi bene. Poſt quinquennium itaque conſumato iuris ſtudio, dicebantur. Oratores maximi, juſtitiæ ſatellites, judiciorū athletæ gubernatoreſque. Hoc ſeculo & ordinem docendi, & ſigulorum nomina corruperunt inſulſi commentatores. Cœperunt enim appellare Baccalaureos, Licentiatores, Doctores, iuris Ciuilis, iuris Canonici decretorum, & (ſi Diis placet) vtriuſque iuris. Mirum cur non etiam Prætorij juris Doctores deſignauerint, ne vllum genus Dictorum in barbaro regno deſideraretur. Old. Prat.

STVDIOSI juris pro juris peritis, l. 1. ff. de offic. ad ſeſſ. l. 9. § 1. ff. pœn. l. 4. ff. de extraord. cognitio. Sic apud Suetun. in Neron, Gellius lib. 12. c. 13 Cur hoc me potius, ait, rogas quam ex iſtis aliquem peritis, ſtudioſiſque juris, quos adhibere in conſilium indicaturi ſoleris? Sic enim legere malo quam vt vulgo ſtudioſiſque viris. Nam juris periti in conſilium adhiberi non quilibet ſtudioſi ſolebant. Quanquam & conſulti abſolutè ſtudioſi videntur appellati in l. 2. §. poſt hunc maxime ff. de orig. jur. Briſſ. Studioſos iuris ait Cuiac. 7 obſer. 25. conſtat pro juris profeſſoribus & adſeſſoribus comitibuſve judicum accipi l. 1. ff. de offic. adſeſſ. l morit § ſolet ff. de pœnis. Eſt enim hæc appellatio communis tam præceptorum quàm diſcipulorum & auditorum iuris. Cuiac. d. loc.

STVDIOSVM, pro expetendum apud Iuſtinianum Conſtit. ff. 2. in princ. cum dixit: Nihil iam ſtudioſum in omnibus rebus inuenitur, quam legum autoritas, quæ & diuinas & humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit. Spieg.

STVDIOSVS in loco vbi iuris incumbit, neque pro ciue neque pro incola haberi debet, nempe quoad munera & forum: niſi decem annis tranſactis eo loco ſedem ſibi conſtituerit, vel hoc dixerit, l. 2. C. de incol. & vbi quis, &c. lib. 10. Horat. Lucius de priuileg. ſchola. priuileg. 9. Gœdd. ad l 190. num. 5. de verb. ſign.

STVLTA eſt opinio l. Domit. ff. de reſt.

STVLTITIA eſt inconſtantia ſanitate vacans, vt tradit Connan. 9. comm. 4. num. 11. Referturque tam ad juris imprudentiam quam ad facti errorem l. ſi. per imprudentiam, ff. de euictio. Alberic.

STVLTVS, imprudens. Nam & multi non inſipientes, aliquando ſtulte aliquid vel agunt, vel loquuntur. Quemadmodum ſtultus eſt ICtus qui emit hæreditatem non ſoluendo l. 3. ad leg. Falcid. & ſtultiſſ. Imperator, pro bono eligens malum, § exterum. Inſtit. quod cum eo. Spieg. Prat.

STVLTVS imperitum ſignificat, in l. 9. §. ſi quis jus, ff. de iur. & fact. ignor. l. 4 ff. quod vi aut clam. Prat.

STVPRATVS. Vlpian. l. 1. §. remouet, de poſtul. Si quis tamen, inquit, vi prædonum, vel hoſtium ſtupratus eſt, non debet notari. Spiegel.

STVPRVM dictum videtur quaſi turpis ſtupor, cum ſtupidus bruto ſimilis ſit qui in Venerem ruit & turpitudinem longe deteſtabiliorem, quam bruta exactat, qui defloratione virginitatis pudicitiæque non ſine ingenti ſtupiditate mutum ingenijque apperit. Nihil profecto in vita mortalium turpius fœdiuſque eſt, quando hæc nobis res cum belluis communis eſt, & hac vna tantum humanæ vitæ interuſcitur infirmitas. Alexander Magnus, vt teſtatur Plutarchus, ſe duabus potiſſimum rebus mortalitatem intelligere aiebat, ſopore & coitu: quas ſola naturæ infirmitas pateret. Pythagoras rogatus quando concumbendum eſſet: tunc inquit, cum te ipſa infirmior fieri vis, Diogen. lib. 8, Fortaſſe, haud inepte etiam dixeris ſtuprum à ſtupore pudoris, qui læditur deductum videri. Eſt autem ſtuprum in genere coitus lege probibitus pudorem corrumpens: ſed in ſpecie duplex eſt. aliud contra naturæ ordinem: aliud naturæ ordine concurrente: hoc definitor vitium honeſtæ perſonæ, tum virgini tum cuique alij innuptæ per coitum illicitum illatum, l. 6 §. 1. l ſtuprum, ff. ad legem Iul. de adult. l. 18. C. eodem. Vide Goedd. in comm. ad l. inter ſtuprum, tot. nu. 6. 7. 9. de verb. ſign.

STVPRVM in maſculum quoque committitur, l. 2. ff. de ſer. corrupt. l. 1. § 8. §. remouet. ff. de poſtul. l. 8. ff. quod met. cauſ. l. vlt. ff. de offic. præſid. Briſſ.

STVPRVM committit, qui liberam mulierem cupidinis cauſa non matrimonij comprimit: excepta videlicet concubina, ait. Modeſtin. l. ſtuprum, ff. ad leg. de adult. Old.

STVPRVM inquit Marcell. de rit. nupt. intelligitur in his quoque mulieribus eſſe, quæ turpiter viuerent, vulgoque quæſtum facerent, etiamſi non palam, & ſi qua ſe in concubinatu alterius quam patroni tradidiſſet, matris famil. honeſtatem non habuiſſe eam dico. Maſſ.

STVPRVM generaliter coitus eſt lege vetitus, iſque duplex: alter cum nupta, quem dicimus adulterium: vel cum cognatis, vel ſacris virginibus; alter cum qualibet perſona, cui vis infertur, etiamſi ancilla ſit. Inter ſtuprum autem & adulterium hoc intereſſe quidam putant, ait Modeſtin. quod adulterium in nuptam ſtuprum in viduam committitur, ſed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur l. si 4. ff. de verb. ſign. l. 6. ff. de adult. l. 41. ff. de rit. nupt. Denique ſtuprum cum qualibet muliere committitur, quæ neque vxoris, neque concubinæ loco habetur, l 3. ff. de concubin. l. ſtuprum 34. ff. de adult. Prat. Vide & Vult. ad §. item lex Iulia de adulteriis, Inſt. de pub. iu.

STVPRI crimen committunt liberi qui parentum vxores concubinas ducunt, l. 4. C. de nupt.

STYLVS, inſtrumentum ferreum, non abſimile calamo, anterius acutum, retro vero quaſi plantam habens, fuit, quod olim in ceratis tabulis ſcribere, & alterius extremitatis obtuſitate delere ſolebant.

STYLVS, graphium quo ſcribitur ſignificat: vnde vſus obtinuit, vt pro ſcriptura dicendique modo accipiatur. Imper. Conſtant. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. Poſtquam jam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus: & licitum, quod iterum non redit arbitrium. Complectitur autem Styli vocabulum plurimas res, teſte Roterod. ſermonis habitum, & dictionis quaſi filum, figuras, conſilium, judicium, argumentationis genus, inuentionem, tractationem affectuum: & ἤθη, quæ Græci vocant; atque in ſingulis horum mille diſcrimina, nempe non pauciora quam ſunt ingeniorum: quorum profecto totidem differentiæ ſunt, quot ipſi ſunt homines. Alius iocundior eſt, alius exactior. Alius ſimplicior, alius picturatior. Alius leuior, alius acrior. Hic ſeuerior eſt, ille feſtiuior. Hic eruditior, ille ſanctior. Hic copioſior, ille neruoſior. Denique ne rem, inquit, infinitam proſequar, totius animi ſimulacrum ſemel exhibet oratio. Spieg.

STYLVM proſcriptionis incurrere, in l. fin. Cod. quæ res ven. non poſſ. l. 3. de bon. vac. lib. 10 l. ſi quis poſthac, de bon. proſcriptione. Alberic.

Στυπτηρία, alumen, à στύφω, aſtringo. Vlp. de reb. eor. qui ſub tutel. l. 3. Si lapidicinas, inquit, vel quæ alia metalla pupillus habuerit, ſtypteriæ, vel cujuſlibet alterius materiæ, vel ſi cretæ argenti fodinas, vel quid aliud huic ſimile. Nec nouum uoſtris videri debet (quod Alciat. in Pareg. adnotauit) appellatione metalli etiam alumen contineri, cum hæc vox omnia comprehendat, quæ ſub terram effodiendo reperiuntur. Sic dicta, quia ἄλλο μετ' ἄλλο, id eſt, aliud poſt aliud inuenitur.

Vnde

Vnde apparet, in metallum cenſeri damnatos l. aut damnum, de pœn. quoſcunque: non ſolum qui argenti, ferriue ſodinis opus faciunt, ſed etiam qui alumen, cretamue effodiunt, & ſi qua ſimilia.

S V

SVA mala mente ad hoc procedere, apud Vlpia. in fin. l. quid ergo de legat. 1. Spieg.

SVADERA, ſuauibus verbis aliquem hortari ad id quod intendimus, l. 1 9. perſuadere, de ſeru. corrupt. Ratio & æquitas ſuadent l. 87 §. Imper. de leg. 2. ſuadetur prætorij, l. 3. ff. de iur. deli.

SVÆ ætatis eſſe, id eſt, ſeptem annos impleuiſſe, l. 18. §. 4. C. de iure deliberand.

SVÆ poteſtatis eſſe, id eſt, ſui iuris eſſe, Vlp. l. 17. de his qui not. Ea notatur quæ quum ſuæ poteſtatis, hoc facit. Hotom.

SVARII, id eſt, ſuum & porcorum venditores. Alias ſuarij dicuntur porcinarij, ſiue porcarij, cuſtodientes porcos ciuium in paſtoris. Quo modo accipitur C. in tit. de ſuariis. l. 1. Anch.

SVAVIVM dicitur laſciuus oris motus ad amorem alliciens, & ad baſium vocans, cum ſcilicet figuratur labris prominſſis aut lingua prolata, vt cum mulieres ſuauiantur amatores. Vnde & Plautus in Aſinaria ſcripſit:

… … Ne ſic tuſſiat
Vt cuiquam linguam in tuſſiendo proferat. Iterum
Tu labellum abſtergas
Potius quam cuiquam ſuauium facias palam.

Id eſt, quam ſic os comparet & formet vt ad baſiandum aliquem inuitet, quod tamen, vt Petronius ſcribit, eſſe videtur potius ſignum inouentis, & inuitatiunculam amoris ſignificantia, quam ad baſia vocantis. Turn. aduerſ. lib. 1. c. 19.

SVB pro poſt, l. 1. ff. de interd & releg aliquando pro coram. l. generaliter. §. fin de iureiur. Reliqua vide in not. ad l. Mathematicos. C. de epiſc. audient. Prat.

SVB conditione, pro ea lege, hoc pacto.

SVB corona venire, id eſt, in ſeruitutem redigi. Antiquitus enim mancipia iure belli capta coronis induta veniebant, & ideirco dicebantur ſub coronis venire. Nam corona ſignum erat captiuorum venalium, ſic vt pileus impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos venundari, quorum nomine emptori venditor nihil præſtaret. Bud. in priorib. annotat. in Pandectas.

SVB pellibus durare, ideo dicitur, quoniam militum tentoria pellibus obtegerentur. Vnde & ſub pellibus eſſe dicebantur. Liuius li. 37. Aut ſub pellibus milites habendos fore. Huc ſpectat Celſus de ſupellectile ff. loquens Labeo, inquit, originem fuiſſe ſupellectilis putat, quod olim iis qui in legionem proficiſcerentur, locari ſolerent, quæ ſub pellibus vſui forent. Cælius lib. 27. c. 14. lect. antiq. vide ſupra. Pelles.

SVB tempus venditionis, Vlp. interpretatur, hoc eſt, biduo ante venditionem, l. ædiles, 2. §. vendendi. de ædilit. edict Ferre autem iungitur ſub accuſatiuo, cum tempus ſignificatur: Itaque ſub tempus, cum Haloand. & non ſub tempore, vt in vulgatis, legendum. Seruius expoait, ſub tempus, & ſub idem tempus, hoc eſt, circa. Spieg. Prat.

SVB titulo exequi pro pertractare, apud Vlp. in l. 1. §. hoc edicto. ff de poſtulan. Spieg. Prat.

SVBADIVVÆ in l. 4. 5 & vlt. C. de agent. in reb. li. 12. ſunt. Adiutorum adiutores, quemadmodum Syneſius in Epiſt. ad Heraclianū indicat his verbis: [Greek text] Eſt plane inſigne in hoc verbo mendum apud Suidam, apud quem ita ſub litera ρ, ſcriptum eſt: [Greek text] Nam proculdubio in ordinem dictionum à litera σ incipientium vox illa transferenda eſt, & pro [Greek] [Greek] ſcribendum. Inuenitur autem hoc verbum aliquotiens in notitia imperij Roman. Atque adeo vbi officium magiſtri officiorum recenſetur, Subadiuuæ adiutores duo pro Subadiuuæ adiutoris legitur. Briſſ. Prat. Habuit magiſter officiorum adiutorem ex ſchola agentium in rebus, vt dicitur in lib. 2. C. de præpoſitis laborum, lib. 12. & ſubadiuuas adiutoris duos: habuit & ſubadiuuas fabricatum, quas conſtat fuiſſe ſub diſpoſitione magiſtri officiorum, & ſubadiuuas barbaricorum, id eſt, officinarum barbaricariorum. Et horum ſubadiuuantium meminit Marianus Scotus; & l. agentes in rebus. C. de agentibus in rebus lib. 12. in qua vulgo male ſubadſubatum, pro ſubadiuuarum legitur. De his & in l. 3. C. Th. de agent. in reb. Periculum, inquit, ſe & adiutor & ſubadiuuæ ſubituros eſſe cognoſcant, ſi huiuſmodi ſanctionis normam inſequentib. magiſtris deſierint intimare. Iidem, vt opinor, chartularij dicuntur. in l. 5. & 9 d. tit. de agentibus in rebus. C. lib. 12. Cuia. ad l. ex eo quo, ſæpe iam alleg. tit. C. de agen. in reb. lib. 12.

SVBARRATIO fit annali datione, & aliis modis, not. cap. ſi quis vxor, 27 q. 7. &c. ſi de ſponſ. impub. Prat.

SVBAVDITIO, tropus, Grammaticis notiſſimus eſt, & apud IC. tos Nam ſæpe vel taxatiua, vel augmentatiua dictio ſubintelligitur. In taxatiua exemplum eſt apud Venul. l. fin. ff. de ædilit. edict cum morbum ſonticum dixit, qui perpetuum noceret, non qui tempore finietur; ſubauditur tantum. Cod. de poſtulan. Vide Anton. Auguſtin. lib. 2. emend. cap. 1. & Thom. Linacrum. Quæ dictiones ſubaudiantur, indicat Alberic. in Lexico Prat.

SVBCVRATOR, adiutor curatori cum minore tamen poteſtate datus. Iulian. l. 30. de negot geſt. Quendam ad ſiliginem emendam curatorem decreto ordinis conſtitutum eſſe: eidem alium ſubcuratorem conſtitutum ſiliginem miſcendo corrupiſſe, &c. Hot. Prat.

SVBDARE ſe ſententiæ, in princ. l. 3. ff iud. ſolui.

SVBDIACONVS, qui ſubiacet præceptis & officiis Leuitarum. ca. electos. 21. diſtin. Eorum officium ponitur in c. perlectis. 25. diſtin. Erant Subdiaconi. B. Ignat. tempore, vt ex eius ad Antiochen. Epiſtola liquet, [Greek text]. Prat.

SVBDIALIA comitia apud Athenienſes erant, quibus publica iudicia vltro citroque cauſſis agitatis tractabantur à mille, aut mille quingentis primæ notæ ciuibus: Vide Poſtell. de magiſtrat. Athenienſ. c. 12. Græcis dicebantur ἡλιαία.

SVBDISIVNCTIVA coniunctio à Grammaticis ſic definitur, quæ voce diſiunctiua vtrumque adeſſe ſignificat, vel ſimul, vel diſcrete vt Alexander ſiue Paris: Nam qui prius vocabatus Alexander Priami filius, poſtea cognominatus eſt Paris, dormit vel diſputat, nam poteſt neutrum facere, ſed de particula ſubdiſiunctiua quanquam ad Grammaticum pertineat differere, copioſiſſimè diſputauit Proculus Iuriſconſultus in tit. de verb. ſig. hæc verba. vbi Goedd. in comment. Nebriſſ.

SVBDISIVNCTIVORVM duo ſunt genera. l. hæc verba 124. ff. de verb. ſignif. Subdiſiunctiua diuerſa diuidit, &c. d. l. hæc verba Prat.

SVBDITVM teſtamentum dicitur, cum vero teſtamento occultato, aliud clam fuit oppoſitum pro ſurrogato, ſeu ſucceſſore Paul. vſurpaue, de Iud. cum ait: Mortuo iudice. Prat.

SVBDITVS, ſicut ſuperiores non debent nimia familiaritate contemptus ſe reddere l. obſeruandum. ff. de off. præſ. Ita ſubditi non tenentur vltra modum obſequi c. Admonendi. 2. q. 7. & 11. q. 3. c. Quid ergo. &c. ſeq. Leuit. 19. Gal. 1 Old. Prat.

SVBDITVS iudex interprete Feſto lib. 17. dicebatur qui loco mortui dabatur his, qui eum iudicem habuerant, in aliqua re vel lite. ſic in l. 60. ff. de iud. ſubditus iudex in demortui locum ſuffectus dicitur.

SVBDITVS ratione domicilij, gl. in clem. vn. in verb. ſubditos. ff. foro compet. Prat. Subdoctor ab Auſon. dicitur, qui Græcis ὑποδιδάσκαλος ordinatij doctoris vicarius, Goth. ad l. 1. §. 8. Cod. de off. præf. præt. Afr.

SVBDOLA, caute, fraudulenter l. quiſquis. C. de poſtul.

SVBDOLVS, occulta decipiens.

SVBDVCARE ſe judex, l. 1 §. dies ff. quando appell. ſit. Cic. oratione pro domo ſua. Quis in meum locum iudicem ſubdidit.

SVBDVCTIONES, Cic. vocat lib 2. de Orat. Ioanes & ſophiſticas philoſophorum argutias & diſputationes: qualibus & nunc vtuntur. Old. recte, in diiudicandis cauſſis, & tractando iure, magno ſtudioſorum incommodo. Spieg.

SVBDVCTVS reus, l. ſi pendent. appel. & ſubductus morte reus. l. C. ſi reus vel accuſ.

SVBESSA cauſa dicitur l. 7. ſed cum nulla ff. de pact.

SVBFAVDATIO, nominant vulgo *Aſſterleben*. Zaſ. de feud. alien.

SVBGRVNDATIO, prominentium tectorum conſtructio, de qua Vitruu. lib 4. Spieg.

SVBGRVNDIA, ſunt regulæ propendentes extra tectum domus, ad parietum defenſionem, ne imbribus corrumpantur. Iabol. de verborum ſignificat. l. malum nauis. Qualia, inquit, mœniana & ſubgrundia eſſent, id eſt, tecti partes impendentes ad parietum munitionem. Nebriſſ. Dicuntur & Subgrundæ, vt Budæus oſtendit autoritate Varr. & prætoris edictum probat quod Vlpian. interpretatur, in l. ſi vero plures §. prætor ait. de his qui deie. Spieg. Plin. tamen ſubgrundas accipit pro regulis inferioribus. Nam in tectorum ſtructura duo ſunt ordines regularum: alter ſupernarum, alter infernarum, ſcribens namque lib. 25. de duobus. Sedi generibus, hoc eſt, maiori & minorem appellari hypoſtegon. & ſubdit cauſſam eius ſic appelletur. quoniam in ſubgrundis ferè naſcitur, hoc eſt, in tegulis inferioribus; id quod vulgo videmus in tectis naſci. Nebriſſ.

SVBHASTARE eſt ſub haſta mittere, id eſt, per incantum publicum vendere. haſta vero erat virga, quæ dabatur cum alicui poteſtas daretur de aliqua merce. Ioan. Bellon. Etym.

SVB haſta venire dicuntur ea, quæ iure haſtæ fiſcalis, id eſt, auctionis, quę fit à fiſco de bonis caducis, vel commiſſis, vel obligatis, cuius ſignum eſt haſta in foro poſita, veluti ſub corona captiui, quod eorum venalium ſignum eſſet corona capiti impoſita. Feſtus. Haſtę ſubjiciebantur ea, quæ publice venundabant, quia ſignum præcipuum eſt haſta. Tertullia. in Apol ſub eadem voce præconia, ſub eadem haſta, ſub eadem annotatione quæſtoris diuinitas adducta conducitur. Adiectiones autem ſunt licitationes ſiue promiſſiones offerentium maius precium, vt in l. 1. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. l. 2. de locat. pręd. ciuit, l. pen. de omni agr. deſ. C. eo lib. Addictionis ſunt pene

eos qui ploris licitati ſunt rerum ſubiectarum voci præconis, collocationes, has ἀντιφωνήσεις, illas ὑπερβαλλομένους vocant, Cuia. ſuper rubr. de fide & iure haſtæ fiſcalis. C. lib. 10.

Svbiectæ voci præconis dicebantur, cum ad lapides, ad quos præco aſcendebat, in foro cuiuſpiam venalia bona ſubiicie bantur. Vide Syluium pro Publio Quintio.

Svbiectæ ſibi perſonæ. Vlp. ſiue per ſubiectas ſibi perſonas vſo adquiſierint. Litem ait prætor. ff. ex quib. cauſ. maior. Spieg.

Svbiectvs partus, pro ſubditus, ſuppoſitus l. 1. C. de falſ. quemadmodum ſubiicere teſtamenta, hoc eſt, pro veris falſa ſupponere. Spieg.

Svbiicere, pro loco alterius ponere, apud Paul. in l. & qui oſtu ra, §. cùm me. de neg. geſt. Spieg.

Svbiicere delatorem vel accuſatorem, ſummittere & ſupponere eſt l. 50. §. 1. ff. de legat. 1. l. 15. ff. ad Turpill. l. 14. §. 18 demum videtur. ff. de bon. libert. Briſſ. Prat.

Svbiicere teſtamentum eſt pro vero falſum ſupponere, in l. 2. ff. ad l. Corn. de falſ. & apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 7 & lib. 3. tit. 14. Quint. lib 9. ca. 2. Ream tuebar, quæ ſubieciſſe dicebatur mariti teſtamentum. Briſſ. ſic ſubiecta teſtamenta, & ſubiectores teſtamentorum, apud Cic. ſæpe. Prat.

Svbiici etiam partus, id eſt, ſupponi dicitur l. 1. §. ſed & ſi ſeruus ff. de vent. inſpic. l. 1. §. vlt. l. 3. § ſi mater. ff. de Carbon. edi. l. 1. § 1. ff. de quæſt. l. 16 ff. de his quæ vt indi. ſuppoſititium partum dicit l. 46 ff. de iur. fiſc. l. 9 ff. de Carb. edi. Prat. Briſſ.

Svbiici, beſtiis, pro obiici in l. vlt. C. ad l. Fab de plagia. l. 3. pen. ff. ad l. Corn. de ſicar. l. 12. C. de pœn. Prat. Briſſ.

Svbiici quæſtioni l. 11. C. de quæſtionib. Pr. Br.

Svbiici ſuſtib. l. 28 §. & vt generaliter. ff. de pœnis. Pr. Br.

Svbiici pœnis l 1. ff ad Turpil. Prat. Briſſ.

Svbiici vectigalium præſtationi dicuntur ea pro quibus vectigal præſtatur & penditur l. 9. §. pen. ff de publican. Vectigalib. etiam ſubiectos agros Hygen. lib. 2. de limit. conſtit. dicit: qui ſub vectigali locantur. Prat. Briſſ.

Svbiici vſuris dicuntur, quibus vſuræ applicantur l. 38. ff. de neg geſt l. 54. ff. de adminiſtrat. tut. Briſſ.

Svbinde, pro frequenter, à ICtis interdum vſurpatur: in quem ſenſum Liuium, Columellam, Martialem plerumque vſos, ſed In primis Tranquillum, Catanæus annotauit. Sp. Subinde agere & ſubinde damnum dare l. 18. ff. ratam rem haberi.

Svbintrodvcta mulier quid ſit, in Decretis pontificiis diſtin. 32. c. Inter dixit per omnia. & rurſus eadem diſtin. Nullus miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem (quia Gloſſematarij prorſus ſilentio prætereunt) latè explicat Rhenanus adiecto ſcholio Euſebianæ hiſtor. eccleſ. Spieg. Prat.

Svbinvestitvs eſt vaſallus vaſalli Old de actio. beneficiariis: annotauit Feudiſtarum loquendi formulas, ab vſu Latinorum abhorrentes, quas adſcribam. Noſtri, inquit, Dare feudum, Concedere feudum vaſallo, nunc dicunt? Romani dare mancipio fundum. In fidem ſuam accipere clientem. Noſtri, Auferre feudum, Aperire feudum: Romani, Iniicere manus prædio clientelario. Noſtri, ſubſtituere aliquem in locum ſuum, ſubinueſtire: Romani, Emancipare prædium, A clientela ſeſe eximere in gratiam alterius. Noſtri feudum accipere, Inueſtiri de feudo, Romani mancipio accipere, Fidem patroni ſequi, In fidem ſe conferre. Vnde autem eſt, quod vulgo dici ſolet in epiſtolis, Ioannes mancipium tuum. Non enim ad bellicam captiuitatem, aut ſeruitutis conditionem pertinet, in quo multi fallnntur. Noſtri, ſeruire, ſeruitium facere domino: Romani, Clientelam exhibere, Obſequium vel clientelam exuere alienato prædio. Noſtri, Vaſallus non vult ſeruire, Derelinquit dominum, Romani, Cliens non vult dominum agnoſcere, Inficiatur clientelam. Facit ſui controuerſiam. Noſtri, Feudum paternum, Feudum antiquum. Romani, Ius gentilium, quaſi ad gentiles agnatoſque tranſiens. Exemplum citat à 5. Cic. actin. in Ver. Noſtri, Inueſtituram facere, Iuramentum fidelitatis recipere: Romani, Oſculo in fidem accipere, verbo præire. Iureiurando diſcinctum clientum adigere. Noſtri, Inueſtituram petere. Iurare fidelitatem: Romani, Dare manus ſupplices, Oſculum obſequinſe porrigere, In verba iurare, ſacramento adigi. Noſtri. Breue teſtatorum. Inſtrumentum feudale: Romani, Apocham aduxiſſe clientelæ, Antapocham clientelæ exhibitæ: quaſi teſtificationem vltro citroque dati & agniti beneficij. Noſtri, ſaluo iure cuiuſcunque, clauſulam appellant in breui teſtato ſolennem: Romani, Quod ſine fraude, ſua, aliorumque fiat: exemplum ex primo Liuij citat. Noſtri, Feloniam contra dominum committere, pro confiſcari Vt in titul. de publ. & vectig. & commiſſ. Paul. de neg. geſt. ſic periculum, inquit, erat, ne prædia in publicum committerentur. Noſtri, Culpam remittere, Feloniam non perſequi: Romani, Manum iniectam tollere. Manus iniectionem remittere. Noſtri, Feudum improprium vocant & Feudum temporale, quod ad annum, vel quinquennium conceditur: Romani, Precarium clientelare dixerunt. Oldendos. Prat.

Svbire defenſionem, pro ſuſcipere defendendum. Spieg. ſubire: pro ſuſtinere ſic litem ſubire. l. 7. ff. de dote prælég.

Svbire inſtructionem eſt cœptum opus inſtruere, adnruere, ne perficere. Vt refert Conan. in commen. lib. 5. c. 8. n. 5.

Svbire iudicium. in l. fi. C. de deſert. ſic Cic. dixit pro Flacco.

Svbita ſeruitus l 6. §. irritum. ff. de iniuſto rupto, & ſubita vis. l. 30. l. §. vlt. ff. ad l. Aquil.

Svbitarios milites, veteres repentina auxilia appellaſſe, Liuius autor eſt.

Svbito pro improuiſo, citra propoſitum, apud Triphon. in l. legatis § quod ſi ſeruus. l. ſi is qui de acq rer. dom. Spieg. Prat.

Svbivgalivm nomine (quorum fit mentio in Nou. 30. c. 7. §. 18. intelliguntur iumenta. Goth. in not. ad d. §. 2.

Svbivgare grauamini reſtitutionis dicitur in l. 30. C. de fideicomm. ſicut & ſubiugati competentibus actibus in l. 12. C. de acq poſſ.

Svbivdata bona, corrupta legitur in vulgatis, apud Papin. in l. cum in rem verſo. de vſur. Reponendum publicata, pro ſubiugata. Spieg Prat.

Svbivgvm mitti. Quandoque milites ſub iugum miſſi ſunt, vulbi melius leges, quam apud Liuium lib. 10 & lib. 1. Decad. 1. Vbi Horatius ſub tigillum mittitur, hoc eſt, ſub iugum, hac forma vt duo recta tigilla defixa ſtarent, tertiumque ſuperne duobus illis tranſuerſum imponeretur.

Svblatvm habere dicimus quod altius extulimus l. 7. ff. ſi ſeruit. vindic. & ſublatis altius ædificiis l. 11. ff. de ſeruit. præd. vrb. ſublata ſuperficie, l. ablata. l. 71. ff de vſufr.

Svblegere eſt in locum mortui ſubſtituere: ſicut allegere in cœtum adiungere. Tranquillus in Tyber. c. 51. Inſtanti ſæpius, vt ciuitate donatum in decurias allegeret, negauit ſe allecturum ſubiecti ὑποβαλλομένους, allecti propter inopiam ſenatorum ἀπογεγραμμένοι. Gothof. in not. ad l. 6. in princ. ff. de muner. & honor.

Svblevare teſtimonio aliquem, dici debet, quod exonerare vulgò dicimus, inquit Budæus. Spieg.

Svblimissimi iudices ſunt præfecti prætorio, Quæſtores, Magiſtri officiorum l. 17. §. penult. & l. penult. Cod de appel. Inde ſedes prætoriana ſublimiſſima appellatur in l. 34. Cod. de iudic. Briſſ. Prat.

Svblimitas tus, pro altitudine, voce Hiſpanis familiari, *Alteza*: quæ nobis ſonat, *Hocheit*. in l. poſt. C. de indict. lib. 10. Autheo. de Lenon §. fin Spieg.

Svblvcare arbores, in 12. tab. eſt ramos ſupputare. Prat.

Svbministrare. l. 50. ff. fam. erciſc. ſubminiſtrare alimenta. l. 27. § pen. ff. de inoffic.

Svbmissa vox, concitatæ opponitur, quam Canoniſtæ, & ſuppreſſam vocant c. ſi cum. extr. de ver. ſig c. alma. § adjicimus, de ſent. excom lib 6. ſubmiſſe, vel (vt quidem ſcribunt) ſummiſſe, id ſignificat, quod barbaris eſt humiliter: & ſubmittere, quod illis ipſis eſt humiliare: quod verbum, teſte Inſulano, doctis non placet. Spieg.

Svbmittere, eſt propagandæ ſobolis gratiæ matricib. ſupponere, atque alendos præbere fœtus. De voce ſummittere vide paulò poſt ſummittere.

Svbmittere pretia, pro minuere, Plin. Neque enim pudor, ſed æmuli pretia ſubmittunt. Bud. ait.

Svbmovere à magiſtratu, officio, dignitate, eſt quod vulgus deponere dicit.

Svbmovere clam: ſine ſubtus. vel à longe monere. Inſt. §. autem. Quib. alien. lic. l. 2. ff. de compenſat. Spieg.

Svbmovere exceptione. Quod notat Vlp. in fi. l. quid ergo. ff. de vſufr. ſubmittere autem facti eſt: & Iulianus propriè dicit diſpertire, & diuidere, & diuiſionem quendam facere, quod dominium ſubmiſſorum erit proprietarij. Spie. De verbo ſubmouere vide paulò poſt ſummouere.

Svbnixi priuilegio, i. ſoliciti, quod eſt vulgo muniti, apud Aur. Arcad. in l. vnica. ſub fin. ff. de off. præt. Spieg.

Svbnotare dicimus, cum quaſi inuentarium conficimus: & ſubnotatio, ſubſcriptio. l. vn. C. de emend. Iuſtin. Prat.

Svboles pro ſobole ſæpe in Pand. Flor. de quo verbo eiuſque notatione Feſtus lib. 17 Prat.

Svbornare, falſum inſtruere aliquem, ſemotis arbitris: & Catanæo teſte, ſemper in malum vſurpatur. Exemplum habes apud Paulum in l. alij propter. de accuſat. tum alibi. Spieg.

Svbornare delatorem, & ſubmittere pro eodem l. 1. & l. Dinus. ff. de iure patronat. ita & ſubornatus accuſator, i. ſommiſſus, l. 1. §. incidit, ff. ad Turpil. (Bell. Etym.

Svbornatio eſt latens ſeductio, vt in Clem. teſtib. de teſtib. Io.

Svbrigare, corrigere, emendare pœnis propoſitis. Hinc in libris de off. procon. qui Vlpiani exiſtimantur, ad ſubrigenda, veteres gloſſæ exponunt ἀνθυπευθυνομένας. Prat.

Svbripare, noſtris vſurpatur, pro eo quod eſt per mendacem narrationem aliquid extorquere, & quaſi furari. Hinc ſurreptio pro impetratione quæ fit à principe, per falſam rei narrationem. Et ſurreptitia diplomata ac literæ, quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt, vt ſi quis pro apoſtata

ſectatione

Digitized by Google

ſectatiove ſe ſimpliciter profanum apud principem mentiretur. Hi namque omni juris beneficio, miro omnium orthodoxorum Iuriſperitorum exeluduntur. Spieg. Cojac. in commentarijs ſ:tis ad l. 4. ſuper vo. rem mihi, ff. de vſurpat. & vſu. cap. dicit, ſurripere eſſe idem, quod loco movere l. 3. § ſi rem, ff. de acq. vel amit. poſſ. Forſan autem emendare eſſe loco reponere. Per ſubreptionem aliquid impetrare dicitur, qui falſum petitioni inſerit, l. vlt. in fin. C. ſi nuptiæ ex reſcr. Got. in not. ad l. 29. ff. de leg. Corn. falſ.

SVBROGANDVS, pro ſubſtituendus, in l. vn. Cod. de colleg. lib. 11. Nihil autem debet ſubrogari, ſubſtitui, ſubordinari, ſuggeri, niſi cum illis qualitatibus, cum iſto jure, cum iſta conditione qui fuit res cui ſubrogatur, Gloſſ. & Bart. in l. 1. C. de mancip. & colon patr. lib. 11. Sic ſubſiſtet regula: Subrogatum ſapit naturam eius, cui ſubrogatur l. quod debitori, & ibi Dynus, ff. de donat. cauſ. mort. Spieg. Prat.

SVBROGATIONES dicuntur, quum aliquis alij cedit officium ſuum, ea tamen lege, vt ſibi quoque illud retineat, quamdiu vixerit, & altero mortuo, ſiue is fuerit qui ceſſit, ſiue is cui ceſſum eſt, alteri ſaluum ſit & integrum officium: quod raro ſolet concedi à principe, propterea quod duplicatur iſto modo numerus magiſtratuum, vt ſit jus honorum, priuilegiorumque vtriuſque exercitium vero vnius aut exercitium quidẽ vtriuſque, ſic vt altero abſente alter exequatur. Conna. comment. lib. 4. c. 15. & 16.

SVBSCRIBERE, eſt querelam vna experiri: interdum judicium dictare, vel actionem, vt apud Paul. in l. actione, ff. pro ſocio. Dicitur & edere judicium, ab Vlp. tit. rem rat. hab. Hinc, ſubſcriptores, Pedianus ait, eos appellatos cauſidicos, qui adjuvare accuſatorem poterant ſubmiſſius. Et ſubſcribere cauſæ dici poteſt id, quod adjungere cauſæ non dicunt. *Der Sachen, oder dem Handel anhengig.* Quod & in cauſam deſcendere dicebatur. Vide Budæum in pr. annot. poſter. & ſupra, Scribere. Spieg. Differunt autem ſubſcribere & ſignare: hoc annulo: illud calamo perficitur, Goth. in not. ad l. 21. C. de teſtam.

SVBSCRIBERE, pro conſentire l. non aliter, ff de adopt. Subſcribere in crimẽ l. vlt. ff. de furt. l. 24. ff. de falſ. vlt. ff. de priuat. de l. Subſcribere autem accuſator libellis quot dabat, debebat ſe profeſſum eſſe l. 3. §. item ſcribere, ff. de accuſat. Prat. Briſſ.

SVBSCRIBERE rationibus l. 40. §. ſeruus teſtamento, ff. de ſtatulib. & Subſcribere rationes l. 82. ff. de cond. & demonſt. l. 1a. ff. de liber. legat. Inde ſubſcriptæ rationes l. 41. §. libertatem, ff. de ſtatuliber. l. 13. in fi ff. de diuerſ. & temporalib. Briſſ. Prat.

SVBSCRIBENDARII, actuarij & optiones aderant diuiſioni annonarum, teſte Cujac. in l. excellentia tua. Cod. de erogat. milit. anno. Optio enim eſt erogator militaris annonæ Optioni jungitur actuarius, vt Nou. Martiani de indeb. deb. & d. l. excellentia, & l. vlt. Cod. de erog. milit. anno qui ſubſcribendarius in l. 1. C. Th. eod. tit. Et annonario in l. Cod. Th. de numerar. Zonaras in Apoſtolorum c 81. differentiam facit inter [illegible] & [illegible], [illegible] Idẽ Cuja. ad l. 3. C. de apochis pub. li. 10.

SVBSCRIPTIO, eſt exempli ab alio ſcripti notarij manus ſignis facta munitio, l. diuus §. item ſenatus, de Falcid. vbi Bar. Paremque vim habet, quam Holographa ſcriptura, l. empt. §. 1. vbi Bart. ff. de pact.

SVBSCRIPTIO interdum appellatur quod à Principe vel præſide, libello oblato ſubſcribitur, l. 1. ff. de conſtit. princ. ſubſcriptio cenſoria. Cic. pro Cluent. Ad ſubſcriptionem accuſator compellitur. Plin. epiſt. 1. lib. 5. poſt hoc ille cum cæteris ſubſcripſit centumuirale judicium. Et paulo poſt, ſcis te non ſubſcripſiſſe mecum.

SVBSCRIPTIONES, quarum mentio ſit in Nou. 126. c. 3. non erant nudæ nominis appoſitiones: ſed hi qui ſubſcribebant, adnotabant cur rei ſubſcriberent, Goth in not. ad d. c. 3.

SVBSCRIPTIO in crimen pro inſcriptione l. 7. ff. de accuſationib. l. 29 ff. ad l. Corn. de falſ. l. 3. ff. ad l. Fab. de plag. l. 15. Cod. de accuſat. Quintil. declam. 15. Nunquid inique judices, in tanti ſceleris ſubſcriptione depoſco, ne nominibus reos æſtimare velitis. Sumitur & Subſcriptio autore Chariſio lib. 2. pro præſcriptione. Hinc lib. 51. [illegible], tit. 15. ἐξ ὑπογραφῆς ἐξεδόθη. Briſſ. Prat.

SVBSCRIPTIONES principum dicebantur eorum conſtitutiones, quibus reſpondebant præſentibus ſeſe per libellos conſulentibus; nam quum abſentibus reſpondebant, Epiſtolæ dicebantur. Vlp. l. 1. ff. de conſtit. princ. Quodcunque igitur Imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, &c. Huius autem libelli & ſubſcriptionis exemplum eſt apud Vlp. l. 10. §. 9. ff locati. Hot. Prat.

SVBSCRIPTORES dicebantur, qui ſe accuſationi, qui rei nomen detulerat, ſubſcribebant, qui ſe accuſationi, qui rei nomen detulerat, ſubſcribebant, plura cognoſces ex comment. Hot. in diuinat. Prat.

SVBSCRIPTORES (ait Pedianus) non ſolum chartarum cauſa, neque iuuandi accuſatoris adhiberi ſolent, ſed etiam vt non facile corrumpantur. Pragmatici hodie vulgari lingua Celtica Adiunctos appellant: & Subſcriptiones, Adiunctiones; Brecch. in l. ſubſignatum, ff. de verb. & rer. ſign.

SVBSECIVA ſunt proprie, ait Iſidor. lib. 15. Etym. c. 13. quæ ſutor de materia præcidens quaſi ſuperuacua abjicit. Indeque ſubſecinos agros dictos, quos in Pertica diuiſos recuſant quaſi ſteriles, vel paluſtres. Itemque Subſeciua, quæ in diuiſione agri non efficiunt centuriam, id eſt, jugera ducenta quæ à ſubſecante linea ita appellata eſſe Frontin. in lib. de Agrorum qualit. ſcribit. A quo ſicut & ab ejus interprete Aggeno Vrbico Subſeciuorum duo genera conſtituuntur. Vnum, quod in extremo aſſignatorum finium centuria expleri non potuit. Aliud, quod in mediis aſſignationibus & integris centuriis interuenit: quidquid enim inter 4. limites minus, quam incluſum eſt, fuerit aſſignatum, in hac remanet appellatione, ideo quod is modus, qui aſſignationi supereſt, linea concludatur & ſubſecetur. Et generaliter Subſeciuum appellatum eſt, quod inter menſuralem lineam & centuriæ extremitatem minus quam vt centuriam expleret, ſupererat. Ex quibus illuceſcet hic Tertulliani ex lib. 1. aduerſ. Marcion. locus. In quo ita eſt: Et videndum, ne qua adhuc illa vacant ſubſeciua, in quibus & tertius aliquis ſtipare ſe Deus poſſit. Sic enim illic verbum hoc ſcribi debet. Similiter Apuleius lib. 8. de Aſin. Aur. Ac me relictum ſolum & ſubſeciuum cum faſtidio pleríque præteribant. Suet. in Domitia, c. 9. Subſeciua quæ diuiſis per veteranos agris caprim ſuperfuerint, veteribus poſſeſſoribus vt vſucapta conceſſit. Quod etiam Aggen. Vrbic in commentariis Frontini his verbis refert: Nam Domitianus per totam Italiam ſubſeciua poſſidentibus donauit, dictoque hoc vniuerſis notum fecit. Briſſ. Prat.

SVBSESSA pars ſoli dicitur, quæ depreſſa eſt l. 14 §. 1. ff. de aq. & aqu. plu. Cic. lib. 1. de Diuin. verbo Deſidere non ſemel in eo ſignificato vſus eſt. Briſſ. Prat.

SVB ſe habere præſes prouinciæ dicitur, quæ pertinent ad prouinciam quam adminiſtrat. l. 1 § 1. ff de iureſd. & relig.

SVBSELLIA, ſunt tribunorum, triumuirorum, quæſtorum, & huiuſmodi minora judicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. Erant & ſubſellia judicum, id eſt, eorum qui publicis judiciis diſceptandis operam dabant Bud. in annot. priorib. ad l. 1. de judic. vide Crinitum lib. 2. c. 3 Prat.

SVBSEQVI legis voluntatem l. 10. §. vlt. ff. de capitu.

SVBSIDIARIA actio ea vocatur, quæ pupillo in ſubſidium datur aduerſus magiſtratus qui tutores dederunt, l. 1. in pr. §. non tantum ff. de magiſtr. conuen. §. vlt. Inſt. de ſatiſdat. tutor. Inde autem appellationem habet, quod in extremum ſubſidium pupillo excuſſis tutoribus fidejuſſoribuſque eorum datur, l. 5. Cod. de magiſtr. conueu. Prat. Briſſ.

SVBSIDIARIÆ literæ quæ à paribus ad pares vel ſuperiores ſcribuntur, petendo exhiberi transferrique in authenticam formam quoddam ſcriptum publicum vel priuatum. Spieg. Prat.

SVBSIDIVM bonorum poſſeſſionis, inquit Imp. l. ſi aut nullam, C. de legit. hæred. Prat.

SVBSIDIVM vitæ, id eſt, alimenta, in l. 5. C. de patr. poteſt.

SVBSIGNARE res in leg. 28. §. 3. Cod. de adminiſtr. tut. id eſt, obligare.

SVBSIGNARE prædia, legi operis faciendi adſcribere qui prædes quæque prædia pro redemptore oppignerarentur, vt in lapide antiquo. Qui redemerit prædes dato, prædiaque ſubſignato Duumuirum arbitratu: Et in extremo: Dies pecu. pars dimidia dabitur, vbi prædia ſatis ſubſignata erunt: altera pars dimidia ſoluetur opere effecto probatoque. Hot. Prat.

SVBSIGNATA fiſco facultates conductorum vectigalium fiſci dicuntur, l pen. §. conductores, ff. de jure immunita, quę ſubſcriptione obligatę ſunt. Quo ſenſu & ſubſignare res dixit Iuſtin. in l. vlt. §. defenſionem. Cod. de adminiſt. tut. Subſignata etiam apud ærarium & Cenſorem prędia, quę in cenſum deferebantur Cic. pro Flacco ſignificat Briſſ.

SVBSIGNATVM dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. Nam veteres ſubſignationis verbo pro ſubſcriptione vti ſolebant, Paul. in l. 39 vbi Gœdd. in comm. n. 2. ff. de verb. ſign ſcribit, & Feſt lib. 16. confirmat, Reſignare, inquiens, antiqui pro reſcribere, ponebant, vt adhuc ſubſignare dicimus, pro ſubſcribere. Briſſ Prat.

SVBSISTERE pro hęrere & dubitare ponitur à noſtris autorib. quando à pręcipiti & temeraria affirmatione abſtinere voluit IC. tus in l. 33. ff. de procuratorib. Quantum, inquit: ad filiumfamilias, verum eſt: in ſeruo ſubſiſtimus Sic l. pen. §. conductores, ff. de jur. immunit. Vnde ſubſiſti poteſt an prohibendi ſint à præſide, vel procuratore. Sic & l. 52 ff. de reb cred. Prat. & Briſſ.

SVBSISTENDI in l 81 § 2. C. de jur. deliber. id eſt viuere.

SVBSISTIT juris ratione ſententia, id eſt valet & conſiſtit, l. 14. C. de poenar. Sic & ſubſiſtere jure teſtamentum dicitur l. 12. C. de teſta. manumiſſione.

SVBSTANTIATIO in rejectione ſuſpecti judicis quomodo fiebat, pulchre declarat Bart. Latomus item in Orat. pro Cn. Plancio. Spieg.

SVBSTANTIA, pro patrimonio l. fi. C. de verb. ſign. Spieg. Prat.

SVBSTANTIA generaliter definitur, quæ ad rei eſſentiam neceſſario requiritur: atque hæc materiam, formam, ſolennitatem que comprehendit. Ex Alciat. Spieg.

SVBSTANTIA pro bonis & facultatibus l. 58. ff. de pet. hær. 3. §. vſuras, ff. de contrar. tut. & vtil. act. l. 14. §. patris, ff. de bon. libert. l. 3. §. nunc videamus, ff. de ſuſpect. tuto. l. 4. C. qui bon. ced. poſſ. & alijs locis, Prat. ſic.

SVBSTANTIA hæreditatis l. 58. §. pen. ff. de admin. tut. ſubſtantia pro *viris* in l. 9. §. inde quæritur, ff. de contrahen. empt. Et ideo materiam ipſam quo corpus conſtat, ſignificat in l. 4. §. ſi ex lana, ff. de vſucap. l. 9. §. ſi quis rerum, ff. ad exhib. ſed & pro corpore ipſo ponitur in l. 50. ff. de contrah. empt. Prat.

SVBSTANTIA & res opinioni & exiſtimationi opponuntur in l. 2. §. ſi ſub conditione, & §. ſi à pupillo, ff. pro empto. Briſſ. Prat.

SVBSTANTIA pro ſuſtentamento, c. ſi Epiſcopus, 12. q. 3. Prat.

SVBSTANTIA inanimata diuiditur in fungibilem, vt eſt vinum, zinziber, pecunia: non fungibilem, vt eſt ager, flumen, arbor.

SVBSTANTIALIA contractus ea dicimus, quę dant eſſe contractui, ſuntque velut forma eſſentialis, qua ſublatâ contractum ipſum extingui neceſſum eſt, l. Iulianus, §. ſi quis rem, ff. ad exhib. Cottaſ. 3. M. ſc. 10. num. 1.

SVBSTITVENDI verbum ea comprehendit, quę ſubordinantur, quemadmodum inſtitui dicuntur, quę principaliter ordinata ſunt, & ſtatuta: Patetque late vtriuſque verbi ſignificatio. Nam & vita inſtitui dicitur, dum componitur. Et leges inſtituere dicimus, dum ordinamus, ſtatuimus, ſic ſubſtituuntur procuratores, ſubſtituuntur judices, dum ordinantur. Item & arbores ſubſtituit vſufructuarius in locum demortuarum & ſi quæ ſimilia, fac. l. pen. ff. Iudic. ſolui, & l. agri. de Vſufr. Cæterum in materia vltimarum voluntatum verba inſtituendi & ſubſtituendi ea communiter accidentibus vniuerſalem ſucceſſionem reſpiciunt. Qui enim hæres generaliter ordinatur, inſtitui: & is qui ſequenti loco ſubordinatur, ſubſtitui dicitur. In ſingulari ſucceſſione quamvis verbo ſubſtitutionis, vt paulo ante dictum eſt, ad legata & donationes cauſa mortis accommodatur: non tamen invenimus, quod inſtitutionis verbo teſtatores in legatis & donationibus vſi ſint, quanquam ex verbi ſignificatione legatarios & donatarios inſtitutos dici, etiam Poliruscradit. Spieg.

SVBSTITVERE proprie eſt in ejus qui jam certum locum obtinet, alienum ſupponere. ſic ſubſtituere arbores l. 18. ff. de vſufr. l. 45. §. pen. ff. de jure fiſc. in locum mortuarum vel infructuoſarum alias reponere l. 14. ff. de impenſ. in res dot. ſubſtituere pecora l. 69. ff. de vſufr. Hoc exemplo.

SVBSTITVTI dicuntur hæredes, qui eorum in locum ſufficiuntur, qui prius erant, ſecundo vel tertio gradu inſtituuntur l. 1. ff. de vulg. & pup. Nec vero hæredibus modo, ſed & legatarijs quoque ſubſtituitur, & his quibus mortis cauſa quid donatur l. 50. ff. de legat. 2. l. 32. de legar. 3. l. 10. ff. de mort. cauſ. donat. Aliter tamen inter ſubſtitutum & inſtitutum hoc intereſt, non quod hic primo, ille ſecundo gradu ſcriptus ſit: ſed quod inſtitutus paratus & deſignatus eſt ad locum obtinendum, ſubſtitutus autem jam eum occupavit: vt omnis inſtitutus, cum hæreditatem adit, ſubſtitutus proprie dicendus ſit, & inſtitutus, qui teſtamento nuncupatus aut ſcriptus eſt: ſubſtitutus, qui ſucceſſit, ita inſtitutus in ſpe, ſubſtitutus in re ac poſſeſſione eſt. Vt eum, ſi Titius hæres non erit, hæredem inſtituo mihi eum, non Titio ſubſtituo; & ſi ſubſtituitur dicendus eſt, meum in locum ſubſtituitur dicendus eſt, non autem in illum Titij, Prat. Briſſ.

SVBSTITVTIO dari, id eſt, quod ſubſtitutione facta relictum eſt, dari dicitur in l. ſi patroni, §. ideo Senatus, ff. ad Trebell. eadem ratione qua donatio pro re donata. Briſſ.

SVBSTITVTIO eſt, quæ poſt inſtitutionem à teſtatore fieri ſolet, id eſt, ſecundi hæredis appellatio: eſtque duplex, Vulgaris illa, Hæres mihi eſto (ſiue hoc filio ſiue extraneo dicatur) quod ſi hæreditatem meam adire nolueris, illum ſubſtituo, ad quem hæreditas mea debeat pertinere. Pupillaris ſubſtitutio filijs tantum impuberibus dari poteſt, quæ ita fit: Ille filius meus, ſi intra pubertatem deceſſerit, illum ei ſubſtituo. Hęc Caius lib. Inſtit. 2. tit. 4. Vel ſic.

SVBSTITVTIO eſt ſecundi hæredis in locum prioris deficientis inſtitutio. Ea autem duplex eſt: vna Pupillaris, quæ pupillari tantum ætati fit: hoc modo, Filius meus hæres eſto: ſi hæres non erit, & antequam in ſuam tutelam venerit, I. pubes factus ſit, moriatur, Titius ei heres eſto. Altera vulgaris, quæ omni ætati fit: hoc modo, Titius hæres eſto: ſi non erit, Mævius eſto: Illa ſolis filijsfamilias, hæc cuivis fieri ſolet, ſiue, filius ſit, ſiue extraneus: illa hęredem filio deſignat, hęc teſtatori: illa proprie ſubſtitutio, hæc proprie inſtitutio eſt, vt ex voce Inſtituere cognoſces, l. 5. & paſſim, de vulg. & pupil. Prat.

SVBSTITVTIO, inquit, Zaſius, nihil aliud eſt, quam ſequenti loco facta ſubordinatio. Fumæus ſic eam definit: ſubſtitutio eſt in locum cujuſcunque inſtituti hæredis deficientis ſuppoſitio. Et recte quidem, tum enim fiat etiam ſubſtitutio in legatis, & donationibus cauſa mortis, text. in l. Vt hæredibus, ff. de leg. 2. & hæredis deficientis verbum, vti generale, comprehendit omnes ſubſtitutionum ſpecies, ſiue deficiat hæres in inſtitutione, quia noluerit adire, vel non potuerit, propter ætatis vel ſenſus defectum, aut alio quovis modo deficit, ſunt autem communi calculo receptæ ſubſtitutionum quinque ſpecies: Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Breviloqua, ſeu Reciproca, & Compendioſa; quæ tamen Iure communi non eſt ſubſtitutio, ſed propter militum multum favorem valet jure ſubſtitutionis. Iure autem communi non valet, poteſt fieri loco illius fideicommiſſum, text. in §. fin. Inſtit. de pupill. Vnde qui fideicommiſſariam ſubſtitutionem vocant, vt & recte monuit Fumæus, terminos confundunt. Aliud eſt enim Fideicommiſſum, aliud ſubſtitutio, ſubſtitutio nempe, vt ipſe dixit, eſt in locum deficientis ſuppoſitio. In fideicommiſſo vero rogamus hæredem, vt ab hæreditate adita deficiat, & deinde reſtituat, ſic vt neceſſe ſit illum adire, qui rogatur reſtituere leg. Cogi. ff. ad Trebell. Deinde in ſubſtitutione ſubſtitutus alteri directe capit hæreditatem ex teſtamento per manus hæredis inſtituti; Old. Prat.

SVBSTITVTIO Compendioſa, ſic dicta, quod ſub compendio plures ſubſtitutiones complectatur, cum ſubſtituitur directe, cuicunque inſtituto, quocunque tempore, certo vel incerto defecerit vltra pupillarem 14. annorum. Quod de homine ſano intelligendum. Nam ſi furioſo, vel dementi illo modo ſubſtituatur, tum eam exemplarem vocabimus. Exemplum incerti temporis erit, ſi teſtator dicat: Inſtituo A. & quandocunque morietur, F. hæres eſto. Certi vero temporis ſpecies erit, ſi teſtator dicat de ſuo hærede, ſi intra 25. annum ſuæ ætatis deceſſerit, F. hæres eſto, de quo in l. Precibus, §. fin. Cod. de impub. ſed obſervandum, vel habeat nomen compendioſæ verum, oportebit eum, cui ſubſtituitur, exceſſiſſe 14. annum: intra enim illud tempus ſemper vocatur pupillaris, l. in pupilla, ff. de vulg. Fit autem compendioſa nonnunquam per verba directa, vel obliqua, vel etiam per communia, id eſt, ea quæ vt directa, & vt obliqua, ſalua recti Sermonis proprietate, interpretantur. Old. Prat. Vide fuſius Gui. Benedictum in cap. Raynutius, extr. de teſta. Vult. ad §. fin. numer. 1. Inſt. de pupill. ſubſtit.

SVBSTITVTIO, directe facta tunc dicitur, quando per verba ſubſtitutionis nulla fides, nullum miniſterium, & nullus actus alterius cujuſcunque requiruntur, text. in l. Omne verbum, C. Com. de leg. Old. Prat.

SVBSTITVTIO exemplaris eſt illa, quæ ad exemplum pupillaris fit cuivis perſonæ non valenti jure teſtari, veluti ſi fiat furioſo perpetuo, muto, prodigo, cui bonis interdictum eſt. Dicta exemplaris, quia eſt exemplar & imitatio pupillaris ſubſtitutionis. Ex eo certe, quia ſicut fit pupillaris impuberi, non valenti teſtari, quamdiu impubes eſt, ſic fiat de furioſo, vt ei donec reſipuerit, poſſit ſubſtitui: quoniam interim prohibetur teſtari dum furit. Atque ſicut pupillaris ſubſtitutio ceſſat, ceſſante cauſa, ſcilicet defectus ætatis, ſic & hæc finitur furioſo reſipiſcente. Hoc autem nomen exemplaris finxerunt noſtri doctores propter leges quaſdam, quæ voluerunt poſſe ſubſtitui illis miſerabilibus perſonis: cujus rei tres tantum locos in jure civili, Fumæus annotavit. Old. Prat. vide Vlt. in commen. Inſt. de vulg. ſubſtit. in pr. n. 2.

SVBSTITVTIO pupillaris, eſt ordinatio hæredis à patre in teſtamento filio impuberi in poteſtate conſtituto, facta ſub ea conditione, ſi impubes deceſſerit. Ita Fumæo erit exemplum, Titius meus hæres mihi eſto: & ſi Titius filius meus intra 14. annum morietur, Sejus hæres eſto, à pupillo, cui ſit nominata. Old. Prat. vide & Goedd. in comm. ad l. 126. in Princ. ff. de verb. ſign. Cujac. in obſer. vlt. circ. fin. Vult. in comm. Inſt. de pupill. ſubſtit. in Princ. n. 1.

SVBSTITVTIO pupillaris diuiditur in generalem, expreſſam, tacitam, & in aliam quandam partim expreſſam, & partim tacitam. Old. Prat.

SVBSTITVTIO pupillaris generalis eſt illa quam ſub reciproca contineri, Lex declaratur in l. Iam hoc jure, ff. de vulg. eadem certe ratione, quæ ſatis infra in vulgari explicabitur. Expreſſa erit illa: Titius filius meus, hæres mihi eſto: & ſi filius meus intra 14. annum morietur, Sejus hæres eſto, in §. 1. Inſtit. de Pupill. Tacita ſub expreſſa vulgari comprehenditur, quia talis à lege ſubauditur, l. ſi quis, C. de impub. Quarta quę duplex eſt, compoſita ex expreſſa & tacita, cujus exemplum aſſumitur ex ſpecie l. fin. C. de Inſt. & ſubſtit. ſub condit. fact. tametſi omnes Accurſiani hoc non ſentiunt. contra quos Fumæus alium caſum recte conſtituit. Old. Prat.

SVBSTITVTIO pupillaris opponitur vulgari, cum qua etſi nonnulla habeat communia, in pleriſque tamen diſcrepat. Illa enim introducta eſt lege 12. tab. hæc moribus l. 2. ff. de pupillar. ſubſtit. ſeu jure Patriæ poteſtatis moribus introducto, l. & ff. de his qui ſui vel alien. Illa fit à quocunque; hæc à parentibus, neque tamen ijs promiſcue omnibus, ſed ijs duntaxat, qui Inſtitutum in poteſtate habent: Illa fit hæredi cuivis, hæc impuberi tantum. Illa hæreditatis adquiſitione expiratur,

Digitized by Google

rat, hęc pubertate ejus, cui ſubſtitutum eſt. Nam in illa de vnius nempe teſtatoris agitur hæreditate, in hac de hæreditate duorum vimirum & teſtatoris & impuberis inſtituti. Vult. ad d. tit. de pupil. ſubſt. n. 2.

SUBSTITUTIO reciproca, ſeu breuiloqua, noua & alia ſubſtituendi forma breuis eſt, ob id reciproca dicta, quod duobus fiat reciproce, veluti ſi quis duobus inſtitutis hæredibus dicat, Vos inuicem ſubſtituo, & tametſi duas aut tres poſſit continere ſpecies ſubſtitutionum, non propter eam mixturam fiet tertia, ſeu diſtincta ſpecies, non magis, quam ſi quis dixerit, Hominum quidam albi: hæc enim accidentia ſunt, non ſpecies. Dicitur autem reciproca, quaſi retroducta, repetita, reflexa: quia ſicut fluctus reciprocantur in anguſto mari, id eſt, ſeſe repercutiunt reſluendo, ita iſta ſubſtitutio de vno in alterum retroducitur, reflectitur, & repetitur. Quin & ſubſtitutionum ſpecies quæ ſub reciproca continentur, ſaluæ manent, nec vſquam miſcetur eorum natura, & ſemper eſt vel vulgaria, vel pupillaris: bene quidem alteratur, quia non tantum vim exprimunt, ac ſi ſpecialiter expreſſę eſſent. Itaque Dd. magiſtrali nomine, vt Zaſiano verbo loquar, vocarunt breuiloquam, propter l. cum ita ꝛeſta. §. His verbis ff. de hæred. inſtit. vbi hæc ſubſtitutio dicitur breuiter fieri. Old. Pr. Adde Forcat. in Necyom. dial. 56. n. 1.

SUBSTITUTIO vulgaris eſt, quæ à quocunque, de quocunque, & in quemcunque caſum concipi poteſt, nihil ſpeciale habens. Salom. in l. Gallus. Vigl. Inſt. de vulgar. ſubſtit. Fumæus Vulgaris ſubſtitutio eſt, inquit, altera hæredis inſtitutio directa in locum non adeuntis primis inſtituti. Intelligit autem alteram hæredis ſubſtitutionem, ſiue 2. ſiue 3. aut 4. & deinceps, quod voluerit teſtator. Nam plures gradus inſtitutionis facere poteſt. & ille omnis dicetur ſubſtitutus, qui habet ante ſe inſtitutum, ſiue ſit primus inſtitutus, aut ſecundus primo ſubſtitutus, text. in §. primo. Inſt. de vulg. Directa vero ideo dicitur, quod per ſeipſum, & non per manus alterius capit hæreditatem: quo à Fideicommiſſo differt. Exemplum hujus ſubſtitutionis ſumit. ex Mod. l. 1. de vulg. Lucius hæres eſto, ſi mihi Lucius hæres non erit, tunc Seius mihi hæres eſto. Sufficiet autem, ſi ſit expreſſa vel tacita hæredis inſtitutio. Qualis eſt illa: Si mihi legitimus hæres non erit, Titius hæres eſto, vt in l. ſi quis ita. & in l. Cum in teſt. ff. de hær. inſt. Vulgaria autem ſubſtitutio 1 diuiditur in ſimplicem, cujus exemplum jam dictum eſt: & duplicem, veluti Titius hæres eſto: & ſi Titius hæres non erit, vel hæres erit, & intra pubertatem deceſſerit, Sempronius ſit hæres. Vocatur autem duplex, qui in 1. cap. habet vulgarem ſatis expreſſam, & pupillarem in 2. cap. Si intra pubertatem deceſſerit. Ita diuidebat Mod. in l. 1. de vulg. Eſt autem præter hanc & alia ſimplicis vulgaris ſubdiuiſio: vulgaris generalis, vulgaris expreſſa, & vulgaris tacita, ſeu à lege ſubaudita. Old. Prat. vide & Gœdd. in l. in vulgari 162. in pr. & §. 1. ff. de ver. ſig. ac omnino Vult. in comm. Inſt. de volg. ſubſtit. in pr. n. 4.

SUBSTITUTIO vulgaris generalis, eſt Fumæo, quæ fit verbis generalibus, cujuſmodi eſt Reciproca ſubſtitutio, quam aliqui vocant Breuiloquam, duobus hæredibus inſtitutis, ſi dicat teſtator: Vos hæredes meos inuicem ſubſtituo: nihil enim eſt præter generale nomen Subſtitutionis: cujus ſpecies ſunt vulgaris, pupillaris, & aliæ jam denominatæ, & tamen ſub illo genere continetur hæc ſpecies, vulgaris ſcilicet ſubſtitutio: tanquam fuiſſet ſpecialiter & nominatim expreſſa. text. in l. jam hoc jure §. Quos ait. ff. de vulg. quam tum expreſſam non dixit Iuriſconſ. neque ita proprie poſſumus appellare, quicquid noſtro Bart. placuerit. Placuit enim, Expreſſum id recte dici quod generaliter veniret. in quo ipſum lapſum, Fumæus recte demonſtrat: vt in eo quod putauit, generalem hanc ſubſtitutionem comprehendi ſub compendioſa. Oldendorp. Prat.

SUBSTITUTIO vulgaris expreſſa, quę fit his verbis: Titius hæres eſto. Si Titius hęres non erit, Seius hęres eſto. Dixit Bart. ſi dijs placet, pudeotior adhuc expreſſiorem hac inueniri, veluti ſi quis ita ſubſtituat: Sempronium hęredem inſtituo: quod ſi Sempronius hęres eſſe nollet, Titius ſit hæres. Singularis enim caſus ille exprimitur, quo nollet eſſe hęres. Recte vero Fumęus ait, quaorum ad illum caſum, expreſſiorem ſe non videre, quippe cum idem ſit dicere, ſi hęres non erit: eum enim renuit eſſe hæres, euenit conditio text. in l. Cum proponas, C. de hær. inſt. Old. Prat.

SUBSTITUTIO vulgaris tacita, quæ non exprimitur verbis, ſeu ordinatione aperta teſtatoris, ſed ex interpretatione, declaratione, vel ampliatione Legis, ſubauditur, qualis eſt ea, quæ ex compendioſa concipitur: de qua in l. Centurio. ff. de vulg. in l. Precib. C. de impub. & alijs ſubſtit. Gloſſ. vlt. in l. Lucius. ff. de vulg. hanc nullo modo expreſſam, euicit Fumęus contra Bart. Old. Prat.

SUBSTITUTIO pupillaris & vulgaris quomodo diſcernantur, declaratum eſt in verbo ſubſtitutio pupillaris opponitur. quibus differentijs adde, quod illa ſit in euentum adquiſitæ hæreditatis & mortis, aut in euentum mortis duntaxat, illa in euentum non adquiſitę hęreditatis. Item ſubſtitutio vulgaris plerunque æſtimatur ex ratione ſucceſſionis, Pupillaris vero ex ratione ſcripturę æſtimatur, non ſucceſſionis, proinde in ea ordo ſcripturę obſeruatur. Cujac. in Notis ſuis ad tit. Vlp. 23. quemad. teſt. rumpt.

SUBSTITUTIONES ideo adinuentas fuiſſe tradit Corr. 1. Miſc. 2. n. 3. ne teſtantium judicia irrita, caducaque fiant; neve teſtator ſine hærede decedat. Lvn. ad pr. C de caduc. tollen.

SUBSTITUTIONUM, ratione ſucceſſionis duo tantum ſunt genera. Ratione perſonarum tria, vulgaris, pupillaris, Iuſtinianea. Ratione ſcripturę quotuot; nam vel primus caſus exprimitur, vel ſecundus, vel vterque, vel neuter. Idem Cujac. in Notis ſuis ad lib. 2. Inſt ſub tit. de pupil. ſubſt.

SUBSTITUTIO & fideicommiſſum differunt, quod fideicommiſſo non continentur propria bona filij, ſubſtitutione continentur, l. cohæredi, §. quod ſi hæredem, ff. de vulg. & pupil. Cujac. l. 11 obſeru. 25.

SUBSTRUCTIO, eſt fabrica, quæ in fundamentis fit. Fundamenta autem foſſę in quibus ſubſtruitur. Glar.

SUBSTRUERE ergo, eſt ędificium à fundamentis deficiens fulcire. Hinc ſubſtructio dicta parietis fultura. Vitru. lib. 1. Non ſolum in muro, ſed etiam in ſubſtructionib. Colu. lib. 1. Pro fultura, inquit, & ſubſtructione fungetur. Vlp. lib. 43. tit. de riuis, l. 1. Nebr.

SUBTEGMEN. l. ſi cui. ff. de leg. 3. Silius Italicus lib. 15. pag. 281.

Conſpicuus ſicuti Tyrius ſub tegmine arte.

SUBTEGMEN vide ſupra in dictione Stamen.

SUBTILE aut à telo aut à tela deductum videtur, & prępoſitione ſub, quæ in compoſitione vim aut localem aut diminutiuam habet. Si à tela, tectum aliquid & latens, quod non niſi à peritis videri poteſt, ſignificat: quemadmodum in tela filum tenue craſſiori ſuppoſitum eſt; ſi à telo, aliquid acutum & non obtuſum notat. quod in omnia facile vt telum penetrare poſſit, vt annotauit Dioſæus in methodo juris.

SUBTILE ingenium in l. 2. C. de commerc. & mercat. fallax & deceptioſum exponere videtur Pontifex in Cle. abuſionibus. de pœnit. & remiſſ. Prat.

SUBTILITAS judicialis. Ejus fit mentio in l. ſi fuerit, in fin. ff. de Reb. dubijs. Obſeruandum, ſummariam cognitionem carere ſubtilitate l. 2. C. vt in poſſeſſ. leg. Non debet (ait Antonius Pius) is qui juri dicundo præeſt. ſubtiliter cognoſcere. Obſeruandum vero, verbum ſubtilitatis anceps eſſe, & in jure noſtro in malam etiam partem accipi, nempe pro captione, pro maligna adinventione, pro fallacia, vt in l. ficut, §. pen. ff. Qu bus mod. pign. vel hypo. ſol. ca. dilecti. de Iudic. Clem. 2. eo. tit. & ibi Glo. l. Sancimus. Cod. ad Treb. cum mult. ſimil. Vide Paſ. in Apol. ad Eckium. Spieg

SUBTILITAS benignitati opponitur, tanquam ſummum jus æquitati, l. ſi tibi ao. de reb. cred. l. ſi tibi. ff. de don. Prat.

SUBTILITAS juris, æquo & bono dicitur obſiſtere l. fil. a præterito, ff de iojuſt. teſtam. Et ſubtilis ratio. l. per fundum ff. de ſeruit. ruſtic præd.

SUBTILITAS juris, quia tendit ad læſionem alterius omnino reprobatur, & eſt appoſita ſimplicitati, quæ ſolet dici amica legum l. Si quis cum aliter ff. de verb. oblig. l Gallus. §. Quidam recte, ff. de lib. & poſth. Simpliciter enim fieri dicitur id quod ſine fraudis conſcientia fit l. ait prætor. §. ſi quis particeps ff. de hiſque in frau. credito. Alia ſubtilitas eſt ad inueſtigandam vniuſcujuſque negotij juſtitiam ex circumſtantijs, ſecundum artem boni & æqui l. 1 in pr. ff. de juſt. & jur. Ea non opponitur ſimplicitati, ſed maximum adfert robur. Vnde judiciaria ſubtilitas appellatur in l. ſi fuerit, § ſin autem, ff. de reb. dub. Et hujus ſubtilitatis frequentiſſima eſt mentio in legib. Old. Prat.

SUBTILITER, id eſt, ſummatim, in l. 1. C. vt in poſſ. legator.

SUBTRAHERE furto, i. furari, in l. 9. C de furt.

SUBTRAHERE pecora, l. 1. §. 1. ff de abig. tem. l. 40. ff. de noxalib. pro ſurripere & inuito domino contrectare, l. 225. ff. de verb. ſig. ſubtrahere reum mors dicitur, vel alia pœna. l. 19. ff. ad l. Iul. de adult. Briſſ.

SUBVASALLUS *ein affter Lehenmann*, qui ab alio fit quaſi ſubſtituendo factus Vaſallus, et dicit Old.

SUBVENIRE dicitur prætor, l. 7. §. prætori, ff. de injur.

SUBVERTERE libertatem, l. 1 § vlt. ff de legit. tut.

SUBVERBUSTAE, ſunt ſtigmatiæ, quaſi verubus vſtæ, ceu ſubueruſtæ, Feſtus, Plaut. Tertul. de pallio: Libertinos, inquit, in equeſtribus ſubuerbuſtos, in liberalibus, &c. Goth. ad l. 1 § 8. de fugitiu.

SUBULO, vt inquit Feſtus Pompejus, Herruſca dictio eſt, qua ſignificatur Tibicen, quod ipſum & Q. Enni. Poeta in hoc verſu poſuit.

Subulo quondam marinas propter aſtabat,

——. . . . aquas

Vt M. Varro notauit in libro de verbis poëticis. Huius, inquit, verbi radices haud quidem in Latio, verum in Hetruria petendæ ſunt. Sed illud inprimis ſeruandum eſt, hanc vocem & in cœnis, Macrobianis haberi, quo loco de iocis ac dicteriis

differit, quæ in cœnis & compotationibus ad vrbanitatem & gratiam merita exiguntur. Neque illa, inquit, præferenda ſunt, quæ planipedes aut Subulones ſolent. De ſubulis etiam notum eſt omnibus acceptas eſſe pro mucronatis ſpiculis, quorum ſit vſus in lanificiis ad pectenda vellera. Hinc illud ab Anneo Seneca dicitur: Indignum eſſe pro diis hominibuſque in aciem, ſuſcepta ſubula, armatum deſcendere. Plinius in ceruorum cornibus ſubulas nuncupat, quo à Græcis *ϲπυ̃θάλια* appellantur, Crinit. lib. 18. c. 13.

SVBVRBANA poſſeſſio l. 41 §. legauerat, ff. de leg. 3. ſuburbana regio Italiæ. Colum. lib. 11. pag. 381. item ſuburbana villa, l. 1. §. diet, ff quand app. ſit alias ſuburbanum prædium, l. 38. §. Iulius, ff. ord. & §. Lucius & l. 93. ff. de leg. 3.

SVBVRBICARIÆ regiones, & ſuburbicariæ partes, quæ ab Italiæ regionib. ſeparantur in l. 9 de anno, & tribut. in C. Th l. 12. de extraor mon. to eo, C. l. 12. de indul. deb. eo. & in notitia Imperij Rom. vbi de Comite rerum priuatarum per occidentem tractatur, ſuburbicariæ autem regiones dicuntur etiam vrbicariæ in l. 1. C. Th. ſi per obrep. ſuet. impet. l. 14. C. de jud. deb. l. 3. C. Th. quibus eq. vſ. 9. C. Th. de extra. mun. & apud Caium & Theodoſ. autores limitum, Tuſcia vrbicaria & annonaria, vt Picenum aliud ſuburbicarium, aliud annonarium, d. l. 12. C. Th. de ind. deb. & in Notitia Imp. Roma. Hinc & ſuburbicariæ Eccleſiæ apud Rufinum Aquilcienſem in canone ſexto Niceni concilij. Prat.

SVCCEDANEA hoſtia olim dicebatur, quæ in alterius locum ſacrificiis adhibebatur, vt Gell. lib. 4. c. 6. & Seruius in 8 Æneid. ſcribunt. Apul. l 8. de aſino aur. ſed poſtquam non ceruam pro virgine ſed aſinum pro homine ſuccedaneum videre. Pr.

SVCCEDANEVS culpæ, quæ in culpam ſuccedit, l. 4. ff. de mag. conuen. ſuccedaneus damni l. 10. C. qui da. tu. ſuccedaneus functionis, l. 27. C. de decurion. ſuccedaneus ſolutionis, l. 3 Cod. de fund. rei priuat. Prat.

SVCCEDANEVS alieni periculi, dicitur in quem incommodum periculi alieni, hoc eſt cujus culpam alter ſuſtinet, redundat Vlpia. l. 3. in fine, ff de adminiſtr. tut. Plane ſi non conſentians tutores Prætori, ſed velint omnes gerere, quia fidem non habeant electo, nec patiuntur ſuccedanei eſſe alicui periculi. Plaut. Epid.

Men' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam?
Vt meum tergum ſtultitia tua ſubdas ſuccedaneum;

Nam ſtultitiæ tuæ dixit pro Tergo tuo, cui periculum à ſtultitia imminet. Vlpia. l. 4. ff. de magiſt conuen Nam magiſtratus quidem in omne periculum ſuccedit, hæres ipſius dolo proximæ culpæ ſuccedaneus eſt. Hot. Prat.

SVCCESSIO dicitur, cum priore ſubducto de poteſtate ſuo herede, vlterior in proximum locum ſuccedit l. 28 §. 1. ff de liber. & poſt. Et ſuccedere, pro in ſui hæredis locum ſuccedere ſublato de medio vel morte, vel pœna, vel captiuitate, vel emancipatione eo qui præcedebat l 29 §. videndum, & §. ille caſus, ff. de liber & poſt, l. 2. ff. de vulg. & pup. l. 6. §. 1. & l 3. ff. de injuſto rupt. Plane quod in l. 1. §. interdum, ff de ſuis & legit. dicitur, in ſuis ſucceſſionem non eſſe, hunc ſenſum habet, vt eo qui primum locum mortis tempore tenebat mortuo, ſequens vt ſuus hæres non admittatur aliter atque ſi ante eum alij delata hæreditas non eſſet. Quomodo & in hæreditate legitima ſucceſſionem non eſſe, cum Paulo lib. 4. Senten. titul. 8. ſcribit Iuſtin. in §. placebat, Inſtitut. de legit. adgnat. ſucceſſ. Briſſ. & Prat.

SVCCESSIO generaliſſime accepta, ſignificat quamvis in locum alterius conceſſionem. Quomodocunque enim quis in locum alterius conceſſerit, is ſemper recte dicetur ſucceſſiſſe. Illa conceſſio ita fit interdum in locum alterius viuentis, interdum in locum alterius defuncti: atque vtriuſque illius ſiue viuentis ſiue defuncti locum, nempe officij ſeu dignitatis vel rei, ſed illa quæ fit in locum officij ſeu dignitatis, nullum tribuit dominium: Hæc autem quæ fit in locum alterius, contemplatione rei, ita vt res, quæ alterius illius fuit, in ipſius ſucceſſorem transferatur, hæc demum illa eſt, quæ confert dominium, modo fiat legitime. Eſt & ſucceſſio quædam rerum ſingularium, eaque non eſt vniuerſalis ſed ſingularis. quod tot juris noſtri loca comprobatur, quot locis ſucceſſio in jus vniuerſum & ſucceſſio in rem inter ſe ſibi inuicem opponuntur, vt fit in l. ſi in fin. ff de except. rei vend. l. 7. in fin. & l. ſeq. de jurejur. l. 14. §. adijcitur, de dam. inf. l. 1. §. illud tenendũ, ff. quod legat & paſſim, quibus locis ſucceſſio in jus ſiue per vniuerſitatem, ſiue in bona vniuerſa diſtinguitur à ſucceſſione quæ fit in rem. Ita ſucceſſio vniuerſalis vna eſt, alia ſingularia, illa proprie eſt juris, hæc rei: non quod per illam non etiam acquirantur res, aut per hanc non etiam acquiratur jus, vtrobique enim (niſi circunſtantiæ diuerſum ſuadeant) pleno jure res acquiritur, ita vt & res ipſa habeatur, atque omne ipſius jus, ſed quod illa ſit titulus ſiue modus ejuſmodi, in quo non ſpectatur, verum res aliquæ ſint in quas ſuccedi poſſit (quoniam & ei, qui nihil omnino in bonis habuit, ſuccedi poteſt, non quidem proprie in rem, quippe quæ nulla exiſtit, ſed in jus, hoc eſt, in facultatem ſiue poteſtatem omni illo jure vtendi, quod defunctus habuit) hæc vero titulus ſiue modus ſit ejuſmodi, vt niſi res aliqua ſit, in qua ſuccedi poſſis, ſucceſſio etiam nulla ſit, atque ne fingi quidem poſſit. Ita in ſucceſſione vniuerſali ſemper eſt jus, non etiam ſemper res, in qua ſuccedatur, in ſucceſſione ſingulari, ſi rem tollas, ſucceſſionem etiam ſuſtuleris: & rurſus in ſucceſſione vniuerſali principaliter jus acquirimus, & quia eſt jus, per conſequens etiam rem ipſam, aut certæ rei perſequendæ facultatem, ſi modo res vlla ſit, in hac vero principaliter acquirimus rem, & per hanc per conſequens etiam jus: atque adeo ibi jus prius eſt re, hic res prior eſt jure: & rurſus ibi jus dominatur, hic dominatur factum, ibi ſæpe fictio juris eſt, hic nunquam ſed ſemper veritas. Hinc ſucceſſio vniuerſalis eſt, quæ fit in locum alterius titulo vniuerſali, cujuſmodi titulus eſt hæreditatis: ſingularis eſt, quæ fit in locum alterius titulo ſingulari, cujuſmodi titulus eſt legati, idem titulus donationis. l. ſi tibi 17. §. pactum ff de pact. Vtraque hæc ſucceſſio eſt ex lege ſiue jure, ita tamen, vt lex ſiue jus in ſui ſocietatem aſciſcat voluntatem hominis, ſemper in ſucceſſione ſingulari, non ſemper in ſucceſſione vniuerſali, quam interdum jus ſolum ſine hominis voluntate conſtituit. Cæterum omnis illa ſucceſſio, in qua cum lege concurrit factum hominis, dicitur fieri ex hominis diſpoſitione, eaque diſpoſitio eſt vel inter viuos, vel mortis cauſa. Diſpoſitio inter viuos fit per conuentiones, ſiue illæ ſint contractus, ſiue nudum pactum. Cæterum in quæſtione de ſucceſſione, primum omnium diſpiciendum eſt, an is de cujus ſucceſſione quæritur, vltimam ſuam voluntatem ante mortem ſuam declarauerit nec ne. Quandiu enim vltima voluntas aliqua eſt, eaque de jure ſubſiſtit, tamdio ad ſucceſſionem, quæ dicitur fieri ab inteſtato, id eſt, quæ eſt ex ſola lege, perueniri non poteſt, l. quamdiu, 89. ff. de reg. jur. l. quamdiu 39 ff. de acquir. vel omit. hered. antequam. C. commun. de ſucceſſ. l. 2. C. vnde liberi. Vult. in comm. Inſt. ad tit. de teſtamen. ordinand. n. 45 & ſeq.

SVCCESSIO quædam eſt, de grado in gradum, vt poſt filium ſuccedat nepos, qui eſt in ſecundo gradu. & poſt nepotem pronepos, qui eſt in tertio: & quædam eſt de capite in caput, hoc explico: agnatorum eſt vnum caput, cognatorum aliud, vnde vir & vxor eſt aliud: excluſis agnatis vocantur cognati: excluſis cognatis vocantur vir & vxor. not. gloſ. in rub. de ſucceſſ. ed. & Io Bell. Etym.

SVCCESSIO graduum dicitur, cum primo eorum graduum qui in ordine aliquo ſunt, omittente inſequens admittitur, plures enim in ordine fere vnoquoque reperiuntur gradus, l prima, ff. de ſucceſſ. edict §. conſeq tur, 7. Inſtit. de bonor. poſſeſſ. Hoto.

SVCCESSIO naturalis eſt ex parte matris: Legitima, id eſt, quæ ſecundum leges datos, ex parte patris, gloſſ. l. Cod. vnde vir & vxor. Prat.

SVCCESSIO ordinum, eſt cum ordo perſonarum vniuerſus, cui potiſſimum poſſeſſio deferebatur, illam omiſit: veluti liberorum, aut legitimorum, aut cognatorum l. 1 ff. ſi quis ord. in bon. poſſ. eademque ſucceſſio de capite in caput appellatur l. 5. C. qui admitt. ad bon. poſſ. Hot. Prat.

SVCCESSIO perſonarum, eſt cum priore gradu vacuo, is qui inferiorem tenebat eius in locum aſcendit l. 1. §. ſi filius, ff. de ſuis & legit. l. 3. C. eo. Hot. Prat.

SVCCESSIO rerum, eſt cum perſona non tam perſonæ, quam rebus ſuccedit, ea autem duplex eſt, nam aut in jus vniuerſum eſt: qualis eſt hæredum, & eorum qui bonorum poſſeſſores ſunt, aut in res ſingulares l. 1. §. in locum, ff. quod legat, l. 7. & 8. ff. de jurejur. l. vlt. ff de except. rei ven. Hot. Prat.

SVCCESSIONVM gradus tres, liberorum legitimorum & cognatorum explicat Alc. in Parad. lib. 4. c. 4. Spieg.

SVCCESSOR vniuerſitatis jure ciuili eſt, aut qui directo hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato, legis SCti, edicti, conſtitutionumque beneficio, l. 1. 2. 3. 4. ff de pet. hered. aut oblique per fideicommiſſum ſucceſſit, §. final. Inſt per quas perſon. nob. acq. tit. Inſt. de fideic. hær. Sed & is hoc jure vniuerſitatis ſucceſſor eſt, qui per arrogationem acquirit, tit. Inſt. de acquiſ. per arrogat. & cui libertatis conſeruandæ cauſa bona addicuntur, Inſtit. de eo cui libert. cauſ. bon. addic. Gœdd. ad l. 70. §. 1. num. 2. de verb. ſig.

SVCCESSOREM dare, vel mittere, eſt magiſtratum abrogare: quod nunc officium auferre vulgo dicimus, inquit Bod. vnde apud Vlp. in l. 2. ad l Iul. Maieſt. dicentem: Qui vel de prouincia, cum ei ſucceſſum eſſet, non diſceſſit, pro abrogatum et impatium eſſe, accipiendum eſt. Spieg.

SVCCESSORES alij in vniuerſum, alij in rem ſuccedunt, l. vlt. ff. de except. rei vend. l. 19 §. deinde, ff de ædil. edict. l 7. in fin. & l. 8. ff de jurejurand. Ita ſucceſſio per donationem in l. 17. §. pactum, ff de pact. ſucceſſorum itaque verbo non ſolum qui in vniuerſa bona, ſed & qui in rei dominium ſucceſſerint in ſtipulatione damni infecti continentur l. 43. §. adijcitur, ff. de damn. infect. In locumque ſucceſſiſſe accipimus ſiue per vniuerſitatem, ſiue in rem ſucceſſerit l. 1 §. in locum, ff. quod legator. Et ideo cum heredem ſignificare volumus juris ſucceſ-

ſurem

ſorem dicimus l.9.§.1.ff de ædeu.§.legatariis. Inſt.de teſtamen ordin. & in locum hæreditario jure ſuccedentem l. vlt. ff. pro ſuo.quos in locum & in jus ſuccedere ait Paul. in d.l.9.§.1. & l.42. & l.177. ff.de diuerſ. regul. Qui autem per vniuerſitatem ſuccedunt, vel ciuili, vel honorario jus ſuccedunt l.1. in fin.ff. de muner. & honor. Vnde quidem honorarij ſunt ſucceſſores, veluti bno.poſſeſſ.& quibus ex Treb. SCto hæreditas reſtituta eſt l.24.ff.fam.ercisc.l.9.§.illud, ff. de interrog. injur. fac. l.7. in fin ff. de cond furt. Briſſ Prat.

Svccessorivm edictum & ſucceſſorium caput dicitur, quo inter bonorum poſſeſſores ſucceſſionis gradus definiti ſunt, & vno repudiante vel omittente, vel tempore excuſo ſequentes in locum eius admittantur l.1. ff. de ſucceſſ.ed.l vlt C.eo.tit.l 2.§ penult.ff.de jur.& fact ign. Vlp. in Inſtit.tit.28. Briſſonius. Vel vt Prat. Succeſſorium edictum eſt id, quo prætor ſucceſſionem permiſit: id eſt, jus inter eos quibus bonorum poſſeſſiones deferuntur, vt in locum eorum qui poſtulationem omiſerint, ſequentes ſuccedere ſubireque poſſint, l.1.ff de ſucceſſ. edict.

Svccessores hæredem Modeſt. in l.annuum,de An.leg.ſucceſſores,ait hæredum negant ſe debere.

Svccessor ſimpliciter pro eo qui ſuccedit in magiſtratum,l.17. § nominati,ff ad municip.

Svccida lana, à ſuccidendo: quod talis ſit,qualis ſuccida eſt hoc eſt,plena ſordibus. Varro à ſudore deriuat.5. de Re ruſtic. Spieg.

Svccidere arbores,l.1.§.hoc autem,ff.de oper.nou.nunt. Briſſ.

Svccidivm Quere,Laridum.

Svccinvm gemma eſt ex gummi arboris gleſſariæ congelata, quam diximus à Græcis appellari electrum. Iuvenal. In cujus manib.ceu pinguia ſuccina triras, Cernis Ephemeridas. Mart. Incluſit tenuem ſuccina gemma feram. Plin.de ſuccino, deque medicamentis ex eo multa lib.37.Nebr.

Svccinctvs pro homine armato, & militiæ ſtudioſo capitur, atque adeo pro omni,qui eſt alicujus virtutis & induſtriæ,contra qui eſt mollis, ignavus, & militiæ inhabilis, diſcinctus nominatur. Perſius:

Non pudet ad mortem diſcincti vivere: Natta.

Et Livius l.b.7. belli Punici: Diſtrictus gladiis diſcinctos deſtituit. At Horatius.

Altius nos præcinctis vnum.

Et Plin. lib.7. Epiſt. ſicut in caſtris, ſic in literis noſtris plures cultu pagano quos cinctos & armatos reperias, id eſt, quod plebeios & rudes litteratum exiſtimes, quis tamen ſunt pereruditi & magnæ induſtriæ Conn. comm.lib.9 c.5 n.8.

Svccisivvs operis fieri dicitur, quod horis quibuſdam quaſi furtiuis agitur, vbi jam ordinariis ac legitimis officiis perfuncti ſumus. Metaphora traducta à mercenariis, aut ſervis, qui præter pactas operas quas debent, extra juſtas illas horas nonnihil etiam operantur ſibi, quod cedat in peculium. Ex Eraſ. Spieg.

Svccvmbere,non obtinere,paria ſunt,l. Pola. C. de his quibus vt indig.ſuccumbere neceſſitati l.41 §.vlt.ff de excuſ.

Svccvrrere dicitur prætor.l.20.§.ſi liber. ff. de bon.lib. ſuccurri reo aut exceptione aut interpretatione,l.17.ff. de pecu. conſt.ſuccurrendum ei erat,l.4.§ vltim.ff de doli mali except. ſuccurſum eſt,l.5. C.de fideicomm. liber. Briſſ.

Svcvla, (inquit, Badæus) machina eſt tractoria quæ veſtibus verſatur,vide Vitruu.lib.10.c.4 & 5.Conſtat enim tereti ligno, duobus aut pluribus vectibus trajecto, vtrinque æqua extantibus longitudine. hæc dum verſatur, funis qui ductarius dicitur,circa eam obvoluitur. Vlp. in l.ſed addes,§. illud nobis,ff. locati. Quod ſi ait, regulis olea prematur: & prelum, & ſuculam, & regulas,& tympanum, & trochleas,quibus releuetur prelum,dominum præſtare oportere.Spieg.Prat.

Svdorem aquæ in legibus vocari Seneca,lib.3.c.15. Natu. Quæſtio.ſcribit, qua guttæ quædam vel preſſura loci eliduntur, vel æſtu euocantur. Quod Briſſ. ad interpretationem l.1. §. caput, aquæ, ff.de aqu.cottid trahit,in qua ita eſt. Plane ſi aqua ſudoribus manando in aliquem locum effluere atq, ibi apparere incipit. Vitruu.lib.8.c.1. In terra autem nigra ſudores & ſtillæ inveniuntur exiles, quæ ex hibernis tempeſtatibus collectæ in ſpiſſis & ſolidis locis ſubſidunt. Quod ipſum Pallad. lib 9. c.8. tradens, Nigra ait, terra humores & ſtillicidia non magna ex hibernis imbribus & liquore collecta mox: ſequenti die operto loco ſi in eodem vaſe ſudores intrinſecus inveniantur, aut ſtillæ, aquas ibi eſſe non dubites. Vide Gotbo. ad d.l.1.§.caput aquæ 8.ff.de aqua quotid Briſſ. Prat.

Sves pecorum appellatione continentur, quia & hi gregatim paſcuntur,quod Homeri autoritate probat Martian. in l.legatis ſervis,§.pecoribus de legat.3 Spieg.Prat.

Svffectvs Conſul ait Iſidor.lib.10.eſt,qui pro alio ſubſtituitur, ſic enim appellabantur, qui in demortui Conſulis locum ſufficiebatur l.2.§.Labeo.ff de orig jur. Lamprid in Alexand. Conſules quoſcunque vel ordinarios vel ſuffectos creavit,ex Senatus ſententia nominavit. Spartian.in Caracalla, Helium, Pertinacem ſuffectum Conſulem ob hoc ſolum quod filius eſſet Imperatoris, occidi juſſit. Suetud.in Iulio cap 80. Q Maximo ſuffecto trimeſtrique conſuli. Idem in Auguſto c. 26 D. Kalendarum Ianuar. cum mane pro æde Capitolini Iovis paululum curuli ſella præſediſſet, honore abijt, ſuffecto alio in locum ſuum. Ab ordinariis autem Conſulibus non autem à ſuffectis anni computabantur. Et idcirco minor eos honor, minor laus ſequebatur. Auſon. in Gratia. action. ſed conſulatus ille cujuſmodi? Ordinario ſuffectus, bimeſtri ſpacio interpoſitus, in ſexta anni parte conſumptus, quærendum vt reliquerit tantus,Orator, quibus Conſulibus geſſerit conſulatum Briſſ.

Svfferre litis æſtimationem, l. ſed ſi vnius,§.cum ſervus, ff. de injurijs, ſufferre autem litis æſtimationem victus dicitur, qui pretium hominis dat.l.21.ff de evictionibus.ſufferre,condemnationem dicitur in l.2. C.de noxal.act. ſufferre multam,l.vlt. ff.de termino moto.

Svfficere, pro ſatis eſſe, datiuo, vt apud Pomponium lib 2. de Origin. jur. §. Poſt deinde, pro ſubminiſtrare & maculare, accuſativo jungitur. Item ſufficere conſulem, eſt in locum ejus, qui ambitus damnatus ſit, vel mortuus alium facere. Nam particula ſub. in compoſitione ſignificat. in locum aliorum, inde ſupplere & ſupplementum, & ſubortiri dicta ſunt. Spieg.

Svfficere operi,adminiſtrationi,negocijs,l.13. ff.de tutel. leg. pen §.vlt.de excuſ.tut.l 5.§.ſed ſi filius,ff.de liber.adgnat.Prat. Briſſ.

Svfficere dicuntur fructus quando competenter ſufficiunt,licet non exceſſiue, cum M Ferta,de conſtit.Prat.

Svfficiens portio quæ ſit, vide capit. extirpandæ,de præbend. Prat.

Svfficiens ſubſtantia, ex qua quis ſuſtentari poteſt, teſte, Papin l.hæres.ff de petit.her. Spieg.

Svfficit maritum indemnem præſtari, non etiam lucrum ſentire. leg. quoties, in fin.ff.de jur dot.ſufficit patrono ſi nihil de ſuo in necem eius libertus alienavit, non ſi non acquiſivit. leg.1.§. verum autem, verſicul.in ceteris, ff. ſi quis franc. Prat.

Svfficit, hoc verbum denotat, quod fieri poteſt, non quod debet.

Svfficivnt tibi vineę, vel fundus: fideicommiſſum eſt, quonam & illud fideicommiſſum eſſe arbitramur. Contentus eſto illam re,autor Vlpian.de Legat.3. l.fideicommiſſa,§.ſi quis ita, Spieg.

Svfficienter,clare & euidenter, ca.pręſentium,de teſtibus 6. c.in noſtris,de conceſſ.pręb Prat.

Svfflamen litis: Iuvenal. Nec res atteritur longo ſufflamine litis. Prat.

Svffodere l.11.ff de aq. & aq pluvia.

Svffragia pro vocibus & ſcitis,quibus vel in magiſtratu mandando, vel reo iudicando, vel lege, aut rogatione ſciſcenda, aliave qua re ſtatuenda voluntatem ſuam quiſque indicat. leg.32.ff.de legibus leg.1 ff.de offic. quęſtor. l.5. ff. quod cujuſque vniverſit.l.6.§.1.ff.de decurion.l.8. ff.de muneribus & honoribus l.5.ff.famil.erciſc.l.vlt.ff.de pręd.decurion. Briſſ.

Svffragivm dicitur vox illa, qua vnuſquiſque ſuam declarat voluntatem,de aliquo ad magiſtratum eligendo: Pomponius in l.2.§.ijſdem temporibus,ff. de orig. jur.Dict.ſunt(ait)tribuni,quod olim in tres partes populus diviſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur, vel quia tribuum ſuffragio creabantur, Iuven. Satyr.8.

Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam
Perditus,vt dubitet Senecam præferre,Neroni?

Aliquando tamen ſuffragium pro auxilio accipitur, vt in tit. Cod. de ſuffragiis. Nam quod in Novellis legitur,Vt judices ſine quoquo ſuffragio fiant, inſulſiſſime verſum eſt è Gręco Iuſtiniani,C.ſed à Gregorio Haloandro, homine (teſte Old. 12. Tab.) doctiſſimo, & de repub. optime ſemper merito, ſic reſtitutum eſt, vt pręſides abſque vlla datione pecunię ad officia mittantur, Cęterum, ſuffragia ab initio palam & voce ferebantur, poſtea legibus latis, per tabellam dari cœperunt, vt nimis ſuffragandi libido in non bonis cauſis eriperetur potentiſſimis,Primam enim tabellariam legem Gabinius tulit, vt per ſuffragia in tabella deſcripta magiſtratus mandarentur, Biennio poſt lex Caſſia tabellaria ſecuta eſt, quam Lucius Caſſius nobilis homo tulit, vt per tabellam, niſi in perduellionis crimine, populus Iudicaret. Tertia lex tabellaria Carbonis ſeditioſi, atque improbi civis, fuit, qua cautum eſt, vt per tabellam juberentur, ferrenturque leges, ac etiam vetarentur.Extat etiam lex 12. Tabell. hujuſmodi: Creatio magiſtratuum,& judicia, populi juſſa, vetita, cum Senatus ſuffragio quam ſciſcentur,optimatibus nota,plebi libera ſunto. Hac vero lege libertatis ſpecies datur, bonorum autoritas retinetur, & contentionis cauſa tollitur. Cęſar poſtmodum libera populo ſuffragia abſtulit. Vnde Mod. dicit legem Iuliam de ambitu in vrbe ſuis ceſſaſſe temporibus: quia tunc ad principis curam non populi favorem, magiſtratuum creatio pertinebat. Ancho.

SVFFRAGIVM, etiam in conſtitutionibus ſignificat impetrationem beneficij, quod quis alteri, à quo rogatus eſt, à Principe, apud quem gratia valebat, eſt blanditus: ſed auxilium & patrocinium honorum adipiſcendorum cauſa latum ſe præſtitum, l. vn. Cod. de ſuffrag. l. 1. ſi cert. petat. de ſuffrag. in C. Th. l. 7. Cod. de aduo. diverſ. iud. l. 36. 44. de decurionibus in C. Th. Nou. Conſtit. 6. Lamprid. in Alexan. Quod eum factum eſſet, & Thurinus ſuffragium promiſiſſet, dixiſſetque ſe quædam Imperatori dixiſſe cum nihil dixiſſet, &c. Briſſ. Ex Liuij verbis li. 1. triplicem fuiſſe ferendorum ſuffragiorum rationem intelligimus: primam eam, quam Romulus inſtituit, alteram eam, cuius Seruius Tullius auctor fuit & inventor, vt gradus eſſent ij, quos Liuius dicto libro 1. expoſuit, tertiam quam ſua ætate ab ſuperioribus diuerſam eſſe affirmat. Qua autem inſtituta à Seruio ratione, niſi variarent ſententiis inter equites, & primæ claſſis pedites infra non deſcenderetur, Liuius non exponit, ſed nos ex Dionyſio jam oſtendimus, nimirum hoc idcirco fieri ſolitum, quod illi vniuerſi reliquas tribus centuriis ſuperarent. Id quod tamen Ioachimo Petronio libro 3. de magiſtratibus Romanis non longe à Principio falſum videtur. Nam cum ſecundæ claſſis viginti eſſent centuriæ, tertiæ 50. quartæ 25. quintæ 30. efficitur profecto majorem harum numerum eſſe: quam equitum & primæ claſſis, quæ ex ipſius Dionyſij ſententia decem & octo centurias explebant. Itaque magis adducitur vt credat, hunc honorem equitibus, & primæ claſſis peditibus tributum eſſe, vt ſi in ferendis ſuffragiis vnum idemque ſentirent, eorum valeret ſententia: non diffitetur tamen Dionyſij rationem ſententiæ ejus de numero centuriarum convenire. Equites enim facit explentes decem & octo centurias, primam claſſem octoginta, ſecundam duas & viginti adjunctis fabris, tertiam viginti, quartam duas & viginti, quintam 30. &c.

SVFFRAGIA emendicata dicit Imp. Gord. in l. ſinguli, C. de excuſat. quæ ſcilicet precibus & munuſculis extorta & obtenta ſunt. Prat.

SVFFRAGIVM quoque, teſte Cujacio, pecunia eſt, quæ ſuffragatoribus ſolicitis datur promittiturve honoris adipiſcendi cauſa, quo nomine erat actio, ſi certum peteretur de ſuffragio: nec in honoribus, qui à Principe deferuntur, locus legi Iuliæ de ambitu. Et eodem ſuffragij titulo Principes etiam ipſi, qui honorem deferebant, pecunias accipiebant, quæ ſuffragia ἀνώνυμα, vocantur in formula juriſiurandi, Nouellæ Iuſtiniani octavæ, de præſidibus ſubjecta, ſed hoc omne ſuffragiorum genus ſuſtulit Iuſtinianus eadem Nouella, imitatus Nouellam Theodoſij, quem extat l. vlt. C. ad l. Iul. rep. & Tiberius Nouel. 161. generaliter vetans ſuffragij nomine quidquam vel ſuffragatoribus dari, vel publicis rationibus inferri. Cujac. in expoſitione ad Nou. Iuſtin. 8. de præſidib.

SVFFVGIVM, locus ad evitandum imbrem, vel tempeſtatem, aut calorem, vel aliud diſcrimen, ſuperficies. Spieg.

SVFFVLTVRA ſpecies eſt acceſſionis, de qua vide Vult. ad §. ſi tamen 17. Iuſt. de diuiſ. rer.

SVGGERENS & requirens opponuntur ita, hoc magis ſuggerentis eſt quam requirentis, leg. 1. §. qui quæſtionem. D. de quæſtionibus, item ſuggerere, id eſt, allegare, l. 8. Cod. ad leg. Falcid. Briſſ.

SVGGESTVM eſt, Paul. de leg. 3. in fin. l. Ofidius quidam ait à parte legatarij ſuggeſtum eſt, quædam à colonis poſt mortem patrisfamilias exacta, hoc eſt, pro legatario, vel in gratiam & favorem legatarij, ſic vſurpatur à Cicerone in Bruto cum ait: Vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamque dementiam à Senatu & à bonorum cauſa ſteterit conſtantius: hoc eſt, Senatui ſtuduerit & fauerit, eumque tutatus fuerit. Videtur autem Iuriſconſ. ſuggeſtum eſt, poſuiſſe pro relatum eſt, narratum, ſiue judicatum *Furgetragen angezeiget*. Proprie enim ſuggerere, Idem eſt quod ſubminiſtrare, c. prim. vbi Archid. 70. diſtin. Spieg.

SVGGILLARE, proprie eſt liuido colore inquinare: vt cum ictu fuſtis percuſſa cutis ſanie ſeſe ſuffundente nigreſcit. ſic enim ſuggillata in facie dicuntur, vt vibices in corpore, ὑπώπια Græce, quod ſub oculis maxime appareant. Et per metaphoram ſuggillare, pro deridere, & reprehendere ponitur. And. in l. ſed ſi hac lege, §. 1. de in jus vocand. Atque ideo ſuggillare, deridere eſt: quod qui ex contuſione liuores contraxerunt, derideri ſolent. Vlpian. de injur. leg. item apud Labeonem: ſi quis, inquit, non ad ſuggillationem domini ſeruo injuriam facit, Idem in l. 10. § 8. ff. de in jus voc. Permiſſurus enim eſt, ſi famoſa actio non ſit, vt pudorem non ſuggillat. Nebriſſ. Prat.

SVGGRVNDA, vel ſuggrunda (varie enim in Pandectis Florentinis hoc verbum ſcribitur) ſunt projecta ex ædibus quæ ita prouehuntur & protenduntur, vt nuſquam requieſcant, vel pars tecti vltra ſtructuram ædium protecta & prominens, quæ ſtillicidia à parietibus arceant: qualia fere ſunt Lugdunenſia tecta: vide l. 242. §. inter. ff. de verbor. ſignificat. leg. 5. in fin. ff. de his qui dejecer. vel effud. Rob. de damn. infect. & ſuggrundis & projectis, apud Vitruu. libro 2. capit. 9. ſubgrunda vocantur. Vnde ſubgrundationem, Idem dixit l. 4. cap. 2. ſubgrundas etiam Varro libro 3. de re ruſtica dicit. Græci, γεισιποδίσματα, appellantur. Sic enim Moſchopul. in libris [illegible] Briſſ. vide Bud. in annot. prior. ad Pandect. Corraſ. 3. Miſcell. c. vlt. n. 12.

SVGGRVNDIA reliqua ſunt projecta, quæ vel in tecto vel qualibet alia ædium parte ſunt, non ſolum proſpiciendi, ſed & ſtillicidij, auertendi cauſa: dicta à ſuggrediendo, quod quaſi latenter & pedetentim progrediantur è parietibus & tectis. Vide Gœdd. ad l. 242. §. inter projectum 1 n. 2.

SVI hæredes deſuncto eſſe, apud Cajum. lib. 3. ff. de petit. hæred. Spieg.

SVI hæredes etiam, agnati dicuntur leg. filios, de ſuis & legit. hæred. leg. prima. Codic. § 1. de grad. affin. leg. de bonis, §. hunc autem, de Carb. edict. ſed differentiæ cauſa ſeparantur ſui ab agnatis. In ordine ſuorum non ſeruatur gradus prærogatiua: quod ſecus eſt in ordine agnatorum. Hi diuidunt hæreditatem in capita, illi in ſtirpes. In his habetur diſcretio ſexus, in illis non item. Hi fiunt hæredes in aditione, illi exiſtunt. His capite diminutis non datur bonorum poſſeſſio vnde legitimi, illis tunc etiam datur bonorum poſſeſſio vnde liberi. Agnati & ſui dicuntur etiam legitimi. Cujac. in notis ad tit. Inſtit. de legit. agnato. ſucceſſ. Vide & eundem, Cujac. 14. obſeru. 11. circ. med.

SVI quoque hæredes ab extraneis diſtant hoc modo, Extraneus impleta, conditione poteſtatiua integrum eſt repudiare vel adire, eo enim res tantum conditioni parendo deducitur, vt inſtitutio pro pura habeatur, leg. ſi pupillus, de cond. Inſtit. l. 1. de cond. cauſ. da. ſui autem impleta conditione poteſtatiua ſtatim ipſo jure hæredes exiſtunt, l. 5. de cond. & demonſtr. nec abſtinendi beneficium habent, cum ſua ſe ſponte in hæreditatem conjecerint; Id vero beneficium eis tantum detur, qui non ſua ſponte hæredes extiterunt. Nec huic differentiæ quicquam obſtat leg. cum bonis, de acqu. hæred. Hoc enim ex ea lege tantum colligitur. Quare ſi extraneus pro hærede geſſiſſe non videtur, nec ſuum ſe miſcuiſſe videri, quod & in hoc tractatu procedit, nam conditioni poteſtatiuæ parendo ſuus ſe miſcere non videtur, hæres tamen exiſtit ſtatim, nec poteſt abſtinendi beneficium impetrare. Idem Cujac. ad l. 86. ff. de hæred. inſtit.

SVITAS apud Dd. noſtros eſt ſui hæredis qualitas, ſunt autem qui cum apud veteres probatoſque autores hanc vocem non legerint, vt inſolentem & parum Latinam refugiant, ſed cum Cicero Appietatem & Lentulitatem dixerit, Pollioque Titum Liuium Patauinitatem quandam ſonare ſcripſerit: noſterque Domitius Vlpia. peregrinitatem, l. ſed ſi hac, §. libros, ff. de jure vocat. ego etiam Suitatem lebere dixerim (ait Corr. 3. Miſc. 16. numer. 9.) nec in his quæ paulatim vſu recepta ſunt, ad docendum tamen apta. Grammaticorum regulis tam ſuperſtitioſe juris profeſſores obſtringi, nec tam anxie ſolicitos eſſe oportet. hæc Corraſ.

SVITAS eſt jus quoddam intellectuale & directum propter patriam poteſtatem, & quandam domeſticitatem domini bonorum aſcendentium, continuationem ad ſucceſſores proximos poſt mortem immediate inducens, leg. poſthumorum, ff. de injuſto rupto & §. 1. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. vide omnino Corraſ. Miſcell. 2. n. 2. & 3. & ſeqq.

SVI hæredes appellantur, quia domeſtici hæredes ſunt, §. ſui aut. Inſt. de hæt. qualit. & diff. Io. Bello. Etym.

SVI hæredes non fiunt ſed exiſtunt hæredes, quemadmodum ipſe demonſtraui in tit. de hæred. qual. & differ. nec adquirere bona dicuntur, ſed retinere: ideoque ſuorum conditio talis eſt, vt retro paterna bona obtinuiſſe videantur Cujac. ad l. 2. ff. pro hæred. vel poſſ.

SVLCI aquarij, qui Græce, ὑδραύλακες appellantur. Vlp. l. de aqu. Spieg. Adde Forcat. in penu. juris ciuilis c. 5.

SVLPHVRARIA, ſulphuris fodinam ſignificat, l. 8. § in calcariam. ff. de pœn. l. 13. §. inde eſt quæſitum, ff. de vſufr. l. 52. §. ſi ſulphurariæ, de furt. Briſſ. Prat.

SVLPHVRATA ſunt fomenta ad ignem ſuſcipiendum ſulphure in ſummo oblita. Vlp. in l. Carbonum, 167. de ver. ſig. ſulphurata, inquit, de ligno eandem habebunt definitionem, Idem in l. ligni appellatio. 55. §. 8. de leg. 3. Martial.

Hoc quod tranſtyberinus ambulator
Qui pallentia ſulphurata fractis
Permutat vitreis.

Venduntur enim in faſciculos collecta, & quaſi gregatim permutantur, Franciſcus Marius Grapaldus de partib. ædium. li. 2. c. c. 4. & Gœdd. in comm. ad d. l. 167. n. 1. de ver. ſig.

SVLPHVRATA de ligno, id eſt, ligna ſulphure illita in l. 55. §. vlt. ff. de leg. 3. 167. ff. de verb. ſign. Plin. lib. 36. natur. hiſtor. cap. 19. Cujuſmodi ſunt quas *allumetes* vocamus, Briſſ.

SVMS (teſte Seruio 5. Æneid.) verbum eſt Iuriſconſultorum, quo vtuntur, quoties legatum non ab hærede datur, ſed eſt in accipientis arbitrio. Atque ita ſumitur l. ſi ſic ſtipulatus 93. de verb. oblig.

Digitized by Google

oblig. Si ſic ſtipulatus fuero, Per te non fieri, quominus hominem ex his quos habes, ſumam; electio mea erit. Cuia. ad l. 9. ff. de verb. oblig.

SVMI dicitur judex arbiterve, & capi, qui ex conuentione litigatorum aditur, l. 4. C. de dote releg. Sic ſumptus ex interdicto judex, l. 21. ff quod vi aut clam. Sumptus ex compromiſſo in l. 50. ff. de recep. qui arbitr. l. pen. de jud. Cic. pro Flacco. Q. Naſo judex ſumitur. Valer. Max. lib. 8. cap. 2. de C. Mario. Nam cum C. Titinius Minturnenſis Fanniam vxorem, quam impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatam dote ſpoliare conaretur, ſumptus inter eos judex in conſpectu habita quæſtione ſubductum Titinium monuit, vt incepto deſiſteret. Dicitur & adſumi qui aliis additur, l. 17. §. ſi in duos, ff. de recept. qui arb. Briſſ. Prat.

SVMITO verbum vſitatum in legatis.

SVMMA generaliter, accipitur pro collectione omnium rerum, quæ vbi de valore fuerit quæſitum in ſummam ſolent redigi pecuniarum. Quippe cum is ſit vſus pecuniæ, vt omnium plane rerum corporalium & incorporalium precia & æſtimationem repræſentet, l. ſi in duabus actionibus, ff. de reg. jur. Alioqui autem ſpecialiter ſummæ, de quantitate pecuniarum certa intelligi ſolet, l. quærebatur, ff qui potior. in pig. hab. l. diligenter, §. ſerno quoque, ff. mandat. Aliiſque locis fere infinitis: Old. Prat.

SVMMA condemnationis l. 3. §. pen. ff. vti poſſ. Briſſ.

SVMMA dies, nouiſſima, l. 7. §. Papinianus, ff. ſol. matr.

SVMMA diuiſio primam & præcipuam ac generaliorem diuiſionem ſignificat, l. 3. ff. de ſtatu hom. l. 1. ff. de rer. diuiſ. §. 1. Inſtit. de act. Briſſ. Prat.

SVMMA pecuniæ quantitatem ſignificat, leg. 29. ff. de verb. oblig. l. 45. §. fiſcalibus, ff. de jure fiſc. l. 20. l. 38. ff. de re jud. & alias ſæpe. Briſſ. Prat.

SVMMA pecuniæ, non de quantis ſummis tantum, ſed etiam de vna ſola quantitate intelligenda eſt, l. quærebatur, ff qui pot. in pig. hab. l. diligentes, §. ſerno quoque mandati. Vide ſupra, Quanta ſumma. Spieg.

SVMMA pignoris id ſignificat quanti pignus valet, vt ſumma debiti, pecuniæ debitæ, in quam pignus obligatum eſt, ſummam, l 87. ff. de furt. Briſſ. Prat.

SVMMA poſſeſſionis, l. 3. §. at ex contrario, ff. de acq. poſſ. Briſſ.

SVMMA prouidentia, pro naturali ratione, in l. 1. ff. de legib. rur interpretantur, an recte, ſubſiſto. Cic. de Inuent. Prouidentia eſt, ait, per quã futurum aliquid videtur, antequam eueniat. quod prudentiæ proprium eſt: cujus ſpecies prouidentia eſt. Spieg.

SVMMA quæſtionis, l. 52. §. pen de oblig. & act. Briſſ.

SVMMA Reip. Locutio eſt idem ſignificans, quod ſtatus & firmamentum Reip. Vlp. l. 1. § eo de exercit. act. Ideo autem ex voluntate in ſolidum tenentur, qui habent in poteſtate exercitorem, quia ad ſummam Reip. nauium exercitio pertinet, hoc eſt, ea re ſublata Reip. ſtatus euertitur, ſtare Reſp. non poteſt. Florentini tamen libri, ſummam Remp. quod ego abjudico. Paul. Sent 5. c. 23. Qui ſalute Principis, vel de ſumma Reip. vaticinatores conſulit, cum eo qui reſponderit, capite punitur. Hot. Prat.

SVMMA ſummarum apud Plaut. in Truculent, eſt cum in rationibus multa nomina & capita in vnam ſummam rediguntur ac ſi multis ſummis factis omnia tandem in vnam conſummantur. Nam vt capita in ſummam, ſic ſummæ in ſummam ſummarum rediguntur. In Lucretio autem ſumma ſummarum immenſitatem ipſam vniuerſi ſignificat. Prat.

SVMMAM eſſe rationem, quæ pro religioſis facit, Papinian. ait, in ſi. leg. ſunt perſonæ, ff. de relig. & Vlp ſeq. tit. l. 1. Quia religionis intereſt, eſt, monumenta extrui, & exornari. Spieg.

SVMMARII dicuntur qui faciendæ rationis ſummarum quarumcunque periti ſunt. Nam & ſummarii tributorum faciendi adhibentur Nou 30. Cuiac. in expoſit. ad Nou. Iuſtin. 64. de hortulanis. Numerantur autem ſummarij inter officia Comitiana. Idem Cuiac. in expoſit. ad dict. Nouell. Iuſtinian. 30. de Proconſule Cappadociæ, vide & Goth. in notis ad d. Nou. 30. & 64. cap. 1.

SVMMARIA. Vide ſup. de plano.

SVMMARIVM, non aliud eſt, quam breuis enarratio omnium, quæ decidantur, Ab eo quod ſummatim, breuiter & conclete, omnia que explicat Salom. In l. Gallus, §. & quid ſit Alcia. ait ſummaria nobis, quæ Iuſtin. [illegible] vocat. Spieg.

SVMMARVM ſcripta. Vlp. ad fin. l. ſi ſeruus plurium: Sed & mens ait, patris familias, & legatarij dignitas, & charitas & neceſſitudo item earum quæ præcedunt, vel quæ ſequuntur, ſummarum ſcripta ſunt ſpectanda. Spieg.

SVMMATES, qui & optimates & primates appellantur, l. quinque, ff de decur. lib. 10. Prat.

SVMMATIM cognoſcere Prætor judexve dicitur in l. 15. §. ſi ſuper, ff de re jud. l. 1. In fi. ff de prætor. ſtipul. l. 3. §. ſciendum, ff. ad exhib. l. 3 §. cauſæ cognitio, ff. de Carbo. de l. 3. §. 1. ff. vt in poſſeſ. legat. l. 9. §. illud. quæritur, ff. de interrogationib. in jure facien. l. 1. §. ſi ea quæ, ff de vent. in poſſ. mitten. l. 7. verſ. plane ff. de petit. hæred. l. 41. ff. ad l. Aquil. Briſſ. Prat.

SVMMATIM exiſtimandum judici, l. ſi quis, §. plane, ff. de petit. hæred.

SVMMIMISTRARE, l. 3 § nec non ff. de in rem verſo.

SVMMITTERE delatorem, eſt accuſatorem ſubijcere & ſupponere, l 9. §. vlt ff. ad l Cornel. de falſ. l. 5 ff. de jure patron. l. 2. §. incidit, junct. a l. 15 ff. ad Trep. Quintil. Declama. 281. Quin etiam ſi permittitur iſta defenſio, & ille poteſt dicere non occidiſſe, qui percuſſorem ſummiſerit. Nam ita emendandum eſt, vbi vulgo, ſuum miſerit, perperam legitur. Sed & apud eundem auctorem Declama. 355. in hoc verbo aliud mendum eſt. Inueniſſe illos rationem, qua mutuo dolore diſtraherentur. ſummiſſeq; qui doceret male tractares à tutore rationes vbi, ſummiſſeque legendum eſt. Briſſ. Pret.

SVMMITTERE vim in l. 9 §. animaduertendum, ff. quod met. cauſ. Et ſummittere qui vociferentur interpretare in l. 15. §. conuicium ff. de injur. Briſſ. Prat.

SVMMITTERE faſces. Hinc elegans prorepſit adagium, vt cum damus, & herbam quodammodo porrigimus, vincique nos plane fatemur, ſummittere faſces dicamus, aſtipulante Cicerone in Bruto. Porro faſces ſummittere Cælius lib. 10. lectionum antiq. c. 7. interpretatur, non ſurrectos tenere, vt ſolebant prius lictores, vt viſendos eos præberent, oſtentarentque ad terrorem increſcentis audaciæ, ſed deprimere, & ante pedes quodammodo deijcere.

SVMMITTI dicuntur pecora, cum propagandæ ſobolis gratia maribus ſupponuntur, atque alenda præbentur: vel cum in locum demortuorum capitum ſubſtituuntur, vt modo grex ſuppleatur l. 96 l. 70. ff. de vſufr. l. 58 § hæreditatem, ff. ad Treb. l. 19. § ſerui. ff. de jure dot. Briſſ. Prat.

SVMMO jure agere, eſt non ex æquo & bono, ſed inquirere quodam præſtacto jure. Summum enim antiqui jus, ſummam putabant crucem, annotauit Bud in l. 1. de juſtit. & jur. Obſeruandum autem, ſummum jus & æquitatem, differentia quidem eſſe, ſed non diuerſi generis. Nam æquitas jus eſt, non illud quidem Lege ſcripta comprehenſum, ſed præſtantius meliuſque. Nec enim in ſcriptum redigi æquitas poteſt, cujus ratio ex ſola deliberatione animi, ſecundum negotiorum circumſtanties dependet. Quanquam jus aliquod, de caſu ſpeciali ad æquitatem redactum, poſſit ſcripto comprehendi. Vide, Iuris ſtricti vocabulum. Spieg.

SVMMO jure, agere tum dicimur, cum quem maxime poſſumus duriter & præfracte eum aduerſario contendimus, eumque quem aſperrimo & vehementiſſimo judicio poſſumus, perſequimur. Prat.

SVMMOVERE dicebantur magiſtratus, quom quempiam extrudi juberent. Conſules quidem & prætores per lictorem, Tribuni autem per viatorem, at illi quidem ſummouebant, vt qui non pareret, prehẽdi juberent, hi vero non pro imperio, ſed comiter verbis ſummouebant, Si vobis videtur, diſcedite Quirites. Cicero pro Quintio, Aut ſatiſdare, aut ſponſionem jubet facere, & interea recuſantes noſtros aduocatos acerrime ſummoueri. De Dolabella Prætore loquitur. Inde deductum ad noſtros vocabulum eſt, vt ſummoueri dicantur actores per exceptionem, quos ita rei perpulit exceptio, vt à Tribunali quodammodo ſummoti videantur. Hot. Prat.

SVMMOVERI actio dicitur præſcriptione pro excludi l. 21. C. de euictionib.

Summoueri pro repelli, l. 3. C de repud. vel abſtin. hæred.

SVMMVM pro præcipuo potioreque, à quo nullum ſit ſuperius, vſurpatur. Sic Imp. Inſt. de act. in princ. Summa, inquit, diuiſio in duo genera deducitur, vtpote à generaliſſimo capite producta, quantum ad materiam attinet. Spieg.

SVMMVM digitum, apud Iuſtinianum ſub finem Inſt. Accurſius indicem digitum intelligit. Rectius Alciatus putat poſſe de tabula, ſeu, vt Græci dicunt, elencho, accipi. Prouerbialiter autem dicimus, Extremis attingere digitis, pro eo quod eſt leuiter attingere. Vnde & Imperator prouerbialiter locutus videtur. Spieg. Pret.

SVMMVM jus, ſumma injuria, *Eng recht, woeit vnrecht* Item, *Alſo ſcharff. wuerd ſchertig. Darumb muſſman zu beyden ſeyten ein ſchlagen, vnd die billigeit laſſen alles rechtens meyſterin. ſeyn* Vide Marr. de Vſura. Spieg.

SVMMVM ſupplicium mortem ſignificat, l. 38 §. qui abortionis, ff. de pœn. l. pen. ff. de condit. cauſa da. l. vlt. ff. de ſepulc. viol. & apud Paul. lib. 5. ſent. tit 21. Calliſt. in l. 28 ff. de pœn. ſummum ſupplicium eſſe videtur ad furcã damnatio, item viui crematio & capitis amputatio. Paul. lib. 5. ſent. tit. 17. ſumma ſupplicia ſunt crux, crematio, decollatio. Ad beſtias etiam damnatio ex hoc genere eſt l. 26. ff. de pœn. vt Paul. li. 5. ſent. tit. 23. oſtendit. Briſſ. Prat.

SVORVM appellatione venit ſingularis amicus, ita ſing. Bal. in l. 1. col. 11. verſ. quid de ſingulari amico. C. qui accuſ. non poſſ. cum ſimilib late traditis, per Alexan. in repet. l. ſæpe, col. 50. verſ. 2. poteſt ſaluari, &c ff de re jud. & cum his quæ late retuli ſupra in verbo Amor. Vltra ea adde, quod Bald. fin. in repet. c. ſi pater. in e9. col verſic. quid ſi teſtator dicat. ſi deceſſerit ſine ſuis, &c. de teſta lib. 9. dec dit, quod appellatione ſuo-

rum continentur omnes illi, qui poſſunt perſequi injuriam illatam attinentibus ſuis, quod pro mirabili citat And. sicul. in commento leg. com ſecuriſſimi, col.42. verſ.6. iſtud immanatium, C.de fideicom. & latius vtrumque dictum reaſſumit idem in 51.20. verſ. quid ſi teſtator dicat, vbi ex imoat, qui veniant appellatione ſuorum & vltra eum in pitlches quæſt.conſuluit Bald.conſilio 78.deſcendentib. in 4.lib. & tangit Fel. in c nulli § 1.col pen.verſ.generaliter autem,extra de reſcripti.& Alex. in l.ex facto, § ſi quis rogatus l.1.in 18 col. ff.ad Trebel. & quod fœminæ non comprehendantur, conſuluit Aretin. conſ.39.in facto dicitur. per totum, & nota quod verbum ſuus eſt poſſeſſiuum, & propterea non comprehendit jura,neque actiones per ſing.dictum. Bal.in l.c in prin. de ſtatu hominum. Cotta.

SVORVM appellatione, Aretin. in l s. fœmina,C.ad Turpi. eos intelligit, pro quibus teſtimonium dici non poteſt, qui ſunt vſque ad ſeptimum gradum, l. lege Iulia. ff.de teſtib. Coteaſ. 4. Miſcell.10 nu.7.

SVOS heredes accipere debemus filios,filiaſve, ſiue naturales, ſiue adoptiuos,vt ait Vlp.de ſuis & legit. hæred. Maff.

SVMPTVS,impenſa. Hinc ſumptuaria Lex, quæ de moderandis ſumptibus lata eſt. Haloan. in l pen. ff de via pub. à ſe in Latinum verſa. Quod ſi qui, ait, in conductis ædibus habitant, quod ædium dominus eas non reparet, ipſi reparauerint, eum ſumptum in penſionem reputabunt. Paul.de rei vindicat. Sed ſumptibus, ait, per totis, qui extra cibaria in iter vel nauigationem faciendi ſunt, l. ſi rer mobilis. Spieg.

SVMPTIAVS manibus vexare, l.1. ff.de inoff.teſt.

SVPELLECTILARIVS quis ſit, vide Celſum in l.quæſitum, §. Celſus quinque, ff.de inſtruct. vel inſtrum.

SVPELLECTILEM Pompon. definit eſſe domeſticum patris famil. inſtrumentum quod neque argento, auróve facto vel veſti adnumeretur, l 1. ff. de ſupell. leg. quod tamen de reb. inanimentibus, non animantibus intelligendum eſt ex l.2 ibid. de qua definitione vide Alex.ab Alex.Gen.dier.li. t.c. 19 Alfenus ſuppellectilis eas res eſſe ſcribit quæ ad vſum communem patrisfam paratæ,nomen ſui generis ſeparatum non habent, l.6. ff.eo tit. Tubero ſuppellectilem eſſe dicebat inſtrumentum patrisfam. rerum ad quotidianum vſum paratarum, quod in aliam ſpeciem non caderet: vt verbi gratia,penum, argentum, veſtem,ornamenta,inſtrumenta agri,aut domus,l.7.eo tit. Supellectilis ergo appellatione veſtis non continetur; quoniam proprio generi adſcribitur, leg 4 ff de legatis,lib 1. Briſſ vide & Gœdd.in com.ad l.93.n.1.de verb ſign.

SVPELLECTILI legata ſecundum Paul.in l 3. in prin. de ſup. l. hæc continentur: Menſæ, trapezephora,& delphica. Sunt tamen qui in hoc loco Iureconſ. aliter legendum putent, hoc modo: Menſæ,trapezæ,amphora delphica.

SVPELLECTILIS originem fuiſſe tradit Labeo in l.7 ff.de ſupell. l quod olim his, qui in legationem proficiſcerentur, locari ſolerent, quæ ſub pellibus vſui forent, qua de re vide Alc. lib.1. diſpun.c. 5.

SVPELLECTILIS, ait Papin.tit.de ſupell.leg. Menſas eſſe cuiuſcunque generis, ſcilicet, vel argenteas, vel argento incluſas placet, nam & argenteos lectos,item argentea candelabra ſupellectili cedere,poſterior ætas recepit: & Vlyſſem ex auro & argento lectum inuentis arboris troncis ædificatum ornaſſe, quem Penelope recognoſcendi viri accepit, vt voluit Homer. Maffæus.

SVPELLECTILIS (ait labol. eod titu.) non eſſe vaſa ænea ſalientis aquæ poſita,Item ſi quid aliud magis delitiarum, quam vſus cauſa paratum eſſet,non eſſe ſuppellectilis,Labeo & Trebatius putant. Myrrhina autem vaſa, & vitrea quæ ad vſum edendi,& bibendi cauſa parata eſſent, in ſupellectili dicunt eſſe,Maffæus.

SVPELLEX licet videatur tantum dici de ſtragula, ſiue ludice, ab eo quod ſuper lectum imponatur, ad alia tamen domus vtenſilia eius ſignificatio ſe extendit, imo & ad alias res, quæ ſunt aut poſſunt alicui ornamento eſſe: ſed ad veſtes non extenditur: l qui veſtem, ff.de ſupellectili leg.

SVPERÆQVATIO perperam legitur in vulgaris codicibus in l.ſi quis deſerta,C.de omni agro deſert.lib.11.Legendum enim eſt, ſub peræquationis jura percepetn.Old. Prat.

SVPERAMENTA materiarum apud Vlp in l.ligni appellatio,55.§. 2.ff.de leg 3. dicuntur, quę in paranda materia juſtam magnitudinem aut longitudinem excedentia, reſecantur,cuiuſmodi ſunt vitium ſtirpes,& radices infrugiferæ.Old. Prat.

SVPERCILIA,inquit Hygenus, ſunt loca ex plano in breui cliuo deuexo intra pedes latitudinis 30.alioquin jam collis eſt, Cujac.10.obſ.2.

SVPERDICERE eſt præter id quod dictum eſt, ſubiungere dictis, apud Cicer s de legib.

SVPERDICI pro prædicari per præconem: id eſt,ejus voce & (vt cum Apuleio loquar,boatu pronunciari & proclamari. Vlpian. in l.ſi duo,13.in fin ff de jurejur. Fuſtibus enim caſtigandum dimittere, & ita ei ſuperdici, μὴ ἀναπ[illegible] ὑβρίσαι, hoc eſt, temerarie vel petulanter jures, ſic in l.fuſtib C.ex quib.cau.inf. Fuſtib cæſum cui per præconem ita dictum [illegible] Sunt tamen qui ſuperiore Vlp loco pro ſuperdici ſuperindici legant, hæcque illius verba referendo exiſtiment ad veterum morem,qui eum de damnato homine ſupplicium ſumebant in loco ſupplicij conſpicuo [illegible],ſeu,vt vocant, titulum affigebant quo breuiter admonitus populus,pœnæ à Reo expectatæ cauſam intelligeret, eoque exemplo à ſimili ſce nore perpetrando cæteri auocarentur.Prat. Vide & Cuja.13.obſer 3.

SVPERINDVCERE nouercam dicitur pater qui filio nouercam inducit, l fin.C.Th.de bon matern. Quinti. declamat.381. Quidam filio ſuperinduxit nouercam,& ex ea aliam filiam ſuſcepit. Plin lib 6 Epiſt.ad Rom.induceta nouercam eod modo dixit.Briſſ.

SVPERESSE rebus ſuis,pro ſufficere earum adminiſtrationi, negotia ſua gerere & illis conſulere, prouidere & proſpicere, Græca videtur eſſe locutio: dicunt enim illi [illegible]. Paulus l.2. de curator. furioſ. Sed & aliis (inquit) dabit Proconſul curatores, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. Sic l. 8.§ fin.ff de procurator,l.60.in fi. ff.de ſe jud.l.12. ff.de tutoribus & curatorib.dat. l. 50.ff. ex quib cauſ.maior.l.pen. ff.de vacat.mun Gell.lib.1.c.22.de cuius verbi ſignificatione diſputans,eos tider,qui ſupereſſe: le his quibus aduocationem præbebant,dicebant,pro adeſſe. Quo tamen in ſignificatu Suetn. in Auguſto hoc verbo vſus eſt.Prat.& Hot.

SVPEREXACTORES dicuntur, qui vltra quam debetur nomine tributi à prouincialib. exigunt: & tales tenentur in duplum, ſed etſi perſeuerauerint, capite plectuntur, l.1.C. de ſuperexactio, lib 10. quod tamen mutauit Leo Nouel 61 debetque id quod injuſte exactum eſt,protinus domino reſtitui. Prat.

SVPEREXCVRRERE apud ICtum Vlpia.in l.1 ff de arborib. caedend. Si arbor (inquit) ædibus alienis impendeat, vtrum totam arborem jubeat Prætor adimi, an vero id ſolum quod ſuperexcurrat quæritur. Prat.

SVPERFICIARIA prædia, quæ in conducto ſolo certa penſione annua habentur l.10 ff. fam.erciſc.l 49.ff.de verb.ſign. l.16. in fi ff. de pigner. act. Sic, & ſuperficiaria inſula in l.12. §.1. ff.de Publicia l.1.§ & generaliter, ff de vi & vi arm.l.9.§. quæſitum, l.39.§. damni, ff.de damn.infect. Et ſuperficiarius fundus l 1.ff. quib.mod.vſusfr.amitt. Briſſ.

SVPERFICIARIAS ædes appellamus, inquit Caius.quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & ciuili & naturali jure ejus eſt, cujus & ſolum, l.poſter. de ſuperfi. Spieg. Adde Connan.comment.l.1,4.c.11.n.6.

SVPERFICIARIVM interpretatur Paulus, qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet,vt certam penſionem præſtet,l.74 ff de rei vind. Alias hac periphraſi ſignificatur, qui in conducto ſolo ſuperficiem impoſuit,l.13.§.& qui in conducto,ff de dam.infe. Seneca li.13.Epiſt.Mathematica,vt ita dicam,ſuperficiaria eſt, in alieno ædificat, alieno accipit. Proinde ſuperficiarij domini non ſunt, ſed quaſi inquilini, cum in alieno habitent,l.3 § pen. ff.de noui oper.nunciat. Aliquod tamen jus in re habent, l.39. ff.de dam. infect. Et ideo ſuperficiaria bonis adnumerantur,l. 49 ff de verb. ſign. ſuperficiarios denique Prætor loco dominorum habet, & vtilibus in rem actionib tuetur,l.1.§. fi ff.de ſuperfi.18.§.ei qui ff.de dam. inf.l.74.& ſeq.de rei vind. l.16.in fin.de pig.act Briſſ.

SVPERFICIARIVS,ait Vultee.ad §.adeo.nu.6 Inſt. de locat. dicitur,qui conduxit ſolum vt in eo ædificaret, & pro recognitione dominij nomine ſoli illius quotannis penderet ſalarium, per l. 1.ff.de ſuperf. Hic ab emphyteuta eo differt, quod nimirum jus tantum habeat in ſuperficie, emphyteuticarius non in ſuperficie tantum, ſed in prædio vniuerſo: ille hoc jus ſibi acquirit reſpectu ſuperficiei poſitæ in ſolo alieno ſuis ſumptibus, hic acquirit ſibi jus emphyteuſeos reſpectu meliorationum quæ Græcis dicuntur [illegible], reſpectu, in quam, meliorationum,quas jam fecit vel adhuc facturus eſt. Vultei.jam d loc.

SVPERFICIES quod ſuper ſoli faciem eſt, veluti ſi quid ſatum aut ædificatum eſt: itaque vites,arbores, plantæ ſegetes, ſuperficies appellantur. Vitis quidem appellatur ſuperficies vineæ, in l.certo 13 de ſeru.ruſt.Domus autem ſuperficies ſoli, l.eum qui,23.ff.de vſurpat.vbi ędes dicuntur ex duabus rebus conſtare ex ſolo & ſuperficie. Superficies autem vſque eo ſoli pars eſt, eique natura cohæret, vt non illud ſine hac tradi, neque hæc ſine illo vſucapi poſſit,l.obligationem,44.de oblig. & act. l.nunquam,26.de vſurpat. Denique ſuperficies ſolo cedere dicitur,l qui domum,50 ff ad leg Aquil l.qui res ſuas, 98.in fin. ff.de ſolu.& arborum quæ fundo continentur, non eſt ſeparatum corpus à fundo, in Pompon. l. Quintus, 20. ff. de act. empt.

SVPERFICIVM pro ſuperficie legitur in Pand.Florent.tit.de ſuperf.vt l ſi area.ff de leg.2.l.32.ff.de jure dot.& in autographo Pilano in l.1 ff de ſuperficieb.vt & apud Caium l b 2. inſtit.1. Briſſ. Adde Cuiac. ad l. nunquam, ff.de vſurpat. & vſucap. Prat.

SVPERFICIO, ſupero, redundo,ſuperfluo.Vlp.l 1. §.16. ff de aq. & aq plu.Iidem aiunt, aquam pluuiam in ſuam venire, vel ſuperfi-

Digitized by Google

perficientem ex vicini in ſuum deriuare omnibus jus eſſe. Haud ſcio tamen an verius vulgaris in libris legatur ſuperfluentem Hot. Prat.

Svperflva dicuntur, quæ minime ſunt neceſſaria, Gothofr. in not. ad l. 28. in pr. C. de teſtam.

Svperflvi, id eſt, ſupernumerarij, in l. 3. in pr. C. de aduoc. diu. judicum

Svperflvvm pretij id eſt, quod deeſt juſto pretio, in l. 1. C. ſi maior factus alienat.

Svperflvvm Vlpian. ſed & hunc in eaſum puto, ſi dos (quia permodica fuit) in funus non ſufficit: & in ſuperfluum, in patrem debere actionem.

Svperflvvs ſumptus reſtituendus. Vide Pap in l. ſumptus, ff. de rei vin.

Svperfœtatio, ſecundarius conceptus eſt pregnantis; quam Superimpregnationem vulgus appellat. Lege Budæum in an notat. prior. ad leg. antiqui, ſi pars hæred. pet. Spieg Prat.

Svperillvstres, ſenatores, conſules, dictatores, not. in l. 1. ff de off. ejus cui mand.

Svperindictvm extraordinarium munus vltra ſolitam & canonicam collationem indictum ſignificat, id eſt, augmentum indictionis, l. 1. C. de indictionib. l. 10 l. 1. C de ſuperindicti, l. 3. C. de exenſ. muner. eo. l. 3. C. de ſilentiar. lib. 1 Appellatur & ſuperindictio in l. 1. de priuil. dom. Auguſt lib. 11. Vnde ſuperindictitij tituli in l. vlt. eod. tit. quemadmodum ex ſcriptorum librorum auctoritate emendandum eſt. Briſſonius Cuiac. tamen diſcrimen facit inter ſuperindictionem & ſuperindictum, & dicit ſuperindictionem pro indictione illa canonica haberi, ideoque ab ea neminem exenſari, vt ipſe refert ad d. l. 1. C. de indictionib. lib. 10 Interdictum vero eſſe augmentum indictionis, & eſſe munus extraordinarium, à quo exenſentur pleri que allegat ad hoc l 3. C. T. de enl. ſu. pa. vbi dicitur: Augmenti & ſuperindictitij Marcellin. 17. Indictionale augmentum, Arbalarieus Rex 9 quod à nobis augmenti nomine quærebatur, illuſtrem virum comitem patrimonij noſtri nunc juſſimus remouere, & alio loco, Quicquid conſuetudinariam functionem percebatur augmenti nomine. Idem Cuiac. ad l. vnic. de ſuperindicto, C. alleg. lib. 10. Prat.

Svperindictvm, In tit. C. de ſuperindicto, ſuperindictum eſt acceſſio vltra indictionem facta, vbi recte interpretatus eſt Hegendorphinus. Quid autem ſit indictio, ſi quis ſcire deſiderauit, diximus ante ſuo loco. Author.

Svperior cognitio parentum eſt, Inſt. de grad. affin. ſuperior, proximus, c. quanquam de elect. in 6. ſuperior, prima, l. ſi dare, ff. de verb. oblig.

Svperiores, poſitiue, intelliguntur ij, qui ſunt ſupra gradum cognationis, vel affinitatis: ſicut inferiores, qui ſunt infra ipſum gradum. Prat.

Svperlata nomina, ſuperlata verba, quæ agendi cauſa in oratione proferuntur. Vide Cicer. in partit. Spieg.

Svpernvmerarii, l. 7. C. de prox. ſac. ſcrin. qui in ſacris ſcriniis vltra numerum ſtatutorum militant Quod ſi quis, inquiunt Impp. de ſupernumerariis, qui ſtatum locum ſubire debeat, ne pecuniam offerat, ſtatuti etiam gradum recuſare voluerit. Vide Suidam in voce [illegible]. Prat.

Svpersederit pro omiſerit, apud Papin. in prin. l. ſi eum venditor, de euict. leg. Lucius idem, in princip. ad leg. municip. ſic apud Imp. in l 15. C de non n. pec. l. 12. C. depoſit, l. 3. circ. fin. C. de jur. emphyteut. l. 1. C. de ſponſal. l. 20. C de don. ante nupt. l. 8. § 4. in pr. C. de bonis quæ liberis, l. 7. C. quæ accuſ. non. poſſ.

Svper ſomnum, Budæus eſt apud Curt. ſeruus à cubili. Spieg.

Svperstes, duo, vt opinor, ſignificat, video enim & pro teſte & pro præſente vſurpari Feſtus lib 17. ſuperſtites, inquit, teſtes præſentes ſignificat, cuius rei teſtimonium eſt, quod ſuperſtitibus præſentibus leges inter quos controuerſia eſt, vindicias ſubire jubent. Plautus in Artemone, Nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adeſt ſuperſtes. Seruius autem libr. Æneid. 3. ſuperſtes, inquit, præſentem ſignificat, vt Cicero in Murænia na, ſuis vtriſque ſuperſtitibus, id eſt, præſentibus. Quod tamen poſtremum verbum apud Cic. è gloſſa in contextum irrepſit. Hot. Prat.

Svperstitionem induxit, qui nouas vel vſu vel ratione incognitas religiones affert, ex quibus animi hominum moueantur, Paul. 5 ſent. 21. §. 2. ſuperſtitioni impietas contraria. Eſt autem religio veri cultus, ſuperſtitio, falſi 4. Lactantius a8 ſuperſtitio minimi etiam in rebus Deos inſerit Liu. lib 27. Eorum, inquit, vafritie augetur, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi, vid. Goth. in not. ad leg. 30 ff de pœnis.

Svperstitiosvs, vano & inani metu Dei affectus: id eſt, qui metuit ibi Deum offendere, vbi non offenditur, nam à ſuperſtes deductum nomen eſt, & haud ſcio an iis propria attributum, qui nimium in fanis conſiſtebant, quaſi apud Deos ſunt ſuperſtites, quos vernacula lingua *Bigots* adpellamus, quod in vitio Vlp. poſuit l. 1. §. 5. ff. de ædi. edi. vbi ſuperſtitioſos inter eos numerat, qui animi vitio laborant, Cicero tamen lib. de natura Deorum ſecundo ſic ſcribit: Non enim philoſophi ſolum, verum etiam maiores noſtri ſuperſtitionem à religione ſeparauerunt: nam qui totos dies precabantur & immolabant, vt ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati, quod nomen poſtea latius patuit. Hos Græci [illegible] vocant: de quibus vide Plutarch. in lib. [illegible]. Plautus autem in Rudente hoc verbum in eo poſuit, qui vaticinaretur.

Qui ſi iſta aut ſuperſtitioſa, aut hariola, atque omnia
Quicquid inſit, vera dicit?

His Adde Connan. comment. lib. 3. c. 1. n. 5. Hot. Prat.

Svperstitiosvm, h. e. erroneam, inanem gerere ſolicitudinem l. nec maritus, ſub fi. C. ſol. mat. l ſi tutores, 11. C. de compenſat. l. quandiu. C. qui admitti ad bonor. poſſ. ſic ſuperſtitioſa appellatio in l. 6. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.

Svpervacvas impenſas facere, l. vtiles autem, in fi. ff. de petit. hæred.

Svpervivere eſt ſuperſtitem alicui viuere, interdum etiam ſaluum eus dere. Cuiac. in Notis ad lib 2. Inſtit. Do. Inſt. ſub tit. de donat.

Svpina ignorantia, pro ſtulta & hebeti, quæ Craſſa vulgo dicitur, l. nec ſupina, ff de jur. & fact. ign. Spieg.

Svpina vero Stoicis dicuntur quæ cum particula paſſiua conſtruuntur, vt eſt audior, videor, vt recta quæ conſtruuntur cum aliquo ex caſib. obliquis ad prædicati generationem, vt eſt audit, videt, loquitur. Laert. li. 7. in vita Zenonis Citiei.

Svpinvs, diſſolutus, negligens, alicui negotio indormiens. Paulus l. 15 § 1. ff de contrah. empt. Ignorantia emptori prodeſt, quæ non in ſupinum hominem cadit. Prat. ex Hot.

Svppara quondam vela fuiſſe videntur, quam velorum quædam ſupplementa, & ſummæ partes, quę ſupra ipſa vela & antennam expandebantur: quod vt opinor, ſenſim parantur. Lucanus.

----- Summaque pandens
Suppara velorum perituras colligit auras. Papin.
----- Vos ſummis annectite ſuppara velis.

Svppara autem in alto mari & pelago pandebant aliæ naues, cum terram legebant, colligebant & ſubſtringebant: Alexandrinæ naues ſupparis paſſis in portum peruehebantur. Seneca, ſolis enim licet ſupparum intendere, quod in alto omnes habent naues, nulla enim res æque adiuuat curſum, quam ſumma pars veli, illinc maxime nauis vrgetur. Itaque quoties ventus increbuit, maiorque eſt quam expedit, antenna ſummittitur: minus habet virium flatus ex humili. Cum intrauere Capreas & promontorium, ex quo Alta procelloſo ſpeculatur vertice Pallas, cæteræ velo jubentur eſſe contentæ, ſupparum Alexandrinarum inſigne indicium eſt. Turneb. aduerſ. lib. 21. c. 4.

Svppetere præter tritas ſignificationes eſt ſubjecta ſua perſona, pro alio petere, l. 52. § 5 ff. de furt. pro quo quidam ibi legunt, ſic petet, vt Haloander, qui hoc verbum eo ſignificatu non intellexit. Prat.

Svpplentes omnes defectus tam juris quam facti. Clauſula quæ quotidie apponi ſolet in diplomatibus Rom. Pont. & Impp. reſpicit tantum defectus juris poſitiui, non autem naturalis vt eſt tex. in Clem. paſtoralis, §. cæterum defectus, de re judi. Spieg Eſt inter ſupplere & interpretari differentia quædam: ſupplemus ſpecialia, interpretamur generalia, l. Gallus, §. quid ſi qui filium, & § ſeq. de liber. & poſth. ſupplere eſt extendere & quaſi emendare, §. 1. Inſt. de bon. poſſ. Interpretari neque extendere eſt, neque emendare: ſupplere non poſſumus ſine lege, interpretari poſſumus ſine lege, Cuiac. ad leg. commodiſſime, ff. de lib. & poſth.

Svpplere gregem, id eſt in locum capitum defunctorum ſummittere, l. 69 & 70 ff. de vſufr.

Svpplere de jure vel de facto, quando poſſit judex, vide tit. C. vt quæ deſunt aduoc. part. & ſpeculat. de off. om. jud. part. 1. §. 6 Prat.

Svpplere judex dicitur ea quæ deſunt aduocatis partium. Briſſ.

Svppleri etiam dicitur portio non ea cui quid deficiebat, ſed cui aliquid additur, in l. quod bonis §. vlt. ff. ad leg. Falc. Briſſ.

Svppletio quam ponit Papa in reſcriptis, ad quid referatur, docet Panorm. in c. illa, de elect.

Svppletvr quod deeſt, cap. 1. in pr. de ſacr. vnct. l. oratio, ff. de ſponſalib. Prat.

Svppletvr vnum jus per aliud, Panor. in cap. ſuper quæſt. de elect. Prat.

Svpplicare, proprie eſt paulo demiſſius orare, obſecrareque: ducto more à miſeris, qui plicatis manibus fere rogant: non autem ſicut aliquando, non tamen abſque erroris duce, putaui à genibus poplitibuſque plicatis. Spieg. Cæterum de ſupplicandi modis varie apud diuerſas gentes obſeruatis, vide Hadria. Iun. animad. lib. 2. c. 11.

Svpplicatio, eſt veniæ petitio prioris erroris, item remedium judicialis grauaminis, quod Canoniſtæ vocant Reuiſionem ſententię, c. ex literis, de in integ reſtit. Ea vtimur aduerſus ſententiam eorum, à quib. appellare non licet propter eminentiam, l. 1 ff. de off. pręf. pręt. l. 1. C. de ſent. præfect. præt.

l. ſi quis adoreſis, & Autho. Quæ ſupplicatio. C. de precib. Imp. offerend. præterea. Vel eſt quædam benignitatis ipſius ſuperioris imploratio. Quam etiam ad alias expeditiones vtimur diverſimode. Vide Explicatio. Spieg. Prat.

SVPPLICATIONES etiam erant, cum aut ex collatione, aut certe de bonis damnatorum ſacrificaretur. Vnde & ſupplicia dicuntur, Iſid. 10 6. & meminit Feſtus: Supplicationes quæ ſunt de bonis paſſorum ſupplicia. Saluſtius: In ſuppliciis deorum magnifici, Iſid. libro 5. Supplicium, inquit, proprie dicitur, non qui quoquo modo punitur, ſed ita damnatur, vt bona ejus conſecrentur, & in publicum redigantur. Nam ſupplicia dicebantur, ſupplicamenta. Et ſupplicium dicitur, de cujus damnatione deliberatur aliquid Deo, vnde & ſupplicatio.

SVPPLICIORVM alia ſumma ſunt, alia mediocria, alia minima. Summa ſunt, crux, crematio, decollatio: Mediocria metallum ludus, deportatio. Minima, relegatio, opus publicum, vincula. Hæc Paulus lib. ſent. 5. c. 17. Hot. Prat.

SVPPLICIVM, Quint. in Declamat. ait, eſſe publicæ animadverſionis crimen. Briſſ.

SVPPLICIVM, noſtris pro pœna familiare eſt. Vnde ſumere ſupplicium, leg. in magiſtratibus, ff. de jiriſdictio. Item ſummum ſupplicium, de quo in l. capitalium, ff. de pœnult. & vlt. ſuppl. in leg. vlt. eodem.

SVPPLICIVM vltimum, ait, Celſus, eſſe mortem ſolam interpretamur l. 21. ff de pœnis, Hot. Prat.

SVPPONERE teſtamentum, id eſt, Falſum teſtamentum ſuppoſita perſona obſignare: vel potius falſum teſtamentum loco veri ſubjicere & producere, autore Cicerone in de Legib. Paradox. & pro Cluent. Sic ſuppoſiti partus, hoc eſt, falſi & adulterini, in l. cum ſuppoſiti, C. ad leg. Corn. de falſ. Spieg Prat.

SVPPONERE pro ſubjicere l. 91 ff. de ſolutionibus hoc etiam ſenſu appellantur ſuppoſiti filij, Briſſ.

SVPPONERE hypothecam pro pignorare. Hinc & tit. D. de rebus eor. qui ſub tutel. vel cura. ſunt, ſine decreto non alienandi, vel ſupponendis, Eſt enim hic ſupponendis, pignori obligandis, Cornut. in illum locum. Me tibi ſuppoſuit tanquam aliquod pignus, inquit, Prat.

SVPPOSITA perſona. Hermogen. de jure fiſc. in leg. aufertur. Quod, inquit. à præſide, ſeu procuratore, vel quolibet alio in ea Provincia, in qua adminiſtrat (licet per ſuppoſitam perſonam) comparatum eſt, infirmato contractu vindicatur. Idem in Princip. ejuſdem leg. qui eum, ait, hæres inſtitutus eſſet, vt filius poſt mortem ejus, qui pater dicebatur ſuppoſitus declaratus eſt, Spieg.

SVPPOSITIONES, ſunt poſitiones, eſſe aut non eſſe ſignificantes, Eæ ſignificant eſſe, quæ ſunt propoſitiones affirmativæ: non eſſe vero, quæ ſunt negativæ. Droſæus in methodo juris.

SVPPOSITVS actor pro falſo & ſubornato, l. 2. §. & cum placuiſſet ff. de orig. jur.

SVPPOSITVS Iuriſdictionis. Vlp. auctor. eſt in l. 1. ſi quis in jus vocat. non jur. Non ſuppoſitum Iuriſdictionis illius, ad quem vocatus eſt, pro non dato fidejuſſorum haberi. Spieg.

SVPPOSITVS filius, in princ. citatæ l. aufertur.

SVPPRÆDES dicuntur ſecundi & tertij fidejuſſores, quos Galli in cauſa fiſci & publica Contraplegios dicunt, vt annotavit Con. Ibidem 6. c. 7. circa finem.

SVPPRIMERE teſtamentum in lege Corn. teſtamentaria intelligitur: qui ſciens prudenſque tabulas teſtamenti in fraudem hæredum legatariorum, fideicommiſſariorum, aut libertorum non profert, & qui cum habeat, & proferre poſſit, profert: ea non curat. Paul. lib. 4. ſent. tit. 7. vbi Cujac. tradit, quoſ ia qui taliter ſupprimit teſtamentum, teneatur lege Cornelia teſtamentaria & interdicto de tab. exh. Iſid ex Paulo mortuus ſuppreſſum teſtamentum lib. 5. Etym. c. 24. definit, quod in fraudem legatariorum ſeu libertorum non eſt palam prolatum. Quod ei ſi non latet, ſi tamen perſonis ſupradictis non proferatur, ſupprimi videtur. Supprimere ergo celare eſt, quod crimen in teſtamentis ad l. Corn. de falſis pertinet, l. 2. ff. ad l. Corn. de falſis, Et ita ſuppreſſos accipe l. 10. in fin. D. quemad. teſta aperiant, l. 53 D. de jud. l. 3. ſi quis dolo, D. de tab. exhib. l. 9. D. de dolo, l. 7. D. de falſ. Sueto. in Caligula c. 16. Legata ex teſtamento Tiberij quanquam abolito, ſed & Liviæ Auguſtæ quod Tiberius ſuppreſſerat, cum fide ac ſine calumnia repræſentata perſolvit, Supprimere etiam mancipia dicimus, l. 82. § pen. D. de furt. Vnde ſuppreſſos mancipiorum plagiarij, qui alicuis ſervis ſuadent, vt à dominis fugiant, eoſque inſcio vel inſciente domino celant l. penul. D. de leg. Fab. Et ſuppreſſi mancipij crimen in l 3 ff. eo. tit. Supprimere etiam naufragium, l. 3. §. item is cujus, ff. ad l. Cor. de ſic. & naufragos ſuppreſſos dicunt ICti. l. 3. § vlt D. de incend. rui. Supprimere merces, l. 50. in fin. ff. de ſtellionat. Briſſ.

SVPPRIMERE & intercipere dicitur, qui domino repoſcenti non reddit, ait, Pompo l. 46. in fin. ff de acq. rer. domin.

SVPRA, id eſt, præter, l. ex conducto. ff. locat. ſupra excludit, l. fin. ff. de Iuriſdict. vide Bart. l. cum ita, ff de dote prælegat. Prat.

SVPRA Iuriſdictionem ſuam jus dicere, eſt quod vulgo dicitur, Iudicem excedere limites ſuos. Exempla pete ex l. vlt. de Iuriſ. omn. Iud. Spieg.

SVPRASCRIPTA, omnia quæ antea dicta ſunt ſive præceſſerunt, complectitur, niſi intercedens abſurditas ad proxima tantum referenda cogat, de quo latius, Bart. in l. 1. § hoc edicto, ff. de poſtul. Spieg Prat.

SVPRASCRIPTIS alijs, item ſupradictis perſonis, in l. ab hoſtibus in Prin. & leg. item ait Prætor, ff. de quibus cauſ. major. Sp.

SVPREMA dies pro noviſſima in l. 7. §. Papinia, ff. ſolut. matrim. Sic ſuprema hora, l. 1. § dies, ff. quando appellant, ſit, l. 2. ff. de verb. ſign. Et in 12. tab. Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Briſſ. Adde Brechæum in l. 2. § cujuſque diei, ff. de verb. ſign.

SVPREMA numero multitudinis abſolute pro noviſſimis Iudicijs, & vlt. voluntate ſeu teſtamento, in l. 25. §. 1. ff. de liber. & poſth. l. 3. § vlt. ff de mun. & hono. l. vnde, D. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. mil. l. 39. D. de pigne. act. l. 36. § miles in ſupremis, D. de milit. teſtam. Corn. Tacit. lib. 1. Nihil eo die Senatus agi, niſi de ſupremis Auguſti, cujus teſtamentum inlatum eſt per virgines Veſtales, Quintil. Declamat. 1. Neque ego graviſſimum patrem ſua juveni jactaſſe crediderim. At quod Idem auctor. Declam. 8. ait, Vidimus igitur frequenter ad vitam poſt conclamata ſuprema redeuntes, ſic accipiendum eſt, poſt conclamata noviſſima verba: In quibus fuiſſe verbum, licet, Donat. in Vergil. & Servius notant. Briſſ. Prat.

SVPREMA Iudicia dicunt nonnunquam l. 5. D. quemadm. teſta. aperian. l. 32. § pœnitentiam, D. de don. inter vir. Quintil. lib. 6. c. de riſu. Conſulens eum, an primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema Iudicia. Briſſ. Prat.

SVPREMA ſua ordinare, teſtamentum facere, ſupremam voluntatem exponere. Modeſtin. l. 39. D. de pig. act. Creditor quum ſuprema ſua ordinaret, teſtamento cavit. Hot. Prat.

SVPREMAM dicere, vt annotat Donat. dicebatur præco, cum dimittebatur judicum conceſſus, Hinc Plautus: Mater ſupremam mihi tua dixit, domum ire juſſit, Id eſt, mater ſupremam dixit tempeſtatem, & ſcilicet pronunciavit, domumque juſſit, Turneb. aduerſ. lib. 3. c. 32. Prat.

SVPREMAM voluntatem, mortuorum diſpoſitionem dicimus, l. 78. D. de hæred. inſtit. & alijs vulgatis locis, Briſſ. Prat.

SVPREMAS etiam tabulas pro teſtamento Latini auctores dicunt. Martial. lib. 5. Epigr.

Supremas tibi tricies in anno,
—Signandi tabulas, Idem eod.
Quadrantem Criſpus tabulis, Fauſtine, ſupremis,
Non dedit vxori, Briſſ. Prat.

SVPREMVS non is demum, qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit, & quem nemo ſequatur, intelligitur, l. 34. D. de vulgar & pupil. 92 D. de verb. ſign. & l. qui duos 9. D. de rebus dub. quod tamen ſic accipiendum eſt, vt non reſtricta Latini ſermonis conſuetudo, vel æquitatis ratio ſervata videatur. Sic ſupremas tabulas ſecundum quas ſe Prætor bonorum poſſeſſionem daturum pollicetur, accipimus noviſſimas, poſt quas aliæ nullæ factæ ſunt, l. 1. § 1. l. penult. §. plane. D. de ſecund. tabul. Sed & illæ ſupremæ habentur tabulæ quæ ſolæ ſunt l. 165. D. de verbor. ſign. In vulgari quoque ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus morietur, hæres ſubſtituitur, recte hæres ſubſtitutus etiam vnico intelligitur, 183 ff. de verbor. ſignificat. lib. ff. de rebus dub. Cum vero plures ſunt, et qui noviſſimus deceſſerit, ex his verbis ſubſtitutus ſuccedet. dict. l. 9. & l. 34. in fin. D. ad leg. Falcid. Briſſ. Prat. Adde Brech. d. l. 163. D. verb. & rer. ſign. vide & Gœdd. in comment. ad l. proximus, 92. D. de ver. ſign.

SVRDA teſtimonia dicuntur quæ feruntur per tabulas, propterea quod hæ rogatæ nihil reſpondeant. Vnde Rot. explicante, ſurdis agere teſtimonijs proverbio dicuntur, qui vel procul abſentes, vel ita defunctos modo citant, ne queant deprehendi, Spieg.

SVRDASTER, hoc eſt, minus audiens, tutor eſſe poteſt. l. penult. & vlt. C. de leg. tut. Prat.

SVRDVS quomodo probetur, declarat, Bart. in l. 1. D. de bon. poſſ. Prætejus,

SVRRENTINVM, item Surrentinum vinum, Lege, Vrnalis,

SVRREPERE & Obrepere, Nicol. Perrottus, Budæo annotante, ab obripiendo & ſurripiendo dicta exiſtimat. Obrepere quid ſit, paucis indicatum eſt, cujus vim verbi haud recte intellectam, Idem explicat in poſterior. Annotat. ad leg. ſi quis obrepſerit, ad leg. Corn. de falſ. Accurſ. exiſtimavit, Obrepſerit, eodem admonente, Bud. ab obripio eſſe: vt preces obreptitias & ſubreptitias, Qua de re non inutiliter Doctores noſtri, in l. & ſi legibus, C. ſi contr. jus vel vtil. publ. & inter Pont. jur. Interpretes, Felin. in rub. c. dilectus, & c. poſtulaſti, de reſcrip tum alij alijs locis diſſerunt, Quod huc proprie pertinet, & ſatis è verbis Vlpiani colligitur, Obrepimus, cum tacendo aliquid impetramus, quod exprimere neceſſe erat, expreſſumque Principem à conceſſione abalienaſſet: Surrepimus vero, cum à Principe per falſam rei narrationem aliquid extorquemus, Puta Reſcriptum, Privilegium, Beneficium, Feudum, &c. Sp. Prat.

SVSCEPTI ſunt clientes, qui ſe & bona ſua omnia tuenda & defendenda potentioribus addicunt fraudandorum publicorum tributorum cauſa, qua ſpecie potentiores vicanorum & ruſticorum

Digitized by Google

eorum bona ſibi vindicabant vel relinquebant ſuſceptis ſub patrocinij mercede certa: quod damnatur titu. C. vt nemo ad ſuum patroc. ſuſcip. vicos vel ruſticanos eor. & tit. de pact. vic. C. T. & Iuſtin. Nouell. 17. & Tiberij de diuinis domibus, Salvianus 5. de prouidentia Dei: vt vim, inquit, exactionis euadant, tradunt ſe ad tuendum protegendumque majoribus deditios ſe diuitum faciunt, & quaſi in jus eorum ditionemque transcendunt. Nec tamen graue hoc eſſe, ſi potentes patrocinia iſta non venderent; hæc lege tueri pauperes videntur, vt ſpolient: Omnes enim ij, qui defendi videntur, defenſoribus ſuis omnem fere ſubſtantiam ſuam addicunt. Nihil ſuſceptis tribuunt, ſed ſit nouum genus venditionis & emptionis, venditur nihil tradit & totum accipit. Emptor nihil accipit, & totum penitus amittit. Vocat igitur ſuſceptos, vt Seruius libro 6. Æneidos, id eſt, clientes. & Auguſtinus lib. quæſtio. miſti: Nunquid ſi malæ vitæ ſit Aduocatus, contra ſuſceptum ejus pronunciabitur? hoc eſt officium aduocati, vt ſecundum juris ordinem ſuſcepti ſui cauſam peroret. Nunquid poterit vita ejus, ſi turpis eſt, obeſſe cauſæ ſuſcepti? Palæmon Grammaticus V. R. 10 gloſſis: Affecla, cliens, ſiue ſuſceptus. Sic ſuſceptum accipe l. 1 C. de princip. agent. in reb. Neve ſub vnius perſona ſuſcepti fraude quadam aliena negocia inſerenda eſſe patientur. Prat. Adde Cujac. ad l. 1. C. vt nemo ad ſuum patro ſuſcip. &c.

SVSCEPTORES, vt tradit Poſtellus in lib. de magiſtrat. Athenienſ. c. 13. ſunt, qui Gallice receptores auxiliorum dicuntur, qui aliquando cogunt res fiſci majori menſura aut pondere, nomine regio perſolui, non quidem vt regi reive publicæ proſint, ſed vt ſub regij nominis terrore rem maxime augeant: Briſſonius eos eſſe dicit, qui ſolutionem auri & ſpecierum accipiebant, & modum jugationis poſſeſſorum & ſpecies ſingulas deſcribebant, per l. 9 C. de defenſ. ciuit. l. 5 C. ad leg. Iul. repet. l. 5. C. de exactor. tributor. l. pen. §. illud. C. de canon. largit. tit. l. 23. C. de decurio. l. 8. 2 & tot. tit. C. de ſuſceptor. Cujac. in rub. C. jam d. tit. eos hoc modo definit; Suſceptores, inquit, ſunt, qui annonis & tributis vtriuſque ærarij recipiendis, præpoſiti ſunt l. cum poſſeſſor. in fin. D. cenſib. Horum munus annuum erat, l. 4. C. de ſuſcept. niſi more ciuitatis ſoleant fieri in biennium, vel niſi raritas hominum (ſic enim legendum, non auctoritas Græce ἀπάνια) eos in biennium creari cogat, vt eſt l. 22. C. Theod. eod. tit. Iubebantur autem hi præſentibus defenſoribus ciuitatum, qui quaſi quidam Tribuni plebis erant, perſcribere modum jugationis cujuſque, & ſpecies ſingulas, quos fiſco inſerti oportebat, vel earum quantitatem ſunt & alij vini ſuſceptores, Græcis οἰνοπῶλαι dicti, de quibus lib. 11 C. tit. de ſuar. & ſuſcept. vini, in quo de illis nulla fit mentio. Hi vero ſuſcipiebant vina fiſcalia & populo vendebant. Populo enim Romano oleum, panis, porcina, gratuita præbebantur, vinum non niſi pretio, vt Vopiſcus ſcribit in Aureliano. Prat.

SVSCEPTORES, qui ſolutionem auri & ſpecierum accipiebant, & modum jugationis poſſeſſorum & ſpecies ſingulas deſcribebant, l. 9. C. de defenſoribus ciuit. l. 5. C. ad legem Iul. repet. l. 5. de exactoribus tribut. lib. 10. C. l. pen. §. illud. de cano. largit. tit. eod. l. 23. de decurion. lib. 10. C. l. 1. & 2. & tit. de ſuſceptorib. eo. Briſſ. Poſtellus in lib. de magiſt. Ath. c. 13. putat per ſuſceptores intelligi, qui Gallice receptores auxiliorum dicuntur qui aliquando cogunt res fiſci majori menſura aut pondere nomine regio perſolui, non quidem vt regi reive publicæ proſint, ſed vt ſub regij nominis terrore rem maxime augeant: Cuja. ſuper Rub. C. de ſuſceptor. præpoſ. &c. lib. 10. definit: ſuſceptores eſſe, qui annonis & tributis vtriuſque ærarij recipiendis præpoſiti ſunt, l. cum poſſeſſor. in fin. D. de cenſib. Præpoſitos vero eſſe, qui horreis, in quibus ſpecies fiſcales deponuntur l. 2. hoc tit. vel pagis, de quibus dixi in l. 9. ſupra lib. eod. de jur. fiſc. Cujac. in ſupra d. loco. Suſceptorum autem munus annuum eſt. Idem Cujac. ad l. 3. d. tit. C. de ſuſceptoribus lib. præallegato.

SVSCEPTORES, qui luſores recipiunt, l. 1. §. idem notandum, D. de aleæ luſu. Briſſ.

SVSCEPTVS pro Cliente. Ammia. Marcel. lib. 30.

SVSCIPERE pro celare. Sic ſuſcipere furem. l. 48 §. qui ex C. de furtis. item pro recipere ſic ſuſcipere in fidem l. 8. C. quod cum eo. Interdum tamen idem valet quod concipere, l. ex facto. 17. D. ad Treb. inde ſuſceptus pro editus & natus. Sic ſuſceptus filius, l. 25. D. de ritu nup. Briſſ.

SVSCIPERE aliquem l. 132. ff. de verbor. oblig. id eſt in fidem & clientelam accipere. Quidam, inquit, cum filium alienum ſuſciperet. Prat.

SVSCIPERE æs alienum, id eſt conſtituere ſe debitorem, alterius nomine l. 39 vlt. ff. de juriſdict. Briſſ.

SVSCIPERE cognitionem in l. 8. & l. 9. ff. de offic. præſid. Plinius libro 6. Epiſt. ad Cornel. Hæredes cum Cæſar eſſet in Dacia, communiter epiſtola ſcripta petierant, vt ſuſciperet cognitionem. Briſſ.

SVSCIPERE hæreditatem: fideicommiſſum: aduocationem: administrationem. Briſſ.

SVSCIPERE delationes, i. e. onus denunciandi & deferendi, l. 5. in princ. ff. de jure fiſci. Briſſ.

SVSCIPERE judicium ſeu excipere reus dicitur, l. 7. ff. de petit. hæred. l. 7. §. vlt. l. 9. §. ei tutori, ff. de tut. & rat. diſt. Et ſuſcipere litem l. 64 ff. de procuratoribus. Sed & judex qui judicandi in ſe neceſſitatem recipit, ſuſcipere judicium dicitur, l. pen. ff. de vacatio. muner. Schard. ex Briſſ.

SVSCIPERE obligationem, l. 45. ff. mand. Briſſ.

SVSCIPERE in ſe periculum, quod eſt teneri de caſu fortuito, l. opus, ff. locat. l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caut. Spieg.

SVSCIPERE pro accipere: ſic ſuſcipere ancillam temporarij miniſterij cauſa, l. 5 C. commodati. Briſſ.

SVSPECTÆ vitæ pater, l. filiusfamilias, §. ſed & filiafamilias, ff. de procur. Spieg.

SVSPECTI crimen id eſt, criminatio & accuſatio ſuſpecti. Vlp. in l. 1. §. 1. de ſuſpect. tutor. Sciendum eſt ſuſpecti crimen ex l. 12. Tab. deſcendere. Prat.

SVSPECTO decedere dicitur, quem non ſua morte, ſed violentia deceſſiſſe ſuſpicamur, l. portiones, 31 ff. de ijs vt indig. Br.

SVSPECTVS tutor, de quo eſt ſuſpicio, quod non ex fide adminiſtret: & qui moribus talis eſt, vt ſit ſuſpectus, §. ſuſpectus & §. ff. Inſt. de ſuſpect. tut. l. ſuſpectus, & l. ſcire oportet, ff. de tut. & curat. dat. ab his, Item qui operam ſuam in inuitum ingerit, l. quæ omnia ff. de procur. Spieg.

SVSPECTVS tutor eſt, qui non ex fide tutelam gerit, licet ſoluendo ſit, §. ſuſpectum. Inſtit. de ſuſpect. tut. Nam qui fraudulenter tutelam adminiſtrauit: etiam ſi ſatis offerat, vt ſuſpectus remouetur. Tutorem enim non facultates, ſed fraudulenta adminiſtratio & callida conuerſatio ſuſpectum faciunt, l. 31. ff. de reb. auct. jud. Itaque ſi in tutela graſſatus eſt aut ſordide egit vel pernicioſe pupillo, vel aliquid intercepit ex reb. pupillaribus, jam vt ſuſpectus remouetur, l. 3. §. nunc videamus, ff. de ſuſpect. tutoribus. Apparet itaque ex fide & diligentia & maleuolo propoſito magis, quam ex facultatibus ſuſpectum tutorem argui. Quod in hærede quem vt ſuſpectum Prætor dimouere vetuit: contra eſt qui ex ſolis facultatibus ſuſpectus exiſtimatur d. l. 31 & l. 7. §. qui ſciens, ff. pro empto. Dicunt autem promiſcue Iureconſulti pro eodem ſuſpectum facere, & ſuſpectum poſtulare l. 1 §. conſequens, l. 3. l. 7. ff. de ſuſpect. tut. l. 6. ff. rem rat. hab. l. 39. ad fin. ff. de procur. l. 14. §. 1. D. de ſolutio. l. 8 § pen. ff. de admin. tut. l. vlt. ff. qui per tut. Vnde ſuſpect. poſtulatio & accuſatio, l. 3 §. ſi quis affuturus, ff. de ſuſp. tut. l. 1. §. ſuſpect. ff. ad Turpil. l. 5. §. geſsiſſe, ff. de admin. tut. Br. Prat.

SVSPECTVS tutor vel curator eſt (quantum ad crimen, quod ex lege 12. tabul. deſcendit, attinet) qui tutor vel curator fraudulenter & negligenter in rebus pupilli vel adoleſcentis verſatur. Vult. in Comment. Inſt. de ſuſpectis tutoribus vel curatoribus in pr. nu. 1.

SVSPENDERE, pro differre Sic dicitur ſuſpendi actus l. vltim. ff. commun. præd. ſic quoque dicitur ſuſpendi ſtipulatio, cognitio, &c. Briſſ.

SVSPENDIOSVS, qui ſuſpenſus eſt, cui vita ſuſpendio adempta eſt, Vlpia. l. 11. §. 3 ff. de his qui not. infam. Non ſolent autem lugeri hoſtes, vel perduellionis damnati, nec ſuſpendioſi, nec qui manus ſibi intulerunt, Plin. lib. 28. c. 2. Laqueum ſuſpendioſi circumdatum temporibus capitis dolorem ſedare. Recte autem idem Plin. ejuſdem libr. c. 4. Pœnam laquei præpoſteram eſſe ait, ex eo, quod includatur ſpiritus, cui exitus quærendus eſt. Prat.

SVSPENSA bona dixit Seneca, quæ venalia pendent in tabula proſcripta. Et ſuſpenſis amici bonis, inquit, libellum dejicio, creditoribus ejus me obligaturus. Sic tranquillus, Lege prædiatoria in vacuum pependerit. Prat.

SVSPENSIO dicitur diſpoſitio, vt in c. quæſenti, de verb. ſign. & ſuſpenſus depoſitus dicitur, Io. Bello. Etym.

SVSPENSIO pœnæ genus apud Pontificios c. veritatis, de dol. & contum. Io. Andr. Clem. ff. de pœnis. Prat.

SVSPENSIO eſt duplex: vna corporalis, ſpiritualis altera. Corporalis quâ quis in furcas tollitur c. ſi non licet 23. q. 5. & c. fin. ead. cauſ. & quæſtione. Prat.

SVSPENSIO ſpiritualis canonica, vel eccleſiaſtica, quæ contingit in officio, vel beneficio vel vtroque, cap. eos, qui 23. diſtin. Prat.

SVSPENSVM dicitur id, quod excedit domos, vel vltra eas extenditur, quod ſi ceciderit & alicui nocuerit, vel damnum intulerit in via publica cuoti tenebitur dominus domus illius, de qua damnum illatum eſt, vt ff. de his qui deiec. vel effud. per tot. Old. Prat.

SVSPICIO à ſuſpicor, ſuſpicari, quod ſignificat cum timore quodam ea adſpicere, de quib. dubitatur: eſt ipſe ſuſpicandi actus. Quare junctum cum Venio, ſemper accipitur paſsiue, vt Venit in ſuſpicionem, ſuſpicioſus, actiue & paſsiue. Old. Prat.

SVSPICIONEM itaque ſic definiemus. Eſt actus per quem in dubitationem trahimur, timentes de aliquo, ne læſionem adferat, priuatim, aut publice. Prat.

SVSPICIO autem eſt triplex, 1. Cum debitores noſtros alieno

ęri obnoxios, ſuſpicemur abitionem meditari, ne carceri mancipentur, quoniam ſoluendo non ſunt, vel quod incipiunt diſſipidare & diſtrahere omnia fere bona. Hæc nuncupantur ſuſpicio fugæ. Quæ ſolet priuatum, nec adeo magnum adferre detrimentum in Repub. ideoque non cenſetur crimen. Vlpia. ff de Priuileg. credito. Vide l. ait prætor. §. ſi debitorem, ff quæ in frau. cred. leg fin. C. de feri. Et vtrobique Bart. l. II. Eſt quædam ſuſpicio aduerſus judicem non ſolum delegatum, verum etiam ordinarium. Nam cum magiſtratus ſæpe religionis ſuæ obliti, pernicioſiſsime judicando nocean, rectiſsime conceſſum eſt, omnes ex ſuſpicionis cauſa recuſari. De judice delegato tractatur in l. apertiſsimi, & l. vlt. C. de judic. De ordinatio autem extat Nouell. vt præſides, qui interpellan. §. quod ſi reſuueniat. Conſt. 76. III. Eſt quædam denique ſuſpicionis ſpecies ex eo nata, quod tendit ad lædendum publice aut priuatim, quæ Pertinent ad actionem de poſtulatione ſuſpecti. Old. Prat.

Svstentare ſe, i. alere, l. 5 ff. de ventre in poſſeſſ.

Svstinere, pro differre, reſeruare, reijcere. Calliſtrat. l. 36. ff. de jud. Ex juſtis cauſis, & ex certis perſonis ſuſtinendæ ſunt cognitiones. Humanum eſt in ſimilibus cauſis cognitionem ad aliquem modum ſuſtinere, Hot. Prat.

Svstinere actiones, differre, ſuſpendere Pomp. l. 31. ff. de jur. fiſc. Verum jus fiſci ante executiendum ſit, & ſuſtinendę actiones cæterorum, &c. Vlp. l. 1. §. 3. ff. ſi fam. fuit fec. Tandiu aliorum nomine actio ſuſtineri debebit, quandiu priore judicio poteſt actor conſequi: ſic pœnam ſuſtinere. Idem l. ſi quis, 6. §. quid tamen 7 §. ff de injuſt. rupt. Pœna tamen ſuſtinenda eſt quoad princeps reſcripſerit ad literas Pręſidis. Hot. Prat.

Svstinere partes actoris & petitoris, i. gerere. l. 7. §. vlt. ff. de lib. cauſ. Briſſ.

Svstinere capitis diminutionem, i. pati l. 2. C. de legit. tut.

Svstinere etiam ſignificat ferre, vt ſuſtinere onera, item repręſentare perſonam; item pro exhibere, alere, ſuſtentare, ſumitur Briſſ.

Svstinere controuerſiam fruſtra, id eſt injuſte conueniri l. 2. C. de N fil. pro pat. Briſſ.

Svstineri, differri & inhiberi ad tempus ſignificat. ſic ſuſtineri judicium, præſtatio dicitur, l. 14 §. vlt. ff. de li. cau. l. 5. §. vlt l. 7. §. 1 ff de pet. her. Briſſ.

Svsvm verſus, antiquum eſſe puto: ſi modo non fallit, qua tamen alia emendatior hactenus non eſt, Haloandri editio, pro ſurſum verſum, in vulgatis legitur. Spieg.

Svsvrro, qui occulte maledicendo odium in aliquem, aut diſſenſionem molitur.

Svvm verbo, dominium ſignificari, & ea tantum quæ vindicari à nobis poſſunt, non etiam quæ in nominibus ſunt ſuorum appellatione contineri traditur in l. 27. § argento. & l. 34. ff. de auro arg. Gœd. in comm. ad l. 239. n. 9. de ver. ſig. Sed nec quæ pignori tenentur, ſuorum appellatione veniunt. l. 9. § vlt. ff de ſupell. leg. l. 74. de legat. 3. Ambiguum vero eſſe cum quis ſuum dicit, verum de toto, an de parte ſignificet, Pompo. in l. 39. §. vlt. ff. de verb. ſign. ſcribit; quoniam & id noſtrum eſt, quod nobis cum alio commune eſt. Cum quis ſuos ſeruos dicit, hi deſignari videntur, quos paterfam. ſuorum numero habuit, & qui pleno jure ejus fuerunt. In his vero fructuarij ſerui non continebantur, nec venales habiti ſerui, ſerui plane cum alio communes & bona fide poſſeſſi, & quorum vſusfructus alienus ſit, continebantur. l. 71. l. 73 l 74. ff de leg. 3. Briſſ. Prat. Vide & ſupra in verbo Meorum, & Gœddæum in l. meorum, 91. de verb. ſign.

Svvm conſequi & recipere creditores pro eo, quod ſibi debetur, conſequi, Iureconſulti eleganter dicunt. Vnde Vlpia. in l. 7. §. apud Labeonem, ff. quæ in fraud. credi. eum ait qui ſuum recipiat, nullam videri facere injuriam, hoc eſt, eum qui quod ſibi debetur receperit. ſic & in l. 55. §. quod ſi res, ff. de re jud. l. 96. §. 1. ff. de ſolut. lib. 44. ff. de cond. indeb. l. 4 §. idem Iulianus, ff. de doli except. l. 12. ff. de nouatio. l 37. ff. de jur. fiſc. l. 7. de ceſſio bon. In eam denique ſententiam ad ſuum peruenire dicunt l. 1. ff. quod certo loc. l. 1. §. illud verum, ff. ſi quis ſeſtam. li. Briſſ. Prat.

Svæ ætatis eſſe dicuntur, qui minorem ætatem exceſſerunt, l. 27. ff. de neg. geſt. l. 5. § item ipſe tutor ff. de auctor. tut. ſi tamen teſtator alicui ita legauerit, cum ſuę ętatis erit factus, facti quæſtionem eſſe Vlpia. ſcribit, verum de pubertate, an de 25. annis ſenſus ſit, l. 50. in fi. ff. de leg 3. Hoc exemplo credo Tribonianum in Alexandri reſcripto verba hæc, Suæ ętatis factus ſit, interpretatum, l. ſi pupillarem ætatem exceſſerit. l. 3. C. de ſeſta. tut. Furioſus ſuus non eſſe dicitur, id eſt, apud ſe non eſſe l. 7. §. adeo, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. Prat. Briſſ.

Svæ poteſtatis fieri dicuntur ſerui manumiſſione, l. vlt. ff. de liber. cau. In eundem ſenſum ſuæ auctoritatis dixit Spartian. in Hadr. Decoctores, ait, bonorum ſiſuæ auctoritatis eſſent catamidiari, in amphitheatro & dimitti juſſit. Briſſ. Prat.

Sva morte decedere dicuntur, qui naturali morte & natura ſua obeunt, l. vltim. §. 1. ff. de bon. damnat. Cujus §. verba reperita ſunt, licet diuerſo auctoris titulo prælato in leg. 28. ff. de bonis libert. Sueto in Iulio cap. vlt. Percuſſorum autem fere neque triennio quiſquam amplius ſuperuixit, neque ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes, alius alio caſu perijt. Significat enim omnes biothanatos fuiſſe, vt cum Firmico loquar. Trebellius Pollio in Herennia tyranno. Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte ſua eſſe conſumptos. Briſſ. Prat.

Sic ſua natura rem intercidere accipimus in l. 14. §. vlt. ff. depoſ Briſſ.

Svi juris eſſe dicuntur, qui nullius poteſtati ſubiacent, ſed propriæ ſunt poteſtatis & proprij arbitrij titul. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. Qui & ſuæ poteſtatis eſſe dicuntur, l. 4. ff. de his qui ſunt ſui, l. 17. ff. de his qui not. infam. l. 43. ff. de obligat. & actio. l. vlt. C. de lib. cauſ. & ſui arbitrij, l. 22. ff. de ritu nupt. Briſſ. Prat.

Svi & neceſſarij hæredes ſunt liberi qui in poteſtate parentis fuerint, quos nemo antecedit. Sui autem ideo appellantur, quia domeſtici hæredes ſunt: & viuo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur. Neceſſarij vero ideo dicuntur, quia omnino ſiue velint, ſiue nolint tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ex lege 12. tab. hæredes fiunt, ait Imp. §. 2. de hęr. qualit. Vel ſic:

Svi & neceſſarij hæredes dicuntur, qui in morientis familia proximum ab eo gradum obtinent: veluti filij, aut ijs de familia ſublatis, nepotes, & qui deinceps item vxor, quæ in manum conuenit; item nurus, quæ in manu filij eſt, quem in poteſtate habemus. Vlpia. tit. 4. Sui autem ideirco appellabantur, quoniam patreſfam. mortuo non tam alienarum, quam ſuarum quodammodo rerum plenum integrumque dominium adipiſcuntur; quarum etiam illo viuo hæredes (quo verbo veteres dominium intelligebant) lege 12. Tabularum deſignati erant. Neceſſarij autem dicuntur, quoniam eadem lege cogebantur hæreditatem retinere, l. 2. ff. de lib. & poſthu. l. 57. de acqu. hær. Hot. Prat.

Svi pro Noſtri Paul. l. 20. ff. de nouat. Nouare poſſumus, aut, ipſi ſi ſui juris ſumus: aut per alios qui voluntate noſtra ſtipulantur. Hot. Prat.

Svi jus, vide Ius ſui. Atque inde eſt quod

Svi dupliciter dicuntur, quod quidam ſui ſunt in primo gradu, vt filij quidam vlterioris gradus vt nepotes: qui non quidem ſui ſunt, ſed eſſe poſſunt, filijs ſcilicet mortuis, Connan. lib. 10. c. 1, num. 4.

Svi poſthumi dicuntur, qui tempore teſtamenti ſi nati ſunt habentur in ſuis hæredibus: vt poſthumus aut mortuo filio poſthumus nepos lib. 10. c. 4. n. 10.

Svitatem vulgus vocat ſui hæredis qualitatem, Græcis autem *γνησιότητα*, in qua definienda valde nonnulli laborant, in l. qui ſe patris. C. vnde liberi cum ex conjugato vocabulo, hoc eſt ſui ſatis ejus ſignificatio liqueat. Quanquam ſuitatem nuſquam apud veteres reperias, ſed tamen in bis quæ vſu paulatim recepta, & ad docendum apta ſunt, non nimis ſuperſtitioſe Grammaticorum canonibus obſtricti eſſe debemus: Alciat. Suitatis voce, quam à dictione Sui, interpretes deduxerunt, non raro vti ſolet: eamque ſic recte finit: Suitas, eſt hæredum qualitas, qui primum in poteſtate paterna locum obtinent, continuationem dominij, neceſſitatemque ſucceſſionis inducens §. ſui autem. Inſt. de hæred. qual. Videntur autem ij hæredes quodam modo ſibi ipſis ſuccedere, cum viuente quoque patre domini cenſeantur, l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. & ideo ſui appellantur. Spieg. Prat. v. & Corraſ. 1. Miſc. 2. nu. 12. 3. & ſeqq & Miſc. 16. n. 9. Vultei. in comm. Inſt. ad tit. de exhæred. liber. in pr. n. 9.

Svo Marte. Lege, Marte ſuo,

Svo nomine agere, l. 5. §. De doli mali except. Suo quoque nomine patet vel domini conueniri dicuntur, quando in ſolidum, non de peculio, vel in rem verſo in eos actio intenditur, l. 6. § pen. ff. quæ in fraud. cred.

Σωρείτης cauillationis genus, qua ab euidenter veris ad euidenter falſa gradatim & per breuiſſimas mutationes deducimur, l. 177. ff. de verb. ſign. Ab alijs aceruus vocatur. Inuentum à Chryſippo, Diogen. Laert. ſcribit. Briſſ.

Svorvm, vel meorum appellatione, non ſolum intelligenda ea ſunt, quæ noſtra ſunt: ſed etiam ea in quibus jus aliquod habemus gl. & Bald. in l. 2. ad princ. de orig. jus. gl. in l. ſi. & me & Titium, ſi cert. pet. in l. 1. ſub fin.

Svorvm duo ſunt genera, nam alij natura ſui ſunt, nimirũ filij, filiæve; alij ſucceſſiue, nimirum nepot aut poſteriores, qui in filiorum non etiam filiarum locum vacuum & deſtitutum ſubeunt: veluti ſi vno filio mortuo (nam ex filiabus prognati ſui eſſe non poſſunt) nepotes ex illo ejus in gradum ſuccedant. Lex enim eis patria ſui jus ſic attribuit, vt illi patrem ſuum repræſentent, tametſi non idem omnino jus eis conceſſerit, l. 3. C. de ſuis & legit. l. 1. §. ſi filius. ff eod. l. 2. & l. 3. C. de legit. libert. Gallus, §. ſeq. ff de liber. poſthu. Hot. Prat.

Svos in l. 8. 12. & 39. Cod. qui accuſar. non poſſ. accipimus parentes, liberos, patronos, patronas, eorumque filios filias, nepotes neptes, conſobrinos & propinquos, l. 1. ff. de accuſ. Prat. Briſſ.

Svos

Svos in legatis præcipue ſeruos, vel ancillas, eos accipimus, autore Vlpia. qui ſunt pleno jure teſtantis, inter quos fructuarij non continentur, ſed qui bona fide teſtatori ſeruiunt, l. ſuos autem, ff. de leg. 3. Prat.

Svos hæredes liberos in poteſtate poſitos vocamus, qui primum poteſtatis locum obtinent, quaſi domeſtico, & familiares hæredes, cum viuo quoque patre quodammodo domum habere exiſtimentur, nec tam in nouum dominium ſuccedere quam vetus continuare videantur, magiſque ad propria aut debita, quam ad aliena bona vocentur, §. ſed ſui, Inſtit. de hæredum qualitate & differentia, l. 11. ff. de liber, poſth. l. 12. ff. qui teſt. fac. poſſ. Et apud Plin. Panegy. Qua de cauſſa ſui hæredes illico apparent & exiſtunt, & ipſo jure hæredes deprehenduntur, nec aditione egent, l. pen. § ſi patronus, ff. de bon. libert. l. 14. ff. de ſuis & legit. Suos hæredes ait Vlpia. in l. 1. §. ſuos, ff. de ſuis & legit. accipere debemus filios, filias ſiue naturales ſiue adoptiuos. Calliſt. in l. 220. ff. de ver. ſign. Liberorum ait, appellatione nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his deſcendunt, continentur. Hos enim omnes ſuorum appellatione lex 12. Tabul. comprehendit. Caius lib. 2. Inſt. tit. 8. Sui hæredes ſunt filius, filia, nepos vel neptis, pronepos, proneptis ex nepote, & omnes per virilem ſexum deſcendentes. Similiter & poſthumi, qui ſi viuo patre nati fuiſſent, in poteſtate futuri erant: ſui hæredes ſunt. Priſcia. lib. 17. Suus Ciceronis filius hæres eſt patria conſtitutos. Suus enim dicitur ad diſcretionem illius, qui ſecundum leges ſuus non eſt, id eſt, ſub poteſtate patris naturalis, conſtitutus. Sic & ſuum hæredem accipe in l. vlt. ff. de collat. bonorum, Briſſ. Prat.

Svvm eſſe, & jus ſuitatis habere inter ſe differunt. Omnis enim qui ſuus eſt, jus habet ſuitatis, non item omnis is, qui jus habet ſuitatis, ſuus eſt, Vulte. in comm. Inſtit. ad §. cæteros. 3 Inſt. de hæred. qualit. & differ.

Svvm eſſe & inter ſuos vocari differunt. Nam qui vocantur inter ſuos, reuera non ſunt, ſed ſuorum duntaxat loco habentur, eo quod idem jus in ſucceſſione conſecuti ſunt, quod habent illi, qui reuera ſui ſunt, idem Vulte. ad §. fin. 4. Inſt. de hæred. quæ ab inteſtat.

Svvs & Sui dicuntur proximiores ex agnatis l. vlt. ff. de gradib.

Svvs hæres is dicitur, qui quaſi proprius & dominatos, nec aliunde accitus eſt, quaſique ſui ipſius hæres. Hinc Iuſtin. eſſe exiſtimat filium, filiam, nepotem, neptémve ex filio, & deinceps cæteros liberos, qui in poteſtate morientis fuerunt, & primum locum obtinent. Et quia hi viuo patre quodammodo domini bonorum exiſtimantur, & poſt mortem patris liberam bonorum adminiſtrationem conſequuntur, ſui hæredes appellantur, dicuntur etiam à Iuriſconſultis neceſſarij, eo quod ab inteſtato, & ex teſtamento inuiti hæredes fiunt ex hujuſmodi lege 12. Tabul. Inteſtatorum hæreditates primo ſuorum hæredum veliot, no[illegible] ſunto. His deficientibus adgnatus proximus familiam habeto: Prætor tamen ſecundum Cajum, & alios legumlatores, poteſtatem facit liberis puberibus ſiue impuberibus ſe abſtinendi ab hæreditate, vt quamvis jure ciuili creditoribus hæreditariis teneantur, tamen in eos (ſi velint relinquere hæreditatem) actio non detur. Vt autem Diocle. & Maxim. ſcribunt, lex ipſa 12. Tabul. in poſthum. ſuo obtinet, Vnde ſi quis poſthum. & agnatum relinquat; poſthumus ab inteſtato præfertur, Quinimo ſi filius, & ex altero filio, qui mortuus ſit, nepos exiſtat, euidenter lege 12. Tab. caueri, prædicti Imperatores Frontini reſcripſerunt, vt pariter inteſtato defuncto ſuccedant. Apoſtolus quoque dixit: Si filius eſt, ergo hæres. Quod ſi ſuus hæres non exiſtat, adgnatus proximus, hoc eſt, quotquot ſunt in eodem gradu (ſic enim præclare Iuſtin. interpretatus eſt, ſiue alius adgnatorum gradus exiſtat, ſiue non exiſtat. Nam Proximus adgnatus in ipſa lege 12. tab. etiam ſolus habetur, vt Pompo. enarrat. lib. vltim. Pandect.) hæreditatem capiunt. Quemadmodum igitur teſtandi cauſa ex voluntate relinquentis bona ſua dependet, ita ſucceſſio ab inteſtato gradus habet, ne tota cognatio ſimul irruat in bona. Ne igitur de iis plura ſcribamus, jam apparet abunde quis dicatur ſuus hæres. De cujus vocis ſignificatione à Socino Angelus Politianus interrogatus obmutuit, cum tamen gloriatus eſſet in gl. jur. ciuil. ſe vel Accurſum ſuperaſſe poſſe, quemadmodum refert Alc. in ſi. lib. 4. de verb. ſig. Cæterum, de hujus vocis vſu multa eleganter videre eſt apud Bud. in Græc. ling. Commen.

Svvs hæres eſt, qui in poteſtate patria teſtatoris exiſtens, proximum ab eo gradum obtinet hæreditatis tempore, puta filius, filia, atque his remotis, nepos neptis, & in ſumma per virilem ſexum deſcendentes omnes, qui in poteſtate defuncti, mortis tempore proximi fuerunt. Vult. in Comment. Inſtit. de hæred. qualit. §. 2 n 1.

Svvs, ſuæ poteſtatis, vt Meus apud Perſium:

Vindicta poſtquam meus à Pratore receſſi.

Iuſtin. §. 5. ad SC. Tertyll. ſed & filiæ ſuæ mortuæ filius vel filia præponitur: id eſt, quæ ſui juris eſt, ſuæque poteſtatis. Sic Plaut. in Perſa, vbi lenonem inducit, qui ancillam manumiſerat: Ita ancilla mea quæ fuit hodie nunc eſt ſua. Et apud Cic. lib. de repub. 3. Eſt enim genus injuſtæ ſeruitutis, cum ij ſunt alterius, qui ſui poſſunt eſſe. Hot. Prat.

Svvs dicitur, quod ſit domeſticus in propriis quodammodo exiſtens, ex quo dicitur Suitas, quæ eſt heredis ſui qualitas, dominij continuationem, neceſſitatemque ſucceſſionis ipſo jure inducens. Vult. in Comm. Inſt de exhæred. libero in pr. n. 9.

Svvs etiam, pro eo qui in ſua poteſtate eſt, alio modo dicitur veteſte: id eſt, ſanæ mentis. Vlp. l. Fulcinius, 7. § adeo, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. Furioſus hanc venditionem pati non poteſt, quia non ſe occultat, qui ſuus non eſt Cic. Tuſcul. 3. Itaque nihil melius, quam quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, cum exiſſe è poteſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur: aut libidine, aut iracundia: qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum eſt. Hot. Prat.

S Y.

Sycaminon, morus Ægyptia, qua vi ſolent in aggeribus Nili, per quos incrementa ejus diſpenſantur, & coercentur: ait Vlp. l. 10. ff. de extraord. crim. Hot. Prat.

Sycomorvs ficus Ægypti, fatua & ſterilis. Iuriſc. de extraord. crim. l. ſaccularij. Si quis, inquit, arborem ſycomororum exciderit, Nebr.

Sycophanta, litis leuiſſimæ etiam accuſator. Cum enim apud Athenienſes fici eſſent in pretio, mulcta indicebatur his, qui eas auferrent; vnde qui aliquem accuſaret hujus criminis ſycophanta dicebatur: σῦκον, ficos eſt. Hinc cœptum eſt trahi ad calumniatores, & viros nihili. l. verbum. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. ἐσυκοφάντησε h. e. calumniatus eſt. Alc. libro 3. diſput. c. 26. Vnde Sycophantica ſeu Sophiſtica, eſt ſtudium captionum, calumniarum in doctrina, artibus, negotiis, judiciis. Hæ ſunt præcipuę peſtes Eccleſię, & Rerum publicarum. Spieg. Adde Gell. lib. 4. c. 14.

Syllaba, Vide l. qui habet, ff. de manumiſſ. teſtam.

Syllogismvs cornutus, apud commentatores ſatis illorum eſt vocabulum, pro eo quod Græcis dilemma eſt, & Latinis complexio hoc eſt Bicorne argumentum.

Sylva cædua, quæ in hoc habetur, vt cædatur, vel quæ exciſa rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur. l. ſylua cædua, ff. de verb. ſigo. Porro teſt Paulu, l. ſi abſente. ff. de vſur. Syluam cæduam, etiamſi intempeſtiue cædua ſit, vt ſtuctu eſſe conſtat: ſicut oliua immutare lecta, item fœnum immature cæſum, in fructu eſt. Spieg. Adde Conn. lib. 4. c. n 4.

Sylva cædua Gœddæo ea eſt quæ in hoc habetur, vt cædatur, & ſucciſa ex ſtirpibus radicibuſque repullulet, ac renaſcatur, ad l. 30. n. 4. de verb. & rer. ſig.

Sylvam quaſi ſolitam dici quidam exiſtimat. Sed ego puto melius ἀπὸ τῆς ὕλης, quæ quidem dictio præter id, quod materiam rudem & informem ſignificat accipitur etiam ἀντὶ τοῦ δρυμοῦ, ſignificatque σύνδενδρον τόπον, vt eſt apud Etymolog. Itaque Græca imitatione Hyle à noſtris ſylua dicitur. Vnde arbores quæ in materiam, vel vites quæ in ſarmenta eluxuriant, à Græcis dicuntur ὑλομανεῖν, quod Syluefcere Latinis dicitur, autore Gaza: quemadmodum ἐξυβρίζειν cum ſegetes luxuriant, & nimia pabuli vbertate laſciuiunt, Budæo teſte. Sed & Sylua, verbum Syluefcere generaliter & ad arbores pertinet, & ad herbas Virg. lib. 1. Georg.

------Subit aſpera ſylua
Lappaq; tribulique interq; nitentia culta,
Infœlix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

Et Ouid. lib. 11. Metamorph.

-------Syluiſq; paluſtribus exit.

Et idem lib. 3. Metamorph.

Nam dua magnorum viridi coeuntia ſyluis.
Corpora ſerpentum.

Quibus locis ſylua herbam virentem ſignificat & luxuriantem. Huic jam d. ſententiæ adſtipulatur etiam Cujac. obſeru. lib. 10. cap. 15. vbi allegat etiam exemplum ex Cicerone vt ibi apud eum eſt videre. Syluas etiam de virib. dixiſſe Virgilium, teſtis eſt Seruius eo loco, vbi ait ipſe Virg.

Syluarumq; alia preſſos propaginis arcus.

Propria tamen ſignificatione de arborum conſitione dicitur, Virgil. lib. 1. Georg.

Concuſſaque famem ſyluis ſolabere quercu.

Quamvis autem generalis ſyluę ſit appellatio, id tamen diſcriminis ponitur inter ſyluam, lucum, nemus, & ſaltum, quod Sylua cædua ſit, quæ exciſa ſcilicet, repullulat. Lucus vero cæduus non eſt, quia potius manu conſitus religioſuſque atque alicui Deo, vel hominis alicujus cineribus conſecratus. Ouid. lib. 2. Faſtor.

-----Multiſque incæduus annis,
Iunonis magna nomine lucus erat.

Nemus (quod etiam à Græcis νέμος ἀπὸ τοῦ νέμω dicitur, quod in eo greges armentaque paſci ſoleant) eſt locus amœnitatis ac voluptatis plenus Virg. lib 4. Æneid.

In nemus ire parant, vbi primos craſtinus ortus.

Extulerit Titan radiiſque retexerit orbem.

Martial lib.10.Epigram.

Et delicata laureum nemus Flora.

Et iterum lib.9.

Tu colis elyſios nemoriſque habitator amœni.

Saltus autem eſt ſylua, inuia nec peruia tranſeuntibus, vbi paſci atque æſtimare pecudes ſolent: aut ſi locus aſtque pariatur hyemate. Sic ferme Laur. Vallen. lib.4. Virg. lib.4. Æneid.

Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt.

Et alibi: .... *Saltuſque peragrat.*

Dictæos: hæret lateri lethalis arundo.

Brechæus & Gœdd. in l. ſylua cædua eſt, ff. de ver. & rer. ſign.

SYLVA palaris, quæ palos profert, apud Vlp. l. ſi fundi, §. fin. ff. de vſufr. Spieg.

SYLVA paſcua dicitur, quæ paſcuis pecudum puta ſuum, ouium, deſtinata eſt. l. ſylua. ff. de verb ſig. Gœdd.

Σύμβολα in teſtamentis ſunt æs, & libra. Cuja ad rubr. ff de verb. oblig. Prat.

SYMBOLA quoque dicuntur ea quæ in omni actu legitimo fere interueniunt, vt in emancipatione alapa: in mancipatione æs & libra: in erectione digitorum crepitus, vide Cuja. & Gotbof. ad Nou.18. in præfat.

SYMBOLA vulgo comeſſalia dici ſtrure, non oportet, a. 44. diſtin.

Σύμβολα apud Iuſtinianum in Nouel. Conſt. 81 dicuntur Codicilli. Sunt autem diplomata, quæ continent teſtimonium collati à Principe publici muneris, vtiturque hac voce in eadem ſignificatione noſter Hermogenianus. Et apud Suetonium in Claudio legimus Codicillos datorum officiorum. Balduinus comment. Inſt quib mod. ius patriæ pot. ſoln.

SYMPHONIA, chorus ſymphoniſtarum, id eſt, eorum qui concentum efficiebant. Cicer Verrin.6. Cum in eis conuiuiis ſymphonia caneret, maximiſque poculis miniſtraretur. Prat.

SYMPHONIACI ſerui erant hi, quibus antiqui vtebantur, vt in claſſe claſſicum pugnantibus canerent, vt docuit Aſcon. referens, cani remigibus celeuma per ſymphoniacos ſeruos ſolitum olim eſſe. Vlp. l. ſed etſi quid § 1. ff. de vſuf vbi adfert abuſiuum exempla, vel de ſymphoniaco, inquit atrienſem Paul. in l.22. § ff. ad leg. Aquil. Veluti ſi quis inquit, ex Comœdis aut ſymphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularum vnum vel vnam occiderit. Cicer. in lib. de Diuinatione. Ab hac, inquit, muliere præfectus Antonij quidam ſymphoniacos ſeruos abducebat per injuriam quibus ſe in claſſe vti velle dicebat. Briſſ. vide Budæum in l.1. ff naut. caup. ſtabul.

SYNAGOGA, à congregando dicta, vſitatiſſime dicitur locus aut domus in quo Iudæi docendæ ac diſcendæ religionis gratia præſertim extra Ieroſolymam, congregabantur. Nam Ieroſolymæ id in ipſo templo factitabant: in quo ſolo offerre, ac ſacrificare eis licebat. In hac ſignificatione vox hæc valde crebro in Euangeliſtis & actis legitur. Raro pro cœtu ipſo ponitur, vt Actor.13. Soluta autem ſynagoga ſeu congregatione ſecuti ſunt multi Iudæi Paulum orantes, &c. Hinc fit vox ἀποσυνάγωγος, alienus à ſynagoga, quæ excommunicatum ſignificat: quod vulgata inepte vertit. Ioan.9. vt qui confiteretur eum, extra ſynagogam fieret. Et multo ineptius ac obſcurius Io.16. Abſque ſynagogis facient vos: cum ſenſus proprie ſit: Excludent vos ex cœtu ac populo Dei: habebunt vos pro Ethnicis ac publicanis. Hinc porro obtinuit, vt apud Theologos ſynagoga cœtus Iudæorum & etiam aliorum impiorum vocetur ſicut Eccleſia, populus Dei. Synagogas tantum loca conuentuum Judaicorum, & Synedria Græcorum aut gentilium quidam volunt vocari, ſed falſo. Nam ſynedrij crebra fit mentio in Nouo Teſtamento, vt Matth. 5.10.26. Marc.13. & alias. Scimus autem Moſen cum oneri non ſufficeret, 70. ſibi aſciuiſſe judices, qui populum vna cum ipſo regerent: Exod.18 Iam vero Iudæi à Babylonico exilio reuerſi, Synedrion habuerunt, quod corrupte Sanedrio vocarunt, ex 70. judicibus, Vt autem fieri ſolet in talibus numeris, cum de Synedrio ſermo erat, tantum dicebant 70. judices: ac eos ex poſteris Dauidis electos fuiſſe, teſtis eſt Philo, vt poteſtas aliqua maneret in Regia ſtirpe. Videtur tamen aliquando appellatiue accipi, pro quouis judicio, aut conſenſo judicum, vel Senatorum, vt Matth.10. Tradent vos in Synedria. Sic Marc.13. Tradent vos in Synedria & Synagogas.

Συνάλλαγμα dicitur à σὺν, quod eſt ſimul, & ἀλλάξω viciſſim, & verbo ἀλλάσσω deſcendit, quod mutare vulgo ſignificat: quaſi contra ſeu viciſſim actum, id eſt, mutuum factum obligatorium. Eſt ergo Synallagma, cum vltra verba contractus aliquid vtrinque agitur, quoties ſcilicet ex vtriuſque parte aliquid fit, quo vterque obligatus eſt: vt Do tibi Stichum, vt Pamphilum manumittas. Vlp. l.7. ff. de pact. Ded. tibi rem vt mihi aliam dares: dedi vt aliquid facias: συνάλλαγμα eſſe. & hinc naſci ciuilem obligationem: & paulo poſt. Eſſe enim contractum, quod Ariſto συνάλλαγμα dicit, vnde hæc naſcitur actio. Alc. de verb. ſig. Adde Conn. lib 5. cap. 2. n. 1.

Συνάλλαγμα Græcis negotium geſtum & vltro citroque obligationem ſignificat, l.7. ff. de pact. Briſſ.

Συναρπαγὴ, in Nouel 152. obreptio. Prat.

Συνείσακτοι mulieres vocabantur, quæ apud Epiſcopos, diaconos, preſbyteros, & cæteros religionis noſtræ antiſtites vel miniſtros, vitam omnem ſuam manebant: non illæ aut matrimonij aut turpis alicujus libidinis & voluptatis, vt dicebant cauſa, atne obſequij quidem vllius domeſtici, ſed vt illis tanquam ſuæ pudicitiæ cuſtodibus ac obſeruatoribus rerumque ſuarum omnium tutoribus & conſiliatis vterentur. Corn. vide Hierony. in lib. ad Ruſticum monachum de viuendi forma, & in libro de vitando ſuſpecto contubernio, & in eodem ſermone Ioa. Chryſoſt. & Anciranum Concil. cap.18. Goth. in not. ad l. 19. C. de epiſc. & cler.

SYNCERA exiſtimatio, pro veritate habenda eſt, maxime vt ſi finis litium l. vlt ff. pro ſuo. Spieg.

SYNDICATVS. Iudices olim functi officio ſuo tenebantur in eadem prouincia, vel ciuitate, cui præfuiſſent, quinquaginta diebus. Palam commorari, vt de culpa fraudibuſque, ſi quas admiſiſſent, conuenirentur, ac rationem redderent, id quod vulgo ſubire ſyndicatum, Latine autem cauſam dicere, & cauſæ faciendæ obnoxium eſſe, nuncupamus, l. 1 Cod. vt omn. jud. tam ciuil. & milit. Nou. vt præſid. abſque vll. pec. §. neceſſitatem. Idem obſeruabatur de aſſeſſoribus & conſiliariis Iudicum l.3. de aſſeſſoribus. Spieg. Prat.

SYNDICI ſunt actores vniuerſitatum, collegiorum, ſocietatum, aliorum corporum, per quos tanquam in Republica quod communiter agi fieri oportet, agitur & fit, leg.1. § quibus autem, ff. quod cujuſque vniuerſit. Defenſores quoque ciuitatum & qui ad earum cauſas vel agendas vel defendendas eliguntur, Syndici appellantur, leg.1. §. defenſores, ff. de muneribus & honor. Briſſ.

SYNDICVS σύνδικος, defenſor, qui ab aliquo collegio, municipio, vniuerſitate, vel ciuitate ad cauſam ipſius agẽdam delectus eſt, Arcadius in l. munerum. §. defenſores, ff. de muneribus & honorib. Sic Ἔκδικοι Græcis dicebantur qui in Republica agebant domi ac foris pleniore aliquanto poteſtate, quam legati. Cic. ad Thermum lib Epiſt 13. Legatos (inquit) audio miſſos eſſe: ſed malo Ecdicos, vt aliquid confici poſſit. Caſſius tamen Cajus in l. 1. § quib. autem & § vlt. ff. quod cujuſque vniuerſit. nomi. Syndicum non videtur diſtinguere ab actore. Et Paulus in l. Item eorum, §. actor vniuerſitatis, ff. ibidem. Sed tamen in hoc ſemper obſeruatur differentia, Primum, quod officium actoris eſt generalius, cum à priuato quoque conſtituatur. Deinde, quod momentaneum ſit, pro re nata habens locum Syndici vero non æque, vt oſtendit tit. in Nouell. De defenſorib. ciuit. Vbi defenſor Latine nihil aliud ſignificat, quam Syndicus Græce. Vide c. quia in cauſis, &c. Petitio veſtra, de procuratoribus. Certe merentur laudem ciuitates, quæ habent à Côſiliis Iuriſperitos, vulgo Syndicos vocant, quorum ſtudio præcipue vtuntur in poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis, & cognitionibus cauſarum grauiorum. Old. vide & Corraſ.3. Miſc.6. nu.10.11.12.

SYNDICVS etiam eſt ciuium aduocatus juriſque publici defenſor quaſi in cauſam publicam communiter incumbens, ſeu ſingulorum cauſam dicens gloſ. in leg.1. ex verb. ſyndicum, ff quod cujuſque vniuerſ. Hinc Arcad ſing. lib de muner. ciuil. Defenſores quoque (inquit) quos Græci σύνδικοι appellant, laborem perſonalis muneris aggrediuntur. Itaque nos in jure (ait Alc. lib. 1. Parerg. cap. 5.) Arcadium ſequimur, vt ſyndicus ſit reipublicæ, vel vniuerſitatis alicuius defenſor. Hinc tit. eſt, De defenſoribus ciuitatum li. 1. Cod. Et ij quondam dicebantur viri, non ex decurionibus, ſed ex aliis delecti, tres num. quorum partes erant proſpicere, ne tenuiores, & infimæ ſortis homines, à nobilibus (vti fit) premerentur. Quomodo autem conſtituantur defenſores ciuitatis, quæ munia ſint, quibus cauſis ſe admiſcere debeant, oſtenditur in d. tit. defenſoribus ciuitat. hoc nomine vocari poſſunt, quos hodie deputatos noſtri appellant, vt ſcribit Bud. in annot. ad leg. vlt. § defenſores, de mun. & honor. Nam pro hoc videtur facere text. in tit. de ſyndico. lib 1. Decret. Vbi Gregorius, Sicut ſtudij noſtri (inquit) eſſe debet à litigiis forenſibus monachos ſubmouere, ita neceſſe eſt noſtra prouiſione, quemadmodum negotia eorum diſponi debeant, ordinare, pro qua re tibi præcipimus quatenus cum Fauſto loqui debeas, cui (ſi volueris conſtituere ei ſalario,) monaſterij generaliter debeas negotia commendare. Anch.

SYNEDRIA in quadam C conſtitut. ſunt coitiones & collegia. vide Cujac. lib.7. obſ. cap.30. Bud. συνέδριον conceſſum vertit. in poſt. adn.

SYNEDRIA conſeſſus ſenatorum, judicum concilium. extat in l. pen. C. de jud. Spieg.

Συνεφθὲν in l. rerum miſtura. ff de vſuc. interpretatur Gell. adjunctum, connexum. libro 16. cap 8 Vlpian. libro 5 cap.4. conjunctum Seneca lib.17. epiſt. compoſitum. Paul l. in rem. ff. de rei vind. & Pomponius in d. l. rerum, miſtura, cohærens. Prat. & Cujac ad jam d. l. rerum miſtura.

SYNGRAPHA dicitur ſcriptura ſiue ſchedula, quæ manu eorum

qui

qui paciſcebantur, in alicuius rei fidem ſit, vt Bud. docet. Cujuſmodi eſt, quæ ſchedula appellatur. Ex ſyngrapha agere cum aliquo eſt, litigare, de quo is ſyngrapham conſcripſerit. Cor.1. Miſcel. 18. n. 9.

SYNGRAPHA Latinis ſonat conſcriptionem, quod vtriuſque manu conſcripta, vtriſque partibus tradi ſoleat. Et in hoc ſyngraphæ differunt à Tabulis, quod tabulæ ab vna parte tantum ſeruari conſueuerunt. A chirographo, tabulis, codicillis differt ſyngrapha: quod in illis non ſcribantur niſi acta, in hac etiam contra fidem actionis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolet. Plaut. in captiu. Sequere me, viaticum vt dem à Trapezita tibi: eadem opera à prætore ſumas ſyngraphum, Tynd. quem ſyngraphum? Ægr. quem hic ferat ſecum ad legionem. Vide Gothofr. in not. ad l. 27. §. 3 ff. de l. Corn. de falſ.

SYNONATVM publica comparatio ſpecierum, quæ in commune fiebat, dicitur ab Impp. l. 1. C. Th. de publ. comp. à συν καὶ ὠνεῖσθαι. Quam coemptionem appellari in l. 2. C. de frum. vrb. Conſtant. & in rub. vt nem. lic. in coemp. ſpec. ſe excuſ. docuit Iac. Cujac. lib. 1. obſ. c. 15. Accurſ. hanc coemptionem ſic accipit, vt prouinciales à fiſco res annonarias emere cogantur: Alij (in quibus & Cujac. eſt) vt eas fiſco vendere forenſibus pretiis compellantur quibus ſtuere videtur l. 2. C. Th. de publ. compa. l. 1. & 3. C de quib. mun. vel præſt. ne lic. ſe excuſ. & quod Suid. ſcribit in hunc modum de onere ſynonetì, ſiue [illegible Greek] Et Caſſiod. lib. 12. var. Laudi, inquit, atque tritici ſpecies nullis temporibus coemptionis nomine inde decernimus poſtulari. His adde Græcum ex Tiberij conſtit. locum, in quo ita eſt: [illegible Greek] Prat.

SYNOPSIS, l. magis puto. §. in primis, ff. de reb. cor. eſt compendium, ſeu breuis bonorum deſcriptio, quod inuentarium aut repertorium alio loco Vlpian. appellat, alio [Greek], l. tutor qui repertorium, ff de adminiſtr. tut. l. cum plures, ff. de rebus aut jud. poſſid. Pro ſynopſis autem ſuperiore loco, perperam ſi opus ſit, legebatur. Dicitur autem [Greek] à σὺν præpoſitione, id eſt, cum, & ὄψις viſio, quod quæ late patebant, in vnum omnia contracta facile conſpiciebantur. Prat. Vide & & Cujac. 8. obſeru. 1.

Συνθήματα in Pandectis Græcis ſunt duplomata, quæ dabantur iis, qui curſu publico vtebantur. Prat.

SYNTHESIS Hor. eſt congeſtio, ſeu aceruus, Scæuola in l. 38. ff de aur. & arg. leg. Quæro, inquit Scæuola, an ex vniuerſa veſte, id eſt, an ex ſyntheſi tunicas ſingulas & palliola Sempronia eligere poſſit. Turn. 23. aduer. 18. Syntheſin interpretari mauult elegantiorem veſtem, qua certis diebus feſtis populo Rom. quaſi extra ordinem vti liceret. Sic audio, inquit idem Turn. Venetos ſenatores certo quodam togæ genere perpetuo vti in publico, domi eoſdem ſericatos eſſe: qua veſte domeſtica ſi foris vterentur capitis diminutionem ſubituros eſſe & nobilitatem amiſſuros eam veſtem ſyntheſin appellabant, quod eum eo ratu vterentur, dum compoſitam habebant in arcis aut prælis. Martia.

De Palatina domina quod ſerica prælis.

Porro etiam ſeptenas aut octonas in ſingulis arcis aut prælis habebant, quæ ſeptenæ aut octonæ veſtes ſyntheſes proprie dicebantur: ſed &, vt Scæuola ſcribit, vniuerſa etiam veſtis, quod, vt opinor, compoſita in veſtiario eſſet. Per tranſlationem ſeptenaria ſyntheſis Saguntì à Martiale dictos, cum ſeptem vaſa Saguntina fictilia intelligat & à Papinio

Aut vnam dare ſyntheſin, quod horreſt

Alborum calicum atque caccaborum.

Hæc Turn. aduerſ. lib. 13. cap. 8. cuius ſuppoſitionem improbat Hot. & cenſet ſyntheſin, conſeruationem eſſe veſtium, non veſtis genus: & in eam conſeruationem non cuiuſuis generis veſtes adhiberi ſolitas, ſed eas duntaxat, quibus pop. Rom. extra ordinem vti, certis & paucis diebus licebat: putatque Scæuole verba ſatis plane & perſpicue oſtendere, Syntheſin de omnibus veſtimentorum generibus quæ aceruatim conſeruabantur, vſurpatam fuiſſe. Alc. lib. 2. parerg. cap. 21. aliter hanc dictionem exponit. Vide & Brod. Miſc. lib. 9.

SYNTHESIN Iuriſconſulti videntur accipere pro vniuerſa velut ſerie, ac compoſitione quadam veſtium in l. 38. §. 1. ff. de aur & argent. vulgo autem dicitur veſtis cubicularis & cœnatoria. Briſſ.

Σύντεκνον alij ſororem, alij concubinam, alij è ſacro fonte ſuſceptam interpretantur. Balſamo accipit pro matre ſuſceptæ in ſynodi Trullo habitæ cap. 53. Prat. vide & Cujac. 9. obſeru. 9. circa med.

SYRIARCHIA, ſacerdotij genus in Syria. l. 1. Cod. de natur. lib. 2. vn. C. de off. comit. orient. l. 103. de decur. C. Th. Nou. 89. vnde Syriarchæ in l. vlt. de expenſ. ludor. In C. Th. qui id ſacerdotij muneris gerebant. Syrias autem multitudinis numero nominari in l. 7. §. intercidere, ff. de interdict. & in l. 3. ff de cenſib. nemini mirum eſſe debet. Duæ enim memorantur in l. 1. ff. de cenſib vna, quæ Cœle, altera quæ Phœnice diceretur. In notitia quoque Imperij Rom. Syria ſalutaris ponitur, ſed & Syriæ nomen latiſſime patuiſſe Guliel. Tyrenſis Pontifex tradit lib. 13. de bello ſac. c. 2. Briſſ. Prat. Vide & Cujac. 2. obſ. 13.

SYRI dicuntur ſeruilectricarij, ſtatuoſi, corpulenti abdominis nati non pſalmos, non cœleſtes meditantes cantilenas, animo eorum velut athletarum (vt autor eſt Hippoc. & repetitum eſt Hieronymo) nihil ſuperum diuinum ingenuarum cogitante. Cum cantus res diuina ſit, & harmonicus concentus, ſuper qua re multa Boëtius in Muſica, Gellius, Cenſorinus, vt annotauit Io Bapt. in comm Epiſt Sido. Apol. ad Caudian. lib. 1.

SYRMA veſtis eſt fluxa & prolixa humumque verrens, qualis erat tibicinum & ſi hemnum vt apud Flaccum, traxitque vagus per pulpita veſtem. Eandem & Orphæo tribuit Maro,

Nec Threicius longa cum veſte ſacerdos

Eam etiam veſtem Tibullus ſignificaſſe videtur, cum cecinit,

Ima videbatur talis illudere palla.

Vt annotauit Adrian. Turn. aduerſ. lib. 18 cap. 15.

SYRTES non tantum mare breve & vadoſum, areniſque & aggeribus infeſtum nauibus ſignificant, vt in Africa: ſed etiam ſqualentes & arenoſos ſolitudinis tractus: quod ſimilitudine quadam credit factum Turn. cum & Syrtes in Africa arenoſæ eſſent, & arenoſam late longeque deſertamque oram porrigerent, Prud. in Helia.

Spreuiſſe tradunt criminum frequentiam

Caſto fauentem ſyrtium ſilentio.

Adrian. Turn. aduerſ. lib. 17. cap. 20.

SYRTAS (ait Prat.) apud Harmenop. in his, quæ ex Iuliano architecto retulit, ſunt vela, quibus ædes muniuntur, aduerſus conſpectum aliarum: ſic dictæ, quod trahi, obduci & reduci ſoleant, quibus etiam cancellos jungit. & ita l. cætera. §. ſed ſi cancelli. ff. de l. 1 cancellis junguntur vela. Prat. Cujac. 13. obſ. 30. cit. fin.

SYSSITOS, Latine ſodalis. Sodales ſunt qui eiuſdem collegij ſunt. Græci συσσίτους vocant. autor Cajus l. vlt. ff. de colleg. & corp. Spieg.

Συστήματα, manſus, manſio, Clem. in Petro, [illegible Greek], Prat. Cujac tamen ad l. 8. inci. nemo poſſeſſorum, C. de annon. & tributis in hoc diſſentit. Nam manſiones dici vocari proprie ἀπληκτα ſiue diuerſoria, in quæ ſe recipiunt milites expeditionis tempore, vel etiam ſacer comitatus: Poſteriores dixere manſus, vtrunque à manendo, & inde manentes in hiſtoria Helmodij, & Gallis *Maiſons*. Villas vero poſſe appellari συστήματα, allegat eiuſdem Clem. in Petro locum ſupra ſcriptum, ſed pro [illegible Greek] legendum cenſet. Separantur autem villæ ſeu συστήματα à ciuitatibus & oppidis in l 9. C. cod. tit. l. 2. de condit. in pub. hor. l. modios, de ſuſcepto. C. lib. 10. l. 2. de lucr. aduoc. lib. 12. & l. Claudiopolis C. Th. de decur. Eæ annonis & pabulis inſtruuntur ex collatione vicinorum, non ex collatione eorum, qui procul diſiuncti ſunt.

Σωματοφύλακες milites prætoriani Herodiano in 5. Prat.

Σωρείτης Cauillationis genus. Vide ſup. Sorites.

T.

T Literam Veteribus SCtis ſcribi ſolitam, Vale. Max. li. 2. his teſtatur verbis. Illud quoque memoria repetendum eſt, quod tribunis plebis intrare curiam non licebat, ante valuas autem poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabant, vt ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus SCtis T. litera ſubſcribi ſolebat: eaque nota ſignificabatur, illi tribunos quoque cenſuiſſe, qui quamvis pro commodis plebis excubabant, iuque imperiis compeſcendis occupati erant, inſtrui tamen ea argenteis vaſis, & annulis aureis publice præbitis patiebantur, quo talium rerum vſu auctoritas magiſtratuum eſſet ornatior. Hot. Prat.

T. & D, literas cognatas ſcribit M Fabius lib 1. cap. 2. quod ſæpe in Pand. Flor. videre licet, vt adquin, pro atquin, l. 19. ff. de neg. geſt. Schard. ex Prat.

TABARVM vocant Pontifices epithogium, veſtimenti genus in clem. vnic. de vit. & honeſt. cler. Prat.

TABE conſumi in l. 1. C. de cuſtod. re non eſt putredine conſumi, vt Alber. autumat, ſed colliquatione, & extenuatione corporis ex curæ diuturnitate, vt apud Virg lib. 9. Æneid.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

Et Ouid. lib. 9. Metamorph.

Ambuſtaque ſonant nerui, cæcaque medullis;

Tabe labe faſtis Prat.

TABELLÆ tres olim judicibus dati ſolebant, in quarum vna A. litera inſcripta erat, Abſolutionem ſignificans, in altera C. condemnationem denotans, in tertia N. L. id eſt, non liquere, quo Ampliatio judicabatur. Prat. vide ſup. in litera A. in litera C. & in litera N.

Tabellæ appellatio in l. fin. C. de præd. dec. lib. 10. eo ſenſu accipi debet, quo periculum in Rub. C. de ſent. ex peric. recit. id eſt, pro ſcriptura breui concepta. Nec ex tabella, inquit Imp. decretum recitari, ſed corialium vel maioris partis curiæ relatione curiente. Prat. Accurſius pro functione delegati judicia accipit, ſed perperam, ut oſtendit Budæus in poſter. annot.

Tabellariæ leges quatuor latæ fuerunt, quibus ſanciebatur, vt pop. Rom. non voce, vt antea, ſed tabella ſuffragium in comitiis ferret, vt ita omnino liberum judicium ſuum in magiſtratibus creandis haberet. De hac tab. ita Cic. in Planciana loquitur: Frontes, inquit, aperit hominum, mentes tegit, eamque dat libertatem, vt quod velint faciant, promittant autem quod rogantur. Prat.

Tabellaris ſententia, Bud. annotat, quod olim fuit modus genuinus ferendi ſuffragij in concilius & ſententiæ, deinde in judiciis: interdum enim voce, interdum tabellæ eo munere fungebantur. Spieg.

Tabellarius ſeruus, l. pen. ff. de acquir. rer. domin. literarum gerulus, vt loquitur Caſſiodorus.

Tabelliones ſunt publici contractuum ſcriptores, l. 1. vt nemo ad ſuum patr. C. lib. 11. l. 2. C. de eunuchis, l. contractus, de fide inſtrum, C. lib. 10. Vel teſtamentorum l. ambiguitates, C. de teſt. Cujac. ad l. vniuerſos, C. de decur. lib. 10. & Gothofr. ad l. 2. C. de eunuchis, & ad Nouell. 44. in epigraphe. Vel, vt vult Briſſ. dicuntur, qui inſtrumenta formant, conficiunt, & conſcribunt, l. 6. §. & nonnunquam, ff. de pœn. l. 14. § his tabellionibus, C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 29. l. 31. §. 1. l. 49. Cod. de epiſc. & cleric. Nouel. 73. Suid. ταβουλλάριοι ὁ τὰ τῆς πόλεως χειρῶν συμβόλαια, ὁ περὶ τοὺς πολλοὺς νομικὸς λογογράφος, ἄλλοι δὲ ... τῆς πόλεως γραμματεῖς, ἐπὶ τῶν ... χρημάτων. Briſſ. Porro inſtrumenta à tabellionibus (quos nunc Notarios publicos vocamus) confecta ſiue conſcripta ἀγοραῖα dicuntur, d. Nouell. 73. 55. 46. 117. 142. & edicto 7. Forenſia ſiue publica l. comparationes de fid. inſtr. C. lib. 10. De eis ſpecialis eſt Nou. 44. περὶ συμβολαιογράφων, ex qua intelligitur habere eos ſtationes ſuas, quas & gradus & ſcamma Græci vocant, & miniſtros ſiue diſcipulos, itemq; adjutorem ſiue ſubſtitutum confirmatum apud acta magiſtri cenſus: Et Leonis Nouel. περὶ ταβουλαρίων ... ex qua intelligitur fuiſſe certum tabellionum corpus ſub primicerio, à quo ex collegij ſententia tabellionis quique creabantur, non niſi homines fidei probæ & ſcribendi loquendique peritiſſimi, nec non & juriſperiti, qui tenerent libros LX. Βασιλικῶν, & haberet, ... vt ait, XL. titulos Enchiridij Cujac. in ſub d. l. vniuerſos, de decurionibus lib. 10.

Tabelliones etiam dicuntur, qui inſtrumenta formant, conficiunt, & conſcribunt, l. 9. § & nonnunquam, ff. de pœn.

Tabelliones, inquit Vultei, hodie ſunt Protonotarij, Notarij, *Verwalter* Lectores, Regiſtratores, Secretarij, & Scribæ, qui etiam dicuntur ab actis: Eorum officium eſt ad tribunal judicis producta, partium litigantium nomine vel excipere, vel deſcribere ad acta, vel proceſſus expedire & judicia ordinare. Vult. in comm. Inſtit. tit. de action in prin n. 35.

Taberna dicitur, quod tabulis clauditur, Donat. dictam exiſtimat tabernam, quaſi trabernam à validioribus trabibus, quibus ſuperiora ſuſpenſa ſunt. Brecb. in leg. tabernæ, ff. de verb. & rer. ſign.

Tabernæ appellatio omne vtile ad habitandum ædificium demonſtrat, ex eo quod tabulis claudatur. Vnde tabernacula & contubernales appellantur l. 183. cum l. ſeq. ff. de verb. ſig. Diomedes li. 3. Secunda ſpecies togatarum, quæ tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarum & argumentorum ſimilitudine Comœdiis pares, in quibus non magiſtratus regeſque, ſed humiles & priuatæ domus inducuntur: quæ quod olim tabulis tegerentur, communiter Tabernariæ vocabantur. Iſidor. lib. 15. Etymol. cap. 2. Tabernæ olim vocabantur ædiculę paruæ & ſimplices in vicis, axibus & tabulis clauſæ. Vnde & Tabernariæ quod ſoleant conſidere. Dictæ autem tabernæ, quod ex tabulis ligniſque erant conſtructæ, quæ nunc etſi non ſpeciem nomen tamen retinent. Briſſ. Prat. Vide & Gœd. jud. l. 183. nu. 1. & ſeqq. de ver. ſign.

Taberna lanionis eſt, in qua venduntur carnes laniatorum pecorum; cum etiam laniorem à laniandis pecoribus dictum tradant Latini doctores, & Zaſ. in l. 2. ff. de orig. jur. idem aſſerat, eumque eſſe laniorem, quem volgo Macellarium vocant. Adde Peckium l. 1. § caupones, in tit. naut. caup. ſtab.

Tabernas quoque pro œnopoliis accipimus, & cellis vinariis, vbi vinum & ſeruari, & vendi ſolet, quas Xenoph. οἰκήσεις appellat, Vitru. li. 6. Apothecas, quo etiam loco docet in veſtibus ædificiorum, eorum maxime qui ruſticis rebus ſeruiunt, tabernas, ſtabula eſſe facienda, quæ ad fructus ſeruandos magis quam ad elegantiæ decorem poſſunt eſſe. In ſumma tabernæ nomen ſignificat omnem illum locum ædificio tectum tabularum, quo & merces vendi, & opera quæcunque fabricari ſolent, ſicut in officina. Brech. in l. tabernæ ff. de verbor. & rerum ſignific.

Tabernæ argentariorum erant, quæ circum forum erant. Harum meminit Liuius lib. 39. & Dionyſ. lib. 3. qui eas à Tarquinio rege in foro poſitas ait. Et l. 35. ff. de contrah. empt.

Taberna caupona. Huius inſtrumento legato quæ veniant, Paul. refert in l. tabernæ cauponiæ, ff de fund. inſtr.

Taberna caſearia Quære, Caſeariam tabernam.

Taberna ferraria, apud Scæuol. in l. pen. de legat. 2.

Taberna inſtructa, Vlpian. eſt, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem parata conſtat, quod tam verum eſt, cum tabernam pro vniuerſitate vitium ipſius negotiationis, non autem pro loco ſimpliciter accipimus. Prat. Adde Brech. in l. inſtructam, ſub tit. de verb. & rer. ſign. nu. 3.

Taberna meritoria, ſtabulum, ſiue diuerſorium eſt Perotto. Variæ autem ſunt ſpecies tabernarum meritoriarum, de quibus vide Gœdd. d. loc. no. 3.

Tabernacvlvm eſt caſa, tabulis, vel corio, vel etiam arborum ramis ſeu ſtramentis facta tectaque, ac quæ loco moueri poſſit, & huc aut illuc transferri: & eo in caſtris Imperatores vtuntur aduerſus ambientis aeris καὶ ... ac cœli injurias, Plin. lib. 2. nat. hiſt. cap. 55. ideo pauidi altiores ſpecus tutiſſimos putant; aut tabernacula è pellibus belluarum, quas vitulos marinos appellant, &c. Et quoniam in prætorio Imp. locari ſolebat tabernaculum, Auguſtale appellabatur. Tradit Xenoph. lib. 8. Pædiæ Cyri, tabernaculum ipſius Cyri ſemper tum hyeme, tum vero æſtate Orientem verſus ſitum fuiſſe. De tabernaculorum Caſtrenſium fabrica varia, apud diuerſas gentes, ſcribit eleganter Alex. ab Alex lib. 1. Genial. diet. c. 28. Iam vero tabernaculum, quod à Græcis σκηνή, id eſt, ſcena Latinis, eſt frons theatri, ſeu medium theatri hoſtium, vt ſcriptum eſt à Caſſiod. in epiſt. ad Symmach. vbi de theatri origine tractat Brech. in l. tabernæ, 183. & Gœdd. inde tabernacula, 184. ff. de verb & rer. ſign.

Tabernam negotiatorum, & cauponiam & purpurariam dicimus l. 43. ff. de rit. nupt. l. 4. ff. de inſtitor. l. 91. §. patet, de leg. 3. Tabernas quoque Suid. ἐργαστήρια καὶ πανδοχεῖα interpretatur, Tabernæ etiam argentariæ in l. 35 ff de contra. empt. fit mentio. Tabernam autem qui pignori dat merces, quę in ea ſunt, obligaſſe videtur l. 34. ff. de pignor. Tabernæ inſtrumento legato loci duntaxat non etiam totius negotiationis inſtrumentum legatum videtur. Proinde inſtitores legato non continebantur, Aliter atque ſi inſtructa taberna legetur l. 185. ff. de ver. ſign. l. 13. ff. de inſtru. vel inſtrum. Inde Tabernarius in l. 25. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Prat. Briſſ.

Tabes in agris, apud Vlp. in l. ex conducto, §. 1. ff. locati, quid ſit, declarat Plin. hiſt. nat. lib. 17. de vitiis, & morbis arborum diſſerens, dum refert quaſdam locorum ſeu temporum cauſas eſſe, quę proprie morbi appellantur, quoniam protinus necant? ſicut tabes cum inuaſerit arborem, aut vredo, vel flatus alicuius regionis proprius: vt eſt in Apuleia Atabalus, & in Eubœa Olympius. Hic enim ſi ſtatuerit circa brumam, exurit frigore arefaciens: ut nullis poſtea ſolibus recreati poſſint, & hęc Plin. verba tranſcribit Theophr. in 4. de plantis. Declinatur tabes tabis. Verg. Et terram tabe maculant, licet Seruius ibi dicat, eſſe ſeptimi caſus, vt Sponte. Non omitto, quod in libris impreſſis apud IC. in loco præalleg. labes legitur, non tabes, quæ tamen lectio non conuenit ſequentibus, quia poſtea de terræ motu ſubdit. Vlp. Corra.

Tabliuvm Latine eſt quod grammatophylacium à Græcis vocatur, qua voce ICtus eſt in l. mortis, de pœn. Vide Grammatophylacium, & Bud. in annot. poſter. Spieg.

Ταβλίζειν, tabulis ludere, Gothof. ad l. 34 §. 1. de epiſc. audient. in Auth. interdicimus, C. de epiſc. & cler.

Ταβλοδόχος, aleatorum ſuſceptor, Cuiac. & Gothof. ad Nou. 123. c. 10. & Gothof. ad d. l. 34. § 1. C. de epiſc. audient.

Tabvla gypſata, pro albo prætoris: niſi quod in ea non ſolum judices notari, prætorumq; jura ſcribi ſolebant, ſed etiam ſingulorum annorum acta literis mandabantur. Annales hodie vocantur. Spieg.

Tabvlæ proprie teſtamentum ſignificant l. 1. §. hoc interdum, ff. de tabul. exhib. & l. 1. §. 1. quemad. teſt. aper. Vnde bonorum poſſeſſiones ſecundum tabulas, & contra tabulas dictæ. Tabulæ etiam dicuntur folia teſtamenti. Quare, Budæo teſte, primæ & ſecundæ tabulæ, intelligi poſſunt prima & ſecunda charta teſtamenti, quæ etiam primæ & ſecundæ ceræ dicuntur, de quibus ſupra in dictione Cera prima, aliquanto fuſius. Antiquiſſimos autem mos ſcribendi fuit in ceratis tabulis, qua & codicilli & pugillares vocantur. Tria quippe hæc, Virgilio teſte, vocabula plurali ferè numero proferri ſolent. Spieg. Prat.

Tabvlæ non teſtamenti duntaxat, ſed & contractuum & alterius cujuſcunque negotij dicuntur ab eo quod in tabulas ligneas cera illitas ea referri ſolerent. Vnde Ceratæ à Plauto in Aſinaria appellantur. Ea indeque bonorum poſſeſſio contra tabulas. Contra lignum dari vulgo dicebatur, l. 19. ff. de cont. tab. Sic tabulæ Nuptiales in l. 31. ff. de donat. dotis, ſiue dotales, in l. 11. ff. de dot. præleg. contractuum obligationis &c. Briſſ.

Tabv-

TABVLA, libellus proſcriptionis. Vlpian. l. 13 §. 5. ff. de act. empt. Cum venditor ſciret fundum, pluribus municipiis legata debere, in tabula quidem conſcripſerit, vni municipio deberi, Cic. in Quint. perpetuo libellos appellat. Prat. ex Hot.

TABVLÆ accepti & expenſi. Moris enim erat vt patresfam. quæcunque per ſingulos dies aut acciperent, aut expenderent, ea primum propere ac feſtinanter in codicem memoriæ cauſa paratum, referrent, quæ Aduerſaria dicebantur: deinde per ordinem in aliis tabulis ordine & accurate perſcriberent, eas tabulas accepti & expenſi nominabant de quibus Cic. in Cluen. ſic ſcribit. Confecit tabulas diligentiſſime, hæc autem res habet hoc certe, vt nihil poſſit neque additum, neque detractum de re familiari latere. Hot. Prat.

TABVLÆ actionales apud Ambroſ. lib. 8. epiſt. Tabulę contractus l. 4. C. ſi quis al. vel ſibi. Prat. Briſſ.

TABVLÆ diuinæ, Decem præcepta, in quibus miſericors Deus viua voce notitiam naturalem, propter originis vitium in hominibus obſcuratam, reuocari voluit: Vt certum extaret teſtimonium, has eſſe naturæ leges, verbo Dei confirmatas, quas in animis hominum quoque inſculpſiſſet. Futurum enim prouidebat, vt imbecillitate quadam in errorem facilem lapſuri eſſent homines, niſi certum extrinſecus adiiceretur præſcriptum, ad quod hæſitantes confugerent. Enim vero vtcunque hoc ſit factum, videmus tamen gentes falſa perſuaſione à naturali judicio aliquando eſſe abductas: quid igitur credamos futurum fuiſſe, ſi nulla extarent literarum monumenta diuina bonitate nobis de jure naturali data? perpendendæ igitur diligenter hæ tabulæ, ceu fontes humanarum 12. tabularum, & totius Iuris, Gentium & Ciuilis. Schard. ex Prat.

TABVLÆ dotis l. pen. ff. de donat. inter vir. Seu tabulæ dotales in l. 12. ff. de dote releg Prat. Briſſ.

TABVLÆ inanes dicuntur, quoties ſolutum debitum l. 18. ff. ad exhib. Gothofr. ad l. 27. in prin. ff. de furt.

TABVLÆ inſtrumentorum Reip. l. 31. 35. ff. de furt. Tabulæ pro quibus pecunia promiſſa erat, l. 104 §. 1. ff. de leg. 1. Prat. Briſſ.

TABVLÆ nouæ appellantur, quando creditores debitas pecunias cum vſuris perſoluere non coguntur Ipſis creditoribus & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulæ conficiuntur. Spieg. Vide Cœlium lib. 8. c. 20. lect. antiq.

TABVLÆ nuptiales in l. 31. ff. de donat. & leg 9. Cod. de nuptiis, & apud Tertull. in lib. de pudicitia, & Apud Apolog. 2. & Auguſtin. lib. 8. de morib. Manichæor. Quas tabulas Matrimoniales vocat Iul. Fermic. lib. 7. Matheſ. cap. 7. Tabulæ rem ſaluam fore cautionis l. 3. ff. de ſuſp. tutor. Prat. Briſſ.

TABVLÆ pictæ, i. e. ſtatuę & picturæ. Romani quippe expugnatis oppidis quicquid ornamentorum inueniſſent, triumphantes, maximo apparatu ferebant, atque vrbem nouis ſtatuis, picturis & tabulis ab hoſtibus tranſlatis magnifice ornabant. Qua de re copioſe Alex. ab Alex. lib. 6. c. 6. De tabulis autem à Flauio Romam tranſlatis Plin. libro 35 cap. 7. Porro tabulæ pictæ non cedant ædibus venditis, Vide Gœdd. in l. ſtatuæ, 245. n. 1. 2. de verb. ſign.

TABVLÆ venditionis l. 8. C. ſi mancip. ita venier. & apud Senec. lib. 4 controuerſ. Et tabulæ emptionum in l. 2. de his qui ven. ær. imperr. in C. Th. Briſſ.

TABVLÆ ſupremę quæ dicantur, vide ſup. Supremus.

TABVLAM figere & refigere quid ſit apud Venulejum in fin. l ff. quod vi aut clam. non ſatis explicatum eſt ab interpp. quod vt & in multis aliis, quæ fuerit veterum conſuetudo, ignorarunt. Videtur autem ea fuiſſe Alc. teſte vt cum debitor abeſſet, priuſquam ex edicto bonorum ejus poſſeſſionem eo contumacis & in fraudem latitantis, prætor concederet, ad eiusdomum cum teſtibus creditor accederet, & eo non inuento, eius ædibus tabulam præfigerent, forte ne quid interim aſportaretur, eamque rem in teſtationem redigeret. Spieg.

TABVLÆ etiam apud architecturæ profeſſores ſunt aſſeres ſectiles authore Feſto, à quibus etiam & aſſumenta & ſ ſſulæ dicuntur. A tabulis tabulationem & tabulata accipiunt. Ioan. Bapt. Albertus lib. 7. Rei ædificatoriæ, cap. 9. vt annotauit Brech. in l. Tabernæ, ſub tit. de verb. & rer. ſign.

TABVLARII, qui & tabelliones ſunt, qui inſtrumenta publica teſtationeſque conſcribunt leg. 11. C. qui potio. in pign. l. vlt. §. hi quoque ff. de muner. & honor. l. 3. §. ſi tabulæ, ff. de tabul. exhib. l. vlt. ff. de jure emphyt. l. 8. Cod de teſtam. tot. l vlt. § ſui autem dubius, C. de jur. fiſc. l. 9. C. de defenſorib. ciuit. l. vn. §. ſancimus itaque C. de Lat lib. l. vn. C. de annali except. l. 1. de exactorib. tribut. l. 10. C. rub. de tabul. lib. 10. C. & l. 2. de jur. fiſc. eod. l. 2. de conuenienid. fiſc. deb. l. 1. de his qui ex publ. ratiocio. eo. lib. l. 1. de immun. nem. conced. lib. 11. Tabularius etiam pro calculatore, quem Græcis ψηφιστὴν vocant, qui in tabula calculandi & computandi artem pueros docet, vel alias eam artem tenet l 1. §. ludi. l. vlt. ff. ſi menſ fal. mod. oſtendit. Briſ. Prat. Corraſ. 3. Miſcel. 11. n 2. Vide tabelliones.

TABVLARIOS definit Cuiac. hoc modo: Tabularij inquit, dicuntur, qui ciuitatum aut prouinciarum chartas & rationes tractant ac ſupputant, qui præſunt tabulario ciuitatum, in quo pleraque publica & priuatorum reconduntur, veluti debitorum obſignatæ pecuniæ Et de chartis liquet ex l. pen. Cod. de tabular. l. fin. § hi quoque, ff de mun. & honor. l. 3 §. 5. ff. de tab. exhib. De rationib. vero ex l. 2. & l. miſſi. Cod. de exact. tribut. l. 2. C. de nume. l. 1. C de immu. nem. conced. l. 1. C. de cenſib. In rebus tamen priuatorum plerunque adhibebantur, vel vt pro imperitis literarum ſcriberent aut ſubſcriberent, vel vt pro ſtipulari nequeuntibus ſtipularentur, quaſi perſonæ publicæ, vt ex multis locis patet. Hæc Cujac. ad l. vniuerſos decuriones, C. de decur. Porro fuerunt primum ſerui publici, quod ſeruirent perſonis contrahentibus, l. non aliter, ff. de adopt. l. fin. Cod. de ſeru. reip. man. Capitol. in Gordianis. Non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent. Seruus publicus tabularios vocat. Poſtea vero Arcadij & Honorij conſtitutione ſancitum, vt nulli deinceps ad id officium pateret aditus, qui obnoxius eſſet ſeruituti Hi autem conditionales erant id eſt, huic conditioni addicti & mancipati, adeo, vt non poſſent aſpirare ad aliam militiam vel dignitatem, vti patet ex l. ſcriptura, C. qui potior. in pign. l. 3. 5. 7. 8. C. Theod. de num. act. Prat.

TABVLARIVM pro archiuo, id eſt, loco, in quo inſtrumenta, literæ tabulæque publicę recondebantur, in quibus omnia paſcua, prędia, vectigalia, portoria, ciuitates redemptioneſq; publicanorum perſcripta erant. Cicer. de natura Deorum libro 3. Sed exeamus è theatro: veniamus in forum: ſeſſum ire precor. quid? vt judicetur, qui tabularium incenderit. Virgil. Georg lib. 2.

Inſanumq; forum, aut populi tabularia vidit.

Vbi Seruius, Tabularium in æde Saturni, & ærario fuiſſe ſcribit: cum tamen Liuius lib. 43. ita ſcribat. Cenſores ex templo in atrium Libertatis aſcenderunt, & ibi ſignatis tabulis publicis clauſoque tabulario & dimiſſis ſeruis publicis negarunt ſe, &c. Sumitur autem tabular. l. 92 ff. de leg. 3. pro loco in quo priuata cujuſque patrisfam. inſtrumenta, emptiones. ſeu nomina debitorum ſeruantur. In fundo autem vno (inquit Paul) ex his qui prælegati ſunt tabularium eſt, in quo ſunt & complurium mancipiorum emptiones, ſed & fundorum & variorum contractuum inſtrumenta, præterea & nomina debitorum. Pr. adde Corraſ. 3. Miſc. 11. n. 5. 6.

TABVLAS teſtamenti in prætoria edicto quo ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio defertur, & in interdicto de tabulis exhibendis, accipimus omnem materię figuram. Siue igitur tabulæ ſint ligneæ, ſiue cuiuſcunque alterius materię ſiue chartæ ſiue membranæ, ſiue corium animalis alicuius tabularum appellatione continebantur l. 1. ff. de ſec. tab. Paul. lib. 4. ſent. tit. 7. Tabulæ plane teſtamenti non intelliguntur in quibus hæres ſcriptus non eſt, magiſque codicilli, quam teſtamentum intelliguntur l. vlt. ff. de jur. codicil. Briſſ. Et nota, quod tabularij, vt ſupra etiam dictum, olim ſerui publici dicti fuerint, vt refert. Capitol. in Gordianis, dum inquit: Non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent. Seruos publicos tabularios vocat. Inde leg. vlt. C. de ſeru. Reipub. man. tabularij status argumentum eſt ſeruitutis. Vide Cujac. l. 3. de tabul. ſcribis, C. lib. 10.

TABVLATVM opus quid ſit, vide l. 21. C. de operib. publ.

TABVLIS obſignatis agere cum pactio in tabul. relata eſſet. Cic. 2. de Orat. Tu mihi cum in circulo decipiare aduerſarij ſtipulatiuncula, & cum obſignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id ſit ſcriptum quo ille capiatur: ego tibi vllam cauſam majorem committendam putem? Item Tuſc. 5. Tu quidem obſignaris tabellis agis mecum, & teſtificaris quod dixerim aliquando, aut ſcripſerim. Nam deteſtationibus locus hic ex Quintiana documento eſt: Næuius pueros circum amicos dimittit. Ipſe ſeruos neceſſarios corrogat, veniunt frequentes teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe: & ſe ſtitiſſe, tabulę maximę ſignis hominum nobilium conſignantur. Idem in Piſonianam Iſte claudus quomodo ajunt pilam retinere: quod acceperat, teſtificari: tabulas obſignare velle. Hot. Prat.

TACENS, an & quando videatur conſentire declarat Bart. in l. in adoptionibus, ff de adopt.

TACERE eſt medium inter conſentire & reprobare, Car. in clem. ſæpe, §. ſi tamen, de verb. ſign. Spieg. Prat.

Ταχυδρόμοι Baſilicon interpp. ad l. 8. C. de curſu publ. appellantur equi publici cenſuales, veredi. Cuiac. ad Rubr. C. de curſu publico, angariis, & parangariis C. de lib. 12. Gothofr. ad l. 18. §. 21. ff. de muner. & honor.

TACITA fideicommiſſa ſunt, quæ quis non capienti tacite rogatus eſt reſtituere, leg. 18. in prin. & §. vlt. ff. de his, quæ vt indign. l. 13 ff ad l. Falc. l. 1. C. ad l. Falc. l. 17. §. in tanto, ff. de vſur. l. 3 ff. de probat. l. 1 de dilat. libro 10. C. Quint. lib. 9 cap. 2. Ream agebat quæ ſubjeciſſe marito teſtamentum dicebatur & chirographum marito expirante hæredibus dediſſe, & verum erat: Nam quia per leges inſtitui vxor non poterat hæres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc tacitum fideicommiſſum peruenirent. Scripſerat & Paul. librum ſingularem de tacitis fideicommiſſis. Porro non eo minus tacitum fide com-

FFff 3

miſſum eſt, quod palam teſtator reliquerit, ſi perſonam cui reſtitui vellet, non ſignificauerit, l.23.§.vlt.ff de leg.lib.1. Cuius rei præclarum exemplum eſt in Quint. declam 325. in qua diues fingitur deceſſiſſe hærede inſtituto bonorum paupere, cum elogio tali, Peto vt hanc hæreditatem tanquam fideicommiſſam. Ex quibus verbis tacita fides ſuſcepta arguitur. Difficile, ait, eſt quidem natura probare tacitum fideicommiſſum. Quo modo tamen probamus? elogium ſcriptum eſt, palam ecce & manifeſte electus hic eſt ad tranſitum hæreditatis: ſilentium & fides eſt, inquam, de reſtituenda hæreditate, &c. Schat. ex Prat. & Briſſ.

Tacita fides eſt, cum quis non palam rogatus in fraudem legis promittit, ſe id, quod ſibi reliquerit reſtituturum perſonæ, quæ legibus ex teſtamento capere prohibetur, ſiue chirographum eo nomine dederit ſiue nuda pollicitatione repromiſerit, l. in fraudem, 10. ff. de his quibus vt indign. l.1.3. & 40. ff. de jur. fiſc. Tacite igitur relictum videtur, cum neque teſtamento, neque codicillis palam datum eſt, ſed chirographo cauit is, cuius fides eligitur, quod ad ſe ex bonis defuncti peruenerit, id ei qui alioquin capiendi jus non habeat, reſtituturum, d. l.1. dict. l.3. in pr. l.40 §.1. & l.42. ff. de jur. fiſc. l.12. in fin. ff. de fideic. libert. l.21. ff. de inoff. teſta. l.83. ff. de acq. hæred. Quo belle alludit Synesius epiſt. 2. quæ quatenus ex hac metaphora tacitorum fideicommiſſorum pendet, vulgo obſcura habetur. Agit autem in ea de libris ſuis Rhetoricis, quos pro vulgo quæſitis liberis habet. Et tamen perinde atque juſtos & legitimos eos complecti ſcribit, vt pro juſtorum loco eos ac lubens ſit habiturus, niſi leges, quæ acres ſunt ingenuitatis patronæ, repugnarent. Itaque id eos demum ex bonis ſuis laturos ſcribit, quod clam & tacite in eos ſit collaturus. Verba eius, quibus hanc poſtremam rationem exprimit, hæc ſunt: [illegible]. Prat. ex Briſſ.

Tacitam fidem contra leges accommodare intelligitur, qui vel id, quod relinquitur, vel aliud tacite, id eſt clam, videlicet, domeſtica cautione, & chirographio, vel nuda pollicitatione, promittit ſe reſtituturum perſonæ, quæ legibus ex Teſtamento capere prohibetur, l. 10. & l. 11. ff. de his quæ vt indign. Briſſ.

Per Tacitam fidem tranſlata prædia, in l.15.§ pen. ff. ad municip. quæ in fraudem munerum ciuilium in alium nomine tenus tranſlata ſunt ita vt reipſa maneant in prioris poſſeſſoris dominiu. Prat. ex Briſſ.

Tacita judicia erant, cum ſenatus decernebat, vt in candidatus ob eorum contentionem diſciplinæ & inſtitutis patriis legumque juſſis repugnantem populique tribus & centurias corrumpentem, judicium tacitum fieret, quo vel ante damnarentur ambitus vel eorum comitiis ratio non haberetur, quod more majorum periſſe non viderentur. De hoc genere judicij ſic ad Attic. loquitur Cicer. Senatus decreuit, vt tacitum judicium ante comitia fieret, ab iis conſiliis, quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos, magnus timor candidatorum. Hinc & illud eiuſdem 3. off. Quamvis etiam demerſæ ſint leges alicujus opibus, quamvis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut judiciis tacitis, aut occultis de honore ſuffragiis. Prat.

Tacita pactio leg. pen. §.1 ff. de bon. libert. accipitur pro ea pactione quæ clam. in fraudem alicuius facta eſt. Briſſ.

Tacita pecunia, l. emptor ff. de pactis, ea eſt, quæ non continetur publica ſcriptura menſæ, vel alio publico teſtimonio, quomodo ſi qua ineſſe credito turpitudo videatur, dari pecuniæ ſolent. Sic in veteri quodam teſtamento Sempronij Tuciani militis, Aurelius Tucidanus tacitam pecuniam ſi via Lat. Oſſ meis, te. monumentum ſuo ſumptu ædificauerit, habeto, & apud Gell. lib. & ca. 12. Ap. Sylla qui tum reus erat, mutua H.S. 20. tacita accepit. Sic enim veteres habent libri, non tacite, vt teſtatur Cuiac. in d. l. emptor.

Tacita penſatio, id eſt compenſatio, appellatur ea quæ licet verbis expreſſa non ſit, jure tamen competit, l. vnum ex familia 67. ff. de leg 2.

Tacita SCta quę olim appellarentur explicat Capitolinus in lib de reb geſt. Gordianor. Prat. ex Briſſ.

Tacita veritate & falſitate ſuggeſta, quomodo intelligendum ſit, vide Innoc. c. ſuper literis, 3 extra de reſcript.

Tacita pluriſariam aliqua inſunt. Aut directo, id eſt, immediate. Aut ex obliquo, id eſt, propter aliud. Quæ inſunt tacite, directo, inſunt aut per modum conditionis aut pure: & tunc aut ex legis diſpoſitione, aut ex rerum natura, aut ex conſuetudine, aut neceſſitate, aut ex dependentia, quia tacite dependet ex expreſſo. Quando vero tacitum non venit ſimpliciter: ſed ex adiuncto, ex obliquo, ex vi relatoria, tunc taciti & expreſſi non eadem operatio, quia quæ expreſſe fieri non poſſunt, ex adiuncto, ex relatione, ex obliquo tacite recipiuntur. Exempla proponit Zaſ. in leg. cum quid. ff. ſi cert. pet. Spieg Pra.

Tacita fit, quod fit domi, vel nuda pollicitatione, vel cautione, vel chirographo, Goth. in not. ad l. 115. ff. de legat. 1.

Taciti relictum videtur cum neque teſtamento, neque codicillis palam datum eſt, ſed chirographo cauit is, cuius fides eligitur, quod ad ſe ex bonis defuncti peruenerit, id ei, qui alioquin capiendi jus non habeat, reſtituturum, l.1. l.3. in pr. ff. de jur. Fiſc. Briſſ.

Taciti & expreſſi diuerſa ratio: quia tacitum non annullat, expreſſum annullat: facit pulchre, vt Zaſ. ait. text. in l. nonnunquam, ff de condi. & demonſtratio. cum dicitur: Nonnunquam expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocent. Vide Fert. in Reg. l. expreſſa nocent ff. de reg. jur. Spieg.

Tacito actum (intellige, intentione contrahentium) pro cauto, id eſt, pro expreſſo, habetur, vt traditur in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. Spieg.

Tacito jure tranſire, apud Vlp. in l. ſi paterfa. de adopt. Spieg.

Tacitum & expreſſum, ſi vtriuſque par ſit potentia, æquiparantur, ſecundum Bald. in l. de quibus, ff. de Spieg. Prat.

Tacitum tempus, id eſt, dilatio, quæ ex re ipſa ineſt promiſſioni, hoc modo dicitur tacite in obligatione tempus contineri, quæ per rerum naturam præſtari non poteſt l.73. ff. de fideiuſſ. Briſſ.

Taciturnitas in leg. 2. §. pen. ff. ad mun. l. honores, vlt. de decur. pro voluntate accipitur, & conſenſu, Prat. ex Cuiac. 13. obſeru 34.

Taciturnitas, obſeruantiæ genus in ſilentio conſtitutæ. Hæc præcipua virtus eſt eorum qui ſummorum principum remotis ſcribunt Ziftæ vocantur in aula. Spieg.

Taciturnus, qui natura facile tacet. Quanquam huius nullum exemplum reperitur apud idoneum autorem. Spieg.

Tacitus actiue, qui tacet, & quod ſecretum eſt, optime nouit, tenere & tacere. Contrario ſub quo tacetur, vt tacita fides, per quam tacetur, quod illicite vel præſtatur, vel contrahitur apud Paul in l. ordine, §. pen. ad leg. municip. & l. pen. C. de reſcind. vend.

Tacitus, tacita, tacitum, opponuntur aperto, expreſſo, ſic tacitus conſenſus, l.16. C. de locato & conduct. Briſſ.

Tædio vitæ ſibi manus inferre. Vlpian in leg. 1. ad Syll. §. ſi ſibi, item l. fin. §. ſi quis autem, ff de bon. eor. qui mort. ſibi conſc. Si quis, inquit in jam d. §. ſi quis, tædio vitæ, vel impatientia doloris alicujus vitam finierit. Hujuſmodi tædium vitæ Seneca faſtidium vitæ vocauit. epiſt 24. 49.

Tænia, vox eſt Græca, ſignificat fimbriam ſeu vittam.

Tagax à tangendo, quo veteres vſi ſunt, id eſt, furunculus, vt Feſtus interpretatur. Cicer. 6. ad Attic. Quæſtorem nemo dignum putat etenim eſt leuis, libidinoſus, tagax, vulgo male ſagax ſiue rapax. Prat.

Ταγμα 10 l.1. ff. de mil. teſt. mille hominum multitudinem interpretatur Vlp. Prat.

Tala, ſui natura comprehendit genus, non ſpeciem, vt colligi poteſt C. de verb. ſign. l.1. in princ. ibi, talem habere, & verſ. 2. ibi. Nulla ſpeciali. Alberic. Aliud autem eſſe talem, aliud haberet pro tali l. mercis, & ibi interpres, de verb. ſign. Bart. in l. ſi maritus, 2. §. legis Iuliæ, ff. de adult. Spieg. Prat.

Talea pro exactione, barbarum prorſus vocabulum, natum in ſchola imperitorum Latinitatis, cui multa id genus ſimilia debemus: Taleę, vt & collectæ in ea ſunt exactionum ſpecie, quæ non habet certam & perpetuam præſtationem, interque perſonalia munera referuntur: vt Alc. ſuper verbo, extraordinarium, in l. placet. Cod de ſacroſ. eccleſ. & Iaſon. aliquando copioſius ibidem collectarum materiam tradidit. Latinis talea eſt fruſtum ligni præciſum ex vtraque parte, vt in terra inſeratur. Spiegel. hoc verbo vſus eſt. Specul. tit. de elec. conjuga. per totum, eoque vtuntur pontifices, ac eorum interpretes ſæpiſſime. Prat.

Talentum Euboicum quid ſit, docet Feſt. his verbis: Euboicum talentum nummo Græco ſeptem millium & quingentorum ciſtophorum eſt, noſtro quatuor millium denariorum, de quo plura Bud. libro 2. de Aſſe, vbi annotat. dictum Feſti minime conuenire cum ratione Liuiana, quæ talenta ſex millium denarium facit.

Tali ſeu taxilli, qui in leg 16 §. 8. ff. de pen. [illegible] vocantur, ex oſſiculis carne nudatis fiunt: differt à teſſeris quæ [illegible] Talus enim quatuor: Cubus ſex lateribus conſtat. Gothofr. in not. ad d. §. 8.

Talionis jus eſt, quo delinquenti par pœna infligitur: maxime probatum à Pythagoricis, ſic dicere ſolitis. Ius rectum fuerit, ſi factis ſi perferat æqua. Hebræi quoque ſunt vſi jure talionis. Deo autore. Ariſtoteles vero tale jus eleuat in delictis, in commerciis admittit per analogiam, hoc eſt per ſimilitudinem ſeu proportionem, non per æqualitatem. Talio, *ein gleiche widergeltung, desgethanen Schadens, als Aug vmb Aug, Handt vmb Handt* Old.

Talio ait Iſidor. lib. 5. cap. 27. eſt ſimilitudo vindictæ, vt taliter patiatur quis vt fecit. Briſſ.

Talio pœnæ genus eſt, ex 12. tab. quo damnum illatum ſimili damno penſatur: veluti ſi oculus eruatur ei, qui oculum excuſſerit alteri. Vnde retaliare dicimus, cum par pari refertur. Adi

mur. Adi Ferrat. enarrantem, §. pœna autem injuriarum. Inſtit. de iniur. & vide infra in ſcholiis ad eaſdem Tab. Spieg.

TALIO in l. 12. tab. ſimilem ſive reciprocam perpeſſionem ſignificat. Imp. dixere reciprocam pœnam in l. 3. Th. de exh. reis l. hi quos, C. Th. de accuſ. Verba l. 12. tab. hæc ſunt: ſi membrum rupit, ni cum eo pacit, talio eſto. Sic enim ea lex cum in Gellio, tum in Sex Pompeio reſtituenda eſt, Lex ait pacit, ab antiquo verbo paco, quod eſt paciſcor. Cujac. not. ad lib. 4 Inſtit. tit. de Iniuriis.

TALIONIS pœna à quo inſtituta, de qua ejus ratione dubitatum ſuis ſuperioribus diebus: propterea paucula hæc adiicere, inconveniens viſum non eſt. Talionis itaque pœna 12. tabulis conſtituta erat, ſed poſtea prætorii juris clementia revocata eſt: vt in 19. Noctiũ Att. teſtatur A Gell. vbi aſſignat duas cauſas: legis ſcilicet incommoditatem, & rependendæ pœnæ, id eſt retaliendæ difficultatem, De hac pœna meminit D. Aug. in c. pen. 14. qu. 1. Et licet de iure ciuili talis pœna conſtituta eſſet, vt patet in l. libellorum, §. item ſubſcribere, & in l. ſi cui in pr. ff de accuſat. in l. 3. vbi doctores, C. de accuſat. non poſſ, & in pulchra quæſt. Bald. in l. 2. C. de fid. inſtit in vlt. quæſt. & etiam eſt de iure diuino, cum legamus Exodi 21. & Deut. 19 de pœna ſycophantiæ & calumniæ: non miſereberis eius, ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dẽte exiges tamen conſuetudo hodie contrarium obſeruat, vt firmat Bart. in d. l. ſi cui, in pr. cum ſuis concord. Et talis conſuetudo valet, vt per D. Fel. late in ca ſuper his, colum 4, de accuſ. ne propter antiquorum rigorem accuſatores retraliantur, & ſic delicta remaneant impunita contra l. ita vulneratus: §. pen ff. ad l. Aquil. cum vulg Cott.

TAM, ait Feſtus lib. 18 ſignificationem habet præpoſitiuam quandam, cui ſubiungimus. Quam pro ſic: ita aliquando ex contrario ſubiungimus. Quam: vt tam bonus Homerus quam Cletylus malus poeta eſt. Priore ſignificatu pro ita vel ſic, apud Vlp. l. non ſolum, ff. de iniur. Tam etiam pro Tamen accipitur apud veteres, vt & apud ICtos in Pand Flor. Prat. Vid. & de hac dictione Gœd. in l. verbum oportebit, 8. n. 1. de verb ſign.

TAM & quam inter ſe diuerſe facta æquant. Vlp. in l non ſolum de iniur. Si inquit, mandato meo facta ſit alicui iniuria, plerique aiunt, tam me qui mandaui, quam eum qui ſuſcepit, iniuriarum teneri. Spieg.

TAMDIV, quamdiu, apud Vlp. coniunctim in l. ſi filia, § ſi filius ſa. ff. fam. erciſc. Sed filio datum, tamdiu quamdiu peculium patitur. Item apud Iulian. l. 2. de precar ſed diu ſum: vt & apud Cic in Verrin. Ignominia autem grauis tamdiu in illo homine fuit, quamdiu iſte in prouincia manſit, & apud Vlpia. in l. is autem Ex quibus cauſ. maior. cum ait: Tamdiu igitur in ſeruitute eſſe videbitur quamdiu non eſt eiuſmodi lis cœpta, Spieg.

TAMDIV Reip. cauſa abeſſe quis videbitur, quamdiu officio alicui præeſt: quod ſi finitum fuerit officium, iam deſinit abeſſe Reip. cauſa, Vlp. l. ſi cui, ff. ex quibus cauſis maior Spieg. Prat.

TAMDIV pro donec, c. ex literis, ff de offic deleg. Prat.

TAMEN, pro nihilominus præſertim apud Neratium in l. ex hereditate, fam. erciſc. accipiendum, reclamant enim particulæ præcedentes, quia etiamſi, tamen pro quia vt vulgo receptum eſt Ejus vis à facto plerumque jus diſcernit vt docet Bart. in l. 1. ff. ſi quis jus dicenti non obtemp. Spieg.

TAMETSI pro Quãvis vſurpatur, vt à M. Tullio in epiſt. ad Planc. Sed tamen etſi antea ſcripſi, quæ exiſtimaui ſcribi oportere, tamen hoc tempore breuiter commonendum putaui. Cuiac. obſ. lib. 1. c. 14 in princ.

TAMENNE particula eſt orationis vrgens cum interrogatione Ciceroni frequens, vt Tuſan. per exempla commonſtrat, Spieg.

TAM jure legeque. Vetus locutio, qua lege actum aliquid fuiſſe ſignificabant, quam rogati jus fuiſſet. Procul. ſi is qui, 44. ff. de adopt. Sed ſic adoptauit. vt tam jure legeque nepos ſuus eſſet. quam ſi ex Lucio puta filio ſuo natus eſſet. Alludit autem ad arrogationis formulam, quam Gel. lib. 5. cap. 19. exponit, velitis, jubeatis, vti L. Valerius L. Titio tam jure legeque filius ſiet, quam ſi ex eo patre matreque familias ejus natus eſſet. Hinc Cic. locus in orat. pro domo emendandus eſt, Fuerit ſane Tribunus pleb. tam jure, quam lege, quam fuit hic ipſe Rullus. Legendum enim apparet, tam jure ac lege, vel tam jure lege, Hot. Prat.

Ταμεῖον cellarium. Nou. Marciani de indig. relig. Hinc:

TAMIACA præſidia rubr. C. de præd. tamiac. poſſeſſiones erant in Cappadocia & domus propriæ patrimonij Principis, & in eis coloni æque & inquilini & ſecui equitia ejuſdem juris, conditionis, nominis, homines puta tamiaci, poſſeſſionesque tamiacæ, qui quæve omnes erant ſub juriſdictione Comitis duorum. l. vlt. C. vbi fiſc. cauſ. Non. 20. quod mutatur Nou. 30 & transfunditur in Proconſulem Cappadociæ. Hæ autem poſſeſſiones dicuntur tamiacæ, quod harum redditus deputari eſſent cubiculo & cellario ſacro, quod proprie, vt diximus, ταμεῖον eſt. Hæc Cuiac. Nou 30. Alc. arbitratur fundos tamiacos eſſe qui diſpenſatori publico præſtabant annuos fructus vectigales, quibus ille poſtea in domo imperatoria diſpenſabat nam ταμίας diſpenſatorem ſignificat. Prat.

TANGERE aliquid, pro deſcribere & mentionem facere, notum eſt minus ſic: quod & circumuenire ſignificat, & intelligere, Cic. Poſtquam autem conſilia eius omnia tetigi. Spieg.

TANQVAM pro quaſi, ſimilitudinis magis eſt, quam veritatis e. dudum 1. extra de elect quandoque veritatem ſignificat, § ſacra in pœnam, d. c. cum pro cauſa, de ſent. excom. vidè Bernar. c. ſolitæ, de maior. & obed. Prat.

TANTISPER quod ſignificat per tantum ſpatium, ſiue per tantum tempus, vt inquit Valla, ſemper fere deſiderat iungi huic particulæ Dum, pro donec. Terẽt. in Heaut Ego te meum eſſe dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facias. Gell. lib. 6. loco Dum, æquiualens poſuit Quoad: tantiſper, inquit, quoad fieret permutatio. Vlp. tit. de tutel. 1. Qui tutorem. Dum magis ætati, quam dementi tantiſper ſit conſulendum. Nebr.

TANTI, id eſt, tam multi, 65 ff. de leg. 1. Quod ſi minus ſunt, in tantos quanti inueniantur, id eſt, in tot quot inueniantur. Iuſtin. l. 25. C. de legat. Niſi ſpecialiter expreſſerit, & dixerit teſtator, tantas quidem partes velle vnum, tantas autem alterum habere: Prat. ex Hot.

TANTI condemnetur, quanti actor in litem iurauerit. Paul. in l. harum ff. Si ſeruit. vindic. Spieg.

TANTVLVM, tantum paruum, intelligitur, & tantulum aduerbium, tam parum. Iabolen de leg 3. l qui concubinam, §, cum ita legatum eſſet. Titia vxor mea tantulum partem habet, quantulum vnus hæres. Spieg.

TANTVM dictio taxatiuo, poſita in l. noua, non eſt ſufficiens ad inducendum correctionem alterius l. ita ſing. concludit Bart. in l 3 §. cum Titio, ff. de admin. leg vbi hoc ſing decidit, quod ſi ſtatutum pro aliquo maleficio imponat pœnam centum, & alio ſtatuto caueatur pro eodem delicto pœna in quinquaginta tantum: certe primum ſtatutum ſeruabitur: quia per dictionem tantum non inducitur ll. correctio, allegat leg ob æs iuncta gloſſ. C. de præd. minorum, & alia, de quibus ibi per eum, licet lecturæ Bart. impreſſæ, communiter in hoc defectiuæ circumſcrantur; & eius deciſionem ſimpliciter ſequitur D. Alex. in l. g ſit conſtante in pr. in 7. col ff ſol. matr & Dec. conſil. 110. vere vt puto, in 2. col poſt Aret. conſi. 26 proponitur ex facto, in vlt. col. & pro ſing. citat Iaſ. vbi tamen eam reprobat in l. 1. in pr. in 10. col. verſ. 5. concluſio, ff de off. eius cui mand. eſt iuriſd & in l. 1. in 2. col. ff. ſi quis ius dic non obtemp. & in d. l. ſi conſtante, in pr. ſuper glo. magna in vlt qu. verſ. 4. adde, vbi dicit, quod putat eam falſam. quamuis durum aſſet in practica obtinere contra Bartol. quia cum ſequitur Imol. in l. ſi vero, §. de viro, ff ſol matr circa 6 colu. & Pet. de Anchor. in c. 1. in 8. col. in 14. quæſt. de conſt: 1. & D. Alex. in l. 1. col. C. de bon. poſt contr. tab. Et vltra eos poteſt confirmari, quia quando dictio Tantum taxatiua opponitur circa id quod alias in iure diſpoſitum reperitur, nunc nihil operatur, ita eleganter inquit Bald. in cõſ. 351. Ioan. & Feder. in vlt. col. in 5. lib. Secundo confirmo ex alia ſingul. deciſ. Aug in l. 1. Cod. vbi & apud quem, prout negatiue loquitur: tamen illa deciſio laborat eodem morbo, quo hæc Barto. ideo apud me dubia eſt. vt ſcripſi ſupra in verbo, Solue, & contrarium firmat Corn. conſil. 20. videtur in præſenti caſu in 2. col. ad fi in 3. lib. Cotta.

TANTVM, dictio non tollit ea quę de conſuetudine nobis competunt: propterea ſing decidit Bart. in l. viros, per illum text. C de diuiſ. offic. lib. 12. quod ſi fieret ſtatutum quod Epiſcopus tantum cognoſcat inter ſcholares, non per hoc impeditur rectoris iuriſdictio, quæ ſibi conſuetudine competit; ſecus ſi à lege ſibi daretur allegat not. in c. 1. de conſt. lib 9. & hanc deciſionem commendat Iaſ. in leg ſi mora, in quarto not, & in l. ſi conſtante in pr. ad fi gl. magnæ, ff. ſol. matr. & de ea meminit in l. 1. in 10 col. verſ. 2. concl ff. de offic. ejus, & in l. 1. in 3 col. ff. ſi quis jus dic. obtemp. Sequitur etiam Felin. In c. paſtoralis, in prin. in 2. col. in 3. lim. extra de offic. ordina. & conſuluit Dec. conſ. 3. diligenter pro reo in 1. col.

TANTVM quandoque adiectiue ponitur, quandoque ſubſtantiue. Aliquando excludit ff. de ſeruit. l. ſi is, l. ſolutum, §. ſi in fortem, ff de pign, act Quandoque includit l. cum teſtamento, ff. de verb ſign. interdum reſtringit, & ſimitat l. properandum, §. C. de iudic. plerunque temporis qualitatem ſignificat l. fi. C. de edict. diui Hadr. toll Aliquando excludit quoſdam caſus, ſed non omnes l. licet, ff. de vſufr. legat. quandoque ſubauditur l. cum ſponſas, ff. de publica, l non enim, ff. ad SC. Trebell. quod & Ant. Auguſt lib. 2. emend c. 1. indicat. Quandoque ponitur pro ideo, l. ſi C. de apiſc. & cler Plerumque negationis incluſiua vox eſt c. cum eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & prop, l ſolemus, ff de iudicijs, Prat.

TANTVM, quantitatis eſt, quaſi tam multum, vel tam magnum. Tanti & quanti, quanticunque ſimiliter totidem, pluris, minoris, junguntur verbis pretiũ ſignificantibus, qualia frequenter in iure noſtro occurrunt, emo, vendo, veneo, mereor, comparo æſtimo, conſtat, conduco, loco, fœneror, Paciſcor, pango, pepigi, condemno, poſtulo, & ſi qua ſunt ſimilia Iulianu

tantum accepiſſe intelligendum eſſe quanti ia homo venire potuiſſet in l. mortis cauſa capimus, ff. de bon cauſ. mort. Cæterum notum eſt, tantum, aduerbium, ſolum ſignificat. §. 1 in fi. Inſt de ſtip. ſeru. Nihil tanti eſſe, pro nihil tanti æſtimari. Ex. Bub. Spieg.

Tantum quod pro niſi interdum vſurpatur. Cic. in Verr, Tantum quod hominem non nominat, id eſt, niſi quod hominem non nominat, vt refert Turneb. aduerſ lib. 5 c. 18.

In Tantum, vt pro adeo, l. 55 ff. de ritu. Nupt.

Tantummodo reſtringit l. 2. C. de patrib qui fil. diſtraxer. An autem omnem excludat adiectionem. Doctores varijs in locis attingitur. quo allegat Alber Spieg.

Tantundem, atque tantum ſignificat. Vlp. l. 1 de don. Si tantundem filius patri debuit, quantum promiſit, valere donatio intelligitur. Spieg.

Tantulo venire in primitiuo dicitur tanti venire.

Tapeta, id eſt, aulæa, quibus ſubſellia & cathedra inſterni ſolent, venire ſuppellectilis vocabulo: illa autem quibus inſternuntur vehiculo, potius inſtrumenti viatorij eſſe, Paul. cenſet l 5 de Supel. leg, Vocantur etiam tapetes, & tapetia. Vide Io. Petrum Vallam in Pœnul. Plauti. Bud. 10 poſter. adnot. Spieg.

Tapinomata, Humilitates ſeu reatus per humum dicuntur: inde figura ταπείνωσις ſiue, quod Euphrates, eſt Aſtrologi nomen honorifici, ſeu quod orientis ſiuuium genethliacos magos gymnoſophiſtas, cæteroſque philoſophos intellexit. Io. Bapt. in comment epiſt. Sidon Apol. ad Claudianum lib. 4.

Τὰ πρῶτα prima Pandectarũ pars nuncupatur, hoc eſt, primaria, qua nihil eſt anterius. Continet enim principia Iuris, quod à Iuſtitia homini diuinitus infuſa Virtute deſcendit: oſtendens omnium magiſtratuum & prudentium circa tractandas leges officia, vtque his recte imperantibus obtemperetur. Old. Prat.

Taraxopolides à Philone aduerſus Flaccum dicuntur, qui plebem contra Remp. audent colligere. Goth. in not. ad ſubr. C. de ſeditioſis.

Tardos nomina Romani eos vocabant, qui iam in mora erant. Vide Bud. in comment. ling. Græcæ. Spieg. Prat.

Taxons menſes Maio Iunium & Iulium appellauit: eo quod horæ tunc ſunt longiſſimæ. Hinc in Euangelio habetur, Nonne duodecim ſunt horæ diei, Ex Alc. 10 l. 2. de verb. ſig. Spieg.

Ταρσὸς Remus interprete Bayſio in lib. de re Naua.

Ταρσὸς κωπῶν palmulas remorum appellat C. Pollux li. 1. c. 9. περὶ ναυτικῶν Prat.

Tascodrugitæ, hæretici ſunt. vide Epiphan. 2. tom. 1. hæreſ. 48. & Gothoſ. ad l. 5. in prin C. de hæret.

Taurilia ludi ſic appellati ab immolatione taurorum, vt docet Turneb lib aduerſ 13. c. 4.

Taurus pars eſt obſcœna, vt apud Feſtum in ſolitaurilibus atque harum hoſtiarum omnium immolati ſunt tauri, quę pars in caſtratione cæditur; inde caſtauri, dicti, idem Turneb. adu. lib. 17.

Taxare pro pretio æſtimare apud Plinium. Hinc taxatio dicitur, Feſto teſte, quę ſit certæ ſummæ: quam iudex etiam poſt principale negotium definitum facere poteſt, leg terminatio. C de fruct. & lit. expenſ Spi. Prat. & Reuar ad l. 14. ff. de reg. iur.

Taxata quantitas in l. 1. C. de mut. ſtipulat id certa.

Taxatio ſumitur, vt Iuſtinianus autor eſt in Nou 64 & Nou. 82. περὶ τοῦ ποσοῦ ὁρισμένου ἐκ τοῦ δικάζοντος id eſt, pro ſumma quadam (pecuniæ) ab eo qui iudicio præeſt, definita quod plerunque fit iuriſiurandi in litem refrenandi cauſa, l. videamus, §. pen, ff. de in lit. iur. l. 3 § præterea, ff. ad exhib. l. arbitrio. § ff de dolo l. qui reſtituere, ff. de rei vind. Vel, auctore Sext. Pompeio cum arbitrio præſcribitur vſque ad quam ſummam ius ei ſtatuendi ſit. Taxationes etiam dicuntur in teſtamentis & contractibus præſcriptiones quædam verborum quibus oratio aut coercetur aut dilatatur: nam plerunque taxationes efficiunt, vt minus quam dictum ſit, debeatur: vt ecce ſi quis vendat pondo olei quod natum erit, ſunt hæc verba; Quod natum erit, loco taxationis: & ideo 10. pondo emptori, niſi nata ſint, non debebuntur: & ſi quinque duntaxat nata ſint hæc ſola debebuntur, l. ſi debitor, §. veriſimile, ff. de contr. empt. cor, vt & inſcriptionum ſimilitudo ſuadet, optime l cum certus, ff de trit. vin. & ol. legat, coniungetur. Nonnunquam vt plus debeatur quam dictum fuerit: quemadmodum ſi quis vendat 18. iugera fundi, & quod eius admenſum eſſet, ad ſingula pretium conſtituat, ſunt hæc verba: Quod eius admenſum eſſet, loco taxationis. & ideo 20. inuentis pro 20. pretium debebitur, l. qui fundum, § qui agrum, ff. de contrah. empt. Sic alibi traditur, hæc verba: Quidquid ad te peruenit, haberi loco taxationis, & nihil ex eo quod peruenit, prorſus deduci, diſſimiliter atque ſi vir vxori dotem relegaſſet, leg. Mæuio, § vlt. ff. de leg. 2. Illud etiam quod veteres in vino Dijs offerendo ſoliti erant dicere, Macte vino inferior eſto, taxationis vim habuit: ac ita cenſuiſſe Trebatium ſcribit Arnobius lib. 7. ad uerſus gentes, Inferio, inquit Trebatius, verbum, ea cauſa eſt additum, eaque ratione profertur, ne vinum omne omnino quod in cellis ac apothecis eſt conditum, ex quibus illud quod effunditur ſumptum eſt, eſſe ſacrum incipiat, & ex vſibus eripiatur humanis. Addito igitur hoc verbo ſolum erit, quod infertur, ſacrum Pra. Briſſ. ex Cuiac. 2 obſeru. 12. & Gothoſ. in not. ad l. 39 §. 1. ff de contrah. emp.

Taxativa dictio, non tacito ſubauditur in iure noſtro. Hoc Alciatus exemplis probat, in leg. annulus. de verb. ſign. Huius autem eſt proprie, quod minus eſt, excludere, vt patet ex Alpheni reſponſo l cum teſtamento. eod. Alciatus tamen illud in ea quidem ſpecie propter auaritiam quorundam ſacerdotum, hodie minus obſeruandum exiſtimat per text. taxans hic quædam inducta conſtitutionibus Pontificum. Spieg.

Taxator, pro vt vulgo Cancellariis accipitur, nullum habere exemplum idoneum putant. Taxatores (Feſtus inquit) a ſcenicis dicuntur, qui alterum maledictis tangunt. Spieg.

T E.

Teia Græci appellant, quos Latini proprie natos dicunt. Et habet vtrunque nomen eandem originem, quod illod a τίκτω, id eſt, pario, hoc autem à naſcor verbo Latino ductum, vt ſine cauſa reprehendat eum, quiſquis fuit, qui legem hanc Mn fil. 220. de verb ſign. eſt interpretatus ἡ τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. Natorum appellatio & ad nepotes extenditur. Conn comment. lib. 10. c. 1. o. 1.

Tacta ſarta, vide Sarta tecta.

Tecta, aduerbium contrarium eſt Aperte. Τέκτων Græci vocant fabrum lignarium, ſeu materiarum tantum: cuius vocis meminit Papin. l pen. de via publica, dum licitum eſſe τέκτονι tradi trochos, id eſt, rotas extra ergaſterium præponere. Spieg.

Τέκτονα Græci, Latini fabrum appellant, ὅθεν τὸ τεκταίνειν quod Suidas docet vocabulum ad lapidarios ſimul, & ad lignarios pertinere. Aliquando τέκτονα architectum etiam vertunt Brech. in leg ferre proprie dicimus, § fabros ff. de verb & rer. ſign.

Tecto qui fuerunt ſub eodem, quomodo accipiatur, eleganter explicat Vlp. in l. 1. ad SC. Syllanian §. hoc autem. Spieg.

Tectores ſunt dealbatores, qui κονιαταὶ Græcis dicuntur, id eſt qui opere tectorio parietes inducunt: alias albini, ſeu albarij, dicti; ſicque vſurpatur hoc verbum, l. 5. §. ſed interdum. Cod. commodat. l. 27. in fin. ff ad leg. Aquil. vbi tamen pro tectori, Budæus legendum cenſet victori, contra Baſilicῶν expoſitionem, quæ κονιατῇ habet. Sic etiam vſurpatur hoc verbum l. 1. C. de excuſ. artif. lib. 10. Horum opificium ita Tertull. in lib. de Idololatr. explicat Scit albarius tectoria inducere, & eiſternam lineare, & cymatia diſtendere, & multa alia ornamenta, præter ſimulachra parietibus incriſpare. Prat. Briſſ. & Cujac. 10. obſeru 9.

Tectoria, Incruſtationes ſplendorem tranſmittentes quæ ex gypſo & calce vel ex marmore tuſo compoſitæ parietibus inducebantur & illinebantur, vt Vitruu. lib. 2. c. 4 & lib. 7. c. 2. & Plin. docent Inuenitur hoc verbum in l 7. in fi. ff. de vſufr. l. 38. in fin. ff. de rei vind. l 3 § ſi vicinus, ff. vti poſſider, leg. 3 § ſed ſi mutua. ff de in rem ver. l. 17. § quæ tabulæ, ff. de act. empt. l. 40. ff. de damn infect. Sic vulgaria tectoria in l. 1. in fin. ff. de ſeruit. vrba. quæ Seneca gregalia vocare videtur lib. 13. Epiſt. vbi balnea gregalia tectorio inducta dicit. Briſſ. & Cott. 1. Diſcel. 16. n. 10. 11. & 12.

Tectorium opus in l 241. ff. de verb. ſign tectorium autem imponere parietibus pro inducere dixit Nerat. in l. 44. ff. de vſufr. Schard. ex Briſſ Vide & Gothd. in d. l. 241. n. 1.

Tegula, à tegendo, quæ affixæ ædificij pars cenſetur l. nam et ſi tamos, ff. quod vi aut clam l. granaria, §. tegulæ, de actio. empt. Spieg. Prat.

Telam ordiri, pro rem aliquam aggredi. Notum prouerbium, Alter orſus eſt, alter perfecit. Ad. Chiliad. Eraſm.

Telonium, ſiue teloneum locus vbi vectigal colligitur. Telones, is qui colligit. Telos enim Græce, vectigal eſt. Spieg. Hinc

Telonarii in l. 3. de indulg. debit. in. C. Th. Moſchopul. in libro περὶ σχεδῶν τελωνεῖς, ait, ὁ τὰ τελωνικά ... τὰ ... Canonem talone apud Caſſiodorũ lı. 5. epiſt. ad Ampel. legimus, Gotthorumque regibus penſitatum fuiſſe inde intelligimus Et plane Telonea inter regalia ponuntur in conſtitutione Friderici Imperatoris quę dã finem lib. 2. de feudis, titul. 56. poſita eſt. Ad quam pertinet quod Radeuicus lib 4. de geſtis illius Imperatoris c 5. ita ſcribit? Tam epiſcopi quam primatea, vno ore, vno adſenſu in manum principis regalia reddere Primique reſignantium Mediolanenſes extitere requirentique de hoc ipſo iure quid eſſet, adiudicauerunt ducatus, marchias, comitatus, conſulatus, monetas telonea, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piſcarias, portus, omnemque vtilitatem ex decurſu fluminum, prouenientem. Briſſ Prat.

Tela, Feſtus lib. 1. ab armis proprietate ſignificationis hos diſtare ſcribit, quod tela ſint ea, quibus procul præliamur: Arma vero ab humeris dependentia. Prat.

Telum, inquit Caius in l ſi caluitur de verb. ſign. vulgo quidem appellatur, quod ab arcu mittitur, ſed nunc omne ſignificatur quod manu mittitur. Itaque ſequitur. vt & lapis, & lignum, & ferrum, hoc nomine contineatur. Idem argumento ab etymologia ſumpto, ſiquidem telum dictum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ quod longe ſigni-

Digitized by Google

ge ſignificat: Et hanc ſignificationem invenire poſſumus & in Græco nomine: nam quod telum appellamus, illi βέλος appellant; eoque nomine vulgo quidem id ſignificatur, quod ab arcu mittitur: ſed non minus omne ſignificatur, quod manu mittitur ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id eſt, à jaciendo. Quamvis quod arcu mittitur, propriè ab his τόξευμα dicitur τόξον enim arcum ſignificat. Vnde & toxicum: quoniam eo ſagittæ tingebantur, vt Plinius ait. Caius id Xenophontis autoritate probat, cujus verba reſtituta inſigniter, ducto Alciato debemus: qui ſuſpicatur ejuſmodi verba ſcripta fuiſſe à Triboniano in Inſtitutionibus ſub Rubric. de publ. judic. vbi Epigramma in Xenophonte ſcriptum allegatur, & Xenophontis facti fit mentio, qui ita ſcribit: τὰ βέλη ὅσα εἶχον ... Hujuſmodi, inquit, tela ab eis habeantur, lanceæ, ſpicula, fundæ; plurimis autem & ſagittæ. Ita teli verbum accipe in l. 1 § occiſorum, ff. ad Syllan. in l. Corn. de ſicariis, & in §. item lex Cornelia. Inſt. de publ. judic. Prat. & Goed. in d. l. ſi calumnietur. § 2.

TELUM pro enſe & gladio vſurpavit Virgil. his verbis.

At non hoc telum, mea quod vi dextera verſat
Effugiet: neque enim is teli nec vulneris auctor.
Sic ait & ſublatum alte conſurgit in enſem.

Quem locum Servius explicans, in hæc verba ſcribit: Telum hoc loco gladium dixit à longitudine. Vnde & Muſtela dicitur, quaſi mus longus. Telum autem pro gladio poſuiſſe illud ſignificat, quod infert paulo poſt, Conſurgit in enſem. Breb. l. ſi calumnietur, § telum, ff. de verb. ſign.

TELUM, ait Bart. in l. 1 & fin. de vi public. propè ſignificat ea, quæ alterius lædendi cauſa habentur.

TELUM pro conſilio ac ratione & via gerendi poſuit Liv. lib. 10. Et Eraſmus admonuit in proverbio, Ingens telum neceſſitas.

TEMERARE, violare ſacra (inquit Feſtus) & contaminare. Liv. Sepulchra maiorum vulſa, temerata ac violata. Spieg.

TEMERARIUS dicitur, non qui plus audet, quam oportet: ſed qui facile, nullo adhibito conſilio, credit. Papin. ait, temeritatem facilitatis veniam continere, & inconſultum calorem calumniæ vitio carere. & ob id hunc nullam pœnam ſubire oportere, autor Martian. l. 1. ad SC. Turpillianum. Spieg.

TEMERARIUS litigator intelligitur, qui neque intentionem ſuam probat, neque allegationum cauſſam habet. Notus eſt tit. apud Imp. 4 Inſtitut. de Pœna temere id eſt abſque cauſa, litigantium, Spieg. Prat.

TEMERATOR pro falſario, in l. ſi quis obrepſerit, ad leg. Cornel. de falſ. Spieg.

TEMERE, id eſt inconſulta facilitate aliquid facere. l. 41. ff. de recept. ſic temere ædificare, l. 7. §. ex diverſo, ff. de aqu. tes. dom.

TEMERE non eſt, pro non abs te. Suetun. pro ſete poſuit In quem ſenſum pariter Plinius ſenior frequentius vſurpavit. Spieg.

TEMERE auditorium recipere, apud Calliſtratum l. cum lege, ff. de recept. Spieg.

TEMERE valet vulgo paſſim, alio loco fortuito, negligenter. Fabius in Flacco, cur non ſub alno vel platano, vel hac pinu iacentes ſic temere? temere eſt ſine arte. Livius. Itaque ingens vis corcta navium eſt, lintriumque temere ad vicinalem vſum paratarum. Turneb. lib. 11. c. 28

TEMERE litigare contrоverſiamque movere dicebatur actor qui per calumniam quid petit, aut ſine juſta cauſa experitur, quique nullum litigij titulum, ſive juſtam cauſam proferre poterat. Et erant quidem olim cauſæ juſtæ expenſi latio, menſæ ratio, chirographi exhibitio, tabularum obſignatio, teſtium interceſſio, ex quibus ſi nulla reperitam pecuniam deberi probaretur dimitti reum oportebat, actoremque de calumnia in decimam litis partem condemnari, auctore Gellio, lib. 14. c. 2. & Iuſtin. §. hæc autem. Inſtitut. De pœn. temer. litig. ſic accipe l. 29. §. 1. ff. de liber. cauſ. l. 79. ff. de judic. vide Ræuard. in l. 42. §. hæc ita de reg. jur.

TEMERITAS eſt, cum quid facimus propria voluntate, & citra ſuperius auctoritatem. Gemina in c. cum, qui §. inſuper. de præbend. & quando ſit actus prohibitus, vt idem ibidem ſcribit. & vide Bart. in l. 1. ff. ad Turpillia. Prat.

TEMERITAS accuſatorum, tribus modis detegitur, & trib. pœnis ſubjicitur. Aut enim calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiverſantur. Calumniari, eſt falſa crimina intendere. Prævaricari vero, eſt vera crimina abſcondere. tergiverſari in vniverſum ab accuſatione deſiſtere. Martian. autor in prin. l. 1. ad SC. Turpillianum Spieg. Prat.

TEMERITATIS vocabulo Budæ pro fortuitis caſibus eleganter vtitur. Spieg.

TEMONARIA functio, l. 14 Cod. Th. de extraord. mun. ex qua & probari poteſt capitulariam functionem eandem eſſe Sic temonaria onera, l. 1. C. de palat. ſacr. largit. lib. 12. & l. C. de dignit. 1. præſtatio tyronum, equorum, auri tyronici. Temonarij enim dicuntur, qui aurum tyronicum, tyrones, equos exigebant, l. 2. C. de privil. eor. qui in ſacr. pal. in qua tamen vulgo male turmariorum legitur, aut, vt emendant alij, telonariorum, quod vitium ſatis perſpicue ex eo deprehenditur, quod enim loco Capitolarios eos vocari Imperatores aiunt, & ex Symmacho li. 2. epiſt. vbi capitularios taxationem tyronis poſtulaſſe legimus. Hos protoſtaſia ſive prototypæ onere fungi indicat l. 2. C. Th. de deſert. Si temonarius, inquit, prodiderit deſertorem, protoſtaſia onere biennio relevetur. Prat.

TEMONARIUM, i. vt ait Syneſius in epiſt. ... Impp. Valent. & Valens in l. 7. C. Th. de tyron. Si aurum, inquiunt, fuerit pro tyronibus inferendum, vnumquemque pro modo capitationis ſuæ debitum exhibere oportet, & ne aliquod dubium relinquatur, ſolidorum numerum, qui temonario inferendus eſt, deſignamus. Prat. & Cujac. ad d. l. 4. Cod. de dignitatibus.

TEMONES inter præſtationes ſordidas & munera referuntur in l. maximarum. C. excuſ. mon. & l. 4. C. de dignit. l. 4 C de prox. ſacr. ſcrin. Prat. & temonarij qui hoc tributi genus exigunt in l. 2. C de privil. eor. qui in ſacr. palat.

TEMPERAMENTUM idem eſt quod temperatio, ſeu moderatio. Arcadius in l. de minore. de Quæſt. tormenta, inquit, habenda ſunt non quanta accuſator poſtulat: ſed vt moderatæ rationis temperamenta deſiderant. Canonica decreta, in pœnis irrogandis iubent, ex lenitate & ſeritate fieri quoddam temperamentum. 47. Diſtinct. c. de diſciplina. Sic Imp. Conſtantius in l. ſi quis in ea culpa. C. de cuſtod. reor. vult. adhibendam judicibus, immodice ſævientibus, freni temperiem, hoc eſt coercionem. Spieg.

TEMPERARE dativis iunctum, abſtinere ſignificat. Vlp. in l. 1. §. quod autem, de offic. Præf. vrbi, Sic temperate legato l. 41. ff. de bon. libert. Briſſ. Præterea curare debebit Præfectus vrbi, vt nummularij probe ſe gerant circa omne negotium: & temperent his, quæ ſunt prohibita. Rem vero ſuo ordine ac menſura adminiſtrare potiſſimum cum accuſativo iungitur, denotat. vt apud Impp. in l. 1. de Præpoſ. ſacr. cubic. C. lib. 12. Vt inter eos, aiunt, merito dignitatis habeantur, qui præfecti diœceſes ſibi creditas temperarunt. Sic temperatio reipub. id eſt, moderatio, apud Cic. in leg. b Spieg. Prat.

TEMPERARE vectigalia, pro minuere, apud Plin. in Paneg. Prat.

TEMPERATURA, vocatur argilla ad maceriæ ſtructuram temperata, paleis, aut culmis, pilis, & ſimilibus, quo tenacius adhæreat. Spieg.

TEMPESTATIS appellatione, continentur nives immoderatæ, frumenta corrumpunt. l. ſiſtolas, § ſi. de contr. empt. eſtque cæleſtis injuria, ſive terram, ſive mare conturbet, l. 2 §. quod diximus, ff. Si quis caut. & l. 2. ad leg. Rhod. de jactu. Vnde, Calamitoſa tempeſtas, apud Iuriſc. in l. ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, ff. Locati. Apud Ciceronem tamen pro die videtur ſumi hoc verſu.

Tertia te Phthia tempeſtas læta locabit:

eum verſus Homericus, quem expreſſit ſic habeat:

Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην. Prat.

TEMPLARII, inter militares ordines: vnde & præcipuum hoc nomen ſortiti ſunt, & ſimul initium habuere, Volaterran. libro 22 Anthropol. indicat. Eorum & Alberic. in hæc verba meminit, templarij, inquit, erant magnus Ordo in Eccleſia, & erant milites ſtrenui beatæ Mariæ: & deſtructus fuit ille ordo, tempore Clementis Papæ V. ad procuratorem Regis Franciæ. Et ſicut audivi ab eo, qui fuit examinator cauſæ & teſtium, deſtructus fuit contra juſtitiam Et mihi dixit, quod ipſe Clemens protulit hoc: Et ſi non per viam juſtitiæ potest deſtrui, deſtruatur tamen per viam expedientiæ ne ſcandalizetur charus filius noſter Rex Franciæ. Attamen dictus Volaterr. ſcribit, templariorum ordinem iuſtis de cauſis deſtructum, eorum bonis Rhodiis militibus conceſſis. Spieg.

TEMPLA Auguſta, augurio condita dixit Ovid. lib. 1. Faſto.

Sancta vocant Auguſta patres: Auguſta vocantur
Templa ſacerdotum rite dicata manu

Corraſ. 3. Miſcell. 22 n. 7.

TEMPLUM vna & altera ſignificatione dicitur. Etenim à Paulo Apoſtolo, corpus noſtrum templum Spiritus S. appellatur. An (inquit) neſcitis, quod templum Dei eſtis? Et beatus Hieron. in quadam epiſtola ad Paulinum de vita clericorum. Verum Chriſti templum, anima credentis eſt: illam exorna, illam veſti, illi offer donaria, in illa Chriſtum ſuſcipe. Templum etiam ipſe Chriſtus ſuum corpus appellavit. Λύσατε (ait) τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν At ille, vt teſtatur D. Iohannes, dicebat de templo corporis ſui. Quod ſi varias, & multiplices templi ſignificationes perſequi liceat, templum rurſus dicitur locus in terra, augurij, aut auſpicij cauſa quibuſdam conceptis verbis finitus & conſecratus. Et apud Romanos nullo alio in loco, quam in templo, licebat cum populo agere. Nam Comitium forum, Campus Martius, erant templa, id eſt, conſecrata loca. Cœlum etiam dicitur templum, quod omnium vndique pateat aſpectui, vt ex Ciceronis verbis in ſomnium Scipionis videre eſt. Vbi templum cœlum appellavit, & vacuum illud omne, quod vndique circumſpicitur & patet, in medio cuius, tanquam in media mundi ſede, globum terræ locavit. Eſt enim templum à tuendo, vt M. Varroni placet, aut à

è contemplando dictum. Quoties augures ex arce augurium petunt, lituum tenent ſine nodo aduncum, quo cœli regiones & certa ſpacia, quibus videnda ad ſe pertinere, volebant, ſuebantur: quę templa dicta ſunt. Quapropter templum trib. modis dicebatur, teſte Varrone: ab natura, ab auſpicio, ab ſimilitudine: ab natura, in cœlo: ab auſpiciis, in terra: ab ſimilitudine, ſub terra. Templum etiã tigillum ſignificat, quod in ędificio tranſuerſum ponitur ſupra Canterios prominentes ad extremam ſuggrũdationem, auctor Vitruuius li. 5. Verum interim à nobis templum accipitur vulgo pro æde ſacra & domo, vbi Deus adoratur. Idem etiam à Græcis vſurpatur, vt ſcribit Heſych. optimus linguę Gręcę auctor ναὸς (inquit [illegible] [illegible]. Et diuinus Pſalter, Adorabo ad templum ſanctum tuum. Similiter etiam in Euangelio. Et erat ibi orans in templo. Brech. in l. Tabernæ. ff. de ver. & rer. ſig.

Templvm, ſecundum Iſidorum dictum eſt quaſi tectum amplum, vide Alciat. in l. malum nauis, ff. de ver. ſig.

Templvm iuſtitiæ l. 1. §. cum hæc, C. de vet. iur. enucl. Prat.

Tempora propria pro ſua vel ſibi conſtituta. Paul. l. 5. ff. quib. mod. vſufr. Quoniam per propria quiſque tempora non concurrente altero, fructus integros habuit.

Tempora media non nocere, ſolemus dicere. Vt puta ciuis Roman. ſcriptus hæres, viuo teſtatore factus eſt peregrinus: mox ad ciuitatem Romanam peruenit: media tempora non nocent. l. ſi ejuſmodi, ff. de hæred. inſtit. Old. Prat.

Temporales actiones dicuntur quæ certo temporis ſpacio terminantur, & perpetuis opponuntur. Inſt. de perpet. & temp. action. & hoc nomine hodie ea demonſtrantur quæ minore ac breuiore 10. & 30. annorum ſpatio finiuntur. Briſſ. Imperatorum tamen conſtitutionibus in perſonam actiones annis triginta, in rem verò decem & viginti annorum ſpatio circũſcriptæ ſunt, l. 3. C. de præſcript. 30. annorum: & ſub tit. de præſcr. 10. vel 25. Porro antiquitus omnes actiones, ſiue ex l. 12. Tabul. Plebiſcitis, legibus, Senatuſconſultis, ſiue ex Principũ Conſtitutionibus proficiſcerentur, perpetuæ erant: hoc eſt, in centeſimum vſque annum, & forte vltra, competebant, vt Cl. innuit in l. 1. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. Sed quia jus vigilantibus ſcriptũ eſſe Scæuola ſcribit, l. pupillus in fi. ff. quæ in fraud. cred. conſtituentibus diuis principibus factum eſt, vt actiones certos fines habeant, vltra quos non viuunt: & ſic perpetuitas illa vetus ad 30. juges annos vulgo eſt reſtricta & coarctata, vt quam longiſſimi temporis. Et ſic perpetua communiter vocamus in l. 3. de præſcript. 30. annorum, ad ſimilitudinem perpetuæ illius & antiquæ actionis, quæ ſupra hominis vitam olim extendebatur. Quare omnes actiones quæ antiquitus perpetuæ fuerant nunc temporales ſunt, & ad certum tempus per Conſtitutiones coarctatæ. Spieg. Prat. Vide Dd. in comm. Inſt. de perpet. & tempor. act.

Temporales exceptiones, atque dilatoriæ ſunt, quæ non ſemper locum habent, ſed euitari poſſunt: qualis eſt pacti conuenti temporalis. Caius in l. Exceptiones, ff. de except. præſcript. & præiud. Old. Prat. Hot.

Temporali actione teneri, in l. vlt. ff. de Minorib. Spieg.

Temporalis, pro temporario, hoc eſt, non perpetuo, ſed ad tempus durante, apud Paulum in l. ſi, tibi filius de Adopt. Et Labeo putat, nullam eſſe actionem. Nec enim moribus noſtris conuenire, filium temporalem habere. Spieg.

Temporaria coercitio, quæ deſcendit ex ſententia, pœna eſt abolitio, l. fratres, ff. de pœnis. Hot.

Temporariæ res, quæ ad tempus durat, & non in perpetuum. Paulus. Quib. ex cauſ. l. ad cognitionem. Ex illo, inquit temporario. Papin. de Pœnis. l. ſeruus, cum ſeruus per errorem in opus temporarium fuiſſet datus, expleto tempore domino ſeruum eſſe reddendum. Nebriſſ.

Temporariva tutor, id eſt, datus ad certum ac finitum tempus l. 2. ff. de tut. & cur. dat. apud Albericum temporaneus eſt: ſed reclamante ſenſu. Eſt enim temporaneum, quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſubito & in tempore fit. Spieg. Prat.

Tempore eodem fieri intelliguntur, quandoque etiam, ſi non ſimul, aut ſubito, eodemve puncto, ſed ſucceſſiue fiant, l. antiqui, ff. ſi pars hæred. per l. Areſcuſa, de ſtat. hom. Spieg. Prat.

Tempore figurare, hoc eſt pro tempore Iuriſconſulti interdum vtuntur l. verbum erit, de ver. ſig. de quo Bart. in l. 2. C. de leg. l. qui Romæ, §. Augerius, de verb. obl. l. ſi. C. Quæ res pign. oblig. poſſ. Spieg.

Tempore etiam fraudem fieri, autores ſunt Iuriſconſulti in l. ait Prætor, §. ſi cum in diem, l. omnes, §. ſi. Quæ in frau. cred. glo. in l. fraus, ff. de leg. Albericus.

Tempore fit injuria, ſi in ludis & in conſpectu Prætoris, l. Prætore dixit, ff. de iniur. & famoſ. lib. Hot. Prat.

Tempore liberari dicuntur, qui temporali actione tenebantur cuius dies exiit, l. vlt. in fi. ff. rem rat. hab. l. 2. §. item ſi periculum, ff. de vent. in poſſ. mitt. l. 5. §. quotieſcunque, ff. de Carbon. ed. l. 45. ff. de adm. tuto. l. 24. ff. de mort. cau. don. l. 3. ff. quæ in frau. cred. Briſſ. Prat.

Tempore peritura res dicitur, cum dilatio actionem peremptura eſt l. 2. ff. de feriis, l. 12. ff. de procuratorib. Briſſ. Prat.

Tempora habere rationem, in omnibus rebus bene feliciterque conſtituendis, plurimum referre, natura ſatis manifeſtum eſt. Attamen plerique quum id non credant, coguntur experiri, atque ſtultorum magiſtro, exitu, tandem belliſſima docentur. Nemo enim commodum vnquam ſui ſucceſſum ſperabit: qui tempeſtiuitatem aut ignorat, aut contemnit. Quis non videt agriculturam, ſationes, meſſes, vindemias, inſitiones propagationes in tempore vtiliter exerceri: at contra, neglecta opportunitate, omnia iſta, aut calore, aut gelatione penitus interire? Quotum exiſtimabis ſine periculo nauigaturum, nullo temporis diſcrimine obſeruato? An non palam conſtat, vſum optimarum herbarum, adde etiam quotidiani cibi, penitus nihil prodeſſe nobis, aut etiam nocere, niſi in tempore ſumamus? Quis item principes feliciter adiuuerit extra tempeſtiuitatem? Sicut Horatius, mittens olim Augusti Cæſari librum, diligenter monebat portitorem: vt tempeſtiuiter adiret, ac molliſſima fandi tempora obſeruaret. Quo fere pertinet, quod Imperatores in l. Ciuitas, C. de offic. recto. prouinc. Ciuitas (inquiunt) Rhodiorum iniuriam ſuam non tam decenter, quam ſero conqueſta eſt. In ſumma, omnis humana actio ſuam expoſcit tempeſtiuam occaſionem, quam niſi mordicus retineamus, res ipſa vnumquemque docebit, quam verum ſit, quod dici ſolet: Noſce tempus. Poſt feſtum venire, miſerrimum eſt. Alioqui videbimus, quam ſæpe nobis ex lucro damnum, ex voluptate moleſtiam, ex amicitia ſimultatem adferet neglecta tempeſtiuitas: vt mihi inſanire videantur? qui nihil referre putant in rebus publicis ac priuatis, quid quoquo tempore fiat. Old. Prat.

Temporis præſentis vel præteriti verba, an trahantur ad futurum Bart. differit, in l. talis ſcriptura, ff. de leg. 1. Spieg.

Temporvm diſciplina, pro bonis morib. & eorum obſeruatione accipiendum eſt. C. de pact. l. vlt. in fi. Spieg. Prat.

Temptat, pro tentat dicere & adfirmare nititur, in l. 160. ff. de verb. ſign. l. 3. ff. quib. mod. vſufr. amitt. l. 12. §. quod ait prætor. ff. quod vi aut clam. l. 2. §. & Africanus, ff. ad Tertyll. l. 10. ff. de acquir. poſſ. Briſſ. Prat.

Tempvs, eſt ex cœli ſoliſq. vertigine deductum ſpacium, quo rerum omnium agitationem viciſſitudinemq; metimur. Quo reſpiciens Chriſtus ipſe mutationem rerum nobis ob oculos poſuit quum diceret: Vnius dici, ſcilicet breuiuſculi temporis iacturas eſſe, quæ hominem ſæpe in aliam ſententiã pertrahunt. Nulla eſt qualitas, quæ in rebus humanis maiorem vim habeat, quam temporis viciſſitudo. Tempus enim dat cauſas, & mutat omnia: cuius qui rationem non habet, is plane nihil poteſt in jure ſecundum æquitatem diffinire. Old. Prat.

Tempvs, abſolute, decennium intelligitur. Vide Albericum & inferius, Vetuſtas.

Tempvs continuum dicitur, quod continuo currit, & in quo ſubducuntur tam dies feſti, quam operarij: tam dies abſentiæ quam præſentiæ. Tempus vero vtile, quod vtiliter præterfluit, in quo dies feſti non ſubducuntur, & in quo actor, vel per ſe, vel per procuratorẽ agere poteſt. In quo item habetur reſpectus, ac quis judicis copiam habere quiuerit. Vide Hegend. in tit. Cod. de temp. in integ. reſtit. l. intra vtile, ff. de minoribus Spieg. Prat.

Tempvs diuturnum dicitur quod decem annorum eſt. Conn. li. comm. 5. c. 10. n. 4.

Tempvs æſtimationis, dupliciter conſideratur. Nempe, tempus à quo, & tempus ad quod. Tempus à quo, id eſt, quando incipiat ratio haberi ęſtimationis, à quo tempore. Sed tempus ad quod, id eſt, quando finiatur conſideratio æſtimationis, vſque ad quod tempus duret æſtimatio. Et ſic tempus à quo reſpicit initium: ſed tempus ad quod, finem Zaſ. in l. vinum, ff. ſi cert. pet. Spieg. Prat.

Tempvs legitimum quod dicatur, vide l. 32. ff. de jud.

Tempvs modicum, quandoque trium aut quinque dierum eſt, l. ſi poſt tres, ff. Si quis caut. cum ſimul. Quandoque duo 10. diebus accipitur, vt in l. promiſſor. Stichi de conſtit. pecu. quod & Euſtath. in li. de var. obſer. temp. annotat [illegible]. Interdum dies 30. ſignat. l. 1. §. 2. de lib. actuque priu. Interdum duorum menſium ſpacium l. ſancimus, C. de fideiuſſ. cũ ſimil. idq. Euſtath. obſeruauit eod. lib. [illegible]. Quandoque trium, l. de operis, C. de ædif. priu. Eſt & aliquando quadrimeſtre, l. ſi debitori. ff. de iud. cum ſimil. Quãdoq. 10. menſium, l. 1. C. de oupt. Quandoque quinquennium, l. 1. §. quod dictum, de ſeparat. Præterea, judicis arbitrio relinquitur diffiniendum, l. ab hoſtibus, §. fin. Ex quib. cauſ. maior. Spieg. Prat. De hoc vide fuſius Conn. li. comm. 7. c. 12. n. 4. Gothof. ad l. 1. §. 9. ff. ſi is qui teſt. liber eſſe iuſſus erit.

Tempvs motæ litis, tempus Conteſtationis accipitur, not. ext. de ver. ſig. ex parte, 2. & c. ex parte, de reſtit. ſpoliat. Spieg. Prat.

Tempvs quinquennale, vocatur Luſtrum in quot annos olim prædia locari ſolebant. Luſtrum enim à luendo, hoc eſt ſoluendo dictum eſſe, Varro autor eſt: quoniam quinto quoque anno vectigalia tributaque exigebantur. Spieg.

Tempvs

TEMPVS quod excedit hominum memoriam, ſpecies eſt vſucapiendi omnium efficaciſſima: poſt tantum enim ſeculum nullo probationum genere homini poſſibile eſt, aut defendere, aut impugnare fidem poſſidentis. Quomodo autem probari debeat, memoriam non extare, nemo melius, quam Paulus ipſe tradit, in l.pen.de Probat. & in l.a. §. idem Labeo, de aqu.plu. arc. Spieg. Prat.

TEMPVS ſtatutum in l.1.C ſiquis ignorans rem minor. eſſe, id eſt quinquennium, Gothoſ.in d l.1.

TEMPVS 30. dierum dicitur pleniſſimum, ad deliberandum ſuper quocunque negotio, per text.& gloſ.in auth. de appell.§.1 Coll.quarta.Spieg.Prat.

TEMVLENTIA, pro vinolentia.Impp.in l.vulea C.Si quis Imper maled. ac temulentia mabolentus obtrectator temporum noſtrorum fuerit. Temetum exiſtimat interpres eſſe genus optimi vini, quum pro vino quocunque accipiatur, dictum quod tenet, hoc eſt, labefactet mentem. Vide Donatum in Terentium Spieg. Prat.

TENAX ſui iuris dicitur, qui tam arcte jus ſuum ſeruet, vt de eo demere aut auferre ſibi ab aliquo, ne tantillum quidem patiatur. Quod auarorum eſt dominorum proprium in ſuos colonos. Colum. Sed nec dominus in vnſquaque re, qui colonum obſignauerit, tenax eſſe iuris ſui debet, ſicut in diebus pecuniatum, &c.Spieg.Prat.

TENDERE ad noxam, pro ſpectat vel vergit. Spieg.

TENDERE iore militari tentoria figere, ſeu papiliones erigere ſignificat. Virgil. lib. 2.Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles.

TENDIT pro ſpectat, vel vergit, .ſtatutum de reſcript.in 6 Pra.

TENERA ætas, puerilis & pupillaris, etiam noſtris, l fin.C.de teſtam.milit.Alberic.

TENERE merum factum ſignificat, & ad poſſeſſionem corporalem refertur. Tenet enim qui corpore poſſeſſioni inſiſtit, licet non poſſideat, l.9 in fin.ff.de rei vindic.Itaque tenere & poſſidere ſeparantur, l.18. ff. de acceptilationibus. Quinetiam in quos jus poſſidendi non cadit, quales ſunt ſerui, hi tenere recte dicuntur, l. 38 §. hæc quoque ſtipulatio, ff de verb.obl l.49. §.1. ff. de acquir.poſſeſſio, l.4 §.item ſi eam rem, ff.de vſucap. Schard.ex Briſſ.& Prat.

TENERE interdum ſignificat, quod obtinere & judicio vincere: Paulus in l. vlt. ff.de except. rei jud.Qui in rem egiſſet nec tenuiſſet. Imp.Ant.in l.1.Cod.ad l. Fabiam de plagiat. Si vero in cauſa tenuerit, etiam l. Fabiæ crimen perſequi poterit Philippus,& in l.6.C.ad l. Corn.de falſ. ſecundum ſcriptorum Codicum lectionem, Qui falſas. tabulas dixerit nec tenuerit, quod nonnullorum inſcitia immutatum eſt. Similiter in l. 18. C. de inoffic. teſt. Eum, ait Gordianus, qui in officioſi cauſam delatam non tenuit, à falſi accuſatione non ſubmoueri placuit. Cic. in orat. pro Cæcin. Et hoc loco dixiſti Scæuolam cauſam apud centumuiros non tenuiſſe. Suet.in Domit.c.9. Nec repeti niſi intra annum, eaque conditione permiſit, vt accuſatori qui cauſam non teneret, exilium pœna eſſet. Briſſ Prat.

TENERE eſt proprium naturalis poſſeſſionis. Habere & poſſidere ciuilis, & ita habere & poſſidere ita pleruunque junguntur, ſibi habere & poſſidere, l. pater, §.quindecim, de legat.3.& in l. Gaius,§ Titius, de legat.2 Habuit & poſſedit pro eo. Interdum tenere accipitur pro poſſidere, vt in l.iuſto §. vlt. ff.de vſus.& vſucap. & habere vel poſſidere pro tenere. Cuiac. ad l.38.§.Si quis ita, ff de verb.oblig.

TENERE facti eſt, poſſidere juris. ait Gothofr. in not.ad Inſtit. tit. quibus modis toll.oblig.per l. 38. in princip. de verb.oblig. vide eundem Gothofred.in notis ad l.3. C. de rei dominic. vel templor. (caut.

TENERE pro obſeruare. Sic illud tenendum eſt in l.ta. ff. ſi quis

TENERE decretum aliquem, dicitur. id eſt aſtringere & obligare, Sic tenuit eum decretum in l.23.ff.de excuſat, Sic eodem ſenſu dicitur quæſtio tenere vnum ex hæredib. l. 26. ff. de except.rei jud.Briſſ.

TENERE, pro valere, conſiſtere. Sic, tenebit actio, id eſt, valebit, l.49 ff.ad SC Trebell.Briſſ.

TENERE gratiam, pro eſſe in gratia.

TENERE hæreditatem. Cicero: Tenuit permagnam Sextilius hæreditatem, de Finib.lib.2.

TENERE partes, ſententiæ alicuius eſſe.

TENERE in poteſtate, pro in poteſtate habere, & moderari.

TENERE ius dicitur, qui calleat leges & iura.

TENERE legem, Legi ſubjici.

TENERE perſonam, tranſlate, pro ſtatus alicuius eſſe.

TENERE promiſſum, id eſt, præſtare.

TENERE argumentis & teſtibus, eſt coargui & conuinci.

TENERI, pro obligari. Hinc teneri Lege aut interdicto quis dicitur, cum per Legem, vel prætoris edictum, interdictum ve obſtrictus eſt ad aliquid faciendum, vel non faciendum. Sic Teneri quem promiſſo, pro obligatum eſſe, accipiendum eſt Spieg Prat.Briſſ.

TENERI pœna, pro obnoxium eſſe.Spieg.

TENERI & de vulnerato,& de occiſo: duo enim ſunt delicta, vt ait Caius in fin. l.illud quæſitum, ad Aquil.Spieg.Prat.

TENERI, reputari, cenſeri, c.illis 80. diſtinct.

TENERE pro retinere, l.hæredi. 25. ff.de iis quæ vt indign.

TENERI in adminiſtratione, l.e.detineri, l.10. C.de excuſ.tutor.

TENET pro occupat & regit, in l 7. §. inſula. ff.de acq.rer. dom. Sed & terra teneri dicuntur quæ terræ cohærent. Briſſ.Prat.

TENOR, quod attenditur. Fel. in c. quum venit.1. extr. de teſta. Eraſmus ait, Tenorem, vel progreſſum vocant. Vnde quæ ſunt ſimilia, ſibique veluti perpetua quadam ſuccedunt ſerie, horum eſſe tenorem dicimus Spieg.

TENOR actorum, l.21 C.de fid.inſtrum. Tenor ætatis, l.28.§.pen. ff. de liber. & poſth. Tenor inſtrumenti, l. 8. ff. de ſtat. hom. Tenor juriſdictionis l. 8 C.quod met. cauſ. Tenor legis l.pen. C.ad l.Aquil. Tenor rationis, l 26.ff.de legib Briſſ Prat.

TENOR pro pactione contra communem feudi naturam ac rationem in contractu interpoſita lib.feud.2.tit.2.§.3.Prat.

TENTARE, à tendo deductum, eſt rem incertam aggredi, & diligenter inquirere: quaſi manum tendat, vel aliam corporis partem, & experiatur Cic. in Paradoxis: Tentare volui, poſſentne ea dici, vt probarentur. Vlpia. in l.bis conſequenter, §. ſed cum, ff.famil.hercisc.ex Prat.

TENTARE ius dicitur, quum non intellectum ac incertum aggreditur, hoc eſt, experitur. Autor Tullius in orat.pro C. Rabirio Poſtumo.Old Prat.

TENTAT pro tentat dicere & affirmare nititur, vide Tentat. Pra.

TENTORES dicebantur ii, qui vel equos vel repagula in circuitu tenebant, antequam ad curſum emitterentur: hi à Græcis *ἀφέται* appellabantur, vt annotauit Adrian. Turneb.aduerſ.lib. 18 cap 38.

TENVES homines, non viles, vt Interpres exiſtimat, §.ne tenuis, l. illicitas, ff.de offi. præſid.ſed potius intelligendi, qui vel humili loco nati, vel quibus tenues facultas, aut nullæ ſunt. Tenuiores, id eſt, pauperiores, vt apud Ciceronem, recte interpretatus eſt. Vnde tenuitas patrimonij, pro exiguitate & moditate, in l. 1. C.de perie.tut.Old.Prat.

TENVIS intellectus, non pro breui, ſed paruo & exiguo, apud Iuriſconſ accipiendus eſt, l. fin. ff.de diuort. Prat.

TENVIT damnatio, pro accepta eſt & probata, in l.2., ff. de pœnis. vt apud Plinium, Sententia tenuit, in Epiſtola, vt ait: Sic ex tribus ſententiis quæ factæ ſunt, tenuitque ex duabus altera, tertia expulſa Old.

TENVS pro eo quod dicimus. Vſque ad, ſequitur dictionem (vt aduerſus) cui inſeruit. Paul. Creditoris, cui pignus ſurreptum eſt non creditor tenus intereſt, ſed omnimodo furti agere poteſt.Spieg.

TENVTA. verbum è doctoribus deriuatum, pro ſimplici ſaiſina, quæ poſſeſſorem non facit, ſed in poſſeſſione eſſe l. poſſideri, §. fin. ff.de acquir. poſſ. Huius meminere Bart. in leg. Fulcinius, §.ſi quis, ff quibus ex cauſ. in poſſeſſ.eat. Alexand. conſil 47.vol 2.

TEPIDARIVM eſt ahenum, ex quo tepida exit: vt Caldarium, ex quo aqua calida hauritur: & Frigidarium, ex quo frigida. Vide Sipont.Spieg.

TEPIDARIVM, & balineum Paulus pro eodem poſuit in l.19. ff. de ſerui.vrb.Non poſſe, inquit, prohiberi vicinum, quod minus balineum habeat ſecundum parietem communem, ſed ſi talis ſit vſus tepidarij, vt adſiduum humorem habeat, poſſe prohiberi. Similiter Vitruu. lib. 5.c.10. vbi de balnearum diſpoſitionibus loquitur, principio Tepidarium pro ipſa balnei cella poſuit: mox, pro vaſe aheneo in quo aqua calefit.Hot.Prat.

TER enixa mulier dicitur, quæ vno partu tergeminos, hoc eſt, tres edidit, vt ait Paulus in l. terenixa, de verb ſig.SC. Tertulliano cautum erat, vt quæ mulier ingenua Romana tres: Libertinæ vero, vel Latinæ conditionis, quatuor liberos enixa eſſet, filio defuncto ſuccederet, §. 2. Inſtit.ad SC.Tertul.Vnde Pauli ſententia, mulier quæ tergeminos peperit SC. Tertulliani gaudebat beneficio. Hodie tamen & Honorij & Iuſtinian. Conſt.l.1.& 2.C.de jur.lib.extincta huiuſmodi priuilegia ſunt. Quod Procopius admodum improbat, cauſamque euerſionis Rom.Imperij inde ortam arbitratur.Spieg.

TER factum intelligi Albericus adnotauit, quod eodem momento fit. Proinde mulier ſic inſtituta, ſi ter peperit, hæreditatem capiet vno partu, tergeminos enixa, l. ter enixa d.tit. de verb. ſign. Spieg.

TERGEMINVM Honorem Turneb. aduerſar. lib.3.c.20 pro maximo & ampliſſimo interpretatur, veluti cum populus ingentem tollat plauſum, aliquem honorans Sæpe etiam in hac notione hoc verbum à poëtis tritum animaduerti. Martial.

Tergeminum mugiat ore ſophos

Id eſt maxima voce ſucclamet ſophos. Item Tibullus,

Illud tergemina nantem cenſuna mortis.

Id eſt, ingentis & multiplicis. Hinc adeo id factum ſuſpicor, quod quæ tergemina ſunt eadem ampla & magna ſunt. Schar. ex Turneb.lib.& cap eod.

TERGIVERSARI, inquit Marcianus, eſt in vniuerſum ab accuſa-

tione deſiſtere, in l. 1. ff. ad SCtum Turpill. Vide ſupra, Temeritas accuſatorum. Non. Marcello eſt fallere, & dicta mutare. & eſt quaſi tergum vertere. Spieg. Adde Conn. lib. 5. c. 7.

TERMES, hoc eſt, ramus ex arbore decerptus cum fructu, nec foliis repletus, nec nimis glaber. vt Feſtus ait, in diuiſione agrorum, antequam metæ ponerentur, figi ſolebat: termino nomen dedit. Deus apud antiquos creditus, in cuius tutela fines agrorum eſſe exiſtimabantur. Caius Cæſ. tulit legem agrariam, aduerſus eos qui terminos ſtatutos extra ſuum gradū ſines ve mouerūt dolo malo. Calliſtrat. autor. l. fin. de Term. mot. tulit & aliam diuus Nerua, cuius idem meminit ibid. Spieg.

TERMINALES arbores apud Paul. lib. 5. ſent. tit. 22. de quibus vide Sicul. Flaccum, Hygenum, & alios auctores de limitibus Briſſ. Prat.

TERMINALES lapides qui terminos conſtituunt, apud Ammia. Marc. lib. 18. qui & finales in libello variorum auctorum de limitibus, Briſſ. Prat.

TERMINALIS ſententia, id eſt, definitiua, l. vlt. C. de iur. dot.

TERMINARE, pro limites conſtituere, & apud Ciceronem primo offic. cum ait: Illorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminarunt in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Spieg.

TERMINATA. Paul. in l. vt ſunt, ff. de verb. ſign. Vt ſunt inquit iudicio terminata, tranſactione compoſita, longioris temporis ſilentio finita Old. Prat.

TERMINI appellatione quid veniat, docet Bart. l. 3. de ann. legat. Prat.

TERMINI, limites agrorum, & fines poſſeſſionum ſignificat, l. 3. ff. de adquir. poſſeſſ. Hinc fines, agrorum termini, quod hæ partes propter limitare iter maxime teruntur. Briſſ.

TERMINVS à terendo dictus, vt vult Varro lib. 4. de ling. Lat. ſed inepte, cum, τέρμα Græce dicatur. Et eſt ſignum quod agrum ab agro, id eſt, limites agrorum fineſque poſſeſſionis diuidit *ein Marckſtein*. Modeſt. tit. de term. moto. Terminorum, ait, auulſorum non mulcta pecuniaria eſt, ſed pro conditione admittentium coercione tranſigendum eſt, Coercio *ein Leib. ſtraff oder buſs* Paul. in l. ſed & ſi. ff. fin. regund. Si dicantur, inquit, termini deiecti, vel exarati, iudex qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poteſt. Sic l. 3. ff de acqu. poſſ. l. 12. ff. fi. regund. Terminos ergo, finium cauſa poſitos lapides, arboreſve accipimus, l. 1. 2. 3. de term. mot. Prat.

TERMINVS iuris, ad dandum apoſtolos, vt vulgo dicunt. eſt tempus 30. dierum, intra quod iudex tenetur dare apoſtolos, hoc eſt, literas dimiſſorias. Vide Marcellum dictorum verborum ſignificat. eleganter tractantem, in l. 1. ff. de libell. dimiſſ. Spieg. Prat.

TERMINVS litium, pro fine inſtantiæ vel ſententia diffinitiua. §. ſed hodie. Inſtit. de ſatiſdat. Is autem eſt in criminalibus biennium, ſicut triennium in ciuilibus cauſis, l. 1. C. vt in cert. per. temp. Et ideo, vt ait Alc. biſerrant vulgares latrunculatores (*Blutrichter*) qui ſi reum conuincere nequeunt, eum rebus ſic ſtantibus abſoluunt, vt quacunque vel minima coniectura ducti, rurſus in carcerem trudant. Nam elapſo biennio, inquietari amplius non poteſt: & cum accuſatori ſtatutus eſt terminus probationum recipiendarum cauſa, ſi probatum non ſit, diffinitiue reus eſt abſoluendus: non autem ea forma, quam concuſſores & ἀργυρολόγοι iudices repererunt. Spieg. Prat.

TERMINVS pro numero præciſo, in l. 2 ff. de decr. ab ord. facien.

TERMINVS ſimpliciter datus intelligitur peremptorius, c. 2. de dolo & contum. in 6. Prat.

TERMINVS peremptorius quædam interlocutoria eſt. Alber. Archidiac. c. 1. de except. in 6.

TERRA conditum corpus videtur, etſi in arcula conditum hoc animo ſit, vt non alio transferatur, autor Modeſtin. in l. diui fratres de relig. Plane vſurpat arculum pro loculo, quo cum mortui conduntur in terra. Spieg.

TERRA integra, apud Caium in l. ſylua cædua, de verb. ſign. intelligenda, quæ nundum depaſta eſt: licet ibidem, vt adnotauit, Alciat. paſcendi verbum, progoe faciendi, contra rationem ſermonis Accurſ. intellexerit, l. de Glande leg. Spieg.

TERRA proſciſſa dicitur, quę primum aratrum experta eſt grandioribus glebis relictis: Catoni, Plinio, & cæteris. Spieg.

TERRA Salica. Quære, Salicam Legem.

TERRAM pro terra, Prouerbiali figura, in hominem exulem, erronem, & incertis vagantem ſedibus. Eraſm.

TERRAM territorium aliquando ſignificare, & prouinciam, ſeu regionem etiam, apud Cicer. tum alios probatos autores, obſeruarunt Grammatici. Bart. in l. 1. ff. de via publica. Spieg.

TERRAM video Qui moleſti, teſte Eraſmo, prolixique laboris finem adeſſe ſignificat, dicere ſolet γῆν ὁρῶ id eſt, terram video Spieg.

TERRENA via, Sabuloſæ opponitur. Vlp. l. 1. de via pub. §. ſi quis. Neque humiliorem, inquit, viam ſub nomine refectionis, is qui interdicit poteſt facere, vel in viam terrenam glaream iniicere, aut ſternere viam lapide, quæ terrena ſit: vel e contrario de ſtrata terrenam facere. Spieg. Prat.

TERRERE, & terrorem incutere. Vnde apud Vlp. poteſt Proconſul de plano cōminari etiam, & terrere filium à patre oblatū, qui non, vt oportet, conſeruari dicatur, l. nec quicquam de off. proconſ. Sed ſubmouere ſignificat: vt exponit Caius in fin. l. pupillus eſt, de verb. ſign. Terror armorum, ſatis arguit quem eſſe deiectum, l. idem eſt, ff. de vi & vi arm. Spieg.

TERRIBILES judex, item terribiles Leges dicuntur, quod terrorem iniiciant delinquentibus, quemadmodum & diuina eloquia, l. vnica, C. ſi rect. prouinc. Authent. de mand. princ. § talem. Aut. Conſtitutio quæ adſcript. § penult. Spieg.

TERRITORIVM & gleba ſæpe pro eodem ſumuntur, vt l. 11. C. de oper. publ. l. 3. de nat. lib. l. nulli, C. de epiſc. & cler. Sicut & municeps & curialis pro eodem l. 5. C. de omni agro deſerto. God. lib. 2. l. 1. de fug. colo. C. lib. 2. eod. l. 41. C. Theod. de oper. publ. Cuiac. ad l. iubemus, C. lib. 11. d. tit. de omni agro deſerto, vide etiam in l. pupillus, verſic. territorium, ff. de verb. ſig.

TERRITORIVM, inquit Pompon. in l. 239 §. 8. ff. de verb. ſign. eſt vniuerſitas agrorum, intra fines cuiuſq; ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magiſtratus eius loci intra eos fines terrendi, i. ſubmouendi, ius habet. Briſſ. Varro autem Etymologiam territorij hanc conſtituit. Terra dicta ab eo (vt Ælius ſcribit) quod teritur. Itaq; terra in Augurum libris ſcripta cum R uno. Ab eo colonis locus communis, qui prope oppidum relinquitur, Territorium quod maxime teritur. At Siculus Flaccus aliunde huius appellationis originem deducit. Sic enim in lib. de conditio agror. ſcribit. Ab his populis, qui ſedes in aliqua regione conſtituerant, corumque agros occupauerant, præmeoſum quod vniuerſalis ſuffecturum videbitur ſolum territis fugatiſque inde ciuibus territoria dixere. Et alias: Bellis enim geſtis victores populi terras omnes, ex quibus victos eiecerunt, publice atque vniuerſaliter territorium dixere, intra quos fines ius dicendi eſſet: vbi malim, iuris dicendi ius eſſet. Hinc conſentit, Front. in lib. de agror. qualit. his verbis: Quidquid enim ad coloniæ municipijve priuilegium pertinet, territorij juris appellant. Sed ſi rationem appellationis huius tractemus, territorium eſt quidquid hoſtis terrendi cauſa conſtitutum eſt. At Iſidor. in alia penitus ſententia eſt. Territorium enim vocatum ait, quaſi taurritorium, id eſt, tritum bobus & aratro, ab eo quod antiqui ſulco ducto & poſſeſſionū & territorium limites deſignabant. Briſſ. Cuiac. ad l. duum virum de decu. C. lib. 10. territorium à terra mauult deducere quam à terrendo. Nam & pro fundo ſæpe accipitur, l. 3. C. de nat. lib. l. nulli, C. de epiſcopis & clericis.

TERRITORIVM oppidorum & ciuitatum, l. 3 § non perpetuæ ff. de ſepul. viol. l. 41. §. ſi quis ad opus, ff. de leg. 1. Territorium iudicis, l. fin. ff. de iuriſd. Prat.

TERROR armorum dicitur, & ſolo armorum aduentu, licet armis vſi non ſint l. 3. § qui armati, ff de vi & vi arma. Prat.

TERTIARE, verbum ruſticum, ad culturæ agri tertiam manum, vel tertiam operam ſpectans: quemadmodum Iterare, ad ſecundam. Spieg.

TERTIOCERIVS eadem forma, quæ primicerius & ſecundocerius dicitur, qui in ordine ſuo tertium locum obtinet, l. 1. C. de præpoſit. agen. in reb. lib. 12. l. 7. C. de palat. ſacr. larg. lib. 12. ibi & quartocerius eadem figura affertur. Inuenitur & tertiocerij nomen aliquoties in notitia Imperij Rom. Briſſ. Prat.

TERTIVM edictum, pro tertio capite, l. 1. §. deinde adjicit, ff. de poſtulando.

TERTVLLIANO Senatuſconſulto matres ad legitimam filiorum hæreditatem admittuntur, tit. ff. ad SCtum Tertyll. l. 54. ff. ad Trebell Briſſ.

TERVNCIVS, nummus à tribus vnciis dictus: cuius vtilitas in Prouerbium abijt. Vide Eraſm. in Chiliad & Bud. in Aſſe.

TESSARESCAIDECATITÆ in l. 5. C. de hæret. & Manich. hæreticorum genus ab eo nuncupatum, quod 14. Luna paſcha cum Iudæis obſeruare contendunt, auctore Iſid. lib. 8. Etymol. c. 5. Briſſ. Prat.

TESSERA ſymbolum eſt bellicum, quod in aciem prodeuntibus dabatur, ne confuſione diſtraherentur, & vt inter ſe ab hoſtibus cognoſcerentur. Vel vt ait Veget. lib. 2. c. 7. Teſſera dicitur præceptum ducis, quo vel ad aliquod opus, vel ad bellum mouetur exercitus. Polybius de teſſera militari ſcribens πλατεῖον appellat, quod taleola eſſet, vel tabella lata inſcripta, ſed & ξυλήφιον ab eodem vocari videtur. Eſt & teſſera frumentaria ſignum ſcilicet frumentarium, quod qui exhibebat, frumentum pro portione Romę à principe accipiebat, vt hodie quibuſdam in locis nummi plumbei, vel ærei, vel quid ſimile, quod pro ſymbolo ſit. Vlp. l. 52. §. 1. ff. de judic. Si libertis ſuis teſſeras frumentarias emi voluerit, quamuis maior pars hæreditatis emi voluerit, &c. Paulus l. 49. ff. de leg. 2. §. Si Titio frumentaria teſſera legata ſit, & is deceſſerit: Iuuenalis Satyra 7.

Summula ne pereat qua vilis teſſera venit
Frumenti.

Turneb. aduerſ. lib. 16. cap. 19. has teſſeras frumentarias exiſtimat dictas à Græco τέσσαρες & fuiſſe fruſtilla lignea quadrata, certa inſignita & notata forma, quæ dabantur iis quibus

ius erat

jus erat petendi frumenti publici, quanquam & rotunda etiam fuerint eum à Dione σφαίρια dicantur, id eſt, globuli & pilulæ. Itaque in Titio ſic ſcribit: σφαίρια ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν εἰς τὸ θέατρον ἐρρίπτει, σύμβολα ἔχοντα τὸ μὲν ἐδώδιμον, &c. Idem autem Turnebus ſcribit ex Suetonio, certum fuiſſe civium numerum Romanæ, quibus frumentum dabatur de publico. Hæc enim ſunt Tranquilli verba in Iulio Cæſare: Atque ex viginti trecentiſque millibus accipientium frumentum à publico ad centum quinquaginta retraxit. A Græcis teſſera frumentaria etiam σιτηρέσιον dicuntur, id eſt τὰ διδόμενα ποῖς εἰς τροφήν, quæ Pollux lib 8. inter honores publicos enumerat. Briſſ. Non admodum autem diſſimiles erant teſſeris frumentariis, quæ apud Athenienſes σιτήσεις dicebantur, id eſt, annonæ quæ bene de Rep. meritis debebantur, & jus epulandi publice in Prytaneo Hoſpitib. etiam teſſera olim dabatur, vt hoſpes agnoſceretur. Hinc qui jus hoſpitij violaſſet teſſeram confregiſſe dicebatur. Plautus in Pœnulo.

Deum hoſpitalem, & teſſeram mecum fero Idem in Ciſtel.
Ahi quare vbi iureiurando ſuo ſatis ſit ſubſidij.
Hic apud nos iam Alceſimarche confregiſti teſſeram.

Alias teſſeræ taxilli ſunt luſorij. Prat.

TESSERA publicæ ſecuritatis dicitur, quæ præſtatur iter facientibus: Barbari ſuum conductum vocant. Prat.

TESSERARII, inquit Vegetius lib. 2. cap. 7. ſunt qui teſſeram per contubernia, militum, aut prætorianorum nunciant. Plutarchus videtur eos vocare διοπτῆρας ver. Gloſſæ χειμαστής. Hi à numero ſpeculatorum fuerunt, vt diximus in verbo Speculatores, Cor. Tacit. lib. 17. Sed tum à libertis Onomaſtum futuro ſceleri præfecit, à quo Barbium Proculum teſſerarium ſpeculatorem & Veturium optionem eodem perductos, &c. ita enim legendum Plutarcho & lib. veteres reſtantur. Prat.

TESTABILIS dicitur cui teſtimonij dicendi jus eſt, idq; verbum lex Horatia vſurpat, quæ de Caia Tarratia facta eſt. Contrarium eſt in 12. Tab. ſcriptum. Improbus inteſtabiliſque eſto. Hæc Gell. lib. 6 c 7. Hot. Prat.

TESTACEVM opus Plinio li. 10. epiſt. de aquæduct. Nicomedenſ. Aliqua pars, ait, vt mihi videtur, teſtaceo opere agenda erit, id enim & facilius & vtilius. Prat.

TESTARI generaliter apud Iureconſultos dicitur, qui aut teſtes rogat, aut coram iis voluntatem ſuam exponit, etiam ſi inter vinos id fiat, vt annotavit Baldui. in ſua Catecheſi jur. civ. c. 3.

TESTARI non modo teſtamentum facere, l. 8. §. 1. ff. de tranſa. ſed & teſtibus adhibitis quidlibet declarare, denunciare, nuncupare facere ſignificat, l. 20. ff. de acquir. hær. Briſſ.

TESTARI, inter alia ſignificat etiam ſententiam ſuam exprimere. Vnde Teſtimonium & Teſtamentum deducuntur. Et Inteſtabilis, qui nec teſtimonium dicere, nec teſtamentum facere ex teſtamentove aliquid conſequi poteſt. Hinc & Inteſtatus. Alciat. de verb. ſig. Adde Conna. li. comm. 9 c. 1. n. 2.

TESTARI pro eo, quod vulgo dicitur proteſtari. Sic teſtari dominum, id eſt, proteſtari, ſeu teſtato denunciare, l. 3. §. cum inquil ff. vti poſſid.

TESTARI is dicitur libera voluntate poſſe, qui in bonis certis, hæredem quem vult, inſtituere poteſt, vt Bald. & alij tradunt in l. ſi ò C de pact. Spieg.

TESTARI, pro jurare & precari, vſurpari cœptum: ab eo quod teſtes per omen aliquod ſolebant affirmare verba ſua, quo majori fides adhiberetur. Vnde vſitatius, Deteſtor, idem eſt, quod deprecor, & abominor. Spieg.

TESTARI, eſt teſtificandi alicujus negocij cauſa tabulas obſignare. Venul. li. 25. ff. de teſtib. Curent magiſtratus cujuſq. loci teſtari volentibus & ſeipſos & alios, teſtes vel ſignatores præbere: quo facilius negotia explicentur, & probatio rerum ſalua ſit Hot.

TESTARI apud præfectum eſt teſtibus productis maleficium admiſſum oſtendere, l. c. 5. infra ad l. Iuliam, de adul. Peckius comment l. 7. n 6. ff de incend. ruin. naufrag.

TESTAMENTARIA appellata eſt, Cornelia lex de falſis, quod de his, qui teſtamenta ſubjeciſſent, reſignaſſent, celaſſent, ſuppreſſiſſent, falſave ſignaſſent, recitaſſent, ſcripta eſſet: Latius vero teſtamentariæ leges quæcunque ad cauſam teſtamentorum pertinent, accipiuntur inf. 1. §. lex Falci. ff. ad leg. Falcid. Briſſ. Prat.

TESTAMENTARIVS, id eſt, qui teſtamento datus eſt tutor, excludit legitimum, & dativum. Legitimus ſi eſt, dativum excludit, enim, vbi legitimus ſit datus à judice tutor, ipſo jure nullus ſit l. ſi tutoris tuæ, C. qui dat. tut. poſſ. Dativi tum demum ad tutelam vocantur, ſi nullo in teſtamento datus ſit, nec legitimus quiſpiã qui tutelam ſuſcipiat, ex agnatis ſuperſit. Old. monuit, diſtinguere doctores multas curatorum ſpecies: & quidem ſubtiliter magis, quam cum vtilitate fori, rixantes de nominib. & negligentes rem ipſam. Porro Teſtamentarius adiective, quod ad teſtamentum pertinet.

TESTAMENTARIVS vulgo accipitur pro executore teſtamenti, peſſimo errore. Alias enim ponitur adiective: tunc ſignificat quicquid ad teſtamentum pertinet, vt teſtamentarius executor, Teſtamentaria lex, Teſtamentarius ſcriba, ſicut in leg. 1. ff. ſi quia aliquem teſtam. prohib. Alias ſubſtantiue legitur pro eo, qui teſtamenta falſa conficit & ſupponit. Quocirca noſtrates ſolent etiam ignorantes ſignificationem rei declarare, hoc modo: Teſtamentarius, *Taſte zu vvas da iſt* Cic. lib. Offic. 3. Neque enim de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt. Eodem modo apud Calliſtratum eſt intelligendum, in l. divus. §. ſi quis duobus, ff. ad leg. Cor. de falſ. & apud Paul. in l. Impuberem; §. ſi teſtamentarius, ibid. Old.

TESTAMENTARIVS teſtamenti ſcriptorem ſignificat, qui dictante teſtatore id excipit, l. 6. §. 1. ff de hæred. inſt Briſſ.

TESTAMENTI ordo hic erat apud veteres: vt primo capite hæredis fiat inſtitutio, ſiue vnus, ſiue plures ſint, in vniverſum bona ex defuncti voluntate capiant. Sequenti capite & in ima cera, ſecundi hæredes legata, & reliqua teſtatoris voluntas & diſpoſitio ponuntur: ſiue aliquos onere gravare: aut ſi quibus dari ſiemque oportere, teſtator pro ſua voluntate arbitratus eſt: qui non hæredes, ſed Legatarij ſunt dicti. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 5. c. 1. Certe qui hodie obſervatur ordo in vlt. voluntatibus conſcribendis, excepta clauſula generali (quæ poſt eum locum ſortita eſt, ab Accurſianis, & mere formularis introducta, tum vſu in inſulſorum recepta notariorum) improbandus non eſt: videlicet, vt primo loco præfatio, ſecundo legata, tertio inſtitutio, quarto ſubſtitutiones, quinto cæteræ teſtatoris diſpoſitiones, inter quas exhæredationes referri ſolent, ponantur. Spieg.

TESTAMENTI factio eſt ius teſtamenti faciendi, aut ex eo capiendi aliquid: illa activa, hæc paſſiva teſtamenti factio dicitur. Omnes autem qui activam. Teſtamenti factionem habent, habent etiam Teſtamenti factionem paſſivam, non viciſſim omnes qui paſſivam, etiam habent activam. Vulte. in comm. Inſt quib. non eſt permiſſ. teſtam. in pr. 3.

TESTAMENTI factionem habere dicitur non is ſolum, qui teſtamentum facere poteſt, ſed & is, qui ex alterius teſtamento capere, & ſibi vel aliis adquirere poteſt, l. 16. ff. qui teſtam. fac. l. vlt ff. pro hærede, l. 11. l. 49. & l. ſeq. ff. de hæred. inſtit. Briſſ. Hotoma. hanc veterem locutionem eſſe vult, & à 12. Tab. manaſſe, in quibus tamen ſcriptum fuiſſe opinatur: De iis, quibuſcum teſtamenti factio haberetur, non qui teſtamenti factionem haberent, arg l. vlt. ff. pro hæred. l. 31. & 49. ff. de hæred. inſtit.

TESTAMENTI itaq; factio cum his eſſe dicitur, quibus vel hereditas vel legatum relinqui poteſt, l 7. ff. pro lega. l. 21. ff. de teſtam. tut. l 5. ff de ſervi. leg §. ſervus autem. Inſt. de hæred. inſtit. § teſtes. Inſtit. de teſtam. l. 82. § vlt. ff. de l. 2. Briſſ.

TESTAMENTORVM, hoc eſt verborum, quibus teſtamenta condita ſunt, Interpretatio latior eſt, quam rei ſtipulantiæ, l quicquid aſtringendæ, ff. de verbor. oblig. fac. l. veterib. ff de pact. Nam recepta pridem ſententia, & pium, & publice vtile eſt defunctorum elogia interpretatione iuvare, l. mulier. l. ſi mater & l. ſi ita eſſet ff. quand. dies leg. ced. Spieg.

TESTAMENTORVM ſubjectos, idem qui Teſtamentarius. Vide Cic. lib. de offic. 3. Spieg.

TESTAMENTO dati tutores videntur, qui codicillis teſtamento confirmatis dati ſunt, l. 3. ff de teſtam. tut. Prat.

TESTAMENTVM, inquit Imp. Iuſtinianus in prin. Inſtit. de teſtam. ordinand. ex eo appellatur, quod teſtatio mentis ſit: ſecutus omnium magnum illum ICtum Servium Sulpitium, qui lib. 2. de teſtam. ordinand id totidem verbis ſcripſerat, vt teſtatur Gellius lib 6. noct. Attic, c. 12. Quod axioma ibidem Gellio improbatur, & poſt eum Laurẽtio Vallæ l. 6. elegantiar. c. 36. Cuius vtriuſque autoritas apud nonnullos etiam Dd. juris in l. 1 ff. de acquir. vel amittend. poſſ. & in leg. 2. §. appellatur, ff. de reb. cred. tantum ponderis habuit, vt Iuſtinianum Imperatorem in hoc reprehenderint: pleriſque tamen ICtis probatur, & nonnullis adeo, vt teſtamentum his verbis à Iuſtiniano definiri etiam exiſtimaverunt. Dubium ſane non eſt, quin teſtamentum ſit teſtatio mentis: non facile tamen conceſſerim: teſtamentum eo modo eſſe definiendum. Alienus non ſum ab his, qui hanc teſtamenti etymologiam eſſe arbitrantur. Eſt enim hæc notatio nominis à forma teſtamenti deſumpta, non tamen omni ſed quadam eius parte: quaſi dicat Iuſtinianus, teſtamentum appellari ab eo, quod quia teſtibus adhibitis in eo mentem ſuam declaret. Sed obſtat ex veteribus Gellius, ex recenſentioribus Laurentius Valla. Hic enim ſupre dict. loco ſcribit: Cur à mente potius dicatur teſtamentum, quam à mento vel menta? Quia nihil ad hanc ſignificationem mentum mentave facit, inquies: Quid ego mens ad armentum, ad falſamentum, ac condimentum. & ad hujuſmodi infinita? Non eſt ergo vera hæc etymologia, neque à mente neque à mento, neque à menta, ſed potius hæc nomina aſſumunt Tum ſyllabam, cum exirent antea in Men, vt veſtimen, calceamen, regimen, quibus adjecta ſyllaba Tum, fit veſtimentum, calceamentum, regimentum: ita teſtamen, adiecta ſyllaba Tum facit teſtamentum. Hactenus Valla. Verum enim vero in ſcholis Grammaticorum hæc ita diſputantur argute: ſed habent ICtorum notationes ab illis rationem

longe diverſam. Grammatici enim de verbis agunt, ac notationes ſuas ex iiſdem deducunt: ICti non tam ex verbis quam ex rebus ipſis de quibus agunt, ut ex verbi notatione non intelligatur verbi proprietas, ſed natura rei. Hoc ICtis admodum eſt familiare, nec mirum, ſiquidem in pleriſque Philoſophos Stoicos, qui rerum maxime, non verborum ſtudioſi fuerunt, imitati ſunt. Ita enim jus à juſtitia appellatum dicit Ulp. in l. 1. ff. de juſt. & jur. cum tamen Grammatici ea de re interrogati reſponſuri ſint, vocabulum juris eſſe ſimplex, à quo juſtitia, non à juſtitia jus appellaretur. Ita Paulus in l. 2. §. appellata, ff. de rebus cred. mutui dationem, vel ut Juſtin. loquitur in ſuo principio Inſtit. quib. mod. re contrah. mutuum appellatum eſſe ſcribit, quod de meo tuum fiat, cujuſmodi notatio Grammatico ne in mentem quidem venerit. Ita donationem idem Paulus in l. 35. §. 1. ff. de don. mortis cauſa dictam eſſe ſcribit à dono, quaſi doni dationem, &c. Si igitur quæras cur hæ notationes ita fiant, rationem afferre poſſumus ex Conn. comment. lib. 9. c. 1. ubi ait: Quia unius verbi imagine totius rei informatio fieri non poterat, additum alterum eſt, quod ad proprietatem ejus omnino, de quo ageretur declarandam facere videbatur. Eadem ratione de teſtamento dicemus, quod teſtamentum dictum ſit quaſi teſtatio mentis, quæ notatio non eſt grammatica, ex verbi etymo ſed ex ipſa Juriſprudentia deſumpta. Recte igitur Juſtin. teſtamentum ita appellatum eſſe dicit, ſi in ſchola ICtorum verſemur: recte quoque Gell. & Valla ſi in Grammaticorum ſchola agamus. Et quemadmodum Juſtiniano nulla fuiſſet reprehendendi ratio, ſi notationem teſtamenti Grammaticam reprehendiſſet: ita Gellio & Vallæ nulla fuit Juſtinianum reprehendendi ratio, cum teſtamenti notationem juridicam attulit. Artes enim ſingulæ ſuis limitibus ſunt coercendæ, extra quos, ſi quis evagetur, is in meſſem alienam falcem immittit. Sit igitur nobis, qui in ſcholis ICtorum verſamur, illud certo poſitum, teſtamentum appellatum quaſi teſtatio mentis, & Gellio ac Vallæ argutias ſuas grammaticas relinquamus: ex Vulteio in comm. Inſt. ad prin. de teſtam. ordinand. n. 12. 13.

TESTAMENTUM varij varie definiunt: Receptior eſt definitio Modeſtini in l. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. quam cum accuratius tractet Vulteius jam d. loco nn. 14. & ſeqq. adſcribemus. Teſtamentum, inquit Modeſt. eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit. Accurſius gloſſator legum alioquin ſtudioſiſſimus definitionem hanc, ut non ſat perfectam, improbat, cui contradicit Bartol. ſcribens eam eſſe perfectiſſimam, & Cujacius in paratit. ff. cui definitio illa videtur eſſe perfecta. Sane à textibus juris recedere, mihi ſemper eſt religio, nec quicquam eſt, quod in Interprete magis improbem quam ſi vel ad emendandum, vel ad impugnandum textum: modo probabilis ejus defendendi ratio adferri poſſit, omnis ſit facilis. Sed in veris rerum definitionibus inveſtigandis tantum abeſt, ut quis contra juris principia ſive textus quid faciat, ut ea multo magis confirmet atque illuſtret, quemadmodum is, qui in vera hominis definitione eruenda laborat, hominem ejuſve naturam non deſtruit, ſed quis ſit, oſtendit. Eſt igitur in definitionem iſtam Modeſtini quam vocant, inquirendum accuratius. Veriſſimum eſt teſtamentum eſſe noſtræ voluntatis juſtam ſententiam de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit: Quæritur, an teſtamentum ita etiam recte definiatur: id vulgo exiſtimant: ego definitionem eſſe nego. Utque id negem facit definitionis natura. Docent Logici quod omnis definitio: quæ definito ſuo vel latior vel anguſtior eſt, vitioſa ſit. Hanc definitionem, ſi definitio eſt, dico utroque illo vitio laborare. Propoſitio argumenti hujus certiſſima eſt ex Logicorum ſcholis repetita. Aſſumptionis partes duæ ſunt, prior eſt, quod hæc definitio ſit latior: poſterior quod ſit anguſtior, quod utrumque vitium abſurdum non eſt in eadem definitione diverſo reſpectu concurrere. Quod latior ſit, ita oſtendo: Latior eſt illa definitio, quæ alij etiam, quam definito competere poteſt: quod idem eſt Logicorum axioma: at definitio illa etiam alij, quam teſtamento convenire poteſt: quod ſic probatur: Si codicilli, ſi mortis cauſa donatio, ſi quævis alia ult. voluntas eſt juſta ſententia voluntatis noſtræ, de eo quod poſt mortē noſtrū fieri velimus, definitio illa etiam alij quam teſtamento convenire poteſt. At prius eſt: & poſterius igitur. Propoſitionis conſequentia per ſe ipſe patet. Aſſumptio probatur inde, quod quælibet ult. voluntas eſt juſta ſententia voluntatis noſtræ. At codicilli, mortis cauſa donatio, &c. ſunt ult. voluntates. Hic nec propoſitio nec aſſumptio negari poteſt. Verumtamen Interpretes ne hoc quod in diſceptatione poſitum erat, contra ſe ipſos concedere videantur, refugium quærunt in vocabulo juſta. Cætera. n. Modeſtini verba, cum omnia ſint manifeſta, nec negari poſſit, quin cæteris etiam ultimarum voluntatum ſpeciebus accommodentur, in hoc ſolo omnem teſtamenti vim poſitam eſſe exiſtimant, ut teſtamentum à cæteris ult. voluntatis ſpecieb. diſtinguatur. Verum ſi hoc ita eſt, cæteras omnes voluntatis ſpecies injuſtas eſſe neceſſe fuerit, injuſtum enim opponitur juſto, nec Logicorum regulas aliter fieri poteſt, quam ut ejus, qua res à re diſtinguitur, contrarium ſit in illa, à qua diſtinguitur. At vero niſi cæteræ ultimarum volunt. ſpecies juſtæ ſint, juris effectum non habent: cum autem æque ſuum habeant effectum atque teſtamentum, etſi non omnino eundem, negari non poteſt, quin & ipſæ juſtam habeant ſententiam. Hunc nodum cum Interpretes viderent, vocabulum *Juſta* interpretantur *perfecta*, alij malunt *ſolennis* idque autoritate Ulpia. in fragm. tit. 20. ubi ait. Teſtamentum eſſe mentis noſtræ juſtam conteſtationem, in id ſolenniter factam, ut poſt mortem noſtram valeat. Sed ut hæc Modeſtini ſententia fuerit, debuit certe in definitione ejuſmodi verbis uti, quæ eſſent propria & perſpicua, quæ interpretatione ejuſmodi non indigerent, præſertim cum Modeſtino tam facile fuiſſet dicere *perfecta*, aut, ut alij malunt, *ſolennis* quam dicebat *juſta*. Cur enim Modeſt. non dixiſſet, *perfecta*, aut cur non dixiſſet *ſolennis*? Sed ſit ſane ita, admittamus interpretationem, & tamen ne ſic quidem res expedita fuerit. Nam codicillos cæteraſque ult. voluntatis ſpecies eandem in ſuo genere habere perfectionem, quam in ſuo genere habent teſtamenta, nullus ICtus unquam negaverit, ut jam pridem demonſtratum eſt à Vigilio Zuichemo in prin. Inſtit. de teſtam. ordinan. nu. 24. Quod ſi vero juſtam ſententiam interpretemur ſolennem, videamus, ne dum teſtamentum à cæteris ult. voluntatis ſpeciebus diſtinguere volumus, nimis anguſte teſtamentum definiamus, excludentes teſtamentum militis, quod ut maxime ſolenne non ſit teſtamentum tamen eſt, aut, ut dum teſtamentum à cæteris ult. voluntatis ſpeciebus diſtinguere volumus, genus diſtinguamus à ſpecie. Sed ſpecies à ſpecie diſtinguitur, non à genere, quod illi ineſt. Teſtamentum, n. militare æque teſtamentum eſt, & æque eſt juſtum atq; paganum, tametſi non ſit ſolenne: ſolennitas ſpeciei eſt, hoc eſt, teſtamenti pagani, juſtitia eſt generis omni teſtamento Romano conveniens. Quid igitur eſt quod Modeſtinus dicit juſta? Hoc nimirum ut teſtamentum debeat eſſe naturali æquitati & civili conveniens, & quoque in ſuo genere ſecundum regulas & præſcriptum juris factum, quorum prius ad materiam teſtamenti pertinet, poſterius ad formam. Nemo enim facere poteſt, quominus leges in ſuo teſtamento locum habeant, l. nemo 55. l. ſi quis ita. in fin. ff. de leg. 1. Oſtenſum eſt hanc definitionem definito ſuo eſſe latiorem: eſſe vero & anguſtiorem nimirum quod ad teſtamenta ipſa attinet, oſtendit Vultejus hoc modo. Sunt teſtamenta quædam injuſta, cujuſmodi ſunt teſtamenta peregrinorum, hoc eſt, eorum qui non ſunt cives Romani, quorum meminit Ulp. in fragmen. tit. 20. §. Latinus. Hæc teſtamenta non ſunt nulla, ſed ſuam etiam vim & robur. habent, veruntamen quoniam non facta ſunt ſecundum præſcriptum legum Romanorum, juſta non ſunt. Sunt quidem illa teſtamenta, ſed quoniam à civibus Romanis facta non ſunt, injuſta, atque hoc qualitatem teſtamenti ſignificat: illud autem quatenus quæritur an teſtamentum ſit, denotat ſubſtantiam. Sicut igitur diſtincta eſt ſubſtantia rei à qualitate ejus, ita diſtinguitur quæſtio illa an ſit teſtamentum, ab ea, qua quæritur, quale ſit teſtamentum, quod propterea addo, ne quis forte putet, conciliari hanc rem poſſe, ſi dicetur, teſtamenta illa injuſta eſſe. Sed quoniam Modeſtino propoſitum erat docere duntaxat de teſtamentis civium Romanorum, anguſtia hæc excuſatur, iſtiuſmodi definitionis excuſationem non habet, multo vero minus interpretes. Non eſt igitur illa teſtamenti definitio. Duas teſtamenti definitiones quæ afferuntur, jam profligavimus: profliganda etiam nobis nunc eſt tertia ex Græcorum interpretum commentariis deſumpta: dicebant illi, teſtamentum nihil eſſe aliud, niſi hæreditatis dationem. Hæc definitio ſi vera eſt, neceſſe eſt, ut ubicunque eſt teſtamentum, ibi etiam detur hæreditas, & viciſſim ubi datur hæreditas, ibi eſſe teſtamentum. Sed hoc utrumq; falſum eſt. Falſitas prioris ex eo patet: quod ſi quis teſtamentum faciat, atque in eo hæredem inſtituat ſui hæredis jura habentem, inſtituto hæreditas nõ datur. Dare enim eſt dominium transferre, §. ſic itaque. Inſtit. de act. at vivo patre filij rerum paternarum quodammodo domini eſſe cenſentur, § ſui. Inſtit. de hæred. qual. & diff. cum l. in ſuis 11. ff. de liber. & poſthum. adeo ut pater ſi in alium hæreditatem transferre velit, neceſſe habeat, eam prius filio adimere, quod fit exhæredatione. Exhæredatio enim eſt hæreditatis ademptio. Si igitur filio per exhæredationem hæreditas adimitur, neceſſe eſt ut filius eam prius habuerit. Quod enim non habetur, adimi non poteſt: Si vero habetur, dari etiam amplius non poteſt, eo ipſo quod jam habetur: at ex teſtamento hæreditatem filius non habebat, quia filius non erat inſtitutus hæres. E contrario, dari etiam nonnunquam hæreditatem, ubi teſtamentum non eſt, ex eo conſtat, quod hæreditas dari poteſt etiam in codicillis per fideicommiſſum, § directo Inſt. de codicil. l. 1. §. fin. ff. de jur. codicill. Si dicas hoc fieri oblique, illud vero in teſtamento fieri directo: reſpondebo primum, eſſe hanc quæſtionem de obliqua & directa hæreditatis datione, ab ea, quæ nobis eſt propoſita, aliam. Noſtra. n. quæſtio ſubſtantiæ eſt, hæc qualitatis: quærimus enim ſimpliciter, an alia etiam ult. voluntate, quam teſtamento, hæreditas adiri poſſit: directo, an oblique

obliquè non quærimus, nec locum habet quæſtio illa poſterior, niſi prior illa ſit expedita: ad ſubuertendam enim Græcorum definitionem ſatis eſt, hoc obtinere, etiam codicillis hæreditatem dari, quomodocunque etiam detur. Reſpondebo ſecŭdo, quod miles in codicillis, qui tamen teſtamentum non ſunt, hæredem directò inſtituere poſſit, l. militis 36. ff de teſtam. mil. Quid igitur? Probabam aliquando, ajt Vulteius, vt definitio teſtamenti reperiretur ex l. quærebatur 19. ff. de teſtam. mili. & teſtamentum definiretur hæredis inſtitutio: confirmabar me in eo etiam, quod omnis vis ac poteſtas teſtamenti in hæredis inſtitutione eſſet poſita, §. ante hæredis Inſt. de legat. l. quod per manus 10 ff de iur. codicil. Vlpia. in fragm. ti. 24 præſertim cum viderem etiam Impp. ita argumentari, ex eo quod quis hæredem inſtituiſſet, non codicillum, ſed teſtamentum eum facere voluiſſe, eamq; ad rem autorem habebam magnum illum Accurſium qui in gloſſa ad Modeſtinum, vt definitio perficeretur, addidit, cum hæredis inſtitutione. Sed animaduerto non eſſe nulla, quæ & huic definitioni obſtent. Nam in codicillis etiam, etiamſi non ſemper, interdum tamen hæres inſtituitur, & vero etiam in codicillis militis interdum directa ei hæredis inſtitutio. Sed quoniam ex natura codicillorum hoc non eſt, vt in iis directò hæres inſtituatur, videor mihi teſtamentum ita abſolute definiri poſſe, ſi dicam: Teſtamentum eſt vltima voluntas directa, ex ſui natura inſtitutionem hæredis continens: Hæc Vult. d. loc. n. 15. 16. & ſeqq.

TESTAMENTI ſumma diſtributio hæc eſt. quod aliud eſt juſtum, aliud injuſtum, quæ præterquam quod per ſe ipſa ſatis patet, comprobatur ex rubr. ff de iniuſt. irrito, & leg. 2. §. primo, ff. quemadmod. teſtam. aperiant. Teſtamentum iuſtum eſt teſtamentum factum à ciue Romano: injuſtum contra factum non à ciue Romano ſed à peregrino. (Accipimus autem peregrinum, non qui à patria ſua peregre abeſt, ſed qui ciuis Romanus non eſt, ſiquidem peregrinari ſiue peregre abeſſe quis poſſit qui tamen ciuis Romanus ſit, & maneat) cur juſtum & injuſtum teſtamentum ex ciue Rom. & peregrino, non autem regulis circa teſtamentum ordinandum à jure præſcriptis, metiar, cauſa hæc eſt, quod fieri poſſit, vt quis peregrinus omnes condendi teſtamenti ſolennitates à jure requiſitas obſeruet, qui tamen teſtamentum juſtum non condat, eo quod ciuis Rom. non ſit: ciuis Romanus autem à contrario ſi vel minimam ſolennitatem à jure in teſtamento faciendo requiſitam non obſeruauerit, propterea tamen teſtamentum injuſtum non facit, eo quod ciuis Romanus eſt. Nam ſi ſolennitates in ſuo genere non obſeruauerit, omnino nullum eſt. Teſtamentum autem nullum cum teſtamento injuſto idem non eſt, quod declarari poteſt exemplo vxoris iniuſtæ & vxoris nullius. Vxorem enim iniuſtam dicimus eſſe vxorem, vxor nulla ne vxor quidem eſt, quod patet ab effectu, cum illa accuſari adulterij poſſit, hæc non item, l. ſi vxor 13. § 1. ff. ad leg. Iul. de adulter. Et vero teſtamentum nullum ne vllo quidem modo vnquam iuſtum eſſe poſſit: at teſtamentum iniuſtum, juſtum eſſe poſſit. Nam ab alio, quam à ciue Romano, teſtamentum ſecundum ſuæ ciuitatis leges factum, tametſi in Republica Romana iniuſtum ſit & habeatur, in ea tamen Republica ſeu ciuitate, cuius ipſe ciuis eſt, iuſtum fuerit. Vnde non temere à Caio libro ſecundo Inſtit. ſcriptum, & à compilatoribus in l. 4. ff. qui teſtamen. facere poſſ. relatum eſt, quod ſi quæramus, an valeat teſtamentum, in primis animaduertere debeamus, an is qui teſtamentum fecit, habuerit teſtamenti factionem: deinde ſi habuerit, requiremus, an ſecundum regulas juris ciuilis teſtatus ſit: cum Caius ad quæſtionem illam decidendam ſimpliciter reſpondere etiam potuiſſet; id teſtamentum valere, quod ſecundum regulas juris ciuilis factum ſit, ſed quod fieri poteſt, vt quis ſecundum regulas juris ciuilis teſtetur, is autem ciuis Romanus non ſit, ſtudioſe ad duo illa Caius attendendum monet. Ita teſtamentum nullum tantum ſit in Rep. Romana, non extra illam: & ſemper teſtamentum quod ſit extra Rempubl. Rom. iniuſtum eſt, ſiue in ſua Repub. valeat, ſiue non valeat. Sed quoniam teſtamentum injuſtum ad aliam quam ad Rempub. Romanam ſpectat, de eo teſtamento. quod juſtum eſſe diximus videndum eſt. Dixi teſtamentum iuſtum eſſe teſtamentum factum à ciue Romano: ſed cum multi ſint ciues Romani, qui teſtamenti faciendi poteſtatem non habent, aut vt habeant, non tamen ea recte vtuntur, definitio hæc ita ſupplenda eſt, vt dicamus, teſtamentum juſtum eſſe teſtamentum factum ſecundum regulas juris ciuilis, à ciue Romano, teſtamenti factionem habente. Hoc iterum ſimplex eſt vel mixtum: quæ diſtributio ex principali cauſa teſtamentorum efficiente deſumpta eſt, hoc eſt, ex jure. Simplex eſt, quod vna juris parte conſtitutum eſt, & hoc rurſus eſt ciuile vel prætorium. Ciuile eſt teſtamentum quavis alia juris parte, quam edicto prætoria conſtitutum: atque hoc iterum fatio duplex, nimirum legitimum, vel imperatorium. Legitimum eſt quod lege aliqua, à populo Romano lata, conſtitutum vel approbatum eſt. Quod iterum eſt vel vetus vel nouum. Vetus duplex eſt: vnum quod fiebat tempore pacis, & alterum quod fiebat tempore belli. Id quod tempore pacis fiebat, dicebatur fieri comitiis calatis, quæ quolibet anno bis celebrabantur per præconem, vniuerſo pop. Rom. conuocato, vnde etiam calata dicta ſunt ἀπὸ τοῦ καλεῖν à vocando: coram populo ita conuocato is, qui teſtamentum facturus erat voluntatem ſuam voce, vt puto, declarabat, ſine vlla alia ſolennitate vlteriori: quippe præſentia & autoritate populi omnem ſolennitatem, ſi quæ deſideraretur, ſupplente. Huc teſtamenti genus ſimilitudinem quandam cum eo habet quod nunc paganum dicimus: non tamen cum eo eſt idem. Hoc enim fiebat coram toto populo: paganum fit nimirum coram ſeptem teſtibus. hoc à maribus tantum fiebat: illud à maribus & à fœminis: hoc bis duntaxat in anno fiebat: illud (paganum) quotieſcunque teſtatori liberet: hoc ſine ſolennitatibus expediebatur: illud ſolenniter: hoc abolitum eſt: pagano etiamnum vtimur. Teſta. tempore belli dicebatur fieri in procincto, cum milites armis accincti & ad pugnam comparati jamjam illam inituri ſtarent, quo tempore tantum abeſt, vt ſolennia deſiderata fuerint, vt ob militum imperitiam & ob periculum inſtans de iis ne cogitari quidem potuerit. Hoc cum eo quod militare nunc appellamus, aliquid habet commune, ſed cum eo idem non eſt quippe quod illud ſit multo antiquius etiam ante legem 12. Tabul. receptum, cum militare ſub imperatoribus demum cœperit: Fiebat autem teſtamentum paganum à paganis tantum, militare tantum à militibus. Pagani à pagis (pagus autem dictus eſt à voce Græca πηγή id eſt fons, eo quod conderetur in eiuſmodi loco, vbi aqua ſuppeteret) olim erant ruſtici ſicut & hodie ex vulgatu loquendi vſu, qui agriculturæ duntaxat operam dabant, & à militia arcebantur, ne armis aſſueti contra ciuitates inſurgerent: ſed poſtea ex vſu juris factum eſt, vt appellatio illa extenderetur ad omnes, qui militiæ ſacramento adſtricti non erant, vbicunque etiam habitarent, ſiue in vrbibus, ſiue extra eas, iiſque opponerentur milites, vt fit in l. 2. §. 1. ff. de ſeruis fugitiu. l. 7. §. fi. ff de dona. l. 38. in fi. de teſtam. mil. l. fin ff. ad legem Falcid. l. 14. ff. de pœn. Militum autem appellatione etſi generaliter contineantur omnes illi, qui in negociis ad Reſpub. vtilitatem pertinentibus occupati ſunt. ex quo milites quidam armati, quidam togati ab officiis ſuis vel foris vel domi præſtandis dicti ſunt. In doctrina tamen de teſtam. illos ſolos milites accipimus, qui in armis militant, neque tamen eos omnes, ſed hos duntaxat, qui ipſo actu militant, ac in expeditione degunt. Sed cum hæc duo teſtamentorum genera ita eſſent comparata, vt ciues Romani omnes ad teſtandum alioquin etiam habiles, iis vti non poſſent: ſiquidem fœminæ comitiorum & bellorum nullum omnino habebant commercium, non vero omnes etiam mares, ob id quod comitia in anno duntaxat bis haberentur, atque adeo morte ſæpe præuenirentur, aut alios etiam teſtandi curam non haberent, vtrumque illud teſtamenti genus paulatim in deſuetudinem abiit, ex quo tamen hoc remanſit, vt hodie etiam teſtamentum aliud dicatur paganum, aliud militare: ſimile tamen teſtamento, quod fiebat calatis comitiis, etiamnum eſt illud quod fit coram Principe, aut factum Principi offertur, idque propter poteſtatem, eam omnem à ſe populus in Imperatorem ſeu Principem tranſtulit, cuius mentio fit in l. omnium. Cod. qui teſtam. fac. poſſ. Succeſſit itaque nouum teſtandi genus omni perſonæ omnique tempori conueniens, quod dicebatur fieri per æs & libram, id eſt, per emancipationem. Mancipatio autem eſt venditio. Per venditionem igitur. Hoc occaſione antiqui illius moris Romani introductum eſt, quo omnes diſpoſitiones inter viuos fiebant per venditionem, accommodato eo etiam ad diſpoſitiones, quæ fiunt mortis cauſa: Quoniam vero antiquis Romanis æs non fuit ſignatum ſed rude, nummus ille appendebatur libra. Vnde hoc negocium ita per æs agebatur, vt neceſſe eſſet accedere etiam libram, quo æs illud appenderetur, atque hinc phraſis illa, per æs & libram. Perſonæ, per quas hoc negocium agerètur, erant tres: Vna quæ tenebat libram, quæ inde libripens dicebatur: altera vendebat familiam ſiue bona ſua, quæ teſtator erat: & tertia emebat, quæ emptor familiæ dicebatur. Adhibebantur autem neceſſario teſtes minimum quinque ciues Romani, ſiue Latini Iuniani puberes ob fidem rei geſtæ. Quomodo autem hæc res peragerentur, docet Vlp. in fragm. tit. 20. §. teſtamento. Verum cum fictiones & imaginationes iſtæ plerunque multas & magnas ambages haberent, tandem etiam Romanis diſplicerent, præſertim etiam, quod alius emeret, alius hæres eſſet, atque ille nihil niſi hæredis nomen haberet, hic bona hæreditaria: hæc enim teſtandi forma Romanis tandem diſplicuit, & partim in vſu eſſe deſiit. Hæc de teſtamento ciuili legitimo: Sequitur teſtamentum ciuile Imperatorium, quod eſt teſtamentum Imperatorum conſtitutionibus introductum. Atque hoc teſtamentum eſt militis, quod & militare dicitur. Teſtamentum militare eſt teſtamentum juſtum, non ſolenne, ſed vt libet, hoc eſt, quoquomodo milites voluerint, & quoquomodo potuerint teſtari, leg. 1. ff. de teſtam. milit. l. milites. Cod. eod. Atque hoc iterum eſt militare vere vel quaſi: Vere militare teſtamentum eſt factum à militibus armatis. Dubium vero non eſt, qui milites etiam ante Imperatorum

tempora teſtari potuerint. Supra enim dictum eſt teſtamentum, quod fiebat in procinctu, à ſolis militibus fieri ſolitum. Sed cum in deſuetudinem illud abiiſſet, atque tanta etiam, vt puto, libertas, in teſtando non concederetur, quanta poſtea introducta eſt, primus Iulius Cæſar liberam, hoc eſt ſolennitatibus in paganorum teſtamentis adhiberi ſolitis non adſtrictam teſtamentis factionem conceſſit, non tamen infinitam, quam Imperatores poſtea ſequentes promiſerunt, vt conſtat ex d.l.1.ff.de teſtam. milit. Conſtitutum enim eſt, vt, quocunque modo militis voluntas appareret, ita cuſtodiretur, l.prima.Cod.eod.l.licet inter.Cod.de pact. Singulares vero & priuilegio quodam militibus hoc ab Imperatoribus conceſſum eſt, partim propter ipſorum imperitiam, l.quanquam, C. eodem, l.& armatæ militiæ ſimplicitatem, l.prima.C.de fact.& jur. ignoran. partim ob fauorem quem milites habent propter periculum cui pro Reipubl. commodo ſunt expoſiti, dum hoſtem à finibus arcent, l prima, ff.eodem: Vnde valde eleganter Petrus Faber.ad l.7.ff.de reg.jur.Semper, inquit, voluntas militis inſpicitur, pagani plerumque non voluntas, ſed ſcriptura. Olim ante Iuſtinianum hoc priuilegium commune erat militibus omnibus ſiue in expeditione, ſiue extra eam eſſent, ſed Iuſtinian. reſtrinxiſſe illud videtur ad milites eos, qui in expeditione degerent, l. penult. Cod. de teſtam. milit. cuius ipſe etiam Iuſtin.mentionem facit in prin.Inſt.eod. tit. Non igitur exiſtimandum eſt, ſi teſtamentum eſt militis teſtamentum illud eſſe militare. Nam ſiue jus, quod ante Iuſtinianum fuit, ſiue jus, quod Iuſtinianus poſtea introduxit, ſpectes, milites non ſunt adſtricti ad id, vt teſtamentum faciant militare, ſed in ipſorum eſt arbitrio, vt teſtentur jure vel militari, vel communi: ideoque recte Iuſtinianus in d. pr. ait diligentem illam obſeruationem eſſe remiſſam. Deinde ſi jus nouum Iuſtiniani ſpectes, multi ſunt milites, qui tamen non militant, aut in expeditione degunt. Teſtamentum militare quaſi, quod etiam exemplare dici poteſt, eo quod ad exemplum teſtamenti militaris, de quo modo dictum eſt, comparatum eſt, eſt teſtamentum factum ab aliquo tempore peſtis in loco illo, vbi teſtamentum fit, graſſantis. Tempus enim peſtis comparatur tempori belli, quoniam tum cenſetur bellum eſſe inter Deum & homines, vt notat Bart.in l.naturaliter num.25. de vſucap.quem refert Geil.2.obſeru.pract.108 num.108. Hoc itaque duplex eſt. Fit enim vel ab eo qui peſte iam eſt conceptus, vel ab eo qui peſte correptus nondum eſt. Porro legitimis illis teſtamentis ab vſu remotis ſucceſſit teſtamentum prætorium, id eſt, teſtamentum, cuius faciendi forma à prætore introducta eſt, ſublato nimirum iſto mancipationis ritu, aliiſque ſolennitatibus, earumque loco adhibitis teſtibus, non vt ibi quinque, ſed ſeptem, eorundemque teſtium ſignis. Cum autem paulatim, inquit Imper. in §. ſed cum paulatim. Inſtit. de teſtam. ordin. tam ex vſu hominum, quam ex conſtitutionum emendationibus cœpit in vnam conſonantiam jus ciuile & prætorium jungi, introductum eſt teſtamentum aliud, quod Vulteius ex iunctione vtriuſque illius juris appellat teſtamentum mixtum, id vero eſt teſtamentum, cuius condendi forma ex pluribus juris partibus conflata eſt. Quod iterum eſt vel commune vel peculiare. Commune eſt teſtamentum factum ſecundum præſcriptum juris ciuilis, prætorij & conſtitutionum: & jus quidem ciuile præſcripſit, vt adhiberentur teſtes, & teſtamentum unico contextu in teſtium illorum præſentia fieret jus vero prætorium, numerum teſtium, eorundemque obſignationem: juxta quique conſtitutionum teſtatoris teſtiumque ſubſcriptionem, cui Iuſtinianus addidit, vt per manus teſtatoris vel teſtium nomen hæredis exprimeretur, l. jubemus. C. de teſtam. quam tamen neceſſitatem poſtea idem Iuſtinianus Nouel.119.§. quia vero, ex quo deſumpta eſt. Authentica. Et non obſeruato C.de teſtam.remiſit, atq. voluntati teſtatoris liberæ ſubiecit. Peculiare teſtamentum id voco, in quo ſingulariter aliquid receptum eſt, & quidem vel minus vel amplius, quam in teſtamento communi. Minus ratione ſolennitatum receptum eſt in teſtamento facto ad pias cauſas, in teſtamento facto inter liberos, l. hac conſultiſſima 21.§. ex imperfecto.C.de teſtam. in teſtamento facto à ruſtico, l.fin.C. eod. in teſtamento facto ex oblatis principi precibus, l. omnium. Cod. eod. Amplius aliquid, quam in teſtamento facto communi deſideratur in teſtamento facto à cæco l. hac conſultiſſima, 8. C. qui teſtam.fac.poſſ. Item in teſtamento facto à ſurdo & muto, l.diſcretis.C.eod. Ex his omnibus apparet antiquiſſimis temporibus teſtamenta voce potiſſimum nuncupari ſolita, temporibus poſterioribus in ſcriptis magis celebrari: tametſi & in his & illis in arbitrio teſtatoris fuerit, teſtamentum ſuum vel voce nuncupare, vel ſcriptis conſignare. Vnde ab hac forma accidentali teſtamentum diſtribuitur in Scriptum & Nuncupatum, § ſi.Inſt.de teſt.ordin. quod vtrunq; ita diſtinguitur non ex ſcriptura, ſed ex voluntate teſtatoris. Neque enim exiſtimandum eſt, ſi teſtamentum in ſcripturam redactum eſt, id teſtamentum eſſe ſcriptum, ſiquidem id quod voce nuncupatur, & ſcripto teſtamento opponitur, non minus ac teſtamentum ſcriptum in ſcripturam redigi poteſt. Sed ſcriptura illa in teſtamento ſcripto de ipſius eſt ſubſtantia, in teſtamento nuncupato, ſcriptura in eum duntaxat finem fit, vt rei geſtæ veritas probari poſſit. Prout igitur teſtator voluerit, ita vel ſcriptum vel nuncupatum habebit teſtamentum, nuncupatum tamen ſemper eſt, ſi de teſtamento quidem facto conſtet, ſed nulla ſcriptura proferatur, neque illam factam eſſe probari poſſit. Hinc teſtatum ſcriptum eſt teſtamentum in ſcripturam redactum eo voluntate teſtatoris ex animo, vt teſtamentum eſſe ſcriptum. Teſtamentum nuncupatum, eſt teſtamentum viua voce à teſtatore factum, quod ſi in ſcripturam redigatur, nuncupatum nihilominus maneat ſcriptura rem geſtam comprobante. His conſequens eſt teſtamentum mixtum, & teſtamentum prætorium non niſi in ſcriptis fieri poſſe, eo quod vtrunque illud à teſtibus ſuis ſignaculis ſiue ſigillis obſignandum eſt, quod fieri non poteſt niſi in charta, membrana, aliave materia ſcripturam recipiente. Teſtamentum igitur nuncupatum eſt ex ſolo jure ciuili, quod expreſſe per §. fin. Inſtitut. de teſtam.ordin.probatur, atque juri prætorio eſt incognitum, niſi quod veilem bonorum poſſeſſionem ſecundum vel contra tabulas dandam, l.2.C.de bon poſſ ſecund. tab.l.1.C.de bon.poſſ.cont.tab.l.fin.Cod.de codicill. & deinde numerus ſeptem teſtium jure prætorio introductus non minus in teſtamento nuncupato, atque ſcripto regulariter cuſtodiendus eſt, vt ſi cui hanc rem ſubtiliter examinare placeat, videri poſſit, teſtamentum nuncupatum eſſe quaſi intermedium inter ſimplex teſtamentum & mixtum, atque participare aliquid de teſtamento ciuili, legitimo, & aliquid de teſtamento ciuili prætorio. Hæc Vulteius ad d.pr.n.21.22. & ſeqq. Inſtit.de teſtam.ordin.

TESTAMENTVM autem illud propria dicitur quod jure perfectum eſt: ſed abuſiue Teſtamenta quoque appellamus, quæ iniuſta, irrita, rupta, vel imperfecta ſunt. Nam horum quoque inſpectionem prætor permittit, l.2.§. ff.de teſtam.quem.aper. Briſſ.

TESTAMENTVM holographum, inquit Iſidor. & Valentianus Nouell. de teſtam. eſt manu autoris totum conſcriptum atque ſubſcriptum. Vnde & nomen accepit. In hoc non exiguntur ſubſcriptio teſtatoris ex conſtitution. Inſti.l.cum antiquitas §. ſi, C.de teſtam. Non exiguntur teſtes ex Nouella Valentiniani, quæ tamen non obtinuit. Prat.

TESTAMENTVM imperfectum eſt, quod non obſignatum eſt ſeptem teſtium ſignis, quod Africanus in tertio tractatu euidenter demonſtrat, dum teſtamentum perfectum opponit non ſignato, & l.hac conſultiſſima.§.non ſubſcriptum. C. de teſt. ſi modo vt in veteribus & C. Th. iu eo ita legatur: Non ſubſcriptum à teſtibus ac non ſignatum teſtamentum pro imperfecto haberi conuenit. Perfectum ergo teſtamentum eſt, quod ſignatum eſt non minus quam ſeptem teſtium ſignis, Cuiac. in tertio tractatu Africani pag.pen.

TESTAMENTVM improbum eſt contra leges: inofficioſum contra merita: Inhumanum contra pietatem Aſcon. Hot. Prat.

TESTAMENTA ingrata generaliter ſunt ea, in quibus de nobis bene meritis nihil relinquimus, ſiue liberi ſint, ſiue extranei. non tamen omnibus de ingrato teſtamento queri licet, Cuiac. 3.obſ.18.in fin.

TESTAMENTVM iniuſtum atque irritum Vlpianus affirmat eſſe id, ſi bonorum poſſeſſio data fuerit ei, qui rem ab inteſtato auferre poſſit, Conn.10.comm. C. 4 Irrita vero ſiunt teſtamenta, veluti capitis deminutione, vt ſi quis teſtamento facto poſtea ſe dederit ad rogandum. Farret.in comment. Inſt.tit. de hæred. quæ ab inteſt.defer.

TESTAMENTVM inofficioſum eſt, quod certis perſonis immerito exhæredatis non ex officio pietatis factum videtur, l. 2. ff de inoff.teſt. Paul. 4 ſent. 5. Non enim dicendum eſt inofficioſum, ſi tantum de eo controuerſia ſit, & adhuc agatur, ſed ſi ſententia judicis declaretur inofficioſum eſſe, & contra pietatis officium exhæredationem factam, Vulteius in comm. Inſt. ad tit.de inoff teſt.in pr.n.2.

TESTAMENTVM pupillare eſt pars & ſequela teſtamenti paterni. Vult.in comm.Inſt.de pupill.ſubſt.in prin.n.9.

TESTARI non modo teſtamentum facere, ſed & teſtibus adhibitis quidlibet declarare, denunciare, notumve facere ſignificat.l.20. in pr. de acquir. hæred. Et ideo ſolent teſtari liberi, qui neceſſarij exiſtunt, non animo hæredis ſe gerere, quæ gerunt. Eſt & de quocunque negocio tabulas, quæ ad probationem valeant conficere, quod & Teſtificari dicitur. Tranquillus: Cum quid per totum teſtandi gratia ſignaretur. Cicero pro Quintio. Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtetiſſe, & ſe ſtetiſſe: tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. Prat.

TESTATIO & Teſtificatio actus ille teſtandi conſignandiq; Cic. Verr. 7. Ipſe in tabellas refert, obſignat ſignis amicorum prouidens homo: vt contra hoc crimen, ſi quando opus eſſet, hoc videl. ſignificatione vteretur. Vlpia.l.9.§.1.ff.de pœn. Solet & ita interdici, ne inſtrumenta omnino forment, neve libellos concipiant, vel teſtationes conſignent. Sic. in l. 3. ff de concub.l.7.ff.de ſponſa.l.2.ff.de naut.fœn.l.vltim.ff.d. ... fto.reor.

Cic.in

Digitized by Google

Cic. in Quint. Ipſe ſuos neceſſarios ab atriis Liciniis, & à faucib. macelli corrogat, vt ad tabulam Sextiam ſibi adſint, hora ſecunda poſtridie: veniunt frequentes, teſtificatur iſte P. Quintium non ſtitiſſe, & ſe ſtitiſſe, tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. Morem hunc Ouid. lib. de Ponto 4. his ſignif. verbis:

Confiteor, teſtare licet ſignate Quirites:
Nil opus eſt legum viribus, ipſe loquor.

TESTATIO pro conuentione & denunciatione teſtibus adhibitis facta, l. 5. § vlt. ff. de adm. tut. l. 1. ſed & ſi quis contra, ff. quod vi aut clam. Teſtatio pro teſtium depoſitione, vt loquimur, in l. 21. ff. de his qui not. infa. Briſſ. Prat.

TESTATIO ſcripturam teſtibus communitam ſignificat, l. 7. ff. de ſponſalib. l. vlt. ff. de cuſtod. reor. l. 3. ff. de concubin. l. 22 ff ex quib. cauſ maior l. 20 ff. de optio. leg. l. 7. ff. de aſſig. libe. l. 2. ff. de naut fœn. l. 8. § 1 ff. de noui oper. nont. l. 39 § vlt. ff. de lega. 3. vbi teſtatione complecti, in teſtationem redigere, in teſtationem referre, pro eod. dicuntur: In teſtatum etiam redigere ait. Vlp. in l. §. recte autem, ff. vſufruct. quemadmod. cau. Briſſ. Prat.

TESTATIO priuata ſeu adnotatio, l. 5. Cod. de probatio. Teſtatio habita, l. 4. ff. de fide inſtrum. l. 13. C. eod. tit. Briſſ. Prat.

TESTATIO vacuæ poſſeſſionis, l. 12. C. de contrah. emp. Br. Prat.

TESTATIO, Teſtamentum dicitur: & e contrario. Vbi enim non eſt teſtatio, ibi non eſt teſtamentum. Vigl. Inſt. de teſtam. ord. Requirere Protestatio.

TESTATIONAM, hoc eſt, vt vulgus ait, dicta teſtium recitare, & fidem non habere teſtationi, apud Paul. in l. Luc. Titius, ff de his qui not. infam. Spieg.

TESTATIONE probare, apud Paul. in l. ſin autem, in prin. ff. de rei vind. Spieg.

TESTATIONES vocabant teſtimonia per tabulas dicta, cum conſenſu ſignatorum, & teſtes iureiurando nixi, au. Quint. Briſſ.

TESTATIONES conſignare, l. 9 §. nonnunquam, ff de pœn.

TESTATIONIBVS conuenire arbitrum, ne ſententiã diceret, hoc eſt, apud arbitrum adhibitis teſtibus proteſtari: vulgo appellãt, cum notario & teſtibus requirere. Paulus in l. non diſtingue. mus, 23. §. cum quidam 14. ff de arbit. Cum quidam, inquit, arbiter ex aliis cauſis inimicus manifeſte appatuiſſet, teſtationibus etiam conuentus, ne ſententiam diceret, Spieg. Prat.

TESTATO conuentus dicitur qui coram teſtibus conuentus eſt, l. vlt. ff. pro derelic. l. 5. § vlt. ff de admin. tut. l. 122. §. cohæredes, ff. de verb. obl l. vlt. ff. de leg. commiſſ. l. 8 § igit. mand. leg. 10 §. ſi quis, ff. quæ in fraud. cred. Briſſ.

TESTATO denunciare, leg. 1 §. licet, ff de peric. & commo. Teſtato iubere, l. 1. ff quod iuſſu quod & conteſtato dicitur, l. 2. § Iulian. ff de agnoſc. liber. Prat.

TESTATO etiam teſtamento facto ſignificat, in l. 45 § 1. ff. de iure fiſc. l. 7. ff. de diuerſ. regul. iur. vt inteſtato ſine teſtamento. Briſſ. Prat.

TESTATOR & Legatarius Pomp. de legat. & fideicom. Si ex toto fundo legato, inquit, teſtator partem alienaſſet, reliquam duntaxat partem deberi placet: quia etiamſi adieciſſet ei fundo, augmentum legatario accederet.

TESTATORES ſuis teſtamentis teſtes adhibere debent, eoſque teſtabiles: nam ſi contra fieret, teſtamenta irrita eſſent. Hinc ait Harmenop. li. 1. cap. 7. ὁ κατακριθεὶς ἐπὶ ... ἀμάρτυρος ... Cõdemnatum igitur non oportuit alioqui teſtabilem eſſe, teſtimoniumque recte dicere: quod indicat Calliſtratus leg 3. §. lege Iulia. ff. de teſtibus à contrario ſenſu idque in quocunque fere criminum genere, etſi publicu ſint, d §. lege, idquod non ſolum in teſtamentis ſed & in iudiciis, aliiſve actibus recipiendum eſt: idque Speculator eoſnit inſtit. de teſt. §. ſæpe in forms excipienda aduerſos teſtes. Prat.

TESTATVM ſubſtantiue proprie dicitur ſcriptura quæ coram teſtibus facta eſt. Vnde & teſtato conuenire, teſtatu admonere dicimus, l. 2 ff. de vſufruct. quemadm. Spieg.

TESTATVM breue Lege, Breue teſtatum.

TESTATVM relinquere apud aliquem, hoc eſt, rem certam facere, & teſtimoniis comprobare. Hinc teſtata res, pro teſtibus confirmata & approbata. Spieg.

TESTATVS & inteſtatus contraria. Tritum enim eſt illud, Nemo poteſt teſtatus & inteſtatus decedere. Spieg.

TESTEM excitare, quod vulgo dicunt, facere fugere. Vide Sylnium.

TESTEM interrogare, refellere, dare. Briſſ.

TESTEM à teſtando, i. e. ſententiã noſtram exponendo, dicti, quod ea quæ de rei geſtæ veritate ſentiunt in iudicium proferãt. Calliſtratus teſtiũ fidem, cõditionem, vitam anteactam, fortunam, æſtimationem atque dignitatem diligenter exquirendam eſſe præcepit, l. 3. in pr. de teſtib. Idem in § lege Iul d. l. oſtendit non omnibus teſtimonij dictionem eſſe. In cauſa propria, præter legatarium, & fideicommiſſarium, teſtis idoneus nullus eſſe poteſt, l. nullus ff. eod. l. fi. C. de fideicom. Spieg.

TESTES proprie dicuntur, qui de reb. & negociis hominem fidem faciunt, cum dubitatur, & veritati patrocinantur. Inde appellari, quod tacantor ſtatum cauſæ, in Auth. de teſtib. in pr. Prat.

TESTES vs honos habetur, quum vera dicere creduntur. His enim fides non abrogatur, nec de eorum religione dubitatur. Ideo conuicij loco Ciceroni Clodius obiecit, quod eius contra ſe teſtimonio iudices non credidiſſent. Vide Tiſ num in orat pro M. Fonteio. Spieg.

TESTIBVS præſentibus aliquid facere: cui contrarium eſt, Clam & furtim aliquid facere.

TESTIFICARI, & teſtimonium dicere. & teſtibus firmare, ſignificat *Kundtſchafft geben, kundtſchafften darthun.* Vox infrequens non eſt apud Ciceronem. Adi Sylnium in orat. pro A. Cluentio. Spieg.

TESTIMONIVM à verbo teſtari, vt paulo poſt ſupra dictum eſt, deducitur: à noſtris pro ipſius aſſeueratione: in Scripturs nonnunquam pro lege & doctrina Dei accipitur. Pro teſtimonio dicere, olim dictum, quod nunc dicimus Deponere. Bud. annotauit in l. 2. de orig. iur. vt & teſtimonia confuſa dici, quæ turmatim teſtificantur: quas Latine turmas vocamus. Item refellere teſtimonis, quod nunc contradicere, & eleuare teſtimonis, hoc eſt, vilia leuiaque verbis demonſtrare. Subleuare autem teſtimonia pro eo quod vulgo exonerare dicitur. Huic contrarium eſt, Premere teſtimonio. teſtimonium denunciare. Lege, Denunciare. Obſerua teſtimonium dicere, dare nur ferre, à ... dici ſolitum; Opus non eſſet vt admoneremus, niſi ferte teſtimonium, vt vulgo, ita indocte dici ſolitum, cognoſceremus ait Sylnius in oratione pro L. Flacco. Quamvis id dixerit Calliſtrat. in tit. de teſtibus. An ei inimicos ſit, aduerſus quem teſtimonium fert? Idem Sylnius annotauit in oratio. pro L. Cornel. Balbo. Græcorum morem fuiſſe; vt prius dicerent teſtimonium, poſtea iurarent: à noſtris contra fieri ſolere. Spieg.

TESTIMONIVM denunciare, dicere, perhibere: item falſum teſtimonium præbere l. 27 ff de leg Cornel. de falſ. Briſſ.

TESTIMONIA ſueda. Lege, Sueda teſtim.

TESTIMONIA abſentium teſtium dicta & teſtationes ſcriptis comprehenſas ſignificant: & à teſtibus ſeparantur, l. 3. §. idem diuus, ff de teſtib. l. 2. ff. de fide inſtrum. Briſſ. Prat.

TESTIMONIORVM modus duplex: manifeſtus & cæcus. Manifeſtus eſt, qui certos teſtes, & præſentes habet. Cæcus in quo multitudinem ſui ciuitatem dicimus ferre. Cicero, Teſtis, ait, eſt Sicilia tota. Prat.

TESTIMONIALES in l. pen. C. Th. de veter. & titul. de teſtim exhib ſunt miſſionis honeſtæ epiſtolæ. Veget. lib. II. Contubernalibus, completis ſtipendiis per teſtimoniales ex more dimiſſis. Et hæc ſunt inſtrumenta, de quib. in l. ſi ſolennibus, C. de fid. inſtrum. Sunt & aliæ literæ ea. fin. de temp. ord. Adde Cujac. ad l. vlt. de profeſſorib & medicis. C. lib. 10.

TESTIMONIVM legitimum eſt, quod duorum fide comprobatur, etiamſi mulieres ſint, aut peregrini & non rogati. Conn. lib. 9. comment. c. 6. n. 1. in fin.

TESTES à teſtando, id eſt, ſententiam exponendo, quod ea, quæ de re geſta ſentiunt; in iudicio dicunt & proferunt. Vide Iſid. lib. 5. Etym. c. 23.

TESTIS appellatio apud veteres latius patuit, ſiquidem, vt in Parat. Alciat. atteſtatur, qui nunc teſtis eſt, olim ſuperſtes & antiſtes eſt dictus, e foros ext. de verb. ſign. quia ſuper ea re, de qua agebatur, ſtabat. Plaut. Aſin. Nunc mihi licet quod vis loqui: nemo adeſt ſuperſtes. Idem ſimpliciter pro repræſente accepit. Superſtitem vtrunque moniti, ne iniuſſi abeant. Eadem ratione dictus eſt Antiſtes, & Anteſtatus, & Anteſtor verbum, & Antiſtitor, pro teſtificatore. Caius Inſtit. quibus mod. filij ex. de pat. pot. quæ emancipatio, ſeu manumiſſio ſolebat ante Præſidem fieri, modo ante Curiam facienda eſt: vbi quinque teſtes ciues Romani in præſentia erunt, pro illo qui libripens appellatur id eſt, ſtateram tenens: & pro eo qui Anteſtatus appellatur, alij duo: vt 7. teſtium numerus impleatur. Exempla adducit: in c. 10. lib. 2. Parat. Lex quoque 12. tab. teſtes, ſuperſtiter appellauit: Superſtitibus præſentibus vindiciæ ſumuntur. Spieg.

TESTIS corruptus, non tantum pecunia, ſed qui etiam prece, vel pretio, falſum dixiſſe præſumitur, accipiendus eſt, per apertum tex. in l. diuus Adrian. ff. de re iud. Spieg.

TESTIS domeſticus. Lege, Domeſticus teſtis.

TESTIS incertus, id eſt, qui audiuit. Nam qui rem vidit, certus teſtis eſt: qui audiuit, incertus. Itaque autore Plauto, Pluris eſt teſtis oculatus vnus, quam auriti decem.

TESTIS inimicus. Calliſtratus vt ad dicendum teſtimonium negat admittendum eum, qui lucri cauſa dicturus ſit: ita etiam teſtem eum, qui inimicus ſit, & aduerſus quem dicturus ſit teſtimonium, negat admittendum. Vide elegantem legem 3. ff. de teſtib. Spieg.

TESTES iurati, qui iurarunt. Nam iureiurando teſtes à iudicibus aſtringuntur, ſi nihil contra quod verum eſſe ſciant dicturos. Paulo aliter hoc, Tiſ no teſte, Græci faciebant: quibus mos fuit, quum teſtimonium dixiſſent, iurandi cauſa ad aras accedere: nimirum quod prius teſtimonium dicerent, poſtea iurarent. Huc illud etiam ſpectat, quod iuratus eſt mihi, pro iurauit, paſſiue dixit Plautus in Perſa. Spieg.

TESTES locuples. Multos fieri falſos teſtes, egeſtas coegit. Itaque fideles teſtes à Cicerone ſæpe appellantur locupletes.

TESTES Claſſici dicebantur ij, qui ſignandis teſtamentis olim adhiberentur. Solebant autem locupletiſſimi quique adhiberi teſtes, quod ij maioris eſſe fidei cenſerentur, nec propter egeſtatem in ipſa teſtamenta falſi quicquam committerent. Ideo apud Latinos teſtes Claſſici, locupletes & aſſidui dicuntur, qui ſunt integræ opinionis & fidei. Nam qui erant primarum claſſium, ditiſſimi erant omnium. Conn. lib. 9. comm. c. 3. n. 1.

TESTES mercenarij. Vide Merc teſtes.

TESTES omni exceptione maiores, qui nulla penitus exceptione ſubmoueri poſſunt l. opinionem Cod. de contrah. & committ. ſtipul. ſub ſi Vide gl. in §. item verborum Inſt. de inut. ſtip. Ioan. Tiſſinus, quæ in teſtibus conſideranda ſint, hoc eleganti diſticho complexus eſt: Conditio, fortuna, fides, diſcretio, ſexus: Fama ætaſque bonis teſtibus eſſe volunt. Alij hæc his comprehendunt: vita, dignitate, & moribus.

TESTIS quot capitulis dicatur inhabilis, vide Bart. in l. filiusfamil. ff. de dolo. Prat.

TESTES reprobatorij vocantur, quibus cum res aliter oſtendi non poteſt, neceſſe eſt reprobari priores teſtes. Quod ſicut ab aduerſario conuento excipiendo, ita ruſſus ab actore replicando fieri poteſt: & hoc volgo dicuntur reprobatorij reprobatoriorum. Spieg.

TESTIUM vſus naturali ratione à Deo Opt. Max. quoque probatus, huc ſolum ſpectat, vt publice proſit omnibus ad iuuandam veritatem aduerſus mendacia malorum. Prat.

TESTIUM officio fungi dicuntur in teſtamentis, qui ſigilla imponunt. Goth. in not. ad l. 9. C. de teſtam.

TESTUDINEM (de qua & Liuius Lib. 10.) Turneb. lib. 9. aduerſ. cap. 8. intelligit eam, quam faciebat exercitus ſe tegumentis ſcutorum vndique operiens, vt teſtudo ſuo obducta eſt putamine, eaque ſpecie referebat tectum ædificiorum. Sic autem ſe operiebat crate perpetua clypeorum aduerſus ſagittas hoſtium & aduerſus omnia miſſilia ſuperne cadentia, cum vrbem oppugnabant: Hinc Maro ſcribit:

——Obſeſſumque acta teſtudine limen.

TESTUDINES legatis, lecti quoque teſtudinei pedibus inargentari debentur, l. centeſima, in fin. ff. de leg. 1. Ex quo apparet veteres ſupellectili ex teſtudine vſus, quod & Celſus l. 7. ff. de ſupel leg. tradit. Primus autem: vt Plinius libro trigeſimo ſexto capitulo vndecimo, autor eſt, Carulius Pollio teſtudines ſecare in laminas, lectoſque & repoſitoria his veſtire inſtituit. Briſſ. Prat.

Τετραετηρὶς eſt, quod quarto quoque anno inſtauratur, agon tetraetericus dicitur eodem modo, vt trietericus à Virgilio pro triennali, Goth. in not. ad l. 10. ff de pollicitation.

TETRARCHA Regna aliqua in partes quatuor diuiſa erant: eorum quartæ parti qui præerant, Tetrarcæ dicebantur.

TETRUM, quod tum ad mentem, tum ad cæteros ſenſus pertinet malum, fœdum & pollutum, & inſuaue ſignificat, leg. 1. Cod. de emend. ſeru. Spieg.

TEXTRINUM, locus in quo texitur, l. qui textrinum, C. de mun. leg. lib. 11. Albet. Spieg.

T H.

THALAMUS oculi eſt cauitas oſſibus conſtans: atque ex eo tunicam appellant conſolidatiuam & coniunctiuam. Venas ſecum deportat in oculum ex fronte & temporibus, per quas defluit ſanguis, vnde generatur Ophthalmia. Brech. in l. inter ſtuprum §. verum eſt morbum, ff. de verb. & rer. ſign.

THALASSUS dicitur Hymenæus nuptiarum Deus nuncupatus à ſtamine ſeu à Thalaſio, cuius nomine Sabina exportata fuit in Pauperioris domum felicem euentum ſortito coniugio. Authores Plutarchus, Liuius, cæteri. Hymen & hymenæum Græci dicunt, cum ſit Hymen autore Donato ea pellicula, quæ primo coitu diſrumpitur. Ioan. Bapt. in comment. Epiſt. Sid. Apol. ad Heronium lib. 1.

THAMIARA perdia vide Tamiaca.

THARRA, pater fuit Abrahæ, qui primus monetam fabricauit, vt opinatur Albet. in dictionario, & Corraſ. 3. Miſcellan. 13. numero 8.

THEATRA & Amphitheatra, tum opera illa omnium in vrbibus maxima: quæ non temporaria mora, verum etiam æternitatis deſtinatione fieri ſolent, adeo ſunt vniuerſitatis, ac non ſingulorum: vt ſi quid vniuerſitati debetur, ſingulis non debeatur: & contra quod debet vniuerſitas, ſinguli non debeant, l. ſicut, §. ſi quid ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine. Vide Cantiunc. in §. vniuerſitatis Inſt. de rer. diuiſ. Quære ſupra, Spectacula. Sp. Sunt autem diuerſa Theatrum, & Amphitheatrum, l. 7. ff. de diuiſ. rer. leg. 3. de ope. pub. quid alterum ab altero differt, exponit Caſſiod. lib. 4. Var epiſt. & lib. 5. epiſt. ad Maxim. vbi theatrum viſorium interpretatur. Prat. & Briſſ.

THEATRA dicuntur ſpectacula, viſoria, in §. vniuerſitatis. Inſt. de rer. diuiſ. Io. Bello. Etym.

THECA vocitantur Chorytua pharetræ, eo quod ſit conditorium ſagittarum, Maro:

Corytique leues humeris & lethifer arcus.

Etiamſi Marcellus apud Vergilium Chorici legat, cenſet Chorycum eſſe leue miſſile in modum ſagittarum. Statius pro pharetra Thebaid. lib. 9. vſurpauit: Cæleſtibus implet Chorythum telis. Papin. interpres hæc ſuper chorytu: Chorytotheca arcus ſolius dicitur, ſicut pharetra ſagittarum. Io. Bapt. in comment. Epiſt. Sidon. Apoll. ad Agricol lib. 1.

THEMATIUM, forma diminutiua propoſitionem, factum, caſum, ſpeciem ſignificans, nam his omnibus, teſte doctiſſ. Haloandro, vtuntur veteres conſulti huius verbi loco. Inde Vlp. add. Aquil. dixit ſpeciem proponere, id quod Caius refert caſum de cond. indeb. Spieg. Prat.

THEMIS, Græcis, iuris æquique dea credita eſt, quæ ſuaderet hominibus id petere quod fas eſſet: eandemque eſſe lapſam, atque fas exiſtimabant. Vnde Themiſtes, oracula, & conſilia conſultaque & Leges ſanctæ dicuntur, Euſtathio teſte. Alij Themin ius & iuſtitiam eſſe putant. Prat. Budæus in annot. prior. Spieg. Prat.

THENSÆ ſacra vehicula erant auctoribus Seruio & Feſto Tranquillus in Cæſare: Ampliora etiam humano faſtigio ſibi decerni paſſus eſt, ſedem auream in curia, & pro tribunali thenſam & Ferculum Circenſi pompa, Bud. in prior. ad Pandect. Thenſæ autem cur ſic dicerentur, tractat. Auguſt. in 2. de ciuit. Dei. Aſconius ſic dictas putat, quod ante eas loca tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducunt: quem ſatis iuuerit locus ille Vergilij in 2. Æneid. de equo ligneo:

——Funemque manu contingere gaudent

Corraſ. 3. Miſcel an. n. 3.

THEODORAM vxorem, Iuſtinia. ob inſignem raramque eius prudentiam, ad conſilia Reipublicæ adhibuit, in Auth. Iuriſiurandum quod præſt. arg. §. hæc autem in Auth. Vt iud. ſiue quoque ſuffrag. ſac bene à Zenone C de quadrien. præſcri. Veriſimile eſt quoque, huius affectu dictam celeberrimam illam. Conſt. Iuſtin. cui caput eſt, Maximum. C de dili. præter. quo antiquo iure emendato, mulieribus ſuccurrit. Quamvis hæc tribus mod. ſæpiſſime ad vetus ius relabi videbitur: pactis ſtatutis & priuilegiis. Vide Vigl. in §. ſed hæc quidem. Inſtit. de exhæred. lib. Spieg Prat.

THEOLOGUS hinc dicitur, quod de Deo loquitur, itaque Theologi non ſunt, qui nihil ſciunt niſi philoſophos & ſophiſmata. Eraſm. inquit. Theologus eſt vir pius, de diuinis loquendi peritus, & Theologia eſt pietas cum ratione de diuinis rebus loquendi coniuncta. Spieg.

THEOPHRASTUS citatur in l. 3. ff. de legibus quæ excerpta eſt ex l. 3. ff. ſi pars hær. pet. Briſſ.

THERIA, id eſt, animalia. Verum nonnunquam ea voce vſi ſunt veteres, præterquam in beſtiis, & venenatis iis, quæ ictu morſuve venenum relinquunt, & in quo exiguo corpore maxima nocendi vis regnat. Spieg.

THERIACHA, θηριακή, medicamentum aduerſus omnium animalium venena inſtitutum, de quo cognoſces ex Plinio lib. 20. c. 24. Vlp. l. 12. §. 21. de inſtr. vel inſtrum. Theriacam quoque, inquit: & cætera medicamenta, quæ ſeceſſus cauſa dominus ibi habuiſſet. Quamvis veram hodie non habent omnes officinæ, conſenſo omnium eruditorum, vt pulchre ſuper ea re Leonicenus & Manardus. Interim tamen tam ſtupidus eſt mundus, vt prorſus decipiat vbique. Ex Onomaſtico Brunfelſiano Spiegelius. Eſt autem Theriaca antidotum notiſſimum contra venena, de cuius compoſitione duo extant Galeni opera, alterum ad Cæſarem, alterum ad Pamphilium, dicta theriaca à ther, quod eſt fera, hoc eſt, vipera. Plinius lib. 29. Fiunt, inquit, ex vipera paſtilli, qui theriaci vocantur à Græcis. Hieronymus in Iouianum lib. 2. Viperæ inquit, carnes vnde theriaca conficitur, quantis rebus aptæ ſunt, norunt medici. Neb. Hut.

THERMA eſt vocabulum Græcum, quod neque Latinum nomen, neque ſignificationem vnius dictionis recipere poteſt. θερμὸς calidum tantum ſignificat. Nos vero loca quæ calentibus aquis aut ſine ipſis ſola fornace calefacta, lauandi & ſudandi vſibus deputata ſunt eodem nomine, quo Græci thermas appellamus, Donſæus in method. jur.

THERMÆ Achilleæ nuncupabantur Romæ in l. omnis de aquæduct. 12. C. de Achille quem Thetis mater aqua ſtygia abluiſſe memoratur præter talum, vt annotauit Forcat. in cupid. juriſper. c. 10.

THESAURUS eſt, vt inquit Paulus, vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt jam dominum non habeat. Briſſonius. Sic enim fit eius qui inuenerit, quod non alterius ſit, l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. dom. ſicque ſumitur, l. 67. de rei vind. l. 3. §. mercatoris, l. 44. ff. de acquir. poſſ. l. 1. l. 3. §. pen. & leg. vlt. ff. de jur. fiſc. leg. 39 § 1. ff de aur. & arg. leg. Græci theſaurum dicunt pecuniam, quam quis in numerato & ad caſus repentinos repoſitam habet. Vide Alciatum libro 4. de verb. ſignif. & Ferrar. in §. theſaur. Inſtitut. de rerum diuiſ. Spiegelius. In Pandect. Florent. perpetuo legitur Theſaurus: quod tamen non probat Caper Grammaticus, vt neque Donatus: nam Theſaurum, inquit, veteres ſecundum Græcos, ſine N. litera proferebant. Prat.

THESAVRVS non eſt quælibet pecunia recondita, ſed vt Paulus Iureconſultus eum deſcribit, eſt vetus quædam pecuniæ depoſitio, cujus memoria non extat, vt jam nec dominum nec poſſeſſorem habere cenſeatur. Vult. in Comm. Inſtit. de rer. diuiſ. §. 25 n. 1.

THESAVRVM Caſſiodorus lib. 6. definit, depoſitiuam pecuniam, quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſit.

THESAVRIENSES eſſe, quorum fit mentio inter officiales ſacrarum epiſtolarum, l. fin. Cod. de diuerſ. offic. idem videntur fuiſſe, qui vicarij Macedoniæ, quorum & ibi fit mentio. Prat.

THESAVRORVM præpoſitos habebant, Imperatores Conſtantinopolitani & Comites, l. pen. C. de murilegul. lib. 11. l. vlt. C. vt dignit. or. ſer. l. 2. C. de palat. ſacr. largit. lib. 12. Et Theſaurarios, cuſtodiæ theſaurorum ſuorum præpoſitos, l. 1. de cano. largitio. tit. lib. 10 C. Briſſ.

THESAVRENSIS, Imp. in l. nullus theſaurenſis, de palat. ſacrar. largitio. C. lib. 12. theſaurenſem vocare videtur officialem comitis ſacrarum largitionum, qui & comes theſaurorum dicitur, quem Græci vocant Ἀζωνοφύλακα. Meminit & Ammia. Marcellin. lib. 22. Cujac. in d. l. nullus theſaurenſis, C. de palat. ſacrar. largit.

THESAVRVM inuenire, Imp. Leo recte beneficium Dei appellat, interpretaturque theſaurum mobilia (alij monilia) condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiore, l. vnic. de theſaur. C. lib. 10. Triphoninus autem donum fortunæ, in l. ſi is qui in aliens, ff. de adquir. rer. dom. Refertur elegans Scæuolę reſponſum tit. de rei vind. quod haud grauare adſcripſi. A tutore, inquit, pupilli domum mercatus, ad eius refectionem fabrum induxit: is pecuniam inuenit, quæritur, ad quem pertineat? Reſpondit: Si non theſauri fuerunt, ſed pecunia forte perdita, vel per errorem ab eo ad quem pertinebat, non ablata: nihilominus ejus eam eſſe, cujus fuerat. Spieg. Adde Forcat. in Necyom. dial. 57. n. 4 & ſeq.

THESIS, ait Alciat. eſt generalis & indeterminata aſſertio, quæſtionis modum complectens, quales apud nos ſunt regulæ Iuris. Hypotheſis vero determinata eſt, ſicut apud nos caſus vel ſpecies facti. Apud Dialecticos, vt inquit Ariſt. Theſis eſt concluſio, præter communem ſententiam propoſita. Ariſtophani vero in Nubibus, ſignificat ſportularum depoſitum, vnde judicum honoraria pendantur. Spieg.

THESMOPHYLACES legum & inſtitutorum ſunt cuſtodes, Budæ in annot. prior. l. 1. de juſt. & jur. Prat.

Θεσμὸς vocatus lex ſcripta. Vnde Theſmothetæ dicuntur ij qui ſcriptas leges emendabant, Conn. 1. comm. 8. in princ.

Θεώρητρα apud Harmen. ſunt munera, quæ ſponſæ dabantur ante nuptias, cum ſe viſendam præberet, depoſito flammeo. Conſuetudo enim erat olim, vt & quarundam gentium etiam nunc eſt, vt virgines vultum velo tegerent. ἀνακαλυπτήρια Philoſtrato etiam dicuntur, & ἀνακαλυπτήρια: Vnde ille Antipatri iocus, qui cum deformem dixiſſet vxorem, rogaretorque quando daturus eſſet ἀνακαλυπτήρια. Quin potius quæritis, inquit, quando ἐγκαλυπτήρια. Prat.

Θεωρία in l. fin. (quæ Græca eſt) de veter. jur. enucl. Latine viſio. Prat.

THLASIÆ, ſiue Thlibiæ, Latine dicti ſunt qui habent teſticulos attritos, à θλάω ſiue θλίβω, quod eſt frango: quod fotu aquæ calidæ fiebat, & manuum attritione, vt hoc pacto pretioſiores eſſent, & in principum deliciis. Hi propter hoc virium liberos gignere non poſſunt, ſed vitio ſublato poſſent, ideoque adoptare hic permiſſum eſt & matrimonium contrahere, quia ſanitatis ſpem habent: l. ſi ſerua. §. ſi ſpadoni, ff. de jure dot. Vlp. de verb. ſign. l. ſpadonum. Thlibiæ, inquit, & thlaſiæ, ſed & ſi quod & aliud genus ſpadonum eſt Item Paul. ad l. Cornel. de ſicar. l. hi quoque. Hi, inquit, qui thlibiae faciunt, ex conſtitutione D. Hadriani, in ea ſunt cauſa, qua hi qui caſtrant. Nebriſſ. Vide. Spadonum genera.

THYMALICÆ ſaltationes apud Iuſt. Nou. de conſulib. §. ac primus quidem. Vide Tragœd. Spieg.

THYMELICI ſiue Thumelici, οἱ ἐν ὑποκρίσει τὴν τέχνην ἐπιδεικνύμενοι, inquit Suidas id eſt, qui perſonati artem oſtentant, eſt enim θυμέλη locus editior, vbi actores ſaltabant. Iul. Pollux li. 4. καὶ σκηνὴ μὲν ὑποκριτῶν ἴδιον. ἡ δὲ ὀρχήστρα, τοῦ χοροῦ, ἐν ᾗ καὶ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὖσα, εἴτε βωμός. Scena, inquit, propria eſt hiſtrionum orcheſtra vero chori: in qua eſt & θυμέλη, quæ vel tribunal eſt, vel ara: id eſt, locus editior, vt dixi. Vitruuius lib. de arc. lit. 5. cap. 8. Apud Græcos, inquit, tragici & comici actores in ſcena peragunt: reliqui autem artifices ſuas per orcheſtram præſtant actiones: itaque ex eo ſcenici & thymelici Græce ſeparatim nominantur. Ex his apparet, thymelicorum nomine intelligi ludios, mimos, citharœdos, tibicines, citthariſtas, lyriſtas: & qui ſunt in eodem genere. Specialiter autem videntur dici thymelici, cantatores, qui modos faciebant, & ſaltationes: de quibus etiam intellexit Vlp. l. 4. ff. de his qui not. infam. Et generaliter, inquit, ita omnes opinantur, & vtile videtur, vt neque thymelici, neque xyſtici, neque agitatores, nec qui aquam equis ſpargunt, cæteraque eorum miniſteria, qui certaminibus ſacris deſeruiunt, ignominioſi habeantur. Græci enim ad d. l. 4. ita vertunt: οὐκ ἐπὶ δὲ μουσικοὶ πίχτα, ἀλλ' ἀπηρημένοι οἱ τῶν ἀθλητῶν καὶ τῶν λεγόντων ἐν τοῖς ἀλυμπιακοῖς τῶν ἐνδόξων, καὶ τῶν ἐν ξυστῷ ἀγωνιζομένων. Iſidorus quoque lib. 18. cap. 47. Thymelicos muſicos ſcenicos interpretatur, qui organis & lyris & citharis præcinebant: ſic dictos quod olim in orcheſtra ſtantes cantabant ſuper pulpitum, quod θυμέλη vocabatur. Phrynicus etiam ἐν ἐκλογῇ ἀττικῶν ῥημάτων θυμέλην, ait dictum ὅπου ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφ' οὗ αὐληταὶ καὶ κιθαρῳδοὶ, καὶ ἄλλοι τινὲς ἀγωνίζονται. De thymelicis etiam fit mentio in l. 10 ff. de pollicitat. & l. pen. C. Th. de ſpectat. Briſſ. Prat. Hotom. & Corraſ. 4. Miſcell. 24. numer. 19. & 15.

THYMELITÆ, l. 28 C. Th. de piſtoribus l. 5. eo. C. de Scenic. Prat.

THYNNI piſces prægrandes traduntur, ceruice & abdomine in precio apud antiquos, atque iugulo tantum recenti: cætera pars plena pulpamentis, ſale aſſeruatur, quæ Melandria appellatur, cæſis aſſulis quercus ſimilis, & ideo Lucilius in 1. lib. Satyr. Abdomina (inquit) thynni venientibus priua dabo, cephaleamque caruem, hi nimia pinguedine dehiſcunt, neque pluſquam biennio poſſunt viuere. Cauſam tradit Ariſtoteles de nat. anim. lib. 9. c. 17. vbi etiam de eorum coitu, partu & adoleſcentia. Carne tantum paſcuntur, pariunt in Ponto, nec vſpiam alibi. Ariſt. lib. 5. c. 10. Gregales ſunt, & amici inter ſe, vt in 9. tradit Ariſt. c. 2. Agitantur aſilo, exoriente cane: & omnium maxime piſcium, gaudent tempore. ab his Thynnoſcopi dicti homines, qui ex ſuperiore littoris parte thynnos ſpeculari conſueuerunt. Latine thynnarij, vel thunnarij vocitantur, y in v conuerſa vt moris eſt, prout etiam vertit Latinus Græceque doctiſſ. Theodorus Gaza, in libro Ariſtot. 4. de Animal. cap. 10. Et ſæpe (inquiens) thunnarij circumretiunt thunnos dormientes, & in aliis locis Ariſtot. ſuperius relatis. De thynnis meminit etiam Strabo lib. 3. addens, thynnos plurimum glande gaudere, cuius cibo eximie pingueſcant. & ſecundum iſta debet caſtigari locus apud Vlp. in l. venditor in pr. ff. commun. prædio. apud quem mendoſe tignara legitur Cotta. Adde Forcat. in penu. jur. ciuil. c. 20. Vide Plin. lib. 6. cap. 15.

T I.

Τῷ ἀποδοῦναι, vt ipſa, non directo, non diſertis verbis, ſed idem valentibus. Vlp. in l. 29. ff. de arbitr. Qui ab arbitro damnato, non à reo, ſed ab eius fideiuſſore petit, τῷ ἀποδοῦναι à reo petit: id eſt, verbo quidem à fidejuſſore petit: re ipſa à reo. Sic enim Cic. frequentiſſime hanc effert locutionem. Prat ex Hot.

Τήβεννα trabeæ ornamenta Conſulum, Nouel. 105. & apud Appianum, Artemidorum, Suidam & Moſchopulum. Adde Coraſ ad l. 5. C. publicæ lætitiæ vel conſulum nunciatores, &c. lib. 12. Prat.

TIBERIS, Albula prius, à colore suo à Tiberio Nerone, in eo, vt Albericus nit, ſubmerſo, ſed à Tiberi regi Albano, ibi præcipitato cognominatus eſt. Ex Suetonio conſtat, crudeliſſimę belluæ corpus publice crematum: tametſi Tiberium in Tiberim, pars populi clamitarent. Spieg.

TIBI & à te, nec ad rem, nec ad dignitatem, ſed perſonam duntaxat referuntur: vt tradunt Interpretes Pont. juris c. mandata, extr. de præſump. & c. tibi. & c. ſi pro te, de reſcript. lib. 6. Spieg. Prat.

TIBIALIA, velamen tibiarum: quin etiam arma, quibus crura muniuntur. Tibialia vocantur, Paulus in l. qui commeatus, ff. de re militat. Si tibiale, vel humerale miles alienauit, caſtigari verberibus debet. Spieg.

TIBICINES, in ædificiis appellantur columellæ, quibus ruſtici tecta ſua fulcire ſolent.

TIBVR, ſiue Tiburtum, vrbs, ad decimum ſextum lapidem ab vrbe diſtans. Hanc vocem apud veteres Iuriſconſ. ſcriptam per i, Latinum, non per y, obſeruat editio Haloandrina. Pierius in caſtigationibus in poëtam accedit, Seruius lib. 7. autor eſt, tres fratres veniſſe ad Italiam: Catyllum, Coracem, Tiburtum. Hi ſimul omnes vnam fecere ciuitatem, & eam de fratris maioris nomine, Tibur appellauere, licet & alias fecerint ſinguli. Huc enim plebs Romana ſeceſſit. Spieg.

TIBVRTIVS municipibus meis amantiſſimis, quos ſciris, balneum Iulianum iunctum domui meæ, ita vt publice ſumptu hæredum meorum, & diligentia decem menſibus totius anni præbeatur gratis. Vide Scæuol. in l. patronus, §. codicillis, de l. 3. Spieg.

TIGILLVM quid ſit. Vide ſub iugum mitti, &c.

TIGNA, ſolent trabes appellari, quibus ſumma domus contegitur. A tegendo ſic dicta. Hinc fabri tignarij, murarij omnes, materiarij albariique ſignificantur. Hinc & contignationes, Alciat. de verb. ſign. Vide Corraſ. 3. Miſcellan. 15. num. 1. 2. 3. & fuſius Goeddæum in comment. ad l. tigni. 29. n. 3. 4. & ſeqq. ff. de verb. ſign.

TIGNARIVS faber, non ſolum is qui dolat, ſed etiam qui ſolaria lignea, hoc eſt, qui trabes cæteraque ad tabulata domus vtilia & omnis qui ædificat, intelligitur l. fabri, de verborum ſignificat. Spieg. Adde Cuiac. ad leg. primam, in fin. C. de excuſat. artif. lib. 10. qui dicit, Græcos generali vocabulo τέκτονας vti.

Tigni appellatione in lege XII. Tabul. omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant ſecundum Caij, Vlpiani & Iuſtiniani opinionem, venit. l. tigni appellatione, ff. de verb. & rer. ſign. Briſſ. Vnde quidam etiam tegulam quoque & lapidem, & cæmenta cæteraque, ſi qua ædificiis ſunt vtilia (tigna enim à tegendo dicta ſunt) hoc amplius, & calcem arenam tignorum, appellatione contineri. Sed & in vineis tigni appellatione omnia vineis neceſſaria continentur, vt puta, perticæ, pedamenta l. 1. ff. de tign. iniuncto, l. tigni. ff. ad exhibend. Prat. & Hotom.

Tignum proprie eſt cui tectum ſuperponitur Vitruuius lib. 4. Trabes (inquit) ſupra columnas & paraſtatas & antas ponuntur, in contignationibus tigna & axes, &c. Nam contignatio habet trabes, tigna, aſſes, regulas. Albertus de re ædificatoria. lib. 7. In trabibus ſunt tigna, quorum ſectis ad perpendiculum capita extrorſus apparent ex moduli dimidia, Tignorum latitudo æquabit craſſitudinem trabis, &c. Hæc ille. Item Vitruuius lib. 10. Supra capreolus tignum collocatum coniungebat capreolorum compactiones. Brechæus in l. tigni appellatione ff. de verb. & rer. ſignific. Et tignum quidem à tegendo dicitur, eaque proprie ædificij pars eſt, quæ tegit: & tegit quidem non continuatione perpetua ædificij, vt in operis cæſo lapide concameratis & tectis, ſed lignorum contignatione, & appoſitione, vt fere ſunt omnium ædium tecta. Tignum enim proprie ligneum fuit ſignificauitque quamcunque trabem tegendi cauſa impoſitam. Connan. libr. 3. comment. lib. 6 numer. 8.

Tigula foramina, quibus fumus exit Prat.

Tilia arbor, cujus ex cortice interiore membranulæ ſumuntur: in quibus veteres ſcribebant. l. 52 ff de leg. 3. Spieg. Prat.

Timeo, inter ea numeratur verba, quæ idem poſſunt addita, vel non addita negatione. Vide Alcia. in l. duobus negatiuis, de verb. ſign. Spieg. Prat.

Timidi, qui ſemper, & præter modum timent. De his exempto actionem admittit Prætor, teſte Vlp. in l. 1. ſub finem. de ædil. edict. Spieg.

Timiotores ſunt ſerui. Auth. de non alien. § nunc autem. verſic. Oeconomus.

Timiditas, ex rebus, non ex vocabulis oritur, vt Cic. oppido ſcire dixit, lib 4 de finib. Vlp in §. apparet l. cum vero 15. de fideicomm. liber. cenſuit obeſſe libertati non debere, quæ vel ſeruis petitur vel in totum non petitur per ignauiam, vel timiditatem. &c. Spieg. Prat.

Timor, ait Cicero, metus mali appropinquantis. Tuſcu. 4. Metum autem accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem: ſed maioris mali, & qui in hominem conſtantiſſimum cadat. l. 5. & 6. Quod metus cauſ. Vide Metus. Spieg. Prat.

Timor infamiæ, timor vexationis, l. nec timorem, ff. quod met. cauſ.

Τίφυ, Græcis commune eſt nomen vermis, coloris & frumenti. Cujac. ad l. 64. ff. de verb. oblig.

Tirones ſunt puberes, 18. annorum, ſumpta virili toga, quod & Plin. lib. 8. teſtatur his verbis. Tanaquil, quæ eadem Caia & Cæcilia dicitur, prima texuit rectam tunicam. quæ ſimul cum toga pura tirones induuntur, nouæque nuptæ Sunt & Tirones qui nondum in numeros relati, lecti tamen vt militent, publicis expenſis tres faciunt, & ſub campi doctore exercentur. l. 42. ff. de teſtam. milit. l. vlt. ff. de munerib & honor. l. 4. in fin ff. de re mili. l. vlt. ff de cuſtod. reor. Hos notis compungi in brachiis ſolitos oſtendit l. 3. ff. de fabricenſib. lib. 11. Cod. Et Veget. lib. 1 c. 8 Tironum autem præſtatio & præbitio olim in muneribus publicis fuit l 4. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. l. 2. B. de priuileg. eor. qui in ſacr. pal. l. 10. C de palatin ſacr. larg. lib. 12. l. 2. C. de ſilentiar. eod. tit. Qui à præbitio. tito in C. Th. Marcell. lib. 21. Parique ſtudio ſupplementa legionib. ſcripta ſunt indictis per prouincias tirociniis. Briſſ. Prat.

Tithasus. Hoc nomine Græci manſuetum appellant, quo idem Pompo vtitur in l. ita relictum, ff. de legat. 2. Cujac. ad l. 67. ff. de hæt. inſti.

Titiones & carbones differunt, quod Titio lignum ſit aliqua ſui parte exuſtum & extinctum, vel torris extinctus. Torris enim dicitur lignum aliquod teres igne ardens. Carbones ſiquidem ligno ſemiambuſto, atque igne torrefacto conficiuntur. Brech. & Gœdd. in l. Carbonum. ff. de verb. & rer. ſign.

Titius & Accius vetera nomina quibus exempli cauſa vti mos erat Vario in Teſtamento, Quod ſi quis vndecimo menſe natus eſt, Accio idem quod Titio jus eſto apud me. Per hoc vetus prouerbium Varro ſignificat, ſicuti vulgo dici ſolitum erat, de rebus inter ſe nihil diſtantibus, Idem Accij quod Titij: ita pari eodemque jure eſſe in 10. menſibus natos & in 11. Hæc Gel. lib. 3. c. 16. Prat.

Titubare, non eſt, vt imperitum Latinitatis ait vulgus, defectioſe loqui, vel inſcienter. ſed vacillare, hoc eſt, ægre pedibus ſiſtere. Hinc nonniſi tranſlate teſtis titubare dicitus, cujus dictum vel ægre diſcernitur, vel vt inconſtans ac varium exploditur. Sic Iuſtinian. vocat titubantem mentem. l. fin. Cod. de cond. indeb. quæ hæret, in ancipitique eſt, atque dubia. Spiegelius, Prateius.

Titulum Rogerius, vetus interpres, in titulum de diuerſis præſcriptionibus definit, cauſam acquirendi dominium, id eſt, ex qua noſtrum fit, quod non noſtrum. Briſſ.

Titulus à tuendo, hoc eſt, indicando dicitur, quia tuetur & indicat id, cui ſuperſcribitur, ne incidat ambiguitas. Vnde ſolent omnibus propemodum rerum generibus inſcribi quidam velut indices, qui oſtendant autorem, vel materiam, vel aliam operis qualitatem. Et quo magis id facerent, egregie, ſolebant olim titulos rubris literis ſcribere. Iuuenal. Satyr. 14.

Cauſas age perlege rubras Maiorum leges.

Inde tituli alias appellantur iam nunc rubricæ, in l. 1. ff. de cert. pet. & in l. 2. ff. pen. ff. de interdict. Prat.

Titulus cauſam poſſeſſionis ſignificat. l. 1. ff. pro ſoluto. Significat & cauſam transferendi dominij l. 24. C. de rei vind.

Titulus pro colore. l. Sulpitius ff. de dona int. vir. & vx. pro nomine & forma. Sic titulus actionis, l. 69. ff. de fideiuſſorib. pro edicti capite. l. 1. ff. de bon. relat. etiam pro inſcriptione, quæ ſupplicij, quod de reo ſumebatur, cauſam indicabat, vſurpatur à Suetonio in Domitiano c. 24. Briſſ.

Titulus eſt iuſta, & æquitati naturali conſentanea poſſeſſionis cauſa: Veluti, Pro emptore, Pro donato, l. 1. ff. pro ſoluto, l. 3. §. fin. de acquir. poſſ.

Tituli diſtinguuntur in nominatos & innominatos, lucratiuos & onerosos, vniuerſales & particulares, veros & putatiuos. De quibus late Old. in pr. claſſis tertiæ.

Tituli in prædiis dicebantur, vt opinatur Hot. tabulæ, in quibus dominorum nomina inſcripta erant, vt ex iis, cuius prædia eſſent, cognoſceretur. Hinc rubr. lib. C. 11. vt nemo priuatos titulos prædiis ſuis vel alienis imponat, vel vela regia ſuſpendat. Item. De his qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt vel eorum nomina in litem prætendunt. Appellantur & ſigna in rub. inſeq. Moris autem fuit cum prædium aliquod caducum, id eſt, fiſco commiſſum eſſet, vt comes priuatarum rerum ei Principis titulos teſtato, publicis perſonis adhibitis: ſolenniter affigeret. Vt l. 3. C. de bon. vacant. Tituli vero, quorum adiectione prædia noſtris ſunt confectanda ſubſtantiis, non niſi publica teſtificatione proponantur. Quantum autem ex Nou. 30. De Procon. Cappa. exiſtimare licet, tabulæ titulorum erant ligneæ. Cum enim ita ſcripſiſſet, Σανίδας δὲ κατὰ τὸ παλαιὸν ἀπηωρημένας τοῖς ἐχομένοις κυρίοις, mox infert Τὰς μὲν γὰρ τίτλους ὅπως δήποτε ἐλαμβάνειν αὐτὴν ἔχοντας κεφαλὰς, ... τῆς τῶν κυριευόντων κεφαλῆς. Prat.

Tituli primum erant certæ ſedes clericis attributæ, in quibus ſuum munus exercent. Poſtea eo nomine prædia iis ad victum cultumque aſſignata, lib. feud. 1. tit. 9. §. 1. Si Epiſcopus vel Abbas vel Abbatiſſa, vel Dominus plebis feudum dederit de rebus Eccleſiarum, quæ ita ſubiectæ ſunt, & tituli vocantur. In Chalcedon. Concil. Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον, μήτε ὅλως τινὰ τῶν ἐν ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο, &c. Quæ verba Canoniſtæ tranſtulerunt in cap. neminem. diſtinc. 70. vbi tamen. Poſſeſſiones pro Pagi vitiore legitur. Idem c. 3. Sanctorum Canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, vt ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur: & in qua Eccleſia quilibet intitulatus eſt, in ea perpetuo perſeueret. Prat.

Tituli vocabulo Imp. in l. cogi. Cod. de pet. hær. bifariam vtuntur. Primo pro vero titulo, quales ſunt: Pro emptore, pro donato, pro legato, pro derelicto & ſimiles. Deinde vero, pro quadam modificatione, juxta Azonis interpretationem: qualem etiam habet prædo & raptor. l. pro hærede. in fin. eo. tit. Bart. ſentit, & quidem recte, titulum reipſa nihil aliud eſſe quam cauſam contractus, & (vt alij dicunt) initium poſſidendi. in l. per diuerſos. C. mandat. Spieg. Tranquillus in Domitiano, titulum pro cauſa animaduerſionis & ſupplicij de nocente ſumpti vſurpat: vt mirum videri nec debeat, quod Matthæus in Euangelio dixit αἰτίαν, id Latina voce ab aliis τίτλον vocatum eſſe. Sic enim & Plutarch. & alij, pro Catulo κάτλον. pro Bibulo βίβλον pro Lentulo λέντλον dixere. Hinc factum etiam vt noſtri in tractatu poſſeſſionum, quod veteres cauſam dixerunt, ipſi titulum vocent. Quem Theophilus non ineleganter lib. Inſtit. 4. deſcribit. Qua quidem ſignificatione & Dominus Vlpianus l. 1. ff. pro dote, Titulus eſt (inquit) vſucapionis, & quidem iuſtiſſimus qui appellatur pro dote. Et Marcellus in Epiſt. ad Sulpitium: Si color vel titulus, vt ſic dixerim, donationi quæſitus eſt nihil valebit traditio. l. Sulpitius, de donat. inter virum. Curtius lib. 2. εἰκότων, cap. 42. tomo 1.

Titulus, quod alicui rei, vt libro, operi vel ſtatuæ, ſuperſcribitur, ad eius cognitionem, vnde in ſtatuis, ſiue picturis Titulum dicimus, literas, quæ vel artificis, vel eius cuius ſtatuæ ſiue imago eſt, nomen demonſtrat: vel tempus quo factum eſt opus, declarat. Habet & alias titulus ſignificationes, quas gloſſæ indicant, in l. non ambiguum. Cod. famil. herc. in Nouel. de mandat. princ. § titulos.

Titulus, pro Cauſa. iuxta. quod vulgo loquimur, Corruptus

titulus

titulus pro non titulo habetur. Item, titulus, malus non releuat: vt in fure, prædone, raptore, tyranno & ſimilibus, vbi nulla cauſa ſaltem iuſta adduci poteſt. per text. valde elegantem in l. qui interrogatus, cum l. ſeque. ff. de pet. hæred. Bart. in l. ſi ager de rei vendic. facit diſtinctionem inter titulum vniuerſalem, & titulum ſingularem. Sed rectius, iudicante Apello, diſtinxiſſet inter contractum & modum acquirendi dominij. Vide cautum apud eundem, c. 5. Oldend. hanc culpam condonat non abs re Bartolo. Vide enim in Introductorio claſſ. 3. Spieg. Vide Ræuardum de auctoritate prudentum c. 7. Ambroſium in ſermone 30. Aſconium in oratione Ciceronis pro Milone: Manumiſerat eos, inquit, quod caput ſuum vitt eſſent, &c.

TITVLVS falſus. Quemadmodum per rerum naturam, vbi poſt titulum nihil ſequitur materiæ vel operis, aut vbi materia ſeu opus non reſpondet titulo, ibi vanus & falſus dicitur titulus: ita qui verbis duntaxat poſſidendi cauſam & prætextum allegat, quem reuera non habet, is nihil facit aliud, quam quod fumos vendidit, & titulum mentitur ſuæ poſſeſſionis. Spieg.

TITVLI etiam fiſcales & largitionales, l. 5. de ſuſceptoribus lib. 10. Cod. rub. de canon. largit. titu. Symmach. lib. 2. Epiſt. Et quantum in titulis fiſcalibus exigendis ſua cura promeruerit. Briſſ.

TITVLVS hereditarius l. 7. C. ſi quis ig. rem minor. ſin. decret. compar. & titulos honorarius, ibid Alberic.

TITVLVS lucratiuus eſt, cum res ad aliquem peruenit ſine onere ſine grauamine dandi; ex mera liberalitate. Hos titulos, vel cauſas lucratiuas, eleganter recenſet Imp. in l. vnic. C. de impon. luc. deſcript. lib. 10. Vide ſupra Lucratiuæ cauſæ. Titulus autem oneroſus eſt, quando res ad aliquem peruenit cum onere aliquid dandi, aut faciendi: cum is qui rem recipit, oneratus & grauatus eſt aliquid viciſſim dare, aut facere: ſicut eſt in omni contractu. Spieg Prat.

TITVLOS magiſtratuum dicimus, per quos eorum gradus, dignitates & imperia deſignantur. ein *Wirdigkeit*. Hi autem mirum dictu eſt, quam variis modis per ſeculorum viciſſitudines immutati ſint. Nouel. de mandat. princ. §. titulos Conſt. 17. Sic titulus Iuſtiniani Imperatoris deſcribitur, Inſt. & C. in princ. Item tituli Eccleſiarum & beneficiorum dici ſolent. Quomodo etiam accipiendi ſunt. C. vt nemo priuat. tit. præd. ſuis, vel ubi is impo. Hac ratione dici cœperunt tituli, pro cauſis ſeu formulis iuſtificandæ poſſeſſionis, h. e. quib. defenderetur vatuſentuſque poſſeſſio ab impugnatione alterius, *Anzeigung einer rechtmeſſigen Ankunfft.* Vt recte, ſi quis dubitet, verum iuſte poſſideam: ego illi cauſam allegem meæ poſſeſſionis: puta, quod emerim, vel dono acceperim, tunc cauſa hujuſmodi ſiue formula jure probata eſt mihi titulus, tueturque rem meam Old. Prat.

TITVLI nominati, ad ſtabat contractuumque quia tituli ex contractibus proficiſcuntur tractantur in lib. Pandect. 4. Innominati tituli ſunt ex jure naturali, apud omnes gentes æque recepti, abſque certa & ſolenni formula, quales declarat, Oldendorp.

TITVLVS pro ſuo. Vide ſupra. pro ſuo Titulus ludi eſt, lucratiuus. Quære. Turpe lucrum.

TITVLVS verus dicitur, qui nobis ſignificat vere competere cauſam. Putatiuus autem titulus, quem putamus nos habere iuſto quodam errore alieni facti, cum reuera non habeamus poſſidendi cauſam Quare recte monuit Old. titulos putatiuos potius dicendos titulos bonæ fidei, juxta phraſin ICtorum. Hi enim vocant bonam fidem, quicquid illæſa conſcientia credimus eſſe, cum non ſit, ſcilicet tolerando errore lapſi. Sic bonæ fidei emptor dicitur is, qui à non domino emit. Vide & bonæ fidei poſſeſſor. Spieg. Prat.

TITVLOTENVS, quod nudo verbo nititur, quod probari non poteſt. Vlpian. Ne tamen titulotenus tota res ære alieno allegato, pecunia abutantur, in §. illud quæri poteſt. l. magis puto. de rebus eor. qui ſub tut. Idem eſt, ſi quis titulum quidem facti allegare poſſit, ſed jure inualidum, vt quia emerit à furioſo ſciens: vel quia maritus vxori, aut vxor marito donauerit. Is enim titulotenus pro poſſeſſore poſſidet, Quoniam reprobatus, vel inualidus titulus habetur pro non titulo. Spieg.

T O.

TOGA à tegendo dicta eſt, vt vult. Pomp. in l. 180. de verb. ſign. Hanc tradit Septimus Florens à Pelaſgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos veniſſe. Græci quemdem Tebenoum Arcadem (vt refert Turneb. 7. aduerſ. 20.) togæ Romanæ inuentorem prædicant, qui primus id genus veſtis geſſerit, & ſinum Ionicum cum ingreſſus in Italiam veniret, & veſtimentum propagarit, vnde & togam τήβεννον fuiſſe appellatam ſcribunt de inuentoris nomine. Quintilian. lib 11. c. 3. eius formam ac figuram his deſignat verbis. Veteribus nulli ſinus: perquam breues poſt illos fuerunt. Ipſam togam rotundam eſſe, & apte cæſam velim: aliter enim multis modis fiet enormis. Pars ejus prior mediis cruribus optime terminatur, poſterior eadem portione altius quam cinctura: ſinus decentiſſimus, ſi aliquando ſupra imam togam fuerit: nunquam certe ſit inferior. Cornutus autem in Perſij ſatyra 5. Toga, inquit, dicta eſt, quod velamento ſuo corpus tegat atque operiat. Eſt autem purum pallium forma rotunda & fuſiore; atque inundante ſinu & ſub dextro veniens, ſuper humerum ſiniſtrum ponitur: menſura togæ iuſtæ ſenas vlnas habebat. Toga autem ciuium Romanor. fuit propria itaque & vbique cum geſtare iubebantur, neque peregrinis ea vti licebat. l. ſed ſi accepto 32. ff. de jure fiſci. Vnde illud Plinij libri 4. Epiſt. 3. Idem cum Græco pallio amictus intraſſet (carent enim togæ jure quibus igni & aqua interdictum eſt) poſtquam ſe compoſuit, Latine, inquit declamaturus ſum. Tranquil. in Claud. Peregrinitatis reum orta inter aduocatos leui contentione, togatumne an palliatum dicere cauſam oporteret, quaſi æquitatem integram oſtentans, mutare habitum pro vt accuſaretur, defenderetur ve iuſſit. Hoto. Proinde etiam jus detum togæ Carthaginenſibus apparet tum à Statilio Tauro deducta Colonia eſt muro cinctu; Ælio Saturnino vel aure vel pontifice eam Coloniam inauguratore & ſolemne carmen effante: non enim jus erat cuiuis ciuium togæ vſurpandæ proinde ſcribit, cum concordia iuuat, toga obiecta eſt, cum diuiſſet Carthaginenſem tunicam cinctu arbitrante ſuſpendiſſe, & pallium tabulata congregatione ſoleiſſe: ſubiicit, ſi quid vel dignitas, vel temporalitas veſtit, vbi libenter Veſtit, ſcriberem, quod haud paulo ad ſententiam eſſet accommodatius. Vide Turneb. aduerſ. lib. 7. c. 20.

TOGARVM variæ antiquis Romanis erant genera: vt, Toga prætexta, qua vtebantur pueri vſque ad annum decimum octauum, dicta, quod veſti purpura intexebatur. Poſtea ſumebant togam virilem: quæ & Libera dicebatur. Vlp. de Aur. & arg. leg. l. veſtis. Puerilia autem ſunt veluti togæ prætextæ, alicule, chlamydes, & pallia: quæ filiis noſtris comparamus. ſic legit. Nebriſſ. Ea pungendæ ſunt autem dictiones. Aliculæ, & Pallia: ſubſtituendæque Alicubi & Alia. Sic enim habet Not. text. Aſtipulatur Bayſius. Item, toga virilis, toga picta, toga regia, quæ erat auro & purpura intexta, qua reges vtebantur, quæ e Liuio inter inſignia triumphantis numeratur. Toga pura, quam tyrunculi forenſes aſſumebant tyrocinij die. Toga candida, quam petitores magiſtratuum induebant: vnde candidati dicebantur. Neque vero in profeſſione ſatis erat togam candidam induere, ſed etiam ſolenni ad populum nominatione, quæ in concione ab aliquo magiſtratu data fieret. Nam ſi præſens Q. Fuluius Flaccus profeſſus eſt, ſe petere præt. non abſque toga candida, quia prætextam ferre cum ædilem oportebat, relinquitur profiteri aliud fuiſſe, quam toga candida petere magiſtr. de quo Gruch. C. de comitiis Rom. lib. 2. Candida ergo toga petitionis ſignum erat, vt à populo dignoſcerentur, qui ambirent magiſtratus. Quamdiu enim retinebatur tota candida, tamdiu perſtare in petitione: ea depoſita, & petendi voluntatem depoſuiſſe candidati cenſebantur. Erat & Toga libera, id eſt. virilis, qua ſumpta excedebant à magiſterio pædagogorum, & tutoris autoritate & ſuæ permittebantur libertati. Hinc Propertius.

Matris & ante Deos libera ſumpta toga eſt.

At eam etiam Liberalibus induere ſolebant pueri in Liberi honorem vel Liberæ vitæ ſignificationem: atque eo die prodibant cultu tironum ſumpta pura toga, id eſt, virili, de qua Ouid.

Reſtat vt inueniam quare toga libera detur.

Luce geri pueris candide Bacche tua. &c. Prat.

TOGA vitrea ideo ſic appellata, quod ritu vitri tranſluceret; Varro medio, Iſtorum vitrea togæ oſtentant tunicæ clauos, Turneb 24 aduerſ. c. 19.

TOGATI in Impp. conſtitutionibus pro Aduocatis & patronis ponuntur; quos Græci συνηγόρους vocant, l. 11. § procul dubiu. C. de judic. l. fin. C. de ſportul. Et paſſim in tit. Cod. de aduocat. diuerſ. jud. Briſſon. Prat. adde Cujac. ad lib. 5. de metat. & epidem.

TOGATI Togatos dicimus eoſdem quos aduocatos & patronos cauſarum: qui in forenſibus negotiis præminentes, litigatoribus ſuum præbent patrocinium, quorum patrocinia ſubſtantiuo nomine dicuntur honoraria. Togatus ordo aduocatorum apud Sidon Apoll. Sic togatorum profeſſionem accipe apud Caſſiod. epiſt. 15 li. 1. & qui togati dicuntur in epiſt. de confirm. C. Iuſtin. idem patroni cauſarum in epiſt. de confirma. digeſtorum. Sic toga pro veſte forenſi aduocatorum in l. jiſdem, C. de aduoc. diuerſ. judic. Briſſ.

TOLERABILE tributum, pro moderato, nec difficili.

TOLERABILIA eſſe, quæ vetus conſuetudo comprobat, reſcripſerunt Impp. Verus & Antonius autor Papyrius in l. Imperatores, de Politic. Spieg.

TOLERARE pro ſuſtentare noue dixi, Alph. in l. cenſoria, vbi Alciat. Bud. in annot. poſterior. Sic & Tacitus tolerare vitam.

TOLLENO quid ſit, Glareanus totea ea poſuit, eſt vero κηλώνειον, vt ait Turne. lib. 6. aduerſ. c. 18. quod ſurſum deorſum hinc inde tollitur, more Oſcilli, alternis hinc & inde ſuſpicit, & deſpicit. Vide etiam Petr. Crinit. de honeſt. diſcip. lib. 19. cap. 2.

Tollere judicium tollere, diſturbare, reſcindare judicium aut rem judicatam in eadem re dicimus, pro eo quod vulgo dicunt, quaſſare & annihilare ſententiam iudicis. Ex Sylvio. Spieg.

Tollere pro ſuſcipere. Sic tollere liberos, in l. 9. quamvis, ff. de iure patron.

Tollere & præſtare opponuntur, l. 14. quod te. ff. de ædilit. edicto.

Tollere pro auferre, in l. 29. §. ſi inquilinus, ff. locati.

Tollere, verbi vſus & elegans, & varius eſt apud Iuriſconſultos: præſertim Vlpianum qui fuit Romani ſermonis obſervantiſſimus. Vt ius vicino non eſſe, altius ædes tollere. Et interdum dici poteſt eum quoque, qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere, hoc eſt, demoliri, diruere, elevare, ſurſum erigere l. ſi arborem, §. per contrarium, ff. de Servitut. vrban. præd. Spieg.

Tolli id eſt diſſolui & finiri, l. 33. de diuer. reg. Altera actio alteram non tollit, l. 2. §. vtraque, ff. de tut. & rationibus.

Tolli vſu, id eſt conſumi l. 2. ff. de vſufr. ear. rer.

Tolliſſe, pro ſuſtuliſſe apud Vlpia. in l. 13. §. 4. ff. de acceptil. Hotoman.

Tomentum Circenſe hoc vocabatur, quod fortaſſe initio Circenſibus ſpectaculis ſibi ſubſternere ſolerent. Strabo de hoc tomēto ſic ſcribit, [illegible]. Schard. ex Turneb. lib. 9. c. 14.

Tomentum Circenſe, vocatur trimale commune pauperibus: eſt, quicquid pulvillo infarcitur, ſive illud ſit de lana, pluma, ſtramento, carectibus vel iunciis. A [illegible] inciſione: concidebantur enim quæ pulvillis infarciebantur Vlp. in l. ſi cui lana, § lanæ appellatione, quinta. ff. de Leg. 3. Lanæ, inquit, appellatione, tomentum non continebitur. Nebriſſ.

Tonsor cædebat vide Vlp. in pr. l. ſi Mela ſcribit, ff. ad l. Aquil.

Tonsura ovium l. legata in fin. ff. de leg. 3.

Topiarii ſervi in l. 60. §. vlt. de legat. lib. 3. l. 12. §. idem reſpondit. & l. 17. in fi. ff. de inſtr. vel inſtrum. Et apud Pli. li. 3. Epiſt. ad Calviſ. Sunt qui edera geſtationis conveſtiunt, formas ex plantis, fruticibus, arboribus, faciunt, varias que ex his ſubtiliter compoſitis & plicatis figuras exprimunt & reddunt. Vnde quidam Typiarios eos eſſe tendos contendunt à typis, id eſt, formis ac figuris quas exprimunt. Hos eleganter hoc verborum ambitu Iulius Firmicus li. 8. Matheſ. c. 10. de ſignat. Vel qui, ait, buxeas arbores tondens in belluas fingat aut virides porticus in circulum flexis viribus faciat ab opere topiario quod ipſi facere ſciunt, dicti. Topiarium vero opus è topiis, quæ à funiculis nomen obtinuerunt, quibus frutices & arbuſculæ tonſiles in animalium ſpecies aut rerum hiſtorias luculenta varietate aſſimulatæ ſunt, & religatæ hinc inde deſtinentur flectanturque ad effingenda quæ, ludontur rerum & animalium argumenta. Briſſ. Piſis. Vide Forcat. in ſuo Cupid. Iuriſperitor. c. 5. num. 8. Turneb. 16. adverſ. 23. & l. 24 ca. 11. Corraſ. lib. 5. Miſcell. ca. 21. nu. 2. 3.

Topiarium opus nomen habere videtur [illegible], id eſt, funiculis, vt vult. Hot. Nam funiculis in eo opere opus eſt, vt lentæ ſequacesque hederæ & virgæ victæ loco ſe teneant, nec reſiliant: Alij [illegible]. Prat. & Corraſ. iam d. loc.

Topoteretæ in Nov. [illegible], qui mittuntur à præfectis Prætorio vel comitibus, vel præſidibus, juris dicendi cauſa A. Iuliano. Anteceſſores dicuntur vicarij, à Paulo Monacho li. 6. hiſtor. Longobard. loci ſervatores in l. 2. C. de exhib. reis loci judices. Vide Cujac. 3. obſerv. 24. Prat.

Topoteretæ tamen non ſunt confundendi cum his, quibus præſides juriſdictionem ſuam mandant. Nam hi plerunque ſequuntur præſides ipſos, vt legati proconſules: [illegible] in ſingulis municipiis abſentium vicem ſuſtinent. Quib. mandatur juriſdictio, cur non ſequuntur illa, quæ præſidibus lege data ſunt, l. 1. ff. de off. ejus cui mand. Vicarij ſive [illegible] conſtituuntur, vt & ea, quæ lege præſidibus ſpecialiter data ſunt, exequantur, l. 2. Cod. de offi. ejus qui vic. al. iud. obt. excepto iure gladij, Nov. 118. Cuiac. in expoſ. Nov. 8.

Topoteretæ. Suidæ [illegible]. Prat.

Toralia Imperia apud Paul. l. 3. ff. de ſupell. leg. corrupte dici Hotom. exiſtimat pro Toralia imperuia, i. denſa, & non rara. Ioſephus Scaliger in ſuis in Varro. de re ruſt. coniectaneis veterum lectionem tuetur, toralia imperia vocari à Paulo cenſet, veterum more, a in e mutato, imparia, quæ & paterfamilias ſibi ſervat præter ea quæ ſunt quotidiani vſus: eadem forma qua trapetes impares eſſe oportere præcipit Cato. h. e. præter illos, quorum quotidie vſus eſſet: vt ſi in illis quotidianis aliquid fractum ſit, aut aliquid reficiendum ſit, ea præſto ſint, quæ in illorum locum ſufficiantur. Trapetes, inquit, bonos privatos impares eſſe oportet. Id eſt, oportet eſſe vnos trapetes præter illos quotidianos in ſingulis torcularibus Paria. n. vocari debent, quæ habentur quotidianæ vſibus: imparia ergo, quæ præter illa adhibentur. Ideoq. idem Cato tit. 11. quæ ſupra imparia, dixit ſupervacanea. Prela, inquit, ſemper ut a quinque, ſupervacanea tria. Idem ibidem Suculas quinque, ſupervacaneam vnam. Addidit igitur ICtis imparia, ne tantum ea, quæ in vſum quotidianam ſuſternerentur, comprehenderet, ſed & ea quoque intelligeret, quæ aliquando ad eoſdem vſus depromi poſſent. Prat.

Toralium duo fuiſſe genera Paulus ſignificat in l. 5. ff. de ſupell. leg. vnum quod ſtraguli nomine contineretur, alterum quod non contineretur. Hoc autem plagam appellatum Nonius teſtatur grande ſcilicet linteum tegmen: ob eam (vt conjicit Hot.) cauſſam ita dictum, quod plaga id eſt, foraminibus pervium ac pellucidum eſſet. Prat. Hot.

Torcular, quod & torculum, tam olearium, quam vinarium apud antiquos legitur, quod & Bud. admonuit. Spieg.

Torcularia, ſunt machinæ premendis vuis aptæ. Prela enim dicuntur trabes in torculari, quibus vua calcata premitur. Vlpia. in l. fundi de Action. empt. cenſuit torcularia inſtrumenti magis eſſe, quam ædificij, etiamſi ædificio cohærent. Sic Haloander habet, & ſeuſu ipſe requirit, vt ſine negatione legatur. Spieg. Adde Forcat. in Penu juris civilis c. 7.

Torcularius, a, um, quod ad torcular pertinet.

Toreumata dicuntur Opera argentea, lineatione opificioque circumcaſili & vndique ſecus munditie ambiente polita, cælata, ſculpta, barbata, pro vaſis vtique pretioſis Epigrammatico Poëta accipit hæc dictio, & impreſſis & anaglyphis. In hanc pene ſignificationem Toreuma Lucius accipit in primo Floridorum, deflexum à [illegible] verbo Græco quod ſignificat Sculpo & elaboro, inde [illegible]. Hellanicos ſculpturam dicimus. Præbe puer calices, tepidique toreumata Nili, eccinit epigrammatographus Poëta. Ioan. Bapt. in comm. Epiſt. Sidon. Apollin. ad Agricolam lib. 2.

Tormenta fidicularum quæ dicantur, vide l. 4. C. ad l. Iuliam. Mateſt.

Tormenta ſervorum, l. 1. & l. 4. ff de quæſtionibus.

Tormentum, & cruciatum qui infligitur alicui ad pernoſcendam veritatem, ſignificat: & pro his etiam ponitur, qui cruciatum inferunt, vt apud Ciceronem pro Cluentio. Eſt quoque generale vocabulum omnium machinarum, ſaxa, tela & id genus alia torquentium, atque immittentium. Vulgo Bombardæ, & Canones appellantur. De priori ſignificantia vide l. divus Pius, ff. de Quæſtio. & Bartol. in l. 1. cod. tit. pulchre differentem quibus modis, & contra quos tormenta ſint adhibenda. Quintilian. quoque in lib. 10. ſcribit, qua ratione tractari debeant tormenta & quæſtiones. Sunt autem probationes inſufficientes. Spieg.

Torneamenta vulgo dicimus quædam nundinas, vel ferias, in quibus milites ex condicto convenire ſolent, & ad oſtenſionem virium ſuarum, & audacia temere congredi & aggredi c. 1. ext. de torneamen. Et hæc prohibentur fieri, quod inde periculum animarum, morſque hominum proveniat, vt ibi. notarunt. Sed quod morituo in eis eccleſiaſtica denegetur ſepultura, rationem adfert capitulum de torneamentis nullam, neque vllam eſſe idoneam exiſtimo, cum hoc crudelitatem potius quam humanitatem ſapiat. Anch.

Torquati milites, quibus torques virtutis præmium fuit, e jus militare in prio. Decret. Torquatos puto recte appellaveris, qui ab Imperatoribus virtute meruerunt jus militare. Germani tales, *Ritter*, Itali equites auratos appellant: forte quod olim equites ſplendidi epubero inſigniuit Hircius, nimirum ab auri fulgore & virtutibus. Cecidere, inquit, eo prælio ſplendidi ac illuſtres viri, nonnulli Equites Romani. Quem ſecutus in hiſtoriis Tacitus, illuſtres Equites pariter appellavit, teſte Cataneo. Cæterum torques, colli induvias & ornamenta, tam maſculino, quam fœminino, idoneos quoſdam & quæ cæteris illuſtres Latinæ linguæ autores protuliſſe, lib. 10. Valturius oſtendit.

Torquati etiam hodie vocari poſſunt Proceres ſive Equites auri velleris, qui vulgo, *Die Herren von der Fluss*. dicuntur. Spieg.

Torquare, tormentum inferre, cauſſa inveſtigandi veri. Donatus. Torquemus hominem, extorquemus veritatem. Interpretes Torturam vocant: ab ea quæ docent non eſſe incipiendam, Bart. in l. 1. de quæſt. Spieg. Prat.

Torquari dicuntur de quibus quæſtio habetur. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 6. l. vlt. ff. de decurionibus.

Torquare jus per tranſlationem pro avertere, aut pervertere. Cic. pro Cæcinna: Iuris retinere ſententiam, & æquitatem plurimum valere oportere, an verbo, ac litera jus omne torquere, vos ſtatuite judices, vtri æquiores eſſe videantur. Spieg. Prat.

Torrens, fluvius qui non de fonte, neque de viua aqua, ſed à pluviis, vel de montibus in valles deſcendit, æſtate autem ſiccatur, aquis vero hyemalibus inundatur & currit. Vide l. 1. & 2. de Flum. & l. in ſumma § pen. de Aqu. plu. arc. Spieg. Torrens, ait Feſtus lib. 17. ſignificat fluvium ſubitis imbribus concitatum, qui alioquin ſiccitatibus exareſcit. Horatius flumen hibernum vocavit. Prat.

Torrere, jam vſurpatur pro igne vrere. Proculus (ſi vulgati codices carent menda) in l. quidam liberius, de ſervit. vrban. præd. De cubalis, inquit, eo amplius hoc iuris eſt; quia per

eos flamma torretus paries, ſiue inflammaretur, vt apud Haloandrum. Spieg.

Tortor, ex vſu dicitur is, qui torquet in equuleo, magisquam qui extremo ſupplicio afficit, vt tradit Sylu. Hinc tortura, ſupplicium. Spieg.

Ad torturam inferendam quæ exigantur, vide l. 3. & ibi Cyn. C. de quæſt & Hippol. de Marſil. tract. quæſt.

Tortura poteſt quandoque fieri in domo, non in judicio, quando tabulæ teſtamenti patris eorum filiorum, qui à familia interfectus dicebatur, priuſquam quæſtio de ſeruis haberetur, apertæ & recitatæ ſunt, vt in l. Si ea quæſt. C. de his, quib. vt indi & ibi not. doct. circa gloſ. 2. Old. Vide Parid. Puteum in tract. de tort. Prat.

Tota decem. Iulian. l ſi tibi. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. Fient quidem ait, tria tota decem, ſed mihi quinque numerari debebunt. Spieg.

Tota ſtatua vno ſpiritu continetur. Paul. in fin. §. item quæcunque, l. in rem actio ff de rei vend. Spieg.

Tota vita, totum vitæ tempus.

Totum, figurate, pro ſingulis ſuis partibus ponitur, vt, Quo anno: pro, qua anni parte: Quo tempore, id eſt, pro quacunque temporis parte. Sic & eodem die dicimus, pro eius diei quacunque parte, l. quæ de tota, ff. de rei vend. Sp. Adde Forcat. in ſuo cupid. Iuriſperito, o. 6. c. 9.

Totum fundum noſtrum recte dicimus, eum eſſe etiam, cujus vſusfructus alienus eſt: quia vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitutis ſit: vt via, & iter. nec falſo dictum eſt, meum eſſe hoc: & Iulianus ait: & eſt verius quod quintus Mutius ait, partis appellatione rem pro indiuiſo ſignificari, ait Paulus in l. recte dicimus 25. vbi Gœdd. in comm ff de verb. ſign.

Totum integrale, nihil aliud eſt, quam integrum quoddam, ex pluribus inter ſeſe cohærentibus conſtans: quod quidem artificiale dicitur: vt ædificium, nauis, fundus, prædium l. rerum mixtura, ff. de Vſucapion. Hoc alienari prohibito, & pars alienari prohibita videtur lege dotale. §. prædij. ff. de fund. dot. Vbi Vlp. ait: Proinde ſiue totum prædium in dotem ſit datum, ſiue pars prædij, alienari non poterit, & hoc jure vtimur. Differt autem ab altero corporum genere, quod in d. l. rerum mixt, Pomponius Naturale nuncupauit, quod ſcillicet vno ſpiritu continetur: vt homo, lapis, lignum. Vide Plutar. in de Præcept. conjugalib. Claud. in Topic. Legal. & ſupra, Corpora. Spieg. Gœdd. d. loc. n. 5. & 6.

Totum in modo, à Logicis ideo nominatur, quia determinatio adiecta dictioni, limitat eam, & facit velut partem. Vnde dictio ſimpliciter ſumpta, ſi referatur ad eandem dictionem cum determinatione, tunc quæ ſimplex eſt, dicitur Totum in modo: quæ determinationem habet, pars in modo. Homo enim, ſi referas ad hominem album, totum eſt, & totum in modo, quandoquidem iſta determinatio (albus) quia adjicitur eidem dictioni, partem facit: rejecta à dictione relinquit totum. Atque adeo ſimiles determinationes, eandem dictionem, & ejus ſignificatum à ſeipſo diuerſificant: vt vbi non adjicitur, totum ſit: vbi adjicitur, pars. Vnde dicitur. Totum in modo, & pars in modo: quia modus vtramque facit paginam. Niſi enim modum adjicias, dictio quæ in toto eſt, pars non efficient. Eſt autem. Cantiunc. teſte, non infrequens apud ICtos argumentationis genus, de toto in modo: tametſi in vulgatis Dd. Commentariis de hac re nihil explicatum reperias. Vide eum ſub finem, vbi de loco. à toto, tract. Spieg.

Totum numerale, quod conſtat numeris, ſicut ſunt ſummæ in quantitate diſcreta: qua quærimus, quod res ſint. Spieg.

Totum numeri dicitur, & partes ejus dicimus, quotas, vel latinius, partes vniuerſi. Vt ſi decem conſideres, partes totius ſcilicet dem, ſunt prima, ſecunda, tertia. Totum generis, quod in ſuas ſpecies diuiditur, vt animal in hominem & brutum apud Dialecticos. Brechæus in l. recte dicimus, ff. de verb. & rer. ſign.

Totum & omne ſic differunt, quod totum dicimus vnius corporis plenitudinem: omne de vniuerſis. Prat.

Totum perfectum dicitur id, quod omnibus partibus ſuis cohæret. l. 1. ff de Orig. jur. Spieg.

Τόξευμα apud Græcos quidem proprio nomine vocatur, id quod ab arcu mittitur: apud nos autem communi nomine & telum appellant, l. ſi caluitur. ff. de verb. ſign. Prat. ex Hot.

Τοξικαὶ feneſtræ apud C. Harmenopulum in his quæ ex Iuliano architecto retulit, ſunt obliquæ & anguſtiores feneſtræ, veluti quibus etiam hodie tela emitti ſolent aduerſus hoſtes: ſicque exponit Symmachus in Ezechielem, vt refert Cujac. 13. obſer. 30. qui etiam addit, ſe putare has in conſtitutione Zenonis de ædificiis priuatis & in Nouel. 165. ſignificari, dum vetat vicino auferri vſum feneſtræ apertæ, maris proſpiciendi cauſſa, etiamſi ea ſit obliqua & coacta. Virgilius, inquit, idem, obliqua luce dicit, & in certas feneſtras lib. 3. Æneid. vbi tamen Turneb. aduerſ. lib. 4 cap. 22. inſertas legi mauult, id eſt, quæ ædibus inſertæ, & interpoſitæ erant, vt apud Lucretium.

Inſerti fundunt radÿ per opaca domorum. Prat.

T R.

Trabeam & Conſulem fuiſſe, non ſolum conſtat ex Auſonio & Ammiano, quos citat Bayſius lib. 1. de re veſtiar. c. 11. ſed & ex l. vlt. Cujac. C. de conſ. Varia autem trabearum ſunt genera, vt ſcribit Suet. vnum quod dijs ſacratur, & eſt totum purpureum: alterum quod eſt regum, quod etiam purpureum eſt, ſed albo infectum; tertium eſt augurale, purpura & cocco mixtis infectum.

Trabes proprie, Feſtus ait, ſunt duo tigna ædificij gratia ſimul compacta. Nam cum ſimplicia ſunt, non trabes, ſed tigna dicuntur. Paul. l. quod ſi neque de peric & comm rei vend. Videri autem trabes habitas, quas emptor ſignaſſet. Spieg. Prat.

Trabem alicuius tollere, l. 50 §. vlt ff ad l. Aquil.

Tracta vocantur à trahendo & tractando. Tractam dici fœminino genere Plin. 10 ad ſpeciem tracta ſubigunt vnæ paſſæ ſucco, ex eo placentam vulgo tractam trajecta libera tanquam tractam appellanunt. Tracta lauæ etiam inuenitur. Igitur in Catone ſcribendum eſt farinæ ſiligineæ, l. 11. Vnde ſolum facias in tracta farinæ l. 4. Eodem modo aliquot interpunctionibus, poſtea eodem capite ſic delinquitur, vbi arebunt, inquit, componito, pariter, ſic enim lego, id eſt, facies vt ante feceras cum in qualo pones, tum in ſingula tracta, id eſt, ſingula tracta tractabis. & depſes & finges vt oportet. Itaque mox ſequitur, vbi depoſiteris, ſequitur vbi tracta erunt, id eſt, vbi erunt ficta, vt oportet: locum calfacito & teſtum, id eſt, clibanum. Mox præcipit vt è libris duabus farinæ fiat ſolum tenue: ſubſcribit ibi balteum ponito. Balteum autem vocat id quod cingitur placenta & ambitur: Eſt autem ſolum vel ſoli pars. Nam cum fingitur placenta poſitis tractis ita, vt in ſummo cingula ſint ſolum quod imo latum erat, replicatum in metam ſurſum verſus colligitur, vnde ſcribi poſtea, ſolum contrahito: itaque tracta cingit. & tractarum condimenta complectitur. Hæc annotauit, Turneb aduer. lib. 23. c 9.

Tractare pecuniam, pro adminiſtrare etiam vſurpatur. Cic. in Verr. 1. Eras tu Quæſtor, pecuniam publicam tractabas. S. Hieron. periculoſam innuit. Quæſtoriam functionem: exiſtimans, circa rem piceam aſſiduo verſantem, ab ea vix non poſſe non coinquinari. Proinde magna laude vehendi ſunt, qui priuati commodi obliti, publicam pecuniam, bona fide procurant.

Tractare pro excipere & habere. Sic atrociſſime tractare ancillas, l 2. ff. de his qui ſui.

Tractare pro diſcutere. agere, deliberare, ſeu differere. Sic tractare jus l. 11. §. vlt. ff ad l. Iul. de adult. Ad tractandum, id eſt agendum ſeu colloquendum de adulterio, l. 9. ff. ad l. Iul. de adult.

Tractatores in l. 3. C. de can. larg tit. l. null. C. de numerar. l. vlt. C. de exeu. Nou. 28. 40. 128 129. 147. eoſdem eenſet Cujac. quos chartularius, qui ſcilicet tabulas vel chartas fiſcalium debitorum tractant, agunt adminiſtrant. Teſtatur Briſſ. ſe in lexicon B. Germani tractatores inueniſſe verſos [illegible].

Tractoriæ, diplomata, literas euectionis publicæ præbitioniſque ſignificant, id eſt, quæ dantur miſſis vel euocatis à Principe curſu publico vtentibus, adſcripti etiam ſtatiuis, id eſt, diuerſoriis & manſionibus, quibus alantur ſumptu publico: nam quis euocabant aut mittebant, eis non tantum equorum publicorum copiam dabant, ſed & viatica. Hinc Rubr. de tractoriis & ſtatiu. lib. 12. Cod. Sic enim eam Rubricam emendandam cenſeo, eodemque collyrio etiam l. 2. C. de deſertoribus, lib. 12. & l. pen. de curſo pub. eod. lib. medebimur, in quibus Tractatoriæ pro Tractoriis perperam ac mendoſe vulgo legitur. Sed & in l. 1. G. de tractor. & ſtat. vbi impreſſi codices Tractores cum ſtatiuis, rectius & Rubricæ conuenentius ſcriptorum codicum auctoritate fieri legimus Tractoriæ cum ſtatiuis. Huius noſtræ ſcripturæ veritatem præter veteres libros, etiam impreſſi B. Auguſtini codices comprobant: in quibus, Epiſt. 15. ita ſcriptum eſt, Tractoria ad me denuo Idib. Nouemb. venit. Quæ & mox tractoria epiſtola ibidem appellatur. Et in li. poſt collatio. contra Donatiſt. cap. 24. A primatu ſuo per tractoriam ſunt euocati. Formulam tractoriæ legatorum ex antiquo libro ſcripto ſumptam hanc refert. Briſſ.

Ille Rex omnibus agentibus (locus) Nos in Dei nomine Apoſtolico viro. N. nec non & illuſtri viro N. partibus illis legationis cauſſa diximus. Ideo jubemus, vt locis conuenientibus eiſdem à vobis euectio ſimul & humanitas miniſtretur: Hoc eſt veredos ſiue paraveredos tot, panes nitidos tot, vini modios tot, ceruiſiæ modum tantum, lardi libras tot, porcos tot, porcellos tot, veruices tot, agnellos tot, phaſianos tot, pullos tot, oua tot, olei libras tot, gari libras tot, mel tantum, aceti tantum, piper tot, grani maſtiches tot, dactylas tantas, piſtaſias tantas, amygdala tot, ceros tot, ſalis tot, olera, legumen, carta tanta, faculas tot. Idemque victu ad caballos eorum fœni carra tot. Hæc omnia tam eundo quam redeundo eiſdem miniſtrari in locis ſolitis & impleri ſine mora procurare. Et ita Tractoriam ſiue tractorias accipi etiam oportet in l. pen. C. de curſ. publ. arg. & parang lib. 12. Cod. Th. de dum

proteſt. in l. 3. Langobardorum ti. 6. & ti. 2. c. 37. & in conſti. Caroli Magni. Si quis literas noſtras deſpexerit, l. tractoriam quæ propter miſſos recipiendos dirigitur. Et alio loco: Vt miſſi noſtri accipiant ſecundum quod ſua tractoria continetur. Euſthatius ita definiuit, lib. de temporib. Τραχτωρία ... Prat. ex Briſſ. adde Cuiac. 1. Miſc. 11. n. 5.

TRACTATVS pro quæſtio. & articulo in l. 5. in pr. & §. pen. ff. de præſcript. verb. l. vlt. ff. ſi pars hær. pet. l. 32. §. offic. ff. de arbitr. Sic Tractatu habito in l. 9. ff de gradib. & adfi. At in l. 23. ff. pro ſoc. tractatu habito eſt, conuentione habita. Briſſ. Prat.

TRACTATVS dicitur proprie locus communis & longe & late patens, vt ſi quæratur, quæ actio competat ex cauſſa ob rem dari: quæ quidem quæſtio minores amplectitur multas, vel ſi quæratur de facto, aut de æquitate nam & harum quæſtionum varia, longa, difficilis definitio eſt. Cuia. in t. tract. ad Africanum poſt princ. Prat.

TRACTATVS apud Dialecticos dicitur quidquid conſtituimus verum eſſe, & falſum reperitur: verbi gratia: Qui quadringenta habebat, trecenta legauit, deinde fundum tibi dignum C. aureis ſub hac conditione legauit: Si lege Falcidiæ in teſtamento ſuo locus non eſſet, quæritur quod juriſdixi hanc quæſtionem eſſe, quæ tractatus apud Dialecticos dicitur. Namque ſi legatum tibi datum valere dicamus, Legi Falcidiæ locus erit: Ideoque deficiente conditione non debebitur. Rurſus ſi qua conditio deficiat, legatum valiturum non ſit, Falcidiæ locus non erit. Porro ſi locus legi non ſit exiſtente conditione, legatum tibi debebitur. Cum autem voluntate teſtatoris eam fuiſſe appareat, vt propter tuum legatum cæterorum legata minui nollet, & magis eſt, vt ſtatuere debeamus tui legati conditionem defeciſſe: Aphricanus ad l. Falc. Maffæus.

TRACTVS, pro amplo ſpatio terræ, quam regionem appellamus.

TRACTVS temporis l. 13 l. 43. §. vl. ff. de procuratorib. l. 30. ff. de diuerſ. reg. jur. Tractus pro plaga, & regione l. 4 C. de ſumma trinit. l. 2. C. de offic. præf. præt. Vall li. 7. c. 1. Mauritaniæ & Numidiæ cæterarumque illius tractus gentium Front. lib. 1. de Aquæduct. Ea namque eſt, quam omnes tractus ejus per vicem in modulos certos diſpenſatum accipiunt. Briſſ. Prat.

TRADERE, non eſt dare proprie, ſed tantum porrigere. Sic tradit deponens, commodans & venditor, qui non eſt mercis ipſius dominus. Sic tradimus miniſtris noſtris pecuniam, vt nobis aliquid emant & ſic itaque diſc. Inſt. de Act. Spieg.

TRADERE verbum non ſignificat proprietatem dare, ſed poſſeſſionem transferre l. ſi non trad. ff. de verbor. obliga. Ioan. Bello. Etymol.

TRADERE proprie de facto intelligitur non de jure. Sic l. ſi rem tradi. ff. de ver. obl. & l. ſi rem trad. ff. de act. emp. Pro dare tamē nonnunquam vſurparunt, l. 1. §. 1. Tradere autem dicitur quaſi transdare: & ita in legibus ſcriptum prodidit Feſtus. Tranſque dato & Accius apud Nonium veteri lectione: Remiſque nixi prope iter nauem in fugam tranſeunt. Prat.

TRADITA res videtur, ſi cū apud me eſſet ex aliqua cauſſa, poſt emptionem apud me remanſerit, l. 1. § ſi quis rem, ff. de publ. l. 62. ff. de euict. l. 9. §. interdum, ff. de acq. rer. dom. Non videtur traditus ſeruus, quem donec pretium ſolueret, à venditore emptor conductum rogauit, cum eius poſſeſſio per locationem à venditore retineatur, l. 16 ff. de peric. & commod. Si quis fundum per Epiſtolam donet ei, qui in eo fundo ſit, ſufficiat hoc ad traditam poſſeſſionem. Idem eſt & ſi à fundo abſit, ſi tamen qui donat, ab eo conducat, vel vſumfru. retineat, vel ſi ejus nomine conſtituat, poſſidere, l. 77. ff. de rei vindic. 35. §. Sed ſi quidem, ff. de don. Briſſ.

TRADITÆ videntur trabes quas emptor ſignauerit, l. 14. in fin. ff. de peric. & commod.

TRADITA quoque videntur vina cum claues cellæ vinariæ emptori adiectæ ſunt, l. 1 §. ſi juſſerim, ff. de acq poſſ. vbi etiam adjicitur eas res quæ propter magnitudinem ponderis moueri non poſſunt, pro traditis haberi, ſi in re præſenti contrahere conſenſerint.

TRADITIO rerum corporalium eſt. Incorporales enim traditionem non recipiunt, l. 43. §. 1. ff. de acq. rer. dom. Sed in his vſus juris pro traditione poſſeſſionis cedit: l. 20. ff de ſeruit. Eoque modo traditio ſeruitutum accipienda eſt in l. 1. in fi. ff. de ſeru. ruſt. & traditio vſusfr. in l. 15. §. 1. ff. de publ Briſſ.

TRADITIONIS nomine ICti omnes acquiſitionum ſpecies complectuntur, vt ſtipulationis verbo obligationes omnes. Idemqs ſæpe ſtipulari & per traditionem accipere coniungunt, cum omnē obligationem & dominij acquiſitionem ſignificare volunt, vt in l. 12 § de illo, ff. de vſur l. 57 §. 1. ff. ad Trebell. l. 12. §. 1. ff de capt. & poſtli. li. 14. & 15 §. ſi ſeruus, de caſtr. pec. l. 14 ff. de vſu & habit. l. 25. §. licet, ff. de libr. cauſ. l. 33. & 39. in fin. ff. de acq. rer dom. l. 86. §. cum ſeruus de leg. 1. l. 82. ff. de aur. tut. Ex contrario in l. 6. ff. de ver. obl. nec tradere nec promittendo obligari hoc continet, nec alienare, nec ex aliquo contractu obligari Briſſ.

TRADITIO Theophilo noſtro eſt tranſlatio ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα μετάθεσις, de manu in manum, ſed de ea traditione videtur tantum intellexiſſe, quæ ex vna tantum parte ſit, veluti de manu mea in manum tuam, non de reciproca. Quæ tamen definitio vim traditionis perfecte non explicat. Fieri enim poteſt, vt res cujus tu poſſeſſor non es, de manu tua in manum eam tranſeat, me etiam mox forſan reddituro eandem ipſam rem, aut derelicturo, nec tamen ſit traditio. Verior vt vult Cuiac. 11. obſer. 19. hæc definitio eſt: Traditio eſt datio poſſeſſionis, l. 3. ff. de act. empt. l. ſi rem tradi. de verbor. oblig. vbi eſt ἀναλογικῶς elegans, dum ait, cum qui tradi ſtipulatur, tantum tradi ſtipulari, id eſt, poſſeſſionem dari, non proprietatem: etſi tradere nonnunquam pro dare vſurpatum: nam in vſu eſt, ſicut ait dict. l. ſi rem, vt intelligatur factum tradendi verbo non jus. Porro ſi quis tradendo rem numeret pretium ſtatim, vt Charondas & Plato fieri jubent, μηδ᾽ ἐπὶ ἀναβολῇ, id eſt, abſque dilatione, vel etiam ſi eadem ratione rerum permutatio fiat dante vel accipiente ſimul vno atque altero. Hæc eſt Ariſtoteli ἀλλαγὴ ... φιλία ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, in qua beneficientiæ nulla laus ineſt. Theſſalus: ... ἐν χειρὶ ... ἀπαιτεῖν

TRADITIO, eſt modus res ſingulas jure gentium acquirendi, cum cauſa ſubeſt: id eſt titulus, veluti cum venditionis, permutationis, legati, donationiſve cauſſa aliquid traditur, l. qua ratione, 9. §. 3. ff. de acquir. rer. dom olim autem Traditio proprie erat alienatio rerum nec mācipij vti ſcribit Vlp. e. Inſt. xix. vbi etiam adſcribit. Nec mancipi rerum dominia ipſa traditione apprehendi: ſcilicet ſi ea juſta cauſſa tradita ſint nobis. Eſt autem traditio modus acquirendi dominium jure naturali inter cæteros omnes potiſſimus, adeo vt cum jure gentium dominium transferri dicitur, id dicatur fieri traditionibus, cæteris nimirum modis per ſynecdochen ſub hoc occultatis, ſicut jure ciuili dominia transferri dicuntur vſucapionibus, l. traditionib. C. de pactis. Vult. ad § per traditionem, 16. nu. 1. Inſt. de diuiſ. rer.

TRADITIONEM corporalium, quaſi traditionem incorporalium eſſe, docet Spec. tit. de emp. & vend. §. 1. ſuper verbo, Tradere. & verſi. ſed & ſi plures Diuiditur in dationem, & traditionem, §. ſic itaque diſcretis Inſt. de action.

TRADITIONIS verbo in l. traditionib. Cod. de pact. Imp. vtitur improprie: nempe pro datione. Viciſſim in l. ſi vt certo § nunc videndum, ſumitur verbum dare, pro tradere. Spieg

TRADITIO ex legitima cauſſa, ſeu titulo, producit poſſeſſionē, & rurſus poſſeſſio producit vſucapionem, & dominium: quæ ſic cohærent, vt intellectu juris ſeparari non poſſint, ſi conſtare debeat vſucapio l. traditio in fi. ff. de Acquir. rer. dom. Falſum eſt enim Accurſij commentum, quod verba per hanc non referantur ad poſſeſſionem. Vnde ſit, quod alias dicitur titulus poſſeſſionis, alias titulus vſucapionis. Vlpian in l. 1. in pr. Pro ſuo. Ex Old. Spieg Prat. Adde Fr. Balduin. Catheſin. ſuper. Ius Ciuile, c. 5.

TRADITIO alia vera eſt, alia quaſi. Vera conſiſtit in facto: traditio quaſi conſiſtit vt plurimum in patientia, qua nimirum permittimus aliquid fieri in rebus corporalibus, in quibus res illæ incorporales ſunt conſtitutæ: & hæc patientia ſuccedit in locum facti, quod ita fieri in ſeruitutib textus ſunt expreſſi in l. omnium, 3. ff de vſufru l. fin. de ſeruit. l. 5. §. 1. ſi ſeruit. vindicet. Vult. d. loc. n. 5.

TRADITIONES humanæ. Vide, Humanæ traditiones.

TRADITIO nuda dicitur, cujus nulla eſt cauſſa. Spieg.

TRADITVRI, vetuſte pro Traditum iri. Paul l. 47. ff de rei vind. Non aliter litem æſtimari à judice, quam ſi cauerit actor quod per ſe non fiat poſſeſſionem ejus rei non tradituri. Iulian. l. 47. §. 3. De fid. lib. Quum ſub conditione legato ſeruo libertas datur, non aliter fideicommiſſario tradi debet, quam vt caueatur exiſtente conditione tradituri. Hot.

TRADO tibi, præſto tibi & ſimilia verba, propius vero eſt, vt inter Latine loquentes, dominium tranſlatum non cenſeatur: quia verba id non inferunt, autor. Alciat. citant. leg. ſi fundum certum de verb. oblig. Spieg.

TRADVCERE, & pro infamia afficere, & vt vulgo loquuntur, diffamare, & velut in exemplum proponere deridendum per vicos, & theatra, quod Catamidiare Græce dicitur, autoribus Eraſ. & Bud. Spieg.

TRADVCERE vites Iuriſconſ. & agricolationis gnaris eſt, vites in arborem proximam tranſmittere vt ibi fulciantur & ſuſtententur l. ſi duo, § item videamus, ff. vti poſſ. ſi actor, inquit, vicini tui ex fundo non vites traduxit in ſuas arbores. Traducitur & vitis, cum deprimitur, & porrigitur ad alium locum, vt l. ſi vitem ff quod vi aut clam. Traduces enim in vitib. dicuntur, qui aliunde tracti ac propagati ſunt. Adde Brechæum in l. pali, ſub tit. de verb & rer. ſig.

Τραγήματα Græci, quæ dixerunt, ea veteres noſtri bellaria appellauerunt. Vina quoque dulciora, eſt inuenire in Comœdis antiquioribus, hoc nomine appellata dictaque eſſe ea Liberi bellaria, vt annotauit Petr. Moſell. in Aul. Gell. lib. 13 c. 11.

TRAGOEDI, actores tragœdiæ, Iuſtin. in Nouel. de Conſulib. §.

Ac primus

Ac primus quidem quum ait, vbi & his qui in ſcena riſum concitant locus eſt, & tragœdia pariter ac thymelica ſaltationibus juxta Haloand.

TRAGOEDI ſerui, l.12. ff. de fideicommiſ. liber. & tragica veſtis tit. de vſuſruct.

TRAGVLA dicitur tanquam trabula, vt tradit Turneb lib. 2 2. aduerſ. cap. 13 Erant vero tragulæ duplicis generis: quædam enim tormentis mittebantur, quædam vero manu, vt idem Turn. lib. 7. cap. 12. tradit. Illę atrociter ſauciabant, ac plerunque ſcutum aut corpus transverberabant. Vnde & tragularij dicti, qui eas à tormentis jaciunt: Vide etiam prouerbium, Tragulam injicere.

TRAHERE, id eſt, protrahere & differre. Sic trahere executionem ſententiæ. l. tutor. 41. in princ. de vſuſr. Trahendum decretum, id eſt, protrahendum, l. 22 ff. ad SC. Trebell.

TRAHERE reliqua dicitur, qui reliquatus eſt, l. ſeruus, 54. §. Imperator, & §. quid ergo, ff. de ſtatulib.

TRAHERE, id eſt, deducere, ſic traxit nomen, in l. 1. §. vlt. ff. de teſtam. milit. Trahere pro rapere, ſic trahi ad pœnam, in l. 7. §. 1. ff. ad l. Iul. majeſt.

TRAHERE pro adducere non trahere damnum, id eſt, euitare, l. 57. & 58. ff. de rei vendic.

TRAHIMVR inuiti: Ducimus volentes, vide Bart. in l. 2. C. de Agric. & cenſit. lib. 11. & ibidem: Trahitur, qui in jure trahitur, Sic in Auth. Ne fil. pro patre. Spieg.

TRAIECTITIA, ait Modeſtinus ea pecunia eſt, quæ trans mare creditoris periculo vehitur: ſiue illa ipſa exportetur, ſiue etiam merces ex ea comparatæ reportentur: modo creditoris periculo vitæque nauigent. Cæterum ſi eodem modo conſumatur, non erit trajectitia, l. 1 ff. de naut. fœn. Sic in l. 3. §. ſi ſeruus, ff. de pec & in l. 1. & l vlt. C. de naut. fœn. & in l. 19. C. de vſur. & l. 2 §. vlt ff quod cert. loco & in l. 32. ff. de oblig. & action. Paul. lib. 2. Sent. tit. 14. & Nou. Conſt. 110. Appellatur nautica pecunia in l. 1. §. vlt. ff nautæ, caup l. 3. ff. de naut. fœn. Prat. Briſſ.

TRAIICERE armenta l. 12. ff. de ſeruit. ruſt. Briſſ.

TRAIICERE aquæductum l. 21 §. 1. ff. de publicia. Briſſ.

TRAIECTI vectores dicuntur, qui in vlteriorem ripam vel litus exponuntur l. 3 ff nautæ, caup. Briſſ. Prat.

TRAIECTI etiam pecunia, quæ trans mare exportatur l. 39. §. patruus, ff. de adminiſt. tut. leg 9. §. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. Briſſon. Prat.

TRANQVILLITAS ſeculi, l. vlt. C. ne fiſcos, & noſtra tranquillitas, l. 1 C. quando libellus.

TRANSACTA finitaque in SCto Tertylliano ſic accipimus, judicio terminata, transactione compoſita, longiorisque temporis ſilentio finita l. 1. §. vlt. ff. ad SCtum Tert. l. 229. & 230. vbi Gœd. in comment. ff. de verb. ſign. quæ ipſa inſcriptione ſuadente ad referenda eſt. Paulus vero libro ſingulari de tacitis fideicommiſſis transacta finitaque intelligenda ſcribit non ſolum de quibus controuerſia fuit, ſed etiam quæ ſine controuerſia ſint poſſeſſa l. 229. ff. de verb. ſign. Briſſ. Prat. Hotom. Corraſ. 1. Miſcel. 2. nu. 2.

TRANSACTIO, à transigendo, hoc eſt finem imponendo, habet duplicem ſignificationem: Alteram, vt tranſacta dicamus etiam ea, quæ nunquam in controuerſia fuerunt, habent tamen certum finem. Et ſic loquitur lex Tranſacta, ff. de ver. ſig. Altera, vt tranſactionem accipiamus tantum de iis, quæ in controuerſia ſunt, & à lite futura aut pendente, ad certam compoſitionem reducuntur, dando aliquid vel accipiendo. Ita tit. ff. de tranſactio. accipitur. Old. Adde Conn. latius hæc explicantem lib. 5. comment. c. 6. n. 1.

TRANSACTIO an ſit contractus nominatus, vide Corraſ. lib. 2. Miſcel. 13. n. 1. quem refellit Gœd. in comment. ad l. vt ſi cui exempto, duodecima, in prin. o. 6 & ſeqq. ff. de verb. ſig.

TRANSACTIO, eſt de re dubia, & lite ancipiti, necdum ad finem ducta non gratuita pactio l. 1. de Tranſact. Diuiditur in juſiurandum, ſententiam & tranſactionem l. 1. vbi Gl. & l. 2. de jurejur. Spieg.

TRANSACTIO proprie appellatur, quum aliquo dato vel recepto, timore præſentis, vel futuri judicij, in re dubia conuentum decisumque eſt l. 1. ff. de Tranſact. Generaliter autem accipitur pro quocunque actu, quo concordia inducitur, vel ab obligatione receditur l. 1. ff. de Pact. vel ad finem aliquid deducitur. Vnde tranſigere ætatem Plinius dixit. Sic & tranſigere æuum, tranſigere diem dicimus. Et quo magis latiſſima tentandæ tranſact onis occaſio præberetur controuertentibus, erat olim poſterior Feriarum pars, hoc eſt, poſt diuinum cultum reliqua, ad componendas lites deſtinata, vide l. vlt. Cod. de Fer. & Alciatum in leg. Tranſact. de verborum ſignificat, Spiegel. Prat. Corraſ. 1. Miſcell. 23, num. 6. & Gœdd. dict. loc. & eundem Gœddæum in comment. ad l. vt ſunt judicio, 230. de verb. ſign.

TRANSACTIO ſpecialiter conuentionem ſignificat qua à lite jam mota vel mouenda, aliquo dato, retento, promiſſo, receditur int. tit. de Tranſact. Cod. & ff Et à pacto hoc diſtat, quod qui tranſigit de re dubia, & lite incerta neque finita, non gratuito decedit: qui vero paciſcitur donationis cauſa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit, vide Harmenop. pag. 36. Vetus Gloſſarium, Tranſactio eſt cum aliquo aut dato aut retento, aut promiſſo, ab actione & controuerſia litigantes receduut. Briſſ.

TRANSACTORES, vel compoſitores controuerſiarum *guetliche vnterhandler*, nihil arbitrantur, ſed agunt omnia ſecundum partium, & voluntate: tandemque pronuntiant, id, quod æquum videtur, vt tractatur in l. 1. de recept. arb. Spieg.

TRANSACTVM autem dicitur ſiue Aquiliana ſtipulatione, ſiue pacto ſit tranſactum l. 2. ff. de tranſaction. vtroque enim modo tranſactiones fiunt l. 15 C. eod. tit. Briſſ. Prat.

TRANSCENDERE muros, l. vlt. ff. de diuiſ. rer.

TRANSCRIBERE, jus ſuum in alterum transferre: deriuata locutione ex eo, quod veteres (vt ſcribit Donat.) in foro & de menſæ ſcriptura, magis quam ex arca domoque pecunias numerabant, nam quod argentarius Titio acceptum tulerat, id ſi Titij voluntate Mæuio acceptum ferret, Titiique nomen expungeret. Tranſcribere dicebatur. Procul. l. 12. de præſcrips. verb. Conueniſſe inter eos vt eos fundos, ſi ipſe vellet, eodem precio mulier tranſcriberet, Cajus in leg. 13 ff. ad SC. Vell. Aut ſi hæreditatem emerit, & æs alienum hæreditarium in ſe tranſcribat. Impp. l. jubemus, 14 C. de ſacr. eccleſ. Poſſeſſionem eccleſiaſticam tanquam nullo jure tranſcriptam, in jure ipſius atque dominio permanere. Vlpian. l. 41 §. 9. de leg. & fid. lib. 32. Agri plagam quæ eſt in regione illa Mæuio tranſcribi volo, precio facto viri boni arbitratu. Sic accipe Tranſcripta prædia, in l. fin. Cod. de præd. ciuic. Ambroſ. lib 6 Epiſt Denique tranſcriptis in aliorum jura prædiis vitum ſequitur. Symmach. lib. 2. Epiſt. Cum ad ſoliditatem tranſcriptæ in nouum Dominium poſſeſſionis cuncta ex morte celebrata ſint. Sic æs alienum in ſe tranſcribere, id eſt transferre, l. 13. ad Vellejan. Seruius in illud Æneid. 7.

Et tua Dardany transcribi ſceptra colonis.

TRANSCRIBI, inquit, id eſt tradi. Sermo autem hic tractus eſt de pecunia, nam Scribi eſt dari. Horat.

Scribe decem Nerio, non eſt ſatis, adde Cicutæ.

Reſcribi, reddi Horat.

Diſtantis quod tu nunquam reſcribere poſſis:

Hotom. Prat.

Vide & Bud. in annot. Prior. ad d l. 12. ff. de præſcript. verb.

TRANSDVCI dicitur grex l. 4 §. 1. ff. de ſeruit. & tranſduci vitea in arbores, l. 3. §. item ſi ff. vti poſſid. & alias tranſducere aquæductum. Tranſductus ad alium vſum, l. 6 ff. de leg. 3.

TRANSDVCTA linea. l. 29. ff. de acquir. rer. dom.

TRANSENNA Nonio Marcello feneſtra eſt, cujus verba quibus transennam apud Cicer. & Salluſt. explicat, ſubſcribam, Tranſenna non, vt quidam putant, tranſitus, ſed feneſtra eſt. Cicer. nunc pete à Craſſo, vt illam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructam vno in loco, quaſi per transennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus. Salluſt. hiſt. lib. 2. tranſenna demiſſum victoriæ ſimulachrum, cum machinato ſtrepitu coronam capiti imponebat. A Nonio autem Seruius diſſentit, qui hoc in Salluſt. loco tranſennam extentum funem interpretatur, cum explicat lib. 5. Æneid.

— & volucrem traiecto in fune columbam.

Ac veriorem equidem eſſe Seruij ſententiam arbitror. Nam Valerius eadem de re loquens ſcribit, demiſſas eſſe laqueatibus coronas aureas, quod profecto factum eſſe funibus exiſtimandum eſt. Idque adeo magis intelliget, qui totum Salluſtij locum à Macrobio præſcriptum perleget. Sed & Plutarchus nullum nobis relinquit dubitandi locum, qui Salluſtij interpres ſcribit in Sertorio de Metello, [illegible] Nam epidromum funem eſſe conſtat, & in venatione ſic eum appellant, qui eſt ſummus & imus in retibus, quoque intendunt. Plinius, vt annuliſſum hominis cum epidromis tranſirent. Fauet & Seruij interpretationi Iſidorus, qui tranſennam ſcribit extentum eſſe funem. Nunc quiſpiam putaret, vt in Salluſtio ſic & in Cicer. per tranſennam prætereuntes qui machina quadam vt aſſolet in ludis fieri, celerrime tranſeunt per funem tenſum in theatro, id eſt, per funem feruntur, & prætereunt theatri ſpacium. Itaque cum ſcribit Horatius

Ille per extentum funem mihi poſſe videtur
Ire poëta.

Eſſe poteſt tranſenna, id eſt, extenſus funis, quem veluti perambulet funambulo poëta rerum miraculo perſimilis. Videtur tamen in Ciceronis exemplo eſſe tranſenna tranſitus quaſi tranſienna: tranſitum autem intelligo peruium ſpacium inter conclauia cubicula, aut cœnationes Si enim per tranſennam præteriens, in veſtiario per fores ejus videres veſtem pulcherrimam conſtructam & compoſitam: non acquieſceres in tam breui aſpectu, ſic vſurpat tranſennam Paulinus, in epiſt. ad Seuer. Hæc, inquit, baſilica. in baſilica memorati confeſſoris, aperitur trinis arcubus paribus, perlucente tranſenna,

per quam viciſſim ſibi tecta ac ſpacia baſilicæ vtrioſque junguntur. Iterum: Intra ipſam vero tranſennam, qua breue illud, quod propinquas ſibi baſilicas potius diſcindebat, intera illum continuatur. Eſt etiam tranſenna funis, vt in Salluſtij exemplo. Itaque cum ad illaqueandum aues intendantur funes.

Nunc à tranſenna hic turdum lumbricum petit.

Plautus dixit, nam in auium pedicis funiculus eſt: *ἀγρεῖον* vocari dixit Pollux eum funiculum: atque adeo pedicam totam Plautus tranſennam vocauit. Eſt vt ait Iſidorus in trajecta fluuiorum, qua pontones ſunt, trajectus funis, quem ait tranſennam vocari, quomodo apud Marcellinum lib. 25. accipi videtur, cum ait, tanquam è tranſenna ſimul emiſſi, ſpe citius ripas occupauere: melius tamen ſit intelligere, velut pedicis & laqueis emiſſos. Nam eis aues liberatæ celerrimè auolant & feruntur ocyſſime, Sebald. ex Turneb lib 3. c. 6.

TRANSFERRE in jure aliquando retinet propriam ſignificandi vim, vt ſit ferre aliquid de loco ad locum, vel de perſona ad perſonam: vel de tempore ad tempus. Inde dicimus transferre domicilium, transferre legatum, hoc eſt, in alterum conferre. ff. de adimendis vel transferend. legat. Transferre alias ſignificat ita transfundere, vt quod prius erat, prorſus permittatur, vt transfundere obligationem, l. 1. princ. ff. de nouat. Transferre aliter dicitur id quoque, quod non omnino recedit à transferente, vt in l. ſi is cujus nomine, ff. de interrogat. leg. 1. §. qui mandatum, & l. ſeq. ff. de offic. eius cui. Prat.

TRANSFERRI etiam dicitur condictio in alium Senatum, l. 57. ff. de condict. furt. Transfertur domicilium re & facto, l. 30. ff. ad munici.

TRANSFIGVRATVM apud Vlp. leg. quid tamen, ff. quib. mod. vſusfruct. Proinde & ornamentum, ait, diſſolutum aut transfiguratum extinguit vſumfructum. Notum transfigurare, eſſe in aliam figuram vertere. Verbum Plinianum, quod & apud Suetonium legitur. Interpres diui Matthæi cap 17. vſus quoque eſt eo, pro quo Eraſmus maluit Transformatus adicere, nimirum diuum Hieronymum ſecutus, cuius Scholium ſic habet: Quod autem dicit, Transfiguratus eſt ante eos: nemo putet priſtinam eum formam & faciem perdidiſſe, vel amiſiſſe corporis veritatem, & aſſumpſiſſe corpus, vel ſpiritale vel aëreum: ſed quomodo transformatus ſit, Euangeliſta demonſtrat, dicens: Et reſplenduit facies eius. Spieg.

TRANSFORMARE. Vlp. Sed neque diætas transformare, vel coniungere, eaſve ſeparare ei permittitur l ſi cujus §. ſed ſi ædium. ff de vſuſruct. Vide Transfiguratum. Spiegel Et transformare quidem aliud nihil eſt, quam in aliam formam reducere, quod Iuriſconſ. in l mulieris ff. de verb ſign. dixit transfigurare. Sic apud Virgilium 7. Æneid. Alecto.

—Toruam membra

Exuit in vultus ſeſe transformat aniles.

TRANSFVGA non is ſolum accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit, ſed & qui per induciarum tempus aut ad eos quibus cum nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit, maloque conſilio & proditoris animo patriam relinquit l. 19. §. transfuge, ff. de captiu, & poſtl. Feſtus lib. 14. Gallum Ælium perfugam, qui & transfuga dicitur, definiſſe ſcribit, qui liber aut ſeruus aut hoſtis ſui voluntate ad hoſtes tranſierit. Sic in l. 14. ff. ex quib. cauſ. major. & l 38. §. 1. ff. de pœn. l. 3. in fin. ff. ad l. Corn. de ſicar. Briſſ. Hinc Cujac. transfugam definit, quod ſit proditor, qui fide mutata ad hoſtes tranſit, leg. transfuga. ff. de capti. & poſtli. qui idem dicitur & perfuga, vt ex Ælio Gallo, Sex. Pompeius refert. Cuja. obſer. lib 4. c. 9 & li 6. c. 36. Vide etiam Alex. ab Alex. lib. 4. c. 7. & Blondū li. 7. Romę triūphantis.

TRANSFVGA metalli, qui ex metallo refugit in l. 12. §. ſi deportatum, ff de captiu. & poſtlim. qui alias refuga dicitur. Briſſ Prat.

TRANSFVSIONEM à Tranſlatione hoc diſtare, gl. in l. 1. ff. de nouatio, putat, vt ſi quid nouatur in eadem perſona, transfuſio ſit: in altera vero trāſlatio vocetur: cum tamen transfundere proprie ſit, ab vno ad alterum transferre. Itaque videntur Iuriſconſulti pro eodem accepiſſe: quod ſatis ſequentia verba, ſi perpendantur, innuere etiam videntur. Old. Prat.

TRANSGRADIANTEM, pro prætereuntem, aut prętereuehentem, eleganter vſurpat Marcian. in l fin. §. diui de Publica. Spieg.

TRANSGRAVI perſonam, § plane, Inſt. de jure naturali.

TRANSIGERE, proprie actor dicitur, id eſt, ab actione tranſire. Metaphorice tamen ſimpliciùs accipitur pro decidere: & tranſacta res, quoquo modo finita, *Abkommen, ablenen*. Sicut agere dicitur, qui petit quod ſibi debetur, §. 1. Inſti. de act Ita Tranſigere, qui præter formulam actionis ſuæ, aliquid accipiendo litem ſopiuit, *Abtagiinen* Quamvis & reus tranſigere, ſed improprie, dicitur per Gloſſ & Dd. in l. 2. C. de Tranſaction.

TRANSIGERE, ait Goth. ad rub. C. de tranſact. eſt cauſſam ſeu litem l. 16. ff eod. rem, l. 1. ff. eo. controuerſiam, l. 14. ff. eo. Vel futuram, l. 2. Cod. eod. vel pendentem aut motam, l. vlt. C. eod. dubiam tamen, l. 12. Cod. eod. incertam, nondum finitam, d. l. 1. conſenſu l. 13. l 41. Cod eod. l. 37. C. eo. l. 65. l. certa conditione, l. 25. C. eod. certa lege, l. 14 ff. eod. id eſt, aliquo dato, l. 65. §. 1. ff. de cond. indeb. retento, l. 37. Cod. de tranſact. vel accepto l. 24. C. eod. vel promiſſio, l. 2. l. 37. & 38. C. eod. finire, l. 20. 26. & 29. C. eod. l. 1. ff. eod. decidere, l. 8. l 27. C. eod.

TRANSIGERE verbum & generaliter vſurpatur, & ſpecialiter: Generaliter pro quamvis conuentione, vt quocunque modo ad finem perducatur aliquod negocium, tranſigi dicatur: idque bifariam, primum vbi nulla eſt controuerſia, ſed ſponte negocium aliquod contrahitur, veluti in l. 1. §. 1. ff. de pact. Conuentionis verbum generale eſt ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi tranſigendiq; cauſſa conſentiunt, &c. Hinc illud Cic. in Orat. pro Cluent. Manilius rem enim Oppianico tranſigit, pecuniam ab eo accipit. Deinde cum orta controuerſia deciditur, vt l. 1. ff. teſtam. quemadm. aper. l. 6. ff. de tranſact. itaque Tranſigere & Decidere Cicero pro eodem vſurpat, veluti Verr. iv. Quod vnquam hujuſmodi monſtrum audiuimus qui cum reo tranſigat, poſt cum accuſatore decidat? Sic in ea pro Comœdo. Criminatio tua quæ eſt? Roſcium cum Flauio pro ſocietate decidiſſe. Defenſio mea quæ eſt? Roſcium pro ſua parte cum Flauio tranſegiſſe. Sic jurejurando tranſigi negocium dicitur in l. 2. & l. admonendi, 31. ff. de jurejur. & ſententia tranſigi, l. pœna 11. § grauior, ff. de his qui not. infam. l. 2. §. ſicut, ff. ad Turpil. l. 5 ff de decur l. 15. ff. ad munic. Sic Paulus l. 46. ff. de rei vindic. Tranſegiſſe, inquit, cum eo, & decidiſſe videor, eo precio quod ipſe conſtituit, Hot. Prat.

TRANSIGENDI verbum generale eſt, & ad omnes ſpecies pertinet quibus controuerſiæ decidantur atque finiantur. Briſſ.

TRANSIGERE vero ſpeciatim & peculiariter ſub tit. De tranſact. accipitur, pro de lite iam mota vel mouenda aliquo dato, vel retento, vel promiſſio decidere, leg. tranſactio. C. illo tit. denique in hac ſignificatione tranſigi gratis non poteſt. Prat Hot.

TRANSIGERE & paciſci hoc differunt, quod is qui tranſigit, quaſi de re dubia & lite incerta neque finita tranſigit: qui vero paciſcitur, donationis cauſſa rem certam & indubitatam liberalitate remittit. l. 1. ff. de tranſact. Hot. Prat.

TRANSIGERE vel paciſci de crimine an liceat, vide Cujac. 6. obſ. 11 Et an tranſigens ſuper crimine pro confeſſo & conjecto habendus ſit, tractat Vult. in comment. Inſtit. de pœn. temer. litigant, in princ. n. 29.

TRANSIGERE ab agendi verbo dicitur, quod cum generale ſit, judiciorum jam pene factum eſt proprium. Hinc actiones forenſes & actum quod judicatum eſt. Donat. ad Terent. Actum agam, id eſt, nihil agam, quod enim in jure ſemel judicatum fuerit reſcindi & iterum agi non poteſt. Inde tranſactum quod omnino peractum eſt, & perfectum, & judicati auctoritatem aſſumit. Connan. lib. 5. c. 6. n. 1. Hot.

TRANSIGI negotia accipimus l. 2. ff ſi quis cautio, & l. 1. § 1. ff. de pactis, & velut pacto tranſegiſſe videtur de credito, qui contentus fuit pignora poſſidere l. 15. § pignora, ff. de re jud. Briſſ. Prat.

TRANSIRE actio dicitur, l. 43. ff ad l. Aquil. Tranſire etiam exceptio à perſona in perſonam dicitur l. 9. §. vlt. ff. de exceptione rei judic. item tranſire conditio ad emptorem dicitur in l. 54 §. vl ff. de evi. vt ſcilicet in ejus perſona pareri conditioni poſſit.

TRANSIRE pro præterire. Sic tranſire dicitur dies, l. 39. ff. de minoribus annis, l. 5. §. 1. C. de temporib. in integr. reſt. & tempus, l. 5. §. quod ſi ff. de præfect. vrbi.

TRANSIRE ad hæredem Plinius: Margaritæ gemmæque ad hereditatem tranſierunt: veſtes prolongant tempus, vnguenta ſiſſco expirant, & ſuis moriuntur horis. Spieg.

TRANSIRE legem pro non curare, & negligere.

TRANSIRE vitam, pro viuere, & quod vitam tranſigere etiam dicitur. Seneca: Semper vero eſſe felicem, & ſine morſu velle trāſigere vitam, ignorare eſt rerum naturę alteram partem. Sp.

TRANSITVM facere dicunt Imperator, in l. 4. C. ſi quis ignorans rem minor eſſe.

TRANSIVNGI jumenta dicuntur, quæ in quadrigis loco mutantur & in diuerſam partem, vt à dextra in læuam, aut cōtra junguntur. Vlp. l. 38. § 5. ff de ædil. edict. Quæſitum eſt, ſi mula talis ſit, vt tranſiungi non poſſit, an ſana ſit, & ait Pompon. ſanam eſſe, pleraſque denique carrucarias tales eſſe, vt non poſſint tranſiungi. Idem ait, ſi nata ſit eo ingenio aut corpore, vt alterum jugum non patiatur, ſanam non eſſe. Hot. Prat.

TRANSLATIO, Rhetorum vox à SCtis, Marcello, in l. ſicut. §. ſuperuacuum. Quib. mod. pign. Vlp. in l. ſed & ſi vnius, de injur. & ab Alciato explicatur c. 20 lib. 1. Parerg. Spieg.

TRANSLATIO legati eſt, cum teſtator id, quod alicui legarat, aut à perſona in perſonam transfert, aut ab eo qui dare juſſus eſt, transfert vt alius det: aut enim rem pro re dari jubet, aut quod pure datum eſt, ſub conditione transfert, leg. 5. ff de adimin. & transf. leg. De hac tranſlatione agit, l. ſi. ff de his qui pen. nom. & Inſt. de adempt. legat. Briſſ. Prat.

TRANSLATIO litis vel judicij eſt, cum judicium ab aliquo ſuſceptum transfertur in alium, l. 25. & ff. 27. de procu. l. 17. §. ſed etſi. ff. de injur. Prat.

TRANSLATITIA, inquit Aſconius, veteres dixerunt non noua, nec nuper inuenta, ſed aliunde tranſlata. Prat.

TRANSLATITIA edicta dicebantur, quę ex veteri & recepto iure, eoque

re, eoque quod antea obtinebat componebantur. Cic. 3. in Verr. In re tam vſitata ſatis eſt oſtendere omnes antea ita jus dixiſſe, & hoc vetus edictum tranſlatitiumque eſſe. Idem lib. 5. epiſt. ad Attic. Alterum caput eſt tranſlatitium, de impunitate, ſi quid contra alias leges ejus legis ergo factum ſit. Gell. lib. 3. c. penul. Hoc ſignificabit edictum, quo Conſules ſeruandæ conſuetudinis cauſſa tranſlatitio vtuntur. Briſſ.

TRANSLATITIE, negligenter, defunctorie: tranſlata locutione ab edictis tranſlatitiis, quæ nullam diligentiam requirebant. Marcianus l. 1. § 6. ff. ad SC. Turpill. Præuaricatorem eum eſſe oſtendimus, qui colludit cum reo, tranſlatitie munere accuſandi defungitur. Vlp. l. 1. ff. de jur. patr. Patronorum querelas aduerſus libertos Præſides audire, & non tranſlatitie exequi debent. Item Papin. l. 55. § 1. ad SC. Trebell. Sed nec illud tranſlatitie omittendum eſt, id eſt, prætereundum eſt. Hoto. Prat. & Goth. ad d. l. 1. § 6. ff. ad SCtum Turpill.

TRANSLATIVA conſtitutio à Quintil. li. 3. dicitur cum cauſſa ex eo pendet, quod non is agere videtur, quem oportet: aut non cum eo, qui cum oportet: aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet: vel etiam tranſlatiua conſtitutio eſt, in qua tum peremptoriæ, tum etiam illatoriæ exceptiones, hodie proponuntur. Quod & ante inceptum judicium, & aliquando poſt ipſam litis conteſtationem fieri ſolet, & non in perſonalibus actionibus tantum ſed etiam in realibus Brech. in leg. Litis nomen, ff de verb. & rer. ſign.

TRANSLATUM verbum dicitur, cum à propria ſignificatione in aliam conuertitur. Cicero maxime probat tranſlationem verborum: quæ & apud Iuriſconſultos frequens eſt. Vide Alciatum in prœmio. Comment. de verb. ſign. Spieg.

TRANS mare Reipub. cauſſa abeſſe, apud Vlp. l. verum. §. ex facto, ff. de Minor. Spieg.

TRANSMIGRARE ad alia loca. l. 1. ff de decur.

TRANSMIGRARE, eſt in longinquioris loci domicilium, habitationemve migrare. Valla.

TRANSMISSA res in l. 6. § 1. C. de appellat. & conſult. id eſt, omiſſa Tranſmiſſa hæreditas in l. 4. C. ſi omiſſa ſit cauſ. teſta. Tranſmiſſum tempus in l. 4. C. de acquir. poſſeſſ.

TRANSMITTERE hereditatem, pro transferre, relegare. Obſeruandum tamen, quod hereditas non adita, regulariter ad alios non tranſmittitur l. quoniam ſororem. C. de iure delib. l. 2. § in nouiſſimo, C. de caduc. tollend. vide Bald. in l. vnic. Cod. de his qui ante apert. tab. laſ. in l. ſi infanti. C. jur. delib. Prat.

TRANSNOMINARE nomen commutare, inuertere vel immutare. Nihil autem mali eſt ferendi nominis cauſſa inſtitutum, honeſti hominis nomen aſſumere, Cajus in l. ſacta, §. ſi in dando, ff. de SCtum. Trabelliano. Spieg.

TRANSPORTARI vinum, l. 11. §. qui vinum, ff. locati, & tranſportandum vinum vel lignum, & tranſportandam coloniam deducere, l. 25. §. qui coloniam, ff. locati.

TRANSSUMERE, ex alio ſumere. Vnde quæ ex primis tabulis (vulgus originalia vocat) tranſcripta ſunt, ſolennitate juris adhibita, dicunt tranſſumpta. Spieg.

TRANSVEHI MUR ſiue id ratibus in mari, aut curru per terram fiat. Apud ICtum vero in l. 2. ff. de in jus voc. cum ait. Sed nec eum, qui equo publico in cauſſa publica tranſuehatur ad tranſuectionem equitum referri debet, à Fabio Maximo inſtitutam. Liu. lib. 9. in fin. Ab eodem Fabio inſtitutum dicit, vt equites Idib. Quint. tranſueherentur, quod iiſdem verbis tradit Val. Max. lib. 2. c. de inſtit. antiquis, tum hoc addit: Equeſtris vero ordinis juuentus omnibus annis bis vrbem ſpectaculo ſui ſub magnis auctoribus celebrabat, die Lupercalium & equitum probatione. Equitum probationem ejuſmodi, tranſvectionem appellaos à Græcis [illegible] explicatur illud tranſuehi: nam ſimilem legem fuiſſe apud Athenienſes teſtis eſt Demoſth. in orat. [illegible]. Cujacius autem in illo Vlpia. loco pro in cauſa publica in capitolium legi vult, vt Phoius: vel in Caſtoris Pollucis, vt Dionyſius. Prat.

TRANSVECTIO, [illegible] à Plutarch. in Pompejo vocatur, qua ad ſedentes in foro cenſores, vnumquemque equitem equum ſuum adduxiſſe ſcribit, & de ſtipendiis legitimis confectis interrogatos, rationem ita reddidiſſe, [illegible] vocat Dionyſius. Tranſvectionem hodie monſtram vocamus, cum equites ſolenniter recenſentur. Prat.

TRANSVECTIONIS autem verbo intelliguntur angariæ, parangariæ, parauerdi, l. 12. de excuſ. mu. C. lib. 10. Cujac. ad leg. 1. de quib. mu. vel præſta. C. eo. li. vid. & Cot. 2. Miſc. 11. 2. C. eo. li.

TRANSVERSALES, qui ex tranſuerſo, ſiue à latere coniuncti ſunt: vt fratres, & ſorores, eorumque liberi. Inſt. de gradibus cognat. Spieg.

TRANSVERSARIUM in l. habitatores, ff. locat videtur ſumptum, pro aduerſarium. Prat.

TRANSVERSUS agit, qui vi & impetu quodam ab inſtituto deflectitur. Eraſm.

TRAPES, etis, maſc. geo. mola olearia, à [illegible] voluo ſeu verto. Trapetus idem, ſed antique. Vtraque vox extat apud Catonem de re ruſtic.

TRAPETUM in l. 19. § illud, ff. loca mola eſt quæ in alium ſublata deprimebatur, qua oleæ confringebantur: vide Iſid. li. vlt. Etim. c. 14. in Lexico B. Germani Trapetum [illegible], & [illegible] redditur Plin. lib. 15. c. 6. de oleis agens, Poſtea, ait, olea tum, vel lauatam vtrique feruenti aqua, protinus prælo ſubiicientur ſolidæ (ita enim amurca exprimunt) mox trapetis fractæ premuntur. Colum. lib. 12. c. 50. Oleo autem conficiendo, inquit, molæ vtiliores ſunt trapetum, Trapeti concinnandi & ædificandi rationem, vide apud Catonem de re ruſtic. 20. & 22. Prat. Briſſ. In alia tamen ſignificatione accipiatur, ſecundum aliquos, apud Paul. in l. de trapetis. ff. de ſupel. l. ſed illud, judicio meo, caſtigandum eſt Tapetis, de quib. Martial. Epigr. vlt. Stragula purpureis lucent villoſa tapetis. Cotta.

TRAPEZITAS, id eſt menſarios, gemmarium, & argenti, & veſtium diſtractores, necnon ceteros omneſque apothecarios, & quibuſcunque ergaſteriis adhærentes, à dignitatibus, & militia Lex ſubmouet C. de Cohort. lib. 12.

TRAPEZOPHORA in l. 3. ff. de ſupel. leg. Pollux li. 10. onom. c. 19. [illegible] i. e. menſam in qua vaſa pototia collocabant, [illegible] recenti ſignificatione dictam ſcribit, apud Paul. tamen in d. l. 3. Trapezophoram intelligere malim columellas ſiue pedes quib. impoſitæ ſuſtinentur menſæ: idq; verbi Etymologiæ magis conuenit [illegible] enim menſa eſt, & [illegible], fero Prat. vide Alex. Neap. Gen. die. li. 1. c. 19.

[illegible], id eſt, balbutire, eſt vitium linguæ, non vocis. Ariſt. in Problem. ſegmento 11. tria genera hujuſmodi vitiorum ponit: Traulotem, id eſt blæſitatem, cum literam aliquam exprimere non poſſumus: eamque non quamlibet, ſed certam Pſellotem, id eſt balbutiem, quæ eſt literam elidere vel ſyllabam, id eſt, pronunciando eximere & prætermittere. Iſchophoniam, i. e. hæſitantiam: quæ eſt ſyllabam ſyllabæ jungere non poſſe. Hæc tria vitia expreſſit Vlp. de ædil. edict. in l. idem Offilius. §. quæſitum eſt in quem vide quæ annotauit Budæus.

TREBATIUS fuit juriſperitus clarus temporibus Ciceronis: ad quem cum ſcriberet Topica, omnia exempla ex Iure Ciuili ſumpſit: vt haberet rationem ejus, ad quem ſcribebat. Spieg.

TREBELLIANICA eſt quarta omnium, quæ ex judicio teſtatoris quocunque ſit, capiuntur Dd. l in quartam in 4. not.

TREBELLIANICÆ & Falcidiæ appellatio ſæpe vſurpatur promiſcue l. cohæredi, 11. § cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. Titia teſtamento 86. ff. ad l. Falcid. & Falcidiæ beneficium, in l. cogi 16. §. idem Marcianus, ff. ad SCtum Trebell. item Falcidiæ legis commodum in l. ita tamen, 27. §. Trebell. & in l. ſi legatus, 30. ff. ad SCtum Trebell. nihil eſt aliud quam Trebellianica ſiue commodum Senatuſconſulti. Vult. in comm. ad §. reſtituta, 3. n. 8. Inſt. de fideicommiſſ. hæreditatib.

TREBELLIANUM SCtum Anneo Seneca & Trebellio Maximo, Coſſ. factum de fideicommiſſariis hæreditatibus hoc continebat: vt reſtituta hæreditate fideicommiſſario, & in fideicommiſſarium actiones hæreditariæ tranſirent. Vlp. in Inſt. tit. 25. §. reſtituta. Inſt. de fideic. hæred. Sed Iuſtinianus in hoc SCtum etiam Pegaſianum quod de quartæ detractione ſcriptum erat tranſtulit: Hodie igitur ex Trebellianico non tantum tranſire actiones ſed & quartam detrahi dicimus. Briſſ.

TREBELLIANUS fideicommiſſarius, l. 65. § 1. ff. vt legator, id eſt, is cui ex Trebelliano Senatuſconſulto reſtituta eſt hæreditas.

TRECENTUM pro trecentorum, l. 89. § 2. ff. de ſolut.

TREMARE, proprie corporum ſolidorum eſt: cum propter frequentem commotionem ita concutiuntur, vt ſtare loco neſciant. Hinc fit, vt Tremor pro rigore accipiatur. Auth. Iuſjur. quod præſta. ab his. § 1. Spieg.

TREMIS vel ſemis, apud Imp. Anaſtaſ. in l. videmus, C. de erog. mil. annon. lib. 12.

TREMISSES l. pen. in prin. C. de excoctio. & tranſlatio. milit. ac. lib. 12. l. 3. Cod. de milit. veſt. eod. libr. Aureorum ſiue ſolidorum tertiam partem valentes nummi. Quos poſteriorum Imperatorum tempore ſiliquas octo pependiſſe non dubium eſt, quandoquidem ex eorum conſtitutione quos & ſeptuaginta ſolidos ex libra conflatos conſtat. Briſſ. Prat.

TREMISSES genus monetæ erat, quæ conſtabat ex tertia parte ſolidi, vel aurei: de quibus meminit Lampridius in Alex. Tunc quum primum ſemiſſes, inquit, aureorum formati ſunt, tunc etjam cum ad tertiam partem aurei, vectigal decidiſſet tremiſſes, & paulo poſt: Sed cum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conſtati non juſſit, & tremiſſes tantum ſolidoſque formari. De tremiſſibus meminit etiam Imperator in l. per hanc diuinam, circa princ. C. de erog. milit. ann. lib. 12. qui ſecundum prædicta debet intelligi & hic conuenit vulgata parœmia, Homo treſſis de contemptiſſimis. Cotta.

TREPIDATIO. Charifius lib. ſingulari de teſtib. Plurimum, ait, in excutienda veritate, etiam vox ipſa, & cognitionis ſubtilis diligentia adfert. Nam & ex ſermone, & ex eo, qua quis conſtantia, qua trepidatione quid diceret, vel cujus exiſtimationis quiſque in ciuitate ſua eſt, quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. Spieg.

TRES faciunt collegium exiſtimat Neratius Priſcus, & hoc magis ſequendum eſt Marcellus de verb. ſign. Maſſ.

Tresses ſunt tertiarii l. Cujac. lib. obſeruat. 7. c. 35. Prat. & Gothofr. in not. ad Nou. 59. c. 5.

Treuga, pro induciis, ſecuritas eſt præſtita perſonis, & reb. ad tempus aliquod, bello nondum finito, vt dicit gloſ. in cap. 1. de treug. & pac. Interpretes ajunt, induciæ ſunt ad modicum tempus, treuga in longum extenditur, l. poſtliminium, §. induciæ, ff. de cap. & poſtlim. reuerſ. & vot. ff. de pact. Eſt autem treuga barbarum vocabulum à leguleiis tamen receptum.

Tria ſunt, quæ habemus: libertatem, ciuitatem, familiam. Vide l. vlt. ff. de capit. minor. Spieg.

Triarii milites qui tribus vexillis conſtarent Liuio lib 8. Aug. ad Modeſtinum de excuſ. tut. Prat.

Tribonianus, natione Pamphilus. Imp. Juſtiniani Paredros fuit: quem Magiſtratum Romani Quæſtorem, Latini ICtum vocant, vir fuit moribus & artium omnium diſciplina nulli ſecundus. Juſtum ſectabatur lucrum: ſingulis diebus leges aliquas aut antiquabat, aut condebat, vt ex vſu videbat, Ingenio ita miti & manſueto fuit, vt nihil à quoquam in gratiis ſit paſſus. Iisq; moribus ac doctrina ſingulari vnicum auaritiæ morbum obſcurabat. Hæc Procop. lib. de bello Perſ. 1. Prat.

Tribuarium à tribu vt tributarium à tributo. Spieg.

Tribuere, id eſt, dare, ſic tribuere actiones, l. 2. §. peruenisſ. ff. de hær. vend.

Tribui, tum accipiendum eſt, cum ex cauſſa à judice, quod alias non competeret, conceditur, arg. leg. 1. §. 1 C. de pet. bon. ſubla. Zaſ. in l. ex diuerſo ff. ſoluto matrim. intellect. Spieg.

Tribules, id eſt, de mea tribu. Tribules meos, tuos, ſuos, noſtros, & veſtros, dicimus, non contribules vide Syluium.

Tribuli, vel vt Græc. τρίβολοι machinulæ ſunt ferreæ, doloſæ, trigona, aut tetragona forma, quæ in quamcumque partem incubuerint, vnum aut plures aculeos inſeſtos protendunt. Plutarch. in Apoph. Καταπεπήγασι τριβόλους σιδηροῦς, ἵνα μὴ διαμβαίνοις οἱ πολέμιοι ... τῶν χωρῶν. Id eſt, Spargere tribulos ferreos ne hoſtes aggeribus inſiſtentes pugnã illinc ciere poſſent. Hoc autem verbum perperam legitur in l. quidam Iberus, ff. de ſeru. vrb. præd. pro Tubuli. De tribulis etiam fit mentio apud Veget. & Front. Tribuli in quibuſdam regionibus, vt Ferrariæ. Venetiisque vocitantur beſtiolæ quædam, formam habentes tribulis ferreis ſimilem, quæ colliguntur juxta ripas fluminum, vel maris, vel in paludibus. Tribuli præterea herbæ quædam, inter frugum vitia enumerantur à Virg. Georg. 1. Subit aſperrima ſylua, Lappæque, tribulique, & à Plin. lib. 18. Lolium & tribulum & carduum lappamque non minus quam rubum, inter frugum morbos, quam inter ipſius terræ peſtes numerauerim. Et hoc voluit ſignificare Vlp. in l. ex conducto. §. 1. ff. locati, cum refert: dãno colono eſſe, ſi herbis ſegetes corruptæ ſint. Tribulis etiam pro vehiculi genere, quo excutiantur in area fruges maturæ, vſi ſunt ſcriptores. Plin. in præallegato lib. 18. dum inquit: Meſſis ipſa alibi tribulis in area, alibi equorum greſſibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Virg. Georg. 1.

Tribulaque trabeaque & iniquo pondere raſtri Cotta.

Tribunal, quorum apud priſcos Romanos fuerit judicum. Aſconius docet. Formam ejus Vitruu. lib. 5. ſcribit. Hoc hodie ordinariis judicibus tribuunt Interpretes, vt Romanis principibus, hoc eſt, Pont. Max. & Imperatoris Conſiſtorium, § illud, Aut. de Appell. & inter quæ temp. Bart. in l. 1. C. de Confeſſ. indicat; quæ judici pro tribunali, & quæ non expienda ſunt; aperitque quo ſenſu id, quod volgo receptum eſt, Loco maiori debet judex ſedere.

Tribunal, vt Iſid. definit, locus ſublimis & editus in quo conſidentes magiſtratus jus dicunt. l. pen. ff. de juſtit. & jur. Pro Tribunali enim ſoli magiſtratus ſedebant. Vnde jus dicentem hac periphraſi nonnunquam Iureconſulti demonſtrant, Qui tribunali præeſt, qui pro tribunali cognoſcit, l. 1. §. penul. ff. de judic. l. 2. ff. de re jud. Briſſ.

Tribunal præterea magiſtratus, curules duntaxat, quibus coruli ſellæ jus erat: veluti Conſules, Prætores, Ædiles: & in prouinciis Præſides ac Proconſules. Minores autem magiſtratus ex ſubſelliis, vt ſcribit Aſconius, jus dicebant, veluti Tribuni, Quæſtores, Trium viri. Vitruu. lib. 5. cap. 1 de baſilica Iulia loquens. Item tribunal eſt in ea æde hemicycli ſchematis minoris curuatura formatum, ejus autem hemicycli in fronte eſt interuallum, pedum 46. Introrſus curatura pedum 15. vti eos qui apud magiſtratus ſtarent, negociantes in baſilica ne impedirent. De tribunali conſulis R. qui Macedonibus terrori erat, Liu. li. 45. ſic loquitur. Aſſuetis regio Imperio formam terribilem præbuit tribunal: ſummotor aditus, præco, aſcenſus, inſueta omnia, &c. Prat. Pro tribunali, & de plano opponuntur in l. 1. §. abolitio, ff. ad Turpill.

Tribu mouere, erat ex vna tribu in aliam notæ cauſſa transferre, vt patet ex Liuio. Negauit, inquit, Claudius cenſos, ſuffragij lationem injuſſu populi cenſorem cuiquam homini, nedum vniuerſo ordini adimere poſſe, neque enim ſi tribu mouere poſſet, quod nihil ſit aliud, quam jubere mutare tribum, ideo omnibus quinque & triginta tribubus mouere poſſe. Ex quibus verbis manifeſtum ſit, mouere tribu eſſe, ex honeſtiore tribu in minus honeſtam transferre, vt ex ruſtica in vrbanam aut ex ruſtica in ruſticam. Vnde Plinius dixit in vrbanas tribus transferri ignominioſum fuiſſe. Prat.

Tribuni ærarij dicebantur, inquit Varro lib. 4 ling. Lat. quibus attributa erat pecunia, vt militi redderent. Et Pedianus Verrina 3. Pecunia attributa eſt, quæ in ſtipendium militum de ærario à tribunis ærariis adnumerari. Quæſtori ſolet. Hi magiſtratus quidem non erant: ſed qui procurationem publicam habebant, idcirco in hunc ordinem relati ſunt, eo magis quod Cic. lib. de legibus 3. vbi de magiſtratibus leges dare profitetur, hunc quoque aſcribit, & minorem magiſtratum appellare videtur, his verbis: minores magiſtratus partiti juris plures in pleta ſunto. Militiæ quibus jus, ſi erunt imperanto. Ærarijque tribuni ſunto. Domi publicam pecuniam cuſtodiunto. Quam lectionem manuſcriptorum librorum autoritate confirmari, mihi magnopere placuit. Ordinis autem nomen hoc fuiſſe, magnumque illorum numerum extitiſſe, vel ex eo intelligi poteſt, quod in l. Aurelia latum erat, vt judicia quæ penes ſolos Senatores erant, cum equitibus & tribunis ærariis communicarentur. Quod ſi quis differentiam inter tribunos ærarij & Quæſtores ærarij requirat, hanc me reſpondere fuiſſe arbitrari, quod Tribuni pecuniam in vrbe ſignatam cuſtodirent. Quæſtores, ex vectigalibus quæſitam, illis tribuebant atque adnumerabant. Quæſtoribus in prouincias abeuntibus: hi pecunias ærarij tum acceptas, tum expenſas in tabulas publicas referebant. Hot. Prat.

Tribunus Celerum à Romulo primum creatus eſt, vt Liuius libro 1. teſtatur, vt ſcribit, illum trecentos armatos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres appellauit, non in bello ſolum, ſed etiam in pace habuiſſe: Feſtus lib. 3. Celeres, inquit, antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo iis propoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt ex ſingulis decuriis deni, ideoque omnino trecenti fuêre. Idem etiam Dionyſ. lib. 2. ſcribit, & hoc amplius, Celerum alios equites, alios pedites fuiſſe corũ Tribunos tres ſubjectos centuriones fuiſſe, rurſuſque his alios omneſque per vrbem haſtatos Regem comitatos eſſe, ejuſque mandata obiiſſe. In militia vero anteſignanos fuiſſe, primos pugnam iniiſſe, poſtremos diſceſſiſſe: equites quidem in planitie, pedites vero in aſperis & inæqualibus locis pugnaſſe. Paulo aliter tamen Pomponius in l. 2. ff. de orig. jur. Regum temporibus inquit, Tribunum Celerum fuiſſe, cõſtat, is autem erat, qui equitibus præerat, & velut ſecundum locum à Regibus obtinebat: quos in numero fuit Iunius Brutus, qui autor fuit Regis eiiciendi. Et paulo poſt ait, Magiſtros equitum ita Dictatorib. eſſe junctos, vt Regibus tribunus Celerum. Ouid. lib. Faſtor. 4.

Hoc celer vrget opus quem Romulus ipſe vocarat,
Sintque Celer curæ dixerat iſta tuæ.
Neue quis aut muros, aut factam vomere foſſam,
Tranſeat, audentem talia dede neci. Prat.

Tribuni militum terni Conſulari poteſtate creati ſunt anno vrbis 310. cum orta inter patres & plebem diſſenſio eſſet, propter C. Canuleij Tribuni pleb. legem, qua de Conſule altero de plebe creando agebatur. Placuit igitur, vt pro Conſulibus Tribuni militum ex patriciis terni totidemque ex plebe crearentur: qui Conſulari ac ſummo imperio Reipub. ſummam adminiſtrarent. Verum terni tantum, iique patritij creati ſunt: plebs eo contenta fuit, quod ſui ratio in comitiis habita fuiſſet. Liu. lib. 4 & Dionyſ. libro 2 Pompon. l. 2. §. 14. de orig. jure Deinde cum poſt aliquot annos plebs cum patribus contenderet, & vellet ex ſuo quoque corpore Conſules creare, & patres recuſarent: factum eſt, vt Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, conſulari poteſtate, hique conſtituti ſine vario numero: interdum enim viginti fuerunt, interdum plures nonnunquam pauciores. Prat.

Tribuni militum in legionibus, inquit Varro, quod terni ex tribus tribubus, Ramnium, Lucerum, Titieſium, olim ad exercitum mittebantur. Pedianus autem Verrio. 2. Tribunorum inquit, militarium duo ſunt genera: primum eorum qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari ſolent: alij ſunt Comitiati, qui Romæ Comitiis deſignantur. Zonaras autem lib. 2. ſcribit eos ſic appellatos, qui imperium in mille viros obtinerent. Cic. lib. de legib. munia eorum his complectitur verbis: Militiæ quibus juſſi erunt, imperanto. Polyb in 6. de Rep. Deſignatis conſulibus poſtea tribunos militum creant, & quatuor decim quidem ex iis faciunt Tribunos, qui habent annua quinque ſtipendia, his deinde adiiciunt decem, quos creant ex iis, qui ſupra quinque vſque ad decem habent annua ſtipendia, Equites quidem qui decem omnino habent ſtipendia, pedites autem, qui ſex, & eo amplius habent annua ſtipendia, Liu. lib. 7. Et cum eo anno primum placuiſſet Tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri (nam & antea ſicut nunc, quos Rufulos vocant, Imperatores ipſi faciebant) ſecundum in ſex locis tenuit. Idem lib 9. Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum, vtraque ad rem militarem pertinentia: vnum, vt Tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones à populo crearentur:

quæ

quæ ante perquam paucis ſuffragio populi relictis locis Dictatorum & Conſulum ferme fuerant beneficia. Tulerunt eam rogationem Tribuni plebis L. Attilius C. Martius. Idem lib. 42. In Tribunis militum notatum eo anno propter Macedonicum bellum, quod Conſules ex SCto ad populum tulerunt, ne Tribuni militum eo anno ſuffragiis crearentur. Sed conſulum Prætorumque in iis faciendis judicium arbitriumque eſſet. Hinc illud apud Sueton in Cæſare: Tribunus militum cui primum Romam reverſo per ſuffragia populi honor obtigit auctores reſtituendæ Tribunitiæ poteſtatis enixiſſime juvit. Idē apud Plutarchum in Catone Vticenſi: In petitione Tribunatus militaris legem quæ candidato nomenclatores adeſſe vetabat, ſolus Cato ſervavit, per ſe ipſum appellans populum. Plin. autem lib. 21. c. 7. & lib. 34. c. 3. ſcribit, eorum ſtipendium, Salarium dictum fuiſſe, à ſalis nomine, quod honoribus, inquit, militiæque interponitur, ſalariis inde dictis magna apud antiquos autoritate, ſicut apparet ex nomine Salariæ viæ: quoniam illa ſal in Sabinos portari conſueverat. Macer. in leg. officium 12. ff. de re mili. Officium Tribunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, milites in caſtris continere, ad exercitationem producere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, menſorum fraudem coercere, delicta ſecundum ſuæ autoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire valetudinarios inſpicere. Prat.

TRIBVNI militaris fit mentio, in leg. 15. § fin. ff. de re mili. l. 12. 13. eod. tit. lib. 12. C. l. vnic. C. de ſalgamo, lib. 12. l. 2. C. de commeat. eod. lib. Tribuni prætoriani, in l. vlt. C. de numerat. lib. 12. l. 4. C. de appar. magiſt. milit. Briſſ.

TRIBVNI plebis primum ita creati ſunt: anno 260. cum plebs ex vrbe ad Æquorum bellum educta, propter nobilium fœneratorum impotentiam, Conſulibus relictis, trans Anienem amnem collem occupavit, neque eo anno in vrbem revocari potuit vſque dum Senatus ei per decem legatos promiſit, jus ipſi fore, magiſtratum è ſuo corpore contra Patriciorum potentiam creare. Primum autem duo vel, vt tradunt alij, quinque creati ſunt: ſed anno 296. Horatio, Minutio, Coſſ. decem effecti Liuius libr. 3. & Dionyſius lib. 6. & 10. In eandem ſententiam Pompon. in l. 2. § 2. de orig. jur. Iiſdem temporibus, inquit, cum plebs à patribus ſeceſſiſſet, anno fere decimo ſeptimo poſt reges exactos, Tribunos ſibi in monte ſacro creavit, qui eſſent plebeii magiſtratus. Dicti tribuni quod olim in tres partes populus diviſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragiis creabantur: Sic Varro lib. de lingua Latin. 4. Tribuni plebeij, qui ex Tribunis militum primum Tribuni plebeij facti, qui plebem defenderent, in ſeceſſione Cruſtumerina. Cicero libro de legib. 3. poteſtatem eorum his declarat verbis: Plebs quos pro ſe contra vim auxilij ergo decem creaſſit, Tribuni ejus ſunto, quodque ij prohibiſſent, quodque plebem rogaſſent, ratum eſto: ſanctique ſunto: neve plebem orbam Tribunis relinquunto. Erat enim hic magiſtratus ſacroſanctus. Livius lib. 3. ipſis quoque Tribunis, vt ſacroſancti viderentur, cujus rei prope jam memoria aboleverat, relatis quibuſdam ex magno intervallo ceremoniis, renovarunt, & tum religione inviolatos eos, tum legem etiam fecerunt ſanciendo, vt qui Tribunis plebis, Ædilibus, judicibus, Decemviris nocuiſſet, ejus caput Iovi ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris, liberi, liberæque venum irent. Idemque tradit Dionyſius libr. 6. Ij viatorem quidem & prehenſionem habebant, vocationem vero nequaquam: nam (vt ait Gellius) antiquitus creati videntur, non juri dicundo, nec cauſis, querelisque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent, vt injuria quæ coram fieret, arceretur, ac propterea jus ad ſe vocandi ademptum: quoniam vt vim fieri vetarent, aſſiduitate eorum, & præſentium oculis opus erat, hæc Gelli. lib 13. c. 13. Scribit etiam in hanc ſententiam libri 55. cap. 27. his verbis. Tribuni neque advocant patritios, neque ad eos referre de re vlla poſſunt. Ita ne leges quidem proprie, ſed plebiſcita appellantur, quæ Tribunis plebis ferrent accepta: Plutarchus autem in Catone Vtic. Ius, inquit, Tribunitiæ poteſtatis magis ad impediendum quam ad agendum: quippe cæteris omnibus collegis volentibus, vnus, qui nolit & intercedat, plus poteſt. Idem in problemat. Cur Tribunus plebis purpura non vtitur, cum cæteri magiſtratus vtantur? an quod magiſtratus non eſt? nam nec in ſella jus dicunt, nec ineunte anno item vt reliqui, magiſtratum ineunt, nec Dictatore creato ſe abdicant: imo quaſi magiſtratus non ſint, delato ad Dictatorem imperio ſuam ipſi poteſtatem retinent. Cujus rei teſtimonium apud Liu. lib. 7. videmus de tribunis plebis, qui L. Manlium Dictatorem magiſtratu abire coëgerunt. Idem etiam lib. 6. intercedendi formulam, & ſolenne verbum fuiſſe hoc VETO ſignificat his verbis: Enim, ne jovet vox iſta VETO, qua nunc concinentes collegas noſtros tam læti auditis. Reperio etiam apud eundem lib. 4 Conſules à Tribunis plebis duci in vincula potuiſſe & libro nono, Cenſorem Appium à P. Sempronio Tribuno pleb. prehendi, & in vincula duci juſſum eſſe, & lib. 5. Tribunos plebis minitari ſe juſſuros eſſe in vincula Tribunos militum duci. Apud Dionem autem libro 37. Metellum Conſulem à L. Flavio Tribuno pleb. in carcerem ductum eſſe. Plutarchus in Problem. autor eſt, moribus Romanorum conſtitutum eſſe, vt domus Tribunorum noctu ne clauderetur (quod & Macrobius Saturn. 1. confirmat) ſed interdiu noctuque indigenti cuique eorum auxilio pateret, quaſi portus quidem, & præſidium periclitantium. Majores enim communem Tribunum eſſe voluerunt, & tanquam aram omnibus acceſſibilem, proinde honore quidem Sacroſanctos eos eſſe voluerunt, nec ſine inexpiabili ſcelere violabilet. Idem in vita Catonis Vticenſis tradit, Tribunos plebis in baſilica Porticia χρηματίζειν εἰωθέναι. quod ego non jus dicere, ſed conventum agere & pro collegio decreta ſua interponere interpretandum puto. Prat. ex Hotom.

TRIBVNI ſcholarum ſub tit. C. de comit. & tribun. ſchol. dicuntur, qui ſolis agrariam in rebus, hoc eſt, ordinibus eorum, qui Remp. adminiſtrabant, præfecti erant. Hi comitum honore & nomine dignabantur, Imperatoris epulis adhibebantur, & adorandæ ipſius purpura jus habebant. l. 1. C. Quam porro altus honoris gradus hic eſſet, licebit ex his Hieronymi verbis cognoſcere, qui adverſus Iohannem Hieroſolymitanum ad Pammachium ſcribens: Finge inquit, aliquem tribunitiæ poteſtatis ſuo vitio regradatum, per ſingula militiæ equeſtris officia ad tyronis vocabulum devolutum, nunquid ex tribuno ſtatim fiet tyro? non ſed ante primicerius, deinceps ſenator, ducenarius, biarchus, circitor, eques, deinde tyro, & quanquam tribunus quondam, miles gregarius ſit, tamen ex tribuno non tyro, ſed primicerius factus eſt. Prat.

TRIBVNI vigilum, in l. pen. C. de appatitor. magiſt. mil. lib. 12.

TRIBVNI voluptatum, apud Caſſiod. in lib. Variar.

TRIBVNO & ſacroſancto reſiſtere fas non erat. Exemplum apud Plin lib. 7. c. 44. Et adverſus vim Tribunitiam ſola collegarum interceſſio remedio erat.

TRIBVS à tributo dictum Liu. lib. 1 non ſine cauſſa adjicit. Nam Varronis ſententia, verbum tribus, à tribus eſt nominatum, quod ager Romanus in tres partes diviſus eſſet, Tatienſes, Rhamnenſes, Lucerenſes, quam etiam Plutarchus & Dionyſius ſecuti ſunt, tribum à numero dictam putantes, ſicut ab Athenienſibus τριττὺς & appellata ἀπὸ τῆς τριάδος, i. e. à tribus, eamque veriorem exiſtimat. Perion. lib. 2 de magiſt. Rom. Vt vero Livius in hoc à Varrone diſſentit, ſic nec quos Varro tribus vocat, eodem nomine appellat Livius, ſed centurias, eaſque equitum. Tribus vero à centuriis differre, Livij locus ſupra citatus, luculenter teſtatur, dum primum duplicatum fuiſſe numerum tribuum, quas tempore ſuo 35. fuiſſe ſcribit. Quod ſi duplicatæ fuerunt, vt ipſe vult, & curiæ eædem ſunt, quæ tribus; certe cum dicat curias à Romulo 30 fuiſſe, non ſolum eſſent quinque & triginta tribus, ſed ſexaginta duplicatæ. Deinde tribus à tributo appellatas confirmat, cujus conferendi Servius rationem injecit. Quod ſi quatuor tantum erant tribus à Servio inſtitutæ. Curiæ autem triginta, quas Romulus, vt vult, inſtituerit, certe aliud tribuum, aliud curiarum nomine intelligi convenit. Livio ſuffragatur Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 2. antiq. Rom. & Plutarch. in vita Romul.

TRIBVS aliquando pro familia accipitur quemadmodum familia in ſacris literis συγγένεια, καὶ ἀδελφότης pro tribu, gente, & ſtirpe accipi ſolet ab interpretibus: quod apud Græcos nomen πατριὰς Idem ſit quod φυλὴ. Bicch. in l. pronunciatio §. familiæ appellatio, de verb. ſign.

TRIBVS apud Romanos tres à Romulo inſtitutæ ſucceſſu temporis, & increſcente civium numero ad numerum 35 perductæ ſunt, in quas cives Romani erant diviſi: quarum nomina jam aſcribemus: & ſcriptores aliquot, qui harum meminerunt, ex Manutio apponemus, vt quicquid de his in autoribus reperitur, facilius intelligi poſſit, ac certior vnicuique harum cognitio ſit.

ÆMILIA. Cic. ad Att. lib. 2. Liu. lib. 38. antiquæ inſcription.

ANIENSIS Cic. pro Plancio Liu lib. 10 antiquæ inſcriptiones.

ARNIENSIS. Cic. in Agrar. 2. in Rullum, Liu. lib. 6. & 59. vbi corrupte legi putamus Narnienſis Nam lapis antiquus quem Vulſiniis in templi parietibus. vide Prateius, expreſſam Arnienſis mentionem continet.

CLAVDIA. Liu. lib. 2. Virg. lib. 7. Dionyſius Halicarn. lib 5. antiquæ inſcriptiones.

CRVSTVMINA. Cicero pro Plancio, pro Balbo, antiquæ inſcriptiones.

COLLINA. Varro lib. 4. de ling. Lat. Plin. li. 18. c. 3. Feſtus antiquæ inſcriptiones.

CORNELIA. Liu. lib. 38 antiquæ ſcriptiones.

ESQVILINA. Varro lib 4 de ling Lat. Plin. 18. c. 3. Feſt. antiquæ inſcripſit, Eſt in ædibus Gentilis Delphinij Romani fragmentum antiqui lapidis cum has tribu.

FABIA Horatius epiſt. 6. lib. 1. Sueto. in Aug. & antiquæ inſcriptiones.

FALERINA. Liu. lib 9 Neapoli, vt refert Prat. antiquus lapis eſt ita inſcriptus: C. I. ſtorio c. f. FAL FIRMO ADIL. II. VIRS.

CVRATORI. OPER. PVBLICOR. item Ioſephus, ἐν τῇ τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ. κεφαλῇ ιζ.

GALERIA Liu. lib. 7. Plin. lib. 7. cap. 49. etſi pro Galeria legitur Galerius, ſed corrigendus locus eſt ex antiquo libro Franciſci Aſulani, & antiquæ inſcriptione.

HORATIA. Scriptum in libris de hac tribu nihil eſt: in lapidibus tamen noules nominantur: de doctam ſatis conſtat à veteri familia patricia, vt alias non paneas.

LEMONIA Cic. pro Planc Phil. 9. Feſtus, antiquæ inſcript.

MÆCIA, hanc in lapidib. duob. inuenit. Prat. COCIAVEO, C. F. MASC. VERO C. HEPARACIO MAEC. Romano, eius meminit Tull. lib. 4. ad Attic. epiſt. 14 Liu. lib. 8. & 19. Valer. Max. lib. 1. c. 4. & Feſtus.

MEMTINA Cic. lib. 13. epiſt. ſam. Ioſephus ἐν τῇ τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ. κεφαλῇ ιζ. cum quib. lapides tres conſentiunt. C. VALERIO, C F. MEN. DOLVTIO, MARCIANO AMVNIO, A. F. MEM. AVARISIO. C CATIO, C F. MEN. BALBO, C. CATIVS, C F. MEN. Gallus: & epiſt. 9 li. 13. Cic. epiſt fam. puto tamen hanc tribum fuiſſe Meceniam potius quam Mentinam, & corruptum eſſe Ioſephi locum; deducetur enim ab antiqua familia, patricia, vt aliæ octo Æmilia, Claudia, Cornelia, Fabia, Horatia. Papitia, Sergia, Veturia, nam Publilia nomen accepit à plebeia gente.

OVFENTINA Liu. lib 9 Feſtus, antiquæ inſcript.

PALATINA. Cic. in Verrem. Pedianus, Varro lib. 4. de ling. Latin. Plin. lib. 18 c 3. Liu. lib. 10 Feſtus antiquæ inſcriptiones.

PAPIRA Liuius lib 8 Feſtus, antiquæ inſcript.

POPLILIA, quę deinde Publilia ſcripta eſt, ſicuti, ex Poblius Publius factus eſt, reperitur in lapidibus & PVB. & PVBL & PVBLIL. & POB. Liu. lib. 7. antiquę inſcript Puto hanc eſſe quam Feſtus Popiliam nominat. de qua Valer. lib. 9. c 10. & antiquæ inſcriptiones.

POLLIA Liu. lib. 19. Valer. Max. lib. 2. c. 4. & lib 9. cap. 10. antiquæ inſcriptiones.

POMPTINA. Cicer. ad Attic. lib. 4. Liu. lib 7. Feſtus antiquæ inſcriptiones.

PVPINIA. Cic. ad Quint. fratr. lib. 3 Liu lib. 26. Feſtus, duo antiquorum lapidum exempla extant, alterum Capuę, O. VIBI. DI. D. F. PVP NIGRI, alterum Patauij CLEVIO C F. PVP.

QVIRINA. Cic. pro Quint. Aſcon. Feſt. antiq. inſcript.

ROMILIA Cic. in Verrem, idemque in Agrar. 2. Aſcon. Varro lib. 4 de ling. Latin. Feſtus, Seruius in comm. 3. Æneid. antiquæ inſcriptiones, eſt etiam Ferrariæ ſemifractus lapis, intimis ſummi templi Parietibus inſtratus, in quo ita ſcriptum vidit. Prat. ICTIO T F. ROM.

SABATINA. Liu. lib 6. Feſtus, lapis antiquus Romæ in ædibus Cardinalis Carpenſis, EN CORNELIO, CN. F. SAB. MVSA EO, MANCIPI. VIÆ. APPIÆ.

SCAPTIA. Liu. lib. 8. Sueton. in Auguſto, Feſtus, lapidis antiqui exemplum Romæ extat in regione Pantheonis: C. AVRELIVS, C. F. SCA. REVSRVS & item aliud, C. CRANTANIVS SCAPTIA. MACER.

SERGIA. Aſconius, antiq. inſcript.

STELLATINA. Liu. lib. 6. antiquæ inſcript.

SVBVRANA, Varro lib. 4. de lingu. Latin. Cicero etiam Agrar. 2. quo in loco videtur corrupte legi ab Ocriculana: cum in libris quinque antiquis legatur ab vſura, nam inde mihi orta conjectura eſt legi poſſe, A ſuburbana mutatione facta nulla. Plinius lib. 18 c. 3. Feſtus antiquæ inſcript. & alibi.

TARENTINA. Cic. pro Planc. Liu. lib. 10. antiquæ inſcriptiones.

TROMENTINA, Feſtus. Liuius etiam lib. 6. ſcripſit, Tormentina vt opinor, non, vt impreſſum eſt, Promentina, antiquæ inſcriptiones.

VFENTINA Pro Plancio.

VELINA. Cic. ad Atticum lib. 4. & in Bruto, Horat. epiſt. 6. lib. 1. Perſius, antiquæ inſcriptiones.

VETVRIA hoc lapide notata C. CASSIVS C. F. VET. & hoc SER APVSIVS, SER F. VER. & hoc SER. CALPVRNIVS SER. F. VETVRIA.

VOLTINIA. Cicer. pro Plancio, antiquæ inſcriptiones & in antiquo lapide qui eſt Veneriis in turri S. Vitalis CN. NVMARIVS CN. F. VOL. FRONTO.

Ex hoc numero quatuor tantum vrbanæ fuerunt, Palatina. Eſquilina, Collina. Suburana, in quas, vt inquit Plin. transferri ignominiæ eſſet, dictæ à partibus vrbis, in quibus habitabant. Reliquæ omnes ruſticæ laudatiſſimæ, eorum, qui rura haberent: quæ propriæ ingenuorum erant, cum vrbanæ libertinorum eſſent: vt in Aſconio, & in epitome Liuiana lib. 20. Aſconius autem vbi illud in Verrem exponit quinque & triginta tribus, cur de nominibus Sabinarum plures tribus eſſe factas dixerit, mirari non ſatis poſſum, cum à Sabinis non tribus ſed curiæ nomina acceperint, vt inquit Liu. lib. 1. & Feſtus. Hæc ex Prateio.

TRIBVS emi & ami comparari dicitur, l. 35. de leg. ſicut militia. autem fiebat, cum quis in tribum vel militiam aliquo dato cooptabitur, l. 21. & fin. C. de prox. ſacr. ſcrin. & conſt. Nou. 57. & 97. vide Alciat lib. 3. parerg. c. 16.

TRIBVTARIVM, quod ſoluendo tributo obnoxium eſt. Inſt. inter. diui. 6. per traditionem. Itaque ſtipendiaria quoque, & tributaria prædia eodem modo alienantur. Spieg.

TRIBVTARII ſerui iden ſic dicuntur, quod tributum domino pendunt. Cenſus etiam iſte qui quotannis ab ais ſoluitur tributarium emolumentum vocatur à Val. Imp. vt annotauit Conn lib. 2. c. 10 n. 3.

TRIBVTORVM dominus vocatur is, qui tributis exigendis præerat. Conn. lib 7. c. 2. n 8.

TRIBVTVM idem quod ſtipendium appellari, Pomponius ait: & ſane appellatur à contributione tributum: vel ex eo, quod militibus tribuatur. Hæc Vlp. de verb. ſign. Maff. Hodie tamen vt tradit Cujac. 7. obſer. 3. nulla tributi & ſtipendij differentia eſt.

TRIBVTVM item in pecunia ea, quæ populo imperabatur appellata eſt, ſiue quod tributum à ſingulis proportione cenſus exigeretur, vt Varro lib. 4. de ling. Lat. ſcribit, ſiue ab intributione, aut militibus tribueretur, vt Vlp. in l. 27. in fin. & Feſt. lib. 17. probant. Briſſ.

TRIBVTVM in exercitoria actione intelligitur id, quod inter creditores ſerui negotiantis & dominum cui idem ſeruus debet, tribuitur, hoc eſt, diſtribuitur pro rata ejus, quod cuique debetur. In tributum igitur vocari, aliud hic eſt nihil quam ad virilem partem admitti, Quod vt plenius intelligi poſſit, per exemplum, cujus maximam in docendo vim eſſe, apud Platonem teſtatur Socrates in lib. de regno, col 9. circa ſi. arduum eſſe abſque exemplis res magnas lucide oſtendere, indicabimus. Filiusfam. in merce peculiari ſciente patienteque patre negociatur, cui ego ad certum contracta conuentione, magnam mercium quantitatem vendidi. Is & cum aliis in merce peculiari eadem ratione contractum iniit. Conueni o patrem, ſummam filio creditam exigo. Sane quamvis regulariter in peculio receptum ſit, vt parentes quod ſibi debetur, in primis deducere poſſint l. depoſiti, Infra de pec. l. ſi cum dotem, §. vlt. inf. ſolu. matr. hoc tamen caſu communis regula locum non habet. Inſolidum igitur in medium delato & exhibito creditoribus peculio: nihil deducet pater, quo ſcienta patienteque contractum eſt: ſed diuiſo inter omnes creditores quoad virilem portionem, i. pro rata ejus, quod ei à filio debetur, admittendus erit. Quæ hic in filio dicta ſunt, eadem in ſeruo locum habent Peckius comment. l. 1. §. ſi 15. n. 7 ff. de exercit. &c.

TRIBVTVM quid ſit, & quomodo à ſtipendio differat, vide Gœd. ad l. 27. n 15. verb. ſign.

TRIBVTA quædam erant perſonarum ſiue capitis: quædam vero pro prædiis, aut mouentibus reddebantur, l. 4. ff. de cenſib. l. 42. ff de pact l. 35. in fin. ff. de vſufruct. l. 14. § Idem Iul. ff. de act. empt. Vnde tributoria cauſſa, l. 46. §. vt debitoribus, ff. de jur. fiſc. Briſſ. Hinc.

TRIBVTA in corporibus conſiſtunt, veluti aur. arg. ære, equis, veſtib & quæ intributiones & contributiones dicuntur. Annonæ vero in ſpeciebus veluti frumento, vino, oleo, pane, carne, ſale. Sunt autem duplicia tributa, ſoli & capitis, l. vlt. ff. de cenſib. Capitis ſunt qui ſtipendia vocent. Tertull. in Apolog. Si agri tributo onuſti viliores, hominum capita ſtipendio cenſa ignobiliore. Conferunt autem & annonam & tributa poſſeſſores, i. domini prædiorum prouincialium quotannis, vel ipſi prædiorum conductores: l. ſine herede. §. Lucius. ff. de admin. tut. cauſſam tuendi exercitus l. 2. de exact. trib. Cod. lib. 10. C. ad tub. tit. de annonis & tributis, C. d. lib. 10.

TRIBVTA, poſtquam Auguſtus cum populo prouincias partitus eſt, appellari cœpta ſunt, quæ bello victæ prouinciæ populo quotannis pendebant: quæ vero Cæſaris prouinciæ ad belli ſubſidia inferebant, ſtipendia ſunt vocata. Ea cauſſa eſt, cur tributa à ſtipendiis, tributariaque prædia à ſtipendiariis ſeparentur: l. 3. ff. de impenſ. in rebus dotal. fact. l. 46 qui compenſationem, ff. de jur. fiſc. §. per traditionem vbi Theophil. Inſtit. de rer. diuiſ. Briſſ. Prat.

TRIBVTORIA actio eſt actio perſonalis prætoria, data ex contractu ſerui vel filiifamilias aduerſus dominum vel patrem de mercede peculiari in qua ſeruus vel filiusfamiliar ſciente & patiente domino vel patre negotiatus eſt pro rata debiti inter dominum patremve & creditores æque diuidenda. Vnde etiam tributoria dicta eſt quaſi diſtributoria. Hic enim hujus actionis eſt ſcopus, vt diuiſio à patre dominove inique facta emendetur. Nam hæc actio præſupponit diuiſionem factam, & cum diuiſio illa ſit iniqua actor ad æqualitatem Geometricam eam reduci cupit, vt probatur ex § Introduxit. 2. Inſtit. quod cum eo contract. eſt, & l. fin. ff. de tribut. Datur autem hæc actio tantum ex contractu filiorumfamilias, & ſeruorum noſtrorum, vel proprietate, vel vſu, vel fructu: quin etiam hominum liberorum & ſeruorum alienorum, ſi bona fide nobis ſeruiant, ex contractu de merce peculiari celebratu, ſciente vel patiente domino patreve. Et de merce omni, ſi omni ea merce is tantum contractus celebratus ſit. vel tantum parte ejus, quatenus negotiatus fuerit, leg. aliquando, ff. quod cum eo qui in alien. §. is quoque Inſtit. eod. titul. Non datur hæc actio in ſolidum, ſed quatenus rationibus peculij ſubductis cuique

cuique creditori pro portione rata debitum fuerit, l. procuratoris. 5. §. fi. ff. eo. In hanc actionem non deducitur id, quod domino patrive ex peculio debetur, ſed omnes eodem ſunt loco: Vulteius ad d. § introduxit.

TRIBVTVM ſtipendium eſt, quod appellatur ab intributione, vel ex eo quod militibus tribuatur, vt ait Vlp. in l. aget. ff. de verb. ſig. Varro lib. 4 à tribubus dictum vult quod ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributum à ſingulis pro portione cenſus exigebatur, vide Feſtum lib. 17. Tributorum autem duo erant genera, vnum perſonarum ſiue capitis, alterum rei, ſiue ſoli, id eſt, agris impoſitum, vt notatur l. 3. & l. fin. ff. de cenſib. Neque eorum ſententia improbanda, qui perſonale, propriè ſtipendium appellandum putant, cum ſcilicet aurum, argentum æs pendebatur. Reale vero ſiue prædiale, cum equi, veſtes, cæteraque ex eodem genere præſtabantur. Hinc illud Tertul. in Apologet. Sed Agri tributo onuſti, viliores: hominum capita ſtipendio cenſa, ignobiliora. Prat.

TRICENNIVM eſt tempus 30. annorum. Inde tricennalis præſcri. vt in cap. Vigilanti de præſcript. Prat.

TRICLINIVM, locus, tribus conſtratum lectis, ad diſcumbendum. l. foramen, ff. de ſeruit. vrban. præd. Hinc triclinaria veſtimenta, quibus in tricliniis vtimur; quæ & Recidipna vocantur. Paulus in l. apud Labeonem. de Opt. leg. cum ita legatum eſt: Veſtimenta quæ volet triclinaria, ſumito. Spieg. Adde Forc. in pen. juris ciuilis cap. 26. numer. 1. & Corraſ. 6. Miſcell. 10. num. 4. 5.

TRICLINIVS l. 19. & l. 28 ff. de ſeruit. præd. vrb.

TRICONES intelliguntur ij homines, qui Gerrones à veteribus ſeu rixatores dicuntur: quales ij ſunt, qui contentiones ac rixas auidius conſectantur. Id ex Satyris poëtæ Lucilij aſſumptum eſt, qui primus (vt puto) ab intricando hanc vocem deflexit. Carmen Lucilij, id eſt Panætium.

Cotta ſenex Graſſi pater huius Panæti
Magnus fuit triconum idem manus ſoluere nulli.
Lentius: —

Quo loco Tricones Nonius accipit pro moroſis hominibus & ad quanquam rixam paratis. Pet. Crinitus lib. 24. de honeſt. diſcip. cap. 15.

TRIDVO pro intra triduum, vſurpatur. Vulgatus dicit, antequam ſint tres dies. De hac voce vide Cuiac. cap. de præſcr.

TRIENS tertia pars aſſis eſt, quatuor continet vncias. l. ſeruum meum, §. fi. ff. de hær. inſt. ſic ſumitur in Nou. 18. §. τριών οὐγκιῶν Vide Voluſ. Mætian in diſtribut. aſſis. Prat.

TRIENTES vſuræ, quæ intra tertiam partem centeſimæ concluduntur; quo modo & trientarium fœnus apud Capitolinum in Antonio: & trientes penſiones apud Lampridium in Alex. Br. Prat. Sic trientes & ſemiſſes in vſuſructu conſtituuntur l. 26. §. vlt. ff. de vſu & vſufr.

TRIERARCHVS, interpretatur nauis princeps. Trieris enim nauis eſt triplici ordine remorum inſtructa. Ad Treb. l. eius fiduciarium, inquit, reliquit hæredem trierarchum. Item de bon. poſſ. l. 1. Nauarchos ait, & trierarchos claſſium: & apud M. Cic. in Verr. & Tacit. lib. 18 qui triremibus præeſt. Prat.

TRIERETICVM in l. Septicia, ff. de pollicit. falſo legitur pro πεντετηρικόν, vt in Pand. Florent. quadriennale certamen ſignificat. Prat.

TRIFARIAM, in tres partes, l. 1. §. fi. ff. de mun. & hon. Prat.

TRIFINIVM, locus in quem tres poſſeſſores attingebant, id eſt, in quem tres diuerſæ poſſeſſiones terminabant. Sicul. Flacc. in lib. de cond. agr. Prat.

TRIFVR, plus quam fur, vel maximus fur.

TRIGA, trigæ, τρίζυγον, quaſi triiuga, à tribus equis iunctis. Currus dicitur qui trib. equis trahitur. Vlp. in l. ædiles, ff. de ædil. edict. etſi triga vænierit, redhibenda erit tota, ſed etſi quadriga redhibeatur. Hinc.

TRIGARIVM, τριγαρεῖον, curule certamen. Plin. lib. 37. cap. 13 Ne equos quidem in trigarijs inferri vllos vernaculis animaduerto. Apud Martianum quoque Capellam li. 9. qui de Muſica inſcribitur: Trigarium, inquit, ſupplicantis ſemper germanitatis adueniat: hoc eſt, trigemina, inquit, illa mulier, ſiue tres in vnius nominis vocabulum conſpirantes. Prat.

TRIGARIVS, trigarij, τριγαρευτής, trigarum agitator. Plin. lib. 28. cap. decimo ſexto, Feruntque & Neronem & principem hac potione recreari ſolitum, cum ſic quoque ſe trigario approbare vellet. Prat.

TRIGEMINI, tres vno partu editi, quales fuere Horatij temporibus Tulli Hoſtilij Rom. Regis, l. 7. ff. de reb. dub. l. 3 ff. ſi pars hered. pet. l. 137. de ver. ſig. Briſſ. Prat.

TRIMODIVM quod tres modios continet.

TRINEPOS, abnepotis filius: quod ſit poſt tres à nepote.

TRINI, æ, a, nomen eſt diſtributiuum, quale illud bini & quini, & deni, ſignificatque cuilibet competere tria, Iunguntque vt alia eiuſmodi nomina, nominib. pluraliter declinatis. Martialis:

Transferint bina forſan trinave Calenda.

Sillius lib. 15. Punicorum:

Qui ſua nunc trinis deducunt agmina caſtris.

Martian. lib. 50. de legat. l. ſciendum. Præcipitur, inquit, edicto Veſpaſiani omnibus ciuitatib. ne plures quam trinos legatos mittant. Accurſius in erroribus pertinax eſt: nam quis binos expoſuit pro quatuor, quinos pro decem, denos pro viginti, hoc in loco trinos pro ſex exponit, cum exponendum fuerit trinos, id eſt, quælibet ciuitas tres. Sed quæro jam, non ab illo ſed ab illius amatoribus, an recte dictum ſit, quod omnes ciuitates non amplius mittere debeant, quam ſex legatos? ſignificaretur namque, quod omnes ciuitates ſimul ſumptæ non amplius eſſent miſſuræ quam ſex legatos, quod eſt perquam ridiculum. Neb.

TRINVM edictum, id eſt, trina citatio: quæ & Peremptoria nominatur. De cujus effectibus abunde ſatis Doctores. Sed poſt omnes, & conciſius & dilucidius Zaſius tractat, in l. contumacia, ff. de re jud. Spieg. Prat.

TRINVNDINVM Si quid ſuffragiis pop. Ro. ferendum erat, id per ternas nundinas recitabatur: & id tempus Trinundinum, & duob. vocabulis trium nundinum dicitur, Spieg. Vide Gothofr. ad l. 10. C. de public. judic.

TRIPARTITA liber Ælij, l. 2. § deinde, ff. de orig. jur.

TRIPARTITA diuiſio, l. 60. ff. de cond. & demonſt.

TRIPARTITVM ius, §. 1. Inſt. teſtam. ordinand.

TRIPARTITÆ nomine eus Sext. Ælij Iuriſc. liber inſcriptus ſit indicat Pompon. in §. deinde Q. Fabius. verſ. poſt hoc fuit Tiber. Coruncanus. l. 2. de orig. jur. Vide Rutilium in vita huius Sexti, paulo ante finem Spieg.

TRIPARTITVM, quod in tres partes diuiſum eſt. Inſt. §. ſed cum paulatim, de teſtam. Alb.

TRIPHVS quid ſignificet apud Vlpia. in l. idem Offilius 10 §. 5. ff. de ædil. edict. ſæpe dubitatum eſt. Sunt qui referant ſe in Pand. Flor. Atypus legiſſe: tamen ingenue fatentur, quid morbi ſit, non inuenire, neque inuenturos ſe ſperare. Sed ab etymologia vocabuli putant eum eſſe Atypos, qui non ſatis expedito plectro linguæ vteretur. Nonnulli Aphthiphum corrigendum aſſerunt. Aphthæ enim ſunt, quas non aliter fere Plin. quam oris vlcera infantibus nuncupat. Sunt & alia oris vlcera, ſed minus vtique ſæua, atque in adultis maxime, & ideo Aphthiphum Iureconſultus vocat, cum qui aphthis, hoc eſt vlceribus laboret. Ego, exiſtimo eam lectionem quæ circumfertur, non improbandam eſſe. potuit enim Iureconſultus Triphum eum appellare, qui Græcis Triphonius dicatur: hoc eſt, eum qui ob linguæ celeritatem ita confuſe loquitur, vt vno tempore tres ſimul voces videatur emittere, & idcirco intelligi non poſſit: quales quotidie vidimus. φωνὴ enim Græcis vox eſt. Sane Triphonius etiam nomen Iureconſ. fuit, cui forſitan à prædicta cauſſa nomen inditum eſt. Aliqui ſunt qui legant Typhlum, hoc eſt cæcum; quam lectionem is qui placuerit, probet? mihi quem non applaudit Corr. & Goth. ad d. l. 10 §. 5.

TRIPHONINI fit mentio in vlt. ff. de jure fiſci.

TRIPLICATIO, eſt ſecunda actoris defenſio, contra rei publicationem oppoſita, § 1. Inſtit. de replicat. quaſi enim Replicatio conduplicatio & geminatio fuiſſet: ſic quod tertio poſt actionem loco referretur, atque in judicium objiceretur, Triplicationis nomine ſignificatum eſt. At in l. 2. ff. de except. Triplicatio rei tribuitur, quaſi Replicationi opponatur, vbi, vt vere dicam, mendum ſubeſſe arbitror: & ex Imperatoris verbis corrigendum. Plot. Prat.

TRIPONDIVM, pondus trium aſſium Inſtit. de hæred. inſt. §. & ſi plures. Vel tripondium eſt quod in triginta ſex vncias diuiditur.

TRIPVDIVM augurium accipiebatur ex pullis gallinaceis quos in cauea incluſos aſſeruabant pullarij, quibus eductis objiciebatur paſtus, eumque ex paſcendi ratione augurium capiebat pullarius, idque ad magiſtratum deferebat eum à quo iuſſus erat captare, augurium. Si enim paſcerentur, bonum augurium erat, ſi non paſcerentur, malum.

TRIREMIS, à Græcis τριήρης dicitur τριήραρχος, nauis princeps, ſiue, vt hodie vocatur, Patronus; quo vocabulo, vt & nauarchi ceu Latinitate donato, vſi ſunt Iuriſconſ. Lege Bayfium de re nauali. Spieg. Vide Trierarchus. Porro ad Triremes pœna, frequentiſſimum his temporib. genus eſt ſupplicij, cujus meminit Valerius lib. & c. vlt. ſcribens, quendam juſſu Auguſti quid ſe Octauiæ ſororis vtero genitum ſimularet, remo publicæ triremis affixum. Suidas huius etiam meminit: Et Ioſephus. lib. 17. Prat.

TRITVS auxilium, Martian. ait, eſt, appellaſſe, l. ſerui. de appell. Sed hoc ob ſtatum ſerui dictum puto: quum appellandi vſus ſit & frequens, & neceſſarius, vt dicit Vlp. l. 1. eodem. Spieg.

TRISTEM literam Cicer. appellat Θ, ſalutarem τ. quod hac abſolueretur reus, illa damnaretur. de quo Eraſmus in Prouerb. Theta præfigere Spieg.

TRISTIS ſententia apud Ouid. lib. 15. Metam. Triſtiores caſus l. 3. §. ſi in. ff. de muneribus & honorib.

Triſtega, trium contignationum ædificia, ſiue tres contignationes.

Tritavus eſt patris, & matris atauus, aui vel auiæ abauus, proaui vel proauiæ proauus, abaui vel abauiæ auus, ataui vel atauiæ pater, dictus quaſi tertius auus, l. 3. l. vlt. §. 6. de gradibus & adf. Scribitur autem in d. l. 3. Triauus, Triauia in P. Florent. Briſſ. Prat.

Triticaria condictio (tametſi nullo in loco reperiatur, vnde dicta ſit, teſte Accurſio) dici tamen poteſt aſſumpſiſſe nomen à Titio authore, vt & Publiciana à Publicio Inſtit. de donat. §. ſed quia ſane. Hæc vero locum habet pro omni re, excepta pecunia numerata, ſiue certum, ſiue incertum, ſiue dominium, ſiue poſſeſſio petatur, t. & ibi Bart. de cond. tritic. ff. Anchor.

Triticum in iure ciuili videtur quam ſæpiſſime pro toto frumenti genere vſurpatum, l. triticum, ff. de verb. oblig. vbi Accurſ. generale nomen eſſe dicit omnium quæ in arca teruntur: quod ſatis oſtendit Iuriſconſultus, ſic inquiens: Triticum dari oportere ſtipulatus eſt aliquis, facti quæſtio eſt non iuris. Igitur ſi de aliquo tritico cogitauerit, id eſt, certi generis & quantitatis, id habebitur pro expreſſo: alioquin ſi eum deſtinare genus & modum vellet, non fecerit, nihil ſtipulatus videtur, nec vnum quidem modum. Si igitur tritici plura genera ſunt, ergo triticum pro frumento in genere capitur, quod rurſus in genera quas ſpecies vocamus diuiditur, l. 2. ff. ſi cert. petat. Cæterum nihil prohibet triticum ſpeciem frumenti eſſe in d. l. triticum, vt l. ſi quis vinum, ff. de tritic. vi & oleo, & mox plura eſſe tritici genera. Columella lib. 2. c. 6. Prima, inquit, & vtiliſſima ſunt hominibus frumenta, triticum, & ſemen adoreum. Tritici autem genera complura cognouimus, verum ex his maxime ſerendum eſt, quod robus dicitur. Secundum eſt ſiliginis, tertium eſt trimeſtre, quod & genus eſt ſiliginis, reliquæ ſpecies ſuperuacuæ ſunt. Hæc ille. Cornelius Celſus, lib. 2. de re medica. Firmius eſt triticum, quam milium, idipſum quam hordeum: ex tritico firmiſſima ſiligo, Quapropter poteſt non verum eſſe, quod vult. gloſ. in d. l. triticum, pro toto genere frumenti triticum legi: quia ipſum in alia genera ſubdiuiditur. Idem dici poteſt in l. fideiuſſorem. ff. man. Atqui in rubr. ff. de tri. vi. & ole. leg. expreſſum eſt triticum tantum, & l. prima, & rubr. de triticaria actione, propter excellentiam frumenti, quod eſt optimi alimenti, & commune vbique, præterea miræ fertilitatis. Forcatulus in penu Iuris Ciuilis, cap. 6. in prin.

Triticum quod in horreo eſt, l. 75. §. Illud, ff. de verb. oblig. & Triticum Africum, l. 74. & l. 75. ff. de verb. oblig.

Τριττὺς, Tribus eſt pars tertia Hinc Pollux lib. 8. [illegible] τριττὺς, [illegible] ἔθνος, [illegible] vnde τριττύαρχος dicebatur, ὁ τῆς τριττύος ἄρχων. Prat.

Triumphalis currus forma neque bellico currui quo Heroicis temporib. Troiani & Thebani belli, homines vſi ſunt, vt barbari Britanni & Belgæ Couino: neque currui Circenſi, quo Romæ ludis equeſtri, quadrigariis vtebantur & agitatores Olympiæ: ſed rotundæ turri aſſimilis erat, vt Zonaras ſcribit his verbis: [illegible] Prat.

Triumphandi modus talis erat: Victores corona primum laurea, deinde aurea redimiti, curru inaurato, quem quatuor equi albi trahebant, Romam inuehebantur. Præcedebat Senatus: ſequebatur populus: poſt hunc ordo militaris. Ante currum victoris ibant Duces victi, catenam ferream collo geſtantes. Et primum omnium ad templum Iouis Capitolini, deinde per vrbem atque domum reducebantur. Cicer. in Piſonem: Quid tandem (inquit) habet iſte currus? Quid victi ante currum Duces? Quid ſimulachra Oppidorum? Quid aurum? Quid argentum? Quid Legati in equis & Tribuni? Quid clamor militum? Quid tota illa pompa? Quid vehi per vrbem? Vnde ſunt, qui triumphum à tribus ordinibus Senatus, populi & militum dici exiſtimant. M. tamen Varro li. 5. de ling. Latin. Triumphum dictum vult, quod eum Imperatore milites redeuntes clamitant per vrbem in Capitolium eunti: Io triumphe, io idque inquit, à θριάμβῳ Græco libri patris cognomento poteſt dictum eſſe. Prat.

Triumviri capitales, ſeu Treuiri, vel Treſuiri (inquit Pomponius) creati ſunt, qui carceris cuſtodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, id interuentu eorum fieret. Salluſt. in Catilin. poſtquam in eum locum poſtquam demiſſus eſt Lentulus, iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Hi octo lictores habebant, qui eorum iuſſu in damnatum animaduertebant. Plautus Amphit. Quid faciam nunc, ſi Treſuiri me in carcerem compegerint? Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum. Nec quicquam ſit quin non me omnes eſſe dignum deputent. Ita quaſi incudem me miſerum homines octo validi cædent. Et in Aſinaria: vbi ſæpe cauſam dixeris pendens aduerſus octo. Aſtutos audaces viros, valentes virgatores. Et paulo poſt, vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectos lentis virgis Et in eadem: Ibo ergo ad Treſuiros, veſtraque ibi nomina faxo erunt capitis. Verum illi de vilibus, & abiectæ tantum conditionis hominibus jus dicebant: vt furibus, ſeruis nequam, & apud columnam Mæniam cauſſas cognoſcebant autor Cicero in diuinat. Et Aſconius in eodem: Memorabile autem eſt, quod Valerius Max. lib. 5. cap. 3. commemorat de muliere quadam, quam Prætor damnatam Triumuiro in carcere necandam tradiderat: quam receptam is qui cuſtodiæ præerat, non protinus ſtrangulauit: aditum autem ad eam filiæ dedit: quam poſt animaduertit exerto vbere famem matris lenientem. Itaque res ab ipſo ad Triumuirum, à Triumuiro, ad Prætorem, à Prætore ad Conſulum judicium perlata, remiſſionem pœnæ mulieri impetrand. Idem etiam lib. 8. cap. 4. de L. Calpurnio Triumuiro mentionem facit, à quo ſeruus quidam in crucem eſt actus. Apud Feſtum autem ſub verbo, Sacramentum, lex Papiria legitur de Triumuiris capitalibus. Sed ſuſpicor de mendo, & Monetalibus legendum putem Prat.

Triumviri Epulones. De his Triumuiris Cic. lib. 3. de orator. ita ſcribit: Sed vt Pontifices veteres, propter ſacrificiorum multitudinem tres viros epulones eſſe voluerunt, cum eſſent ipſi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent inſtituti. Ac poſterioribus temporibus Septemuiros epulones fuiſſe, intelligi poteſt ex Gellij lib. 1. c. 12. Meminit etiam Septemuirorum epulonum. Plinius lib. 2. epiſt. ad Arrianum. Et Lucan. lib. 1. canit: Septemvirque epulis Feſtus, Titiique ſodales.

Triumviri monetales, qui & Treuiri, auro, argento, ære flando feriundo conſtituti ſunt: vt ſcribit Pompon. in l. 2. §. 26. ff. de orig. iur. Itaque hoc ſic inſcribebant: A. A. A. F. F. Horum igitur munus erat, numiſmata probi auri & argenti, juſtique ponderis examinare. Hinc illud Ciceronis lib. de legib. 3. Æs, argentum, aurum, publice ſignato. Idem ad Trebatium de Treuiris Gallis iocans, Treuiros vites cenſeo: audio capitales eſſe, mallem auro, ære, argento eſſent, de illis enim, Galliæ populis loquitur, qui cum capitales bellicoſique eſſent, ludit cum in Treuirorum, tum in capitalium verbo. Idem enim eſt, ac ſi diceret: Mallem hos Treuiros pecunioſos eſſe, quam bellicoſos: vt Cæſare eos vincente, tu diteſceres. Apud Sext. Pomp. ſub voce Sacramentum, lex Papiria refertur de Triumuiris capitalibus, quam potius ad monetales pertinuiſſe arbitrater. Prat.

Triumviri nocturni incendijs arcendis præfuiſſe dicuntur apud vetuſtiores, à Paulo in l. 1. ff. de offic. præf. vigil. & ab eo, quod excubias agerent, nocturnos dictos eſſe: interueniſſe etiam nonnunquam & Æliles & Tribunos plebis, fuiſſeque familiam publicam, circa portam & muros diſpoſitam. vnde ſi opus eſſet, euocabatur. Dio vero lib. 55. ita ſcribit: [illegible] Dio vocat, qui vicorum magiſtri dicebatur, quos non ſemper prætexta vſos, ſed eo tantum tēpore, quo ludos cōpilatorios faciebant. Cic. in orat. Piſon & Aſconius in eodē ſignificat. tametſi ad Auguſtum hæc potius referenda ſunt, de quo Suetonius ita ſcribit: Spatium vrbis in regiones, vicoſque diuiſit, inſtituitque vt illas annui magiſtratus ſortito tuerentur, hos magiſtri è plebe cujuſque vicinorum lecti. Valerius autem Maximus lib. 8. cap. 1. de M. Militio, Cn. Lolio, L. Sextilio Triumuiris commemorat, qui quod ad incendium in ſacra via exortum, extinguendum tardis venerant, à Tribuno plebis die dicta ad populum damnati ſunt. Idem de P. Bilio Triumuiro nocturno, qui à P. Aquilio Tribuno pleb. accuſatus, judicio concidit, quia vigilias negligentius circumierat. Prat.

Triuncium, quod trium vnciarum eſt, Autb. de trient. & ſemiſſ. Spieg.

Trochlea apud ICtum Vlpianum in l. ſed addes 19. §. illud nobis 2. ff. locati varie deſcribitur: quoniam & ipſa non vnius generis eſt: vide Budæ: in annot. prior. Nebriſſ. ſcribit, trochleam inſtrumentum eſſe cum orbiculis ad eleuanda & deprimenda onera. Tympanum, inquit, & trochleas, quibus eleuatur prelum. vide Catonem capit. 136. de re ruſtic Prat.

Trophæum, monumentum dixere, nunc marmoreum, modo æneum, cum inſcriptione & titulis æuo perpetuo duraturis. Interdum, ſi materia non ſuppeteba, lapides in ingentem cumulum aggerendo, vel inſignem arborem excisis ramis, ibique hoſtium ſpolia ſtatuendo, in memoriam poſteritatis, bonis, & fortibus viris pro trophæis erigebant. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 1. cap. 22.

Trophima, meretrices nutricia eſt. τρέφειν ſignificare alere τροφὴ ἢ τρόφιμα nutricationem, ſeu nutricium Alciat. lib. 1 diſpunct c. 18. Extat in vulgatis exemplaribus in l. Publia Mæuia. §. fin. ff. depoſit.

Digitized by Google

depoſiti. Sed Haloander hunc in loco eam non agnoſcit. Spieg.

Tropva, ſecundum Scaurum, Quintilianum & Diomedem, eſt, cum ſermo à principali & naturali ſignificatione transfertur ad aliquam ſimilitudinem: vel à propria ſignificatione, ad non propriam: propter ornatum, neceſſitatem aut aſſeverationem; quæ & Emphaſis dicitur. Hinc emergunt allegoriæ, quæ potius theologiæ, & oratoriæ, quam juri conferunt, quod & Zaſ. indicavit. Quamvis, ipſo teſte, puritas Latini ſermonis in jure noſtro civili, quoad ejus fieri poterit, aſſerenda eſt. arg. l. Plautius, ff. de auro & arg. leg. Spieg.

Troxima vua, quæ matura & comeſtibilis, inepta vino, τρώξιμος maturus, comeſtibilis. Iuriſconſ. de verbo. ſign. l. ſi quis fundum Et quæ ejuſdem generis eſſent, quas non vini cauſſa haberemus: quas Græci Troximas appellant. Nebr. Prat.

Trvlla, vas eſt, quo è culina in lavatrinam aquam fundunt, atque ad alia ejuſmodi miniſteria comparatum. Pomp. de aur. & arg. le. l. & ſi. Veluti paropſidas inquit, tabulas, trullas: Paul. de. fund. inſtr. l. tabernæ. Trullæ, ait, quæ circa cœnam ſolent trajici Nebr. Alexandro Neapolitano trulla, eſt poculi genus: ſicut ſcyphus, Herculis: Cantharus, Liberi, modiolus, & phiala, lib. 3. Gen. dier. cap. 10. Quidam hoc vocabulum à transvolando deducunt, quod per eam aqua transvolet: tamen falluntur qui eam vas tantum aquarium putarunt. Cicer. Verrin. 6. Erat enim vas vinarium ex una gemma prægrandi, trulla excavata cum manubrio aureo, & Iuvenal. Satyr. 3. vide Cujac. 11. obſ. 7. Gothof. in d. l. tabernæ.

Trvphatores. Rhodig. in fin. cap. 8. lib. 11 adnotavit dignum ſcitu: Paſſim plebeja vtuntur multi voce, impoſtores deriſoresque dici triumphatores: indicans id ex media Græcia verbum eſſe. Spieg.

Trvtina, Græce τρυτάνη id libræ genus, quo vel minutiſſimũ ponderis momentum ſentitur. Latini quoque exactam æqualitatẽ, Æquilibrium appellant. Vnde & æqua lance fieri dicitur, quod pari jure fit, circa perſonarũ reſpectum. Ita Modeſt. de re jud. l. non tantum, ſub finem. Quod & in perſonam mulieris, æqua lance ſervari æquitatis ſuggerit ratio. Item. Iuſt. C. de nat. lib. Quapropter ſancimus, in hujuſmodi caſib. omnes liberos, ſive ante dotalia inſtrumenta editi ſint, ſive poſtea, vna eademque lance trutinati, l. cum quis à muliere, ad finem. Vnde Eraſm. in Adag. Eadem penſari trutina.

Trutina juſtius Alciat. libr. 4. de ver. ſign. & ſupra Æqua lance

Trvtinare, transferre, propenſiculare ex animo *Bey jhm erwegen*, vt apud Imp. in l. generaliter, C. de reb. cred. Spieg.

Trvtinari vna eademque lance, pro pari jure eſſe Iuſtin proverbij figura, dixit in l. cum quis 10. C. de nat. lib. in l. ſi. C. de judic. eſt cognoſcere. Prat.

Τρυφὴ Theophilo in §. interdum. Inſt. de obli. quæ ex delict. pro laſcivia. Prat.

Trvphvs, declinatur, nam τρυφὴ delicias, & τρυφᾶν delicios ſignificat. Vlpia. de ædil. edict. l. idẽ Offilius. Balbus, inquit, & blæſus, & truphus iſque qui tardius loquitur. Vbi tryphum pro blæſo, & qui quodam modo ex deliciis ſic loquitur. Nebr. qui corruptum non animadvertit hunc locum, quem Bud. cum eſſet Florentiæ in Piſanis Pandectis, vt ipſe ait, ita legit. An balbus, & blæſus & atypus, iſque qui tardius loquitur & varus & varius ſanus ſit? Nos. text. ſubſcribit. Hic autem Iuriſconſ. tria linguæ vitia blæſitatem, balbotiem hæſitantiamque expreſſit: & quartum, quod atypi nomine vocavit: exiſtimat Budæus ab etymologia vocabuli eos eſſe Atypos dictos, qui non ſatis expedito plectro linguæ vterentur, quaſi aërem non ferientes, vel quaſi non ſatis verba exprimentes, conformantesve. Spieg.

T V.

Tvâ non intereſt, Exceptio excluſoria. Siquidem actio non datur, niſi agentis interſit. Spieg.

Tva pecunia pro tibi debita, l. ſi pecuniam. C. neg. geſt. Alberic.

Tvas res tibi habeto, tuas res tibi agito. His verbis, vt Caius l. 2. de divorc. oſtendit, divortium apud veteres agebatur; quorum alteri reddit dotem, altero abdicit à ſe totoriamunus in rebus vxorijs. Hæc autem forma verborum preſcripta eſt, vt Eraſmus noſter in Chiliad. indicat, ne vel non ratum eſſet divortium, ſi nullis ſollennibus verbis peragetetur, vel in auſpicatum & odioſum, ſi verbis inciuilibus. Itidem, eodem autore Cajo, d. l. in diſcutiendis ſponſalibus, viſum eſt vti his verbis, Conditione tua non vtar. Hæc vero quomodo gratiam proverbij habebant, Eraſmus pulchre demonſtrat. Spieg.

Tvbi, & per diminutionem tubuli, ſunt canales fictiles, per quos fumus vltra parietem conducitur. De quibus meminit Iureconſult. in l. quidam Hyberus, in prin. ff. de ſerv. vrb. præd. dom refert, non licere tubulos habere admotos ad parietem communem. Ita enim ſcribendum eſt, non tribulos vt in vulgaris codicibus, & refert Senec. 14. an Lucil. antiquos parietibus tubos immiſiſſe, per quos circumfunderetur calor, quo ima ſimul & ſumma æqualiter fomentum caperent. De tubulis fictilibus meminit Vitruvius in 8. Ductus (inquiens) aquæ fiunt generibus tribus, rivis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu tubulis fictilibus, eos etiam ad alios vſus parari conſuetos invenimus, vt illi qui ſtillicidijs ponuntur, imbrium colligendorum gratia, vt ad ciſternas ſimul ducantur, de quibus Pli. Pinus, picea, & alni, ad aquarum ductus in tubos cavantur. Attic. apud Cic. in ſecundo de legibus.

Tvbvlarivs apud Marcell. in prin. lib. 28. Pitte tubulario Præfecti aliis ufficij [illegible]. Vide Turneb. 9 adverſ. 16. Gothoſr. ad l. 6. ibi tubarij, ff. de [illegible].

Tvbvli, marinulæ ſunt ferreæ, doleſæ tetragona formula, quæ in quamcunque parte [illegible], vnum aut plures aculeos in [illegible]os protrudunt. Bud. in annot. ad l. quidem Iberius, eod. tit. Spieg.

Tvbvs, ſive ſit fictilis, ſive ex alia materia, fiſtula eſt, per quam aqua deducitur. Vlpian de Cloac. l. 1. Cloacæ appellatione, & tubus, & fiſtulæ continentur. Hinc tubulus per diminutionem, eodem ſignificatu. Paulus alicubi pro cuniculo ſubterraneo poſuit: Hi colores, inquit, in eiſdem tubulis inveniuntur. Ad. de Fotrat. in Ac. arnu jur. civil. cap. 13. Prat.

Tvari ſervitutes pro conſervare apud Vlpian. l. 1. ff. de itin. actuque, priu.

Tveri ſe pro eo quod eſt ſuſtentare, tolerare, exhibere ſe, & alere in l. pen. & l. vlt. ff. de in rem verſo. l. 1. 9. ſed nonnullos, ff. de rorel. & rat. diſtr. Notandum eſt autem hoc verbum etiam paſſiua ſignificatione contra grammaticorum regulas vſurpari à Iureconſultis nõ ſemel. vt in l. 7. ff. de curatorib. fur. Conſilio, inquit Iuriſconſultus, & opera curatoris tueri debet non ſolum patrimonium ſed & corpus ac ſalus furioſi. Sic l. 17. ff de injuſto rupt. l. 30. ff. de liber cauſſ. l. 5 § ad eam autem, l. vlt. in fin. ff. de leg. præſt. l. 17. in fin. ff. de novalib. l. 3. C. de ſervit. l. 153. de decurionib in C. Th. Sic & Varro lib. 3 de re ruſt. c. 1. Et in pace à Ruſticis Rom. alebantur, & in bello ab his tuebantur. Vitruvius lib. 8 Res omnes non aliſine elementorum poteſtate, neque creſcere, nec tueri. Briſſ. Prat. Adde Cujac. ad l. ſi de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſta.

Tvgvrivm eſt omne ædificium, quod ruſticæ magis cuſtodiæ convenit, quam vrbanis ædibus, à tecto, autore Offilio, tanquam tegulatium dictum eadem plane ratione, qua toga quod ea tegamur: ait Iuriſconſ. in l. 180. de ver. ſig. hoc eſt. Tuguriũ eſt caſa ſeu domuncula ruſtica, viminea aut lignea cratibus ædificata, intextis ſtramentis aut arundinib. tegulis culmiſve temere congeſtis tecta, non vt ibi habitet paterfamilias, aut ruſtica familia, vel mancipia, aut fructus inſtrumentave recondantur cuſtodiæ cauſſa, ſed ſolummodo, vt quæ ibi ſunt, ab imbrib. ac pluvijs, vel nimia ſolis impreſſione defendantur. Ejuſmodi ſunt caſæ opilionum: & quæ in fundo paſcuo, aut vbi jus aquandi habemus, habentur pecoris recipiendi gratia, ſi aut nimius æſtus moleſtus ſit, aut hyems vehementer premat, l. 6. in fin ff. de ſerv. ruſt. præd. quo ſenſu etiam apud Virgil. 1. Eclog. Melibœus:

Et nunquam patrios longe poſt tempore fines.
pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.
Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

Ejuſmodi ſunt & caſæ piſcatoriæ, & ejus generis aliæ quas in littore ponere licet, l. 5. de rerum diviſ. niſi quod caſarum nomen generalius: quia & vrbanæ eſſe poſſunt: tuguria autem ſola ſunt ruſticæ, ruſtico vſui inſervientia. Eſt igitur tugurium ſpecies caſæ, atque ita ſpecies ædificij ruſtici, non omne ædificium ruſticum. Nonne hæc cum Pomponio, qui dicit, tugurij appellatione omne ædificium ruſticum ſignificari, pugnant; Hoc Alciatus in d. l. 180. arbitratur, Sane inquit, Iuriſconſultus videtur tugurium accipere pro quacunque domo ruſtica: quod ita ſimpliciter verum non eſt, quæ enim parietibus & tegulis lateritijs (ordine diſpoſitis ſcilicet) conſtat, tugurium non eſt: ſed fallitur. Non enim hæc erat mens Pomponij: verba enim illa omne ædificium ſtatim reſtringit, & ad formam tugurij revocat his verbis, quæ ruſticæ magis, & quaſi dicat tugurium eſt omne ædificium ruſticum, quod ruſticæ magis, quam cuſtodiæ vrbanæ convenit, ſeu quod nullam ædificij vrbani formam habet. Vrbani ædificij proprium eſt, vt vrbano vſui inſerviat: forma igitur ejus eſt, quæ magis ad vſum vrbanum habitandi & cuſtodiendi à furibus, raptoribus, aliiſque ſimilibus, ſit apta, quam vt ſolummodo ab aëris iniuriâ defendat: At ruſtica cuſtodia ſola defenſione à pluvijs æſtu & gelu contenta eſt: ſuſius vide Gothofredum in comm. add. l. 180. n. 4. 5 de ver. ſig.

Tvstvs vocabulum raro inventu. Paulus ſtatico de vac. mun. l. legato. Qui publicum, inquit, negotium tuitus ſit. Cæteri Iuriſconſulti frequenter dixere Tuitionem. Spieg.

Tvllianvs locus carcer quidam fuit apud Romanos, vt refert Goth. in not. ad l. 8. 9 ff de pœn.

Tvlli Hoſtilij Romani regis (quem quidem fulmine cum tota domo conflagraſſe ſcribunt, alij incenſam ejus domum ab Anco Martio, qui poſtea regnavit affirmant) Vlpian. de offic. quæſt. meminit his verbis: Sed ſicut dubium eſt, an à Romulo & Numa regnante Quæſtor fuerit: ita à Tullo Hoſtilio rege Quæſtores fuiſſe, certum eſt Et ſane crebrior apud

veteres opinio eſt, Tullum Hoſtilium primum in Rempublicam induxiſſe Quæſtores, & à genere quærendi Quæſtores initio dictos & Iunius, Trebatius, & Feneſtella ſcribunt.

Tvllii cognomento Ciceronis oratoria omnium Latinorum facile principis, de Republica quos ſex ſcripſit libros, à quibus S. Auguſtinus nonnulla in ſuam Ciuitatem tranſtulerit, non extare noſter Alberic. in dictione Tullij, ſingulariter indicauit. Viues non dubitat, quin opus fuerit admirabile, faciens ex his fragmentis, quæ vidit, conjecturam Sed Tulli, vnde Tullij ſunt, ſignificati veteri lingua, neſcio quid quaſi eruptionis riuorumque aquæ tradunt. Camerarius ait: Ciceronum quidem cognomentum, à legumine, factum apparet: vt Fabiorum, Piſonum, Lentulorum. Non deſunt qui ſcribant, verrucam, quæ in ore vt cicercula extitiſſet, cognomen cum hoc addidiſſe ei, qui primus ex hac familia ita fuerit appellatus. Tryphon. Tullum citat in tractatu de pœni. leg. Cic.

Tvmidа negotia dicuntur, cum erumpunt ſeditiones & bella, vt ait Interpres. Ciceronis Epiſtolarum ad Atticum. Spieg.

Tvmpana: vide Tympana.

Tvmvltvosvs, qui turbas excitare ſolitus eſt. Calliſt. l. fi. de offic. procur. Cæſ. loquens: Si tamen, inquit, quaſi tumultuoſum, vel iniurioſum aduerſus colonos prohibuerint in prædiis Cæſariana accidere, abſtinere debebit.

Tvmvltvs vocabulum, in l. 1. §. ff. depoſiti, quomodo intelligendum ſit, ab Accurſio, & qui eum ſequuntur: parum animaduerſum eſſe, Budæus putat: quem vide ibidem. Accipitur autem pro omni motu periculoſo, præcipue populari, & rapide facto, *Emporung*. Hinc cunctando quandoque conceditur, quod alioqui negatum eſſet, l. pen. ff. ad legem Corn. de ſicar. Maieſtatis criminis reus qui aduerſus Rempublicam ſeditionis, tumultuſve auctor eſt, l. 1. in fi. ad leg. Iul. Majeſt. Tumultum autem ſedare, rem eſſe neceſſariam, Imp. pronunciat, in Auth. de Mand. prin. Spieg.

Tvmvlvs honorarius Græcis κενοτάφιον dicitur, id eſt, inane ſepulchrum, vt not. Bud. ex Sueton. in Claudio: Exercitus honorarium Druſo tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die miles decurreret, Galliarumque ciuitates ſupplicarent.

Quoniam tamen antiquis magna ſemper fuit etiam horum honorariorum tumulorum veneratio, vt videmus ex Sueton. Equitum decurſione, ciuitatumque annua ſupplicatione honoratum publice Druſi tumulum, vix aliter credi poteſt, quam eos quoque religioſos fuiſſe habitos, vt teſtatur Martianus Lin... antum, κενοτάφιον quoque magis placet eſſe locum religioſum, ſicut teſtis locaſſe eſt Verg. lib. 3. Æneid.

Libabat cineri Andromacha maneſque vocabat.
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem.
Et geminas, cauſam lachrymis, ſacrauerat aras

Sed Diui fratres contra reſcripſerunt, vt ait Vlpia. Hos ſcilicet honoris cauſa poſitos tumulos non eſſe religioſos, quia tecta nullum in eis ſit corpus hominis ſepultum. Connan. lib. 3. c. de reb. diui. 1. n. 4.

Tvno particula, præcedit & taxat extremitatem temporis, l. ſi iis ſub ſi. de cond. & demon. cum concord. in gl. Adde his quæ de hac voce notat Bart. in l. ſubſtitutione, ff. de vulg. & pupil. ſubſti. & in l. illa, ff. de verb. obl. & in l. tutoribus ff. de teſt. tut. & in l. lecta. ff. ſi cert. peta. Spieg.

Tvnc in edictis. Vnde vi his verbis. Quæque ibi tunc habois ſic accipimus, tunc cum deiiceretur, l. 1. §. rectiſſime, ff. de vi & vi arm. In hac oratione, Si in quinquennio filius Titio naſcatur, tunc hæres data, Articulus Tunc extremi quinquennij tempus ſignificat, l. 8. in fi. ff de cond. & demonſt. Tunc ex hac die in l. 126. in prin. ff. de verb. obl. quod vulgo dicimus, Ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc. Briſſ. Prat.

Tvnc temporis, idem quod tum, c. 1. de major. & obed. li 6 referturque ad omne tempus. Tunc demum, pro tunc tandem Vlp. in fin. l. 2. de do. mort. cauſa. Sed tunc demum, cum mors fuerit inſecuta. Spieg.

Tvnica proprie dicitur, quam ſubuculam, vel induſium vocamus: Pallium, quo illam tegimus: quamvis ſæpe aliis penulis dicantur. Lege poſt Bud. in l vlt. de Seo. Bayf. de re veſt. Spieg.

Tvnica veſtis breuior, & interior: ei enim toga ſuperimpoſita, crura & tibias contegebat. Paul. l. 1. ff. de contrah. empt. Sed an ſine nummis venditio dici hodieque poſſit, dubitatur: veluti ſi ego togam dedi, vt tunicam acciperem. Hæc Paolus. Plutar. autem in vita Coriolani & in Prolem. Catonem tradit ſcriptis reliquiſſe, fuiſſe ſui more vt candidati ſine tunicis venirent ad ſupplicandum populo, ſola toga candida, eaque recincta indusi. Aſconius autem in Orat. pro Sextio, & Val. Max. lib. 5. c. 6. aiunt Catonem Prætorem judicium Scauri, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuiſſe campeſtri ſub toga cinctum: in forum quoque ſic deſcendiſſe iuſque dixiſſe, idque repetiiſſe ex vetere conſuetudine, ſecundum quam & Romuli æratis ſtatuæ in capitolio, & in Roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis. Hot. Prat.

Tvnicam palmatam Petronius vnà cum Budæo dici exiſtimat à palma in ea intexta. At Feſtus palmatam dici tradidit, a latitudine clauorum, qui fere palmæ orbem æquarent. Eſt enim tunica palmata, & latus clauus idem. Græci tunicam hanc palmatam ſiue latum clauum Platyſemon appellabant, quaſi latis ſignis aut clauis ſignatam, &c. Vide Latus clauus, &c.

Tvrba multitudo eſt: turbæ in pluralis, moleſtiæ, contentiones; Vlp. in l. 4. de turba. Turbam autem, inquit, appellatam Labeo ait, ex genere tumultus: idque verbum ex Græco tractum, τυρβάζειν. Si duo rixam commiſerint, vtique non accipimus in turba id factum: quia duo, turba non proprie dicuntur. Si vero fuerint decem aut quindecim homines, turba dicetur. Vide Alciat. paulo ante fin. lib. 4. de ver. ſig. Spieg.

Tvrba & rixa multum differunt: ait Vlp namque turba multitudinis hominum eſt turbatio & cœtus, Rixa, etiam duorum, l. 4. §. 1. ff. vbi bon. raptor. vbi turbam appellatam Labeonis ex genere tumultus: idque verbum ex Græco tractum. ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν Hot. Prat. Ita in edicto à Prætore de damno quod in turba datum eſt propoſito, in turba factum accipimus, quod decem aut quindecim hominibus coactis factum eſt, l. 4. in princ. & §. 1. ff vi bon. rapt. Briſſ.

Tvrbare poſſeſſionem alienam quid ſit, explanat glo. in l. vim facit, ff de vi & armata. Spieg.

Tvrbare ſigna eſt confundere & permiſcere, ſic vt agnoſci jam non poſſint l. 22. §. ſi ſigna, ff. qui teſt. fac. Quint. lib. 12. c. 8. Denique linum ruptum aut turbata cera, aut ſine adgnitione ſigna frequenter inuenies Prat. Briſſ.

Tvrbare rationem ſibi commiſſam eſt conturbare l. 1. in fin. ff. de ſeru. corrupt. Briſſ.

Tvrbari dicitur ciuitas, quando ratione alicuius caſus homines relinquunt artes, & miniſteria ſua, ita, eleganter Bald. in l. obſeruare. § antequam, ff. de off. procon. & Liuſerens ad quæſt. ſtatuti Florentini, vt per eum, quod putat notandum. Cott.

Tvrbassit, verbum XII. Tabularum, antiquum, pro turbauerit. Aſt qui turbaſſit in agendo, fraus auctoris eſto. Spieg. Prat.

Tvrbato ordine mortalitatis, l. nam etſi, ff. de inoff. teſt. Spieg.

Tvrbo, qui & Preſter vocatur ab Ariſt. li. 2. Meteor. inter violentos ponitur ventos: à Iureconſ. ſub nomine Vis diuinæ, atque majoris etiam, quæ non debet conductori damnoſa eſſe, de qua vide l. ſi merces, §. vis major. ff locati. Bud. in l. ex conducto, §. ſed & ſi labes, Hoc eodem in tit. Turbinis meminit Iuſtin. in §. aut arboribus. Inſt. de empt. & vend. Spieg.

Tvrbo quoque nomen viri eſt, apud Paulinum in l. 19 ff. qui potior. in pign. Turbo, inquit, apud alium judicem victus appellauerat: quærebatur, verum tertius creditor etiam Turbonem ſuperare deberet, & alibi in eadem leg.

Tvrbvlentvs pro irato, commoto l. 1. ſi quis Imp. maledix.

Tvrdetania, eadem quæ & Betica, nunc Granata, de cuius opulentia Strabo lib. 3. mirando.

Tvrma quaſi terma 30. equites, hoc eſt 3. Decurias recipit, qui honore præſtant, & ordine. Sed turma proprie ex equitibus: Centuria vero fit ex peditib. Alex. de Alex. Geotal. dier. lib. 1. c. 5. Has quoque tribus veteres nuncupatunt: & qui his præeſſent, Tribunos dixere. Spieg. Prat.

Tvrmarii l. 1. C. de priuil. eor. qui ſac. pal. mil. qui turmas tyronum cogebant. Prat.

Tvrpe, contrarium pulchro, ad corpus & ad animum refertur. Pro inhoneſto apud multos doct. crebrum eſt, vt turpia quæſitus turpiter in feudum conceditur. Itaque recte exiſtimat Zaſ. neutiquam feeodum eſſe, quod quidam Prælati Feudum conſtituerunt ex quæſtu inſono, vulgo *Scholder*, *Einſigel*: cui nec admodum probatus videtur reditus ille, qui prouenit ex Epiſcopalium ſigillorum quæſtu. De quo vide cum tit. quæ res in feud. dari poſſ. Spieg.

Tvrpe lucrum dicitur, quicquid illicitis modis acquiritur, adeo vt ab hærede quoque extorqueatur. Spieg.

Tvrpia quoque lucra ſunt ob falſum teſtimonium, ob gratioſam ſententiam, aut alias turpiter & ſcelere quæſita, l. 5. ff. de calumniat. l. 19. §. vlt. ff. quod met. cauſ. Prat. Briſſ.

Tvrpes conditiones, quæ inhoneſtæ & contra bonos mores ſunt, l. 63. § ſi ſub conditione, ff. ad Trebell. l. 112. §. penult. ff. de leg. lib. 1. Briſſ. Prat.

Tvrpes perſonæ ſunt famoſæ & inhoneſtæ perſonæ, veluti lenones, meretrices, viſpilliones, harenarij, hiſtriones, pantomimi, l. 3. ff. ſi quis à paren. 74. §. pen. ff. de ſolution. l. 27. C. de inoff. teſtam. l. 7 & l. 63. §. ſi ſub conditione, & §. ſi vero nominis, ff. ad Trebell. l. 22. §. necnon illud, ff. ſolut. matr. l. 12. de ſcenic. in C. th. & item in l. 57. ff. de teſtam. tut. l. 12. ff. de ſponſalib. l. 3. § Iulianus, in fi. ff. de lib. exhib. Sed & alias turpe plerunque ſignificat famoſum & quod infamiam irrogat. Sic Turpes actiones, turpiaque judicia, appellantur, quæ damnatis infamiam inferunt, ἀτιμωτικὰς ἀγωγάς vocat Theophilus in §. ex quibuſdam. Inſtit. de pœn. tem. litig. Quales ſunt injuriarum vi bonorum raptorum, ſerui corrupti, rerum amotarum, tutelæ, fiduciæ, mandati, pro ſocio, depoſiti, l. 56. ff. pro ſoc. l. 2. ff. rer. amot. l. 1. ff. de his qui not. infa. Ita turpe tutelæ judicium dixit Cicer. lib. 1. de orat. Et pro Cæcinna, turpe judicium dari aduerſus eum, qui tutelam fraudaſſet. Itemq. turpia Mandati,

Mandati, pro ſocio, depoſiti, judicia appellat in oratio. pro Roſcio Com. Sic turpi judicio damnatos apud eundum in oratio. pro Cluen. interpretatur, qui eo judicio damnati ſunt, quod infamiæ notam inurit. Briſſ. Prat.

Tvrpia legata dicuntur, quæ denotandi magis legatarij cauſa ſcribuntur, l. 54. ff. de legat. 1. Prat. Briſſ.

Tvrpis inſtitutio, l. 9. ff. de liber. & poſthum. Prat.

Tvrpis pactio, l. 7. ff. de his qui not. infam. Prat.

Tvrpe arbiter, id eſt, pecunia corruptus, l. ſed & ſi ſeruum, §. ſunt & alij, ff. de arb. Spieg. Prat.

Tvrpissima vita paupertatis obtentu non excuſanda, l. palam, ff. de ritu. nupt. Spieg. Prat.

Tvrpiter datur quod meretrici datur: Item quod datur, vt male judicetur, l. 3. l. 4. §. ſed quod meretrici, ff. de condict. ob turp. cauſ. Prat. Briſſ.

Tvrpiter accipitur quod in hoc accipitur, vt res depoſita, vel commodata reddatur, l. 5. ff. de tut. & ration. diſtrah. l. vlt. ff. de cond. ob turp. Briſſon. Prat.

Tvrpiter feciſſe dicitur, qui in dando auro ſubjicit æs, l. 36. ff. de pign. act.

Tvrpitvdo, ſignificat deformitatem, ſed animi fere tantum, Græcis paulo latius patet vocabulū *αἶσχος*, & de corpore quoque dicitur. Proinde, vt maxima noſtris eſt. Turpitudinem ſuam hoc eſt, quod turpiter, inhoneſte, indecoreque fecit, nemini licet allegare, leg. palam, ff. de ritu nupt. l. tranſactione finita, C. de tranſact. cum ſimil. Qua de re latius commentantur Bart. & Dd. in l. 1. de cond. ob turpem cauſſ. & in l. tutela. Cod. de integ. reſt. ſed copioſius in leg. juſiurandum quod conuent. § procurator. Haud tamen perpetua eſt, nam in quibuſdam caſib. fallit, quos recitat. Felin. in cap. latur. in pri. de re jud. Spieg.

Tvrris Stratonis, Ptolemæo quis dicatur, vide Goth. in not. ad l. 8. §. 7. de cenſib.

Tvs à tudendo, ſine aſpiratione, dicitur. Soſipater lib. 1. pag. 75. Iulius Modeſtinus *ἀπὸ τοῦ θύειν*, tractum dicit. Ita Thus ſcribendum eſſet.

Tvsciæ Italiæ regionis celebris meminit Alberic. quo loco indicat ſe in Tit. Liuij, tum aliorum id genus autorum libris eſſe verſatum. Scæuola in l. vxorem, §. codicillis, de leg. 3. Spieg.

Tvscvlanvs fundus, l. 74. & l. 75. § vlt. ff. de verb. oblig.

Tvtela, pro conſeruatione. Florentinus leg. vt vim, de juſt. & jur. quod quiſque ob tutelam *zu erretung*, corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimetur. Hoc juriſcon. dictum pulchre explanat. Salomonius in Comment. ad hanc leg. tametſi quædam à vulgo traditis diſcrepent: ſed quæ veterum Iuriſconſultorum reſponſis confirmantur. Tranſlate poſitum pro ſuſtentatione, refectione, reperies apud Papinianum in l. diuortio, §. fin. ſolut. matrim. Continetur & tutelæ appellatione Cura. l. cum pater, ff. de cond. & demonſt. Sic Tutor, qui dicitur quaſi tuitor, id eſt, defenſor, l. 1. & Inſtit. de tutel. Pro curatore interdum ponitur, leg. cum quidam, ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Albet. falſe dicit. Sed hodie communiter magis dici poſſunt Tullitores, quam tutores, qui communiter tollunt, & furantur bona pupillorum.

Tvtela eſt jus tuendi impuberis pupilli. Vult. in comm. Inſtit. §. eſt autem tutela, 5. nu. 1.

Tvtela eſt duplex, alia à lege ipſa data: alia permiſſa dari. Data à lege ipſa, per eminentiam dicitur legitima tutela: permiſſa dari dicitur datiua: & rurſus permittitur illa dari, vel à priuato in teſtamento, vel à magiſtratu, l. 1. ff. de teſtam. tutela. l. 1. ff. de tutor. vel curat. daris. Vnde datiuæ tutelæ rurſus duæ ſunt ſpecies, vna quæ dicitur teſtamentaria & altera quæ dicitur honoraria. Vult. in d. §. autem tutela, 1. n. 7.

Tvtela eſt perſonarum, quæ ſeſe tueri non poſſunt: Cura eſt perſonarum, quæ ſe quidem tueri poſſunt ſed non bona ſua l. cum plures, 12. §. cum tutor, ff. de adminiſt. & peric. tutor. l. propter. 31. § licet, ff. de excuſat. l. conſilio, 7. de curat. furioſ.

Tvtela eſt jus atque poteſtas in capite libero conſtituta, ad tuendum eum, qui propter ætatem (quæ ſecundum Iuriſconſultos eſt vſque ad pubertatem, id eſt, ad 14. annum: nam inde vſque ad 25. dantur curatores, qui etiam furioſis & mente captis dari ſolent) ſponte ſe defendere nequit, jure ciuili data, atque permiſſa. Vnde tutores dicuntur, qui eam vim atque poteſtatem habent. Eſt autem tutela duplex: teſtamentaria, & legitima, quarum meminit, preter noſtros Iuriſconſultos, ex hujuſmodi XII. Tabul. tutores liberis in poteſtate teſtamento parentes danto. Si non ſint dati, adgnati, qui ſucceſſionem ſperant, ſunto. Teſtamentaria tutela eſt, quæ teſtamento, ſiue codicillis dat tutores. Pro hoc facit bonus textus in l. 3. ff. de teſtam. tut. Legitima autem tutela, quæ ab inteſtato ex lege XII. tabul. agnatos efficit tutores, dicta legitima, quod adgnati ipſi vocentur legitimi, §. 2. Inſt. de legit. agnat. tutel. Vide Cujac. 1. obſeru. 26. Hæc vero tutela (ſicut Vlpian. ait) adgnatis, qui ad legitimam hæreditatem admitti poſſunt, & patronis, ſumma prudentia leg. XII. tabul. delata eſt, vt, qui ſucceſſionem ſperarent, bona tuerentur. Adgnatis quidem ſpecialiter & nominatim, ſed patronis per interpretationem, & conſequentias hæreditatum delata eſt, vt eleganter dicti Iuſtinianus & Vlpianus oſtendunt. Poteſt itaque pater filio tutorem, & ſubſtitutum eidem tutorem dare, vt è verbis Pauli Iuriſconſulti ſub titulo, de excuſ. tut. interpretes juris ciuilis colligunt. Si tamen aliqua ſit ſuſpicio, ne ſucceſſuri pupillo inſidientur, tunc juxta mentem hujuſmodi leg. XII. Tab. Suſpecti tutores remouentur Anchar.

Tvtelæ actio eſt actio quæ datur tutela finita, quia abſurdum videtur rationes adminiſtrationis deſiderari ab eo, qui adhuc adminiſtrat, l. niſi finita l. ſi tutor. §. abſurdum, ff. de tutel. & rat. diſtrah. quod hodie ſecus eſt: ſiquidem durante tutela ſingulis annis tutor rationem reddere compelli poteſt, ſicut quia cleric. ægrot. in 6. quod idem ſtatuit Carolus. V. in Comitiis liber adminiſtrator alius, per Clem. 1. de relig. domib. & c. 1. de Auguſtanis anno 1548. *in der Polyceyordnung*. repetita poſtea à Rodolpho. II. anno 1577. Francofurti. Et datur hæc actio inter eos qui fuerunt tutores, & pupilli, & in Codice vocatur arbitrium tutelæ, quæ & ipſa ex vna parte directa eſt, altera contraria: Directa datur pupillo aduerſus tutorem ad reddendam adminiſtrationis ſuæ rationem, & ſoluendum, quicquid reliquorum nomine debet, l. tutorem, C. arbitr. tutel. & quod dolo aut culpa ejus lata vel leui amiſſum eſt, non acquiſitum, l. 1. ff. de tut. & rat. diſtrah. In quo venit, vt rationes actus ſui conficiat, & pupillo reddat, vt ſi non fecit, aut factas non exhibet, eo nomine tutelæ judicio teneatur. Contraria datur tutori aduerſus pupillum ejus rei nomine: quod ipſi ex tutela ejuſque adminiſtratione abeſt, de qua videt. titu. ff. de tut & rat. diſtrah. & li. 5. C à tit. 51. vſque ad tit. 59. Quare ſi tutor bona fide litem mouit, & ſumptus fecit, aut ſi quid aliud geſſit pro vtilitate populi, hoc judicio contrario indemnitatem conſequetur, atque adeo de omnibus aliis, quæ ei propter tutelam abſunt. Ita tamen repetuntur ſumptus ſi expediat pupillo ita tutelam adminiſtrari. Sufficit autem bene & diligenter negocia geſſiſſe, etiamſi euentum aduerſum habuit, quod geſtum eſt, l. 3. l. quid ergo, ff. de contr. tutel. Act. Vult. ad § actionum 25. n. 38 & ſeq. Inſt. de act.

Tvtelæ & curæ differentia hæc eſt: Tutela eſt perſonarum, cura vero bonorum. Cujac. Not. ad lib. 1. Inſt. titu. de excu. tut. & curat. §. pupillorum tutela.

Tvtelæ affectatæ illæ videntur ſemper, quæ modicæ rei ſunt ſine vllo aut ſane exiguo cum onere. Cujac. ad l. 2. de excuſat.

Tvtelam reddere, tutelæ rationes reddere Iuriſconſultis ſignificat, l. 2. §. eiquoque, ff de jud. l. 21. ff. de tutel. & rat. diſt. l. vnic. in fi. ff ſi penden. appell. Dicunt & eodem ſenſu, reſtituere tutelam. l. 7. § vlt. l. 18 in fi ff. de adm. tut. l. 1. §. vlt. ff. de vſur. l. 51. in fi ff de annu. leg. l. 1 §. ex illa, ff. ad leg. Corn. de falſ. l. tutorem, pup. ſal. fo. l. pen. C de ſuſp. tutor. Sic tutelam exigere & tutelam repoſcere pro tutelæ rationes repoſcere, in l. 13. ff. de tut. & rat. diſt. l. 30. de adm. tut. Et recipere tutelam Suet. in Claudio cap. 2. Diu etiam atque poſt tutelam receptam alieni juris & ſine pædagogo fuit, id eſt, poſt pubertatem. In ſuam tutelam venire, & ſuæ tutelæ effici, eſt ad pubertatem peruenire, l. 7 § 1 ff. de admin. tut. l 8 § 1. ff. de ſecund. tab. l 39. ff de vulg. & pup. l. 34. in fi. de hæred. inſt. l. vlt. ff. de jure delib. l. 38. ff. de leg. 1. Sic in edicto prætoris de miſſione in poſſeſſionem verba hæc, Si pupillus in ſuam tutelam venerit accipienda ſunt, l. 5. §. ait Prætor. ff. quib. ex cau. in poſſ. eat. Proinde ſi filiæfam. ita legatum ſit, cum in tutelam ſuam peruenerit, tunc debebitur, cum vitipotens facta fuerit, l. 52. ff. de leg. li. 3. Nec vero Ictis tantum, ſed & aliis Latinis auctor, hujuſmodi locutio placuit. Cicero quidem cum alias ſæpius, tum in lib. de orato. ita locutus eſt. Neque itaque niſi poſthumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniſſet, mortuus eſſet, hæredem eum eſſe poſſe, qui ſecundum poſthumum & natum & mortuum eſſet, hæres inſtitutus. Idem lib. 2. de Inuent. Quidam pupillum hæredem fecit, pupillus autem ante mortuus eſt, quam in ſuam tutelam veniret. Porro interdum ea verba ſignificant, Cum in ſuam tutelam & poteſtatem peruenerit. Quod ex conjecturis erit æſtimandum. Interdum etiam 25. annum hæc verba demonſtrant, ſi ea mens fuerit loquentis teſtatoris, l. 36. in fin. ff. de legatis tertio. In qua Vlpianus ex voluntate teſtantis aliam atque aliam hæc verba recipere interpretationem docet. Briſſ. Prat.

Tvtela mulieris multum differt à pupillari, & idcirco ſimul atque vitipotens eſſe cœperat filiafamilias, & per hoc tutela pupillari liberari, tunc ea quodammodo in ſuam peruenire tutelam dicebatur. Idque ad Sabinum lib. 4. ſibi videtur Paulus voluiſſe cap. 51. de leg. 3. Nec id adeo mirum: Nam mulierum tutores non geſſiſſe negotia, ſed auctoritatem duntaxat interpoſuiſſe, auctor eſt in fragmentis Vlp. tit. 11. Teſtatur etiam pro Muræna Cicero, genus quoddam fuiſſe tutorum, quod poteſtate mulierum continebatur: ſatis per hoc indicans quodammodo in ſuam tutelam mulieres vitipotentes peruenire. Ridet enim Iuriſconſultos Cicero, qui cum auctores fuerint muliebris tutelæ, illud efficere non potuerunt, vt mulieres in

tutorum poteſtate eſſent, ſiquidem in mulierum poteſtate tutores potius videntur fuiſſe, quam fuerint in tutorum poteſtate mulieres Ræuard. l. 17. ad tit. Pand. de diuerſ. reg. juris.

Tutelaris caussa, in eſt quam tutor pupilli nomine intendit. Vlpianus l. 4 ff. de in lit. jur. Videamus in tutelari cauſſa quis juret, & aduerſus quem poſſit. Hotom. Prat.

In Tuto eſſe dicitur, cum in ſtipulationibus res de qua agitur eo modo accipitur, qui non eſt juri communi repugnans, alioqui ſubuerteretur ſtipulatio, quod autem euerti poteſt, non eſt in tuto. Sic Cicero ad Heren. Tute viuit, qui honeſte viuit. Connan lib. 6. cap. de ſtipul. cer. & incert & fact. 3. n. 5.

Tutor, defenſor pupilli, qui ante omnia perſonæ attribuitur pupillari, vt eum alat. l. dum plures, §. cum tutor. ff de admin. tut. & tit. C. de alimen. pupill. præſtan. Deinde ne res pupillares neglectæ peſſum eant, aut vitientur, ad tutoris officium pertinet, l. propter litem, § licet datur, de excuſ. tut. E diuerſo Curator in primis conſtituitur, vt rebus minutis ſedulo proſpiciat: deinde, vt perſonis opera ſua adſit, juxta l. diuus Marcus, ff. de offic præſi. cum ſimilib. Vnde fit, quod appellatione tutoris aliquando contineatur curator, vt in l 2. ff. de tut. & curat. dat. ab his Et in l. pater, §. conditionum verba, ff. de conditiou. & demonſt. nihilominus etiam tutorem eum appellamus, qui magis negligit, quam pupillum tuetur. Vide Alciat. in comm. ad leg. inde tabernacula, verborum ſign. Spieg.

Tutor dari poteſt non ſolum præſens præſenti, ſed etiam abſens præſenti, & contra l. 5. de tuto. & curat. dat. ab his, modo is, qui datur, ejuſdem ſi prouinciæ vel municipij, l. 1. l. 5. eod. Præſenti & abſenti, modo intra centeſimum lapidem hæreat. Tutori dato quinquaginta dies ad excuſandum ſe conceduntur: vltra vero centeſimum lapidem abſenti adhuc connumerantur in ſingula viginti millia paſſuum ſinguli dies, eoque amplius triginta. Godd in comm. de verb. ſign. l. 73. §. 1. n. 1.

Tutor & curator quomodo differant, exponit Modeſt. 7. differentiarum. Primo namque ventri curator datur ex edicto Prætoris non tutor: quia nec prætor tutorem facere potuit: Secundo tutorem habenti tutor non datur. Curatorem autem habenti curator dari poteſt: cujus differentiæ rationem tradit Cujac. lib. 5 C. tit. 36. vide eundem Cujac. 17. obſ. 7. vbi plures differentias tradit.

Tutores ſunt qui vim ac poteſtatem in pupillos habent: exque re ipſa nomen ceperunt, itaque appellantur Tutores, quaſi Tuitores atque defenſores: ſicut Æditui dicuntur, qui ædes tuentur, l. 1. ff. de tutelis Eorum autem tria ſunt genera, nam alij dicuntur Teſtamentarij, alij Legitimi, alij moribus inducti.

Teſtamentarij ſunt, quos paterfam. impuberi filios itemque nepoti, quem tamen non patris, ſed ſuæ poteſtati relicturus eſt, in ſuo teſtamento conſtituit, l. 1. & paſſ ff. de teſt. tut. Legitimi ſunt (vt apud Vlpian. in Inſt.) qui ex lege aliqua deſcendunt, per eminentiam autem Legitimi dicuntur, qui ex lege XII. tabul. introducuntur, ſeu propalà, quales ſunt agnati: ſeu per conſequentiam, quales ſunt patroni, l. 1. & paſſ. ff. de legit. tut Moribus inducti: vide, Tutor Prætorianus. Hotom. Prat. Differentia autem tutorem hæc eſt, quod tutores teſtamentarij & datiui dentur, & legitimi vero non dentur, l. 5. ff de leg. tut. Cujac. ad l. 15. de excuſ.

Tutores Atiliani dicuntur, qui ex Atilia dati ſunt: quæ jubet mulieribus, pupilliſve non habentibus tutores dari à prætore & majori parte tribunorum plebis. Vlp. tit. 2. Hoto.

Tutor Ceſſitius appellatur is, cui in jure tutela ceſſa eſt, qui ſiue mortuus fuerit, ſiue alii tutelam ceſſerit, redit ad legitimum tutorem tutela: ſed & ſi legitimus deceſſerit, aut capite minutus fuerit, Ceſſitia quoque tutela extinguitur. Vlp. cap. Inſtit. 11. Hot. Prat.

Tutores datiui appellantur, qui teſtamento nominatim dati ſunt: hos enim lex 12. confirmat, vt ait Vlpian. c. Inſt. 11. Datiuum tamen pro Atiliano aut Iuliano Modeſt. poſuit in l. 7. ff. rem pup. ſal. for. vbi Teſtamentarij, qui propter Datiui ſuos à Datiuis diſtinguuntur, & Iuſtin. in l. 40. C. de epiſc. & cleric. vbi teſtamentarias tutelas à Datiuis ſeparat. Hotoman Prat.

Tutor falſus eſt, qui vel tutorem habenti datus eſt, vel ſi furioſus datus eſt & ob eam rem tutoriam tutelam præſtare non poſſit, vel ſi ad aliam regionem ſit datus. Ejuſmodi tutor perinde habetur ac ſi tutor non eſſet, vt traditum eſt ab Vlpiano in l. 1 ff. de quo ſalſ. tuto. autor. geſt. eſſe dica. Brechæus in l. Paulus reſpondit: ff. de verb. ſign. & Goeddæus in eadem lege.

Tutor fiduciarius dicitur, qui liberum caput mancipatum ſibi, vel à parente, vel à coemptore manomiſit: idque per ſimilitudinem patroni. Vlpian. cap. Inſt. 11. vel ſic. Hotom. Prat.

Tutor fiduciarius, proprie eſt pater fiduciarius, cui pater naturalis filium emancipauit, ea lege vt manumitteret: vel pater naturalis, qui in emancipatione manumiſſor extitit contracta fiducia, quod nomen tranſmiſit in liberos ſuos fratres impuberis emancipati, & permanet in eis etiam hodie, non in eo autem patrone, qui cœpit haberi pro legitimo tutore, quaſi patronus. Cujac. ad Africanum tract. 4. fol. 40.

Tutor fiduciarius is proprie dicitur, qui cum pater eſſet fiduciarius filium ſibi mancipatum manumiſit, nec remancipauit, hæc Vlpianus in Inſtitut. Ponamus ergo contractam fuiſſe fiduciam, id eſt, vltro citroque factam emancipationem, patremque fiduciarium vero patri filium remancipaſſe. Pater verus, quoniam alter fidem ſimiliter eius ſequutus eſt, fiduciarius eodem modo dici deberet, at quoniam verus eſt pater ſuam retinet meliorem appellationem. Præterea tutor etiam fiduciarius, item vt alter, dici deberet, ſed quoniam qui legitimi ſunt heredes, ij tutores ſunt legitimi, pater quem lex ad manumiſſi filij hereditatem vocat, ſuum hoc à lege nomen retinebit, diceturque Legitimus. At quoniam emancipati frater heres non eſt legitimus, quemadmodum docet Caius in Inſtit. & Vlp. in l. 1. ff ſi parens quis manum fu. Tutor legitimus vt patroni filius, appellari non poteſt. Patroni enim filius vt hæres eſt legitimus, ſic tutor legitimus appellatur. Quod igitur agnatus ille proximus filij manumiſſi frater, cum ad tutelam vocabitur, nomen habebit, Pater ſuum nomen fiduciarij tutoris, quo vſus non eſt, in illum transferet, diceturque Tutor fiduciarius. Hot. Prat.

Tutor honorarius dicitur, qui non adminiſtrationis & oneris, ſed honoris tantum cauſa datur, l. 3 §. 1. ff. de admin. tut. vbi Vlpia. ait, eos non idcirco extra periculum eſſe, ſi pupillos negligant. Nam potius quidem excuſſis ejus qui geſſerit facultatibus conueniri oportere Hoto. Prat. Honoris cauſſa datus tutor non videtur, quam pater à cæteris tutoribus, rationes accipere voluit, l 26. § 1. de legitim. tut Briſſ.

Tutores Iuliani dicuntur, qui ex lege Iulia & Titia dati ſunt, quæ jubet mulieribus pupilliſve non habentibus tutores dari in prouinciis à præſidibus earum. Vlp. cap. Inſt 11 Hot. Prat.

Tutores legitimi qui dicantur, vide tutores ſunt qui vim.

Tutor Prætorianus, Vlpian. cap Inſtit. 11. Moribus tutor datur mulieri, pupillove, qui cum tutore ſuo lege aut legitimo judicio agere vult, vt auctore eo agat (ipſe enim tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt) qui Prætorianus tutor dicitur, quia à Prætore vrbis dari conſueuit. Hot. Prat.

Tutor ſuſpectus dicitur (quantum ad crimen quod ex l. 12. tab. deſcendit, attinet) qui fraudulenter & negligenter in reb. pupilli vel adoleſcentis verſatur, l. 31. ff. de rebus auctor. jud. poſſ. Vulteius ad prin. nu. 1 Inſt. de ſuſpect. tut.

Tutor & Protutor inter ſe differunt. Tutor enim non tantum bonorum, ſed etiam perſonæ cuſtodiam habet, cujus etiam nunc officio incumbit conditionem pupilli ſui quærere: & omni in re parum abeſt patris poteſtate & reuerentia. At in Protutore nihil hujuſmodi eſt qui bonorum geſtioni præeſt, in eaque operam ſuam vltro accommodat. Connan. lib. 8. c. de inutil. nupt. 6 n. 7.

Tutore autore factum, vt accipiendum eſt Iuriſconſ. exponit in l. 5. de autor. tut. & Iuſtin in §. penul. eod. Spieg Porro aliud eſt tutore autore, longe aliud per tutorem aliquid fieri: Tutore quippe autore, id eſt, ipſo pupillo adeunte, ac ſolennia peragente. Per tutorem, id eſt, adeunte tutore, atque agente ſolennia, vide Cujac. 1. obſeru. 14.

Tutorem eſſe alieni, eleganter dicitur, pro præſcribere, atque imperare: juxta Perſianum illud, Ne ſis mihi tutor. Spieg.

Tutoris officium. Vide Curatoris officium. Notitiæ vero cauſa tutores dari olim liberti ſolebant, quod in familia verſati cognitas ac perſpectas pupilli facultates haberent, & ideo tutores earum notitia inſtruere poterant, l. 1. § ſi pupillus, ff de tutel & rat. diſtr. l. 32. §. 1. ff de teſta. tut. l. 1. C. de peric. tut. Br ſſ.

Tutus locus, in quo ſecure verſari, aut quidpiam agere poſſumus. Cajus in l. plerique, de in jus voc. quia domus tutiſſimum, hoc eſt maxime ſecurum cuique refugium, atque receptaculum ſit. Huic ſententiæ non abſimilis eſt ſententia illa, quæ apud Græcos circumfertur, οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος, id eſt, Domus amica, domus optima. Vide Hegendorfinum in eandem l. Spieg.

Tuum eſt quod vendicare potes: vel cujus dominium ad te ſpectat. l quintus. §. argento §. cum aurum, & §. ſi cui de aur. & arg. leg Tuum non eſt, quod tibi caſu auferri poteſt, §. 5. l. actiones. de reg. iur Spieg.

Tuum quoque non eſt, quod tibi debetur, Spec. tit. de decim. Tuum, id eſt, tuæ juriſdictioni ſubjectum, c. 1. de iis quæ fiunt à maio. part. capit. cap. 1 de auctor. & vſu pall Prat. vide & hac dictione Goeddæum in l. morum 91. de verb. ſign.

T Y.

Tyberius Cæſar, Liuij Druſi ex Liuia Druſilla filius Auguſti. Deinde priuignus, Ab illo ea lege eſt adoptatus, vt ipſe Germanicum Druſi Neronis fratris ſui filium adoptaret, ex Suetonio in vita Auguſti, Tyberij, & Caij Cæſarum. Inſtitutan. lib. 1. Inſtit. tit de adoptio Nebriſſ. hic valde reprehendit Accurſium, quem vide, &c.

Tyberis fluuius Italiæ eſt, è media fere longitudine Apennini Aretinorum finibus diffluens. Sic dictus a rege Tuſcorum huſnaoru lis, qui piraticam exercens, iuxta eum in bello periit. Quod, præter Virgilium, ſenſiſſe videtur Ouid. lib 2. Faſtor.

Albula, quem Tyberinus merſus in vndis

Reddidit,

Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.
Sunt alij qui aliunde hoc nomen trahant. Sed ne in minutiis ab inſtituto noſtro alienis immoremur, à Tyberi, ſeu in poëmate Tyberis, fit Tyberinus, na, num: vt piſcis Tyberinus, & nauta Tyberinus, hoc eſt, in Tyberi verſans. Quomodo accipitur C. in tit. de nautis Tyberinis, lib. 11. Anch.

Τύμβος funus dicitur, cum iam incenſum eſt cadauer, & ardet. Exequiæ dum funus ipſum effertur. Cum vero iam crematum eſt, reliquiæ & buſtum, quaſi vſtum, quod à Græcis Cicero appellari putat τύμβον, Τύμβος δὲ λέγεται παρὰ τὸ τύφω, quod vri ſignificat. Brechæus in l. cum in teſtamento, ff. de verb. & rer. ſig. Gothofr. in not. ad l. ſi ex re 28 §. 4. ff de ſtipulation. ſeru.

Tympanum, rota machinis ambiens, quæ ab hominibus orbem ejus introrſum calcantibus verſatur. Vlpian. l. 19. § 1. ff locat. Quod ſi regulis olea prematur, & prælum, & ſuculam, & regulas, & tympanum, & trochleas, quib. releuatur prælum, &c. Lucret. lib. 4.

Multaque per trochleas & tympana pondere magno
Commouit atque leui ſuſtollit machina niſu.

Hot. Prat. & Forcat. in penu jur. ciu. cap. 11.

Tympana margaritæ: de quibus Plin. lib. nono, capite trigeſimo quinto. Craſſeſcunt etiam in ſenecta, conchiſque adhæreſcunt, nec iis auelli queunt, niſi lima: quibus vna tantum eſt facies, & ab ea rotunditas: auerſis planicies, ob id Tympana nominantur Paul. l. 35. § vlt. ff. de aur. & arg. Cum quædam ornamentum mammillarum ex tympania margaritis triginta quattuor legaſſet. Prat. Hot.

Tympanum etiam pro quodam tortuum genere interdum capitur. Nam in tympano apud Græcos homines torquebantur. Et hinc is qui ſæpe in eo per tormenta cruciatus eſt, à Plauto apud Priſcianum tympanotribam vocari, creditur: verba ſunt Plauti in Truculento,

Tympano tribam amas hominem non nauci.

Ac videtur à τυμπανοτριβής formari, vt fictum eſt, εἰκότριψ. Vel tympanotribam vocare videtur eum qui tympanum pulſabat, vt in ſacris Rheæ: & in multis initiationibus & ſacris tympana gerebantur, vt è Lyſiſtrata Ariſtophanis conſtat. Tympanum autem illis in ſacris gerere parum virile videbatur, cenſebaturque muliebre, atque hanc interpretationem meliorem eſſe putat Turneb. aduerſ. lib. 17. c. 25.

Tynnaria piſcatio, l. venditor, ff. comm. præd. quæ piſcantur Tynni piſces prægrandia Budæo in d. l. venditor. Plin. li. 9. cap. 15. Prat.

Τύπος, forma, figura, adumbratio eſt. Imperialis Cancellaria Romana, venuſtius olim typum aureum appellabat, quæ hodie dicitur, Bulla aurea, ſiue Sigillũ maieſtatis: Τῦφος aſpiratum, inflationem ſignificat & ſuperbiam. Inde videtur Volaterranus deduci Typhon ventus, de quo Action 27. qui, teſte Plinio, præcipua nauigantium peſtis eſt, *Sturmwinds*. Hoc ideo adſcripſi, quod non raro ſcriptum reperitur, pro typhus, ſine aſpiratione typus. Spieg.

Typum pragmaticum, cum pro chartula, ſeu indice, quod fieri debeat, accipiunt in Auth. In medio litis non fiet. ſact. ſum. ſi Haloandri verſionem legerint, quam ab Iuſtiniani ſenſu receſſerint, deprehendent. Spieg.

Tyranni vocabulum, de communi loquẽdi vſu, qui etiam proprietate potentior eſt, l. aniculus, l in vſu, de verb. ſign. de malo principe intelligitur: cum olim ſui natura qualemcunque ſignificaret. Vlp. in l. Fulcinius. Quib. ex cauſ. in poſſ. eatur, explicans, quid ſit Latitare. Poteſt, inquit, quis Latitare non turpi de cauſa, veluti qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones, Plato, & Ariſtot. appellant tyrannos, eos qui Remp. ad ſuam, non ad eorum qui ipſis commiſſi ſunt, vtilitatem adminiſtrant. Latini vero appellant eos, qui in libera ciuitate dominationem per vim occupauerunt. Cum hujuſmodi tyrannis fœdera, aut bella fiebant. Tyranni qui dicantur, vide Bars. in l. 16. C. de ſacroſ. Eccleſ.

Tyrannis, ſæuus, violentus ac atrox dominatus. De hac ſingulari libro, quem de Tyrannia inſcripſit Bart. plurib. diſſerit Melanchthon, liceatne priuaria interficere tyrannos, libro Philoſophiæ Moralis 2. non inutiliter attingit. Zaſius noſter cenſuit tyrannidem tyrannide illudendam, tyrannumque tyranno opponendum. Spieg.

Tyrannidam, quæ neque diuturna eſt, neque felicem habet exitum, rejicit lex 12. Tabularum: Iuſta imperia ſunto. Et quamvis olim inter tyrannidem & juſtum imperium nihil intereſſet, cum tyranni dicerentur domini & Reges, qui plenam haberent in ſubditos poteſtatem, quales erant plerunque viri ſpectatæ virtutis, vt apud Virgil.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.

Tamen cum poſtea creſcente hominum malitia, vi quadam & ca animi libidine, non vero Iure & Legibus, plerique regnare cœpiſſent, ad eos tantum Tyranni nomen reſtrictum eſt: & quo magis patella dignum haberet operculum, quale fuit Imperium, talis erat ſubditorum amor & obedientia. Exempla ſcatent omnea hiſtoriæ. Old. Prat. De tyrannide Baſiliſci, vide l. fin. Cod. de inceſt. De tyrannide Odenati, vide l. 4. C. de ingen. manum. de Auidij Caſſij, l. 7. Cod. ad l. Iul. maieſt. his adde Bartoli tractatum de tyrannis, & vide Cujac. lib. 5. obſer. 19.

Tyrannicida, tyranni percuſſor, accepto conſilio Reipub. liberandæ.

Tyrannocrinus, Ciceroni eſt vindex & oppreſſor tyrannidis. Spieg.

Tyrbe, vox apud Iuriſconſ. in l. prætor ait 12. vi bonor. rapt. Græcis eſt, quod nobis tumultus: vnde turba facta, eſt, vt ex Sylla, Sulla: & Xuſticus, Xyſticus, & alia permulta, y in u noſtrum verterunt, autor Bud. in annot. poſter. Spieg. Prat.

Tyrones, id eſt, nouitij, opponuntur veteranis militibus: hi erant iuniores, qui publicis ſtipendiis in militari diſciplina inſtituebantur, & militiæ deſignati, ad pugnam exercebantur: qui deinde, vbi ſatis videbantur inſtructi, in numeros referebantur, nec antea priuilegia militiæ habebant, vt plane conſtat de milit. teſtamen. ex Vlpiani reſponſo, vbi ait: Ex eo tempore quis jure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt, non ante, & quæ ſequuntur. Cæterum, vt tyro ad nouam artem refertur, ita tyrocinium pro prima actione, in quacunque arte accipiendum eſt: quod & tyrocinium facere, & ponere rudimentum dicitur. Siquidem Tyro, extra militiam, rudem, & inexercitum ſignificat. Obſeruandum autem, quod Venulejus Tyrocinium animi pro ſimplicitate, & rudimento, poſuit eleganter, in l. vlt. de ædil. edict. vbi Nouitium autem, non tyrocinio animi, ſed conditione ſeruitutis intelligi. Spieg.

Tyro & gregarius miles pro eodem dicitur, & juniores ſæpe in C. Th. qui & caligati. Cujac. ad l. vlt. de militari veſte, C. lib. 12.

Tyrus, Sor Hebraice, Sur vulgo, vti ait Munſter. patria Vlp. l. 1. de cenſib. metropolis in Syria Phœnice, l. vn. de metrop. Beryto. C. lib. 11. Splendidiſſima quondam populi Romani colonia, ejus in libro Ioſue mentionem facit Scriptura, & Iſai. 23. & Ezech. 26. de ea multa dicuntur, quod olim regia floruerit dignitate, vt facile inde vetuſtatem æſtimare liceat. Verus item hiſtoria Tyrum, vt multarum vrbium parentem celebrat. Ioſephus 240. annis ante templum Hieroſolymitanum conditam putat. Hodie nec obſcura eſt, nec infrequens, Vadiano teſte: ſed ante omnia clara ſepulchro Friderici Sueuorum ducis & Imperat. Romanorum, quem Itali Barbaroſſam cognominant. Spieg.

T Z.

Tzangaum, vel Tzangarum (eſt enim quædam in ſcriptura varietas) fit mentio in l. 5. & l. vlt. Quo quemque habitu eſſe op. 10 C. Th. Et ita forte apud Vopiſc. in Claudio verbum hoc pro zanchis, quæ inter veſtimenta numerantur, ſubſtitui debet. Genus autem quoddam calceamentorum id fuiſſe, adductus libelli Græci de officiis aulæ Conſtantinopolitanæ verbis, ſuſpicor, quæ ita habent, [illegible]. Sed & Moſchopul. in lib. περὶ σχεδῶν, Τζαγγάριος vulgo appellari ſcribit, quem Attici σκυτοτόμον, i. cerdonem coriarium vocant. Plane Imperatorum calceamenta purpurea & φοινικοβαφῆ fuiſſe Zonar. Tom. 2. Annal. in Michaelis Theophili filij imperio indicat. Ἐδίδου, ait, αὐτῷ τὰ φοινικοβαφῆ πέδιλα καὶ [illegible] καὶ βασιλέα ἀνεῖπε. Eaque mox τῆς βασιλείας σύμβολα vocat. Idem in Baſilio Porphyrogenito, [illegible], & quæ ſequuntur Guliel. Tyrius lib. 11. de bello ſac. c. 23. Exhibita, ait, ſibi in patria præſentia, & eo mandante imperiali reuerentia, ocreis, vt mos eſt, in illo Imperio, inſignitus purpureis ab vniuerſis legionib. certatim Auguſtus eſt appellatus. Idem etiam Nicetas in Annal. confirmat, [illegible]. Et alias, [illegible]. Bi. Prat.

Tzani quorum mentio fit in præfatione Nouell. 1. in pr. Sunt populi in Armenia Perſarmenium verſus, primum Macrones, poſtea Tzani nuncupati. Hos Arrianus auctor eſt ante Adriani Imp. tempora fuiſſe Romanis tributarios, ſed poſtea ob inculiam alenis, barbaramque vitæ rationem defeciſſe, donec iterum à Iuſtiniano primum per Sittam, deinde per Theodorum deuicti fuerint, ſed magno eorum bono. Hac enim ratione relictis ferinis illis ſuis moribus Chriſtianam religionem amplexi ſunt. Id quod pluribus verbis ſcribit Procopius lib. 1. περὶ τῶν Ιουστινιανοῦ κτισμάτων. Horum meminit Iuſtin. in Nou. 28. iactans ſuo principatu primum Tzanorum gentem Romani Imperij maieſtatem agnouiſſe, & in Nouel. 1. ſtatim principio, & apertius Agathias lib. 5. qui deſcribens victoriam Iuſtiniani aduerſus Tzanos, primæ Nouellæ conſtitutionis meminit palamque aſſerit in ea fieri mentionem Tzanorum Balduinus.

TETRAS dictio trin ſignificat, ἰδίξαι, ἀρμόζονται τι, τὸν ὑδωγαλὸν σωὶ ναύνοις. Goth. in Not. ad Nouell. 32. in epigraphe.

V A.

VACARE dicitur, quod nec jure, nec facto detinetur ab aliquo, l. vlt. C. de bon. vacant. lib. 10. Vide Bart. in l. ſi bona, ff. de acquir. poſſeſſ. Spieg. Prat.

VACARE domus dicitur, quæ à nullo inhabitatur, l. pen. §. 1. ff. de vſu & habit. & vacare poſſeſſio, quæ à nullo detinetur, l. 37. ff. de vſur. Vacare ſeruus qui nullum miniſterium præſtat, l. 11. ff. ad exhib. Et Vacare hæreditas, in l. 30. ff. de vulgat. & pup. quæ ab hæredibus ſcriptis adita non eſt. Vacare quoque portio dicitur, quæ teſtamento nulli data eſt, l. vlt. ff. de ſecund. tab. §. videamus. Inſt. de hæred. inſtit. Quomodo & vacuam partem intellige in l. 19. & l. 59. § 1. ff. de hæred. inſt. Et vacuum ſextantem, in l. 8. ff. de ſecund. tab. Briſſ. Prat.

VACARE, id eſt, feriari, ſic ruſtici ſtipulas illectas cum vacauerint, colligunt, l. 30. §. 1. ff. de verb. ſign.

VACARE fructus dicitur, qui non colliguntur, l. 5. §. vlt. ff. quibus mod. vſusfruct.

VACARE à legatione, id eſt immunem eſſe, l. 6. ff. de legat. ſic vacare culpa, id eſt, carere, l. 3. ff. de magiſt. conuen.

VACARE liberis alendis, id eſt, operam dare, l. 5. § demonſtrat. & de jur. immunit.

VACARE dicitur pecunia, quæ non occupatur, neque nominibus vel in emptionem prædiorum collocatur, l. 12. in fin. ff. de admin. tut.

VACARE operam dare, l. non diſtinguemos, §. ſacerdotio, ff. de arbitr. Vacare, deficere, l. 1. ff. de vacat. mun. Vacare, id eſt, ceſſare. Prat.

VACARE populo, pro nullo eſſe. Budæus citat Cic. in Toſcul.

VACARE poſtulationibus, teſte Bud. dicitur pro eo, quod Galli expedire requeſtas: nos *Supplicatzen erledigen* dicimus. Adfert è Plinianis epiſtolis teſtimonium, ꝛo annotat. Prior. Spieg. Hinc.

VACANS, participium, qui ocia[illegible].

VACANTEM mulierem pro vidua poſuit Martian. in l. 5. §. 2. ff. de vi. publ. Qui vacantem, inquit, mulierem rapuit. Et Quint. declam. Sine enim, judices, malignitas eſt perſuaſionis humanæ, fœminam vacantem vocare meretricem Prat.

VACANTES in l. 2. C. vt dignitat. ordo ſeru. & C. Th. de comitib. vacantibus ſunt, quos Græci ζωστοὺς vocant, qui ſcilicet nulla jam dignitate funguntur, ſiue munere exceſſerint, ſiue nunquam geſſerint, id eſt, honores imaginarios geſſerint. Hi enim dicuntur adſcriptitij & adlecti & opponuntur honorariis Lamprid in Alexand. Ne quem adſcriptum id eſt, vacantium, haberet Vacantes etiam Tribunos apud Marcellin. lib. 31. & Veget. lib. 3. c. 17. legimus. Prat. Briſſ. & fuſius Cujac. ad l. 1. Cod. de primicer.

VACANTIA bona dicuntur eadem quæ & caduca, nimirum quæ illius fuerunt, cujus heres nullus eſt, l. 1. C. de bon. vacant. Hæc olim quidem publicabantur, teſte Vlp. c. 18. Inſtit. nunc vero lege Iulia confiſcantur, & quadriennium iis nunciandis præſcribitur, l. vn. § intra de diur. & temp. præſcr. leg. 96. § 1. l. 114. §. quæ inteſtatu de l. 1. l. 50. ff de manum. teſta. l. 6. §. eſt fiſco, ff. ad Trebel. l. 6. §. certe, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. l. 1. §. 1. l. vlt. ff. de ſucceſſ. ed. l. 1. §. diuus, l. 41. ff. de jur. fiſc. l. 18. ff. de vſucap. l. 19. ff. de diuerſ. temp. l. 10. C. de inoff. l. 22. C. de appel. l. 1. C. de quadr. præſcr. l. 1. Cod. de donat. int. vir. l. pen. & l. vlt. de vacatio. li. 10. Codice. Vacantia autem dici quæ & caduca patet ex l. fin. Cod. Theod. de bon. vacant. l. 2. cum aliis pluribus titul. ſeq. Strabo ἀδέσποτα vocat lib. 17. Geograph. quod dominum, id eſt hæredem non habeant. Conſtantinus vero ἀκληρονόμητα. Sic vacantem hæreditatem accipe in leg. 13. §. item ſi quis à fiſco, ff. de pet. hered. Et vacare bona in leg. 2. in fin. ff. ad Tertyll. & in leg. 38. ff. de jure fiſc. quorum neque hæres, neque poſſeſſor extat, ab eo quod domino vacua jacent. Vacantes areæ quæ nullum vſum ciuitatibus ornatumque præbent, l. 41. C. de operib. publ. Briſſ. Prat.

VACAT cauſæ probatio, id eſt, ſuperflua eſt, apud Modeſt. in l. ſi conſentiente, de manum. Spieg.

VACATIO, præcipue pro immunitate, exemptione ponitur, item & ſolutione ac ceſſatione. Steph. in Theſauro citat teſtimonia quibus accipi vult vacationem militiæ, quas barbari treugas vocant ſignificare. Spieg.

VACATIO, munerum publicorum excuſationem ſignificat leg. 5. § vlt. in fin. ff. de muneribus & honor. tit. de vacat. & excuſ. muner. Suet. in Claud. c. 55. Cum decurias rerum actu expungeret, eum qui diſſimulata vacatione, quam beneficio liberorum habebat, reſponderat, vt cupidum judicandi dimiſit. Plin. lib. 10. Epiſt. Cum citarem judices conuentum inchoaturus, Archippus vacationem petere cœpit, vt Philoſophus. Briſſ. Prat.

VACATIO muneris publici non præſtat, vt ne magiſtratus quis creetur, l. 12. ff. de muner. & honoribus. Ea verò omnia, quæ extra ordinem ad tempus induuntur, ab his qui vacationem meruerunt, exigenda non ſunt. Briſſ. Prat. Eſt autem inter vacationem & excuſationem differentia aliqua. Excuſatio enim cauſam habet & legitima eſt. Vacatio nuda eſt, nec legem nec cauſam aliam habet quam indulgentiam Principis, quæ etiam ab extraordinariis tantum muneribus liberat, non ab ordinariis & legitimis. Prat. & Gothof. ad rubr. ff. de vacat. & excuſ. mun.

VACATIO ex lege Iulia Papia dari dicebatur his perſonis, quæ neceſſitate matrimonij contrahendi ad tempus liberabantur, & interim nihilominus ex aliorum teſtamentis perinde atque nuptiis deuinctæ capere poterant. Vlp. in Inſtit. tit. 14. Fœminis, ait, lex Iulia a morte viri anni tribuit vacationem, à diuortio ſex menſium, &c. Suet. in Auguſto c. 34 de lege Iulia, de maritandis ordinibus. Hanc, inquit, cum aliquanto ſeuerius, quam cæteras emendaſſet, præ tumultu recuſantium ferre non potuit, niſi adempta demum lenitate parte pœnarum & vacatione triennij data Briſſ. Prat.

VACATIONEM accipere. Vide C. de his qui à princ. vacat. acce. lib. 10.

VACATIONEM dare. Item vacationem habere, vide Doletum.

VACATIO Legis pro ſolutione Legis, Budæo atteſtante.

VACILLANS teſtis, qui inconſtantia & diuerſa teſtimonia dicit, vide text. & gl. ſuper verbo Vacillat. l. 2. ff. de teſtib. & Vallam. lib. 5 Elegant. Spieg.

VACVAM domum habitare dicuntur, qui ſpeciem rei magnificam oſtentant, quum ipſi bono vacui ſunt. Sententiam vulgo jactatam Eraſmus indicat, ad finem Cent. 6. Chiliad. Spieg.

VACVAM mulierem Cornelius Tacitus lib. 15. appellat viduam eodem ſenſu quo vacantem mulierem paulo ante in l. 5. §. 2. ff. ad l. Iul. de vi publ. nominati diximus. Prat.

VACVA pars, l. 19. & l. 59. §. 1. ff. de hæred. inſtit. quæ teſtamento nulli data eſt.

VACVA pecunia, id eſt otioſa, inutilis, infructuoſa, quæ in arca ſterilis & otioſa manſit, l. 28. ff. depoſit. Quibus vt primum proſpiciam, ne vacua tibi ſint, id eſt, vt vſuras eorum accipias, curæ habebo, l. 54. ff. de præſcr. verb. l. 12. in fin. ff. de adminiſt. tut. Prat.

In VACVAM poſſeſſionem mitti introduci dicitur, quis in fundi poſſeſſionem liberam, & à nemine occupatam introducitur, l. 3. §. 1. ff. de act. empt. l. 3. ff. de vſur. l. 32. §. arbitri. ff. de recept. qui arbi. l. 18. §. ſi venditorem, l. 33. l. 34. ff. de adqu. poſſ. Vacua autem poſſeſſio emptori tradita non intelligitur, ſi alius vel ventris, vel legatorum nomine in ea ſit, vel creditores bona poſſideant, l. 2. §. vlt. ff. de act. empt. Quanquam hi non poſſideant, ſed magis cuſtodiendi & obſeruandi cauſa in poſſeſſione ſint. Briſſ. Prat.

VACVA traditio, pro vacuæ poſſeſſionis traditio in l. 20. ff. de ſeruit. Briſſ. Prat.

VACVI agri ſiue vacant agri, qui nihil proferunt, vel non excoluntur *agrestes*. Sic vacua prædia, pro nihil continentibus accipimus. Spieg.

VACVI nummi, Scæuolæ, qui ſunt ſine vſuris, l. Quintus Cæcilius. Depoſiti. Spieg.

VACVVM propriè inane ſignificat. Ita vacuus locus, vacuus venter pleno opponitur, l. 30 §. pen. l. 83. ff. de adq. hæred. l. 2. §. 1. ff. de decur. Ita vacuæ tabulæ, i. nihil ſcriptum habentes l. 55. ff. de iniuſt. rup. Briſſ.

VACVVM miniſterium dicitur ejus, qui certam procurationem habet nullam, ſed primum quodque ſibi impoſitum munus obire cogitur. Vlp. de mediaſtino loquens, l. 27. §. 2. de vſufruct. Si ſerui vſusfructus legatus eſt, cujus teſtator quaſi miniſterio vacuo vtebatur, ſi cum diſciplinis vel arte inſtituerit vſufructuarius, arte ejus vel peritia vtetur. Hot. Prat.

VACVVS fundus, qui à nemine detinetur & occupatur, l. 33. ff. locat. Cornific. 4. Rheto. ad Herenn. Neceſſe eſt eum conſtet iſtum fundum noſtrum eſſe oſtendas te aut vacuum poſſediſſe, aut vſu tuum feciſſe. Eodemque modo vacua poſſeſſio, quæ à nemine detinetur, l. 18. in fin. l. 68. in fin. ff. de contrah. empt. l. 52. in fin. l. 75. §. qui id quod, ff. de verb. oblig. l. 3. §. hoc interdictum, ff. de itin. actuque, l. pen. in fin. ff. de adqu. poſſ. l. 3. C. eod. tit. l. 4. § ſi tu me ni, ff. de vſucap. l. 19. ff. de vi & vi arm. Cicer. lib. 3. de orat. Noſtra eſt, inquam, omnis iſti prudentiæ doctrinæque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam atque vacuam abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt. Quintil. declam. 12. Vndecunque affulſit lucrum, ſine reſpectu ſalus publica addicitur, & in vacuam poſſeſſionem fames venit Briſſ. Prat.

VACVVS ad agendum, ad narrandum, hoc eſt, cui vacat narrare aut agere. Steph. Rob.

VACVVS ſextans, vide l. 8. ff de ſecund. tab. Prat.

VADARI, pro vadimonio obſtringere, ſiue diem iudicij ex compacto conſtituere, & in ius vocare, propriè tamen eſt, ſub certa pœna ſe iudicio ſtatutum promittere: quod qui multæ fidei poſſeſſor non erat, vadem, id eſt, fideiuſſorem dare tenebatur, vnde Vallam lib. 6. Elegan. c. 31. Spieg.

VADARI dicebatur is, & cui vadatio denunciabatur, & is qui eam denunciabat. Cic. in Orat. pro Quintio: vadari vis? promittit, in jus vocas? ſequitur. Horat. Satyr. lib. 1. Satyr. 9.

Ventum eſt ad Veſtæ quarta iam parte diei.

Reddi-

Præterita, & caſu tunc reſpondere vadato
Debebat.

Ergo qui litem intendere alicui volebant, à Prætore poſtulabant, vt eum vadari liceret. Plaut. in Aulul.

Pulmentum pridem ei eripuit miluius:
Homo ad Prætorem plorabundus deuenit.
Iuſſit tibi poſtulare, plorans eiulans,
Vt liceret miluium vadarier.

De Euclione loquitur. Eſt autem vadari, vades poſtulare, id eſt, locupletes fidejuſſores, qui aliquem certæ pecuniæ ſponſione vadimonium obiturum præſtabant. Hinc Liu. lib. 3. Tot vadibus accuſator vadatus eſt reum. Prat.

VADATIO denuntiatio erat illa, quæ fiebat, vt jam dictum eſt Prat.

VADERE vulgo vſurparunt pro ire: Alij tamen in re violenta aut difficili teſte Syluio, vſurpare ſolent. Spieg.

VADES proprie dicebantur, vt Aſcon. in Monoſyllab. & Feſtus lib. vlt. oſtendunt, qui reum capitis ſiſtendum ſpondebant, qualis fuit ille Damon, de quo Cic. li. 3. Offic. meminit. Sed tamen quicunque pro altero vadimonium etiam in ciuili cauſa promittebat, vas appellabatur. Porphyrion: vades, inquit, ſponſores dici notum eſt: quod qui eos dederit vadere, id eſt, diſcedere interim liceat. Quæ quanquam propter diſſimilem ſyllabarum quantitatem, dubitationis aliquid habeant, illud tamen demonſtrant, morem hunc veteribus fuiſſe, vt qui litem vellet intendere, aduerſario denuntiaret, vt in ius veniret: ſi nollet, vel cum cogeret, vel ſponſorem acciperet, fore, vt conſtituto ſe die ſiſteret. Illa autem denuntiatio, Vadatio dicebatur. Nam & qui denunciabat, & qui denunciabatur, Vadari dicebatur Cicer. in Quintiana: Vadari vis? promittit, in jus vocas? ſequitur, Horat. ſerm. 1. ſatyra 9.

Ventum eſt ad Veſtæ quarta iam parte diei
Præterita, & caſu tunc reſpondere vadato
Debebat.

Ergo qui litem alicui intendere volebant, à Prætore poſtulabantur vt eum vadari liceret Plaut. in Aulul.

Pulmentum pridem ei eripuit miluius,
Homo ad Prætorem plorabundus deuenit:
Iuſſit ibi poſtulare, plorans, eiulans,
Vt liceret miluium vadarier.

De Euclione loquitur. Eſt autem vadari, vades poſtulare, id eſt locupletes fideiuſſores, qui aliquem certæ pecuniæ ſponſione vadimonium obiturum præſtabant. Hinc apud Liuium Tot vadibus accuſator vadatus eſt reum. Horat.

Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem eſt,
Solos felices viuentes clamat in vrbe.

Quod ſi quis vades dare nollet, & vadimonium promittere, is qui vadabatur, aliquem eorum qui aderant, accepta eius auricula, interrogabat, Licetne anteſtari? Si ille reſponderet, Licet; iniecta manu aduerſarium ad prætorem trahebant. Vide paulo poſt in verbo Vas: & Hotoman. in oratione pro Quintio.

VADIMONIVM, eſt ſponſio ſtandi in judicio. Inde vadari verbum, pro vadimonio obſtringere. Sunt autem vadimonio obſtricti, qui ob crimina in judicium vocati, ab judicibus impetrauerunt, vt aut ſua, aut ſponſorum fide dimittantur, ea lege, vt in certum diem ad judicium ſiſtant. Budæus in annotationib. ad l. poſter. de orig. jur. Porro venire ad vadimonium, obire vadimonium, & ſiſtere vadimonium in eadem ferme re dicuntur. Spieg.

VADIMONIVM non ſponſionem modo alterius ſiſtendi, ſed & conſtitutum diem ſignificat, quo quis ſe judicio ſiſtere debebat, ad quam diem, qui judicio adſunt, vadimonium obire & ad vadimonium occurrere, quo dicendi genere vſi ſunt Marcus Cicero pro Quintio, Plin. lib. 8. epiſtolar. Suetonius in Caligul. cap. 39. & vadimonio ſiſtere apud Apul. lib. 3. Aſini aur. Vadimonium promittere Varroni lib. 5. ling. Lat. Briſſ. Etſi forte non male etiam de citatione perſonali intelligi poſſet. Vadari namque pro citare perſonaliter affuturum vſurpari docet Bud. in annot. prior. ad Pand.

VADIMONIVM Cujacius ad l. ait prætor, §. item & in eremodicijs ff. de minor. viginti quinque ann. definit eſſe ſatiſdationem judicio ſiſtendi cauſa: vbi ſubjicit differentias quaſdam eremodicij & vadimonij. Et eremodicio, inquit, lis amittitur. Ex deſerto vadimonio lis non amittitur. Deſerit vadimonium reus non actor. Contrahit eremodicium non reus tantum, ſed etiam actor. Eremodicij reſtitutio præſtatur omnis ætatis hominibus, ſi ex juſta cauſa ſe abfuiſſe doceant. Deſerti vadimonij reſtitutio non præſtatur, ſed exceptio tantum reo ex certis cauſis datur, ſi deſertionis pœna per ſtipulationem comprehenſa. Vide Cujac. ſupra allegato loco, &c.

VADIMONIVM promittere, *Verſprechen in das Recht zuſtellen.* Vadimonium obire, *Sich auff den beſtimpten Rechtstag ſtellen.* Contra Vadimonium deſerere, *Den Rechtstag nicht verſtehen.* Non venire ad vadimonium: idem quod Græce Eremodicium dicitur. Vadimonium differre, judicium erat non niſi ex magna cauſa, vtpote luctus vel judicij publici. Præs & Vas ſic diſcernuntur: Præs eſt, qui populo ſe obligat, interrogatus à magiſtratu, proprie in cauſis pecuniariis. Vas qui pro alio promittit in judicio pœnali. Old.

VADIMONII deſertio, eſt deſertio promiſſionis judicio ſiſtendi cauſa factæ. Longe aliud eſt deſertio litis conteſtatæ, grauiorque ex hac cauſa, quam ex illa pœna. Nam hæc damnum litis cohercetur, quia deſertiori non licet appellare, vel ex integro cauſam agere, illa non item. Et olim quidem, qui litem inchoatam deſerebat, annotabatur edictis tribus & peremptorio, non etiam is, qui non parebat, promiſſioni judicio ſiſti. Male igitur Haluander vadimonium & litem conteſtatam confundit, Cujacius in expoſit. Nouel. Iuſtinian. 69. vt omnes obediant præſidibus.

VADIMONIVM miſſum facere, eſt vadimonij obligationem remittere Budæo indicante.

VADIS primum, deinde per ſyncopen Vas, fideiuſſor dicitur judicio ſiſtendi in cauſa, quam non licet deſerere. *Ein Burg.*

VADOR, vadaris, vadari, commune, fideiubere pro alio, *verburgen, oder verburgt werden.* Actiue & paſſiue.

VADO tranſire, pro vadare, in l. vltim. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Eſt vadum cujuſcunque aquæ fundus, per quem via datur, *ein Furt*, in quo quiſquis conſtiterit, iam effugit periculum, ne mergatur. Vnde prouerbium, Res eſt in vado, id eſt, in tuto. Nam vt in profundo periculum conſiſtit, ita in vado ſecuritas. Spieg.

VADOSVS amnis, qui frequentia habet vada, quæ tranſiri pedibus poſſunt.

VAS particula, quæ in aliis atque aliis vocabulis, variatim per has duas literas cum a, litera media immiſſa dicitur, duplicem ſignificatum, eundemque inter ſe diuerſum, capit. Nam & augendæ rei & minuendæ valet, ſicut aliæ particulæ plurimæ: propter quod accidit, vt quædam vocabula, quibus particula iſta præponitur, ambigua ſint, & vtroque verſum dicantur, væſcum, væhement, & vægrande: de quibus vide Gellium lib. 5. cap. 12.

VAFER, quaſi valde Afer: mira enim ſemper fuit Afrorum calliditas: vt eſt hodie Hiſpanorum.

VAGABVNDVS, crebro vagans: qualem dominum fiduciarius cliens, hoc eſt, vaſallus, ſequi minime tenetur magno conſenſu interpretum Placitum. Feud. gloſſ. l. 4. § prætor. ff. de damno infecto. Vagabundum intelligit, cui nec certum domicilium, nec conſtans habitatio eſt. Quod & Bartolus probat in l. 1. C. vbi de crim. agi opor. & in l. quiſquis, C. de agric. cenſ. & colon. lib. 11. Spieg. Prat.

VAGARI, pro errare. Vlp. de iniur. in l. prætor edixit, quia qui famoſam actionem intendit, non debet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis. Sic Cicer. vagam & errantem ſententiam certæ ſtabilique oppoſuit. Spieg.

VAGARI ſine cauſa, hoc eſt, inutiliter huc atque illuc ferri, apud Iuriſconſult. in l. ſi quis ſit fugitiuus, §. erronem, de ædil. edict. Spieg.

VAGA ſententia, cui certa opponitur.

VAGATVS, l. deſertores, § 1. ff. de re milit.

VAGVLATIO, in l. duodecim tabularum, vt ait Feſt. ſignificat quæſtionem cum conuitio, id eſt, cum teſtes quiritantur magna voce & boatu: verba legis hæc ſunt, cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum vagulationem ito. Sic enim legi vult Turnebus, & videtur eam lectionem agnoſcere Feſtus. Vagulatio autem à vagulo deducitur, vt hoc a vagio, itaque vagulatio conquirantis & plorantis eſt, nec à vagor deducitur, vt volunt quidam. Senſus vero legis hic eſt: ſi teſtis ei defuerit, qui litem habuit, ei licere comperendinationis die, id eſt, die tertio, ante eius ædes (portus enim pro domo, vt vult Feſtus & Donatus) libere conqueri, & implorare teſtimonium, conuiciumque recuſanti facere. Ob vagulationem autem dictum antiquo more, pro ad vagulationem. Alij ad hæc Plauti in Aulularia referunt.

Ita me bene amet Lauerna ut iam niſi reddi
Mihi vaſa iubes populo hic differam te ante ædes.

Id eſt, conuitio apipatu pullorum, quod eodem videtur recidere. Sunt tamen, qui Obuagulatum malunt legi, Ob interpretantes Circum. Prat. Vide Cujac. 7. obſ. 15.

VAGVS vir ad militiam non accedat. l. 1. C. de Tyronibus, lib. 12. Sic ſcholaris vagus, vt ibi commodum refertur, non fiat magiſter. Obſeruauit & Albericus.

VALERE, pro vires habere. Vulgato dicto: Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum. Refertur & ad pretium. Vnde valor & valitura, pro pretio. C. nem. lic. in compar. ſpe. l. 1. lib. 10. C. quæ ſit long. conſuet. l. 2. de liber. leg. l. 3. Sed euidentiora hæc ſunt, quam vt hic proferantur exempla. Vide Alciatum Spieg.

VALEAT, verbum ad effectum refertur, cum affirmatiue ponitur l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offer. Spieg. Prat.

VALERE teſtamentum dicitur, quam diu ex eo adiri hæreditas poteſt, nec ab inteſtato defertur hæreditas, h. e. legitimus admittitur: quamdiu valere poſſit teſtamentum, c. 39. dec quis

Digitized by Google

hæt. Eſt & illud certum de inofficioſo teſtamento, aliiſque hereditariis cauſis centumuiros cognouiſſe, c.23. & 27. de inoff. tic.teſtam.c.fin.C.de pet.hered.

VALERE vt legem, Cic.de legib.3. Tamen erant in more eorum qui tum vt lex valebat.

VALESII apud antiquiores dicebantur qui poſtea l. litera (vt in pleriſque aliis) in r. literam mutata, Valerij ſunt appellati. Fuit autem Valeriorum familia Romæ dicta à Valerio viro præclaro, nec minus locuplete, in gente Sabina, qui poſtea Manius Valerius Terentius cognominatus eſt, à Terento, loco quodam Diti patri ſacro, Romæ in campo Martio, in quo aram illi dicatam ab antiquis primus omnium monſtrauit. Quint.l.lib.1. vt Valeſij, inquit, & Fuſij, in Valerius & Furius venerunt, ità arbos arbor fuit. Idem quoque Feſtus Pompejus ſcribit in dictione, Aurelia familia. Pomponius in titulo de origine iuris, l.neceſſarium, auctor eſt, Appium Claudium cæcum fuiſſe auctorem, vt in illis nominibus ſ litera in r transiret, &c. Nebriſſenſis.

VALETVDINARIVM, locus, in quem ægroti valetudinis curandæ cauſa diuertunt: hinc Columella li.2.c.1. Siue alter languidior eſt, in valetudinarium confeſtim deducat, & conuenientem ei cæteram curationem adhiberi iubeat: & lib.5.c.3. Valetudinaria quoque vel ſi vacent ab imbecillis, identidem aperire & immunditiis liberare, &c. Hot. Prat.

VALETVDINARIVS, qui frequenter ægrotat. Martian. de re milit. Officium, inquit, tribuni eſt, delicta militum ſecundum ſuæ autoritatis modum caſtigare, principiiſque frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere. Attamen in l.ad perſonas, ff.de jureiur. Valetudinarij ſunt intelligendi, qui graui modo laborant, nec poſſunt ſine periculo domum egredi: vt elegantem definitionem ponit Marcellus in l quæſitum, ff.de re jud. Spieg. Prat. Vide Pacotmit. in cap.quoniam, verſi.quarto quærto, vt lite.non conteſt. Cujac. ad leg.8.9 10.11.& 12.ff de excuſ. Valetudinarios definit eos, qui perpetua & pertinaci valetudine adficiuntur, l prima. Cod. qui mor. de excuſ.

VALETVDINARIVS medicus qui valetudine effectos curat: vel potius, qui in valetudinario miniſterio medici fungitur, *Spitalartzet*. Arcadius l. fina.de jur. immunit. Et quibuſdam, ait, aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit: vt ſint menſores, optiones, valetudinarij, medici capſarij, & artifices, & qui foſſam faciunt: & qui ſequuntur. Spieg Prat.

VALETVDINE impediri, l.2.§.ſi vero, ff.ſi quis caut.

VALETVDINE perpetua teneri, l.vn.C.qui morb.de excuſ.

VALETVDO eſt *τῶν μέσων* nam aut eſt integra, aut aduerſa, l.vlt, ff. de inoff. rupt. Briſſ.

VALETVDINIS impendia, l 45 ff.vſufruct. ſeu impenſæ, l.18.§ 2. ff.commod. vocantur etiam Valetudinis ſumptus, i. in ſalutem & ſanitatem facti, l.27.§.rupiſſe ff.ad l.Aquil.

VALETVDO pro morbo ſumitur, & maladiſpoſitione, l.quæritur, 14. ff.de ædil.edict. Puerperam quoque, inquit Vlp. ſanam eſſe, ſi modo nihil extrinſecus accidat, quod corpus ejus in valetudinem aliquam immitteret. Prat.

VALLIS quæ dicatur. Bartol. oſtendit in tractatu Tyberiadis, lib. 1. Spieg.

VALLVM fidei. l.ſi quanquam Cod.de epiſc. & cleric. eſt propria caſtrorum munitio. l.deſertores, § in bello, ff. de re mili. Per metaphoram, pro ſumma totius negotij, & omni momento, præſidioque non ineleganter vſurpatur, vt ab Eraſm. aduerſus Ariſtot. ſententiam, recte traditum eſt in explicatione prouerbij, Prora & puppis. Spieg. Prat.

VALOR, pro pretio rerum. Quomodo ille eliciatur ex re, hoc eſt vt res æſtimanda ſit, Bartol. indicat in l.ſi ſeruus, ff. ad l.Aquil. Quo vero modo probetur valor rei, idem docet in l.pretia, rerum, ff.ad l.Falc. Spieg.

VALVÆ, pluraliter tantum, dictæ, quod intus reuoluantur, ſuntque portæ geminas partes habentes. Ab his Feudiſtæ Valuaſores dictos putant, quaſi ad valuas ſtantes: quos & Barones, Balbus nominat in c.1.qui feud.dare poſſ.Spieg.

VALVASORES verbum à vaſallo deductum: horum autem alij maiores ſiue Regij ſunt, qui ſecundum feudorum gradum obtinent: & à Capitaneis regni feuda receperunt, qui & vaſſi dominici appellantur. Alij minores, qui ab eis feuda receperunt: alij minimi, quibus ab his tradita feuda ſunt, lib.primo, tit.primo §.primo, & 5.4 & titulo 15. & libro 2.titul. 10.§ 1. Fridericus primus apud Radeuicum lib.2.cap.3. Nos in præſentia & teſtimonio omnium Teutonicorum & Langobardorum, & Epiſcoporum & Laicorum Principum, & Baronum, & Valuaſorum omnem iuſtitiam ac conſilium obtulimus, &c. Eorum in Gallia qualis ſit conditio, Botelerius in ſumma Rurali his exponit verbis. Valuaſor dicitur nobilis, qui ſummæ coërcitionis, non etiam nundinarum & mercatus ius habet: eſtque Barone inferior, atque ab eo feudum ſuum obtinet. Prat. adde Baro à Tautenberg, titul.feud.quis dicatur dux. Et Zaſ. part 3 in compend.feud.

VALVASINI, diminutiuo vocabulo dicuntur modo minores, modo etiam minimi valuaſores, lib.2.tit.10.§.1. & lib.1.tit.15. Prat.

VANDALI, veteris Germaniæ populi, omnium feroeiſſimi, Honorij principatu in Hiſpaniam penetrarunt juxta fluuium Hiſpalim: Beticæ tractum occupant, qui ab ipſis olim Vandalia, ab Hiſpanis vulgo Vandaluſia appellatur: teſte Rhenano ſub finem libri primi rerum Germanarum. De his Iuſtinianus triumphauit, cum Aphricam annis jam centum & quinque occupaſſent, juxta l.1.Cod.de offic.præfect.prætor.Alphr. per Ducem Belizarium ſuperatis. Vandali autem, vt Althamerus ait, Germanorum vltimi, verſus Gothos & Gepidas, Sarmatis confines fuere, & Vandali fluuij accolæ, cui Viſtola ab autoribus appellatur. Bilibaldus grauis autor, vult Vandalos ex Gothorum ortos eſſe gente: quemadmodum & Scirus, Gepidas, Alanos, ac reliquos Gothicæ nationis populos: inter quos nihil, præter ſolam interfuit nomenclaturam. Eiſdem enim inſtitutis, eademque vtebantur lingua. Germanica nempe. Sed ex omnibus nationibus. Gothicis nulla amplius in Germania ſupereſt, exceptis Scitis: qui & nunc quoque Stirij, vel Stirenſes appellantur: & Turcilingi, qui & Toringi. Spieg.

VANVM dicitur, quod nec poſſibile, nec veriſimile eſt, autore Donato. Huic Iuſtinianus ſcite ſuffragatur in l.vnica.Cod.de ded.lit.liber tollen. Nos, inquiens, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in noſtris eſſe legibus, quæ re ipſa obtinent. Spieg.

VANVM & pro cancellato habere, apud Scæuol. in l. emptor. ff. de pact. Spieg.

VAPVLA Papyria, ſubaudiendum. Lege: vt ſit, comminantis pœnam legis Papyriæ Siſinnius Capitol. prouerbio dici ſolitum, autor eſt, ſi quando volebant ſignificare ſe negligere minas aliquorum. Vide Chiliad. Eraſmi. Prat. Spieg & Oldend. De prouerbiali dictione, vide vlterius quid annotauit Turn. aduerſ.lib.15.c 15.

VAFSVS, qui modo vnum, modo aliud dicit Card. Zabarella in cap.præterea, de teſtib. & c. cum eccleſia Sutrinæ. de cauſ. poſſ. & propr. & ibi interpretes Pontificij.

VARIARE, & vacillare quis dicatur, explicant Doctores in l. qui falſo, vel varie, ff.de teſt.Spieg.

VARIE ex perſonis cauſiſque conſtituere. Vide Celſum in l. in fundo, ff.de rei vindic.Spieg.

VARIETAS humanorum negotiorum non ſinit conſtantem ſemper manere eiuſdem ſanctionem Nouel.de reſtit.in prin. Conſtit.39. & de reis qui ingrediuntur ad exped.app. in pr.Conſtit. 1. Spieg.

VARI, vide infra, Varus.

VARICARE, atque etiam diuaricare eſt à recto deflectere: idque proprie, cum quis rectis pedibus ſtare nequit, ſed diductis & varie diſcretis: vnde diuaricata ligna architecturæ profeſſores dicunt, id eſt, rarefacta. Sic qui litigantium vtramvis in partem inclinant, & cum aduerſariis colludunt, præuaricatores nominantur. Vide Præuaricator. Brech. in l. præuaricatores. ff.de ver.& rer.ſign.Hinc,

VARICES, qui ab Hippocr. *κιρσοὶ* vocantur, ſunt venæ in cruribus & coxis tumidiores & laxiores, teſte Galeno in lib. 6. Aphoriſmorum Hippocratis, quod ex craſſo humore & melancholico contrahi ſolet. Id genus morbo adfecti pedibus introrſum diſtortis coguntur incedere: eiuſmodi autem vari dicuntur, quos tamen Vlp. in l. idem Offilius ait, §.quæſitum. ff. de ædil. edict. inter ſanos connumerat. Huc vergit etiam ſatyrographi illud hemiſtichion, varicoſus fiet aruſpex Anſa ſcoptica & cauillatori hinc obiecta eſt Vatinio, qui Ciceroni iactitabundo ſeſe humeris populi Romani deportatum eſſe, h.e. ob auxilio facetuſe dixit: vnde ergo tibi varices? Mirum varices correpta prima proferri, cum varus, à quo trahunt originem, primam longam intendat. Io, Bapt.in comm. Sidon. Apollinar. epiſt.ad Sigetium lib.5. Vide Gœddæum in comm. ad l.præuaricatores, 212.n.4.ff.de ver.ſign.

VARICOSVS, quem Iulianus de ædil. edict. ſanum non eſſe dicit, Accurſius ſtultum interpretatur, ſed haud recte, qui modo huc, modo illuc vadit: & varicem, tibiarum ægritudinem, non multo rectius exponit. Nam varices non tantum, quamvis potiſſimum in cruribus, ſed etiam in temporibus, ventre, teſtibus, inguinum intumeſcunt. Vnde Varicoſus, qui habet bujuſmodi varices, id eſt, venas plus æquo intumeſcentes atque obtortas. Spieg. & Old.

VARIETAS proprie in diſparibus coloribus dicitur, cum transfertur in multa diſparia, ait Cic. lib.2.de finib. ſic poſt multas varietates obtinuit, &c. Briſſon.

VARII dicuntur, qui dolos nectunt. Contra hos, Zaſ. teſte, ſuorum eſt tit.de dolo malo. Cic. laudat. Sextilium, quod in cauſis non fuit varius. Spieg. Prat.

VARIVS, qui modo vnum, modo aliud dicit. Card. Zabarella in c. præterea, de teſtib. & c. cum eccleſia Sutrinæ, de cauſ. poſſ. & propr. & ibi Canoniſtæ.

VARIVS color eſt. qui & verſicolor dicitur Propertio.

VARVS dicitur, qui cruribus eſt introrſum obtortis, Varios, qui extrorſum.

extrorſum. Vlpia.l.10.in fin.ff.de ædil.edict. Quæſitum eſt, an varos & varum ſanus ſit,& opinor eos ſanos eſſe. Ouid.9.Metamorph.

tenuique à pectore varas.

In ſtatione manus.

Vari, à Græcis *ῥαιβοὶ* dicuntur: vt varij *βλαισοὶ*. Prat.

Vas, vadis, primo dictus eſt, qui aliquem in judicio, priuato ſiſtendum ſpondebat. Hinc Varro lib.5.de ling.Latin. Vas appellatus, qui pro altero vadimonium dedit. Conſuetudo erat, cum reus parum eſſet idoneus, inceptis rebus, vt pro ſe alterum daret. Liuius libro 3.de Cæſone loquens: Vades dare placuit, vnum vadem tertium millium æris obligarunt. Et paulo poſt: Tot vadibus accuſator vadatus eſt reum: hic primus vades publicos dedit. Poſtea vero & is dictus eſt, qui ſponſor erat ſiſtendi aliquem in judicio publico, vt ex ſuperiore Liuij loco licet colligere. Acron.in libro 1.Satyr.1. vbi hunc verſum interpretatur.

Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt,

Vadibus, inquit, id eſt, ſponſoribus à vadimonio: quod promittit is, qui ad judicium prouocatur, certa die affuturum. Vades ideo dicti, quod qui eos dederit, Vadendi habet poteſtatem. Ideo cenſuit Porphyrio, quod tamen à quantitatis ratione diſcrepat: prior enim in Vado producitur. Quidam in pactis conuentis & mancipiis hoc nomine prius vſurpatum volunt, hincque in l. venditionis cautum, ne venditor vadem daret, ne emptor vadem poſceret, ſi quando res euinceretur: Vas tamen interdum videtur ſimpliciter pro ſponſore vſurpari. M. Cicer.epiſt.ad Brutum. Maximo autem, cum hæc ſcribebam, afficiebat dolore, quod cum me pro adoleſcentulo ac pene puero Reſp.accepiſſet vadem, vix videbar, quod promiſeram, præſtare poſſe. Prat. Vide ſupra in verb. Vades proprie.

Vasa vinaria proprie vaſa torcularia eſſe placuit, ait Iulianus in l.vinaria,206.ff.de verb. ſign. in qua l. Alciatus varia vaſorum genera explanat. Scæuola de legat.3.in l.Lucius Titius,§.collegio exponit Vaſa vinaria, id eſt, cuppæ & dolia, quæ in cella defixa ſunt.

Vasa concinnaturis. Vide ſupra Concinnare.

Vasa cruſtata dicuntur, quæ vitreis cruſtis intecta ſunt, Corraſ. 4.Miſcell.16 n.9.

Vasa ſi cui legata ſunt, non ſolum ea continentur, quæ aliquid in ſe recipiant, edendi bibendique cauſa paratum, ſed etiam quæ aliquid ſuſtineant, & ideo ſcutellas vel promulſidaria contineri. Repoſitoria quoque continebuntur: nam vaſorum appellatio generalis eſt. Dicimus vaſa vinaria & naualia. Pompon. de aur.& arg.leg. Maffeus.

Vasallagium. Italicum vocabulum, idem eſt, quod homagium Gallicum. Vide Specul. de feud. §. 2. quid autem, & ſeq.

Vasallum, vel Fidelem (vt nunc vocamus) olim clientem dicebant quaſi colentem dominum, vt ab eo defenderetur, & qui viciſſim dignitatem domini tutaretur propter beneficium. Ex Old. qui & monuit, Clientelam eſſe obſequium ipſum, quod homagium vocant, & ſeruitium pro beneficio præſtandum, ſubſcribent Budæo, cujus verba in dictione Cliens, retulimus. Sed & Alciat.ſcribit, Clientum hodie inſtar obtinere, quos barbara voce vaſallos vocamus, in l. pattoni.de verb.ſign.Spieg.

Vasalli dicuntur ſoldurij apud Gallos, quorum olim, hæc erat conditio, vt omnibus in vita commodis vnà cum iis fruerentur, quorum ſe amicitiæ dedidiſſent: quod ſi quis iis per vim accidiſſet, aut eundem caſum ferrent ipſi, aut mortem ſibi conſciſcerent. Conn. libro 8. c.de bonis libertorum, 9. numero 6.

Vasallum eſſe, non eſt ſtatus perſonæ, vt docet Zaſ. in l. ſunt qui ff.de re jud.Spieg.

Vasalli ambigui dicuntur, de quorum feudo controuerſia eſt. Zaſ.

Vasallorum varia eſſe genera conſtat. Alij enim fidem & dominium debent, alij ſeruitium, alij pacem, alij plutium, vt loquuntur, id eſt, vt domino capto ab hoſtibus pro eo obſides dentur, alij ſunt lidi, alij non lidi, ſiue plani. Cujac. obſ.lib.8. cap.14.

Vasarium Alciat.elucidans l.inter domum, ff.de verb.ſign.exponit eſſe præmium, quod reducibus magiſtratibus propter geſtum apud exteros honorem, impenditur. Reperio in Theſauro Roberti Stephani Vaſarium, vt veſtiarium, calceatium dici hoc eſt, vaſorum ſuppellectilem. Spieg.& Old.

Vasis legatis non ſolum ea continentur, quæ aliquid in ſe recipiant, edendi bibendique cauſa paratum, ſed & quæ aliquid ſuſtineant. Et ideo ſcutellas vel promulſidaria repoſitoria quoque continebantur, l.19 § argento.ff.de aur.arg. Vaſorum enim generalis appellatio eſt. Dicimus vaſa vinaria, vaſa naualia. Briſſ Prat. Hinc.

Vasculaaius, qui vaſa argentea & aurea facit. Sunt enim inter artifices vaſcularij, cælatores, inauratores, & bractearij, in l.apud Lab de præſcript. verb. Si cum emere argentum velles, vaſcularius ad te detulerit. Sic l.pen.ff.de aur. & argen. l.vlt.ff. de oblig.& act.Spieg.

Vasorum appellatio generalis eſt: dicimus enim vaſa vinaria & naualia, l. cum aurum, §. argentum, ff. de aur. & arg. leg. Spieg.

Vasaus generali nomine dicitur cliens, qui pro beneficio accepto fidem ſuam autori beneficij obligauit: cujus vocabuli origo Germanica eſt, pro quo vulgatum illud beneficiatus Pratejus.

Vassus Regius, qui datum à Rege beneficium obtinet. Aymonius lib.5. cap.56. Abbates etiam, & regni primores, ac Vaſſi Regij ſe illi commendauerunt, & ſacramento, ſecundum morem, fidelitatem promiſerunt. Item in legibus Baioar. tit.3. Siue Regis Vaſſus, ſiue Ducis, omnes ad placitum veniant. Prat. Hinc.

Vasallus *ὑποκοριστικῶς* diminutiuo nomine inferioris ordinis cliens, id eſt, qui in Vaſſi fide & clientela eſt. Sunt, qui à Germanico *Geſell* deducant, quo nomine ſocius, comes, commilito ſignificatur. Fortaſſe tamen in primitiuis, potius quàm in deriuatiuis etymologia quærenda eſt: qua de re cupinſe in diſput. feud. exponit Hot. Deinde Ioannes Auentinus lib. hiſtor. 7. Geſalos Germanice nominat, quos Latine verberones interpretatur genus hominum nouæ ſuperſtitionis, qui ad vmbilicum nudati flagris & verberibus ſeſe in publico pro templis ac aris cruentabãt. Naucleru Gener 45. Flagellabant, inquit, ſe bis in die, & ſemel quilibet clam in nocte: & de licentia vxoris ſuæ: & depoſitis veſtimentis habentes in modum branchæ camiſias à femore ad talos protenſas. Tanta erat multitudo, quod nemo poterat numerare. Prat.

Vasallus per ſacramentum, qui propriè vaſallus eſt: & domino per juſiurandum ſuam fidem adſtrinxit, lib.feudor.2.tit.27. Dici poteſt Vaſallus juratus: vt ei, qui iniuratus eſt opponatur, qui neque fidelitatem neque ſeruitium debet, de quo lt 2. tit.24 §. Sunt enim (ait) quædam feuda ita data, vt pro his fidelitas non ſit præſtanda. Item lib.2.tit.3 §.4 Prat.

Vasallagium, vaſalli obſequium. Itaque homagium & vaſallagium pro ſynonymis vſurpantur: vt Neapol conſt.li.2.tit.36. Si quando aliquis fuerit ab aliquo de homagio imperitus, &c. Et in extremo: Quæ omnia in militibus & baronibus de vaſallagio conuentis volumus obſeruari. Et apud Petrum de Vineis lib. epiſt.6 cap. 9. Abſoluentes eos ab omni fidelitate vaſallagij ſeu homagij juramento. Dicitur & vaſſaticum, vt in fragmentis Theodulphi. Pipinus rex tenuit placitum ſuum in compendio, ibique venit Thaſſilo Dux Baioariorum in vaſſatico ſe commendans, & per manus ſacramenta jurauit, & fidelitatem promiſit Regi Pipino, & filijs ejus, quod recta mente, & firma deuotione, ſicut vaſſus dominis ſuis eſſe deberet. Prat.

Vasculaaius, qui vaſa conficit, leg.20.§.vltim.ff.de præſcript. verb.Briſſ.

Vassallitium, clientela vaſalli Regino lib.Chron.2.ann.852. Berengarius cum filio ſuo Adelberto Regiæ ſe per omnia in vaſſallitium dedit donationi. Prat.

Vastatio, à vaſto, quod eſt, quaſi vacuum reddo in vſibus feod. de pace tenend.§.vlt.& in Auth.de Leonib.in prin.Spieg.

Vatii ſunt, qui pedes extrorſus obtortos habent: ijdem, vt arbitratur Budæus, qui valgi: Meminit ICtus in l. item Offilius, §.quæſitum eſt, ff.de ædil.edict. Varro.lib.2.de re ruſtic. de canibus loquens: Sint cruribus rectis, ac potius varis, quam vatiis: id eſt, in ſe potius & introrſus tortis quam extrorſus. Valgos, inquit Feſtus, Aurelius intelligi voluit, qui diuerſas ſuras habent, ſicut è contrario vari dicuntur incurua crura habentes. Prat.

V B.

Vbere prouentus, pro copioſis. Vlp.in l. annonam attentare. ff.de extraord.cri. Quidam, & major pars, hodie ſine aſpiratione ſcribit. Spieg.

Vberius, opponitur arctiori. Iaboleo. de verb. ſig. Inter illam, ait, conditionem cum fari potuerit, & poſtquam fari potuerit, multum intereſt: nam poſteriorem ſcripturam vberiorem eſſe conſtat: cum fari potuerit, arctiorem. Spieg.

Vbertas ſterilitati opponitur, l.8.ff.locati.& l.15. §. ſi Papinianus, ff.eod.Briſſ.

Vbi, & continuare, & aduerſari, & pro apud quem, ſumi, Alberic. indicat. Spieg.

Vbi aduerbium loci, ſignificat, in quo loco. Interrogatiue aliquando pronunciatur, Relatiue nonnunquam, & infinite aliquando. Spieg.

Vbi, in proprio ſignificatu nullam parit conditionem, teſte Alberic. qui allegat l.ſi ita ſcriptum, § fin ff.de legat.2. Prat.

Vbi inſtrumentum dotale conſcriptum eſt, l.exigere, ff. de Iudicijs.

Vbi primum. Romanis eſt, quod incontinenti Barbaris.

Vbi, pro poſtquam, l. poſtliminium, in principio, & §. primo, de captiuis & poſtliminio reuerſis, indicarunt Interpretes. Albericus.

Vbi, pro quando, l.ſi quis in legatione, ff.de judiciis. Alberic.

Vbi primum potuit, leg.2.§.confeſtim.ad Senatuſconſul. Tertullian. l.nepos Proculo.de verb.ſign.Albericus.

Vbi tu Cajus, ego Caja. Vide ſupr. Cajus.

Vbi voluerit. Hæc locutio varie recipit temperamentum ex antecedentibus, ex ſubſequentibus, ex adjunctis, ex circunſtantijs, vt ex Doctorum reſponſis, vulgo conſilia vocat, conſtat. Spieg.

Vbi voluerit, mater moriatur. Hæc verba Iuriſc. interpretatur in l. quintus, de ann. legat.

Vbicunque æquitas judicem mouerit, poteſt interrogare, l. vbicunque, ff. de interrog. act.

Vbicunque eſſent lapidicinæ, ſi excipiantur hæ, præſentes tantum denotant, l. 10 lege ff. de contrah. empt.

Vbique, generica vox reſtringitur à ſubiecta materia l. lex Cornelia. § ſi tamen ff. de injur. Spieg.

Vbique, pro vbicunque, Iauolen. leg. 77. ff. de contrahen. empt. In lege fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo, vbique eſſent, exceptæ erant. Paulus l. quod niſi 20. in fin. ff. de oper. libert.

Non eſſe iniungendam neceſſitatem liberto vbique eum ſequi. Sic l. vrbana 66. ff. de ver. ſig. Velut his, qui ruſticarum rerum actiones diſpenſet, vbique habitet: non multum abeſt à villico. Sic enim eo in loco legendum videtur, non ibique, vt in vulgat. C. habetur, alioqui ſibi ipſi contrarius videtur Iuriſconſultus. Prat.

V E.

Ve disjunctiua conjunctio eſt, id ſignificans quod, aut Geminata eleganter poſtponitur negatiuæ, l. 3. ad l. Iul. peculat.

Ve, particula quandoque priuata eſt. Labeo, vt à Iauoleno allegatur, l. malum §. viduam, de verb. ſig quaſi vecors, veſanus qui ſine corde, aut ſine ſanitate eſſet. Vide Gell libro 5. c. 2. Regulariter disjungit, id ſignificans quod, aut Congerit. Exempla. Alberic. Spieg.

Vectes, inquit Budæus, baculi ſunt ſolidi, per mediam machinam traiecti, quibus manuductis, machina dum verſatur, funem ductarium aduoluit. An his vectibus. Vectiarij dicti ſunt, torcularia premunt vectibus, *Trotter*. Spieg. Prat.

Vectigalis nomen, ait Gœdd. ad leg. 17. num 15. de verbor. ſignific. generale eſt, & ſignificat, quicquid emolumenti ac compendij ex quacunque re ad publicum vſum capit, & exigitur in tantum, vt etiam quadrageſimam litis, Cujac. obſeru. 28. libro 6. viceſimam hæreditatis, & ſimilia, teſte Dione lib 55. in actis anni 759. cuius etiam meminit Pompon. in l. 2. §. ex his, ff. de orig. jur. & Iuſtin. in l. fin. Cod. de edict. diui Hadrian. tollend. ſignificet. De vectigalibus vide fuſius Gœd. in d. l. 17.

Vectigal eſt, quod pro rebus ciuitati inuectis vel euectis publico ſoluitur: Publicum autem vectigal. ipſum eſt. Vide Alciatum in comment. ad leg. inter publica. ff. de verbor. ſignific. Vectigalium vero diuerſa olim erat conditio. Neque enim ſemper pecuniariæ ſolutionis, ſed etiam ſi quid alicui ſpecialiter concederetur, vnde ſentiret publica auctoritate lucrum. Sic intelligendum eſt, vt & Old. docet, Vlp. in d. l. inter publica. Spieg.

Vectigalium tria erant genera: Decumarum, quæ ex frumento, vino, oleo, & frugibus minutis exigebantur: Scripturæ, quæ ex paſcuis: Portorij, quod ex mercibus exportandis vel importandis recipiebatur. Vlp. l. 17. ff. de verb. ſignific. Prat.

Vectigal ſtipendiarium. Scribit Appianus Alexand. lib. 1. bell ciuilium, ſub principium ſi. Roman. colonis dediſſe colendos agros, quos bello ſibi quæſierant eoſque graſſantis belli injuria incultos relictos: ex quibus quidem agris vectigalia annuum publice pendebant coloni: partem ſcilicet decimam ſeminum: fructuum vero omnium, quos ex arboribus percepiſſent, quintam. Pecorum vectigalium rationem quandam etiam præſerti pſerant. Hoc autem vectigal ſtipendiarium dicebatur, id eſt, certum vt autor ex Cicero actio. 3. in Verrem. Brechæus in l. Inter publica ff de ver. & rer. ſig.

Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit: quale eſt vectigal portus vel venalium rerum, item ſalinarum & metallorum. & picariarum. Sic in l. ſed & hi. 13. &c. ff. de public. l. 103. ff. de verb ſignific. Hot. Prat. Adde Cujac. ad l. vnic de Alex. primatibus Cod. libro 11. Proprie autem & ſpeciatim.

Vectigal dicitur, quod fiſco vel reip. portorij nomine penditur: id eſt, pro mercibus, quæ vel inuehuntur, vel euehuntur quod ἐξαγώγιον Iuſtinianus vocat in edicto de Alexandrinis, & Strabo lib 17. in Alexandria vectigalia alias ἐξαγωγικά, alia εἰσαγωγικά facit. Veteres autem etiam in priuatorum prouentibus hoc verbo vtebantur. Paul. l. 59. ff. de vſufruct. Cæſæ harundinis vel pali compendium, ſi in eo quoque fundi vectigal eſſe conſueuit, ad fructuarium pertinet. Sic apud Ciceronem in Paradox. Et meo tenui vectigali (id eſt, agrorum mercedib. ſiue redditibus) detractis ſumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Hot. Prat.

Vectigalis, quod tributum pendit: & Vectigales, ij, qui tributa perſoluunt.

Vectigales agri ciuitatum, ſeu municipiorum alij dicuntur, alij non vectigales: vectigales vocantur, qui manente apud municipes dominio in perpetuum locantur, id eſt, hac lege, vt tamdiu pro his vectigal pendatur, quamdiu neque ipſis, qui conduxerunt, neque his, qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri eos liceat, & ſic ſemper in jure intelligi debent: alias emphyteuticarij dicuntur. Non vectigales ſunt, qui ita colendi dantur, vt priuatim agros noſtros dare ſolemus, l. 1. ff. ſi ag. vectigal. l. 1. §. 1. ff. de publican. l. 71. §. 5 lc. ff. de leg. lib. 1, Briſſ. Adde Connan. lib. 7. c. de jure emphyt. 12. n. 2. Pr.

Vectigales quoque agros populi Romani appellabant, qui ex hoſte capti, vectigalibus ſubjiciebantur, mancipibuſque vel in ſingula luſtra, vel in annos centenos locabantur, vt Hygen. in lib. de limitib. conſtit. docet. Briſſ. Prat.

Vectigalis actio, quæ de vectigali fundo poſſeſſoribus propoſita eſt, l. 15. §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infect. l. 66. ff. de euict. proprias enim prætor his in rem propoſuit actiones, loco domini eos habent, licet domini non ſint, l. 1. ff. ſi ag. vectig. l. 5. in fin. ff. de arb. furt. cæſ. Prat.

Vectigalis fundus municipium: poteſt & ipſis municipibus & alijs etiam legari, vt tradit Vlpia. in fin. l. ſi domus de legat. 1. vectigalis fundi & vectigalis prædij fit mentio in leg 1. ff. de condict. tritic. leg. 16. in fin. ff. de pignor. action. l. 16. de ſeruit. l. 4. §. finium, ff. fin. regund. l. 1. quibus modis vſusfruct. amit. leg. 7. ff. commun. diuid. l. 23. §. 1. ff. aqu. & aqua pluuia. leg. 5. §. bonorum, ff. vti in poſſ. bon. legat. Prat. vide Gœdd. ad leg. 17. nu. 19. de verb. ſign.

Vectigalis pecunia, quæ ex vectigalium redditibus prouenit.

Vectigalia noua ſicut nec nouas exactiones, niſi conſulto Imperatore, nullus princeps imponere poteſt. Si quis tamen vero ſuperiorem neminem agnoſcit, ex cauſa hoc poteſt: dum tamen meminerit, ſi ob prodigalitatem ſuam pecunia indigeat, vel iuſtitiam ſubditis non miniſtret, poſſe etiam ſibi tributa denegari, & de facto reſiſti. Lucas à Penna l. 1. Cod. de Superind. libro 10.

Vectigalia, quæ τέλη dicuntur, proprie ſunt prætoria, quæ in itinere præſtari ſolent, l. ſi quis pro vxore, ff. de don. int. vir. & vxo. quæ fructuum onera non eſſe conſtat. Phauorinus: φόρος καὶ τέλος τὸ ὑπὲρ τῶν ἰδίων ... τέλος δ' ὑπὲρ τῶν ... ἐμπορικῶν ... Sunt tamen & alia vectigalium loco, veluti viceſima hæreditatum & manumiſſorum centeſima, ducenteſima, quinquageſima rerum venalium, quadrageſima litium, quæ onera prædiorum non ſunt. Item reditus ex metallis, ſalinis picariis, cretæfodinis, rotoriis, l. inter, ff. de verb. ſign. quæ etiam onera prædiorum dici non poſſunt, cum ſint in jure populi Romani aut principis, nemini autem res ſua debet onera. Ac ſane vectigalia prædiorum emphyteuticorum, onera prædiorum eſſe videntur, quia in eis prædiis ius, eorumque vindicationem emphyteuticarius habet.

Item ſcripturæ & decumarum vectigalia, onera fructuum ſiue prædiorum ſunt. Sed hæc publicanis locantur, & prædia emphyteutica emphyteuticariis dantur. Cujac. obſer. lib. 7. c. 4. poſt princ.

Vectigaliarii, qui & publicani & telonæ dicuntur, proprie ij ſunt, qui vectigalia P. R. aut principis veluti portoria conducta habent, non tributa, leg. 12. §. vltim. ff. de public. & vecti. l. eum qui. ff. de verbor. ſignificat. qua de cauſa Cæſar dum vult leuare Aſiam publicanis, apud Dionem 42. quod redigebatur ex vectigalibus, in tributi collationem transformat. Verum ij etiam, qui ſalinas, rotorias, picarias, cretæfodinas, metalla conducta habent, & qui ciuitatibus debita portoria conduxerunt, publicanorum loco ſunt, l. 13. ff. de public. & vecti. & ſi qui quandoque tributa vel ſtipendia conducant l. prima. §. primo. eod. Liuius 39. Vectigalia ſummis pretiis, vltra tributa infimis locauerunt, quas locationes Senatus precibus & lachrymis publicanorum victus induci juſſit. Eſt & ſimilis locus libro 43. Emphyteuticarios non auſim publicanos appellare, quia ius in prædiis habent, quod publicani non habent. Sed neque eos, quibus priuati homines fructus, quæſtus, reditus ſuos locant, qui & vectigales dicuntur, quia publica conducta non habent. Cujac. dict. obſeru. libro 7. cap. 4. prope finem.

Vectiones Paul. de ſuod. inſtru. Sed videndum, ait, inter inſtrumentum tabernæ, & inſtrumentum cauponiæ ſit diſcrimen: ut taberna non niſi loci inſtrumenta ſint, vt doliaria, vaſa, ſectiones, ancones, &c. Rhodiginus, Vectiones (inquit) apud ICtos legimus: eas, ſunt qui vegetes intelligant, a vehendo nuncupatas.

Vector, & is, qui in aliena naui, vel equo, vel plauſtro vehitur pretio: & is, qui vehit, dicitur, leg. 1. de exercit leg. 2. de iactu. leg. 1. & 3. Naut. caup. ſtabular. Valla auctor eſt libro 1. in Bapt. Facium, Vectorias naues aut non inueniſſe, aut inuſitatum eſſe. Spieg.

Vectura merces eſt, quæ vectoribus ſoluitur, l. 62. ff. de rei vindic. Briſſ.

Vectura tam jumentorum, quam camelorum, & nauigium eſt, l. 26. ff. de petit. hæred. l. 62. ff. de rei vindicat. l. 15. item, cum quidam, ff. locat. l. vlt. ff. de leg. Rhod. l. 52. §. ſi quis ex ſocijs ff. pro

ff.pro ſoc.l.39.§.2.ff.de leg.2.l.13.§. ſi fructus, ff. de act. empt. Prat.

Vecturam facere apud Iuriſconſultus dicuntur, qui vecturis victum quæritabant. Vide Alex.lib.5.cap.14.

VAGATARI pro recreari, ſiue ſanum tueri, apud Imp. Conſtantinum l.1.de cuſtod.reor. Nec vero, inquit, ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed vſurpata luce vegetari. Spieg. Prat.

VAHICVLA, carrucas interpretantur Impp. l. vaic. C. de honor. vehicul. lib. 11. eo verbo vſus eſt auctor feudor. cap. vnico, §. mercator. de pace tenen. vſib. feud Prat.

VAHICVLORVM autem, curruumque diuerſa fuiſſe genera, non vna facie apud auctores legimus. Nam & Eſſedum & Petoritum, Ciſium, Carruca, Carpentum, Pilentum, Arcera, Plauſtrum, Rheda, & Sarracum, Epiredium, quod barbarum eſt, Carri, Couinum & Arcirma, Licet diuerſi generis, omnes tamen vehiculorum numero fuere. Petoritum enim Gallicum fuit, rotarum quatuor. Couinum Britannorum, Eſſeda Belgarum, Carrucæ Germanorum & Gallorum Arcera infirmorum. Erat enim plauſtrum tectum vndique. Eas quidem Carrucas etiam in Italia frequentes fuiſſe comperimus. Quippe Nero Cæſar nunquam minus mille carrucis iter feciſſe proditur, longo ſemper agmine impedimentorum incedente. Pilentum Veneri coloris erat, quo matronæ vectabantur caſtæ, quas poſtea Baſternas dixere. Peckius l.3.num.5. ff. de incend. rui. naufra.

VEL, ait Feſt. lib. 19. coniugatio eſt diſiunctiua, ſc. earum rerum, quæ natura diſiunctæ ſunt: in quibus Aut, conjunctione rectius vtimur, vt aut dies aut nox: ſed earum quæ non ſunt contrariæ, quæ eligatur, nihil intereſt. Prat.

VEL, particula diſiunctiua inter conditiones negatiuas poſita ſoluitur in conjunctionem Et, Gothofred. ad l. 6. C. de inſti. & ſubſtitut.

VEL particula non diſiungit ſemper, ſed determinat interdum, vt teſte Zaſio in fi.l ſi familia.ff.de juriſdict. judicata, quomodo ponatur, indicat Alber.& Bart.in l.ſupra iter. §. officium,ff. de aqua plu.arcend.& in l.generali,C.de ſacroſ.eccleſ.

VEL, polyſimum eſt, quandoque enim emendationis nota eſt l. bona fide.ff.de noxalib. aliquoties pro Et, l. ſæpe, ff. de verb. ſign.l.cum quidam, ff.eod.tit. aliquando alternatiua vox eſt, c. inter cæteras, extr.de reſcript. Interdum pro ſaltem ponitur, l. multum, ff. de hæred. vel act. vend. plerunque ponitur pro etiam,l quod ſi Epheſi ff. de eo quod cert. loc. & §.per occaſionem, de nupt.conſt.22.& cum dicimus. Vel illius teſtimonio, id eſt, illo teſte. Aliquando negandi vim habet, l. ſi de rua.C.de don.int.vir. & vx. Sæpiſſime etiam ponitur pro quando l.a. C. de jure dot.l.1.§.imbre.ff.de aqu.& aqua plu.

Quandoque etiam ponitur pro veluti, & ſimilitudinis nota eſt, l. pen. ff. de fideiuſſ. Quandoque quantitatis ſignificatiua eſt, l.plane,§.1.ff de legat. 1. Quanto autem diſiungat, an non, diſcutit Bart. l.ſupra iter. ff. de aqu. & aqua pluuia arcend. Prat.

VEL cæteris, formola in feudi conceſſione quid ſonet, docent Interpretes in rubr. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis in vſib. feud. Prateius.

VEL cæteris, quos ſecum habet, formula, in l. qui juriſdictioni, ff. de juriſd. conjung. vt ex lectione ejus legis conſtat, & vide c.1. extr. vt lit. non conteſt. & ca.2. de dolo & contu. Prat.

VELA appellabantur, quæ in ædibus vel vmbræ gratia, vel arcendi frigoris, ventique excludendi cauſa obtendebantur, l. 17. §. qua pictæ.ff.de actio.empt.l.41.§ item hoc prohibetur, ff de leg.lib.1.l.12.§.ſi domus, ff de inſtruct. vel inſtr. vbi etiam vela cilicia ideo parari ſcribitur, ne ædificia vento vel pluuia laborent. Martial.lib.14.Epigrammat.

Sit licet & ventus, te tua vela tegent.

Seneca lib.4 Natur. quæſtio. Itaque quamuis cœnationem velis ac ſpecularibus muniant. & igne multo doment hyemem. Sueton in Caligul.c.26. Reductis interdum flagrantiſſimo ſole velis emitti quenquam vetarent. Tertullian. in lib. de habitu muliebri, de Parthis & Medis loquens: ſed & parietes Tyriis & hyacinthinis, & illis regiis velis, quæ vos operoſe reſoluta transfiguratis pro pictura abutimini. Sic velum in mœniano immiſſum, in l 2 §. cum quidam, ff.ne quid in loc. publ. & cubicula obductis velis opaca, apud Plinium lib.7. epiſt. ad Corantum.

Foribus etiam obtendebantur vela. Suet. in Claud. Prorepſit ad ſolarium proximum: interque prætenta foribus vela ſe abdidit. Lamprid. in Heliogab. Qui ſubito militum ſtrepitu exterritus in angulum ſe condidit: objectuque veli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi ſe texit. Sic l 5. C. de naufrag. leuato velo, i. patente velo, aperta fore. Briſſ. Prat.

VELA cilicia, dicta, quod ex hircorum vel capellarum pilis fiebant. Vlp. de fund. inſtr. l quæſitum. Vela autem, inquit, cilicia, inſtrumenti eſſe, Caſſius ait: quæ ideo parentur, ne ædificia vento vel pluuia laborent. Spieg.

VELA regia appellantur inſignia Cæſarum; quæ domib. & prædijs principis imponebantur. Alciat. Parer. lib. 5. c. 1. Ancha.

VELABRVM, locus, in quo vela obtendebantur, ſub quibus olearij vendere ſolebant: Velabra, ventilabra eſſe ait Adrian. Turnebus lib.3 aduerſ.c.5. idque imminuto vocabulo extrita ſyllaba. Prat.

VELA quoque nauis inſtrumenta ſunt, quæ in legibus Rhodiis Græco verbo ἀρμένα vocantur, in fin. l. a. quam vtpote cuiuis ſtudioſiſſimo obuiam non refero, Prat.

VELA multiplicia eſſe, ait glo.§.velamen.20.qu.1.

VELAMENTVM, l.1.C.de repud hæred.

VELAMENTVM pro prætextu, vel colore quæſito poſuit conſtitutio principalis l velamento.C.de poſtul. Velamento abſentiæ patroni cauſæ, ruſus ad finitas quæſtiones quis fruſtra redire conatur, Sic l.1.C.de quibus mun. vel præſta. Prat.

VELAMENTVM in l.cum duobus 52.§ ſi in coeunda, ff. pro ſocio, quod velat & ſupplet. Si in coeunda, inquit Vlp. ex Celſo, ſocietate, artem operamve pollicitus eſt alter, veluti cum pecus in commune paſcendum, aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus, nimirum ſibi etiam culpa præſtanda eſt: pretium enim operæ artis eſt velamentum: id eſt, vt exponit Duar. pecunia, quam accipit is, qui operam confert, ſupplet, & velat, quod in arte vel opera deeſt: ideoque pecuniam conferenti de culpa tenetur, qui operam confert.

Velo (vt Hotomann. vult) pretium, quod artifex accipit, velat ac abſcondit ipſius artem, facitque vt, nulla ejus ratio ducatur: ſicque ille, qui pecuniam contulit, non minus quam hic ſocietatem juuet, ac ejus pecunia loco operæ ſit, Cujac. Leuamentum legit, & illud, pretium operæ artis, κατ' ἀναλογίαν dictum à Celſo putat: vt ſit ſenſus. In ea etiam ſocietate, quam quis ita contraxit, vt ipſe pecuniã, alter operam artemve conferret, ab ipſo culpam præſtari, quod æſtimatio, ſiue pretium artis, vel operæ ei ſit leuamentum non mediocre, atque ideo, vt ita contracta ſocietas ipſius quoque vtilitatem reſpiciat. Et ita videtur intellexiſſe Iuſtinianus §.de illa ſane. Inſtit. de ſociet. Prat. Vide Leuamentum.

VELARIA, dicta, vela, quibus theatra teguntur. Spieg.

VELATA mulier, c. vlt. 24. diſtinct. & Velata ſponſa ibid. vbi vide Archid. Prat.

VELITARES haſtæ erant iaculatoriæ, id eſt, quibus eminus iaculabantur, proinde aliis leuiores: De his Ouidius: Vtque petit primo plenum flauentis arenæ. Nondum calfacti velitis haſta ſolum. Haſtam velitarem Polyb. videtur γρόσφον appellare. Vt enim de velitibus ſcribit Liuius lib. 38. eos tripedalem parmam habere: & in dextra haſtas, quibus eminus vtuntur, in Polybio haſta velitaris τὸ τῶν γροσφῶν βέλος, longitudine eſt duorum cubitorum, craſſitudine digitali, ferro dodrantali, ita in tenuitatem & gracilitatem ducto, vt primo ſtatim iactu neceſſario inflectatur. A velitari & manipulari haſta differebat, amentata, quæ grauior erit & maior, & vt maiore impetu torqueretur, habens. Vel amentum media vinciebatur, cui digitus inſerebatur ad conatum jactus adjuuandum. Turnebus lib.54. aduerſ.c.11.

VELLE & nolle medium habent, non nolle, l.3 ff. de reg jur. vbi Franc. Duaren. Franc. Petr. Fabr. Cujac. Iac. obſ. 23. libr. 15. Ioh. Robert. c.3 lib. animaduerſ.

VELLE, à non nolle differre, vult. Vlp. quod excutit Valla cap. 12. lib. 1. Dialecticarum diſputationum. Spieg.

VELLE aliquando ſignificat verbis expreſſis voluntatem ſuam declarare, idque tunc maxime accidere ſolet, cum ei opponitur non nolle. Eſt enim non nolle, pati & nihil contradicere. Eoque ſenſu non nolle viſus eſt accepiſſe Cicero ad Atticum ſcribens, lib. 13. Proximis tuis literis primum te id non nolle cognoui, h.e. cognoui, h.e. pati & non contradicere. Iuriſconſulti non nolle & velle, ſic etiam interpretati ſunt, vt velle eos dicant, qui voluntatem ſuam declarant, ſiue quid vetent, ſiue quid fieri jubeant: non nolle, qui quid ſcientes diſſimulant, hoc eſt, non declarant ſe vel nolle, vel quod fit, fieri velle, idque ex Vlpiano euidentiſſime conſtat. Cum enim peculiarem mercem, etiamſi nihil eſſe in peculio, dominum tributoria obligare, ſi modo ſciente domino ſeruus negotiaretur, contenderet. Vlpian. hæc verba ſubjecit: Scientiam hic accipimus, quæ habet & voluntatem, ſed vt Ræuardus putat, non voluntatem ſed patientiam. Non enim velle debet dominus, ſed non nolle, l.1. § 7. & 8. de tribut. act. Quo in loco eum, qui ſciens non proteſtatur, aut non contradicit, non nolle: eumque, qui quid fieri vetat vel jubet, velle interpretatur Vlpia. Ejus igitur eſt non nolle, qui poteſt velle, hoc eſt, is dicendus eſt diſſimulare vel pati, qui poteſt voluntatem ſuam declarare. Ideoque ſi mercem ſerui peculiarem apud Vlpianum dominus ignoraſſet, quia voluiſſe propter ignorantiam intelligi non poterat, juſtam profecto defenſionem habuiſſet, & tributoria conueniri nequaquam potuiſſet. Nec ſane alia ratione dominus, cum patitur colonum in fundo eſſe, ex integro locare intelligitur, quam quod voluntatem ſuam potuerit declarare, l. 14. locati. Simili modo Colonus reconduxiſſe videtur verbiſque partis taciturnitate, l.13.§.10.& 11. Græci interpretes cum non ſatis intelligerent, quid ſignificaret, non nolle in hac regula juris, cujus tenor ſonat, ejus eſt nolle,

qui poteſt velle, negatiuoem rejecerunt, & ſic legendam eam poſteris reliquerunt. Ejus eſt nolle, qui poteſt velle. Florentina Pandectarum editio, quam ego Græcorum auctoritati longe præferendam cenſeo, expreſſe ſcriptum continet, Ejus eſt non nolle. Ræuard. in comment. l. 3. ad tit. Pand. de diuerſ. reg. jur.

VELLE non creditur infans, pupillus furioſus, prodigus: item is, qui imperio patris vel domini obſequitur, l. 4. l. 40. & l. 189. ff. de diuerſ. reg. jur. Itaque in l. Papia, ſi impubes ſit patronus, voluntate ejus non videtur liberta, nupta, ſi tutoris autoritas non acceſſerit, l. 13. in fi. de oper. libert. Briſſ.

VELLEIANO Senatuſconſulto, quod M. Silano & Velleio Tutore Coſſ. factum eſt, fœminis alienam in ſe obligationem ſuſcipientibus ſubuenitur. Appellatur Senatuſconſultum de interceſſionibus, l. 9. l. 10 l. 19. C. eod. tit. Briſſ.

VELLEIANO Senatuſconſulto renunciari poteſt. Vult. in comp. Inſtit. § quæ diximus, 5. nu. 15.

VELO leuato procedere, nihil aliud ſignificat, quam ſummarie, breuiter, & imperfecta deductione, ſi opus ſit, examinare, vt nec ad pleniſſimas judiciorum formulas recurrere oporteat, ſed ſuccincte, de plano, ſine ſtrepitu judiciorum, & ſolenni figura. Peckius l. 5. de nauſ. C. lib. 11.

VELUT, improprietas vel fictionis nota eſt. Sic velut hæredes dicuntur bonorum poſſeſſores, & cæteri bonorarij ſucceſſores, quoniam hæredes ſola lex vel conſtitutio principis facere poteſt, l. 1. ff. de poſſeſſ. hæredit. §. quos autem. Inſtit. de bonorum poſſeſſion. Peculiom veluti patrimonium eſſe dicitur, l. 32. §. 2. l. 39. ff. de pecul. quoniam patrimonium ſubjectæ alieno juri perſonæ non habeot. Briſſ. Prat.

VELUT Mutiana cautio in l. 71. ff. de conditíon. & demonſt quæ ad exemplum Mutianæ comparata & introducta eſt. Briſſ. Prat.

VELUT pacto tranſegiſſe dicitur qui contentus fuit pignora in creditum poſſidere, l. 23. §. ſi pignor. ff. de re jud. Briſſ. Prat.

VELUTI plerunque verum exprimit, l. preeib. C. de impub. Similitudinis etiam nota eſt, l. 2. §. hæc verba, ff. de interd. §. ſicut Inſt. de ſatiſ. tut. Exempli quoque ſignificatiua eſt, leg. qui reſtituere, ff. de rei vindic. Prat.

VELUTI poſſeſſor juris dicitur, l. 16. § pen. l. 17. §. ſi qui, ff. de petit, hæred. quoniam juris poſſeſſio proprie nulla eſt. Pari ratione & interdicta veluti poſſeſſoria de juribus prædiorum conſtituta dicuntur, l. 10. ff de ſeruitutib. Prat. Briſſ.

ET VELUT longa poſſeſſio, quæ vſu nititur, qui in rebus incorporalibus poſſeſſionis vicem repræſentat, l. 5 §. pen. ff. de itiner. actuque, l. 20. ff de ſeruitutibus. Briſſ. Prat.

VELUT vti poſſidetis interdictum pro vtili indicto, in l. 1 §. proponitur, ff. de ſuperficiebus Briſſ. Prat.

VENAS aquarum l. 1. §. pen. ff. de ſonte l. 22. ff. de aqua & aqua pluu. id eſt, meatus ſubterranei. Briſſ. Prat.

VENAE fontis in l. 34. in fi. ff. de ſeruitut. ruſt. Briſſ.

VENAE putei in l. 24. §. vlt. ff. de damn. infect. Briſſ.

VENAE metallorum & lapidicinarum in l. 13. §. inde eſt quæſitum. ff de vſufr. vt venæ ſaxorum in l. 2. l. 10. de metallar. in Cod. Th. Prat. Briſſ.

VENA ferri in l. 1. de fabricenſib. lib. 2. C. vbi tamen vulgo mendoſe venerabilis pro venæ nobilis legitur, quemadmodum arguitur ex l. 2. eod. tit. in C. Th. & e Caſſiodoro: Sæculis ſuis producit nobilis vena primarios. Prat. Briſſ.

VENAS tenere, tranſlate, pro pernoſcere naturam & ingenium hominis, quod non eſt niſi acutorum, hoc eſt, eorum qui in promptu deguſtãt mentes, ſenſuſque eorum, quibuſcum agunt.

VENALEM formam exhibet mulier formoſa, quæ corporis ſui copiam facit, ſeſeque proſtituit, quales multæ viſuntur in Corintho noua. Prat.

VENALES, ſi nihil addas, ſerui nouitij intelliguntur, qui ad vendendum ſunt expoſiti. Ex Theſauro Stephani Roberti. Sp.

VENALES nouicij. Pomp. l. ſi negotia. ff. neg. geſt. Veluti, inquit venales nouicios coemendo Spieg.

VENALICIARIAM exercere. Vlp. in l. 73. §. vlt. ff. de legatis 3. Eum, inquit, qui venaliciariam exerceat, puto ſuorum facile contineri velle ejuſmodi mancipia: niſi euidens voluntas fuerit etiam de his ſententiis. Nam quos quis ideo comparauit, vt illico diſtraheret, mercis magis loco, quam ſuorum habuiſſe credendum eſt. Spieg.

VENALIS poſſeſſio in l. 1. C. de rer. permut. quæ vendenda proponitur. Prat.

VENALIS ſententia quæ prætio fertur, l. venales, Cod. quando prouo. non eſt neceſſ. Sic eodem ſenſu.

VENALITATEM dixit Leo Imperat. l. vnica in fine. Cod. de monop. Prat.

VENALITIARII dicebantur mangones, hoc eſt, venditores hominum, quos ad alliciendos emptores mitia impoſturis ornabant. Erant enim mittendi coloris periti, l. 207. de verb. ſign. l. 1. § 1. de tributo, l. 57. ff. mandat. l. iuſtiſſime, §. 1. ff. de ædil. edict. Old. Adde Conn lib. 7. cap. 14. numer. 1. hi à Græcis dicti ἀνδραποδοκάπηλοι. vt refert Brechæus in l. Mercis, in tit. de verb. & rer. ſignif.

VENALITII, dicuntur negotiatores, à vendendo, Plinio & Ciceroni & Nonio, præſertim ſeruorum. Inde ſerui quoque ipſi Venalitij dicuntur. Et Venalitium munus in l. jubemus venalitium, C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. quando quis cogitur negotiari: quod viro nobili indignum reputatur. Nebriſſ. & Cujac. 10. obſ. 6.

VENALITIUM, corpus ipſum, vel venditio, vel locus vbi nouitij venduntur. Venulejus: Nam quicunque, inquit, ex venalitio nouitiorum emptus, alicui miniſterio præpoſitus ſit, ſtatim eum è veteratorum numero eſſe, l. vlt. ff. de ædil. edict. Spieg.

VENALITIUM videtur eſſe vectigal rerum publice venalium de quo & l. 1. de vec. C. lib. 12. Cuiac. ad l. 4. de prox. ſacr. ſcrinio. C. lib. 12.

VENALITIUS, adiectiuum, venditum corpus. Pomp. Iuriſconſ. Quod ſi familiam domeſticam vxoris, aut venalitiam parauit. Sic Plinius alicubi venalitios greges pro venditis ſeruis vſurpat. Spieg. Adde Conna. lib. 2. c. 2. n. 1.

VENALIUM nomen, quemadmodum Quintil. lib. 8. c. 1. ſcribit, cum commune ſit omnibus rebus quæ mercis numero habentur, tamen peculiariter ſeruis nouitiis tribuitur, l. 12. ff. de negot. Seneca lib. 4. de Benefic. c. 12. Mercatur vrbibus prodeſt, medicus ægrotis, mango venalibus. Idem lib. 11. Detrahis veſtimenta venalibus, ne quæ vitia corporis lateant. Plin. lib. 35. c. 17. Eſt & viliſſima, qua circum perducere ad victoriæ notam, pedeſque venalium trans mare aduectorum denotare inſtituerunt majores. Et ſic Cicero, quod in oratione poſt reditum dixit de grege venalium in oratione Piſoniana diſerte de grege nouitiorum dixit. Quintilian. Declamat. 358. Cum forte videret puerum venalibus interpoſitum, & cognouit, & agnitus eſt. Sueton. in lib. de clar. Rhetoribus. Venalitij cum Brunduſij gregem venalium naui educerent, formoſo & pretioſo puero, quod portitores verebantur, bullam impoſuere. Pratejus. Briſſ.

VENALITIA familia, apud Vlp. in l. 11. §. vlt. ff. de dona. int. vir. quæ venalis habetur. Suet. in Auguſt. c. 42. Magna vero quondam ſterilitate, ac difficili remedio, cum venalitias & Laniſtarum familias vrbe expuliſſet. Et Venalitia multitudinis numero in l. 5. §. vlt. ff. de jur. delib. Briſſ. Prat.

VENARI, hoc eſt, feras indagare poteſt vſufructuarius, l. vſufru. ff. de vſufruct. Spieg.

VENARI puellas, in Auth. de lenon. §. 1. tranſlate, pro ineſcare, ſeu captare blandis vel verbis, vel munuſculis. Spieg.

VENATIO eſt occupatio animalium, quæ natura ſua ſunt feræ: Cujus ſpecies ſunt tres: Venatio proprie ita dicta, quæ eſt beſtiarum: piſcium, quæ dicitur piſcatio: & auium, quæ eſt aucupium, Vulteius in comment. Inſtit. §. feræ igitur beſtiæ, 10. num. 5.

VENATIO edi dicebatur, cum in harena populo beſtiarum venatio exhibebatur, l. 122. ff de legat. 1. Briſſ.

VENATIO alia eſt, de qua in l. venationem, 26. ff. de vſur. & fruct. quæ priuata eſt, & quandoque fructuum appellatione venit. Briſſ.

VENATIONES dicebantur ludi, in quibus feræ magno diſcrimine ab iis, qui depugnabant, conficiebantur, l. 2. §. beſtias, ff. de poſtulan. l. ciuitatibus, 122. ff. de lega. 1. Hinc venatorius ludus, genus illud pœnæ, apud Vlpia. l. aut damnum §. fin. ff. de pœn. Prat.

VENATIONEM reditibus connumerat Vlp. l. 9. §. 4. ff. de vſufr.

VENATIO etiam Metaphoricos ad alia transfertur: nam pro adulatione ſumitur, c. ne quid, 11. q. 3. Hinc venari auram popularem dicimus, id eſt, captare, Prat.

VENATIO & ipſum venandi actum, & ipſas feras captas ſignificat: noſtri fruſtum vocant, de quo in l. venationem, ff. de vſu. Spieg.

VENATORES ſerui, & venatorium inſtrumentum l. 12. §. ſi in agro. ff. de inſtruct. vel inſtrum. Et apud Paul. lib. 3. ſentent. tit. 6. Et Venatio ludiaria apud Trebellium Pollio in Gallienis. Briſſ.

VENATORES & aucupes vtrum in vrbanis atque in ruſticis (ſeruis) contineantur, poteſt dubitari. Sed dicendum eſt, Paolo trahente, vbi paterfam. morabatur & hos alebat, ibi eos numerari, l. ſeruis vrbanis 99. ff. de legat. 3. Prat Old.

VENDAX, qui facile vendit. Notum illud Catonis: Patremfamil. vendacem & non amacem eſſe oportet. Spieg. Prat.

VENDERE verbum ad omnem alienationem pertinet: ſed proprie ea eſt, quæ pretio & re inter ſe commutatis fit. Vnde magna differentia eſt inter vendere, & rem vendendam dare. Nam ſi lancem tibi dedi, vel maſſam auri, vt eam venderes, & nummis vtereris, neque venditio eſt, neque mutuum, ſed mutuum conualeſcit, poſtquam nummi ex venditione redacti ſunt, l. rogaſti. 11. ff. de reb. cred. periculum autem rei interim eum ſpectat, cujus cauſa res ad vendendum data eſt. Nam qui rem vendendam accipit, vt pretio vteretur, periculo ſuo rem habet, l. 4. in pr. ff. de reb. cred. maxime ſi ſine vſuris credita eſt, & dominus alias rem vendendi propoſitum non habuerit. Briſſ.

VENDERE cum affectu accipi debet, §. venditæ. Inſtit. de rer. diuiſ.

diuiſ. Siquidem ſine traditione venditio omnium perfecta non eſt. Et vendere damnatus intelligitur juſto pretio. Spieg.

VENDERE ad aſſem, idem quod reducere ad æſtimationem aſſis eſſe dictus. Vide Conn. lib. 4. c. fin. n. 6.

VENDERE creditoris jure, eſt ſuo jure vendere, non communi lege pignoris, vt eſt l. & ſi 15 ff. de diſtract. pig. Cujac. l. 1. obſeru. 14.

VENDERE damnatus intelligitur juſto pretio.

VENDERE pro emere poſuit Iulianus l. 7. §. qui bona, ff. pro empt. & è contrario emere pro vendere poſuêre imperatores l. vetera. Cod. ſi ſeruus extra emi, vnde & merito dixerit Gaius l. 19. ff. de action. empt. veteres ait, in emptione venditioneque appellationibus promiſcue vtebantur, id eſt, & in locatione, & conductione, vt eſt legendum in l. ſequent. Nec enim inquit Cujac. 9. obſeru. 15. emptionem pro venditione, vel emptorem pro venditore, nec è contrario vt acciperent, ita locuti ſunt: ſed locationem venditionem appellarunt ſæpe & conductorem emptorem, ſiue redemptorem vt mercedem ſiue penſionem pretium quia locatio & conductio proxima eſt emptioni & venditioni, eiſdemque regulis conſtat. Hygen. 2. de limitibus conſt. Mancipibus ementibus, id eſt, conducentibus in annos ſingulos. Feſtus: Venditiones olim dicebantur Cenſorum locationes. Prat. Vide & Alciat. 3. parerg. 21.

VENDIDI verbum ad omnem alienationem in l. 12. tab. pertinere docuit Prat. lib. 4. veter. Iuriſpr. l. 3. verba legis hæc ſunt: Parentib. liberos ter vendendi jus ac poteſtas eſto, quod quando parentibus liceat, docuit idem Prat. ex l. fin. Cod. de part. qui fil. diſtrax.

VENDIBILE & quod facile vendi poteſt, & quod volgare, vulgóque gratum eſt. Spieg. & Prat.

VINDICARE non poteſt niſi dominus: nam vt ſcribit Paul. in l. in rem actio, de rei vind. Vindicatio competit ei, qui aut jure gentium, aut jure ciuili dominium acquiſiuit, condictio autem in rem furtiua ſimiliter competit ſoli domino, l. 1. de condict. furti. Ferret. com. Inſtit. Iuſt. l. 4. tit. de emp. & vendit.

VENDICARE, vulgo eſt appropriare, hoc eſt, ſibi proprium facere & aſſumere. Rei mouentis vendicatio quomodo fiebat olim, Alc. in l. pœnoiæ verbum, de verb. ſig. oſtendit.

VENDICATIO eſt cùm vendico rem, id eſt dico rem meam eſſe Briſſ.

VINDICATIO rei ſingularis, id eſt, in rem actio, quæ & deſignanda eſt, & vtrum tota, an pars, & quota petatur, expreſſim dicendum eſt, vt l. ſi in rem ff. de rei vindic. Old. Adde Conn. lib. 5. c de reuoc. donat. 7. n. 2.

VENDIDIT verbum appoſitum in inſtrumento, Improprietur, & ad locationem refertur, quando ſolutio pretij eſt diuiſa per plures annos vel menſes, & de tali contractu judicatur, vt de locatione, ita ſing. concludit Ang. in conſil. 1. certum eſt, in 2. colum. quód pro ſing. & note digno approbat Alex. in l. cotem ferro, §. qui maximos, in apoſtillis, ff de publ. quamvis contrarium tenuerint Imol. & Lud. Roman. quos refert Alex. in conſil. 2. viſo inſtrumento, in 2. colum. libro. 1. vbi tamen non audet eorum opinionem approbare, propter auctoritatem Bart. qui videtur tenere contrarium, vt ibi per eum. Et hoc bene nota, pro limitatione ejus quod dicitur, quod vbi fit mentio pretij, cenſetur venditio: de quo late ponit Iaſ. in l. 1. in 6. colum. poſt med. C. de jure emphyt. & in l. 2. ad fin. princ. ff. ſi cert. pet. & in l. vlt. 3. not. ff. de cond. ob cauſam poſt Alexan. late in l. ſi quis ante, in vltim. notab. ff. de acq. poſſ. & Corn. conſ. 58. quamvis in præſenti, in 1. col. in 2. li. & ad prædicta quod verbum Vendidit exponatur, i. e. locauit ratione ſubiectæ materiæ: vide Iaſ. in l. ſi tibi pecuniam in 1. col. ff. ſi cer. pet. vbi etiam dicit, quod exponitur id eſt, permutauit: cum tamen venditionis appellatione non veniat permutatio, vt not. ſingul. Bald. in l. dedi. per illum tex. vbi Alexand. & Iaſ. in 3. not. ff. de condit. ob cauſam, & ſcribit Corn. conſil. 73. quamuis videatur in 1. colum. in vlt. lib. Corn.

VENDITARE ſententiam l. 5. § idem, ff. de injuriis, id eſt, venalem habere. Briſſ.

VENDITARE ſeſe clienti, eſt per aſſentationem operam ſuam vltro ſpondere quaſique venalem oſtentare. Bud.

VENDITIONE & emptione, veteres in appellationibus promiſcue vtebantur. Cajus, ff. de act. empt. Origo autem emendi vendendique à permutationibus cœpit. Paul. in l. 1. ff. de contrah. empt. Old.

VENDITIO pro re vendita accipitur in l. eum qui de in diem add. Sic & emptio & donatio & furtum accipitur. Briſſ.

VENDITIO donationis cauſa fieri videtur, ſi vno numero res vendatur ſi, l. 46. ff. loca. l. 10. in fi. ff. de acquir. poſſ. item ſi viliori pretio, l. 17. ad Velleian. vel minoris, l. 5. 8. 5. ff. de don. int. vir. & vx. l. 8 § 1. ad Iul. maieſt. Gotho. in not. ad l. 6. ff pro dona.

VENDITIO imaginaria eſt, cui nomen venditionis, conductionis & ſimilium adſcribitur, l. 3. C. de contrah. empt. l. 46. ff. locat. l. 66. in fi. ff. de jur. do. Paul. 2. ſent. c. 3. § 4. Goth. in not. ad l. 15. C. de donat.

VENDITIO omnem contractum, quo rei dominium transferri poſſit, late complectitur, vt tradit Bald. in l. ſciendum, §. emptorem, ff. de ædil. edict. per l. ſtatuliberis è cæteris, §. Quintus, ff. de ſtatuliberis. Bart. in l. ſicut, §. venditionis, ff. quibus mod. pig. vel hypoth. ſol. Sed hoc ex impropria & latiſſime ſignificatione, ac καταχρηστικῶς. Non enim in ſtatutis, quæ ſtrictioris atque exactioris ſunt interpretationis, permutatio, venditionis jure cenſebitur. Et quidem venditionis verbum modo ſtrictiorem, modo latiorem habet ſignificationem: vt annotauit glo. in d. l. ſtatuliberis, §. Quintus, ſub finem: Brech. in l. alienatum. ſub titul. de verb. & rer. ſign. Adde Bald. in comm. ſuper Inſtit. Iuſt. lib. 3. in ἐπιγραφῇ tit. 23. de empt. & vend.

VENDITIONES ſimpulariæ vocantur rerum humilium, minutarum & vilium, quæ in nullo ferme ſunt pretio, Cort. 2. Miſc. 54 num. 8.

VENDITIONIS verbum, complectitur omnem alienationem. Itaque ſi cui ne vendat quid, prohibitum eſt, is nec donare, nec permutare poterit l. ſtatuliberi, § fin. ff de ſtatulib. Bart. in l. ſancimus. C. de rebus Eccleſiaſt. non alien. Old.

VENDITIONIS verbum τῷ ἔργῳ, & cum effectu eſt accipiendum, vt videlicet res vendita tradatur emptori pretio perſoluto, argument. cap. Imperialem, §. caſdis, de prohib. feud. alien. per Feder. cap. relatum, de cleric. non reſid. l. 1. quod quiſque iur. Item

VENDITIONIS verbo omnis alienatio comprehenditur. Ergo permutatio, quæ etiam alienatio eſt, venditio cenſebitur, cum in ea permutatione dominij translatio requiratur. Atqui venditio omnem quidem contractum, quo rei dominium transferri poſſit, late complectitur. Et quidem venditionis verbum, modo ſtrictiorem, modo latiorem habet ſignificationem: vt annotauit gloſſ. in l ſtatuliberis, § Quintus, ſub finem. Brech. in l. alienatum. ff de verb & rer. ſign.

VENDITIO in aſſem, apud Mod. in l. Titius, Quib. mod. pign. vel hypot. intelligitur, vt Alc. ſentit. cum quis tanti rem pignorauerit, quanti vendi poterat, c. 33. lib. 3 parerg. Old Prat.

VENDITIO perfecta dicitur, quam ſecuta eſt traditio, §. venditæ. Inſtit. de rer. diuiſ. proin. vt pro non facta cenſeatur, ab ea recedi poteſt nudo conſenſu l. ab emptione, ff. de pactis, l. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. Old. Prat.

VENDITOR, quandoque ponitur pro emptore, & vice verſa l. veteres, C. de actionib. empt. Vt venditor pro emptor l. ſed hoc nomine, ff de euict. Alber. annotat. ſecutus Accurſium, qui putabat quod olim doctiſſimi legiſlatores confuderint ſignificationem Emptoris & Venditoris: quod non eſt verum. Vide Oldend. claſſ. 4. act. 1. Old.

VENDITOR liberalis. Tullius in fi. Topic. ad Trebatium, venditores liberales eos dici affirmat, qui cum ædes fundumve vendunt, rutis cæſis receptis, aliquid tamen emptori concedunt, quod ornandi cauſa apte & ſuo loco poſitum videtur, Conn. lib. 7. c. 7. n. 7.

VENDITUM recte dicitur etiam quod in dominio venditoris manet, non autem alienatum, l. 67. ff. de verb. ſign. falſum igitur eſt, quod quidam aiunt, vendere eſt juſto pretio rem dare. Nam dare eſt dominium transferre, §. ſic itaque. Inſt. de actionib. Prat.

VENEFICUS, venenarius & maleficus eſt. Calliſtratus de pœnis, l. capitalium. Venenarij, inquit, capite puniendi ſunt. Nebriſſ. Venenarios hoc loco legit Accurſ. quod Bapt. Pius in poſter. annotat. probat, c. 10. Mea quidem, inquiens, ſententia, Doctiſſime Accurſius venenarios exponit eos qui planetas colunt. Old.

VENEFICUS, qui venena conficit, & qui incantationibus cæteriſque malis artibus vtitur. Cic. in Catilin. Quis tota Italia veneficus? Hinc veneficium ipſe actus venenandi, cuius certe conſcij capite puniendi ſunt l. capitalium de pœnis. Etiam veneficij in Perſis pœnæ huiuſmodi legibus vindicatur: Ampla eſt petra, in qua capite eorum impoſito alia petra feriunt, quoad faciem & caput infregerint. Hoc martyrij genere Gyges interiit, teſte Plutarcho in vita Artaxer. Auch. Vide Vulte. ad §. Item lex Corn. de ſicar. 3. Inſtit. de publ. iud.

VENENUM dicitur, quod cito intra venas eat, Vnde poëtæ frequenter accipiunt venenum pro amore. Virgil. lib. 4. Æneid. vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Et lib. Occultum inſpirans ignem fallitque veneno. Brech. & Goedd. in l. qui venenum, ff. de verb. & rer. ſign.

VENENUM τῶν μέσων ἐστί, vt ſecundum Vlp. in l. 1 §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupt. loquar, id eſt, medium nomen eſt, quemadmodum φάρμακον apud Græcos, ideoque qui venenum dicit, adiicere debet, vtrum bonum, an malum: Nam & medicamenta venena ſunt, eoque nomine continetur omne, quod adhibitum ejus rei naturam, cui adhibitum eſt, mutat ſiue in ad ſanandum, ſiue ad occidendum paratum eſt l. 236. ff. de verb. ſig. l. 3. §. ad leg. Cornel. de ſicar. Vnde apud Cic. lib. offic. vbi vulgo, Qui vinum fugiens vendit ſciens, in veteſtis codicibus, rectius ſecundum Briſſonium venenum fugiens, legitur, id eſt, medicamentum, Nonius Marcellus, Men-

dicinam, ait, & venenum dicimus tractum à Græcis, qui venenum φάρμακον appellant. Quod antiquorum exemplis comprobat. Similiter Seruius in 1. Georgic. ad illa verba ille malum virus. Bene, ait, addidit malum, ad diſcretionem. Nam virus & bonum & malum eſt, ſicut venenum quod idem eſt. Venit autem à Græco. Nam illi φάρμακον medium habent, id eſt, bonum & malum. Inde adeo ejus veneni quod nocet, mali adjectione diſtinctio fit l. 9. ff. ad leg. Aquil. l. 35. §. veneni mali, ff. de contrah. empt. l. 7. ff de lege Pomp. de parricid. l. 4. §. 1. ff. fami. erciſc. Et hujuſmodi venenum Quintil declam. 350. interpretatur potionem mortis cauſa datam. Inter venena autem chantaridas Tertull. lib. 1. aduerſus Marcio ponit: Nec diſſentit Marcian. in l. 3. §. alio SCto, ff. ad l. Cornel. de ſicar. Briſſ. Prat.

VENENVM eſt vel bonum vel malum. Bona venena ſunt, quæ nunquam ſua natura ſunt mala: Mala ſunt duplicia: aut enim nullo temperamento adhibito ſalubria effici poſſunt, cujuſmodi eſt ſerpentum virus, aut poſſunt, vt eſt aconitum, cicuta, mandragora, Gœdd. ad l. 236 n. 2. de verb. ſign.

VENENARII intoxicatores, & qui venena miſcent, l. 29. §. venenarij, ff de pœn. Tertullia. in Apologet. cap. 43. Nam ſi qui forte vere de ſterilitate Chriſtianorum conqueri poſſunt primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarij, venenarij, magi. Idem in lib. de pudicitia: Tragœdias omittam, ſciunt hodie venenarij, ſciunt magi. Sueton. in Neron. cap. 33. Britannicum veneno aggreſſus eſt, quod acceptum à quadam Locuſta venenariorum indice, cum opinione tardius cederet, ventre modo Britannici moto, mulierem ſua manu verberauit. Quod idem Cornel. Tacit. lib. 12. refert. Vtitur etiam hoc verbo Iul. Firmic. lib. 6. cap. 19. Hæc eo pluribus exemplis confirmo, quod in hujus verbi interpretatione lapſum Baptiſtam Pium in poſterior. annot. video Briſſ. Prat.

VENERABILES domos locoſque in conſtitutionibus recentiorum Impp. exaudire oportet, Eccleſias, xenones, prochotrophia, noſocomia, brephotrophia, orphanotrophia, & alia id genus l. 18. 19. C. de ſacr. eccl. l. 33. & l. 37. C. de epiſc. & cler Quorum verborum interpretationem ex Iuliano Patricio hic adſcribam: Xenodochium, ait ille, eſt locus venerabilis, in quo peregrini ſuſcipiuntur. Appellant enim Xenonem. Prochotrophium eſt locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri paſcuntur. Gerontocomium eſt locus venerabilis, in quo pauperes & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. Brephotrophium eſt locus venerabilis, in quo infantes aluntur, vt orphanotrophium interprete Moſch. in libro περὶ χηρῶν ἵνα οἱ ὀρφανοὶ τρέφονται). Briſſ. Prat.

VENERANDA domus, pro ſacra æde. Auth. conſtit. quæ ex aſcript.

VENERANDÆ leges l. 1. C. de bon. quæ liberis.

VENERANDA Reſpub. l. quo reip. ff. de iniur.

VENERANDA ſenectus, cultu & veneratione digna l. ſemper, ff. de jur. immun. Spieg.

VENERARI verbum compoſitum ex venia & orando, ait Feſtus lib. 19 Prat.

VENERARI oportet patrem & matrem l. 1. ff. de obſequ. pat. præſt.

VENIA ætatis, beneficium, indulgentia, permiſſio, Cod. de his, qui veniam ætat. impetr. per totum. Hæc aufert aliud beneficium, nempe Reſtitutionis in integrum per Bart. ibid. Venia tamen in actione edicti, de in jus vocando, non eſt intelligenda generalis ille permiſſus magiſtratus, cum poſtulanti juſtitiam, decernit citationem, vt aduerſarius in jus vocetur. Nam venia eſt ſolenniter impetranda aduerſus perſonas reuerendas, hoc eſt, primùm deſignanda eſt qualitas perſonæ, quænam reuerentia illi debeatur. Deinde ſumma controuerſiæ eſt exponenda, quare velit talem perſonam conuenire in judicio. Tum ſi judex cauſa ſummatim cognita, permittat reum vocari in jus: dicitur impetrata veniam fieri: & in Actis deſcribendum eſt. Old. Prat. Vide Gœdd. in commen. ad l. 21. nu. 19. 20. ff. de verb. ſign.

VENIA pro permiſſu in tit. de in jus vocand. Briſſ.

VENIAM in anteactum dare, apud Vlp. in l. 1. ff. de fugit. Spieg.

VENIENTANÆ gemmæ meminit l. 19. §. pen. ff. de auro. argen. eaq; numeratur inter lapillos non pellucidos. Eam Plinius & Iſidorus Italicam gemmam eſſe à Venientibus, repertam, nigram facie, albis intermicantibus notis, ſcribunt. Briſſ. Prat.

VENIRE verbum ICtis frequentiſſimum eſt. Sic venire dolum dicunt eum dolus ab aliquo præſtandus eſt, l. 45. ff. fam. erciſc. Sic & fructus venire dicuntur in actionem qui cum ex vi & natura actionis peti poſſint, l. 56. ff. famil. erciſc. Sic venire in æſtimationem, in culpam. Briſſ. ex ff.

VENIRE pro ire & ingredi. Sic venire in poſſeſſionem, l. 13. §. vlt. ff. de acquir. poſſeſſ. item pro adire & accedere, pro peruenire. Briſſ.

VENIRE pro portari, deferri, noſtris familiare eſt. Sic per metonymiam venire commeatus, qui afferuntur, dicimus: vide Quintil. lib. 10. c. 6 Spieg.

VENIRE, in crimen, pro accuſari.

VENIRE diem diſtat à cedere diem, vt ſupra judicaui in verbo Diem addictionis cedere. Spieg.

VENIRE ad judicium, vt in l. ſi cum judicio, in ſi. ff ſi quis cautio. Item ſecum poteſtatem agendi facere, vt in l. etſi poſt tres, ff. eod. tit. Idem, Ire in jus, vel ſicut nunc loquimur, comparere in judicio: Stare juri, & cætera id genus, ad reum referuntur. Sed exhibere reum, d. l. ſi cum judicio, in princip. Item ſiſtere reum, ad fidejuſſorem pertinet, vtrunque autem complectitur Cautio judicio ſiſti, ſiue quis pro ſe, ſiue pro alio promittat. Cujus oppoſitum eſt, promiſſionem deſerere. Nos nunc dicimus, Cautionem de ſtando juri. Quæ omnia incautum fallere poſſent, ſicut Accurſius erravit. Old. Prat.

VENIT in mentem, & pro ſuccurrit, quod notum eſt, & ſorte pro cui eſt, vel fert animus, accipi poſſe videtur apud Marcel. in l. maximeque. de adminiſtr. tut. vbi dicit: nam periniquum eſt, cum forte, cui poſt vicesſimum annum, vel amplius in mentem venit, tutelam repoſcere. Spieg.

VENISSE, pro peruenisse, apud Pomponium de verbor. ſignific. Spieg.

VENIRE ad hæredem, inquit Pompon. de verb. ſign. nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno. Maſſ.

VENTER pro muliere prægnante, l. 1. § 1. ff. de ventr. in poſſ. mitt. Hinc ventrem mittere in poſſeſſionem hæreditatis, id eſt, mulierem prægnantem, quæ hæredem ſe parituram adſerit, l. 1. in prin. de vent. in poſſ. mitt. Itaque ventrem in l. ventre, 84. ff. de acqu. hær. interpretatur Alc. ibid. in ſumma legis pro poſthumo. Prat.

VENTO viuere, dicuntur prouerbio vulgariſſimo, qui nullo victus impendio. Hinc vſus eſt Alex. Imp. ad fin. l. poſter. C. de alim pupil. præſt. Spieg.

VENTOSVM & plenum vento ſignificat. & ideo. Vlp: ad leg. Aquil Siquidem die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt. Nam & qui occaſionem damni præſtat, damnum feciſſe videtur, l. qui occidit, §. pen Spieg.

VENTILARE cauſa dicitur, l. 6. C. pro ſocio cum de ea dubitatur, tractatur & agitatur. Alio ſenſu ſerui dicuntur mortui domini cadauer ventilare. l. vnic. § ſed & qui Cod. de lat. lib. toll. id eſt, thura, vt exponit Irnerius. Prat.

VENTRALE videtur ſacculi genus fuiſſe, pecuniæ ad vſum quotidianum neceſſariæ geſtandæ accommodatum, & ſub ventrem appenſum. Vlpian. l. 6. ff. de bon. damnat. Zonam à Ventrali ſic diſtinguit: Nec ſi zonam circa, ſe habuerit, protinus aliquis ſibi vindicare debebat: ſed veſtem qua is fuerit indutus, aut numulos in ventralem quos victus ſui cauſa in promptu habuerit. Legitur tamen ventralem. Horum, Palæmo & Paulus in Gloſſis, ventrale, faſcia, quod ventrem operiat, & aliæ gloſſæ, ventrale γαλακοδερμόν, φοινίκιον. Alij tegumentum ventris exponunt, in quo res leuiores poni ſolent. Et ita ab Adriano Imper. l. diuus Cod. de bon. damnat. pro funda, id eſt, crumena, ventralis accipitur. Nummolos, inquit, in ventralem, legendum ventralem. Plin. lib 8. cap. 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla noſtra ſicut villoſa etiam ventralia. Idem libro 27. cap. 7. de abſynthio loquens, Arcet inguinum tumorem in ventrali habitum. Eodem ſenſu Latini fundum & profundum dixerunt. Macrobius. Demiſſa in fundum (ſic habent, teſte Cujacio, libri veteres) paupere manu, paucos denarios protulit. Caper Grammaticus: In profundum nummi, vel in arcam conduntur. Prat. vide & Cuiac. 20. obſeru. 26.

VENTREM facere dicitur paries qui intumeſcit, qui procumbit qui proiectus eſt. Alfenus in l. 17. ff. ſi ſerui. vindic. Si quando, ſit, inter ædes binas paries eſſet, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domo ſemi pedem aut amplius procumberet: agi oportet ius non eſſe, illum parietem ita proiectum in ſuum eſſe inuito ſe. Spieg.

VENTREM appellant ICti vterum quem mulier geſtat, vel animal quod in vtero eſt l. non eſt ambiguum, ff. de bon. poſſ. Ita quoque venter dicitur inſtitui, exhæredari vel præteriri l. ventre 84. ff de acquir hæred. Inde ventrem in poſſeſſionem mitti & ventriculatorem dari dicunt & vacuum ventrem l. 7. §. adeo ff quibus ex cauſ. in poſſ. Briſſ.

VENTREM ferre, id eſt prægnans eſſe poteſt mulier totos decem menſes, & duos dies, per gloſſam not. in Nouell. Conſtit. de Reſtitut. §. mulier. & in l. inteſtato, §. fin. ff. de Suis & legit. hæred. Spieg.

VENVLEIVS Saturninus, ICtus, is eſt qui Quintus Saturninus vocatur in l. 13. §. Marcellus ff. de Senatorib. Briſſ.

VER ſacrum pro religioſo (vt inquit Nonius Marcellus) à Siſenna acceptum eſt, cum alij pro vitali, atque execrando intellexerint. Relatum de Lacedæmoniis eſt, quod ij quidem ver ſacrum deſtinauerunt, quo tempore vrbem Heracliam condiderunt. Sex. autem Pompeius ob eam rationem dictum exiſtimauit, quod in magnis periculis vouendi mos fuit, ſe cuncta animalia immolaturos, quæ vere proximo naſcerentur. Quæ res (inquit) cum paulo crudelior atque acrior videretur, pueros, puellaſque innocentes interimere, in adultam

tam

tam ætatem perductos velabant atque extra fines exigebant. Hinc appellati ſunt Sarrani ex oppido Reſte orti, quod in ſacro vere nati haberentur. De his ſacris & in commentariis Græcorum mentio habetur, qui maiore diligentia atque ſtudio Romanos ritus ac inſtitutiones perquirunt. Petr. Crinitus lib 14. de honeſt. diſcip. c 8.

VERBVM, eſt pars orationis ſignificans incompoſitum prædicatum vt Diogenes, vel ſicut quidam volunt, elementum orationis ſine caſu, ſignificans aliquid constructum de aliquo vel aliquibus vt lego, ſcribo, ita Laertius lib. 7. de vita Diogenis.

VERBA, id eſt, vocabula abſolute poſita, proprie & non abuſiue accipi debent, per l. ea lege, ff. de teſtam l. non aliter, de leg 3. l. nepos Proculo. de verb. ſignif. niſi non ita voluiſſe autorem præſumamus, tunc enim ex coniectura reſtringuntur: quæ aſſumuntur modo ex re, modo ex perſona, amicitia, item affinitate, odio, paupertate, tum ex negotij qualitate, vt late Indicat Alciat. in princ. comment. de verb. ſig Spieg.

VERBA, ſunt notæ paſſionum animi & voluntatis l. Labeo. de ſupel. leg. l. ille aut ille, §. cum verbis, l. non aliter, ff. de lega. 3. Bar. in l. contra legem, ff. de legib. cum ſimil. Spieg. Prat.

VERBA ſunt notæ rerum. Vultei. in comment. Inſtit. de lega. §. 27 num. 8.

VERBA cum effectu ſunt accipienda, l. pen. ff ne quis eum l. 1. §. hæc verba, ff quod quiſque jur. quod de iis accipiendum eſt, vbi lex effectum exigit, idque potiſſimum in iis, ob quæ pœna irrogatur. Prat.

VERBA abſolute poſita intelliguntur cum limitatione: vt cum dicitur, à ſemetipſo inutiliter legari, hoc non eſt verum abſolute: ſed tunc verum eſt, poſtquam adita eſt hæreditas, vt ſcite declarat Zaſius in l. qui filiabus, ff de leg. 1. Spieg.

VERBA abſolute poſita proprie & non καταχρηστικῶς accipienda ſunt, l. ea lege ff. de teſtibus, l. nepos Proculo. ff. de verb. ſign. & vide Alc. in comment. de verb. ſig.

VERBA abuſiua, regulariter apud ICtos non recipi. Vide Abuſionis nomen.

VERBA clara qui interpretari velit, ferendus non eſt. Iaſon poſt Doct. in l. quicquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig. citat commodum tex. in l. ille aut ille, §. in verbis de lega. 3. & l. non aliter, ff eod. l. ſi mihi & Titio, §. fin. l. continuus, §. cum, ff. de ver. oblig Old. Prat.

VERBA ciuilia. Hæc falſo cenſuit Bartolus eſſe verbum, Inſtituo, vel hæres eſto, tanquam hæc non juris gentium, ſed ciuilis verba ſint. Itaque Alciati verius ſententia amplectenda, arbitrantis verba ciuilia dici ſimpliciter verba, quibus pupillaris ſubſtitutio confici poteſt. Siquidem Vulgaris dicta eſt, quod vulgo omnibus competat: at Pupillaris, non niſi ciuibus Romanis, qui filios in poteſtate habeant, quod jus patriæ poteſtatis proprium ciuium eſt: & idq; eidem moribus ciuitatis inductum eſt, id eſt, jure non ſcripto, ſed prudentum interpretatione, ideoque proprie ciuili: quod Pompon. docuit l. 2. § iis legibus de orig. jur. Vnde merito Papinian. verba ciuilia ea omnia appellauit, quibus hæc ſubſtitutio eſt inducta: In tractatu de vulg. & pupil. Verbis ciuilibus inquiens, ſubſtitutionem poſt quartum decimum annum ætatis, fruſtra fieri conuenit, Alciatus cap. 1. decimi libri parerg. Spieg. Cæterum Connano libro 10. cap 8. numer. 9. probabilius eſſe videtur verba Ciuilia dici Papiniano, quæ etiam directa vocantur & legitima, quod vim legis pene habeant, nec factum hominis acquirant.

VERBA dubia in reſcriptis, priuilegijs, contractibus, judicijs, & voluntatibus vltimis, qui accipienda ſint, vide textum in l. ſi quis intentione ff de jud. & l. veterib. ff. de pact. l. in ambiguis de diuerſ. reg. jur & ibi vide interpretes. Prat.

VERBA, durante vita, habent vim conditionis, l. ſi ego, §. 1. de jur. dot. Bart in l. 1. § 7. ff. de cond & demon.

VERBA geminata & exuperantia reſtringenda ſunt pro re, & ſubiecta materia, l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. Alciat. reſponſ. 2. 23. n. 18 Prat.

VERBA geminata & repetita voluntatem enixam & conſtantem indicant. Baldus in l fructus, C. de act. emp. cum multis ſimil. per pleroſque omnes Doct. ex Zaſio. Old. Prat.

VERBA generatim concepta, ad illa quæ poſtmodum de nouo recenter emergunt, non ſunt porrigenda l. qui cum tutoribus in fin ff. de tranſact. Idque obtinet etiam ſi illa generalis forma verborum jurejurando eſſet roborata. Baro Tautenbergius citat in Viridario. c. cum inter P. & ibi Gloſſ. & Doct. de renunt Spieg Old. Prat.

VERBA imperatiua ſunt verba directa l. quoniam Cod. de teſtam. Cujac. ad tit. 24 ff. de lega. in princ. In verbo Imperatiue.

VERBA in differenti materia per prius, non per poſterius intelligenda ſunt. Glo. in l. de vnoquoque ff. de re jud. Bald. l. 1. Cod. de ſucceſſ. edict Spieg.

VERBA intelligenda ſunt in caſu poſſibili, vt recte annotauit Accurſius in §. 1. Inſtit. de oblig tit general.

VERBA mere æquiuoca, ſi per communem vſum loquendi in intellectu certo ſumuntur, talis intellectus præferendus eſt. Hoc Felini dictum ceu elegans, citat Zaſ. l. 1. reſponſ. Spieg. Prat.

VERBA nihil operari melius eſt quam abſurdè. Dictum eſt Baldi l. terminato, ad finem, C. de fruct. & lit. expenſ. ſac. Old.

VERBA non tam intuenda, quam cauſa & natura rei, vt mens contrahentium ex eis potius, quam ex verbis appareat. Bald. citat l. ſi in venditione, ff. comm præd. Adde l. capitalium, §. diuus, ff de pœn. cum ſimilib. Old. Prat.

VERBA obſcurè prolata, eo ſunt intelligenda ſenſu, quem ſolent rectè intelligentibus generare, c. ex literis, t. de ſponſ & matrim. Vide Baronem a Tautenberg tom. 1. Viridarij concluſ. juriſdict. Spieg Old. & Prat.

VERBA offendi poſſunt, imo ab eis recedere licet, vt verba ad ſanum intellectum reducantur, gloſſ in l. actorum, ff. de re jud. & in l. non dubium, C. de legibus. Hanc doctrinam poſt Bart. teſte Zaſ. Bald. eleganter tractat. in iam allegata leg. Vide item Dinum, c. fin. de reg. jur. lib. 6. Spieg. Prat.

VERBA ordinationis quando verificari poſſunt in ſua vera ſignificatione, trahi ad extraneum intellectum non debent, l. non aliter, ff. de leg. 3. l. nepos Proculo, ff. de verb. ſig. l. 1. § ſi is qui ff. de exercit. act. argum. in l. ſi filio quem pater, ff de lib. & poſthum Spieg.

VERBA precaria hæc ſunt, peto, rogo, volo, mando, § vlt. de ſingul. reb per fid. rel. l. 2. C. com. de legat. Item deprecor, cupio, iniungo, deſidero l. etiam hoc modo l. & eo modo, ff. de leg. lib. 1 Addit Paulus impero, lego, impero cum Alciato. Et tamen non adſentior, dum minus eſſe precarium iubeo putat quam impero. Nam & iubeo precarium eſt, l. Aurelius, §. vltim. ff. de lib. leg. & vtrumque ſignificat volo ſiue cupio. Hæc verba & inflexa dicuntur & πλάγια, & fideicommiſſaria, nuſquam obliqua. Commendo non ex verbum precarium, vt ſi dixerit, illum tibi commendo l. ex verbo. C. de fideicommiſſ. liber l fideicommiſſa, § ſi ita quis, D. de legat. lib. 3. niſi vt Thalelæus notat forſitan probetur fideicommittere eo verbo teſtatorem voluiſſe. Nam ex nouiſſimis conſtitutionibus omne verbum ad fideicommittendum vtile atque validum eſt. At relinquo videtur eſſe precarium l. Lucius, §. filiam. D. ad Senatuſconſ. Trebell. ſed Paulus negat. Cuiac. ad lib. 4. Iul. Paul. ſent. tit. 1. de fideicommiſſis, §. fideicommittere his verbis.

VERBA plenitudinis poteſtatis & certæ ſcientiæ exprimi in priuilegio opus non eſt, ſi adſunt æquiualentia. Vide Bal. in l. lapil ff. de rer. diuiſ. & Felin. poſt Abb. in c. nonnulli, de reſcript. Spieg. Prat.

VERBA pro re, & ſubiecta materia accipi debent l. damni infecti quidem ff de damni infect. Bald. l. 2. C. comm. idem in rubric, C. de contrah. empt quæſt. 9. Prat.

VERBA quantumuis generalia, ad aptitudinem reſtringuntur, etiamſi nullam aliam paterentur reſtrictionem, per text. in l. vt gradatim, §. 1. ff de muner. & hon. & gloſſ. ab omnibus, Zaſio atteſtante approbatam, in l. qui autem. § ſi ff. de Conſtit. pec. & l. ſed ſi compromiſſum, ff. de arbitr. Spieg. Prat.

VERBA quæ aliquid operari poſſunt non debent eſſe ſuperflua l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. ſi quando, de leg 1. Spieg. Prat.

VERBA quæ præclara ſunt, de eis diſceptandum non eſt vide ſupra. Verba clara & manifeſta.

VERBA quibus ſubſtitutiones concipiuntur aliqua directa, aliqua obliqua, aliqua communia nominantur. Directa ſunt, per quæ ſubſtitutos directo, & per ſe, non per mediam perſonam ad hæreditatem peruenire poteſt, eiuſmodi ſunt indubitata, vt Zaſius ait, Hæres eſto. Item, hæredem inſtituo, non quidem de ſui natura, ſed additum qualitati hæreditariæ, vt Hæredem inſtituo, qui & Polito ſubſcribens, non recipit diſtinctionem Bartoli, de verbis ciuiliter & directo directis, vtpote commentitiam. Vocantur etiam hæc directa verba, ciuilia, vt enim Vlpian. titul. 25. dixit fideicommiſſum non relinqui verbis ciuilibus filio puberi ſubſtitutionem in ſecundum caſum fruſtra & inutiliter fieri, l. verbis, ff. de vulg. ſubſtitut. Ciuilia autem vocantur, quoniam talia ſunt, qualis legum ciuilium verba, vt pura hæres eſto, Damnas eſto, Damnas ſunto, Dato, Facito, Præcipito, Capito, Sumito, Habeto, id eſt, imperatiua. Cicero pro Balbo, explicans illa fœderum verba Imperium maieſtatemque populi Romani comiter conſeruato: quæ ita præſcripſit Liu. libro 38. Verbi, inquit, genus hoc conſeruato, quo magis in legibus quam in fœderibus vti ſolemus, imperantis eſt non precantis. Et Porphyrio ad hæc Horatij verba ſcribentis ad Trebatium, Tranſnanto, habento. Directis, inquit, verbis vtitur propter Iuriſperitos. Obliqua autem ſua inflexa, cum teſtator iubet, rogat, mandat, iniungit hæredi, vt reſtituantur bona Titio. Vnde verbum Reſtitui vere obliquum eſt, ſicut & alia verba diſtribuendi: vt cum teſtator dicit: Bona mea diſtribuantur, reddantur, diuidantur, partiantur, & ſimilia: quæ per diſcurſum juris inueniri poſſunt: & maxime iſta verba, Rogo, volo, mando: quibus verbis fideicommiſſaria ſubſtitutio conficitur, quam & precariam dominat Iuriſconſultus in l. quærebatur. 3. Reſp. ff. de teſtamento militari. Verbum iubeo interdum precarium eſt, optantis & adulantis ſignificatum habens, & idem quod volo, vt cum

dicimus, jubeo ſoluere, & in l. Aurelius, §. fin. ff. de lib. leg. Reddi jubeo, fideicommiſſum eſt. Communia, quæ vtrique ſignificationi conueniunt, hæc eſt, quæ eſſe directa, aliquando poſſunt eſſe & obliqua, nam ſi vniuerſitati bonorum adjiciantur, directa ſunt: ſi rem certam reſpiciant, obliqua, juxta doctrinam Bald. tametſi Zaſ. demonſtrat eam non eſſe perfectam. Bartolus complura numerat verba communia, in noviſſima l. Centurio de vulgar. Quanquam & alia adnumerantur inter Communia: videlicet, pertineat, remaneat, redeat, teneantur, deuoluatur, deſtatur, habeat, conſequitur. Item verbum. Deputo, relinquo, contemperat, maneat, & multa id genus, quæ apud vtriuſque juris interpretes annotare licet: inter quos ſuper verbo. Succedat, nondum conueniat. De verbo Lego conſtat: quod quamvis ex latiſſima ſignificatione etiam ad hæreditatem poſſit accommodari, argum l. verbis legis ff. de verbor. ſignific. eſt tamen hodie coanguſtatum ad res ſingulares legatas, per jam d. l. in fi. Solebant etiam nonnunquam teſtatores directis ſimul ac precariis verbis idem relinquere, vt ſi jure legati valere nequiret, ſaltem valeret jure fideicommiſſi vt l. Publius l. non ad ea, ff. de cond. & demonſt. l. quiſquis, ff. de leg 3. l. Aurelius, §. Titius, ff. de lib. leg. l. ſi quis ſeruo, ff. de manu. teſt. & his plerunque verbis, Do, lego, dari que volo, priora enim ſunt directa: poſteriora precaria. Prat. Old. & vide Forcat. in Necyom. dialog. 24. n. 3.

VERBA ſecundum materiam ſubjectam intelligi nemo eſt qui neſciat l. damni infecti quidem, ff. de damn. infect. Bald. l. 2. C. commod. & idem rub. 9. quæſt. C. de contrah. empt. cum ſimil. Spieg.

VERBA ſimpliciter poſita debent intelligi in potiori & pleno ſignificato l. 1 §. 3 ff. ſi ager. vectig. Nam non eſt audiendus monitore Zaſio, nec ferendus aliquo modo, qui verbum ſimpliciter poſitum, à toto ad certam qualitatem reſtringit, arctat, & perpetuat. Spieg. Prat.

VERBA ſtrictæ ſignificationis ad latam extendi poſſunt, ſi ſubſit ratio. Vide poſt gl. Ang in Auth. vt hi qui oblig. poſt. pr. in verbo. Ad cautionem. Spieg. Prat.

VERBI appellatione venit tota clauſula l. ſi quando, Cod. de inoffi. & Deuter. capit. 4 Bartol. in §. ait prætor. l. item apud, ff de injur. Terentius, verbum hoc hercle verum eſt, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Et alibi Thais Phædriæ amanti dicit: verumtamen potius quam te inimicum habeam, faciam, vt juſſeris. Tum Phædria vtinam iſtud verbum ex animo ac vere diceres, potius quam te inimicum habeam ſyncere dici, quidnis poſſem perpeti. Denique Parmeno ſic loquitur, Labaſcit vno verbo victus, quam cito. Forcatul. in Necyomantiæ dialog. 34.

VERBA teſtamenti, faciant, diſponant libere, cauſam dominij habent. Auth. de reſtitutionib. §. ſi vero ibi. & licentiam habere, &c. Spieg.

VERBA teſtamenti generalia, generaliter ſunt intelligenda l. 1. §. generaliter de leg. præſtand. cum vulg.

VERBENACA. Vide Sagmina.

VERBERA ſeruilia, l. 15 ff. de jur. fiſc. interpretatur Briſſ. li. 3. c. 9. antiquit. flagra flagella, lora, quibus ſeruos sumpi ſolitos conſtat. l. ſed eſt quæſtionis, §. pen. & l. e. item apud, §. adjicitur ff. de injur. & ex veteribus comœdiis. Prat.

VERBERARE & Pulſare in l. Cornelia, de injuriis hoc differunt, quod verberare eſt cum dolore cædere, Pulſare ſine dolore l. 5. in pr. & §. inter pulſationem, ff. de injur. l. 22. §. vlt. ff. rem rat. hab. Confunduntur tamen vt plurimum l. 4. §. ſi cum ſeruum ff. vi bon. rapt. Briſſ.

VERBERA à magiſtro allata, vel parente, emendationis, non injuriæ gratia data creduntur, l. 16 §. 1. ff. de pœn.

VERBERARE dicitur abuſiue & quis pugnis ceciderit. Vlp. ſi l. item apud Labeonem, ff. de injur. Prat.

VERBERATIO vinculorum l. 7. ff. de pœn.

VERBERO. Imp. Conſtantinus, Cod. de mulierib. quæ ſe propriis ſeruis junxerunt. Si qua, inquit, cum ſeruo ſuo occulte rem habere deregitur, capitali ſententia ſubjngetur, tradendo ignibus verberone.

VERBI gratia, & verbi cauſa, quod exempli gratia dicitur, in eandem ſignificationem in fin. § pen. l. verum, ff. de minoribus l. 2. ff. locat. l. 2. Vt dignitatis ordo ſeruetur, Cod. lib. 12. ad l. Rhodiam de iactu. l. nauis, § fin. inſtit. de except. in pr. ff de ſupellecti. l. Labeo, & de peric. & comm. rei vend. l. ſi per peremptorem. Spieg.

VERBIS obligamur cum præcedit interrogatio, & ſequitur congrua reſponſio Mod. in l. obligamur, ff de act. & oblig. Prat.

VERBIS contrahi obligatio dicitur, quæ per ſtipulationem concipitur: quia non quibuſuis verbis contrahebatur, ſed ſolennibus duntaxat, & certis: quorum formulæ à ICtis conſcribebantur, itaque vt interrogatio concepta erat, ita ſubſequi reſponſionem oportebat, l. obligantur, 31. ff. de obligat. & act. Paul lib. ſentent. 5. cap. 8. Obligationum firmandarum gratia ſtipulationes inductæ ſunt, quæ quadam verborum ſolennitate concipiuntur. Verborum autem obligationis tres ſunt ſpecies: Stipulatio, l. cum patrem, C. de jure dot & de qua jam diximus. Dictio dotis, quæ verbis quoque ſolennibus fiebat, nulla interrogatione præcedente, nam Cajus 2. inſtit. ſcribit dictione dotis ſine interrogatione tres tantum perſonas obligari: mulierem quæ nuptura eſt, debitorem mulieris, parentem mulieris virilis ſexus. Tertia ſpecies eſt, Iuſiurandum liberti jurantis ſe donum, munus, operas patrono daturum, nam, vt ibidem Cajus ſcribit, libertus ſine interrogatione promittens verbis obligatur. Alij duas tantum conſtituunt: vnam quæ expreſſis verbis fit vtroque loquente, ſeſeque exaudiente, l. 1. ff. de verb. oblig. Aliam tacitam, quam lex fingit, l. vnic. Cod. de rei vx. Act. Prat. Adde Cujac. ad l. ſi vnus, §. ſi accepil. ff. de pact.

VERBORVM ſubtilitatem Iulianus accipit pro ſummo jure, in l. ſi tibi pecuniam, ff ſi cer. pet. condict. Sed hæc (inquit) intelligenda ſunt propter ſubtilitatem verborum. Benignius tamen eſt, vtrunque valere. Adde l. ſi fundus, §. ſi pluris, ff. de pign. & hypot. Schard. ex Prat.

VERBORVM ſuperficiem tenere, non ſatis eſſe ad inueſtigationem Iuris, meminiſſe oportet, ſed interius reſpicienda eſt mens legiſlatoris, qua ratione motus fuerit ad ſtatuendum aliquid. Scire leges (inquit Celſus) non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem in l. ſcire leges ff. de legibus. Non quod voluerit Celſus negligi prorſus verba, quorum primam oportet eſſe cognitionem, & ſine quibus mens proferentis percipi non poteſt, vt ipſe tractat eleganter in l. Labeo ait, §. vlt. ff de ſuppellectil. legat. Imo ſenſit potius vtrunque coniungendum eſſe.

VERBOSVM, hoc eſt, loquacem. Accurſius in leg. & ea cauſa in prin. ff. de poſtulando recte exiſtimat, hominem plus æquo verboſum prohibendum eſſe pro alio poſtulare. Imperator quoque verboſas aſſertiones deteſtatur, in leg. ampliorem, §. in refutatoriis Cod. de appellat. Cajus in l. prima, de origin. juris dixit, verboſos commentarios pro prolixis, ac verbis abundantibus: vt Satyricus, Verboſa & grandis epiſtola venit A Capreis. Quibus verbis, Eraſmo exponente, ſignificatur prolixum diploma; qualia principes de magnis rebus ſolent mittere. Et Marcus Tullius, cum ait: Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quam velles. Verboſiorem dixit longiorem, ſequitur enim: Quod tibi ita videri putabo, niſi mihi longiorem remiſeris. Prat.

VERBO tenus, quod intra verba manet nullo ſequente effectu, accipimus, per l. 1. ff. quod quiſque jur. Spieg.

VERBVM, pro oratione, ſiue (vt alij loquuntur) pro clauſula Modeſt. l. 4. §. 1. ff. de vulg. & pup. Sed ſi aliter pubes, alter impubes, hoc communi verbo, Euſque inuicem ſubſtituo, ſibi fuerint ſubſtituti. Paul. l. 15. ff. rem rat. hab. Amplius non peto verbum Labeo ita accipiebat, ſi judicio petitum eſſet. Terent. Verum hercle hoc verbum eſt, quod vulgo dici ſolet. Prat.

VERBVM, à veritate deducit Varro: quod verum nos loqui oporteat. Vide Bart. in l. Gallus, §. idem credendum ff. de liberis & poſth. Old. Prat.

VERBVM Chriſti, neque in Eccleſiis prædicari, neque in Republica retineri politica ordinario ſine ſcholaſtica inſtitutione poteſt. Sicut hoc ſeculo nos ſtultorum magiſter, hoc eſt, pœnitendus rerum exitus tandem docuit Ergo neceſſarium quoque olim cenſuerunt & Cæſar Fridericus, & omnes Imperij ordines, vt præcipua quædam ſecuritatis præmia clementer ſcholaſticis donata, multos inuitarent ad præclara literarum ſtudia Conſtit. Habita. C. Ne filius pro patr. Maximum enim ad virtutes incitamentum Solon cenſuit eſſe in præmiis, quaſi alteram, adeoque maximam adminiſtrandæ Reipubl. partem. Old.

VERBVM Dei. Oldend. in Reſtaurat politiæ: In ciuitate, & vbiuis locorum, inquit, neceſſario requiritur in primis verbum Dei: deinde magiſtratus qui adminiſtret Rempublicam. Id quod gentes quoque, quamvis CHRISTVM IESVM Seruatorem noſtrum ignorent, lumine tamen naturali aliquo modo cognouerunt. Ideoque intra exempla juris publici referuntur ſacerdotes & magiſtratus in l. prima, §. 1. ff. de juſtit. & jur. Spieg.

VERBVM futuri temporis annullatiuum nunquam intelligitur ipſo jure tollere, ſed requiritur ſententia, gloſſa eſt ordinaria in l. in criminali, C. de jur. omn. judic. Fallit ſing. niſi lex geminare loqueretur, ita ſing. Bald. per illum text. in tit. de pace Cōſtant § priuilegia omnia, in verbo, & in irritum reducantur, de quo ſcripſi ſupra in verbo Geminatio verborum. Secundo fallit, quando profertur à teſtatore. Verbi gratia: ſi hæres moleſtauerit vxorem meam, priuetur hæreditate. ita eleganter Bal. in l. 1 circa colum. 7. C. de his quæ pœnæ nom. quem ita citat Franciſc. Crem. not. 7. tu ſcis quod verbum, & Felin. approbat in c. Rudolph. in 19. col. vet. aminat de reſcrip. vbi tamen ſubdit, quod licet Crem. citat Bald. ad hoc, tamen Bald. ibi hoc non dicit Citra.

VERE, aduerbium, quod dicitur in rei veritate.

VERE datum eſt, id eſt, bona fide: item vere diſtraxiſti, & donationis cauſa, opponuntur, l. 8. ff. de contrah. Briſſ.

VERECVNDIA, & pudorem recti & honeſti, & modeſtiam ſignificat. Vide Vlp. in eleganti l. 4. de alien. jud. mut. Spieg.

VERECVNDIA reuerentiam ſignificat l. libertus qui, ff. de oper. libert.

VEREDI ſunt publici equi curſuales, qui à Græcis ἐγχώριοι ad l. 8. de curſu publico angar. & perangar. C. lib. 12. Procopius 2. de bello Perſico. [illegible] & Iulianus Nouel. 130. qui, [illegible], interpretator veredorum curſum. Inde qui juſſu principum huc atque illuc curſu publico mittuntur, veredarij ab Hieronymo in hiſtoria Eſther, quos Ioſephus 11. [illegible] angaros, & ad Euſtochium, clericus vagus veredarius vrbis. Procop. de bello Vand. [illegible]. Prima origo nominis veredorum, quod vehant ſiue ducant redas, auctore Feſto, quæ & ipſe curſuales dicuntur l. 9. Cod. Th. de legatis, & dec. leg. Iſidorus aliam affert notationem, quod ſcilicet vias publicas currerent, per quas & rhedas ire ſolitum erat. Qui ſcribunt vereda verecundos ſcribunt. Qui rheda verbedus, vt in Pandect. Flor. l. vl. ff de mun. & hon. Sed cœpera etiam veredi appellari ſine reda. Vtebantur etiam ad curſum publicum bobus l. 1. Cod. Th. eod tit. & mulis atque aſinis, quod ſuſtuliſſe Iulianum Socrates ſcribit lib 3. c. 1. Carolum magnum iter feciſſe carpento junctis bobus & bubulco, ruſtico more agente Eginhardus ſcribit. Parauere di videntur eſſe maiores equi agminales, quos poſteriore paraſredos vocarunt, vt in lege Baiuuariorum: paraſredos donent aut ipſi vadant vbi eis iniunctum fuerit, eſt qua ea hodie equorum appellatio Gallorum, Italorum, Hiſpanorum que communis. Cujac. ad Rubr. C. de curſu public. angar. & perangar. lib 12. De hoc vide etiam Turo. aduerſ. lib. 18. c. 1. Prat. Corraſ. 1. Miſc 11. n. 4.

VERENDA neut. gen. plur. num. dicuntur corporis partes, quæ non niſi cum verecundia nominantur. Lege epiſt. Plin 24. lib. 3. qua exemplo Macedonis monet, non debere dominos erga ſeruos truces eſſe. Spieg

VERERI, dubitare, l. 2. ff. de damn. infect. l. potior, ff. qui pot. in pign. Prat.

VERILOQVIVM idem quod Etymologia eſt, quod à Cicerone in Topicis Notatio, & ab Ariſtotele σύμβολον appellatur, quod Latine, eodem Cicerone teſte, eſt Nota velut quibuſdam alijs placet ſignum, indicium eſt, quando ad veram verbi interpretationem, vocem traducimus. Ipſe Cicero ſcribit argumenta duci à notatione, cum ex vi nominis argumentum elicitur: eamque eſſe notationem, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id eſt (inquit) verbum ex verbo, veriloquium. Brechæus in l. Tugurij, ff. de verb. ſignif.

VERISIMILE, idem quod ſimile vero.

VERISIMILE non eſt, quod eſt a vero diſſimile, vt dicit Bal. in l. ea quidem. C. de accuſ. Vnde quod non eſt veriſimile, non debet attendi: quia non veriſimilia falſitatis habent imaginem, vt idem Bald. dicit in l. 1 C de furt. & ſer. cor. Spieg.

VERITAS eſt, per quam immutata ea quæ ſunt aut fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur, autor Cicero de Inuen. Ioan. Lud. Viues lib 2. de anima ſcribit, nullas duas res tam eſſe inter ſe amicas & concordes, quam virtutem & veritatem: nempe germanas à Deo genitas, & humanis mentibus ſicut vtiliſſimas, ita etiam integris jucundiſſimas. Verſatur autem veritas primo circa artes & doctrinas. Secundo circa pacta & contractus, judicia teſtimonia. Tertio erga alios: videlicet eſſe candidum, non ſtruere inſidias, ingenue & recte cum opus eſt quod ſentiat. Recte igitur definit eam Phil. lib. ſecund. Philoſ Moral. eſſe habitum voluntatis, videlicet amorem veritatis & ſimplicitatis in omnibus dictis aut factis, in omni conſuetudine vitæ: & odium acre ſimulationis, fucorum, ſophiſtices, calumniatum, ſtrophatum, & quicquid eſt hujuſmodi artificiorum. In ſumma. Veritas & ſermonis integritas, & vera ratio accipienda eſt, cui ſemper locum fore adſerit Iuriſconſultus l. fin. de probat. Spieg.

IN VERITATE, id eſt re vera. Briſſ.

VERITAS humana eſt notitia rei in Auth. de inſtr. caut. & fid. in princ. Veritas quandoque appellatur ſubſtantia, l. 2 §. ſi ſub conditione, ff. pro empt. Veritas an præualeat opinioni, docet Bart. & Aret. in l. is qui putat, ff. de acq. hær. Prat.

VERIVS puto, pro æquius & juſtius interdum vſurpatur à ICtis, vt apud Vlp l. 2. de fundo dot. & alijs locis Hoc etiam Budæus monuit. Spieg.

VERMINA dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu, quaſi à vermibus ſcindatur. his dolor Græcis φόρος dicitur. Prat.

VERNA, ſeruus domi noſtræ natus ex ancilla noſtra, aut ſeruo Græcis οἰκογενής l. ſeruus § fin de legat. 3. l. cum ſemper vernis. C. de rei vindic. Paul. in l. ſeruis vrbanis. Si vernæ alij, inquit, alij curſores legati ſint, ſi quidam & curſores & vernæ ſunt, curſoribus cedent, vt ait Feſt. libro 19. qui in villis vere nati ſunt: quod tempus duce natura, futuræ eſt, & tunc rem diuinam inſtituerit Marti Numa Pompilius, pacis concordiæve obtinendæ gratia inter Sabinos Romanoſque, vt vernæ vincerent. Romanos enim vernas appellabant, id eſt, ibidem natos: quam vincere pernicioſum arbitrium. Sabinis, qui conjuncti erant cum populo Rom. Hæc Feſtus. Vernas veteres appellaſſe Non. Marcellus ſcribit qui vere ſacro fuerant nati & habitum fuiſſe hoc nomen pro vitabili & maledicto. Prat. Briſſonius.

VERNA l. 5 ff. de aur. & argen. ſumitur pro liberto, non ſeruo. In hac enim lege teſtator vernis ſuis legat: quod ſi de ſeruis intelligeremus, inutiliter fieret. Libertos autem vernas etiam antiquæ inſcriptiones nobis referunt, vt hæc, Fortunatus Augusti libertus verna. At vero ſignificantur ea appellatione, qui in ædibus noſtris nati ſunt: vt vernarum aprorum, & loporum Martiali, qui in viuariis & piſcinis noſtris. Marcus 2, [illegible] Latinam cum Græca appellatione coniunxit, hoc modo: [illegible], nam vt ſeruum & ſeruulum, ita vernam & vernaculum dicimus: quo nomine & Tribunorum plebis miniſtros quoſdam, aut ſeruos publicos Suidas appellat, eundem quem Cedrinus de Februario & Camillo, ſiue hiſtoriam ſiue fabulam narrans. Prat.

VERNACTVM, quod vere aratum eſt. Dictum à temporis argumento. Interdum pro eodem accipiuntur, vernactum, & nouale. Budæus tamen Nouale tum dici ſentit, & Nouale, cum ager poſt meſſem totus quieſcit: tum autem vernactum, cum vere terra proſciſſa eſt. Græce νέατος, & νεός, & νέωμα Latine etiam interdum Seges dicitur, cum iterata & exculta eſt ad ſementem. Spieg.

VERNACVLVM, omne quod domi noſtræ naſcitur, vel in noſtra patria. vt, vernaculum vinum, aurum. vnde vernacula lingua dicitur, vel ſecularis vel plebeia, qua tanquam communi ac naturali, omnes vulgo loquuntur Linguam maternam hodie vocamus. Spieg.

VERO, diſcretiua coniunctio, variis modis ſumitur, vt Albericus oſtendit. Iuncta pronomini ego, non tam diſcretionem interim ſignificat, quam (vt Hermolao placet) confirmationem, pro quinetiam, vel etiam. Cætera require à Stephano Roberto.

VERO verius, prouerbiali tropo dicimus, quod prorſus indubitatum habere volumus. Vlpianus haud diſſimili forma dixit, Certo certius: quamquam nihil prohibet aliud alio certius eſſe l. teſtamento datos tutores, 2. de teſtam. tut. Spieg.

VERONA, ciuitas Venetiæ, à Brenno duce, Brennona prima, deinde mutatis literis, Verona dicta eſt vt Iuſtinus refert lib. 20. Albe neſcio quę ſecutus Chronica, Veroniam dicendam tradidit, quod vt ait, conſecrata fuit (forte conſtructa legendum) à Romanis expulſis contra Romam & ibi ſunt multa ædificia ſimilia Romæ ſcilicet Arena, & alia.

VERIS ſacri mentio fit apud Liuium lib. 22. & lib. 34. vbi ſcribitur: ver ſacrum videri pecus, quod natum eſſet inter Calend. Mart. & pridie Calend Maias. verum Feſt. id ſic explicat: ver ſacrum vouendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vouebant, quæcunque vere proximo nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant. Idem Sextus Pompeius in Mamertino, vt ſi vellent (inquit) eo malo liberari, ver ſacrum vouerent, id, quæcunque vere proximo nata eſſent immolaturos. Plura de hoc Prebœus aduerſ. ſubſ. lib. 2. cap 6.

VERSARI male in tutela, pro non recte fungi munere tutorio l. 1 §. 1. ff de off. præf. vrb. Spieg. Prat.

VERSARI in munere ſuo, ſuo munere fungi. Eſt autem verſari, in aliqua re aſſiduum eſſe l. 3. §. 1 ff. de offic. præf. vrb. Spieg. Adde Conn lib. 7. c. 1 n 3.

VERSARI in rem, pro verti, l. 27. ff ad Senat. Velleian.

VERSARI in lucro, id eſſe, l 3. ff. de vi & vi arm.

VERSARI delictum in actione, i. e. venire & præſtari in actione, quod dolo vel delicto corruptum eſt, l 49. C. de oblig. & act.

VERSATVR vtilitas abſentium, id eſt agitur de vtilitate abſentium l 1. ff de neg geſt.

VERSARI pro conſiſtere. Sic verſatur res in cauſæ cognitione l. 17. §. quod autem, ff. de injuriis. Briſſ.

VERSA vice l. 2. ff. de ſt. cauſ. tum aliis locis, pro viciſſim, vide verſa, ſeparatim his duobus verbis poſitis. Spieg

VERSICOLORES, Vlpian. l. ſi cui § 1. de leg. 3 appellat lanas, quæ natiuum colorem mutarunt, ſiue purpura, ſiue cocco, ſiue alio colore infectæ ſint. vt etiam in dictione. Varius color relatum eſt. Valla ex variis autoribus oſtendit verſicolorem, aliquam rem dici, quæ variorum colorum ſit. Sed Vlpiani locum à Valla non intellectum, Alciatus non temere contendit. Spiegelius.

VERSICOLORIVM appellatione ea continentur, quæ tincta ſunt & neta, neque detexta, neque contexta: veluti purpura, coccum & alia id genus. Quæ vero natiuo colore vel alba vel nigra ſunt verſicoloribus non adnumerantur l. 79. §. verſicoloribus l. 78 §. coccum. ff. de legat. 3. §. l. 32. §. Labeo. ff. de aur. arg. Briſſ. Prat.

Verſicoloria veſtis in d.l.32. Titia: & verſiculoria lana apud Paul.lib 3.ſent.tit.Briſſ. Prat.

Verſiculus. Interpretes nonnunquam hoc nomine citant è Pandectis verba Iureconſ. nec abſurde. Nam verſus, & verſiculus, quamvis vulgo habentur pro metris: tamen etiam quæcunque tractus literarum, vulgo linea dici poſſet verſus, autoritate Cic.in 2.epiſt.5.ad Attic.tum alibi. Spieg.

Verſura fieri proprie dicitur, quum creditoris converſio quædam & mutatio fit: id eſt, quum quis alij vt ſoluat, ab alio pecuniam mutuatur, nonnunqam tamen verſuram facere ſimpliciter ſignificat æs alienum contrahere. Cicero pro Cælio, Tabulas qui in patris poteſtate eſt, nulla conficit: verſuram nunquam omnino fecit vllam. Donat. in Phormio. Verſuram facere dicitur, qui æs alienum ex ære alieno ſoluit. Dicitur etiam Verſuram facere, cum minore fœnore acceptam quis pecuniam maiore occupat. Old. Prat. Hoto.

Verſuram facere mutuam pecuniam ſumere: ex eo dictum, quod initio qui mutuabantur ab alijs, non vt domum ferrent, ſed vt alijs ſoluerent, vel vt verterent creditorem. Feſt. Hot. Prat.

Verſum, niſi, duret, non dicitur l.ſi vero pro patre, §.ſed ſi non ſint.ver.verſum autem, ff.de in rem verſo. verſum vero accipimus ſiue directo, ſiue per obliquum, ſiue in turpem, ſiue honeſtam cauſam. l.1.end. Non autem quod ob debitum eſt acceptum l.ſeruus tuos, ff.de dolo. Old

Verſum in rem dicitur, quod in patrimonium redactum eſt l.a. ff.quod cum eo l.21.ff.de dolo, l.3 § contractum, ff quibus ex cauſ.in poſſ.eat.l.1.§.item ſi quid, ff de ſeparat. Briſſ Prat.

Verſum autem in rem quod ad actionem de in rem verſo attinet, videtur, quodcunque patris vel domini facultates aliqua ex parte amplificauit, dummodo neceſſarius ſumtus ille fuerit: puta agrum colendo, domum fulciendo, mancipia veſtiendo, mercando, vel creditori ſoluendo, vel quid tale faciendo, vt Paul. lib.2.ſent.tit 9. ſcribit. Vlp. autem in rem verſum videri ait ſiue id ipſum quod ſeruus accipit in rem domini conuertit, veluti ſi triticum acceperit, & id ipſum in familiam domini cibariorum nomine conſumpſerit, aut ſi pecuniam à creditore acceptam domini creditori ſoluerit, & generaliter toties de in rem verſo eſſe actionem, quibus caſibus procurator mandati, vel qui negotia geſſit negotiorum geſtorum haberet actionem, quotienſque aliquid conſumpſit ſeruus, vt aut meliorem rem dominus haberet, aut non deteriorem l.3.§.1.& §.ſeq. ff.de in rem verſo. Briſſ.

Verti, id eſt agi, agitari, verſari. Sic in eo vertitur cognitio. vertitur jus poteſtatis, id eſt agitur de jure poteſtatis. Briſſ.

Vertere in vſus pupillarem pecuniam, vt vſuris maximis ſubijciatur tutor videtur, qui ſibi ſumpſit ex adminiſtratione nummos, vel clam, vel quaſi ſua pecunia licenter abuſus eſt. Nec enim vtique qui non fœnerauit, vel non depoſuit, vel qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipſe ſibi non ſoluit, vel qui nec pecuniam pupillarem ſuo nomine fœnerauit, in vſus ſuos vertiſſe intelligitur l.7.§.pecuniæ cum § ſeq l.46.l.54.ff de admin.tutor.l.38.ff de neg geſt. Quod ſi tutor in vſus ſuos pecuniam conuerterit, inde aliquid in rem pupillarum impenderit, quantum impenderit, vertiſſe deſinit l.3.§.plane, ff.de contrar. & vt act. Briſſ. Prat.

Vertagos veteres appellabant Canes vltro in venationem exeuntes. Bal. in comment. Inſtit. Iuſtin. lib.2. tit.3. §.quidquid autem, de rer.diuiſ. De hac dictione vide latius Turneb.aduerſ. lib.18.c.2.

Verton, vel Ferton, habetur in Decret. Pontif.12. q 2. pluribus capitib. quod quatuor in partes res Eccleſiaſticæ diuidundæ ſint: quarum quarta cedat Epiſcopo. Hanc hodieque ſacrificuli redimunt aliquot nummis, vocantque vertonem. Quanquam videntur tantum ſua redimere, quæ vel officio, vel hæreditate ſunt adepti: cum interim res Eccleſiæ indignæ corripiantur. Verton. autem, vel *Verding*, eſt vetus Germanorum vocabulum, quod nunc *Vierthteil*, vel *Vierzahl* nominatur. Ita ſubinde legitur in vetuſtis libris Germana lingua ſcriptis, *ein Verton, oder Verding vvachs* Oldend.

Veruex dicitur ab inuerſis teſticulis, eſt enim mas inter oues, cui inverſi ſiue adempti ſunt teſticuli Iuuen. Satyr.3.

Sutor & dixi veruecis labra comedit.

Meminit etiam apud nos Vlpian.in l.1.§.1.tit.de abigeis, cujus verba ita caſtigari debent: licet eo loco quidam Berbicem repoſuerint, quos ſecutus eſt Maffeus Vegius, in libello ſuo de verb.ſign. quem non parum demiror. Ille autem qui ad generandam ſobolem integer relinquitur, dicitur Aries & ideo veruex ſectarius, qui gregem agnorum præcedens ducit, inde fit verucinus adiectiuum, penultima producta. Plin. Et hircinus, & veruecinus adeps, ei vtilis eſt. Hoc itaque differt veruex ab ariete, quod canterius ab equo, & caper ab hirco. Eſt enim proprie caper, mas inter capras, caſtratus. Martial.

Dum iugulas, hircum factus es ipſe caper.

Nam Virgilius poëtica licentia caprum pro hirco poſuit dum inquit

Vir gregis ipſe caper.

Sicut etiam improprie brutum animal, virum appellauit. Dicitur autem caper à carpendis virgultis, rodit enim hoc animal omne virgultum, & imprimis vites, & propterea (teſte Seruio) Baccho immolari caper ſolebat. Ouid.

Rode caper vitem, tamen hic cum ſtabis ad aram,
In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit. Gott.

Veruinam Turn. lib. aduerſ. 24. c.21. putat eſſe dictionem quatuor ſyllabarum & obeliſcum ſignificare, id eſt, paruum veru & tanquam vericulum: De quo Plaut. in Bacchid.

Si tibi machæra eſt nobis ferruina eſt domi,
Qua quidem te faciam ſi tu me irritaueris,
Confoſſiorem ſoricina nænia.

Sunt tamen etiam qui pro veruina vrbinam legunt, pro telo ruſticarum retorto inſtar vrbi, à qua aratri partes vrbes & vrbare, vt annotauit Sidon. Apol. in epiſt. ad Papinian. lib.6.

Verum eſt, quod eſt. diuus ait. Auguſt.

Verum, pro ſed, mutat jus & factum, l.1.C. qui & adu. quos in integ. reſt. pet. l.1.§. ex his apparet, ff de lib.agn. Alb. Verum & Falſum contraria, l.ſi quis legatum, ff ad leg. Corn.de falſ. Cicero in Acad. Intereſſe oportet, vt inter rectum & prauum. *Schlecht und krumb*. Sic inter verum & falſum. Aliquando verum non eſt nomen, ſed aduerbium confirmantis, teſte Donato in Adelph. Spieg. Prat.

Verum, pro juſtum, l.ſed vir, ff.de donat. inter vir. & vx.

Verus pro æquo & juſto, non tantum Cicero, ſed etiam Iuriſconſulti vſurpant l.omnes de in integ. reſt. l.ſi fidejuſſ. in fin. de leg.3. Iuſtit. Ex quib. cauſ. maior. non lic.§.ſemel. Spieg. Pra. Briſſ. Sic verum filium, pro juſto & legitimo dixit ICtus Labeo.l.vlt. ff.de jur.libert.

Verus procurator quis dicatur, vide l.vero. ff.de ſolut.

Verutum teli genus, ſimile veru, à quo nomen ei adhæſit. Meminit ejus Lucretius lib.3. Vix etiam curſus quingentos ſæpe Veruti, & Saluſtius lib. 3. hiſtoriarum manebant in modum Veruti militaris.

Veſanus & vecors. Iauolenus l.malum, 242.§.3. ff.de verb.ſign. qui ſine corde aut ſanitate eſt, quo loco Alciatus adnotat, ve, vocem eſſe priuatiuam, vt στερητικῶν μορίων. Gell.li.5.c.12. Prat.

Veſica vitioſa, l.quæritur, ff.de ædil.edict. Caper proferri cenſet per n venſica, quod non ſit ſine vento. Spieg.

Veſpertilio, l.ſi ita quis, ff.de euict. & l.qui decem, ff.de ſolut. vt legit Bud. eſt qui interdiu exiliter videt, & veſperi juſtam aciem habet, μυωψ Græcis, & Latine luſcitioſus, ab auium veſpertilionum, ſimilitudine. Alij pro eo ſumunt, qui interdiu more verſpertilionis lateret, noctu prodeat, quod fugitiuos quoſdam vel debitores olim feciſſe non eſt dubium, ne in dominum, vel in notos, vel in creditores inciderent. Alij tamen biſpellio legunt, alij Veſpillo, alij Verſipellis, de quibus vide ſuis locis. Prat.

Veſpillo in antiquo Lexico ſepulchrorum violator dicitur, Græce τυμβωρύχος, quo tamen per antiphraſin intelligi debet quaſi non ſepeliat, ſed nudet, cum veſpillo funerare ſolet. Alias vocatur Sandapilarius. His annumerari vult Budæus noſtros νεκροφόρους, quos antecambulones atratos Latine vocare poſſumus. Quibuſdam veſpillo idem eſſe videtur quod viſpellio: vide Viſpellio. Prat.

Veſta, quaſi focus vrbis, Dea reputabatur, cui colendæ virgines præerant, vt vigilaretur diligenter ad cuſtodiam ignis, autore Cicer. inde enim virgines Veſtales dictæ ſunt, quibus magnus habebatur honor præcedentibus etiam faſcibus cum prodirent: adeo vt damnatum ad mortem, forte fortuna obuium liberarent à pœna. Triginta autem annis virginitatem ſeruabant, exinde ad quamcunque vitæ conditionem liberæ. Old. Prat.

Veſtæ enim ignis perpetuus dicatus erat, à ſacris virginibus cuſtoditus. Eam autem terram eſſe quidam credunt, alij vero veſtem nihil aliud eſſe, quam purum ignem arbitrantur. Alij porro eandem, quæ & Opis, & Cybele omnium Deorum mater dicitur, eſſe opinati ſunt. Cujus ſacra vigilem ſcilicet ignem, cum virginibus, penatibus, & Palladio, Æneas ex Troia in Latium tulit, & condito Lauinio, Veſtæ ædem ſacrauit, in qua etiam hæc ſacra condidit. De quo vide plura apud Onuphrium in ciuitate Romana, ſub cap. de virginibus Veſtalibus.

Veſtem, quæ ejus cauſa empta, parata eſt. Iabul. declarat. in l. qui concubinam, in princ. ff. de leg.3. Spieg.

Veſtem quæ mea erit. Hunc ſermonem in mortis tempus collatum ſine dubio pro conditione accipiendum eſſe, Pompon. putat l.nupt. ff de leg.3. Spieg. Prat.

Veſtem quoque victus habere vicem Labeo ait, inquit Vlpian. L.43. ff.de verb.ſign.

Veſtem mutare. Veteri ſiquidem more, non rei duntaxat, ſed etiam cognati affines, liberti eorum & familiares veſtem mutare, capillumque ſubmittere conſueuerunt, vt præter Liuium teſtatur Plin. epiſt.7. Et huc reſpexit Venul. l. 39. ff.de injur. Vbi ait: Veſtem ſordidam rei nomine in publico habere, capillumque ſubmittere nulli licet, niſi ita conuictus ſit affinitate

affinitate, vt invitus in reum teſtimonium dicere cogi non poſſit, de quo vide Iac. Ræuard. variar. lib. 3. c. 6.

VESTES paragaudes indumenta ſunt ex lino virilia, veſtibus alijs ſubijci conſueta, vt annotauit Droſæus in methodo juris.

VESTIARII in l. 5. ff. de inſtitor. Veſtiarius negotiator in l. 45. ff. de oper. libert. & Veſtiaria pro veſtitu in l. 38. ff. de cund. & de mon. & l. 3. § quamvis, ff. ſi cui plus, quam per l. Falc. l. 4. leg. 8. l. 12. leg. 15. leg. 18. cum ſuis §. ff. de alimen. leg. l. 8. ff. de tranſact. Briſſ. Prat.

VESTIARIVM in poſtremis libris Codicis, & in libro Notitiæ Imperij Rom. accipe, in quo veſtes principis conduntur, & reponuntur. Moſchopul. in ſi. cui tit. eſt, [illegible]. Guilel. Tyrius lib. 2. de bello ſacr. cap. 13. Quo ſacto ex Imperialibus veſtiarijs ablata ſunt prædicto viro munera in auro, veſtibus, vaſis & pretioſis lapidibus. Huic veſtiario comes præponebatur. Erat & veſtiarij ſacri ſcrinium, Briſſ. Prat.

VESTIARIVM, quantum ſatis eſt veſtium, pro cujuſque perſonæ conditione. Vlp. leg. 21. ff de cib. & aliment. Diarijs vel cibarijs relictis, neque habitationem: neque veſtiarium, neque calciarium deberi palam eſt.

VESTIBVLVM Gell. lib. 16. c. 5. verbis Cæcilij Galli, dicit non in ipſis ædibus nec partem ædium fuiſſe, ſed locum ante januam domus vacuum, per quem à via aditus acceſſuſque ad ædes eſt: cum dextra ſiniſtraque inter januam, tectaque quæ ſunt viæ juncta ſpatium relinquitur, atque ipſa janua procul à via eſt, area vacanti interſita. Vel locus eſt medius inter viam publicam & fores domus, in quo ſtatio eſſet ſalutatorum. Prat.

VESTIBVLVM, quod Græci [illegible] vocant, tametſi extra januam domus ſit, ædibus tamen adſcribi, & ceu earum membrum exiſtimari, Alciat. l. final. de verb. ſign. Quid ſentiat Bart. vide in l. inter quos ff. de damn. infect.

VESTIBVLVM, pro aditu ſepulchri, apud Vlp. Vide Schol. in 12. Tab. Spieg.

VESTITVS legatis, an quæ feſtis diebus paratæ eſſent debeantur, quo in genere conſulendum cenſeo Bartolum, l. fin. ff. de aur. & argent. leg. alentem deberi per eam legem, quod & Alexan. Imolæus in adnota, ſed eundem probat ex Baldo. Prat.

VESTICEPS, pubes à Gellio appellatur: li. 5. cap. 19. Sed arrogari, inquit, non poteſt, niſi jam veſticeps. Cui verbo Inveſtis apud Tertullianum reſpondet in libr. de virginibus veland. Si viro mulier non eſt, nec vir inveſtis eſto. Si non operitur virgo, quia mulier non ſit, operiatur inveſtis, quia vir non ſit. Et aliquando poſt: Materfamiliç vocatur, licet virgo: & Paterfamiliæ, licet inveſtis: Feſtus: Veſticeps puer, qui jam veſtitus eſt pubertate: contra, Inveſticeps, qui nondum pubertate veſtitus. Non. Marcell. virgines non ſolum fœminæ verum etiam pueri inveſtes. Hot. & Prat.

VESTIGATORES. Vlp. in l. quæſitum, de Fund. inſt. Si in agro venationes ſint puto venatores quoque & veſtigatores, & canes, &c. Autor eſt Varro de ling. Lat. Veſtigatorem, hoc eſt venatorem, à veſtigijs ferarum quas indagat. Spieg. Prat. Briſſ.

VESTIGIVM tranſlatè indicium eſt, l. quidam, §. 1. Cod. de neceſſ. ſeru. l. vbi. C. de falſ.

VESTIMENTA communia ſunt, quibus promiſcue vtitur mulier cum viro: veluti ſi ejuſmodi penula palliumve eſt, & reliqua ejuſmodi, quibus ſine reprehenſione, vel vir vel vxor vtatur.

VESTIMENTA familiaria ſunt, quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt: Sicuti ſaga, tunicæ, penulæ, lintea, veſtimenta, ſtragula, & conſimilia leg. 23 §. veſtimenta, ff. de aur. & arg. Paul. lib. 3. ſent. tit. 6.

VESTIMENTA Ianthina etiamnum ſunt violacea purpura infecta. ἴον enim Latini violam dicunt. Vide Plinium libro 21. & Bayſ. c. 3. de Re veſtiaria. Spieg.

VESTIMENTA puerilia ſunt, quæ ad nullum alium vſum pertinent, niſi puerilem, veluti togæ prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia quæ filijs noſtris comparamus, d. l. 23. §. veſtimenta.

VESTIMENTORVM eſſe Vlp. ait, omnia lanea, lineaque, vel ſerica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, injiciendi, accumbendi cauſa parata ſunt, d. l. 23 §. 1. Veſtimentumque id accipitur, quod de textum eſt, & ſi deſectum non ſit, id eſt, conſummatum ſit, non etiamſi nondum pertextum: vel detextum in tela adhuc ſit l. 22. ff. eodem titul. Briſſ.

VESTIMENTORVM autẽ quædam virilia ſunt, quæ ſcilicet ipſius patrisfam. cauſa parata ſunt, & quæ ad vſum virilem ſalvo pudore attinent. Muliebria vero, quæ ad vſum matrisfam. ſpectant, quibus vir. nõ facile vti poteſt ſine vituperatione; veluti ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, leg. 23. §. veſtimenta, ff. de aur. & arg. Paul. libro 3. ſentent. tit. 6. Et Varro lib. de ling. Lat. vt Tunicam virilem & muliebrem dicimus, nõ eam, quam habet vir aut mulier, ſed eam quam habere ex inſtituto debet. Poteſt enim muliebrem vir virilem mulier habere, & in ſcena ab actoribus haberi videmus: ſed eam muliebrem, quæ de eo genere eſt, quo indutæ mulieres, vt vtantur, eſt inſtitutum.

Mentem tamen legantis in hac re inſpiciendam eſſe Pompon. in leg. 33. ff de aur. arg. ſcribit, vt ſi teſtator ſolitus fuerit vti quadam veſte, quæ etiam mulieribus conueniens eſt, ea virilis appellatione continetur. Veſtis plane abſoluta appellatione tam virilis quam muliebris, etiamſi tragica aut citharœdica ſit continetur, l. 127. ff. de verb. ſign. l. 25. §. & ſi veſtimentorum, ff. de vſufruct. Briſſ.

VESTIS veſtimento hoc differt, quod genus à ſpecie, quod ſubjecta Feſti verba indicant: Veſtis, ait, generaliter dicitur, vt ſtragula forcoſis, muliebris: Veſtimentum pars alıqua, vt pallium, tunica, penula. Veſtes tamen an veſtimenta legentur nihil referre Vlpian. ſcribit, l. veſtis 23. ff. de aur. & arg. legat. quod & Pomponius probat, l. inter 33 ff. eod. Prat. Briſſ.

VESTIS. Quod Latini veſtem à veſtiendo appellant, hoc ipſum Græci [illegible], quod induere ſignificat: à verbi futuro [illegible]. Iam vero veſtis appellatio generalis eſt, & late patet. Significat enim & virilem, & muliebrem, quam [illegible] Lyſias appellat Brechæus in l. veſtis appellatione, ff. de verb. & rer. ſignific.

VESTIS militaris, qua juxta Specul. indui debent milites menſibus April. & Septembr. In titul. de proc. § 1. verſ. item quod eſt miles. Qua de re diſſerit & Bart. in leg. 1. Cod. de milit. veſte, lib. 12.

VESTISPICA, ancilla veſtium cuſtos & inſpectrix, vt ait Nonius quo verbo vſus eſt in Trinummo Plautus: & Paul. ad fin. l. cum de lanionis, ff. de inſtru. Cum in diem mortis inquit, ibi librarios & vitreamina, & veſtiſpicam habuerat. Aldus pro hac voce legit, veſtiſplici. & vulgati codices habent, ſed corrupte, Veſticulam. Quid autem ſit veſticula in Florentinis libris non diſpicio. Paulum autem de mancipio loqui teſtamenti verba declarant. Norica quoque editio, vt & Interpretes Plauti Nonianam comprobant lectionem. Spieg.

VESTITVS Chriſtianorum, cuiuſmodi olim. Vide Palla.

VETARE, contrarium jubere, hoc eſt, ne aliquid fiat, imperare, vt in edicto Prætoris vim fieri veto. Tametſi etiam vetare videtur, qui non conſentit, l. qui vat, §. vetare, ff. de furt. Spieg. Prat.

VETATVRVS, participium futuri temporis non vetituros. Valla.

VETERANA mancipia vocat Martianus, ad differentiam nouitiorum, quæ anno continuo in vrbe, non agro ſeruierunt in l. interdum §. quoties, ff. de publican. Vocantur & veteratores. Prat. & vide Cuja. 14 obſ. 3.

VETERANI ſunt qui militia honeſte dimiſſi & ſacramento ſoluti ſunt Cujac. ad leg. 8. 9. 10. 11. & 12. de excuſat. in princ. Adde Connan. lib. 6. c. 6. nu. 2.

VETERANI milites ſunt qui per viginti annos in legione vel vexillatione militauerunt. Hi omnium onerum, ſeu munerum perſonalium vacationem habent: l. veteranis, C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. Præterea nec ipſi, nec eorum liberi primi gradus, hoc eſt filij, pœna metalli, vel operis publici afficiuntur: nec fuſtibus cæduntur, ſed vbi atrocitas criminis ita exegerit, relegandi ſunt leg. 1. & l. 3. ff. de priuil. veter. Ratio hujus priuilegij ſumitur ex honore, qui veteranis militibus habetur, l. honor. C. de pœn. Veteranus etiam Modeſtino autore, eſſe creditur, non ſolum legionarius, ſed omnis qui qualitercunque militauerit, honeſte eſt ipſe abſolutus. Spieg.

VETERANVS dicitur, qui juſtam miſſionem legitimis impletis ſtipendijs conſecutus eſt Briſſ.

VETERATOR, à Græcia [illegible], dicitur, id eſt, [illegible] qui diuturna ac multiplici, & ſæpe commorata ſeruitute, aſtutus & vafer euaſit. Inde veteratorium, pro ſubdolo & impoſtorio ponitur, Bud. in l. vlt. de ædil. edict. Idem ait Veterator advocatus hodie dici poteſt, qui diu ac multum in foro verſatus, omnes litium trahendarum anfractus, omnes ambagioſas fugitandi ludificationes, prehenſiones, nexuſque lubrici litium certaminis tenet: qui in ancipiti forenſium ſalebratum Marte, belliſſime inſidias diſponere, atque etiam prouidere nouit: ſed is proprie (vt vno verbo abſoluam) qui eam ſe artem ſcire atque exercere profitetur, qua arte cauſa inferior, ſuperior euadere vel reclamante æquo bonoque poſſit. Sed an huiuſmodi ambagibus vti aduocatum deceat, attingit Alciat. in leg. natura cauillationis, de verb. ſign. Certe graui viro conuenit nunquam vti: nec enim debet quis de victoria magis, quam de veritate eſſe ſollicitus, 23. quæſt. 2. dominus, Spieg.

VETERATOR ſerui in Ædilitio edicto non ſpatio ſeruiendi, ſed genere & cauſa æſtimantur. Nam quicunque ex nouitijs venalitiorum alicui miniſterio præpoſitus ſit, veteratorum numero erat. In vectigalium tamen cauſa veterana mancipia intelliguntur, quæ anno continuo in vrbe ſeruierint. Briſſ.

VETERES decimæ in cap. 2. de decim. lib. 6. in princ. & §. ſtatuimus, decimis noualium opponi videntur, vide Ioan. Andreæ indict. c. 2. Prat.

VETERINARII, veterinorum medici. ſunt autem Veterina animalia quorum opera in vehendo conſumitur. Vt apud Fe-

ſtum lib 10. ait, Catu. Tarruntenus l. vlt. ff. de jur. immun. Veterinarij architectus, gubernatores, Columell. lib. 6. c. 8. Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa Linguæ, quos Ranas Veterinarij vocant. Hotom. Prat.

Veternosvs, graui ſomni oppreſſus, Catul. Prat.

Vetitor in l. 15. ff. de re judic. poſitum pro debitor, non emptor aut venditor, contendit, Cujac. 12. obſ. 23.

Vetitva rationes reddere: non hoc conſequitur, vt nec apud earum ſit, & reddat & lucrifaciat: ſed ne ſcrupuloſa inquiſitio fiat, hoc eſt, vt negligentiæ ratio non habeatur, ſed tantum fraudum, autor. Mart. l. ſi ſervus vetitus. ff. de l. 1. Old. Prat.

Vetitorvm obligatio major eſſe ſemper ſolet, quam juſſorum: quia magis delinquit ille qui prohibitum facit aliquid, quam qui juſſus non obtemperat mandatis. Huic enim vel error, vel ignorantia, vel ſocordia, ad ſummum negligentia imputari poteſt: ille facto ſuo tanquam manum affert legibus. Connan. lib. 5. cap. 9. num 7.

Vetvs, inquit, Sulpitius Apollinaris apud lib. 16. c. 5. ab ætatis magnitudine compoſitum eliſumque eſt. Ve enim in dictione hac intendit, & altera dictionis pars eſt: ætas alia.

Vetvs foſſa quæ dicatur, vide l. 2. §. 1. ff. de acq. pluu. arc. Spieg.

Vetvs dici ſolet, id, quod à noſtra memoria remotum eſt, Connan. lib. 2. c. 1. num. 6.

Vetvs jus in libris noſtris varie accipitur. Interdum enim hoc nomine lex 12. tab. ſignificatur, quæ alias lex antiqua appellatur, l. 2. ff de petit. hæred. l. 2. §. 1. ff. de noxalibus. Interdum vero jus intelligitur quodcunque ante novam aliquam legem, conſtitutionem obtinuit, vt in l. 2. §. ſi mater hæreditatem, ff. ad Tertyll. & l. 2. C. eod. tit. Ius vetus eſt, quod ante Senatuſc. Tertyllianum ſervabatur. Similique modo in l. 32. § ſi divortium, ff de donat. int. vir. Vetus jus eſt, quod ante Orationem Antonini in vſu erat, in l. 8. §. ſed ſi curator, ff. de reb. eor. Vetus jus intelligendum eſt, quod Orationem Severi anteceſſit, quæ prædia eorum, qui ſub tutela curave eſſent, ſine decreto alienari obligarive prohibuit, Briſſ. Prat.

Vetvs opus novo opponitur, l. 1. §. ſi quis, ff. de oper. novi nunciat. Briſſ.

Vetvs vinum ex vſu teſtatoris æſtimatur, i. quot annorum vino pro vetere vtebatur. Si id non appareat, vetus accipitur, quod nunc eſt novum, id eſt, anni prioris vinum l. 10. l. 11. ff. de tritico, vino vel oleo. Briſſ.

Vetvsta pro 10. annis, l. 1. §. fin. & l. 2. in princ. ff. de aqua & aq. pluu. arcend. ex Alberic. Prat.

Vetvstas in libris noſtris infinitum tempus, id eſt, quod hominum memoriam excedit, ſignificat, leg. 2. §. vltim. ff. de aqua & aqua pluu.

Vetvstas vicem legis tenet: autoribus Vlp. in leg. 1. §. vlt. de aq pluu. arcend. & Paulo, Ibidem in l. 2. §. Idem Labeo. Quæ Iuriſconſultorum reſponſa ſi diligenter conferas, videbis quantum vim habeat tempus in viciſſitudine rerum mortalium. Eſt enim vice legis, vice conſtituti, eſt loco conſenſus. Breviter, nihil non poteſt mutare, vt deſinant quidam mirari, quomodo directum dominium tribuant. Oldend.

Vetvstas in l. 7. C. de fund. rei privati, libro 11. pro 40. annis: quandoque id tempus ſignificat, quod memoriam hominum excedit, l. 1. §. fin. & l. 2. & fin. ff. de aqu. & aq. plu. l. 4. C. de aquæ duct. Prat.

Vetvstas fideliſſima, l. Teſtamenta omnia, C. de teſtam.

Vetvstate jam detritum factum relinquere. Vide Pomponium in fin. l. cum fructuarius, ff. de vſufruct. Spieg.

Vexare in l. 1. §. de vac. mun. leg. 2. ff. de reſtib. l. annonam, ff. de extraord. crim. l. 1. ff. ad leg. Iul. repetund. eſt ferri, raptari, huc & illud diſtrahi, de quo vide Gel. lib. 2. c. 6. Prat.

Vexillationes equitum alas dici Veget. lib. 2. cap. 1. ſcribit ab eo quod velis, id eſt, flammulis vtantur. Quo poſtremo verbo Leo Imper. in libr. De re militari non ſemel vtitur. Ita accipe vexillationes in l. 5. Cod. de hæred. decur. l. 9. Cod. quando provoc. non eſt nec l. 8. de erog. milit. ann. lib. 12. C. l. 2. de bon. milit. in C. Th. & in Notitia Imperij Rom. Apul. libro 7. de Aſino aur. Tota denique factione militarium vexillationum indagatu connecta, Briſſ.

V I.

Vi poſſidere eum definiendum eſt, qui expulſo vetere poſſeſſore adquiſitam per vim poſſeſſionem tenet. Vlp. in l. 1. ff. de vi & vi armata.

Via cum adſit, ſemitam quærere. Conveniet, inquit, Eraſm. adagium in tergiverſatores: qui quo præſens negotium ſuffugiant diverticula captant. Semita enim diverſa eſt à via plauſtrorum, quam regiam vocant. Vide ſupra, Iter, & Servium in 4. Æneid. comment. diſſentientem à Iuriſconſul. leg. 2. ne quid in loc. publ. Alciat. in leg. quantum ad jus pertinet, ff. de verb. ſignificat. Cum de via loquimur, inquit, quatenus ſervitutis ſpecies eſt. Inſtit. de ſervit. in princip. ab itinere, actuque diſtat. Quam vero de ſervitute non accipiunt, aliter viam intelligimus, continetque non ſolũ iter, ſed etiam ſemitam. Hoc autem diſtat iter à ſemita, quod ita latius eſt, ſemita anguſtior, & quidam quaſi callis. Spieg.

Via, inquit, Paulus, conſtitui vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poteſt: alioqui iter ſit. *Fusspfad*, non via. Attamen via interdum diſcendarum rerum rationem ſignificat, Græce μέθοδος. Vnde Methodici dicti, qui rationem artis, & diſcendi compendia ſequuntur, & Amethodi, hoc eſt, à via & ratione docendi diſcendique abhorrentes, quaſique avij. Autore Bud. in annot. ad l. poſter. de orig. juris. Sunt autem Vlpiano illæ trium generum. Quædam publicæ, quædam privatæ, quædam vicinales dictæ. Paulus & militares vias memorat. in leg. viæ vicinales, de loc. & iter. publ. Abuſive autem via pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Et in leg. 2. de orig. jur. Pomponius vſurpat pro vera, atque juſto ordine conſtante docendi ratione, quæ Græcis vocatur Methodus, vt paulo ante diximus Spieg.

Via à vehendo dicta eſt, quaſi veha. Varro 1. De re ruſt. Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus à villa quod ab eo in eam convehuntur fructus, & evehuntur: à quo ruſtici etiam nunc quoque, Viam Veam appellant, propter vectuтas: & Vellam, non villam, quo vehunt. Hæc Varro. Proprie igitur, Via, cum de ſervitute loquimur, eſt jus vehiculi ducendi per prędium alienum. Ejus latitudo lege 12. tab. definita eſt, in porrectum pedes octo, in anfractum ſedecim, l. 8. ff. de ſervit. ruſtic. Hotom. & omnino Vultei. Inſt. de ſervitut. in princ. num. 23.

Via interdum jus eundi, agendi & ambulandi ſignificat. Nam iter & actum in ſe via continet, l. 1. §. via l. 7 ff. de ſervit. ruſt. l. 14. §. ſi viam, ff de acceptilatio. Dicitur autem via quaſi, vehia quod vehendo teratur vt Varro lib. 4. de ling. Lat. Via n. vt Iſidor. lib. 15. cap. vlt. ſcribit, eſt, qua ire vehiculum poteſt. Briſſ. & Balduin. Inſt. de ſervitut.

Via, pro ratione. Paul. Si cum actus hæreditatem repudiem, duplici via prætor mihi ſuccurrit, in fin §. leg. ſi mulier. ff. quod met. cauſ. Spieg.

Via agria eſt, per quam exitur de conſulari via ad agros, l. 2. §. viarum, ff. ne quid in loc. public. l. fin. ff. de loc. & itiner. public. Gœdd. ad l 157. num. 7. ff. de verb. ſign.

Via clivoſa, mollis, aſpera, anguſtior, latior, paluſtris, ſicca, longior, altior, humilior. Briſſ.

Via deterior fieri intelligitur, ſi vſus ejus ad commeandum corrumpatur: hoc eſt, ad eundum, vt cum plana fuerit clivoſa, fiat, vel ex molli aſpera: aut anguſtior ex latiore, aut paluſtris è ſicca l. 2 §. deteriorem, ff. ne quid in loco publico.

Via immunita, quando ita facta eſt, vt per eã nemo trãſire poſſit.

Via, iter, & actus, non forma tantum, ſed etiam ſpatio, in quo exercentur, diſtinguuntur. Vultei. in Comment. dec. Inſt. de ſervitut. in pr. num. 21.

Via lignica apud Aggen. Vrbicum Com. de limitib. agro. Prat.

Via prima, Latinis eſt, quod Barbari dicunt, primo ictu, hoc eſt ſtatim, primo ipſo congreſſu.

Viæ alias itinera ſignificant, quibus publice commeatus eſt, Viarum autem quædam publicæ ſunt, quædam privatæ l. 2. §. viarum, ff. ne quid in loc. publ. 38. ff. de acquit. rer. dom. Publicas vias Iſidor. lib. 15. c. vlt. definit, quę in ſolo publico ſunt per quas iter populo patet, quæ vel ad mare vel ad oppida pertinent, hę & prætoriæ dicuntur & conſulares, & βασιλικαί & militares, d. §. viarum & l. fi. ff. de itin. publ. Sicul. Flacc. in lib. de condict. agror. Viarum, ait, non omnium vna eademque eſt conditio. Nam ſunt viæ publicæ regales, quæ publicæ muniuntur, & autorum nomina obtinent. Nam & curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur Hygen. in lib. de limit. conſtit. Quibuſdam ait, colonis ff. M. ita conſtituerunt, vti viam conſularem tranſeuntem per coloniam contineret. Privatæ viæ, quæ agrariæ dicuntur, dupliciter accipiuntur, vel eæ quæ ſunt in agris quibus eſt impoſita ſervitus, vt ad agrum alterius ducant, vel eæ, quæ ad agros ducunt, per quas omnibus commeare licet, in quas exitur de via conſulari, d. §. viarum. Sunt & vicinales viæ, quæ vel in vicis ſunt, vel in vicos ducunt: quæ ſi non ex collatione privatorum fiant, publicarum loco habentur. Sed inter eas & cæteras vias & publicas, quæ etiam militares dicuntur, hoc intereſt, quod militares exitum ad mare, aut in vrbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent. Vicinalium vero pars in militares exitum habẽt, pars ſine exitu intermoriuntur, l. vltim. ff. de loc. & itineribus publ. Et ita vicinales vias accipe apud Senecam li. 5. de beneſ. ca. penult. & apud Frontin. lib. 2. de aquæductibus & in § item ſi putator. Inſtitut. de lege Aquil. vbi Theophil. publica [illegible], ait [illegible] Vicinalis [illegible], vicus [illegible] Sicul. Flacc. in lib. de condit. agror. Vicinales autem viæ, quæ de publicis divertuntur in agros, & ſæpe ad alteras publicas perveniunt, aliter muniuntur per pagos, id eſt, per magiſtros pagorum, qui operas à poſſeſſoribus ad eas tuendas exigere,

ſolitæ

Digitized by Google

ſoliti ſunt, aut, vt comperimus, vnique poſſeſſori per ſingulos agros certa ſpatia adſignantur, quæ ſuis impenſis tueantur. Briſſ. Prat.

VIA recta hæc quoque dicitur, quæ per obliquum ducit, non tantum illa, quæ recta, & quaſi linea ducta & ad amuſſim, Gœdd. in comm. ad l. 3. n. 15. de verb. ſign.

VIA ſacra multis rationibus dicebatur. Primum, quod augures per eam proficiſcer: deinde, quod omnia Romanorum pſeudo-ſacra per eam vehi: denique quod triumphi omnes hac agi ſolerent, Varrone teſte Old.

VIAM aperire ait Vlpia. in l. 1. ff. de via public. eſt ad veterem altitudinem latitudinemque reſtituere. Sed & purgare reſectionis portio eſt. Purgare autem proprie dicitur ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſupereſt. Reficit enim & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino, qui in priſtinum ſtatum deducunt.

VIAM reficere ſic accipimus, ad priſtinam formam iter & actum reducere: hoc eſt, ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret. Aliud enim eſt reficere, longe aliud facere l. tertia. § reficere, ff. de itin. act. Reficere autem dicitur, inſtaurare in priſtinum ſtatum quod corruptum eſt. Et ſub verbo reficiendi, tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, item aduehere, apportareque ea quæ ad eam rem opus eſſent, continentur, l. 1. §. deinde, ff. de riuis.

VIAM determinare Iabol. de ſeruit. præd. ruſt. l. certo. §. 1. Igitur arbiter, ait, dandus, qui vtroque caſu viam determinare debet. Spieg.

VIAM facere eſt locum, vbi non erat via, aperire. Exigere viam dicuntur magiſtratus, cum viciniam cogunt munire ſe cum ſumptu diligentiſſime facto. Aſconius in Prat. verb. Spieg.

VIAM mihi præſtare debes, l. 1. §. 1. ff. ſi vſufruct. amitt.

VIAM munire. Liuius li. 10. viam muniuit, id eſt, lapidibus ſtrauit: vt Plin. c. 14 loquitur. Dicta vero eſt hæc via Appia: Et, vt Lætus ait à Conſtantia l via incipiens, inter Tuſculum & Albam ad Algidum tendit, & inde porro ad Caſſilinum progreſſa, vnde viginti ſtadijs à Capua Latinæ viæ jungitur, vide Pomponium Lætum titul. 79. de Antiquitatibus vrbis. Volaterranum libro 6 cap. 8. vrb. comment. Alexand. ab Alexand. libro 3 cap. 33. Hæc via à Caracalla poſtmodum munita, nouæ deinceps nomen accepit.

VIATICARI Plauto eſt viaticum parare, Gothofr. in not. ad l. 36. ff. ad municipal.

VIATICVM ſumptus itineris ſignificat. Græce ἐφόδιον dicitur, auctore Gellio li. 17. cap. 7. l. 1. §. ſi pupillis, ff de tutel. & rat. diſtr. l. 52 §. ſi quis ex ſocijs. ff. pro ſoc. Impendia ad iter explicandum neceſſaria vocantur in leg. 7. ff. ad Trebell. Ad ſumptum eiuſm deſtinatam quamcumque pecuniam viaticum vocant, l. 17. ff de reb credit. Briſſ. Prat. Goth ad d. l. 36. in pr.

VIATICVLVM ἐφοδιάριον quod ad ſumptum pater filiæ deſtinaret, dixit Vlp. in l. 18. in fin. ff. de jud. Briſſ. Prat. Sic Apuleius, lib. 7 de aſin. viaticulum mihi corraſi.

VIATICA cœna, quæ datur abituro. Goth d. loc.

VIATORUM nonnumquam nominatim vice arbitri dare, l. vlt. ff. de judicijs. Spieg.

VIATOR proprie is eſt, qui ſuis pedibus iter facit, & diſtinguitur ab eo qui equo tranſuehitur, & ab eo qui ὀχούμενος id eſt, naui prætervehitur. Cujac obſer. lib. 10. c. 13. circa fi. & Prat.

VIATOR pro apparitore, l. vlt. ff. de judic. Briſſ

VIATORES olim dicti ſunt, qui à villa in curiam Senatores arceſſebant, vt Cicero in Cat. ma. & Colum. libro 1. c. 1. teſtantur. hinc conſuetudine ſermonis tranſlatum ad eos eſt hoc verbum, qui magiſtratus juſſu reos in jus vocarent: Gell. lib. 13. Ac deinde narrat quid Labeo per viatorem à tribu. plebis vocatus, reſponderit, cum à muliere quadam tribuni plebis aduerſus eum aditi, Gellianum ad eum miſiſſent, vt veniret & mulieri reſponderet: juſſit eum qui miſſus erat, redire, & tribunis dicere, jus eos non habere, neque ſe, neque alium quemquam vocandi: cum moribus maiorum Tribuni plebis prehenſionem haberent, vocationem non haberent. Poſtremo eo verbo cum apparitores, tum Executores litium plerumque appellantur, vt Imp. docet in §. 24. de action. Tripli, inquit, agimus, quum quidam maiorem vera æſtimatione quantitatem in libello conuentionis inſerunt, vt ex hac cauſa viatores, id eſt, executores litium, ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent. Nam de apparitoribus ſentire Iuſtin. conſtat etiam ex leg. 31. §. 5. Cod. de epiſc. & cler. Vlp. leg. 5. §. 21. ff. vt in poſſ. lega. Miſſus in poſſeſſionem ſi non admittatur, habet interdictum propoſitum: aut per viatorem, aut per officialem præfecti, aut per magiſtratum introducendus eſt. Plin. libro 18 ca. 3. Aranti quatuor ſua jugera Cincinato, Viator attulit Dictaturam. & quidem nudo plenoque pulueris etiamnum ore. Cui Viator. Vela corpus, inquit, vt proferam Senatus populique Romani mandata. Tales tum etiam viatores erant, quod ipſum nomen inditum eſt, ſubinde & ex agris ſenatum duceſque accerſentibus Hotoman. Pratejus. Feſtus autem ſic.

VIATORES appellantur, qui magiſtratibus apparent: eo quia initio omnium tribuum quum agri in propinquo erant vrbis, atque aſſidue homines ruſticabantur, crebrius opera eorum erat in via, quam vrbe: quod ex agris plerumque homines vocabantur à magiſtratibus & frequens eorum erat ab agris ad vrbem via. Hac de re vide Columellam in præfatione libri 1. Ciceronem de ſenectute, & Alex ab Alexand. lib. 5. c. 27. Hot. Prat. & Cujac. in not. ad tit. Inſt. de act. in verbo viatores & Vult. in comment. Inſt. eod. tit. in princ. nu. 33. & ad § omnes autem actiones 29. cum ſeq nu. 17.

VIATORIVM vas, quod per viam deferebatur, & cubilia viatoria.

VIATORVM varia fuiſſe nomina conſtat ex varijs juris articulis: Aliquando enim miniſteria vocantur, leg. 3. §. tutor ff. de ſuſpect. tut. Aliquando apparitio, l fin. ff. quod met. cauſ. ſæpiſſime apparitores, l ſi pignore, ff. de euict. Interdum officia, l. illicitum §. ne tenuis, ff. de offic. præſid. nonnunquam officiales, rubr. & l. 1. C. de filijs official. & c. nullus 4. q. 3. ſæpe in Nouellis vocantur πρᾶκτορες, interdum executores, l. a. Cod. de ſport. aliquando miſſi, cap. 1. de immun. Eccleſ. & ibi gl. Erant etiam viatores, vt teſtatur Turneb. ex priſcis titulis, in quibus ad factiones circi, & ludos circenſes nomina pertinentia plurima reperiuntur, qui miniſtri curſitabant huc illuc, vltro citro juſſu agitatorum, ſi qua forte re egerent, ac illis præſto ſemper erant. Prat.

VIATORES judiciorum Iuſtin. in §. tripli, de actionibus appellat executores litium, nunc vocamus nuncios vel curſores, *Gerichtsbotten*, qui vt Cujac. in d. §. tripli, ad verbum viatores, definit, in jus vocant, qui judicata exigunt, quibus imminendi litibus ſollicitudo injuncta eſt, quibus accedunt omnium infimi, qui pedelli vocantur. Vult. in comment. Inſtit. de actionibus in prin. nu. 33.

VICANALIA vulgo appellantur, quæ ad pagum aliquem in vniverſum pertinent. Prat.

VICANI in tit. vt nullus ex vicar. interpretantur quidam ex vico natos. Hinc etiam Cicero lib. 1. de diuinat. Aſtrologos vicanos vocat, qui in vicis & pagis aruſpicinam exercebant, qui vaniſſimi & mendaciſſimi erant. Prat.

VICARIVS à vice vulgo dicitur, eſtque is, qui vicem alterius obtinet, & in locum ejus ſuccedit, quod & ad res alias refertur: Cicero. Vicaria ſolutio rerum creditarum, id eſt, vicem reddens creditoris. Hinc & Quintilianus vicariam operam vocat. Sic l. vlt. C. de ſeruit. Subeat animos vicaria pœnitendo. Prat.

VICARIVS interprete Theophilo in §. cum autem Inſtitut. quod cum eo appellatur ὁ τοῦ οἰκέτου οἰκέτης. Sic in l. 25. ff com. diuid. l. 5 § 1. ff. de tribut. l. 19. § vlt. ff. de noxalib. l. 21 §. fin. cum l. ſeq. ff. de pecul. l. 4. in fin l. 7 §. in peculio. ff. de pecul. leg. 17. §. 1. ff. de in rem, verſ l 38. ff de contrah empt. l. 17 § item ait lex, l. 44 ff. de ædil. edict. leg 73. in fin. ff. de leg 3. l. 22. §. Celſus, ff. de inſtr. vel inſtrum. leg l. 4 l. 6. §. ſi vicario, l. pen. ff. de pecul. legat. l. 10. ff de man. teſt. Briſſ.

VICARIVS ſeruus ille dicitur, qui in familia alienſi ſeruo, id eſt, majori ſeruit: id eſt, interprete Theophilo ὁ τοῦ οἰκέτου οἰκέτης Vlpianus l. ſeruus 73 ff. de legat. 3. Vicarios autem ſeruorum ſuorum numero non contineri Pomponius libro 5. ſcribit. Paulus l. ſi in re 19. ff. de noxal. act. Si ſeruus tuus nauem exercuerit, ejuſque vicarius & idem nauta in eadem naue damnum dederit. Vicarius & ordinarius nomina ſeruorum inter ſe conferunt: nam ille in hujus, quaſi domini, peculio ſervus eſt. Vlpian. l. 17 ff de pecul Si ſeruus meus ordinarius vicarium habeat, id quod vicarij mihi debent, an deductam ex peculio ſerui ordinarij? Martialis:

Eſſe ſat eſt ſeruum iam nolo vicarius eſſe.

Sed & alius hoc nomen ſumitur: nam vicarij interdum dicuntur, qui in vicem aliorum exitio peſtique deuouentur, vt in eorum caput expetant ea mala, quæ alij a erant euentura, vt in carmine deuotionis. Eoſque ego vicarios pro me fide magiſtratuque meo & pro populo Romano exercitibus legionibuſque noſtris do, deuoueo. Prat.

VICARIVS ſub titulo C. de offic. vicar. erat vir ſpectabilis præfecti prætorio vicarius, qui ex mandato principis in diœceſem aliquam, ſiue tractum mittebatur, multas habentem prouincias, l. 4. C de auro. & trib. l. 2. C. de prox. ſacr. ſcrin. l. 1. C. vt omnes judices, leg. 1. §. à præfecto, ff. de leg. 3. propriam igitur juriſdictionem habebat, non à præfecto mandatam: quod & legatis proconſulum affirmatur. Quot autem fuerint vicarij, tum in Oriente, tum in Occidente, notitia Romani Imperij his verbis indicat: In præfectura prætoriana Orientis tres erant vicarij, quorum fit mentio in leg. vltim. Cod. de diœceſ. offic. lib. 12. Vnus diœceſeos Aſianæ, qui prouincias octo adminiſtrabat, Pamphyliam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Lycaoniam, Piſidiam, Phrygiam, Pacatianam, Phrygiam ſalutarem. Alter erat vicarius diœceſeos Ponticæ, ſub cujus diſpoſitione erant prouinciæ 11. Bithynia, Galatia, Paphlagonia, Honorias, Galatia ſalutaris, Cappadocia vtraque Helenopontus, Pontus Polemoniacus, Armenia prima, & ſecunda. Tertius erat vicarius diœceſeos Thraciarum, cui ſuberant

Digitized by Google

Thracia, Heminmontus, Rhodopo, Mœſia ſecunda, Scythia. In partibus vero Occidentis vicarius vnus erat vrbis Romæ, cujus fit mentio lib 4. Variar. Caſſiod. Epiſt ad Ioannem Archiatrum. Cui ſuberant Conſulares & correctores Italiæ & Præſides Sardiniæ, Corſicæ, Valeriæ. Alter vero erat ante Iuſtiniani tempora vicarius Africæ, cui ſuberant conſulares Byzacij & Numidiæ: & Præſides quoque Tripolitanæ & Mauritaniæ vtriuſque. Tertius erat vicarius Hiſpaniarum, cujus fit mentio in inſcriptione, l. vlt Cod. quor. bonor. & l. 16. C. de donat. ante nupt. & apud Sulpit. Seuer. lib. 2. Sac. hiſt. Huic ſuberant conſulares Beticæ, Luſitaniæ Galliciæ: Præſides Tarracenſis, Carthaginenſis, Tingitanæ, inſularum Balearium. Et hæc ita ante Iuſtin. obtinere. Cæterum Iuſtin. vicarios Aſianæ & Ponticæ diœceſeos abrogauit, & vtramque in voicæ prouinciæ, nempe Galatię Pacatianę, adminiſtrationem commutauit. Nouel. 6 & Nouel. 20. Idem vicarium Africæ in propriam præfecturam prætorianam tranſmutauit. Briſſ. Prat.

VICARIVS alieni juris. Cicero pro Cæcin. Qui legitime procurator dicitur omnium rerum ejus, qui in Italia non ſit abſitve reip. cauſa, quaſi quidam pene dominus, hoc eſt alieni juris vicarius. Spieg.

VICARIVS à Suffecto, quo diſtet, Alb. docet in l. 2. C. de off. ejus qui vic. alt. jud. obtin.

VICARIVS Proconſulis, Proconſulatum obtinere cenſetur, tametſi Proconſulis nomine abſtineat.

VICARIVS aliter ſumi jure ciuili aliter jure canonico, ſatis arguunt TT. C. & extra de off. vicar. per tot. Spieg.

VICARIA fides. Cicero de mandati judicio loquens, pro Roſc. Amer. Propterea, inquit, quod quibus in rebus ipſi interesse non poſſumus, in his opera noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. Spieg.

VICE, pro loco accipitur: vt vice mea, vice tua, pro tuo & meo loco. Alia vice, vicatius, pro alio tempore, l. pen ff. de præſc. verb. l. 8. & ibi not. C. de adopt. & l. palã, ff. de ritu nupt. Spieg.

VICECOMES de offic. vicar. dicitur, cui dominus temporalis committit executionem juriſdictionis ſuę in aliquibus caſtris, & ſic ejuſmodi vicarium appellant Longobard. Prat.

VICEDOMINATVS, ſeu patronatus, c. quia de jur. patr.

VICEDOMINVS qui vice domini rem ipſius adminiſtrat, eique vicariam operam præſtat. A apud Canoniſtas, vicedominus OEconomus, qui è clericorum numero Epiſcopatum adminiſtrat, c. volumus, &c. Diaconum &c. ſeq. 89. diſt. Proprie tamen OEconomos, qui rem canonicorum adminiſtrat: Vicedominus qui Epiſcopi, c. conſuleſte extr. de Simon. Prat.

VICE mutua, pro viciſſim: locutio eſt noſtris familiariſſima: vt in l. pen. ff. de præſcr. verb. l. 6 ff. ſi cert pet l. qui non militabat. 78. ff. hæred. inſti. l. filius, quem 54 C. fam. erc. Hot. Prat.

VICEM judicis ſupplere loco judicis eſſe.

VICEM noſtram dolere, eſt propter incommoda priuata dolere. Vicem autem publicam, eſt, quod vulgo dicunt, zelo reipubl. Eſt autem teſte Priſciano, figurata locutio. Spieg.

VICEM tenentes, ſiue gerentes, iidem qui vicarij qui alterius judicis vicem gerunt. De his vide Bartolum in l filius, ff de legatis. & in l. ſuggerente, Cod. de offi. ejus, qui vic. alt. ger. & in leg. 2 ff. de tutor & curat. dat. ab his. Item Zaſium noſtrum in leg. more, de juriſdict. omn. judic. vbi eleganter tradit, eos eſſe in triplici differentia. Spieg.

VICENA auri pondo fiſco dependere, l. r. in fin. C. de canon. largit. tit. C. lib. 10.

VICENA millia paſſuum, l. r. ſi quis caut. Vide gloſſ. Spieg.

VICENVS, idem quod viceſimus.

VICESIMA hæreditatum quæ & lex viceſima vocatur, & lex Iulia de viceſima, vectigal fuit ab Auguſto, locupletandi ærarij cauſa inſtitutum: quod extraneis hæredibus non inopibus imperaretur, auctor Dio lib. 55. ejus mentio fit in l. 2. C. de tranſact. & in l. vlt. C. de edict. diu. Hadr. toll. Paul. 4. Sent. cap 6. & Plin. in Paneg. & ita lib. 7. Epiſt. ad Corelliam viceſima accipienda eſt, vt ex alia ejuſdem libri epiſtola ad Fabatum conſtat, non de viceſima rerum venalium, vt volunt. Eſt & ejus mentio & in aliquot inſcript. vnde conſtat Æmilium Macrum duos de ea libros ſcripſiſſe. Fuit & alia,

VICESIMA, de qua Pompon. ſcribit A Offilium primum ſcripſiſſe, leg. 2. § ex his, ff. de orig. jur. ſed (vt opinor) illa fuit de qua Liuius lib. 7. ita ſcribit: Cn. Manlius Conſul legem de viceſima eorum qui manumitterentur, tulit. Patres quia ea lege haud paruum vectigal inopi ærario additum eſſet, auctores fuerunt Hot. Prat. Briſſ.

VICESIMÆ variæ hinc inde ab auctorib. memorantur. Erat enim viceſima rerum venditarum quæ ad fiſcum pertinebat, de qua Plin. l. 7. Epiſt. & Iac. Rquard. lib. 3. varior cap. 16 Fuit & viceſima eorum qui manumitterentur introducta ex l Manlia, de qua Liuius lib. 7 Hujus meminit & Cic. ad Attic. lib. 2. quamvis Blonduvin ſua Roma triumphante, vbi de vectigalibus diſputat, neſcio cujus auctoritate fretus, Ciceronem in eo loco de viceſima quadam loqui ſcribat, quam ex reſtauratis Latini Romanis præſtiterint. Fuit & viceſima hæreditatum introducta lege Julia vel Papia, qua cautum erat, vt qui hęres extraneus inſtitutus fuiſſet, is priuſquam hęreditatem adiret, viceſimam ejus partem fiſco daret, qua lege filij & proximiores hæredes non tenebantur. De qua Alciatus lib. diſpunctionum 3. ca. 6. Zaſius in catalogo legum antiquarum, de lege Iulia vel Papia de maritandis ordinibus Hanc Gratianus Imperator, vt tradit in gratiarum actione Auſonius penitus ſuſtulit.

VICESIMARII extractores, à viceſima parte: vt octauarij ab octaua. Prat.

VICESIMARIVM aurum, quod ex viceſima colligebatur. Erat autem vectigal, quemadmodum Decima. Spieg.

VICI adpellari incipiunt Feſto lib. 19. ex agris, qui ibi villas non habent ex Vicis partim habent rempublic. & jus dicitur, partim nihil eorum, & tamen ibi magiſtri vici. Altero cum id genus ædificij quæ continentia ſunt iis, oppidiſque, itineribus, regionibuſque diſtributa diſtant, nominibuſque diſſimilibus diſcriminis cauſa ſunt diſpartita, quod & probat Varro libro quarto Ling. Lat. aiens vicum ex domibus conſtare. Tertio cum id genus ædificiorum definitur quæ in oppido priuo in ſuo quiſque loco proprie ita ædificat, vt in eo ędificio peruium ſit quo itinere habitatores ad ſuam quiſque habitationem habeat acceſſum, qui non dicuntur vicarij (alias ibi eſt vicani, nec inepte, ſed rectius) ſicut ij, qui aut in oppido vias, aut ij, qui in agris ſunt, vicani adpellantur.

VICI pro pagis in l. 5. §. vlt. ff. de vacat. muner. l. 30. ff. ad municip. l. 198. ff. de verb. ſign. vnde Vicanei. qui ex eodem vico & pago ſunt, leg 4. ff. de cenſibus. Et Vicinales viæ, quæ vel ex vicis vel in vicos ducunt. de quibus ſupra in verbo via diximus. Briſſ. Prat.

VICIARE vinum. Vlpian. Cum eo plane, ait, qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo viciauit (hoc eſt corrupit) agi poſſe leg. Aquilia Celſus ait: quia & effuſum, vel acetum factum corrupti appellatione continentur, nec negat factum & vetitum contineri corrupti appellatione, l. ſeruus ſeruum, ff. ad l. Aquil. Spieg.

VICINI ſunt, quorum prędia non limes, ſed paries communis diſterminat. nam in vrbanis prædijs, Vicini in ruſticis, Confines appellantur. Paulus leg 4. §. vltim. ff fin. regund. Hoc judicium locum haber in confinio prædiorum ruſticorum, vrbanorum diſplicuit neque enim confines hi, ſed magis vicini dicuntur: & ea communibus parietibus plerunque diſterminantur. Hot. Prat.

VICINI, ait Bart. in l. ſi tertius, ff. de aq. pluu, dicuntur, quouſque vox hominis acclam. auris exaudiri poteſt, leg. 1. §. eodem, ff. ad Tertyll. quod de voce communi accipiendum eſt, non nimis gracili, nec (vt ait) tubali, aut taurina. Prat.

VICINIA, locus vicinus ſeu ipſa vicinitas. De qua vide Bart. in l. 5. §. hoc judicium, ff fin. regum. Inter quæ dicatur, in l. ſi tertius, in princ. ff. de aqua plu. arcend. Spieg.

VICINIA & confinium differunt, vicinia enim eſt vrbanorum prædiorum, confinium eſt ruſticorum. Vultei. in Comment. Inſt de actionibus 18 nu 53.

VICINVM, proximum ſignificat & adfine. Sic vicina dicitur eſſe emptioni permutatio in l. vlt. ff. de rer. permut. Sic vicinus tractatus, l. 93 hinc vicinus, ff. de vſufruct. Viciniæ ſcripturæ in l. 20 §. primo, ff. qui teſtam fac. Briſſ. Prat.

VICINVM malum habere, vel non, multum intereſt, ff. de contrah. empt. leg. quod ſæpe, §. fin. & de leg. 2. l. ſi cui fundus. Solui matrimon. leg. 1. Reip. & 2. Cod. de agric. & mancip. dum & fiſcalibus leg. vlt. lib. 11. Proinde ſcitum eſt illud Themiſtoclis apud Plutarchum: qui cum prædium quoddam venderet, hoc quoque præconem addere juſſit, ὅτι καὶ ἀγαθοὺς ἔχει γείτονας, id eſt, quod etiam vicinos haberet bonos. Adi Chiliades Eraſmi. Spiegelius.

VICINVS pro conſorte. l ſi de meo, ff. comm. diuid. l. vicinus, ff de aq pluu. arcend. & aliquando pro ſocio, l. damni §. cum parietem, ff. de damn. infect. Prat.

VICINVS fundus, & confinis, quomodo diſtent, tradit Paul. in §. ſi l. ſed & loci. fin. reg. Spieg.

VICINVS locus eatenus accipitur, quatenus clamantis vox audiri poteſt. Bart. in l. ſi tertius, in princ. ff. de aq. pluu. arc. Spieg.

VICIS legata perinde licere capere, atque ciuitatibus, reſcripto Imperatoris noſtri ſignificatur. Vicus platea vocatur, quæ fit ex multiplicatis domibus: ex pluribus vicis fit vrbs, Et eſt duplex, vrbanus, qui angiportum continet, quaſi anguſtiorem plateam ſine exitu: & vicus paganus, dum plures ruſticanæ domus conjunctæ ſunt extra muros. Spieg.

VICISSIM per vices, hoc eſt, viciſſitudinem, ſiue alternationem, l. Papio. ff de ſenten.

VICISSITVDO, alternatio, mutatio ex alio in aliud, inquit Cic. l. jubemus nulli, C. de ſacroſ. eccleſ.

VICOMAGISTRI in deſcriptione vrbis Conſtantinopolitanæ, quibus per noctem rotunde vrbis cuſtodia mandata eſt: quos Dio στενωπάρχας vocat lib. 55. Prat.

VICTALICIA, *Leibdingen*. vocabulum barbarum.

VICTIMA omne animal, quod dijs immolabatur, dictum eſt.

Hoſtia ab hoſtiendo, id eſt, ferendo: Ouidius.

Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur:
Hoſtibus à domitis nomen habet.

VICTIMAM Ælius apud Feſtum lib. 19. ait eſſe vitulum, ob eius vigorem. Alij autem quæ vincta adducatur ad altare, aut quæ ad hoſtes victos immoletur, Prat.

VICTIMARIUS, & qui victimas vendebat, & victimariorum miniſter erat, de quo Valerius lib. 1. c. 1. Extat vocabulum in. vlt. ff. de jur. immun. Spieg.

VICTORIOSUS vir. niſi autore inventoreque Catone recipitur, Aulo Gellio annotante. Præterea putant, Induſtrius, non Induſtrioſus dicendum. Fatetur, Inſulanus illud quidem verum ſi perſonam deſignes. Valerius Max. autem, certam actionem dixit induſtrioſam. Spieg.

VICTRICAS literæ, victoriam denunciantes.

VICTUS verbo continentur quæ cibi, potui, cultuique corporis, quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt, veſtimenta quoque & cætera, quibus regendi curandive corporis cauſa vtimur, eadem appellatione continentur. Verbum itaque vivere, non ad ſolum cibum pertinet, ſed & veſtimenta & ſtramenta eo continentur, cum ſine his viuere nemo poſſit. Briſſ.

VICTUS verbum, cum à voce viuere deductum ſit, ejus appellatione comprehenditur, quicquid ad tuendum conſeruandumque hominis vitam neceſſarium eſt: Itaque non ſolum cibus potuſque victus dicitur, verum etiam veſtimentum, ſtramentum tegumentum, habitatio, miniſterium, famularum ac ſervorum, & ſi quæ ſunt ejus generis alia, l. 43. & l. ſequ. l. in lege, 203 l. quas nos hoſtes 234 §. verbum viuere, ff. de verb. ſign l. fin. ff. de alim. & cibar l. hi qui. ff de tranſact. l. ſuo victu, ff. de oper. libert. l. ſolent, § fin. ff. de offic. proconſ. l. fi. § irenarchæ, ff. de mun. & hon. l. reſcripto eod. Cajus quoque, ICtus victus appellationem extendit etiam ad ea, quæ non ſolum tuendi, verum curandi etiam corporis gratia adhibentur, cuiuſmodi ſunt pharmaca tam evacuantia, quam confortantia, Brech. & Forner in l. & cætera 44. de ver. ſign. facit l. in rebus, §. poſſunt, ff commod. l. ſicut, ff. de vſufr. l. ſi eum dotem, § ſi autem, ff. ſolut. matrim. Nec reſiſtis ſi quis dicat, φαρμακα καθαίροντα, id eſt, purgantia, detrahere ac nocere; etſi non nihil corpus debilitent & detrahant vt tamen vita à noxijs humoribus defendatur maxime proſunt. Recte quoque Zaſ. ad l. ſi victum, ff. de ac judic. notat, victus appellatione contineri etiam amictum, ſicuti & ſpecies à ſuo genere, cum multo etiam plura, veluti tectum, habitationem, & ſimilia comprehendat. Quin barbarum putat, ſi quis hæc conjungat, victum & amictum, cum bis idem dixerit. Quanquam ambiguitatis tollendæ gratia vtrunque optima ratione conjungi ſimulque exprimi vtile exiſtimaverim, arg. l. non ſolent 94 de reg. jur. victus quoque & alimenti ſignificationem per omnia exæquatam eſſe teſtatur Paul. in l. fin. ff. de alim. & cib. legat. vide Gœdd. ad l. cætera 44. de verb. ſig.

VICTUS cultuſque appellatione veniunt quoque omnis generis miniſtratores, puta diſpenſatores, inſularij, villici, atrienſes tectores, operarij, ruſtici, coci victores, cubicularij, ſtreimatores, agaſones, muliones, l. cum quæreretur 60. §. 1. ff. de leg. 3. Hi enim ea curant conficiuntve, quæ ad victum & cultum corporis ſpectant: aut ipſius corporis dominici curam habent, puta medici, & unctores & balneatores, Gœdd. ad l. 203. num. 3. de verb. ſign.

VICUS, pars vrbis eſt, quæ ex multiplicatis domibus fit, & ex pluribus vicis vrbis conſtat. Dividitur enim vrbis in vicos quaſi in membra minora. Vicus iuri, ſiue ruſticus dicitur, cum plures ſimul villæ, quæ Pagi dicuntur, hoc eſt, plures ruſticanæ domus conjunctæ ſunt, & aliquo ſpacio remotæ ab vrbe, dummodo non ſint clauſæ mœnibus. Vide quæ not. C. de Epiſc. & cle. l. ſi in Eccleſijs, ff. de leg. 3. l. ſi hæres, §. vicis, Spieg.

VIDELICET, verbum, quamvis regulariter ponitur declarative, vt per multa jura conſtat, tamen in l. tempus, ff. de re iud. ponitur limitative, & ſignificat temperamentum, pulchra loquendi figura Old. Prat.

VIDERI, fictionis verbum eſt interdum, vt in l. 1. §. fin. ff. ad Turpil. vide Bart. in l. ſi duo, ff. de acqu. hær. & in l. 3 §. Idem ſcribit, ff. de peeul. Vide, & Bud. in poſter. annot. Alicubi veritatis eſt, vt in l. Titio, §. Titio genero, ff. de cond. & demonſt. l. tale de hæred. Inſt. & in ſimil. Hoc verbum Iuriſconſ. eſſe Cicero atteſtatur ad Trebat. li. Epiſt 7. Hoc quemadmodum, inquit, vos ſcribere ſoletis in veſtris libris, Idem, Q. Cornelio videbatur, Sentit autem, Iuriſc. affirmare ſententias ſuas, aliorum autoritate, Old. Prat.

VIDETUR verbum improprietatem ſignificat, vt not. per Dd. in l. 1. §. dejeciſſe, ff. de vi & vi arma. Bart. & alios in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap. & probatio. text. in l ſi quis fundum, ff. de contrah. empt. Tiraquell. in tract. *le mort ſaiſit le vif.* declar. 52. part. num. 13.

VIDERI verbum, & eſſe diuerſa ſunt. Nam nomina ſcriniariorum videntur eſſe in matriculis militaribus, non ſunt tamen: id eſt, videntur milites, non ſunt tamen vere. Gothofr. in not. ad l. 16. C. de teſtam. milit.

VIDERI feciſſe, formula qua veteres in ſententijs vtebantur. Cicer. li. Acade. quæſt. 2. Quam rationem, inquit, majorum etiam comprobat diligentia, qui primum jurare, &c. Quæque jurati judices cognouiſſent, vt ea non eſſe facta, ſed vt videri pronunciarent. Idem Verrina 4. Vix ille hoc dixerat, quum iſte pronunciat. Sthenium literas publicas corrupiſſe videri. Item alibi, Feciſſe videri pronunciant. Idem lib. de finibus 1. Reque ea vtraque parte audita, pronunciaret eum non talem videri fuiſſe in Imperio, quales ejus maiores fuiſſent, Sex. Pompei. li. 14. Paſſi caniſſe videri pronunciat magiſtratus, quum de conſilij ſententia capitis quem condemnaturus eſt. Hot. Prat.

VIDIMUS. Lege, Originale.

VIDUA notatio varia à Grammaticis tradita eſt, Quidam ab antiquo verbo iduare, hoc eſt, diuidere, ducunt, vt ſolam eam mulierem ſignificet, quæ à marito ſuo diuiſa ſit morte aut divortio: quod placet Alc. in l. 242. §. viduam de verb. ſign. Contra ICti Antiſtium Labeonem ſecuti tradiderunt, viduam à duitate per priuationem dici. Ea enim natura eſt conjunctionis encliticæ ve, vt priuet, ſicut litera apud Græcos: quanquam interdum videatur augere, vt A. Gell. lib. 5. noct. Attic. c. 12. docuit. Deinde arguit hoc vſus verbi viduare, quod nihil aliud eſt quam priuare, & diuellere, ſeparare, ſejungere, ad vnitatem reducere Sic Manilius, viduata, inquit, volant pennis: Et Suet. vrbe ciuibus viduata. Horat Et folijs viduantur orni, & Virg. 8. Æneid.

Funera, tam multis viduaſſet ciuibus vrbem.

Deinde vſus ipſius nominis viduæ. Nam non ſolum ad fœminam, quæ aliquando nupta fuit, ſed & ad virginem, & ad eam quæ quidem nupta eſt, verum mariti vſu caret, ac ſi diuortium interceſſiſſet, aut nunquam virum habuiſſet. Quo Plautus in Sticho. Credo ego miſeram fuiſſe Penelopen ſoror, Quæ tandiu vidua viro ſuo caruit Et apud Ouidium, Deianira.

Ipſa domo viduo votis operoſa pudicis
Torqueor, infeſto ne vir ab hoſte cadam.

Et Seneca in Agamemnone:

Decem per annos vidua reſpiciam virum.

VIDUAM igitur quaſi ſine duitate dictam eſſe tradit Labeo: à ve & duitate, ſicut vecors à ve & cor: Veſanus à ve & ſanus: quaſi dicat ſine corde, ſine ſanitate. Cum enim matrimonium ſit neque plurium neq; pauciorum quam duorum, l. 1. ff. de rit. nupt. § 1. inſt. de patr. poteſt, conſequens eſt, vt quæ ſine ea duitate eſt, vidua habeatur. Contra hanc Labeonis ſententiam utitur Alciatus, quatuor potiſſimum argumentis fretus: Primo quia prior in vidua ſyllaba corripitur: in vecors & veſanus primam producimus. Secundo argumentum ab etymologia tantum negative, non autem affirmative procedit. Eberhard. à Middelburg. loc. 4 ab etymol. num. 9. at hæc notationis ratio affirmative procederet. Tertio mouetur autoritate §. item lex Iulia de adulterij Inſtit. de publ. jud. vbi vidua per diſiunctiuam particulam conjungitur cum virgine. Quarto mouetur autoritate c. vidua 34. diſt. vidua inquit ff. Hieron. eſt cujus maritus mortuus eſt. Adde Iſidor. lib. 9. etymol. c. 8. Vidua, inquit, vocata, quod cum viro uno fuerit, nec circa conſortium, alterius viri poſt mortem conjugis primi adhæſerit. Nam quæ alteri poſt mortem prioris viri nupſerint, viduæ non dicuntur. Adde quod Gellius ad. cap. 12. lib. 5. ſcripſit, particulam ve & augendæ rei & minuendæ valere, ſicuti aliæ particulæ plurimæ: Vnde conſequens fuerit hanc etymologiæ rationem falſam, incertam & dubiam eſſe. Sed nihil mouent. Nam cum enclitica hæc conjunctio natura ſua corripiatur, mirum non eſt, eam quoque (vt regulariter fit) in vidua corripi, licet in vecors & veſanus producatur. Regula quidem eſt, vt deriuata primitiuorum quantitatem retineant: ſed hæc regula multas habet exceptiones. Multa ſunt vocabula, quorum primitiua in principio vel alijs ſyllabis ſunt longa, deriuata autem corripiuntur, vel vice verſa admonente Gellio lib. 12. c. 3 Cuiac. obſeruat. li. 5 licet in exemplis vterque lapſus ſit. Sic laterna à lateo nomẽ habet: at prima in laterna producitur, quæ in lateo breuis eſt: Sic ſedes à ſedendo dicta eſt, primamque producit, etiamſi ſedeo primam habeat breuẽ, de qua re plura apud Murmulium & alios Grammaticos. Quo facile prima objectio diluitur. Ad ſecundum reſpondetur negandam eſſe propoſitionem. Nam non ſolum negatiue ſed & affirmatiue à vera notatione procedit argumentum, vt nec inuitus fatetur Eberhard. à Middelb. Et plenius docetur à Ramo in Scholijs Dial. & ejus interpretib. Deinde aliud eſt notationem tradere, aliud argumentum à notatione ſumere. Ad tertium reſpondetur rarum non eſſe, vt ambiguitatis tollendæ gratia ſpecie premiſſa, ſubjiciatur genus, vel idem pluribus verbis exprimatur, vt fuſe tradit Gœdd. in comm. ad l. 1. de verb ſign. Quantum ab autoritate ſumptum ideo non admodum viget, quod D. Hieronym. non etymologiam ſed vſum vocis vulgarem, non artificialem tradiderat. Idem reſpondetur ad Iſidori autoritatem: idque eò magis, quod in eodem c. 8. lib. 9. ſubjicit: Item, vidua, inquit, dicta eſt, quod ſola ſit, nec circa conſortium alterius viri con-

Et ad præfectum ærarij Patauina inſcriptio:

Villicus ærary quondam, nunc cultor agelli.

Cujac. obſer. li. 11. c. 37. in princ. Prat. & omnino Gœd. ad l. 166. in prin. n. 5. ff. de ve. ſig.

VINACEA, grana vuæ compreſſæ, Julian. l. 44. in fi. ff. de cond. furt. Idem juris eſt vuis ſubreptis: nam & muſtum & vinacea jure condici poſſunt. Vlpian. l. 52. §. 8. ff. de furt. Idem eſt & in vinis, & in muſto, & in vinaceis, nam & vuarum, & muſti, & vinaceorum nomine furti agere poteſt. Hot. Prat.

VINALIA, feriæ 9 Cal. Maij, deguſtandis vinis inſtitutæ, teſte Plin. Et altera vinalia, quæ agebantur ad 13. Cal. Septemb.

VINARIA vaſa, inquit Julian. proprie vaſa torcularia eſſe placet. Dolia autē & ſeries, tandiu in ea cauſa eſſe, quandiu vinum haberent: quum ſine vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe: quoniam ad aliam vſum transferri poſſent, veluti ſi frumentum in his addatur. Eandem cauſam amphorarum eſſe: vt quum vinum habeant, tum in vaſis vinarijs quum inanes ſint, tum extra numerum vinariorum ſint: quia aliud in his addi poſſit, l. 206. ff. de ver. ſig. Hot. Prat.

VINARIAM nauem Vlp. in l. 21. §. 5. ff. de furt. eam interpretatur, in quam vinum effunditur, & vnde poſtea hauritur. Briſſ. Prat.

VINARIVS, pro vinoſo & ebrioſo. Vlp. in l. ob quæ, de ædil. edict. Item, aleatores & vinarios non contineri edicto, quoſdam reſpondiſſe, Pomp. ait. Ibidem in l. ædiles ſeruum ſi imitatione conſeruorum apud emptorem relis factus eſt, aleator fuſſe, vel vinarius vel ceroneus fit. Eſt etiam vinarius vini venditor. Vnde Lamp. ſcribit, Imp. Alexandrum conſtituiſſe corpora vinariorum, & caligariorum, & omnino omnium artium Spieg.

VINCERE, pro obtinere. Paul. de publica. Locatio vectigalium (ſic enim legendum) quæ calore licitationis vltra modum ſolitæ conductionis inflatur, ita demum admittenda eſt, ſi fidejuſſores idoneos, & cautiones, is qui licitatione vicerit, offerre paratus ſit. Spieg.

VINCTVS pro ſeruo & compedito. In compedibus enim vincti ſerui ad agriculturam deſtinabantur. Porro, vinctum eſſe, hoc eſt conſtrictum, & in vinculis eſſe, diſtare. Alb. annotat. ... ... leg. ſi tamen §. ei qui ſeruum ff. de ædil. edict. Spieg. Prat.

VINCTVS, quod ad l. Æliam Sentiam attinet, non videtur fuiſſe ſeruus, licet carcere clauſus fuerit, ſi vincula corpori ejus non ſint addita. l. 116. vbi Gœd. in comm. ff. de ver. ſig. Et apud Vlp. in Inſt. tit. 1. Briſſ. Prat.

VINCVLA appellat Juriſc. cuſtodiam, compedes, latumias, atque omnem denique corporis coercionem, l. ſuccurritur, quibus ex cauſ. maior. Quid ſit, è vinculis cauſam dicere, ſupra dictum eſt in dictione Cauſ. Spieg.

VINCVLA & cuſtodia, tanquam genus & ſpecies differunt: vincula vtrunque vinculi genus continent, & priuatum & publicum: at cuſtodia publica tantum vincula ſiue publicam cuſtodiam, Gœd ad l. 224 n. 1. de ver. ſig.

VINCVLORVM genera ſunt, compedes, pedicæ, manicæ, & catenæ. Sunt & Boiæ damnatorum torques, quaſi jugum boum. Item collaria, quibus in publico blaſphemi & lenæ criminum alligantur, vt deriſui viatoribus ſint. Eſt & Numella, ligneum inſtrumentum, quo quis incuruus & quadrupes caput & pedes exerit. Alc comment. de ver. ſig. Spieg.

VINCVLORVM autem appellatione vel publica vel priuata vincula ſignificantur. l. 224. ff. de ver. ſig. Et ideo in edicto prætoris de in integrum reſtitutione maiorum verba hæc: ſiue in vinculis eſſet, non ad eum tantum pertinent, qui publica cuſtodia coercentur, ſed ad eum quoque, qui à latronibus aut prædonib. vel potentioribus vi oppreſſus vinculis teneatur: Sed & incluſi latumijs vinctorum numero habentur: quoniam nihil intereſt parietib. quis, an compedibus teneatur. In vinculis quoque eſſe accipimus eos, qui ita alligati ſunt, vt in publico parere ſine dedecore non poſſint, l. 9. & l. 10 ff. ex quib. cau. maior. Cuſtodiæ autem appellatione ſola publica intelligitur. Et idem in vinculis cuſtodiſve teperantor in l. 9. §. 1. Iul. ff. de teſtibus. Et apud Vlp. in Inſt. tit. 8. Briſſ. Prat.

VINCVLVM & obligationis dicimus, l. 67 ff. de procurat. & equitatia l. 95. §. naturalis ff. de ſolutionibus. Vinculum pignoris in l. 39. §. curatores, ff. de adm. tut. l. 15. ſed ſi emptor. ff. de re jud. l. 6. C. de locat. l. 2. C. de cur. fur. Et ita vinculum reſtituendæ rei quæ pignori nexa erat, dicitur in l. 9 in fi. ff. de ſupel. leg. Sic & vinculum in l. 20. ff qui teſt. fac. poſſ. pro vinculo pignoris, quo ab hoſtib. redempti redemptoribus obſtringuntur, l 21 ff. de capitu & poſtl. l 8. & l. 11. C. eod. tit l. 41. § vlt. ff. de leg. lib. 1. Quo vinculo reſolui intelliguntur ſi libertas ijs detur, l. 70. ff. de acquir. hær. Briſſ.

VINCVLVM juris Inſt. de obli. in prin. C. de teſt. mil. l. quanquam. Cicero dixit memorabiliter pro Cæcin. Qui jus ciuile contēnendum putat, is vincula reuellit non modo judiciorum, ſed etiam vtilitatis, vitæque communis. Et inde fin paulo ante fi. lib. 3. vel. Quemadmodum igitur membris vtimur. Et quo modo, inquit, hominum inter homines juris eſſe vincula putant. ſi homini nihil juris eſſet cum beſtijs? Spieg.

VINCVLVM ſtipulationis, l. 6. C. ſi cer pet. l. 6. C. de vſur.

VINCVLVM cautionis, l. 40. ff. de vulg. & pupil. l. 13 §. 2. de tut. & curat. vt vinculum fidejuſſionis apud Caſſiod. li. 12. variar. epiſt. ad Fruinatem

VINCVLVM locationis, l. 52. §. peu. ff. de fidejuſſorib.

VINCVLVM familiæ, l. 87. ff. de adq. hær.

VINCVLVM neceſſitudinis & adfinitatis, l. 9 ff. de ſuſpect. tutor. l. vlt. C. de codicill.

VINCVLVM religionis, l. 1. C. de in lit. jur. id eſt juramentum.

VINCVLVM pœnæ l. 134. ff. de ver. oblig.

VINCVLVM inſulæ, l 5. ff. de interd. & relig.

VINCVLA cenſualia, l. 4. §. ſi quis inquilinum, ff. de cenſib Briſſ.

VINDEMIA, inter eas referuntur dictiones, quæ in numero ſingulari plus, quam in plurali ſignificant. Pepin. in l. diuortio. ſolut. matr. vtroque numero protulit. collectis vindemijs, vindemiæ fructus percepta vindemia, & ante vindemiam. Iulian. eleganter collectæ pendentem vindemiam opponit. de act. empt. leg. qui pendentem Spieg. vindemia facta l. 1. §. idem ait, ff. de vent. in poſſ. mitt. vindemia coacta l. 13. ff quibus mod. vſusf. vindemiæ legata l. 6. ff vſufructuarius quemadm. caue. Briſſ.

VINDICARE eſt, ſuum repetere. Exempla ſunt apud Cic. quamuis mutilata, teſte Philippo in orat. pro L. Muræna, quo loco idem ſcribit: vindicare eſt aſſerere fiduciariam poſſeſſionem rei de qua litigatur: quoad lis finiatur, vindicare eſt etiam animaduertere in malos. Item vindicatur maieſtas publica, cum à ſontibus ſupplicium ſumitur. Spieg.

VINDICARE, ait Vult. ad §. 1. nu. 17. Inſt. de action. eſt vel dominium rei, vel jus quod quis habet in re, ſibi aſſerere, & ita non tantum proprietatem rei, ſed aliud etiam jus, quod quis in re habere poteſt.

VINDICARE, pro petere per hypothecariam actionem, in leg. Paul. reſpondit. in prin. de pign.

VINDICARE hæreditatem, pro petere hæreditatem, l. ſi ſuperatus. in prin. ff. de pign.

VINDICARE in hypotheca, eſt per hypothecariam actionem petere, l. fidejuſſor. §. Lucius Titius ff. de reb. dub.

VINDICARE in ſeruitutem, l. 3. ff. de liber. cau. Nec vero res corporales tantum, ſed & jura vindicari dicuntur, veluti hæreditas, vſusfructus, ſeruitus, l. 1. §. 1. ff. de pet. hær. l. 20. §. penul. ff. de rem. Briſſ. Prat.

VINDICARE etiam injuriam ſibi factam exequi & crimen perſequi ſignificat l. 2. §. ſed & ſi egant, ff. de jud. l. 18 §. 1. ff. de jure fiſc. Briſſ. Prat.

VINDICATIO eſt per quam vis & injuria, & omnino omne quod obfuturum eſt, defendendo aut vlciſcendo propulſatur, autor Cic. de Inuent. 2. Spieg. Adde Balduin. comment. Inſt. Iuſtinia. lib 4 tit. 3. de lege Aquil. & Connan. lib. 2. c. 6 n. 8.

VINDICATIO videtur ex antiquis vindicijs originem duxiſſe, nam Cicero in Milon. cum actiones calumnioſas ſignificaret: ita ſcribit: Eum denique, qui non calumnijs litium, non injuſtis vindicijs ac ſacramentis alienos fundos, ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis petebat. Sed tamen longe aliud vindiciæ olim fuerunt, aliud hodie vindicatio eſt, quod ex Aſconij verbis in Verrin. 3. intelligetur Hot. Prat.

VINDICATIO triplex eſt proprietatis, ſeruitutis, & pignoris, l. 5. §. eſt autem, §. Pompon. ff ad exhiben. Proprietatis vindicatio etiam ſi eā vtiliter experiamur, reſpectu cæterarum directa eſt, ideoque eam Harmenopulus conferens cum hypothecaria, quæ vxori in cæteris mariti bonis competit, non male directam appellauit. Hæc enim proprie vindicatio eſt, cæteræ quaſi vindicationes. Cujac. obſer. & emend. li. 5. c. 29. circa med. & Gœd. ad l. 231. n. 21. & ſeqq ff. de ver. ſig.

VINDICATIO omnis in rem actio appellatur, l. 25. ff. de oblig. & act. §. appellamus. Inſt. de actionib. Itaque non eæ tantum actiones, quibus rem noſtram eſſe, ſed & quibus pignori obligatam nobis eſſe intendimus, vindicationes appellantur. Vnde hypothecaria actio vindicatio pignoris appellatur in l. 16. §. in vindicatione, ff de pignorib. A vindicando autem vindicatio dicitur. Eſt autem vindicare vel dominium veluti jus aliquod ſibi adſerere. Inde vindicare ſuum eſſe pro eo quod aliat ſuum eſſe petere dicitur l. 27 §. cum legatum, ff. de aur & arg. l. 66 ff. de rei. vind. l. 6. §. ſed & ſi fundum, ff. de confeſſ. §. nam etſi. Inſt. de actio. l. 21. §. 2 in fi ff. de excep. rei jud. Et vindicare dominium in l. 40. ff. de pignor. act. Et vindicare per in rem actionem jus non eſſe alicui reficiendi, l. 3. §. pen. ff. de riuis. Et vindicare pignus creditor dicitur, qui in rem ſibi pignori obligatam à poſſeſſore petat l. vlt. ff. de pign. act. l. 16. §. creditor, ff. de pign. l. 7. C. de oblig. & act. Briſſ. Prat.

VINDICEM in 12. Tab. appellatum: qui alterius cauſam ſuſcipiebat vindicandam, quem nunc procuratorem dicimus, Boet. in Top. ſcribit. Videtur tamen ita potius appellatus, qui judicio ſiſti, judicatumque ſolui ſatis pro alio dabat. Id eſt, qui vindicabat, quo minus is, qui prehenſus eſſet, ab aliquo teneretur, vt cum cuipiam iniecta eſſet manus, vt ad prætorem judicemve duceretur, qui etiam eum, qui judicatus à creditore ducebatur, liberabat. Hæc autem ſunt legis verba. Aſſiduo vindex aſſiduus eſto; Proletario ciui, quiuis volet, vindex eſto. Hujus

Digitized by Google

meminit Cic.in Top.& Gell.lib.16.c.10. Prat.& Briſſon. adde Gœdd.ad l.quos nos hoſtes 234.§.1.de ver.ſign.Briſſ.

VINDICES: Scio in l.1.C Theod.ſi quacum.prędit.poteſt.ciuitatum defenſores ſiue ἐκδίκους ciuitatum vindices appellari. At vindices illi quorum Iuſtinianus in Nou. περὶ τῶν δημοσίων πόνων,& in Nou. περὶ ἐκδίκων meminit ,an ſint ciuitatum defenſores addubito Nam hi potius vindices à Iuſtiniano appellari videntur,qui exigendis tributis,quorum ad curiales antea exactio pertinebat,ab Anaſtaſio Imperatore in ſingulis ciuitatibus conſtituti ſunt,vt auctor eſt Nicephorus lib.16. cap 44.è quibus veriſimile eſt Iuſtiniani tempore adhuc in quibuſdam ciuitatibus nonnullos ſuperfuiſſe. Defenſores autem ciuitatum ſiue locorum antiquiores longe ſunt, & ſimiles Tribunis plebis,atque iden defenſores plebis appellantur in l.1.C.de offi. jurid. Alex. Rurſus ad eis diuerſi ſunt ἔκδικοι ex Nou. περὶ ἐκδίκων facile intelligi poteſt,qui mittuntur à prefectis prætorio , vel comitibus vel præſidibus juris dicendi cauſſa, & à Paulo Monacho loci ſeruatores appellantur l.6. hiſt.Longo.& in l.77.de furt.in l.Longob.&loci judices in l.2.C.de exhib.reis. à Iuliano antecessore,vicarij.Meminit Anna in Alexiade 3. Adameteni ἔκδικος. Heracleæ & Paphlagoniæ circa pontum. Suidas ἔκδικος εἶδος ἀξιώματος.Cæterum vindicibus Anaſtaſianis pares ſunt, qui Canonicarij dicuntur in Nou. περὶ τῶν δημοσίων πόνων, & Nou. περὶ τῶν κανονικαρίων,in libris Variarum Caſſiodori ſæpiſſime. Hi ab exigendis Canonibus canonicarij : illi , quod ab Anaſtaſio decurionum iniquis exactionibus oppoſiti fuerint,appellati ſunt vindices. Cujac obſeru.lib.3 c.14.

VINDICIAS Vet. gloſſ. τὰ ἐναμφισβητούμενα πράγματα. corrupte enim vindigeſtę.Quibus adſtipulatur Feſtus li.19.vindicię,inquit,appellantur res eæ,de quibus controuerſia eſt : aut potius vindiciæ dicuntur inter eos qui contendunt. Seruius tamen in ſingulari extulit, vindiciam eſſe dicens rem, de qua controuerſia erat ab eo quod vindicabatur. Atq; hinc patet vindicias olim aliud nihil fuiſſe , quam poſſeſſionem rei controuerſæ alicui magiſtratus decreto vſque ad finem judicij attributam. Liu. lib.3. de Virginij filia loquens ab App. Claudio decem viro adamata: Marco Claudio clienti negotium dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret, neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias.Item paulo poſt : Poſtulant (aduocati puellæ) vt rem integram in patris aduentum differat, lege ab ipſo lata vindicias det ſecundum libertatem Item:Hoc tantum ſciat, ſibi , ſi hujus vindicijs ceſſerit conditionem filiæ quærendam eſſe. Idem Pomp.l.2.de orig. jur. de eod Appio loquens. Et ſecundum eum , qui in ſeruitutem ab eo ſuppoſitus petierat (vindicias) dixiſſe.Poſtulare autem vindicias ſecundum libertatem,eſt poſtulare vt interim quis libertate potiretur: nam dare vindicias ſecundum libertatem , vel à ſeruitute, eſt decernere , vt interim dum quæſtio agitatur in poſſeſſione ipſa ſui ac libertatis quis eſſet : cujus contrarium eſt dare vindicias à libertate, vel ſecundum ſeruitutem ,qua phraſi etiam paulo inferius vtitur idem Liu. De lite autem vindiciarum ſic Pædian in Verrin.3.Lis vindiciarum eſt , dum litigatur de ea re apud Prætorem, cujus incertum eſt,quis debeat eſſe poſſeſſor.Ideoque qui eam tenet ſatiſdat pro prede litis vindiciarum aduerſario ſuo, quo illi ſatisfaciat is , nihil ſe deterius in poſſeſſione factorum de qua jurgium eſſet. Rurſus ſponſione ipſa prouocatur ab aduerſario , certæ pecuniæ aut æſtimationis quam amittat, niſi ſua ſit hæreditas , de qua contendit.Prędes autem vocat ſatiſdatores locupletes. Hanc recredantiam vocari vult Budæus. vindiciæ item dicebantur , quæ ex fundo in jus afferebantur vindicandi cauſa : Atque harum vindiciarum ſeu rei vindicationis hæc à Cicerone refertur formula in orat. pro Muræn. Fundus qui eſt in agro qui Sabinus vocatur: eum ego ex jure meum eſſe aio : inde ibi ego te ex jure manu conſertum voco. Is autem,vnde petebatur,hæc reſpondebat: vnde tu me ex jure manu conſertum vocaſti , inde ibi ego te reuoco. vindicię item manus correptionem ſignificant: χειρονομίας, à Clemente vocatur,à Chariſio χειρονομία dicitur,Gell. vindicię correptione manus in re atque loco præſenti apud Prætorem fiebant. vindiciæ autem verbum à vindico videtur deductum, vel teſte Liuio, vbi ſupra ; Appius, inquit, eum virginem non defendi ab Icilio. ſed inquietum hominem locum ſeditionis quærere diceret non præbiturum ſe illi eo die materiam, &c. Et paulo poſt:A Marco Claudio periturũ vt decederẽ jure ſuo vindicatique puellam in poſterum diem pateretur: vindicari enim puellam dixit,pro vindicias puellæ ſecundum libertatem dari, h.e. aſſeri interim in libertatem, & in poſſeſſione libertatis eſſe vindiciam ferre dicebatur,qui rẽ decreto ſententiaque obtinebat: dicere vero vindicias , judex. Sed ſi vindiciam ille tulerat,qui non debuerat, tribus arbitris datis, duplione damnum luebat. Lex enim erat : Si vindiciam falſam tulit,rei ſiue litis arbitros tres dato, eorum arbitrijs fructus duplione damnum deciduo,Prat.Aſcon.in contra Verrem Oratio. Vindiciarum,ait,lis eſt cum litigatur de ea re apud prætorem,cujus incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor. Et ideo qui eam tenet, ſatiſdat pro præde litis vindiciarum aduerſario ſuo,quo illi ſatisfaciat,nihil ſe deterius in poſſeſſione factorum eſſe qua jurgium eſſet. Briſſ.

VINDICIARUM nomine nihil aliud intelligi,quam aſſertionem, Cæl.lib.17.cap.19.lect.antiq.tradit,quæ à ſeruitute ad libertatem foret: vindiciæ ſecundum libertatem dicebantur.Si vero à libertate in ſeruitutem,Vindiciæ ſecundum ſeruitutem pronuntiabantur A quibus minime diſſimilia vide apud Alexandr ab Alex. lib.6. cap.10. Præcipue autem vide notata à Turneb. lib.15. aduerſ.c.35. Vbi varias hujus dictionis ſignificationes eſſe oſtendit. Cæterum quia Fr.Hotn.li.2.obſ.32.Heſmagoreo artificio locum Liu.li.3. valde obſcurum, inſigniter explicuit, ideo ejus explicationem adſcribere non pœnitebit.Puella virginea , quæ in poteſtate patris abſentis erat in ſeruitutem petebatur.Cum aſſertores vindicias ſecundum libertatem poſtularent,aduerſarij contradicerent, cauſa ita eſt conſtituta. Intentio : Vindiciæ ſecundum libertatem decernendæ ſunt. Depulſio:Non ſunt. Q An ſint : Quia nemo idoneus auctor exiſtit,cui addicantur. Nam ſi ſui juris puella eſſet,& tutores adeſſent, ijs decernerentur, darentur etiam patri,ſi adeſſet atque defenderet. At nemo pro ea quæ patris manu ſit , juſtus eſt auctor præter patrem, F.At lex indefinite ſcripta eſt neq; inter filiamfamilias aut matremfamilias diſtinguit. ff. An lex ita demum vindicias ſecundum libertatem decerni jubeat , ſi quis idoneus auctor exiſtat , cui addicantur.Hoc enim Appij verba ſatis alioqui obſcura , ſignificare videtur. In his , inquit, quæ aſſeruntur in libertatem, quia quiuis lege agere poſſit,id juris eſſe,in ea,quæ in patris manu ſit, neminem eſſe alium, cui dominus poſſeſſione cedat. Quaſi diceret,filiæfamilias non aſſeruntur in libertatem,ſed petuntur filię,l.1.ff.de rei vindic.Prętetea non quivis poteſt lege agere , pro filiafamil. ſed ſolus pater. Is autem abeſt,quare nemo exiſtit, cui vindiciæ ſecundum libertatem attribuantur,quod ne cui abſurdius videatur; Vlpiani locum adſcribam , ex leg.Pompo.40.ff.de procur. vbi ſic ait:Pomponius ſcribit, non omnes actiones per procuratorem , quem poſſe inſtituere. Denique vt liberi qui in poteſtate abſentis dicuntur,ducantur, interdictum non poſſe deſiderare uit,niſi,vt Iulianus ait,cauſa cognita, id eſt,ſi & nominatim ei mandatum ſit , & pater valetudine , vel alia juſta cauſa impediatur. His adde Turneb.aduerſ.lib.13.c.27.

VINDICO concretum eſſe verbum volunt, à vim & dico,vt judico,quod Varro lib.4.de Ling. Lat. à jus & dico deriuat.nam in vindicationibus manus conſeri, & vim quandam adhiberi ſolitam , quam Feſtucariam Gellius , Quotidianam Cicero appellat,vt oſtendit Hotom in orat.pro Cæc.Prat.

VINDICO,Diomedes li.1.vſurpat hoc verbum non pro defendo, ſed pro animaduerto de pœna : vt apud Saluſtium,vindicatum fuit in noxios. Sic quoque vindicare delictum judex dicitur in l.1.ff.de obſeq patent. Briſſ.

VINDICTA, pro vltione apud Paul. de injurijs in l.quod reipublicæ venerandæ , vt habet vulgata lectio : ſiue vindicandæ,vt Bud.legendum exiſtimat. Quia tamen, inquit, non ea mente magiſtratus facit,vt injuriam faciat,ſed ad vindictam maieſtatis publicæ reſpiciat,actione injuriarum non tenetur.Spieg.

VINDICTA,inquit Boëtius in Topico Ciceronis,eſt virgula quędam, quam lictor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatẽ vindicabat,dicens quędam verba ſolennia atq; ideo illa virgula Vindicta vocabatur. Plutarchus de iis qui tarde à Deo puniuntur : ῥαβδίῳ δὲ καὶ τὸν ἐλευθερούμενον ἀφαιροῦντες, κάρφος αὐτῷ λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τῷ σώματι. Romani, inquit, corporibus quos in libertatem aſſerunt: tenuem feſtucam imponunt. Feſtuca igitur vindicta nominatur à Vindice,vt ſcribit Liu. li.2.qui ſeruus cum adoleſcentem nobilium conjurationem patefeciſſet, libertate & ciuitate donatus eſt. Quare vindicta idem eſt vt feſtuca;nec alio ſenſu dixit Perſius.

vindicta poſtquam meus à prætore receſſi.

quem alio loco,

Non in feſtuca lictor quam geſtat inani. Hot.

VINDICTAM imponere in l.pen.§ pater.ff.de caſtr.pecul.l.24.in fin.ff.de manumiſſio.& l.15.§. poteſt ff.de liber. cauſ.l.5. ff.de manu. vind.l 2.C.ſi aduerſ.Briſſ. Prat.

VINDICTA libertatem imponere l. 10.Cod.qui teſt.fac.Et , vindicta manumittere leg.33.ff.de dolo tit. de manumiſſ.vindict. Briſſ. Prat.

VINDICTA liberare l.333.§ Flauius,ff.de verbor.oblig.l.15.ff.de manumiſſionibus ,l.5.ff.de manum. vind.l.vlt.ff.pro derelict. Briſſ. Prat.

VINDICTAM facere, eſt cedentem fugientémve inſequi, ait Salomon.Paulus in l.quod reipub.ff.de injur. pro animaduerſione & delicto ſumit.Spieg.

VINDIUS l 7.§.18.ff,de pact.

VINEA,locus eſt, vitibus conſitus.Cajus de in jus vocant.Sed etiam à vinea ait , & balneo & theatro nemo dubitat in jus vocare licere. Vide Bart.in l.certo generi.ff.de ſeruit.ruſt.pręd.& ſimul Gloſſ.quam Albericus conmendat.Spieg.

VINETUM in §.manifeſtus.Inſt.oblig.quæ ex delict.

VENI

Vini appellatione quæ veniant, docent Iuriſconſ. l. 2. & 3. §. 1. & l. ſi quis vinum, ff. de Trit. vino & oleo leg. A vi deductum volunt nonnulli, quod vim inferat menti. Notum ex Plinio in proverbium ceſſiſſe, Sapientiam vino obumbrari. Vnde noſtri *Vvein hynein, Vvitz herauſs.* In proverbijs item Eccleſiaſticis duo referuntur, quæ Sapientem etiam dementent, vinum & mulieres. Vide Alber. in l. 1. C. ſi quis Imp. male dix. Spieg.

Vini vitia celebrata dum in primis ſunt, acor & mucor, de quibus in l. ſi quis vina, ff. de peric. & com. rei vend. Bud. in l. in venditionibus, ff. de contrah. empt. Forcat. In penu. jur. civ. c. 9

Vini genera quædam enumerantur, in l. 9. ff. de trit. vino legat. Scutatum autem cadorum, cupparum, culleorum, in quib. vinum diffundi ſolebat, fit mentio in l. 15. §. proprietatis, ff. de vſuf. l. 93. §. pen. ff. de leg. l. 1. 3. l. 3. §. 1. l. 26. l. 14. ff de trit. vino Br.

Vinitor, ruſticus vinearum cultor appellatur, & de eo loquitur Vlp. in l. inſtrumenta fundi, ff. de fund. inſtru. (nam ita ſcribendum eſt, ex antiquis exemplaribus: non monitor, vt in impreſſis codicibus legitur) & ideo Col. lib. 1. refert, quod ſeperandi ſunt aratores à vinitorib. & in 4. Is, inquit, vinitor, licet ſit emptus ſex vel potius octo milibus ſeſtertijs. Vergil. Georg. 2.

Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

Sedulius poë. a Chriſtianos.

Sor iaant impreſſas calcabit vinitor vuas. Cotta.

Vino legato, ea demum vaſa ſequuntur, quæ ita diffuſa ſunt, vt non ad perpetuum vſum vaſa reſeruarentur: veluti amphoræ, & cadi verba ſunt Iureconſult. in l. vino, ff. de tritic. vino, oleóque leg. in quo loco amphora pro vaſe vinario paruo habetur, vtpote continens heminas nonaginta ſex. Hemina autem menſuram eſt vnciarum 12. ita quod amphora medietatem vnius meteræ Mediol. non aſcendit: Cadus autem ex congijs decem conſtat: Congius heminas duodecim continet, & hic inter amphoram & cadum non multum intereſt. Simile reſponſum habetur per Vlp. in l. 3. eod. tit. tamen cum ex facto incidiſſet in proviſione facta de duabus ampullis vini, cotraonis præſtandis Epiſcopo Tortelano, conſuluit Fulg. conſ. 231. in quodam inſtrumento. Ampullas non deberi, arg. l. veteribus, ff. de pact. Largior enim fit interpretatio in vltimis voluntatibus, quam in contractib. Prohibet ſacra ſcriptura vinum regibus dari: quia nullum ibi arcanum invenitur, vbi regnet ebrietas, vnde in proverbium abiit. In vino veritas, de quo Eraſmus in proverbus. Cotta.

Vino legato id omne, quod ex vinea natum, vinum permanſit, & acetum quoque, quod vini numero paterfam. habuerit, continentur. Mulſum vero, & defrutum, & zythum, & cervitia, niſi de his quoque teſtator ſenſerit, non continentur, l. 1. & l. 9. ff. de tritico, vino, l. 2. in fin. ff. de optio. leg. Vini autem genera quædam enumerantur in d. l. 9. & vinum Falernum, Campanum, Aſiaticum, diffuſum. Vini veteris ſeu vetuſti fit mentio in l. cum quid, ff. ſi cert. pet.

Vinum cum vaſis legatum. Proculus l. pen. de trit. & vin. leg. Illud verum eſſe puto, cui vinum cum vaſis legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus vina diffuſa ſervamus, legatos eſſe. Old. Prat.

Vinum Aminæum eſt præſtantiſſimum, de quo l. fin. ff de trit. & vino & oleo, quod Falernum appellatur, l. legatum, fin. ff de annu. leg. et. à loco vt recte ſuſpicatur Accurſ. a Falerno enim Campaniæ agro ſeu monte dictum eſt. Martialis. Nec in Falerno monte major autumnus. Forcat. in ſuo penu. jur. civ. c. 7.

Vinum doliare omnes fere apud Vlpianum in l. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. exponunt, quod in dolio conditum eſt, ad vini pendentis diſcrimen: præſertim cum vinum pendens, ipſas vuas ſignificet, & vindemiam nondum collectam. Nam Vinum pro vuis dici locus ille Plauti clariſſime indicat: Tum vinum priuſque coactum pendet putidum. Sed Turneb. adverſariorum lib. 1. a. 2. vinum doliare potius, putat dici ad diſcrimen vini diffuſi, cujus rei teſtem citat Proculum Iuriſconſultum. Is quidem, ego (inquit) etſi dolia in vaſis vinariis non ſunt, non tamen non concederem Trebatio, quod in dolijs eſſet, id eſt, quod in vaſis eſſet legatum: Illud verum eſſe puto, cui vinum legatum cum vaſis erit, ei amphoras & cados in quibus vina diffuſa ſervamus, legatos eſſe. Vinum autem doliare vinum eſt novum, quod quia vetuſtatem non habet, quæ diffuſo quæritur, & vino maturitatem & ſuavitatem affert, ideo minoris erat precij, Vinum de dolio, appellat Cicero, vt in Bruto. Num igitur qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de dolio ſibi hauriendum putet? Appella: & vinum de cupa, vt in Piſonem Panis & vinum à propala & cupa. Itidem & Plutarchus vinum de dolio novum eſſe oſtēdit, cujus verba ſunt, [Greek illegible] : id eſt, iſto veteri & miti vino rejecto durum & immite de dolio bibimus, culicum turba perſtrepens, vide Cato c. 148. Conn. lib. 7. c. 10. n. 2.

Vinum diffuſum eſt, quod in amphoras & cados apothecatum ad aſſervandum ſuſum eſt. Plinius apothecas fuiſſe & diffundi ſolita vina, anno MCXXXIII. vrbis apparet indubitato Opimiani vini argumento. De diffuſo vino ita ſcribit Horat.

vina bibes iterum Tauro diffuſa.

Et Iuvenalis;

Ipſe capillato diffuſum conſule potat.

Defundere autem vinum eſt de dolio in craterem aut de cratere in pateram fundere. In Horatio igitur recte conjicit vir doctiſſimus Lambinus ſcribendum.

Et niſi mutatum parcis defundere vinum.

Id enim eſt in pateram vel trullam fundere & bibere. Et lib. 2. de finibus: Quibus vinum defuſum ſit è pleno Oenophoro, id eſt, deorſum in pateram aut poculum fuſum. Et apud Maron.

Hac ait, & liquidum Ambroſia defundit honorem.

Schard. ex Turneb adverſariorum. lib. 1. c. 2.

Vinea & vites differunt, quod vinea eſt ager ipſe, vites vero quæ fructus ferunt: denique inter vineam & vites hoc intereſt, quod inter arva & ſegetes. Iavol. l. certo, ff. de ſervit. ruſt. Certo generi agrorum acquiri ſervitus poteſt, veluti vineis: quod ea ad ſolum magis, quam ad ſuperficiem pertinet: ideo ſublatis vineis, ſervitus manebit. Quibus verbis oſtendit vineam ſolum ipſum eſſe: vitem vero ſuperficiem. Sic l. 4. ff. de cenſib. vinea quod vites habeat, oliva quod arbores, Prat.

Vinum diffuſum. Vide Dolium.

Vinum paternum l. ſi quis vinum, § vino autem, ff. de trit. vin. & ol. leg.

Vini Falerni, quod domi naſceretur, quotannis in annos ſingulos binos culleos hæres meus Attio dato. Etiam pro eo anno, quo nihil vini natum eſſet, deberi duos culleos, ſi modo ex vindemia cæterorum annorum dari poſſunt. Iabolenus reſpondit l. legatum ita eſt, de ann. legat. Spieg.

Vinum ſi quis legaverit, omne continetur, quod ex vinea natum vinum permanſit: ſi ſed muliom factum ſit, vini appellatione non continebitur proprie: niſi forte paterfamil. etiam de hoc ſenſit. Certe Zythum, quod in quibuſdam provincijs ex tritico vel hordeo, vel ex pane conficitur, non continebitur. Similis modo, nec camum, nec cervitia continebitur: nec hydromeli quidem conditum, nec hoc puro, niſi alia mens teſtantis fuit: Oenomeli plane, id eſt, dulciſſimum vinum & paſſum, niſi contraria ſit mens, continebitur: Defrutum non continebitur, quod potius conditurę loco fuit. Acinaticium plane vino continetur. Cidoneum, & ſi quę alia ſunt, quæ non ex vinea fuerint, vini appellatione non continebuntur. Item acetum vini appellatione non continebitur: Hæc omnia ita demum vini nomine non continebuntur, ſi modo vini numero à teſtatore non ſint habita. Alioquin Sabinus ſcribit, omnia vini appellatione contineri, quæ vini numero paterſam. habuit: Igitur & acetum, quod vini numero paterſamil. habuit, Zythum & camum, & cætera quæque pro hominum affectione atque vſu vini numero habebuntur: Hæc Vlp. de tritico, vino, oleoque leg. Maffæus. Adde Forcat in penu ſuo jur. civ. c. 8. in princ.

Vinum fæcatum dicitur vinum ex fæce factum. Nam cum è dolijs non multo poſt vindemiam in alia vaſa transfertur vinum, reſidet in doliorum fundo fæx quæ in fiſcinas fæcarias conjecta, torquendo vinum fæcatum exprimitur.

Vinum nardinum eſt, quod vel nardo, vel vnguento nardino conditum eſt, veteres enim, vt Theophraſtus auctor eſt, vnguentum miſcebant vino, idque nonnulli in compotatione ipſa ſubito faciebant: alij autem jam ante medicatum & curatum habebant. Turneb. lib. 2. c. 59.

Vinum Surrentinum, Lege, Vinalia.

Vinum ſpurcatum. Quære Spurcare vinum.

Vinum vetus, dicitur anno lapſo. Si enim muſtum, ait, Alciat. à Calendis Novembribus, quo tempore deſæcatum eſſe incipit, novum vinum dicitur l. jubemus, C. de erog. mil. lib. 12. Apparet non prius vetus appellari, quam aliud novum collectum ſit, l. Vetus, de trit. vin. & ol. leg. Vult. tamen hac in re ad conſuetudinem regionis eſſe attendendum. Adi & Bartol. in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. & in d. l. jubemus. Old. Prat. & Corraſ. 3. Miſcell. 12. n. 3. & ſeqq.

Vinum vetuſtum. Ejus meminit Scævola de leg. 3. Columella lib. 3. de re ruſtica, paulo ante finem: Neque enim, ait, poſt annos quindecim, vel paulo plures deprehendi poteſt ignobilitas in guſtu, quoniam fere omne vinum id tempus eam qualitatem ſortitur vetuſtas acquirat bonitatem. Old.

Viocuri magiſtratus 26. numero, quorum erant quatuor in vrbe & duo extra vrbem, de quibus Dio lib. 54. Hi curatores erant viarum. Prat.

Violare, proprie de virgine dicitur: transfertur tamen ad alia, vt violare jus legationis, violare ſacra, muros, & loca religioſa, parentes, fœdus, legem. Vnde violator legis reus habeatur l. 3. C. de pet. bon. ſublat. lib. 10. Spieg. Prat.

Violati pudoris macula adſpergi, apud Impp. in l. divo Marco. C. de pœn. Spieg.

Violavit, qui oppreſſit, c. ſi quis ſponſam 27. q. 2.

Violatum, id eſt, violandum, c. veniens, extr. qui clar. vel vovent.

Violatus pudor. l. 21. C. de quæſtionib.

Violator pacis, id eſt, raptor, puniendus, per text. §. ſi vero pacis, de pace tenen. in vſibus feud. l. fin. ff. de re milit.

VIOLENTER, à violens adverbium, vt vult Acron. Noſtris eſt frequens, pro eo quod vi actum, factum, geſtumve eſſe intelligi volunt. Terent. in Phorm. Violenter tolerare, pro ægre & invito vſurpavit. Spieg.

VIOLENTUS ſu abripere l. 2. C. vi bonor.

VIOLENTER, pro violenti, In aut. vt om. obed. jud. prov. § arrip. vt violenti pro violento, apud Horat. teſte Budæo. Spieg.

VIOLENTIA in malam partem ſumitur, cap. conqueſtus de for. compet. Violentia quot modis inferatur, tradit Bart. l. 1. C. de nauic. Quotoplex ſit, notatur in l. in ijs, ff. quod met. cauſ. & in l. ſi quis in tantum, C. vnde vi. Quando dicitur fieri violentia, & quæ actio propter eam detur, not in l. 1. ff. de vi publ. Prat.

VIOLENTIA, Sub vno violentiæ nomine multa facinora continentur, teſte Imp. Conſtantino, l. quoniam, Cod. de mulier. quæ ſe propr. ſer. junx. Spieg.

VIOLENTUS poſſeſſor, qui expulſo veteri poſſeſſore adquiſitam per vim rerum poſſeſſionem obtinet : aut qui in hoc ipſum aptus & præparatus venit, vt contra bonos mores auxilio, cui reſiſti non poſſit, fretus, ingrediens in poſſeſſionem vim faciat, definitore, Old. Spieg. Prat.

VIR à Latinis dicitur, quod major in eo vis eſt, quam in fœmina, vt teſtis eſt Lactantius in lib. de Opificio Dei, & hinc virtus nomen accepit. Nam plus roboris maribus attributum eſt, ait ipſe Lactantius c. 12. quo facilius ad patientiam jugi maritalis fœminæ cogerentur. Sic à Græcis dicitur ἀνὴρ quod vir à Latinis, παρὰ τὸ ἄνω τὸ ἀνύειν, & per Syncopen ἀνὴρ. Brech. in leg. hominis, ff. de verb. & rer. ſign.

VIR, pro marito, in l. 1. § quæſitu. ff. pro dote. Aliquando reſpectum ætatis dicit, vt apud Plin. cum ait : Quod non modo in puero, ſiue adoleſcente, ſed etiam in viro admiratione dignum videretur. Aliquando reſpectum ſexus habet, vt apud eundem : Viros auidiores Veneris hyeme, fœminas æſtate. Heſiod. prodidit, vide Bart. in leg. cum quis decedens, §. codicillis, in fin. & in leg. ſervis, de leg. 3. Spieg de leg. 3. Spieg.

VIR bonus, qui juri naturali obtemperat, & voluntatem ſuam illi conformem facit, eámque ſequitur. Item, Vir bonus dicitur, qui facit alteri, quod ſibi vult fieri, l. 1. circa medium, ff. de ſolut. Indicavit & Alb. in jure Civili judex eſt : & nomen Viri, eſt ſæpe dignitatis refertur enim ad virtutem, vt inque animi & corporis, l. 1. Cod. de digni. lib. 12. Spieg. Prat. Vide omnino Corraſ. 4. Miſcel. c. 52. nu. 1 & ſeqq per tot.

VIR appellatio domeſtica & familiaris. Cum vero prodit foras & aliquo ſe communi hominum commercio implicat, ejus potius quam viri munere defungitur, vt annotavit lib 6 c. 8. n 1.

VIRES, pro poteſtate, ſiue facultate patrimonij, Vlp in fin. l. 1. de legat. 2. velut certam quantitatem, exprimit per viribus ſcilicet patrimonij, Spieg. Prat.

VIRI boni arbitrium, quod omnibus fere ſtipulationibus olim comprehendebatur, idoneæ & integræ exiſtimationis diligentiſque circumſpecti, & conſiderati patrisf. arbitrium ſignificabat, l. 80 § vlt. §. ff. de oper. libert l. 21. §. ſiue autem, ff de noni oper. l. 9. in pr §. & ſed ſi lapidicinas, l. 13. in fin. l. 15. §. & ſi veſtimentorum, l. 65. ff. de vſufruct. l. 18. § & cujus, ff. de dam. infect. l. 47. § fin. Sticho ff de fideic. libert. l. 28. ff. de annu. leg. l. 1. ff. de legat. lib. 2. l 17. l. 18 ff judic. ſol. l. 50. ff. ſolut. matr. & alijs infinitis locis. Qua de re etiam ſuper in verbo Arbitrium, & in verbo Bonus nonnihil dixi. Briſſ Prat.

VIRIBUS præturæ compelli, hoc eſt, poteſtate : vt tunc vulgo dicimus, ex officio judicis l. 2. in pr. de Iud. Spieg Prat.

VIRILE, quod eſt viri : vt virile officium, munus, l. 1. quam mul. tut. offi fun. pot. l. pen. ff. de edend. fœminæ. ff. de reg. jur, Spieg.

VIRILIA portiones æquales, Paul. interpretatur in lib. 3. ſent. tit. 2. quæ ſcilicet pro numero perſonarum & in capita conſtituuntur, vt tot, fiant, quot ſunt & perſonæ. l. 1. §. & ſi quidem omnes tr. ff. de tut. & rat. diſtr. l. 7. ff fidejuſſorib. tut. l. 43. ff. de re Iud. l. 54 §. vlt. de leg. 1. l. 67 §. ſi duos, ff. de legat. Briſſ. Prat.

VIRILIS portio in legatis conſervandis poſt petitam contra tabulas bonorum poſſeſſionem quomodo accipienda ſit, vide l. 8 ff. de legat. præſtand. Briſſ.

VIRILIS appellatione in l. Papia, etiam interdum tota hæreditas continetur l. 125. ff. de verb. ſign. Briſſ.

VIRILIA pluraliter tantum, verenda, pudenda. Plinio, & Canoniſtis, tit. de corpore vitiatis, c. 3. & ſeq.

VIRILIS ſignificatio quidem varia eſt, & ad officia vel munera l. fœmina, de edend. l. 2 de regul. jur. l. 2. C. quando mulier tut. offic. relats, id deſignat quod viri proprie committitur. Vide Goedd. ad l. 145. n. 1. & 2. de verb. ſign.

VIRILIS, Vna atque altera ſignificatione hæc dictio, virilis, accipitur, cum à linguæ Latinæ auctoribus, tum etiam à noſtris Iureconſultis. Nam quod dicimus aliquando pro virili parte quicquam facere; id pro viribus, pro poteſtate, & quatenus in facultate noſtra eſt, poſitum, intelligimus, Cic. act. 5. in Verr. Cujus, (inquit,) cui ei ſim inimicus, cui Po. Romanus infeſtus ſit? qui præſertim plus etiam, quam pars virilis poſtulat, pro voluntate Po. Romani, oneris ac muneris ſuſcipere debeam. Virilia etiam dicitur, quod ad virum pertinet, & virum decet ſumma virtute præditum (eſt enim à viro virtus dicta : vt teſtis eſt Cicer. lib. 2. Tuſc. quæſt.) vt virilis animus, id eſt, fortis, & μεγαλόθυμος. Dicebatur etiam virilis toga virorum veſtimentum à Romanis. Solebant enim prætextam pueri ad virilem vſque ætatem deferre. Depoſita vero & dimiſſa prætexta poſt pubertatem, decimo videlicet & ſeptimo ætatis anno, togam ſumebant: quæ ideo virilis dicta eſt. Præterea, virile pro virili vſurpavit Calliſtratus in leg. fœminæ, ff. de edendo. Quo loco dixit, fœminas remotas videri ab officio argentariæ, cum ea opera virilis ſit, id eſt, virile negotium & civile, vt viſum eſt Franciſc. Conn. lib. 6. commeor. juris civils. Alioqui virilis appellatio ad ſingulas & æquales partes refertur pro numero perſonarum l. vnicus, §. ſin autem legatarij, Cod. de cadnc. tollen. Vt cum dicimus, hæredes pro virili teneri. Idem de pluribus vna eademque obligatione comprehenſis, cum pro virili, τὸ ἐπὶ τῷ μέρει ὡς κατὰ μέρος ἢ τοῖς μέρεσι, non in ſolidum tenetur. Sed Vlpianus loco virilis nomen, totum ac reliquum quandoque ſignificare ſcripſit. Vt cum duo in partes æquales inſtituti ſunt, altero eorum mortuo, vel qui ejus vis hæreditatem, totum accreſcit alteri. Sed virilis appellatio ad totum reducatur, Brech. in l. virilis, ff. de verb. & rer. ſign.

VIRILIS toga appellabatur toga pura. Sic enim ſcribit ad Attic. Cic. lib. 9. Volo Ciceroni meo togam puram dare. Dicebaturque toga pura, quod ei nulla purpura eſſet prætexta. Rævar. in comm. l. 2. §. item impubes ad tit. pand. de diverſ. reg. jur.

VIRILIS vigor completur poſt tempus annorum vigintiquinque l. 1. ff. de minor. Spieg. Prat.

VIRILITAS pro teſticulis, l. 5. in fi. ff. ad l. Corn. de ſicar. Martial. lib 9. Epigr.

Non puer avari ſectus arte mangonis
Virilitatis damna mæret erepta.

Plin. lib. 35. cap. 12. Galli Samia teſta virilitatem ſibi amputant. Quint. Dec. 340. Mango iratus, ait, illi fortaſſe precium exciſa virilitate producet. Et in Inſtit. ora. lib. 5. cap. 13. Non alio medius fidius modo docentium, quam quo mancipiorum negotiatores formæ puerorum exciſa virilitate lenocinantur. Apul. lib. 8 de aſino aur. Fuge det ſtabilem illum exectorem virilitatis meæ relinquentem, Briſſ. Prat.

VIRILIS appellatione interdum etiam tota hæreditas continetur, ait, Vlp. in l virilis 145. ff. de verb. ſign.

VIRILITER. Cic. in Offic. Quod viriliter, animoque magno fit, id dignum viro, & decorum videtur. Id eſt fortiter. Viri namque animus fortis eſſe debet.

VIRIOLÆ inter ornamenta mulierum enumerantur ab Vlp. in leg. argumento. §. muliebri, ff. de aur. & arg leg. & à Scævola in l. vlt. §. vlt. eod. tit. & puto diminutivum eſſe a virijs, minoreſque annulos ſignificare, quos vulgus corrupto vocabulo vergetas nuncupat, & de his meminit, Plin. Nat. hiſt. lib. 33. cap. 3. vbi etiam de armillis mentio eſt, de quibus etiam Iureconſ. in loco ſupra allegato, & divus Hieron. Adde Tiraquel. in l. 3. connub. gl. 1. part. 3 n. 27 in Eſaia: Illa, inquiens, auferet Dominus, ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas. Dicuntur etiam ornamenta ea, quæ milites viri ab imperatoribus donati, in ſiniſtris brachijs gerere conſueverunt, quæ Priſc. brachialia vocitavit, & de armillis militarib. Livius, Cæſar, & cæteri, proinde eleganter Iureconſult. viriolas & armillas ſimul enumerant, Cotta.

VIRIPOTENS virgo dicitur matura & nubilis virgo, quæ jam virum pati poteſt, l. 13. ff. de verb. ſign. l. 101. ff. de cond. & demonſtrat. Briſſ. Prat.

VIRIPOTENTES vocentur fœminæ, vt maſculi puberes, Inſtit. de nupt. in princ. & apud Vlpian. tit. 5. Reg. & de excuſationibus, vt maſculi impuberes, fœminæ vero nondum viripotentes l. 1. §. impuberes. ff. de SC. Silan. Fœminas tamen tam impuberes quam puberes dixit Idem Vlp. tit. 2. Regul Briſſ.

VIRIA legatis & pueros deberi cenſuit ICtus in l. ſervis legatis, §. mulieribus, ff. de leg. 3. Prat.

VIRGATORES, lorarij, carnifices, qui virgis cædunt. Apud Romanos morti addictus virgis cædebatur : deinde necabatur. Interim cum ſcelus non erat grave, ſatis habebant, virgis cædere. Tum etiam qui creditoribus addicebantur, multa turpia & miſeranda patiebantur, nexi apud creditores, multaſque ſervili more in tergo plagas. Huic modo ſubvenere Leges Porcia & Sempronia : quæ liberum corpus Romani civis, virgis, aut alijs verberibus cædi vetant. Spieg

VIRGILII teſtimonium, appellat Marcianus in leg. in tantum, ad fin. de divis. rer. Vives credit eum Iulio Cæſari nec cognitum nec viſum, neque item Ciceroni : & recte, mea quidem ſententia. Sunt ex recentioribus, qui Virgilium non Vergilium ſcribi debere autument. De hoc vide Caſtigationes Pierij in Virgilium. Spieg.

VIRGO, à virore videtur originem vocabuli trahere : vt ex ipſo nomine ſemper ſe admoneri cognoſcat, vt Fulgentius refert Epiſt 3. ad Probam. Vlp. Quod ſi ego me virginem emere poteram, cum eſſet mulier, emptio non valebit. Cæterum per virginem, intelligimus puerum, ſiue maſculus, ſiue fœmella

is fuerit

is fuerit, qui adhuc incorruptus eſt: Veneris vſum non expertus. Dicitur autem & de alijs rebus illibatis intactis & incorruptis. Vnde Martis chartam nondum contrectatam in vulgi etiamque vocat virginem. Et Plin. terram dixit ſyncera & intactam, neque à metallis refoſſam, aut attaminatam. Spieg.

VIRGO nonnunquam etiam pro muliere accipitur, vt videre eſt apud Terent. in Adelphis, qui virginem pro muliere, ἀρχαϊκῶς, dixit Donato teſte. Virgo (inquit) eſt cum matre. Et Idem paulo poſt act. 4. Scen. 7. Virginem vocauit, quæ etiam cum viro fuit. Illic (ait) huc transfertur virgo, hic virginem (vt author eſt Donatus) pro muliere corrupta poſuit: vt apud Virgil. Ah virgo infelix! Sic Athenis Erechthæi Regis filias Cic. lib. 5. de finib. bonorum & malorum per quandam ἐξοχὴν παρθένους hoc eſt, virgines appellatas fuiſſe ſcribit, quæ pro patriæ ſalute mortem feruntur contempſiſſe. Hi, inquam, virgines Hyacinthides cognominabantur, quæ quidem quanquam virgines appellatæ ſint, non abſtinuere tamen virorum concubitu. Brecbæus in l. mulieris, in tit. de ver. & rer. ſig.

VIRGINES Dei, & virgines hominum quæ appellantur, annotavit apud Tertullianum Rhenanus in argumento libri de Virginibus velandis, Spieg.

VIRGINES Veſtales, vide Old. in c. 5. tit. 1. l. 12. Tabul.

VIRGINES in leg. licet, Cod. de nupt. accipe, quæ non ſunt factæ puerperæ, quæ nullos liberos ſuſceperunt. Sic loquitur Marcellinus comes & Paulus Diaconus, de Honorij nuptijs agentes. Virginis appellationem non vox aufert. Quintil. declam. pa. 175. Vnde Cicero apud Macro. Cras mulier fiet. Briſſ.

VIRGINITAS eſt in carne corruptibili perpetuæ incorruptionis meditatio. B. Aug. lib. de nupt. & concupiſc. B. Ambr. ſic definit, eſt expers contagionis integritas, Prat.

VIRGINARI, hoc eſt, virgines agere, vocabulum apud Tertull. depravatum reſtituit Rhenanus, Prat.

VIRIDARIA, loca ſignificant virentibus herbis graminibuſque & arbuſtis conſita, l. 26. ff. de inſtrum. Et apud Vlp. in Inſtit. tit. 6. & Suet. in Tiber. c. 60. Et Lamprid. in Heliogabalo, & Veget lib. 4 c. Appellantur & Viridiaria prout in Pand. Flor. ſcriptum eſt in l. 13. § fructuarius, & §. ſi ædium, ff. de vſufruct. In l. 8. in fin. ff. de inſtr. vel inſtr. Et viridia. in l. 79 in fin. ff. de verb. ſign. l. 15. ff. de ſeruit. l. 12. ff. de ſeruit. vrb. Et apud Vitruu. lib. 6. c. 6. & lib. 5. c. 9. & Senec. Epiſt. 19. lib 14. Et ſic ciſternam viridibus ſubditam apud eundem accipe lib. 13. Epiſt. Et Ambulationes preſſis ac tonſis viridibus vmbroſis apud Plin. lib. 15. Epiſt ad Apollinarem. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 2. 4. viridia cum ἀντὶ ἐπιθέτου accipiuntur, genitiuum in jum faciunt, vt viridia prata, viridium pratorum. Cum vero ipſam loci viriditatem ſignificare volumus, viridiorum dicimus: vt cum dicitur, Formoſa facies viridiorum. Apparet autem ex d. l. 26. etiam in dolijs defodi viridiaria conſueuiſſe aggeſta terra. Quin & in feneſtris amœnitatis gratia interdum habebantur, vt ex Martiale, & ex Plin l. 19. c. 4. intelligimus. Supra ædificia quoque viridiaria habuiſſe Rom. oſtendit, l. 12. ff. de ſeruit. vrb. præd. Briſſ. Prat.

VIRIDIARII ſerui dicuntur Vlpiano, qui viridiariorum curam habent. Sunt autem Iaboleno viridaria, arboribus virentibus loca conſita, quæ viridaria item dicimus. Spieg.

VIRIDI obſeruantia, valere, pro ſemper in ſuo vigore permanere, l. Arriani, C. de hær.

VIRIÆ, inquit, Iſidor. ſunt virorum armillæ: dicuntur tamen etiam de mulieribus, Septimius Florens lib. de pallio: vtique ſicut veſtigia compedum viria occupauit: ita & endromidis ſolocem, &c. Ambroſius i. de Abraham: Inaures habebat, quæ non grauarent aurem, ſed demulcerent: virlas, quæ manum non materiali auro onerent, ſed ſpiritali actu leuarent. Prat. Hinc.

VIRIOLA ornamenti genus ex gemmis l. 14. ff. de contr. empt. Diminutiuum autem eſt à verbo viriæ, quo vtuntur Tertull. in lib. de Pallio, & Plin. lib. 33. c. 3. Briſſ.

VIRIOLÆ, armillæ erant ex gemmis, margaritiſque auro cælatis, quibus vtebantur Celtæ, i. Galli. Dicebantur item Viriæ: atque ijs vtebant Celtiberi, i. Hiſpani. Vlp. de aur. & arg. leg. l. argumento. Armillæ, inquit, viriolæ, annulli, præter ſignatorios. Et infra l. medicu. Lineas duas ex margaritis & viriolas ex ſmaragdis, Paul. de opt. leg. l ſi tibi. Si ex quatuor, inquit, viriolis duæ Nebriſſ. & ibi Bart. vide Alciat. lib. 4. pareg. cap. 18. Plin. lib. 33 c. 3.

VIRTVS vis illa qua res cujus eſt virtus, perfecta redditur. Cicer. de Finibus: Atque in ſenſibus eſt ſua cuique virtus, Spieg.

VIRTVTIS definitionem Ariſtotelicam Philippus & commendat & explanat, lib. 1. Philoſoph. Moral. Ipſe breuiter, ſed exacte definit, virtutem eſſe habitum, qui inclinat voluntatem ad obediendum rectæ rationi. Spieg.

VIRTVTEM eſſe juſtitiam quandam, Plato diſſerit: quia ſit concordia virium hominis inter ſeſe, hoc eſt, obedientia appetitionum ad rationem. Et contra vitium, ſeu injuſtitiam definit eſſe harum virium diſcordiam & ſeditionem, Vide Philippum lib. 1. de Philoſoph. Moral. Spieg.

VIRTVTEM omnem in ſe complectitur juſtitia. Vide Eraſm. in Chiliad. & Melancth. Epit. Philoſoph. Moral. in princ. lib. 2. & in comment. ad Ethic. Ariſtot. vbi agit de vniverſal. Iuſtit. Spi.

VIS verbum eſt anceps: quod etiam accipi bonam in partem poteſt: vt quam Magiſtratus recte infert, ſcilicet jure licito & jure honoris quem ſuſtinet, l. 3. quod met. cauſ. vis eſt tunc quoties quis id quod deberi ſibi putat, non per judicem repoſcit, l. 13. ff. eod.

VIS, inquit, Paulus lib. ſentent. 5. tit. 7. eſt majoris rei impetus, qui repelli non poteſt. Græci autem ſic vertunt, μειζόνος πράγματος ἐπέλευσις, ἣν οὐ δυνατόν τε ἀποσεῖσαι ὑπὸ τοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀποδιώκεσθαι καὶ ἀποτρέπειν. In illa ita Pauli definitione pro major majoris legendum cenſuerim, quod & probat l. 2. ff. quod met. cauſ. vis loquit, eſt neceſſitas impoſita contraria voluntati, majoriſque rei impetus, qui repelli non poteſt, Prat.

VIS dicitur, quicquid nullo jure fit, contra liberam alicujus voluntatem. De qua elegantiſſime tractat. Cicer. in Orat pro Cæcinna, Cum de jure (inquiens) & legitimis hominum controverſiis loquimur, & in his rebus vim nominamus, pertenuis vis intelligi debet. Vnde in hac ſignificatione, Vis & Ius opponuntur. Calliſt. in l. Extat, §. 1. ff. Quod met. cauſ. Atque per hæc duo contraria, diſtingui humanam vitam longo interuallo à belluina, Cic. in orat. pro P. Seſtio pulchre docet. Old. Prat.

VIS accipitur pro virtute quadam efficaci, hoc eſt, quæ potens eſt producere effectum. Quo ſenſu Cicero dixit de finibus. Atque in ſenſibus eſt & ſua cuique virtus. Sic in tit. ff. de leg. Modeſtinus, Legis virtus, inquit, eſt, imperare, vetare, permittere, punire. Et Cælſus, Scire leges, ait, non eſt verba earum tenere, ſed vim & poteſtatem. Et in l. Qui decem, §. Stichum, ff. de ſolutionibus, Hac phraſi promiſcue dicere ſolemus, Vi conceſſionis aut virtute conceſſionis. Item, in virtute obedientiæ, pro vi obedientiæ. Eodem modo intelligenda eſt definitio tutelæ, Inſtit de tutel. §. 1. in l. 1. ff. eo. tit. Old. Prat.

VIS apud noſtrates, ait, Alc. jus ipſum ſignificat. Vnde tutela definitur, vis atque poteſtas in capite libero. Cujus ratio eſt quoniam jure gentium ex viribus jura metiebantur. Vnde accipitur & quandoque pro effectu temporali. Paulus l. 1. de Statu lib. Fiunt, inquit, ſtatus liberi, vel conditione expreſſa, vel vi ipſa vt cum creditoris fraudandi cauſa manumittuntur, &c. Aliquando pro vero effectu, vt apud Marcellum, l. qui decem, §. Stichum. ff de ſolut. Et qui hominem ſtipulatus eſt, promiſſor cum dando, qui tunc illi ſeruiebat, liberatur vi ipſa. Dicitur autem vis à Græco βία, cujus contrarium & κατ' ἀντίθεσιν eſt jus, Vnde ad differentiam ejus, quod ipſo jure fit, dicimus aliquid in effectu, vel vi ipſa factum, Solet autem vis varijs modis deduci in judicium, Alia eſt enim.

VIS ablatiua, cum quis ab inuito aufert: vnde actio vi bon. raptor. prodita eſt, & publici judicij lex Iulia de vi. Eſt & quæ vocat.

VIS atrox, & armata. Vlpian. in l. ff. Quod met. cauſ. Vis enim, inquit, fiebat metus, propter neceſſitatem impoſitam contrariam voluntati. Compulſiua vis eſt, cum quis inuitus compellitur vt alij conſentiat. Aduerſus hanc multa introducuntur remedia. I. Conſtitutio diui Marci, in leg. extat, ff. quod metus cauſa. Et totus ille titulus. II leg penu. ff. de vi priuat. Quæ d. l. Extat, craſſius exponit. III. Si quis in tantam. C. Vnde vi. IV. leg. Miles, §. Iudicat. ff. de re Iudicat. V. Conſtitutio Maximiliani, Anno 1495. Vuormatiæ, VI. Conſtitutio Caroli V. Anno 1521. Vuormatiæ, VII. Conſtitutio Friderici, tit. de ſtatut. & conſuetud. contra libert. Eccleſia. VIII. leg. Hi qui ædes alienas, ff. ad legem, Iuliam de vi public. In C. Theodoſiano, eod. titul. eſt elegans conſtitutio aduerſus illatam vim. Old. Prat.

VIS diuina dicitur, quæ fato accidit ſupra omnem hominum cuſtodiam. Et propterea nuncupatur vis major in leg. ex conducto, l. ſi merces, §. vis major, ff. locat. l. fluminum, §. Seruius quoque. ff. de dam. infect. Old.

VIS expulſa, quæ, ſi cum telo fiat, etiam vis armata antiquis dicitur: qua fundo dejectum poſſeſſorem interdicto vnde vi Prætor abſque exceptione, quod alter ab altero, vi clam vel precario poſſideat; reſtituit. Alia eſt.

VIS exturbatiua, cum vterque litigantium poſſidere ſe affirmat, aut alium expugnare nititur. Cui malo vt obuiam eat Prætor, Vti poſſidetis, ita poſſideatis, interdicit, dum tamen nec vi, nec clam, nec precario, alter ab altero poſſideat l. 1. vti poſſid.

VIS fluminis etiam ſine tempeſtate accipienda eſt, ait Vlp. Item, vim fluminis, inquit, intelligimus: & ſi magnitudo ejus impedimento ſit, ſiue pons ſolutus, vel nauigium non ſtet. l. 2. §. quod diximus, ff Si quis caut. Spieg.

VIS eſt inquietatiua, vt cum in meo ædificas: vnde Prætor, quod vi aut clam factum eſt, reſtitui jubet. Alia eſt.

VIS imminens, non ipſa tantum percuſſio, ſed armorum terror, ſignaque, ac actus manifeſtæ voluntatis nocendi, accipienda eſt. Baldus exiſtimauit, licere aduerſarium præueniendo cædere, quando videt præparamenta ad offendendum. Accurſij, Baldi & Angelij Aretini ſententia eſt: Vbicunque periculoſa eſt cunctatio, præuenire, ſemper juſtæ defenſionis eſſe. Cajus ad leg. Aquil: Si ſeruum tuum latronem mihi inſidiantem occidero, ſecurus ero. Nam aduerſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere. Spieg.

Vis maior eſt, inquit Gaius, quam Græci θεοῦ βίαν appellant, l.25. §.5 ff. locat. id eſt, ea quæ conſilio humano, neque prouideri neque vitari poteſt,& eſt animaduerſio Dei in homines, cuius euitandæ ipſe facultatem ademit: veluti fulgura, grandines. Cic. II. De inuen. Defenſoris, inquit, conqueſtio calamitatis eius, quæ non culpa, ſed vi maiore quadam acciderit, &c. Plinius lib.18. cap. 28. in fin. Ante omnia autem duo genera eſſe cœleſtis iniuriæ meminiſſe debemus. Vnum quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellę, cęteraque ſimilia intelliguntur: quæ quum acciderint, vis maior appellatur. Hęc ab horridis ſyderibus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hœdis. Alia ſunt illa quæ ſilente cœlo, ſereniſque noctibus fiunt nullo ſentiente niſi quum facta ſunt. Publica hæc & magnæ differentiæ à prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinem aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero ſterilitatem. Columell. lib.1.c.7 Nam vbi ſedulo colitur ager, plerumque compendium, nunquam (niſi cœli maior vis, aut prædonis inceſſit) detrimentum affert. Seneca lib.4. de benef. c. pen. Appellatur & vis magna, leg. 1. in fin. ff. de peric. & com. rei vend. Similiter, Vis diuina dicitur, quæ non ab hominibus ſed à mirabili quadam Dei potentia infertur. Vlp. l.24 §.3. ff de damn. inf. Iracum teneri, ſi ædificij vitio id acciderit, non ſi violentia ventorum, vel qua alia ratione quę vim habet diuinam, quod enim tam firmum ædificium eſt, vt fluminis, aut maris, aut tempeſtatis, aut ruinæ, incendij, aut terrę motus vim ſuſtinere poſſit? Hot.

Vis non dicitur, quæ verbis fit, ſed facto, qui enim aliter quàm facto cogitur, aut propria voluntate, vim non patitur. Quod in interdicto, vim fieri vero, maxime dicendum argumento verbi fieri, l. pen. §. fi. Si vſusfr. pet.

Vis publica dicitur quæ armis infertur, §. item lex Iulia. Inſtit. de public. judic. quia armorum vſus publicus eſt non priuatus l. 1. ff. ad leg. Iuliam de vi publica & priuata. Vt armorum vſus inſcio principe. Nouella Iuſtiniani de armis. Exempla huius vis publicæ hæc referuntur à Iuris autoribus. Qui ſeruos aut liberos homines in armis habuerunt. Qui pubes cum telo in publico fuerit. Qui in incendio cum gladio aut telo rapiendi cauſa fuerit. Qui armatis hominibus poſſeſſorem domo agroue ſuo vel naui ſua deiecerit, ex l 3. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Item qui cum imperium poteſtatemve haberet, ciuem Romanum aduerſus prouocationem necauerit, verberauerit, &c. Nam quia publice id factum, & magiſtratu populi Rom. ea vis publica non male dicitur, quamvis arma adhibita non ſint. Eadem eſt cauſa eius, qui legatos ſiue oratores aut eorum Comites pulſat l.7. eod. Hi enim in tutela & fide publica ſunt. Idem dicendum eſt de eo, qui noua vectigalia exercet, l. vlt. ff. eod. cum ſolius principis ſit ea inſtituere, tit. C. noua vectig. inſtit. Similis ratio eſt eius, qui reum vinctum detinet ne Romæ ad Iudicium adſit l 8. ff. ad l. Iul. de vi. publ. Item ſi vis aliqua atrocior & quæ Rempublicam magnopere turbet, admittatur, veluti ſi quis ex incendio aliquid rapuerit præter materiam, l.3. eod. Qui ſtuprum alicui per vim intulit, leg. 35. & 6. eo. Nec ſolum punitur is qui ſtupri cauſa vim intulit mulieri, ſed etiam qui matrimonij cauſa, eam quamvis volentem parentibus inuitis abduxit & eripuit tit. C. de raptu virginum: idque Iuſtiniani, conſtitutione cui Iure pontificio derogatum eſt ea. cum cauſa, de raptor. Item teneri hac lege qui mora ſeditione incendium fecit. Qui hominem dolo malo incluſit, quive fecit quo minus ſepeliatur, &c. l. 5. eod. Hac lege etiam tenetur qui conuocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur & pulſetur, &c. l. 10. eo. Duaren. in com. & ff ad leg. Iul. de vi public. & priuat. c. 1.

Vis priuata dicitur, quæ coactis hominib. ſine armis fit: veluti ſi quis ſine armis aliquem deiecerit de agro ſuo, l.5. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. Si quis cœtum aliquem & concurſum fecerit quo minus quis in jus producatur ab eo qui jus vocat l.4. eo. Si quis conuocatis hominib. vim fecerit quo quis verberetur, &c. l. 2. ff. eo. tit. Ex quo apparet eadem admiſſa vtraque lege vindicari, quod nouum, non eſt, Verum non ideo vtraque lege accuſare quem licet, electio enim accuſatoris eſt. Duaren. in comm. ad tit. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & priuat. cap. 2. De pœna vis publicæ & priuatæ, vide Vulteium ad §. item lex Iulia de vi 8. Inſt. de public. Goedd. ad l. 41. n. 2. 3. & 4. de verb. ſign.

Vis, quę ad interdictum ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt, pertinet, accipienda eſt pro qualibet priuata temeritate, ne quis ad decretam poſſeſſionem perueniat, vel ne ademptam quiete retineat. Old.

Vis turbatiua dicitur, cum vterque poſſeſſionem aſſerens, ab alterutro deturbatur. Quo pertinet tit. ff. vti poſſider. Cicer. eleganter appellat vim quotidianam, quod poſſeſſores in dies ſolent vtrinque poſſeſſionem vindicare. Prat. vide Vis exturbatiua.

Vi ipſa, i. e. non tenera, & actu ipſo, vt vulgo loquimur: ſed facultatem, τῇ δυνάμει vt alibi loquuntur, veluti quum quid nominatim dictum non eſt, ſed aut verborum, aut ipſius negotij vis hæc eſt. Marcellus leg. 72. ff. de ſolut. Vi quidem ipſa & his ex his dari ſtipulatus eſt, qui ejus non erant, id eſt, quam vis id non expreſſerit, ſe ſtipulari hominem ex iis qui ſui non ſunt, tamen ex vi negocij ſatis intelligitur: neminem ſcilicet quod ſuũ eſt ſtipulari, nam ẽtãt pro erat legendũ opinor. Hot.

Vi factum id videtur eſſe, ait Mutius, qua de re quis, quum prohiberetur, fecit: clam, quod quiſque quum controuerſiam haberet, habiturumve ſe putaret, fecit, l. 37. §. 2. ff. de jur. Hot.

Vi facit, qui prohibitus facit, ſiue à domino, ſiue ab alio ipſius nomine prohibeatur: vti conſtat ex l.3. ff. Quod vi aut clam. Hotoman.

Vi poſſidere in interdictis prætoriis dicitur, qui expulſo veteri poſſeſſore ſiue jure is, ſiue mala fide poſſidebat, adquiſitam per vim poſſeſſionem obtinet: aut qui in hoc ipſum aptatus & pręparatus venit, vt contra bonos mores auxilio, ne prohiberi poſſit ingrediens in poſſeſſionem, facit. Sed qui per vim poſſeſſionem ſuam retinuerit, aut etiam ereptam ſibi, in ipſo congreſſu recuperauerit, vi poſſidere non intelligitur, l. 1. §. vi poſſidere, ff. de vi & vi arm. l. 41. § ſi in me vi, ff. de vſuc. Vi poſſidet & ille, qui abſente domino ingreſſus poſſeſſionem venientem deinde non admiſit, l. 6. in fi. ff. de acq. poſſ. At qui vacuam poſſeſſionem occupauerit, quanquam deinde venientem dominum prohibuerit, vi non poſſideret, l. 4. §. pen. ff. de vſucap. Vi porro poſſidere à me videtur & qui ab auctore meo vi poſſidet, l 3 §. ſi quis ab auctore, ff. de itin. actuque, vimque facit, qui ſinit poſſidentem eo quod poſſideat, vti arbitrio ſuo, ſiue in ſerendo, ſiue in fodiendo, ſiue ædificando, ſiue quid omnino faciendo, quod liberam poſſeſſionem aduerſarij non relinquit, l. 11. ff. de vi & vi arm. Briſſ. Prat.

Vi factum in Interdicto, Quod vi aut clam, videtur, finitore Mucio Scęuola, quod quis eum prohibetur fecit, l. 74. §. vi factum, ff. de diuerſ. reg. jur. leg. 1. §. hoc interdictum, ff. quod vi aut clam. Sed qui vel minimi lapilli jactu prohibitus facere perſeuerauerit, vel contra teſtationem denuntiationemque fecerit, aut eum ſciret prohibendum, per vim molitus eſt, ne prohiberi poſſet, & quominus prohiberetur, conſecutus eſt periculum denunciando aduerſario aut janua præcluſa l. 1. §. hoc interdictum, & l. 19. ff. quod vi aut clam. Briſſ. Prat.

Vim facere videtur quominus reficiatur, qui neceſſaria refectioni aſportari non patitur, leg. 4. ff. de itin. actuque priu. Non videtur vim facere; qui jure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur, l. 197. §. 1. ff. de diuerſ. regu. jur. Alia cauſa eſt ejus, qui quod ſibi deberi putat non per judicem repoſcit, leg. 8. ff. quod met. cauſ. l. pen. ff. ad l. Iul. de vi priuat. Cæterum omne omnino quod per vim fit aut in vis publicæ aut priuatæ crimen cadit, l. 195. ff. de diuerſ. reg. Briſſ. Prat.

Vim facere moribus, Cicero dicit in orat. pro Cæcinna perſæpe. Moris enim erat vt quum de agro quopiam controuerſia inſtitueretur, quia propter commoda poſſeſſionis magna jurgia & pugnæ interdum ac cædes oriebantur, litigatores amicorum ſententia diem inter ſe ſumerent, qua die in rem præſentem i. e. in agrum illum vna venirent, & in eo agro vim aliquam alter alteri judicia cauſa faceret: id eſt, non veram & ſolidam, ſed fictam & ſimulatam: quam Cice. in illa Oratione, vim quotidianam appellat: & Gellius lib. 20. capi. 9. ciuilem ac feſtucariam. Hot. Prat.

Vim accipimus atrocem, & eam, quæ aduerſus bonos mores fiat non etiam eam, quam magiſtratus recte intulit, ſcilicet jure licito & honoris, quem ſuſtinet. Cæterum ſi per iniuriam quid fecerit magiſtratus, vel prouinciæ præſes, Pomp. ſcribit hoc edictum locum habere, ſi forte, inquit: mortis, aut verberum terrore pecuniam alicui extorſit. Vlp. de verb. ſign. Maffeus.

Vim nullam feci, cum Martianus diceret: Cæſar dixit: tu vim putas eſſe ſolum, ſi homines vulnerentur: Vis eſt enim & tunc, quotiens quis id, quod deberi ſibi putat, non per judicem repoſcit: quiſquis igitur probatus mihi fuerit rem vllam debitoris, vel pecuniam debitam non ab ipſo ſibi datam ſine vllo judice temere poſſidere, vel accepiſſe, iſque ſibi jus in eam rem dixiſſe, jus crediti non habebit. Calliſtrat. de verb. ſign. Maffeus.

Vim, hoc eſt, violentiam atque iniuriam propulſare, non aliud eſt, quam inſtantem, imminentemve vim, aut iniuriam expellere. Spieg.

Vim vi repellere Cicero Seſtio: Non verebar, ne quis aut vim vi repulſam reprehenderet, De quo Salomonius latius atque preclare diſſerit in l. 7. de Inſt. & Iur. Spieg.

Vim vi repellere licet, perinde eſt, ac ſi dixerit: Vim, hoc eſt, violentiam, licet pellere viribus, vt Iuriſconſ. bifariam vſus ſit voce Vi. Quod Appellus ex Laur. Vallæ Dialect. indicat. Spieg.

Viscellia lex aduerſus libertinos Ingenuitatis jura & munia vſurpantes & ſibi vindicantes ſcripta fuit, tit. C. ad leg. Viſcelliam, l. vn. C. victum ciuilit. criminal. ag. Prat.

Viscera hominis ex ſe mouere l. 3. C. de Quæſt. Seruius tradit Viſcera non tantum inteſtina ſignificare: ſed quidquid ſub corio eſt, i. e. carnem quæ eſt inter oſſa & cutem. Spieg.

Viscera: pars viſcerum matris, ait Quint. Declam. 335. Seneca in Octauia, Ouid. in metamorph. Vteri pars hæc eſt ſeptima noſtri. Sic viſcerum portio, partus antequam edatur, l. 1. §. ex hoc

hoc ff. de inſpic. ventre. Viſceribus vim inferre, l. ſi mulierem, ff. ad leg. Corn. de ſicarijs.

Visceratio, largitio carnis, quæ publicis epulis fiebat Pomponius l. 54. De legt. & fid. lib. 32. L. Titius plebis quina millia dedit, hoc amplius Sejus viſcerationem Cic. lib. de offic. 2. Prodigi qui epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt. Paulus in l. 22. De legib. lib. 30. viſcerationem intelligere videtur, quum ait quod ad diuiſionem ſingulorum ciuium relictum videtur. Hot. Prat. vide Blond. lib. 2. Romæ triumph. Meminit obiter, Cic. 2 lib. offic. tit. De duplici liberalitatis genere. Alex. quoque ab Alex. 5. c. 7. & lib. 3. c. 8.

Viſio, conſideratio, quæſtio, prudens cogitatio. Imp. de compoſ. digeſt. Et in his partibus in quibus perfectiſſime viſiones expoſitæ veterum fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc ſeparare penitus erat inutile. In Græca conſtitutione θεωρία nominatur: ἢ ἐν τῷ παιδείας, φυλαχθῆναι τὸ τῆς ὅλης θεωρίας συνεχές, &c. ſiue, quod ita plerunque obſeruari totius viſionis continuationem oportebat, &c. Vlp. l. 25. § 10. ff. de hæred. pet. Sed in propoſita quæſtione tribus viſionibus iclatis, vna prima deinde alia, poſſe dici totum quod ſupereſt reſtituere eum debere. Idem in l. 8. § 2. ff. ad S.C. Vellejan. Proinde ſecundum hanc ſuam diſtinctionem in prima viſione vbi quaſi dabitrix deſegata eſt, exceptionem ei Senatuſconſulti Marcellus non daret, item apud eundem in l. 29. § 4. ff. mand. & l. 25. § 1. ff. de probat. Hot.

Viſiones, vt Anton. Auguſt. animaduertit, Iureconſulti appellant quod Græci θεωρήματα & θεωρίας, l. 23. § adeo, ff. de petit. hæred. Inſpectionem etiam dicunt Iureconſulti nonnunquam in eandem ſententiam, l. 51. ff. depoſ.

Viſitatio, ait, Prat. eſt exploratio vitiorum animarum, quarum cura Epiſcopo concredita eſt, c. ſi Epiſcopus, ff. de offic. ordin. Hin. viſitatores, eiuſmodi exploratores, cap. procurationes de cenſib.

Viſitatio eſt quæ à Græcis φάσις vocatur, quod in luminibus lunæ verbum frequentiſſime vſurpatur a Græcis. Vitru. lib. 9. Viſitationem, inquit, facit tenuem extremæ rotundationis, i. tenuiter & exiliter ejus extremitas cernitur. Vt annotauit Turneb. aduerſ. lib. 21. c. 28.

Viſpellio vilium & ignobilium cadauerum elatorem ſignif. Et ita hoc verbum in Paodectis Florent. ſcribitur in l. 31. ff. de euictionibus l. ff. ad Treb. l. 73. § pen. ff. de ſolutionibus, Vbi biſpellionem vſitata literarum B & V. inter ſe commutatione ſcriptum eſt. Quod tamen in fœdum errorem quoſdam induxit. Sic & in lexico B. Germani viſpelliones, νεκροθάπται, νεκροφόροι. In aliorum auctorum codicibus viſpillones & veſpillones appellantur, vt apud Tertull. in lib. de Pallio, & Martial. lib. 1. Epigr. ſemel atque iterum. in libello Fulgentij obſcuratum vocum, & apud Ammia. Marcel. 29. & Sidon. Apollin. lib. 1. Epiſt. vlt. & lib. 2. Epiſt. ad Deſideratum, vbi veſpelliones & Sandapilarios conjungit: in codicibus tamen Suetonij & Eutropij, qui Venetijs anno 1490. impreſſi ſunt, apud illum in Domitia, c. 17. & apud hunc lib. 7. cum de Domitiani funere agit, viſpilliones ſcriptum eſt. Briſſ. Cujac. vero ad l. non impoſſibile, ff. de pact. viſpellionem, ex Fulgentio, cadauerum nudatorem interpretatur, de quo vlciſcendo agitur in l. 3. § aduerſus, ff. de ſep. viol. v. ſup. Veſpillo. Sunt tamen qui inter viſpellionem & veſpillonem hoc diſcriminis ponant, vt ille funerator ſit, hic cadauera portet. Prat.

Viſum fuerit æquum & juſtum, quomodo intelligatur, vide in Auth. juſiur. quod præſt. ſol. ab his qui offic. ſuſcip. & Bart. in l. fin. C. de Fideicomm.

Viſus appellatione venire etiam cæteros hominis ſenſus, Alberic. annotauit.

Vita, Ambroſ. in lib. de bon. mort. eſt ſpiraminis fruitio, morti opponitur, adimitur ſupplicio vltimo. Vita pro ſubſtantia ponitur in Non. de referendar. poſt med. Prat.

Vita, eſt conſeruatio eorum inſtrumentorum, quibus anima vtitur in corpore. Hac lege adimitur l. aut damnum, ff. de Pœnis. Spieg.

Vita functus, Lege, Fungi.

Vita perpetua, pro anteacta.

Vita longæua hominis centum anni ſunt. Conna. lib. 4. n. 5.

Vitalitia apud Auctores, Barbaricos ſunt dotalitia & doaria, Latinis munera nuptialia, Græcis ὑπόβολα, quaſi quæ vtenda fruenda mulieri in omne vitæ ſuæ tempus attribuuntur. Prat.

Vitare, cauere eſt, imo plus quam cauere: & à vi dicitur, quaſi vi arcere, à quo vitium dictum.

Vitellius Iuriſconſultus l. 34. ff. de adq. poſſ.

Vitam ircere, pro pœnę vitis ſubjici, apud Iuriſconſultos in milites, ff. de Re mili. Si quidem vitibus tantus acceſſit honor, vt etiam in delictis pœnam honorarent: quoniam veteri de ſupplicijs, Lege Romana ſancitum, vt ciues non virgis euerberarentur, ſed vitibus, teſtibus, Luc. Floro, ac Tit. Liuio. Hujus ſupplicij meminit in Galba Plutarchus. Macrobius item vitem appellat Centurialem. Iuuenal. ſatyr. 8. Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem; Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Plin. lib. 14. 1. Centurionum in manu vitis optimo præmio tardos ordines ad lentas producit aquilas, vide Apuleium 9. de Aſino, Silium 5 Punicor. Lucan. 5. & omnino Guth. in not. ad d. l. milites, 13. nu. 4. ff. de re mil.

Vites transducere in arbores, l. 3. n. item videamus, ff. vti poſſid. quia arboribus olim, & maxime vlmis, maritabantur, Briſſ.

Vitiligator Lege. Concinnare.

Vitium generalius nomen eſſe, definiuit Sabin. l. 1. § ſed ſciendum, de ædil. dict. quod etiam ad animum refertur. Modeſt. in l. inter ſtuprum, vitium, att, perpetuum eſſe impedimentū corporis. Vlpian. vitium & morbum, pro eodem accipit, vid. Gellium 2. lib. cap. 4. Sed pro corruptione, ad res ipſa pertinet. Sic ædificia vitium facere dicuntur, dum corruunt, & damnum patiuntur, Spieg.

Vitium & morbus Vlpiano non differunt, vide Goedd. ad l. 101. § 2. num. 3. & 4.

Vitium a morbo Ædilium edicto ſeparatur: Eaque inter hæc verba differentia ſtatuitur, quod morbus, temporalis eſt corporis imbecillitas: vitium vero perpetuum corporis impedimentum, veluti ſi luſcus quis ſit l. 1. in pr. & §. ſciendum, ff. de ædil. edict. l. 101. §. verum eſt. ff. de verb. ſign. In ſtipulatione autem damni infecti, qua de vitio loci operiſve cauetur, vitium id eſſe definitur quod accidens extrinſecus vitioſas ædes facit l. 15. §. notandum cum ſeq. l. 18 §. 2. & cum cujus l. 24. vitium, ff. de dam. inf. Paluſtris itaque locus & harenoſus vitioſus non exiſtimabitur, quia naturale id vitium eſt. Quod ſi arbores vetuſtate deciderint, vitio earum caſus factus intelligitur d. l. 24. §. apud Vitiſanum, ff. eod. Quo referenda ſunt illa Cic. in Top. verba: Non enim ejus vitio, qui demolitus eſt, damnum factum eſt, ſed ejus operis vitio, quod ita ædificatum eſt, vt ſuſpendi non poſſit. Spieg. Prat.

Vitium ædium & loci eſſe Labeo ait, quod accidens intrinſecus infirmiores eas facit, l. 24. §. de damn. infect. Prat.

Vitium etiam pro culpa ponitur. Sic vitio ſuo quem cauſa decidiſſe, vitiove ejus quod accidiſſe, id eſt, culpa dicimus l. 23. in ſi. ff. de reg. l. 95 §. pen. ff. de ſolution. l. 71. in ſi. ff. de conditionib. & demonſt. l. 63. in fin. ff. de euict. n. l. 12. § pen. ff. de inoff. de teſtam. Briſſ. Prat.

Vitium facere dicuntur parietes, qui ruinam minantur. Cajus in l. qui inſulam 30 ff. loc. Dominus inſulæ, quia ædificia vitium facere diceret demolierat eam: paulo poſt. vitiatum ædificium appellat. Idem l. 23. ff. de dam. infect. Si ædibus meis proximæ ſint ædes meæ & tuæ, quæritur, an ſi hæ vitium mihi faciant, cauere mihi debeas. Item. Nam etſi vna ædes communes tecum habui, eæque vitium faciant. Cicero in Topic. Si ædes exeſæ corruerunt, vitium ve fecerunt. Prat. Hot.

Vitia deteſtanda ſunt tria: Ludus, ebrietas, ocium, Vlp. in l. Ædilea etiam, § Pedius ait, ff. de ædil. edict. Hoc autem, (inquit) quod deterior ſeruus factus ſit, non ſolum ad corpus, ſed etiam ad animi vitia referendum eſt. vt puta ſi imitatione conſeruorum apud emptorem talis factus ſit: aleator forte vel vinarius, vel erroneus. Old. De naturali vitio adi. Gl. in l. ſeruos ſeruum, §. ſi fornicarius ff. de ædil. edict. Spieg.

Vitia perſonalia realia, & quaſi realia, vide l. vitia. C. de acquir. poſſ. & l. apud Celſum, ff. de Doli except.

Vitia poſſeſſionum alia ſunt ex re, veluti quod res fiſci ſit, vel furtiua, vel vi poſſeſſa, vel contra leg. Iuliam repetundarum accepta: Alia ex perſona, veluti ſi mala fide, ſi clam, ſi precario, quis poſſeſſionem ſit ingreſſus l. 11. Cod. de acquir. poſſeſſ. l. 23. § 1. ff. eodem tit. l. 24. ff. de vſucap. l. 13. §. partus, ff. de publicia. Vitioſum itaque initium poſſeſſionis eſt, ſi quis rei alienæ ſciens poſſeſſionem adprehendat l. 15. §. pro. ff. de vſucapionibus, Briſſ. Pratejus.

Vitium, ſtuprum. Vnde offerre vitium virgini, pro vitiare virginem, dixit Terent. in Hecyra. Cicero pro culpa, 4. Acad. vſurpat, vt dare vitio pro culpare, 1. Offic.

Vitium, ſiue ſuſpicio impreſſionis, cum adminiſtratores in officio publico concitiunt ſubditos ad contrahendum l. non licet, & l. officij, ff. de contrah. emp. l. ſi per impreſſionem, Cod. de his qui vi metuſvè cauſa, leg. 1. Codic. de Contract. iudic. Spieg. Hinc igitur.

Vitium temporale appellat Vlpianus, non quod tempore tollitur, ſed quod tempus ipſum, id eſt, ſenectus attulit, quod æternum eſt, & in dies augeſcit magis ac magis, vt annotauit Conn. lib. 10. c. 3. n. 3.

Vitiare obligationem l. 1. §. 1. ff. de ver. oblig.

Vitiare pro deſtruere, & efficere vt nullus ſit momenti. Sic vitiare matrimonium, l. 3. Cod. de interd. matrim. vitiare fundamenta, i. corrumpere l. 24. n. Idem Seruius damn. infect.

Vitio vini factum, hoc eſt, ob vinum, præ ebrietate.

Vitioſa nuce non emerim, pro eo quod eſt, ne minimo quidem.

Vitioſe cautum, vel ſatisfactum, non videtur cautum. Ideo rurſus eſt recte cauendum, l. quoties l. de die, §. mulieres, & ſi ſeruus, ff. qui ſatiſd. cog. Prat.

Vitioſeque cœpiſſe poſſidere intelligitur, qui vi, clam, vel precario, vel mala fide cœpit poſſidere l. g. 2. § Celſus, ff. pro emptor. l. 13 §. vlt. l. vlt. de acq. poſſ. ſi leg. ... ab aucto-

re, l. pen. ff. de itin. actuque l. 1. §. Ariſto. ff. de aqua quotid. l. 15. §. penult. ff. de vſucap. Ex contrario ſine vitio tradita poſſeſſio in leg. 24. ff. de donat. int. vir. leg. 1. §. vltim. ff. de except. rei vend. Briſſ. Prat.

VITIOSA ſe habere membrum, eſt vitio affectum eſſe.

VITIOSI magiſtratus, dicuntur vitio creari, id eſt, corrupto ſuffragio. Spieg.

VITIOSVM & nullum æquiparantur. Nam quod vitioſe fit habetur pro non facto l. quoties, ff. Qui ſatiſd. cog. vitioſe, accipe inutiliter. Spieg. Prat.

VITIOSVM mancipium, vel iumentum, id eſt, morboſum, ſiue morbo infectum.

VITREAMINA, vaſcula vitrea quæ ornatus cauſa parantur. Paulus l. 18. §. 8. ff. de inſt. vel inſt. Quum in diem mortis ibi libros, & vitreamina & veſticulam habuerit, an eadem &c. Hot. Prat.

VITRIARIVS in l. 1. C. Th. de excuſ. artif. & l. 1. C. Iuſtin. eod. qui vitria facit Græce ὑαλουργός.

VITRICVS matris meæ maritus. Modeſt. in l. 4 § 4.

VITTA eſt genus quoddam ornamentorum muliebrium, vt videre eſt in l. argumento, ff. ornamentorum, ff. de aur. & arg. l. quib. ſcilicet mulieres capillos colligant: vt ſatis oſtendit illud Ouidij 1. Metamor.

Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos. Et lib. 2.

Vitta coercebat neglectos alba capillos.

Erantque olim propriæ honeſtrarum matronarum, virginum & Veſtalium Tibullus, lib. 1. Eleg. 6.

Sit modo caſta doce, quamuis non vitta ligatos

Impediat crines, nec ſtola longa pedes.

Hæ alio nomine Tæniæ appellantur, vt placet D. Hieroym. in Eſaiam 3. cap. quemadmodum & ſupra diximus in dictione Tæniæ, vittæ fit mentio in c. fœminæ 30. q. 5. vittam crinalem memorat Martianus Capella lib. 2. Sed & vittas viriles fuiſſe oſtendit illud Virg. 3. Æneid.

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique ſacerdos

Vittis & ſacra redimitus tempora lauro,

Occurrit.——

Hæc annotauit Tiraquellus in 3. l. conuub. gl. 2. part. 3.

VITVLVS, non tantum de boue iuniore, ſed etiam de aliis quadrupedibus maiorib. accipiendus eſt. Quinetiam ad piſces refertur l. ſi quis fundum, §. Imperat. ver. ſi quis vitulos, ff. Locati. Old. Prat.

VIVA nonnunquam dicuntur, quæ natiua ſunt, non factitia: vt flumina viua & argentum viuum. Ineſt autem rebus natiuis neſcio quid gratiæ (inquit Eraſm.) genuinæ, quod ars nulla queat imitatione conſequi. Contra mortua dicuntur, quæ torpent, languentque Spieg.

VIVA aqua dicitur vulgo illa, quæ fonte exit. Illa enim quæ colligitur de pluuia in lacunas aut ciſternas viua non dicitur, Et ſi de fonte manauerit, & in loco aliquo collecta ſteterit, nec ad ſe illud, vnde manabat admiſerit, ſed interrupto meatu tanquam è fontis tramite ſeparata fuerit, non dicitur aqua viua. Sed illa aqua viua dicitur, quæ manans excipitur, autor ff. Auguſt. in c. 4. Euang. ſecundum Ioannem. Meminit aquæ viuæ Iuriſconſultus l. vnica, de Fonte. Spieg.

VIVA ſepes, quæ rubis non præciſis, ſed in eo loco natis contexitur. Spieg.

VIVA vox. Infra Vox viua.

VIVARIA, loca ſepta ſunt, quibus incluſæ feræ cuſtodiuntur & aſſeruantur, vel vt ait Columella lib. 8. cap. 1. cubilia pecudum ſyluestrium, in quibus nemoribus clauſis cuſtodiuntur. Triphon. l. 62. §. primo, ff. de vſufruct. Si viuariis incluſæ feræ in ea poſſeſſione cuſtodiebantur. Sic l. 3. §. item feras, ff. de adquiren. poſſeſſ. vbi viuaria à piſcinis Paul. ſeparat, & quod initio, Viuariis, poſtea, Siluis circumſeptis dicit. Sic & apud Plinium lib. 8. c. 52. vbi viuaria primum togati generis inueniſſe Fuluium quendam ſcribit, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Ammian. Marcellin. c. 32. Ita hic quoque intra ſepta, quæ appellant Viuaria, ſagittarum pulſibus crebris dentatas confidens beſtias incidentia multa parui ducebat. Briſſ. Prateius.

VIVARIA etiam piſcium dixit Seneca lib. 14. Epiſtol. Et Viuaria murenarum, oſtrearum, cochlearum idem Plinius libr. 9. c. 54. 55. 56. Briſſ.

VIVANDA verbum, inquit Caius, quidam putant ad cibum pertinere: ſed Offilius ad Atticum ait, his verbis & veſtimenta & ſtramenta contineri, ſine his enim viuere neminem poſſe, l. 234. § 2. de ver. ſign.

VIVAX dicitur actio, Inſt. de perp. & tempor. act. l. 2. C. de annal. except. Cuiac. 18 obſeru. 37. Goth ad l. 3. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. & ad l. 3. C. de temp. & repar. appell.

VIVVM ſulphur, vt Turneb. li. 1. aduerſ. c. 39 explicat, auctore Plinio, quod ignem non eſt expertum, ἄπυρον Græcis vocatum, nam reliqua genera coctione parantur, hoc gleboſum, gelidumque effoditur, auidiſſimeque flammam corripit.

VIX pro raro, l. alienationis, ff. de ver. ſig.

VIX vocula, dua atque eadem quidem ex diametro pugnantia ſignificat. Vno namque modo ponitur pro eo, quod eſt, etiam l. vix certis, de Iudic. Alio modo, pro eo quod eſt, nullo modo l. tutor. in pr. l. fin. in prin. ad SC. Velleian. Vide Bart. in l. 1. ff. de tutel. Spieg. Prat.

V L.

VLCISCI, vindicare eſt, & iniuriam non impunitam relinquere l. ſcientiam § cum aliter ad leg. Aquil. Et dicimus. Vlciſcor te etiam, pro Vlciſcor me. Spieg.

VLCVS, ſanies concreta, intra cutem latitans l. ob quæ vitia, §. fin. ff. de Ædil. edict.

VLCVS tangere, eſt mouere dolorem: eiuſque rei facere mentionem, quæ nos magnopere vrat. vide Prou. Eraſm. noſtri annotarunt vlcus dici innatum, vulnus illatum. A nonnullis vlcus ſcribitur cum h, quod Græce ἕλκος dicatur. Spieg.

VLIGINOSVS ager ſemper eſt humidus, humidus enim dicitur, qui aliquando ſiccatur. Hot.

VLIGO, terræ naturalis humor, ex ea nunquam recedens, autor Seruius.

VLLVS aliquis, quaſi vnus aliquis. Nunquam autem affirmatiue ponitur: ſed ponitur, vel negatiue vel interrogatiue, vel ſubiunctiue. Exempla pete ex Alberico. Prat.

VLNA, vide, Menſurarum nomina.

VLNAM, veteres, & quidem melius, Aleiato teſte, vtranque manum ſimpliciter extenſam appellant: quo fit, vt idem quod cubitus, aut duæ ſpithamæ Spieg.

VLPIANO adſidente, Prætorem interlocutum eſſe l. metum autem, §. ſed ex facto, ff. quod met. cauſ. Spieg.

VLTERIOR familiaritas, pro nimia ac modum progrediente, apud Calliſtrat. l. obſeruandum, de offic. præſid. Spieg. Prat.

VLTIMVM ſupplicium eſſe mortem ſolam interpretamur, ait l. 21. de pœn. l. pen. C. Th. de offic. rect. pru. l. 28. de pœn. vbi Calliſt. ſic ſcribit. Summum ſupplicium eſſe videtur ad furcam dãnatio, viui crematio, capitis amputatio: Sic vltimam pœnam Plinius lib. 2. Epiſt. ad Arria, dixit, & Suet. in Iulio c. 39. Prat.

VLTIMVM teſtamentum, Quintilian. interpretatur primum, poſt quod tamen aliud factum erat, quod iure non valebat: hocque ex voluntate Legis eſſe autumat, licet non ex verbis. Spieg.

VLTIMVS quis cenſetur, qui poſt ſe neminem habet, etiamſi à nemine quoque præcedatur: quod latius exponit Alciatus in comm. de ver. ſig. Spieg.

VLTIO, doloris confeſſio eſt Seneca, vltio & talio inhumana vocabula ſunt. Idem vltio quid præſtet, oſtendit c. 21. li. 2. de Clement. vide Bart. in l. deuotum, C. de Metat. & epidemet. lib. 12. tit. 41. Spieg.

VLTIO, vlciſcendi actus, de quo vide Bart. in l. de Metat. & Epidem. C. lib. 12. Spieg.

VLTIS Tyberim, pro vltra, apud Pomponium, de orig. iur. in l. 2. §. & quia magiſtratus.

VLTORE gladio puniri, locum ſupra indicauimus.

VLTRA, præpoſitio, præter & trans ſignificat. Sine caſu aduerbium eſt, vide Bart. in l. Celſus, ff. de vſucap. & in l. eum ■, ff. de dot. releg. & Alc. in l. ſi quis dixerit, ff. de ver. ſig. Spieg.

VLTRA quandoque temporis nota eſt, c. ſi Paulus 32 qu. 5. l. cum duobus, §. idem reſpondit ff. pro ſocio: aliquando medium tempus ſignificat, c. literas, de dilat. Quandoque incluſionem ſignificat, l. cum vltra. C. de non num. pec. l. eos, C. de vſur. Aliquando præfinit, & vt vulgo loquimur, taxat, l. properandum in pr. C. de iud. Prat.

VLTRA in teſtamentis quid ſignificet, docet l. Celſus, ff. de vſucap. Prat.

VLTRA dimidium (vt dicunt) iuſti precij deceptus dicitur venditor, qui nec dimidiam partem veri pretij acceperit: vt ſi res valeat ducentis, quam vendidit nonaginta & quinque. In emptore vero alia ratio eſt. Nam is non poteſt decipi vltra dimidium iuſti pretij, præterquam, ſi plus duplo emat: puta, ſi rem centum aureorum iuſti valoris, emat ducentis, & aliquanto pluris, vide Old. in act. 1. claſſ. 4. Spieg. Prat.

VLTRO dictio varias in iure ſortitur ſignificationes. Interdum ſignificat vltra, vt annotauit Donatus in Terent. Adelph. act. 4. Scen. 5. & Seru. in librum ſecundum Æneid. Interdum ſignificat ex vna parte, Vnde, vltro citroque valet, Hinc inde, Ex vtraque parte, Ex vtroque latere. Sic Cicero pro Quintio, Tunc appellat vltro Næuium, vt quoniam ſuſpicaretur ſibi aliquid deberi, &c. Cornel. Tacit. libro 12. Deinde metu ne ad perniciem vltro traherentur, deſiſtunt. Idem lib. 5. Conſultuſque Cæſar, an ſepeliri ſineret, non erubuit permittere, vltroque incuſare caſus, qui reum abſtuliſſent. Idem eod. lib. Vltroque damnatur, atq; vrbe exigitur. Et poſtea: Non deſpectum id apud Barbaros vltroque potentiam habet, Plin. lib. 35. cap. 6. Qui adulterant vero iudicio ſtercora columbina vel annulariam vltro inficiunt. Idem lib. 5. cap. 9. Cauſas huius incrementi varias prodidere, ſed maxime probabiles eaſi earũ ea tempore ex aduerſo flantium repercuſſum, vltro in oram acto mari. Idem libro 29 cap. primo. Quinimo tranſit conuiciis & intemperantia culpatur, vltroque qui patiere arguuntur. Accius Phœniſſis incuſat vltro à fortuna opibuſque omnibus deſertum Sueton. in Tiberio cap. 12. Sed neque impetrauit, vltroque

troque atiam admonitus eſt, dimitteret omnem curam ſuorum A pul. Apolog. 3. Sed nec quidquam tentata ejus grauitate, vltro leuitatis & inconſtantiæ increpitus reportat. Auguſt. in lib. de Geſt. cum Emerito. Ab eo imperatore, ad cuius examen criminationes ſuas vltro accuſando miſerunt. Briſſ.

VLTRO, proprius. Paulus l. ſi in emptione, 34. §. item ſi 3 ff. de cont. empt. Nec tamen ex vendito, quicquam conſequitur, niſi vltro quod conuenerit præſter. Africanus l. ſi priuſquam, 15. ff de op. no. nunc. cauere juberet non prius ſe ædificaturum quam vltro egiſſet jus ſibi eſſe altius tollere. Nam vltro abundat hoc loco: vt l. 1. §. interdictum, ff. vti poſſ. Actio nunquam vltro poſſeſſori datur, quippe quum ſufficiat ei, quod poſſidet. Sic apud Papinianum l. 1 in fin ff de vſur. Tutor vltro conuenit pupillum, eique pecuniam offert, id eſt, prius quam à pupillo conueniatur. Hot. Adde Cuiac. obſ. lib. 3. c. 2 circa medium. Prat.

VLTRO, pro ipſo jure, & ſine aliquo facto adueniens, Paul. leg. 2. ff. de lege Rhod. Imo etſi non retineat merces magiſter, vltro ex locato habiturus eſt actionem, id eſt etiam ſine retentione, vox tamen non in libris Flor. de eſt. Vlpi. leg. 3 ff. de cond. cauſ. dati. Quinimo etſi nihil tibi dedi vt manumitteres, placuerat tamen vt darem vltro tibi competere actionem, quæ ex hoc contractu, naſcitur. Hot. Prat.

VLTRO, ſua ſponte. Scæuol. l. cum quis, 37 §. nuptura, 4. ff de leg. & fid. lib. 3. An maritus doli mali exceptione ſe tueri poſſit: & an vltro ex cauſa fideicommiſſi actio ei competat, id eſt, ſua ſponte id ab illo poſſit petere, quod per exceptionem retineret. Papinianus leg. 2. in fin. ff. de vſur. Plane ſi tutelæ judicio nolentem experiri tutor vltro conuenerit, & pecuniam obtulerit, &c. Item apud Paulum l. Ergo, 22. ff. ex quib. cauſ. maior. Hot. Prat.

VLTRO CITROQVE: Hęc verba vt apud alios authores peculiarem habent ſignificationem, vtpote, Hinc inde, ex vtraque parte, ex vtroque latere, &c Ita in hac juris noſtri arte à communi ſenſu plane remotam hanc habent vt vltroque citroque idem ſit ac ſi diceres, negocium ſiue cauſam habent l. 7. ff. de pactis l. ſeruus, 19. ff. mandati, §. 2. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contr. naſc. leg. 19 ff de verb. ſig. Hinc eſt vt quod ita ſit & agitur, vltro citroque fieri dicatur, & negocium vocetur. Gœd. ad leg. 19. ff. de verb. ſig. n. 18. & 19.

VLTRONEA voluntas, noſtris oblata dicitur, ſiue non requiſita, l. ſi. C. de crim. ſacrileg.

V M.

VMBRA, pro corpore. Quoties aliquis magnum quiddam videbitur aſſecutus, cum nihil tandem auferat præter titulum aut ſpem metas Eraſm.

VMBRA & imago, cui opponitur Solida & expreſſa effigies.

VMBRA veritatis, ſpecies quædam, & quod veriſimile dicitur.

VMBRÆ, prouerbiali loco dicebantur olim ij, qui veniebant olim ad conuiuium, non ipſi quidem vocati, ſed comites eorum, qui vocati fuerant ſic illos ſequentes, velut vmbra corpus vltro ſequitur. Adi Chiliad Eraſ.

VMBRATA quies apud Alber. inumbrata, legendum, vt habent ſinceri codices l. ſi quod meo nomine, §. furioſo, ff. de acqu. poſſeſſ. Spieg.

VMBRATILIS mora, quæ in vmbra fit. (de legat.

VMBRATILIS ſuffragiorum pactio, apud Iuſtin. in l. vniuerſi. C.

VMBRIA regio Italiæ, incipit ab Appennino & vltra, vſque ad ſinum Adriaticum extenditur, multis præclara vetuſtiſſimis oppidis. Rationem nominis pete à Plin. lib. 3. cap. 14. Scæuola, Vmbria eſt regio in Piceno l. vxorem, §. codicillis, de legat. 3. Spieg.

VMBILICI, interprete Porphyrione, ornamenta quædam oſſea, aut lignea corneave, vmbilici noſtri formam imitantia, quæ voluminibus jam abſolutis addebantur. Hinc prouerbialis figura. Ad vmbilicum ducere: quod ſignificat, librum finire atque abſoluere. Eraſm.

VMBILICVS, ſignificat quicquid in aliqua re eſt medium.

V N.

VNA, aduerbium, acuitur, ſignificatque ſimul, Limo ff. de vſu & habit. cum ſim quas Alber. indicat. Haloander in jam citata l. pro hoc, vtique cum vir vna ſit, legit, Cum viro juncta ſit. Spt.

VNAM domum in duas diuidere, pariete medio ædificato, apud Vlp l. ſi quis duas, ff. commun. præd.

VNA res cenſetur, fundus, & fructus ejus, ſiue maturi ſint, ſiue non, lege fin. § pen. ff Quæ in fraud. cred. Spieg.

VNARE, ſimplex verbum Tertullianus vſurpat: Vnde nos Adunare dicimus, & Coaduuare Rhen. Prat.

VNANIME, quod vnius eſt animi, & eiuſdem ſententiæ cum altero Canoniſtæ quod vnanimi conſenſu factum eſt, vnanimiter factum, voce parum Latina dicunt. Quorum nonnulli id etiam intelligunt, reclamantibus quibuſdam, modo pars maior conſentiat. Abbas diſſentit, quod verbi vnanimiter vis, haud vllum diſcrepantem exigat, per tex. c. bonæ memoriæ, 2. de Poſtul. Prælat. &c. vnanimiter. eod. tit. Spieg.

VNCIA eſt totius ſiue aſſis pars duodecima: vnciæ duæ: ſextans, quaſi ſexta pars aſſis. Vnciæ tres: quadrans, quaſi pars aſſis 4. Vnciæ quatuor: triens, qui eſt aſſis pars tertia. Vnciæ quinque, quincunx Vnciæ ſex: ſemis, qui eſt totius aſſis pars dimidia. Septem, ſeptunx. Octo, bes. Nouem, dodrans. Decem, dextans. Vndecim, deunx. Et tandem duodecim vnciæ ſimul & in vniuerſum collectæ, totum Aſſem conſtituunt. Vncia autem in minores quoque partes diducitur, puta in ſemunciam, cuius mentio fit in l Papinianus 8 § quoniam, ff. de inoffic. teſtam. l idem quod Sabinus, 17. §. 1. ff. de hæred inſti. & ſemunciam ruſſus diuidi in tres ſextulas, & ruſſus vna ſextula cum dimidia dicebatur ſicilicus, cuius mentio fit in l liberto 81 § filium, ff. de ann. legat. & apud Feſtum lib 17. vide Vult. in comm. Inſt. ad §. hæreditas plerunque 2. n. 4 Inſt. de hæred. inſtituend.

VNCIA auri, aurei ſex A. Auguſti. lib 2. c. 9. & cod. lib. c. vlt. declarat Vnciam pedis. Prat.

VNCIARIA ſtips, duodecima aſſis pars, omniũ minima moneta.

VNCIARIÆ vites, quod inter quamlibet vitem vnius jugeri vnciæ interuallum æquale faceret. Spieg.

VNCIARIÆ vſuræ l. 47. §. præfectus, ff de admi. tuto, qua ſingulos nummos à centenis quotannis efficiunt, Budæo interprete apud A. Auguſt. lib. 2. Emend. c. 10. Prat.

VNCIARIVM fœnus, omnium minimum quod ex centum, vnciam tantum in aurum reddebat. Tacit. lib 5. fœnus vnciarium duodecim tabularum legibus conſtitutum fuiſſe tradit. Decennio autem poſt hanc de vnciario fœnore latam legem, Semiunciarium tantum ex vnciario factum tribunitiis, vt inquit Tacitus, rogationibus. Sed cum ne ſic quidem fœnus tolerari poſſet. C. Genutius ad plebem tulit, ne fœnerare liceret. Verum cum conſtricta eſſet hiſce legibus auaritia, aperteque graſſari metu legem non auderet, ad fraudes ſe conuertit. Via fraudis hæc fuit, vt nomina in ſocios, qui hiſce legibus non tenebantur, tranſcriberent, atque ita libero fœnore debitores obruebantur. Deprehenſa autem hac fraude, M. Sempronios Tribunus plebis ex auctoritate patrum legem rogauit, plebſque ſciuit, vt cum ſociis ac nomine Latino pecuniæ creditæ idem jus eſſet, quod cum ciuibus Romanis. Vnciarum vero fœnus dicitur ratione maximæ vſuræ, quæ in aſſis partes diuidi poteſt: æs enim, qui duodecim vncias continet, pro toto & integro vſurpari ſolet, vt tradidit Zaſius in Catalogo Legum antiquarum. A quo nec Sigonius diſſentire videtur, dum de jure ciuium Romanorum libro ſecundo, cap. 21. ſcribit. Veteres vnciariam vſuram dixiſſe, reſpicientes centeſimam, quam maximam vſuram exiſtimarunt, quæ eſt, cum pars ſortis centeſima ſingulis menſibus penditur, id eſt, cum quotannis duodeni pro ſingulis vſuræ nomine numerantur. Hanc vero quaſi vſurarum aſſem quendam eſſe voluerunt. Vnde aliæ minores vſuræ, quaſi aſſis partes, aut particulę defluxerunt: Semis cum dimidia pars centeſimę in menſes ſingulos ſoluitur, quadrans cum quarta, vnciaria cum duodecima, ſemiunciaria cum viceſima quarta. Adde Fr. Balduin. comm. in 12. tab. c. 23.

VNCIARIVS hæres, ex vncia ſcriptus, leg. 34. §. inde dicitur ff. de leg. 1.

VNCTORES, ἀλεῖπται, ſerui ſunt, qui in balneis dominum vngebant, atque illi muneri deſtinati erant. Conſuetudo enim erat veterum ſingulis diebus antequam cibum caperent, in balneo ſe lauandi, & poſtea vngendi. Cic. in Epiſt. ad fam. lib. 7. 24. Ille autem, ait, qui ſciret ſe optimum bellum tibicinem habere, & ſat bonum vnctorem, diſceſſit à me, vt mihi videbatur, iratior. Teſtatur Victor. variar. lect. lib. 37. cap. 14 ſpectari Romæ in antiquo lapide vnctorem dextra manu guttum tenentem, nec longe ab ea forma ſtrigilem inciſam. Prat.

VNCTORAS veteribus vſitatiſſimi, initio tantum neceſſario & vtili corporis cultui adhibebantur. Poſt in voluptatem res tranſit, ac diſtingui cœpit inter vnctores atque vnguentarios: illi valetudini, hi voluptati inſeruiebant, pleriſque ciuitatibus eiiciebantur. Gœdd. ad l. 203. ff. de verb. ſig. n. 4.

VNCTVARIVM, locus vbi ſeruabatur oleum vnctui opportunũ.

VNDA, ponitur pro aqua, vt pars pro toto. Cicero pro Plancio per tranſlationem, vndæ comitiorum dixit, pro varia ſententiarum multitudine, quibus veluti vndis mare, ita etiam comitia feruere videntur.

VNDE, particula generica eſt, varieque accipitur, de qua latius Bart. in l. 1. in prin. ff. de vi & vi[?]m. Spieg.

VNDONAS cilicij quidem dicti ſunt ab vndis de quibus meminit diuus Hieronym. & Martial in Apophoretis.

Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti,

Cynipbio poterit planta latere ſinu

Inde vndulata veſtis Varro de vita patrum: à quibuſdã (inquit) dicitur eſſe Fortunæ virginis, ab eo quod duabus vndulatis togis eſt opertum. Plinius lib 8. c. 48. Factamque ab ea togam regiam vndulatam, in æde Fortunæ, qua Seruius Tullus fuerat vſus Vndones igitur ſunt, quales modo videmus in his textis, quæ tanquam ἀπὸ τ̃ συμβολῶν, Symballo ia appellamus, prout etiam docuit nos Hermol. Barbarus in Plinianis caſtigationibus, cap. 48. ſupra citato. Fit autem vndulata veſtis

ex hircorum & caprarum pilis, potius quam laneis, vt Martialis teſtimonio jam docuimus, quæ ad vndarum ſimilitudinem picta eſt: ſicuti & veſtis Cymatilis à fluctu dicitur, vt eſt apud Plautum & Ouidium. De vndulata veſte meminit etiam Nonius Marcell. Alij ſymbullata dicta autumat, ab origine, & ab illo veſtium genere, de quibus Plinius ita ſcripſit: Lanæ & Perſę coactę veſtem faciunt: erit ergo Symballoton, quaſi συμβλητόν, hoc eſt, coactum implexu potius quam texta conditum, & ſecundum iſta caſtigabis verba Vlp. in l. argumento, in princ. ff. de aur. & arg. leg. dum dicit, Alia cauſa eſt odonum, ſcribe vndonum, & de his veſtibus vndulatis dictum puta.

VNGERE malo veneno, apud Vlp, l. item ſi obſtetrix, ff. ad l. Aquil. Spieg.

VNGVENTA coactis odoribus fieri ait lex 57. §. 1. ff. de acquiren. rer. dom.

VNGVENTVM, quod & vngentum dicitur non eſt medicamentum, vt vulgus exiſtimat, & tenax illa compoſitio, qua chirurgi vtuntur ad vulnera curanda: ſed commiſtio diuerſorum odorum, addito oleo, aut balſamo, aut aliquo pingui, ad vngenda corpora deliciarum & luxuriæ cauſa, inuenta. Pomponius tamen in l. argumento, de Aur. arg. leg. de mundo muliebri loquens, ſcribit vnguenta eſſe, quæ valetudinis cauſa comparantur. Sed hæc magis medicamenta dicuntur. Spieg.

VNGVENTIS legatis non tantum ea legata videntur, quib. vngimur voluptatis cauſa, ſed & valetudinis, l. 21. §. 1. l. 55. in fi. ff. de aur. & arg leg. Prat.

VNGVENTARIVS, qui vnguenta conficit ac vendit, à Græcis Myropola dicitur. Viles autem habiti ſunt vnguentarij. Nec mirum, Catanæus inquit, cum vnguentum ſit materia luxus maxime ſupervacui. Vnde ſcribit Plinius, Lacinium Craſſum & Iulium Cæſarem cenſores edixiſſe ne quis venderet vnguenta exotica (ſic enim peregrina appellauere) & Auguſto à M. Antonio exprobatum legimus proauum habuiſſe, qui modo vnguentariam tabernam, modo piſtrinum exercuiſſet. Seneca etiam libro quarto Naturalium quæſtionum, tradit vnguentarios à Lacedæmoniis expulſos, & propere cedere finibus juſſos, quia oleum diſperderent. Atheneus Ariſtotelem pharmacopolam notat Spieg.

VNGVENTARIA, & ars ipſa conficiendorum vnguentorum. Vnde vnguentariam facere, & quæ vnguenta conficit, & vendit. Spiegelius.

VNICA filia, duos parare generos dicitur, vbi quis idem beneficium duobus ſimul pollicetur. Vide Eraſm. in Adag. Prat.

VNICVS ſingularis, ſolus, vel vnus tantum inter alias ſpecies.

VNICVS filius l. 2. ff. de Liber & poſthum. & Cicero pro Roſc. Amer. Et quæramus, inquit, quæ tanta vitia fuerint in vnico filio. Spieg.

VNIGENITVS, filius qui vnicus eſt, quaſi ſolus genitus, nec fratrem vllum habuit, aut ſororem. Diuus Hieronymus eleganter eludit Heluidium volentem differentiam eſſe inter vnigenitum & primogenitum. Spieg.

VNIO margaritum eſt ex concha, quę apud Rubrum mare & creſcit & cualeſcit l. 6. l. 19. §. penult. ff. de auro, argen. leg. Plin. lib. 12. ca. 8. Vnio in maris Rubri profundo, Smaragdus in ima tellure quæritur. Apertius hoc demonſtrat idem autor lib. 9. c. 35. Scribit autem Iſido. lib. 16. Etymolog. c. 10. inde vniones dictos quod tantum vnus, nunquam duo vel plures ſimul repetiantur. Briſſ.

VNITAS, ab vnus. Vnitatis ſeparatio impetrari non debet l. 1. §. ſciendum, ff. de Separat.

VNI teſti etiam ſublimis dignitatis, regulariter in nulla facile cauſa creditur, l. Iuriſiurandi. C. de teſtibus l. 1. §. Idem Cornelio, & l. §. vlt. ff de quæſt. Quanquam ſemiplenam probationem faciat, modo ſi legitimam cauſam dicto & teſtimonio ſuo, etiam non interrogatus à judice, adjiciat l. Admonendi. ff. de jurejur. l. in bonę fidei. C. de rebus credit. Baldus in c. 1. de cont. inter do. & fidel. de inueſtit. Old.

VNIVERSALES actiones appellantur, quibus perſequimur corpus aliquod juris, continens multas res cum augmento & diminutione, vt ſunt hæreditas, peculium, dos, juriſdictio. Old. Prat ejus.

VNIVERSALE, quod ad vniuerſos pertinet. Quæ autem vniuerſorum ſint, vide Inſt. de Rer. diuiſ. §. qua ratione.

VNIVERSALI narrationi in Legibus, quod harum natura ſit, vt de vniuerſis conſtituantur, indefinita æquipollet. Vide Alciat. enarrantem l. in vſu juris, de ver. ſig. Spieg.

VNIVERSARVM fortunarum ſocietas, ff. pro ſocio, l. ſocietatem cum ſeq.

VNIVERSALI interpretatio, fit pro ſingulis ejus portionibus qua ratione & quandoque genus pro ſingulis ſuis partibus accipimus, & pro tempore exponimus, pro qualibet temporis parte. Gl c. generali, §. illos, de Elect. in Sexto. Spieg.

VNIVERSITAS quæ ſit dicenda, & vtrum eo nomine veniat hominis de vniuerſitate, diſſerit Bart. in l. aut facta, §. fi. ff. de pœnis Spieg. Prat.

VNIVERSITAS etiam pro vniuerſitate bonorum, vt hæreditate vt caſtrenſi peculio, leg. 1. ff. quor. bonor. l. 10. §. ait Senatus, ff. de pet. hæred. l. 1. ff. de rei vindic. l. 1. §. quæ ſunt alicuius, ff. de interdict. Cajus lib. 2. inſtitut. Per vniuerſitatem ait, id eſt, omnia ſimul bona adquirimus hæreditate, adoptione. Sic in §. videamus. Inſtit. per quas perſonas nobis adquir. & Inſtit. de adquiſition. per adrogatio. in princ. & in l. 1. de actionibus certo tem. finien. in Cod. Theodoſ. verbum hoc accipiendum eſt. Briſſ. Prat.

VNIVERSITAS quoque vocatur grex, peculium, armentum equitium l. 70. ff. de vſufr. Briſſ. Prat.

VNIVERSITATEM per vnum conſeruari, tex. eſt in lege ſicut, §. vniuerſitat, ff. Quod cuiuſque vniuerſit. non. Vide Bart. in cap. leg. Spieg.

VNIVERSITATES appellantur collegia & corpora, curiæ ſocietates, titulo, Quod cuiuſque vniuerſit. & tit. de manumiſſionibus quę ſeruis ad vniuerſitat. pertinentibus. Durat vero & manet vniuerſitatis nomen etiam ſi ad vnam perſonam reciderit l. 7. §. vlt. ff. quod cuiuſque vniuerſit. Briſſ. Prat.

VNIVERSITATES res ſunt, quæ in ciuitatibus ſunt theatra, ſtadia, & ſi qua alia ſunt communia ciuitatum l. 6. §. 1. ff. de rer. diuiſ. §. vniuerſitatis. Inſtit. eod. Briſſ. Prat.

VNIVERSITATVM alia perſonarum, vt ff. Quod cuiuſq; vniuerſitas rerum. Et hæc duplex: Iuris, vt hæreditas peculium. ff. de petit. hæred. l. Item. §. non ſolum. Facti, l. 1. per hanc de rei ven. Bart. in l. 1. in prin. ff. de damn. inſect. Old. Prat.

VNIVERSITATVM nomina, quę & collectiua, non membris ſolum, ſed & capite conſtant: ideo illud quoque comprehendere debent. Sic appellatione militum, Imperator: appellatione populi, Senatus continebitur l. 2. de Milit. teſt. §. plebs. Inſtitut. de jur. Nat. Vide Bald. in Procemio Decretalium. Spiegelius.

VNIVERSVS, quaſi omnia ad vnum verſus, i. ſine aliqua exceptione. Et in ſingulari quidem idem eſt quod totus: vt Vniuerſus ager. In plurali ſignificat omnes coniunctim. Nam ſi dicimus, Omnes ſibi domicilium conſtituerunt: intelligitur domicilium ſibi vnumquemque conſtituiſſe. Si vero dicimus, Vniuerſi ſibi domicilium conſtituerunt: ſignificatur omnes ſimul vnum ſibi pro omnib. domicilium feciſſe. Vide l. quoties, in fi. ff. fam. erciſc. l. talis ſcriptura, §. fi. de lega. 1. Spieg.

VNIVS ſepultura, ſepulchra plura efficere poteſt teſte Paulo: cui videtur, illum eſſe religioſum locum, vbi quod principale eſt, conditur, i. caput, vnde qualis cuiuſque imago ſit, cognoſcitur l. cum in diuerſis, ff. de Religioſ. & ſumpt. fun. Spieg.

VNO contextu fieri dicitur, quod fit continuata actione, ſine intermiſſione, ſine interruptione actus, l. hæredes palam, ff. de Teſtam. §. ſed cum paulatim. inſt. eod. Prat.

VNO impetu, id eſt, nixu, partu, Triphonius: Nec enim, inquit, natura permiſit, ſimul vno impetu duos infantes de vno vtero matris excedere l. Areſcuſa, ff. de ſtat. hom. Spieg.

VNO loco, pro eadem prouincia l. fin. C. de Præſcript. long. temp. Alberic.

VNO ore damnari, C. de Epiſc. & cler. l. quoniam venerabilis, pro ſummo conſenſu paſſim apud autores obuium eſt. Vide Chiliad. Eraſ Spieg.

VNO ſpiritu, vide de rei vind. l. ſi rem, §. at in his corporibus.

VNO tempore, pro eodem.

VNO tenore, vide ſupra, tenor.

VNVM dicitur, quod finaliter vnum eſt, ait Goth. ad l. ſi illud, 27. ff. de leg. 2.

VNVM inſtrumentum dicitur, quod ſimul abſoluitur, licet obligationes plures complectatur. Gothofr. ad l. cum plures 27. ff. de Euict.

VNVS & alter, pro duobus l nonnunquam, ff. de Ind. Alber.

VNVS homo. Paulus: Difficile eſt, vt vnus homo duorum vicem ſuſtineat, l. ſi plures ſint, ff. de pactis. Spieg.

VNVSQVISQVE vectorum res ſua ſeruet. L. vlt. ff. Naut. caup. ſtab.

VNVM jus ſemper idem, nunquam mutatum.

VNVM pretium, pro vna ſumma, etiamſi ex ſingulorum pretio collecta ſit exponitur, teſte Alberico, in l. Ædiles aiunt, §. ſi forte, ff. de ædil. edict. Spieg. Prat.

V O.

VOCABVLA, vſu quodam corrupto, pro Latinis recepta, referuntur in dictione Blada. Spieg.

VOCABVLA aliquot Iureconſultis propria annotat Alciat lib. 4. de verb. ſign. & inibi aliquot vocabula Iureconſultis propria. Spieg.

VOCABVLA juri ſubijciuntur explicanda, non jura vocabulis, l. omne verbum, C. commun. de legat.

VOCABVLVM, eſt id quo res ſingulę nominantur & vocantur, aut voce efferuntur. Bart. docet in l. 1. §. ex qua, ff. de Tut. Vocabulum haud raro trahere propriam ſignificationem à diſpoſitione. Soni autem nonnunquam pro ſignificato vocabuli, monſtrat Alber. Spieg.

VOCABVLA noua reb. nouis imponenda, vide Cicer. lib 3. de Finib. in princ. Spieg.

VOCALITAS, conſonantia, quam Græci Euphoniam vocant.

VOCARE, pro nomen imponere.

VOCARE in crimen, eſt accuſare aliquem criminis.

VOCARE in jus propria eſt ad Prætorem, vel alium qui Iuriſdictioni præeſt vocare, l. 1. ff. ſi quis in jus voc. Eodem ſenſu dicimus, in Iudicium vocare, l. 1. l. tutor pro pupillo, ff. de admin. tut. l. ff. de eo, per quem fact. l. 2. §. prætor. qui ſatiſd. cog. Porro is, qui in jus vocatus eſt, ſequi debet, & quidem ſtatim ex 12. tab. Si in jus vocat, atque eat. Qua enim actione conueniatur, cognoſcit antequam vocetur: nam editio actionis atque inſtrumentorum litis in jus vocationem præcedit. Quid ergo aliud reſtat, quam vt vocantem ſequatur? Hodie vtrumque fit, ſimul ex continenti, editio nempe & vocatio: & ideo nec ſequitur ſtatim qui vocatus eſt, aut manu injecta invitus duci, rapi, trahi, niſi ſcilicet Vadimonium promittat, id eſt, niſi ſatiſdet Iudicio ſiſti, l. 5. §. vlt. qui ſatiſd. cog. & inde tit. In jus vocati vt eant, aut ſatiſdent: Fuſius vide Cujac. lib 10. obſ. 10. & 11. Duaren lib. 2. diſp. c. 1. Hermannum Vult. lib. 1. diſcep. c. 1. Gœdd. ad l 9. d 1. 6. 7. de verb. ſign.

VOCARE ad libertatem ſervos, idem quod Manumittere.

VOCARE in partem juris verbum, pro participem facere, & partiarium admittere. Cicer. pro Cæcin. Muliere in partem vocatę ſunt. Sic Vergil. lib 3. Æneid. Ipſumque vocamus in prędam, partemque Iouem. Prat.

VOCARI, quod differt ab Euocari, vide, §. fin. in l. eum ſervum, de fideicommiſſ. libert. Spieg.

VOCANT ad judicium, l. 1 §. ſufficit & l. 51 ff de admin. & peric.

VOCATORES dicti ſunt, quibus datum eſt invitandi negotium ſiue qui ipſi vocant ad cœnas. Spieg.

VOCE non emiſſa ab hac luce ſubtrahi. in l. 1. C. de Poſth. hær. inſtit. Alberic.

VOCES prædicabiles quinque ſunt: Genus, ſpecies, differentia, proprium, accidens, Inter quas tanta cognatio & affinita eſſe videtur, vt quamvis ſynonymæ non ſint differantque ratione & vocabulis: cohærent tamen inter ſe viciſſim, vt mutuo quod habet altera, tribuat & communicet alteri, genus vtique communicat ſpeciei: vt in primo ſui nominis occurſu diffiniatur: quia nulla ſine generis interuentu ſpecies explicari poteſt. Species etiam communicat generi, vt per eam ſpecioſius inſpiciatur & venuſtius, atque certius, Speciei quippe beneficio, depellitur generalitas prius incerta, informis, & confuſa. Taboetius in Topico.

VOCIFERATIO Modeſtinus, §. fin. l. 3. de milit. Qui ſeditionem atrocem militum concitavit, capite punitur: ſi intra vociferationem, aut levem querelam ſeditio mota eſt, tunc gradu militiæ dejicitur. Eſt autem Vociferari, tradente Valla, voce effrænata, non modo dolorem, ſed etiam indignationem (quanquam indignatio doloris genus eſt) oſtendere. Interdum ſine affectu, ſed tamen vehementius exclamare Hinc vociferatio, verbale, ipſe vociferandi actus. Solet autem ingens fieri inter litigandum & diſputandum vociferatio. Spieg. Prat.

VOCONIA lex de mulierum hæreditatibus. Inſtit. de leg. Falc. & apud Paul. lib. 4. ſenten. Quam Q. Vocon. Saxa Trib. pleb. à pleb. rogavit, vt Cic. pro Cornel. Balbo, & Flor. in Epito Livian. & Auguſt. lib. 2. de ciuitat. Dei ſcribunt. Cauebatur autem ea, ne quis cenſus mulierem vltra quadrantem hæreditas relinquere hæredem. Briſſ.

VOLÆ Ma[illegible] & pedum Interiores partes: hinc fit Involare, quod [illegible] ficat intra volam recipere, vnde & volema declinatur in tantum grandeſcens pomum vt volam impleat. Io Bap. in comm. Epiſt Sidon Appollina. ad Claudianum. lib. 4.

VOLENS intelligitur, qui conſentit expreſſe, vel tacite nihil opponit. Huic quo nihil vulgatius eſt non fit injuria l. cum donationis, C de tranſact. Porro, Volens nolente animo dicendum, vbi quis fingit ſe nolle, quod cupit; aut contra etiam in Hebræorum Prouerbijs, Pigrum velle, & non velle. Vide Eraſm. in Chiliad. Spieg.

VOLENTI injuria non fit, l. 1 §. vſque adeo, ff. de injur. Gœddæ, ad l ſatiſdationis 61. numer. 3. ff. de verb. ſign. Vult. in comm. Inſt. tit. de vſuc. in pr. & §§. ſeqq. numer. 43. Guerraſ. 3. Miſcell. 2. numero 11.

VOLGO concipere, l. 44 §. non obeſt, ff. de ritu nupt.

VOLO verbum, de ſe indicat ſolam voluntaria declarationem, qua propter qui dicit ſe velle eligere, non eligit: & qui dicit ſe velle hæreditatem adire, non ideirco adit: ſicut & qui dicit ideirco velle Stichum dare, non dat. leg. Clodius, de Acq. hæred. Licet & ex illis verbis cenſeatur facta electio: non enim quiſquam vult dare, niſi prius elegit: & hæc proprietate verbi defenduntur. Alioquin mens proferentis quandoque aliud ſuadet: vt eleganter docet Alc. explicans l. 1. C. de Summ. trinit. Igitur & qui rogatus eſt reſtituere. Quibus volet etiam indignos præferre poterit. at ſi is, quos dignos putaverit, vel arbitratus fuerit, reſtituere rogatus eſſet, tunc non alias quam ex viri boni arbitratu reſtitutio facienda eſt l. 1. & 24. ff. de leg. 2. Prat.

VOLO verbum prolatum ab eo, qui poteſtatem habet diſponendi & imperandi, imponit neceſſitatem, l. 1. in fin. mandat. l. 1. vbi Dd. C. de ſumm. Trin. Dd. in l, ſeroi electione in pr. ff. de leg. 1. Corraſ. 4. Miſc. 7. n. 6.

VOLONES appellati ſerui, ſua ſponte militantes. Etſi enim ſervis poſt inductam ſeruitutem militia indictam, idque ſemper conſtantiſſime obſeruatum, tamen cum ingenti aliqua clade accepta, publicæ calamitatis neceſſitas horum etiam operam deſideraret, vt bello Punico eum ſe vltro obtuliſſent militię, nomina eorum libentibus ciuium animis accepta ſunt, & volones appellati quod ſponte ſua id feciſſent, cum legibus non tenerentur. Idem poſt Cannenſem pugnam & ſæpe alias factum eſt. Neque tamen ij ſimul ac in numeros relatieſſent, libertate & ciuitate donabantur, ſed militiæ tantummodo jus habebant: teſtamenti & cæterorum priuilegiorum non habebant. Hoc oſtendi poteſt ex Liuio lib. 4. Decad. 3.

VOLUCRES nomine, omne id quod volat, non ſolum aues: ſed apes quoque, veſpæ, tabani, & reliqua hujuſmodi ſignificantur, teſte Steph. Rob. Spieg.

VOLUIT transferre in l. non vult, 6. ff. de diverſ. reg jur. eum effectu accipi poſſe, id eſt, tranſtulit re ipſa, docet Decius Ibidem num 3. Sic in l. fin. ff. de rer. diuiſ. qui ſenſus ferri poſſit, necne, ipſe diſpice. vide tamen Bart. in d. d. l. fin. ad multos effectus, & vide Accurſ. in l. 1. ff. de leg. 2. Prat.

VOLAM verbum extenſiuum ſiue paratacticum eſt in futurum, volebam in præteritum voluero non item, voluero ſignificat ſemel, volam identidem. Hoc voluntatis mutationem admittit, illud non item. Cujac. ad l. 17. & l. 122. ff. de verbor. obligationibus.

VOLUMEN, Vide ſupra, Librum.

VOLUMUS verbum, in Conſtitutione Principis ſignificat quod mandamus & præcipimus: quia quum dependeat id ſola voluntate Principis, id verbum actus perfectionem inducit. Vide Alc. in l. cunctos populo. C. de Sum. trin. Spieg.

VOLUNTAS, eſt facultas ſeu vis animi, qua bonum expetimus, malum auerſamur, duce ratione, nam mutæ animantes duce natura, quæ ſenſus extimulat. Papinianus: Voluntatem, inquit, potius quam verba ſpectari placuit in conuentionibus contrahentium, Spieg.

VOLUNTAS eſt ejus, qui conſentit legitime, & vt oportet, l. 4. C. de fideic. lib. Quint. declam 340.

VOLUNTAS duplex eſt, remiſſa nempe & integra. Remiſſa in his eſt, quæ vi vel metu fiunt, integra, hæc non eſt. Hæc vero ibi demum eſt, vbi quid vltro atque ſponte volumus. Cujac. ad Rub. ff. quod metus cauſa geſtum erit, circa finem.

VOLUNTAS & propoſitum facientis, diſtinguunt maleficia l. qui injuriæ, cum concord. in Gloſſ. ff. de Furt. leg. Dinus, de ſicar. Spieg. Prat.

VOLUNTAS interdum ex ſcientia, & patientia inducitur l. 7. §. interdum, ff. de S. C. Macedonia. Briſſ. Prat.

VOLUNTAS ambulatoria vſque in momentum mortis dicitur, propter incertum voluntatis, ait, Zaſ. Nam facile variat, quicquid ex voluntate conficitur l 4. in fin. ff. de adimen. leg vbi dicitur, voluntatem eſſe ambulatoriam, inconſtantem, Spieg. Prat.

VOLUNTAS captatoria eſt ea, quæ pendet ex aliena voluntate l. captatorias, ff. de hæred Inſtit. Spieg.

VOLUNTAS coacta. Vide Coacta voluntas.

VOLUNTAS conſtans & perpetua apud Ciceronem appellatur animi affectio atque habitus, apud Ariſtotelem, [illegible], quæ certe & ſanum rectumque Iudicium & firmam voluntatem continet. Balduinus in Catecheſi juris ciuilis cap. 1. in princ. Errantis voluntas nulla eſt, l. 20 ff. de aqu. & aqu. plu. nec furioſi. l. 47. ff. de adquir. hær. l. 40. ff. de diuerſ. regul. jur. Proinde eorum voluntate factum nihil videtur. Cæterum cum voluntas alicujus in aliquo actu deſideratur, ea vel ſubſequi recte poteſt. l. 10. ff. de aqu. pluu. Briſſ. Prat.

VOLUNTAS & propoſitum diſtingunt maleficia. leg. qui injuria. 53. de furt. l. quod Reip. 33. de injurijs, voluntate, eaque vel ſpontanea, vel non ſpontanea. Vide vult. in comm. Inſtit. in pr. t. de oblig. quæ ex delict. naſc. num. 10.

VOLUNTAS expreſſa, quæ ex præfationibus, vel præcedenti tractatu conſtat, l. Titia. l. ita ſtipulatus ſum. ff. de verb. oblig. Tacita, vt quia natura contractus, qualitas rei, perſonæ, contrahentium conſuetudo, ejus quod actum eſt, conjecturam inducant. l. ſemper in ſtipul. de reg. jur. Vide Alc. in l. conuentionibus, de verb. ſign. Spieg. Prat.

VOLUNTAS præſumpta, Lege, præſumta voluntas.

VOLUNTATES vltimæ fiunt quinque mod. s. Auth. de hæred. & Falcid. §. quia vero. Porro apud Vlp. legimus defunctorum voluntates non ſtricte eſſe interpretandas, l. plenum, § 1. ff. de vſu & habuit. Old. Prat.

VOLUNTARIUS procurator eſt qui ſe alienis negocijs offert ſine mandato, qui voluntarius amicus in oratione pro Cæcina, voluntarius procurator in Bruto. Procurator ſimpliciter in Pandectis ſæpe, cum tamen proprie ſimplex appellatio ei tantum conueniat, qui mandatum habet. Is cauere de rato omnino debet. Verus procurator, de quo non dubitatur, an procurator ſit, cauere non debet. Cujac. obſeru. lib. 7. c. 16. circa medium.

VOLUNTARIA juriſdictio eſt, quæ ſeruatur in volentes, not. l. 2. ff. de off. proconſ. & leg. Old Prat.

VOLVNTARIA ſocietas, in M. Tullij, Quinctiana, opponitur ſocietati hæreditariæ, id eſt, communioni, quæ intercedit cum hærede defuncti ſocij. Hæc etiam voluntaria non eſt, quis re, non conſenſu conſiſtit. voluntaria autem eſt, quæ conſenſu contrahitur, tractatuque habito inter ſocios. Et hanc propriè dicimus ſocietatem, illam verò rerum communionem, l. 25. ff. de reg. vel communiter geſtam, l. 31. 32. cum ſeq. leg. actiones, §. ſi poſt, ff. pro ſocio, & ſocietatem impropriè. Voluntariam ſocietatem dixit Alp. in l. verum, §. in hæredem, ff. eod. ſeparans eam à ſocietate vectigalium, cæterorumque publicanorum, atque etiam à ſocietate privata, obſeruat. lib. 16. cap. 25.

VOLVNTARIVM exilium, l. 16 § eventu, ff de pœnis, & juſiurandum, rubrica de jureiurando, id eſt, quod ex conventione extra judicium defertur, l. 17 ff. de jurejur.

VOLVNTARIVM eſt, quod neque per vim, neque per ignorantiam fit. Obſeruandum autem, quod non volens quis peccare poteſt. Et quod juxta Salomonium ſtupidus eſt qui non volens peccat, interdum pœnæ ſit obnoxius, & ideo ait Demoſthenes: Lex eſt voluntariorum & involuntariorum peccatorum emendatio. Spieg.

VOLVNTARIVS contractus, l 4 Cod. de vſufr. hæres, l. 13. ff. de opt. leg. quinecceſſario opponitur, l. 13 ff. de opt. leg. Briſſ.

VOLVNTATE fieri non videtur, quod ignoratur, l. non videtur, ff. de lib. cauſ. Prat.

VOLVNTATE mea vtaris. Quomodo hæc verba, tum iis ſimilia intelligantur, vide in l. Lucius, junct. gl. ff. de donat.

VOLVNTATE noſtra poſſidere ſerui intelliguntur, quod eis peculium habere permiſimus, l. 1. §. item adquirimus, ff. de adq. poſſ. Prat.

VOLVNTATE domini in libertate eſt, qui volente & conſentiente domino jus libertatis vſurpat, vel aliquid pro libero gerit l. 4. Cod. de fideicomm, liber. & apud Quintilian. Declat. 340. Briſſ. Prat.

VOLVNTATIS vltimæ appellationem generalem eſſe, ac ſub ſe quaſdam continere ſpecies, ipſa vox per ſe ſatis arguit, & probatur per Nov. 1. in fin. Eſt autem nominata, vel innominata. Nominata eſſe, quæ certum in jure nomen expreſſum habet, cujuſmodi ſunt teſtamentum, codicillus, mortis cauſa donatio, & Epiſtola. Præter has ſpecies ſi quæ ſunt aliæ, dicuntur innominatæ, nimirum ſi quocunque alio modo, quam vel Teſtamento, vel codicillo, vel mortis cauſa donatione, vel Epiſtola alicui aliquid relinquatur, aut poſt mortem demum præſtandum detur. Inter has vltimæ voluntatis ſpecies potiſſima eſt illa, quæ dicitur Teſtamentum, cujus vt vſus eſt frequentiſſimus, doctrina in jure patens latiſſimè, adeò vt totam partem Digeſtorum quintam occupauerit. & lib. 6. Cuiac. 34. in Inſtitutionibus majori libri ſecundi parte titulis nimir. 16. deſcripta & expoſita eſt. Eſt autem vltima voluntas haud aliter ſeruanda quam lex, l. in conditionibus 19. ff. de cond. & demonſt. d. Nov. 1. in pr. Nov. 22 §. diſponat, vltima voluntas 13. qu. 2. & voluntatem teſtatoris non ſeruare impium eſſe & iniquum ſcribitur in l. conſulta. Cod. de Teſtam. quoniam publicè intereſt, ſuprema hominum judicia ſuum ſortiri effectum, leg. vel negare, 5. ff. de Teſtam. quem. aper. l. 1. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. vult. 10 commeot. Inſt. de Teſtam. ordin. in Princ. oum 10. 11.

VOLVNTATEM filiæ cum pater agit de dote, non ſic accipimus vt conſentiat filia, ſed vt ne contradicat, l. 2. §. voluntatem, ff. ſolut. matr. voluntate itaque filiæ pater dotem recepiſſe videtur ſi cauſas contradicendi filia non habuerit, l. 37. ff. eod. tit. Briſſ Prat.

VOLVNTATEM teſtatoris ſequi dicitur in l. fin. C. ad l. Falc. qui ejus præcepto paret, & quod jubet, facit. Sic eodem ſenſu plenam fidem teſtatori exhibere d. l. fin. in pr. Prat.

VOLVERO & volam hoc differunt: quod & ſi vtrumque verbum futurum tempus ſignificet, illud tamen præciſe momento ipſo temporis, quo quis voluntatem ſuam ſemel eloquutus eſt, includitur: hoc longius funditur, & temporis tractum habet, l. 25. ff. de verb. obligat. l. 6. ff. ad SC. Tertul. Hot. Vide paulò ante Volam. verbum.

VOLVPTAS, eſt elata præter modum lætitia, opinione præſentis alicujus boni. Huic verbo. Cic. inquit, omnes qui vbique ſunt, qui Latina ſciunt, duas res ſubjiciunt: lætitiam in animo, commotionem ſuauem jucunditatis in corpore, lib. 2. de finibus, Spiegel. Laërtius libro 7. in vita Diogenis definit quod voluptas ſit irrationabilis ejus rei appetitus, quæ videatur appetenda.

VOLVPTARIÆ impenſæ ſunt, quæ ad voluptatem ſiunt, quæque ſpeciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: vt ſunt viridaria, aquæ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ, l. 1. in princ. l. 7. 9. l. 11. ff. de impenſ. in res dot. l. 79. ff. de verb. ſig. & apud. Vl. in Inſt. tit. de dotib. Voluptuoſæ etiam appellantur l. 14. ff. de impenſ. in res do. Voluptati deſeruientia præſonin l. 198 ff de verb. ſign. quale deſcribitur in l. 13. §. fructuarius, ff. de vſufr. Voluptatis artifex in l. 7. §. dabitur, ff. de oper. libert. Briſſ. Prat.

VOPISCVS dicitur, qui ex duobus conceptis, vno abortu excluſo, ad partum legitimum ducitur. Old. Prat.

VORARE, eſt cibum non confectum dentibus deglutire.

VORAGO, barathrum dicitur, quod in eam cadentia non emergunt, ſed quaſi abſorbentur. Voraginem vſurarum Canoniſtæ vſurpant. de qua, ſi lubet, vide c 1. de vſur lib 6 Spieg.

VORAX & fraudulentum propoſitum, l. 1. Cod. de numer. actuar. & chartolar. lib. 12.

VORSVRAM ſoluere, Eraſm. indicat prouerbialiter vſurpari de eo, qui ſic è præſentibus malis extricat ſeſe, vt alijs grauioribus impediatur. Nam Donato vorſuram facere, eſt æs alienum, alieno ære ſoluere, aut minore fœnore majorem acceptam pecuniam occupare. Hinc ducta voce, vt author eſt Feſtus Pompejus, quod vertant creditorem. Spieg.

VOSSISSATORES lepidè vocat Eraſmus noſter, qui barbaros ſecuti vnum multitudinis numero compellant, præter veterum conſuetudinem. Qua de re fuſe diſſerit in de Conſcribend. Epiſt.

VOTVM eſt alicujus faciendi, vel non faciendi, verſus Deum deliberata & juſta promiſſio, εὐχολογία. Vnde Cicero eleganter dixit votum ſponſionem, quâ Deo obligamur. Nobis præcipuum votum eſt, quod in baptiſmate fecimus. De quo illud eſt, 6. Pſalm. vota redde Deo Iacob. De votis extat tit. De voto & voti redemptione. Solebant autem veteres quàm plurima vota pro Principe nuncupare, vt vota anniuerſario, ob diem imperij, cum ſcilicet ad Imperium Princeps ſumptus eſſet: quorum & in jure mentio habetur, leg. omnes, Cod. de ferijs. Item vota concepta ob ſalutem Principis, à Sacerdotibus, conſulibus, idque poſt tertium diem Cal. Ian. authore Gajo, in leg. ſi calumus, 233 §. 1. vbi omnino vide. D. Iohan. Gœdd. ff. de verb. ſign.

VOTVM captandæ mortis in jure noſtro dicitur, ardens illud deſiderium, quo flagrant iniqui homines ex alterius morte lucrum ſperantes, vt illius vitæ inſidias parent, l. de fideic. C. de teſtſact. Cuiac. lib. 5. Miſcel c. 12. nom. 1.

VOTA quinquennalia, decennalia, vicennalia dicuntur, quæ (teſte Alciato) in veteribus numiſmatis notabantur hoc modo: vot. 10. vot. 20. vot. 30. v. de Ciceronem de legibus. Pro voluntate ac deſiderio nonnunquam votum accipitur, quod ea valde deſideramus, quæ voto à Deo poſcimus. Vnde voti compotem eſſe dicimus eum, qui deſiderium ſuum aſſecutus eſt. Et pro voto ſuccedere, quod Græci dicunt, [illegible], de hoc quidem Bartol. in l. ſi quis, ad fin. ff. de pollicit. Vota etiam μνηστευτικά, dicuntur matrimonium, ſiue nuptiæ, quod in nuptijs contrahendis ſiunt vltro citroque promiſſiones. Vnde dicimus ad ſeconda vota migrare, quemadmodum extat tit. in Auth. Vt ex actione inſtanta dotis primæ & ſecundæ viro ad ſecunda vota migranti proponatur vxor vna, vel ex prioris matrimonij filijs: votum tanta apud gentiles homines res erat, vt verbis duntaxat enunciatis nullum induci voluerit, vt cenſet Bartol. in l. ſi quis ad fin. ff. de pollicitat. Porrò in filiiſfamilias non habebat locum, hoc eſt, eo non obligabatur filiusfamilias, l ſi quis rem, §. voto, ff eodem. Ejus rei refert bonam rationem D. Alciatus, & quidem efficaciorem, cap. 9. 1. Parerg. vt & Gœdd. ad d. leg. ſi calumor, 233 § 1. de verb. ſign. Inter votum autem & pollicitationem hoc diſcriminis eſſe oſtendit Alciatus, quod pollicitatio reipublicæ, vel priuato alicui fiat, votum verò Principi, vel Deo, ex cauſa Principis, vel Imperij, aut ob fortunam Regis, Cæſaris, & ſi qui caſos ſimiles.

VOTI reos dicitur, qui dijs in eventum conditionis promittit, aut vbi conditio evenit, tum etiam damnatus eſt voti, vide Alciatum in l. nominis & rei, de verb. ſign.

VOTVM aliud eſt munificum, aliud honeſtum, aliud turpe, Munificum eſt, veluti votis eſſe liberalem, ac divitem: quod multo facilius eſt quam exdemum, juxta Ouidianum illud.

Pollicitus diues quilibet eſſe poteſt.

De hoc videndus eſt, Eraſ. in Adag. Honeſtum votum eſt, quod fit ſuper re honeſta, veluti quod in ipſis l. citis nuptijs legitimè celebratis ſit. Turpe verò eſt, quod ſit ſuper re turpi, vt illud eſſet, ſi quis voueret ſe nunquam nuptias contracturum. Et hoc quidem, etiam juramento firmatum, non eſſe ſeruandum rectè tradit Zaſius aduerſus Andream Eſernitanum, l. generalites, ff de verb. oblig.

VOTIVVS, va, vum penult. producta dicitur, quod ex voto dari promittitur. Horat.

Paſcitur in veſtrum reditum votiua iuuenca.

Aliquando votiuum ſignificat, quod voto deſideratum eſt: Apulejus libro 6. Tota ciuitas ad votiuum conſpectum effunditur. Etiam votiua verba dicimus, quibus in faciendis votis vtimur, & votiuas preces quibus aliquid cum voto poſcimus. Item & votius legatio, pro eo, quod barbare dicunt, ad beneplacitum, hoc eſt, quæ pro voto ac voluntate, vel voluntariè ſuſcipitur. Hujuſmodi autem locutionum exempla apud Ciceronem, Plinium, & reliquos claſſicos authores multa repertu facillimum eſt, ideoque hic minus adferenda. Anchor.

VOTVM

Vᴏᴛᴠᴍ pro charitate, & indulgentia paterna, l. ſcripto.7. ff. ſi lib. teſt. Liberos naturæ, ſimul & parentum commune votum, ad hæreditatem parentum admittit. Sic in l. 15. ff. de inoffic. teſt. Propter votum paternum, & naturalem erga liberos charitatem Prat.

Vᴏᴛᴠᴍ pro conſenſu, c. 2. de elect. in 6.

Vᴏᴛᴠᴍ, id eſt, oratio, l. denunciamus. C. de iis qui ad Eccleſ. confug. Prat.

Vᴏx, vt Archelaus primus definiuit eſt aëris percuſſus Laërtius in vita Archelai. Diuiditur autem in duo, eſt enim animata alia, alia inanimata. Animata quidem animantium Inanimata vero ſonorum atque crepituum: idem Laërtius lib. 3. circa finem in Vita Platonis. Alij vocem definientes dicunt eam ſonum eſſe ex ſignificandi propoſito editum. Interdum tamen vocis verbo ſermo ſignificatur: vt cum Martial. ad Cæſarem dicebat.

Vox diverſa ſonat populorum, eſt vox tamen vna
Cum verus patriæ diceris eſſe pater.

Vide Corraſ. 1 Miſcell. 8. n. 5. 6.

Vᴏx patris, vox filij, quia pater & filius vna cenſentur perſona l. fin. C de impub. & al. ſubſtit. §. & qui juri. 4. vbi Vult. Inſt. de inutil. ſtip. idem Vult. ad princ. Inſt. de ſtipul. ſeruor. n. 2. & ad §. fin. n. 15. Inſt. de oblig.

Vᴏx viua. Martian. Ius honorarium, quaſi viua vox eſt juris Ciuilis, l. nam & ipſum, ff. de inſt. & jur. Spieg.

Vᴏx validior & exiguior, l. 1. §. hoc autem ff. ad SC. Silan. Briſſ.

Vᴏᴄᴇᴍ rapere l. 7. C. de quæſt. Briſſ.

Vᴏᴄᴇ appellare l. 5. §. vlt. ff. de appell. Briſſ.

Vᴏᴄᴇ tenus, l. 1. §. accuſationem ff. ad SC. Turpill. Briſſ.

Vᴏx eadem ex diuerſa re, cui adhibetur, diuerſas habere poteſt ſignificationes. Goedd. in commen. de verb. ſign. ad l. 215. num. 6.

V P.

Vᴘɪʟɪᴏ, paſtor ouium, opilio qui vulgo dicitur. Alfenus. l. 60. in fin. de leg. & fid. lib. 32. Item oues quæ ſtercorandi fundi cauſa paſcerentur, item Vpilionem, ſi ejus generis oues curaret. Virgil.

Venit & Vpilio, tardi venere bubulci. Hor. Prat.

V R.

Vʀʙᴀɴᴀ ancilla. Paul. de leg. 3. Eum qui natus eſt (inquit) ex ancilla vrbana, & miſſus in villam nutriendus: interim in neutris eſſe (puta in vrbanis & ruſticis) quidam putant, videamus, ne in vrbanis eſſe intelligatur, quod magis placet. l. ſeruis vrbanis, §. cum qui. Spieg. Prat.

Vʀʙᴀɴᴀ familia à ruſtica non loco, ſed genere vſus diſtinguitur, poteſt enim diſpenſator non eſſe vrbanorum ſeruorum numero, ſi ruſticarum rerum rationem diſpenſet, l. 166 ff de verb. ſign. l. 12. ff. de ſupell. leg. Qua in re vſus præcipuè teſtantis ſpectari debet, videndumque eſt quo quemque ſeruum loco ac numero is habuerit. Et certe quos circa ſe habet paterfam. & ſui vſus miniſteriique vrbani cauſa, non poſſunt non in eo numero eſſe. Quod plenius exponitur l. 99. ff. de leg. 3. & l. 12. §. idem reſpondit. ff. de inſtrum. vel inſtr. l. 4. §. pen. ff. de pe. leg Atque ita vrbanorum vel ruſticorum prædiorum ſeruitutes, pro genere & qualitate prædiorum quibus debentur æſtimamus. Nam & aquæductus, qui per vrbanum prædium tranſit, iter quoque per vrbanum prædium, vrbanę ſeruitutes ſunt, l. 11. §. 1. ff. de publician. l. 14. ff. de comm. præd. Briſſ. Prat.

Vʀʙᴀɴᴀ mancipia quæ ſint, explicat Iuriſcoſ. In l. ſeruis vrbanis de leg. 3. l. in qui notus, de ſupell. leg. Spieg.

Vʀʙᴀɴᴀ prædia appellari ædificia etiamſi in villa ſint, Ruſtica vero fundos Vlpia. ſcribit in l. 1. ff. comm. præd. & in fragmentis Inſtit. tit. 19. Briſſ. Prat.

Vʀʙᴀɴᴀ prædia à Ruſticis non loco, ſed materia & qualitate diſcernuntur. Vrbana ſiquidem accipimus ædificia omnia, non ſolum ea, quæ ſint in oppidis, ſed & ſi forte ſtabula ſunt in continentib. ædificiis, vel alia meritoria in villis & in vicis, vel ſi prætoria voluptati tantum deſeruientia, horti quoque qui amœnitatis gratia non reditus habeantur, l. 98. ff. de verb. ſing. l. 16. C. de præd. minor. l. 54. in fin. ff. de pet. hær. l. 59 ff. de contrah. empt. l. 11. §. ſi in locatis, ff. de action. emp. tit. de ſeru. vrban. præd. l. 4. ff. de pact Briſſ. Prat.

Vʀʙᴀɴᴀ penus & ſupellex, ad vſum vrbanum, non ad locum vrbanum, aut peregrinum dirigenda eſt, inquit labol. l. quemadmodum, de ſup. leg. Prat.

Vʀʙᴀɴᴀs Cohortes. Din. lib. 58. [illegible] vocat.

Vʀʙᴀɴᴀs tribus appellabant, vt ait Feſtus lib. vlt. in quas vrbs erat diſtributa à Ser. Tull. rege, id eſt, Saburana, Palatina, Eſquilina, Collina. Prat.

Vʀʙᴀɴᴠs, qui in vrbe habitat, cui Ruſticus opponitur. Vide apud Eraſ. prouerb. Vrbanus nihil æqui cogitat. Spieg.

Vʀʙᴀɴᴠs prætor. Vide. §. deinde cum placuiſſet in l. 2. ff. de orig. jur. & ſupra in verbo prætor vrbanus.

Vʀʙᴀɴᴠᴍ, etſi ab vrbe deriuatum ſit: non tamen ad locum, vt vrbis ſignificatio, ſed ad vſum ac finem cuiuſque rei refertur, vt annotat Goedd. ad l. 2. in pr. ff. de verb. ſign. ac patet ex l. 4. §. ſi ita legetur. ff. de penu. leg. l. 99. de legat. 3. l. 1. comm. præd. l. 12. de ſupell. leg. Nam cum eorum qui in vrbe verſantur mores ſint longe elegantiores, & maiore ſuauitate præditi, quam qui ſemper ruri vixerunt, & alius cultus, aliudque vitæ genus ſit vrbicorum, quam agreſtium: inde factum eſt, vt illud vrbanum propriè diceretur, quod magis ad ciuilem & humaniorem vitam aptum videretur, quod vero magis agreſtibus, ipſiſque agri ac fructuum curæ conueniret, ruſticorum haberetur. Hinc Labeo acutus verborum interpres: Quemadmodum, inquit, vrbanus, ſeruus & ruſticus diſtinguitur non loco, ſed genere vſus (hoc eſt à fine & vſu) ita vrbana penus & ſupellex ad vrbanum vſum non ad locum vrbanum aut peregrinum dirigenda eſt, multumque intereſt, penus & ſupellex ea, quæ in vrbe ſit, an vrbana legetur vel promittatur, dict. l. 12. de legat. 4 §. ſi ita legetur. Neratius in l. eo iure ff. in quib. cauſ. pign. Vlpian. in l. vrbana 198 ff. de verbor. ſignificat. & Paul. in l. ſeruus vrbanis 99. de leg. 3. vide Goedd. ad l. 166. n. 2. ff. de verb. ſign.

Vʀʙᴀɴɪᴄɪᴀɴɪ milites, vel (vt vulgaris in libris legimus) Vrbanici, dicuntur, qui in præſidio vrbis locati ſunt, l. 35. §. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. Et Vrbaniciani officiales in l. 1. C. Theod. de cond. in publ. hor. Prat. & Hos.

Vʀʙᴇᴍ ab vrbo appellatam, Pomp. tradidit in l. 239 §. vrbs, ff. de verb. ſign. Quod & Seruius in 1. Æneid. & Iſidor. lib. 15. ſcribunt Briſſ.

Vʀʙᴇᴍ ſimpliciter cum legimus, Romam κατ᾽ ἐξοχὴν intelligimus, quæ olim inter alias tantum caput extulit vrbes, vt ait Virgil. in Bucolic. Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Et ita in l. 1. ff. de ſenatorib. l. 1. ff. ad l. Iul. de amb. l. pen. §. negotiatores, ff. de munerib. & honorib. l. 7. §. conſtitutum ff. de interd. & releg. l. 1. ff. de offic. præf. vrb. vrbis tamen appellatio proprietate ſermonis anguſtior eſt, quam Romæ: vrbs enim muris, Roma vero continentibus demum ædificiis finitur, l. 2. ff. de verbor. ſignific. Eadem à Conſtantino in l. 1. Cod. de ſuaſiis, lib. 11. appellatur vrbs æterna. vt à Symmacho lib. 1. epiſt. ſæpenumero, & Ammia. Marcellino. Et ita in l. 4. C. de operib. public. Impp. Valentinia. & Valens. Iotra vrbem æternam ſcripſerant. Cuius loco intra vrbem Romam veterem & nouam ſuppoſuit. Tribonianus eiuſque collegæ, vt & alia in libris ff. & C. Iuſtiniani, vt ex eorum & veterum collatione liquet, immutarunt. Briſſ Prat.

Vʀʙᴇᴍ regiam In Conſtitutionibus Conſtantinopolin accipere debemus. l. vlt. ff. C. de aſſertorib. l. 22. C. de jud. 24. in fine C. de ſacroſ. eccl. l. 15. C. de nupt. l. 25 C. de teſtam. l. 5. C. de his quis ad eccl. conſ. l. 31. n. in hac C. de epiſc. & cler. §. vlt. Inſt. de ſatiſdatio Eadem & inclyta & florentiſſima vrbs appellatur l. vn. C. de contractibus jud. l. 11. C. de aſſertoribus l. vlt. C. de ædific. priua. in Epiſt. Pandectis præpoſita §. illud vero. Et vrbs magnifica in l. 31. §. executorib. C. de epiſ. & cler. Et noua Roma. Zonoras etiam νέαν ῥώμην καὶ βασιλίδα πόλιν, Imperatorum exemplo vocat. Briſſ.

Vʀʙɪᴄᴠᴍ, id eſt, vrbanum inſcript. l. 9. ff. de oper. nou. nunciat. Briſſ.

Vʀʙɪᴄᴀ tutela l. 8. §. ſed ſi ignomin. ff. de accuſat. Briſſ.

Vʀʙɪᴄᴀ procuratio Vlp. in l. 11. §. 2. de minor. dicitur ea, quæ propter certam ciuitatis controuerſiam mandata eſſet. Hic, ait cum curam adminiſtraſſet, & beneficio principis vrbicam procurationem eſſet adeptus. Spieg. Prat.

Vʀʙɪᴄᴀʀɪᴀs regiones l. vn. C. Th. ſi per obrept. fuer. imp. l. 1. C. Th. Trib. in ipſis ſpecieb. & alibi. Prat.

Vʀʙɪs & ciuitatis differentiam facile cognoſces ex his verbis Ciceronis in orat. pro P. Seſtio: Cum conuenticula hominum, quas poſtea ciuitates nominauerunt: tum domicilia coniuncta quas vrbes dicimus. Hac igitur ratione poſſit dici ciuitas, quæcunque vniuerſitas populorum, communi lege ac ritu viuentium: vulgo Communitas, vel commune Inſulanum.

Vʀʙs pro ipſo loco tantum mœnibus concluſo accipitur, quando rei in vrbe deſignatæ qualitas extra porrigi non patitur. Si enim dixerit Titius, Vrbanam meam omnem ſupellectilem do, lego: cenſebitur ſenſiſſe de omni ea ſupellectile, quam in ciuitate, & ſuburbiis, vſque ad centeſimum lapidem habes. Text. eſt in l. prima, §. cum vrbem, ff. de offic. præf. vrbi. Nam qualitas ſupellectilis ea eſt, vt ruri, & in ciuitate haberi poſſit. Quod ſi bona; quæ vrbis habitationi tantum commoda & deſtinata ſunt, quis legauerit, non ad ea quidem, quæ extra vrbis mœnia ſunt, protrahentur: cum id qualitas rei legatę non patiatur, quæ rem ipſam veluti vmbra corpus, quocunque ingrediatur loco, ſequitur, not. gloſſ. in l. frater à fratre, de condict. indeb. & argumen. l. Iulianus §. ſed & ſi quis, & quæ ibi not. ad exhibend. cum ſimilibus Brechæus in l vrbis appellari, ff. de verb. & rer. ſign. Adde Connan. lib. 3. c. de jure Ciuil. 7. n. 1.

Vʀʙᴠᴍ ſiue vruum, eſt curuatura aratri, vrbare ſiue vruare eſt arare, aratroque definire, l. pupillus, §. vrbs ff. de verbor. ſign. In condendis enim vrbibus olim aratro vtebantur, quo futuræ vrbis magnitudinem, proportionem, ſitumque muro cingendum definiebant. Cæl Rhodig. lib. 14. cap. 5. Fornet. ad l. 2. de

verb. ſig. ex M. Manilio liſdemque deſtruendis inductum eundem mo in aratrum adhibebant, vt eodem, quo definitæ eſſent vrbes, modo ruſſus delerent, expungerent, euerterent, deſtruerent, juxta l. nihil tum ff. de reg. jur. vide Gœdd. ad l. 2. in principium 16. ff. de verb. ſign.

VRCEOLI, vaſcula parandæ potioni accommodata, apud Pompon. l. 21. ff. de aur. arg.

VRCEVS vas erat anſam habens lateri applumbatam, ex ære, vt ulicuum fiebat, vt Varro ait, ſed & ex quavis alia materia, nam Martialis fictilem ponit, hunc anguſto & gracili collo, in paſulum definente ore pingit vir doctiſſimus Lazarus Bayfius quem Forcatulus improbans in hoc non ſequitur, cum vrceos picatos ponat lib. 12. Columella in quibus ſorba condiantur. Eodem, inquit, tempore ſorba manu lecta curioſe in vrceolos picatos adiicito, & opercula picata imponito. Sane Columella vaſis conditiuis hanc formam paulo ante dederat, vt vſque ad imum æqualia eſſent, ne ventrem facerent, vt exemptis, inquit, ad vſum ſalgamis, quicquid ſupereſt, æquali pondere vſque ad fundum deprimatur. Vrceis præterea aqua in ahenum infunditur, l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fun. inſtru. cui rei æqualitas neceſſaria eſt, anguſto. n. & graceſcente collo, mora fit hauriendo. Adde quod & fructus vrceis componuntur, l. quæſitum, §. conſeruandi, ff. de fund. inſtru. Cato in torculario vrceum vnum ponit, quod capit quadrantalia quinque, id eſt, amphoras, nam quadrantal & amphoram idem fuiſſe Feſtus ait, ſed Budæus dubitari poſſe ſcribit. Pet. Lentulus Spinter vrceum habuit ex Onyche marmore, eadi magnitudine. igitur vrceus certam formam, non certam menſuram habebat. Foscat. in penu Iuris ciuil. c. 25

VREDO qua herbæ, frutices, arboreſque perculſæ areſcunt, quam ἀποπληξίαν τῶν δένδρων vocat Theophraſtus, Vlp. l. ex conducto, 15. §. 2 ff. locati. Sed ſi vredo fructum oleæ corruperit, aut ſolis feruore non aſſueto id acciderit. Plin. lib. 18. c. 28 vredinis cauſam negat eſſe rorem inuſtum ſole acri, omnemque vredinem frigore tantum conſtare ſole innoxio, quod his probat rationibus. Hoc enim niſi noctibus & ante ſolis ardorem euenire deprehenditur, totumque lunari ratione conſtat, quoniam talis iniuria non fit niſi in interlunio, plenàve luna, hoc eſt, prævalente: vtroque enim habitu plena eſt, vt ſæpe aliis in locis obſeruauit idem Plinius. Sed interlunio omne lumen, quod à ſole accepit, cœlo regerit. Differentia vtriuſque habitus magna, ſed manifeſta; namque interlunio æſtate calidiſſima eſt, hyeme gelida: E diuerſo in plenilunio æſtate facit gelidas noctes, hyeme tepidas. Cauſa euidens eſt: Æſtate enim interlunio neceſſe eſt, cum ſole nobis proximo circulo currat, igne ejus cominus recepto candens: eademque interlunio abſit hyeme, quando abſcedit & ſol. Item plenilunio æſtiuo procul abeat aduerſa ſoli: hyeme autem ad nos per æſtiuum circulum accedat. Ita per ſe roſcida quoties alget, infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat. Igitur hoc genus cœleſtis iniuriæ, ſilente cœlo, ſerenitſque noctibus fit, nullo ſentiente, niſi cum facta ſunt, vt idem ſcribit. Prat. ad de Cuiac. 25. obſeru. 18 in fin Gothof. add. l. ex conducto, 15. §. 2. ibi aut ſolis feruoſa. ff. locati. Corr. in memorab. in ver. vredo.

VREPHOTROPHIVM dictio Græca, locum ſignificans ad infantes nutriendos paratum, βρέφος enim Græci infantem dicunt. Huius meminit Imp. in l. illud, §. 1 licet codices ibi mendoſi ſint, C. de ſacroſ. eccleſ. Corra.

VRGERE jus Cic. lib. offic. 3. Ius Craſſus vrgebat quod vitium venditor non dixiſſet ſciens, id oportere præſtari. Spieg.

VRGERE etiam bona fides dicitur, l. 2. C. de commod. Briſſ.

VRGET etiam æs alienum l. 5. §. ſi æs ff. de reb. eorum, l. 7. § plane, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. Briſſ.

VRGENS neceſſitas, l. 1. C. Nem. licet. in comparat. ſpec. lib. 10.

VRINAM facere, pro meiere. Vlp. item de eo qui vrinam facit, quæritur, ſubaudi, an morboſus ſit, l. quæritur, vbi Pedij ſententiam probat: non quia vrinam in lecto facit, ſed quia vitioſam veſicam habet, redhiberi poſſe. Prat.

VRINATORES in l. 4. §. 1. ff. de l. Rhod. dicuntur, qui in caput merguntur, & ſub aqua natant, ab vrinare, id eſt, mergi in aquam. Quo verbo vtitur Firmicus lib 8 cap. 15. illorum miniſterium egregie his verſibus deſcribit Manilius libr. 5. Aſtronomic.

Illis in Ponto iucundum eſt quærere pontum
Corpora qui mergunt vndas ipſumq. ſub antris
Nerea & æquoreas conantur viſere Nymphas,
Exportántq. maris prædas & rapta profundo
Naufragia atque imas auidi ſcrutantur harenas.

Nam per vrinatores naufragio merſæ, & in mare onuit leuandæ cauſa iactæ res extrahi ſolebant. Inde vrinandi artifex apud Symmach. lib 1. epiſt. 25. Briſſ. Id genus hominum Varro notatores interpretatur, non quidem ſuperficiales tantum illos qui abluendi corporis gratia natant, ſed qui ſe flumini mari ve committentes, ex fundo quantum fieri poteſt, iniecta extrahunt, oraque ut fluctus interent communiunt & merulatorum in morem ad aquarias inquiſitiones longe oculatiſſimi ſunt.

Hinc & Plinius Phocas ſanaſque ſub aqua ſin vrinari dixit c. 57. lib. 2 Horum alij aliis longe perſpicaciores ſunt, & diutius ſub flumine latent, & bello nauali admodum neceſſarij ſunt, vt qui hoſtilem claſſem pro fodiendo multum diminuere poſſent. Ex his autem omnibus qui hac in re plurimum valuerunt, præcipuus fuiſſe traditur homo quidam (vt eleganter Alexander ab Alexandro ſcribit) cui nomen Colan inditum fuerunt cognomento piſcis, ſingulari fato ſeu fortuna genitus, qui plus in aquis degere quam in terris victitare ſolebat, cumque diebus ſingulis mare, & aquas petere neceſſum haberet, itaque inter marinas belluas complures dies verſabatur, & conuiuebat illæſus, haud aliter, quam ſi ex eis vna fuiſſet. Penetrabat maris intima & remotiſſima, reuertebatur ſæpe ad litus, & nautas de futuris tempeſtatibus præmonebat, vt apud Volaterranum quoque latiſſime deſcribitur. Sane illi hoc an fato an ſidere euenerit, ambiguo plerique omnes reliquere. Nam tantum cum nando profeciſſe aſtruitur vt maxima pelagi interualla ſpatiaque immenſa CCCCC & vltra ſtadiorum, fœda tempeſtate & reluctantibus aquis excellenti vi & velocitate natatu peragraret. idque non ſemel facere conſueſſe. Donec (inquit Alexander) feſto anniuo ſolennique die in Siculo freto affuſa multitudine ad ſpectaculum, in portu Meſſanæ experiri cupiendo volens quantum præ cæteris vrinando valeret: dum pateram auream munus natantibus tunc à Rege in mare deiectum, ab imo eripere conatur, cum ſe in mare emeriſſet, dum illius ſtudio profunda exquirit vada, diu expectatus ab imo maris fundo, in quod ſe deiecerat, nunquam emerſit, neque poſtea inuentus apparuit. Creditur in cauernas illius pelagi cauernas, quibus totus ille ſinus refertus eſt, incidiſſe ipſumq. in imas voragines verticibus rapidis ſemel delapſum, cum ſe recipere vellet & ad ſuperiora niti, reuerti nequiſſe: ſumque diutius reluctatus, reſpirare nequiret, inter occurſantes ſcopulos, vndique inundantibus aquis oppreſſum, vitam interiiſſe. Per Peckius id ſuis commen. l. 4. §. ſed ſi nauis, n. 2 tit. ad l. Rhodiam.

VRNA, menſuræ genus quatuor capiens congios. Huius hæc nota quis ſuit. Sic autem dicta eſt, inquit Varro lib. 4. ling. Lat. ab vrinando, quod vrinant in aqua haurienda. Prat.

VRNALES vrcei vrinam continentes. hæc eſt menſura ſextariorum viginti quatuor, Vide Alciatum in l. vrinaria vaſa. de verb. ſign. Spieg. Prat.

VRNALIA. Proculus in l. fi. de trit. & vin. leg. Qui vinum, ait, Surrentinum in vrnalibus habebat diffuſum, Surrentum oppidum ſuit Campaniæ, Sinum quondam ſes. Hinc Surrentinum vinum, quod, quum quintum ſupra vigeſimum exceſſerit annum, potui eſſe incipit. nam cum minime pingue ac tenue ſit, vix matureſcit: & quum ad vetuſtatem peruenerit, ferme ſolum perpetuo vtentibus gratum. Spieg. Vide de hac voce Ant. Auguſt. lib. 2 Emed. c. 11.

VRNARIVM menſa quadrata, ſuper qua vrnæ aqua plenæ, in culina reponuntur.

VRSVS, beſtia eſt, nec numero pecudum continetur, author Cajus in l. 2. in fin ff. ad l. Aquil. Spieg. Prat.

VRVVM, ſiue vrbum, eſt curuatura aratri; & vruare, ſiue vrbare, eſt arare, aratroque definire. Gœdd. in comm. de verb. ſign. ad prin. l. 2.

V S.

VSIA, Græca vox, pro ſubſtantia, apud Vlp. in venditionibus de contrah. empt. Vide Bud. in priorib. Annot.

VSIO, idem quod vſus apud veteres, autore Nonio. Alfen. in l. 60. §. 2. ff. de leg. 3. Et Vlp. l. 27. §. 4 ff. de aur. & arg. Siue, inquit Vlpian. in ſuæ, ſiue alterius vſionis cauſa paratum eſſet. Pratein.

VSITATVM abſolute, quod in vſu eſt. Aphricanus. Nam & vſitatum fere eſt, ſic legare. §. ſi ita ſcriptum. Item Venulejus §. pen. l. continuus, de verb. oblig. & vſitatius & elegantius eſſe Labeonis, de leg. tit. 1. Et alibi Cic. in Ver. Non eſt vſitatum, non ſenatorium. Dicimus etiam adiectiue, vſitatus mos, vſitatum tempus, vſitata conſuetudo, judicium vſitatum, vſitata nomina, l. 2. de Præſcript. verb. pro vulgaria, recepta & communia. Spieg.

VSQVE, præpoſitio, quaſi ad vnum vel locum, vel tempus, vel aliud huiuſcemodi. De hac particula plura annotauit Alber. & Bart. in l. patronus. § Sempronio. ff. de leg. 3. in l. ſemper in ſtipul. de reg. jur. tum alibi. Spieg.

VSQVE nunc pro hactenus, vel hucuſque in l. omni innouatione, C. de ſacroſ. eccleſ. l. 1. C. de ſum. trin. Spieg.

VSQVE ad tertiam generationem, idem interpretatur in prædicta l. patronus. Spieg.

VSQVE incluſiuis nota l. fin. ff. de ſenat. l. 2. ff. de his qui not. in fam. l. 11. ff. de dolo, l. 1. ff. in per alium cauſæ appell. l. fi discuſſ. & a. 3. de ord. ab epiſc. qui renunc. aliquando nis, c. cum dilectus, de fid. inſtr. Adde Brechæum l. h ſub tit. de verb. & rer. ſign. Significatiua quoq quem, ſicut dictio A. vel Ab. Prat.

VSQVEQVAQVE, pro ſemper, apud M de curat. furioſ. aliquando ſignific

tione,§.videre,ff.ad legem Falcidiam.Prateius.

Vsvraria,& hoc vſuale, idem ſignificat, quod vſuarius Iuriſc.in l.interdum, ff.de public. Quoties quis, ait, mancipia inuecta profeſſus non fuerit, ſiue venalia, ſiue vſualia, in pœna commiſſi eſt. Spieg.& Prat.

Vsvarivs, qui vſum habet, vt fructuarius qui fructum, l.13.§.de præteritis, ff.de vſufr. l.52. ff de ſtipul. ſeruor. Vſuarius tamen ſeruus in quo vſum habemus, vocatur in l. 14. ff.de vſu & habit. l.2.ff.de pecul.l 7 §.ſi ſeruum, l.82.§. quare, ff.de dolo l.54. ff.de acq.rer.dom. Prat.

Vsvarivs & vſufructuarium ſignificat. l.ſi eum duorum, 32.de ſtipul.ſeruor. Briſſ.

Vsvcapera, vſu acquirere, & poſſeſſione ſuum facere ſignificat, quemadmodum ICti loquuntur, l 1 29.& 21.ff ex quib. cauſ. maior.l 82.§ 1. de leg.1.l.33 .in pr.ff.de vſucap.l. 22.§.ſed & ſi cui,ff ad Trebell Prat.

Vsvcapio eſt acquiſitio dominij per poſſeſſionem prolixam & juſtam, vel acquiſitio per vſum, l.1 §.vlt.ff.ex quibus cauſ. maior. Hanc autem ſic definit ICtus Vſucapio eſt adeptio dominij (ſic enim in l.3.ff.de vſucap. non adiectio legendum Vlp. ſuadet in Epitom. tit. 19.) per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. Verba hæc Temporia lege definiti ſuppoſuerunt Tribonianus & collegæ. Nam Vlpianus pro his dixerat, anni vel biennij rerum mobilium anni, immobilium biennij. Nam vſucapionum tempora produxit Iuſtinianus, l.vnic. C.de vſucap.transform. Duxit autem Modeſtin. illam definitionem ab officio vſucapionis, cujus exitum & proprium eſt, vt per eam acquiratur dominium, quod alioqui in rebus bona fide traditis nunquam certo conſtare poſſet, quia propter infinitam rerum varietatem incertum eſt plerunque, verum tradens ſit dominus, an non ſit. Hæc autem adquiſitio plenum jus tribuit, leg 17.in fin.ff.de rei vindic ex 12. tabul ideoque vetuſtiſſimum jus eſſe dicitur bonæ fidei poſſeſſoris, l.in bello,§.ſi quia ſeruum,ff. de capt. & poſtlim. & vſus nonnunquam l.deducta, § ante, ff.ad SCtum Trebell. & poſſeſſio vt l.cum miles & l.denique, ff.ex quib. cauſ. maior. Prat.

Vsvcapio ſic dicitur, vt mortis cauſa capio. Capio eſt acquiſitio; Capere eſt in ſuum dominium capere l aliud l.cepiſſe, ff.de verb.ſign. l.prætoris, ff.de damn.infect. Vſus autem eſt poſſeſſio, qua opinione domini poſſidetur, & ex diuerſo poſſeſſio eſt vſus l.quæſtio.ff.de verb.ſign. & ita poſſeſſionem ab Ælio Gallo definiri Sext. Pompeius ſcribit. Ergo vſucapere eſt poſſeſſionem acquirere, quod & poſſeſſionem capere dicunt. l.emptor fundi, l.qui fundum.§.ſeruus, ff pro empt.l. non ſolum, §.ſi dominus, l.quamvis, ff.de vſurpa. & vſuc. Et interdum vſucapio ipſa vſus ſimpliciter ſeu poſſeſſio dicitur l denique & l ſeq. cum miles l.ait prætor. ff.ex quib.cauſ.maio. l.deducta.§ ante diem, in fin. ff.ad SC. Treb. ex quo apparet vſucapio ſcribi oportere: nec enim ſic dicitur vſucapio, vt pignoris capio, licet Cato apud Gellium contra ſentiat. Ait Modeſt. Cujac.ad l.3.ff. de vſurp.& vſucap.

Vsvcapio interrumpitur vel naturaliter vel ciuiliter. Naturaliter quidem, cum quis vel ſua ſponte ipſe poſſeſſionem rei illius à ſe dimiſit, vel ab alio de poſſeſſione rei deiicitur. Hæc interruptio eſt facti, & in veritate conſiſtit, & proprie dicitur vſurpatio. At illa, quæ ciuilis dicitur, magis eſt juris, & fictione potius, quam veritate ſuſtinetur, ita vt jus ratione effectus fingat poſſeſſionem interruptam, &, vt ita dicam, diſcontinuatam eſſe, cum tamen, ſi factum ipſum ſpectemus & veritatem, poſſeſſio illa adhuc ſit continua & integra. Vult. in comm. Inſt. tit. de vſucap. n.48.

Vsvcapio inde dicta eſt, quod per vſum aliquid capit & aufert. Vſus enim per lapſum temporis adimit res corporales priori domino, & transfert in alium. Sic pignoris capionem olim dicebant, quam nunc captionem & ablationem pignorum nuncupamus. Gell. lib.7. exiſtimat, Vſucapionem & Pignoriscapionem, duplicatis ex integro vocabulis, dici oportere. Interdum tamen extra compoſitionem, interiecta qualibet voce, profertur, vt eſt apud Paul. in l.nunquam, §.vlt. de vſuc. Si defunctus, inquit, emit: hæres autem putat eum ex donationis cauſa poſſediſſe, vſu eum capturum Iulianus ait. Interpretes vſucapionem & præſcriptionem in ſignificatione confundunt, in qua vtique diſcrimen eſt: rurſus in re ipſa ſæpe differentiam conſtituunt, cum nulla ſit. Primum enim vtrumque verbum jungunt accuſatiuo, vt vſucapio domum, præſcribo domum, veſtem, fundum: non animaduert[illegible] præſcribendi ſignificatio magis ad except[illegible] etiamſi effectus retinendi dominij pler[illegible] de vſucapionem trahunt ad res mo[illegible] res immobiles per legem ſeu[illegible] long. temp. præſcript. §.in [illegible] Præſcriptionem, ſeu [illegible] tractantes ſolum d[illegible] lium. Vnde rect[illegible] ſe duntaxat a[illegible] per ad res [illegible]

capionibus, in prin. ff.de vſucap. Itaque vſucapio refertur genuina ſignificationis vi ad acquiſitionem rerum mobilium & immobilium: quod vel Indicat Rubrica 3 lib. 2. qui tractat de acquir. rer. dom. Præſcriptio autem ad jus excipiendi principaliter pertinet. Vnde tit. de diuerſ.& tempor. Præſcr. lib.4. poſt reliquas exceptionum ſpecies, generaliter ſubiungitur. Spieg.

Vsvcapio, & Præſcriptio, ſunt modi adquirendi domini. Quapropter is qui vſucapit, vel præſcribit, priuſquam complet vſucapionem, vel præſcriptionem, non eſt dominus, ſed quaſi dominus. Spieg.

Vsvcapio currere & procedere, item impleri dicitur, l. 15. l.18. ff.de vſucap.l 2.ff pro donat. Briſſ.

Vsvfrvctvarivs, alias accipitur ſubſtantiue pro eo qui habet vſumfructum regulariter alias adiectiue, pro re in qua eſt vſusfructus, l.arborib. § fin. ff.de vſufr. Vſuſfructuarius autem re aliena boni viri arbitratu vti frui debet, l.item ſi fundi 9. ff.de vſuf.l.1. ff. vſufr.quemadmod.cau. id eſt, vti ſium debet re quemadmodum bonus paterfamilias ea vſurus eſſet, nimirum ne quid rei incommodetur. Non enim eſt dominus rei, ſed tantum habet jus in re, cuius juris beneficio in re illa plus facere non poteſt, quam ipſi ſit conceſſum. Sed quidnam conceſſum eſt vſuſfructuario; Hoc nimirum, vt re vtatur, fruatur, non vt abutatur, & ipſum male vtendo perdat, l.ſed & ſi quid 15.ff.de vſufr. vel ad alium vſum, quam in quem res eſt comparata conuertat, leg.19.& 34.§.1. ff.de vſufr. Male autem vtitur vſufructuarius ſi ſubſtantiam & formam rei immutet, aut aliaa rem deteriorem fieri patiatur. Immutatur autem forma etiam tum, cum per immutationem illam rei ſit melior, l.vſufructuarius 24. ff de vſufr. l.ſio. ff.de vſu & habitat. Nam quod vſufructuarius meliorem cauſam proprietatis facere poſſe dicitur, in l.ſi cujus 13.§.fructuarius, ff.de vſufr. id intelligendum eſt non de ſubſtantia ſeu forma rei, ſed de qualitate ſiue adiuncto, quo mutato vel de nouo introducto rei ipſius ſubſtantia ſiue forma nonquam primum immutata eſſe intelligitur. Quod ſi ergo ſubſtantia rei mutari vel minui non debet, multo minus penitus debet tolli. Vult. in comm. Inſt de vſufr. in pr. n.16. & ſeqq.

Vsvra, ſortis acceſſio eſt, quæ propter mutuo datæ pecuniæ vſum vel etiam moram exigitur. Cur hæc in mutuo Iure diuino prohibita ſit, attigunt Doct. receptum que eſt, quod dicitur: Iure veteri de vſuris, hodie ad id quod intereſt produci, quo de re latius Alciat. in comm. de verb. ſign. & in de rebus cred. itemque Corraſ.3 Miſc.21.num.7. & ſeqq. Sumitur etiam pro reditu & fructu, qui percipitur ex vſu aliarum quoque rerum. Catanæus citat Papin. & Vlp. Comm 6 Spieg.

Vsvra ab vtendo dicitur, & ad alias quoq; res accommodatur, quibus ad tempus vtimur: aliud autem ſonat vſura, quam vetamur dare proximo ad vſuram. Ea Græcis [illegible] dicitur, id eſt, partus: quod pecunia mutuo data, pariat lucrum [illegible] dit. Ariſt. cenſuit præter naturam eſſe, vt pecunia [illegible] oiam: tametſi veterum leges moderatione [illegible] vltra vetuerant. Iudæis permiſſum erat alienis ad [illegible] mutuum, ſuis popularibus nequaquam. At C[illegible] damnant vſuras, h.e. quicquid in fœnore [illegible] exercere fœnus, pugnet cum jure natur[illegible] tionibus contendunt, eleganter ex[illegible] folci, quæ tractanda ſuſcepit [illegible] ibid. vtiliter admonens. V[illegible] daa quia injuſte exhauri[illegible] t.[illegible] c. 21. tom.[illegible]

Vsvra apud antiquos duplex [illegible] ſtris, id eſt, [illegible] vaa, quæ in alteram [illegible] eis Heterop[illegible] deberetur, [illegible] mercibus [illegible] quaſi in c[illegible] [illegible] Modeſt. [illegible]

VSVRA eſt (vt conſuetudo loquendo tulit) merces vel æſtimatio vſus pecuniæ, ea vero duplex eſt: nam altera in generis ſui nomine conſiſtit; altera fœnus vocatur. Prat. Sic & Cujac. Duplex, inquit eſt vſura, Alia propter quæſtum inſtigitur, quæ fœnus appellatur, & cedit ſtatim ex die interpoſitæ ſtipulationis. Alia propter moram, quæ pœna dicitur, & cedit ex tempore tardæ ſolutionis l. lecta, ff. de rebus cred. vtraque eſt menſtrua, vtraque currit lite conteſtata, id eſt, non ceſſat. Ruſus pœna alia eſt, quæ ſemel duntaxat inſertur ob moram, hæc non eſt vſura. Cujac. ad l. 90. ff. de vet. obl. Hot. Speciatim autem.

VSVRA, eſt compenſatio ejus quod creditoris intereſt vſu caruiſſe ſuæ pecuniæ dum ea debitor vteretur, nam vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur, l. cum quidam, § ſi pup. illu, ff. de vſur. Prat.

VSVRARVM ſpecies ex Aſſis partibus denominantur, quod vt intelligatur, illud ſcire oportet, ſortem omnem ad centenarium numerum reuocari: ſummam autem vſuram eſſe, cum pars ſortis centeſima ſingulis menſibus perſoluitur. Et quoniam iſta ratione ſumma hæc vſura duodecim aureos annuos in centenos efficit, duodenarius numerus Iuriſconſultos mouit, vt Aſſem hunc vſurarium appellarent. Quemadmodum autem hic As non ex menſtrua, ſed ex annua penſione æſtimandus eſt: ſimiliter omnes ejus partes ex anni ratione intelligendæ ſunt, vt ſi vnus in centenos annuatim pendatur, Vnciaria vſura: ſi bini: Sextans; ſi terni, Quadrans: ſi quaterni, Triens; ſi quini, Quincunx: ſi ſeni, Semis: ſi ſepteni, Septunx: ſi octoni, Bes ſi noveni, Dodrans: ſi deni, Dextans: ſi vndeni, Deunx: ſi duodeni, As. Prat.

VSVRA beſſis, cum in ſingulos centenos quotannis octoni ſoluuntur, l. pen. C. de vſur. Prat.

VSVRA centeſima (qui eſt As vſurarius) dicitur, quum pars ſortis centeſima ſingulis menſibus, id eſt, ſingulis annis duodecies penditur, vide Cujac. in Pandect. & Nou. 130. & Anton. Auguſtin. lib. 1. c. 10. penditur. Romani enim Græcorum morem imitati, qui facilioris & commodioris doctrinæ cauſa, quamvis ſummam ſortis ad Minam, quæ centum drachmas valebat, perpetuo redegerunt quantumcunque ſortem ſimiliter ad numerum centenarium reuocarunt. Itaq; vſura centeſima, ex parte ſortis centeſima, ſicuti apud Græcos Drachmalis à drachma, quę pars eſt ſortis ad minam redactæ centeſima, nomen inuenit. quapropter eam Plutarch. in Lucullo [illegible] appellat Ejus exemplum apud Paulum extat in l. 40. ff. de reb. cred. Tunc eo amplius quo poſt ſoluam, pœnæ nomine in dies triginta, inque denarios centenos denarios ſingulos dari ſtipulatus eſt P. Mæujus. vide l. 4. §. vl ff. de naut fœn. l. c. C. ſi cert. pet. l. vl. C. de jur. dot. l. vn. §. cum autem. C. de rei vxor. act. l. 1. & 2. C. de vſur. rei jud. Conſtant. lib. 3. Epito. tit. 7. [illegible] : Et hæc quidem fuit vſuræ centeſimæ vetus definitio. Alia enim fuit Imperatoris Conſtantini temporibus definitio, vt videre eſt ex verbis Ammiani l. 2. C. Theo. de vſur. qui vſuram centeſimam eſſe ait, cum tres ſiliquæ annuæ in ſingulos ſolidus præſtantur, nam cum viginti quatuor ſiliquæ ſolidum efficiant, in ſingula centena duodecim ſolidi, & duodecim ſiliquæ præſtari debebunt, & ſic vſura centeſima duodecim ſolidorum erit, & ſemis, cujus etiam fit mentio in Nou 130. Succeſſit & huic nunæ definitioni alia amplior, quæ in centenos ſolidos reddit. 16 ſemis & quatuor ſiliquas, h. e. in libram auri, quæ eſt 72. ſolidorum duodenos. Autor Harmenop 3. Epit. & Zonar. Nicenæ ſynodi 187. Vt nunc libræ, inquit, ſunt ſolidorum 72. ita olim centenariæ erant & 100. ſolidor. vſura erat 12. quæ & ob id dicitur centeſima, quod de ſorte 100. exigatur. Cujac. in expoſit. Nouel. Juſtin. 32. de his qui pecuniam credunt agricolis. Eſt autem vſura centeſima legitima, & ideo cuilibet permiſſum eſt eandem ſtipulari, & hoc oſtendit l. ſi pro mutua. Cod. ſi cert. petat. Item l. lecta ff. de reb. cred. Et ita conſtitutum eſt in C. Theod. ſub tit. de vſuris. Igitur ſi ſupra centeſimam ſolutæ ſunt vſuræ, non repetentur quidem, ſed in ſortem imputabuntur, & ſi ſortem expleuerint, repetentur quaſi indebitæ l. ſi non ſortem, §. 1. ff. de condict. indeb. Cujac. ad l. Iul. Paul. recept. ſent. la. 2. tit. 14. de vſuris. §. vſuræ ſupra.

VSVRA quadrans eſt, quum pars centeſimæ quarta quotannis ſoluitur hoc eſt, ex centenis, quaterni apud Scæuolam l. et. §. 4. ff. de ann leg. Hot. Prat.

VSVRA quincuncea, quum pars centeſimę quinta quotannis penditur: hoc eſt, ex centenis quini: quarum fit mentio in l. 17. ff. de vſur. & leg. 15. 16. §. 2 ff. de alim. & cibar. l. 7. ff. de adm. tut. Perſius Sat. 5.

Quid petis vt nummi quos hic quincunce modeſto
Nutrieras peragant auidos ſudare deunces

Hot. Prat.

VSVRA maritima, vide Fœnus nauticum. Hot.

VSVRA maxima & grauiſſima, intelligitur centeſima in l. 7. §. 8. & l. 54 ff. de adm. tut. & l. 38 ff de neg. geſt. Hot. Prat.

VSVRAE majores ſemiſſibus priuatis non debentur ex conſtitutione Iuſtiniani, quæ edita eſt ipſo II. Coſ. Sed neq. fiſco ex hac conſtitutione. Semiſſes Iuſtiniano & ciuiles & moderatæ viſæ ſunt. Ex hac conſtitutione ſemiſſes forſitan Tribonianus ſubſcripſit in l. 1. C. de iis quib. vt indig & l. cum quidam § ſi debitores, ff. de vſur. Cujac. ad l 3. de fiſc. vſur. lib. 10.

VSVRA etiam pœnam complectitur. & id quod intereſt, l vlt. ff. de eo quod certo loco. At cum vſuræ, ait Alciat. in l. lecta, Si certum petatur, hodie de Chriſtiana repub. eiectę ſint, non tam ad vocum ſignificationes attendendum eſt, quam ne fraus legi fiat, ſub nomine pœnæ. Etenim qui centum accepit ea conditione & lege, vt niſi eadem centum intra Calend. Martias perſoluat, decem præſtare nomine pœnæ, teneatur, ſi intra eundem diem Calendarum partem debiti totius exoluerit, ceſſat integra pœnæ præſtatio, quavis ſummo jure agi poſſit, vt tota pœna debeatur: c. ſuam extr. de pœnis, & c. Bech. in l. vſura ff. de ver. & ret. ſig. Cujac. tamen ad l 1. de fiſcalibus vſur. C. li. 10. negat pœnarum vſuras deberi ex l. vlt. ff. de mag. con Vſura enim, inquit, pœna veluti quædam eſt. Iniquum autem eſt pœnæ, pœnam adiici, quo fit vt vt & vſuræ vſura non ſit. At multæ deberi poſſunt vſuræ, videlicet ſi intra tempora judicati non ſoluatur.

VSVRAE nauticæ pro magnis abiere in prouerbium. Adi Chil. Eraſml, & vide ſupra, Nauticæ vſuræ. Spieg.

VSVRA enim nautica eſt infinita: eſt enim penſatio ſuſcepti periculi. Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani eſt centeſima. Vulgaris autem vſura eſt ſemis. Significat tamen Papinianus vſuram nauticam eſſe centeſimam in l. nihil. ff. de naut fœn. ſed id Tribo. ex Iuſtiniani conſtitutione addidiſſe puto. Cujac. Iul. Paul. recept. ſent lib 2. tit 14 §. traiectitia.

VSVRAS pupillares vel quincunces ſunt vel trientes, vel alię leniores pro more regionis, l. tutor qui repertorium, § quæ ſunt autem, ff de adm. tut. niſi in certis cauſis, quas lib 3. ſelect. Antiq exponit Briſſ. c. 1. & explicantur d. l. qui tutor. Prat.

VSVRA rei judicatæ olim fuit duplex centeſima, hodie vna eſt centeſima. Eſt autem hæc vſura ſortis, non etiam vſurarum, quæ in condemnationem deductæ ſunt l. 3. C. de vſur. rei jud. nam vſurarum vſuræ non debentur etiamſi vſuræ ipſæ in ſortem redigantur, hoc eſt, etiamſi fiat anatociſmus. Cujac. obſer. lib. 3. cap. 39. Semiſſes vſurę quaſi dimidię centeſimę ſunt, nempe cum pro 100. aureis ſex quotannis penduntur, ita vt, vſura menſtrua ducenteſima ſit pars ſortis, l. 30. ff. de adim. leg. l. 3. ff. quod juſſu, l. 24 ff. de pręſc. verb. l. 1. Cod. de his quę vt indig. Et apud Plin. lib. 14. c 4. Cujuſmodi olim vſuras à debitoribus ſuis fiſcus accipiebat, l. 17. §. ſi debitores, ff de vſur. Ex quo vſuras fiſcales in l. 6 ff. de jure fiſc. ſemiſſes interpretabimur. Appellantur & Semiſſales in l. decima, ff. de pollicitationibus. Briſſ.

Septunces vero quotiens ſeptem aurei. Briſſ.

SOLANNSS vſurę ciuitatum ſemiſſales erant, vt recte in l. ſeptitia, ff. de pollicit. [illegible] vſuram ſemiſſem Modeſtin. interpretatur, quanti à Repub. pecunię mutuari ſolebant. Cujac. in expoſit. Nou Iuſtin. 7. circa medium.

VSVRAE trientes quę ſint apud Paul. in l. 9 §. vlt ff. ad l. Falcid. inter Dd. vix conuenit. Accurſ. quem communiter alij ſequuti ſunt, putabat trientes vſuras eas eſſe, quibus tertiam ſortis partem in ſingulos annos lucrifacere contingeret, ita declarauit Accurſ. in l. eos, §. primo, Cod. de vſuris, & in l. 1. in fin. C. de his quib. vt indign. vbi Imperator fecit mentionem de vſuris ſemiſſib. de quibus etiam Paul. meminit in l. cum quidam, in prin & in §. ſi debitores, & in §. vlt. ff de vſuris, & Iulian. in l. tutor qui repertorium, §. ex cęteris, ff de admin. tutor. Vſuras (inquiens) quincunces, aut trientes, aut ſi quę leuiores in prouincia frequentantur, & in l. alimenta, §. Baſilicæ, ff. de alim. & cib lega. & in l. qui ſemiſſes, ff. de vſuris & Imp. in l. vlt. Cod. de fiſc. vſur. lib. 10. qui text. clare probat communem opinionem, dum dicit tertiam partem centeſimę ad idem tex. in authen. de alienat. & emph. §. locationes vero, ibi, non autem maioribus quam quartam partem centeſimæ, & ſic 25. pro centenario, & in § autem ſuper ipſis, quam in vſuris, inquit, non amplius quarta parte centeſimæ, & gloſſ. ibi in dictione Centeſimæ, declarat hanc vſuram fieri, quando pro ſingulo menſe ſoluimus quinque denarios pro libra, & ſimilis tex. in l. hac edictali, §. bis illud. ibi centeſimæ partem tertiam. C. de ſecund. nup. & in auth hoc jus porrectum, to. qu. 2. & vt vbiq; gloſſator & hæ autoritates (judicio meo) mouerunt. Accurſ & Doct. quorum opinio etiam firmatur auctoritate Liuij, qui li. 1. de bello Maced. ſcribit, Triuncium agrum appellatū, qui pro tertia parte pecunię datos fuerat creditoribus populi Rom. Potuerunt etiam duci ratione, quia ſemis, triens quadrans, bes, & alię partes in diuiſione hæreditatis hanc interpretationem in aſſe accipiunt, vt in li. de ling. Lat. docuit Vatro & apud nos Vlpia. in l. ſeruum meum, §. vlt. ff. de hęred inſtit. & Iuſtin. in § hęreditas plerunque. Inſtit. de hęred. inſtit. & teruliſmus in prioribus memorabilib. in verbo Hęreditas. Expoſitionem hanc multa ſeculis receptam, quia nemo refragabatur, dicit Hermol. Bard. in caſtigationibus Plinian. in poſterioribus ſcriptis, ſe tam diu ſequutum eſſe, quandiu contrarium inuenita non licuit. Nunc

L. Cu-

L. Columella duce lib. 4. vſuras ſemiſſes interpretur, quotiens de centum nummis (quæ verbi gratia ſit ſors) non quinquagenos, vt alij putauerint, ſed ſenos tantum nummos vſuræ nomine percipimus, & ob id ciuiles & modicæ à Plin. vocatæ ſunt tanto mitiores, quæ trientes, & quadrantes appellarunt. Capito in Alex. trientarium ait fœnus eum, vt æquiſſimum & leniſſimum exercuiſſe, ad vſum reip. idē in Ao. Pin: Fœnus: inquit trientarium, hoc eſt minimis vſuris exercuit. Sed verba Columellæ perrexamus: Is inquit, vinitor licet ſit emptu ſex, vel potius octo millibus ſeſtertiis, cum ipſum ſolum octo jugerum totidem millibus nummorum partum, vineaſque cum ſua dote, id eſt, cum pedamentis & viminibus, binis millibus in ſingula jugera poſitas duco: fit tum in aſſem conſummatum precium, ſeſtertiorum 29 millium, (inquit) accedunt ſemiſſes vſurarum, ſeſtertia tria millia & quadringēti octuaginta nummi biennij temporis, quo velut infantia vinearum ceſſat à fructu, fit in aſſem ſumma ſortis, & vſurarum, 32 millium quadringentorum octuaginta nummum, quod quaſi nomen, ſicut fœnerator cum debitore, ita ruſticus cum vinea fecerit: eius ſummæ vt in perpetuum prædictam vſuram ſemiſſium dominus conſtituat percipere debet in annos ſingulos mille congentos quinquaginta ſeſtertios nummos. Ex his verbis Columellæ in 4. lib. euidentiſſime colligitur, ex vſuris ſemiſſibus non quinquagenos de centenis, ſed ſenos duntaxat in annum reddi creditoribus ſicuti quaternos ex trientibus, & hoc etiam apertius cognoſcitur ex verbis Paul. in præallegata leg. 3. quæ ſuperius retulimus cuius l. ſenſus hi a qui Latine loqui didiciſſent, ſecundum Hermol. erat & expeditus, & facilis: licet ſcrib. pedem efferre nequiuerint. Si reip. legati eſſent in annos ſingulos ſextertij, ſiue aurei (v.g.) quaterni tantundem legatum videri ab hærede, ac ſi centenos ſemel repræſentare juſſus fuiſſet: quia de centum nummis quaterni colliguntur, vſuræ trientis nomine in annos ſingulos. Quod ſi vt noſtri interpretes exiſtimant, vſura triens eſſet: non quatuor de centum, ſed 33 ſequeretur hoc incommodum, ſecundū eum, quod ſi heredi tas 100 nummorum foret, & ex ea reip. in annos ſingulos 25. nummi legarentur, detractioni legis Falcidiæ locus non eſſet: quoniam 25. in annos ſingulos tantundem eſſe viderentur, quantum 75. ſemel, quæ ſumma dodrantem non excederet, auth. Cotta.

VSVRÆ trientes ſunt, quæ non plus quam ſingulas ſiliquas quot annis in ſolidos ſingulos, & non plus quam ſolidos quatuor & ſiliquas quatuor in centenos. Hæc enim eſt definitio vſuræ trientis, vt conſtat ex Leone No. 83 & Amano l. 2. C. Th. de vſu.

Vociæ VSVRÆ in centenos aureos vnum annum reddunt, l. 47. profectus, ff de admi. tor. Hæ enim duodecimam partem centeſimæ velut aſſis vncia explent. Briſſ. Adde Brech. in l. vſura in tit. de verb. & rer. ſig.

VSVRAM pro pœna, & pœnam pro vſura poni indicat Alb. Porro Vſuræ verbum non eſt fœdum, teſte Olden. ſed non habere vſuræ modum, & honeſtam rationem, eſt turpiſſimum. Eſt autem vſura proprie lucrum ſupra ſortem exactum, tantum propter officium mutuationis. Nam cum aliquid accedit ad ſortem, cum debitore efficacem cauſam damni dedit illa acceſſio non eſt vſuraria, aut illicita, de qua paciſcimur propter officium mutuationis, & cum debitor non dedit efficacem damni alicuius cauſam. Spieg.

VSVRARVM & ſortis ratio inter cætera l in eo diuerſa eſt, quod propter ſortem chirographariam pignus retineri poteſt, perceptionem doli, vt eſt conſtitutum in tit. etiam ob chirog. pec. pign. Propter vſuras chirographarias non item, l. 4. C. de vſur. Tunc vero vſuræ ſunt chirographariæ, cum pignus contractum eſt in ſortem duntaxat. Vid. Cujac. 5. obſ. 18.

VSVRARIA pecunia eſt, quæ ſub vſuris debetur. Vlpia. leg. 11. ff. de compenſ. Quum alter alteri pecuniam ſine vſuris, alter vſurariam debet, concurrentis apud vtrunque quantitatis vſuræ præſtandæ non ſunt, & l. 12. Sed ſi inuicem ſit vſuraria pecunia. &c. Hot. Prat. (Plaut. Amph.

VSVRARIA vxor, pro vſuaria: id eſt, qua quis pro vxore vtitur.

Volo deludi illum, dum cum hac vſuraria
Vxore nunc mihi morigero

Iupiter ſic loquitur de Alcmena, Amphitruonis vxore propria ipſius vſuraria. Hot. Prat.

VSVRARIVM debitum, cujus vſuræ debentur Iulia l 6. in fi. ff de neg. geſt. Etſi forte non fuerit vſurarium debitum, incipit eſſe vſurarium. Hot. Prat.

VSVRARIVM negotium, l. ſi pupilli in fi. ff de neg. geſt.

VSVRARIVS debitor, qui ſub vſuris pecuniam debet, leg. 7 ff. de vſur. Prat. (Spieg.

VSVRARIVS dies, quo vſura ob creditam pecuniam ſoluenda eſt.

VSVRA permittitur leges. tit. ff & C. de vſur. Canones vero prohibent, cap. 3. eod. tit. Vtimur re ipſa hoc tempore non minus, quam olim: nomine autem (neſcio qua ratione) non putet. Oldend. Prat.

VSVRAS lex diuina prohibet. Odioſum autem vſurarum nomen eſt, quo fit, vt vſurarum nomen in intereſſe mutatum ſit. Vnde Clemens Maro in Satyr.

L'on ne preſte plus à vſure.
Mais à intereſt tant qu'on veut.

Hujuſmodi commenta judicium conniuentia ſunt non ſine magno Reip. incommodo. Ferendi tamen non ſunt, qui fœnus illud improbum exercent. Prat. & Cott. 3. Miſc. 31. n. 25.

VSVRIS Chriſtum contractum mutui contaminari vetuit. Luc. 6. Eod. 12. c. Conſuluit. De vſuris. Per hoc autem non improbantur moderatæ vſuræ & conſuetæ, ſi ſub forma emptionis & venditionis exerceantur, ſicut conſuetum eſt. Tunc enim & creditor agit ingenue, & debitor intelligit negotium, quod agitur. Longe enim differunt, concipere ſpecialem contractum ad vſuras, vel (vt nunc vulgo dicunt) Rentas, quod licet & accipere vſuras contra mutui contractus naturam, quod illicitum eſt. Certe verbum Vſura non eſt fœdum: ſed non habere vſuræ modum & honeſtam rationem, eſt turpiſſimum. Quod commentatores aut non intelligunt, aut calumnioſe diſſimulant. Old. Prateius.

VSVCAPARE Iuriſconſultis eſt, vt & Alc. indicat, vſucapere, & eiſdem interdum præter jus vel Vallæ vero eſt, in frequenti vſu habere, ſiue vti, tum verbis, tum factis. Spieg.

VSVRPARE oratoribus eſt frequenter vti: Iuriſconſultis vſurpare eſt interrumpere poſſeſſionem, quod vtique fit etiamſi quis frequenter non vtatur: etſi ex agro tantum ſurculum defringat, vt M. Tull. in 3 orat. Cujac. ad l. 2. ff de vſurp. & vſuc. in fin.

VSVRPARE & vſucapere, verba ſunt inter ſe contraria relata: nam Vſucapere, eſt vtendo acquirere: Vſurpare vero, vtendo retinere Paul. l. 2. ff de vſur & vſuc. Vſurpatio, inquit, eſt vſurpationis interruptio Oratores autem Vſurpationem frequentem vſum vocant. Hæc fit amiſſa poſſeſſione ante tempus complendæ vſucapionis finitū, vel interpellatione, aut vſu domini à Græcis definitur φύλαξ τῆ χρόνῳ ὑγιὴς [illegible]. ICti etiam veterem conſuetudinem retinuerunt in l. naturaliter, 5. ff. eod. & alibi perſæpe. Magnopere autem notatu dignum eſt, quod Cic. lib. de oratore, ſignificat, morem fuiſſe in poſſeſſione vſurpanda, vt ſurculus defringeretur. Etiam inquit, hac inſtituendi diuiſione vtuntur: ſed ita, non vt jure, aut judicio, vt denique recuperare amiſſam poſſeſſionem, ſed vt ex jure ciuili ſurculo defringendo vſurpare videantur. Quo tamen in loco (vt hoc obiter admoneam) vnicem *Rhetores* omnino deſiderari arbitror: vt ſic legatur, Rhetores etiam hac inſtituendo, &c. locum autem ſic aperiam, Peripatetici & Academici omnem ciuilem quæſtionem aut finitam aut infinitam eſſe dicunt Rhetores etiam quā ſoli res iſtas olim tractare conſueuerant, nunc vero à philoſophis de poſſeſſione depulſi ſunt, dum ſuos inſtituunt, hac quidem diuiſione vtuntur, docentque quæſtionem aliam finitam, aliam infinitam eſſe. Sed ita tamen docent, vt non tanquam in diſputatione artis ſuę propria quaſi ſuo jure verſentur, & aperte profiteantur philoſophos nullum in ea jus habere: litemque iis intendant, quod in alienam poſſeſſionem irruerent: verum quemadmodum ſolent ij, qui ſuos agros ab aliis poſſideri ſciunt ac vident: ſic iſti Rhetores, ne longo tempore res ſuę vſucapiantur, poſſeſſionem interrumpunt, & quod in illa re vſitatum eſt, ſurculum defringunt. Nam finitam quidem quæſtionem obtinent: verum latinia, id eſt parua aliqua ex parte. Philoſophi enim Academici, qui nunc apud Philonem ſe exercent, præcipue has cauſas tractant. Infinitatem autem iidem dicendi magiſtri nominant tantum, & tanquam primoribus digitis leuiter attingunt. De vſurpationib. librum ſcripſerat Appius Claudius, teſte Pompo. in l. 2. de orig. jur.

VSVRPARE honorem, vti honore Martian. l. 7. ff. de muo. & hon. Eum contra quem propter honores appellatum eſt, ſi pendente appellatione honorem vſurpauerit, coercetur. Hotoman.

VSVRPARE jus, pro eo quod vulgo dicitur Capere poſſeſſionem Bud. Item monuit, Vſurpare ciuitatem, id eſt dicere ſe ciuem, & agere. Spieg.

VSVRPARI etiam ſeruitus dicitur, quæ vtendo retinetur, leg. 6. §. 1. l. 8 10 ſi. l. 9. & 16. ſi ſer. vind.

VSVRPATA mulier. apud Gell. lib. 3. c. 2. & Macrob. li. 1. c. 3. & Macrob. lib. 1 c. 3. quid, explicat Mucius ICtus. Prat.

VSVRPATVM etiam pro vſu adquiſitum in l. 40 ff. ex quib. cauſ. mai. Sic vſurpatum iter, id eſt, vſu retentum l. 16. ff. quemadmodum, ſeruit. amit.

VSVRPATA lex l. 2. §. 2. ff. de adm. ter.

VSVM. Lege, Vitiare virum.

VSVS dicitur, quando jus vtendi alicui datur, quod vti poſſit prædio vel domo ad neceſſitatem. Vſusfructus vero plenior eſt: quia datur ei jus & facultas vtendi & fruendi prædio vel domo. Habitatio autem, ſeruitus eſt, ſeu jus habitandi in ædibus alicujus, ſimile vſu Zaſ. in §. ęque. Inſt. de act.

VSVS ſignificat jus vtendi re aliena ſalua rerum ſubſtantia, & ab vſufructu differt. Nam cui vſus relictus eſt vti poteſt, frui vero non poteſt, l. ſecundo, ff. de vſu & hab. minuſque eſt vſum legati, quam fructum. Quandoquidem fructui & vſus ineſt, vſui fructus deeſt, l. 10. & l. 14. §. 1. ff. de vſu & habit. Et vſus quidem neceſſitate perſonæ circumſcribitur ac definitur, fructus non item. Nam qui vſumfructum habet, non tantum ad vſum ſuum vti poteſt, ſed & ad quæſtum & compendium. Omnis

enim rei vtilitas ei conceſſa eſt. Interdum tamen vſu legato etiam vſusfructus datus intelligitur, veluti ſi pecuniæ vſus legetur, vſus appellatione etiam fructus continetur, quoniam idem continet vſus pecuniæ, quod fructus, leg. 5. in fin. l. 10. ff. de vſufr. ear. re. Briſſ.

Vsvm Græce χρῆσιν appellari Vlp. ſignificat in leg. 10. §. ff. de vſu & habit. Quanquam apud Cic. libro 7. Epiſt. χρῆσιν pro fructu Curius accipit. Prat. & Briſſ.

Vsvs appellatione veniatne proprietas, diſſerit Bart. in l. donationes ff. de donat.

Vsvs ſeruitutis genus pro itinere, Seruius ad lib. 2. Æneid.

Limen erat cæcaque fores & peruius vſus.
Tectorum Priami.

Vsvs, inquit, verbum juris. Via, actus, vſus. Videtur dictum pro conſuetudine eundi, Prat.

Vsvs puellæ res relictæ proprietatem arguunt. Vide Alber. in l. donationes, §. ſpecies, ff de donat, Prat.

Vsvs & vſusfructus licet multa inter ſe habeant communia nec vllus ſit vſusfructus, cui vſus non inſit. Sunt tamen non pauca, quibus inter ſe differant. Primum enim in vſufructu non eſt ſimplex vſus rei, ſed eiuſmodi, quo vſusfructuarius omnes omnino rei commoditates, quaſcunque etiam fructus, ſiue naturales illi ſint, ſiue ciuiles, hoc eſt, ſiue ex ipſius rei corpore, ſiue ipſius occaſione proueniant, percipit. Vſus autem tam late ſe non extendit, idemque fructui vſus ineſſe, vſui fructus deeſſe dicitur, leg. ſi habitatio 10. l. per ſeruum 14. §. 1. ff. de vſu & hab. Secundo vſus tantum eſt neceſſitatis, vſusfructus præter neceſſitatem etiam eſt voluptatis. Nam jure vſus vſuarius ex re vſum debente, plus percipere non poteſt, quam ipſi ad ſe, ſuamque familiam ſuſtentandam ſatis ſit, pro vitæ ſuæ conditione & dignitate, ita vt ipſi nec deſit quid nec etiam abundet: jure autem vſusfructus vſufructuarius fructus rei percipit, etiamſi fructibus opus non habeat, non tantum ad naturam (vel neceſſitatem) ſed etiam ad lucrum. Tertio vſus prior eſt, ſiue ſpectes naturam vſus, ſiue vtentis animum: vſusfructus autem vſu eſt poſterior. Hinc quarto loco fit, vſufructuarius jus ſuum poſſit transferre in alium puta locatione, venditione, donatione, &c. Vſuarius etſi poſſet, id, quod percepit jure vſus, ſi genium ſuum fraudare velit, transferre in alium, jus tamen vtendi in alium transferre non poteſt l. plenum 11. § ſi vſus, ff. de vſu & hab. Quinto Vſus eiuſdem rei pluribus competere, & quidem ſolidus poteſt, ſi nimirum illa res omnium vſui ſufficiat. Vſumfructum autem duo habere integrum non poſſunt diuiſum poſſunt, Connan. lib. 1 cap. 5. Sexto vſufructuarius moriens fructus perceptos ac collectos tranſmittit ad hæredes, & debentur præterea fructus hæredi fructuarij pro rata temporis eius anni quo vſusfructus conſtit. l. 5. § fi. ff. ſi vſusfr. pet l. 58. §. pen. ff de vſufr. leg. Vſuarius autem non tranſmittit, ſed quidquid ſupereſt fructuum ſiue perceptorum, ſiue percipiendorum id redit ad dominum proprietatis, Connan. d. cap. 5. Vult. in comm. Inſt. tit. de vſu & habit in prin 1. 2. & ſeqq.

Vsvs etiam poſſeſſionem ſignificat, vt Iauol. in l. 115. ff. de verb. ſignifie. ſcribit. Et ita Ælius Gallus poſſeſſionem vſum definit apud Feſt. Pomp. lib. 84. Sicque in 12. tab. ſumitur in his verbis: vſus & autoritas fundi biennium eſto: cæterum rerum annuus vſus eſto. Sic & Horat in Sermonib. Quædam, ait, ſi credis conſultis mancipat vſus Briſſ. Prat.

Vsvs & Abſumptio, ſunt contraria. Vnde reperire eſt, Abuſus, pro conſumptione. Quære. Abuſus.

Vsvs domus item, & vſus fundi, quæ contineat, tradunt Iuriſcoſſ. tit. de vſu & habit.

Vsvs equitis in l. plenum, §. ſed ſi bonum, eod. tit.

Vsvsfrvctvs eſt ius alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia, l. 1 ff. de vſufr. Hot.

Vsvsfrvctvs eſt jus ex ſeruitute quæſitum, l. vel frui. 5. ff. ſi ſeruit. vind. atque intelligendum eſt, quod dicitur, vſusfructus eſt jus: nam revera vſusfructus eſt ſeruitus, ſed jus & ſeruitus relatiua ſunt Cum igitur vſusfructus ſeruitus rei ſit, jus vero perſonæ: relinquitur vſumfructum eſſe jus in ſeruitute quæſitum: alioqui colonus & commodatarius jus haberent vtendi fruendi rebus alienis, ſalua earum ſubſtantia: non minus quam vſofructuarius. Verum inter illos & hunc ea differentia eſt, quod neque ager colono, neque equus commodatario ſeruitutem debet, fructuario vero debet. Vnde intelligitur, vſum ab vſufructu hoc differre, quod ille ad neceſſitatem, hic etiam ad vtilitatem ac voluptatem refertur, nam cui vſus, eidem omnium generum fructus, duntaxat quantum ad ipſius neceſſitatem ſatis erit, debebuntur, veluti ex ſilua, quantum ad coquendum & calefaciendum opus eſt: ex frumento, vino, & baccis arborum, quantum ad ipſius familiam alendam: ex oleo, fœno, & ſtramentis, quantum ſimiliter alias ad res opus erit debebitur, quæ ex re intelligitur quod Vlp. ſignificat, in l. per ſeruum, 14. §. 1. ff. eod. nimirum vſum ab vſufructu hoc differre quo pars à toto. Deinde vſus eſt jus vtendi re quapiam quatenus ei cui conceditur neceſſe eſt. Vſusfructus, jus vtendi fruendi aliena re, quatum eius ſalua ſubſtantia ferre poterit, Vlp. leg. per ſeruum, 14. §. 1. ff. de vſu & habit. Vſusfructus an fructus legetur, nihil intereſt, nam fructui & vſus ineſt, vſui fructus deeſt, & fructus quidem ſine vſu non eſſe poteſt; vſus ſine fructu poteſt: denique ſi tibi fructus ſine vſu legatus ſit, inutile eſſe legatum Pompon. ſcribit, ſed ſi fructus ſine vſu, videri conſtitutum qui & ab initio conſtitui poteſt. Hot. De differentia vſusfructus & vſus vide paulo ante Vſus & vſusfructus.

Vsvsfrvctvs à reliquis ſeruitutibus differt. Nam in ſeruitutib. prædialibus non vtimur, nec fruimur re, ſed vtimur duntaxat ſeruitute, quæ rei inhæret, quod minus eſt, quam vti re ipſa, quia res, quæ debet ſeruitutem prædialem, nobis non traditur, ſicuti fit in vſufructu. Præterea ſolus vſusfructus eſt diuiduus. reliquæ ſeruitutes omnes ſunt diuiduæ, leg. 5. ff. de vſufruct. l. etſi 6 §. 3. ff. ſi ſeruit. vind. l. 1. §, ſi vſusfructus, l. lege 7 l. ſed vſusfructus, 81. D. ad leg Falcid. Ratio differentiæ hæc eſt, quia vſusfructus conſiſtit in fruendo, l. 1. D. quando dies legator. Frui autem eſt fructus, percipere, quæ res eſt facti, ac proinde diuiſionem recipit, ſicut fructus fundi pro parte poſſum capere, pro parte poſſum repudiare. At reliquæ ſeruitutes non conſiſtunt in fruendo, ſed tantum in vtendo. Vult. in comm. Inſtit. tit. de vſufruct. in prin. n. 12. 14.

Vsvsfrvctvs in multis caſibus eſt pars dominij, non quod dominium ex ejuſmodi partibus conſtet, in quibus etiam ſit vſusfructus, ſed propter rei vſufructuariæ commoditates, quas omnes vſufructuarius ſibi vindicando, domino rei perſimilis eſt & re illa vtitur, jure vſusfructus, haud aliter atque ſi rei ipſius, eſſet dominus: idque, vt Iuriſconſultus Paul. in l. 4. ff. de vſufr. ait, fit in multis caſibus, non autem in omnibus, quod eleganter explicauit gloſſ. in jam dicta l. vſusfructus, id eſt, juris ſibi conſtituti vſufructuarius reuera eſt, dominus, ac proinde vt illius dominij, ſi vti frui impediatur, vſumfructum vindicat, l. 5. ff. ſi vſufr. petat. Eſt igitur vſusfructus pars dominij, videlicet illius, qui habet vſumfructum, & viciſſim non eſt pars dominij, ſed ſeruitus, ſicut Paulus loquitur in l. 25. ff. de verb. ſign. reſpectu nimirum eius: cuius fundus vſumfructum debet, atque ita ſeruitutem. Vult. d. loc. n. 8.

Vsvfrvctvarivs & vſuarius differunt: Illi, quicquid ex agro emolumenti percipi poterit, debitor. Huic, vſuario, duntaxat quantum ad ipſius victum cultumque neceſſe eſt. Hinc illud Ciceronis in primo de officiis: Expetuntur autem diuitiæ tum ad vſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates. Altera differentia eſt, quod Vſuarius ius ſuum transferre in alium non poteſt; at Fructuarius poteſt, l. vtique eod. 11. & l. plenum, 12. § operas, ff. eod. Cum enim vſus ex perſonæ certæ conditione atque qualitate metiendus ſit, ob eamque cauſam & creſcere & decreſcere poſſit: transferri in alteram perſonam non poteſt: quippe cuius quantitas incerta ſit: nam vſuario plus debebitur ſi vxorem ducat, aut liberos habeat, quam cum cœlebs erat: & viciſſim minus, ſi viduus ſit, liberiſque careat, quam cum & maritus & pater erat. Tertia differentia eſt, quod vſuarius fundi per ſe colendi jus non habet: id enim ſibi proprietarius retinet: at fructuarius habet, l. ſi habitatio, 10. in fin. cum l. ſeq. ff. eod. Iuſtin. autem in Inſtitutionibus etiam hanc differentiam commemorat, quod vſuario fundi fructus naturales tantum, non etiam elaborati debentur: vſufructuario vero vtrique debentur, id eſt, non tantum ij, quos terra ſua ſponte profert, verum etiam ij, qui arte & induſtria culturaque adhibita naſcuntur: veluti poma, cæteræque arborum baccæ: item fœnum, ligna, & cætera, quæ ſunt generis eiuſdem, vſuario pro modo & ratione ſuæ neceſſitatis debentur: at frumentum, oleum, vinum non debentur. In quo licet Triboniani negligentiam admirari, qui pueris, quorum diſciplinam ſuſcepit, Neruæ ſententiam inculcat, quam à Sabino, Caſſio, Labeone, Proculo Vlpiano & Paulo repudiatam atque exploſam in Pandectis, reſtatur l. plenum, 12. §. 1. & l. fundi. 15. D. de eod. vbi Paulus ſcribit, fundi vſu legato, licere vſuario & ex penu, quod in annuum duntaxat ſufficiat, capere: quamvis mediocris prædij commodo fructus conſumantur, ex quibus intelligitur, ei cui agri vſus legatus eſt, fructus etiam elaboratos deberi: quod tamen ſic accipiendum eſt, dummodo vſuarius partem impendij proprietario reſtituat: quamuis enim frumentum, & vinum, & oleum in fructu magis, quam in vſu numerentur: fœnum tamen, & lignum, & arborum baccæ, itemque ſtramenta, non minus fructus, quam vſus dici poſſint. Quarta igitur differentia hæc eſt, quod vſus gregis in ſolo ſtercore, vſusfructus vero etiam in fœtu reliquiſque omnibus continetur, leg plenum 12. §. ſed ſi pecoris. D. eodem, vbi Vlpianus ait, modice tamen lacte vſuarium vti poſſe: neque ita ſtricte defunctorum voluntates interpretandas eſſe. Dicet aliquis, Quid ita greges fructus, item ve agri, pro vſuarij neceſſitate non conceditur? nam in ſtercore ſolo exiguus eſt vſus. Reſpondetur, quoniam alioqui non alius pecoris fructus, alius vſus eſſet, deinde quia plerunque in agro ſupereſt aliquid proprietario, in grege vero nequaquam. Hot. Prat.

Vsvsfrvctvs eſt duplex, nudus, qui ſeruitus eſt in perſonam, & alter, qui proprietati, cohæret, l. 126. §. 1. ff. de verbor. oblig. l. ſi

eum

Digitized by Google

cum teſtamento, §.pen ff.de execut. rei judic. Cujac.ad l.58 ff. de verb.oblig.

VSVSFRVCTVS ab vtifrui deriuatur, res quæ noſtra non eſt, ſed perinde ex ea fructum atque vtilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet. Recludit tamen interdum in Dominij nomen, ſicut quælibet alia ſeruitus. l.3 ff ſi vſuſfruct. pet. adſtipulator l. ſed & ſi poſſeſſori, §. item ſi juraueto, de jurejurand. Vſuſfructu quoque nomine, ſicut & vſus appellatione interdum proprietas continetur, l. fi. ff.de vſufru. earum rerum, l. ſpecies, ff.de aur. & arg. cum ſimil. Quaſi vſuſfructus in iis cenſetus, quæ vſu conſumuntur, l.1. cum ſeq.d.tit de vſufr.ear. rerum.

Vſumfructum DD. partiuntur vt alius cauſalis ſit proprietatis perpetuus comes, quem in rebus propriis habemus l.cum teſtamento, §. ſi fundum, ff.de except. rei judic. Alius formalis, ſit dictus, quod ejus forma à proprietate ſejuncta ſit, eo quippe apud vnum, proprietate verò apud alterum exiſtente, leg. permiſceri in prin. ff. de acq poſſ. & ita hunc in rebus alienis eſſe conſtat, l. 1. ff. de vſufru. l. vtifrui.in prin. ff ſi vſuſfr.pet, §. 2. vbi Accurſ.Iuſtit.de vſufr. Quam diuiſionem omnes fere interpretes receperunt, cum tamen ea tota commentitia ſit, ac à ICtorum traditionibus aliena, qui vſumfructum definientes dicunt jus eſſe alienis rebus vtendi: quæ verba diligenter perpendenda ſunt. Nam cum definitionem rei definitæ ſubſtantiam continere oporteat, eademque cum definito conuerti, euidens ſit, vnum eſſe vſumfructum, qui in vſu & fructu alienarum fructu conſiſtit: & quod ſi alius detur, nempe conſiſtens in jure vtendi rebus propriis, accuſari meritò potuerunt inſcitiæ & ineptiæ legiſlatores: Illa verba, alienis rebus contra rei veritatem, diffinitioni vſusfructus inſerentes: cum & vſusfructus in rebus propriis reſideat. Sed qui DD. commenta potius, quàm ICtum Paulum tueri maluerit, eum vix ſanæ mentis exiſtimat Cottaſ. Quapropter vſumfructum cum Iuriſconſulto vnum facio, & eum in rebus alienis. Quod & apertiſſimè diſſerit Trypho. l. cùm in fundo, in prin. ff. de jure dotium. Cum in fundo mariti, inquit, mulier habeat vſumfructum, dotis cauſa marito eum dedit, quamuis ab ea vſusfructus diſceſſerit, maritus tamen vſumfructum non habet, ſed ſuo fundo quaſi dominus vtitur. Exprimit idem Vlp. in l. vtifrui, in prin. ff. ſi vſusfruct. petidum tradit, eum ſolum, jus ſibi eſſe vtifrui intendere poſſe, qui habet vſumfructum: quare dominus non poterit, cum vſumfructum non habet: quid quod: cùm vſusfructus ſeruitus ſit, l.1. ff de ſeruitut. nec res propria cuiquam ſeruire poſſit, d. l. vtilitate communi, ff. de ſeru. vrban. præd. dici non poteſt vſumfructum eſſe in rebus propriis. Cottaſ. 5. Miſcell.3 n.5. & 6.

VSVSFRVCTVS bifariam ſumitur. Primùm pro fructuum perceptione: deinde pro jure percipiendi, vt colligitur, Alberico judicante, ex l quod ſi pendente, ff.de peric. & comm.rei vend. & l.ſi vſusfr. de jure dot. Spieg.

VSVSFRVCTVS fungibilium rerum propriè non eſt, ſed quaſi vſusfructus, ff.de vſuf. earum rer. quæ vſu conſum. Iuſtic. tamen in l. ſed & ſi poſſeſſori de jurejur. appellat Vſumfructum etiam quaſi vſufructum, nempe rerum fungibilium. Spieg.

VSVSFRVCTVS ex fruendo conſiſtit, id eſt facto, aliquo ejus qui fruitur & vtitur, ait Vlp. in princ. l. vnicæ. quando dies uſusfr. leg. Spieg.

VSVSFRVCTVS & fructus re ipſa non differunt: niſi quod compoſitum illud verbum vſum quoque in fructibus, complectitur. Differentiæ tamen cauſâ ſic diſtinguuntur: Vſusfructus magis eſt facti, quàm juris, cùm in perceptione conſiſtat, nec ante fructuar acquiratur fructus ſuo, quàm ipſe eum perceperit. l. 1. quando dies legat. ced. § is verò Inſtitor. de rer. diuiſ. Vſus vero magis eſt juris quam facti: & ob id etiam vſus indiuiduus vſusfructus diuiduus eſt Cujac.tractat.5 ad Afric. fol. 75. in fin. Porro legare vſumfructum, & legare fructum, nihil diſtant: quemadmodum ſi ſimplici verbo dicas, Alimenta, victum: aut duplici, neceſſaria vitæ ad alendum. Vide Old. act. 2.claſſ.3. Spieg.

VSVSFRVCTVS, & vſus pecuniæ, idem ſunt, l.hoc Senatus, §.fin. l ſi vſusfr. de vſufr. ear. rer. Spieg.

VSVS legatus quid contineat, docet Iuriſconſ. l.per ſeruum, §.1. cum ſeq. eod. tit. Spieg.

VSVS pecuniæ amitti non poteſt, quàm duobus modis, morte ſeu capitis diminutione, l. in l. ſtipulatione, cum ſeq. ff de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. l. ſi vſuſr. nomine, §. cum vſusfr. ff de vſuſfruct. quemadm. caueat. Spieg.

VSVS reciprocus, qui frequentiſſimus eſt inter ruſticos: vt, commodo tibi boues meos ad arandum terram tuam, certos dies vt tu viciſſim commodes tuos, cùm ego arauero: non cadit ſub actionem Commodati, ſed præſcripti e verbis. text. In l. ſi tibi rem inſpiciendam, §. 1. ff de præſcr. verb. Ex Zaſ. Spieg. Prat.

VSVS ſerui, l. plenum § ſi vſus. & §.ſeq.

VSVS ſui cauſa, & vſu ſuo duci ea demum mancipia videntur, quæ ad patrisfam. corpus tuen dum, atque ipſius cultum deſtinantur, veluti cubicularij, coci, miniſtratores, obſonatores & alij eiuſmodi vſus cauſa parati, l. 203. ff. de verb. ſign. quæ vſualia mancipia vocantur, in leg vlt. §. quotiens, ff.de publica. Si quis argentum, quod vſus ſui cauſa paratum eſſet, legauerit, id duntaxat debebitur, quod victus vel cauſa ad quotidianum vſum parauerit, non etiam quod commodare ad ludos & cæteras apparitiones ſolebant, l. 28 D. de aur. arg. leg. Legatis vxori ſeruis qui vſus ejus cauſa parati ſunt, ad eam non pertinent hi ſerui, qui non proprij ipſius, ſed communis vſus cauſa parati ſunt, l 53. ff. de leg. 2. hi a vero verbis ea, quæ poſt teſtamentum factum vſibus eius comparauerunt, continebantur, l.53. §.1. de leg. 3. Briſſ. Prat.

VSVS ſuus, quid & hoc ſit, ibidem explicatur à IC. in l. cum in teſtamento, de aur. & arg. legat. Quid vſus domus, in l.2. & 3. de vſu & habit. quid fundi vſus, l. ſi habitatio, §. ſi vſus fundi, eod. Quid pecoris, l. plenum, §. ſed ſi pecoris, & ibidem oſtenditur, quid equitis vſus ſit. § ſed ſi bonum, ſicut & ſerui vſus, § ſi vſus, & ſeq.

VSVS vulgatus loquendi, accipiendus ille eſt, qui paſſim receptus ſit ab omnibus. Abſurdum namque foret, ſi ex abuſu loquendi, aut intelligendi modo, rudis tantummodo vulgi introducti diceremus communem vſum loquendi: ſecundum Bal. in l.1. C. de ſucceſſ. edict. Spieg.

VSVS etiam pro conſuetudine ponitur. Sic in vſu, id eſt, in vulgari & cottidiano ſermone, in communi vita, & vt dicimus, in praxi in l 45. & l. 53. § quod tamen. ff. de legat. 3. & l. 3. ff. ex quibus cauſ. maior. l.1 §. impuberi ff de Senatoſc. Silan. l. 75. §. ſed ſi legata ff ad leg Falc. l.7. §. cum hoc edictum, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. l. 48 in fin. de ædil. edict. l. 158 l. 211. ff. de verb. ſignif. Briſſ. Ex vſu, pro vtile eſt, l. 99. in fin. ff. de ſolut. Prat.

V T.

VT, Hoiua particulæ proprium eſt, finalem dicere cauſam, vſumque ejus varium Alber. per exempla demonſtrat.

VT, modi notam eſſe, adnotat Bart l.1 ff de cond. & demonſtr. C. de cond. quæ ſub mod. quandoque ſignificat conditionem; l. cum tale, ff de cond. & demonſtr. quandoque ſignificat ſecundum, l 1 C. de iis qui parent. vel lib. occid. plerumque cauſalitè & αἰτιολογικῶς ponitur Cauſatiue quidem in cap. ſicut. 47. l ſi quis temere, ff. de legat. 1. Αἰτιολογικῶς vero & conſuetudine, l. in eccleſiis de epiſc. & cler. l. 1. ff. de ſeruit. &c. cum liqueat, 1. quæſt. 1. quandoque ſignificat quam, c. locis. 63. diſtin. quandoque aduerſatiue, pro ſed, l. cum poſt. C. de appell. Aliquando pro tanquam, l. leges vt generales. C. de legib. Quandoque veritatis ſignificatiuus eſt, l. cum alias C. de ſecun. nupt. Quandoque pro quamuis, l. ſed an vltro, ff. de neg. geſt. Prat. Aide Cuit. lib. 2. [illegible] c. 27. tom. 2.

VT, pro quando, l. ſi cum dies, §. ſi arbiter. ff. de arbitris. Plerumque ſupereſt, l. 1. ff de parricid. interdum Ordinis nota eſt. Prat.

VT, alias ſignificat cauſam, alias ſimilitudinem, pro ſicut. Vlpianus in l. ſi cum dotem, §.1. & §. ſin autem, ff. ſolut. matrim. Old. Prat.

VT, alias, pro quod accipitur Marcell. in l. poſtulante, in pr ff ad SC. Treb. Poteſt tamen, inquit, euenire, vt reſtitutionem diſtulerit hæres Old. Prat.

VTVT, ſignificat vtrumque, ſiue quoquomodo Pauli vtut hereditatis petitione contineantur, l. non tantum, ff. de petit. hered. Spieg.

VT habeant vnde ſe paſcant, Aburnio exponente l. peo. de alim. legat. hæc adiectio magis ad cauſam prælegandi, quàm ad vſumfructum conſtituendum pertinet. Spieg.

VT inſtructa eſt cum omni jure ſuo. Vide Iuriſc. in l. quæſitum, de fund. inſtru Spieg.

VT eſt inſtructus fundus, exponitur à Sceuola in leg. prædia, de inſtru. vel inſtrum. leg.

VT ſic dixerim, Si quid (tradit Quintil.) periculoſius finxiſſe videbimur, quibuſdam remediis præmuniendum eſt: Vt ita dicam. Si liceret dicere. Quodammodo Permitte mihi ſic. Quod idem etiam iis quæ licentius tranſlata erunt, proderit, quæ non tutò dici poſſunt. In quo non falſi judicium noſtrum, ſollicitudine ipſe manifeſtum erit. Legitur hæc clauſula commodè repetita à Marcello, in l. poſtulante, ad Trebell. Annotauit Eraſm. in explicatione Parœmiæ. Tenuiter dicit, Frequens & illud Græcis auctoribus, ὡς ἐν τύπῳ εἰπεῖν, id eſt, vt ita loquar: quum ſentiunt ſe rem, non vt eſt, exacte proloqui, ſed qualibuſcunque verbis ſignificare, ac notare aetius, quam eloqui. Spieg.

VT viſum fuerit æquum & juſtum, quomodo accipiendum ſit, explanat Bart. in l. fin. C de fideic. Spieg.

VTENDI generalis eſt appellatio.

VTENDVM dare propriè eſt Commodare. Plaut. in Trinummo.

Nam beneficium homini proprium quod datum, proprium erit.
Quod datum vtendum eſt id repetendi copia eſt, cum velis.

Sumitur autem etiam pro dare mutuum: vt in l.2. ff. de calum. Si gratuita pecunia vtenda data ſit, &c. Labeo vero in l.1. ff. commod. Vtendum dare, genus faciebat: & mobilibus æquè atque immobilibus rebus attribuebat: Commodare verò ſpeciem: & mobilium duntaxat propriam. Sed, vt apparet, inquit Vlp. etiam res ſoli commodari dicitur. Sic l.19 & l. 11 §. 1 ff. illo

rit. Q. Scæuol. lib. de iure ciuil. 16. Quod cui ſeruandum datum eſt, ſiue quod vtendum acceperit, ſi aliam rem atque accepit vſus eſt, furti ſe obligauit. Hoc eſt Gell. lib. 7. c. 15. vnde vtendum rogare, pro commodato rogare, l. 15. ff. depoſiti. Plaut. Aulul. Cultrum, ſecurium mortarium, quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Hot. & Prat.

VTENSILIA ſunt Columellæ, quibus aut alitur hominum genus aut etiam excolitur. Vnde gl. in eos qui vtenſilia, ff. de decurionib. non recte de iis tantum accepit, quæ ad eſum potumque pertinent. Sunt autem excipienda ſecundum communem eum loquendi, tum teſtatoris vſum, leg. ſi certum numerus, de leg. 3. cum ſimil. quæ Albe. allegat. Spieg. & Prat.

VTER, qui vnus ex duobus: ponitur que interrogatiue, & aliquando infinite, l. 1. ff. de rer. permutat. & l. vter ex fratribus, de condit. inſtit. & l. in Falcidia, ad l. Falc. Vide Bart. in l. creditor. § Lucius, ff. mandati. Spieg.

VTER ab vtro cui reſtat ſit apud Paul. 10. l. ſcientiam, ff. ad l. Aq. Sp.

VTEX prior iudex iudicaret. apud Alfenum l. 15 à quo. ff. de rei vend. Spied.

VTER, vtris, pellis qua vinum aut oleum deferri ſolet, l. 3. ff. de trit. vin. & ol. leg. Prat.

VTERVS, l. 3. ff. de condict. indeb. l. 3. §. eſt autem, ff. de ſuis & legitimis, & l. qui in vtero, ff. de ſtat. homin. & in vtero geſtare, l. 4. ff. de Senatuſc. Silan. In vtero habere, l. 30. §. 6. ff. de adqu.

VNO VTERO tres edere, l. 3. §. item Iulianus, ff. de ſtatulib. id eſt, vno fœtu, vt loquitur lex ſeptima, ff. de rebus dubiis.

VTERO graui l. qui graui, ff. de iure codic. Briſſ.

VTERINVS, qui ex eodem vtero prodit. Iuſtin. Inſt. de bon. poſſ. Frater, ſororve conſanguinei, vel vterini, l. conſanguinei. Spi.

VTERLIBET, alter ex duobus, hoc eſt, vter quem tibi capere libet, l. arbor. §. de veſtibulo, ff. commun. diuid. l. qui duos, ff. de procur. Spieg.

VTERQVE vox plerunque coniungit, l. ſi qui, duob. ff. de leg. 2. quandocunque diuidit, l. Pompon. ff. de rei vind. Prat.

VTERQVE, ſignificat ambos: differunt tamen, quod cum vtrunque aliquid feciſſe dicimus, & ab hoc, & ab illo ſeparatim factum intelligimus: cum vero ambos dicimus feciſſe, ab vtroque coniunctim id factum oſtendimus. De tribus etiam dici, ſentit gl. in §. non ſolum a. Inſt. per quas perſon. nob. obli. acq. l. 3. in pr. ff. rer. amot. Bud. annotat. Vtrique de pluribus etiam dici, ſed duo facientibus genera. Cic. in Catil. Quos ego vtroſque in eodem genere prædatorum, direptorumque pono, id eſt, quæ duo genera ciuium. Spieg.

VTRVMQVE ſexus. Vlp. Sed & vtrumque ſexum prætor complexus eſt. l. ſi quis id. de iuriſd. omn. iud. Plaut. neutro genere protulit in Rudente.

VTI, dictio, ad aliud relatiua eſt, non ex ſe diſpoſitiua, leg. 2. Vti poſſidet. ex Alc. in l. ſi cum fundum, ff. de verb. ſign. Spieg.

VTI ſæpe ponitur pro quocunque modo. Nam lex 12. tabul. ait: Vti legaſſit ſuper pecunia tutelave ſuæ rei. Vti, id eſt quocunque modo ſaluis legibus. Cuiac. ad l. ff. de excuſ.

VTI à me poſſeſſa, Vti poſſedi, vt accipienda, IC. oſtendunt, l. Seiæ, § fin. de fund. l. inſtr. l. quæſitum § prædia. cum ſeq. l. qui habebat, §. peto. Item, Vti à me poſſeſſa ſunt, & quæcunque ibi erunt cum morior. l. Lucius Titius, §. quidam de leg. 3. Spieg.

VTI optimus maximuſque eſt, quomodo accipiendum ſit, ſupra indicatum eſt in dictione, Optimum tradere. De quo & Alc. in l. ſi cum fundum de verb. ſign. Spieg.

VTI, verbum, pro vtilitatem capere, de omnib. rebus dicitur, exceptis amicis & familiaribus, de quibus pro conſeruari accipimus. Cæterum, municipes vtuntur foro, baſilica & ſimilibus, non poſſident, l. 1. §. fin. ff. de acq. poſſ. Spieg.

VTI, inquit Valla, eſt alterius rei gratia, frui, nullius ſed vt ſic dicam, propter ſe: in illo iter eſt, in hoc meta: hoc alterius finis, ad quem illud tendit: qui hoc habet, quieſcit, & contentus eſt: qui illud, ſemper vlterius tendit. Ideoque reprehenſus eſt Hannibal, qui cum poſſet vti Cannenſi victoria, frui maluit. Ita enim interpretamur Adrubalis dictum, Vincere ſcis Hannibal, victoria ne ſcis vti. Dicimus, inquit, tamen nonnunquam vtimur, pro fruimur, verecundiæ cauſa, vt vtor pane, vtor palmulis, quaſi viuendi potius cauſa edamus, quam edendi viuamus: denique frui eſt delectationem capere ex vtendo. Hot.

VTI, non vſque ad compendium, ſed ad vſum, non abuſum. aſde Vlp. l. plenum, §. 1. ff. de vſu & hab. Spieg.

VTI frui, hæc compoſitio verbi omnem vtilitatem rei ſignificat, ſed cum moderamine, quippe ſalua rerum ſubſtantia. Vide Olden. declarantem obiter definitionem Vſusfructus in act. 6, claſſ 3 Spieg.

VTI & Abuti ſic differunt. Vtimur, inquit Boëtius, iis rebus quæ nobis vtentibus permanent: iis autem abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt. Cic. in Topic. Non debet ea mulier, cui vir vſumfructum bonorum ſuorum legauit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. vſus enim non abuſus relictus eſt. Itaque quarum rerum vſus ſeparari ab earum corporib. non poteſt, earum vſus conſtitui non poteſt, l. 5. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vt veluti vini, frumenti, olei, pecuniæ. &c. Donat. in Andr. Vtimur, inquit, fructibus rei, quæ ab amantibus ſaluo vſu nobis ſubminiſtrantur. Abutimur, quando deperdimus & rem & fructum: nam vſui eſt ager, dominis: Abuſui vinum, oleum, & cætera hujuſmodi. Hot. Prat.

VTIER, pro vti re veteres dicebant. Qu. Scæuol. lib. de iur. ciu: lib. 16. Quod cui ſeruandum datum eſt, ſiue quod vtendum acceperit, ſi ad aliam rem, atque accepit, vſus eſt, furti ſe obligauit. Hot. ex Gell. lib. 7. c. 15.

VTI via populi, Cic. dixit, pro populi more cuiuſlibet ſententiæ, ſine vllo iudicio aſſentiri: & numero vocum potius, quàm veritati operam dare.

VTI pro viuere à Latinis vſurpatur. Terent. in Adel. Siquidem porro Mitio, Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululum præ manu Dederis, vnde vtatur: reddet tibi cito, &c. Dixit, Terent. Vnde vtatur, pro vnde, ſicut Donat. hunc locum interpretatur. Brech. in l. 10 lege Cenſoria ff. de verb. & {rer ſig.

VTILE, quo vtimur, quod nobis confert.

VTILIS, quod rem meliorem facit, & deteriorem eſſe non ſinit, l. quod dicitur, § fin. ff. de impenſ. in res dotal. fact. cum ſeq. l. penſæ, de verb. ſign. Spieg.

VTILE eſt, cum juſto pretio habere poſſe, l. ſi cui fundus, de leg. 2.

VTILE, niſi & honeſtum ſit, non appellandum, per text. & gl. ab Alberico indicatam.

VTILE eſt, perpetua phraſis eſt ICtorum, quod vbi volunt ſignificare aliquid bonum & æquum eſſe, atque jure ſcripto procedere: ibi vtuntur appellatione vtilitatis longe pulcherrima, ſc. reſpicientes ad id, quod de in l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur. Nam jus nihil aliud eſt, quàm honeſta vtilitas, deſeruiens humanæ ſocietati ad tranſigendam bene vitam. Pomponius in l. ſi rem meam. ff. de verb oblig. Si rem meam, inquit, ſub conditione ſtipuler, vtilis ſtipulatio eſt, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit. Prat.

VTILE per inutile non vitiatur, quando talia ſunt, quæ natura, lege, aut conſenſu ſeparari commode poſſunt, l. ſancimus, C de don. c. vtile, de reg. jur. in 6. l. 1. §. ſed etſi mihi, ff. de ver. obl. In iis vero, quæ ſeparabilia non ſunt, quia vel repugnat natura, vel legis authoritas, vel contrahentium voluntas: vtile corrumpitur per inutile, l. 1. §. Trebatius, ff. de aqua quotid. Ratio hujus differentiæ eſt, quia priore caſu nemo læditur: poſteriore vero ſemper ſequeretur læſio alterius, ſi totum negotium non corrueret, incidente vitio. Et hæret fere in hac ſententia Bart. quicquid alij tixentur, in l. Græce, § illud, ff. de fideiuſ. Prat.

VTILE eſſe, vel vtilius eſſe, id eſt, magis ex vſu eſſe, pro ratione decidendi legimus, l. 3. §. hoc interdicto. ff. ne quid in loco public. l. 5. in fin. ff. ſi pars hæred. pet. l. 39. in. fin. de ſolut. Prat. Briſ.

VTILE tempus & continuum opponuntur, l. 31. ad l. Iul. de adult. l. 1. §. ſi mulier. ff de lib. agnoſc. Prat.

VTILES actiones dicuntur, quæ non ex lege ipſa, ſed interpretatione contra juris ſtricti rationem, vtilitatis, id eſt æquitatis cauſa conceduntur: indeque nomen inuenerunt, l. quia actionum, ff. de præſcr. verb. l. ſeruitutes, §. ſi ſublatum, ff. ſi de ſeruit. vrban. præd. l. ſi longius, in fin. ff. de judic. Veluti Actio à Prætore conſtituta eſt aduerſus eos, qui ſeruum alienum corruperint, in duplum quanti ea res erit: quærebatur, an ſi quis filium filiamve famil. corruperit, ea actio dari poſſit. Reſpondetur, vtilem dandam eſſe: in qua officio judicis æſtimabitur, quanti noſtra intereſſit, l. vt tantum, 14. ff. de ſeru. corrupt. Hinc Pompon. l. quia actionum, 11. de præſcrip. verb. Supplet Prætor in l. Aquil. quod ei deeſt, reddendo actiones in factum accommodatas legi Aquiliæ: idque vtilitas ejus legis exigit. Hinc vtilitas ſtricto juri opponitur à Paulo l. ſeruitutes 20. ff. de ſeruit. vrb. & ab Vlp. l. ſi longius, 19. in fin. ff de jud. Sic etiam vtiles actiones directis opponuntur, quæ rectæ ex legis verbis deſcendunt, cum vtiles tanquam ex obliquo veniant: quare etiam à Theophilo ὑπομνηστικαί vocantur. His autem verbis demonſtrantur plerunque. Quaſi veluti, ad exemplum, exemplo, ad ſimilitudinem. Hot. & Prat.

VTILIS actio autem multis modis accipitur. Primo, vtilis actio appellatur directa, quæ defectu nominatæ actionis ex bono & æquo datur, Cujuſmodi eſt actio præſcript. verbis, l. cum mota, C. de tranſact. l. quoties, §. quia, ff. de præſcr. verb. Vnde ex vtilitate aliquid conceſſum dicimus, id eſt, ex æquitate, rigore juris non obſeruato, l. juſto, §. pen. ff. de vſucap. l. peregr. §. quæſitum, ff. de acquir. poſſ. Secundo, actio vtilis reſpectu diuerſæ ad diuerſa competentis vocatur, ſecundum Bart. in l. 1. de actio. talis eſt in rem actio competens emphyteutæ ratione vtilis dominij, l. 1. in fin ff. ſi ager vect. nam dominus directam in rem habet pro directo dominio: mallem dixiſſe. Bart. hanc vtilem ad eandem rem competere reſpectu diuerſi juris: ſi modo actio conceſſa emphyteutæ vtilis dicenda eſt. Tertio vtilis datur ex mente legis: directa vero ex verbis ipſis, & ſic differunt, vt ῥητὸν ἀπὸ διανοίας l. fraus, ff. de legibus facit l. penult. ff. ſi quadrup. paup. fec. l. fin. C ad leg. Aqu. l. curatoris: C. de nego. geſt. Enimvero rejicienda eſſe videtur Bartoli & ſequacium opinio, qui vtilem quandoque contra verba & mentem legis inuexerant, in leg. quoties, Cod. de donation. quæ ſub mod.

vbi du-

vbi donauit Ælius Seio centum, vt poſt annum Titio reſtitueret, ſi hoc non eſt ſtipulatus Titius, nulla ei ſtricto jure parata eſt actio: ſed donatori condictio ob cauſam repetendum donata, quaſi cauſa non ſequuta. Sed tamen benigni juris interpretatione Titio vtilis actio permittitur, juxta Ælij donatoris voluntatem. Forcatulus dicit nuſquam ſe videre vtilem actionem aduerſus legis ſententiam, cum magis benigni juris interpretatione concedatur, qui legem interpretatur, quod intus eſt in lege excutit, & relicto cortice verborum ſententiam accipit, vt d. l. fraus, ff. de legib. Forcat. in Necyom. dialog. 65. in prin.

Vtiles dies dicuntur, quibus experiundi, & judicis adeundi poteſtas eſt, l. 3. in fi. ff. de accuſ. l. 6. ff. quæ in fraud. credit. l. 10. ff. ad Turpill. l. 55. de ædil. edict. Vtiles autem dies interdum (quod in his, quæ decretum exigunt ſeruatur) ſeſſionum accipiuntur: quibus ſcilicet Prætor pro tribunali ſederit, & poſtulationibus dederit reſponſum. In his vero, quæ de plano expediri poſſunt, vtiles ſunt quicunque dies, quibus Prætor ſui copiam publico, vel adeuntibus ſe fecerit, l. 2. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. §. vlt. Inſt. de bon. poſſ. Prat. Briſſ. Sic.

Vtilem annum accipimus ex diebus vtilibus, id eſt, quibus experiundi poteſtas fuerit, conſtantem, l. 1. §. 1. ff. quando act. de pecul. 1. ff. de in rem verſo, l. 3. § 1 hæc actio. ff. vi bonorum raptor. l. 28 § ſi quis, ff. de lib. & poſth. l. 14 ff. de aeq. & aqua plu. l. 1. & l. 6. in fin. ff. quæ in fraud. credit. l. 1 ff. vi poſſidetur. Experiundi autem poteſtas eſt, & agendi facultas eſt, nec enim ſatis eſt reum poteſtatem ſecum agendi facere, vel habere eum, qui ſe idonee defendat: ſed hoc amplius exigitur, vt actor nulla idonea cauſa impediatur experiri. Nam ſi vel Reipublicæ cauſa abſit, vel ab hoſtibus detineatur, aut in vinculis ſit, aut ſic tempeſtate in aliquo loco detineatur, vt mandare non poſſit, experiundi poteſtatem non habet, l. 1 ff. de diuerſ. tempor. Cæterum experiundi poteſtatem, quod ad redhibitoriæ tempus attinet, habuiſſe non videtur, quo vitium latens fugitiui ignorauit, l. 55. ff. de ædil. edict. Dies ad appellandum conſtituti ad aliquid vtiles ſunt: ſi forte eius, à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. Nam is dies ſeruatur, quo primo adeundi facultas erit: id eſt, quo in publico ſui copiam fecerit. l. 1. §. dies, ff. quando appell. ſit. Briſſ. Prat.

Vtilia quædam ſiunt publice, quædam priuatim, l. 1. §. 1. ff. de juſtit. & jure. Publice vtilia ſunt, quæ in commune vtilia ſunt, in quæ ad vtilitates omnium in commune pertinent, leg. 3. § is quoque, ff. de SC. Silaniano, l. 6 § ne quid. de offic. præſid. Hujus exempla videre eſt in verbo, Intereſt. Briſſ. Publica vtilitas duplex ſtatuitur: vna, quæ eadem communis dicitur in l. 51 in fi. ff. ad leg. Aquil. Altera priuata. Publicæ vtilitatis cauſa propoſitum dicitur interdictum, de Loco publico fruendo. Tuetur enim vectigalia publica neruos totius ciuitatis, l. 1. §. 1. ff. de loco publ. fruend. Pro publica vtilitate exercetur actio injuriarum, quoniam ad compeſcendam audaciam, cohibendamque petulantiam injurioſorum hominum pertinet, l. 42. § 1. ff. de procuratorib. Publica vtilitas eſt edictorum Prætoris, quæ jura veteris ſupplendi, corrigendi, emendandi cauſa comparata ſunt leg. 7. ff. de juſt. & iure. Nuptiarum quoque publica eſt vtilitas, l. 12. §. modo, ff. de captiu. Et apud Paul. lib. 2. ſent. tit. 20. Præterea ſi quod tumultus, vel incendij, vel naufragij cauſa depoſitum eſt, non redditur, creſcit perfidiæ crimen, & publica vtilitas coercenda eſt vindicandæ Reipu. cauſa, l. 1 § hæc autem ſeparatio, ff. de depoſ. ſic vtilitate publica aliquid receptum dicimus, l. 8 ff. depoſ. Et vtilitatis cauſa, l. 2. §. ſi de impubere, ff. pro empt. l. 59. §. vſumfructum, ff. de ſolut. l. 1. ff. qui & à quibus, l. 15. § pen. ff. de acqu. poſſ. l. 1. Cod. eod. tit. l. 5. §. 1. de legit. tutorib. Et propter vtilitatem, l. 19 ff. de præſcr. verb. l. 16. ff. de legib. l. 1. §. magiſtratum, in fi. ff. de exercitor. l. 6. ff. rem pupill. ſalu. fo. l. 40. §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. 1. § ff. quod legatos. Vel vtilitate ſuadente, l. 1 §. ſunt qui putent. ff. ne quid in flum. publ. Et vtilitate ſuadente receptum, quemadmodum legendum videtur, l. 44. §. cum qui ff. de vſucap. Ex vtilitate etiam edicta commendantur. l. 1 ff. de negot. geſt. l. 1. ff. de reſtit. in integ. l. 5 ff. de exerc. l. 1. ff. nam caupo. Atque hæc vtilitas jus facit & conſtituit. Iura enim ſalubriter pro vtilitate hominum introducta ſunt. Quamobrem & Horatius, vtilitatem juſti & æqui matrem dixit. Eſtque legislatoris, omnia ad vtilitatem ciuium referre, vt Cic. ad Q. Fratrem ſcribit, & Ariſt. in lib. de moribus monet. Vnde idem Cic. in Topic. Ius ciuile definit, quod pluribus in quaque ciuitate vtile eſt. Solent & ſæpe Iuriſconſulti ſic ratiocinari: Par vtilitas ergo idem ius, l. 5. § conſtituitur. ff. vt in poſſ. legat. l. 2. §. procuratorem. ff. pro empt. l. fin. ff. de cloac. Nam quoties lege, aliquid vnum vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt, & cætera, quæ ad eandem vtilitatem tendunt, interpretatione, vel certe juriſdictione ſuppleri, l. 12. ff. de legib. Briſſ. & Prat.

Vtilitas ſæpe etiam affectionis eſt, & communem æſtimationem longe excedit. Gœd. in comm. de verb. & rer. ſig. l. 179. n. 3.

Vtilitas etiam omne compendium, & id, quod noſtra intereſt, id eſt, damna & lucra complectitur, l. 4. §. in eum, ff. de dam. infect. l. 11. §. vlt. ff. de act. empt. l. 81. § vlt. ff. de verb. oblig. l. penul. §. ſi quis cautio, l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. Ita accipe quod dicitur, vtilitatem deberi, vtilitatem venire in judicium & in æſtimationem, l. 9 §. præterea. ff. ad exhib. l. 22. cum ſequ. ad leg. Aquil. l. 21. §. cum per venditorem, ff. de act. empt. Briſſ. Prat.

Vtilitatis verbo id, quod intereſt, continetur, l. 2. in pr. & §. fi. ff. de eo quod cert. loco. l. ſi procurator, ff. ſi quis caut. d. l. 21. §. cum per venditorem, ff. de act. empt. Corraſ. 6 Miſcel. 2 n. 2.

Vtique, pro Tantum, in l. 21. ff. mandati, l. 31. §. culpam, ff. de ædil. edict. l. 17 §. ſi eum mihi, ff. de præſcript. verb. Briſſ.

Vtique Latinis idem ſonat quod omnino. Cic. Faba Pythagorei vtique abſtinuerunt.

Vtique certe, l. vtique, ff. de rei vindic. continuationis nota, l. vtique, ff. de dam. infect. Aliquando pro ita demum, l. diuortio, §. ſicut, ff. de negot. geſt. Aliquando pro ſicut, l. ſicut, ff. de act. empt. Briſſ.

Non Vtique, id eſt, non tantum, l. quod ſi non ſit. §. culpam, ff. de ædil. edict. l. ſi gratuitam at. l. ſi rem tibi, §. ſi eum mihi, ff. de præſcr. l. cum mandato, §. 1. ff. mandati. Briſſ.

Vtrarij dicebantur, qui vtribus, & aliis ejus generis pellibus aquam in caſtra deferre ſolebant Seb.

Vtres vaſa vinaria non ſunt, non enim condendo ſed deferendo vino parati ſunt. Cuiac. lib. 2. obſ. 36.

Vtrubi (Sic enim recte in Pandect. Flor. & apud Theophil. Inſtitut. de interdict. ſcriptum eſt) interdictum eſt retinendæ poſſeſſionis, quod de re mobili majore parte anni poſſeſſa datur. l. 1. ff. de vtrubi, l. 9. de rei vindic. Theophilus interpretatur πῶς ἱππάρχα. Sic autem à primis verbis, quibus concipiebantur, hoc interdictum nominatum eſt. Nævius in Vatentilla. Vtrubi, cœnaturi eſtis, hiccine an triclinio. Vide interdictum vtrubi, Briſſ. & Prat.

Vtpote, pro quia, cauſatiua eſt, vt quippe, quemadm. oſtendit Valla in Elegantiis, C. de ſacr. eccl. Auth. ingreſſi. Nec ergo de his teſtantur, vtpote, nec domini rerum. Spieg.

Vtputa. Hac voce Iureconſ. vtuntur, ceu confirmatiua, vid. Alb.

Vtraque lingua, Græca & Latina.

Ex Vtraque parte canere, id eſt, vltro citroque l. 2. ff. de ęd. edi.

Vtraque ripa, l. vlt. ff. de flum. Briſſ.

Vtriaque luminibus ornatus, l. 1. §. caſum, ff. de Poſtul.

Vtriuſque poſſeſſionis reditus confuſi. Protulit eius exemplum. Paul. in l. prædiis, §. Titio, de legat. 3. Spieg.

Vtro, Aduerbium, verſus quam partem.

Vtrobi, vtro in loco, ſicut Vtrobique Haloand. rectius Vtrubi: vt ſit compoſitum ex vtrum, & vbi: quaſi apud quem ex duobus de re controuertentibus. Quod & Accurſ. recte ſentit in l. volca, ff. Vtrobi. Spieg.

Vtrum, interrogandi aduerbium, idem quod Num ſignificans, & ſequentem fere ſemper habet particulam, An, quamvis etiam ſine ea particula interrogat. Inſt. de ſatiſd. tut §. ſi ex re. de rer. diuiſ. §. feræ igitur, & §. ſi ex aliena planta, l. ſi ſtipulatus fuero, ff. de verb. oblig. eum ſimil. per Alber indicatis, qui in l. ſi is qui ducenta, § vtrum, ff. de reb. dub. annotauit dubitantis eſſe vocem quomodo reperitur apud Plaut. Terent. & Cicer.

V. V.

Vva vitis fructus, inter dulcia recenſetur, in l. vlt. ff. de tritic. & vin. leg. Prat.

Vva in homine appellatur tumor quidam & glandula carnea, id eſt, pellicula, quę vuæ inſtar in extremo palato dependet; cuius meminit Vlp. in l. 14. §. 2. ff. de ædil. edict. Vide Celſum lib. 6. c. 13 & lib. 7. c. 12. Plin. lib. 20. c. 17. Tonſillis quoque & vuis medetur, & capitis doloribus. Prat. Hotom.

Vvæ crudæ, Vlpian. ad l. Aquil. leg. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi oliuam, Crudas vuas nondum maturas vocat, Cic. de Senect. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura & coacta, decidunt. Spieg.

Vvæ duracinæ ſunt, quæ propter acinorum duritiem tutæ ſunt à frigore, ita vt vel ſuſpendi, vel alio modo eſui reſeruari poſſit hyemali tempore, ſecundum Hadr. Iunium c. de menſis ſecundis & fructibus. Inde etiam Suet. in epiſt. August. c. 76. dixit: Dum lectica ex regia redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi, Gœd. ad l. qui fundum, 205. num. 2. de verb. ſign.

Vvas purpureas interpretatur Alciatus vuas ante perfectam maturitatem decerptas, cum adhuc rubeſcunt, in ollis reponendas. Gœddæus iam dicto loco. Quod tamen rectius de vuis paſſis dici poteſt quę, dum purpuraſcunt, decerpuntur, ac quaſi mortificantur ad ſolem: vnde paſſę dicuntur, ſecundum Plinium. Eiuſdem generis ſunt vuæ venuciariæ, vuæ Corinthiacæ, Gœdd. ibid.

Vvadium pignus. Guntherus lib. 8. Si quis habens feudum proprio, ſeu vendere totum, ſeu dare ſeu vuadio ſupponere cogitur. Quod erat imper. conſtit. lib. feud. 2. titul. 55. vel vendere, vel pignerare, Capitulat. Carol. artic. 20. Et ſi non habet pretium in vuadio, per ſeruum ſemet ipſum donet, vſque dum ipſos bannos ſoluat. Prat.

tit. Q. Scæuol. lib. de iure ciuil. 16 Quod cui ſeruandum datum eſt, ſiue quod vtendum acceperit, ſi aliam rem atque accepit vſus eſt, furti ſe obligauit. Hoc eſt Gell. lib. 7. c. 15 vnde vtenſilum rogare, pro commodato rogare, l. 15. ff. depoſiti. Plaut. Aulul. Cultrum, ſecurium mortarium, quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Hot. & Prat.

VTENSILIA ſunt Columellæ, quibus aut alitur hominum genus aut etiam excolitur. Vnde gl. in eos qui vtenſilia, ff. de decurionib. non recte de iis tantum accipit, quæ ad eſum potumque pertinent. Sunt autem excipienda ſecundum communem cum loquendi, tum teſtatoris vſum, leg. ſi certum numerus, de leg. 3. cum ſimil. quæ Albe. allegat. Spieg. & Prat.

VTER, qui vnus ex duobus: ponitur que interrogatiue, & aliquando infinite, l. 1. ff. de rer. permutat. & l. vter ex fratribus, de condit. inſtit. & l. in Falcidia. ad l. Falc. Vide Bart. in l. creditor. § Lucius, ff. mandati. Spieg.

VTER ab vtro euerſus ſit apud Paul in l. ſcientiam, ff ad l. Aq. Sp.

VTER prior judex judicaret. apud Alfenum l. is à quo. ff. de rei vind. Siped.

VTER, vtris, pellis qua vinum aut oleum deferri ſolet, l. 3. ff. de trit. vin. & ol. leg. Prat.

VTERVS, l. 3. ff. de condict. indeb. l. 3 §. eſt autem, ff de ſuis & legitimis, & l qui in vtero. ff de ſtat. homin. & in vtero geſtare, l. 4. ff de Senatuſc. Silan. In vtero habere, l. 30. § 6. ff. de adqu.

VNO VTERO ire edere, l. 3 §. item Iulianus, ff de ſtatulib, id eſt, vno fœtu, vt loquitur lex ſeptima, ff. de rebus dubiis.

VTERO graui l. qui graui, ff. de jure codic. Briſſ.

VTERINVS, qui ex eodem vtero prodit. Iuſtin. Inſt. de bon poſſ. Frater, ſororve conſanguinei, vel vterini, l. conſanguinei. Spi.

VTERLIBET, alter ex duobus, hoc eſt, vter quem tibi capere libet, l. arbor. §. de veſtibulo, ff. commum. diuid. l. qui duos, ff de procur. Spieg.

VTERQVE vox plerunque coniungit, l. ſi qui, duob. ff. de leg. 3. quandocunque diuidit, l. Pompon ff. de rei vind. Prat.

VTERQVE, ſignificat ambos: differunt tamen, quod cum vtrunque aliquid feciſſe dicimus, & ab hoc, & ab illo ſeparatim factum intelligimus: cum vero ambos dicimus feciſſe. ab vtroque coniunctim ad factum oſtendimus. De tribus etiam dicit, ſenſit gl. in §. non ſolum a. Inſt per quas perſon. nob. obli. acq. l. 4. in pr. ff. rer. amot. Bud. annotat. Vtrique de pluribus etiam dici, ſed duo facientibus genera. Cic. in Catil. Quos ego vtroſque in eodem genere prædatorum, direptorumque pono, id eſt, quæ duo genera ciuium. Spieg.

VTERQVE ſexus. Vlp Sed & vtrunque ſexum prætor complexus eſt. l. ſi quis id. de juriſd. omn. jud. Plaut. neutro genere protulit in Rudente.

VTI, dictio, ad aliud relatiua eſt, non ex ſe diſpoſitiua, leg. 1. Vti poſſidet. ex Alc. in l. ſi eum fundum, ff. de verb. ſign. Spieg.

VTI ſæpe ponitur pro quocunque modo. Nam lex 12. tabul. ait: Vti legaſſis ſuper pecunia tutelave ſuæ rei. Vti, id eſt quocunque modo ſaluis legibus. Cuiac. ad l. ff. de excuſ.

VTI à me poſſeſſa, Vti poſſedi, vt accipienda, IC. oſtendunt, l. Seiæ, §. fin. de fund. l. inſtr. l. quæſitum § prædia. cum ſeq. l. qui habebat, §. peto. Item, Vti à me poſſeſſa ſunt, & quæcunque ibi erunt cum moriar. l. Lucius Titius, §. quidam de leg. 3. Spieg.

VTI optimus maximuſque eſt, quomodo accipiendum ſit, ſupra iudicatum eſt in dictione, Optimum tradere. De quo & Alc. in l. ſi eum fundum de verb. ſign. Spieg.

VTI, verbum, pro vtilitatem capere, de omnib. rebus dicitur, exceptis amicis & familiaribus, de quibus pro conſeruari accipimus. Cæterum, municipes vtuntur foro, baſilica & ſimilibus, non poſſident, l. 1. §. fin. ff de acq. poſſ. Spieg.

VTI, inquit Valla, eſt alterius rei gratia, frui, nullius ſed vt ſic dicam, propter ſe: in illo iter eſt, in hoc meta: hoc alterius finis, ad quem illud tendit: qui hoc habet, quieſcit, & contentus eſt: qui illud, ſemper vlterius tendit. Ideoque reprehenſus eſt Hannibal, qui cum poſſet vti Cannenſi victoria, frui maluit. Ita enim interpretantur Aſdrubalis dictum, Vincere ſcis Hannibal. victoria neſcis vti. Dicimus, inquit, tamen nonnunquam vtimur, pro fruimur, vt verecundiæ cauſa, vt vtor pane, vtor pulmulis, quaſi viuendi potius cauſa edamus, quam edendi viuamus: denique frui eſt delectationem capere ex vtendo. Hot.

VTI, non vſque ad compendium, ſed ad vſum, non abuſum. Vide Vlp. l. plenum, §. 1. ff. de vſu & hab. Spieg.

VTI frui, hæc compoſitio verbi omnem vtilitatem rei ſignificat, ſed cum moderamine, quippe ſalua rerum ſubſtantia. Vide Oldan. declarantem obiter definitionem Vſusfructus in act. 6. claſſ. 3. Spieg.

VTI & Abuti ſic differunt. Vtimur, inquit Boëtius, iis rebus quæ nobis vtentibus permanent: iis autem abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt. Cic. in Topic. Non debet ea mulier. cui vir vſumfructum bonorum ſuorum legauit, cellis vinariis & olearis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. vſus enim non abuſus relictus eſt. Itaque quarum rerum vſus ſeparari ab eorum corporib. non poteſt, earum vſus conſtitui non poteſt, l. 1. ff. de vſufruct. ear. rer. quæ vt veluti vini, frumenti, olei, pecuniæ. &c. Donat. in Andr. Vtimur, inquit, fructibus rei, quæ ab amatoribus ſaluo vſu nobis ſubminiſtrantur. Abutimur, quando deperdimus & rem & fructum: nam vſui eſt ager, domus: Abuſui vinum, oleum, & cætera hujuſmodi. Hot. Prat.

VTIER, pro vti re veteres dicebant. Qu. Scæuol. lib. de jur. ciu. lib. 16. Quod cui ſeruandum datum eſt, ſiue quod vtendum acceperit, ſi ad aliam rem, atque accepit, vſus eſt, furti ſe obligauit. Hot. ex Gell. lib. 7. c. 15.

VTI vla populi, Cic. dixit, pro populi more cuiuſlibet ſententiæ, ſine vllo judicio aſſentiri: & numero vocum potius, quàm veritati operam date.

VTI pro viuere à Latinis vſurpatur. Terent. in Adel. Siquidem porro Mitio, Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululum præ manu Dederis, vnde vtatur: reddet tibi cito, &c. Dixit. Terent. Vnde vtatur, pro vnde, ſicut Donat. hunc locum interpretatur. Brech. in l. in lege Cenſoria ff. de verb. & ſer. ſig.

VTILE, quo vtimur, quod nobis confert.

VTILE, quod rem meliorem facit, & deteriorem eſſe non ſinit, l. quod dicitur, § fin. ff. de impenſ. in re dotal. fact. cum ſeq. l. penſæ, de verb. ſign. Spieg

VTILE eſt, eum juſto pretio habere poſſe, l. ſi cui fundos, de leg. 2.

VTILE, niſi & honeſtum ſit, non appellandum, per text. & gl. ab Alberico indicatam.

VTILE eſt, perpetua phraſis eſt ICtorum, quod vbi volunt ſignificare aliquid bonum & æquum eſſe, atque jure ſcripto procedere: ibi vtuntur appellatione vtilitatis longe pulcherrime, ſc. reſpicientes ad id, quod de in l. 1. § 1. ff de iuſt & iur. Nam jus nihil aliud eſt, quàm honeſta vtilitas, deſeruiens humanæ ſocietati ad tranſigendam hanc vitam Pomponius in l. ſi rem meam. ff. de verb oblig. Si rem meam, inquit, ſub conditione ſtipuler, vtilis ſtipulatio eſt, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit. Prat.

VTILE per inutile non vitiatur, quando talia ſunt, quæ natura, lege, aut conſenſu ſeparari commode poſſunt, l ſancimus, C de don. c. vtile, de reg. jur. in 6. l. 1. §. ſed etſi mihi, ff. de ver. obl. In iis vero, quæ ſeparabilia non ſunt, quia vel repugnat natura, vel legis authoritas, vel contrahentium voluntas: vtile corrumpitur per inutile, l. 1. §. Trebatius, ff de aqua quotid. Ratio hujus differentiæ eſt, quia priore caſu nemo læditur: poſteriore vero ſemper ſequeretur læſio alterius, ſi totum negotium non corrueret, incidente vitio. Et hæret fere in hac ſententia Bart. quicquid alij ſentiant, in l. Græce, § illud, ff. de fidejuſſ. Prat.

VTILE eſſe, vel vtilius eſſe, id eſt, magis ex vſu eſſe, pro ratione decidendi legimus, l 3. § hoc interdicto. ff. ne quid in loco public. l. 5. in fin. ff. ſi pars hæred. pet. l. 89. in fin. de ſolut. Prat. Briſ.

VTILE tempus & continuum opponuntur, l. 31. ad l. Iul. de adult. l. 1. §. ſi mulier. ff de lib. agnoſc. Prat.

VTILES actiones dicuntur, quæ non ex lege ipſa, ſed interpretatione contra juris ſtricti rationem, vtilitatis, id eſt æquitatis cauſa conceduntur: indeque nomen inuenerunt, l. quia actionum, ff. de præſcr. verb. l. ſeruitutes, §. ſi ſublatum, ff. ſi de ſeruit. vrban. præd. l. ſi longius, in fin. ff. de judic. Veluti Actio à Prætore conſtituta eſt aduerſus eos, qui ſeruum alienum corruperint, in duplum quanti ea res erit: quærebatur, an ſi quis filium filiamve famil. corruperit, ea actio dari poſſit. Reſpondetur, vtilem dandam eſſe: in qua officio judicis æſtimabitur, quanti noſtra interſit, l. vt tantum, 14. ff. de ſeru. corrupt. Hinc Pompon. l quia actionum, 11. de præſcrip. verb. Supplet Prætor in l. Aquil. quod ei deeſt, reddendo actiones in factum accommodatas legi Aquiliæ: idque vtilitas ejus legis exigit Hinc vtilitas ſtricto juri opponitur à Paulo l. ſeruitutes 20. ff. de ſeruit. vrb. & ab Vlp. l. ſi longius, 19. in fin. ff de jud. Sic etiam vtiles actiones directis opponuntur, quæ recta ex legis verbis deſcendunt, cum vtiles tanquam ex obliquo veniant: quare etiam à Theophilo ὠφελιμικαί vocantur. His autem verbis demonſtrantur plerunque. Quaſi veluti, ad exemplum, exemplo, ad ſimilitudinem. Hot. & Prat.

VTILIS actio autem multis modis accipitur. Primo, vtilis actio appellatur directa, quæ defecto nominatæ actionis ex bono & æquo datur, Cujuſmodi eſt actio præſcript. verbis, l. cum mota, C. de tranſact. l. quoties, l. quia, ff. de præſcr. verb. Vnde ex vtilitate aliquid conceſſum dicimus, id eſt, ex æquitate, rigore juris non obſeruato, l juſto, §. pen. ff. de vſucap. l. peregr. §. quæſitum, ff. de acquir. poſſ. Secundo, actio vtilis reſpectu directæ ad diuerſa competentia vocatur, ſecundum Bart. in l. 2. de actio. talis eſt in rem actio competens emphyteutæ ratione vtilis dominij, l. 1. in fin ff ſi ager vect. nam dominus directam in rem habet pro directo dominio: mallem dixiſſe. Bart. hanc vtilem ad eandem rem competere reſpectu diuerſi juris: ſi modo actio conceſſa emphyteutæ vtilis dicenda eſt. Tertio vtilis datur ex mente legis: directa vero ex verbis ipſis, & ſic differunt, vt ῥητὸν καὶ διάνοιαν l. fraus, ff. de legibus facit l. penult. ff. ſi quadrup. paup. fec. l. fin. C ad leg. Aqu. l. curatoris. C. de nego. geſt. Enimvero rejicienda eſſe videtur Bartoli & ſequacium opinio, qui vtilem quandoque contra verba & mentem legis inuexerunt, in leg. quoties, Cod. de donation. quæ ſub mod.

vbi do-

vbi donauit Ælius Seio centum, vt poſt annum Titio reſtituerit, ſi hoc non eſt ſtipulatus Titius, nulla ei ſtricto jure parata eſt actio: ſed donatori condictio ob cauſam repetendum donata, quaſi cauſa non ſequuta. Sed tamen benigni juris interpretatione Titio vtilis actio permittitur, juxta Ælij donatoris voluntatem. Forcatulus dicit nuſquam his videre vtilem actionem aduerſus legis ſententiam, cum magis benigni juris interpretatione concedatur, qui legem interpretatur, quod iniqua eſt in lege exemtis, & relicto cortice verborum ſententiam accipit, vt d. l. fraus, ff. de legib. Forcat. in Necyom. dialog. 65. in prin.

Vtiles dies dicuntur, quibus experiundi, & judicis adeundi poteſtas eſt, l. 3. in fi. ff. de accuſ. l. 6. ff quæ in fraud credit. l. 10. ff. ad Turpill. l. 55. de ædil. edict. Vtiles autem dies interdum (quod in his, quæ decretum exigunt ſeruatur) ſeſſionum accipiuntur: quibus ſcilicet Prætor pro tribunali ſederit, & poſtulantibus dederit reſponſum. In his vero, quæ de plano expediri poſſunt, vtiles ſunt quicunque dies, quibus Prætor ſui copiam publico, vel adeuntibus ſe fecerit, l. 2. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. §. vlt. Inſt. de bon. poſſ. Prat. Briſſ. Sic.

Vtilem annum accipimus ex diebus vtilibus, id eſt, quibus experiundi poteſtas fuerit, conſtantem, l. 1. §. 1. ff quando act. de pecul. & ff. de in rem verſo, l. 3. § 1 hæc actio. ff. vi bonorum raptor. l. 28 §. ſi quis, ff. de lib. & poſth. l. 24. ff. de acq & aqua plu. l. 1. & l. 6 in fin. ff quæ in fraud. credit. l. 1 ff vti poſſidetis. Experiundi autem poteſtas eſt, ſi agendi facultas eſt, nec enim ſatis eſt reum poteſtatem ſecum agendi facere, vel habere eum, qui ſe idonee defendat: ſed hoc amplius exigitur, vt actor nulla idonea cauſa impediatur experiri. Nam ſi vel Reipublicæ cauſa abſit, vel ab hoſtibus detineatur, aut in vinculis ſit, aut ſi e tempeſtate in aliquo loco detineatur, vt mandare non poſſit, experiundi poteſtatem non habet, l. 1 ff. de diuerſ tempor. Cæterum experiundi poteſtatem, quod ad redhibitoriæ tempus attinet, habuiſſe non videtur, quo vitium latens fugit ignorauit, l. 55. ff. de ædil. edict. Dies ad appellandum conſtitutæ ad aliquid vtiles ſunt: ſi forte eius, à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. Nam is dies ſeruatur, quo primo adeundi facultas erit: id eſt, quo in publico ſui copiam fecerit. l. 1. §. dies, ff quando appell. ſit. Briſſ. Prat.

Vtilia quædam ſunt publice, quædam priuatim, l. 1. § 2. ff. de juſtit. & jure. Publice vtilia ſunt, quæ in commune vtilia ſunt, id eſt quæ ad vtilitates omnium in commune pertinent, leg. 3. § ia quoque, ff. de SC. Silaniano, l. 6. § ne quid. de offic præſid. Hujus exempla videre eſt in verbo, Intereſt Briſſ. Publica vtilitas duplex ſtatuitur: vna, quæ eadem communis dicitur in l. 51 in fi. ff. ad leg. Aquil. Altera priuata. Publicæ vtilitatis cauſa propoſitum dicitur interdictum, de Loco publico fruendo. Tuetur enim vectigalia publica neruus totius ciuitatis, l. 1. §. 1. ff. de loco publ. fruend. Pro publica vtilitate exercetur actio injuriarum, quoniam ad compeſcendam audaciam, cohibendamque petulantiam injurioſorum hominum pertinet, l. 42. § 1. ff de procuratorib. Publica vtilitas eſt edictorum Prætoria, quæ juris veteris ſupplendi, corrigendi, emendandi cauſa comparata ſunt leg. 7. ff. de juſt. & jure. Nuptiarum quoque publica eſt vtilitas, l. 12. §. modo, ff. de captiu. Et apud Paul. lib. 1. ſent. tit. 20. Præterea ſi quod tumultus, vel incendij, vel naufragij cauſa depoſitum eſt, non redditur, creſcit perfidiæ crimen, & publica vtilitas coercenda eſt vindicandæ Reipu. cauſa, l. 1 § hæc autem ſeparatio, ff de depoſ. ſic vtilitate publica aliquid receptum dicimus, l. 8 ff. depoſ. Et vtilitatis cauſa, l. 1. §. ſi de impubere, ff. pro empt. l. 19. §. vſumfructum, ff. de ſolut. l. 1. ff. qui & à quibus, l. 32. § pen. ff. de acqu. poſſ. l. 1. Cod. eod. tit, l. 5. §. 1. de legit. tutorib Et propter vtilitatem, l. 29 ff. de præſcr. verb. l. 26. ff de legib. l. 1. §. magiſtratum, in fi. ff. de exercitor. l. 6. ff. rem pupill. ſalu. for. l. 40. §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. 1. § ff. quod legator. Vel vtilitate ſuadente, l. 1 §. ſunt qui putent. ff. ne quid in flum. publ. Et vtilitate ſuadente receptum, quemadmodum legendum videtur, l. 44. §. cum qui ff de vſucap. Ex vtilitate etiam edicta commendantur, l. 1. ff. de negot. geſt. l. 1. ff. de reſtit. in integ. l. 1 ff. de exerc. l. 1. ff. nauti. caupo. Atque hæc vtilitas jus facit & conſtituit. Iura enim ſalubriter pro vtilitate hominum introducta ſunt. Quamobrem & Horatius, vtilitatem juſti & æqui matrem dixit. Eſtque legiſlatoris, omnia ad vtilitatem ciuium referre, vt Cic. ad Q. Fratrem ſcribit, & Ariſt. in lib. de moribus monet. Vnde idem Cic. in Topic. Ius ciuile definit, quod pluribus in quaque ciuitate vtile eſt. Solent & ſæpe Iuriſconſulti ſic ratiocinari: Par vtilitas ergo idem jus, l. 5. § conſtituitur. ff. vt in poſſ. legat. l. 1. §. procuratorem. ff. pro empt. l. fin. ff. de cloac. Nam quoties lege, aliquid vnum vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt, & cætera, quæ ad eandem vtilitatem tendunt, interpretatione, vel certe juriſdictione ſuppleri, l. 13. ff. de legib. Briſſ. & Prat.

Vtilitas ſæpe etiam affectionis eſt, & communem æſtimationem longe excedit. Gœd. in comm. de verb. & rer. ſig. l. 179. 0. 4.

Vtilitas etiam omne compendium, & id, quod noſtra intereſt, id eſt, damna & lucra complectitur, l. 4 §. in eum, ff. de dam. infect. l. 11. §. vlt. ff. de act. empt. l 83. § vlt. ff. de verb. oblig. l. penul. §. ſi quis cautio, l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. Ita accipe quod dicitur, vtilitatem deberi, vtilitatem venire in judicium & in æſtimationem, l. 9. §. præterea. ff ad exhib l. 22. cum ſeqq. ad leg. Aquil. l. 21. §. cum per venditorem. ff de act. empt. Briſſ. Prat.

Vtilitatis verbo id, quod intereſt, continetur, l. 2. in pr. & §. fi. ff. de eo quod cert. loco, l. ſi procurator, ff ſi quis caut. d. l. 21. §. cum per venditorem, ff. de act. empt. Corraſ. 6 Miſcel. 8 n. 2.

Vtique, pro Tantum, in l. 21. ff mandati, l. 52. § culpam, ff. de ædil. edict. l. 17 §. ſi cum mihi, ff. de præſcript. verb. Briſſ.

Vtique Latinis idem ſonat quod omnino. Cic. Faba Pythagorei vtique abſtinuerunt.

Vtique certe, l. vtique. ff de rei vindic. continuationis nota, l. vtique, ff. de dam. infect. Aliquando pro ita demum, l. diuortio. §. ſicut. ff de negot. geſt. Aliquando pro ſicut, l. ſicut, ff. de act. empt. Briſſ.

Non Vtique, id eſt, non tantum, l. quod ſi nolit. §. culpam, ff. de ædil edict. l. ſi gratuitam 21. l. ſi rem tibi, §. ſi cum mihi, ff. de præſcr. l. cum mandato, §. 1. ff. mandati. Briſſ.

Vtrarij dicebantur, qui vtribus, & aliis ejus generis pellibus aquam in caſtra deferre ſolebant Sch.

Vtres vaſa vinaria non ſunt, non enim condendo ſed deferendo vino parati ſunt. Cuiac. lib. 2. obſ. 36.

Vtrubi (Sic enim recte in Pandect. Flor. & apud Theophil. Inſtitut. de interdict. ſcriptum eſt) interdictum eſt retinendæ poſſeſſionis, quod de re mobili majore parte anni poſſeſſa datur. l 1. ff. de vtrubi, l. 9. de rei vindic. Theophilus interpretatur *ποῦ ἑκάτερος*. Sic autem à primis verbis, quibus concipiebantur, hoc interdictum nominatum eſt. Nævius in Varentilla. Vtrubi, cœnaturi eſtis, hiccine an triclinio. Vide interdictum vtrubi, Briſſ. & Prat.

Vtpote, pro quia, cauſatiua eſt, vt quippe, quemadm. oſtendit Valla in Elegantiis, C de ſacr. eccl. Auth. ingreſſi. Nec ergo do his teſtantur. vtpote, nec domini rerum. Spieg.

Vtputa. Hac voce Iureconſ. vtuntur, ceu confirmatiua, vid. Alb.

Vtraque lingua, Græca & Latina.

Ex Vtraque parte cauere, id eſt, vltro citroque l. 2. ff. de ęd. edi.

Vtraque ripa, l. vlt. ff. de flum. Briſſ.

Vtriſque luminibus ornatus, l. 1. §. caſum, ff. de Poſtul.

Vtriuſque poſſeſſionis reditus confuſi. Protulit eius exemplum. Paul. in l. prædiis, §. Titio, de legat. 3. Spieg.

Vtro, Aduerbium, verſus quam partem.

Vtrubi, vtro in loco, ſicut Vtrobique Haloand. rectius Vtrubi: vt ſit compoſitum ex vtrum, & vbi: quaſi apud quem ex duobus de re controuertentibus. Quod & Accurſ. recte ſenſit. in l. vnica, ff. Vtrobi. Spieg.

Vtrum, interrogandi aduerbium, idem quod Num ſignificans, & ſequentem fere ſemper habet particulam, An, quamvis etiam ſine ea particula interrogat. Inſt. de ſatiſd. tut §. ſi ex re do reg. diuiſ. §. feræ igitur, & §. ſi ex aliena planta, l. ſi ſtipulatus fuero, ff. de verb oblig cum ſimil. per Alber indicatta, qui in l ſi is qui ducenta, § vtrum, ff. de reb. dub. annotauit dubitantia eſſe vocem quomodo reperitur apud Plaut. Terent. & Cicer.

V. V.

Vua vitis fructus, inter dulcia recenſetur, in l. vlt. ff. de tritic. & vin leg. Prat.

Vua in homine appellatur tumor quidam & glandula carnea, id eſt, pellicula, quę vuæ inſtar in extremo palato dependet; cuius meminit Vlp. in l. 14. §. 1. ff. de ædil. edict. Vide Celſum lib. 6. c. 13 & lib. 7. c. 12. Plin. lib. 20. c. 17. Tonſillis quoque & vuis medetur, & capitis doloribus. Prat. Hotom.

Vuæ crudæ, Vlpian. ad l. Aquil. leg. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi olivam. Crudas vuas nondum maturas vocat, Cic. de Senect. Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura & coacta, decidunt. Spieg.

Vuæ duracinæ ſunt, quæ propter acinorum duritiem tutæ ſunt à frigore, ita vt vel ſuſpendi, vel alio modo eſui reſeruari poſſit hyemali tempore, ſecundum Hadr. Iunium c. de menſis ſecundis & fructibus. Inde etiam Suet. in epiſt. Auguſt. c. 76. dixit: Dum lectica ex regia redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi, Gœd. ad l. qui fundum, 205. num. 2. de verb. ſign.

Vuas purpureas interpretatur Alciatus vuas ante perfectam maturitatem decerptas, cum adhuc rubeſcunt, in ollis reponendas. Gœddæus iam dicto loco. Quod tamen rectius de vuis paſſis dici poteſt quę, dum purpuraſcunt, decerpuntur, ac quaſi mortificantur ad ſolem: vnde paſſę dicuntur, ſecundum Plinium. Eiuſdem generis ſunt vuæ vnciariæ, vuæ Corinthiacæ, Gœdd. ibid.

Vuadium pignus. Guntherus lib 8. Si quis habens feudum pretio, ſeu vendere totum, ſeu dare ſeu vuadio ſupponere cogitur. Quod erat imper. conſtit. lib. feud. 2. titul. 55. vel vendere, vel pignerare, Capitular. Carol. artic. 20. Et ſi non habet pretium in vuadio, per ſeruum ſemet ipſum donet, vſque dum ipſos bannos ſoluat. Prat.

VVARVM iſta ſunt genera, Aminea, aſinuſca, atruſca, albuierus, ſcibena, apiana, apicia, bummammia, aut, vt Græci dicunt, βούμαστος, dutacina, lubruſca, melampſithia, metonia, mareotis, numentana, præcia, prannia, pſithia, pilliolata, rhodia, ſtephanitis, venuncula, variola, lagea. Macrob. 3. Saturnal. vlt. & Gothof. ad l. qui fundum, 205. ff. de verb. ſign.

VVAS, quas non vini cauſa habemus, ſed eius (quæ Græcia τρωξίμους hoc eſt, eſcariæ, comeſtibiles) poma dici poſſe. Paulus auctor eſt in jam d. l. 205.

VVLGARIA interdum ſignificat vſitatum, commune, ſolenne, ordinarium, ciuile, legitimum, vt vulgares actiones appellantur actiones legibus proditæ, vſitatæ, & ordinariæ, l. 1. ff. de præſc. verb. l. 46. in fin. ff de her. inſt. Briſſ. Prat.

VVLGARIA pactum, vulgo & communiter contractibus adſcribi ſolitum, l. 30. ff. de pact. dotal. iuncta leg. 5. ff. de diuort. l. 3. Cod de pign. act. iuncta l. 1. C. de pact. pign. & l. 4. ff. de pign. act. Br. Pr.

VVLGARE præmium propoſitum delatoribus præmium ſignificat. l. 13. §. exiſt. de iur. fiſc. Briſſ. Prat.

VVLGARES artes, quæ vulgo Mechanicæ dicuntur.

VVLGARIA opponuntur his, quæ in pretio ſunt, l. 3. ff. de ſupell. leg. vt vulgaria tentoria, quidam, §. parietem, ff. de ſeruit. ruſt. præd. Spieg.

VVLGARIA nomina, pro vſitatis, l. 2. ff. de præſcr. verb.

VVLGARIA tectoria, pro gregalibus tectoriis, vt cum Seneca loquar, in l. 13. in fin. ff. de ſeruit. vrb. præd. Briſſ.

VVLGARIA vaſa, IC. definit, quæ non ſunt proprio loco attributa l. ſupellectili, de ſupell. leg. Spieg. Et Vulgaria verba, ordinaria, & cautione de rato habendo comprehendi ſolita, in l. 3. ff. rem rat. hab. Et, Vulgaris cautio legatorum, quæ legatorum in diem vel ſub conditione relictorum nomine vulgo interponi ſolet, in l. 13. §. iidem principes, ff. de leg. 1. tit. vt lega. ſeu. fideic. nom. cau. Briſſ.

Sic vulgari modo legatorum dies proferri dicitur, in l. 4. ff. de dote præleg. qui ea clauſula prorogatur, quæ refertur in leg. 30. ff. de leg. 1. Briſſ. Prat.

VVLGARI modo legari vxori dicitur, quod vſitato modo legatur, in l. 108. ff. de legat. lib. 1. Briſſ.

VVLGARIS amicitia, quæ ex leui notitia contingit, & inter improbos quoque plerumque eſt: vt colligitur ex Paul. in l. latæ culpæ de verb. ſign. Eſt & alia amicitia, quam Paulus in d. l. deſcribit: de qua proditum eſt leges accipiendas eſſe, quæ cauſa amicitiæ aliquid indulgeat, vel vetant, l. ſciendum, §. ſi alicujus ff. de legat. Spieg.

VVLGARIS exceptio rei iudicatæ, l. 3. ff. de popularib. act. Briſſ.

VVLGARIS formula, in l. 44. ff. de furt. pro actione vſitata de peculio, cujus formula eſt cum adiectione noxæ. Prat.

VVLGARIS perſona, leuis, & ea honeſtæ perſonæ ab Vlp. opponitur in l. legitimos, de legit. tut.

VVLGARIS quot modis in jura ſumatur, exponit Bart. in leg. 1. ff. de vulg. & pupill.

VVLGARIS ſubſtitutio poteſt videri dicta, quæ ex leg. 12. tabul. deſcendit, niſi cui magis placeat, inde dicta, quod à quolibet teſtatore, & cuicunque hæredi ſcripto fieri poſſit. Nam & in vulgarem caſum factam ſubſtitutionem dixit Mod. in l. 4. §. 1. ff. de vulg. & pup. Briſſ. Prat.

VVLGARIS vxor Budæo plebeia eſt, quæ matris familias nomen obtinent. Vlp. in l. ſi vxor. 13 §. 1. ff. ad leg. Iul. de adul. Sed & inquit, in ea vxore poteſt maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit, quamvis ſi vidua eſſet, impune in ea ſtuprum committeretur. Non enim relatiuum QVÆ ad vxorem, ſed ad verbum mulierem, quod ſubauditur referendum eſt, vt ſit ſenſus; Si quis vulgarem mulierem, id eſt, quæ vulgo corpore quæſtum facit, vxorem duxerit, poteſt in ea vindicare adulterium: ſi tamen eo mortuo rurſus ad ingenium redeat, impune, vt in vulgari ac publica meretrice libido verſabitur. Sicque Duar. & Hot. exponunt, aliter Alc. lib. 2. parerg. c. 40 Prat.

VVLGO concipere, & vulgo parere accipimus eam, quæ vulgo & paſſim ſui copiam facit, l. 3 verſ. nec intereſt, ff. de ſtat. homin. l. 5. ff de in jus voc. l. 4. §. cognationis, ff de gradib & adfinitat. l. 33 C. de adult. l. 77. §. mater. ff de leg lib. 2. Briſſ. Prat.

VVLGO quæſiti cognatos habent, non agnatos, leg. 4. ff. vnde cognati.

VVLGO quæſiti: ſiue vulgo concepti dicuntur, qui paſſim & promiſcue, & incerto patre concepti ſunt, qui & ſpurij vocantur, 19. ff. de ſtatu hom l. 4. in fin. ff. de in jus voc. l. 18. ff. de bon. libert. l. 5. §. 1. ff. de liber. agnoſc. l. 26 §. penul. ff. de his quæ vt indig. l. 1. §. ſed & vulgo, ff. ad Tertyll. l. 1. ff. ad munic. Cajus lib. 1. Inſtit. tit. 5. Modeſt. autem vulgo conceptos definit, qui patrem demonſtrare non poſſunt: vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet, l. 23. ff. de ſtatu hom. Briſſ.

VVLGO autem quæſitis, ex juſtis nuptiis quæſiti opponuntur, l. 2. ff. ad Tertyllian, l. 18. ff. de bonis libertor. d. leg. 5. Nam hi parentem ſuum demonſtrare & cerere poſſunt, vt Tzetzes lib. hiſt. chiliad. 5. c. 17. ſignificat his verbis: Νόμω δ' ἐπεὶ [illegible] [illegible] εἰς ἴσον τῷ μητρί.

VVLGVS, multitudo ignobilior. Inſt. de rer. diuiſ. hoc amplius.

VVLNVS eſt hians patenſque apertura, corporis ictu aliquo inflicta. Vide Bart. in l. ſi ſeruus, §. ſi factum, ff. ad l. Aquil. & in lex Cornelia, §. 3 de iniur. Spieg.

VVLNVS lethale præſumitur, ſi vulneratus intra triduum mortuus fuerit Bart. cum aliis probat in l. vlt. in fin ff. de ſicar. Prat.

VVLNVS mortiferum infligere. Iulianus: Igitur ſi quis ſeruo mortiferum vulnus inflixerit, eundemque alius ex interuallo ita percuſſerit, vt maturius interficeretur, quam ex priore vulnere moriturus fuerat: ſtatuendum eſt, vtrumque eorum lege Aquilia teneri. Spieg.

VVLNVSCVLVM, l. 1. §. proinde, ff. de ædil. edict. Hinc.

VVLNERE vita excedere, apud Iulianum in l. ſi ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. Item.

VVLNERARIVS, ſubſtantiue, qui Vulnera ſanat & curat. Item

VVLNERATIO, ipſe vulnerandi actus, num prius accipienda, quamvis repellatur, Interpretes controuertunt. Sunt, qui fuga potius, quam vim propellendo, ſalutem eſſe petendam confirment, vide Salomonium in l. vt. vim. vbi non vulgaria tractat, vltra Doctorum traditiones Spieg.

VVLT, an ſignificet liberam voluntatem, differit Bart. in l. Luc. Titius, ff. de fideic.

VVLTVOSI dicuntur Triſtibundi, Indignabundi, corrugata fronte. Apul. lib. 3. Metamorph. Fortè mea dominæ ſuæ cubitu procurato, ſui longe diſſimilis aduenit, non ex læta facie, nec ſermone dicaculo, ſed vultuoſo, frontem rugis inſurgentibus adſæuerabat. Ioan. Bapt. in comm. epiſt. Sidon. Apollinar. ad Montium, lib. 8.

VVLTVS, à mente fingitur, vt ait Cic. lib. Tuſc. quæſt 3. eſt que vultus, vt idem in Piſonem ait, ſermo quidem mentis tacitus. Extat apud Spec tit. de aduoc. §. 5. vulgatus verſiculus: Vultus talis erit, qualis a mente gerit.

VVLTVS nullo in animante eſſe, præter hominem, poteſt: cujus vim Græci norunt, nomen omnino non habent. Auctor Cic. de leg. lib. 1. Vide Spec. tit. de Aduoc. §. 5 & 2. part. tit. de Teſte, n 7. Spieg.

VVLTV tecto, l. ſacrileg. C. de dioeceſ. reſcript.

VVLTVS ſacri C Publ. lætit. l. 1 lib. 52.

VVLTVRES, methaphora vulgata, appellantur captores teſtamentorum, & heredipetæ.

VVLVA, Latinis non eſt obſcœna vox, non magis quam matrix qua concipitur fœtus. quæ cum deſtituitur vt attrahendi ac retinendi ſemen, ſteriléſcit mulier. Nec eſt, vt indoctum vulgus accipit, pudendum muliebre. Vlp. de ædil. edict. Quæritur, inquit, de ea muliere, quæ ſemper mortuos parit, an morboſa ſit. Sabinus: ſi vuluæ vitio hoc contingat, morboſam eſſe ait, vide Rotarod. in annot. ad cap. 4 in Rom. Spieg.

V X.

VXOR ab vnguendo ſic dicta, quæ in matrimonium conuenit. Conuenit autem duobus modis: aut coemptione aut vſu: nam confarreationem, quæ propris Pontificum erat, omitto. Coemptione, cum vir & fœmina ſe inuicem emebant: vt Seruius ſcribit in illud Virgilij: Teque ſibi generum Thetys emat omnibus vndis. Veteri autem Romanorum lege, vt Varro ſcriptum reliquit, nubentes mulieres tres ad virum aſſes ferre ſolebant: atq; vnum quidem, quem in manu tenebant, tanquam emendi cauſa marito dare: alium, quem in pede habebant, in foro larium familiarium ponere: tertium in ſacciperio cum condidiſſent, compito vicinali ſolebant reſignare. Hinc eueniebat, vt mulier quidem in manu mancipioque mariti eſſet, aut ejus, cuius in manu mancipioque maritus erat, ſuſque illi hæres fieret: quemadmodum Boët. in Top. & Vlp. inſti. multis locis tradunt: vir autem non in manum, id eſt, poteſtatem vxoris erat: eo quod coemptus erat, id ei ſui heredis jus tribuebat: quod Gell. lib. 3. c. 2. lib. 18. c. 6. & Boëtius in Topicis teſtantur: itemque Dion, hac de re ſcribens lib. antiqu. 2. Moris autem erat, vt vir mulierem interrogaret, an ſibi materfamilias eſſe vellet; viciſſimque hæc virum, an ſibi paterfamilias eſſe vellet: nam ſi vterque reſpondebat, velle, mulier materfamilias vocabatur: quoniam (vt ait Gell.) non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui, vt diximus, hæredis locum venerat. Cic. in Top. Cum mulier viro in manum conuenit, omnia, quæ mulieris fuerant, viri fiunt dotis nomine. Seru. etiam in lib. Æneid. 7. Per conceptionem, inquit, facto matrimonio, ſibi inuicem ſuccedebant: Teſtari tamen arbitratu ſuo poterant: nam à tutoris poteſtate liberabatur, quæ materfamilias fiebat: tametſi quibuſdam etiam in rebus tutorum poteſtas, ſed multo leuior, permaneat, quod Cic. in Muræniana flagitat. Vſu vero fieri matrimonium dicebatur, cum tutoribus auctoribus mulier in matrimonium alicui conueniebat quocum ea conſueſcebat, quaſi cum iuſto perfectoque marito: adeo vt ſi vſus illi intra annum non interrumperetur, pro vſucapta jam haberetur: ei tamen intra annum vſurpare, id eſt vſum infringere ex lege 12. tabul. liceret, quod ni faceret, quoad in eo matrimonio maneret, matronæ inquit Gell. dicabatur: & ſi ſibi liberi nati non forent, à matris

ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet nomine, non adepta jam: ſed cum ſpe, & omine mox adipiſcendi. Hæc neque in manu mancipioque mariti, neque ſui juris erat: ſed ſemper in tutorum poteſtate permanebat: quod ſi inteſtata moreretur, agnatus proximus familiam habebat. Hæc ex Cic. Topic. oratio, pro Flacco, Boëtio in Topic. Gell. lib. 3. c. 2. & lib. 18. c. 6. Quæ ſi vera ſunt, videamus, ne in illa oratione pro Flacco mendum ſubſit, his verbis, quæ ſubjiciam: In manum, inquit, conuenerat, nunc audio: ſed quæro, vſum vſu, an coemptione. Legendum enim videtur, In matrimonium conuenerat: de quo tamen doctiorum hominum ſententiam expectabo. Illud minime prætermittendum eſt, tametſi Iuriſconſultorum auctorum tempore, quorum ex ſcriptis Pandectarum libri coagmentati ſunt, Mater famil. & Matrona plerunque pro eadem vſurparentur, quemadmodum ſuperius à nobis demonſtratum eſt: tamen conſtat, eodem ipſo tempore Conuentionem in manum vſurpati ſolitam fuiſſe, Matremque familias proprie appellatam eſſe, quæ in viri manum conuenerat: id quod ex Vlp. a. Inſtit. c. 3. 5. intelligitur, vbi inter ſuos hæredes numerat vxorem, quæ in manu eſt, & nurum, quæ in manu eſt filij, quem in poteſtate habemus: quod etiam cap. 29. perſpicuè inculcatur: vt mihi dubium non ſit, verba hæc Feſti, quæ ſubſcribam, eodem pertinuiſſe: eſſeque, ſi tempus illud ſpectamus, non abſurda, vt quidem exiſtimauit, ſed & certiſſima & veriſſima. Materfamilias, inquit, non ante dicebatur, quam vir eius paterfamilias dictus eſſet: nec poſſunt hoc nomine plures in vna familia præter vnam appellari. Sed nec vidua hoc nomine, nec quæ ſine filiis eſt, appellari poteſt. Quem locum ſic intelligo, vt quæ filiofamilias nupta ſit, non ante eo nomine vtatur, quam is ſui juris effectus ſit: neque conſentaneum ſit, vt ſi ſocrus viuat, quæ materfamil. appelletur, nurus eandem omnino dignitatem obtineat: & cum illud nomen ex mariti familia, in quam (vt ait Gellius) aſcita eſt conſecuta ſit: profecto quæ vidua eſt, materfam. proprie dici non poteſt. Verum autem ante liberos ſuſceptos non ita diceretur, equidem affirmare non auſim: cum Boët. ad ſtipulationem coemptionis illud verbum, adſcribat: niſi forte dicamus, ſtipulationem adumen, non ad veritatem referri oportere: atque adeo contracto matrimonio etiam ante liberos ſuſceptos eodem modo matremfam. eſſe dictam, quemadmodum Matronam dici ſuperius docuimus. Hot. & Prat. adde Conn. lib. 5. c. 3. n. 2.

Vxor justa dicitur, quæ vere vxor, & perquam ſolenniter ducta eſt, non quæ ſimplici ſponſione vxor eſt, tametſi legitima ſit. Alc. in Parod. lib. 4. c. 7.

Vxor duobus modis olim habebatur, vſu nimirum, & in manum conuentione. Quæ in manum veniebat, hæc tranſibat in familiam & poteſtatem mariti ſui. Hæc vxor marito ſuo defuncto inteſtato ſuccedebat tanquam ſuus hæres, & fiebat liberis ſuis inſtar ſororis conſanguineæ, quoniam cum liberis ſuis in eiuſdem erat poteſtate. Vult. in com. Iuſtit. in prin. titu. de SCto Tertyl. n. 4. & 5.

Vxorem appellat maritus dominam, apud Scæuolam in l. vxorem, de legat. 3. ejuſmodi, Alberica icſte, ſunt multi, qui non modo eas dominas vocant, ſed pro dominabus obſeruantes, eis etiam ſeruiunt. Quod certe vitio dandum eſt. Id vxorij nomen indicat. Quamuis poſſeſſiuo epitheto ab vxore, mundus dicatur vxorius, dos vxoria, mobile vxorium, & imperium vxorium: vbi maritus nihil facit, niſi quod vxor jubet, Quum tamen vxor in familia viri eſſe videatur, qui habet dominium, id eſt, quandam præeminentiam in illam, l. pronunciatio, §. fam. appellat. de verbor. ſign. l. quicunque, C. de remiſſ. Spieg.

Vxor alia juſta dicitur ab Vlpiano, alia injuſta, in l. ſi vxor. 13. §. 1. ff. de adult. Patet autem, juſtam dici eam, cum qui matrimonium legibus contractum eſt, vt in l. 32. ff. de ritu nupt. Si ſenatori, inquit, indulgentia principis poteſt juſta vxor eſſe. Quod cum ita ſit, ſequitur, vt injuſta ea vxor dicatur, cum qua matrimonium non ſecundum leges contractum eſt: veluti ſi tutor pupillam, aut ſi ſine principis indulgentia ſenator libertinam, aut ſine patris juſſu filiusfamilias vxorem duxerit. Itaque Vlp. in d. l. ſi vxor. §. 1. cum injuſtam vxorem nominaſſet, mox qualecunque matrimonium id appellat. Et Macer in l. marito, 24. in fin. ff. eod. Vxorem contra leges nuptam hanc nominat. Sed non propterea putandum eſt, Vlpianum nouam vxorem diuiſionem tradere, & ita earum ſpecies partiri, vt aliæ dicantur juſtæ, aliæ injuſtæ: nam quæ injuſta ſunt perinde ac ſi non eſſent, habentur. Itaque (vt ait Vlp. in l. 2. ff. teſtam. quemadm. aper.) cum injuſtum, aut falſum, aut irritum teſtamentum dicimus, abuſiue & non proprie loquimur, vt cum iniquum aut falſum modium nominamus, inquit, Paul. in l. 121. de verbor. ſign. aut quoduis aliud falſum inſtrumentum, in l. ſi quis, 6. ff. de falſ. Quare abſurdum eſſet exiſtimare, diuiſionem vxorum, quam Cic. in Topic. tradidit, vt aliæ matresfamilias dicantur, aliæ tantummodo vxores habeantur, ad illam juſtæ & injuſtæ vxoris partitionem abuſiuam pertinere. Et rectiſſime veriſſimeque à Boëtio declaratum eſt generale vxorem nomen iis ſpeciatim attribui, quæ nondum matresfamilias ſunt, ſed intra annum vſucapionis habentur: quæ tamen interea juſtæ vxores ſunt quia legibus ductæ ſunt: tametſi nondum plena vxorum jura conſecutæ ſunt, quæ poſt vſucapionem abſolutam ſunt adeptura. Quod igitur Vlpian. de juſta & injuſta vxore dixit, non diuiſioni: ſed abuſioni potius tribuendum eſt: quaſi addidiſſet, vt ita loquar, vel verbi gratia, vel tale quippiam. Liuius lib. 39. Campani petierunt, vt ſibi ciues Romanas ducere vxores liceret: & ſi qui prius duxiſſent, vt habere eas & ante diem nati, vt juſti liberi hæredeſque eſſent. Prat.

Vxores eſſe in poteſtate maritorum, & ſine horum auctoritate non poſſe teſtari aut contrahere, optima ſane ratione mihi videtur receptum eſſe. Nam & Moſaica lex olim per matrimonium exemit filias à parentum poteſtate, transferens eas in maritos, Leuit. 22. & Num. 30. Apoſt. Rom. 7. & 1. Cor. 7. Mulier, inquit, quanto tempore viuit vir ejus, alligata eſt legi ipſius. Etenim mulier vere compoſita exiſtimare debet, mores viri eſſe legem vitæ ſuæ, impoſitam ſibi à Deo. Vnde Imp. vocat maritum dominum in l. pen. C. de inoff. donat. Adde l. ea quæ, in pr. ff. de don. int. vir. & vxor. Et l. Lucius, §. quæ marito, ff. de leg. 2. Epheſ. 5. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint. Et Coloſſ. 3. Item 1. Cor. 11. Vir eſt caput mulieris. Sic Sara illa ſancta mulier de Abrahamo viro ſuo loquens: Dominus, inquit, meus vetulus eſt. Gen. 18. Quod repetit D. Petrus in ſua 1. epiſt. c. 3. Denique Deus ipſe mulierem alloquens, Gen. 3. dicit, Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Olden.

Vxores impropriæ, id eſt, contubernales, l. quæſitum, §. vxore, ff. de fund. inſtruct. Prat.

Vxoriæ rei actio eſt, quoties poſt diuortium de dote contentio eſt, inquit Boët. in Topic. Cic. vbi Cicer. hujus in actionis formula verba illa ſolennia fuiſſe ait, quantum æquius melius, quod idem in 3. Offic. commemorat, ejuſque rei veſtigia ſunt in ſi. l. pen. ff. ſol. matr. l. ſi cum Corn. 81. ff. de ſolut. Prat.

Vxores nomen in clericis & ſacerdotib. honeſtiſſimum appellatur, in l. eum qui 19. C. de epiſc. & cler. Neque enim, inquit, clericis competenter adjunctæ ſunt, quæ dignos ſacerdotio viros ſua conuerſatione fecerunt. Hot. Prat.

Vxoris appellatione an contineatur ſponſa, quæſitum eſt: quidam, ajunt: contineri per l. Labeo 6. ff. de gradib. & l. Seruius. Vide Bart. l. ſiue, Cod. de bon. quæ liber. & an ſponſa de futuro. Vide Panorm. in c. 1. de cleric. conjug. & an ſponſa de præſenti poſſit dici vxor, vt lucretur dimidium lucri conſtante matrimonio. Vide Panorm. c. ex publico, de conuerſ. conjug. Barbat. in ſubr. & c. 1. de ſponſal. Prat.

X.

Xlitera illa ceu vaſtior, ſequente conſonante in S. à veteribus mutata eſt: vt ex emendatione Haloandri deprehendere licet. Spieg.

Xαργύρ... qui monetam cudunt Græcis, in l. 1. C. de murileg. lib. 11. Prat. Cujac. ad l. 1. de murilig. libr. 10. ait Xαργ... dici falſos monetarios.

Xelurupho pro Xenophonte falſo legitur, in §. item lex Cornelia. Inſt. de public. judic. Prat.

Xenagi, dicuntur præfecti, mercede ſtipendia facientibus.

Xenagogus, eſt peregrini mercenariique militis dux.

Xenia vocabantur munuſcula, quæ à prouincialibus rectoribus prouinciarum eorumque comitibus offerebantur, l. 6. ff. de offi. procunſ. l. vni. ne damna prouincialibus infligant in Cod. Theod. Briſſ.

Xenium proprie munus, quod hoſpitibus datur: ξένος enim hoſpes dicitur. Vlp. de offic. proconſ. l. ſolent. Non, inquit, in totum xeniis abſtinere debet proconſul. Et paulo poſt. Quantum ad xenia pertinet, vetus prouerbium eſt. Nebriſſ. Huto. Xenia autem non ſunt debita. Plin. lib. 5. epiſt. ad Valer. Quam me juuat, quod in cauſis agendis non modo pactione, dono, munere, verum etiam xeniis ſemper abſtinui: vtitur idem hoc verbo lib. 6. epiſt. ad Cornelian. Briſſ. & Prat.

Xenium capere, eſt locum, in quem diuertas, à magiſtratibus impetrare, vbi diuerſoria minus ſuppetant.

Xenodochium, dictio Græca eſt: de qua meminit Imp. in l. omnia priuileg. & in l. omnes §. priuileg. C. de epiſc. & cler. & in l. illud, §. ſi quis vero, C. de ſacroſ. eccleſ. & ſignificat locū, in quo peregrini (hoſpites, vel potius pauperes) recipiuntur: vt etiam ſenſit gl. ibi dictum ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι τοὺς ξένους. Xenodochij quoque fit mentio in c. de xenodochiis extr. de religioſ. dom. c. non eſt putands. 1. qu. c. per literas de præbend. & apud Specul. tit. de inſtrum. edit. §. nunc vero aliqua verſic 62. Alio nomine Xenon appellatur: de quo in l. ſi quis ad declinandum, §. vbi autem, & §. ſi autem ampliores, C. de epiſc. & cleric. & in l. pen. in prin. C. de ſacroſ. eccl. & in auth. de alien. & emphyt. §. emphytheoſis vero.

Xenodochus, in rubr. C. de epiſc. & cler. is eſt, qui aduenas, ægrotos, inopes, debiles, inualidos, neceſſarium ſibi victum parare nequeuntes, hoſpitio excipit, Gothofr. ad l. ſi quis ad declinandum 49. §. 3. C. jam d. tit.

Xenoparochus, id eſt, qui publice munera hoſpitibus contribuit: ξένος hoſpes, πάροχος dator eſt, ſeu tributor. Arcad. tit. de muner l. munerum. Tabularij, inquit, vel xenoparochi, vt in quibuſdam ciuitatibus. Nebriſſ. Xenoparochi, qui peregrinis res ad victum neceſſarias præbebant: idem fere qui parochi, qui præbent ligna ſalemque, vt ait Horat. lib. ſermo 1. Hot. Prat.

Xerolophum, locus Conſtantinopoli celebris, Iuſtin. 4. Inſt. tit. de publ. jud. Admonet nos, inquit, epigramma in xerolopho ſcriptum. Nebriſſ. Sed hoc vocabulum, quod Alciat. putat adulterinum apud Iuſtinianum loco jam citato, pro tumulo à Suida ponitur, ex congeſtis lapidibus facto. Tripodes in eo fuiſſe, in quibus epigrammata ſcribi ſolerent, Priſcianus author eſt lib. 1. ſub tit. de accidentibus literæ, fol. 7. Spieg.

Ξηρόλοφος aridus tumulus, ἀπὸ τοῦ ξηροῦ καὶ λόφου. De hac dictione vide etiam Apellum in membro de actionibus. & Baldum. in commment. ſuper Inſtit. Iuſt. lib. 4.

Χρῆσις, id eſt, vſus. Vlp. Sed ſi χρῆσιν, ait, ſit relicta, an vſus ſit, videndum. l. ſi habitatio, § 1. ff de vſu & habit. Spieg.

Χειριστής appellatur, qui in Alexandria frumento ſuſcipiendo, & excutiendo præfectus eſt, qualem & apud Opuntios fuiſſe Plutarch. refert in Hellenicis. Cujac. ad l. 1. de frument. Alexandriæ C lib. 11.

Χρύσαμμος eſt Ballucea vt Tribon. expoſuit, quæ nuper effoſſa eſt è terra. Sic & ad 2. Græci 56. Βασιλικῶν tit. 2. ἡ σωρὸς τῶν χρυσάμμων δίδοσθαι. Pollux: τὴν χρυσίδα ψάμμον vocat Cujac. ad l. 1. de metallariis & metall. C. d. lib. 11.

X Y.

Ξύλα, lignum, l. lign. § lignorum, ff de leg. 3.

Ξυλοφόροι auec lignorum vectrices. ibid.

Ξύλα κρεμάστρα, ligna enctilia, interprete L. Bayſio libel. de re veſtiar. c 21. Prat.

Xylocinnamomi de quo in l. vlt. §. ſpecies, ff. de publ. fit mentio. Dioſc. lib. 1. diuerſam facit ſpeciem à cinnamomo: eſſeque lignoſum cinnamomum tradit, quod ſarmenta longa, robuſtaque ferat, & odore ſit longe cinnamomo inferiori. Meminit & Plin lib. 12 c. 19. Briſſ.

Xystarches, qui xyſto præerat. vide paulo poſt Xyſticos.

Xystus autem & Xyſtum cum apud Græcos idem ſignificent, apud Latinos tamen nonnihil habere diſcriminis, docuit Gulielm. Philander in Anno. in Vitruuium Nam Xyſtos, inquit, Latini vocant porticus tectas, vbi athletæ per hyemen exercebantur: Xyſta autem ſubdiales ambulationes, vbi ſudo cœlo ſuas exercebant palæſtras. Vide Vitruu. lib. 5. c. 11. & lib. 6. c. 10. Hot. & Prat.

Xysticos pugiles dictos patet, vel ex eo quod in xyſtis & longis porticibus exercebantur: vel quod haſtis decernerent, à Græco verbo, ξυσὸν, quod haſtam ſignificat: quare Xyſticos ludiones, quod haſtis depugnarent, velut gladiatores: & xyſtarchas, qui gymnaſio præeſſent, nuncuparunt apud Vlp. in l. athletas in princ. ff. de his qui not. infam. xyſtici & thymelici inter eos athletas connumerantur, qui in theatrum prodibant, ad edendas in ſcenas operas, & quia virtutis gratia hoc faciebant, inter ignominioſos non ſunt habiti, de quib. plura ſcripſit Alex. Genialium, lib. 3. c. 9. vbi etiam de pancratiaſtis, & aliis luctatoribus tradit: & de pancratio etiam Vlp. in l. qua actione, §. ſi quis, ff. ad leg. Aquil. Cotta. Xyſticorum meminit & Sueton. in Galba in c. 15. Tertull. in lib. de ſpectaculis. Etenim ipſi actores & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigatos, ſcenicos, xyſticos, harenarios illos amentiſſimos. Prat.

Y.

Ὑπέρθεσις, dilatio Græcis interpretibus, l. ſciendum, ff. de verb. oblig. Prat.

Ὑπερορία ἐθνική l. 6. ff de excuſ. int prouinciale munus, Anton. Auguſt interprete. Adde Cujac. ad l. 6 §. Grammatici, ff. de excuſ.

Ὑπόβολον eſt incrementum dotis, vel quod mortuo marito vxori ſuperſtiti redditur ſupra dotem, ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλειν, quod eſt majori rei vel ſummæ minorem adiicere. Græci alias reddidere dimidiam, alias tertiam, niſi aliud conuentum fuiſſet. Moribus Toloſanorum redditur hodie dimidia, vt ſi 100. fint in dote, 50. Eſt apud Harmenop. li. 4. definitio hypoboli valde deprauata, verba eius hæc ſunt: ὑπόβολον ἐστιν, τὸ ἐπὶ τῇ προικὶ τῆς γυναικὸς, ὅπως ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ ἀπαιτήσῃ ἐκ τοῦ ἀνδρός. Sed legendũ ὅπως ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ ἀπαιτήσῃ αὐτὸ τὸ λεγόμενον. Nam vt quæ in Harmenopulo ſub eod. tit. περὶ ὑποβόλου ſequuntur, aperte demonſtrant, non mortua vxore, ſed mortuo marito, hypobolo locum eſſe. Quod & iis verbis adontatũ reperitur Harmenopulo Biblioth. Regię. [illegible] Confirmatur iis, quę de hypobolo ſcripſit Georg. Phobenus hoc modo. [illegible] ἐν ὕσῳ ἀπὸ τῆς ἀνδρὸς [illegible]

[illegible] Et Demetr. Chartophylax Archiep. Bulgariæ, quem librum haber Pet. Pithœus vir nunquam ſatis laudatus, qu. 55. [illegible] Cujac. obſer. & emendar. lib. 5. c. 4. prope finem.

Ὑποβολιμαῖος dicitur puer tam ſuppoſititius quam ſpurius & adulterio natus. Conn. lib. 3. c. 12. n. 1.

Ὕβρις verbum eſt polyſemum. Proprie autem ſignificat inſolentem quandam & confidentem contumeliam. Apud Æſchinem ὑβρίζειν eſt ſtupro contaminare. Apud Ariſtophanem in Ranis ὕβρις ſignificat, quod idem autor alio loco ait, [illegible], delicias nimias, quibus ſcilicet inſoleſcimus & efferamur ad inferendam injuriam contumeliamque, Bald. in comm. ſuper Inſt Inſt. lib. 4. tit. 4. de injuriis.

Ὑποκοριστικῶς, id eſt, diminutiua forma aliquid proferre, ἀπὸ τοῦ ὑποκορίζεσθαι, quod ſignificat nonnunquam per diminutionem loqui, Vlpian. in l. cogi. 16. in princ. ff. ad Trebel. Et ſi ſubſtantiam meam, & ſi peculium meum teſtator dixerit, quia plerique ὑποκοριστικῶς patrimonium ſuum, peculium dicunt, cogendus erit, ſcilicet adire. Prat.

Ὑποθήκη, vide ſupra Hypotheca.

Ὑπομνηματοφύλαξ à Græcis appellatur, qui Actuarij numeri totius rationes tractat. Cujac. ad l. 5. de erogatione militaris annonæ, C. lib 12.

Ὑπομνηματογράφος à Strabone inter magiſtratus ciuitatis Alexandrinæ numeratur lib. 17. qui Latine dici poteſt Commentarienſis. Cujac. ad l. 59. de decur. C. lib. 10.

Z.

Zalevci lex, de edicto, mandatoque plus ſatis rigido, parumque humano dicebatur: quales feruntur & Draconis fuiſſe leges apud Athen. vide Val. Max. lib 6 c. 5. & Cœl Rhodig. lib. 10. c. 19. & lib. ſeq c 78. adde Cuiaſ. s. Miſc. 15 n. 5 Prat.

Zani, vel potius Tzani populi, vt Viglius legendum eſſe annotauit, quod & Alc. probat, à veteribus Sanni vocati ſunt prius tamen & Macrones dicti: primum ſub imperio Iuſtiniani victi, in formam prouinciæ ſunt redacti, vt ſcribit Agath lib. 5. Fit eorum mentio in Nou. 1. conſtit. de hæred. & Falcid. Sp. Pr.

Zea genus frumenti, Langobardico vocabulo ab Accurſio ſæpe appellatur ſpelta vide l. triticum, ff. de verb. oblig. Spieg. Adde de Cujac. ibid. Prat.

Zelotypia definitur à Chryſippo ægritudo animi, ex eo proueniens, quod timeas, ne adſit alteri, quod cum nemine velis habere commune. Zelotypiæ ſpiritu vexatus vir, eum ſuſpectam vxorem de adulterio habet, quo modo agere poſſit. docet Moſes in Numeris, & Imp. Nobell. 117. Spieg. Prat.

Zeli nomine ſignificatur & æmulatio, quæ eſt ſecundum Ciceronem, ægritudo, ſi eo, quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat: In ſacris vero literis affectus ille ita nominatur, qui oritur ex commixtione indignationis, quæ eſt de bono indigni: & miſericordia, quæ eſt de malo indigni. Tametſi zeli nomine, quidam rapiantur zelo imperito, & imprudenti: cujus ad Rom. meminit diuus Paulus. Vide Ludo. Viuem de animo, lib. 3. tit. de indignatione. Spieg Fuit autem olim & factio quędam Iudæorum, quæ ſibi impoſuit Zelotarum nomen, tanquam acerrimis aſſertoribus & defenſoribus legitimarum obſeruationum. Ioach. Camerar.

Ζῆλος dictio Græca eſt, ardorem quendam animi & contentionem mentis oſtendens ἀπὸ τοῦ ζεῖν, vt videtur, i. à feruendo: eſtque τῶν μέσων non minus laudatæ & juſtæ affectionis ſignificatiua, quam prauæ & improbæ æmulationis. Sed pauci è Latinis apud veteres ea (quod ſciam) vtuntur. Curt. li 5. [illegible] c. 5.

Zelvs proprie noſtris eſt, viri amor in vxorem. 2. q. 1. c. ſi peccauerit, in fin. Dicitur & Zelus, affectus ille. Old.

Zeta, locus erat vnius cubiculi capax, ſolem hybernum ſpectans alto conſtructum, vt per helioc aminum vaporem acciperet. Alex. Neapol. Genial. diet. li. 5. c. 5. Super hac dictione quid compererit Cataneus refert pluribus in comm. ad 2. lib. Plin. epiſt. Old.

Zetarii apud Paulinum lib. 3. ſenten tit 6. iidem qui Diætarij dicuntur l. quæſitum, §. idem reſpondit, ff de inſtr. vel inſtr. leg. ex quo apparet zetam, & diætam idem valere: ſicut zabolum & diabolum: zacynthum & diacynthum, zaconum & diaconum. Prat.

Zeugmatis genus eſt, quando aduerſus res præcedentes, neutro adjectiuo omnes terminamus, vt cum dicimus, vxori veſtem, ornamenta, mundum, aurum, argentum, quod ejus cauſa paratum eſſet, omne lego: intelligitur legata etiam veſtis, ejus cauſa non parata l. hæres, § vxori, de leg. 3. Spieg.

Ζώα Latine Fax dicitur Connan lib 8, c. 3. nu. 2.

Zevxippi porticus in l. 18. C. de operib. pub. In deſcriptione vrbis Conſtantinopolitanæ, cujus incertus eſt auctor, Thermæ Zeuxippi in ſecunda regione ponuntur Zonaras Tom. 3. in Iuſtiniano. Καὶ τὸ Ζευξίππου λουτρὸν τὸ λεγόμενον [illegible]. Et in Philippico: Καὶ ἐν τῷ τοῦ Ζευξίππου [illegible] Br. Pr.

Ζημία in legib. Solonis apud Demoſth. & Plutarch. pœna & ad mortem, & ad aliud pœnæ genus pertinet. Prat.

Περὶ

Digitized by Google

Περὶ ζημιῶν ἀέρος, i. de mulctis aëris, titulus eſt apud Harmenop. quem Cujac. in obſeru. 7 referendum putat ad illud genus vectigalis pro aëre exacti, de quo Cedrenus in Michaël. Paphlago, meminit his verbis [Greek illegible]. Et huc pertinet illud Peſcenij Nigri apud Spartianum. Vos terras veſtras leuari cenſitione vultis, ego vero etiam aërem veſtrum cenſere vellem. Et ſane Plin. lib 12. c. 1. refert, quoſdam populos pro vmbra platani vectigal pendiſſe. Prat.

Ζημιοῦν, ζημιοῦσθαι, in legib. Solonis apud Demoſt. & Plut. Pœnam infligere, & irrogare mulctam. Prat. Cujac tamen obſeru. lib. 6. cap. 27. negat ζημιοῦν idem eſſe, quod pœnam ſeu mortem infligere, ſed tantum mulctam infligere ſignificare oſtendit, idque probat autoritate Gellij, qui ſimiliter mulctare non necare, dixit.

Zingiberi in vlt. §. ſpecies, ff. de public. imitatione Græcæ ſcripturæ. Nam Græcis ζιγγίβερ dicitur, eſtque interprete Suida [Greek illegible]. De quo videndus eſt Dioſc. lib. 12. & Plin. lib. 17. c. 7. Briſſ. Prat.

Zizania in extrauag ſuper cathedram, §. ab ulim. de ſepultur. [Greek illegible] primam Adæ declinationem ſignificat, vt ibidem dicit gloſſemator. qui eam pro ſcandalo accipi ſcribit. Prat. vide infra Zizania.

Zona, eingulum duplex, pecuniæ quam aliquandiu conſeruare volumus, geſtandæ idoneum. Vlp. l. 6. ff. de bon. damnat. Nec ſi zonam circa ſe habuerit, protinus aliquis vindicare debebit Gracchus apud Gell lib. 15. c. 12. Itaque Quirites, quum Roma profectus ſum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincias inanes retuli. Hot. Cæterum zonæ appellatione quid intelligatur veteribus, relatum à Rhod. lib. lect. antiq. 22. cap. 29. Spieg. & Old.

Zonam ſoluere dicitur maritus in lecto, cum nuptam virginem deuirginat. Catullus. Nec quærendum aliud foret neruulus illud, Quod zonam poſſet ſoluere virginea. Ouid. in epiſt. Phyll. ad Demoph. Cui mea virginitas auſpicibus libata ſiniſtris, Caſtraque fallaci zona reuincta manu. Prat.

Zoophyta dicuntur, quæ mediam naturam inter ſenſibilia & vegetabilia habeant vt oſtrea, ſpongiæ, & ſimilia inter animalia: Nos forte, inquit Budæus, Plantanimes dicere poſſumus, vel Plantanimalia.

Ζωωτὰ peria dicuntur, animalium figuris intexta.

Zoxani operarij qui in diem viuunt, [Greek illegible], quod viuere ſignificat in hoſpitijs: ipſi autem operarij, qui in aquæductibus laborant, Silicarij dicuntur. Alc. in l. ad reparationem, C. de aquæduct. b. lib. 11. Old. Prat.

Zoocephala, ſignificant jumentorum capita jugo illigata. Iuſt. tamen in Nou. juxta editionem Haloandrinam de offic. præſid. conſtitut. 17 §. compelles etiam, vſurpauit hoc vocabulum, pro, quod juncti boues vno die extrare poſſunt, vt Iugerum appellatio apud Varronem, & alios. Oldend.

Zygostatæ, libripendes, qui cymilni ponderum præfecti ſunt, vel quorum judicio nummi probari debent, ita ſigna ponderum nummis imprimi. Horum judicio, Paul. Caſt. cenſuit, eatenus liberari debitum, quatenus deliquato ære, reliquum argenti ſupererit creditori, l. ſi. C. de Pond. lib. 10. Qua de re latius diſſerit. Alc. in l. 2 ff. ſi cert. pet. Old. Hinc Zygoſtaticam fidem Alciatus appellauit fidem plenariam & examinatam, ideo, quod Zygoſtatica libra ſit publice in ciuitatibus ſuſpenſa: Hinc ζυγοστάτης lib. 38. Βασιλικῶν, vt teſtatur Cujac. l. 6. § Grammatici, ff. de excuſ. dicuntur ponderatores & libripendes.

Zythum, potus eſt, quem è frugibus excogitauit Ægyptus. Vlp. tit. de trit. & vin. leg. ſi quis zythum, inquit, & cætera pro hominum affectatione. Anton. Nebriſſ. Olden. Fit ex hordeo in aqua reſoluto, maxime in Ægypto. Dioſcur. lib. 2. Hotom.

Zythus vini appellatione non continetur, ſecundum Vlp. in l. ſi quis vinum ff. de vin. trit. oleoque leg. & ex frugibus præparatur apud Ægyptios, vt ait Colum. vel ex hordeo, ſecundum Suidam, vel ex tritico aut pane, l. 9. ibidem in Hiſpania vero Cerea appellatur: de qua, ſecundum aliquos ſenſit etiam Vlpia. in ea. l. ſi quis vinum, quibus non aſſentio. Corta.

Zyzania, adulterina ſemina, quæ frugibus ſæpe miſcentur. In ſacris literis quidam zizania interpretantur ſectas & hæreſes: atque inde colligunt, non eſſe poteſtatis ciuilis, hæreticos ſupplicijs adficere. Spieg. Vide ſupra Zizania.

FINIS.

COMPLEMENTVM LEXICI PERFECTI.

Coronidis vice, ne quid omnino deeſſe videatur, adjectum: in quo continentur ſequentia.

I. *Liber ſingularis, De vocibus & Orthographia, Syntaxi, & formulis quibuſdam in jure ciuili Romano plene ſingularibus, aut omnino inuſitatis, ex Briſſ. & aliis: cum Indice Alphabetico.*

II. *Formulæ Antiquæ, ſeu ſolennia & hodie inuſitata Populi Rom. verba.*

III. *De variis tum Verborum tum vero & Rerum formulis & antiquitatibus, quæ in Regiis ac Decemviralibus, aliiſque priſcis Romanorum Legibus, Senatuſconſultis, & Magiſtratuum creationibus, officiis ac differentiis, continentur: ex Lipſio, Paul. Manut. Hotom. & aliis.*

Leges Regiæ & Leges Decemvirales.

Legum Romanorum accommodata ad litterarum ordinem enumeratio.

De Senatoribus, Senatu, & Senatuſconſultis.

De Magiſtratibus Romanis.

IV. *De verbis feudalibus, præcipue notabilibus, aut alias minus vſitatis: ex Hotom. Cuiac. Vultejo, Roſenthal. & aliis.*

Eaque ſtudio Iohan. Calvini aliâs Khal. &c. collecta & adjecta; Editione quinta nunc recognita & aucta.

ΠΑΡΕΡΓΩΝ

LIBER SINGVLARIS DE VOCIBVS

ORTHOGRAPHIA, SYNTAXI, ET FORMVLIS QVIBVSDAM

plane ſingularibus, aut omnino inuſitatis, ex Briſſo,& aliis : quarum Indicem
Alphabeticum vide mox infra in fine horum
παρέργων.

QVæ in Pandectis Piſanis aliter atque in cæteris
& vulgaris codicibus ſcripta occurrant, & quid
eam varietatem, aut potius receptæ paſſim ſcri-
pturæ labem creauerit, paucis primum demon-
ſtremus : ita nimirum, vt ne in alienas poſſeſ-
ſiones temere irruamus, & vaſtiſſimum de Or-
thographia Latina dicendi campum apertum, quibus oportet,
relinquamus. Et hæc ea tantum, quæ propoſitis rebus neceſ-
ſaria ſunt, ita perſequemur vt nobis res, non nos rebus ſubji-
ciamus; reliqua ad eos, quorum ea de re propria opera eſt, re-
mittamus. Inuenio igitur quod Sterquilinum vulgo dicitur,
2 Stercuſinum in Pandectis Florentinis ſcribi in L.17. §. ff ſi ſer-
uitus vindicet, & in l. 17. §. fundo, ff de act. o.empt. Quam
ſcripturam veteres M. Catonis de re ruſtica, & Terentij Co
mœdiarum libri adjuuant, in quibus ſtercilinum conſtanter le
gi jampridem Pet. Victorius, & Georgius Fabricius prodide-
runt. Confirmat hoc idem B. Germani Latinogræcum Lexi-
con, in quo ita eſt, Stercuſinum κοπροδοχεῖον, κοπρία. &c. & ver-
bi ipſius origo ſuadet, ex qua ſtercutij quoque Dei, quem à ve-
teribus ſtercorandorum agrorum cauſa cultum Iſidor. lib. 17.
Etymol. cap. 1 tradit, efficta & formata appellatio eſt. Ac facile
in hoc verbo C in Q vt in aliis multis dictionibus propter af
finitatem mutatum eſt. nam & quod Quippe dicimus, id in Pi
2 ſanis Pandectis Coeppe in l.19. §. de acq. poſſ. & alias Qoeppe
ſcribitur in l.8.§ vlt. ff. de contra t: b
3 Præterea quod vulgo ſurſum verſum, in Pandectis Florenti-
nis, ſuſum verſum recte meo quidem judicio non ſemel ſcri-
ptum eſt, l. 28. in fi. ff. de probationib. l.9. ff de diuort. l. vlt §
ſunt ex lateribus, & §. nunc ſingulos, ff. de gradibus & affinibus,
Probabiliorem autem mihi eam lectionem facit quod à ſus,
4 ductum Suſum mihi perſuadeo. Etiam Cis & vlis eadem
Pandectæ habent in l 2. § cepta deinde, ff. de orig. jur. non vt
5 alij codices Vls. Sed & quod Tegmen & Subtegmen paſſim,
Temen & Subtemen Florentinæ dicitur l.70. in prin. & §. vlt. ff.
de leg lib.3. l.32. in fin. ff. de auri & argen. Quam ſcripturam Le-
6 xicon B. Germani comprobat, vbi Subtemen κρόκη ὑφάδιον
vertitur. Hoc amplius Florentini libri Culcitas, non vt alij
Culcitras efferunt, l.4. ff. de ſuppellect. leg. l. 25. §. Culcitæ, ff. de
aur. argen. Eamque ſcripturam in Lexicon B Germani in quo
Culcita τύλη redditur. Apud Iſidorum etiam lib.19. Etymo-
log. capite 27. ita ſcriptum eſt, Culcitæ vocatæ quod calcentur,
id eſt, farciantur pluma ſiue tomento, quo molliores calidio-
7 reſque ſint. Coercitionem quoque Florentinæ Pandectæ,
8 non, vt vulgus loquitur, Coertionem ſemper enuntiant. Iam
vero Fauia lex & Faulana actio recte in iiſdem Pandectis &
Pauli ſententiar. libris in Codice Theodoſij Fabia & Fabiana
dicitur. Eum autem errorem, qui diutina poſſeſſione cum vi-
tio Codices omnes occupauit, ex ea quæ inter literas B & V.
olim extitit, cognatione ortum certo certius eſt. Nam cum
in pronunciando & ſcribendo promiſcue atque indifferenter
his literis veterentur, eo factum eſt, vt vna in aliam multis
in dictionibus degenerarit. Quæ res non pauca errores in au-
ctorum libris innexit, quorum ne longe exempla petantur,
quam multi Codices Velle quæri, pro belle quæri ante hac
ſcriptum habuerunt, in l. 2. §. vltim. ff. de ſuis, & legit. Quin e-
tiam ex hac promiſcua literarum mutatione Celſi nomen cor-
ruptum fuit. Is enim non in legum modo libris, ſed & in Pli-
nij Epiſtolis Iuuentius appellatur, qui Iuuentius dici debet,
quemadmodum recte Pandectæ Florentinæ ediderunt in leg.
20 § præter, ff. de petit. hæred. l.7. & 2. ff. de jure patron. & an-
tiquum illud veteris libelli à me libro 3. Select. Antiquit. relati
monumentum teſtatur, cujus Iuuentius Celſus ſubſcripſiſſe
traditur. Cujuſmodi nominis præfectus quidam vrbi à Sym-
macho lib. 1. Epiſt. 29. memoratur. Nec abſimili errore Iauo-
lenus in Iabolenum tranſiit, & Hauitus in Habitum : vnde vi-
tiata ſplendidæ orationis Ciceronianæ inſcriptio fuit, quam
pro Cluentio Auito dictam earundam Pandectarum ſcriptura
patefecit, ſicuti Iacob Cujac de noſtra ſcientia optime meritus,
aliis quoque eiuſdem generis mendis detectis admonuit : qui-
bus addarur licet emendatio, l. 2. Cod. de cenſitorib & peræqua-
tor. l. 11. vbi Fœtus vetauerit, pro, Hebetauerit ſcriptum eſt:
quemadmodum patet ex leg. 1. eodem titul. in Cod. Theod. ex
qua amplius, vt hoc obiter admoneam, patet Tribonianum ca-
pitale ſupplicium à Gratian. & Valentinian. irrogatum, in com-
petentem indignationem transformaſſe. Atque ex hac litera-
rum mutatione creatam illam lectionis varietatem exiſtimo,
quæ inter Iuſtinianeum & Theodoſianum Codicem intercee-
dit in leg. 11. Cod de ſuſceptor. libr. 10. Vbi Veni ſuſceptaribus
legitur cum in leg 26. eodem titu. in Cod. Theod. binis ſuſce-
ptoribus ſcriptum ſit. In quo Codice etiam innumerabilibus
9 prope in locis voces hæ. Conniuere & Conniuentia deprauata-
tæ ſunt. in earumque locum conhibere & cohibentia irrepſe-
runt, vt in leg. 71 & leg 77. de decurionib. de murileg. l. 2. quo-
rum appell. non recip. leg 39 de epiſc. & cleric. Inde quoque
manauit error ille, qui apud Caſſio. lib. 5. variar. Epiſt. ad vni-
uerſos poſſeſſor. remune : in qua Signini albei, pro Signini
aluei eum vitio legitur, vt & apud Ciceron. orat. 7. in Verrem cir-
ca finem Lege de judiciis judicibuſque nobis promulgata, pro
Iudiciis iuſque nouis. Sed de his ſatis ad inſtituta pergamus.
Quod vulgo ſulphur, in Pandectis Piſanis ſulpur ſcribitur l. 13.
§. inde eſt quæſitum, ff. de vſufruct. Quomodo & in vetuſtis
10 Catonis codicibus verbum hoc ſcriptum offendiſſe ſe Victo-
rius teſtatur. Inde ſulphorata in l. 51. ff de lega. lib. 3. l. 147. ff. de
verb. ſign & Sulpuratiæ pro ſulpuris fodinis in l. 52. §. ſi ſul-
11 puariæ. ff. de furt. Eodemque modo & Calpurnius in iiſdem
Pandectis ſcribitur in l. 10. ff. de offic. procunſ. qui in aliis libris
Calphurnius Sed & Balliſtarios eædem Pandectæ nuncupant,
quos alij Balliſtrarios l. vlt. ff. de jur. immun. Quam ſcriptu-
ram etiam Lexicon Latinogræcum B. Germani ſequitur, in
quo ita eſt, Balliſtia, ἀρκοβαλλίστρα. Quo poſtremo verbo,
vt hoc in tranſcurſu admoneam, in hoc ſignificatu Leo Imper.
in lib. de Bellico apparatu non ſemel vtitur. Enimuero multa
12 quæ reliqui codices per o efferunt, vocabula, Florentini per
u ſcribunt. Conſtanter enim ac perpetuo Epiſtulam habent,
Epiſtolam nunquam : etſi Græca, vnde Latina ducta eſt appel-
latio, ita pronunciandum ſuadeat. Me tamen in admirationem
trahit quod & in vetuſtiorum auctorum manu exaratis libris
Epiſtulam ſcribi alij ante me monuerunt. Et ita quoque in
inſcriptione quadam Romana ſcriptum eſt.

M. AVR. ALEXAND. AVG. LIB.
AB EPISTVLIS.

SVbolem etiam non ſobolem iidem libri edunt, l. 10. §. ſi
ſerui, ff. de jur. dot. l. 22. § ſin. autem tantus, ff. ſol. matr.
l. 64 ff de condit. & demonſtr. Quemadmodum & in Cod.
Theod. qui Io. Tilij beneficio Lutetiæ excuſus eſt, vbique
hoc verbum ſcribitur l. 3. de mulieribus, quæ ſe ſeruis jun-
xer. l. 74. de decur. & aliis infinitis locis. Vt & in Lexico
jam ſæpius enarr. Subules ἔκγονοι. Quod rectiam videtur, vt
à Suboleſcendo, id eſt, ſubcreſcendo, vox hæc deriuata ſit.
Eam enim apud veteres verbum oleſcere ſignificationem
habuiſſe, Feſtus notauit. Adoleſcentem quoque ibidem
ſemper legere, Adoleſcentum nuſquam. Et Vtrubi l. 1. &
Rubr. ff. vtrubi, l. 3. ff. de re vind. Vtrubique, non Vtro-
bique leg. 4 ff de pact. dotalib. leg 85. ff. de legat. lib. 3 leg. 25.
ff. qu. dies leg. ced. leg. 19. in fin. ff. de iud. leg. 11. § officium,
ff. de aq. & aq. pluu. leg. 36. §. pen. de legat. lib. 1. Varietatem
autem hanc ſcripturæ, qua inter ſe codices diſſident ex
antiqua

antiqua literarũ O & V quã in ſermone recipiebant, functione
finxiſſe eredo, ex qua Vulgo & Volgo indifferenter ſcribi in
veterum libris ſcimus. Inde adeo qui peſſim Opilio, Florentinę
Vpilio dicitur in l.60. in fin. ff. de leg. 3. quanquam omnium cu-
ſtudet, Ouiliones appellentur in l.25. in fin. ff. de inſtr. vel in-
ſtrum. Sic etiam Hoc, pro Huc, (quod veteribus in vſu fuiſ-
ſe Seru. 8. Æneid. notat.) legimus in l. 6. ff. de vſu & habit. La-
tinum porro V Græcum ὑψιλὸν repreſentare, ejuſque locu in
referendis dictionibus. Græcis antiquitus ſuffeciſſe ſolitam non
eſt ignotum. Hinc illa Muſia, pro Myſia in leg. 26. § vlt. ff. de
21 pœn. & Tumpanum in l.19. §. illud, ff. locati, pro Tympanum,
Aſſurius ſermo, pro Aſſyrius in l.1. §. vl. ff. de ver. obl. Sulla, pro
Sylla in l.2. §. deinde Cornelius, ff. de orig. jur. Et Purrhus, pro
Pyrrhus in l.1. §. 2. ff. de poſtul. Et Poluposus, pro Polyposus in
l.12. ff. de ædil. edic. Contra Centyrio pro Centurio in l. 26.
conuenit, ff de pactis dotal. l.40. ff. de adm. tut. l.13. ff. de vulg. &
pupill. Vt Lyſitania, pro Luſitania in l. vlt. ff. de cenſib. Fuit e-
tiam olim Latinu I, magna & ad commutationem procliuis
cum vocali V, cognatio. Inde adeo quod hodie Recuperare,
24 antiquitus Reciperare dictum, non ex Piſanis Pand. tantum,
ſed ex aliis vetuſtis omnib. codicib. intelligimus. Ex diuerſo
Duplome, pro Diploma, Adſimularut, pro eo quod vulgo
Aſſimulatur in iiſdem Pandectis legimus; Et Plaoc Adſimulare
dixiſſe antiquos Diomedes ait, Ciceroniſque & Virgilij teſti-
moniis confirmat: licet eam ſcripturam veterum codices in
hunc diem non retinuerunt. Acceſſitis etiam amicis Floren-
25 tinæ ſcribitur in l. 39. §. propoſitum, ff. de leg. 3. vbi alij Codi-
ces Accerſitis habent. Atque ita, quantum memoria repeto, in
manuſcriptis veterum auctorum codicibus quos quidem mihi
videre ante hac contigit, Acceſſere, pro Euocare ſcriptum,
vbicunque id occurrit, reperi, licet Grammaticorum diſtin-
ctioni hanc ſcripturam repugnare non ignorem, qui Accerſere
in ea ſignificatione dicendum contendunt. Vnde in l. 7. C. vbi
cauſæ fiſcal. quo loci typis impreſſi libri Accerſendis, veteres
mei Acceſſendis ſcriptum habent. Itidemque apud Cicer. pro
A. Cluent. primi qui ex Venetorum officinis prodiere Codices,
Acceſſit ſine cauſa puerum, non vt recentiores, Accerſit, edi-
26 derunt. Defruderur vero, quod eſt in l. 45. in fin ff. ſol. matri.
cujus loco hodie Defraudetur ſcribimus, germanam antiqui-
tatem olet. Defrudo enim non Deſraudo veteres dixiſſe, vt re-
liquos omnes taceam, Nonius Marcell. notat. & hoc Plaut.
in Aſin. verſu comprobat.

Ten' defrudem cui ipſi nihil eſt in manu?

Subdit & Terentianum ex Phormione Act. 1. ſcen. 1. verſum:

Meum defraudans genium comparſi miſer.

Conſtitit certe, pro conſiſtit ſæpenumero in Pande. Piſanis
27 ſcribitur, l.68. l.68. in fin. ff de ſolut. l 34 ff. de negot. geſtis. Et
28 Conſtiteremus, pro Conſiſteremus in l.26. ff. de judic. Iuue-
nalem etiam facilitatem, non vt alij libri Iuuenilem eædem
Pandectæ ſcribunt in l.13. §. lex Iulia, ff. ad l. Iuliam de adult.
29 & Sycamionem arborem in l. penult. ff. de extraord. crim. vbi
alij Sycomorum. Et Perfocat in l. 4. de lib. adgn. vbi alij Præ-
30 ſucat, Scribunt, & eædem Pandectæ vt plurimum, Atquin nõ.
31 Atqui l.78. §. pen. ff. de leg. 3. l. 19 ff. de negot. geſt. l. 59 ff. ad
Trebel. l. vlt. de fideicom. libert. l.13. ff. ad l. Iul. adultes. Refi-
32 ctionem itidem, pro Refectionem aliquoties ſcribunt, l. 1. §.
cloacæ, ff. de cloac. l. 3. §. vlt. & l vlt. ff. de riuis. At Vnguere, &
23 Tinguere, addito, V. in cæteris temporibus conſtanter ſcri-
bunt, l. vlt. ff de judic. l.22. ff de neg. geſt. l.73. ff. de leg. 3. & aliis
innumerabilibus locis. Quæ verbi Tinguo ſcriptura Capro
Grammatico probatur: & in hunc quoque modum Vnguunt
In Lexico B. Germani ſcribitur & vertitur ἀπολήψεις, ...
... Placet etiam Probo artis ſuæ peritiſſimo, ita ſcriben-
24 dum Vnguo. Plane meram antiquitatem ſapit, quod Prægnas
prægnatis, reliquuſque deinceps caſus ſimili forma eædem
Pandectæ efferunt. Cui dictioni vt poſteritas literam N. in-
ſeruit, ita de quibuſdam aliis vocibus detraxit, quibus eu-
phoniæ gratia olim ea interiici & interponi conſueuerat.
25 Nanctus enim & Thenſaurus, Quotiens, Quotienſcumque.
Vicenſimus, Quadragenſimus, Centenſimus, & alia id genus
hodie ſine N. pronunciantur. Quibus haud ſatis ſcio an adnu-
merari debeant quæ in iiſdem Pandectis obſeruaui, Relin-
querit, Relinquiſſet, l.79 ff. ad l. Falcid. l.2. §. ſi ex emancipato,
ff de collatio. bonor. l.41. § Lucius ff. de fideicomm. libert. l.122.
ff. de verb. oblig. & aliis infinitis locis. Idem contingerunt in
l.41. §. Titius, ff. de fideicom. libert. Obtingerunt in l. 13. ff. de
muneribus & honoribus. Confunderant in l.31. ff. locat. Re-
ſcinderat. in l. 1. §. quod ait Prætor. in fin. ff. de cloac. Nam
26 nec abſimili ſpecie Rumperit, Rumptum & Corrumpit, pro
Ruperit, Ruptum, Corrupit ibid. legimus in l.22. ff. de furt. l.
vlt. ff locati. Rubr de loi. rupt. & irr. l vlt. ff. locati. Et quædam
alia prætcrea verborum tempora contra Grammaticorum re-
27 gulas formam habent. Veluti Accederat, pro Acceſſerat in l.
28 vlt. ff. de acq. her. Decederit, pro Deceſſerit in leg. 27. §. 1. ff. de
29 leg. 3. Adjuuauerit, pro Adjuuerit in leg 15. §. ff. de manum.
30 teſtam. Adpulſerit in leg. 2. §. Trebatius, ff. de aqua quotid. Et
31 Tolliſſe, pro Tuliſſe in l.13. §. ſi quis hominem, ff. de acceptil-
32 lationibus. Et Obſinuerit in l. 1. §. 1. ff. de extranc. etiam. Sed vt
nudæ antiquitatis reliqua in Pandectis impreſſa veſtigia per-
ſequar, non omittendum eſt, quod Vxorei, pro, Vxori legimus
in l.31. ff. de vſufruct. leg. Ipſeis, pro Ipſis in l 1. ff. de feriis, &
Beneuolentia, pro, Beniuolentia in l.62. ff de hæred. inſtit.
Cujus generis in vetuſtis ſaxis monumentiſque exempla
ſunt frequentia. Ploſtrum item & Clodium illic ſcribi obſer-
33 uabis, quæ nunc per au efferuntur. Item Neglegere, Intellege-
34 re, Dejudicare, Delenimentum, Deuerticulum, Deſtricte,
Deſperite, Deminutum, quæ nunc per i enunciantur. Cui
mutationi facile ipſa literarum affinitas locum dedit, quæ an-
tiquis temporibus ſine vllo diſcrimine inter ſe commuta-
bantur, quemadmodum Fab. lib. 1 cap. 12. & Gell. lib. 10. cap.
24. & Donat. in Phorm. Terentij admonent. Maxima vero
35 ea in dictionum fine licentia vtebantur. Vnde Noxale, pro
Noxali, in l. 27. in princ. ff. de euict. Defenſione, pro Defenſioni
in l. 36. § 1. ff. de noxalib. Exceptione pro Exceptioni in d. l.
39. §. pen. Rurſus Petitioni, pro, Petitione in l.8. ff. de rei ven-
dicat. Et Ferruminationi, pro, Ferruminatione in l.23. §. item
quæcunque ff. eod. tit. Adfinitati, pro l. Adfinitate in l.39. ff. de
injur. Cujuſmodi infinita exempla in eorum librorum lectio-
ne verſantibus occurrent, quæ hinc admonitus ſibi quiſque
36 ſuo ſtudio obſeruabit. Eſt & ex antiquo loquendi more repe-
37 tende quorundam verborum à vulgari forma diſſidens ſcri-
38 ptura. Apiſci enim, pro Adipiſci, & Cludo, pro Claudo, non
tero in illis Pandectis leges. Nubſit etiam & ſcribſit, quæ paſ-
ſim per P, ſcribuntur aliquoties inuenies in titul. De condi-
tion. & demonſtratio. At ex contrario optinere, Optulit, Su-
ptile, Suptilitas in iiſdem libris, vt plurimum per P, non vt in
aliis per B, ſcribuntur. Sed & multa per C, illic ſcripta ani-
maduerti, quæ per T, vbique alias concipiuntur, veluti con-
39 dicio, Ædilicius Ædilicia, Aduenticium. Muciana, Venali-
ciaria, Conuicium, Solacium, Trajecticia, Pigneraticius, Pi-
gneraticia, quæ duo poſtrema etiamnum in codic. Iuſtiniani
corrupta ſunt. Retinent & illi libri fere ſemper in compoſitis
40 verbis integras vtrinque voces. Itaque Exſtat, Exſpectat, Ex-
ſoluere, Exſequi, Exſtruere, Exſpirat tam crebro legimus, vt
nimiæ ſit & putidæ diligentiæ loca proferre. Eadem forma
41 Transducere habent, non Traducere, in leg. 13. §. 1. ff de Publi-
cia. l 61. ff. de leg. lib. 3. l. 31. ff. pœnis. Et transſcribere, in l.
42 92. ff. de div. reg. jur. Inſcrymari in l.19. ff. de offic. præſid. In-
rogate. l.1. in fin. ff. de ſeruis exp. Et Circumire in l. 7. §. 1. ff. de
offic. procon. Nonnulla quoque contra receptam ſcribendi
conſuetudinem in illis libris vocabula aſpirantur. Nimirum
43 Harena, Harenarij. quibus in verbis aſpirationum Phocas
Grammaticus deſiderat. Item Holus l. 12. ff. de vſu & habit.
Verhedi in l. vlt. ff. de mun. & hon. At harundo & harundine-
tum, non abſciſſe, ſed varie, & modo addita, modo dempta
aſpiratione. Sicut & Trahianus quandoque l.4. in fin. ff. pecu-
latus. l.3. in fin. ff. de abig. l. 5. §. vlt. ff. de his quæ vt indign. &
Trahianopulis l. 1. ff. de cenſ. Per contrarium quædam in illis
44 libris citra ſpiritum, aliter atque vulgo ſcribuntur. Qualia
ſunt hæc, caruscatitas, pro beneuolentia, poſthumus, Quæ
quia in Pandectis obuia ſunt, idcirco locorum teſtimonia ſu-
perſedeo. Tantum confirmãdæ hujus ſcripturæ cauſa Lexicon
B. Germani citabo, in quo Poſtumus ſine aſpiratione ſcribi-
tur, definiturque ...
... Similiter citra aſpirationem verbum Tus ſcribi-
tur, non modo in l. 3. §. pen. ff. de penu. leg. verum etiam in eod.
ædis B. Germani Lexico. Quam ſcripturam rectam eſſe Iſido-
rus libr. 16. Etym. c. 8. à tundendo hujus verbis originem de-
ducens, docet. Item Partos Pandectæ efferunt non Parthos, l.
30. ff. de condit. & demonſt. Ederam in l. 3. ff. arbor. furt. cæſ.
& Vmurem l.57. ff. locati, l.18. ff. de ſeruit. vrb. Et Vmerale in
leg. 14. §. vlt. ff. de re milit. Et Redam l. 60. §. pen. ff. l. at Tro-
cleas, l.19 §. illud ff. eod. tit. Renum in l.11. ff. de euict. Ænum.
45 In l.12. ff de inſtr. vel inſtrum. Cæterum in loco P. H. aſpirari in
multis, præſertimq; peregrinis dictionibus F. Ponitur, ſic Fœ-
nices, Elefantos, Filippus, Orfitianum, Chirografa, Siſones,
Efeſum in Florentinis libris legimus, l. 8. & l. vlt. ff. de cenſib.
l.2. in fi. ad l. Aquil. l.6. ff. de acqu. hæred. l. 31. §. 1. ff. de ſeruo
corr. l.12. ff. de inſt. vel inſtrum. l. 137. §. cum ita, ff. de verb. obl.
Inſuper quædam variis literis concepta vocabula in illis libris
occurrunt quæ nos geminatis ac repetitis ſcribimus, in Conu-
46 bium: quam eandem ſcripturam Lexicon B. Germani ſequitur
vt ſupra libr. 3. de verb. ſign. docui. Item coocte l. 37. ff. de
neg. geſt. l. 59. ff. de rei vend. l. 1. §. pen. ff. de ſals & legit. Li-
tus & litore l. 3. ff. de rer. diuiſ. & alibi ſæpe Cupertoria in
l.38. §. 3. ff. de aur. argen. quæ vulgo Coopertoria. Illico, Vi-
licus, Vilica l. 146. l. 205. ff. de verb. ſignific. & alij infinitis
locis. Pediſequa l.65. ff. de leg. lib. 2. Britanica. 46. ff. ad Treb.
Poſtremo Anulum, Ædiles, Curules, Oportune, ſine litera-
rum geminatione in illis libris vel indiligens lectos offendet.
Vice verſa geminantur in aliquot dictionib. literæ, quarum re-
petitionem communis ac trita ſcribendi ratio repudiat. Nam

Digitized by Google

47 & Querellam, Sequellam, & Sollemnem, Litteram, Immo,
Quinimmo, Comminus, Repperia, Mercennarius perpetuo
inuenies. Et certe in Lexico B. Germani eodem modo Que-
rella ſcribitur, & redditur μέμψις. Bracchium etiam iiſdem li-
bri ſcribunt l.23 § item quæcunque, ff. de rei vendicatio, l. 42.
ff. de æd. edict. Et Sollertiam l. 24. ff. ex quib. cauſ. major. &
Maſſutium l. 2 § his etiam, ff. de orig. jur. l. 105 ff. de verſ. obli.
l. 144 ff. de verb. ſign. Et Catillinam l. 8 ff. ad l. Iul majeſt. Rec-
cidere l 10. l. 40. ff. de adoptio. l. 7. in fi. ff. quod cujuſque vniu.
l. 6. ff. de captiu. l. 13. ff. de optiu. leg. Summiſſi etiam & pen-
miſſit, inuenies in l. 13 § conuicium, ff. de injur. & l. 49. ff. fa-
mil. ercíſc. & Reppulerit in l 89 § 1. ff. de leg. 1. At Supremum,
Cupæ, Culei, varie & interdum vnicis ac ſimplicibus, inter-
dum repetitis literis ſcribuntur.

Enimvero puris vocabulis ſcribi ſolita quædam vocabula
quibus nunc diphthongus addimus a conſtanti eorum librio-
48 rum ſcriptura obſeruaui. Cujuſmodi ſunt hæc, Heredtas,
Ceterum, Edere, Femina, Fetus, Veneo. Rurſus cum diphthon-
gis quædam ſcripta obſeruaui, quæ ab iis vulgo vacant. Velu-
49 ti Pœne, ſicut & in Epigrammate veteri Romanor. Ducta Ero-
dita pœne Muſarum manu. Item pœnula l. 7. de ſuppell. leg.
Pœnutia l. 25. in fin. ff de pigner. act. Obedire in l. 8. in fin. ff. de
pollicit. Amænitas in l. 3. ff. de aq quotid. Scæna in leg. 1. & l 4.
§. vltimo, ff. de his qui notan. infam. l. 24. ff. ad leg Iul. de adula.
quemadmodum in Epigrammate quoque marmoris Romani
ſcriptum ferunt, in hoc verſu:

Et Græca in ſcæna prima populo apparui.

Vnde Scænica in l. 15. § etſi veſt. meniorum de vſufr. l. 127. ff. de
verb. ſign. Et Proſcænium in l. 8. ff de pollicita. Depræhen-
dere & compræhendere non ſine varietate aliqua diphthongis
augentur. Porro aliis pleruoque à receptis, diphthongos
50 verbis quibuſdam Pandectæ tribuunt. Etenim Cœnum &
Fœnum, Cœcus, Pœnitentia, Cœlum quæ vulgo per æ, illic
per æ, eduntur l. 26. ff. de acquir. rer. domin. l 93. § pen. ff. de leg.
lib 3. l. 1. de poſtul. 28. ff. de ſeru. vrb. Et quod mihi magis mi-
rum accidit, fœnus vbique illic ſcribitur, vt & in Lexico B.
Germani fœnerator: quanquam à fœtu pecuniæ ea nomina
tracta Grammaticis placet.

Nec vero ipſæ ſibi vſquequaque Pandectæ conſtant. Nam
51 Suggrunda, & Suggruenda dicunt l. 5. in fi. ff. de his qui dejec. Ru-
br. de damn. infect. & ſugr. In Lexico autem B. Germani Su-
grunda ſcribitur & exponitur γεῖσον. Fulctrum item lecti, &
Fulcrum dici inuenio, l. 32. § vlt. ff. de leg. lib. 3. l. 36. ff. de ac-
quir. rer. dom. Sed enim ambigui generis dubiæque conju-
gationis nomina ac verba in his non pauca recipere eſt: velu-
52 ti Concordia & Concordium neutro genere l. 27. ff. de pact.
dota. Alimonia alimoniæ in l. 8. §. pen. ff. de extr. cognit. & A-
limonia alimoniorum in l. 73. ff. de jure doti, l. 4. ff. de libea.
agnoſc. vt & apud Varro. lib. 1. de re ruſtic. c. 8. In parto & ali-
monio. Et lib. 3. c. 16. mellis alimonio Lectus item & Lectum
in l. 19 §. item Celſus, ff de aur. & arg. Papyros & Papyrum in l.
52. § chartis ff de leg. lib. 3. Denarij & Denaria l. 23 § 1. ff de
verb. oblig. Tegulæ & Tegula tegulorum in l 30. § Labeo, ff.
de vſufr. l 8. ff. quod vi aut Clam. Caſtella & Caſtelli in l. 41.
§ item hoc prohibetur, ff. de leg. lib. 1. Conſortium & Conſor-
tio conſortionis in l 96 §. cum eod ff de ſolut. Quod verbum
Velleius quoque Paterc. libr. poſteriori vſurpat, vt & Tribu-
niciæ poteſtatis conſortionem Neroni conſtitueret. Alta e-
tiam ex Lucilio 19 & ex M Tullio lib. 3. Offic. & ex Liuio de-
prompta teſtimonia Nonius Marcel. ſuppeditat. Præterea lu-
panar & lupanarium legimus, l. 43 ff. de ritu nupt. l. 21. § ſed ſi
in aliquem, ff de recept. qui arbitr. l. 27. ff. de petitio. heredit.
exemplar & exemplarium l. 47. ff. de leg. lib. 2. l. 10. ff. ſi quis
omiſſ. cauſ. teſt. l. 18. De de teſtam. quemadm. aper. l. 1. § ſi quis
in duob. ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tabul. Miliare & Miliarium l.
42. ff. de excuſ. tut. l. 1 §. initio. ff. de officio præf. vrbi, l. 4. §. 2.
ff. de her. inſtit. Ac quemadmodum Gellius Vulgarem & Vul-
53 garium ac Vulgatiam dicit, ita noſtri peculiares res & peculia-
rias, peculiarem cauſam & peculiariam efferunt l. 54. §. vlt. ff.
de doli exc. l. 4. §. pen. ff. de pecul. Temporalem denique &
Temporariam actionem, Verſicolorem veſtium & Verſico-
loriam, Angularem locum & Angularium apud eos legimus,
l. 9. ſi is qui temporaria. ff. de jurejur. d. l. 55. §. vlt. ff. ad Tre-
bell. l. 1 §. vlt. ff. de aq. quotid. l. 70. ff. de leg. lib 3. l. 69. ff. de
54 contrah. emp. item Ductum aquæ Ductionem. l. 10. in fin. ff.
de aq. & aqu. plu. Inceſtus etiam & inceſtum apud eos inue-
nitur, l. 56 ff de ritu nup. l. 39. § vlt. & l. vlt. ff. ad le. Iul. de adul.
ter. l. 4. & l. 5. ff de quæſt. Conjunctio & conjunctus l. 91. §. vlt.
ff. de leg. lib. 3. Mandatum & Mandatus in l. 41. §. pater, ff. de
legat. 3. l. vlt. in fi. ff pro empt. l. 2. ff. de litig. l. 42. ff. de neg.
geſt. l. vlt. ff. de ſolu. l. 22. & l. 26. ff. de minor. l. 14. §. pen. ff. de te-
ſtig. 25 §. vlt. ff. de exc. rei jud. Iuſſus & Iuſſum, in l. 23. §. juſſum,
l. 19. ff. de acq. her. Eandem in quibuſdam verbis conjuga-
tionum varietatem atque inconſtantiam notare licet. Nam
55 Ædificare & Ædificare auctores noſtri dicunt, l. 60. §. man-
daui, ff. locati, l. 10. §. vlt. ff. ſolut. mat. Significare & Signifa-
cere in leg. 65. §. 1. ff. ad Trebell. eadem figura, qui lucrifece-
re. Magnifaciebat leges in l. 1. §. pen. ff. quod vi aut clam.
56 Sed & Demoliti ac Demolire vſurpant. l. 30. D. locati. l 12. D.
de vſufru. leg. l. 37. & l. 43 §. 1. ff. de damn. infect. l. 50. ff. ad leg.
Aquiliam. Cujus varietatis nouitatem mihi Diomedes lenit,
qui Demolire antiquos dixiſſe, prolatis in eam rem Varronis
ex libris Poëticis, & Epiſtolicarum quæſtionum & Næuij in
Corollaria locis, comprobat. Illud etiam quando in hujus
verbi mentionem incidimus, notandum eſt, Demolior non
tantum actiua, ſed & paſſiua ſignificatione à Iuriſconſultis
vſurpari. Ita demolita domus eſt, dixit Iauolen. in l. 23. ff. de
vſucap. Et demolitis ædibus Vlp. in l. 10. §. 1. ff. quibus mod.
vſusfr. amitt. Sic & alia multa, quæ actiuam duntaxat habere
ſignificationem vulgo creduntur, paſſiue accepta in libris no-
ſtris obſeruaui. Veluti Tueri & Stipulari, de quibus libr. 17. &
lib. 18 de verb. quæ ad jus pert. ſignifi diximus. Item pollice-
ri in l. 1. u. eſt autem ff. de exercitor. vbi Vlpia. Actio. pollice-
tur, ait, i. e. promittitur: Nec non obliuiſci. Paul. in l. 60 § pen.
ff. de ritu nupt. Per adoptionem in totum adoptiuæ familiæ
obliuiſcuntur. Morari. Papin. in l. 3. §. 2. ff. vt legat. numi. cau. Si
petitionis dies moraretur, pro retardaretur, & differretur.
Paul. in l. 85. §. vlt. ff. de diuerſ. reg. jur. Quoties æquitate deſi-
derij naturalis ratio aut dubitatio juris moratur. Exſequi Paul.
in l. 18 ff. de juriſd. omn. jud. Quæſitum eſt, an ſententia exſe-
qui poſſit. Vlp. in l. 2 ff. de re jud. Sed peracto inter ſtatutum
tempus ſententiæ exſequentur, Populitari. Papinius Iuſtus in
l. 21. in fi. ff. de appel. Cum fructus populitarentur ab aduerſa-
rio. Et apud Liu. crebro populati παθητικῶς ponitur. Interpre-
tari, Iulian. in l. 3. in fi. D. de reb. dub. Sed procliuior eſt ſenten-
tia teſtatoris ſic eſſe interpretanda. Paul. in l. 12. ff. de diu. reg.
jur. in teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretau-
tur. Sic & apud Sueton. in Neron. c. 13. Dein precanti tiara de-
ducta diadema impoſuit: verba ſupplicis interpretata prætu-
57 rio viro multitudini pronunciante. Mentiti. Modeſt. in l. 28.
D. ad l Cornel. de falſ. Si à debitore prælato dee pignoris obli-
gatio mentiatur. Admetiatur etiam paſſiua ſignificatione po-
nitur in l 35 §. pen. ff. de contrah. emptio. & l. 36. ff. locati. Sed
& Actio moderator, pro modus actione præſcribitur, in l. 15. in
fin. ff. de neg. geſt. inuenies. Et nomen quod confitetur, pro
quod in confeſſo eſt in l. 13. ff. ſic quoque ff. de re iudicata.
Quinetiam Arbitretur, pro Arbitrium feratur & ſententia di-
catur, παθητικῶς bis vſurpatum in l. 27. §. ſi quis litigatorum. ff.
de recept. qui arbitr. Et alias Sumptus, ait Vlp. arbitrantur pro
facultatibus & dignitate defuncti, l. 1. 2. §. ſumptus. ff. de relig.
id eſt, arbitrio boni viri definiuntur & æſtimantur. Idemque
Vlpian. verbo Patitur ſic vſus eſt in l. 11. §. vlt. ff. de act. empt.
Bonæ fidei, inquiens, contractus hac conuentione non pati-
tur, id eſt, non patitur neque admittit hanc conuentionem. Hu-
mari etiam paſſiue accipitur, & ſepeliri ſignificat in l. 17. ff. de
reb. auct. jud. poſſid. & in l 8. ff. de ſepul viol. & apud Paul. lib. 5.
ſen. tit. 26. juncta l. 5. ff. ad l. Iul. de vi. publ. Conteſtatur lis, paſ-
ſiue in l. 1. in fi. ff. de feriis, l. 3. § pen. ff. de ſepul. viol. l. 7. verſ.
ita demum, ff de peti. hered. Complectitur quoque, pro com-
prehenditur. Scæuola in l. 133. de verbor. obl. Nam ſicut &
ipſius hæredis caput, ita ipſius vi vel ſæpius facta complecti-
tur. Vlp. in l. 3 §. ſed illud, ff. de appell. Et quorundam, ait, no-
mina libellis ſint complexa. Sic in l. 30 §. in furioſi, ff. de fideic.
libert. Decretum interponetur, quod id ipſum complectatur,
id eſt, contineatur & comprehendatur. Poſtremo & Fœnerari
58 pecuniam ab aliquo, pro mutuam accipere Paul. dixit in l. 35.
ff. de ſolut.

Item, vt ad nomina veniam, eorum in numero multitudinis
genitiuos complures à communi ſermone pronunciatione-
59 que abhorrentes, in noſtris libris vel minus attentus lector de-
prehendet. Nam menſum ſemper, non item menſium ſcriptum
inueniet, l. 40. ff. ſi cert. pet. l. 7. §. ex contrario, ff. ſol. matr. l. 2. ff.
quan. act. de pecul. l. 60. ff. de leg lib. 3 l. 5. § ſatisfactionis, ff. vt
in poſſ. legat. l. 7 § vſuræ, ff de adm. tut. l. 101. ff. de diuerſ. reg.
jur. Quo etiam modo in C. Theod. idem genitiuus ſcribitur
vbicunque is occurrit, vt l. 10. de appellatio. & l. 4 C. de repara-
60 tionibus appellatio probant. Deinde nominum borum, Ciuita-
tes, Hereditates, Quantitates, Facultates, Æſtates, Seruitutes,
Parentes, hi ſemper genitiui eduntur Ciuitatium l. vlt. §. epiſc.
ff. de mun. & honor. l. 23. §. vlt. ff. de oper. libert. Hæreditatium
l. 3. ff. de legit. tutoribus & in inſcriptione l. 68 ff. ad l. Falcid.
aliarumque ſimilium, Quantitatium in leg. vltim. in fin. ff.
quod met. cauſ Facultatium in l. 78. §. 1. ff de leg 3. Æſtatium
l. 8. §. æſtatem, ff. de acq. quot. Seruitutium in l. 6. §. etiam, ff. ſi
ſeru. vindic. & l. 72. ff. de verb. oblig. Parentium in l. 34. § pen. ff.
de ritu nupt. l. pen. ff. de ſponſalib. Bubum etiam dicunt ICti
61 pro boum, & Duum pro Duorum, & Edulium pro Eduliorum,
l. 55. ff. de legat. 3. l. 7. §. vſuræ, ff. de adm. tut. l. 6. in fin. de offic.
procons.

Sunt etiam in iiſdem Pandec. quædam contra tritum mo-
62 rem literarum incremento producta vocabula. Nomenculr-
tor, enim illic dicitur qui aliis in libris Nomenclator, vt ſu-
pra lib.

Digitized by Google

pro lib. sa. probaui. Vbertas item pro vbertas in l. 15. §. Papi-
nianus, ff. locati. Facilitat item pro Facultas l. 3. in fin. ff. de ap-
pel. Figulinæ pro figlinis, in l. 6 ff. de ſeruit. ruſtic. Secutio, pro
Sectio, in l. 85. ff de verb. oblig. Ducitus, pro Ductum, in l. 1. ff.
de teſt. milit. Valide, pro valde, in l. 27. ff. qui teſtam. fac. poſſ.
vbi valide ſtultam Celſus dixit, ſicut valide ſapientem Vlp. in
l. 4. §. Idem Pomponius, ff. de ædil. edict. Cnotia Lamna, pro
Lamina, in l 127. in fi ff. de aur. arg. Domna, pro, Domina, in l. 38.
§ Lucius, ff de legat. lib. 2. Calda, pro, Calida, in l. 19. §. Illud no-
bis, ff. locati.

Porro caſus plerumque à receptis Grammaticorum regulis
63 alienos verbis & aduerbiis ICti adnectunt. Sic verbum conti-
neo datiuo jungunt: qui ablatiuo ſecundum Grammaticorum
traditiones ſocietati deberet. Ita promiſſioni continentur legi-
mus in l. 57 ff. de jure dot. Et alias. Conditioni continentur l. 41.
§. Sticus, ff. de fideic. lib. vi & alias. Omnes caſus qui huic ſti-
pulationi continentur l. 3. ff. vſufr. quemad. cau. Similiter in l. 5.
ff ex quib cauſ. maior. Hoc edictum, quod ad eos, qui ei continen-
tur. Et in l. 3 §. ligna, ff de peno. leg. penori legato contineantur.
Verbum etiam contentus datiuo copulsor. Vnde, vni contentus
eſſe debet, aiunt in l. 8 §. 1. ff. de legat. libr. 2. Et contentam eſſe
doti in l. 61. ff. de hered. inſtit. At in l 37. § nuptura, ff. de lega. 3.
64 Populariusdicunt Contentus patris dimidiæ dotis Fungor etiam
datiuo ab iis jungitur. Itaque magiſtratui funguntur, inue-
nies in l. vlt. in fin. ff. ad municip. Et muneri defungi in l §. præ-
uaricatorem, ff. ad Turpil. niſi Muneri pro Munere, illic ex li-
65 terarum familiari mutatione, de qua ante egimus, ſcriptum di-
camus. Sic & pecuniam conditioni comprehenſam dicunt in l.
94 ff de cond. & demonſtr. vt Orbi terrarum comprehenſos Cic.
li. 4. de Rep. Nonio referente. Verbo quoque Antecedere datiuum
66 noſtri auctores tribuunt in l. 92. ff. de verb. ſign. vt & verbo inſe-
qui. Hinc inſequentes ſibi adgnatos dixit Vlp. in l. 3. §. vtique ff.
de ſuis & legit. Nec non verbo Pœnitere eundem caſum adpli-
cant. Nam prioris voluntatis ſibi pœnituiſſe dicunt in l. 22. ff.
67 de leg. 3. Quinetiam Vti exceptionem dixit Paul. in l. 7. §. pro-
curator ff. pro empto. Quod minus nouum mihi Diomedes fe-
cit, qui antiquos datiuo junxiſſe verbum Vtor lib. 1. tradit. Simi-
lique modo Abuti dotem in l. 52 §. ſin autem, ff. ſol. mat. vt Abu-
68 ti opera in prologo Andriæ. Item, Agere Hypothecariam, pro,
69 Hypothecaria legimus in l. 57. ff. de leg. 1. Et ſubſequi actione
in l. 30. ff. de noxalib. & habitatione conducas in l. 11. § qui le-
gatorũ, ff. vt in poſſ. legat. Atq; vt ad particulas & voces reliquas
deſcendam, multos eis Grammaticorum præceptis repugnantes
70 caſus tribui videas. Nam ſatis tempus habeat, dicunt in l. 19. ff.
de oper. libert. Amplius ſui debiti in l. 61. in fin. ff. de condictio.
indeb. & Amplius legi conceſſæ portionis in l. 61. §. 1. ff de cond.
71 & demonſt. Sub conditionem datus ſextans in l. 76 ff de acqu.
hæred. Sub conditionem datum legatum in l. 7. in fi ff. de leg. li. 3.
72 Sub conditionem manumiſſum l. 79. ff de cond & demonſt. Sub
conditionem reddendarum rationum liber eſſe juſſus in l. 3. co-
tit. Articulum quoque, In ſine vlla motus ſignificatione ſæpe
numero accuſatiuo jungunt. In Prætoris edicto ita ſcriptum erat,
ventrem cum liberis in poſſeſſionem eſſe jubeo, l. 12 t. ff. de leg.
lib. 1. l. 13. in fin. ff. de man. teſt. Quo loquendi genere ipſi ICti
Prætorum verba ſubſequentes vtuntur in l. 1. §. 1. ff. de Carbo.
& l 3 §. pen. ff de jure, l. 7. cum Rubr §. 1 ff de act. empt. Eadem
figura, & in poſſeſſionem remanere dicunt in l. 32. §. ſi maritus,
ff. de donat. int. vir. & vx. & in l 21 §. facti, ff. de captiu. Item
in ſeruitutem remanere l. 14. ff. de fideic. libert. In fugam eſſe in
l. 14 §. pro eo autem, ff. quod met. cauſ. In moram eſſe in l. 8. ff. de
nouat. In relegationem eſſe in l. 13. ff. de bon. poſſeſſ. In fructum
eſſe l. 40. §. cum fundum, ff. de contrah empt. In poteſtatem eſſe
l. 2. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ & apud Vlp. in Inſt. ti. 28. Cuius lo-
cutionis exempla ex antiquis auctoribus prompta Gellius ſup-
peditabit. Sic & in ſeruitutem factum delictum in l. 12. ff de mi-
norib. In hæreditatem deprehendi in l. 18. §. ſeruus ff. de ſtip. ſer-
uor. Et vt breuiter abſoluam, eiuſmodi alia exempla occurrunt
in l. 35. in fin. ff. de ædil. edict. l. 40. ff. de adopt. l. 55. ff. ad Aquil. l.
6 ff. de ſeru. corr. l. pen. ff de fugit. l. 29. ff ad Trebel. l. 41. ff. pro
ſocio. l 2. ff. de l. Rhod. l. 32. §. ſi maritus, ff de dona. int. vir. l. 11.
§. pen. l. 27. l. 31. ff. locat. l. 78. §. cum vir. ff. de leg. lib. 3. l. 34. ff. de
73 neg geſt. Nonnunquam etiam cum motu, ſexto caſui vox In, ab
iiſdem jungitur, veluti in poſſeſſione mitti. In hoſtium poteſtate
peruenire, In carcere recipi, Committere in actione, & his ſi-
milia l. 13 ff. vt in poſſ. leg. l. 12. ff. qui teſtam. fac. l. 6. §. eius qui,
ff. de iniuſt. rupt. l. 65. §. Labeo, ff. pro ſoc. l. 34. § Caius, ff. de leg.
lib. 2. l 85. ff. de legat. lib. 3. l. 32. ff. de liber. cau. l 8 ff de pollicit.
His adiungam & alias in eandem claſſem reuocandas phraſes:
74 Quales ſunt hæ, pridie æquinoctium l. 1. §. æſtatem, ff. de aqu.
quotid. Pridie vindemias l. 7. ff. ſolut. matr. Plus quartæ l. 11. §.
quod vulgo. in fin. ad l. Falcid. Et plus debiti l. 2. C. ex quibus
cauſ. infa. irrog. ſecundum librorum ſcriptorum lectionem. Plus
pretium ſoluat in l. 25 §. 1. ff de vſufr. Multo minus fructum per-
cipiat in l. 14. ff de vſufr. niſi fructum illic conciſe pro fructuum
75 poſitum magis placeat, vt & in l. 58 §. pen. ff. ad Treb. item Abun-
de patrimonium eſſiquit, In l. vlt. §. 1 ff de leg. lib. 2. Pauciores
centum dierum non ſunt dandi, l. 2. ff. de jure deliber. Paruum

vini in l. 21. ff. de furt. Et paruum inter hanc ſpeciem intereſt in
l. 117. ff. de leg lib. 1. Et non rarum admodum, pro raro, in l. 2. ff. ſi
pars hæred. pet.

Verum quoniam de articulis dicere cæpi, ſatius fuerit, quæ de
iis notatu digna collegi, abſoluere vt ad alia gradum deinceps
faciamus. Inuenio autem, Ad, pro, Apud, poſitum in l. 61. §. 1. ff. 76
de cond & dem. & l. 1. in fin ff. apud eum à quo appellat. l. 41. §.
ſorori, ff de leg. 3. Quam ſignificationem Seruius in artem Gram-
maticam Donati notat, & hac auctoritate comprobat, Decem
fiſcos ad Senatorem illum perlatos. Sic. & Cic. Epiſt. ad Brutum,
Meſſalam laudem præſertim ad Brutum, cui non minus Virtus
illius quam mihi nota eſt. Idem ad Attic. lib. 10. Commodum ad
te dederam literas de pluribus rebus cum ad me bene mane Dio-
nyſius fuit. Liuius lib. 10. Minor cladis, cæterum non plus ar-
morum ad hoſtes erat. Atque alias idem auctor hoc in ſenſu vo-
cem illam vſurpauit. Vt & Plin. li. 7. Epiſt. cum ait: Ego quoque
ad me habeo decretum prouinciæ.

Contra apud, pro Ad, accipitur in l. 11. ff. de offic. proc. & in l.
27. ff de ſtat. lib. Non eſt etiam prætereunda vocis Ad, ex mente
loquentis expreſſa ſignificatio in l. 18 §. ff. de manum. teſt. in qua,
Ad annum idem accipitur quod Poſt annum.

Alibi, pro Alibi, ponitur in l. 64. ff. de cond. & dem. l. 2. ff. de 77
cadau ponitur. Quo in ſignificatio eadem voce vtuntur Varro
lib 1. de re Ruſtic. c. 44. & Tertull. lib. de ſpectat.

Autem, pro Enim in l. 10. §. vlt. ff. de diuerſ. tempor. præſcr. 78
pro legitur in l. 63. §. pecor. ff de leg. 3. Elegantiam vero & orna-
tum habet hæc particula ſubdita voci Et, vt in l. 16 §. 1. ff ad Tre-
bell. Et generaliter autem in l. 5 §. tutelæ, ff. de oblig. & act. Et hoc
autem caſu. Cui non abſimile eſt illud Senec. Epiſt. 59. lib. 8. Et
hæc autem quæ non ſunt rerum natura complectitur.

Proinde valet, Perinde in l. 134. in fin. & l. 137. § cum quis, ff. 79
de verb. oblig l. 49 ff. de euict l 205. ff. de diu. reg. jur. Fuit enim
vox nec veteribus ſimilitudinis nota. Atque eo ſenſu à Terent.
Heauton. ſcen. 1. & in Phormio, & à Varro, apud Non Marcel.
in verbo Vndulatum particulam hanc vſurpatam reperies, vt
& apud Quintil. Declam. 13. cum ait, An viminis modo textri
pretium formula taxaſſem, & proinde agerem quaſi inanes per-
didiſſem.

Cum, pro Quia in l. 41. §. teſtamento, verſ. quæſitum, ff. de 80
leg. 3. l. 62. ff ſol. matr. l. 27. ff de cond. & dem. l. 5. §. quæri ff. vt poſſ.
leg. l. 29. §. vlt. ff. de adult.

Dum, pro Verum, in l. 1 §. item quæſitum, In fi ff de aq. quot. 81

Sic; pro Deinde l. 15. ff. de præſcr. verb. leg. 1. §. in beſtiis, ff. ſi
quadrup. pauper. l. 9. §. 1. ff. de donat. int. l. 34. §. cui juſiurandum
ff. de jurejur. l. 25. §. vlt. ff. de ædil. edict. vbi ex abundanti. Sic dein-
de, legimus.

Si, pro Quamuis; l. 71. §. prædium, ff. de leg. 2. l. 134. In fin ff. de
verb oblig. Super, id eſt, præter, & vltra, in l. pen. ff. de peri. &
commod. 82

In pubertatem, pro, Intra pubertatem in l. 2. ad fin ff. de vulg. 83
& pupil. In annos, pro, Poſt annos in l 41 §. hærede, ff. de fidei-
com. liber.

In tempus, pro, Poſt tempus in l. 56. §. 1. juncto, §. ſequ. ff. ad
Trebell.

Quaſi, pro, Veluti in l. 21. ff. quando dies leg. ced. ſecundum
Florentinam vtrique ſcripturam.

Quam, nouo ſenſu poſitum inuenies in l. 23. ff. de libert. & poſt
& l. pen. ff. de leg 3.

Tam, pro, valde in l. 25. § non ſemper. ff. de minorib. Cujus ſi-
gnificationis aliud quoque mihi teſtimonium P. Faber meus pro-
tulit, ex l. 1. in fin. ff. de cur. Furio. Vbi Florent. eſt, Si tam probus
ſit, id eſt, ſi ſobrie viuat, vt in l. 22. ff. de tutoribus dat. Addidit &
Plin. eod. ſenſu hoc verbum vſurpaſſe, li. 7. c. 49. Oratores quidem
ambo, ſed tam diſpari euentu. Et Vell. Patereulum libro poſte-
riore. Nam dictaturam, quam ei pertinaciter deferebat populus,
tam conſtanter repulit. Et alias, Nec minora conſequi potuit:
ſed non tam concupiuit.

Verum, pro, Tamen in l. 9. §. licet, ff quod met. cau. l. 2. ff. de his 84
quæ in teſt. del.

Vel pro, Vel in l. 177. ff. de diuerſ. reg. jur. in qua ita eſt, Qui in
jus domin. vel alterius.

Tametſi, pro, Quamvis ponitur in l. 56. ff de judic. l. 7. §. 1. inter-
dum, ff. ad SC. Maced. qui duo loci ad eum, quem Iac. Cuja. lib. 1.
obſer. notauit, commodiſſime addentur. Ac mihi vox hæc Tamen
ſi mutata videtur in l. 18. §. vlt. ff. de injuriis. vbi longe aptius quam
vti vulgo legitur, legeretur. Quod ſi ſciſſet filium eſſe, tamen
etſi neſciſſet cujus filius eſſet, dicerem, inquit, patrem ſuo nomi-
ne iniuriarum agere poſſe.

Quanquam etſi in l. 1. §. vlt. ff. ſin. leg. nom. cau. Quia enim in l.
23. ff. de exc. rei jud. Enim vero repetuntur plerumque per pleo-
naſmum ſine aliqua ſenſus neceſſitate voces multæ, vt in l. 26. in
fi. ff. qui teſt. fac. poſſ. Nam etiam Compotibus mentis perſonales
actiones etiam ignorantibus acquiruntur. Et in l. 3. ff. ſi pars hær. 85
per. Ideo, ait Paulus, quia ſcire non potuerunt quod naſci poſ-
ſent: Ideo tam multa de hujuſmodi re tam varia & incredibilia
tradiderunt, &c. Eodemque modo, vox, An. πλεονάζει in l. 52. ff. de
pecul. & in l. 40. ff. de acquir. hæred. Quæſitum eſt, ait Vlp. an ſi

cet quis paternæ hæreditatis nihil attingat, aliquid tamen pro-
pter patris voluntatem habeat vel faciat, ſtr creditorib. paternis
cogitur reſpondere. Pompo. in l.77. ff. eo. tit. Illud dubitati po-
ſeſt, an ſi cum teſtamento hæres inſtitutus eſſem ab eo, qui etiam
ſi inteſtatus deceſſiſſet, legitima hæreditas eius ad me pertine-
ret, an ſimul vtramque hæreditatem repudiare poſſim. Scæuola
in l.78 § Mæuia, l.2. ff. ad SC. Treb. Quæſitum eſt, An Septicio
filio defuncto intra viceſimum annum ſine liberis, hoc fideicom-
miſſum vtrum pro portionib. hæreditatis ad fratrẽ & ſororẽ eius
pertineat. Idem Pomp. in l.5. ff. de verb. oblig. An etiam ſi me non
prohibeas, vxorem autem meam prohiberes, vel contra vxorem
mea ſtipulata, me prohibeas, an committatur ſtipulatio? His ac-
cedent ex Petr. Fabri beneficio & aliis particulatum παρέλκοντος
exempla, quæ ſubjeci. Tryphon. in l. pen. ff. de vi & vi arm. Quan-
quam ego moram fecero, quominus interdicto te conuenirem,
ſubtractis tamen mortalitate ſeruis, aut pecoribus aliiſve reb. in-
tercidentibus, suum tamen onus nihilominus in his reſtituendis
eſſe Paul. in l. 38. §. in Fauiana, ff. de vſur. in Fauiana quoque
actione & Pauliana per quam quæ in fraudem creditorum alie-
nata ſunt reuocantur, fructus quoque reſtituuntur, Vlp. in l. 1. ff.
de extraord. cogn. Si imprecatus eſt, ſi, vt vulgari verbo impoſto-
rum vtar, exorcizauit. Paul. in l. 45. §. eius bona, ff. de jure fiſc.
Ejus bona qui ſibi mortem conſciuit non ante ad fiſcum congun-
tur, quam prius conſtiterit, &c. Adde & hæc Vlpiani verba quæ
ſunt in l.1. §. Labeo ff. de aqua quotid. ne quid in illo fundo faciat,
quare ex ea te aqua inquinetur.

Sed jam ſatis ſuperque in ſingulis vocabulis hæſitamus, ad dicen-
di genera inuentu rara vel à communib. Grammaticorum regu-
lis abhorrentia quæ in Digeſtis reperiuntur, tranſeamus. Initio
autem Antiptoſes quaſdam à me obſeruatas adſcribam. Cujuſ-
86 modi eſt, quod in l. 27. §. ſi quis ſeruum, ff. ad Aquil. ſcribitur.
Si quis mulionem conductum ad regendum mulum, commen-
dauerit ei mulum. Pompo in l.8. ff. de liberatio. leg. Non ſolum
noſtrum debitorem, ſed & hæredis noſtri, vt liberetur, legare
poſſumus. Simile huic eſt Terentianum illud Adelphis. Illum
vt viuat optant. Inſolens quoque eſt hæc locutio. Nec transf-
ferri perſonæ putationem ex perſona filiorum ad eos poteſt,
quam Paul. vſurpat in l. 18. §. ſi imperia, ff de injuriis. Nec mi-
nus data pleriſque videbuntur hæc, Iure eum debebit. Pro-
conſul, vt idoneo caueat l.41. ff. de petit hæred. Æſtimationem
eius quod intereſt ad id tempus referendum, l. 12. ff. ſi quis om.
cau. teſt. Et Denegandum eſt aduerſus eum emptionem, l. 19.
ff. de nouat. Item, Sed Iuliani ſententiam ſequendum eſt, l.12. §.
facti, ff. de captiu. & poſtli. A capite rationem reddendum in l.
19. §. 1. ff. de neg. geſt. petebam res æſtimatas, quarum pretium
in dotem erant, l.78 § pen. ff. de leg 3. cuique periculoſum eſſe fi-
dem ſuam l. 1. ff. ad Treb. Pro non ſcripto ea conditio eſt l. 22.
§. 1. ff. quando dies leg. id eſt, vt alias, pro non ſcripta l.20 ff. de
cond. inſt. Grammaticorum etiam traditionibus ſpretis Papi-
87 nianus, Cum Aſiam veniſſet, dixit in l.75. in fi ff de cond. & de-
monſt. Et magis faciliores voluntates in l. 67. §. ſi rem, ff de leg.
3. quemadmodum Palladius, Longior magis quam latior lib. 1.
c. 17. dixit. Maior natu quam 25. annor. l. 14. ff. de bonis libertor.
Minor quam 25. annis natu l. 12. ff. de minorib. l. 102. ff. de leg. lib.
1. l. 8. ff ſi quid in fr. patro. Minor quam viri potens l. pen. ff quan-
do dies leg. ced. Huc pertinet & illud, Mori magis quam damnari
maluerunt, l. 6. §. eiua qui verſ. Nam eorum ff. de iniuſt. rupt. Et
melius eſt ſenſum magis amplecti quam verba, l. §. conditio. ff.
de adim. leg. Et melius eſt poſſidere potius, quam in perſonam
88 experiri, l. 1. §. 1. ff. de ſuperficiebus. Longe magis Grammaticos
turbabit quod in l. 156. §. cum quis, ff. de diuer. reg. jur. ſcriptum
89 offendent, allj in locum ſucceſſerunt. Et in l. 1. in fi. ff. de ſecund.
tab. pars vni, pro vnius. Et in l. 1. in fi. ff. de in rem verſo. Domus
ſui. Et in l 80. ff. pro ſoc. Ex duomilleſimis partib. Ad quod in l.
vlt. ff. de reb. dub. legitur, Cum quiſque eorum ad trigeſimum æta-
tis annum perueniſſent, ſimilib. aliorum auctorum locis confir-
matum, minus nouitatis habebit. Nam & apud Plautum legere
me memini, vbi quiſque vident, eunt obuiam. Et apud Ouidium,
Veſtras quiſq. redite domos. Et alias Fugiuntq; penates quiſque
ſuos. Apul. lib. 8. de Aſin. aur. Sarcinulis quiſq; ſumptis ſuis viam
capeſſunt. Hic ergo quæ è Græco dicẽdi genere efficta ea preſ-
90 ſeq. in ff. inueniuntur ſubiicerem, niſi hic locus vbertime ab
Anton. Auguſt. lib. 2. Emend. tractatus eſſet, ad cuius copiam,
etſi vix aliquid addi poſſe videatur, cumuli tamen loco paucu-
la quædam adiiciam. Ad eas igitur phraſes, in quibus verbum
Cauſa vel nomine vel Gratia, Græco more reticetur, has inſu-
per addemus, Rei ſeruandæ poſſidere in l. 5. §. poſtquam, ff. vt
in poſſeſſ. legat. fideicommiſſi non teneri l. 77. §. qui dotale ff.
de lega. 2. Si quis euitandi criminis id egit, vt Reipub. cauſa ab-
eſſet l. 15. §. 1. ad l. Iul. de adult. Damni non amplius parte ſua
conſecutorum, l. 11. §. officium, in fi. ff. de aq. pluo. Damni infecti
miſſus in poſſeſſionem, l. 15. §. ſi quis damni, ff. de dam. infect. Et
Damni infecti cauere, ſatiſdareque l. 11. & aliis ſæpe ff. eod. tit.
ſatiſdare legatorum l. 4. & l. 10. ff. vt legat. nom. cau. legati ſatiſ-
petere, l 7. eod. tit.

Reliquis Græciſmis ſunt & hi jungendi, Inhabiles tueri, in
91 l. 11. de decurionib. Ius non habet intercedere, l. 2. §. ſi filius.
de muneribus & honor. Cum quidam reperiretur mercedem,
quam acceperat, l. 16. §. item cum quidam, ff. locati. Non diſſimu-
lato ſe libertum eſſe, l. 13. ff. de jus vocand, id eſt, cum non diſſi-
mulaſſet Cõperto matrem ſuam inteſtatu deceſſiſſe, i. cum com-
periſſet, l.86. §. vlt. ff. de acquir. hæred. Nihilminus, pro Nihi-
lominus. Græcorum exemplo, qui οὐδὲν ἧττον dicunt, inuenies in l.
37. §. pater. in fin. ff. de leg. 2. Ex eodem fonte crediderim & hæc
quæ ſequuntur, hauſta. Ex eo tempore quidquid æſtimatur quod
nouiſſime ſolui potuit, l. 11. ff de re judic. vbi Quod, pro quo di-
ctum eſt, imitatione Græcorum, qui plerunque & ſubaudiunt.
Simili modo in l. 9. ff. de liber. & poſt. hæred. inſtit. Ad id tempus
referuntur, quod teſtamentum deſtituitur, non quod moritur. Et
in l. 12 § vlt. ff. vt in poſſ. legat. vel fid. In eum ſc. caſum, quod fi-
deicommiſſi conditio exiſtit. Et in l. 15. §. non autem ſtatim ff. de
damn. infect. Ergo internallum aliquod debebit intercedere,
quod aut pro derelicto ædes longo ſilentio videantur habuiſſe.

Certum temporis Vlp. dixit in l. 8. §. vnde ſi quis, ff. de inoff. 92
teſta. vt Multum temporis in l. 22 §. ſi. hæres, ff. ad Treb. l. 5. §. à
barbaris, ff. de re milit. Certo loci in l. 19. § 1. ff. de judiciis. Ali-
quo loci in l. 2. ff. de ſeruis exportandis. Eo loci in l. 32. in fin. ff.
de judiciis.

Cæterum pura puta Latina ſunt iſthæc, Nihil acti erit l. 137. §. 93
1. ff. de verb. oblig. Quid acti ſit, leg. 21. l. 16. ff de reb. dub. l. 41 ff.
de verb. oblig. Quod acti ſit, l. 57. ff. de oblig. & act. Aliquid jus
l. 19 ff. de damn. inf. l. 20. ff. de noxal. Aliquid mancipium l. 56.
ff de bon libert. Impendium aliquid l. 65. §. ſi ſub conditione, ff.
ad Trebel. Aliquid emolumentum, l. 12. §. funus autem, ff. de re-
lig. & ſumptib. Si quid Sacerdotium nacti, l. pen ff. de vacatione
munerum. Quo, pro quod, in quibuſdam locis poſitum obſeruari,
vt in l. 35. ff. de neg geſt. Non eſſe imputandum quo non ſoluerit.
Et in l. 24. § Seruius, ff de damn. inf. Rationem adiicit quo ſi hoc
non admittatur, iniquum erit. Quo enim iam firmum ædificium
eſt vt firmius, &c. Et in l 40. ff. de contrah. empt. Quo poſt diem
trigeſimum renunciaſſet nihil ei profuturum.

Notandæ ſunt & hæ phraſes, Abundare mandati quantitatem 94
l. 35. ff. mandati. Pignoris obligatio etiam inter abſentes recte
ex contractu obligatur, l. 23. ff. de pignorib. Qui nauis nauigandæ
cauſa in naui ſunt, l. 1. §. 1. ff naut. caup. l. 1. §. 1. de exercitor. Si-
cuti & agi actio dicitur in l. 23. ff. de præſcr. verb. Et quoniam nul-
lum hic ordinem tenere propter varietatem locutionum inſti-
tui, ſuperioribus accedant & quæ ſequuntur. Annum in fuga fe-
cerat, pro conſumpſerat, l. 24 §. vlt. ff. de ſtatu liber. Non inuitum
hujus ſolutionis fore in l. 2. ff depoſiti. Sponte ſtipulatoris, l. 29.
ff. de euict. Sponte tutorem l 3. § item quæri, ff de reb. cor. Largi- 95
ter eſſe, pro intereſſe in l. 81. ff. pro ſocio. Verbum autem ipſum,
Intereſſe, nouo genere conſtructionis vſurpatum à Paulo obſer-
naui, in l. 21. in fin. ff. quand dies leg. ced. Nec multum, ait, inter
eſſe tale legatum ab hoc, ſi hæres erit dato. Idem verbum ſeitu
disjunxit & diſparauit Modeſt. in l. 6 ff. de publica. Inter crimi-
nis, ait reos & fraudis participes multum ſtatuerunt, i. multum
intereſſe: Cujus generis alias disjunctiones, quando in hunc ſer-
monem ipſa nos deduxit oratio, referre placet. Vlp. in l. 18. §. 1.
ff. de jure dotium. Si mulier circum in hoc venta eſt, i. in hoc
circumuenta eſt. Idem in l. 19 ff. de relig. Lucri dotem faciat. Sa-
tiſdare autem, ſatisfacere & ſatiſpetere ſæpenumero eo modo
disjungi, adnotaui. Nec abſimili modo ſatis egerit, pro Satege- 96
rit idem Vlp. dixit in l. 10. ff. de cond & demonſt. ſecutus veterum
morem, qui Satiſagere, pro, Satagere dicebant auctore Chariſio
Soſipatro lib. 1. Inſtit. Grammatica, à quo Catonis ex libr. Dic-
rum dictarum de conſulatu ſuo verba hæc citantur. Iam no-
ſtri apud vallum ſatis agebant. Citantur & ex Pacuuij Atalanta
& Plauti Bacchidibus idem comprobantes verſus. Quibus ego
Apuleio adjungam lib. 8. de Aſino aureo ita loquentem. Coloni
multitudinem noſtram latronea rati, ſatis agentes rerum ſuarum
eximieque trepidi. Sed reliquas dicendi ſpecies notatu non indi-
gnas exequamur. Majus delinquit, pro Magis, legitimus in l. 5 §. 97
1. ff. de ſeruo corr. Crimen quod delinquitur in l. 38. §. 1. verſic.
fratres denique, ff. ad l. Iul. de adult. Cum erit annis 25. in l. 78.
§. hæredum, & §. rogatus, ff. ad Trebell. Periculoſe eſſe ex per-
ſona rei hoc meriti, l. 61. ff. de judic. Digeſtar aliquid doli exce- 98
ptione, l. 4. §. pen. ff. de doli except. Pœnam dignam ſuæ perſo-
næ pati, leg. 18. §. Item cor, in fin. ff. de jure fiſc. Cuius locutio-
nis ſi quem inſolentia offendet, ſciat is & ita Balbum in Epiſt.
ad Ciceronem locutum eſſe Obſecro te, ait Cicero, ſuſcipe cu-
ram & cognitionem digniſſimam tuæ virtutis. Damnatus in cri-
mine capitali, l. 13. §. vlt. ff. qui teſt. fac. poſſ. A marito puellæ ju-
ratus, pro jureiurando adactus in l. 14 ff. de dote præleg. Con-
ſtare ratio & Conſtare rationibus in l. pen. ff. de ſeru. cor. Nu- 99
ptum collocare & nuptui. l. 59. & l. 62. ff. de ritu nupt. l. 41. §. te-
ſtamento, ff. de leg 3. l. 5. C. de interdict. matri. Conceſſiſſe ven-
ditioni, pro conſenſiſſe & acquieuiſſe in l. 14. in fi. ff. de diuerſis
temporalibus præſcr. Ex defuncto interpoſitus contractus, l. 75.
ff. ad Trebell. Peto de te l. 57. §. vlt. ff eod. tit. l. 5. §. ſi de me pe-
tiiſſes, ff commodati. Non tantum ad ſola furta pertinet, pro 100
Non ad ſola tantum furta l. 1. §. præterea, ff. ſi quis teſtam. liber.
eſſe. Illo deprehenſam vbi, &c. l. 23. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. Eo
morari vbi l. 7. circa fi. ff. de annu. leg. Erga patriam adfixæ ſtu-
tum

Digitized by Google

tuæ l. 245. ff. de verb. ſig. Ambedit agrum flumen l. 38. ff. de acq.
rer. dom. & Deletus ager vi fluminis l. 11. §. ult. ff. de acqu. & aqua
101 pluu. arc. Ad inficias ire l. 44. §. qui familiæ ff. fam. erciſc. A qui-
bus inſtructus ſit fundus, pro, Quib. inſtructus in leg. 28. ff. quan-
dies leg. ced. Eualuit Seruij ſententia in l. 6. §. etiam, ff. ſi ſeruit.
vindicet. Dando ſe in adrogandum l. pe. ff. de ſecund. tab. Data ad
hoc opera, pro, De induſtria, leg. 53. §. pe. ff. ad leg. Aqui. Laticans
102 patronum l. 8. ff. de cond. & dem. Factus in poſſeſſionem, pro a-
ctus, & miſſus l. 11. ff. vt in poſſ. leg. vel fideic. Multam aduerſus a-
liquem dicere in l. 32. §. ſi is faciat. ff. de recept. qui arbit. In nomen
ſuum prædia emere l. 2. ff. quando ex facto tutor. Occupauit con-
ditio inſtitutionem pro eo, quod eſt, committet, & ei faciet locum,
103 l. 17. ff. de cond. inſt. Pertinet ad animum meum Sempronia l.
60. §. 1. ff. mandati. Perrepſerat rumor l. 2. ff. quis ordo in bon.
poſſ. ſer. patere æri alieno, pro æs alienum exſoluere leg. 5. §. non
paſſim in fi. ff. de reb. eo. Sicut patere penſionibus, ſatisfacere
104 eſt, in leg. 54. §. 1. ff. locati. Aditus poſticaſve vertere l. 13. §. ſed ſi
ædium, ff. de vſuſr. Propagationes facere in leg. 24. §. ſi domus, ff.
locati. Pulſatus eſſet, pro Expulſus in leg. 54. §. 1. ff. e. t. Penſi in ſo-
cietatem ſumptus, i. Expenſi leg. 52. §. ſi quis ex ſociis ff. pro ſocio.
Projicere pecuniam, i. Profundere, perdere & diſſipare leg. 25. ff.
de probationib. Projicere rem vili pretio in leg. 50. ff. de euict. i.
105 addicere, & adjudicare, &, vt vulgo loquimur, *abandonner*. Re-
tineo, me dixiſſe, pro, Memini in leg. 92. ff. de cond. & demon. Fa-
cere procuratorem, pro, Dare in l. 8. §. ſi quis mandauerit, ff. man-
dati, leg. 4. §. vlt. ff. de appell. Stare ſententiis & ſententiæ promi-
ſſe dicunt ICti in tit. de recept. qui arbit. recep. Reſpondere
meſſes dicit Pau. in leg. 8. in fi. ff. ſol. matr. Sicut & Virg. lib. Geor.
106 Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolæ. Ratam facere
ſolutionem l. 7. ff. de dote præleg. Subſerere vites leg. 13. §. de præ-
teritis ff. de vſufr. Supplicium ſumere à ſeruo leg. 12. ff. de juriſd.
omn. jud. Subdici pœna, pro, Subiici pœnæ leg. 1. §. indicti, ff. ad
Turpil. Stipulam quæ in meſſe jacet l. 13. ff. quib. mod. vſuſr. a-
mitti. Quod ſuperauerit, i. quod ſupererit leg. 6. ff. de reb. auctor.
judic. poſſid. vnde ſupercmenta materiarum in leg. 55. §. lignis, ff.
de leg. 3. Superare vita in l. 78. §. hæredum, ff. ad Treb. Tranſire
cæteros in leg. 13. ff. locati. Veſtem quam veſtitus eſt l. 14. non ſo-
lum ff. de furt. Nec prætereunda eſt familiaris ICtis locutio: Cum
in eo eſſet, vt, qua vtuntur in l. 24. in fi. ff. quæ in fraud. cred. l. 44.
107 ff. de pactis, & l. 7. §. ſunt & aliæ ff. de libe. cauſ. Nec hæc quidem
omittenda. In re agenda quam illi vſurpant, in l. 27. de rei vindic.
l. 8. ff. de ſolutionib. Diſciplinæ traditus & in diſciplinam, i. ma-
giſtro erudiendus atque inſtituendus datur, l. 16. de ædil. edict. leg.
78. ff. de leg. 3. Catendum habeat leg. 38. ff. de rei vindic. Adpoſita
auctoritate, pro, interpoſita & accommodata l. 186. ff. de diuerſis
108 reg. juris. Imminente judice pro interueniente, & partes ſuas in-
terponente in l. 85. §. vlt. ff. de leg. 1. Adplicitur morbo in leg. 7. ff.
ad Treb. Adplicari ad munera leg. 2. ff. de jur. immunit. Si nauis
qui exarmenerit leg. 5. §. ſi conſeruatis ff. de l. Rhod. Geſſum dant
109 mulæ l. 43. ff. de ædil. edict. Exitum inteſtati facere, ad cauſam in-
teſtati redigi, valet in l. 5. ff. de his quæ in teſtam. del. Sine exitu
res futura eſt, i. ſine fine leg. 17. §. principaliter ff. de recept. qui ar-
bit. recep. Cogere radices, pro concipere in leg. 3. ff. arb. furt.
cæſ. Calumniari jus ciuile leg. pen. ff. ad exhib. inſula injuncta
110 domui leg. 19. §. vl. ff. de leg. lib. 3. Area injuncta domui l. 57. ff. lo-
cati. Iungere inter ſe litem leg. 1. ff. de litigioſ. Fabricam docere, i.
fabrilem artem in leg. 26. §. vl. ff. mandati. Intricare peculium l. 11.
§. vl. ff. de ſer. corr. l. 21. ff. de pecul. Inconditum eſt, pro, durum
111 & inciuile in l. 95. §. additio ff. de ſolutionib. Durare animum in
tormenta leg. 18. §. 1. ff. de quæſt. Annum agere ætatis viceſſi-
mum leg. 1. ff. de minorum. l. 15. §. minorem, ff. ad leg. Iul. de adult.
Reliquorum nomine deſolutum eſt, pro, exſolutum in leg. 41. §.
item quæro, ff. de fideicomm. libert. Vſuras reſoluat, i. exſoluat in
l. 10. ff. de pollicit. Nimium eſt licere in l. 53. §. nimium, ff. de adm.
112 tut. Nimia circa maritum l. 25. §. eo autem ff. ſolut. matr. Palmarij
nomine, i. victoriæ l. 1. §. ſi cui cautum ff. de extraord. cogn. Rur-
ſum retradatur, l. 58. ff. ſolut. matrim. Sic retro reddat in l. 67. ff. de
ſolut. Retro reſtituere, l. 6. ff. de fideic. libert. l. vlt. §. vlt. ff. de pu-
blic. Retro recurrere l. 26. §. 1. ff. de pignor. Operas à mane dare l.
2. ff. de annu. legat.

Nunc ſiluam quandam minus tritatorum verborum ſubiiciam,
addiriſque ICtorum teſtimoniis comprobabo, vt quib. commo-
dum fuerit his vti, habeant quorum ſe auctoritate tueantur.
Hujuſmodi, n. ducibus fieri non pauca à delicatis quibuſdam &
faſtidioſis judicibus ex albo puræ Latinitatis temere erada vo-
cabula docebimus, quæ pariteris ſtudioſiſſimis auctorib. in vſu
ſunt. Initium autem faciam à verbo Certiorare quod à ICtis cre-
113 bris ſermonib. vſurpatur leg. 3. §. etſi heres ff. de mino. l. 1. §. quid
ergo ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſta. l. 20. §. petitam, ff. de petit. hæred.
l. 21. §. in teſtamentis ff. qui teſt. fac. poſſ. leg. 3. §. is qui deferr. ff.
de liber. hom. exhib. leg. 5. §. ſi ſeruum ff. de cond. cauſ. dat. l. 1. in
fi. ff. de action. empt. leg. 4. ff. de interrog. in jur. fac. l. 34. ff. de ju-
rejur. Obuiare etiam reperies in l. 20. ff. de donat. ſponſare pro
ſponſalia contrahere in leg. 38. §. de ritu nupt. Meliorare in l. 13. §.
inde eſt quæſitum ff. de vſufr. Cui contrarium Pejorare apud
114 Paulum libr. 2. Sent. tit. 28. Simile eſt minorare & Minorari in
l. vlt. ff. de ſeru. export. vt & Depretiari, de quo verbo libr. 4. ver.

ſig. dixi, Falſare in l. pen. ff. de falſis. Moleſtari in l. 20. de libel.
leg. Duplari & Quadruplari, leg. 27. ff. de furt. & alias ſæpe. Inſi-
nuare pro notum facere in leg. 11. §. ſi quis ita ff. de leg. 3. Quod
alias Notificare in leg. 5. §. demonſtratur ff. de jure immunit. In-
augeri in leg. 27. in fin. ff. de liber. cauſa. Inacare in leg. 8. §. vlt. ff. 115
quod ei aut clam. Infeſtari in leg. 3. §. Labeo ff. de incend. rui.
nauf. Expenſare, pro Expendere, leg. 41. §. libertatem, ff. de fideic.
libert. Exinanire in l. 87. §. Imperator, ff. de leg. 2. vbi exinaniſſe
patrimonium, i. exhauſiſſe. Integrare in leg. 8. ff. de tutel. & ratio-
nib. diſtrah. leg. 25. §. pen. ff. de S. C. Silan. & apud Paul. lib. 2. Sent.
tit. 15. Redadoptare in leg. 41. ff. de adopt. Aduiuerit in leg. 30. ff. de
adim. leg. Æquiperant in leg. 104. ff. de diuer. reg. jur. Coæſtima-
bitur in leg. 67. §. ff. de furtis. Conſanauerit, neutraliter, vt Gram-
matici loquuntur, vt in leg. 10. ff. de ædil. edic. Lucriſit in l. 1. § aqu.
ff. de aqua quotid. Reninci, in leg. 3. §. tutor. ff. de ſuſpect. tutor.
Quod verbum & apud Apul. lib. 8. de Aſin. aur. inueni. Quod, ait, 116
ſimulanter reuicta chori de ſuſcipis. Reficere teſtamentum pro
iterum condere in leg. 9. ff. de milit. teſt. Complanare in l. 5. §. ſi
vitius ff. de equ. & aqu. pluu. Coangustare in l. 29. §. ſi inquilinus, 117
ff. locati l. 102. ff. de ver. ſig. Caſſicare in l. 20. §. ſi antea, ff. de ſeruit-
tutibus vrban.

Comparere in l. 7. ff. de ſecund. tab.

Præoccupare in leg. 39. ff. de pœnis Ponamus, pro fingemus, &
vt vulgus barbarorum loquitur, ponamus caſum leg. 7. ff. de inoff.
teſt. leg. 17. ff. de leg. 1. l. 1. §. inter ipſum, & l. 5. ff. de conning. cum
emane p. lib. leg. 1. §. ſunt qui putent. ff. ne quid in flumin. public. 118
Prætermittendi, & Præmiſſorum verbo in eundem eum inter-
pretibus ſenſum vtuntur auctores in leg. 1. ff. de jur. & fact. ignor.
leg. 9. ff. de caſtr. pecul. Prægrauo in l. 5. §. 1. ff. de ſolut. Participare
furtum, lucrum, conſilium fraudis, leg. 1. in pr. ff. ſi famil. furt. fe-
ciſſe dica. leg. 96. ff. de ſolut. Manifeſtare in l. 16. §. 5. ff. de ali. leg.
l. vlt. §. ſi quidem ff. ad Turpil. leg. 5. §. ex his verbis, ff. de his qui
deiecerint vel effud. leg. 1. §. 2. de tabul. exhib. l. vlt. §. Titius. verſi. ſe-
cundum, ff. de vulg. & pupill. l. 10. in fin. ff. de reb. dub. Sternere tri- 119
clinium in l. 5. ſi de me. ff. commodati. Transfiguratum ornamen-
tum in leg. 10. §. ſi. maſſa ff. quib. mod. vſuſr. amitt. Veniri, pro,
Venire, & ventum dari in l. 5. ff. de obſeq. à liber. & libert. Conſide-
re teſtamentum, l. 1. §. 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. Incidere ta-
bulas l. pen. in fi. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. & Incidere linum, leg. 1. §.
vlt. cod. tit. Abeo, pro habeo.

Amicalis affectio in l. 10. §. ſi quis eo ff. mandati, & in Epiſtula 120
Pandectis præpoſita. Adjectamentum in leg. 242. ff. de ver. ſign.
Additamentum in leg. 70. §. 1. ff. de leg. 1. l. 38. §. pen. ff. ad Treb. l.
91. §. vlt. ff. de leg. 3. l. 28. §. cum inter ff. de pactis dotalib. l. 70. §. 1.
ff. de leg. 1. Ædiculæ vinigeneris in l. 9. ff. ad l. Iul. pecula. vt Ca-
ſulæ in l. 91. ff. de legat. 3. Dominula in l. 3. §. vlt. de ſepulchr. viol.
Dominus in l. 41. §. teſtamento, ff. de legatis 3. Minutula ſumma, l.
191. ff. de ver. ſig.

Concamaratio ædium in leg. 31. ff. de leg. 3. In concubatu, pro
Concubinatu in leg. 3. ff. de concubin. Cuſtraxen l. 18. ff. de ædil. e-
dict. vt ſig. dax eodem loco. Conjectio, pro Conjectura, in leg. 21.
ff. qui teſt. fac. poſſunt. Ceteſimum, pro, Centeſimo in l. 41. ff. de
excuſ. tut. Comeſor in leg. 18. ff. de ædil. edict. In cætera parte, l. 29.
ff. de liberis & poſthum. l. 2. ff. de his quæ in teſt. del. Cætera co-
121 gnitionis in leg. 40. ff. de mino. Cætera venditionis in l. 5. §. ſi pu-
pillus, in fin. ff. de reb. eor. Calcitroſus equus in leg. 1. §. 1. ff. ſi qua-
drupes pauperi. Capiſtrum equi in l. 1. §. quæ depoſuit ff. depoſi-
ti. Capſellæ in quibus fructus componuntur in leg. 12. §. conſer-
uandi, ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. Crudæ vineæ, pro imma-
turi. l. 27. §. ſi oliuam, ff. ad l. Aquil. Cauillatio pro captioſa ra-
tiocinatione in leg. 65. ff. de diuerſ. reg. jur. l. 45. ff. de cond. & dem.
Cannabum in leg. 1. §. ſed & ſi vt certis ff. de inſtitor. actio. Com-
militium in leg. 18. ff. de caſtr. pecul. Quo verbo etiam Vel Pater-
culus & Ouidius & Tacitus vtuntur. Dubioſitas in leg. 6. ff. de jur.
& fact. ign. Cæteroquin in leg. 55. §. ſeruum ff. de hered. inſtit. l. 29.
ff. de jure fiſc.

Certe tamen in l. 28. in fi. ff. de noxalib. actio.

Defectus conditionis in leg. 27. in fin. ff. de condit. inſt. l. 5. ff. de 122
injuſt. rupt. Determinatio in leg. 15. in fin. ff. de teſtam. milit. Diui-
ditas in l. 80. in fi. ff. ad leg. Falcid. Dulcitudo in leg. 10. §. ſi quid in
fraudem, ff. quæ in fraud. credit. & Pinguitudo in leg. 1. §. vltim. de
aqu. & aquæ pluu. Licet Seruius in 3. Georg. Virgil. id nomen
Latinum eſſe neget. Duplatio in leg. 32. ff. de noxalib. Dubio pro-
cul in leg. 21. §. vlt. ff. ad Treb. vt Adhuc nondum in l. 9. ff. de lib.
cauſ. Delegatu, pro delegatione in leg. 4. §. quæ in tutore, ff. de do-
li excep. ſicut Reſponſu, pro Reſponſione in leg. 2. §. verbis ff. de
oblig. & act. Domu vero in ſexto caſu & Domi in ſecundo, per-
ſæpe dicunt, leg. 28. ff. locati, leg. 42. ff. de neg. geſt. l. 30. ff. de euict.
l. 12. ff. quib. mod. vſuſr. amit. leg. 41. §. ſed ſi quis ad opus, leg. 65.
§. vlt. l. 91. §. vlt. ff. de leg. 1. l. 63. ff. de procu. l. pen. §. Lucius de leg. 2.
Ero, pro hero.

Exter & exterarius pro Extraneo in l. 69. §. prædium, ff. de legat. 123
2. l. 15. §. Seruius, ff. de caſtrenſ. pecul. leg. 43. ff. ad Trebell. l. 17. ff. de
quæſtionib. Extremo aduerbialiter in leg. 85. ff. de leg. lib. 3. vt Hi-
berno in leg. vlt. §. pen. ff. quæ in fraud. creditor. Suſpecto in l. 21.
ff. de his quæ vt indign.

Fœdus, pro fœditate in leg. 47. ff. de ritu nupt. frugi vita in l. 8. 124

§. ſed & perſonarum, ff. de tranſactionib. Fere plerunque in l. vlt. ff. de ſponſalibus vt bene beate in leg. vlt. ff. de nundinis, & Bene mane apud Ciceronem.

126 Gibberoſi in leg. 3. ff. de ædil. edict. Gutturoſi in l. 12. §. 1. ff. eod. tit. Generatim in l. 55. ff. ad Trebel. vt Minutatim in l. 3. ff. de alim. leg. l. 55. § idem lib. 2. ff. de leg. 3. Gallicana lingua in l. 11. ff. de leg. 3. Gallicana res in l. 4. in fi. ff. de leg. 1.

127 Herones in l. 31. ff. locati Hircoſus in l. 12. §. 1. ff. de ædil. edic. Impetiginoſus in l. 6. §. de ædil. edict.

Idonior in leg. 18. ff. de teſtam. tutel. l. 2. ff de popul. act. Indubitanter in leg. 2. §. ſi conſulto, ff. de ſec. tabul. Immutabiliter in l. 99. ff. de verb. oblig. in præſentia & in præſentiarum l. 1. §. penult. ff. quod vi aut clam. leg. 137. § ff. de verb. oblig. l. 15. §. ex cauſa, ff. de integro. in int. fac. leg. 1 §. exigere, ff. de magiſtrat. conuen. leg. 1 §. 1. ff. de tabell. exhiben. In totum pro omnium, in leg. 1. § 1 ff. de ſuis & legitim. leg. 77. ff de diuer. reg. jur. l. 60. § penult ff. de ritu nupt. Incaute, pro, inconſulto, leg 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. Incolorare, in leg. 18. ff de minorib. In recenti, pro recens, l. 25. ff. de pœnis. Inſtar quoddam operis, in leg. 21. § opus autem, ff. de operis on. nunciatio. Indiligentia, leg. 9. §. earum rer. ff. de public. Indeuotio in leg 1. in fi ff. de penu. lega. quod tamen verbum Triboniani eſſe facile crediderim. Interrituia in leg vlt. §. vlt. ff. de pign. act. Intercapedo in leg 35. in fin. ff. de admin. tutor. Imminutum, pro non minuto, in leg. 44. ff. de bon. liber. Sicut inſcriptum pecus, pro non ſcripto, & quod quis apud publicanos non eſt profeſſus, Varro dixit li. 2. de re Ruſtic. c. 1. Inuictus pro valde vincto in leg. pen. ff. de l. Fabia. Impræſtationes in l. 22 §. vlt. ff. familiæ erciſcundæ.

127 Lanipendia in leg. 31. ff. de don. inter vir. Litigium in l. 49 ff de recept qui arbitr. recep. Loricationes in leg. 79. in fi. ff de verb. ſig. Longe æquum in leg 4 §. Labeo, ff. de doli except. longe vtile leg. 1 §. 1. ff de ſuperficiebus Leguli in leg. 13. §. ſi tamen ff. de vſufruct. Lunaticus in leg. 43. §. aliquando ff. de ædil. edict Lucroſa bona in leg 8. ff qui teſt. fac. poſſ. Legamentum in l. 3 §. vlt. ff. ſi quis teſtament. lib.

128 Malitas in leg. 5. ff. quod metus cauſa, pro Malitia. Medietas in leg. 3 ff. ſi pars hæred. pet. quo in ſenſu alias Mediocritas dicitur. l. 7. ff. vt legat. nomine cau. Miſſa, pro miſſione in l. 39. §. nupt. ff. de adult. Metipſæ in leg. 62. §. 1. ff de vſufr. vbi Florentinæ legunt vel ſibimetipſæ inciderent, pro ſi ibimet ipſæ inciderint: Mutio in leg. 4. §. idem Pompo. ff. de ædil. edict Mortalitas in l. pen ff. de vi & vi arm. leg. 6. §. ſicut medico ff. de offic. præſid. l. 2. ff de pact. dotal. leg. 22. ver. decreuiſſe, ff. ad Treb. l. 24. ff quæ in fraud. cred. l. 25. ff. de inoff. teſt. leg. 26 ff. de fideic. libert. l. 209. ff. de diu. reg. jur.

129 Mortifere vulneratus leg. 15, §. 1. l. 21. ff. ad l. Aquil l. 3. ff. de condic. tritic. Momentaria cura in l. 8. ff. de alim. legat. Mercaturis faciendis l. 5 ff. de inſtitor. Minutula ſumma. ſup. n. 120.

Nundinas, id eſt, epulas in l. 69. ff. pro ſoc.

Nutricia, pro, nutricum mercedibus in leg. §. pen. ff. de extraor. cogn. Non dubie in leg. 90 ff. de legat. 2. l. 72. §. à Titio, l. 91. ff. de cond. & demonſt. l. 14. §. 1. ff. mandati. Neceſſarie pro neceſſario in l. 12. ff de pet. her.

Ominis, pro hominis.

Opitulario in l. 1. ff de minor. Oſſuaria in l. 2. ff. de ſepu. viol. in qua ſc. mortuorum oſſa jacent.

Paſtumus pro poſthumus.

130 Protervitas in leg. 1. ff. ſi is qui teſtam. li. Pigmentarij in l. 13. §. adjectio, ff. de ſicariis. Phaſianarij in l. 66. ff. de leg. 3. Parum eſt vt, l. 201. ff. de diuerſ. regul. jur. Par mularum leg. 22. ff. ad l. Aquil. Poculorum paria duo leg 1. ff. de le. 3. Porticationes in l. 37. in fin. ff. de religioſ. Prurigi noſi in leg. 3. ff. de ædil. edict. Plauſtrarius in leg. 27 §. pen. ff. ad leg. Aquil. vt piſtrinarius in l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. de poſſ. Plurifariam in leg 1. ff. de minorib. l. pen. §. pen. ff de jure immuniendo verbo & Apul. leg. 8 vſur. &. vt Eraſmus quoque adnotauit. Tranquillus non ſemel. Peregre eſſe in leg. 23 §. vlt. ff. de her. inſtit. Pergula in leg. 18. §. proinde, ff. de judic. l. 5. §. vlt. ff. de his qui deiecer. Pugillares in leg. 6. ff. de ſupell. l. 17. §. ſicut. ff. commodati leg. 148. ff. de verb. ſign. Porca in l. 1. §. ff. de abigeis. Polia in leg. 38. in fin. ff. de ædil. edict. Peruicacitier in l. 3 §. qui pecuniam ff. de ſuſpect. tutor. Punica lingua in leg. 11. ff. de legat. 3. Pœnus ſermo in leg. 1. §. vlt. ff. de verb. oblig. Prærogatiua in leg 9, in fin. ff. de jure jur. l. 8. ff. de veter. l. 5. §. ſi quis ff. de itin. actuque Præualentia in leg. 25. §. ſed & id quod ff. de rei vindic. Perfundi oculus in leg. 5. in fi. ff. ad l. Aquil. & effundi dicitur in l. 13. §. Item Iulianus ff. locati pro eruti. Putatio perſonæ in leg. 18 §. ſi injuria. ff. de injur. Præſtaturus, exſtaturus, obſtaturus ſemper in Pandectis ſcribitur, licet Grammatici obſtiturus & extiturus & præſtiturus dicendum tradant. Quæ quia ſingulis pene in paginis Pandectarum deprehendi poſſunt, idcirco à me exemplis non confirmatur.

Quingenas, pro quingentas ſingulis dixit Vlpia. l. 15. in fin. ff. de oper. libert. Sicut quinis empti ſerui in leg. 47. ff. de euictionibus qui ſinguli quinque empti ſunt. Et quina ſoluiſſent, i. ſinguli quinque in l. 23 ff de cond. indeb. & Dena, i. decem ſinguli in leg. 10. ff. de cond. indeb. Et in leg. 19. ff. de leg. 1. l. vlt. ff. de tribut. At in leg. 3. ff. de annu. leg. & in l 126. ff. de verb. oblig. dena decem ſignificant. Quadringinta, pro quadringenta leg. 31. ff. ad Trebell. Quin minus interrogatiue in leg. 78. §. coccum ff. de lega. 3. Quadrifariter, in leg. vlt. § tertio gradu ff. de grad. & affinit. Quadruplator in l. 14. § 1. quod met. cauſ. 131

Reſupinus, pro negligenti & diſſoluto in leg 23. ff. de probat. Reſupina exiſtimatio, in l 4 ff. quod vi aut clam: quæ alias craſſa & ſupina & diſſoluta vocatur in leg 6. ff de iur. & facti ign. Ruſticanus homo in leg. vlt. ff. de doli except. Ruſtre opus l. 99. ff. de lega. 3. Rancis ſegetes corruptæ l. 15 §. 2. ff. locati. Rudus in l. 3. ff. de ſeruit ruſtic. 132

Rationabile in l. 122. in fin ff. de ver. ſig. 133

Serraculum, pro ſerraculū nauis in leg. 29 §. ſi nauis, ff. ad leg. Aquil. Scutellæ in leg. 19. §. argento, ff. de aur. arg. Siliginarius in leg 32 §. apud ff de furt. Segnitior. in l. 17. §. quod autem ff. de iniur. Sales in leg. 11. §. ſalinæ, & l. 13. ff. de publican. Strobyli de pinu in leg. 55. in fi. ff. de leg. 3. l. 167. ff. de ver. ſig. Suaſus nomen in l. 9. §. 2. ff. de ſeru. corrupt. Salictum & ſalictetum in leg. 7. §. notauimus, ff. quod vi aut clam leg 3. ff. arbor. furt. caeſ. l. 9. §. vlt. ff. de vſufru. Salignea virgæ in d. leg 3. Syntaticæ res in l. 15. ff. de teſtam. tutor. Stirpitus in leg 3. §. 1. ff. arbor. furt. cæſ. Siccida lana, l. 70. ff. de leg. 3. Scopæ quibus columnæ, & pauimenta extergentur in leg. 12. §. Acetum ff. de inſtr. vel inſtrum. Vnde ſcoparij in leg. 8. in fi. eo tit. Sypteriæ metalla l. 3. in fine. ff. de reb. cor. 134

Tantiſper quam, in leg. pen. ff. de vacat. muner. Temerator in l. 19. ff. ad leg. Cor. de falſ. Transverſarium in leg. 27. ff. locati. Tormentum tomentationis cauſa paratum in leg 70. ff. de le. 3. Truellæ in leg 36. ff. de aur. arg. quæ Tryllæ in leg. 19. §. argento, eod. tit. vocantur. 135

Vinarius, pro vinoſo in leg 4 § 1. & l. 25. §. Pedius ff. de ædil. edict. Vitreamina in leg. 18 ff. de inſtruct. vel inſtrum. Vnia tabulis in leg. 1. § ſi quis in duob. ff. de ſecund. tabul. Vredo fructus corrumpens in l. 15. §. 2. ff. locati. 136 Vrbanum pro humanum

Vulnuſculum in leg. 8. §. ſed ſciendum, ff. de ædil. edict. Varos & Varius in leg. 12 §. vlt. eod. tit. viſceratio in leg. 54 ff de legatione lib. 3. Vt quid interrogatiue in leg. vlt. §. penul. ff. quis ordo in bon poſſ. Atque hæc fere omnia nobis in Pandectarum Florent. lectio ſuppeditauit, quam in hoc opere, quoad eius fieri potuit, ſum ſecutus. Nec tamen ex omni parte integros Florentinos libros præſtare velim. Quippe compertum habeo multa eis vitia vel tranſcriptione commiſſa, vel ex prima origine tranſmiſſa, inſidere, quorum aliqua ſenſus noſtros ſpecie recti facillime fallunt, aliqua labem ſuam manifeſte produnt. Nemo certe dubitabit, quin in leg. 30. ff. de petit. hæred. vbi illic, Ratione doli exceptione legitur, legi debeat, Ratione doli exceptionis. Sic enim eius reſponſi auctor Papin. & alias loqui conſueuit, leg. 67. §. ſed ſi vno, & leg. 69. §. vlt. ff. de leg. 2. Sed & Nominatim, pro Nominatum in leg 6. in fin. ff. de interd. & releg. illic legitur. Et hominibus, pro nominibus in leg. 2. in fi. ff. de cuſtod. reor. Et ſoluendum, pro ſolidum, in leg. vlt. ff. de diſtr. pign. Et Præceptorem, pro prætorem in leg. 14. ff. ad Treb. Plane nonnulla antiquæ ſcripturæ rationem minime tenentibus mendoſa videri poſſint, quæ mendo vacant. Veluti idonei, pro idonee ei legitur in leg. 21. §. ſi hæres, ff. de leg. 3. Verum hoc ad priſcum ſcribendi morem redigendum ac reuocandum eſt, quo coaleſcentibus in vnum extremis dictionum antecedentium & primis ſequentium ſyllabis vnum plerunque verbum duorum vice fungebatur. Quemadmodum Eius, pro, Ei jus ſcriptum eſt in leg. 6. in fin. ff. arb. furt. cæſ. & Cujus, pro, Cui jus in leg. 163. ff. de diu. reg. jur. Alterius, pro, Alteri jus in l. 9. ff. de liber. cauſ. niſi in generandi caſu Alteri veteres vſurparūt, ſicut & alij & vos eodem in caſu eos dixiſſe ex iis ipſis Pandectis intelligimus. Sed hæc hactenus, quæ licet leuioris operæ, atque adeo profeſſione noſtra indigna moroſis quibuſdam videbuntur, cum tamen doctrina præſtantes olim viros in id genus quæſtionib. verſatos cogitem, non eſt cur ego, qui præclare mecum agi exiſtimo, ſi per eorum veſtigia ire liceat, hanc tractationem mihi parum decoram putem. 137 138

INDEX

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS VOCVM AC FORMVLARVM
in his παρέργοις præcipuarum.

A.

Abeo, pro habeo.
Abundat quantitatem. num. 94
Abunde patrimonium. 75
Abuti dotem cum accuſatiuo. 67
Accederat pro Acceſſerat. 27
Acceiſendis pro Arceſſendis. 15
Ad pro Apud. 76
Adhuc nondum, id eſt, nondum. 122
Adjunauerit pro Abjunxerit. 18
Adpulſerit pro Appulerit.
Aduleſcens pro Adoleſcens. 12
Ædificare & Ædifacere. 55
Ædilles Curolles pro Ædiles Curules. 46
Æquiperare. 115
Æſtatium pro Æſtatum. 61
Affinitati pro Adfinitate. 55
Ago hypothecariam pro hypothecaria. 68
Albei pro Aloei. 9
Alij pro alius. 85. & 158
Alimonia, æ, & Alimonia, orum. 58
Aliquid pro Aliquod. 95
Aliquo loci. 92
Alubi pro Alibi. 77
Alterius pro Alterius jus. 158
Alteri pro alterius, ibid.
Amœnitas pro Amenitas. 48
An peculiariter vſurpatur. 85
Angularis & Angularius. 53
Antecedo cum datiuo. 66
Anulum & annulum. 46
Antiproſes quædam illuſtratæ. 86
Apiſci pro Adipiſci. 56
Applicitus morbo, Applicari ad munera. 108
Apoſita auctoritate, id eſt, interpoſita. 107
Arbitrari pro Arbitrium ferri. 57
Arceſſere pro Euocare. 15
Arceſſit pro Acceſſit. 15
Arceſſitis pro Acceſſitis. ibid.
Aſſurius pro Aſſyrius. 14
Atquin pro atqui. 21
Autem pro enim. 78

B.

Balliſtarij & Balliſtrarij 11
Bene beate, bene mane. 114
Beneuolentia pro beniuolentia. 52
Bracchium pro brachium. 47
Britanica pro Britannita. 60
Buum pro boum. 61

C.

Cæcus pro cœcus. 50
Cælum pro cœlum. ibid.
Cænum pro cœnum. ibid.
Calda pro calida. 75
Carendum habere, id eſt, carere. 107
Carus pro charus. 44
Caſſitare. 117
Caſtella & caſtelli. 52
Catilinam pro Catilinam. 47.
Centenſimus pro centeſimus. 25
Centyrio pro centurio. 14
Certiorare. 115
Certum temporis certo loci. 52
Ceſſum dant mulæ. 109
Chirografa pro chirographa. 45
Cis pro citra. 4
Ciuitatium pro ciuitatum. 60
Cludo pro claudo. 57
Coeppe pro quippe. 2
Comminus pro cominus. 47
Complecti pro comprehendi. 57
Comprehendo cum datiuo: vt comprehendo conditioni. 65
Concordium pro concordia. 12
Conexa pro connexa. 46
Confunderant pro confuderant. 25
Conhibere & conhibentia, pro Conniuere & conniuentia. 9
Conjunctio & conjunctus. 54
Conſanari neutraliter. 115
Conſortium & conſortio, onis. 52
Copertoria pro coopertoria. 46
Conſtitit pro conſiſtit. 17
Conſtiteremus pro conſiſteremus. ibid.
Contentus cum datiuo: vt contentus doti. 65
Contiocre cum datiuo: vt, continere conditioni. 63.
Contingeront pro contigerunt. Ibid.
Coorta apud pro Ad. 46
Conubium pro connubium. ibid.
Cujus pro cui jus. 158
Culcita pro culcitra. 6
Culei pro cullei. 47
Cum pro quia. 80
Cupæ pro cuppæ. 47

D.

Damnatus in crimine pro criminis. 98
Decederit pro deceſſerit. 27
Defruderat pro defrauderat. 16
Defungor cum datiuo: vt, defungi muneri. 64
Dejudicare pro dijudicare. 54
Delcoimentum pro deliminentum. ibid.
Deminutum pro diminutum. ibid.
Demolire & demoliri. 56
Dena, id eſt, decem ſinguli. 151
Denarij & denaria. 5
Depræhendere pro deprehendere. 49
Depretari. 115
Deſolutum pro exſolutum. 121
Deſperire pro diſperire. 54
Deſtricte pro diſtricte. ibid.
Deuerticulum pro diuerticulum. ibid.
Dignus cum genitiuo: vt dignus pœnæ. 98
Ditat exceptione pro ab exceptione. 97
Domi, domæ. 122
Domna pro domina. 62
Ducitum pro ductum. ibid.
Dum pro verum. 80
Duploma pro diploma. 14
Duplare. 114
Durare animum in tormenta. 11
Duum pro duorum. 61

E.

Ederam pro hederam. 44
Edere pro Ædere. 48
Edullom pro edulitorum. 61
Efeſum pro Epheſum. 45
Effundi. 150
Ejus pro ei jus. 58
Elefantos pro Elephantos.
En pro ibi. 100
Eo loci. 92
Ero pro hero.
Epiſtula pro epiſtola. 20
Erodite pro erudite. 48
Errores quidam in Pandectis Florentinis. 37
Eſſe pro intereſſe. 96
Eſſe, id eſt, verſari in aliquo. 107
Eualuit ſententia, id eſt, præualuit. 107
Exceptione pro exceptioni. 35
Exemplar & exemplarium. 52
Exinanire patrimonium, id eſt, exhaurire. 115
Exitus pro fine. 109
Expenſare pro expendere. 114
Exſequi pro exequi. 29
Exſtaturus. 150

F.

Fabricam docere, hoc eſt, fabrilem artem. 110
Facere pro conſumere. 95
Factus in poſſeſſionem, id eſt, miſſus. 101
Facultatium pro facultatum. 62
Fœnetator pro fœnerator. 50
Fænum pro fœnum. 50
Fænus pro fœnus. ibid.
Falſare. 114
Fauia, ana, pro Fabia, Fabiana. 8
Femina pro fœmina. 48
Ferruminationi, pro ferruminatione 35
Fetus pro fœtus. 48
Figulinæ pro figulinis. 62
Filippos, pro Philippos. 45
Fulctum pro fulcrum. 52
Fungor cum datiuo: vt, fungor magiſtratui. 64

G.

Gerundiorum conſtructio particularis. 86
Græciſmi varij. 90

H.

Harena pro Arena. 45
Harenarij pro Arenarij. 45

Harundinetum pro Arundinetum. 45
Harundo pro Arundo. 43
Hauitus pro habitus. 8
Hereditas pro hæreditas. 48
Hoc pro huc. 12
Holus pro Olus. 43
Hyberno. 125

I.

Iauolenus pro Iabolenus. 8
Idonei pro idonee. 137
Illo pro illic. 100
Immo pro imo. 47
In pro poſt & intra. 82
Inarare. 124
Inaugeri. ibid.
Inceſtus & inceſtum. 54
Inconditum, id eſt, durum, inciuile. 100
Ad inficias ire. 101
Injuncta domui inſula. 109
Injuncta domui area. ibid.
Inlacrymari pro illacrymari. 42
In poteſtatem eſſe pro in poteſtate. 72
In poſſeſſione mitti. 73
Inrogare pro irrogare. 42
Inſequor cum datiuo, vt inſequi ſibi. 66
Inſonare, id eſt, notum facere. 114
Inſtructus ab aliquo, id eſt, aliquo. 101
Integrare. 125
Intellegere pro intelligere. 33
Intereſſe varijs modis vſurpatur. 96
Intricare peculium. 120
Ipſeis pro ipſis. 87
Iubentius pro Iuuentius. 8
Iuſſus & juſſum. 54
Iuuenalem pro Iuuenilem. 18

L.

Lamna pro Lamina. 62
Latiniſmi varij. 93
Latitans patronum. 101
Lectum pro lectus. 52
Litteram pro literam. 47
Litus pro littus. 46
Lupanar & Lupanarium. 52
Lyſitania pro Luſitania. 14

M.

Magis quandoque abundat. 87
Magnificiebas pro magnifaciebat. 55
Majus pro magis. 97
Malitas pro malitia. 128
Maſſurium pro Maſurium. 67
Meliorare. 123
Menſum pro menſium. 59
Mercennarius pro mercenarius. 47
Miliare & miliarium. 52
Minorare. 123
Minutatim. 121
Minutula ſumma. 120
Muſia pro Myſia. 14

N.

Nanctus pro nactus. 25
Neglegere pro negligere. 33
Nihilminus pro nihilominus. 91
Nomenculator pro Nomenclator. 62
Notificare. 124
Noxale pro noxali. 35
Nubſit pro nupſit. 38
Nuptum collocare & nuptui. 99

O.

Obædire pro obedire. 48
Obliuerit pro obleuerit. 25
Obſtaturus & obſtiturus. 130
Obtingerunt pro obtigerunt. 25
Occupare varie vſurpatur. 102
Oleſco. 12
Ominis pro hominis. 129
Oportune pro opportune. 46
Optinere pro obtinere. 38
Optulit pro obtulit. ibid.
Orfitianum pro orphitianum. 45
Ouilio pro ouium cuſtos. 12

P.

Pæne pro pene. 48
Pænitentia pro pœnitentiæ. 52
Pænula pro penula. 48
Pænuria pro penuria. 48
Palmarij nomine, i, victoriæ. 112
Papyrus & papyrum. 52
Parentium pro parentum. 61
Parere æri alieno, id eſt exſoluere. 105
Participare furtum lucrum. 118
Partos pro Parthos. 44
Paruum vini. 75
Peculiares & peculiaras res. 53
Pediſequa pro pediſſequa. 46
Pejorare. 123
Penſum pro expenſum. 104
Perſocat pro præfocat. 20
Petitione pro petitione. 35
Pinguitudo. 122
Polliceri paſſiue. 56
Polupſus pro Polypoſus. 14
Ponamus, id eſt, finiamus. 127
Populiari paſſiue pro populari. 56
Poſtumus pro poſthumus. 44
Prægnas pro prægnaris. 24
Prægrauare. 118
Pridie æquinoctium. 74
Proiicere pecuniam, id eſt, profundere. 104
Proinde pro perinde. 79
Promiſſit pro promiſit. 47
Purrhus pro Pyrrhus. 14

Q.

Queppe pro quippe. 2
Quadragenſimus pro quadrageſimus. 25
Quadruplari. 114
Quanquam etſi. 84
Quaſi pro veluti. 83
Quantitatium pro quantitatum. 61
Querellam pro querelam. 47
Quid pro quod. 95
Quinimmo pro quinimo. 47
Quo pro quod. 93
Quotiens pro quoties. 25
Quotienſcunque pro quotieſcunque. 25

R.

Recidere pro reccidere. 47
Reciperare pro recuperare. 14
Redadoptare. 125
Redam pro Rhedam. 44
Reficere teſtamentum, id eſt, iterum condere. 116
Refictionem pro refectionem. 22
Relinquerint pro reliquerint. 25
Relinquiſſet pro reliquiſſet. 25
Renum pro Rhenum. 44
Reppent pro reperit 47
Reppulerit pro repulerit. ibid.
Reſcinderat pro reſciderat. 25
Reſoluere vſuras, id eſt. exſoluere. 121
Reſpondere, id eſt. votis reſpondere. 105
Reſponſu, id eſt, reſponſione. 122
Retineo, id eſt, memini.
Retradere, id eſt, rurſus tradere. 112
Retro reddere, reſtituere, recurrere. ibid.
Rumperit pro ruperit. 26
Ruptum pro ruptum. ibid.

S.

Satis tempus pro temporis. 70
Scæna pro ſcena. 48
Scænica pro ſcenica. ibid.
Secutio pro ſectio. 62
Sequellam pro ſequelam. 71
Seruitutium pro ſeruitutum. 61
Si pro quamvis. 81
Sibimetipſæ pro ſibimetipſæ. 128
Sifones pro ſiphones. 45
Signifacere pro ſignificare. 35
Sollemnem pro ſolemnem. 47
Sollertia pro ſolertia. ibid.
Sponte ſtipulatoria. 95
Stercolinum pro ſterquilinum & ſterculinum. 1
Sterculius. 1
Stipulari paſſiue. 56
Sub conditionem pro conditione. 71
Suboles pro ſoboles. 12
Suboleſco pro ſubſereſco. num. 12
Subſequor cum ablatiuo, vt ſubſequor actione. 69
Subtemen pro ſubtegmen. 5
Subdici pœna, id eſt, ſubiici pœnæ. 106
Sogrunda & ſugruenda pro ſuggrunda. 5
Sui pro ſuæ. 88
Sulla pro Sylla. 14
Sulpuaria pro ſulphuris fodinis. 10
Sulphur pro ſulphur. ibid.
Summiſſit pro ſummiſit. 47

Super

Super pro præter. 81
Superamenta materiarum, id eſt, quæ ſuperſunt. 106
Superare, id eſt, ſupereſſe. 106
Suppremum pro ſupremum. 47
Suptile pro ſubtile. 38
Suptilitas pro ſubtilitas. 38
Suſum pro ſurſum. 3
Sycamionem pro ſycommorum. 19
T.
Tam pro valde. 83
Tamenetſi pro Quamvis. 84
Tegolæ & tegula, orum. 52
Temen pro tegmen. 5
Temporalis pro temporarius. 53
Thenſaurus pro Theſaurus. 25
Tinguere. 23
Tolliſſe pro tuliſſe. 30
Trabianopolis pro Trajanopolis. 43
Trahianus pro Trajanus. 43
Tranſducere pro traducere. 41
Transfiguratum ornamentum. 119
Trocleas pro Throcleas. 44
Tueri paſſiue. 36
Tumpanum pro Tympanum. 14
Tus pro thus 44
V.
Valide pro valde. 62
Vberitas pro vbertas. 62
Vel pro velio. 84
Veneo pro væneo. 48
Venisi pro venire & venumdari. 119
Verhedi pro veredi. 43
Verſiculor & verſicolorius. 53
Veſtere inſolenter vſurpatur. 104
Verum pro tamen. 84
Vetauerit pro liberauerit. 8
Vicenſimus pro viceſimus. 25
Vigilax. 128
Vilica pro villica. 46
Vilicus pro villicus. 46
Vis & vitis pro vitea. 4
Vmanis, pro humanis.
Vmerale pro humerale. 44
Vmorem pro humorem, 49
Vnguo pro vogo. 23
Vni pro vnius. 88. & 138
Volgo pro vulgo. 12
Vpilio pro Opilio. 12
Viguere vigere. 23
Vtrubi pro vtrobi. 12
Vtrubique pro vtrobique. 12
Vulcarius pro vulgaria. 53
Vxorei pro vxori. 32
Reliquas voces vide numero 110. & Sequentibus ſecundum ordinem Alphabeticum.

FINIS.

FORMVLÆ ANTIQVÆ, SEV ſolennia & hodie inuſitata populi Rom. verba, ex veterum monumentis collecta.

FORMVLÆ antiquæ, quæ & Actiones dicebantur erant ſolenniores quondam verborum conceptiones, quibus eadem in re populus Rom. vti conſueuerat. Vulgus hodie ſtylum formulariumve appellat. Earum autem ICtos principes & tanquam Architectos fuiſſe, nemo neſcit. Has ex diuturna veterum ſcriptorum obſeruatione colligere licet. Sunt autem potiſſimum tales, quales ſequuntur.

Abdicationis L. Manlij.

CVM SILANVM filium meum pecunias à ſociis accepiſſe mihi probatum ſit, & Repub. & domo mea indignum judico, protinuſq; è conſpectu meo abire jubeo. Ex Valer. Max. lib. 5. c 8.

Acceptilationis Aquilianæ.

Quicquid te mihi ex quacunque cauſa dare facere oportet, vel oportebit præſens, in diemve, aut ſub conditione: quarumque rerum mihi tecum actio, quæve aduerſus te petitio vel aduerſus te perſecutio eſt, eritve: quodve tu mecum habes, tenes, poſſides, quanti quæque earum rerum res erit, tantum pecuniam dari ſtipulatur eſt A. Agerius: ſpopondit Numerius Negidius. Quod Numerius Negidius A. Agerio promiſit, ſpopondit ve, id haberetne à ſe acceptum, Numerius Nigidus A. Agerium rogauit: A. Augerius Numerio Negidio acceptum fecit. Ex Inſtitutio. Iuſtini. lib. 3. tit. quibus modis tol. oblig. Ex ff. lib. 46. de acceptilationibus.

Actionis in perſonam.

Aio te mihi dare facere oportere. Val. Probus & Iuſti. §. ſi itaque De Actionibus.

Actionis furti adiuti.

Ope, *conſilio tuo furtum factum eſſe aio. Cicero De natura deor. lib. 3. 4. Inſtit.

Actionis in rem

Petitor.

Fundus qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur, meus eſt: eum ego ex jure Quiritum meum eſſe aio. inde ibi ego te ex jure manu conſertum voco.

In vnde petitur.

Vnde tu me ex jure manu conſertum vocaſti, inde ibi ego te reuoco.

Prætor.

Vtriſq; ſuperſtitibus iſtam viam dico: Inite viam, & redite viam.

Petitor.

Quando te in jure conſpicio, poſtulo anne ſi es auctor.

It vnde petitur.

Auctor, ſed annetu dicis, qua cauſa vindicaueris. Hæc ex Oratione pro Muræna, pro Cæcina, & Valerio Probo.

Actionis.

Quam rem, ſiue litem dicere oportet. Varro lib. de ling. 6. Et pro Mora.

Actionis in diem.

Ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi quis intra Calendas Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit, quo res à Domino abeat l. 1. ff. de in diem addict.

Annuli aurei in concione donandi.

Quandoquidem tu in prælio, in libello, in re militari mihi nunquam defuiſti, omnibuſque in periculis mecum verſatus es, ob haſce res hoc annulo aureo te dono. Hæc fere ex Verr. Orat. 5.

Anteſtandi.

Olim qui anteſtabantur, auriculam teſtium contingebant, hiſque verbis loquebantur: LICET ANTESTARI; ſi ille reſponderet: licet: injectione manus aduerſarium ſuum in jus trahebat. Horatius Sermone primo, Satyra nona, & in eundem Acron cum Prophyrio.

Arbitrij fiducia.

Vt inter bonos bene agere oportet, & ſine fraudatione Cic. in Topic. in offic. 3.

Arrogationis.

Velitis, jubeatis Quirites, vti L. Valerius L. Titio tam jure legeque filius ſit, quam ſi ex eo patre matreq. familias ejus natus eſſet: vtique ei vitæ neciſque in eum poteſtas ſiet, vti partendo filio eſt: hoc ita, vt dixi, ita vos Quirites rogo ex Gellij lib. 5. c. 19. Suſpicor autem legendum pro Partendo, Patriendo: vt ſit, Endo, pro, In, vetuſte. quam opinionem locus hic Orat. pro domo perſpicue confirmat: Credo enim, quanquam in illa adoptione legitimi factum eſt nihil, tamen te eſſe interrogatum, auctorne eſſes, vt in te P. Fontejus vitæ neciſque poteſtatem haberet, vt in filio.

Aſſerendi in libertatem.

Hunc ego hominem ex jure Quiritum liberali aſſero cauſa manu. Terent. Adelph. Plautus Pœnulo, & Curcul. Donat. in Ter. vide, Liberali cauſa.

Belli indicendi.

Legatus vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen eſt) AVDI IVPITER, inquit, audite fines (cujuſcunq; gentis ſunt, nominat) audiat fas, ego ſum publicus nuncius populi R. juſte pieq; legatus venio: verbiſque meis fides ſit. Peragit deinde poſtulata, inde Iouem teſtem facit: Si Ego injuſte, impieq; illos homines, illaſque res, dedier populo Rom. mihiq; expoſco, tum patriæ compotem me nunquam ſinas eſſe: Hæc, cum fines ſupra ſcandit, hæc quicunque ei primus vir obuius fuerit, hæc portam ingrediens, hæc forum ingreſſus, paucis verbis carminis, concipiendique juriſjurandi mutatis peragit. ſi non deduntur quos expoſcit, diebus tribus & triginta (tot enim ſolemnes ſunt) peractis, bellum ita indicit. AVDI IVPITER, & tu Iano. Quirine, diique omnes cœleſtes voſque terreſtres, voſque inferni audite. Ego vos teſtor populum illum (quicunque eſt nominat) injuſtum eſſe, neque jus perſoluere, ſed de iſtis rebus in patria maiores natu conſulemus, quo pacto jus noſtrum adipiſcamur. Cum is nuncius Romam ad conſulendum redit, confeſtim res his fermè verbis patres conſulebat: Quarum rerum, litium cauſſarum condixit, Pater patratus populi Rom. Quiritum, Patri patrato priſcorum Latinorum, hominibuſque priſcis Latinis quas res nec dederunt nec ſoluerunt nec fecerunt, quas res dari fieri, ſolui oportuit: dic (inquit ei, quem primus ſententiam rogabat) quid cenſes? Tum ille: Puro pioque duello quærendas cenſeo, itaque conſentio, conſciſcoque. Inde ordine alij rogabantur: quandoque pars major eorum qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat conſenſu fieri ſolitum: vt fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præſentibus diceret, QVOD POPVLI priſcorum Latinorum, hominesque priſci Latini aduerſus populum Rom. Quiritum fecerunt, deliquerunt, quod populus Rom. Quiritum bellum cum priſcis Latinis juſſit eſſe, Senatuſque populi Rom. Quiritium

Digitized by Google

cenſuit, conſenſit, conſciuit, vt bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego, populuſq. Ro. populis priſcorum Latinorum, hominibuſq. priſcis Latinis bellum indico, facioque. Id vbi dixiſſet haſtam in fines eorum emittebat. Ex Liuij. lib. 1.

Belli indicendi.

Quod populus Hermundulus hominesque populi Hermunduli aduerſus populum Rom. bellum fecere deliquereque: quodque populus Romanus populo Hermundulo, hominibuſque Hermundulis bellum indico, facioque Ex Gell. li. 16. c. 4.

Cautionis de dolo malo.

V. i ne propter te fidem tuam captus, fraudatuſve ſim. Cicer. 3. Offic.

Ceſſionis in iure

In jure confeſſio fit hoc modo: Apud magiſtratum populi Ro. vel apud Prætorem, vel apud præſidem prouinciæ, is cui res in jure ceditur, rem tenens ita vindicat: HVNC EGO EX IVRE QVIRITIVM HOMINEM MEVM ESSE AIO Deinde poſtea quam hic vindicauerit, Prætor interrogat eum qui cedit, an contra vindicet: quod negante aut tacente, tunc ei qui vindicauerit, eum addicit, idque legis actio vocabatur. Boëtius in Topic. Cic. ex comment. Caij.

Cenguli à Traiano Imp. præfecto præt dati.

Accipito hunc enſem, vt ſi quidem recte atque è Rep. Imperauero, pro me, ſin ſecus, contra me vtaris.

Coemptionis in matrimonio.

Vir in coemptione ſic ſtipulabatur: Viſne mulier mihi materfamilias eſſe: illa reſpondebat volo: item mulier interrogabat, Viſne vir mihi paterfamilias eſſe? ille reſpondebat volo, itaque mulier viri conueniebat in manum: & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem. Hæc Boëtius in Topic. Ex Vlp. Inſt.

Conteſtandæ litis.

Conteſtari litem dicuntur duo, aut plures aduerſarij: quod ordinato judicio vtraque pars dicere, TESTES ESTOTE Feſtus lib. 3.

Cretionis in hæreditatibus.

Cretio eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto heredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hereditatem, nécne: velut, Titius heres eſto, cernitoque in diebus centum proximi, quibus ſcietis, poteriſque: niſi ita creueris, exheres eſto. Cernere eſt verba cretionis dicere, ad hunc modum: Cum me Mæuius heredem inſtituerit, eam hæreditatem adeo, cernoque. Ex Vlpiani inſtit. c. 22.

Decreti Trib pl.

Quod P. Scipio. Africanus poſtulauit pro L. Scipione Aſiatico fratre, cum contra leges contraque morem maiorem Trib. plebis hominibus accitis per vim inauſpicato ſententiam de eo tulerit, mulctamque nullo exemplo irrogauerit, prædeſque eam ob cauſam reum dare cogat: aut ſi non det, in vincula duci jubeat, vt eum à collegæ vi prohibeamus, & quod contra collega poſtulauit, ne ſibi intercedamus, quo minus ſuapte poteſtate vti liceat: de ea re noſtrum ſententia omnium data eſt: Si L. Cornelius Scipio Aſiaticus, collegæ arbitrato prædes dabit collegæ, ne eum in vincula ducat, intercedemus: ſi ejus arbitratu prædes non dabit, quo minus collega ſua poteſtate vtatur, non intercedemus.

Item.

Cum L. Cornelius Scipio Aſiaticus triumphans, hoſtium duces in carcerem coniectauerit, alienum videtur eſſe à dignitate Reipub. in eum Imperatorem pop. Rom. duci, in quem locum ab eo coniecti ſunt duces hoſtium. Itaque L. Cornelium Scipionem Aſiaticum à collegæ vi prohibeo. Ex Gell. lib. 7. c. 19.

Dedicationis ſpoliorum & templi, qua Romulus Sabinorum rege interfecto eſt vſus.

Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templúmque iis regionibus quas modo animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpoliis, quæ regibus ducibuſq. hoſtium cæſis, me auctorem ſequentes poſteri ferent. Ex Liu. li. 1.

Deditionis à fecialibus.

Quandoquidem hice homines, iniuſſu populi Rom. Quiritium fœdus ictum iri ſpoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt: ob eam rem populus Rom. ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo. Ex Liuij lib. 9.

Deditionis.

Rex interrogauit: ESTISNE vos legati Oratoreſque miſſi à populo Collatino, vt vos populumque Collatinum dederitis? Sumus. Eſtne populus Collatinus ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne vos populū Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtenſilia, diuina humanaque omnia in meam populique Rom. ditionem, Dedimus. At ego recipio. Ex Liuij lib. 1.

Deferendi nominis.

Cum in jus ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem reu, AIO TE SICVLOS SPOLIASSE, ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, vt victo: ſi negabatur, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum ejus criminum, & inſtituebatur accuſatio. Aſcon. in Ver. 2.

Deferendi nominis.

Conſul & dies apud illud prætorem vel proconſulem L. Titius profeſſus eſt, ſe Mæuiam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quod dicat eam cum C. Seio in ciuitate illa, domo illius, menſe illo conſulib. illis, adulterium commiſiſſe, Paul. 3. ff. de accuſat.

Deuotionis vrbium & exercituum per impia nomina Deorum Ethnicorum

Dis pater, ſiue Iouis, manes, ſiue quo alio nomine fas eſt, nominare, vt omnes illam vrbem Carthaginem exercitumque quam me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis, quique aduerſus legiones, exercitumque noſtrum arma telaque ferent, vti vos eos exercitus, eos hoſtes, eoſq; homines, vrbes, agroſq; eorum, & qui in his locis, regionibuſque, agris vrbibuſq; habitant, abducatis lumine ſupero priuetis, exercitumq; hoſtium, vrbes agroſq; eorum, quos me ſentio dicere. Vti vos eas vrbes, agroſque, capita, ætateſq; eorū deuotas, conſecrataſque habeatis, illis legibus, quibus quandoque ſunt maxime hoſtes deuoti, eoſque ego, vicarios pro me fide, magiſtratuque meo, & pro pop Rom. exercitibus legionibuſq; noſtris do, deuoueo vt me meamque fidem, imperiumq, legiones, exercitumq; noſtrum qui in his rebus gerundis ſunt, bene ſaluos ſinatis eſſe. Si hæc ita faxitis, vt ego ſciam, ſentiam, intelligam: Tunc quiſquis votum hoc faxit, vbi faxit, recte factum eſt, quibus agnis tribus, Tellus mater, teque Iupiter obteſtor Ex Macrobij lib. 3. c. 9.

Deuotionis qua Decius eſt vſus more Ethnicorum, vt ſupra,

Iane, Iupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, diui Nouenſiles, dij Indigites, diui, quorum eſt poteſtas noſtrorum, hoſtiumque, dique Manes, vos precor, veneror, veniam peto, feroque, vti populo Rom. Quiritium vim victoriamque proſperetis: hoſteſque popul. Rom. Quiritium terrore, formidine, morteq; afficiatis. Sicut verbis nuncupaui, ita pro Rep. Quiritium, exercitu, legionibus, auxilijs popu. Rom Quiritium, legiones, auxiliaque, hoſtium mecum dijs manibus, Tellurique deuoueo. Ex Liuij lib 8.

Dimittendæ concionis à Trib pleb.

Si vobis videtur diſcedite Quirites. Liuius lib. 2.

Dimittendi funeris.

Corona populi tandiu ſtabat, reſpondens fletibus præficæ, id eſt, principi planctuum, quandiu conſumpto cadauere, & collectis cineribus, diceretur nouiſſimum verbum ILICET: quod ire licet ſignificat. vnde eſt.

— *Dixitque nouiſſima verba*

Seruius lib Æneid. 6.

Dimittendi iudicij.

Actum eſt, ilicet. Donatus in Phormion. Sic judices de conſilio dimittebantur, ſuprema dicta cum præco pronunciaſſet, ACTVM EST, ILICET: id eſt, ire licet.

Dimittendi iudicij.

Moris fuit veterum, cum ſatis viſum eſſet dixiſſe verborum, hanc ſibi neceſſitatem finiendæ Orationis imponere, vt dicerent ad vltimum, Dixi: quod etiam ab vtraque parte Oratione conſumpta, vt in conſilium dimitterentur, Prætor ſoleret pronunciare, DIXERVNT, Aſconius in 2. Verr. Cic. tamen Verr. 4. Præco, inquit, dixiſſe pronunciat.

Dimittendi Senatus.

Nihil vos moramur P. C. Iul. Capitol. in Ant. Philoſop.

Dimittendorum manium.

Dicebatur VALE, poſt tumuli peracta ſolennia. Seruius Æne. 6 Idem in lib. 3. Mortuis etiam dicitur, vt.

... — *Salue maxime Palla,*

Æternumque vale. Item in eod.

— ... *animamque ſepulchro*

Condimus & magna ſupremum voce ciemus,

hoc eſt, inquit, Seruius, Dicimus more ſolemni. VALE.

Diuortij.

Tuas res tibi habeto. Tuas res tibi agito. Ex l. 2. ff. de diuortijs.

Donationis cauſa mortis.

In donationibus quę mortis cauſa fiunt, hæc verborum ſolemnitas cuſtoditur, Illum agrum, aut illam domum me malo habere, quam te; te, quam heredem meum. Hæc Arrianus Pauli Sent. interpres, lib. Sent. 3. i. c. 5.

Dotis dicendæ.

Decem doti tibi erunt quod mihi debes, doti tibi erit, l. 44. 46. 59. l. 59. de jur. dot.

Dotis legatæ.

Quæ inſtrumento dotali conſcripta ſunt, do lego. Brederod. ex ll. ff & C.

Duumvirorum qui de perduellione iudicent faciendorum.

Duumviri perduellionem judicent: ſi à Duumviris prouocarit, prouocatione certato: ſi vincent caput obnubito: infelici arbori reſte ſuſpendito: verberato vel intra pomœrium, vel extra pœmerium. Ex Liuij lib. 1.

Edicti ædilitij, vide in leg. 38. ff. de ædil. edict. & apud Gell. lib. 4. cap 2.

Edicti Cenſorum de coercendis Rhetoribus.

RENVNCIATVM eſt nobis eſſe homines, qui nouum genus diſciplinæ inſtituerunt, ad quos iouentus in ludum conueniat: eos ſibi nomen impoſuit Latinos Rhetores, ibi homines adoleſcentulos dies totos dicere. Maiores noſtros qui liberos

ſuos

Digitized by Google

ſuos diſcere, & quos in ludos iterare vellent, inſtituerūt. Hæc noua quæ præter conſuetudinem ac morem maiorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter & ijs qui eos ludos habent, & iis qui eo venire conſueuerunt, viſum eſt faciendum, vt oſtenderemus noſtram ſententiam, nobis non placere. Ex Gellij.lib.15. n.11.

Edicti Prætorij exempla paſſim in Pandectis extant.

Emancipationis.

Eſt autem emancipatio, imaginaria quædam venditio, quod ipſum jus proprium Romanorum eſt. Eaque res ita agitur adhibitis non minus quam quinque teſtib. ciuib. Romanis, puberib. & præterea alio eiuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur Libripens. Is qui mancipium accipit æs tenens ita dicit. Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe aio. Iſque mihi emptus eſt hoc ære æneaque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, à quo mancipium accipit quaſi precij loco. Ex Caij lib. Inſtit.1.

Emptionis.

Fundus Sempronianus, quicquid Sempronij juris fuit, etis tibi emptus tot nummis: Bredcrod. ex ff. lib. 19. t. 1. l. 48.

Euocationis Deorum.

Si Deus ſi Dea cujus populus, ciuitaſque Carthaginenſis eſt in tutela, teque maxime ille, qui vrbis hujus, populique tutelam recepiſti, precor, veneror que, veniamque à vobis peto, vt vos populum ciuitatemque Carthaginenſium deſeratis, loca, templa, ſacra, eorumque vrbem relinquatis, abſque his abeatis: eique populo, ciuitatique metum, formidinem, obliuionem injiciatis, proditique Romam ad me, meoſque veniatis: noſtraque vrbis loco, populoque Rom. militibuſque meis præpoſiti ſitis, vt ſciamus intelligamuſque, ſi ita feceritis, voueo vobis templa ludoſque facturum. Ex Macrobij lib. 3. c.9.

Exceptionis.

Extra quam ſi quid ita factum ſit, vti lege fieri licuit, l. 1. §. Labeo, de flu. Extra quam in reum capitis præiudicium fiat, lib.2. De inuent. Si non vi, non clam, non precario fecerit, l ſi vitem, ff. quod vi aut. Si in ea re de qua agitur præiudicium hereditati non fiat, l. 1. ff. fam ercisc. Si in ea re nihil metus cauſa factum eſt, l.4. § vl. De dol. except. Si non voluntate creditoris fundus venit, l. ſi vent, ff quib. mod. pig. Si non mihi mandatum ſit, vt à debitoribus peterem, l itaque 48. de procurat.

Exercitus euocandi.

Si eſſet tumultus, qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, vnum roſeum, quo pedites euocabat, alterum cæruleum, quo equites, dicebat; Qui vult ſaluam Remp. me ſequatur. Seruius Æneid. lib. 8. Cicero poſt reditum in Senatu: Quid magnificentius, quod præclarius mihi accidere potuit, quam quod illo referente vos decreuiſtis, vt cuncti ex omni Italia qui Remp. ſaluam vellent, ad me vnum hominem fractam & prope diſſipatam reſtituendam & defendendam venirent? ut qua voce per omnino poſt Romam conditam Conſul. vſus eſſet pro vniuerſa Repub. apud eos ſolum qui ejus vocem exaudire poſſent. Item pro C. Rabirio. Fit. SC. vt C. Marius L. Val. Coſſ. operam darent, vt imperium populi R. majeſtaſque conſeruaretur, qui Remp. ſaluam eſſe vellent, arma capere, & ſe ſequi jubent.

Fidejubendi.

CENTVM QVÆ mihi Caius debet, eadem mihi dare ſpondes? ſpondeo. Stichum aut decem fide tua jubes? jubeo. Mille modis pecuniam credidero, fide tua eſſe jubes? jubeo. Mille modis tritici fide tua eſſe jubes? jubeo. Si reus quadraginta non ſoluerit, de tua eſſe jubes? jubeo. Ex tract. de fideiuſſ. in Pandectis.

Fiduciæ.

Vt inter bonos bene agere oportet, & ſine fraudatione. Cic. offic. 3. Epiſt. fam. 7. epiſt. 12.

Fœderis peragendi.

Fecialis regem Tullum ita rogauit, Iubéſne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege, Sagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait: Puram tollito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit: poſtea regem ita rogauit. Rex, facíſne me regium nuncium populi Romani Quiritium? Vaſa comiteſque meos? Rex reſpondit, Quod ſine fraude mea, & populi Romani Quiritium fiat, facio. Dein fecialis patrem patratum facit, qui leg. fœderis recitatis, Audi, inquit, Iupiter, audi pater patrate populi Albani, Audi tu populus Albanus: vt illa palàm prima poſtrema ex illis tabulis cerave recitata ſunt ſine dolo malo, vtique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt illis legibus populus Romanus prior non deficiet, ſi prior defecerit publico conſilio, dolo malo, tum Dieſpiter populum R. ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque. Quod vbi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. Ex Liuij lib.1.

Fœderis cum Antiocho rege.

Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legib. & conditionibus eſto. Ne quem exercitum qui cum populo Romano ſocijſque bellum geſturus erit, Rex fines regni ſui commeatumve qui ſub ditione ejus erunt, tranſire ſinito: neu commeatu, neu qua alia ope iuuato. Idem Romani ſociiq; Antiocho & ijs qui ſub imperio eius erunt, præſtent. Belli gerendi ius Antiocho ne eſto, cum ijs qui inſulas colunt, neve in Europam tranſeundi. Excedito vrbibus, agris, vicis, caſtellis cis Taurum montem vſque ad Tanaim amnem, & à valle Tauri vſque ad iuga qua in Lycaoniam vergit, ne quis arma efferto ex ijs oppidis, agris caſtelliſque in quibus excedat, ſi quæ extulit, quæ quoque oportebit, recte reſtituito, ne militem neque quem aliū ex regno Eumenis recipito. Si qui earum vrbiū ciues, quæ regno abſcedunt, cum rege Antiocho, intraque fines ejus regni ſunt, Apameam omnes ante diem certam redeāt. Qui ex regno Antiochi apud Romanos, ſocioſque ſunt, iis jus abeundi manendique eſto. Seruos ſeu fugitiuos, ſeu bello captos, ſeu quilibet captiuus aut trāſfuga erit, reddito Romanis ſociiſque. Elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito & naues lōgas, armamentaque earum: neve plures quam decem naues actuarias, nulla quarum plus quam XXX. remis agatur, habeto: neve minorē ex belli cauſa, quod ipſe illaturus erit: neve nauigato citra Calycandrum neve Sarpedoniū promuntoria: extra quā ſi qua nauis pecuniam ſtipendium aut legatos, aut obſides portabit. Milites mercede conducendi ex iis gentibus quæ ſub ditione populi Romani ſunt, Antiocho regi ius ne eſto, ne voluntarios quidem recipiendi. Rhodiorum ſociorumve quæ ædes ædificiaque intra fines regni Antiochi ſunt, quo iure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorum ſociorumve ſunto. Si quæ pecuniæ debentur, earum exactio eſto. Si quid ablatum eſt, id conquirendi, cognoſcendi, repetendique ius item eſto. Si quas vrbes, quas tradi oportet, ij tenent, quibus Antiochus dedit ex iis præſidia deducito: vtique recte tradantur, curato. Argenti probi Attica talenta XII. millia dato intra XII. annos penſionib. æquis, talentum ne minus pondo LXXX. Romanis ponderibus pendat: & tritici CIↃ. CIↃ. millia modium. Eumeni regi talenta CCCL. intra quinquennium dato, & pro frumento, quod æſtimatione fiat, talenta CXXVII. Obſides Ro. XX. dato, & triennio mutato, neve minores octonumdenum annorum, neu minores quinum quadragenum. Si qui ſociorum populi Romani, vltro bellum inferunt Antiocho, vim arcendi ius eſto: dum ne quam vrbem, aut belli jure teneat, aut in amicitiam accipiat: controuerſias inter ſe jure ac judicio diſceptent aut ſi vtriſque placebit, bello. Ex Liuij. lib. 38.

Hæredis inſtituendi.

Hæres recte inſtitui poteſt his verbis, Titius hæres ſit, Titium hæredem eſſe jubeo. Illa autem inſtitutio, Hæredem inſtituo, Hæredem facio, pleriſque improbata eſt. Ex Vlpia. Inſt. c. 21.

Hæredis inſtituendi ac ſubſtituendi.

Hæredes ſcripti ſunt, velut, Titius hæres eſto cernitoque in diebus proximis centum, quibus ſcieris poteriſque: ſi ita creperis, exhæres eſto: tunc Mæuius hæres eſto, cernitoque in diebus, & reliqua. Similiter & deinceps. ſubſtitui poteſt. Ex Vlp. Inſt. c. 22. Siue viuo me, ſiue mortuo natus fuerit, hæres eſto, Titius hæreditatis meæ Dominus eſto. Excepto fundo, excepto vſufructu, hæres eſto. Quem hæredem codicillis fecero, hæres eſto. Titius ea parte dimidia hæres eſto. Seius ex parte dimidia, ex qua parte Seium inſtitui, ex eadem parte Sempronius hæres eſto. Publius, Mæuius, Gaius, inuicem ſubſtituti hæredes mihi ſunto. Quos ex diſparibus partibus hæredes inſtitui, æque hæredes ſunt. Brederod. ex ll. ff.

Inſtitutionis captatoriæ.

Qua ex parte Titius me hæredem inſtituerit, ex ea parte Mæuius hæres eſto, quanta ex parte me à Titio heredē inſtitutū recitaſſem, ea parte Sempronius mihi heres eſto. Brederod. ex ll. ff.

Indicendi compitalia.

Die Noni poſt Kal. Ian. Quiritib. compitalia erunt. Ex Macrobij lib. c. 4. & Gell lib. 10. c. 24.

Iudicij vocandi.

Quod bonum, fortunatum, felixque ſalutareque ſit populo R. Quiritium reiq; publicæ populi R. Quiritium, mihique collegæque meo, fidei, magiſtratuique noſtro, omnes Quirites, pedites, armatos, priuatoſque curatores omnium tribuum, ſi quis pro ſe, ſiue altero dari rationem volet, voca inlicium huc ad me Ex Varr. lib. de ling. lat. Liu. lib.

Interceſſionis Tribunitiæ.

eto, Liu. lib. 1.

Interdicti de bonis prodigi.

Quando tu bona paterna auitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. Ex Paul. ſent. lib. 3. tit. 5. Locum autem ſic correximus, cum antea legeretur, HABITA QVA. Noſtræ correctionis teſtes ſunt ante biennium clariſſimi viri Bonifacius Amerbachius, Paulus Manutius: ad quos de communibus ſtudijs, vt fit, ſcribens, ea de re mentionem inieci. Interfuit etiam correctioni Iacob. Calonius, adoleſcens eruditiſſ. mihique amiciſſimus. Poſt eadem ICto doctiſſimo Iac. Cujacio in mentem venit, hoc tamen teſtari nunc operæ precium putaui. & ſimul conſiderandum, an pro EARE legendum potius eſſet ÆRE COMMERCIOQVE. vt intelligatur, ei omni negotio quod per æs & libram gerebatur, interdictum eſſe. Aliorum Interdictorum Prætoris exempla in

Pandectis obuia ſunt omnibus lib. Pandectis. XLIII.

Interrogationis, qua Cenſores in ſolemni iureiurando de vxoribus vtebantur.

Et tu ex animi tui ſententia vxorem habes? Ex Gellij lib. 4. c. 20. & lib. de Orat. 2.

Iudicandi.

Vide poſterius, ſub formula ſententiæ ferendæ.

Iudicis dandi.

L. Octauius judex eſto. Si apparet fundum Capenatem quo agitur ex jure Quiritium, P. Seruilij eſſe, neque is fundus reſtituatur. Ex Verr. 4.

Iudicij recuperatorij.

Si pateret eum ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe. Cic. in Diuinat. Si pateret iugera ejuſmodi fundi eſſe plura, quam colonus eſſet profeſſus, tum Xenu damnaretur. Si pateret aduerſus edictum feciſſe Ex Verrina 5.

Si pateret H.S IↃↃ n dari oportere, Ex Orat. pro Q. Roſcio.

Si apparet eum dare oportere Ex § ſic itaque, De actionibus.

Iudicij T. Manlij in filium.

Quandoquidem Tu, M Manli, neque Imperium conſulare, neq; majeſtatem patriam veritus, aduerſus edictum noſtrum, extra ordinem in hoſtem pugnaſti, & quantum in te fuit, diſciplinam militarem, qua ſtetit ad hanc diem Romana res, ſoluiſti: meque in eam neceſſitatem adduxiſti, vt aut Reip. mihi aut mei, meorumque obliuiſcendum ſit, nos potius noſtro delicto plectemur, quam Reſpub. tanto ſuo damno noſtra peccata luat. triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre juuentuti erimus, me quidem cum ingenita caritas liberum, tum ſpecimen iſtud virtutis, deceptæ vana imagine decoris, in te mouet: ſed cum aut morte aut ſancienda ſint Conſulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda: nec te quidem, ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt, recuſare cenſeam, quin diſciplinam militarem, culpa tua prolapſam, pœna reſtituas. I, lictor, deliga ad palum, Ex Liuij lib. 8.

Iudiciorum bonæ fidei.

Quantum ex bona fide illum dare facere oportet. Cicer. offic. lib. 3. in Topic.

Iuriſiurandi.

Majorum diligentia hæc fuit. Primum jurare ex animi ſui ſententia, quemque voluerunt: deinde ita teneri, Si ſciens falleret: quod inſcitia multa verſaretur in vita. Cic. lib. Acad. 11. Idem de offi. 3 Non enim falſum jurare, pejerare eſt: ſed quod ex animi ſententia juraueris, ſicut verbis concipitur more noſtro id non facere, perjurium eſt. Liu. lib. 22. Ex animi ſententia juro, vt ego Remp. non deſeram, neque alium ciuem deſerere patiar. Idem lib. 43. Ex tui animi ſententia ex edicto C. Claudij, Ti. Sempronij Cenſorum in prouinciam Macedoniam redibis, quod ſine dolo malo facere poteris?

Iuriſiurandi à P. Scipione concepta.

Ex mei animi ſententia juro, ego Remp. non deſeram, neque alium ciuem Romanum deſerere patiar, ſi ſciens fallo, tum me Iupiter Opt. Max. domum, familiam, remque meam Peſſimo letho afficias. Ex Liuij lib. 22.

Iuriſiurandi à L. Bruto ob Lucretiam præſtiti.

Per hunc caſtiſſimum ante regiam injuriam ſanguinem juro, voſque dij teſtes facio, me L. Tarquinium Superbum cum ſcelerata conjuge & omni liberorum ſtirpe, ferro, igne, quacunque dehinc vi poſſim, exacturum, nec illos, nec alium quenque regnare Romæ paſſurum. Ex Liuij lib. 1.

Iuriſiurandi per Iouem lapidem.

Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbe, arceq; bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Feſtus lib. 10. Plaut. Auful. Cic. Ep. fam. 7. Plutarch. in Syllam. Polyb. lib. Hiſt. 3. rem ſic explicat: φασὶ δὲ Δία λίθον ὀμνύειν, κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος, ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ὅρκον τὸν Δία λίθον, λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα λίθον ὁ ποιούμενος τὰ ὅρκια περὶ τῶν συνθηκῶν, ἐπειδὰν ὀμόσῃ δημοσίᾳ πίστει, λέγει, εὐορκοῦντι μέν μοι εἴη τἀγαθά· εἰ δ' ἄλλως διανοηθείην τι ἢ πράξαιμι, πάντων τῶν ἄλλων σωζομένων ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσιν, ἐν τοῖς ἰδίοις νόμοις, ἐπὶ τῶν ἰδίων βίων, ἱερῶν, τάφων, ἐγὼ μόνος ἐκπέσοιμι οὕτως ὡς ὅδε λίθος νῦν. καὶ ταῦτ' εἰπὼν ῥίπτει τὸν λίθον ἐκ τῆς χειρός.

Iuriſiurandi militari.

In magiſtratu C. Lælij C. F. Coſ. L. ve Cornelij P. F. Coſ. in exercitu, decemque millia paſſuum prope furtum non facies dolo malo ſolus neque cum pluribus pluris nummi argentei in dies ſingulos. Extra haſtam, haſtile, ligna, pabulum, vtrem, follem, faculam, ſi quid ibi inveneris ſuſtulerisve, quod tuum non erit, quod pluris nummi argentei erit: vti tu, ad C. Lælium, C. F. Coſ. C. ve Corne. P. F. Coſ. ſive ad quem eorum juſſerit, profeas, aut profitebere in triduo proximo, quicquid inveneris, ſuſtuleriſve dolo malo, aut domino ſuo, cui id cenſebis eſſe, reddes, vti quod recte factum eſſe voles. Deinde ita concipiebatur jusiurandum, vt adeſſent, his additis exceptionibus, niſi harunce aliqua cauſa erit: Funus familiare: feriæ vindemiales: calendæque quæ non ejus rei cauſa in eum diem collatæ ſint, quo is eo die minus ibi eſſet: morbus ſonticus, auſpiciumve anniverſarium, quod recte fieri non poſſet, niſi ipſus eo die ibi ſit, jus, hoſtiſve, ſtatus, condictusve dies cum hoſte, ſi cui eorum harunce quæ cauſa erit, tum ſe poſtridie quam per eas cauſas licebit eo die venturum, adilturumque eum, qui eum pagum, vicum, oppidumve delegerit. Ex Gellij lib. 16. c. 4.

Legis ferendæ.

Velitis jubeatis Quirites, &c. Ex Cicer. Orat. pro Domo.

Quicunque poſt hanc legem. Ex Oratione pro Poſthumo & L. 1. ff. ad leg. Falcid.

Conſul (vel Prætor, vel qui populum rogarat) populum jure rogauit, populuſque jure ſciuit.

Si quid jus non fuit rogari, eius ea lege nihilum rogatum, Ex Philipp. 1. Valerio Probo, Feſto Pomp. Orat. pro Domo, pro Cæcina, lib. Epiſt. ad Attic. 3.

Si quid contra alias leges, hujus legis ergo latum ſit, & qui in hanc legem rogaſſit, impune eſto. Cic. lib. 3. ad Attic.

Legis iubendæ vel antiquandæ.

Vti rogas: vel antiquo, moris erat vt populo in comitiis legum duæ tabellæ darentur, quarum in altera V. R. in altera A. ſcriptum erat, patet ex Cic. lib. de leg. 2. Epiſt. ad Atti. 1. Liu. & aliis.

Legis ſanciendæ.

Ne per Saturam abrogati, derogarive jus eſto. Feſtus.

Iuſſu mandatuque legis militaris. P. R.

Cos. Imp. Trib. Miles Tiro, commilito armate, quiſquis es, manipulariſve Centurio, turmave Legionarie hic ſiſtito, vexillum ſinito, arma deponito, nec citra hunc amnem Rubiconem ſigna, ductum exercitum commeatumque traducito. Si quis hujusce juſſionis ergo aduerſus præcepta ierit feceritve, adjudicatur eſto hoſtis P. R. ac ſi contra patriam arma tulerit, penateſque è ſacris penetralibus aſportauerit. S. P. Q. R.

Sanctio plebiſciti, S. ve Conſulti vltra hos fines arma ac ſigna proferre liceat nemini. Ex Epigr. Rom.

Legati teſtamentarij.

Legamus quatuor modis: per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, per præceptionem. Per vindicationem, his verbis legamus: Do, lego, Capito, ſumito, ſibi habeto. Per damnationem his verbis: Hæres meus damnas eſto dare, dato, facito, hæredem meum dare jubeo. Sinendi modo ita: Hæres meus damnas eſto ſinere, Lucium Titium ſumere illam rem, ſibique habere. Per præceptionem ſic: L. Titius illam rem præcipito. Ex Vlpiani Inſtit. c. 24.

Libandi diis vini.

Mactus hoc vino inferio eſto. Arnob. lib. cont. gent. 7. infra vide Sacrificij portæ.

Litterarum ab Impp. ad Senatū incolumi exercitu mittendarum.

Si vos & liberi veſtri valetis, bene eſt: ego & exercitus valemus. Dio. Caſſ. in Adriano, & Cic. in Epiſt. perſæpe, aliiq; complures.

Luſtrandi agri.

Mars pater te precor, quæſoque, vti ſies volens propitius mihi domo, familiæque noſtræ, quoius rei ergo agrum, terram, fundumque meum ſuouitaurilia circumagi juſſi. vti tu morbos viſos inviſoſque, viduertatem, vaſtitudinemque, calamitates, intemperiaſque prohibeſſis defendas, auerruncesque, vtique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque euenire ſinas, paſtores, pecuaque ſalua ſeruaſſis; duiſque bonam ſalutem valetudinemque mihi, domo, familiæque noſtræ. Harunce rerum ergo, fundi terræ, agrique mei luſtrandi, luſtrique faciendi ergo ſicuti dixi, macte hiſce ſuouitaurilib. lactentib. immolandis eſto. Mars pater ejuſdem rei ergo, macte hiſce ſuouitaurilib. lactentib. eſto. Item culro facito ſtruem, & fertum vti adſiet. Inde obmoueto. Vbi porcum immolabis, agnum vitulumque, ſic oportet. Ejuſque rei ergo macte hiſce ſuouitaurilib. immolandis eſto, nominare vetat Martem neque agnum, vitulumque. Si minus in omnes litabit, ſic verba concipito: Mars pater, ſi quid tibi in illiſce ſuouitaurilibus lactentibus neque ſatisfactum eſt, te hiſce ſuouitaurilib. piaculo. Si vno, duobuſque dubitauerit, ſic verba concipito: Mars pater quod tibi illuc porco neque ſatisfactum eſt, te hoc porco piaculo. Ex Catone De re ruſtica.

Mancipij faciendi.

Vide nexus faciendi formulam.

Manumittendi ſerui.

Manumitti ſeruus dicebatur, cum dominus aut caput ejus ſerui, aut aliud membrum tenens diceret: Hunc hominem liberum eſſe volo: & emittebat eum è manu. Ex Feſti l. 11. Extat etiam in Bibliotheca regia fragmentum iudicis Latinograeci, in quo ſcriptum ita eſt: Βουλόμενος ὁ δεσπότης ἐν ἀρχαῖς ... τῆς κεφαλῆς ἐκείνου, φάσκων: θέλω τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἐλεύθερον, καὶ πολίτην Ῥωμαῖον.

Matrimonij teſtificandi.

Cos Aug. Pub. Claud. Quæſt. ær. Antoninam Volumniam virginem, volens, auſpi. è parent ſuis coemit. e. IIII. fac. in do. dux. id eſt, Conſule Auguſto, P. Claudius Quæſtor ærarij Antoninam Volumniam virginem volentem auſpicato è parentibus ſuis coemit, & quatuor facibus in domum duxit. Ex lapide Patauino.

Miſſionis ignominioſæ.

C. Auiene, quod in Italia milites populi Rom. contra Remp. inſtigaſti, rapinaſque per municipia feciſti, quodque mihi & Rep. inutilis

inutilis fuiſti, & pro militibus tuam familiam, iumentaque naues impoſuiſti, tuaque opera militibuſque tempore neceſſario Reſp. caret, ob eas res ignominiæ cauſa ab exercitu meo te remoueo: hodieque ex Aſia abeſſe, & quantum potes, proficiſci jubeo, itemq; te A. Fontei, quod Tribunus militum ſeditioſus maluſque ciuis fuiſti, ab exercitu dimitto. T. Alliene, M Titu. C. Clauſiane, cum ordines in meo exercitu, beneficio non virtute conſecuti ita vos geſſeritis, vt neque bello fortes neque pace boni aut vtiles fueritis, & magis ſeditione concitandiſq. militibus aduerſariorum noſtrorum Imperatoris, quam pudoris modeſtiæque fueritis ſtudioſiores, indignos vos eſſe arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis: miſſoſque facio, & quantum poteſtis, abeſſe ex Africa jubeo. Ex Hircio.

Mulcta in iudicio.

M. Terentiu quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt ego ei vnam ouem mulctam dico Gell. lib. 11. c. 1.

Nexus faciendi.

Mancipatio eſt imaginaria quædam venditio, quæ ſic agitur: adhibitis non minus quam quinque teſtibus judicibus Roms. puberibus & præterea alio ejuſdem conditionis, qui libram æneam tenebat, qui appellabatur Libripens, is qui mancipium accipit æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi precij loco. Boëtius in Topic. ex lib. 1. Inſtit. Caij.

Ominis nuptialis.

Talassio. Liuius lib. 1. Vnam longe ante alias ſpecie inſignem à globo Talaſij cujuſdam raptam ferunt: multiſque ſciſcitantibus cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Talassio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factum. Idem Seruius in lib. Æneid. 1.

Oraculi Delphici.

Romane, aquam Albanam caue lacu contineri, caue in mare manere ſuo flumine ſinas, emiſſam per agros rigabis, diſſipatamque riuis extingueris, tum inſiſte audax hoſtium muris, memor, quam per tot annos obſides vrbem, ex ea tibi his quæ nunc panduntur, fatis victoriam datam, bello perfecto donum amplum victor ad mea templa portato: ſacraque patria, quorum omiſſa cura eſt, inſtaurata vt aſſolet, facito. Ex Liuij lib. 5.

Pactionis ob pacem cum Ætolis.

Imperium maieſtatemque populi Romani gens Ætolorum conſeruato ſine dolo malo, ne quem exercitum, qui aduerſus ſocios, amicoſque eorum ducetur, per fines ſuos tranſire ſinito, neve vlla ope juuato, hoſtes eoſdem habeto, quos populus Rom. armaque in eos ferto, bellumque pariter gerito, perfugas, fugitiuos, captiuoſque reddito Romanis, ſociiſque: præterquam ſi qui capti, cum domus rediiſſent, iterum capti ſunt: aut ſi qui eo tempore ex iis capti, ſunt, qui tum hoſtes erant Romanis, cum inter præſidia Romana Ætoli eſſent, aliorum: qui comparebunt, intra dies centum Corcyræorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur: qui non comparebunt, quando quiſque eorum primum inuentus fuerit, reddatur. Obſides XL. arbitratu Conſulis Romani dato, ne minores XII. annorum, neu maiores XL. Obſes ne eſto Prætor, Præfectus equitum, ſcriba publicus, neve quis qui ante Obſes fuerit apud Romanos. Cephalenia extra pacis leges eſto. Ex Liuij lib. 38.

Precationis ob bellum Macedonicum.

Quam rem Senatus populuſque Romanus de Repub. deque ineundo nouo bello in animo haberet, ea res vti populo Rom. ſociiſque ac nomini Latino bene ac feliciter eueniret, ſecundum rem diuinam, precationemque, vt de Repub. deque prouinciis ſenatum conſulerent Ex Liuij lib. 31.

Precationis P. Scipionis.

Diui, Diuæque, inquit, qui maria terraſque colitis, vos precor quæſoque, quæ in meo imperio geſta ſunt, geruntur, poſtque gerentur, ea mihi, populo, plebique Romanę, ſociis, nominique Latino, qui populi Romani, quique meam ſectam, imperium, auſpiciumque terra, mari amnibuſque ſequuntur, bene vertant: eaque vos omnia bene iuueritis: bonis auctibus auxitis: ſaluos incolumeſque victis perduellibus, victores ſpoliis decoratos, triumphanteſque mecũ domos reduces ſiſtatis: inimicorum hoſtiumq; vleiſcendorum copiam faxitis: quæq; populus Carthaginenſis in ciuitatem noſtram facere molitus eſt, ea vt mihi populoque Romano in ciuitatem Carthaginenſium exempla edendi facultatem detis Ex Liu. lib. 29.

Precationis qua in principio pompa Romani Imperatoris, triumphantes, in Vaticano vtebantur.

Di, Nvtv, & imperio quorum nata & aucta eſt res Romana, eandem placati, propiciatique ſeruate.

In fine vero in Capitolium aſcendentes hac.

Gratias tibi Iupiter Optume Maxume, tibique Iunoni Reginæ, & cæteris hujus cuſtodibus, habitatoribuſque arcis Dis lubens lætoſque ago, re Romana in hanc diem & horam per manus, quod voluiſtis, meas ſeruata, bene geſtaque eadem & ſeruate, vt facitis, fouete, protegite, propitiate, ſupplex oro. Ex Macrob. Saturnaliorum lib 1.

Precationis Herſiliæ.

Neria Martis, te obſecro pacem dare: vt liceat nuptiis propriis & proſperis vti, quod de tui coniugis conſilio contingit, vti nos itidem integras raperent, vnde liberos ſibi & ſuis poſteris patriæ pararent. Ex Gell. lib. 13. c. 21.

Precationis Conſularis in Conſule renunciando.

Qvod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque ſit mihi magiſtratuique meo, populo, plebique Romanæ L. Licinium Coſ. renuncio. Cic. pro Muræna.

Præconij in ſacrificiis.

Hoc Age. Plutarchus in Numa, & Coriolano, Fauete linguis. Cic. 1. & 2. de Diuinat. Plin. lib. 28. c. 2.

Præfandi omnibus in rebus.

Qvod, bonum, fauſtum, felix, fortunatumque ſit. Cic. lib. de diuinat. 1.

Poſthumos nepotes inſtituendi.

Filivs Mevs hæres eſto. ſi filius meus me viuo moriatur, tunc quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus nata erit, hæredes ſunto. Scæuola ex C. Aquilio l. Gallus 29. De liber. & poſthum.

Regis ab interrege rogandi.

Qvod bonum, felixque ſit, Quirites regem create, ita patribus viſum eſt, patres deinde, ſi dignum, qui ſecundus ab Romulo numeretur, crearitis, auctores fierent. Ex Liuij lib. 1.

Regis inaugurandi.

Ivpiter Pater, ſi eſt fas hunc Numam Pompilium, cujus ego caput teneo, regem Romæ eſſe, vti tu ſigna nobis certa acclaraſſis inter eos fines, quos feci. Ex Liuij lib. 1.

Relegandi.

Illvm provincia illa, inſuliſque eis relego: excedere debebit intra illum diem. Ex Vlp. in l. 7. §. his qui de interd. & releg.

Renunciandi Conſulis deſignati ab ipſo Coſ.

Qvod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque ſit, mihi magiſtratuique meo, populo, plebique Romanæ, N. N. Conſulem renuntio. Ex Cicerone in Orat. pro Muræna.

Replicationis.

Avt Si mihi mandatum eſt, vt à te peterem, l. itaque, 41. De procurat.

Avt Si res judicata non ſit, l. 24. De except. rei jud.

Avt Si damnatione interpoſita ſecundum decretum vendiderit, l. conſilio. 7. De curat. fur.

Repudij.

Conditione tua non vtor, ex l. 11. ff. de diuo. & rep.

Rogandi iudicis.

Itaque præclarum à maioribus accipimus morem rogandi judicij, ſi eum teneremus: Qvæ Salva Fide facere poſſit. Hæc rogatio ad ea pertinet &c. lib. de offic. 3.

Rogationis Atiliæ.

Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui ſe dediderunt in arbitrium ditionemque populi Romani Fuluio Proconſuli quæque vna ſecum dediderunt, agrum, vrbemque, diuina humanaque, vtenſiliaque, ſiue quid aliud dediderunt, de his rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites. Plebs ſic iuſſit. Quod Senatus maxima pars cenſeat, qui aſſidetis, id volumus iubemuſque. Ex Liuij lib. 9.

Rogationis de Tribunitio magiſtratu.

Si Tribvnos pleb. decem rogabo, ſi quos minus hodie decem tribunos plebis feceritis: hi tum, quos ſibi collegas cooptaſſint, ita illi legitimi eadem lege Tribuni plebei ſint, vt illi, quos hodie Tribuni plebes feceritis, Ex Liuij lib. 3.

Salutationis matutina

Ale.

Veſpertina.

Salue. Dio Caſſius in Adriano.

Salutationis patris patriæ.

Qvod bonum, fauſtumque ſit tibi, domuiq; tuæ Cæſar Auguſte, Senatus te conſentiens cum pop. Rom. conſalutat patriæ patrem. Ea Valerius Meſſala vſus traditur à Suet. in Auguſto.

Salutationis in Epiſtolis.

Seneca lib. Epiſt. 2. Epiſt. 15. Mos antiquus fuit, vſque ad meam Senatus ætatem, primis Epiſtolæ verbis adjicere, Si vales, bene eſt, ego valeo. Recte & nos dicimus, Si philoſopharis, bene eſt, &c.

Salutationis in Epiſtolis Impp. reb. ge geſta.

Si vos liberiq; veſtri valetis, bene eſt. Ego quidem & exercitus valemus Xiphilinus in Adriano, & in epiſt. Cicer. paſſim.

Sacrificij porca præcidanea ante meſſem.

Priuſquam meſſem facies, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. Cæteri porca præcidanea, porcam fœminam, priuſquam haſce fruges condantur, far, triticum, ordeum, fabam, ſemen rapicium, thure, vino, Iano, Ioui, Iunoni præfato. Priuſquam porcam fœminam immolabis. Iano ſtruem commoueto ſic: Iane Pater, te hac ſtrue commouenda bonas preces precor, vti ſis volens propitius mihi liberiſque meis, domo familiæque meæ mactus hoc ferctu. Ferctum Ioui moueto, &

Digitized by Google

mactato ſit: Iupiterte hoc ferćto obmouendo bonas precor precea, bene precatus ſum, ejuſdem rei ergo macte vino inferio eſto. poſtea Ioui ſit: IVPITER MACTA ſerćto eſto, macte vino inferio eſto. Poſtea porcam præcidaneam immolato. Vbi exta proiećta erunt, ita Iano ſtruem commoueto, mactatoque item vti prius feceras. Ioui fercćtum obmoueto: mactatoq; uti prius feceras. Item Iano vinum dato, & Ioui vinum dato ita vti prius datom fuit, ob ſtruem obmouendam, & ferćtum libãdum, poſtea Cereri exta & vinum dato. Ex Catone de re ruſt.c. 134. apud quem tamen mactos perperoo legendum, locu ille ex libro Arnobij contra gentes 7. ſignificare videtur. Operæ precium eſt, verba ipſa depromere, quib. cum vinom datur, vti ae ſupplicare cnnſuetodo eſt Mactus hoc vino inferio eſto. Inferio, inquit Trebatius, verbum ea cauſa eſt additum, eaque ratione proferrur: ne vinum omne omnino quod in cellis atque apothecis eſt conditum, ex quibus illud quod effuditur promptum eſt, eſſe ſacrum incipiat & ex vſibus eripiatur humanis.

SConſultorum à Plebe comprobandorum.

Quod Senatus maxima pars jubeat, qui aſſidetis, id volumus iubemuſque. Ex Liuij lib. 26.

SC quo quid Conſulibus mandatur.

DONATVS in Adelph. Terent. Fac. ſis Soſtrata. Sis, inquit, honorifice additur verbo, ne quod Imperatiuo modo pronunciatur, ſuperbum ſit: deductum eſt autem à Senatuſconſulti formula. vbi enim aliquid Senatus Conſulib. iniungit, addit: SI ESS VIDEATVR Hæc ille. Et eſt hoc obſeruatum à Cicerone in illis SC. quæ in Philippic. legimus, vt Philipp. 9. Vtique C. Panſa, A. Hircius Coſſ. alter, ambone, ſi eis videbitur, Quæſtoribus vrbanis imperent, &c.

Senatuſconſ ſcribendi.

Quid de ea fieri placeret, de ea re ita cenſuerunt. Cælius in Ep. l. fam 7. & alibi perſæpe.

Senatuſconſulti ſummi.

VIDEANT Conſules, ne quid Reſp. detrimenti accipiat. Salluſt. Catil. Cic. in Catilt. Liuius lib 3. Tantumq; terrorem incuſſere tribus, vt (quæ formæ Senatuſconſulti vltimæ ſemper neceſſitatis habita eſt) Poſthumio alteri conſulum negotium daretur: Videret, ne quid Reſp. detrimenti caperet.

Sententia in perduellionis damnatum ferenda.

LICTOR, colliga manus. caput obnubito, infelici arbori reſte ſuſpendito. Cic. pro C. Rabirio. Liu. lib. Gell. lib. 12. c. 3.

Sententia in damnatos pronuncianda.

In cauſis maioribus judices in ciſtam tabellas conijciebant ſuas, eaſque inſculptas literas habentes, A. abſolutionis, C condemnationis: cum de alicujus capite agebatur, N. L. ampliationis. his enim literis ſignificabant non liquere, Pedian. in diuinat. De formula N. L. Cicero in Cluent.

Sententia in priuatis litibus pronuncianda.

CICERO lib. de Finib. II. Priuatarum litium judices ſumus, nihil enim poſſumus judicare, niſi quod eſt noſtri judicij, in quo fruſtra, judices ſolent, cum ſententias pronuntiant, addere: Si quid me judicij eſt. Si enim non fuit eorum judicij, nihilo magis, hoc non addito, illud eſt judicatum, &c.

Sententia pronuncianda.

CVM conſtet Titium Seio ex illa ſpecie quinquaginta. item ex illa ſpecie viginti quinq; debere: idcirco L. Titium Seio centum condemno. Ex l. r. ff. quæ ſent. ſine appel. Item, Non liquet: ſi quando obſcura cauſa videbatur, priuati judices id iurabant. Gel. lib. 14. c. 2. l. Pomponius, ff de re jud.

Sententia Pronuncianda.

FECISSE VIDERI, Cic. pro Cæcinna, Verrina 3. de finib. 2. & aliis locis innumeris, itemque alij complures.

Sponſionis.

Quod à Flauio abſtulero, partem dimidiam inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo. Ex Cicer. Oratione pro Qu. Roſcio.

Sponſionis in iudicio.

Ni TE Apronius in Decumis ſocium eſſe dicat, ex Verrina 5.

Sponſionis in arbitrio.

Ni VIR BONVS ſit. Cic. lib. 3, Offic.

Stipulationis in emptione ſuum.

ILLASCE ſues ſanas eſſe, habereque recte licere, noxiſque præſtare, neque de pecore morboſo eſſe, ſpondeſne; Varr. lib. 2. c. 4.

Stipulandi.

Spondes? ſpondeo. promittis? promitto. fideiubes? fideiubeo. dabis? dabo. facies? faciam. Inſtinianus §. 2. de ver. obl.

Stipulationis in caprarum emptione.

ILLAS capras hodie recte eſſe, & bibere poſſe, habereque recte licere, hæc ſpondeſne; Ex Varr. lib De re ruſtic. c. 3.

Stipulationes in ouium emptione.

CVM emptor dixit: TANTI SVNT MIHI EMPTÆ? & ille reſpondit. SVNT, & expromiſit nummos: emptor ſtipulatur priſca formula ſic: ILLASCE oues, quæ de re agitur, ſanas recte eſſe, vti pecus ouillum, quod recte ſanum eſt extra luſcam, ſurdam, minam, id eſt, ventre glabro: neque de pecore morboſo eſſe, habere recte licere, hæc ſic recte fieri ſpondes? Ex Varrone lib. De re ruſt. 2. c. 2.

Stipulationem in boum aut iuuencorum emptione.

Eos cum emimus domitos, ſtipulamur ſic: ILLOSCE boues ſanos eſſe noxiſque præſtari: Cum emimus indomitos, ſic ILLOSCE iuuencos ſane recte, deque pecore ſano eſſe, noxiſque præſtari ſpondeſne? Varr. lib. 2. c. 5.

Teſtamenti nuncupati.

TABVLAS teſtamenti teſtator tenens ita dicit: HÆC vti in his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, Itaque vos Quirites teſtimonium præbitote. Ex Vlpiani Inſtit. c. 20.

Teſtimonij dicendi.

Maiorum hæc fuit diligentia. Voluerunt, vt qui teſtimonium diceret, ARBITRARI ſe diceret, etiam quod ipſe vidiſſet. Cic. Academ. 2. Idem pro Fonteio: Primum illud verbum conſideratiſſimum noſtræ cõſuetudinis ARBITROR, quo nos etiam tunc vtimur, cum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipſi vidimus, ex toto teſtimonio ſuſtulit.

Templi concipiendi.

Varro lib. de ling. lat. 6. Conceptus templum verbum, non iiſdem vſque quaque. In arce ita: Teſtaque meta ſunto, quoad ego eas relinquam, nuncupauero. Olla ver arbor quicquid eſt, quam me ſentio dixiſſe, templum, rectumque. ferto in ſiniſtrum. Olla ver arbor, quicquid eſt, quod me ſentio dixiſſe, templum rectumque: ferto in dextrum Interea conregione, conſpicione, cortumione, vtique ea rectiſſime ſenſi.

Vaticinij Martiani.

AMNEM Troiugena Cannam Romæ fuge, ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conſerere manus. Sed neque credes tu mihi, donec compleris ſanguine campum: multæque millia occiſa tua deferat amnis in pontum magnum ex terra frugifera, piſcibus, auibus, feriſque quæ incolunt terras: ijs fiat eſca caro tua: nam mihi Iupiter ita fatus eſt. Hoſtes Romani ſi expellere vultis, vomicamque quæ gentium venit longe, Apollini vouendos cenſeo ludos: qui quotannis comiter Apollini fiant, cum populus dederit ex publico partem priuati vti conferat pro ſe ſuiſque. His ludis faciendis præerit Prætor, hic qui jus populo plebique dabit ſummum. Decemviri Græco ritu hoſtiis ſacra faciant, hæc ſi recte faxitis, gaudebitis ſemper, fietque res veſtra melior: nam is diuus extinguit perduelles veſtros, qui veſtros campos paſcit placide. Ex Liuij lib. 25.

Veſtalis à Pontif. Max capienda.

SACERDOTEM Veſtalem, quæ ſacra faciat, quæ jus ſiet ſacerdotem Veſtalem facere, pro populo Rom. Quiritibus, vti quod optima lege fiat, ita te Amata capio. Ex Gellij lib. I. c. 12.

Voti ob bellum cum Rege Antiocho.

SI DVELLVM, quod cum Antiocho Rege ſumi populus iuſſit, id ex ſententia Senatus populique Romani confectum erit, tum tibi Iupiter populus R. ludos magnos, dies decem continuos faciet: donaque ad omnia puluinaria dabuntur de pecunia, quantam Senatus decreuit, quiſque magiſtratus eos ludos, quando vbique faxit, hi ludi recte dati ſunto. Ex Liu. lib. 36.

Voti concipiendi.

TVO ductu, Pythice Apollo, tuoque numine inſtinctus pergo ad delendam vrbem Veios: tibique hanc decimam partem prædæ voueo, te ſimul Iuno Regina, quæ nunc Veios colis, precor, vt nos victores in noſtram, tuamque mox futuram vrbem ſequare: vbi te dignum amplitudine tua templum accipiat. Ex Liu. lib. 5.

Voti de vere ſacro concipiendi.

VELITIS iubeatiſne hoc ſic geri? ſi res populi Rom. Quiritium ad quinquennium proximum, ſicut velim eam, ſalua ſeruata erit hiſce duellis, datum donum duit populus Rom. Quiritium, quod duellum populo Roman. cum Carthagienſi eſt, quæque duella cum Gallis ſunt, qui cis Alpes ſunt: quod ver attulerit ex ſuillo, ouillo, caprino, bouillo grege, quæque prophana erunt, Ioui fieri, ex qua die Senatus populuſque juſſerit, qui ſaciet, quando volet, quaque lege volet, ſacito: quo modo faxit, probe factum eſto: Si id moritur, quod fieri oportebit, prophanum eſto, neque ſcelus eſto, ſi quis rumpet, occidetve inſciens, ne fraus eſto. Si quis clepſet, ne populo ſcelus eſto, neve cui cleptum erit, ſi atro die faxit inſciens, probe factum eſto, ſi nocte ſiue luce, ſiue ſeruus ſiue liber faxit, probe factum eſto. Si ante id ea Senatus populuſque iuſſerit fieri, ac faxit, eo populus ſolutus liber eſto. Ejuſdem rei cauſa ludi magni voti æris 333 millibus, triente: præterea bubus Ioui 300. multis aliis diuis bubus albis, atque cæteris hoſtijs. Ex Liui. lib. 22.

Voti Pontificum.

PONTIFICVM votis annuans Dij Romanæ Reipublic. arcanaque morbis præſidia Apollinis iuſſu ſumma veneratione ex hoc Palladia ſcypho ſacramenta libarunt, annuat, quorum rita Romano imperio regna ceſſare, Ex. Antiquit. Rom. c. 3.

Dava-

DE VARIIS VERBORVM AC Rerum formulis & Antiquitatibus, quæ in Regiis ac Decemuiralibus, aliiſque priſcis Romanorum Legibus, Senatuſconſultis, & Magiſtratuum creatoribus, officiis ac differentiis continentur.

Hæ leges ſunt tuetæ, è quibus præcipue ius ciuile manauit.

LEGES REGIÆ

&

LEGES X. VIRALES.

I. Lipſij opera collecta.

DE REGIIS LEGIBVS, ET QVI REGES QVAS TVLERINT.

IVs omne Publicum aut Priuatum eſt. Publicum, Diuinum, aut Humanum. Diuinum, quod ad ſacra & ſacerdotes pertinet: Humanū, quod ad magiſtratus & publicam adminiſtrationem Ex his Romulus Rex humanum præcipue: Numa Diuinum conſtituit. Et publico quidem iuri pauca aut Reges cæteri, aut X. viri addiderunt. Supererat Priuatum: quod in Naturale, Gentium, & Ciuile tribuitur. Naturæ iura Romuli fere leges præſeruut: Numa Gentium addidit. Romulus de educatione liberorum, de matrimoniis, de parentum iure ſanxit: Numa de homicidiis, de bonæ fidei contractibus, de ſepultura quædam tulit. Iuris ciuilis præcipuus auctor eſt Seruius Tullius, qui auctore Dionyſio de Contractibus & Iniuriis. 50. leges rogauit: item de fænore, de nexis, ære alieno, & alia, quæ compluria in ſuas tabulas X. viri tranſtulerunt. Non aliena ab hac origine iuris Ariſtotelis diuiſio eſt Iuſtitiæ particularis in διανεμητικὴν ſiue Diſtributiuam. & ἀλλακτικὴν ſiue Commutatiuam. Priorem illam iuſtitiam Romulus maxime, & ex parte Numa: poſteriorem cæteri ſpectarunt. Romuli leges, quarum verba ipſa perierunt, ſententiæ ex antiquis præcipue Dionyſio colliguntur, ſic concipi poſſunt.

I. Deos patrios colunto: externas fabulas in ſuperſtitiones ne admiſcento.

II. Ne quid inauſpicato publice geruuto.

III. Nocturna ſacrificia, peruigiliaque amouentor.

IV Rex ſacrorum præſes, legum cuſtos eſto: iudicia exerceto: belli imperium habeto.

V. Patres ſacerdotia & magiſtratus capiunto: plebeiis patroni ſunto.

VI. Populi ſuffragia ſunto: magiſtratus creanto: leges ſciſcunto: pacem bellumque iubento.

VII. Mœnia ſancta exiſtimantor.

VIII. Vxor Farreatione viro iuncta in ſacra & bona eius venito: ius deuortendi ne eſto.

IX. Si ſtuprum cōmiſit, aliudve quid peccaſſit, maritus iudex & vindex eſto: deque eo cum cognatis cognoſcito.

X. Temetum mulier ne bibito.

XI. Quod natum erit, parentes collunto: monſtroſos tamen partus ſe fraude exponi fas eſto.

XII. In liberos ſuprema patrum auctoritas eſto, venumdare, occidere liceto.

Verba ipſarum legum

XIII. Si pater filium ter venumduit, filius à patre liber eſto.

XIV. Sei puer parentei verberit, aſtolœ plorassint, puer diueis parentum ſacer eſto. Sei nurus, ſacra diueis parentum eſto.

XV. Patronus ſi clienti fraudem faxit, ſacer eſto.

XVI. Duumviri perduellionem iudicent: ſi à duum viris prouocauit prouocatione certato. Si vincent caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito: verberato vel intra pomœrium, vel extra pomœrium.

Numa Pompilij leges.

Numa ait Dionyſius, Romuli leges firmauit, nouas ipſe de retibus & miniſtris ſacrorum adiunxit: Curiones, Flamines, Augures, Veſtales, Salios, Feciales, Pontifices inſtituit. Legum aliquot verba reperiuntur.

I. Diis ex imputata vite ne libanto.

II. Vino rogum ne reſpergito.

III. Piſceis quei ſquamoſi non ſunt nei pollucento: ſquamoſos omneis præter ſcarum pollucento.

IV. Quouis auſpicio, claſſe procincta, opima ſpolia capiuntur. Ioui Feretrio bouem cædito, quei cepit; æris ducenta darier oportetto.

Secunda ſpolia in Martis aram in campo ſolitaurilia vtra voluerit cædito.

Tertia ſpolia Iano quirino agnum marem cædito, centum qui ceperit ære dato.

V. Qui terminum exaraſſit, ipſus & boues ſacri ſunto.

VI. Si quis hominem liberum dolo ſciens morti duit, paricida eſto: ſi imprudens, tum in concione pro capite occiſi & natis eius arietem offerto.

VII. Pellex aram Iunonis ne tagito: ſi tagit, Iunoni crinibus demiſſis agnum fœminam cædito.

VIII.. Si hominem fulminit Iouis occiſit, ne ſupra genua tollito.

Homo ſi fulmine occiſus eſit, ei iuſta nulla fieri oportetto.

Senſa legum iſta.

IX. Deis fruge & mola ſalſa ſupplicanto.

X. In contractibus fides ſeruator: Fidei numen omneis metuunto.

XI. Si filiusfam. vxorem duxit, patri vendundi eius ne vitæ ius eſto.

XII. Mulierem, ſi prægnans mortua fuit, niſi exciſo partu, ne humato: qui ſecus faxit, quaſi ſpem animantis peremerit ita eſto.

Tulli Hoſtilij.

NATI trigemini, donicum puberes eſſunt, de publico aluntor.

De X. virorum legibus quando & quomodo ſcripta.

REGIAS leges partim ſcriptæ, partim inſcriptæ adaſque Tarquinij ſuperbi tempora valuerunt. Primus ille & Seruij leges omnes abrogauit, & priorum Regum pleraſque contempſit, ad vim omnia referens, & libidinem dominandi. Tarquinio vero pulſo, à Bruto & Valerio Coſſ. reuocatas iterum Seruianas aliaſque leges Dionyſius adſirmat. Quaſdam & ipſi Coſſ. poſtea Tribuni addiderunt tuendæ libertatis, vt ſunt Valeriæ, Sacratæ, Icilliæ leges. Sed hæ omnes ius publicum ſpectabant: & priuato iuri nulla facta acceſſio ante leges x. virales. A. V. C. CCXCII. promulgata à Tribunis lex Terentia eſt de Quinqueviris, vt Liuius, vel Decemviris, vt Dionyſius. Legum Scrib. creandis: Eaque lex plebi volenti fuit. Nam ad id tempus loco legum Coſſ. jus dicebant: Conſules autem ex Patribus erant. Itaque in diſſenſu ordinum, cum Patres occaſione iuris præcipue vterentur: ad premendam plebem, nec plebeio contra patricium ius vllum æquum eſſet: omnibus concionibus iactata & flagitata lex Terentia eſt. Reſtitere tamen 7. annos ipſos, Patres. Fracti demum conceſſere, miſſique legati in Græciam ad Solonis inclitas leges, aliarumque ciuitatum inſtituta moreſque noſcendos addidit Dionyſius etiam in Græcanicas Italiæ ciuitates. Biennium plus minus legati abfuerunt. Reuerſi ſunt A. V. CCCI. Statimque plebs petiuit vt ſcribendarum legum initium fieret Patres tenuerunt, vt x. viri è Patriciis tantum crearentur. Creati Ap. Claudius, T. Genutius, P. Sextius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpitius, P. Curatius, T. Romulus, Sp. Poſthumius, omnes Conſulares. Inierunt magiſtratum ſine prouocatione A. V. CCCII. ſineque anni propoſitæ decem tabulæ. Duæ reliquæ ſequenti anno additæ. In Græcis interpretandis vſi opera ſunt Hermodori Epheſij Philoſophi. Tabulas vocare placuit exemplo Athenienſium, qui Solonis leges dixerant ἄξονας, tabulis ligneis inciſa, quamvis iſtas æreas fuiſſe, conſtet, diſſentiente Pompon. Perlatæ ſunt comitiis centuriatis, fixæ in foro ad curiam Hoſtiliam, manſeruntque quamvis poſt varia incendia vrbis, vltra Septimij Seueri Imper. tempora. De diuiſione tabularum ex fragmentis difficile iudicium. Modo tamen & ordine ſcriptas fuiſſe non eſt dubium. Leges Regię & Solonis, decem primas tabulas occupaſſe videntur: duæ poſtremæ de ſacris fuerunt, eaſque à Faliſcis petitas Seruius eſt auctor. Certæ leges regiæ ex I. II. & III. tabula à Feſto citantur. Lex Romuli de vendendis filiis à Dionyſio in quarta ponitur: Fragmenta quæ ſuperſunt, hæc ſunt.

I. Iuſſus populi & ſuffragia ſunto: Quodcumque

poſtremum populus juſſit, id jus ratumque eſto.
II. Priuilegia ne irroganto.
III De capite ciuis niſi per maximum comitatum ne ferunto.
IV. Forti ſanatiqua idem jus eſto.
V. Qui hoſtem concitauerit, quive ciuem hoſti tradiderit, quive cœtus nocturnos agitauerit, capital eſto.
VI. Sodalitates & collegia ſunto: eſt ne in leges publicas commodave peccanto.
VII. Qui fruges excantaſſit, Cereri ſacer eſto.
VIII. Qui frugem aratro quæſitam pauit ſecuitve pubes Cereri ſacrator. Impubes prætoria arbitratu verberator, noxamve duplionemve præſtato.
IX. Si in alieno pecus pauerit, actio eſto.
X. Qui iniuria alienas arbores exciderit, in ſingulas xxv. æris luito.
XI. Arboris impendentis ramos xv. pedes, à terra circumcidere jus eſto.
XII. Paterfamilias vti legaſſit ſuper pecunia tutelave ſuæ rei, ita jus eſto.
XIII. Si inteſtatos moritur, cui heres nec eſcit, agnatus proximus familiam habeto: ſi agnatus nec eſcit, gentiles familiam hereiſcunto.
XIV. Si furioſus eſſe incipit, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius poteſtas eſto.
XV. Hominem mortuum in vrbe ne ſepelito, neue vrito.
XVI. Hoc plus ne facito: rogum aſcia ne polito.
XVII. Mulieres genas ne radunto, neue leſſum funeris ergo habento.
XVIII. Homini mortuo oſſa ne legito, quo poſt funus faciat, niſi belli peregreve mortuo.
XIX. Qui coronam parit, ipſe pecuniamve eius virtutes cauſa arduitor.
XX. Neue aurum addito.
XXI. Quoi auro dentes vincti eſunt, aſtim cum illo ſepelire & vrere ſe fraude eſto.
XXII. Seruilis vnctura tollitor, omniſque circumpotatio.
XXIII. Rogum buſtumve nouum propius LX pedes, alienas ædes ne adiicito.
XXIV. Forum buſtumve ne vſu capito.
XXV. Si in jus vocet, atque eat.
XXVI. Si morbus æuitasve vitium eſcit, qui in jus vocaſſit: jomentum dato: ſi volet arceram, ne ſternito.
XXVII. Si quid horum fuit vitium judici, arbitrove, reove, dies diffeius eſto.
XXVIII. Si vis vocationi ſuat, teſtamini i igiturvem aapito.
XXIX. Si caluitur pedemve ſtruit, manum endoiacito.
XXX. Si quei in jure manum conſerunt, vtrique ſuperſtitibus vindicias ſumunto.
XXXI. Si vindiciam falſam tulit, rei ſi velit is arbitros tres dato, forum arbitrio fructus duplione damnum decidito.
XXXII. Rem vbi pagunt, oranto, nei pagunt, antè meridiem in foro aut in comitio cauſam conliciunto, poſt meridiem præſente ambobus litem addicito. Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto.
XXXIII. Æris confeſſi, rebuſque jure judicatis triginta dies juſti ſunto: poſtidea manus endolectio eſto: in jus ducito, nei judicatum facit, aut quips endo jure em vindicit, ſecum ducito, vincito aut neruo aut compedibus quindecim pondo, ne minore, aut ſi volet, maiore vincito. Si volet, ſuo viuito, ni ſuo viuis, qui em vinctum habebit libras farris endo dies dato. Si volet, plus dato.
XXXIV. Tertiis nundinis partes ſecanto: ſi plus minuſue ſecuerint, ſe fraude eſto.
XXXV Aſſiduo vindex Aſſiduus eſto: proletario quivis volet vindex eſto.
XXXVI. Qui ſe ſierit teſtarier, libripenſve fuerit, in teſtimonium fariatur, improbus inteſtabiliſque eſto.
XXXVII. Cui teſtimonium defuerit, is tertiis diebus, ob portum obuagulatum ito.
XXXVIII. Qui falſum teſtimonium dixerit, ſaxo Tarpeio deiicitor.
XXXIX. Si judex arbiterve ob rem judicandam pecuniam acceperit, capital eſto.
XL. Qui malum carmen incantaſſit, Cereri ſacer eſto.
XLI. Qui iniuriam alteri faxis, x x v. æris pœnæ ſunto.
XLII. Si quis carmen occentaſſit, actitaſſit, condidiſſit, quod alteri flagitium faxit, capital eſto.
XLIII. Si membrum rupſit, ni cum eo pacit, talio eſto.
XLIV. Si nox furtum faxit, ei iam aliquis occiſit, jure cæſus eſto.
XLV. Interdiu ſi ſe telo defenderit, jure cæſus eſto.
XLVI. Si adorat furto, quod nec manifeſtum erit, duplionem luito.
XLVII. Furta per lancem liciumque concepta: quaſi manifeſta vindicator.
XLVIII. De furto paciſei liceto.
XLIX. Tignum junctum ædibus, vineæque concapeſne ſoluito.
L. Furtiuæ rei æterna auctoritas eſto.
LI. Vſus, auctoritas fundi, Biennium eſto.
LII. Aduerſus hoſtem æterna auctoritas eſto.
LIII. Qui nexum faciet mancipiumque, vti lingua nuncupaſſit, ita jus eſto.
LIV. Vindiciæ ſecundum libertatem dantor.
LV. Ne quis vnciario fœnore plus exerceto.
LVI. Patricij cum plebeis connubia ne jungunto.
LVII. Via in porrectum VIII P. in amfractum XVI P. lata eſto.
LVIII. In finibus intra v. pedes vſucapio ne eſto.

DE LEGIBVS ROMANIS, EX Paul. Manut Lib 6. Antiquitatum Romanarum, & aliis.

OPTIMA omnium, atque æquiſſima naturæ lex eſt, quæ tum nihil iniquam deeſſe, tum ea, quæ quiſque habet, æterna jubet eſſe: nam quemadmodum illæ, quæ cœleſtibus corporibus præſunt, beatæ mentes juſtiſſimæ ſunt, & ſuum quæque corpus juſtiſſima regit: ſic ipſa natura, quæ de ſuperioribus illis mentibus deriuata, & in vnum collecta, vis eſt, æquiſſimum in agendo ordinem ſeruauit: eaque quæ egit, patere omnibus, nec vnquam non eſſe vult: itaque & eam partem aëris, quæ ſublimior, eoque purior eſt, oculis traiicientes, adſpectu cœli jucundiſſimo omnes fruimur: & inferiorem mixtam ſpiritu haurimus: & ſuſtinemur, atque alimur terra: & aqua ad ea, quæ cuique commoda, ac neceſſaria ſunt, vtimur: nam etſi horum ſingula vni animantium generi tributa ad vſum ac victum præcipue videntur: tamen ita vni generi proprium vnumquodque eſt, vt diuerſis generis animantibus nihil denegetur: alitibus aër, maria piſcibus, quadrupedibus terra, terra cuique animanti ſedes ac naturale domicilium eſt: omnia tamen omnibus communia ſunt, neque alicui alimenti vſu animal vllum perpetuo caret. Hæc ſua lege natura, communis omnium mater, ita conſtituit ac ſanxit: cujus ad ſimilitudinem quo propius accedunt humanæ leges, eo certior ac laudabilior ea vitæ ratio eſt, quam hominum generi præſcribunt, neque ad aliud exemplum ſpectarunt homines illi, quos antiqui ſcriptores diuinis laudibus extollunt, qui ſuas ciuitates optimis inſtituerunt, ac ſaluberrimis legibus temperarunt. Celebrantur præter cæteras Lacedæmoniorum leges à Lycurgo latæ: Athenienſium à Solone. Commemorantur & illæ, quas Locrenſibus Zaleucus, Thuriis Carondas, Getis Zamulxis Pythagoræ diſcipulus dedit. Laudat etiam Cretenſium leges Plato, Carthaginenſium Iſocrates; Romanas vero Polybius anteponere omnibus non dubitat. Hæ cum ab iis, qui cæteris hominibus ingenio ac ſapientia præſtiterunt, ſummopere laudatæ prædicatæ ſint: quid aliud, niſi præclaras fuiſſe credendum eſt, at diſſimiles inter ſe, & ſi diſſimiles, quomodo omnes præclaræ? quia nimirum ad eundem finem, eandemque, quaſi metam non eadem tamen via, omnes tendunt. Ius naturæ, in quo nihil inæquale deprehenditur, primi conditores legum ante oculos habuerunt: ejus imaginem in ſuas quiſque leges, quantum imitatione licuit, tranſtulerunt: qui cum ad juſtitiam pariter intenderent, eandem tamen in tradendo jure rationem ideo ſecuti non ſunt, qui non eiuſdem loci non eiuſdem cœli, non eiuſdem hominibus ingenij leges ferebant: hæc illi cum animo circumſpicerent, atque cogitarent, modo perficere poſſent, quod agebant: qua ratione perficerent, laborandum non eſſe judicarunt. Neque enim ipſarum legum vitio factum eſt, vt aut Athenienſes minus diu, quam Lacedæmonij: aut Lacedæmonij minus quam Romani floruerint: ſed quod Athenæ citius, quam Sparta, & Sparta citius quam Roma de recta maiorum conſuetudine deflectens, legum Imperium maieſtatemque neglexit. Quare prudenter judicat Polybius, quod duabus potentiſſimis ciuitatibus, Carthagine & Roma, multorum annorum bello de imperio decertantibus, ad extremum ſuccubuiſſe Carthaginem, & victam conditiones accepiſſe, ob eam maxime cauſam putat, quod, quo tempore inter eas incidit contentio, tum & Carthagine multo quam antea negligentius: & Romæ multo quam vnquam diligentius leges colebantur: nihil enim ſine jure perpetuum eſt. Ius autem ipſum nihil aliud eſt, quam bene viuendi norma, legibus tradita atque præſcripta, quam qui tenet, ſoli duas maximas res maximeque optabiles adipiſcuntur: primum ipſi quotidie magis in ſua ciuitate cari ſunt, atque honorati, inter cognatos clari, inter homines viri, inter viros heroes: deinde id quod velle bonitatis eſt, perficere virtutis, facile conſequuntur, vt eorum

Digitized by Google

vt eorum patria ciuibus frequens, pace tuta, opibus beata ſit, ex hoc genere fuiſſe legimus Thebis Epaminondam, Spartæ Ageſilaum, Athenis Ariſtidem, Romanæ Camillum, Fabios, Decios, Scipiones, Catones, innumerabiles alios: nulla enim ex omnium ſeculorum memoria magis ad omnem laudem ciuitas excelluit. Et paulo poſt: Ius igitur omne aut à natura eſt, aut à conſuetudine, aut à legibus. Ius naturæ ipſum per ſe, ſine conſuetudine & legibus, ad optimam vitæ conditionem ſatis erat: ſatis enim beate viueremus, ſi naturam ducem ſequeremur: ſed quia quod juſtum & laudabile eſt, multi, vel quia ſunt hebetes, non intelligunt vel ſunt improbi, diſſimulant; idcirco, ne peccantibus daretur excuſandi locus, ſcripta lex eſt, quæ quid agendum, fugiendumve eſſet, perpetuis literarum notis teſtatum atque expreſſum ante oculos poneret: is enim, qui legem fert, ſi modo ſuam voluntatem ciuitatis commodo metitur, eò ſpectat, vt pœnam factis dignam perditi homines luant: vt cæteri, exemplo admoniti, pœnaque deterriti, meliores efficiantur: vt viri boni, ſublatis improbis, tutiorem ac tranquilliorem vitam agant. Eſt igitur lex tanquam præco, quæ ſuggerente natura, juſtitiam ciuibus denuntiant: cuius vocem qui volentes auribus percipiunt, eamque fideliter animo cuſtodiunt, ita viuunt, vt virtutem à vitio facile diſtinguant, & ab altero tanquam à peſtifero angue, refugiant: alteram amplexentur, & amabilem præ cæteris rebus exiſtiment. Verum quia publica res ita cum priuata cohæret, vt altera alterius commodo nitatur, nec fere, niſi vtraque recte ſit, diu vigere & ſtare ciuitas vlla poſſit: propterea quæ vtrique conſulerent leges, aliæ pro ſtatu Reipublicæ, aliæ pro ſingulorum vtilitate, diuerſis temporibus latæ ſunt: fuit igitur & jus publicum, & jus priuatum. Rurſus, quia publica ſunt infirma, ſi ſepararentur à diuinis, publici juris facta diuiſio eſt, vt altera pars ad religionem, altera ad res humanas pertineret. Jus priuatum ne ipſum quidem ſimplex eſt, ſed leges quidem omnes de rebus humanis, alias tamen de jure ciuili, alias de criminibus continet. Primum igitur nobis agendum eſt, de jure publico, deinceps de priuato: & primum de publico diuino, deinde de humano. item de priuato: primum de eo, quod ad jus Ciuile pertinet; ſecundo loco de eo, quod crimina perſequitur. Romanæ leges aut à regibus latæ ſunt, aut ab iis magiſtratibus, quos, regno ſublato, alios aliis temporibus creatos, ciuitas habuit. Illas leges magna ex parte aliunde deſumptas facile crediderim, non enim dubitandum eſt, quin cum ea tempeſtate in Italia & Albani & Sabini, & præter cæteros Etruſci floruerint, cumque Albæ Romulus, in Sabinis Numa, Priſcus etiam matre Etruſca, patre in Græcia nato, in Etruria educato genitus eſſet, ad ſuam quiſque patriam reſpexerit, & quæ in iis populis probabiliora videbantur inſtituta, delegerit, Romæque legibus ſanxerit. A Lacedæmoniis etiam nonnulla, ab Athenienſibus multa ad jus conſtituendum videri deriuata: nam fere, quæcunque in duodecim Tabulis Decemuiri ſcripſerunt, de Solonis legibus tranſlata ſunt: & earum Tabularum ſupplementa Romanos à Faliſcis collegiſſe, apud Seruium Honoratum ſcriptum eſt, cuius in Commentario à Cretenſibus etiam aliquid ſumptum, animaduertimus. Maiores, inquit, noſtri ſedentes epulabantur: quem morem habuerunt à Laconibus & Cretenſibus, vt Varro docet in libris de gente populi Romani, in quibus docet 3. quid à quaque traxerit gente per imitationem. Nec vero ab ingenio pauca, atque à prudentia eſſe deprompta, credendum eſt, præſertim in Repub. cum in magnis opibus imperij, pro vario rerum euentu, noua jura temporum neceſſitas exigeret. Regum ætate non multas in vrbe leges fuiſſe, exiſtimauerim: non ſolum, quia Regum juſſa pro legibus erant, ad eos grauiſſima quæque deferebantur: eorum omnes dicto annuere, imperio parere cogebantur: Verum etiam, quia ciuitas, neque dum populo ſatis frequens, neque opibus locuples, legum multitudinem non deſiderabat. Inter paucos, & aſſiduis bellis exercitos, nondum licentia, nondum plane vis emerſerat: non luxuries, non illa, quæ fere opes conſequitur, malarum artium lues in vrbem inuaſerat, regibus exactis, ſimul cum publicis opibus, & nata noua vitia ſunt, & ea quæ fuerant, aucta: tunc, vt ad varios morbos diuerſa medicamenta inueſtigata inuentaque ſunt, ſic ad ea mala, quæ manere cœperant in ciuitate, comprimenda atque ſananda, varia legum genera peperit neceſſitas. Neque tamen reges ipſi leges neglexerunt: poterant omnino, quicquid vellent, ſed voluit nemo, niſi quod liceret: quin, vt ait Liuius, ab ipſo ſtatim vrbis primordio Romulus, diuinis rebus rite perpetratis, vocata ad concionem multitudine, quæ coaleſcere in populi vnius corpus nulla re, præterquam legibus poterat, jura dedit: quem Numa ſubſecutus, multo etiam magis ciuitatem legibus excoluit, & ab armis ad religionem, bonoſque mores totam traduxit. Omneſque deinceps, præter Superbum, ita regnarunt, vt quod idem Liuius alio loco tradit, Brutus idem, qui tantum gloriæ, Superbo exacto, meruit, malo publico vel maximo id facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine priorum regum alicui regnum extorſiſſet, quare cum ipſos moderati ingenij, optimique exempli fuiſſe conſtat, tum leges habuiſſe, quarum ad præſcriptum vniuerſos ciues viuere voluerunt.

Legis definitio.

Et longo poſt interuallo: Legem Ateius Capito definiebat his verbis: Lex eſt generale juſſum populi, aut plebis, rogante magiſtratu. Lex igitur fuit, non modo quæ comitiis Centuriatis, in Campo Martio, ferente ſuffragium vniuerſo populo, i. e. patriciis & plebeiis, in centurias diſtributis, rogante maiore magiſtratu, ferebantur: Verum etiam, quæ tributis Comitiis in foro, ferente ſuffragium plebe, ſine patricijs, in tribus diſtributa, rogante minore magiſtratu, id eſt, Tribuno plebis. Nam ſolus tributis comitijs legem tulit, ſolus autem inter minores magiſtratus: quia Conſules, etiam tributis comitijs, legem tuliſſe conſtat. In ijs verbis non videtur Capito plebiſcitum à lege diſtinxiſſe. At Lælius Felix apud Gellium: Tribuni, inquit, neque aduocant patricios, neque ad eos referre de vlla re poſſunt: ita ne leges quidem proprie, ſed Plebiſcita appellantur, quæ Tribunis plebis ferentibus accepta ſunt: quibus rogationibus ante Patritij non tenebantur, donec Qu. Hortenſius dictator eam legem tulit, vt eo jure, quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. A quo ego tempore Plebiſcita Leges appellari cœpta, quandoquidem legum vim Hortenſia lege jam obtinerent, facile crediderim: nam antea quæ tributis comitijs ferebantur, plebiſcita conſtat eſſe nominata. Varro quidem, quo nemo diligentius antiquitatis vſum retinuit, Legem tamen vocat quam Tribunus pleb. M. Prætorius tulerat: quod appellari plebiſcitum, multis poſt annis Cenſorinus maluit. Sed de plebiſcitis, quæ Lælius, eadem fere Feſtus. Scita plebei appellantur, inquit: ea quæ pleb. ſuo ſuffragio ſine patribus juſſit, plebeio magiſtratu rogante. Verum & Lælius & Feſtus proprie loquuntur, ad priſca illa tempora ſpectantes: nam poſtea paulatim obtinuit conſuetudo, vt legis nomen de plebiſcitis etiam vſurparetur. Eodemque modo contra definitionem Capitonis: qui generale juſſum legem appellauit, quæ de vno ciue populus juſſit, Leges dictæ: licet priuilegia verius, vt eſſent, ſic etiam appellari poſſent: cuius generis exempla, de imperio Cn. Pompeij, de reditu Ciceronis, de cæde Clodij quæſtio, Gellius commemorat: in quo illud animaduertendum eſt, cum in XII. Tab. eſſet ſcriptum, ne de ſingulis, niſi centuriatis Comitijs, ferri poſſet, quod in lege de reditu Ciceronis obſeruatum eſt: de Imperio tamen Pompeij, tributis Comitijs, rogante Manlio Tribuno pleb. actum eſſe. Sed, ſiue populi ſcitum, ſiue plebiſcitum eſſet: quorum alterum magiſtratu patritio, alterum plebeio rogante factum eſſe: ex Feſto cognoſcitur: ſiue ad plures homines, pluresve res, aut ad omnes homines, omneſve res aut ad vnum hominem, vnamve rem pertineret: prorſus omnia populi plebiſve juſſa, tum legis tum etiam rogationis nomine, quia populus plebſve magiſtratu rogaretur, appellari ſolita, veterum monumentorum obſeruatio declarat: quod Gellius quoque notauit. Nam, quod Ælius Gallus, vt apud Feſtum ſcriptum eſt, aiebat, inter legem & Rogationem hoc intereſſe, quod Rogatio eſſet genus Legis, quæ autem lex non continuo rogatio: quod ita Feſtus exponit: Rogatio eſt, cum populus conſulitur de vno pluribuſve hominibus, quod non ad omnes pertineat, & de vna pluribuſve rebus, de quibus non omnibus ſanciatur: id mihi (pace vtriuſque dixerim) falſum videtur, nomen enim ipſum Rogationis oſtendit, omnes ſiue ad vnum, pluresve homines, ſiue ad vnam pluresve res pertineant, vno Rogationis vocabulo appellari poſſe: nam, vt Gellius animaduertit, nullum populi plebiſve juſſum fieri poteſt, niſi populus aut plebs rogetur, quod dum fit, ea fere rogatio eſt, & dicitur: idque etiam poſt lata ſuffragia nomen manſit, quanquam frequentius omnino, de quocunque populi plebiſve juſſo in antiquorum ſcriptis Legis nomen inuenitur.

Leges à quibus & vbi feruntur.

Leges autem nec niſi a magiſtratibus: nec niſi Comitijs ferebantur: idque probandum exemplis non exiſtimo, ne, quæ ipſa per ſe ſatis aperta res eſt, in ea demonſtranda ſuperuacaneam operam ſuſcipiam: ſed quia nec vnus magiſtratus, nec vna Comitia erant: vtrum ab vno, an ab omnibus magiſtratibus, & vtrum vnis, an omnibus comitijs ferrentur, aperiendum videtur. Ferebantur leges à magiſtratibus maioribus quatuor, vno minore: à maioribus Prætore & Conſule, qui ordinarij magiſtratus erant: item à dictatore & interrege, qui maiores quidem, ordinarij tamen non erant: neque populi comitijs creabantur: cenſor autem, etſi erat maior magiſtratus, jus tamen ferendæ legis, aut habendorum comitiorum non habebat. Ideo dixit Plinius lib. 35 cap. 17. Lex Metilia extat, Fullonibus dicta, quam cenſores dedere ad populum ferendam: minor magiſtratus, qui leges ferret, Tribunus plebis erat: nam ædiles cur. quæſtores, ædiles plebis, III. Viri capitales. III. Viri monetæ cudendæ tribuni militum tam Rufuli, quam Comitiati, etſi magiſtratus erant, leges tamen non ferebant; ijque neque viatorem, vt tribunus plebis, neque lictorem, vt Conſul, & Prætor, habebant: propterea tum vocandi, ac prehendendi jure, quod Conſul & Prætor habebant: tum etiam prehendendi, quod vnum tribuni plebis erat, omnino carebant? qui vero poteſtatem neque vocationis haberent, neque prehenſionis, eos magiſtratibus à priuato quoque in jus vocari potuiſſe, & M. Lætorium ædilem cur. à

priuato in jus eductum eſſe, tradidit Varr. lib. 5. rerum humanarum. Verum quæ doctrinæ cauſa à me traduntur, veterum teſtimonio ſingula confirmare, & exemplorum multitudine libium inſerere, minime neceſſarium exiſtimo: non ſolum quod hiſtoriæ, librique, vnde ipſi hæc hauſimus, omnibus patent. ſed etiam quod exemplis referta narratio dignitatem non habet, putidæ potius cuiuſdam diligentiæ, & ambitionis ineptæ ſpeciem quandam præfert. Legiſlatores aut tributis Comitiis, aut Centuriatis, aut etiam, vt in imperio mandato, & in adoptionibus, curiatis legem ferebant: ſi tributis, aut Senatuſcon. aut ſi ne: ſi Centuriatis è Senatuſconſ. ſemper: plus omnino dignitatis atque auctoritatis in Centuriatis, ſed poteſtatis non minus erat in tributis, æque enim populus vniuerſus tenebatur iis legibus, quæ tributis Comitiis ferebantur, atque iis, quæ Centuriatis. Idque ſancitum eſſe lege à Qu. Hortenſio dictatore lata, cum ante jure eo, quod ſtatuiſſet plebs, patritij non tenerentur, Lælij teſtimonio iam probauimus. Hortenſius, quæ rogata plebs ſanxiſſet, ideo pertinere ad omnes Quirites voluit, vel, vt jura plebis augeret, cum plebeius ipſe eſſet, vel vtili Reipub. conſilio, quod in libera ciuitate diſſimilem ciuium conditionem, diſcordiæve ſemina putaret. In quo diſſidentes veterum opiniones licet agnoſcere: nam, quod Hortenſio dictatori à Lælio tribuit Gellius, id ad Qu. Publ. Philonem dictatorem Liuius refert, qui multis annis ante Hortenſium dictator fuit. Rurſus neque ab Hortenſio, neque à Philone, ſed multo ante à L. Valerio Potitio, & M. Horatio Barbato Coſſ. eam legem eſſe latam, Dionyſius tradit, qua in varietate verum internoſcere difficile ſit: niſi ſi, quod res eſt, non tanquam nouam legem eſſe latam, ſed quaſi veterem à duobus Dictatoribus, Philone & Hortenſio, renouatam intelligas. Scripſit etiam idem Lælius, cum Tribunus ple. populum adeſſe juberet, non comitia, ſed conſilium edicere debuiſſe, cum non vniuerſum populum, ſed plebem tantum, quæ pars populi eſt, aduocare Tribunus poſſet. Verum hoc, quod à Lælio ſcriptum in Gellio legimus, obſeruatum ſit, nec ne, haud ſane mihi certum eſt: quo quo me inclinat conjectura, eo me dare ſi velim: comitia, quæ tribunus ple. haberet, dicta crediderim, non ſolum poſt legem Hortenſiam, quæ diſcrimine ſublato, tribunitiis rogationibus ciues omnes pari jure ſubiecit: ſed antea quoque cum plebiſcitis patritij non parerent: quid enim? nonne tributa comitia dicebantur, quæ deſignandis minoribus magiſtratibus habebantur? at tributa comitia non à Tribuno ple. habebantur? An igitur eſt, qui, cum Tribuni pl. eſſent deſignandi, eius rei cauſa conſilium à Tribuno edictum legerit? quod ſi quis, vt omnino Lælij diſtinctio confirmetur, non de eo populo, qui ad deſignandos magiſtratus, ſed de eo, qui ad ſciſcendam legem aduocaretur, accipi velit: ne hoc quidem adſenſerim: cum aliter eſſe, ipſo Cicerone magiſtro, didicerim. Vocat enim hic noſter libro 2. de Diuinatione, comitia, & in legum iure & in iudiciis populi, & in creandis magiſtratibus. Præterea in Orat. pro Sextio: Vnio, inquit ad comitia, ſiue magiſtratuum ſiue legum. Et Liuius libro 31. Rogatio, inquit, de bello Macedonico primis comitiis ab omnibus ferme centuriis antiquata eſt, & ibidem: Pro ſe quoque Conſulem hortari, vt de integro comitia rogationi ferendæ ediceret, lib. 45. Macedonicus exercitus Imperatori erat negligenter aſſuturus comitiis ferendæ legis. Iam vero & de reo iudicando comitia dicta, quæ Tribunus plebis haberet, exempla teſtantur, vt in 3. de legibus, 2. de diuinat. & apud Liuium quatuor libris. 3. 26. 40. 43. Quanquam ſi quis ipſa Lælij verba paulo attentius conſideret, intelliget, nec ab ipſo traditum id, quod nos, quaſi traditum, exemplis redarguimus: an enim, qui non vniuerſum populum, ſed partem aliquam populi adeſſe iuberet, cum non comitia, ſed conſilium edicere debere. Quibus verbis, non quid fieret, ſed quid fieri deberet, ſignificat. Notat igitur, & quodammodo reprehendit deprauatam conſuetudinem: ſicut eodem loco, cum infert: Itaque leges quidem propriè, ſed plebiſcita appellantur quæ Tribunis pleb. ferentibus accepta ſunt? quo in loco Appellantur, accepit pro, appellari debent: quod enim tradidit, obſeruatum non eſſe, quæque Tribunis rogantibus plebs juſſit, ea tum plebiſcita, tum leges, & à Liuio & ab aliis dici, ſæpe licet animaduertere: ſicuti & conſilium plebis, & comitia de reo Poſthumio apud eundem Liu. lib. 25.

In ferenda lege quid obſeruatum ſit.

Legem autem laturus magiſtratus ſcribebat eam domi & cum peritis conſultabat: ne quid contra populi rem, aut voluntatem ſanciret, ne forte pugnantia capita ſimul ferret; neve quid, quod vetus aliqua lex, ſi ferretur, inane irritumque juberet eſſe; etſi quæ poſtea ferretur lex, ſuperiores omnes, præter Sacratas, abrogabat) ne curationem, poteſtatem, commodumve aliquod ipſe ſibi ſua lege aut collegis, cognatis, affinibus mandaret; quod leges duæ, Licinia & Æbutia, fieri vetuerunt. Contra quas leges fecit P. Clodius: tulit enim, quod in oratione pro domo traditum eſt, vt ſibi Ciceronis ædes liceret poſſidere. Etiam illud inſcribenda lege cauebatur, ne pluribus de rebus, quæ non eiuſdem generis viderentur, vna rogatione ferretur; quod fieri eadem lex Cæcilia & Didia vetabat, itaque à Clodio factum accuſat Cicero pro domo ſua, tum faciendum non eſſe, indicat idem in ſuarum legum libro 3. his verbis: Qui agent non plus quam de ſingulis rebus conſulunto: nam, conſulunto, eſt populum roganto. Conſulitur enim populus, cum lex rogatur: itaque in Orat. pro Mil. Nihil, inquit, de ejus morte populus conſultus, nulla quæſtio decreta à Senatu eſt: & pro domo ſua: ſi populus de iſta re conſultus eſſet, & Feſtus, Rogatio eſt, cum populus conſulitur, etiam in Senatu, Conſulem, eſt rogare ſententias. Ad Atticum lib. 15. Hic me laudat, inquit, quod retulerim, non quod patefecerim, quod cohortatus ſim, quod denique, antequam conſulerem, ipſe judicauerim. Addebatur illa exceptio, vt, ſi quid jus non eſſet rogari, ne eſſet rogatum: quod in Orat. pro domo notauimus. Item, ſi quid contra alias leges eius legis ergo latum eſſet, vt ei, qui eam legem rogaſſet, impune eſſet: quod fuiſſe tranſlatium, hoc eſt ſcribi ſolitum in omnibus legibus, tradit Cicero lib. 3. Epiſt. ad Attic. Hæc igitur, quæ propoſui, quaſi legitima à bonis viris inſerenda lege omnia cauebantur. Sed vbi rationem vicit libido, ſpreta bonorum conſuetudine, nihil præter ſuam potentiam & vtilitatem in lege ſpectarunt. Ideo ſæpe leges Clodii, aut Vatinij, alienas à more maiorum, ſcribe reprehenſas à Tullio videmus. Scripta lege, Legiſlator bene de Republica ſentiens, antequam eam promulgaret, referebat ad Senatum, vt quo plus ponderis, maioremque vim lex haberet, de Senatus ea ſententiam ferret: popularis vero, ac ſeditioſus magiſtratus, vt Vatinius Tribunus plebis: Cæſare Conſule, non modo prætermiſſa Senatus auctoritate, ſed interdum etiam contra Senatus auctoritatem legem rogabat. Promulgabatur deinde lex, id eſt, in publico ponebatur: eſt enim promulgare, vt ait Feſtus, quaſi prouulgare: id autem eo fiebat, vt inſpiceret, qui vellet, inſpectam conſideraret: non ſolum vt intercedi poſſet, antequam ferretur, verum etiam vt aliquanto ante ſtatuere, cuivis liceret, vtrum cum ferretur, antiquanda ſuffragiis, an accipienda lex eſſet: addo etiam illud, vt quivis monere legiſlatorem poſſet, vt de corrigenda, vel omnino de non ferenda lege.

Spatium promulgationis.

Spatium autem promulgationis, vt ex Macrobio, Dionyſio, Cicerone, Quintil. & aliis paret, quacunque de re ferretur lex, erat trinundinum, id eſt, per trinas nundinas. Cum enim nundinarum cauſa ex agris in vrbem ciues conuenirent, per trinundinum leges, vt à ruſtica plebe rei legi cognoſcique poſſent, patere voluerunt: quod cum M. Antonius non ſeruaſſet, inuehitur in eum Cicero Philip. 5. his verbis: Vbi lex Cæcilia & Didia? vbi promulgatio trinundinum? Et idem pro domo ſua. Hora forte ſexta diei queſtus ſum in iudicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de Republica, quæ mihi viſa ſunt, ad illius miſeri cauſam pertinere: hæc homines improbi ad quoſdam viros fortes longe aliter, atque à me dicta ſunt, detulerunt. hora nona illo ipſo die tu es adoptatus: ſi quod in cæteris legibus trinundinum eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum, nihil reprehendo: ſin eadem obſeruanda ſunt, vt decreuit Senatus, M. Druſi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ eſſent, populum non teneri: jam intelligis, omni genere juris, quod in ſacris, quod in auſpiciis, quod in legibus ſit, te Tribunum pleb. non fuiſſe. Et vt aliud ex alio, trinundinum non ſolum in lege ferenda, ſed & in magiſtratu deſignando video eſſe ſeruatum, ob eam ſcilicet cauſam, vt conſuleretur candidatis pariter & populo: illis ad magis conciliandos ſibi plebis animos, huic, ne aliquem imprudenter repente crearet, quem creatum poſtea nollet. Locum autem & in lege & in magiſtratu fuiſſe trinundino, minime miror: qui videam à Cicerone, Orat. 2. in Rullum, appellari legem ea comitia, quibus maiores magiſtratus crearentur; nam ſi comitia lex ſunt, ſequitur, vt quod in lege, idem in comitiis obſeruetur & quod rationi conſentaneum videtur, id exempla clarius oſtendunt. Decemviris creandis inquit Liuius lib. 3. in trinundinum comitia indicta ſunt, & in Epiſt. ad Tironem Cicero: Ad conſulatus petitionem ſe venturum, neque jam velle abſentis rationem haberi ſui: ſe præſentem trinundinum petiturum. Quod tamen non niſi tranquilla Repub. ſeruatum exiſtimo. Nam Punico bello ſecundo Qu. Fabius Max. Conſul, tertiam Romam comitiorum cauſa proficiſcens, in eum, quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit. Idemque fecit anno proximo C. Claudius Centho, dictator comitiorum conſularium cauſa creatus. Sed nimirum, quod dici ſolet, ſilent leges inter arma: & ad Remp. cuius cauſa latæ leges ipſæ ſunt, omnia referenda. Seruabatur præterea in judicio populi trinundinum, cum ſcilicet à populo reus judicaretur. Vnde illud pro domo. Cum tam moderata judicia populi ſint à maioribus conſtituta: primum, vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur: deinde, ne, niſi pro dicta die, quis accuſetur: tertio, vt ante magiſtratus accuſet intermiſſa die, quàm mulctam irroget, aut judicet: quarto, ſit accuſatio trinundinum. Conſtat igitur, in omnibus plane comitiis, de legibus, de magiſtratibus, de reis, trinundini rationem eſſe ductam. Neque vero trinundinum maiore tempore: vt, ipſo tertiarum nundinarum die, vel latas eſſe leges, vel deſignatum magiſtratum,

vel reum

Digitized by Google

vel reum à populo judicatum, exiſtimem: cum & Macrob. lib. 1. comitia nundinis haberi non licuiſſe, veterum teſtimonio probet & Feſtus, nundinas non ſolum inter ferias, ſed etiam inter nefeſtos dies apud antiquos fuiſſe dicat: inter ferias, ne cum populo agi liceret: inter nefaſtos dies, ne lege. Nundinas, inquit, feriatum diem eſſe voluerunt antiqui, quo ruſtici mercandi vendendique cauſa in vrbem conuenirent, cumque nefaſtum, ne, ſi liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores. Aliud autem erat cum populo agere: aliud, lege agere. Cum populo, populum eſt ad conſilium, aut comitia vocare, vt ait Feſtus: vel, vt Gellius, rogare populum, quod ſuffragijs ſuis aut jubeat, aut vetet, quod tamen idem eſt: lege autem agere, jus experiri, in judicio contendere. Libro etiam 4. Epiſt. ad Attic. per duos nundinarum dies nihil de comitijs tentatum, his verbis Cicero declarat: Ante decem Kalend. nundinæ, concio biduo nulla.

Trinundinum in promulganda lege.

Trinundinum igitur in eam ſententiam dictum accipio, vt inter eum diem, quo promulgata lex erat, & eum, quo deinde ferretur, trinæ nundinæ intercederent: quo & ſæpius, & à pluribus vrbem mercandi vendendique cauſa viſitantibus, promulgata lex cognoſci poſſet. Poſt tertias nundinas, magiſtratus in eum locum, vbi legem laturus erat, ſiue in forum, ſiue campum Martium, populum conuocabat. Ibi cum legem præco, ſubjiciente ſcriba, recenſuiſſet, tum primum quidem is, qui legem promulgarat, populo ſuadebat, vt rogationem acciperet, ſed poſt eum alij, non priuati modo, quibus ab aliquo magiſtratu concio daretur, (nam alioqui concionandi poteſtas priuatis non erat) verum etiam quandoque magiſtratus, pro ſuo quiſque ſenſu, vel ſuadebant, vel diſſuadebant. Suaſorem rogationis eum, qui rogabat, fuiſſe, ita veriſimile eſt, vt exemplis, quæ multa ſuppetunt, mihi eſſe vtendum in re minime dubia, non exiſtimem. Quod autem minus veriſimile eſt, vt aliquis ejus rogationis, quam ferret, ipſe diſſuaſor fuerit, id niſi teſtimonijs probem, credibile non erit: atque hoc tum fiebat, cum magiſtratus non è ſua, ſed è ſenatus ſententia rogationem ferebat, neque enim prohibebatur diſſuadere ad populum, quod non probauerat in Senatu. Piſonis Conſulis exemplum habemus in Epiſtola, Vereor, ad Atticum lib. 1. Piſo inquit Conſul, lator rogationis, idem erat diſſuaſor: quod Attico, vt nouum & iniquum, ſcripſit Cicero, ſuadere reliqui ſuas rogationes ſolerent. Vnde illud Attici apud Cicer. li. 2. de legib. Suade igitur, ſi placet, iſtam ipſam legem vt ego, vti rogas, poſſim edicere: loquitur enim Atticus cum Cicerone, vt cum magiſtratu legem rogante: & quemadmodum in eo libro perſonam Cicero ſuſtinet Magiſtratus, legem rogantis, quod ſuperiora proxima verba declarant. Si quæ forte leges à me hodie rogabuntur, quæ non ſint in noſtra Republica, nec fuerint, tamen erant fere in more majorum, qui tum vt lex valebat: ſic Atticus eum agit, de ipſa lege ſuffragium ferentem, quod indicat illud: vti ego, vti rogas, poſſim edicere: refert enim morem illum tabularum, quibus ſciſcebant lex: quæ his duabus erant literis ſignatæ, V R. id eſt, vti rogas: cum eæ, quibus lex rejiciebatur, vna litera A, eſſent inſcriptæ: quæ valebat: Antiquo, hoc eſt, nihil nouari volo, antiqua probo, &, vt explanat Feſtus, in morem priſtinum reduco. Vereor autem (vt à re propoſita paululum digrediar) ne mendum lateat in verbo, Edicere: cui, quantum ex antiqua Latina loquendi conſuetudine conjicere, ac meminiſſe poſſum, in hac ſententia locus non eſt. Sed ad rem. Priuatus legem Cinciam de donis & muneribus, Qu. Fabius Max. ſuaſit. Ogulniam de ſacerdotijs, Publ. Decius Mus: Voconiam de hereditatibus Marcus Cato ille Cenſorius: Corneliam de ædilitu Ciceronis Cn. Pompejus. Nec vero qui priuati item legem diſſuaſerint, inuenire non facile eſt: exēplum habemus in oratione pro lege Manilia. Qu. Hortenſij, in libro de Amicitia, C. Lælij, & minoris Aphricani. Manilium legem, de bello Mithridatico, Cn. Pompeio extra ordinem mandatu, diſſuaſit Hortenſius: Papiriam de Tribunis plebis reficiendis, Lælius & Africanus. Atque hanc ipſam conſuetudinem, vt priuati legem ſuaderent, aut diſſuaderent, indicat Liuius lib. 45. his verbis: Ita traditum erat, ne quis prius intercederet legi, quam priuatis ſuadendi, diſſuadendique poteſtas facta eſſet: quo melius aut commoda legis aperirentur, aut vitia. Quo perſæpe venit, vt aut ij, qui ad intercedendum venerant, deſiſterent: aut intercederent, qui non profeſſi eſſent: ſe intercesſuros: & eodem libro infra: cum in Capitolio rogationem eam Tiberius Sempronius ferre vellet, & priuatis lege dicendi locus eſſet, neque ad ſuadendum, vt in re minime dubia quiſquam procederet: Seruius Galba repente proceſſit. Item Cic. in orat. pro Corn. cujus extant reliquiæ quædam, cum Aſconij commentarijs editæ: Eſt, inquit, jus vetandi, dum priuati dicunt, dum ſtella defertur, dum æquantur ſortes, dum ſortitio fit: quibus in locis cum & Liuius Cicero de ſolis priuatis mentionem fecerint, non tamen eam poteſtatem ſolis priuatis fuiſſe, debemus exiſtimare: partem enim pro toto poſuerunt, quia priuati & ſæpius & plures, quam magiſtratus, aut pro lege, aut contra legem, dicere ſolerent. Magiſtratuum porro, vel ſuadentium vel diſſuadentium legem exempla habemus hæc: M. Portius Cato, ille major Conſul rogationem de abroganda lege Oppia. C. Lælius ille ſapiens, prætor Liciniam de cooptatione ſacerdotum ad populum transferenda diſſuaſerunt: legem Maniliam prætor Cicero luculenta, quæ extat, Oratione ſuaſit: Agrariam Rullij, quæ extant, Orationibus Conſul idem diſſuaſit. Verum hæc, quæ paulo longius, vt illuſtriora fierent, produximus, paucis admodum verbis lib. de leg. iij. Cicero comprehendit: Populum, inquit docento, doceri à Magiſtratibus priuatiſque patiuntor: in quo ſignificatur, vt & ipſi magiſtratus, qui legem ferent, doceant, hoc eſt, de ipſa lege dicant, & dicere alios quoque tum magiſtratus, tum priuatos patiantur. Ipſe vero, libro eod. cum dixit, De promulgatione, de ſingulis rebus, de priuatis, magiſtratibus audiendis: priuatos poſuit ante magiſtratus, cum ſupra primum magiſtratus, deinde priuatos nominaſſet: quod ſi ad veritatem ordo referatur, prius nominari priuatos, deinde magiſtratus oportuit: prior enim priuatis locus in ſuadenda diſſuadendave lege ideo datus eſt, ne, ſi eos, qui magiſtratum gerebant, ante audiſſent, ab ijs diſſentire non auderent. Idque Dio hiſtoriæ ſuæ lib. 38 ſcriptum reliquit: quos autem ſuadere aut diſſuadere leges ſolitos fuiſſe diximus, eos in ea pro Flacco legis auctores Cicero appellat: cum auctores intellig. & vel accipiendæ legis, vel antiquandæ. Hæc de ſuadentibus, diſſuadentibuſque legem.

Locus, in quo ſuadebatur lex, aut diſſuadebatur.

Nunc de loco, vnde ſuaderent, aut diſſuaderent, addendum quiddam eſt. Nemo ad populum, niſi de loco ſuperiore concionabatur, ſiue is priuatus eſſet, ſiue magiſtratum adminiſtraret. Id autem ob eam cauſſam, quo longius à ſtantibus concione tum exaudiri vox, tum intelligi verba poſſent. Concionabantur igitur, ſi in foro, de Roſtris, quæ ad Comitium fuiſſe, prope junctu curiæ, Pædianus ait: ſi in campo Martio, vel alibi, de ſuggeſtu, aut editiore aliquo loco. Concionari autem magiſtratibus pro ea quam habebant, poteſtate, omnibus licebat: priuatis, quod jam diximus, niſi concionem, id eſt, concionandi poteſtatem, à magiſtratu aliquo acciperent, non licebat, & quia ſæpius in foro, vbi Roſtra fuiſſe diximus, quam in campo lege ferebantur: ideo ſæpius de Roſtris, quam in campo, conciones habebantur: multo enim plures tributis comitijs, quæ legum quidem cauſa in foro, interdum & in Capitolio habebantur, quam Centuriatis, quæ in campo, latas eſſe conſtat, cum Tribuni ple. qui comitia tributa, non centuriata habebant, faciliime ad leges rogandas adducerentur, quippe qui leges non ferrent ex Senatus auctoritate, quod neceſſe erat de legibus centuriatis. Dixi, priuatos non niſi poteſtate à magiſtratu accepta concionari potuiſſe, magiſtratus autem cunctos ſuo jure potuiſſe: quod cum ita eſſe nunc etiam confirmem, tamen illud addo, ſummum in eo jus, ſummamque poteſtatem tribunorum plebis fuiſſe, qui, ſi vellent, non priuatos modo, verum & magiſtratus ipſos, atque etiam Conſulem, qui ſummus erat magiſtratus, prohibere concione poterant. Itaque Ciceronem Conſulem extrema magiſtratus die Qu. Metellus Nepos, Tribunus ple. concionis habendæ poteſtate priuauit: & Qu. Metellum Celerem Conſulem à L. Flauio Tribuno plebis in carcerem deductum, annoque proxime conſecuto M. Bibulum, item Conſulem à Publ. Vatinio Tribuno ple. hiſtoriæ narrant: non enim de Roſtris modo concionantem, atque etiam de curru triumphantem detrahere Tribuno ple. licebat: Verum, & quoquo vellet, deducere, vel ad ſupplicium, ſi liberet, propterea quod, cui vellet, manus injicere, vetuſto Sacratarum legum jure poterat: ipſi, cum Sacroſanctus eſſet, nemo poterat. Verum Tribuni ple. poteſtatem ſuo loco, id eſt, libro de Magiſtratibus referuemus: interim, quod in manibus eſt, ipſum agamus. Cum ſuaſerant, diſſuaſerantve legem primo loco magiſtratus, qui legem ferebat, ſecundo priuati, tertio reliqui magiſtratus: tum præſentibus ſacerdotibus, vt Dionyſius ſcribit, & diuina exponentibus, ſitella vel vrna (ſitellā Cicero, vrnam Lucanus vocat) deferebatur: in quam ſiue tribuum, ſiue tributis comitijs lex ferretur; ſiue centuriarum, ſiue centuriatis, nomina conjiciebantur: deinde ſortibus æquatis, hoc eſt, ita agitata ſitella, ne qua ſors ſubſultaret, atque exiliret, ſed pariter omnes æquatæ jacerent, ſortitio fiebat, quæque prima vel tribus, vel centuria, quæ ſecunda, quæ tertia ſitella exiiſſet, eundem, quem ſors dederat, in ſuffragio ferendo locum atque ordinem obtinebat: hæc dum agerentur, ſi quis Tribunus pl. legi vellet intercedere, locus erat, nunquam autem ante ſuaſionem diſſuaſionemque legis interceſſionem fuiſſe, declarant illa proxime recitata, quæ Liuius lib. 45. Cicero in Oratione pro C. Cornel tradiderunt. Et, quoniam de interceſſione, quæ legem impediebat, mentionem facimus: (neque enim lege tantum, verum & SCtis & Prætorum decretis, aut judicijs interceſſum eſſe animaduertimus) omnibus de cauſis, quæ quo minus promulgata lex proferri poſſet, impedimento fuerunt, nobis dicendum eſt.

Interceſſionis modi quatuor.

Hæ quatuor traduntur: prima interceſſio, cum Tribuni plebis, quorum proprie intercedendi jus erat, edita voce illa, Veto, de qua mentionem facit Liuius, intercedebant: cujus generis exempla non deſunt. Altera, cum is, qui promulgarat, vel amicorum precibus adductus, vel ſenatus auctoritate commotus, vel-

Digitized by Google

ipſe ſua ſponte cōſilium mutabat: quod C. Manilius, & L. Cæcilius, vterque Tribunus pl. diuerſis temporibus fecerunt, ille in lege de libertinorum ſuffragiis, hic in ea, quem de minuenda ambitus pœna promulgauit. Tertia ratio fuit, cum neque intercedente Tribuno, neque eo, qui promulgauerat, conſilium mutante, comitiales dies, i.e. eos, quibus agi cum populo licebat Conſul eximebat, vel ſupplicationibus decernendis, vel feriis indicendis, non ſolum iis, quæ Latinæ dicebantur, quas indicere ſoli Conſules poterant, ſed etiam iis, quæ imperatiuæ, quas non modo Conſulibus, verum etiam Prætoribus ipſorū arbitratu licebat imperare: quo genere vſum eſſe Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum Conſulem, vt C. Catonis Triboni pl. legib. obſiſteret, videmus in Epiſtola, Placitusū, li. 2. ad Quiſfratrem Quartā cauſam, quæ & ipſa comitijs quacunque de re habeterentur: impedimento eſſet, auſpicia inuenimus: quorum duo genera reperio: Vnum, quo magiſtratu- tantum vtebantur, quæ Spectio dicebantur, vel de cœlo ſeruare: quo de genere teſtes locupletes habemus Tullium in 2. Philip. & Varronem apud Nonium: alterum genus ad augures pertinebat, cum ex auium ſignis, i. volatu, cātu, & tripudio ſolliſtimo, auſpicium faciebant. nam ſi quid aduerſi viderāt, aut audierant, id nuntiantes, comitia impediebāt: quod Cic. li. 2. de legib. vt alia omittantur exempla, ſignificat. Illo autem priore genere, vel ſi aduerſi nihil eſſet, ipſe tamen per ſe ſpectionem impediebat: quod à Dione li. 38. traditū animaduerti. Obnuntiatio autem, quæ augurum erat, duarum rerum obſeruatione fiebat, vel cum de cœlo fulſiſſet, aut tonaſſet: (erant. n. augurum diſciplina, vel Ioue fulgente, tonante, comitia dimitterentur) quo genere impedimenti Pompeius Magnus in ſecūdo conſulatu, cum Prætorem creari, virum omnium integerrimum M. Catonem videret, ipſe autem hominem flagitioſiſſimum P. Vatinium, Cæſaris gratia, vellet, comitia diſſoluit: vel cum aues aduerſa portenderent. Auium autem tria genera: alites, quæ volatu: oſcines, quæ cantu: pulli, qui tripudio dabant ſigna rerum futurarum. Nec omnium erat eadem ſignificatio, cum quædam à dextra, quędam à ſiniſtra volantes, aut canentes proſperos euētus oſtenderent: hinc illud li. 1. de Diuinat. Iupiter ne cornicem à læua, coruum à dextra juſſiſſet. Et Plaut. in Aſin. Picus, & Cornix eſt ab læua, coruus porro à dextra. Et in epiſt. ad Cęcinam: Non igitur ex alitis volatu, non ex cantu ſiniſtro oſcinis, nec ex tripudijs, ſolliſtimis tibi auguror. Aues autem vtriuſque generis, id eſt, alites & oſcines, perſequitur Feſtus 13. 142. Ex quanquam ſiniſtra Romanis læta, vt Græcis dextra: iiſdem tamen, vt li. 2. de Diuinat. cognouimus, ſiniſtrum fulmen triſte omne fuit ad comitia, cum ad cæteras res eſſet optimum: & ſi bubo volaſſet ad ſiniſtram: præclare Lucanus hoc genere lib. 5. cum neglectam veterem comitiorum rationem ſignificare, illa pronuntiat:

—fingit ſollemnia campus.
Nec cœlum ſeruare licet tonat augure ſurdo,
Et læta iurantur aues bubone ſiniſtro.

Redeo ad inſtitutum: Sortitione tribuum, aut centuriarum facta, dicebat is, qui legem ferebat: Si vobis videtur, diſcedite Quirites: de quo Pediani verba ſubſcribam: Cum, inquit, id ſolum ſupereſt, vt populus ſententiā ferat, jubet vnumquenque is, qui fert legem, diſcedere: quod verbum nō hoc ſignificat, quod in cōmuni conſuetudine eſt, de eo loco, vbi lex fertur, ſed in ſuam quiſque tribum diſcedat, in qua eſt ſuffragium laturus: populus enim confuſus, vt ſemper alias, ut & in concione. Liui. autem lib. 2. vbi de lege Lætoria loquitur: Conſul, inquit, Appius negare jus eſſe tribuno in quempiam, niſi in plebeium. non enim populi, ſed plebis eum magiſtratum eſſe, nec vllum ipſum ſummouere pro imperio poſſe more maiorum, quia ita dicatur: Si vobis videtur, diſcedite Quirites, vbi Diſcedite, dictum appareat, ad ſuffragia ferenda, lib. 3. vbi de Terētia lege: ait. Idem ſignificat, cum ait: Quēadmodum ſe tribuni geſſiſſent in prohibendo delectu, ſic patres in lege, quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impedienda gerebant: initium erat rixæ, cum diſcedere populum juſſiſſent tribuni, quod patres ſe ſummoueri haud ſinebant. Cum igitur de concione juſſi diſcedere, in ſuam quiſque tribum, aut centuriam abijſſet, priuatos homines inuenio, qui de lege laborarent, ipſos, ne quid fallacia committeretur, aut tabellas diſtribuiſſe, aut diſtribuentibus præfuiſſe: idque Diribere proprio vocabulo dicebatur: quod muneris, quia fere obiri ornarique ab ijs ſoleret, qui neque ætate grauea, neque geſtis honoribus inſignes admodum eſſent, id ſibi & à ſenibus, & à dignitate præſtantibus præcipue contigiſſe, glorioſe commemorat: Cicero in Piſonem. Hoc, inquit, certe video, quod indicant: tabulæ publicæ, vos rogatores, vos diribitores, vos cuſtodes fuiſſe tabellarum: & quod in honoribus veſtrorum propinquorum non feciſtis, vel ætatis excuſatione, vel honoris: in ſalute mea, nullo rogante, vos veſtra ſponte feciſtis. Eodemque verbo eadem de re vſus eſt in ea poſt reditum in Senatu, cum ait: Quando tantam frequentiam in campo tantum ſplendorem Italiæ totius, ordinumque omnium, quando illa dignitate ros rogatores, diribitores, cuſtodeſque vidiſtis? Nec dubito, quin legendum ſit, Diribeantur, non Diripiatur, in extu Piſo. in eo loco: An expectas, dum ſe L. X X V. tabellæ diripiantur? pro diſtribuantur, vt de te judicium fiat. Sic & Plin. manifeſte accepit lib. 36. cap 15. Hic eſt, inquit, ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Ciſtis autem ſuffragiorum cuſtodiendis certos homines in comitijs præfuiſſe, qui Nongenti ſint appellati, idem Plin. 33. c. 2. ſcriptum reliquit.

Suffragia quomodo ferrentur.

Obijcitur hic quæſtio perdifficilis, quomodo ſuffragia ferrentur: quod in tanta rerum antiquarum obſcuritate ſuffragandi vſu non ſolum intermiſſo: verum etiam penitus amiſſo, poſt tot ſecula manifeſtum non eſſe, quis miretur? itaque nec, opinor, totam rem explicare quiſquam poſſit: nec tamen ignorabit omnia, qui veterum libros diligenter examinarit. Primum igitur illud, multorum teſtimonio, conſtat, ciſtas cum ſuffragiorum tabellis pontibus quibuſdam: quo tutius cuſtodirentur, impoſitas eſſe: ex quibus tabulæ populo miniſtrarentur: quem morem Cicero in epiſt quadam ad Atticum li. 1. declarat, his verbis: Operę Clodianæ pontes occuparent, tabellæ miniſtrabantur, ita vt nulla daretur. Vt rogas. Et li. 3. de legibus Pontes lex Maria fecit anguſtos: quam legem Plutarch. etiam in Mario ſignificat. Libro autem 1. Rhetoric. ad Herennium: Cœpio, vt Saturninum contra SC. legem de Semiſſibus & trientibus aduerſus Remp. ferre vidit: cum viris bonis impetum facit, pontes diſturbat, ciſtas dejicit, impedimento, quo ſecius feratur lex. Deinde cum à Feſto ſcriptum videam, ſuffragia per pontem comitijs ferri ſolita, adducor in eam ſententiam, vt exiſtimem, tabellas in eorum pontium capite miniſtratas eſſe, & in extremis pontibus alias ciſtas fuiſſe, in quibus tabellas quiſque ſuas deponeret: quod erat ſuffragium ferre: quod etſi ex duobus locis Ciceronis, & ex lib. Rhet. ad Heren. ſatis licet intelligere: tamen, quo res pateat illuſtrius Feſti verba recitabimus: Quo tempore, inquit, primum per pontem cœperunt comitijs ſuffragium ferre, juniores conclamauerunt, vt de ponte dejicerentur ſexagenarij, qui jam nullo publico munere fungerentur, vt ipſi potius ſibi, quam illi deligerent Imperatorem. Vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmauit Afranius, Ex idem alio loco: Depontani ſenes appellabantur, qui ſexagenarij de ponte dejiciebantur. Quo ſpectaſſe Macrobius videtur, cum ait Sat. li. 1. His ne tam doctis viris, quorum M Cicero & Varro imitatores ſe gloriantur, adimere vis in verborum comitijs jus ſuffragandi, & tanquam ſexagenarios de ponte dejicies? Tranſibant igitur per eos pontes ad lationem ſuffragij, tabellis acceptis in prima pontis parte, quas in extrema redderent. Erant autem, quot tribus, aut quot centuriæ, tot pontes: vt per ſuum ſingulæ pontem ſuffragium ferrent: alioqui negotium longi temporis nec ſine perturbatione aliqua fuiſſet, ſi ponte vnico tribus omnes, aut centuriæ tranſire cogerentur, &, cum ait Cic. Operæ Clodianæ pontes occuparant: &, Pontes lex Maria fecit anguſtos: & ille qui ſcripſit ad Herennium. Pontes diſturbat, ciſtas dejicit: pontium multitudinem perſpicue declarant. Nec de duabus tabellis cuique dari quiſquam dubitat, cum hac litera, A, quæ legis antiquationem ſignificat, altera ſic inſcripta, V. R. id eſt, Vti rogas: qua legem accipiebat, vti magiſtratus rogauerat. Pontes autem dicti, quod extructæ ad tempus menſæ ſatis anguſtæ, præſertim poſt legem Mariam pontium ſimilitudinem haberent: quæ, ſi tributim populos in forum vocaretur, 35. pro numero tribuum fuere, ſi centuriatim in campum, totidem pro centuriæ, id eſt, 193.

Ordo in ferendis ſuffragiis.

Nunc de ordine in ferendis ſuffragijs agamus. Primo loco ea tribus, eave centuria, quæ omnium tribuum, aut centuriarum nominibus in ſortem conjectis, prima de ſitella, de qua jam diximus, ſorte exierat, ſuffragium ferebat: ea que prærogatiua dicebatur, quia prima rogaretur à magiſtratu, qui comitia habebat: at in prima tribu, aut centuriā quis primus? videlicet is, quem magiſtratus legem ferens deligebat: deligebat autem quem & dignitate præſtaret, & rogandum ſuæ præter cæteros facere judicabat. Vtrunque cognoſcitur in Orat. pro Plancio, in que ita ſcriptum eſt: Nam quod primus ſciuit legem de publicanis, tum vir ampliſſimus Conſul id illi ordini per populum dedit, quod per Senatum, ſi licuiſſet, dediſſet, ſi in eo crimen eſt, quia ſuffragium tulit, quis non tulit publicanus? ſi, quia primus ſciuit, vtrum id fortunæ eſſe vis, an ejus, qui illam legem ferebat? ſi ſortis, nullum crimen eſt in caſu: ſi conſulis ſplendor etiam Plancij, hunc à ſummo viro principem ordinis judicatum, quo conſtat, ideo primum Plancium ad ſuffragium ferendum à Cæſare conſule lectum eſſe, quia primus ordinis equeſtris judicaretur: quod ipſum confirmant ille pro domo ſua: Conſulari homini P. Clodius, euerſa Republica, ciuitatem adimere, conſilio aduocato, conductis operis non ſolum egentium, ſed etiam ſeruorum, Sedulio principe, perdixit enim Sedulio principe, pro primo omnium ſuffragiū ferente, quod apertius proxime oſtendit, cum ait: Sin autem is primus ſciuit, erat unim quodammodo legis ornamentum, cum is eam ſciſcebat primus, cujus in ciuitate non leuis eſſet auctoritas, quod etſi ſatis clare indicant ea, quæ ex Orat. pro Plancio recitauimus, tamen in hac ipſa pro domo ſua idem ſit illuſtrius: ſubjungit enim poſtea, quæ proxime ad exemplum attoli, non magno interuallo: Tu hujus, vt acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honeſtes, auctoritatem amplecteris? quaſi Clodius Sedulij, tanquam clari hominis, nomen publicis in tabulis ad legem honeſtandam ſcripſiſſet, aut fortaſſe etiam in eas ſimul

cum

cum ipſa lege inciſdiſſet, num. vt dicam, quod ſentio, ſuſpicor de mendo, vbi Seduli mentio ſit in ea pro domo ſua: quod enim legitur: Quid te audacius, qui in ejus nomen incideris; id non placet: non enim cum audacia caſus congruit: nam Incidere verbum eſt in caſu poſitum: audacia vero voluntatis eſt, non enim qui incidit audax, ſed impudens & inſcius: qui vero audex, is non incidit, ſed incurrit & irruit: quare aliter ſuſpicor à Cicerone ſcriptũ eſſe, & forte ſic: Quid te audacius, qui in æs nomen ejus incideris, leges enim in æs incidi ſolitas, paulo poſt docebimus. Cum igitur ab eo, quem magiſtratus ipſe primum delegiſſet, deincepſque ab alijs ejuſdem tribus, aut centuriæ perlata ſuffragia erant: iam ſuffragijs in vtramque ſententiam dinumeratis, & eorum numeris puncto notato, ejus tribus, aut centuriæ voluntas cognoſcebatur, eaque à præcone renunciabatur: & eadem in reliquis tribubus aut centurijs ratione ſeruata, ex majore tribuum, centuriarũ numero, vel antiquabatur, vel ſciſcebatur lex: hoc autem, Dirimere ſuffragia, & Diremptio ſuffragiorum dicebatur. Itaque vetera habent exemplaria Varronis de re ruſt. lib. 3. Dum dirimuntur ſuffragia, vis potius villæ publicæ vtamur vmbra, quam priuati candidati tabella? quod aperte declarat Lucanus, quem locum depravati, &, vt alijs in locis, Diribet, pro Dirimit, reponere, facile non fuit, in illo verſu libri 5. Et non admiſſæ, dirimit ſuffragia plebis, & ad Q. Frat. lib. 3. Epiſt. 4. lego, Diremptis tabellis, non, vt vulgo legitur, &, vt habent libri quoque veteres, Diruptis, Item, in ora. pro Planc. Diremptio, non Direptio, Diremptis, igitur ſuffragijs, vel de antiquata lege, vel de accepta cognoſcebatur: ac de antiquata, id eſt, ſuffragijs improbata (Feſtus enim Antiquare, explanat, in morem priſtinum reducere) nihil eſt dicendum.

Jure-jurando confirmabatur lex.

Scitam autem atque acceptam, omnium ciuium jurejurando confirmari ſolitam legimus. Itaque Q. Metellus, ille Numidicus, ne in legem Saturni per vim latam juraret, in exilium ire maluit, ſibique potius de patria, quam de ſententia, decedendum putauit: quem anno poſt 43. imitatus non eſt. M. Cato, is, quem Vticenſem hiſtorici nominant: qui cum leges P. Clodij nullo neque jure, neque more rogatas putaret, in eas tamen jurauit, conſilio vſus optimo, vt Cicero ait in ea pro Sextio: nam ab eo, quod omnino ne fiat, fieri non poteſt, cum periculo diſſentire, temeritatis videtur eſſe.

Leges quando in æs incidebantur.

Poſt juſiurandum in æs lex incidebatur: quod indicat Liu. lib. 3. his verbis: Priuſquam vrbem Conſules egrederentur, leges decemvirales, quibus tabulis 12. eſt nomen, in æs inciſas in publico propoſuerunt, atque hoc lib. 10. Dionyſ. confirmat: Cicer. in Orat. 3. in Catil. Memoria, inquit, tenetis Cotta, & Torquato Coſſ. complures in Capitolio turres, de cœlo eſſe percuſſas: cum & ſimulacra, Deorum immortalium depulſa ſunt: & ſtatuæ veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta: quod ipſum verſibus deinde perſecutus eſt in ſecundo de Conſulatu ſuo, vt lib. 1. & 2. de diuinatione patet: eandem conſuetudinem probant illa, quæ in 1. Philipp. ſcripta ſunt: Forum ſepietur, omnes claudentur aditus: armati in præſidijs multis in locis collocabuntur: quid tum? quod erit ita geſtum, id lex erit, & in æs incidi jubebitis: quod etiam non multo ante dixerat: quæ ille in æs incidit, in quo populi juſſa perpetuaſque leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur? exemplis non egemus, ſed vnum Suetonij, quod in C. Cæſaris vita legimus, quod apertam rem multo etiam diſertius oſtendit, apponemus. Marcus, inquit, Claudius Marcellus Conſul, edicto præfatus de ſumma ſe Reip. acturum, retulit ad Senatum, vt ei ſuccederetur ante tempus, quoniam, bello confecto, pax eſſet, ac dimitti deberet victor exercitus; & ne abſentis ratio comitijs haberetur, quando nec plebiſcito, Pompejus poſtea abrogaſſet: acciderat autem, vt is, legem de jure magiſtratuum ferens, ex capite, quo à petitione honorum abſentes ſummouebat, ne Cæſarem quidem exciperet per obliuionem; ac mox lege jam in æs inciſa, & in ærarium condita, corrigeret errorem. Hic illud occurrit; Si tum denique in æs leges incidebantur, cum perlatæ eſſent; quod proxima Suetonij verba oſtendunt: Cur in Orat. pro Mil. cum de legibus nondum latis, ſed quas Clodius ferre cogitarat, mentionem facit? Incidebantur, inquit, jam domi leges, quæ nos noſtris ſeruis addicerent: cur non ſcribebantur potius, quam incidebantur, an incideret Clodius leges nondum latas, dicamus, quod miſit Pedianus interpres, qui in arte Ciceronis indicanda parcus nimis eſt, ſicut in exponenda hiſtoria ſatis liberalis, notat Cicero confidentiam Clodij, hominis audaciſſimi, qui domi ſuæ leges non modo ſcriberet, ſed etiam quaſi latas inciderit, quas quo jure, quave injuria, cum ſuis operis & ſeruis omnium perferre conſtituerat. Et eſt Oratoris artificium, ad odium concitandum, ea de inimico dicere, quæ etiamſi fortaſſe facta non ſunt, fieri tamen potuiſſe, ejus, in quem dicitur, anteacta vita declarat, nihil erat, quod in Clodium, quamvis atrociter excogitatum, non veriſimiliter videretur, ideo incidebantur potius, quam ſcribebantur, dixit, vel vere, quod magis puto, ὑπερβολικῶς & tamen veriſimiliter, vt de Publio Clodio, quem omnium audaciſſimum eſſe conſtabat. Nec illud quidem prætermittem, non in tabulis modo æneis, ſed etiam in columnis inciſas eſſe leges, de tabulis dubium non eſt, quas etiam aliquot in hunc vſque diem ſeruatas, ipſi vidimus: de columnis autem Cicero pro Balbo ſic. Cum Latinis omnibus fœdus ictum Sp. Caſſio, Poſthumo Cominio Coſſ. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus poſt Roſtra inciſum & perſcriptum fuiſſe, qua ipſa de re Liuius lib. 2. ſic, Tantum ſua laude obſtitit famæ Conſulis Marcius, vt, niſi fœdus cum Latinis, columna ænea inſculptum, monumento eſſe, ab Sp. Caſſio vno, quia Collega abfuerat, ictum, Poſthumum bellum geſſiſſe cum Volſcis memoria ceſſiſſet, & Varro vt apud Macrobium legimus, antiquiſſimam legem in columna ænea ſcripſit inciſam fuiſſe, cui mentio intercalaris adſcriberetur, nec deeſt Dionis in hiſtoria teſtimonium, qui libro 41. columnas, quibus inciſæ leges legerantur, de cœlo tactas, memoriæ prodidit. Scripta jam lege, promulgata, perlata, in æs inciſa (his enim quaſi gradibus ad id, quod in ea vltimum ac ſummum eſt, peruenimus) vnum reſtat, vt, vbi cuſtodienda reponeretur; oſtendamus. Scire igitur oportet, non eandem legum omnium fuiſſe rationem, ſed aliquot, maximeque tabulis æneis inciſas in publico proponi ſolitas, vt oculis ciuium pererent, quod exempla demonſtrat, quæ vero æneas in tabulis eſſent inciſæ, eas ad ærarium deferas, quo ſc. & SCta, ita eum publicis pecunijs, omniumque publicarum rationum libris conditæ aſſeruabantur. Erat autem Ærarium, tum aliorum, tum maxime Feſti, Macrobij, & Plutarchi in problematibus teſtimonio, in Saturni Opiſque templo, templum autem in vico Iugario, ad Capitolij radices. Vnde ſepties millies H.S à Cæſare dictatore depoſitum poſt illius interitum M. Antonius Conſul abſtulit. Etſi tantum Opis in Philippica 1. & 2. vbi hac de re Cicero loquitur, mentio fit, puto, quod duabus cellis ſimulacra Opis & Saturni ſeparatim dedicata colerentur, & ad Opis cellam propius, quam ad Saturni, eam pecuniam Cæſar locaſſet, primis enim Reipublicæ temporibus, legem Icilium in templo Dianæ, quod in Auentino monte fuit, repoſitam eſſe legimus in hiſtoria Dionyſij. Quæ ad rationem perferendæ legis attinerent, quæ fere ponderis alicujus eſſe viderentur, omnia, vt arbitramur perſecuti ſumus, nam in quo differrent legum ferendarum comitia, à cæteris comitijs, vt de magiſtratu creando, de reo judicando, quia conuenire magis in librum de Comitijs hæc tractatio videtur, qui poſt hunc deſiderabit, hic omittimus.

Locus ferendæ legis.

Locum ferendæ legis interdum Prata Flaminia, qui poſtea Circus Flaminius dictus eſt, interdum etiam Lucum Petilinum, quandoque Capitolium, ſed plerumque forum, aut Campum Martium fuiſſe legimus. De Pratis Flaminijs, Luco Petilino, Capitolio, Liuius teſtis: de Foro declarant illa pro C. Rebirio Poſthumo: Si lex ferretur, conuolareris ad Roſtra: erant enim Roſtra in foro, dixit autem, conuolareris ad Roſtra, cum hoc intelligeret, vt inde legem diſſuaderetis. Et aperte in Orat. 1. in Anton. & V. & pro domo, & vbi non, de Campo, inde conſtet, quod, cum leges centuriatis comitijs ſæpe latæ ſint, centuriatã porro comitia in Campo eſſe habita, omnes hiſtoriæ narrent, manifeſte ſequitur vt leges centuriatis comitijs latæ, in campo latæ ſint. Hic oritur, alia conſideratio, loco ne ſacro an profano ferretur. Sacro potius, quam profano crediderim, primum, quod in Roſtris, qui locus erat augurato, Templumque dicebatur, ſæpe à magiſtratu ferretur. Itaque pro Sextio, Princeps, inquit, rogationis, Qu. Fabricius templum aliquanto ante lucem occupauit, occupatat enim, vt legem ferret, quod illa verba pro Milone declarant. Potuitne Fabricio, viro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulſo? occupatat autem Roſtra non templum alicui Deo ſacrum, quod ipſe Cicero declarat inf. in ead. pro Sextio, ſubjungens, Tribunos pleb. à ferro à Roſtris à Clodio pulſos, Fabricium intelligens, ſed clariſſime in Vatinium his verbis, Cum Lucium Vettiũ judicem in Roſtris, in illo, inquam, augurato templo è loco collocaris. Et Liu. lib 8. Naues, inquit, Antiatium, partim in naualia Romæ ſubductæ, partim incenſæ, Roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit, Roſtraque id templum appellatum. Altera eſt ratio, quod leges à P. Clodio Tribuno pleb. in templo Caſtoris latas inuenio, quod indicet illud in Piſon. Eodem in templo, eodem & loci veſtigio, & temporis, arbitrarie non mei ſolum ſed patriæ funeris abſtuliſti. Sic enim interpretor illud. Eodem in templo quo in templo legem de mea pernicie tulerat Clodius, eodem in templo de Macedonia tibi tradenda ſtatim legem tulit, quam tu prouinciam ad arbitrium tuum pro meo funere, quod idem funus patriæ fuit ipſe pactus eras. Itaque prouinciam lege traditam, quaſi præmium e Clodio debitum abſtuliſti, & apertius in oratione pro domo ſua, Cum arma, inquit, in ædem Caſtoris comportabas, nihil aliud, niſi vti ne quid per vim agi poſſet, machinabare. In libris autem de Inuent. Flaminium, inquit, eum, qui Conſul. Remp. male geſſit bello. Punico ſecundo, legem Agrariam per ſeditionem ad populum ferentem, pater ſuus de templo deduxit, acceſſitur majeſtatis, & apud Liuium, antequam Roſtra in foro extructa eſſent, de Tribunis pleb. legum rogandarum cauſa in templum coeuntibus non ſemel mentionem fieri videmus. Ferebat ergo magiſtratus legem in templo, ferebat ſuffragia de lege populus circa templum, locum enim tantæ multitudini vllo in templo fuiſſe, credibile non eſt, cum

vera lex à magiſtratu ferretur, eodem in templo alios quoque magiſtratus affuiſſe, eos videlicet, qui cum magiſtratu legem ferente conſentirent, legimus in Orat. ad Vatin. Quæ quidem leges, inquit, anno poſt ſedentibus in templo duobus non Conſulibus, ſed proditoribus hujus ciuitatis, ac peſtibus, vna cum auſpicijs, cum interceſſionibus, cum omni jure publico conflagrauerunt. Oſtendi latam in templo legem, cum in foro ferebatur, hoc eſt, tributis comitiis: quid cum in campo centuriatis, tam in templis Deorum non exiſtimo, quæ in campo nulla fuiſſe legimus, quo tamen in loco à magiſtratu ferretur, cum locum ante auguratum fuiſſe crediderim. Nam, ſi tributis comitiis ſemper in templo, cur centuriatis, quæ majorum rerum cauſa habebantur, profano in loco lex ferretur? ſed fortaſſe videri poſſit infirma conjectura, addamus exemplum, vt dubia res teſtimonio probetur. Liuius igitur lib. 3. Tribuni, inquit, vt impediendæ rei nulla ſpes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis, quod & augures juſſos adeſſe ad lacum Regillum, fama exierat, locumque inaugurari, vbi auſpicato cum populo agi poſſet, vt quicquid vi tribunitia Romæ rogatum eſſet, id comitijs ibi abrogaretur. Inter leges autem quæ in foro, & eas, quæ in campo ferrentur, dixi jam hoc interfuiſſe, quod in foro tributis comitijs ferrentur, in campo comitijs centuriatis.

Leges centuriatis comitiis latæ.

Nunc adjungo primum illud, centuriatis comitijs eas eſſe latas, quæ è SC. ferebantur, deinde illud, quæ centuriatis comitijs ferrentur, eas ſi à SC. non ferrentur, patrib. quidem auctoribus ſemper eſſe latas, quod non à primis Reipublic. temporibus, ſed tantum poſt P. Philonis dictaturam obſeruatum eſt, hunc enim dictatorem legem tuliſſe vt legem, quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante latum ſuffragium patres auctores fierent, ſcribit Liu. lib. 8. quo ſignificatur, non omnes antea leges, quæ centuriatis comitijs ferrentur, è SC. aut patribus auctoribus eſſe latas: quod ſi factum nunquam antea non erat, conſuetudine ſeruata, quæ in Numa Rege creando eſt inducta, vt ſcilicet, antequam populus ſuffragium iniret, patres in incertum comitiorum euentum auctores fierent: Publius in plebem propenſus, quia plebeiæ gentis erat, quod Senatui liberum erat, id neceſſarium fecit quodque more factum erat, id vt lege fieret, ſua lege ſanxit. Neque vero, quod ait Liu. patres auctores fierent, ex pleno patres Senatuſconſultum probarent: fiebant enim de re & relata & diſputata SC. quid porro referri & diſputari opus erat id, quod omnino probari à Senatu Publilia lex juberet: nam de quo fit SC. id ejuſmodi eſt, vt improbari & abjici poterit: eſt autem probatum & acceptum quia major pars Senatus ita ſenſerit: at in hoc non, vtrum vis licere, neque plurium Senatorum, voluntatem ſpectari, Publilius voluit, ſed quaſi ab vniuerſo Senatu probatum eſſet, ita, vellent nollent, patres auctores eſſe. Ergo ſic exiſtimare debemus, quæ leges centuriatis comitijs ferrentur, eas poſt legem Publiliam aut è Senatuſc. aut certe patribus auctoribus eſſe latas, quæ vero ante legem Publiliam centuriatis comitiis latæ erant, alias è Senatuſc. alias ſine SC. patribus auctoribus, alia neque è SC. neque patribus auctoribus. Nihilne igitur interfuit, dicet aliquis, inter leges, quæ patribus auctoribus: & eas quæ è SC. ferrentur, nihil, mea ſententia, ante legem Publiliam: nam ſiue è SC. ſiue patribus auctoribus ferrentur, è Senatus voluntate ferebantur. Poſt legem autem Publiliam multum inter hujuſmodi leges interfuit, atque adeo tantum, quantum inter ſecundam & aduerſam voluntatem intereſt. Nam ſecunda Senatus voluntate ferebantur eæ leges, quæ SC. probatæ jam erant, aduerſa vero, nonnunquam eæ, quarum patres auctores fiebant. Probabant enim inuiti, lege coacti. Itaque honorificentius habebatur id, quod SC. centuriatis comitija latum eſſet, quam id, quod iiſdem comitijs patribus auctoribus, ſed extremis Reipub. temporibus nullam legem centuriatis comitiis ſine SC. patribus auctoribus latam inuenio, permultas autem è SC. iiſdem comitiis ſiue quod abrogata ſit Publilia lex, ſiue, quod cum Idem Publius eodem tempore, poſteaquam Q. Hortenſius dictator legem tuliſſet, vt eo jure, quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur, nihil attinuit patres auctores de eo fieri, quo, vel ſi auctores ipſi non fierent, tamen ciues æque tenerentur, itaque magiſtratus aut è SC. centuriatis comitijs, aut ſi Senatus diſſentiret, tributis leges tulerunt, (quanquam & leges multæ tributis comitijs ex SC. latæ ſunt) cum duabus legibus, Publilia & Hortenſia, eandem vim haberent leges tributis comitijs latæ, quam habuerunt antea leges eæ, quæ centuriatis comitijs, patribus auctoribus, latæ erant, non enim quod ait Cic. Philip. 10. Legem Panſa comitijs centuriatis ex auctoritate noſtra laturus eſt, eo ſenſu dictum exiſtimo, quod eam legem patribus auctoribus, Panſa laturus eſſet, ſed, & auctoritate noſtra, ex pleno, à SC. loquitur, n. de Cæſaris actis, quæ lege confirmari & ſanciri Senat. cupiebat, cum porrò cuperet, omnium SC. potius quam alia quavis ratione declararet, quod ſi cui, auctoritatem Senatus pro SC. uſurpari, nouum eſt, nihil errabit, ſi, vt de recta Latinæ conſuetudinis loquendi judicare poſſit, Ciceronis libros diligenter euoluerit.

Leges quas Senatus ferri cupiebat, an de SC. ferrentur.

Hic fortaſſe quæretur, ante Publiliam legem, omneſne leges, quas Senatus, ſiue centuriatis, ſiue tributis comitijs, ferri cuperet, ferrentur è SC. an vero aliæ è SC. aliæ vero ſine SC. tantum patribus auctoribus. Vtrunque factum eſt, nam neque omnes è SC. neque omnes patribus auctoribus latæ ſunt: de latis è SC. teſtimonium res non deſiderat: exemplorum enim plena ſunt omnia: patribus autem auctoribus minus quidem multa, ſed aliquæ tamen latæ ſunt, vt Petilia de ambitu, à Tribuno pleb. tributis comitijs lata, de qua Liu. lib. 7. Quæretur (pergam enim dubitando, quo non ſolum veterum librorum obſeruatio, ſed ipſa me conjectura ducit) vt cum centuriatis comitiis leges à majore tantum magiſtratu, an etiam à minore ferrentur: faciemus quod Oratores ſolent, qui cum teſtibus rem probare non poſſunt, argumentantur à ſimili, & hoc genere ſæpe fidem faciunt, item nos, cum centuriatis comitiis à minore magiſtratu leges latæ ſint, nec ne, affirmare non poſſimus, quia neutrum ab antiquis traditum eſt, ſimilitudinem ſequimur, & quod in creandis magiſtratib. fieri ſolitum eſt, Idem in ferendis legibus obſeruatum eſſe dicemus: nam ſi creandis magiſtratibus centuriata comitia nunquam, niſi à majore magiſtratu habita ſunt: itidem ferendis legibus nunquam, niſi à majore, eſſe habita, conſentaneum eſt: Illud autem eſt: Eſſe igitur & hoc dicemus. Neque enim cur non ſit, aut ratio ſuadet, aut exempla demonſtrant.

Leges quibus temporibus, diebus, horis ferrentur.

De legum tempore, quæ notauimus, hæc ſunt, neque omnibus diebus licuiſſe legem ferri, neque quibus liceret per omnes horas, licebat faſtis tantum diebus, nefaſtis non licebat, nec faſtis vero omnibus, ſed comitialibus duntaxat. Comitialibus autem ita licebat, ſi nemo de cœlo ſeruaret, quæ duabus legibus, Ælia & Fuſia, ſancita erant; id annis prope centum ante Ciceronis ætatem, vt ſcripſit ipſe in Orat. Piſonem inſtitutam, ad extrema fere manſit Reip. tempora. Piſone autem & Gabinio Coſſ. P. Clodius Tribunus pleb. Ciceronis ac bonarum partium inimicus, vt armaret immoderata licentia tribuniciam poteſtatem, dierum diſcrimen, & auſpiciorum impedimenta ſuſtulit, neque enim tantum, vt omnibus plane faſtis ferri lex poſſet, verum etiam, ne quis per eos dies, quibus cum populo liceret agi, de cœlo ſeruaret, rogationem tulit, idque poſtea ſeruatum eſſe, videntur illa ſignificare, quæ ſcripta ſunt in Orat. de prov. Aut ſtatuendum vobis eſt legem Æliam manere, legem Fuſiam non eſſe abrogatam, non omnibus faſtis legem ferri licere, cum lex feratur, de cœlo ſeruari, obnuntiari, interecedi licere. Ergo ante l. Clodiam non omnibus ſed faſtis, non omnibus faſtis, ſed comitialibus, nec comitialibus ſi quis de cœlo ſeruaret, jus ferendæ legis erat, poſt legem Clodiam non omnibus quidem diebus, ſed omnibus tamen faſtis, quod ante non licuerat, etiamſi de cœlo ſeruarentur, ferri lex potuit. Opinor etiam qui dies Religioſi vocabantur, quorum in nu. Atri erant, ijs non potuiſſe legem ferri, de quibus hæc legimus in Feſto. Dies religioſi, quib. niſi quod neceſſe eſt nefas haberetur facere, quales ſunt ſex & triginta, Atri, qui appellantur, & Allienſis, atque ij, quibus mundus patet. Allienſem autem diem, quam Feſtus non nominat, XV. Kal. Sext. fuiſſe, Liu. docet lib. 6. idemque ſubjungit, religioſum diem fuiſſe poſtridie etiam Idus Quint. cui Gell. lib. 5. c. 17. Macrob lib. 1. Saturn. aſſentiuntur: ex quibus & id cognoſcitur, quod Varro quoque lib. 5. & Feſtus docent, Liuiuſque ſignificat, dies poſtridie omnes Kalendas, Nonas, Idus atros eſſe habitos, vt neque præliares, neque comitiales eſſent. Itaque quod ad Kalendas attinet, legitur illud Afranij apud Nonium: Septembris heri Kalendæ hodie ater dies quod ſi dies atri comitiales non ſunt: Ergo diebus atris ferre legem non licuit. Dies autem, quibus mundus patebat, alio loco Feſtus nominat, & tris fuiſſe, poſtridie Volcanalia, tertio Nonas Octobris, Sexto Idus Nouembris: & poſtridie Volcanalia ſunt nono kalendas Septembris, vt apparet in Kalendario Romano. His adduntur dies, quibus penus patebat: de quo ſic Feſtus, Penus vocatur locus intimus in æde Veſtæ, tegetibus ſeptus, (ſic enim fortaſſe legendum) qui certis diebus circa Veſtalia aperitur: ij dies religioſi habentur. Vitatos etiam à pleriſque, vt omnis aduerſi. 4. Kalend. Nonas, Idus, Gellius & Macrobius tradidère. Quanquam vnius Gellij mihi quidem ſufficit auctoritas: à quo Macrobium, & in hunc loco, & alibi totidem verbis eadem ſumpſiſſe conſtat. Diebus autem religioſis exercitum conſcribere, legiones educere, manus cum hoſte conſerere, ſponſalia inire, peregre proficiſci, denique publicæ, vel priuatæ rei quidquam moliri non licuit: quod his diebus aduerſus rerum exitus conſequuturus eſſet. De diebus hæc. Horæ vero, quibus agi cum populo poſſet, omnes erant inter ortum ſolis, & occaſum, reliquis non licebat: ante primam enim horam nihil agi licuiſſe cum populo, cum ait Dio in extremo lib. 39. non ex pleno, ante primam horam Romani diei, cujus initium à media nocte ſumebatur, ſed ante lucem, ante auroram. quod ipſe quoque Dio ſic interpretatur, his verbis: ὁ Γάλβας, ὁ Σέρουιος [illegible], quod ſi nō ante primam, ſequitur vt nec poſt extremā, i. e. eam, quæ diem claudit, agi cum populo licuerit, ſiquidem neque veſpertina SC. rata fuiſſe, neq. Prætori vrb. jus dicere poſt ſolis occaſum licuiſſe, traditum eſt à Cicerone in Philipp. 5. & à Cenſorino de die natali, ſicut,

li: ſicut igitur non omnibus diebus ferre legem licebat, ita nec omnibus horis: quibus autem horis, iis ita licebat, ſi neque fulgeſet Iupiter, neque tonaret.

Cauſæ ferendarum legum.

Nunc de cauſis agamus, quæ ipſa quoque promiſſi noſtri pars eſt. A corruptis moribus manaſſe leges, nemini dubium eſt, nam vbi continenter & ſobrie viuitur, vbi colitur pietas, vbi Iuſtitiæ locus eſt, quorſum ibi lex feratur? nec ſanis corporibus quæſita medecina eſt: nec qui leniter & ſedato curſu amnes fluerent, ſeu incitatis, extraque ripas diffluentibus aggeres objecti. Vetuſtiſſimi mortalium, prorſus omnem vim, atque omnem luxum ignorantes, tranquillam vitam, ipſa natura duce, viuebant: poſt erupit injuria, & quod quiſque potuit, id quiſque velle, neglecta ratione, cœpit: tunc neceſſario leges latæ, & injecta licentiæ quaſi frena, quæ, ſi quis recte agere ſua ſponte nollet, cum pœnæ metu in officio continerent. Itaque conſervandæ augendæque ciuitatis cauſa, & vt eſſet bene viuendi norma, legem inventam, manifeſto cognoſcitur. Neque minus ad hunc finem ſpectarunt, quæ de religione, quam quę de bello leges latę ſunt: quę ſita pietas in Deos videtur, quæſita populo voluptas, vt in ludis, omnia tamen ad publicam vtilitatem referebantur. Cujus autem legis vitioſa ac turpis origo ſit, ea lex nominanda non eſt. Nam legis cauſa Iuſtitia, & lex ipſa juſta ac ſancta debet eſſe. Inde enim publicum exoritur commodum, publicum dico & quo munitur Imperium adverſus hoſtilem vim, & quo privati ciues, ſua quiſque bona, ſuum quiſque jus adverſus privatorum injurias tuentur: quod ſi hoc in omni bene conſtituta ciuitate, multo magis agnoſcitur in Republica R. quæ, dum optimis legibus paret, malas autem vel abrogat ſuffragiis populi, vel tollit Senatuſconſ. orbem terrarum pene vniuerſum Imperio comprehendit: quæque ciuitates aut malas leges habuerunt, aut bonis non recte ſunt vſæ: aliæ vi externa, aliæ domeſtica ſeditione conciderunt: quod & apud veteres ſæpe accidiſſe legimus, & noſtra non ſemel tempeſtate vidimus.

Legis poteſtas.

Supereſt de poteſtate legis; ea quæritur primum, vtrum maxima, deinde, ſi maxima, vtrum perpetua: quod pro noſtra conſuetudine breviter oſtendemus. Eſt in lege ſumma vis, non ſolum, quia, quod erat lege ſancitum, Quirites omnes tenebantur, quod tribus legibus, vna conſulari, Valeria, Horatia, duabus dictatoriis, Publilia & Hortenſia, ſancitum ſupra diximus (paucas tamen excipio, quibus non omnes plane ciues obſtringebantur, quod de genere fuiſſe legem de repetundis, jam oſtendimus: lata enim eſt poſt illas tres, conſularem vnam, dictatorias duas, à nobis proxime nominatas, & quodcunque poſtremum populus juſſit, id jus ratumque XII. Tab. lege ſancitum eſt) verum etiam quia non, vt prætoris edictum, item lex annuo ſpatio terminabatur, ſed vigebat vſque dum alia lege abrogaretur: abrogari vero omnes licuit, præter Sacratas: quæ violatæ ſæpe, abrogatæ nunquam ſunt, abroganti vero non eadem, quæ violanti legem pœna ſanciitur: cæteræ leges & abrogari omnes potuerunt, & abrogatæ multæ ſunt: tametſi nulla lata lex eſt, quæ ipſa ſe contra abrogationem quaſi ſanctionis ſepimento non munierit, gravi pœna mulctave ei, qui abrogaſſet irrogata, at multi multas obrogarunt, neque tamen vllam propterea ſubiere pœnam. Dixi jam, plus fuiſſe poteſtatis in eo, quod poſtremum populus juſſiſſet, quam in eo, quod antea juſſerat, id lege XII. Tab. ſancitum: juſſum autem populi & ſuffragia fuerunt, quibus abrogabantur leges. Itaque non quid antea populo placuiſſet, ſed quid ei poſtremum placeret, ſpectari ſolebat: ſenſit autem in hoc genere populus non ſemper è Republ. nam quemadmodum ſæpe malas leges bonus populus, ſic interdum bonas malus abrogavit: à Senatu vero nunquam vlla lex, niſi Reip. cauſa ſublata eſt, vt, cum Apuleiæ, Mario Conſule referente, SC. damnatæ ſunt, quod ab hoſte Reip. L. Appuleio Saturnino rogatæ eſſent, aut, cum Liuiæ conſilio Philippi Conſulis ſublatæ, quia contra auſpicia, quæ ſervari lex Ælia jubebat, à M. Liuio Druſo latæ judicarentur, erant enim quatuor omnino genera (vt ipſa fere Ciceronis verba vſurpem, quæ ſunt in Orat. pro C. Corn.) quibus per Senatum more majorum ſtatueretur aliquid de legibus, vnum ejuſmodi, placere legem abrogari, vt Qu. Cæcilio, M. Iunio Coſſ. duæ leges rem militarem impedirent, vt abrogarentur, atque hoc genere non abrogabat legem Senatus (nam abrogare proprie populus dicebatur) ſed, vt abrogaretur, ſtatuebat. Alterum genus erat, quæ lex lata eſſe diceretur, ea non videri populum teneri, vt L. Marcio, Sext. Iulio Coſſ. de legibus Liuiis, quæ, vt non SC. tollerentur, Philippus Conſul, Liuii inimicus, obtinuit à Senatu, ideo autem huiuſmodi legibus non videri populum teneri, Senatus decernebat, quia, contra auſpicia latas eſſe, augures monuiſſent. Tanta Romæ fuit in auguribus auctoritas, de quibus lib. 2. de legibus hæc à Cicerone ſcripta legimus, Quid religioſius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? quid, leges non jure rogatas, tollere? nihil domi, nihil militiæ per magiſtratus geſtum, ſine augurum auctoritate poſſe cuiquam probari? quæ ipſa & alia in libro de Religione tractabimus. Tertium de legum derogationibus, quo de genere per ſæpe SC. fiunt, vt de lege Calpurnia de ambitu, quæ derogaretur. Quartum genus, quod ea Ciceronis oratio mutila admodum eſt, neque in ipſa, neque in Pediano interprete, ac ne alibi quidem quod ſciam, invenitur, me tamen in eam partem conjectura ducit, vt exiſtimem, cum aliquem Senatus hoſtem judicaret, ſimul, vt ejus quoque leges, quæ quidem adverſus Rempub. eſſent, tollerentur: eodem SC. aut alio, proxime facto, judicaſſe, quorum enim maxime legum cauſa pernicioſus patriæ ciuis damnatus ſit, & à Rep. remotus: eas ipſas leges in Rep. geſſiſſe, ſed abiectas illico eſſe; etiamſi ab hiſtoria non proditur, veri tamen ſimilium eſt, quale fuit quod de legib. Saturnini proxime, & de legibus M. Antonii, in 2. huius libri parte diximus. Recte igitur ſemper & juſtiſſime Senatus. A populo vero, aut ab iis qui mercede conducti ſpeciem quandam populi præ ſe ferebãt, temeritate potius: aut fraude, quam conſilio aut ratione, ſalutares ciuitati leges nonnunquam abrogatæ ſunt, vt, rogante P. Clodio Tribuno pleb. Ælia de auſpiciis, Fuſia de diebus comitialibus. Poſtremum illud eſt, cum verbo quidem, neque à Senatu, neque à populo, tacito autem omnium conſenſu per deſuetudinem leges abrogabantur id quod & Iulianus ICtus notauit. Erat igitur in lege vis non ſolum maxima, quod Cic. in Philipp. 2. ſatis plane narrat, cum ait: in publicis actis nihil eſt lege grauius: verum etiam perpetua: ſiquidem vetuſtateque tollebatur lex, vt edictum: neque debilitabatur, vt SC. niſi leges eſſent ejuſmodi, vt Reip. minimum conſulere videretur: nam has contrario vſu non ſolum debilitatas, verum etiam plane extinctas, neque damnatum eſſe quenquam, quia feciſſet adverſus eã legem: quę iam exerceri eã deſiſſet, ſatis conſtare video. Leges autem multæ, quandiu Reſp. ſtetit, ſuo jure valuerunt, cum ipſo libertatis initio, à primis Conſulibus, ac jam ante à primis Regibus latæ eſſent: quib. ego de legib. loquor, cum perpetuam vim legi tribuo: nam pernicioſas leges, nec jure rogatas, non perpetuo jure eſſe, ſed tolli quamprimum vtile eſt: cujuſmodi multæ SC. ſublatæ ſunt: populus autem quem ſæpe Reipubl. commodo malas rationes auerterent, rectam dijudicandis legibus normam non agnouit, ſed vtiles ſæpe abrogauit, ſæpe ſciuit inutiles, illud tamen, quia pertinet ad abrogandi rationem, quod in Feſto Pompeio notaui, non omittam: in ſanctione legum adſcribi ſolitum, ne per Saturam abrogari derogatiue liceret. Erat enim Satura lege aliis multis conſerta legibus, accepto nomine à genere cibi, ex variis rebus conditio: quod apud Diomedem Grammaticum ſcriptum eſt: id autem eò placuit in ſanctione adſcribi, quia in lege, multis legibus permixta & confuſa, ſubeſſe fraus, quæ populum falleret, facile poterat: at in ſimplici lege, ſi de abrogando, derogando ve populus rogabatur, non difficile erat, id, quod derogabatur, quale eſſet, intelligere. Addam & illud, fractam eſſe legis vim, non modo cum alia lege nominatim abrogaretur, ſed etiam, cum non omnino tota, ſed ejus pars lege poſterius lata tolleretur: quod, Derogare dicebatur: aut, cum nulla ſuperioris legis mentione facta, aliquid ei contrarium poſteriore lege rogaretur, quod erat, Obrogare: atque hoc quidem de genere apud Liu. lib. 9. Sempronius Tribun. Pleb. adverſus Ap. Claudium cenſorem in concione ita diſputat: Ideo Æmiliæ potius legi potuerunt, quam illi antiquiæ, quia hanc poſtremum populus juſſerat, & quia, vbi duæ contrariæ leges ſunt, ſemper antiquam abrogat noua. eſt enim in 2. de Inuent. ſcriptum. In duabus contrariis legibus, vtra poſterius lata ſit, conſiderare oportet: nam poſtrema quæque grauiſſima eſt. Omnino, quod legis vim maximam fuiſſe dixi, eo dixi, non ſolum, quia nihil eſſet lege grauius, & in publicis actis nihil obſeruaretur magis, verum etiam, quia legis ſententia pertineret ad omnes ciues, & omnibus æqua iura deſcriberet: præſertim à quo tempore. Qu. Hortenſius dictator rogationem tulit, de qua iam mentionem fecimus, vt quod plebs ſciuiſſet, eo. Quirites omnes tenerentur. Veruntamen duo genera legum accipio alterum, quod non omnes ciues, alterum, quod omnes quidem, ſed diſpari jure comprehenderet, primum enim illud apud Cic. lib. 1. ad Attic. obſervaui, quam legem aliquis Tribunus pleb. ferret, ea lege collegas eius obſtrictos minime fuiſſe, deinde, vt omittam leges alias, quibus, Senatores tenebantur, cæteri autem erant ordines liberati: quam legem, ne quis Iudicio circumveniretur. C. Gracchus tulit, eam pro plebe, non in plebem eſſe latam, declaratur in Orat. pro Cluent. poſteaque L. Sylla Felix, cum eius rei quæſtionem ſua lege conſtitueret, populum Rom. quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare nouo quæſtionis genere auſus non eſt. Ergo hac, lege quæ primum Sempronia fuit, de Gracchi latoris nomine, deinde Cornelia, poſtea quam L. Sylla, lege lata, quæſtionem & ipſe eiuſdem rei conſtituit: qua deinde potius, quam Sempronia, eius generis iudicia ſunt adminiſtrata, hac, inquam, lege, vt eſt in Orat. pro Cluent. Senatores, & ii, qui magiſtratum geſſerant, ſoli tenebantur, vt, quemadmodum recta agentibus plura præmia, ſic plura peccantibus judiciorum pericula propoſita eſſent. Lege etiam Iulia de pecuniis repetundis, equeſtrem ordinem non fuiſſe alligatum, legimus in Oratione pro Rabirio Poſthumo: in Orat. vero pro Cluent. quæ lex item de pecuniis repetundis nominatur, quia & ipſa præter ordinem Senatorium neminem tenebat, Iulia non fuit, vt ex temporum examinatione quæ me ſæpe magnis erroribus impediuit, facile conieci: nam

Digitized by Google

cum Iuliam de repetundis latam eſſe à C. Cæſare in primo conſulatu notum ſit vel ex hiſtoria, vel è Ciceronis Orationibus atque Epiſtolis: Orationem autem pro Cluentio annis aliquot ante Cæſaris conſulatum Cicero prætor habuerit. ſequitur, vt omnino, quod ad nomen attinet, diverſæ leges fuerint. Quænam igitur fuit, dicet aliquis? Cornelia L. Syllæ: ex qua multa in ſuam legem poſtea Cæſar tranſtulit: de qua ſic in ea Poſthumo: Si eſt hoc novum in lege Iulia, ſicuti multa ſunt ſeverius ſcripta, quam in antiquis lib. & ſanctius Iudicata: ſane etiam conſuetudo hujus generis Iudiciorum nova: ſin hoc totidem verbis tranſlatum caput eſt, quod fuit non modo in Cornelia, ſed etiam ante in lege Servilia: per Deos immortales, quid agimus, judices, aut quem hunc morem novorum Iudiciorum in Rempublicam inducimus? Reliquum eſt, vt de lege agamus, quæ omnes quidem cives diſſimili tamen conditione adſtringeret: at hoc quidem, cum multis exemplis probare poſſim, vno contentus ero. Fuit igitur hujus generis Tullia de ambitu: qua lege aliam plebi, aliam Senatoribus irrogatam eſſe pœnam, conſtat ex Orat. pro Muræna.

LEGVM ROMANARVM accommodata ad literarum ordinem enumeratio.

Quid autem in hoc legum ſyntagmate hac poſtrema editione præſtiterimus, docebit te epiſtola ad Lectorem, Præfationi Adiuncta.

A

ACILIA Minutia, de pace Carthaginenſium, Tulere M. Acilius, & Qu. Minutius Tribuni pl. Cornelio Ælio Coſſ. anno ab vrbe condita DLII. Vellentne juberentne Senatum decernere, vt cum Carthaginenſibus pax fieret? & quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitus deportare juberent? De pace, vti rogas, omnes tribus juſſerunt pacem dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare. Liu. lib. 30.

Acilia, DE COLONIIS DEDVCENDIS Tulit C. Acilius Tribunus plebis, Cornelio, Minutio Coſſ. Anno ab V. C. DLVI. vt quinque Coloniæ in oram maritimam deducerentur: quæ ad oſtia fluminum Vulturni, Liternique Vna Puteolos, vna ad Caſtrum Salerni. his Buxentum adjectum: tricenæ familiæ in ſingulas colonias jubebantur mitti. Liu. lib. 32.

Acilia REPETVNDARVM. Tulit eam M. Acilius Glabrio: pater ejus, qui Verris in cauſa prætor fuit, & cum C. Calphurnio Piſone poſt biennium conſulatum geſſit: quæ ab eo in tribunatu plebis lata eſt, vt vult Manutius. Vt repetundarum cauſæ vna actione abſolverentur: id eſt, vt neque reum comperendinari, neque cauſam ampliari liceret. Item, vt qui accuſatores conſtituti eſſent, poteſtatem haberent, literas & publicas & privatas conquirendi, adſignandi, deportandi. Cic. Verrin. 2. & 3. & in ſecundam Aſconius.

ÆBVTIA DE LEGIBVS. Tulit Æbutius Tribun. pleb. Vt 12. Tab. capita, quæ Reip. propter antiquitatem, obſoletaſque res inutilia eſſent, abrogarentur, ſolæque legis actiones Centumviralium cauſarum manerent. Gellius lib. 16. c. 10. Ludovicus Charondas de hac lege in fragmento quodam Romanæ antiquitatis ſic reperi ait: L. Æbutius Trib. pleb. vir popularis, legem tulit ad populum, vt 12. Tab. capita, quæ inutilia eſſent Reip. tollerentur. Quæ lex multis contradicentibus tandem rogata eſt.

Æbutia, LICINIA. Vide Licinia Æbutia.

Ælia, DE COLONIIS DEDVCENDIS. Tulit Qu. Ælius Tubero, Trib. pleb. Cornelio, Sempronio Coſſ Anno DLVIII. vt Latinæ duæ coloniæ, vna in Brutios, altera in Thurinum agrum deducerentur. Liu. lib. 34.

Ælia, DE COL. DED. Tulit Idem, Vt in agrum Latinum Thurinum coloniæ deducerentur. Liu. lib. 35.

Ælia, De comitijs. Tulit Qu. Ælius Coſſ. cum M. Iunio, Anno DCXXVI. vt vulg. Hot. à Tribuno tamen pleb. latam contendit Manutius, vt & Fuſiam, tum & ex Ælia gente neminem vnquam conſulatum geſſiſſe. Et ſane teſtatur Sigonius, eo Anno Conſules fuiſſe A. Manlium, cum Qu. Caſſio Nec vero poſt interfectos, Gracchos, vt vult. Zaſius, & ante Punicum bellum tertium lata eſt hæc lex. Tiberius enim Gracchus, Scævola & Piſone Coſſ. poſt everſam Carthaginem occiſus eſt. Et Cicer. Orat. in Vatinium, ſcribit, leges Æliam & Fuſiam in Gracchorũ ferocitate vixiſſe. Hujus autem Æliæ legis hæc ſunt capita: Vt quoties cum populo ageretur, augures de cœlo ſervarent, magiſtratus & obnunciandi, id eſt, denuntiandi agi per Iovem non dicere, & legiſlationi intercedendi poteſtatem haberent. Nam cum lex ferretur, augures de cœlo ſervabant: magiſtratus, ſi quid obſervatum erat, quo impediti comitia poſſent, nuntiabant. Cic. in Piſon. vbi centum ante Piſonis & Gabinij conſulatum annis latam hanc fuiſſe legem ſcribit, oratorie, & ſuo more. Mentio eſt apud omnes frequentiſſima.

Ælia Sanctia, quæ nominatur in Top. Cic. inducenda eſt auctoribus antiquis libris, ſcientiſque ipſa & hiſtoriæ veritate poſtulant: idque jam pridem interpretum nonnulli docuerunt.

ÆLIA SENTIA, de Teſtamentis. Tulere Sex. Ælius, C. Sentius Coſſ. Anno DCCLVI. Auguſti temporibus. Vt qui ſervi pœnæ cauſa vincti à domino, quibuſve inuſtæ notæ fuerant, quive propter noxam torti, nocenteſve inventi, quive traditi, vt, ferro aut cum beſtijs depugnarent, quive in cuſtodia fuiſſent, ij ſi manumitterentur, non cives Rom. ſed dedititiorum numero eſſent: id eſt, vt ne connubium, neque commercium, neque teſtamenti factionem haberent. Vt minorum 30. annorum ſervum vindicta aut Teſtamento, niſi cauſa apud conſilium probata manumittere non liceret. Nec dominus annis 20. minor, ſervum, niſi cauſa apud conſilium probata manumitteret. Vt ſervus ab eo domino, qui ſolvendo non eſt, Teſtamento liber eſſe juſſus, & hæres inſtitutus, ſi minor ſit triginta annis, vel in ea cauſa, vt dedititius fieri debet, civis Rom. & hæres ſit. Quod ſi duo pluresve liberi hæredeſve eſſe juſſi ſunt, primo loco ſcriptus liber & hæres ſit. Vt ſi patronus libertum inopem non aluerit, primum libertatis cauſa impoſitis, tam ipſe, quam is, ad quem eam res pertinebit, mulctetur: dein ipſius hæreditate, tum ipſe, tum ipſius liberi priventur, niſi hæres inſtitutus ſit: poſtremo à bonorum poſſeſſione removeatur, præterquam ſecundum tabulas. Ne dominus in manumittendo ſervo, ſervave legem ei de contrahendo matrimonio, quæ civis Rom. libertatem imminuat, imponat: ſi ſecus faxit, ad ejus legitimam hæreditatem non admittatur. Vlpian. tit. 1. Inſtit. & Iuſtin. Inſtit. quibus ex cauſ. manum. non lic. Item Iul. l. qui ſolvend 42. Paulus l. ſi is qui 55. l. 57. l. qui ſolvendo. 60. l. ſi non lex 83. ff. de hæred. Inſtitut. l. ſciendum 70. ff de verbor. ſignific. l. prima. Cod. qui manum. non poſſ. l. 3. §. 8. ff. de ſuis & legit. l. ſi patronus, 31. ff. de bon. liber. Refertur & hoc hujus legis caput, Vt, ſi eſſet donatio facta inter virum & vxorem, maritusque re nondum tradita vita exceſſeret, ne mulier rei vindicationem poſt obitum mariti habet, ſed tantummodo exceptionem, ſi non poſſideret contra petitores, vt habetur in Auth. Conſtit. 161. vbi etiam addit Imperator, Rempub. hanc legem à corpore legum ſuarum ablegaſſe.

Ælia, de Statilio. Tulit, C. Ælius Tribun. pleb. qua damnatus eſt Stennius Statilius Lucanus, quod Thurinos, infeſtaſſet. Plin. lib. 34. cap. 6.

ÆMILIA CIBARIA, Tulit M. Æmilius Lepidus Conſul cum Qu. Luctatio Catulo, Anno 675. Hac non ſumptus cœnarum, ſed ciborum genus & modus præfinitus eſt. Gell. lib. 2. cap. 24. Macrob. Saturn. lib. 3. c. 16. Plin. 8. c. 57. Sorices & ipſos hyeme condi, auctor eſt Nigidius, ſicut glires, quos Cenſoriæ leges princepſque Scaurus in conſulatu, non alio modo cœnis ademere, quam conchylia, aut ex alio orbe advectas aues.

ÆMILIA, DE CENSVRA. Tulit M. Æmilius Dictator, Anno 380. Ne cenſura, quæ vſque eo quinquennalis fuerat, plus quam annua ac ſemeſtris eſſet. Liu. lib. 4. & 9. Hujus etiam meminit Feneſtella cap. 17. de Cenſoribus, latamque ſcribit Iulio Virgilio, M. Appio conſulibus corrupte tamen, ſi Liuij chronologiem exacte conſideres.

Allia, De Terminis. Tulit. Ejus caput legitur in lib. de agrorum conditiones valde corruptum, ſed ex Roſcia, quam ſuo loco deſcribemus, ſic caſtigatur eam Hot. Quæ colonia hac lege deducta, quodve municipium conſtitutum erit, qui limites decumani, quæcunque foſſæ in eo agro erunt, qui ager hac lege datus, aſſignatus erit, ne quis eos limites decumanos obſepito, neve quod in eis immolitum, neve quid ibi poſitum habeto, neve eos arato, neve eas foſſas obturato, neve quis ſepito, quo minus itinere aqua ire fluere poſſit. Si quis adverſus ea quid fecerit, in res ſingulas, quotieſcunque fecerit, HS. IɔɔƆ. colonis, municipibuſve ijs, in quorum agro id factum erit, dare damnas eſto: pecuniæ qui volet petitio hac lege eſto.

AMPIA LABIENA, de Cn. Pompeio. Tulere T. Ampius, T. Labienus Tribu. pleb. Metello, Afranio, Coſſ. Anno 693. Vt Cn. Pompeius victor ex Aſia ludis circenſibus corona aurea, & omni cultu triumphantium vteretur, ſcenis autem prætexta, coronaque aurea, Velleius lib. 2.

ANNARIA, Lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magiſtratus capiendi. Feſtus, vide villia.

ANTIA SVMPTVARIA. Tulit Antius Reſtio. De ſumptu in convivia. &, vt qui magiſtratus eſſet, magiſtratumve capturus eſſet, ne quo ad cœnam, niſi ad certas perſonas iret. Gell. lib. 2. c. 24. Macrob. lib. 3. c. 17.

ANTISTIA. De Satricanis. Tulit M. Antiſtius Tribun. pleb. Foſſio (vt opinatur Hotom.) Plautio Coſſ. Anno 435. Vt Senatui de Satricanis civibus, Rom. ſententiæ ferendæ jus eſſet. Liu. lib. 26.

ANTONIA IVDICIARIA. Tulit M. Antonius Coſſ cum C Iulio, Anno 709 Vt tertia judicum decuria e centurionibus ante ſignanis, alaudis, manipularib. fieret. Cic. Phil. 1. & 5. Sue. in Auguſt. ex quo etiam intelligi poteſt, hanc non fuiſſe abrogatam, cum ille noſtis Iudicatus eſt, vt vult Zaſ. ſic etiam ſcribit: Ad tres Iudicum decurias quartam addidit ex inferiore cenſu, quæ duceua-

ducenariorum vocaretur, judicarentq; de leuioribus ſummis.

Antonia, De Dictatvra. Tulit idem Triumuir R. P. C. Ne quo vllam ob cauſam de Dictatore creando referret, neve Dictaturam oblatam acciperet: qui ſecus faxit, eum vt necare jus faſque eſſet. Appian. Emphylion, lib. 3.

Antonia Maiestatis. Tulit idem Triumuir, quæ damnatis de Maieſtate, vt refert Manutius, prouocationem ad populum dabat, quod antea in vno perduellione, omnium de maieſtate criminum grauiſſimo, licebat.

Antonia De Nomine Mensis, Iulij. Tulit idem, vt qui menſis antea Quintilis vocabatur, quod à Martio, qui priſcis temporibus primus fuerat, quintus eſſet, is à C. Iulij Cæſaris nomine Iulius deinceps diceretur: quod hoc menſe ad 4. Idus Quintil. Iulius natus eſſet. Macrob. lib. Saturn. 1 c. 12.

Antonia, De Svffragiis pop. Tulit L. Antonius: qua cum Caio Cæſare magiſtratus partitus eſt. Cic. Philip. 7.

Antonia, De Sacerdotiis. Tulit idem. Vt jus cooptandorum Sacerdotum à populo ad illorum collegium iterum transferretur. Dio lib. 37.

Apvleia, De colonijs. Tulit Appuleius Saturninus Trib. pl C. Mario. V I. L. Valerio Coſſ. anno 653. Vt in ſingulas colonias ternos ciues Ro. C. Marius facere poſſet. Cic. pro Balbo.

Appuleia Agraria. Tulit idem eodem anno. Vt quem agrum C. marius Conſ. in Gallia pulſis Cimbris, in ditionem pop. R. redegiſſet, is populo R. diuideretur, & ſi ita lex ſciuiſſet, intra diem 5. à ſingulis Senatorib. in eam juraretur: qui non juraſſet, ei mulcta pœna eſſet. Appia lib. de bell. ciuil. 1.

Apuleia Maiestatis. Tulit idem. Meminit Cic. lib. de Orat. 2. vbi de cauſa Norbani loquitur, quem defendit Antonius maieſtatis Appuleia lege poſtulatum: quod ſcilicet, ſeditione populi concitata quod ad maieſtatem pertinuit, Qu. Seruilium Cæpionem innocentem damnaſſet.

Apuleia, De Metello. Tulit idem, Vt Q. Metello Numidico Conſuli, quod legi ipſius Agrariæ, quæ intra quintum diem jurari in eam jubebat, non paruiſſet, aqua & igni interdiceretur. Appia. lib. de bell. ciu. 1. Cic. pro Sextio, & pro domo.

Aqvilia, De Damno injuria dato. Tulit C. Aquilius Gallus Tribun. pleb. vt ſcribit Vlp. l. 1. ff. ad l. Aquil. ex quo plebiſcitum verius appellatur. Ejus tria capita fuere, quorum primum & tertium his extat verbis: Qui ſeruum ſeruamve, alienum alienamve, quadrupedemve pecudem injuria occiderit: quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas eſto. Cæterarum rerum præter hominem & pecudem occiſos, ſi quis alteri damnum faxit, quod vſſerit, fregerit, ruperit injuria: quanti ea res in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas eſto: Aduerſus infitiantem in duplum actio eſto. Hanc autem putat Hotomanus eſſe legem, de qua Cic in Bruto ſic loquitur: Atque eodem tempore accuſator de plebe L. Cæſulenus fuit, quem ego audiui jam ſenem, cum ab L. Sabelio mulctam l. Aquilia de juſtitia petiuiſſet. Vult enim legi Damni injvria: & mulctam intelligi, quanti plurimi æſtimationem. Secundum caput, quod in deſuetudinem abijt, videtur fuiſſe Cotacio, de quavis alia ratione damni dati etiamſi non fuerit læſa res noſtra ſed intercepta nobis forte vtilitas quædam. Vt aduerſus piſcatorem ſocium à Plinio proditum eſt lib. 9. c. 59. qui Anthiam conciliatorem capturæ & ducem ceperat, cum is in macello agnitus eſſet à ſocio, cujus injuria erat, damni dati editam formulam, condemnatumque æſtimata lite 10 libris Conſtat enim, ſocium pro ſocio tener l. Aquil. l. 47 ff pro ſocio.

Aternia Tarpeia, De Mvlcta. Tulere Sp. Tarpeius Montanus Capitolinus, A. Aterius Coſſ. Anno 298. Vt omnib. magiſtratibus mulctæ dicendæ jus eſſet; cum antea ſolis Conſulib. id liceret: ita tamen, ne vel duos boues, vel triginta oues excederet. Vt cum mulcta pecoris armentique à magiſtratibus diceretur, bos centuſſis, ouis decuſſis æſtimaretur. Dionyſius li 10. Gell. li. 11. c 1 & Feſt. li 14 in voce, Peculatus. Notandum autem, legem hanc ſæpe Tarpeiam tantum vocari; vt apud Feſtum loco præcitato: alias enim Ateriam, vt apud Gell. vbi tamen corrupte Aternia legitur. Ad hujus autem primum caput reſpexiſſe videtur Vlp. l. vn ff. ſi quis jus dic. non obtemp. dum ait: Omnibus magiſtratibus ſecundum jus poteſtatis ſuę conceſſum eſt Iuriſdictionem pœnali judicio defendere.

Atia, De Sacerdotiis. Tulit T. Atius Labienus Trib. pleb. L. Iulio, C. Marcio Coſſ. Anno 699. Vt populus ſacerdotia, (quemadmodum olim l. Domitia) mandaret, cum antea ſacerdotes l. Cornelia à Pontificum collegio crearentur. Dio lib. 37.

Atilia, De Deditisiis. Tulit L. Atilius Trib. pleb. Claudio, Valerio Coſſ. Ann. 541. Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui ſe dediderunt in arbitrium ditionemque pop. Romani, Fuluio Proconſuli, quæque vna ſecum dediderunt, agrum vrbemque, diuina humanaque, vtenſiliaque, ſiue quid aliud dediderunt: de his rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quirites. Plebs ſic juſſit: Quod Senatus maxima pars cenſeat, qui adſidetis, id volumus, jubemuſque. Hæc Liu. lib. 26.

Attilia Martia, De Tribunis militum. Tulere L. Ælius, C. Martius Trib. pleb. Iunio Æmilio Coſſ. Anno 641. Vt Tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones à populo crearentur. Quæ antea, perquam paucis ſuffragio populi relictis locis: Dictatorum & Conſulum ferme fuerant beneficia. Liu. lib. 9.

Atilia, De Tvtelis Tulit. Vt mulieribus pupilliſve tutores non habentibus, à Prætore & maiore Tribunorum plebis parte darentur. Vlpianus capite Inſtitutio. 11. Imperator, D. Atiliano tutore Liuius li. 39. Hæc tamen poſtea à Claudio Imperatore abrogata fuiſſe videtur, cum ſcribat Suetonius, ſanxiſſe Claudium, vt Conſules pupillis vtriuſque ſexus tutores darent: quod viciſſim ab Antonio Philoſopho ſublatum refert Capitolinus, ab eoque Prætorem tutelarum inſtitutum, Hęc autem, vt volunt quidam, Romæ tantum locum habebat.

Atinia, De Vsvcapionibvs. Tulit, Vt quod ſurreptum eſſet, eius rei æterna auctoritas eſſet, niſi, ſi in eius, cui ſurreptum eſſet, poteſtatem reuertiſſet. Gell. lib. 17. cap. 7. Paul. l. 4. §. ff. de vſurpat. Iulianus l. 33. euſdem tit. §. furtiuæ. Inſtit. vſucap. Cic. Verrin. 3.

Atinia De Trib. Pleb. Tulit. Vt qui Tribun. pleb. eſſet, idem Senator eſſet, dicendæque in ſenatu ſententiæ jus haberet. Gell. lib. 14. c. vlt.

Avrelia, De Trib. Pleb. Tulit C. Aurelius Cotta Coſſ. cum L. Octauio. Anno 678. Vt Tribun. plebis liceret poſtea alios magiſtratus capere: quod lege Syllæ ijs erat ademptum. Pædianus in Corneliana Verr. 1. Liuius lib 97. Vellejus lib. 2.

Aurelia Ivdiciaria. Tulit C. Aurelius Cotta prętor, M. Craſſo, Cn. Pompeio primum Coſſ. Anno 683. Vt judicia, quæ penes ſolos Senatores erant, inter Senatores & equeſtrem ordinem & Tribunos ærarios communicarentur. Cic. in Verrinis ſæpe, Aſconius in eaſdem, in Orat. pro Cornelio & in Piſonem. Florus vero Epitome 97. Vellejus lib. 2. vbi tamen Tribunos ærarios non nominat.

B.

Bæbia, De Prætoribvs. Tulit. Vt alternis annis quaterni Prætores crearentur. Liuius lib. 40. Feſtus nominat lib. 16. in voce, Rogat.

C.

Cadvcaria. Vide infra Iulia Caducaria.

Caecilia, De Pvblicanis. Tulit Cæcilius Metellus, C. Flaminius. L. Æmilius Cæus. dedere ad populum ferendam, cum illis non liceret. Plinius lib. 35. c. 17.

Cæcilia Didia, De Legibvs: Tulerunt Qu. Cæcilius Metellus, T. Didius Coſſ. Anno 655. Ne multis de rebus conjunctim vna rogatione ad populum ferretur, ne populo neceſſe eſſet in conjunctis rebus complurib. aut id quod nollet accipere, aut id quod vellet repudiare. Item, vt in legib promulgandis trinundinum ſeruaretur. Cic. Philip. 5. pro Domo ſua, & ad Atticum Epiſt. 1. Manutius autem Cæciliam Didiam non vnam legem eſſe contendit, ſed duas diuerſa ſententia latas: vt primum quidem caput ad priorem, poſterius ad illam referatur.

Cæcilia, De Censoribvs. Tulit Qu. Cæcilius, Qu. Fu. Metellus Pius, Scipio Coſ. cum Pompeio. An. 701. Vt Cenſoria poteſtas, quam P. Clodius Trib. pleb. imminuerat, reſtitueretur. Dio lib. 40.

Cæcilia repetundarum. Tulit Qu. Cæcilius Tribun. pleb; Nominatus à Valerio Max. li 6. c. 12. hac qua L. Lentulum, qui poſtea cenſor fuit damnatum refert. Lata eſt, vt cenſet Manutius, L. Marcio, L. Manilio Coſſ. Anno 601. quo anno lex Calpurnia lata eſt, vel certe Sp. Poſthumio L. calpurnio.

Cæcilia De Vectigalibus Italiæ, & tributis tollendis. Tulit Q. cæcilius Metellus Nepos, Prætor, L. Afranio, Q. Metello celere Coſſ. Anno 693. Vt Italia à vectigalibus immunis eſſet. Dio li. 37. cic. lib. 2. Epiſt. ad Atticum: Portorijs Italiæ ſublatis, agro campano diuiſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter vicesimam.

Cæcilia, de ſuffragijs. Tulit cæcilius Trib. plebis, Q. cæcilio T. Flaminio Coſſ. Anno 630. Vt etiam in perduellionis judicio, quod caſſia lege Tabellaria exceptum erat populus non voce, ſed tabella ſententiam ferret. cic. lib. de leg. 3.

Callidia, De Metello reuocando. Tulit Qu. callidius Trib. ple. Vt Qu. Metellus, qui quod in Saturnini legem jurare noluerat, exilio damnatus erat, in ciuitatem reuocaretur. Valer. Max. lib. 5. c. 2. cicero pro Plancio.

Calpvrnia Repetundarum. Tulit L. calpurnius Piſo Tri. pleb. L. Marcio, L. Manilio coſſ. Anno 604. nulla antea cum fuiſſet. Vt quibus in prouincijs magiſtratus popul. R. eorumve comites pecunias contra leges cepiſſent, earum prouinciarum homines judicio Romæ conſtituto ſuas pecunias peterent. Cic. De offic. 2. in Bruto & Verrina 5.

Calpurnia, De Ambitv. Tulit C. calpurnius Piſo coſ. cum M. Glabrione Anno 686. Sigonius 685. Vt ambitus damnati omni honoris petitione prohiberentur, certaque pecunia mulctarentur. Dio lib 36. Cic pro Muræna, pro Cornelio et eam Aſcon. Hac lege accuſatoribus præmium fuiſſe refert Manutius, vt ſi ipſi damnati eſſent, aliorumque eodem in genere culpam demonſtraſſent, in integrum reſtituerentur, ex Orat. pro cluentio, quam poſt calpurniam legem habitam idem cenſet.

Calpurnia, De civitate ciſcunna hiſto. 4. Militrs vt lex Cal-

putnia conceſſerat, virtutis ergo ciuitate donati. Hæc Nonius refert in voce, Ergo.

Canvleia, de patrum connubiis. Tulit. G. Canuleius, Tribu. pleb. M. Genutio, & C. Curtio Coſſ. Anno 309. adverſus leg. XII. Tabu. qua cautum erat, Ne liceret Patriciis coniungi connubio cum plebeis. Huius hæc referuntur capita, vt plebeium patribus connubiorum jus eſſet. Vt tribuni militum conſulari poteſtate promiſcue ex patribus ac plebe crearentur, Auguſtinus lib. De ciuitate Dei, 3. c. 17. Liuius lib 4.

Cassia agraria. Tulit. Sp. Caſſius Conſul. cum Virginio Anno 267. Vt ex agro Hernicis, quibus cum fœdus ictum erat adempto, dimidium Latinis, dimidium plebi diuideretur. Lex tamen non tenuit. Liu. lib. 2. Valer. 5. c. 8.

Caſſia, De Senatu. Hanc tulit. L. Caſſius. L. F. Longinus, Tribunus pleb. C. Mario, C. Flavio, Coſſ. Anno 646. Vt quem populus damnaſſet, cuius Imperium abrogaſſet, in Senatu ne eſſet Aſcon. in Corn. Tulit autem eam Caſſius maxime propter ſimultates, cum Q. Seruilio Cæpione, qui ante biennium Conſul fuerat, & cui populus Imperium abrogaverat, ob male geſtum bellum.

Cassia, De ſuffragiis. Tulit L. Caſſius, Tribunus pleb. Lepido & Mancino Coſſ. Anno 616. Vt Iudices ſententias, quas voce dicebant, tabellis ferrent, in his etiam populus ipſe, duntaxat cum de mulctis judicaret, non de capite, nimirum in perduellionis judicio, Cic. in Lælio, vbi hanc legem biennio poſt Gabiniam latam ſcribit, item in Bruto, & lib. de legib. 3. Item Aſcon. in Cornelianam & Verrinam 1.

Caſſia, De Pauli triumpho. Tulit Qu. Caſſius Prætor, Ælio, Iunio Coſſ. Anno 586. Vt Paulo, Anicio, & Octauio, ex bello Macedonico victoria redeuntibus, quo die vrbem triumphantes inveherentur, Imperium eſſet. Liu. lib. 45.

Caſſia, De Senatu ſupplendo. Tulit C. Caſſius Prætor, Dictatore Iulio Cæſare. Vt in numerum Patriciorum, qui Senatui deeſſent, alij ſublegerentur. Tacitus lib. 11. Suet. autem Iulio Cæſare ſcribit, eum Senatum ſuppleviſſe, patricios allegiſſe, Prætorum, Ædilium, Quæſtorum, minorum etiam Magiſtratuum numerum ampliaſſe. Vtrum autem illa Caſſia lege an alia, incertum eſt.

Cincia, De donis & muneribus. Tulit M. Cincius Tribunus, pl. Cornelio, Sempronio Coſſ. Anno 549. Vt ne plus ducentis aureis donare liceret, extra quam ſi conjunctis perſonis donaretur, quod ea amplius donatum eſſet, ratum non eſſet, argum. l. ſancimus, C. de donatio. Vlp. c. Inſt. 1. lege 4. & 5. C. Th. de donat. Vt in donatione quibuſcunque perſonis facta mancipatio traditione adhiberetur, exceptis liberorum & parentum perſonis quibus cum donatum, hæc ſolemnitas non eſt neceſſaria, d. l. 4. & 5. Ne quis ob cauſam orandam donum munuſve caperet. Liuius lib. 34. Tacit. lib. 13. Cic. in Catone, ad Atticum 1. & de Ora. Feſtus hanc muneralem à Plauto vocari ſcribit.

Neque muneralem legem, neque lenoniam,
Rogata fuerit necne flocci æſtimo.

Quod autem hac cautum ſcribit, Ne cui liceret munus accipere, non de omnib. generatim, ſed de patronis tantum accipiendum eſt, Idem lege Titia cautum fuit, de qua ſuo loco. Sed primus omnium ob defenſum negotium, vt ait Ammianus lib. 30. pecuniam accepit Antipho Rhamnuſius. Poſtea Claudius Imperator vſque ad X H. S. capi permiſit, quod & Nero confirmavit, vt refert Suetonius, cui adſtipulatur Tacitus li. 11. Et Plin. in 6. Epiſt. ad Rufum, ICtis permiſſum videtur capere vſque ad 100. aureos l. 1. §. ſi cui cautum, D. de var. & ext. cogn.

Clavdia, De liberali cauſa. Tulit Ap. Claudius Decemvir, cum collegis, Anno 302. Vt eum qui in ſervitutem aſſeretur, vindiciæ ſecundum libertatem darentur. Liuius lib. 3. Dionyſ. lib. 10. Videtur autem hæc lex deſumpta è Solonis lege quadam, in qua ſic ſcriptum eſt. Σώματος εἰς δουλείαν ἐξ ἐλευθερίας ἀγομένου, τὸν ἀφαιρούμενον εἰς ἐλευθερίαν, ἀλλὰ τὸν φυλάττοντα κύριον εἶναι μέχρι δίκης.

Clavdia. De Senatorum quæſt. Tulit Qu. Claudius Tribun. pl. P. Cornel. T. Sempronio Coſſ. Anno 535. adjuvante vno patrum C. Flamin. Ne quis Senator, quive Senatoris pater fuiſſet, maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum eſſet, haberet. Id ſatis habitum ad fructus ex agris vectandos: quæſtus omnis patrib. indecorus viſus eſt. Li. lib. 21. & Ci. Verrin. 7. Videndum etiam, nunquid ad hanc Claudiam pertineat, quod Pædianus ſcribit in Cornelianam, his verbis: Antonius redempta habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem Senatori habere licet per legem. Hanc autem legem poſtea in Iuliam de repetundis Cæſar Dictator tranſtulit: nam ex lege Iulia repetundarum Senatoribus habere naues non licuit, inquit Scævola in l. his qui naues, de vacat. mu.

Clavdia, De Scribarū negociatione. Videtur, inquit, Ho. proximæ Claudiæ pars fuiſſe. Suet. in Domitiano, Scribas quæſtorios negociātes ex conſuetudine, ſed contra Claudiam legem, venia in præteritum donavit. Aliud eadē lege nihil reperitur.

Clavdia, De sociis ac nominis Latini. Tulit C. Claudius Coſ. cum T. Sempronio, Ann. 576. Qui ſocij ac nominis Latini cenſi eſſent, vt omnes in ſuam quiſque ciuitatem ante Kalen. Novembr. redirent. Vt Dictator, Conſul, Interrex, Cenſor, Prætor, qui nunc eſſet apud forum, darent operam, vt qui manumitterentur, in libertatem vindicarentur, juſiurandum daret, qui eum manumitteret, ciuitatis mutandæ cauſa manu non mittere, qui id non juraret, cum manumittendum non cenſuerunt: Liu. lib. 41.

Clavdia, De comitiis. Tulit M. Claudius Marcellus Coſſ. cum Seru. Sulpitio, Anno 609. Ne in magiſtratuum comitijs abſentium ratio haberetur. Suetonius in Cæſare.

Clavdia De colonia Novicomi. Tulit Idem M. Marcellus, Vt colonis, quos rogatione Vatinia Nouumcomum Cæſar deduxiſſet, ciuitas adimeretur: quod per ambitionem, & vltra præſcriptum data eſſet. Sueton. in Cæſare.

Clavdia, de fœnore. Tulit Claudius Cæſar, Ne creditores in mortem parentum pecunias filiisfam. fœnori darent. Tacitus lib. 11. vbi aperte legem latam affirmat.

Clavdia, de re nummaria Tulit. Vt victoriatus nummus, qui ex Illyrico adjectus mercis loco habebatur, Romæ percuteretur, & eadem victoriæ nota obſignaretur. Plin. lib. 33. c. 3.

Clavdia, De tutelis. Tulit, Vt ne agnati mulierum tutelā legitimam recipere cogerētur. Vlp. tit. 11. & Imp. l. 3. C. de legit. tit.

Clavdia Frvmentaria, ſeu de annona Tulit. P. Clodius, Tribun. plebis, Piſone, Gabinio Coſ. Anno DCXCV. Vt frumentum populo, quod antea ſenis æris, ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur, & Sext. Claudio frumentaria procuratio mandaretur. Aſcon. in Piſonianam, Cicero pro Seſtio & in Piſonem, & pro Domo.

Clodia, De comitiis. Tulit Idē. Ne quis per eos dies, quib. cum populo agi liceret, de cœlo ſervaret. Vt omnib. faſtis legem ferri liceret, qua de cauſa legem Æliam & Fuſiam, propugnacula & muros tranquillitatis à Clodio ſublatam toties Cicero queritur, in Sextiana, Piſoniana, & in hanc Aſconius, & Dio lib. 38.

Clodia, De injuriis publicis. Tulit Idem, ſed de ea nihil me legiſſe puto, præter hæc Ciceronis in ea pro Domo. At tu etiam legem de injuriis publicis tuliſti, Anagnino neſcio cui Menullę per gratiam, qui tibi ob eam legem ſtatuam in meis ædibus poſuit, vt locus ipſe in tua tanta injuria legem & inſcriptionem refelleret.

Clodia, De VI. Tulit Idem. Vt de iis, qui ciues Rom. ſine Iudicio populi, indictaque cauſa necaſſent, quæſtio haberetur. Tulit autem ob Ciceronem, & alios, à quibus necati erant Catilinarij, quamvis nominatim de Cicerone nullam faceret mentionem. Velleius lib. 2. Dio 38. Cic. ad Atticum III.

Clodia, De M. Tvllio. Tulit Idem. Vt M. Tullio Cicer. quod falſum Sc. retuliſſet, quod ciues Rom. indemnatos necaſſent, aquæ & igni interdictum eſſet, neve ei intra quingenta paſſuum millia liceret eſſe, ne quis de ipſius reditu ad Senatum referret, ne quis ſententiam diceret, ne diſputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret ſententiam, ne ſcribendo adeſſet. Cic. pro Domo ſua, Poſt reditum in Sen. & lib. ad Attic. III. & Dio lib. 38.

Clodia, De provinciis. Tulit Idem. Vt Gabinio Syria Babylon Perſæ, Piſoni Macedonia, Achaia, Theſſalia, Græcia, omniſque Bœotia pro conſulari Imperio mandaretur, ijſque cum exercitu in eas provincias ituris, pecunia ex ærario attribueretur Cicero pro Domo, & in Sextiana.

Clodia, De intercessione. Tulit Idem Clodius. Vt libera & ſoluta in ferendis legibus Tribunorum plebis poteſtas eſſet, neque intercessione impediretur. Cic. in Sextiana. Novem enim Tribunis vnus obſiſtere poterat. Dio lib. 38.

Clodia, De collegiis. Tulit Idem. Vt collegia, id eſt, conventus artificum à Numa inſtituti, & magna ex parte partim legib. partim Sc. ſublati, reſtituerentur, multique alij conſtituerentur. Cicero. in Sextiana, Piſoniana, pro domo ſua, Pedianus in Corne. & Dio lib. 38. Plutar. autem de Collegijs à Numa inſtitutis hæc refert, Ex pleriſque, inquit, ejus inſtitutis, diſtributio multitudinis per artificia maxime admiratione digna habetur, nam cum ciuitas ex Sabinis & Rom. conſtaret, eſſentque inter eos crebræ contentiones, ſtatuit eos Numa in plures partes ſecare vt magnas illas duas factiones in plures & minutas partes diſſectas, penitus tolleret. Fuit autem hæc diſtributio ex ratione artificiorum facta, vtpote tibicinum, aurificum, architectorum, tinctorum, cerdonum, coriariorum, fabrorum, figulorum, eademque ratione reliquorum artificum, atque ijs, cum certos conventus, tum etiam deos quos colerent, pro dignitate cuiuſque attribuit. Tum primum factiones illæ ex vrbe ſublatæ ſunt, vt alij Sabini, alij Romani, alij Tatij, alij Romuli ciues inuidioſis nominibus dicerentur.

Clodia, De regno Cypri. Tulit Idem, vt Cyprus inſula in provinciæ formam redigeretur, vt Ptolemæus rex Cypri ſedens cum purpura & ſceptro & illis inſignib. regiis præconi publico ſubijceretur, & cum bonis omnibus publicaretur. Vt M. Cato Quæſtor cum jure prætorio, adiuncto etiam Quæſtore mitteretur in Inſulam Cyprum, & regiæ Gazæ vendendę & pecunię deportandæ præficeretur. Vt qui Bizantij rerum capitalium damnati exularent, pop. Ro. nomine in eam ciuitatem reducerentur. Cic. pro Domo ſua, pro. Sex. De prov. conſ. Velleius l. 2. Plutar. in Vitis.

Clodia,

Clodia, DE PESSINVNTIO SACERDOTIO. Tulit idem. Vt Peſſinuntius Matris magnæ ſacerdos, ſuo ſacerdotio ſpoliaretur, fanumque illud Brogitaro Gallo græco attribueretur. Cic. pro Sextio, De harusp. reſp.

Clodia, DE CENSORIBVS. Tulit idem. Ne quē Cēſores in legendo prætirē, neve qua ignominiā afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & vtriuſque Cēſoris ſentētia damnatus eſſet. Aſco. in Piſonianā Cicc. in eadem, in Milonianā & Sextianā. Hac autē lege Cenſoriæ poteſtatis jus imminutū eſt, quod quadringentis annis in Rep. vt inquit in Piſ. Cicero, retentū fuerat. Antea enim cenſoribus notam apponere licuit etiam non accuſatis, & quod vnus ſtatuiſſet, niſi alter diſerte intercelliſſet, aut nota ū liberaſſet, ratū ſtatū erat, ac ſi vtriuſque judicio eſſet damnatus.

CORNELIA, de patriciis. Tulit cum collegis Sext. Cornelius Tribu. milit. Anno 370. Ne quis patricius in arce aut capitolio habitaret. Livius libro 6. Dionyſ. lib. 4.

Cornelia, de bello Antiochi. Tulit. P. Cornelius Conſul cum M. Acilio, Ann. 562. Vellent juberent ne cum Antiocho rege quique ſectam ejus ſecuti eſſent, bellum iniri. Livius lib. 36.

CORNELIA BÆBIA, de ambitu. Tulere P. Cornelius, M. Bebius Coſs. Ann. 572. Livius li. 40. Florus præterea Epit. 47. legem de ambitu latam reſtatur.

Cornelia, de C. Mario. Tulit L. Cornelius Cinna Coſ. cum Cn. Octavio, Ann. 666. vt C. Marius qui à L. Sylla oppreſſus profugerat, in vrbem, reciperetur. Velleius lib. 2. App.

Cornelia judiciaria. Tulit L. Cornelius Sylla dictator & Coſſ. cum Qu. Metello An. 673. Vt judicia equeſtri ordini adempta in ſolum ordinem Senatorium trāsferrentur, ita quadsat annorum ratio ab Aſconio tradita, cum ait: Equites à lege Sempronia ad hanc legem annos, quadraginta judicaſſe cum Cicero oratorio more dicat prope quadraginta Flor. Epit. 89. Aſco. in Divin. & Cicc. in eadem. Hujus eiuſdem fuiſſe pars videtur caput illud quod Cic. Verr. 4. commemorat, Nec cui extraordinem Senatorium rejiciendi amplius quam trium judicum poteſtas eſſet.

Cornelia REPETVNDARVM. Tulit idem. Vt in repetundarum judicio reus omnino cōperendinaretur, nec vna actione ea cauſa abſolveretur. Vt certi dies provincialibus, magiſtratibus quib. ſucceſſum eſſet, decedēdi cauſa præſtituti eſſent. Vt legatis ſumptus præſcriberetur. Vt accuſatori liceret omnib. teſtimonium denunciare, præterquam defenſoris, item omnia clauſa tei obſignare, & literas omnes, tum publicas, tum privatas, quibus inſtrui poſſet accuſatio præter literas publicanorum, Romam deportare liceret. Cic. Verr. & ibi eam Aſconius.

Cornelia AGRARIA. Tulit idem. Vt proſcriptorum agri publici eſſent: quod maxime de iis agris intelligendum eſt, qui in Thuſcia circa Volaterras ac Feſulas erant: quos militibus ſuis Sylla diviſit Cicero contra Rullum Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam aſſignati, neque venditi, qui à paucis hominibus impudentiſſime poſſidentur. Idem pro Roſcio Amerino. contra Rullum. Salluſtius in Catilin.

Cornelia SVMPTVARIA. Tulit idem. Vt Calendis, Idibus, Nonis, diebus ludorum, & feriis quibuſdam ſolemnibus H.S. tricenos in cœnam inſumere, jus poteſtaſque eſſet: cæteris autem aliis diebus omnibus non amplius ternos. ſunt minora precia rebus impoſita. Gell. li. 2. c. 24. Macrob. li. Satur. 3. c. 7. & Plut. in Sylla.

Cornelia, DE MVNICIPIIS. Tulit idem. Vt municipiis omnibus jus civitatis agrique adimeretur. Cic. pro domo ſua, pro Cæcina, Appianus belli civilis lib. 2.

Cornelia, DE MAGISTRATIBVS, Tulit. vt opinatur Hot. idem Vt qui cum imperio in provinciā profectus eſſet tandiu illud imperium retineret, quoad in vrbem reverſus eſſet; cum antea certo ac profinito tempore imperium illud terminaretur; & ſi ſucceſſor non mitteretur nova rogatione ad Imperium prorogandum opus eſſet. Item vt triginta tantum dies, poſtquam ſucceſſor miſſus eſſet, magiſtratui ad decedendum concederentur, Cic. epiſt. 9. ad Lentulum & lib. 3. ad App epiſt. 6.

Cornelia DE SVMPTIBVS FVNERVM. Tulit idem Plutar. in vita ſeius.

Cornelia, De TRIBVNIS PLEBIS. Tulit idem Ne tribunis pleb. ferendarum legū, concionandive jus eſſet, neve ad eos provocatio eſſet, vt ne iis intercedere liceret: neve iis qui Tribuni plebis fuiſſent, alios poſtea magiſtratus capere liceret. Cicer. de legib. 3. Cæſar comment. Gal lib. 1. Plutarchus in eius vita Florus in Epi. Appia De bello civili: 1. Aſcon. in 3. Verrin.

Cornelia, De PROVINCIIS. Tulit idem. Ne quis plus anno provinciæ præeſſet. Cic. ad Appium, lib. fam. 5. Item vt Senatus quaſdam provincias decerneret.

Cornelia, DE MAGISTRATIBVS. Tulit idem: Vt iis, qui ſuas partes in civili bello ſecuti eſſent, honores ante tempus capere jus eſſet: Vt ſi quis magiſtratum peteret, quem ante iniviſſet, niſi decennium interiectum eſſet, ejus ratio non haberetur. Appia. de bel. civil. Vt proſcriptorum liberi bonorum perdendorum poteſtate privarentur. Plin. libro 7. Quint. libro 11. cap. 1. Cicero in Piſo. Dio libro 41.

Cornelia, DE SACERDOTIIS. Tulit idem. Vt jus creandorum ſacerdotum à populo (cujus hac legem Domitia poteſtas erat) ad collegia ſacerdotum transferret atiſque ex veteri more tribunis comitiis cooptarentur. Dio li. 37. Et Aſcon. in Quinar.

Cornelia. DE QVÆSTORIBVS. Tulit idem. Vt viginti Quæſtores ſupplendo ſenatui crearentur, cui judicia tradiderat Taci. li. 2.

Cornelia, DE PROSCRIPTIS. Vide Valeria.

Cornelia MAIESTATIS. Tulit idem Ne quis cum imperio provincias obtinerent, populi ſentuſve in juſſu exercitum de provincia educerent, bellumve ſua ſponte gererent. Cic. in Piſon. Alia contra fratum: quæ Ægiſtratus in Cornelianam ſignificat. Fuit & illud, vt à quaſi ordine vel exercitus ullius dignitas exercetetur, Ammian Marcel lib. 10.

Cornelia. DE SICARIIS ET VENEFICIIS Tulit idem Vt qui hominem occideret, vel venenum pararit, habuerit, vēdiderit, cuiuſque dolo malo incendium factum eſſet, quive hominis occidendi furtive faciendi cauſa cum telo ambulaverit, judicio publico damnetur. Marcia. lib. 1. ff ad l. Cor. de ſic. in quo ſub titulo multa hujus legis capita enumerantur. Ea lege excepti erant, qui proſcriptione Syllana ob relata civium R. capita pecunias ab ærario acceperant, Suet. Cæſare Eiuſdem etiam hoc fuit, vt cum in conſilium iri oporteret. Quæſtor à reo quæreret, clam an palam de ſe ſententiam ferri vellet. Cic. in Cluentia. Item, vt ſi quis domo ſua necatus erit, ex qui ſervos, qui ante quæſtionem fugerint pervestigari, & inde capti, in ſingulos ſervos, quos ejus egiſs convicerit qui nos ancos ea bonis occiſi aut ſi inde redigi ea quantitas cō poſſit, ex publico accipiat. Vt de his qui ante quæſtionem habitam fugerint, ſi aperto teſtamento liberi ſcripti inveniantur, judicium inter ſicarios fiat: ita vt ex vinculis cauſam dicant, & convicti perinde ac ſervi puniantur: & ei qui convicerit, deni aurei præmij nomine dentur ex bonis damnati. Caius l. 25. ff. ad SC. Sylla, Hujus legis meminit Seneca l. b. 1. de Providentia, & li. Declam. 3. item ludo. quem du more Claudij Cæſaris compoſuit.

Cornelio. DE INIVRIIS. Tulit idem, vt Venuleius teſtatur, in l. his accuſare et in ſi ff. de accuſ. Vt in eos, qui quempiam pulſaſſent, verberaſſent, domumve aliena vi introiſſent, judicium daretur. Vt in eo judicio non eſſet, qui ei qui ageret, gener, ſocer, vitricus, privignus, ſobrinuſve eſſet, propriuſve eorum quēquam ea cognatione, affinitateve attingeret, quive eorū cujus, parentiſve eorum cujus patronus eſſet. Vt ſi filiusfa ex omni cauſa injuriarum agit, vi actori iuſiurādum deferre liceat reo an injuriam fecerit. Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiamſi alterius nomine ediderit, vel, ſine nomine: vti de ea re agere liceret: & ſi condemnatus ſit, qui id fecit, inteſtabilis ex lege jubetur. Vlp. l. 5. ff de iniu. & §. ſed & lex. Inſtit. de iniu.

Cornelia, DE FALSO. Tulit idem. De omni falſitatum genere, quæ in nummis, teſtamentis, pactibus, judiciis, tabulis publicis, aliiſque rebus commiſſa, publici judicij pœnam mererentur; de quibus ICti copioſe ſub tit. ad l. Corn. de falſ. Crimina enim fere ſunt innumerata, quibus quod pœna eſſet cōſtituta nulla, hujus legis pœna, partim SCtis, partim Principum reſcriptis partim etiam ICtorum reſponſis attributa eſt. Meminit Cic. Verr. 3. De nat. Deor. 3. & Suet. in Augusto. Pō. l. 2. De orig. iur. Paul. ſent. 4. c. 7 & lib. 5. cap. 24. Neque veriſimile eſt, quod Zaſ. putat, id ſolum falſum hac lege coerceri, quod in teſtamentis commiſſum eſſet: ex l. 9. patet. ff. de falſis, ubi lege Cornelia caveri ait vt qui in aurum vitij quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flaverit, falſi crimine teneatur, &c.

Cornelia DE TESTAMENTIS. Tulit idem. Vt eorum teſtamenta, qui in hoſtium poteſtatem eſſent, perinde rata eſſent, ac ſi hi, qui ea feciſſent, in hoſtium poteſtatem non pervenissent: & hæreditas ex his eodem modo ad vnumquēque pertineret. Iulia. l. 12. ff qui teſt. fac. poſſ. Vlp. c. Inſt. 2. Iavol. ind. 15. De injuſt. rup. & Iuſtin. §. vlt. quib. non eſt permiſſ fac. teſt. Atque ex hac lege inducta fictio eſt. Vt qui captus apud hoſtes decederet, mortuus eodem momento quo captus eſſet, putaretur. Ejuſdem legis caput opinatur illud fuiſſe Hotom. quod in edicto Verris ſignificatur, apud Ciceronem lib. Accuſ. 1. Non Minus multis ſignis, quam è lege oporteat, cautumque de numero teſtium, quos in teſtamentis adhiberi oporteret, fuiſſe.

Cornelia, DE LVSV. Tulit. Ne quis in pecuniam luderet, ſponſionemve ejus rei ergo faceret, niſi qui corporis exercendi cauſa ſuſceptus eſſet, faceret. Veluti ſi certaretur diſco, haſta pilorum jaciendo, curſendo, ſaliendo, luctando, pugnando, quæ Virtutis cauſa fiebant. Vtrum autem hæc lex Reipub. aut Imperatorum temporibus lata ſit, vix ſciri poteſt. Hujus Marcia. l. 3. de aleator mentionem facit.

Cornelia, de iis qui legib. ſolvuntur, Tulit. C. Cornelius. Trib. ple. quem Cicero defendit, C. Piſone. M. Glabrione coſſ Ann. 686 Ne quis in Senatu legibus ſolveretur, niſi cc. affuiſſent: neve quis cum ſolutus eſſet, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur Aſconius in Cornelianam quod eo pertinebat, vt eſſet quidem in Senatus poteſtate, dare extra ordinem imperia, legibuſque ſolvere, ſed ita vt poſt ad populum veteri more de ea referretur. Dio lib. 36.

Cornelia, de juriſdictione prætorum, Hanc idem, etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamē invitis tulit, vt eodem loco ſcribit Aſcon. Vt Prætores ex edictis ſuis perpetuus jus dicerent: quæ

reſtum gratiam ambitioſis Prætoribus, qui varie jus dicere aſſueverant, ſuſtulit. Solebant enim antea Prætores neglectis dictis ſuis perpetuis, vt quiſquis avaritia aut ambitione ducebatur, varie jus dicere: haecque ratione fiebat, vt ſingulis annis nova edicto proponerentur, ipſumque jus Prætorium ob edictorum varietatem turbarentur. Dio lib. 36.

CORNELIA, de natali vrbis Tulit P. Cornelius Dolabella Coſſ. ſtatim poſt Cæſaris necem, vt deinceps is dies natalis verbis haberetur. Appianus lib. De bello, civili ſecundo.

Cornelia. De M. Tullio Cicerone. Tulit Centuriatis comitiis P. Cornelius Lentulus, Conſul. Qu. Metello, Anno DCXVII. & eum omnibus magiſtratibus, præter vnum prætorem App Claudium, P. Clodij fratrem, & duos Trib pleb Sex. Atilium Serranum, & Numerium Quintium, pridie Non Sextiles Vt M Tullio Cicer. redire in civitatem, venireque in Senatum liceret. Cicero pro Domo, pro Sext. in Piſo. in Epiſt. fa. & alibi.

Cornelia, De limitibus, Tulit. Vt per actuarios limites populo ſicut per viam publicam itineris faciendi jus eſſet. Hyginus in libello De limitibus conſtit.

CVRIA, de patrum auctoritate. Tulit M. Curius Dentatus Trib. pleb M Fulvio Pæto, T. Manlio Coſ. An. DCLV. Vt ante comitia magiſtratuū, patres auctores fierent, hoc eſt, vt probare ſeſe dicerent eos magiſtratus, quos populus creaſſet. Hanc legē Cic. in li. de claris Oratoribus Appio Claudio Cæco interrege comitia habente: Livius autem l. 10. P. Sulpitio latā eſſe tradit. de quo hoc tātum dicam, ab eo qui primus interrex eſſet proditus, comitia non haberi ſolita eſſe. Quare ſi duo interreges proditi ſunt, à poſteriore habita eſſe comitia neceſſe eſt. Priorem eſſe proditū Appiū Livius aſſerit, Cicero Sulpitium videtur exiſtimaſſe. Hujus legis etiā meminit Probus De viris illuſt. idem in lege Publicia cautum de comitiis legum fuit.

CVRIATA lex dicebatur olim, quæ in curiatis comitiis, i. e. vniverſi populi ſuffragiis curiatim in forū convenientis, de eorum imperio ferebatur, qui in provincias mittebantur: vide l. quid cuique imperij, atque ornamenti attribui placeret. Poſtea vero non ab vniverſo populo, ſed à XXX. lictoribus ad ſpeciem atque vſurpationem vetuſtatis, h. e. ad triginta veteres curias repræſentandas conſtitutis, jubebatur, Liu. li. 9. Cic. 2. Agraria in Rullū Ferri autem ſolitā à Conſulib. hanc legē idem Cicero in eadem Oratione ſignificat his verbis: Conſulib. legem Curiatam ferentib. à Trib. pleb ſæpe eſt intercessum. idemque cōfirmant illa verba in epiſt. ad Lentulum Legem Curiatam Conſuli ferri opus eſſe, neceſſe non eſt. Nam quod in ſua lege Rullus poſuerat, vt à Prætore ferretur, extraordinarium fuit: quia videbat adduci Conſules minime poſſe, vt eam ferrent, vtpote qui nullum x. viris imperium dare vellent. itaque Ciceronis extant Orationes adverſus legem Rulli de Decemviris.

D.

DECEMVIRALES, de 12. tab. Tulit App. Claudius decemvir, cum collegis, Anno CCCII. Vt leges 12. tabularum ratæ eſſent, eiſque populus pareret. His etiam duas eodem anno tabulas addiderunt, Dionyſ. lib. 10. & Livius lib 3.

DECIA, de duum viris navalibus. Tulit. M. Decius Trib. pleb. Iunio Æmilio coſ. Ann. DCXXLIII. Vt duum viros navales claſſis ornandæ reficiendæque cauſa populus juberet. Livius li. 9.

DIDIA ſumptuaria. Tulit Didius Trib. pleb. vt opinatur Zaſius. Appio Claudio Pulchro, Q. Metello Macedonico Coſ. Anno DCX. Vt vniverſa Italia, non ſola vrbs, lege Fannia ſumptuaria teneretur (I) alis exiſtimantibus Fanniam legem non in ſe, ſed in ſolos vrbanos cives eſſe conſcriptam.) Vt non ſoli qui prandia cœnaſve majore ſumptu feciſſent, ſed etiam, qui ad eas vocati eſſent, atque omnino interfuiſſent, pœnis legis tenerentur. Macrob. lib. 3. c. 17.

DOMITIA de ſacerdotiis. Tulit C. Domitius Ænobarbus Trib pleb. Neronis Imp. atavus, pontificibus offenſior, quod alium quam ſe ſui patris in locum cooptaſſent, C Mario 3. L. Aurelio coſ. An. DCI. Vt non ſacerdotum collegia vt antea quem vellēt cooptarēt, ſed populi id beneficium eſſet Cum autem populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat, rogavit vt minor pars populi id eſt, tribus ſeptemdecim vocarentur: ab ea parte qui eſſet factus, is à Collegio cooptaretur. Suet. Nerone. Velleius lib. 2. Cic in Agra. 2. Epi. 5. ad Brutum, & pro Corn &. Aſcon. in eandem Dio. li. 37. Adde etiam, vt cenſet Manutius hac lege permiſſum vt abſentes quoq; poſſent petere ſacerdotia de ea hunc locū Ciceronis ad Brutū exponens: Ciceronem noſtrum, inquit, in veſtrum collegium adoptari volo, exiſtimo omnino abſentium rationē haberi ſacerdotum comitiis poſſe. nam etiam factum eſt antea. C. n. Marius, cum in Cappadocia eſſet, lege Domitia factus eſt augur. nec quo minus id poſtea liceret, lex vllo ſanxit. Sed & Paterculus autor eſt. C. Cæſarem, cum in Aſia eſſet, Romæ populi ſuffragiis pontificem creatum. Hanc autem legem poſtea L. Sylla rerum potitus abrogavit, vt teſtatur Aſco. ſpoliavitque populum arbitrio, creandorum ſacerdotum: cujus tamen legem aliquot poſt annis T. Atius Labienus trib. pleb. abrogavit. Domitiamque reſtituit.

DVILIA, de magiſtratibus Tulit M Duilius Trib. pleb. Valerio Horatio coſ. Anno CCCIV. Vt qui plebem ſine Trib. pleb. reliquiſſet, quique magiſtratum ſine provocatione creaſſet, tergo & capite puniretur. Livius lib. 3. Dionyſ. lib. 10.

DVILIA MÆNIA, de comitiis. Tulere de Collegij ſententia M. Duilius, L. Mænius Tri. pleb. Martio, Manlio coſ. Ann. CCCXVI. Ne quis poſtea populum ſevocaret, qui hoc faxit, capitale eſſet. Livius lib. 7.

DVILIA MÆNIA, DE FŒNORE. Tulere iidem. Vt fœnus ne majus vnciario exerceretur. Livius lib. 7. Tacitus tamen lib. 7. Fœnus vnciarum 12. tab. legibus conſtitutum fuiſſe tradit.

F.

FABIA, de ambitu. Tulit. Vt certus numerus ſectatorum eſſet, i. eorum qui candidatos in campum deducerent. Cic. in Mur.

FABIA, de plagiariis. Qu. Fabio Leone, & M. Claudio Marcello coſ. An. DLXXI. lata eſt, vt quibuſdam placet, Vt qui hominum ingenuum vel libertinū invitum celaverit, vinctum habuerit, emerit ſciens dolo malo, quive in earū qua re ſocius erit, quiq; ſervo alieno, ſervæve perſuaſerit, vt à domino dominave fugiat vel eū, eamve invito vel inſciēte domino dominave celaverit, vinctū habuerit, emerit ſciēs dolo malo, quive in ea re ſocius erit, judicio pœnaq; pecuniaria dānetur, l. pen & vlt. ff. ad hab. lēg ne ſervus, qui plagiū admiſit, pro quo Dominus pœnā tolerit intra decē annos manumittatur. l. 1. ff. de manumiſſ. Cic. pro C. Rabirio, An de ſervis alienis cōtra legē Fabiā in retentis. plura dicenda ſunt? Et ICti in Pand. item Paulus ſent. lib. 5. c. 7.

FABIA LEX, pro formula dicitur, apud Paulum lib. ſent. 5. c. 3. improprie, cum ea lex non fuerit: ſed actionis formula. Similiter autem Cicero Manilianas venalium vendendorum leges dixit lo lib, Orat 1. pro Cautiones.

FABIA de terminis. Ea igitur in lib De agrorum conditionib. his fere verbis, quæ paucis quibuſdā locis caſtigavit. Hot. Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium, præfecturam, forū, conciliabulum cōſtituerit, in eo agro, qui ager intra fines coloniæ ejus, municipij, fori, conciliabuli præfecturæ erit, limites decumanis vt fiant, terminiq; ſtatuātur. curato quique fines ita ſtatuerit, hi fines eorū ſunt, dū ne extra agrū colonicū, territorū fines ducat: quique termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis quā eorū ejicito, neve cōmoveto, ſciens dolo malo, ſi quis adverſus ea fecerit, in terminos ſingulos quos ejecerit, locove moverit ſciens dolo malo HS. XXV. in publicum eorum, quorū intra fines is ager erit, dare dānas eſto; deque ea re curatoris, qui hac lege erit, juriſdictio, recuperatorumq; datio, addictio eſt. Si curator hac lege non erit, tunc quicūque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro conciliabulo jori dicūdo præerit, magiſtratus de ea re juriſdictio, judiciſque datio addictio eſto: inque eam rem is qui hac lege judicium dederit, teſtib. publice dutaxat in res ſingulas x. denūciandi poteſtatē facito, ita vt è Rep. fideque ſua videbitur Et ſi is vnde ea pecunia petita erit, condēnatus erit, eam pecuniā ab eo deve bonis eius, primo quoque die exigito, ejuſque quod receptum erit partē dimidiā ejus cujus vnius opera maxime is condemnatus erit, partē dimidiam in publicum redigito. Quo ex loco terminus aberit, ſi quis in eum locum terminū reſtituere volet, ſine ſua fraude liceat facere: neve quid cui is ob eam rem hac lege damnas eſto.

FALCIDIA, de teſtamētis. Tulit P. Falcid. Trib pleb. Domitio, Aſinio coſ. Ao. DCCXIV. Ejus hæc quatuor capita memorātur: Qui cives R. ſunt, qui eorum poſt hanc legem rogatā teſtamentum facere volet, ei quā pecuniam quaſque res, quibuſq; dare legare volet, jus poteſtaſq; eſto, vt hac lege licebit. Quicunq; civis R. poſt hanc legem rogatam teſtamentū faceret, is quantam cuique civi R. pecuniam jure publico dare legare volet, jus poteſtaſque eſto, dum ita detur legetur, vt ne minus, quam quartam partē hæreditatis ex eo teſtamento hæres capiant. Eis quibus ita datū legatū erit, eam pecuniā ſine fraude ſua capere liceto: iſque hæres qui eam pecuniam debeto dare, quā damnatus eſt. Si quis aliter quam hac lege liceat, pecuniā dederit, legaverit, heredi quartam partē ejus pecuniæ quæ data legata erit, ex eo teſtamento retinere liceto. Paul. l. 1. ff. ad leg. Falc. Hieronymus in Euſebij Chronicis, qui tamē latam ita fuiſſe ſcribit, vt quarta pars tum hæredibus ſupereſſet, ſi quatuor aut minus eſſent: ſi autem plus quatuor, medietas: quod in ICtorū libris nuſquam reperias, tum & hujus hæc verba refert, Dio. lib. 48. Vt heres quartam partem bonorum ſibi relictorum, ſi graviter oneratus ſit legatis, accipiat: cætera legatarijs relinquat.

FANNIA ſumptuaria. Tulit C. Fannius Coſ. cum M. Meſſala. Ao. DLXXXIX. Vt ludis Romanis, plebeis, Saturnalibus, & alijs quibuſdam dieb. centenos æris in ſingulos dies impendere liceret: decemq; alijs diebus in ſingulis menſib. tricenos: cæteris autem omnib. dieb. denos. Ne quid volucrum poneretur, præter vnam gallinam, quæ non eſſet altilis. Plin. lib. 10. c. 50. Gel. li. 2. ca. 24. Macrob lib. 3. c. 17. Athenæus autem libri ſexti extremo legem ſic exponit: [illegible] Hanc Lucilius his expreſſit verbis: Fānij cētuſſiſq; miſellos: quod ſcilicet ſūptib. cētū aſſibus modū feceris, De hac lege Sammonicus Serenus ita refert,

Lex

Lex Fannia, Sanctiſſimi Auguſti, ingenti omnium ordinum conſenſu peruenit ad populum, neq; eam Prætores, aut tribuni, aut pleraſq; alias, ſed ex omni bonorum conſilio & ſententia ipſi conſules pertulere: cum Reſp. ex luxuria conuiuiorum maiora quam credi poteſt detrimenta pateretur, ſiquidem eo rea redierit, vt gula illecti plerique ingenui pueri, pudicitiã & liberalitatẽ ſuã venditarẽt, pleriq; ex plebe Romana vino madidi in Comitium venirent, & ebrij de Reip. ſalute conſulerẽt.

FAVIA, de terminis, Vide Fabia.

FLAMINIA agraria. Tulit C. Flaminius Trib. pleb. M. Lepido, M. Publicio Coſſ. an. DXXIII. alij, Q. Fabio Verrucoſſo, Sp. Caruilio Coſ. decem annis ante ſecundum bellum Punicum: vt ea regio Galliæ, quę Picenum vocatur, vnde Senones expulſi fuerant militibus Romanis diuideretur. Polyb. 2.

FLAVIA de Tuſculanis. Tulit M. Flauius Trib. pleb. Sulpitio Æmilio Coſ. Anno CDXXX. Vt in Tuſculanos animaduerteretur, quorum ope ac conſilio Veliterni, Priuernateſque populo R. bellum feciſſent. Liuius lib. 8. Antiquata, ibid. Flauia Plotia, vide Plotia Flauia.

FLAVIA AGRARIA, à Tribuno ple. promulgata eſt, Qu. Metello Celere, L. Afranio Coſ. cur. autem perlata ſit, nihil habeo. Hujus meminit Cic. lib. 2. ad Atticum Epiſt. 17.

FLAVIA, de Ædilibus ex patribus creandis. Tulit M. Furius Camillus Dict. Ann. CCCLXXXV. Vt duo Æediles ex patribus crearentur. Liuius lib. 6. in fin.

FVRIA de jure Campanorum. Dedit campanis L. Furius Prætor, Foſſio & Plautio coſſ. an. CCCCXXV. cum primum Capua in deditionem recepta præfecti ei miſſi ſunt. Liu. li. 9.

FVRIA Atilia, de Mancino. Tulere L. Furius & Sex. Atilius Tribuni pleb. Vt C. Mancinus, quod ſine Senatus auctoritate pacem cum Numantinis feciſſet, iis dederetur. Cic. lib. 3. Offic. Epitome. 56.

FVRIA, de teſtamentis. Tulit C. Trib. pl. Ne cui, niſi manumiſſo aut cognato, ceteriſque aliis perſonis ſupra mille aſſes legare, mortiſve cauſa donare liceret: quod ſi quis maiorem ſummam ſibi legatam accepiſſet, quadruplum ejus quo plus quam licebat, accepiſſet, redderet. Theoph. Inſt. de leg. Falc. de hac ſcribit in hæc verba: [illegible] Lata eſt autem (vt ait Iuſtin.) legis ea. tabulatũ coercendæ cauſa: qua vti quiſque legaſſet ſuæ rei, ita ius eſſet: Cicero pro Balbo, & Verr. 3. Iuſtin. de leg. Falc. Vlp. c. laſt a. 1. & 28. vbi minus quam perfectam eam eſſe dicit, quod vetet aliquid fieri & ſi factum ſit, non reſcindi. Ad hanc etiam videtur reſpexiſſe Pompo. l. 120. de verb. ſig.

FVRIA CANINIA, de manumiſſione Tulere, vt opinatur Hot., P. Furius Camillus, C. Caninius Gall. Coſ. an. DCCLII. Vt in teſtamento ex trib. ſeruis non plures quam duos manumittere liceat, vſq; ad decem, dimidiam partem: à decimo vſq; ad triginta, tertiam partem, vt tamen adhuc quinque manumittere liceat æque vt ex priori numero: à 30. vſq; ad 100. quartam partem æque vt decem ex priori numero liberari poſſint, à 100 vſque ad 500 partem quintam ſimiliter, vt ex antecedenti numero 25. poſſint fieri liberi, eademque præcipit, ne plures omnino quam centum ex cujuſquam teſtamento liberi fiant. Eadem lex cauet, vt libertates ſeruis teſtamento nominatim dentur. Hæc ex Inſt. Vlp. tit. Paulo ſent. 4 Caij inſt. quæ lex ſublata eſt à Iuſtiniano ſpeciali lit. qui habetur lib. 7. C.

FVSIA, de Comitiis. Tulit Furius ſiue Fuſius coſ. cum Sexto Atilio, an. DCXVII. vt vult. Hoto. Vt certis dieb. qui tamen faſti eſſent, agi cum populo non liceret. Cicer. in Sextiana & in Orat. poſt red. De prouinc conſul. & alibi frequentiſſime. Lata illo tempore Cic. in Piſo teſtatur: qui centum annis dixit, prope ceſſet 100. annis, vt idem cenſet, Vide Ælia de comitiis.

FVSIA, de Comitiis. Tulit Q. Fuſius Calen. Prætor, C. Cæſare, M. Bibulo coſ. an. DCXCIII. Cum in tributis comitiis omnium ſimul ſuffragia confunderentur, itaq; fieret, vt ſingula genera de ſuffragiorum euentu ſic inter ſe contenderent, vt quod recte futurum eſſet: id ſuo ſuffragio factum dicerent: quod ſecus, in alios reijcerent: Tulit, vt ſingula genera ſuffragiorum ſeorſim fierent, quo ſententiæ internoſci poſſent. Hoc modo ſingulorum generum ſuffragia ſeorſim renunciabantur. Dio, li. 38.

G.

GABINIA, de nocturnis cœtibus. Tulit. Vt qui conciones vllas clandeſtinas in vrbe conflauiſſet, more majorum capitali ſupplicio mulctaretur. Ex declamat. Porc. Latronis in Catil. Idem autem prius lege 12. Tab. cautum erat, vt idem teſtatur.

GABINIA, de ſuffragiis. Tulit. A. Gabinius Trib. pl. Piſone, Popilio. coſ. DCXIII. Vt comitiis quib. magiſtratus crearẽtur, populus non voce, ſed per tabellam ſuffragium ferret. Et quo id liberius eſſet, cautũ eſt, ne quis inſpiceret tabellã, ne rogaret, ne appellaret, ita ab omni parte liberum judicium ſuum in magiſtratib. creandis populus haberet, Cic. de leg. lib. 3. in li. de Amic. idem pro Plancio, de tabella populo data. Frontes aperit hominum, inquit, mentes detegit, eamque libertatem dat, vt quod velint, faciant, promittant autem quod rogantur.

Gabinia, de piratis perſequendis. Tulit A. Gabinius Trib. ple. Metello Martio coſ. anno DCLXXXV. Eſt autem is Gabinius, qui conſul cum Piſone fuit atque conſulatu Syriam adeptus regem Ptolemæum in regnum reſtituit, pulſo Archelao Cappadoce, notiſſimus etiam Ciceronis inimicitiis, & Pompeij ſingulari fauore. Hujus hæc ſunt capita: Vt bellum aduerſus piratas Cn. Pompeio in triennium ita mandaretur, vt toto mari, quod eſt intra columnas Herculis, & in maritimis prouinciis vſque ad quadringenteſimum à mari ſtadium poteſtatem haberet Imperandi regibus præſidib. ciuitatibus, vt ſe reb. omnib. ad ejus belli adminiſtrationem neceſſariis juuarent. Pædia, in Corn. Vell. lib. 2. Dio lib. 38. Plut. in Pompeio. & Cic. de lege Manilia, & in Orat. poſt redit. in Senat. Appia. in Mithridat.

Gabinia, de ſenatu habendo. Tulit. vt ex cal. Febr. ad cal. Martias quotidie Senatus cogeretur, & legatis exterarum nationum daretur. Cic. in Epiſt. ad Q. Frat. lib. 2. Epiſt. 12.

Gabinia, de vſuris. Tulit. Ne jus diceretur de iis pecuniis, quæ verſura facta eſſent ſumptæ, ne ſcilicet prouinciales homines à Romanis exhaurirentur: ne grauior vſura quam centeſima exigeretur, ſed & præter amiſſam ſortem etiam pœnam ſtatuebat. Cic. lib. 1 Epiſt. ad Attic. 6.

GELLIA ET CORNELIA, de ciuitate. Tulere L. Gellius Publicola, Cn. Cornelius Lentulus coſſ. ano. DCLXXXI. vti ciues Rom. ſint ij, quos Cn. Pompeius de conſilij ſententia ſingulatim ciuitate donauerit. Cic. pro Balbo.

GENVTIA Æmilia, de clauo pangendo. Tulere ex SC. Cn. Genutius, L. Æmilius coſſ. anno CCCXC. Vti qui Prætor maximus ſit, Ibid. Septemb. clauum pangat, Liu. li. 7. vbi addit, Legem ætate ſua priſcis literis verbiſque ſcriptam, clauumque quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuiſſe, eoque Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus à Minerua inuentus ſit.

Genutia, de fenore. Tulit L. Genutius Trib. ple. C. Martio 4. Qu. Seruilio coſſ. an. CDXI. Ne fenerare liceret. Liu. lib. 7.

Genutia, de magiſtratibus. Tulit idem, Martio, Seruilio coſſ. anno CDXI Ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet, neu duo magiſtratus vno anno gereret, vtrique liceret, conſules ambos Plebeios creari. Liu lib. 7.

GLICIA, de ratione inducẽdæ querelæ inofficioſi teſtamẽti. Tulit M. Claudius Glicia dictator, vt Hortenſiã & Corneliã Hortenſius & Cornelius dictatores. Illius fit mentio apud Suet. in Tiberio cit. & Florum in Epito. Liuij li. 9 & in Faſtis Capitolinis his verbis: M. Glaudius C. F. Glicia, qui ſcriba fuerat, dictator a enactus abdicate ſine Mag. equitũ. Scripſit autẽ Cajus librũ ſingularẽ ad legẽ Gliciã, ex quo vna tantũ nobis ſupereſt ſententia in l. 4 ff de inoff. teſt. quæ rationẽ inducẽdæ querelę ſeu ferẽ legis Glicię continet, ſic. n. ejus l. 4. inſcriptio edita in Florentinis, & ita legẽdũ cẽſet ſ. Cujac. obſ. li. 2. c. 21. & li. 1. c. 14 Appellata autẽ hęc lex eſt à cognomine, quemadmodũ & lex Norbana, Peducæa, & Poppæa: hæc. n. Norbanus, Peducæus, Poppæus, cognominibus adſcribuntur. Si quis tamen inuſitatum id eſſe dicat, poterit & à nomine ducere, nam Glicij Galli apud Tacitum lib. 15 fit mentio, & Auguſtæ Taurin. in hoc tit. antiquo. Q. Glicio P. F. Atilio Agricolæ coſſ. vir. Epulonum legato pro prętore Imp. Neruæ Cæſ. Prouincię Belgicæ leg. l. 6 Ferrat. citerioris Hiſp. Prætori ædili Cur. Iul. Veſpeſiani Tribunicolæ X. viro Aſtib. jud. Prætorem autem etiam leges ad populum tuliſſe, populumque rogaſſe Liuius indicat lib 27. Sed videtur potius à dictatore appellata. Vide Cuja. in locis præcitat.

H.

HIERONICA frumentaria. Tulit Hier. Tyrãnus. Hujus meminit Cic. Verr. quarta, qua inter aratores & decumanos judicia facta dicit. Hæc. n. fuit conſtitutio, vt refert Zaſius, quantũ frumenti, aut quo pretio, quove tẽpore arator frumẽtũ decumano. i. publicano, qui decimas redemerat, daret. Quod ita diligenter & cautè ſcriptum erat, vt nec arator decumanum fraudare, nec decumanus plus decima ab aratore auferre poſſet. Atque ob hanc legis æquitatem, Romani Sicilia potiti, nihil mutauerant. Memorabile hoc etiam in lege fuit, quod numeros aratorum quotannis apud magiſtratus publice ſubſcribatur.

Hircia, de Pompeianis. Tulit A. Hircius, qui poſtea in pugna ad Mutinam cecidit: Vt Pompeiani ad dignitates non admitterentur. Ex epiſt. Anto. Philip. 13.

HORATIA Valeria, de plebiſcitis. Tulere L. Valerius M. Horatius conſ. anno CCCIII. Vt quod tributim plebs juſſiſſet, populus teneret. Liu. lib. 13 Dion. 2. Quod poſtea lege Hortenſia & Publia confirmatum eſt.

Horatia de prouocatione, Vide Valeria, de prouocatione.

Horatia, de magiſtratibus ſacroſanctis. Tulit idem. Vt qui Trib. pleb. Ædilibus, judicibus nocuiſſet, ejus caput Ioui ſacrum eſſet: familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum iret. Liu. lib. 3, Dionyſ. lib. 5.

Horatia, de Caia Tarratia, virgine Veſtali. Tulit. Vt certi honores eis tribuantur, in hęs vt teſtabilis eſſet. Vt ſi quadraginta annos nata ſacerdotio abita, ac nubere voluiſſet, jus ei poteſtaſque exauguratandi atque nubendi eſſet munificẽtiæ & beneficij gratia quod campum & Tiberinum, ſiue Martiũ populo

Rom. condonaſſet. Gell. lib. 6. c. 7. Plutarchus in Publicola, vbi eam Tarquiniam appellat.

HORTENSIA, de nundinis. Tulit. Vt nundinæ quæ prius erant feriæ, faſtæ eſſent: vt ruſtici, qui nundinandi cauſa in vrbem veniebant, lites componerent. Macro. in Satur. lib. 1. c. 16.

HORTENSIA, de plebiſcitis. Tulit Q. Hortenſius Dictator ſeditionis ſedandæ cauſa creatus, Anno CDLXVII. Vt eo jure quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur: cum antea Patritij non tenerentur. Gell. l. 15. c. 27. Florus epit. 11. Plin. li. 16. c. 10. Iuſtin. in §. plebiſcitum de jure nat. gent. & ciuili. Pomp. l. 2. de orig. jur. §. deinde cum eſſet in ciuitate. Auguſt. lib. 3. De ciuitate Dei, c. 17. quod antea lege Horatia ſancitum erat, & poſtea lege Publicia confirmatum eſt.

HOSTILIA, de furtis. Tulit A. Hoſtilius Conſul cum A. Atilio, Anno LXXXIII. Vt furti agere liceret eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut Reipub. cauſa abeſſent, quive in eorum, cujus tutela eſſent. Iuſtinianus de iis per quos ag. poſ. Hinc illæ Hoſtilianæ actiones, hoc eſt formulæ apud Cic. lib. de Orat. 1. vbi de militis teſtamento agitur.

I.

ICILIA, de Auentino. Tulit L. Icilius Trib. pleb. M. Valerio. Sp. Virginio Coſſ. Anno CCXCVII. Vt Auentinus mons plebi ad ædificia concederetur, [Greek illegible] Id eſt; Quæ priuati quidem jure quæſita poſſidebant, ea pro domino poſſiderent: quæ vero vel vi, vel clam accepta ædificiis occuparant, ea recuperata impenſis quas arbitri ſtatuiſſent, populo redderent. cætera vero, quæ publica eſſent, ea populum ſine pretio recipere, & inter ſe diuidere. Dionyſ. lib. 10. & Liu. lib. 3.

ICILIA, de Tribun. pleb. Tulit Spurius Icilius Trib. pleb. T. Geganio. P. Minutio Coſſ. ann. CCLXI. [Greek illegible] Tribuno ad populum concionanti, ne quis contradicito, neve eum interpellato. Qui contra faxit, prædes Tribunis dato ſe mulctam quam ipſi irrogabunt ſoluturum: qui prædes non dederit, capital eſto: familiaque ejus ſacra eſto. Si quid erit in mulctis controuerſiæ, populi judicium eſto. Dionyſ. lib. 7.

IVLIA ANNALIS, Vide VILLIA ANNALIS.

IVLIA, De ciuitate. Tulit Sext. Iulius Cæſar Coſ. cum L. Martio. Anno DCLXII. Vt ciuitas ſociis & Latinis omnibus qui arma depoſuerẽt daretur, nam Italici belli reſtinguendi cauſa lata eſt. Vel ſic: Vt iis qui bello Italico exorto, in fide manſerãt (manſerunt autẽ omnes Latini) & iis qui in amicitiã poſtea rediiſſent, ciuitas daretur. Addunt in Orat. pro Balbo: Qui fundi facti eſſent. Gel. li. 4. c. 4. Appiã de bello ciuil. 1. Eutropius. Hujus autẽ legis beneficio coloniarũ omniũ & municipiorũ, quæ in Italia fuerũt, æquata jura ſunt, nõ vt legib. Ro. æque vterentur (nã coloniarũ duntaxat Romanarũ hoc fuit: municipia ſuis legib. atq; inſtitutis viuebant) ſed vt æque jus illud ciuiũ Ro. ferendi ſcil. ſuffragij: & adipiſcẽdorum magiſtratuũ obtinerẽt: quod antea municipiis, & Romanis coloniis licuerat, Latinis vero coloniis, & Latino populo non itẽ. Poſtea ſublatã hanc legem licet opinari, cum dicat Suet. homini Latino jus Quiritium à Claudio Imperatore propoſitũ niſi ſi hoc intelligas, omnib. id propoſitum, qui tantum Latij jus haberent: cujuſmodi erant omnes extra Italiam Latinæ coloniæ omniaq; municipia quæ jus Latij habebant, jus autem Quiritium nondum eſſent aſſecuta. Hujus enim legis beneficium intra terminos Italiæ continebatur. Manutius hanc legem latam refert à L. Cæſare Conſule P. Rutilij collega: Iuliam aut dictã quod ſolus eam Cæſar, cum ejus collega Rutilius in prælio eſſet occiſus, ex SC. tulit.

IVLIA de prouinciis, & magiſtratib. in prouincias miſſis. Tulit C. Iul. Cæſar conſul cũ Bibulo an. DCXI. Vt Achaia, Theſſalia, cũcta Græcia liberæ eſſent, neq; in iis magiſtratib. pop. Ro. jus dicere liceret. Cic. pro Domo ſua in Piſon. & de prou. conſ. Itẽ vt magiſtratib. tranſeuntib. eorũq; comitib. fœnum aliaq; ab oppidis & vicis ſubminiſtrarẽtur. Ad Attic. li. 5. & in Piſon. Itẽ duab. in ciuitatib. prouinciæ ſuæ Magiſtratibus decedentes rationes ſuas relinquerẽt, eaſdemq; totidẽ verbis ad ærariũ referrẽt. Cic. Epiſt. Fa. li. 5. Epiſt. 20. in Piſo. Item, Ne coronarium aurum iis qui prouincias obtinerent, vel decerni, vel ab iis accipi liceret, niſi decreto triũpho. Cic. in Piſo. Ne qui cum imperio eſſet, injuſſu populi, aut Senatus de prouincia exirent, exercitus educerent, aut bellum ſua ſponte injuſſu pop. aut Senatus gererent, in regnũ alienum accederent. Cic. in Piſonem, pro Poſthumo.

Iulia AGRARIA, Tulit idem eodem tẽpore, ſuaſore C. Pompeio. Vt ager Stellas, majorib. conſecratus, item Cãpanus ad ſubſidia Reip. vectigalis relictus, plebi diuiderentur. Diuiſit extra ſortem XX millib. ciuium, quibus terni pluresq; liberi eſſent. Vel. lat. li. 2. Plu. in Pompeio, & in Cæſar, & in Cat. Vtic. Dio. 38. Hãc vocat Campanam Cic. lib. 2. ad Atticum: Habet, inquit, etiam campana lex execrationem candidatorum in concione, ſi mentionem fecerint, quo aliter ager poſſideatur, atque vt ex legib. Iuliis non dubitant jurare cæteri. Aliam præterea Calliſtratus commemorat in l. 3. ff. de term. mot. Vt qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum ſineſve dolo malo mouerint, quinquaginta aureos dare in publicum damnentur; ejuſque rei actio petitio ei qui volet detur.

Iulia DE VI. Tulit idem. Vt ei qui de vi damnatus eſſet aqua & igni interdiceretur. Cic Philip. 1.

Iulia majeſtatis. Tulit idem. Vt ei, qui majeſtatis damnatus eſſet, aqua & igni interdiceretur. Cic. Phil. 1.

Iulia IVDICIARIA, Tulit idem. Vt judicia ad duo genera judicũ redigerentur, equeſtris ordinis & ſenatorij: Tribuni vero ærarij, quod erat tertium, tollerentur. Sueton. in Cæſare. Meminit Gell. li. 14. c. 2. Dio li. 43. Multa præterea hujus legis capita fuerunt, de ipſorum judicum ætate, dignitate & conditione, de forma & conſuetudine judiciorum publicorum & priuatorum. Quæ omnia in antiquis Iuriſconſultorum libris comprehenſa, opera Triboniani abolita ſunt.

Iulia, DE SACERDOTIIS. Tulit idem. Vt in cooptandis ſacerdotib. etiam abſentiũ ratio haberentur. Patet ex li. 1. epiſt. ad Brutum.

Iulia REPETVNDARVM. Tulit idẽ. Vt ex Vatiniana & Sextiana intelligitur. Ne cui, qui in prouincia cum poteſtate, imperio ve eſſet, pecuniã capere, cõciliare liceret: extra quã ſi ad templum monimẽtomq; capiat. Cic. ep. 3. ad Q. Frat. & epiſt. 1. li. 6. ad Attic. Vt ab iis exigerentur pecuniæ ad quos ea quã is ceperit qui dãnatus ſit, peruenerit. Vt magiſtratus cũ de prouincia decederẽt, rationes in prouinciæ duab. ciuitatib. quæ ipſis maxime viderẽtur, delinquerẽt, & totidẽ verbis ad ærariũ referrẽt. Ne qui cũ imperio eſſẽt, injuſſu populi aut Senatus de prouincia exirẽt, exercitũ educerẽt, bellũ ſua ſpõte gererẽt, in regnũ alienũ accederent. Cic. pro Poſth. In Ep. li. 5. ep. 20. & in Piſo. Item ne quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſteriove publico, quive ex cohorte cujus eorũ eſt, pecuniã ob judicãdũ decernendũve, acciplat, vel quo magis aut minus quid ex offi. ſuo faciat: ne quis ob mittẽ legẽdũ, mittẽdumve, &c. accipiat: neve quis ob ſententiam in ſenatu cõſiliove publico dicẽdam pecuniã accipiat: vel ob accuſandũ, vel non accuſandum: vtq; vrbani magiſtratus ab omni ſorde ſe abſtineãt, ne plus doni muneriſve in anno accipiãt, quã quod ſit aureorũ centũ: ne quis ob judicẽ, arbitrumve dandũ, mutandũ, jubendumve vt judicet. neve ob nõ dandũ, non mutandũ, non jubẽdum vt judicet: neve hominẽ in vincula publica cõjiciendum, vinciendũ, vincirive jubendum, exve vinculis dimittendum, neve quis ob hominẽ condẽnandum abſoluendumve: neve ob litem æſtimandã judiciũve capitis pecuniæ faciendũ, vel non faciendum aliquid accipiat, neve in acceptũ feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandũ præbendum, approbandum (aliat appendendum) ſarta tecta tuenda, antequam perfecta probata, præſtita lege erunt, vt venditiones locationes ejus rei cauſa pluris minoriſve factæ, irritæ ſint: neve vſucapi ea res poſſit, hæredeſve eius veniant. Hæc ex Pandect. tit. de l. Iul. repetun. Adde & ex Tacito lib. 12. Vt adueniati ob cauſam orandam denum ſeſtertium modum egreſſi eſſent, repetundarum tenerentur. L. autem Piſo legem de pecuniis repetundis tulit, nulla antea cum fuiſſet, ſcribit, Cic. lib. 2. offic.

IVLIA DE PROVINCIIS. Tulit idem dictator. Ne provinciæ prætoriæ plus quam annum, non plus quam biennium Conſulares obtinerentur. Cic. Philip. 1. & 3. & 4. item Dio lib. 43.

Iulia, DE LEGIBVS Cæſaris. Tulit idem. Vt ei qui in ſuas leges non juraſſet, capitale eſſet. Appianus de bello ciuili. 2.

Iulia, DE FENORE Tulit idem. Vt diſiecta nouarũ tabularũ expectatione, quæ crebro mouebatur, debitores creditorib. ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſq; ante ciuile bellum comparaſſent deducta ſumma æris alieni, ſi quid vſuræ nomine numeratum aut perſcriptũ fuiſſet: qua conditione quarta fere crediti deperibat. Suet. in Cæſare. Cæſar. li. 3. De bello ciu. Atq; hæc fortaſſis ex Solonis legib. in quib. ſic legitur: [Greek illegible] Eadem etiam de modo credendi poſſidendique intra Italiam cauebatur Tacit. lib. 5.

Iulia DE COLONIIS. Tulit idem. Vt ager Campanus viginti millibus ciuium extra ſortem diuideretur, eoque coloniis deduceretur. Suet. in Iulio & Auguſto.

Iulia, DE VI PVBLICA ET PRIVATA. Tulit C. Iul. Octau. Aug. Vt qui aliquã poteſtate præditus ciuem Romanũ antea ad populũ, nũc ad Imp. appellantẽ necarit, necarive juſſerit, torſerit, verberauerit, condẽnauerit, in publica vincula duci juſſerit. humilior ſi ſit, pœna capitis, honeſtior vero inſulæ deportatione coerceatur. Paul. li. 5. Sẽt. tit. 26. l. 7. ff. ad l. Iul. de vi publ. Et ita l. 8. ff. ad l. Iul. de vi publ. accipienda quoque eſt de magiſtratu, qui reum prouocantem vinciat, impediatve quo minus Romæ intra conſtitutum tempus adſit. Lege autem Iul. de vi priuata tenetur, qui cũ armatis hominib. poſſeſſione, domo, agro, villa dejecerit, expugnauerit, obſederit, incluſerit, vel vt id fieret homines commodauerit; qui cœtu, concurſu incendium fecerit,

ſit, qui funus diripuerit, diſtraxerit, ſepeliri prohibuerit, qui cū telo in foro, concione, comitio fuerit, qui templa portaſve vrbis armatus obſederit, tenuerit, occupauerit. Paul. vbi ſup. Sed alij pœnā Iuliæ de vi publica ſtatuunt, vt l. 3. l. 4. l. 5. l. 10 ff. ad l. Iul. de vi pub. & generaliter vim armatā vim publicā definiunt vt vim ſine armis, vim priuatā. Alij vero hæc ſic diſtinguunt, vt legē Iuliā de vi publica ſimilē omnino fuiſſe, Valeriis dicant & (vt Paul. tit. 26. in prin. ſcribit) pœnā ſanxiſſe tantū aduerſus publicatū perſonarū, i. e. magiſtratuū in ciues Rō. immoderatā vim. Lege autē Iulia de vi priuata pœnā eſſe ſancitā aduerſus priuatorū vim. Et ſane ſicut eodē interdicto vis facta cōuocatis armatiſq; hominib. cōprehenditur, vt videre eſt apud Paulū li. 5. ſent. tit. 6 cur ſicut vis facta conuocatis hominib. legi Iuliæ de vi priuata non ſubjicitur, l. 2. l. 4. l. 5 ff. de vi priuata, nō ſubjiceretur etiā ea quæ armatis hominib. infertur? Verū fuit ſæpe vel cōſtitutionib. vel SCC. legib. Iuliis derogatū obrogatū, ſubrogatū: nec vlla fere lex publicorū judiciorū ſyncera remāſit: ſed tertio ſolo legis nomine, ei aptata ſūt, quæcunque poſtea aliæ vel ll. vel cōſtitutione inuexerāt. Sic factū eſt, vt omnis vis armata ad pœnā legis Iuliæ de vi publica redigeretur, conſequēs vero eſt, vt ea quoque ad legē Iuliā de vi publica redigatur, quæ fit cōuocatis hominib. ſine armis: quā ſiquidē hæc quaſi paria conjungi ſolent, conuocatis armatiſve hominib. Si quis igitur vim fecerit conuocatis hominib. ei vtriuſque legis crimen objici poteſt: quod fieri quandoque ex eodem facto oſtendit lex, ſi præſes ff. de pœ. Atque ideo in Pand. hæc verba, Hac lege tenetur, qui conuocatis hominib. vim fecerit, quis verberetur, pulſetur, neque homo occiſus tam ſub ti. de vi publica, quam ſub eo qui eſt de vi priuata reperiuntur. Pœna autem legis Iuliæ de vi publ. erat aquæ & ignis interdictio. Hinc notandum quod ſcribit Paul. lib. 5. ſent. ti. 26. lege Iulia eum etiam teneri qui eum, cui aqua & igni interdictum eſt, receperit, celauerit, tenuerit: interdicitur enim & aqua ſimul, & igni & tecto. Cicero pro domo ſua: Id non ademptione, inquit, ciuitatis, ſed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebant. Vnde Florum Epitom. 119. Suet. In ejus vita. Has leges Iuliam publicorum, & Iuliam priuatorum appellat Vlp. in l. ſi præſes, 38. ff. de pœn. & l. 1. ff. vnde vi. Eadem præterea lege cauebatur, ne rem vi poſſeſſam vſucapere liceret, l. 33. §. 2. ff. de vſurpat.

Iulia Maiestatis. Tulit idē. Qua tenerentur is, cujus opera dolo malo conſilium initū erit, quo obſides injuſſu principis interciderent, quo armati homines cum telis lapidibuſve in vrbe ſint conueniantve aduerſus rempublicam, locave occupentur vel templa, quave cœtus, conuentuſve fiat, homines ad ſeditionem conuocentur, cujuſve opera, conſilio, dolo malo conſilium initum erit, quo quis magiſtratus populi Ro. quive imperium poteſtatemve habet, occidatur, quave quis contra Remp. arma ferat, qui hoſtib. populi Ro. nuntium literaſve miſerit, ſignūve dederit feceritve dolo malo, quo hoſtes populi Rom. conſilio juuentur aduerſus Remp. quive milites ſollicitauerit, concitaueritve, quo ſeditio, tumultuſve aduerſus Remp. fiat. Quive de prouincia cum ei ſucceſſum eſſet, non diſceſſit, aut qui exercitum deſeruit, vel priuatus ad hoſtes perfugit, quive ſciens falſum conſcripſit, vel recitauerit in tabulis publicis: nam & hoc caput primo lege majeſtatis enumerantur. Quive in bellis ceſſerit, aut arcem tenuerit, aut caſtra conceſſerit: quive injuſſu principis bellum geſſerit delectumve habuerit, exercitum comparauerit, quive cum ei prouincia ſucceſſum eſſet, exercitium ſucceſſori non tradiderit, quive imperium exercitumve pop. Rom. deſeruerit, quive priuatus pro poteſtate magiſtratu ne quid ſciens dolo malo geſſerit, quive quid eorum quæ ſupra ſcripta ſunt, fieri curauerit. Cujuſque dolo malo jurejurando quis adactus eſt, quo aduerſus Remp. faciat, cujuſve dolo malo exercitus populi Ro. inſidias deductus, hoſtibuſve proditus erit: factumve malo cujus dicitur, quominus hoſtes in poteſtatem populi Ro. commeatu armis, telis, pecunia malo hoſtes populi Ro. commeatu armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re adjuti erunt, vt ve ex amicis hoſtes pop. Ro. fiant, cujuſve dolo malo factum erit, quo res exteræ nationis populo. R. minus obtemperet, cujuſve opera dolo malo factum erit, quo magis obſides pecunia, iumenta hoſtibus populi Rom. dentur aduerſus Rempublic. Item qui confeſſum in judicio reum, & propter hoc in vincula conjectum emiſerit. Vlp. l. 1. & 2. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. 3. eod. Scæuola l. 4. eod.

Iulia De Ambitv. Tulit idē. Vt qui petitores magiſtratum, vel prouinciam, vel ſacerdotium turbam ſuffragiorū cauſa cōduxerit, ſeruos aduocauerit, aliamve quam multitudinem conduxerit, cōuictus vt vis publicæ reus in inſulam deportetur. Suet. in Aug. Paul. ſent. 5. c. 30 & Iuriſcon. in Pand. Diuerſum tamen Dio tradit lib. 39. Vt qui magiſtratum ambiiſſent, quinquennium à magiſtratib. arcerētur, quod ipſum Zonaras lib. 11. ſecutus eſt. Hanc autem legem ideo Octauius Auguſtus tulit, quod per triumvirorum tempora ius creandorum magiſtratuum à populo ablatum fuiſſet, ipſique Triumviri magiſtratus Reip. darent. Poſtea tamen creatione magiſtratuum ad curam Principis delata, ceſſauit Romæ hæc lex, vt ait Modeſtinus ff. eod. Hinc Quinti. de ambitu loquens, lib. 6. Hoc genus, inquit, noſtris temporib. totum pene ſublatum eſt, cum omnia tutelæ, curæque vnius innixa perſolitari nullo judicij exitu poſſint, quod & notat Ammianus li. 14.

Iulia, De Maritandis Ordinibvs, Tulit idem, Ne cœlibes, niſi qui genere eſſent proximi, quicquam ex teſtamento ciuis Rom. caperent, neve orbi pluſquam dimidiū eorū quæ relicta eſſent. Hæc ex Euſebio, Nicephoro, Sozomene, & l. 1. C. de infir. pœn cœlib. Ne coniux coniugis teſtamento niſi decimam relictorū partem caperet: fiſcus reliquas nouē. Vlp. c. Inſt. 15. l. 1. C. de his qui ſe def. li. 10. l. 1. C. de infir. pœ. cœlib. Feminis inquit Vlp. lex Iulia à morte vir, anni vocationem: à diuortio, lex menſium. Lex autem Papia, à morte viri, triennij: à repudio, anni & ſex menſiū Vlp. c. 14. Suet. in Auguſt. Vt prior ex conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit, qui plures liberos quam collegi aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit: ſed ſi par vtriq. numerus liberorū eſſet, maritus aut qui in numero maritorū eſt, præferatur: ſi vero ambo & mariti & patres totidem liberorum ſunt, ille priſtinus honos inſtauretur, & qui maior natu eſt prior faſces ſumat. Gel. li. 2. c. 15. Vt ſi liberta ab inuito patrono diuerteret, alij nubere inuito patrono non poſſet. Vt jusjurandum quod liberto impoſitum eſt, ne vxorem ducat, ei remittatur, l. 6 §. 3. De jure pat. l. 1. ff. vnde vir & vxor. Ne ſenatores eorūve liberi, libertinas, & quæ ipſæ, quarūva pater materve artem ludicram fecerit, itē ex numero corpore quæſtum facientium vxorem ducant. Cæteri autem ingenui prohibētur ducere lenam, à lenone lenave manumiſſam, & in adulterio deprehēſam, & in judicio publico damnatam, & quæ artē ludicram fecerit. Paul. l. 44. ff. de ritu nupt. Marcianus autem in l. 19. eodem ſcribit, c. 35 fuiſſe. Vt qui liberos quos habent in poteſtate, iniuria prohibuerint vxores ducere, vel nubere, à magiſtratibus cogantur in matrimonium collocare, & dotare. Vt patritiis liceret libertinas vxores ducere: præterquam ſi ſenatores ſenatorūve liberi eſſent, ne qua ſponſalia rata eſſent, niſi ſtatim exacto biennio nuptiæ ſierent: hoc eſt, ne puellæ decē annis minores ducerentur, quarum anni ætatis duodecimus maturus coniugio habebatur, Zonaras lib. 10. Hæc autem lex in libris noſtris interdum Iulia tantum, interdum Papia, interdum Iulia Pappia, interdum Pappia Poppæa dicitur.

Iulia, De Vicesima, Tulit idem, Vt quæ hæreditates, legata & donationes mortis cauſa ad alienos, aut locupletes peruenirent, earum pars viceſima ad fiſcum pertineret. Vt teſtamenta in municipiis, coloniis, oppidis, præfectura, vico, caſtello, conciliabulo facta, in foro vel baſilica, præſentibus teſtibus vel honeſtis viris inter horam ſecundam & decimam diei recitentur, exemploque ſublato, ab iiſdem rurſus magiſtratibus obſignaro, quorum præſentia conſtat apertum. Vt teſtamentum ſtatim poſt mortem teſtatoris aperiatur, hoc eſt, præſentibus, intra triduum vel quinque dies: ab abſentibus quoque intra eos dies: cum ſuperuenerint. Vt teſtes, vel maxima pars eorum adhibeantur, qui ſignauerit teſtamentum, ita vt agnitis ſignis rupto lineo aperiatur & recitetur, atque ita deſcribendi exempli fiat poteſtas, ac deinde ſigno publico obſignatum in Archiuum redigatur, vt, ſi quando exemplum ejus interciderit, ſit vnde peti poſſit. Dio. li. 38. & Paul. Sent. li. 4. tit. 6.

Iulia, De Ivdiciis, Tulit idem, qua formam judiciorū tum publicorū tam priuatorum præſcripſit. Gell. lib. 14. c. 2. Vt qui nomen alicujus deferrent, locum, annum & menſem, quo crimen admiſſum erit, deſignent, l. 3. de accuſ. Ne eodem tempore de duobus reis quis quæreretur, niſi ſuarum iniuriarum cauſa l. 12. eod. Ne luſtro denūciaretur, vt teſtimoniū dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignū, ſobrinū, ſobrinam, ſobrinos natum, eosve qui priore gradu ſint, item ne liberto ipſius, liberorū ejus, parētum, viri, vxoris: item patroni, patronæ, & vt ne patroni patronæ aduerſ. libertos, neq; liberti aduerſus patronum cogantur teſtimoniū dicere, l. 4. ff. de teſtib. Vt inter priuatos qui in judicē conceſſiſſent, juris dicundi et judicii poteſtas eſſet, l. 3 §. 1. ff. de judic. Ne qui judex ſit, arbitrium recipere ejus rei de qua judex eſt, inve ſe promitti jubeat, l. 9. de arbit. Ne minor ann. 20. judicare cogatur, l. cum lege 41. ff. arbitr. Vt Saturnalib. triduo feriæ ſeruarentur. Macrob. lib. 1. c. 10. Eadem etiam latum opinatur Hot. vt certus patronorum numerus eſſet. Meminit Aſconius in argum. pro Scauro. Et ſi quis reus vel accuſator domum judicis ingrediatur, per legem Iuliam judiciariam in legem ambitus judicis cōmittit. l. 1. ff. de ambit. Itē ne judices ſuo anno in alienas ædes ingrediātur. Dio. li. 54.

Iulia Cadvcaria. Tulit (vt exiſtimat Hot.) idem: ejuſdem legis hæc duo fuere capita. Vt ſi nemo ſit, ad quem honorū poſſeſſio pertinere poſſit: aut ſit quidem, ſed jus ſuum omiſerit, bona publ. centur. Vlp. c. Inſt. 28 Idem l. 4. §. eo. ff. de fideic. libert. Quare & ſi caduciariis legibus bona delata ſint, idem erit probandum. Sic enim locum hunc reſtituit nobis Iaco. Cuiac. Eandem legem ſignificat Iulian. l. 96. §. 1. de lega & fideic. li. 1. Quoties lege Iulia bona vacantia ad fiſcum pertinent, & legata & fideicommiſſa præſtantur.

Iulia, De Adulteriis. Tulit idē. Si quis ſtuprum adulteriumque faceret, ſciens, dolo malo. Suet. in Auguſt. & Iuriſconſ. tit. ad legem Iul. de adult. Corn. Tacit. lib. 2. Huius caput er-

jam hoc fuit, Ne mariti dotale prædium inuita vxore alienet: neve id etiam ejus voluntate oppigneret. Paul. lib. Sent. 2. c. 22. & Iuſtin. ſub tit. quib. alienar. licet in prin. & de eo plene Cujac. ad l. ſi marito, ff. de fund. dot.

Iulia Theatralis Tulit idem. Vt equitib. Roman. quib. ipſi parentiſve equeſter cenſus vnquam fuiſſet, in quatuordecim ordinibus lege Roſcia Theatrali conſtitutis conſidere liceret. Suet. in Auguſt. Plin. lib. 33. c. 2.

Iulia Sumptuaria. Tulit idem Vt profeſtis diebus ducentos nummos in conuiuiis conſumere liceret: Calendis, Idibus, Nonis, & aliis quibuſdam feſtiuis trecentos, nuptiis autem & repotiis H. S. millies, Gell. lib. 2. c. 24.

Iulia De Manumiſſionibus. Tulit idem. Vt imperator, cum ſeruum manumittit, non vindictam imponat, ſed ſimpliciter liberum eſſe jubeat, Paul. l. apud eum, 14. ff. de manumiſſ. Qua lege tam manumiſſoris, quam manumiſſi ætatem definiuit, jura que quibus patroni aduerſus liberos vtientur, conſtituit. Dio. lib. 55.

Iulia, De Vanano. Nominatur à Suetonio in Nerone.

Iulia Peculatus. Tulit idem. Ne quis ex pecunia ſacra, religioſa, publicave auferat, neve intercipiat, neve in rem ſuam vertat: neve faciat quo quis auferat, intercipiat, vel in rem ſuam vertat, niſi cuique vtique licebit: neve quis in aurum, argentum æs publicum quid indat, neve immiſceat: neve quo quid indatur immiſceatus, faciat ſciens dolo malo, quod id pejus fiat. Vlp. l. 1. ff. eod.

Iulia De Reſiduis. Tulit idem. Ne quis eam pecuniam, quæ in vſum publicum erogari, vel in ærarium inferri debuit, priuatim retineat, l. 2. ff. ad leg. Iul. pecul.

Iulia Titia, de tutoribus. Tulere. Vt prouinciarum præſides mulieribus pupilliſve tutores non habentibus, tutores darent. Iuſtin. Inſt. de Attil. tut. & Vlp. cap. Inſt. 11.

Iulia, de ceſſione bonorum. Tulit. Vt qui ſine dolo ſuo malo æri alieno ſatisfacere non poſſet, bonis ſuis cedendo liberaretur, l. 4. C. qui bon. ced. poſſ. & in C. Theod. lib. 4. tit. qui bona ex lege Iulia cedere poſſint.

Iulia Et Sempronia, de limitibus. Tulere. Vt per actuarios limites populo eundi jus eſſet, ſicut per viam publicam. Hyginus in lib. de limit. conſtit. Apud Frontinum autem Tiberij Cæſ. conſtitutio legitur, ex qua hæc ſumpſimus: Eſt & aliud monumentum, quod non longe ab ædibus vel itinere publico conſtituorum: id eſt, iuxta legem Semproniam & Iuliam, quod cardinibus & Decumanis conſtitutum eſſe monſtratur, quod rationem finium recipere videtur: id eſt, concurrentium linearum, atque ſecantium ſe inuicem, & ordinem in vtroque cuſtodit, limitum rationem diſcernens.

Iulia Miſcella de teſtamentis. Tulit. Vt conjugi ſuperſtiti legatũ ſibi à demortuo ea lege, ne iterũ nuberet, ita capere jus eſſet, ſi intra annum (luctui nondum erat præfinitus annus) iuraret ſe liberorũ quærendorum cauſa velle nubere. Inſt. in tractatu de indicta viduitate & lege Iulia Miſcella tollenda, li. C. 6. tit. 40. & Nou. conſtit. 22. vbi Iuſtinia. Iul. ũ Miſcellam hujus legis auctorem nominat. Alij tamen Miſcellam malũt dictam, quod id legis Iuliæ caput, tam ad virũ quam fœminam pertinebat, l. 3. C. de indict. vid. tollenda. Capit igitur ex ea lege vir mulierve hæreditatem, aut legatum intra annum, etiamſi ſecundũ matrimonium contrahat, ſiue à conjuge, ſiue ab extraneo hæreditas aut legatum relictum ſit ſub conditione viduitatis. Poſt annum non capit niſi præſtita cautione Mutiana, quæ ſolet interponi in omnib. conditionibus, quæ morte legatariorum finiuntur: ſiue quæ in non faciendo concipiuntur, quemadmodum ſe non coiturum ſecundas nuptias: & ſi coierit, redditurum legatum cum fructibus medij temporis, l. Mutianæ, l. hæres, §. qui poſt, l. Titio fundus, ff. de cond. & demonſt. l. cum filius. §. qui Mutianam, ff. de leg. 2. De hac lege etiam eſt, l. vl. ff. de ſtatulib. Hanc autem ſuſtulit Iuſtin. d. tit. de indict. vid. toll.

Iulia Plautia, de vſuca. Vide Iulia de vi, & Plautia de vi. Ne res vi poſſeſſas vſucapere vllo tempore liceret Iuſti. de vſucap. lib. Inſt. 2.

Iunia, de Regio & Conſulari Imperio. Tulit L. Iunius Brutus ſolus Conſul, Anno 243. Vt imperium Tarquinio abrogaretur, vt ipſe idem cum conjuge ac liberis, itemque omnes Tarquiniæ gentis exularent: Vt capitale eſſe, ſi quis de iis reuocandis mentionem faceret: Vt regio Imperio abrogato, Conſules duo regia poteſtate quotannis comitiis centuriatis à populo crearentur, Dionyſ. lib. 4. Liu. lib. 2.

Iunia De Trib. pleb. Vide Sacrata.

Iunia Licinia, de legib. Tulere Iunius Silanus, & L. Licinius Muræna Coſſ. Anno ab vrb. cond 691. Vt iis, qui trinundinum in ferenda lege non ſeruaſſent, grauiores quam lex Cæcilia & Didia ſanxiſſet pœnæ irrogarentur. Cic. Philip. 5. Vbi, inquit, lex Cæcilia & Didia? vbi promulgatio trinundinum? Vbi pœnæ recentis lege Iunia & Licinia? Idem Epiſt. ad Attic. leg. 2. & 4. & Vatinoa interrogatione, & pro domo ſua.

Iunia Norbana, de libertinis, Tulere M. Iunius Silanus L. Norbanus Balb. Coſſ. Anno. 771. vt ij ſerui, qui neq. cenſum, neque vindicta, neque teſtamento ſed aut per Epiſtolã, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione liberi fierent, non ciues Romani, ſed eodem jure, Quo Latini coloni eſſent. Vt ſi Latinus ciuem Romanam, vel Latinam vxorem duxerit, teſtatione interpoſita, quod liberorum quærendorum cauſa vxorem duxerit, poſtea filio filiave nato natave, & anniculo facto, poſſit apud Prætorem vel Præſidem prouinciæ cauſam probare, & fieri ciuis Romanus, tam ipſe quam filius filiave ejus & vxor, ſcil. ſi & ipſa Latina ſit. Vt latinorum legitimæ ſucceſſiones nullæ prorſus eſſent: ſed eorum bona manumiſſores, tanquam ſeruorum peculia ſibi haberent. Vt liberti jus ciuitatis Romanæ non ante haberent, quam jus aureorum annulorum, aut natalium reſtitutionem à principe impetraſſent, Vlp. in Inſt. Iuſtiniana tit. 3. §. 5. de ſucceſſ. liber. Idem. Nou. 78.

Iunia annalis. Vide Villia annalis.

Iunia Vellæa, de hæredum inſtitutione. Tulere, vt qui teſtamentum faceret, omnẽ virilis ſexus, qui ei ſuus hæres futurus erit, cum naſcetur, inſtituẽdi exhæredandive poteſtatem haberet, etiam viuo teſtatore naſceretur. Item, vt ſi quis ex ſuis hæredib. ſuus hæres eſſe deſineret, liberi ejus, & cæteri in locum ſuorum ſui hæredes ſuccederent. Scæuola l. Gallus 29. de lib. & poſth. Vel ſic: Vt qui teſtamentum faceret, omnes eos virilis ſexus neceſſario inſtitueret hæredes, qui cum naſcerẽtur, ei hæredes ſui futuri eſſent, eorumq. in locum liberi ſuccederẽt: qui niſi inſtituti eſſent, aut ſi exhæredati, ad exẽplum poſthumorũ eſſet teſtamentum ne valeret. Duplex itaq. in hac lege caput fuit, primum vt mortuo filio, nepotes nondum nati poſſint inſtitui: item, vt viuente filio, naſcituri nepotes poſſint, inſtitui, ſi auo viuente, & mortuo filio, naſcantur: ne facti ſui, cum naſcẽtur, ſi ſe præteritos inuenerint, rumpãt teſtamẽtum. Altero capite cautum eſt, vt nepotes jam nati, viuente filio, ab auo hæredes inſtituantur, vel nominatim exhæredẽtur: ne forte mortuo poſt teſtamẽtum filio, facti ſui hæredes, ad exemplum poſthumorum teſtamentum infirment. Cujac. pro Iunia, Iulia legendum cenſet, corruptéque, vbi hujus fit mentio, Iunia legi, ad l. Gallus ff. eo. vide §. poſthumorum. Inſt. de exhær. libe.

Iunia Petronia, de libertate, Tulere C. Iunius Cæſonius, Petronius Turpillianus Coſſ. Anno 813. Vt ſi diſſonantes pares judicum exiſtant ſententiæ, pro libertate pronuncietur, Hermog. l. 24. ff. de manumiſſ. Ab eodem quoque Petronio lex Petronia de ſeruis infra ſuo loco numeratur.

L.

Labiena, de ſacerdotiis. Tulit. T. Labienus Trib. pleb. Cicerone, Antonio Coſſ. anno 690. Vt jus creandorum ſacerdotum penes collegia eſſet, vt veteri lege Domitia, quam lex Cornelia abrogarat. Dio. lib. 37 vide Domitia Lex.

Lætoria, de minorib. Tulit, vt iis, qui furioſi vel prodigi eſſent, curatores darentur: qui eos circumſcripſiſſent, judicio publico tenerentur. Cic. de offic. 3. de natur. Deor. 3. & Capito in Anto. Philoſ. Ne à minoribus 25 annis ſtipulari liceret, hoc eſt, ne ſtipulatione obligari poſſent. Sueto. in quarto Prætorum apud Priſcianum, lib. 8 Et hoc illius caput, vt exiſtimat Hotoman. Plautus ſignificat in Pſeudolo, vbi Callidorum ſic loquentem facit. Nimis ſum miſer, nummum nuſquam reperire argenti queo. Ita miſer & amore pereo, & inopia argentaria. Perij, annon? tum lex me perdit quina vicenaria, Metuunt credere omnes. Profertur in eandem ſententiam à Conſtantino in l. 2. C. Th. de don.

Lætoria, de plebeiis magiſtratibus Vide Publilia Lætoria.

Licinia, de fenore. Tulit C. Licinius Stolo Trib. pleb. Furio, C. Lælio, &c. Trib. milit. anno 376. Vt de ſuncto eo de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionib. perſolueretur Liu. li. 6 Eſt & alia Licinia de fenore lata à Licinio Lucullo, Aſiæ proconſule, ad leuandam ære alieno prouinciam lata. Ne ſupra centeſimam jure fenoris ſolueretur, Ne maiores eſſent vſuræ, quam quibus veteri jure pecuniæ antea credebantur, Ne creditoribus à debitore fenoris nomine plus omnino liceret accipere quam quanta fructuum creditoris quarta pars eſſet.

Licinia, de magiſtratib. è plebe creandis. Tulit idem C. Licinius Stolo. Ne tribunorum militum comites fierent, ſed Conſulum & vtique alter ex plebe crearetur. Liu. lib 6.

Licinia Agraria. Tulit idem Æmilio Valerio, &c. Tribun. milit. Anno 377. Ne quis plus quingẽta jugera agri centũ pecoris majoris capita, quingenta minoris poſſideret, Varro lib de re ruſt. 1. Colum. l. 1. c. 3. Liu. li 6. Appia de bellis ciuil. lib. 1. Gell lib. 20 c. 1. Valerius lib. 8 c. 6. Plin lib 18 c 3. Velleius li. 2. Plutarc in Camillo & in Gracchis, videtur de ſeptem jugeris virium diuidendis cauiſſe, Nam Columell. lib. 1. Poſt exactos, inquit, reges Liciniana illa ſeptem jugera, quæ plebis Tribunus viritim diuiſerat, maiores quæſtus antiquis retulere, quam nunc nobis ampliſſima vervacta. Liciniæ legis, ne communi diuidundo quis alienare experiantur, fit mentio apud Marcianum. l. ſi ff. de alien. jud. mut. Si quis, inquit judicij communi diuidundo euitandi cauſa rem alienauerit, ex l. Licinia interdicitur ei, ne communi diuidundo in judicio experiatur.

Licinia ſumptuaria. Tulit P. Licinius Craſſus Diues Coſſ. cum Cn. Lentulo Anno 656. Vt Kalendis, nonis, nundis Romanis

manis cuique in dies ſingulos triginta duntaxat aſſes edundi cauſa conſumere liceret: nuptiis ducenos, cæteris vero diebus qui excepti non eſſent, tricenos; & carnis aridæ pondo tria, & ſalſamentorum pondo libram concederet, quod autem è terra, vite arboreve natum eſſet, id impune conſumere liceret. Macrob. lib. 3. c. 17. Gell lib. 2. c. 24. Cic. lib. 7. Ep. ad Gallum, Epiſt. 27. Et Feſtus. Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas Lege Licinia non plus centuſſib. præter terræ nata impendebantur: id eſt, centum aſſibus, qui erant breues nummi ex ære.

LICINIA, de ludis Apollinaribus. Tulit P. Licinius Varus Prætor vrb. Claudio, Quinctio Coſſ. Anno 545. Vt ludi Apollinares, qui die incerto fiebant, in perpetuum in ſtatam diem vouerentur. Itaque ipſe primus ita vouit, fecitque ante diem tertium nonas Quintiles: in diem deinde ſolemnis ſeruatur. Liu. lib. 27.

LICINIA CASSIA de bello Perſei. Tulere Licin. Caſſius Coſſ. Anno 582. Vt quod Perſeus Philipp. filius, Macedonum Rex, aduerſus fœdus cum patre Philippo ictum, & ſecum poſt mortem ejus renouatum, ſociis populi Romani arma intuliſſet, agros vaſtaſſet, vrbeſque occupaſſet: quodque belli parandi aduerſus pop. Roman. conſilia iniiſſet, arma, milites, claſſem ejus rei cauſa comparaſſet: vt niſi de iis rebus ſatisfeciſſet, bellum cum eo iniretur. Liu. lib. 42.

Licinia Caſſia, DE TRIBUNIS MILITUM Tulere iidem Coſſ. Ne tribuni militum eo anno ſuffragiis crearentur, ſed Conſulum Prætorumque in iis faciendis judicium arbitriumque eſſet. Liuius lib. 42.

LICINIA ET MUTIA, de peregrinis Tulere L. Licin. Craſſus, & Q. Mutius Scæuola Coſſ. Anno 658. Vt ſocij Latini, Romanæ ciuitatis jure priuati, ſuas in ciuitates redigerentur. Aſco. in Cornel & pro Scauro, Sic. in Bruto, & lib. de offic. 3. de Orat. 2. pro Cornel Balbo. & pro Sextio Appia. lib. 1.

LICINIA, de ſodalitiis. Vt in ſodalitiis judices ab accuſatore ex tribub. ederentur. Cic. in Or. pro Planc. & lib. Fam. Epiſt. 8.

Licinia Æbutia, de legum latoribus. Tulere. Vti poteſtas nulla curatione non modo iis qui de aliqua curatione, aut poteſtate tuliſſent, ſed nec eorum collegis, cognatis, affinibus mandaretur. Cic. in Orat. 2. contra Rullum, & in Orat. pro domo ſua. Sunt tamen, qui duas leges conſtituant, alteram Liciniam, alteram Æbutiam, quæ eiuſdem generis fuerint.

LICINIA rogatio, de ſacerdotiis. Promulgauit Q. Licinius Craſſus. Vt ſacerdotum cooptatio ab ipſorum collegio ad populum transferretur. Cicero in Lælio.

LICINIA Iunia, de legibus. Vide Iunia Licinia.

LIVIA de coloniis deducendis. Tulit M. Liuius Druſus Tribun. pleb Domitio, Fannio Coſſ. An 631. Vt 12. coloniæ deducerentur, & ſingulis tria ciuium millia aſſignarentur. Plut. in Gracchis.

LIVIA, de decemviris. Tulit. Vt decemviri crearentur, qui agros diuiderent. Eſt autem lata poſt captam Carthaginem, vna cum Rubria, de agris in Africa diuidundis. Harum fit mentio in tabul. ænea, cujus meminit Manutius.

Liuia de Sociis Latini nominis. Tulit idem. Ne quem Latini nominis virgis in exercitu cædi liceret. Plut. ibidem.

Liuia, DE VECTIGALIBUS. Tulit idem. Vt pauperibus quibus agri diuiderentur, vectigal quod ex lege Sempronia pendebant, remitteretur. Plut. ibid.

Liuia, DE RE NUMMARIA. Tulit idem. Vt octaua æris pars argento miſceretur. Plin. lib 33. c. 3.

LIVIA judiciaria. Tulit M. Liuius Druſus Tribun. pleb. L. Martio Philippo, Sexto Iulio Cæſare Coſſ. Anno 662. Vt æqua ex parte judicia penes Senatum & equeſtrem ordinem eſſent, id eſt, 300 equites & 300 Senatores. Aſcon. in Cornelianam. Cic. de Orat. 3. Florus in Epit. LXXI. Appianus autem rem ſic explicat: [illegible] Cum per id tempus propter ſuperiores ſeditiones vix trecenti Senatores eſſent, totidem ex equeſtri ordine arbitratu bonorum virorum delectos ipſis adjunxit, vt deinceps ex hiſce omnibus judices legerentur: vtque de pecunia ob rem judicandam accepta cauſam dicere cogerentur: quod crimen conſuetudine jam pro nullo numerabatur, cum largitiones ſine vllo pudore increbuiſſent. Hæc ille lib. de bell. ciuil 1.

Liuia Agraria. Tulit idem. Vt Semproniæ leges de agris populo diuidendis valerent.

Liuia FRUMENTARIA. Tulit idem, vt Sempronia lex de frumento plebi ex publico viritim dando valeret.

Liuia, DE COLONIIS DEDUCENDIS. Tulit idem. Vt Lex Sempronia ea de re valeret.

Liuia, DE SOCIIS. Tulit idem. Vt ſociis omnibus jus ciuitatis Romanæ daretur: quod ante ipſum M. Fuluius Conſul tentarat. Liuius tamen in perferenda lege occiſus eſt, Appianus de bello ciu. 1. Florus, & Cic. de legib. 3.

LUTATIA, de vi publica. Tulit Q. Lutatius Catulus Coſſ. cum C. Mario, anno 647. Vt de ſeditioſis conſceleratiſque ciuibus, qui armati Senatum obſederint, magiſtratibus vim attulerint. Remp. oppugnatint, quotidie etiam diebus feſtis, ludiſque publicis quærerent. Cicero pro Cœlio. Hac damnati ſunt, qui de Catilinæ ſociis in vrbe remanſerant, vt idem in eadem teſtatur. ideoque in Orat. quæ in Cic. Salluſtij nomine inſcribitur, forte pro Plautiæ, Lutatiæ legendum, cum eo loco de conjuratorum damnatione verba fiant poſt ejus conſulatum.

M.

MAMILIA de limitibus. Ejus aliquot locis mentio fit in libr. de agrorum conditionibus, conſtatque ex Aggeno Vrbico, & lib. Cic. de legib. 2. & Bruto eam in finibus agrorum quinque aut ſex pedum latitudinem præſcripſiſſe, quos vſucapi vetaret. In libello vero variorum auctorum eidem volumini ſubjecto Mamilia, Roſcia, Peducea, Aliena, Fauia nominatur: ſed capita tria duntaxat poſtremarum legum referuntur: quia neque de quinque pedum præſcriptione mentio vlla fit: etiam hæ notæ K. L. 3. item 4. & 5. caput legis tertiæ 4. & 5. ſubſcribi tantum ſignificant: quas ſuum in locum referemus Ex Cice. apparet, hanc legem finibus regundis ſingulos arbitros conſtituiſſe. Tulit C. Mamilius Tribu pleb. qui propterea Limetanus ſeu Limitanus dictus eſt. Salluſt. in Iugurth. hunc Mamilium Tribu. pleb. nominat, & in nummo argenteo ſic ſcriptum teſtatus Manut. in Salluſt. C. MAMIL. LIMETAN.

MAMILIA De Senatoribus à Iugurtha corruptis. Tulit idem S. Poſthumo, Q. Minutio Coſſ. Anno 643. Vt iquæreretur in eos, quorum conſilio Iugurtha Senatus decreta neglexiſſet, quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepiſſent qui elephantos, quique perfugas tradidiſſent, item qui de pace aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſent. Salluſt. in Iugurth.

MANIA vide Menia.

MANILIA, de bello Mithridatico Tulit C. Manilius Tribunus pleb M. Lepido, L. Volcatio Coſſ. Anno 687. Vt belli Mithridatici adminiſtratio Cn. Pompeio mandaretur. Vt prouincia vniuerſa, cui Lucullus præfuerat, omneque ipſius imperium, exercitus & copiæ Pompeio darentur: & hoc amplius Bithynia adjungeretur, cui Glabrio præerat: claſſis item & copiæ omnes maritimæ, quas ipſe initio belli Piratici habuerat, omnes præterea prouinciæ, quibus ſolis lege Gabinia non præfuerat, Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis ſuperior & Armenia. Cic. pro lege Manilia, Plutarchus in Pompeio, Appianus in Mithridat. Florus Epitome 100. Dio lib. 36.

Manilia, De ſuffragiis libertinorum. Tulit idem. Vt libertinis in omnibus tribubus ſuffragium eſſet. Vide Cic. in Miloniana, & Aſconium.

Maniliæ leges venalium vendendorum, ab Antonio dicuntur in lib. de Orat. 1. pro Cautiones, vt apud Catonem, Lex vini vendendi, oleæ faciendæ.

Manilia, de viceſima. Tulit C. Manilius Coſſ. cum C. Martio Anno 396. Vt ij qui manumitterentur, fortunarum ſuarum viceſimum ærario darent, Liuius lib. 7.

Manilia, De Sacerdotiis, Tulit P. Manilius Tribun. pleb. L. Furio, M. Marcello Coſſ. Anno 557. Vt propter ſacrificiorum multitudinem Treſviri Epulones crearentur: cum eſſent ipſi à Numa, vt etiam ludorum illud epulare ſacrificium facerent, inſtituti, Ius præterea togæ prætextæ habendæ, item vt Pontifici eiſdem eſſet. Cicer. de Orat. 3. Liuius 33. Vbi tamen pro P. Manilius, T. Romuleius legitur: quod Carol. Sigonius ex conjectura emendauit.

Manlia, De C. Mario. Tulit L. Manlius Trib. pleb. C. Mario, L. Caſſio Coſſ. Anno 646. Vt eidem C. Mario prouincia Numidia mandaretur.

Marcia Atinia. De pace Macedonica. Tulere Q. Marcius, C. Atinius Trib pleb Furio, Claudio Coſſ. Anno 557. Vellent juberentne cum rege Philippo pacem eſſe? omnes quinque & triginta tribus, vti rogas, juſſerunt, Liuius lib. 33.

MARTIA, De Magiſtratibus. Tulit Martius Cenſorinus, Ne cui bis cenſuram gerere liceret. Plutarchus in Coriolano.

Martia, De Statellis. Tulere M. Martius Sermo, & Q. Martius Sylla, Trib. Popilio, Ælio Coſſ. Anno 581. Vt qui ex Statellis (Liguſtiæ populis) dedititiis in libertatem reſtitutus ante Kalendas Sextiles non eſſet, cujus dolo malo in ſeruitutem veniſſet, vt juratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret, animaduerteretque. Liuius lib 42.

MARIA De ſuffragiis. Tulit C. Marius Trib. pleb. L. Cecilio, L. Catta Coſſ. Anno 634. Vt pontes, per quos ſuffragia in comitiis ferebantur, anguſtiores fierent ne quis illic qui ſuffragium ferret, conſiſtere poſſet ad appellandum rogandumque. Cic. de legib. 3. Plutarch. in Mario.

MARIA, De re nummaria. Tulit M. Marius Gratidianus Prætor, L. Sylla Dictatore. Vt nummi certa jam excogitata ratione probarentur. Iactabatur enim temporibus illis nummus ſic, vt nemo ſcire poſſet, quid haberet, de offic. 3 Plin lib. 33. cap. 9. qui legem hanc nominatim appellat, cum Cicero Prætoris edictum de Roſtris promulgatum fuiſſe ſcribat. Hic autem

illa Marius eſt, cujus caput Catilina per vrbem tulit: quod ei inuidioſiſſime objicit Cicero.

Maria Porcia, De Triumpho. Tulere L. Marius M. Cato Porcius Trib. pleb. Vt pœna afficerentur ij, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum ciuium falſum numerum literis Senatui retuliſſent. Vt cum primum vrbem intraſſent, apud Quæſtores vrbanos iurarent, de vtroque numero vere ab iis Senatui ſcriptum eſſe. Valerius lib. 2. c. de jure triumph.

Memmia, de Iugurtha Romam euocando, Tulit C. Memmium Trib. pleb. P. Scipione Naſica, L. Beſtia Calpurnio coſſ. Ann. 643. Vti L. Caſſius Prætor ad Iugurtham mitteretur, eumque interpoſita fide publica Romam duceret, quo facilius indicio regis, Scauri & reliquorum, quos pecuniæ captæ arceſſebant, delicta pateſierent. Salluſt. de bello Iugurth.

Memmia de reis poſtulandis, Tulit, vt eorum, qui Reip. cauſa abeſſent nomina ne in reos reciperentur. Vt calumniatorib. pœna conſtituto judicio interponeretur. Valer. Max. lib 3 c. 7. Calumniatori autem hac in lege in fronte imprimebatur litera, qua indicabatur calumniatum eum eſſe, Cic. pro Sexto Roſcio literam illam, cui vos vſque eo inimici eſtis, vt etiam calumnias oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt poſtea neminem alium, niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis, Hujus etiam meminit Papin. l. 13. de teſtib leg. 1. §. 1. Ad SCtum Turpil. Legitur etiam Remmia. Plin. in Panegyrico de delatoribus loquens: Neque vt antea exanguem illam, & ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant.

Menenia Sextia, de mulcta. Tulere T. Menenius, P. Sextius coſſ. Ann. 301. Auctor Feſtus lib. 4. cujus verba ſic legit Hot. Peculatus furtum publicum dici cœptum eſt, à Pecore, quia ab eo initium ejus fraudis eſſe cœpit, ſiquidem antea æs aut argentum ſignatum ob delicta pœna grauiſſima erat 2. ouium, & 30 boum: quæ pecudes poſtquam ære ſignato vti cœpit populus Rom. Tarpeia lege cautum eſt, vt bos centuſſit, ouis decuſſis æſtimaretur. Eam legem ſanxere T. Menenius Lanatus, & P. Sextius Capitolinus coſſ.

Menia, De auctoritate patrum. Nominatur à Cic. in lib. de clar. Orat. Eaque videtur eſſe, quæ apud Feſt. lib. 14. Minia nominatur, in dictione, Prorſus & apud Nonium fortaſſe, in voce Sugillate: vbi ait, Sugillare, occludere. Varro Geminis, contra lex Mania eſt in pietate ne filij patribus luce clara ſugillent oculos: alludere videtur ad patrum nomen, quo lex Menia Patricios intelligebat.

Menia, de ciuitate. Tulit, Vt alterutro peregrino natus deterioris parentis conditionem ſequatur. Vlp. c. Inſt. 5. Et ad hanc idem in l. lex naturæ, 24. de ſtatu hom. ſpecial. legem intelligit.

Metella, de fullonibus Vide Cæcilia, de fullonib.

Menutia, Meminit Feſt. lib. 13. in voce Oſi ſunt.

Minutia, de Triumuiri menſariis. Tulit Minutius Trib. pleb. Æmilio, Terentio coſſ. Anno. 537. Vt propter penuriam argenti Triumuiri menſarij crearentur. Liuius lib. 23.

Muneralis lex vocata eſt, qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere, Feſtus, qui Plauti verſus citat, quos in Cincia retulimus.

O.

Ogulnia De Sacerdotibus. Tulere Q. & Cn. Ogulnij. Trib. pleb. M. Valerio, Q. Appulcio coſſ. Ann. 454 Vt cum quatuor Augures, quatuor Pontifices ea tempeſtate eſſent, placeretque augeri ſacerdotum numerum, quatuor pontifices, quinque Augures, de plebe omnes allegerentur, Ita deincept octo Pontifices, nouem augures fuerunt. Liuius lib. 10.

Oppia, De matronarum cultu, vel mundo muliebri. Tulit C. Oppius Tribun. pleb. Q. Fabio, T. Sempronio coſſ. Ann. 540 in medio ardore belli Punici ſecundi. Ne qua mulier plus ſemunciam auri haberet: neve veſtimento verſicolori vteretur: neu iuncto vehiculo in vrbe oppidove, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa veheretur. Liuius lib. 34 in pr. Tacit. lib. 3 & Val. Max. lib. 9. c. 1. Ea tamen poſt viginti annos antiquata eſt, auctorib. M. Fundanio, & L. Valerio Trib. pleb.

Optima Lex, cum nominabatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellabatur, quam pleniſſimum poſſet ius eſſe, ſignificabatur. Vt fuit D. Valerij Marci filij, Voluſij nepotis, qui primus magiſter populi creatus eſt. Poſtquam vero prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici, Vt optima lege: vt pote imminuto iure priorum magiſtrorum. Hæc Feſtus. Idem alibi. In magiſtro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet jus eſſet, ſignificabatur. Poſtquam vero prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat deſitum eſt dici, Vt optima lege: vt pote imminuto jure priorum magiſtrorum.

Orchia, de numero conuiuarum. Tulit C. Orchius Trib. pleb. Q. Fabio M. Claudio coſſ. Anno 570. Macrob. lib. 3. c. 17. Feſt. li. 13. in dictione, obſonitauere.

Ouinia Lex nominatur à Feſto, vbi de præteritis agit Senatoribus. Vt cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatum legerent, quo factum eſt, vt qui præteriti eſſent, & loco moti, haberentur ignominioſi.

P.

Pacuuia, de menſis Auguſti nomine. Tulit Sextus Pacuuius Tribun. pleb. Auguſto Imperatore, vt qui menſis ante Sextilis vocabatur, quod à Martio, qui primus olim fuerat, ſextus eſſet: is deinceps Auguſtus ab Auguſto diceretur, Macrob. lib. Sat. 1. ca. 12.

Pagana Lege in pleriſque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes, torqueant fuſos, aut omnino detectos ferant, quoniam aduerſetur id omnium ſpei, præcipueque frugum. Plin. lib. 28. c. 2. ad fin.

Papia, vide Pappia.

Papiria Iulia de mulctarum æſtimatione. Tulere L. Papirius L. Iulius coſſ. Ann. 324. Liuius lib. 4. vide Ateria.

Papiria, de nexu, vide Petilia.

Papiria, De ciuitate. Tulit L. Papirius Pr. Vt Acerranis ciuitas ſine ſuffragio daretur, Cornelio, Domitio coſſ. Ann. 421. Liuius lib. 8.

Papiria, de ſuffragiis. Tulit C. Papirius Carbo Tribun. pleb. Popilio, Rupilio coſſ. Anno DCXXI. Vt in jubendis legibus aut vetandis populus tabella ſuffragium ferret. Cic. de legib. 3.

Papiria de triumuiris capitalib. aut potius Monetalibus. Tulit L. Papirius Tribunus pleb. Vt qui prætor fieret, qui inter ciues jus diceret, Tres viros capitales (Monetales legit Hotom.) populum rogaret, qui ſacramenta litigatorum exigerent, judicarentque, eodemque jure eſſent, vt quos ex legibus plebiſve ſcitis exigere judicareva oportet. Hæc ex Feſto in lib. 17. voce Seſtertius.

Papiria, De conſecratione. Tulit idem. Ne iniuſſu plebis ædes, terram, aram, aliamve rem vllam conſecrare liceret. Cic. pro Domo ſua.

Papiria, De refectione Tribu. pleb. Tulit C. Papirius Carbo Tribun. pleb. L. Cornelio Scipione, C. Lælio coſſ. Ann. 560. Vt eundem Tribun. pleb. quoties quidem vellet, creari liceret, quæ tamen perlata non eſt. Florus li. 59. & Cic. in Lælio.

Papiria. De re nummaria. Tulit, vt cenſet Hoto. idem L. Papirius Trib. pleb. Vt aſſes, qui vnciales erant ſemunciales fierent. Plin. lib. 33. c. 3.

Pappia, De ciuitate. Tulit C. Pappius. Tribun. pleb. Cotta Manlio coſſ. Anno DCLXXXIX. Vt peregrini vrbe Roma pellerentur. Cic. de Offi. 3 pro Balbo, pro Archia. Dio lib. 37.

Pappia. De Veſtalis capiundis, Tulit. V. Pont. Max. arbitratu virgines è populo viginti legantur, ſortitioque in concione ex eo numero fiat. Gell. lib. 1. c. 12.

Pappia, De Sociis, Tulit, Vt ſocij Latini in ſuas ciuitates redigerentur. Vt judicium ſocijs & ciuitatibus exteris conſtitueretur, repetundi ejus cauſa, quo in ciuitatis R. cenſum irrepſiſſet. Valerius lib. 3. c. 4 Cic. in Cornelia.

Pappia decimaria. Tulit Auguſtus. Vt quis extraneus hæres inſtitutus fuiſſet, is priuſquam hæreditatem adiret, viceſimam partem fiſco impendere teneretur: qua lege proximiores hæredes non tenebantur, cujus etiam meminit Iuſtiniani. l. 1. vlt. C. de edict. diui Adria. tol. quod in totũ ſuſtulit Gratianus Imp. vt affirmat Auſon. in Gratiarum actione. Aliud ejus caput erat, vt ſi hæres inſtitutus viuente teſtatore, vel ante aditam hæreditatem deceſſiſſet, fiſco bona addicerentur. Et hoc ab Iuſtiniano ſublatum tit. C. de caduc. toll. Tertium, vt vir & vxor, nullis ex eo matrimonio extantibus liberis, decimam ex teſtamento matrimonij nomen capere poſſint: ſi vero extent liberi ex alio matrimonio, pro vnoquoque ex liberis aliam decimam, & pro communi filio poſt nonum diem amiſſo aliam: pro duobus poſt nonum diem amiſſis duas; quod explicat Vlp. in fragm. tit. 15. & 16. Vide Cujac. Obſeru. lib. 3. cap 12.

Pappia Poppæa, de maritandis ordinibus, Tulere M. Pappius Mutilus, Q. Poppæus Secundus coſſ. ſuff. Auguſto Imperatore: vt conſtat ex Dione, apud quem Popilius legitur, pro Poppæus. Vt qui Senator eſſet, quive filius, nepos, pronepoſve ex filio vel ex filia natus, cujus eorum eſſet, ne quis eorum ſponſam vxoremve ſciens dolo malo haberet libertinam, aut eam quæ ipſa, cujuſve pater, materve artem ludicram facit, fecitve, neve Senatoris filia, neptiſve ex filio, proneptiſve ex nepote, filio nata, nata libertino, ejus qui ipſe, cujuſve pater materve artem ludicram facit fecitve, ſponſa nuptave ſciens dolo malo eſſet. Vt ne quinquaginta annis minor ſexagenario nuberet: aut vir hac ætate iunior quinquagenariam fœminam duceret in vxorem: Vt patronis, qui jus trium liberorum habebant, contra tabulas teſtamenti liberti, aut ab inteſtato contra ſuos heredes non naturales bonorum poſſeſſio detur. Vt patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus idem juris detur, quod patronis ex edicto. Vt liberis ingenuæ tribuatur. Vt omnibus ingenuis, præter Senatores, eorumque liberos, vxores libertinas habere liceret. Tacitus lib. 3. ICti ſub tit. de ritu nupt. de vulg. ſubſtit. de jur. patr. & aliis locis innumeris. Vlp. 5. Inſtit. 14. & 26. Dio. lib. 56. Vide l. Iul.

Digitized by Google

l. Iul. de mar. ordin. vbi plura diximus. Vide item Lactantium lib. 2. Inſtit. c. 26. Suet. in Claudio, c. 14 Vbi Claudium refert cæpere vnam hujus legis edicto abrogaſſe, quod de ſexagenariis loqueitur: quod ſecutus eſt Iuſtin. l. ſancimus, 1. C. de nup. Vide Alex. ab Alex. lib. 4. c. 22.

Pappia, de jure patronatus. Tulit idem. Vt ex bonis ejus, qui H.S centum millium patrimonium reliquerat, & pauciores quam tres liberos habebat, ſiue is teſtamento facto, ſiue inteſtatus mortuus fuerat, virilis pars patrono deberetur. Itaque cum vnum quidem filium reliquerat hæredem libertus periude pars dimidia debebatur Patrono, ac ſi is ſine vllo filio filiave inteſtatus deceſſiſſet: cum vero duos duasve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: ſi tres reliquerat repellebatur patronus. Item, Vt libertus, qui duos libertos in poteſtate haberet, operarumque obligatione liberaretur. Iuſtin. §. de ſucceſſ. liber. Et in Pand. ſub tit. de bon. liber. aliiſque locis compluribus.

Plota. De vi Cæſaris interſectoribus. Tulit Q. Pedius Coſ. cum Auguſto Cæſare Anno 611. Vt qui C. Cæſaris cædis auctores eſſent, judicio conſtituto rei fierent, & damnatis aqua & igni interdiceretur. Appian. lib. de bello ciuil. 3. Suet. Nerone & Galba. Vellejus lib. 2.

Pinucia De inceſtu. Nominatur à Cic. de nat. Deor. 3.

Pinucia, De terminis. Tulit. In libello variorum auctorum. De agrorum conditionibus, bis edita eſt verbis, quæ tamen aliqua ex parte correximus. Quæ colonia hac lege deducta, quodve municipium præfectura, forum, conciliabulum conſtitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, ſi termini in eo agro ſtatuti non erunt, quo in loco terminus non extabit, in eo loco is, cujus is ager erit, terminum deſtituendum curato: vtque recte factum eſſet velit, magiſtratus qui in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo jure dicundo præerit, facito vt fiat.

Pesulania, de damno à canibus illato. Tulit. Vt ſi canis pauperiem feceriti, damnumve dederit, in dominum actio detur, vt aut damni æſtimationem ſebeat, aut cauem noxæ dedat. Paul. Sent. lib. 1. c. 15. In quibuſdam tamen exemplaribus Peſolonia legitur. Cujac. Solonia reponit, vt ad Solonem referatur, de quo ſic Plutarc. [illegible]

Petelia Papiria, De Nexu, Vide Poetelia Papiria.

Petilia, de peculatu Tulit. Qu. Petilius Trib. pleb. Æmilio. Flaminio Coſſ. Anno 556. Vellent juberentne, quæratur, quæ pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho eſt, quique ſub ejus Imperio fuerunt, quod ejus in publicum relatum non eſt, vti de ea re Seru. Sulpit. Prætor vrb. ad ſenatum referat. Omnes tribus vti rogat juſſerunt. Liu. lib. 38.

Petronia, De ſeruis. Tulit, vt exiſtimat Hoto. Petronius Turpillianus Coſſ. cum Cæſonio Peto. Anno 815. Ne dominis poteſtas eſſet ad beſtias depugnandas ſuo arbitratu ſeruos ſuos tradere. Vt ei, qui jure viri delatum adulterium non peregiſſet, nunquam poſtea hoc crimen referre liceret. Modeſt. l. 2. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Impp. l. 15. C. ad l. Iul. de adulte. Ab eodem Petronio & collega Iunio, ſupra Iunia Petronia numerata eſt.

Petronia, De peregrinis. Tulit. Vt peregrini vrbe Roma expellerentur. Cic. lib. de offic. 3 Hanc Feſtus lib. 16. in voce, Reſpublicas, eo loco ſignificat, vbi nunc P. Ennij de peregrinis legitur, vt vult. Hotom.

Pinaria, de ambitu. Tulit L. Pinarius Tribu. mil. cum collegis Anno 322 Ne cui album veſtimentum addere petitionis cauſa liceret. Liu. lib. 4. Lex tamen non tenuit, vt ex omnium temporum conſuetudine intelligitur.

Pinaria Furia de intercalando. Tulere L. Pinarius. L. Furius Coſſ eam antiquiſſimam, cui menſis intercalaris adſcriblitur, in columna ærea inciſam fuiſſe Varro ſcribit, teſte Macrobio, lib. 1. 13.

Plautia Iudiciaria. Tulit M. Plautius Siluanus Tribun. pleb. C. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone Coſſ. Anno 664. ſecundo anno belli Italici, cum equeſter ordo in judiciis dominaretur. Vt tribus ſingulæ ex eo numero quinos denos ſuffragio crearent, qui eo anno judicarent, ex eo factum eſt, vt Senatores quoque in eo numero eſſent, & quidam etiam ex ipſa plebe. Cic. in orat. pro Corn. Epiſt. ad Attic. lib. 4. & Aſcon. Ex quo intelligitur, cum equites ſoli judicarent xxx. tribus dediſſe ſingulas xv. judices, itaque judices 450. fuerunt: & judicia inter tres ordines, ſenatorium, equeſtrem, & plebeium communicata ſunt.

Plautia. De vi publica. Tulit idem. Vt de iis, qui vim publicam armatis hominibus feciſſent, quæſtio conſtitueretur. Meminit Cic. de reſp. aruſp. pro Mil. lib. Epiſt. ad Q. Fratrem, 2. & ad Attic. Saluſt. in Catil. Aſcon in Milon. & Cælius ad Cic. lib. Epiſt. 8. Item. Ne rem vi poſſeſſam vſucapere liceret. Iulianus leg. 33. §. 2. ff. de vſuc. §. furtiuæ. Inſtit. de vſuc. Lex Plautia & Iulia ea demum vetuit longa poſſeſſione capi, quæ vi poſſeſſa fuiſſent: non etiam ex quibus vi quis dejectus fuiſſet. Hujus legis mentio fit in ea Oratio. quæ Saluſtij nomine in Cicer. inſcribitur corrupte tamen, meo judicio & pro Plautiæ. Lutatiæ legendum. Vide Lutatiæ, De vi publica.

Plautia Papiria, de ciuitate, Tulere M. Plautius Siluanus, C. Papirius Carbo Tribu. Pleb. Cn. Pompeio L. Catone Coſſ. 664. Vt ciuitas jus darent, qui fœderatis ciuitatibus adſcribi fuiſſent, ſi & cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuiſſent, ſexaginta diebus eſſent profeſſi. Cic. pro Archia.

Prætoria, Vide Lætoria.

Prætoria De jure dicendo. Tulit M. Prætorius Tribun. pleb. Vt Prætor vrbanus qui nunc eſt, quique poſthac fuerit duo lictores apud ſe habeto: iſque ſupremum ad ſolis occaſum jus inter ciues dicito, Cenſorin. lib. de die nat. cap. 19. Varro lib. de ling. 5. Sed poſtea lex Prætoria id quoque tempus jubet eſſe ſupremum, quod Prætor in Comitio ſupremum pronunciauit populo.

Plotia, De exulibus Tulit Plotius Trib. pleb. Vt qui Lepidum ciuili bello ſecuti, poſt necem Coſſ. ad Sertorium confugerant, impune in ciuitatem redirent. Sueton. in Cæſare, Gell. lib. 13. cap. 3.

Plotia & Flauia agrariæ. Tulere Tribun. pleb. Vt vel agri, quod à Senatu locupletes emiſſent, reddita poſſeſſoribus pecunia, plebi diuiderentur: vel, ſi neminem vetere poſſeſſione moueri Senatus vellet, alij agri ex pecunia, quæ ex noua vectigalibus per quinquennium reciperetur, emerentur, & plebi quæ agros non haberet partirentur. Cicer. lib. ad Attic. 1. Has ideo iunxi, quod vtraque idem ſancitum fuerit.

Plotia Agraria. Nominatur à Cicerone libr. Epiſt ad Attic. 1. Epiſt Nihil mihi, Agraria, inquit, promulgata eſt à Flauio: ſane leuis eadem fere quæ fuit Plotia.

Poetelia, de ambitu prima. Tulit C. Pœtilius Trib. pleb. C. Fabio & C. Plautio Coſſ. Anno. 395. Vt ne ambiendi magiſtratus cauſa nundinas & conciliabula obire liceret. Liu. lib. 7.

Poetelia Papiria, de nexu. Tulere C. Pœtelius L. Papirius Mugillanus Coſſ. Anno CDXXIX Ne quis niſi noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur: pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet, & ne quis in poſterum necteretur. Liu lib. 8 Et de eadem lege C Manlius in Epiſt. ad Q. Marcium conſulem apud Salluſt. Catilin. Et ita Solon: [illegible], quam legem Σεισάχθειαν appellabat, vt ſcribit Plutarchus.

Pompeia, de Tribu. pleb. Tulit C Pompeius v. Conſul cum Marco Craſſo, Anno 683. Vt ad Tribunos pleb. prouocandi jus eſſet: (quod lege Corn. prohibitum fuerat) omniaque omnino, quæ Tribun pleb. ademerat Sylla, illis reſtituerentur. Plutarch. in Pompeio, Aſconius in Verrin. 1. & 2. & Cæſar de bel ciuil. lib. 1.

Pompeia, De jure coloniarum Tulit Cn. Pompeius Strabo Conſul. Vt tranſpadanæ coloniæ, eæque quæ extra Italiam finitimæ Pado in agro Gallico erant conſtitutæ, petendi magiſtratus gratia ciuitatem Romanam adipiſcerentur, & hæreditates à populo Rom. capere, reliquoque jure ciuium Rom. vti poſſent. Aſcon. vt refert. Zaſius.

Pompeia, De Provinciis. Tulit Cn. Pompeius Coſ. cum Q. Cæcilio, Anno 701. Vt ſibi Hiſpania prouincia in alterum quinquennium prorogaretur. Dio lib. 38. & Plut. in Vit. qui tamen, Quadriennium ſcribit.

Pompeia Iudiciaria. Tulit idem Coſ. cum M. Craſſo iterum. Anno 693. Vt ampliſſimo ex cenſu, ex centuriis aliter quam antea, lecti judices, ex tribus tamen ordinibus quibus Aurelia lege communicata erant judicia: Senatorio ſcilicet, Equeſtri & Tribunis ærariis res judicarent. Item vt quinque & ſeptuaginta judicis, cauſas cognoſcerent. Cic. in Piſonem, & Aſcon. in eandem.

Pompeia, De Parricidiis. Tulit idem. Vt qui cognatos vel affines, qui parentum liberorumve nomine continentur, fratremque aut ſororem necaſſet, is ſanguineis virgis verberatus, in culeum inſueretur cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia, deinde in mare vel profluentem projiceretur. Modeſt. leg. 9. ff. ad l. Pompeiam de parricid. Vbi ait, more maiorum eam fuiſſe conſtitutam pœnam. Florus autem Epitome 68. de Publicio Malleolo loquens, qui ob matrem interemptam primus hoc ſupplicij genus ſubiit, culei tamen meminit, vt & Valerius Maxim. lib. 1. capit. 1. de Tarquinio rege ſcribentium & Cicero in Orat pro Sexto Roſcio. Seneca vero libr. de Clementia prima, de Cæſare Auguſto loquens: Non culeum. Inquit, non ſerpentes, non carcerem decreuit. Iuuenalis etiam de ſerpente & ſimia loquitur. At Conſtantinus in l. 1. Cod. de parricid. canem & gallum gallinaceum adjeciſſe videtur: quæ tamen omnia Iuſtinianus legi Pompeiæ in Inſtitutionibus attribuit. Vt vt ſit, hoc videtur Pompeius inſtituiſſe, vt cum antea Prætor certus ac proprius non eſſet, qui de parricidiis jus diceret, ſed lege Cornelia, qui inter ſicarios quæreret, de iis quoque quæreret (quemadmodum ex Roſciana intelligitur) deinceps certus hujus criminis quæſitor eſſet: nam quod ait Vlpia. in l. 1. ff. de parricid Pompeia eandem Pœnam parricidis eſſe conſtitutam, quæ lege Cornelia de ſicariis: ſic ac-

ciplendum eſt, qua lex Cornelia ad parricidas pertinebat. Alioqui perobſcurus videri locus poſſet.

Pompeia DE VI ET AMBITV. Tulit idem Conſul, ſolus creatus Anno DCCI. Vt priuſquam cauſa de vi ageretur, teſtes per triduum audirentur: dicta eorum judices conſignarent, quarta die adeſſe omnes in diem poſterum juberentur, & coram accuſatore ac reo pilæ, in quibus omnium judicum inſcripta eſſent, æquarentur: dein rurſus poſtera die ſortitio fieret vnius & LXXX. qui numerus cum ſorte obtigiſſet, ipſi protinus ſeſſum irent: tum ad dicendum accuſator duas horas, reus tres haberet, reuſque illo eodem die judicaretur: prius autem quam ſententiæ ferrentur, quinos ex ſingulis ordinibus accuſator, totidem reus rejiceret: ita vt numerus judicum relinqueretur, qui ſententias ferrent, quinquaginta & vnus. Aſconius in Milonianæ argumento, Dio lib. 40 Cic. lib. 4. de finib & ad Attic. lib 10. Cæſar de bello ciuil. lib. 3.

Pompeia DE PECVNIIS OB REM IVDICANDAM CAPTIS Tulit idem, eodem anno. Vt de iis qui à ſecundo ſuo conſulatu ad hunc vſque diem ob rem judicandam pecunias cepiſſent, quæſtio conſtitueretur. Appia. de bello ciuil lib 5.

Pompeia IVDICIARIA. Tulit idem, eod. anno. Ne reum in judicio laudare liceret. Plutarc. in Pomp. & Cato Vtic. Valerius lib. 6. cap. 2.

Pompeia, de magiſtratib. Tulit Cn. Pompeius tertium Conſ. cum Q. Cæcilio, Anno DCC. Ne cujus abſentis in magiſtratuum comitiis ratio haberetur: vno Cæſare excepto. Cic. lib. 40. & Plutarch in vitis.

Pompeia, DE MAGISTRATIBVS BITHYNIORVM. Tulit idem: Ne quis annis XXX. minor magiſtratum caperet, in Senatuve eſſet. Vt qui magiſtratum cepiſſent, ers in Senatu eſſe liceret, Ne Decuriones in etiam à Cenſoribus lecti, pecuniam pro introitu darent. Vt Senatores certis de cauſis à Cenſoribus ordine moverentur. Vt Bithynicis ciuitatibus adſcribere ſibi quos vellent, ciues liceret, dum ne ciuitatis eſſent alienæ. ſed earum quiſque ciuitatum, quæ eſſent in Bithynia. in Plin. Cæcil. lib. Epiſt. 10. Epiſt 48 & 117.

POPIRIA, de Veſtalis capiendæ ritu. Vt ſi quis honeſto loco natus adeat Pontificem Max. atque offerat ad ſacerdotium filiam ſuam, cujus dumtaxat, ſalvis religionum obſervationibus, ratio haberi poſſit: id per ſe ratum ſit. Gell. lib. 1. c. 12.

PORCIA, De jure ciuitatis. Tulit M. Porcius Cato Tribun. pleb. Valerio, Anicio Coſſ. Ann. CCLIV. Ne quis magiſtratus ciuem Rom. virgis cæderet, necaretve: ſed damnatu exilium permitteret; cum antea nudorum ceruix inſereretur furcæ, corpus virgis ad necem cæderetur. Liuius lib. 10. Cicer. pro Rabirio perduel. Salluſt. in Catil. Suet in Nerone.

PVBLICIA, de cereis. Tulit Publicius Trib. pleb. Vt Saturnalibus cerei non niſi ditioribus mitterentur. Macrob lib. 1. c 7.

Publicia, de luſu. Tulit. Ne quis in pecuniam luderet, ſponſionemve in ludo, niſi qui Virtutis cauſa ſuſceptus eſſet, faceret: velutiſi quis certet haſta, vel pilo iaciendo vel currendo, ſaliendo, luctando, pugnando, Marcianus l. 3. ff de alear. Idem l. Titia & Cornelia ſancitum fuit, vt idem refert.

PVBLILIA, Lætoria, de plebiis magiſtratib Tulit Volero Publilius Philo, & Lætorius Trib. pleb. Ap. F. & T. Quinctio Coſſ. Anno CCLXXX. Vt plebij magiſtratus, qui antea curiatis comitijs fiebant, deinceps remotis patrib. tributis comitiis crearentur. Liu. lib. 2. Dionyſ li. 9. apud quem tamen [illegible] legitur pro [illegible] Nam Volero prænomen, Publilius nomen fuit, vt non Voleronia, ſed Publilia lex dicenda ſit.

Publilia, de legibus & cenſoribus Tulit Q. Publilius Philo Dictator, Ann. CDXIV. Vt plebiſcita Quirites omnes tenerent: Vt legum quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent: vt alter vtique ex plebe, cum eo ventum ſit, vt vtrumque plebeium Conſulem fieri liceret, Cenſor crearetur. Liu. lib. 8 V. C. 8.

PVPIA, De Senatu habendo. Tulit Ne Senatus à XVII. Kalendis Febr. ad vſque Kalendas Febr. haberetur. Ne niſi perfectis, aut rejectis legationibus aliis de reb. Senatus haberetur. Cic. Epiſt. Lentul. 4. ad Q. Fratrem, lib. 2. Epiſt. & Cælius 8 Epiſt. ad Cicer. vbi hac lege ſolutos magiſtratus ſcribit.

Q.

QVINTA Vicenaria, vide Lætoria.

R.

REGIA, DE VETVS IMPERIO. Lata eſt ineunte regnum Romulo, qua populus omnem ei poteſtatem in ſe conceſſit. Liu. lib. 34. Ex vero tandem genere ea lex eſſe videtur, quam abrogamus? an vetus regia lex, ſimul cum ipſa vrbe nata? Cum autem annis amplius D florente populi Rom. libertate ſopita fuiſſet, poſtea D. Auguſti & Tiberii dominatu, qui legibus ſoluti ſunt, excitata, ſubtilius & copioſius quam antea perſcripta eſt: & quo quiſque die ſucceſſores mortuorum Imperium excipiebant, recitari ſolebat, quemadmodum ex his ejus reliquiis intelligitur, quæ ex libro Epigrammatum Romanorum referuntur ab Hotomanno. Ea vero ad Veſpaſiani imperium pertinet: quæ vt idem cenſet, à Corn. Tacito lib. 20. his ſignificatur verbis Tum Senatus omnia Principibus ſolita Veſpaſiano decreuit, &c. Sunt & qui teſtentur Romæ hanc Scripturam extare in baſilica Lateranenſi, in ære inciſam. Eſt autem hujuſmodi: Fœdus ne cum quibus volet facere liceat, ita vti licuit D. Auguſt. Tiberio Iulio Cæſari Auguſto. Tiberio Claudio Cæſari Auguſto Germanico. Vtique cum ex voluntate authoritateve, juſſu mandatuve ejus, præſenteve eo Senatus habebitur omnium rerum jus perinde habeatur, ſervetur, perinde ac ſi è lege Senatus edictus eſſet, haberetùrve: Vtique quos magiſtratum, poteſtatem, imperium, curationemve cujus rei petentes Senatui populoque Rom. commendaverit, quibuſve ſuffragationem ſuam dederit, promiſerit, eorum comitiis quibuſve extra ordinem ratio habeatur. Vtique ei fines, pomœrij proferre, promouere, cum ex Rep. cenſebit eſſe liceat, ita vti licuit Tiberio Claudio Cæſari Aug. Germanico. Vtique quæcunque ex vſu Reipubl. majeſtate diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumque rerum eſſe cenſebit, ei agere, facere, jus poteſtaſque ſit, ita vti D. Auguſto, Tiberioque Iulio Cæſari Auguſt. Tiberioque Claudio Cæſari Aug Germanico fuit. Vtique quibus legibus plebiſueſcitis ſcriptum fuit, ne Diuus Auguſt. Tiberiuſve, Iulius Cæſar. Auguſt. Tiberiuſve Claudius Cæſar Auguſt. Germanicus tenerentur, iis legibus, plebiſueſcitis Imp. Cæſar Veſpaſianus ſolutus ſit: quæque & quaqua lege rogatione Diuum Auguſtum, Tiberiumve Claudium Cæſarem Auguſtum Germanicum facere oportuit, ea omnia Imper. Cæſari Veſpaſiano Auguſto facere liceat. Vtique quæ ante hanc legem rogatam acta, geſta decreta, imperata, ab Imperatore Cæſare Veſpaſiano Auguſto juſſu mandatuve ejus à quoque ſunt, ea perinde juſta rataque ſint, ac ſi populi plebiſve juſſu acta eſſent. Sanctio. Si quis hujuſce legis ergo aduerſus leges, rogationes plebiſueſcita, ſenatuſve conſulta fecit, fecerit, ſiue quod eum ex lege, rogatione, plebiſueſcito. S. V. CC. facere oportebit, non fecerit, legis hujus ergo, id ei ne fraudi eſto: ne quid ob eam rem populo dare debeto, neve cui de ea re actio, neve judicatio eſto, neve quis de ea re apud ſe agi ſinito. Hæc ex epigrammatum antiquorum lib. Vlp. autem in l. 1. ff. de conſt. princ. hanc legem ſignificat, cum ita ſcribit: Quod principi placuit, legis habet vigorem: vtpote cum lege Regia, quæ de imperio ejus lata eſt, populus ei & in eum omne imperium & poteſtatem conferat. Quod Iuſtinia. totidem verbis in tit. de jure natur. & gent. tranſcripſit. Hanc autem Alexander Imp. legem imperij appellare videtur in leg. 3 C de teſtamentis. & à Strabone in fine poſtremi libri ſignificatur his verbis: vbi de Cæſare Auguſto loquens, [illegible]

RAPIA, de mortuo inferendo. Tulit. Ne mulier, quæ prægnans mortua ſit, humetur antequam partus ei excidatur, qui contra fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videatur. Marcian. l. 2. ff. de mort. infer. Hanc autem legem ſuperioris partem fuiſſe, ridiculum eſt dicere, tametſi ejus auctorem nominare difficile eſt, cum ſatis conſtet, Regis verbum cognomen fuiſſe, non nomen. Exiſtimat Hotomanus Romuli aut Numæ Pompilij legis alicujus, de qua Marcianus antea diſputarat, partem hanc fuiſſe, cum præſertim ad ſacra hæc lex pertineat, de quibus quæ leges à Numa conſtitutæ fuerant, ſemper obſeruandæ ſunt: vt Iulius quoque Capitol. in Antonio Pio teſtatur. Similem Diodorus apud Ægyptios Græcoſque prope omnes legem de mulieribus grauidis rei capitalis damnatis li. 2. commemorat. itemque Clem Alex. l. 2. Strom. & Plutarch. de Ægyptiis, lib. de ſera num. vind. Ælianus de Athenienſibus lib. Var. hiſto. 5.

REMMIA vide Memmia.

RHODIA. De iactu. Latam opinatur Hotoman. à Rhodiis, & à Cæſaribus receptam: Vt ſi leuandæ nauis gratia iactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnib. damnatum eſt. Paul. l. 1. ff. de lege Rhodia. Sumpſiſſe tamen videntur hanc legem Romani, vt & alias complures nauticas à Rodiis, quorum diſciplina naualis, & gloria tunc maximè excellebat: & in l. [illegible] ff. de l. Rhod. eleganter Antonius ait, terram ſuis legibus, mare legibus Rhodiis regi, quatenus nulla eis ſtatarum legum aduerſatur. Niſi forte hæc de Rhodus lata eſt: & Rhodia ſic dicatur, vt Cypria lex (quæ de Cypri rege lata eſt à Claudio) nominatur in Sextiana, & Tribunitia, de Tribunorum poteſtate, in ſecunda. Verr.

ROMVLEIA, de ſacerdotiis. Vide Manlia.

Roſcia Theatralis Tulit L. Roſcius Otho, Trib. pleb. L. Metello, Q. Martio coſſ. Anno LXXXII. Vt in Theatro Equitibus Romanis, qui H.S. quadringenta poſſiderent 14. gradus ſpectandi gratia aſſignarentur: exceptis iis, qui ſine ſuo ſiue fortunæ vitio decoxiſſent, cui generi certum locum aſſignauit, pœna irrogata ſi in 14. ſediſſent. Cicero Philipp 2. Aſcon. in Cornelianam. Flor. epi. 99. Dio lib. 36. Plin. lib. 7. c. 30. Iuuenalis Satyra 14 Et Tacit. lib. 15. qui legem interpretatur hanc habuiſſe vim vt Equites non ante plebem, ac ſeparatim, confuſe tantum quatuordecim ordines haberent.

ROSCIA

Digitized by Google

Roſcia, De terminis. Ejus caput in libro variorum auctorum, de agrorum conditionibus amiſſum puto: vt in Mamilia lege Expoſuimus.

Rupilia, De jure Siculorum. Dedit P. Rupilius Conſul cum P. Popilio, Anno DCXXI. Cicer. Verrina 4: Siculi hoc jure ſunt, vt quod ciuis cum ciue agat, domi certet ſuis legibus: quod Siculus cum Siculo non ejuſdem ciuitatis, vt de eo Prætor judices ex P. Rupilij decreto, quod is decem legatorum ſententia ſtatuit, quam legem Siculi Rupiliam vocant, ſortiatur. Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato, ſenatus ex aliqua ciuitate qui judicet datur, cum alternæ ciuitates rejectæ ſunt. Quod ciuis Roman. à Siculo petit, Siculus judex datur, quod Siculus à ciue Romano, ciuis Romanus datur, cæterarum rerum ſelecti judices ex ciuium Rom. conuentu proponi ſolent. Vide Aſconium in eandem Orat. & Valer. Max. lib. 6. cap. 10. apud quem tamen Rutilius perperam legitur.

Rutilia, de trib. milit. Tulit C. Rutilius Rufus. Feſtus. Rufuli appellabantur tribuni militum à conſule facti non à populo: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli ac poſt Rutuli ſunt appellati.

S.

Sacrata militaris. Tulit, vt cenſet Hotom. M. Valerius Coruus Dictator, Anno CDXII. ob militum Capuanorum ſeceſſionem. Ne cujus militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente, deleretur: ne quis vbi Tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. Liuius lib. 7.

Sacratis legibus Veſtalibus pœna inceſti conſtituta eſt, vt viuæ defoderentur. Dionyſ. lib. 1.

Sacrata Iunia, de Trib. pleb. Tulit L. Iunius Brutus Tribun. pleb. primus creatus, Caſſio, Cominio coſſ. Ann. CCLX. Vt plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilij latio aduerſus Conſules eſſet: neve cui patrum capere eum magiſtratum liceret. Vt neque priuilegium irrogari, neque de capite ciuis, niſi comitiis centuriatis, rogare liceret. Liuius lib. 2. & Cic. pro Sextio & pro domo. Dionyſ. lib. 6. legis verba hæc refert: [illegible] id eſt, ne quis Tribunum vt quaſi priuatum quicquam facere cogito, neve virgis cædito, néve cædi jubeto, ne occidito, neve occidi jubeto: qui aduerſus ea fecerit, ſacer eſto: bonaque ejus Cereri ſacra ſunto: eumq; occidere jus faſque eſto. Liu. autem lib. 3. hoc è rogatione carmen edit: Si Trib. pleb. decem rogabo, ſi quis minus hodie decem Tribu. plebis fecerit: tum ii quos ſibi collegas cooptaſſint, ill ita legitimi eadem lege Tribuni plebeij ſint, vt illi quos hodie Tribuni plebeij feceritis. Sacratæ autem leges dicebantur, inquit Feſtus, quibus ſancitum erat, Vt ſi quis aduerſus eas feciſſet ſacer alicui deorum eſſet. Sunt qui eſſe dicant Sacratas, quas plebs jurata in monte ſacro ſciuerit. Hæc ille. Cic. pro Cornelio maieſtatis reo. Tanta igitur in illis virtus fuit, vt annis XVI. poſt reges exactos, poſt nimiam dominationem potentium leges ſacratas ipſi ſibi conſtituerent, duos Tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui hodie mons ſacer appellatur, in quo armati conſederant, æternæ memoriæ cauſa conſecrarent. Hæc Cic. Dubitari autem poteſt, verum ne illud ſit quod ſcribit Diot. lib. 12. in Auentino fœdere comprehenſum hoc fuiſſe, vti Trib. pleb. exacto ſui magiſtratus anno, mox totidem alios in annum ſequentem deſignarent: quod ſi prætermiſiſſent, illico viui comburerentur, ſin aliquanto diutius eos in deſignando diſſenſio tardaret, interea poteſtas eis prorogaretur, dum alios crearent.

Satyra Lex. Feſtus, Satura eſt cibi genus conditi, & eſt lex multis aliis conſecta legibus. Itaque in ſanctione legum adſcribitur, Neue per Saturam abrogato, aut derogato. Annius Luſcus in ea quam dixit aduerſus Tiberium Gracchum. Imperium quod plebs per Satyram dederat, id abrogatum eſt, & C. Lælius in ea, quam pro ſe dixit. Dein poſtero die quaſi per Satyram ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur. Quidam dicunt eſſe genus carminis, vbi de multis rebus diſputatur. Hæc Feſtus. Diomedes Grammaticus: Satyra lex nomen accepit à genere cibi ex variis rebus conditi. Salluſtius in Iugurtino bello iiſdem verbis. Dein poſtero die quaſi per Satyram ſententiis exquiſitis, in deditionem accipitur, quod Salluſtius de Iugurtha dicit, nec ibi quiſquam adeſt Lælius, mendum igitur ſubeſt in Feſto. Legem itaq; Satyram fuiſſe putant, in qua conjunctim multis de rebus vna cogitatione populus conſulebatur. Quod lege Cæcilia & Didia vetitum fuiſſe, Cic. in Orat. pro domo ſua teſtatur. Et ſententias ferri per Satyram, cum ex multis capitib. etſi quædam comprobantur, quædam improbantur, iniicitur tamen tabella, Vti Rogas. Iuſtinian. in præfat. ad antecesſores, §. 1. Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſſim, quaſi per Satyram collectum, & vtile cum inutilibus mixtum, maxima parte inutilib. deputata, id eſt, Nullo ordine, ſed confuſe ac perturbate, dum modo hinc, modo illinc aliquid decipitur. Vide Eraſm. Chil. 4. cen. 8.

Scantinia, vel Scatinia, de pueris impudicis. Tulit C. Scantinius Aricinus Trib. pleb. Vt qui præpoſteram vel aduerſi vel auerſi venerem exercuiſſent: vel, vt qui alicuam pudicitiam ſollicitaſſent, aut ſuam ipſi proſtituiſſent, pœna X. millium nummum coercerentur. Iuuenal Sat. 2. Suet. Domitiano Auſonius, Cic. Phil. 3. Fabius lib. 4. c. 2. & lib. 7. 4. Cælius lib. Epiſt. fam. 8. epiſt. 12. Hic Scantinius cum Marcelli viri illuſtris filium de impudicitia appellaſſet, damnatus eſt, vt Valerius lib. 6. c. 1. teſtatur; Tertullianus lib de Monogam. Prudentius in Romam. Poſtea tamen huic ſceleri pœna gladij à Chriſtianis Imperatoribus conſtituta eſt, quam primum ſanxerunt Conſtantius & Conſtans, vt habetur in l. cum vir nubit. C. ad l. Iul. de adult.

Scribonia agraria ſeu viaria. Tulit Cæl. Curio Tribun. pleb. Cælius Epiſt. fam. lib. 8.

Scribonia, de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. Tulit fortaſſe idem ille. Ne vrbanorum prædiorum ſeruitutes vſucapi liceret, vti que earum ſeruitutum libertatem vſucapere jus eſſet, l. 4. in fi. ff. de vſurp. vbi Cujac. Ad ciuitatum dignitatem ea lex pertinuit: vſque eo vt etiam ſine bona fide & titulo ejus libertatis vſucapionem ferret, l. ſi ædes 32. ff. de ſeruit. vrb.

Sempronia Agraria. Tulit T. Sempronius Græcchus Trib. pleb. P. Mucio Scæuola, L. Calpurnio coſſ. Anno DCXX. Ne quis ex publico agro plus quingenta jugera poſſideret: quorum tamen dimidium filijs habere liceret, Vt ſi quis latius agrum pateſaceret. Triumuiri quotannis lata opera creati, judicarent qua publicus ager, qua priuatus eſſet. Appian. lib. Emphyl. 1. Plutarch. in Gracchis. Vell. lib. 2. Auctor. lib. de vir. illuſtr. Cicer in Sextian & de aruſpic. reſponſ. Florus epitom. 58. & Siculus Flaccus in lib. de condit. agror. apud quem tamen Ducenta legimus, cum alij omnes aperte Quingenta prodant.

Sempronia, de ære alieno. Tulit M. Sempronius Trib. pleb. L. Cornelio. Q. Minutio coſſ. Anno DLX. Vt cum ſocijs ac nomine Latino pecuniæ creditæ jus idem quod cum ciuib. Rom. eſſet. Liu. lib. 35. Cic. de Offic. 2.

Sempronia De regis Attali hæreditate. Tulit idem: [illegible] Vt pecunia Regis Attali, qui populum Rom. hæredem fecerat, iis ciuibus qui ſua lege Sempronia agrum ſortiti erant, daretur ad comparationem inſtrumentorum & agriculturæ apparatum. Vt agri Regij à Cenſoribus locarentur: vnde vectigal populo penderetur. Plutarch. in Gracchis Cic. Verr. 5. & Florus epiſt. 58.

Sempronia judiciaria. Tulit C. Sempronius Gracchus Trib. pleb. L. Q. Cæcilio. T. Quinctio coſſ. Anno DCXXX. Vt judicia quæ ſemper antea penes ordinem Senatorium fuiſſent, ad ſolos Equites transferrentur. Appian. lib. de bel. ciuil. 1. Aſconius in Diuinat. Vell. li. 2. Tacitus lib. 12. Varro de vita populi R. apud Marcellum in voce Biceps. Plutarch. autem in Gracchorum vita, Equites trecentos cum Senatoribus trecentis mixtos tradit, atque inter vtroſque communicata judicia: quod (pace tanti viri dixerim) falſum eſt. Hæc enim Liuia lex fuit: vt ſuo loco docuimus.

Sempronia, De magistratibus. Tulit idem. Vt ex confuſis quinque claſſibus ſorte centuriæ vocarentur. Salluſt. in Orat. Cæſar. de Repub. ord. Vt cui magiſtratus fuiſſet, ei magiſtratum iterum capere jus non eſſet, qua lege M. Gelanius, cui Ti. Gracchi lege Tribunatus abrogatus fuerat, notabatur. Eam tamen Cajus, Corneliæ matris precibus poſt abrogauit. Plutarch. ibidem, & alij.

Sempronia, De iure ciuis. Tulit idem. Ne de capite ciui Rom. injuſſu populi judicaretur qui in dicta cauſa in ciuem Rom. animaduertiſſet, de eo populi quæſtio conſtitueretur, quod propter P. Pupilium latum eſt. Cic. pro Rabir. pro domo, pro Cluentio, & de legib. 3. item Plutarc. in Gracchis. Idem poſtea lege Porcia repertum eſt. Cic. Verr. 7. O nomen dulce libertatis; ô jus eximium noſtræ ciuitatis: ô lex Porcia, legeſque Semproniæ. Videtur autem exceptum parricidium his legibus fuiſſe. Cum in Orat. pro Sext. Roſc. vetus ſupplicium commemoretur.

Sempronia, De suffragiis. Tulit idem. Vt ſociis Latinis jus ſuffragij ferendi perinde vt ciuibus Roman. eſſet. Iidem.

Sempronia, De viis Italiæ. Tulit idem. Vt viæ in Italia munirentur, ſternerentur, lapidibus milliaria diſcernentibus notarentur pontib. inſtruerentur. Iidem.

Sempronia De coloniis deducendis. Tulit idem. Vt coloniæ extra Italiam deducerentur. Paterculus, lib. 2. Plutarch. in Gracchis. Appia in Liby. Florus epit. 60.

Sempronia, De re militari. Tulit idem. Ne minores annis 17. ad militiam cogerentur. Vt veſtes militibus gratuito & præter ſtipendium darentur. Plutarch. in Gracchis.

Sempronia, De provinciis decernendis. Tulit idem. Vt Senatus quotannis ante comitia conſularia deſignandis conſulibus prouincias arbitratu ſuo decerneret, quas deinde ipſi deſignati inter ſe ſortirentur; quod ante vel poſt deſignatos,

vel poſt initum conſulatum facere ſolebat: præterea cum antea Senatus decreto per Tribunos intercedi poſſet, ne deinceps liceret. Cicer. pro domo ſua, in Vatinium, de prouinc. conſ. Salluſt. in Iugurth. Sueton.

Sempronia Frumentaria. Tulit idem iterum Tribun. pleb M Fuluio M. Plautio coſſ. anno DCXXVIII. Vt ſemiſſe & triente Frumentum menſtruum plebi ex publico viritim daretur. Appian. libro de bello ciuil. 1. Flo. Epitom. 60 Cicero pro Sextio. Tuſc. 3 in Bruto: Vell. lib. 2. Plutarch. in vitis. Hinc locus Romæ conſtitutus, in quo frumentum publicum aſſeruabatur, vnà cum legibus frumentariis, qui dicebatur, Horrea Sempronia.

Sempronia & Iulia, de limitibus Tulit. Vt per ſuctuatins limites populo jus eundi eſſet, ſicut per viam publicam. Hyginus libello de limitibus conſtit. Vide Iulia de limitibus.

SENTIA, de Senatu ſupplendo. Tulit, vt Hotoman. opinatur, C. Sentius coſſ. Cum L. Lucretio Auguſto imperante, Anno DCCXXXIV. Vt in numerum patriciorum qui Senatui deeſſent, alij ſublegerentur, Tacitus lib. 2. vbi tamen Senia legitur pro Sentia.

SERVILIA AGRARIA, Tulit Publ. Seruilius Rullus Trib pleb. Cicerone, Antonio coſſ. anno DCLV. Vt quæ poſt C. Marium, C. Carbonem coſſ. publice data, aſſignata, vendita conceſſa eſſent, ea omnis eo jure forent, vti quæ optimo jure priuata ſunt. Vt Decemviri cum ſummo Imperio crearentur, qui totius Italiæ, Syriæ, Aſiæ, Libyæ, & prouinciarum quas nuper Pompejus ſubegerat, vectigalia venderent, ex eaque pecunia agros colonis, quos arbitratu ſuo quo vellent deducerent, mercarentur. Vt eis liceret damnare quos vellent, damnatos in integrum reſtituere, exules reducere. Hujus rei cauſa haberent appatitores, ſcribas, librarios, præcones, architectos, &, vt eis darentur more majorum muli, tabernacula, ſupellex, &c. Lex Cicerone diſſuadente perlata non eſt. Hoc tamen viſum eſt ex illius contra legem orationibus deſcribendum eſſe.

SERVILIA, de ciuitate, Tulit C. Seruilius Glaucia tribun. pleb. coſſ. Vt Latinis ius eſſet ciuitatis aſſequendæ, in locum eius quem accuſando repetundarum damnaſſent. Aſco. pro Scauro & Cic. pro Balbo.

Seruilia Repetundarum. Tulit idem. Vt reus comperendinaretur: cum ante vel judicari primo poſſet, vel amplius pronunciari. Id eſt, vt accuſatori dies XX. ad agendum, totidem defenſori ad defendendum darentur. Cic. Verrin. 3. pro poſthumo, pro Scauro, & in hanc Valer. lib. 8 c. 1.

Seruilia judiciaria. Tulit. Q. Seruilius Cæpio conſ. cum C. Attilio anno DCXLVII. Vt judicia quæ lege Sempronia ad ſolos equites tranſlata erant, ordini Senatorio communicarentur: quæ tamen non multo poſt abrogata eſt. Tacitus lib. 12. C. 1 de arte rhet de Orat. 2. in Bruto, in Orat. pro Scauro. & ibid. Aſcon. Imparem autem & minorem fuiſſe Senatorum numerum ex eo conſtat, quod lege Liuia, quæ proxime inſecuta eſt, ex æqua parte communicata ſunt, & fortaſſis hoc eſt quod Florus in Epitom. de 300. Senatoribus cum 600 equitibus commixtis ad l. Semproniam referebat, lib 6.

SEXTIA LICINIA de ſacerdotiis. Tulere L. Sextius, C. Licinius Tribun. pleb. P Manlio Dictatore anno 385. Vt pro Duumviris ſacris faciundis, Decemviri ita crearentur, vt pars ex plebe, pars ex patribus fiat. Liu. lib 6.

Sextia De Magiſtratibus. Tulit idem L. Sextius, M. Furio Dictatore V. anno 385 Vt conſul vnus è plebe crearetur: qua de cauſa viciſſim conceſſum à plebe nobilitati, vt prætor vnus qui jus in vrbe diceret, ex patribus crearetur. Liu. lib. 6.

SVLPITIA, de jure ciuitatis. Tulit P. Sulpitius, Trib. pleb. Q Pompeio L. Sylla coſſ Anno 665. Vt exules reuocarentur: Vt noui ciues libertinique diſtribuerentur in tribus: Florus epit. 77. Plutar. in Sylla. Eo enim tempore noui ciues in octo tantum tribubus ſuffragium ferebant, auctore Appiano, & propter reliquarum tribuum multitudinem nullius momenti erant.

Sulpitia, de C. Pontinio Tulit Seru. Sulpitius Galba Prætor, anno 699. Vt C. Pontinio Proconſuli, quo die vrbem triomphans ingrederetur, imperium eſſet. Cic. lib. 4. ad Attic. Dio lib. 40.

Sulpitia, de ære alieno. Tulit idem *μηδένα συγκλητικὸν ὑπὲρ δισχιλίας δραχμὰς ὀφείλειν*. Ne quis Senatorum ſupra duo millia drachmarum deberet. Plut. in Sylla. Ipſe tamen legiſlator, cum vita exceſſit vltra trecentas myriades debiti nomine reliquit.

Sulpitia, De Bello Mithridatico. Tulit idem. Vt Syllæ, cui Aſia prouincia obuenerat, vt bellum Mithridaticum adminiſtraret, imperium abrogaretur, & C. Mario mandaretur. Vellejus lib. 2. Flor. epit. 77. Plutar. in Sylla, & Mario, & Appia. de bello ciuil. 1.

Sulpitia De bello Macedonic. Tulit P. Sulpitius conſul cum C. Aurelio, an. 553. Vellent, juberent Philippo regi Macedonibuſque, qui ſub regno eius eſſent, ob injurias armaque illata ſociis populi Rom. bellum indici. Liu. lib. 31.

Sulpitia Sempronia. de templis & aris. Tulere ex SC. P. Sulpi. P. Sempr. coſſ. 646 Ne quis templum aramve Senatus injuſſu, aut Tribunorum pl. majoris partis dedicaret. Liu. lib. 9.

T.

TALARIA, de talorum luſu Nominatur à Plauto in milit. glor.

Atque adeo vt ne legi fraudem faciam talariæ.
Accuratote, vt ſine talis domi agite vt conuiuium.

Facere ad legem aliquam de alea veterem alludit, qua talorum luſus conuiuiis interdicebatur: Publiciam forte, aut Titiam. Nam ſumptuariæ leges, quibus hanc nonnulli attribuunt, de ſumptibus tantummodo cauebant.

Tarpeia. De mulcta, vide Aterna Tarpeia.

TERENTIA CASSIA frumentaria, Tulere M. Terentius Lucullus C. Caſſius coſſ. ann. DCXXV. Vt frumenti alteræ decima à prouinciis coemerentur pretio in modios H S. trium conſtituto: item vt ciuitatibus æqualiter imperaretur, precio in modios ſingulos H S. quatuor conſtituto Cic. Verr. 5. & 7.

Terentia, de legib. conſularis imperij Tulit C. Terent. Arſ. Trib. pleb. Lucretio, Veturio coſſ. anno 290. Vt quinque viri crearentur legibus de imperio conſulari ſcribendis, ne ipſi libidinem ſe licentiam ſuam pro lege haberent. Dionyſius lib. 10. Liu. lib. 3. qui tamen perlatam non fuiſſe affirmat. Corrupte autem antea Terentilla vocabatur.

THORIA agraria Tulit. Sp. Thorius Trib pl. Ne agri amplius diuiderentur ſed poſſeſſoribus in iis relictis, vectigalia pro iis penderentur, eaq; pecunia populo diuideretur. *τὴν μὲν γῆν μηκέτι διανέμειν, ἀλλ' εἶναι τῶν ἐχόντων, καὶ φόρους ὑπὲρ αὐτῆς τῷ δήμῳ κατατίθεσθαι, καὶ τάδε τὰ χρήματα χωρεῖν ἐς διανομάς.* Hæc Appian. lib. de bello ciuil. 1. qui ſubjungit, non multo poſt latam fuiſſe legem, qua vectigal illud abrogatum eſt. At Cic. in Bruto lege Thoria id factum tradit. Sp. Thorius, ait, ſatis valuit in populari genere dicendi, is qui agrum publicum vitioſa & inutili lege, vectigali leuauit. Idem præterea in libr. de Orat. 2. ſcribit Lucilium lege Thoria poſtulatum fuiſſe: quod ab ejus pecore agri publici depaſti. Corruptè autem apud Appianum Boriua legitur, pro Thorius: vt alia in hoc genere quam multa.

TITIA, DE LVSV. Ne quis in pecuniam luderet, ſponſionemve in ludo, niſi qui Virtutis cauſa ſuſceptus eſſet, faceret. Marcia. lib. 3 ff. de aleator. Vide PVBLICIA de luſu. Ac de his fortaſſis accipiendi ſunt hi verſus Horatij lib. 3. Carm. Od. 24.

——Neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer:
Venarique timet, ludere doctior.
Seu Græco iubeas trocho
Seu malis vetita legibus alea.

Meminit etiam Cic. Philipp. 2. legis de aleator.

Titia, de triumviratu quinquennali. Tulit P. Titius Trib. pleb. Vt Treſviri conſulari poteſtate conſtituenda Reip. in quinquennium crearentur, Octauius Cæſar, Lepidus & Antonius. Appia. de bell ciuil. 4. & Florus Epit. 120.

Titia de donis & munerib. Tulit L. Titius. Ne ob orandā cauſam pecuniam donumve patroni acciperent. Tacit. li. 2. & Auſo.

Iuriſconſulto cur nubit adultera conjunx.
Papia lex placuit Iulia diſplicuit.
Quæritis unde ſit hæc diſtantia? ſemivir ipſe,
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

Eum notat, qui à clientelis inops, nec donum nec munus ab vllo capiebat. Idem fuit ſancitum Cincia lege, de qua ſuperius retulimus.

Titia Agraria. Tulit vt vult Hot. Sext. Titius, Trib. pleb M Antonio. A Poſthumo coſſ. anno 654. Vt vectigal agris publice aſſignatis impoſitum Quæſtor colligeret. Cic. lib. 2. De Orat. pro Muræna Valer. lib. 8. c. 1.

TREBONIA, De Tribunis pleb. Tulit L. Trebonius Tribun. pleb. Herminio, Virginio coſſ ann. 305. Vt qui plebem Romanam, Trib. pleb. rogaret, is vſque eo rogaret, dum decem tribunos pleb faceret. Qua lege Tribunorum cooptatio collegio adempta, in pop. Rom. tranſlata eſt. Liu. lib. 3. & 5.

Trebonia, de Cæſare Tulit A. Trebonius Trib ple. Pompeio Magno & Craſſo iterum coſſ. anno 698. Vt Cæſari imperium in Gallia in alium quinquennium quam quod ei Vatinia lege conceſſum erat, prorogaretur. Ita Trebonius Senatui ſucceſſoris mittendi poteſtatem adimebat. Cic. lib. ad Attic. ~ 8 9 10. Item Florus epit. 105. Plutarch. in Pomp. & Catone Vticenſi. Dio lib. 39.

Trebonia, de Pompeio. Tulit idem. Vt eiſdem coſſ. Syria & Hiſpania prouinciæ in quinquennium darentur, Plutarch. in Pompeio.

TRIBVNITIA lex dicitur, quæ de Tribunorum poteſtate lata eſt, Feſt. lib. 17. Homo ſacer is eſt, quem populus judicauit ob maleficium, neque fas eſt eum immolari: ſed qui occidit, parricidij non damnatur. Nam lege Tribunitia cauetur primo. Si quis eum, qui eo plebiſcito ſacer ſit, occiderit, parricida ne ſit Quib. verbis Feſtus Sacratam legem, quam ſuo loco expoſuimus, ſignificat. Alia ſententia dixit Cicero in Verrina ſecunda. Viderit adhuc poſt legem Tribunitiam vnum Senatorem vel tenuiſſimum eſſe damnatum. Quibus verbis Pompejam legem intelligit, de Tribunitia poteſtate reſtituenda, nondum tamen latam, ſed in concionibus oſtentatam.

TRIBV

TRIBVNITIA lex nominatur à Pomponio dicam, an Triboniano? in l.2. De orig. jur. fere initio: Exactis deinde Regibus lege Tribunitia omnes leges hæ exoleuerunt. At iſta ea lex eſt à Iunio Bruto conſule, non Tribuno, vti Liuius teſtatur. Rurſus quod nonnullis placet, à C. Terentio Arſa Tribuno pleb. latam eſſe, Lucretio, Veturio coſſ. ann. 290. quo anno ſcribit Liuius latam fuiſſe legem ab illo, Vt Quinque viri crearentur legibus de imperio conſulari ſcribendis, non ſatisfacit: diſerte namque Liuius perlatam eam legem non fuiſſe affirmat, ceſſit, inquit Liuius, ad vltimum maieſtati Trib. pleb. & deſtitit. Videndum ergo verum apud Pomponium mendum ſit, & legendum LEGE BRVTI IVNIA: an potius Pomponius à Liuio diſſentiat, & à Bruto Celerum Tribuno legem latam exiſtimat, needum conſulatum adepto, nam eum Celerum Tribunum fuiſſe, in ead. l. §.8. confirmat.

TVLLIA, de legationibus liberis. Tulit M. Tull. Cicero, conſul cum Ant. anno 690. Ne ſicut antea infinitum, ſed annuum tempus earum eſſet. Idem de Legib. 2.

Tullia, de ambitu. Tulit, idem Ne quis munus gladiatorium biennio quo magiſtratum petierat, petiturusve erat, ederet: niſi ex teſtamento præſtituta die. Vt ſenatoribus ambitus damnatis, aqua & igni ad annos 10. interdiceretur. Vt in plebem pœna grauior eſſet, quam lege Calpurnia fuiſſet. Vt reis morbum excuſantibus, pœna certa eſſet. Cic. pro Muræna, pro Sex. in Vatin. Dio. lib. 37.

V.

VALERIA, de prouocatione & libertate populi. Tulit P. Valer. Publicola coſ. ſolus, Bruto collega mortuo, anno 245. Vt aduerſus omnes magiſtratus, ad populum prouocatio eſſet. Ne quis magiſtratus ciuem Rom. aduerſus prouocationem verberare, aut necare, aut pecunia mulctare vellet. Ne quis Romæ imperium haberet, niſi cui à populo datum eſſe, ſacrumque eſſet cum bonis caput ejus qui regni occupandi conſilia iniiſſet. Vt capitale eſſet, ſi quis injuſſu populi magiſtratum adiiſſet. Vt quinque boum & duarum ouium mulcta eſſet. Vt publicæ pecuniæ in æde Saturni reconderentur, duoque ærarij Quæſtores crearentur, Vt plebs à portoriis & tributis præſtandis liberaretur. Liu. lib. 2. Dionyſ. lib. 5 Plut. in ejus vita. Valer. Max. lib. 4. c. 1. Pomp. de orig. jur.

Valeria de prouocatione. Tulit L. Valerius conſul cum M. Horat. anno 304. Ne quis vllum magiſtratum ſine prouocatione crearet: qui creaſſet, eum juſque faſque occidi, neve ea cædes capitalis noxæ haberetur. Liu lib 3 Dionyſius. 10. Eodem anno lata fuerat Duilia, qua de Conſulibus iantum cauebatur, Vocatur etiam hæc Horatia.

Valeria, de prouocatione. Tulit M. Valerius conſ. cum Qu. Apuleio. ano. 453. Ne quis qui prouocaſſet, virgis cædere tur, ſecuriue necaretur: ſi quis aduerſus ea feciſſet, improbe factum. Liu. lib. 10. Diligentius, inquit, quam alias ſancita eſt: tertio tum poſt Reges exactos lata, ſemper à familia eadem.

Valeria, de ære alieno, Tulit L. Valerius Flaccus coſ. cum C. Cinna, in Marij demortui locum ſuffectus, anno DCLXVII. Vt creditoribus quadrans ſolueretur. Paterculus lib. 2.

Valeria, de Syllæ dictatura. Tulit L. Valerius Flaccus Interrex à Senatu proditus, deſtituta conſulibus ciuitate, Carbone & Mario interfectis. Vt L. Sylla perpetuus dictator Reip. conſtituendæ cauſa crearetur; & quæcunque is aut tanquam conſul aut tanquam proconſule geſſiſſet, rata eſſent. Cic. Verr. 4. in Rullum, Appian. de bello ciuil.

Valeria, de proſcriptis. Tulit idem. Vt eorum bona veneant qui proſcripti ſunt, aut eorum qui in aduerſariorum præſidiis occiſi ſunt. Vt proſcriptiones venditioneſque ad diem Kalen. Iun. fiant. Cic. pro Sext. Roſcio, vbi contumelioſe in Syllam, vtrum Valeria an Cornelia dicenda ſit, neſcire ſe ſcribit. In Verrin. 3. caput Corneliæ memoratur. Ne quis teſtamento proſcriptum juuaret. Sed ego neque ſi Valeria, quæ nomine dicebatur, cum re ac Veritate eſſet Cornelia, id ab judicio: neque ad verba, ſed ſententiam legis id refero. nam ſi aqua & ignis eis interdictum erat, nihilo magis teſtamento, quam inter viuos eis largiri licebat.

Valeria, de jure ciuitatis. Tulit Qu. Valerius Trib. pleb. Martio Sext. Iulio coſ. ann. 661. Vt de iis qui ſocios jus ciuitatis clam palamve juſſiſſent, quæſtio haberetur. App. lib. de bel. ciu. 1.

Valeria, de defectione militum. Tulit M. Valerius Coruus Dictator, anno 412. Ne cui militum ſeceſſio, quam metu ſupplicij fecerant, cum de Capua, quæ ipſorum præſidio commiſſa erat, occupanda conſpiraſſent, eorumque conſilium defectum eſſet, fraudi eſſet. Liu. lib. 7.

Valeria de jure ſuffragij. Tulit C. Valerius Trappo Trib. pleb. Valerio. Liuio coſſ. anno 565. Vt Formianis, Fundanis, Arpinatib. ſuffragij latio (nam ante ſine ſuffragio habuerunt ciuitatem) eſſet. Liu. lib. 38.

VARIA maieſtatis Tulit Q. Varius, propter obſcurum jus ciuitatis Hybrida cognominatus. Trib. ple. aduerſus interceſſionem collegarum. Vt quæreretur de iis, quorum ope conſiliove ſocij contra populum Roman. arma ſumpſiſſent Aſcon. in Orat. pro Scauro & pro Cornelio: & in iiſdem. Tullius. Valer. Max. lib. 8. c 6. Cic. Tuſc. 2. & in Bruto.

VATINIA, de Cæſaris prouinciis. Tulit P. Vatin. Trib. pleb. C. Cæſare. M Bibulo coſſ. anno 694. Vt Cæſari Gallia Ciſalpina cum Illyrico in quinquennium, ſine Senatus decreto, & extra ſortem mandaretur. Vt ij quos in lege nominabat, legati ſine Senatus decreto cum Cæſare proficiſcerentur. Vt eidem pecunia ex ærario ad exercitum attribueretur. Vt idem coloniam Nouumcomum deduceret. Tranquillus in Cæſare: Cicero pro Balbo, & epiſt. ad Lentulum. Salluſt. Iugurth. Plutar. in vitis, & præſertim Cicero in Vatinium hoc loco, Eripueraſne Senatui prouinciæ, &c. quo ex loco conjecturam capit Hotom. locum illum in media Oratione corruptum eſſe, vbi ſic legibus, Eripueriſne partes illo tempore cariſſimas partim à Cæſare, partim à publicanis, legendumque partim à Senatu, vt partes intelligantur ſubminiſtrandæ pecuniæ, cum Senatus ærarij diſpenſationem haberet, publicani ſæpe Rempub. pecunia iuuarent. Mendum ex nota ſe, ortum videtur, pro qua imperitus ſcriptor Cæſare repoſuit.

Vatinia, de repetundis. Tulit idem. Vt qui repetundarum reus eſſet, ei alterna conſilia rejicere liceret. Cic. in Var. vbi commodiorem conditionem rejectionis, pro contentionem legendum videtur.

VELLAEA, de hæredum inſtitutione. Vide Iunia Velleja.

VILLIA annalis. Tulit L. Villius Annalis Trib. pleb. L. Manlio, Q. Fuluio coſſ. ann. 574. Quot annos nati quemque magiſtratum peterent, caperentque. Liu. li. 40. vbi tamen corrupte legitur ab L. Iulio Trib. pleb. latam, vt annotat vir doctiſſimus C. Sigonius. Et in lib. epiſt. Cælij 8. pro L. Iulio Annali, in manuſcriptis eſt, L. Villio & apud Valerium lib. 9. L. Tullios Annalis, pro L. Villius. Quod autem Liuius loco ſup. citato hanc legem eo primum anno latam ſcribit, mirum prorſus eſt, cum lib. 25. ita de Scipione tradiderit: Huic petenti ædilitatem, cum obſiſterent Trib. pl. negantes rationem ejus habendam eſſe, quod nondum ad petendum legitima ætas eſſet. Poſt autem lib. 32. in conſulatu mandando T. Quin. Flaminio, quem nondum annos 30. natum fuiſſe Plutarchus prodit, hujus legis ne verbum quidem fecerit: imo vero ita ſcripſerit: Patres cenſuerunt qui honorem, quem ſibi per leges capere liceret, peteret, in eo populo creandi quem vellet poteſtatem fieri æquum eſſe. Hanc autem legem ſignificat Ouidius in Faſtis, cum ait:

Legibus eſt ætas populo ſancita, finitáque certis.
Legibus eſt ætas, unde petatur honos.

Annus autem fuit. Quæſturæ quidem non ante XXVII. Tribunatus XXX. Ædilitatis XXXVII. Præturæ XL. Conſulatus XLIII. Et quod de Quæſtura diximus, apte congruit cum eo quod Poly. lib. 6. ſcribit, legem fuiſſe, ne quis vrbanum magiſtratum gereret, niſi decem ſtipendia confeciſſent. Annus autem ad militandum legitimus fuit 17. Vide Cic. Philip. 5.

VISELLIA, de libertinis, Tulit L. Viſellius Varro coſ. cum C. Fonteio, an. DCCCXIII. Diui Claudij tẽporibus. Ne libertinis hominibus, qui jus annulorum aureorum adepti non erant, eos honores, qui ingenuorum proprij ſunt, capere liceret. Imp. l. vnic. ad legem Viſell. l. 1. C quando prio. ſct. crim. præjud. Vlp. c. Inſtit. 3. Viſcellia tamen vbique legitur mendoſe cum Viſelliorum familia nota ſit, cujus Cod. Viſellius Varro, Ciceronis conſobrinus, vt conſtat ex Bruto.

VNCIARIA. Lex dici cœpta eſt, quam Sylla. & Qu. Pompejus tulerunt, qua ſancitum eſt, vt debitores decumam partem. *** Hæc apud Feſtum: nec plura leguntur.

VOCONIA, de mulierũ hæreditatib. Tulit. Q. Voton. Saxa Trib. Cæpione & Philippo coſ. an. 594. Ne quis cenſus eſſet. i. centum millia ſeſtertium poſſideret, vtſ. Papian. Inſtit. de ſucceſſ. libert. virginem, neve mulierem, ſupra quadrãtem ſuorũ bonorum, l. ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας. vltra 25. millia ſeſtertium, vt ait Dio li. 56. hæredem inſtitueret: pluſve cuiquam legaret, quam ad hæredem hæredeſve perueniret. Ne fœminæ vltra conſanguineos ab inteſtato ſuccederent Theoph. in Inſt. tit. de leg. Falc. [illegible] Cic. Verrin. 3. de ſeneȼt. de finib. 2. Dio li. 56. Gell. lib. 7. c. 13. & li. 17 c. 5. Auguſt li. de ciuit. Dei 3. Florus in. Epit. li. 42. Volumnius legitur pro Voconius Paul. lib. ſent. 4. Extat autem declamatio Quintiliani CCLXIV. in qua lex præponitur Ne liceat mulieri niſi dimidiam partem bonorum relinquere. Verum ea lex ad Scholaſticas exercitationes ficta & accommodata fuiſſe videtur, vt ex Dione conſtat.

VOLERONIA, de plebeiis magiſtratibus, vide Publilia Lætoria.

LEGVM, QVARVM INCERTA SVNT NOMINA RECENSIO.

LEGES publicorum judiciorum, vt ante, ſi reo commodum ſit, judicium de accuſatore fiat, vtrum illi liceat accuſare, necne Cornif. ad Herenn. lib. 2.

LEX, Ne quis vrbanum magiſtratum caperet, niſi qui decem ſtipendia confeciſſet. Polyb. lib. 6.

LEX ſemunciarij fenoris. Tulit T. Manlio Torquato, C. Plautio coſſ. Anno CDVI, Liu. lib. 7.

Digitized by Google

Leges, de ambitu. Ne quis candidatus nomenclatore in magiſtratus petitione vteretur. Plutarch. in Cato. Vtic. Vt qui competitorem ſuum ambitus damnaſſet, pro eo ſubſtitueretur. Cicer. pro Sylla: Vt qui quempiam ambitus damnaſſet, ejus tribum aſſequeretur. Cic. pro Balbo: Vt qui ambitu damnaſſet, alium eodem crimine damnaſſet, in integrum reſtitueretur. Cic. pro Cluent. Vt accuſatori cuſtos apponeretur, qui videret quæcunque ad accuſationem pararet atque ageret. Plutarch. in Cat. Vtic.

Lex, de Cn. Publicio Menandro homine libertino, quem legati in Græciam proficiſcentes, interpretem ſecum habuerunt, vt ſi domum reuertiſſet, & inde Romam rediſſet, ne minus ciuis eſſet. Cic. in ea pro Balbo. Pomponius autem in lege 5. ff. de capt. & poſtlim. Et ideo, inquit, in quodam Menandro, qui poſteaquam apud nos manumiſſus erat, miſſus eſt ad ſuos: non eſt viſa neceſſaria lex de illo, vt maneret ciues Romanus. Nam ſiue animus ei fuiſſet remanendi apud ſuos, deſinebat eſſe ciuis: ſiue animus erat reuertendi, manebat ciuis: & ideo lex fuit ſuperuacua. De eodem Menandro Ciceronis locum in lib. de Orat. 1. intelligendum cenſet Hotom. Similique in genere, inferiore ordine, ſi quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſeque liberaſſet, ac poſtea domum reueniſſet, quæſitum eſt apud majores noſtros, num is ad ſuos poſtliminio rediſſet, & amiſiſſet hanc ciuitatem.

Lex, de militia. Vt qui ciuem ab hoſte ſeruaſſet, is ab Imperatore quercea corona donaretur. Plutarch. in Coriol. Item, ne cujus militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente, deleretur. Liu. libro 7. Item. Ne quis loco ab Imper. deſignato cederet, atque ordinem deſereret. Diodor. l. 15.

Lex de Carminibus infamibus. Donatus in Terent. ſed cum poetæ abuti licentius ſtilo & paſſim lædere ex libidine cœpiſſent plures bonos, ne quiſquam in alterum carmen infame proponeret, lege lata ſiluere.

---Lex eſt accepta chorusque.
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.

Hæc Donatus ex Horatij libro, De arte. Idem etiam in lib. Epiſt. 2. ad Auguſtum, legem eandem bis verſib. ſignificat.

—— —Quin etiam lex
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi. Vertere modum formidine fuſtis,
Ad benedicendum, delectandumque redacti.

Sed hanc 12. Tabul. legem eſſe cenſet Hotom. de qua Cic. lib 4. de Rep. ſcribit apud Auguſt. lib. de ciuit. 2.

Lex, de ciuitate Romana Mutini Libyphœnique, danda qui cum ab Hannone Carthaginenſium Imperatore, cujus præfectus fuerat, dignitate ſua ſpoliatus eſſet, Agrigentum Romanis prodidit. Liu. lib. 27.

Lex, de Dictatore. Ne Dictatori equum conſcendere liceat. Plutarch. in Fabio Maximo.

Lex, de C. Seruilio. Tulit Cn. Seruilio, C. Seruilio coſſ. Anno 530. Ne illi fraudi eſſet, quod patre qui ſella curuli ſediſſet, viuo, cum id ignoraret, Tribun. pleb. atque Ædilis pleb. fuiſſet, contra quam ſancitum legibus erat. Fuerat autem C. Seruilij pater annos 10. apud hoſtes Boios captiuus. Liuius libro 27. & 30.

Lex, de Comitijs. Ne in Comitijs, magiſtratuum abſentium ratio haberetur. Suet. & Plut. in Cæſare.

Lex, ne quis præſidum munus, donum caperet, niſi eſculentum, poculentum, quod intra dies proximos prodigatur, l. plebi ſcito. 18. ff. de offic. præſid.

Lex, Auguſti tempore lata, vt præfecto Ægypti imperium par proconſuli daretur: commemoratur ab Vlp. l. 1. ff. de offic. præfect. Auguſt.

Lex Agraria paulo poſt C. Gracchi necem lata, τὴν γῆν ὑπὲρ ἧς διεφέροντο ἐξεῖναι πιπράσκειν τοῖς ἔχουσιν, ἀπείρητο γὰρ ἐκ Γράκχου τοῦ προτέρου καὶ τόδε. Id eſt, vt liceret iis qui agrum lege Sempronia poſſidebant, vendere. Hoc enim lex Tib. Gracchi vetabat Appian. lib. de bello ciuil. 1.

Lex lata Papirio, Carvilio coſſ. Anno 440. Vt qui juniorum non conueniſſet ad Imperatorium edictum, quique injuſſu abiſſet, caput Ioui ſacratum eſſet. Liu. lib. 1. c.

Leges de Comitijs. Ne is qui Comitijs præeſſet, ſui rationem in magiſtratu petendo haberet. Liu. lib. 10. Ne quis inſpiciat tabellam, ne roget, ne appellet. Cic. de leg. lib. 3.

Lex vt rei frumentariæ procuratio Sext. Clodio adempta, Cn. Pompeio mandaretur. Cicer. pro domo ſua. Plutarch. in Vitis. Dio lib. 39.

Lex de repetundis. Vt euntibus in prouincias inquirendi in eos cauſſa, quos repetundarum reos fecerant, certus comitum numerus eſſet. Vt literæ ex prouincia deportatæ triduo ad Prætorem deferrentur, judicumque ſignis obſignarentur. Vt accuſato ſex tantum horæ darentur. Cicer. pro Flacco, vbi recentem hanc legem appellat, vnde apparet inter Corneliam & Iuliam aliquam fuiſſe: cum id de neutra intelligi poſſit.

Lex, de vini potu. Vt neque libera neque ſerua biberet vinum, neque vero clarorum virorum quiſpiam à pube vſque ad 35. ann. Ælianus Romanorum veterum hanc fuiſſe legem teſtatur, lib. 2.

Lex de magiſtratibus. Vt numerus liberorum in candidatis præpolleret, Cornel. Tacit. lib. 2. Videtur legis Papiæ Poppeæ pars fuiſſe.

Lex, Ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, quod propter M. Manlium Capitolinum factum eſt. Liu. lib. 6.

Lex, ex auctoritate patrum ad populum lata, vt Priuernatibus ciuitas daretur. Liu. lib. 8.

Lex de Sacerdotijs. Ne duo ex eadem gente idem ſacerdotium haberent. Dio lib. 39.

Lex pecuniaria. Ne quis in argento vel auro plus 60. H. S poſſideret, quam legem Iul. Cæſar. ii. Conſulatus confirmauit. Dio 41.

Lex, de Quæſtoribus. Vt Quæſtoribus anno confecto redire ex prouincia liceret. Plutarch. in Gracchis.

Lex, de militia. Vt ciues Rom. annos 10. cum vſus Reipub. poſtularet, militarent. Plutarch. in Gracchis.

Lex, qua Flaminica Dialis ſacrorum cauſa in poteſtate viri, cætera promiſcuo jure ageret. Tacit. lib. 4.

Lex, quæ ſumptum ſepulchrorum definiebat, & qui eum modum ſuperaſſet, tanta pecunia, quantam præter modum impendiſſet, mulctabat. Cic. ad Attic. lib. 12. Epiſt. 35.

Lex P. Scipione, C. Liuio coſ. lata per vnum è Trib. pleb. Anno DXVI. Vt belli Punici ſecundi adminiſtratio P. Scipioni mandaretur, vt ex delectibus ſupplementum conſcriberet, voluntarios quotquot poſſet à ſocijs acciperet, & ad reges ac ciuitates literas daret, inſcriptas populi Romani nomine. Appian. De bell. Punicis.

Lex Caſtrenſis apud Romanos. Quæ pro deſertore habet, ſi quis vlterius ſuccedat, quam vnde ſigna audiri poſſint. Appian. in Libyco.

Lex, de Tribunis pleb. Εἰ δήμαρχος ἐνδέοι τοῖς παραγγέλλουσι, τὸν δῆμον ἐκ πάντων ἐπιλέγειν. Vt ſi Tribunus nondum promiſſa præſtiterit ejus in primis ratio à populo Comitijs Tribunitijs habeatur. Appian. de bello ciuil. 1.

Lex de triumpho. Ne quis triumpharet, niſi qui hoſtium quinque millia vna acie cæcidiſſet. Valer. Max. lib. 2. c. 3. & Dio lib. 37. Vt ſolis Conſulibus & Ducibus triumphare liceret. Plut. in Pomp. & Cato. Vtic. Ne qui triumphaturus erat, ante triumphum vrbem introiret. Plutarch. in Pomp.

Lex de trigeminis, [illegible]. Vt quibus trigemini liberi nati erant, iis ad alendos pueros ſumptus de publico ſuppeditetur. Dionyſius lib. 3 qui propter Horatiorum laudem eam latam ſuoque adhuc tempore obſeruatam ſcribit.

Lex, de Vacatione. Appian. De bello ciuil. lib. 2. ſic ſcribit: Οὕτω δή τι φοβεροὺς ἡγοῦντο τοὺς Γαλάτας, ὡς νόμῳ τῆς ἀτελείας ἱερεῦσι καὶ γέρουσι στρατείας ἐξῃρῆσθαι, πλὴν εἰ μὴ Γαλατικὸς πόλεμος ἐπίοι, τότε γὰρ καὶ τοὺς ἱερέας στρατεύεσθαι. Vſque eo, inquit, Galli Romanis terribiles & formidoloſi ſunt, vt in lege de vacatione militiæ, quæ ſacerdotibus & ſenibus permittitur, illud aſcriptum ſit, niſi ſi bellum Gallicum exoriatur, tum enim & ſenes & ſacerdotes in militiam proficiſci. Liuius quoque li. 8. tradit, exorto tumultu Gallico, Mamercum coſ. juſſum ſcribere exercitum ſine vlla Vacationis venia. quin opificum quoque vulgus & ſellularij, minime militiæ idoneum genus exciti dicuntur. Idem præterea li. 10. vbi de eodem nuncio commemorat: Senatus, inquit, juſtitia indici, delectum omnis generis hominum haberi juſſit, nec ingenui modo, aut juniores ſacramento adacti ſunt: ſed ſeniorum etiam cohortes factæ, libidinique centuriati. Plutarch. præterea in vita M. Marcelli, de Gallia loquens: οὓς μάλιστα, inquit, Ῥωμαῖοι δεῖσαι δοκοῦσιν, ἅτε δὴ καὶ τὴν πόλιν ὑπ᾽ αὐτῶν ἀποβαλόντες, ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ νόμον ἔθεντο, ἀτελεῖς εἶναι στρατείας τοὺς ἱερεῖς, πλὴν εἰ μὴ Γαλατικὸς πάλιν ἐπέλθοι πόλεμος. id eſt, Quos maxime Romani metuiſſe videntur, quippe à quibus vrbe pulſi aliquando fuerant, ac jam legem tulerant, vt vacatio militiæ ſacerdotibus eſſet præterquam ſi rurſus bellum Gallicum exoriretur. Item in Camillo οὕτω δὲ ἦν ὁ φόβος ἰσχυρός, ὥστε θέσθαι νόμον, ἀφεῖσθαι τοὺς ἱερεῖς στρατείας, χωρὶς ἂν μὴ Γαλατικὸς ᾖ πόλεμος, id eſt. Tantus erat Gallorum metus, vt legem Romani tulerint, vt ſacerdotes militiæ vacationem haberent, præterquam ſi bellum Gallicum exoriretur. Tumultu tamen, non bello Gallico, hanc fuiſſe conſuetudinem Cicero Philipp. 8. docet his verbis: Grauius autem eſſe tumultum, quam bellum, hinc intelligi poteſt, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Hujus legis etiam in ea pro Fonteio meminit.

Lex VACTSAVLICI, ſiue, vt eſt manuſcript. Cod. Vectij Libyci, qua manumiſſus à Rep. Rom. ciuitatem Romanam conſequebatur: cujus poteſtas poſtea ſenatuſconſulto Iubentio Celſo iterum, & Neratio Marcello coſſ. facto, ad prouincias porrecta eſt, de qua l. vlt. C. de ſeruis Reipub. manumit.

FINIS.

DE SE-

DE SENATORIBVS,

SENATV, ET SENATVSCONſultis, ex Fr. Hotomann. & aliis.

SEnatores à Romulo primum inſtitutos eſſe, Liuius, Dionyſius, Plutarchus, aliique auctores tradunt. Liuius quidem in libro primo ſic: Cum iam virium haud pœniteret, conſilium deinde viribus parat. Centum creat Senatores, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui creari Patres poſſent. Patres certe ab honore, patritiique progenies eorū appellati. Dionyſius autem libro ſecundo: Romulus autem his conſtitutis, ſtatuit continuo ſibi Conſiliarios cooptare. Viroſq; centum ex patriciis legit, quibuſcum Rempub. adminiſtraret. Eorum autē hunc diſcrimen fecit. Ipſe quidem vnū ex omnibus præſtantiſſimum deſignauit, quē exiſtimaret vrbanis rebus præeſſe oportere, ſi quando ipſe cum exercitu extra vrbem eſſet. Deinde juſſit vnamquamque tribum tres viros ætate, prudentia & nobilitate generis præſtantes deligere. Poſt illos nouē ſingulas curias juſſit denuo tres viros è patritiis maxime idoneos deligere. Poſtquam ad primos illos nouem à tribubus deſignatos, iſtos nonaginta, quos curiæ creauerant, adjunxiſſet, & iis illum præfeciſſet, quem ipſe antea decreuerat, centum Senatorum numerum impleuit. Is conſeſſus, ſiue concilium, verbum pro verbo Græce expreſſum, γερουσία, id eſt, Senatum ſignificat: & vſque adhuc eo nomine à Romanis appellatur. Verum autem propter ſenectutem eorum, qui cooptati fuerant, an propter virtutem nomen illud repererit, non habeo certum, quod dicam, quippe priſci homines ſolebāt eos qui natu grandes, & boni viri eſſent, γέροντας, id eſt, ſenes appellare; qui vero in eo conſilio erant, Patres conſcripti vocati ſunt & vſque adhuc eam appellationem retinuerunt. Plutarchus autem in Romulo fere in eandem ſententiam ſcribit: Nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis vtetur (de Sene Scipione loquitur) ſed conſilio, ratione, ſententia: quæ niſi eſſent in ſenibus non ſummum conſilium majores noſtri appellaſſent Senatum. Seneca autem, à qua ætate non cogerentur Senatores in ſenatum venire, duobus locis conſtituit: quorum vnus eſt libro Declamationum primo: Senator, inquit, poſt ſexageſimum quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur. Et in fine libri. De breuitate vitæ: Lex, inquit, à quinquageſimo anno militem non cogit: à ſexageſimo Senatorem non citat. Zonaras autem lib. 7. in hunc modum, Romulus ex iis, qui tum amplitudine generis, tū prudentia, tum etiam inſtituto vitæ clariores eſſent, centum deſignauit Conſiliarios, eoſq; Patritios nominauit. Eorum autem conuentum vniuerſum, Senatum appellauit: quē Græci γερουσίαν vocant. Senatoribus autem idcirco Patritiorum nomen eſt impoſitum vel quod ingenuorum liberorum patres eſſent: vel potius, quod ipſi demonſtrare patres ſuos poſſent, quippe qui nobili genere orti omnes eſſent: vel etiam à patrocinio (ſic autem προστασίαν Latini verbo appellant: Patronos enim eos, qui præſidium atque opem ferunt, nominabant. Sed videamus ne proxime ad Romuli mentem accedat is, qui per hanc appellationē exiſtimet illum hoc ſignificare, oportere primarios viros & ciuitatis principes, paterno ſtudio curam inferiorum ſuſcipere ſimulque plebem per hanc Patritiorum appellationem perducere, vt ne potentiorum honoribus indignentur: ſed erga eos bono animo ſint, quippe quos Patres & habeant, & appellent. Idem de Patritiis eod. lib. Patritiis enim vrbanos calceos, tum corrigiarum implicatione, tum literæ vnius forma inſignitos dederunt, vt ab illis centum viris, qui à principio Senatores fuerunt, fluxiſſe viderentur. Literam autem R. fuiſſe aiunt, ſiue quod numerum illorum centum virorum ſignificet (nam apud Græcos ρ eſt numerus centenarij) ſiue quod prima ſit litera, qua Romanorum nomen ſcribitur.

Nunc qui ſenatores eſſent, quique in ſenatu dicendæ ſententiæ jus haberent, breuiter ex antiquorum auctoribus ordine expoſitis aperiendum eſt. Salluſt. in Catil. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, Reip. conſultabant: hi vel ætate, vel curæ ſimilitudine Patres appellabātur. Liu. li. 2. Deinde quo plus virium in ſenatu frequentia etiā ordinis faceret, cædibus Regiis diminutum patrum numerū, primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummā expleuit, traditumque inde fertur, vt in ſenatum vocarentur, qui patres, quique conſcripti eſſent. Conſcriptos videlicet in nouum Senatum appellabant lectos, id mirum, quantū profuit ad concordiam ciuitatis, jungendoſq; patribus plebis animos. Feſtus li. 4. Patres dicuntur, qui ſunt patritij generis: Conſcripti qui in ſenatu ſunt ſcriptis annotati. Allecti autē dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorum ſunt numerum aſſumpti. Idem lib. 14. Patres Senatores ideo appellati ſunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus ac ſi liberis propriis. Idem lib. 15. Qui patres, quod conſcripti vocati ſunt in curiam quo tempore Regibus vrbe expulſis, P. Valerius. Conſul propter inopiam patritiorum ex plebe allegit in numerum Senatorum centum & ſexaginta quatuor, vt expleret numerum trecentorum. Sic duo genera appellauere. Idem lib. 17. Senatores à ſenectute dici, ſatis conſtat, quos initio Romulus elegit centum: quorum conſilio Rempub. adminiſtrabat. Itaque etiam Patres appellati ſunt, & nunc cum Senatores eſſe jubentur, adiguntur. Quibus in Senatu ſententiam dicere licet: quia ij, qui poſt luſtrum conditum ex junioribus magiſtratum cepere, & in Senatu ſententiam dicunt, & non vocantur Senatores ante, quam in Senatoribus ſint cenſi. Quibus ex verbis apparet, primum eos demum Senatores fuiſſe, qui à Cenſoribus lecti in ſenatum eſſent, vt de ſumma Reip. ſententiam rogati loco & modo dicerent. Deinde fuiſſe etiam alios, qui quamvis à cenſoribus lecti non fuiſſent, tamen pro jure magiſtratus quem aut tum gerebant, aut ante geſſerant, ſententiæ in Senatu dicendæ jus habebant. De quibus verba Gellij ex lib. 3. cap. 18 ſubſcribam. Videtur, inquit, eos ſignificare, qui nondum a coſſ. in Senatum lecti, ſenatores quidem non erant: ſed quia honoribus populi vſi quidem erant, in ſenatum veniebant, & ſententiæ jus habebant: nam & Curulibus magiſtratibus functi, qui nondum à cenſoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant. Et quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias: ſed quia principes dixerant, in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc quoque Coſſ. cum Senatores in Curiam vocant, ſeruandæ conſuetudinis cauſa tranſlatitio vtuntur, Senatores quibus in ſenatu ſententiam dicere licet. Hæc Gellius. Huius autem edicti mentionem Liuius facit in lib. 23. Conſules, inquit, edixerunt, quoties Senatum vocaſſent, vti ſenatores, quibuſque in Senatu dicere ſententiam liceret, ad portam Capænam conuenirent. Quo in libro paulò ſupra, ea quæ modo dicebamus, planiſſime confirmat. Dictator, inquit, recitato vetere Senatu, inde primum in demortuorum locum legit, qui poſt L. Æmilium, & C. Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſſent, nec dum in Senatum lecti eſſent, vt quiſque eorum Senator primus creatus erat. Tum legit, qui Ædiles Tribuni & Prætores, Quæſtoreſve fuerant. Idem lib. 36. P. Cornelius coſ. edixit, qui Senatores eſſent, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere liceret, quique minores magiſtratus eſſent, ne quis eorum ab vrbe abiret. Iam vero ſcire illud oportet, cum olim quidem Senatores à Cenſoribus ex ætate & rerum vſu prudentiaque legerentur, quemadmodum ſuperius dictum eſt, poſtea tamen ex cenſo legi conſueuiſſe; quam rem Plin. lib. 14. deplorant: Poſtea, inquit, laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit. Poſtquam Senator cenſu legi cœptus, judex fieri cenſu, magiſtratum ducemque nihil magis exornare quam cenſus, peſſum iere vitæ precia, &c. Seneca etiam libro Declamat. II. Senatorium ad gradum cenſus aſcendere facit. Cenſus Romanum equitem à plebe diſcernit. Cenſus in caſtris ordinem promouet. Cenſu in foro judex legitur. Cenſus autem Senatorius quantus fuerit, Sueton. In Auguſto his demonſtrat verbis: Senatorum cenſum ampliauit, ac pro octingentorum millium ſumma duodecies H.S. taxauit, ſuppleuitque non habentibus.

CAPVT II.

QVIBVS DE REBVS SENATVS *cognoſceret.*

DIONYSIVS Halicarnaſſ. lib. 6. ſcribit, legem ab vrbe condita Romæ fuiſſe, vt Reſpublica omnis in poteſtate ſenatus eſſet, præter magiſtratuum creationem, legum lationem, & belli pacisve arbitrium. Itaque Polybius libr. 6. ærarium vectigaliaque omnia in eius manu fuiſſe, impendiaque de publico ejuſdem arbitratu facta eſſe teſtatur. Quæſtores enim ſine Senatus auctoritate, præter ea quæ conſules juſſiſſent, ne minimum quidem cum opus eſſet, in rem vllam ſumptum facere potuiſſe: grauiſſimis etiam & maximis ſumptibus, quos cenſores in luſtri quinquennalis apparatum faciebant, præfuiſſe: ab eodemque auctoritatem & facultatem illam bis conceſſam fuiſſe. Iam vero maleficia & crimina per Italiam commiſſa, de quibus judicium publice fieri debebat, vt puta proditionis, cōjurationis, veneficij, cædis atque inſidiarum, ad ſenatum referebantur, ejuſque de his cognitio erat. Quod ſi qua in Italia controuerſia dirimenda, ſi publice vel priuatim quiſpiam, vel ciuitas objurganda, ſi cui auxilium, aut præſidium ferendum erat, de his omnibus curam Senatus habebat. Eodemq; modo ſi extra Italiam ad aliquos legatio mittenda erat, vel aliquid decidendum vel ad fœdus faciendum, vel ad cohortandum, aut etiam imperandum, aut poſtremo ad res repetendas, aut ad bellum indicendum: hæc Senatus ipſe curabat ac prouidebat. Præterea quid de legationibus exterarum gentium, quæ in vrbem venerint, agendum, quid eis reſpondendum ... ſenatus vo-

Digitized by Google

luotate atque arbitrio poſitom erat. Hæc Polybius: quæ tameo, vbi de judicijs loqoitur, obſcura ſunt, noo enim Seoatom de rebus capitalibus judicaſſe legimus. Nam etſi Quæſitores ex ſenatoribus crearentur data opera, qui de crimine aliqon cum conſilio, hoc eſt, adhibita judicum aliquot eodem ex ordine decuria quærereot, re verò judicata priuati eſſent: oon tamen ſenatum idcirco judicaſſe, ſed Senatores tantum, dicendum eſt. Itaque poſterioribus temporibus cum etiam Senatores ſoli lege Cornelia judicarent, Cic. Verrin. 7. ſic loquitur. Qoo confugieot ſocij? quem implorabunt? ad Seoatum deueoient, qui de Verre ſopplicium ſumat? non vſitatum, non ſenatorium.

Veruntamen vt rem illam omnem planius intelligamus, ſcire illud oportet, primis temporibus judicia penes ſolos Senatores fuiſſe, quemadmodum ex Polybio modo didicimus: oimirum vſque ad annum vrbis 630. quo lex Sempronia lata eſt, vt judicia in equeſtrem ordinem transferrentur: quæ ratio durauit ad aooum vſque 657. quo lege Seruilia latum eſt, vt Equeſtria judicia cum ordioe Senatorio ita communicarentor, vt minor tamen Senatorum numerus eſſet, quod quidem vſque ad annum 662. obſeruatum eſt, quo Liuia lege ſancitum eſt, vt æqua ex parte judicia penes ſenatum, & eqoeſtrem ordinem eſſent: vſque dum Plautia lex ferretur anno 664. quæ nonnullos etiam ex plebe vna cum Senatoribus & equitibus admiſit. Poſt vero iterum ad ſolum ordinem Senatorium judicia redierunt, lata lege Cornelia Anno 673. vt judicia equeſtri ordini adempta, ad ſolos Senatores tráſferrentur, qood vſque ad legem Aureliam vſurpatum fuit, quæ anno DCLXXXIII. ſanxit, vti cum ſeoatoribus & equites & Triboni ærarij judicarent. Sed hos Iulius Cæſar ſuſtulit, judiciaque ad ſoloa equites & Senatores iterum reuocauit. Iam vero quod ad reliqua Polybij pertinet, præclarus extat & ei conſentaneus Ciceronis locos in Vatiniana, his verbis: Et puctas ſenatui prouinciæ decernendæ poteſtatem Imperatoris deligendom judicium, ærarij diſpenſationem: quæ nunquam ſibi papulus Romanos appetiuit, qui oonquam hæc ſummi coofilij guberoationi auferre conatoa eſt. Item; Quis legatos vnquam audiuit ſine SC. &c. In ea vero pro Domo tua ſummam eios ordinis poteſtatem his oſtcodis verbis: Summam & populi Rom. populorumque & gentium omnium, ac regum conſilium Senatus. Porro autem non minimam ſenatos poteſtatis partem illam fuiſſe conſtat, quod & in comitijs majoribus & in legibus ferendis, neceſſaria & cognitio & auctoritas Senatus eſſet. Liu. lib. 1. Decreuerunt, inquit vt cum populus Regem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent, hodieque io legibus magiſtratibuſque rogandis vſurpator idem jus vi ademptum: priuſquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorom euentom patres auctores fiuot. Idem etiam lib. 8. ſcribit à P. Philone Dictatore legem latam, vt legum quæ Comitijs centuriatis ferrentur, ante ioitum ſuffragium patres auctores fierent. Et Appiaous lib. de bellis ciuilib. 1. legem à L. Sylla latam commemorat, vt nihil ad populom referretor, niſi quod antea confirmatum à Senatu fuiſſet, quemadmodum, inquit antiqua lege jubebator. Hæc cum ita ſint, facile intellectu eſt, quam ridicule Tribonianus, & in lege ſeconda, de orig. jur. & in Inſtit. ſcribat, cum auctus eſſet populus Rom. in eum modum, vt difficile eſſet in vnom eum conuocari legis ſanciendæ caoſa, ſenatum vice populi conſultum eſſe. Non enim propter ciuium copiam populi poteſtas ad ſeoatum tráſlata eſt, ſed Cæſarum aſtutia, & calliditate, qui in Senatos augenda potentia, ſuæ ſeruiebant. Tacitos lib. 1. Tum primum è Campo Comitia ad patres tranſlata ſunt: oam ad eam diem & ſi potiſſima principis arbitrio, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant: neqoe populus ademptum jus queſtus eſt, niſi inani rumore. Suet. in Cæſ. Comitia cum populo partitus eſt, de exceptis conſulatos competitoribus, de cætero numero candidatorum pro parte dimidia: quos populus vellet pronunciarentur: pro altera parte, quos ipſe dediſſet. Idem io Tiber. Neque tam paruum quicquam, neque tam magnum publici priuatique negotij fuit, de quo non ad P. C. referretur. Idem in Caligula: Tentauit & comitiorum more reuocato ſuffragia populo reddere.

CAPVT III.

PER QVOS SENATVS MORE MAiorum haberetur & conſuleretur.

PER quos autem Seoatus more majorum baberi conſulique ſoleret, Gell. lib. 14. ex Varrone his exponit verbis: Primum ibi ponit, qui fuerint, per quos more majorum Senatus haberi ſoleret, eoſque nominat Dictatorem, Conſules, Prætores, Tribus plebis, Interregem, Præfect. vrbis: neqoe alij præter hos, jus fuiſſe dixit facere Senatuſconſultum. Quotieſque vſu veniſſet, vt omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent, tum quo ſupra ordine ſcripti eſſent, qoi eorum prior alijs eſſet, ei potiſſimum Senatus conſulendi jus fuiſſe. Addit deinde, extraordinario jure Tribunos quoque militares, qui pro Conſulibus fuiſſent, item Decemviros, quibus imperium conſulare tum eſſet: item Triumviros Reipubl. conſtituendæ cauſa creatos, jus conſulendi Seoatum habuiſſe. Vtrum autem præfectus vrbi Latinorum cauſa relictos Senatum habere poſſet, dubitatum, idem capite ioſequenti tradit: quoniam ne Senator quidem ſit, neque dicendæ ſententiæ jus habeat: cum ea ea ætate Præfectus fiat, quæ non ſit ſenatoria. Sed & Capitonem & Tuberonem contra Mutium ſenſiſſe. Ius eſſe Præfecto ſenatus habendi. Namque & Tribunis pleb. ſenatus habeodi ios fuiſſe: quanquam Senatores aote Atinium plebiſcitum, non eſſent.

CAPVT IV.

QVO LOCO SENATVS. haberetur.

SENATVM alibi quàm in locis per augures conſecratis, quæ templa vocabantur, haberi non licuiſſe Gellius lib. 8. memoriæ prodidit: Senatuſconſultumque alioqui juſtum non fuiſſe. Proterea & in curia Hoſtilia, & in Pompeja, & poſt in Iulia, cum profana illa loca fuiſſent, templa eſſe per augures conſtituta: vt in ijs Senatuſconſulta more majorom juſta fieri poſſent. Seruius in illud Æneid. lib. XI.

Alta intra limina cogit.

Quæritur, inquit, cur ad priuatam domum conuocetur Senatus qui nonniſi ad publica & augurato condita loca conuenire conſueuit. Sed ſcimus domom Latini augurato conditam, & eandem tam templum fuiſſe, quam curiam. Namque in ſuperioribus legimus tectum auguſtum, id eſt, augurio conditum. Item paulo poſt:

Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces
Regibus omen erat hoc illi curia templum.

Merito ergo ad domum Regis quaſi ad locum publicum conuocatur Seoatus, nam, vt ait in ſeptimo,

Tali intus templo diuum patriaque Latinus
Sede ſedens.

Idcirco etiam in Palatij atrio, qood augurato conditum eſt, apud majores conſulebatur Senatus: vbi etiam arietes immolabantur, quod (vt in ſeptimo diximus) Virgilius ad Latini tranſtulit domum. Multi dicunt perire Virgiliom nec templi nec curiæ hoc loco feciſſe commemorationem, ſed tantum dixiſſe, intra tecta regia: vt oſtenderet conſilium quod initur, non eſſe, complendum: quia nec rite eſt inchoatum. Ea enim quæ dicet Latinus, effectu carebunt. Hæc Seruius.

Loca autem ea, in quibus Senatus cogebatur, ſenacula vocabantur. Senaculum, inquit Varro, ſupra Græcoſtaſin, vbi ædes Concordiæ, & baſilica Opimia, ſenaculom vocatum, vbi ſenatos aut Seniores conſiſterent: dictum vt γερουσία apud Græcos, Feſtos libro 17. Senacula tria fuiſſe Romæ in quibus Senatus haberi ſolitus ſit, memoriæ Nicoſtratus, in libro, qui inſcribitur, de Senatu habendo. Vnum vbi nunc ædes eſt Concordiæ, inter Capitolium, & forum: in quo ſolebant magiſtratus, vt dicit Titinnius, cum ſenioribus deliberare, alterum ad portam Capenam, tertium intra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationom legatis, quos in vrbem admittere nolebant, Senatus dabatur. Hæc ille.

Animaduerti etiam magiſtratibus qui ad vrbem redibant, datum in eo templo Senatum fuiſſe. Liu libr. 38. de P. Scipione loquens: Ipſe, inquit, decem nauibus Romam rediit: & Senatu extra vrbem dato in æde Bellonæ, quas res in Hiſpania geſſiſſet, diſſeruit. Et lib 49. Lucius, inquit, Manlius proconſul ex Hiſpania redierat, ei poſtolanti ab ſenatu in æde Bellonæ, triumphum, rerum geſtarum magnitudo impetrabilem faciebat. Memorabile eſt etiam quod Plin. lib 8. cap. 45. ſcribit, cum eſſet nunciatum bouem locutum (quod frequens in priſcorum prodigiis fuiſſe ait) Senatum ſub dio haberi ſolitum fuiſſe.

CAPVT V.

QVO TEMPORE SENATVS haberetur.

PORRO autem Senatus alius fuit legitimus, alius indictus. Legitimus dicebatur, qui vel lege vel more certis ſemper diebus habebatur: Calend. Nonis, Idibus, Suetonius in Auguſto: Sanxit, ne plus quam bis in menſe legitimus Senatus haberetur, ſcilicet Calendis & Idibus: neve Septembri Octobrive menſe vllos adeſſe alios neceſſe eſſet, quam ſorte ductus. Indictus autem dicebatur, qui reliquis diebus menſis, qui modo comitiales non erant, Magiſtratuum vocatu cogebatur. Capitolinus in Gordiano: Non legitimo, ſed indicto Senatus die Conſul iam domi conuentus, cum Prætoribus, Ædilibus, & Tribunis in curiam venit. Comitialibus autem diebus idcirco Senatus non inducebatur, ne ſenatores à ſuffragio ferendi auocarentur. Præterea Gellius lib. 14. docet Senatuſconſultom nec ante exortum, nec poſt occaſum ſolem factum, ratum fuiſſe: opus etiam Cenſorium feciſſe exiſtimatos, per quos eo tempore SC. factum eſſet. Seneca vero de tranquillitate vitæ lib. primo. Majores noſtri, inquit, nouam relationem poſt horam decimam. in Senatu fieri vetabant. Quin & menſem totum Februarium legationibus exterarum gentium audiendis attributum fuiſſe, multis ex locis conſtat. Cicero ad Lentulum, Senatus haberi toto Februario non poteſt, niſi perfectis aut rejectis legationibus.

Idem

Idem ad Qu. Fratrum, libro 2. Epiſt. Et quod lege Gabinia ſanctum ſit ex Kalend. Februar. vſque ad Kalend. Martias, Legatis Senatum quotidie dari.

CAPVT VI.
QVOMODO SENTENTIÆ IN ſenatu & rogarentur & dicerentur.

SENATVSCONSVLTA duobus modis fieri ſolita, Gell. lib. 14. docet: aut per diſceſſionem, ſi conſentiretur: aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias exquiſitas ſingulos autem debere conſuli gradatim, incipique à conſulari gradu: ex quo gradu ſemper quidem antea primum rogari ſolitum, qui princeps in Senatum lectus eſſet. In Senatuſconſulto per diſceſſionem faciendo, moris erat (quemadmodum Feſtus lib. 13. ſcribit) vt præco diceret: Qui hoc cenſetis, illuc tranſite: qui alia omnia, in hanc partem. Omnis autem cauſa ſic præcibat, ne diceret, Qui non cenſetis. Hinc illud Hirtij lib 8. de bello Gallico: Diſceſſionem faciente Marcello, Senatus frequens in alia omnia tranſiit. Suet. in Tiberio. Cum Senatuſconſult. per diſceſſionem fieret, tranſeuntem eum in alteram partem in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo. Plin. autem in Epiſtolarum lib. 8. conſuetudinem illam ſic explicat: Quid? lex non aperte docet dirimi debere ſententias occidentis & relegantis, cum ita diſceſſionem fieri jubet? Qui hæc ſentitis, in hanc partem, qui alia omnia, in illam partem ite quam ſentitis. Examina ſingula verba & expende. Qui hæc cenſetis: hoc eſt, qui relegandos putatis: in hanc partem, id eſt, in eam, in qua ſedet qui cenſuit relegandos. Ex quo manifeſtum eſt, non poſſe in eadem parte remanere eos, qui interficiendos arbitrantur. Qui alia omnia animaduertis, vt non contenta lex diceret Alia, addiderit, Omnia: num ergo dubium, Alia omnia ſentire eos qui occidunt, quam qui relegant? In illam partem ite, quam ſentitis. Nonne videtur ipſa lex eos qui diſſentiunt, in contrariam partem vocare, cogere, impellere? num conſulem etiam, vbi quiſque remanere, quo tranſgredi debeat, non tantum ſolemnibus verbis, ſed manu, geſtuque demonſtrat? Hæc Plinius. Eodem autem illa quoque pertinent, quæ ex Gellij lib. 3. cap. 18. ſcribemus. Non pauci ſunt qui, opinantur Pedarios Senatores appellatos, qui ſententiam in Senatu non verbis dicerent, ſed in alienam ſententiam pedibus irent. Quid igitur, Cum Senatuſconſult. per diceſſionem fiebat: nonne vniuerſi Senatores ſententiam pedibus ferebant? Feſtus lib. 1. Pedarium Senatorem ſignificat Lucilius, cum ait: Agipes vocem mittere cœpit: quia ita appellatur, quod tacitus tranſeundo ad eum, cujus ſententiam probat, quid ſentiat, indicat. Cicero libro ad Atticum 1. Epiſtola 18. Cum eſt actum, neque animaduerſum eſt, ad quos pertineret, & raptim in eam ſententiam Pedarij concurrerunt, Plinius libro Epiſtolarum 8. Sed cum fieret diſceſſio qui ſellis curulibus aſtiterant, in Cornuti ſententiam ire ceperunt, tum illi, qui ſe collegæ annumerari patiebantur, in diuerſum tranſierant. Seneca de vita beata lib. 1. cap. 2. Cum de beata vita agitur, non eſt quod mihi illud diſceſſionum more reſpondeas. Hæc pars maior eſſe videtur. Hactenus de Senatuſconſ. quod per diſceſſionem fieri dicebatur. Nunc de eo, quod exquirendis ſingulorum ſententiis fiebat, breuiter explicandum eſt. Moris erat, vt poſt comitia Conſularia, Conſules deſignati, primi ſententias rogarentur, & eorum is prior, qui priore loco declaratus eſſet: ante comitia vero, is qui è Cenſoribus princeps Senatus lectus erat, ij deinde, quos conſulibus videbatur: ita tamen, vt ne Prætorium Conſulari, Ædilitium Prætorio, Tribunitium Ædilitio anteferrent: quemadmodum ex Salluſtio & Gellio intelligimus. Cicer. Philipp. 5. Sed qui ordo in ſententiis rogandis ſeruari ſolet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis, à Bruto igitur Conſule deſignato more maiorum capiamus exordium. Memorabile autem eſt, quod Suetonius ſcribit in Iulio Cæſare, moris fuiſſe, vt quem ordinem rogandarum ſententiarum Conſul Kal. Ianuariis tenuiſſet, eundem toto anno vſurparet. Poſt nouam affinitatem, inquit, Pompeium primum rogare ſententiam cœpiſſe: cum Craſſus ſoleret, eſſetque conſuetudo, vt quem ordinem interrogandi ſententias Conſul Kalend. Ianuariis inſtituiſſet, eum toto anno conſeruaret. Cum autem rogatus Senator ſententiam dicere vellet, aſſurgebat, ſtanſque dicebat. Cicero ad Attic. lib. 2. Locutus ita eſt in Senatu, vt omnia illius ordinis *acta* laudaret: mihique vt aſſedit, dixit ſe putare, ſatis ab ſe etiam de iſtis rebus reſponſum. Stans autem, non modo de ea re, de qua relatum fuiſſet, verum etiam quacunque de re volebat, & quamdiu volebat, dicendi poteſtatem habebat: quemadmodum Gellius teſtatur. Tacitus lib. 3. Decretum ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fierent, ne veſtis ſerica viros fœdaret: exceſſit Fronto ac poſtulauit modum argento, ſupellectili, familiæ. Erat quippe adhuc frequens ſenatoribus ſi quid è Repub. crederent, ſententiæ loco dicere. Idem libro 13. de bello & pace, inquit, de vectigalibus & legibus, quibuſque aliis Romana continentur, ſuadere diſſuadere dicebat patribus, quoties jus dicendæ ſententiæ acceepiſſent, & quæ vellent expromere relationemque in eo poſtulare. Gellius lib. 4. cap. 10. C. Cæſar Conſul M. Catonem ſententiam rogauit: Catonem quæ conſulebatur, quoniam non è Repub. videbatur, perfici nolebat, Eius rei gratia ducendæ, longa Oratione vtebatur, eximebatque dicendo diem. Erat enim jus Senatori, vt ſententiam rogatus, dicere ante quicquid vellet alius rei & quod vellet. Cæſar Conſul viatorem vocauit: eumque cum finem non faceret prehendi loquentem, & in carcerem duci juſſit. Senatus conſurrexit, & proſequebatur Catonem in carcerem Hac, inquit, inuidia facta, Cæſar deſtitit, & mitti Catonem juſſit. Hanc autem hiſtoriam etiam Plutarchus in Catone commemorat.

Forma autem ſententiæ dicendæ, quemadmodum ex Philippicis Orationibus apparet, fere hæc erat: Quod verba facta ſunt de literis, &c. de ea re ita cenſeo. Neque vero prætereundum illud eſt, quod Pedianus docet in Milonianæ commentariis, cum aliquis dicenda ſententia duas pluresve res complexus eſſet, ea ſi non omnes probarentur, poſtulari ſolitum à quouis ſedente, vt diuidat: id eſt, vt de rebus ſingulis referatur. De quo more multa Plin. in Epiſtola ad Ariſtonem lib. Epiſt. 8. vbi ſcribit, cum in Senatu relatum eſſet de libertis Conſulis interfecti, & pars abſoluendos, pars morte mulctandos cenſuiſſet, eum qui libertos relegandos, ſeruos ſupplicio afficiendos dixiſſet, coactum eſſe diuidere ſententiam: quoniam, inquit, duas res comprehendebat. Eius rei etiam exemplum extat in Epiſtol. Ciceronis ad Lentulum. Itaque, inquit, cum ſententia prima Bibuli pronunciata eſſet, vt tres legati regem reducerent: ſecunda Hortenſij, vt tu ſine exercitu reduceres, tertia Volcatij, vt Pompeius reduceret: poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia diuideretur, quatenus de religione dicebat: & rei quia jam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt.

CAPVT VII.
DE NVMERO SENATORVM AD SC faciendum neceſſario.

SENATORES primum à Romulo centum, deinde à Bruto conſule ducentos creatos fuiſſe, ſuperius ex Liuio docuimus: eumque trecentorum numerum ad vſque Gracchi Tribunatum duraſſe, patet ex Dione, lib. 54. & Epitome Liuij. Vbi tamen, quæ de aucto Senatorum numero leguntur, mihi plane obſcura ſunt: quemadmodum in lege Seruilia ſignificauimus. Ciceronis quidem tempore DCXV. reperio numerari, in ejus primo ad Attic. Epiſtolarum libro. Dio vero lib. 43. Cæſaris ætate ſcribit nongentos fuiſſe, & Sueton. in Auguſto, poſt cædem, Cæſaris amplius mille fuiſſe teſtatur, ſed Auguſtum ad modum priſtinum redegiſſe: qui modus, quemadmodum intelligi debeat, mihi non ſatis conſtat. Dio namque lib. 54. ea de re ſcribens, ait, eum in animo quidem habuiſſe, trecentos duntaxat ex antiquo more conſtituere: ſed offenſionis vitandæ cauſſa, numerum ſexcentorum expleuiſſe, vt veriſimilius ſit, modum illum priſtinum à Suetonio non antiquiſſimum, ſed qui ante corruptiſſima tempora fuerat, intellectum eſſe. Vtcunque ſit, illud conſtat, ſenatori qui non aderat, aut cauſam aut culpam fuiſſe: quemadmodum in Legibus Cicero loquitur, id eſt, aut legitimæ excuſationis egiſſe, aut in culpa fuiſſe: nam, vt idem ait, grauitatem res habet, cum frequens eſt ordo. Culpa autem pignoribus capiendis coercebatur. Itaque cum Antonius interminatus eſſet, ſe Ciceronis domum, qui in Senatum non venerat, publicis operis diſturbaturum: Quia vnquam, inquit, tanto damno Senatorem coegit? aut quid eſt vltra pignus & mulctam? hoc eſt, extra mulctam lege conſtitutam: quæ dum ſoluitur, pignora capiuntur: quemadmodum in §. penultim. Inſtitut. qui ſatiſd. cog. legimus pignoribus captis coerceri tutores, qui non ſatiſdant, mulctam eum, redacta ex pignorum venditione pecunia, Quæſtores ærarij capiebant. Cicer. de Orat. lib. 3. Au tu, cum omnem auctoritatem vniuerſi ordinis pro pignore putares, eamque in conſpectu populi Romani concideres, me his pignoribus exiſtimas poſſe terreri? non tibi illa ſunt cædenda, ſi Craſſum vis coercere, hæc tibi eſt excidenda lingua qua vel euulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Quo ex loco exiſtimare concidi, frangique pignora ſolita fuiſſe, ridiculum eſt. Cædere namque veteres pro conſumere dicebant: Vt Nonius demonſtrat ex illo Lucilij.

Lana opus omne perit: ſqualor, tineæ omnia cædunt.

Quare cum cædi pignora lex vetus dixiſſet, pro ita capi, vt auctione diſtraherentur, & conſumerentur, ludens Craſſus ancipiti ſignificatione vocabuli, ſic loquutus eſt: ſimiliter vt Ciceroni ea pro Sext. Roſcio: Neſcimus, per iſta tempora eoſdem fere ſectores fuiſſe collorum, & bonorum? non enim ſectores bonorum ab eodem verbo, quo ſectores collorum appellatos eſſe, cuivis perſpicuum eſt. Itaque idem in eodem libri tertij proœmio, paulo ſuperius ſic ſcripſit: Non tulit ille, & grauiter exarſit, pignoribuſque ablatis Craſſum inſtituit coercere. Et Gell. lib. 14. c. 8. Prætor hæc quoque de pignore capiendo diſſerit, deque mulcta dicenda Senatori, qui cum in Senatum venire deberet non adeſſet. Atque hæc quidem hactenus. Certum autem Senatorum numerum ad SC. faciendum neceſſarium fuiſſe, multis ex locis conſtat, itaque NVMERA SENATVM, dicere ſolebat quivis

Digitized by Google

Senatus Conſuli: cum impedimento volebat eſſe, quo minus fieret SC. ſi tot non eſſent Senatores, quo numero liceret SC. ſcribi, expectaretur: quod ex lib. 15. Sext. Pompeij didicimus. Verum qui numerus in omnibus SC. legitimus fuerit, conſiderandum eſt. Dio ſane in fine libri 54. quadringentorum numerum prodidit: Nam de Auguſto loquens: [illegible] Cum videret Senatum non ſemper frequentem conuenire, decreuit vt eius conſulta etiam à paucioribus quam quadringentis fierent. Prius enim non aliter, quam eo numero conſtante rata eſſe poterant. Quod quidem tum de poſtremis temporibus, quibus vſque adeo Senatus exeuerat, intelligendum eſt: tum de majoribus rebus de quibus Senatus conſuleretur. Nam ſi ſuperiora ſpectemus, Liu. lib. 39. vbi de Bacchanalibus loquitur, ſcribit SC. tantum fuiſſe, vt ſi quis tale ſacrum, neceſſarium eſſe duceret, apud Prætorem vrbanum profiteretur, Prætor Senatum conſuleret, ſi ei permiſſum eſſet, dum in Senatu centum non minus eſſent, ita id ſacrum faceret, cum ne plus quinque ſacrificio intereſſent. Pedianus autem de re non ita magni momenti loquens, in Cornelianam ſcribit, lege Cornelia cautum fuiſſe, ne quis in Senatu ſolueretur legibus, niſi ducenti adfuiſſent. Obſeruatum eſt etiam Prudentium trecentos tantum prodere. Sic enim ſcribit.

Hæc conſulta patrum ſubſiſtere conſcriptorum.
Non aliter licitum priſco ſub tempore, quam ſi
Trecentum ſenſiſſe ſenes legerentur in vnum.

CAPVT VIII.

QVÆ FORMA SCRIBENDI SC. fuerit.

IN SENATVSCONSVLTIS ſcribendis primum moris erat, vt ea res, de qua rogatæ ſententiæ fuerant, ſummatim exponeretur. Quod M. Marcellus Conſul verba fecit de prouinciis D.E.R.I.C. vel M. Pomponius Senatum conſuluit. Quod verba facta ſunt de Philoſophis, & Rhetoribus, D.E.R.I.C. Quid ſi quis Senatus Conſulibus mandaret, Donatus in Adelph. Terentij ſcribit, addi ſolitum, ſi eis videatur. Cujus rei exemplum video in Philippica Ciceronis noua vtique C. Panſa A. Hirtius coſſ. alter ambone, ſi eis videatur, Quæſtoribus vrbanis imperent: tametſi apud eundem eam interdum formulam prætermiſſam animaduerti. Quoniam autem SC intercedere Tribuni poterant, propterea moris erat, vt illa clauſula adderetur: Si quis interceſſiſſet, addebatur. Huic SC. interceſſit C. Lælius, C. Panſa Trib. pleb. actum quidem non SC. ſed auctoritas perſcripta dicebatur, quemadmodum Dio. lib. 55. his docet verbis: [illegible] Quod ſi forte vſu venerit, vt non tam multi, quam opus erat, conuenirent, ſenatus quidem habebatur, decretumque perſcribebatur, non tamen quaſi ratum, effectum habebat, ſed erat autoritas, vti Senatus ſententia nota ac teſtata eſſet. Tale enim quiddam vis huius verbi declarat, quod vno verbo Græce exprimi non poteſt. Quod idem etiam obſeruatum eſt, ſi quando in loco aliquo non legitimo, aut die non idoneo, aut non legitimo edicto, ſed ambitioſe Senatus coactus eſſet, aut nonnulli Tribuni plebis interceſſiſſent. Tunc enim SC. fieri non poterat, quid tamen placuiſſet, teſtari reliqui volebant. Quibus verbis illa ſunt apud Ciceronem conſentanea: vt lib. 1. ad Lentulum, De his rebus Senatus auctoritas grauiſſima interceſſerat: cum Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. Præterea illud animaduertimus, notari nominatim illum oportuiſſe, cujus in ſententiam SC. eſſet factum Cicer. lib. ad Attic. 4. Epiſt. 1. Factum eſt decretum in meam ſententiam, vt cum Pompejo ageretur, vt eam ſuſciperet, lexque ferretur, quo SConſult. recitato, cum concio more hoc inſulſo & nouo plauſum, meo nomine recitando dediſſet, habui concionem. Huc etiam illud pertinet, quod Feſtus ſcribit, Ælium Gallum Iuriſconſ. Senatus decretum à Conſulto ſic diſtinguere, vt id dicat particulam quandam eſſe Senatuſconſulti: vt cum prouincia alicui decernitur, quod tamen ipſum Senatuſconſulti eſt. Scripto Senatuſconſulto primum eorum omniũ nomina, qui tum affuiſſent, ſcribi ſolebant. Cælius ad Ciceronem, Senatuſconſultum factum. auctoritateſque perſcriptæ, pridie Id. Octobris in æde Apollinis. Scribendo affuerunt L. Domitius, Cn. F. Ænobarbus Qu. Cæcilius Qu. F. &c. Cicer. in proœm. libri de Orat. 3. Et eundem, ut quod in auctoribus perſcriptis extat. SC. ſcribendo affuiſſe. Moris autem fuiſſe videtur, vt ad Conſulis pedes id fieret Lampridius enim in Heliogabalo ſic ſcribit: Deinde vbi primum diem Senatus habuit, matrem ſuam in Senatum vocari juſſit: quæ cum veniſſet, vocata ad Conſulum ſubſellia, ſcribendo affuit, id eſt, Senatuſconſulti conficiendi teſtis.

CAPVT IX.

QVÆ FACIENDIS SC. IMPEDIMENTA eſſent, & ſi fierent, vbi aſſeruarentur.

SVMMA Senatus voluntas certis de cauſis interdum ſic impediebatur, vt fieri SC. non poſſet. Primum impedimentum inperio, ſi legitimus Senatorum numerus non adeſſet: quo tempore cui vis Senatori dicere Conſuli licebat. NVMERA SENATVM: vt ſuperius docuimus. Alterum, cum dies tolleretur, hoc eſt, cum quis adusque ſolis occaſum Orationem producebat: quo tempore SC. fieri non poterat: vti ſuperius quoque demonſtrauimus, vbi de Catone diem eximendo commemorauimus: eoque ille quartæ Verrinæ locus pertinet: En die tranſigi nihil potuit, quod & id temporis erat, & ille pater iſtius inuenerat homines, qui dicendo tempus conſumerent. Tertium, cum quis Tribun. plebis moram imponebat: veluti cum Atilius noctem ſibi ad deliberandum poſtulauit, quo tempore de Cicerone reuocando in Senatu agebatur, vt eſt in Oratione pro Sextio. Quartum, cum quis intercederet: nam (vt ſcribit Gellius lib. 14.) intercedendi ne SC. fieret, jus fuit iis, qui eadem poteſtate, qua ij qui SC. facere vellent majoreve eſſent. Memorabile autem eſt, quod Valer. li. 2. ſcribit, vetuſtis temporib. jus non fuiſſe Tribunis pleb. curiam intrare: ante valuas autem poſitis ſubſelliis decreta patrum examinaſſe: vt ſi quæ ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus Senatuſconſultis T. literam ſubſcribi ſolitam: qua nota ſignificabatur, illa Tribunos quoque cenſuiſſe. Iam vero Liu. lib. 3. auctor eſt, anno ab V.C. 404. inſtitutum à Valerio & Horatio coſſ. fuiſſe, vt Senatuſconſulta in ædem Cereris ad Ædiles plebis deferrentur: quæque ante arbitrio Conſulum ſupprimebantur: vitiabanturque: poſtea tamen ad ærarium ea delata fuiſſe & Cic. Philip. 5. & Suetonius in Auguſto & Tacit. li. 3. teſtantur. Hactenus de Senatu.

DE SENATVSCONSVLTIS.

Senatuſconſultorum quædam ſunt, quæ proprium nomen habent, quædam ſunt anonyma, quæ proprio nomine donata non fuere: Proprio nomine donata hæc ſunt:

SC. AEMILIANVM, de fideicommiſſariis libertatibus, factum eſt Æmilio Iunio & Iulio Suet. coſſ. Vt ſi quis ex his, qui fideicommiſſam libertatem ex quacunque cauſa deberent ſeruo, qui mortis tempore eius, qui rogauit, non fuerit, iſque adeſſe negabitur, Prætor cognoſcat. Et ſi in ea cauſa eſſe videbitur: vt ſi præſens eſſet, manumittere cogi deberet, ita eſſe pronunciet. Cumque ita eſſe pronunciaſſet, idem juris ſit, quod eſſet ſi ita, vt ex fideicommiſſo manumitti debuiſſet, manumiſſus eſſet, l. ſi eum ſeruum 28. §. ſi quis, ff de fideicom. libert.

SC. APRONIANVM, de fideicommiſſariis hæreditatibus, factum eſt M. & L. Antoninis Imperatoribus, Aproniano, Paulo coſſ. Ann. DCCCCXXIII. Vt omnibus ciuitatibus quæ ſub Imperio populi Romani ſunt; reſtitui deberet & poſſet fideicommiſſa hæreditas. Sed & actiones in eas ex Trebelliano transferrentur, quin & municipes ad eas admitterentur, ita tamen vt his, quibus reſtitueretur hæreditas, actorem eligerent, & ad agendum, & ad excipiendas actiones, omnibus 26. & l. ſeq ff. ad Trebell.

SC. ARTICVLEIANVM de libertatibus ſeruorum, factum imperante Traiano, ipſo & Articuleio Pæto coſſ. An. DCCCLIX. Vt quacunque in prouincia libertas ſeruo relicta teſtamento fuerit, Præſes eius prouinciæ de ea cognoſcat, quamuis hæres non ſit ejus prouinciæ, l. non tantum 51. §. 5. de fideicommiſſ. libert.

SC. ANTONIANVM, de haſtis Martiis, in regia motis, factum Mario Antonio, A Poſthumio coſſ. Ann. DLIII. Quod Cæſar Iulius L.F. Pontifex nuntiarit, in ſacrario in regia haſtas Martias motas, de ea re ita cenſuerunt: Vt M. Antonius Conſul, hoſtiis majoribus Ioui & Marti procuraret: quod & cæteris diis, quibus videretur placandis vti procuraſſet, ſatis habendum cenſuerunt. Si quid ſuccidaneis opus eſſet, Robigus accederet Gell. lib. 4.

SC. Carbonianum de ſtatu liberorum: Vt ſi cui controuerſia fiat, an inter liberos ſit & impubes ſit, cauſa cognita perinde bonorum poſſeſſio detur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet: & judicium in pubertatis tempus differtur, & paſſ. ff. de carbon. edict.

SC. Caluiſianum, de nuptiis quinquagenarij: Vt ſi major quinquagenaria minori ſexagenario nupſerit, nihil ea res capiendas hæreditates, & legata dotes pertineat. Itaque mortua muliere dos caduca erit, Vlp. c. Inſtit. 16.

SC Claudianum, de nuptiis ſexagenarij: Vt qui major ſexagenario minorem quinquagenaria vxorem duxerit, perinde habeatur, ac ſi minor ſexaginta annorum vxorem duxiſſet. Vlp. c. Inſtitut. 16.

SC. Claudianum, de prouinciis conſularibus factum eſt L. Paulo, Cod. Marcello Anno coſſ. DCCIII. Quod M. Marcellus Conſul verba fecit de prouinciis conſularibus, de ea re ita cen-

Digitized by Google

ita cenſuerunt. Vt L. Paulus, C. Marcellus coſſ. cum magiſtratum iniſſent a.d. ex Calend. Martias, quæ in ſuo magiſtratu futuræ eſſent, de conſularibus prouinciis ad ſenatum referrent, neve quid prius ea Calend. Martiis, neve quid conjunctim de ea re referretur à conſulibus, vtique ejus rei cauſa per dies comitiales ſenatum haberent, S. Q. C. facerent. Et cum de ea re ad ſenatum referretur, à conſulibus, eorum, qui in trecentis judicibus eſſent, ſex adducere liceret, ſi quid de ea re ad populum plebemve lato opus eſſet, vt Seru. Sulpit. M. Marcellus coſſ. Prætor. Tribuni pleb. quibus eorum videretur, ad populum plebemve ferrent, quod ij non tuliſſent, vti quæcunque deinceps eſſent, ad populum plebemve ferrent. Cælius ad Cicer. Epiſt. lib. 8.

SC. Claudianum, de muliere ſeruo alieno conjuncta: Vt ea mulier, quæ ſe alieno ſeruo junxerat, domino ſerui cum bonis ſuis omnibus addiceretur, l. 1. Cod. de SC. Claud. toll. Vbi Iuſtin. ait denuntiationibus ſententia judicum opus fuiſſe. Vlp. cap. Inſt 8. Maxima capitis diminutio, inquit, dicitur, per quam ciuitas & libertas amittitur, veluti cum mulier alieno ſeruo ſe junxerit, denunciante domino, & ancilla facta fuerit, ex SC. Claudiano. Hujus etiam certiſſimum veſtigium eſt, l. Lucius 2. C. depoſiti. Idem autem dicitur de ingenua muliere, quæ ſe ad gynæcearium applicauit, l. 2. Cod. de murileg. Quare autem hoc Claudianum SC. vocetur, ſatis conſtituere non poſſum. Nam Claudij Imp. nomine ſic appellatum dicere, nulla ratio eſt: enim ſatis conſtet Senatuſcon. non ex Imperatorum, ſed ex conſulum referentium nomine appellata fuiſſe. Locum igitur Cornelij Taciti libro 11. conſiderans, in quo expoſitam SC. ſententiam ſcribit Pallantem, quem Claudij libertum, & apud illum gratia & auctoritate mirabili præditum fuiſſe conſtat editum ac nominatim à Claudio repertorē hujus relationis, ac propterea prætoria inſignia, & centies quinquagies H. S. ei decreta fuiſſe: Venio in opinionem, Claudianum ex illum liberti nomine appellatum eſſe. Verba Cornelij hęc ſunt: Inter quæ, inquit, refertur ad patres de pœna fœminarum, quæ ſeruis conjungerentur, ſtatuiturque vt ignaro Domino ad id prolapſa, in ſeruitutem ſui conſenſiſſet: & qui nati eſſent, pro liberis haberentur. Pallanti quem repertorem ejus relationis ediderat Cæſar, Prætoria inſignia & centies quinquagies cenſuit conſul deſignatus. His autem ex verbis ſcrupulus aliquis naſcitur, cum Vlpian. & Iuſtin. non aliter eam ſeruituti addictam ſcribant, quam ſi denunciante Domino deſiſtere noluiſſet. Video autem Tranquillum in Veſpaſiano, cap. 11. ſcribere, auctorem illum Senatui fuiſſe decernendi, vt quæ ſe alieno ſeruo junxiſſet, ancilla haberetur. Vt ſuſpicari liceat, quod Claudij tempore inſtitutum erat, id Veſpaſiani auctoritate abſolutum fuiſſe: & à Iuriſconſultis totum ei SC. attributum: quod vetuſtius & Claudij auctoritate inceptum, Claudianum nominarunt. Hos. Sunt autem qui Tranquillum hac in re peccaſſe contendant cum & Senatuſc. Claudianum, & id, quod Macedonianum dicitur, Veſpaſiano tribuit, vtcunque eſſe Claudianum ex Tacito confirmantes? Hoc autem SC. ſublatum fuit conſtitutione Iuſtiniani, quæ eſt vnica d. tit. de Senatuſconſulto Claudian. toll.

SC. Claudianum, de quæſtione familiæ, cum SC. Silaniano conjungitur, ſub tit. de SC Silania. & Claud. Vide SC. Silanianum. SC. Claudianum ſuper collegio aruſpicum: Viderent Pontifices, quæ tenenda firmandaque auſpicum. Huius meminit Cornel. Tacit. lib. 11.

SC. DASVMIANVM de libertatibus fideicommiſſariis: Vt ſi ex juſta cauſa abſit, qui fideicommiſſam libertatem ſeruis debet aut pupillus ſit, & hoc pronunciatum fuerit, perinde libertas competat ſeruo atque ſi, vt oporteret, ex cauſa fideicommiſſi manumiſſus eſſet. Item, vt ſi eum, eoſve, quicunque fideicommiſſam libertatem ex quacunque cauſa debere pronunciati fuerint, abeſſe contigerit, perinde habeatur is, qui manumitti juſſus eſt, atque ſi, vt oportet, ex cauſa fideicommiſſi manumiſſus eſſet, l. neque 36. & l. non tantum ſi §. Senatuſconſ. ff. de fideic. libert.

SC. FANNIANVM, De Philoſophis & Rhetoribus factum C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſala coſſ. an. DC. XII. Quod M. Pomponius Prætor ſenatum conſuluit de Philoſophis & Rhetoribus. De ea re ita cenſuerunt, vt M. Pomponius Prætor animaduerteret, curaretque, vt ſi è Rep. fideque ſua videretur, vti Romæ ne eſſent. Gell. lib. 15. c. 11.

SC. Iunicianum, de libertatibus fideicommiſſariis: Vt ſi hæres rogatus ſit non hæreditarium ſed proprium ſeruum manumittere, is ſeruus poſt pronunciationem, ad libertatem perueniat, ſiue ex juſta cauſa dominus abſit, ſiue lateat, ſiue præſens nunc vult manumittere, ſiue etiam dominus ejus ſerui emptor ſit, l. non tantum, 51. §. ſed ſi, ff. de fideicomm. liber. Alij Vincianum vocant.

SC. IVNIANVM, de colluſione detegenda, factum Domitiano imperante, Cæſare & App. Iunio Sabino coſ. ann. DCCCXXXIX. Vt qui per domini & ſerui, aut patroni & liberti colluſionem factam probaſſet, vt vel ſeruus ad libertatem, vel libertus ad ingenuitatem proclamaret, liberq. aut ingenuus pronunciaretur is ſeruum quidem in poteſtate ac dominio ſuo, libertū autem in patronatu ſuo haberet, l. 1. ff. de coll. de reg. l. 2. C. eod. l. adoptiuum 8. ff. de in jus vocando. In Baſilicis tamen, vt teſtatur Iac. Cujac. in Parat. SC. Iunianum d. l. 2. Cod. de coll. detteg. vocatur Nimianum. Alij Numianum dici aiunt.

SC IVLIANVM, de petitione hæreditatis, diſtractis reb. hæreditariis dolo prætereto, & fructibus factum Hadriani temporibus Qu. Iulio Balbo, P. Iuuentio Celſo. T. Aufidio Frontone Arrio Seueriano coſ. Vt ſi antequam partes caducæ ex bonis defuncti fiſco peterentur, hi ſe hæredes exiſtimant, hæreditatem diſtraxerint, ne redactæ ex pretio rerum venditarum vſuræ exigantur, idemque in ſimilibus cauſis ſeruetur. Item, vt è quibus hæreditas petita fuiſſet, ſi aduerſus eos judicatum eſſet, ij pretia, quæ ad eos rerum ex hæreditate venditarum perueniſſent, & ſi eæ ante petitam hæreditatem deperiſſent, diminutæve fuiſſent, reſtituere deberent. Item, vt ij, qui bona inuaſiſſent, cum ſcirent ad ſe non pertinere, etiam ſi ante litem conteſtatam fecerint, quo minus poſſiderent, perinde condemnarentur, quaſi poſſiderent: ij autem qui iuſtas cauſas habuiſſent, quare bona ad ſe pertinere exiſtimaſſent, vſque eo duntaxat, quo locupletiores ex ea re facti eſſent. Petita autem fiſco hæreditas ex eo tempore exiſtimaretur eſſe, quo primum ſcierit quiſque eam à ſe peti: id eſt, cum primum id denunciatum eſſet ei, aut literis vel edicto euocatus eſſet. Vlpian. l. item veniunt. 20. ff. de hæredit. petit. apud quem pro OSNVS, legendum FRONTO ARRIVS, ex Faſtis Onuphrij Veronenſibus intelligitur.

SC. LARGIANVM, de bonis libertorum: Vt liberi manumiſſoris non nominatim exhæredes facti, extraneis hæredibus eorum in bonis libertinorum præponerentur, veluti Lælius liberis ſuperſtitibus obit. Thracius ejus libertus teſtamentum ſcripſit, ſibiq; extraneos quoſdam hæredes inſtituit. Senatus voluit, vt hæc hæreditas inſtitutis hæredibus adimeretur, liberiſq; Lælij tribueretur, ſi modo à patre exhæredes facti non eſſent. Nam ſi eſſent, paterno judicio indigni omni emolumento videbantur, quod patris cauſa vndecunq; proficiſci poterat, §. vl. de ſucceſſ. libr. l. 1. & paſſ. C. de lat. lib. toll.

SC. LIBONIANVM de falſis, factum opinatur Hotom. Hadriano Imp. L. Nonio, M. Annio Libone coſ. ann. CCCXC. Vt pœna legis Corneliæ de falſis teneatur, qui ob inſtruendam aduocationem, teſtimoniave, pecuniam acceperit, pactusve fuerit, ſocietatem coierit, ad obligationem innocentium, qui ſibi eive qui in ſua poteſtate eſt, legatum fideicommiſſumve adſcripſerit in teſtamento militis, aut etiam alterius: dummodo id ſignatum perfectumque fuerat: qui ſe teſtamento pupillo tutorem ſcripſerit: qui hæres inſtitutus exhæredationem nominatim filij, vel aliarum perſonarum adſcripſerit, qui libertatem manu ſua ademerit ſeruo teſtatoris, & maxime cui à ſe legata, vel fideicommiſſa data erant. Vt ſi ſeruus domini ſui juſſu teſtamento, codicilliſve libertatem ſibi adſcripſerit: ob eam rem, quod ipſius manu adſcriptum eſt, minus liber ſit: ſed libertas ei ex fideicommiſſa cauſa præſtetur, ſi modo poſt ſcripturam manu ſua teſtator, teſtamento, codicilliſve ſubſcripſerit, l. 1. & paſſ. ff. de falſ. & l. 26. ff. de teſtam. tut. & l. 2. ff. de concuſ.

SC. MACEDONIANVM, de filiorumfam. ære alieno Veſpaſiani (vt opinatur Hot.) ij tempore factum eſt: Ne cui, qui filiof. mutuo pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis ejus, cujus in poteſtate fuiſſet, actio petitiove daretur: vt ſcirent, qui peſſimo exemplo fœnerarent, nullius poſſe filiifa. bonum nomen expectata patris morte fieri, l. 1. ff. ad Macedon. in qua duo obſcura ſunt: quo tempore ſit factum & verum Macedon. qui SC. cauſam dedit, adoleſcens perditus fuerit, vt Theophilus exiſtimat, an fœnerator vetus ac nobilis, vt eruditi omnes putant. Quod ad priorem dubitationem attinet, conſtat legem Lætoriam antiquiſſimam fuiſſe, vetabatur, ne ob pecuniam minoribus viginti quinque annis creditam, ſine ij filijf. ſiue ſui juris eſſent, jus diceretur, nam quod ad l. cum illum Terentij in Phormione pertinet.

Quaſi quiſquam crederet te viuo

Non ad vllam legem, ſed ad filijfa. jus referendum puto. Iam vero Tacit. lib. 41. Vbi de Claudio loquitur: Lege lata, inquit, ſæuitiam creditorum coercuit, ne in morte parentum pecunias filiiſfam. fœnori darent, quo in loco MORTAM legendum putat idem Hotom. quaſi diceris obligationem non præſentem, ſed in diem collatam in mortis tempus fuiſſe, hoc modo: centum quæ tibi credidi, poſt patris mortem dare ſpondes? Sueton. autem in Veſpaſiani vita cap. 11. ſic ſcribit: Auctor inquit, ſenatui fuit decernendi, ne filiorumfamil. fœneratoribus exigendi crediti jus vnquam eſſet: hoc eſt, ne poſt patrum quidem mortem, quod Macedonianum eſſe SC plane videtur, quia Tacit. non de SC. ſed de lege nominatim loquitur, venioque in ſuſpicionem ea lege Claudia certas quaſdam cauſas exceptas fuiſſe: veluti ſtudiorum & alias honeſtas ac neceſſarias. Macedonem autem, cum exemplo peſſimo, maliſque

minibus, hoc eſt contra bonos mores, pecuniam adoleſcentibus crederet, cauſam mutationis non adſcripſiſſe: atque illud eſſe quod legimus d. l. 1. IN CERTIS NOMINIBUS: quod verbum eadem in re Cic. Verrin. 5. poſuit: Ea omni pecunia, inquit, quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primum, pro ſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. Macedo autem, cujus nomen etiam in Epigrammatis Ro. repeſitur, pag. 89. in ſepulchro C. Modeſtij Macedonis, fenerator fuiſſe videtur, cui mos erat filiisfamil. credere tacito fenore, ſub tunica, vt dicitur, & ſinu, in perniciem parentum ſimul, ac liberorum: cujus & ſimilium quicunque talia nomina ſectarentur, odio hoc SC. introduxit Senatus. Seneca quodam loco, quaſdam pecunias, de quibus jus creditori non dicitur, deberi, ſed non exigi: harum numero ſunt pecuniæ creditæ filiisfam. quare eleganter Vlpia. in l. credere filiofam. eſſe perdere ait.

SC. NERONIANVM, de ſimulatis adoptionibus Nerone Imp. factum eſt: Ne ſimulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vſurpandis quidem hæreditatibus prodeſſet. Percrebueerat enim ea tempeſtate prauiſſimus mos, cum propinquis comitiis, aut ſorte prouinciarum plerique orbi fictis adſciſcerent filios, præturaſque & prouincias inter patres ſortiti, ſtatim emitterent manu, quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia ſenatum adeunt, jus naturæ, labores educandi aduerſus fraudem & artes & breuitatem adoptionis enumerant. Satis precij eſſe orbis, quod multa ſecuritate, nullis oneribus gratiam, honores, cuncta & prompta obuia haberent. Sibi promiſſa legum diu expectata in ludibrium verti, quando quis ſine ſolicitudine parens, ſine luctu orbus, longa patrum vota repente adæquaret. Tacit. lib. 12.

SC. NERONIANVM de quæſtione familiæ, vide SC. Silanianum.

SC. NINNIANVM, vide SC. Iunianum.

SC. NVMSANVM, vide SC. Iunianum.

SC. ORPHITIANVM, de maternis hæreditatibus eſt: auctores ejus fuerunt Marcus & Commodus Impp. oratione in ſenatu habita, aut per candidatos recitata: Orphitio & Rufo Coſ. Vt filius & filia, quamuis patris in poteſtate ſint, ad bona matris inteſtatæ ante conſanguineos vel adgnatos vocentur: ſiue mater ingenua ſit, ſiue libertina: item ſiue liberi legitimi ſint, ſiue vulgo quæſiti, l. 1. & pen. ff. ad Tertyl. & Orphit. ſpurios tamen matri quæ illuſtris ſit, non ſuccedere, ſi modo extent ex juſtis nuptiis procreati, Imp. ſcribit in l. pen. Cod. eod. Quin & illud intelligendum eſt, ex Impp. conſtitutionibus nepotes & neptes ad auiæ inteſtatæ ſucceſſionem admiſſos, admiſſaſque, eſſe, l. ſi defunctus 4. de leg. hær. in Cod. Theod. & §. ſed eum de ſenatuſc. Orphit. Aliud hujus S C. caput extat apud Paulum lib. 4. ſent. tit. 14.

SC. PEGASIANVM, de quarta fideic. retinenda factum in Veſpaſiani Auguſti temporibus, Pegaſo & Puſione Coſſ. Vt ei, qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur, quam ſi retinuiſſet, tum omnes actiones, quæ in hæredes hæredibuſque dari ſolent: in eum eique darentur. Is autem, qui partem hæreditatis ex fideicommiſſo reciperet, legatarij loco eſſet, hæreditatiſque tum commoda, tum incommoda inter hæredem, & eum, cui reliquæ partes eſſent reſtitutæ, communicarentur, interpoſitis ſtipulationibus, ad exemplum partis, & pro parte ſtipulationum. Sed ſi hæres ſcriptus hæreditatem adire recuſaret, ob id quod diceret ſibi eam ſuſpectam eſſe, quaſi damnoſam, poſtulatu ejus, qui reſtituere rogatus eſſet, juſſu prætoris adiret, totamque reſtitueret: ita vt ei, & in eum, qui reciperet hæreditatem, actiones darentur. Iuſtin. ſub tit. de fideicom. hæred. Vlp. cap. Inſtit. 25. Paul. lib. ſent. 4. cap. 3.

SC. PLANCIANVM, de liberis agnoſcendis, & partu ſubiecto: vt liceret mulieri, parentive, in cujus poteſtate eſt, vel ei, cui mandatum ab eis eſt, ſi ea ſe facto diuortio prægnantem putet, denunciare intra dies triginta, poſt diuortium connumerandos, ipſa marito vel parenti, cujus in poteſtate eſt, vel etiam domi ejus, ſi nullius eorum copia eſt. Et ſi maritus cui denunciatum erit, cuſtodes ad ventrem cuſtodiendum, inſpiciendumque non miſerit, neque conteſtato dixerit, eam ex ſe prægnantem non eſſe, vt ei quod editum ſit, agnoſcere ſit neceſſe, l. 1. ff. de liber. agnoſ.

SC. PISONIANVM, quod & Neronianum dicitur, de ſeruis obnoxiis venditis. Vt ſi ſeruus pœnæ propter necatum dominum obnoxius veniſſet, quandoque animaduerſum in eum eſſet, venditor precium præſtaret: ne emptori injuriam feciſſe videatur ſenatus, l. ſenatuſconſ. 8. de SC. Silaniano. Vide Senatuſc. Silanian.

SC. PERNICIANVM, de nuptiis: Vt qui intra ſexageſimum, vel quæ intra quinquageſimum annum, neque liberos ſuſceperit, neque matrimonium contraxerit, licet ipſis legibus poſt hanc ætatem liberatus eſſet, perpetuis tamen pœnis teneatur. Vlpian. cap. Inſt. 16.

SC. PRÆTEXTATVM appellamus, nobile illud in Papirij prætextati honorem factum: Vt ſi pueri prætextati deinceps cum patribus in curiam non introirent, præter vnum illum Papirium, vtque et puero poſtea prætextati cognomentum honoris gratia imponeretur. Nota eſt hiſtoria ex Macrobio lib. Saturn. 1. capit. 6. & Gellio lib. 1. cap. 23.

SC. RVBRIANVM, de fideicommiſſariis libertatibus, factum eſt temporibus Diui Traiani, Rubrio Gallo & Cœlio Hiſpone Coſſ. Anno DCCCLIX. Vt ſi hi, à quibus libertatem præſtari oportet, euocati à Prætore adeſſe noluiſſent, dum hi neque infantes ſint, neque furioſi, neque ab hoſtibus capti, neque hi, quos religio, aut honeſtior cauſa, aut calamitas aliqua, vel maior res familiaris, aut capitis famæve periculum, aut ſimilis cauſa moretur: ac ne pupilli quidem, qui tutorem non habent, aut eos habeant, quos earum quæ cauſa detinet: & cauſa cognita, Prætor pronunciaſſet, libertatem his deberi, eodem jure ſtatus ſeruaretur, ac ſi directo manumiſſi eſſent, l. cum vero 20. §. jubenti. l. neque 16. l. ſi filius 33. ff. de fideicom. libert.

SC. SABINIANVM, de eo, qui è tribus maribus arrogatus erat: Vt qui vnum è tribus alterius liberis maribus adoptaſſet, ei non minus quam reliquis adoptivis relinqueret, videlicet quadrantem hæreditatis ſuæ, l. 2. & penultim. §. quæ autem Codic. de adopt. & §. ſed ea omnia 13. vbi Theoph. de hæred. quæ ab inteſt. Videtur etiam ex eodem SC. manaſſe, quod Iuſtinianus commemorat in leg. vltim Cod. de decurionibus vt qui tres mares haberet, ſi vnum ex iis, qui Decurio eſſet, in Senatum maximum id eſt, Romanum allegendum curaret, ei curiæ liberationem pateret.

SC. SILANIANVM, de quæſtione familiæ, Auguſti temporibus factum eſt, Dolabella & Silano Coſ. Anno DCCLXII. vt cenſet Cujac. Obſeru. lib. 5. cap. 18. Vti de ſeruis ejus, qui domi ſuæ necatus erit, qui quidem ſub eodem tecto fuerint, neque opem ei tulerint, niſi qui impuberes fuerint, quæſtio publica habeatur: & conuicti ſummo ſupplicio afficiantur: qui vero non ſub eodem tecto, ſed in eadem regione fuerint, non aliter puniantur, quam ſi conſcij fuerint: vt quod ad cauſam teſtamenti pertinens relictum erit ab eo, qui occiſus eſſe dicitur, id ne quis ſciens dolo malo aperiat, recitet, deſcribat, vel aperiendum, recitandum, deſcribendumque ante ſupplicium de noxiis ſumptum, & quæſtionem de ſeruis habitam curet: qui ſecus faxit, quod eo teſtamento ei relictum fuerit, publicetur, & in eum qui id fecerit, centum aureorum judicium datur, quod populare eſt, l. 1. 13. 14. & 25. ff ad SC. Silanian. Fuit & poſtea de quæſtione familiæ factum aliud SC. Nerone A. iterum & Piſone Coſſ. vt auctor eſt Tacitus lib. 13. & 14. quod Piſonianum dicitur in l. SC. Silania. & Neronianum à Paulo lib. 3. Sent. Putat etiam Cujacius hoc SC. Claudianum appellari, in titul. de SC. Silani. & Claudia. neque enim nouum eſt, vt SC. Neronian. dicatur Claudia. Cæterum fuit etiam de quæſtione familiæ factum SC. aliud ſub D. Marco, vt indicat lex penult. Cod. de his quibus vt indign. neque rem eam Adrianus prætermiſit, vt Spartianus auctor eſt, adeo fuit Imperatoribus curæ dominorum ſecuritas.

SC. STATILIANVM, vel Domitianum, de quinquennij præſcriptione. Auguſti temporibus factum eſt, Tauro & Lepido Coſſ. Anno DCCLXIII. Vt in cognitione teſtamenti ejus, qui à familia, ſua, occiſus eſſe dicetur, ante habitam de familia quæſtionem aperti quinquennij tempus hæredibus conſtituatur, l. in cognitione 13 ff. ad SC. Silanianum.

SC. SVMMVM, ſiue ſupremum appellatur, quod ſummis Reip. temporibus fieri ſolebat: de quo Liu. lib. 3. Tantum, inquit, terrorem Hernici incuſſere patribus, vt quæ forma Senatuſconſulti vltimæ ſemper neceſſitatis habita eſt, Poſthumio alteri Conſulum negocium daretur, videret ne quid Reſp. detrimenti caperet. Saluſt. in Catilin. Itaque (quod plerunque in atroci negocio ſolet) ſenatus decreuit: darent operam conſules, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Ea poteſtas per Senatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios atque ciues, militiæque imperium, atque judicium ſummum habere: aliter ſine populi juſſu nulli earum rerum Conſuli jus eſt, Cæſar de bel. ciui. l. 1. Quotieſcunque ſit decretum, darent magiſtratus operam, ne quid Reſp. detrimenti caperet: qua voce, & quo Senatuſc. populus Roman. ad arma ſit vocatus: factum in perniſioſis legibus, in vi Tribunitia, in ſeceſſione populi, templis, locisque editioribus occupatis.

SC. TREBELLIANVM, de actionibus ab hæredibus in fideicommiſſarios transferendis, factum eſt temporibus Neronis, 8. Calend. Septembr. Annæo Seneca, Trebellio Maximo Coſſ. anno DCCCX. Vt cum æquiſſimum eſſet in omnibus fideicommiſſariis hæreditatibus ſi qua de his bonis judicia penderent, ex his eos ſubire, in quos jus fructuſve transferretur, potius quam periculoſam eſſe cuique ſuam fidem: deinceps actiones quæ in hæredem, hæredibuſque dari ſolent, eæ neque in eos, neque his darentur, qui fidei ſuæ commiſſum ſicut rogati eſſent, reſtituiſſent, ſed his & in eos, quibus ex teſtamento fideicom-

deicommiſſum reſtitutum fuiſſet, quo magis in reliquum confirmentur ſupremæ defunctorum voluntates. Hæc Vlpian. lib. 1. ff eod.

SC. TVRPILLIANVM, de accuſationibus deſertis: factum fortaſſe Imperat. Nerone, Cod. Silio; M. Turpilliano coſſ. anno DCCXIX. Vt qui crimen publici judicij detulit: & cauſa criminis ordinata, id eſt, inſcriptionibus depoſitis, & fidejuſſore de exercenda lite præſtito, eoque qui accuſatur, ſub cuſtodia officij facto, non impetrata abolitione ab executione criminis deſtitit: quippe accuſatorem ſubjecit, aut inſtigauit, aut mandauit alicui, & inſtruxit eum ad accuſationem capitalem, deinde probationes, allegando excuſationes, omiſit, qui chirographum ob accuſandum dedit, pactionemve aliquam interpoſuit, aut quid accepit ab aduerſario, pœna quinque librarum auri mulcteiur, l. 1. & paſſ. Cod. & ff. ad Turpill. leg. 3. in fine, ff. de præuaricat. & l. ſerui. Cod. ad legem Iul. de adulter.

SC. TERTVLLIANVM, de liberorum hæreditatibus matri deferendis, De Pio, qui adoptionis jure Adrianus dictus, imperante factum eſt, Tertulla & Sacerdote coſſ. Vt mater ingenua trium liberorum jus habens libertina quatuor, ad liberorum inteſtatorum hæreditatem admittatur, ſiue ſui juris, ſiue in patris poteſtate ſit, ita tamen, vt ſi filiusfam. ſit, parentis juſſu hæreditatem adeat: deinde, vt filio mortuo, ſui filio mortua, liberi præferantur matri: vtrouis mortuo, pater non etiam anus: item conſanguinea, ſiue ſolus ſit, ſiue cum eo ſoror, eidem præferantur: conſanguinea vero ſola pariter cum matre ſuccedat, leg. 1. & 2. ff. eod. lib. Inſtit. 3. titul. 3. vbi multa ejus capita corriguntur.

SC. TACITVM, cujuſmodi fuerit, Capitolinus in Gordianis docet his verbis: Omnino exemplum Senatuſconſulti taciti non illud eſt hodie, quam quod veſtra clementia conuocaris ad interiora majorib ea diſponit, quæ non ſunt omnibus publicanda: de quibus etiam aditare ſoliiis, ne quia ante rem completam quicquam vel audiat, vel intelligat. Hunc autem morem apud Veteres neceſſitates publicæ repererunt, vt ſi forte vis aliqua ab hoſtibus immineret, quæ vel cogeret humilia captare conſilia, vel aliqua conſtituere, quæ non prius oporteret dici, quam officii, vel ſi nollent ad amicos aliqua permanere, ſenatuſconſultum tacitum fieri: ita vt non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent, ſenatores exciperent, ſenatores omnium officia cenſualium, ſcribarumque complerent, ne quid forte proderetur.

SC. VELLEIANVM, de mulierum interceſſionibus, factum eſt M. Silano, & Vellejo tutore coſſ. Ne jus aduerſus mulieres dicerentur, qui fidejuſſoribus & mutuatoribus pro aliis interceſſiſſent: cum eas virilibus officijs fungi, & ejus generis obligationibus obſtringi, non ſit æquum. Ergo in veterem debitorem, aut in eum, qui pro ſe conſtituiſſet mulierem ream dabitur: magis enim ille, quam creditor mulierem decepit. l. 1. & 2. ff. eo. Interceſſio autem eſt, quoquomodo recipiat alienam obligationem, veterem aut nouam.

SC. VELLEIANVM, de aſſignatione libertorum, factum eſt Claudianis temporibus, Vellejo Ruſo, Oſterio Scapula coſſ. Si quis duos pluresve liberos juſtis nuptiis quæſitos, in poteſtate haberet, de liberto libertave ſignificaſſet, cujus ex liberis ſuis eum libertum, libertamve eam eſſe vellet is, eave quandoque is qui eum eamve manumiſit, inter viuos vel teſtamento in ciuitate eſſe deſiiſſet, ſolus ei patronus, ſolave patrona eſſet perinde, atque ſi ab eo eave libertatem conſecutus conſecutave eſt. Vtique ſi ex liberis quis in ciuitate eſſe deſiiſſet, neque ei liberi vlli eſſent: cæteris ejus liberis qui manumiſit, perinde omnia jura ſeruentur, ac ſi nihil de eo liberto, eave liberta parens ſignificaſſet, l. 1. ff de aſſig. liber.

SC. VINCIANVM, vide SC. Iuncianum.

SC. VITRASIANVM, de fideicommiſſis libertatibus, factũ opinor Veſpaſiano imperante, Sulpitio Galbo, Vitraſio Pollione coſſ. Vt partes ſeruorum, quibus per fideicommiſſum libertas data, eſt, juſto precio æſtimentur: atque ita ſeruus ab his, qui rogati ſunt, manumittatur: hi autem, eos manumiſerunt, precij nomine perinde fratribus & cohæredibus ſuis obligati ſint atque ſi ob eam rem ex judicati cauſâ cum his agi poſſit. Nam ante ſi plures hæredes erant inſtituti, & inter eos qui fari non poſſunt, ſed non ipſe rogatus erat ſeruum manumittere non oportebat interuidere libertatem ob hoc quod cohæredibus ſuis vendere eum infans non poſſit, l. cum quaſi. 30. §. ſi plures, ff de fidie. libert.

SC. VIGINTIVIRALE, factum eſt Auguſto Imp. Tiberio & Vario coſſ. anno DCCXLI. Vt viginti viri ex quibus conſtituerentur, quorum deinceps nullus in ſenatum allegeretur, niſi quem etiam alium magiſtratum, cuius ratione Senator poſſet fieri, geſſiſſet. Hi viginti viri in locum 36. virorum ſucceſſerunt: quorum tres capitalibus judicijs, alij tres pecuniæ ſignandæ præfecti ſunt: quatuor viis Vrbis. decem jis judiciis quæ ad centum viros ſorte deferuntur. Vt quoniam nemo facile Tribunatum pleb. petebat, ſorte ex iis, qui Quæſtores fuiſſent, dum quadrageſimum annum attigiſſent, deligerentur Dio lib. 54.

SC. VOLVSIANVM, de coitione in litem: vt qui improbe in aliquam litem coenut, vel in accuſationem innocentum, vt quicquid ex condemnatione in rem ipſius redactum fuerit, inter eos communicaretur, lege Iulia de vi priuata tenerentur l. 6. ff. ad l. Iul. de vi priuata & l. 2. ff. de concuſ.

PROPRIVM NOMEN HÆC NON HABENT.

Vnum Cotellio Paoſa, & Acilia Antola coſ. factum D. Adriani tempoobus de ædium demolitione, qua diruí quid ex ædificiis negociandi cauſa, diſtrahi va aut legari prohibetur, l. 52. ff. de contrah. empt. lib. 40 ff de leg. lib. 1. l. vl. ff de damn. infect. de quo accipiendæ ſunt, l 45. ff. de don. int. vir l. 12. §. ſi quis illicite, l. 28 §. vl. ff. de leg. 3. Nec de eo intelligi debet l. 2. C. de ædif. priu. vt notat Cujac Obſeru. lib. 5. c. 26.

Aliud Cotta & Meſſala coſ. factum de vxoribus proconſulum & præſidum. Vt ſi quid vxores eorum, qui ad officia proficiſcuntur, delinquerent ab ipſis ratio & vindicta exigeretur. De quo leg. 4. § proficiſci ff. de offic. proconſul. & Tacit. lib 3. & 4. Annal. Alteriusetiam ejuſdem facti meminit l. 12. §. ſeruus ff. de accenſ.

Aliud Modeſto conſule, de fugitiuis ſerui factum l. 1. § 1. Cod. de ſeru. fugit. Quod intelligi putat Briſſ. in l. 2. in ſi ff. ad leg. Fab. l. 35. & 5. de contrah. empt.

Alterius quod Nerajo Vato & Annio Priſco coſ factum eſt, meminit l. 6. ff. ad leg Corn. de ſicar.

Senatuſconſultum de illicitis collegiis, l. 1. ff. de colleg. illicit. de tutorum & pupillarum nuptiis, l. 4. C. de excuſ. tutor.

Senatuſconſulta de interitis. l. pen. de tut. l. 11. ff. de teſtam. tut.

Senatuſconſultum de comitibus liberiſque eorum, qui prouincias regunt, in l. 16 ff. de offic. præſid.

Senatuſconſultum de re funeraria, in l. 12. §. 1. de religioſis domi.

Senatuſconſultum de tabulis ſignandis, apud Paul. 5. ſent. tit. 27.

Senatuſconſultum de his qui voluntate dominorum in libertate morati ſunt, l. 4. C. de fideic. libert.

Senatuſconſultum de proclamantib. ad libertatem, in l. 3. ff. quib. ad libert. procla.

Senatuſconſultum de his, qui poſt manumiſſionem originem reperiunt, in l. 1. C. de ingen. manumiſ. de accipienda eſt, l. 3 ff. ſi libert. ingen. eſſe dicat, quæ ejus ſenatuſconſulti verba quædam exponit l. 23. ff. de libert. cauſ.

Senatuſconſultum, quod in pecuniam ludere vetuit, l. ſecunda de aleator.

Aliud Iuuentio Celſo iterum & Neratio & Marcello coſ. Hadriani temporibus factum, in l. vl. de ſer. reip. manum. quo ſeu Vectibulici, vel Vectij Libyci (vt eſt in manu. ſcd.) qui manumiſſi à Rep. ciuitatem Roman. conſequebantur, ad prouincias porrecta eſt.

Senatuſconſultum, quo pecuniæ vſusfruct. conſtitutus eſt, per cautionem l. 1. C. de vſuſr. 1. ff de ſeru. leg.

Senatuſconſultum de cenſuum veterum & monumentorum fide, l. 6. C. de probat.

Senatuſconſultum de famoſis epigrammatis & libellis, l. vlt, §. vl. ff. de injur. l. 18, §. vl qui teſtam. fac.

Senatuſconſultum, de mortis cauſa donationibus, l. 35. ff. de dona. cauſ. mort.

Aliud item, quo calumniæ cauſa publico iudicio damnati poſtulare apud pedaneos judices prohibentur, l. 1. §. item Senatuſconſ. ff. de poſtulat.

Aliud de ictu. l. 15. C. ex quib cauſ. infam. irrog.

Aliud quo pluribus legib. ad idem crimen rei fieri prohibentur; l. 14 ff. de accuſat.

Aliud de his, qui matrimonij cauſa manumittuntur, l. 18. ff. qui & à quib.

Aliud auctore Hadrian. factum de natis ex ciue Roman. cujus Vlpian. in Inſtit. titul. 2. meminit, Aliud item, quo prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis vel priuatis rebus obſtringi, l. 12. ff. de legationib. Quo referenda eſt l. 8. inſi. eod. tit.

Senatuſconſultum quo cautum erat, vt mulier poſſet in ſua re quem de falſo accuſare, l. 5. C. qui accuſ. non poſ. Meminit l. 2. ff. de accuſat. & l. 2. C. de calumniatorib.

Senatuſconſultum, in l. 15. ſi quis ſe ſcribat. ff. de milit. teſtam. & l. 14. in princ. l. 15. §. item frontas. ff. ad legem Cornel. de falſ. l. 3. & vltim. Cod. de his, qui ſibi adſcrib. Libonianum accipiendum eſt.

Senatuſconſultum Ælio Tuberone & Fabio Max. coſ ne circum aquæ ductus quæ per prædia priuatorum deducuntur, arbores aliter habeantur, quam dextra læuaque intermedis pedibus 15. vt refert Iul. Frontinus lib. de aquæ ductibus.

Aliud, ne quiſquam, cui à fiſco aliquid peteret, alia inſtrumenta delatori cogatur edere, quam quæ ad eam cauſam pertinerent, ex qua ſe deferre profeſſus eſſet, l. 1. de edendo.

FINIS

DE MAGISTRATIBVS
Romanis.

MAGISTRATVS extraordinarios & ordinarios Carolus Sigonius in Liuium ſic exponit. Eſt, inquit, intelligendũ magiſtratus omnes cum poteſtate fuiſſe, cũ imperio vero non niſi eos, quibus nominatim mandatum eſſet imperiũ: auctore enim Feſto, cum poteſtate eſſe dicebatur ille, qui alicui negocio præfectus eſſet: cum imperiu, cui nominatim imperium delatum eſſet. Mandabatur autem imperium his duntaxat magiſtratib. cum vſus Reipub. poſtulabat, Dictatori, Conſuli, Prætori. Erat autem imperium rei militaris adminiſtrandæ facultas. Quod Cic. dixit in Philip. 5. Demus imperium C. Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt. Neque vero eodem tempore mandabatur magiſtratus, & imperium, neque iiſdem comitiis. Nam imperium primum, deinde prouincia cum imperio deferebatur, & magiſtratus quidem vt conſulatus ac prætura centuriatis comitiis, imperium vero curiatis. Sic enim Liuius lib. 5. Comitia curiata, quæ rem militarem continent: centuriata quibus conſules, tribunoſque milites creatis, & lib. 9. Et legem curiatam de imperio ferenti triſte omne diffidit, quod Fauciæ curiæ fuit principium duabus inſignis cladibus, & Cic. ad Appium, Appius dixit, ſeſe, ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre, ſortitorum eſſe cum collega prouinciam, ſi lex curiata non eſſet, ſe comparaturum cum collega ſibique ſucceſſurum, legem curiatam conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe, ſe quoniam ex SC. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quod in vrbem introiſſet, lib. tamen 26. ait Liuius. Iuſſi deinde inire ſuffragium, ad vnum omnes non centuriæ modo, ſed etiam homines P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniam juſſerunt. Atque hæc quidem ita. Inſtitutum eſt etiam, vt conſulibus & prætoribus poſtquam magiſtratu abiiſſent, prorogaretur, ſi tempora Reipub. poſcerent, imperium, iique pro conſulibus & pro prætoribus rem gererent. Qui primus procoſ. rem geſſerit prorogato ex conſulatu imperio Q. Publius Philo fuit, qui idem etiam procoſ. triumphauit, vt Liu. lib. 8. eſt auctor. Qu. autem Valerium Faltonem propr. primum ex Sicilia triumphaſſe inuenio in triumphis Capitolinis eundem vero prætorem etiam rem in Sicilia geſſiſſe ſcribit Valerius de jure triumphandi. Fieri etiam poterat vt ex prætura pro conſule mitteretur, id eſt, cum imperio conſulari, & cum XII. faſcib. vt coſ. non VI. vt præt. vt L. Æmilius ex Plutarch. & L. Gellius primo de leg. Cic. Adde, quod imperium etiam priuatis extra ordinem mandatum eſt, quibus autem mandatum erat, ij pariter pro coſ & pro præt rem geſſerunt. Primus, cui mandatum eſt hoc modo, T. Quintus fuit, de quo Liu. lib. 3. ſcribit. Viſum eſt pro conſule T. Quintium ſubſidio caſtris cum ſociali exercitu mitti. Pariter P. Scipio in Hiſpaniam priuatus cum imperio miſſus eſt, atque alij quidem poſt eum, donec eo prætores cum imperio mitti cœpti ſunt. Idem Octauius de quo 11. Philip. Cicero Imperium Cæſari extraordinarium mea ſententia dedi, nam propr. vt eſſet, decreueram. Ex his intelligi poteſt, proconſules aut proprætores, vel ſi cum prorogare ex magiſtratu, vel ſi cum extraordinario eſſent imperio, ſiue magiſtratu, fuiſſe, quod item ex Cicerone lib. 2. De diu. confirmatur. Bellicam rem adminiſtrari majores noſtri non niſi auſpicato voluerunt, quam multi ſunt anni, cum bella à proprætoribus & proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Neque enim niſi magiſtratus habebant auſpicia vel majora, ſi majores, vel minora, ſi minores eſſent. Quia vero hactenus triumphus non erat decretus ijs, qui priuati extra ordinem rem geſſiſſent, propterea P. Scipioni ex Hiſpania non eſt decretus. Primus L. Lentulus ex his, vt ouans vrbem iniret, obtinuit, poſt Pompejus etiam de Mithridate triumphauit. De L. autem Lentulo ſic Liuius lib. 41. Res triumpho dignas eſſe cenſebat Senatus, ſed exemplum à majoribus non accepiſſe, vt qui neque Dictator, neque Conſul, neque Prætor res geſſiſſet, triumpharet, pro conſule illum Hiſpaniam, non conſulem, aut prætorem obtinuiſſe, decernebatur tamen eo, vt ouans vrbem iniret, intercedente T. Sempronio Longo Tribuno pleb. qui nihilo magis id more majorum, aut vllo exemplo futurum dicebat, poſtremo victus conſenſu patrum tribunus ceſſit, & ex SC. L. Lentulus ouans vrbem ingreſſus eſt. Eadem ratione quæſtori aliquando imperium datum eſt, vt ait Salluſt. in Catil. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam quæſtor pro prætore miſſus eſt adnitente Craſſo. Poſtremo inſtitutum eſt etiam, vt quotannis conſulares, & prætoriæ prouinciæ decernerentur, in quas conſules, aut prætores poſt magiſtratum accepto imperio mitterentur (quemadmodum ex Ora. de proconſul. intelligi poteſt) ijdemque pariter proconſules, & proprætores dicerentur. Factum eſt autem, vt aut proxime poſtquam magiſtratu abiiſſent, aut aliquot annis interpoſitis, in prouincias irent. Si autem ſubito ibant, vt P. Lentulus in Ciliciam, tum ordinario imperio vtebantur ſi ſpacio annorum interpoſito, vt in eandem Cicero, extraordinario. Itaque ipſe de ſemetipſo ait ad Attic. lib. 9. Faciam vt ſumma modeſtia, & ſumma abſtinentia munus hoc extraordinarium traducamos. Idem ne Proprætoribus etiam judicandum eſt. Quod Cælius ad Ciceronem docet, his verbis: Senatui placere in Ciliciam prouinciam, inque reliquas octo prouincias, quas Prætorij propræt. obtinerent eos, qui Prætores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S C. cum imperio in prouincias mitti oporteret, eos ſortito in prouincias mitti oportere. Ne autem mendum eſſe librorum quis putet, animaduertere oportet, Prætorem ſæpe pro proprætore poni. Vt C. Verres Siciliæ prætor, id eſt, cum prætorio imperio, poſtquam prætor vrbanus fuerat. Item Prætorem pro proconſule. Vt C. Cæſar. Galliæ prætor, P. Rupilius Siciliæ, in quas prouincias ex conſulatu miſſi ſunt. Item conſulem pro proconſule, vt cum ait Liuius P. Scipionem conſulem in Africa bellum geſſiſſet, & alia ejuſmodi, cum tamen Scipio in Africam poſt conſulatum venerit prorogato conſulari imperio.

MAGISTRATVS apud quem legis actio eſt, vide Legis actio.

MAGISTRATVVM ROMANORVM
Index Alphabetico literarum ordine deſcriptus.

AEDILES plebis duo primum creati ſunt anno CCLXI. auctore Dionyſ. Halicarnaſſæo libro ſexto. Curules vero anno CCCLXXXVIII. Vt Liuius in fine lib. 6. teſtatur. Vtrique magiſtratum Kal. Ianuar. inibant. vt Cicer. Verrin. 2. eſt auctor. Curulium autem triplex fuit procuratio, primùm vt ludos facerent, deinde vt ædes ſacras, publicaſque, item vias publicas tuerentur, poſtremo vt ne in mancipiorum venditione, & menſuris fraus admitteretur, quod ex Verr. & edicto Curulium intelligitur, quod extat lib. Pandect. 21. Hi ergo de rebus quemadmodum anno ſuo jus dicturi eſſent. Prætorum exemplo edicebant, deinde in ſella curuli conſidentes, ex edicto ſuo jus reddebant, nam ſellam curulem eos habuiſſe, idem Ciceronis locus oſtendit. Plebeiorum autem quadripartitam Dionyſ. Halicar. procurationem facit in lib. 6. Vt eſſent Tribunorum pleb. adminiſtri, cum res poſtularet. De rebus ad ſe ab illis delatis judicarent, loca ſacra & publica tuerentur, annonæ curam ſuſciperent. Cum autem Curulibus Cicero ſacrarum & publicarum ædium procurationem attribuat, arbitror diſtinctam poſtea eorum curam ita fuiſſe, vt Curules ludos omnes præter plebeios, hi plebejos ſolos curarent; illi ædes ſacras & publicas, itemque vias: hi priuatas & cloacas tuerentur, illi mancipiorum venditionibus, hi annonæ præeſſent. Tullius autem in lib. de legat. 3. hæc omnia permiſcet, nec ſingula ſingulis attribuit, Suntoque Ædiles (ait) curatores vrbis, annonæ, ludorumque ſolennium. Cum autem Ædiles plebis Tribunorum, adminiſtri tantum eſſent, nec propriam juriſdictionem haberent, ſed de rebus tantum ad ſe tribunorum arbitrio delatis cognoſcerent, edictum eos nullum propoſuiſſe veriſimile eſt, nunc veterum ſcriptorum auctoritates, ex quibus adoleſcentes de hujoſce magiſtratus vi ac poteſtate æſtimare poſſint, ſubijciemus. Varro lib. de ling. lat. 4. Ædilis, qui ædes ſacras & priuatas procuraret. Cicer. Verrie. 7. Nunc ſum deſignatus Ædilis: habeo rationem quid à populo Roman. acceperim: mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populi Roman. plebique Rom. ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati: maxima cum dignitate & religione, Ioui, Iunoni, Mineruæque eſſe faciundos, mihi ſacrorum ædium procurationem, mihi totam vrbem tuendam eſſe commiſſam. Liuius in fin. lib. 6. de Curulib. Recuſantibus ferias Latinas curare Ædilibus plebeis, conclamatum à patritiis eſt iuuenibus, ſe id honoris Deum immortalium cauſa libenter acturos, vt Ædiles fierent, quibus cum ab vniuerſis gratiæ actæ eſſent, factum SC. vt duos viros Ædiles ex patribus Dictator populum rogaret, patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent. Ædiles idem ſcribit libro 10. & viatores & ſcribas habuiſſe. Pompo. leg. 2. de orig. jur. Itemque vt eſſent qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat, duos ex plebe conſtituerunt, qui etiam Ædiles appellati ſunt. Idem, Tunc vt aliquo pluris Patres haberentur, placuit duos ex numero Patrum conſtitui, ita facti ſunt Ædiles curules. Reperio præterea Ædiles de ſtuprorum licentia quam mulieres profitebantur decreuiſſe. Tacit. lib. 2. Eodem anno grauibus Senatus decretis libido fœminarum coercita, cautumque ne quæſtum corpore facerent, cui auus, aut pater, aut maritus eques R. fuiſſet: nam Veſtilia Prætoria familia genita licentiam ſtupri apud Ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, quo ſatis pœnarum aduerſus impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebant, Suetonius in Tiberio, Fœminæ famoſæ vt ad

euitan-

euitandas legum pœnas jure ac dignitate matronali exſoluerentur, lenocinium profiteri cœperunt: & ex iuuentute vtriuſque ordinis profligatiſſimos, quiſque famoſam judicij notam ſponte ſubibant. Idem præterea quæ iter in publica via impediebant, frangere atque conſcindere poterant: vt intelligitur ex l. 12. ff. de peric. & comm. menſuras item iniquas conſtringere. l. 13. §. 8. ff locat. qua de re Iuuenalis ſic, Et de menſura jus dicere, vaſa minora, Frangere pannoſus vacuis Ædilis vlubris. Item in venalitios animaduertere, l. 12. ff. de decurion. Scribit etiam Tacit. lib. 13. Ædiles pignora cepiſſe, & mulctam irrogaſſe. Cohibita, inquit, arctius & Ædilitia poteſtas, ſtatutumque quantum Curules, & quantum plebeij pignoris caperent. Dio lib. 53. in fin. Anno 731. Ædili cuidem plebis mortuo C. Calpurnius, qui tamen ante Ædilis Curulis fuerat, ſucceſſit, quod, alias factum fuiſſe, memoriæ proditum nuſquam eſt. Feſtus Pomp. Ædilis initio dictus eſt magiſtratus, qui ædium non tantum ſacrarum, ſed etiam priuatarum curam gerebat. Poſtea hoc nomen & ad magiſtratus translatum eſt. Dictus eſt autem Ædilis, quod facilis ad eum plebis aditus eſſet. Sed & Ædilatus dicebatur eadem dignitas, ſicut Pontificatus. Gellius lib. 13. c. 14. Qui poteſtatem neque vocationis populi viritim habent, neque prehenſionis, eos magiſtratus à priuato in jus quoque vocari eſt poteſtas, M. Lepidus Ædilis Curulis à priuato ad prætorem in jus eſt eductus: nunc ſtipati ſeruis publicis non modo prehendi non poſſunt: ſed etiam vltro ſummouent populum. Plutarchus in Mario, poſt Tribunatum maiorem Ædilitatem petiuit. Duo enim erant ordines Ædilium, alter in quo ipſi Ædiles in jure dicendo ſellis incuruos pedes habentibus vtebantur, & hic nomen magiſtratus retinebat, alterum plebeium magiſtratum appellabant. Eodem die de vtroque comitia fiebant. Liuius lib. 3. Inſtitutum eſt etiam ab iiſdem conſulibus, vt Senatuſconſulta in ædem Cereris ad Ædiles pleb. deferrentur, quæ ante arbitrio Conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque.

Ædiles Cereales, Pomp. l. 2. ff. de orig. jur. Deinde C. Iulius Cæſar duos Ædiles creauit, qui frumento præeſſent, & à Cerere Cereales conſtituit. Dio l. 43. in fi. Anno ab V.C. DCCX. primum ſex Ædiles ſunt conſtituti, duo patritij, qui Cereris Ædiles dicerentur, quatuor plebeij, iſque mos ad noſtram vſque ætatem perductus eſt.

CENSORES.

Censores dvo primvm creati svnt, Papirivs et Sempronius Anno CCCX. auctor Liuius lib. 53. & lib. 10. Varro de ling. lat. Cenſor ad cujus cenſionem, id eſt, arbitrium cenſeretur populus. Feſtus lib. 3. Cenſores dicti, quod rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint. Liu. lib. 4. Cenſores dicti, quod cenſui agendo præeſſent. Cic. de legib. 3. Cenſores populi æuitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento. Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento: populique partes in tribus diſtribuunto exin pecunias, æuitates, ordines partiunto. Equitum peditumque prolem deſcribunto. Cœlibes eſſe prohibento mores populi regunto, bini ſunto, magiſtratum quinquennem habento, eaque poteſtas ſemper eſto. Pedianus in Diuinat. Cic. Regendis moribus ciuitatis Cenſores quinto quoque anno creari ſolebant: hi: prorſus ciues ſic notabant, vt qui ſenator eſſet, eiiceretur Senatu, qui eques Rom. equum publicum perderet: quis plebejus, in Ceritum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ, ſed ad hoc eſſet ciuis tantum, vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. Iidem completo quinquennio vrbem luſtrabant, & Suouetaurilia ſacrificia, de ſue, oue, tauro, faciebant, eorum notam ſucceſſores plerunque ſoluebant. Cic. de offic. 3. Nulla de ſe diligentius, quam de jurejurando Cenſores judicabant, Liu. lib. 40. Comitiis perfectis Cenſores in campo ad aram Martis in ſellis curulibus conſederunt. Eorum autem officium erat legere Senatum, recenſere equites, agere cenſum, luſtrum condere. In omnib. precationibus hæc verba nuncupabant. vt ea res mihi collegæque meo bene & feliciter eueniat. Cenſori autem defuncto nunquam aliquis ſufficitur. auctor idem Liu. lib. 5. 6. 9. & Plutar. in vitis, Liuius item lib. 4. & 9. Cenſuram primo quinquennem fuiſſe ſcribit, deinde Mam. Æmilium Dictatorem legem tuliſſe, vt cenſura, quæ antea quinquennalis fuerat, annua & ſemeſtris eſſet. Plutar. in Pompejo Mos erat Romanis, vt equites qui per legitimum tempus militaſſent, equum per medium forum coram Cenſoribus ducerent: & apud illos Imperatores ſub quibus ſtipendia meruiſſent nominarent. Vide præterea Gellium lib. 4. c. 14. Plutarchum in Flaminio, & in Catone Majore. Liuium lib. 29. qui curam publicarum tabularum Cenſorum propriam fuiſſe ſcribit, & jus ſartorum tectorum exigendorum ad eoſdem pertinuiſſe quod idem Pedianus in Verr. 3. confirmat. Et de nota Cenſoria Val. Max. item Cic. in Cluentiana Liu. lib. 29. Cenſores Marcus Porcius & L. Valerius metu mixta expectatione Senatum legerunt: ſeptem mouerunt ſenatu, ex quibus vnum inſignem & nobilitate & honoribus L. Quintium Flaminium Conſularem, Patrum memoria, inquit, inſtitutum fertur, vt Cenſores motis è Senatu adſcriberent notas. Catonis & aliæ quædam acerbæ Orationes extant in eos quos aut Senatorio loco mouit, aut quibus equos ademit. Longe grauiſſima in L. Quintium oratio eſt, quaſi accuſator ante notam non cenſor poſt notam vſus eſſet, retinere Quintium in Senatu ſi tum Cenſor eſſe potuiſſet.

CENTVMVIRI.

Centvmviri Magistratvs quidem non erant, ſed cum à Cic. lib. de leg. 3. ij qui lites contractas judicabant, hoc eſt, vel Centum viri, vel certe decem viri in minorum magiſtratuum ordinem referantur, de iis quoque hoc loco dici poſſe, non incommode judicauimus Feſtus libro 3. Centum viralium judicia, à Centum viris ſunt dicta. Nam cum eſſent Romæ XXXV. tribus, quæ & Curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad judicandum, qui Centum viri appellati ſunt, & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centum viri ſunt dicti. Cic. lib. de Orat. 1. Nam volitare in foro, hærere in jure, ac Prætorum tribunalibus, judicia priuata magnarum rerum obire, in quibus ſæpe non de facto, ſed de æquitate & jure certetur: jactare ſe in cauſis Centum viralibus, in quibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium, jura verſentur, &c. Eoſdem de moffic. teſt cognouiſſe, patet ex l. 13. & 17 ff. de offi. teſt. Ouid. lib. de Ponto. 3.

Vtque fui ſolitus, ſediſſem forſitan vnus,
De centum index in tua verba viris.

Poſterioribus autem temporib. eorum juriſdictio multum creuit, quemadmodum ex iis, quæ ſubiiciam quiuis ſua ſponte intelliget. Fab. lib 4 cap. 1. Quibuſdam in judiciis, maximeque capitalibus, vt apud Centum viros, ipſi judices exigunt ſolicitas & accuratas actiones, contemnique ſe, niſi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt: nec doceri ſolum, ſed etiam delectari volunt. Idem lib 5. cap. 2. Præjudicia verſantur etiam in judiciis, cum de cauſa pronunciatum eſt, vt in aſſertione ſecunda, & partibus Centum viralium, quæ in quas haſtas diuiſæ ſunt. Idem lib XI. cap 1. Etiamſi apud alios judices ageris, vt in ſecunda aſſertione, aut in Centum viralibus judiciis duplicibus parte victa. Cornelius Tacitus in lib. de Oratore. Lege Pompeia omnia apud Prætores gerebantur, apud quos quod majora olim negotia exerceri ſolita ſunt, quod maius argumentum, quam quod cauſæ Centum virales, quæ nunc primum obtinent locum, adeo ſplendore aliorum judiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Cæſaris; neque Bruti, neque Cælij, neque Calui, non denique vllius magni Oratoris liber apud Centum viros dictus, legitur; exceptis Orationibus Aſinij. Plin. lib Epiſt. 2. Diſtringor centum viralibus cauſis, quæ me exercent magis quam delectant. Sunt enim pleræque paruæ, & exiles, raro incidit vel perſonarum claritate, vel negocij magnitudine inſignis, ad hoc perpauci, cum quib. iuuet dicere. Cæteri audaces, atque magna ex parte adoleſcentuli obſcuri declamatum huc tranſeunt, tam irreuerenter & temere, vt mihi Atticus noſter expreſſe dixiſſe videatur, ſic in foro pueros à Centum viralibus cauſis auſpicari, vt ab Homero in Scholis. Auctus eſt autem poſtea Centum virorum numerus manente tamen ſemper nomine, diuiſuſque in quatuor Conſilia. Plin. lib 6. Epiſt. Femina ſplendide nata, nupta Prætorio viro, exhæredata ab octogenario patre intra vndecim dies, quam ille nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici judicio bona paterna repetebat. Sedebant, judices centum & octoginta (tot enim quatuor Conſiliis conſcribuntur.) His autem Prætor præerat, quemadmodum idem lib. 5. ſignificat his verbis: Hoc facto Nepotis commotus Prætor, qui Centum viralibus præſidet, deliberaturus an ſequeretur exemplum, inopinatum nobis otium dedit. Erant autem Centum virorum Conſilia quatuor, in quadam baſilica intra ſe vſque adeo proxima, vt actiones vnius Tribunalis ab alio exaudiri poſſent, vt ex eodem Plinio lib. 2. intelligimus. Quintilianus lib. 12. de Trachallo loquens: certe inquit cum in Iulia baſilica diceret primo tribunali, quatuor autem judiciis, (vt moris eſt) cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & quod agentibus cæteris contumelioſum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.

CONSVLES.

Consvles exactis Regibus quo creari cœpere anno CCXLV. Vt Liuius in fin. lib. 1. tradit: & lib. 2. Omnia jura, inquit, omnia inſignia primi Conſules tenuere ſi id modo cautum eſt, ne ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur. Varro lib. 4. Conſul nominatus, quod conſuleret populum, & ſenatum debet: niſi illinc potius, vnde Accius in Bruto, Qui recte conſulat, Conſul fiat. Cic. de legib. 3. Regio imperio duo ſunto. iique præeundo, judicando, conſulendo, Prætores judices:

Conſules appellantur, militiæ ſummum jus habento, nemini parento. Ollis ſalus populi ſuprema lex eſto. Pompo. l. 2. § 8. de orig. jur. Conſules ab eo dicti ſunt, quod plurimum Reipublicæ conſulerent. Lege lata ſummum eis jus delatum eſt, prouocatione ab iis populo conceſſa prohibitum eis ne poſſent in caput ciuis Rom. animaduertere iniuſſu populi. ſolum relictum eſt illis vt coercere poſſent, & in vincula publica deduci juberent, Nonius Marcellus, Conſulum & Prætorum proprietas, quod conſulant, & præeant populis auctoritate Varronis oſtenditur de vita populi Rom. lib. 2. Quod iidem dicebantur Conſules & Prætores: quod præirent populo, Prætores: quod conſulerent Senatui: Conſules, Polybius lib. 6. Conſules antequam ex vrbe legiones educant, vrbanarum rerum omnium jus atque imperium habent. His enim cæteri omnes magiſtratus, Prætor, Tribunus pleb. parent ac ſubjecti ſunt. Hi legationes in curiam introducebant: quæ celeriter ſtatuenda ſunt, decernunt: quæ & deliberanda ſunt, ad Senatum referunt, quæ vero à Senatu decreta ſunt, ea vt perficiantur ipſorum officium eſt, quinimo & quæ de Republ. per populum tranſigenda & perficienda ſunt, eorum officium eſt perpendere, ac diligenter examinare, concionem, quoties opus eſt aduocare, Senatuſconſulta ad populum referre, quicquid major pars juſſerit, exequi. Quinetiam in his quæ ad belli apparatum & caſtrenſem diſciplinam pertinent, hi ſummum imperium habent. His jus eſt ſocijs quicquid viſum fuerit, imperare. Tribunos militum creare, delectum habere, ad hæc de iis qui ſub imperio eorum ſunt in caſtris, arbitratu ſuo ſupplicium ſumere. His præterea licet eos comitante Quæſtore, ac ſedulo imperata faciente, publici æris quantum res ipſa tulerit, impendere. Hæc Polyb. Conſtat autem ex Cicerone Philip. 5. Legitimum conſulatus annum fuiſſe 43. ex Muræniana & lib. Epiſt. 7. & Liuij lib. 1. centuriatis comitiis eos creari conſueuiſſe. ex Pediano in Verr. 2. diem Comitiorum conſulatium fuiſſe 9. Cal. Sextil. ex Philip. 2. & Plutarcho in Cic. Conſules captis, pignoribus Senatores qui nec adeſſent, & quibus cauſa non erat, coercuiſſe, ex Liuij libr. 42. tam ad bellum proficiſcerentur, votis in Capitolio nuncupatis paludatos ex vrbe exiiſſe, omnibus ordinibus eos comitantibus, ex Verrin. 3. deſignatos in comitiis conſules domum à multitudine deduci ſolitos, ex locis innumeris, eoſdem Cal. Ianuarii magiſtratum iniiſſe: pompamque inſignem adhibitam fuiſſe, qua de re verſus Ouidij pulcherrimos ex lib. 4. De Ponto ſubſcribemus.

Ergo vbi Iane biceps longum reſeraueris annum,
Pulſus & à ſacro menſe December erit,
Purpura Pompeium ſummi velabit honoris,
Ne titulis quicquam debeat ille ſuis.
Cernere iam videor rumpi pene atria turba,
Et populum laedi deficiente loco
Templaque Tarpeiæ primum tibi ſedis adiri,
Et fieri faciles in tua vota Deos.
Colla boues niueos certa præbere ſecuri,
Quos aluit campus herba Phaliſca ſuis.
Curia te excipiet, patreſque ex more vocati.
Intendent aures ad tua verba ſuas.
Inde domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.

Item Elegia IX.

Dumque latus cinget ſancti tibi turba Senatus,
Conſulis ante pedes ire iuberet equos.
Et quanquam cuperem ſemper tibi proximus eſſe,
Gauderem lateris non habuiſſe locum.
Ne querulus, turba quamuis eliderer, eſſem:
Sed foret à populo tum mihi dulce premi.
Proſpicerem gaudens quantus foret agminis ordo,
Denſaque quam longum turba teneret iter.
Quoque magis noris, quam me vulgaria tangant,
Spectarem qualis purpura te tegeret.
Signa quoque in ſella noſſem formata curuli,
Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.
At cum Tarpeias eſſes deductus in arces,
Dum caderet iuſſu victima ſacra tuo.
Me quoque ſecreto grates ſibi magnus agentem
Audiſſet, media qui ſedet æde Deus.

Idem etiam Elegia ſequenti de extraordinaria Conſulis poteſtate, nonnulla ſcribit, quæ quia nuſquam alibi me legiſſe memini, ſubiiciam.

Aut reget ille ſuos dicendo iura Quirites,
Conſpicuum ſignis cum premet altus ebur:
Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam.
Et minui magnæ non ſinet vrbis opes:
Aut vbi erunt patres in Iulia templa vocati,
De tanto dignis Conſule rebus aget:
Aut feret Auguſto ſolitam, natoque ſalutem,
Deque parum noto conſulet officio.

Hæc modo te populo reddentem iura videbit,
Et ſe ſecretis finget adeſſe tuis.
Nunc longi reditus haſta te opponere luſtri,
Credet & exacta cuncta locare fide.
Nunc facere in medio facundum verba ſenatu,
Publica quærentem quid petat vtilitas.
Nunc pro Cæſaribus ſuperis decernere grates,
Albave opimorum colla ferire boum.
Seu trepides ad iura decem citat haſta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice cauſas.

Item Elegia IX. [illegible]

DECEMVIRI.

DECEMVIRI Reipub. adminiſtrandæ primum creati ſunt, mortuo Romulo. Patres enim centum à Romulo creati, decem decuriis factis, ſinguliſque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, conſociarunt. Decem imperitabant: vnus cum inſignibus imperij, & lictoribus erat, quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat. Hæc Liuius lib. 1. Dionyſius autem libr. 2. ſcribit, ducentos patres fuiſſe, & imperium decuriis factis vni, eodem modo commiſiſſe.

DECEMVIRI Reipubl. adminiſtrandæ ſecundo creati ſunt anno CCCII. hac de cauſa plebs de nimio Conſulum imperio querebatur, qui jus non è certis legibus, ſed arbitrio ſuo dicerent. Petitis igitur è Græcia legibus ſenatuſconſulto, & plebiſcito confirmatum eſt, vt omnibus abrogatis magiſtratibus, Decemviri cum ſummo imperio crearentur: qui decimo die jus populo ſingulis redderent, & eo die penes Præfectum juris faſces XII. eſſent: collegis nouem ſinguli acccenſi apparerent, Liuius lib. 3. Dionyſ. lib. 10. Pompon. in leg. 2. §. 23. de orig. jur. Et cum placuiſſet leges quoque ferri, latum eſt ad populum, vti omnes magiſtratu ſe abdicarent, quo Decemviri conſtituti anno vno eum magiſtratum prorogarent ſibi, & cum iniurioſe tractarent, neque vellent deinceps ſufficere magiſtratibus vt ipſi, & factio ſua perpetuo Remp. occupatam retinerent; nimia atque aſpera dominatione eo rem perduxerunt, vt exercitus à Rep. ſecederet.

DECEMVIRI, litibus (vt olim loquebantur) judicandis, quo tempore creati fuerint, non reperio. Lites autem eos cauſaſque priuatas judicaſſe, in quibus de jure controuerſia non erat, multis ex locis conſtat Lucanus ad Piſonem, Pomponius l. 2. §. 16. de orig. jur. Deinde cum eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtæ præeſſent, decem viri litibus judicandis ſunt conſtituti. Sueton. Auguſto, Auctor fuit, vt Centum viralem haſtam, quam Quæſtura functi conſueuerant cogere, Decem viri cogerent, Cicero pro Cæcinna. Cum Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decem viris religionem inieciſſet, Decem viri prima actione non judicauerunt. Item pro Domo, ſi Decem viri Sacramentum in libertatem iniuſtum judicaſſent, tamen quotieſcunque vellet quis, hoc in genere rem ſe judicatam referre poſſe voluerunt. Dio præterea lib. 54. ſcribit decem viros iis judiciis quæ ad Centum viros ſorte deferebantur, præfuiſſe. Cicero in Oratore, Plane Duorum virorum judicium, aut Trium virorum capitalium, aut Decem virorum litibus judicandis, dico nunquam.

DICTATORES.

DICTATOR inde nomen inuenit, quod (vt inquit Varro) à conſule dicebatur, cui dicto audientes omnes eſſent, nam vt Dionyſ. lib. 5. Plutarchus in Marcello, & Liuius libro 9. 22. & 23. tradunt, non à populo in comitiis, vt cæteri magiſtratus: ſed à conſule captatis auſpiciis, nocte, ac ſilentio dicebatur. Plutarcus, Dictator non à populo, aut à patribus, creari poteſt, ſed alter conſulum, quem vult Dictatorem dicit. Vnde quia ita dictus ſit, Dictator appellatur: Dionyſ. autem Senatuſconſ. factum ſcribit, vt conſules qui tum erant, magiſtratuſque reliqui ſe abdicarent, vnuſque vir quem Senatus nominaret, populus ſciſceret, haud amplius quam per ſex menſium ſpatium ſine prouocatione, & maiore quam conſules poteſtate imperaret. Cauſam creandi Cicero de legib. 3. ſic explicat. Aſt quando duellum grauius, diſcordiæ ciuium eſcunt, Dictator eſto ne amplius ſex menſes, ſi Senatus creuerit: idem juris quod duo conſules teneto. Iſque aue ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto. Dionyſius ejus imperium lib. 5. ſic exponit. [illegible Greek] Pomponius l. 2. §. 10 ff. de orig. jur. Populo deinde aucto, cum crebra orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur: interdum re exigente placuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui. Itaque dictatores proditi ſunt, à quibus nec prouocandi jus fuit, & quibus etiam capitis animaduerſio data eſt. Hunc magiſtratum quoniam ſummam poteſtatem habebat, non erat fas vltra ſextum menſem retinere. Feſtus, optima lege eam dicebatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgo Dictator dicitur: quam pleniſſimum poſſet jus ſignificabatur. Præter ſuperiores cauſas, quibus Dictator creabatur, nimirum Rei gerendæ & ſeditionis

tionis ſedandæ: Inuenio creatum etiam fuiſſe claui in peſtilentia figendi cauſa, de quo Liu. lib. 7. commemorat. item Comitiorum habendorum, eodem auctore lib. 7. & 9. Quæſtionis exercendæ, vt apud eundem lib. 9. Ludorum faciendorum, Senatus agendi feriarum Latinarum, vt paſſim apud eundem legimus. Tantum autem illius erat imperium, vt eo creato magiſtratus omnes præter Tribunos pleb. imperio ſeſe abdicarent, auctor Plutarch. in Fabio. Duo vero eſſe Dictatores non poterant, ac ne Dictator quidem ſine magiſtro equitum, auctore Dionyſ. libro 5. & Liuio 25. neque extra Rom. agrum, hoc eſt, Italiam, dici poterat: vt idem lib. 27. ſcribit. Nonnunquam & Senatus populum rogari decernebat, vt quem vellet Dictatorem juberet, qui deinde à Conſule diceretur: cujus rei exemplum extat apud Liuium lib. 27. Quin & L. Cornelius Sylla Dictator à L. Valerio Flauo Interrege dictus eſt, auctore Appian. libro de bell. ciuil. Cajum autem Iulium Cæſarem Senatus Dictatorem creauit, vt Plutarch. in ejus vita ſcribit.

DVVMVIRI.

Dvvmviri Capitales dicebantur qui de perduellionis crimine judicabant Liuius lib. 1. De Tullo Rege loquens, Duumviros, inquit, qui Horatio perduellionem judicent ſecundum legem facio. Lex horrendi carminis erat. Duumviri perduellionem judicent: ſi à Duum viris prouocarit, prouocatione certato, ſi vincent, caput obnubito: infelici arbori reſte ſuſpendito: verberato, vel intra pomœrium, vel extra pomœrium. Durauit hic mos ſtante ſemper Rep. Itaque C. Rabirius à Iulio Cæſare, & L. Cæſar: Duum viris perduellionis damnatus eſt, ſed ad populum prouocauit: vt ex Ciceronis Oratione pro eo & Suetonio, & Dionis libro 37. notum eſt omnibus Cicero in Oratore, Plane Duum virorum judicium, aut Triumvirorum capitalium dico nunquam. Duumviri nauales lege Decia, quam M. Decius Trib. pleb. tulit, creati ſunt: vt claſſis ornandæ reficiendæque curam haberent. Liu. lib. 9. Duumviri ſacerdotes ad inſtitutum noſtrum non pertinent. Duumviri curatores viarum quæ extra vrbem eſſent, nominantur à Dione lib. 4. in eorum 26. virorum numero, vnde alij quoque magiſtratus minores erant. Duumviri municipales, vide Duumvirī ſub litera D.

INTERREX.

Interregnvm, primum inſtitutum eſt mortuo Romulo: vt Liu. & Dionyſ. & Plutarch. ſcribunt. Patres enim decem decurijs factis, ſingulisque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, conſociatimi, decem imperitabant, vnus cum inſignibus imperij & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuumque interuallum regni fuit id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appelatum. Hæc ille, inde autem mos fluxit, vt cum ſine ſummo imperio ciuitas eſſet, tum & Patritius & à Patritijs Interrex proderetur, qui dies duntaxat quinque imperium obtineret à quo alius deinde creabatur, in dies alteros quinque, Itemque alius atque alius eodem modo dum Conſules creari poſſent, vt ex Ciceronis Orat. pro domo. Aſconio in Milon. & Liu. locis innumeris intelligitur, qui etiam lib. 7. ſcribit ad vndecimum peruentum eſſe, dum per dies quinquaginta quinque ſine ſummo Imperio ciuitas eſſet: Infeſtam, inquit, Patribus plebem Interreges cum cepiſſent: ad vndecimum interregem ſeditionibus certatum eſt.

IVRIDICVS ALEXANDRIÆ.

Ivridicvs Alexandriæ appellabatur, qui Alexandriæ juridicundo præerat, quam Prætor vrbanus Romæ, Nam Vlp. in leg. 1. ff. de offic. juriſd. Alexan. ſcribit ei legis actionem datam fuiſſe ſibi &, vti, quæcunque lege agi poſſent, agere apud eum liceret. Spartianus in Seuero, deinde inquit, Alexandrinus jus Buleutarum (id eſt, Senatorum) dedit, qui ſine publico conſilio, ita vt ſub regibus ante viuebant, vno judice contenti, quem Cæſar dediſſet. Strabo libro 17. de Ægypto loquens, quam cum prouinciam & vectigalem populi Rom. dixiſſet eſſe, ad eamque regendam mitti cum ſummo imperio Præfectum, qui Principis locum obtineret, ὑπ' αὐτῷ ἐστι, inquit, ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος; id eſt, ſub eo eſt Iuridicus, penes quem jurisdicundi poteſtas eſt.

MAGISTER EQVITVM.

Magister equitum, dicebatur, inquit Varro, quod ſumma poteſtas hujus in equites, & ad cenſus; vt eſt ſumma in populum Rom. Dictatoris: vnde is quoque Magiſter populi appellatus eſt. Moris autem erat, vt à Dictatore diceretur, noctu, ſimul atque creatus Dictator fuerat. Liuius lib. 4. Dictator à Conſule dicitur: Ipſe deinde C. Seruilium Ahalam magiſtrum Equitum dicit. Item, & Senatus Dictatorem dici Mamercum & Æmilium juſſit. Is magiſtrum Equitum L. Quinctium Cincinnatum dixit. Item, Virginium dum collegam conſuleret, moratus permittente eo, nocte, Dictatorem dixit. Is ſibi magiſtrum equitum Poſthumum dixit. Pomponius L. 2. de Origine, Et his Dictatoribus magiſtri equitum jungebantur, ſic quo Regibus Tribuni Celerum quod officium fere tale erat, quale hodie Præfectorum prætorio Aurel leg. 1. ff. de off. præf. prætor. Cum apud veteres dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui aſſociati participes curæ militiæ gratia ſecundam poſt eos poteſtatem gererent.

PRÆFECTI ÆRARII.

Præfecti ærarij primum ab Auguſto inſtituti, vt ſcribit Dio lib. 55. Cum enim ærarium conficiendi ratio excogitari non poſſet, ipſe certum ac proprium ęre ſuo conſtituit, quod Militare appellauit: ejuſque adminiſtrationem tribus Pretorijs ſorte lectis ad triennium mandatis: qui binis lictoribus, alijſque miniſtris vterentur, poſt cum neque ipſius pecunia, neque ea quę à Regibus & populis mittebantur, ſatis locupletari ęrarium poſſet, conſtituit vt pars hęreditatum ac legatorum viceſima eo referretur: prętarquam quę proximis cognatis aut pauperibus relinquerentur. Poſtremis autem temporibus eoſdem pręfectos à principe deligi, & ſine lictoribus creari ſolitos eodem loco ſcribit, Vlp. l. 8. §. 2. ff. de tranſact. apud Procuratorem Cęſaris tranſigi de alimentis poteſt ſcilicet ſi à fiſco petantur alimenta. Secundum quę & apud Prefectos ęrarij tranſigi poterit. Sueton. in Auguſto, vtique perpetuo, ac ſine difficultate ſumptus, ad tuendos eos, proſequendoſque ſuppeteret, ęrarium militare cum vectigalibus nouis conſtituit. Quod autem ad hoc ęrarium Dio. Pretorios refert, id Suetonius alteri attribuere videtur. Auctor fuit Senatui, inquit, vt cura ęrarij à Quęſtoribus vrbanis ad Pretorios Pretoreſve tranſiret: niſi forte in vtroque hoc factum ſit, cum idem libro 41. ſcribat, publicę pecunię adminiſtrationem quę à Fabio, Caninio ad Coſſ. ad Ædiles tranſlata fuerat, poſtea Quęſtoribus redditam non eſſe, ſed pretorijs viris commiſſam: quod ipſum etiam ex Gellij libro 13. cap. 25. intelleximus. Quod autem, inquit, per quæſtorem dixi pecuniam ex prędæ venditione contrahi, intelligi nunc oportet Præfectum ærario ſignificari: nam cura ærarij à Quæſtore ad Præfectum tranſlata eſt.

PRÆFECTVS VRBI.

Præfectvra vrbis triplicem video rationem fuiſſe: aliam enim Regum, aliam Imperatorum, aliam medijs temporibus ejus magiſtratus procurationem fuiſſe animaduerto, nam primis temporibus præfectus vrbi à Regibus creabatur. Liu. lib. 1. L. Brutus Imperium in vrbe Lucretio Præfecto vrbis jam ante à Rege inſtituto, reliquit. Et paulo poſt duo Conſules inde Comitijs Centuriatis à Præfecto vrbis ex commentarijs S. Tullij creati ſunt. Tacit. libro 5. Sed præcipua ex eo gloria, quod Præfectus vrbi recens, continuam poteſtatem, & inſolentia parum grauiorem, mite temperauit: namque antea profectis domo Regibus, ac mox magiſtratibus, ne vrbs ſine Imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac ſubitis mederetur, feruntque à Romulo Dentrem Romulium, poſt à Tullo Hoſtilio Numam Martium, & à Tarquinio Superbo Sp. Lucretium Impoſitos. Dein Conſules mandabant. Duratque ſimulacrum, quoties ob ferias Latinas præficitur, qui conſulare munus vſurpet. Hæc Tacitus, ex quibus ſecunda hujuſce magiſtratus forma intelligitur, de qua loquitur Gell. lib. 14. c. vlt. Præfectum vrbi, inquit, Latinarum cauſa relictum Senatum habere poſſe, negat Mutius: quoniam ne Senator quidem ſit, neque jus habeat ſententiæ dicendæ: cum ex ea ætate Præfectus fiat, quæ non ſit ſenatoria. M. autem Varro & Atteius Capito jus eſſe Præfecto Senatus habendi dicunt. Deque ea re aſſenſum Capitonem Tuberoni, contra ſententiam Mutij, refert. Pompon. l. 2. §. 17. ff. de orig. jur. Quoties, inquit, proficiſcuntur extra Remp. magiſtratus, vnus relinquitur, qui jus dicat: is vocatur Præfectus vrbi, qui Præfectus olim conſtituebatur: poſtea vero Latinarum feriarum cauſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur. Latinæ autem feriæ dicebantur, quæ quotannis in Albano monte à quinquaginta Latinis ciuitatibus, Romaniſque magiſtratibus quatriduano ſacrificio Ioui Latiali celebrabantur: vnde ſacrificium Latiar dicebatur, in eoque Latini à Romanis carnem petebant. Macrob. li. 1 Conceptiuæ feriæ ſunt, quę quotannis à magiſtratibus, vel ſacerdotibus concipiuntur, in dies certos vel incertos, vt ſunt Latinæ, Sementinæ. Item, Quare nec Latinarum tempore quo publicæ quondam induciæ inter Rom. populum Latinoſque firmatæ ſunt, inchoari bellum decebat. Diony. autem lib. 6. tradit: has per vnum diem celebratas à Superbo rege fuiſſe, exactis autem Regibus per biduum: tandemque poſt ſeceſſionem in ſacrum montem, per triduum. Plut. autem in Camillo propter patrum & plebis concordiam diem, quartum additum fuiſſe teſtatur. Verùm hæc quidem hactenus de Præfectura vrbis, quę ſtante Rep. vſurpata eſt. Poſtremis vero temporibus immutata ejus ratio multis in rebus, videturque magiſtratus hic ab Auguſto primum innouatus. Sueton. enim ſic ſcribit. Quoque plures partem adminiſtrandæ Reipubl. caperent, noua officia excogitauit, curam operum publicorum, viarum

& aquarum, alvei Tyberis, frumenti populo diuidundi, Præfecturam vrbis. Ego has fere video ab Vlpiano partes ipſius procurationi attributas eſſe. Vt ſeruorum de dominis querelas, viciſſimque horum in illos criminationes audiret. Vt patronis de liberis ingratis querentibus jus diceret. Vt de tutorum curatorumve criminibus cognoſceret. Nummulariorum argentariorumque fraudes coerceret. Vt ſpectaculorum diſciplinæ præeſſet. Vt carnis curam gereret. Vt quietem in populo procuraret: illicitaque collegia coerceret, denique quicquid non modo intra vrbem, verum etiam intra centeſimum ab vrbe lapidem commiſſum eſſet, animaduerteret: ſic vt & vrbe, & Italia interdicendi poteſtatem haberet, itemque in inſulam deportandi, leg 6. ff de interd. & releg l. rei capitalis, §. conſtat. ff. de pœn. Quod autem Vlp. de carnis cura ſcribit, inuenio in Epigrammatis vrbis Romæ confirmatum in edicto Aproniani Præf. vrbi, de carne occiſi pecoris appendenda & vendenda. Quod de criminibus video etiam ad publica pertinere, leg. 1. § generaliter, ff de pœn. vt ſcilicet eas pœnas quæ legibus conſtitutæ ſunt, imponat. tametſi extra ordinem cognoſceret. le. ordo. ff de pub jud. de extraordinarijs autem arbitratu ſuo ſtatuebat, leg 3 ff. de effractoribus. Itaque & Prætores, & Præfecti vigilum ſi quis grauiore ſupplicio plectendus eſſet, eum ad illum remittebant, leg. nam ſalutem, & l. vlt. ff. de offic præf. vigil. Dio vero lib. 52 πολίαρχον eum appellat, & Mæcenatem ſuadentem Auguſto fieri, vt eum è primarijs viris deligat, qui omnes magiſtratus priores geſſerit, vt eas cauſas in quibus prouocatio fuerit, & nonnullas etiam publicas & capitales diſceptet, nō modo in vrbe, verum etiam [illegible], quod ille pro centum paſſuum millibus poſuit, vt patet ex leg. 1 ff. de offic. præf vrb.

PRÆFECTVS ANNONÆ.

PRÆFECTVS annonæ magiſtratus fuit extraordinarius vtilitatis cauſa conſtitutus, vti ſcribit Pompon. l. 2. § 17. de orig. jur. Liuius lib. 4. Minutium nominat, quem Præfectum vrbi à plebe creatum fuiſſe ſcribit. Conſtat ejus munus fuiſſe, vt videret ne plebs annonæ inopia & caritate laboraret. Itaque ſi quid ad annonam pertinens commiſſum erat, ipſe cognoſcebat. Marcianus leg. decimatertia, ff. de accuſat. Mulierem, inquit, propter publicam vtilitatem ad annonam pertinentem audiri à Præfecto annonæ deferentem diuus Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

PRÆFECTVS PRÆTORIO

PRÆFECTVS prætorio translata in vnius dominatum Republ. exemplo magiſtrorum equitum ab Imperatore creari ſolebat, eiſque dari plenior (vt Arcadius ſcribit) licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem, quibus initijs adeo is magiſtratus creuit, vt appellari à præfectis prætorio non poſſit. credidit enim princeps eos qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & grauitate ad hujus officij magnitudinem adhiberent, non aliter judicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus, leg. 3. digeſt. de offic. præf. præt. Vnde autem dictus ſit demiror eſſe qui ambigant, cum Aſconij extet auctoritas. Veteres, inquit, omnem magiſtratum cui pareret exercitus Prætorem appellauerunt. Vnde & Prætorium tabernaculum ejus dicitur, & in caſtris porta Prætoria, & hodie quoque Præfectus prætorio. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, Præfectum prætorio dici eum qui militibus præerat, quos Impp. in ſui cuſtodiam allegerant: quod inſtitutum primum ab Auguſto fluxiſſe Suetonius in ejus vita, & Dio lib 55. teſtantur. Dio quidem vbi ſcribit eorum decem millia fuiſſe, legionemque illam ſuos faſces habuiſſe. Conſtat autem ex pleriſque omnibus ſolitum ab Imperatore cingulum vnà cum gladio dari Præfecto prætorio: & memorabilis vox Traiani literis mandata eſt, qui cum Præfectum ſuum cingulo donaret, ita dixiſſe traditur, accipe hunc enſem: & ſiquidem recte atque à Republ. imperauero, pro me: ſin ſecus, in me vtere. Quam vt ego mihi perſuadeo, vocem ſuam in panegyrico Plinij ſignificans, ita loquitur. Ego quidem in me ſi omnium vtilitas ita poſceret, etiam Præfecti manum armaui. Suetonius & Plinius hanc Præfecturam equitibus Romanis mandari ſolitam ſcribunt. Ille his verbis. Veſpaſianus, inquit, Præfecturam quoque Prætorij ſuſcipit, nunquam ad id tempus, niſi ab equite Rom. adminiſtratam. Plinius autem Titum alloquens, & quod his nobilius fecisti, dum illud patri pariter, & equeſtri ordini præſtas, Præfectus prætorio ejus. Hæc autem poteſtas vſque eo poſteriorum Cæſarum beneficijs creuit, vt etiam poſtremis temporibus ad prouincias regendas cum ſummo imperio miſſi ſint, vt ex illis Iuſtiniani conſtitutionibus intelligitur, de officio Præfecti præt. Africæ, de officio Præf. præt Orientis. Caſſiodorus etiam Epiſt. leg. 6. Poteſtati Præfecti prætorio, inquit, nulla dignitas eſt æqualis, vice ſacra judicat, nullus ei miles fori auctoritate præſcribis, excepto Officiali magiſtri militum. Curiales enim etiam verberat, in officio ſuo jus retinet ſingulare, & talibus tantiſque noſcitur jubere, quos etiam prouinciarum non auderent Iudices in qualibet parte contemnere. Militia perfunctis, Tribunorum & notariorum honorem tribuit, & milites ſuos illis adæquat, gratanter implet, Imperator quæ ille conſtituit.

PRÆFECTVS VIGILVM.

PRÆFECTVS vigilum inſtitutus eſt ab Auguſto, nam cum ſeptē cohortes opportunis locis conſtituiſſet, vt binas regiones vrbis vnaquæque cohors tueretur: præpoſuit eis Tribunos, & ſuper omnes ſpectabilem virum, qui præfectus vigilum appellaretur. Is cognoſcebat de incendiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus: niſi ſi qua tam atrox, tamque famoſa perſona ſit: vt præfecto vrbi remittatur, & quia plerunque incendia culpa fiunt inhabitantium, aut fuſtibus caſtigat eos, qui negligentius ignem habuerunt: aut ſeuera interlocutione comminatus, fuſtium caſtigationem remittit. Idem per totam noctem vigilare debebat, & coerrare calciatus, cum hamis, & dolabris, & curare omnes inquilinos admonendos, ne negligentia aliqua incendij caſus oriatur: præterea vt aquam vnuſquiſque inquilinus in cœnaculo habeat. Hæc ex leg 3. ff. de offic. præf. vigil Dio li 55. [illegible] id eſt: Cū per id tempus multa in vrbe incendio periſſent, libertini generis homines ſeptem in locis, incendijs procurandis delegit: eiſque Equitem vnum præfecit eo conſilio, vt peregrino tempore illorum opera vteretur. Verum cum experiundo cognouiſſet præſidium illud & vtiliſſimum & maxime neceſſarium eſſe, retinuit, ſuntque vſque adhuc nocturnæ quodammodo excubiæ militares, non ex libertinis tantum, verum etiam ex alijs conſtitutæ: quæ muris in vrbe præſunt, mercedemque de publico accipiunt. In eandem ſententiam Suet. in Auguſto, aduerſus incendia excubias nocturnas, vigileſque commentus eſt. Item, libertino milite, prætereaquam Romæ incendiorum cauſa, & ſi tumultus in grauiore annona metueretur bis vſus eſt.

PRÆFECTVS AVGVSTALIS

PRÆFECTVS Auguſtalis, ſiue Præfectus prætorio Auguſtalis, dicebatur is, cui Princeps ſummum imperium & proconſulari par in Ægyptum dedit: quemadmodum Vlpian. ſcribit l. 1. ff. de off præf. Auguſt. Tacit. lib 12. nam ff. Auguſtus apud Equeſtres, qui Ægypto præſiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi juſſerat, ac ſi Romani magiſtratus conſtituiſſent. Item lib. 2. M. Silano. L. Norbano Coſſ. Germanicus in Ægyptum proficiſcitur cognoſcendæ antiquitatis cauſa, ſed cura prouinciæ prætendebatur: leuauitque apertis horreis pretia frugum, multaque in vulgus grata vſurpauit, ſine milite incedere, pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu, P. Scipionis æmulatione, quem eadem factitauiſſe apud Siciliam, quamvis flagrante adhuc Pœnorum bello, accepimus, Tiberius cultu habituque ejus lenibus verbis perſtricto acerrime increpuit, quod contra inſtituta Auguſti, non ſponte principis Alexandriam introiſſet, nam Auguſtus inter alia Dominationis arcana, vetitis, ſine permiſſu ingredi ſenatoribus aut equitibus Rom. illuſtrib. ſepoſuit Ægyptum, ne fame vrgeret Italiam, quiſquis eam prouinciam, clauſtraque terræ ac maris, quamvis leui præſidio aduerſus ingentes exercitus inſediſſet. Strabo li. 17. de Ægypto loquens, [illegible]: Id eſt. Ægyptus autem nunc prouincia eſt, vectigalis populi Ro. regiturque à viris ſapientibus, qui eo cum imperio mittuntur. Qui mittitur principis loco eſt. Dio præterea lib. 51. in eandem ſententiam cum Suetonio & Tacito loquitur, vbi ait, Auguſtum propter gentis leuitatem, & regionis frugumque omnium vbertatem & copiam non eſſe auſum eam prouinciam vlli Senatori committere: quin & proficiſcendi in Ægyptum poteſtatem, niſi ipſe nominatim alicui conceſſiſſet, nemini fuiſſe.

PRÆSIDES PROVINCIARVM.

PRÆSIDES prouinciarum dici cœperunt, poſt diuiſionem prouinciarum ab Auguſto factam. Sic n. prouincias diuiſit, vt aliæ Cæſaris, aliæ populi dicerentur. Cæſaris, quæ validiores erant, & quas annuis (vt Suetonius ſcribit) Magiſtratuum edictis regi, nec facile, nec tutum erat. Has igitur ipſe ſuſcepit, in eaſque Rectores mittere inſtituit, viros (vt ait Strabo) tum Prætorios, tum etiam equites. Quos & ille generali nomine [illegible], & Iuriſconſulti in Pandectis præſides appellant, Nomen (inquit Macer) præſidis generale eſt, eo quod & proconſules, & legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes licet Senatores ſint, Præſides appellantur. Vbi tamen SENATORES NON SINT cum negatione legendum videtur: vt equites ſignificaret, de quibus hoc ipſum Strabo teſtatur.

Popu-

Populi autem provinciis qui præerant, Proconſules, (vt ait Suet.) dicebantur. Vnde caput eſt in libris Pandectarum r. de officio Proconſulis: quod ad populi provinciarum ſolos rectores pertinet. Nam etſi populus in ſuas provincias, στρατηγοὺς καὶ ὑπάτους (vt Strabo appellat) id eſt, prætores & conſules (quibus nominibus abuſus eſt pro, proprætores & Proconſules, vt continuo poſt demonſtrat) tamen vtroſque Proconſulum nomine appellari ſolitos, & Suetonius teſtatur, & ex Pandectarum libris facile intellectu eſt, quum ſcilicet extraordinarium eſſet eo tempore prope omnium in provinciis Imperium, eoque generali nomine, Rectores omnes appellarentur. Nam vt in eiuſdem Imperatoris vita Suetonius ſcribit, Auguſtus auctor ſenatui fuit, ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in provincias mitterentur. Præſides autem maius Imperium in ſua provincia habebant omnibus poſt principem, l. 4. de offic. præſid. & omnia provinciæ deſideralia, quæ Romæ varios judices habebant ad officium præſidum pertinebant, l. 2. eodem denique omnium Romæ magiſtratuum vice & officio fungebantur, leg. 12. eod. Plura de iis ſub verbo, Proconſules.

PRÆTOR VRBANVS.

PRÆTOR Dictus, inquit Varro: qui præiret jure, & exercitu, à quo id Lucilius. Ergo Prætorum eſt ante praire. Hinc Feſtus, Prætorem majorem (inquit) L. Cæſar putat dici, Vrbanum: cæteros, minores. Maximum Prætorem dici putant alij eum, qui maximi Imperij ſit: alij qui ætatis maximæ pro collegio: quia Augurum decretum eſt, quod in ſalutis Augurio Prætores majores minores appellantur: non ad ætatem, ſed ad vim Imperij pertinere. Hinc apud Livium lib. 7. Lex vetuſtis ſcripta verbis, vt qui Prætor maximus eſſet, Idib. Septem. clavum pangeret, id eſt, qui ſummum Imperium & poteſtatem haberet veluti conſul, aut Dictator. Verum hoc commune verbum tandem ejus proprium factum eſt, qui in jure dicundo præeſſet, de quo Pomponius in l. 2. de orig. iur. Cumque conſules avocarentur bellis finitimis, neque eſſet, qui in civitate jus reddere poſſet: factum eſt, vt Prætor quoque crearetur qui Vrbanus appellatus eſt, quod in vrbe jus redderet, Livius lib. 6 & 7. ſcribit Anno ab V. C. 388. conceſſum à plebe nobilitati de Prætore vno qui jus in vrbe diceret, ex patritiis creando, cumque ſibi honorem Patritios quæſiviſſe, pro conceſſo plebi altero conſulatu. Hæc ille. Moris autem erat, vt is creatus comitiis Centuriatis priuſquam jus diceret, vt cuique notum eſſet, quemadmodum anno ſuo jus dicturus eſſet, in albo: edictum conſtitueret atque proponeret, quod ab edicendo, id eſt, ante denunciando ac prædicendo dictum eſt: quaſi tanto ante populo denunciaret, quæ eſſet in jure dicendo obſervaturus. Hoc autem inito magiſtratu, habita concione & juratus in leges, faciebat. Cic. de fin. 2. Quid enim mereri velis jam, quum magiſtratum inieris, & in concionem aſcenderis (eſt enim tibi edicendum, quæ ſis obſervaturus in jure dicendo: & fortaſſe etiam ſi tibi erit viſum, aliquid de majoribus tuis & de teipſo dices more majorum, quid merearis igitur, vt te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſa facturum eſſe. Iuriſdicundi autem munus tribus hiſce continebatur verbis, Do, dico, Addico. Dabat bonorum poſſeſſionem ex legibus, ex edicto ſuo, ex Senatoſconſultis. Dabat judicium Recuperatorium, itemque Arbitros, cum privati poſtulabant. Dicebat viam in formulis, iſtam viam dico. Dicebat tutorem ex lege Attilia, dicebat ſententiam quibuſdam in cauſis, majoribus vt in liberalibus, in popularib. in executionibus ſententiarum, in appellationibus, & aliis prætetea nonnullis. Dicebat etiam interdicendo, cum de poſſeſſione, interdum etiam cum de proprietate ageretur: quod ex li. Pandect. 43. cuivis facile eſt intelligere. Dicebat præterea indicendo, veluti cum ferias Indicebat, Gell. li. 10. c. 24. & item Macrob. l. Saturn. r. demonſtrant. Suetonius in Claudio, obſervavitque ſedulo, vt quoties terra in vrbe moviſſet, Ferias advocata concione Prætor indiceret. Addicebat autem cum in jure conceſſo fiebat: cujus rei ritum in formulis expoſuimus. Cic. li de legib. 3. Iuris diſceptator qui privata judicet, judicarive jubeat, prætor eſto. Is juris civilis cuſtos eſto. Polyb. autem & Plutarch. ei ſex Lictores datos tradunt. Vnde ἀρχὴν ἑξαπέλεκυν, appellant, id eſt, ſex ſecurium. Notandum etiam quod Cicero ſcribit lib. fam. Epiſt. 12. Placuit nobis, inquit, vt ſtatim ad Cornutum prætorem vrbis has literas deferrem qui, quod conſules aberant, conſulare munus ſuſtinebat more maiorum Gell. lib. 13. cap. 14. Prætor etſi collega conſulis eſt, neque prætorem, neque collegam iure rogare poteſt quia Imperium minus Prætor, maius habet conſul: & maiore Imperio maius, at à minore collega rogari iure non poteſt. Sed & collegam eſſe prætorem conſulum, Meſſala docet: quod eodem auſpicio creantur. Hunc Centumviralib. judiciis poſtremis temporibus præfuiſſe. Plin. lib. Epiſt. 5. his demonſtrat verbis: Hoc facto Nepotis commotus Prætor, qui Centumviralib. præſidet: deliberaturus an ſequeretur exemplum, inopinatum nobis otium dedit.

PRÆTOR PEREGRINVS.

PRÆTOR, Peregrinus, vt Pomponius ſcribit, creatus eſt propter magnam peregrinorum turbam, vt inter eos ius diceret: cum Vrbanus prætor ſatisfacere vtriſque non poſſet. Eum autem reperiri in Epitome Livij lib. 19. Anno 510. primum creatum fuiſſe & peregrinum dictum, quod inter cives & peregrinos jus diceret. Itaque videas apud Livium ſemper vrbanam juriſdictionem ei quæ inter cives & peregrinos eſt opponi. Vt lib. 22. Romæ juris dicendi vrbana ſors Pomponio, inter cives Ro. & peregrinos, P. Furio Philo evenit. Et lib. 33. Prætores deinde provincias ſortiti, L. Apuſtius Fullo vrbanam Iuriſdictionem. M. Acilius Glabrio inter cives & peregrinos. Et lib 40. juriſdictio vrbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Maletio evenit. Et l. 41. Prætores L. Papirius Naſo vrbanam, M Aburius inter peregrinos ſortiti ſunt. A. Atilius Serranus vrbanam, C. Cluvius Saxula inter cives & peregrinos. Honoratiorem autem vrbanam peregrina fuiſſe Appianus & Dio non obſcure ſignificant: ille li. de bellis civ. 2. vbi ſcribit Brutum & Caſſium Prætores deſignatos inter ſe contendiſſe, vt juris inter cives dicũdi provinciã obtineret. Hic autem li. 42. vbi narrat Prætorem Cæcilium indigne tuliſſe, quod Cæſar eam provinciam collegæ Trebonio dediſſet, omnibus autem præturis præſtantiorem & gratioſiorem fuiſſe in Orat. pro Murena perſpicue demonſtrat. Sed quæri ſolet, quid inter vrbanam & peregrinam Præturam interfuerit. Ego tres fere differentias reperio. Prima hæc eſt, quod (vt modo diximus) ſoli cives R. agere apud Vrbanum poterant, Peregrini non poterant. Altera quod apud illum lege agebatur, apud hunc autem nequaquam. Itaque (vt eſt in Orat. pro Flacco) cum Græcus homo Heraclides à C. Plotio Senatore mancipia quædam petiiſſet, & ſurr videret, vt judex ſtimptus ſententiam ſecundum reum diceret, & ab eo judice abiit, & quod judicium lege non erat, cauſam totam reliquit. Quod cum ita ſit, ſequi ut cives Rom neque ſuos liberos emancipare, neque alienos adoptaſſe, neque ſuos ſervos manumittere, neque in jure cedere, neque bonorum poſſeſſionem tutoremve cum Rom. impuberi poſtulare apud eum potuiſſe: denique, vt rem vno verbo complectar, legis actionem cum Prætorem non habuiſſe. Falſum eſt autem quod quidam ſcribunt, eum de pecuniis Repetundis quæſiiſſe, nam Aſconij locus, in Orat. Ciceronis contra competitores quo ſolo argumento nituntur, longe alio pertinet. Scribit enim Antonium cum magiſtratum adhuc nullũ obtinuiſſet, ſed equitum turmas de Syllano exercitu nactus eſſet, Græcos ſpoliaſſe: ideoque ad M. Lucullum Prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat, à Græcis in jus eductum eſſe, non igitur Repetundarum judicium illud erat, ſed injuriarum potius; quæ cum atrociores eſſent, dignæ viſæ ſunt, de quibus Prætor ipſe inter cives peregrinos Græcis homines, cognoſceret. Tertia differentia eſt, quod Prætor vrbanus edictum in albo proponebat, quibus de rebus anno ſuo dicturus eſſet: cum alter nuſquam, quod quod ſciam, legatur propoſuiſſe: ſed (vt opinor) ex vrbano edicto jus dicebat.

PRÆTORES PROVINCIALES.

PRÆTORES provinciales creati ſunt circa annum 519. Sicilia & Sardinia captis, atque in provinciarum formam redactis: quemadmodum Solinus cap. & Livius Epit. 20. prodiderunt. Pomponius autem in l. 2. De orig. jur. Capta Sardinia, inquit, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi provincia, totidem Prætores, quot provinciæ in ditionem venerant, creati ſunt. Poſt autem moris fuit, vt cum armis tuendæ provinciæ viderentur, co ſtatim & conſules & Prætores inito magiſtratu mitterentur. Tandem etiam inſtitutum eſt, vt qui Conſulatu aut Prætura abiiſſent, eo cum ſummo Imperio proficiſcerentur: illique Proconſules, hi Proprætores (tametſi verbis iis nonnunquam veteres abutantur) appellarentur. Demonſtravi etiam in Verrinarum commentariis moris fuiſſe, vt cum à Senatu decretæ & Conſolares & Prætoriæ provinciæ fuiſſent, tum conſules inter ſe, itemque Prætores provincias ſortirentur, aut vero inter ſe compararent. Conſules autem id adhuc deſignati, & antequam magiſtratum inirent facere ſolebant: quemadmodum ex Orat. de provinc. Conſul. Salluſtio in Iugurt. & innumeris Livij Livij locis intelligitur. Prætores vero quo tempore magiſtratu abibant, id factitaſſe ſignificat locus Verrinæ 4. Qui ſimul atque ei ſorte provincia Sicilia obvenit, ſtatim Romæ, & ad vrbem, antequam proficiſceretur, quærere ipſe ſecum & cogitare cum ſuis cœpit, quibuſdam rebus in ea provincia maximam vno anno pecuniam facere poſſet.

PRÆTOR FIDEICOMMISSARIVS.

PRÆTORES fideicõmiſſarios duos à Claudio Cæſare inſtitutos eſſe qui fideicommiſſis jus dicerent, ſcribit Pomp. l. 2. § 17. ff. de orig. jur. ex iiſq; vnum à Tito Cæſare detractũ eſſe Suetonius autem in Claudio, Iuriſdictionem de fideicommiſſis, inquit, quotannis & tantum in vrbe delegari magiſtratibus ſolitam in perpetuam, atque etiam per provincias, poteſtatibus demandavit. Sed hæc facile ex Fabij verbis explicare qui lib. 3 cap 6. ſic ſcribit. Non debet apud Prætorem petere fideicommiſſum:

Digitized by Google

ſed apud Conſules: maior enim Prætoria cognitione ſumma eſt, quæritur an maior ſumma ſit, &c. Quo ex loco intelligitur, fideicommiſſorum juriſdictionem ita partitam fuiſſe, vt prætor vſque ad certam ſummam cognoſceret, de maiore conſul jus diceret. Budæus autem eum locum in Annotationibus ſuis proferens: ita duobus in locis interpretatus eſt, vt vel ea res admonere nos debeat, quanta in aliorum ſcriptis legendis beneuolentia & facilitate vti debeamus. Verum vt inſtitutum ſermonem perſequamur. Vlp. perſpicue id quod diximus, confirmat, c. Inſt. 25 Fideicommiſſa, inquit, non per formulam petuntur: vt legata. Sed cognitio eſt Romæ quidem conſulum, aut prætoris, qui fideicommiſſarius vocatur, in prouincijs vero, præſidum prouinciarum. De prætore fideicommiſſario Imp. l. 2. C. qui pot. in pign. habeant. Paul. l. quæſitum 78 §. pen. ff. de leg. 3. & l. 4. in fi. ff. quib. ad lib. Vlp. l. ſi cui legatum 92. de cond. & demonſt.

PRÆTOR FISCALIS.

Prætor Fiſcalis ab Imperatore Nerua creatus eſt, qui inter fiſcum & priuatos jus diceret, vt Pomponius ſcribit in l. 2. §. 38. de orig. jur.

PRÆTOR TVTELARIS.

Prætor tutelaris primus à M. Antonio Philoſopho creatus eſt, quemadmodum Iulius Capitolinus ſcribit: cum antea tutores à Conſulibus poſcerentur, vt diligentius de Tutoribus tractaretur. Quantum autem ex Iuſtiniano intelligimus, officium ejus erat, vt cogerent tutores & ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, & delatam tutelam recipere.

PRÆTORES RERVM CAPITALIVM.

Vide infra Quæſitores.

PROCVRATOR CÆSARIS.

Procvrator Cæſaris ab Auguſto primum inſtitutus eſt, vt ex Dionyſ. lib. 53. intelligimus: vbi ait Auguſtum in omnes prouincias præterquam vbi Proconſules eſſent, mittere inſtituiſſe curatores, qui vectigalia conquirerent, impendiaque, ſi quæ opus eſſent, facerent. Hoc autem potius officium quam magiſtratus appellatur in l. non licet 46 ff. de cont. tab. empt. Itaque Rationales paſſim in libris noſtris appellantur: eoſq; deportandis jus non habere, ſed petulantibus aditu prædiorum Cæſaris interdicere poſſe, Calliſtratus auctor eſt in l. vlt. ff. de offi. procur. præterea juriſdictionem inter priuatos extra fiſcales cauſas non habebat. l. 1. C. de juriſd. omn. jud. l. 1. & paſſim C. vbi fiſc. cauſa. Inter fiſcum autem & priuatos jus dicebat. Vlp. in l. 5. C. eod. l. 1. ff. de off. pro Cæſar. ſcribit, ea quæ ab illo acta, geſtaq; ſunt, ſic à Cæſare comprobari, atque ſi ab eo ipſo geſta eſſent. Hinc illud Tacit. lib. 12. de Claudio Cæſare, Eodem anno inquit, ſæpius audita vox principis, aut parem vim rerum habendam à procuratoribus ſuis judicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Ac ne fortuito prolapſus videretur, Senatuſconſulto quoque cautum plenius & vberius, quam antea: Suetonius tamen id illum precibus impetraſſe ſcribit, vt ſibi in curiam, inquit, Præfectum prætorij ſecum inducere liceret, vtque rata eſſent quæ procuratores ſui in judicando ſtatuerent, precario exegit. Ad eundem illud quoque pertinet, quod idem in Veſpaſiano ſcribit, procuratorem rapaciſſimum quemque ad ampliora officia ex induſtria promouiſſe, quo locupletiores mox condemnaret, ex quibus quidem vulgo pro ſpongiis dicebant vti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes.

PROCONSVLES ET PROPRÆTORES.

Proconsvles & proprætores qui primis temporibus fuerunt, ſub literam P. retulimus. De poſtremis temporibus pauca hæc ex Dionis libro 53. à nobis conuerſa hunc in locum adſcribemus. Cæſar cum appetendi regni ſuſpicionem omnem ab ſeſe remouere conſtituiſſet, decem ſibi annorum imperium in ſuas prouincias ſumpſit, hoc enim temporis ſpacio pacatas ſe illas redditurum recipit. Simulque juueniliter exultans, hoc addidit quo celerius ſedatæ & quietæ eſſe poſſent, eo ſe maturius illas depoſiturum. Atque eo primum tempore ſenatores & in ſuas & in ſenatus prouincias cum imperio miſit: præter Ægyptum, quam ſolam equiti Roman. ijs de cauſis quas ſuperius expoſuimus, attribuit: Poſt deinde hæc conſtituit: vt eorum præfecturæ eſſent annuæ, ſortéque legerentur, niſi quis vel propter liberorum multitudinem, vel propter vxorem ductam jus aliquod præcipuum ac ſingulare haberet: vt ex Senatuſconſulto mitterentur, & neque gladijs accincti, neque habitu militari eſſent: Vt proconſules dicerentur non modo illi duo, qui conſulatu eſſent functi, ſed etiam ceteri viri prætorij, qui ve pro prætore mitterentur: Vt tot lictores vtriſque darentur, quot habere in vrbe legibus licebat: vt imperij inſignia, quamprimum Pomœrium egreſſi eſſent, acciperent: eaque dum ex prouincia decederent, perpetuo retinerent. Reliquos vero à ſe deligi, ſuoſque legatos etſi conſulatum geſſiſſent, tamen proprætores nominari voluit, duo namque hæc nomina valde floruerunt tum, cum penes populum imperium eſſet. Is enim jam inde à primis temporibus Prætoris nomen tanquam rei militari maxime conueniens, attribuit eis, quos delegiſſet: & proprætores eos appellauit: reliquos autem quaſi vocabulo ad pacem magis accommodato nomine conſulum proconſules appellauit. Hæc enim nomina prætoris & conſulis in Italia retinuit: qui vero extra Italiam erant, quaſi horum locum obtinerent, præfectos omnes appellauit. Effecit igitur, vt quos ipſi deligerent non proprætores ſolum dicerentur, verum etiam & plures annos cum imperio eſſent, & habitu militari vterentur, & gladium animaduertendique in milites poteſtatem haberent. Siquidem nulli neque proconſuli, neque proprætori, neque præfecto jus gladij geſtandi permittebatur, quin ſimul eadem animaduertendi in milites poteſtas legibus concederetur, neque vero Senatorib. tantum, verum etiam equitibus Rom. qui eam poteſtatem habent, jus illud permittitur. Atque hæc quidem ita ſe habent. Iā vero lictoribus ſex omnes vtuntur proprætores, & quicunque conſules non ſunt, ex eoque Lictorum numero nomen inuenerunt: vt ἑξαπέλεκεις dicerentur. Imperij etiam inſignia, poſtquam in prouincias ſuas peruenerunt, vtrique accipiūt: eaque vna cum imperio deponūt. Hoc eodem modo leges etiam jubent, ex prætoriis & cōſularibus viris præſides in Senatus & Imperatoris prouincias mitti: quos Imperator & quæ in loca volebat, & quo tempore volebat, mittere conſueuerat, ita multi non modo Prætores, verum etiam conſules prouinciis præfuerunt, id quod hodieq; nonnunquam fieri conſueuit. Senatus autem & ſeorſim quidē conſularibus Africam atq; Aſiam conceſſit: & prætoriis reliquas omnes diſtribuit. Omnibus autem æquabiliter interdixit: ne quis quinquennio ante, quam magiſtratum in vrbe geſſiſſet prouincias ſortiretur. Sic temporis progreſſu, licet maior eorum qui ſortiebātur quam prouinciarum numerum eſſēt, tamē ad imperium omnes perueniebant. Poſtea cum male nonnulli magiſtratum geſſiſſent, illæ quoque prouinciæ Imperatori adiectæ ſunt, ſic vt eas ipſe quodammodo diſtribueret, cum tot ſortiri juberet, quot eſſent prouinciæ. Alij autem Imperatores etiam à ſe delectos in prouincias miſerunt: iiſque annos complures prorogarunt. Alij vero equitib. ſenatorum loco prouincias mandarunt, quo fere tempore hæc legibus conſtituta ſunt de ſenatoribus quibus necis in eos, qui imperio ſuo ſubiecti eſſent, haberent. Mittuntur enim etiam quibus illud non permittitur in eas prouincias quæ populi & Senatus eſſe dicuntur, & proquæſtores quos ſors dederit & aſſeſſores eorum qui cum imperio ſunt. Hoc enim nomine recte illos, ſi officium illorum ſpectemus, appellabimus: cum alij legatos etiam illos appellent. Sed de nomine ſuperius ſatis dictū eſt. Hos igitur aſſeſſores ſibi quiq; deligūt, vnum quidem prætorij ex ſui aut inferioris ordinis hominibus, tres vero cōſulares, ex eiuſdem dignitatis viris, quos ipſe Imperator probauerit. Quanquam hæc ratio innouata eſt. Sed quia breui iteritur, ſatis erit ſuo loco indicare. De prouinciis igitur populi ita ſe habent. Mittuntur vero & in alias prouincias, quæ Imperatoris dicuntur ab eo ipſo præſides pluribus legionibus inſtructi: plurimum ex prætoriis, interdum ex iis qui quæſturam aut alium magiſtratum intermedium geſſerunt. Hæc ex Dione.

PRODICTATOR.

Prodictator propter conſulum abſentiam quanuis nunquam creatus eſt, Liu. lib. 22. Itaque ad remedium jam diu deſideratum, nec adhibitum. Dictatorem dicendum, ciuitas confugit, & quia conſul aberat, à quo vno dici poſſe videbatur, nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuncium, aut litteras mitti: nec Dictatorem populus creare poterat: quod nunquam ante eam diem factum erat, Prodictatorem populus creauit Q. Fabium maximum, & Magiſtrum equitum M. Rufum Minutium.

QVÆSTORES ÆRARII.

Quæstores (inquit Varro) à quærendo: qui conquirerent pecunias publicas. Cornelius Tacitus lib. 11. Annalium, apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctiſque ciuium ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratus: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima juuenta conſulatum ac Dictaturas inirent. Sed Quæſtores Regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt: quod lex curiata oſtendit à L. Bruto repetita: Manſitque Conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret, creatique primum Valerius Poſthumius, Æmilius Mamercus 63. anno poſt Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur. Dein gliſcentibus negotiis, duo additi qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus ſtipendaria jam Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. Pōſt lege Syllæ viginti creati ſupplendo Senatui cui judicia tradiderat. Et quoniam Equites judicia recuperauiſſent, quæſtura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuito concedebatur, donec ſententia Dolabellæ venundaretur. Aſconius Verrin. 2. Quæſtores vrbani ærarium quærebant: eiuſque pecunias expenſas & acceptas in tabulas publicas referre conſueuerant. Liuius autem lib. 7. teſtis eſt, eoſdem Quæſtores ſigna ex ærario prompſiſſe Imperatoribus ad bellum exeuntibus. Pomponius l. 2. §. 18. ff de origin jur. Deinde cum ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet, vt eſſent qui illi præeſſent, conſtituti ſunt

Quæſto-

Quæſtores qui pecuniæ præeſſent. Dicti ab eo, quod inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſa creati erant. Vlp. in leg. 1 ff. de offic. quæſt. Origo quæſtoribus creandis antiquiſſima eſt, & pene ante omnes magiſtratus. Gracchanus denique Iunius lib. 7. de Poteſtatibus, etiam ipſum Romulum & Numam Pompilium, Binos Quæſtores habuiſſe, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio crearent, refert. Sed ſicuti dubium eſt an Romulo & Numa regnantibus Quæſtor fuerit, ita Tullo Hoſtilio Rege Quæſtores fuiſſe certum eſt. Sane crebrior apud veteres opinio eſt, Tull. Hoſtilium primum in Rempub. induxiſſe Quæſtores. Et à genere quærendi Quæſtores initio dictos, & Iunius Trebatius & Feneſtella ſcribunt. Tacitus libro 13. de Nerone loquens. Deinceps curam tabularum publicarum à Quæſtoribus ad Præfectos tranſtulit, varie habita ac ſæpe immutata eius rei forma. Nam Auguſtus permiſit Senatui deligere Præfectus. Deinde ambitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero Prætorum, qui præeſſent: neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius Quæſtores rurſus impoſuit: iiſque ne metu offenſionum ſegnius conſulerent, extra ordinem honores permiſit. Sed deerat robur ætatis eum primum Magiſtratum capeſſentibus. Igitur Nero præfectura perfunctos, & experientia probatos delegit. Eorundem etiam munus erat prædam ex hoſtib. captam vendere, pecuniamque inde redactam in ærarium referre: quemadmodum Gellius lib. 13. c. 13. declarat. Item multas irrogatas exequi & in publicas tabulas referre: vt patet ex Liuij lib. 40. Tacitus lib. 13. Cenſuit Piſo deſignatus Conſul, ne multam à Tribunis dictam Quæſtores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent. Dio præterea in lib. 53 extremo ſcribit, Tuberone, Fabio Coſſ. ad Quæſtores tranſlatam eſſe curam Senatuſconſultorum aſſeruandorum, cum antea Tribunorum pleb. & Ædilium id munus fuiſſet.

QVÆSTORES PROVINCIALES.

Qvæstores prouinciales erant, qui vna cum Proconſulibus aut Proprætoribus in prouincias exibant, cum pecuniam ſibi ex ærario à Senatu attributam, & à Tribunis ærarij adnumeratam accepiſſent, vnde ſtipendia, frumenta, legatis, proquæſtoribus, cohorti prætoriæ ſuppeditarent: quemadmodum ex Verrina 3. intelligitur. Aſconius. Prima Senatoris adminiſtratio eſt Quæſtorem fieri, & in prouincia curam gerere pecuniæ publicæ in vſus diuerſos erogandæ. Inter Vrbanos autem & prouinciales Quæſtores hanc differentiam reperio Primum quod illi neque lictores, neque viatores habebant: quum neque vocationem neque prehenſionem haberent, vti ſcribit Gell. li. 13. cap. 12. Hi vero & lictores, & togam prætextam habebant: vt in Verrinam 4. docuimus, idque conſtat ex Orat. pro Plancio his verbis, nam ſimul ac me Dyrrachium attigiſſe audiuit (de Plancio loquitur, Quæſtore tum Macedoniæ) ſtatim ad me lictoribus dimiſſis inſignibus abiectis, veſte mutata profectus eſt. Altera differentia eſt, quod vrbani jus non dicebant: Prouinciales autem jure dicundo conuentus circumibant, vt ſcribit Suetonius in Cæſare, & quæcunque commiſſa populo Rom. eſſent, exquirebant, deque iis Iudices ac Recuperatores dabant: quemadmodum videmus in Diuinatione Qu. Cæcilium Verris Quæſtorem in Agonidem judicium dediſſe, ſi pateret eam ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe.

QVÆSTORES PARRICIDII.

Qvæstores parridicij (quemadmodum ſcribit Pomponius in l. 2. de orig. jur.) creari à populo ſolebant, qui capitalib. reb. præeſſent. nam Conſulibus de capite ciuis Rom. iniuſſu populi jus dicere non licebat. Feſt. lib. 14. Parricidij Quæſtores appellabantur, qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quærendarum. Nam parricida non vtique is qui parentem occidiſſet: ſed qui qualemcunque hominem. idem autem fuiſſe indicat lex Numæ Pompilij Regis his compoſita verbis, ſi quis hominem liberum dolo ſciens occiderit, Parricida eſto. Poſtea vero cum à Senatu quæſtiones extra ordinem mandari cœpiſſent, nomen quidem obſoleuit, res ipſa in vſu manſit. Dictatorem tamen quæſtionibus exercendis creatum legimus apud Liuium libro 9. Senatus vero modo Conſulibus modo Prætoribus quæſtiones decernebat. de Coſſ. qui de Bacchanalibus quærerent, author eſt Liuius lib. 39. Sic Iugurthinæ coniurationis quæſtionem Conſuli mandatam Cic. in Bruto ſcribit: De Prætoribus qui de veneficiis & peculatu quærerent, ſcribit Liuius libro 35. & 39. Talis fuit quæſtio de vi Cn. Domitij Prætoris: de qua Cicero & Aſcon. in Milonianam. Cum igitur variæ & incertæ judiciorum publicorum quæſtiones eſſent, eæque modo Coſſ. modo Prætoribus mandarentur, Cornelius Sylla lege ad populum lata perpetuas (vt ait Pomponius) quæſtiones conſtituit & quatuor prætores adiecit: Nam ex lege Bæbia alternis annis (vt Liu. libro 40. ſcribit) quatuor Prætores creabantur: duo qui in vrbe jus dicerent, vrbanus, & peregrinus Reliqui qui in prouincias Siciliam & Sardiniam irent. Deinde ſex creari cœperunt. totidem. n. idem numerat libro 45. Tum Sylla quatuor adiecit: vtque ex iis decem, octo de publicis criminibus quærerent, conſtituit. Nam ante legem Corneliam non quæſtionibus exercendis, ſed prouinciis adminiſtrandis creabantur prætores: quibus tamen quandoque extra ordinem quæſtiones (vt diximus) mandabantur à ſenatu. Vnde extraordinariæ quæſtiones illæ, hæ ordinariæ perpetuæ & quotidianæ à Cicerone appellantur. Decem autem Prætores hi ſunt. Prætor vrbanus, item Peregrinus, qui priuatis de cauſis jus dicebant. Publicorum autem judiciorum quæſitores erant, Prætor repetundarum, veneficij, inter ſicarios duo, qui etiam de parricidio quærebant, auctore Cicero. pro Sex. Roſcio: peculatus, ambitus, de vi publica. Ex quibus omnibus intelligitur recte ſcripſiſſe Pomponium, Primum Syllam publicas conſtituiſſe quæſtiones, & quatuor Prætores adieciſſe. Deinde C. Cæſarem duos addidiſſe, ac proinde XII. Prætores Cæſaris tempore fuiſſe, vnde patet decem ante Cæſarem fuiſſe Prætores. quod idem Ciceronis teſtimonio confirmatur, qui in Oratione Cluentiana ſex publicorum judiciorum Prætores commemorat. Q. Voconium de veneficio, M. Plætorium, & C. Flaminium inter ſicarios, C. Orchinium peculatus, ſe ipſum de repetundis pecuniis, C. Aquilium ambitus. Deinde, quid reliquæ quæſtiones inquit, quibus verbis certe prætorem vrbanum non intelligit, vt nonnulli ſuſpicantur, neque enim is quærere, ſed cognoſcere dicitur. Intelligit ergo C. Caſſium, qui de maieſtate eo anno quæſiuit. Et aliud qui de vi publica, quibus omnibus ſi vrbanum & peregrinum adiicias, decem omnino prætores efficies. Nam qui Prætorem inter peregrinos de pecuniis repetundis quæſiſſe exiſtimant, nullis ſane commodis rationibus ſententiam ſuam confirmant. Confundunt enim & perturbant juriſdictionem & quæſtionem: publicaque & priuata judicia, quin etiam Prætorem peregrinum de repetundis pecuniis non quæſiſſe, Liuius teſtis eſt libro 42. quod enim C. Antonium apud M. Lucullum prætorem qui jus inter peregrinos dicebat accuſatum Pedianus ſcribit, quod Achæos ſpoliaſſet, non illud repetundarum judicium eſt: neque enim Prætor in Achaia Antonius fuerat: neque legatus: vix etiam Quæſtorius. ſed nactus (inquit Aſconius) de exercitu Syllæ equitum turmas, Achæos ſpoliauit. Non enim hos in judicio repetundarum quæritur, ſpoliatis ſocios, cum nullum haberet imperium, ſed cœperit ne contra leges pecunias Antonius: teſtis Cice. Verrin. 5. & lib. de Orat. 2. Quamobrem cum lex nulla ſanxiſſet pœnam in eos qui latronum more priuati prouincias ſpoliarent, & diriperent, ſed tantum vt magiſtratus (neque enim tum lex Iulia lata erat) quomodo Prætoria repetundarum hac de re judicare potuiſſet, cum quæſtiones legibus exercentur? Recte vero prætor peregrinus qui inter ciues & peregrinos jus dicebat, & quidem inter Senatores & prouinciales, Romæ fieri ſolita judicia Cic. lib. 13. Epiſt. fam. ad Ser. Sulpitium teſtis eſt. Satis ergo conſtat decem fuiſſe Prætores, recteque Nicolaum Gruchium virum clariſſimum & eruditiſſimum in optimo ſuo de comitiis libro id ex Pomponio defendiſſe: tametſi contumelioſe ſane à nonnullis qui cum neſcio quem appellant, hanc ob cauſam reprehendatur. Atque hic quidem numerus Prætorum ordinarius fuit. Nam octo quoque creatos Cicero pro Milone, & in ea quam poſt reditum in Senatu non habuit Oratione demonſtrat. Et Cælius libro octauo Epiſt. octo prætorias prouincias nominat. extraordinariæ tamē illæ ſunt: De Aſia enim agitur in eo Senatuſcõſ. quam Sylla (vt pro Flacco Cicero ſcribit) pro portione in prouincias deſcripſit. Quibus ſi adiiciamus illum prætorem quem lege Clodia cõſtitutum, Cic. pro domo ſcribit, nouem certe efficiemus. Nam, quod Dio li. 42. Cæſarem decem prætores conſtituiſſe ſcribit tam verum eſſe exiſtimo, quam illud Paterculi, qui Octauiano illud attribuit. Cæſar enim qui pro libidine Rempub. tractaret, modo decem, modo duodecim, modo quatuordecim Prætores creabat; vt idem li. 43. teſtatur. Decem igitur ordinarios prætores fuiſſe, cum Pomponio & Cicerone crediderim, pro ratione tamen prouinciarum quandoque pauciores, quandoque plures extra ordinem creatos non negarim, huc enim ſpectat illa Ciceronis lex, huic poteſtati pari quodcunque Senatus creuerit populuſve juſſit, tot ſunto, atque hæc quidem hactenus quæ tibi omnia, Lector optime, ex adoleſcētis clariſſimi Richardi Strein, Baronis generoſiſſimi commentationibus optimis de magiſtratibus deprompta, hunc in locum referre volui: vt tibi arrhabonem quendam ac ſpecimen illarum meditationum hoc tempore præberem, & adoleſcenti nobiliſſimo, quem propter optimarum artium ſtudium incredibile incognitum meo habitum, ſemper chariſſimum, jucundiſſimumque habui, honorem meritiſſimum adiungerem, animumque ad hunc ſuum curſum perſequendum quacunque ratione poſſem, adderem.

QVÆSTORES CANDIDATI.

Qvæstores candidati dicebantur, qui libris, hoc eſt, epiſtolis, ſiue Orationibus Principis in Senatu legendis præerant: quemadmodum docet Vlpianus in l. 1. ff. de offic. quæſt. 7. Lam.

pridius in Alexandru, Quæſtores candidatus ex ſua pecunia juſſis munera populo dare, ſed vt poſt Quæſturam prouincias ſortirentur, & inde prouincias regerent. Quibus verbis candidatos ſuſpicor ea re dictos eſſe, quod hic ingreſſus erat, & quaſi primordium gerendorum honorum, & ſententiæ in Senatu dicendæ, quemadmodum Vlpianus eodem loco ſcribit.

TRIBVNI ÆRARII.

TRIBVNI ærarij dicebantur, inquit Varro, quibus attributa erat pecunia, vt militi redderent. Et Pedianus Verrina 3. Pecunia attributa eſt, quæ in ſtipendium militum de ærario à Tribunis ærariis adnumerari Quæſtori ſolet. Hi magiſtratus quidem non erant, ſed quia procurationem publicam habebant, iccirco à nobis in hunc ordinem relati ſunt eo magis, quod Cicero in lib. de legibus 3. vbi de magiſtratibus ſe leges dare profitetur, hunc quoque adſcribit, & minorem magiſtratum appellaſſe videtur: his verbis quæ ante annos ſex à me multis audientibus caſtigata, ſubſcribam. Minores magiſtratus, partiti juris plures in plura ſunto. Militiæ quibus juſſi erunt, imperanto, Ærariique Tribuni ſunto. Domi publicam pecuniam cuſtodiunto. Quam lectionem manuſcriptorum librorum auctoritate confirmari, mihi magnopere placuit. Ordinis autem nomen hoc fuiſſe, magnumque illorum numerum extitiſſe, vel ex eo intelligi poteſt, quod in lege Aurelia diximus, latum fuiſſe, vt judicia quæ penes ſolos Senatores erant, cum equitibus & Tribunis ærariis communicarentur. Quod ſi quis differentiam inter Tribunos ærarij, & Quæſtores ærarij requirat, hanc me reſpondebo fuiſſe arbitrari, quod Tribuni pecuniam in vrbe ſignatam cuſtodirent: Quæſtores ex vectigalibus quæſitam. Illi tribuebant, atque adnumerabant. Quæſtoribus in prouincias abeuntibus: hi pecunias ærarij tum acceptas tum expenſas in tabulas publicas referebant.

TRIBVNVS CELERVM.

TRIBVNVS Celerum à Romulo primum creatus eſt, vt Liuius libro primo teſtatur, vbi ſcribit illum trecentos armatos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres appellauit, non in bello ſolum, ſed etiam in pace habuiſſe. Feſtus lib. 3. Celeres, inquit, antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo iis præpoſitus fuit, qui primi electi fuerunt ex ſingulis decuriis deni, ideoque omnino trecenti fuere. Idem etiam Dionyſ. lib. 2. ſcribit, & hoc amplius. Celerum alios equites, alios pedites fuiſſe. eorum Tribuno tres ſubiectos centuriones fuiſſe, rurſuſque his alios: omneſque per vrbem haſtatus Regem comitatos eſſe, eiuſque mandata obiiſſe. in militia vero anteſignanos fuiſſe, primos pugnam iniiſſe poſtremos diſceſſiſſe: equites quidem in planitie, pedites vero in aſperis & inæqualibus locis pugnaſſe. Paulo aliter tamen Pomponius ſub tit. De orig. jur. Regum temporibus, inquit, Tribunum Celerum fuiſſe conſtat, is autem erat, qui equitibus præerat, & veluti ſecundum locum à regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit Regis eiiciendi, & paulo poſt ait, Magiſtros equitum ita Dictatoribus eſſe junctos, vt Regibus Tribunos Celerum. Ouid. lib. Faſtorum 4.

Hoc Celer vrget opus quem Romulus ipſe vocarat:
Sintq; Celer curæ dixerat, iſta tuæ.
Neve quis aut muros aut factam vomere foſſam,
Tranſeat audentem talia dede neci.

TRIBVNI MILITVM CONSVLARI POTESTATE.

TRIBVNI militum Conſulari poteſtate creati ſunt, anno Vrbis 310. cum orta inter patres & plebem diſſenſio eſſet, propter C. Canuleij Tribun. pleb. legem qua de Conſule altero de plebe creando agebatur. Placuit igitur, vt pro Conſulibus tribuni militum ex Patritiis terni, totidemque ex plebe crearentur: qui Conſulari ac ſummo Imperio Reipub. ſummam adminiſtrarent. Verum terni tantum, iique patritij creati ſunt: plebs eo contenta fuit, quod ſui ratio in comitiis habita fuiſſet. Liuius libro 4. & Dioniſ. libro 11. Pomponius l. 2. §. 14. De orig. jur. Deinde cum poſt aliquot annos plebs cum patribus contenderet, & vellet ex ſuo quoque corpore Conſules creare, & patres recuſarent, factum eſt, vt Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, conſulari poteſtate. hique conſtituti ſunt vario numero, interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

TRIBVNI MILITVM IN LEGIONIBVS.

TRIBVNI militum, inquit Varro, quod terni ex tribubus Ramnium, Lucerum, Tatienſium olim ad exercitum mittebantur. Pedianus autem Verrina 2. Tribunorum, inquit, militarium duo ſunt genera: Primum eorum, qui Rufuli dicuntur, hi in exercitu creari ſolent, alij ſunt Comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur. Cicer. lib. 3. de legibus: moneo eorum complectitur verbis, militiæ quibus juſſi erunt, imperanto. Polyb. in 6. de Repub. Deſignatis Conſulibus poſtea Tribunos militum creant, & quatuordecim quidem ex iis faciunt tribunos, qui habent annua quinque ſtipendia: his deinde adiiciunt decem, quos creant ex iis qui ſupra quinque vſque ad decem habent annua ſtipendia: Equites quidem qui decem omnino habent ſtipendia, pedites autem qui ſex, & eo amplius habent annua ſtipendia. Liuius libro 7. Et cum eo anno primum placuiſſet Tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri (nam & ante ſicut nunc, quos Rufulos vocant, imperatores ipſi faciebant) ſecundum in ſex locis tenuit. Idem libro nono. Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum, vtraque ad rem militarem pertinentia, vnum, vt Tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones à populo crearentur: quæ ante perquam paucis ſuffragio populi relictis locis Dictatorum & conſulum ferme fuerant beneficia. Tulerunt eam rogationem Tribuni pleb. L. Atilius, C. Marcius. idem lib. 43. In Tribunis militum novatum eo anno propter Macedonicum bellum, quod conſules ex Senatusconſul. ad populum tulerunt, ne Tribuni militum eo anno ſuffragiis crearentur. Sed conſulum prætorumque in iis faciendis judicium arbitriumque eſſet. Hinc illud apud Suetonium in Cæſare, Tribunatus militum qui primum Romam reverſo per ſuffragia populi honor obtigit, auctores reſtituendæ Tribunitiæ poteſtatis enixiſſime juuit. Item apud Plutarchum in Catone Vticenſi. In petitione Tribunatus militaris legem quæ candidato nomenclatores adeſſe vetabat, ſolus Cato ſeruauit, per ſeipſum appellans populum. Plinius autem libri trigeſimi primi, capitol. 7. & lib. 34. cap. 3. ſcribit, eorum ſtipendium, Salarium dictum fuiſſe, à ſalis nomine, quod honoribus, inquit, interponitur, ſalariis inde dictis. magna apud antiquos auctoritate, ſicut apparet ex nomine ſalariæ viæ: quoniam illa ſal in Sabinos portari conſueuerat. Macer in l. officium 12. ff. de re milit. Officium Tribunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, milites in caſtris continere, ad exercitationem producere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, menſorum fraudem coercere, delicta ſecundum ſuæ auctoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere.

TRIBVNI PLEBIS.

TRIBVNI pleb. primum ita creati ſunt, anno 260. cum plebs ex vrbe ad Æquorum bellum educta propter nobilium fœneratorum impotentiam conſulibus relictis trans Anienem amnem collem occupauit: neque eo anno reuocari in vrbem potuit, vſque dum ei Senatus per decem Legatos promiſit jus ipſi fore magiſtratum è ſuo corpore contra patritiorum potentiam creare: primum autem duo, vel vt alij tradunt, quinque creati ſunt, ſed ann. 296. Horatio, Minutio coſſ. decem effecti Liuius libro tertio. & Dionyſ. libro 6. & 10. In eandem ſententiam Pompon. leg. ſecunda, §. 11. ff. de orig. jur. Iiſdem temporibus, inquit, cum plebs à patribus diſceſſiſſet, anno fere ſeptimodecimo poſt reges exactos Tribunos ſibi in monte ſacro creauit, qui eſſent plebeij magiſtratus. Dicti Tribuni, quod olim inter tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur. Sic Varro lib. de ling. lat. 4. Tribuni plebeij qui ex Tribunis militum primum Tribuni plebei facti, qui plebem defenderent, in ſeceſſione Cruſtumerina. Cicer. lib. de legibus 3. poteſtatem eorum his declarat verbis. Plebs quos pro ſe contra vim auxilij ergo decem creaſſit, Tribuni eius ſunto, quodque ij prohibeſſint, quodque plebem rogaſſint, ratum eſto: Sanctique ſunto: neve plebem orbam Tribunis relinquunto. Erat enim his magiſtratus ſacroſanctus Liuius libro 3. ipſis quoque Tribunis, vt ſacroſancti viderentur, cuius rei prope jam memoria aboleuerat, relatis quibuſdam ex magno interuallo ceremoniis, renouarunt, & cum religione inuiolatos eos, tum legem etiam fecerunt ſanciendo, vt qui Tribunis plebis Ædilibus, Iudicibus, Decemviris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris, liberi, liberæque venum irent. Idemque tradit Dionyſ. lib. 6. Ij viatorem quidem & prehenſionem habebant, vocationem vero, nequaquam. Nam vt ait Gellius, antiquitus creati videntur, non juri dicundo, nec cauſis, querelisque ab abſentibus noſcendis: ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent: vt iniuria quæ coram fieret, arceretur, ac propterea jus ad ſe vocandi ademptum: quoniam vt vim fieri vetarent, aſſiduitate eorum & præſentium oculis opus erat. hæc Gell. lib. 13. cap. 13. ſcribit etiam in hanc ſententiam lib. 15. cap. 27. his verbis, Tribuni neque aduocant Patritios, neque ad eos referre de re vlla poſſunt. Ita ne leges quidem propriè, ſed plebiſcita appellantur, quæ Tribunis plebis ferrent accepta. Plutarchus in Catone Vtic. Ius, inquit, Tribunitiæ poteſtatis magis ad impediendum eſt, quam ad agendum: quippe cætera omnibus collegis volentibus vnus qui nolit & intercedat, plus poteſt. Idem in Problemat. Cur Tribunus pleb. purpura non vtitur, cum cæteri magiſtratus vtantur? an quod magiſtratus non eſt? nam neque

Digitized by Google

neque in ſella jus dictos, nec ineunte anno item vt reliqui magiſtratum ineunt, nec Dictatore creato, ſe abdicant: imo quaſi magiſtratus non ſint, delato ad Dictatorem Imperio ſuam ipſi poteſtatem retinent. Cuius rei teſtimonium apud Liuium lib. 7. videmus, de Tribunis pleb. qui L. Manlium Dictatorem magiſtratu abire coegerunt. Idem etiam lib. 6 intercedendi formulam & ſolenne verbum fuiſſe hoc VETO, ſignificat his verbis, Faco, ne juvet vox iſta VETO, qua nunc concinentes collegas noſtros tam læti auditis. Reperio etiam apud eundem lib. 4. Conſules à Tribunis pleb. duci in vincula potuiſſe, & lib. 9. Cenſorem Appium à P. Sempronio Tribuno pleb. prehendi, & in vincula duci juſſum eſſe, & lib. 5. Tribunos pleb. minitati ſe juſſuros eſſe in vincula Tribunos militum duci. Apud Dionem autem lib. 37. Metellum Conſulem à L. Flauio Tribuno pleb. in carcerem ductum eſſe. Plutarchus in Problematis autor eſt moribus Romanorum conſtitutum eſſe, vt domus Tribunorum noctu ne clauderentur, (quod & Macrob. Satu. 1. confirmat) ſed interdiu noctuque indigenti cuique eorum auxilio paterent, quaſi portus quidam & præſidium periclitantium. Maiores enim communem Tribunem eos eſſe voluerunt, nec ſine inexpiabili ſcelere violabiles. Idem in vita Catonis Vticenſis tradit Tribunos pleb. in Baſilica, χρηματίζειν εἰώθεισαν: quod ego non jus dicere, ſed conventum agere & pro collegio decreta ſua interponere interpretandum puto.

TRIVMVIRI CAPITALES.

TRIVMVIRI Capitales, (inquit Pomponius) creati ſunt qui carceris cuſtodiam haberent, vt cum animadverti oporteret, id interventum eorum fieret. Sallust. in Catil. in eum locum poſtquam demiſſus eſt Lentulus, vindices rerum capitalium quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Hi octo lictores habebant, qui eorum juſſum in damnatum animadvertebant. Plautus Amphyt. Quid faciam nunc, ſi tres viri me in carcerem compegerint, Inde cras in promptuaria cella depromar ad flagrum. Nec quicquam ſit, qui non me omnes eſſe dignum deputent, Ita quaſi incudem me miſerum homines octo validi cædent. Et in Aſinaria. Vbi ſæpe cauſam dixeris pendens adverſus octo Aſtutos audaces viros, valentes virgatores. Et paulo poſt, vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectus lentis virgis. Et in eadem, Ibo ego ad Treſviros, veſtraque ibi nomina Faco erit capitis. Verum illi de vilibus & abiectæ tantum conditionis hominibus jus dicebant: vt furibus & ſervis nequam, & apud Columnam Mœniam cauſas cognoſcebant, autor Cicero in divinat. Et Aſconius in eandem. Memorabile autem eſt, quod Valerius Max. lib. 5. c. 3. commemorat de muliere quadam, quam Prætor damnatam Triumviro in carcere necandam tradiderat: quam receptam is qui cuſtodiæ præerat, non protinus ſtrangulavit: aditum autem ad eam filiæ dedit: quam poſt animadvertit exerto vbere famem matris lenientem. Itaque res ab ipſo ad Triumvirum, à Triumviro ad Prætorem, à Prætore ad Conſilium judicum perlata, remiſſionem pœnæ mulieri impetravit. Idem etiam libr. VIII. c. IV. de Calpurnio Triumviro mentionem facit, à quo ſervus quidam in crucem eſt actus.

TRIVMVIRI NOCTVRNI.

TRIVMVIRI incendiis arcendis præfuiſſe dicuntur apud veteres autores, à Paulo in l. 1. ff. de off. præf. vigil. & ab eo quod excubias agerent, nocturnos dictus eſſe: intervenisse etiam nonnunquam & Ædiles & Tribunos pleb. fuiſſeque familiam publicam, circa portam & muros diſpoſitam, vnde ſi opus eſſet evocabatur. Dio verò li. 5. ſic ita ſcribit. [illegible] Dio vocat, qui vicorum magiſtri dicebantur, quos non ſemper prætexta vſos, ſed eo tantum tempore quo ludos compitalitios faciebant. Cic. in Orat. in Piſonem, & Aſconius in eandem ſignificant. tametſi ad Auguſtum hæc potius referenda ſunt, de quo Suetonius ita ſcribit, Spatium vrbis in regiones, vicoſque diviſit: inſtituitque vt illas annui magiſtratus ſortito tuerentur, hos magiſtri è plebe cuiuſque viciniæ lecti. Valerius autem Max. lib. 8. cap. 1. de M. Mulvio, Cn. Lolio, L. Sextilio Triumviris commemorat, qui quod ad incendium in ſacra via extinguendum tardius venerant, à Tribuno pleb. die dicta ad populum damnati ſunt. Item, de P. Bilio. Triumviro nocturno, qui à P. Aquilio pleb. accuſatus, judicio concidit, quia vigilias negligentius circumierat.

TRIVMVIRI MONETALES.

TRIVMVIRI monetales, auro argento, æri flando feriundo conſtituti ſunt: vt ſcribit Pomponius in l. 2. §. 16. De orig. jur. Hinc illud Ciceronis lib. de leg. Æs, argentum, aurum publice ſignanto: item ad Trebatium de Treviris Gallis jocans, Treviros vero cenſeo: audio capitales eſſe, mallem, auro ære, argento.

DE VERBIS FEVDALIBVS, *præcipue notabilibus, aut alias minus vſitatis, ex Hotom. Cuiac. Vulte. Roſenth. & aliis.*

A.

ABBAS, qui feudum conferre poſſe dicitur, lib. feud. 1. tit. 1. & tit. 14. §. 3. is eſt, qui in Monachorum ſodalitate, ac cœnobio primatum obtinet, qui à Iuſtiniano Archimandrita, à nonnullis Cœnobiarcha, vel Archimonachus dicitur. Iuſtit. nov. 5. §. Sancimus, vt Abbas ſiue Archimandrita ſingulis monaſteriis præponatur, quo monachi ex vitæ probitate maxime idoneum delegerint, & qui ab Epiſcopo confirmetur. Legibus autem Longobardorum ſancitum, ne Abbas minus quinquaginta monachos ſibi ſubiectos habeat, qui cum eo regulariter vivant. In Lombarda lib. 2. tit. 54. lib. 18. Sed poſterioribus ſecula.

Abbates etiam dicti ſunt proceres, ſiue ex vocabuli notatione, quod abbatiarum proventu fruerentur. Hinc Hugo ille Capetus, Galliæ regnum arte adeptus, Abbas Hugo dicebatur. Symphorianus Champerius in Genealogia Regum Francorum. Cumque Lotharij frater Carolus aſpiraret ad Regnum eulos antea contemptum præ ſe tulerat, ab Hugone Abbate (eo qui Capetus vulgo vocabatur) editus, vt aiunt, ex familia Comitum Pariſienſium, captus eſt: & in cuſtodiam Aurelii poſitus. Alb. Krantzius in Saxonia. lib 4. cap 22. De regno Francorum per ea tempora magna contentio fuit, cum Carolus Lotharij defuncti frater illud peteret. Hugo Pariſiorum Comes cognomento Magnus, & item Abbas, illud ſibi vendicaret. Sudegerus in Chron. Dionyſiacis: Qui in Chronicis Abbates dicuntur, non ſunt monachi, ſed Barones & proceres ſeculares, quibus rex Abbatias tenendas ad tempus concedit Guill. Paradinus ſcriptor Annal. Burgund. lib. 2. ſub anno 1105. ſcribit, ſe monumenta vidiſſe complura perantiqua, in quibus Proceres Galliæ his nominibus vtebantur: Dux & Abbas: Comes & Abbas. Vnum etiam profert, quod ſubſcribemus. Ego H de bello loco volo vt præſentes & futuri ſciant, quod Guido Comes Forenſis nepus meus L. Dei gratia Regi Francorum, quando rediit de Podio ſanctæ Mariæ, cum ſecum duxis captos Vicecomitem de Pollignac & filium eius Heraclium, donum quod ei dederat, ſcil. Abbatiam Sanigniaci, quæ anteceſſorum & mea ſemper fuerat, & eſſe debet, ſui gratia mihi eandem per virgam reddidit Montebriſonis, in Eccleſia ſanctæ Mariæ Magdalenæ extra villam: vbi Rex miſſam audivit, ibi ea teſtibus de familia Regis, Guidone de Garſanda, G. Pinſerna, & G. Chevruſa conſanguineis meis. Item in Append. Aymoini lib. 5. c. 34. Quin etiam, inquit, vſque ad tempora Roberti Regis, ea quæ Abbates accipiebant, ſibi addixerunt: & ſtatuentes Decanos Monachis, ſibi nomen Abbatis vſurpaverunt. Quem locum Paulus Æmilius. Hiſtoricus Pontificalis verius, quam Gallicus, in Carolo ſimplice ſic imitatus eſt, vt multa pro ſuo more ad Patroni ſui potentiam amplificandam infarciret. Aymonius lib. 5. cap. 1. Ordinavi autem per totum Aquitaniam, Comites, Abbateſque: nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgo vocant, ex gente Francorum: eiſque commiſit curam Regni Aymoin. eod. lib. c. 36. Ludovicus quos potuit, conciliavit ſibi, dans eis Abbaties & Comitatus. Item: Audivit regni Primores tam Abbates quam comites indignatos, quia quibuſdam honores dederat, ſine ipſorum conſenſu. Item; Conſecratus eſt & coronatus, in regem Ludovicus ab Hincmaro Rhemorum Epiſcopo: & Epiſcopi ſe ſuaſque Eccleſias ad debitam defenſionem & debita privilegia ſibi ſervanda, commendarunt. Abbates etiam, ac Regni primores ac Vaſſi Regij ſe illi accommodaverunt, & ſacramento ſecundum morem, fidelitatem promiſerunt. Quo ex loco probabilis coniectura duci poteſt, nomen hoc in Pontificali Romano, in formula Regis inaugurandi, hac ipſe in re poſitum fuiſſe. Pontificibus quoque (inquit) Eccleſiarum, Dei condignum & canonicum honorem exhibere, atque ea, quæ ab Imperatoribus & Regibus Eccleſiis collata & reddita ſunt, inviolabiliter obſervare: Abbatibus, Comitibus & vaſallis meis congruum honorem ſecundum conſilium fidelium meorum præſtare. Nauclerus Generat. 33. Hugonis Capeti pater, inquit, primum Abbas dictus eſt, quod ipſe & Robertus Comes Pariſienſ. primi fuerunt, qui relicta monaſteriis prædia procuratuſque occupaverint, ea ſibi ſuiſque militibus attribuentes ſeque Abbates appellantes: atque impatientes monachis, prout volebant, adhibito moderamine victus & veſtimentorum.

ABBATES quoque nonnunquam in hiſtoriis accipiuntur pro Nobilibus, quod nomen etiam hodie retinent in montibus Pyrenæis nobiles quidam: & hoc ſenſu, quantum opinor, An-

tonių 5. cap. 1. Carolus, inquit, ordinavit per totam Aquitaniam comites, Abbateſque, nec non alios plurimos, quos vaſſos vulgo vocant. Cujac. lib. 1. feud. c. pag. 15.

ABBATIA, cujus diminutivum eſt, ABBATIOLA, vocatur ipſum monaſterium cum omnibus ſuis pertinentiis, cui Abbates vel Abbatiſſæ præſunt. vid. Cujac. d. loc.

Abbatiſſa, cui ſimiliter feudorum conferendorum jus eſſe dicitur, lib. feud. 1. titul. 1. §. 1. Et æquiparatur abbati in adminiſtratione rerum ſecularium, cap. 1. De his qui feud. dare poſſunt. Roſenth. cap 4. feud. concl 18. n. 1. & ſit. A. monialium, ſiue monacharum antiſtita; quam Iuſtinian. Novel. 115. jubet ab ipſis monialib. electam ab Epiſcopo confirmari: & monialibus eunuchum vnum attribui, qui res illarum adminiſtret. Novel. 123. 133.

Adæquatio, eſt æquabilis diuiſio hæreditatis inter fratres, antequam diuiſionem leges vetabant quicquam alienari, niſi poſt annos 40. & ei qui ſe læſum contendebat, ſuccurrebatur. Lombard. lib. 2. tit. 29. Sic tamen, vt omni tempore ſortes ſtare debeant, & adæquatio pereuntat. Idem l. Longob. tit. 48. de quadraginta annis poſſ. frat. & Aleman. tit 89. vlt frat. poſt mort. pat. hinc lib. feud. 2. tit. 58. §. 3. Scilicet adæquatio percurrat vſque ad quadraginta annos.

Aduocatio negocij alicuius publice procuratio, à ſuperiore mandata: vt li. feu. 2. tit 27. §. 15. Quicunque advocatiam ſuam, vel aliquod aliud beneficium inordinarie tractaverit. Hot. Lex. feud. Hinc advocatus videtur idem fuiſſe, qui à pragmaticis noſtris Commiſſarius vocatur, cui præfectura aut munus aliquod, ac præſertim cauſarum diſceptandarum publice mandatum eſt. Hinc, li. 3 Franc. 3. c. 11. de advocatis & vice dominis. Et lib. 4. cap. 100. Vt tales eligantur, qui ſciant, & velint juſtitiæ cauſam diſcernere & determinare.

Advocatia etiam dicitur tutela & defenſio ſacerdotalis alicuius collegij: Hoto Ibid. velut Abbatiæ & Monachorum, quibus & vectigalia quædam attributa ſunt: quorum potentem aliquem, vel comitem, vel alium nobilem ſibi defenſorem & patronum cooptabant: vt in diplomate donationis quam Carolus Magnus Monachis Vlmenſibus fecit: apud Naucleum, Adelbertum cognatum noſtrum advocatum ad defenſorem conſtituimus, &c. Item, vt Abbas & Monachi ex his, quos inter potentes noverint, & inuenerint meliores ſeculi & æquitatis amatores, eligant huic loco advocatos & defenſores. Item: ſtatuimus, vt ſi advocatus placitare voluerit, quando vel qualiter, aut quoties hoc fiat, in Abbatis arbitrio pendeat, & ab eo diſponatur: vt non cum pluribus quam triginta equis ad placitandum veniat: & quidquid placitando, idem adquirat, tertia parte ſibi retenta, duas Abbati reddat. Ioh. Tritemius. Conſtituit autem Archiepiſcopus advocatum Hirſaugienſis monaſterij ipſum Comitem Erlaſtidum, ſub ea conditione, vt mortuo patre filius in advocatiam non ſuccedat: niſi fuerit ad eam per Abbatem & monachos aſſumptus. Verebatur enim ne poſt mortem ſuam per filium, ſiue nepotes injuriam aut violentiam aliquam paterentur, ſi advocatia hæreditario jure devolveretur ad poſteros. Abbas Vrſperg in Philippi vita Advocatiæ beneficium his exponit verbis: Imperatores nihil juris ſibi vindicatur, præterquam illud quod pertinet ad Dominium totius terræ, vt ſub protectione ſua eas ſuſciperent, & privilegiis ſuis munirent, & fideliter defenderent. Et paulo poſt: Et de voluntate fratrum in prędiis eorum ſtatueret extra Abbatiam annuam quod ſibi pro abbaria & defenſione ſolueretur. Vide infra, MAMBVRNVS.

Affidati non propria Vaſalli ſunt, ſed quaſi vaſalli: ſic enim dicuntur, qui in alicuius fidem & tutelam recepti ſunt. Neapol. conſt. li. 3. tit 7. Vt in terris, inquit, demanij noſtri nullo omnino liceat affidatos vel recommendatos habere. Item: Quod ſi affidatos ſuſceperit, vel etiam commendatos bona ſua omnia publicentur. Et conſtit. ſeq. Duo ſunt neceſſaria, vt homines affidatorum vel recommendatorum, jure teneantur, videlicet, quod prædeceſſorum noſtrorum temporibus, vel ab ipſis, vel à prædeceſſoribus ſuis de feudo vel hæreditario ſuo aliquid tenuerint, propter quam homine ipſorum merito cenſeantur.

Alode, vel Alodum, Alodium vt Allodium, dicitur proprium cujuſque liberi hominis patrimonium: quod Romano more dicebant, Prædium cenſui cenſendo: vel Prædium mancipi: vel quod jure, Quiritium, aut quod mancipio & nexu tenebatur. Cicero de aruſp. reſponſ. Multæ ſunt domus in hac vrbe, atque haud ſcio, an pene cuncta iure optimo, ſed tamen jure priuato, jure hæreditario, jure auctoritatis, iure mancipij, nexi iure. Feudiſta lib 2. tit 26. §. 2. Agnatis feudum, filia vero Allodium eſſe aſſerentibus, Idem lib. 2. tit. 27. §. 2. Per filiam debere recognoſcere, cum de paterno allodio eſſet feodum hoc. In leg. Baior. vbi titulus eſt: vt nullus & Baioarios Allodem aut vitam ſine capitali crimine perdat: mox hæc ſubſequuntur. In ducis poteſtate ſi vita ipſius, & omnes res & patrimonium. Sic legis Salicæ tit. 62. de allodis. Item Ripuariæ 68. & Baiour. c. 84. de his qui propriam allodem vendiderint. Et apud Radevicum lib. 2. cap. 30. vbi Imper. Fridericus loquens de Adriano Papæ Nuntios noſtros non eſſe recipiendos in Palatiis Epiſcoporum aſſerit. Concedo: ſi forte aliquis Epiſcoporum habet in ſuo proprio ſolo, & non in noſtro palatium. Si autem in noſtro ſolo & allodio ſunt palatia Epiſcoporum, cum profecto omne quod inædificatur ſolo cedat, noſtra ſunt & palatia. Item cap. Baioariæ legis 24. Venditam allodem evincenti dicitur. Cur invadere conatis territorium, quod ego iuſte iure hæreditatis donavi? Tum alter: Non ita, ſed mei antecesſores illud tenuerunt, & mihi allodem reliquerunt, & veſtita eſt illius manu, cui tradidi. Item legis Anglorum tit. 17. de alodibus. Hæreditatem defuncti filius non filia ſuſcipiat; poſt quintam tamen generationem filia in hæreditatem ſuccedat: & tunc demum hæreditas ad fuſum à lancea tranſeat. Item leg. Franc. lib. 4. cap. 51. Audivimus, quod aliqui reddant beneficium noſtrum ad alios homines in proprietatem: & in ipſo placito dato precio comparant ipſas res iterum ſibi in allodem. Sic apud Adonem in Chron ætat. ſexta Baptiſatis Saxonibus, & ingenuitate & alodo firmitas fidei roborata, ſi amplius amiſſa Chriſtianitate in perfidiam relaberemur, id eſt, ſub pœna libertatis & patrimonij amittendi. Rerum igitur duo genera Barbarici ſcriptores conſtituerunt: Allodia, quæ pleno patrimonij iure ſic tenebantur, vt eo nomine nulla neque gratia, neque merces, neque opera deberetur: & Feuda, quæ beneficio alterius ſic tenebantur, vt eorum nomine gratia & opera quædam deberetur. Helmodus in hiſtor. Slau. lib. 2. c 6. Nobile illud caſtrum cum omni attinencia ſua obtinuit. Allodij inſigne exemplum extat apud Hectorem Boëticum hiſtor. Scot. lib. 16. Inter reliquam prædam, inquit, diploma donati à Rege agri inventum eſt, his verbis exaratum: Ergo Rex Adelſtanus dono tibi Pauline Odan, & Roddan prædia tam bona, tamque immunia, atque ipſe ea poſſedi. Verbi autem illius notionem demonſtrare, in tanta caligine perdifficile eſſe arbitror. Veriſimile tamen videtur, primam verbi originem ex eo manaſſe, quod nationis bello ſubactæ prædia bipartito dividerentur: & melior pars militibus fruenda in beneficij loco attribueretur: altera pars plebeis, ac reliquæ multitudini: quod etiam Germani dicunt, ALS LAVD, quaſi quis dicat, vniverſæ plebi. Nam Leudes & Leudi paſſim apud Germanos & Francogallicos hiſtoricos dicuntur, qui vulgo ſubjecti appellantur, vt apud Georg. Turon. lib. 9. in pactione Childeberti & Gruntchrauni. Convenit: vt Laudes illi, qui domino Gruntchranno ſacramenta præbuerunt, ſi poſtea convincuntur ſe in parte alia tradidiſſe, vt debeant removeri. Et paulo poſt. Similiter convenit, vt nullus alterius Leudes nec ſollicitet, nec venientes excipiat. Item alio loco: Convenit vt Leudes, qui domino Gruntchranno ſacramenta primitus præbuerunt. Atque in hanc ſententiam primum me Gallorum noſtrorum ſermo & conſuetudo induxit, qui prædia hujuſmodi nominant Alleud: eaque longiſſimo intervallo ab iis, quæ in his libris Allodia vel Allodes appellantur, ſeparant. Nam illo nomine eos demum fundos appellant, pro quibus cenſus, ſiue penſiuncula ſoluitur, vnde Fundi liberi allodij *fiefs de Franc alleud*: quorum nemo donator agnoſcitur: pro quibus nemine gratia debetur, & qui eo nomine immunes ſunt: quos more Rom. dicebant, Optimo jure poſſideri. Verum hæc quidem hactenus. Nam omnis hæc poſita in divinatione diſputatio eſt aliquanto concinnior fortaſſe, quam quod Guill. Bud. in Annot. in Pand. ſcribit, Alaudia à laudandi, hoc eſt, nominandi auctoris verbo profecta: quod qui prædia eo jure habeant, laudare auctorem ſuum neminem teneantur: vt qui nullum ſoli dominum agnoſcant, nec patronum, i. qui in nullius fide ſit, quaſi Budæus Alaudia conjunctum verbum putaret ex a, particula priuatiua, & laudare: quippe, quorum nomine laudatio non debeatur. Neque fortaſſe probabilius videatur, ſi Alodem ex A eadem particula privativa, & Lodes fictum vocabulum dicamus, quaſi ſine lode, id eſt, vaſſallo, vt cum Amans dicitur, quaſi ſine mente: nam neque particula illam apud Germanos privandi vim habet, & Lod● præciſe vaſſallum non ſignificat: ſed quemvis (vt notandi) principis ditioni ſubjectum, ſiue is miles ſit ſiue non ſit: & ſiue feodum alterius beneficio teneat, ſiue non teneat. Doctores autem vulgo Alaudium definiunt proprietatem, quæ à nullo recognoſcitur: quod non abſurde dicitur, ſed quod feuda quædam allodij liberi finxerunt, quæ Galli, FRANC ALLAVD appellarunt, totum eſt (vt jam ante diximus ab inſtitutis, Germanicis alieniſſimum. Sed ecce rurſus alteram hujus vocabuli notionem. Beatus Rhenan. Rerum Germanicarum lib. 2. Allodis, (inquit,) proprij juris erant fortaſſe Germanico vocabulo ſic dicta, quod familiæ velut coagmentata ſint, & coniuncta, hoc eſt, inſeparabilia à familia: E INANTOD, vnde plerumque negligebantur beneficia regia: Allodia curabantur: vt autem hoc ſit, feudum Allodio opponi conſtat ex cap. 1. §. ſi de feudo defuncti contentio ſit. Et c. 1. in fine: de eo qui ſibi & hæredibus ſuis, & pluribus exemplis & hiſtoriis confirmant. Cujac. Hot. & Volt. vbi de hoc vocabulo agunt.

ANGARIÆ & PARANGARIÆ: Hiſce verbis Hoto. ſcribit ſignificari

ficari operas extraordinarias, quæ propter repentinum aliquod negotium ad ſolius Imperatoris edictum præſtantur, & paucorum quorundam, quibus lege hoc ita tributum eſt, L. Iudicib. C. de curſ. public. Vulgo hæc ita diſtinguuntur. quod angariæ ſint munera perſonalia, quæ præſtantur Imperatori ſumptibus & expenſis Imperatoris Parangariæ ſint munere mixta, quando quis Imperatori ſeruitia expedit ſumptibus propriis. Vulte.de feudis lib 1.cap. 5.no.6. Vtriuſque, tam Angariarum quam parangariarum præſtatio inter vectigalia, quæ Regalia dicuntur, recenſentur lib. Feud. 2. tit.56. Vult. di.loc.quod ea Regia aut Imperatoria jura propria ſint: cum olim eo nomine ſignificarentur munera onerum vehendorum prouincialibus impoſita. Vnde Angariari naues dici ſolebant, quibus onerum tranſmittendorum neceſſitas iniungebatur. l pen.ff de acter.nonnulli interpretantur poſtas: qua de re vide Cuiacio leg ſin Codic de febt.lib.11.& in tit.de curſ. publ. lib.12.

Aperiri feudum alicui dicitur, cum ei lege defertur: veluti Domino, cum ei ob Vaſſalli mortem aut culpam committitur, id eſt, ad eum reuertitur, li.1.tit.18.§.2.li.2.tit.25.& tit.26 §.4. Committi.n. & in commiſſum cadere veteres dixerunt, quæ propter delictum aliquod amittuntur. Aperiri etiam agnato feudum dicitur, cum ob vaſſalli crimen in non dominum commiſſum agnato lege defertur, lib.2.tit.31.

Armandiæ, vel at alij volunt, Armanniæ, ſunt, vt quidam exponunt, littora publica: quæ ita dicta eſſe putant ab ariditate: alij interpretantur vectigal, quod ex armentis animalium ſoluatur, Iſern. Alucrat. Bald. & alij in cap.1. quæ ſint Regal. Quidam dicunt eſſe vectigal, non tamen ex armentis animalium, ſed quod pendatur ex licentia arma faciendi: prout auctiorem ſcribere dicit Roſen.c.5.n.19. Alij denique interpretantur fabricas & publica armamentaria, quæ principem Romanorum ſemper ſibi ſoli vindicaſſe apparet ex Nou. 85.& l.1.C. vt armorum vſus. Hanc poſtremam Cuia. amplectitur lib. 5. feud. pa. 292. eamque interpretationem eſſe omnium verißimam teſtetur Borch.dict.c.1.n.41.vt refert. Vulte.li.1.feud.ca. 5.n.6.

Aſtalium ab aſtu dictum, idem eſt quod Felonia. Aſtalium facere, eſt fruſtrari & decipere. Vnde ſæpius in legibus, aſto animo eſt doloſo & callido, l.4.de furtis, l.15.qual quis defen. ſe deb. leg.3.de hom.lib ho.l.2.de dem iniur. Ad hunc modum Plaut. loquitur in Pænul. Mea ſoror tace ſtupida eſt ſine animo aſto. Et Accius apud Nonium: Niſi ut aſte ingenium lingua laudem. Cuiac.lib 1 feud.tit.2.

Aſſilire, pro uim afferre, adoriri, oppugnare, li.feud. 1.tit.5.§ 1. Similiter ſi dominum aſſilierit, vel caſtrum domini ſciens dominum vel dominam intus eſſe. Et eod. lib. 27. Si ſcienter ſeniores aſſilierint.

Auiaticus, nepos, lib.feud.1.tit.1. §.3. Si vero filium non habuerit, & Auiaticum ex filio maſculo reliquerit. Fictum nomen ab Auus vel Auius, quo nomine in legibus barbaricis pro auus ſæpe vtuntur. Nepotem vero feudiſtæ interdum fratris filium appellant, vt lib.2.tit.5.§.1.

.B

Bannus ſiue bannum, duo ſignificat: Edictum, quo die vaſſalli equis armiſq; inſtructi ad comitatum adeſſe debeant: & ſanctionem.h.e.multam edicto non parentis, Capitul. Carol. Si hoc non impleuerit, beneficium perdat: & qui beneficium non habuerit: bannum ſoluat. Et alibi: Qui hoc fecerit, tantas vices bannum ſoluat, quanta mancipia vendit, & ſi non habet pretium ſemet ipſum donet, vſque dum ipſos banno ſoluat. Gregorius Turon.lib.5. c.26. Bannos juſſit exigi pro eo, quod in exercitum non ambulaſſent. Vnde Heribannum duo quoque ſignificat, de quo infra ſuo loco: generaliter mulctam omnem quæ domino debetur, quaſi ab Her & Bannus: ſpecialiter eam quæ pro militiæ deſertione penditur, quaſi ad Hoara, quod exercitum ſignificat. Et bannus mulcta, Legis Franc.l.4. c.71. Quicunque liber homo in hoſtem bannitus fuerit, & venire contempſerit, plenum heribannum, id eſt, ſolid. 2 x, perſoluat: aut ſi non habuerit, vnde illam ſummam perſoluat, ſemet ipſum pro vuadio in ſeruitium principis tradat, donec per tempora bannus ſit perſolutus. Et qui propter heribannum ſe in ſeruitium tradunt, ſi moriatur, hæredes eius de ipſo banno obnoxij non fiant. Hotom. Lex feud. in voce Bannus, & in verbo Heribannum, eſt edictum, ait, quo feudatarij ad militiam in diem certum euocantur. Hinc.

Bannitus, interdum euocatus. leg. Franc. 3.c.64. Quicunque noſter homo babens honorem, in hoſtem bannitus fuerit, & ad condictum placitum non venerit, &c. Leg. Franc.li. 4 c 72. Vt non per aliquam occaſionem, neq; pro auadia, nec de ſcara, nec de vuarda, nec pro Heriberigare, nec pro alio banno heribannum apponet ei ſuam tertiam partem. Item, ipſe heribannus non exactetur neque in terris, neque in mancipiis, ſed in auro atque argento, &c. Vnde nonnulli Francogallicum verbum corruptum putant ARRIARABAN: Vſurpatur enim pro pœna non reſpondentis ad exercitum ab, HOARS, vel HARAS, quod exercitum ſignificat, & BANNVS, indicta, vnde HARISLIZIVM, pœne deſertæ ſiue detrectatæ militiæ. Leg. Franc.li.4.c.72. Quicunque abſq; licentia vel permiſſione principis de hoſte reuerſus fuerit: quod factum Franci & Alemanni HARISLITZ dicunt, volumus, vt antiqua conſtitutio, id eſt, capitalis ſententia erga illum cuſtodiatur. Item in Capitulari Caroli, & in Lombarda li.1.tit.15. Si quis dimiſſo exercitu abſque licentia Regis domum reuertatur, & quod nos Theudiſca lingua dicimus ERSCLITZ fecerit: Item, Ex ea die ſit bannum reſciſſum, quod Theudiſca lingua HARSLITZ, i. armorum depoſitio vocatur, vbi depoſitio pro deſertio poſitum videtur. Beatus tamen Rhen lib. Germa. 2. Deſeruiſſe, inquit, exercitum, inter capitalia numerabatur. Idem Flagitium Franci vocabant Heriſeblitz: quaſi dicas, exercitus ſciſſionem.

Bannitus interdum exilio damnatus, lib.feud.4.tit.27. dominum excommunicatum, vel ab Rege bannitum, non eſt obligatus vaſallus ad adiouandum.

Baro in libris quidem feudiſticis non nominatur: ſed apud alios ſcriptores barbaricos eo nomine appellatur: qui inter nobiles opibus & potentia antecellit: quem Satrapen Perſæ appellabant, Denique Barones & optimates pro iiſdem vſurpantur. In Append. Aimonij lib.5.cap.52. Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates quoque, plures etiam optimates & Barones ſui regni congregari fecit Et cap.ſequ. Quidem quoque ſuffraganei ipſorum, nec non optimatum & Baronum regni Franciæ non minima pars. Et cap. 51. Quæ pernicioſa factio zelo diuerſitate Baronum, Comitum, atque Optimatum regni tanta terram calamitate extinxit, &c. Otto Friſing. lib.7. capit.25. Leopaldus Marchia ſuſcepto à Rege ducatu Norico, omnibus pene Baronibus ad eum pertinentibus, amoreque ſeu terrore ad eum confluentibus, ſedem ducatus Ratiſbonam ſuæ ditioni ſubiecit. Vnde autem nominis huius origo fluxerit, non ſatis conſtat. Plerique eem deducunt à Græco βαρὺς quod eſt grauis, Eguin Bar. 1.feud.1 nimirum moribus: Alij à Græco βάρος, quod Latinè ſignificat pondus, quod oi mirum aliis corpora pondere & natura anteire debeant. Boeh. tract. feud. cap. 5. voluit dictus eſſe à Germanico *Banner* Nonnulli appellationem illam ab Hebræorum. Bar, quod eſt filius, repetunt, de quo videatur Moral: de his qui feud. dare poſſ. numer.17. Plures orationes videre licet apud Vulte.de feud. lib. 1 cap. 4.numer.14. Apud veteres quidem Latinos auctores notum eſt, pro bardo & ſtupido vſurpari, ſed in legibus Barbaricis. Hot.

Baro paſſim pro mare ſeu viro vſurpatur: vt legis Salicæ, titul.34: Si quis Baronem de via hortauerit, aut impinxerit, &c. Si acromolierem hortauerit, &c. Item in Lombarda lib.1.tit.9. Si quis homicidium perpetrauerit in Barone libero, vel ſeruo, vel ancilla, &c. Quare non abſurda fortaſſe diſputari poſſet, cum barbari ſcriptores vulgo pro vaſſallis Homines nominent: quemadmodum poſterius in voce Homo, exponetur: factum, ut Barones dicerentur iidem qui alibi vaſſi dominici & Homines ſiue vaſſalli Regij: quo nomine Regij Capitanei, ſiue Proceres omnes, hoc eſt, Duces, Comites, Marchiones continentur. Sigebertus in Chronicis anni 1560. Capitales Barones ſuos cum paucis ſecum duxit: ſolidarios vero milites innumeros. Flauius Blondus lib.quinto decad. Nam primam vrbis, quos nunc Barones, nunc Capitaneos appellabant, Imperatori obſequentes, &c. de Friderico Barbaroſſa loquitur.

Sic in Lombard. lib.1.tit.14. Si quis ex Baronibus noſtris ad nos venire voluit, ſecurus veniat, & illæſus ad ſuos reuertatur. Sic apud Ottonem Friſing. Marchio in Baronum numerum refertur, lib. Frid. 2. cap.12. Inter quos Wilhelmus Marchio de Monteferrato, vir nobilis & magnus, & qui pene ſolus ex Italiæ Baronibus ciuitatum effugere potuit imperium, grauem conqueſtionem fecit. Item cap. 16. Vicinorum Baronum, quorum vnus Marchio Opitius, præſidiis munita. Iure autem Gallico Baro dicitur, qui ſuo territorio ſummæ, mediæ, & infimæ coercitionis, atque etiam nundinarum jus habet. Veluti virgis cædendi, ſuſpendendi, exilio mulctandi, ceruicis amputandæ, cremandi, notę inurendæ. Itaque patibuli quatuor tignis erigendi poteſtatem habet: ut eſt apud Ioh. Butler. in ſumma Rural. Apud Scotos autem Barones vetuſtis temporibus iidem, qui apud Germanos dicebantur: nimirum vaſſi Regij, equites Regij. Hector. Boët. hiſtor. Scot. lib.11.§. ſeq. Conuenienti eo nobilitati condicto die, regno in partes, quas vocant Baroniae, diuiſo, cunctas opes agroſque regios meritorum habita ratione diuiſit. Barones vero (ita illius temporis equites noſtrorum annalium monumenta appellant) ne non ſupperterent ad Regiam maieſtatem facultates, vt cuiuſcunque agri domino excedente ex humanis hæres ſiue mas, ſiue fœmina, vſque ad alterum ſupra viceſimum ætatis annum Regis eſſet ſub tutela.

Baronia, pars Regni jure feudi conceſſa. Hector jam d. loco.

Beneficium generali ſignificatione, prout definitur ad Oberto cap.1.de beneficio quid ſit, &c. ex Seneca nihil aliud eſt quam beneuola actio, tribuens gaudium capientibus, capienſque tribuendo in id, quod fecit prona & ſponte ſua parata. Speciali

ſignificatione Latine noſtri appellant crebo, quod ſua lingua Feudum: vt in Diſpu. feudor. c. 5 expoſuimus. Sic libro Feudorum 2. tit. 1. § 5. Sciendum eſt: feudum, ſiue beneficium non in rebus ſolis, &c. [illegible] ſiſtere. Item lib. feud. 2. tit. 52. § 3 Comperimus milites ſua [illegible] paſſim diſtrahere. Item, Milites ſuos omnibus benefic[illegible] ...utos. Item: Nemini licere beneficia, quæ à ſuis ſenioribus habent, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere. Et ab hac conſuetudine non abhorret, quod Cæſar lib. de bello ciuil. 2, ſic ſcribit: Cæſar, etſi multis neceſſariiſque rebus in Italiam reuocabatur, tamen conſtituerat nullam partem belli in Hiſpaniis relinquere, quod magna eſſe Pompeij beneficia, & magnas clientelas in citeriore prouincia ſciebat. Sic enim populus Romanus ſtante Republica honores & magiſtratus mandabat, eique ſoli accepti ferebantur, Beneficia dicebantur. Cicero. Philip. 14. Eſt ille quidem Conſul: ſed alterum nomen beneficij eſt populi Romani, alterum, &c. Et Agraria 2. Et vnuſquiſque ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. Et pro Muræna: Vt eiuſdem hominis voce & declaratus Conſul, & defenſor, beneficium populi Romani cum veſtra atque omnium ciuium ſalute tueatur.

Beneficium igitur, propriè ſic dictum, idem quod Feudum: vnde Beneficiare pro Infeudare, vel feudum alicui tribuere. Sigebert. in Chron. anni 1007. Poſtea Imperator ſeditione ſuorum coactus, Valentianas Balduino Comiti beneficiauit: vt ſibi contra motus ſuorum auxilio eſſet, Hinc.

Beneficiatus, pro beneficiarius, qui feudi beneficio affectus eſt, li. feud 2. tit. 55. § 1. Beneficiari eorum feuda, quæ ab iis tenebant, obligauerant, vendiderant. Otto Friſing. li. Frid. 2. cap. 18. Singuli ſingulos beneficiatos ſuos per præcones expoſcunt. Item, ſicque omnes, omnium beneficia, qui ſine bona voluntate dominorum ſuorum domi remanſerunt, in feudis condemnentur. Cæſ. de bell ciuil. 1. Petreius vero non deſerit ſeſe, armat familiam, cum hac & pretoria cohorte cetratorum, barbariſque equitibus paucis beneficiariis ſuis, quos ſub cuſtodiæ cauſa habere conſueuerat, ad vallum aduolat. Item lib. 3. Euocatorum circiter duo millia, quæ ex beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum conuenerant, quæ tota acie diſperſerat.

Beneficiarios apud I. Cæſarem, 1. ac 3. de bello ciuil. vt & apud alios paſſim reperies. Huto.

Beneficium & hæreditas ſic opponuntur, vt Feudum & Allodium: nam illo nomine appellantur, quæ beneficio alicuius adepta ſunt: hoc vero, quæ legitimis hæreditatibus: vt in teſtamento Caroli Magni apud Naucleum & Mutium: Præcipimus, vt poſt noſtrum diſceſſum vnuſquiſque accipiat beneficium in regno domini ſui, & non alterius, &c. Hæreditatem autem ſuam habeat vnuſque illorum hominum, abſque contradictione, in quocunque regno hoc eum habere contigerit.

Breue teſtatum deſcriptores feudorum interpretantur Inſtrumentum publicum, vt in cap. 1. §. ſi com, & 6 ſi autem inueſtitura. Quid ſit inueſtitura & inſtrumentum publice confectum, vt in c. 1. in fi. ſi de feud. vaſ. ab aliquo inter pell fuer. Vult. lib. 1. feu. c. 7. num. 42. Latinis modo reſtationem, modo teſtificationem appellari ſcribit Hotom. in Lex. ſuo feu. in ver. Breue teſtatum, ad hoc allegans Ciceronem in Verrin. 7.

Breuis autem, breuer, breue, breuis, & breuiculum, ſunt chartulæ ſiue libelli breues, quæ cum per ſe ſolæ fidem non faciunt, vt probat Cuia. in l. inter chartulas. C. de conuen. fiſci debit. lib. 19. per l. inſtrumentum, & l. exemplo. C. de probat. merito adiectum eſt in doctrina feudali huic breui epitheton illud teſtatum, nimirum vt iſto actu innotent, debere hoc breue eſſe eiuſmodi, quod ad probandum ſiue teſtificandum ſit idoneum & ſufficiens. Vult. ſupra d. loc.

Bucellarij, atteſtante Cuiac. lib. 2. feud. tit. 7. dicuntur milites corporum cuſtodes ſiue protectores, qui patronis ſuis aſſiſtunt ſemper. l. vlt. Cod. ad leg. Iul. de vi publ. vide plura apud Cuiac. dict loco.

C.

Cambium, quod ab antiquo verbo Cambire originem trahit, permutatio, ſiue rei alterius pro altera ſubſtitutio. li. feud. 2. tit. 55 Vaſſallus cambium feudi à domino petit. Et li. 1. tit. 4. § 2. Vel cambium proprietatis nomine illius feudi habuerit, & li. 5. tit. 1 § 4.

Camera pro conclaui, in quo pecunia ſeruatur: vnde feudum de Camera, li. 2. tit. 1 §. 2 tit. 2. §. 2. pro ſtipendio, quod vaſſallo datur à domino. Sic in teſtamento Caroli M. apud Eguinar. Incipit deſcriptio atque diuiſio, quam perfecit de theſauris ſuis, atq; pecunia, quæ illa die in Camera eius inuenta eſt. Anton. Florentin. part. hiſt. 3. in extremo: Anno 1204. Petrus Arragonenſ. Rex obtulit regnum ſuum Innocentio Papæ, illudque ſibi ac ſucceſſoribus ſuis conſtituit cenſuale, vt annuatim de Camera ipſius Regis 250. maſſemutinæ Apoſtolicæ ſedi redderentur. Feudum de Camera, & Soldatam idem eſſe arbitror ex lib. feu. tit. 10. in fin. Pet. de Vineis Epiſt. 2. cap. 38. Nec non noſtrorum, & Cameris feudatariorum in ipſa collectæ ſubſidiis computatis.

Campio, certator pro alio datus in duello: à campo dictus, qui circus erat decertantibus definitus. Sic lege Langob. tit. 112. Nullus campio præſumat, quando ad pugnandum contra alium vadit, herbas, quæ ad maleficium pertinent, ſuper ſe habere. Item inc. Othonis. leg. Franc li. 5. tit. 6 Si ſeruus liberum ſe vocauerit, liceat domino campionem dare, ſi morbus aut ætas eum pugnare prohibuerit. Et Friſionum tit. 14. In hac tamen coniectione licet vnicuique pro ſe campionem mercede conducere.

Capitanei dicuntur, qui Latinis ſunt principes, aut proceres: quod tanquam caput reliquo corpori, ſic illi reliquis ciuibus præſunt. Horum duæ ſpecies numerantur: nam alij ſunt Capitanei regni, quo verbo Duces, Comites, Marchiones intelliguntur: ac propriè Capitanei numerantur, lib. feud. 1. tit 1 §. 1. & tit. 7. Alij vero impropriè, qui vrbium præfecti ſunt, quibus plebs ab aliquo ſuperiorum gubernanda commiſſa eſt: qui & valuaſores regij, aut maiores appellantur, li. feud. 1. tit. 5. §. 1. & tit 7. & tit 17.

Cauenæ, vox barbara eſt, & placet nonnullis magis vt ſcribatur non cauena, ſed canena. Nonnullis etiam canus, vel, vt eſt apud Azonem, canena: quas voces ſcribunt Longobardis ſignificare cellam: vnde feudum de cauena in lib. 2. tit. 1. § 2. & tit. 2. §. 2 erogatur annua vini, frumenti, alteriuſve annonæ, quæ militi tribuitur. Itaque veriſimilius eſt pro cella ſiue cellario dictam. lib. feud. 2. tit. 2. in fin. feudum ſoldatæ ſignificatur eſſe feudum de camera vel cauena: quia plerumque (inquit) in ſolidorum donatione conſiſtit: quandoque autem in vino & annona. Doctores, inter quos Vultei., malunt cauenam dictam quaſi cameram auenæ: auena ſynecdochice accepta, pro omnis generis frumento, Atque iterum pro omni eo, quo corpus hominis ſuſtentatur, vt ita dicere poſſimus, cameram eſſe cauenam pecuniæ principis, cauenam eſſe cameram frumenti principis.

Clerus, κλῆρος, Latinis ſors generale nomen eſt pro vniuerſa Eccleſia, Hebræorum more, apud quos natio Iudæorum eo nomine appellatur, 1. Pet. 5. vbi Presbyteros admonet, μηδ᾽ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων non vt dominantes cleris Hinc.

Clericus, de quo ſæpe in libris feudiſticis mentio fit, ita definitur ab Hieronymo in epiſt. ad Nepotian. Igitur clericus, qui Chriſti ſeruit Eccleſiæ, interpretetur primum vocabulum ſuum, & nominis definitione prolata, nitatur eſſe quod dicitur. Si enim Cleros Græce, ſors Latine appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt, pars clericorum eſt. Conſtantinus autem clericos ita definit, qui diuino cultui miniſteria religionis impendunt. L. 2. C. Th. de Epiſc. & cler. nimirum presbyteri, diaconi, lectores, exorciſtæ Separantur autem ab Epiſcopis, lib. feud. 2 tit. 35. & in l. 1 C de Epiſc & cler.

Clientes & clientuli, in his libris interdum dicuntur, qui paſſim vaſſalli aut milites, aut feudatarij appellantur, vt lib 1. tit. 13. Impropriè autem iis hæc appellatio tribuitur. Nam clientes olim duorum erant generum: alij namque ciues Romani erant homines tenues, qui ſe in potentioris alicuius fidem dicabant, quem Patronum nominabant, qui eos ab iniuriis defenderet. Eius neceſſitudinis certa erant iura, quæ in Comment. verb. Iur. ex Dionyſ. Halicarn. lib. 2. expoſuimus, & ſurſus in fragment. XII. tabul. ad illam legem, Patronus ſi clienti fraudem faxit, ſacer eſto. Eorum mentio fit in leg. 3 ff. de vſu & habit leg 5 §. 1 ff. de iis qui effud. leg. ſi libertus 89. ff. de furt. leg 3. §. ſed quod, ff de pen. leg. Alij præterea clientes erant homines prouinciales, qui ſe imperat. popul. Roman. declarant, ac propterea parte aliqua ſuorum agrorum donati fuerant: quorum conditio propius ad vaſſallorum ſimilitudinem accedit. Qua de re copioſe cap. Diſput 2. expoſuimus, de quibus intelligi poteſt. Lnon dubito. 7. ff. de capt. & poſt.

Comites in libris feudiſticis dicuntur Iudices ordinarij, qui in pace & otio jus reddunt, itemque præfecti vrbium. Itaque lib. feudor. 2. titul. 27. §. qui judex dictus eſt, item continuo poſt Comes appellatur. Comes eandem hæreditatem Regiæ ditioni aſſignet, & §. 4. Si Comes hæreditatem Regiæ poteſtati conſignet. Et §. 12. Comes quanto pretio ſecundum qualitatem temporis ſit annona vendenda, vtiliter prouideat. Et §. 16. Comes ſiue Iudex in cuius regimine Guerram fecerint. Sic legis Franc. lib. 11. de Aduocatione ad comites, cap 6 Monemus veſtram fidelitatem, vt memores ſitis fidei nobis promiſſæ in pace & juſtitia facienda, &c. Et in edicto religioſo Carolomanni apud Auentinum lib. 3. Præfectus, quem Franci Graphionem vocant, ſummo ſtudio admittatur, vt incantationes impune non abeant. Graff. igitur, modo Præfectus, modo Comes Latine dicitur. Helmod. in hiſt. Slaa. cap. 68. Super hos omnes functus eſt Comes honore Cometiæ: feciique juſtitiam populo. Otto Friſing. lib. Frid. 2. cap. 13. oſtendit, ſingulas Longobardorum ciuitates ſuos habuiſſe Comites, Id eſt. Iudices ac præfectus juri dicundo præpoſitos, vbi Langobar

in Gallia.

in Gallia Ciſalpina ſedibus, moribus & inſtitutis loquitur: Ex quo fit (inquit) vt tota illa terra intra ciuitates ferme diuiſa, ſingulæ ad comminandum (id eſt, in jus vocandum) ſecum diœceſanos compulerint, vixque aliquis nobilis, vel vir tam magnis, tam magno ambitu inueniri queat, qui ciuitatis ſuæ non ſequatur imperium. Conſueuerunt autem ſinguli ſingula territoria ex hac communicandi poteſtate, Comitatus ſuos appellare.

Comites etiam dicuntur alicujus regionis præfecti. Greg. Turo. lib. 4. Nam ſemper Britanni ſub Francorum poteſtate poſt obitum Regis Chlodouei fuerunt: & Comites non Reges appellati ſunt. Alb. Krantz. in Vandal. lib. 1. c. 28. Equidem arbitror, qui, cum Senatus Rempub. adminiſtraret, rexêre prouincias Proconſules: & ſub Auguſtis inde Imperatoribus prouinciarum præſides inde dicerentur: aut præfecti prætoris: hi poſtea ſub Imperatoribus jam Imperio declinante Comites dicerentur: Erat (inquit) Comitatus Imp. Mediol. Quid vult inſinuare aliud, niſi quod publicum Imperatoris concilium ibi quieuerat? Comites ergo in prouincijs habebantur, qui in quaque prouincia publicum fouebant conſilium. Hoc ipſum & Epiſtolæ Auguſtini ſonare videntur. Ætate autem noſtra longe aliud præfert Comitis nomen? inferiorem ſcilicet nobilitatis gradum, ſub Duce, ſupra Barones. Hæc ille.

Comites ſtabuli fuerunt præfecti equorum regiorum, qui deinde corrupte Coneſtabili tam in Orientis, quam in Occidentis Imperio appellati ſunt.

Comites præterea duodecim circiter Caroli Magni tempora, ſub vno Duce fuiſſe ſolitos, docuimus ſub vocabulo, Duces. Quod tamen neque vbique, neque perpetuo obſeruatum eſt. Albertus Krantz lib. Da. 8. c. 17. Comitatum quoque Holſatiæ atque Stormariæ, juncta ditione Thietmarſiæ in Ducatum verti depoſcit. Non grauatus Imperator, mox annuit poſtulatis. Comitatus titulum extinguit, & ex tribus memoratis ditionibus vnum erexit Ducatum, Regemque præſentem illo ſolemniter inueſtiuit.

Comitatus, pro Iuriſdictio, territorium, qui alibi diſtrictus dicitur. Otto Friſing lib. Frid. 2. cap. 13. De Longobard. Conſueuerunt autem ſinguli ſingula territoria ex hac comminandi id eſt, in jus vocandi, poteſtate comitatus ſuos appellare.

Commendare ſe, dicebantur Vaſſalli, cum ſe in fidem & clientelam Patroni dicabant, more (vt diderut) ab antiquis Romanorum & Athenienſium inſtitutis tracto. Terent. in Eunucho:

——Vna eſt domus
Thais patri ſe commendauit in clientelam & fidem

Aimoin. lib 4. cap. 64. Illuc & Taſſilo cum primoribus gentis ſuæ venit: & more Francico in manus Regis in Vaſſaticum manibus ſuis ſemetipſum commendauit. Item lib. 5. cap. 35. Abbates etiam, & Regni primores, ac Vaſſi Regis ſe illi commendauerunt, & ſacramento ſecundum morem fidelitatem promiſerunt. Commendati tamen, & recommendati dicebantur, non iidem qui vaſſalli: ſed tantum qui ſe in alicuius potentioris fidem & tutelam receperant: vt diximus in voce, Affidati.

Conſortes dicuntur Dominus & Vaſſallus: quaſi ὁμόμοιροι eiuſdem militiæ ſocij, eiuſdem fortunæ participes, lib. feud. tit. 3. Si contigerit feudum neglectu fidelis conſortibus applicari: id eſt, dominis committi, & aperiri. Alibi conjuges appellentur, quaſi conjugales, eodem jugo alligati, lib. e. titul. 58 § 2. Nonnunquam etiam Pares appellantur: vt ſuo loco diximus ex l. Franc. 4. c. 65.

Conſultum dicitur idem quod pignus, vt lib. feudor. 2. tit. 8 §. 3. Nam ne pignus, quod conſultum, dicitur, fieri poteſt ex feudo.

Conuerſus dicitur: qui à communi hominum conſuetudine ad monachalem vitam abductus, depoſito virili habitu veſtitum cucullatum induit. libr. feudor. 2. titul. 30. Hic primus eſt ad monachiſmum gradus. Alter eſt eorum, qui poſt conuerſionem profitentur ſe ab hominum conſortio abſcedere, & Profeſſi appellantur. Poſtremus monachorum. Conuerſio non ſpoliat patrimonio: profeſſio ſpoliat, cum hæc formula pronunciata eſt: Do me & mea tui Eccleſiæ, gloſ. in cap. vt lex continentiæ cau. 27. qu. 1. quod totum ex antiqua gentium conſuetudine profectum eſt, vt ex illo Verrin. 1. intelligi poteſt: Dixit & ſe & omnia ſua Veneris eſſe: ſi pateret eam ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe, Iuſtinianus Nouell. tertia. Si quis (inquit) monachus fieri vult non ſtatim monachus fiat, ſed per triennium tonſura quidem & veſte laicorum vtatur: & narret cauſas, propter quas ad ſolitariam vitam migrare cupiat: vt ſi per triennium talis appareat, vt dignus videatur tonſura, & veſte religioſa, tunc tondeatur, & veſtem monachicam veſtiat.

Conuicani, quorum mentio fit in l. 2. Co. non lic. habit. metr. ſunt cognati conſorteſque noſtri.

Credentia, arcanum vaſalli fideicommiſſum, li. feudorum 1. tit. 17. Vel ſi credentiam ad eorum damnum ſcienter manifeſtauerint.

Cucurbitare dominum, pro vxori domini ſtuprum afferre, lib. feud. 1. tit. 5. §. 2. lib. 3. tit. e. §. 1. & li. 2. tit 57. & tit. 38. Barbarica videtur origo vocabuli, cum in legibus Longob. corbita pro ſtupro vel infamia vſurpetur. Vnde Cucurbitani dicebant vxoris adulterio infamem: quam Argam etiam appellabant, vt in Lombard. lib. tit. de conuit. quod tamen à Græco ἀργὸς deductum videtur: quaſi qui ejuſmodi contumeliam patitur, ſit iners, atque excors: nam apud Pau. Diaconum de geſt. Longob. lib. 6. c. 8. Quando in (inquit Dux quidam Ferdulphus) fortiter aliquid agere poterit, qui ab Arga nomen deductum habet? Corbitare autem video Plautum dixiſſe, pro ventrem implere in Caſſina: Noui ego ambas illas eſtrices. Corbitant; vbi commeſſe poſſunt. Fictum videtur à Corbita, quæ nauis oneraria eſt: vnde illud ejuſdem in Pœnulo: Tardiores quam corbitæ ſunt in tranquillo mari, vt corbitare facile dici poſſit non modo adultera, quæ ex alio prægnans ſit, ſed etiam adulter, qui alienæ vxoris ventrem implet, quem vulgò cuculum appellant.

Cucurbitare autem vxorem domini vaſallus dicitur, non tantum ſi cum ea adulterium perfecerit, ſed etiam ſi id duntaxat attentauerit, quod varijs modis fieri poteſt, vt ſcribitur in l. apud Labeonem, c. 5. § ſi quis virginis, ff. de injur. puta, conando, ad proximum actum perueniendo: Item inspitez cum ea ludendo, turpiter oſculando, &c.

Curia & curtis, idem. Itaque lib. feud. 2. tit. 58. §. 4. Quidam Capitaneus in quadam Curte ſua beneficium dedit militibus, & poſtea eandem curiam vendidit. Curia autem propriè ac ſtrictè eſt area muro circumdata, in qua ædificium inſulæ modo poſitum eſt. vt in diplomate Ludouici apud Ioannem Auentinum: Ludouicus diuina fauente gratia Rex Baioariorum, Gotabaldo perpetuo donu in villa Engolſtat duas Eccleſias curtim dominicatam, cum ædificijs deſuper poſitis. Abbas Vſperg. in Fride. I. de pactione inter ipſum & Placentinos: Præcepit muros & foſſata dejicere, & interiori ciuitatis curtem & quatenus in vna curte non conſiſtat plus ædificiorum, quam vna domus. Item in formula Pacis Alſaticæ apud B. Rhenanum. lib. German. rerum 1. Quicunque aliquem rapina, aut incendio, aut captiuitate, aut aliqua temeraria præſumptione infra curtis (mendoſe legitur CHARTA) aut domus ipſius conſeptum aut conclaue inuaſerit, aut aliquem ad ſanguinis effuſionẽ percuſſerit, liber capitali ſumma puniatur, vbi legendum eſt SENTENTIA, vt lib. feud. tit. 27. §. e. Hinc.

Curtis pro Prætorio, ſiue ampla & magnifica domo ſæpe etiam vſurpatur: quam Gallice dicimus LA MAISON SEIGNORIALE. Helmodus in hiſt. Slau. lib. 1. ca. 12. De vrbibus vero, aut prædijs, aut curtis numero, quæ ad poſſeſſionem Pontificis pertinebant, &c. c. 64. Ipſe quidem villas ampliſſimæ poſſeſſionis accepit: & prædia colonia exercenda diſtribuit: habuitque præter alias curtes duas nobiles, ad quas ſæpius diuerſatus eſt. Vnam in via publica, quæ dicitur Buzu. &c. Item c. 18. Præterea curtes illæ notiſſimæ Buzu & Nezenna, & cæteræ poſſeſſiones in terra Vagirorum Epiſcopo reſtitutæ ſunt rurſus incolendæ. Item c. 32. Miſſi ergo à Principib. venerunt ad Regem, qui tum forte conſiſtebat in corte Regia Hilgeſtein, &c. Latius tamen hoc nomen vſurpatur pro territorio & finib. ejus dominij, cui vaſalli ſubſunt. Vnde feuda in curte. vt lib. 2. tit. 51. Quidam Capitaneus in quadam curte ſua beneficium dedit militibus, & poſtea eandem curtam vendidit, non habita mentione beneficij. Hinc parte curtis, & pares curtis paſſim in libris noſtris promiſcue appellantur. Et cum in legibus Baioar. titulus ſit, De eo qui ſcandalum in curia Ducis commiſit, mox in textu ſic legitur: Si quis in curte Ducis ſcandalum commiſerit. Item: Nullus præſumat in curte ſcandalum committere, differunt autem Curia ſiue Curtis & Domus Albert. Argentinenſ. Itaque de Spira reuerſus, Argentinæ in curia dominorum de Ochſenſtein decumbens, diem clauſit extremum. Domus eſt ædificium, in quo dominus habitat, quod Iuriſconſultorum more Prætorium appellatur. Curtis vero, idem opinor, quod Romanis cohors. In villa (inquit Varro) cohors eſt, ex eo dicta, quod circa eum locum pecus cohercetur. Vnde cohortales aues, quæ in villatica cohorte aluntur: ejuſmodi ſunt gallinæ, vt de vulpe in Faſt. Ouid.

Abſtulerat multas illa cohortis aues.

Hinc in legibus Baioar. cap. 14. Si quis in curtem alicujus per vim contra legem intrauerit, cum tribus ſolidis componat. Et mox: Si autem in domum per violentiam intrauerit, cum ſex ſolidis componat. Item in legibus Aleman. tit. 10. Si quis intra curtem Epiſcopi contra legem intrauerit, 18. ſolid. componat. Lingua noſtra dicimus Baſſam cohortem: quæ non ita munita eſſe ſolet, vt domus ſiue caſtrum domini. Itaque paulo ſupra, quaſi cohors leui muro, vel maceria clauſa eſſet, ſcriptum in iiſdem legibus ita eſt: Si curtem diſſipauerit, aut irruperit liber liberi, cum tribus ſolidis cõponat, & reſtituat damnum. Veriſimile eſt autem, Patronos in cohorte locum habuiſſe, juridictioni & cauſis cognoſcendis deſignatum. Alia-

nare autem curtem dominus, ſimulque conſtituta feuda poterat. Tacite tamen generali curtis alienatione feuda non continentur lib. 2 feudorum, tit. 26. §. 20. tit. 51. §. 1. Etſi autem curtis & domus ita differunt, vt cohors & villa: tamen vt ſæpe ex potiore parte res appellantur, ſæpenumero curtis pro domus parte nominantur, vt in legibus Bajoar. titul. decimoquarto: Si quis intra curtem Ducis aliquid violauerit, quia domus Ducis publica eſt, trinigeldum componat. Hinc feudum in curte dicitur, & feudum extra curtem, lib. feudorum, c. tit. 5. §. 5. & lib. 2. tit. 51. §. 1. Et pares curtis, aut curiæ, aut domus pro jiſdem nominatur, lib. 1. tit. 10.

D.

Defenſio in libris duplex eſt: Iuratoria & armata: Defenſio juratoria eſt, cum deficiente vtrinque probatione juſiurādum cum XII. ſacramentalibus defertur, lib. feud. 2. titulo 58. §. 6. Fauorabilior autem is eſt, cui defertur, lib. feud. 2. titulo 58. §. 4. Ruſus hæc juratoria duplex eſt: vna, quæ reo principali conceditur, vt juret ſe feciſſe, vel non feciſſe: altera, quæ ſucceſſori permittitur, vt juret ſe neque ſcire, neque credere factum à deceſſore fuiſſe, dicto titulo 58. §. 6. Defenſio armata eſt, quæ per duellum & ſingulare certamen inſtituitur, vt lib. 5. titulo 2. §. 1. Si quis ſuorum parium per pugnam eum fatigare voluerit, vt per pugnam ſe defendat, edicimus, & lib. 2. tit. 36. §. 3. Sed de vtraque defenſione plenius in diſputatione feud. diſſeruimus.

Delinquere feudum, pro committere vel committere culpam quamobrem alteri debeatur, lib. feud 2. titulo 31. Vaſſalli feudum delinquentis licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aſpirabit.

Diſtrictio, vel Diſtrictus.

Deueſtire, & inueſtire, contraria ſunt. Nam vt inueſtire eſt poſſeſſionem tradere: ſic Deueſtire, poſſeſſionem auferre ſiue ea prius infeudationis nomine tradita ſit, ſiue quo alio ciuili jure adquiſita. Veſt. n. ſiue veſtitur, Barbaris ſuit poſſeſſio: vt in verbo Inueſtitura docuimus. Deueſtire, pro Inueſtituram feudalem adimere, vſurpatur in lib. feud. 1. titul. 7. Si Princeps inueſtierit Capitaneos ſuos de aliquo feudo, non poſſit eos deueſtire ſine culpa, pro quamvis poſſeſſionem adimere: in li. feu. 5. tit. 1. §. 4. Illis vero, qui tenent proprietario jure, aut per libellum, ſiue precariam, nemo eum deueſtire audeat injuſte. Helmodus in Slau. hiſtor. Quem meritum inueſtiuimus, immeritum quare non deueſtiamus, ſtatimque (loquitur de aliquot Epiſcopis & Imperatore Henrico IIII.) Regem aggreſſi ſunt, eique coronam de capite abruperunt: deinde ſublatum de ſede purpurea, cæteriſque, quæ ad ſacram inueſtituram pertinent, funditus exuerunt.

Diffidare, ſiue diffiduciare, eſt feidam, hoc eſt, bellum indicere, hoſtem declarare, vt in voce, Feida, exponimus, Frider. lib. feu. 2. titul 59. §. 4. Perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus. Sic apud Petrum de Vineis lib. Epiſt 3. cap. 85. Penitus deneges opportunitatem, quam tecum ſoliti ſunt habere, & diffides eos tanquam inimicos noſtros & Imperij. Ponitur etiam pro, priuatas inimicitias denunciare: quemadmodum in voce, Feida, docuimus, & exempla protulimus. Populi autem Romani inſtituto amicitia renunciabatur, & domo interdicebatur. Sueton. in Claudio: Ac ne tunc quidem vltra progreſſus, quam vt amicitiam ei renunciaret, mandaretque domeſticis vltionem, ſi quid ſibi accideret. Tacitus lib. quinto. Sed Cæſar miſſis ad Senatum literis diſſeruit, morem fuiſſe majoribus, quoties dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque finem gratiæ ponere. At Conradus IIII. Imperator in aurea bulla cap. 18. jubet diffidationes priuatas fieri per triduum, palam ac teſtato. Non licere (inquit) prætextu diffidationis quempiam inuadi per incendia, ſpolia, vel rapinas, niſi diffidatio per tres dies naturales ipſi diffidando perſonaliter, vel in loco, quo habitare conſueuit, publice fuerit intimata: poſſitque de intimatione ejuſmodi per teſtes idoneos fieri plena fides.

Dingrauij & Gograuij fuerunt Iudices pedanei. Cujac. l. 2. titul. 1. feud.

Diſtrictus, ſiue Diſtrictio, coercendi poteſtas, ſiue Iuriſdictio, quæ magiſtratui cum Imperio mixto intra certæ regionis ac territorij fines conceditur. Siculus Flaccus: Regiones, inquit dicimus, intra quarum fines magiſtratib. juredicendi coercendique eſt libera poteſtas, lib. feud. 1. titulo 5. §. 4. Si quis feudum extra curtem detinuerit & dominus diſtrictum habuerit, &c. Et libro 2. titulo 54. Qui allodium vendiderit, diſtrictum & Iuriſdictionem Imperatoris vendere non præſumat. Fictum nomen eſt à diſtringendo, quo noſtri Scriptores vſi ſunt, pro coercendo, vt in Capitul. Caroli Magni: A miniſtris Reipublicæ diſtricti, ſed ſolidis componant. Item lib. Franc. l. 3. cap. 4. Diſcutiatur, quis è duobus contra jus ſit, vt pacati fiant, & diſtringantur ad pacem. Et leg. Bajor. tit. 6. Si talis homo potens hoc fecerit, quem ille Comes diſtringere non poteſt, tum dicat Duci ſuo, & Dux illum diſtringat, ſecundum legem ſuam

interdum pro Territorio vſurpatur. Antoninus Florent. hiſtor. part. 3. titulo 20. cap. 8. 13. Ciuitas Florentia XXX. millia hominum in ſe continebat aptos ad arma, & diſtrictus ejus LXX. millia.

Domeſtica, de quibus tractatur in C. Iuſt. tit. 17. Dicuntur Imperatores protectores domeſtici, in l. 8. C. Theod. de domeſticis & protectoribus, &, vt loquitur Caſſiod. lib. 1. variar. In aula Imperatoris jugiter excubant pro defenſione & tuitione corporis & honoris Imperat. οἰκεῖοι στρατιῶται, id eſt, domeſtici milites appellati à Suida, & οἰκεῖοι δορυφόροι, id eſt, domeſtici haſtas geſtantes, à Socrat. lib. 1. ca. 13. Quorum alios pedites, alios equites fuiſſe, probat Cujacius in l. 1. C. de domeſticis & protectoribus, per l. fin. C. eod. & apertius per l. reſtituendæ, §. licentiam. C. de aduocat. diuerſ. Iud.

Dominus paſſim appellatur is qui feudum in re ſua alteri fruendum conſtituit, idcirco, vt vulgo creditur, qui rei in feudum datæ dominium & proprietatem retinuit, ſolum vſumfructum feudi nomine conceſſit, lib. feud. 2. titulo 8. §. tertio. Ego barbarico nomine Dominum eodem modo dici non dubito, quo & Signor, ſiue ſenior appellatur, quaſi vaſallus Patronum ſuum honoris cauſſa Dominum appellaret, vt in formula juriſiurandi, lib. feud. 2. titulo quinto. Ego vero, quod vero fideliter, vt vaſallus Domino. Sic domino patroni vxor appellatur. lib. 2. titul. 24. §. tertio. & l. Franc. lib. 4. titul. 46. Promitto me Domino meo Carolo, & filijs ejus fidelem futurum. Ex eodem genere illud eſt, quod vulgo in ſcholis dictitant, directum feudi dominium manere penes patronum, vtile vero in vaſallum tranſire.

Dominicum, patrimonium domini. Hinc dominicum Eccleſiæ, lib. feudor. 1. tit. 35. §. 1. Epiſcopi & clerici, ea quæ in dominico habent, olim dederunt, & hodie dant. Sic in Append. Aimoini lib. quinto, capit. 2 5. Cum omnibus villis in eo conſiſtentibus, tam dominicatis, quam etiam vaſſallorum. Item, Et Abbatias Pramiam & Stabolam cum omnibus villis dominicatis, & vaſſallorum. Item in inſtrumento priuilegij ſancti Germani Pariſienſis, Vineas quoque in præfata villa decreuimus ab eiſdem excoli, vindemiari, à quibus olim cultæ fuerunt, & vindemiaræ, ſiue ſint indominicatæ, ſiue in beneficium quibuſlibet datæ. Hinc,

Dominicalia, pro Regalibus feudis, vt apud Radeuic. li. 2. c. 30. In capitulis pacificationis oblatis ab Adriano Papa Imperatore Friderico I. de Dominicalibus Apoſtolici fodrum non eſſe colligendum, niſi tempore ſuſcipiendæ coronæ.

Dotalitium vſusfructus partis bonorum mariti, quem vxori propter nuptias dat, vt eo poſt ſuam mortem alatur: Vulgus doarium appellat: Harmenopolus Hypobolon. v. Morganatica ex Hotoman. Saxon. Specul. lib. 3. articul. 74. Diuortium ſi id jure fuerit celebratum inter virum & vxorem, mulier dotalitium, id eſt, vitæ prouiſionem, ſibi in proprietate viri donatum continebit. Sigeb. in chron. ſub anno 1178. Willelmus Rex Siciliæ fecit chartam fieri Iohannæ Reginæ ſuæ vxori de dotalio ſuo: cujus partem hic poſuimus: Willelmus Rex Siciliæ diuina fauente clementia per hoc præſens ſcriptum damus, & in dotalium concedimus Iohannæ Reginæ chariſſimæ vxori noſtræ ciuitatem montis S. Angeli, &c.

Dotarium (alij Doarium, v. Morganatica) Idem quod dotalitium. Neapol. conſt. lib. 3. tit. 13. & tit. 15. & tit. 16. vbi mulier cogitur jurare fidelitatem ei, qui feudi proprietarius permanſit. Contra autem quod ab vxore confertur. Maritagium appellabant: quam vocem in Francogallia retinuimus. Petrus de Vineis Epiſt. lib. 3. cap. 5. Aggreſſus eſt eos in lecto nudos: & ſurgere non permiſit, donec eos in manibus ejus omnem dotem & jus, de quibus tenebatur eis pro maritagio, reſpondere oportuit neceſſario remiſiſſe. Et lib. 5. c. 16. Et ideo eum par maritagio filiæ noſtræ chariſſimæ, quam filio N. Marchionis Miſnenſis decreuimus copulandam, &c.

Dos interdum etiam dicitur, quod maritus vxori dat. v. Morganatica ex Hotom.

Duces, ab antiquis ſemper quidam pro ductoribus exercituum dicebantur: ſed tamen tribus modis id nomen vſurpatur: nam interdum duces appellabantur, qui ſummum in militia Imperium obtinebant: qui, ſi commiſſo prælio victoriam obtinuiſſent, Imperatores conclamatione militum appellabantur. Liuius libro 9. Iam primum vt ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem abnuo, egregium Ducem fuiſſe Alexandrum. Interdum autem Dux appellatur, cui pars Imperij ab altero ſuperiore mandata eſt. Cicer. Offic. 3. M. Attilius Regulus, cum Conſul iterum in Africa ex inſidijs captus eſſet, Duce Xantippo Lacedæmonio, Imperatore autem patre Annibalis Amilcare, juratus miſſus eſt ad Senatum, &c. Sic in leg. conuentionum, 5 ff. de pact. Publica conuentio eſt. Sic quæ fit per pacem, quoties inter ſe Duces belli quædam paciſcuntur. Sic à Cæſare Duces perſæpe appellantur, qui legati ipſius erant, qui Imperatore abſente ſummam poteſtatem habebant: vt Labienus apud Cæſarem libro 6. Præſtate eandem nobis Ducibus virtutem, quam ſæpenumero Imperatore

præſti-

præſtitiſtis. Hirt. de bell. Afric. Quibus rebus cognitis, Iuba, cum non lege à Scipione atque ejus Ducibus abeſſet. Prius autem Imp. ex prælio quodam appellatus fuerat Iuſt. li. 24. Multis nobilibus regnum Macedoniæ affectantibus Soſthenes ignobilis præponitur eſſe: & cum Rex exercitu appellatus ipſe non in Regem, ſed Ducis nomen jurare milites coegit. Idem l. 9. Cum Honoratum inſuper ducatu aduerſarium videret. Et li. 19. Agathocles Regis lateri junctus ciuitatem regebat: tribunatus, præfecturas & ducatus mulieres ordinabant. Tacitus de mor. German. Reges ex nobilitate: Duces ex virtute ſumunt: nec Regibus infinita aut libera poteſtas: & Duces exemplo potius, quam imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt. Interdum tamen Duces dicuntur qui ſummum imperium obtinent: qui vero cum poteſtate ſunt, quibus imperij pars mandata eſt, Comites, Cicero pro Marcello: bellicas laudes ſolent extenuare verbis, eaſque detrahere Ducibus, communicare cum militibus, ne propriæ ſint Imperatorum. Et aliquando poſt. Hæc enim res vnius eſt propria Cæſaris: cæteræ duce te geſtæ magnæ illæ quidem, ſed tamen multo magnoque comitatu. Huius autem rei tu idem es & Dux & Comes. Eo loco Cæſar perſpicuus & Dux & Imperator appellatur. Idem in Lælio: de Scipione dicam liberius: quanta illi fuerit grauitas, quanta in Oratione maieſtas: vt facile, Ducem populi Romani non Comitem diceres. Liu. li. 4. Ea rite opima ſpolia habentur, quæ dux duci detraxerit: nec ducem nouimus, niſi cujus auſpicio bellum geritur. Cæſar comment. Gallic. vii. Comites familiareſque ejus anguſto in loco, equitum noſtrorum vim paulisper ſuſtinuerũt: de Rege Ambiorige loquitur. Cic. pro Rabir. Calliſthenem doctum hominem comitem magni Alexandri ab Alexandro necatum. Poſtea vero.

Duces dicti ſunt, quibus Rex aut populus regnum alicuius adminiſtrandę poteſtatem dederat: vt in l. Baioar. li. 13. c. 1. Si quis contra Ducẽ ſuum, quem Rex ordinauit in prouincia, illa, aut populus elegit Ducẽ, de morte ejus conſiliatus fuerit, &c. Specul. Saxon. lib. 3. art. 53. Quælibet prouincia Theutonicæ terræ ſuum habet Palatinũ. Saxonia, Bauaria, Frãconia & Sueuia: quæ, antequam à Rom. ſuperabantur, Regna fuerunt: à quibus ipſa in Ducatus nomina fuerunt permutata. Attamen illuſtres vaſſallos & vexillorum feuda receperunt. Animaduerſione autem dignum eſt, quod circiter ætatem Caroli Magni Duces dicebantur: cui duodecim Comites ſuberant: quod ex infra ſcriptis locis intelligetur. Theodulphus ſub anno 849. Taſſilonem Ducatu Baioariorum collocauit per ſuum beneficium, Griſonem vero partibus Neuſtriæ miſit. & dedit ei duodecim Comitatus. Nam hoc illius fragmentum cum aliis nonnullis mihi Stephanus Paſquerius communicauit: vir eruditiſſimus, & in Frãcicarum antiquitatum doctrina plane ſingularis. Eum autem locum Aimonius imitatus eſt, li. 4. c. 61. Taſſilonem (inquit) in Ducatũ reſtituit, Griſonem more Ducum duodecim Comitatus donauit. Sed ille tali beneficio contentus non erat. Idem eodem libro capite 116. Baldricus Dux Forojulienſis honoribus quos habebat, priuatus, & marcha, quam ſolus tenebat, inter quatuor Comites diuiſa eſt. Sic enim ſeparatim legendum eſt, Inter quatuor, id eſt, xii. vt & in ejuſdem Append. lib. 5. cap. 11. Iisdem Baldrico Duci Forojulienſi, dum objiceretur, & probatum eſſet, ejus ignauia & injuria vaſtatam à Bulgaris regionem noſtram, pulſus eſt Ducatu, & inter quatuor Comitatus eſt ejuſdem poteſtas diſſecta. Quem locum. P. Pitheus ſingularis ingenij, & omnium literarum laude præſtans, jam pridem emendauit. Otto Friſing. lib. Chronic. 5. cap. 20. At Pipinus Taſſilonem in Ducatum reſtituit: fratrique ea Comitatus reſtituit: quibus ille non contentus ad Ruaifarium Ducem Aquitaniæ fugit. Ado in Chro. Eique per beneficium Baioariam Ducatum commiſit: Griſoni quoque in partibus Auſtriæ xii. Comitatus dedit.

Duces rurſus & Comites apud ſcriptores barbaricos ita diſtinguuntur, vt Duces ſint totius Regionis præfecti: Comites vrbis tãtum Greg. Turon. li. 9. c. 7. Ennodius, cum Ducatum vrbium Turonicæ atque Pictauæ adminiſtraret, adhuc & vici Iulienſis atque Benarnæ vrbium principatum accepit. Sed euntibus Comitibus Turonicæ, atque Pictauę vrbis, ad Regẽ & Childebertum, obtinuerunt eum à ſe remoueri. Idem li. 8. c. 18. Itaque Nicetius à Comitatu Aruerno ſubmotus, Ducatum à Rege expetiit, datis pro eo immenſis muneribus. Item: Theodolphum Andegauis Comitem eſſe decreuit. Item: Gundobaldus autem Comitatum Meldenſem, ingreſſuſque vrbem, cauſarum actionem agere cœpit. Idem lib. 6. c. 4. Miſitque ad Duces & Comites ciuitatum nuntios, vt muros componerent vrbis.

Dultum facere idem eſt, quod dimittere. Theodulphus: Saxones baptizati more ſuo omnem ingenuitatem & alodem ſuam magis gurpierunt, & dultum fecerunt.

E.

Eques interdum pro vaſallo ponitur. Equites Regis, Vaſalli Regij Cujac.

Exercitalis, Idem qui miles, vaſallus, feudatarius. Lombard. lib. 1. tit. 15 Si quis de exercitalibus, Ducem ſuum contempſerit, ad juſtitiam faciendam xx. ſolid. Duci ſuo & Regi componat.

Exfeſtucare, verbum ad feuda pertinet. Significat enim Idem quod Deueſtire. hoc eſt, bonorum alteri abrogare, aut ipſum abdicare. Otto Friſing. Chron. lib. 7. cap. 34. At Eugenius Papa cum Romanis hoc tempore pacem fecit, vt patriciatus dignitatem exfeſtucarent, & Præfectum in priſtinam dignitatem reciperent. Sigebert. in Chron. Ann. 1115. Concilium Romæ celebratur: pax inter regnum & ſacerdotium reformatur, & jus inueſtiturarum Epiſcopalium ab Imperatore exfeſtucatur. Fictum videtur ex feſtuca, quo verbo veteres Latini virgam, ſurculum, vindictam ſignificabant: eaque in ſeruorum manumiſſionibus vtebantur. Cum igitur inueſtitura, feſtuca, aut ſcipione tradendo fieret. Infeſtucare dictum eſt pro Inueſtire: & exfeſtucare, pro deueſtire. Otto lib. 1. Feud. t. cap. 8. Conditio pacis fuit, vt Bertolfus Ducatum exfeſtucaret, ſic tamen, vt Turegum à manu Imperatoris ei tenendum remaneret.

Exinaniri feudum, dicitur, quod deficitur, quod euaneſcit, cuius conſtitutio irrita & inanis eſt, lib. 1. tit. 15. §. 2.

F.

Facere Iuſtitiam, pro ſiſtere ſe in Iudicio, lib. feud. 2. tit. 22 & tit. 24. §. 4. Si Dominus ei juſtitiam facere voluerit, poterit eum deprædare. Et lib. 2. tit. 24. §. ſi ſuo domino juſtitiam facere voluerit, feudo ſpoliandus eſt. Sic enim locum illum interpretor, vt in legibus Bajoar. cap. 16. tit. 2. Si quis liber alteri libero, qui eum mallat, (in jus vocat) dedignabitur Iuſtitiam facere, Item, Et poſt a reſpondeat ſecundum legem, & faciat Iuſtitiam. Interdum tamen facere Iuſtitiam eſt, legibus vindicare, vt lib. feud. 2. tit. 27. § 6. Dominus, cuius Caſtrum id eſſe cognoſcitur, ad faciendam Iuſtitiam illum perducat. Interdum jus reddere, vel Iuriſdictionem exercere. Ado in Chron. Legatos regios, qui tunc ad juſtitias faciendas cum eis verſabantur, comprehenderunt. Aymonius lib. 4. c. 20. Lotharius vero, cum ſecundum patris juſſionem in Italia Iuſtitias faceret, id eſt, jura redderet. Helmodus in hiſtor. Slau. cap. 68. Super hos nunc functus eſt Comes honore Corneliæ, fecitque Iuſtitiam populo ſuo, id eſt, jus reddidit. Hot.

Feudum. Germanica vox eſt, vulgo vſurpata pro beneficio, cuius nomine opera quædam gratiæ teſtificandæ cauſa debetur: vt multis expoſuimus cap. Diſp. feod. 1. ait Hotomannus, Lex feud.

Feodum pro Feodum dixerunt multi, & in his Angli: Fortaſſe ab illa notatione Germanicæ vocis FEVD de qua diximus eodem Diſput. cap. Itaque vulgari Lingua ſcribunt Fee: longiſſime tamen à Longobardici juris ratione & inſtituto Feoda namque generaliter appellant prædia omnia, quæ perpetuo jure tenentur, etiam Allodia, quę à parentibus & maioribus hereditate relicta ſunt. Et aliquando feodum ipſis hæreditatem ſignificat. Hotomann. in Lexic. feud. Stephanus Paſquerius excellenti vir ingenio, & inter Pariſienſes cauſidicos dicendi facultate præſtans, libellum mihi Anglicanum Littletonum dedit, quo feudorum Anglicorum iura exponuntur: ita incondite, abſurde, & inconcinne ſcriptum, vt facile appareat, veriſſimum eſſe, quod Polydor. Virgilius in Anglica Hiſtoria de iure Anglicano teſtatus eſt, ſtultitiam in eo libro cum malitia & calumniandi ſtudio certare. Sed operæ pretium, quas feudi ſpecies conſtituant, ipſorum verbis exponere. Feodum enim appellatur aliud ſimplex, aliud Talicum. *Tenant en fee ſimple, celuy qui ad terres ou tenemens à tener à luy, & ſe heyres à tous iours. Et eſt appel en Latin*, Feodum ſimplex: quia feodum Idem eſt, quod hæreditas: & ſimplex Idem eſt, quod legitimum vel purum: & ſic Feodum ſimplex Idem eſt, quod hæreditas legitima, vel hæreditas pura. *Car ſi home vole purchaſer terres ou tenementz en fee ſimple, il conuient d'auoir ceux parolx en ſon purchaſſe, & à auer & tener à luy & à ſes heyres: car ceux parolx (ſes heyres) ſont le ſtare denheritances. Car ſi home purchaſſe terre par ceux parolx (à auer & tener à lui à tous iours) en ces deux caſes, il n'y ad eſtat, ſors que pour terme de vie, pour ce qu'il faut ceux parolx, ſes heires, leſquels parolx tant ſolement ſont l'eſtat d'enheritance, en toutes feoffemens & grantes.* Id eſt: Feudatarius ſimplex is dicitur, qui prædia perpetuario iure poſſidet. Nam Latine Feodum ſimplex vocatur, quia Feodum Idem eſt, quod hæreditas. Et ſimplex, Idem eſt, quod hæreditas legitima, vel hæreditas pura. Nam ſi quis prædia jure feodi ſimplicis adquirere velit, hac formula vti eum oportet: vt ſibi ſuiſque hæredibus habere & tenere liceat. Hæc enim verba, SVIS HÆREDIBVS, faciunt rem hæreditariam, ſiue perpetuariam. At ſi vtatur his verbis: vt ſibi habere & tenere perpetuo habere, tenereque liceat: his duobus caſibus ad vitæ tempus duntaxat acquiritur. Tum aliquanto poſt, cap. 2. Fee taile: feudum talle dicitur, cum prædia donata ſunt alicui viro, & ipſius hæredibus ab ipſo naſcituris.

Felda, vel Faida, Idem quod alibi Guerra: ex Germanica Fean, quod modo bellū modo capitales inimicitias ſignificat. Leg Longobard.tit.80. Vt feida, quod eſt inimicitia, poſt acceptam compoſitionem poſtponatur. Et tit. 58. Propter Faidam deponendam, id eſt, inimicitiam pacificandam. In Lombard.lib.1. tit.de homicid.lib.homin.leg.ſi quis Longobardus. Quia filiæ ejus, quod fœmineo ſexu eſſe probantur, non poſſunt ipſam Faidam leuare. Item lib.1.tit.7. Vt Faida (quæ eſt inimicitia) poſt compoſitionem acceptam poſtponatur. Hinc Faidoſus, qui alibi diffidatus, cui inimicitiæ denunciatæ ſunt, vt in legibus Friſing. Homo Faidoſus pacem habeat in Eccleſia, in domo ſua, ad Eccleſiam eundo, &c. Et in legibus Bajoar. Si quis hominem per juſſionem Regis occiderit, non requiratur ei nec faidoſus ſit. Hinc Diffidare, meo Iudicio, pro inimicitias denuntiare, bellum indicere, hoſtem declarare. Et Diffidatio, quæ à Barbaris ad Latinam conſuetudinem alludentibus Diffiduciatio dicta eſt. Abbas Vrſperg. in conſtit. Frider.1. Sancimus etiam, quicunque alij damnum facere, aut lædere ipſum intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuntium ſuum diffiduciet eum: quod ſi læſus diffiduciatum ſe fuiſſe negare voluerit, &c. vide ſupra. Diffidare. B. Rhenanus German. rerum lib.2. Faidam vocabant Franci ſimultatem apertam, qua vnus aliquis vni vel pluribus bellum denunciat: ab hoc Gallicani ſcribæ Faidoſum appellant, qui Faidam exercet. Germanis notum minus vocabulum eſt.

Felonia, non præciſe contumaciam Vaſalli in Dominum, hujusve in vaſallum perfidiam ſignificat: verum quodvis capitale facinus, lib. feud.2. tit.26. § Domino, 23. Domino committente feloniam (vt ita dicam) proprietas feudi ad vaſallum pertinet, ſiue peccaverit in vaſallum, ſiue in alium, & rurſus tit.37. & tit 47. ſi fratrem interfecerit, vel aliam feloniam commiſerit. Denique Felonia Gotis & Longobardis dicitur, quod Germanis hodie, *Schelmerey*, Latinis Scelus.

Feudatarius qui feudum a patrono ſibi commiſſum accepit Latina conſuetudine, vt beneficiarius, lib. feud.3. tit.2. § 3. Feudatarius Patrum laudatione damnum reſarciat.

Fictum vectigal, cujus mentio fit in conſtitut. Frider. de Pace Conſtantiæ, fixum & firmum ſignificet, Cujac.d.loc.

Fideles interdum generaliter dicuntur, qui in Principis alicujus poteſtate ac ditione ſunt: qui vulgo ſubjecti appellantur, vel ſubditi Gregor. Turon lib. 10.cap 3 Nos, piiſſime Rex, ſubjecti atque fideles vobis gentique veſtræ eſſe deſideramus. Item lib. 4 Sacramentum dederat, vt ei fidelis eſſet: & lib.5. Sacramento ſe obſtrinxit, quam fidelis Regi Chilperico eſſe deberet. Hinc.

Fidelitas generaliter interdum pro fide & obedientia omnium ſubjectorum. Duplex enim fidelitas eſt: Vna, quæ à vaſallis & quaſi vaſallis: altera quæ à civibus præſtatur, vt in leg. Friderie. de pace Conſtant. lib feud 2. titul.62. Vaſalli noſtri à nobis inveſtituram recipiant, & fidelitatem faciant, ſicut vaſalli cæteri omnes, ſicut cives à XVI. annis vſque ad LXX. Item apud Raden.lib.2.c.30. Epiſcopos Italiæ ſolum ſacramentum fidelitatis ſiue hominio facere debere Domino Imperatori. Abbas Vrſperg. ſub anno 1198. Procurante Imperatore factum eſt, vt Principes Alemanniæ penes omnes filium parvulum ipſius adhuc in cunis vagientem, aſſumerent in Regem, & ei fidelitatem jurarent. Aymoin.lib.4.c.61. Et poſt eum totidem verbis Abbas Vrſperg. in vita Papini Regis. Illuc & Taſſilo Dux Bajoariorum cum primoribus gentis ſuæ venit, fidelitatemque tam ipſi Regi Pipino, quam filiis eius jureiurando promiſit Radevicus lib.1.c.11. Tunc ad curiam venientes Friderico fidelitatem fecerunt, atque hominium & beneficia ſua de manu illius reverenter ſuſceperunt. Et huc pertinet illa quæſtio de juramento, quod Impp. Papæ Rom. in coronatione recipienda præſtare ſolebant, c. ego Ludovicus, diſt.63. verum ſit juſiurandum fidelitatis vaſallitiæ, quaſi Imperium à Papa recognoſcat, cap.1. de jureiur. in Clem. an vero juſiurandum fœderis, aut fidelitatis judicialis, quaſi Imp. ſimpliciter ſe Eccleſiæ Chriſtianæ fidelem fore promittat.

Fideles interdum ſpecialiter dicuntur iidem qui vaſalli: qui feudo accepto, in Patroni fide & clientela ſunt: vicisſimque ſuam ei certi obſequij nomine fidem aſtrinxerunt. Cicero in Oratione pro Sex. Roſcio: Quæres in cuius fide ſint & clientela, lib. feud.1.tit.14. §.3. Si ergo domino & fideli placuit, vt paciſcantur cum filia, &c. Et lib.1.tit.4. §.6. Tunc oportebit fidelem incrementi veſtituram probare. Item: Si vero fidelis in poſſeſſione incrementi fuerit, &c. Et tit.6. Si contentio fuerit inter Dominum & fidelem de inveſtitura feudi, &c.

Fidelitatem dicimus (inquit, Obertus) juſiurandum, quod vaſallus præſtat domino, lib.2.tit.3.3 §.4. & tit.26. §. vbi quot hæredes ſunt, tot fidelitatem habent: hoc eſt, tot debent ſe domino exhibere, vt ei ſuam fidem & obſequium interpoſito jureiurando adſtringant. Iuſiurandum fidelitatis videtur Latine non incommode dici Execratio poſſe. Cicero Verrin 7. Vbi fides, vbi execrationes, vbi dextræ complexuſque? vide Vaſallitium.

Fodrum, quod à Germanico vocabulo *Futer* derivat Cujacius, paſſim hodieque in Cauponis Germaniæ pro pabulo equorum vſurpatur. In legibus Franc. Tempore hyemis, quando mareſchalcus illarum ad fodrum dirigunt. Paſſim vero vſurpatur pro annona militari: vt lib. feud. 3 titul. 1. tradere volumus. Item lib.2.tit.56. Et tit.65. Nobis intrantibus Lombardiam fodrum conſuetum & regale præſtabunt. Otto Friſing. lib.1. Frider.2.cap.13. Mos enim antiquus, ex quo imperium Romanum ad Francos derivatum eſt, ad noſtra vſque deductus eſt tempora, vt quotieſcunque Reges Italiam ingredi deſtinaverint, gnaros quoſlibet de familiaribus ſuis præmittant, qui ſingulas ciuitates, ſeu oppida peragrando, ea quæ ad fiſcum regalem ſpectant, quæ ab accolis fodrum dicuntur, exquirant. Hujus collationis, quæ ob tranſitū exercitus imponitur, mētio fit in leg. ſi pendentes, 12 §. ſi quid, ff. de vſufru. & apud Petrum de Vineis Epiſt. lib.2. cap. 29. vbi fodrum interpretatur frumentum, hordeum, & res alias victui opportunas, ad exercitum Imperatorium. Sicul. Flaccus de cond. agror. Nam & quoties militi prætereunti, aliive cui comitatui annona publica præſtanda eſt, ſi ligna aut ſtramenta deportanda; quærendum, quæ ciuitates, quibus pagis huiuſmodi munera præbere ſolitæ ſint. Appendix Aimoini lib. 5. cap. 3. Inhibent à plebeiis vlterius annonas militares, (quas vulgo Fodrum vocant) dari. Fuit enim hoc antiquiſſimæ quoque conſuetudinis. Guntherus.

Id quoque quod fodrum vulgari nomine dicunt,
Et capitolicium certo ſub tempore cenſum,
Hæc Ligures ſacro tribuerunt omnia fiſco.

Ammianus Marc. in fin. lib. 21 Eique vehiculo inſidenti (de Iouiano Imperatore loquitur) vt Principibus ſolet, annonæ militaris offerebantur indicia, vt ipſi nominant, probata. Quod ſane eiuſmodi ſit, non intelligo Illud conſtat, annonas illas militares plerunque æſtimari, & pecuniam pro iis pendi ſolere: quod inſtitutum ex antiquis magiſtratuum Roman. moribus fluxit: qui cum frumentum in cellam ab aratoribus exigendi jus haberent, ſæpe pro frumento pecuniam, quanti frumentum erat, accipiebant. Qua de cauſa genus illud frumenti Æſtimatum appellabant, vt in Verrinas Ciceronis Orationes multis locis docuimus, ait Hotom. Lexic. feud. verbo Fodrum, vide ibid. verbo Mareſchalcus. Servius Honoratus in 1. Æneid. Cellarium (inquit) dicitur paucorum dierum. Vnde & in cellam dicitur imperatum frumentum. Penus vero dicitur longi temporis. Otto Friſing. lib. Frideric.2. cap.23. Peractis ibi aliquot diebus, cum fodrum à vicinis ciuitatibus, & caſtellis, & oppidis exquireretur, Spoletani indignationem Principis incurrunt: dupliciter enim peccaverant, cum octingentarum librarum facti eſſent obnoxij, partim defraudando, partim falſam monetam dando. Præclarum eſt autem, quod Cicero de ſuo fodro & annonis ſcribit in Epiſt. ad Atticum: Nos Aſia excepit mirabiliter. Adventus noſter ne minimo quidem ſumptui fuit. Scito non modo nos fœnum, aut quod lege Iulia dari ſolet, non accipere: ſed ne ligna quidem; nec præter quatuor lectos, & tectum quidquam: multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerunque Sic in provincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, vt nullus teruncius inſumatur in quenquam. Id fit etiam & legatorum & tribunorum, & præfectorum diligentia, vide Mareſchalcus.

Forbannum, pro Relegatione, vel certarum regionum interdictione. Et Forbanniti, interdicti. Legis Franc.ca.50. vt Comes, qui latronem in Forbannum miſerit, vicinis ſuis & aliis Comitibus notum faciat, eundem latronem à ſe forbannitum, vt illi eum non recipiant. Et cap. 49. de latrone forbannito, vt nemo eum recipiat.

Francia, eius amplitudo, diviſio: vide Salica lege vxorem ex Hot.

C.

Gallia Germania, vide Salica l. ex Hotom.

Gaſtaldus. v. Guaſtaldus.

Geniculus, in quibuſdam feudorum libris dicitur pro Generatio, ſiue gradus generationis: vt lib 1.tit.1.§.3. Licet moderno tempore vſque ad ſeptimum geniculum ſit vſurpatum. Item in Lomb. lib.2.tit.14. Omnis parentela vſque in ſeptimum geniculum numeretur.

Geſſel vox Germanogallica, qua ſignificatur comes, qui nobis ſeruit mercede certa. vnde & Geſſatas populos Gallica lingua nuncupatos, Polybius 11. & Plutarchus in Marco Marcello ſcribunt.

Gogratij ſunt judices pedanei.

Granio, vel Graphio, appellatur judex fiſcalis: qui & Comes dicitur.

Gnadia eſt pignus, vnde Inguadiare verbum, de quo poſterius ſuo loco dicemus. In Lombard.lib 1. tit.25. non habuerit, vnde ſummam perſoluat, ſemet ipſum per guadiam in ſeruitio principis tradat. Item lib.2.tit.21. Si quis alij guadiam & fidejuſſorem dederit, omne quod per guadiam & fidejuſſorem obligavit, adimpleat. Item ſi quis alij guadiam dederit, & eam recipere neglexerit, &c.

Guardia

Guardia, pro cuſtodia, vetus vox Germanica. *Vvardin* vel *Vvartem* : qua ſermo quoque Gallicus hodie vtitur : vnde feudum Guardiæ, cum quis prædio cuſtos imponitur. Hinc tenere pro feudo, & tenere per Guardiam opponuntur, lib feud. titul 2. & tit. 11.

Guarentare, vel (vt eſt in aliis libris) Guarentiſare, pro cauſam alterius ſuſcipere, defenſorem ſe profiteri, *Vvahren, bevvahren*: Priſcum Francorum verbum, quod in Francogalliam inuectum eſt, Guerent : quo ſignificatur is, qui Latinis Auctor dicitur, & euictionem præſtat, lib feud. 2 tit. 34. §. 2. in Lombar. tamen libro 2. tit. 16. de euiction Latine appellatur Auctor. At in Specul Saxon. dicitur, Warandator, art 9. *der da bevvaret vor ſchaden ſchadlos helt*. Quiſquis alteri ante reſignationem & infeudationem, bonorum poſſeſſionem tradiderit, ipſe ejuſdem debet eſſe Warandator, quotieſcunque emptorem ipſius Warandatione indigere contigerit Item artic. 15. At Warandem emptionis ſuæ producere poterit, &c. Item : Niſi per defectum in teſtibus, aut Waranda ſuccubuerit. Alijs autem locis Waranda pro ſatiſdatione paſſim vſurpatur.

Guaſtaldus, præfectus ſiue cuſtos curtis, qui & actor dicitur, Lombard. lib. 3. tit. 17. Si Guaſtaldus, aut quilibet acta Regis, poſt ſuſceptas & commiſſas ſibi ad gubernandum curtes, aut caſas Regis, aliquid per donationem conquiſierit. Et mox: Concedimus etiam Guaſtaldis noſtris curtes noſtras prouidentibus. Item Lombard. lib. 1. tit. 31. & Langobard. leg. titul. 39 §. ſi quis Guaſtaldus, vel Actor Regis curtem Regiam habens ad gubernandum, ex ipſa curte alicui ſine juſſione caſam tributariam, vel terram, ſyluam, vites vel prata auſus fuerit donare. Sic libro feudorum 1. tit. 10. Niſi Vaſſallus ſit Guaſtaldus, vel actor Domini. Item leg. Langobar. tit. 101. §. 27. Si mancipium cujuſcunque in corte Regia confugium fecerit, & Guaſtaldus, aut actor Regis poſt ſecundam & tertiam conteſtationem reddere dilatauerit.

Guaſtaldorum quoque munus aliquod erat in re militari : vti patet ex Lombard libro 1. titulo 15. Si Dux exercitalem ſuum moleſtauerit injuſte, Guaſtaldus eum ſolaciet, vſque dum ad præſentiam Regis eum perducat. Item ſi Guaſtaldus exercitalem ſuum contra rationem moleſtauerit, Dux eum ſolaciet, quovſque veritatem ſuam inueniat. Paulus Diaconus de geſtis Langobard. lib. 5 cap. 11 Ipſumque per Alzeconem mutato dignitatis nomine, pro Duce Guaſtaldorum, vocitari præcepit. De Guaſtaldo Vitus Amerbachius in Capitul. Caroli Mag ſic ſcribit : Guaſtaldus ſignificat œconomum, id eſt, procuratorem domus, & rei familiaris. Puto factum nomen à Guaſt. id eſt, hoſpitium, vel potius à Germanorum *Gaſt*, hoſpes, hoſpitio receptus veteri Germanica & Gallica lingua, & Halden, id eſt, tenere. Sic enim in quibuſdam Germaniæ locis adhuc verbum pronunciatur. Feudi Guaſtaldiæ exemplum extat apud Petrum de Vineis. lib. Epiſt. 6. cap 25. Ita tamen (inquit Fridericus) quod Caſtrum ipſum à nobis & hæredibus noſtris in Capitaniam teneat, & immediate à noſtra curia recognoſcat viuens jure Francorum, in eo videlicet, quod major natu ipſo ſuccedat.

Guarra, ſiue Werra, non tantum dicitur bellum, quod Imperatoris nomine publice geritur: verum etiam quod priuatus aliquis ſuſceperit : cum ſuas inimicitias perſequitur, vt libro Feudorum 2. tit. 28. § 1. & 2. & apud Vrſpergenſ Abbatem in I. Frideric. Imperator. Si liber homo, ingenuus, miniſterialis, incendium miſerit, pro Werra propria, pro amico, pro parente.

H.

Haubericum feudum, Gallica Lingua vulgo dicitur, pro Loricatum, id eſt, datum Vaſſallo ea conditione, vt ad edictum loricatus, ſiue cataphractus præſto ſit. Nam vt Lorica Latinis proprie & minus vſitate eſt tegmen de loro factum, quo majores in bellis vtebantur : quemadmodum Seruius Honoratus ſcribit in lib. Æneid. 11. frequentiſſime autem pro ærea armatura integra vſurpatur. Sic apud Gallos *Haubert*, proprie loricam annulis contextam ſignificat, quam vulgus *Cotte de maille*, appellat. Vnde vetus prouerbium Gallicum, *De maille à maille on faict le haubergeon*. Poſt vero integra equitis armatura eo nomine appellata eſt : videturque Normannicum verbum fuiſſe : cum in ea Galliæ parte frequentius illud verbum vſurpatur : vnde *Fiefs de haubert*, feuda Loricæ. Sigebertus in Chronic. ann. 1160. In Normannia de feudo vniuſcujuſque Loricæ, & de reliquis omnibus tam in Normannia, quam in Anglia, & reliquis ſuis terris. Helmodus in hiſtor Slauorum, lib. 1. c. 88. in hunc modum rebus compoſitis, profectus eſt Dux in Langobardiam, cum mille (vt ajunt) loricis, habens in comitatu ſuo Adolphum Comitem, &c. Idem lib. cap 83. Filius quoque Regis ex concubina natus. Chriſtophorus nomine, cum mille (vt ajunt) loricis, venit Aldeburg. & percuſſerant maritima ejus. Feudum igitur loricæ eſt, quod militi aſſignatur, ea lege, vt ad edictum præſto in armis ſit. Landulphus lib. hiſtor. Miſcellan. 21. Vſque ad viginti ſcaphas remanſerunt habentes centenos loricatos, ad has cuſtodiendas. Et lib 20. Miſit tria millia loricatorum ad circundandum eum ne fugeret. Antoninus Florentinus hiſtor, part. 2. tit. 16. cap. 13. §. 1. Inuenti ſunt habere peditum ſexcenta millia : equitum vero loricatorum centum millia. Item tit. 17. cap. 8. §. 3. In ſolo domini Imperatoris comitatu equitum loricatorum erant ad LXX. millia abſque peditum copiis. Helmodus in hiſt. Slau, cap. 58. Elegit de exercitu mille loricatos. abſque in centum exercitus. Sic Liuius Latine loricatos interpretatur, quos Græci cataphractos appellant lib 37. Hi (inquit) tria millia peditum loricatorum cataphractos ipſi appellant, adjunxit.

Here Vox Germanorum antiqua : qua ſignificatur exercitus: quo ſenſu & Herſlit dixerunt lib 15. Langius, de exercit. lib. 17. de eo qui alij anteſt. deſertionem exercitus.

Heres in jure feudiſtico proprie filius intelligitur. Ita ſine herede deceſſiſſe dicitur, qui ſine filio deceſſit. lib. 1. tit. 13. & lib. 2. titulo 34.

Hereditas autem plerumque allodia ſignificat. Vt in Specul. Saxon. articul 5. Quæcunque bona defunctus poſt ſe relinquit, vocabulo vniuerſali hereditatis complectimur, niſi feudum fuerit.

Heredes accelerantes, *Gahnerben*, in Speculo Saxonico, artic. 17. appellari videmus, quos Francogallica Lingua appellamus, *Habiles a ſucceder*. Quando, inquit, hæreditatem neque ſoror, neque frater adeat, omnes qui ſe pari gradu cognationis exiſtere probauerint, æquam hæreditatis percipiant portionem. Et cum in ſexum non diſcernamus, hæredes accelarantes eos appellamus.

Heribannum, edictum, quo feudatarij ad militiam in diem certum euocantur: vt in voce Bannus expoſuimus. Hinc non reſpondet ad editum, apud Vlpianum l. 4 ff. de re milit. vbi tamen nonnulli maluerunt delictum. Liuius lib. 1. Qui vbi ad edictum Romani regis ex omnibus populis conuenere, &c. Idem lib. 10. Vt qui juniorum non conueniſſet ad Imperatorum Edictum, quique injuſſu abijſſet, caput Ioui Sacratum erat.

Heriſchulda, eſt pœna non reſpondentis ad delictum. Cujac. in præfatio. feud. Idem ſignificabat antiqua Germanorum vox Raiſonveldum.

Heriſſitium, vide Bannus, bannitus.

Homo, hominium, homagium quid ſit, expoſuimus cap. Diſput. 121. Albertus Krantzius videtur, hoc poſterina illo facere, in Wandalia lib. 3. cap. 36. Apud Cæſarem, inquit, immenſo auro in ſatisfactionem, & hominio, quod nunc vocant homagium præſtito indemnitatem redemit. Helmodus in hiſtoria Slau. cap. 68. Quicunque voluiſſet fieri homo. Etheleri veniebat vt acciperet byrrum, clypeum, vel equum. Et mox: Sicubi reperti fuiſſent homines Etheleri, aut renuntiarent hominio, aut prouincia ſecederant. Videtur autem hominiorum inſtitutum etiam in Græciam poſterioribus ſeculis manaſſe. Nam in Epiſtola Emanuelis Græcorum. Imperatoris apud Albertum Krantzium in Saxonia lib. 6. cap. 37. ita ſcriptum eſt : Sultanus Imperio noſtro ſe dedidit, & miſſis legatis miſericordiam poſtulauit : fecitque Imperio noſtro hominium & juramenta : pollicitus ſeruire nobis aduerſus omnem hominem : ita vt ſit amicorum noſtrorum amicus, & hoſtis inimicorum. Hominium triplex eſſe docuimus cap. diſ. 20. Addunt etiam nonnulli *Hommage de pleiure*, hominium vadicum : cum quis Patrono ab hoſtibus capto, tenetur ſe vadem & obſidem ipſum præſtare : velut (inquit Butelerius) cum Rege Iohanne ab Anglis capto Barones Franciæ complures coacti ſunt vades ſe pro eo præbere. Otto Friſing. hominium alicui cum Sacramento fidelitatis exhibere. Ioan. Trit homagio fidelitatis ſuſcepto. Radeuic. hominium & beneficia de manu illius reuerenter ſuſceperunt Hotom Lex, feud. verb. homo. Cicero tamen Philip. XII. Quod ſi in bello (inquit) dari vicarij ſolerent, libenter me, vt Domitius Brutus emitteretur, pro illo includi paterer. Verum autem propriumque feudum eſt, cujus cauſa, fidelitas juratur, & militaris opera obligatur. Otto Friſing. libro Friderici primo, cap. 20. Ad pedes Imperatoris ſatisfactionem offerens, humiliter Dux venit, hominiumque ſibi cum Sacramento fidelitatis exhibens, Ducatum ab illo ſuſcepit. Iohann. Tritemius cap. 22. Eodem die Fridericus Colonienſem ciuitatem ingreſſus, cum honore magno ſuſcipitur : & homagio fidelitatis ſuſcepto, per dies ſeptem commoratus. Otto Friſing. libro 7. cap. 19. Imperator Polonorum Ducem cum multis muneribus obuium habuit, quem tamen ante non dignatus eſt ſuo conſpectui præſentari; quam de Pomeranis & Rugis tributum ſibi faceret, ſubjectionemque perpetuam Sacramento confirmaret. Radeuicus lib. 1. cap. 11. Tunc ad curiam venientes, Friderico fidelitatem fecerunt, atque hominium, & beneficia ſua de manu illius reuerenter ſuſceperunt.

Homologus, ὁμολόγος, à nonnullis dictus eſt pro Vaſſus, aut Vaſſallus : quemadmodum in diſput. cap 4. expoſuimus. De-

Digitized by Google

dititij à Romanis dicti, qui à Græcis ὁμόλογοι, vtpote qui non modo in fide, verum etiam in ditione, ac poteſtate populi Romani eſſent. Nam etſi libertatem retinebant, non tamen parem juris & libertatis conditionem obtinebant. Itaque tres libertatis gradus Vlpian. in Fragmentis expoſuit: ciuium Romanorum, Latinorum, Iuniaorum, aut Dedititiorum, aut qui Dedititiorum numero erant: qui ciuitatis Romanæ jus nullo modo aſſequi poterant: vt Caius in libro Inſtitutionum primo exponit. Quare non recte Vaſſalius omnis dedititius appellatur. Multi enim vaſſalli ſunt, qui in fide tantum ſunt; cum dedititij (vt modo dictum eſt) etiam in ditione ac poteſtate eſſent. Et, vt de dedititiis ſemel dicamus, apud Romanos hoc nomine appellabantur, qui arma populi Romani territi, ſeſe, ſuaque omnia Imperatori exercitus debebant, inque ipſius fidem & clientelam permittebant, ſeſeque imperata facturos promittebant. Deditionis autem forma hæc erat: vt dediti arma traderent: deinde vt obſides darent, tum vt jurarent, ſe nequidquid contra populum Romanum conſilij inituros, neque obſides repetituros, neque rebellaturos, quo minus perpetuo ſub populi Romani ditione atque Imperio eſſent. Plura vide in Hotomanni jam dicto loco; & Ibidem, quod dedititij meliore conditione quam ſervi, deteriore quam liberi ſint, Liuius libro vigeſimo octauo: Mos vetuſtus erat Romanis, cum quo nec fœdere, nec legibus jungeretur amicitia, non prius Imperio in eum tanquam pacatum vti, quam omnia humana diuinaque dediddiſſent: obſides accepti, arma adempta, præſidia vrbibus impoſita forent. Idem lib. 1. Dedititioſque Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam eſſe Rex interrogavit: Eſtiſne vos legati, oratoreſque miſſi à populo Collatino, vt vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Eſt ne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne vos, populum Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtenſilia, diuina, humanaque omnia in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio. Idem lib 7. ex formula Campanorum: Itaque populum Campanum, vrbemque Capuam, agros, delubra deum, diuina humanaque omnia in veſtram P. C. populique Romani ditionem dedimus, quicquid deinde patimur, dedititij veſtri paſſuri. Deinceps reliqua videamus. Cæſar lib. 2. Cæſar reſpondit ſe eorum ciuitatem conſeruaturum, ſi priuſquam aries murum attigiſſet, ſe dedidiſſent: ſed deditionis nullam eſſe conditionem, niſi armis traditis. Idem alio loco: Cæſar obſidibus acceptis, armiſque omnibus ex oppido traditis in deditionem, Sueſſiones accepit. Et lib. 1. Heluetij legatos ad eum de deditione miſerunt. Cæſar obſides, arma, ſervos, qui ad eos perfugiſſent, popoſcit. Item: Hos Cæſar reductos in hoſtium numero habuit. Reliquos omnes obſidibus, armis, perfugis, traditis, in deditionem accepit. Idem lib. 7. Tertio die miſſis ex oppido legatis de deditione arma proferri, iumenta produci, ſexcentos obſides dari jubet. Liui. lib. 34. tertium fœderis genus eſſe ait, quo bello victis leges dicuntur. Vbi enim omnia ei, qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos velit, ipſius jus atque arbitrium eſſe. Latini de Campanis apud eundem. Campanorum aliam conditionem eſſe, qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent. Item de Apulis: Ita in ſocietatem eos eſſe acceptos, vt non æquo fœdere, ſed vt in ditione populi Romani eſſent. Quod autem de atrete Cæſar ſcribit, quod ſane memoratu dignum eſt, Idem Cicero libro, Offic. 1. confirmat: Et cum iis, inquit, quos vi deuiceris, conſulendum eſt: cum ii, qui armis poſitis ad Imperatorum fidem confugiunt, quamvis murum aries percuſſerit, recipiendi ſunt. Cum igitur bello victi, aut captiui omnes eſſent, aut dedititij: captiui quidem victorum ſerui fiebant: dedititij vero meliore conditione quam ſervi, deteriore quam liberi.

Hoſtis, pro exercitu, caſtris, militia. Vnde vox Francogallica, l. hoſt lib. feudor 1. tit. 20. Si inſimul ſteterint, vel in Regem hoſtis adquiſierint. Item libro 1 titul. 7. Tunc enim poſſunt deueſtiri, niſi fecerint hoſtem Romæ, id eſt, in exercitu & comitatu Imperatoris Romam prof. eſſe ſunt. Sic libr. leg. Franc. 4. De non cogendo bibere in hoſte: vt nemo parem ſuum bibere cogat, Aymo. Hoſtem dixerit, i. exercitum: & quicunque in exercitu ebrius fuerit, ita excommunicetur, vt in bibendo ſola aqua vtatur, donec ſe male feciſſe cognoſcat. Et apud Aymon. lib. 5. cap. 28. Vnde hoſtem quam maximam potuit cum Carolomanno dixerit. Hinc.

Hoſtendiciæ dicuntur (vt Feudiſta ſcribit) adiutorium, quod Vaſſalli faciunt Dominis, Romam cum Rege in hoſtem pergentibus. Verbi gratia, in Lombardia, dimidiam, in Teuthonica terra, tertiam partem fructuum eius anni, quo hoſtem faciunt, libro feudorum 2 titulo 40. Fictum vocabulum ab hoſte, quod exercitum aut caſtra ſignificat, & quo adhuc in Francogallia vulgo vtimur, perfacile intellectu eſt. Cum autem paſſim in legibus Barbaricis Heriſtitium pro deſertione militiæ dici videamus, ab here, quod exercitum ſignificat: facile adducor, vt corruptum verbum exiſtimem, pro Hoſtelitiæ, vel Hoſtelitiæ. Rurſus aliud Hoſtilitias, aliud Heriſtitium eſſe arbitror: nam Heriſtitium capite plectitur. In Lomb. li. 1. tit. 15. l. ſi quis contumax. quippe, cum belli cauſa edictum promulgatum eſſet, Hoſtilitiæ vero pecuniaria multa eſt, etiam Friderici conſt. lib. feud. 2. tit. 55. quia edictum non belli, ſed honorati comitatus cauſa factum ſit: cum Imperatore Romam ad petendam coronam proficiſcente evocantur. Itali feuda Imperij tenentes, vt in faucibus Italiæ Imperatori præſto ſint, cum equis & armis.

I.

In antea, pro deinceps, poſthac, in poſterum: quaſi futurum tempus non à tergo ſequatur, ſed ante nos cedat, lib. feud. 2. tit. 5. Iuro quod à modo in antea ero fidelis ei. Et tit. 7. Honorem quem nunc habes, vel in antea habebis, id eſt, deinceps.

Inculpatus, pro culpatus, accuſatus, lib. feud 1. tit. 29 §. Si vnus inculpatus fuerit, vna de his nominatis culpis. Sic l. Salic. tit 43. Si cuius ſervus in furtum fuerit inculpatus, ſi talis cauſa eſt, &c. Item leg. Burg. tit. 8. de ingenuis inculpatis.

In capillo puella dicitur, quæ nupta non eſt: quia comatæ, ſine vllo capitis tegmine incedebant: nuptæ capite velato erant, lib. feud. 2. tit. 24. § 3. Rurſus ſi Dominæ vel filiæ, aut ſorori in domo adhuc manenti, quæ in capillo dicitur, ſeſe immiſcuerit, &c. in Lomb. lib. 2. cap. 20. Qui filiam in caſa habuerit in capillo, & filium non reliquerit, &c. Et Neapol. conſt. 3. tit. 27. Et ſorores in capillo ſuccedunt. Coniugatæ autem & dotatæ à fratrum ſucceſſionibus excluduntur. Et mox: Filiæ autem in capillo poſt mortem patris in domo manentes, majores ſorores coniugatas & donatas de bonis patris excludunt. Leg. Langob. tit. 45. De eo qui filiam in capillo in caſa habuerit, & filium non reliquerit legitimum, &c. Fuit autem apud antiquos conſuetudo hæc non æ nuptæ crines ſoluerent: quod in ſecondis nuptiis non fiebat. Optatus Afer contra Donatiſtas ſcribens. Inueniſtis (ait) huiuſmodi virgines, quæ jam ſpiritualiter nupſerant: quaſi ſecundo coegiſtis ad nuptias: vt crines iterum ſoluerent, imperaſtis. Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt. Ex quibus ſi alicui maritum natura contigerit non reperitur illa temporalis feſtiuitas. Hæc ille: fuiſſe tamen hoc quoque luctus & mœroris argumentum, multis ex locis conſtat. Ouidius Triſt. 1.

Illa etiam ante lares ſparſis proſtrata capillis,
Contigit extinctos ore tremente focos.

Liuius 1. Soluit crines, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat. Notatu etiam dignum eſt, moris fuiſſe Francorum Regibus, vt filios excipiebus Principi alicui vicino tondendos mitterent, qui eorum poſtea quaſi Patronus eſſet. Servos enim Romano more cum libertatem acciperent, tondi ſolitos, nemo ignorat. Paul. Diac. de geſt Langob lib 6 c. 37. Circa hæc tempora, Carolus Francorum Princeps, filium ſuum ad Luitprandum miſit, vt ejus (juxta morem) capillum ſuſciperet: qui ejus Cæſariem incidens, ei pater effectus eſt: multiſque Regiis muneribus donatum genitori remiſit.

Inuadiare pecuniam, eſt, vel ex commiſſo, vel ex condemnatione debere, lib. feud. 2. tit. 27. §. 4. Quicunque judici ſuo pro exceſſu viginti libras inuadiauerit, prædium ſuum pro pignore illi tradat: & intra quatuor ſeptimanas inuadiatam pecuniam perſoluat.

Invadiare, pro oppignerare. Sigeb. in Chron. ann. 1160. Wilhelmus Comes Pictauienſis invadiauit eandem ciuitatem Raymundo Comiti, propter pecuniam quam Idem Willhemus in expeditione exponit. Sic mulctam, invadiare, eſt obligare dato pignore.

Inuadiare hominem, pro obſidem dare, in Lombard. lib 1. tit. 25. l. ſi quis liber. Semetipſum invadiare ſtudeat, vſque dum plenam compoſitionem adimpleat. Et paulo poſt: Si non habuerit vnde ſummam perſoluat, ſemetipſum per guardiam in ſervitio Principis tradat.

Inveſtire eſt poſſeſſionem tradere, vide ſupra deveſtire ex Hotomann.

Inveſtitura, barbaricum nomen, barbaricam quoque notationem habet. Nam (vt ait feudiſta libro 2. titulo 2.) Inveſtitura proprie dicitur poſſeſſio: abuſiuo autem modo dicitur, quando haſta, vel aliud corporeum traditur à domino. Itaque in legibus Barbaricis, veſtitura propriè pro ipſa poſſeſſione vſurpatur: & veſtitus, pro poſſeſſus, Leg. Franc lib. 4. in capitulis additis, cap 4. Vt omnes liber homo, qui quatuor manſos veſtitos de proprio ſuo, ſiue de alterius beneficio habet id eſt, qui quatuor manſos aut in allodij, aut feudi nomine habet, tenet, poſſidet. Item cap. 21. Si quis proprium noſtrum, quod in veſtitura genitoris noſtri fuit, alicui reddiderit, &c. Hinc in quibuſdam Francogalliæ noſtræ regionibus Veſt, Deueſt, ficta vocabula: Nam Veſten & beveſten hodie quoque Germani dicunt, pro confirmare & ſtabilire. Quemadmodum ergo Romani juris inſtituto nullæ alienationes ſola conventione fiebant, ſed vt ſolemni mancipatione, vel naturali traditione, tamen veteres idem certam verborum formulam (quam ſtipula-

Digitized by Google

ſtipulationem appellabant) firmandi & ſtabiliendi cauſa id ſuper adhibebant. l. 1. ff. de prætor. ſtipulat. ſic Langobardi ritum aliquem, vexilli, gladij, aut haſtæ, præter conuentionem adhiberi voluerunt. Velut ejuſdem leg. Franc. lib. 4. cap. 23. De illis libertatibus & rebus reddendis, quæ in dominica veſtitura ſunt. Sic leg. Franc. lib. 4 cap. 15. Aut propter veſtituram Domini Caroli genitoris noſtri eadem mancipia contradicere non audeat. Quod ſi à veſte, vel veſtimento deductum inueſtituræ nomen eſſet, primum infeudationis inſigne genus aliquod veſtis fuiſſet, At ſuo loco demonſtratum eſt, non veſtimento, aut inueſtimento: ſed gladio vel haſta, Regnum: vexillo Ducatum: virga & annulo, Epiſcopatum: haſta vero inferiora ſeuda conferri. Deinde intelligi oportet, inueſtituram non eſſe ſymbolum infeudationis proprium: neque in feudorum poſſeſſionibus tradendis tantum adhiberi ſolitam fuiſſe: nam in omnium etiam rerum traditionibus adhibeatur, quæ abſentes erant: id eſt, quarum præſentium poſſeſſio non dabatur, velut in Lombarb. libro 2. tit. 18. hoc eſt, titul. de vltim. voluntat. l. pen. vbi Imperator Ludouicus ſtatuit, vt ſi quis extra ſuum comitatum, forte in caſtris, aut palatio Regis de iis bonis, quæ in illo comitatu ſunt, teſtari velit, coram teſtibus traditionem faciat, & fidejuſſorem conſtituat: cui inueſtituræ poſt ſuam mortem faciendæ poteſtatem præbeat. Nam quomodo moriens extra ſuum Comitatum & patriam, rerum in ea poſitarum traditionem faciet? nimirum per ſymbolum & notam inueſtituræ. Quod autem de fidejuſſore ſtatuit, conſentaneum eſt juri Romano, de quo in leg. 4. ff. decreuit vt in alienationibus, inter viuos etiam ſecundus auctor adhibeatur. Guegninus in vita Caroli Magni: Quibus beneficiis vt Pontifex gratiæ aliquid rependeret, Carolum multis ornauit priuilegiis. Quorum illud maximum fuit, donare Eccleſias idoneis ſacerdotibus poſſe. Id à ſacerdotibus. Id veſtitura vulgo appellatur, quia ſine Eccleſiam, vel (vt nunc loquimur) beneficium nemo poſſidebat. Recipiebat enim à Rege, qui beneficium adepturus eſſet, annulum, vt ſimile quippiam, Inueſtituræ notam, argumentum ſcilicet Regiæ in eum gratitudinis. Intereſt etiam Regem noſſe, qui majores maxime Eccleſias adminiſtrent, quarum ipſi tutores ſunt. Adjectum priuilegio eſt, Romanum quoque Pontificem ſine Caroli juſſu eligi non debere: idque in Synodo, aſſidentibus Romæ centum quinquaginta tribus Epiſcopis atque Abbatis firmatum eſt.

Inueſtita igitur res dicitur, de qua Inueſtitura facta eſt: ſiue Infeudationis titulo, ſiue alio quovis: vt modo diximus ex leg. Franc. Si quis quatuor manſos veſtitos de proprio ſuo, vel de alterius beneficio habeat. Item lib. feud. 2. tit. 8. Rei per beneficium inueſtitæ. Et tit. 57. Rei pro beneficio inueſtitæ. Sic Inveſtitvs dicitur, cui quid ſolemniter traditum, & quaſi mancipatum eſt, quamvis id feudum non ſit, vt in formula conuentionis Lugdunenſis apud Guil. Paradinum in Annal. Burgund. li. 2. ſub. Ann. 1215. Et clauibus vniuerſarum munitionum & portarum d. Archiepiſcopus fuit inueſtitus. Sic Reveſtitvs, cui res aliqua reddita eſt, cujuſcunque generis illa ſit, vt in Conſilio Carolomanni Imperii coacto, apud Nauclerum Gener. 25. Eccleſia cum propria pecunia reueſtita ſit, & iterum ſi princeps jubeat, precarium renouetur.

Iudicare, pro teſtamento legare In legibus Aſtulphi Regis Langobard. tit. 4. & in Lombard. lib. 2. tit. 4. Si quis Langobardus decedens voluerit vxori ſuæ vſumfructum de rebus ſuis judicare, non amplius judicare poſſit, Item in Lombar. lib. 2. tit. 4. Si quis Langobardus decedens voluerit vxori ſuæ vſumfructum de rebus ſuis judicare, & filios & filias ex ea reliquerit, &c. Hinc.

Iudicare feudum pro anima, id eſt, Eccleſiæ addicere, vel legare ſub conditione precationum, quæ pro domini conſtituentis anima fieri debeant, lib. feudor. 2. titul. 9. §. 2. & tit. 55. §. Langobarb. Luitprand. titulo 3. Si quilibet Langobardus ægrotauerit, poteſtatem habeat pro anima ſua judicandi vel diſpenſandi de rebus ſuis.

Iugerum eſt menſura agreſtis, quæ eſt in longitudinem pedum ducentorum & quadraginta, in latitudinem centum & viginti. Eandem menſuram gloſſæ arripendium vocant.

Iuſiurandum in feudorum libris aliud eſt ſimplex, ſiue ſolitarium: quod ſolus litigator, ſiue Dominus, ſiue vaſſallus præſtet: aliud conjunctum, ſiue commune, quod ego Sacramentalium diſtinguendi cauſa nominaui, propterea quod conjuratores certo numero vna id præſtant, qui Sacramentales (vt ſuo loco diximus) appellantur, lib. feud. 1. tit. 4 §. 2. & tit. 26 & lib. 2. tit. 33 §. 2. Rurſus aliud eſt liquidum, quod feudalium ſcriptores apellant, ſine mentione conſcientiæ: cum quis liquido factum, aut non factum jurat: de ſuo videlicet facto affirmans: aliud fortaſſis Arbitrarium dici poteſt: quia per verbum antiquæ Romanorum formulæ Arbitror concipitur: cum quis jurat ſe arbitrari non factum, quod iidem ſcriptores dicunt. Iuramento conſcientiam ſolam apponere, libro feudorum 2. tit. 33. §. 2. & tit. 58. §. 6. quare fidelitatem diximus, ex Hotom. De juriſiurandi veteris formulâ, dictum eſt in libell. de formul. antiqu. itemque in Scholis noſtris ad lib. 4. C. ſub illo tit.

Iuſtitiam facere, Vid. Facere Iuſtitiam.

L.

Landegrauij ſunt prouinciæ comites judices.

Langobardia, quam Latini Ciſalpinam Galliam appellabant, de qua in feud. libr. frequentiſſime mentio fit, vnde dicta ſit, Otto Friſing. libr. Frid. 2. c. 13. hic demonſtrat verbis Barbarorum (inquit) incurſionibus ac dominationi, qui à Scanzia inſula cum Alboine Duce venientes, Pannonias primo inhabitarunt ſubjacere incipiens ab eiſdem, eo quod ad agendum exercitum, fœminis, reflexis ad mentum crinibus, ſicque viriſem, & barbaram faciem imitantibus, & idcirco Langobardis à longis barbis vocitatis, & ipſa Langobardia appellari conſueuit. Hæc Otto. Quod idem ſcribit Guntherus, poëta eximius, qui Ottonis hiſtoriam verſibus proſecutus eſt.

Dicitur à longis ea Longobardia barbis.

Sed Albertus Krentzius lib. Dan. 2. c. 29. Notationem illam improbat, & à Bardis dictos putat, qui poſtea Saxones appellati ſunt. vel à longis barbis, pro barbatis. Probabilior autem videtur Pauli Diaconi conjectura, qui libr. de geſt. Langob. 1. cap. 8. ita ſcribit: Certum eſt, Langobardos ab intactæ ferro barbæ longitudine, cum prius Vinnuli dicti fuerint, poſtmodum ita appellatos. Nam juxta illorum linguam, lang, longam: & barb. barbam ſignificat. Langobardorum porro mores & inſtituta copioſe eodem loco Friſing. exponit cauſamque bellorum inter ipſos & Imp. Germanicos eſſe ſcribit, quod parte Italiæ armis ſubacta, & occupata, libertatem retinere, ſuiſque legibus viuere, neque ſe Imperatoris poteſtati ſubjicere vellent, multoſque plebeios, & infimæ conditionis homines in ſuam ciuitatem ita reciperent: vt eos neque à militiæ cingulo neque à cæteris dignitatum gradibus excluderent. Ex quo factum eſt, inquit, vt cæteris orbis ciuitatibus diuitiis & potentia præmineant.

Laudum plerumque dicitur, quod re aliquandiu deliberata conſtitutum eſt, ſæpe numero etiam pro Arbitrio vſurpatur. Vnde Laudamentum ſapientum, quod ICti inter ſe diſputata & deliberata conſtituerunt, lib. feud. 1. tit. 19. §. 1. Nam laudare proprie eſt, re quæſita & agitata communi conſilio & conſenſu conſtituere: quod noſtra lingua dicimus *Accorder* vnde Laudimiæ *accordements*, paſſim in legibus Galliæ municipalibus, quo nihil aptius, neque commodius fingi potuit. Helmod. in hiſt. Slau. cap. 87. Cumque non longe abeſſet pugna, factum eſt conſilio vtriuſque partis, vt laudaretur pax, vtque poſt biduum: id eſt communi ſenſu conſtitueretur. Item cap. 57. Nec tamen retineri potuit, ſed ſicut laudatum fuerat, occurrit ad locum placiti, comitatus tanquam quatuor viris. Sic lib. feud. 1. tit. 22 § 3. Niſi conuicta culpa, quæ ſit laudata per judicium Parium ſuorum. Item tit. 28 Viri prudentes Mediolanenſes laudauerunt. & lib. 1. tit. 20 Sed laudatum ſæpe, id eſt, communi conſilio conſtitutum: quod Gallice dicimus Accorde'. Hinc.

Laudamentum, lib. Feud. 1. 8 tit. 21 Per laudamentum Parium ſuorum. Et lib. 3. titul. 1. 3. Parium laudatione beneficium amittat. Helmodus in hiſt. Slau. libro primo cap. 92. Laudatum autem fuit, ne quis transfugam alterius reciperet: id eſt conuenit. Et cap. 18. Abiit Epiſcopus ad Ducem propter colloquium prouinciale, quod laudatum fuerit in Ertheneburg. id eſt, communi conſenſu indictum & conſtitutum. Radeuic. lib. 2. cap. 10. Laudamentum à Papa Adriano accepiſſe memoratur, vt ſcriptura & pictura de medio tollerentur. Idem lib. 2. cap. 11. Accepta de hac probabili petitione fideli fundamento, ad propria reuerſus eſt: id eſt, conuentione ſcripta & obſignata.

Laude ſiue Laudimia vulgari lingua *los* vel potius *Lauds*, dicere ſolemus, ſummam pecuniæ, quam nouus Vaſſallus patrono præſtat, quaſi beneficij agnoſcendi cauſa, quapropter *eiſangōgē* à Leone. Nou. XIII. appellatur, quaſi ejus ſuſcipiendi cauſa delatum, vt cum emphyteuta nouus quinquageſimam precij partem præſtat, l. 3 C. de jur. emphyt. Et quia non ſemper certa ſumma eſt, de viri boni arbitratu re quæſita & deliberata conſtituitur. Latine Arbitraria dici poſſunt. Iuſtinus lib. 2. Alexander ſua ſibi dari reſcripſit. juſſitque ſupplicem venire, & Regni Arbitraria victori permittere. Item libro 22. Precibus Amilcarem exorat, vt inter ſe & Syracuſanos pacis arbitrium ſuſcipiat. Cicero poſt reditum in Senatu, & in Piſoniana, Arbitria funeris dixit, pro mercede Pacta: vt in earum commen. oſtendimus.

Leodes, ſiue Leudes, ſiue Leudi Principis dicuntur, qui ejus imperio ac ditioni parent, quod iam pridem Stephanus Paſquerius, vir doctiſſimus, in ſuis Francogallicis Diſquiſitionibus elegantiſſime demonſtrauit Aimoin. libro 9. cap 90. Interea Leudi Theodoricum hortari cœperunt, vt fratri reconcilia-

retur. Item lib. 4. & p. 8. Omnes Leudi bonitatem ejus cernentes vehementer amauerunt. Et c. 15. Leudes, qui maxime judigoabaorut, ad ſe vocat. Et cap. Fines regni illios Leudibus ſuis probatiſſimis viris & viris & illuſtribus in fine diſpoſuit.

Lex Salica vide Salica lex.

Libellarius contractur, eſt conuentio de re vtenda data in perpetuum, ſub annua paucorum denariorum penſione. Obertus feud. 2 tit. 9. §. 2. vbi contractum hunc apertè interpretatus fraudulentem alienationem, quæ ſub nomine & prætextu locationis fieri ſolet. Et li. feud. 2. tit. 55 §. 1. Obligauerant, vendiderant, quandam colluſione nomine libelli alienauerant. Sic lib. feud. 2. tit. 43. mentio fit certæ penſionis, quæ quotannis libellariæ emptionis nomine præſtatur. Vnde autem fictum nomen ſit, non facile dixerim: nam omnium quidem veterum Doctorum vulgata opinio eſt, eo ſic dic, quod contractus in libello, ſiue breui charta perſcribatur: quod verisſimum eſſe arbitror. Fuit tamen tempus, cum dubitarem: an à libello (quod fuiſſe minuti nummi Romani genus nemo ignorat) potius deductum eſſet: nam Obertus viliſſimam duorum denariorum penſionem appellat: quaſi diceret, aliquot libellis, quæ quotannis penduntur, quaſi beneficij recognoſcendi cauſa. Cuiuſmodi fere conuentio illa eſt, de qua eſt apud Liuium lib. 41. Conſules agrum æſtimaturos: & in jugera aſſes vectigales, teſtificandi cauſa publicum agrum eſſe imposituros: vt ſi quis, cum ſoluere poſſit populus, pecuniam habere, quam agrum mallet, reſtitueret agrum populo. Sed vſitata feudiſtarum conſuetudo repugnat: apud quos paſſim libellus maſculino genere nominatur: vt lib. feud. tit. 44. Per libellum alienare Pro libello agrum tenere. Ad libellum dare Et tit. §. 2. Per libellum, vt dicunt, venditio. Et tit. 34. §. 1. Si libellum vnus alteri fecerit de feudo paterno non eſt libellus, ſed quaſi refutatio. Quibus ex locis perſpicuum eſt, Libellum facere nihil aliud eſſe, quam illo leui libellorum, ſiue denariorum annuorum pretio vendere: ſiue feudum, ſiue allodium vendatur. Sic lib. feud. 2. tit. 44. Si feudum ad libellum domini voluntate vendidit, ſi quiddam pro libello ei datur ſingulis forte annis, & hoc jure feudi cenſebitur. Et populo poſt, vbi pro feudo & pro libello retinere, perſpicue tanquam contraria opponuntur. Sic in l. Langob. tit 67. §. primo, & in Lomb. libro 1. tit. 9. Si quis homo in alieno terra libellario nomine reſidens homicidium fecerit, habeat ſpatium ad conquirendum, &c. Et § 3. Quod ſi nec hoc voluerit facere ipſe, cujus terra eſt, dare debeat libellario nomine ipſam terram ei, cui homicidium factum eſt: vt reddat ei exinde, ſicut ille reddebat, qui ipſum homicidium fecit: Sic libro feudor. 3. tit. 1. §. 4. Inſuper omnibus modis prohibemus, vt nullus Senior de beneficio ſuorum militum cambium, aut precariam, aut libellum, ſine eorum aſſenſu facere præſumat. Quod interpres in tit. de lege Conradi, lib. feud. 2. tit. 4. §. 2. ita expoſuit. Ex eadem lege deſcendit, quod dominus ſine voluntate vaſſalli feudum alienare non poteſt. Eodem pertinet text. feud. 2. tit. 34 §. 3. Notarius vero, qui ſuper hoc tali contractu libellum, vel aliud inſtrumentum conſcripſerit. Rurſus alia Libelli natura & conditio notanda eſt: quam apertè demonſtrat libero 1. tit. 13. vt res de coloni ſtirpe & familia non exeat: atque hac extincta, continuo ad datorem reuertatur. Ibi enim feudum idcirco vetatur ad libellum dari Eccleſiæ, quia nunquam ei heres eſſe deſinit: quod idem de collegiis dici poteſt: argum. lege proponebat, ff. de judic. hæc cum ita ſint, perſpicuum eſſe arbitror, libellarium contractum non eſſe venditionem, quia nullo juſto pretio res æſtimatur, vt venditur: ſed potius emphyteuſim: quia non pretium ſoluitur, ſed vectigal annuum minutum pro feodo alienato ponitur. Aut plane ut mihi perſuadeo, cum Doctorum prope omnium conſenſu, ſcriptura in contractu emphyteutico ex Zenonis conſtitutione requiratur: l. 1. C. de jure emphyt. probabile eſſe, Langobardos propter emphyteuſi libellarium contractum dixiſſe. Video enim, Arriſonem apertè teſtari permultis Italiæ locis atque adeo Veronæ in patria ſua, Libellum pro Contractu emphyteutico dici atque vſurpari ſolere. Reliquum eſt, vt Libellarij definitionem exponamus, hoc modo: Libellarius eſt conuentio in libello præſcripta da prædio in perpetuum fruendo, ea lege, vt colonus, ejuſque poſteri quotannis vectigalis nomine certam penſiunculam preſtent, vſque dum ſtirpe extincta prædium ad auctorem reuertatur. Vide Libellaria apud Hotom. Hinc.

Libellaria pro Allode, ſiue allodio paſſim vſurpatur. Verum (vt opinor) propterea tantum, quod ſub illa leuicula penſione annua locatum eſt, vt feud. 2. tit. 26. §. 2. vbi feudum & libellaria opponuntur. Agnatis feodum, filia vero allodium, ſiue libellariam eſſe aſſerentibus. Item, domino feudum, filia allodium ſiue libellariam eſſe allegante Et lib. 1. tit. 5. §. 2. Si fidelis feudum libellario nomine dederit. Item Poſtquam ad libellariam dederit. Recte igitur Baldus & reliqui, ſine vlla varietate, Doctores in rubric. Cod. de jure emphyten. Libellarium contractum definiunt, conceſſionem ſub vili penſione factam, ſiue de ſuperficie, ſiue de feudo, ſiue in cenſum, ſiue in emphyteuſim, ſiue ad alium reditum, ſiue ad vitam, ſiue in perpetuum, ſiue cum pacto de renouando, vel non.

Liga (vide Ligij homines) fœdus, ſocietas, Albert. Argent. in Chron. Inter Principem & Francum, interpoſitis juramentis, & confectis literis, Liga perpetuo eſt confirmata. Marchio cum Maſtino Veronenſi ligam contraxit, ejuſque filio ſuam filiam deſponſauit.

Ligium feudum dictum exiſtimant à ligando, per eminentiam, quod nimirum id habens, arctiori fidelitate domino ſuo ſit obſtrictus aduerſus omnes homines: quod non eſt in feudo non ligio.

Ligius idem plane qui vaſſallus, vt in Diſp. feud. cap. 4. copioſe demonſtrauimus. Idque confirmatur ea formula, quam Guil. Paradinus in annalib. Burgund. prodidit lib. 2. ſub anno 1217. Ego Odo Dux Burgendiæ præſentibus & futuris notum facio: quod cum dilectus conſanguineus meus Comes Stephanus fecit mihi legium homagium de feudo, quod tenebat Comite Burgundiæ, idem Comes ſcilicet de feudo Matiſcone, quod Comes Wihelmus de dicto Comes Stephano legio tenebat, conceſſi eidem Comiti Stephano: quod quando heres legitimus, qui Comitatum Burgundiæ tenebit, venerit, & homagium mihi fecerit, ſupradictus Comes Stephanus, abſque fide mea in homagium Comitis Burgundiæ, de prædicto feudo reuertatur. Quod vt ratum habeatur, præſens ſcriptum ſigillo meo confirmatū. Actū eſt hoc apud Lariam, Anno gratiæ 1200. menſe Octobri. Sed mendoſe formula illa deſcripta eſt.

Lorica, loricatus, loricæ feudum. vide Hauberticum feudum.

M.

Magiſter curiæ, qui in domo & familia principis aut nobilis ſecundum dominum primas tenet: qua in re differt à Paribus Curiæ, qui parem & æquabilem Conuaſſallorum dignitatem obtinent: Albertus Krant 2. libro Daniæ cap. 1 Grauis ſimultas inter militem quendam Regi proximum: qui Magiſter Curię illius dicebatur: & alium quendam militem. Ad quem cum Regis ſuſpicio in Magiſtratum curiæ memoratum permanaſſet, &c. Idem appellatur ab aliis Major domus: quemadmodum & pares domus dicuntur. Sed de Majore domus plura in Francogallia noſtra diximus, quam, ſi quid otij ſuppeteret, lubentiſſime ad exitum perduceremus.

Mallare, in jus vocare: vide Hotoman. in Lex. feud. in verb. facere juſtitiam.

In Mallo id eſt, in judicio: Hotoman. Lexic feud. verb. Placitum.

Mamburgur, idem fere, qui Aduocatus. Itaque qui Curator Reip. in libris Pandectarum dicitur Mamburgus Feudiſticis temporibus appellatus eſt. Vnde Mamburgium, curatio. In formula regni accepti à Boſone apud Guill. Paradin Annal Burg lib. 1. Omnibus, vt monuiſtis, legem, juſtitiam, & rectum Mamburgium, auxiliantes Deo, conſeruabo. Dicebatur & Mandiburdium, vt paulo ſupra in formula regni delati: Defenſionem & Mamburgium ſingulis exhibentes. Et apud Iob. Tritem pag. 88. Vnus aureus Romæ perſoluatur quotannis, vt cœnobium ſub Romanæ Eccleſiæ mandiburdio & majeſtate ſecurum ſemper ſtabiliatur & defendatur. In quibuſdam locis Maniburgus mendoſe legitur.

Mancipi res quæ ſint, in Commentar. verb jur. copioſe ſatis expoſuimus. Videntur vſurpatæ pro rebus allodialibus apud Sigebertum, ſub Anno 965. quidquid in re mancipi habuit, per teſtamentum Eccleſiis ſanctorum delegato mortuus eſt.

Mandiburdium: vide ſupra Mamburgur.

Manſio, Romana lingua, pro Diuerſorio, quod partim Principis, partim militum Itineribus paratum, & ex vicinitatis contributione annona rebuſque neceſſariis inſtructum eſt. Suet. in Tito Veſp. Spectaculis abſolutis Sabinos petit: deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus, &c Lamprid. in Alex. Tacebantur ſecreta bellorum. Itinerum dies publice proponebantur: ita vt edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet: Illa die, illa hora ab vrbe ſum exiturus, & ſi dij voluerint, in prima manſione manſurus: deinde per ordinem, manſiones: deinde ſtatiuæ. Poſterioribus autem temporibus apud Scriptores barbaricos.

Manſionatici appellati ſunt: cujus verbi duplicem vſum reperio: pro manſione hoſpitali, ſiue diuerſorio: & pro munere ac ſumptu reſpiciendorum hoſpitum. Illius ſignificationis exemplum eſt apud Aimoinum lib. 5. cap. 32. Indeque (de Carolo Caluo Francorum Rege loquitur) per Attiniacum & conſuetos Manſionaticos Compendium adiit: Hinc apud eundem libro 5 ca. 34. In priuilegio Abbatiæ Sancti Germani Parrenſis: Sed neque ſeruitia ex iis exactis, vel paraueredos, aut expenſas ac ſuas, vel ad hoſpitum ſuſceptiones recipiat, ſiue manſionaticos inde exigat: id eſt, ſumptus pro diuerſorio & hoſpitibus recipiendis.

Manſio, pro domo & ædibus: vide Francogallicum nomen *Marſon*. Gregor. Tur. lib. 3, At iſte ingreſſus manſionem Domini

Digitized by Google

mini ſui, apprehendit ſcutum ejus ac frameam. Et lib. 5. Hoſtium manſionibus noſtræ grauibus vndio cogi verberibus. Et l. 9. Ad manſionem Epiſcopi conuolauit, & clauſis oſtijs ait, &c. Helmodus in hiſt. Slau. c. 50. Occupauit montem, qui antiquitus Alberg dicitur: impoſuitque illic manſiunculas, intendens ibidem communire caſtellum.

Manſuarius, idem quod manens ſiue commanens, i. e. villicus. Alij προσμονάριον, vt Synodi Chalcedonenſis, ca. 2. Alij maſſarios appellant. Nam & manſum dixere maſſam Caſſiodorus, Gregorius, & alij. Eoſdem Amerbachius putat manſionaticos appellati: ſed fallitur: vide ſup. Manſionaticus.

Manſus, ſiue Manſum, neque domus eſt, neque area, neque hortus, ſed ager certi modi ac menſuræ: qui propterea Meratus ab antiquis dicebatur: quoniam in agrorum diuiſionibus & aſſignationibus menſores adhibebantur, qui & Finitores à Cicerone in Agrar. Orat. appellantur, quanquam in ſecunda mendum eſt in illo loco: Ianitores ex illo ordine ducentos conſtituit. Legendum eſt enim Finitores. Virgil. 10 Dirit Pertica quæ noſtros merata eſt impia agellos. Siculus Flaccus, lib. 1. de condit agror. Nominibus (air) agrorum diuiſorum qui inſtitutis limitibus diuiſi ſunt, & formæ varias appellationes accipiunt, quinam arbores finales, alij in venis, alij in membris ſcripſerunt: & quamvis vnius ſit forma, alij dicunt perticam, alij centuriationem, alij metationem, alij limitationem, alij cancellationem, alij Typon, quod, vt ſupra diximus, vna res eſt forma. Dicebantur etiam agri limitati, ſicut merati. Hinc metatio, limitatio, centuriatio, cancellatio, &c. de quibus mentio eſt, l. in agris, 16. ff. de adquir. rer. dom. & l. 1. §. inſula, ff. de flum.

Manſus autem vel in priuati hominis patrimonio eſt, vel Eccleſiæ ad clerici victum cultumque attributus, leg. Franc. li. 1. c. 85. Sancitum eſt, vt vnicuique Eccleſiæ vnus manſus integer abſque alio ſeruitio attribuatur: & presbyteri in ijs conſtituti non de domibus, neque de atriis, vel hortis juxta Eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo aliquod ſeruitium faciant præter Eccleſiaſticum. Et ſi aliquid amplius habuerint: inde Senioribus ſuis debitum ſeruitium impendant, quam legem ex conſtitut. Caroli Magni Canoniſtæ ſuo more retulerunt, in capite primo extr. de cenſ. & 33. quæſt. vlt. §. ſancitum. Melius tamen ibi legi puto Atrijs, quam Actis. Locus autem demonſtrat, quod ſuperius dictum eſt, Manſum neque domum, neque aream, neque hortum fuiſſe. Itaque lib. feud. 2. tit. 4. §. 4 Curtis dicitur eſſe in manſo, id eſt, ædificium. Albert. Krantzius in Wandalia, lib. 4. cap. 25. Aſſignauitque trecentos manſos Eccleſiæ in perpetuum ſeruituros. Item: Adolphus trecentos quoque manſos permiſit Duci, vt per manum ejus aſſignentur in dotem Eccleſiæ. Et cap. 24. Eat Epiſcopus in Vagriam: adhibitis viris induſtriis, æſtimari faciat prædia: quod de trecentis manſis, ego ſupplebo. Veniens Epiſcopus deprehendit prædia vix centum implere manſos. Quamobrem Comes volens redarguere agrimenſores, adhibuit menſuram ſuam funiculo breui & hominibus incompertis. Specul. Saxon. libro 2. artic. 54. Nemini licet ſeparatim paſcere pecora, vt per id communi paſtori pretium minuatur: niſi tres manſos habeat ſub titulo proprietatis, vel feudalis, cui ouile & paſtorem ſeparatim conceditur habere. Vbi pretium paſtori ſoluitur de manſis ſeu curiis, & non de pecoribus, illud non licet denegare, ne villa maneat ſine paſtore. Helmodus in hiſtor. Slau cap. 84. Habuit cum eo orationem de trecentis manſis, qui oblati fuerant in dotem Epiſcopij. Et mox: & ait Comes: Eat dominus Epiſcopus in Vagriam, & adhibitis viris induſtrijs faciat prædia hæc: quod defuerit de trecentis manſis, ego ſupplebo: quod ſuperfuerit, meum erit. Veniens ergo Epiſcopus vidit poſſeſſionem, & habita inquiſitione cum colonis, deprehendit prædia hæc vix centum manſos continere. Quamobrem Comes fecit menſurari terram funiculo breui, & noſtratibus incognito. Præterea paludes & nemora funiculo menſus eſt, ita fecit maximum agrorum numerum. Perlata ergo cauſa ad Ducem, adiudicauit Dux Epiſcopo dari menſuram juxta morem terræ hujus, nec menſurandas paludes, aut ſyluas robuſtiores. Item c. 88. Et ſubſcripſit in dotem Magnopolitanæ Eccleſiæ trecentos manſos. Idem c. 10. Pauperibus ortus natalibus primo ſeptem manſis, totidemque mancipiis ex hereditate partum fuit contentus. Et mox: Dicitur manentes ſuos pro furto delatos damnaſſe ad mortem. Quo loco non manſum pro villa poſuiſſe, vt docti quidem Germani ad marginem annotarunt, ſed pro jugero, locus in c. 12. demonſtrat. Per longiſſimos tractus & vaſtam ſolitudinem maxime ſyluarum robora ſulens prætendit, quibus jugera quondam fuiſſent diſpertita. Et mox: vbi reditum Epiſcopatus Aldenburgenſis exponit: De quolibet aratro menſura grani. Slauicum vero aratrum par boum, aut vnus conficit equus. Item cap. 88. De aratro tres modios ſiliginis, porro Slauicum aratrum perficitur duobus bobus, & totidem equis. Item in diplomate priuilegij Hirſaugienſis apud Ioann. Tritemium: Si quiſpiam vnam vineam, vnum manſum, vnum molendinum, vel ſaltem vnum mancipium abſtulerit, &c. Et mox: Si vero quiſlibet illorum eorum, vel aliquam villam inde violenter abalienauerit, &c. Item in priuilegio Eccleſiæ Bremenſis à Carolo Magno, apud Albertum Krantzium in Saxoniæ li. 2. c. 25. Hinc Parochiæ ſeptuaginta manſos cum ſuis colonis offerentes, totius hujus Parochiæ incolas decimas ſuas Eccleſiæ, ſuoque prouiſori perſoluere. Abbas Vſperg. In Lothario Saxon. Cujus curiæ mille & centum manſi ſunt, vno vallo comprehenſi. Item ſub Philippo: Vt videlicet quilibet manſus ruſticanorum prædiorum ſolueret multare vnum auenæ. Placet igitur eorum ſententia, qui à Menſura ductum vocabulum putant: quia ſi ager ex certo modo præſcriptus (vt illa lex oſtendit) neceſſe eſt, certæ menſuræ fuiſſe, libr. feud. 2. tit. 4. Si quis de manſo vno feudi nomine inueſtituram acceperit. Nam cum manſum vnum, duo, tria, numerantur, certi agrorum modi perſpicue ſignificantur.

Manſum aliud eſt Indominicatum, quod in Principis, aut Eccleſiæ, aut nobilis alicujus dominio eſt: neque vel in feudum, vel in precariam, vel alio titulo alteri conceſſum: aliud Ingenuum, quod eſt nobilium, & colono alicui locatum eſt, qui Manſuarius vocatur: aliud Seruile, quod in feudum datum eſt ſub certi ſeruitij conditione Apud Aimoin lib. 5. cap. 35. Vbi Regni Franciæ adminiſtrandi forma præſcribitur: vt de manſis indominicatis, ſolidus vnus, de vnoquoque manſo ingenuo, quatuor denarij de cenſu dominico, & quatuor de facultate manſuarij.

Manſus eſt (inquit Bald.) prædium, in quo manent homines. Manſus (inquit Aluarot.) fundus, qui duobus bobus ad laborandum ſufficit. Hinc fortaſſe ortum (inquit Zaſ.) quod nos Germani Prata dimenſa nominauimus Manſmas.

Manus mortua, locutio eſt, in feudorum quidam libris non vſurpata, ſed propter Gallicam conſuetudinem digna, quæ hoc loco notetur. Vſurpatur autem de ijs quorum poſſeſſio (vt ita dicam) immortalis eſt: quia nunquam hæredem habere deſinunt: vt de Eccleſia dicitur lib. feudor. 1. titul. 13. Qua de cauſa res nunquam ad priorem dominum reuertitur. Nam Manus pro poſſeſſione dicitur: & mortua, pro immortali. Sic municipium dicitur non mori. l. autem vſusfructus, 56 ff. de vſufructu. l. ſi vſusfructus, 8. ff. de vſufru. leg. quoniam hominibus alijs ſuccreſcentibus idem populi corpus videtur, l. proponebatur. 76. ff. de judic. Ciuitas autem mori dicitur, vbi he diruta, & inducto aratro, l. ſi vſusfruct. 21. ff. quibus modis vſusfruct. amitt. Nam quæ prima fuit ſpecies, interiit: illa autem exorta eſt, vt de domo dicitur, l. qui vſumſt. 39. ff. de vſusfruct l. quid tamen. 10. §. pen. ff. quibus modis vſusfruct. amitt. Theo. Niem. in Nemore vnion. tractatu 6. cap. 33. Et ſic ad manum mortuam regnum & principatus hujuſmodi deuenerunt: quia ipſi regem Francorum dicti Auguſti conſanguinei, & propinqui extiterunt. Et in Capitul. Caroli Magni, & leg. Franc. l. 4. Vbi vero mortua manus iacet, aut alia quælibet cauſa irrationabilis inuenta fuerit, diligenter deſcribatur, & ad noſtram notitiam perferatur. Vſurpatur autem hæc locutio primum in corporibus, & collegiis, quæ immortalia ſunt: vt ciuitates, cœnobia, l. ſicut, §. in Decurionibus ff. quod cujuſque vniuerſ. l. proponebatur. ff. de judic. Thomas Walſingham Angl. hiſtor. ſub anno 1276. In eo parlamento edidit ſtatuta contra manum mortuam, ne de cetero poſſeſſiones terrarum ſeu redituum ſine ſpeciali Regis licentia ad manum mortuam deuoluantur. Polyd. Verg. lib. hiſt. 17. Legibus magnæ chartæ ſancitum eſt, vt nemini liceret dare prædia collegijs monachorum: & legem hanc ad manum mortuam vocarunt: quod res ſemel datæ collegijs ſacerdotum, non vtique rurſus venderentur velut mortuæ, hoc eſt, vſui aliorum mortuorum in perpetuum ademptæ eſſent. Et aliquanto poſt: Epiſcopi capto inter ſe conſilio poſtolarunt, vt legem ad manum mortuam, quam ordini ſuo valde nocere perſpexerant, antiquaret. Vſurpatur quoque locutio hæc in Gallia, cum tenera manus, id eſt, poſſeſſio mortua eſt vt cum quibuſdam Galliæ locis conſuetudo eſt: vt poſſeſſore ſine liberis mortuo, poſſeſſio ad territorij dominum reuertatur.

Marchiones, à voce Germanica March. qua limes ſignificatur. Dicuntur ij, qui certo Regni limiti cum Imperio præfecti ſunt. Limitem enim modo Marchiam, modo Marcam barbarici ſcriptores appellant: Vt leg. Fran. 4. tit. de vaſſis dominicis ad Marcham cuſtodiendam conſtitutis. Sic Rhegino lib. Chron. 2. ſub anno 788. Poſt hæc Carolus Ratiſbonam venit, ibique Marchas & fines Baioariorum diſpoſuit. Helmodus in hiſt. Slau. cap. 68. Vocantur autem viſitato nomine Marcomanni, gentes vndecunque collectæ, quæ Marcham incolunt. Sunt autem in terra Slauorum Marchæ quamplures Sic lib. 5. Aimoi. Ludouicus Neuſtriam cum Marchijs ſuis haberet, & Carolomannus Burgundiam & Aquitaniam cum Marchijs ſuis obtineret. Itaque à Germanis Marchgraph. dicuntur, quaſi Limitis Comites, ſiue Limitis præfecti. Aimoin. lib. 4. Comites Marchiæ Hiſpanicæ trans Sicorim fluuium in

Hiſpaniam profecti, &c. Dicuntur & Cuſtodes limitis. Aimoi. lib. 4. Periit, vt colloquium fieret inter ipſum, & Hiſpaniæ limitis cuſtodem. Interdum Comites & Præfecti limitis. Idem lib. 4. Qui res nouas moliens Cadolachum Comitem & Marchiæ Forojulienſis Præfectum accuſare conabatur. Item ſimilimodo de Marcha Hiſpana conſtitutum, & hoc illius limitis Præfectus imperetum. Poſterioribus tamen temporibus, vt alijs multis in verbis, conſuetudine ſermonis degenerauit, & Marchiones dicti ſunt, etiam qui in Mediterraneis Regionibus imperium aliquod obtinebant: vt apud Aimoi. lib. 5. Robertus Comes Pariſiorum frater Odonis Regis, Marchio Francorum vocabatur. Et paulo poſt: Venerabilis Marchio noſtri quidem Regni, &c. march vel marc Germanis & olim & nunc equum ſignificat: vnde perperam quidam Marchionem deriuant. Beatus Rhenanus vir doctiſſim. & P. Brodæus Galliæ noſtræ ornamentum inſigne. lib. Miſcell. 3. ex Pauſan. lib. 10. docuerunt, March priſcorum Gallorum vocem fuiſſe, qua equum ſignificabant: quo nomine hodie quoque Britones Armorici vtuntur: apud quos plurimas Francogallicæ linguæ reliquias ſupereſſe conſtat. Itaque complures (in his Brodæus & Alciat.) exiſtimarunt Marchiones dictos, quaſi vero ea obſoleta priſcorum Gallorum lingua probandum ſit, eam vocem pro Equo vſurpatam, cum ex Germanorum ſcriptis: ex quibus nomina hæc omnia ſumpta ſunt, ſatis conſtet, March lingua Germanica pro equo dici ſolitum: vt in Baioar. legibus: Si caudam amputauerit, vel autem, ſi Equus eſt, quod March dicimus cum ſolido componat. Atque hinc omnium Marſchalci nomen ductum. Sed multo abſurdius Feudiſtæ, qui lib. feud. 2 tit. 10. §. 1. Quia à Principe (inquiunt) de Marchia inueſtitus eſt, Marchio dicitur, quod tenet, quod eſt juxta mare, quia plerunque Marchia juxta mare ſit poſita. Hæc cum ſcripſiſſem, poſtea Wandaliam Alberti Krantzij percurrens, diſputationem ejus hanc reperi, lib. 3. cap. 16. Iuuat intueri, requirereque, vnde tractum ſit nomen Marchiæ, atque Marchionis: Quam re ridiculus, qui Feudorum vſus conſcripſit. Pollicetur enim in titulo docere, quis ſit Marchio: & vbi ad rem ventum eſt, ignotum per ignotum conatur oſtendere. Marchio, inquit, eſt, qui tenet Marchiam: atque ſit Marchia, & vnde dicta, debuit explicare. Marchionis quidem vocabulum veteribus incompertum eſt, niſi quis modernorum renouans antiquitatis illud, inſerat nouum vocabulum. In noſtris quoque Annalibus nullam ejus verbi legimus mentionem, ante primum Henricum Saxonem, Romanorum Regem, qui primus domitis Danis ad oppidum Sleſuicum, cum eo tranſtuliſſet Saxonum coloniam, impoſuit regioni præſidem, quem appellauit Marchionem, & illis regendos tuendoſque Regni milites impoſuit prouinciam quaſi duci limitaneo. Inde quoque cum ordinata per illum prudentiſſime Saxonia conſtituiſſet, qui agros colere, quiſque qui renerentur in militiam: cum quintum quemque quatuor in agris remanentes ſumptibus & armis expedirent: illumque durante militia alere juberentur. Vires, quas perinde in Vngaros comparauerat, primum in Wandalos ſtatuit exercere tyrocinium, hunc reputans maioris militiæ: duxitque in metropolim gentis Brandeburgum: eamque obſedit, per brumam in glacie, & oppugnauit conſtantiſſime: & exhauſtis obſeſſorum viribus, conſumptiſque commeatibus, etiam expugnauit collocauitque in ea primus Marchionem, qui prouinciam tueretur armis quæſitum: & augeſcere contenderet in diem: & quam Romani ſimili ex cauſa dixere Prouinciam, ille appellauit Marchiam. Mecum diu reputans, multaque circumſpiciens, nihil reperio de nominis origine probabilius, quam vt ex vulgari Saxonum ductum eſſe credam: vt ſit in aliis quoque nationibus, vt vernaculæ linguæ quædam nomina inſerantur Latinis? Latium quo beerut diuite lingua. Marchiam autem vocant vulgo Saxones, diſtrictum vnius villicationis aut ditionis. Inde Vehmarke nomen duxere: vt tum Marchiam dicerent Saxones eam prouinciam, quam ſui juris eſſe, per arma ſunt conſecuti: inde præſidi nomen inditum, vt Marchio diceretur, qui illi jus diceret. Sic in Dania ad Sleuicum, vt diximus Marchionem conſtitutum, ita & in Wandalia per eundem Henricum Regem, Marchiam illam, ſuo Marchioni deputatam: indeque ſua iſte nomen, vt deinceps aliæ quoque prouinciæ hoc vocabulo in ſimili principatu vterentur: dicereturque Marchio Miſniæ, Badenſis, Styriæ, Morauiæ, in Germania, & in Italia, Taruiſina, Anconitana, Mantuana, Ferrarenſis: & ſi quæ ſint aliæ Marchiæ. Hæc Albertus: Ex quibus intelligi poteſt, quam diſſimilis hujus dignitatis ratio fuerit apud Italos, de quibus Niceph. Gregor. lib. 7. ita ſcribit; [illegible]. Ioannes Brodæus Miſcella. 2. c. 23. Galli (inquit) quondam (vt ſcribit Pauſan.) equum March appellabant: vnde Marchiones, vt opinor, dicti. Nomen retinent hodie Britones, quorum idioma niſi Hunnica barbarie pollutum eſſet, ad veterem Gallorum linguam prope accederet: nam Germanicam fuiſſe non credo, cum Cæſar in Commentarijs Ariouiſtum Germanum Gallice loqui didiciſſe commemoret, qua de re alio loco luculenter diſſeruimus.

Mariragium, vide Dotarium ex Hotom.

Marſchalus, vetus vox Germanica, pro Equitum Magiſtro. March enim vetere illorum lingua pro Equo dicebatur: Leg. Alemann. tit. 80. Si Marſchalcus, qui ſuper duodecim caballos eſt, occidit, XL. ſol. componat. Vbi de Seneſcalco etiam mentio fit: quæ vox in Francogallia vſurpata eſt. Albert. Krantz. lib. Suet. 5. c. 41. Gubernatorem appellarere, ex optimis militem, qui conuocandis regni cœtibus & omnia vice Principis gerendi habet poteſtatem. Marſchalcum noſtri vocant: Galli Conneſtabulum, Magiſtrum Equitum dixere Romani, armorum ductorem interpretantes, qui & equeſtris militiæ Princeps arbitrium habeat educendi armatum Regni exercitum. Hæc Krantzius. Latini autem eum, qui ſub Regis imperio exercitui præeſt, Magiſtrum rei militaris appellant. Liuius lib. 24 de Syphace Numidiarum Rege loquens. Orauit (inquit) vt duo legationem referrent ad Imperatores ſuos: vnus apud ſeſe Magiſter rei militaris remaneret. Lotharius Imp. & Carolus Rex in Valentianis, cap. 13. Vt miſſi in illorum miſſarias curam habeant, ne homines noſtri, aut alij quilibet vicinos ſuos maiores vel minores tempore æſtatis, quando ad herbam ſuos caballos mittunt, vel tempore hyemis quando Mareſchalcos illorum ad fodrum dirigunt, deprædentur & opprimant. Et an ſic egerint, hoc etiam (vt prædiximus) veraciter miſſi noſtri inueſtigent, & nobis renuntient, vt in ſeniore hoc ſic emendemus, quatenus homines ſuos in poteſtate habeant, & contenti ſint debitis, & indebita injuſte non appetant. Beat. Rhenan. rer. German. lib. 2. docet, Marſchalcum fictitio vocabulum eſſe ex March, quod equum ſignificat: & Schalc, potens: quaſi equorum Magiſtrum. Et eo pertinere videtur inſtitutum Aureæ Bullæ, cap. 24. vt Dux Saxoniæ Imperii Archimareſchalcus, in Comitiis Imperialibus auenam diſtribuat. Ponetur (inquit) ante Seſſionem imperialem aceruus auenæ tantæ altitudinis, quod pertingat vſque ad pectus, vel antelam equi, ſuper quo ſedebit ipſe Dux, & habebit in manu baculum argenteum, vel menſuram: & primo menſuram eandem de auena plenam accipiet, & famulo primitus venienti miniſtrabit eandem, quo facto figendo baculum in auenam recedet, & Vicemareſchalcus ejus auenam diſtribuet.

Meliores, pro Proceribus, ſiue Primariis, eadem ratione, qua ſeniores, Tacit. li. 15. Et commutus his Auitus, patienda meliorum imperia. Id diis, quos implorarent, placitum, vt arbitrium penes Ro. maneret, Greg. Turon. li. 6 c. 45. Conuocatis melioribus Francis reliquiſque fidelib. nuptias celebrauit filiæ ſuæ. Hot. Lex. feud. verb. meliores, vbi vide plura ex alijs exempla. Otto Friſing. lib. 1. c. 20. Gladio exerto in meliorem & nobiliorem omnium Rauennatenſium manum miſit. Apud Radeuicum lib. 5. c. 30. Dominus Imperator magna eſt in gloria: quam de melioribus ex Mediolano, & Briza in Vinculis retinet. Idem cap. 34 Quoſdam occiſos, ſexdecim captus de ſuis melioribus ibidem perdiderunt. Albert. Argent. in Chron. Miſit Rex pro melioribus in Italia, de vtraque Gibellinorum & Guelphinorum, tentans ſi quomodo poſſet inter illos concordiam ordinare.

Miles in libris feudiſticis & Vaſſallus ſynonyma ſunt. Itaque Miles & Senior tanquam relata opponuntur, vt lib. 3. tit. 1. §. 1. Ad reconciliandos animos ſeniorum & militum. Et §. 1. Si contentio emerſerit inter ſeniorem & militem. Item, Senior vero miles qui culpatur. Feudum quippe clientela militaris eſt: qua de cauſa beneficia feudalia proprie dicuntur ea, quæ militibus attribuuntur, Albert. Krantz li. Dan. 6. decimonono. Omnis inter Regem Daniæ & Adolphum Holſatiæ Comitem controuerſia inſtollitur: & primum amicus, deinde miles etiam Regis conſcribitur. Militare cingulum. Porro quod Romanorum mos fuit in militari cingulo certis attribuendo, cæteriſque, qui cincti non eſſent, à militia prohibendis, eundem à Barbaricis retentum atque vſurpatum fuiſſe, docuimus cap. Diſp. 3. Tantum autem in cinguli jure Romani poſuere, vt ſi quis in caſtris diſcinctus verſaretur, aut vallum ſubiret, piaculi inſtar haberetur. Cujus rei exemplum extat apud Cornel. Tacitum lib. 11. qua de cauſa, qui ſub jugum mittebantur, diſcincti erant. Vt Feſtus libro nono demonſtrat. Ammianus Marcell. lib. 22. Proſequere, ait, mulier, ſi quid te læſam æſtimas: hic enim ſic cinctus eſt, vt expeditius per lutum incedat. Neque illud prætermittendum, quod Friderici ſecundi conſtitutione ſancitum eſt, ne cui militare liceat, niſi qui vel de militari genere ſit, vel militarem ordinem ſub Imperatore impetrauit. Neapol. Conſtitu. li. tit. 50 & tit. 60. Itaque idem apud Petrum de Vin. lib. epiſt. 6. c. 17 Quanquam (inquit) pater ſuus miles fuerit, & noſtris conſtitutionibus caueatur, quod milites fieri nequeant, qui de genere militum non naſcuntur: ipſe tamen de culminis noſtri licentia decorari valeat cingulo militari mandamus. Item Neapol.

coniti

conſtit. lib. 2. tit. 32. Militaribus tamen priuilegiis in omnib. ſupradictis & aliis cauſis, & caſibus, in quibus prærogatiuæ militum aliquid indulgetur, eos tantummodo militer vti volumus, qui honorem dignitatis militaris & onus decenter obſeruant: in equis & armis videlicet, & aliis militaribus ſignis, quibus milites & Barones condecet decorari.

Miniſteriales interdum dicuntur ſerui domeſtici, qui ſuas operas & miniſteria dominis præbent: vt in Specul. Saxon. li. 9. art. 81. Miniſteriales hereditant, & hæreditatem accipiunt, ſicut liberi ſecundum jus prouinciale, excepto, quod extra dominiū ſuorum nemini ſuccedunt, nec habent ſucceſſorem, vt in Lomb. lib. 1. tit. 8. De aldis & ſeruis miniſterialibus dicimus, qui docti domi & nutriti aut probati ſunt. Item: Tam de aldis quam de ſeruis miniſterialibus, ſeu de ſeruis ruſticariis. Idem lib. 1. tit. 12. Si quis ſeruum miniſterialem probatum (vt ſupra) & doctum domi occiderit, componat ſolid. L. de alio vero ſeruo miniſteriali, quo ſecundus ejus inuenitur eſſe, tantum nomen miniſteriale habet, ſi quis occiderit, componat ſol. XXV.

Miniſteriales interdum dicuntur homines liberi, qui in Potentiorum familia munere & prorogatione aliqua funguntur, vt li. feu. 2. tit. 27. §. pen. Si miniſteriales alicuius domini inter ſe guerram habuerint, Comes ſiue Iudex, in cujus regimine eam fecerint, per leges & judicia ex ordine proſequatur. Item lib. 3. leg. Fridericus: De conſilio Principum & aliorum fidelium noſtrorum tam liberorum quam miniſterialium. Item: Si liber homo, ingenuus, miniſterialis, vel cuiuſcunque conditionis fuerit, &c. Otto Friſing. li. Chronic. 7. c. 8. Orta ſeditione & Sigehardus Comes à familia Principum, qui Miniſteriales dicuntur, eo quod juſtitiam eorum infringere diceretur, occiſus eſt. Idem lib. Frid. 1. c. 59. Conradus Imp. ad propria rediit, & illic quoſdam ex propriis miniſterialibus ſuis pro bono pacis boni judicis exercens officium, ſuſpendio peremit.

Minor Longobardico jure dicitur is demum, qui decem & octo annis minor eſt: nam poſt eum annum ætas legitima dicitur, in Lomb. de prohib. alien. min. l. 1. §. 1. & l. de puero.

Monachus (cui feudum adimi propter monachatum dicitur in his libris frequentiſſime, Latine ſingularis, vel ſolitarius dici poteſt, c. placuit, 6. q. 1. Monachorum, inquit, conuerſatio & vita ſecundum etymologiam nominis ab omnib. diſcrepat. Monachus enim Græce Latine ſingularis dicitur. Vnde Monachū per omnia ſingulariter agere oportet. Hier. ad Paulin. Si cupis eſſe, quod diceris, Monachus, id eſt, ſolus, quid facies in vrbibus, quæ vtiq. non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum? Itaque memorabile eſt, quod ſcribit Theodoretus Eccleſ. hiſt. lib. 4. c. 8. Monachum fuiſſe, qui totos ſexaginta annos neque a quoquam viſus ſit, neque cum quoquam collocutus. Mirum eſt autem, cum inſtitutis ſodalitatibus, quæ Græce cœnobia dicuntur, & legibus latis, vt Monachi vna in eadem domo habitent, vna cibum capiant, vna cantionibus aſſiduis operam dent, vna etiam ex Iuſtiniani conſtitutione dormiant: vt Nouel. 5. & Nouel. 155. & Nouel. 133. &c. ſi clericus. 16. quæſt. 1. c. Monachum 20. quæſt. 4. quamobrem Monachorum illis nomen relictum ſit: cum nulli toto genere humano minus ſolitarii ſint, ac minus ſoli viuant: niſi forte quod re mutata nomen retentum, vt l. inſula 56. in fin. ff. de adq. rer. dom. Repugnant igitur Monachus & ſodalis: Monachum eſſe, & in cœnobio ætatem agere.

Morgangheba, eſt Longobardorum jure, quarta pars bonorum mariti. leg. 8. Lang. de iis, quæ à viro in mul. dant. Romanorum autem moribus fuit tertia, non quidem bonorum, ſed dotis, vt Harmenopulus obſeruari refert 4. Epito. &c. & ex conſtitutionibus Neapolitanis eſt tertia bonorum mariti, lib. 3. tit. 13. 15. 16. & ex conſuetudine Normanniæ.

Morganatica, vulgo corrupte pro Morgengabe: quod Germanica vulgari lingua matutinum munus ſignificat. Munus erat, quod ſponſus die nuptiarum mane ſponſam ſalutans, et coram propinquis & amicis, ante nuptiale conuiuium donabat: de quo mentio fit in lib. feud. titul. 39. Latini munus nuptiale illud appellant. Liu. lib. 30. Huna nuntium ac ſimul venenum ferens, miniſter cum ad Sophoniſbam veniſſet: Accipio, inquit, munus nuptiale nec ingratum: ſi nihil maius vir vxori præſtare potuit. Hoc tamen nuntia, melius me morituram fuiſſe, ſi non in funere meo nupſiſſem. Tacitus vero dotem hanc interpretatur. Nam in lib. de moribus German. his ſcribit verbis: Dotem non vxor marito, ſed maritus vxori offert. Interſunt parentes & propinqui, ac munera probant: Itaque cum in Speculo Saxo. artic. 20. ita ſcriptum eſſet: *Nun vernempt, vvas ein yeglich Man von Ritters arth moeg ſeinem VVeib zu Morgengab geben, des morgens als er mit ihr zu tiſch gehet vor eſſent.* Interpretes ita conuenit: Nunc intellige, quid vnuſquiſque vir militaris in ſuam vxorem ſine heredum aſſenſu nomine dotis poſſit erogare: antequam cum ea ad prandium diſcubuerit. Greg. Turon. lib. 9. Tam in dote, quam in Morgengabe, hoc eſt, matutinali dono, certum eſt adquiſiſſe. Leg. Longobard. titul. 4. & in Lombard. lib. 2. titulo 4. Si quis Langobardus Morgengabe coniugi ſuæ dare voluerit, quando eam ſibi in coniugio ſociauerit, ita decernimus: vt alia die ante parentes & amicos ſuos oſtendat per ſcriptum cum teſtibus roboratum, & dicat: Quia ecce quod coniungi meę Morgengabe dedi. Albert. Argentin. in Chron. Iohannes autem aſſerens dominium ad ſe ſpectare, tanquam matri ſuæ per Rodulphum Regem olim morganatico iure donatū libentar habuiſſet ſua. Morgengabe videtur idem apud Germanos fuiſſe, quod Germanolatini ſcriptores dicere ſolent Dotalitium, nonnulli Doarium, Græci hypobolon: hoc eſt, vnde ſe ſoetimulier mortuo marito poſſit, qua de cauſa Vitalitia quoque appellantur, quaſi quæ vtenda fruenda mulieri in omne vitæ ſuæ tempus attribuuntur. Albert. Krantzius lib. Daniæ 7. c. 35. Inſuper Romulus acceperat Ingeburgam filiam Vlberti Ducis in coniugem, Dos eſſet oppidum Lenize, cum territorio ſuo, Romulus pro vitalitiis daret ſponſæ Arulberg. Vuerben, Parelberg. cum attinentiis. Item li. 8. c. 36. Dorothea Regina moleſte ferens querimoniam Dorotheæ relictæ Adolphi, rem omnem ſuſcepit comparandam. Nam acceptis eius vitalitiis, ſoluit de teſtantiis duo millia aureorum, & pacta eſt in ſingulos annos. Vide Dotalitium, & Salica Lege vxorem ex Hot.

Mundiburdium Longobardis idem quod Latinis tutela ſiue curā ſignificat.

N.

Nepos pro fratris filio, lib. 1. tit. 5. §. 1. & tit. 13. in fin.

Noua inueſtitura eſt, quando feudum primo quæritur: li. 2. tit. 32.

Nouum feudum eſt, quod ei primum, quo de agitur, attributum eſt: cui opponitur paternum, quod eius vel parentibus, vel maioribus conceſſum fuit. l. 2. tit. 14. §. 1. & lib. 2. tit. 50. Paternum inquit, voco, quicunq. ex ſuperioribus id adquiſierit. Nos Profectitium appellauimus: nomine, vt videtur, non incommodo.

O.

Obnoxij dicuntur commode pro Vaſſallis. Albertus Krantzius. lib. Dan. 6. c. 42. Splendidos equites nuper à ſe ſuis ſacramentis dimiſſos Abſaloni mittunt, iuſiurandum præſtant, ille nihil motus non eſſe ait, cui debent tanti viri obnoxij fieri.

P.

Pagenſes, ciuitatis aut pagi eiuſdem incolæ, lib. feud. 2. tit. 68. §. 2. Adhibeat ſibi de pagenſibus ſuis, & qui per eandem legem viuant, duos teſtes idoneos. Sic Gregor. Turon. lib. 8. cap. 18. Nam Wintrio Dux à pagenſibus ſuis depulſus, ducatu caruit. Et li. 10. c. 9. Regalis epiſcopus cum clericis & pagenſibus vrbis ſuæ ſimilia ſacramenta dedit. Sic legis Franc. li. 2. c. 41. Cancellarius tamen talis eſſe debet, qui pagenſibus loci illius notus fuiſſet: Et in Capit. Conſtit. vlt. Comites autem reddant rationem de eorum pagenſibus.

Parentes, pro cognatis: quod linguæ noſtræ vernaculæ commune eſt, lib. feud. 1. tit. 14. Non reuocetur ab vllo ex parentibus ſuis. Et lib. 2. tit. 33. Vaſſallus cum ſex parentibus cæteros ſi vult habeat extraneos. Et lib. 3. tit. 2. § 1. Cum duodecim propinquioribus parentibus ſe defendat. Hieronymus in Apologia ſecunda contra Rufinum: Niſi forte parentes militari vulgarique ſermone cognatos & affines nominat. Sic Iulius Firmicus Matheſeos. 3. c. 13. Pigros faciet humileſque in omnib. actibus, & in omni fortuna: & qui cum parentibus vel affinibus aſſiduas inimicitias exerceant.

Pares curiæ, ſiue Curtis, ſiue Domus, dicuntur Conuaſſalli, ſiue compares, qui ab eodem Patrono feudum receperunt quaſi eiuſdem Patroni clientes, lib. feu. 1. tit. 11. & 18 & 26. Sic pares exponuntur, qui ab eodem domino feudum tenent lib. 1. tit. 26. vbi etiam Pares de domo appellantur. Dicuntur etiam compares li. 2. tit. 53. Item Pares de domo domini: li. 1. tit. 26. §. 3. Interdum etiam Pares dicuntur, qui neq. collegæ, neque ſocij neque conſortes, aut eiuſdem dignitatis participes ſunt: ſed qui in pari tamen ac ſimili jure, & imperio ſunt: Vt in fœdere inter Lodouicum filium Caroli Imper. & Ludouicum filium Ludouici Regis apud Aimoin. li. 5. c. 38. Vt nemo ſuo pari vitam, Regnum aut fideles ſuos diſcutiat, aut ſors concilier: hoc eſt, ſubducat, ſubtrahat. Item: vterque veraciter ſuum parem, vbicunque neceſſitas fuerit, adiuuet. Item: etſi hoc acciderit, ad tempus vterque pari ſuo hoc reſtiſcere faciat, id eſt, alter alteri.

Parium Curię tria fuiſſe munera reperio, cum paragium facerent, hoc eſt, dum Collegium obirent: Primum, vt nouorum vaſſallorum cooptationi ſiue inueſtituræ arbitri adeſſent: eorum enim neceſſaria præſentia eſt, li. 2. tit. 2. & tit. 32. 33. §. 1. Alterum, vt rogati de inueſtitura teſtimonium dicerent: quamvis controuerſiæ tempore pares eſſe deſiſſent lib. 2. tit. 19. Tertium vt feudalium cauſarum judicia exercerent. l. 2. tit. 52. & tit. 55. §. 3. & li. 1. tit. 10. §. 1. & tit. 22. §. 3.

Paradogium, Balbus & Aluarotus nobilitatem interpretantur. Cuiac. 2. feud. tit. 10.

Paragium in his quidem duobus feudorum libris nuſquam nominatur: ſed tamen feudale verbum & notatione dignum eſt: Paragium igitur barbarice dictum arbitror, pro pariatione

& es, quam Feudiſtæ Adæquationem hereditatum appellant: vt ſuperius ſuo loco dictum eſt. Et ſi autem propter ætatis prærogatiuam ſeuſim moribus quibuſdam inſtitutum eſt, ne partes æquales fratribus diuiderentur, ſed nato minoribus minores attribuerentur, tamen vt aliis quibuſdam in rebus re ſublata nomen retentum e. l. inſula, 56 in fi. ff. de adquir. ret. dom. Hinc illud in ſumma Rotsll & conſuet. Nortmann. Paragij jure ac titulo feudum poſſidere dicitur, qui eiuſdem gentis ſiue ſtirpis eſt, cujus is, à quo feudum poſſidet: quippe cum feudum à communi ipſorum generis auctore ac parente profectum ſit, velut in Nortmannia: vbi in paternorum feudorum ſucceſſionibus filius nato maximus, præcipui jure magnam ſibi partem auferet: nimirum beſſem: cæteris omnibus tertens relinquitur, iſque paragij jure poſſideri, dicitur. Nam in feudi ſucceſſione pares ſunt, quamvis natu maximus majorem partem auferat: ſed alij pari eum ipſo jure, & titulo æque nobile poſſident: & ſtirpe ac genere pares ſunt. Iure tamen conſtitutum eſt, vt natu minor paragij nomine feudum ſuum à majore poſſideat vſque ad gradum ſextum. Nam poſtea ores tenentur fidelitatem & hominium ei, qui beſſem, obtinet, jurare: ac tum non paragij, ſed homagij nomine poſſidetur. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, Paragium eſſe titulum, quo feudi pars minor à fratribus natu minoribus, eorumve poſteris ita poſſidetur, vt majori fratri majorem partem obtinenti eo nomine neque fidelitatem, neque hominium debeant: quippe qui pari jure ſtirpis, & pari titulo paternæ auitæ hereditatis id obtineant: dummodo intra ſextam Genealogiæ gradum contineantur.

Patronus in prædiis Eccleſiaſticis dicitur is, qui eam in Eccleſiam religione beneficium contulit (veluti templum ædificauit, aut magno aliquo prouentu illum locupletauit) jus ſibi beneficiarij nominandi retinuit: hinc eſt, clericos arbitrata ſuo deligendi nominandi, & apud Epiſcopum producendi: vt ſine illa productione conferendi beneficij jus nullum Epiſcopus habeat. Iuſtinian. Nouell. CXXIII. §. *ὑπὲρ ἐκκλησιῶν*, jubet tamen, ſi Patronus minus idoneum produxerit, Epiſcopi poteſtatem eſſe alterum idoneum eligere: Iure Canonico præſtitutum eſt Patrono laico nominandi beneficiariam tempus quatuor menſium: Eccleſiaſtico ſex, quibus exactis integra Epiſcopo poteſtas relinquitur. De jure patron. in 6. Iura quoque patronatus hæc ſunt: vt clericum in officio peccantem apud Epiſcopum deferat, cap. filijs, 16. q. 7. vt in egeſtatem lapſus ex eo prouentu alatur, cap. quicunque 16. qu. 7. c. nobis, de jure patron. quid donare permutareve poſſit: vendere tamen non poſſit, c. nemini, 16. q. 7. c. ex inſinuatione, c. ex literis, c. cum ſeculum, extr. de jure patron. vt vis nominandi in hereditatem tranſeat, vt & in ſolidum Patroni ſint, & vniuerſi tamen nominandi jus habeant, c. 1. extr. de jure patron. Clement. 1. eodem. Albertus Krantzius lib. Daniæ 6 c. 2. vbi de Valdemaro Daniæ Rege, & Epiſcopo Roſchildienſi creando loquitur. Equidem, inquit, & ſi videretur maiorum ſuorum opibus fundatam Eccleſiam in Patronatu tenere, juriſque plurimum in deligendo Pontifice ſibi poſſe præſumere:

Patronus, pro eo, qui feudi auctor eſt; qui modo Dominus, modo Senior appellatur: à quo is Vaſallus nominatur, qui feudi beneficium accepit: qui propterea Cliens, interdum etiam Clientulus appellatur. Idque ex antiqua fere conſuetudine Nam (vt ait Cic. in Offic. 1.) qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepiſſent earum Patroni erant more majorum. Sic Marcellus Siculorum Patronus dicitur in Verrinis: & Allobrogum Fabius. Docuimus tamen in comment. verb. jur. ex lib. Dionyſ. Halicarnaſſ. 2. qualis inter Patronum & Clientem neceſſitudo, & quod cuiuſque inter ipſos officium exiſteret, Id autem Cicero Verrina 1. his demonſtrat verbis: Ad meam fidem confugiunt: (de Siculis loquitur) auxilium ſibi per me à vobis petunt, me defenſorem calamitatum ſuarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem juris ſui, me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt.

Per chartam, vel Chartæ beneficio poſſidere, eſt teſtamenti jure, Et ſecundum tabulas poſſidere. Gregor. Turon. lib. 4. c. 12. Erat enim tunc temporis Anaſtaſius presbyter, qui per Chartas glorioſæ memoriæ Chlotbildis Reginæ proprietatem aliquam poſſidebat. Albert. Krantz. li. Dan. 2. c. 3. Equidem ædes, agros, vineas, & his ſimilia teſtamento dari audiuimus. Regnum autem præſtare chartæ beneficio prodigij loco habitum eſt.

Piſtiæ ſunt è quibus foditur pix: nam & picem foſſilem inueniri Plin. ſcribit 26. capite duodecimo. Et referuntur inter ſegalia.

Placitum interdum conuentus Procerum Regni, vel Imperij, quod & Curia dicitur Gregor. Turon. lib. 7. cap. 13. Petimus, vt vſque in placito, quod inter ſe Guntchramnus & Childebertus Reges habent, ſuſtineatis. Et mox: Igitur adueniente placito, directi ſunt à Childeberto Rege, &c. Aimoin. lib. 4. cap. 109 Medio menſe conuentus generalis apud Theodonis villam magna populi Francorum frequentia celebratur. Et mox: Eminuit in hoc placito piiſſimi Imper. miſericordia ſingularis. Interdum pro foro & judicio. Vt in cap. Caroli: vt nullus ebrius ſuam cauſam in mallo (id eſt, in judicio) poſſit conquirere, nec teſtimonium dicere, nec placitum Comes habeat, niſi jejunus. Quod igitur veteres Conuentum aut Forum agere dicebant, id noſtri Placitum tenere dixerunt. Leg. Triſion tit. 14. Dicat ille, qui homicidam illum interpellaue, ſe in placito publico eum interpellare velle: & ita faciat. Interpellet eum in placito, coram judicibus. Hinc Francogallicum nomen LAX PLAITZ Placet autem Germanorum notatio à voce PLATZ, quæ Plateam ſignificat. Radeuicus lib. 1. cap. 46. Deinde generalem curiam omnibus Italicis ciuitatibus, & primoribus apud Roncalias in Feſto B. Martini celebrandam indicit. At in lib. ſeq. ab exordio: Iam dies placiti aſſuit, quæ Romanum Principem ad campeſtria Roncaliæ, ſicut condictum, inuitabat. Sic in Lombarda lib. 2. tit. de feriis, 49 leg. 1. Etiam dominicus dies honoretur, & cum colere omnes ſtudeant, vt hoc poſſint liberius fieri omnia mercata & placita à Comitib. Conſiderandum autem, an eam Imperatorum leges non niſi in comitiis, fierent, vt eas populus ſciſceret, an formula vſitata: CAR TAL EST NOSTRA PLAISIR. inde nata ſit. pro Quia tale eſt noſtrum placitum: id eſt Comitiorum decretum. Carolus in Capitular. vtteral. 12. Quæ bonæ memoriæ genitor noſter placitis conſtituit, & nos conſeruare volumus. Sed multo plenius aliquanto poſt: Vt populus interrogetur de capitulis, quæ in lege nouiter addita ſunt, & poſt quam omnes conſenſerint, ſubſcriptiones & manufirmationes ſuas in ipſis Capitulis faciant. Et in fin. leg. Aleman. Hoc decretum eſt apud Regem & Principes ejus & apud cunctum populum Chriſtianum, qui infra Regnum Merouingorum conſiſtunt.

Placita, lites. In formula fœderis cum Mediolanenſibus apud Ottonem lib. Feder. 1. cap. 41 Legati Imperatoris in Palatio ſedeant, & placita ad eorum delata ad honorem Imperij definiant. Hinc,

Placitare, pro litigare, & cauſam agere: vnde Gallicum verbum, *Plaider*, Carolus Magnus in Donatione Monaſterij Vlmenſis, apud Nauclerum. Si aduocatus in prædicta villa placitare voluerit, vt non pluribus quam triginta equis ad placitandum veniat & tale ſeruitium, quale tunc requiritur, eidem Aduocato Abbas decenter & honeſte exibeat. Et mox: Quidquid placitando ibidem adquirat, tertia parte retenta duas Abbati reddat.

Poſſeſſionis nomen feudalium agrorum maxime proprium eſt: primum, quia Feudiſtæ ſcribunt, ſolam poſſeſſionem ad Vaſſallum pertinere: proprietatem vero manere domini, lib. 2. tit. 8. §. vlt. deinde, quia vetuſtiſſimis moribus Poſſeſſiones à Romanis dicebantur prædia, quæ non proprietatis, ſed tantum diuturnæ aut perpetuæ poſſeſſionis jure tenebantur: de quibus Iauolenus ita ſcribit in leg. quæſtio, 115. de verb. ſignif. poſſeſſionem dici, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere. Et hoc ab agro differre, quod poſſeſſio eſt vſus: ager proprietas loci eſt. Quod Feſtus planius ſic exponit: Poſſeſſiones appellantur agri late patentes publici priuatique: quia non mancipatione, ſed vſu tenebantur: quo, pertinet lex eorum, 11. §. agri. ff. de public. & vectig. & leg. item prædia dicuntur non eſſe noſtri patrimonij. At in libro Variorum Auctorum de limitibus, poſſeſſiones definiuntur agri late patentes publici, priuatique, quos initio non mancipatione, ſed quiſque, vt potuit, occupauit, atque poſſedit: vnde & nuncupati. Cæſar tamen libro ciuil. 1. cap. 5. alia etiam ſignificatione vſurpare hoc verbum videtur Militibus, inquit, in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur: quaternos in ſingulos jugera. Cicer. pro Flacco: Agros habent & natura perbonos & diligentia culturaque meliores, in hiſce agris tu prædia habere voluiſti. Agros igitur Iauole jus eſſe vult, qui nexu & mancipio aliove jure Ciuili, veluti ceſſione & vſucapione alicujus proprij facti ſunt, (quod veteres dominium juris Quiritium appellabant) Poſſeſſiones autem eſſe quæ vel ad tempus, vel in perpetuum alicui vtendæ fruendæ datæ ſunt: pro quibus, vectigal aliquod teſtandæ auctoritatis cauſa penditur. Sicul. Flac. Horum ergo agrorum nullum æs, nulla forma, quæ publicæ fidei poſſeſſoribus teſtimonium reddat. Quod ſi culturæ & meliorationis lex adhiberetur. Imper. Zeno Emphiteuſim appellat. leg. 1. Cod. de Iur. emph. mihique vehementer placet vt eo poſſeſſionum nomine feudalia prædia vocitemus, Cicer. Agr. 1. Venit mihi in mentem: Tib. & C. Gracchos plebem in agris publicis conſtituiſſe, qui agri à priuatis antea poſſidebantur. Et Orat. 2. qui agrum Recentoricum poſſident, vetuſtate poſſeſſionis ſe, non jure: miſericordia Senatus non agri conditione defendunt: nam illum agrum publicum eſſe fatentur: ſed moueri poſſeſſionibus negant oportere. Item: Antea cum erat à Tribun. pleb. mentio legis Agrariæ facta, continuo qui agros publicos, aut qui poſſeſſiones inuidioſas tenebant, pertimeſcebant. Item Orat. 3. Si iſti agri partem aliquam juris, aliquam ſimilitudinem propriæ poſſeſſionis, aliquam ſpem diuturnitatis attingunt: nemo eſt, &c. Item, Immunia commodiore conditione ſunt, quam illa quæ penſitant.

Ego

Digitized by Google

Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vectigal pendam: quia à municipio fundum accepi. Sed hęc omnia optime legis ipſius Agrariæ verba oſtendunt: Quæ publice data, donata, conceſſa, vendita. Patior, audio, quid deinde? POSSESSA. Hinc Tribunus pleb. promulgare auſus eſt, vt quod quiſque poſt Marium & Carbonem Coſſ. poſſederit, id eo jure teneret, quo qui optimo priuata. Nam in lege ita erat: Ea omnia eo jure ſint, vt quæ optimo priuata ſunt. Priuata enim appellat, quod Iauolenus agros proprie nominat. Poſſeſſiones, vt ille idem, qui non proprio & Quiritium jure, ſed vſus cauſſa tenebantur: qualia ſunt feudalia & emphyteuticaria prædia. Similiter ergo & Feudatarius & emphyteutes poſſeſſionem ſuam proprie appellabant, l. Moſchis, 47. §. 1. ff. de jur. fiſc. & qui in fruitur, erit poſſeſſor. l. item ſi, 21. §. 1. ff. de rei vindic. vel (vt eſt, apud Sicul. Flaccum) publicæ fidei poſſeſſor. Itemque ſuperficiarius: cum ſuperficiei proprietas & ciuili & naturali jure ejus ſit, cujus eſt ſolum, l. 2. ff. de ſuperficiebus. Interdum tamen abuſiue, Poſſeſſionis verbum proprietatem quoque ſignificat, l. interdum, 78 ff. de ver. ſign.

Precaria genus eſt contractus ad Precarii ſimilitudinem inſtitutum: quam contractū appellat l. cum ſtatus. ff. de reg. jur. Eſt autem precaria conuentio de re alterius vtenda, ſine ea lege, vt certis temporibus renouetur. Aliter Cujacius Precaria eſt ceſſio vſuſfructus rei immobilis quæ fit clerico ad tempus vel dum vixerit, ea lege, vt Eccleſiæ miniſterium exhibeat. Magna autem inter Precarium & Præcariam differentia eſt. Nam Precarium ſine precibus non conſtat, l. 1. & l. 2. in fin. ff. de precar. & apud Paul. lib. ſent. 5. t. 6. § heres. Precaria interdum ſola concedentis ſponte & voluntate & ita ſine precibus accipientis contrahitur. Illud tam mobilium quam immobilium rerum eſt, l. 4. ff. eodem precaria prædiorum, interdum etiam pecuniæ. Illud ex mera cōcedentis voluntate pendet, neque certi temporis obligationem recipit. & l. 2. & l. cum de precario, 12. ff. eod. hæc certum plerumque ad tempus datur: veluti ad vitæ tempus: neque prius renouari poteſt Illud mere gratuitum eſt, l. 1. ff. ff. eod. hæc plerumque mercedem recipit. Illud renouandum non eſt, hoc certis temporibus renouatur: veluti quinto quoque anno vt in concilio apud Beluacenſes, de quo in cap. 1. extr. de prec. Et in ll. Franc. lib. 4. tit. 36. De precariis vt ibi modo ſunt, renouentur. Quemadmodum autem Precarium interdum conuentum eſt, de re, quam quis oppignerauit, precario recipienda, & ad tempus vtenda, l. certe 6. in fi. & l. ſi debitor 10. ff. de precar. & apud Iſidorum lib. Etymol. 5. c. 25. Precarium eſt (inquit) dum prece creditor rogatus, permittit debitorem in poſſeſſione fundi ſibi obligati demorari, & ex eo fructus capere, ſic precaria interdum dicebatur de re, quam donator ipſe ab eo, cui eam dederat, fruendam recipiebat, vt in capit. Caroli in Lombard. lib. 2. tit. 18. de vlt. volunt. l. 4. Noſcat ſibi interdictum eſſe duas de eadem re facere traditiones: ſed poſtquam vnam de rebus traditionem (in Capitulari legitur ORDINATIONEM) fecerit, aliam de ipſis rebus faciendi nullam habeat poteſtatem ita tamen ſi vſumfructum voluerit habere, per precariam res traditas vſque in tempus definitum poſſidendi ſit conceſſa facultas. Patet igitur eum qui rei alienatæ vſumfructum retinet, vt in l. quiſquis, 28. Cod. de donat. titulū hunc vſurpaſſe, vt precariam eam rem poſſideret. Et hoc nimirum eſt, quod ſcribit B. Rhenanus rerum Germanic. lib. 2. Quidam inquit, in illo recenti Chriſtianiſmo res ſuas Eccleſiæ donabant & rurſum agros aut domum in beneficio modum recipiebant, ad vitę ſuæ tempus: non citra tamen penſitationem: nec filius poſt mortem patris, aut hæres vendicare ſic donata poterat. Item in legibus Aleman. tit. 2. Si quis liber res ſuas ad Eccleſiam dederit & per chartam firmitatem fecerit, & poſt hæc à paſtore Eccleſiæ per beneficium ſuſceperit ad victualem neceſſitatem conquirendam diebus vitæ ſuæ, & quæ diſpopondit, perſoluat ad Eccleſiam cenſum de illa terra, poſt illius deceſſum nullus de hæredibus contradicat. Alterum Precariæ exemplum extat apud Nauclerum Gener. 25. ex Concilio Carolomanni. Statuimus, vt ſub Precario cenſu aliquam partem Eccleſiaſticę pecuniæ in adiutorium exercitus noſtri aliquanto tempore retineamus, ea conditione, vt annis ſingulis de vnaquaque caſata, ſolidus, id eſt duodecim denarii ad Eccleſiam reddantur: eo modo, vt ſi moriatur ille cui pecunia adcommodata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reueſtita ſit, & iterum ſi princeps jubeat, precarium renouetur.

Precariam etiam dixere pro cujuſvis rei vſu precibus impetratę, etiam pecuniæ. Petrus de Vineis lib. Epiſt. 3. cap. 11. in priuilegio Academiæ Neapolitanæ. Mutuum fiet ſcholaribus ab illis, qui ad hęc fuerint ordinati datis libris in pignore, & precario reſtitutis: receptis à ſcholaribus fidejuſſoribus pro eiſdē. Scholaris vero qui mutuum recipiet, jurabit, quod de terra aliquatenus non recedet, idonee precaria reſtituet, vel mutuum ab eo fuerit exolutum: vel alias ſatisfactū fuerit creditori. Senſus eſt igitur: ſtudioſos daturos libros pignori, ſed creditores eis libros precario conceſſuros. Itē Fridaric. in priuil. ciuitati Viennenſi conceſſo, in Vienna Lazij lib. 2. 5. Vt judex nullus tutelam ſeu precariam in prædictos ciues facere audeat.

Præceptum ſiue Præceptio, pro ſcriptura, vel inſtrumento, vt in Lombard. lib. 2. tit. 17. Si Gaſtaldus aliquid per donationem adquiſierit, ſit illi ſtabile, ſi per præceptionem indulgētiæ Regia hoc illi fuerit confirmatum. Et tit. ſeq. Reddant omni tempore ſecundum domini ſui præceptionem. Aimoin. lib. 5. titu. 36. Richildis compendium ad Ludouicum veniens, attulit ei præceptum, per quod Pater ſuus illi Regnum ante mortem ſuam tradiderat.

Præpoſitus militaris quis ſit, expoſitum eſt in Diſput. 3. c. A. Græci ſimiliter dicitur [illegible] apud Xenoph. in Laced. Repub.

Præpoſitus. Eccleſiaſticus Latine dicitur, qui à Græcis œconomus. hoc eſt, qui prouentus Eccleſiaſticos adminiſtrat & ſecūdū Epiſcopum plebi præeſt, lib. feud. 1. tit. 1. §. 1. Abbas, Præpoſitus, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit, feudum dare poſſunt. Lombard. lib. 1. tit. 31. Si quis Præpoſitus aut Miniſterialis aliquas res Eccleſiæ, quas procidere debet, aliquo inſcriptionis titulo cuique conceſſerit, quod ad damnum alicujus eccleſiæ pertineat, pro ſacrilegio computetur. Sæpe autem Abbas, cuſtos, Præpoſitus conjunguntur, vt in Lombard. lib. 1. tit. 34. l. 18. l. 19. & lib. 3. tit. 10. l. 1. Canon ſtatim e Saluatur. 1. qu. 3. profuerunt locum Auguſtini in Iohannem, vbi hęc eccleſiaſtica procuratio tanquam profana damnatur. Meminit Iuſtinianus in Nou. 67. § 2. vbi ſi Epiſcopus diutius Eccleſiam deſeruerit, vetat œconomum quidquam ei prouentuum ſuppeditare: ac jubet eos potius in pios vſus conferri.

Primogeniti appellatione Iure feudali non verò primogenitu Cujac. 2. feud. tit. 11. fin.

Proclamator, qui cauſam agit, qui litem intendit. lib. feu. 2. tit. 27. §. 4. Proclamatori etiam damnum reſtituat. Sic libro leg. Franc. 4. c. 7. Declamatoribus vel cauſidicis, qui judicio Scabinorum adquieſcere nolunt, &c. Cic. de orat. 1. Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem, aut rabulam hoc ſermone conquirimus. Sic in cap. Caroli: Si autem de poſſeſſionibus ſuis ſuper eos clamor ad judicem venerit, mittat judex clamātem cum miſſo ſuo ad Epiſcopum. Liu. ti. 21. Animum ad ſpem liberalioris fortunæ adiecit, totaque & forum placuere, proclamando pro ſordidis hominibus cauſſiſque aduerſus rem & famam bonorum in notitiam populi peruenit.

Profectitium feudum, vide nouum feudum ex Hotom.

Proprium, ſiue proprietas dicitur, quod aliis locis paſſim Allodium, propterea quod ejus proprietas ſolida penes dominum eſt, neq; alteri ejus vſuſfructus eſt conſtitutus l. feud. 2. ti. 17. & tit. 29. & titu. 43. Iuriſconſulti modo proprietatem cum vſufructu, modo vſumfructum proprietati mixtum appellant, l. 4. ff. ſi vſuſfruct. petat. l. 4. ff. de vſufruct. adcreſcend. Sic leg. Franc. lib. 1. cap. 126. Vt vnuſquiſque de ſuo beneficio ſuam familiam nutricare faciat, & de ſua proprietate propriam familiam nutriat: & ſi, Deo dante, ſuper ſe, & ſuper familiam ſuam, aut in beneficio, aut in Alode annonam habuerit, &c. Et lib. 4. cap. 58. Itemque in Capitular. Carol. Audiuimus, quod aliqui reddant beneficium noſtrum ad alios homines in proprietatem, & in ipſo placito dato precio comparant ipſas res iterum ſibi in Alode, &c.

Q.

Quaternatum feudum, cujus in conſtitutionibus Neapolitanis mentio ſit, eſt, teſte Cujacio 1. feud. tit. 9. quod in quaternionibus Doanæ inſcriptum eſt.

R.

Recognoſcere feudum, eſt beneficij ſui auctorem agnoſcere, eiſque illud acceptum referre, eoque nomine fidem illi & obſequium deferre lib. feud. 2. titulo 17. & titulo 34. §. 3. Dicebant & recognoſcere de manu. Alber. Krantz. lib. Dan. 6. cap. 17. Ibi tum Cæſar cauſari cœpit, quod Rex tardius aduenißet, Imperio Roman. deuinctus obſequio, quod Regnum illius de manu recognoſcaret. Idem lib. 7. cap. 41. Ita tamen vt juxta Regni jura Feudum à corona recognoſcat, & inde præſtet obſequia.

Rectum feudum, idem quod juſtum: id eſt, quod recto jure, quod juſto & legitimo modo conſtitutum, quod juſta inueſtituræ quæſitum eſt, lib. Feu. 1. titu. 2. §. 2. & tit. 3. §. 20 & tit. 46. Sic Iuſtin. §. 1. de fideic. hæred. Opus eſſe, vt aliquis recto jure teſtamento heres inſtituatur, id eſt ſecundum juris ciuilis præſcripta & regulas, atque adeo verba directa & ſolemnibus. Obertus lib. 2. tit. 8. §. 1. pro Recto feudo dixit, Rem per beneficium recte inueſtitam.

Refutare, renunciare, cedere, vt Refutare feudum, Vaſſallus dicitur, cum aut Patrono id cedit, quaſi vſufructuarius Domino vſumfructum, li. 2. tit. 9. §. 1. & tit. 38. Aut agnato proximiori: ſiue id de jam quæſito feudo fiat, vt lib. 2. tit. 12. §. 27. & tit. 46. ue de ſpe ato tantum: vt lib. 2. 46.

Regem Feudiſtæ plerumque pro Imperatore nominant, vnde

Regalia pro Imperatoris jura, ex quo quantum à Romana conſuetudine illi abhorreant, intelligi poteſt. Liu. lib. 27. Circumfuſa inde multitudo Hiſpanorum, & ante deditorum, & pridie captorum, Regem cum ingenti conſenſu appellauit. Tum Scipio ſilentio per præconem facto, ſibi maximum nomen Imperatoris eſſe dixit, quo ſe milites ſui appellaſſent: Regium nomen alibi magnum Romæ intolerandum eſſe, Regalem animum in ſe eſſe: ſi id hominis ingenio ampliſſimum ducerent, tacite judicarent: vocis vſurpatione abſtinerent. Interdum tamen Regis nomine Langobardicus Rex intelligitur, nam Italiæ Regum nomen Langobardi vſurparunt: cuius teſtimonium inſigne ſubſcribemus, quod extat in vrbe Viterbio: vnde Adriani Papæ & Deſiderij Regis nobilitate multorum ſcriptis inimicitiæ intelligentur.

Decretum Deſiderij Regis Italiæ.

Reuocamus Statuta Regia Aſtulfi Vetulanos, edita, vt Lacos, non Tireoſium, Sed Vetulonum ſit, quia lacua magnus ideo Italiæ, quia totum ager prius eſt. Italia, dicta ab Ibi ſede. Itali, & vt ſuam Longulam non Longubardulam, ſed cognomine ſui ampliatores, Tirent Teibum vocent: &, vt ſub vno muro cingat tria oppida, Longulam Vetoloniam, Tirenam Volturnam, dictam Etruriam, totamque vrbem noſtra adiectione Viterbum nominent: et de Roda & ciuita. Balneoregium dici juſſimus, permittimus peconis in primi F A. V L. ſed amoueri Herculem, & post ſanctum Laurentium eorum patronum, vt facit Roma & Bononia. Iubemus quoque reparari Cortanienum, Dardanum, Aſſium, Foranum, Cornetum, Tuſcanellum. Nos enim non ſumus Tuſciæ deſtructores: vt nos apud Gallos accuſat Adrianus Papa. nam in Tuſcia ædificauimus à fundis, vobis quidem Volturrenis Caluellum, vicum Oreſianum, Balnearium, Barbaranum & Catiofilum: Sentinatibus autem Auſlonias & Rodacoſinum, Volaterræ Rodacomalum, Lunæ, Sergianum, Petram Sanctam, olim Fanum Feroniæ. Florentibus, Sanctum Geminianum, & Miniatem, Fæſulanis, oppidum Muſionis, in quod vagus ſparſus, Arminianos & Palantes, Fluentinos: Collegimus rurſus plures ant quas nobiles Vrbes, ampliauimus, & muris cinximus. Et nunc ibidem agimus, circa Lucam, Piſtorium, Aretium, Orbitum, & Etruriam, nunc Viterbum, cujus nomen aut à nobis conſtituta Decreta, ſi quis violauerit, is capite puniatur, aut laqueo ſtranguletur. Hoc itaque non eſt, Etruriam deſtruere: vt nos arguit Adrianus, qui pacem vltro à nobis oblatam reſpuit. Quare tibi Grimoalde, Præfecte Viterbienſis, præcipimus: vt quam diu dubia pax perſeuerit, jubeas omnes Tuſciæ milites putares eſſe in armis, & commeatus ac ſtipendia ſine aſtutia in promptu habeant: vt, non ſolum occurrere hoſtibus, ſed etiam illos inuadere..., cines vno grau. bis noois exactionibus.....ex Papia, veniunt... Viterbienſis. Atque hæc quidem hactenus. Illud autem prætermittendum non videtur, cum inuiſum Romæ Regis nomen eſſet, qui euerſa Repub. dominatum arripuerunt, Imperatoris aut Principis nomē ſibi ſumpſiſſe. De Imperatore. Tranquillus auctor eſt. Itemque Dio lib. 43. & 53. De Principe, Tacit. lib. 1. Lepidi, inquit, Antonij arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa, nomine Principis conſtitutam Rempubl. Sed vbi de re conuenit, minus de verbo laborandum eſt, cum vere proprieque omnes reges & ſint & appellentur: ſiue Dictatores, vt Cæſar: ſiue Principes, vt Auguſtus: ſiue Imperatores, vt ipſius ſucceſſores: ſiue Pontifices, ſiue etiam Tribuni nominentur.

Regalia nomen eſt multiplex, nam eo plerunq; feuda omnia Regis beneficio conceſſa intelliguntur. Interdum Eccleſiaſtica duntaxat maiora & primaria qualia ſunt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus: Abbatiæ, quę ſolium Regis conceſſu & munere conferebantur. Interdum Ius ipſum atque auctoritas Regalia feuda & beneficia conferendi, cæteraque Iura fiſcalia. Interdum inſignia honoris, quæ Vaſſis Regalibus ſolemni more tribuuntur: quorum exempla ſubſcribemus.

Regalia, pro feudis Regalibus: qualia ſunt Ducatus, Comitatus, Marchia vt lib. feud. 1. tit. 14 §. 1. & lib. 2. tit. 54 §. 1. Radeu. lib. 1. c. 5. Vbi de Frederico Imperatore pro Tribunali in Roncaliis ſedente loquitur. Deinde (inquit) ſuper juſtitia regni, & de regalibus, quæ longo jam tempore ſeu temeritate peruadentium, ſeu neglectu Regum Imperio deperierant, ſtudioſe diſſerens, cum nullam poſſent inuenire defenſionem excuſationis tam Epiſcopi, quam primates, & ciuitates, vno ore, vno aſſenſu, in manum Principis Regalia reddidere, primique reſignantium Mediolanenſes extitere. Requiſitique de hoc ipſo jure, quid eſſet, adjudicauerunt, Ducatus, Marchias, Comitatus, Conſulatus, monetas, telonia, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piſcarias, pontes, omnemque vtilitatem ex decurſu fluminum prouenientem: nec de terra tantum, verum etiam de ſuis propriis capitib. cenſus annui redditionem. Hiſque omnibus in fiſcum adnumeratis tanta circa priſtinos poſſeſſores vſus eſt liberalitate, vt quicunque donatione Regum aliquid horum ſe poſſidere inſtrumentis legitimis edocere poterat, is etiam nunc imperiali beneficio, & regni nomine id ipſum perpetuo poſſideret, &c. His tamen qui nullo jure ſed ſola præſumptione regalibus ſe vtuntur ſerant xx. millia talentorum plus minuſve reditibus publicis per ſingulos annos acceſſere.

Regalia pro maioribus & opulentis ſacerdotiis: cujus rei exempla multa e Diſput. 8. expreſſimus. Radeu. li. 2. c. 15. Cum Adrianus Papa audiſſet, quod Regalia Principi tam ab Epiſcopis & Abbatibus, quam à ciuitatib. & procerib. recognita fuere, literas ſuper hoc negotio direxit. Et in Ep. ſt. Imp. Frederici, ad illum Papam, apud Naucletum: ab Epiſcopis qui Regalia noſtra tenent, aut homagium & Regalia ſacramenta non exigemus? Aut igitur Regalia noſtra nob. adimittant: aut quæ Dei, Deo, quæ Cæſaris, Cæſari perſoluant.

Regalia pro jure & poteſtate conferendi feuda & beneficia Regalia: quod per ſceptrū fiebat Otto Friſing lib. Chro. 7. c. 14. Occaſio autē ſceleris hæc fuit, quod Rege Romam tendente, inter ipſum & Papam conuentio facta ab obſidib. firmata narratur, vt ſcil. Rex Epiſcoporum inueſtituras remitteret, & Papa ipſi Regalia eorum reſignaret. Itaque dum Romam veniſſet, ac à Pontifice promiſſa ſibi perſolui exegiſſet eo quod reclamantibus Epiſcopis, ea quæ petebantur, adimplere non poſſet, tanquam nocens, cum per omnia eſſet innocens, cuſtodiæ mancipatur. Videns hoc &c. Et mox: Ad poſtremum pacem ſic facere coactus eſt Epiſcoporum ſcilicet inueſtituras per annulum & baculum Imperatori concedere. Quib. ex locis apparet, Inueſtituram per annulum & virgam ſiue baculum fieri ſolere, cum Regalia per ſceptrum dari mos eſſet; vt alio loco docuimus. Otto Friſing. lib. Frib. a c. 6. Tradit enim curia & ab Eccleſia eo tempore quo ſub Henrico V. de inueſtitura Epiſcoporum deciſa fuit inter Regnum & ſacerdotium controuerſia, ſibi conceſſum autumat, quod obeuntibus Epiſcopis, ſi forte in eligendo partes fiant, Principis arbitrij eſſe. Epiſcopum quem voluerit, ex primatum ſuorum conſilio ponere, nec electum aliquem ante conſecrandum, quam ab ipſius manu Regalia per ſceptrū ſuſcipiat. Atque hinc factum eſt, vt Gallica conſuetudine Regaliarum nomine paſſim apud pragmaticos intelligantur iura Galliæ Regis in majoribus ſacerdotiis conferendis, aut eorum fructus parte aliqua ſibi retinenda. Qua de re extat libellus Ægidij Magiſtri Prætoris Pariſienſis ad ejuſdem jus Regis aſſerendum accommodatiſſimus.

Regalia, pro inſignibus & ornamentis Regiæ inaugurationis: Luitprand. Ticinenſ. li. 2. cap. 7. Conrados Imperator coronam ſceptrum & quæcunque Regalia ſunt indumenta, in medium venire præcepit, & hæc verba edidit: Hæredem Regaliæque dignitatis vicarium Regalib. meis ornamentis Henricum conſtituo. Et mox: Ipſo mortuo Principes coronam, cunctaque Regalia indumenta Duci contulerunt. Witich. lib. 2. Super altare Regalia inſignia poſita erant, gladius cum balteo, chalamys cum armillis baculus, cum ſceptro ac Diademata. Video etiam Imperialia eadem dici: vt apud Abbatem Vrſp. in Chron. ann. 1106. Ipſe patris vtriuſque conſiliis annuens, Regalia vel Imperialia inſignia crucem ſcilicet & lanceam, ſceptrum, globum atque coronam filij poteſtati tradit. Otto Friſin. li. 7. c. 40. Romani adſiſtunt optimates, imperialia deferunt, iſtumque Regem creāt. Item in Chron. anni 1133. Volebat enim tenere imperium cum in poteſtate ſua haberet inſignia imperialia, vt pote coronam & crucem, & alia quæ attinebant. Otto Friſing li. 7. c. 23. Itaque Conradus Rex curiam in prædicta ciuitate maximo conuentu, Principum habuit, vbi omnes Saxones vltro ſe ſuæ ditioni ſubdidere. Solus ex principibus, Dux Henricus Regalia ſeruans aberat, ad quæ reddenda dies ei præfigitur. Quo veniens Regalia quidem multis illectus promiſſis reddidit, ſed tamen ea minime conſecutus (id eſt recuperant) infecto pacis negotio ſine gratia ejus diſceſſit, tandem Ducatus et abjudicatur. Quibus ipſis totidem verbis Abbas Vrſperg. vtitur in Chro. Anni 1138.

Reiſa, obſoleto Germanico vocabulo, excurſio militaris ſignificari videtur Cujac 5. feud.

Releuium dicitur honorarium, quod nouus Vaſſallus patrono introitus cauſa largitur, quaſi morte alterius Vaſſalli, vel alio quo caſu feudum ceciderit, quod jam à nouo ſubleuetur. No. Leo 55. εἰσιτήριον nominat. Veteres introitum appellabant, vt in l. pen. §. alumno, ff de leg. 2. Plin. lib. Epiſt. 10. ad Traian. De adjectione buleutarum. Lex Pompeia, Domine, qua Bithyni & Pontici vtuntur, eos qui in bulem à Cenſoribus leguntur, dare pecuniam non jubet: ſed iis quos indulgentia tua à quibuſdam ciuitatibus ſuper legitimum numerum adjicere permiſit, & ſingula millia denariorum & bina intulerunt. Anicius deinde maximus Proconſul, nos etiam qui à Cenſoribus legerentur, duntaxat in pauciſſimis ciuitatibus aliud aliis juſſit inferre. Supereſt ergo, vt ipſe diſpicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde Buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Nam quod in perpetuum manſurum eſt, à te conſtitui decet, cujus factis dictiſque debetur æternitas. Traian. Plinio. Honorarium decurionatus omnes

omnes, qui in quaque ciuitate Bithyniæ decuriones fiunt, inferre debeant, nec ne, in vniuerſum à me non poteſt ſtatui. Id ergo quod ſemper tutiſſimum eſt, ſequendam cuiuſque ciuitatis legem puto, ſcilicet aduerſus eos qui inuiti fiunt decuriones, exiſtimo id acturos, vt erogatio cæteris præferatur. De hinc quoque Releuio mentio fit in Conſti. Neapol. lib. 3. tit. 25. Recepto veruntamen aliquo Releuio, vt eſt moris, quod quantitatem decem vnciarum auri non excedat, pro aſſignanda poſſeſſione terræ conceſſa. Sic in Emphyteuſi cum fundus alienatus eſt, domino quinquageſima precij pars erogatur, l. 3. Cod. de jure emphyt. Sed acerbiora Releuia illa ſunt, quibus Scoti veterum Regum inſtituto olim vtebantur. Nam cum ab vno Rege feuda omnia recognoſcerent, Vaſſallo mortuo, prædiorum fructus omnes vſque dum filius vnum & vigeſimum impleſſet annum, Regibus Releuij cauſa tribuebant, Hector Boeth. lib. 17. Wardas autem vocant, vt cum parentes antequam liberi ad juſtam perueniant ætatem, id eſt 21. annum vita decedunt, tum Rex omnes reditus, omneſque fructus, qui ad eam vſque heredis ætatem proueniunt, pro ſui habet, occupatque, heredisque interea curam ſuſcipit. Item lib. 11. Et quidquid per id tempus ex eo agro emolumenti prouenitet. Wardiam enim vſum fructum, noſtri vocant, vniuſque inde anni, eiuſdem agri cenſus quem Releuiam vulgo aut Releuatum dicunt, vniuerſacum heredis dote, ſi nullam ejus diſpoſationem viuens pater fecerit, cum in hereditatem admittitur: fiſco pendere cum regio.

Reueſtitus (vid. inueſtitura igitur res) cui res aliqua, cuiuſcunque generis reddita eſt: quaſi cum quare, quam amiſerat, rurſum veſtitus & inſtructus eſt.

Rumaniola, ſiue Rumandiola, quæ in Feudorum libris aliquoties nominatur, ea pars Italiæ eſt, quæ Ariminum vſque producta, olim Flaminia, & ab Arimino ad Rauennam & Bononiam Æmilia vocitata eſt: quondam Gallia Togata: poſterioribus temporibus Rauennæ Exarchatus. Otto Friſing. lib. Frid. II. cap. 7. Ex quo contigit, vt circa Exarchatum Rauennatenſem a tantis antiquis eiuſdem prouinciæ incolis, ea pars Italiæ, quæ antea Æmilia dicebatur, nunc Rumaniola (quod diminutiuum à Roma tractum noſcitur) vulgo vſque hodie dici ſoleat. Flauius Blond. lib. 1. Decad. 2. Langobardorum gentem tam multis Italiæ populis, affinitatibus, ac ſanguinitate coniunctam, nec eiicere totum, nec delere humanum videretur: Pontifex Imperatorque conſtituerunt, vbi ſedem diu & ſtatus ſui fundamenta habuerant, genti Langobardiæ nomen & ſolum patrium conſeruare, vtque propinquior eos coniunctiorque nominis Romani memoria fines illis faceret certiores, haberentque illi probatę erga Romanos fidelitatis viciros, quibus cura eſſet aut motus eorum compeſcendi, aut magiſtratus renunciandi, quidquid Exarchatus Rauennatis fine complectuntur, Romandiolam placuit appellari. Item in lib. de Italia illuſtrata: Quam longitudinem & nunc habet Rauennatis Eccleſiæ Exarchatus prouincia, cuius tota id Romandiolæ nomen olim obtinuit: quod quidem nomen oſtendimus in hiſtoriis, Carolum Magnum & Pipinum Adriano Pontif. Ro. poſt oppreſſos, dominioque priuatos Langobardos, maxime ex cauſa indidiſſe quod toto Langobardorum tempore Rauenna cum propinquis aliquot ciuitatibus & populo Romano fidem conſtantiſſime ſeruauit. Scitum eſt autem, quod de Romandiola ſcribit Antonin. Florent. part. hiſt. 3. tit. 20 c. 3. Rodolphus (inquit) electus Imperator obligauit ſe intra tempus venire Mediolanum ſub pœna excommunicationis: quod tamen non impleuit in partib. Alemanniæ guerris ſibi ſuſcitatis, vnde nec coronam, nec benedictionem Imperialem ab Eccleſia ſuſcepit: & excommunicatus propter hoc, proceſſu temporis, reconciliationem recepit ab eccleſia, & in ſatisfactionem Eccleſiæ ipſi comitatum conceſſit Romandiolæ. Ioh. Naucler. Gen. 27. Itaque Pontifex Imperatorque ſtatuerunt, vt vbi ſedem ducentos & amplius annos, ac ſtatus ſui fundamenta habuiſſent, Papiæ, Mediolani, & in quibuſdam locis aliis trans Padum genti Langobardæ nomen & ſolum patrium maneret, & vt propinquior coniunctiorque nominis Rom. memoria fines illis faceret certiores quicquid Exarchatus Rauennatis fines complectitur, Romandiolam placuit appellari. Hæc ille.

Roncalia, de qua in libris feudorum multis locis mentio fit, vt lib. 2. tit. 52. §. 3. his exponunt verbis ab Ottone Friſing. li. Frid. 2. c. 12. Inde caſtra mouens in campo Roncaliæ ſuper Padum non longe à Placentina menſe Nouembri reſedit. Eſt autem conſuetudinis Regum Francorum, & quæ Teutonicorum, vt quotieſcunque ad ſumendam imperij Romani coronam militem ad tranſalpinandum coegerint, in prædicto campo manſionem faciant. Ibi Ligno in altum porrecto, ſcutum ſuſpenditur, vniuerſorumque equitum agmen feuda habentium ad excubias proxima nocte Principi faciendas per curiæ præconem expoſcitur: quod ſectantes qui in ejus comitatu fuerunt, ſinguli ſingulos beneficiatos ſuos per præcones expoſcunt. At ſequenti die quicunque nocturnis vigiliis defuiſſe deprehenſus fuerat, denuò ad præſentiam Regis aliorumque Principum, vel virorum illuſtrium vocatur: ſicque omnes omnium beneficiati qui ſine bona voluntate dominorum ſuorum domi remanſerunt, in feudis condemnantur. Hunc morem Principe ſecuto, non ſolum Laicorum feuda, ſed & quorundam Epiſcoporum, id eſt, Haruici Bremenſis & Vlrici Hamperſtatenſis Regalia perſonis tantum, quia nec perſonis, ſed Eccleſiis perpetualiter à principibus tradita ſunt, adiudicata fuere. Itemque à Gunthero lib. 2.

——Tunc demum ſigna reuellens
Roncalia properat rapidis attingere caſtris,
Eſt locus Italia, modicum ſeiunctus ab vrbe:
Cui quia pulchra ſitu placet, unde Placentia nomen,
Planus & Eridani placido iunctiſſimus amni:
Effundit latos ſpatioſo limite campos.
Hic quoties claram Regnator tendit ad vrbem
Teuthonus Auſoniam ſumpturus rite coronam
Ponere caſtra ſolet: ligno ſuſpenditur alto
Erecto clypeus tunc præco Regius omnes
Conuocat à Dominis feudalia iura tenentes.
Excubias Regi prima celebrare fideles
Nocte, vetuſtorum debent ex more parentum:
At quicunque domi, Domino nolente relictus
Defuerit feudo priuari Curia cenſet, &c.

Lotharius Imperator lib. feud. 2. tit. 52. §. 1. Dum apud Roncaliam ſecundum antiquorum Imperatorum conſuetudinem pro juſtitia ac pace Regni componenda conſederemus. Et tit. 55. Dum ex prædeceſſorum noſtrorum more vniuerſalis curiæ Roncaliæ pro Tribunali ſederemus, à Principibus Italicis non modicas accepimus querelas &c. Abbas Vrſperg. in Frid. 1. Pro reparando itaque juſtitiæ vigore omnibus Lombardis & Italicis Roncaliam, vbi mos Lombardorum eſt juſtitiam ſuam requirere, & ab Imperatoribus recipere, diem curiam & curiam publicam ad præſentiam Principum qui tunc aderant, eis deſignauit: Edictumque eſt ab Imperatore, vt de ſingulis Italiæ vrbibus, viri idonei Roncaliam conuenirent, Barones & alij qui cauſas haberent.

S.

Sacramentales Coniuratores, vna jurantes à ſacramento, id eſt, juramento dicebantur ij, qui quamvis rei de qua ambigebatur, teſtes non fuiſſent, tamen ex ejus cujus res agebatur, animi ſententia, in eadem quę ille verba jurabant: ipſius videlicet probitate, & innocentia confiſi. Nam tum demum adhibebantur, cum teſtes nulli extant. li. feud. 1. tit. 4. § 3. & tit. 10. & tit. 26. Vaſſallus autem in Sacramentalium ſuorum numero minimum ſex cognatos adhibebat: dominus partim cognatis, partim Vaſſallis, partim extraneis vti poterat, li. feud. 2. titul. 33. Plura cognoſcere ex ll. Langobardorum tit. 41. de Wadiis de ſacramento fugientibus, Sic apud Greg. Turon. Apud Pariſios pater quidam pro filiæ pudicitia jurat. Tandem, inquit, nec crimen conſurgat vlterius, innocentem eam faciam ſacramento: eleuatiſque manibus ſuper altari, jurauit filiam non eſſe culpabilem. Forma autem hujus Iuriſiurandi ſic exponitur in legibus Aleman. tit. 6. De Iuratorib. Iſta vero Sacramenta ſic debent fieri, vt illi conjuratores manus ſuas ſupra capſam ponant, & ille ſolus cui cauſa requiritur, verba tantum dicat, & ſuper omnium manum ſuam ponat, & ſic eam Deus adjuuet, vel illæ reliquiæ, & illas manu quas comprehenſas habet, vt de illa cauſa vnde interpellatus eſt, culpabilis non ſit. In Lombardia autem plerumque Iuratores vocantur vt lib. 1. tit. 20. l. ſi quis ex leui. Si hujus facti teſtes non habuerit, cum XII. Iuratoribus legitimis per Sacramentum affirmet, &c. Video etiam hoc nomen apud Senecam, initio ludi Claudiani: Si libuerit reſpondere, dicam quod mihi in buccam venerit, quis vnquam ab hiſtorico juratores exegit? Vbi Iuratores meo judicio pro teſtibus poſuit. Neque reponendum eſt, veritatem, vt quidam exiſtimarunt, propter illud Ciceronis de leg. 1. Faciunt imperite, qui in iſto opuſculo non vt à poëta, ſed vt à teſtu, veritatem exigant. Quo ipſo loco vereor ne vox DELECTATIONEM abſit: hoc modo: Non vt à poëta delectationem, ſed vt à teſte veritatem exigant. Nam ſtatim ita ſequitur: Quippe cum illa ad veritatem referantur, in hoc ad delectationem pleraque, vide Iuſiurandum.

Salica lege vxorem accipere dicitur, qui ea lege accipit, vt ei mane diei nuptiarum munus ſponſalitium afferat: quod munus Morgengabe vel Morganatica dicitur, lib. feud. tit. 30. vide ſupra Morganatica. Eſt autem lex Salica eorum Francorum propria, qui Franci Orientales dicti ſunt, à Sala flumine denominata Eguinarthus in Carolo Magno. Ac Salam fluuium qui Thuringos ac Saxones diuidit, poſtea à Francis, qui Orientales dicuntur incoluere: Item, alio loco: Franci duas habent leges, plurimis in locis diuerſas. Significat autem eas quæ in volumine Barbaricarum legum vocantur Salicæ & Franciæ, quæ ipſa Francorum Occidentalium propria eſt. Tamen Hermannus Comes in libell. de Origin. Franc. Ripuariam non Franciam nominat. Duas, inquit, Francos habuiſſe leges, ipſorum autores teſtantur, Salicam atque Ripuariam

quibus nullus Regum ante Carolum Magnum adjicere quidquam tentauit. Eſt autem Ripuaria Regio, quæ Rheno, Moſella & Moſa, quaſi trianguli forma concluditur, & Neuſtria vel Auſtraſia vocatur. Guilielmus de Nangia (cujus libri nondum editi ſunt) ſub anno CCCCXX. Franci cœperunt legibus vti, & legem Salicam dictauerunt per quatuor gentis ſuæ Proceres Electos de plurib. qui, ſicut lex Salica declarat, judicauerunt. Francicam autem legem abſurdum eſt ad Gallos noſtros, ſiue potius Francogallos referre: cum Francorum nomine plerunque apud iſtius ſeculi ſcriptores generaliter Germani omnes intelligantur, vt alio loco puto me docuiſſe. Sic apud Petrum de Vineis lib. Epiſt. 1. c. 15. Vincor jure Francorum, in eo videlicet, quod major natu excluſis minoribus fratribus & cohæredibus in caſtro ipſo ſuccedat, inter eos nullo tempore dividendo Io. Nauel. Gen. 27. Carolus Magnus Rex Francorum dicebatur: quod idem erat ac ſi nominatus fuiſſet Rex Germaniæ & Galliæ. Nam clarum eſt quod eo tempore omnis Gallia Tranſalpina, & etiam Germania à montibus Pyrenæis vſque in Pannonias Francia dicebatur. Illa, id eſt, Germanica, Francia Orientalis: altera, id eſt, Gallicana, Francia Occidentalis. In qua veræ hiſtoriæ concordant omnes.

Sapientes pro Iuriſperitis, vt apud Romanos, Prudentes, li. feud. 2 tit. 15. Super negocio iſto tale eſt ſapientum noſtræ ciuitatis conſilium, videlicet Oberti & Gerardi. Radeuic. lib. 1. c. 27. At ſapientes & legum periti perſuadent, Mediolanenſes, licet improbos & infames, Iudicis tamen officio per legitimas inducias citandos eſſe: hoc eſt, Iudicis edictum vnum, mox alterum & tertium, ſeu vnum pro omnibus, quod peremptorium nominant. Ex eodem ſapientum numero quatuor illi principes Iuſtinianici juris interpretes fuere, quorum gloſſis Accurſium magnopere adjutum fuiſſe conſtat, de quib. idem Radeuic. lib 2. cap 5 Habentes, inquit, (de Frider. I. Imp. loquitur) ſecum, & Bulgarum, Martinum, Iacobum, Hugonem, viros videlicet in lege doctiſſimos, legumque in ciuitate Bononienſi Doctores, & multorum auditorum Præceptores, &c.

Sabinorum nomen eſt Iudicum ex Hebraica lingua deflexum, vſque in Germania paſſim receptum, Cujac. 1. feud. 1. §. 16.

Scara. Vide Bannitio Hotom.

Scutiferorum, i.e. Valuaſſinorum feuda ad libitum dominorum non poſſunt adimi, dum tamen ſeruiant laudatiuncm curiæ.

Senior, paſſim in libris his pro Patrono qui feudo dato Vaſſallum ſibi quæſiuit, Licet prouectæ ætatis non ſit, ea forma qua ſenatores & presbyteros dicimus, morum potiu quam ætatis habita ratione. Nomen igitur ſenioris mire Dominus feudi habet, quamvis adoleſcens ſit aut juuenis. Docuimus autem c. Diſput. feud. 3. vocem eſſe barbaricum, Signor, quod Dominum ſignificat, vt in Capit. Caroli Magni ca. 5. art. 3. Vt nullus comparet caballum, bouem, jumentum & alia, niſi illum hominem cognoſcat, qui eum vendidit, aut de quo pago eſt, vel vbi manet, aut quis eſt ejus Senior. Alb. Krantz. lib. Dan. 8. c. 3. Octoginta numero Seniorum ſecum duxit obſides. Et Normann. lib. 1. c. 21. Quis ait ille, veſter eſt Princeps, aut Senior? Nullus, reſpondent illi. Nam æquo per mutua jure imperamus. Et cap. vlt. Nam Senior noſter, vt vidiſti, claudus, non veniendi ad te veniam deprecatur. Loquitur de Arnulpho Flandriæ Comite. Sic Britannici Armorici in libris conſuet. Brit. *Juigneur* dicunt pro Iuniore fratre. Carolus Magnus in concil. Meldenſi cap. 2. Honor etiam regius & obtemperantia Seniori debita, vobis exhibeatur. Et cap. 7. Videtur nobis ſi fideliter voltis regnare, vigorem regium ac ſenioralem oportet habere. Neque vero prætermittendum videtur, quod apud Antonin. Florent. legitur hiſt. part. 2. tit. 17. c. 9 §. 7. In prouincia Tyrenſi eſt quidam populus, caſtella decem habens, cum ſuburbanis ſuis. Eſtque numerus eorum ad quadraginta millia virorum. Is non hæreditaria poſſeſſione, ſed meritorum prærogatiua magiſtrum ſibi ſolent præficere, quem ſpretis aliarum dignitatum nominibus Senem vocant: cui tanto obedientiæ & ſubiectionis vinculo ſolent ſe obligare, vt nihil ſit tam durum, tam difficile, tam periculoſum, quod ad magiſtri Imperium non aggrediantur implere. Porro non abſurde dubitari poſſet, vtrum priſcis temporibus hæc Gallica vox fuerit, an quod majores natu imperium tenebant, Gallorum principes Seniores appellati ſint Liuius lib. 49. Legatis Romanis tranſalpini populi benigna reſponderunt: Seniores eorum nimiam leuitatem populi R. caſtigarunt. Et lib. 3. Erant qui ex templo Romam eundum cenſerent. Vicere Seniores, vt legati prius mitterentur. Vtrobique de Gallis loquitur.

Seruire poſſe feudum dicitur, qui ejuſmodi eſt, vt munus, ſiue ſeruitium feudi nomine debitum præbere domino, ac nauare poſſit: veluti qui miles eſt, lib. 2. tit. 34. §. 4. At mutus, ſurdus, cœcus, claudus, ſeruire feudum non poſſunt. lib. 2. tit. 35. Hinc.

Seruitium, munus, obſequij clientelaris lib feud. 2. tit. 31. §. 8 Si enim licet poſt feudum dari ad certum ſeruitium. Albert. Krantz. lib. Dan. 7. cap. 35. Marchio remitteret homagiale ſeruitium, quod habebat in quibuſdam terris. Proprie ſeruitium eſt, officium ſeruile. Salluſt. Animi imperio, corporis ſeruitio magis vtimur. Itaque feudale officium vel obſequium libentius appellauimus. Nam ſæpe ſeruitij nomine officium affectionis ſignificatur, vt illud quod Imperij vaſſalli Imperatori ſuo debent. Krantz li. Dan. 6. cap. 27. Vt deinceps Rex Danus Romano Imperio junctus haberetur: non vt in cœtum vocatus accederet, aut in exercitu ordines ductitaret, Principum aliorum more: ſed magis ſpecie, quam re Imperio ſociatus haberetur.

Seruitutum tria genera Stoicis. Vnum quod definiunt στέρησιν αὐτοπραγίας, quoties non eſt poteſtas viuendi vt velis, vt ſi liber homo carcere contineatur: Alterum ἐν κτήσει, vt ea, quæ quis domino alieno contra naturam ſubijcitur: Tertium ἐν ὑποτάξει, vt ea quam ſeruiunt mercenarij, obærati, addicti, vaſalli, clientes, &c.

Soldata, ſtipendium militi conceſſum in pecunia vel annona, ſub conditione fidei atque obſequij. Fictum verbum à voce Germanica Solo, quæ ſtipendium vel mercedem ſignificat, Abbas Vſperg de Philippo Imperatore. Hic cum non haberet pecunias, quibus ſalaria, ſiue ſolda præberet militibus, primus cœpit diſtrahere prædia, quæ pater ſuus acquiſierat: vnde Soldurij milites dicti Feudiſtæ autem à ſolidis nomen hoc deducunt. lib. 2. tit. 10. Soldata eſt præſtatio quædam annua gratuita, ſic dicta, quia plerunque in ſolidorum donatione conſiſtit, quandoque autem in vino & annona. Et iis ſuffragatur Carolomannus in Edicto Religioſo, apud Auentin. lib. 3 Propter crebra bella pars Eccleſiaſticæ pecuniæ. nempe 12. denarij, quem ſolidum vocamus, contribuantur mihi, quo militibus noſtris præmia condigna laboris ſoluantur. Paul. Diacon. de geſtis Langobard. li. 3. c 8. Hoc tempore Mauritius Imperator Childeberto Regis Francorum 50. millia ſolidorum per legatos ſuos dono miſit, vt cum exercitu ſuper Langobardos irrueret, eoſque de Italiæ exterminaret: qui cum innumera Francorum multitudine in Italiam ſubito introiuit, Langobardi vero in ciuitatibus ſe continentes, interuenientibus legatis, oblatiſque muneribus pacem cum Childeberto fecerunt, qui cum ad Gallos reuertiſſet, Imperator Mauritius ſolidos, quos ei dederat, repetere cœpit. Hinc.

Solidarij. Qui & Soldurij dicuntur milites alienigenæ, mercede conducti. Otto Friſin. lib 1 Frid. 1. cap. 30. Quo aduerſus Guilielmum Siculum largitione pecuniæ milites, qui Solidarij vocantur, colligerent. Item c 31. Omnes pene terri (de Hungaris loquitur) terris in armis procedunt, niſi quod jam ab hoſpitibus, quos nunc Solidarios dicimus, educati, Principes & hoſpites noſtros in armorum ſplendore imitantur. Sigebertus in Chron. ano. 1119. Capitolcs Barones ſuos cum paucis ſecum duxit; ſolidarios vero milites innumeros. Solidarios opinor appellauit, mercede conductos: quos alibi ſeruientes dici video: vnde *Landsknecht*, quaſi patriæ ſeruitores. Hinc in legibus Caſtrenſibus Friderici apud Ottonem lib. Frid. 2. c. 26. Statuimus & firmiter obſeruari volumus, vt nec miles nec ſeruiens litem audeat mouere. Cæſar lib de bell. Ciuil. 3. Adcantuannus cum ſexcentis deuotis, quos illi Soldurios appellant, quorum hæc eſt conditio, vt omnibus in vita commodis, vna cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint, &c.

T.

Taliæ, Exſtat in Conſtit. Regum Franciæ titulus De talliis, & in eo B. Ludouici lex notatu digna his verbis, Exactiones & onera grauiſſima pecuniarum per curiam Romanam Eccleſiæ regni noſtri impoſita, quibus regnum miſerabiliter depauperatum exiſtit, ſeu etiam imponenda: leuari & colligi nullatenus volumus: niſi duntaxat pro rationabili, pia & vrgentiſſima vel ineuitabili neceſſitate, ac de expreſſo & ſpontaneo conſenſu noſtro & ipſius Eccleſiæ regni noſtri.

Tenor, pro actione communem feudi naturam ac rationum in contractu interpoſita, lib. feud. 2. tit. 1. §. 3.

Tituli primum erant certæ notæ ſedes Clericis attributæ, in quibus munus ſuum exercent. Poſtea eo nomine prædia iis ad victum cultum aſſignatu. lib. feud. 2. tit. 6. §. 1. Si Epiſcopus vel Abbas, vel Abbatiſſa, vel Dominus plebis feudum dederit de rebus Eccleſiarum, quæ iis ſubiectæ ſunt, & tituli vocantur. In Chalcedonenſi Concilio: Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον, μήτε ὅλως τινὰ, τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο, &c. Quæ verba Canoniſtæ tranſtulerunt in c. neminem, diſt. diſtinct. 70. c. 3. vbi tamen Poſſessionas pro Pagi vitioſe legitur. Item c. 3. Sanctorum canonum ſtaturis conſona ſanctione decernimus, vt ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur: & in qua Eccleſia quilibet intitulatus eſt, in eu perpetuo perſeueret.

Timarchiſia, antiquum Germanorum vocabulum, ſignificat equeſtris pugnæ inſtitutionem: de qua vide Cuia. 1. feud. tit. 1.

Vaſſus (vt in Diſput. feud c. 2. docuimus) generali nomine dicitur cliens, qui pro beneficio accepto fidem ſuam auctori beneficij obligauit. Hinc.

Vaſſus Regius, qui datum, à Rege beneficium obtinet. Almonius lib. 5. cap. 36. Abbates etiam & Regni Primores ac Vaſſo Re-

gij

Digitized by Google

gij ſe illi commendauerunt, & ſacramento, ſecundum morem fidelitatem promiſerunt. Item in legibus Baioar. titul. 3. ſiue Regis Vaſſus, ſiue Ducis, omnes ad placitum veniant. Vide Bijo, ex Hotom. Hinc.

Vaſſallus diminuto vocabulo, inferioris ordinis cliens. Sunt qui à Germanico Geſſel. deducant, quo nomine ſocius, comes, commilito ſignificatur. Fortaſſe tamen in primitiuis potius quam in deriuatiuis Etymologia quærenda eſt, qua de re copioſe in Diſput feud expoſuimus Deinde video Ioban. Auentinum lib hiſt. 7. Geſalos Germanice nominare, quos Latio. verberones interpretatur, genus hominum nouæ ſuperſtitionis, qui ad vmbilicum nudati flagris & verberibus ſeſe in publico pro templis atque aris cruentabant Naucler. Geoer. 45. Flagellabant (inquit) ſe bis in die, & ſemel, quilibet etiam in nocte: & de licentia vxoris ſuæ: & depoſitis veſtimentis habentes in modum braccharum camiſias, à ſemore ad talos protenſas. Tanta erat multitudo, quod nemo poterat numerare.

Vaſſallus per Sacramentum, qui proprie vaſſallus eſt, & Domino per iuſiurandum ſuam fidem adſtrinxit: vt, quoties delectus ediderit, vel ipſe in militia meat, vel vicarium mittat, vel denique certum cenſum domini ærario inferat: quod Heribannum appellatur, lib. feud. 2. tit. 47. Dici poteſt Vaſallus juratus: vt ei qui iniuratus eſt, opponatur, qui neque fidelitatem neque ſeruitium debet Qualis videtur eſſe cliens, cui nous militiæ annexum non eſt. Cuiac. 1. feud. c. 1. De quo lib. 5. tit. 24. §. 2. Sunt enim (ait) quædam feoda ita data, vt pro his fidelitas non ſit præſtanda, Item lib. 2. tit. 3 §. 4.

Vaſſallus caſatus dicitur, cui feudum ad certum ſeruitium datum eſt, puta vt iter domini officioſe comitetur, vel vt domi ſocuq; dominæ miniſtret, & rem eius familiarem accuret.

Vaſſallagium, Vaſſalli obſequium. Itaque homagium & vaſallagium pro Synonymis vſurpantur. & in Neap. conſt. lib. 2. tit. 6. Si quando aliquis fuerit ab aliquo homagio impetitus, &c. Et in Extremo: Quæ omnia in militibus & baronibus de Vaſallagio conuentis volumus obſeruari. Et apud Petrum de Vineis, lib. Epiſt 6. cap. 9. Abſoluentes eos ab omni fidelitate Vaſſallagij ſeu homagij iuramento. Dicitur & Vaſſaticum, vt in Fragm. et. Theodulphi: Pipinus Rex tenuit placitum ſuum in Compendio: ibique venit Thaſſilo Dux Baioariorum in vaſſatico ſe commendans, & per manus Sacramenta jurauit, & fidelitatem promiſit Regi Pipino, & filiis eius, quod recta mente & firma deuotione ſicut Vaſſus dominis ſuis eſſe deberet.

Vaſſallitium, clientela vaſalli. Rhegino lib. Chron. 2. ann. 851. Berengarius cum filio ſuo Adalberto Regiæ ſe per omnia in Vaſſallitium dedit dominationi.

Valuaſores, qui ſint, expoſuimus ad lib. 1. cap. 3. Valuaſorum alij maiores ſiue Regij ſunt, qui ſecundum feudorum gradum obtinent: & à Capitaneis Regni feuda receperunt, qui & Vaſſi dominici appellantur. Alij minores, qui ab eis feuda receperunt. Alij Minimi, quibus ab his tradita feuda ſunt. lib. 1. tit. 1. §. 1. & § 4. tit. 15. & lib. 5. titul. 10 9. 1. Fridericus 1. apud Radeuicum li. 2. c. 31. Nos in præſentia & teſtimonio omnium Theutonicorum & Langobardorum, & Epiſcoporum, & Laicorum Principum, & Baronum & Valuaſorum omnem juſtitiam atque conſilium obtulimus, &c. Eorum in Gallia noſtra qualis conditio ſit, Butelerius in ſumma Rurali his exponit verbis: Valuaſor dicitur nobilis, qui ſummæ coercitionis, non etiam nundinarum & mercatus ius habet: (*Vn Gentil homme qui a ſeignenrie de haute iuſtice*) eſtque Barone inferior, atque ab eo feudum ſuum obtinet.

Valoaſini, diminutiuo vocabulo dicuntur, modo minores, modo etiam Minimi Valuaſores, lib. 2 tit. 10. §. 1. & lib. 1. tit. 13.

Veſt, ſeu veſtitura, barbaris eſt poſſeſſio. Hot. in Deueſtire, & in voce Inueſtitura: vide ſupra Lombard. lib. 1. tit. 12. Si quis proprium noſtrum, quod in veſtitura genitoris noſtri fuerit, alicui reddiderit, &c.

Vicedominus, qui domini vice, res ipſius adminiſtrat, eique vicariam operam præſtat. Apud Canoniſtas, vicedominus, œconomus, qui à clericorum numero Epiſcopatum adminiſtrat, cap. volumus, &c. Diaconum, &c. ſeq. diſt. 9. Proprie tamen œconomus, qui res Canonicorum adminiſtrat: Vicedominus, qui Epiſcopi, c. conſulere, extr. de ſimon.

Viralia. v. morganatica.

Wadium, pignus. Guntherus lib. 8.

Si quis habens feudum pretio ſeu vendere totum
Seu dare, ſeu vuadio ſupponere cogitur.

Quod erat in Imp. conſt. lib. feud. 2. tit. 55. vel vendere, vel pignorare. Capitular. Caroli, art. 20. Et ſi non habet pretium in Wadio, per ſeruum ſemetipſum donet, vſque dum ipſos bannos ſoluat. Vide ſupra GADIVM.

Wardia, vide Banoitus.

Wardia, v. releuium ex Hotom.

Waranda, are, ator, atio, v. Guargentare, *bevvahren*.

Werda, v. releuium ex Hotom.

Werra, v. guerra.

F I N I S.

Google

Digitized by Google